

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0001-8
DFG



DV 202

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0002-3
DFG

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
- Handschriften Abt. -
DÜSSELDORF
V 936

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0003-9
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0004-5

Quotē 10

IOANNIS MESVAE
DAMASCENI
MEDICI CLARISSIMI
OPERA

De medicamentorum purgantium delectu, castigatione, & vsu, Libri duo. Quorum priorem Canones vniuersales, posteriorem de SIMPLICIBVS vocant.

GRABADIN, *hoc est Compendij secretorum medicamentorum, Libri duo. Quorum prior* ANTIDOTARIVM: *posterior de Appropriatis vulgo inscribitur.*

Cum MVNDINI, HONESTI, MANARDI, & SYLVII in tres priores libros observationibus, quæ vulgo cum his prodire consueuerunt.

His Accessere

PLANTARVM in libro Simplicium descriptarum imagines ex viuo expressæ.

Atque item IOANNIS COSTÆI *Annotationes, tum quas in editione priori dedimus, tum præterea nouæ aliæ in postremas nouem Antidotarij sectiones, quæ desiderabantur.*

Reliqua vero, quæ cum Mesuæ operibus exire solent, in aliud volumen coniecimus, quod nomine Supplementi in MESVEN inscriptum est.

Quæ omnia accuratissime hac postrema editione prodeunt emendata, & ab innumeris mendis, & erroribus qui in superiori irrepserant, adhibita doctorum hominum industria expurgata.



VENETIIS, M DCII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0005-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0006-7
DFG

ILLVSTRISSIMO

BONONIENSIS REIPVB. SENATVI.

IOANNES COSTÆVS S. D.

SI humanum genus cæterorum animalium naturæ vna ea animi parte antecellit, quam rationis participem ex diuina mente decerptam habet, iure profecto, qui inter homines rerum præstant cognitione, hos quoque in humana natura omni, superare alios dignitate, & gloria fatendum est. Rectè igitur & Ægyptij primariam hominis nobilitatem in literis, atque in rerum diuinarum humanarumq; cognitione, quam sapientiam vocant, posuerunt. & non sine laude antiquissimæ illæ fuere controuersiæ de nobilitate, eam sibi vendicantibus gentibus varijs ob literarum inuentionem, atq; ob animi cultum in scientiarum perquisitione. ex hoc celebris illa quoque tam multis vrbibus de Homero contentio, dum viri illius literarum ornamentis præclarissimi ortum sibi quæq; ascriberet, & à studijs literarum illa effluxit Atheniensium gloria, non exteris modo, sed etiam nostris non sine tacita cuiusdam inuidentiæ suspicione commendata, ac supremis laudibus elata. Et si autem alij in armis quoque sitam esse hominis nobilitatem & gloriam acerrimè contendunt. alij opum etiamnum adeò habendam rationem putarũt, vt diuitias conditionem ad nobilitatem necessariam existimarint: at neq; tamen illi quidem rerum cognitionem, atq; ingenij cultum in literis, solidissimum esse bellicæ virtutis fundamentum diffitebuntur: neq; Romanos armorum potius ferocia, quam sedendo, & considendo vicisse affirmabunt: vel si affirment, studium tamen quod in literis, & rerum perscrutatione versatur, sicuti humanæ naturæ, imò & diuinæ est consentaneum, ita etiam hoc nomine laudabilius, glorioſius, nobilitateq; omni alio hominis studio longè excelsius esse non poterunt dissimulare. Neq; rursum qui diuitias partem habere censent in nobilitate, præponunt tamen virtuti; ac rerum cognitioni opes. sed corollarium tantum quoddam nobilitatis, fortunæ bona, opẽs inquam, honores, aliaq; eius generis esse arbitrantur, quæ verè non constituunt, sequuntur autem frequenter, non perpetuo tamen, nobilitatem. Itaque quum tanta literarum sit dignitas, vt eas in præcipuam laudem, ac nobilitatem sibi sapientissimæ quæq; gentes posuerint: Nunc vt advos redeam BONONIEN. REIP. SEN. AMPLISS. *quanto iam splendore inter nobilissimas non Italiæ modo, sed orbis totius ciuitates vestra* RESP. *eniteat, planè apparet. Literas quidem summa alias cura excoluit Ægyptus: exarsere eodem studio & Græcia, & Gallia. admirandos quinetiam in ys progressus Italia vniuersa fecit, Sicilia præsertim, atque ea pars, quam magnam*

Græciam vocarunt, Thaletis, Architæ, Pythagoræ, Timæi, totq; aliorum clarißimorum philoſophorum mater, ex quibus non Italica modo, ſed & Platonis ferè, atque Ariſtotelis ortum duxit philoſophia. At ſi tamen profiteri veram liceat, nihil eſt cur illis BONONIEN. RESP. concedat. quæ non modo erecto ad earum imitationem gymnaſio, virisq; ex vniuerſo orbe clariſſimis publico ære, & maximis præmijs ad ſe accerſitis, ſemper in ſuſtinenda veterum diſciplinarum dignitate laborauit. ſed præterea etiam dum in piæ, veræque, ac ſupremæ philoſophiæ, dum in ſacratißimæ medicinæ, et legum ſtudijs poſt ea tempora in clariorem, atque explicatiorem culturam reuocatis, annos iam ferè mille ac ducentos ſtudioſißimam adhibet operam; eouſque perduxit literas, vt illarum non ſeruatum modo gradum, ſed maxime amplificatam etiam maieſtatem videamus. Hæc quum mihi P. A. admirabiles Reip. literariæ progreſſus cogitanti quandoque in mentem venirent, atque communi cum ijs, qui literas profitentur debito, REIP. veſtræ plurimum debere me intelligerem: ſubiret vero ad hæc animo, tum vniuerſæ iſtius patriæ ſplendor in omni virtutum genere illuſtrißimus, tum priuata illa, et gentis veſtræ propria ciuilis conuerſationis virtus, quam quaſi humanæ naturæ ideam, humanitatem vocant, haud facilè profecto explicarim, quo tenerer deſiderio oblatam mihi iri occaſionem, qua huius mei erga vos propenſi animi dare aliquam poſſem ſignificationem. Superauit benignitas veſtra meam omnem diligentiam PATRES. qui quaſi conſilij mei conſcij non modo eam mihi vltro obtuliſtis prouinciam, ex qua meæ erga vos gratitudinis ſignificandæ ampliſſimum locum ſum nactus, ſed eam quoque dignitatis meæ habuiſtis rationem, vt vere ego quidem neque honeſtius, neque maius à me aliquid expeti vnquam potuiſſe ſim perpetuo profeſſurus. Quis enim à tantis ſeſe viris omni virtutum, et literarum ornamento ſpectatiſſimis alicuius æſtimari non glorietur? quis in ſummam ſibi non reponat gloriam, dignum eſſe habitum, qui cum tot in diſciplinarum omnium orbe conſummatiſſimis profeſſoribus, in honorificentiſſimo omnium gymnaſio locum aliquem habeat? Itaque quando veſtræ ego patriæ nobiliſſimæ tot & publicis & priuatis nominibus debeo, ſperare ipſe quidem poſſum fore aliquando, vt grati, memorisq; huius animi mei candorem clarioribus argumentis patefaciam. nunc vero, quod poſſum, meum hunc fœtum, measq; lucubrationes vobis offero P. A. quas olim in Meſuen Medicũ doctiſſimum inchoatas, nunc verò abſolutas in veſtrum apparere nomen volui, vt veſtrorum erga me meritorum, meæque in vos obſeruantiæ ſint teſtimonium: ſuſceptumq; à vobis mei patrocinium eſſe omnes intelligant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0008-9

INDEX IN LIB. CANONVM MESVÆ.

Medicamẽtorum purgantium vis. fol. 1. col. 1. A
Medicamenta salubria, & insalubria quomodo discernas. 4. 4. H
De medicamentorum delectu indicatione sumpta ab ipsorum facultate. 6. 3. A
De medicamentorum purgantiũ correctione. 11. 3. A
Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum temperaturæ contraria. 13. 1. A
Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum effectis contraria. ibid. D
De proportione medicamentorum inuicem miscendorum. 13. 4. E
Quibus modis ars medicamenta corrigat, & coctionis differentiæ. 14. 1. A
De lotione. 14. 3. F
De infusione. 14. 4. F
De tritura. 15. 1. B
Correctio symptomatum, a sumpto purgante medicamento nondum vacuato excitatorum. 15. 2. B
De medicamento illegitime, & moleste vacuantẽ. 17. 1. A
De medicamento immodice vacuante. 17. 2. A
Trochisci ad fluxum. 17. 4. B
Electarium. 17. 4. H
Curatio febrium purga. superuenientium. 19. 3. G
Cephalalgia post purgationem, fol. 19. 4. G
De vertigine post purgationem, fol. 20. 1. A
De visus imbecillitate post purgationem. 20. 2. A
De ventriculi imbecillitate post purgationem. 20. 2 D
De siti post purgationem. 21. 2. B
De singultu post purgationẽ. 21. 4. E
De dolore ventriculi post purgationem. ibid. C
De vlceratis intestinis post purgationem. 22. 1. D
De cruenta deiectione post purgationem. 22. 2. C
De tinesmo post purgationẽ. 22 3. E
De lassitudine, seu imbecillitate corporis post purgationem. ibid.
De conuulsione post purgationem. 22. 4. G

INDEX IN LIBRO Simplicium.

Absinthium. 36. 3. F
Adiantum. 44. 2. C
Agaricus. 51. 2. A
Aloe. 24. 1. A
Alscebtan. 73. 3. E
Alhemesuc. 79. 2. C. & seq.
Aristolochia. 78. 2. B
Armenus lapis. 62. 4. G
Asarum. 44. 4. F

Balanus myrepsica, seu Ben, fol. 62. 4. F
Bryonia. 76. 1. C

Capillus veneris. 44. 1. C
Casiafistula. 30. 3. F
Centaurium. 60. 3. G
Cnicus. 62. 2. D
Colocynthis. 52. 3. E
Cucumer agrestis. 59. 2. C. & seq.
Cyclaminus. 77. 2. D

Dracunculus. 75. 1. A

Elleborus. 80. 3. E
Epithymum. 40. 1. A
Esula. 73. 4. E
Eupatorium. 39. 2. C
Euphorbium. 70. 1. D

Fumaria. 38. 3. F

Genista, seu spartum. 80. 1. C

Hermodactylus. 56. 3. G
Hyssopus. 44. 1. C

Iris. 58. 1. A
Ius gallorum. 45. 1. G

Lapis Armenus. 63. 4. G
Lapis lazuli. ibid.
Lut. 74. 3. D

Manna. 32. 1. B
Mezereon. 71. 4. E
Myrobalani, Citrinæ, nigræ, & Indæ. 27. 1. A

Nitrum. 66. 3. E

Opopanax. 70. 4. H

Polypodium. 54. 1. B
Pruna. 42. 3. F
Psyllium. 43. 2. A

Rhabarbarum. 29. 1. A
Ricinus. 79. 3. E
Rosæ. 34. 1. C

Sagapenum. 69. 2. C
Salis genera. 67. 4. G
Sarcocolla. 66. 4. G
Scammonium. 43. 3. F
Scilla. 55. 2. A
Sena. 65. 3. F
Serum lactis. 33. 2. A
Stœchas. 37. 3. G

Tamarindi. 31. 3. E
Turbith. 50. 1. B
Thymelæa. 71. 1. D
Thymus. 41. 2. C. & seq.

Violæ. 35. 3. G
Volubilis. 46. 2. B

INDEX EORVM quæ in Antidotario Mesuæ.

Acetum scilliticum. 145
Acorus conditus. 122
Alsiracostum. 113
Alcheckengi. 119
Aqua fructuum. 148
Aqua hordei. 195
Aqua mellis. 134
Aromaticum caryophyllatum. 97
Aromaticum Muscatum. 97
Aromaticum Nardinum. 97
Aromaticum Rosatum. 96
Aromaticum Rosatum minus. ibid.
Aromaticum ros. descr. Gab. ibid.
Athanasia Magna. 108

Bauciæ conditæ. 123
Ceratum Alexandrinum. 173
Ceratum aliud eiusdem. 172
Ceratum Andromachi. 173
Ceratum diapente. ibid.
Ceratum Galeni. 170
Ceratum Gale. stomachicum confor. 172
Ceratum hyssopi descr. Phil. 167
Ceratum hyssopi descr. Pauli. ibid.
Ceratum hyssopi desc. Gal. 167
Ceratum hyssopi diatessaron. 172
Ceratum sandalinum. 170
Chebuli conditi. 120
Citonia condita. 121
Citra condita. ibid.
Conditum buglossi. 142. & seq.
Conditum citri. 142
Conditum citri aliud. 142. & 143
Conditum citoniorum. 143
Confectio Alcanzi. 106
Confectio de acetosis Galeni. 101
Confectio Alchermes. 89
Confectio Almezereon. 118
Confectio Alphesera. 119
Confectio Alsebran. 119
Confectio Asæ. 106
Confectio anacardina. 106
Confectio citoniorum bona. 101
Confectio citoniorum facta cum succo citoniorum. 101
Confectio cinnamomi. 98
Confectio dactylorum. 115
Conf. elect. ex inuent. nostra. 107
Confectio electarij Alcharif. 114
Confectio elec. Alcharisalia. ibid.
Confectio eupatorij. 119.
Confectio Galangæ. 95
Confectio galliæ sebelliæ. 151
Confect. galliæ elephanginæ. ibid.
Confectio galliæ muscatæ. 151
Confectio de zingibere. 115
Confectio Hamechalia 118
Confectio de Iacur. 123
Confectio mannæ. 118
Confectio medicaminis, quod scripsit Hamech. 118. cum seq.

Confectio mororum. 126
Confectio Muſci. 91
Confectio Philonij. 107.180
Confectio Philonij ex deſcriptione Hamech. 108
Confectio prunorum. 102
Confectio Ramich. 151
Confectio rauedleni. 106
Confectio de ſeminibus. ibid.
Confectio ſtyracis. 109
Confectio de ſucco nucum. 183
Confectio teſticulorum vulpis. 94
Confectio teſtic. vulpis alia. ibid.
Confectio xyloaloes. 90
Confectio zingiberis. 131
Decoctio albaſce. 149
Decoctio capillorum veneris. 148
Decoctio epithymi. 149
Decoctio eupatorij. ibid.
Decoctio fumiterræ. 149
Decoctio myrobalanorum. 149
Decoctio Stœchados. ibid.
Diacalamenthum. 96.& 97
Diacyminum. 98
Diacyminum bonum. 98
Diacoſtum. 104
Diacurcuma magna. 104
Diacurcuma minor. ibid.
Diagalanga. 95
Dialacca magna. 104
Dialacca minor. 104
Diambra. 98
Diamoruſia. 104
Dianiſum. 98
Diarhodon deſcriptione cõmuni. 96
Diaphœnicum. 115
Diaſatyrion. 94
Diaſulphur. 94.& 95
Diatrion pipereon deſcriptione communi. 99
Electarium de Aromatibus. 85
Electarium confortans ſtomachum. 106
Electarium Citri. 90.& 91
Electarium diacitonite. 121
Electarium eleſcof. 117
Electarium ex inuentione noſtra cõfortans ſtomachum. 105.& ſeq.
Electarium fructuum. 101
Electarium gemmatum. 87
Electarium granorum myrti. 99
Electarium indum maius. 114
Electarium indum minus. 115
Electarium lætificans. 90
Electarium de nucibus. 125
Electarium perſicorum. 101
Electarium pomorum bonum. 101
Electarium pſyllij. 116
Electarium regium. 101
Electarium regium alterum. 101
Electarium roſarum. 106
Electarium de ſorbis. 102
Emblici conditi. 120
Emplaſtrum Alexandri de ales. 177
Emplaſtrũ aliud Andromechi. 175
Emplaſtrum Arabicum. 168
Emplaſtrum diachylon magnum. fol. 174
Emplaſtrum diachylon paruũ. ibid.
Emplaſtrum diachylon cuius iuuamenti. 174
Emplaſtrum diaphœnicon. 177
Emplaſtrum diaphœnicon deſcriptione Alexandri. 177
Emplaſtrum fermenti. 176
Emplaſtrum filij Zachariæ. 177
Emplaſtrum galliæ. 175
Emplaſtrum galliæ aliud. ibid.
Emplaſtrum granorum lauri. 174
Emplaſtrum meliloti. 178
Emplaſtrum Oribaſij. 177
Emplaſtrum Oribaſij aliud. 178
Emplaſtrum relatum ad Andromachum. 175
Emplaſtrum relatum ad Ariſtarchum. 177
Emplaſtrum Sinapinum. 175
Emplaſtrum ſtomachum, & hepar confortans. 175

Gallia Alephangina. 151
Gallia magna. 151
Gallia muſcata. 151
Gallia *Sebellina*. ibid.

Hiera Archigenis deſcriptione vniuerſali. 112
Hiera Archigenis deſcr. Pauli. 112
Hiera Diacolocinthidis. 110
Hiera Hermetis. 110
Hiera ex inuentione noſtra. ibid.
Hiera picra Galeni. 109
Hyſſopus humida. 167

Infuſio alia hieræ. 149
Infuſio hieræ. ibid.
Infuſio Aquæ caſei. 148
Infuſio de ſuccis herbarum. ibid.
Infuſio roſarum. 119
Iuleb roſatum. 128
Iuleb iuiubinum. 129
Iuleb violatum. 128
Loch alfeſera. 126
Loch aliud noſtrum. 127
Loch de amygdalis. 127
Loch ad aſthma bonum. 127
Loch bonum conferens hecticis. 127
Loch ad caliditatem. 127
Loch ſanum, & expertum. ibid.
Loch de ſcilla. 126
Loch papaueris. 125
Loch Pini. 124
Mel alchilil. 124
Melicratum conditum. 142
Mel roſatum. 124
Miua acetoſa. 143
Miua altera. 143
Miua facta ex ſucco fructuum. 143
Miua ſimplex. ibid.
Miſtura ad vulnera ſananda. 178

Nuces conditæ. 183
Oleum alchanæ. 189
Oleum alhaſech. 190
Oleum almahaleb. 185
Oleum amyg. dulcium. 181
Oleum amygdalarũ amararum. 181
Oleum anethinum. 186
Oleum auellanarum. 182
Oleum Balaninum. 183
Oleum balſami. 184
Oleum de ben. 183
Oleum carthami. 182
Oleum ceraſorum. 183
Oleum de cheiri. 187
Oleum Chamęmelinum. 186
Oleum chryſomelorum. 186
Oleum cheruæ. 183
Oleum cinnamomi. 188
Oleum citoniorum. 188
Oleum coſtinum. 189
Oleum croci. 190.191
Oleum cucumeris aſinini. 150
Oleum cucurbitæ. 188
Oleum enulæ. ibid.
Oleum euphorbij. 191
Oleum fiſtici. 184
Oleum fraxininum. 193
Oleum frumenti. 192
Oleum gagatis. 193
Oleum granorum citri. 183
Oleum granorum papaueris. 185
Oleum granorum ſeſami. 184
Oleum de granis viridibus. 184
Oleum irinum. 187
Oleum iuniperi. 193
Oleum lactucæ. 187
Oleum laurinum. 184
Oleum lentiſcinum. 184
Oleum liliorum. 186
Oleum maſtichinum. 189
Oleum meliloti. 187
Oleum de mezereon. 190
Oleum myrtinum. 188
Oleum nardinum. 189
Oleum nenufaris. 187
Oleum nucis indicæ. 183
Oleum nucum. 185
Oleum ouorum. 192
Oleum papaueris. 187
Oleum perſicorum. 182
Oleum philoſophorum. 193
Oleum piperum. 191
Oleum pomorũ citrangulorum. 190
Oleum pomorum rabiolę, ideſt mali dragoræ. 188
Oleum pulegij. 188
Oleum ranarum. 192
Oleum Roſatum. 185
Oleum rutę. 188
Oleum ſambucinum. 187
Oleum ſauinæ. 188
Oleum ſampſuchinum. 190
Oleum ſcorpionum. 192
Oleum lini. 185
Oleum ſeminum lactucæ. ibid.
Oleum ſeminum lini. 185
Oleum ſeminum cucurbitæ. 185
Oleum ſerpentum. 191
Oleum ſinapinum. 192
Oleum Styracis. 189
Oleum violatum. 186
Oleum vulpinum. 191
Oxymel ſcilliticum. 144
Oxymel ſcilliticũ de radicibus. 144
Oxymel ſcilliticum Democ. ibid.
Oxymel ſimplex. 136

Perſica condita. 121
Pilulæ agarici. 163
Pilulæ aggr. ex noſt. inuentione. 159
Pilulæ aggreg. maio. 159
Pilulæ aggreg. mino. ibid.
Pilulæ alchechengi. 160
Pilulæ alephanginæ. 158
Pilulæ alandahal. 160
Pilulæ alandahal expertæ. ibid. & ſeq.
Pilulæ bdellij maiores. 164
Pilulæ bdellij minores. 165
Pilulæ bdellij ex noſt. inuẽtione. 165
Pilulæ benedictæ. 164
Pilulæ bechichiæ. 164

Pilulæ

Pilulæ colocynthidos. 161
Pilulæ diarhodon. 163
Pilulæ euphorbij. 161
Pilulæ euparorij maiores. 159
Pilulæ euparorij minores. 159
Pilulæ ad febres antiquas. 160
Pilulæ ad febres cholericas. 163
Pilulæ fetidę maiores. 161
Pilulæ fęudæ minores. 163
Pilulæ fumiterræ. 163
Pilulæ hermodactyl. maiores. 165
Pilulæ hermodactyl. minores. 165
Pilulæ hermodactyl. ex noſtra inuentione. 165
Pilulæ hieræ picræ Gal. 163
Pilulæ indæ. 160
Pilulæ lapidis Armeni. 164
Pilulæ lapidis lazuli. ibid.
Pilulæ lucis maiores. 162
Pilulæ lucis minores. 162
Pilulæ magiſtrales pro Reg. 158
Pilulæ mezereon. 162
Pilulæ magiſtrales. 164
Pilulæ opoponacis. 165
Pilulæ ad omnes morbos catar. 164
Pilulæ rhabarbari. 161
Pilulæ ſarcocollæ. 161
Pilulæ ſagapeni. 164
Pilulæ ſebelliæ. 163
Pilulæ ſine cuſtodia. 162
Pilulæ ſtomaticæ. 162
Pilulæ turbith. 164
Poma condita. 121
Pomum contra peſtem. 194
Ptiſana hordeacea. 195
Pyra condita. 121

R

Rob de acetoſitate. 145
Rob acreſtæ. 145
Rob de berberis. 145
Rob cornorum. 145
Rob cydoniorum. 146
Rob fructuum. 145
Rob Granatorum. 146
Rob mororum. 146
Rob myrtinum. 146
Rob perſicorum. 146
Rob pomorum. ibid.
Rob prunorum. 146
Rob pyrorum. 146
Rob de ribes. 145
Rob de ſumach. 146

S

Scacul conditum. 122
Secaniabin. 137
Secaniabin calamenthi. 138
Secaniabin cheiſin. 138
Secaniabin de radicibus. 138
Secaniabin ſolutione educens melancholiam. 138
Secaniabin ſolutione educens phlegma. 138. & ſeq.
Syrupus abſinthij. 139
Syrupus abſinthij alius. 139
Syrupus acetoſitatis citri. 131
Syrupus acetoſus alterniabin. 134
Syrupus acetoſus citoniorum. 134
Syrupus acetoſus diarhodon. 138
Syrupus acetoſus pomorum. 134
Syrupus acetoſus pomorũ alius. 134
Syrupus acetoſus pomorum deſcriptione noſtra. 134
Syrupus acetoſus prunorum. 134
Syrupus acetoſus radicum. 133
Syrupus acetoſus ſimplex. 132
Syrupus acetoſus ſolutione educens choleram. 134
Syrupus acetoſus de ſuccis fructuum. fol. 133
Syrupus acetoſus de ſuccis, & aqua fructuum. 133
Syrupus de acreſta. 131
Syrupus acetoſus de ſuccis herbarũ. fol. 133
Syrupus acetoſus de ſuccis herbarũ, & aromatibus. 150. & ſeq.
Syrupus de albelach. 132
Syrupus de bizantijs. 132
Syrupus calamenthi. 140
Syrupus calamenthi, valens ad ſingultum. 140
Syrupus de cannis. 134
Syrupus cheſmes. 131. & 132
Syrupus conferens catarrhis. 134
Syrupus corticum citri. 130. & 131
Syrupus cidoniorum. 130
Syrupus endiuiæ alius. 133
Syrupus epithimi. 141
Syrupus eupatorij. 141
Syrupus de fumoterræ maior. 139
Syrupus de fumoterræ minor. 139
Syrupus granatorum acidorum. 130
Syrupus granatorum dulcium. 130
Syrupus granorum myrti. 133
Syrupus hyſſopi. 139
Syrupus iuiubarum. 135
Syrupus liquiritiæ. 139
Syrupus mentæ. 138
Syrupus mentæ, ex inuentione noſtra. 138
Syrupus papauetis. 132
Syrupus perſicorum. 130
Syrupus pomorum. 129
Syrupus portulacæ. 134
Syrupus praſſij. 140
Syrupus prunorum. 130
Syrupus pyrorum. 129
Syrupus ſtœchados. 141
Syrupus ſucci acetoſæ. 131
Syrupus ſucci cucurbitæ. 131
Syrupus thymi. 141
Syrupus violatus. 135
Suffuf aromatum. 156
Suffuf bonum impinguatiuum. 156
Suffuf diarhodon. ibid.
Suffuf granorum mirti. 156
Suffuf ligni aloes. 156
Suffuf ligni aloes aliud. 156
Suffuf ad tuſſim antiquam. 157

T

Theriaca diateſſaron. 102
Thryphera Galeni. 103
Tryphera maior ex arte Phænonis. fol. 103
Tryphera minor deſcriptione cognita. 103
Tryphera muſcata. 103
Tryphera perſica. 103
Tryphera ſaracenica. 103. & 104
Trochiſci abſinthij. 153
Trochiſci alandahal. 153
Trochiſci alchechengi. 155
Trochiſci aniſi. 153
Trochiſci aniſi alij. 153. 154
Trochiſci arſenici. 154
Trochiſci de berberis. 153
Trochiſci de berberis alij. 152
Trochiſci camphoræ. 152
Trochiſci cappatum. 155
Trochiſci de charabæ. 155
Trochiſci cyperi. 155
Trociſci croci. 154
Trochiſci diarhodon. 151
Trochiſci eupatorij. 153
Trochiſci galliæ. 152
Trochiſci hamech. 154
Trochiſci laccæ. 154
Trochiſci ligni aloes. 155
Trochiſci ramich. 152
Trochiſci rhabarbari. 152
Trochiſci roſarum ad ſtomachũ. 152
Trochiſci roſarum. 152
Trochiſci roſarum alij. ibid.
Trochiſci ſantalorum. 154
Trochiſci ſpodij. 153
Trochiſci ſpodij alij. 153
Trochiſci terræ ſigillatæ. 154

V

Vnguentum Aegyptiacum. 171. & 172.
Vnguentum alhatiel. 169
Vnguentum alpheſiricon. 171
Vnguentum Arthanitæ magnũ. 169
Vnguentum Arthanitæ paruum. 169
Vnguentum aureum. 171
Vnguentum Baſilicon magnum. 170
Vnguentum baſilicon minus. ibid.
Vnguentum bdellij. 171
Vnguentum craſeos magnum. 168
Vnguentum craſeos paruum. 169
Vnguentum ceruſæ. 171
Vnguentum diaphęnicon. 167
Vnguentum diaphęnicon aliud. 167
Vnguentum ad Herniam. 178
Vnguentum in iſchiadis declinatione. 169. & 170
Vnguentum lini. 178
Vnguentum mirabile Nicodemi. 168
Vnguentum Nicodemi alterum. 168
Vnguentum palmeum. 178
Vnguentum palmeum aliud. 178. & 179.
Vnguentum papaueris. 170
Vaguentum philagrij. 171
Vnguentum ad renum ſupercalefactionem. 170
Vnguentum roſatum. 169. & 170
Vnguentum ſanans vulnera antiqua. 172. & 173.
Vnguentum ſericinum. 171
Vnguentum ad ſcabiem. 178
Vnguentum ad ſomnum prouocandum. 179. & ſeq.
Vnguentum ad ſtomachi frigidas paſſiones. 179. & 180
Vnguentum triapharmacum. 172
Vnguentum triapharmacum aliud. fol. 172
Vnguentum violarum. 170

Z

Zazena experta. 108
Zingiber conditum. 122
Zuccharum Alchilil. 123
Zuccharum bugloſſatum. 123
Zuccharum roſatum. 123
Zuccharum violatum. ibid.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0011-3
DFG

PRACTICES MESVÆ.

INDEX.

De ægritudinibus capitis. 199.

DE casu capillorum. 199
De alopecia. ibid.
De furfuribus. 200
De saphati. 200
De soda, id est dolore capitis. 201
De hemicranea. 204
De scotomia, & vertigine. 205
De vigilia, & sahara. ibid.
De phrenesi. 205
De lethargia, & est sersen frigidum. 206
De diminutione memoriæ. 206
De melancholia, & mania. 207
De epilepsia. 208
De apoplexia. 209

De ægritudinibus neruorum. 209.

De paralysi 210
De tortura. 211
De spasmo. 211
De tremore. 212
De stupore. 212
De catarrho. ibid.

De ægritudinibus oculorum. 213.

De præseruatione oculorum. 214
De ophthalmia. 215
De doloribus oculorum. 216
De vulneribus, & vlceribus oculorum. 217
De scabie oculorum. 217
De sebel oculorum. 217
De albugine oculorum. 218
De vngula oculorum. ibid.
De lachrymarum exuberantia. 218
De tharphati. 218
De fistula lachrymali. 219
De dilatatione pupillæ. 219
De nyctilopa, id est qui post solis occasum non videt. fol. 219
De aqua descendente in oculum. ibid.
De debilitate visus. 220
De casu pilorum palpebrarum. 220
De inuersatione pilorum palpebr. 221
De hordeolo palpebrarum apostemate. ibid.

De ægritudinibus aurium. 221.

De dolore aurium. 221
De apostemate aurium. 221
De son itu, & tinnitu aurium. 222
De debilitate auditus, & surditate. 222
De vlceribus aurium. 222
De vermibus aurium. 223
De ingressu aquæ in aurem. 223

De ægritudinibus narium. 223.

De fœtore narium. 223
De fluxu sanguinis narium. 224
De nocumentis odoratus. 224
De apostemate narium. 225
De vulneribus, & vlceribus narium. ibid.
De polypo. 225
De sternutatione. 226

De ægritudinibus oris. 226.

De scissuris labiorum. 226
De dolore dentium. 226
De extractione dentium. 227
De commotione dentium. 228
De corrosione, & perforatione dentium. 228
De congelatione dentium. 228
De vermibus dentium. ibid.
De corruptione coloris dentium. 228
De generatione dentium. 229
De apostematibus gingiuarum. 229
De vulneribus, & vlceribus gingiuarum. ibid.
De apostematibus linguæ. 229
De vulneribus, & vlceribus linguæ. 230
De mollificatione linguæ. 230
De spasmo linguæ. 230
De alcola, & prauis pustulis oris. 230
De fœtore oris. 231
De dolore oris. 232

De ægritudinibus gutturis. 232.

De strangulatione. 232
De casu vuæ. 232
De apostemate amygdalarum gutturis. 233
De synanche. 235
De raucedine vocis. 235

De ægritudinibus pulmonis. 235.

De asthmate. 235
De tussi. 238
De fluxu sanguinis ab ore. 242
De pleuresi. 244
De aqua hordei facienda. 246
De peripneumonia. 249
De empyemate. 249
De phthisi. 250

INDEX

INDEX
ANNOTATIONES COSTAE I.

A

ABsinthium Italicum, Romanum, & Ponticum, eiusdem speciei, fol. 37. 2.c. Eius coma. 174.3.c
Temperamentum. 37.2.c.d
Vis ad venas. an extendatur,
An pituitam educat. 37.3.e
Acacia rubra. 126.1.a
Acetum. Eius tẽperamentum. 100.4.g. Album. vetustum tenuius. 134.1.d. quibus Noxium. ibid. Neruis non prorsus inutile. 144.3.g
Ex aqua Mulsa factum, acerrimum. 144.3.g
Acetum scillinum, an ex Scilla cruda aut cocta, recẽti, aut arida parandũ. 144.4.e. Eius aqua stillatitia. eo.
Actiones medicamentorum aliæ ex forma, aliæ ex materia. 3.2.b. ex proprietate & ex tota substantia eadem. 3.2.d. quæ ex Specifica forma sunt, prodeunt forma etiam corrupta. 3.2.6.c
Adiantum an ventrem laxet, an cohibeat. 44.3.h. in eo coquendo obseruatio. 148.1.c
Aerugo non est flos æris. 172.1.b.c. pro flore æris sumitur. ibid.
Agallochus eius Historia. Differentiæ. Agallochus crudus. Indus. 90.1.d. & seq.
Agaricum castigandum sale gemmeo. Mas rotundum. Optimum friabile. Ignotum Galeno quid esset. Ventriculo innoxium. 8.2.c. Vomitorium. 52.1.c.d
Allij vis. 177.3.b
Aloe. Eius species tres an ex eadem planta. Plantæ duum generum. Calor igneus dici non potest. Aperit venas ex proprietate substãtiæ. Hemorrhoidas aperit præsertim hyeme. 25.4.f. & deinceps. Hepar offendit. 26.1.d. Hyeme cauenda. 26.4.g. Humores diuersos trahit, licet trahat ex pprietate. 26.3.f.g
Sanitatem conseruat. ibid. Sanguinem educit nõ primo. 10.3.g. Sanguinem educere cur. Mes. aduertat. 62.1.a. Soluit minus, deterget autem magis Melli commista. 26.2.b.c. Ventriculo innoxia. 26.3.g
Succutrina an lauanda, & eius lauandæ, & coquendæ ratio. 158.2.c.d
Alscebran maius & minus quid. 74.2.a. an coquendum aceto. 144.g
Althææ mucus. 177.1.a
Ambra odorata. Eius Historia, & delectus. 98.3.g.h
cruda quid. 90.1.d. Liquefaciendi, & terendi ratio. ibidem. Factitia. 98.3.h
Amygdalæ amaræ. 105.2.a.b
Amomum nunc ignotum. Qua parte vsi sint veteres. Quæ nunc vsurpentur. 101.1.d
Amylum tussi antiquæ vtile. 124.4.g
Angelica odorata, Costi species credita. 105.3.f
Animalia odorata. 93.2.c
Aphrolitrum & Aphronitrum quid. Aphronitrum pratum. Quo differat à Nitri spuma. 67.4.g. an astringat. 68.3.e
Apios. 74.2.a
Apij succus. 153.3.b
Aqua frigida post purgans medicamentum. 16.3.d
Aqua aceti scillini. 144.4.g
ardens. 175.4.f
hordei. 150.2.a
fraxinellæ. 150.3.b
fructuum. 148.2.b
mulsa. 136.4.g
mirti. 150.2.c
pluuia. 140.3.a.b
rosacea an astringat. 139.4.g
stillatitia ex vino. 150.2.b
stillatitia omnis parum astringit. 146.4.g
Argentum cordis affectibus vtile. 88.4.g
Arum. eius color. Colligendi tempus. an radix Hepati, & ventriculo infensa. 75.3.b
Aristolochiæ nuncupatio. 73.1.c
Armeniaci mali nuclei. 182.3.b
Armenius lapis rarus. 64.2.b. Eius ppparatio. 164.3.4.f
Asarum. Eius flores hyosciami floribus non dissimiles. 45.2.b. Purgare vix norunt Græci. ibid.
Aspalathi loco cinnamomum, aut vitex. 99.2.a. & 100.4.g.h
Athanasiæ vires contrariæ. 108.4.g.
Attractio duplex. 2.1.c. Modi ex Alexandro. 6.4.g
eius causæ in purgantibus medicamentis variæ varijs. 2.1.a. in purgantibus, an fiat ob substantiæ familiaritatẽ, proprietatem, similitudinem. an. vi. 6.4.g
Auellanarum vis. 182.2.d
Auripigmentum. 175.3.b
Auri vsus in cordis affectibus, & delectus. 88.4.g

B

BAlsami succedaneum oleum ex myrrha. 104.3.g & 184.4.g. oleum philosophorum. 183.3.b.c
Baucia. 103.2.a.b
Bdellij catapotia an astringant. 164.4.g. & 165.1.b
Bedegar. 118.1.c. & 141.2.c
Been album & rubrum. 88.4.g
Berberorum acini. 153.3.a.b. Trochisci ad sitim. ibid.b
Boraginis flores condiendi ratio. 123.4.f

C

CAlaminthes radix à Mes. præscripta. 138.1.b
Species quædam Catarria. 99.3.f
Calamum aromaticum, acori radix. 105.4.g. quid pro eo. ibidem.
Calculis vtilia olea multa. 183.3.g
Camphora. eius Temperies. Delectus. Terendi ratio. 115.2.g. Trochisci an hecticis vtiles. 152.4.g
Cannarum aqua quid. 134.4.g

Cantha-

Cantharidum vſus. 169.4. a.b
Cardamomum. 90.4. e
Caricarũ vſus in ſinapiſmis. 175.2.a. cremor. 125.4.b
Carpeſium. 86.1. d
Carpobalſamum. 104.3. g.b
Caryophyllum Galeno ignotum à Plinij carpophyllo diuerſum. Vana de eo opinio. 97.2. d
Caryophyllum flos non eſt phlox Græcorum. ibidem.
Caſia fiſtula Arabum differt à fiſtula Græcorum. 31. 1.a. Fiſtula Arabum clementer purgat. ibid. b. an Flatus faciat, an Inteſtinis obſit. ibid. Oleum illi quãdoque addendũ. Eius cortex ad ciendos menſes. ibid.
Caſia nigra Actuarij diuerſa à caſia nigra Theophraſti. 31.1.a. Caſia odorata. 86.1.c. Caſſuta.
Caſtoreum. eius Hiſtoria. quæ pars ſit animalis. quæ pars vſurpanda. Ponticum optimum. Rancidum perniciоſum. 107.4. b
Catapotia craſſiora plus trahunt. 159.2.b. 160.4.e. catapotia ſint ſanguineis morbis conferentia. 163.4.f
Centaurium minus. 61.4.g. Sanguinem educere cur Meſu. ſcribat. ibidem.
Cepa Aſcalonia non eſt Bulbus Theophraſti. 95.3.g.b
Cepa ad aſthma vtilis. 126.4. e.f
Chalcitin pro chalcantho vſurpat Syluius. 179.1.b
Chelidonij vires. 162.3.e
Chermes Arabum quid. Vulgare veterib. ignotũ. 89.3.f
Cicer deligendus in medicina. an Venerem eius decoctum excitet. 95.3.b
Cinnamomi hiſtoria. idem cum Cinnamo. Cortex vſurpabatur Galeni tempore non virgultum. Vulgare legitimum eſſe. 98.4.b
Citrangulum Meſuæ. 194.4.b. & ſeq. eius oleum. ibidẽ.
Citrum. de eo error in Galeni libris. eius partium temperies. Cortex deligendus in electario de citrio. 91. 1.b. Eius ſtillatitia aqua. 165.4.b. Condiendi ratio optima. 122.2.a. de eius oleo controuerſia. 183.4.g
Cnicus. eius genera duo. de temperamento non diſſentit à Gal. Meſ. an inteſtina leniat, an exiccet. an vẽtriculo obſit. 62.3.b. eius oleũ, an ictericis vtile. 183.2.b.c
Coccum gnidium Mezereonis ſemen non eſt. 111.1.b. & 118.4.g. eſt Ricini ſemen Apuleio. 73.1.b. Alnum ſiſtere cur Plinius dixerit. ibid.
Colocynthis. Pernicioſa quæ vna vnius plantæ. quos humores purget. Temperamentum. quomodo Terenda. an eius Vſus vitandus. 53.3.g. & deinceps. eius Trochiſci ladano rectè cogantur. 164.3.f. Conchæ exuſtæ. 163.2.c
Condiendarum plantarum, & fructuum ratio varia. 120.1.c.d.
Coralli, an cordis affectibus proſint, an ſpecie differant. an vrendi, an terẽdi in medicinę vſum. an ijs veteres ad iteriores affectus ſint vſi. 88.3.c. Corna. 145.4.b
Coſti hiſtoria. 105.2.d
Cotonea mala condita variis modis. 121.2.a. ſcammonio in ijs incocto clementer purgant. 119.4.g. Virinas cient, 121.2.a. Aſtringunt ſemper. 134.1.b. eorum ſuccus quomodo percolandus. quæ ad ſuccum exprimendum idonea. ibidem. eorum conditum non eſt hydromeli. 143.3.b. in ijs condiendis ſuccus. 121.c.a
Crocum. Cardiacum eſt duorum generum. Interimit quandoque. Adulteratur. 104.2.c. eius oleum parandi ratio. 191.11.b
Cubebæ. Non ſunt Carpeſium, an ſint Piperis ſpecies. 86.1:d
Cucumeris agreſtis radix, quando legenda. Temperamentum. ex ea Catapotia. 60.2.b
Curcuma non eſt erythrodanum. 104.2.b. neque Zedoaria. 88.3.b
Cyaneus lapis. an Purget. an Pilos abradat, & ſeruet. an Vitandus in medicina. 65.1.b. eius præparandi ratio ibidem. Vſus. 160.3.e
Cyclamen. eius caulis. Flores. 72.2.a. Magnum & paruum an ſpecie differant. ibid.
Cyminum. 98.2.c. 100.2.b

D

Dactyli. eorum ſuccus. 152.3.e. Terendi ratio. fol. 177.2.c
Dæmones an Gagate fugentur. 193.3.e
Deſtillandi aquas modi varij. 34.4.b. oleum.
Diaphœnicũ medicamentũ, conficiendi ratio. 115.4.g
Diatriompipereon Meſ. valentius, quã Galeni. 100.1.a
Doronicum Aconitum eſſe. Necare. vſum eius non prorſus damnandum. 86.1.a
Dracunculi radix. eius color. an Hepati & ventriculo obſit. an Purget. 75.3.f. & deinceps.

E

Ebuli ſuccus. 169.3.a
Ebur legitimum copioſum. an Ore aſſumptum veteribus. eius Scobes deligenda. 88.4.f. Vſiu pro Spodio. 113.1.c
Effectus contrarios ex eadem re prodire poſſe. 108.4.g
Elaterium. eius Duratio. Parandi ratio. Probatio. Temperamentum. 60.3.e. Electri vis. 156.3.b
Elixationis vſus, & ratio in ea obſeruãda. 147. diffuſè.
Elleborus. Ignotus Theophraſto. eius colligendi tempus. Vſus an tutus. vulgaris niger an legitimus. Vter Acrior, albus an Niger. 82.2.c
Epithymum. quid. quos Humores ducat. Temperamentum. Doſis. 40.3.c. Eruca duplex. 94.4.g
Eupatorium Auicennæ idem cum Dioſcoridis agrimonia. 39.3.e. Auicennæ vulgare non eſt legitimum. Meſue Ageraton Dioſcoridis. ibid.
Euphorbium. è quali planta prodeat. cõtrouerſum. Colligendi ratio. Purgare non norunt Dioſcor. & Gale. 70.4.g. ad Ganglia. ibid. 3.e. in eius oleo obſeruatio. 191.3.f.
Euphraſiæ vires. 162.2.b

F

Facultas rei cuiuſque duplex. 1.4.b
Faufel. 101.4.b. eius Succedaneum. 176.3.f
Fermenti vis. 176.2.b
Ferri ſcoria, quid ea in interioribus affectus non vſos fuiſſe veteres. eius Parandæ ratio. 103.2.b
Ferretum Hiſpanicum. 172.1.c
Feniculum. 97.4.g. eius ſuccus Thoracis pituitæ educendæ vtilis. 127.4.e
Folium an ſit Betre, aut Tembul. Quid pro eo. 98.4.f.g
Formæ ſpecificæ rerum ignotæ. 3.3.e. an eas Galenus neglexerit. 3.4.g. Forma ſpecifica duplex. 14.b
Fumaria. eius temperamentum. Doſis. 38.4.b
Fraxini ſal. 193.2.b. Fructus vox proſemine. 66.1.a.b
Fructuum condiendorum ratio Varia. 122.1.d
Seruandorum modus. 120.c.d
Fructuum aqua. 148.2.b

G

Galangam non esse acorum. 69.2.c
Galli ius. 45.2.b
Gallinarum ius an aluum cohibeat. 46.1.d
Gemmarum vsus. 88.1.b.c
Genista aspartio differens. eius Thecæ. 88.2.d
Glans vnguentaria. eius Temperamentū. oleum ex cortice in medicos vsus veteribus non ex nucleo. Vetusta non temere præfertur recenti. 63.3.e
Gluten Sanach. quid, & quid præo. 173.1.d. & 174.3.e
Granatorum capita quid Mesuæ. 75.2.d. & seq.
Gummi Arabicum. 204.2.b. Assum. 26.4.f

H

Hæmorrhoides aperiri aloes vsu pſertim hyeme. & cur. 117.4.e
Hamech confectio. & multæ in ea obseruationes. ibid. & sequen.
Hasce thymum Mesuæ. 41.3.b. & seq.
Hermodactylus Mesuæ & Pauli qui. Temperamentū. Delectus. Vsus. 57.2.b. ad Podagram cum calore & frigore vtilis. 166.3.b
Hiera Archigenis. in ea obseruatio. 112.4.b
Hiera colocynthidos. Elaterium in ea non sumendum. Dosis. 112.4.e
Hiera Hermetis. eius Dosis. Electariū non est, sed Pastillus. Mellis in ea pondus. 110.3.f. cum seq.
Hiera simplex. eius Author. Basis. componendi ratio. Dosis. Diuersitas in ea paranda. Purgantia medicamenta in ipsa duo. Quales humores purget. 110.1.c.d
Hyosciamum. 108.1.b. Hyssopum Montanum. Legitimum. 42.3.e. Siceum. 14.2.a

I

INsundendi ratio. 146.3.b
Iris, in eius Historia obseruatio. 58.4. & seq. 59. per totum.
Iuncus odoratus. 90.3.c.
Ius Galli. eius conficiendi ratio. 45.3.b

L

LAc. eius temperies. 94.2.b
Lacca. Cancamum græcorum. Chermes non rectè pro ea. Legitima est Serapionis, qua vulgo vtimur. M, infectoria est. eius Surculi abijciendi. 105.1.b.c
Lactuca. eius oleum an pinguefaciat. 185.2.b. quomodo paretur. 187.3.b
Lapis Armenus, rarus. eius Præparatio. 164.2.d
Lapis Cyaneus. eius parandi ratio. 89.4.g.h Purgandi vis ipsius ignota veteribus. ibid.
Lauri foliorū succus. 174.4.b. Lentisci oleum. 184.3.g.
Liguſtrini olei obseruatio. 189.4.b
Lignum aloes. 90.1.d Vide Agallochum.
Limonum succus. 126.3.e. Lingua auis. 95.1.c
Linum in Vnguento. 169.3.g
Lenientia & lubricantia medicamenta quæ. 9.2.b. eorum purgandi vis. ibid.
Liniendi corporis ratio. 170.3.e
Lithargyron an emolliat & discutiat. 174.1.d
Lupuli Temperamentum. 16.4.e
Lycij vsus. 162.3.e

M

MAceratio. eius Materia. & Ratio varia. 110.3.e ad condiendas res opportuna. 111.4.g
Macis & Macer. 90.2.c. Mandragoræ fructus. 188.3.e
Manna. Non est mel aereum Galeni. quid sit. Italica duplex. Nomina eius varia. 32.3.g. cum seq. Vsus tutus. ibid.
Margarita. Delectus. Dissoluendi ratio. ad Cordis affectus non temere vsurpata. 87.4.b
Medicamenta. eorum Actiones aliæ à materia, aliæ à forma. 3.3.b. Artificium passa, agunt tamen ex forma specifica. 4.2.b. Componēdo debet eorum consensus obseruari. 11.4.g. Purgantia varijs modis agūt. 9.1.a. Non agunt nisi ducta in actum à natura. 6.3.c Proprios humores educunt non promiscue oēs. 7.1.b & c. Sanguinem non educunt à proprietate. 10.3.g. Humores non gignunt, quos trahunt. 8.1.a. Ventriculo hærent, non autem in corpus vniuersum feruntur. 7.4.g. Vomitoria, aut subductoria cur sint. 8.1.b. Mel aereum & manna non idem. 32.4.c
Mel Crudū in Cardiacis cur sumatur. 86.3.g. eius vis. 174.4.b. Coquendi & despumādi ratio. 86.3.g. Destillatum. 150.3.g. Mensura in electarijs. 87.1.a. Vsus varius. 86.3.c
Mel passularum. 118.2.d. Mel tabarzeth. ibid. 125.2.b
Melilotum quid. 187.3.b. Emplastrum ex eo conficiendi ratio. 178.3.b
Melones hyemales. 134.2.b
Mezereon. 73.1.b. Pro eius semine quid. 111.1.b
Mirabolanus à Chrysobalano & Myrobalano differt. 28.2.a. Frigidi licet temperamenti attrahit tamen. 28.3.c.f. Febribus vetustis confert. 28.3.b. Assandi eius ratio. 103.4.b
Macerandi modus. 99.2.b
Mirtus Foliorum eius succus. 175.1.d. fructū succus. 131.4.g. Grana quæ. 175.3.c
Mori succus. 127.4.c Delectus in Diamoron. 126.2.a
Lac. 183.1.a Moschus odoratus. eius Historia. 93.3.b. Vsus in aromatizando. 142.4.c. Veteri affectibus an vtilis. 97.2.c.d

N

NAbet 118.2.d
Nardus. eius species. 97.4.g. an spica. 97.4.g
Nasturtium album. 165.2.a. Torrefactum. 127.2.d
Nitrum. eius species, & Historia. 69.1.a
Nux Inda. eius oleum. & vis. 183.3.b
Nux Moschata. eius Historia. 90.2.c

O

OCymum. 93.4.b
Odorata, veteri præfocationi an conferant. 97.2.c
Oenomeli. 142.3.b. cum seq.
Oesypus ater improbus. 167.3.c
Oleandri vsus ad scabiem. 172.3.e
Oleum amygdalarum elegans. 181.4.b
Oleum anethinum, an somnum conciliet. 186.4.f
Olei armeniaci mali nucleorum vis. 182.3.f
An Oleum auellanarum neruorū dolori utile. 182.2.c
Oleum caryophyllorum. 189.4.e
Oleum chamæmelinum, ut astringat magis. 186.2.c
Oleum cerasi nucleorum quō calculosis vtile. 183.3.b
Olei cicini vsus periculosus. 183.3.f
Oleum citranguli. 190.4.g
Pro oleo costino, quid. 189.4.e
Oleum cotoneorum elegans. 188.2.a
Olei croci parandi ratio. 190.4.b. & seq.
Olei cucumeris asinini usus. 190.3.b. cum seq.
Oleum cucurbitæ seminum, an febribus ardentibus vtile. 185.2.d
Oleum cucurbitæ. 188.1.a
In Oleo euphorbij obseruatio. 191.3.f
Olei fraxini confectio & vsus. 193.2.b
Olei Guaiaci vsus. 193.2.c. & seq.

Oleum

Oleum Indæ nucis, & eius vis. 183.2.c
Oleum irinum ex radicibus. 187.1.a
Oleum fistici. 194.1.c.d
Olei leucoïj parandi ratio. 187.2.d
Olei liguſtri obſeruatio. 189.4.g
Olei lini ſeminum vis. 185.1.c
Oleum ſtyracis ex nucleis. 189.3.f
Oleum violaceum quo oleo conficiendum. 188.2.c
Oleum viperinũ ex tota vipera parari poteſt. 191.4.f
Oleum vitelli ouorum. 192.3.b
Olei vulpini conficiendi ratio varia. 191.4.f
Oleum myrti elegans. 188.2.c
Oleum naphthicum. 173.3.f
Oleum nardinum. 189.2.a
Olei nucum vis. 182.2.b
Olei nymphæi conficiendi ratio. 187.4.g
Oleum omphacinum ex quo oleo conficiendũ. 186.1.c.d
Oleum papaueris. 185.2.a
In oleo papauerino obſeruatio. *ibidem.*
Olei parandi ratio varia. 180.1.a.b
Olei perſici nucleorum vis. 181.4.b
In oleo ex piperibus obſeruatio. 191.2.b
Oleum pumicis. 194.2.c.d
Olei ranarum conficiendi ratio. 192.2.c
Oleum roſaceum ex amygdalis. 185.3.f. *Roſacei completi parandi ratio.* 853.4.e
Oleum ſambuci ad ambuſta. 187.2.b
Olei ſampſuchini conficiendi ratio. 190.1.a
Olei ſcorpionũ vſurpandi aliquorum audacia. 192.1.a
Olei ſinapini conficiendi ratio. 193.1.a
Oleum ſpicatum pro nardino. 189.2.a
Omphacium denſatum. 145.4.c. *Vſus eius.* 131.3.b.
Sylueſtris vuæ. 134.2.b
Opopanax legitimus. 71.2.d
Oxy pro ſyrupo. 130.2.b
Oxymeli elegans. 137.3.c. *Pituitæ purgatorium, quomodo parandum.* 138.3.a

P

Palmularum ſuccus. 152.3.b. *eas terendi ratio. fol.* 187.2.c
Papaueris capita qualia ſumenda ad dolores, & ſomnum. 170.1.d. *eius oleum quo parandum.* 187.3.e *Vſus.* 125.1.d. *Papauer rubrum.* 135.3.b
Paſſularum mel. 155.2.a
Perſicus. an Oris fœtorem emendet. 130.1.c.d
Philonium. quæ in eo ſpica ſumenda. 107.4.g.h
Piperis Hiſtoria. 100.1.a. *de longo non conſentit. Gal. Dioſcor. ibid.*
Polypodium. de eo controuerſiæ. 54.3.g
Poma cordi conferre. 101.2.a
Proprietas ſubſtantiæ. 3.3.g
Pruna. an Damaſcena aſtringant aluum. an ventriculo vtilia. 42.4.b. *eorum Aqua & Syrupus.* 130.3.a
Pſyllium. controuerſia de eius temperamento. de Tritura. 43.3.b. *an diſcutiat.* 174.3.g
Pumicis oleum. 194.2.c.d
Purgatio. de eius cauſa, & modis diſputatio. 1.4.b. *an Æſtate per ſuperiora, hyeme per inferiora.* 11.2.c
Purgans medicamentum. vide medicamentum.

R

Ranarum oleum. 192.2.c
Raphanum cur Venerem excitet. 95.3.c
Rhabarbarum. controuerſiæ de eo. 30.1.c
Roſa. de ea Diſputatio pro Meſuæ. Roſas aridas purgare. 157.3.c. *Aqua earum ſtillaticia.* 128.3.b. *an in Frigidis affectibus ſit vtilis.* 173.2.b. *ad Tuſſim antiquam.* 140.1.a. *Roſas condiendi ratio.* 120.2.b *earum ſemen quid.* 106.2.a. *an aſtringat.* 154.2.d *Mel ex Roſis ſemiaridis.* 124.2.b. *Oleum omphacinum ex ipſis an vtile ſit ad dyſenteriam, epotum.* 185.4.e.f. *Syrupus ex aqua.* 96.4.b. *Vnguentum elegantiſsimum.* 170.1.a. *Zulapium.* 128.3.b.
Roriſmarini flores condiendi. 123.4.b

S

Saccharum. de eo multa. 86.2.b. *& D. Roſacei & violacei ſacchari parandi ratio.* 123.3.g. *cum ſequen.*
Sagapenum. 70.1.b. *& deinceps.*
Sal ex re omni parari poteſt. Fraxini. 193.2.b. *& ſeq. Indus. Pauli ſaccharum eſt candidum.* 70.1.b. *Sal Petræ. ibid.*
Salicis cortex an lienis tumori vtilis. 155.2.d. *& 3.e*
Santalum. non eſt Aſpalathum. 106.1.d. *Mazahari quid.* 97.2.e. *Ceratum ex ijs vt refrigeret.* 170.3.g
Sanguis. an vllo medicamento à proprietate educatur. 10.3.g
Sandaracha. 175.3.f
Sanguis draconis. 165.1.b
Saphirus. 88.2.b
Sarcocolla an ſemen augeat, & Pingues reddat. 69.1.d *eius Catapotia an tuta.* 161.1.a
Satyrium pro orchy. 94.3.b. *lacte ouillo cur. Meſ. coquat. ibid.*
Scammonium. eius colligendi ratio. 49.3.f.g. *Temperamentum.* 47.1.b.c. 49.4.f. *Caſtigatio.* 115.1.a & 116.3.g. *Terendi ratio.* 49.4.g. *Doſis controuerſia.* 49.3.b. *quem humorem ducat. Coquendi in electarijs ratio.* 117.4.e.f. *cur Meſ. recoquat in elect. de pſyllio.* 117.1.b
Scilla. duo eius genera. 56.1.a. *de eo controuerſiæ.* 56.1.d. *& ſeq. Acetum quomodo parandum.* 144.3.f. *Aqua ſtillatitia.* 144.2.c
Scincus. 95.3.b
Scoria ferri. 103.2.b
Secacul ignotum. 95.2.d. *pro eo Paſtinaca.* 122.2.c
Seitaragi Indum non eſt caſia, aut lepidium. 103.1.b
Seminis vox pro fructu. 66.1.a.b
Sena. de ea varia. 66.1.a
Separatio rei ſecundum ſpeciem re quæ eſt ſecundum materiam, quid Meſuæ. 28.3.f
Serum. 33.1.f. *in eius infuſo obſeruatio.* 148.3.g
Sericum. eius temperamentum. 89.2.c. *Delectus. inficiendi cocco ratio. Vſus. ibid. Infectum cocco in febribus non damnoſum.* 134.2.d
Sigia. 171.2.c
Simila. quæ. 3.4.e
Sinapi. aceto maceratum. 176.1.c
Siſymbrium. 89.4.g
Spartion & geniſta differunt. 74.2.c
Spica. vide Nardum.
Spodium ore aſſumendum. 113.1.c.d. *& 153.1.d*
Spuma nitri. vide nitrum.
Squinanthum. 90.4.f
Stœches an ſoluendi vim habeat. 37.4.f
Styrax liquida. 109.2.a. *& 167.3.a*
Subducendi aluum & ſoluendi vis diuerſa. 26.2.b
Subſtantiæ proprietas. 3.4.b.
Superpurgationis cauſa. 7.1.b.c. *an ei vſui medicamenta conueniant.* 14.3.c. *Theriacæ ad eam vis.* 19.1.b

Succus artificiosus quem extractum vocant. 146.1.*b*
succi ex omni re parandi,& conseruandi ratio. Materia. Varietas. 145.1.*c*
Syraeon. 125.4.*b*
Syricum, quid. 171.4.*b*

T

TAmar Indi. Controuersia de ijs variæ. 31.4.*e*
Aqua. 134.1.*d*
Tereniabin. 32.3.*g*
Terebinthi vis. 184.2.*d.& seq.*
Torcularis modi varij. *ibidem.*
Theriaca stupefactoria. 18.4.*g. in superpurgatione vtilis. ibid.*
Tragacantha. 96.4.*b*
Tryphera. in Persicæ confectione obseruatio. 113.2.*d*
Scribonij tryphera caustica. 103.1.*b*
Turbith. de eo Varia. 51.1.*b*
Thymelæa ignota. 73.1.*b*
Thymi delineatio. 41.3.*e*

V

VInum Maluaticum Lutetiæ ex melle. 136.4.*e*
Viola. de ea varia. 35.3.*g. cum seq.* 129.3.*e.& 170.1.c.*
Viperinum oleum ex tota vipera. 191.4.*g*
Viscum duplex. 174.3.*c*
Visci quercini vis. 176.2.*c*
Vitis alba. an cerebrum purget, an vertiginem faciat. fol. 71.1.*c.d*
Veneni causæ variæ. 87.1.*b*
Volubilis species. 46.2.*b*
Vnguentum Bdellij articulorum tophis aduersum. fol. 171.1.*b.c*
Vnguenti diachylon vsus. 170.3.*e*
Vnguentum rosaceum elegans. 170.1.*a*
Vnguentum violaceum elegans. *ibid.b*

X

XYloaloe. vide Agallochum.
Xylobalsamum. 104.3.*g*

Z

ZEdoaria. 88.2.*b.*
Zingiber conditum, an præstantius, quod recens, an quod aridum conditur. 122.3.*f*
Zizipha ad Thoracis affectus quomodo vtilia. 126.4.*f.g.& 129.3.h.*

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0017-9
DFG

IOANNI PAVLO MONGIO
HIDRVNTINO MEDICO OPT.

IOANNES COSTÆVS S. D.

DVM eorum qui adiecere animum ad scribendam varia sint proposita, suspectos illos ego quidem semper habui, qui vnius alicuius scriptoris, vel omnia damnare, vel tueri omnia profitentur. præbent enim illi quidem malè potius in alienum nomen inuidentiæ, quam in perquirenda veritate studij argumentum: hi vero dum eum, cuius patrocinium susceperè, nihil vnquam temere, inconsiderate nihil dixisse contendunt; hominem ab hominis conditione subtrahere inani studio nituntur: vtrique vero, dum pro suo quisque instituto commiscri varia necesse habent, in magnas humanæ miseriæ, ideſt inscitiæ tenebras frequentissime præcipites deuoluuntur. Nos vero, quamuis & indicari in artibus, maxime vero in medicina, errores necesse existimemus: & bonorum scriptorum authoritatem sustinere semper egregium, & magna dignum laude fateamur: quum tamen pertinacius illud studium à sciendi, à veritatisque assequendæ instituto auertere plurimum soleat; seruilis quidem animi censemus hominum existimationem pluris, quam momenta rerum facere; ingenui vero hominis esse in humani omnis studij ratione nudam sibi veritatem proponere ad perquirendum. Ita quidem, si tu Ioannes Paule Mongi in memoriam reuoces, ea tempora quibus in Auicenna te maxime hortatore, atque etiam adiutore meditabar, hoc ipsum quod mihi ante oculos constitueram, tu ipse vehementer, & probabas, & in eo vt persisterem hortabaris: hoc ipsum vix dicam, quantum postea mihi fuerit salutare. Hanc igitur rationem secutus, quum incidissem non multos post annos in Mesuæ opera, eodem fato neglecta, quo reliquorum Arabum medicorum monimenta, & ea meorum studiorum gratia, vna mihi proposita veritate, percurrenda sumpsissem; profecto non modo virum hunc de medicina benemeritum, iniqua atque iniusta vexatione à recentioribus accusatum animaduerti; sed huius quoque exilio exitiosam medicæ reipub. illatam fuisse cladem perspexi: Namque materiam illam medicam, quam quotidie tractamus, quomodo nunc sine eorum præceptorum obseruatione tuto in vsum reuocemus, quæ ab hoc doctissimo viro, ac fortasse ab hoc vno, sunt nobis tradita, atque explicata? Itaque effectum quidem est eo tempore, vt tam insignis damni admonitus, miseratusque nostrorum temporum conditionem restituendi hunc scriptorem pristino statui maximo sim correptus desiderio: cœperim vero etiam periclitari, si eius partes tueri posſem, pro quibus veritatem stare existimarem. At vero, dum aliud ex alio negotium vrget, opus quod ardenti animo aggressus fueram, pendere interruptum contigit. quod tamen qualemcunque statum obtineret, quum publici boni studiosus communicari alijs libenter essem passus, tanto applausu exceptum, probatumque fuisse intellexi; me vt quidem studij mei non pœnituerit; post vero etiam, vt eundem laborem, quum primum per ocium licuit, tua præsertim MONGI exhortatione excitatus, subire; & quæ rursum inter legendum digna notatu occurrere, eadem quoque omnibus impartiri non recusarim. Quamobrem præter ea, quæ in vniuersis eius operibus vsque ad eam prioris Grabadin, quem Antidotarium vocant, sectionem fuere à nobis conscripta, & diuulgata, in qua agit de conditis; prodeunt nunc in reliquam eius voluminis partem nouæ obseruationes; non vulgares illæ quidem; maxime autem (vt puto) ad compositorum, de quibus illic agitur, medicamentorum constructionem, atque vsum opportunæ. Sane autem præter hæc quæ nunc adiecta sunt à nobis, recognouimus etiam aliena: dedimusque operam, vt studiosorum commodo, quam maxime consuleretur. Quapropter, quum in toto hoc opere duplex versio esset posita; vetusta, & noua Syluij; ne tempus lectori in duplici ea lectione frustra pereat, vnâ Syluij apposuimus;

interpre-

interpretationem, perfacilem illam quidem, & fidelem: à qua tamen si aliquo pacto re ipsa differre antiquam obseruauimus, id qualecunque esset discrimen, in margine indicauimus, vt cuique liberum sit vtram volet, sequi lectionem, atque hoc quidem tum in libro Canonum, tum in Antidotario, in libro enim Simplicium, quod esset a Syluio perturbatus authoris ordo, vetustam quoque integram reliquimus versionem, vt sua scriptoris, & methodus, & fides seruetur. Erant etiam in superioribus editionibus, Mundini, Christophori Honesti, Manardi, ac Syluij obseruationes, quas suis locis reliquimus. In Mundini tantum & Honesti scriptis, in quibus alicubi, aut sola verborum expositio, aut minimarum rerum animaduersio erat, ne in ijs inutilibus absumerent tempus studiosi, delegimus ex hismet scriptoribus ea tantum, quæ momenti alicuius, atque vsus fore sentiremus, negleximus reliqua, quæ tamen si alicui fuerint cordi, non grauabitur is priores quoque adire editiones. Iam vero, quod ad ipsius Mesuæ opera pertinet, ea quidem vniuerse omnia, quantum fieri potuit, emendata vt prodirent, curauimus. Vt autem in Antidotario diuersas ponderum, ac rerum lectiones etiam annotauimus, ita in posteriori quoque Grabadin libro, qui est de particularibus corporis partium remedijs (de appropriatis vocant) infinitos errores sustulimus. Arabicas voces, quæ in his frequentes sunt, mutare non sumus ausi; vt ne in aliena lingua plus ipsi nobis, quam alijs tribuere videamur. Ita quidem hoc volumine vniuersa opera, quæ Mesuæ sunt, concluſimus. Reliqua quæ vna cum his ipsis exire consueuerant, sub nomine Supplementi in Mesuen propediem prodibunt, Vincentij Cogolli Medici Vicentini doctiss. studio longe, quam antea illustriora. Atque hæc quidem sunt quæ in hac noua Mesuæ operum editione ipsi effecimus, quorum idcirco rationem hoc loco reddidimus Mongi doctiß. atque optime, vt quæ abs te tanto viro probata sunt, a studiosis quoque alacriori animo excipiantur. Vale.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0019-2
DFG

Ratio in miſcendis medicamentis obſeruanda.

- Medicamenta miſcentur propter
  - Actionem
    - Vt aſſequamur quod intendimus, miſcemus.
      - Similia, ſi conueniat.
        - Cauſa cum cauſa.
        - Cauſa cum morbo.
        - Morbus cum morbo.
        - Morbꝰ cũ ſymptomate.
        - Symptoma cum sympt.
        - Omnia ſimul cõueniãt.

        } In his omnibus qñq; vſu venit miſcere ſimilia medicamenta cõuenientia in gradu, quod conducere poſſit, vt aſſequamur præciſe qualitatẽ conueniẽtem pro morbo. Sed vt notat Auer. 5. coll. 57. iuuant hæc medicamenta ſi accidat vnum eſſe tenuius, quod craſſiore miſceatur, quare penetrare facit, & intimius agere. Si vero hoc non accidat, quo ad ſcopum hunc, nihil facit huiuſmodi miſcella.
      - Diſſimilia, ſi diſſimilis ſit
        - Cauſa à morbo. — Vt in inflammatione vehemẽti cum fluxione, Miſcemus refrigerantia repellẽtibus.
        - Cauſa à cauſa. — Vt ſi bilis & obſtructio adſit, Miſcemus refrigerantia attenuantibus.
        - Morbus à morbo. — Vt ſi vlcus cum mala temperatura calida, Miſcemus refrigerantia exiccantibus.
        - Cauſa à ſymptomate. — Vt ſit humor frigidus, & dolor vehemens, Miſcemus calefaciẽtia doloré leniẽtibus.
        - Morbus à ſymptomate. — Vt ſi febris cum fluxu ventris, Miſcemus alterantia aſtringentibus.
        - Symptoma à ſymptom. — Vt ſi vigiliæ multę cũ alui fluore, Miſcemus conciliantia ſomnum aſtringentibus.
        - Omnia ſimul diſſimilia. — Vt ſi febris, obſtructio, & vomitus, Miſcemus alterantia attenuantibus, & ventrem corroborantibus.
      - Contraria, ſi contrarietur
        - Cauſa morbo. — Vt ſi adſit febris, & humor frigidus, Miſcemus refrigerantia calefacientibus.
        - Cauſa cauſæ. — Vt ſi peccet bilis cum pituita, Miſcemus refrigerantia calefacientibus.
        - Cauſa ſymptomati. — Vt ſi ſit humor frigidus, & dolor vehemens, Miſcemus calida ſtupefacientibus.
        - Morbus morbo. — Vt ſi ventriculus laboret mala temperatura frigida, iecur calida, Miſcemus calefacientia refrigerantibus.
        - Morbus ſymptomati. — Vt ſi febris adſit cum ſopore graui, Miſcemus calida frigidis.
        - Symptoma ſymptomati. — Vt coma sõniculoſũ, Miſcemꝰ calida frigidis.

        In hoc omnia non reperiuntur ſimul niſi ſecundum quid, cum vnum vni ſit contrarium.
    - Vt agamus tantũ quantum agere intendimus, qđ fiet. — augẽdo / minuẽdo — robur medicamẽtorũ
      - Omnium ſimul, vt cũ morbi, cauſæ, ſymptomata ſint varia, & partim contraria, Miſcemus diuerſa, vt in Theriaces compoſitione.
      - Si deſint medicamenta accommodata, quæ præciſè tantum agant, quantum intendimus, vt imbecillũ fiat validius, aut contra, commiſcemus eiuſdem qualitatis valentiora, & imbecilliora 1. de cõp. med. per genera 3. Ad hoc miſceri etiam poſſunt alia, quæ obtundant, aut vigorent medicamenta, vt oleum ærugini miſcetur, vt minus agat, & cinnamomum, aloe, & zingiber agarico, vt magis.
    - Vt agere poſſint.
      - Quod intendimus.
        - Vt ſi vlcus ſit in inteſtinis calce abſtergendum, aut alia re ficca, quę infundi nequeat, liquida admiſcemus, vt infundi poſſit.
        - Miſcemus etiam ærugini, ſquammæ æris, ac alijs, quæ conficere volumus ad formam emplaſtri lithargyrum, oleum, & ſimilia.
      - Quantum intendimus.
        - Vt ſi pars ſit alteranda in profundo, Miſcemus aliqua, quæ ad loca perducant, aut valentiora eiuſdem qualitatis & tenuium partium, aut etiam aliquod oppoſitæ qualitatis, vt calidæ: ſic in vlcere renum, quod intendimus ducere ad cicatricem, Miſcemus medicamentis tenuia, & quæ per ſe offenderent, imò vlcus augerẽt, vt cantharides: aut lenta, vt in gulæ affectibus, vt hærere poſſint in tranſitu.
  - Vſum
    - Vt tuto agant, ne offendant.
      - Partem circa quam agere intendimus.
        - Vt inflammato iecore, digerentibus miſcemus aſtringentia, ne ipſius robur diſſoluatur.
        - Et ſi vbi deſit medicamentum alterans ſimplicis qualitatis, miſcemus duo in vna qualitate ſimilia, in altera contraria: vt calidum, & humidum cum frigido, & humido.
      - Partes alias ab affecta.
        - Vt cum purgandũ eſt capur ſcãmonio, ne offendatur ventriculus, aut iecur, Miſcemus odorata modice ſtyptica, vt viſcerum robur ſeruet.
    - Vt agãt
      - Cito, propterea Turbith & Agarico zingiber miſcemus.
      - Tarde, purgatorijs craſſiora miſcemus, & in forma pilulari conficimus, vt purgatio paulatim fiat.
    - Vt ſint grata.
      - Inſpicientibus, veluti antiqui nobis diligentiores emplaſtris coloris gratia miſcebant ceruſam, vt alba eſſent, aut oleum recens. 1. de comp. med. per genera. cap. 12.
      - Guſtantibus, vt cum ſcammonio miſcemus cotoneũ, & Theriacæ vinum *dulce* 3. ſimp. 15. & 1. de Antidot. 5.
      - Odorantibus, vt propter diuites & delicatos, pompholygi in neruis vulneratis detectis miſcemus picata vnguenta. 3. de comp. med. per genera. 8.
      - Tangentibus, vt in medicamento, & Hydrelæo admiſcemus oleum recens, ac multa alia, vt blandius fiat. 1. de comp. med. per genera. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0020-3
DFG

IOANNIS MESVÆ DAMASCENI

DE MEDICAMENTORVM PVRGANTIVM Simplicium delectu, & Castigatione.

LIBER PRIMVS.

Quem Canones vniuersales vocant.

IACOBO SYLVIO MEDICO INTERPRETE.

IN nomine Dei misericordis (cuius nutu sermo recipit gratiam & doctrina perfectionem) principium sit verborum Ioannis filij Mesuæ, filij Hamech, filij Hely, filij Abdela Regis Damasci.

PROOEMIVM.

Pia Mesuæ oratio. Generalia multa libro huius libelli; continentur. Medicamentorum purgationum, seu vtilium maximè ratio habenda est maxima. Causæ propter quas impulit Hippocrat scribere libr. de rat. victus acutorũ & Galen. therapeuticã methodum. Methodus est in vniuersalibus naturæ primis. Exercitatio in particularibus: Gal. in mech. & lib. simpl. & alibi passim.

DE castigandis medicamentis simplicibus purgatorijs mentio à quibusdam veteribus habita, sapientes plerosq; impulit in eius rei inquisitione multã ponere operam: ac de inuentis à se multi multa scripserunt, sed capita tantum quædam rerum sparsa, nullaq; methodo cohærentia. Ob id rogauerunt nos amicorum integerrimi, quorum amicitiæ multa debemus, vt imperfecta, & dispersa huius inuentionis præcepta perficeremus, in opusq; vnum exacta methodo trãsferremus. Quorum iustis precibus victi commentarium hunc aggredimur, confisi auxilio, ac bonitate Dei, qui sit benedictus. Ergo pie Deus horum præceptorum collectionem, compositionemq; fac felicem, qui ex thesauris largitatis tuæ, summaque tua benignitate, omnia fortunas, & felicia facis. Opus autem hoc in libros duos diuidemus, quorum priore vniuersalem castigandorum certis quibusdam rationibus medicamẽtorum scientiam trademus: posteriore vero, vbi cuiusque medicamenti purgantis essentiam, [species, delectum] facultates, castigationem particulatim exceuti erimus, finem faciemus.

MONDINVS.

HIc dubitatio est, vtrũ de medicinis solutiuis simplicibus debeat tradi cognitio in arte medicinæ. Videtur enim quod non. De illis non debet tradi cognitio in arte medicinæ, quæ sunt venena, aut res venenosæ, sed medicinæ solutiuæ sunt huiusmodi. Maior est nota auctoritate Haly, primo sermone suæ theoricæ dispositionis regalis, secundo cap. dicit enim, quod hoc est vnum ex præceptis, scilicet non exhibere potum venenosum vel morriferum alicui, neque eum alijs notificare, neq; de eo loqui. Minor apparet, eo quòd medicinæ solutiuæ à corpore nostro euacuant inferendo vim naturæ, omne autem tale quod naturæ vim infert, est venenosum.

In oppositum est hic Mes. & alij auctores, qui de eis tradunt cognitionem. Dico ad hoc, quòd de medicinis

A solutiuis debet tradi cognitio in arte medicinæ. Ratio est, quia de illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicinę & modo approximationis earum, quę sunt extractiuę rerum præter naturam à corpore humano: sed medicinæ solutiuæ sunt huiusmodi: quare &c. Maior apparet, quia per hoc medicus consequitur suum finem, qui est adeptio sanitatis in corporibus ægris, aut præseruatio ab ægritudinibus. Minor apparet, eo quòd hæ medicinę solutiuæ euacuant malos humores à corpore, qui actu faciunt ægritudinem, aut sunt parati eam facere: omne autem tale est res præter naturam. Secunda ratio est. De illis medicinis debet tradi cognitio in arte medicinę, circa quas vel per quas conuenit medicum recte agere
B & errare: sed circa medicinas solutiuas conuenit medicum recte agere & errare: quare &c. Maior est nota, cum ars sit recta ratio factibilium, sit etiam de bono & difficili, vnde ita se habet, vt circa ipsam possit artifex recte agere & errare. Minor apparet, eo q; Gal. & Mes. & alij antiqui recte processerunt circa ipsas cum modo approximationis earum in debita quantite, qualitate, & tẽpore, &c alijs quæ oportet considerare in ea approximanda, sicut & multi alij hic talia non considerantes errauerunt circa ipsam. vnde videtur magis communiter errari circa vsum medicinę solutiuæ, quàm circa vsum medicinæ alteratiuæ vel resolutiuæ, eo q; effectum medicinæ alteratiuæ vel resolutiuę astantes non vident nec alij, nec credunt q; istæ medicinæ aliquid faciant, & ideo si
C ex eis lædatur infirmus, non propter hoc medicus acquirit magnum dedecus, si medico de ea male successerit; aut honor magnus, si ei de eius vsu bene successerit. bene ergo necessaria est medico earum cognitio, & quantum ad earum essentiam absolute, sicut ex parte subiecti, & virtutis, & posse ipsarum; & quantum ad emendationẽ nocumentorum earum, & modum approximandi earũ, similiter etiam quantum ad remotionem nocumentorũ ipsarum in hora solutionis ipsarum, & post solutionem, vt sciat curare earum accidentia, & nocumenta, dum adsunt, & etiam præseruare ab eis: hoc autem facit Mesue in hoc libro primo, qui continet quatuor sermones. Tũc ad rationem (de illis &c.) dico quòd ista maior est falsa. Tu probas auctoritate Halyabbatis, Dico quòd multũ
D refert dicere, non des potum mortiferum, & nõ cognoscas eum: non enim medicus debet eum dare, eo q; finis destruitur: sed non dicit Halyab. quòd non debeamus eum cognoscere, imo oportet eum cognoscere, vt ipsum euitemus. Vel potest dici quòd concedatur maior, quãtum ad ea quæ sunt venenum absolute, sed si sint medicinæ venenosę non per se, sed consolatæ cum alijs medicinis, vt earum malitia remoueatur, bene oportet tradere de eis cognitionẽ: & sic faciet Mesue infra. docebit enim cognoscere scãmoneam, & agaricũ, & similia, & quæ sunt meliores ex eis, & quæ nõ, & partes venenosas ab eis remouere, quæ quandoque inueniuntur in eis.

IN hoc autem priore libro quatuor theoremata seu proposita docere statuimus.

CANONES
THEOREMATA PRIMI LIBRI QVATVOR.

1 QVæ in medicamento purgante deligendo sunt obseruanda, ac estimãda: primò, propria scilicet ipsius essentia: secundò, facultas.

Lib. 2. Simp. Cap. 16.

2 Qua rõne vis medicamenti malefica, priusquam sumatur, corrigenda sit. Quod duplici fit ratione: vna quidem, admisto ei altero medicamento, & eo ipsi contrario, vel tota sua substantia, seu proprietate sua, vel temperie, vel effectu, admisto, inquam, proportione iusta. Altera verò ratione per quadruplicẽ artificis industriã 1. coctionem. 2. lotionem. 3. infusionem. 4. triturã.

3 Quibus remedijs propulsemus incommoda tria in nobis à medicamento excitari solita purgandi tempore. Primum, materias ab eo moueri, sed non vacuari. Secundum, eas vacuari quidem, sed molestè & illegitimè. *Tertium*, vacuari vltra quàm conuenit.

4 Quibus auxilijs *sanemus* affectus in corpore post purgat*ionem reliquos*, quales ferè sunt tredecim, *singuli* capitibus singulis à nobis traditi. 1. Febris, 2. Cephalalgia, 3. Vertigo, 4. Visus obtusitas. 5. Vẽtriculi imbecillitas, 6. Sitis, 7. Singultus, 8. Ventriculi dolor, 9. Intestinorum vlceratio, 10. Deiectio cruenta, 11. Tenesmus, 12. Corporis laxitas, & *debilitas*, 13. Conuulsio.

THEOREMA PRIMVM.

Medicamẽtum purgatorium humorem sibi familiarẽ trahit, similitudine totius substantiæ, sed adiutum calore. Gal. lib. facul. natur. & simp.

MEdicamentum est purgatorium, non à temperamento, neq; vt cõtrarium agens in contrarium, quatenus cõtrarium: neque vt simile trahens & euellens alterum, aut vt contrarium: neque vt leue sursum, graue deorsum, agitans purgandã materiam, sed quia talem [cœlitus est sortitum facultatem.] Omnis enim res (vt à Philosophis dicitur) facultate duplici est dotata, & prædita: vna quidem elementari, qua calfacit, refrigerat. [humectat, siccat,] non autem purgat: altera vero cœlesti, hacque vel communi, vel sibi propria, & temperie illam dirigente, & qua hoc medicamentum est purgatoriũ, illud hanc, vel illam vacuationem prouocat, aliud aliam atque aliam habet virtutem. Quæ omnia potest medicamentum à cœlesti virtute ad temperaturam accedente.

MOND. HIc aduertendum, primo dicit Mes. ꝙ omne ens mistum hic inferius existens est informatũ duplici virtute. s. virtute elementari, & cœlesti, cã est in promptu, quia omne mistum habet duplex principium, quo potest operari suam operationem. s. principiũ inferius, & se tenet ex parte materiæ, & agentis proprij, & determinati. aliud est principium superius siue vniuersale, & hoc est corpus cœleste. vnde dicit Arist. secundo physicorum, ꝙ homo hominẽ generat, ex materia, & sole, & ideo bene dicit Mes. ꝙ omne mistum est dotatũ, & informatum virtute elementari, & cœlesti, cum per hæc duo perficiat suas operationes. Secundo aduertendum. dicit Mes. ꝙ mistum dotatum virtute cœlesti, quandoquæ dotatur ea communi existente, quandoque propria. Nam forma specifica quandoque est communis, quandoq; propria communis, sicut quando inest pluribus eiusdem generis, aut eiusdem speciei, sicut dicimus quòd omnibus odoriferis inest forma specifica, per quã habent attrahere matricem, & rebus fœtidis inest forma specifica, per quam matricem fugant: sed forma specifica propria est illa, quæ non inest oĩbus indiuiduis eiusdem speciei, & eodem modo. non. n. omnis magnes mouetur versus polum meridionalem, etiam est quidã magnes qui attrahit carnem hominis, & quidam non, vt Alber. ponit in suo de mineralibus, autoritate Aristo. & tamen omnes sunt eiusdem speciei. Dicit postea. Et hoc quia à cœlesti virtute tale supra complexionem fertur, & per hæc verba innuit Mes. quòd licet medicina solutiua non euacuet proprium humorem per complexionem suam immediate & principaliter: tamẽ ipsa cõplexio est principium præparatiuum, & deseruiens formæ specificę ad faciendum illam operationem. Nã specifica forma non influitur misto absolute, sed influitur misto præparato per complexionem. & ideo nos possumus dicere, ꝙ ipsa forma specifica non est aliud formaliter, q̃ quoddam additum supra complexionem, per quod facit talem operationem. aut etiam licet complexio non sit primum principiũ operationis occultę, tamen multũ adiuuat ad occultam operationem, illius medicinæ solutiuæ, vt sit verum dicere, quòd medicinæ solutiuæ, quæ cum forma specifica habent complexionem calidam, & siccam eis annexam, plus attrahunt & euacuant, q̃ si nõ essent talis complexionis, adhuc quæ sunt vehementer calidæ & siccæ cum proprietate quam habent, plus euacuant, quam aliæ quæ non sunt sic calidæ & siccæ.

Quod Galenus vocat virtutẽ substãtiæ similitudinẽ seu qualitatis proprietatẽ sola experientia nosci dã, Mesues virtutẽ cælestem, seu formã specificã, seu occultã qualitatẽ, appellat.

REbus enim omnibus natura (vtinquit Plato) proprietates quasdam indidit, quibus hæ ipsæ, quod sibi est propriurn, agunt, idq; pro formæ natura & motione insita, cum nullius rei actio propria esse possit vlla, nisi quam forma ipsa excitat & dirigit. Hoc autem demonstrare, medici non est, sed philosophi, altiora speculantis. Absurdum igitur fuerit existimare, à simili trahi simile: absurdius, à contrario: contraria enim mutuo se expellunt, non attrahunt.

MOND. *Similitudo medicinarũ ad humores duplex.*

DE simili sciendũ, ꝙ similitudo est duplex: quædam est similitudo in qualitatibus manifestis, & hoc modo medicina nũquam euacuat siue trahit humorem, quia ei similis in qualitate. s. manifesta, nec hoc fuit vnquam opinatus G. bene. n. fuisset rudis, si dixisset ꝙ carthamus & turbith attrahunt phlegma, quia ei similes in qualitate manifesta, primo cũ phlegma sit frigidum & humidum, & turbith calidum & siccum, etiam differunt in modo substantiæ. Alia est similitudo in qualitate occulta siue specifica forma, de qua loquitur Gale. in tertio de simplici medicina. Vnde euacuat cartham⁹ aut turbith phlegma, quia eis simile in qualitate. s. occulta siue specifica forma, & per hoc soluitur vna quæstio prius mota si bene auertatur, vtrum. s. medicina laxatiua vel solutiua euacuet humorem sibi proprium, quia simile, vel quia contrarium.

IOANNIS COSTÆI ANNOTATIONES.

De purgãtibus medicamẽtis quæstio inter antiquos medicos fuit, attraherẽt ne ipsa humores quos detrahũt, an potius gignerẽt. Atq; Hipp. quidẽ vetustissimus medicinæ parens non solũ trahendi facultatẽ ineſſe ijs profitetur, quæ purgant: sed eã propriã & peculiarẽ etiã humoris attractricem. Cõtra tamẽ & Erasistratus aliquam in naturalibus rebus fieri attractionẽ negauit, & Asclepiades medicamẽta ipsosmet gignere humores qui ijs assumptis educi solẽt, tueri est ausus. Mesues hic noster rõnalis, & diuinus certe medicus, ab Hippoc. non recedit: sed hoc veluti posito fundamento, quòd attrahant,

De purgantium medicamentorũ actione fusius egimus. 2. de vniuersali stirpiũ natura, quẽ superiori anno diuulgauimus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0022-5
DFG

hant, quæ vi id ipsum agant breuiter innuit, refutatis breuissime quibusdã aliorum hac de re opinionib⁹. Age aũt, quando digna animaduersione est quæstio, quæ hic de purgandi causa proponitur: prætermissa nunc veterũ illorũ opinione a Galeno in libello de purg.medic.facul. satis reprobata, attractionis huius causam paulo fusius inquiramus, & Mesuæ sententiã expendamus, sane facultatis huius admirabilis causas, vt ego quidem video, alij manifestas afferunt, vt calorẽ, temperamentũ, qualitates sensibiles nuncupatas, ac similitudinẽ in substãtia, vel qualitatibus inter medicamẽtũ & humores. alij ad obscuras cõfugiunt: atq; hi nonnulli ad similitudinẽ inter humores, & medicamenta, alij ad cõtrarietatem, quidam etiam ad proprietatem totius substantiæ a cælo impartitã. Explicemus ergo hæc omnia sigillatim. Primum omniũ, qui ob calorem trahere medicamenta arbitrantur, exemplo mouentur ab enidentibus rebus desumpto: vt enim calore solis vaporũ copiã ex terra sursum efferri, & calefactas seu igne, seu frictione, seu medicamẽti alicuius vi externas corporũ nostrorũ partes in tumorem attolli quotidie obseruamus, ob spiritũ scilicet, & humorũ attractionẽ; ita etiã quũ medicamẽtũ humores allicit, vt eius calorẽ i causa esse statuam⁹, non videtur a ratione alienũ, atq; ob id maxime, quòd attractionẽ omne ex calore fieri philosophi quidẽ clarissimi senserunt, & expurgãtibus, quæ calidiora sunt, cæteris minus calidis valentius expurgare vsu ipso experimur, merito igitur purgãdi vis calori videtur ascribenda. Cõtra aũt alij, quãuis probabilem affectionis huius causam caliditatẽ dent esse; absolutã tamẽ esse non assentiuntur. Atq; doctissimus quidẽ Auerroes, quũ attractionẽ duplicem esse doceat. 5. Coll. alterã a calore, Cap. 11. alterã a proprietate, quã etiam a tota substantia nuncupatz cõcurrere in medicamẽtis vtrãq; existimat, adesse, videlicet attractionem, quatenus attractio est (talemq; eã vocat, quæ a calore) cuius merito trahant: & attractionẽ a proprietate ob quã certũ humorem ex certa regione expurgent, proprietatem vero hanc conuenientiã & proportionẽ esse ait inter medicamẽtũ & humores, quæ ex certa elementorũ mistione proueniat. trahere aũt medicamẽta nõ sine humoris cognitione existimat. Alij aũt, quanuis attractionis initiũ caloris gratia fieri nõ abnuant: quia tamen caloris acies obtundi ab humiditate solet, vt primo statim humorum affluxu medicamenti quoq; caliditas reprimatur, attractricq; ipsa vis infringatur, necesse putant, si modo purgatio vnius calo ris vim sequitur, quã ob rem facto a calore trahẽdi initio, ac detracta humoris portiuncula, succedere postmodũ quod reliquũ est, vi vacui, & consecutione quãdã arbitrantur. Alij tamen rursum nõ calori, sed tẽperamento, quod ex primarũ qualitatẽ fit cõfusione, veluti ex varijs vocibus harmonia, purgandi tribuunt vires. quum enim scammoniã bilem primo loco in omni corpore & affectu omni semper educat, nõ pituitã, agaricus contra pituitã, non bilem; verisimile est facultatem hanc, quæ toti speciei cõmunis & perpetua inest, non caliditatem sequi, quæ par in alijs reperitur medicamentis, quæ tamen pares vires non habent: sed ex intimis ac proprijs horũ principijs, atq; adeo ex peculiari eorũ tẽperamento effluere, quo pacto etiã propria rerũ accidẽtia omnia ex proprio temperamento duci philosophi pleriq; profitentur. Sed neque hęc tamen opinio omnibus satisfacit. præter calorem enim & præter temperamentũ alij etiam qualitates secundas, sapores scilicet, & substantiæ tenuitatem addendã putãt: quare purgantia genera tim omnia, quo calidiora, acriora, & tenuiora fuerĩt, eò etiam crassiores humores, & ex remotioribus partibus aiunt expurgare. Hac autem ratione id fieri subdunt, vt medicamenta, quę minus calida, acria, & amaritudinis ferè expertia sint, a toto corpore trahere vehementer quum nequeant, merito solam bilem flauam educant; calidiora vero & acriora tum calore, tum insigni partiũ tenuitate crassum ac melancholicũ humorem alliciant; sicuti etiã quę cũ insigni calore, & acrimonia vehementem amaritudinem cõiunctã habent, pituitam; calidissima uero, et acerrima, ac penè causticа aquas expurgãt. Hæc illi. Ab his tamen omnibus discedũt alij, & attractionem hanc nõ nisi similitudinis gratia fieri aiunt: similitudinis inquam, cũ substãtiæ, tũ qualitatum, quæ inter attractum humorem est & medicamentũ quod trahit. consentaneũ certe est quæ similia sint facillime cõgredi. Sentire aũt hoc ipsum Galenus interdũ videtur, veluti quum. 3. de simpl. medic. fac. cnicum pituitã non immerito expurgare ait, quia illi similis est colore, & substantia. Sed de manifestis causis hactenus. Qui vero ad occultas causas rem deferunt, horũ quũ aliqui ad similitudinem, alij ad cõtrarietatem, alij ad occultã proprietatem cõfugiant; qui ignotę similitudini seu sympathiæ vim hãc ascribũt, cũ vt superiores, a similibus trahi similia argumentantur, tũ tuentur sese & magnetis exemplo, qui opinione multorũ ob similitudinem ferrũ trahit (ydẽ quippe vtriq; natales sint, & eadem ferri, & magnetis fodina est) & alimentorũ quę similitudinis itidem gratia trahuntur a partibus, quibus alendi desiderĩ inest. hos aũt & 3. de simpl. medic facult. videtur Gal sequi. At vero qui dissidij & antipathiæ potius quã similitudinis vllius causa purgationes fieri suspicantur, alia mouentur ratione, non fugant se se quæ similia sint, sed quæ contraria. at assumpto medicamento humores extrudi foras videmus. Nõ alia item de causa medicamenta purgare cõstat, quàm quod naturæ nostræ aduersantur, vim faciunt, ac veluti veneni vires exercent, id enim medicis omnibus est receptũ. dissidium ergo purgationis est causa, nõ similitudo. Cæterum neq; hæc opinio omnibus arridet. Sed alijs nõ antipathia, nõ sympathia, verũ insita quædam proprietas medicamenti formæ a cœlo impartitæ actionis huius potissima visa est causa. quũ enim duplex in re omni facultas sit, philosophorum testimonio, elementaris altera, & altera cęlestis, quæ supra elementorũ est vires, & proprietas vocatur: iure admirabilis actio hæc ad cęlestem facultatem referenda videtur, nõ ad elementarem. ita sanè & magnetis attractionẽ diuinũ diuinus Plato censet in dial. de poet. furore, licet interdũ vacui addat necessitatẽ vt in Timęo. Sequuti opinionem hanc doctissimi sunt viri Auicẽ. atq; Auer. tandem etiã sequitur Mes. noster, nõ tẽperamenti, ac elementaris vllius facultatis gratia, nõ ob similitudinem aut cõtrarietatem: sed ob proprietatem cęli munere impartitam purgantiũ medicamentorũ actionem fieri, primis statim verbis pronũcians. Itaq; quũ hæc ita se habeant, totq; ac tam variæ de proposito problemate sint sententiæ, perpendamus nos rursum singula diligentius, & quid ipsi sentiamus ingenue explicem⁹. Profecto (ne ab instituto ordine recedamus) q̃ calor attrahat non est vt quis neget, quando id sensus docet, seu per se, seu per accidens attrahat. ita etiam q̃ nullo pacto attrahere medicamentũ queat sine calore, fateri oportet, quando venarũ reseratio, q̃ ad attractionem necessaria

eſt,nõ niſi caloris vi fieri poteſt.quod tamen ad hũc locũ facit,ſi caloris eius ui,qui medicamento ineſt,attractio humorũ primario fieret,medicamenta ergo calida oĩa purgatoria eſſent,educerẽturq; quouis ingeſto pharmaco humores promiſcue omnes,ſemperq;tenuiora excrementa primo loco deĩcerentur. Contra tamen infinita prope modũ calida, & ipſis,quę purgatoria uocam⁹, longe calidiora ſunt,quæ nõ expurgant. obſeruareq; eſt medicamenta nõ cõfuſe omnes,ſed ſuos quæq; humores primo ſemp loco detrahere, ac craſſiora frequenter excrementa pro ui,ſcilicet medicamentorũ uaria primo loco excerni tenuib⁹ relictis.id.n.pulchrè ĩ lib. de purg. med.facult.Gal.diſſerit. quanq̃ illud quoq; pro certo habemus,in eadem humoris ſpecie,quod tenuis eſt primũ, de hinc quod craſſius,ordine à medicamento omni elici: id enim & ratio docet,quando tenuiora fluxioni aptiora ſunt q̃ craſſa; & experimento licet cuiq; obſeruare. Ita ergo cõfutari eorũ placitũ exiſtimarim,q calori primariũ in purgando aſcribunt munus. De Auerrois opinione qui caloris naturalis gratia & cõuenientiæ ac ꝓportionis (vt eius verbis vtar) inter medicamentũ & humores attractionem hanc fieri exiſtimat,ſi liceat proferre quod ſentimus,nõ ſatis aſſequimur quid tantus vir velit.eſto inter medicamentũ,& humores cõuenientia, & proportio.vnde hæc? Ex certa quadã miſtionis menſura? At & primæ,& ſecũdæ, & tertiæ qualitates certã exiguunt elementorum miſtionem, vt edantur. quòd enim abſinthium primo ordine calfaciat, minus quam ſal aſtringat,& abſtergat, non aliunde quam ex diuerſa elementorũ miſtione puto prouenire. nõ differet ergo attractio ex proprietate ab ea, quæ ex calore,ſi vtraq; miſtionẽ ſequitur elementorũ.non ergo vnus, aut alter, ſed confuſe omnes, & ex quacunque regione, humores trahentur. At cognoſci ait Auerr. à medicamentis humores. Nõ renuo,neq; ut quidã,tam craſſæ minerunę hominẽ fuiſſe Auerroẽ puto,qui ſentiendi vim medicamẽtis aſcripſerit.ac fateor ineſſe medicamentis, vim talẽ, qualis in ijs,quę vt alantur,trahũt.neq; enim ſine naturali appetentia,ac propterea cognitione,ac rectius, inſtinctu quodã trahunt, id quod Platonẽ, vt plãtis ſenſũ tribueret,cõpulit.verũ quia non alũtur humoribus medicamenta,quòd ita appetant,attrahantq;, videtur digniori quã elemẽtis initio deferendũ. Faciunt vero hæc nõ minus aduerſus eorũ opinionem,qui,quum trahendi initium calori acceptũ ferant, detracta tamen humoris portione ſuccedere aliã conſecutione quadam, & metu uacui exiſtimãt.Sed hos etiã illud particulatim refellit, ꝙ ſi modo,vi uacui purgatio fieret,leui quouis aſſumpto pharmaco humorũ omnium, & ſanguinis etiam ipſius euacuatio ſuccederet.ita ſcilicet tubulos,qui hauriẽdis, vi vacui aquis parantur, nunquã in trahẽdo habere modum videmus.atqui hoc ridiculũ eſt. Sed quid de ijs dicas, qui purgandi facultatẽ accidens veluti proprium medicamenti eſſe aiunt, ex toto temperamẽto emanãs, atq; adeo tẽperamentũ purgationis cauſam eſſe putãt? His certe,quũ temperamentum ex permiſtis elementorũ qualitatibus originem ducat, neq; aliud ſit, quidpiã quam certus quidam ex calore, frigore,humiditate, & ſiccitate concentus,cur & quo pacto præter primas eas qualitates,vires huic, quàm eius primordijs tãto interuallo maiores aſcribi debeant,reddẽda ratio erat. Atq; hæc aduerſus eos qui calori,aut temperamento purgatricis facultatis cauſam aſcribunt. Qui autẽ præter hęc ſapores etiã, & ſubſtantiæ modũ adiungunt,ijs nõ teme

E re hæc obĳci poſſe videntur.primum quidem neq; acriæ amaraue omnia, cum tenuiſſima etia partium ſubſtantia purgandi vi prædita ſunt: neq; quæ purgant omnia, vel amara,aut acria ſunt, vel tenui ſubſtantia cõſtant, quod hi veluti perpetuũ ponere videntur. aſcribi vero etiam hæc facultas non minus odori poſſe videtur quam ſaporibus,quando ex ſolo medicamenti odore pluribus citari alnus ſolet. Quid? etiã vmbilico,& calcibus admota medicamenta interdum expurgant,quod Aetius, & Paulus,& Actuarius docent. frequenter etiã integra euomuntur medicamẽta,& larga tamẽ deiectio ſequitur.neq; raro catapotia,qualia prorſus aſsũpta ſunt, reddere alnus ſolet cũ copioſa humorũ colluuie. An etiã ſapores, & ſubſtantiæ tenuitas in his purgationis ſunt cauſa? Quod certe ſubſtãtiæ tenuitas præſtare poteſt,penetratio eſt medicamẽti in intimas,& remotiſſimas corporis partes.acrimonia autẽ,& amaror cum ſentientes partes irritare,tũ abſtergere aptæ ſunt. nõ id aũt poſſũt niſi medicamẽta ipſamet in vniuerſum ferãtur corpus, quod(vt nunc quãdoq; fieri demus) fieri tamẽ perpetuo nõ poteſt,veluti, quũ foris admouentur vel integra vomitu,aut deiectione per aliũ reddũtur. nõ eſt ergo purgatio,vel ſaporũ,vel ſubſtantiæ tenuitatis,vt primarię cauſæ opus,vt hi putant. Quare neq; quod ſubdunt, errore vacat,quũ aiunt medicamenta, quæ minus, acria, amaraue ſunt,bilẽ tenuẽ tantũ, ac leuem humorẽ ducere;acriora vero, & amariora, ex maxime longinquis partibus craſſũ educere,quale pituitoſum,& melancholicũ eſt.amariſſimũ.n.medicamentũ eſt aloe,quæ tamen hepar vix attingit,& bilẽ vix expurgat.contra autem armen⁹, & cyaneus lapis ſaporis ferè omnis expertes, (præſertim triturã,& lotionẽ paſſi,)melãcholica,& pituitoſa excremẽta,ex extremis corporis partibus euellunt.ita,& polypodiũ,quod dulce eſt,acredinis prorſus expers,pituitã elicit,marina braſſica,quę ſubamara,& hermodactylus ferè dulcis,ſeroſos humores trahit. Nõ ſunt ergo purgationis cauſa ſapores,aut ſubſtãtię mod⁹, licet non negẽ huius generis qualitates ad purgationes ẽt plurimũ cõferre. Ab ijs uero,qui ob ſimilitudinẽ inter humores,& medicamẽta illos allici ab his putant, hæc quærenda eſſent. Primũ quidẽ,quia ſubſtãtiæ vocabulũ nõ vno ſignificatu ſumi ſolet,ſed quãdoq; ſubſtãtiã vere ipſam,quandoq; aũt modũ ſubſtantiæ ſignificat, vtrum horũ intelligunt? Si vere ſubſtantiã, ea eſt materia rei, ac forma.ridiculũ aũt ſit dicere eadẽ,aut ſimili forma, ſeu materia cõſtare medicamẽta,& humores, quæ toto genere differunt,nihilq; cõe habent. Si autẽ ſubſtantiæ modũ,atqui agaricus pituitã trahit craſſã, viſcidã,grauẽ,ipſe tamen tenuis, friabilis,leuis,infinitaq; vſu quotidie veniũt pituitæ hoc pacto ſimilia,oui albumen, caſeus,itria atq; eius generis alia,quæ pituitã nõ eliciunt. Quòd ſi in qualitatib⁹ ſenſibilibus ſimilia medicamenta ſunt,& humores,quũ ea,quod ad hoc negotiũ facit,alię ad tactũ referantur,vt caliditas,frigiditas,humiditas, ſiccitas,aliæ ad guſtatũ,vt ſapores,alię ad aſpectum,vt colores,ſi rẽ perpendas,medicamẽta pleraq;calida frigidos etiã humores ducunt,vt colocynthis,cnicus,agaricus pituitã,& dulcia amara dulcẽ, aut certe inſipidum elicunt,vt eadẽ colocynthis, cnicus, agaricus,eandem pituitã,& dulcia amarũ,vt mãna,& caſſia bilẽ,ita etiã ſcammonium cineritio colore præditum, & manna,quæ candida eſt bilẽ flauã,ac myrabolani chebuli nuncupati ſubnigri pituitã ducunt.Sequitur nunc eorũ opinio qui ad occultas cauſas cõfugientes ſimilitudinẽ in ſubſtãtia

ac

ac qualitatib⁹ nō manifestā, vt superiores, sed occultā in ter medicamenta, & humores ponūt. Sed paucis, vtram similitudinē intelligas, occultā, aut manifestā, in qualitatibus, aut substantia, maior nō videtur ratio, vt medicamentū humores trahat, q̄ trahatur. quod.n. solet Gal. excusare, hoc illos trahere quia valentius, vel ex eo cōsuetatur ꝙ assumūtur pharmaca sæpissime frustrata purgationis expectatione: quo docemur quandoq; etiā attractioni resistere humores, neq; semp à medicamento superari: alioqui ēt hoc ipsum quod Gal. ait, præter eam quę ex euentu fit obseruationē, nullā cōiūctam habet rōnem. Verisimile. s. videtur id quod trahit eo q̄d trahitur esse validius. atqui nō idem semp trahit aut trahitur, nō semper medicamentū purgat, sicuti etiam nō semp magnes ferrū, sed cōtra magnetem ferrū, aut etiam ipsemet trahit magnes. infirma ergo hac de re Gal. ratio videtur. Adde, q̄d quæ ob familiaritatē, seu similitudinē substantiæ trahūt, ob id trahūt, vt attracto fruantur: & quæ ad trahens mouentur, mouentur oīa vt perficiantur. at quis vnquam medicamentis humorū vsus, quæ etiā humoribus ex medicamentis perfectio esse pot est? Addamus etiā postremo nunq̄ satis laudati Auicennæ rationē. Si attractio ob similitudinē fieret, ferrū ergo ferrū attraheret. quid.n. ferro similius est ꝙ ferrū? falsum igitur est nō solum q̄d vnquam medicamentū ob similitudinem humores alliciat, sed generatim q̄d similitudinis gratia vlla fiat attractio. Hæc dici possūt aduersus eos, q̄ similitudini purgandi vī ascribūt. Nō difficile vero etiā est eorū placitū euertere, qui antipathiæ gratia purgationes fieri putant. Quæ.n. antipathia hæc? obscurane an manifesta? Vtrā dixeris, fugant & fugiunt se se quæ cōtraria sunt, nō aūt cōgrediūtur. humorū autem propulsio (qua. s. opinio hęc fulcitur) quæ assumpto sit medicamento, expultricis naturę viscerū opus est, nō medicamenti. hoc.n. licet naturæ nostræ infensum, nobis suis qualitatib⁹ ac substantia sit molestū, absurdū sit, si quis veluti sensu aliquo præditū, persequi humores dicat. Superest iam eorū placitū, qui purgatricis facultatis causam occultā proprietatem esse profitentur, q̄ etiam qualitates occultas, formam specificā, & proprietatē totius substantiæ appellant. Hanc autem deridēt multi, & turpissimæ ignominię vertūt medico, qui sensitiuus est, vt aiunt artifex, ad obscuras causas cōfugere, apertis, & quæ sensui euidentes sunt relictis. præsertī aūt castigatione dignus hic author quibusdā visus est, ꝙ à Gal. discesserit, q̄ gentianæ, brassicæ marinæ, & pęoniæ vires ad manifestas qualitates referre conatur, & nusquam specificā formā agnoscit, ꝙ etiā nulla noua rōne illius dogma euerterit. alij etiā incōstantiæ ipsum dānant, quum alibi de rosa verba faciens, primam eius operationem. i. purgationē, sui oblitus, in amaritudinem referat. Addere vero etiā horū calumnijs has rōnes nos possumus. Si à specifica forma purgādi vis medicamētis inest: vt purgēt, nisi seruata illorū forma, inesse illis non pōt. atqui quū ea offeruntur, vita vegetali atq; adeo forma ꝓpria exuta offerūtur, ne de cōtusione, tritura, & coctione aliq̄d dicā, à quibus ex propria natura miris modis exuūtur; formæ ergo ascribi purgatrix vis nō potest. Adde hoc ēt, quū eadem purgandi vnius humoris facultas pluribus insit; si mō vis hęc formā sequitur, vna etiā horum oīum erit forma. q̄d est absurdū. Recitauimus hactenus variade ꝓposita q̄stione placita, & ostendimus, quo pacto cōfutari aut certe labefactari posse singula videātur. Reliquū nūc est, quādo & nos in hāc arenā descēdimus, vbi ꝓ vna veritate, & ꝓ bonorū authoritate decertamus, vt ipsi quoq; q̄d in tā multiplici controuersia sentiamus, libere explicemus. Naturaliū ergo rerū q̄ū variæ sint actiones, eas quidem, q̄ toti alicui speciei sunt cōes, ex intrinseco rei principio initiū ducere inter oēs cōstat, quibus de natura studiū fuit. sunt vero intrinseca rerū principia materia & forma. quā ob rē qa attractio, q̄ à purgatorijs fit medicamentis, ex earū est serie, quæ in tota sunt specie, est.n. oī rhabarbaro & scāmonio vis expurgādæ bilis, illud primū omniū est inquirendum, sit ne huius, de qua hoc in loco agimus, attractionis facultas materiæ ascribēda an formę. pfecto materiā sequuntur, quę primas elemētorū vires sequūtur, sunt.n. hæc & stirpiū, et medicamentorū, & rerū inferiorū oīum materia. atq; sicuti duo hęc in elementis sunt ipsis, qualitates ac substātię, & ex permistis q̄dem qualitatibus tēperamentū, ex substantijs vero sit quę mistio nuncupatur: ita etiā qualitatū cōfusionē primæ qualitates, alterū vero quæ ī substantijs secundę, & aliæ deinceps sequuntur, sapores, odores, crassitudo & tenuitas, q̄ modū substantiæ vocāt: ad hęc cęterę eę quę in corporibus sunt oībus generatim, quę sensui patēt, & vulgo sensibiles nūcupantur. Ex his diuersę, & plures in reb⁹ actiones fiunt, sicuti & eę sunt diuersę, ac multę: & ascribi oēs materiæ solent, nō q̄dem ꝙ has ipsas materia edat actiones, agit.n. nō materia nō forma, sed cōpositū: verū materiæ ascribūtur, ꝙ ipsi maxime sunt affines. his exceptis cæterę oēs quotquot in naturalibus reperire est reb⁹, formā sequuntur, & proprię nūcupantur, ꝙ formę, ex quibus emanant, sunt propriæ. hæ etiā obscuræ atq; abditæ dici solent, ꝙ ignotū & sensui minime cōspicuū habēt initiū, sunt.n. ignotę rerū formę, & propterea, quę formas sequuntur, actiones quoq; ignotæ, sicuti quæ ascribūtur materiæ & cōmunes sunt & patentes, ꝙ ex elementis & cōmunibus, & quæ sensibus pætent originē ducant. Hæc quū ita se habeant, vtrum nā prīcipiū medicamentorū attractio sequitur? materiāne an formā? Ex ijs quæ supra attulimus vtrū horū opportunū actionis huius initiū sit, difficile statuere vllus pōt: quando & eorū qui tēperamentis, ac qualitatib⁹ sensilibus. i. materiæ ipsi, et eorū qui formę id acceptū referūt, depressa opinio videtur rōnibus varijs. Est tamen, sententia nostra, res formæ ascribenda non materiæ, si rem ꝓpendamus. Namq; si naturā in collocandis atq; agēdis reb⁹ sapienter se se gerere verū est, actiones q̄ cōes sunt cōem causam sequi ēt oportet, & proprias propriā. Est aūt cōis rerū causa materia, propria uero sua cuiusq; rei forma, scāmonij ergo actionē qua bilē, & agarici qua pituitā & epithymi qua bilē atram nō aūt humores alios expurgat, q̄ horum propria est, nō etiam medicamentis oībus cōis, formæ putarim merito ascribendā, formæ inquam nō cōi. i. genericę, qua purgatoria oīa vi purgandi prædita sunt, sed specificæ, qua & singularem quendam humorē, & ex certa quadā corporis regione unūquodq; trahere natura insitum habet. Neq; igitur temere vis hæc, q̄ purgatorijs inest medicamentis, eorum ꝓprietas nuncupatur. etsi.n. quę vere ꝓpria sunt, vni, & oī & semper cōueniunt, pituitam vero, & bilē vtrāq; & serosos humores plura sunt q̄ expurgant: nō est tamen ut facultatē hanc inter cōmunissima accidentia reponamus, quę & oībus speciei indiuiduis & perpetuo inest, sed dignanda est proprij, quamuis nō omnino legitimi, nuncupatione. Illud verò etiam cōstare existimo, nō falli eos, qui totius substantiæ ꝓprietatem hanc appellant, quū actiones vere ex cōposito corpore nō ex materia aut forma emanent. Ad hæc etiam, quum philosophorū testimonio pro-

priarũ formarum prouẽtus in inferiora omnia ex cęlo, (Plato mundi animã, Aristoteles naturam vniuersalẽ, Auicẽnas datorẽ formarũ, seu colchodeã vocat) ortũ sumpsiat, Sol nãq; & homo hominẽ gignit: nõ est de Mesue admiradũ, qui medicamentũ quatenus tale i formę gratia, quę profecto rei cuiq; largitur, ut hoc ipsum sit, quod quęq; est, & ex cęlesti vi, quæ impartitur formas, purgãdi vires obtinere medicamẽta profitetur. Itaq; suscipiẽda, laudãdaq; in primis Mesuæ quidẽ sententia videtur. cũ hac tamen si eorũ quoq; opinionẽ cõiungi posse dixero, qui cõsensum inter medicamentũ, & humores attractionis causam ponunt, nõ diffido ipsum quoq; Mesuem assensurum. Sed adscribenda attractio hęc similitudini, non veluti effectrici causæ est, verum vt causę, quæ sine qua nõ, solet nuncupari: ita vt ipsa quidẽ actio primum cęlo accepta referatur, è cuius simu & formæ, & formarũ proprietates emanant: proxime autẽ formæ, aut corpori per formam ascribatur, sed nõ tamen nisi interuentu similitudinis perficiatur, hoc Mesuẽ nõ detrectaturũ arbitror, qui si similitudinẽ reprobat, vt effectricẽ causam reprobat, nõ vt causam, qualẽ nos dicimus, quæ quidẽ res si à Gal. forte fortuna ita vt nos scribimus fuit intellecta, nõ recte faciũt recentiores, qui ab illo discedũt. Neq; vero ad medicamenti attractionẽ sola necessaria est similitudo, verũ quia nõ sine calore reserari meatus possũt, per quos attractio fieri debet, habebit ipse quoq; calor causæ sine qua non, rationem, sicuti etiã substãtiæ medicamentorum tenuitas, causæ, cum qua expeditius purgatio fiat, rationem subit. amaritudo uero acrimonia & sapores vno verbo omnes in purgatione indigni sunt causæ nomine: sed maioris dũtaxat aut minoris caliditatis, aut substantię crassitudinis tenuitatisue sunt signa. & hæc quæ nã incidendo penetrãdo abstergendo magis valeãt, docere possũt. Hæc igitur de attractionis medicamentorum causa sint dicta. Cæterũ si res ita se habet, quid ad rõnes, quibus & similitudo, & proprietas hæc supra ĩprobatur? Difficiles eæ profecto semper visę sunt nobis: paucis tamen. quum primo loco de similitudine obiicitur nõ maiorẽ esse rationẽ vt medicamentum humores trahat, quam ab ũsdẽ trahatur, probaturq; vires (quod Gal. ait) in medicamẽto nõ esse maiores, quam in humoribus, quando non semper trahunt medicamenta, sicuti neq; semper magnes ferrum trahit; id satisfacere posse pro Gal. videtur, quod licet quandoq; frustrentur medicamẽta expectato euẽtu, plerunq; tamẽ expurgãt, quod argumẽto est humores superare. quanquã interdũ etiã superãtur ob naturæ illius, qui aslũpsit robur. Fulcitur ergo Gal. cõiectura quotidianę & ordinarię, (vt ita dicã) obseruationis testimonio. Quod aũt trahant medicamẽta, ut humoribus fruantur, cui mirũ? vt fruãtur, inquã, vt frui magnetẽ ferro aiunt, nõ veluti alimẽtis fruũtur, quæ viuũt. atq; ignoramus certe quis humorũ vsus ipsis sit medicamẽtis, ignoramus etiã quæ perfectio humoribus ex eo congressu adueniat; nõ ob id tamẽ cõtentiosius despicienda hæc res est nobis, quos naturæ magisteriũ, consiliũq; latet de rebus multis. Sed quid ad Auicennã negatem similitudinis gratia vllã fieri attractionẽ, quãdo ferrũ ipsammet ferrũ, & aurũ aurũ traheret? Cõciliauimus hos magnos inter se viros alias. nũc aũt vt huic loco satisfaciamus, illud aduertẽdũ putamus, sicuti similia ea sunt, quæ aliqua in re cõueniunt, simile. n. Plato esse ait, cui aliquid idẽ accidit; ita, eadẽ dici quæ in oibus cõueniunt. Improprie autẽ quæ similia sunt, eadẽ dicas: & quę eadẽ, similia. Transferri tamen similitudinis vox ad ea quæ idẽ sunt, quãdoq; solet, quæ certe quum cõueniant in oibus, tam similia videntur, vt nihil magis, ita bos boui, homo homini simillimus interdũ dicitur licet improprie. identitas n. hæc potius est quam similitudo; nos identitatẽ hãc alias similitudinẽ exactam vocabamus, quia nihil desit quin cõueniat; rectius autẽ impropria similitudinẽ nunc dixero. Auicennas igitur impropriã similitudinẽ id est identitatẽ negat attractionis causam esse: ferro. n ferrũ traheretur, & auro aurũ; propriã vero non negat. ita & Gal. impropriam illã 3. de simp. med. fac. renuit attractionis esse causã, eodem ferri allato exemplo, propriã aũt ascribit. atq; hoc pacto idẽ duo ỹ medicinæ primates sentiunt. Ergo obiecta ratio nihil aduersus nos facit, qui de propria similitudine, non de identitate verba facimus. merito igitur ferrum ferro simile esse Gal. non assentitur, quod idẽ specie est, & merito etiã erroris taxandi sunt recentiores Gal. hac de re accusãtes, si enim simile, id est, cui aliquid idẽ accidit: nõ tamen cui omnia eadẽ accidũt similia sunt, sed eadẽ. quod aũt homo homini similis vulgo dicitur, quod obiiciunt: accidentium externorũ præsertim, figuræ, coloris, magnitudinis, aut etiam actionum gratia similitudo ea spectatur, quod hæc quum toti speciei communia non sint, duobus tamen his cõueniãt: sed quod ad substantiã atq; adeo materiã, ac formã ptinet, idem homo homini semper dici solet, nõ similis. At vero, vt quę de specifica forma obstare nobis uidebãtur, expẽdamus, primũ quidem quod Mesuẽ dicunt, quia à Gal. discedat referẽte ad manifestas causas omnia, & specificã formã negligente: quod etiã nullam aduersus Gal. promat nouã rationẽ; hoc inquã, æqui ac docti iudices nullius ẽsti mabunt. Philosophi probi & ingenui fuit nullius authoritate seduci, quin quod sentiret libere proferret. neq; aũt quãuis Gal. brassicã marinã, gentianãq; manifestis qualitatib⁹ agere scripserit, amaritudo tamẽ, aut alius vllus sapor purgatoriæ facultatis causa sunt, sed signa tãtũ, quali substãtiæ, modo substãtiæ, calore, ac siccitate medicamẽtũ cõstet: dein vero, quãtũ incidẽdo, attenuãdo, aperiendo, abstergendo valeãt. purgatoriæ vero facultatis tantũ abest vt causæ sint; vt neq; etiã perpetuæ sint signa, quãdo infinita sunt amara, acria, salsa, acida, quæ eiusmodi vi carẽt. Sed esto etiã vt aliquem subducat marina brassica amaritudinis ac salsedinis rõne, & gẽtiana, quia amara est expurget; quid tamen in reliquis propemodũ ifinitis medicamẽtis similiũ actionũ sit causa, neq; Gal. expressit, neq; eius æmulatione ex manifestis causis sumi põt. iure ergo neglecta etiã Gal. sñia cõnumẽ affert Mes. purgatorijs oĩbus causam, specificã formã: quã quidẽ quia obiiciunt fuisse à Gal. ignorata; ut de mⁱ illis specificę formę nomen fuisse ab eo suppressum, q formã inter causas nunquã agnouit, vt benefatẽtur docti, & in illius libris versati viri; nõ is tamen substantiæ proprietatẽ, quæ eadem cũ specificę formę facultate res est, dissimulauit, cũ in reliquis, tũ in purgatorijs. id quod ob pernicaces mõstrare iã aggredimur. Primã quidẽ 6. simpl. medic. facultates ait medicamentorũ alias rõne, alias experiẽtia dignosci, rõne quidẽ, quæ calfaciẽdo, refrigerãdo, humectãdo, exsiccãdo: sola vero experiẽtia, quæ totius substantiæ proprietate afficiunt. Hoc ipsum affirmans lib 9. facultates ait, quæ proprietatis totius substantiæ ratione insunt, à methodo ac ratione esse alienas, & per solã experientiã dignosci. Hic etiã lapides dicit vires partim secundũ effectrices qualitates habere, partim secundum totius substãtię proprietatẽ. Quid autem

Cap. de lapidibus.

à princip. autem per effectrices qualitates intelligat, lib. 10. explicat priorum librorum summā colligēs in hæc verba. „ ostensum est (ait) medicamenta quæ effectricibus nomi„ natis qualitatibus agunt, nēpe caliditate, frigiditate, hu„ miditate, & siccitate, harū mistione effici acerba, austē„ ra, salsa, salsuginosa, amara, acria, dulcia, ptērea exter„ gentia, repcutientia, attrahentia, emollientia, vrentia, „ sceptica, crustica, ad hæc secundū alias actiones magis „ speciales sarcotica, synulotica, glutinatoria, tū fistularū „ tū vlcerū, aut carnis excrescentiā detrahētia. hæc Gal. quæ verba idcirco attulimus, vt ne quis purgatoriā, de qua hic agimus, facultatē referri ad effectrices qualitates eo authore contendat. Scribit vero etiā lib. 9. iaspidem virētem vere pprietatem habere, vt stomachū, & os vētris adhæsu adiuuet. Et lib. rursum decimo, q stercus bubulum apum, & vesparum morsibus prosit, fieri posse ait, vt à proprietate totius substantiæ eueniat. Ita etiā lib. 11. cancros exustos, quod rabidis succurrāt, opinari se ait fieri ex totius substantiæ proprietate contra

Cap. 8. Pelopis doctoris sui sententiā. At nōne etiā 8. de comp. med. per loca, eclegma ex cochleis ab Asclepiade paratū, & lupinū iecur in hepatis affectibus prodesse ait non secundū vnam, aut alterā qualitatē, sed secundum totā substantiam? propterea q; medicamenta hæc probat vt benigna, quæ & nutrire iecur possint, & media qūm sint iuxta calidi, ac frigidi oppositionem, omnibus intēperaturis conueniant, vt quæ ex substātiæ proprietate cōmoditatem de se exhibeant, neq; calidas, aut frigidas intemperies lędant? Quā ob rem quum hæc ita se habeant, patere existimo, qui ex Gal. sentētia proprietates refutant, non satis strenue in eius libris esse versatos. An vero purgatoria medicamenta proprietate

Cap. de Abstinen. substantiæ an manifestis qualitatibus agere idem existimet, ex 6. de simpl. medic. fac. planè constat. quū enim „ medicamentorum qualitates alias ratione, alias expe„ rientia discì doceret, atque experientia eas dignosci, „ que ex totius substantiæ proprietate: inter has, quæ tota

Cap. 17. substantia, sunt, ait, quæ facultatis deleteriæ, & deleteriorum alexiteriæ, & purgatoriæ. Quod si quis obijciat non esse hoc ipsum legitimū Gal. iudicium, quum. 3. de simp. med. fac. & alibi passim, purgatoria, totius substantiæ similitudine humores allicere tueatur: Nobis equidem licet varijs vocibus Gal. vtatur: idem tamen per substantiæ totius similitudinem, totius substantiæ proprietatem, & totā substantiam significare prorsum videtur. id huius rei coniecturam nobis præbet, quod quum 6. & 9. de simp. med. facu. de abrotano, & lapidibus verba faciens, quæ à proprietate totius substantiæ agunt, à methodo ac ratione esse aliena, solaq; experientia agnosci asserat: hoc rursum idem 6. simp. alyssō, & reliquis ijs ascribit, quæ totius substātiæ similitudine agunt. Itaq; (quod pollicebar) patere ex his potest & specificæ formæ vim, sub diuerso licet vocabulo, à Gal. agnosci, & ab eo Mesuē hac in re non discrepare. quem etiam vt discrepare aliquis contendat, quòd nulla noua ratione refutatam opinionem confutet, quod obijcitur, non admiramur: quando hic ad ea quæ medico sunt longe vtiliora transiturus satis habuit prætermissa longiori disputatione quid sentiat breuissime aperire. Ita uero etiā quod illum inconstantiæ dānent, non multi æstimarim. habet certe rosa ex amarore purgandi potestatem, quòd vbi hic euanuerit, abit ipsa quoq; facultas purgatoria, sicuti etiā medicamentorū quorumuis aliorū facultas eorū sapore abolito facessit. at primaria tamen

A purgādi potestas nō amaritudini ascribitur, sed rosæ ipsius proprietati. amaror vero aut illius causa rationem subit, quam, sine qua non, appellant; aut ipsa amaritudo ideſt, roſę partes, quibus amaror ineſt, ſubiecti locum tenent, in quo purgatoria facultas reſideat. hæc vero roſæ ipſi, ſicuti aliis quoq; medicamentis totius ſubſtantiæ pprietate, ac cęleſti ineſt largitione, ĩiuſte ergo accusāt magnū hunc ſcriptorē incōſtantiæ. Quod ſequitur magis anxiū ſemper me habuit, ratio. ſ. tu prior tū poſterior, quā aduerſus ſpecificam hūc formā adduximus. His tamen hæc forte ſatisfaciant. Ac priori quidē, quū corrupta medicamētorū forma corrūpi & eius actiones oportere affertur. huic, ĩquā, ita iri obuiā poſſe exiſtimarim. emulſis certe plātis, ac artificiū terendi, coquēdi, macerādiue expertis, & vegetalē, qua uiuunt, & formā plane ipſam ſpecificam corrūpi. alioqui enim adhuc viuerent. diſpoſitiones tamē, quæ formæ inſtrumenta erāt, cū materia ipſa ſupereſſe, veluti & figura, & color, & ſapor, & plura alia ſuperſint. cū his ergo & poteſtatis illius, quæ formæ inerat ſeminaria quædā remanere, ab hiſq; formę actiones pdire nō eſt à ratione alienū. immo (quod quis forte magis admiretur) inſunt rebus agendi vires nonnunquā, quæ tamen niſi diffracta earū ſubſtantia nunquā ſeſe exerant. id in magnete videre eſt, q vbi ob ſitum, quo obduci ſolet, uel aliā quis ob cauſam trahere deſijt, cōfractus nouas veluti uires trahēdi acqrit. ita ferè & in purgatorijs medicamētis. hæc enim diſrupta eorū ſubſtātia, atq; adeo forma, tum vegetali, tum propria exuta, ſæpe magis purgando valēt, quā integra & viuētia. huius qđ dicimus, lathyridis ſemen exēplū prę beat, quod integrū deuoratū minus quàm cōfractum de-

C trahit. cuius ſanè rei nō obſcura eſt ratio. ſoluūtur. n. vincula veluti quædā, vbi frangitur, & in partes oēs imato calori noſtro aditus patēt, ad quē. ſ. mū pertinet, uim, quæ poteſtate medicamento inerat, in actū (vt aiunt) ducere. quā ob rem quamuis purgatio ſpecificam formā ſequatur, corrupta tamē forma, vt actio hæc obeatur, quæ formā ſequitur, (licet non vnius ſit formæ, ſed animalis etiā caloris) hoc pacto fieri poſſe arbitramur. Quod aūt ſequitur, ſi ſpecificā formā purgatio ſequitur, quia eadē vnius detrahēdi humoris facultas pluribus ineſt, vna ēt erit plurium ſpecifica forma, quod eſt abſurdū: hoc, inquā, ita dilui poſſe exiſtimo. differt bilis à bile, pituita à pituita, & plures humorū ſingulorū ſunt differētiæ, quā do alij, tenues, alij craſſi, viſcidi, calidi, acres magis, aut minus, ergo licet eūdē ſpecie humorem plura detrahāt; nō eiuſdem tamen modi, ſed neq; eadem copia, eadem

D violentia, ex eodem loco, eadem noxa, aut cōmodo, aut eodem temporis interuallo medicamēta hæc detrahūt. hæc igitur à ſpecifica forma fortaſſe etiam prodeunt, quamuis non ignorem ex materia, & ſubſtantiæ modo eadē quoq; variare. conueniant ergo in eodem ducendo humore & eadem actione medicamenta plura: nō conuenient tamen in agendi modo, & reliquis. id quod requiri dixerim, vt aliqua eadem cōſtare forma dicantur. Sed eſto etiā vt eadem actio ſit, & ſimilis planè humor eodem prorſus modo à pluribus trahatur: non id tamen ſequi putandum eſt, vt eadem ſpecifica forma ſit multorum, quando rhabarbari actio, qua bilem detrahit, etſi rhabarbaro omni & ſemper conuenit; illius etiā maxime propria nō eſt, quæ vni illi cōueniat: ſequitur tamen non minus ſpecificā formā, quam quæ maxime propria eſt actio, quā quidem, ſi quis, quę nam ſit, nos roget, fatemur ignorare, & credimus ignorari, ſicuti et aliarū

plu-

plurium rerũ formæ ignorantur. Atq; hic obiectarum rationum, & in summa ꝓpositæ quæstionis sit terminus.

Medicamen rũ qualitati bus sensui ali eui manife stis similem sibi humorẽ non trahit, sed tota sua substãtia siu qualitate ec culta similẽ.

MEdicamẽtũ prætereà humores purgat, sed natura eius actionẽ inchoãte, limitãte, dirigẽte. Nã ipsa humorũ vacuatio naturæ est opꝰ, sed per medicamentũ ipsius naturæ artificis instrumẽtũ. Natura enim vt (ait Hippocrates) morbos curat, nõ medicus: medici vero munus præcipuum est naturæ instrumenta ſuppeditare.

COST. ACtionis, qua medicamentum humores purgat, pricipium esse ait naturam; eam enim inchoare, limitare, & dirigere; ita vt, euacuatio sit opus naturæ per medicamentum, vt per instrumentum. Id vero Hippocratis testimonio probat, qui curationem esse ait naturæ opus, nõ medici. Est igitur hoc loco vt dubites. Attractio. n. humorum nõ est naturæ corporum nostrorum gubernatricis opus, sed illius, quæ forma est medicamentorum. Quin etiam Hippocratis sñia videtur ĩportune afferri. Probandum est, nõ medicamentorum, sed corporũ naturam curare morbos: At quod ex Hippocrate adducit, nõ est de medicamentis, sed de medico. Profecto quum purgatio duplex quędam actio sit, tum humorum ad ventrem attractio, tum eorundem extra corpus propulsio; humorum quidem attractio nõ est naturæ corporum actio, sed naturæ, ac formæ medicamentorum; at nõ tamen sine corporis natura, i. innato calore; qui vim in medicamento sopitam excitat, & in actum deducit: attracti vero ad ventrem humoris persecutio & expulsio vnius est corporum naturæ opus, allectos ad ventrem humores ob sui vel copiam vel qualitates molestos non ferentis. Itaq; siue attractionem, siue excretionem spectemus in purgatione, vtriusq; causa nõ perperam corporis natura constituitur, licet vario modo; expulsionis quidem absoluta & vera, & vna citra vim vllam medicamenti; attractionis vero τὸ συναίτιον, seu adiutrix causa, & in earum genere quæ causæ, sine quibus nõ, vocantur; quum vera primariaq; eius causa sit medicamentorum forma ac natura. Hactenus igitur de medicamenti purgantis actione recte Mesues, sententia vero q̃ ex Hippocrate affertur, licet ab ĩterprete hoc loco quæ si de medico prolata afferatur, vere tamen quũ ab Hippocrate ipso. 6. vulga. mor. sect. 5. id in vniuersum proponatur, naturas morborum esse curatrices, de natura, nõ vt medico tantum, sed etiam, vt medicamento cõparatur, intelligi debet. propterea; opportune adducitur ad probandum, ꝙ purgatio non sit medicamenti actio, sed naturæ. ita vt meo periculo audeam affirmare, fuisse à Mesue, nudam, vt ab Hippocrate proponitur, sententiam hoc loco positam: licet, nescio quo casu medici quoque fuerit interposita commemoratio.

QVæ si opus naturæ, aut quãtitate, aut qualitate malefica vincũt, immoderatius agunt magno naturæ incõmodo, quãtitate verò si plus quàm natura exigit, vincant, noxã multitudinis inuehunt. si autẽ qualitate malefica, non multitudinis mõ noxã, sed aliã quoq; atq; aliã excitãt.

MOND. *Vtrũ medicina euacuet humorẽ per suam complexionem.*

CIrca hæc est dubitatio, vtrũ medicina laxatiua euacuet humorem per sui complexionem quam habet, & præcipue calidam, quia de hoc est magis dubiũ, & videtur ꝙ sic. per id medicina habet euacuare humorem, per quod attrahit ipsum: sed medicina laxatiua attrahit ipsum humorem per caliditatẽ: quare &c. maior est nota, eo quod per hoc medicina habet euacuare, quia attrahit. Minor apparet, eo ꝙ caliditas est vna ex causis attractiuis, vt ponit Auic. primo cañ. Fen. prima, cap. de virtutibus naturalibus ministrãtibus, capitulo etiam de operationibus. Item, si medicina euacuat humorem reſoluendo per sui caliditatem: ergo etiam per caliditatem euacuat ipsum exſoluendo. sed ita est: ergo &c. Maior est nota, eo quòd euacuatio per ſolutionem humoris, & eius reſolutionem nõ differunt, nisi ſecundum magis & minus: etiam ex alio differunt, quia vna est manifesta, vt illa quæ fit per ſolutionẽ; alia occulta, vt illa qua fit p reſolutionẽ. modo magis & minus manifestũ & immanifestũ nõ diuerſificant principiũ operationis. In contrariũ est Meſ. & alij auctores. Dico ad hoc ꝙ principium, per quod medicina euacuat humorẽ, est duplex. ſ. generale, p quod medicina. ſ. est euacuatiua nõ determinati humoris: aliud ſcilicet ſpeciale, per quod medicina est euacuatiua determinati humoris à determinatis locis, p determinata loca, illũ etiã attrahens ad determinata loca. Modo ſi loquamur de primo principio operationis medicinæ ſolutiuæ, dico, ꝙ ipſa põt talem euacuationem facere per cõplexionem, & præcipue calidã. Rõ est iſta, ſi medicina ſolutiua per ſui cõplexionẽ calidã poteſt introducere vacuũ in corpore, tunc ipſa per ſuã cõplexionem calidã poteſt humorem euacuare: ſed ita est. quare &c. maior est nota eo, ꝙ medicina ſolutiua cũ euacuat attrahendo, inducit vacuũ non abſolute, ſed vacuitate ſubſtantiæ. minor apparet, eo ꝙ de rõne calidi est dilatare, & aperire, & inanitionẽ inducere, & ſic per cõſequens vacuũ inducit, & facit loca vacua. Sed ſi loquamur de ſecũdo principio, per quod medicina ſolutiua humorẽ euacuat: dico ꝙ ipſa nõ euacuat per complexionẽ, ſed per formã ſpecificam. Rõ est iſta, omnis operatio, quæ est appropriata alicui rei & nõ est cõis, fit à propria ſpecie ſiue ſpecifica forma: ſed medicina ſolutiua hoc modo aſſumpta est appropriata determinato humori, illũ ẽt euacuans à determinatis locis: quare &c. maior est nota auctoritate Platonis. oẽ. n. quod mouetur, à ſpecie & à ſpecifica forma ſua agit, qd ei propriũ est: minor est de ſe nota. Itẽ hoc cõfirmetur ſic. ſi medicina ſolutiua euacuat determinatũ & propriũ humorẽ ipſum euacuans, per cõplexionem, aut ipſum euacuaret per ſimilitudinem, quã habet ad ipſum in qualitate prima, aut per contrarietatem q̃ habet ad ipſum: non poteſt dici ꝙ ipſum euacuat per ſimilitudinem quã habet ad ipſum in qualitate, quia tunc hoc mõ turbith euacuaret cholerã & nõ phlegma, cũ ſit ei contrarium, quia phlegma est frigidum & humidũ; item etiã epithymũ cũ ſit calidum & ſiccũ non euacuaret melancholiam, ſed cholerã, quia cholera est calida & ſicca: & violæ, & ſerũ caprinum, & ſuccus atriplicis nõ euacuarent choleram, ſed phlegma, cũ ſint frigidæ & humidæ, ſicut phlegma. Nec ẽt poteſt dici, ꝙ medicina ſolutiua euacuat determinatum humorem per contrarietatem, quã habet ad ipſum in qualitate: quia tunc hoc modo ſcãmonea nõ euacuaret choleram, nec etiam rhabarbarum, cũ medicinæ nõ ſint contrariæ in qualitate ipſi choleræ, ſed ei ſimiles. Et per hoc ſoluunt rationes, eo ꝙ omnes cõcludunt ꝙ medicina ſolutiua reſpectu operationis ſuæ communis, quę est euacuare quemcunque humorem indeterminatum, poteſt hoc facere per ſui calidam complexionem, vnde & hoc cõceſſum est, nam medicina ſolutiua calida euacuans indeterminate humores illos, euacuat per ſui caliditatem, reſoluendo & euacuando humorem quemcũque, & non determinatum, per ſui caliditatem.

Reſponſio. Principium qua medicina euacuat duplex.

COST. PVrgantia medicamenta nõ modo ĩmoderata copia, aut malefica qualitate incõmoda ſiunt, ſed etiã parcius ſumpta. quare ad prioris huius libri calcem id quoque docebit, quomodo ſymptomatibus ſuccurras, quę ex medicamento imbecillo proueniunt. Sed non est vt hic alieno loco omnia commemoret. ſat. n. est maximorum incommodorum meminiſſe, quorum gratia de malignis, benignisq; medicamentis diſputationem hanc inſtituit.

QVa propter tua intereſt, medicamẽta malefica à ſalubribus diſcernere. Sunt autẽ malefica quędam toto genere, quorũ virtus cẽſtrænis omnibus est cognita, vt thymelęa, lathyris,

tis, euphorbium. Alia [ſpecie tantum, vel accidente maligna, eaq;] in multis generibus, vt turbith nigrū, agaricus niger, & durus, colocynthis vnica in planta lua, ſcammoniū Sceniticiū, à quibus (ambobus) abſtine, niſi ſi quādo in magnis affectibus eſt his (prius omni rōne correctis) vtēdū, idq; cū formidine, & prēmeditatione. Morbis.n. quibuſdam venena iunt ſalubria, vt vipera elephantiaſi, malefica tamen vi eius modis omnibus, vel ſaltē quibus nobis licet, fracta, vt dicemus (lib. 2.) quanquā ſtolidi quidā, præcipue ruſtici, & idiotæ improuidi, quibuſdā non caſtigatis vtuntur, ignorantes quantā noxā principibus corporis partibus, & virtutibus ipſum corpus gubernantibus, afferat venenū illorū pernicioſum. Neq; tantū hæc deleteria ſunt vitāda, ſed omnia quoq; alia medicamēta etiā benigna, niſi dicendæ poſt (ſi p Dei gratiā mihi licuerit) cōditiones obſeruētur. Huius autē obſeruationis in ſecernēdo medicamētū benignū à malefico, methodus

1 verſatur, in cōſideranda medicamēti ſubſtātia, tēperatura, ſequentibus tēperaturā qualitatibus, tactilibus, olfactilibus, guſtatilibus [viſilibus] tempore, loco natali, vicinia medicamenti alterius, numero. Ab his.n. ſingulis differentijs diſpoſitio quedā propria, & virtus medicamēto acquiritur. Porro à medicamēti ſubſtātia differentiæ ipſius ſunt obſeruādæ, ſi id eſt leue, graue, rarū, dēſum, craſſum, tenue, lentum, friabile. Per quæ, medicamenta bona à malis ſecernere poteris. Quæ.n. ſunt inter hęc facultate valētiora, qualia sūt omnia trahendo purgantia, quo ſunt leuiora, eō meliora, grauiora autē maligna. Ob id ſcāmonium, colocynthis, euphorbiū, agaricus, nitrum, aloë, & ſimilia leuiora ſunt præſtātiora: ſimiliter quæ humiditatē habent excremētoſam, vt agaricus, turbith, polypodiū, ſcilla, & ſimilia leuiora ſunt meliora. Contra verò grauiora ſunt meliora, vel quibus coacta eſſe ſubſtantia debet (vt hermodactylus, iris, cyanus lapis:) vel quæ cōprimendo purgāt (vt myrobalani, ſpecies rhabarbari, abſinthiū, abſinthij ſuccus) vel quæ leniendo purgant & lubricando (vt pſyllium, pruna, myxa, caſſia fiſtula:) vel quæ plena, *non* vacua eſſe oportet (qualia caſſia fiſtula, tamar Indi, balanus myrepſica, cnicus, granū nil, (quod carthamū indicū quidā vocant) ricinus, & ſimilia. De ſubſtantia rara, vt de leui: de denſa, vt de graui eſt iudicandū. Quāuis autem ſubſtantia friabilis eſſe tenuis, & lenta eſſe craſſa videatur, tū id abſolute verū non eſt, cū ex his quæ ſubſtantia ſunt craſſa, (vt idē de tenui pollicear) quædam lenta, & friabilia inueniantur, vt ex aloe craſſa, quædā lenta, alia friabilis. Idē oſtendunt ſcāmoniū, ſalis ſpecies, & nitrū. Sagapenum quoq; eſt lentū, & tenax, ſed tenue: & item anacardus. Nō eſt igitur vnicum tenue, friabilis cauſa, neq; craſſum lenti, & glutinoſi, ſed à puritate, & impuritate cū tenuitate, & craſſitie iuncta, proficiſcitur vtrunq; nā purum & tenue eſt friabile, impurū ſimul & craſſum, eſt

2 lentum. Præter illa, quorum eſſentia eſt humida lenta, vt ſaccharum cādum, manna. In his enim quod purius & tenuius, eſt glutinoſius.

A tēperamento autē, medicamentū benignū à malefico ſecernitur, per qualitatū primarum actiones & opera: nā medicamentū calidū, calfactio, tenuatio, rarefactio, maturatio, coctio, viarum apertio, & ſimilia effecta propria conſequuntur: ſi autē immodice calidū eſt, morſus, deſiccatio, ſitis: ſi denique eſt ſumme calidū, inflāmatio, vſtio cauterij modo, morſus acerrimus, attractio immodica, conſumptio, phœnigmos: ideſt, rubrificatio. Frigidū autē, frigefactio, cruditas: & ſimilia: ſi ſupramodū eſt frigidū, coarctatio, obſtructio: ſi extreme frigidū eſt, congelatio, [ſtupefactio] mortificatio. Humidū itē humectatio, lubricatio, lenitio, glutinatio: ſi admodū eſt humidū, obſtructio, flatus, nauſea, & ſimilia [præſertim ſi etiam glutinoſum ſit:] Siccum denique, ſiccatio, rarefactio, emaciatio, [coarctatio cauitatū,] cutis corrugatio, cutis ſciſſio, furfuratio, & ſimilia. Propterea medicamentū purgans calidum, ſalubrius frigido: humidum ſicco, & etiā calido. *In* ſumma quanto medicamentum eſt temperamēto *hominis* medio propinquius, tanto ſalubrius: quanto *remotius*, tanto malignius. Quòd ſi qualitatibus *his* à media hominis temperatura extreme recedat, venenum potius eſt dicendum, quàm medicamentum.

Tactus index eſt certus, mollis, duri, aſperi, lenis, molle eſt quod cedit noſtræ carni: durū contra, cui noſtra caro cedit: illud quoq; facile partitur, alteratur, corrigitur: *hoc* difficulter. Aſperū quoq; à ſiccitate eſt, lene ab humiditate: ob idq; medicamēta purgantia, præſertim viriū violentarum, lenia, ſunt ſalubriora, & alia ſimiliter, præ

C ſertim quibus & lenibus & aſperis in eodem genere eſſe cōtingit: aſpera cōtra. Sic colocynthis, abſinthium, fumaria, elaterium, agaricus, & ſimilia lenia probantur, aſpera improbantur.

Medicamenta bene olentia ſunt ſalubriora, quia odor ille bonus, partes principes facultatū, ceu fontes, roborat, ſpūs inſtaurat, & facultates, animamq; exhilarat: grauius: contra: ob id effecta moleſta; & difficilia illi ſuccedunt.

Sapor autē præter cætera obſeruandus in iudicando medicamento purgāte ſalubri, aut inſalubri. Nā hic medicamēti virtutem immutat, & modice diuerſam facit: hoc aūt loco de ſaporibus tantū nobis eſt dicendum, quantū ad diſcernendum medicamentum bonum à malo pertineat, quatenus ſcilicet eos propriæ quædam &

D puræ diſpoſitiones omnes conſequantur.

Acre enim medicamentū facile inflāmatur, mordet, penetrat, aperit, vrit, vlcerat, flatus diſſipat, tenuat, incidit, ſeparat, reſoluit, è longinquo attrahit, ſiccat, emaciat, ſitim facit: ob hæc oīa cito, & valenter agit, & ſua tenui eſſentia amarū medicamentum, & cætera imbecilliter aut tarde purgantia, celerat, & purgantiora reddit. Amarum autem ſiccat, conſumit, vlcerat, aperit orificia venarum, hæmorrhagiā mouet, à putredine vēdicat, terget, incidit, torminoſum eſt, conturbat, reſoluit, attrahit, ſed tardius quam acre: flatus diſſipat, ſitim excitat, valenter agit, ſed tarde, ſuaq; craſſa ſubſtantia acre obtundit.

SCiendū vt videamus cām eorum quæ dñr in litera. Nā vt ponit G. 4. de ſimpl. med. ſumma. 4. j. cap. & ēt. 2. ſā-

MOND.

Gal. initio lib. 11. ſimp. & lib. 2. ad Glauc. & in vſu theriaces.

Medicamēta, vt materias cæteras ſalubre faciunt, quàm tu, tempur. Gal. li. 1. & 4. de ſan. tuē da, & alibi paſſim.

Qualitates tactiles, quæ ſubſtātia p ſe nō ſenſibilis ſunt proximæ, ipſū declarāt. Quæ medicamenta purgātia remittātur. Abſtergēdi potentia, & in guſtu aſperitas, & lenitas mita sūt medicāmēti ſenſibilia. lib. 9. ſimpl. poſito in tertio Sama.

Effecta caliditatis ordine primo, & ſecundo. Tertio. Quarto. Effecta frigidi, ord. 1. & 2. Tertio. Quarto. Effecta humiditatis ſicci: plura de his vnius, lib. 2. de rōne comp. med. ſecūdū genera. Vita. n. a calido i humido: mors à contrarijs, ob id integerrica fri. ſæpe pernicioſior, licet alia ēt immodica nocent.

Sequūtur tēperaturam qualitates.

Olfactiles.

Guſtatiles. Sapores tēperamentū cuiuslibet indicāt, quā odores, colores, li. 4. ſimpl. Effecta ſaporū, ſeu tēperamenti eorum quæ ipſi ſapores ſequūtur.

Acris.

Amari.

2. ſapor amarus eſt poſt ſaporẽ acutum in caliditate, verum eſt tñ ꝙ ipſe dicit in 3. ſumma, ꝙ duplex eſt ſapor amarus, hoc etiã ponit Auer. cap. de mõ. cognitionis virtutum medicinarũ ex ſaporibus. Vnus eſt, qui generatur ex vſtiõe partiũ terreſtriũ ſubtilium, ſicut qñ res dulces fiũt amaræ: hoc. n. eſt per vſtionẽ partiũ terreſtriũ ſubtiliũ, quæ in eis ſunt, ſicut qñ mel ex temporis diuturnitate in amaritudinẽ cõuertitur, ſicut ẽt contingit de fructibus qñ ſunt dulces, & poſtea in proceſſu temporis fiunt amari, ſicut contingit de amygdala dulci, qñ fit rancida. Alius eſt ſapor amarus, qui generatur ex vehemẽti, & forti congelatione facta à frigido, ſicut eſt opiũ, quod in ſapore eſt amarũ, & eſt valde frigidũ, ſicut probat Auer. in 5. ſui collectorij: hoc etiã modo cõtingit in fructibus antequã pueniãt ad debitã maturitatẽ: primo. ſ. fiũt amari, poſtea põtici, poſtea ſtyptici, poſtea acetoſi & poſtea dulces, ſicut iſto mõ eſt glãs, aut caſtanea. Modo primꝰ ſapor in cõplexione ẽ valde calidus: ſecũdꝰ aũt eſt frigidꝰ. Ideo Meſue de primo ſapore amaro hic inielligit, & nõ de ſecundo, quod apparet, eo ꝙ tales operationes, quas explicat hic Meſue, non cõpetũt ſapori amaro ſecundo modo dicto: non. n eſt verũ dicere de opio, ꝙ ſit *aperitiuũ*: imo eſt oppilatiuũ, ſimiliter non eſt ẽt *conſumptiuũ*, & ſic de alijs, loquitur hic ergo de *primo ſapore* amaro, qui eſt valde calidæ cõplexion*is poſt acutũ*, generatur. n. per ſolã vſtionẽ *partiũ terreſtrium* ſubtilium, quare oportet, ꝙ vſtio *in eo ſuũ effectũ* relinquat, q eſt caliditas, & ideo iſte ſapor in cõplexione actiuarũ eſt calidus, & in cõplexione paſſiuarũ eſt ſiccus nam iſte ſapor habet duas cõditiones, propter quas in eo non eſt humiditas: vna eſt, quia nõ nutrit aliquod animal, eo ꝙ nutricatio fit ex re aliquantulũ delectabili, modo ex amaro puro præcipue nõ delectãtur animalia: hoc autẽ non eſt *nutritiuũ*, quia in eo non eſt humiditas, quæ ſit materia nutrimenti, & ideo nõ nutrit. & propter aliud, in eo non eſt humiditas: eo quòd res amara alias res à putrefactione præſeruat, & etiã ſeipſam, vnde in ea nunquã generantur vermes, & ideo in ea non eſt materia putredinis, talis autẽ materia eſt humiditas, & ideo iſte ſapor in complexione eſt ſiccus priuatus humiditate, & præcipue ſuperflua, tamen non fundatur in ſubſtantia ſicca ignea, quia in tali fundatur res acuta: ſed fundatur in ſiccitate terreſtri ſubtiliata per *aduſtionem*, vt conuenit in re cineritia.

Sapor amarus duplex.

Salſ. SAlſum vero incidit, terget, tenuat, liquat, mordet, à putredine vendicat, cõturbat, ſubuertit ventriculum, & ad vomitum impellit, ſiccat, ſitim excitat, aſperat, expurgat radendo, aperit, & hæc omnia opera imbecillia & tarda efficit: ob hæc, ſuamq; mediocrem ſubſtãtiam, omnia imbecilliter, & tarde ſoluentia roborat.

Pinguit. Vnctuoſum item lenit, lubricat, laxat, mollit, abominabile eſt, & nauſeabũdum, flatus gignit, obſtruit. Hæc oĩa ĩbecilliter, & tarde pficit, ſuaq; mediocri ſubſtãtia acre, amarũ, ſalſum reprimit.

Dulcia. Dulce lauat, lenit, obſtruit, flatulentũ eſt: omnia autem hæc præſtat imbecilliter, nec cito, nec tarde, ſed in horum medio: acre autem, amarũ, ſalſum quoque reprimit, ſed inſipidum roborat.

MOND. IN parte iſta Meſue ponit virtutes & operationes ſaporis dulcis, propter quod eſt aduertendum vt ponit G. in 3. & 4. de ſimpl. med. ponit etiam Io. filius Ser. loco præallegato. ſapor dulcis eſt ſubſtantiæ æqualis, temperatus in humido & ſicco, declinans tamen ad humiditatẽ, habens etiã temperatũ calorem. quod apparet, nam videmus ꝙ res dum perueniunt ad perfectã, & tempera tam decoctionem, fiũt dulces, ſicut apparet in fructibus, ſicut etiã ſi perueniant ad ſuperfluam decoctionem ſunt amaræ: ſicut & quando res non ſunt perfecte decoctæ, non ſunt dulces, ideo res perfecte decocta & temperata exiſtens dulcis eſt, calore temperata, licet ſapor dulcis ratione ſaporis declinet ad caliditatem & humiditatem, E hoc ergo viſo apparet ratio eorum quæ dicit in litera. Dicit enim ꝙ, dulce eſt lenitiuum, lauatiuum, & hoc habet ſui humiditate. Oppilatiuum, hoc etiam habet propter ſui humiditatem: & ex alio eſt oppilatiuum, eo quòd citius attrahitur ab hepate indigeſtũ à ſtomacho propter ſui dulcedinem, eo quod hepar valde delectatur in dulcibus, vnde dulcia quàm plurimum eleuant, id eſt oppilãt ſplenem & hepar, vt ponit Gal. 13. Therapeuticæ. & propter hanc cauſam ponit Hipp. & cõmentator *in tertio acu.* quòd vinum dulce eſt oppilatiuũ generatiuum vẽtoſitatum: quia non excedit in calore, & eſt etiam humidum. Et ponit operationem ſuam debilem. eo quòd iſte ſapor dulcis eſt valde amicus naturæ, vnde non agit cõtra naturam, & ideo medicina ſolutiua, quæ in ſapore eſt dulcis, facit ſuam operationem valde debiliter, & præterea cum medicinis ſolutiuis effrenibus admiſcentur medicinæ dulces, vt ſcilicet iſtæ *medicinæ* effrenes fiant magis benignæ & amicæ naturæ, *ita vt ex eis non fiat* operatio, quæ ſit egrediens naturam.

F

Acidi. ACidum penetrat, aperit, incidit, diuidit, tenuat, terget, denſat, aſperat, extinguit calorem, cito agit hæc opera: ſed in medio valentiũ, & imbecilliũ eſt: *ſua deniq;* ſubſtantia tenui acre obtundit, dulci & *inſipido* vigorem addit.

MOND. ADuertendum quòd duplex *eſt* ſapor acetoſus, quidam eſt ſapor acetoſus ſimplex, ſicut ſapor agreſtę, quando appropinquat maturitati, & etiam ſicut ſapor herbæ, quæ acetoſa dicitur: alius eſt ſapor acetoſus, qui ſimplex non dicitur, & iſte eſt ſapor acetoſus, qui dicitur ſapor acris, qui acumine participat, ſicut eſt ſapor aceti. modo primus ſapor acetoſus fundatur in ſubſtantia frigida aquea non digeſta, nec bene permiſta cum ſicco terreo, vnde quanto plus procedit eius permiſtio, tanto magis appropinquat dulcedini, ſed ſecundus ſapor acetoſus, non ſolum fundatur in ſubſtantia frigida, aquea, ſed etiam fundatur in ſubſtantia ignea, vnde habet aliquas partes ſubtiles & illas propter putredinem, quæ eſt G in eo, dum ex dulci ad acetoſum permutatur, modo Meſue loquitur hic de primo ſappore acetoſo, non de ſecundo, eo quod hæ medicinæ non bene poſſunt applicari acetoſo dicto ſecundo modo.

Acerbi, auſteri. STypticum intro cogit, denſat, repellit, roborat, diuiſa glutinat, tarde & imbecilliter agit, ſuaque ſubſtantia craſſa prædicta omnia obtundit, quibus acre, ſamarũ, & ſalſum vires addunt.

MOND. ADuertendum vt ponit Gal. in 2. de ſimplic. medi. 3. cap. ponit etiã Serap. ſermone 2. primi lib. præall. cap. ſapor ſtypticus eſt *frigidæ*, & ſiccę complexionis, fundatur enim *in ſubſtantia* terreſtri craſſa valde, & per hoc differt à ſapore amaro, eo quòd licet vterq; ſit ſiccæ complexion*is*, tamen vnus eſt cũ caliditate, vt ſapor amarus, alius eſt cum frigiditate, vt ſapor ſtypticus: differũt etiam in alio, eo quòd ſapor ſtypticus fundatur in ſubſtantia terreſtri craſſa nec vſta, nec incinerata, ſed con- H gelata, vt ita loquar. ſed ſapor amarus fundatur in ſubſtantia terreſtri ſubtili vſta, & per hoc conuenit in complexione ſapor ſtypticus cum pontico, quia vterque eſt frigidæ & ſiccæ complexionis, licet ponticus ſit maioris ſtypticitatis & craſſitiei, quàm ſapor ſtypticus.

Inſipidi. INſipidum denique lubricat, flatulentum eſt, obſtruit, denſat, congelat, calorem extinguit, & hæc omnia tarde, & debiliter, ſua tamen ſubſtantia mediocri, acre, amarum, ſalſum, acidum reprimit.

De medicamentis purgantibus in actia ex ſapore. Propter hæc, quæ medicamenta purgantia ſunt ſolum, & omnino acria, vt euphorbium, thymelæa, ſunt maligniora, quàm ſynceriter amara, vt colocynthis, cucumer agreſtis. In horum medio ſunt acria ſimul, & amara, vt ſcammonium. Innocentiora his ſunt acria ſimul & ſtyptica,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0030-9 DFG

styptica, vt thymum, epithymum. His adhuc mitiora, quæ amara simul & styptica sunt, vt rhabarbarum, absinthium, fumaria, (aloe:) in horũ medio acria & amara, & simul styptica, vt stœchas. In summa quanto medicamentum ab acri & amaro sapore recedit longius, tanto est benignius: quoq; acris & amari medicamẽti proportionem styptica substantia magis vincit, cò est sanius medicamẽtũ. Saluberrima quoq; sunt dulcia, vt cassia fistula, mãna: & insipida, vt psyllij viscago: & dulcia, simul & acida, vt pruna, tamarindi. Minus his salubria, dulcia & amara simul, vt violæ: meliora, quibus ad dulcedinem & amaritudinẽ accessit styptica substantia, vt rosæ: stypticitas enim medicamenta omnia purgãtia reddit salubriora. Quibus aũt natura deest salubre aliquid, ars naturæ imitatrix & ministra, id sufficere debet: quo autẽ modo dicem⁹ postea.

Alimenta medicamentosa sunt mediocria. l. 2. ph. par. 1 comp. Andromac. ad Pisonem. Vide Gal. ca. vit. lib. 4. simp.

Ex colore autẽ secretio medicamenti benigni à maligno certa, & vniuersalis sumi nequit: quãquã ex accidenti in quibusdã generibus sit ordinata & scientifica: vt agaricus, colocynthis, turbith, alba sunt *præstãtiora*: nigra, malefica: scammoniũ subalbum aut variũ, est bonũ: nigrũ verò, malum: rosa exactè rubra, melior, & alia aliter, vt in simplicibus singulis docebimus. De his autem qualitatibus temperamentum sequentibus, si plura requiris, lege philosophiã naturalẽ.

6. Tempus.

Ad medicamenti quoq; delectum rectè iudicandum, & bonum sit an malum, expendendũ, tempus iuuat, tum quo medicamenta sunt præcipuè colligenda, vel non colligenda: tum quanto virtus medicamentorum durare potest. Quædam enim recentia sunt meliora, quàm vetera: alia contra, dum antiquata sunt, euaserunt meliora: alia in horum medio sunt.

Meliora siquidem recentia sunt, primò styptica & amara, (nam cũ ipsa sint siccissima, vetustate adhuc sicciora euadunt, ob id deteriora;) secundo loco quorum facultas imbecilla est, aut superficiaria, aut facilè resolubilis, ob rarã corporis medicamentorũ texturam. Antiquatis enim his, tẽpus vires omnes resoluit. In contrarijs horũ contra res habet, hoc est, antiquata sunt præstantiora, & acria similiter. Tempore etenim calor eorum inflammabilis, & superficiarius (quo hæc, dum recentia sunt, mordent & vrunt) expirat, acrimonia autem à reliquo obtunditur.

Falsa recentia nauseabunda ob laxã humiditatẽ reputantur, ob siccitatẽ verò aũtã antiquata mordent. Epithymũ, rhabarbarũ otiã prima. sunt adhuc recentia. Lib. 2. in fin. Vulu simplicibus.

Media autem recentium, & antiquatorum, dulcia, insipida, & salsa sunt præstantiora. Nam salsa, recentia turbant ventrem, & euertunt ad nauseam & vomitum: veterata eadẽ, morsu violenter pungunt. Reliqua duo, recentia quidem, ob largũ humorẽ excremẽtosum sunt flatulẽta. [vetusta verò exanimata sunt.] Recentia verò & antiqua intellige pro cuiusq; generis natura, [nõ eodẽ dierum, mensium, vel annorum numero metienda:] nec quæ germini proxima sunt recẽtia, nec iam vetustate putrentia. & velut iam cinefacta, veterata hic intelligo, sed minus diu, aut magis, post collectum seruata. Quo autem sint tempore medicamenta colligenda, & quandiu viribus integris seruari possint, postea Deo auspice dicemus.

A Locus autem natalis, quia medicamẽtis simplicibus multis non modo prõptam generationẽ & felicem præstat, sed & propriã quandã virtutẽ impertit, in medicamentorũ delectu, maximi faciẽdus est. Natura etenim (vt Plato inquit) locis quibusdã, aliquas virtutes proprias impertiuit, quas illa rebus in se genitis & crescentibus cõmunes faciant, sed tantũ diuersas, quantum causæ harum differunt, & artifex natura est multiplex. In locis ita quę liberis, excrementaq; nulla sortitis, plantæ proprietatem perfectionemque aslequuntur generi suo debitam: in non liberis, excrementorum naturam induunt, & à perfectis degenerant. Attrahunt enim singuli ex terra alimentum sibi familiare, & conueniens: vitis (verbis gratia) dulce: lupinus, nitrosum: colocynthis, cucumer agrestis, amarum, ex partibus terræ adustis natum. Eius autem rei *inquisitio*, sermonis non est præsentis, sed altioris.

1. Locus.

In Timæo.

Triticũ, vinũ & cætera in agro non sic cerisata.

Ob id plantæ *humido* excrementoso præditæ natura, in locis [*humidioribus* quidem, deteriores:] siccioribus vero, *præstantiores* euadunt: sicciores contra, in locis *siccioribus*, peiores, [meliores in humidioribus damnantur: & thymelæa, cucumer agrestis, colocynthis in siccioribus & calidioribus mala sunt & venenosa: absinthium item maritimum est maleficum, vt scammonium ex regione Scenitarum: Antiochenum vero est præcipuum:] quæ enim immoderatius calidæ sunt, vt scammonium, in locis calidioribus, peiores etiam euadunt, & frigidæ ad portionem.

Absinthiũ seriphiũ, seu marinũ etiã dãnat Dios. & Gal. li. 6. simplic.

C Adhæc terræ, & per hanc plantis virtutẽ magnam impertit, & variam non sol tantum, sed aliorum quoque corporum cęlestium aspectus hunc locum & illum aliter atque aliter afficiẽs. In quo causarum genere, quædam plantæ locum, & cęlum habentes suæ intemperaturæ cõtrarium, sunt meliores: aliæ simili emendantur: sic guaril, & aquaticum sisymbrium, & quæ aliq; *humido* abundant excrementoso, sub cœlo suæ naturæ dissimili meliores sunt: turbith quoque, agaricus, scammonium, sub dissimili sunt meliora. Plantæ præterea *nonnullæ* ex alterius cuiusdam vicinia *vel contactu*, *meliores* aut peiores euadunt: sic hermodactylis scilla, aut raphanus vicina, vigorem addit: & thymus epithymo, & quercus polypodio, & sennæ ruta. Contra autem maligniora euadũt scammonia, esulæ aut tithymallis propinqua: polypodium lapidibus: epithymum ozymo. Numerus quoque plantarum vel fructuum, vires eorum mutat: nam cassia fistula singularis, & sola est præstantior, contra sola colocynthis, scilla, cucumer agrestis, deterior vis enim plantæ, & terræ, diffusa, multisque distributa, est remissior: tota vero in vnicam plantam, aut fructum solum coacta, valentior. Eodem pertinet fructus quantitas, quod in paruum virtus coacta, est valentior: in magnum soluta, imbecillior: ob id colocynthis magna est melior.

Guaril putatur lacerta syluestris, eũ tũ valde prouocans. sed huic loco non conuenit agẽti de plãtis.

6 *Vicinia & contactus.*

7

8

De

De medicamentorum delectu, indicatione sumpta ab ipsorum facultate.

MEdicamentum purgans à nostro calore in energeiam reductum motu violento vacuat: neque enim vacuaret, nisi naturæ vim afferret.

MOND. EX his verbis cõcipimus duo principia, per quę medicina attrahit humorẽ sibi proprium à loco. s. ad loca cõmunia expulsionis. vnum est principium extrinsecũ magis, aliud est intrinsecũ magis, & per hoc concipimus modũ operationis correspondentem illi principio. principium extrinsecũ magis istius operationis siue attractionis humorum solutiua est medicina. cũ enim sit quædam res non naturalis, est sicut eius principium extrinsecum, vnde non agit nisi regulata à natura. hæc aũt regulatio est duplex, vna est eius regulatio, vt exterius exi stens est antequam à corpore assumatur: nã ipsa operatur per principia suæ generationis, & debita cõmixtione elementorũ regulata cum debito aspectu cœlesti, & hoc nõ est aliud, quam forma specifica in ea existens, vnde quiddam addit supra cõplexionem medicinæ. vnde medicina attrahit hunc humorẽ proprium per cõmixtionem proportionatã, & regulatã à corpore cœlesti, & suo aspectu, & hoc est, quod dicebat supra Mes. q; medicina solutiua attrahit humorẽ non quia calida, nec quia frigida, sed quia tali virtute cœlesti dotata, quia in ea est forma specificata, & per hoc innuitur, quod medicina est principale agens in attrahendo humorem non incitatiuum, aut irritatiuũ, sed principale: vnde sicut magnes principaliter per formã specificam, quæ est in ea, attrahit ferrũ: ita medicina per sui formam specificã attrahit humorẽ sibi proprium, tamen nõ est principiũ perfectiuum, aut cõpletiuum illius attractionis, sed potius natura: Alia est regulatio ipsius medicinæ, quãdo interius est assumpta, & hanc regulationem sortita est à calido, & virtute: nam medicina solutiua comparata corpori nostro est talis in potentia, & nõ actu, humores attrahens. omne aũt quod est in potentia relatum nobis, nunquã fit in actu tale, nisi reducatur ad actum à calore nostri corporis, & ab eo reguletur, & tunc sicut est attractio humoris proprij, quæ quidẽ est in ea potentia, cũ hoc quod agit scilicet in actu. secundum regulationem, quã sortita est, s. à calido naturali. & hoc satis consonat veritati, si enim in aliquo loco exteriori ex vna parte poneretur multa quantitas scãmoneæ, & ex alia parte poneretur quantitas pauca choleræ, nunquam scãmonea attraheret choleram, nunquã etiam cholera moueretur ad scãmoneam, & ideo oportet, quod eius operatio sit secũdum regulationem, quam sortita est à calido nostri corporis, & hoc etiã vult infra Io. Mes. si enim ipsa per se faceret hanc operationẽ sine alicuius auxilio, tũc ipsa per se sanaret corpus, quod falsum est: immo natura omnium principaliter est operatrix, & sanatrix ægritudinum principaliter, & hoc modo exponendo dicemus, quod principale agens in hac attractione humorum ad loca cõmunia expulsionis est ipsa virtus expulsiua mẽbrorum, in quibus cõtinẽtur humores nociui, & attractiua virtus, quæ est in locis cõmunib⁹ expulsionis, & ex his duabus virtutibus perueniunt postea humores ad stomachum & inteſtina, sed instrumen tale agens est ipsa medicina. Per hoc soluuntur duæ quę stiones, vna est in qua quæritur vtrũ medicina solutiua attrahat humores ad stomachum & inteſtina per virtutem, quam acquirit à corpore nostro, an non. Soluitur etiam secunda quæstio, quid sit principalius agens in attractione hac, an medicina, an virtus operans cum suo naturali calido. Quare dicendũ, q; principale in hoc est virtus, & est principiũ intrinsecum istius operationis, vt etiam supra ponebat Mes. auctoritate Hipp. oĩum. n. natura est operatrix rerum, & sine natura non educitur humor à corpore, medicus vero minister est. Tangitur etiã modus, secundũ quem natura operatur in hac attractio-

Duorũ dub. incidentium solutio.

ne. Neq; enim educit, nisi quia naturæ vim infert. Ipsa. n. medicina inquantũ iuuat virtutem expulsiuam alicuius membri, in quo mẽbro erat multo tẽpore contentus aliquis humor malus, ita q; erat factus illi membro cõsuetus, & tunc à membro nõ posset expelli, aduenient medicina ipsum membrum vincente & incitante, fit quod tũc talis humor nociuus à membro expellitur, & vsq; ad locũ cõmunem expulsionis peruenit, & hoc modo medicina solutiua infert vim naturæ. non enim hoc est violentia simpliciter, quæ sit destructiua siue impeditiua operationis ipsius naturæ: immo cõfortat naturam *in* expellendo. iterum etiã talis violentia simpliciter facta ipsi naturæ est irregularis & mala; hæc autem non est mala, sed infert iuuamentum ipsi corpori euacuando ab eo, qd præter naturã est, in tantum quod est regularis. sed hæc violentia secũdum quid facta per incitationem virtutis expulsiuæ mẽbri à medicina solutiua, & per hoc soluitur quoddam argumentũ, quod consueuit fieri. *Non videtur* (diceret aliquis) quod medicina solutiua euacuet inferendo vim naturæ, quia si faceret medicina vim naturæ, tũc esset pugna inter naturã & medicinã; quare eius operatio nõ esset regularis. Soluitur per iãdicta: nã hoc non est violẽtia, quæ fit cũ pugna, sed est violẽtia, quæ fit per quandã incitationẽ naturæ à medicina, cum. n. virtus expulsiua mẽbri incitatur ab *aliqua re nocente*, tunc vehementer operatur, vt ponit Gal. v. de *accidenti* & morbo, & ideo qa virtus expulsiua mẽbri incitatur à medicina, incitatur ẽt ab humore, qui iã cõmotus est per medicinã; ideo tũc virtus mẽbri vehementer illũ humorẽ expellit: multa. n. videmus principia, quæ valde vehementer operantur, qñ incitantur ab aliqua re nocente, & hoc habet verũ in virtutibus naturalibus, immo etiã in vitalibus & animalibus, vt ponit Gal. præcipuè de virtute vitali in libello de causis pulsuum: ponit. n. quod virtutes aliquã necessitatẽ assumentes, s. ab aliqua re præter naturam, vehementius operantur, & tunc posset fieri pulsus fortis valde.

ATtractionis quum tres modos Alex. 2. quæst. natur. tradat, quædam. s. vi & tactu trahunt, & hęc mouendo mouentur, alia caloris vi, quod intermedium est, trahentia, quod est intermedie coniunctum consecutione quadam, vacui videlicet ratione, trahunt, alia ob familiaritatem benigno motu trahunt: iure cuiusnam modi medicamentorum attractio sit, dubitare licet. Galenus sanè, de qua re in superioribus satis, ob familiaritatem attrahere, quæ purgandi facultate prædita sunt passim tenet, præsertim 3. de simpl. med. fac. atq; ita in tertio attractionis modo reponit. Contra hoc in loco Mesues nõ nisi, ob violentiam, quam naturę infert, vacuare medicamenta pumcians, in primo modo collocare. atq; à Galeno hac etiam in re videtur dissentire. Mesue autẽ astipulatur Hipp. & quotidiana experientia. Sanè non ignoramus, uelle aliquos magnæ, & eruditionis, & authoritatis viros, quia violentiam inferũt, quæ purgant, non nisi primi ordinis hanc esse attractionem, & propterea Gal. damnare, quòd tertio modo, ob familiaritatem scilicet trahere ea existimarit, quando quæ hoc pacto trahunt, benigno nõ violento modo alliciunt. Nõ est tamen, ut nos uel hæc ratio, uel ullius authoritas seducat. Quæ primo modo attrahunt non solum ui, & tactu trahunt, sed eadem tangendo amplectendoq; trahunt, & dum mouent mouentur: atq; propria huiusmodi attractio est, at medicamenta, quo pacto amplecti humores possint, aut tangere, quomodo etiam moueri ipsa possũt, sensu & motu omni destituta? somnio certe hoc propius videtur, ad animal autem (vt ego video) prima attractio pertinet. ita. n. equi currum, aut nauim trahunt, non ita etiam medicamenta, neq; magnes. Consultius igitur statuisse medicos alios omnes dixerim, impropriam medica-

COST. Cap. 23.

dica-

dicamenti esse attractionem, qua, quod trahit quiescit. neq; enim ad ipsos humores medicamentũ fertur; sed vt mox ostendemus, quiescens illos allicit cũ ob substantiæ familiaritatẽ, tum ob alias causas, quas supra explicauimus. At medicamẽta (dices) vim inferunt: quę tertio modo trahunt, non inferunt. Quòd vim faciant, respondeo nõ attractionis esse causa: sed insunt ipsis prẽter attrahendi vim, qualitates eorũ substantiæ annexæ, naturæ hominis aduersæ, ob quas perturbari necesse est: sunt.n. & sapores ingrati admodũ, à quibus nauſea, & vomitus, & mordicatio, atq; alia ea effecta prodeunt, q̃ hic primo capite fusius docuit, secandi, incidendi, abstergẽdi, flatus excitandi, conturbãdi, & id genus alia: sunt fœtidi odores, & substantia ipsamet medicamenti toto sæpe genere homini inimica, à quibus omnibus affligi oportet. Sed non medicamenti tantum causa perturbamur. quin, & humorum crassitudo, aut lentor, viarum angustia, obstructioq; totius noxæ frequenter origo esse solet. quare, & diuinus Hipp. paranda esse corpora admonet ante purgationes, vt humores scilicet fluxioni apti reddãtur, & viæ, per quas ferri debent, expediantur. Ob has igitur causas assumpto medicamento conturbamur, nõ autem ob attractionem: hæc enim blando, & amico admodum sit motu, nisi aliud obstet. quare, & sæpissime obseruare est, ex castigato, & opportune propinato pharmaco absque vlla prorsus noxa largã sequi attractionem, & attracti humoris expurgationem. Erit ergo medicamentorũ purgãtiũ attractio propria, & tertij modi vt Gal. & medici vniuersim omnes cõsentiunt.

VAcuat autem proprium, & familiarem sibi humorem, non etiam alium quemuis, nisi actio eius, ob quantitatem iniustam [& qualitatem alienã] effrenis, ac immodica euaserit.

COST. MEdicamenta ait proprium humorẽ nõ promiscue humores omnes educere, quod, & paulo post repetit. hoc, & Gal. in lib. de purg. medic. facult. & Auic. 1. Can. & Auer. 5. Coll. & ante omnes Hipp. in lib. de natura hom. Contra tamen idem Hipp. eodẽ libro, medicamentũ, ait, idem, si quater in anno exhibeas, hyeme pituitosissima tibi euomet, vere liquidissima, æstate biliosissima, autumno nigerrima, atque idem paulo etiam dixerat in superpurgationibus cholagogum medicamentũ bilem primum, dehinc pituitã, atrum humorẽ, ac sanguinem detrahere: phlegmagogum autem pituitã primo, postea bilem flauam, atrã, & ipsum sanguinem euacuare. Quæ res si ita habet, educet ergo medicamentum quoduis humores pro diuerso tempore, & diuersa mensura omnes, neq; vnum trahet peculiarem. Scribit etiã Arist. 1. probl. medicamenta vbi in ventre resoluta, & ad venas delata sunt, ex venis, quia cõcoqui nequeũt regredi, & quicquid obuium fit secũ detrahere, atq; hanc esse, quã purgationem vocamus. quare si hoc quoq; verum est, nullus etiã in trahendo erit delectus. Cæterum, vt his satisfaciamus. animaduertendum, duplicem medicamento omni expurgationem fieri: alteram abstergẽdo eorum omniũ, quæ obuiam fiunt: alterã attrahẽdo, quod peculiare est tatum. pollent.n. acria, amara, salsa, acida medicamenta abstergẽdi; dulcia autem, & insipida abluẽdi facultate, vt priori capite, hic author fusius docet. medicamento igitur cuiq; quũ duplex huiusmodi expurgatio succedat, prior ea est, quæ abstergendo, & hac quicquid obuium est eximitur: posteriori vero, quæ attrahendo absoluitur, nõ nisi quod peculiare est, & proprium. quamobrem, quod Hipp. scribit de vomitu, qui

Fen 4. doc. 4. cap. 1. Tex. 31. Tex. 41.

Tex. 19.

A ventriculi præsertim expurgatio est; verissimũ esse puto. scatere enim ventriculũ hyeme pituita, & ea crassa, vere liquidiori pituita, æstate biliosis excrementis, & autumno atris, propterea q̃; diuersis hisce tẽporibus diuerse quoq; euacuari, vt rationi maxime cõsentaneum sit; ita quod expurgatio huiusmodi fiat, attractione nõ est opus, sed sola perficitur absterſione. expurgato autẽ ventriculo si illi medicamentũ adhuc hæreat: tunc demum neq; vere liquida, æstate biliosa, autumno atra, hyeme pituitosa expurgantur semper; sed talia à circũstantibus partibus, ac à toto planè corpore alliciuntur, qualia attrahere aptum fuerit medicamẽtũ, illi scilicet peculiaria, & propria. hoc etiã ijs euenit, quæ subducendo aluũ expurgant. primum sanè absterſoria, qua vigẽt, potestate, quicquid obuiã fit, euertunt, seu nostra potius natura ab illorum acri, & molesta qualitate irritata facto impetu foras pellit; dein vero insita vi familiarem B humorem ad sese alliciunt, qui postmodũ expultricis facultatis conatu deorsum protruditur. Quod autẽ ex eodem Hipp. postea adducitur, cui etiã quotidiana experientia astipulatur, trahi, scilicet medicamento omni, humores omnes in superpurgationibus, vt verũ est, ita sententiã nostrã cõfirmat. cur enim, quod familiarissimũ est primum trahitur, quacunq; mensura medicamentum dederis? cur scãmonium semper bilem, colocynthis semper pituitam primo loco, dehinc humores alios eliciũt? argumentũ hoc præbet certe, & peculiaris facultatis, qua peculiarẽ humorem quæq; detrahunt, non cõmunis, aut fortuita. At cur familiari attracto, alij quoq; humores succedunt? Gal. de simpl. med. facul. venarũ imbe- C. 17. & 18.
cillitatẽ, osculorum laxitatem, & medicamenti mordicationem affert pro causa: venas s. & quia à medicamento mordicantur, ac quodãmodo emulgẽtur, & quia C eiusdẽ medicamenti vi à temperie sua cadunt, imbecillas reddi, & imbecilliter continere, atq; ita medicamento expultricem vim irritante alienos etiã humores expurgari. Eandẽ quæst. 5. Coll. proponit Auerr. & dissoluit aliter quã Gal. sed tam obscure, vt vix, quid velit intelligã. hoc tamen voluisse auguror. Quum duplex insit purgantibus medicamentis attractio, vt idem Auer. eodem loco docet, altera caloris proprij, qua absolute trahit, altera à proprietate, qua nõ humores quosuis. sed p. prium, & ex propria regione trahit; vtraq; hæc tractio potestate medicamento ineſt, reducitur aũt in actum ab insito nostro calore. at vim hanc peculiarem, vt certum humorẽ ex certa regione trahat. attractionẽ. s. ex proprietate, nõ nisi sub certa quadã, & exacta medicamenti mensura sortitur. quo fit sub alia mensura hæc quidẽ, quę ex proprietate est desinat, sola autẽ ea remanet, quę merito caloris perficitur. calor vero, quicquid obuium D est p. miscue trahit, propterea q̃; attractione ex proprietate feriante, caloris tamen illius vi purgatio adhuc sequitur, sed alieni humoris. Hæc (arbitror) Auer. sententia est à positis ab eo principijs nõ recedens, neq;, vt mihi videtur, parui estimanda, si enĩ, vt ipse posuit, duplex attractio medicamentis ineſt, cõis altera, ita.n. quæ fit à calore, nũcupari potest: altera propria, si ppria hęc, quã nõ nisi sub certa medicamẽti mẽsura seruari maxime cõsentaneum est, ob excessũ corrumpatur, cõmunem superesse integrã, ueritatis specie habet: atq; ob id alienos humores trahi. Nobis certe, licet id suspectum habeamus, quod attractionẽ à proprietate ex elementorũ mistione, ait emanare; hęc tamẽ Auer. de duplici attractione opinio maxime arridet. Esto q̃ Gal. ait, vt vasa imbecillia

sint ob medicamenti mordicantis molestiam, & ob eius
suctum, vt etiã eorum laxiora sint oscula, ac irritata à
medicamento expultrix expurgandi modũ nõ habeat;
inesse tamen attractionis nõ nihil necessarium videtur,
quum adhuc vigeat medicamẽti calor, attractionis cõ-
mune instrumentum; & expultrici facultati contentrix
mẽbrorum uis numquã non reluctetur. etsi n. imbecillior
fortasse hęc est reddita, nõ tamen prorsus inualida, alio
qui, & sanguinis & humorũ omniũ, ex largiori medica
mẽto omni euacuatio succederet expultrice uigente, cõ-
tẽtrice autem prostrata. Itaq; prẽter expultricis operã,
prẽter uasorũ imbecillitatẽ, atq; osculorũ hiatũ, de quib.
Gal. quod in super purgationibus euacuato proprio hu-
more alieni sequãtur, calorẽ medicamenti potissimã cau
sam esse ego facile affirmarim. atq; ita proposità solui
quęstionẽ. At obijciat aliquis, si exhibitũ ampliori mẽsu
ra pharmacũ attractrice nõ propria, sed cõi agit, vt ait
Auer. ergo quodcunq; ipsum fuerit, tenuiores primo hu
mores post crassiores educet nullo aliohabito delectu. Cõ
tra tamen propinato maiori copia melanogogo medica
mẽto atrũ humorem, & phlegmagogo pituitã educi pri
mo semper loco videmus, relicta bile, quę tenuior est.
Impulit hæc rõ nonnullos viros, certe præstantes, vt de
Auer. male sentirent. Nobis vero infirma admodũ obie
ctio videtur. Non statim medicamentũ largius sumptũ
immoderatũ cõcipit calorem: sed innatæ nostrę calidita
tis vi exsuscitatur primũ, & ad agẽdũ promouetur: tũc
vero medicamenti calore vias referante attractoria,
quoq; vis, quę ex proprietate illi inest, exerit sese, & qđ
propriũ, ac peculiare cuiq; est, allicit. at excãdescit pau
latim insitus corporis nostri calor cõtinua submini strata
ex medicamento materia, & medicamẽti quoq; ca-
liditas maiori accẽditur flãma: quo fit, ut eius propria
vis calore certã metã trãsgresso corrũpatur, & trahere
desinat, tũc vero peculiaris humoris euacuatio suppri-
mitur, intenditur aũt altera uis, ipsa uidelicet caliditas,
& trahẽdo laborat, sed nullo amplius delectu, quicquid
obuiã fit, trahit: tenuiora tamen primo loco, & fluxioni
aptiora, deinceps etiã crassiora subsequũtur, sanguis au
tẽ, licet atra bile, & crassa pituita tenuior, minus facile
admittitur, quod eo mẽbra maxime alãtur. Ergo cur me
dicamẽta maiori mensura assũpta proprium tamen hu-
morẽ alliciant, attractricis proprie robur est, quod nõ sta
tim dissoluitur. dißoluitur aũt postea, tũc vero purgatio
nis est finis. incipit aũt superpurgatio, & sola attractio
cõis viget, & humores cõfuse omnes trahuntur, qui fa-
ciliores. Erit igitur, vt semel dicã, superpurgationis cau
sa ipsa quidẽ caliditas; purgationis aũt, vis propria. re-
ctẽ ergo Auer. attractionem propriã nõ nisi cũ determi
nata mensura cõsistere, in super purgationibus autẽ at-
tractricem cõem uigere arbitratur. attractionẽ autẽ cõ-
munẽ voco, quæ ex calore. quã quidẽ si recentiores pur-
gãtibus medicamentis generatim inesse intelligunt quũ
ad peculiarẽ trahendi vim generalẽ, quoq; quandã tri-
bui illis oportere aiunt; rectẽ illi quidẽ, sed non rẽ nouã
docent. sin aliã prẽter calorẽ vim esse putant, frustra eos
arbitror laborare. Sed de hac re satis. Quid aũt ad Ari.
sententiã trahi medicamentis, quicquid obuiã fit scribẽ-
tis? Suspecta ea semp nobis fuere, quæ is, diuinus alioqui
uir, scribit de purgatione: quãdo experientia planè ipsa
peculiaris humoris delectũ cuiq; inesse medicamẽto, ad
monemur. qđ ipse igitur ait, vt in primo ipsius purgatio
nis initio verũ esse fateor (manifestis. s. qualitatibus, qđ
uẽtriculo adhęret secãdo, attenuãdo, & detergendo) ita
E *& in superpurgatione puto euenire, in qua, ut modo dixi*
ex Auer. sola viget attractio, quę caloris sit ope. de pur-
gatione vero ipsa, ab Arist. ipsa me rei veritas abducit.

QVanquã vero omnia propè medicamenta purgãtia genere sunt deleteria, ac sua violentia naturæ nostræ grauissima: ipsa tamẽ natura, quibus potest modis illorũ motibus facultates nostrũ corpus dispensantes purgando dissoluentibus occurrit: dũ corporis excremẽta illis trahentibus, non modo facilis permittit, sed etiã his per medicamenta expellendis, tanquam onere leuata, recreatur, nõ minus, q̃ si ipsa motu suo naturali expelleret. Porrò fit purgatio duobus potissimũ modus (vt lib. 1. aphoris. meminit Hippocrates) interdũ vomitu agitata surs̃um ad stomachum materia: frequentius, deiectione, excrementis ad aluũ deturbatis. Ne putes autẽ medicamentũ purgans ventriculo, receptũ ad humorẽ vacuandum penetrare, sed vi attractrice sibi insita delectu quodam cognatum humorẽ, & familiarem, ex venis, & corporis meatibus sensum latentibus, ad se ventriculum, & intestina, rapere: quomodo Magnes ferrum, & succinum festucam, & alia quædam alia attrahunt. *Aph. 2. li. 1. & Aph. 4. 6. 7. 8. 9. 1. 4.*

F

ANtiqua versio ita habet (& illud ideo quoniam medicina laxatiua perueniens ad stomachũ, non adit humorem, quem euacuare debet penetrando ad ipsum: sed virtute attractionis sigillata in ipsa attrahit. eligens, quod ex humoribus est ei proprium attrahere. & est comparatio operationis eius ad materias, comparatio magnetis ad ferrum, charabe ad fustem, & ad alia.) Variant tamen etiam codices. in manuscript. qui Philippi Nicolotij Florentini medici egregij opera ad nos pervenit legere est, (addit) alij oẽs (addit.) Refutare iuxta priorẽ lectionẽ Asclepiadis sententiã videtur, gigni à medicamento humores opinantis. iuxta uulgatã literã, opinionem eorũ, qui medicamentum cõcedere ad ipsos humores, & vniuersum corpus existimarunt. Est aũt quæstio vtraq; digna animaduersione. An medicamenta certe humores gignant, quos educunt. fusius Gal. lib. de purg. med. fac. prosequitur, & cõuellit, in eandem tamẽ sententiã is quoq; videtur interdum ire, ueluti quũ 3. de simp. med. fac. medicamentũ mitius si à corpore superatur, nõ autem superat, in humores ait degenerare. quare, & eũ damnare Auic. merito videtur 1. Can. An vero, quod in quæst. 2. ambigitur, medicamentũ ventriculo immoretur, seu in venas, & corpus vniuersum cõmeet, discrepare à medicis videtur Arist. & ipsamet experientia. Medici, præsertim Auic. 1. Can. hęrere pharmacũ ventriculo, atq; ita trahere persuasum habent. Contra Arist. 1. probl. id ubi in ventre resolutũ est, in venas per cibi vias permeare: ex uenis aũt, quia concoqui nequit, regredi, atq; humores detrahere, sed, & quotidiano quoq; experimẽto videmus, assũpto rhabarbaro, & casia flauescere lotia, quod argumẽto est, ad venas atq; ipsos etiã renes duo hęc ferri. Quin & Auic. causam reddens, cur medicamentũ interdũ vomitum, quãdoq; alui deiectionẽ faciat; citũ, aut tardum illius ad intestina descẽsum affert. ex quo pertingere ad intestina medicamẽtũ, atq; adeo uentriculum excedere, cõfirmare videtur. At vero, vt hæc etiã perpẽdamus. quod primo loco quærit, an medicamentũ humores gignat, de qua re notatur Gal. incõstantiæ, & erroris etiã ab Auic. ingenue dicã, quod sentio. Tuebamur alias in nostris in Auic. adnotationibus *COST.* *Cap. 14.* *Fen 4. doct 5. c. 4. Probl. 34.*

G

H

tionibus refutari ab Auic.nō Gal.sed Asclepiadis placi A tū,opinantis,s.semper gigni assumpto medicamento humores,quū Gal.non semper,sed tantū, vbi nō soluunt,id fieri existimaret.Nūc tamen re diligentius animaduersa uideo,id non admitti,aut reiici ab Auic.quod putabā. Illud potius Auic.suspectum arbitror,quod Gal.medicamentū in eundem verti humorem ait,quem eximere cōsueuit.hoc.n.non videtur carere dubitatione,quod certe aloe,vbi nō expurgat,in bilem vertatur,verisimile est, quando calidum,& siccum medicamentū est.at quo pacto cnicus,agaricus,polypodium calore,& siccitate prędita in pituitā degenerabunt? Fateor ego,id me nō assequi.quānis ergo medicamenta, vbi eodem conflat cum humore,quem trahunt,temperamento,cōcoqui, ac in peculiaris sibi humoris naturā abire posse negandum non est,vbi dissimili tamen temperatura cōstant,id neq; necessariū,neq; etiā rationi admodū consentaneum videB tur, vt propterea non temere doctissimus Arabs à Gal. desciscat.Sed quid de quæstione altera? adeunt ne medicamēta humores,an vētriculo hærent? Suspecta(rursum dico)semper nobis fuere,quę Philosophus de purgatione.neq;.n.videre vnquā potui,cū,quo pacto medicamenta sponte moueri possint, quæ inanimata sunt, aut trahi à venis debeāt,quę inepta sunt,vt alant:tū quo modo experimento,id ipsum respodeat, quādo medicamenta interdū extrinsecus applicita umbilico,calci,volę m^o, & naribus admota expurgant, & integro sæpe reiecto medicamento per vomitum larga succedit deiectio, ac peracta copiosa expurgatione,catapotia rursū integra, qualia deuorata fuerant,reddere sæpē aluus solet. Sunt tamen ex medicamentis multa mitiora,& naturę nostrę magis affinia, quæ,& per ciborū vias admitti, imo ab ipsissimet mēbris ob alimenti similitudinem quādā trahi etiā posse probabile est,qualia,casia, manna,tamarindi,rhabarbarū:quare,q ijs assumptis flauescāt lotia,& alienos colores suscipiat nō est admirādum.his exceptis reliqua hærere ventriculo,eorum aūt vapores, quoquo versum diffundi medici cōsentiunt : atq; per hos veluti manus quasdā agnatos ad sese humores allicere : quanquā ij,vbi peruenere ad intestina,expultricis facultatis impetu deorsum præcipitātur,raroq; ad ipsum usq; uentriculū pertingunt. At cur Auic.q medicamenta uomitu,aut subductione expurgent,ad citū, aut tardū eorum ad intestina descensum refert? Recte ille,quidem,& docte. Medicamentū quandiu uentriculo inhæret trahendi finem nunquā facit,ac sæpe è vētriculo ipso,cui ob medicamentosā substantiā ingratū,& infensum est,ad intestina antea deturbatur,quām ad ipsum allecti eius ui humores ascendāt: tunc uero purgatio deorsum procedit. interdū tamen etiā diutius in eo morā trahit,& propriaui humorum ad sese copiam allicit,quorū multitudine, aut etiā qualitate irritatus uentriculus in uomitū prorumpit. Quòd ergo medicamentū per alvū, aut uomitū expurget, citus quoq; ac tardius illius ad intestina descensus facit, quod aduertit Auic.non ex hoc tamen illud sequitur, quod obūcitur, medicamenta ad uenas, ac uniuersum corpus ferri, quod est positum in quæstione.

Cōmoda sex deiectionis.

HOc aūt humore vētriculi, & intestinorum natura dū grauatur, cū expellit, quāquàm ad ventriculū rarius repat, vomitu, ti stomachū agitet: aut deiectione,si ad pylorum declinet, vacuandus: frequētius ad intestina,propter multas causas. Materia.n.ob insitā grauitatem ad inferna ruit. Præterea venarum meatus, excrementis expellēdis dedicati, plures ad intestina, quàm ad ventriculū feruntur. Tertio loco intestina vacuā dis excremētis destinauit natura nō ventriculū. Excremēta.n.ad partes ignobiles,& propinquas sedi à natura transmitti, fuit melius, q̄ ad nobilem particulā,& à sede remotum ventriculū: in quem si repant,ea deijci quoq; per intestina prę- stat,quàm per gulam euomi: q̄ pylorum inferio rem ventriculi portam expultioni, gulam vero attractioni dedicauit natura. Ex quibus apparet, eandem naturam medicamenti purgantis opus deiectione potius, quàm vomitu moliri; omnis enim partis actio contra primum naturæ institutum facta,est improspera.Est igitur medicamē tum purgans, aut vomitorium, aut deiectoriū. Gal. Aph. 21.lib.1. Medicamētū purgans duplex.

COST.

ALiud subdit,quod cōtrouersia nō caret.Cur medicamēta alia vomitoria, alia subductoria sint, ex proprietate esse ait. & explicās qualia nam vomitoria sint,talia esse dicit,quæ ex proprietate habent,vt os vētriculi superius debilitent.Cōtra tamen cur alia vomitoria sint, alia subductoria,aliqui grauitati, ac leuitati acceptā retulere.cui quidē opinioni,quamuis eā hic author. 1.cap.primis statim uerbis refutarit dicēs(et neq; quia graue,aut leue agitatiūi superius,uel inferius,sed quia tale.)neq;.n.quod multos sentire uideo de medicamentis generatim,id protulit, quasi aliquis ea purgare ob grauitatē,aut leuitatē senserit,sed p causa affert,cur alia subductoria,alia sint vomitoria; subscribere tamē ipsemet uidetur paulo postea,dicēs medicamēta,si suapte natura facilis descēsus fuerint,ex uomitorijs fieri deiectoria.sunt autē descensu facilia,quę grauia sunt.quare,& lapidē armenū laxare aluū ob sui grauitatē aiūt, C licet excitandi vomitus gratia exhibeatur.Discrepare ergo à seipso Mes.uidetur.Alioqui etiā,si ijs tantū citari vomitus solet(quod hic innuit)quę ex proprietate habēt,vt vētriculi os debilitēt, atqui agaricus astrictoria vi pollet,qua uētriculus solet cōfirmari,& maxime tamen omniū vomitū facit.Cæterum ad hæc brevibus,quę grauia sint facilius,& citius deorsum labi, leuia vero sursum moueri nō est,vt quis ambigat.in medicamentis autē,licet agaricus ob sui leuitatē raro vomitū, aut certe nauseam nō faciat,et lapis armenus sępe aluū laxet; nō propterea tamē perpetua ea regula est, aut frequēs, quod quæ grauia, per inferiora,quæ leuia, per superiora expurgēt:quādo,& agaricus subducit,& armenus lapis vomitū cōcitat.alioqui etiā,& lapis iste, & similia omnia lęuigata,& terrenis sordibus, quæ grauitatē faciebant,expurgatissima offeruntur.Non temere ergo D Mes.grauitatis, aut leuitatis gratia illud subductoriū, hoc esse uomitoriū negat:& ad eandē vim refert,à qua etiā purgandi facultatē putat emanare,dicens medicamento horum alterū inesse,quia tale. Afficiunt tamē vomitoria omnia os vētriculi superius, seu quod in illo supernatent,quod pinguia præsertim faciūt;seu quod medicamentosum virus sapiant:ferre enim id ventriculus præsertim os eius,sensu eximio præditum nō potest; aut etiā quod flatus copiosiores excitent, qui suapte natura sursum repunt. Pro absurdo igitur habet Mes.quod grauitati,aut leuitati hoc ascribatur munus.At obijcies, is tamen,quæ descensu facilia sunt aluū subducere ait,quāuis sponte vomitoria sint:talia autem sunt quæ grauia. Ego vero,quia cito descendunt etiā,quæ fluxa, ac leuia sunt,hæc & alia huiusmodi puto à Mes.intelligi,nō quæ grauia.atque hoc pacto nulla erit in eius verbis cōtro-

uersia. De agarico autem, quum astringente vi polleat, & ventriculo ob id robur conciliare aptum sit, an os ventriculi debilitet, ac propterea, an vomitoria omnia ventriculum imbecillem reddant, non est intellectu difficile. insunt agarico diuersæ qualitates, & aereæ, ob quas facile supernatat ventriculo, & vomitum ciet, & terrenæ, ob quas astrictoria vi quum polleat, ipsum quoque ventriculum confirmat, nihil ergo impedit ob qualitates varias, varias etiam vires eundem obtinere, quamuis igitur agarico facultas etiam insit, qua ventriculo robur conciliat, nullum tamen uomitorium illius non infestat, quod Mes. statuit.

Vomitoriũ. VOmitorium est quod stomachum (id est, os ventris superius) suæ substantiæ proprietate debilitans, & in ipso immorans, ad ipsum ex hepate, intestinis, & partibus cæteris, materias attrahit, à quibus offensus stomachus, & ad nauseam euersus vomitu per os expellit, motu scili-

Deiectoriũ. cet suæ naturæ contrario. Deiectorium est, quod in ventriculo manens, ab hepate, & cæteris partibus humorem sibi familiarem, ad intestina potius attrahit, propter commoda prius dicta, à quo quidem humore irritata naturalis intestinorum facultas, ipsum, vt solet alia excrementa, ad sedem protrudit. Sicque vomitorium medicamentum, est tantum vomitorium: & deiectorium nihil aliud, quàm deiectorium.

MOND. NOtandum quòd Mes. in istis verbis, tãgit tria, quæ requiruntur ad hoc, vt medicina solut. euacuet per secessum, vnum est sumptum ex parte *loci, in* quo ipsa manet, cum dicit. Quæcunque in stomacho manẽtes: nam siue med. solut. soluat ventrem per virtutem attractiuam, quæ in ea est, siue per violentiam, quam infert, siue per vtrunque, quod est melius dictum, semper vel vt plurimum oportet, quod maneat in stomacho, & in hoc conuenit cum medicina vomitiua. quoniam tã vomitiua, quam solutiua medicina moratur in stomacho, quod enim medicina vomitiua moretur in stomacho est satis notum cuilibet, potest autẽ declarari de medicina secessiua, quia in quo loco magis suã operationem perficit, in eo moratur: sed dum est in stomacho magis suã operationem perficit. quare &c. Maior de se patet, minor etiam est nota, quia hæc est operatio regularis, quæ magis completur, dum est in loco conuenienti: sed cum ipsa est in stomacho magis à longinquo attrahit, non autem illud fit, dum est in intestinis, vnde si ipsa esset in intestinis, cũ intestina sint deputata ad expulsiones, possent ex aliquo incitante vel stimulãte intestina illã talẽ medicinã cito expellere, tunc aũt quando est expulsa nõ facit amplius suã operationem. Et licet medicina solutiua, & vomitiua maneant in stomacho, tñ in alia & alia parte stomachi, vnde medicina vomitiua manet magis in supe H riore parte stomachi, solutiua autem magis manet in fundo eius. Secundum quod explicat Mes. in operatione medicinæ solutiuæ, est locus, per quem materiam euacuat, attrahit enim ad intestina. nam quamuis ista medicina solutiua maneat in stomacho, non est necesse, quod attrahat ad stomachũ: tunc. n. omnis medicina solutiua esset vomitiua, & nunquã solueret ventrẽ, immo oẽs attraheret ad stomachũ humores, qui educerentur

Vtrũ med. solut. euacuet p virtutẽ attractiuã quæ est in ea. postea per vomitũ, sed attrahit solum tales humores ad locũ deputatũ magis à natura ad expulsionem: talis autẽ sunt intestina. Et per hoc posset haberi argumentum ad probandũ, q medicina solutiua non euacuat per virtutẽ attractiuã, quæ est in ea. probatur: nã posuit statim, quod ipsa manet in stomacho: si ergo euacuat manens in stomacho per virtutem attractiuam, eos attrahit ad stomachum, eo quod attractio est motus alicuius ab aliquo ad se, vt Aristot. ponit 7. Physic. Posset solui hæc ratio E hoc modo, nam medicina solutiua attrahit per virtutem attractiuam, sed non est necesse, quod attrahat ad locum, in quo est; sed sufficit quod attrahat ad locum deputatum à natura ad expulsionem, qui locus est intestina. Si dicis quod attractio est motus alicuius ab alio ad se: dico quod etiam est modus alius attractionis, quem etiam recitat Arist. ibi, qui quidem est ab alio ad aliud, quia ad locum deputatum. vnde & si medicina posita super volam manus, aut super ventrem, vel illa, euacuet per fluxum ventris, non est necesse, quod ibi fit attractio humoris ab alio ad se; sed sufficit, quod fit attractio humoris ab alio; quia ab aliquibus membris determinatis; siue à toto ad aliud, quia ad locum alium deputatum à natura ad expulsionem, talis autem locus sunt intestina. Tertium quod explicat in his verbis, est per quod medicina solutiua euacuet, & hoc per secessum est, quia innuit nobis membra, à quibus euacuet, siue attrahit cum dicis, ab hepate, & alijs membris.

Medicamẽtum ex deiectorio fit vomitoriũ tribus causis. F ESt autem quando deiectoriũ fit vomitoriũ, (vt etiã aliquando contra, vomitorium fit deiectoriũ) illudq; ob naturã vel medicamenti, vel ægri, vel vtriusq; simul. Medicamentũ enim, si ventriculo supernatat, aut stomacho molestũ est, ipsumque valenter agitat, & subuertit, aut nimis abominabile est: *fit pro* deiectorio vomi- *Ægri.* toriũ. Adhęc, cui stomachus tum est imbecillus, cũ sumitur medicamentum deiectorium: cuius fercus iam siccius intestinis obstructis, pertinacius hæret: aut intestina ipsa arctata & angustiora reddita sunt, aut flatus aliquis medicamentũ subleuat: vomitoriũ euadit. Postremo corporis, aut animi motus aliquis immoderatior, vel fœtor, vel rei abominabilis aspectus, & similia, medicamentum deiectorium reddunt vomito-

Vtriusque. Medicamentũ ex vomitorio fit deiectorium tribus causis. G rium. Vti contra, quod natura sua est vomitorium, euadit deiectorium, causa similiter medicamenti, vel ægri, vel vtriusque, sed ratione diuersa. Si enim medicamentum ex sua natura prõpte ad aluum descendat, aut ei grata quædã sint admixta: si item stomachus tunc est robustus, aut ob inanitionem, & vehementem famẽ valenter appetit, aut aluus natura est lubrica, & facilis: si deniq; iucunda quædam obiecta exter- *Ægri.* na apprehensionem medicamenti prohibeant: id pro vomitorio fiet deiectorium. Huc accedit, *Vtriusque. Vomitoriũ differentia tres à maioris & minoris ratione sumpta.* q natura in melius omnia prudenter dirigens, rem vomitoriam efficit deiectoriã, propter dicta prius commoda. Ex vomitorijs præterea quædam sunt vehementia, alia clementia, quædam mediocria. Vehementia quidem, quæ naturæ ipsi vim magnam afferunt, vt vomitu vacuent: qualia sunt elleborus albus, struthium, thymelæa, balanus myrepsica minor, lathyris, ricinus, thapsia, ruta agrestis, cucumer agrestis, & similia. Clementia, vi nulla, aut minima naturæ molestia, vomitum cient: cuiusmodi sunt, asarum, flos myricæ, semen cœparum, anethi, atriplicis, melãthij, rapæ, rhaphanidis, raphanus, sal, & similia, Mediocria sũt, nux vomica, cnicus, nitrum, sal gemma, sal indus, balanus myrepsica maior, & similia. Medicamentum autem de- *Deiectoriorũ differentia. Trahendo. Comprimendo. Leniendo. Lubricando.* iectorium vacuat facultate propria sibi insita, eaq; aut dissoluente, vt scammonium, turbith: aut per astrictionem exprimente, vt myrobalani: aut leniente, vt casia fistula, manna: aut lubricante, vt mucago seminis pſyllij.

Distin-

COST. Distinguit purgantium medicamentorum actionẽ, eaq; alia dissoluendo, alia cõprimendo, alia leniendo, alia lubricum faciendo purgare ait. Id & Auic. 1. Can. Quæstione aũt dignum uidetur, sitne idẽ leniens, & lubricans medicamentum. solent.n. hæ voces nullo discrimine pro eadem re sumi à recentioribus: sintne præter eos quatuor, alij subducendi modi, laxant.n. aliqua etiam abstergendo, vt serum, absinthium, beta, sal, ac nitrum; alia emolliendo vt oleum, & pinguia omnia, q̃ induratas fæces subductioni accõmodant: alia humectando, ut aqua, cucurbita, attriplex, malua; alia eliquãdo, vt euphorbium: an demum q̃ leniendo, lubricando, cõprimendo subducunt, uere sint purgatoria, q̃ attrahendo expurgent. Mesues.n. quum hoc in loco his tribus vim trahendi admodum imbecillam tribuat; idem tamen paulo post catalogum eorũ faciẽs, q̃ bilem, pituitam, aliaq; excrementorum genere à proprietate educant, horum quoq; meminit, qd etiã particulatim facit, quum de simplicibus agens, singulis suam peculiaris humoris eductionem ascribit, q̃ sine attractione fieri non potest. Profecto vt ad singula hæc respondeam, an lenientia medicamenta, qd primo loco quæritur, à lubricantibus differant, sint nonnulli ex recentioribus, q vnam esse lenientium, & lubricantium speciem putent, contra q̃ Arabes senserint, horum tamen duo genera esse aiunt, alterum eorum q̃, qa frigidam humidam, & lubricam temperiẽ habent, lentore, & aluum imbecillam mouent, & internarum partiũ meatus frigida sua, & lubrica viscositate condensant, infarciuntq; emplasticorum more: talia aũt blitum attriplicem, portulacam, cucurbitam, & insipida penè oĩa esse aiunt, q̃, s. intimos viscerum meatus neq; permeant, quos lentore potius suo, & frigiditate obstipant, neq; quicquam educunt, nisi p accidens, alterum genus esse dicunt eorum, q̃ præter dictas qualitates aliquid etiam caliditatis habent, & tenuium partium, quibus intestinorum recrementa non modo leniendo vt primum genus, sed etiam rarefaciendo, ac tergendo aluum subducunt: in hoc genere ponunt casiam, malluam præsertim agrestem, violam recentem, borraginẽ. Hæc illi, q̃ sanè si singula examinare animus esset, ut obscura, ita vereor ne etiam sint friuola. primum eqdem, quidnam lubricæ temperiei nomine velint, q̃ in primo lenientium genere esse aiunt, non video, nisi temperiem prosubstantia vsurpent, lubricum autem, qd humidum est, & viscidum intelligant. Sint ergo frigidæ humidæ, & viscidæ substantiæ, qd subdũt; q̃ talia sint lentore imbecillam aluum mouere, & internarũ partium meatus viscositate sua frigida, & lubrica cõdensare, infacireq; valde obscurum est nobis, ut.n. præteream, q̃ nugatio q̃dam videtur, quum aiunt à visciditate lubrica hæc fieri, si.n. lubricum est, qd cum humiditate etiam viscidũ est, lubrica viscositas erit viscositas, cum humiditate, & viscositate, vt inquam hæc præteream, sicuti lentor, visciditas ue, qbus vocibus tanquam diuersa significãtibus utuntur, pro eodem ab oĩbus sumi solent; ita contra vios effectus prodire ab eadem nequeunt qualitate, vt laxet aluum, & internar partiumũ meatus infarciat, condenseq; emplasticorum more. Rectius ergo ab humiditate qdem laxari aluum, à visciditate vero internarum partiũ meatus condensari, & infarciri dixisset. At qs vnquam internarũ partium meatus infarciri, condensariq; à lenientibus dixit? Ait eqdem Gal. non raro, & maluas, & blitum, & alia eius generis, cum lẽtore, tum humiditate aluum subducere; at, q̃ lentore infarciantur internarum partium meatus, neq; ipsum neque alium scripsisse vnq̃ memini; aduersatur.n. potius obstipatio, infarctusq; ille subductioni, q̃ auxilietur. Age ergo his præmissis, an lenientia à lubricantibus differant, videamus. Nobis certè, quos Arabum authoritas plurimum mouet, lenientia à lubricantibus distingui, vel exẽpla persuadent, qbus quid horum vtrunq; sit, & hic author, & Auic. insinuat, alia qdem ratione casia, & mãna, & alia psyllij muccago, sebesten, atq; alia id genus aluum mouent, paucis ergo, vt qd sentiam exponam, lubricantia ab Arabibus ea videntur intelligi, q̃ quũ lentore suo non mediocri fæces vniant, humiditate etiam, & grauitate impetum fluendi addũt, hoc psyllium, hoc sebesten, hoc pruna præstare videntur, cætera autem q̃ intestinorum, aut etiam humorum asperitatem auferũt, lenientia puto appellari, talis manna, & casia videtur, talia pinguia, & oleosa sunt omnia, q̃ profecto aut intestinorum superficiem leuem reddunt, aut etiã ipsis excrementis durioribus adiuncta fluorem illis adijciunt, ita ergo distingui lenientia à lubricantibus videntur. Cæterum incidit etiam hic scrupulus, quum.n. casiæ lentori aliqd insit, huius gratia inter lubricãtia hęc quoq; esset reponenda, si modo lubricãtia sint qualia diximus. Nõ ignoro qd ab alijs dici soleat, nihil, s. referre, quo minus idem, & leniens sit, & lubricans, ac vtroq; simul subducendi modo valeat. Sed adde pterea, lubricantia non viscida tantum esse, sed insigniter viscida, talis aũt nõ est casia. Nunc autem videamus, qd̃ seqtur, an præter lenientia, lubricantia, cõprimentia, soluentia, alij sint modi subducendæ alui. Atq; id qdem qd̃ obijcitur, esse & q̃ molliendo, q̃ abstergendo, q̃ abluendo, q̃ aliquando aluũ moueant, differreq; hęc à leniẽtibus, lubricantibus, cõprimentibus, habet certe veritatis speciẽ, quando si harum vocũ vim spectes, leniunt q̃ asperitatẽ tollunt; lubricant q̃ viscositate sua fæces cogunt, ac humiditate, & grauitate impetũ dant fluendi; cõprimunt q̃ partem vniunt, & qd illi inerat exprimunt; soluunt q̃ meatus reserant, & quodammodo, qd̃ in uinculis erat liberant, inde.n. accessisse huius vocis vsus medicinæ videtur; molliunt q̃ duritiem auferunt; extergunt, q̃ sordes à parte remouent, id verò, aut sicciore sui substãtia præstãt, & ferè abstergentia ꝓprie vocari hæc video, aut humore multo, quo rem ꝓfundunt, & ablutiua nũcupãtur; colliquant aũt, q̃ quod à frigore concreuerat sui calore dissoluunt, ex his ergo differre hæc inter se videntur non mediocriter. Enitendum tamen est hac etiam in re, vt ad verum q̃ proxime accedamus. Itaq; q̃ emolliunt, abluunt, abstergunt, ad lenientia redigi posse arbitror, eadem.n. q̃ molliunt, asperitatem quoq; intestinorũ leniũt, & eadem lenia sunt, q̃ & mollia, licet diuersa lenientium, & mollientium sit ratio, ita etiam q̃ abluunt, abstergunt q; dum sordes auferunt, illa quidem copioso humore, hæc uero siccitate veluti corradentia, naturalem statum visceribus cõciliant, q̃ s. mollia, & lenia suapte sint natura, ita vt seu p se, seu p accidens eadem quoq; leniãt. Colliquantia vero ad soluentia referri possunt, euphorbium etenim præterq̃, ꝓ quæ in ventriculo intestinisq; obuiã fiũt à frigido coacta, qualia pituitosa sũt, sui calore dissoluit; etiã à uenis, quarũ ora maxime reserat, valenter trahit, qd̃ eorũ propriũ est, q̃ soluendo expurgant, q̃ ob rem si hæc ita se habent, superest, vt quatuor tãtũ sint modi laxãdæ alui, quos Auic. & Mesues describũt. Transeonũc ad id qd̃ tertio loco q̃rebatur, an leniẽtia, lubricãtia, cõprimẽtia, purgatoria sint uerè, an

ſcilicet humores, cum delectu trahant, & ſpecificæ formę ratione, vt purgãtibus veris ſupra attribuimus. Nõ ignoramus hac etiam in re Meſuen carpi. ſi enim leniendo, lubricando, comprimendo educunt; vt ob manifeſtas qualitates educant, & quidnis obuium nullo delectu habito detrahant, neceſſe videtur: ac propterea vt temere in his quoque ſpecifica forma pro cauſa afferatur, & certi humoris electio aſcribatur. Cæterum an medicamenta huiuſmodi proprios humores ſpectent, experimento ſtandum cenſeo. at aſſumpta roſa, mirabolano citrino, manna, caſia, rhabarbaro bilem multam, & ex polypodio, mirabolano emblico, & alijs eius generis medicamentis pituitam prȩter communia excrementa, q̃ inteſtinis adhærent, detrahi ſemper videmus: atq; hoc argumento eſt non promiſcue omnia, ſed certos ab his quoq; ipſis deligi humores, quod ſi verum eſt, ex ijs quoque quæ ſupra longa diſputatione ſtatuimus, vt à ſpecifica forma agant neceſſe erit. At Meſues ipſe met (dices) hæc inter ſtercoraria, & ea quæ obuium potius quiduis educant, quàm attrahant, reponit. Nihil impedit vt medicamentum idem ob manifeſtas qualitates leniendo, comprimendo, & lubricando, ac ob occultas ſoluendo etiam expurget: ac prȩter communem attractricem vim, propriam etiam inſitam habeat. à manifeſtis autem qualitatibus, quæ eiuſmodi ſunt præſertim denominationem ſuſcipiunt, & ꝙ dum expurgant effecta ſenſilibus qualitatibus ſimilia apertius prodire ab his quàm à ſoluentibus videmus, aſſumptis enim lenientibus lenis, comprimentibus aſtricta aluus remanet peracta purgatione: & quòd hic ipſa nihil poſſe in purgãdo videntur vere purgantibus cõparata.

CÆterum quæ diſſoluendo purgant, & deijciunt, ferè eadem vel attrahũt, vel eradicãt: attrahunt quidem, à ſupernis partibus materias: eradicant ab infernis. Reliquis vero tribus deiectoriorum generibus facultas purgatrix inſita, eſt admodum imbecilla: ob idq; parum perſpicua, vt quæ ſolum materias, quibus ipſa occurrunt, euacuet, neq; hepar tranſcẽdat. A capite autẽ per accidẽs vacuare videri hæc poſſint, ꝙ materias ad ipſum tolli conſuetas vacuant. Medica

Hipp. lib. de nat. humana.

menta enim purgantia iuuant per ſe, quædã etiã per accidẽs. Per ſe enim, quæ ex ſua temperie, & propria facultate cõmodant, vt pituitæ turbith: bili flauæ tamarindi, temperatura, & proprietate opponũtur. Per accidẽs vero, id eſt, alio aliquo interueniente, quando quædã ab aliquibus fiunt contra propriam ipſorum facultatem, vt hæc ab his poſſe fieri nõ facile credatur, vt ſcammoniũ cum ſit calidum, corpus tamẽ refrigerat, per accidens ſcilicet, ſeu per calidæ materiæ vacuationem: qua enim cauſa præſente fit hoc, eadẽ abſente fit contrarium. Facultas præterea medicamentorum, in materias oſtenditur, quãdo ea humorem ſibi familiarem delectu quodam educunt: educunt autẽ (vt quibuſdam viſum eſt) eũ, qui cæteris in corpore ſit largior, & poſt hunc, alium copia illi proximum. Nam omnia medicamenta purgantia pituitam fere vacuarent, vtpote in nobis vtraq; bile propè ſemper largiorẽ: quod falſum eſt. imo humorem abſolute nõ vacuant. ſed hoc genus medicamenti humorem hunc ſibi familiarem delectu quodam expellit, eumque interdum tenuem, craſſo in nobis relicto: interdum contra. Cuiuſque enim medicamenti purgantis actio inſita, & bene directa hęc eligit, illa relinquit: hũc vel illum humorem reſpicit, non omnem: nec vltra quàm paſſurus humor exigit, tranſgreditur, niſi immoderatius agat. Rei cuius abunde ſcientem te naturalis philoſophia reddiderit. Medicamẽtum igitur omne humorem ſibi familiarem primum educit: deinde illũ, qui ad ſequendum magis eſt habilis: poſtea alium ſequi paratiorẽ: poſtremo ſanguinẽ, quẽ ceu theſaurum quendã natura, quandiu poteſt, retinet, trahiq; prohibet: tandem vero victa, trahentibus permittit expellendũ. In hac humorũ ſucceſſione primũ ſibi cognatum trahit medicamentũ, ſuo iure directum: alios vero tanquã degenerãs, ob actionis vehementiam: quomodo ſi quis iraſci facilis, ira ſic incitetur, vt furiat. Tunc enim rectas actiones ſuas, vltra quam par eſt, & quam ſtatuerat, tranſgredietur.

NOtandum, ꝙ ex iſta litera poſſumus habere ſolutionem cuiuſdam quæſtionis, in qua conſueuit quæri, vtrum aliqua medicina ſolutiua poſſit euacuare alium humorem, quàm proprium ſibi. Quia dicere aliqui videntur, quòd non, quia ſi ipſa euacuaret alios humores à ſuo proprio, tunc ad omnes illos haberet formam ſpecificam determinatam, vel per quam illos euacuaret, hoc autem eſt impoſſibile. Dico ad hoc, ꝙ ipſa medicina ſolutiua per ſe, & ſecundum ſe non euacuat niſi proprium & determinatum humorem, ſed per accidens bene poteſt euacuare alios a proprio humore, & hoc contingit, quãdo ipſa eſt effrenis, & irregularis. Eſt autem effrenis, aut irregularis ex quatuor, aut ratione malæ qualitatis, aut ratione quantitatis, aut ratione corporis, & virtutis eius, aut ratione vtriuſque, ratione qualitatis & hoc dupliciter, aut ratione qualitatis communis, aut propriæ, ratione qualitatis communis, & hoc non poteſt euacuare humorem hunc & illum; nam vt ponit Auer. in 5. ſui coll. c. de medicinis euacuantibus à forma ſpecifica ipſa medicina ſolutiua non poteſt abſolui à virtute communi, quæ eſt educere humorem; nam turbith cum educit phlegma, educit etiam cum hoc humorem. modo cum humores ipſi non ſint tantum diſparati, ſicut viuum, & cadauer, imo ipſi aliqualem conuenientiam & communitatem habeant, poteſt medicina ſolutiua, manente in ea virtute euacuatiua communi, euacuato proprio humore, alios euacuare. Hoc etiam poteſt eſſe ratione qualitatis propriæ ipſius medicinæ, & quæ ineſt ſibi per ſe & accidentaliter: per ſe, nam agaricus euacuat phlegma, & cholerain per ſe, quãdoque quædam ſimul dũ inuenit eos adinuicẽ mixtos, quandoque autem ſucceſſiue. poteſt etiam medicina per qualitatem accidentalem diuerſos humores euacuare, ſicut turbith quando eſſet rubeum, aut nigrum, venenoſum: tunc enim non ſolum phlegma euacuat, imo euacuat quemcunque humorem, vt etiam ſanguinem euacuet. Secundo dico, quòd euacuare poteſt plures humores ratione quantitatis, quando offertur in maiori doſi, quàm debeat: nam ſicut medicina euacuat appropriata huic humori, ita oportet vt ſit hęc quãta, quia in conuenienti doſi, & ideo ſi ſit ſuperflua euacuat euacuatione communi & aſſociata, ſicut apparet in ſcammonea, quando exhibetur in ſuperflua quantitate, tunc enim primo euacuat choleram, poſt phlegma vſque ad ſanguinem. Item etiam hoc contingit tertio ratione virtutis corporis: nam cum ipſa medicina euacuet vim inferendo naturæ, vt Auer. ponit 5. ſui coll. poſuit etiam Meſ. ſupra, tunc licet virtus expulſiua ſit irritata ab ipſa, vt expellat ſolum vnum humorem ſibi proprium; tamen poſtquam expulit illum, nititur virtus expulſiua corporis illum alium expellere, qui etiam eſt nociuus ci, &

Quatuor de cauſis medicina eſt effrenis.

MOND.

ei,& superfluus in corpore, & illum fugare, & præcipue quando natura corporis,& virtus est fortis, & ex hoc potest apparere nobis, quòd non parum facit ad euacuationem virtus ipsa violenta medicinæ. Quarto etiam hoc potest contingere ex parte vtriusque: nam potest esse, quòd virtus sit fortis in expellendo, medicina etiam euacuabit virtute communi euacuatiua, vnde cum inter humores non sit tanta disconuenientia, sicut inter viuum & mortuum, poterit euacuare alios humores à proprio,& determinato.

HOc autem ordine vacuant materias hæc purgantia medicamenta, vt cholagogum bilem primum trahat, hinc pituitam, postea atram bilem, postremo sanguinem: phlegmagogum pituitam primum educat, postea bilem flauam, hinc atram, postremum sanguinem. Melanogoga denique bilem atram primũ, deinde flauã, tertio pituitam,ad postremũ sanguinẽ.

MOND. ADuertendum, quòd causa quare medicina quæ euacuat phlegma, primo id euacuat, postea melancholiam, vltimo sanguinem, est duplex, vnde vt supra dicebatur, propter duas causas principaliter medicina *post* euacuationem *proprij humoris* euacuat alium humorem. vna est propter *virtutem* euacuatiuam communem, quæ *in ipsa* remanet post *operationem* virtutis propriæ: & hanc virtutem & operationem communem habet ratione caliditatis, vel vacuitatis. modo omne quod attrahit ratione calidi, vel vacui, attrahit citius, quòd subtile est, quam crassum. & ideo cholera cum sit subtilior, quam ipsa scilicet melancholia, post euacuationem phlegmatis euacuabitur cholera, postea melancholia. sed causa potest esse: nam vt apparuit supra, vna causa quare vna medicina euacuat vnum humorem post alium; erat, quia medicina inferebat vim naturæ, & ideo quando medicina euacuabit proprium humorem post illum, debet magis euacuare illum, qui magis molestat naturam, qui etiam magis abundat in corpore: & ideo si habarbarum euacuauit choleram in aliquo, post ipsam debet euacuare phlegma, postea melancholiam, eo, quòd magis phlegma molestat, plus etiam de eo est in corpore, quam de melancholia: vltimo vero educit sanguinem, eo quòd cum sit thesaurus naturæ, non molestat naturam, etiam si sit de eo in corpore plus, quam de alijs humoribus.

Secundum. Aduertendum est, quòd id quod dictum est, habet verum, quando solum ille humor, *qui debet principaliter* euacuari à medicina, peccat in quali, aut in quanto, vel vtroque: alij humores sunt secundum naturam: nam si aliqua medicina euacuat choleram, & illa peccet in quali in corpore, phlegma autem non peccet, sed magis peccet melancholia in quali, tunc contingit, quòd medicina, quæ euacuauit choleram, post choleram euacuabit melancholiam, & non phlegma, etiam suppositio, quòd phlegma peccaret in quanto, & non in quali, vt melancholia, & ideo etiam si aliqua medicina detur principaliter propter vnum humorem euacuandum, & iste humor in corpore non peccet, tunc ipsa euacuabit prius humorem alium peccantem, quam illum, quem debet principaliter euacuare, etiam si medicus faciat *istud* ex errore. & ex hoc apparet, quòd hic ordo debet intelligi in corpore, in quo solum ille humor, qui debet principaliter euacuari à medicina, peccet in quali, alij autem humores non peccent in quali.

Quare mr. flux. fluę euacuans dimittit sanguinẽ vltimo. Et ex hoc apparet quare vltimo & rarius educit sanguinem, eo quòd raro est, quod sanguis peccet in quali, sicut alij humores, etiam natura ipsum recondit pro thesauro. Sed tu dices, quare etiam non coaptauit hunc ordinem ad medicinam euacuatiuam melancholiæ principaliter? Dico quod satis datur intelligi ex dictis ab eo: nam si aliqua medicina euacuat principaliter melancholiam, post ipsam euacuat choleram, postea phlegma, *vltimo* necessitata natura, euacuat sanguinẽ.

NVllum enim medicamentum facultatem habet primam, & per se hæmagogam, id est, qua sanguinem abigat,& vacuet, quem natura vsq; ad postremũ retinet, neq; trahi permittit, nisi coacta vi medicamenti immoderatiore.

ADuertendum, quòd Mes. *in suis* verbis ponit duo in genere, vnum est, quod nõ est reperire aliquam medicinam regulariter, & de propria intentione sanguinis eductiuam, & causa est, quia natura eum recondit vsque ad vltimum. Secundum quod ponit Mes. *in* his verbis est, quod licet non sit aliqua medicina, quæ de propria intentione euacuet sanguinem, tamen virtus, siue natura coacta ab effrenitate pharmaci vltimo illum expellit. Ratio primi potest esse duplex, prima est, quoniam si natura nunquam intendit principaliter, & regulariter sanguinem à corpore expellere, sed ipsum ad vltimum retinere, secundum quod est ei possibile, tunc non reperitur medicina, quæ principaliter illum euacuet: sed ita est, quare &c. Maior est nota, quia medicina regulariter operans solum illum humorem *expellit*, quem natura intendit euacuare. minor est nota, eo quod sanguis est thesaurus naturæ, quem nunquam *intendit expellere*. Secunda ratio est, quoniam si medicina *solutiua non habet* a proprietate ipsum sanguinem attrahere, *tunc non est reperire* medicinam, quæ regulariter & per se sanguinem *euacuet*. sed ita est, quare &c. Maior est nota, eo quod *illæ medicinæ* euacuant humores, & eos attrahunt per proprietatem minor apparet ex eo, quod natura principaliter attrahit sanguinem, eo quod membra ex eo præcipue nutriuntur, & si attrahit alios humores, hoc facit, vt cum sanguine sint permixti, quoniam *non* attrahuntur nisi permixti cum sanguine, aut etiam propter diuersitatem membrorum in actu nutritionis ipsorum: vnde quædam magis indigent sanguine melancholico, vt ossa, quædam sanguine cholerico, vt pulmo; & sic de alijs. modo scitis, quod attractio naturæ, quæ attrahit sanguinem est opposita naturæ ipsius medicinæ solutiuæ, eo, quod medicina attrahit per virtutem venenosam quæ est in ea, virtus autem venenosa est contraria naturæ corporis. quare concluditur, quod non reperitur medicina principaliter sanguinis euacuatiua. Tamen istæ rationes non sunt demonstratiuę: nõ enim concludunt, quod nullo modo possit reperiri medicina sanguinis eductiua, imo bene reperitur, sed tamen medicus non debet eam alicui ostendere, nec demonstrare. cum illa medicina sit valde effrenis, phvsicus etiam medicus non potest sic subuenire nocumentis eius vnde Gal. ponit in lib. de simpl. pharm. quod talis medicina sanguinis eductiua non reperitur, & si reperitur, medicus ea vti non debet: *non enim* euacuat sanguinem nisi propter *pessima accidentia*, quæ *inducit*, & nocumenta scilicet excoriando venas, & superfluę aperiendo scilicet orificia venarum, & etiam quando valde superfluit *in* euacuatione, vt ipse statim ponet, & iam magis tute, & commode possumus sanguinem euacuare, quam cum medicina. possumus enim eum euacuare per phlebotomiam, & cum ventosis, non autem sic alij humores, eo quod alij humores euacuantur magis cum electione, non autem ex necessitate vacui, vel consecutione vnius ad alterum, sicut contingit quando ex phlebotomia sanguis euacuatur, euacuatur enim magis ex necessitate vacui, vel ex quadam cõsequentia, quam euacuetur electione.

Quare nõ reperitur med. de propria intentione sanguinem eductiuam.

QVod si sanguis iam corruptus est, ac computruit, sanguis esse desijt, & portione tenui in bilem flauam abijt, crassa in atrã, vt inquit Gal. quam vtranq; medicamento purgante vacuari posse, nemini ambigitur. *lib. 2. de differ. feb. cap. 12.*

REmouet quandam obiectionem. dixerat, quod nõ reperitur aliqua medicina euacuatiua sanguinis MOND.

de

de propria intentione. modo diceret aliquis,non est verum, eo quod sanguini putrescenti inuenitur medicina eum euacuans. Respondet & dicit, quod iste sanguis recessit à natura sanguinis: nam dicit ipse auctoritate Gal.quod sanguis putrescēs subtile eius cōuertitur in choleram,& crassum eius conuertitur in melancholiam, & ideo qua ratione inuenitur medicina euacuatiua ipsius choleræ, & melancholiæ, ita etiam medicina eadem euacuatiua est sanguinis putrescentis, cuius subtile est conuersum in choleram, & crassum in melancholiam. vnde tenet naturam humorum, in quos transmutatur, & ex hoc apparet,quod nō solum Auic. immo etiam Mes. & alij authores posuerunt quod de intentione fuit Gal. quod sanguis putrescens non est sanguis, de hoc tamen est dubium, & hoc dicetur perfecte in secundo de feb. Tamen sciendum ad præsens, quod sanguis putrescens, aut est in fieri, aut est in facto, si est in facto, est in termino putredinis: si sit in fieri,tunc adhuc seruat naturam sanguinis, & non est cōuersus in choleram, nec in melancholiam,sed est aptus conuerti ad illos: si autem sanguis iste sit in termino putredinis, tunc non seruat naturam sanguinis; imo eius subtile iam est cholera, & eius crassum in melancholiam est conuersum. Sed tu dices, si sanguis est in putrefieri,reperitur ne medicina ipsius euacuatiua? Dico quod non,nam quod talis medicina non reperiatur, hoc non est ex parte virtutis, eo quod virtus & natura regitiua totius gaudent bene in eius expulsione: sed hoc est, quia non inuenitur aliqua medicina, quæ à forma specifica possit sanguinem euacuare, & si reperiatur talis medicina,tamen aliter, & meliori modo posset talis sanguis euacuari, quam à medicina,quia cum phlebotomia, & ventosis, etiam talis medicina posset sanguinem laudabilem euacuare, & non putridum, aut magis euacuare, quam putridum, etiam non posset sic resisti nocumentis talis medicinæ euacuatiuę sanguinis, sicut si euacuaretur cum phlebotomia,& ventosis,non enim medicus potest sic regulare medicinam euacuatiuam,sicut phlebotomiam tantum, licet ipse sanguis putridus euacuari possit per phlebotomiam, adhuc circa istum humorem expectamus digestionem, antequam euacuetur,sicut circa alios humores, vt ponit Auic.primo ca.fen.iiij.c.de phlebotomia.

Vtrū detur med. euacuatiua sanguinis actualiter putrescētis.

COST. *Animaduersione hoc etiam dignum est,quod ait, medicamentum nullum propriam,ac peculiarem sanguinis detrahendi habere facultatē. naturam enim sanguinem ad postremum vsque retinere,neque vt trahatur permittere, nisi coactam. At contra Gal. lib. de purg.medic. fac. deprehensum sua tempestate hæmagogum medicamentum testatur. neq; alioqui ratio,quam hic Mesues affert opportune afferri videtur, non enim si natura tantam sanguinis habet curam,id sequitur,vt medicamentum non detur sanguinem ducens. habet equidem natura etiam hominis curam, cuius gratia parasse inferiora hæc aiunt omnia; at ea tamen venena plura,animalia homini infesta infinita quotidie pfert. Profecto sanguinem ducunt medicamenta plura immoderatius sumpta, hæc tamen hæmagoga non sunt, quod primo loco eum non extrahant, sicut cholagoga bilem, phlegmagoga pituitam, melanogoga atrum humorem præ omnibus eliciunt. sanguinem etiam per vrinas erum,& cantharides detrahunt, sed neque de his est sermo, quæ purgatoria non vocantur. aloe quoq; sanguinem detrahit per venas sedis (vt ait Mes.) proprietate, sed non primo loco, neque attrahendo id agit: verum bilem primum allicit, sanguinem vero ob id detrahit, quod ora venarum reserat; atque hæc propterea non est per aluum expurgatio.de purgantibus autem quæstio nunc instituta est, an eorum aliquod primo loco*

Cap.4.

E *ex proprietate humorem hunc extrahat, sicuti alios humores alia. Ac Gal. quidem,tale quoddam suo tempore inuentum testatur. Vere tamen (vt ingenue dicam) cogit me adducta à Mes. ratio,vt nullum tale inueniri medicamentum suspicer. nempe, quod natura sanguinē totis semper viribus custodiat, neque trahi nisi coacta permittat. At contra argumento sumpto à simili obijcis naturam venena,belluasq; ac feras homini aduersas,& infestas proferre,licet eius precipuam,ac ueluti primariam curam gerere videatur.addisq; experimētum Galeni ætate comprobatum. verum ad hæc.Medicamentum id sanguinem educens,ex proprietate ne ac primo loco id ageret,an potius manifestis qualitatibus secando ac erodendo, aut post immoderatam aliorum humorum euacuationem, non asserit Gal. sed quod inuentum illud asserit obseruatione facta in suillo iecore,*

F *coniecturam facio, id ex ijs fuisse, quæ erodendo,dissoluendoq; agerent. propterea ergo non aduersatur nobis Galeni historia, qui de ijs verba facimus, quæ ex proprietate, ac primo loco sanguinem educunt. Quod autē aduersus rationem nostram affertur, irritum puto & vanum. Esto enim vt medicamentum tale adsit sanguinem appetens, & attrahere primo loco contendens; quum tamen fieri humoris vllius attractio non possit,nisi annuente contendenteque retentrice membrorum facultate; propria hæc partium natura tuendo sanguini, quo alimenti gratia egent, tota opera semper incumbens,trahi illum primo loco, si integræ partes sint, non sinet; sed admittet omnes antea humores alios, quam sanguinem. Firma ergo ratio est Mesuæ, qua hæmagogum medicamentum non inueniri persuadet.*

OMnia autem,quæ summe & effræni virtute purgant medicamenta, sanguinem tan-
G dem, non tamen propria vi educunt, sed vel ex coriatis venis, vel orificijs venarum tam late apertis, vt sanguis effluat: vel sua vi immoderatiore extremam vacuationem moliente. Qualia sunt, aloe mala,cucumer agrestis,centauriū, colocynthis vnica in planta vna, scammonium è regione Sceuitarum, euphorbiū[c]* thymelęa *Mes.gren.* seu granum gnidium, præsertim paruum. Sunt tamen medicamenta quædam, sanguinem purum & clarum efficientia, vt lupulus, adiāthum album,rhabarbarum Sceniticum, serum lactis, præcipue caprarum bono pastu educatarum: succus rosarum,casia fistula, absinthium,fumaria, aloe, succus bonorum fructuum vt Damascenorum, asphodelus,potissimumq; ipsius succus & similia. Medicamenta autem præcipue
H cholagoga sunt,aloe, scammonium,absinthiū, eupatorium,lupulus, myrobalani citreæ,fumaria,rhabarbarum,serum lactis, succus rosarum, violæ, casia fistula, tamar Indi,manna, psylliū, pruna,succus fructuum bonorum,Phlegmagoga vero magis sunt, myrobalani cepulæ, emblicæ,bellericæ,sal gemma, colocynthis, turbith, stœchas,iris,sarcocolla,balanus myrepsica, ricinus, hyssopus, thymus, opopanax, sagapenū, euphorbium, aristolochia, cnicus,centaurium, eupatorium,agaricus,cucumer agrestis, hermo dactyli, scilla, cuminum, asarum, polium, polypodium, vrtica, zingiber, serum lactis, mel, saccharum rubrum. Bilem atram proprie & potissimum vacuant, epithymum,stœchas,myrobalani

balani nigræ, polypodiũ, esula, calaminthe mon A tana, senna, elleborus niger, sal Indus, sal naphthicus, sal niger, lapis Cyanus, lapis Armenus, & similia. Humores quoque vstos, senna, myrobalani nigrę, fumaria, lupulus, volubilis maior, serum lactis, & similia. Aquas denique, turbith, thymus, adiãthum album, euphorbiũ, ricinus, cucumer agrestis, centaurium, aristolochia, sal, salgemma. aquam autem rufam, iris, cucumer agrestis, agaricus, sagapenum, * granum gnidium, esula, ęs vstum, & similia.

Mezereon.

Medicamenta quæ quas partes respiciant. Galen. lib. 1. simpl. c. 23. Partes quæ longius absunt à ventriculo, & intestinu, & meatus habent angustiores, eo arius purgãtur.

Medicamentorum quoq; facultas quædam est partibus quibusdã familiaris, eas iuuãs, & humoribus superfluis expurgans. Expurgantur aũt hi humores à vẽtriculo & intestinis facillimè: à venis mesaraicis, minus prõpte: & his adhuc ægrius ex venis simæ hepatis [& gibbę.] Difficulter itẽ à venis tenuibus singularũ corporis partiũ: difficillime à iuncturis, præsertim cũ ipsi directis partibus diu immorati sunt, & impacti tenacius adhærent. Cũ aũt medicamenta soluendo purgãtia possint à partibus remotis, supernis quidẽ attrahere, *infernis vero* eradicare: *tria* vero reliqua purgan*tiũ* genera materias potius obuias educunt, [illis in parte difficulter vacuãda, his in eaq̃ prompte vacuatur, vtendum est:] obseruata simul proprietate medicamento cuiq; purgãti insita, hanc vel illã partem magis respiciente. Vt partes capitis, agaric⁹, colocynthis, stœchas; aloe, scilla, epithymũ, myrobalani cepulæ & indę, sal Indus, lapis Cyanus, lapis Armenus, respiciunt magis, & ab his materias potius vacuant. Vt thoracẽ, & pulmones, agaricus, thymus, hyssopus, volubilis, manna, casia fistula, sarcocolla, iris, colocynthis, & similia. Ventriculũ, & intestina, absinthiũ, aloe, myrobalani, & alia q̃ obuias tantũ materias educunt. Splenẽ vero, agaricus, senna, epithymũ, elleborus niger, stœchas, cupatoriũ, absinthiũ, calaminthe mõtana, sal Indus, sal niger, & similia. Heparitẽ, agaricus, volubilis maior, lupulus, serũ lactis, rhabarbarũ, eupatoriũ, absinthiũ, & vtriusq; ac rosarũ succus, myro-
Mezereon. balani, tamar Indi, fumaria, iris, * granũ gnidiũ, senna, esula, æs vstũ, sagapenũ, sarcocolla, & similia. Iuncturas deniq; ac partes alias remotas, hermodactylus, sarcocolla, opoponax, sagapenum, euphorbiũ, colocynthis, turbith, sal gemma, sal Indus, centaurium, cucumer agrestis, elleborus niger, polypodium, & similia. Ab ipsa vero cute materias educũt, ac expurgant serũ lactis, fumaria, colocynthis, epithymũ, agaricus, polypodiũ, myrobalani Indæ, volubilis, & similia. Præterea dicta, indicatio ab aeris temperie magni est momenti ad rectũ medicamentorum purgantium vsum. Nã aere multũ calido aut frigido, à medicamentis purgantibus abstinendũ est, quod in-
Aph. 5 li. 4. nuauit Hippocrates, sub cane, & ante canẽ difficiles medicationes pronuntians: quia (vt inquit
Galen. hæc omnia in cõmentario eius Aphor. Aph. 4 li. 4. Commentatis. Galenus) natura ab aere calidissimo inflammata, [nec acrimoniã medicamenti purgantis ferẽte,] febres excitantur, & virtus à multo calore externo resoluta & infirmata, à medicamẽto purgãte magis deijcitur. Adde quod aer externus, balnei modo calore suo præsertim immodera-

tiore medicamenti intro trahẽtis, vim ad cutim attrahens [purgationi obsistit] Quod si æstate vacuandum est, purgabis (vt etiam iubet Hippocrates) superiorẽ ventrẽ, & hyeme inferiorem. Recte si quidem (inquit Galenus) imperat Hippocrates æstate vomitu purgandum corpus: quia tunc bilis flaua abundat, & tota animalis natura ob ambientis caliditatem omnino magis ad superiora mouet: humores enim per anni partiũ dispositionẽ sibi similem augentur, aut minuuntur per cõtrariã sibi aeris temperaturã: vt æstate bilis flaua augetur: calida item & acria [& leuia] facile ad superiora feruntur. Dandũ igitur medicamentum hoc tempore, quod bilem per superiora educat. In hyeme vero augetur pituita, quæ cũ grauis sit, ad inferiora repit: dandum
B igitur tunc medicamentum, quod per inferiora educat. Medicamenta igitur æstate vitanda sunt, quæ acria & valentia sunt, purgantq́e dissoluẽdo: hyeme vero purgãtia lubricando. Illa enim febres, vlcerationes, dysenterias, prõpte excitãt: hæc diarrheas, & *lienterias*. Acria vero illa nõ in æstu solum, sed etiã *frigore vitanda*, quia ut in illo excoriationem, & febres (*vt diximus*) prõpte excitant, sic in hoc hypercatharsin, hoc est, purgationẽ immodicam, & virium dissolutionem.

Hæc non habet eo loco Gal. sed in natura humana.

DE opportuno assumendi medicamenti tempore agit, atque id affert quod Hipp 4. aph. æstate per superiora, hyeme per inferiora purgandũ esse. Hæc tamen res dubitatione non vacat. quando idem Hipp. seu Polybus lib. de salubri dieta sex brumalibus mensibus per superiora purgandum præcipit, quia id tempus æstiuo pituitosius est, & morbi caput tentant, & regionem supra septum transuersum, & Celsus quoq; lib. 1. vomitum hyeme vtiliorem esse docet quã æstate, ꝙ tunc plus pituitę, & capitis grauitas maior subest. Sanè, licet pro huius controuersiæ solutione alias quoq; non mediocriter laborauerimus, dum in Auic. meditaremur, nunc tamen ijs interea prętermissis, quæ illic scripsimus, hæc libet adijcere. In libro quidem de salubri diæta de sanis agi corporibus, tota enim in hoc ea tractatio est: in aphorismis vero de ijs, qui ægrotant, propterea q̃, illud quidem, quod hyeme uomendum sit, præseruatricis, hoc vero, quod æstate, curatricis præceptum esse, atque hoc pacto discordiam Hippocrati cum ipsomet Hippoc. ac Celso esse nullam. Innuere hoc ipsum Gal. in eo de salub. diæta libro videtur, quum præcepta hæc perpendens, vbi purgandum vniuersum sit corpus & euacuanda,
D *quæ in præsenti abundant, agendum ait per loca, ad quę humores vergunt; per contraria autem retrahendum, si ne augeãtur excrementa, velis obsistere. Vniuersum profecto corpus nisi præsente, aut imminente iam morbo non expurgatur, propterea q̃, quod in aphorismis traditur, in ijs quæ ægrotant obseruandum, æstate scilicet ꝙ superiora, ꝙ bilis tunc temporis maxime affluens, & excandescens sursum repit; hyeme per inferiora, ꝙ pituita tunc redundet grauis, & sponte deorsum inclinans, secus vbi, ne augeantur excrementa, studium est, tunc enim non præsentem, sed futurum morbum auertimus, & hyeme quidem per superiora purgare ventriculum præstat, ꝙ pituita in eo multa affluit, expurgatur per vomitum facilior ob viæ breuitatem: æstate autem deorsum retrahenda excrementa, ꝙ biliosa præsertim tunc tẽporis sint, à qbus metus est, ne incalescat corpus.*

COST. Aph. 4.

Aphor. 5.

THEO-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0041-1 DFG

THEOREMA SECVNDVM.

De medicamentorum purgantium correctione.

MEdicamentorum purgãtium tam bonorum,quàm maleficorum,differentias prius demonſtrauimus: nunc autem horum malignitatem auferre, vel ſaltem obtundere, & quibus poterimus modis corrigere,partim malitiam eorum & exceſſum frangentibus, partim ſalubrem aliquam facultatem afferentibus,Dei benedicti beneficentia adiuti,tentabimus.Corrigimus autem medicamentum purgans maleficum, aut miſto ipſi altero facultatem habente contrariam ipſi exceſſui,aut arte aliqua, & induſtria melius ipſum reddendo. Verum facultatis contrariæ miſtio tribus modis perficitur, vt inquit *Democritus*. Aut enim malitiam à proprietate innatam, vt qualitatem venenoſam,& vitæ noſtræ inimicã, alijs proprietatem oppoſitam natura ſortitis, emendamus: aut intemperiem eorum calidam, frigidam, humidam, ſiccam, contraria qualitate miſta, permutamus: aut denique effectis ipſorũ noxijs poſt dicẽdis, cõtraria opponimus.

Correctio medicamẽti ratio duplex.

COST. *TRiplici medicamentorum vitio triplex præſidium accommodat, ſimile videlicet differentiæ noxæ ſimilem differentiam præſidij apponens. vitium ex proprietate caſtigat præſidio ex proprietate, quod ex intemperie eſt corrigit auxilio ex intemperie,& quod ex ſecundis ac tertijs qualitatibus prodit, (effecta hæc vocat) ijs quæ ſimilis differentiæ ſunt,& contraria efficiunt, emendat. Sed in his opportune adhibendis duo præcipue obſeruari à medico deſiderat. primum vt nulla coniungantur,niſi quæ cognata ſint natura,& concordia;alterum vt debita proportione commiſceantur: ita enim fore putat, vt quod ex ea miſcella prodit ſaluberrimum ſit futurum. Par autem eſt, vt hic huius viri diligentiam admiremur. Non ſatis putat vitio ex proprietate medicamentum opponere ex proprietate contrarium, ſed conſenſum quoque (ſympathiam vocant) inter ea,quæ ita commiſcenda ſunt,etiam deſiderat, id quod plurimi ego certe faciendum duxerim,qui eſſe inter naturales res omnes aſſenſum, & diſſenſum pro certo habeo,licet id etiam negent, qui proprietates occultas non admittunt. Atque,vt maior certe in componendis medicamentis ſit difficultas, neceße eſt ſi obſeruandus hic etiam eſt conſenſus: enitendum tamen medico futuro eſt, vt hac quoque in re plurimum proficiat,neq; ijs ſint aures præbendæ, qui dum Arabas ſuperſtitionum authores faciunt,prædicantq;, ſubterfugiendi laboris gratia à diligentiori harum rerum obſeruatione, cum ipſi abſtinent,tum alios etiam abducunt.*

Miſtendorũ cognatio quædam neceſſaria eſt ad ſui mutationem,& vtrorum Ariſt. lib. 1. de generatione. cap. 7.

DVo præterea omnino obſeruantes: primũ, vt medicamentis pdictis ſit quædã proprietatũ inter ſe cõcordia,& cognatio, qua ſeſe mutuo afficiant,vt tranſmutatione abſoluta, ex his duobus cõtrarijs virtus vna conſurgat: vt exẽpli gratia,zingiber turbith ipſi vim mirã imprimit: & raphanus hermodactylis: raphanus aũt cũ turbith, fruſtra pmiſcetur, qa his duobus inſita nõ eſt inter ſe cõcordia. Scammonium quoque cor proprietate ſua,& calore ipſum inflammante,ac multũ diſſoluẽte ledit:licet vero ambra corroboret,& cryſtallus inflammationẽ extinguat, & galla partes diſſolutas cogat, tñ nullũ eorũ rectẽ ſcammonio miſcet: qa hæc, ac ſcammonio agendo inuicẽ & patiendo in vnius virtutis concordiã non conſpirant,nec contendunt.Quæ vero medicamẽta proprietatibus ſuis concordent, ac ſymbolũ habeant,ab his diſce, qui rerũ variarũ arcana ſcrutantur. Secundum tibi obſeruandũ eſt, vt pportione idonea miſceas hæc medicamẽto corrigendo oppoſita, inuicemq; agere, & pati idonea: vt ex his iã conſentientibus,medicamentum reſultet vnum, velut pacatum, pugnæ omnis expers,magnarumq; virium.De his aũt proportionibus, quantum operi propoſito expedit,poſtea dicemus. Medicamento purganti proprietatẽ quandam laudabilẽ, quæ miſcent oppoſita,conferũt:quorũ propria virtus ab ipſorum forma proficiſcẽs,*in his* atq; alijs varia, aliquã medicamenti noxã peculiariter reſpicit, ac corrigit:qualia ſunt triplicia. Medicamẽti enim purgantis virtutem vel imbecillam augent, vel violentam minuunt,vel malignam permutant.

Correctio medicamentorum per alia oppoſita proprietatũ virtutem habentia.

Canon primus.

SI quidẽ medicamentorum actio imbecilla eſt intendenda miſto pportione iuſta eorum aliquo,q̃ actionis vigorẽ ipſi tribuunt, ob agendi inuicẽ,ac patiẽdi proprietatẽ cognatã: ſeu ob totam ſuã ſubſtantiã, non ob caliditatẽ,vel frigiditatẽ. Quomodo corallium ſanat ſtomachi imbecilli ta cẽ,pæonia epilepſiã, non quia illud frigidum, hæc calida:aut quia illud graue,hæc leuis:ſed qa hãc virtutis dotẽ vtrunq; eſt ſortitũ: ſic ſerpens iuueneſcere facit, *Magnes* ferrũ attrahit, & alia ſimiliter. Porro medicamẽti facultas purgatrix eſt imbecilla, qñ debilitat, & minus quam opus eſt purgat,aut tarde purgat,tum.ſ.primum,quũ corpus cibo,aut ſomno reficiendum eſt: immo interdũ die poſtero: & interdum humores mouet,non vacuat: interdum coctionẽ vitiat, cibũ crudum,aut tñ coqui cẽptum,vna ſecum detrahens,ac deturbans. Si igitur medicamenti purgatio ſit debilis, imperfecta, parcior quam opus eſt,(vt turbith reuera pituitã tñ tenuem vacuat: epithymum parum aut nihil vacuat,niſi eius larga vis ſumatur: manna, hermodactylus, & alia multa debiliter vacuant) robur facultatis ei addendum eſt per ea,quæ ipſi ſunt familiaria, & ſe ſe mutuo ferunt: vt ex vtriſque conflata virtus vna,purgationem abſolutam perficiat.

EX hoc apparet,quod ſecundum iſtum modum debilitatis medicinarum ſolutiuarum, aliqua medicina ſolutiua dicitur adhuc debilis dupliciter. Vno modo dicitur debilis ratione quantitatis medicinæ, & ſuæ qualitatis ſeu ſubſtantiæ, quia non euacuat multum de materia; nec etiam euacuat de ſe, niſi quod ſubtile eſt, ſicut iſto modo dicimus, quod turbith eſt medicina ſo- MOND.

na ſolutiua debilis: & parum de phlegmate euacuat de ſe,& etiam ſubtile eſt. Secundo modo dicitur medicina debilis hoc modo, ratione loci à quo euacuat, quia ſcilicet non euacuat à longe, ſicut ſiracoſt.caſia: terenia bin.i. manna, & tamarindi, hæ enim medicinæ nõ euacuant niſi humores, quibus obuiant in vijs communibus expulſionis, vnde ſi inueniat humores craſſos, & multos in vijs communibus, ita eos euacuant ſicut cholericos, vel alios ſubtiles humores, & ideo hæ medicinæ non dicuntur debiles primo modo, ſed dicuntur debiles ſecundo modo, quia non poſſunt euacuare multum à longe.

VT turbith, zingibere adiutum, pituitã craſſam, & ſuccum crudum vacuat, alioqui p ſe non vacuaturum. Epithymum cum ſero lactis, vel hydromelite, vel ſale Indo, vel ſale gemma, vel myrobalanis nigris, potentius purgat. Manna cum thymo, aut ammi, aut cardamomo, laudatam & abſolutam facit purgationem. Hermodactylus cum cumino, aut pipere, item hermodactyli puluis cum ſucco ſcillæ, vel rhaphani in trochiſos coactus, materiam craſſam, & lentam à iuncturis mire educit. Si autem tardius,& longo poſt tempore purget medicamentum, (vt agaricus, aloe, hermodactylus, turbith, & ſimilia) miſce purgationem tuto accelerantia, vt agarico oxymeli, ſalem gemmeũ: aloe, aromata: hermodactylo, ſcillam, rhaphanum: turbith, zingiber.

MOND. HIc aduertendum, quod aliqua medicina admixta medicinæ ſolutiuæ dicitur accelerare ſuam operationem per virtutem ſigillatam & occultam, ſicut quando cum agarico permiſcetur ſecaniabin, aut ſpecies aromaticæ. Secundo modo dicitur accelerare operationem eius per ſuam virtutem communem, quam habet inducẽdo ſcilicet mordicationem in ſtomacho,& hoc modo ſal gemma eis admixtum accelerat operationem, & ſal commune, & ſal nitrum, & ſal indum ad huc etiam accelerant ſui operationem per proprietatem. Aloe autem cum ſpeciebus alefanginis, ideſt cum ſpeciebus aromaticis, & hæc eſt cauſa quare Gal. & alij auctores in compoſitione hieræ non ſolum ponunt aloe, ſed etiam ponunt ſpecies aromaticas, vt habeant accelerare eius operationem, cum illa operatio ſit valde tarda, ſicut eſt ſpica aſſata, cyminum,& folium,& ſimilia. etiã propter aliud ibi ponuntur ſpecies aromaticæ, vt.ſ.confortent virtutem ſtomachi,& cordis & aliorum membrorum, quibus obuiare poteſt medicina ſolutiua ſui malitia; & turbith cum zingibere proprie. Et ex hoc apparet, quod non eſt inconueniens, quod vna & eadem medicina admixta medicinæ ſolutiuæ debili fortificet eam in operando, & tarde operando: nam ponebat etiam ſupra, quod zingiber admixtum turbith fortificat, & vigorat eius operationem, modo ponit, quod accelerat eius operationem.

Canon ſecundus.

MEdicamenti malignitatem permutamus, his miſtis, quæ proprietate quadam id præſtant. Malignitas autem medicamenti in ea parte plurima eſt, quod corpus & ſeneſcere cogit, & vſu crebro lædit, partes ipſas principes virtutum nos gubernantium ceu fontes, & ſpiritus, caloremque natiuum, hatũ motores, infirmat. Quapropter medicamentis ſoluendo purgantibus miſcere cogimur, quæ cor, & alias partes principes quadam proprietate roborant: illaque purgantia ſalubria reddat, adeo vt miſtis vtriſq; corpus ſit ſanum, & iuueneſcere videatur. Qualia ſunt cardiaca, ſtomachica, cerebrica, & quæ alias quoq; partes principes, & viſcera roborare cognoſcuntur. Cor nanq; in omni vacuatione, in primis roborandum eſt, (quod ipſum cor, ceu vitæ baſim, ſymptomata purgationi ſuccedentia primum infeſtent:) ſecundo loco ventriculus, vt qui medicamentum primus ſit ſuſcepturus. Aliarũ vero partium robori non admodum, nec primo ſtudemus, niſi cum ab ipſis vacuandum eſt. At medicamentum facultate cardiacum, quadruplex eligendum eſt: vel roborans tantum, vt poma dulcia, & aromatica, xylaloe, doronicum, & ſimilia: vel alterans purgantis medicamenti temperiem, tam calidam, vt dum ſcammonio roſa, ſantala, & ſimilia, miſcentur: quam frigidam, vt dum tamar Indis miſcetur macis, & ſimilia: vel roborans,& ſimul purgationem adiuuans, vt ſuccus roſarum, & violarum, & myrobalani emblicæ,& ſimilia: vel purgantis violentiam,& immodicam vacuationem exoluens, ac remittens, vt ſuccinum, ſpodium, & ſimilia. Stomachicum vero etiam miſcendum medicamentis diſſoluendo purgantibus, vt ſtomachũ, [& hepar] facultatis naturalis fontes, muniat & tueatur: cuiuſmodi eſt, maſtiche, ſpica nardi, & ſimilia: vt etiam à medicamentis excitatã intemperiem corrigat, calidam, frigidam, humidam, ſiccam. Quam in rem victus quoque ratio idonea iuuat, a nobis contra hæc inſtitui cõſueta. Miſcendum item cerebricum aliquod medicamẽtum: quã ob rẽ pleriq; medici (vt ait Galen.) hieris miſcuerunt nucem moſchatam, cerebrum, & neruos roborãtem: quod idem præſtat ſtœchas, gallia, caſtorium, & ſimilia. Hepaticum ſimiliter miſcendum, & alijs partibus familiare medicamentum, qualia plurima inuenias in tabulis medicamentorum ſimplicium.

Liber ſecretorũ Gal. ad ſcriptus eſt. hanc enim nucem ipſe ſæpe ſæpius laudauit.

Canon tertius.

MEliorem medicamenti purgationem reddunt, quæ ipſius virtutem ad partem purgandam inſita ſibi proprietate deducunt.

MOND. HIc ſunt duo notanda, primum eſt quod melioratio medicinæ ſolutiuę eſt triplex. vna eſt, quæ fit p medicinã aliã fortificantem, & accelerantẽ operationẽ medicinæ, alia eſt quæ fit per medicinã aliã, quæ appropriat eam, quod non eſt aliud, quam appropriatio operationis ipſius ad membrũ vel ad corpus, à quo euacuare intendimus, ita quod non ab alio.modo prima melioratio medicinæ ſolutiuæ acquiritur in 1.c.præcedenti ab iſto, in quo docebat Meſue addere in virtutem,& operationẽ medicinæ ſolutiuæ,& accelerationẽ ſuæ operationis, ſed ſecunda melioratio ipſius medicinæ ſolutiuæ acquiritur per aliud capitulũ ſequẽs illud immediate, & de illa etiã non intendit Meſ. hic, ſed intendit de tertia melioratione, quæ eſt per medicinam aliam appropriantem ipſam ad determinatum membrũ, ſiue ſit caput, aut pectus, aut ſimilia. iſta autem eſt magna melioratio in medicinis; nam quando medicina aliqua euacuatiua abſolute à toto corpore eſt, quod quandoq; medicus vult euacuare determinatum humorem, vt phlegma à determinato membro. modo medicina de ſe hoc non faceret, quare bonum eſt miſcere, cum ea medicina, quæ ipſam ducat ad id determinatum membrum, & euacuet ab eo deter-

determinatum humorem, & ideo tunc per illam medicinam remouetur eius nocumentum, nam si volo euacuare phlegma præter naturam contentum in capite tantum, exhiberem medicinam euacuantem absolute à toto, tunc qua ratione euacuabitur id phlegma præter naturam contentum in capite, ita euacuabitur etiam aliud phlegma naturale cõtentum in hepate, aut in stomacho, aut in alio membro, & sic inducitur inde nocumentum. modo si miscuero illi medicinam respicientem caput, illam ibi perducens, remouebitur hoc nocumentum. Etiam ex hac permixtione acquiritur aliud maius iuuamentum: nam si volo medicina confortatiua materiam contentam in cerebro euacuare, & cum medicina solutiua, nisi apponatur medicina alia, quæ cerebrum respiciat, & illam ducat ad ipsum, tunc medicina solutiua vagatur, quia ita euacuabit alia membra sicut cerebrum, & sic contingit, quod non in sufficienti quantitate euacuabit à cerebro. Secundo est aduertendum, quod duplex est medicina, quæ alteri admixta facit ipsam penetrare ad membrum, quædam est, quæ hoc facit per sui virtutem, vel per sui qualitatem communem primam, secundam, vel tertiam, *sicut* isto modo acetum, vel vniuersaliter omnis medicina penetratiua. alia est medicina, quæ alteri *adiutrix* facit illam penetrare ad membrum per *sui* virtutem occultam, siue proprietatem, *sicut isto* modo crocus facit euenire medicinas *hepaticas*: modo Mes. intelligit hic non de *primis medicinis*, quę faciunt alias penetrare per virtutem communem, sed de secundis intelligit, quæ faciunt alias penetrare per proprietatem, eo quod semper sermo ipsius Mes. de consolatione medicinarum est respiciens formam specificam.

COST. IN *superioribus quum de medicamentorum purgantium differentijs ageret, inesse ijs etiam trahendi ex peculiari regione proprietatem scripsit, quam rem particulatim est prosequutus· hic, alia etiam non purgantia affirmat eadem proprietate prædita, qua peculiarem corporis partem spectent. quod quidem, occultarum proprietatum derisores si forte derideant, occulta enim, & hæc proprietas est, habes quem illis obijcias Galenum, quem vnum ij sibi sapientiæ ducem faciunt. 1. de comp. med. per genera, & lib. de ther. ad Pis. & alibi. quòd enim eupatorium iecori, asplenon, & unguentaria glans lieni, pulmo uulpis, thoraci, betonica, & saxiphragia renibus opitulentur, quòd cantharides uesicam, lepus marinus pulmones offendat, non alia est ratio, quàm ignota hæc proprietas.*

NAtura.n. medicamenti actionẽ dirigit, & hanc, & illã ipsius virtutẽ distinguit & dirigit. Medicus autẽ naturę ipsi, rebus inuicẽ, quàm optime fieri potest, mistis suffragatur. Domini enim benedicti opere factũ est, vt rerũ sumptarũ proprietates natura dirigat, aliter tamen atq; aliter: vt exẽpli gratia, agaricus cum stæchade, aut acoro, capitis affectibus prodesse certo cognoscitur: hepatis autẽ, intybus, & cichorium agreste, spica nardi. thoracis, thymus, & hyssopus. Confidimus igitur naturam ad partes virtute medicamentorum varia egentes, hoc & illud transmissuram: cùm sint hæc instrumenta ipsi auxiliantia, quæ natura sapiens distinguit & dirigit: quomodo exẽpli gratia artifici norma, & perpẽdiculũ subseruiunt, illa ad angulos constituendũ, hoc ad operis rectitudinẽ. Sic naturã confidimus his vel illis partibus, hac virtute rei sumptæ necessario egentibus, porrecturam, præstaturamque.

MOND. ADuertẽdum quod medicus aliquid potest permiscere medicinæ solutiuæ ducens ipsam ad determinatum membrum duobus modis. vno modo quando est secum fermentata, & redacta ad vnam formam, & tunc ea valde reducit ad illud membrum. nam cum acorus de se respiciat cerebrum, qua ratione ipse solus vadit ad cerebrum, ita eadem ratione medicinam secũ fermentatam illuc ducet, vnde ista talis medicina determinatur tali membro per ipsum acorum, aut stęchadem. Secundo modo potest ei permisceri quando secũ non est fermentata, nec redacta ad vnam formam. & hoc etiam ducit ipsam medicinam solutiuam ad determinatum membrum. nam licet quando permiscetur hoc modo agaricus, & acorus, vtrunque seruet suam virtutem, qua ratione acorus stimulat virtutem corporis, vt per eam ad cerebrum perueniat, ita etiam stimulabit agaricum, vt ibi conducatur, & natura ab eo irritatur, ab eo præcipue fit causa iuuamenti, & non nocumenti, cum duo de medicinis contrarijs ad inuicem permistis, qualiter vna ex *illis* vadit ad *determinatum* membrum, & alia ad aliud membrum, hoc autem magis infra apparebit.

PRæstantiora igitur medicamenta purgantia efficimus miscendo, quæ illorum virtutes ad partem vacuandam deducunt. Illa vẽro sunt (vt diximus) quorum virtus huic vel illi parti est familiaris. Hoc autem *loco* docere libet medicamentorum cum partibus cognationem, quæ aliorum medicamẽtorum virtutes ad partes ipsas perducit. Ad caput enim medicamenti purgantis facultatem deducunt, nux moschata, pæonia, stæchas, acorus, xylaloe, sal Indus, sal gẽma, balsamum, xylobalsamum, carpobalsamũ, anacardus, thus, ladanum, buthur scenden, myrrha, chamædrys, chamæpitys, scœnu anthos, scilla, spica nardi, castorium, gentiana, thymus, hyssopus, opus Cyrenaicus, strobyli, piper, maiorana, sagapenum. Ad thoracem vero, & pulmones, iris, thymus, hyssopus, crocus, glycyrrhiza, eius succus, vuæ passæ, adianthum, scilla, ammi, cardamomum, succus brassicæ, ius galli antiqui, nasturtium, amygdalæ, strobyli, auellanæ, pulmo vulpis, seseli, opopanax, myrrha, sagapenũ, raphanus, calamus aromaticus, asphodelus, volubilis maior, laurus, calamyntha, sabina, violæ, aristolochia [vtraque,] tragacantha, gummi, thus, mel, saccharum, morum, fenum Græcum, marrubium, *lilium*, & similia. Ad hepar item, spica, asarum, anisum, fœniculus, & eius succus, intybus, cichoriũ agreste, amygdalæ amaræ, folium, daucus, eupatorium, absinthium, cancamũ, cassiutha, * grana quatuor, cinamomum, asparagi, decoctum cicerum, chamædrys, arnoglossa, volubilis, iris, laurus, schęnu anthos, chamæmelum, fumaria, serum lactis, petroselini & fęniculi succus, polium, scilla, & similia. Ad splenem, daucus, calamintha, spica nardi, tamarix, capparis, cyclaminus, cortex salicis, sal gemma, sal Indus, iris, acorus, prasium, rubea tinctoria, absinthium, eupatorium, anisum, fęniculus, asparagus, cassuta, asplenon, scilla, asarum, volubilis, scordiũ, agnus, chamæpitys, amygdalæ amaræ, aristolochia, & similia. Ad iuncturas denique medicamenti purgantis vim deducũt, zingiber, ruta agrestis, opus Cyrenaicus, opoponax, thapsia, cardamomum, aqua porri: succus brassicæ; acorus: triplex piper: scordium: chamædrys: chamæpi-

* Semẽ eius mistis, cucurbita, melonis, citrculi.

mæpitys, thymus, amomum, polium, & similia. Quæ ad alias quoque partes deducunt, virtutem medicamenti ex tabulis medicamentorum simplicium collige, nobis præstantiora, & præcipua scripsisse sufficit.

Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum temperaturæ contraria.

MEdicamenti purgãtis temperiem immodice calidam, vel frigidam, vel humidam, vel siccam, [vel harum coniugatione aliqua noxiam] contrario aliquo valentiore, imbecilliore, æquali, pro scopis, & indicationibus varijs permutamus. Hac autem de re fusius scribere non statui, quæ plenius apud Halysenem, & Alchindum legere potes.

Medicamentorum purgantium correctio, per ipsorum effectis contraria.

MEdicamenta valenter purgãtia, opus excitant violentum, & effecta sæpe malefica, & noxia symptomata, naturamque prosternentia, qualia sunt conturbatio, animi deliquium, morsus stomachi, flatuum generatio, inflatio, punctio, incisio, vlceratio venarum in orificijs, apertio, attractio immodica, viscerum lubricitas, congelatio, siccatio, corrugatio, inuiscatio, seu adhæsus, obstructio, arctatio, & similia. Quibus per ipsis effectis contraria est occurrendum: qualia plerũque sunt odore, aut sapore, aut tota substantia iucunda, ob id medicamentum melius, & salubrius reddentia. Odor enim iucundus, medicamentum reddit melius, quod agitationem, & nauseam sedat, cor & cerebrum roborat, animũ gaudio exhilarat: fœtens vero atque grauis, contraria molitur. *Odoratum* vero purganti medicamento opponatur, *calidum aut frigidum*, quantum ipsius medicamenti intemperies postulat [& ægri, morbi, aeris.] Medicamenti quoque actionem temperãt sapores iucundi, & medicamenti effectio contrarij, acerbus, austerus, acidus, dulcis, vnctuosus, salsus, amarus, acer: prudente medico coniectore, qua horum differentia sit opus ad frangẽdos medicamenti purgantis excessus varios. Res enim acres, vt aromata, flatus à medicamento excitatos, tenuant, & dissipant: ob id ipsi hæc miscentur, vt daucus, fœniculus, piper longum. Fœniculus, anisum, polypodium, & similia, scammonio mista, materiam crassam, lentam incidendo, apparant scammonio expellendam, id quod ipsum forsan per se non effecerit. Scilla hieris magnis ratione eadem addita est, vt materias cuulsiu contumaces vacuent. Piper quoque hieris & thapsia, & acria alia catapotijs fœtidis, vim quãdam trahendi à partibus remotis impertiuntur. Eademacria medicamenti purgationem imbecillam, aut tardam celerant, & efficaciorem reddunt: ob id *ipsi* turbith miscetur zingiber: raphanus, hermodactylis: cnico, cardamomum: A quod necessario humorum congelationem tollit, & obstructiones aperit, medicamentoque penetrandi virtutem impertit, cum eam per se nõ haberet: quo fine scordium, & diuretica acria magnis medicamentis miscentur. Medicamenta item amara, medicamentum acrimonia purgatorium non modo substantia sua quadantenus frangunt, ac reprimunt, sed etiam purgationem adiuuant: ob id recte quidam scammonio aloen miscuerunt. Amara præterea stomachum firmant, & flatus dissipant, medicamẽtum [corpusq; sumentis] à putredine imminente & præsente vendicant. Salsa item medicamenta purgãtem vim debilem, ac tardam celerant, & perficiunt: ob id salem gemmam, & alias salis species, recte agarico miscuerunt, & epithymo, & B alijs purgantibus permultis. His enim vigorem, & facilem actionem crassas, & lentas materias incidendi, & tenuandi, & tergendi facultatem impertiuntur, siccitatem intendunt, ob id sitim excitant, eaque putrere, & putrefacere prohibẽt, & fieri cœptam putredinem emendant, humores partibus mersos, & imbutos exiccãt, obstructiones liberant, flatus dissipant, quosdam tamen conturbant, alijs contra turbationem sedant. Vnctuosa vero medicamentum lubricando purgatorium, magis lubricum faciunt, & quod adhærere est procliue, simul lubricant, & tardius purgans cito deturbant, acrimoniam, morsumque pungentium frangunt, asperitatem leniunt. Quibusdam tamen nauseabunda sunt, & stomachum infirmant. Dulcia medi- *Vide lib. 7. simpl. cẽtaurium maius. Amara cœliacha Gal. vt Abrotonum, scripluũ nisi simul astringãt, vt alue, absinthium.*
camentum purgans etiam prius abominabile, C efficiunt gratius, magisque tum lauans, tum tergens, tum expurgans: turbationem sedant, acrimoniam & morsum serrantem frangunt: purgationem tardam celerant, & ne medicamentum adhæreat, lubricando prohibent, corpus roborant. Ob hæc sunt velut fundamentum, *Mel, saccharum, & dulcia alia, cur cõpositu miscentur.*
& materia compositionum. Quibusdam tamen *inflammationem* pariunt, alijs flatus. Insipida purgans medicamentum lubricant, eiusque inflammationem extinguunt, acrimoniã obtundunt, morsum serrantem auferunt. Acida medicamenti purgantis calorem, & ab eo cordis, ventriculi, & *corporis reliqui inflammationem* extinguunt, morsum, & acrimoniam obtundunt, nauseam, & conturbationem sedant, vim penetrandi, & *incidendi*, & tenuandi augent. D Styptica omne medicamentum purgans, præcipue quod acrimonia soluit, & immodice trahit, & venas proprietate innata sic aperit, vt sanguis effluat, & viscera excoriat, vel ea immodice lenit; & lubricat, melius reddunt tribus de causis: prima quia medicamento sic purganti repugnant substantia sua, non modo crassa, sed frigida, qua illius acrimoniam, & *inflammationem* frangunt. Ob id recte maiores scammonium *Galen. lib. 9 simpl. c. 19.*
in malo cydonio coxerunt, & eidem ipsum etiã commiscuerunt. Secunda, missis quoque clysticis, facta ventriculi compressio, citius & facilius, purgatorium illud vehemẽs à corpore propellit: quocirca recte etiam scammonio myrobolanos miscuerunt.

MOND. ADuertendum ſicut apparebit infra cap. de ſcãmonea,quòd ipſa ſcammonea cõſolatur multis modis. Vno modo per ſolam aſſationem,non cum re alia admixta,ſed ponitur inter tegulas ad ignem. Secundo modo cõſolatur,quia accipitur paſta ex farina frumenti, vel hordei,& ex ea fiunt duæ cruſtæ,poſtea ſcammonea clauditur inter illas duas cruſtas,& ponitur in furno inter tegulas, & tamdiu dimittitur, quouſque paſta ſit decocta, & tunc ſcammonea fit conſolata. Tertio poteſt conſolari per cytonia,& hoc eſt dupliciter, vno modo, quia accipitur ſcammonea,& bene poſtea cooperitur,& ponitur inter cytonia,ita q; cytonia ponantur ad ignem, ſiue in furno,& ſcammonea circundetur ab illis cytonijs,vnde quouſque cytonia ſint bene aſſata,tunc ſcammonea eſt conſolata. alio modo accipitur cytonium,& diuiditur per medium, & in vtraque parte fit cõcauitas extrahendo medullã cum ſeminibus, quæ ſunt in vtraque parte cytonij,poſtea impletur vtraque concauitas ex ſcammonea,& bene poſtea cooperitur,& vnitur vna pars cytonij cum alia valde,poſtea ponitur illud pomũ in furno,vel inter tegulas,vel ſub cineribus,vbi ſtet,quouſque pomum ſit bene decoctum,vltimo haberur ſcammonea conſolata, & hæc eſt optima *ipſius* conſolatio: nam inde ſcammonea acquirit *ſcypriciatem*,remittitur etiam ſua acuitas,quia non *ſoluit* ita fortiter,& vnde aliqua eius virtus præcipue acuta remanet in cytonio,vnde eſt citonium *ita ſoluciuum* ſicut ſcammonea, quæ cum myrobalanis commiſcetur: nam ipſa ſcammonea ex multa mora quam poſſet facere in ſtomacho,poſſet ſtomachum mordicare ſui acumine, quod cum myrabolani cum ea admiſcentur comprimunt ſui ſcypticitate inteſtina,& ſtomachum,& quod in eis eſt. vnde cito fit eius operatio, & non multum moratur in ſtomacho,ſicut ſuperius diximus.

STyptica denique cor, & ventriculũ reliquaſque partes nutritorias,ne à vehementibus illis lædantur,muniunt,roborant,nauſeamque,ac ventriculi ſubuerſionem ſedant. Non ſolis autem purgantibus valenter,ſed omnibus quoque alijs miſta ſtyptica,ipſorum actionem reddunt ſalubriorem. Dulcia vero omnibus commode miſcentur, præterquam ſalſis. Vnctuoſa commode miſcentur acribus, amaris,mordentibus, pungentibus,vlcerantibus, ægre lubricantibus: dulcibus autem & inſipidis,incommode: acidis autem miſta, ventriculum ad vomitum promptius euertunt. Acida ſalubriter miſcentur acribus,vrentibus,mordentibus,dulcibus,& alijs incendi aptis: inutiliter amaris, ſalſis,ſtypticis,vlcerantibus,ſerrantibus. Inſipida vtiliter miſcentur acribus,amaris,ſalſis,ſerrantibus, mordentibus,vlcerantibus, inflammantibus: ſtypticis inutiliter. Salſa inutiliter miſcentur acribus,amaris,dulcibus vnctuoſis: prẽterquam quibus actio imbecilla,aut tarda,vigore ob id indigent. Omnia enim tarde,ac imbecilliter purgãtia,ab acri, & ſalſo vigorem accipiunt. Amara & acria quadantenus vtiliter miſcentur: ſalſis vero,vlcerantibus,ſerrantibus,ſiccantibus,inutiliter. Poſtremo glutinoſa omnia,ſua ſubſtantia medicamẽtorum malignitatem frangunt,& exulcerare viſcera, venarumque ora aperire, interpoſitu ſuo prohibent. Quapropter tragacanthum,aut maſtiche,aut bdellium, recte miſcentur aloe,colocynthidi, cucumeri agreſti,& ſimilibus. Hanc in rem quoque ladanum eſſe mirum prædicant nonnulli, præſertim ſi pauco oleo roſato ſolutum,colocynthidi miſceatur. Alia aliorum ſunt remedia à nobis particulatim dicenda in ſingulis ſimplicibus purgatorijs.

E

De proportione medicamentorum inuicem miſcendorum.

PRædicta autẽ medicamenta proportione, quantitateq; idonea ſunt permiſcenda, vt ex his licet diuerſa potentibus,vna tamen facultas conſurgat. Qua igitur menſura vnũ alteri miſcendũ ſit, vt ſalubre fiat medicamentũ, indicatione ab ipſorum proprietate tantum ſumpta,hic breuiter docere ſtatui,non etiam à quantitate,& qualitate: id enim liber Halyſenis,& Alchindi abunde docet. Quod aũt breuiter perſequi ſtatuimus,eſt huiuſmodi. Omne medicamentũ purgans,aut violentum eſt, vt ſcammonium, euphorbium, granum gnidium,& alia multũ acria: aut imbecillum, vt caſſia fiſtula, manna, violæ, & alia ſimiliter dulcia,& ſalubria: aut mediocre,vt ſubacria ſubamara,& alia violentorum,& imbecillorũ,media, quorum *magna* eſt latitudo,ac per *magis* & minus in bonitate, & malignitate differẽtia. Adhæc omne alexiterium (bezahar Arabes vocant) quod medicamentũ purgans emendat,aut valenter,aut imbecilliter, aut mediocriter iuuat: id eſt,medicamenti purgantis noxam oppoſitu ſuo frangit,vel intemperiem corrigit, vel virtutem [cordis] regit. Valenter autem iuuant, quæ præterquam quod hæc tria præſtant, etiam nos nutriunt,vt dulcia. Parum iuuãt,quæ vno modo, vel duobus iuuant, tamen non nutriunt corpus,ſed ipſum alterãdo permutant,vt amara,ſalſa,ſtyptica,& ſimilia. Mediocriter iuuant quæ pluribus modis commodant, & quadantenus nutrire poſſunt, vt vnctuoſa, inſipida, ex auſtero dulcia,vt dactyli,cydonia: aut dulcacria,vt mel: aut acidodulcia, vt * meſa: aut dulcia,& ſimul inſipida,vt poma. Si eſt igitur medicamentum violentum, alteri plurimũ iuuanti miſcendum: amboque proprietatibus inter ſe ad miſtionem concordant,& conſentiunt. De vtriuſque quantitate *ſic* ſtatues,vt quod plurimum iuuare confidis,largius miſceas,ceu à quo commodum expectas: violentum autem parcius,vt à quo propter actionem vehementiam, noxa corpori aliqua impendet. Id quod Democritus his verbis volebat. Medicamentum ex violento imbecillum efficias oportet. Quia medicamentum alteri proprietatibus concordanti miſtũ,quantitate idonea eſt ſalubrius: non correctũ autẽ,malignius. Quòd ſi medicamentum violentum alteri parum iuuanti miſcẽdum eſt, vtrunque eſt minuendum: illud quidem,ob impendentem noxam: hoc,quia tantum illius tẽperaturam,alterat,vel [actionem] immutat. Si autem medicamẽtum imbecillum alteri valde iuuanti miſcendum eſt,illud vtpote ob debilitatem innoxium,eſt augendum,vt ei quantitas vigorem & robur adijciat (quod etiam voluit Democritus, medicamentum ex imbecillo valentius faciendum imperans:) augendum quoque quod magnopere iuuans eſt, ob dictam prius cauſam.

F

G

H

Medicamẽtũ eſt nexiũ ſubſtantiæ ſuæ malefica, qualitatibus primis vel alijs earũdẽtibus ob id trifariã corrigunt.

* *Granata, vel fructus alij acidodulces, & dulcium meliores.*

r

J.

cauſam. Si denique medicamentum imbecillum alteri parum iuuanti miſcendum eſt: illud augendum, hoc minuendum, propter dictas prius cauſas. Hæc de miſcendorum quantitate tibi cognoſcenda ſunt: quãquam ſunt, qui alia quoque addant, ſcopis alijs intenti.

Quibus modis ars medicamenta corrigit: & coctionis differentia.

Artifex medicus his modis uitat medicamentorũ qualitates corrigit.

MEdicamenti purgantis malitiam ars reprimit, & facultates nouas impertit, quatuor modis coctione, lotione, infuſione, tritura. Coctio, vna eſt elixatio, altera aſſatio. Elixatio medicamenti humorem excrementoſum coquit, reſoluit, flatus ab eodem craſſos, mordaces, ad nauſeam ventriculum euertentes, diſſipat: eius denique acrimoniam, motus in corpore moleſtos, vim valide ſerrantem, excoriantemque frangit & prohibet. Propterea ſcammonium in pomo, vel cydonio coctum, vel *in* vaſe vitreo cum ſucco roſarum, & oleo amygdalarum dulcium, eſt præſtantius, vt mox in ſimplicibus dicemus. Attractio quoque medicamenti vehementior, & malignior elixatione obtunditur, vt cum medicamentum maleficum intra cautitatem alterius benigni coquimus, vt illius virtus in hoc fracta maneat: qualiter exempli gratia, ſi radicem raphani radicibus ellebori transfixam, ſub cineribus coquimus, & eam damus edendam. Habet enim virtutem ellebori purgatricem, ſed multum repreſſam. Sapam quoque, aut ſyrupum roſatum, quibus incoctum ſit ſcammonium, propinamus. Id quod Philoſophi appellant ſeparationem rei ſecundum ſpeciem, à re, quæ eſt ſecundum materiam, [hoc eſt formæ, & virtutis ſpecificæ, à materia tranſſumptionem.]

COST. *VBi vnius medicamenti vis in alterum trãſfertur, dicitur ſeparatio rei ſecundum ſpeciem à re, quæ eſt ſecundũ materiam, & vt in ſequenti capite de infuſione, ſeparatio proprietatis à proprietate. Meminit huius rei etiam lib. ſimpl. quum de rha Barbaro agit.*

PRæterea medicamentorum multorum malignitas reprimitur ipſorum coctione in herbarum, vel ſeminum, vel aliorũ ſuccis & aquis, ſua facultate illorum violentiam permutantibus. Cæterum coctionem non ſuſtinent omnia æqualem, ſed quædam debilem, alia valentem. *Coquendo parum.* Quorum enim virtus facile reſoluitur, quia vel imbecilla eſt, vel in ſuperficie eſt poſita, vel in ſubiecto raro conſiſtit, omnia eiuſmodi parum diu, nec valenter coquẽda ſunt, quòd virtus eorum à coctione immodica reſoluit. Talia ſunt, ſemina quatuor [frigida maiora,] adianthum album, epithymum, violæ, & flores [propè] reliqui. Contrario his modo affecta medicamenta diu coquenda ſunt. *Coquendo multum.* Omnia enim craſſæ eſſentiæ cocta, fiunt clementiora: omne item medicamẽtum; arte, & legitime coctum, parte plurima eſt benignius. Sic omnia acria decocta fiunt meliora (horum enim violentiam, ſi qua ineſt, coctio frangit) niſi ſi qua horum virtutem habent aut imbecillam, aut ſuperficiariam. Quæ denique inter hæc duo extrema ſunt media mediocrem quoque decoctionem ſuſtinent. Purgantia autem humiditate multa, aut lubricando, vel nihil, vel minimum coctio iuuat. Præter hæc, coctio facultates medicamentorum diuerſas omnium optime permiſcet, vt ex his omnibus vna reſultet, velut concreta, faciens actionem: quarum ſi qua erit imbecillior, minus valenter coquenda eſt: vegetæ vero, magis. Calorem enim coquentem temperabis proportione, & natura tum ſubſtantiæ, tum facultatis coquẽdorum medicamentorum.

MEdicinæ diuerſæ non faciunt in virtute inſitam operationem, & compoſitam virtutẽ, niſi quando MOND.
ipſæ adinuicem permiſcentur, & præcipue vera mixtione ſecundum quod in eis eſt poſſibilis. nam melior modus mixtionis ipſarum eſt ille, qui fit per decoctionem ipſarum, & hoc habet verum in mixtione ipſarum in naturali, & artificiali hoc modo. nam ſcimus quòd turbith euacuat phlegma, agaricus choleram, epithymum melancholiam. modo quid eſt ſi volo omnes iſtas tres intentiones perficere, melius perficiuntur, quando iſtæ tres medicinæ ſimul permiſcebantur, & maxime per decoctionem ipſarum adinuicem, bene tunc reducuntur ad quandam formam, in qua reſeruabitur virtus compoſiti, vnde poſtea euacuabuntur melius omnes iſti tres humores. Et hæc eſt cauſa, quare ab auctoribus fiunt illæ confectiones, & ſyrupi ſolutiui, & ſimilia, & decoctio naturalis, quæ fit in talibus medicinis acquirit eis bonum modum permixtionis, vt ex eis reſultet virtus compoſita, ſicut quando illæ medicinæ per lõgum tempus adinuicem compoſitæ agunt in ſe inuicem per earum qualitates ita, quod per talem actionem refranguntur in quadam forma media, in qua ſunt virtutes, ſeu operationes, ſicut extremi colores ſunt in medio colore, vt Auerr. ponit, hoc fit quando bene præparatæ ſunt apud apothecarium, quia bene trituratæ, bene ablutæ, & bene exiccatæ, & ſic de alijs, exemplum huius ponit: nam videmus, quia clyſtere nuper conſtructum ex aliquibus medicinis ſi ſtet per duos, vel tres dies in inteſtinis nobiliſſimam facit operationem, quod non eſt niſi quia tales medicinę melius ad inuicem in poſterum permiſcentur, vnde videmus quod medici diuerſas virtutes attribuunt medicinis per diuerſas ætates ipſarum, ſicut apparet in theriaca, quæ quidem dum eſt noua valde frigida & oppillatiua, antiqua vero eſt valde calida.

FLammeus enim ac vehemens, calor, medicamenti facultatem reſoluit. Aſſatio autem *Aſſationis facultas.*
in frixorio, vel patella facta coctio, medicamenti virtutem nunc auget, vt aſſata ſcilla purgantior euadit: nunc minuit, vt pſyllium per aſſationem humiditate lubrica ſpoliatum, minus purgat. Alia quoque multa fiũt aſſando meliora. Eſt *Meſues ſimplicibus.*
quando medicamenti facultatem vnam aſſatio reprimit, & alteram vegetiorem reddit: vt myrobolani, rhabarbarum, aſſando virtutem purgatoriam remittunt, adſtrictoriam intendunt: ſunt enim ambo duplici hac facultate prædita. Sic balanus myrepſica, cũ ſit vomitoria ſimul, & *Libro 1. ſimpl. Meſues in ſimplicibus.*
deiectoria, per aſſationẽ excoquitur humiditas eius excrementoſa & nitroſa, ad nauſeam vẽtriculum cogens: remanet autẽ virtus deiectoria.

ET quandoque per aſſationem vna duarum, &c.) *In ſuperpurgatione etiam rha Barbarum myrabolanum, & alia plura toſta cõmendabit. At contra*

verisimile est, ex vstione, addita ijs rebus acrimonia, eadem magis aerea enasura, & violentius etiam irritatura ad excretionem. Cæterum ad hæc paucis. vstione & calidiora, & acriora reddi omnia negare nullus potest. Atqui ad hæc, quæ ita vruntur, licet accidẽtaria caliditas maior accedat, naturalis tamen quæ tenuioribus partibus insidebat, dissipatis his ipsis à calore, ipsa quoque vnà cum connato humore dissipatur atque abit, vnà vero etiam abit, quę insita illis erat acrimonia. In combustis ergo sola aduentitia acrimonia, ac caliditas supereſt. hæc vero non multo postea negotio etiam retunditur, facta videlicet in frigidis rebus maceratione. hac autem ablata medicamentum, & minus deiectorium, magis autem exsiccatoriũ remanet, ac propterea coercendo alui fluxui maxime opportunum. Non temerè ergo hæc scribit Mes. verum ipsi etiam experimentum subscribit. obseruarunt enim patres nostri, obseruauimus etiam nos frequentissime huiusmodi artificio euentum nullo discrimine sequi expectatum.

De lotione.

LOtio medicamẽta multis modis meliora reddit, nunc acrimoniam eorum superficiariam auferẽdo, (vt ex aqua) aut mucagine tragacanthi lotũ semen vrticę, guttur, & partes alias, quas permeat, adurere desinit: sal quoque naphthicus (idest, Sodomites) aqua cucurbitæ, aut simili lotus, fit clementior: (nunc facultatem eorum maligniorem auferendo, salubriorem verò relinquendo,) vt lapis cyanus, & armenus molestę vomitoria, & deiectoria, per lotionem multam vomitoria esse desinunt, tantum clementer fiũt deiectoria: & cancamum lotũ clementius purgat, tamen obstructiones vt illotum liberat: & aloe lota potentius roborat partes nutritorias, minus aluum subducit: non lota contra.

MOND. NAm quando isti lapides lauantur per ablutionem, remouetur ab eis acuitas, per quam habent molestare stomachum, & inducere nauseam, & vomitũ, imò etiam quasi omnes habent lauari vt confortent, vnde videmus, quòd isti ocularij in passionibus oculorum administrantes tutiam, aut lapidem hæmatitem abluunt, vt ab eis remoueatur acuitas, & magis confortent oculos, & inde faciunt collyria oculorum, imò etiam si isti lapides haberẽt acuitatem in profundo, primo adurunt eos, vt per ignitionem illa acuitas ex profundo veniat ad superficiem, postea abluunt vt per ablutionem illa superficialis acuitas ab eis lauetur & remoueatur, vnde isti ocu H larij nouies docent eos ignire, & nouies docent eos lauare. hoc etiam fit in alijs rebus exterius approximatis, vt in calce: nam quandoque abluitur, vt ab ea remoueatur acuitas, & remaneat in ea virtus styptica, per quã potest esse cicatrizatiua, & indurare carnem, vt fiat loco cutis.

Mesues in simpl. cap. de aloe. NVnc facultatem eorum valentiorem efficiendo, vt aloe ex aqua aromatum lota, potentius roborat: ex decocto autem valenter purgantium, vt agarici, turbith, & similium, si lauetur purgantior euadit: lota denique ex aqua bdelij, aut tragacanthi, ora venarum sic aperire, vt sanguis inde effluat, desinit.

MOND. IPsa iuuamenta sunt possibilia reduci ad diuisionem bimembrem hoc modo: nam ablutio aut fit in medicina, vt earum virtus remittatur vel deperdatur, aut secundo fit, vt per ablutionem acquirat virtutem. si primo modo, & hoc dupliciter, aut quia absolute secundum ablutionem remoueatur virtus eius, aut in quantũ medicina habet duas virtutes, quarum ab ea remouetur vna & proprie malignior, & alia remanet. si primo modo, & hoc dupliciter, quia aut per ablutionem remouetur aliquod magis intrinsecum à medicina, & sic est primum iuuamentum eius. si secundo modo, sic est tertium, si autem medicina abluitur, vt scilicet, quia habet duas virtutes, & ab ea volo alteram remouere tantum, & proprie maligniorem, sic est secundum iuuamentum, si autem per ablutionem medicina ipsa acquirit aliquam virtutem, sic est quartum, & vltimum iuuamentum eius.

NVnc partes impuras auferendo. Quibus autem medicamentis virtus in superficie est (vt intybo, cichorio agresti, rosis, & similibus) illa lotione dissipatur: [ob id lauanda non sunt,] F cætera magis, & minus lauentur, quatenus scilicet eorum virtus ferre potest.

De infusione.

INfusio quoq; medicamenta efficit meliora, facultatem eorum nunc maleficam auferendo.

ADuertendum quòd infusio, & ablutio, siue lauatio conueniunt & differunt, conueniunt, quia vtraq; habet fieri in re fluida liquida, sed differunt quia lauatio habet fieri sine profundatione virtutis in re, quæ lauatur, ita quòd in re, in qua lauatur nõ remanet virtus profunda rei, quæ lauatur, sicut conuenit de aloe quando lauatur, & de endiuia, quia si lauatur solum, eius virtus superficialis calida ab ea remouetur, & non profunda, sed in infusione virtus rei, quæ infunditur, & profunda re- G manet in re, in qua infunditur, & infusio ipsa penetrat vsque ad profundum in re, quæ infunditur, sicut statim apparebit. MOND. *Conuenientia, & differentia inter infusionẽ, & lauationem medic.*

SIc mezereon, granum gnidium, & esula aceto macerata, acrimoniam superficiariam serrantem amittunt.

MEo periculo affirmarim subesse hic mẽdum: quis enim acrimoniam Mezereon, & Scebran infusione ex aceto castigari credat? intẽdi ego profecto sem per existimarim. Sed & turbith, si vẽtriculum perturbat, cur lacte maceratum, & ascito fere ex lacte flatu, magis non turbet? Arbitror ergo castigandam literam, & quod de lacte scribitur, mezereon & scebran: ipsi autem turbith quod de aceto, esse tribuendum. leniri equidem illorum acrimonia lac verisimile est, huius ve ro vim perturbatricem, aceto eius intimas partes subeunte, &, quod flatuum atq; adeo perturbationis materiam præbet, dissipante sui acrimonia, sedari. ne id præteream accelerari aceto turbith ipsius actionem, sponte sua pigri admodum & tardi. Confirmat coniecturam hanc nostram ipsemet Mes. lib. simpl. scebran & mezereon noxam castigans lacte: non autem aceto nisi in quo cydonia mala sint incocta. & turbith noxam palmulis aceto maceratis emendans, lactis ne verbum quidem faciens. Sed hæc docti iudicarint. COST.

ET turbith lacti recens mulso infusum, & siccatum, ventrem turbare desinit: nunc bonam augendo (sic turbith, succo cucumeris agrestis maceratum materiam crassam à partibus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0048-2
DFG

bus remotis valentius educit: & hermodactylus aceto scillato, aut scillæ succo, aut raphani infusus à iuncturis potenter trahit: & agaricus oxymelite maceratus fit purgãtior:) nunc in liquorem, cui infunduntur trãsferendo, (vt liquor, cui infusa sit aloe, aloes virtutẽ adipiscitur, & in alijs similiter: quod multis de causis facimus: interdum vt medicamenti virtus ad partes remotas promptius penetret, vt cum decoctũ aromatũ, cui infusa sit aloe propinatur: interdum, vt virtus illa mitior fiat, vt dum scammonium panno ligatum incoquitur syrupo, vel sapa, vel alio succo: interdum vt facultas vna separetur ab altera, vt rhabarbarum, & myrobalani infusa, virtutẽ deiectoriam liquori transmittunt, adstrictoriam retinent:) nunc nouam, vt lubricam impartiendo: sic medulla colocynthidos mucillagine tragacanthi imbuta, ventriculi villis adhærere desinit, cito permeat, nec sedi, nec vesicæ nocet: sic scammonium oleo violato infusum, & similia. Nec tamen medicamentorum omnium virtus sola in eum liquorem, cui infunduntur, transit: sed quorundam, vt casiæ fistulæ, tamar Indorum, & similium aliqua quoque substantia.

De tritura.

TRitura medicamentis admodum confert, multa quidem crassis, vt scãmonio crasso: pauca vero tenuibus, & texturæ debilis, & virtute cito exhalabili prẽditis, vt scammonio Antiocheno: mediocris denique amborum medijs, quantoq́ue medicamenti essentia crassior, tanto largiore tritura eget: quanto tenuior, tanto parciore. Confert autem medicamentis tritura, vt in vnum melius misceantur.

MOND. ESt sciendum, q̃ ista triplex necessitas, & vtilitas triturationis medicinarum non solum applicari potest medicinis *solutiuis*, sed etiam potest applicari cuicunque alteri medicinæ, siue sit alteratiua, siue digestiua, alteratiuis, aut ex primis qualitatibus, aut secundis, aut tertijs. Omnis n. trituratur propter istas tres causas, tamen magis hoc debet applicari medicinis solutiuis, eo q̃ de eis est hic sermo. Sufficientia autem istarum causarum habetur hoc modo: nam trituratio in medicina, aut fit, cum ipsa est cõponibilis cum alia, aut non, si primo modo, sic est prima necessitas triturationis. Si autẽ hæc trituratio fiat propter vtilitatem medicinæ in se, & non vt ipsa est componibilis cũ alia, hoc est dupliciter, aut enim fit vt acquirat vtilitatem, quã non habet, & sic est secũdus modus triturationis, aut vt perdat malitiam quam habet, & sic est tertius modus. Secundo est aduertendum, dicit enim, quòd necessitas triturationis est sic vt miscibilia melius in vnam formã transmutentur. causa huius est duplex: nam miscibilia non bene reducuntur in vnam formam, nisi per alterationem, & commixtionem cuiuscunque, si ergo vnũquodque eorũ seruet suam naturam, nunquam in vnum poterunt conueniri, & ideo oportet quod alterentur, & transmutentur adinuicem, ita quod transsumpta à sua natura acquirant de nouo aliam naturam positiuam, hoc autem fieri habet per reductionem ipsarum ad vniuscuiusque ipsarum triturationem: sic enim magis alterãtur à sua natura, & in aliquam vnam naturam conuertuntur, & ideo Auic. in 5. can. cap. de compositione theriacæ, laudat dissolutionẽ, siue diuisionem medicinarũ ad minima eã componentium. secunda causa potest esse, nam per trituratione, & diuisionẽ ipsarum minimũ ipsius attingit minimum alterius. quare tunc faciliter à sua natura permutantur, & acquirunt vnam formam: nam in rebus naturalibus quanto agens magis attingit passum ad minimum, ipsum etiam magis attingit, & in ipso fortius agit & facilius alterat passum.

QVæ res theriacæ, & alijs compositionibus est multum vtilis, & necessaria: (vt aliquam facultatem nouã adipiscantur,) sic Galenus cuminum leuissime terendo effecit vreticum, quod prius erat deiectoriũ. Nam purgatoria acria interdũ tenuissime puluerata prõptius per ora vasorum penetrant in partes vrinarias, & alias remotiores, per easq́ue vacuant. *In diagnostico lib. 4. de sanit. tuẽd.*

GAlen. in quarto de regimine sanitatis, describens compositionem diacalamenti dicit, quod si medicinę componentes ipsum triturentur, ipsum valet ad digerendum humores crudos, qui sunt in stomacho, & in intestinis, & in meseraicis, & si tales medicinæ vltimo triturentur, tunc earum virtus valde penetrat ad longinqua, vnde fiunt postea *vrinæ* prouocatiuæ euacuãtes humores, qui sunt in gibbo *hepatis*, & *vijs* renum, & poris vrinalibus: hoc etia contingit de *rhabarbaro*: nã ipsum crasse triturarum soluit ventrẽ, sed *subtiliter puluerizatum* prouocat vrinas, & ideo hoc est bonum documentum medicum. nam quãdo ipse vult per aliquod medicamen solutiuum euacuare humores, qui sunt in gibbo hepatis, aut in renibus per vias vrinales, debet id medicamen solutiuum vltimo triturare, & cribellare per sindonem, & cum *liquore* aliquo ipsum propinare, & ideo, quando *velles* humores existentes in meseraicis euacuare, aut in gibbo hepatis, & intestina essent debilia, aut parata ad dysenteriam, ita quòd non posses eas euacuare per intestina, erit licitum facere medicinam solutiuam vltime triturataam, vt scilicet posset illam materiam per vrinales vias euacuare, si autem istæ viæ renum, & vrinę sint debiles, dabo solutiuum id in crassa substantia, & frustulis, & euacuabo eos per ventrem, & præcipue si non sunt intestina debilia, & apta ad ægrotandum. hoc etiam potest intelligi de omnibus alijs euacuationibus. MOND.

VT denique vis quædam malefica obtundatur. Colocynthidis enim medulla quãtum tenuissime fieri potest puluerata, innocẽter purgat. Quod si portiones quædam crassiores sensuq́; perceptæ sumantur, villis ventriculi, & spiris intestinorum adhærent, humoreq́ue *inibi* reperto imbutæ tument, & partes dictas tumefaciunt, ac vlcerant, vt *inquit* filius Serapionis.

IN*quit filius Serap. Oportet vt colocynthis, &c. Eãdem opinionem filio Serapionis ascribit lib. simpl. quum agit de colocynthide. Contrarium tamen in Serapione legere est, & quum de soluentibus agit medicamentis, & quum colocynthidis historiam scribit, neque enim exacte vult teri, veritus ne adhæreat intestinis: & ea exulceret. Quare & Mesuen Manardus accusat qui temere Serapionem sibi assentire scripserit. Cæterum quum Mes. & hic & lib. simpl. nõ Serapionem, sed Serapionis filium authorẽ huius opinionis asserat; perperam Manar. Mesuen damnat. Quod vero ad propositam quæstionem facit. vt Serapionis ratio friuola nobis videtur; ita Mesuen vero maxime cõsentanea scribere arbitramur. Veretur Serap. ne colocynthis in tenuissimum pollinem redacta intestinis adhæreat. atqui etiam crassiusc ula adhærebit, & longe quidem maiori discrimine. vbi etenim tenuius est, quod ventriculi, aut intestinorum* COST.

ſtinorum corpori impactum eſt, irritare tantum poteſt: leui autem humore accedẽte retunditur acrimonia omnis, & noxa omnis reprimitur. at ſi craſſius id fuerit, quod eſt impactum; quod ſolet chirurgo ſiccam ſpongiã in vlcerum os immittente euenire, idem & in vẽtriculo, aut inteſtinis diſcrimen eſt, ne eueniat. intumeſcit, ſcilicet, pauco etiam humore imbutum, & partes, quibus inhæret, diſtendit primum, ac mox ſui acrimonia, quæ non tam facile reprimitur, etiam exulcerat. Rectius ergo mea quidem ſententia Meſues, & cũ Meſue Paulus, & Auic. Atqui obũciet rurſum quiſpiam colocynthidem rara, laxa, & tenui conſtare ſubſtantia: quæ autem talia ſunt, Meſuen hic iubere, vt leniter terantur. Verũ eſto, vt rara ſit, & laxa ſubſtantia, viſcida tamen eſt, ac minime friabilis, quod norunt pharmacopœi, quos in ea terenda laborare diutius oportet. quæ autem huiuſmodi ſunt, craſſa Meſ. vocat, non tenuia.

Fiat autem tritura omnis clemẽter, & pro terendorum ſubſtantiæ ratione. Quæ enim eſt immodica, virtutẽ diſſoluit. Rhabarbarum vero contra quam dictũ nuper ſcãmonium habet: nã purius, & grauius eſt melius, probeq; tritum, vegetius euadit: rarum vero, & laxum impenſius pulueratũ, vim purgatricẽ propè omnẽ amittit.

THEOREMA TERTIVM.

Correctio ſymptomatum à ſumpto purgãte medicamento nondum vacuato excitatorum.

SYmptomatibus formidãdis, ijſdemque cauſis multorum morborum, & ſenij, & mortis acerbæ, à medicamẽto purgante orientibus, occurrẽdum eſt. Ea autem ſunt, humorum prauorum cõmotio citra vacuationẽ, vacuatio illegitima, & moleſta, vacuatio deniq; immoderatiſſima, & multo largior, quam neceſſitas poſtulet. Quorũ cauſa eſt incompetentia, & vitium, vel ſumentis, vel medicamenti, vel accidẽtium vtrique ſuperuenientium. Quæ tria ſi commoderate ſe habent, magni ſunt momenti ad corpus incolume ſeruandum. Vitio autem ſumentis purgatio male procedit, quia is vel eſt ex corũ numero, quibus eſt interdictus medicamẽtorum vſus, vel materiam vacuandam non æquauit, nec obedientem naturæ coquẽdo reddidit, nec meatus, per quos facienda erat vacuatio, aperuit, & læues ac lubricos reddidit. Quæ præparamenta cum præceſſerunt, reuera corpus ab impendente periculo ſecurum reddũt. Medicamentum autem improſperæ vacuationis eſt cauſa, quando eſt genere malignum, aut notas nõ habet omnes boni medicamẽti, aut nec proportionem artificialem, cuius ante meminimus. Vitanda igitur tibi ſunt medicamenta, quæ nec arte, nec ratione alia fieri meliora poſſunt: eligenda vero alia, obſeruatis conditionibus, & modis proportionum prædictis. Vitio denique accidentium ſuperuenientium vitioſa fit purgatio, ſi in victus ratione per E ſex res non naturales, tibi notas, æger deliquerit. Medicamentum aũt humores prauos commouet, ſed non vacuat, aut tardius vacuat ob ipſius actionẽ remiſſam, & debilẽ: vel ob materiã expelli contumacem, quę commouetur quidẽ, ſed expulſioni reſiſtit, & latius in corpore ſpargitur & increſcit: vel ob imbecillã ſumentis virtutem, non potẽtem in medicamentũ agere, quo fit, vt nec medicamẽtum in virtutẽ, & naturam agat, vel ob flatus craſſos medicamentum leuãtes, & in poros corporis impingẽtes (vnde febres putridæ, ſyncope, & mors feſtina:) vel ob facultatis expultricis imbecillitatem: vel ob meatus, per quos vacuãdum eſt, obſtructos, aut conſtipatos.

F SVfficientia iſtarum cauſarum quibus medicina vna ſoluat debiliter, aut non ſoluat, eſt iſta: nam ad hoc quòd medicina ſoluat cõuenienter, requiruntur tria, ſcilicet medicina ipſa, virtus corporis, & materia, quæ euacuatur. Si ergo medicina debiliter euacuat, aut non euacuat, aut hoc eſt ex parte virtutis, aut ex parte materiæ, aut ex parte medicinæ, ſi hoc eſt ex parte virtutis ſecundum ſe, aut ſui intrinſeci. ſi ſit ex parte virtutis ſecũdum ſe, hoc eſt dupliciter, vel ex parte virtutis digeſtiuæ, vel expulſiuæ. ſi primo modo, ſic eſt prima cauſa. ſi ſecundo modo. ſic eſt tertia cauſa. Si autẽ hæc prohibitio, vel debilitatio ſit ex parte inſtrumẽti intrinſeci, hoc eſt dupliciter, aut enim ex parte inſtrumẽti intrinſeci præter naturam ei obuiantis, aut ex parte inſtrumenti ſecundum naturam. ſi primo modo, ſic eſt ſecunda cauſa, quæ eſt ex parte ventoſitatis. ſi ſecundo modo, eſt quarta cauſa, quæ ſe tenet ex parte oppilationis canalium. ſi autem medicina debiliter operatur ex parte materiæ, quæ debet euacuari, ſic eſt quinta cauſa. ſi autem medicina debiliter euacuet ex parte ſuimet, ſic eſt vltima cauſa. MOND. *Ad hoc, q medicina ſoluat conuenienter requirũtur.*

G QVibus cauſis omnibus, qua ratione optima proſpicias, accipe.

IN parte iſta docet talibus cauſis ſubuenire, quæ quidem ſunt cauſæ quare medicina debiliter euacuat, aut non euacuat, & per conſequens ex hoc inducit mala accidentia. *Et primo docet* remouere impedimẽtum *huius medicinæ, quando debiliter euacuat ex parte virtutis, quæ eſt debilis.* Secundo hoc idem facit, quando hoc impedimentum prouenit ex parte ventoſitatis, & malæ qualitatis humorum. *Tertio hoc idem facit, quando hoc impedimẽtum prouenit ex parte virtutis expulſiuæ, quando eſt debilis in expellendo. Quarto hoc idem facit, quãdo hoc impedimentum euenit ex conſtipatione viarum. ſecunda ibi. Si autem fuerit cauſa huius ventoſitas. tertia ibi. Si autem expulſiua debilitatur. quarta* ibi. *Si autem propter conſtipationem. Debilitatem naturæ ideſt virtutis alteratiuæ debentis eam reducere ad actum. res, quæ cadit in ſenſu, id eſt res, quæ apparet ad ſenſum, conualeſcentia: nã vniuerſaliter in conualeſcentibus, ſicut qui ſunt cõualeſcẽtes poſt febres, & præcipue acutas, hæc ineſt proprietas naturæ cõualeſcentiũ, vt auctores ponunt, & præcipue Gal. in techni vltimo cap. ſcilicet reſumptiua vero, &c. q; in eis virtus eſt debilis propter membrorum conſumptionem, & reſolutionẽ caloris, & ſpirituum factam ex fortitudine ægritudinis. Et vſque huc tangit cognitionẽ debilitatis operationis medicinæ, quando eſt propter debilitatem virtutis alteratiuæ, ſiue digeſtiuæ. rei cibalis, non autem dixit cibi abſolute: nam hic cibus non debet eſſe omnino cibus, ſed debet eſſe cibus medicinalis, habens ſcilicet vim alteratiuã qualitatis medicinæ, & etiam qualitatis corporis conualeſcentis, nec etiam hic debet eſſe exhibitio rei medicinalis abſolute. eo quòd hæc debilitas operationis* MOND. *Propriũ cõualeſcentiũ eſt ſi acutæ.*

medicinæ

dicinæ fit ex debilitate virtutis alteratiuæ, vel digeſtiuæ, & ideo debet exhiberi talis, quæ confortat virtutem ſtomachi alteratiuam, quæ etiam alteret diſpoſitionem corporis, & medicinę, talis autem res eſt cibalis, ſiue medicina cibalis, quę quidem eſt facilis digeſtionis, ſicut ius carnis pullinæ, & perdicum, vel vitella ouorum, &c. ex eis. n. acquiritur duplex iuuamẽtum. vnum eſt, quia virtutem confortant. ſecundum, quia ex ſubſtantia eorum liquida ponitur medicina, quæ erat debilis, ad euacuandum debite per feceſſum lauando, & ex eis verbis Meſ. docet his accidentibus prouenientibus propter debilitatem virtutis ſubuenire. poſt, ſcilicet cibum iam digeſtũ. potumque aquæ non veri frigoris, ſcilicet vel in actu, vel in potentia: primo dico, quod non debet eſſe veri frigoris in actu, ſed tepida, vel calida parum: nam ſi hæc aqua eſſet actu frigida extingueret naturalem calorem ſtomachi, & virtutem medicinę, & præcipue de his medicinis, de quibus eſt hic ſermo, quæ, ſcilicet euacuant leniendo, vel lubricum faciendo. non debet etiam eſſe actu multũ calida, quia, ſcilicet caliditate reſolueret naturalem calorem, & ideo debet eſſe tepida, aut pluſquam tepida, ne, ſcilicet tepida exiſtens vomitum induceret. dico etiam ſimiliter, ꝙ hæc aqua non debet eſſe veri frigoris in potentia, neque vere calida in potentia: nam ſi eſſet multum frigida in potentia debilitaret naturalem calorem ſtomachi, & virtutem *eius* alteratiuam: nec debet eſſe multum calida *in potentia*, & hoc quia reſoluendo naturale calidum debilitaret etiam virtutem medicinæ, quæ etiam debilis eſt in ſoluendo, & ideo debet eſſe temperata inter caliditatem in potentia, & frigiditatem potentia, & hoc modo cum aqua decoquimus tales res, vt acquirant talem virtutem potẽtialem in aqua, ſicut hoc modo, & aqua hordei, & ſic exponendo concordat hoc dictum dicto Auic. 1. can. fen. 4. ca. de vijs ſiue regulis ſuccurrendi his, quæ fiunt a medicinis ſolutiuis: nam dicit ipſe, quòd quando medicina ſolutiua aſſumpta non euacuat debemus dare poſt ipſam apozema eiuſdem virtutis cum ea, & hoc etiam modo nos facimus: nam quãdo alicui damus caſiam, tamarindos, aut mannam, & iſta non euacuãt, ſi hoc ſit, quia virtus eſt debilis, damus cibum confortando virtutem, ſicut eſſet brodium, vel ius carnium, & præcipue pulli: ſi autem contingit, ꝙ per iſtud ipſa non euacuat, tunc damus poſt comeſtionem cibo digeſto apozema, vt aquam hordei, vel prunorum, conſueuerunt tamen quando hoc euenit propter iſtam cauſam, quòd poſt comeſtionem ſoluunt, & virtute ſtomachi iam confortata, & ideo quando virtus eſt debilis, damus rem quæ ſit confortans ſtomachum, ſed ſi virtus eſſet fortis, damus rẽ quæ ſit virtutis abſterſiuæ.

SI ob naturæ imbecillitatem id cõtigit (quod ſenſu deprehendere potes: aut enim ex morbo reualeſcit homo, aut alia ſimili cauſa imbecillus eſt) & medicamentum lauando, & lubricando eſt purgatorium, cibo naturam mox roborãte dato, & potu aquæ minimum frigidæ: medicamenti actio adiuuatur. Si ob flatus, & malam humorum qualitatem (quod præcedentia flatum ſigna, aut intemperiei cum humore æqualis, vel inæqualis declarant) clyſteribus, aut vomitu vacuandum eſt: deinde flatus diſſoluendi, aut mala qualitas contrario eſt alteranda. Si facultas expultrix eſt imbecilla: aut medicamenti actio debilis, aut remiſſa, data aqua modice frigida, & hora poſt, adſtringente aliquo, vt cydonio, pyro, vel ſimili: medicamentum potenter ad inferiora detruditur. Ob inteſtinorum obſtructionem, clyſteribus affectui cõuenientibus medendum eſt, & alijs conſtipatam aluum expedientibus. Quibus auxilijs ſi purgatio non

Vt Galenus ſe feciſſe narrat in iuuene, qui ſcammoniũ ſumpſerat lib. 2. alimentor. paulo ante cydonia.

Hæc de purgante per lubricationem medicamento.

A procedat, nulla inde noxa inſignis metuenda eſt. Si autem medicamentum purgans comprimendo non vacuet, aquam frigidam priorum nulli propinandam cenſent, quod adaucta per aquam grauitate, citius lubricet, ac deſcendat medicamentum. Quod verum eſt, ſi libera habent inteſtina: ſi vero obſtructa ſint, aut in ſuis anfractibus arctata, augetur per aquam frigidã anguſtia. Id quod cum intellexeris, potabis tepidam, quod hæc præterquam, quod anguſtiã non auget, lubricare cogit medicamentũ huiuſmodi. Non eſt igitur id auxilium abſolute, & ſine limitatione ſcribendum. Omne enim medicamentum comprimendo purgans, niſi vacuet, inteſtina præſertim tenuia, & alios meatus exiles lædit. Quapropter vacuandum eſt prædictis tum lubricantibus, tum ad inferiora trahentibus.

B

HIc ſcire debes, quòd ſi alicui ſit data aliqua medicina euacuans comprimendo, & non euacuat, tunc non debemus dare poſt ipſam aliam medicinã cõpreſſiuam, eo quòd hæc magis *adhuc cõprimit*, & coanguſtat meatus, & hoc verum habet, *ſuppoſito* quòd non ſit ibi aliqua res cogens ipſam medicinam compreſſiuã dare, ſicut eſſet in diaria ſuperflua, aut dyſenteria ſimiliter, & iſtam medicinam compreſſiuam non debemus dare in habentibus meatus ſtrictos, in eis enim non debemus euacuare per medicinam compreſſiuam, quia magis coanguſtat, & ideo ſi ſint aliqua corpora dura ad feceſſum, non debemus in eis ad euacuandum dare medicinã compreſsiuam, eo quòd maiorem ſtypticitatem ventris faciet, & præcipue ante cibum, vnde poſtea fit maior neceſsitas exhibendi ſolutiuum fortius, & ideo
C quia in mulieribus meatus ſunt valde ſtricti, non debemus dare hanc medicinam compreſsiuam, in poſterum enim inducunt ſtricturam meatuum, inuenimus enim in mulieribus conſtringi menſtrua ex vſu myrobalanorum, vtebantur enim eis propter paſsiones capitis, & ſtomachi, quare oportuit nos dare eis fortia ſolutiua, ſed ſi canales ſunt valde lati, tunc maxime iuuantur talia corpora ex vſu compreſsiuorum propter oppoſitã cauſam, aquam tepidam: nam aqua tepida, ſiue calida parum, licet ſit potentia frigida, tamen ſui actuali caliditate dilatat, & aperit meatus. ſui etiam ſubſtantia liquida lauat, & lubricum facit non timens id, ſcilicet ſtricturam meatuum, & faciat ſic, vt in aqua illa ſit decocta aliqua medicina aperitiua, aut hoc enim malum erit *timere ſuper* ea læſionem, ſcilicet *ventris conſtipationem*, quam etiam dicimus, aut *etiam quas dicemus*, *vt notum* eſt, &c.

D SI autem medicamentum ſoluendo purgatorium, & ob id fugiendum, non vacuarit, quàm potes celerrime a corpore expellatur, vel vomitu, vel potius deiectione, ad quam clyſteribus etiam potenter attrahentibus ipſum reuelles, ſi ad ſuperiora moueatur: tale enim niſi cito vacuetur, anguſtiam, æſtuationem, conuulſorium quendam motum, in quo partes extenduntur, & retrahuntur, totius corporis moleſtiam violentam, cordis morſum, præfocationem in quibuſdam, ſcotoma capitis, & oculorum dolorem tantum, vt hi foras elidi videantur, facit. Præter dicta auxilia horum medicamentorum malignitatem frequenter obtundit, & acrimoniam frangit, Ruſo authore, potus aquæ vehementer frigidæ, & in eadem ſeſſio, &

quæ-

quæcunque eius vehementiam, acrimoniam, inflammationem, furiosum impetum frangunt: ad hæc theriace, & cætera partim paulo ante dicta, partim dicenda.

MOND. *Vtrũ aqua frigida conueniat post medicina solutiuam venenosam debiliter, aut tarde soluentem.*

HIc est dubitatio, vtrum aqua frigida sit conueniẽs post exhibitionem medicinæ solutiuæ, quæ venenosa est, qñ non soluit, aut debiliter, & tarde soluit, & videtur quòd non. illud non est conueniens, qñ medicina solutiua non euacuat, quod facit constrictionem vẽtris, sed aqua frigida est huiusmodi, quare, &c. maior est nota, minor apparet: nã posuit supra in hoc cap. ꝙ post exhibitionẽ medicinæ euacuantis comprimendo non debet dari aqua frigida, eo quòd angustiat meatus, & canales. Non n. vẽ etiam ꝙ debeat fieri balneum in ipsa, aut sessio in ipsa, quia id non debet fieri post exhibitionem medicinæ solutiuæ, quæ non soluit, quod habet debilitare anum, & intestina, aqua frigida est huiusmodi, quare est &c. nam frigidum est inimicum ano, pudendo, & similibus membris frigidis, vt ponitur ab Hippo. in 5. particula apho. Contrarium hic ponit Mes. Dico, quod aquam frigidam exhiberi post medicinam solutiuam, intelligitur dupliciter vno modo exhibetur *post medicinam* solutiuam, inquantum solutiua, *alio modo* inquantum venenosa sui actione, seu *superflua* caliditate, si primo modo tunc hoc est *dupliciter*: nam ista aqua frigida, aut exhibetur *in* pauca quantitate, aut multa, si exhibeatur *in* pauca quantitate, aut multa, si exhibeatur *in* pauca quantitate, dico quod ipsa competit; nam ipsa sui frigiditate corrugat, & condensat partes stomachi, quibus corrugatis, medicina, & materia attracta ab ea ad inferiora expellitur, & præcipue hoc habet verum, in his, quibus stomachus est calidus, medicina etiam habet tũ raptum sursum, & tunc alterat qualitatem calidam stomachi, & etiam superfluit propter medicinam venenosam solutiuam, sed si stomachus esset frigidus, & corpus stomachi, vel corpus totum esset debilis virtutis, tunc ipsa non competeret, & ideo propter istam causam debet dari in pauca quantitate, ne ipsa superflua debilitaret stomachum, & debet lambendo exhiberi. Si autem ista aqua frigida sit multa, tunc ipsa non debet exhiberi ratione medicinæ solutiuę, vt solutiua est, eo ꝙ ipsa sic exhibita nimis debilitaret virtutem stomachi, & corporis totius. *Et ratione ipsius* medicinæ solutiuæ inquantum solutiua est, *dico* ꝙ aqua frigida debet exhiberi: nam ipsa frangit omnem acuitatem, omnem etiã superfluam caliditatem ipsius medicinæ solutiuæ ratione quorum dicitur venenosa. Tamen si ista medicina esset venenosa, nõ per acuitatem, vel caliditatem superfluam, sed per nimiã frigiditatem esset mala, sicut mucillago pſylij, tunc non debet exhiberi aqua frigida, ipsa enim augeret magis congelationem talis medicinæ, sed debet tunc magis exhiberi *id, quod* congelationem eius prohibeat. Sed tamen aduertendum, quòd si aqua frigida competat in hoc casu, quandoque exhibetur interius per potum, quandoque vero fit sessio, aut balneum in ea secundum diuersitatem situs, aut loci, in quo est medicina solutiua: nam si medicina superius repat, debet dari aqua frigida in potu, si autem hæc medicina videatur facere ardorem, aut excoriationem circa intestina, & partes inferiores debet ex ea fieri balneum, aut sessio in ea. Ad rationes. Ad primam, illud non est conueniens, quod facit constrictionem ventris, verum est, si ista aqua non prohibeat operationem medicinæ solutiuæ, inquantum venenosa, sed bene talem operationem prohibet, & hic est sermo de medicinis solutiuis venenosis, vt iam est dictum, quarũ venenositas ex aqua reprimitur, & acuitas, & inflammatio ab eis per aquam frigidam remouetur. Ad secundam rationem cum dicitur, id non est conueniens, &c. verum est, nisi faciat aliud maius iuuamentum, & & prohibeat etiam maximum nocumentum, modo facit id, nam prohibet excoriationem intestinorum remouendo acuitatem, & inflammationem medicinæ, *simili*

Responsio.

E ter etiam præseruat cor, & corpus totum à venenositate reprimendo eius malitiam, & ideo quando malitiam istius medicinæ non possumus remouere cum theriacis, tunc exhibemus aquam frigidam.

SI autem medicamentum benignum est, tamen non vacuarit, sed angustiam, ventris tormina, æstuationem corporis, capitis dolorem, vertiginem, scotoma, seu oculorum obtenebrationem, pandiculationes, oscitationes excitet: cito expellatur, sumptis primum adstringentibus ipsum deturbaturis, vt cydonijs, mastiche, & similibus: deinde balanis & clysteribus ad inferiora trahentibus. Plurima enim talia medicamentum infra valenter compellunt. Sed in clysteribus pro vario affectu compositis, spes omnia hęc deturbandi, & a magnis periculis vindicandi magna est. Quod si hæc non profuerint, & symptomata praua multiplicentur, & materia tenuata seorsum feratur, secanda necessario vena est, præsertim brachij interna, deinde vena maleoli: phlebotome enim ad hæc est efficax.

Adstringentia si post alia sumantur, ea deturbant, Gal. lib. 1. & 2. Alimẽto. & li. 6. de sanit. tuenda.

DVbitatur propter *dicta*, vtrum phlebotomia competat post medicinam solutiuam prius exhibitam qñ non euacuauit: & videtur ꝙ non: nam duas euacuationes simul coniungere fallax est, & timorosum, vt colligitur ex dictis Auicen. 1 can. fen. 4. sed tunc coniungun tur duæ euacuationes simul, quare, &c. Præterea id qd diuertit materiam ad partem oppositam parti, ad quam medicina diuertit non est faciendum post medicinã solutiuam: phlebotomia est huiusmodi: quare &c. probatio minoris eo ꝙ phlebotomia educit humores de centro ad circunferentias, medicina autem solutiua facit e contrario. Dico, quòd phlebotomiam post medicinã solutiuam fieri, potest dupliciter intelligi, vno modo electiue, & per se, alio modo causaliter, & necessarie. Si primo mode, dico, quòd non debet fieri, & hoc dico nisi in corpore sit peccarum sanguinis, aut etiam aliorum humorum, & sint simul mixti, & adæquati cum sanguine; tunc enim debet fieri, & hoc contingente, dico spatio tẽporis interposito, phlebotomia enim *multitudinem* humoris euacuat: si vero non *sint mixti cum* sanguine, tũc phlebotomia *electiua* nõ debet fieri, tunc enim ipsa euacuat solum sanguinem, & alios humores malos in corpore derelinquit, sed si loquimur de phlebotomia coacta, & necessaria, dico, ꝙ debet fieri phlebotomia, & præcipue qñ ex ipsa medicina humores sunt valde commoti, & agitati: nam *ista* phlebotomia prohibet nocumenta, quæ possunt inde prouenire, sicut etiã sanguinis ebullitio adueniens ex tali medicina, & commotio humoris cum sanguine facta a medicina. per phlebotomiã enim hæc omnia remouentur: tamen si ibi sit plus de commotione humorum, quam de sanguinis ebullitione, debet fieri phlebotomia de basilica: si autem ibi *sit* maxima ebullitio, fiat de saphena ad diuertendum *illam* inflammationem, & ebullitionem, & si ibi sit vtrũque, fiat vtraque phlebotomia. Tunc ad rationes, ad primam cum dicitur duas euacuationes, &c. verũ *est electiue*: sed coacte non est fallax eas coniungere, & supponitur, ꝙ vna ex talibus euacuationibus non compleatur, aut non fiat nisi illa, quæ debeat fieri à medicina solutiua. Ad secundam, cum dicitur *id* quod diuertit, &c. dico verum est si medicina sufficienter, & perfecte euacuaret, sed quia ipsa non euacuat, ideo fienda est phlebotomia, vt remoueat ebullitionem, & furorem in humores aduenientem à medicina, euacuat etiam humores commotos.

Vtrum phlebotomia conueniat post medicinã solutiuã, quando non euacuauit.

VOmitus autem tunc prouocandus, vel intendendus, quando a medicamento stomachus

machus per os ventriculi (quod etiam cor nomi nant) mordetur, & nauſeam, aut ſingultum ſuffocatorium excitat medicamentum genere ſtrāgulatorium: non neglectis etiam tum clyſteribus, præſertim ſi ventrem, aut hypochondria angit medicamentum, & torminibus, ac æſtuatione fatigat.

De medicamento illegitime, & moleſte vacuante.

MEdicamentum illegitime, & moleſte purgat, quod vacuat quidem, ſed nō quos humores vacuari oportuit: idque præterea facit cum ſubuerſione, vomitu, torminibus, æſtuationibus. Si autem vacuat corruptum quidem & impurū, non tamen quem volebamus humorem, is ipſe alio purgante ſumpto eſt vacuandus: alioqui latius in corpore ſpargetur, & increſcet ob agitationem, & commotionem in eo factam, & aliarum materiarum affluentium, in ipſum conuerſionem: quomodo *in lacunam* dum diuerſa, tum pura tum impura affluunt, eam ſubuertūt, & totam tandem impuram reddunt. Quod ſi non corruptum humorem, ſed benignum, & neceſſarium vacuat medicamentū, æger æſtuat, vexatur, viribus immodice deiectis languet, natura expulſioni repugnante, (quorum nullum adeſt, vbi excrementa ſola vacuantur) proinde mox eius medicamenti vires frange, ipſumque à corpore lubricando deturba: quæ duo aqua calida in horas pota præſtat, aliaque idem potētia plenius trademus. Si autem vomitum, & animæ ſubuerſionem medicamentum excitat, vomitorium vel natura, vel quia eſt abominabile, aut à flatibus leuatur, aut ob ſtomachi imbecillitatem, aut ſtercus ſiccius, aut inteſtinorum anguſtiam: ſi ob hæc poſtrema, clyſtere idoneo ſtercus molliatur, & inteſtinorum ab his obſtructio liberetur: qui ſi non ſufficit, uomitu expellatur medicamentum. Quod ſi ſumptum eſt abominabile medicamentum, aut ſtomachus eſt imbecillus, ob idque vomitus timeatur, à corporis, & animi motibus, quantum potes, abſtine, donec in medicamentum ipſum natura vndique agat, aliter in naturam non acturum: odoretque æger flores, & alias plantarum partes ſuauiter olentes, mentam, ſampſuchum, citrifolia, & fructum, apium, abſinthium, cydonia, macianum, roſas, bolum aqua roſarum, & aceto aſperſum, lutum, quo panni abluuntur, roſis recentibus, & aqua roſarum nutritum. Extrema quoque fricuiſſe, & vinculis dolorificis adſtrinxiſſe, manus item ac pedes aquæ calēti multum mordenti impoſuiſſe, iuuat. Si autem medicamentum eſt ſtypticum, mordere [aliquid prædictorum] quaſi lambendo bibere, faciem aqua roſata; vel alia re dolente leuiter aſpergere, gaudere, delicias curare, præſertim nauſea incipiente, vomitum prohibet. Vbi vero anima eſt ſedata, ambulet, ac paululum moueatur, quo promptius medicamētum deſcendat, vt docuit Hippocrates. Tormina autem medicamētum excitat, quòd ſtomachum, & partes, quas permeat, pungendo lædit, vel intemperie ſua afficit, aut quod immodice trahit humorem tam benignum, quàm malignum. Ob id vim eius cito obtundimus, ipſumque cito à corpore expellimus, vt à nobis partim dictum eſt, partim mox dicetur.

Aphor. 9. li. 22.

Vt alexiteria iuuāt ad tenuādo, & vacuādo li. 2. ſimpl.

Cauſa medi amētum ex deiectis vomitorium faciuntes prius dicta.

Aph. 14. et 21. lib. 4.

Remedia vomitui. Abſinthium Ponticum, ſiu Romanum intellige ex Gal. in lib. 8. ſimpl.

Aph. duobus proxim.

De medicamento immodice vacuante.

HYpercatharſis, hoc eſt, a medicamento purgante vacuatio immodica, fit ratione ſumentis, medicamenti, accidentium vtrique ſuperuenientiū. Ratione ſumentis, quòd is vel excrementis, ad fluendum paratiſſimis redundet, vel venarum facultate retentrice ſic imbecilla, vel orificijs earum amplioribus: vel ex ijs eſt, quibus purgatio eſt interdicta, quos in libro de pharmacis declaraquimus. Ratione vero medicamenti, quoniam id aut qualitatem habet alienam, & deleteriam, venenoſamque, aut largius ſumptum eſt, aut portione ſui ventriculi, & inteſtinorum villis adhæret, aut venarum ora mordet, pungit, aperit, aut cor intemperatius reddit, quas hypercatharſeos cauſas ex his, quæ præceſſerunt, diſcernito. Ratione denique illorum, quæ vtrique ſuperueniunt: auſtralis enim conſtitutio, vt inquit Gal. ſi vincat, aperit, rarefacit, humores ad fluendum idoneos reddit: aquilonia quoq; ſi præpolleat, fluxiones etiam comprimendo, & exprimendo excitat: quapropter per hos flatus, qui prompte tunc fluxionibus tentantur, purgandi non veniunt. Potus quoque largior aquæ frigidæ, ac errores alij quidem in ſumendis, admouendis, educendis, faciendis, hypercatharſim promouent. Huic immodicæ vacuationi, ne vires proſtetnat, reſiſtemus, per auxilia dictis fluxus cauſis (quas precedentia declarant) contraria: qualia ſunt, quæ medicamenti virtutem frangunt, obtundunt, incraſſant, compingunt, motu moleſto exuunt, expellunt vomitu, oppoſito ſcilicet motu fluxui ventris: adhæc quæ retentricem vim venarum, & orificiorum laxiorum, & inteſtinorum roborant cogendo, & conſtringendo: quæ denique cor ipſum roborant, & animam recreant, exhilarantq;: his enim omnibus tota hypercatharſeos curatio perficitur.

Galen. lib. 3. ſimpl. c. 26. & 27.

Aph. 4. li. 3.

Hypercatharſeos remedia cauſis ipſius contraria.

Canon primus.

SI igitur fiat ob medicamenti actionem immodicam, frangenda virtus eius eſt, ipſumq; cito à corpore expellendum per lauantia, vt aquam calidam, aut aquam hordei, aut mucaginem ſeminum pſyllij, & cydoniorum: vel tergentia, vt ſaccharum rubrum, mel, decoctum vuarum paſſarum, hydromel, & ſimilia: vel comprimentia, vt cydonia, ſyluеſtria poma, (maciana vocat) pyra, maſtichen, myrobalanos, & ſimilia. Eadem ratione cum medicamentum aliquod violentum, præſertim expulſu difficile, deturbandum

Remediū triplex medicamētū ex eut pote petit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0053-8 DFG

bandum est. Rursus primum propinat mucaginem proposito affectui idoneā, cum aqua tepida, & pauco oleo amygdalino: horis postea duabus aliquid comprimens exhibet: sic medicamenti virtutem totam a corpore expellit, vt nullum ipsius vestigium supersit. Addit Galenus, aquam calidam lauare, expurgare, medicamentumque purgatorium, etiam si alicui parti hæserit, deturbare: frigidam vero, quod villis viscerum adhæret, magis impingere. Serum denique lactis caprini cum melle, & pauco sale medicamentum probe expellit, vt Ioannitius ait, vt nullum eius mancat vestigium.

Lib. 3 sat. vict. aceto- sum.

Canon secundus.

INtestinorum vero, ac venarum, & in ipsis orificiorum, atque etiam corporis pororum vim retentricem firmamus, sumptis modo quo poteris optimo, vel etiam clystere, si opus est, iniectis rebus odoratis, ac constringentibus, cogentibus, contrahentibus. Quæ prope omnia mastiche præstabit: cogendo enim, & contrahendo robo rat. Si igitur mastiches drachmæ duæ, aut tres cum succo cydoniorum bibantur, medicamentum reliquum expellent comprimendo, ac tandem aluum adstringent, vt Hamech visum est. Ad hæc stomachum, & ventrem reliquum oleo rosato, quàm pati pōt calidissimo illeuisse, pulueremque masticbes, & gallæ, aut rosarum superspersisse in id, est mirificum. Idem, Hamech authore, præstabit tragacantha assata a drach. tribus ad drach. quatuor, ex lacte dulci, aut acido, si affectus id exigat, cocta & pota. Adhæc semen nasturtij totum a drach. duabus vsque ad aureos duos, cum succo cydoniorum, aut myrtorum, coquendo impinguatum, in id est omnium valentissimum, præsertim si semen non sit tritum: nam terendo lentorem amittit. Coriandro autem tibi est vtendum, cum incrassare, & compingere materiam studes: sphragide vero Lemnia, & sanguine draconis, cum vlcus suspicaris: spodio autem, & adipibus, & mucagine seminis psyllij, cum pungens, & mordax, & excorians, dolor est sedandus, & reliquū medicamentum expellendum. Acacia vero, & sanguine draconis, & succino, cum sanguinis deiectio sistenda est. Succo item barbæ hircinæ, quando venarum, pororum, orificiorum amplitudo laxior materias intestinis permittit. Narcoticis denique, cum est stupefaciendum, somnus conciliandus, materiæ incrassandæ. Id quod postremum est tentandum, ac in deploratis, & magnis, & periculosis causis, vbi cætera non satis contulerunt. Porro inter constipantia, in vnum cogentia, roborantia, sistentia, primas tenet, mastiche, rosa, semen rosarum, xylaloe cruda, balaustium, acacia, succus barbæ hircinæ, galla, gummi, lutum Lemnium, spodium, acini granatorum, rhus, ammi, semen portulacæ, & arnoglossæ, fructus tamaricis, & coriandri folia, & grana myrti, cyminum, vel anisum aceto infusum, & torrefactum, cortex *thuris* coagulum leporis, sanguis draconis semen nasturtij assatum, gallia, fructus rubi, & similia. Ex compositis vero in idem symptoma vtenda sunt saccharum rosatum, cum mastiche, & gallia, & ex cydonijs malis compositiones, & alia id genus. Inter quæ nostrum electuarium Diacyminum eligimus ad cohibendum alui fluorē, medicamentum purgatorium in corpore frigido sequentem. Nam viscera calfaciendo roborat, flatus dissipat, hæmorrhoidum quoq; fluorem, & flatus compescit. Est autem eiusmodi: Ligni aloes, spicæ nardi, galliæ moschatæ, cyperi, calami aromatici, ana drach. duas: cymini Carmani aceto horis 24 macerati, & torrefacti, drach. tres: seminis porri torrefacti, drach. vnam, & dimidiam: myrobalanorum emblicarum succo cydonij macerata rum, & tostarum drach. sex: seminis vuarum passarum drachmas quinque: baccarum myrti tenuissime tritarum, drach. sexdecim: balaustij, concharum vstarū, thuris, fructus tamaricis, ana drach. duas & semissem: ammeos drach. tres: tere omnia tenuissime, & iterum vino odoraro frangantur, & siccentur: deinde frangantur aqua cydoniorum, aut aqua baccarum myrti, & hypocisthidos, & siccentur: vbi erunt probe persiccata in vase vitrato, iterum tere, & miua excipe. Dantur drachmæ tres cum syrupo cydoniorum, aut myrtino.

Compositæ ī hypercathar sia corporis frigidi. Electarium. Diacyminum.

Trochisci ad fluxum.

IN eundem fluxum, præsertim diutur num, efficacissimi quoque sunt hi trochisci nostri. Rec. Balaustiorū, corticum glandium aceto macerato rum, & tostorum, rhois, baccarum myrti, hypocisthidos ana drach. duas: cymini Carmani, gallarum aceto maceratarum, & tostarum, capitū granatorum, fructus tamaricis, macis, xylaloes, galliæ aromaticæ, mastiches, spicæ. ana drach. vnam: seminis oxalidis, gummi, boli Armenicæ, seminum vuæ, passerū tostorum, ana drach. vnam & dimidiam se. coriandri aceto macerati & tosti, drach. duas cum vino pontico. finge trochiscos ponderis drach. vnius, quorum vnus datur cum syrupo cydoniorum, vel aliquo succo styptico.

Electarium.

SI vero a medicamento purgatorio aluus immodice fluat corpore calidio re, sumat hoc electuarium. Rec. Baccarum myrti drach. duodecim: rosarum, spodij, rhu, santali albi, lutei, rubri, balaustij, gummi, ana drachm. vnam & dimidiā: granorum granati acidi assatorum drachmas septem: coriandri aceto macerati & assati drach. quatuor: seminis rosarum, oxalidis, plantaginis, ana drach. vnam: omnia hæc probe trita frange omphacio solo, vel succo myrti, & aceto simul, & siccata excipe miua, facta ex succo cydoniorum, & aceto. Dantur drach. tres cum syrupo

In hypercha tarsin corporis calidi ēē posse.

Ex fructu thoracti pulpa separada. Cortex hordei deterior est, ob id. vacuationē promouet.

syrupo cydoniorum acidorum. Ad affectū eundem, etiamsi intestinorum vlceratio adsit, mire valent hi trochisci a nobis cōpositi. Rec. Spodij drach. septem, seminis rosarum, & rosarum ipsarū, acaciæ, balaustij, sanguinis draconis, ana drach. duas & semissem: seminis oxalidis drach. vnam & semissem: oxyacanthæ, carnis rhu, seminis plantaginis, & portulacæ assati ana drac. vnam & sextā drach. vnius, gummi assati drac. vnam, fiant trochisci ponderis drach. semissis. Datur cum decocto hordei excorticati. Ad eandem hypercatharsim cum ventriculi, hepatis & aliorum viscerum imbecillitate, epithema hoc salubre sum expertus. Rec. Acaciæ, hypocisthidos, rhu, gallæ, ladani, calami aromatici, rosarū & seminis ipsarum, santali albi & rubri, galliæ moschatæ, ramic, [ideſt, compositionis ex gallia moschata, & passis vuis] mastiches, xylaloes, spicæ, thuris, costi, myrrhæ, cyperi, absinthij, ana drach. duas: probe omnia terant. Tunc tortellorum de seni drach. tres, dactylos siccos duodecim numero, gūmi assi drach. quinque, miuæ glutinosæ *vncias tres*: *horis 24 macera*: aquæ rosatæ, *vini* austeri, succi rosarum, succi foliorum myrti, & foliorum rhamni ana vnciam vnā, & dimidiam: calfactā post coque igne lento ad mellis spissitudinem: tunc iniectis pulueribus tere in mortario, donec glutinosum cuadat, extende linteo, aut aluta, & suffi xylaloe, & vētri toti impone. Alterum Recipit, rosarum & seminis earum, pulpæ rhois, santali albi, & rubri, spodij, sanguinis draconis, succini, balaustij, galiæ, acaciæ, hypocisthidos. galliæ moschatæ, corticum mandragoræ, capitum granatorum, ana drach. tres, capburæ drach. vnam, & tertiam drach. vnius; puluera tenuiter: tunc accipe succi extremitatum vitis, vncias duas: omphacij vncias semissem: succi extremitatum myrti, & aceti, ana vnciam vnam: quibus infunde horis 24 hordei excorticati vncias duas, gummi vnciam vnam, granorum myrti tenuissime tritorum vncias tres: quibus adde miuę acetatæ vncias tres: coque igni lento ad viscosam spissitudinem. *tunc in* mortario species tundendo permiste intendantur linteo, & cum xylaloe suffiatur, & ventri toti imponatur. Est enim sanum hoc, & expertum epithema. Clysteribus quoque, si affectus postulat, vtendum idoneis, qualis fuerit optimus ex butyri drach. triginta, sanguinis draconis drach. tribus, aut pluribus, aut paucioribus pro necessitate.

Epithema ideſt, fotum seu emplastrum partis affectæ.

Ramic i. ero chusis dicetur.

Ex panis liquore idoneo, vt aqua rosarū, mersus, & aliquoties assatus vt bisectus.

Hæc Mina cydoniorum longa coctione lenefecit.

Clyſter.

Canon tertius.

REuellimus item medicamentum ad loca sedi immodice fluenti opposita, vt cutim, balneo, & frictione sudorem prouocantes: vt cola, vinculis ipsorum dolorificis, & cucurbitulis: vt vesicam, p vretica, & peros vomitorium dantes. Præstantissima autem inter hæc sunt frictio, & balneum, præsertim ex aqua dulci, cui chamamælum: absinthium, sampsuchus, folia poros dilatant, & corpus roborant. Ne autem cum imperitis quibusdam adstringentia incoquas: corpore enim densato materiæ, & vapores intro compelluntur, quæ res fluorem auget. Præcipuo igitur studio poros rarias, & foras quibus potes modis attrahe, vt per cutim materia, & vapores acres expirent: id quod sudor in balneo, vel aquæ calēntis vapore, præstabit. Frictiones autem fiant primum lenes, post etiam valentiores, ne tamen ægrum lædant: identidemque repetantur, donec multus reddatur sudor, idemque frequentissimus tergendus est: hoc enim modo promptius effluit, cum in poris diu relictus concrescat, & alterum, vel sudorem, vel vaporem exitu prohibeat. Fricuisse etiam extrema multum iuuat. At vero vulgus medicinæ imperitum, omnes a medicamento indiscriminatim lauat, ignorans balneum foras trahere (vt Galenus ait) & materiæ reliquias virtute medicamenti purgantis ad intestina omnino repentes, in oppositum mouere, ac facultate sua ad totum corporis habitū reuocare: tunc quidem facile erat iuuare, vt promptius reperet, vel saltem exolueretur: nunc autem difficile. Præterea damnandum est balneum, licet ipsius virtute attractio materiæ ad exteriora, eaque ignobilia speretur: ipsa enim transmittitur ab ignobilibus partibus intestinis, ad ignobilem cutim, sed per partes nobiles, hepar & venas: cum præsertim natura melius vacuet *propinqua*, *maxime* si viæ adsint conuenientes. Materia enim vacuanda est per partē, ad quam magis declinat, præcipue si ea erit idonea, inquit Hippocrates. Errant igitur omnes, sine discrimine, post sumptum medicamentum lauantes; obstructionesque, & cutis vitia excitant.

Non fāt dare, quia dent sant, sed multa patiut & digerunt, lib. 2. & 3. sanit.

Aphor. lib. 4.

Lib. 1. aph. 21.

SCiendum est, quòd balneum post medicamentum sæpe perducit ad magnum nocumentum, quod aduenit de tanto diuerso motu ipsius medicinæ: nam primo materia vi pharmaci mota ad intestina per venas meseraicas transiens transiuit per hepar, & principalia membra, vnde ea debilitauit. superueniente postea balneo materia ista ex intestinis peruenit ad exteriora, & hoc etiam per hepar. vnde etiam adhuc magis debilitauit, quia debilius est hepar, quàm in *primo transitu*. vlterius etiam hæc materia *propter eius* motum diuersum facta est *maligna*, quare *magis nocet hepati*, per quod transit, & *maxime* conuenientibus, sed *sup.* quando materia ista euacuatur per intestina, tunc educit per *conuenientes* vias. Inquit Hippo. in secunda parti. aphor. quæ ducere oportet in oppilationes, & præcipue, si vtantur, balneo, in his qui non sunt sufficienter euacuati. Sed hic est dubitatio vtrum balneum resolutiuum faciens sudorem competat post medicinam solutiuam. Et est breuiter sine argumentis dicendum, quod istud balneum, aut administratur post operationem medicinæ solutiuæ, aut dum ipsa operatur. Si loquamur de ipso primo modo, *tunc* aut ista medicina diminute euacuauit, aut superfluę, aut mediocriter. Si diminute, dico, quòd balneum istud non conuenit, eo quòd balneum mouet humores ad contrarium eius ad quod medicina mouebat, eo quod medicina mouebat à circumferentia ad centrum, sed e contrario facit balneum, & ideo non damus tunc balneum, sed potius aliam medicinam solutiuam, quæ compleat operationem ipsius personæ non perfecte euacuatæ, & hoc habet verum, præcipue si residuum materiæ esset

MOND.

commo-

commotum ad inteſtina : ſed bene poſſet balneum E
competere, ſupplens defectum medicinæ, præcipue ſi iſtud reſiduum materiæ eſſet magis verſus extrema corporis. Si autem hæc medicina mediocriter,& conuenienter euacuauit,dico quòd tunc non conuenit balneũ fortiter reſoluriuum, & ſedatiuum, ſed bene conuenit balneum aperitiuum pororum,& lauatiuum, ad hoc ſcilicet,quòd ſi aliqua materia ſit contenta in poris carnis,ad cuius expulſionem natura non erat multum intenta propter intentionem aliam magis neceſſariam,illa materia poſtea poſſit per balneũ euacuari per poros. Si autem hæc medicina ſuperflue euacuauit,dico quòd tale balneum reſolutiuum non conuenit,eo quòd iſtud balneum ſuperflue euacuat: duas autem euacuationes, & præcipue ſuperfluas ſimul coniungere, aut vham poſt aliam immediate eſt fallax,& timoroſum. ſimiliter etiam iſti ſic ſuperflue euacuati ſunt valde debiles in virtute,tales autem ſunt abſtinendi à balneis,tamen in caſu poſſet competere aliquod balneum humectatiuum membrorum, ſi eſſent ſuperflue euacuati à medicina. F
Sed ſi loquamur de balneo approximato in hora operationis medicinæ,tunc aut iſta euacuatio facta à medicina eſt diminuta,aut ſuperflua: aut *mediocris*: ſi eſt diminuta,accidunt res,quas ponit *Meſ. in litera*,quæ ſatis ſunt notæ intelligenti, *inducunt etiam* oppilationes,& ægritudines cutis,*per id etiam* quod conſtringunt ventrem. ſed ſi iſta euacuatio ſit ſuperflua, tunc balneum conuenit, quia humores attractos à medicina diuertit ad contrarium. ſed ſi iſta euacuatio ſit mediocris, non conuenit donec fit, quia tunc euacuaret ſicut pharmacia,& diuerteret materiam ad oppoſitum,quod non eſt fiendum,quando eſt euacuatio mediocris.

RVera autem balneum nequaquam ſalubre eſt poſt medicamentum purgatorium, niſi cum immodice vacuat: tunc enim auerſando materiam fluorem ſiſtit. Poſtquam vero in balneo diu ſudatum eſt, adſtringentibus vires ſunt firmandæ,ne laxata purgando viſcera,materias recipiant, & vt materiæ ad oppoſitum conuertantur. Si vero hæc non contulerint,corpus eius totum pannis lineis aqua infuſis tam diu in balneo vndique percutiat, donec ipſa cutis rubeat,& infletur,tunc fricetur,vt ſudet. Sedere autem in balneo, ſuper calidos lateres,aut lapides leues raros; alijs vero hypochõdria,ventrem lumbos calfacere, *in id multum* confert. Extremorum item ligaturæ per inſtitas dolorificæ,& frictiones materiam per aluum fluentem in contrarium auertunt, præſertim ſi ab alis, & inguinibus cœptæ deſcendant: Idem præſtant diuretica, hoc eſt, vrinam mouentia. Mictus enim noctu plurimus, paruam ſignificat deiectionem,vt inquit Hipp. quoniam vrinam largior,vt etiam ſudor,multam deiectionem ſiſtit, materia ab inteſtinis,& ſima hepatis ad renes, vel poros partium retracta, & ob id ſtercus ſiccum,& ad excretionem pigrum relinquente,vt Humain viſum eſt. Vomitum quoque in hoc affectu prouocare in contrarium reuellit [vt à longo alui profluuio habito,ſpontinus vomitus ſuperueniens morbum ſoluit.] Quomodo enim fluor alui vomitum aliquando, ſic vomitus fluorem alui curat,authore Hippocr. quando ſcilicet materia illorum cauſa ad oppoſitum trahitur, vt ait Humain. Auertunt etiam alui profluuium cucurbitulæ, hypochondrijs, lateribus, ventriculo, lumbis,affixæ.

Aphor. 83. lib. 3.

Is fuit Iohannitius Aph. expoſitor.

Aphor. 15. lib. 6.

Canon quartus.

MOleſtam autem humorum in corpore agitationem,& fluctuationẽ quiete,& ſomno ſedamus: cum enim vacuationem ab elleboro immodicam fiſtere voles, ſomnum impera, & quietem, inquit Hippocr. corporis ſcilicet ac animi,vt Heben Meſues interpretatur, idque ſenſuum obiectis celebribus, & iucundis homini adhibitis. Somnus etiam inducendus eſt,animum demulcentibus melodijs,& cãtionibus,& muſicis omnibus inſtrumentis: adhæc remedijs ſomnificis, & reliquis delirium ſedantibus. Somnus enim profundior, & quies, omnes humorum agitationes maxime ſedat,vt contra *indicat natiga*- tio turbari motione corpus, vt inquit Hippocr. Præterea in hoc affectu à cibo, & potu omnino abſtinendus homo eſt, niſi ſyncope, hoc eſt, virium præceps lapſus timeatur: hi enim humorum agitationem augent,non remittunt.

Aphor. 16. lib. 4.

Canon quintus.

SCopus tibi ſit præcipuus,animum exhilarare,corque roborare ſumendis, admouendis, educendis, faciendis. Hominem igitur in domo temperata compone, non autem *frigida* (quoniam frigus humores intro compellit, quos foras ad cutim traxiſſe fuerit ſalubrius) neque item calida, quod calor corpora reſoluendo infirmat vires, G ac deijcit. Cibus autem,& potus omnis eſt tibi deligendus, qui animum recreet, ac ipſum cor roboret,de quo poſtea plenius dicturi ſumus.

Canon ſextus.

HVmores vero congelare,& narcoticis vti,perfugium eſt vltimum, tuncq; ſolum, quando prædicta omnia nihil contulerunt,& curatio prope deplorata eſt. narcotica autẽ fortia tibi vtẽda ſunt, qualia antidotus theriaca,& Philonis,& ſimiles.

COST. *INter fortia narcotica theriacen ponit,id autem de recenti intelligendum in qua ſcilicet opij vis adhuc viget. Ob id Galen. 5. meth. matronæ Romanæ theriacam recentem obtulit ſiſtendæ deſtillationis gratia. Eſt tamen hac in re vt merito ambigas, ſit ne opium ſtupefactorium, quod aiũt, & quarto ordine frigidum; videmus certe ipſum fauces manſum exurere, quod acrimoniæ & caloris effectum eſt: at amara calida Galen. putat. Turcæ quoque opio vtuntur prælium inituri, & alacres redduntur. ac Tridentini ruſtici, vt aiunt, ex papauere albo fercula etiam parant, nec vllo tamen ſtupore opprimuntur. Profecto hæc de opij temperamento aneipitem me ſemper tenuere. Neque autem quod doctiſſimus Auerroes ſcribit de duplici amaroris cauſa 5. Coll. ſatisfacere huic controuerſiæ poſſe video; quando ſcilicet contra Gal. ſententiam amarum ſaporem frigidum temperamentum ſequi non minus putat, quàm calidum: ſed qui à frigido, ex amaro dulcem, qui à* H

calido

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0056-6 DFG

calido ex dulci in amarum immutari affirmat. Papaueris equidem nigri caput, ex quo opium, nõ acerbum tũtum, sed maturum quoque amarum est, ita vt ad eã normam opij temperamentum duci nequeat. Adde etiam, & vrendi vires, quę opio insunt, non frigoris, sed caloris insigne specimen præbent. Quid ergo? Calfaciet ergo opium. Atqui stuporem inducit. Fortasse quo pacto vberior vini potus stuporis effectus inuehit ob vaporum copiam, quam ad caput promouet; eo etiam opium, vel sui acrimonia, dum in uentriculum agit, vel quacunque alia ratione copiosos halitus excitat: qbus caput plus iusto opplentibus, & uigilandi impotentia, & stupor inducitur. Huius rei argumentũ nobis quandoq; præbuit, & qui pastillos ex charabe nuncupatos assumpserãt (in eos enim paulo liberalius opium venit) obuersari animo varia admodum veluti somnia, dein etiam veluti immemores, & amentes reddi sese retulissent. Hac vero etiam de causa Turcas in insaniam agi arbitrari licet assumpto maslach, quod ex opio paratur, & periculi contemptores veluti ebrios euadere, quanquam papauere reuntur albo minus pnicioso, impiũe enim hoc, sicuti, & medicamentum, quod diacodion vocant, assumitur, quamuis copiosius id quoque vsurpatum somnolẽtiam, nisi exerceamur, grauem faciat. Sanè illud etiã aduertendum hoc in loco, theriacam antidotum non recentem solum cohibendæ purgationis habere vires, sed idem etiam præstare antiquam, alia tamen ratione: tũ quod vim veluti venenatã medicamenti oppugnat, tũ quod humores ad ventriculum confluentes in cutem reuellit. Quare theriacen an probatissima sit eo argumento deprehendi Galen. docet, si quum pharmacum alicui purgatorium exhibueris, hac superdata, purgatio cohibetur.

AT vero grauissime errant, qui horum affectuum initio narcoticis vtuntur: hęc enim vere non curant, sed velut congelatam materiã intus cohibent, quę non multo post impetu maiore ruit quam prius, relictis in corpore per hæc congelationis, & mortis quibusdam rudimẽtis. Vera autem curatio fuerit causæ fluorem excitantis ablatio, partibus interea, & facultatibus nos gubernantibus, in vnum reductis, & roboratis, vti diximus. Vbi vero necessitas inuitat, præsertim quando prædicta omnia non contulerunt, narcoticis vti cogimur, prius tamen castigatis secundum modos, & conditiones, quibus ipsorum nocumenta emendantur, eaque quam plurima: vitæ enim sunt omnino contraria (congelant nanque, & stupefaciunt, & mortificant) præcipue, si simplicia sint, & eo magis, si sint recentia. His autem narcoticorum noxis, artribus remediorum mistis generibus præcauet, & horum actiones tutas reddit. Primo loco miscẽtur, quæ narcoticorum congelationẽ resoluunt, & auferunt, vt castorium, piper quidem, & castorium resoluendo, & dissipando, crocus autem coquendo, & narcotici vim cohibendo.

MOND. PIper, & castreum resoluũt, & carminant propter eorum multam caliditatem, & siccitatem, & crocus maturat virtutem narcotici, & hoc non facit propter multam caliditatem, quam habet, aut siccitatem, quia illam non habet: sed quia confortat cor, & calorem naturalem, quæ habent resistere medicinæ narcoticæ, habent etiam humores, & ipsum narcoticum digerere, omnes legit simul, dicit quod cum eis oportet misceri res, quæ sedant, & constringunt agitatas materias. Contra, natura narcoticorum habet constringere materiam, & congelare ipsam, quare non debemus commiscere id quod humores stypticat, & inspissat, inde enim nõ consolatur, sed potius eius virtus augetur. Dicendum breuiter, quod duplex est consolatio narcotici, absoluta, & ista nunquam habet fieri, per ea quæ constringunt materias, & incrassant, immo per ea quæ habent calefacere, & subtiliare, & humores dissoluere: alia est consolatio narcoticorum determinata, quæ est ad stringendum fluxum ventris superfluum, & ista habet bene fieri per styptica, & constringentia, & prohibentia agitationem humorum, & de hac est hic sermo, sandaraca, idest vernix, totum est notum.

SEcunda miscentur, quæ facultates nostrum corpus dispensantes firmant, & spiritus instaurant, vt spica, doronicum, zedoaria, & alia tũ cardiaca, tum homachica, vitæ, seu dictis facultatibus commodantia. Tertia miscentur narcoticis, quæ materias de parte in partem fluentes, agitatasque sistunt, & cohibent, vt myrrha, thus, gummi iuniperi, & similia. His enim narcoticorum malignitas reprimitur. Veruntamen si narcoticis abstinere potes, præstantius quidem fuerit: sin vti cogaris, potui ne da, sed emplastris adhibe: aut si per hæc parum conficitur, balanis, aut clysteribus. Quod si potui dare cogeris, cum præmeditatione, & caute dabis, idque antiquatum potius, quale scilicet, minus est noxium, virtute narcotici, coctione, & rerum aliarum mistione, cocta, & fracta. Vespere autem dormituris tempestiue datur, quia solum conciliat agitationes sedantem. Dant item nonnulli mane, præsertim quando ægrum insomnia non torquet, tuncque minus crebram desurgendi necessitatem, morsum excrementorũ obtundendo, faciunt. Sed narcoticorum vsus est fugiendus mox a cibo, & in plenis corporibus, aut impuris, purgatis autem est tutior. Caue item ea dare diebus simul multis, sed tempus interpone, quo roborantia dabis, quæ vitæ seruant thesaurum. Adde, quod narcotica, oculis quoque, & sensorijs alijs nocent, nisi horum noxam studiose vites, vt dando tam paruã quantitatem, quæ viribus nostris non officiat. Pauco enim, & sæpe, quam multo semel vti prę stat. Quod autem ad dolorum insultus attinet, ante hos narcotica adhibere est satius: quamquam interdum in ipsa commotione violenta, vt colico dolore vehementi, exhibere oporteat: quod significauit Galenus, dum colico dolori multum vehementi, interdum necessariã magis esse dicit, per stupefacientia falsam curationem, præsertim cum magna est doloris intensio, quam veram, ne vires interim resoluantur, & collabantur. Hæc vero narcotica fuerint vsu tutiora, primum quod scripsit Israelita valenter astringens, ob id salubre ad fluorem alui, a medicamento vel alia causa excitatum: recipit thuris drach. vnam, coaguli leporis drach. duas, opij drach. vnam, gallarum drach. tres: fiant ex eis trochisci drachmæ vnius. Datur autem vnus potui. Catapotia quoque hæc filij Zezar, ad alui

fluorem, & fluxiones ad viſcera, vel a viſceribus, recipiunt bdellij, gummi iuniperi, opij, thuris minuti, myrrhæ, croci, ana: fac catapotia ciceris magnitudine, da veſperi a tribus ad quinque. Noſtri præterea trochiſci ſunt efficaces ad immodicum alui fluorem, a medicamento purgãte excitatum, vel alia cauſa, & ad choleram morbum. Nam, & vomitum a cauſa præſertim frigida ſtringunt, & facultates corpus gubernantes roborant, & ſomnum conciliant: recipiunt vero cyperi, thuris minuti, ameos, gallæ, croci, galliæ moſchatæ, caryophyllorum, balauſtij, chamæpityos, malicorij, mirrhæ, ſpicæ: ana drach. duas: hyoſcyami, opij, ana drach. vnam, & dimidiam: fac trochiſcos aurei vnius, datur vnus. Sunt, & alij noſtri trochiſci in præſentem ſcopum efficaciſſimi, hoc eſt, ad ſtupefaciendum, & omnem alui fluorem, & vomitũ a cauſa calida. Recipiunt ſpodij, ſeminis roſæ, acaciæ, hypociſthidos, balauſtij, ſanguinis draconis. gallæ, croci, ana drach. *duas*: boli drach. vnam, & dimidiam: *opij, hyoſcyami*, ana drach. vnam: fac trochiſcos drach. vnius: datur vnus cum aqua roſarum.

MOND. POnit aliam deſcriptionem trochiſorum, qui magis ad frigiditatem intendunt, fac trochiſcos. z. v. nam iſti ſunt magis fortes, & infrigidando, & ſtupefaciendo, quam præcedentes eo, quod cum narcoticis his non ponuntur medicinæ *calidæ*, ſed *frigidæ*. Et in hoc eſt regula generalis, quod quãdo fit aliqua confectio, vel recepta, & ponitur cum medicinis, quæ eſt principalis, ſiue baſis reſpectu aliarum, Alia medicina ſimilis virtutis cum illa debet diminui de pondere, & doſi illius medicinæ compoſitę, non tamen perfecte creditur hæc doſis, ſcilicet med. eo quod doſis medicinarum compoſitarum non habetur perfecte, niſi ex doſi medicinarum ſimplicium, illam autem doſim medic. ſimplicium, habebimus infra, & ſic doſis eorum minus ad preſens tantum non daremus niſi medium, & ſi datur melius eſt di*minuere de doſi talium medicinarum*, quã poſtea ſubuenire nocumẽtis, quę poſſent inde ſequi, ſi daretur magis.

Regula in medicinarũ compoſitionẽ.

THEOREMA QVARTVM.

QVartus nobis ſcopus ſupereſt, correctio, ſcilicet noxarum in corpore a medicamento poſt purgationem relictarum, capitibus tredecim abſoluenda.

Curatio febrium purgationi ſuperuenientium. Cap. I.

DE morborum purgationi immodicæ ſuccedentium curatione agamus, primumque de febribus. Has autem medicamentum purgans excitat, vel quod ipſum immodice calidum, & acre, intemperiem calidam ſiccam in corpore relinquat: vel quod materiam commouit, non expulit, hæc autem velut conculcata, putreſcit, & febrem excitat: vel quod ſumpto valenti medicamento purgante, motus vehemens corporis, aut animi ſuperuenit: vel quia frigoris occurſu E pori ſunt denſati, qui vaporẽ tranſpiratione prohibuerunt: vel quia ſol humores iam motos incendit: vel quia poſt medicamentum purgans homo cibum celerauit: quo factum eſt, vt medicamenti aliquid cum alimento in venas penetrarit, & fluxum valentem concitauit, aut materiam conculcauit, & ob id putredini parauit: vel quia quæ materiam coquere, & expulſioni parare debebant, ante non ſunt ſumpta. Quapropter medicamentum purgans, dum crudam materiam trahit, interdum naturam diſſoluit, nec vacuat humores, ſed conculcat, & putredini parat. Atque, vt ſummatim dicam, error omnis in victus ratione febres has excitare poteſt. Has autem febrium cauſas præceſſiſſe cum certo intelleximus, abigere per contraria, ſi adhuc perſeuerant, oportet: niſi febris magnitudo curãdi ordinem interpellet. Interdum enim cauſæ febrim gignentis maior eſt habenda ratio: interdum febris, præſertim cum malignior eſt. Quæ duo tibi diligenter ſunt diſcernenda. Quod ſi cauſa febris eſt frigus, poros denſans, adhibe quæ *diximus poros* aperire, & vapores tranſpirabiles reddere: quas ad res ſudorem prouocaſſe eſt imprimis ſalubre. Si autem vel ſolis æſtus, vel medicamenti calor vehemens, & acer, febrim excitat, calorem hunc extingue refrigerantibus, & acrimoniam obtunde remedijs poſt dicendis. Si præterea materia vacuanda tantum eſt commota, & inde conculcata putret, æquetur, & expulſioni parata vacuetur. Si a motu corporis, aut animi, poſt medicamentum febris eſt, cura vt diariam ab his cauſis natam. Si a feſtina comeſtione ſequuta eſt febris, a cibis abſtinendo curatur. Si præterea febris eſt multum ardens, calorem flammeum extinguentibus cura, aerem appara, cibum, potum, vnguenta, emplaſtra cordis, & hepatis frigida ſuffice, & odoramenta frigida, & medicamenta cardiaca, *frigida*. Poſtremo *balneis temperatis* corpus humecta, & vtere *reliquis omnibus*, quæ contra febrium ardorem a peritis ſcripta ſunt. Si autem pigra febris eſt, interdum eius cauſa æquanda, expulſioni, paranda, vacuanda eſt, quando febris maius eſt momentum.

Curatio ſtatim ſe exhibet poſt efficientem cauſæ cognitionẽ. lib. 3. meth.

Cephalalgia poſt purgationem. Cap. II.

DOlor capitis a purgatione fit, vaporibus in caput ſublatis a medicamento purgante, præſertim violẽto, aut imperfecte vacuante, aut materiam mouente quidem in capite, ſed non educente: aut a cauſa aliqua externa ſuperueniente, vt capitis calore, frigore, & ſimilibus. Eius autem doloris curatio eſt quoq; in promptu, cauſa ipſius cognita. Si enim a vapore eſt ſurſum aſcendente, ad contraria is reuellitur dictis prius remedijs. Si vero iam ſit elatus, idemque calidus, humeralem venam incidimus. Si autem frigidus eſt, curandus, quomodo alij dolores a cauſa frigida. Ad id autem ſe-

cta

cta malleoli vena remedium est prestantissimū. Si denique crassus est vapor, & frigidus, curatur remedijs morbo conuenientibus, tibi non ignotis. Verum si materia est mota, tandem vbi cocta erit, vacuetur purgatione idonea. Si postremo dolet caput ab intemperie, medicamēto vel alijs causis succedente, curetur alterantibus contrarijs conuenientibus.

De vertigine post purgationem. *Cap. III.*

Vt si phialam aqua plenam circum agas, & corpus, vertas, phiala, & tequiescente motu aquæ, & spiritū in gyrum perseuerat.

VErtigo inde accidit, quòd interdum vapores a medicamento moti, & sublati, caput petunt: ibique motū rebus agitatis proprium excitant, qualis est aquæ in gyrum commotæ, vel in vorticibus circumactæ ob alterius occursum: qualis item est rerum leuium venti vertiginosi turbinoso flatu circumactarum. Vertigo autem a vaporibus in nobis fit, quando hi in cerebri ventriculis, & arterijs circumacti, vna secum spiritus circumagunt, & maxime quo loco nerui sensuum opifices oriuntur. Quapropter imaginatur æger omnia super seipsum volui, & terram sub pedibus tremere, & moueri.

MOND. *Differentia inter vertiginē & scotomiam.*

IN parte ista determinat de quadam ægritudine, quæ accidit in substantia eius, ac cura ipsius, s. vertigine, nam ista passio magis attribuitur substantiæ cerebri, quā panniculis, est enim quædam passio non dolorosa, sed dico, quòd differt vertigo, & scotomia, nam vertigo nihil aliud est, quam vapor existens in cerebro, & vētriculis eius, *qui* vapor facit motum rotundum gyratiuum, & *videtur sibi*, quod tota terra tremat, & voluatur in gyrum propter talem reuolutionem, & cum hoc sit læsio virtutis sensitiuæ, & non motiuæ, sed scotomia est motus gyratiuus, in quo non solum læditur virtus sensitiua, sed etiam motiua. Et diuiditur hæc pars in duas partes, primo enim inquit causas huius vertiginis, secundo docet eam remouere sumendo indicationem, ab illis causis, *secunda ibi*. Quod quidem curamus, accidit autem, scilicet post purgationem *pharmaci* solutiui id nocumētum, quod est vertigo, quando mouetur aqua motu gyratiuo sicut, quando in ea proijcitur res grauis, *ipsa* enim agitatur faciens reuolutionem vnam consequentem ad aliam, sicut motus rerum leuium, &c. multotiēs enim videmus, quod quando ponuntur panni ad solem, quòd propter ventum agitantem istos pannos fit motus gyratiuus in eis, de ista tamen vertigine plenius habebimus in nono Almansoris, quæ quidē vertigo nihil aliud est, quam vapor contentus in cerebro mouens spiritus, cerebri circunuolutiuo motu, lædens tantum eius operationem sensitiuam, sed in scotomia læditur virtus sensitiua, & motiua. Est tamen sciendum, quòd iste talis motus est in parte anteriori cerebri, ideſt, in basi eius, inferiori, nam in ista parte eius anteriori multi sunt nerui sensitiui, dictum est autem, quod vertigo nihil aliud est quam motus rerum in gyrum cum læsione motiuæ actionis, & nerui motiui, vt plurimum ortum habent a posteriori parte cerebri, hinc est, quod vertigo est maxima passio partis posterioris cerebri.

Sic in ebrijs vertigo fit.

ISTud autem symptōma hoc modo curabis: si abūdet sanguis, humeralem incide: scarificato: item auriū cartilago, cucurbitulæ ceruicibus affixæ, & cruribus, in id admodum conducunt: & præter *hæc* victus ratio tenuis, quæ sanguinē minuat: post hæc omnia aquæ dulcis balneo lauabis. Si autem vertigo est ab humorum copia, vacuentur vomitu, aut [potius] deiectione: post hæc cerebrū his, quę affectui quoq; conueniunt, roborandum est. Frictio quoque partium inferiorum, & alia quæuis in contrarium reuulsio, prodest. Prouidendum quoque est partibus his, vapores in cerebrum transmittentibus, vt ventriculo, hepati, lieni, folliculo fellis, & alijs. Postremo, quod in capite reliquum est vaporum, id resoluendum est.

De visus imbecillitate post purgationem. *Cap. IIII.*

B VIsio fit imbecilla post purgationem, interdum ab oculi partium siccitate immodica superfluæ vacuationi succedēte: interdum ab humore in nerui optici cauitate coacto, quem medicamentum liquauit, & non vacuauit: interdū a vapore crassō turbido, quem medicamentum ad caput, & videndi instrumēta subleuat. *Si autem visio imbecilla sit ob siccitatem vacuationi immodicæ succedentem, humectantibus curanda, cibo, potu, proba nutritione, balneo, somno, & cæteris corpus totum, & oculos præcipue, humectantibus. Si ab humore per medicamentum liquato in neruo optico, curabitur catapotijs coccijs, & ex hiera, & ex aromatibus, quæ in antidotario descripta habes. De stillato quoq; in oculum succo chelidonij, & fœniculi, & felle perdicis, aut ericij, aut aquilæ, aut capræ, aut collyrio ex fellibus. Si ex vapore crasso, & turbido excitatur visio imbecilla, humor* C *est vacuandus, a quo tenuato vapor attollitur, & vapores sursum ascendentes sunt tum repellendi, tum ad inferiora reuellendi, per horum frictionem, & exercitationem. In oculum vero dicta collyria instillanda. Adhæc salubre est ieiuno quidem ventriculum excrementis purgare hieræ picræ infuso, aut aloes, aut absinthij decocto, aut oxymelite scillino. Post pastum vero vapores a cibo leuari solitos prohibere, coriandro præsertim, & cydonio, & similibus. Postremo adhibe oculis, quæ ipsos roborent, & tergeant, quantum tibi videbitur.*

MOND. QVæret aliquis, faciūt ne pilulæ cochiæ, *pilula de quinque generibus*, & pilulæ de *speciebus*, omnes æqualiter huic passioni, & vno modo? *Dico*, quod nō. Nam si ista debilitas *visus veniat ex humore*, qui in stomacho existit, eius vapor eleuatur ad oculos, & cerebrū, D & inducit debilitatem visus, tunc eius cura fit cum pilulis hieræ, si aūt hęc debilitas visus sit aduenies ex humiditate, ex toto corpore oculis communicata, & præcipue crassa, tūc conferūt pilulæ de quinq; generibus, si aūt hęc debilitas visus sit ex humiditate proueniens propter propriū nocumentum cerebri, tunc conferunt pilulę de speciebus, quas ponit in suo antid. in principio *ipsius*.

De ventriculi imbecillitate post purgationem. *Cap. V.*

VEntriculi imbecillitas interdum est communis toti ipsius corpori, tūcque omnis facultas naturalis (cuius origo ventriculus) imbecilla simul efficitur: interdum ori ipsius (quem stomachum appellant) est propria, tunc

appetentia fit imbecilla: interdū fundo ipſius, & villis retinentibus, tunc retentrix imbecilla ſequitur. Ventriculo autem imbecillitas poſt purgationem accidit, quòd medicamentum ei intemperiem pariat, aut ipſius corpus inanitione immodica extenuet, & tarefaciat: aut humorem benignum ſupernatantem vacuet, & noxiū relinquat poris immerſum, aut adhærētem, aut imbibitum: aut materiam mouit in eo, ſed non expulit: aut ipſum medicamentum in ventriculo permanet, villis eius adhærens: aut ipſum eſt igneum, & multum acre, ob id ventriculi ſuperficiem vehementer afficit, & vlcerat. Agens nanque in partem ſenſu exacto præditam, vehementius imprimit, & magis afficit. Huic autem morbo alios multos excitaturo, facile cognita tibi ipſius cauſa, occurres, nunc per ea, quæ corrigūt quantum incommodi a medicamento ventriculus accepit: nūc per ea, quæ imbecillitatis cauſas, vel auferunt, vel corrigunt: nunc per ipſum roborantia: nunc per ea, quæ prohibent materias ab alijs partibus in ipſum effundi, & affluere. Id quod frequenter contingit, preſertim cum materiæ redundant in aliqua parte vicina, eaq; robuſta: tranſmittit enim ad imbecillum ventriculum, ob id promptum ad recipiendum. Agens enim etiam non ita validum, facile imprimit in corpus ad patiendum præparatum.

Curatio. lib. 7. methodi. etiam dicetur.

Li. 1. de dif. feb. ad finē. & li. meth. 12. Lib. 1. feb.

E

F

Canon primus.

Medicamē. natura. lib. 3. temp. & initio ſimp.

G

CVm medicamentis purgantibus propè omnibus proprium ſit ventriculo nocere, multisque cauſis, & modis ipſum laceſſere, ob ſuæ ſcilicet ſubſtantię contrarietatem, & actionis violentiā, in ventriculum ipſa recipientem, totamque ipſius naturam, multa cura, præcipuoque ſtudio, his tum cauſis tum modis moleſtiarum eſt reſiſtendum, his præſertim remedijs, quæ ipſum roborant, & quietem, ſomnumque conciliant: vt alimentis his delectis, & paulatim datis, quæ vētriculum roborent, eiusque partes in vnum cogant, & laſſitudinem ab eo purgante medicamento ipſi impreſſam abigant. Neque imitandi ſunt, qui poſt purgatorium medicamentū feſtinanter iura pinguia, & pulmenta mollia propinant, cum hæc ventriculum laxent, & emolliant, & repleant, ob hæcque cibi faſtidium, & nauſeam generent. Quamquàm iuſculum huiuſmodi ſorbere interdum eſt neceſſe, tum præſertim, quando medicamentū violentius a partibus nutritorijs deturbādum eſt. Iuſculum enim lauat, & cito lubricare facit medicamentum.

H

MOND. IN parte iſta remouet errorem antiquorū in partibus leſis, quæ ſcilicet erant relaxatæ, & rarefactæ propter malam qualitatem medicinæ ſolutiuæ, vnde illa remota remouetur debilitas ſtomachi. Sed eſt aduertendū, quod quando debilitas eſt in ſtomacho propter ſui laſſitudinem, & mollificationem, tunc non conferunt brodia, vel iura pinguia, eo quod iſta mollificando ſtomachum debilitant eum magis, & ſuam virtutem expulſiuam, ſed ſi indigeamus, vel abſterſiua, vel lauatiua, eo quod aliquando aliquæ reliquiæ medicinæ remanſerunt in ſtomacho, tunc bene conueniunt brodia, & aliquando damus aquam hordei, & brodium, ſiue ius carnium, nam quando indigemus lauatione ſolutiui, quia aliquæ reliquiæ medicinæ remanſerunt in ſtomacho, & hoc in ſuperficie, vnde cito poſſunt expelli, tunc, damus brodium, vel ius carnium, ſed ſi partes medicinæ remanſerunt in ſtomacho, & adhærent partibus ſtomachi fortiter, & præcipue medicinæ malæ qualitatis, vnde timemus ne in poſterum debilitent ipſum, vel inducant alia nocumenta, tunc damus aquam hordei, ſed quando timemus de humoribus ſuperfluis ſtomachi partium, tunc non damus brodium lauatiuum, neque aquam hordei abſterſiuam, quia cum ſint humida per ſe haberent multiplicare talem humorem, & ideo alia die in quodam paralytico, eo quòd ægritudo eſt frigida, & humida, timens ne humor euaporaret ad cerebrum, non dimiſi dare brodium neque aquam abſterſiuam, ſed ſi damus in aliquo brodium, non debet eſſe nimis pingue, eo quia tales partes ſeroſæ, & pingues appodiarent ſe partibus ſtomachi.

DAndus itaque tunc cibus, qui ventriculi partes laxas in vnum cogat, ipſumque, roboret, qualis maximè idoneus fuerit ſubacidus, & ſubauſterus, aromatibus parum aſtringentibus conditus, vt miua, & ſegles, conditura cydoniorum, & ſimilia. Paucus autem dandus eſt, quantus ſcilicet, ventriculum grauaturus nō eſt, ſenſimque augendus, donec ad conſuetam ventriculo quantitatem ventum ſit.

Sic Gal. lib. 7. meth.

IN parte iſta ponit ea, quæ proprie conueniunt, ſiue conferunt, & ſunt quæ ſunt cibaria, vnus eſt cibus factus ex ſpeciebus ſtypticis, & rebus agreſtis, & acetis, ſicut eſt murcina, & ſumachia. Nos facimus ſic murcinam, quia accipitur lebes, poſtea accipitur myrta cum tota ſubſtantia, & acetum ponitur modicum in lebete, poſtea accipiuntur membra vnius pulli, vel capretti, & ſubmerguntur infuſione, poſtea proijcimus deſuper ſpecies odoriferas, & ſtypticas confortantes etiam membra principalia, poſtea de iſta infuſione, ſcilicet murcinæ, & acetæ infundimus ſuper iſta membra principalia, iterum ponimus de iſtis membris ſuperius, & ſuper iſta membra iterum ſupra ponimus de nominatis, ſpeciebus, & ſic vlterius faciendo, ſicut placuerit facienti. Et ſumachia fit iſto modo, *quia accipimus ſumach, & acetum, & pullos membratos, & ſpecies ſtypticas, & odoriferas, ſicut cinnamomum, & caryophyllos, macem, & ſimilia*, & fit eo modo quo fit murcina, etiam hoc modo poſſet fieri de iure, & alijs ſeminibus, & rebus, etiam hoc poſſet fieri ſine ſubſtantia illarum rerum, nam piſtamus murcinam, & ponimus in pecia, poſtea ponimus in lebete cum acero, vel alijs rebus, vel piſtamus, & diſtemperamus eam cum brodio, pulli, & colamus, & iſtam infuſionem ponimus loco ſubſtantiæ murcinæ, & intelligas ſemper, quod non fit murcina ſolum ex liquore aceti, quando fit cum ſubſtantia murcinæ, immo ponitur ſemper ibi de brodio ſufficienter, non enim poſſet habere bonum ſaporem, nimis enim peccaret in ſapore aceti, & hoc poteſt melius videri ad ſenſum quantum ad proportionem iſtarum rerum.

HIs autem cibis omnino miſcere oportet mentam, omphacium, cydonia, * matiana mala, ſuccum granatorum, & rhois, cydonia condita, cydoniorum conditum, aromata, & ſimilia. Bibat autem vinum tenue, odorum, leue, aqua ſole, veligni parum cocta, quāta opus eſt, dilutum, pauca quoq; roſata adiecta. Vitet autem vinum dulce, craſſum, turbidum, aquam præterea tum calidam, tum exacte frigidam: illa

* *Feſtiana Gal. ibidē.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0060-6 DFG

la enim ventriculum laxat, & virtutem eius dissipat: hæc imbecillum calorem extinguit. Potus vero sit parcus, etiamsi magna sitis est, quam potu largo placare ne tentes. Nam sitim tolerare, ventriculum roborat. Vitet præter hæc pinguia, pisces, fructus, cibos coctu difficiles, & mali succi, coitum, & iram. Hæc enim post purgationem corpus senescere faciunt, & in morbos præcipitant. Somnus vero post purgationem ventriculum, & corpus reliquum emendat, & pristino vigori maxime restituit. Omnes enim ventriculi molestias, ex vacuationis agitatione proficiscentes sedat. Deligatur itaque cibus, & potus talis, & paucus, aer temperatus, gaudium, deliciæ, & reliqua id genus; victus ratio. Balneum vero his est nocentissimum, nisi immoderatius vacuentur: tunc enim necessarium. ob id per immodicam huiusmodi vacuationem, imperandum est.

Vt lib. 10. meth. et aph. 21. lib. 5.

Sicca retentiuè ventri cuh roborãt lib. Simpl.

Balneũ aq̃ tẽperata ad eutim auertit. Si autem breue, & si opus est, frequenti ne vires reliquas dissipat.

Canon secundus.

IN auferendis vero causis imbecilli ventriculi, danda est opera, vt quæ illas auferunt remedia, omnino etiã ventriculum roborent, vt his integra succedat ventriculi sanitas. Quam rem præstabunt mista illis cardiaca medicamenta, & stomachica. Si autem imbecillus est ventriculus, ab intemperie per medicamentum excitata, curabis idoneis ei intemperaturæ mistis remedijs. At si imbecillus est ventriculus, ob id, quod per purgationem latera eius sint rarefacta, & attenuata, sanatio est difficilis. Curabis tamen partim, victus ratione virtutem eius paulatim instaurante, potissimum quiete, & cibo boni succi cito nutriente, sed pauco, qualis est *vitellus* oui recentis, & sorbilis, hepar gallinæ iuuenis, & *pinguis*, alæ auium, & pullorum, vinum odorum: partim medicamentis virtutem ipsius congregantibus, sumptis, qualia sunt astringentia, odorata, non valentia. Emplastrum quoque, ex medicamentis astringentibus, & odoris ipsi imposuisse confert: conseruat enim ipsius calorem resolui periclitantem, ob ventriculi raritatem. Quod si adeo attenuatus sit ventriculus, vt hectica immineat, ventriculum modis omnibus humecta, præcipue his, quæ tum corpus, tum virtutem instaurare partim diximus, partim dicemus.

Hæc lib. 7. meth.

Olea, unguẽta, cerata, emplastra: lib. 7. meth.

MOND. NOtandum. ægritudines ſiccæ propter earum inſuperabilem qualitatẽ ſunt de difficili curabiles, vt plurimum. alas auium intellige non cum extremitatibus, ſed cum pediculis carnium. nam extremitas alarum eſt valde peccans in ſuperfluitate, & eſt modici nutrimenti, & ſi alicui ſuperflueret fluxus ventris darem rem ſtypticam, & cum hoc darem rem frigidam, quæ corrumpat caliditatem talis medicinæ calidæ facientis talem debilitatem ſtomachi, & darem rem odoriferam, quæ proprie confortaret cor, & membra principalia, vt propter iſtam confortationem natura poſſit melius reſiſtere iſti debilitati ſtomachi.

SI præterea ventriculus est imbecillus, ob id, quod humorem benignum vacuauit medicamentum, & prauum reliquit, aut quia humorem prauum commouit quidem, sed non vacuauit: eo humore vacuato sanabitur, si ventriculum quoque postea roboraris. Quod si imbecillus est, quia medicamenti portio villis ipsius adhæret, dictis remedijs curatur. Si ventriculum vlcus à medicamento imbecillum fecerit, idque recens sit, da roborantia, & vlcus glutinantia: si vetus, tergentia aliquando, aliquando glutinantia, & roborantia.

Canon tertius.

MOdis autem tribus ventriculum imbecillum roborabis: primo, causa lædente ablata, quemadmodum ante docui: secundo, his, quæ ipsius lassitudinem tollere scripsimus: tertio, cibo, potu, & alijs omnibus, quæ roborant, & virtutem instaurant, adiuuantibus in id aromatibus stypticis, & rebus alijs parum acidis, præsertim primum, aut secundum [*caloris aut frigoris*] gradum non excedentibus, quibus natura gaudet. In singulis, autem tribus modis prædictis, cor vitæ thesaurum roborare conuenit.

Canon quartus.

MAcuata ex ventriculo materia, ad ipsum affusa, iterum recipi in eundem prohibebis bifariam; primo materiæ ad contraria reuulsione, per frictionem extremorum, & alia iam dicta, præter balnea: secundo, virtutem ventriculi in vnum cogendo, ipsumque ventriculum roborando, ne humores ab alijs partibus transmissos recipiat. Virtus nanque vnita contrarium fugat, non admittit.

De siti post purgationem. Cap. VI.

SItis ante interdum fit, quàm purgatorium medicamentum vacuet, interdum purgationem sequitur: quãdo immodicam purgationem. Si ante vacuationem excitetur sitis, eius causa est, vel medicamentum, vel ventriculus, vel humor vacuandus. Medicamentum, quidem calidum, acre, salsum, amarum, aut aliter desiccans; ventriculus vero natura calidus, aut siccus, aut calidus simul, & siccus: humor calidus, & acer, vt bilis, flaua præsertim, & salsa pituita ventriculo consuetior. Hic autem cum medicamento, vbi vacuatus erit, sitis cessat, nisi forte is humor intemperiem in parte reliquerit. Si autem ventriculus humore crasso, lento, & pituitoso abundat, sitis non gignitur. Hoc autem vi purgatrice medicamenti vacuato, sitim succedere bonum est. Id quod Hippocrates innuit hoc aphorismo. Si quis ob suam plenitudinem, non sitiat purgatus, iterumque sumpto medi-

Hæc propè omnia exeũtaris Ga. in aphor. 19. lib. 4.

Sitis à calido, vel ſicco, vel vtroque lib. 1. ſimpl. cap. 30.

Aph. 19. li. 4. ab hoc diuerſus eſt.

camento non sitiat, iterum atque iterum purgandus, est, donec sitiat.

MOND. Ex his verbis duo licite excipimus, primum est, quæ sit causa huius sitis, quia eius causa est euacuatio debita humoris, qui debet euacuari, & per hoc differt hæc sitis à prima, eo quod hæc sitis non fit ante euacuationem, immo eam consequitur, quod non est sic de siti præoccupante, & hæc sitis intenditur magis euacuatione procedente, & non remittitur, vnde quanto plus procedit euacuatio conueniens, & debita, tanto magis hæc sitis augetur, sed prima sitis remouetur per euacuationem factam à pharmaco. Secundum, quod concipimus ex his verbis, est in cuius euacuatione humoris consistat hæc sitis, cuius etiam membri sit hæc sitis, quia scilicet passio stomachi est, nam licèt consecutiue, & per accidens sitis posset euenire propter inanitionem aliorum membrorum, principaliter tamen aduenit propter passionem stomachi, & est eius passio. F consistit etiam hæc sitis in euacuatione debita humoris pinguis, & phlegmatici, nam sitis præoccupans non aduenit propter humorem phlegmaticum, nam humores phlegmatici sui frigiditate, & humiditate illam mitigant in principio: & ideo quando isti humores purgantur conuenienter, aduenit hæc sitis, & omnino non erit signum euacuationis humoris cholerici, cum humor cholericus, antequam euacuetur possit sitim facere, quod non est sic de humore phlegmatico: nam sicut sitis principaliter est passio stomachi, & ex consequenti aliorum membrorum, ita sitis hæc succedens sufficienti purgationi principaliter, est signum humoris, qui debet conuenienter euacuari, & debite à medicina solutiua, non autem est signum aliorum, nisi per accidens, & ex consequenti.

* ἅθρόως Græce, vulgo simul & semel. Rufus Ephesius, mediastinus carpiatur.

QVa sententia voluit Hippocrates, vt Rufus est interpretatus, * confertim exquisitissime corpus esse vacuandum, donec G sitiat. Rufus autem male oblitus erat sermonem hunc Hippocratis in Epidemijs dicentis, per opus medicamenti purgatorij, non veniendum esse ad vltimam vacuationem, quod hæc naturam terret: Ob id salubrius putauit Galenus, vacuationem iterare, quàm semel multam facere. Hac igitur ratione sitis à purgatione laudatur. Sitis verò illa laudabilis Ioannitio significatur, cum qua simul adsint etiam laudabiles, & legitimæ, leuitas, iucunditas, quies. Immoderatæ, autem actioni purgantis medicamenti succedens sitis, ab Hippocrate non intelligitur, quod inanitio immodica hecticam, & attenuationem ventriculi, & sitim, & asperitatem excitat: estque illa terroris signum potius, quàm H commodi alicuius. Siti vero, quam Hippocrates intellexit, nullis opus est remedijs, præterquam tolerantia, & somno. His enim duobus sic sedatur, vt etiam probius coquat ventriculus. Ne igitur tam confidenter potum multum mox propines. Hic enim virtutem abolet, sitimq; potius auget, quàm minuit. Ad hæc obstructiones prauas excitat, quibus hydrops interdum succedit. Quum verò sitis est à calore ventriculi, blande tractanda est, quoad medicamenti purgantis actio erit absoluta. Tunc enim si ventriculi intemperies perseueret, sitim curato his, quæ intemperiem conuenienter permutant. Cauendum autem tibi est, ne naturam potu multo obruas, cum sitis potius frangenda sit his, quæ lambendo sumuntur, qualia multa doctis scribuntur.

POnit curam sitis, præoccupantis propter calorem, MOND. scilicet proprium stomachi, quæ est stomacho præter naturam eueniens, vel propter calorem factum à medicina, vel ab humore illuc attracto, vel extracto. nam si des potum ante operationem, posset prohibere eius perfectam operationem, & ideo debes blandiri, confortare etiam eum, vt ipse potu abstineat, si tamen non potest à potu abstinere, debes sibi exhibere talem rem potabilem, quæ ei non noceat, nec medicinæ. Et ideo debes sibi dare de aliquo syrupo, sicut syrupo violato, vel rosato, vel nenufarino, aut de aqua zuccati, aut de aqua hordei, aut dare sibi aliquod pyrum, seu pomum stypticum, vt cytonium, quæ quidem habent corroborare operationem pharmaci, aut pilulas bichichias, quæ omnia habent sitim sedare. *Documentū in alijs passim.*

SI denique sitis vacuationem immoderatam *Vt siccitatē emendat Gal. libro 7. meth.* sequatur, modis omnibus, totaque victus ratione humecta: cautione tamen interim adhibita, vt coctio sumptorum fiat, & prædictis roboretur.

De singultu post purgationem.
Cap. VII.

SIngultus est ventriculi motus conuulsorius, à re ipsa noxia excitatus: seu, est partium ventriculi motu violento aggregatarum contractio. *Sic Gal. in symptom. differen. & aphor. 3. lib. 7.*

Is autem medicamento purganti, aut interue- G nit, aut succedit. Interuenit quidem, nunc medicamenti purgantis ratione, nunc ob materiæ per ipsum motæ naturam. Medicamenti ratione, quia ipsum, aut suo calore immodico, & acrimonia mordet ventriculum, aut siccitate eundem corrugat, & coarctat. Ob materiæ vero per medicamentum motæ naturam, cum ipsa in ventriculum effusa, aut calida, acris, mordax, suo morsu conuulsionem excitat: aut crassa, frigida, eundem grauat, & replet: aut in flatum est soluta crassum, replentem, ac extendentem ipsius tunicas. Succedit autem singul- *Li. 7. meth.* tus, actione medicamenti purgantis, ob siccitatem ab immodica vacuatione excitatam, & eam, aut nondum consummatam, aut confirmatæ proximam, quæ Hippocrati signum *Initio prog.* H est, lethale. Singultus vero, quem medicamentum purgans per se excitauit, curatur, his vicissim adhibitis, quæ ipsius virtutem alterant. Ob materiæ vero naturam factum curabis, blande acrimoniam ipsius frangentibus, donec ipsa materia vacuetur, quando etiam vestigia ab ipsa ventriculo impressa alterare oportet. Factus vero singultus, à siccitate non consummata, humectantibus iuuatur: quin, & interdum sanatur. A siccitate, autem velut sigillo impressa, & consummatæ propinqua, vix sanatur, vt inquit Hippocrates in Aphorismis. Id quod eo posteriores quoque asseruerunt.

De

De dolore ventriculi post purgationem. *Cap. VIII.*

Dolor ab alteratione subita, aut solutione continui, Gal. vt hic Mesua.

DOlet ventriculus post purgationem, vel ob intemperiem ipsius æqualem, vel inæqualem, à medicamento purgante excitatam : aut ab eodem vlceratus, aut flatu calido acri pungente, vel crasso frigido, quem medicamentum in ventriculo mouit, non dissipauit.

MOND. AIt accidere dolorem stomachi à malitia ipsius complexionis simili. Contrarium mala complexio similis, est mala complexio æqualis, modo mala complexio æqualis, non est causa doloris. Vt Auicen. ponit primo can. fen. secunda. c. de causis doloris, & Gale. in libello de malitia complexionis diuersæ. Ad hoc possumus respondere vno modo, quod iste dolor fit à mala complexione composita. Vel aliter per expositionem textus, vt intelligamus malam complexionem compositam cum materia, potest enim pharmacum ex sui sola qualitate inducere hunc dolorem. Vel tertio modo possumus sic respondere, propter quod aduertendum, quod aliqua mala complexio potest dici similis, & æqualis, quo ad partes subiecti, quod alteratur, quia fit in omnibus, sed non quo ad gradum; nam possibile est, quod aliqua mala complexio calida in primo gradu ponatur, sic in omnibus partibus membri alicuius, vnde erit æqualis, quo ad partes subiecti, sed non erit æqualis, quo ad gradum caliditatis, nam vlterius potest in tali complexione alterare membrum ad vlteriorem gradum caliditatis. Secundo modo dicitur aliqua mala complexio æqualis econuerso, quia est æqualis, quo ad gradum qualitatis, sed non quo ad partes subiecti, sicut quando in apostemate tota materia fluxit ad locum, & amplius nihil eius restat fluendum, est enim tunc ægritudo non æqualis, quo ad partem subiecti, sed quo ad gradum qualitatis, eo quod nihil amplius de gradu qualitatis huius humoris restat fluēdum, vel fiendum, licet hoc modo secundo, possumus melius dicere, scilicet, quod apostema est ægritudo facta, quando amplius eius nihil restat fiendum, non quod fit æqualis proprie. Tertio modo dicitur aliqua mala complexio æqualis, quo ad gradum, & quo ad partes subiecti, nam in ipsa integre, & perfecte omnes partes subiecti sunt alteratæ, & de hac loquens Gal. in libello, de malitia complexionis diuerse dicebat, quod in ipsa integre, & perfecte membra secundum omnes eorum partes, quia secundum vltimum gradum sunt alterata, modo si loquamur de prima mala complexione æquali, dico, quod in ea potest fieri dolor, quia continue potest tale membrum, vel corpus, quod hecticus sentit caliditatem, ephimericus sentit etiam caliditatem ex cibo exhibito post vnam horam vel duas. si etiam loquamur de secunda mala complexione, in ea etiam fit dolor, vnde quanquam apostema sit ægritudo facta, adhuc membrum sentit dolorem in tali apostemate propter extēsionem illic factam à materia apostemante, sed in tertia nunquam fit dolor, cum perfecte sit facta alteratio ad id, quod præter naturam, dolor autem habet fieri per remotionem bonæ complexionis, modo Mes. loquebatur de prima, & secunda mala complexione æquali, non de tertia.

Mala cōplexio æqualis triplex.

Secundo modo.

Tertio modo.

Li. 8. finit. tert. & lib. 7. meth. Gal. Ibidem. Gal. lib. 5. meth.

SI intemperies est, eaque sola, curabitur contrarijs alterantibus, quantum conuenit. Si vero non sola est, sed cum materia, ea prius coquenda, post vacuanda. Si vlceratus est ventriculus, hæc solutio continui curanda remedijs à nobis dictis. Si à flatu calido, aut frigido, resoluatur his remedijs, quæ docti scripserunt.

A PEr hæc possumus habere illud, quod dicebatur in solutione alterius quæstionis, quod ipse ibi per malam complexionem similem intelligebat, eam, quæ est sine materia, & per diuersam, eam, quæ est cum materia, hæc enim nunc dicta consonant illis dictis in prima parte capituli, propter solutionem cōtinuitatis. nam istâ solutio continuitatis, aut est noua, aut antiqua, quia emittat pus aut saniem. si est noua, curatur cum incarnatiuis: si est antiqua, curatur primo cum lauatiuis, & absterſiuis illius putredinis, postea cum incarnatiuis, à ventositate, & hæc etiam potest curari cum ventosis positis super os stomachi, aut super vmbilicum, aut positis super spondyles costarum, quæ maxime respiciunt partes stomachi, inueniturque id bonum remedium, nam accipitur calidus panis extractus de furno, postea scinditur per medium, facto hoc accipitur oleum, & mel, & cum eo commiscentur, postea emplastratur super stomachum, multum enim confert in tali dolore stomachi, qui aduenit à ventositate. MOND.

B

De vlceratis intestinis post purgationem. *Cap. IX.*

INtestina vlcerantur, aut à medicamenti facultate, aut materia acri, incidente, vlcerante, à medicamento mota. Diximus autem medicamenta, quibus est incidendi, ac vlcerandi proprietas. De hisque iterum dicemus in simplicibus. Distinguenda vero tibi sunt intestina vlcerata, sintne superiora, seu tenuia, aut inferiora, & crassa, aut media. Quam rem ex situ doloris, & punctura discernes, & strepitum [βορβορυγμούς Græci, vulgus gurgulationes vocat] differentijs, & alijs signis, quæ à peritis medicis conscripta sunt.

Gal. libro 6. loc. affec. 2.

C

TRadit cognitionem excoriationis per causas. secundo ratione locorum, quibus aduenit. Et habetur cognitio excoriationis, per differentias situs doloris hoc modo, quia si dolor est in partibus superioribus, tunc excoriatio est in intestinis superioribus: si in inferioribus, tunc excoriatio est in intestinis inferioribus: si medio modo, medio modo est excoriatio, quia *in intestinis medijs*, vt in monoculo, vel gracili siue intestino ileon. & per differentias dolorum hæc cognoscuntur, quia si dolor iste est perforatiuus, ac si videantur intestina terebello perforari, tunc excoriatio est in intestinis inferioribus: si autem *dolor iste est pungitiuus*, tunc excoriatio est, *in intestinis superioribus*, si medio modo, *se habet in medijs locis*. & per differentias scientiæ processus gurgulationis, nam si gurgulatio multum durat intus, antequam ad extra propellatur, tunc defectus est, in superioribus intestinis, si non, in inferioribus, si medio modo, in locis intermedijs. etiam hoc cognoscitur, ex modo permixtionis corticum intestinorum cum alijs, ex fœcibus, tunc excoriatio est in superioribus intestinis, si autem cum *eis* non sit permixtio, tunc est in inferioribus, vt ponit Galen. in primo de interioribus, & in sexto eiusdem. hoc etiam potest cognosci, ex substantia exeuntis, nam si humores cortices sint in substantia subtili, tunc venit a superioribus intestinis, si autem fuerit crassius in substantia, venit ab inferioribus intestinis. si autem medio modo sese habet in substantia, tunc venit ab intestinis medijs. MOND.

D

AQuibus etiam ratio curandi vlcera intestinorum superiorum, inferiorum, & mediorum exacte est tradita, & ex illis tibi est cognoscen-

gnoſcendum. Quod ſi hæc a medicamenti purgantis reliquijs excitata ſuſpicio eſt, curabis virtutem medicamenti frangentibus remedijs, & foras extrudentibus. Si a materia acri, & vlcerante, eam coque, & blande, clementerque expelle, ne noxam noxa cumules. Poſt hæc tergentibus, & glutinantibus dictis vtere.

De cruenta deiectione poſt purgationem. Cap. X.

DEiectio fit cruenta, vel inteſtinis a purgatione vlceratis, vel vaſorum orificijs a medicamento mordente, vt colocynthide agreſti, & ſimilibus adeo patefactis, vt ſanguine manent: vel ob id, quod vacuatio tam immoderata per medicamenti attractionem ſuperfluam excitatur, vt vis naturæ afferatur, cogaturque ipſa magno ſuo incommodo ſanguinem trahenti violentius medicamento permittere. Vlcerum autem curationem iam diximus. Si venarum ora immoderatius pateant, curabis remedijs prius dictis, præſertim, quæ partium eſſentiam vniunt, roborãt, glutinant. Si denique cruenta ſit deiectio a purgatione immodica, eſt iam dicta prius curatio.

Hipp. lib. de vict. human.

De teneſmo poſt purgationem. Cap. XI.

TEneſmus fit, ſphincterе vel vlcerato, vel medicamenti, aut materiæ per ſedem vacuatę acrimonia cõmorſo, vel perfrigerato. Ob quæ fit inanis quædam deſidendi cupiditas. Curatur teneſmus balanis, enematibus, emplaſtris, pro varia affectus cauſa ſcriptis a doctioribus.

Sphincter muſculus ſedi tranſuerſus, eã claudẽs. A pituita etiã vitrea, & ſalſa mordetur.

De laßitudine, ſeu imbecillitate corporis poſt purgationem. Cap. XII.

Syncope eſt Præceps virium lapſus. Aph. 5. ſect. 1. in progn. li. 3. rat. vic. acutorum. Copia quam inopia præſentius remedium. Natura mer bos ſanat. Plenũ inanitur omni propemodũ genere cauſarum ſalubrium. Inane autẽ corpus viuũ ſola nutritione repleri poteſt, vt li. 7. meth. per cibum collum a virtute robuſta, qualis plenu eſt potius: quã inanitu. Curatio. Sic omnino Galen. lib. 7. meth.

CORporis imbecillitas interdum vacuationi immodicæ ſuccedit tanta, vt vires proſternantur, ob id recte Galenus vacuationem repetere, quã exquiſite ſemel vacuare maluit: & in morbos a plenitudine, quam ab inanitione, aliquem prolabi, tolerabilius eſſe exiſtimauit: id ipſumque uerbis Hippocratis confirmauit, dicentis, facilius eſſe repletum inanire, quàm inanitum replere. Morbum autem poſſe curari, vel non poſſe ad virtutem refertur, authore Ioannitio: illud quidem ſaluam, & integram, hoc vero lapſam, vel imbecillam. In morbis autem a repletione, ſalua magis eſt natura: in his vero, quos inanitio parit, velut lapſa iacet. Eſt igitur repletum inanire promptius, quàm contra. Corporis quoque imbecillitas interdum ſequitur medicamenti purgantis malignitatem, ob excitatam ſcilicet ab eo intemperiem, aut naturæ fatigationem, propter ipſius cum natura contrarietatem. Qua propter æquum eſſe cenſuit Democritus, valens medicamentum reddere imbecillum, malignum vero ſalubre. Id quod opere hoc toto cõtendimus, & præſtare conamur. Imbecillitas, corporis purgati item gignitur, interdum ab extremo calore, & æſtu, natiuum calorem, & ſpiritum diſſoluẽte, & a corpore profundo ad cutim trahente. Ita quoque purgationi accedens, & ſolicitudo, & coitus, & labor, & reliqua viuendi ratio praua vires deijcit. Hanc autem corporis imbecillitatem ſanabis, cognita ipſius cauſa: ad quam propulſandam interdum conatus omnes noſtros dirigimus, eaque demum eſt rite curandi methodus, & opus medici præcipuum. Eſt tamen, quando prius contra ipſum ſymptoma nobis pugnandum eſt, tunc præſertim, cum ob ipſius vehementiam virium reſolutio timetur. Si autem imbecillitas hæc ad vacuationem immodicam contingit, analepticæ artis parte, hoc eſt, refectoria, & renutritoria, vtendum eſt, vt in ventriculi imbecillitate diximus. Si vero imbecillitas hæc corporis ab intemperie eſt, contrarijs ante dictis profligetur. Si fiat ſpiritibus ab æſtu, labore, coitu, ira, reſolutis, prædicta victus ratio eſt neceſſaria. Cum vero contra ſymptoma pugnamus, renutritoria victus ratione, & roborante eſt opus. In id etiam perquam commoda eſt delectatio, & alimenti paulatim pro viribus facta acceſſio. Adhæc ſomnus, quies, iucunda, & ſuaueolentia adhibita, medicamenta, cardiaca, & ſtomachita. Balnea quoque præſertim dulcis aquæ, abſoluta propemodum curatione ſunt ſaluberrima: & in his ipſis ius pullorum, & auium aliarum, & vitellos ouorum ſorbere, præſertim ſi lenis frictio præceſſerit, & neruorum muſculorumque vnctio ex oleo aliquo temperato, quale eſt oleum ex ſpica, oleum chamęmeli, oleum leucoij lutei. Oleum quoque vetus, authore Galeno, laſſitudinem ſoluit. Adhæc oleum maſtichinum, cum oleo roſato, & vino antiquo factum, laſſitudinem, debilitatemque neruorum aufert.

Sic libro 7. meth. Gal.

SI malum regimen *in corporibus ſanis* eſt cauſa huius debilitatis, multo magis in corpore, quod purgatur erit cauſa huius, cum ſit debile in virtute, & ideo ex tali malo regimine incurrunt maiorem debilitatem, & commotionem humorum, vnde dato, quod pharmacum ſit ſolenniter exhibitum, tamen propter malum regimen poteſt impediri, & daro, quod regimen ſit bonum, & male ſit purgatus, aut malum accidens inde ſequatur, medicus debet hæc ſtatim referre ad malum regimen, ſicut de quodam comite *in* ciuitate Aretij, ad curam cuius erat magiſter Thadeus cum alijs quibuſdam medicis: nam ipſe poſt aliquod tempus volebat petere receſſum ab infirmo, ſcilicet, quia erat aliquantulum alleuiatus, alij medici dixerunt ipſi, non recedatis, quia volumus illi dare medicinam, dixit magiſter Thadeus, ſi ita, date, magiſter Thadeus veniens ad infirmum de mane inuenit eum vicinum morti: ſtatim dixerunt aſtantes, nos fecimus totum, quod præcepiſtis, tunc interrogauit magiſter Thadeus, vtrum aliqua feneſtra in nocte remanſiſſet aperta, dixerunt ita, dixit magiſter Thadeus, vos male feciſtis, & habebitis damnum, & ipſe plus, quia dimiſiſtis feneſtram apertam.

MOND.

De

De conuulsione post purgationem. *Cap. XII.*

Conuulsio in purgatione ipsa interdum accidit, interdum post ipsam. Quæ autem in purgatione accidit, interdum fit ob materiam multam a medicamento commotam, non tamen vacuatam, sed ad neruos, & musculos aliquando procumbentem, eosque replentem, & villos ipsorum extendentem. Quo fit, vt nerui, & musculi in latum aucti, breuiores euadant, longitudine scilicet naturali tum minuta. Quapropter ceu chordis tensis vinctæ partes, motu contrahuntur dolorifico multum, qualiter arcuum chordæ breuiores redditæ. Porro ad hanc conuulsionem propensi sunt magis, quibus est corpus impensè plenum, & meatus in eo angusti: quibus item nerui sunt humidiores: qui denique vino se multo frequenter ingurgitant. Fit item conuulsio hæc interdum a vapore turbido, crasso, quem cum flatu inflante medicamentum ad neruos sustulit. Fit etiam a frigore vehementi, neruos, & musculos corporis purgati lædente, cogente, densante. Quapropter hi versus principium suum contrahuntur. Nonnunquam fit a medicamenti qualitate venenosa, neruos, & musculos feriente, quam vt hi a se expellant, aut vt omnino vitent, contrahuntur. Quæ vero ex siccitate, conuulsio ab Hippocrate ceu lethalis damnatur, ea potissimum intelligitur, quæ fit a siccitate consummata. Quanquam autem ex repletione conuulsionem febris superueniens

Conuulsionis essentia.

Gal. aph. 39 lib. 6.

Aph. 5. li. 5.

Vt aph. 1. li. 5. Aph. 3. & 4. lib. 5. & alijs passim, & iuitio prognost.

A soluat Hippocrati, rectè viri huius consilium est accipiendum. Quædam enim a plenitudine conuulsio est, quam febris superueniens tantum abest vt soluat, vt etiam febrem ea de causa excitasse, malum geminet: qualis ea præsertim fuerit conuulsio, quam parit materia multa per medicamentum commota, sed non vacuata, quæ in neruos, & musculos, vt dixi, incubuit. Medicamētum namq; purgans, febrim flammeam dum reddit, venenosam ei qualitatem acquirit longè nocentissimam. Rectè autem curabitur, si repente materiam commotam vacuaris, id-
B que vel medicamenti vim adiuuando, acquisita scilicet ei, & facultate plenitudinem vacuatura: quin, & superdato valenter purgante alio, si opus esse tibi videbitur. Post hæc noxas neruoso generi impressas corrige, ipsumque robora, & spinalem medullam, & cerebrum, & corpus reliquum. Si autem a vaporibus elatis, conuulsio fiat, curabis dicta victus ratione, & dictis omnibus remedijs, quæ vapores in contrarium reuellere possunt. Si a frigore, calefacientia neruos, & musculos omnia sunt remedio. Si a qualitate venenosa, curabis per ea
C prius dicta, quæ malignitatem hanc cito de corpore detrudunt: adhæc tum ea, quæ neruos, & musculos a noxis indidem acceptis vindicant, tum per ea, quæ ipsos roborant. Conuulsionem verò ab euacuatione immodica, lethalem scripsit Hippocrates, quæ a siccitate omnino est: quam, si consummata est, insanabilem diximus. Si non est confirmata, curetur ratione victus humectante, & auctiore tum cibo, tum somno, & similibus.

Aph. 26. li. 2. & 57. lib. 4. & 5. & 70. lib. 5.

Sic Gal. lib. 5. metho. in puncto neruo.

Aph. 3. & 4. li. 5. & alibi passim. Gal. li. 7. & 10. meth. & li. febrium, & de marasmo.

INDEX

INDEX MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM PVRGANTIVM A MESVE LIBRO SECVNDO TRACTANDORVM.

Medicamenta ſimplicia purgantia:

- Clementer.
  - Cholagoga.
    - *Aloe, Abſinthium, Roſa, Rhabarbarum, Myrobalani,* — *trahendo, & aſtringẽdo, flauæ: nam aliæ aliud vacuant.*
    - *Pruna, Tamar Indi,* — *aſtringendo.*
    - *Caſia, Manna, Viola nigra, Pſyllium,* — *lubricando.*
    - *Adiantum etiam phleg.*
  - Phlegmagoga.
    - *Cnicus, Lupulus, Hyſſopus,*
    - *Eupatorium etiam cholag.*
  - Melanogoga.
    - *Stœchas, Aqua lactis, Fumaria, Epithymus,*
    - *Thymus leuiter, magis phleg.*
    - *Polypodium,*
    - *Ius gallorum phleg. cum phleg. melanogogum cum melanog.*
- Valenter.
  - Radices
    - *Agaricus, Aſarum, Ariſtolochia, Bryonia, Cyclaminus, Cucumer agreſtis, Dracunculus, & arum. Elleborus. Eſula, Hermodactylus, Iris, Scilla, Turbith.*
  - Lachryma
    - *Euphorbium, Opoponax, Scammonium, Sagapenum, Sarcocolla.*
  - Fructus, & flores
    - *Balanus myrepſica, Centaurium, Colocynthis, Coccum Gnidium, Geniſta, Ricinus, Senna.*
  - Terrea
    - *Armenus lapis, Cyanus lapis, Nitrum, Salis genera.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0066-2

IOANNIS MESVAE
DE PVRGANTIVM MEDICAMENTORVM Simplicium Caſtigatione Speciatim.

LIBER SECVNDVS.

QVEM DE SIMPLICIBVS VOCANT.

ANTIQVA VERSIO.

PRotelavimvs vſque A huc intentionem, & modos rectificationum medicinarum ſolutionem facientium in ſermone vniuerſali. Et poſuimus diſtinctiones in intentionibus, & modis cum cõditionibus ſolennibus, vt inueniatur ex principio relationis ſcrutinij noſtri ſumma præclara, aggregans res intentioni huic neceſſarias. Volumus autem nunc de ſingulis earum ſingularia explicare capitula, quicquid de eſſe earum, & poſſe, & emendatione malitiarum in ipſis, aut redundantium in corpore per eas, complectentia. in quorum complemento complebitur liber totus. Auxiliatorem igitur petamus Deum, ad quem cuncta reſpirant, & à quo miſericordiæ omnes prodeunt, qui ſit benedictus. & ponamus in principio inter particularia ſolutiua ſingularia capitula de medicinis benedictis, in quibus non eſt venenoſitas, quæ non ponunt operationes ſuas, vt cadat per eas in corpus nocumentum. Et præponam omnibus capitulum de Aloe.

IACOBI SYLVII VERSIO.

HActenvs generalem quendam medicamenta purgantia deligendi, & caſtigandi modum produximus, libro ſuperiore. In quo ſcopos diſtinximus, quibus intentus, quis ipſa inueniat, & modo idoneo exploret, an conditiones illas celebriores habeant, idque ſcrutandi principio à nobis breuiter, ac pulchre tradite. in eo autem theoremata quatuor ad hanc rem neceſſaria pertractaui. Nunc vero conſilium eſt, ſingula purgantia medicamenta ſeorſum explicare, & in horum quouis ſubſtantiam, facultatem, caſtigationem noxarum corpori ab ipſis impendentium. quibus abſolutis, librum finierimus. Deum igitur adiutorem imploremus, ad quem conſpirant omnia, & à quo miſericordia omnis proficiſcitur, qui ſit benedictus. Incipiamus autem à medicamentis purgantibus, quæ ob id benedicta vocamus, quod harum actio nullam corpori noxam imprimit: horumque primam Aloen ipſam ſtatuamus.

ALOE.



De Aloe. Cap. I.

ANT. VER. ALoe eſt de melioribus, & ſublimioribus medicinis, habens prærogatiuam ſupra alias medicinas. Quanquam enim intentio ſolutiui ſecundum plurimum ſit debi- B litare virtutes, & membra, quæ ſunt mineræ virtutum, & afferre eis nocumentum propter illud quod diximus, cadit hæc intentio ab aloe. Non ſolum enim non nocet, ſed inuenitur ad confortationem membrorum debilium addere, & ad reditionem eorum in proprias virtutes

tes conferre: neque ad aliud nisi ad vnum vi- E transit hepar, nisi in quantitate exuberet: & quia
detur nociuum. † Aperit enim orificia vena- venarum orifica aperrione sanguinem spargen-
rum apertione sanguinem manare faciente. Et te aperit. Et nos obuiauimus his tripliciter rec-
ipse est aliarum medicinarū rectificator bonus. tificando ipsum. Acquirimus enim ei citam, & fa-
Mixtus enim cum ipsis, & proprie cum eis, quæ cilem operationem cum speciebus alefanginis
solutionem faciunt dissoluendo, medicinas ip- subtilibus, & acumen habentibus: sicut verbi
sas rectificat, & nocumenta earum remouet. gratia, cum mace, nuce muscata, cinnamomo,
Et neque expoliandæ sunt à permixtione eius spica, calamo aromatico, cubebe, schænantho,
cum ipsis, est enim regulans, & rectificans eas, assaro, mastice, caryophyllis, de quibus partes
& illud ideo, quoniam ex parte substantiæ suæ, æquales, & croci pars media, bulliant in sextuplo
opponitur subtilitati, & acumini earum. Et ex earum aquæ, vsque ad tertiam eius cum facilita-
parte sui effectus eas in soluendo iuuat. Et ex te, & accipe pro qualibet libra illius aquæ aloes
parte proprietatis suæ, quod de ipsarum malitia drach. vj. & permitte siccari in vmbra prius, &
est, in membra à facili imprimi remouet, ipsum perfice exiccationem eius in sole. Quidam au-
tamen in se est tarde solutionis. tem ex bene rectificantibus faciunt simile cum

Electio. Aliud est, quod fit in Succutri. speciebus picræ Galen. citat enim eius operatio-
Aliud in Persia. Aliud in Armenia. Aliud in F nem, hyssopus, cinnamomum, & casia. Et qui-
Arabia. Et melius ex eis est Succutrinum post il- dam dant infusionem aloes in aqua specierum,
lud Persicum. deinde Armenicum. Et deterius & citatur effectus eius. Et acquirimus ei, vt ex-
est Arabicum. Verificatores autem *in* quinq; tendatur operatio eius ad partes remotas, cum
proprietatibus laudauerunt perfectum aloen. in rebus, quæ adduntad vigorem eius: sicut colo-
colore, odore, sapore, pondere, & substantia, cynthis proprie, & turbith, & similia, addantur
cum conditionibus in ipsis. † In colore quoque, in aqua specierum, & fiat vt diximus. aut fiat il-
vt sit coloris citrini declinantis ad rubedinem, in lud in aqua casei. aut fiant ex eis trochisci, & pi-
* Ita in im- qua sit claritas. * Et si sit in eo densitas cum co- lulæ. aut cadant ea, cum eo, in confectionibus si-
presso Me- lore hoc, sicut est color hepatis declinauit eius mul. Remouemus autem, ab eo nocumentum,
dio. & in bonitas ab illo, quod est clarum. Et oportet, vt quod imprimit in venas, rectificando ipsum cū
manuscr. sit odoris boni proprij, non extranei acquisiti per administratione bdellij cum eo, aut tragacāthi,
adulteriū. Et sapor eius secundum conuenientio aut masticis, & similium. In aloe autem est, quod
rem modum considerationis eius, debet sentiri elongatum est, & declinat à proprietatibus bo-
in primo gustu dulce, declinans ad amaritudi- nis, magnificantur hæc tria, quæ diximus, & ad-
nem: & sit pondere leue, & quanto est leuius tā- huc etiam est conturbatiuum faciens dolorem
to melius: & sit in substantia sua tenerum, ha- G ventris, & nocens stomacho, & hepati, & soluen
bile ad frangendum: & quantocunque est ab his do imprimit laborem in stomacho, & viscerі-
proprietatibus remotius, tanto deterius. Anti- bus: & aliquando virtus eius remanet in eis, &
quum autem denigrat tempus. Et tua interest facit in solutione exire sanguinem, & est maxi-
cognoscere, quod in ipso cadit de adulteratione. me nocens hæmorrhoidibus, & ano. & nos recti
Sophistæ enim lauant ipsum lotione, qua partes ficamus huiusmodi lauando lotione qua partiū
eius immundæ, & crassæ separantur. deinde la- immundarum fiat absterſio, & infundendo in
uant in aqua maris, & pauci croci lotionibus aquis specierum, & adiungendo *ei*, quæ cito lu-
pluribus. deinde permittunt exiccari, acquiren- bricationem faciunt. Et nihil est tam magnifi-
tes ei per hoc luciditatem, & colorem citrinum, cum ex rectificatoribus, sicut bdellium, & tra-
& odorem bonum. Verum odor eius deocculat gacanthum. Et si super ipsum bibatur aqua hor-
fallaciam. dei cum oleo nucum, aut decoctionis passula-

Complexio, & proprietas. † Est autem rum, aut aqua tepida, & mel, transmittit auda-
complexionis calidæ in secundo gradu, siccæ in ciam eius à corpore.
tertio, & est exiccatum sine mordicatione. con- Posse. † Solutione educit choleram, &
sumptiuum superfluitatum, & præseruans à pu- phlegma, & mundificat caput ab eis, & stoma-
trefactione. & cum hoc sit ei proprium, † aperit H chum. Et confert iuuamentum magnum dolo-
tamen orificia venarum. † & dicunt quidā, quod ribus eorum. Et confert inflammationi stoma-
lædit hepar aliquando ipsum, & videtur, quod chi, & siti, & doloribus eius ex cholera factis. † Et
illud sit propter apertionem, quam efficit in ve- qui assiduat acceptionem eius diebus continuis,
nis: verum rectificatio acquirit ei, vt conferat non videt in corpore suo, neque in *instrumentis*
hepati. Et in aloe, quidem loto minoratur solu- sensuum suorum ægritudinem, quæ non sit ha-
tio, & additur ei, vt sit † stomachi confortatiuū: bilis sanari. Et præseruat à putrefactione ita,
in non loto vero est, e contrario, & etiam † mix- quod etiam cadauera, & proprie mixtum cum
tum cum melle est, minoris solutionis, & mi- myrrha. Mixtum vero cum sanguine draconis,
noris attractionis, & est maioris absterſionis par- & myrrha, sanat vlcera putrida mala. exiccat
tium, per quas illi est transitus. enim sine mordicatione. & ablutio infusionis

Rectificatio. † Tria sunt in eo, quibus eius in vino, aut aqua rosata, aut succo fœniculi
cadit correctio, quoniam est de tarde solutio- præparato abstergit oculos, & addit in visum, &
nem facientibus: quare oportet, vt sumens ip- stringit lachrymas, & ipsum quidem acuit sen-
sum cibari differat: & quia sua operatio non sus, & rationem, & confert hepati, & aufert icte-
multum extenditur in corpore: † vix enim per- ritiam. Nocet tamen hæmorrhoidibus, & ano.

Qua-

Quapropter caueant ab eius acceptione patientes læsionem in ipsis. † Caue ergo dare aloen in temporibus frigidis. Excorticat enim & solutione educit sanguinem.

DOSIS Eius est ab aur. 5. vsq; ad drach. 2. Et infusionis ab aur. 1. vsque ad drach. 3.

De Aloe. Cap. I.

XLV. ALoe medicamentorum purgantiũ præstantissima, & ob suam quandam prærogatiuam excellentissima. Cum enim cætera purgantia partes nostras principes, & ex his, ceu fontibus profectas facultates nostrum corpus dispensantes, vel actionis vehementia lædant, [vel nihil iuuent,] Aloe sola eas partes imbecillas roborat, & ad functiones suas reducit, nulla omnino actione noxia, præterquã quod venarum ora tantum aperit, vt per hæc sanguis effluat. Ad has eius dotes accedit, quòd cæteris purgantibus, & his præsertim, quæ vacuando corpora dissoluunt, aloe mista, hæc ipsa corrigit, & noxis eorum prohibitis meliora reddit. Nam sua crassiore substantia tenuem illorum, acremque naturam frangit, & noxam partium ab his promptã celeremque proprietate quadam substantiæ inhibet, sua denique purgandi tarditate, horum celeritatem contemperat, purgationemq; auget. His igitur ipsis nunquam non miscenda aloe. Eam vero mittunt India, Persia, Armenia, Arabia. Optima autem est † Indica, post hanc Persica, tertio loco Armenia, Arabica ignobilissima. Bonitatem eius præcipuam declarant color, odor, sapor, pondus, consistentia, & in singulis conditiones quædã spectandæ. Colore enim est flauo in rubrum inclinãte, hepatis modo, ac perspicuo, & splendente. opaca enim, & obscura est deterior, & quæ vetustate nigrescit. Odor vero inest bonus quidẽ, sed suus, non autem per adulterium acquisitus. Sapor autem primo gustatu dulcis, subamarus [mox valenter amarus.] Substantia deniq; sit tenera, friabili, [pura, doli experte, rara,] ob id leui, quoque leuior, eo præstantior, & quanto a dictis conditionibus abest longius, tanto est deterior. Adulterantes eam institores, ac sophistæ, partes eius crassas, et impuras, lotione secretas, aqua marina paucũ crocum habente aliquoties lauant, & siccant, donec lucida, colore flauo, odore bono euadat, sed odor croci dolũ prodit. † Calfacit ordine secundo, siccat tertio, sed tamen sine morsu: ob id excrementa consumit, & a putredine vindicat etiam cadauera, præsertim myrrhæ mista. sanguini vero draconis, et myrrhæ iuncta, sanat vlcera putrida, et maligna, quia vt dixi, sine morsu siccat. ora tamen venarum aperit, præsertim hepatis. Quapropter hepar ab ea lædi † quidam putauerunt, vtque ipsum potius iuuaret correctione effecerunt. Ad hæc † aloe lota, minus aluum subducit, stomachum magis roborat: non lota contra. Postremo melle excepta minus trahendo quidem purgat, magis autem partes quas permeat, tergendo. † Bilem, pituitamq; purgat, ob id affectibus ventriculi, & cerebri, & reliquarum partium, inde natis, vt dolori, inflammationi, sic præcauet, vt eius creber † vsus sensuũ instrumenta, & corpus reliquum, nullo insanabili affectu tentari sinat, sed sensus acuat, cogitationem reddat meliorem. Hepati confert, icterum tollit, hæmorrhoidibus, & sedi nocet, ob id vitanda his, quibus istæ partes dolent: & aere frigido, quia tũc sumpta excorticatis sanguinem educit. Vinum autem, vel aqua rosata, vel succus fœniculi, quo aloe fuit macerata, oculos lotione terget, visionẽ acuit, delachrymationẽ sistit. Datur ab aur. 1. ad drach. 2. Infusa autem ab aur. 1. ad drach. 3. Veruntamen cũ & tardius purget aloe, ob id diu ante cibum sumẽda; & tam imbecilliter, vt eius facultas purgatrix hepar vix transeat, nisi largior sumatur, cum denique adeo venarum ora patefaciat, vt inde sanguis emanet; his eius incommodis hac ratione occurrimus. In primis tarditatem purgandi aloe ipsi celeramus, si cum aromatis essentiæ tenuioris, & acribus, vt mace, nuce muschata, cinnamomo, spica nardi, calamo aromatico, cubebis, schœnantho, asaro, mastiche, caryophyllis portione pari, croco autem portione dimidia, in aquæ sextuplo igni lẽto, ad aquæ eius tertiam, coquantur, aloes drachmę 6. in libras aquę singulas: post siccentur in vmbra primum, deinde in sole. Idem alij similiter efficiunt per aromata sex, quibus cum aloe mistis Galenus hieram picram componit. Eius enim actionem talia citatiorem reddunt, & præterea hyssopus, cinnamomum, casia, & alia plurima. Sunt qui celeritatem purgandi aloe acquirant, macerantes aqua illa, cui incocta sunt aromata, deinde expressum potui dantes. A partibus autem remotis, trahendi potestatem aloe conciliamus, alijs purgantibus valenter (qualia sunt colocynthis, turbith, & similia) mistis: vel in decocto illo aromatum, vel in sero lactis, vel in trochiscis, vel catapotijs, vel in alia medicamenti forma. Postremo venas aperire desinit aloe, bdellio, aut tragacantho, aut mastiche, aut simili permista. Hæc autem tria eius incommoda nõ modo maiora habet aloe, dictas bonitatis notas egressa, sed præterea ventrem totum torminibus dolorificis conturbat, ventriculum, & hepar, & viscera alia lædit molesta adeo vacuatione, vt su virtute illis hærente, interdum sanguinem quoque vacuet. Hæmorrhoidibus, & sedi eadem maxime nocet. Lotione igitur partes huius impuræ separentur, & quod purius est, aromatum decocto maceretur, & his misceantur, quæ ipsam prompte lubricando per intestina deturbent, qualia sunt aqua hordei, cum oleo nucum, aut vuarum passarũ decoctum, aut aqua tepida cum melle. Bdellium autem, & tragacanthum, præter cætera, omnem aloẽ castigant, & emendant.

† Syriaca nõ bona, Calesyriaca, & Arabica melior, Indica optima Gal.

† Calida, 1. ordine intensa, vel 2. remissa Gal.

† Vt Auicen. cui experientia defuerit in hepate calidum, et siccum.

† Gal. lib. 7. Meth.

† Hæc interpretatio Mesuæ Gale. 7. Met. conciliat.

† Vide Gal. 6. simpl. & lucram eius picram. libro 7. Meth. & lib. 8. cũ. pp. & lib. 8. san. tuen. Tuta est frigidis, & humidis, siccis vt bilesis iuuenibus, et sẽpibus vsu modo, & crebro est noxia. Calida legẽdum videtur, quia calida siccacalidis siccis corporibus ĩ æstate noxia. In temperatura ventriculi siccacalida, at siccafrigida est.

Galen. lib. 8. san. tuen. & lib. 7. Meth.

DE SIMPLICIBVS.

IOAN MANARDI FERARIENSIS ANNOTATIO.

De Aloe.

APERIT orificia venarum.) Hoc nõ dicũt antiqui, sed contrarium potius: dicit enim Dioscorides, quod sanguinem sistit per ora venarũ ani manantem, & Plinius vndecunque fluentẽ. Dicendum igitur, si aperit, eo id facere, quod acres humores mouet, vt ex Galeno colligitur lib. 7. Aphor. 47. nec esse hoc ei magis peculiare, quàm cæteris purgatorijs medicinis: immo forte id minus facit quam reliqua, quæ astringendi vim purgatoriæ coniunctam non habẽt. Verum Mesue hoc sumpsit ab Auicen. Scio tñ quid pro vtroque dici possit, sed sat sit nunc locum signasse. ELECTIO. aliud est, quod fit in Succutri, & reliq.) Ait Dioscorides, in India plurimam generari, & in Asia, Arabia, maritimisq; quibusdam locis, ac Insulis, vt Andro, Gal en. in Syria nõ bona, in Cœlesyria, & Arabia melior, in India optima. IN colore quoque, vt sit coloris citrini.) Eligit Dioscorides subflauam, resplendentem, non lapidosam, aut arenosã. Et sapor eius declinans ad amaritudinem. Galen. saporis esse dicit parum adstringentis, & multum amari. Quod præter Galen. authoritatem, ipse quoque sensus demonstrat. IN substantia tenerum.) Facile humescere eam quæ bona sit, ait Dioscorides. EST autem complexionis calidæ in secundo.) Calidam in primo ordine extenso, vel secundo remisso, dicit Gale. APERIT orificia venarum.) Cum scribat Dioscorides, quod arcet sputum sanguinis, negare videtur, quod ora venarum aperit. ET dicunt quidam, quod lædit hepar.) Dixit hoc Auicenna, cui parum in hac parte credendum: & sapore eius, & antiquis authoribus, contrarium potius attestantibus, nisi calidum, vel siccum supra modum hepar intelligamus. STOMACHI confortatiuum.) Tantum in hoc ei tribuit Galenus, vt nulli cedere medicamini dicat, maxime si lota fuerit. ET mixtum cum melle, est minoris solutionis.) Maioris potius, vt ratio, authoritas, & experientia contestantur. VIX pertranſit hepar.) Si quantitate exuperet, ad hepar vsque attingit, inquit Galenus: non tamen totum corpus euacuat, nisi valde multa detur, ait Pau. TRIA sunt in eo, in quibus cadit correctio.) Adde ex Galen. quod nocet temperaturæ ventriculi calidæ, & siccę, & ei quoque siccæ, quæ cum frigiditate ad tabem ducit. SOLVTIONE educit choleram, & phlegma. Probe intellige: siquidem crassos humores, etiam qui sint in ventriculo, trahere ob imbecillitatem nequit, Galeno teste: sed bili, & humiditatibus, quæ ventriculus imbibit, optime facit. Paulus. Datur quibus caput graue est, lippientibus, sticulosis, imaginabundis in somno, absque febre horroribus, acres inflationes excernentibus, morsum in intestinis patientibus, atque ventriculi incendium. ET qui assiduat acceptionem eius diebus continuis, non videbit in corpore suo ægritudinem quæ non sit habilis.) Ne quid dicam de iuuenibus interim, certe senes, si Galeno magis, huic quam viro crediderint, non nisi magna vrgente necessitate, Aloe vtentur. CAVE ergo dare Aloen in temporibus frigidis.) Cauenda mihi magis videtur temporibus calidis, cum sit vt tu scribis, calida & sicca in secundo ordine, & calidæ, & siccæ noceat temperaturæ, vt superius notatum est: nisi forte quia bilem vacuat, quæ hyeme non abundat, ideo eo tempore danda non sit.

Aloe hepatem lædit.

Aloe stomachum mire cõfortat.

Aloe ob imbecillitatem crassos humores nõ purgat.

Senes nõ tuto Aloe vtũtur.

Cauenda aloe calidis tẽporibus.

ALoe oui albumine dissoluta euadit emplastica, tunc que sanguinem non ex venis hæmorrhoidibus sõlis; sed vndecunq; fluentem per ora, vel diuisionem venarum: atque adeo per arteriã apertam sistit, rupto quoque, vel eroso, vel hiante in pulmonibus vase, si liquore idoneo soluta, fiucibus diu, & sæpe contineatur. Sic enim foris quoque vasis sanguine fluentibus admouetur, & si hæmorrhoidib⁹ immodice fluẽtibus, similiter soluta adhibetur, adiuuante talem ipsius actionem facultate aloes adstrictoria, & nõ minimum sarcotica, cuius gratia præcipue id a Galeno commendatur in hæmorrhagia lib. 5. Method. Deuorata vero multa, & sæpe, & in hepar, aliasque partes distributa, calore suo; & crassa substantia venas tum hepatis, tum hæmorrhoidas aperit: Anastomotica enim sunt. maxime quidem calida, crassa, acria, & mordacia, non minimum tamen calida, crassa, qualis aloe. Quod autem calore, & crassitie sanguinem efficit melancholicum magis, id etiam nõ parum ad vasorum apertionem facit, vi adstrictoria eius leuicula, hoc opus ob imbecillitatem prohibere non potente. Quam rem experientia quoque confirmat. Vsu enim crebro catapotiorum aloen multam excipientium hæmorrhoides multis tumere cœperunt, & quibus tam prius aliquoties fluxerant, frequentius, & largius, & periculosius fluunt. Vt verissimum sit Galen. theorema, nihil sumptum, & admotum vires habere easdem, sed quædam genere etiam contraria, alia maioris, & minoris tantum ratione, vt in methodo componendi medicinæ probauimus. Quod symptoma, venarum scilicet apertionem, si aloe facit per se, vt Mesues velle videtur; aut per humorum acrium vacuationem, qui intestini recti finem mordeant; & calfaciant, quod & medicamentis melanogogis Galenus tribuit aphor. 47. libro 6. id quia longiore eget oratione, in præsens omitto. Aloen Succotrinam Auicen. & Mesues præferunt, Dioscor. & Haly abbas hepaticam.

SYLV. *Li. 5. Meth.*

Lib. 1. simp.

Lib. 3. tũpe.

ALoe notissimus est succus, & planta, ex qua colligitur, notissima Italiæ hortis. eam aluit hortulus noster Laudæ plures annos cum caule, ac floribus, et talis passim Venetijs spectatur. Succus plantæ nomen retinuit, & triplex nostro tempore affertur, Succutrina probatissima, hepatica Succutrina inferior, & caballina vilissima. In medicinæ vsum hepatica frequentissime venit ab hepatis colore, ita denominata: quæ Succutrina dicitur a Succutri Sinarũ regni vrbe, rara est: caballinam, cuius copia est magna, Veterinaria & coriaria ars vsurpat. Hactenus persuasum est omnibus non differre plantas triplicem hunc ferentes succum, sed ex sordidiori expressi succi parte caballinam fieri, ex puriori hepaticã, ex purissima talem, qualis est Succutrina. audio tamen a quibusdam, licet eadem facie plantæ sint, ex quibus hi succi omnes, spectari nihilominus colore longe vario: vnde & succo diuersus est color. Sed hæc res quo tandem pacto se habeat, parum medicinæ interest. Illud pro certo habebunt studiosi præter vulgatam aloes speciem, aliam itidem esse, foliis, facie, crassitudineque illi quidem non dissimilem: sed foliorũ ambitus multo magis serratus, spinisq; horridus est, apex vero aculeus est oblongus, atque adeo durus, vt eum sagittis præfigere Indos asserant. Est huius generis planta Patauij apud Iacobum Antonium Cortusium nobilem virum, et de naturali historia, quantum vllus ætate nostra alius, benemeritum. succus ex eadẽ, vt a vulgata colligitur, facultate etiam quantum experiri hactenus licuit, non dissimili.

COST.

Aperit enim orificia venarum, &c.) Hoc & Auicen. secundo Canon. in aloes historia. At contra, Dioscor. aloen sedis venas occludere, & cohibere sanguinem testatur. & Plinius quoque lib. 27. vndecunque fluentem sanguinem hac ipsa supprimi ait. mire ergo hi inuicem dissident. Sane Manardus suis in hunc librũ adnotationibus, nec non in Epistolarum libris passim, Mesuem acriter hac de re carpit. sed Manardi alioqui doctissimi calumniam refellere hoc pacto licet. Aloem id ipsum præstare, quod Mes. ait, affirmat,

Cap. 4.

neat, & Auicen. & Serapion ex Pauli, & Aben Mesuai authoritate, licet in Paulo hoc non legamus: confirmat vero etiam experimentum. hoc certe docemur, cum, eos, quibus turgere sedis venæ consueuerunt, aloe etiam modica assumpta, aut turgere, aut reserari: tum qui hac frequenter vtuntur in id hæmorrhoidum vitiũ labi; tum muliebres menses euocari. quo fit, vt Mes. vera scripserit. Non ille tamen, aut Dioscoridi aduersatur, qui de aloe exterius admota verba fecit, aut Plinio, quamuis de ea deuorata sit loquutus: quando eorũ neuter aloen præstare id quod Mes. ait; negat: sed contrarios eidem rei effectus ascribunt. quod quidem si Manardo absurdum videatur, at nobis fidem facit experiẽtia, a qua tamen, & exemplum, & ratio non est aliena. myrrham enim eodem pacto sanguinem sectarum partium cohibere vides, & ciere muliebria, atque hoc, & centaurio, & pluribus alijs est commune. cuius quidẽ rei causam, quum alij ad occultam proprietatem referant, alij ad manifestas qualitates; nobis vtrunq; non probari non potest. occultæ equidem proprietatis hoc videtur esse opus, quando nulla in aloe insignis acrimonia, aut alia euidens qualitas inest, cui iure actio hæc deferri debeat, quam tam prompte obit. etsi enim amaritudo, quæ qualitas in aloe præcellit, absterforiã vim efficacem inesse illi ostendit, præpollet tamen in acribus absterforia quoque facultas, quorum multa licet summe acria sanguinem non educunt; tale piper, zingiber, & piretbrum est. immo neque amarissima omnia id præstant. absinthium nempe aloe non multo amarore inferius, & agaricum itidem amarissimum sanguinẽ ex venis non euocant. Inest ergo aloe vis hæc non ex manifesta qualitate: quando non quæ insigniter abstergunt omnia sanguinem eliciunt: sed totius substantiæ proprietate, vt etiam cantharidibus. cum hoc tamen verisimile etiam est, partes, quibus amaror inest, multi in hanc rem esse vsus, pluris vero etiam, quibus adiuncta est acrimonia. hac enim ratione, non ob amaritudinem solum, centaurium, elaterium, taurinum fel, eruũ, tam prompte ipsa quoque sanguinem proliciunt, primo tamen actionis huius momento ex totius substantiæ proprietate facto, vt dicebamus. Hæc quum ita se habeant, quo pacto eadem aloe, & recludere, & occludere venas, proritare, & cohibere sanguinem possit, paruo negocio patet. educet sanguinem, aut totius substantiæ proprietate, aut certe sui amaritudine, atq; acrimonia abstergendo. eundem fluentem coercebit adstrictoria, atque agglutinatoria facultate astringendo, seu etiam candentis ferri modo operculum sui calore gignendo. atqui contraria ex eadem re effecta prodire hoc pacto, diuersa scilicet ratione, neque absurdum, neque aduersus naturæ est institutum. quare neque contra Mesuem Manar. quicquam habet. Illud vero etiam ex his conflat. neque aloe tantum praua, educendi sanguinis inesse vires, quod Manard. ex lib. Cano. vniuers. Mesuen velle putat, est enim hoc aloe omni proprium licet malam insigniorem noxa subsequatur: neque per accidens hoc euenire ob feruentium humorum eductionem sedis venas erodentium, vt ex Gal. 6. aph. idem Man. refert, quando educunt feruidos humores plura alia, vt rosa, sena, epithymum quæ sanguinem tamen non proliciunt. Sed de hac re satis.

Et sapor eius, &c.) Hoc & de agarico scribet, sed tantum in his præstat dulci amaror, vt non nisi ab eo qui exactissimo sensu præditus sit, deprehendi possit.

A Et dicunt quidam, quòd lædit hepar aliquando ipsũ, &c.) Hic antiqui duo codices, alter manuscriptus, alter impressus Mediolani, legunt pro aliquando (eliquando.) Quæ lectio si genuina est, vt nobis videtur, non aduersatur hoc in loco Mes. Auicennæ, vt quidam putant, neque ab eorum sententia discedit, qui lædi iecur hoc medicamento existimant, sed eos refutat, qui propterea lædi ipsum aloes vsu affirmant, quod hæc ipsum eliquet, vultque Mes. non eliquationis causa, sed ob venarum apertionem hepar offendi. quæ res veritati consentanea est, quando in aloe tantus non est calor, cui colliquandi vis ascribi possit. Sed quid de ijs dicendum, qui aloes vsum iecori innoxium contendunt? Docendi hi profecto sunt experimento, sed & ratione adducendi, vt id credant. aloe, quum venarum ora aperiat, sanguinis etiam fluxum importunum promouet, hic vero B innatum iecinoris calorem obtundit, ex quo iecur offendi necesse est. hoc ipsum Mes. innuit. Videtur tamen iecur aloes vsu alia quoque offendi posse ratione. nempe quum iecur vniuersim omne insigniter sit calidum, in quo scilicet sanguificandi vis inest, quis neget calidi, & crassi medicamenti adhæsu ipsum magis quam pro eius natura opportunum sit, calescere? Est ergo fortasse vera Auicen. sententia, non de calidiori tantum, & sicciori iecinore, vt Manardus arbitratur, sed etiam de temperamento. Alioqui vero, quod amara iecori semper prosint, vt quidam putant, tantum abest, vt credam; vt potius, nisi aliquid sit, quod quia obstruit, abstergi postulat, obnoxia esse existimem, vel ob id quod sanguinem amarore, & naturæ nostræ aduerso sapore inficiunt, vt iecur neque recte ali, neque alijs partibus idoneum, quo nutriantur, alimentum queat C ministrare.

Et ẽt mixtum cum melle, &c.) Hoc & Aui. 2. Can. Quæ ventrẽ tergẽdo subducũt, sicuti exsiccãte vi adiuuãtur, ita adstrictoria potius prohiberi, ego profecto dixerim. Quare qui aloen sola detersoria vi soluere existimãt causam ẽt ignorare nec esse est, cur ea melli admista minus soluat, quod tamen detersorias insignes habet vires. Quidã aiunt igneã aloes facultatẽ mellis lẽtore incrassari, & frangi. Sed hos erroris redarguit tum aloes caliditas, quæ secundũ vix ordinẽ pertingens ignea dici non põt: tum mellis lentor, qui tãtus non est, vt obscurare aloes facultatẽ debeat, præsertim quando in melle detersoria facultas visciditate longe est maior: cuius cã solutricẽ aloes facultatem adiuuari oporteat, non immi nui, si modo solutio detersione fit sola. Paucis ergo, quũ aloe non alia quã propria, et totius substantiæ vi soluat, D humores videlicet bilioſos trahat; prohiberi quidẽ mel lis admistione attractoria, ideſt ſolutrix eius vis poteſt: adiuuatur tamen detersoria, &, (vt ita dicam) ſtercorum eductoria, ſeu ſubductoria, quam certe facultatem a ſolutoria differre ſatis conſtat, quãdo ea, quicquid obnium eſt, tergendo ſubducit, ſoluendi autem vis non niſi certũ excrementũ ſpectat. Quare, quum bilioſos humores ad aluum ducat, id quod non niſi totius ſubſtãtiæ proprietate agit: melli tamen admiſta craſſiores etiam fæces, et excremẽta quæ vis occurſantia valentius põt extergere, abſterſoria mellis vi ſibi adiuncta. Hoc Meſuẽ, et Auic. intellexiſſe exiſtimarim. Mirandũ ergo de Manardo, & Fuchſio, qui hoc rationi, experiẽtiæ, & authoritati antiquorum repugnare contendunt. Et ſi. n. quod Fuchſius obiecit, & Hippoc. lib. de morbis, mel ſupramodũ purgare teſtatur, et Gal. 3. de alim. fac. c. 38. ipsũ ait

habere amaritudinem, qua ad egestionem excitat ventrem, Dioscor. vero lib. 2. cap. 73. inflari aluum scribit: Paulus quoque lib. 1. cap. 96. mel coctum magis alere, quam aluum subducat, non coctum autem contra, quod & Alex. Apho. 2. probl. 66. &, Idem Paulus libro 1. cap. 6. melle vtitur ad deijciendam aluum puerorum, et Psellius 1. de victus ratione, damascenis, & alijs, vt aluum plus subducant, mel adijci præcipit. Etsi etiam Dioscor. loco antea citato, aloen cum resina, aquave, aut cocto melle exceptam, aluum soluere testatur, quod & Plinius, lib. 27. cap. 4. Constare tamen arbitror hæc tot illustrium virorum testimonia nihil probare aliud, quàm subductoriam vim aloes, melle adiuuari; attractricem tamen, & solutricem non imminui numquam probant. Sed quid de ijs dicas, qui quum medicamenta nulla alia vi quàm detersoria subducere, neque vllum humorum delectum habere contendat, Gale. vt ipsis videtur, suffulti opinione: ijdem tamen aloen melli commistam minus soluere, & minus attrahere aiunt, sed valentius detergere, ita vt experientia, quòd aloe melli permista ventrem magis exoneret, detersioni potius, quàm solutioni referatur, accepta? Videant docti, quàm hi sibi ipsis consentiant. nos vero ad alia sermonem conuertamus.

In aloe autem est, quod elongatum est, &c.) legendum ex manuscripto codice antiquissimo, & ex impresso Mediolani. (In aloe autem, quod elongatum est, & declinat a proprietatibus bonis, &c.) vt de impura aloe verba faciat, quam lotione, & partium impurarum absterſione corrigi statim subiungit. puræ enim vitia tria antea enumerauit, & castigari docuit. Hoc pacto si intelligas, labuntur Fuchsii rationes, quum Gal. obijcit laudantem. 6. simpl. aloen, vt præ omnibus gratam stomacho: & Dioſc. qui purgatoria alia ex huius mistione minus noxia euadere pronunciat: & Oribasium in comp. medic. vbi hanc stomacho aptissimum purgatorium esse ait: & Plin. qui lib. 27. stomachum aloe confirmari scribit, ita vt nulla vis contraria infestet. Hæc certe omnia dici de optima aloe constat; quum hic de praua sit sermo. propterea que nulla Mesuæ cum alijs erit controuersia, si ita intelligas. Quòd si de bona agi contendas; de non lota aloe huius scriptoris sententia erit: Galeni vero, Dioſco. Oribasii, & Plinij, de lota. Alioqui certe dici non potest, vt quidam aiunt, aloen vniuersim etiam probatam, ob amaritudinem stomacho esse noxiam, gratam vero ob astrictionẽ: atque ob id veteres aloen abluisse, vt amaritudine imminuta stomacho gratificarentur. amara namque, & adstringentia omnia grata esse scribit Galenus, quamuis linguæ ingrata sint. Est vero etiam lota aloe non minus, quàm non lota amara, neque alia ratione vtilior stomacho censenda est, quàm quia purior, & medicamentosi minus retinet. Non possim vero etiam id probare, quod aiunt, aloen non lotam propterea, quia subducit, stomacho esse ingratam, alias non subduceret, lotam vero gratam esse, quia roborat, lota enim aloe, quam gratam esse stomacho non negant, non leuiter subducit, quamuis imbecillius, quam antea. Neque proconstanti illud acceperim, aloen, nisi ingrata esset, non subducturam: quum multa, vel gratissima, & linguæ, & stomacho aluum subducant, vt mel, casia nuncupata, mel aereum, & sexcenta alia, quæ dulcia sunt. Erit ergo, vt paucis repetam, intelligenda Mesuæ sententia de aloe, vel praua, vel probata quidem, sed nõ lota.

Cap. de Aloe.

Cap. 4.

Non lota equidem quantumuis probatissima, impuri, medicamentosiq; habet nonnihil, quod lotione segregatur. ex quo stomacho gratior euadit, quamuis solutoria, & subductoria vis lotione fiat imbecillior.

Solutione educit, &c.) Aloe bilis præsertim è ventriculo excernitur. præterea vero etiam tenuia in eo collecta excrementa pituitæ naturam referentia, vt Manardus quoq; aduertit. crassos vero humores ob purgatricis facultatis imbecillitatem trahere non potest. de composit. medic. per loc. Sumpsere nonnulli argumentum ex hoc loco carpendi Mesuen, qui, quum purgatoriam medicamentis facultatem inesse putet ex proprietate totius substantiæ, trahi ab aloe, & bilem, & pituitam scribat. hoc certe si ita habeat (aiunt) aloe binos succos specie diuersos trahere nullo modo potest, alioqui aloes formæ plures essent, non vna: quippe ab vno, vt vnum, specie diuersa proficisci nequeunt. Sed ad hos paucis. Qua ratione medicamenta binos, vel plures succos ex eorum proprietate trahere habeant, abunde fumus libro Canon. vniuersa. prosequuti. nunc vero ab aloe bilem tantum ex proprietate substantiæ trahi, pituitosa vero excrementa, & intestinorum fæces, extersoria, non etiam ea, quam solutricem proprie vim nuncupamus, excerni existimarim, vt propterea diuersa ratione, non vna, aloe diuersos humores trahat.

Cap. 1.

Et qui assiduat, &c.) Quum aloe absterſione sua ventriculum, & vniuersæ alimentorum coctionis focũ expurget, corroboretque astrictione: præterea vero putredinem, ita oppugnet, vt etiam cadauera præseruet a corruptione: cui mirum eos qui hac frequenter vtantur, (quum scilicet vti est opus, & ventriculus prauis humoribus scatet) a magnis, ac putridis præsertim morbis vindicari, & seruari? Sed non negem tamen frequentius, vel importunius assumptam siccioribus ventriculis, corporibusque, & ætatibus obesse. neque nisi magna vrgente necessitate senibus etiam exhiberi tutum crediderim, quod ex Galen. Manardus obijcit. non hoc tamen Mesuæ authoritati derogat, tunc aloen proponentis generatim, vbi est opus, non etiam importune.

Cap. 66.

Caue ergo, &c.) Hoc & Auicenna secundo Cano. Si aloe bilem educit, redundatq; hæc æstiuo tempore magis, quam hyeme, cauendam ego certe ipsam dixerim frigido magis tempore, quam calido, ne non peccantem humorem purgemus. propterea enim cholagoga medicamenta quouis anni tempore præterquã hyeme recte vsurpari, docet Paulus libro septimo. neque autem huius medicamenti temperies, aut aeris calor æstate assimi ipsam prohibeat, vt Manardus putat, quando vix iecur pertingit eius vis, & calor. Sed alia etiamnum ratio est, cur Mesues cauendum hyemẽ præcipiat. nempe quod ijs, qui hæmorroidarum venarum profluuio assueuere, frigido tempore deuorata venas recludat, & sanguinem soluendo educat, quod & Auicenna. Huius autem rei, quæ sit causa, dignum animaduersione est. Videtur autem id in atri humoris crassi, & grauis copiam referendum, qui si vllo tempore, post æstatis calores autumno, ac hyeme præsertim redundat. quare & sedis venarum frigidis frequentius, quam calidis temporibus fiunt profluuia, quod interdicere aloes vsum videtur, ne spontaneum naturæ impetũ sua facultate irritam in maius aliquod discrimen inducat.

Cap. 4.

De

De myrobalanis citrinis, & nigris, & Indis. Cap. II.

ANT. TExistimauerunt quidam, quòd myrobalani citrini, & nigri, & Indi, & chebuli sunt ab eadem editi arbore, & quòd citrini sunt immaturi, & nigri, & Indi sunt, in quibus iam peruenit complexio, & maturatio. Et dixerunt, quod arbor eorum est de his ferentibus, & quod citrini sunt de primo germine, & nigri similiter, chebulos vero germen secundum tulit: & quidam dixerunt, quod de diuersis nascuntur arboribus, & est illud, quod creditur, etenim eorum diuersę etiam sunt operationes. Ipsi quoque de medicinis benedictis sunt. Nō enim debilitant cū solutione B sua, immo confortant stomachum, & proprie viscera, & præparant, & coadunant partes eorū, & confortant cor, & hepar, & corpus totum. Neque enim nisi ad vnum videntur nociui. Acquiritur enim præparatis ad hoc per eos oppilatio, & proprie paratis cadere in ipsas. Sunt autem de perfecte rectificantibus medicinas, quæ habent acuitatem, & purgant dissoluendo. Magnifice autem adinuenit, qui eos, proprie citrinos cum scammonea miscuit. Reprimunt enim eam propter obuiationem substantiarum, & qualitatem inuicem, & eam in soluendo iuuāt.

ELECTIO. Citrinos in quinque proprietatibus laudauerunt sapientes, in colore, vt sint citrini multæ citrinitatis declinantis ad viriditatem, & sint in pondere graues, & densi, C & vt in confractis suis inueniatur sicut gummositas, & vt sint crassi, & vt cortex eorum sit spissus, densus, complectens ossa parua. Et laudauerunt chebulos in quatuor proprietatibus, vt sint crassi, & quanto crassiores tāto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinem, & sint graues in pōdere, citæ submersionis in aqua, & sint habentes spissitudinem corticum suorū. Nigros quoque Indos in quinque laudauerunt proprietatibus, vt sint nigri, & confracti, densitatem habentes substantiæ, & sint crassi, & graues, & carentes ossibus. quanto autem ab his elongantur proprietatibus, tanto sunt a bonitate remoti.

COMPLEXIO, & proprietas. Omnes frigidæ sunt complexionis in primo gradu: sicci in D secundo: & sunt exiccatiui, & consumptiui superfluitatum putridarum. præparatiui, & coadunatiui partium, in quibus cecidit laxitas, & mollificatio.

RECTIFICATIO. Tria sunt in eis, propter quæ in ipsis cadit correctio. Faciunt enim cadere in oppilationem, & proprie præparatos cadere in illam, & quia facile adhærent in villis stomachi, & partibus intestinorum, & quia dimittunt vestigia corrugationis in ipsis. Et nos emendamus, quod timetur de eo, quod diximus, primo prohibentes penitus exhibitionem eorum in ipsis, & omnibus paratis cadere in oppilationes: & in non paratis miscenda sunt ea cum ipsis, quæ oppilationem fieri prohibent, A sicut aliqua ex diureticis notis. Et infusio eorum in aqua casei remouet hoc nocumentum ab ipsis: & succus fumiterræ valet similiter, & similiter absinthium, & agaricus, & rhabarbarum, & spica, & similia. Et emendamus, quod potest prouenire de eo, quod diximus in 2. & 3. miscendo cum eis quæ remoueant ab ipsis adhærentiæ intentionem, & acquirant eis lenitatem, sicut si confortentur cum oleo amygdalarum dulcium, aut cum oleo rosaceo, aut cum oleo violaceo aut sesamino. Aut saltem conterantur cum oleis amygdalæ dulcis. Passulæ quoque, & mel earum lenificant eos, & confortant operationes eorum, & sunt proprij iuuamenti cum eis. Simile acquirit eis cassia fistula, & violæ conditæ, & tereniabin, & tamarindi, & similia. Quidam autem dixerunt, quòd non est bona permixtio eorum cum medicina lubrificatiua, & lenitiua, quoniam operationes eorum in idipsum se perimunt. Et ego non video illud. Immo remouetur ab eis per ipsas adhærentia, & corrugatio, & acquiritur solutio facilis. Et scito, quod decoctio acquirit eis vehementiorem oppilationem, quàm sola infusio. Et infusio minus facit esse oppilatiuos, quàm coctio. Et assatio minorat eis solutionem, faciens ipsos constipatiuos plus: & adhuc magis combustio. Et contriti quidem plus soluunt, plus dimittunt vestigia constipationis in vijs. infusi vero minus faciunt illa. Et infusio quidem eorum competit, quando solum quæritur solutio: & eorum contritorum exhibitio, quando quæritur constipationis impressio: & quanto magis conteruntur etiam, vt sint sicut alchohol, melius celebrabitur illud. Et chebuli quidem conditi minoris solutionis sunt, & maioris confortationis membrorum nutritionis, & non conditi faciunt contrarium. Modus rectificationis eorum satis vtilis, acquirens eis saporem bonum, & emendans quæcunque timentur de eis, est vt sumatur de myrobalanis contritis quantitas quam volueris, & sit hoc in æstate, & funde super eos olei amygdalarum dulcium quantitatem, qua confricando leniantur in vmbra, exiccentur in sole, & semper modice confricando super irrorentur oleo, & fiat illud per triduum, deinde denuo per triduum cum aqua zuccari, aut aqua casei cum pauco zuccaro conterantur in sole, semper eos ante modice cum aqua prædicta rorando, deinde fac trochiscos ex eis, & siccentur in vmbra. Et sunt quidam qui separant in eis, quod est secundum speciem ab eo, quod est secundum materiam, & est modus solennis. Infundunt enim eos in aqua casei, quod sumptum est ex capris post contritionem eorum, & ponunt ponderis eorum partem vnam, & aquæ casei partes xij. & ponunt in vase vitreo stricti orificij, & dimittunt per dies vij, postea decoquūt bullitione vna, deinde postquam manibus confricauerint, colant, & dimittunt aquam illam siccari, & faciūt trochiscos, vel pilulas, & sunt qui addūt cum eis de medicinis benedictis, quas volunt secundum exigentiam intentionis eorum, & faciunt si-

milia, Et eis est opus magni magisterij.

Modvs condiendi chebuli. Accipe ex eis humidis, si haberi possunt, vel humectatis secundum artem, qua humectari possunt, quantitatē quam volueris, & stilo punge eos vndique, & decoque eos in aqua cum facilitate, vsque dum sufficit. Post hæc dimitte eos per diem vnum super tabulā, & exprime aquā eorū, & submerge eos in aqua mellis, et per dies duos dimitte eos tūc coque eos lēto igne, & postquā cocti fuerint, reconde eos in vase vitreo, da post sex menses.

Ars autem in humectando eos auxiliatur hoc modo. Infundantur in aqua plurima, & exponantur radijs Solis per dies viij. deinde accipe magnum vas sicut dolium, vel saltem fiat fouea in terra in loco humoroso, vt inter multam arenam humidam, disiunctam sepeliantur sæpe, ac sæpe aquam desuper infundendo, & innouando arenam de tertio in tertiam diē vsquedum tumefiant, & humectentur. Hic erit modus humectationis eorum.

Posse. Myrobalani sunt ex rebus, quæ faciunt vtentes se iuuenescere, & acquirunt eis colorem bonum, & bonitatem odoris oris, & sudoris, & generant gaudium, & hilaritatem, & confortant stomachum, cor & hepar, & conferunt tremori cordis, & confortant, & præparāt, & mundificant stomachum, etiam conferunt hæmorrhoidibus, & extinguunt inflammationem choleræ. Sed citrinorum operatio in hoc est præcellens. Ipsi enim solutione educunt eā, & conferunt complexiones calidas habentibus. Et eorum fricatio cum aqua acrestæ, aut aqua ro |G sata, aut succo fœniculi abstergit oculum, & aufert supercalefactionem eius, & facto exinde alchol stringit lachrymas, & confert mollificationi oculorum, & conferunt tertianæ, & febribus choleræ, & contriti quidem cum mastice sanant vlcera, & desiccant ea.

Chebuli quoque solutione ducunt phlegma, & addunt in ratione, & clarificant visum, & proprie conditi, & mundificant stomachum, & confortant ipsum, & conferunt hydropisi, & febribus antiquis. Nigri autem in dissolutione educunt melancholiam, & choleram adustam, & conferunt melancholiæ, & tremori, & clarificāt colorem, & conferunt lepræ, & remouent tristitiam, & conferunt quartanæ.

Dosis. Potio citrinorum tritorum est a H drach. 2. vsque ad v. & infusorum a drach. v. vsq; ad xx. et potio chebulorum tritorum est a drach. 2. vsque ad 4. & infusorum a drach. 4. vsque ad 10. Potio indorum est sicut chebulorum. Ille autem, qui sumit eos, timeat boream superbientem. Et pisces abhorreat.

De Myrobalanis, citrinis, nigris, & Indis. Cap. I.

SYLV. *Myrobalanus. vngue tariaglans. Hæc autem genera quinque Græcis*

Myrobalani citreę, nigræ, cepulæ, eiusdē arboris fructus quibusdam videntur, vt immaturi sint citreæ, maturi nigræ. Cumque arbor ea his authoribus sit bifera, primi partus sunt citreæ & nigræ, secundi vero cepulæ. Alijs diuersarum arborum fructus videntur, idque creditur, quod eorum facultates, & opera variant. Sunt autem etiam hæ medicamenta benigna. Tantum enim abest, vt purgando vires dejciant, vt etiam cor, ventriculum, hepar, corpusque reliquum confirment, cogendoq; in vnū roborent, quare vnica his incommodant, qui sunt obstructionibus obnoxij, has enim excitant. Præterea medicamentis acribus, & purgando exoluentibus, vt scammonio perfecte corrigendis recte miscentur, sed huic præsertim citrinæ sunt miscendæ. Id enim contraria tum substantia, tum qualitate frangit, & purgationem iuuat. Citrinæ autem colore sunt multum citrino, in viridem inclinante, graues, quia magnæ, & carne multa densa, si frangitur gummosa, osse exiguo. Cepulæ subnigræ in F rubrum inclinantes, quo maiores, eo meliores, carne multa, ob hæc etiam graues, adeo vt aqua mergantur. Indæ sunt nigræ, magnæ, carne densa, graues, tamen exosses. A quibus notis quo harum singulæ absunt longius, eo sunt deteriores, hæ autem omnes sunt frigidæ primo gradu, ficcæ secundo. Siccando enim excrementa partium putrida valēter absumunt, mollesque partes & laxas durant, & densant, multaque adstrictione cogunt. Cor, stomachum, reliquumque ventriculum, & hepar roborant, quapropter exhilarant, colorem cutis, odorem oris, & sudoris commendant, corpus floridū & iuuenile diu tuentur, tremori cordis conferunt, hæmorrhoidibus commodant. Purgant ventriculum bile, ab eaque tertianam, & reliquas febres bilioſas, & ardorem extinguunt, præsertim citrinæ. Hæ enim præter cæteras sunt cholagogæ, ob id calidis, & bilioſis naturis salubres. Eadem omphacio, vel aqua rosarum, vel succo fœniculi maceratæ, cō fricatæ, oculum tergent, intemperiem eius calidā auferunt. Earum quoque puluis tenuissimus, per se quidem dēlachrymationem stringit, oculum ab humore multo laxiorem iuuat, cum mastiche vero vlcera siccando sanat. Cepulæ vero sunt phlegmagogæ, ventriculum purgant, & roborant, rationalem animæ partem vegetant, visum, [& sensus alios] acuunt, præsertim conditæ, hydropi, & febribus diuturnis conducunt. Nigræ melancholiā purgant, & bilem vstam, tremori, tristitiæ, lepræ, quartanæ, & cæteris affectibus melancholicis prosunt, coloremque cutis viuidum efficiunt. Quia vero dictę myrobalani omnes obstructionem prompte excitant, in corpore obstructioni opportuno, & villis ventriculi, & intestinorum facile adhærentes, & ceu rugis quibusdam ea exasperant, non dētur obstructioni obnoxijs, alijs vero dentur cum diureticis, vel infusæ sero lactis, vel succo fumarię, vel cum absinthio, agarico, rhabarbaro, spica nardi. Oleo autem amygdalarum dulcium, vel rosato, vel violato, vel sesamino imbutæ, & confricatę, vel cum amygdalis dulcibus, aut vuis passis, aut harum melle tritæ, vel cum casia, vel manna, vel tamarindis, vel violis conditis, vel alio leniente medicamen-

indicā, pruno rum, aut prunorum generis verius sunt, quam glandium.

Tēperatura & facultas Chrysobalanus Gal. cū calore digerat, esse negauit myrobalanus citrinam.

Castigatio.

dicamento ſumptæ, ventriculum, & inteſtina leniunt, & cito per ea lubricant, etiam ſi quibuſdam aliter viſum eſt, neque amplius his adhærent, aut rugas inducunt. Hæc vero ipſarum incommoda ſic emendabis, & ſaporem delicatum acquires. Tritas æſtate merges oleo amygdalarum dulcium, confricabis, & lubricas reddes in vmbra, ſiccabis ſole, affuſoque identidem oleo confricabis, idque triduo cum feceris, altero deinde triduo aqua ſaccharata, vel ſero lactis parum ſaccharato, aliquandiu merſas, in ſole iterum ſiccabis, affuſoq; frequenter eodem liquore cõfricabis, coges in trochiſcos, in vmbra ſiccabis. Alij ipſarum tritarum partem vnam diebus octo, macerant ſero lactis caprini, in vaſe vitreo oris anguſti, deinde ſemel ferueſaciunt, manibus confricant, colant, aqua deinde ſiccata trochiſcos, vel catapotia fingunt. Hisq; addunt nonnulli medicamenta purgãtia benigna. Hæc vel illa pro ſcopis & indicationibus varijs. Datur citrinarum tritarum puluis à drach. ij. ad drach. v. maceratarum vero expreſſum à drach. v. ad drachm. xx. Indarum & cepularũ puluis à drach. ij. ad drach. iiij. expreſſum infuſarum à drach. iiij. ad drach. x. Ne ſume flante borea, & his ſumptis, piſcibus abſtine. Veruntamen harum decoctum promptius, & valentius obſtruit, quàm maceratarum expreſſum. Aſſæ item ipſæ minus purgãt, potentius conſtipant, & adſtringunt, & his magis vſtæ. Harum quoque trituratarũ puluis quo tenuior, eo vehementius adſtringit, maceratarum vero expreſſum, minus adſtringit, omnium maxime purgat. Ob id eas infundimus, quando ſolam vacuationem expetimus. Cepulæ vero conditæ purgant quidem minus, partes nutritorias roborãt magis: non conditæ contra. Condiuntur autem, vel recentes, ſi harum eſt facultas, vel ſiccæ, ſed induſtria humectatæ. Recentes quidem, denſæ, ſtylo confixæ, poſtea igni lento coctæ, quantum ſufficit, aqua deinde expreſſa, vno die ſuper tabulam ſiccantur, poſt mulſa biduo macerantur, igni lento percoquuntur, vaſe vitreo recoduntur, poſt ſex menſes vtendæ: ſi vero ſiccæ ſint, aqua ſub ſole dies octo macerentur, deinde in dolio, vel alio vaſe magno, vel foſſa in arenis humidis tertio quoq; die mutandis ſecretas, identidẽ aqua irrigabis, donec tumefiant. reliqua vt prius perſequere.

Electarium albarũ prõ inde habet in Antidot.

Id expetitio audite.

De Myrobalanis.

MANA. NOmen, glandem vnguentarium deſignat: res autem ipſæ, ad pomorum potius genus ſpectant. Proprium de eis caput non ſcripſit Dioſc. ſed nec Galenus, licet inter remedia aliquando nominis meminerit. Qua re ſane intelligendum quod ab Auerroe dicitur, Galenum de ijs non ſcripſiſſe. Plin. quidem de Myrobalano loquens, tem (vt inferius explicabitur) ab ijs diuerſam intellexit. & quæ ad genus palmæ referatur, ſicuti & ea de qua Dioſc. ſcripſit libro 1. Bene igitur examinanda ſunt, quæ de viribus ab hoc homine ſcribuntur, quoniã nullum habuit, quem ſequeretur bonum ducem: præſertim cum Gal. libro 8. de compoſit. med. ſecundum loca,

A Chryſobalanum vim habere diſcutiendi ſcribat, quæ proculdubio calorem oſtendit.

DE *Myrabolanis Arabes tantum, muſquam Græci, vno excepto Actuario Græcorum medicorum no uiſſimo, qui de his ſub myrobalani nomine in lib. de Antidotis quandoque meminit, quam tamen myrobalanũ antiquorum Græcorum, & Chryſobalanum lõge ab his differat. Et examinanda certe diligenter ſunt, quæ ab hoc authore dicuntur, ſicuti & quæ ab alio quouis ſcribuntur, in tanti momenti arte: ſed quòd propterea reijciendi myrabolani ſint, quia eos Græci non nouerint, neque ego vnquam auſim dicere, neque prudẽs vllus medicus, qui non authoritatibus tantum, ſed etiam rationi & experimento nitatur. Scripſere de his præter Meſuen, Serapion, Auicen. & Auerroes magni nominis, & authoritatis viri, & ea, vt ego quidem dixerim, quę* B *à veteribus Arabibus medicis per manus tradita habuere, & quibus aſtipulari, aut rationem, aut experimentum animaduertere. Non ergo erit vt tãtopere horum fructuum vſum vereamur, aut ſuſpectum Meſuen habeamus, quia Græcos non habuerit, quos veluti certos duces ſequeretur, vt Manardus & Manardi ſimiæ obijciunt. ſed cum maiorum noſtrorum fide, quibus explorata hæc ſunt omnia tuto, ſicuti, caſia atque id genus multis, quæ Græci non norunt, vti, adhibita tamen diligentia, licebit.* COST.

Omnes frigidæ ſint complexionis, &c.) Diſcrepant hic inter ſe Arabes de myrabolanorum temperamento. Auicen. Auerroes, Serapion. Author libelli de viribus cord. ſicuti & hic author, frigidos primo ordine faciunt. At rurſum Xarch Indus Serapione recitante calidos vniuerſim myrabolanos exiſtimat. Item Auicen. ſiccos ſecundo ordine eſſe ait, vt etiam Meſ. At C *Auerr. 5. Coll. in tertio ordine ſtatuit: Author vero libri de virib. cord. eos laudat, qui emblicum myrobalanum frigidum, & humidum exiſtimant. cui aſſentiri, & Auerroes videtur loco citato de emblicis myrobalanis agens. ait nempe, augmentant coitum: ergo videtur, quòd habeant aliquantulam humiditatem. Cæterum, quòd ad actiuas qualitates pertinet, ſi guſtatu explores, indicat aſtrictio inſignis frigiditatem, non calorem; ſi modo vera eſt Gal. regula in libris de ſimpl. med. fac. Et ſi autem ijs ineſt acredinis etiam quidam ſenſus, aſtringloria tamen vis longe qualitatibus alijs omnibus præualet: vt recte inter frigida reponantur, neque tamen iniuria à Xarch Indo calidi dicuntur, acredinis videlicet mediocris gratia. Alioqui etiam, quod aliqui ex recentioribus obijciunt Meſuæ, purgantia omnia, quæ purgant, calida eſſe authore Galeno, propterea aque myrobalanos ſi purgant, frigidos dici non poſſe: hoc, inquam, minimi faceret Meſues, qui purgandi vires, vt alibi diximus, non tam manifeſtis, quam occultis qualitatibus, & ſpecificæ formæ aſcribit. De paſſiuis autem qualitatibus ſatis cuiq; patet ex ſapore, præterea vero etiam ex effectis, exiccare myrobalanos inſigniter, non humectare: idcirco non eſſe authori eius libelli hac in re aſſentiendum. Quamquam autem, vt ait Auerr. emblici veneri ſuppetias ferunt, ex quo humiditatis alicuius participes videntur, cuius gratia excitare flatus poſſint, qui Venerem maxime excitant; arbitrari tamẽ licet excrementio, & actuali humore, non temperamento proprio id præſtare, quo pacto etiam vinum, quod poteſtate, & proprio temperamento exiccat, actuali tamẽ humiditate humectat, flatus excitat, & ſpirituum* Cap. 55.

copiam

D

copiam parit, quibus adiuuatur venus. Quòd verò alij secundo, alij tertio ordine desiccare asserant: facile conciliabis, si secundo quidem ordine siccos dixeris, sed qui ad tertium quàm proxime accedant.

Quidam autem dixerunt, &c.) Auerroem innuit 3. Coll. vbi de myrobalanis hæc scribit (& medici miscent eos cum casia fistula, & turbith, sed nesciunt modum medendi.) Quem vero his verbis Auerroes accusset, incertum est nobis. Sed tuetur eum vsum Mesues adiuncta ratione, cui & experientia astipulatur.

Et sunt quidam qui separant in eis, &c.) Quid sit separare, quod est secundum speciem, ab eo quod est secundum materiam, videtur paulò obscurius. Non ignoro aliquos quintam chymistarum essentiam in medium afferre: hoc nomine, scilicet nuncupantes id seri sedimentum, quod post macerationem myrobalanorum, vi ignis humidas partes absumentis veluti cinis quidam relinquitur. quod artificium dilucide hic docet Mesues. Ex ipso tamen Mes. (vt interea demus à chymistis tale sedimẽtum quintam essentiam vocari, quod illos scimus nolle) generalius quiddam esse separari, quod est secundum speciem ab eo, quod est secundum materiam, discere licet lib. Can. vniuers. quum de elixatione agit, nempe si scammonium quis in succo aliquo incoquat, velut in sapa; transfertur scammonij vis in sapam, hanc autẽ translationem separationem rei secundum speciem à re, quæ est secundum materiam, vocari ait. Itaq; elixationi, & macerationi communis hæc erit mancupatio, quarum scilicet opera vires rei, quæ elixatur, macerature, in alienam materiam transeunt.

Ipsi enim solutione, &c.) Hic adduci nolunt quidã, vt credant myrobalanos citrinos bilem, chebulos pituitã, nigros atram bilem trahere. propterea quod (aiunt) neque intestina excedũt myrobalani, neque calore idoneo sunt præditi. Nos vero experientia comprobatum scimus, singulos myrobalanos singulos purgare humores, quos hic author scribit. Quod vero obijciunt, hos intestina non excedere, verum sanè est. neque enim purgatorium medicamentum vllum intestina excedit: sed in ventriculo, aut intestinis moram trahit. eius tamen qualitates, ac vires in vniuersum corpus extendũtur, Cap. 31. ac vt Hipp. 1. de natura hum. id trahit primum, quod maximè per naturam potest, stirpium more, dehinc vero etiam alia. ita & myrobalani quum ventrẽ non excedant, ex vniuerso tamẽ corpore singuli humores proprios ducunt. De calore autem idoneo, quo aiunt myrobalanos præditos non esse, vt trahant, non est, vt plura dicam. adiuuat certe non in his solum, sed in purgatorijs omnibus tractionem innatus singulorum calor, neque vllus magis idoneus calor exigitur in naturali hac attractione, quæ sequitur specificam formam.

Et febribus antiquis, &c.) Admirantur hic rursum Mesuę aduersarij, quo pacto myrobalani febribus antiquis opitulentur, quæ ab obstructione pendent, quum hi obstruendi astrictione sua insignem vim habeat. Nobis vero neque hoc videtur à ratione alienũ, vt expurgatis pituitosis, & crassis humoribus, à quibus longæ febres dependent, simul vero etiam viscerum substantia, quæ flaccescere longa excrementorum colluuie solet, corroborata, ne excrementa, vel aliunde suscipiant, vel ipsamet gignant; non, inquam, videtur à ratione alienum, vt his præsidijs diuturnæ curentur febres. hoc chebuli myrobalani commode præstant, castigati præsertim, & ab omni eorum noxa emendati, sicut author antea docuit. neque enim his, vel alijs vti licet non castigatis, vt imprudentes quidam medici faciunt. Non erit ergo, vt in febribus myrobalanorum vsum vereamur, vbi obstructionis noxam eo ingenio auerterimus, quod hic Mesues docuit. præsertim si opportunum exhibendi eos tempus obseruemus: hoc est, vt ego quidem existimo, si coctionis notæ appareant. Animaduertimus sanè Cap. 7. Auicennam lib. 4. fen 1. tract. 4. myrobalanos citrinos in febribus putridis nõ nisi obita coctione laudare, quia obstruant. at vbi concocti iam praui humores sunt, educi apte hoc medicamento posse videntur, quod præter purgationem viscerum, etiam ventriculi scilicet, & iecinoris substantiam, ob excrementorum cumulum laxiorem, & gignendis nouis excrementis aptam, corroborent sui astrictione.

De Emblicis. Cap. III.

EMblici sunt ex medicinis confortantibus stomachum, & cor, & hepar, & viscera. ANT.

Electio. Meliores ex eis sunt habentes frusta crassa, & densa, & grauia, & qui minus crescunt in ossibus, & plus in carne. Rari quoque non habent spiritum.

Complexio & proprietas. Sunt complexionis parum frigidæ, & siccæ in primo gradu, Et ipsi sunt cõfortatiui membrorum laxorum. & coadunatiui partium eorum, & sunt de extinguentibus calorem in stomacho, & hepate.

Rectificatio. Emblici nutriti sunt maioris operationis, & minoris corrugationis sunt.

Modvs nutriẽdi emblicos. Accipe ex eis quantitatẽ, quam volueris & submerge in aqua, & expone soli vsq; dum tumefiant, & humectẽtur, & post exprime, & pone in aqua mellis, & per dies duos dimitte parum refrigerari, & adde cum eis mellis tabarzet, sicut quartam totius, & reconde. Et quidam supercondiunt cum speciebus aromaticis, & confortatiuis sicut cinnamomo, & xyloaloe, & gallia, & cardamomo, & croco, & similibus. Et modus faciendi seremblach. Infunde emblicos in lacte dulci, & mutetur super eo lac mane, & sero, & hoc per triduum, & exiccẽtur in vento, & in vmbra, & recondantur.

Posse. Solutione educunt phlegma, & sunt ex rebus valde cõfortantibus cerebrum, & neruos, & augent intellectum, & confortant cor, & conferunt tremori eius, & mundificant stomachum à phlegmate, & putrefactione, & confortant ipsum, & præparant, & sedant furorem in eo, & auferunt sitim, & addunt in appetitu, & sedant vomitum.

Dosis. Eorum tritorum potio est ab aur. i. vsque ad iij. Infusorum ab aur. iij. vsque ad vj.

De Emblicis. Cap. III.

EMblicæ parum frigent, siccant ordine primo pituita etiam putri vẽtriculum purgant, eumq; & cerebrum, neruos, cor, hepar, & partes laxas constringendo roborant, ob id tremori cordis cõferunt, appe- SYLV.

tentiam

tentiam inuitant, vomitum sistunt, furorem, & latratus eius cohibent, vim animæ rationalē augent, calorem viscerum insigniorem, & inde natā sitim extingunt. Præstantiores sunt magnæ, carnis multæ, densæ, graues, ossium paruorum. Largius purgant, & rugis ventriculo minus incommodant, si aqua in sole macerentur, donec humectatæ tumefiant. postea expressæ mulsa biduo macerātur, igni lento coquuntur. vbi coctæ refrixerint, mellis albissimi parte quarta exceptæ reconduntur. aromatibus quoq; cinnamomo, xyloaloe, cardamomo, croco, gallia, & similibus nonnulli condiunt. Eæ et lacte mane, & vespere mutato, macerantur triduo. siccantur vento, & in vmbra, & reconduntur.

De Bellirícis. Cap. IIII.

ANT. BEllirici sunt ex medicinis benedictis. Expectatur enim per eos confortatio.

ELECTIO. Meliores sunt crassi, & spissi, & ponderosi, & densi cortice.

NATVRA *frigidi sunt in primo, sicci in secundo.*

IN POSSE autem, & proprietatibus alijs sunt sicuti emblici.

De Bellericis. Cap. IIII.

SYLV. BEllericæ etiam sunt benignæ, & roborāt, frigidæ primo gradu, siccæ secundo, cætera emblicis viribus proximæ. Optimæ sunt magnæ, multa, densa carne, graues.

RHABARBARVM.



De Rhabarbaro. Cap. V.

A RHabarbarum * est ex medicinis benedictis, & solemnibus, in quo aggregantur multæ ex intentionibus, quæ quæruntur in re faciente mundificationem, quas postea dicemus. ANT. * Rhaued.

ELECTIO. Ex speciebus rhaued, aliud est quod nascitur in India, & est rhaued barbarum, & aliud est rhaued turchicum, & melius eorum est rhaued sceni. Post illud in bonitate est barbarum, & minus in bonitate est turchicum. † Et laudatur magis ex eis, quod est subnigrum, declinans ad rubedinem, quod est graue cum raritate sua, & in quo etiam in contractis suis inuenitur disgregatio ex rufo, & glauco. & quod est croceæ tinctūræ, & quod est recens. Et non prætermittas, quin scias, quod in ipso cadit de adulteratione. Accipitur enim ex eo integro, sicut est, quātitas magna, & submergitur in aqua per dies quinque, & dimittitur aqua illa siccari, & fiūt inde trochisci, & sunt ipsi medicina regum, rhabarbarum vero siccatur, & vēditur, sicut est, quod iam perdidit animā. Et cognoscitur, quoniam illud, in quo non cecidit adulteratio, est rarum, & minoris stypticitatis, & est croceæ tinctūræ. Adulteratum vero habet contrarium horū, & varietatem, quam habere debet in contractis suis, amisit, immo subnigrescit in eis.

COMPLEXIO & proprietas. Calidæ complexionis est, & siccæ in secundo gradu, & dicitur quod est in primo. Sed illud est verius. † Conuenerunt autem in permixtione eius aqueitas, & terreitas, dantes ei stypticitatem, & substantiā, & aereitas dans ei raritatem substantiæ, & est in eo igneitas perficiens, quod per actionem eius in terreitatem ipsius ipsum fecit esse amarum. Verum terreitas est secundum profundum eius, & igneitas est in superficie ipsius, quapropter infusio separat inter substantias ipsius, & complexio operationis solutionis in oppilationem per ipsum est per dominium calidi in superficie eius, & consecutio contractionis per ipsum est à substantia sua terrea stiptica.

RECTIFICATIO. *Non est in eo nocumentum apparens, & datur in omni tempore, & in omni ætate, ita quòd etiam pueris, & prægnātibus. & de elegantioribus, & melioribus, quæ iuncta cum eo magnificant operationem eius, est aqua lactis, & proprie quod sumptum est ex capris, & similiter magnificatur infusio eius in aqua endiuiæ, & apij prius bullitis, & colatis, aut in aqua plantaginis.* † Et non prætermittatur, quin cadat in societate sua spica. Est enim proprij iuuamenti cum ipso. Neque prætereas additionem modici vini albi odoriferi, & clari in infusionibus eius, & proprie, quando in emendatione oppilationum propinatur. Et scitō, quòd in adulterato non remansit aliquid de virtute solutiua, de quo sit curandum. Et eius quidem quod purum est, infusio competit, quando solum quæritur abstersio, & solutio, & oppilationum apertio: & ipsius contriti exhibitio, quando quæ-

do quæritur, vt post illam in visceribus vestigia E cõtractionis remaneant. Verum ex eo quod assum est, vehementius fit illud, & adhuc vehementius ex adusto. Et quod ex eo est purius, sustinet quod oportet, & de contritione mercetur: In raro autem, & laxo vehemens contritio resoluit virtutem. † Decoctio etiam similiter resoluit in eo virtutem, qualiscunque sit.

POSSE. † Solutione educit choleram, & phlegma. † Et maior eius proprietas est mundificare, & confortare hepar, & stomachum, & conferre doloribus pungitiuis eorum, & clarificare sanguinem, & auferre oppilationes. & morbos, quorum mater est oppilatio, sicut hydropisim, & icteritiam, & crassitiem splenis, & febres oppilationum, & similia. † Ex parte substantiæ suæ proprietas est ei conferre sputo sanguinis, & F manationi eius vndecunque sit. Et conferre cassui, & percussioni, & sanare rupturas intrinsecas, & extrinsecas, & proprie eius drach. 1. & mumiæ grana duo, & rubeæ tinctorum granum vnum, & medium cum vino stiptico, & est dosis vna.

Et confert inunctio olei eius concussionibus, & contractionibus lacertorum, & doloribus eorum. & ipsum quidem est medicina singultus, & est medicina bona dysenteriæ, & proprie, quod ex eo est assum, & bibitum cum succo plantaginis, & pauco vino stiptico. & confert febribus periodicis, & febribus oppilationum, & febribus antiquis.

DOSIS. † Potio eius infusi est à drach. 1. & 5. vsque ad 10. & potio contriti à drach. 1. vsque ad 3. Et ipsum conseruatur per annos tres, G vel quatuor, & præseruatur à putrefactione, & corruptione, si superliniantur ei cera, & terebinthina liquefacta, aut cera sola, aut si sepeliatur in melle tabarzet, aut si sepeliatur in psyllio, aut in milio. Conseruatur enim esse ipsius ex tempore extenso.

De Rhabarbaro. Cap. V.

SYLV. *Rhabarbarũ hoc à rhapõtico veterum diuersa res est priscis incognita, Paulo tamẽ in podagra bis adhibetur.*

RHabarbarum etiam clemens, & excellẽs est medicamentum, multas dotes medicamento purganti maxime expetitas complexum. Calidum siccum ordine secundo potius, quàm primo. substantia duplici constat, vna aquea, terrea, adstringente, corpus dante, profunda. altera aerea, & ignea (à qua rarum efficitur) superficiaria, quæ suam terream essentiam adurendo amaram effecit, & purgatoriã, & obstructa liberantem. Has autem substãtias macerando separamus, vt calida, & purgatrix in humorem transferatur, terrea vero adstringens remaneat. Bilem vero, pituitamque illa vacuat, præcipue à ventriculo, & hepate, & inde sanguinem purgat, obstructiones liberat, & affectus inde natos sanat, icterum, hydropem, splenis tumorem, febres putridas, etiam diuturnas, dolorem hypocondriorum punctorium. Hac vero hæmorrhagiam pulmonum, vel aliarum partium sistit, ex casu quoque, aut ictu contusa, rupta, fracta, inter-

Rhes fin ve teres græcum purgatricem nõ adscripsirunt Mumia, & gubia nõ ita valitiũ medicamentorũ mensura

na, & externa sanat, si eius ʒdrachm. j. cum mumiæ granis duobus, & rubiæ tinctorum grano vno, & dimidio, & vino austero bibatur. Oleum quoque eius contusis, & contractis musculis vtiliter illinitur, singultum item, & dysenteriam sanat, præcipue assum, & cum succo plantaginis, & pauco vino, & austero potum. Rhabarbarum quoddam est Indicum, alterum Barbarum generis nomine appellatum, tertium Turcicum, omnium ignobilissimum, vt Indicum est præstantissimum, præsertim si recens est, & subnigrum, in rubrum inclinans: si rarum, tamen graue, si fractum, ex rufo, & glauco, alternat. si mansum, vel aliquo liquore solutum, croci modo tingit. Indigenæ ipsum dies quinque aqua macerant, qua siccata, trochiscos fin gunt regibus. Reliquum vero est siccatum, sed iam exanimatum, & vi purgatrice tota, aut prope tota priuatum, venale ad nos transmittunt. Hoc autem est densum: valenter adstringens, croci colore non inficit, confractum intus nigricat, amissa colorum dicta varietate. Innoxium est rhabarbarum, omni tempore tuto datur, omni est ætati salubre, atque adeo pueris, & prægnantibus. Efficacius autem agit sumptum ex sero lactis, præsertim caprini, aqua quoque intybi, & apij, vel plantaginis cocta, & colata maceratum, idq; omnino cum spica nardi, actionem eius in primis iuuante, expressumque. Quòd si ad liberandas obstructiones propinandum est, vini albi, puri, & odori, modicum macerando admisceatur, expressumque eius tunc sumatur, & cum detersione, ac purgatione opus est. Quod si post purgationem viscera adstringendo roborari volumus, puluis eius triti datur. si adstrictior expetitur, assum datur; si maxima, vstum. Rhabarbarum legitimum, & integrum aliquandiu teri, coquique viribus integris potest; rariori autem, & laxiori vehemens contritio, & coctio, virtutem resoluit. Datur expressum à sesqui drach. ad drach. iij. † tritũ vero, à drach. i. ad drach. iiij. Annos tres, aut quatuor integrum, in corruptumq; seruatur, si cera sola, vel cera cum terebinthina liquata circumlinatur, aut melle albo, aut psyllio, aut milio mergatur.

hic est parcior, vt mẽdi suspicio sit, præsertim cum Auic. quẽ Mesue passim ipse sequit°, rubiæ drach. 1. rhabarbaro misceat. ca. de rubia, & li. 3. in curãdo abscessu cali de herpete.

† *Tres Mesue legendũ puto, nec tã stupid° fuit, vt ad drach. 10. daret, vt omnes eius eo dices habẽt.*

De Rhabarbaro.

MANA. RHecoma, de quo Pli. lib. 27. si recte legitur, & Rha, vel rheon, de quo Dioscor. alia res est à vocato nunc rhabarbaro, vt quadam nostra ad Leonicenum epistola demonstratum est. Ex speciebus rhaued aliud est, quod nascitur in India.) Cum dicat Dioscor. quod nascitur in locis supra Bosphorum, & Plin. supra Pontum, taceantque Indiam, cognouisse Indicum non videntur. Pau. in duobus ad podagram compositis medicaminibus barbarici meminit, ET laudatur magis subnigrum.) Similem costo nigro facit Plinius minorem tantum, & paulo rufiorem. Dioscor. Centaurio magno, sed minorem, nigro quidem colore, sed Crocum aliquo pacto, dum mãditur, referente. CONVENERVNT in permixtione eius aqueitas, & terreitas.) Clarius Gal. sic loquens ad verbũ: Mixtæ est temperaturæ, habet enim quid terreum frigidum, quod ex adstringente eius sapore demonstratur, & caloris aliquid, quem vbi multum masticatum fuerit,

acredine

acredine quadam ostendit: tenuis & aereæ potestatis esse participem, laxitas, & leuitas declarant. Et non prætermittatur cum eo spica.) Ego spicam hanc prætermitto, tum quòd ea egere non videtur ob commixtas, vt diximus ex Galeni sententia, vires: tum quod vera spica caremus, & ea, qua vtimur, horribilis valde saporis est. Solvtione educit, & reliqua.) Antiqui suo Rheo vim purgandi non ascribunt, sed nec Auicen. Auerrois Gal. & alios medicos taxans, qui adstringere scripserunt, purgare asseruit: quod experientia quoque ipsa in vtroque, Pontico videlicet, & Indico attestatur. Decoctio etiam similiter resoluit in eo virtutem.) Non intelligas, vt plerique, non esse propterea coquendum: nam & ipse Mesue, & alij eius decocto vtiliter vtuntur, sed in ipsa radice, quæ decocta fuerit, virtutem esse resolutam, & in eo liquore, in quo fuerat decocta, remãsisse. Et maior eius proprietas.) Alias quoque vires suo adscribunt antiqui. Dioscorides enim valere ait hepaticis, nephriticis, torminibus, lieni, pectoris, & vesicæ vitijs, atque ventriculi dolori, imbecillitati, & inflationi. Ex parte substantiæ.) Adde ex Dioscor. quòd inflammationes cum aqua illitum, dissoluit; & ex Plin. quòd vulnera, & mali moris vlcera sanat, epiphorasque, & purulentas excreationes, lassitudinem quoque, & dolores; &, ex Galeno, quod valet asthmati, orthopnœæ, cœliacis, ischiadicis, veteri morbis, & ferarum morsibus, & cum aceto illitũ, impetigines aufert, ac peliomata Et proprie eius drach. j. mumiæ grana duo, Rubiæ granum vnum, & medium. Manifestum est hoc loco error, quam enim vim hac in re habere potest tam exigua mumiæ, & rubiæ quãtitas? Sed & Auicen. quem in multis est hic secutus, capite de Rubia, drachmam integram cum rhabarbaro miscet, & similiter libro tertio, in cura apostematis calidi hepatis. Potio eius infusi, à drachm. ij. sed ad drachm. x. Excellit nimis hæc quãtitas, nec possunt sine discrimine x. drach. semel dari, vt cum malo suo, nobilis quidam Panosnensis expertus fuit.

COST. Perniciosas Mesue i dãdo rha barbaro mod⁹.

Ex speciebus Rhaued.) Specierum nomine, differẽtias intellige à loco desumptas. Non meminit autem de Pontico, quòd stirps alterius sit speciei. differre enim specie Ponticum à cæteris, confessurus est quicunque legitimum rha Ponticum viderit, quod nunc demũ Venetijs cæpit apparere. nulla prorsus ex ijs, quas illi ascribit Dioscor. repugnante nota, & à rha Barbaro magnitudine, odore, sapore insigniter diuersum. Hoc quia nouit Mes. vt putamus, ob id Pontici non meminit, licet ipsum quoque rhei nomine nuncupetur. Iis igitur, qui Turcici appellatione Ponticum intelligi existimant, cur assentiri quis debeat, non video. est à Turcarum regione diuersa Pontus, neque hoc ipsum Mesuen ignorasse probare vllus potest. suspicari certe nõ temere idipsum quis potest, quia apud Turcas rheon aliquod nasci non est literis commendatum. Verum neque omnia literarum monimentis sunt tradita, neque explorata sunt omnia, aut Turcarum tractus obseruati omnes, an alicubi rha proueniat, aut alias prouenerit, aut aliunde aduectum culturam admiserit, quæ omnia explorasse eum oportet, qui errasse hic Mesuen sit professurus.

Complexio, & proprietas; &c.) De omni planè rheo Indo, Barbarico, & Turcico intelligit, de quo verba facit, neque Turcicum, vt aiunt quidam, excludit. non enim tam stolidum Mesuen puto, qui hæc si distinctione esset opus, in vnum confunderet. Sed hic controuersia est. Mesues rha calidum, & siccum facit secundo ordine: At Auic. lib. 3. fen 16. in curatione fluxus ventris absolute, inter frigida medicamenta cum malicorio, galla, acacia, & alijs eiusmodi enumerat. Verum paucis. non aliud loco citato Auicen. intelligit, quam rheon

A Ponticum. scripsisseque ipsum nihil aliud puto, quàm rhaued; quamuis hanc vocem interpres rhabarbarum sit interpretatus.

Et non prætermittatur, &c.) Auerroes 5. Coll. tãtum rha Barbaro tribuit, vt vnum hoc inter medicamenta omnia suapte natura castigatum scribat, & nulla egens correctione. Inualuit tamen vsus admiscendi spicam longa iam obseruatione, quam ego non parui facio: Videtur profecto (quod Galen. etiam animaduertit) rei cuique inesse noxium nonnihil, quod indiget emendatione. Sed esto vt rhabarbarum castigatissimum sit, est tamen ob terrestrium partium mistionem pigra in expurgando actionis, quam accelerare spica suarum partium tenuitate fortasse potest. Non est ergo Mesuæ consilium respuendum. Cum ijs autem, qui carere vera spica nos dicunt, non est vt contendamus, quãdo & Indam,
B & Celticam videre Venetijs passim licet: quamuis Indam raro probatissimam habeamus. Sed optimæ tamen Celticæ copia est, quam Indæ loco video à peritis vsurpari, quos ego libenter sequor.

Solutione educit choleram, &c.) Ex hoc constare potest, quantum aberrent, qui rha Ponticum Græcorum, rha Barbarum esse contendunt. Nos certe, vbi hoc, vbi rha Pontici notas à Dioscor. scriptas, vbi vires perpendimus; non possumus ijs assentiri, qui rha Ponticum rha Barbari esse speciem putant. præsertim etiam, quum videam Pau. lib. 7. vbi de simpl. agit, Pontico ea solum ascribere, quæ Galen. 8. de simpl. med. fac. quæ Dioscor. Cap. 3.
lib 3. de purgatrice autem vi, ne verbum quidem facere, quam tamen rheo assignat libro 1. vbi leniendæ alui gratia cum terebinthina eius momentum commiscet, per hoc nihil aliud intelligens, quàm Barbarum, quum
C Ponticum non expurget. Quod enim Barbaricum etiã norit Paulus, videre est lib. 7. vbi de Diacorallo, antidoto Agapeti, &, Compositione Attactos verba facit. Sed huius tam vulgati erroris causa iudicio nostro fuit Auerr. maximus ille quidem medicus, sed in simpliciũ fortasse historia non multum versatus, qui rha Barbari vires describens 5. Coll. Galenum, & medicos alios erroris accusat illi astringendi, non etiam soluendi facultatem assignantes, ac si Galenus idipsum norit. Nos vero adduci non possumus, vt Gal. materiæ medicæ accuratissimum obseruatorem rha Barbarum nouisse credamus, de quo nusquam locorum meminit. Ita etiam Auicen. quum 2. lib. Canon. de rhaued historiam scribit, de Pontico verba facere, & ferè Dioscor. æmulari, sicuti & Serapio facit, nulli dubium esse potest, qui rem perpenderit. præsertim quando in tota Auicen. medicina rha Barbaricum purgatorij medicamenti loco nusquam
D fortasse vsurpetur.

Et proprie eius drach. 1. & mumiæ grana duo, & rubeæ tinctorum granum vnum, & medium, cũ vino styptico, & est dosis vna, &c.) Ita legunt antiqui codices oẽs, quos viderim, & manuscriptus noster, & impressi alij. Putat tamen doctissimus Manardus subesse mendum. nempe, quam (ait) vim hac in re habere potest tam exigua mumiæ, & rubiæ quantitas? præsertim quũ Auic. lib. 1. cap. de rubea tinctorum, rubeæ drach. 1. cũ Tract. 3. cap. 12.
rha barbari drach. 1. commisceat, & lib. 3. fen 14. in curat. apostematis calidi hepatis, rubeæ drach. 1. cũ rha barbari drach. 11. commisceat, & exhibeat. Saneè si modo hic est error (neq; enim fortasse nimis exigua est mumiæ, aut rubię quantitas cum drachma vna rhei barbari) Monachi Mes. Commẽtatores in antiquo suo exemplari

plari legunt rubiæ grana quindecim, qui error sequutus arithmeticas notas vulgares videtur. signari enim solet hoc pacto. 15. Ex hac etiam coniectura putant aliqui recentiores, quum prioribus verbis legitur (mumiæ grana 11.) legendum grana vndecim. significat enim nota hæc (11.) modo duo, modo vndecim. Cæterum (ne de Monachorum lectione aliquid dicam) quam Auic. Cap.475. *lib. 2. vbi de mumia agit, collapsis in pectus, stomachū, & iecur, vnius tantum Kirat. 1. granorum trium, aut secundum quosdam, quatuor pondere, mumiam exhibeat cum duobus danich, ideſt, granis sex, aut secundum aliquos septem, sine octo luti armeni, & alio danich, croci cum aqua solani: non video ego certe quantum huic coniecturæ sit fidendum.*

Potio eius infusi est à drach. 1. & 5. vsque ad drachmas 10.) Excellit profecto hæc rhabarbari mensura, si quotidianam experientiam animaduertimus. Quare Manardus non temere de errore commonuit. Testantur quidam in antiquiss. codice legisse drach. 4. Nos vero in nostro manuscr. scriptum inuenimus drach. 10. romana, & obseruata apud medicos pro denario numero nota. putamus autē pro V. nota, quæ germana erat lectio, & pro quinario numero ponitur, X. denarij numeri notam scriptoris oscitantia irrepsisse, atque hoc pacto ex eo errore pro quinque drach. 10. fuisse deinceps repositas. Hic autē error vt pro V. reponatur X. litera, quàm inscribendo sit facilis, nullus non videt.

De casia fistula. Cap. VI.

ANT. CAsia fistula est de medicinis, in quibus est fiducia iuuamentorum, & est sine nocumento, carens acuitate, & mordicatione, & omni excessu lædente, super cuius exhibitione præsumitur in omni ætate, ita quod pueris, & prægnantibus.

ELECTIO. Electio eius constat in sex proprietatibus. Vt *sit* arundo, eius crassa, plena, *splendens*, & *multi* ponderis. & sit pulpa eius *splendens*, & pinguis. & hausta ex arundine conseruata in vasis pigritatur.

COMPLEXIO, & proprietas. Est æqualis declinās ad latus caliditatis, et est humida in primo gradu, & est lenitiua, resolutiua, clarificatiua sāguinis, sedatiua acuitatis eius, & choleræ rubeæ.

RECTIFICATIO. Non est in ea nocumentum apparens præter, quod nocet debilia habentibus viscera, & lubrica. Remouetur ab ea hoc nocumentum *in* permixtione myrobalanorum, & rhabarbari cum ea, & aqua mastichis, & spicæ, cum ea, & similiter est medicamen bonum. & quandoque necesse est ei lubricitatem addere, & proprie in desiccatione viscerū, quare sapientes admiscuerunt cum ea oleum amygdalarum dulcium. Diuretica quoque faciunt eam declinare ad vias vrinæ, quare necessaria est eorum permixtio, quando oportet mēbris secundæ expulsionis conferre. Et ipsa est de tarde, & debiliter solutionem facientibus, propter quod miscenda cum ea sunt quædam ex rebus acuitatem habentibus, sicut alhasee, & hyssopus, vigorant enim eius solutionem. Et magis adhuc siccum quoddam ex ventrem soluentibus misceatur. Et ipsa quidem cum aqua casei est nobilis operationis.

POSSE. Mundificat sanguinem, & compescit omnem acuitatē, & sedat sitim, & proprie cum succo endiuiæ, aut solatri, aut tarasacō, in quibus aduenit iam depuratio secundum artem. & ipsa quidem mundificat stomachum, & educit cholerā, & phlegma, & operatur illud sine noctumēto, & excessu, caret enim mordicatione. & ipsa quidē lenit pectus, & gutē, & resoluit apostemata acuta in eis. & confert calefactioni renū sūpta cū diureticis, & infusione liquiritiæ, & phibet generationē lapidis in eis, & confert febribus calidis.

De casia fistula. Cap. VI.

CAsia fistula calido frigido tēperata, nisi SYLV.
quod paulo est calidior, humida primo gradu, clementer & innoxie à vētriculo bilem, & pituitam purgat leniendo, febribus inde ortis cōfert, sanguinem hac ratione puriorem reddit, ac eius sanguinis, & bilis flauæ acrimoniam frāgit, resoluit thoracis, & pulmonis, & asperæ arteriæ phlegmonas, easque partes lenit ipsa morsus expers, sitim sedat, præsertim sumpta cum succo intybi, vel cichorij, vel solani, arte deputato. Intemperiem denique renum calidam mitigat, cum diureticis sumpta, & glycyrrhizæ decocto, ob idque calculum in his gigni prohibet. Deligenda est fistula insigni, plena, ob id graui, splendente foris, ac etiam in pulpa pingui, quæ recens sumēda est potius, quàm vasis seruata. si autem viscera sunt sicciora, casiæ lubricitas augenda est oleo amygdalarum dulcium: si debilia, & lubrica sint, minuēda myrobalanis, vel rhabarbaro, vel aqua cum mastiche cocta, vel spica addita. si ad vias vrinarias ferri eam volumus, vretica misceantur. Quoniam vero tardius, & imbecillius purgat, acre aliquid (quale thymum, hyssopum,) actionem eius intendens misceatur, aut potius aliquid medicamentorum valenter purgantium. efficaciusque purgat hæc, si ex sero lactis propinetur. Tam est benignum, & innoxium hoc medicamentum, vt omni ætati, & *ipsis* etiam pueris, & prægnantibus tuto sumatur.

De casia fistula.

DE hac non scripserunt antiqui, sed fistularem illam MANA.
vocauerunt, quam nunc casiam ligneam vulgus *Casia fistula Arabū, alia est à casia fistula antiquorum.*
appellat, res tamen nobilis est hæc Mesuæ casia, & qua ad aluum leniendam, & sani, & ægrotātes, siue mane, siue parum ante cibū, tuto vtuntur. Condiri cœpit, & saccharo recens in eundem vsum, in quem semina quoque efficacia sunt, longeque magis, quam intraneus liquor.

HVius dosim Mesues omisit; quod sit medicamentum tutissimum, hodie datur, cortice, membranis, & seminibus per cribrum purgata, ab vncia dimidia ad sescunciam, vel drach. 10. mane, vel ante cœnā, sed paulo ante pastus duos, tres, proximos, etiam drach. 2. 3. 4. datur his, quibus est aluus natura pigrior, in quē vsum quibusdam iucundius est pulpam lata cultelli cuspide exceptam, deuorare. Conditum saccharo ab indigenis, dum recens est, offendunt Veneti, & Lusitani. Quam autem vim purgatoriam tribuit Manardus seminibus ipsius, maiorem, scilicet, quam pulpæ ipsi, non recipiendam confirmat Musa suo multiplici experimento. Cortex verò huius ad menses mouendos, aut parū iuuandum mellificatior est multo, quam casiæ aromaticæ, de qua nos in simplicibus.

Casiæ

COST. CAsiæ fistulæ vocem antiqui Gal. testimonio. 1. de antidotis, ligneæ, & odoratæ casiæ assignabāt. Sed hæc nigra est Actuarij casia, de qua, & Auic. lib. 2. & Serapion, à nigra casia Theophrasti longe diuersa, contra quam existimarint aliqui. Hęc quum ex Memphi, ex Damiata, & occidentalibus insulis ad nos perferatur, occidentalis aluum magis lenit, alijs tamen vilior putatur, & minoris venditur, ob id fortasse, quod cortice, & semine constat crassiore, & pauciori medulla. Datur generatim cortice, seminibus, & membranis expurgata: à quibusdam tamen etiā simul contunduntur membranæ purgationis, & absterſionis maioris gratia. purgant enim, & membranæ, & ipse etiamnū cortex aliquibus ad ducendos menses vsurpatur, sed inefficaciter, errore ex vocis similitudine ducto, quod. s. Græci suam casiam odoratam in eum vsum maximè probant. Vnum aduertit hic autor, quū ait. (Non est in ea nocumentum, &c.) B obesse ait Casiam habentibus intestina debilia, & lubrica. At contra Auic. & Mesues ipsemet ad huius capitis finem, soluere casiam absque nocumento, & mordicatione testantur, ita vt prægnantibus conueniat.

Existimant aliqui, quod hic scribitur Casiam obesse habentibus debilia intestina, dici ob ventris tormina, & flatus, quibus huius vsu torqueri multos quotidie animaduertimus. Verū quū noxiam eam esse dicat debilia, & lubrica intestina habentibus, moxq; id vitij mirobalanorū, rheibarbari, mastiches, & spicæ mistione emendari doceat, quæ astringūt omnia, neq; insignem discutiendi vim habent, quam flatus postulārent: videtur id vitij huic ascribere, non quod flatus faciat, sed quòd nimis leuia reddat intestina ijs, qui sponte leuia habuerint. solet enim, id nonnunquam accidere aliquibus, vt assūpto, vel leuissimo medicamento aluus per dies multos reddatur lubrica, ac si intestinorū leuitate laborent. hoc ergo velle hūc putamus, quare etiam his docet ferri auxiliū astringentibus admistis rebus. Hoc autem Mes. velle id docet, quòd statim scribit, nonnūquam esse opus vt lubricitatem casiæ addas in viscerū siccitate: quasi opus superiori contrariū proponēs, sicut enim in viscerū lubricitate astringētia; ita in siccitate leniētia, oleū, videlicet, amygdalarū dulciū præcipit commisceri. Sūt tamen, qui posteriorem hanc Mesuæ animaduersionem de commiscēdo oleo casiæ in viscerū desiccatione minimi æstiment, quādo (aiūt) vix tanta esse potest intestinorū ariditas, quę casię atramēto humectari nequeat. Quasi vero in febribus, & aridis corporibus sępissime id non accidat. in quibus siccissima, & cū multa angustia reddi alui excrementa solēt. At scio equidē, vbi id accidat, multos validius viscerū robur causari, ex quo medicamentū naturæ familiare in alimentū cōuertatur. Sed est sępe numero siccitati viscerū, non robori ascribēda culpa, cuius nulla habita fuerat ratio. Cęterū, vt ad propositum redeamus, quid de controuersia inter Mesuen, & Auicennam? Nostra equidem sententia, controuersia nulla est. etsi enim imbecillia, & lubrica intestina habentibus casia noxia est, vt ait Mes. vbi tamen hoc non obstet, clementer soluit, & sine mordicatione, vt Auic. & ipsemet Mes. ad huius capitis finem affirmat. Sed, quid dicendum de torminibus, quæ ex huius medicamenti vsu quotidie accidunt, vsu & experientia comprobante, contra quàm & Auicen. & Mes. dicant? Casia, vt ego quidem puto, si ad nos recens deferretur, nō faceret tormina, nisi forte per accidens, vt medicamenta alia. Sed quis ignorat mercatorum, & pharmacopœorum industriam in madida arena, & humidis locis ipsam seruantibus, vt pinguior, & minime vetusta appareat? Itaq; mirandum non est, si excrementitio eo humore oppleta flatus postmodum, & tormina excitet, quos aniso discuti oportet. neque item de Auicen. aut Mesue admirandum, si absque mordicatione casiam expurgare sunt testati, qua recentiori, & nullo dolo depranata vti ijs forte licuit, nobis modo non licet.

De Tamarindis. Cap. VII.

TAmarindi sunt dactyli acetosi, & sūt ex fructibus palmarum syluestriū in India. Ipsi quoq; sūt ex medicinis no bilioribus, in quibus nō est excessus. ANT.

ELECTIO. Laudantur in sex proprietatibus, vt sint nigri, non veræ nigredinis, cum luciditate, & teneri, & mixti cum villis, quæ sunt sicut radices, & sunt recentes, & pingues absque desiccatione, & sunt cum dulcedine acetositatis paucæ, vini puri non permixti. sunt & ex adulteratoribus, qui eos falsificant cum came prunorum. sed deoccultat fallaciam nigredo sine luciditate in ipsis: & quia sunt humorosiores, & quia in eis est odor, & sapor prunorum.

COMPLEXIO, & proprietas. † Frigidę complexionis sunt, & siccæ in secūdo. Et sunt refrigeratiui, extinctiui, & sedatiui acuitatum, & inflammationum.

RECTIFICATIO. Lædunt stomachū frigidū, & debilitant eum, & sunt tardæ, & debilis operationis. Emendamus nocumentum, quod imprimunt in stomachum, permiscendo cum eis aliquid de confortantibus stomachum, sicut sunt spica, & macis, & mastix proprie. Et propinatio eorum cum succo fœniculi, & apij, & endiuiæ, & tarasacon aufert hoc nocumentum ab eis, & similiter cum absinthio. Et infusio eorū in aqua lactis sumpti ex capris vigorat actionem, & similiter in succo fumiterræ, aut in succo lupuli.

MODVS infusionis eorum. Accipe tamarindorum quantitatem, quam volueris, & infunde eos in sextuplo eorum aquæ casei, aut aquæ triū granatorum, aut alterius aquæ compositæ, aut simplicis, & frica manibus, & bulliant bullitione vna, deinde colentur colatione, qua fiat exile, & clarum. Et quidam addunt cum eis prunorū, quantitatem eorum, & faciunt simile. Et sunt ex D dantibus infusionem non colatam, quando magis quæritur inflammationis solutio. Et dant colatam, quando magis quæritur inflammationis extinctio, & cum permiscentur in infusione eorum rosæ, & sandali, & proprie mazuzir, & spodium, vigorantur in extinguendo. Et ipsi quidem sustinent de decoctione aliquid mediocriter, quando oportet. Et superflua decoctio virtutem eorum destruxit.

POSSE. † Solutione educūt choleram, & reprimunt furorem eius, & feruorem sanguinis. Et conferunt inflammationi hepatis, & stomachi, & sunt medicina sitis, & omnis æstuationis factæ ab eis, & conferunt icteritiæ, & reprimunt vomitum: & sunt medicina vera febrium acutarum, quæ indigent lenificatione.

DOSIS. Sunt debilis operationis propter, quod potio eorum eſt ab vnc. 2. vſq; ad 5. Et ipſi quidem conſeruantur per annos tres. Verum ſi accidat eis, vt caleſcant, putreſcunt. Et ſimiliter liquor cadens in eis putrefacit ipſos. Et melior modus conſeruationis eorum, eſt ſtringere eos in vaſe vitreato, & ponere in loco recenti.

E (Auerrois in tertio. SOLVTIONE educunt, & reliqua.) Dioſcorides ſuas myrobalanos acerbas dicit, & adſtringentes, valereq; diarrheæ, & muliebri fluxui. Et phœnicobalanum magis adſtringere recentem, quam ſiccam, ſputoq; ſanguinis, inteſtinorum difficultati, & ſtomachicis conferre. Quare ſi eandem rem, quam hoc loco Meſue intellexit, contrarias ei vires adſcripſit.

De Tamarindis. Cap. VII.

SYLV. *Tamar barbaris eſt dactylus, vt ſunt tamarindi palmæ cuiuſdã ſylueſtris in India fructus ſemine proximo caſie. Res etiã noua eſt, priſcis inducta.* † *Tertio Auer.*

TAmarindi dactyli ſuntacidi, fructus palmæ ſylueſtris Indicæ, medicamentum quoque excellens, ac innocens, frigidum ſiccum ordine † ſecũdo. Ob id humorum acrimoniam reprimit, bilem purgat, eiusq; & ſanguinis feruorem, furoremq; compeſcit, febres acutas lenitione egentes, & icterum ſanat, ſitim, ac omnem vẽtriculi, hepatisq; ardorem extinguit, vomitum ſiſtit. Præcellunt ſubnigri, ſplendẽtes, teneri, villis, ſeu radicibus quibuſdam permiſti, recentes, pingues, dulcacidi, ſynceri. Adulterantur carne prunorum, ſed obſcura nigredo dolum detegit, prẽterea humiditas largior, & prunorum tũ odor, tum ſapor. Quidam ſiccos vino puro humectant, vt recentes videantur. Ne ventriculum frigidum lædant, cauetur miſtis hunc roborantibus, ſpica nardi, mace, maſtiche, ſucco abſinthij, fœniculi, apij, intybi, cichorij agreſtis. Actionem vero eorum imbecillam intendit ſerum lactis caprini, vel ſuccus fumariæ, lupive ſalictarij. Macerãtur autem ſextuplo prædictorum liquorum, vel aliorum ſimplicium, aut compoſitorum, vt triplicis granati, deinde manibus fricantur, poſt ſemel feruefiunt, poſtremo colantur, donec potio ſit liquida, & clara, præſertim quando flammeum calorem citius extinguere libet, quandoque etiam roſæ, ſantala præcipue citrea: ſpodium ſimul cum his macerata, vt potẽtius refrigerent. Non colati quoque dãtur, quando potentius ardor ille extinguẽdus eſt. Addunt quidam prunorum par pondus. Mediocriter coqui (viribus ſeruatis) poſſunt, ſi opus eſt, quas tamen immodica coctio adimit. Ob id vero, quod imbecilliter purgant, ab vncijs duabus ad quinque propinantur. Annos tres ſeruantur in vaſe vitreo bene obſtructo, & in locum purum, & perflatilem ſepoſito, niſi externus, vel calor, vel humor putredinis initium ipſis attulerit.

COST. Cap. 124. *Tamar Indorum hiſtoria, atque vſus ex Arabibus ad nos venit. neque aut poma, aut phœnicobalanus eſt hic fructus, de quibus Dioſcorid. lib. 1. quum fructus veræ palmæ dactylos vulgares ferentis Dioſcorid. intelligat, quibus cum tamarindis nihil ferè ſimile eſſe videre, quiuis poteſt. neque etiam palma eſt, adipſos de qua Plin. lib. 23. quum ea nullo intus ſit ligno: tamarindi autem lignum, ſeu os habeant. Quare, quod Dioſcor. ſuam phœnicobalanum inteſtinorum difficultati, & ſtomachicis conferre, Meſues verò tamar Indos ſtomacho frigido obeſſe, & ſolutione bilẽ expurgare ſcriptum reliquerint. controuerſia eſt nulla, quum de diuerſis vterq; agat rebus. De tamar Indis egere, & Auic. lib. 2. & Serapion lib. de ſimpl. & Auer. 5. Coll. Sed, & hi videntur inter ſe de horũ temperamento diſcrepare, quum eos Auicen. & Meſ. frigidos, ac ſiccos ſecũdo ordine exiſtiment, Auer. inter frigida tertij, & ſicca ſecũdi ordinis ponat, Serapion vero tertio gradu, & ſicca, & frigida eſſe ſcribat. Licebit tamen fortaſſe, vt ita cõcilies. eſſe certe ſecundo ordine, & frigidos, & ſiccos; ſed in eius ordinis ſummo, ſcilicet, contiguos tertio. alioqui etiam non multũ referre in medendi vſu talem diſcordiam exiſtimarim. Illud autem egere maioris diligẽtię videtur, an verè tamar Indi purgatoria pol leant facultate. Nouimus certe nos, qui ſeorſum exhibitos nullo pacto purgare ipſos contendant, experientiæ teſtimonio. Nos tamẽ, & ſi expurgandi gratia tamarindos nũquam ſeorſum exhibuimus, eorũ carne ad vnius vnciæ menſuram oblata pueris, ac etiam adultis ſæpe aliũ ſubduximus, quod alij ſemiuncię põdere aſſequutos teſtantur. V ſi etiã ſimus commiſtis rebus alijs in expurgando non raro: & ſolutoriam vim auctã animaduertimus, id quod purgatorię illorũ facultatis nobis fidem facit. ſuadetq; vt Serapionis, Auicennæ, & Meſuę teſtimonio aſſentiamur, ſuſpectumq; aliorum experimentũ habeamus, qui vel ſuo põdere, quod præſcribit hic author, nũquam hoc medicamentũ exhibuere, vel nimium vetuſtis tamar Indis ſunt uſi, quibus ferè vti neceſſe eſt, allatis ad nos ex India, quod iter vix trium annorum ſpatio conficitur. arbitrãdũ profecto eſt purgatoriam in his vim, quæ aereis partibus inſidet, exolui, & aſtrictoriam terrenis reſidẽtibus roborari, atq; vniuerſim purgatoriam horũ fructuum, quos Meſues per triennũ ſeruari ſcribit, facultatem tam longa via inſigniter labefactari. Sed obijciũt hic nõnulli, nullam rationem ſuadere, ut hoc medicamẽtum à toto corpore, hoc eſt excellẽter bilem purget, quum purgantia vniuerſa caloris haud mediocris participẽt, eo ſcilicet, vt meatus poſſint aperire, quos fluidos, & apertos eſſe in purgãdis corporibus oportere Hippocrates docuit. Verum de hac re etiam ſupra. experimur roſis, violis, myrabolanis atq; alijs id genus, quæ frigida cẽſentur, ex vniuerſo etiam corpore humores varios trahi. alioqui autem nulla alia ad trahendũ aptior eſt in medicamẽtis caliditas, quàm innata, quæ actionum omnium propriarum cauſa eſt omnibus rebus. ſed quod ad hunc locum facit, qui calore aiunt eſſe opus non mediocri, qui meatus aperiat; hos rogonũ eorum opinione*

De Tamarindis.

MANA. HOs quoque numerat Auerrois inter medicinas, de quibus non eſt Galenus locutus. Si nomen ſequaris, dactylos putabis. Tamar enim, barbaris dactylum ſignificat. Plin. cuiuſdam palmæ meminit in Ægypto naſcentis, quam vocari ait adipſon, quaſi arcere ſitim diceres, virideque eſſe, & mali cotonei odore, nullo intus ligno, colligique, antequam incipiat matureſcere: & quod relinquitur, vocari phœnicobalanum. Dioſcorides fere eadem lib. 1. Idem Plin. lib. 33. Palma, quæ fert myrobalanum, probatiſſima in Ægypto, oſſa non habet reliquarum modo in balano. An vero Tamarindos hos intellexerint, cogitandum lectori relinquo. Sicuti etiam, an Myrobalani, quarũ ſuperius habita eſt mentio, ad palmulas pertineant. FRIGIDAE complexionis in ſecũdo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0082-0 DFG

opinione Hippocr. fluida velit fieri corpora purgatorio ipso, quod exhibetur, medicamento, an potius antea, quàm medicamentum propinetur. Vt ego certe opinor, reserandæ antea viæ, incidendiq; ac attenuandi humores, vt ait Galen. dehinc expurgandi. Alioqui etiam, vt purges, nulla expurgandi corporis præparatio esset expectanda, si à purgatorio ipso medicamento aperiri meatus possint. Sed alia hic lis emergit de huius medicamenti exhibendi mensura. Mesues ab vncijs duabus, vsque ad quinque dari testatur: Auicennas eorum decocti potionem esse ait propinquam dimidiæ libræ: Serapion de sententia Aben Mesuæ, decocti eorum dosim scribit esse librarum quinque: Auerroes vero à drachmis decem, vsque ad quindecim, quare etiam de casia fistula agens eandem illius, & tamar Indorum mensuram esse ait. Ita ergo discrepant hi inter se. Nos verò in tam multiplici discordia, sicuti Mesuæ, & Aui. libenter assentimus parum inter se discrepantibus. Ita Aben Mesuæ testimonium suspectum habemus, & mendum codici inesse putamus, reponendasque pro libris vncias, vt Auicen. & Mesuæ conueniat. De Auerroe verò, quid dicamus planè non habemus, qui valentiorem longo interuallo casia, quàm tamar Indis purgatoriam inesse facultatem etiam nouimus.

De Manna. Cap. VIII.

ANT. MAnna est ros cadens super quasdam plantas, & lapides cuius materia est vapor, qui eleuatur, cui accidit digestio, & maturatio in aere, quando est æqualis, & fœcundus lætis aspectibus. Diuersificatur autem secũdum diuersitates rerum, super quas cadit, cadens enim super lapides est sicut guttæ paruæ, quæ congelantur, & fiunt sicut semen. & cadens super plantas suscipit de virtute plantarum, & est cum permixtione particularum foliorum, & florum.

ELECTIO. Ex ea, quæ cadit super lapides melior est, quæ *sicut* semen album, & est dulcis, & est recens. Post istam vero *in bonitate* est, quæ est subcitrina. Fusca vero, & cœnosa, & antiqua est non bona. Et ex ea, quæ cadit super plantas melior est illa, quæ est paucæ permixtionis cum *folijs*, & est subalbida, & recẽs. Falsificatores autem ex zuccaro, & folliculis senæ adulterant eã, cum post tempus accidit maturatio, aut mollescit, aut liquefit, & deoccultatur fallacia.

COMPLEXIO, & proprietas. † Est æqualis plus declinans ad caliditatem, & est lenitiua, absterſiua, mundificatiua, & sedatiua.

RECTIFICATIO. Nullius est excessus. Est tamen ex debiliter solutionem facientibus. Et nos confortamus operationem eius cum permixtione hyssopi cum ea, & alhasce, & aliorum, secundum, quod in casia fistula diximus. Verum ipsa iuncta, cum alijs medicinis vigorat earum operationem: dulcedine enim sua facit eas approximare naturæ. Ipsa quoque cocta expedit, & operatur citius. Galen. autem ipsam cum scammonea permiscuit, & operabatur cum eis. Et posteriores laudauerunt illud. Et procedentes miscuerunt cum turbith. & alij præsumpserunt alia, & fecerunt conueniens.

POSSE. † Educit choleram cum facilitate. Et ipsa quidem lenit guttur, & pectus, & ventrem; & est sedatiua sitis.

DOSIS eius est à drach. 6. vsque ad 15. Et ipsa quidem conseruatur per vnum annum.

De Manna. Cap. VIII.

MEl est ros frigore noctis æstiuę cõcretus, ex halitibus à terra, & aquis, Solis calore sublatis, æstate, ideſt die calido sicco, ac deinde exacte tenuatis, & coctis. Mãna est ros ex vapore elato, & cocto in aere temperato, fœcũdo, lætis aspectibus, cadens super quasdam plãtas, & lapides, à quibus duę ipsius differẽtiæ statuuntur. Quæ enim lapidibus incidit, guttarum, aut seminis modo coagulatur: quæ si recẽs, dulcis, alba, aut saltem subcitrina, est melior; mala vero, antiqua, fusca, cœnosa. quæ plãtis, harum tum facultatem aliquam assumit, tum folijs, & floribus est permista, neque id nimis: quę si præterea recẽs est, & subalbida, est melior. Temperata est, aut paulo calidior. guttur, thoracem, ventriculum lenit, terget, bilem clementer purgat, sitim sedat. Adulteratur saccharo, & folliculis senæ: sed hæc tempore maturari eget, dumque mollescit, & liquescit, dolum prodit. Quoniam vero imbecilliter vacuat, præsertim cruda (cocta enim citius agit) thymo, & hyssopo, vel alio, vis eius vt casiæ intenditur. Valentibus autem medicamentis mista, eorũ actionem reddit meliorem, cum suo dulci sapore illa naturę magis familiaria reddat. Ob id eam Galenus scammonio miscuit, quod à posterioribus est laudatum, alij deinde turbith, alij alijs. Datur à drach. 6. ad drach. 15. Per annum seruatur.

SYLV. *Gal. est nel aereum, seu rerídum.*

Calida humida primo gradu Aut.

De Manna.

HAnc quoque reposuit Auerrois inter medicinas à Galeno non scriptas, ego tamen mentionem eius habuisse arbitror libro Alimentorum tertio sub nomine mellis aerei, vel rotidi, de quo scribit plurimum colligi in monte Libano, æstate media, nocte serena, variasque vires à varijs, super quas cadit, plantis acquirere, quæ ita quadrant vocatæ nunc Mannæ, vt ambigi non possit, esse eadem rem. EST æqualis.) Auerrois calidam facit, & humidam, in primo ordine. Galenus autem miscuit ipsa cum Scammonea) Melli quidem inuenio Galenum miscuisse Scammonium. Mannæ nequaquam.

EDVCIT choleram cum facilitate.) Auerrois facilioręˉ dixit esse inter omnia, quæ purgandi vim habent.

MANA.

DE Manna egit Serapio. lib. simpl. & Auic. 2. Canno. Actuarius, quoque lib. Metho. medi. 5. de manna obiter meminit, vnus forte Græcorum omnium, qui mannæ vocabulum, quod thuris pollinem significat, pro eo medicamento vsurpauerit, de quo hic Mesues verba facit. Est autem primum omnium discutiendum hoc in loco, quia quatuor ferè pro eadem re voces à multis medicis sumuntur, manna, tereniabin, siracost, mel de Cusuram, an idem hæ voces significent an diuersa. Sanè Auicen. 2. Canon. duo capita facit, alterum de manna, alterum de tereniabin: ita, & Serapion. passim etiam mentionem facit Auicen. de siracost, quam vocẽ etsi eius interpretes mannam vertunt, ipsemet tamẽ

COST.

Auicen. cap. de manna, dicens mannam exiccari sicut gummi, quemadmodum tereniabin, & siracost, & mel allatum ex regione Cusiram, distinguere à manna videtur. Constat ergo diuersas res his diuersis vocibus significari, quum tamen pro eadem re passim vsurpentur. Ex his Brasauolus vir celebris, & alij ante nos, tereniabin, & mannam ita differre inter se existimarunt, vt tereniabin sit mel aereum liquidum, (ipsum profecto Serap. & Auic. esse aiunt sicut rorem, & sicut mel.) manna vero sit idem aereum mel in gummi, ac veluti grana quædam conglobatum, id quod ex ipso Serap. & Auic. colligere est. Vnum tamen his obstare videtur, qui hoc sentiunt, quòd Auic. de manna agens ita scribit.
» Manna quid est? est omnis res cadens super lapidē, aut
» arborem, & fit dulcis, & coagulatur sicut mel, & exic-
» catur sicut gumma, quemadmodum tereniabin, & sira-
» cost, & mel asportatum de terra Cusuram sylvestri. Ex
quibus, quū dicat mannam esse gummi quemadmodum tereniabin: colligi videtur, & tereniabin ipsum esse instar gummi, non sicut mel, contra ipsius Auic. & Serapionis historiam, qui tereniabin esse aiunt sicut mel. Sed paucis. quū diuersis capitibus agi de tereniabin, & mā na videamus, fateri oportet de diuersis agi rebus. Qua re meo periculo affirmarim in Auicennæ cōtextu inesse mēdum, transpositaq; esse ea verba. [& exiccatur sicut gūma] reponendaq; vltimo loco in hunc modū. Manna
» quid est? est omnis res cadēs super lapidem, aut arborē,
» & fit dulcis, & coagulatur sicut mel, quemadmodū te-
» reniabin, & siracost, & mel asportatū de terra Cusuram
» sylvestri, & exiccatur sicut gūma. Hæc verba si ita le-
» gas, tollis propositam discordiā. Atq; ita distinguendæ erunt prædictæ voces, vt diximus, & Brasauolus ante nos sensit. quòd tereniabin mel sit aereū non cōdensatū. tale autē nos aliquādo vidimus in Landæ patriæ nostræ agro æstate calidissima, serenis noctibus supra arbores, & plantas vniuersim omnes tam copiosē decidisse, vt à rusticis collectū, ad pharmacopœos sit delatum in medicina vsum. manna vero cōdensatus ille succus erit, quē manna vulgo vocamus, qualis ex orientalibus regionibus perfertur. De siracost autem, & melle ex Cusiram, quid certi dicamus, planè non habemus: putamus tamē mel ex Cusirā tereniabin ipsum esse, quod ex Cusiram regione affertur: siracost vero, quū Bellunensis uir diligens, qui Auicennæ codicem ex Arabico castigauit, in Arabicarum vocum interpretatione, essè dicat mannā, qua vtuntur Itali; mannæ speciem, hoc est aereum mel conglobatum esse crediderim: ita vt tereniabin, & mel ex Cusiram parte vna mel roscidum liquidum; manna autē, & siracost parte alia idem roscidum mel concretū significēt opinione nostra: quanquam enim Auer. teregebin, seu tereniabin mannæ antiquæ speciem interpretatur, & has voces confundit; quia tamen, & Serapion & Auicen seorsum de manna egerunt, diuersas res significari persuademur, vbi vocum seruāda est proprietas. His ita pertractatis, explicatu dignum videtur an manna à Galeno, & antiquioribus Græcis fuerit cognita, de qua re digladiantur nostri temporis medici. Atq; hoc certe in loco Mesues mannam cum scammonio exhibitam à Galeno scribit. Et 3. de alim. facul. de melle aereo Galenum verba facere, quinis videt. Contra tamē
Cap. 55. Auer. 5. Coll. inueniri ait medicamenta, quædam apud medicos, de quibus Galen. testimonium non extet: atque inter hæc teregebin, seu tereniabin ponit, quam mannam interpretatur. Sed paucis. de melle aereo, hoc est, vero tereniabin egisse loco citato Galenū satis cōstat: de manna autem hoc est, conglobato roscido melle, nusquàm in eius, quos habemus libris legere est. vt propterea Auer. iure de hac meminisse Gal. neget, si modo per tereniabin mannam proprie nuncupatam intelligit, vt est verisimile. Quid ergo (dicet quispiam) Mesues coniunctam cum scammonio fuisse mannam à Galeno scribit? Nos quum res hæc in libris Galen. qui nunc circumferuntur, non legatur, in vna sanus cum Brasauolo sentētia, Arabibus alios sub Galeni nomine fuisse libros, in quibus hoc legerint, quod hic scribit Mesues vir sapiēs & mentiri fortasse nescius. Atq; hæc de manna sint dicta. Quod superest; an qua vulgo vtimur, roscida sit manna, de qua Arabes, si nobis quoque proferre liceat, quod sentimus, suspicamur vna excepta orientali nullam ex rore genitam mannam ad nos afferri. Duplicem sanè Italia profert mannam, Brigantinam (hæc scilicet ex Brigantio Galliæ Transalpinæ oppido affertur) & Calabram. est verò Calabra triplicis differentię, frondea, quæ ex fraxini, ac orni frondibus colligitur, grossa quæ ex herbis, saxisq; excipitur, & arborea ex ramis, & caudice collecta, duplex & ipsa, aut enim sponte defillans, aut è vulnerata arbore emanans, quæ forzata nuncupatur. Brigantina frondeæ Calabræ est similis, videturq; ex iimipero, & pinu colligi. atqui harum nullā roscidam esse ratio planè demonstrat. Si enim ex rore frigoris vi condensato gignitur vt aiunt: at, quę frigore densantur, calore dissoluuntur. contra hæc, etiam frondea, calore densatur magis, neq; nisi liquore aliquo dissoluitur, quod argumento est, à siccitate non à frigore esse concretam, cuius rei illud etiam fidem facit, quòd non tam ante solis ortum, quàm etiam meridie summo, & sub canis æstu, ac siccitate colligitur, vt à fide dignis viris intelligere est. Hoc igitur persuadet nos roscidam non esse, Italicam mannam. Confirmat suspicionem nostram id etiam, quòd, quū in eodem tractu plures diuersorum, & generū arbores sint, ex solis tamen fraxinis, ac ornis manna hæc colligitur, neq; vero etiā omnibus, sed certis tantum. Immo, quod maxime persuadeat, obtecta interdū vesperi fraxino, & orno linteis, vt ros admitti nequeat: deprehenditur tamen mane frondibus eodē institituo manna insidere, quo antea. atqui huius ex rore ortū esse, nullus dixerit. Ex his ergo, atq; alijs, quæ fusissime Donatus Altimarus in libello de viribus, & differentijs mannæ, fateri ego certe cogor vulgatæ mānæ speciem nullam ex rore procreari, neq; Calabram, neq; Brigantinā; sed gummi, seu succum potius, quendā esse ex harum arborum frondibus, ramis, & caudice resudantem, in Calabria, quidē fraxini, & orni, in Brigātio iuniperi, & pinus. De grossa autem, quam ex terra, saxisq; ac herbis colligunt, quid dicam non habeo, qui nondū pro certo habeam, an sub fraxino tantū, ac orno, vel aperto etiam cœlo colligatur. Sed hæc satis. qui volet plura, Altimari libellum petat, vbi hæc fusissime. Quod reliquū est, in orientalis, ac legitimæ mannæ inopia, an Calabra vtendū sit, quamuis nō ignorem multos ea tantū vti, quam frondeam vocāt, vt ipsi putant, legitima, cęteras reijcere veluti pernicioſas, quare, & Neapoli lege omnes excepta frondea interdicuntur; quod tamen maximos viros frequentissime obseruasse noui, vulgatā hanc, & Calabram, & Brigantinam etiam arboream tutissimū, & clementissimū esse medicamentum assero, vbi serosi humores & bilioſi sint expurgandi. Est autē Italicæ mannæ propinandæ mensura trium, ac

quatuor

quatuor etiam vnciarum orientalis, si maſtichina, ideſt probatiſſima eſt parcius exhibetur. minus enim in ſoluendo eſt imbecilla, ſed rarò hanc habemus, afferturq; euanida, & virium expers, quam bombacinam vocãt, quam eadem menſura, qua Italicam propinamus.

De aqua lactis. Cap. IX.

ANT. AQua lactis eſt mater infuſionum, & eſt ipſa per ſe medicina bona, carens nocumento.

ELECTIO. Melior eſt ſumpta ex lacte iuuentum caprarum, & nigrarum, & boni paſtus, & recenter fœtarum. Poſt iſtam in bonitate eſt, quæ ſumitur ex ouibus, & laudatur conſiderata in ſe, ſi recens, ſi boni odoris, & B boni ſaporis, & proprij, & non extranei, & in qua nulla accidit corruptio.

COMPLEXIO, & proprietas. † Eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in primo vſque ad ſecundum, & eſt ſubtiliatiua, lauatiua, abſterſiua, per nitroſitatem ſuam, & ſolutiua ſine mordicatione, & oppilationum aperitiua.

RECTIFICATIO. Fundamentum eſt infuſionum, & eſt per ſe debilis ſolutionis. † Mel quoque vigorat operationem eius. Et vigorata cum lupulo, & flore eius mundificat ſanguinem, Myrobalani quoque, & rhabarbarum, & ſuccus roſæ, & violæ, & tamarindi, & caſia fiſtula, & flores fumiterræ, & ſemen eius, addunt operationi eius: & ſoluit choleram rubeam, & humores aduſtos. Et vigoratur cum chebu- C lis, & hyſſopo, & allhaſce, & agarico, & educit choleram, & phlegma, & cum myrobalanis indis, & epithymo, & polypodio, ſolutione melancholiam educit, & humores aduſtos. & cum aſſaro, & iride ſoluit aquam citrinam. & non permittatur, quin in potionibus eius cadat ſpica, quoniam eius operationem magnificat. Et taraſſacon quidem, & endiuia, & cuſcuta, & lingua arietis, & volubilis, & ſpica, & rhabarbarum, & abſinthium, & eupatorium, & aſſarum, & fumusterræ, & apium, & fœniculus, amygdalæ amaræ, & ſemina quatuor, & ſcolopendria, & alia, & de diureticis nota, addunt ei ad oppilationum apertionem. Et datur quandoque extracto ab ea butyro, quando oportet cauſa lenitatis à membris ex- D pulſionem abſcindere. Et datur non extracto butyro, quando lenitatem in eis, acquirere oportet.

†POSSE. Solutione educit choleram, & humores aduſtos cum facilitate, & confert maniæ, & melancholiæ, & confert omnibus oppilationibus, & morbis oppilationum, ſicut hydropiſi, & icteritiæ, & craſſitici ſplenis, & confert febribus cholericis, & febribus oppilationum. Eteſt medicina bona infectionum cutis, quarum materia eſt cholera, & humor aduſtus, ſicut eſt impetigo, & ſerpigo ſicca, & puſtulæ, & pruritus, & vlcera mala ſicca, & lepra, & ſimilia.

DOSIS eius eſt ab drach. 6. vſque ad lib. 1.

De ſero lactis. Cap. IX.

SErum lactis calidum ſiccum gradu primo vſque ad ſecundum, lauat, tenuat, nitroſa ſua ſubſtãtia: obſtructa aperit, terget, purgat: clementer, & ſine morſu bilem flauam, & vſtos humores, ob hæc confert maniæ, melancholiæ, impetigini, pruritui, lepræ, vlceribus malignis, & cæteris cutis vitijs, morbis omnibus obſtructiones ſequentibus, vt hydropi, ictero, febribus à bile putridis, lienis tumori. ſerum optimum eſt lactis caprarum nimirum nigrarum, bonis pabulis nutritarum, recens fœtarum, recens, iucundi odoris & ſaporis, & ſui non alieni, non corruptum. ſecundum in bonitate eſt ouium. SYLV. *Partiuntur ea loca li. 3. ali. frigidũ autem & humidum libro 4. ſimp. ca. 16. Vtro ſubducendi alueum ſero lactis tribuit Dioſcor. & Galen. in ali. & ſimpl.*

Eo fere medicamẽta alia maceramus, eſt innoxium, ſed cum ſit imbecillum ad purgandum, cum melle, & lupi ſalictarij germinibus, vel floribus, ſanguinem potẽtius purgat, bile flaua, & humoribus aduſtis, præterea cũ myrobalanis, rhabarbaro, tamarindis, caſia fiſtulari, ſumariæ ſucco, aut ſemine roſarum, aut violarum ſucco. Cum myrobalanis, cepulis, hyſſopo, thymo, agarico bilem, & pituitam vacuat. Cum myrob. Indis, epithymo, polypodio, melãcholiam, & alios humores vſtos. Cum aſaro, iride, aquas ſeroſas educit, addita ſemper ſpica ipſius actionem intẽdẽte. ſed cũ cichorio agreſti, intybo, caſſutha, lingua arietis, volubili, ſpica, rhabarbaro, abſinthio, eupatorio, aſaro, ſumaria, apio, fœniculo, amygdalis amaris, ſcolopẽdrio, ſeminibus quatuor, & alijs etiam diureticis, obſtructiones potentius aperit. Fit autem ex lacte ebutyrato, ſeu à quo eſt pingue innatans ſecretum, quãdo lubricitatis cauſam ex partibus excretorijs afferre volumus; ex lacte non ebutyrato, cum partes eas lenire magis, & lubricare ſtudium eſt. Datur ab vncijs ſex ad libram vnam. *Hac vi etiã tribuit Dioſcor.* *Hemina Dioſc. ſextarius vnc. quatuor, duabꝰ vicibus, Paulus.*

De aqua lactis.

GAlenus dicit antiquos ſero ad infetioris ventris ſubductionem vſos: & Dioſcor. ijs dari, quibus abſque acredine ventris, excretionem volumus prouocare. EST calidæ, & ſiccæ complexionis in primo vſque ad ſecundum. (*Galen. libro quarto ſimplic. medic. cap. 16. dicit frigidam, & humidam: alicuius tamen caloris participem eſſe, ait libro tertio de aliment.* MEL vigorat eius operationem.) Galenus tantum mellis addendum iubet, quantum delectare poſſit, non ventriculum ſubuertere, quoque magis ſubducere ventrem volueris, plures ſales adijciendos, modo guſtui non ſint moleſti. POSSE. ſolutione educit choleram. Iuuare dixit Dioſcor. lepræ, elephanthiaſi, epilepſiæ, & exanthematibus. Bubulum vero ſerum conferre ſcripſit orthopnoicis, ideſt, his qui, non niſi erecti ſpirant. Doſis ab vncijs ſex, vſque ad lib. 1.) Dioſcor. bibi heminis per interualla ſingulis, vſque ad quinas. Paulus Aeginera dari viris iubet ſextar. ij. pueris vnũ. Ex eo autem Dioſcor. loco natus videri poteſt modus, qui nunc in cõmuni vſu eſt, bibendi medicatas aquas, quæ balnearum dicuntur. MANA. COST. Cap. 17.

EST calidæ cõplexionis &c.) Serum lactis calidi, & ſicci temperamenti eſſe ait. Ita & Auic. 2. Canon. aquoſitatẽ lactis calidam eſſe teſtatur, quamuis de ſicci tate verba non faciat. At contra Gal. 4. de ſimp. med.

fac. frigidum, & humidum esse affirmat. mire ergo discrepat Mesues à Galen. Cæterum quantum, quidem nos assequi possumus, Galen. loco citato serum caseosæ, & butyrosæ lactis parti confert, non homini. estque proprie ipsum aquosa, ac frigida, & humida lactis portio, si recte perpendas. Non is tamen negat potestate, & vi ad hominem, dum aluum subducit, detergetque calidi, ac sicci medicamenti vires obtinere, qui 3. de alimen. fac. inesse huic acrimoniam confitetur, cuius occasione lac omne subducit. Conciliari ergo lis proposita in hunc modum posse videtur. licebitque fortasse inspecta solutoria, seu subductoria, ac detersoria seri potestate inter calida, & sicca ipsum censere, quum tamen butyro, ac caseo comparatum, aut etiam in sua natura consideratum, frigidum sit, atque humidum, acri scilicet ipsius portione ab aquosis exsuperata, quarum etiam ratione subducendo refrigerare consueuit. quod enim citissime acescit, frigiditatis indicium est. fortasse etiã si quis vlla alia ratione, quàm coagulo atque acribus commistis rebus secernere à lacte serum nosset, frigidam vim obtineret validiorem. Quod autem quidam ob id serum calidum esse coniciunt, quia exoluat, & commodissima sit macerandis rebus materia; cum ex eo videtur refelli, quod supra aduertimus; ostendimus nempe temere ascribi exoluendi facultatem soli calori, tum quòd tenuitati partium seri ipsius ex natura propria: vel ex coagulo, atque acri alia, quauis re acquisitæ, dum à butyro, ac caseo secernitur, ascribi hæc macerandi vis potest, non iniuria. alioqui etiam, quid aqua ipsa frigida, atque humida pro macerandis rebus sit aptius, neque ego video, neque forte alius facile explicarit. Vnum est hic animaduersione dignum, quum de seri propinandi mensura fit sermo. Ait dosim esse ab
Cap. 15.
vnc. 6. ad libram vnam. Dioscor. vero quinas heminas exhibet, quod & Aetius libro secundo. Paulus autem libro primo, sextarios duos est autem hemina libræ circiter vnius pondus, sextarius vero duas heminas facit. longe ergo discrepat hic ab alijs. Sed paucis. Codex quem nos habemus Mediolani impressus legit ab vncijs sex ad libras tres: Alius manuscriptus ab vncijs sex, vsque ad libras octo. ita, vt subesse mendum vulgato Mes. codici verisimile sit. Ex his tamen quum prior lectio ex Mediolanen. codice, cum Serapione fere consentiat exhibente ab vncijs octo ad tres libras; crediderim eam quoque ipsam esse genuinam. alioqui certe tutissima hæc mensura est, neq; aut imminuta, aut plenior, & in medicamentis Græci ferè fuere audaciores.
Cap. 96. Cap. 88.

De Rosis. Cap. X.

ANT. ROsa est ex medicinis benedictis, in qua est virtus confortationem faciens, & solutionem, & malæ qualitatis permutationem. Et est ex ea rubea, & alba: & de vtrisque alia est multorum foliorum densorum, & crisporum, & alia paucorum, & planorum.

ELECTIO. Melior est rubea veræ rubedinis paucorum foliorum, & planorũ. Et ex albis melior est habens similiter. Et melior est succus, cuius mater est rosa completa. sicca quoque melior est, in qua nondum cecidit corruptio.

COMPLEXIO, & proprietas. Frigida est, in primo gradu sicca in secundo. Diuersarum E autem naturarum substantiæ composuerunt rosam, inter quas potest cadere separatio distinguens. † Componitur enim ex terreis partibus, & aqueis mediocribus, dantibus eius stypticitatem, & substantiam: & ex partibus aereis, propter quas est in ea de dulcedine aliquid, & aromaticitas: & ex partibus igneis subtilibus, in quibus cõsistit perfectio, & species, dantibus ei amaritudinem, & ruborem. Virtus autem faciens ruborem eius plus impressit, quàm amaritudinem faciens. Propter quod in absscissione amaritudinis ipsius, quæ remouetur per solam exiccationem, eius non resoluitur species. † In abscissione vero rubedinis non plus est rosa, quam homo mortuus. Amaritudo autem in ea, quæ recens est, plus est stypticitate ipsius. *Et prima* F operatio eius, est propter amaritudinem suam, propter quod rosa recens, & proprie succus eius soluit. Cum autem resoluitur caliditas dans ei amaritudinem, propter siccitatem eius manifestatur substantia stiptica, constipationem faciens. Est autem succus eius calidus ferè vsque ad primum gradum, propter exclusionem eius à re terrestri, & frigida. Est autem rosa resolutiua conueniens, extinctiua inflammationum, confortatiua membrorum, coadunatiua partium, & constrictiua. Et semen eius in hoc est fortius, & similiter pili eius, qui sunt in medio ipsius. Et succus eius oppilationum aperitiuus, & resolutiuus, & absterssiuus, & solutiuus. Et sicca, quidem est magis stiptica, & frigida: & quæ non est completa est frigidior, & stypticior: G & alba in frigiditate, & stypticitate plus est quam rubea.

RECTIFICATIO. Non est in ea malitia, sed est ex debiliter soluentibus. Vigorat tamen eius operationem aqua casei. si enim succi rosarum vnc. 1. misceatur cum aqua casei, & pauca spica, est solutiuum conueniens: & similiter infusio foliorum rosarum *in aqua casei*, cum pauco melle soluit *sine* molestia. Et syrupus factus ex succo eius lenis est solutionis. Et ingreditur succus rosæ, & ipsa rosa, & similiter oleum eius in emẽdatione medicinarum solutiuarum acutarum, sicut est scammonea, & *euphorbium*, & similia. Et *in siccis*, vt in myrobalanis, est addendum oleum amygdalinum, aut rosaceum, aut violaceum, aut sesaminum, aut omphaci- H num. Rosæ autem conditæ cum melle absterguntur, mundificant, & confortant: & conditæ cum zuccaro minoris sunt absterssionis, & maioris confortationis, & stypticitatis. Et aqua earum quæ fit per infusionem est mũdificatiua, absterssiua, & solutiua, & ea, quæ fit *per* sublimationem est multæ confortationis, neque est solutiua propter solutionem subtilis caliditatis eius, in decoctione eius. Acetum autem infusionis earum est medicina bona omnium inflammationum, & est diuisiuum, solutiuum, confortatiuũ. † Per albas vero non fit solutio aliqua, de qua sit curandum. & est in eis de stypticitate plusquam sit in rubea, neque adhuc sunt similes in confortatione eis. Et scito, quòd rosæ non sustinent de decoctione, aliquid omnino, & proprie

proprie recentes. resoluitur enim ab eis virtus si- A
gillans abstersionem eius, & solutionem eius, &
deoccultatur virtus earum styptica faciens con-
strictionem. † Succus vero eius sustinet de deco-
ctione aliquid mediocriter, & acquirit ei subtili-
tatem, & bonitatem abstersionis. Oleum quoq;
factum ex rosis nondum completis est maioris
infrigidationis, & stypticitatis, cuius melius fun-
damentũ est oleũ sumptũ ex oliuis nõ perfectis.
Et factũ ex rosis, in quibus iã aduenit perfectio,
est maioris resolutionis cõuenienter, & minoris
infrigidationis, cuius meli⁹ fundamẽtũ est oleũ
oliuarũ mediocriũ ĩ maturatione, aut sisaminũ.

Posse. Succus eius, & aqua infusionis recẽ-
tium, & completarum solutione educit cholerã,
& mundificat sanguinem ab ea, & venas, & arte
rias: & cõfert icteritiæ, & aperit oppilationes he- B
patis, & stomachi, & mundificat, & cõfortat ea,
& confortat cor, & confert tremori eius, & edu-
cit materiam causantem eum, & confert chole-
ricis febribus. Rosa vero, & oleum eius, & aqua
ipsius per sublimationem facta confortant cor,
stomachum, & hepar, & coadunant partes laxas
membrorum, & confortant retentionem: & se-
dãt dolores calidos mira sedatione: & extinguũt,
& permutant malitias inflãmationum, & sedãt
eas. Et sunt ex medicinis dormire facientibus. Fa
ciunt tamen coryzam, & sternutationem. Et ob-
sunt catarrhis, & stringunt vuluam, & guttur: &
confortant ea: & auferunt crapulam.

Dosis. Potio succi rosarum est ab vncia
1. vsque ad 2. cum zuccaro. Et potio syrupi facti
cũ succo earum est ab vncijs 2. vsque ad quinq;. C

ROSA.



De rosis. Cap. X.

Rosa est frigida primo gradu, sicca secũ- SYLV.
do ex substantijs diuersis etiam separa-
bilibus composita, aquea quidem me-
diocri, & terrea, & adstringente, mate
riam ei multam præbente: aerea vero dulci, & aro
matica: ignea denique tenui, à qua est amaritudo,
rubor, perfectio, & forma. Igneæ tamen substan-
tiæ vis, quæ ruborem, & speciem impressit, valen-
tior fuit, quàm quæ amaritudinem. Ob id hæc so-
la siccatione perditur, illis adhuc permanentibus,
quæ si perierint, non magis rosa fuerit, quàm ho-
mo mortuus est homo: recentes tamen sunt ama- B
ræ magis, quam adstringentes. Ob eamque amari-
tudinem rosæ recentes succo præsertim purgant,
siccatæ vero resoluta caliditate amaritudinem ex-
citant, substantiam stypticam, & constipantem o-
stendunt. Succus autem rosarum calidus est pro-
pe ad primum gradum, quia est à substantia terre-
stri, & frigida secretus, purgat, resoluit, aperit, ter-
get. Sicca vero rosa est frigidior, & magis stypti-
ca, & ea magis, quæ non fuit perfecta, & alba ma-
gis quàm rubra. Rosa præterea resoluit, intempe-
ries calidas extinguit, partes cogendo, & constipã
do roborat, id autem semine, & pilis in calicis me-
dio inuentis maxime. Cum autem rosæ sint rubrę,
& albæ, & ambæ foliorum multorum, vel pauco-
rum, crisporum, vel planorum, in vtroque genere,
est præstantior, cui color genuinus est perfectior,
& folia adsunt pauca, & plana. Albæ nihil aut mi-
nimum purgant, potentius adstringunt, & robo-
rant, quam rubræ. Succus cõpletarum est melior,
idemq; & aqua, in qua ipsæ recentes, & perfectæ
sunt maceratæ, purgat bile flaua sanguinem ve-
narum, & arteriarum, confert ictero, quia ob-
structiones ventriculi, & hepatis aperit, & expur-
gat. Cor, ventriculum, hepar roborat, cordis tre-
morem sanat, vacuata eius causa. Febribus biliosis
confert. Easdem partes roborat oleum rosatum, &
aqua sublimando ex rosis educta, cogendo substã
tiam ipsarum laxam, facultatem retẽtricem robo-
rant, inflammationem omnem extinguunt, & ab
ea dolorem sedant, somnum conciliant; coryzam
tamen, & sternutationem excitant, catarrhis ob-
sunt, vuam stringunt, & guttur, & roborant ea,
crapulam auferunt. Rosa cum sit medicamentum
benignum, sed ad purgandum imbecillum, admi-
niculis quibusdam eget, vt sero lactis, melle: succi
enim rosarum. vncia. j. cum seri lactis vncijs. 2. aut
3. & pauca spica, commode vacuat: foliorum quo
que sero lactis infusorum, cum pauco melle ex-
pressum, sine molestia purgat. Syrupus quoque ex
succo rosarum, & rosis ipsis est clementer purga-
torius. Oleum vero rosatum valentium medica-
mentorum, vt scammonij, euphorbij, acrimoniã;
potu obtundit; & noxam à siccitate myrobala-
norum corrigit, vt oleum violatum, amygdalarũ
dulcium,

Vnguentum rosatum soluit aluum Diosc.

Experimur rosas bilem, & aquas purgare etiã si veteres id tacuerint.

Rosæ partes Plin. folia, flores, pars lutea, caput foliorũ partes candidæ vngues dicũtur, florum semen, capillus sunt partes capitis caput, calix.

Mel rosatũ. dulcium, sesaminum, omphacinum. Rosæ mel- E le conditæ tergent, purgant, roborant; saccharo autem, minus tergent, magis roborant, & adstringunt. A qua, cui infusæ sunt rosæ, mundum facit, terget, purgat. per sublimationem vero facta, multum roborat, non purgat, quia subtilis eius caliditas igni est dissoluta. Acetum rosatum inflammationes omnes sedat, incidit, purgat, roborat. Rosæ præsertim recentes, coctionem nullam sustinent, facultas enim earum tergens, & purgatoria, mox igni resoluitur; remanet adstringens iam manifestior. Succus autem earum mediocriter coquendo fit tenuior, & potentius terget. Oleum præsertim omphacinum cum rosis imperfectis insolatũ, valentius refrigerat, & adstringit. Oleum vero dulce ex maturis oliuis expressum, vel sesaminum cum rosis perfectis insolatum, potentius resoluit. Datur rosarum succus ab vncia vna ad vncias duas, syrupus autem cum succo earum factus, ab vncijs duabus ad vncias quinque.

De Rosis.

MANA. ROsam non video a Græcis, neque ab Auerroe inter purgatoria medicamina reponi; experientia tamen ipsa, collocari inter ea debere ostendit, cui etiam Dioscor. consentire videtur, rosaceum vnguentum vires habere dicens, ad soluendam aluum conducentes: quas vires non ab alia re habere potest, præterquam a rosis.

COMPONITVR ex terreis partib.) Gal. constare dicit ex aqua, & substantia calida, cui qualitas adstrin gens, & amara coniuncta est. G

IN abscissione rubedinis non plus est rosa, quam homo mortuus.) Hoc dictum valde mihi est ambiguum, neque enim ex rubore speciem habet rosa: alioquin alba rosa, rosa non esset: colore etiam deperdito, seruari odorem adhuc videmus, & adstringendi vim. Vsum vero rosæ Plin diuidit in folia, flores, & capita. Foliorum partes candidæ, vngues vocantur. In flore aliud semen, aliud capillus: in capite aliud caput, aliud calix. Florem luteum, illud intraneum intellige, quod magis reliquis partibus exiccare, & adstringere dicit Gal. Dioscorides, facere ad gingiuarum defluxus. Plinius dat in posca ad mulierum fluxiones, maxime albas, & sanguinis excreationes, & ad ventriculi dolores cum vino. Vinum, in quo folia sicca cocta sint laudat, Dioscor. in dolore capitis, oculorum, aurium, gingiuarum, pudendi, ani, vteri, si eo membra illa abluantur, nullam autem rosæ partem, præter capita, præbet bibendam. PER albas non fit solutio aliqua.) Apertus hoc loco error deprehenditur: albæ enim de seni vocatæ, & vulgo apud nos Damascenæ, cum albissimę sint, cæteras in purgando excellunt. SVCCVS vero eius.) Succum nõ reponit Dioscor. ad alium, quàm ad oculorum vsum. H

COST. *ROsam purgatrice facultate esse præditam non norunt Græci neque ob id arbitrandum Dioscoridem vim hanc fuisse cognitam, quia vnguentum rosaceum epotum aluum soluere scriptum reliquerit, quãdo ex oleo, cuius in eo vnguento magna est copia, habere has vires potest: neque is vbi de rosa agit, vllum de vi purgatoria uerbum facit. Habendæ ergo medicamenti huius nobilissimi sunt gratiæ, Arabibus, sed præsertim Mesuæ. Etsi enim, & Rasis, & Serap. & Auic. de soluente vi meminere; hic tamen author diligentissime, & vsum, & vsus rationem præscribit. Plura tamen Manardus in hoc viro reprehendit. Ac primum quum ait. (Componitur enim ex terreis partibus, &c.) Galenum obiicit veluti diuersa scribentem, qui ex aqua, & substantia calida, cui qualitas astringens, & amara cõiuncta est, constare rosam dixerit. Nihil tamen huic contrarium Galenus scribit. sicuti enim insunt rebus omnibus partes, & terræ, & aquæ, & aeris atq; ignis naturam referentes; ita etiam rosæ insunt substantia in primis atque astrictio, quæ partibus terrenis, & aqueis mediocribus debentur, vt hic ait, quod & consentiet Gal. insunt dulcedo, & suauis odor, quæ aeris sunt vestigia: sunt amaritudo, & robur quæ igneas sequuntur partes. Hæc quum Gal. sigillatim non explicarit, nõ est propterea hic arguendus, sed commendandus. Aliud est quo reprehensione dignum hunc Manardus censet, F quum ait (In abscissione rubedinis non plus est rosa quã homo mortuus.) Ait Manard non ex rubore speciem habet rosa, alioqui alba rosa rosa non esset: & colore etiã deperdito seruari odorem adhuc uidemus, & astringendi vim. Verum hunc cauillum refellit doctissimus Brasauolus in suo simplicium examine. Nobis vere etiam dignus laude Mesues videtur, si rationi nitaris, namq; quum in rosa de qua hic agitur, rubra, plura sint; substantia, astrictio, dulcor, & amaror, odor, ac rubor; si hæc omnia species, nihil rosæ rubræ proprium inest nisi rubor; albis autem rosis catera insint omnia, hoc vno vno excepto. iure igitur rosæ rubræ speciem a rubore seruari putat, & eo amisso æquinoce dici rosam. Nihil ergo habet aduersus Mesuen Manard neque id sequitur, quod ait, ergo rosa alba non erit rosa; quum non omnis rosæ, sed eius quæ rubra est, speciem ex rubore esse velit. Et quamuis vbi rosa ipsa rubra exsiccetur, integræ tamen aliquæ seruentur qualitates, & astrictio, & odor; non tamen sequitur rosæ rubræ speciem seruari, quæ solo rubore ab albis distinguitur.*

Et prima operatio eius, &c.) Ita intellige, amaritudinem in causa esse, sine qua rosa non purgat; qua profecto amissa rosæ vires abolitæ sunt, neque fit solutio, sed huius efficiendæ actionis, forma ipsa specifica principium est. Obtinuitque rosa hoc ipsum vt soluat non ex amaritudine, quando amara omnia non ea sunt prædita facultate vt purgent; sed cœlesti dono. Iniuste ergo hunc authorem suo aduersari dogmati hoc in loco quis dixerit, quia primam rosæ operationem idest solutionem alui, amaritudini ascribat; & libro tamen vniuersalium canonum purgandi facultatem formæ medicamentorum specificæ assignet.

Et ea, quæ fit per sublimationem, &c.) Quando hic de sublimatione meminit, locus postularet rem hanc paulo fusius explicari, Sed quia de distillandi ratione (vtemur enim hac uoce iam in hunc significatum recepta,) & alij, & nouissime Matthiolus diligentiss. quantum medico negotio satisfacere potest, abunde egit; nos paucula, quædam in memoriam tantum reuocabimus non inutilia. Sane stillatitias ex plumbeo alembico aquas, quum rerum, ex quibus eliciuntur, propriũ saporem, aut odorem nullum retineant; (odorata excipio ex quibus quandoque nonnihil in eas odoris influit) satis constat nullius in medicina esse vsus, aut emolumenti, contra autem potius quum plumbo cerussa venenorum non postremo insit, pernicioſi eas non parum concepisse, & ratione docemur, & experimento etiam admonemur, neque enim dulcor ille, qui liquori omni

etiam

etiam ex antariſſimis rebus extracto inſidet, aliunde quàm ex plumbo prodit. inde, & fumidus, viroſusque ille ſapor, quem tantopere abhorrent multi, & moleſte admodum ferunt, quam ob rem, quòd hæ prorſus ableganda ſint aquæ; rationi quoque conſentaneum exiſtimo. His autem longe minus ingratæ, perniciosæ, atque inutiles ſint, quæ Venetijs vulgo parantur, fictilibus vaſis, & hoc fere pacto eliciuntur. Fornax eſt rotunda, turriculæ in modum, crebra fictilia circumcirca habens matulæ longioris formam referentia vitreo diligentiſſime incruſtata, quibus ſingulis ſinguli vitrei alembici adduntur, & recipientia nuncupata filo alligantur, calefit vt vaporariorũ fornaces, vaſis interea vacuis relictis, dum uehementior caliditas primo ignis occurſu excitata remittitur, tunc vero plantis, ac floribus in ſuo quibuſque fictili poſitis, & alembicis, ac recipientibus accommodatis, atque occluſo fornacis oſtio, ne expiret calor, copioſæ eliciuntur aquæ. ſed, & hæ licet ſuperioribus longe meliores, plantarum tamen ac rerum, ex quibus eliciuntur nullum, aut certe perquàm exiguum ſaporem, ac odorem ſeruant, quo factum eſt, vt diligentiores medici his etiam relictis, decocta, priſcorum inuentum, meliori conſilio in vſum reuocarint. Cæterum quia, & hæc aſpectu quandoque tetra, ac ſapore horribilia ſint, vt ægrotos, vi morbi plus iuſto etiam moroſos, maiori interdum moleſtia afficiant; excogitarunt alij nouam eliciendi liquoris rationem, non ex plantis tantum, ſed ex re omni etiam ariditſima: atque id non infauſto certe euentu. Res, quarum expetunt liquorem, aqua macerant plus minus ue, pro craſſa aut tenui earum ſubſtantia. mox eidem liquori percolato noua medicamenta inijciunt, maceranique, vt prius. repetitur hæc maceratio quouſque ſatis virium ex medicamento in aquam migraſſe putant. Alembico deinde aut æneo, cuius tamen interna ſuperficies ſtanno diligentiſſime ſit circumlita; aut vitreo, collectam illam includunt: ac ſubiecto igne liquor emergit, neque decocto inferior, ſi odorem ſaporemve ſpectes, neque contemnenda. præſertim vero, ſi vt alembici roſtrum ligneum cadum frigida aqua plenum traijciat, effeceris: quod in ardentis aquæ deſtillatione fieri ſolet, auferri enim videtur frigidæ huius aquæ occurrentis vi, quicquid fumidum, atque veluti vſtulatum liquori inerat. Exceptum hoc pacto ex roſa aquam obtulit mihi alias Englebertus Germanus pharmacopœus roſæ ſaporem, atque odorem adeo, licet bima eſſet, adhuc ſeruantem, vt recentem roſam guſtare mihi ipſi ſim viſus. Sed alia illuxit ætate noſtra parandæ aquæ ratio hac etiam melior ex balneo mariæ nuncupato. fitque hæc in hunc modum. Caldarium æneum aqua oppletur, & ſuo operculo itidem æneo occluditur. operculo in medio, exciſum foramen eſt, in quo vitrea matula (vrinalem chymiſtæ vocant) arcte collocatur, plantam, ex qua extrahenda eſt aqua, continens. matula ori alembicum vitreum (capellum vocant) diligentiſſime ex faſcia linea, ac luto argillaceo accommodatur, ac caldario ignis ſubijcitur, vt aqua ferueat, huius caloris vi aqua de alembici roſtro colligitur, quæ plantæ ſaporem, atque odorem retinet non leuem. Hinc vero ſicuti ſuperiores illæ ſtillatitiæ aquæ nullo pacto conferendæ ſunt; ita etiam decoctum, & elegantia, & vi quàm maxime cedat. ex decocto equidem rei, quæ excoquitur, in aquam transferuntur vires, ſed ab alieno illo aquæ humore imminutæ: in his proprius plantæ humor proprias eaſdem offert qualitates, quæ in planta; ſed tales quæ ob ipſius liquoris tenuitatem caloris vi acquiſitam longe, quàm antea celerius, ac altius corporibus noſtris inſideant. eſt ergo liquor iſtiuſmodi balneo extractus, & aſpectui iucundus, & arti medicæ longe maioris commodi, atque vſus quàm decoctum, aut ipſe etiam plantarum ſuccus, aut ſtillatitia ex decocto aqua, de qua poſtremo loco diximus. ſed exiguum admodum eſt, quod hoc pacto extrahitur. Excogitauerunt ergo alij induſtrij ſane, & digni ſumma laude viri rationem aliam huic non diſſimilem, longe autem opulentiorem, qua ex diuerſis etiam plantis copioſam aquam huic, quam modo diximus, parem pauco diſpendio elicias, vt nos apud Ludouicum Lupatinum ſeplaſiarium D. Marci inſignia habentem Venetijs primum vidimus. Fornax eſt rotunda, a ſuperiori, quam ſecundo loco dicebamus, non diſſimilis: iiſdem lateritis matulis crebris, & alembicis vitreis inſtructa, quibus illa: hoc tantum diuerſa, quod quum ea non ſecus, ac vaporariorum fornaces calefiat, arido ſcilicet, vt aiunt, igne: poſterior hæc caldarium æneum habet aqua plenum, quod a ſubiecto igne feruens, feruidos in fornacem vapores emittit, ex quibus fictilia incaleſcunt. Elicitur ex his preciosus liquor eundem prorſus ſaporem, ac odorem retinens, quem planta ex qua elicitur, vt etiam ex balneo ſuperiori; ſed hic tanto præſtantior, quanto minor eſt violentia vaporum, quàm feruentis aquæ, ac temperatior eſt horum, quàm illius calor: in eo tamen aqua ſuperiori inferior, quod intra paucos menſes corrumpitur. Hæc de deſtillandi artificio ſint dicta. cuius equidem diligenti medico ob id habendæ eſt ratio, quod vires plantarum recentium, quarum non ſemper copia eſt, toto anni tempore pauco liquori incluſas offert: ſi præſertim poſteriores tres modos delegeris, qui certe iudicio noſtro, cæteris omnino neglectis deligendi ſunt. Eſt vero alia quoque ſucci abſque vlla vi ignis extrahendi ex plantis ratio, quam aliàs Franc. Arcilendra Bononien. rerum chymicarum, & deſtillationum artifex peritiſſimus nos docuit: ſed quia quod extrahitur exiguum eſt, ac turbidiuſculum, non multi in medicina eſſe vſus poteſt. libet tamen hanc quoque breuiter explicare. Vaſa duo fictilia parantur, quorum alterum alterum ſuſcipiat. minoris fundus a figlino priùs quàm coquatur cribri inſtar crebris foraminibus perforatur, poſt coquitur, ac vitro intus foriſque diligentiſſime incruſtatur. maius integrum coquitur, & ſimiliter incruſtatur. Locatur autem in maiori minus plantam habens, aut flores quos volueris. mox operculo utriuſque vaſis ori accommodato ex ſicciori teſta, ac luto argillaceo, ne expiret, affoſa ſcrobe cubitum, & amplius profunda, in arena, ardente ad ſole reponitur vas, atque arena obrutum pedibus calcata, poſt quindecim dies effoditur. deprehendis in maius uas effluxiſſe liquorem, cui plantæ ſapor, & odor inſidet, ſed turbidiuſculum. eum uero etiam, ſi velis, balneo mariæ limpidum reddes. Noua hæc deſtillandi ex plantis ratio eſt, vt puto: accedit tamen ad artificiũ illud, quo ex ſiccioribus rebus oleum elicitur (deſcenſoriũ uocant) ſed, quod in ijs nos niſi ignis uiolẽtia facit, ſiccioribus ac durioribus: in his humidis, & lõge tenuiori, ac rariori præditis ſubſtantia ſolis calor, & eius reliquiæ noctu in terræ viſcera recurrentes præſtare poſſunt.

Per

Per albas vero non fit solutio, &c.) Hic Manard. rosas damascenas obijcit, quas certe ualētius soluere quā rubras certissimū est. Sed nobis idem videtur dicēdum, quod Brasauolus has damascenas seu de sceni rosas fuisse. Arabibus sub nesrim seu nesrim voce nuncupatas, de quibus, & Serapion, & Auic. 2. Can. diuersa fecere capita veluti diuersis rebus. Alioqui etiam aberrare eos constat, qui ob id Mesuen de damascenis rosis non meminisse aiunt, quia eas nō norit, cuius scilicet rei certissimum sit argumentum, quod, hæ in Italiam nuper allatæ sint. nempe Mesuen constat Damascenum fuisse non Italum. Crediderim ergo aut ignotam fuisse solutricem harum rosarum vim Mesuæ; sicuti idem Græci de rosa rubra ignorarunt: aut has veluti specie diuersas a rosis existimasse, vt Auicen. & Serapion. E

Potio succi rosarum, &c.) Nostri raro succo, crebro infusione nuncupata vtuntur. Hanc autem quatuor vnciarum mensura assumptam cum sero clemētissime magnum torridæ bilis cumulum elicuisse ipsi quandoq; obseruauimus. Passim aūt saccharo, & melli cōmiscetur, & syrupus rosatus, ac mel rosatū solutiuū vocantur, solentq; vsq; ad quinq; vnciarum pondus exhiberi, is bilis, hoc vero pituitæ gratia expurgandæ, in mediocribus corporibus. Porrò pro infusionis dictæ (vti enim liceat hac uoce iam in hunc vsum recepta) materia, vsurpat tota Italia pluuiam vel fontanam, vel putealem aquam. nostri tamen Laudenses seplasiarij etiam in succo capni, intybi, ac lupulorum rosas macerant; atq; ex infusione hac cōficiunt tum syrupum rosatum, tum mel rosatum solutiuum, & vtrunque completum vocant, ad priorum differentiam. Hæc autem duo, sicuti capni, & lupulorum gratia deiectoria vi magis pollent, ita in tybi causa iecori nō mediocriter cōferre verisimile est. F

VIOLA.



De Violis. Cap. XI.

VIolæ sunt medicina temperata conueniens, & fit per eam malæ qualitatis permutatio, & naturæ solutio. ANT.

ELECTIO. Melior est quæcunq; est ex primis, quam non inuenit calor resoluens virtutem, aut pluuia dissipans.

COMPLEXIO. & proprietas. Frigida est, & humida in primo gradu. Et quæ est sicca est minus frigida, & minus humida. Est enim in recente superflua humiditas supergrediens caliditatem eius, a qua est perfectio ipsius, & species, cum autem exiccatur, & resoluitur humidum superficiale ipsius, manifestatur amaritudo eius, quæ est propter caliditatem, quæ fuerat sepulta, & est tunc calida plus, & humida minus. Est enim in recente humiditas superflua: propter, quod quæ recens est, solutione educit per ventrem lambificando. Quæ vero est sicca, educit dissoluendo. Et ipsa quidem est infrigidatiua, narcotica, sedatiua dolorum calidorum, extinctiua inflammationum, & lenitiua, & solutiua.

RECTIFICATIO. Est ex debiliter soluentibus, & quidam addunt quantitati earum medietatem ex turbith; & faciunt trochiscos, & vigorant cum hoc operationem earum. Et quidam addunt scammoneam, & ipsæ quidem, & oleum earum ingrediuntur in emendatione medicinarum acutarum. Succus autem ipsarum, & syrupus ex *illis* leniendo soluit. Et violæ siccæ educunt dissoluendo. Et ipsæ quidem condiuntur cum zuccaro, & melle: sed cum melle sunt maioris abstersionis, & minoris alterationis: & cum zuccaro faciunt contrarium. Et scito, quòd violæ non sustinent de decoctione aliquid, in quo sit superfluitas: & succus earum similiter. Et corroboratur acetum cum infusione earum, & fit mirabile in febribus inflammationis multæ. Et melius oleum earum est, cuius fundamentum est oleum omphacinum, aut amygdalinum. G

†POSSE. Solutione educunt choleram, & alterant excessum eius. Et conferunt inflammationibus omnibus, & sedant sodam calidam factam a caliditate vehementi. sunt somniferæ, & faciunt coryzam, & leniunt pectus, & guttur, & conferunt vuæ, & synanchiæ, & earum iuuamentum est magnum apostematibus partium pectoris, & pleuresi, & sedant sitim, & conferunt propriæ siccæ oppilationi hepatis, & hepati eius calido, & icteritiæ, & sunt iuuamenti magni inflammatiuis febribus, & siti per eas. H

DOSIS. Potio earum est ab vncijs 4. vsque ad 8. & succi earum ab vncia 1. vsque ad 2. & syrupi earum est ab vncijs 2. vsque ad 4. & conditi earum ab vncia 1. s. vsque ad 3.

De

De Violis. Cap. XI.

SYLV. *Multiplex recentium infusum purgat, & eo magis semē.*

VIola recens, est frigida, humida, ordine primo; siccata, minus tum frigida, tum humida. In recente enim excremētosa in superficie humiditas purgatrix lubricando caliditatem obtundit, perfectionis ipsius, & formæ causam. Hæc autem siccando resoluta cum est, caliditas prius obruta emicat, & ab ea sapor amarus, sitque trahendo purgatrix. Viola recēs refrigerat, narcoticorum ritu dolores calidos sedat, inflammationes omnes extinguit, asperam arteriam, & thoracem lenit, & purgat bilem flauam, & ab ea calorem extinguit, & cephalalgiam a causa calida. somniferæ sunt, conferunt vuæ, cynanchæ, præter cætera vero pleuritidi, & cæteris tumoribus thoracis, phlegmonem hepatis, obstructionem eius siccam, icterum, valde iuuant; & febres symptomaticas seu inflāmatorias: sitim sedant, sed coryzam excitant. Melior est viola matutina, cuius virtutem neque Solis calor resoluit, neque pluuia dissipauit. Cum imbecilliter purgent, additur a quibusdam violarum parti dimidia turbith, ab alijs scammonium, & finguntur trochisci. Violæ, & oleum violatum, vt medicamentorum vehementiam obtundant, ipsis adduntur. Succus violarum, & syrupus leniendo soluit. Violæ melle conditæ magis tergēt, minus refrigerant, cum saccharo, contra. Nec violæ, nec harum succus, multam coctionem sustinent. Acetum violatum, febrium ardorem mire sedat. Oleum, sit omphacinum, aut amygdalinum, ex quo oleum violatum fiet. Dantur potu expresso ab vncijs quatuor ad vncias octo. Succus ab vnc. 1. ad vnc. 2. Syrupus violatus ab vnc. 2. vsque ab vnc. 4. Conditum violarum, ab vnc. 1. & semisse ad vnc. 3.

De Violis.

MANA. NEc violam inuenio apud Græcos purgare: creditamen potest, si magna quantitate sumatur, ventrem lenire. Ecipia quidem est narcotica. (Quomodo narcotica, si frigida est tantum in primo ordine, vt tu superius scripsisti? Posse) Folia vel per se, vel cum polenta, facere ad ventriculi exustiones, oculorum inflammationes, & sedis casus, scribit Dioscor. quosdamque asserere, partem floris purpuream anginæ, & puerorum comitiali morbo conferre.

COST. *VIolæ nomine licet vulgo etiam Leucoij species veniant, hic tamen de ea, quam Græci ἴον vocant, verba fiunt. cuius quum adhuc plures species sint, & albæ, & diuersi coloris; & purpureæ; de purpurea hic est sermo, quam martiam nostri vocant. Sunt vero purpureæ rursum, (quod ad flores pertinet) aliæ paucifoliæ passim nascentes, aliæ multifoliæ non ita vulgatæ. sed etiam hæ rursus, quum in multis Italiæ visantur locis, paucifolijs non multo maiores; Bizantij tamen, vt audio ex Hieron. Capello Veneto patritio ob præclarā nobilitatem, & naturalis historiæ, præsertimq; herbariæ peritiam, ac studium insigni, violæ species quędam coli-*

A *tur, cætera martiæ similis, sed flore infinitis foliolis constructo, & æquāte rosam Damascenā magnitudine, atq; odore nostrates etiā superante, sed hanc, quanquam paucis ab hinc annis migrarunt ex Barbaris illis multa ad nos, vix tamen vidit Italia. Porro autem, quum nostratis folia interdū laxandæ alui gratia in iusculā, ac clysmata vsurpentur; flores tamen præsertim in eum vsum assumuntur, ex quibus infusum, & syrupus sicut etiā ex rosa confici consueuit. Atqui, quum Mes. hoc in loco purgatricem vim huius flori tribuat; sunt tamen qui id scribi temere arbitrentur, neq; enim purgandi, vel leuem habere facultatem. Quorum opinioni an subscribendū sit, consulenda est experientia. Illud Capellus affirmat, multifoliæ illius Bizantinæ recentem florem vnum; aut alterum prima mensa sumptū aluū subducere instar recentis rosæ. Sed nobis, & multis alijs obseruatū fuit nō*

B *semel exhibito, & serapio ex nostratibus violis solutiuo nuncupato ad vncias quinq;, & infusione sola eodē pondere propinata, subsequutam bilioſorum excrementorum deiectionem quamuis leuem, quacunq; id vi fuerit, seu superfluo violæ humore, seu acredine quam satis igneam deprehendens gustatu; seu occulta vi, quam & humiditas, & acrimonia adiuuent. Mirandum ergo non erit de Mesue, cui, & experientia nonnunquā (si nō perpetuum est vt viola purget) & authoritas Serapionis, & Auic. astipulatur. Quod autem Brasauolus in hius gratiā, solutionem pro lenitione assumi hoc in loco velit; ex ipsius Mesuæ verbis refutari videtur, qui humidas violas lenire, siccas vero soluere non semel in hoc capite scribit, diuersam a lenitione solutionē significās. An vero siccæ violæ, vt Mesues velle videtur, soluendo aluum deijciant; nobis incertum est, neq; qui hoc*

C *obseruarit, scimus, rationi certe cōsentaneum videtur, si acrimonia in purgando iuuat, vt, superflua dēpta humiditate, quæ hebetare illam solet, & accedente siccitate, quę caloris est lima, & ipsa propterea acrimonia maiori reddita, maior etiam solutio sequatur, an rationi tamen huic subscribat experientia, ipsi ignoramus. at persuademur ratione, neque putamus Auic. aut Mes. vnq; scripturos violas siccas soluendo expurgare, nisi id vsu obseruassent. quæres si apud nos obscurior est, fieri potest, vt ex soli aut cœli varietate eueniat.*

Et ipsa quidē est infrigidatiua, narcotica, &c.] Brasauolus legisse ait in antiquissimo codice non [narcotica] sed [optima.] Codices tamen omnes, quos nos vidimus etiam vetusti, narcotica legunt. Et profecto violæ, quum humiditate sua, & frigiditate somnum conciliēt, atq; adeo sensus obligent; stupefacere quodammodo videntur: non tamen proprie stupefaciunt, si proprie loquaris. Narcoticam ergo vocari violam a Mesue putarim, non quòd vere stupefactoriam velit, vt Manar. credit, non ꝙ anodynam intelligat, vt alij, qui interpretem lapsum existimant. anodyna enim frigida non sunt, atq; humida, sed temperato calore, & humore constant: verum narcoticam dici violam crediderim per similitudinem ad ea, quæ vere stupefaciunt. nempe, ꝙ hæc, vt diximus, dum somnum facit incrassatis sua frigiditate, & humiditate in cerebro vaporibus, sensus veluti obliget, & stuporem inducat.

D *Et faciunt trochiscos, & vigorant cum hoc operationem earum, &c.] Trochisci (aiunt quidam) de violis absque scammonio pituitam educunt, ex quo facile colligitur violas corrigere turbith prauitatem, non cōtra ab eo violarum vim augeri. Sed his qui ita Me-*

suen

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0091-2 DFG

ſuen accuſant, aduertiſſe primum oportebat, quid vitij ipſi turbith ineſſet, quod emendatione indigeret; deinde vero etiam experientia diligenter attendenda. Experientia profecto trochiſcis abſq; ſcammonia exhibitis docet non tam pituitæ copiam educi, quàm bilis etiã portionem. Vitium, vero in ipſo turbith triplex ab authore noſtro notatur, ꝙ tarde agat, ꝙ ventriculum offendat, & nauſeam excitet, ꝙ corpori ſiccitatem inducat. Conſtat autem turbith actionem violis non accelerari, quæ imbecilles ſint ſoluendo: in hunc autẽ vſum acria, & quæ tenuium ſint partium deſiderantur, quale, ẓingiber eſt. eaſdem violas uentriculi noxam auertere poſſe non video, niſi forte refrigerando; quod tamẽ quam, & ipſæ partes aliquas acres habeant; præſtare ſatis non poſſunt: egetq; aſtrictione, & grato odore uentriculus, quæ duo ex violis non aſſequimur. Forte autem ſiccitatem emendari dixeris. Sed ſi primo ordine humida eſt, hoc etiam ipſum tam imbecilliter præſtabit, vt vel oleum amygdalinum, vel quid aliud eius generis præter violas ſatius ſit commiſcere. Arbitrandum ergo, quod hic author ſcribit, turbith corroborare violarum actionem, non contra ipſum uiolis caſtigari.

ABSINTHIVM.



De Abſinthio. Cap. XII.

ANT. ABſinthium multiplex eſt. † Sed illud quod intendimus, nunc eſt abſinthium Romanum.

ELECTIO. melius eſt, quod eſt remotum ab odore maris. Et quod oritur ī terris liberis, & habet folia alba, lenia, & plana. aſperum vero eſt malum. Et melius tempus collectionis eſt ver, & operationis ſucci ipſius ſimiliter, ſimiliter aqua eius. Et melius tempus collectionis florum eſt principium æſtatis.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum eſt in primo, & ſiccum in ſecundo: & ſuccus eius. flos eius eſt calidior accedens ad ſecundum eſt autẽ abſinthium compoſitum ex ſubſtãtia calida dãte amaritudinem, & nitroſitatem: & faciẽte ipſum aperitiuum oppilationum, & ſolutiuũ naturæ; & ex ſubſtantia terrea ſtyptica, per quam acquiritur ei, vt ſit membrorum confortatiuum, & partium laxarum aggregatiuum. Sed ſtypticitas, quidem plus eſt amaritudine ſua, & adhuc eſt plus in eo, quod eſt exiccatum. Sed ſubſtãtia calida magis eſt in ſuperficie dominãs, propter, quod ſua prima operatio, qua obuiat corpori, eſt ſuper veſtigia caliditatis, quæ ſciuiſti. Et ſecunda
F ſua operatio eſt veſtigia ex ſubſtãtia ſtyptica prodeuntia imprimere, & dixerũt quidã, quod educit per ventrẽ comprimendo: & receſſerunt.

RECTIFICATIO. Non eſt in eo nocumẽtum apparens. Succus tamen eius nocet ſtomacho propter bauracitatem ſuam. Et eſt debilis ſolutionis. Et ex rebus adiungendis ei meliorantibus illud eſt roſa. Et ex vigorantibus eius operationem eſt fumus terræ, & aqua caſei: & ſpica addit ei bonitatis notas, & paſſulæ enucleatæ emendant conditiones eius.

MODVS operationis ſucci eius. Exprime ſucci eius quantum vis, & propriein medio veris, & purifica illud ſecundum modos notos, & fac ſiccari in ſole, vel cinere calido in vaſe vitreato, ſicut ſiccatur aloe. † Aqua autem ſublimationis eius fit ſicut aqua roſata, & ſimilia, quę
G fiunt in vaſis ſublimationum. Abſinthium autem ſuſtinet de decoctione mediocriter.

POSSE. † Solutione educit choleram a ſtomacho, & inteſtinis, & hepate. Et extenditur operatio eius ad venas, & mundificat eas ab humore cholerico, & aquoſo, & interdum educit ipſum per viam vrinæ. † *Et dixit Auenzoar.* Solutione etiam phlegma educit. Et dixerunt alij, non imprimit operationem in phlegmate, de qua ſit curandum, & eſt quaſi verius. Abſinthium quoque præſeruat a putrefactione, & proprie potus *infuſionis* eius in vino, aut decoctionis ſingulis diebus circiter drach. 1. aut 2. & aquæ ſublimationis eius ſimiliter. Et prohibet pannos a tineis, & vermibus. Et confert iuua-
H mentum magnum contritioni, & contuſioni membrorum, & proprie cum melle, aut calefactũ cum vino, & pauco cymino. Et ſi in vino, aut aqua decoctionis eius, & radicum cucumeris aſinini infundatur ſpõgia, & exprimatur, & ligetur cõprimendo ſuper tempora, cõfert hemicraneę: & oleum ex eis factum ſimiliter. Et vaporatur auris ex aqua decoctionis eius, aut vino, & cõfert dolori auris, & tinnitui, & ſurditati. Et cũ abluitur os cum aceto decoctionis eius remouet fœtorem oris a putrefactione gingiuarum, & partium eius, & vinum decoctionis eius, & corticum citri, & aqua ſublimationis ipſius confert fœtori oris propter rem putridam, quę eſt in ſtomacho. Succus aũt eius cũ nucleis perſici interficit vermes in aure. Ex abſinthio quoq; & fumo-

moterræ, & paſſulis ſine interioribus,& myrobalanis citrinis, fit potio bona ad pruritum,& ſcabiem. Ipſum quoque ſtomachum,& hepar corroborat. Appetitum mortuum excitat,oppilationes aperit, & morbos oppilationum curat,ſicut icteritia,& hydropiſis. Vermes interficit,& educit,& proprie electarium factum ex eo in hunc modum. Accipe abſinthij drach. 2. euphorbij drachm. 1. & s. cornu ceruini adusti drach. 5. mellis quantum ſufficit. Confert etiam abſinthium iuuamentum magnum febribus longi temporis,& febribus oppilationum.

DOSIS quoque ipſius decocti,aut infuſi,potio eſt ab vnc. 5. vſque ad 8.& pulueris eius à drach. 2. vſque ad 3.& ſucci à drach. 3. vſque ad 4.

De Abſinthio. Cap. XII.

SYLV. *Abſinthium ponticũ, ſeu Cappadociũ Dioſcor. & Galeno dicitur Meſua Romanum, vt in noſtru ſimpl. probauimus.*

ABſinthium cum ſit multiplex,Romanũ eligimus,foliis albis, leuibus,& planis, nõ aſperis,odore iucundo,abſinthium marinum nihil imitãte,lectum in terra libera,calidum *ordine primo*, ſiccum † ſecũdo, in quoto etiam *calet flos*. Conſtat ſubſtãtia duplici,vna calida amara, nitroſa,purgãte, obſtructa liberante,altera terrea ſtyptica,partes cogẽdo roborante,largiore præſertim ſiccatũ. Cum autem ſubſtãtia eius calida ſit ſuperficiaria, vbi ſumptum eſt abſinthium, ab ea prior fit actio, à terrea ſtyptica poſterior,per quam cõprimendo ventrem ſoluere nonnulli male ſunt opinati. Bilem enim flauam,& aquas à ventriculo,inteſtinis,hepate,venis, vacuat etiam *interdum* per vrinas. Pituitam vero aut non vacuat,aut maxime paucam,licet phlegmagogum quoque ipſum Auenzoar cenſuerit, Abſinthium à putredine vindicat,præcipue potu quotidiano vnciæ vnius,vel duarum,vini,aut aquæ,cui infuſum, vel incoctum fuerit,vel aquæ ex eo ſublimatæ. Siccum idem pannis interpoſitũ à tineis,& vermibus vindicat,& tutos reddit. Partibus attritis,aut cõtuſis,præcipue cum melle aut vino,& pauco cymino calfactum,& appoſitũ mire confert. Si vino item, aut aqua,aut oleo,cui abſinthiũ,& radix cucumeris agreſtis incocta fuerint,ſpõgia merſa,& expreſſa temporibus alligatur,hemicraniam ſanat. Auris quoque ſuffita vino,aut aqua,cui incoctum ſit abſinthium,dolore,tinnitu,ſurditate liberatur. Acetum item aut vinum, cui incoctum ſit abſinthium cum cortice citri,oris fętorem à gingiuarũ,& dentium,vel materiarũ in ventriculo putredine emendat. Idem prẽſtat aqua eius deſtillata. Succus abſinthij cum nucleis perſicorum,vermes auriũ,& aliarum partiũ enecat,& educit, ſed maxime hoc electario lumbricos enecat,abſinthij vnc. 2. euphorbij drach. 1.& dimidia,cornu cerui vſti. vnc. dimidia, mellis quãtum ſufficit. Ex abſinthio,fumaria,paſſis vuis purgatis, myrobalanis citreis,potio fit cõmoda contra pruritum,& ſcabiem. Abſinthium ventriculum,& hepar roborat,appetẽtiam excitat, obſtructiones tollit,& inde natos affectus,vt icterum,hydropem,febribus putridis etiam diuturnis

† *Tertio Gal. Chilagogam, vt Dioſc. ẽt & Gal. tribuũt.*

Capitis dolorem facit Dioſcor.

confert. Abſinthium innocenter ſumitur,ſucco tamen lædit ventriculum ob nitroſum ſaporẽ. Quia autem imbecilliter ſoluit,roſæ, fumaria, ſerum lactis,ſpica,vuæ paſſæ purgatæ,illo miſcentur,vt melius,& tutius purget. Colligitur vere,& ſuccus ex eo,vere medio præſertim,extractus,ſole,vel calidis cineribus in vaſe vitreo ſiccatur,vt aloe. aqua ex eo vt roſis,& alijs ſublimando deſtillatur eodem vere. flos vero æſtatis principio legẽdus mediocrem ſuſtinet decoctionem. Abſinthij decoctum,vel infuſum bibitur ab vnc. 5. ad vnc. 8. ſuccus à drach. 3. ad drach. 4. puluis à drach. 2. ad drach. 3.

Deſtillanda calore vaporis aquæ feruentis, vt odorem, ſaporẽ vires retinet, non ignis primæ.

De Abſinthio.

DIoſcorides, Plinius, Galenus inter purgatoria medicamina numerauere. SED illud quod intendimus nunc, eſt abſinthium Romanum.) Neſcio vbi ſomniauerint Arabes abſinthium hoc Romanum. Dioſcorides, Plin. Gal. laudant Ponticum, quod flore,& folio minore, quàm cætera dicit Gal. 2. curat. meth. odoreque non modo non *inſuaui*, verum aromaticũ quid prę ſe ferente. Tale ego in *Pannonia*,& vidi,& guſtaui. Cappadocium etiam Dioſcorides, Romanum ne nominauit quidem. SICCVM in ſecundo.) *In tertio* dicit Galen. SVCCVS nocet ſtomacho.) Adde ex *Dioſc.* quòd dolorem facit capitis: & ex Plin. quòd decoctũ eſt ſtomacho ſaluberrimum,& ex eodem Dioſc. quòd valet ad inflationes, ſtomachique ac ventris dolores, ſi cum ſeſeli bibatur: & ꝙ crapulæ reſiſtit,& mẽſes citat. SOLVTIONEM educit choleram.) Educit biliosa ſtomacho,& ventri inhærentia, Dioſcoride teſte. ET dixit Auenzoar. ſolutione etiam *phlegma* educit.) *Hoc aperte negauit* Galen.

MANA.

ET aquæ ſublimationis eius.) *Si* hæc aqua communi modo fuerit parata, exiguas certe vires habebit. Nos autem ſcimus,& alibi docuimus modum eliciẽdi aquam, quæ odorem,& ſaporem eius retinet,& cum his, vt conſentaneum rationi eſt, etiam aliàs vires.

POTVS infuſionis.) Curat etiam inappetentiã, atque arquatum morbum, vt ſcribit Dioſc. & thoracem purgat cum iride. Seminis drach. ſex dabant antiqui, cũ marinæ aquæ ſextario, purgationis gratia, ſecundum Plin.

SEmen drach. ſex cum marinæ aquæ ſextario purgationis gratia antiquos dediſſe, teſtatur Plin. Dioſcorides. thoracem purgat cum iride,& icterum, inappetentiamque ſanat. SYLV.

DE *abſinthio Italico verba facit Plin. li. 27. de quo Meſuen,& Auic. intellexiſſe veriſimile eſt, quum de Romano meminerunt. Eiuſdem generis eſt Põticum ſi diligenter conferas, ſed Italico magnitudine, craſſitudine, odore,& ſapore etiam ipſo inferior, quãuis Plin. Italico Ponticum eſſe amarius ſcribat. Illud certum eſt Meſuen non de Seripio, non de Santonico, ſed de tertio abſinthio, quod & Pontus,& Italia ferre ſolet. verba facere. propterea minimi nobis momenti videtur, quod Manard. multi æſtimat, quòd ſcilicet Meſues, atque Auic. Romanum abſinthium præponant, Dioſcoride, Plinio,& Gal. Ponticum,& Cappadox preferentibus. Hic certe de abſinthio agit, quod Italiæ frequentius eſt: quale & Romanum eſt. tale autem eſt,& Ponticum, ſed ob minorem amaritudinem,& odoris grauitatẽ vẽtriculo gratius, quã Italicũ. quare & à Dioſc. Gal.& Plin. probatur magis. Solutrice tamen vi, quia Italicũ præualet, quod etiã amarius eſt, ꝓpterea Romanũ à Meſue hoc in loco ꝓponi par fuit, vbi deſoluẽtibus agit medicamẽtis.* COST.

Calidũ eſt in primo,& ſiccum in ſecundo,&c.] *Galenus ſiccum facit in tertio, vt ẽt Manar. ſcribit: quã ſententiã Auic. 2. Can. magis probare videtur. Sed quũ affines ſint ſecũdi gradus finis,& initiũ tertij: non eſt difficile,*

cile,& hãc litẽ dirimere,vt alias huius generis ſupra. E

Et extẽditur operatio eius ad venas,&c.] Si abſinthium per vrinæ vias bilioſo,& ſeroſo humore ſanguinem expurgare,& hydropem etiam curare poteſt,vt vſus docet;mirandum profectò non eſt,ſi hic author ad venas eius vim extendi affirmat:mirandũ vero de illis videtur,qui à venis,ad vrinæ quidẽ vias,non tamen ad inteſtina,bilioſum,& ſeroſum humorẽ trahi admittunt. quum tamen attracta ad cauam venam excrementa nõ multo difficilius ad inteſtina,quàm ad renes reiici poſſint. alioqui vero,quòd ob multam,quæ abſinthio ineſt aſtrictionem,& exiguam caliditatem ſuſpicãtur hoc ipſum haud omnino eſſe verum; nobis negotium non facit,qui ſiue ſuccus exhibeatur,ſiue decoctum,defæcari antea, quàm exhibeatur à terreſtribus partibus,quibus inſidet amaritudo,vtrunque ſcimus. & ab ea quantacunque eſt, aſtrictione, expurgationem nihilominus per F *vrinas non morari obſeruamus.*

Et dixit Auẽzoar,ſolutione ẽt phlegma educit,&c.] Quum Auenzoar pituitam trahi abſinthio velit,& Galenus quoque 7.Method. tenues quoſcunque humores os ventriculi affligẽtes expurgari abſinthio ſcribat,fateri videtur pituitam quoque tenuem expurgari. Contra tamen & Gal.5.ſimpl.med.vbi de abſinthio agit,aſtrictionis gratia,quæ in eo amaritudini præpollet, ipſum nihil adiuuare ad pituitam ex ventriculo eliciendam ſcribit. Ita & Meſues recitata hic Auenzoaris ſententia,aliquos ſubiungit velle abſinthium in pituitam non valere,quos ipſe magis cõmendat. Verum paucis,Gal. 5.ſimpl. non ex ventriculo expurgari pituitam negat, ſed ex ventre,ideſt ex inteſtinis. alioqui certe exterſoriam abſinthij vim amaritudini ſummæ coniunctam, non tam parua via hebetari putandum eſt.

STOECHAS.



De Stœchade. Cap. XIII.

STœchas,quod medici laudant,eſt ſtœchas Arabicum, † & eſt planta foliorum ſubtilium oblongorum habens ſtipitem ſubtilem, cineritium,cuius eleuatio ſuper terram eſt in menſura cubiti; & habet flores aſſimilãtes ſpicis ſiliginum,ſed ſunt breuiores,ſine ſemine. ANT.

ELECTIO. Melius eſt Arabicum. & melior pars plantæ eius eſt flos. poſt hunc folia.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum eſt in primo,& ſiccum in ſecundo. Et eſt compoſitum ex partibus terreis frigidis dantibus ei ſtypticitatem paucam,& ex partibus igneis ſubtilibus, à quibus inſunt ei acuitas,& amaritudo:ſed acuitas plus eſt amaritudine ſua, & amaritudo plus eſt ſtypticitate ipſius: propter quod eſt ſubtiliatiuum,reſolutiuum, aperitiuum oppilationum, abſterſiuum, & naturæ ſolutiuum, & eſt præſeruatiuum,à putrefactione prohibens,& eſt ex parte ſtypticitatis paucæ in eo confortatiuum cordis,& cerebri,& neruorum,& viſcerum: & hoc eſt eſſe,& proprietas eius. F

RECTIFICATIO. Prohibendum eſt habentibus choleram in ſtomacho. Conturbat enim eos inducens ſitim,& vomitum, & æſtuationem laborioſam. Nocet etiam calidam,& ſiccam complexionem habentibus,& qui ſunt in poteſtate choleræ. Ipſum quoque eſt ex debiliter ſoluentibus, propter quod recte miſcẽdum G eſt ei ſalgemma,& myrobalani nigri cum eo, aut cheburi,magnificant enim operationẽ eius. Et ſimiliter ſcilla,& propriæ in ægritudinibus capitis. Et in vſum quidem in aqua caſei melioratur in conditionibus ſuis. Et paſſulæ ſine interioribus ſuis ſunt ex his ſimiliter,quæ emendãt. Similiter ſal,& ſal gẽma rectificat illud, & proprie ad omnem partem eius ſextuplum ipſius,& ſuccus pomorum dulcium in decoctionibus eius verificat illud. & fit ex eo,& pauca ſpica,& oleo veteri oleum bonum, iuuamenti noti. & flores quidem eius decoctionem parum ſuſtinent,plus quoque folia.

POSSE. Solutione educit choleram nigram, & phlegma. mundificat cerebrum,& neruos,& membra ſenſuum,& confortat ea,& confert iuH uamentum magnum ægritudinibus frigidis in ipſis ſecundum omnem modum vſus eius,ſiue in potibus,ſiue in fomentis,& lauacris:& oleum ipſius confortat cerebrum, & neruos, & calefacit eos,& viuificat. & in medicinis ſtœchados,ſi iungatur ſcilla,vel acetum eius,eſt medicina bona epilepſiæ, & vertigini. Et cum lapide lazuli, aut ſale Indo,aut alijs valentibus ad eam,cõfert melancholiæ, & ægritudinibus timoris. & miſcetur ei bugloſſa, & ſuccus eius, & aut ſuccus pomorum dulcium ad ægritudines cordis melancholicas: & vaporatio decoctionis eius aperit oppilationes narium, & eſt medicina bona oppilationibus ſplenis, & hepatis, & viſcerum: & eſt ſedatiuum dolorum qui ſunt in neruis, & inſtrumentis iuncturarum, & lacertorum

torum secundum omnem modum administrationis eius. & confortat interiora omnia, quæ à frigiditate sunt læsa, & proprie materiali. & prohibet à putrefactione. Et ipsius syrupus, & alij modi administrationis eius sunt medicina bona quartanæ, & febribus longi temporis, & proprie phlegmatis.

DOSIS. Decoctionis eius potio est ab vnc. 5. vsque ad 7. & pulueris eius à drach. 3. vsque ad 5.

De Stœchade. Cap. XIII.

SYLV. *Et etiã gallica ex insulis stœchadibus ad massiliã. Græcu laudata. facultate tamen purgatrice ab his omissa. Tenuat, terget, hepatis obstructa aperit, menses ciet, viscera eius, & corpus reliquũ roborat, thoracis dolores, & alios affectus leuat hyssopi modo Plin. Galen.*

STœchas laudatior Arabica. est herba foliis tenuibus, oblongis, stipite gracili, cinericio, cubitali, flore spicarum filiginis æmulo, breuiore, sine semine, calida recessu primo, sicca secundo; duabus constans substantijs, vna terrea, frigida, styptica, & ea pauca; altera ignea, tenui, modice amara, acri multum. tenuat, terget, purgat, resoluit, aperit hepatis, & lienis, & aliorum viscerum obstructa; putredinem prohibet. omnes internas partium intemperies, præsertim cum materia, corrigit. cerebrum, neruos, cor, & alia viscera, partesque omnes internas vi pauca adstringente roborat. Purgat autem bilem atram, & pituitam etiam ex cerebro, neruis, & sensuum instrumentis, easq; partes roborat. omnibus frigidis affectibus est salubre, fotu, lauacro, potu. Oleum quoque stœchados cerebrũ, & neruos calfaciendo, ceu vitam illis restituit. Sumpta stœchas cum scilla, vel aceto scillite, epilepsiam, & vertiginem iuuat. cum lapide Cyaneo, aut sale Indo, aut alijs valentibus, confert melãcholicis affectibus, quibus timor, & mœror comes adest. Cum succo autem buglossi, aut pomorũ dulcium, affectus cordis melancholicos iuuat: dolorem neruorum, *iuncturarum*, musculorum sedat, quouis modo adhibita, *suffitu narium* obstructionẽ expedit. Syrupo, vel alia forma stœchas sumpta, quartanis, & reliquis diuturnis febribus, præsertim pituitosis succurrit. Calidis, siccis, bilioſis, præsertim quibus multa bilis flaua in ventriculo redũdat, est noxia, quia turbat ventriculum, & sitim, vomitum, ardorẽ molestum excitat. Quia imbecilliter purgat, ipsi additur pars sexta salis, & salis gemmæ, additur & myrobalanus nigra, aut cepula, vt valentior eius fiat actio, & scilla, præcipue in capitis affectibus, item in sero lactis macerata, vel cocta, fit potẽtior: cum vuis autem passis purgatis succo pomorum dulcium cocta, innocentior. Oleum vetus cum stœchade, & pauca spica factum, est efficax. Pars stœchados potior est flos, paucam decoctionem sustinens, lõgiorem vero, eius folia floribus ignobiliora. Potatur stœchados decoctum ab vnc. 5. ad vnc. 7. puluis autem à drach. 3. ad drach. 5.

De Stœchade.

MANA. STœchas græce dicitur, nec inter purgantes medicinas ab ea gente computatur: quod Auicen. quoque confirmauit. STICHADOS Arabicum. Non Arabicum, sed potius Gallicum: nam teste Dioſc. & Plinio in insula eiusdem nominis generatur: quæ Massiliæ opposita est. Et est planta foliorum subtilium. Non foliorum subtilium, ait Dioſc. sed lepto carphon, quasi dixeris, tenuium festucarum. Hermolaus cirrulas interpretatur, longiorum foliorum, comamque habere Thymi. Plinius hyssopi, & odoratam, eiusque decoctum facere ad thoracis palliones, sicuti hyssopus, renitare quoque, & abstergere. Plinius leuare pectoris dolores, menses ciere, & antidotis misceri. Galenus viscera omnia roborare, & vniuersi corporis habitum, atque obstructiones aperire.

CVm Stœchas non in Stœchadibus tantum insulis, COST. *vt putat Plinlib. 28. sed in Italia, & Arabia quoque, & alibi nascatur; de Arabica tantum verba facit Mesues, quæ notior illi fuit. Hac, quę ipsa etiam Gallica, si recte aduerteris, excellentior est, nõ perperam vtuntur nostri medici, quamuis Dioscor. Gallicam præsertim probet. cui scilicet Arabica ignota fuerit. An autem soluendi vires stœchas habeat; quia neque Græci id aduertere, neque deiectoriam vllam in ea vim vsu deprehendimus, multi sunt qui ambigant. Sed quum & Auicen. & Mes. educi pituitosum, & melancholicum humorem testentur; ego profecto non omnia experientiæ huic quotidianæ tribuendum contenderim: crediderim potius, sicuti in rosa planè conspicimus, stœchadi Arabicæ (seu hæc speciei, seu soli tantum ratione expurget, quod hic non differo) non nisi recenti, seu recens exiccatæ purgatricem inesse facultatem. quare quia ipsam ex Arabibus non nisi inueteratam habemus, nos quoque expectato euentu frustratur. Portò in stœchadis historia, quod Mesues foliorum esse tenuium dicat; Dioscorides vero festucarum, seu vt Ruellius interpretatur, furculorum tenuium; nulla controuersia est. sed vtrumque veritati planè consentit.* Cap. 12.

De Fumoterræ. Cap. XIIII.

FVmusterræ est ex medicinis benedictis. verum exuberantia eius exemit eum à numero medicinarum precioſarum. Est enim cum hoc, quod est solutiuus, naturæ confortatiuus, & est coadunatiuus partium laxarum, & præparatiuus. nec est in eo nocumentũ apparens. & est ex eo alius, cuius flos est subalbidus, cineritius, & alius, cuius color est pallens, violaceus. ANT.

ELECTIO. Melior est cuius herba est viridis tenera, & cuius folia sunt plana, & tenera, & cuius flos est subuiolaceus. *Crispus* vero non est bonus. Et melius tempus *collectionis* herbæ eius, & operationis *succi* ipsius est principium veris, & *seminis* eius, ipsius finis.

COMPLEXIO, & proprietas. † Dixerunt quidam quod est frigidus, & dixerunt quidam aliud. Sed secundum veritatem declinat modicum ad latus caliditatis, quia virtus calida in eo, licet sit minor frigiditate ipsius, tamen est in superficie dominans. Et est siccus in secundo. Et semen eius calidum est. Ineſt enim à substantia calida in ipso amaritudo, & acuitas pauca, quare factus est subtiliatiuus, & penetratiuus, & aperitiuus oppilationum, & solutiuus naturæ, & à substantia frigida stypticitas, aggregatio, & confortatio. Sed stypticitas est plus amaritudine sua. propter quod magnificata est operatio sua parum egens externis solutiuis. simul factus & confortatiuus.

RECTIFICATIO. Non est in eo nocumẽtum manifestum: sed vigorari indiget in operatione sua. & ex rebus hoc facientibus sunt myrobalani, & sene, & aqua casei. & ex emendantibus operationem eius sunt Kesmes, & passulæ sine interioribus, & mel earum. Operatio autem succi eius est, sicut diximus de succo absinthij, Et impleantur ex succo eius vasa vitreata cum superinstillatione olei. conseruatur tempore extenso ad vsus vbi oportet.

POSSE. Solutionem facit facilem, & † educit choleram, & humores adustos, & virtus eius extenditur ad venas, & mundificat sanguinem, & clarificat ipsum. Et est medicina solennis secũdum omnem modum administrationis eius ægritudinibus, & infectionibus choleræ, & humoris adusti. sicut est lepra, pruritus, & scabies, & impetigo, serpigo, & similia. Et est similiter medicina bona oppilationũ omnium, & ægritudinum, quorum mater est oppilatio. Et cõfortat stomachum, & hepar, & viscera, & coadunat partes, à quibus aduenit mollificatio. † Confert etiã febribus cholericis, & febribus oppilationũ.

DOSIS. † *Potio* succi ipsius ab vnc. 5. vsque ad 2. & decoctionis eius ab vnc. 10. vsque ad 15. & pulueris eius ab drach. 3. vsque ad 5.

FVMARIA.



De Fumaria. Cap. XIIII.

SYLV. FVmaria in superficie calida est, in profundo frigidior, non absolute frigida cum quibusdam, sicca ordine secundo. Ab illa autem substãtia calida (quæ semini maior inest) est amara, & subacris, purgatoria, attenuans, penetrans, obstructa aperiens. A frigida autẽ styptica constringendo, ventriculũ, hepar, & cætera viscera laxiora, & molliora roborat. Quapropter ad actionem nullo externo eget auxilio, cum per se purget, ac roboret. Purgat vero bilẽ, & vstos humores, ẽt ex venis: clarum ob id, & purum sanguinẽ efficit, ob id mire prodest morbis oĩbus hos humores sequẽtibus, lepræ, scabiei, pruritui, impetigini, serpigini, & similibus cutis vitijs. Quia itẽ obstructa liberat, morbos oẽs inde natos sanat, vt febres bilioſas putridas. Herba est innocens: qa tamen magna vbique copia luxuriat, vilescit. Flore est nunc subalbo, cinericio nũc, nunc pallido, violaceo. Optima est viridis, tenera, folijs teneris, planis, non crispis, flore subuiolaceo. Herba & succus eius initio veris sunt efficacissima, semẽ veris exitu. Quoniã vero imbecilli' purgat, fortior euadet cũ myrobalanis, senna, sero lactis, passis vuis semine carẽtibus, melle ex his passis. Succus extrahit vt succus absinthij. in vase vitreo diu seruari põt oleo superfuso. succ' dat ab vnc. 5. ad vnc. 2. puluis à drach. 3. ad drach. 5. decoctum ab vncijs 10. ad vncias 15.

Amarum, acerba purgatrix Galen. Cholagoga etiã Plinio & Dioſc. & Galen. Cap. 2.

De Fumo terræ.

CApnion Græci vocant, Latini fumariam. Lenire ventrem tradit Gal. experimento cuiusdam idiotæ siccum subductionis gratia cum melicrato exhibentis. DIXERVNT quidam quod est frigidum.) Auicenna frigidum facit in primo ordine, & siccum in secundo. Galenus videtur fecisse calidum, acri simul & amara dicens participare qualitate, nec carere acerba, qui loquendi modus, vincere in eo caliditatem demõstrat. ET ducit choleram.) Dioscorides, & Galenus per vrinam. *Plinius* absolute dixit, quod detrahit bilem. CONFERT etiam febribus.) Aetius dari tuto ait etiam his, qui febriunt. Prætermisit autem Mesue præcipuas eius vires, à quibus & nomen accepit, quod lachrymas, scilicet instar fumi educit, visum acuit, renasci euulsas palpebras prohibet, vt Dioscorid, Plin. Galenusque testantur. POTIO succi est ab vncia media ad duas.) Vix puto esse tam mollem ventrem, qui ea quantitate leniatur. Auicenna vsque ad vncias octo præbet. Multos ego noui, qui Auicennæ etiam modum longe excedunt.

MANA.

COST.

FVmaria quum ex oculis lachrymas eliciat, & ipsis claritatem conciliet, ex eo capni apud Græcos nomen traxit: non meminit tamen Mesues de hac re, fortasse quod sabeteregi, quæ vox Auicen. plantæ huius est nomen, nõ eam habet Arabice denominationem ex fumo, quam Græce, & Latine. Adde etiam, id quod ex multis locis confirmari potest, non legisse hunc Dioscor. historiam, nisi forte admodum deprauatam. At vero de temperamento fumariæ non satis consentire inter se primarij medici videntur. Galenus lib. de simpl. med. fac. eam acri simul & amara participare qualitate scribit, non tamen carere acerba, quibus verbis (vt Manard. quoque aduertit) quia acredinem, & amaritudinem acerbitati præualere innuit, præferre etiam caliditatem frigiditati videtur. Galeno assentiri, & Mesues videtur, dicens fumariam secundum veritatem declinare ad latus caliditatis. Contra tamen Auicen. 2. Canon. in primo ordine frigidorum hanc ponit: astipulariqúe Auicennæ, hic quoque author videtur paulo post subiungens astrictionem in ea, præualere amaritudini. certum autem est astrictionem succedere frigiditati,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0096-2
DFG

tati, amaritudinem calori, Galeni ſententia. quare diſ- A
ſentire hunc etiam à Galeno dixeris præferente acredinem, & amaritudinem acerbitati. Cæterum ſi rectè hæc perpendamus, nulla forte eſt inter hos controuerſia. Galenus quum ſumariam acri, & amara qualitate participare, nec plane carere acerba ſcribit, non tamen præualere alteram qualitatem alteri affirmat, vt Manard. putat. proptereáque non ſtatuit plantam hanc inter calidas eſſe reponendam. Meſues quoque, quum ait declinare ad latus caliditatis, non præualere tamen calorem frigiditati exiſtimat. immo ſtatim ſubiungens virtutem calidam in ea eſſe minorem frigiditate, inter frigida reponit: habere tamen partes calidas, atque eas in ſuperficie, fatetur. Neque etiam quod Meſues acerbitatem præferat amaritudini, Galeno aduerſatur: quando, vt dictum eſt, Galenus ineſſe quidem tres eas facultates ſumariæ teſtatur, acredinem, amaritu- B
dinem, acerbitatem: ſed nullam tamen alij præponit.

Potio ſucci ipſius ab vnc. 5. vſque ad 2. &c.] Quum codices omnes ita habeant, meo periculo affirmarim ſumendas eas eſſe notas [5. & 2.] pro quinque, & vndecim, vt arithmeticæ, quibus vulgo vtimur, ſignificãt, alioqui, quum Auicen. ad libram dimidiam exhibeat: & maiorem etiam recentis copiam ſumi poſſe quotidiano vſu experiamur, infirma eſſet propoſita à Meſue menſura, ſi à ſemuncia ad duas vncias propinaueris, quod etiam Manardus animaduertit. Sed & vbi ait. [& pulueris eius eſt à drach. 3. vſque ad 5.] mendum adeſſe ſuſpicarer, ponendasque pro 3 ideſt drach. ℥ hoc eſt vncias, vt noſter manuſcriptus codex habet: niſi tantam pulueris copiam nimiam eſſe animaduerterem, & quæ deuorari facile purgationis vnius gratia non poſſet.

EVPATORIVM.



De Eupatorio. Cap. XV.

EVpatorium eſt herba longitudinis cubiti, amaritudinis multæ, cuius folia ſunt ſicut centaureæ minoris, viridia, ſed ſunt aſpera, & inciſa, & ſtipes eius eſt ſubtilis, & quando exiccatur citrineſcit. Et eleuantur ſuper eum flores, qui ſunt ſicut ſubcitrini, longitudinis paucæ. Et ſunt quidam qui dixerunt, quòd eupatorium eſt herba pulicum, in qua eſt viſcoſitas adhærens. ANT.

Electio. Melius tempus collectionis eius eſt finis veris, & operationis ſucci eius ſimiliter.

Complexio, & proprietas. † Calidum eſt in primo gradu, & ſiccum in ſecũdo: & eſt compoſitum ex ſubſtantia calida ſubtili: quare eſt ſubtiliatiuum, inciſiuum, abſterſiuum, mundificatiuum, & præſeruatiuum à putrefactione, & reſolutiuum conueniens ſine attractione: & ex partibus terreis. quare eſt in ipſo de ſtypticitate aliquid, propter quod eſt confortatiuum, & coadunatiuum.

Rectificatio. Debilis eſt ſolutionis, ſed confortatur virtus eius cum aqua caſei. Et modus operationis ſucci eius eſt ſicut diximus de abſinthio.

Posse. † Solutione educit choleram, & phlegma facile. Et confortat ſtomachum, hepar, & viſcera, & confert doloribus eorum. Et eſt medicina ſolennis oppilationum omnium, & ægritudinum ab ea factarum. Febribus au-
C tem longi temporis mire ſubuenit.

Dosis. Decoctionis eius potio eſt ab vnc. 4. vſque ad 6. & pulueris eius ab drach. 2. vſque ad 3. Loco eius ponitur in defectu ipſius, abſinthij, & aſari ana medietas ponderis ipſius.

De Eupatorio. Cap. XV.

EVpatorium herba eſt cubitalis, eximiæ amaritudinis, folijs centaurij parui, viridibus, aſperis, inciſis, caule tenui, quę ſiccata flaueſcit, floribus ſubluteis oblongis. Quibuſdam herba *pulicum* dicta, ob lentorem ei adhærentem, calida eſt gradu primo, ſicca ſecundo: duplici quoque conſtans ſubſtantia, calida, tenui, qua bilem, & pituitam facile purgat, SYLV.
D tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinem prohibet, reſoluit ſine attractione, obſtructiones tollit, & morbos ab his natos ſanat, febribus diuturnis mire ſubuenit. altera eſt terrea adſtringẽs, qua ventriculum, hepar, & cætera viſcera cogendo roborat. Cũ ſero lactis efficacius purgat. per ſe enim eſt imbecillum. Herba colligitur. ſuccus exprimitur, vt ex abſinthio, ſine veris. Decoctum eius datur ab vnc. quatuor ad vnc. 6. puluis à drach. 2. ad drach. tres. Eius penuria, abſinthij, & aſari ana pondus dimidium.

De Eupatorio.

NOn facile fuerit diuinare, quãnam herbam hoc loco pingat: vera enim Eupatorium à Dioſcor. & MANA.

Plinio descripta, tantum ab hac differt, quantum centaurij tenuis folia à cannabinis. CALIDVM est in primo) Obscurissimam esse eius caliditatem, scripsit Gal. &, quòd mundat absque calefactione. SOLVTIONE educit choleram.) Neminem legi (quod meminerim) vel Græcum, vel Arabem, purgandi vim huic herbæ adscribentem: immo de ea scripsit Dioscorid. cum vino potam valere dysenteriæ.

COST. EVpatorium aliud à Mesue, aliud ab Auic. & Græcis describi satis constat. Quæ item plantæ pro eupatorio Mesuæ Auic. & Græcorum sumantur, est omnibus cognitum, quare hæc non est, vt nos fusius prosequamur. Illud potius explicatu dignum videtur, an eupatorium ab Auic. descriptum vere aliud sit ab eupatorio Dioscoridis: an etiam Mesuæ eupatorium à Græcis sub aliquo nomine fuerit cognitum. Profecto quod aliud describatur ab Auic. aliud à Dioscor. consentiunt recentiores omnes, astipulariq́ his videtur vtriusque plantæ ab vtroque scriptore delineationes, quas certe si quis perpendat, non eiusdem esse rei dixerit. Videtur etiam Mesuæ eupatoriũ, ideſt herba Iulia, quæ pro Mesuæ eupatorio ab omnibus suscipitur, Græcorũ esse ageraton, sicuti collatione facta cum Dioſc. in agerati historia conspicuum esse potest. Ita ergo docti ferè omnes nostri temporis sentiunt. Cæterum sunt, & hæc diligenter singula perpendenda, ne errandi ansam alicui præbeat. Primum autem non caret suspicione, quod passim pro certo habetur, describi scilicet diuersa à Dioscor. & Auic. etenim si quis dotes à Dioscor. huic plantæ ascriptas perpendat; easdem ab Auicen. iisdem ferè verbis repetitas animaduertet. nempe, quum huius folia dicat Dioſc. cum suillo adipe imposita vlceribus mederi, quæ ægre cicatricem trahunt, herbamq́e, ac semen in vino potum dysenteria, & iecinoris vitijs liberare: Auicennas quoque parte altera liniri, ait cum adipe veteri super vlcera difficilis consolidationis, doloribusq́e, & oppilationibus iecoris, & accidentibus hydropis, & iecori conferre suum eupatorium scribit: prætereaq́e (quod & Dioscor.) vlceribus intestinorum mederi cum vino epotum. Etsi vero plura alia Auic. adijcit, quàm Dioscor. hoc tamen aliam plantam describi non probat, quum & Auic. & alij ad Dioscor. historiam sæpe adijciant. Quamuis item in delineanda planta minus consentire cum Dioscor. videatur; non omnino tamen discrepare dixeris, si recte aduerteris. Dioscorides tãtum plura affert, & caulem, & folia, & semen suis notis sigillatim, vt solet distinguens: Auicennæ vero in delineandis plantis semper breui, ac mutilo sat fuit, paucis eupatorium quod nam sit monstrasse. in eius vero assignandis dotibus, etiam Dioscor. diligentia, & ordine videtur superare. Quod autem, eupatorium Dioscoridis describat, ex eo innuit, quòd folia ait habere cannabis, quod & Dioscor. Addit autem Auicen. esse ex herbis aromaticis, & florẽ eius esse sicut nenufar: ex quibus discrepare ipsum à Dioscorid. aliquis dixerit, quia is aromaticum odorem, aut florem suo non ascribat. Verum neque hic dissentit. Etsi enim antiquus interpres aromaticam esse herbam conuertit, Bellunensis tamen diligenter, ex herbis pilosis, est interpretatus: qua in re Dioscor. planè consentit caulem hirsutum suo eupatorio ascribenti. Quod vero de flore nõ memmerit Dioscor. maiorem Auicennæ prodit diligentiam. constat enim agrimoniã luteo flore insigniri, quali etiam nymphæa lutea ab Auicen. sub nenufar nomine significata.

E Hæc ergo quum ita se habeant (ne interim de Serapione aliquid dicam, quem Auicen. semper emulatur, qui ipsissimam plantam Dioscor. iisdem prorsus notis describit, & easdem assignat facultates, quas etiam Auicen.) persuademur ipsi de eadem planta, & Dioscor. & Auicen. intellexisse, tametsi, vno excepto Anguillario viro nostra tempestate de herbaria re benemerito, secus velle cæteros omnes videamus: illam vero plãtam, quæ pro Auic. eupatorio ostendi solet in iecoris affectibus probatissima, eiusdem Auicen. eupatorium non esse credendum est, quæ florem luteum non habeat, vt nenufar, neque folia cannabinis multum similia. Quid autem græcis scriptoribus sit hæc planta, tametsi Ruellius vir doctiss. hydropiper esse Dioscor. putat: nobis tamen satis confutari illius opinio à Matthiolo videtur, neque quid apud Græcos fuerit, hactenus pro certo habemus.

F Cæterum, vt ad alia nunc sermonem conuertamus, quid de eupatorio Mesuæ? si hoc à Dioſc. & Auic. eupatorio differt, fuit ne hoc Græcis medicis sub alio nomine cognitum? Sane diligentiores nostri temporis medici ageraton à Dioscor. descriptum esse Mesuæ eupatorium putant. Contra tamen, quia Dioscor. agerati folia non tenui centaurio, sed origano similia esse dicit, neque de odore meminit, qui in Mesuæ eupatorio est insignis, aut amaritudinem, & purgatricem vim suo agerato ascribit, quæ in Mesuæ eupatorio sunt: ad hæc etiam, quia ageraton ciere vrinam, & vulnæ durities mollire, author est Dioscor. habetq́e hæc ipsa planta Galeni testimonio vim phlegmonas digerendi, & dissipandi, quas dotes de eupatorio Mesues non scripsit: ac præterea, quia nullum caloris, aut siccitatis gradũ agerato ascripsit Galen. vt Mesues facit; ob hæc inquam, sunt ex recentioribus nonnulli, qui aliud ageraton, & Mesuæ eupatorium esse existiment. Hi tamen quam leui argumento à communi sententia discedant, non difficile est videre. Quod enim de foliis agerati obijciunt, hæc Dioscor. non ait esse origano similia, sed plantam ipsam, hoc est, vt ego existimo, caulem, ac ramos origano assimilat. Quod vero de odore, aut amarore non memmerit: hoc non est maiori dignum admiratione, quando & saporem, & odorem in multis alijs præterit Dioscor. vt videre passim licet. sicuti etiam purgandi vis, quæ huic plantæ inest, fieri potest, vt Græcis fuerit ignota, quemadmodum de rosa, & alijs multis cuenit. Quod autem vrinas ciere, & vulnæ durities mollire, vt Dioscor. habereq́e discussoriam inflammationum vim, vt Galen. de agerato, non scripserit; non est admirandum. id in multis quoque alijs factum est à Mes. quod quidem cur euenerit, seu quod hic legitimam Dioscoridis historiam

H non viderit, quod maxime arbitror, seu quod eupatoriũ suum Dioscor. esse ageraton ignorauerit, nunc non discro. De temperamẽto vero, & qualitatum gradu, quod Mesues suum ipsi locum assignarit, Gal. de hac re nihil scribente, si quis differre propter hoc eupatoriũ Mesues ab agerato cõtendat; fateri hunc oportebit Gal. docuisse omnia, neq; post ipsum inueniri, aut medicæ arti adijci quicquam posse: quæ res non tam posteris inuidiam, quam risum, meo quidem iudicio, excitabit. His ita pertractatis patere etiam existimo, primum quidem, quid pro eupatorio Auicẽnæ, & Mesuæ deligi oporteat: falli equidem eos, qui in præscriptis ab Auic. compositis medicamentis aliud ab agrimonia, in Mesuæ autẽ formulis aliud à Iulia nũcupata assumunt, quod quum Cordus faciat in catapotijs aggregatiuis, & syrupo de eupatorio

gratio-

gratiolam pro eupatorio reponẽs, iure à Matthiolo reprehendi videtur. tum vero etiam conflat, quid Manardo respondere oporteat, Mesuem ob id carpenti, quia non easdem vires eupatorio ascribat, quas Dioscorid. Plin. & Galen. De diuersis etenim plantis si agitur, diuersæ quoque facultates ascribi nullo errore possunt. Neque vero, quod quispiam forte obiecerit, propterea Mesues arguendus venit, quia eupatorij nomen præter consuetudinem aliorum, ad ageraton transferat. quando etiam Marrubium Apulei testimonio eupatorium est nuncupatum: neq; plura eodem nomine vocari in medica materia, noua est, aut insolens consuetudo.

De Epithymo. Cap. XVI.

ANT. EPithymum est ex herbis super crescẽtibus alijs herbis, † & est simile cuscutæ. Plantæ autem quibus super excrescit sunt alkil, † & alhasce, & quædam species origani. † Eius autem aliud est Cretense, & aliud est Syrium. B

ELECTIO. Melius est, quod est subrufum Cretense acuti odoris. Quod nascitur in Syria est post id, sed est minus rufum. & adhuc melius est, quod est completum, ponderosum. Et meliores partes eius sunt extremitates eius crassæ, quæ sunt sicut flores. Subcitrinum autem, & pallidum est minus bonum.

COMPLEXIO, & proprietas. Est calidæ complexionis, & siccæ in secundo, & dixit Galen. quòd est calidum in tertio. & est compositũ ex partibus igneis, a quibus inest ei acuitas: & ex terreis subtilibus, a quibus sibi inest stypticitas pauca, & ipsum quidem est subtiliatiuum, resolutiuum, aperitiuum oppilationum, confortatiuum viscerum. C

RECTIFIC'ATIO. Facit sitim, † & generat æstuationem in corporibus calidis. Et est ex debiliter, & tarde soluentibus. Quapropter est prohibendum sub dominio caliditatis, & siccitatis positis. Confortatur autem operatio eius multiplicatione quantitatis ipsius, & associatione rei cum eo magnificantis effectum eius, sicut sunt myrob. nigri & Indi proprie, aut hellebori nigri quantitas parua. † Aqua vero mellis cũ pauco sale, aut aqua decoctionis passularum cũ sale, similiter. aut aqua lactis ex capris sumpti vigorat ipsius operationem. Sal gemma vero, aut sal indus, aut sal naphthicus sũt ex rebus quæ additæ sibi addunt virtuti ipsius. Citam autem, et facilem facit operationẽ ipsius, si ei aliquid acutum virtute misceatur, sicut piper, & piper longum, & zingiber, & similia. Et non prætermittas quin cadat in potibus eius oleum amygdalarum dulcium, quo inuoluatur, & in decoctione ipsius passulæ sine interioribus. quoniam addũt ei ad bonitatem, leniendo quod timetur ex nitrositate ipsius. Et ne ignores, quod epithymũ de decoctione modicum sustinet, quare oportet, vt fiat illud secundum legem. D

POSSE. Prærogatiuam habet educere super omnibus solutione educentibus melancholiam. Educit enim sine molestia & facile. † & quidam dicunt, quod educit de phlegmate aliA quid. † Et dixit Paulus, quod solutione educit humores adustos, & declinauit ab eo, quod comprehendit veritas. Et ego non inueni, quod fieret illud. Potestas autem eius super humore melancholico, & ægritudinibus eius, est magna, & proprie in ægritudinibus capitis, sicut est melancholica, & epilepsia, & alguengem, & timor, & vertigo, & dolor capitis, quorum materia est melancholia. Valet etiam ad tremorem cordis, & syncopin, & ægritudines melancholicas in eo. Et est magna medicina oppilationis splenis, & ægritudinum in eo, & confert ægritudini hypochondriæ, & oppilationibus renum, & frequens vsus potionis eius est medicina solennis cancro, & lepræ, & vulneribus nigris, & soluit quartanam.

†DOSIS. Potio eius in decoctione est a drach. 5. vsque ad 20. Et pulueris eius a drach. 3. vsq; ad 7. Is autem, qui sumit ipsum, vitet acceptionem eius in æstate.

EPITHYMVM.



De Epithymo. Cap. XVI.

EPithymum thymo, tymbræ, cuidã speciei origani, supercrescit cassuthæ modo, duplex idest, Creticum, idemque præstantius, præcipue capitulis florulentis, subrufum, acre etiam odoratu, absolutum, graue. alterum Syriacũ, minus rufum, ignobilius, vt etiam pallidum, & subcitrinum, calidum, siccũ secundo ordine, (Galen. tertio.) Duplici substã- SYLV.

tia

tia compoſitum, terrea pauca, parum adſtringente, & iuuea acri, melancholiam præter cætera, tanquam prærogatiua quadam, facile, & citra moleſtiam purgante (ac etiam pituitæ aliquid quorundam ſententia, Humores quoque aduſtos Paulo videtur vacuare, ſed falſo, non enim eos ab hoc vacuari inueni) ob id affectus melancholicos, potiſſimum capitis melancholiam, epilepſiã, deſipientiam, timorem, vertiginem, cephalalgiã melancholicam, ſyncopem quoq; cardiacam, cordis tremorem, & affectus alios cordis melancholicos. Obſtructionem lienis, & morbos inde ortos ſanat, & melancholiam hypochõdriacam, obſtructiones renum, cancrum, lepram, vlcera nigra, quartanam, vſu multo ſanat. nam tenuat, reſoluit, obſtructiones aperit, viſcera roborat. In calidis, & ſiccis naturis non vtendum, quia calorem immodice auget, ac inde ſitim excitat. imbecillius, & tardius purgat, niſi largius ſumatur, aut cũ myrobalanis Indis, aut pauco helleboro nigro, aut mulſa, cum pauco ſale, aut vuarum paſſarum decocto, cum ſale præſertim gemmeo, vel Indo, vel Naphthico, aut ſero lactis caprini, vel pipere aliquo, zingibere, vel alio acri, ſic enim cito ac facile purgat. Sumendum autem omnino eſt, vel cũ oleo amygdalarum dulcium, vel decocto vuarum paſſarum purgatarum, vt leniendo aluum magis ſubducat, & ne ſubſtãtia nitroſa partes lædat, quas permeat. Parum diu coqui ſuſtinet. Datur decocto à drach. v. ad drach. xx. puluere à drach. iij. ad drach. vij. cauendo æſtatem.

De Epithymo.

MANA. DVrioris Thymi floré, & Satureiæ ſimilis, eſſe epithymum ſcribit Dioſcorides, habereq; capita tenuia, leuia, caudiculas veluti capillos. Plinius poſtquam eadem fere dixit, quæ Dioſcorides, addit. Quidam aliter epithymum tradunt ſine radice naſci, tenui ſimilitudine pallioli rubens. Videtur autem Epithymum hoc Meſue, ad ſecundum Plinij referri: ſicuti & id quod in vſu nunc eſt, & vel ex Apulia, vel ex Orientalibus locis affertur. Est ſimile cuſcutæ. Res nota eſt ſub hoc nomine cuſcutæ, nec alia re a vocato Epithymo videtur differre, niſi, quod paſſim cum lino naſcitur; illudque quaſi ſtrangulat. atque hoc argumento aliud nomen inuenit, vt podagra videlicet lini dicatur. ALAII & Hálaſce.) Thymbram, & Thymũ intellige. EIVS Aliud eſt Cretenſe, aliud eſt Syrium. In Cappadocia, & Pamphilia plurimum generari ſcribit Dioſcorides. ET dixit Galenus eſt calidum in tertio. Adde & ſiccum, & ſimile thymo virtute, ſed in omni re fortius. ET generat æſtuationem.) Stomacho minus vtile, dixit Plinius, & vomitiones vomere. AQVA vero mellis cum pauco ſale) Dioſcorides, & Plinius cum melle, & ſale, & pauco aceto. ET quidam dicunt.) Si legiſſes Dioſcoridem, ſcires ipſum ſcripſiſſe, quòd cum melle potum purgat per inferiora bilem nigrã, & pituitam. ET dixit Paulus.) Optimum eſſe ait Paulus in euacuanda melancholia: nec video, quo pacto poſſet eſſe magna medicina in morbis, qui a Meſue ipſo enumerantur, niſi atram bilem exuſtam, quæ proprie melancholia dicitur, expurgaret. Doſis potionis eius vſque ad viginti, & reliqua.) Nimis creuit hæc doſis, ſiquidem Dioſco. quatuor, Paulus quinque, Plinius ſex, ad ſummum concedunt.

E EPithymũ non eſſe propriũ thymi florem, ſed plantam thymo adnaſcentẽ, ſuis quiſq; oculis põt intueri, neq; ſatis intelligo, quomodo adducti ſint noſtro tẽpore aliqui, vt vel thymi ſpeciẽ epithymum hoc putẽt, vel vulgatũ noſtrum epithymũ id eſſe negẽt, de quo ſcripſere Dioſc. & Græci alij. Et ſi. n. Dioſc. verba quum ait ἐπίθυμον θύμοῦ ἐσιν ἄνθος τοῦ σκληροτέρου, καὶ θύμβρα ἐοικότος epithymum innuant florem eſſe thymi verum, ſunt tamen ſane intelligenda, neq; ab eo diſcedendum, quod ſenſus docet. ſcite ergo Plinius vertit florẽ eſſe a thymo, ne interea ipſe repetam, quod etiã alij dixere, ἄνθος vocem non tam florem, quã quicquid rebus ſupercurrit ſignificare, quum dicatur ἄνθος παρὰ τὸ ἀνθεῖν, ἐν τῷ αὐξάνεσθαι, quod ſcilicet rebus ſupercurrat creſcendo. id enim, vel grammatici docent. Non eſt ergo meo iudicio dubitandi de hac re locus, quamuis non deſint, qui nodum in ſcirpo quærant. Itaq; his omiſſis accedamus ipſi ad alia. Sane de epithymi temperamento videtur eſſe nonnihil controuerſiæ, quum Gal. in tertio calidorum, & ſiccorum ordine ponat, Contra tamen author noſter præter Galeni ſententiam calidum, & ſiccum ſecundi ordinis putet: Humain vero Auicennæ teſtimonio in 2. Can. calidum in tertio, & ſiccum in fine primi ordinis conſtituat. Fortaſſe tamen, quũ Gal. in tertio calidorum, & ſiccorum ordine epithymum collocat, de tertij gradus initio intellexit; Auicennas vero de fine ſecũdi, qui tertio eſt affinis. atq; hoc pacto par ua eſſet inter eos diſcordia. Sed repugnat huic conciliationi Humain ſententia, in fine primi ordinis ſiccorum epithymũ reponentis: Cuius tamen authoritas tanti eſſe apud nos non debet, vt Galeno, & ipſi rationi non potius aſſentiendum exiſtimemus. nempe manifeſtius exſiccat epithymum quàm, vt in primo ordine, qui eſt eorum, quæ obſcure agunt, collocari debeat. Cæterũ maioris momenti videtur eſſe, quod de purgatrice huius medicamenti facultate hic author ſcribit. ſcribit profecto ipſum prærogatiuam habere ſuper omnibus melancholiam educentibus, magnamq; eſſe vim ſuper melancholicis affectibus. Contra tamen ſtatim Paulum erroris accuſat, exuſtos humores educi arbitrantis. At quo pacto (ait Man.) poſſet eſſe magna medicina in morbis, qui a Meſue ipſo enumerantur, niſi atram bilem exuſtã, quæ proprie melancholia dicitur, expurgaret? Nos vero, neq; cum Manardo dixerimus exuſtã atram bilem proprie melancholiam dici; neq; id ſequi, ſi melancholicis affectibus confert, vt etiam exuſtos humores expurget: quando alterius naturæ, ac ſpeciei atra eſt bilis a melãcholia, ſi Galeno credimus. De Meſuæ autem controuerſia, exiſtimarim per aduſtos humores non atram exuſtã bilem, ſed ipſam flauam, ac feruidam bilem intelligere hunc ſcriptorem, atq; in hoc Pauli ſententiam non amplecti; ſiue id Paulus, ſiue alius ſcripſerit. etſi autẽ id in Paulo ipſi adhuc non legimus, quod hic author reprehendit, ſcripſit tamẽ Serapion ex Dioſcoride, vt ait, ſententia (licet Dioſc. id nõ ſcribat) epithymũ choleram expurgare: et Plinius quoq; educi hoc medicamẽto bilẽ teſtatur. fieri etiã põt, vt aliqui feruidam bilem trahi Paulo authore ſcripſerint, quos hic fide adhibita æmulatur; aut id in aliquo Paulo ipſi aſcripto libro apud Arabes legeretur, quod hic damnat. non temere ergo quis dixerit per aduſtos humores feruidã bilem Meſuen hic intelligere, alioqui non ignarum ex aduſta atra bile ſplenicos, & melancholicos affectus multos procreari, in quibus ipſe epithymũ cõmendat. Atq; hoc pacto ego profecto

COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0100-7 DFG

profecto clementer huius magni viri ſententiam interpretandã dixerim, non etiã acerbius reprehendendam. Sed aliud hic ſe offert, quod animaduerſione eget, de huius, ſcilicet medicamẽti exhibendi menſura. Dioſcorides, vt etiã Manar. adnotauit, quatuor, Paulus quinq; Plinius vſq; ad ſex drachmarũ pondus exhibet. Auicennas eius in puluerẽ redacti drachmas etiam duas; liquori vero, in quo id ſit decoctum, aureos quatuor, quæ menſura duas ex tribus vnciæ partibus pendet. Serapiõ autẽ ex Aben Meſua, infuſum à drachma vna vſque ad quatuor, ſicci autẽ contriti a drach. vna vſq; ad duas cõcedit. Ex quibus, doſis, vt aiunt. a Meſue aſſignata nimia eſſe videtur; puluerẽ epithymi a tribus drachmis vſque ad ſeptẽ, decoctũ vero a drachmis quinque vſque ad viginti exhibente. Cæterũ quicquid ſit de huius medicamenti menſura ſtatuendũ, in qua certe præſcribenda in tanta ſcriptorũ varietate infra potius ſubſiſtendum, quàm audacius agendũ eſt; quũ Plinius drachmas ſex epithymi dãs nõ damnetur, ſuſcipiẽdus hic quoq; author venit non multũ a Plinio differens, & drachmas ſeptẽ eiuſdem in puluerem redacti propinãs. De decocto vero, tametſi ab Auic. & Aben Meſua multum differt, nõ abſolute tamen damnanda eſt Meſuæ præſcriptio, ſed pro aquæ, liquoriſve, in quo ipſum decoquitur, & pro ipſius quoque, quod decoquitur menſura, erit æſtimanda, neque enim ſi ſex aut ſeptem epithymi drachmas tribus aquæ vncijs incoxeris, ob id nimis creuiſſe doſim dicendum eſt, quòd viginti drachmas pendeat id, quod ſupereſt, decoctione facta. ſed cogitandum, quòd hebeſcit liquore multo, & coctione euaneſcit purgatrix cuiuſque rei facultas: propterea quæ decoquendarum rerum pondus augeri a medicis ſemper ſolet.

De Hyſſopo, quod vocatur haſce. Cap. XVII.

ANT. Dicunt † quidã quod eſt hyſſopus hortẽſis. Et dicũt alij, q̃ eſt vna ex ſpeciebus origani. Et eſt plãta pluriũ ſtipitũ ſubtilium, q̃ expanduntur, & eleuãtur ſuper radicẽ, ſicut eſt medietas cubiti, et ſunt eius folia minora folijs origani, & eleuãtur, & colliguntur ſuper extremitatẽ ſtipitũ ſicut modus foliorũ declinantiũ ad purpureitatẽ, & minorantur folia in extenſione ſtipitis, & multiplicantur in capitibus, & extremitatibus craſſis. & eius flos ſicut flos calamenti ad rubedinem declinans. & planta eius, vt dictum eſt, mater epithymi.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidæ complexionis eſt, & ſiccæ in ſecundo, † & dixit Dioſ. q̃ eſt in principio tertij, & eſt quaſi verius. Eſt enim reſolutiua, inciſiua, calefactiua, oppilationum aperitiua, carminatiua ventoſitatis, & hoc eſt propter dominium partium calidarũ in ipſa.

RECTIFICATIO. Eſt in ea de acuitate aliquid, ſed nõ ſuperfluẽs. Et fortaſſe frãgitur in permixtione ipſius cũ alijs, & frangitur in infuſione ipſius in aceto pmixta. & emendatur ẽt cum paſſulis, & aqua mellis cũ pauco ſale. & adiuuãs ipſum ad ſoluendũ, dans ei ad ſufficientiã, eſt ſal gemma, & decoctioni eius iungunt mannæ circiter aur. vij. & ſoluit ſufficiẽter. & eſt medicina bona. Et fit ex floribus eius, & oleo veteri oleũ, q̃d dr̃ haſce, & eſt iuuamentorũ multorũ. Haſce quoq; decoctionẽ ſuſtinet, ĩ qua eſt mediocritas & in eius cõtritione, ſi nimiũ elaboret, acquirit ei, vt ſit res magis penetratiua, & repat virt⁹ eius, & penetret ad vias vrinæ, & multiplicat̃ eius prouocatio aquoſitatis plus, & minoratur ſolutio.

POSSE. Solutionẽ efficit facilem, & educit phlegma. Et dixerũt quidã, q̃ educit melancholiã, & vr̃, q̃ fiat illud debiliter, & confortatur ad hoc tñ cũ ſale gemma, & ſale Indo, qñ oportet. Verũ de operatione eius cõtra phlegma manifeſtũ eſt, & proprie de eo, quod eſt in partibus pectoris, & pulmonis, & viarũ anhelitus. & † valet ad ægritudines cerebri, & neruorum phlegmaticas, & cõfortat ipſum, & neruos, & ꝓprie ſyrup⁹ ipſius. Et oĩs vſus adminiſtrationis eius, & oleũ, quod diximus de haſce calefactũ confortat neruos, & cõfert ægritudinibus eorũ frigidis. & vſus eius eſt cõſeruans ſanitatẽ, & virtutẽ viſus, & aufert eius debilitatẽ. & vaporatio decoctionis eius remouet dolorẽ auris, & tinnitũ ventoſum. Pectus aũt, & pulmonẽ ſecundũ oẽm modũ adminiſtrationis eius mũdificat, & proprie pectora ſenũ, et corũ proprie, quorũ pectora ſunt poſita ſub dominio phlegmatis craſſi, & viſcoſi. & eſt medicina bona aſthmaticis, & tuſſi. ſedatiua doloris pulmonis, & cõfert vſus eius ſenibus, & eis, quos hyems lędit, & ſyrupus eius, & alij modi adminiſtrationis eius cõferũt paucitati appetitus, & malitię digeſtionis. reſoluit vſus eius vẽtoſitates craſſas, & carminat, expellit, & educit, & proprie cũ baurach, & melle vermes. & eſt ex eis quæ educunt menſtrua, & vrinam prouocant, et ſyrupus, & decoctio ipſius confert rigori febrium.

DOSIS Decoctionis eius eſt a vnc. v. vſque ad x. & puluerис ipſius a drach. ij. vſque ad iiij.

THYMVM.



De

De Thymo. Cap. XVII.

SYLV. THymus quibuſdam hyſſopus hortenſis videtur, alijs origani ſpecies. Plāta eſt multis caulibus, gracilibus, ſemicubitum altis, folijs origani, minoribus, in ſummo minutis, in capitula quædam ſubpurpurea coeuntibus. Flore calaminthes in rubrum inclinante, cui epithymum innaſcitur. Calidus ſiccus receſſu ſecundo, aut potius tertio cum † Galeno. Calfacit, tenuat, incidit, reſoluit, obſtructa aperit, flatus etiam craſſos diſſipat. Pituitam clementer educit, & † vt quibuſdam placet, etiam melancholiam, ſed imbecilliter, & cum ſale gemmeo, vel Indo. illam vero pituitam etiam craſſam, & lentam, potiſſimum à thoracis partibus, & reſpiratorijs euocat, & à cerebro. Ob id harum partium, & neruorum affectibus frigidis & pituitoſis mire ſuccurrit, vt aſthmati, tuſſi, dolentibus à frigido pulmonibus, præſertim ex ipſo ſyrupus, vel decoctum, vel oleum ex eius flore incocto factum, quod etiam viſum acuit, & ſanitatē conſeruat. Partes neruoſas calore ſuo roborat. Suffitu autē dolorē auris et tinnitū flatuoſū ſanat. Saluberrimus eſt ſenibus, & contra hyemis frigidæ humidæ iniuriam, appetentiam excitat coctionem iuuat, cum nitro & melle lumbricos necat, menſes ac vrinas mouet. rigori febrili prodeſt. Caliditas eius vehemens aliorum miſtione obtunditur, ſiue coquatur cum paſſis vuis, ſiue aceto infundatur, ſiue mulſæ cum pauco ſale gemmeo purgationem eius augente. Decocto eius mannę drach. vij. diſſolutę clementer, & quantum ſatis eſt, ſubducunt. Coctionem, & trituram mediocrem ſuſtinet. Quod ſi tenuius puluereretur, penetrat magis, & vrinas largiores mouet, deiectionem vero minorem. Datur decocto a drah. v. ad drach. x. puluere autem à drach. ij. ad drach. iiij.

* Galeno legē, non cum quibuſdam exēplaribus Dioſco. apud quem nulla eſt graduum definitio. Galē. autē thymū, calidū ſiccum ordine tertio ſcribit lib. 8. ſimpl. & capita reliquarum virium latius hic explicarū addit. † Cum ſale & aceto pituitā per alium purgat Dioſcor.

De Hyſſopo quod vocatur Haſce.

MANA. DIcunt quidam quod ſit hyſſopus hortenſis, dicunt alij eſſe vnam ex ſpeciebus Origani.) Nomen ipſum, modusque loquendi, oſtendunt ignoraſſe Meſ. de qua re ſcriberet. Tu autem ſcias voluiſſe eum loqui de thymo, re non obſcura, vtpote quam dicit Dioſcorides ab omnibus cognoſci. SICVT nodus foliorum.) Intellige ex Dioſcor. thymi capitula. Et eius flos eſt ſicut calamenti.) Non hoc Dioſcorides, ex quo reliqua iſta ſum pſiſſe videtur. Plinius duo genera facit; candidum, radice lignoſa, quod & præfertur; alterum nigrius, floriſque nigri. Semen deprehendi non poſſe, ſed flore ſato enaſci. ET dixit Dioſcor. quod eſt in principio tertij.) Cum Dioſcor. nunquam meminerit graduum, liquet hunc virum Dioſcor. verum non habuiſſe, ſed nec Gal. & Paulum bene legiſſe. hi enim fuere, qui calidum & ſiccum in tertio ordine poſuere. VALET ad ægritudines cerebri.) Valet comitialibus ſecundum Plinium, viſus obſcuritati, ſecundum Dioſcoridem diſcutit œdemata, diſſoluit coagulatum ſanguinem. tollit verrucas, & cum vino, ac polenta iuuat coxendice laborantes.

COST. QVis putarit haſce aut hyſſopi, aut origani eſſe ſpeciem, obſcurum eſt nobis: ijs tamen qui ita ſentiunt, non aſſentitur Meſues. ſed thymum eſſe arbitratur, dicens eſſe matrem epithymi, ſicuti etiam in ſuperiori capite dixerat epithymum huic plantæ ſupercurrere. iniuſte ergo Manar. ſcribit ignotum fuiſſe huic quamnam plantam deſcriberet. Quum autem in ſtirpis huius delineatione Meſues thymi florem eſſe flori calaminthæ ſimilem ſcribit inclinantem ad ruborem; etſi hoc Dioſc. non ſcribit, ab illo tamen non diſſentit, purpureum vtrique & thymo, & hyſſopo florem aſcribenti, quamuis alterum quoque thymum flore nigro Plin. deſcribat. Neq; etiam quod hic Dioſcor. teſtimonium citet in ſuo loco temperiei thymi aſſignando, quum tamē graduum Dioſco. numquam meminerit; ob id acrius inſectari hunc decet, atque obijcere quòd Galenum, ac Paulum non bene legerit; excuſandus potius eſt, quando fuit hoc Arabibus peculiare, vt ex Græcis habuerint omnia deprauata, qualia & nos ex Arabibus multa.

De Hyſſopo montana. Cap. XVIII.

ANT. HYſſopus duorum eſt modorū. Eſt enim ex ea quædam hortenſis, cuius ſubleuatio ſuper terram eſt circiter medium cubitum, & non multiplicatur in ſtipitibus, & ramis, ſicut haſce, & folia ipſius ſunt maiora quam in haſce, & flos eius eſt purpureus: & ex ea eſt montana, cuius folia ſunt minora plura, & ſtipites non ſunt tantæ eleuationis.

ELECTIO. Cuius odor & ſapor ſunt acutiores melior eſt, & ex duabus ſpeciebus melior eſt magna: & melius tempus collectionis eius eſt, quando incipit florere.

COMPLEXIO, & propietas. Calidus, & ſiccus eſt in ſecundo, & ſpecies eius magna eſt calidior: ita vt dicatur conuenientius, quod ſit in tertio: & eſt in ea ſecundum omnem diſpoſitionem eius caliditas ſubtilis, dominans, faciens eam ſubtiliatiuam, abſterſiuam, reſolutiuam, & extenuatiuam ventoſitatum.

RECTIFICATIO. Eſt ex debiliter ſoluētibus. quòd ſi miſceatur ei cordumeni, & iris, additur ei ad ſolutionem. Et ſimiliter manna addita decoctioni ipſius confortat eius ſolutionē, & fit ſolutiuum ſufficiens. & ſimiliter additæ ei ad ſolutionem mel & paſſulæ ſine interioribus, & ſcilla magnificat eius operationē. De decoctione autē, & contritione ſuſtinet mediocriter, ſicut haſce.

POSSE. Solutione educit phlegma, tamen minus quàm haſce. & eſt ſimiliter medicina bona, pectoris, & pulmonis, & membrorū anhelitus, mundificās ea à phlegmate craſſo, & humoribus putridis: & ſubtiliat ſputū craſſum ſanioſū, faciens ipſum facilis expulſionis: & confert aſthmati, & tuſſi ab humoribus craſſis, & putridis iuuamētum ſufficiens, & colorem efficit bonum, & illud propter iuuamentū, quod efficit in ſpiritualibus, & propter iuuamentum, quod efficit in re digeſtionis: & quia per ipſam acquiritur facilitas, & bonitas, & ſubtilitas in ſpiritu. & eius iuuamentum in ægritudinibus cerebri, & phlegmaticis magnum eſt, proprie in epilepſia. Inquit Humain, iuuamentum hyſſopi, & proprie ſyrupi decoctionis eius, & aliorum modorum adminiſtrationis ipſius, & proprie cum oxymelle

melle ſcillitico, magnum eſt in epilepſia, & proprie cuius materia eſt phlegmatica, & nos experti ſumus illud in omni ætate: & origanum iunctum decoctioni ipſius fortificat ad illud,& decoctio eius cum vino reſoluit apoſtemata dura, & proprie ſplenis, & viſcerum: & ſimiliter emplaſtrum ex ea cũ ficubus, ireos, & baurach. & decoctio ipſius educit vermes, cum decoquitur cum ficubus: & vaporatur auris, & confert tinnitui,& ſibilo. Et decoctio ipſius cum aceto, & oxymelle ſedat dolorem dentis.

Dosis. Decoctionis eius potio eſt à drach.6. vſque ad 10. & pulueris eius à drach.4. vſq; ad 7.

HYSSOPVS.



De Hyſſopo. Cap. XVIII.

SYLV. HYſſopus duplex, hortenſis, & montanus. ille ſemicubitalis, caulibus,& ramis paucioribus,quam thymus, folijs thymi,ſed maioribus,flore purpureo: Hic breuior,& folijs minorib⁹. Hyſſopus eſt calidus ſiccus ordine ſecundo,vel potius tertio.Pituitam etiam craſſam, & putrem purgat, ſed minus quam thymus. Thoracem,& pulmones,partesq; alias reſpiratorias pituita eadem, & humoribus alijs putribus,& pure expurgat: & tenuãdo,ac incidendo,tergẽdoque ſputum facile reddit.Ob hęc aſthmati, tuſſi à materijs prædictis eſt ſalubre, & epilepſiæ pituitoſæ,cęterisq; cerebri affectibus pituitoſis,pręſertim ſumptus ſyrupo,vel decocto cũ oxymelite ſcillitico,& cum origano,etiam in omni ætate expertus. coctionem quoque iuuat,propter hæc reſpirationem leuat,& cutis colorem flo ridum efficit. Coctus cum vino,hepatis,& lienis, & aliorum viſcerum tumores reſoluit ſumptus,& cum ficubus,& iride,& nitro admotus,lumbricos necat,cum ficubus coctus: cũ aceto autem vel oxymelite,dolorem dentium ſedat, ſuffitu autem aurium tinnitum diſſipat, Nam tenuat,terget,digerit,flatus diſſipat. Odore,& ſapore acerrimo eſt præſtantior,pręſertim qui habilior eſt,& quo tẽpore florere incipit,quando etiã colligendus. Imbecilliter purgat,niſi cardamomum,& ius miſceatur,aut cum mãna,vel melle,vel vuis paſſis purgatis,vel ſcilla coquatur.Mediocrem ſuſtinet coctionẽ,& trituram,vt thymus.Datur decocto à drach. 6.ad drach.10. puluere à drach.3. vſq; ad drach.7.

De Hyſſopo montano.

DE vulgari hoc capite Hyſſopo loquitur. Electio.) Dioſcorides præfert Cilicam. Hip.& Plin.in Tauro monte natam,& poſt eam Pamphyliam,& Smyrneam. Calida & ſicca in ſecundo.) Galenus in tertio. Solutione educit phlegma.) Cum oxymelite,& ſale trahit pituitas, inquit Plin. craſſos humores Dioſcorides,qui edi etiam ait cum ficis ad aluum ſubducendã,fortiuſque purgare mixto cardamomo,aut Iride,aut Eryſimo: aliqui tamen pro cardamomo,legunt cardamum. Et tuſſi. Cũ ficis,aqua,melle,& ruta,peripneumonicis,aſthmati, tuſſi antiquæ,catarrho,ſi cum melle lingatur,ait Dioſc. eſſeque optimum gargariſma anginæ cum ficis. Cum vino reſoluit apoſtemata dura) Phlegmones, ait Dioſcor. Doſis vſque ad drach.x.) Manipulum integrum Plinius. Ego maiorẽ longe quantitatem poſſe tuto dari arbitror. MANA.

AN hyſſopus vulgaris planta ſit à Dioſc. & Græcis alijs hoc nomine intellecta,quum excitata ſit cõtrouerſia inter noſtri temporis medicos, Dioſcoridesque de origano agens lib.3.ipſum ſcribat folio eſſe hyſſopo non diſſimili, vmbella veluti multifida non in rotæ ſpeciem orbiculata,& lib.4. chryſocomæ comã corymbaceam aſſignet inſtar hyſſopi, quibus verbis tribuere vmbellam hyſſopo videtur, quæ tamen vulgari noſtro non ineſt: quum item Iſaac Serapionis teſtimonio hyſſopo folia maioranæ aſcribat. quod & Crateuas, vt Anguillarius ſcribit: ad hæc etiã Plin. lib.26. baccas hyſſopo aſſignare videtur, his comitiales morbos curari dicens; quum hæc,inquam,obijciantur,non videtur facile conſtitutu,quid ſit hac de re ſentiendum. Nos tamen quia non ignoramus,quæ Matthiolus ſcribit: primum quidem à Dioſc.in cap. de origano non flores, ſed folia comparari, licèt Marcellus ſecus interpretetur: tum etiam comam in cap. de chryſocome non tam flori, quàm folijs poſſe aſſignari. ita enim & Plinius lib.12. balſamo perpetuã comam,& Virg.4. Georg. acantho comam aſcribit.vbi hæc,inquam,perpendimus: præterea vero ijs,qui origanum illud Creticum cãdidius pro hyſſopo reponunt, ſupereſſe alia explicanda videmus, tum quid nam vulgare hyſſopum ſit,ſi verũ non eſt hyſſopum: tũ quid de Plinio dicendũ baccas hyſſopo aſcribente,quid de Crateua,& Serapione de coma nihil ſcribẽtibus: adduci facilenõ poſſumus,vt diuerſum à Græcis hyſſopum intelligi putemus, quam vulgo ſit cognitum,quam à Meſue Dioſcoridem in aſſignandis dotibus æmulãte,ſit hoc in loco deſcriptum. At vero,vt ad Meſuen redeamus, quum duplex hyſſopum ſit,montanum, & hortenſe, COST. Cap. 25.

& hortense, est hic quæstio de quo nam verba fiant. Ali E
qui profecto de hortensi tantum, non autem de montano
agi existimant; propterea q; perperam inscribi hoc ca-
put de hyssopo montano. nos vero de vtroq;, præsertim-
que de mōtano tractari arbitramur, nempe acriori, odo-
rationi, & in omnibus magis probato quā hortense. Ita-
que Dioscor. & Anic. qui eadem scribunt, de vtroque pro-
miscue scribunt. Verum tamen hoc in loco ait Mesues, de
quo licet admirari. primum quidem hyssopum illud ma
gis probat, cuius odor & sapor excellunt; statim ta-
men speciem hyssopi, quæ magna est (atque adeo horten
sem) magis commendat, & calidiorem esse ait, contra
quàm statutum sit à nobis, & medici plerique omnes
consentiant. Torsit diutius, & adhuc torquet nos his lo-
cus, suspicamur tamen interpretis fuisse lapsum, neque
authorem hunc, quamuis repetere idem statim videa-
tur, hoc scripsisse cogitare possumus, alioquin non ne- F
scium montanis stirpibus longe maiorem inesse acritu-
dinem quam hortensibus.

De Prunis. Cap. XIX.

ANT. PRuna dantur ad alterandum, & ad soluendum.

ELECTIO. Quæcunque ex eis alba, aut citrina, aut rubea, sunt minus competentia operationi, medicinę, quam nigra. & sunt quædam ex eis, quæ sunt muza, quæ conferunt ad alterandum magis. & sunt ex eis quædam dulcia, quæ sunt ad soluendum magis ventrem, & vtraq; alterant & solutionē faciunt, plus tamen & minus. † Damascena vero, & armena in casibus illis sunt fortiora, quamuis alij dicant aliud. & humida secundum quosdam plus illud faciunt, quam sicca. Sicca minus corrumpuntur in stomacho, quam humida. Sunt enim humida praua, ad putrefactionem conuertibilia.

COMPLEXIO Et Proprietas. † Dulcia sunt inter frigiditatem, & caliditatem, declinant tamen ad latus frigiditatis. & sunt humida in secundo: Muza vero sunt frigida in principio secundi. Et omnia quidem sunt lauatiua, refrigeratiua, & lenitiua.

RECTIFICATIO. Rectius cum quo miscētur, & addit in operatione corū, sunt tamarindi, & proprie cum modis infusionis notis, & casiafistula, & tereniabin, & violæ conditæ, & similia, & fit ex aqua eorum syrupus iuuamenti noti. & ex carnibus eorum fit electarium bonum. Armeni quoq; arborem prunorum distanter circiter longitudinem palmę in duabus vel tribus partibus subtiliter perforant, & intromittunt frusta scammoneæ. & sigillant luto: & sunt fructus arboris illius solutiui sufficienter, & faciunt sophisticationes alias in arboribus alijs.

POSSE. Solutione educunt choleram dantur in ægritudinibus cholericis, & alterant malitiam earum, & soluunt materiam à qua fiunt. nocent stomacho tamen, sunt pauci nutrimenti.

DOSIS. Aquæ eorum potio est circiter libr. vna cum zuccaro.

De Prunis. Cap. XIX.

PRuna aluum subducunt, & alterant, sed SYLV.
alba, flaua, rubra minus sunt medicamētosa, quam nigra, quorū quæ μίσα
i. dulcacida sunt, alterat magis. Dulcia
vero soluunt largius; tamen vtraq; alterant, & soluunt, magis, scilicet & minus. Damascena vero, & Armena, vtrumq; præter cætera præstant, humida tamen potius quam sicca, quæ etiam in ventriculo promptius quam sicca, corrumpuntur. Dulcia calido frigido temperata, aut paulo frigidiora, humida ordine secundo. μίσα, idest dulcacida frigida, principio secundi. omnia tamen lauant, leniunt, re
frigerant, bilem educunt. ob hæc duo biliosis tum F
febribus, tum morbis alijs sunt salubria. stomacho nocent, pauci sunt alimenti, quia imbecilliter soluunt, eis adduntur prę sertim infusione, Tamarindi, casia fistula, manna, violæ conditæ. Ex horum succo fit syrupus, & ex carnibus electuarium in eadem salubre. Armeni truncum pruni arboris locis duobus, vel tribus palmæ vnius interuallo tenuiter perforant, immissoque scammonio lutant, pruna ob id purgantiora euadunt. Dantur succo seu decocto cum saccharo ad libram vnam.

De Prunis.

COccymelia vocant Græci, vel κοκκύμηλα. DAMA- MANA.
SCENA & Armena. Damascena iampridem, inquit Plin. in Italia nascuntur, grandiore ligno, & exiliore
carne, nec vnquam in rugas siccata, quando soles sui de- G
sunt Gal. magis adstringentia ait esse Damascena, Hiberica dulciora. miratur tamen Dioscor. dixisse Damascena sicca ventrem sistere, optima vero esse inter eadem, quę sint mediocriter adstringentia, magna ac laxa. DVLCIA sunt inter caliditatem & refrigiditatem.) Mediocriter humectant & infrigidant, ait Gal. Decocta in melicrato plus mellis habente, ventrem molliunt, magisque si melicraton superbibatur, dehinc vinum dulce, & prandium differatur. Adstringunt syluestria, pariterq; domesticorum folia. Gummi lapidem frangit.

PRuna quum alia domestica sint, alia sylestria, de do- COST.
mesticis hic tantū verba facit, quibus scilicet lenien
di aluum vis inest. alioqui sylueſtria astringente, etiam
insigni, pollent facultate. Domesticorum tot possint ex
colore, sapore, modo substantiæ, duritie scilicet & molli
tie, figura, magnitudine, patria, desumi differentiæ, vt
par sit naturæ in hoc fructu fœcunditatem mirari. Medi
cis autem eius præsertim differentię ratio habetur, quæ
ex saporibus petitur, cuius gratia pruna alia dulcia, a-
lia acida, alia dulcacida sunt. Tametsi autem Mesues
etiam colorem animaduertere videtur nigra alijs prefe
rens: & Galenus quoque ac Dioscor. natale solum spectat,
Damascena & Armena magis probantes; saporis ta-
men gratia horum ratio habetur. Sane quum dulcia ma
gis aluum subducant, acida vero magis alterent; vtrun
que tamen horum inesse his omnibus videtur, vt & sub
ducant & alterent. ita etiam quum recentia magis ven
trem leniant, sicca uero magis astringant, videntur ta-
men utraq; & sicca & recentia præstare utrumq; præser
tim quæ Damascena sunt: quæ quidem quum nonnulla
eorum plurimum astrictionis habeāt recentia, probatis
sima uero mediocriter etiā astringant, ac laxent Galen.
affirman-

affirmante. 2. de alim. fac. non mirum si exiccata etiam magis astringant, humidis partibus quæ laxabant imminutis, & terrestribus, quibus astringendi insidet vis, magis exsiccatis. Hinc vero etiam litem, quæ inter Galenum est ac Diosc. sedari posse dixerim, quum Diosco. Damascena sicca cohibere aluum scribit, Galenus laxare contendit. Laxant certe etiã sicca, sed minus quã recentia; sicca autem hæc, vbi subduxere aluum, astrictionis vestigium ventri imprimunt, ex quo, & ventriculus roboratur, & aluus siccior redditur. Nõ temere ergo Diosc. Damascena exsiccata stomacho vtilia esse ait, & aluum astringere, neq; etiã falso Gal. ijsdem subducendi vim ascribit. Brasauolum vero pro Dioscoride in simpl. exam. pugnantem, immaturis prunis vsum putamus, qualibus scilicet, Italia ferè tota vtitur. solẽt. n. hæc immatura colligi, ꝙ maturiora nunquam nisi multa, & longa admodum diligentia solis vi exiccentur, vt reponi possint. Nos vero, qui maturissima multo studio desiccata uino, & saccharo incocta exhibuim⁹, & laxari aluum, & Galenum vera scripsisse frequenter obseruauimus. Hæc ergo de proposita controuersia dixerim, quam quidem quum proponat Auicennas nec soluat, Mesues tantum innuit neque explicat, tantum abest (qđ nonnulli aiunt) vt conciliet. De discordia autem quam inter Mesuen, & Dioscor. esse quidam existimant, quod scilicet, ad huius capitis finem Mesues pruna obesse stomacho ait, & esse pauci alimenti, Dioscor. vero contra stomacho vtilia facit; non est vt laboremus, quum Dioscor. de siccis, Mesues de recentibus, de ijs scilicet, quæ bilem educunt, verba faciat. Vtrumq; autem vera etiã scripsisse cõfitebitur, qui in recẽtibus superuacaneã humiditatem: in siccis vero, præsertim Damascenis, de quibus agit Dioscorides, astringendi vim expenderit.

PSYLLIVM.



De Psyllio. Cap. XX.

ANT.

PSyllium est de alterantibus complexionem, & solutionem facientibus, & eius solutio proprie fit lambificando, eius autem aliud album, aliud subnigrum, aliud ad purpureitatem declinans.

ELECTIO. Melius est, quod est completum, & crassum, & est grauius, & submergit̃ in aqua.

COMPLEXIO, & proprietas. Compositum est ex duabus substantijs, quæ separari possunt: inter quas cortex est separatus. est enim in eo substantia interior medullaris, & est in eo substantia expansa super corticem ipsius. † Substantia autem eius interior medullaris calida est, & sicca in quarto gradu, & est acuta vehementer, incisiua, rubificatiua, vlceratiua, & est de genere veneni. Substantia autem exterior expansa super corticem est ex multum infrigidantibus. Et dixit Rufus, † est frigida, & humida in tertio, & excessu, & dixit Dioscor. quod est in secundo: & est verius. Inquit enim Hippocrat. in epidemijs, non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate vltra secundum gradum, & dixit Galen. humida res non transgreditur metam, vsq; ad quam potest regimen hominis extendi, propter, quod non inuenimus humidum esse causam doloris, inquantũ humidũ, sed inquantum potest esse materia, quę quantitate sua mouetur ad continuitatis solutionem.

RECTIFICATIO. † Quod ex eo conquassatum est cum aqua fontium frigida, & fit mucillaginosum, & bibitur sicut est: & proprie cum oleo violaceo, aut syrupo violato, soluit ventrem. Quod autem ex eo est frixum, & conquassatum cum oleo rosaceo, est medicina fluxus ventris, & dysenteriæ. Contritum autem potui nullo modo propinandum est, de occultat enim contritio eius, substantiam medullarem vlceratiuam, & excoriatiuam.

POSSE. Conquassatum cum aqua frigida sicut diximus, solutione educit choleram. Et confert febribus inflammationis multæ, & siti vehementi, calidæ: & sedat inflammationes spiritualium: & lenit pectus. † conquassatum cum aceto confert apostematibus calidis, & erysipelati, & formicæ, & sedat inflammationes omnes, & dolores inflammationum, & proprie supercataplasmatum, & similiter sodam calidam vehementem. Frixum vero, & cõquassatum sicut diximus, confert fluxui cholerico, & dysenterico, & fluxui medicinali, & proprie post potum scammoneæ, & medicinarum acutarũ.

DOSIS.) Ipsius potio est a drach. 1. vsq; ad 3. Timeat autem ipsum habens debilitatẽ viscerũ.

De Psyllio. Cap. XX.

SYLV.

Auic. lib. 2. c. 1. Venenũ tota substantia potius q̃ calore, videtur etiam græcis frigidum solum statuẽtibus, ob id raro sumitur.

PSyllium purgat leniendo, alterat. Est vel album, vel nigrum, vel subpurpureum: duabus substantijs compositum, medulla scilicet interiore calida sicca ordine quarto, acri admodum, incidente, ru-

brificante, vlcerante, venenosa: cortice vero frigido multum. Rufus autem frigido humido ad gradum tertium, vel potius cum Dioſc. ad ſecundũ. Nam res frigida ſimul, & humida, ſecundum gradum non tranſcendit, vt inquit Hipp. in epidemicis. Vbi, & Gal. ait rem humidam non trãſire metam, quam hominis victus aſſequitur. Ob id humidum per ſe non eſt dolorificum, ſed tãtum copia, diſtendente, & continuitatem ſoluente. Aqua frigida maceratum, & agitatum eſt cholagogum, ob id febribus bilioſis eſt ſalubre, & inflammationibus thoracis. Thoracem quoque lenit, ſitim extinguit. Cum aceto autẽ agitatum, phlegmonas, eryſipelata, herpetas, & cæteros tumores calidos extinguit, & harum dolorem ſedat, præſertim cataplaſmate impoſitum. Sic, & cephalalgiam calidam mitigat. Frixum vero, & (vt dixi) conquaſſatum, fluorem bilioſum, dyſentericum, a medicamento acri, vt ſcammonio, excitatum, ſedat cum oleo roſaceo ſumptum, vel iniectum. Ex pſyllio ſic macerato cum aqua fontana frigida, & quaſſato, muccoſa potio, præcipue cum oleo violato, aut ſyrupo violato, aluum ſubducit. Deligẽdum maturum, magnum, graue, & quod aqua mergatur. Datur in potu a drach. j. vſque ad drachm. 3. Non ſumendum autem quibus viſcera ſunt imbecilla, neque etiam tritum. Nam ſic ſumptum ſubſtantia medullari detecta vlcerat, & excoriat.

E *ſus eſt, & Auic. lib. 2. Græci contra nulla de intima, vel extima parte facta diſtinctione, id frigidum, & humidũ vno omnes conſenſu ſcribunt, quod & Auic. 2. Can. & Raſis 3. ad Manſ. & Serapio. lib. ſimpl. medi. Mire ergo repugnantia hæc ſunt. Adde etiam, ψ, quum pſyllĩ inter venena reponatur, Meſues eiuſmodi noxam intimæ ſubſtantiæ calori vlceranti, & excorianti aſcribere videtur, quam ex eius tritura patefieri ait, quod ipſum, & Auic. 2. Canon. citato, quare, & contritũ aſſumi prohibet: Græci contra frigiditati acceptum id referunt: quod affirmare, & Auicennam conſtat lib. 3. fen. 13. vbi de ſingultus curatione agit, ſcribentem pſyllium ſtupefacere. Damocrates etiam Gal. teſte. 2. de antidotis pſyllium plurimum teri iubet in cuiuſdam antidoti compoſitione, trituram vt apparet, nihil veritus, quam vlcerationis cauſam Meſues, & Auic. exiſtimant. Hæc* F *quum ita ſe habeant, conciliari multiplex hæc diſcordia facile non poteſt: eſſet autem conſulenda experientia, & obſeruandus diligentiſſime euentus. Interea tamen meo quidem iudicio, non eſt horum ſcriptorum cõtẽnenda authoritas, qui poſt Dioſc. Galenum, Paulum, Raſim vſu id fortaſſe didicerunt, quod prioribus illis fuit de pſyllio ignoratũ, ſicuti, & de multis rebus alijs, præſertimq; ſubducentibus medicamentis euenire oẽs norunt. Quam ob rem quum pſyllium pro externa ſui ſubſtantia refrigerare, humectareque, ac ſtupefacere ij ſcripſerint; his tamen illi non aduerſantur, qui pro intima portione calfacere, & exſiccare teſtantur, ſed de diuerſis vtriq; agunt rebus. Quod ſi aliqui interiorem pſyllij partem ea non poſſe facultate excellere, qua putant Meſues, & Auic. ſenſu, atq; adeo guſtatu probare nitantur; his ego quidem dixerim, etſi nihil acredinis* G *percipiant, fieri tamen poſſe, vt idem ui vlceratoria ſit præditum, ſicuti, & ſcammonium, quod alioqui guſtatu nullum inſigne acredinis indicium præ ſe ferens inteſtina quandoq; exulcerat. Ita etiam quum pſyllium veneni vires habeat, etſi Græci id vitij frigiditati aſcribunt, quod, & Auicennas inter ſtupefactoria ipſum reponens medicamenta, nihil tamen prohibet, quo minus interioris quoq; ſubſtantiæ exulcerantis facultate, veneni vim exerceat, ueq; enim (quod quis fortaſſe putet) tam diuerſæ hæ ſunt facultates ſtupefactoria, & exulceratoria, quæ ſimul in re eadem ſtare nequeant: quando opium, & inſigniter ſtupefacit, & linguam commãſum vrit, ac non leuiter vlcerat. Sic vero etiam quod Damocrates plurimum conterat, Meſues teri prohibeat, non tamen, aut hic aut is venit accuſandus, multa profecto commiſta rebus alijs in vſum antidoti aſſu-* H *muntur, quæ ſeorſum aſſumpta inſignem habent veneni poteſtatem. forte ergo pſyllium ſi ſeorſum contritum ſumatur, necabit, quod alijs admiſtum rebus, confractaque miſcendo pernicioſa facultate, venenis aduerſabitur. Hæc igitur de propoſita cõtrouerſia ſint dicta. Quod enim ſupereſt, ſi Meſues Dioſcoridæ, Hippocratis, & Galeni hoc in loco de ijs teſtimonium adducit, quæ legere non eſt apud hos authores; non hic tamen acrius accuſandus eſt mendacij, vt enim ſupra quoque monuimus, conſtat multa Arabes ex Græcis habuiſſe deprauata, quare neque ſomniaſſe aut commentum eſſe hunc probum virum ea vnquam dixerim, quæ hic ſcribit, alioqui etiam neque Dioſcoride, neque Hippocrate, aut Galeno ſunt indigna, quæ ipſis aſcribit.*

Cap. 1. lib. 1.

Cap. 1. Cap. 19.

Cap. 1. lib. 1.

Tr. 5. c. 21.

De Pſyllio.

MANA. GRæci Pſyllium, Latini a Græci nominis ſignificato non recedentes, pulicarem herbam vocant, nec per os, niſi raro, aut hi, aut illi præbent, quoniam inter venena numerant: ſed exterius tantum ad molliendum, adſtringendum, & infrigidandum adhibent. SVBSTANTIA autem eius interior medullaris calida eſt, & ſicca in quarto gradu, & eſt de genere veneni.) Venenum eſſe pſyllium dicunt Græci, non medullæ ratione, quæ ſit, vt iſte ſcripſit, in quarto ordine calida, ſed ex frigore potius, quod in tota oſtẽdit ſubſtantia: Secutus autem eſt Meſues in hac re, ſicut in alijs multis, Auicennam lib. 2. cap. 1. Damocrates porro, authore Galen. lib. 2. de Antid. iubet plurimum conteri in compoſitione cuiuſdam antidoti. Eſt frigidum, & humidum in tertio exceſſu.) Galenus frigidum in ſecundo, medium in alia ſcribit contrarietate, nec alicui, vt diximus, eius parti calorem attribuit. QVOD ex eo conquaſſatum eſt cum aqua frigida ſolutione educit choleram.) Hoc ſic in aqua tuſo, Dioſcorides vtitur ad infrigidandum. ET conquaſſatum cum aceto confert apoſtematibus calidis. Cum roſaceo aceto, vel aqua, valere articulorum doloribus, tumoribus, poſt aures, panis, ramicibus, vmbilico procidenti, & eryſipelati, ſcripſit Dioſ. & dixit Dioſcor. quòd eſt in ſecundo, & verius, inquit enim Hippoc. in Epidemijs, non eleuatur res frigida, iuncta cum humiditate vltra ſecundum gradum.) Quomodo hæc dixerunt Dioſc. & Hipp. qui gradus vel ordines in medicinis non agnouerunt? Paulus frigidum in ſecundo, medium inter humectantia dixit, & ſiccantia, quemadmodum, & Galen.

COST. *EST, & de Pſyllij ſemine non pauci momenti controuerſia, Meſues porro intimam eius ſubſtãtiam calidam, & ſiccam quarto ordine putat, quod ſentire vi-*

CA-

CAPILLVS VENERIS.



De capillis Veneris. Cap. XXI.

ANT. CApillus veneris dicitur apud quoſdã capillus fontium, & dicitur capillus hominis nemoralis, & ab alijs dicitur coriandrum putei, & eſt herba, cuius folia ſunt ſimilia folijs coriandri, viridia, & tenuia. cuius ſtipes eſt in longitudine circiter medium cubitum, & ſunt ſicut pili porcini, & ſunt in colore intra rubedinem, & nigredinem, ſed magis declinãt ad nigredinẽ, & proprie iuxta radicem eorum: & quanto magis procedũt: ad nigredinem declinant, & ſunt ſine floribus, & eorum ortus eſt in puteis, & fontibus, & locis aquarum.

ELECTIO.) Meliores ſunt qui viridia habent folia, qui vberiores ſunt ſecundum omnes D partes plantæ ipſorũ. Subtiles vero, & graciles, & declinantes ad citrinitatẽ non habent ſpiritum.

COMPLEXIO, & proptietas.) Dixit Galen. iuxta temperamentum eſt eorum complexio, ſunt autem compoſiti ex partibus aqueis, & terreis, & ſubtilibus mediocriter, a quibus ineſt eis ſtypticitas, & ex partibus ſubtilibus calidis valde, propter quod virtus eorum cito reſoluitur: debilis enim virtus in debili ſubiecto cito tollitur. Sed adhuc etiam calidæ partes ſunt poſitæ in ſuperficie, quare vehementius fit illud, quod videtur oſtendere complexiones ipſorum declinare ad latus caliditatis: quamuis dicat Galen. ipſos eſſe æquales. Et ineſt eis ex partibus calidis in ipſis, vt ſint reſolutiui, ſubtiliatiui, aperitiA ui oppilationum, † & ſolutiui ventris, & proprie qui ex eis ſunt recentes: ſicci vero ſunt conſtrictiui, & prohibitiui fluxuum.

RECTIFICATIO.) Non eſt in eis malitia, debiliter tamen purgant, ſed confortant operationem eorum violæ, ſcilicet, & caſiafiſtula, & tereniabin, & infuſio eorum in aqua caſei vigorat eos in ſoluendo. De decoctione autem modicum ſuſtinent.

POSSE.) Solutione educunt choleram, & phlegma, & humores craſſos, & imbibitos: & mundificant pectus, & pulmonem, & educunt materias contentas in eis, & mundificant ſanguinem, & clarificant eum, & clarificant colorem: & faciunt acquirere bonitatem anhelitus: & mundificant ſtomachum; ventrem, & heB par, & conferunt dolori eorum, & ſunt medicina bona oppilationum hepatis, & ſplenis, & icteritiæ, & proprie ægritudinum omnium oppilationum, & proprie infuſio eorum in aqua apij, & endiuiæ, aut in aqua cicerum nigrorum, aut in aqua ſeminum quatuor, aut in aqua lactis proprie: & delent cum oleo chamæmelino ſcrofulas. Et valet ſyrupus eorum pleureſi, & peripneumoniæ, & ſunt prouocatiui vrinæ. Et vſus decoctionis eorum frangit lapidem. Et purgat matrices fœtarum. Et hoc eſt de poſſe eorũ, & de eo, quod pertinet ad eos partibus calidis. Sed ex parte ſtypticitatis, prohibẽt curſum materierum, & abſcindunt ſanguinem, & cõfortant ſtomachum, & vẽtrem, ne recipiant ſuperfluitates. Et prohibent caſum capillorum, & cõC fortant radices eorum: immo faciunt eos creſcere, & multiplicare eos in locis vbi oportet, & proprie cum oleo myrtino, aut oleo laudani, & vino ſtyptico, & puluis eorum aduſtorum etiam facit ſimiliter. Et abluitur etiam ex decoctione ipſorum cum vino caput, † & abſcindit furfures: & ſimile fit ex cinere ipſorum, & cinis ipſorum ſanat fiſtulas lachrymales.

DOSIS.) Potio decoctionis ipſorum quando quæritur per ipſos ſolutio per ventrem, eſt circiter libra vna.

De Adianto. Cap. XXI.

ADiantum albũ, capillus Veneris, vel ho SYLV. minis nemoralis, vel fontium, vel coriã drum putei dicitur, folijs eſt coriandri, viridibus, tenuibus, cauliculis ſemicubitalibus, ſetarum porcinarum modo tenuibus, colore ex rubro nigreſcente, præſertim circa radicem, & vbi iam adoleuerunt, ſine flore, in puteis, fontibus, & aquoſis, temperatus eſt, aut temperato proximus, conſtat ſubſtantia aquea, & terrea, ſed tenui modice, eaque ſtyptica, altera vero ſuperficiaria calida tenui admodum, ob quã virtus eius facile reſoluitur, quia virtus imbecilla a ſubiecto imbecillo prompte diſſipatur, hæc autem tenuant, obſtructa aperiunt. digerunt, ventrem ſoluunt, præſertim recentes: ſicci enim conſtringendo fluxum ſiſtunt. bilem, vero flauam, & pituitam ventre toto, & hepate, humoreſ-

Adiantum album, vulgo capillus Veneris.

Græci nullã vim purgatoriam tribuunt.

que crassos quamuis imbibitos etiam ex thorace, & pulmone screatu educunt, respirationem ob id liberiorem reddunt, sanguinem clarum reddunt, & inde colorem commendant,& partium prædictarum dolorem leniunt. obstructiones hepatis, lienis, tollunt, ob id ictero, & morbis omnibus obstructionem sequentibus, infusi, præsertim aqua apij,& intybi, aut decocto cicerum nigrorũ, aut seminum quatuor, aut sero lactis. Cum oleo autem chamæmeli strumas delent. Syrupus ex his, pleuritidi, peripneumoniæ prodest, vrinam mouet. Decoctum eorum calculum frangit, purgat vterum a partu. Parte vero stiptica fluxiones cohibet, † sanguinem sistit,ventriculum, & ventrem reliquum roborat, ne excrementa prompte recipiant. roborat etiam capillorum radices, ob id eorum defluuium sistit. quinetiam pilis partẽ replet, præsertim cum oleo myrtino,aut oleo ladani, & vino stiptico. Idem præstat puluis eorũ vstorum.cinis ipsorum vel decoctum ex vino furfures abigit lotione,fistulas lachrymantes sanat. Imbecillitatem eorum purgando corrigunt violæ,casia fistula,manna,serum lactis. Paruam sustinent decoctionem. Meliores sunt bene habiti, solijs virentibus: strigosi enim,& flauescentibus solijs inutiles. Datur decocti ad aluum subducendam libra 1.

¶ Eorũ sanguis. Dioscor. pota ex vino ventriculum roborãt eidem,achores.i. tineã eum lixiuio sanat Dioscor.

De capillis Veneris.

MANA. ADianton a Græcis dicitur,quia vt Theophrastus, & post eum Plin.scripsit, aquas respuit perfusum, merſumq; Dicitur Callitrichon,vel Polytrichon ab effectu, vt ait Pli. quia capillos tingit,& pulchros reddit. Theophrastus, & recentiores duo eius genera faciunt album,& nigrum. SVNT autem compositi ex partibus aqueis,& terreis, & subtilibus mediocriter,a quibus ineſt eis stypticitas, & ex partibus subtilibus calidis valde.)Nisi aduerbium (valde)iunxeris voci,subtilibus: error erit in hoc loco manifestus,etiam ipsomet Mesue teste, qui ex Galeni sententia vix excedere eos temperamentum dixit. sed forte melius est addere negationem, & legere, non valde. ET solutiui venrris)Authoritas, ratio, experimentum falsam esse hoc comprobant: siccat enim adianton, attenuat, discutit, inquiunt Galen. & Paulus. Auer.ait Gal.dixisse,quod aluum adstringit, nouos medicos, quod purgat. Dioscorides ipse aperte dixit, quod aluum sistit. Mundificat pectus.) Per screatum dixit Gal. ET abscindit furfures. Dioscorides addit,& achores cum lixiuio. Frangit lapidem.) Præcipue nigrum, inquit Plin.eaque de causa dicit saxifragum. Et delent cum oleo chamæmelino scrofulas.) Non addit Dioscor. oleum, sed dixit absolute, quod strumas discutit: quod etiam pariter script Gal. Abscindunt sanguinem.)Sanguinis screatum ait Dioscor. Et confortant stomachum.)Dioscorides poti cum vino.

COST. *ADiantum ponit Mesues inter aluum subducẽtia: Græci contra cohibere aluum omnes consentiũt. Nobis vero,quum constet adiantum multiplici (vt hic scribit) substantia, & aquea,& terrena,& tenui: sunt autem tenues,aqueæ,& quæ caloris quidpiam retinẽt, in superficie sitæ: verisimile videtur harum ratione, quarum,& vrinæ,& menses cientur, & lapillis renes expurgantur,aluum quoq; subduci, vt Arabes aiunt, sicuti,& terrestrium gratiam eãdem sisti par est,quod Græci asseuerant,atq; hoc profecto nobis dictat ratio: an vero etiam experientia astipuletur,sicuti ipse prorsus non affirmarim, ita neq; plane negare ausim. subscribunt authori nostro,& Mesaugue testimonio Auic. 2.Can.seu Aben Mesua,vt ait Serapio, atque alij medici,vt Auer.scribit.5.Coll. Et hos vt a prioribus medicis dissentirent,inductos esse non cõtradicendi studio, sed experimento ipse quidem dixerim. Alioqui etiam quis ex Mesuæ aduersarijs de adianto Arabico periculum fecit? quis ignorat differre solum a solo? Non satis ergo (meo quidem iudicio) sapienter faciunt,qui a magnorum scriptorum sententia tam leuiter discedũt, aut in euertenda eorum authoritate tam studiose laborant.Sed hæc satis. Quod reliquum est,quum ait author [& ex partibus subtilibus calidis valde] seu adijcias negationem, & legas calidis non valde, seu transpositis verbis legas [& ex partibus subtilibus valde,calidis] vindicabis a controuersia Mesuem.Est autem eius generis error,q & sæpe, & facile in scribẽdo eueniat.*

De Asaro. Cap. XXII.

ASarum est radix herbæ montanæ, cuius folia sunt angularia † sicut folia hederæ: & flores eius sunt † sicut flores hyoscyami: & est tota planta eius aromatica,& mordicat gustum. ANT.

ELECTIO.)† Melior pars plantæ est radix: & melior radix est, q̃ est crassa, spissa, & cuius odor est subtilis,& sapor acut⁹ cũ stypticitate modica.

†COMPLEXIO & proprietas.) Calidæ cõplexionis est, & siccæ in tertio: & dixit Dioscor. est in secundo calidum,& siccũ in tertio,& est quasi verius, & est subtiliatiuum, aperitiuum oppilationum,resolutiuum, prouocatiuum,& in ipso est stypticitas modica.

RECTIFICATIO.) Melius cum quo miscetur ad solutionem faciendã est aqua casei cũ spica,& aqua mellis,† & quidã infundunt ex eo aliquid in musto, & conseruant in vase per tres menses: & est illud vinum medicina ad hydropisim,& splenẽ. Sustinet aũt asarũ de decoctione, & contritione rem mediocrem, & laboratio in contritione ipsius facit magis prouocatiuum quam solutiuum.

†POSSE.) Est ex rebus facientibus vomitũ, & educentibus per ventrẽ, & cũ hoc etiã est prouocatiuum vrinæ,& educit choleram,& phlegma.Sed de eius operatione in phlegmate est manifestius. Et educit ex anchis, & iunctũris materias, & cõfert doloribus earum, & proprie infusio eius, & etiam alij modi administrationis ipsius.Et est ex bonis rebus,in quibus est spes iuuamentorũ ad oppilationes hepatis, & splenis, & duritiẽ eorum, & morbos oppilationum, sicut est hydropisis, & icteritia, & durities splenis, & proprie vinum infusionis eius, quod dixi, & cõfert iuuamentum magnum febribus oppilationum,& febribus antiquis,& inungitur dorsum, & spina ex oleo ipsius cum laudano, & facit sudare. Confert horripilationi febrium,& prouocat vrinam, & in spermate augmentum efficit.

†DOSIS. Eius infusi potio est ab aur. 2. vsque ad drach.4. & pulueris eius a drachm. 1. vsque ad aur.2.

ASA-

ASARVM.



De Asaro. Cap. XXII.

SYLV. *Minora, & rotundiora hederæ vis Dioſc.* † *Cytini, Dioſc. ſed etiam recte Meſ. Asari radicem helleb. albi modo purgant, & alia præſtant Crateua Dioſc. Plin. Asari vnc. 3. maſti heminæ 12. miſcet Dioſc. ad lotium, hydropem, iſchiadem, ſiterũ. vnc. 7. dat Dioſc.*

ASarum herba montana, folijs, vt hedera angulosis, † floribus hyoscyami. Tota planta est aromatica, & gustum mordens. Radice præcipua, præsertim magna, odore tenui, sapore acri, & parum styptico. Calida sicca ordine tertio, vel potius cum Dioscoride calida secundo, sicca tertio. Tenuat, resoluit, obstructa aperit hepatis, lienis, & horum duritiē soluit, & affectus alios inde natos: febres putridas, & diuturnas, icterum, hydropem præsertim vino infusum. Purgat vomitu, & deiectione, & vrinis bilem, sed pituitam manifestius, etiā ex ilibus, ischio, & alijs articulis, ob id harum partium dolores mitigat, præsertim infusum, vel aliter exhibitum. Oleum asari cum ladano spinæ illitum sudores mouet, & rigorem febrilem inhibet. Vrinas mouet, semen auget. Valentius agit cum sero lactis, spica, & hydromelite. Mustum his radicibus conditum post tertium mensem hydropes, & splenem sanat. Mediociter coqui, & teri potest, & quo tenuius est tritum, eo magis vrinas mouet, minus autem aluum ducit. Datur infuso ab aureis duobus ad drach. 4. puluere autem a drach. 1. ad aureos duos.

Validiorem asarum acoro calido, sicco gradu tertio Galen. scrib.

De Asaro.

MANA. ASaron *ideo* vocatum videtur, quia in coronas nō adderetur. Dioscorides herbā coronariam dicit, errore, vt credo, scioli cuiuspiam librarij, baccharem

A Asaro miscentis, quod nunc etiam vulgus. SICVT folia hederæ.) Adde, sed minora, & rotundiora, ex Dioſc. SICVT flores hyoscyami) Sicut cytini, non sicut flores, ait Dioſ. in medio foliorum apud radicem purpurei, odorati, semen in floribus acinosum: coliculi angulati, sub asperi: radices multæ, geniculatæ, tenues, obliquæ, grami ni similes, multo tamen tenuiores, odore cinnamomum referentes. Electio.) Optimum nasci, ait Plin. in Ponto, proximum in Phrygia, tertium in Illyrico. Gal. solam ra dicem vtilem esse dicit. COMPLEXIO.) Dioſc. vt sæpe dixi, gradus in medicinis non distinxit, Gal. huic medici næ non ascribit. sed cum dicat easdem acoro vires habere, sed fortiores, quam posuit calidam, & siccam in tertio ordine, sequitur hanc quoque, vel saltem in tertio ordine collocandam. QVIDAM infundunt ex eo aliquid in mustum.) Dioscorides miscet vncias tres in heminis musti duodecim, & dat ad lotium, intercutem, coxendicem, & icterum. POSSE. est ex rebus facientibus vomitum.) Crateuas, Dioſc. & Plin. purgare aiunt eius radices, hellebori albi instar. Multas quoque alias vires ei adscribunt. DOSIS eius vsque ad drachm. iiij.) Dioſc. dat pondus drach. 7.

IN asaro purgatricem vigere facultatem docemur experimento, & eius meminit ex Græcis Dioſc. quam tamen ignoraſſe Galenum dicas, qui in hieræ picræ compoſitione nihil eſſe purgatorium præter aloen literis commendauit. In reliquis nihil eſt, quo Græci Arabibus non conſentiant. Quamquā enim Dioſ. huius flores, cytino hyoſciami ſimiles facit; ſint tamen, & eiuſdem hyoſciami flori non diſſimiles: neque Serapion, neque Auic. aut Meſues ob id Græcis aduerſantur, quod flori, non autem cytino compararint. Quod autem in aſſignanda huius medicamenti temperie Meſues gradum Dioſcoridis teſtimonio tertium cōſtituat, illo alioqui gradum nunquam aſſignante; vt ſupra quoque diximus, hunc calumniæ dignum non facit, cui caſtigatorum librorum copiam non admodum ſuppeditaſſe certo ſcimus. COST.

De iure gallorum. Cap. XXIII.

GAllorum, & gallinarum iuuenum mediocriter pinguium nutrimentū cæterarum auium nutrimento præponitur. Sunt enim propinquæ conuerſionis in ſanguinem, & paucarum ſuperfluitatum. Sed caro gallinarum eſt *melior* carne gallorum niſi caſtratorum, & *nigriores* ex eis ſunt meliores, & *leuiores*, & ex gallinis melior eſt, quæ nondum peperit, & ex gallis, qui nondum calcauit. Decrepiti autem ac ouantium carnes malæ ſunt, acquirunt enim nitroſitatem, & ſal ſuginem, & proprie gallorum, & non cōpetunt in re ciborum, ſed potius in re medicinæ, & proprie ius gallorū, & eſt illud, qđ hic cōſideramus. ANT.

ELECTIO.) Melior gallus ad *hunc* vſum eſt ſicut dixit Gal. qui eſt rufus: antiquus: immo quanto antiquior, tanto melior: & qui eſt velox ad motum, & ardens ad coitum, & fortis ad dimicandum, in quo ſit mediocritas inter macredinem, & pinguedinem.

COMPLEXIO, & proprietas.) Ius galli antiqui eſt calidum propter nitroſitatem, & ſalſuginem. Et eſt lauatiuum, abſterſiuum, aperitiuum, ventoſitatum extenuatiuum, & prouocatiuum, & ſolutiuum naturæ.

RECTIFICATIO.) Operatio iuris gallorum ſecundum, quod Galen. docuit, eſt in hunc modum: oportet, vt cibetur gallus furfure, Alkanzi dixit, & melle, & pauco ſale. poſt illud fatigetur fatigatione ducente ad laſſitudinem. Et dixit etiam Alkanti, quod melius eſt, vt fatigetur dimicando. Deinde abſcindatur caput eius, & euiſceretur, & ſaliatur ſale, aut ſale gemma, & decoquatur in aqua ſufficienti cum facilitate, vſque ad conſumptionem duarum partium aquæ. Et ſunt quidam, qui ponunt in decoctione eius alia ſecundum diuerſas intentiones.

POSSE.† Miſcetur decoctioni eius turbith, cartamus, & ſolutione educit phlegma. Cum polypodio vero melancholiam educit, & ſimiliter cum epithymo. Et cũ ſemine anethi excludit, & carminat ventoſitates. Et coctum cum ſale gẽma, & dauco, & anetho, & polypodio, confert dolori ſtomachi, & colicæ, & iliacæ, & dolori renali. Et confert doloribus iuncturarum. Et valet ſimiliter ad eadem etiam coctum cũ cartamo anetho, & ſale gemma, & confert aſthmati: aut cum haſce, & hyſſopo, & valet ſimiliter.

DOSIS. Potio ipſius eſt circiter lib. 2.

De iure gallorum. Cap. XXIII.

SYLV. *Ius gallorũ aluum ſubducit, gallinarũ aſtringit Galen.*

GAllorum, & gallinarum iuuenum mediocriter pinguium caro, alimenti eſt inter aues optimi, quia facile in ſanguinẽ vertitur, & parũ excrementoſa eſt. Caro autẽ gallinarum eſt melior quam gallorum, niſi ſint caſtrati. Nigrarum quoq;, & quæ nondum pepererunt, eſt melior, & leuior, vt gallorum qui nondum coierunt. Decrepitorum autem præcipue gallorum caro nitroſa, & ſalſa, cibo inepta, medicamentoſa eſt iure ſuo maxime, potiſſimum vero gallorum ruforum, qui ad motum ſint alacres, ad coitum ardentes, ad dimicandum fortes, obeſorum, & macrorum medij. quoq; vetuſtiores, eo magis ſunt medicamentoſi Galen. Id ius ob nitroſam, & ſalſam ſubſtantiam calidũ eſt, lauat, terget, tenuat, flatus diſſipat, cum ſemine anethi, vel dauci, & polypodio, & ſale gemmæ coctum: & dolorem ventriculi, coli, ilium, renum, a flatibus ortum ſedat. obſtructa aperit. Purgat pituitam, quidem cum turbith, & cnico, ob id confert arthriticis doloribus ex hac natis; melancholiam vero cum epithymo, & polypodio; & cum ijſdem atque thymo, hyſſopo, anetho, & ſale gemmæ, arthriticis confert. Gallus autem furfurea Gal. nutritus, alijs etiam melle, & pauco ſale, plurimum fatigetur, vel a nobis venantibus, vel potius dimicando decapitatus, & exenteratus cum ſale, aut ſale gemmæ, igne lento, aqua ſufficiente coquatur ad duarum aquæ partium conſumptionem, alijs atque alijs ſimul incoctis pro varijs medicorum ſcopis. Potatur eius decoctum ad lib. 2.

De Iure.

MANA. GAllorum ius vẽtrem laxat, gallinarum adſtringit, ait Gal. ἐπικρατητικῆς δυνάμεως ἐσι. Marcellus

F tamẽ in Dioſc. aliter interpretatur. Decoquatur in aqua ſufficienti.) In ſextarijs xx. vt Dioſcorides, vel tribus congijs, vt Plinius: & reducatur ad tres cotylas.

MISCETVR decoctioni eius Turbith.) Quidam (dicit Dioſc.) Braſſicam marinam coquunt, aut Mercurialẽ, aut Cartamum, aut Polypodium, educitq; humores craſſos, crudos, tenaces, nigros, & valet febribus antiquis. Plinius, præclare medetur venenis ſerpẽtum, torpentibus membris, tremuliſq; capitis doloribus, epiphoris, inflammationibus, faſtidijs, incipienti tenaſmo iocinori, renibus, veſicæ, cruditati, ſuſpirijs.

IVS vetuſti galli ſubducere aluũ teſtantur Græci omnes medici, atq; Arabes. Eius autem parandi modũ Dioſcorides trahit, quem pro Galeno hic a Meſue, & ab Auicenna citari puto, quando in Galeni, quæ extant monimẽtis de hac re nihil. Videtur tamen eſſe aliquid, COST.

E *quod ab illis explicatum deſideres. Quamuis enim Dioſcor. & ex eo Auic. lib. 2. Can. abiectis galli capite, ac viſceribus, & indito ventri pro viſceribus ſale, ac cõſuto, in ſextarijs aquæ viginti ad tres heminas coquendum doceant; illud tamen ſcitu dignum, an pro integro galli corpore, quale ij volunt, diſcerptas in fruſta carnes præſtet vſurpare: tum ſi etiam integrum illud ſumendum ſit, quale nam ſal injiciendum, craſſumne an tenue; an item ſtatim vbi repletum eſt ſale, igni committi debeat, an potius tantiſper deſiſtendum, vt in intimas carnes ſal penetret: & rurſum an ea aquæ menſura, quam præſcribit Dioſcorides, opportuna ſit, an uero potius cotylæ viginti ſatisfaciant; vt iubet ſecundo loco Auicennas, vel non tam certo ſeruato pondere, tantum aquæ ſumendum ſit, quantum ſatis videatur, vt ait Meſues, tandemq; quis coctioni præſcribendus*

G *ſit modus; an vt ad tres cotylas aqua abſumatur, quod illi præcipiunt, an, vt ad tertias, quod Meſues, an quid aliud. Sunt hæc omnia ſcitu non inutilia. Itaq; ſi nobis proferre aliquid hac de re liceat, quando eam detergendi vim, quæ gallo ob ſalſum eius ſuccum ineſt, adiecto ſale adiuuare medicus ſtudet; profecto quo magis imbutæ ſale fuerint eæ carnes, eo maiorem quoq; in ijs futuram illius vim conſtat. fiet vero id maxime, ſi galli corpore in minutas partes diſſecto, vt hæ ſale, & eo quidem tenuiſſimo, obrutæ aliquantulum permaneant, permiſerimus. ita enim, & ſal ob ſui tenuitatem facilius liquatur, & ipſæ quoq; carnes ſal, quo circumquaque ambiuntur, in uniuerſam ſui ſubſtantiã promptius excipiunt: vt parua interiecta trium aut quatuor horarum mora, uim ſalis quaſi connatam longe maiorem habituræ ſint, propterea q; ius ad eam præſtandã operam longe efficacius reddituræ, quam exquirimus. Ita*

H *quidem, quum Meſues ſale aut gemma, ideſt, vulgari, aut gemmeo ſale ſaliendum dicat, & vulgatam quoque condiendarum ſale carnium rationem ſequendam innuere ſuſpicari poſſis, & omnem parandi eius iuris rationem ad vulgarem fere morem inſtituere, quanquam enim, ſi ad Dioſcoridæ inſtitutum integrum gallum ſale repleas, & repletum coquas; non diffido ſalis vim in intimas vſque carnes, atque ex ijs in ius facultatem omnem carnium ſimul coquẽdo peruenturam: at ſi eaſdem tamen carnes, vt a Meſue, & Auicenna docemur, uerberatas, in fruſtula diuiſas tenuiori ſale operiamus; fiet quidẽ, tum ut altius eius uis ſubeat tũ ut ignis calori quoquo uerſum diffundendo magis pateãt uiæ, id quod ad celeriorem decoctionem maxime pertinet, ac fortaſſe etiã ad facultatem iuris, ne diuturni ignis uiolen-*

lentia dissipetur, conseruandam. licet enim salsugino- A
sim illum succum, vt qui terrenus est, coquendo non
absumi, imò etiam adiuuari certus sim; at eas tamen,
quæ illis carnibus, simul cum terrena substantia partes
insunt tenuiores, & hominis naturæ magis familiares,
dissolui necesse est. huc vero, id etiam spectat, quod,
quum ad ita diuisas carnes minus aquæ, quam ad inte-
grum galli corpus decoquendum exigatur, maiorem
quoque gratiam hac de causa ius sit habiturum. Ergo
si hoc constitueris, de aquæ itidem mensura, & termino
decoctionis, quid faciendum sit, facile apparebit.
Quum enim Mesues, iubens, quod satis aquæ est vt sum-
mas, vulgatam coquendarum carnium proponat ra-
tionem, vulgarem is quoq; de aquæ mensura admonet
vt sequaris coniecturam. alioqui etiam, quũ longe ma-
iora, minora ve alia, aliis gallis sint corpora, certũ aquę
pondus cum incerto carnium pondere præscribere nul- B
lus recte possit. Sed & illud certum est, ac longo iam
vsu obseruatum, sextarios viginti aquæ, qui libras cir-
citer triginta tres, & vncias quatuor pendent, ad qui-
nas carnium libras (quod ferè pondus est exenterati
galli) modum longe excedere, id quod fortasse, quum
obseruasset Auicennas, pro sextarijs cotylas, id est li-
bras sexdecim, & vncias octo secundo loco reposuit.
quam profecto mensuram illi, quam vulgus in coquen-
dis durioribus carnibus seruat, non admodũ dissimilem,
tunc vt obserues hortor, quando integrum decoquere
galli corpus volueris cum Dioscoride, & Auicẽna. Erit
vero id etiam (me consultore) non crasso, at tenui op-
plendum sale; atque non statim vbi iniectum ipsum sal
fuerit, sed interposito aliquot horarum spacio, quod ad
sal in vniuersum corpus excipiendum satis fore conie-
ceris, discoquendum. Satisfacit tamen nobis illud ma- C
xime, vt discerptæ in minuta frustula carnes, (abiecta
etiam cute, qui tum ob sui densitatem, crassitiemq; salis
vim minus prompte admitti in interiorem substantiam,
tum ob pituitosam, tenacioremq; sui naturam ad deter-
gendum inutilis est) vbi horas ferè quatuor tenuissimo
sale opertæ fuerint, eo detersо sale, quod reliquum ea-
rum corpori insederit, in vsum sumantur, ea illis affusa
aqua, quam conieceris fore satis, vt illæ dissoluantur,
ac colliquescãt, tertia aquæ portione superstitit. id quod
quidem, qui semel, bis ve periculum ea de re fecerit,
facile assequetur. Hinc vero etiam, qui terminus co-
ctionis ponendus sit, patet. si enim, quicquid ijs carni-
bus salsi inest, extrahendũ est in ius: vt itidem dissol-
uantur necesse est. Hæc igitur studiosis non præscribimus
quidem, sed tantum an ad medicinæ vsum conferre ali-
quid possint, prudenter expendenda proponimus. vt ne D
illud quoque prætereamus, si quis ita sale conditas car-
nes vitrea cucurbita inclusas citra liquoris alicuius ac-
cessionem absumi curarit, futurũ maioris fortasse vsus
artificium. atque illud, si medicamentorũ quoque alio-
rum ex Mesuæ institutione facultas cum iure galli ex-
quiritur, vel quidem ea ipsa simul cum omnibus posse
decoqui; vel certe etiam (quod maxime arridet) in cõ-
fecto iam, & expresso eo ipso, de quo diximus, iure, in-
fundi; ac deinceps postquam debitũ tempus ferbuerit,
quod fuerit expressum, in vsum duci. At vero quũ ex
veterum gallorum iure subduci aluum, ita omnes con-
sentiant, de gallinarũ iure quæstio est, an eandem cohi-
beat. Galen. nu. 11. simpl. med. ἐψικρατικῆς δυνάμεως, hoc est retentricis facultatis esse ait, gallinarum
ius simplex. gallorum autem ὑπακτικῆς, id est subdu-

ctoriæ. Contra tamen neque ratio vlla suppetit, neque
experimentum astipulatur, aut vllius authoritas Gale-
no hac in re suffragatur. Fuere ergo nostra tempestate
qui incidisse in Galeni verbis mendum, ac pro ἐπικρα-
τητικῆς, legendum putent ἐψικρασικῆς, hoc est at-
temperantis facultatis. commendatur enim ius galli-
næ pro attemperandis humoribus à Dioscor. vt ex anti-
quiss. codice videre licet; in vulgatis namq; contexti-
bus, id non legitur. Confirmatur etiam hoc Serapio-
nis authoritate lib. simpl. qui tum ex Galeno, tum ex
Dioscor. vim attemperatricem, id est (vt verbis vtar Cap. 428.
eius interpretis) vim, quę rectificat complexionem cor-
poris, gallinarum iuri ascribit. Ita autem, & Auer. 5.
Coll. Ita, & Auic. 2. Can. pullorum ius stomachi sedare
inflammationem testatur. Cæterũ, vt demus, nihil aliud Cap. 55.
quam temperandi facultatem gallinarũ iuri ascripsis-
se Galen. de immutanda tamen vulgata lectione non as-
sentirem. ἐψικρατητικῆς potius vocem attempera-
tricis interpretari velim, quo pacto etiam ἐψικρασις,
temperamentum conuertitur. alioqui certe quum mul-
ta Galeni ego loca adierim, in quibus de sistenda aluo
meminit, hac eum voce vsum nunquam animaduerti.
dixisse autem potius, valere ὡς στάσιν, ὡς ἐψίσχισιν
γαστρός, aut κοιλίαν ἐψέχειν, vel quid tale.

De Volubili. Cap. XXIIII.

VOlubilis plures sunt species. Est enim,
quædam, quę dicitur funis arborum,
cuius flos est albus, & est sicut tub, &
habet lac, & vocatur volubilis ma-
gna. Et est alia, cuius rami repunt super terram,
& super ramos plantarum, cuius folia, & flores
sunt minores, & dicitur volubilis minor. Et est
alia habens folia subalbida, lanuginosa, & habet
lac, & est species tertia. Et est habens folia aspera
sicut folia citruli, cuius flos est sicut ampullæ ad-
hærẽtes, & vocatur lupulus, & est quarta species
eius.* cuius radix est sicut fesiresin, & magis cras- * Et est cuius &c.] Ita le
sa. immo est crassitudo eius in modum cucurbi- gendum, de-
tæ maioris, & eius stipes eleuatur super radicem scribit enim
suam circiter cubitos duos, & folia eius sunt stri- scammoniã
cta parua in modum sagittæ alatæ, quæ ex leui à lupulo di-
causa fluunt, & habet lac: & vocatur dominus uersam.
lacticiniorum. ex ea fit scammonea.

ELECTIO. Melior duarum specierum est
magna, & habens folia in modum sagittæ alatæ.
& melior est, quæ nascitur in locis temperatis
remotis ab excessu.

† COMPLEXIO, & proprietas. Inquit Dios.
Magna est æqualis, declinat tamen ad calidita-
tem quandam, & est sicca in secundo: & est re-
solutiua, maturatiua, aperitiua, absterssiua, so-
lutiua. Lanuginosa vero est calida in excessu, vl-
ceratiua, incisiua. Sagittalis vero calida, & sicca
in secundo, & dixit Gal. est in principio tertij, &
est resolutiua. Lac vero eius est in fine ipsius. &
est acris. & eius acrimonia non est in vehemen-
tia lacticinij maioris. & est in qualibet parte plã-
tæ eius acuitas, & serrositas, sed plus in lacte ip-
sius. & est in ea absterssio, resolutio, vt nos loque-
mur de scammonea in capitulo suo. † Lupulus
vero est æqualis, ad frigiditatem declinans. &
dicitur, quod est in principio primi, & est verius.

est

est autem sedatiuus dolorum calidorum, extinctiuus inflammationum, & lenitiuus.

RECTIFICATIO. Magna aperit orificia venarum. propter, quod miscendum est cum ea aliquid ex tragacantho, & mastiche. & rectius, quod vigorat operationem eius, est aqua casei cum spica, & mastiche. Ex sagittali autem non propinatur ad soluendum nisi coagulum eius, & est scammonea. Lanuginosa vero prorsus vitanda est: solutione enim educit sanguinem, & est sicut venenum.

POSSE. Lanuginosa sanguinem educit excoriando. Aspera vero, & est lupulus, educit de cholera citrina rem aliquam, & mundificat sanguinem ab ea, & clarificat ipsum, & sedat ipsius inflammationem, & affert ei iuuamentum magnum infusio eius in aqua casei. Et syrupus eius remouet icteritiam. Et o quam parum vtuntur medici nostri temporis eius administratione, cū sit medicina bona. Et ipsa quidem, & succus eius cum sauich hordei sedat dolorem capitis calidum, & confert calefactioni stomachi, & hepatis. & syrupus eius confert febribus cholericis, & sanguineis valde. Magna vero, solutione educit choleram adustam cum facilitate, & aperit oppilationes hepatis, & meseraicarum. confert icteritiæ cum succo apij, & endiuiæ, aut cum aqua casei. Confert hepatis apostemati calido extrinseco, & proprie cum sauich, & oleo rosaceo, & aceto. & sedat sodam antiquam, & proprie cum oleo rosaceo, & aceto, aut chamæmelino, & succus eius ex eis est, quæ sanant vlcera in aure, & est ex medicinis pectoris, & pulmonis, mundificans ea à superfluitatibus, & confert asthmati valde. & confert febribus longi tēporis, & proprie febribus oppilationū, & eis quarū materia est cholera citrina. Ex radice vero sagittalis fit emplastrū ex oleo rosaceo, aut chamæmelino, & sedat sodā frigidā antiquā, & curat hemicraneā.

DOSIS. Potio decoctionis magnæ est circiter vnc. 4. & infusionis eius in aqua casei potio est circiter lib. j.

De Volubili. Cap. XXIIII.

SYLV. *Cissampelos videtur Dio. Gal. Paul.*

VOlubilis multæ sunt species. Vna enim est magna lactaria funis arborum dicta, flore albo, campanæ æmulo. Dioscoridi est temperata, vel paulo calidior, sicca ordine secundo. resoluit, maturat, terget, soluit, aperit orificia vasorum, ob id datur cū tragachantho, mastiche, spica nardi, sero lactis, obstructionem venarum meseraicarum, & hepatis liberat, ob id sanat icterum cum succo apij, & intybi, vel sero lactis: bilem vstam clementer purgat: ob id febres putridas, præsertim biliosas, diuturnas, thoracem, & pulmonem excrementis repurgat, ob id asthmati confert. phlegmonem hepatis externam iuuat, præsertim cum polenta, & oleo rosaceo, & aceto. cephalalgiā antiquam, præsertim cum oleo rosato, aut chamæmelino, & aceto. succus eius aurium vlcera sanat. Secunda est parua, folijs, & floribus minor, super terram, & aliarum plantarum ramos serpit. Tertia etiam lactaria, folijs subalbis, lanuginosa, immodice calida, incidit, vlcerat, & ita soluendo sanguinem educit. ob id prorsus vitanda, tanquā venenosa. Quarta est folijs citreoli modo asperis. flore foliaceo squammatim compacto [quod sicut ampullæ adhærentes, male vertit interpres.] lupulus vocatur, temperatus, vel potius frigidus principio ordinis primi. Sanguinē bile flaua modice purgat, eumq; clarum reddit, & sedato eius calore temperat, præsertim sero lactis infusa. icterum syrupus ex eo sanat, febribusq; biliosis, & sanguineis prodest. ipsa quoque, & succus eius cum hordei polenta cephalalgiam calidam sanat; & ventriculi, ac hepatis intemperiem calidam. cumque tam sit efficax medicamentum, mirari subit, cur a nostræ tempestatis medicis in vsu tam raro habeatur. Quinta est radice bryoniæ, aut maiore cucurbitulę magnæ instar, caule bicubitali, folijs angustis, paruis, in sagittæ pennatæ modum figuratis, leui causa deciduis, lactis præter cæteras fęcunda, quo fit scammonium: ob id domina lactariarum vocatur, calida sicca ordine secundo, vel potius cum Gal. tertij principio, in eiusdem vero fine succus ipsius lacteus, idemq; acer, & mordax magis, quam cæteræ ipsius partes, minus quam tertia, tergetque ac resoluit, vt mox in scammonio audies. Hæc, & magna cæteris præfertur, præsertim si ex locis sint temperatis. Huius denique radice cum oleo rosato, vel chamæmelino emplastrum, cephalalgiam frigidam, & antiquam, ac hemicraniam sanat. Decocti primæ dantur: vnc. 4. infusi autem in sero lactis libra vna.

Vbique frequens.

Periclitmenus est potus, quē ele matitis ira Dios. Lupus Plī. dicitur. & lupus salutaris.

Flores huius cerussa largum incolli caput tūtat.

Helxine vel hedera folia molliora triangulī figura, floris albi, rotundi, cauli, calathi forma Dioscor.

De Volubili.

MANA. *Volubilis sic designatur. Galeni locus lib. de interioribus explicatur.*

INuenio apud Dioscoridem, Galenum, Paulum ca. de Helxine, quæ videtur prima species hic posita, apud nos frequens, sicuti & Secunda Tertia, vt puto est Clematides. Quartam speciem videtur Plin. lib. 21. ca. 15. vocare Lupum. Legitur Lupi huius, vel Lupuli nomen, tertio libro de locis affectis, qui liber vulgo de interioribus inscribitur. sed litera corrupta est, pro bato, vel rubo, lupulum habens: sicuti & lib. 4. Therapeutices, vt nouæ eius libri interpretationes manifestant. Græcorum vulgus Bryon nunc vocat, nostri Luuertitium, quasi lupum vertitium. Complexio, & proprietas. Non id dixit Dioscor. quod hic ei adscribit, sed de triplici scripsit Smilace, leni, videlicet, aspera, & hortulana. Item de duplici clematide, & scammonio, quæ omnia ab hac se circum voluendi proximis rebus proprietate dici Cōuoluoli, vel volubiles possunt. Helxinem potam vim habere ventris purgatiuam, tradit idem Dios. Lupulus est æqualis) Vires florum, quas in ceruisia ostendunt, satis calidos & siccos atteſtantur, quibus rebus grauitas etiam odoris consentit. Videant igitur medici, qui Lupulos tātopere commendant, cui fundamento innitantur.

Lupuli flores calida.

COST. *VOlubilis nomine quīn plures plantæ ueniant Arabibus medicis; Serapion tres species facit: primam uocat cussus, & hanc triplicem esse ait; albam, nigram, & cacus: secundam acsin: tertiam uero athin nominat. His autem, si quis historiam Serapionis conferat Discoridæ, percussus hederam, quæ græce κισσὸς intelligit; per acsin helxinem, per athin elatinen. est autem*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0112-5
DFG

autem Dioſc. hederæ trium ſpecierum, alba, nigra, & helix, atque hederæ ipſi helxine, & elatine comparantur. Hæc quum de volubilis ſcribat Serapion, Meſues noſter eiuſdem quidem hiſtoriam hoc in loco profitetur; ſed adeo tamen diuerſe, & difficile rem tractat, vt quid ſibi velit, paulo ſit difficilius explicatu. perpendamus tamen ipſi diligenter ſingula, aliorum vero an bene ſenſerimus, eſto iudicium. Sane quum primam deſcribit volubilis ſpeciem, quam finem arborum vocari ait; putat Manar. helxinem indicari, noſtra vero ſententia, eam quam ſmilacem lenem quidam putant, intelligit; quam etiam, volubilem maiorem, & ipſe, & pharmacopæi vocant; floribus albis, tubæ vt noſter codex habet, ſeu campanæ, vt Syluius vertit, non diſſimilibus. Secunda ſpecies ipſa eſt helxine, ſmilax profecto lenis iam dicta, ſi helxine ipſi conferatur, ſola magnitudine foliorum, & florum, ac longitudine ab ea differt; vt merito illa maior, hæc minor volubilis appelletur. etſi autem nonnulli ſint, qui primam illam ſpeciem, maiorem; ſecundam autem minorem helxinen vocant; Dioſcorides tamen neque de duplici helxine vſquam memi nit, neque ſmilacem lenem, (ſi modo volubilis maior ſmilax eſt lenis,) helxines eſſe ſpeciem putat, qui diuerſis vtraque de re locis pertractat. Quod ſequitur quum ait, (Et eſt alia habens folia ſubalbida lanugino ſa, &c.) Hic Manar. clematida, alij elatinem intelligi exiſtimant. Nos vero, ſicuti ſecundam clematida exulceratoria eſſe vi præditam ſcimus, id quod innuit, Meſuem de hac verba facere, ſcribentem quum de volubilium temperamento agit, lanuginoſam calidam eſſe in exceſſu, vlceratoriam, & inciſiuam; ita quia ncq; Dioſco elatinen; vlcerare ſcribit quamuis lanuginoſam dicat; neque quid ſit elatine inter herbariæ peritiæ princi pes adhuc conſtat; propterea priori potius ſententiæ ſubſcriberemus; quanquam neque id audeamus pro certo aſſeuerare. Sequitur quum ait, [Et eſt habens folia aſpera, &c.] Hæc quarta eſt ſpecies, quam lupulum nun cupari dicit, omnibus nota, quamuis de hac alioqui vulgatiſſima planta neque Græci, neque Arabes vno fortaſſe Meſue excepto verba fecerint. Poſtremo loco ſcammonium ſubiungit, de qua Dioſc. & alij. His ita conſtitutis, (vt ad ea accedamus in quibus accuſatur Meſues) ſubiungit, [Melior duarum ſpecierum eſt magna, &c.] Sane his verbis putant aliqui helxinem maiorem minori præponi, ideſt primam ſpeciem volubilis, ſecundæ: propterea quæ de ſcammonea perperam verba interponi. Nobis vero præferre Meſues videtur inter volubilium ſpecies eas, quæ magnæ ſunt, hoc eſt, non helxinem tantum (vt aiunt) maiorem, ſed & ſcammoniã, & lupulum, quæ, & ſecunda, & tertia volubili ſunt maiores, quare non temere, quum magnas volubiles paruis præferat, inter magnas ſcammoniam quoque cæteris præponit. Ait præterea (ſagittalis vero calida eſt, &c.) Inſurgũt hic rurſum, & inconſtantiæ Meſuen accuſant, quia ſequenti capite in tertio ordine calidorum ſcammonium ponet, eius vero plantam ipſo acriorem faciet; contra tamen hoc in loco in ſecundo gradu aut cum Galeno in tertij principio plantam ipſam, eius vero lac in fine tertij reponi affirmat, eſſet autem planta, ſi lacte ipſo acrior eſt, quarto ordine collocanda, ſi modo hic ſibi ipſi conſtat. Adde quod ijs verbis quæ ſubdit. [Et eius acrimonia non eſt in vehementia lacticinij maioris] præferens acrimoniam lacticinij, maioris acredini ſcammoniæ, quum nihil ſit aliud lacticinium maius, quam ſcammonia, hanc ſe ipſa minus eſſe acrem aſſerit, atque adeo ſcribit planè repugnantia: ſicuti etiam quum ſubdit. [Sed plus in lacte ipſius] iis aduerſatur, quæ ſequenti capite dicet, vbi ſcammonium, hoc eſt, lac plantæ huius minus acre faciet, quam plantam ipſam, cuius rei cauſam referet in artificium, quo dematur acrimonia. Verum ad hæc, paucis. Fatetur profecto in hoc capite Meſues ſcammoniæ ſuccum, quod lac vocat, tertio ordine calidum eſſe, & ſiccum, quod etiam in ſequenti capite: verum plantam ipſam totam, quam hic calidam, & ſiccam eſſe ait ſecundo ordine, aut in tertij principio ex Galeno; nuſquam dicit eſſe ſucco ipſo calidiorem, ſed tantum in ſequenti capite, condenſato ſcãmonio minorem ineſſe acredinem ait, quam plantæ ipſi, cuius rei cauſam in artificium refert: nẽpe quod igneæ, acriores, & tenuiores eæ partes, quæ in recenti planta vigebant, coctione, & exſiccatione euaneſcant. Quod ſi quis recentem plantam, quia acrior eſt, od id calidiorem eſſe oportere contendat; dabo ego quidem lac recentis plantæ, & acrius, & calidius eſſe condenſato ſucco; non tamen totam ipſam plantam eſſe calidiorem conceſſerim. Quo autem pacto condenſato ſcammonio lac ſit calidius, quum tamen vtrumque in tertio calidorum ordine collocetur, non eſt difficile explicare, nẽpe quia Meſues lac plantæ huius in fine tertij ordinis ponit, ſi in medio eiuſdem tertij ſuccum ipſum condenſatum reponas, non errabis meo quidem iudicio; ſed acredinis illius imminutæ differentiam apte iudicabis. Ita ergo ſedari poteſt hæc controuerſia. Sed, & quod ſecundo loco obijcitur, momenti eſt pauci, neque enim per lacticinium maius vnam, (quod putant) ſcammoniam, ſed primam quoque eam ſcebram ſpeciem intelligere ſolet, de qua poſtea, illam enim tanta excellere acrimonia dicet hic author, vt viſcera vlceret, alioqui certe, quando in deſcribenda ſcammonia ad huius capitis initium, ipſam vocari ait dominum lacticiniorum, non ob acredinem, ſed ob vſum dici exiſtimarim, quando ex ſtirpibus lac ferentibus nulla alia tanto in medicina eſt vſui vt ſcammonium; vel quod, vt Syluius ait, eſt hæc lactis præter cæteras fœcunda. De lacte vero huius plantæ, quod in ſequenti capite minus eſſe acre, quam plantam ipſam dicet; hic autem maiorem ipſi acrimoniam ineſſe, quam in tota planta aſſerit; ex ijs, quæ diximus, conſtat nullam eſſe controuerſiam, quando de concreto lacte in ſequenti, in hoc vero capite de virentis adhuc plantæ ſucco verba facit, non parum autem recentem à concreto ſucco intereſſe, nullus arbitror eſt, qui non intelligat. Sed hæc de propoſita diſcordia ſint ſatis. Quod enim poſtmodum obijciunt Meſuæ, primum quidem lupulum, neque temperatum, neque primo ordine frigidum dici poſſe, vt hic author putat, ijs uerbis [lupulus uero eſt, æqualis, &c.] argumento tum ex effectibus, quos in ceruiſia oſtendit, repit enim in caput uini inſtar, & inebriat; tum ex odoris grauitate: tum ex laxandi facultate: deinceps uero, quod uolubili, quam magnam uocat, aperiendi uenarum orificia uis aſcribi non poſſit, vt hic aſcribit ijs uerbis [Magna aperit orificia uenarũ] quũ ipſiuſmet Meſuæ teſtimonio temperata ſit, neque ſenſus iudicio inſignem ullam qualitatem præ ſe ferat: hoc, inquam ſcriptorem hunc leuiter perſtringit, fiunt profecto ex aſſumpto hyoſciamo, mandragora, opio, effectus quales in ebrijs; ea tamen inſigniter frigida eſſe pauci ſunt qui non conſentiant. Ineſt etiam & hyoſciamo, & alijs multis quæ frigida ſunt, odoris maior

ior quam in lupulo grauitas. Ac demum ſubducendi aluum uis in eſt myrobalanis, tamarindis, roſæ, uiolæ, quæ inter frigida medicamenta reponuntur. Ita uero, & de uolubili magna nihil Meſuem urget, neque enim aperiendi uim calori tantum ipſe aſcripſerim, quantum etiam ſubſtantiæ tenuitati, alioqui, quis naturæ operum tam eſt intelligens, qui huic educendi ſanguinem ex totius ſubſtantiæ proprietate facultatem ineſſe negare auſit?

DE MEDICAMENTIS violenter, & moleſte purgantibus, ijſdemq; deleterijs.

De ſcammonea. Cap. I.

ANT. Scammonea eſt ſolutiuum magnum, & dixit Democr. quod eſt ſolutiuum antonomaſtice, & quod eſt genus ſolutiuorum, & generalis ſuper omnia ſolutiua. Fit autem ſcammonea ex ſucco cuiuſdam ſpeciei volubilis, † cuius folia ſunt ad modum ſagittæ alatæ. Naſcitur autem in Antiochia, & Armenia, & Coraſceni, & in partibus Arabiæ: & Turchiæ, & plurimum naſcitur in terra noſtra, & eſt mala, & credo quod diſpoſitio loci, & modus culturæ, & ars in faciendo auxiliatur, vt bona fiat bona, & mala fiat mala. Modi autem operationis eius ſunt quatuor. † Primus eſt cũ manifeſtatur radix ipſius à terra præterquam euellatur: & fiũt inciſiones in eo, quod apparet ex ea ſuper terram: & inuenitur, quod egreditur de eo poſt diem, & diem res ſicut gummi, & dimittitur exiccari, & conſeruatur. Secundus eſt, vt exſtirpentur poſt illud totaliter radices, & incidantur, & colligitur lac earum fluens, & decoquitur cum facilitate, vel exiccatur ſoli, & fiunt inde formæ, & ſigillantur, & huiuſmodi ſcammoneæ color eſt ſubalbidus, aut varius. Tertius eſt, teruntur adhuc radices poſt illud, & extrahitur ſuccus: & fit ſicut diximus de decoctione, & alijs, & ſigillatur aliquo ſigillo. Nunc autem fides ſigillorum perijt, & hæc ſcãmonea eſt craſſa, & nigra, & ponderoſa. Quartus eſt, teruntur folia eius, & ſtipites, & extrahitur ab eis ſuccus, & fit ſimiliter, & hæc eſt ſcammonea nigra, attinens viriditati, & eſt grauis odoris.

ELECTIO. † Melior eſt Antiochena, & Armena eſt poſt hanc. † Quæ vero fit in partibus noſtris, & Coraſceni, eſt mala prorſus: & melior adhuc, quæ eſt primæ formæ: & quæ eſt ſecundæ, eſt poſt iſtam, & aliæ ſunt malæ, & deterior eſt viridis. Adhuc autem qui laudauerunt ſcammoneam, in v. proprietatibus laudauerunt eam. Prima eſt, vt ſit in colore clara, ſicut gemma, & proprie ſpecies eius prima, aut ſubalbida, aut varia. Secunda, vt ſi tangatur confractum eius aqua, vel ſaliua, fiat ſicut lac. Tertia, vt ſit tenera, multæ facilitatis ad frangendum, & puluerizandum. Quarta, vt ſit pondere leuis. Quinta, vt ſit boni odoris proprij, non grauis. Remota vero ab his propietatibus non eſt bona. Conſeruatur quoque per annos xx. ſed quanto antiquior, tanto debilior.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidæ complexionis eſt in tertio gradu, & ſiccæ ad ipſum, & eſt in ea de acuitate minus, quam in planta ſua, & credo quod ars in faciendo ipſam frangit in ea de acuitate aliquid, & in ipſa quidem eſt amaritudo, & ipſa quidem eſt abſterſiua, reſolutiua, inciſiua cum attractione multa, cuius attractio extenditur vſque ad remota multum.

RECTIFICATIO. † Quinque ſunt ei familiaria, quæ in corporibus imprimunt magnitudinem nocumentorum. Eſt enim in ea ventoſitas mordicatiua in ſtomacho, faciens ſubuerſionem, nauſeam, & turbationem laborioſam. Secundum eſt, quoniam inſunt in ea caliditas, & acuitas habiles imflammari, & propter quod eſt facile faciens cadere in febrem, & ſitim; & proprie, quando inuenit patientem præparatum. Tertium eſt, quoniam fit per ipſam atractio vehemens, & vehemens dilatatio orificiorum venarum: quare facit cadere in immoderatos fluxus. Quartum eſt, quoniam in ea eſt ſerroſitas operans ad excoriationem viſcerum, quare generat dolores acutos, pungitiuos, & facit cadere in dyſenteriam, & tenelmum. Quintum eſt proprietas, & operatio ſua, à quibus fit impreſſio nocumenti in membra, quæ ſunt mineræ virtutum, quæ ſunt ſicut cor, & hepar, & ſtomachus, & ſimilia eis. Auxiliamur vero eis cum rebus, cum quibus proprietate, & virtute nocumenta tolluntur, ſicut, v. g. Obuiamus ei, quod diximus primo adiuuando, vt reſoluatur vapor eius turbidus, & mordicatiuus, faciens ſubuerſionem, & laborem. Et ad hoc auxiliatur nobis decoctio eius in pomo, digerit enim, maturat, & reſoluit, & excludit vapores eius, & aufert ſerroſitatem eius. Et miſcere in decoctione ipſius, quæ ventoſitates reſoluunt, & carminant, & adiuuant ad illud, ſicut daucus proprie, & galanga, & ſemen feniculi, & apij, & ſimilia. Et dico quod decoctio eſt generalior præparatio eius auferens plura ex nocumentis, quæ diximus. Et obuiamus ei, quod diximus in ſecundo, miſcendo ei in decoctione aliquid virtutis refrigeratiuum, & operando, vt frangatur acumen, & inflammatio eius. Et ad hoc auxiliatur nobis coctio cum eis, quæ extinguunt, & leniunt, ſicut eſt mucilago pſyllij, & aqua, & carnes prunorum, & ſuccus roſarum, & aqua violarum, & violæ recentes. Et inuoluere ipſam ante decoctionem eius in oleo roſato, aut violato aufert hoc nocumentum ab ea. Et ſuccus citoniorum muzorum, & ſumach, & ſpodium ſimiliter. Et obuiamus ei, quod diximus tertio, miſcendo ei in decoctione, quæ adiuuant virtutes membrorum, & auxiliantur in aggregatione, & corroboratione partium laxarum. Ad hoc autem auxiliantur nobis maxime res ſtyptici tatem habentes, & omnia, quæ auferunt ſuperficiem acuminis eius, & reprimũt ſubtilitatem, & virtutem penetrationis ipſius, ſicut eſt maſtix,

& ci-

& citonium, & ſuccus eius. Sunt enim rectificatiuum bonum. Myrabolani quoq; citrini ſunt mirabiles in hac intentione, & aloe ſimiliter. Et obuiamus ei, quod diximus quarto, miſcendo cum ea, quæ aggregant duas intentiones. Prima eſt acquirere ei facilem egreſſum, & hoc cum rebus cito expellentibus audaciam eius, & facientibus eam deſcendere, ad hoc autem auxiliatur ei adminiſtratio eius cum rebus lubricantibus, ſicut eſt mucilago pſyllij, & carnes prunorum, & ſciuiſti, quod compreſſiua ſicut citonia, & maſtix ſumpta poſt medicinam, & proprie poſt, quam incepit educere, feſtinam faciunt eius egreſſionem: & ſciuiſti quod aqua calida poſt medicinam tranſmittit audaciam eius, debilitat virtutem ipſius: & dixit Rufus, & qui ſumpſit ſcammoneam de melioribus rebus eſt ad expellendũ audaciam eius, vt poſt quatuor, vel quinque horas poſtquam ſumpſit eam, pſyllium conquaſſatum cum aqua tepida, & oleo roſato ſumat: poſt duas horas, infuſionem myrobalanorum ei tribue: ſic enim non timentur nocumenta eius. Secunda eſt reprimere ei virtutem ſerroſitatis, & acuitatis: & hoc faciemus cum auxilio rerum humidarum, & vnctuoſarum, ſicut eſt tragacanthum, & bdellium, & oleum roſatum, & amygdalinum, & ſimilia: & obuiamus ei, quod diximus in quinto, quod eſt theſaurus totius operationis, & illud eſt acquirere ei bonitatem cum medicinis membra, & virtutes, quarum ſunt domicilia, confortantibus, & ad hoc auxiliantur nobis medicinæ cordiales, calidæ, & frigidæ, & medicinæ ſtomatichæ, & hepaticæ: & auxiliantur etiam ars, & præparationum modi, ſicut iam diximus. Modus rectificationis eius ſecundum, quod narrauit Rufus. Decoquatur ſcammonea in citonio poſt inuolutionem eius, & reuolutionem eius fere per diem vnum cum oleo violato, aut roſato aut amygdalino, & poſt illud teratur faciliter, & voluatur, & reſoluatur in ſcutella vitrea vſq; dum ſiccetur cum infuſione myrobalanorum citrinorum facta in ſucco citoniorũ: tunc fac trochiſcos ex ea quartæ drach. 1. & ſit doſis eius trochiſcus vnus: ſolutionem enim facit ſine moleſtia. Modus autem alius ſecundum eundem ſatis bonus. Decoquatur ſcammonea ſecundum priorem doctrinam, & adiũge ei myrobalanos citrinos ſupra tertiam partem eius. Deinde accipe ſeminis apij, fęniculi, dauci, ana drach. 2. decoq; cum ſucco citoniorum cum facilitate, & cola, & vtere inuolutione, & exiccatione, ſicut de huiuſmodi proxime diximus. Inquit Rufus. Sit tua intentio addere, minuere, & mutare ſecundum quod exigit diſpoſitio, & res patitur. Inquit Gal. Miſcui ſcammoneam cum ſexcuplo ipſius mannæ, & triplo eius ſucci roſati poſt bonitatem coctionis eius in pomo, & inueni ex modis præparationis ipſius hunc modum ſatis laudabiliter emendantem plura ex nocumentis, quæ timentur per ipſam: & aliquando miſcui cum eius ſexcupulum ipſius glutini pſyllij, & feci bonum: & aliquando miſcui medicinas cordiales: & aliquando miſcui alias, ſicut res exigebat. Inquit Hamech. Accipe duplum eius, foliorum violarum, medium ponderis ipſius liquiritiæ, inuolue oleo roſaceo, & fac trochiſcos drach. 1. & ſit doſis vna. Inquit Humain. diſſoluatur in oleo amygdalino cum pauco maſtice, & per diem, & diem agitetur in ſole cum adminiſtratione paulatim olei ſicut oportet, & poſt hoc etiam agitetur per diem, & diem cum aqua roſata, in qua fuerit reſolutum bdellium, deinde exiccetur: deinde coquatur in citonio. Poſt hoc cum tertia eius parte myrabolanorum citrinorum fiant trochiſci, & ſit doſis drach. 5. Inquit Paulus, zingiber, & piper longum, & aniſum admixta decoctioni ipſius, & proprie in pomo acetoſo, aut pontico remouet nocumenta ipſius. Modus rectificationis eius ex intentione noſtra. Decoquantur fruſta eius intra amygdalas tritas multas poſt purgationem eorum intra folia, ſepeliẽdo ea in cinere calido: & poſt diem adiectionis amygdalarum diſſoluatur in aqua citoniorum acetoſorum, in qua bullierint ſpica, aniſum, & aliqua ex ſpeciebus, & ſeminibus redolentibus, & exiccentur. Deinde cum pauco maſtice, & bdellio decoquatur in citonio, aut pomo inuoluto in maſſa. Deinde fient trochiſci tertiæ drach. 1. & ſit doſis, vna. operatur enim ſine nocumento. Modus autem præparationis prædictæ. Miſceatur tantum quantum ipſa eſt de ſumach: & quarta ponderis eius ſpodij, & fiant inde trochiſci ſicut priores: ſunt enim vltimi. Et ſi diſſoluatur ſcammonea in octuplo eius miuæ, & pauca ſpica, poſt inuolutionem eius in oleo roſato, aut amygdalino, & decoquatur cum facilitate, emẽdatur à ſua malitia. Et ſciuiſti, quod aloe frangit malitiam eius, & myrobalani magnificant eam. Et decoctio eius in ſucco portulacæ, aut in aqua ſeminis ipſius aufert plura ex nocumentis eius. Et medicinæ cordiales, & ſtomatichæ calidę, aut frigidæ ſecundum quod res exigit, frangunt malitiam eius. Et oportet, vt fiat eius decoctio cum facilitate: impetuoſitas enim in decoctione addit ei ad malitiam. Et ipſa quidem ſicut ſciuiſti, de triturationc modicum ſuſtinet, quapropter oportet, quod in eius contritione non nimium inſiſtatur: ex rebus autem facientibus facilem, & velocem ipſius egreſſum à corpore, ſint citonia, quando in confectionibus, & electarijs ſimul miſcentur, & ſimiliter myrobalani: ipſi enim ſunt excito eam deponentibus, & ſimiliter, ſi ſuper eam poſt ſpatium bibatur. Et ſciuiſti, quod aqua calida expellit audaciã eius, & alia ſimiliter, ſicut diximus in canone.

Posse.† Solutione educit choleram cum fortitudine, & attrahit eam a ſanguine, & venis vehementer, & eius operatio eſt ſicut operatio furioſi. Et eſt ipſa inimica cordi, & ſtomacho, & hepati, & inteſtinis. Et eſt ex facientibus nauſeã, & conturbantibus viſcera, & ex ſubuertentibus ea. Et facit ſitim, & deijcit appetitum cibi. Et ex ea, & myrrha, & coſto, & croco, & ſucco agreſtæ, & pauco opio fiunt trochiſci cum vino põtico, & proprie aur. i. & fit linimentum ex vno eorum ſuper frontem, & tempora comprimendo, & proprie cum vitello oui, & aceto forti ſanat ſodam frigidam antiquam, et hemicraneam difficilem,

cilem,& ſi linitur ſuper dentem,remouetur dolor eius,& corroſio,& ſi ſuper ſcrophulas,& prie cum ſucco apij,aut dauci,delet eas. Et fit linimentum cum vno eorum, cum ſucco ſiſimbrij,& aceto,ſed loco apij ponatur caſtoreum,& liniatur in poſteriori parte capitis, eſt magni iuamenti ad ſubet,& lithargiam. Et quãdo ſcammonea ſupponitur cum lana, educit menſtrua, & facit aborſum. Et ipſa quidem ſola curat ſcorpionum morſus, & proprie deſuper linita cum ſucco mentæ, aut cum vino. † Vitet autem eius acceptionem, qui calidæ, & ſiccæ complexionis eſt, & naturę,aut paratus cadere in febres. Is autem qui ſumit ipſam, timeat frigus, & æſtũ, & abhorreat fructus, & proprie frigidos, & aquã veri frigoris, & ſomnum prolixum ſupra eam, & exercitium,& ſuperbiam animi.Conſeruatur autem ſcammonea per annos xij.

Dosis eius eſt à v. granis vſque ad xij.

SCAMMONEA.



De ſcammonio. Cap. I.

SYLV. *Scãmonia propriè plãta, ſcammonium, liquor & ſuccus. Colophoniũ Plin. ex Myſia, aſia Dioſcor. laudatur.*

SCammonium eſt medicamẽtorum purgantium maximum, vt purgatorij nomine ſimpliciter pronunciato, per antonomaſiam, ſcammonium intelligatur,vt ait Democr.Eſt autem lacteus ipſe ſuccus poſtremæ volubilis,natæ in Antiochia,Armenia,regione Scenitarum, Arabia,Turchia. Plurima etiã apud nos naſcitur,ſed praua,loci (opinor) natura, & colendi modo, & arte conficiendi: quibus tribus euadit hæc bona, alia mala: Fit autem multis modis.Primo,cum primum radix ſuper terram extiterit, pars eius non euulſæ, quæ terræ ſupereminet, inciſa, ſuccum quendam gummeum quotidie remittit,qui ſiccatus ſeruatur.Deinde radix omnino euulſa inciditur,lacque inde profluens ſiccatur vel igne lento, vel ſole,& in offas quaſdam formatur,& obſignatur,colore autem eſt ſubalbo, vel vario. Poſtea taleolæ radicum tritæ exprimuntur,& ſuccus,vt dixi,ſiccatur, ſigillo notatur. Nunc autẽ bonitatis fides per ſigilla hæc perijt, eſt autem hæc craſſa,nigra,grauis. Sunt etiam qui ex folijs,& caulibus tritis ſuccum extrahunt,& quo dixi modo ſiccant, coguntque: ſed hic ex nigro vireſcit, eſtque odoris tetri. Præſtantiſsimum eſt Antiochenum, præcipue quod primum ſumma radice inciſa exudat,reliqua hæc inferiora:*viride peſsimum*. Secundas tenet Armenium. Noſtras vero, & quod ager Scenitarum mittit, omnino prauum eſt, etiã quod primum profluit.

† Sit autem clarum gummi modo,aut ſubalbũ, aut varium,præcipue quod primum effluxit. Idem fractum, ſaliuæ,aut aquæ attractu lacteſcit.Sit præterea tenerum,& friabile,pulueratuque facile, leui pondere,odoris proprij, ſed boni,non tetri: a quibus notis quanto magis recedit ſcammonium, tanto eſt deterius.Viginti annos ſeruatur:ſed quo antiquius,eo imbecillius. Calidum eſt,ac ſiccum ordine tertio,acre,minus tamen,quam planta ipſa,acrimoniæ opinor, parte per artem fracta, & obtuſa. Eſt etiam amarum. Incidit, terget, purgat,bilem flauam ex ſanguine attrahendo etiam a remotiſsimis partibus:tanta eius ceu furioſi vehemẽtia. Cor, ventriculum,hepar,inteſtina lædit, reliquaque viſcera conturbat:ventriculum ſubuertit, appetentiã deijcit,nauſeam mouet,ſitim excitat. Ex ſcammonio autem myrrha, coſto, croco, omphacio, opio pauco, cum vino auſtero fiant trochiſci drach. vnius pondere, quibus ex *vitello* oui, & aceto forti ſolutis, & illitis fronti quidem, ac temporibus, cephalalgia frigida vetus,& hemicrania ſolutu contumax ſanatur:denti vero, eius dolor, & roſio ceſſat: ſtrumis autem, præſertim cum ſucco apij, vel dauci, eas diſcutit, occipiti denique cum ſucco ſiſymbrij, & aceto caron, & lethargum magnopere iuuat, ſi opij loco habuerint caſtorium, ſcammonium item cum lana ſubditum menſes mouet, & abortum facit, ſcorpionis ictum cum ſucco mentæ, aut vino illitum ſanat. Non ſumendum igitur calidis,& ſiccis naturis,febricitare paratis. Sumpto autem eo,frigus,æſtus,fructus præſertim frigidior, ſomnus longior,exercitatio,ira [& cæteri vehementes animi affectus] vitentur.Noſtris corporibus valde noxium eſt ſcammonium, quod flatu mordaci vẽtriculum ſubuertit ad nauſeam,& moleſte turbat,id quod ne contingat,coquitur in pomo præſertim cum dauco,galanga,ſemine apij, fęniculi, & ſimilibus, ijs enim coquitur vapor eius flatulentus, ſerransque, & mordens diſsipatur, & noxæ præterea eius aliæ miteſcunt. Deinde,quod calore vehementi corpus accendit,& febres in eo, ſi ad

ſi ad eas eſt paratum,accendit,ſitimq; inexpletam. ea autē noxa tollitur miſtis coquendo refrigerantibus,& acrimoniam eius,flammeamq; caliditatē frangētibus,muccagine pſyllij,ſucco,& carne prunorum,ſucco,& aqua roſarum,& violarū recētiū, cydoniorum acidodulciū,rhois,ſpodio,oleo quoque roſato,aut violato,ante coctionem eadem ratione inuoluendo. Tertio loco vehementer attrahendo venarum ora immodice dilatat,vnde fluxus vētris fere fit immoderatior.quod incommodū vitamus mixtim coquendo,quæ partium harū vires tuentur,& laxam ſubſtantiam cogendo roborāt,qualia ſunt ſtyptica:quæ præterea ſcammonij acrimoniam ſuperficiariam tollunt,tenuitatē, & penetrandi facultatem reprimunt,vt maſtiche, ſuccus,& caro cydoniorū,cydonium ipſum,myrobalani citreæ,aloe. Quarto dolores punctorios viſceribus rodendo adfert,ac inteſtinis rodendo excoriatis,dyſenteriā,vel tineſmū excitat. hæc ne fiant,medicamenta illi miſcemus,quæ tum cito,ac clemēter ipſum velut furioſum deturbent,& corpore expellant,tum virtutē eius ſerrantē,& acrem obtundāt. prioris generis ſunt lubricātia,vt muccago pſyllij,caro prunorum.adſtringentia,vt maſtiche,cydonia poſt ipſum ſumpta, præſertim vbi iam purgare cœpit ipſum,id celeriter deſcēdere,ac egredi cōpellunt.aqua quoque calida pota aliquādiu poſt ipſum ſumptum,furioſam eius vehementiam frangit.idem pſyllij muccago cū aqua calente extracta,cū oleo roſato ſumpta horis quatuor, vel quinq; poſt ſcammoniū efficaciſſime præſtat, Ruſo authore,addito horis poſt duabus myrobalanorū infuſo,hæc enim ipſum cito deturbant. ſecundi generis ſunt humida,pinguia,& lēta.vt tragacanthum,bdellium,oleum roſatū,& amygdalinum,& ſimilia. Poſtremo ſubſtantiæ ſuæ totius proprietate lædit cor,vētriculum, hepar facultatū quarundā nos gubernantium,ceu fontes quoſdā. quibus noxis per quędam proprietate,& facultate contraria reſiſtimus.quæ incōmoda cum ſint maxima,ijs accurate reſiſtimus,miſcēdo,quę medicamenti actionem efficiunt tutiorē,& partes dictas, facultateſq; in his ſitas roborāt, qualia ſunt medicamenta cardiaca,ſtomachica, hepatica,tā calida, quam frigida. In hanc quoque rem cōmodat non parum eius per artē præparatio,quæ Ruſo ſic perficitur. Scammonium oleo violato,aut roſato,aut amygdalarū dulciū toto prope die inuoluit,identidem reuoluendo: poſtea tritum inuoluit infuſo myrobalanorum citrearum ex ſucco cydoniorum facto,donecq; ſiccetur,in ſcutellam reuoluit,tunc ī malo cydonio coquit,formatq; trochiſcos quarta parte drachmę vnius graues,quorū ſinguli citra moleſtiā purgāt. Vel ſeminis apij,fœniculi,dauci, ana drachmæ duę.ſucco cydoniorum igni lēto incoquuntur,& colātur.Hocq; ſucco ſcammonium, vt dictum prius eſt,inuoluitur,& ſiccatur. Poſt in malo cydonio cum myrobalanorum citrearū prope dimidio coquitur eidē Rufo,non ſolū minuēti,ſed etiam augenti,vel mutanti vires ſcammonij pro ſcopis varijs,ſi affectus poſtulat,& res patit. Galenus aūt mannæ ſextuplo,& ſucci roſarum triplo, ſcāmonium in malo cydonio probe coctum miſcuit,quo parandi modo multa eius nocumēta ſuſtulit:interdum muccaginem pſyllij: aliquando cardiaca,aliquando alia pro varijs ſcopis.Hamech vero ex ſcammonij parte vna,foliorum violarum partibus duabus, glycyrrhizæ parte dimidia oleo roſato inuolutis,format trochiſcos drachmę vnius pōdere,è quibus vnum exhibet. Humain quoque ſcāmonium in oleo amygdalino cum pauco maſtiche diſſolutū in ſole biduo agitat,oleū paulatim, & ſæpe affundendo:deinde in aqua roſarū,in qua bdelliū fuit diſſolutum, biduo ſimiliter agitat,& ſiccat,poſt in malo cydonio coquit,et cū tertia parte myrobalanorum citrinarum,format trochiſcos. Dantur hi drach.dimidia.Paulus autem zingiber, piper longum,aniſum ſcāmonio miſcens,coquēdo in pomo acido,vel auſtero,innocentius efficit. Nos autē fruſta ſcammonij amygdalis purgatis,& tritis inuoluta,folijs quoq; quibuſdam tegimus,& ſub cinere calido coquimus: amygdalis deinde abiectis,ſcāmonium in aqua cydoniorum acidorū (cui ſpica,aniſum,& alia quędā tum aromata,tum ſemina odorata fuerint incocta)diſſoluimus: poſt ſiccamus,& cū maſtiche,& bdellio decoquim' in cydonio,vel pomo auſtero maza circūdato. Deinde trochiſcos cū æquali portione rhois,& quarta parte ſpodij formam',vt priores,lōge optimos,pōdere ſcripſi vnius.Dant ſinguli,& purgant innoxie. Idem ſcāmonium poſtquam oleo roſato,aut amygdalino eſt inuolutum,cum octupla miua,& pauca ſpica in pomo etiā coquimus.Aloe item ſcāmonij violentiā frangit. & myrobalani ꝑter cętera. Coctum etiā in ſucco portulacæ,vel muccaginis ſeminis eius,noxas multas exuit. Coquat autē clementi calore:nā calor repentinus malignitatem eius auget, & parum diu terat,quia trituram longiorē non ſuſtinet. Datur per ſe à granis v.ad xij.

De Scammonio.

SCammonia proprie *dicitur ipſa planta, Scammonium ſuccus.* vtrumque tamen *Scammonium* quādoque vocatur: & quia cæteris præſtat id quod in Golophone gignitur, *ideo* & Colophonium nominatur. MANA.

D CVIVS *folia ſunt* ad modum ſagittæ alatæ.) Helxinæ, ſimilia, *inquit* Dioſcorides, vel Hederæ molliora, trianguli figura, flores albi, rotundi, concaui forma calathi. PRIMVS eſt cum manifeſtatur radix.) Clarius Dioſcor. reſecatur caput à radice, radixque *ipſa* ita fit concaua, vt ſuccum colligere confluentem poſſit: quidam terram circunfodiunt, nucisque iuglandis folijs obtecta fouea,ſuccum effundunt. hunc autem ſecundum modum prætermiſit Meſue. ELECTIO, melior eſt Antiochena.) Id quod ex Myſia Aſiæ præponit Dioſcorides, Colophonium Plin. & poſt ipſum Priennenſe. QVAE vero fit in partibus noſtris,& Coraſceni, eſt mala.) Syriacum, & Iudaicum peſſimum eſſe dicit Dioſcorides,denſum exiſtens,& graue. Clara ſicut gummi.) *Dioſcorides*, & Plin. taurino glutini, quam ſimillimum, ſplendens, nitidum, decorum, rarum, fungoſum tenuiſſimis fiſtulis, ſpongioſum. Sit pondere leuis.) Plinius quam leuiſſimum. Tenera.)

Cito liquescens, ait Plin. Boni odoris proprij.) Virus redolens, inquit Plin. Si tangitur confractum eius aqua vel saliua.) Plinius lingua, & cum diluitur, albescens. Dioscor. huic indicio docet non fidendum, quoniam mixto Tithymali succo, idem fit: attẽdendum alijs indicijs, & ne linguam deurat. Quinque sunt ei familiaria, quæ in corporibus imprimunt magnitudinem nocumentorum.) Nocere stomacho plus quam omnia purgatoria medicamina dixit Pau. miscetq; ei sal, aut piper, aut zingiber, aut rem aliam, quæ sit bona stomacho: format etiã inde catapotia cum melle. Inquit Gal. miscui cum sexcuplo ipsius mannæ.) Nescio vbi hoc dixerit Gal. illud autem scio, quod Manna apud eum Thuris tenuiorem puluericulum significat, non rem Saccharo nostro dulcore, & colore similem, quæ nunc passim Manna vocatur, & a Mesue intelligitur. In eius contritione non nimium insistatur. Contrarium nonnulli sentiunt: quod verius esse, alio loco est demonstratum. SOLVTIONE educit choleram.) Dioscorides addit, & phlegma. Paulus, purgat vt Elleborum, & magis bilem. VITET eius acceptionem, qui calidæ, & siccæ complexionis est.) Docet Pau. dandum his, qui boni sunt stomachi, & febre carẽt. Dosis a 5. granis ad xij.) Dioscorides dare drachmam integram non veretur: sufficere tamen ad soluendam aluũ dicit duos obolos. Si vero placeat abundantius purgari, tribus obolis addi debere duos Ellebori obolos, & Aloes drachmam. Paulus dat obolos quatuor. Ego licet nunquam sim ausus tantum dare, duodecim tamen grana transcendere non sum veritus, scioque quosdam scrupulum integrum hausisse sine noxa.

Tuto tradi scammonij plus quam duodecim grana.

SYLV. Vltra duodecim grana & etiam scriptulum, sine noxa quidam dederunt. obolis duobus, aluum soluit Dioscor. interdum tribus etiam duobus hellebori obolis, & drach. 1. aloes, cum largius purgandum, aut ipsius per se drach. 1.

† Taurino glutini simillimum, splendens, nitidum, decorum, rarum, fungosum, tenuissimis fistulis, spongiosum, Dioscor. Plin. quam leuiss. cito liquescens, virus redolens. Plin. & lingua cum diluitur, albescens, sed linguam non vrens, quod tithymali succo adulteratum facit.

COST. IN *scammonia describenda, quam temere discrepare a Dioscoride Mesuen nonnulli clament, integrum relinquimus, vt alij videant collata delineatione, ab hoc quidem in superiori capite de volubili. à Dioscor. vero lib. 4. tradita. nos enim hunc verum non videmus.*

Cap. 51. *At vero scammonium, condensatus scilicet ex scammonio succus, nostro tempore non eas habet notas, quas in optimo desiderant Dioscor. & Mesues, ob id, arbitror, quod non eo pacto extrahatur, quo alias, id quod docet,*

Cap. 51. Cap. 48. *& Dioscor. lib. 4. & Plin. lib. 26. nat. hist. qui primus est à Mesue assignatus modus. ex radice profecto non euulsa, sed incisa, seu excauata tantum, quis tantam colligi scammonij copiam putet, quanta quotidie ad nos affertur? Credendum est, non ab excauata, sed euulsa, dissectaque, vel expressa radice, aut etiam foliis, & stipitibus contusis, qui tres modi describuntur à Mesue nostro, succum nullo delectu, nulla adhibita diligentia exprimi quæstus gratia à barbaris hominibus, qui, quum ipsi medicamentis ferè non vtantur, & nos etiam ob diuersam religionem exosos habeant, impura & adulterata omnia obtrudunt. Mirandum ergo nõ erit, si scammonium Mesues ad duodecim tantum grana exhibeat adulterij non nescius, ac si nunc vix scriptuli vnius ponderе assumptum in magna adducat discrimina, quum tamen drachmam vnam Dioscorides, Aetius, Paulus Actuarius, Plinius quaternos obolos, hoc est scriptulos duos exhibuerint. Sane de scammonij electione, castigatione. & vsu quam accurate scripserit hic author, quanto medicis vsui esse possint quæ hic tradit, non est vt ipse fusius prosequar; sunt tamen, & in his aliqua quæ non omnibus satisfaciant. Namque primum, quum de huius temperamento agit, scammonio minus acrimoniæ inesse ait quam plantæ ipsi: eius tamen contrarium in antecedenti capite scripsit de volubili. Quum etiam de huius castigatione tractat, scribens in hæc verba [Inquit Galen. miscui scammoneam cum sexcuplo ipsius mannæ, &c.] Galeno id ascribit, quod nusquam in eius libris legere est. cui etiam manna cognita non fuit. Prohibet etiam quando ait, [in eius contritione non nimium insistatur] scammonium multum teri. quæ tamen res suspecta est, & non desunt qui aliter sentiant. Adde, quod vbi de solutione agit, scammonium ad vnam expurgandam bilem commendat: Dioscorides tamen etiam pituitam educi putat; & (quod quis maxime admiretur) Trallianus lib. 12. ca. 6. de tertiana notha verba faciens, hoc medicamentum in cotoneis malis paratum pituitam potius, quam bilem euacuare testatur. Aetius vero, & Paulus quum instar ellebori purgare scribant, trahi etiam bilem atram affirmant. Hæc ferè sunt, quæ Mesuæ hic obijciuntur, & momenti esse alicuius quispiam existimarit. momenti tamen sunt pauci. Primum namque, quod de acrimonia obijcitur, in præced. capite satis refellimus. Quod item secundo loco affertur, parum admodum refert, & in superioribus, vbi de manna agitur abunde satisfactum putamus. De triturа autem, si ea in medium reuocemus, quæ & Auic. 2. Can tr. 1. & ipsemet Mesues lib. Can. vniuer. cap. de tri- Cap. 5.
tura medicamentorum animaduertunt, facile constabit hunc non errare. Ait sane Auic. [Et ex medicinis sunt quædam, quarum virtus propter contritionem destruitur sicut scammonea: quare oportet, vt vltima facilitate conteratur, ne ex contritione caliditas eam consequatur corrumpens eius virtutem.] Ita & Mesues de triturа medicamentorum verba faciens, scammonium Antiochenum, id est probatissimum, quia debilis sit texturæ & virtutis cito exhalabilis, non multa ait egere trituratione. contra autem crassum scammonium, & cætera crassa medicamenta tanto largiore tritura indigere, quanto crassiori ipsamet substantia constant. Hęc certe tam euidens nobis ratio videtur, vt Mesuæ & Auic. consilium laudandum, non improbandum putemus: quid autem Manardum desciscere ab his coegerit, non videamus. At, dicet quispiam, nisi tenuissimum reddatur scammonium, fore vt crassæ aliquę illius portiones ventriculi, & intestinorum villis adhæreant, & exulcerent colocynthidis more. Nobis vero diuersa in his ratio videtur. colocynthis profecto ea est substantia prædita, quæ humore aliquo perfusa intumescat, quare et partes quibus adhæret, in tumorem facile adducat, & exulceret, vt Mes. lib. Canon. vniuers. loco antea citato, monet. at scammonium cuius lactea substantia est, humoris alicuius affluxu friatur potius, & dissoluitur. Illud tamen etiam dixerim authorem nostrum, quamuis non esse nimium insistendi in scammonij tritura velit; nõ tamen id prohibere, ut in tenuẽ exacte puluerem ducatur: sed agi potius id iubet, (vt Auic. verbis utar) cũ vltima facilitate, sunt certe, quæ in terendo violentia egeant, vt quæ viscida substantia constant: alia vero facillime leuibusque ac paucis ictibus in puluerẽ redigentur, quæ tenuia & friabilia sunt. tale autem scammonium est, quod eas habet notas, quæ a Mesue describũtur. Igitur teri ipsum exactissime nihil obstat, verum id diligenti dexteritate, leuiq;, ac minime uiolenta manuum pulsione agendum, vt imperiti sępe aromatarij faciunt. Sed de hac re satis.

De pur-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0118-0 DFG

De purgatione vero, quod vltimo loco obijcitur, parum vrget, esto enim quod etiam pituitæ, atque atræ bilis aliquid scammonium alliciat; maxime tamen bilem trahit; pituitam vero non nisi tenuem, & paucam, ac forte eam, quæ ad intestina tantum residet. alioqui certe, si pituitam ex vniuerso corpore allicere Dioscorid. velit; si etiam Trallianus non eius potius interpres (quod maxime suspicor) ducendæ pituitæ, quam bili magis aptum scammonium putet: neque vllum ipse alium video, qui illis subscribat, neque experimento fortasse licet obseruare. De Aetio vero, & Paulo si exustam trahi bilem hoc medicamento intelligant: nihil a Me suæ diuersum sentiunt, ad bilem generatim id medicamentum proponente, de frigida vero, & crassa sanguinis fæce, ideſt melancholia, noua esset, & nondum forte alijs medicis perspecta obseruatio.

De Turbith. Cap. II.

ANT. TVrbith est radix herbæ, cuius folia sunt sicut folia ferulæ, minora tamen. Et est ex habentibus lac. Et est ex eo syluestre, & domesticum. Et ex eo etiam est magnum, & paruum. Et adhuc ex eo aliud album, aliud citrinum, & aliud nigrum.

ELECTIO. Quod in locis nascitur siccioribus, sit gummosius propter spissitudinem lactis eius. Contrarium est econtra. Et declinat a proprietatibus bonis, quæ sunt septem, secundum, quod sapientes scripserunt, scilicet proprie, vt sit album, & vacuum, & arundinosum, & gummosum: & sit cortex eius cinericius, & planus. & sit recens, & facile frangibile. Citrinum vero malum est, & nigrum peius. Crassum est non bonum. Et subtile tenue similiter, est enim debile. Et antiquum est malum: & quod *est crispi corticis*, & habens interius, dum frangitur, sicut neruos, est syluestre, & malum, & quod non est gummosum, est debile, & ventris conturbatiuum, & tua quidem interest, vt cognoscas adulteratum ex eo: quod quidem fit cum superlinitione in extremitatibus eius ex gummi dissoluto, & cognoscitur ex eo, quòd in confractis suis est sine eo. Et nimis quidem recens est conturbatiuum, & subuersiuum viscerum, antiquũ vero est debile, mediocritatem autem habens est *illud*, quod eligitur.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidum est in tertio, & est solutiuum cum attractione mediocriter, generans ventositatem, causans subuersionem, & nauseam. Et acquiritur ex vsu eius exiccatio in corpore: euacuat enim humiditates subtiles.

RECTIFICATIO. Tria sunt corrigibilia in ipso. Est enim debilis operationis, & tardæ, & nocet stomacho faciens subuersionem, & nauseam, & acquirit vsus eius corpori extenuationem. † Rectificatores autem in primis abradi iusserunt corticem eius donec album eius appareat. Et corrigunt, quod de eo, dictum est primo, admiscendo ei aliquid virtute acutum vigorans ipsum in operando. Et ex magis ipsum confortantibus est zingiber. Ipsum enim sigillat ei proprietatem mirabilem. Et est, vt educat humorem crassum, & viscosum, etiam a remotis cum facilitate, ita quod a iuncturis, & anchis, & locis profundis, & distantibus. Per se vero non facit illud, immo educit de phlegmate, quod est subtile, & derelinquit, quod crassum, & operatur hoc tarde. Et corrigunt, quod secundo dictum est, admiscendo ei de medicinis stomatichis, & redolentibus, & sedantibus agitationem in eo per ipsum, sicut est mastix, & gallia, & aromatica, & proprie zingiber, & piper longum, & similia. Et emendant, quod vltimo de eo, dictum est, sicut dixit Alkanzi, vt misceatur ei oleum amygdalinum, aut coniungantur cum amygdalis, aut zuccaro. Et dixit Rufus. Administratio eius cum fisticis remouet hoc nocumentum ab eo. Et dixit Iudæus. Ipsum cum confecto de cotoneis, aut rob ipsius cum medio ponderis eius ex zingibere, & duplo ponderis ipsius ex amygdalis, est solutiuum bonũ. Inquit Hamech. Fiunt trochisci ex eo, & duplo ponderis eius ex folijs violarum, & medio ponderis ipsius ex zingibere, & fit solutiuum sine modestia. Inquit Ioannitius. Accipe dactylorum infusorum in aceto die, ac nocte partes centum. Penidiarum partes quinquaginta, Amygdalarum purgatarum partes triginta. Turbith partes trigintaquinque. Scammoneæ partes duodecim. Zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, ana par. 4. Fiat eorum permixtio bona, & confice cũ melle despumato. Est enim medicina mirabilis. Inquit filius Zezar. Medicamẽ de turbith, quod elegi in ægritudinibus in quibus vsus eius est necessarius. Accipe turbith par. 10. zingiberis par. 5. zuccari par. 20. & quandoque addidi mastichis drachm. 3. & quandoque alia secundum intentiones alias. Et dixit iterum. Infundatur turbith in succo cucumeris asinini die, ac nocte postquã rasus fuerit cortex ei, & exiccetur, est enim vltimum ad ægritudines iuncturarum. Turbith autem de triturationem, & coctione sustinet omne, quod mediocre est. Nocumenta autem eius expellit aqua mellis calida, & aqua zuccari rubei similiter calida cum oleo amygdalino.

POSSE. Turbith *confortatum*, solutione educit humores phlegmaticos crassos, & viscosos, & a remotis, & iuncturis proprie: & ipsum quidem *mundificat* stomachum, & expellit ab eo superfluitates adhærentes in villis eius, & mũ dificat pectus a phlegmate crasso, & putrido: & educit a iuncturis, & locis neruosis, & anchis humorem crassum, & viscosum, & est medicina ad dolores iuncturarum: & vsus eius præseruat a lepra, & ab infectionibus phlegmaticis sicut est morphea, & baras. Est enim medicina bona febrium phlegmaticarum. Is autem, qui sumit ipsum timeat Austrum, & abhorreat pisces.

DOSIS. Eius contriti potio est a drach. 1. vsque ad 2. & eius decoctio est a drachm. 2. vsque ad 4.

TVRBITH.



De Turbith. Cap. II.

SYLV. *Hac Serap. etiã ſuo turbithi tribuit.*

TVrbith radix eſt herbæ lactariæ, folia ferulæ, ſed minora habẽtis. Eſt autem turbith quoddam hortenſe, alterum ſylueſtre, & in his magnum, & paruum, & album, flauũ, nigrum. In locis ſiccioribus, quia lacte eſt craſſiore, gummoſius euadit, & melius. Laudatur enim gummoſum, album, vacuum, arundinoſum, cortice cineritio, & plano, recẽs mediocriter, fractu facile: nõ gummoſum autem imbecillum eſt, ac ventrem conturbat. malũ quoque eſt flauum, & nigrum, craſſum, & gracile, cortice criſpo, & dũ frãgitur intus, ceu neruoſo, quod eſt ſylueſtre. Recens etiam minus viſcera conturbat, ac euertit, vetus imbecillum eſt. Corticibus extremis liquato gummi illitis ipſum quidam mẽtiuntur, quod ſi frãgatur, intus gummoſum haudquaquam erit. Calidum eſt ordine tertio. Purgat trahendo mediocriter, flatus excitat, ventriculum ad nauſeam euertentes, ſiccat quoq; excrementis etiã tenuibus vacuatis. Correctum enim turbith, pituitam craſſam, & lentã, & putrem, à ventriculo, thorace, neruis, etiam à remotis, præcipue iuncturis educit. Ob id ad dolores arthriticos vſus eius eſt, à pſora, lepra, baras, & alijs vitijs pituitoſis, tum cutis, tum aliarum partium, & pituitoſis febribus, aut præſeruat, aut vindicat. Hoc autem ſumpto, vitabis auſtrum, & vſum piſcium. Purgat tarde, & imbecilliter, & ſtomachum ad nauſeã ſubuertit, & vſu crebro corpus extenuat. Ob id cortex eius ad albũ vſque abradendus eſt. Acribus autem, vt zingibere, ſic eius actio intenditur, vt proprietate quadam mirabili per id cumulatum etiam à iũcturis, & his remotiſſimis, & profundiſſimis pituitam craſſam, & lẽtam extrahat, cum per ſe ſolam tenuem pituitam educat, idque tardet. Ne vero ſtomachũ exagitet, ac euertat, medicamenta ſtomachica miſcentur, & odorata, agitationem eius placatura, vt maſtiche, zingiber, piper longum, gallia, & aromatica alia. Ne denique corpus emaciet, oleum amygdalinum, vel amygdala, vel ſaccarum ei miſcenda ſunt, vel cum Ruſo piſtacia. Iudæus autem turbith partem vnam, zingiberis partẽ dimidiam, amygdalarum duplum cũ condito, vel ſiccato ſucco cy- F doniorum miſcet, tanquam purgatorium ſalubre. Hamech vero turbith partem vnam, foliorũ violarum partes 2. zingiberis partẽ dimidiam miſcet in trochiſcos, citra moleſtiam purgantes. Ioannitius autem dactylorum aceto dies duos *infuſorũ*, partes centum, *penidiorum* partes quinquaginta, amygdalarum purgatarum partes triginta, turbith partes 35. *ſcammonij* partes duodecim, zingiberis, piperis lõgi, foliorum rutæ ſiccorum, ana partes 4. miſcet cum melle deſpumato, & medicamẽtum ſit mirabile. Sed filius Zezar, turbith partes decẽ, zingiberis partes quinque, ſacchari partes viginti, interdum maſtiches drachmas tres, alias alia miſcuit pro varijs indicationibus, ad morbos hoc remedio egẽtes. Idem quoque turbith à raſo cortice purga- G tũ ſucco cucumeris agreſtis horas vigintiquatuor macerat, & ſiccat. ſitque ſic valentiſſimum ad articulares affectus. Si quam in corpore noxã reliquit, pota mulſa calente, aut quæ ſaccharo rubro eſt dulcorata, aqua calida, eã profligabis. Coctionem, & triturã mediocrem ſuſtinet. Dat puluere à drach. 1. ad drach. 2. decocto autem à drach. 2. ad drac. 4.

De Turbith.

DIfficile eſt diuinare, quam rem hoc loco pingere voluerit: non enim *deſcribit* Turbith Serapionis, ſeu, quod idem eſt, *Dioſcoridis* tripolium: non radicem pithyuſæ, quæ à Dioſcor. vocatur Turpet: ſiquidem folio hæc pini, illud iſatidis, non ferulæ conſtat. Sed nec eam, qua nunc vtuntur medici, quoniam (vt audio) folio eſt Myrti, quali Dioſcoridi ſecunda Tithymalli ſpe- H cies eſt, quam vocant fœminam. Fatendum igitur errorem eſſe in nomine ferulæ, cum nulla res Turbith vocata, ferulæ ſimilis extet. (CALIDVM eſt *in* tertio.) Si eſt radix alicuius ſpeciei Tithymalli, ſuccus eius erit in quarto ordine calidus, radix paulo minus, ex Galeni ſententia. Auicenna radices calidas eſſe dicit in ſecundo vſque ad tertium. Si eſt Turbith Serapionis. & vt ſequẽs eſt Tripolium Dioſcor. & Gal. erit tertij ordinis. Vires quidem, quas huic ſuo Turbith Meſ. adſcribit manifeſtè oſtendunt eum intellexiſſe de vocato ab Auic. & Serapione Turbith, licet neuter ipſorum cognouiſſe herbam eius videatur, alioqui non erant miraculum taciturі, quod recitat Dioſc. & ex eius ſententia Serapion, flores videlicet ter in vno die colorẽ mutare. Erunt igitur tres, vel forte quatuor res, nomen Turbith ſuſcipientes, radix Videlicet Tripolij, de qua tractat Serapion ſub turbith nomine: radix pithyuſę, quam libro quarto Dioſcorides dixit appellari Turbet: radix Tithymalli fœminæ Myr- MANA.

Flores turbith ter vno die colorem mutant.

Myrtites vocatæ, qua nunc paſſim ſub Turbith nomine vtuntur medici: & quartum demum, niſi penitus ſomniũm eſt, quod folio ferulæ conſtare dixit Meſuæ. Aperiant igitur oculos medici eo vſuri. Et declinat à proprietatibus bonis, quæ ſunt ſeptem. Hæc à Serapione capite de Turbith. RECTIFICATORES in primis abradi iuſſerunt.) Et hoc à Serapione.

SYLV. TVrbith Serapionis eſt Dioſcor. tripolium folio iſatidis. Pithuyſa autem Dioſc. turpet dicta folio pini. vulgare vero turbith, eſt radix tithymalli myrtitæ à Myrtaceo folio. Meſue autem turbith folio ferulæ quid ſit, hodie parum eſt compertum.

COST. *QVid ſit turbith Meſuæ, varij varia pronunciant. Alij turbith Serapionis, & Auic. hoc eſt tripolium Dioſcoridæ, alij alypon Dioſcoride, ideſt, album turbith Actuarij: alij Pithyuſæ radicem, nam & antiqua Dioſcoridis verſio, & Græci codices in pithyuſæ hiſtoria, ipſam turbet vocari, habent, alij thapſiam, alij tithymalum myrſinitem eſſe exiſtimant. Verum, vt expendamus ſingula diligenter, ſi tripolio folia ſunt Iſatidis, radix odorata, & feruentis guſtus, quum has notas ſuo turbith Meſues non aſcribat, ſtatui non poteſt id eſſe tripolium. Ita etiam ſi hiſtoriam alypi, petas ex Dioſc. quia illi radix acri itidem ſucco eſt prædita, commẽdaturque ad purgandi vſum eius ſemen, & radicis nullus vſus proponitur, quanã ratione id ſtatuas eſſe turbith Meſuæ, non ſatis conſtat. De pithyuſa quoque dubia res eſt, quum ea foliis piceæ deſcribatur, non ferulæ. adiectitium autem illud, & Leonicenus in epiſtola ad Menochium, & alij fere omnes exiſtimant, quod in Græcis codicibus, & antiqua verſione legitur pithyuſam turbith vocari. Qui vero thapſiam eſſe hoc putant, eo errare videntur, quod turbith inter lactarias herbas recenſetur à Meſue; thapſia tamen lacte careat. De myrſinite vero etiam tithymalo ſatis apertum videtur nihil pro certo poſſe affirmari, quum non ferulæ, ſed myrthi folia tithymalus fœmina habeat, conſtanter autem codices Meſuæ omnes legant, nõ myrthi, ſed ferulæ, aut, vt in cuiuſdam codicis margine deprehenſum eſt, fœniculi foliis turbith conſtare. Hæc vbi in mẽtem veniunt, faciunt profecto, vt de hoc medicamento perplexi admodum ſimus. illud tamen ſtatuendum tandẽ videtur, turbith Meſuæ nihil eſſe aliud, quã thapſiam. hæc enim folia ferulæ habet qualia, neque tripolium, neque alopon, neque pithyuſa, neque tithymalus myrſinites. Etſi autem non eſſe inter lactarias herbas enumerandam thapſiam aliqui magni noſtri temporis ſcriptores cenſent: eos tamen ipſemet Dioſc. redarguit, qui lactis ex ea extrahendi rationem docet, et eiuſdem lacteum ſuccum in aqua mulſa epotum vtrinque bilem extrahere, memoriæ commendauit. Eſt autem thapſia, vt ego quidem puto, non ſolum verum Meſuæ turbith, ſed etiam vulgo in officinis vſitatum. hanc certe, & Apuli, & Siculi, cuius copiam habent magnam, turbith vulgato adhuc nomine appellant, & ex eius radice non fallax euentus quotidie ſpectatur, quum pituitam copioſe educat, atque id quidem ſatis clementer quantum, & plurium medicorum authoritas nobis fidem facit, & ipſi non vulgari diligentia ſæpe obſeruauimus. De turbith autem, quod ex Oriente ad nos affertur, thapſiane alterius plantę ſit radix, ego profecto neque affirmarim, neque negarim: exiſtimare autẽ licet, ſi eius radicis planta, vt mercatores referũt, folia myrthi gerit, tithymalum eſſe myrſinitem, vt Manard. quoque doctiß. cenſet.*

De Agarico. Cap. III.

AGaricus eſt ex medicinis magni iuuamenti: cuius ortus eſt ſecus arbores magnas, quibus iam accidit corroſio, & putrefactio. Et eius generatio eſt ſicut generatio fungorum, propter quod quidam exiſtimauerunt, quod ſit fungus, & videtur quod ſic. & quidam dixerũt, quod eſt ſicut apoſtema factum per modum putrefactionis. ANT.

ELECTIO.) Alius eſt maſculus. Et alius eſt fœmina. † Maſculus vero eſt malus, & eſt ille proprie qui eſt longus, & niger, & grauis, † & habens in confractis ſuis ſicut fila neruorum, & eſt durus, & denſus. Agaricus autem quem ſapientes laudauerunt eſt fœmina, & eſt habens proprietates quinque bonas, & proprie, vt ſit albus, & leuis, & velociter frangibilis, & poroſus, & rarus valde. † & vt appareat dulcis in primo guſtu eius: deinde ſuccedat ei amaritudo, et ſtipticitas. Et melior pars totius corporis eius eſt ſuperior pars ipſi⁹: & ſtipes eius nõ eſt bonus, habẽs quaſi ſemitas ligni putrefacti. Et corrosũ ex eo ẽ malũ.

COMPLEXIO, & proprietas.) † Eſt calidus in primo, & ſiccus in ſecundo. † Et eſt compoſitus ex ſubſtantia aerea poſita in ſuperficie ipſius, à qua primo guſtu ſentitur dulcis, & ex partibus terreis ſubtilibus dantibus ei ſtypticitatem, in quibus adhuc dominantibus igneis eſt in eo de amaritudine aliquid. † Et ipſe quidem eſt ſubtiliatiuus, inciſiuus, & ſolutiuus naturæ, & carminatiuus ventoſitatum craſſarum, & aperitiuus oppilationum omnium.

RECTIFICATIO.) Pauci nocumenti dixerunt illum niſi, quia imprimit læſionẽ in viſceribus, debilitans ea: quare indiget permixtione abſtergentium cum ipſo, vt non profundetur eius virtus in ipſis totaliter, ſicut dixerunt ſapientes. Verum eſt debilis, & tardãs operationes ſuas. Inquit Dioſc. Tarda eſt, & debilis eius operatio, ſed incolumis, propterea quod in ipſo ex dulcedine, & ſtipticitate aggregantur partes conuenienter. Verum vigoratur eius operatio ſi addatur ei tertium ipſius ſal gemmæ, & fiant ex eis trochiſci cum ſecaniabin. Et dixit Humain. Mellicratum iunctum ei vigorat operationem ſuam. Et dixit Haly. Si ex eo, & 6. parte ipſius ex keſim, aut dauci, & quarta ipſius ſal gemmę fiant trochiſci cum viſcoſitate polypodij recentis, fit mirabilis conſecutio operationis ipſius ad ea, quę oportet. Et dixit Iudæus, cum oxymelle ſcillitico magnificatur operatio eius. & dixit adhuc, Aliquid virtute acutum admixtum ei eſt ex addentibus virtuti ipſius. † Et Galen. dixit. Fiant trochiſci ex eo cum vino infuſionis zingiberis in quo puluis ipſius ſępe ſubmergatur: & fiet operatio eius completa. Et ex rebus ſibi additis vigorantibus ipſum eſt ſpica, & aqua caſei, & proprie ſumpta ex capris. Et ſcito, quod de decoctione, & trituratione rem ſuſtinent mediocrem.

POSSE.) Solutione educit phlegma craſſum, & choleram rubeam. Et dixit Galen. Solutione educit vtranque choleram, & phlegma, & humores

mores viſcoſos, craſſos,& putridos. & eius proprietas eſt mundificare cerebrum, & neruos,& mẽbra ſenſuũ, & lacertos, & educere materias, quæ ſunt in nucha,& finibus eius: & mũdificare pulmonem,& pectus ab humoribus viſcoſis,& putridis:& mũdificare ſtomachum, & hepar,& ſplenem,& renes,& matrices mulierum:& educere materias à iuncturis. propter quod vocauit Democrat.agaricum medicinam familiæ,quia ſingularum partiũ corporis commoditatem habet. Et valet ad oẽs dolores intrinſecos corporis. Et eſt medicina mirabilis ad ſodam antiquam, & epilepſiam,& vertiginem,proprie. Et confert etiam maniæ,& melancholiæ,& ægritudinibus neruorũ,& apoſtematibus cerebri. Et eſt ex medicinis bonis aſthmati, & difficultati anhelitus, & vlceribus pulmonis,& pectoris,& ſanat dolores ſtomachi,& viſcerum. Et eſt medicina oppilationum,& ægritudinum omnium,quarũ mater eſt oppilatio, ſicut eſt icteritia proprie,& hydropiſis, & craſſities ſplenis. Et confert dolori hepatis iuuamentum manifeſtum, & ſplenis ſimiliter,& renum. Et curat apoſtemata eorum. Et prouocat vrinam,& menſtrua,& mundificat matricem. Et vſus eius aufert fœditatem coloris cutis acquirens ei colorẽ bonum,& eſt ex medicinis educentibus vermes,& confert etiam ſciaticæ,& doloribus iuncturarum. & eius quidem iuuamentũ ad febres antiquas diuerſarum materiarum,& ad typum earum magnum eſt,& proprie cum eo quod conuenit ex potibus.

†Dosis. Eius contriti potio eſt à drachm. 1. vſque ad 2. & in decoctione à drach. 2. vſque ad 5. Conſeruatur autem per annos quatuor.

AGARICVM.



De Agarico. Cap. III.

AGaricus medicamentum efficax oritur in truncis arborum magnarum,vetuſtate iam putreſcentium,& eroſarum, tanquam earũ,vel apoſtema,vel fungus.eſt autem is duplex,mas,& fœmina. Mas eſt malus,præſertim qui longus,niger,durus,denſus, grauis,& in fragmentis,ceu villos neruorũ oſtendit. Fœmina ſi rotundior,alba,poroſa,& rara valde, & frangi facilis, leuis, dulcis primo guſtatu, mox amara,& ſtyptica,eſt melior, præcipue ſumma corporis ſui parte. Nam ſtipes quod ligni putrefacti aliquid præferat,malus eſt,vt eroſus agaricus. Calidus eſt ordine primo, ſiccus ſecundo, conſtatque ſubſtantia duplici,aerea ſuperficiaria, dulci primo guſtatu percepta, & terrea ſtyptica, ſed tenui ob vincentem in hac igneam ſubſtantiã, amaritudinis effectricem, quibus incidit, tenuat, terget,obſtructa omnia liberat, flatus diſſipat,purgat.Pituitam autem craſſam,lentam,putrem,& bilem flauam,& atrã purgat Galeno,à cerebro,neruis, muſculis, ſenſorijs, ſpina dorſi, thorace, pulmone,vẽtriculo,hepate,liene, renibus,vtero,iuncturis.Ob hæc medicamentum familiæ Democrito eſt dictum,quod ad omnes omnium partium internarum affectiones, præcipue cephalalgiã veterem,epilepſiam,vertiginem,maniam, melãcholiam,& alios cerebri,ac neruorum affectus etiam cum tumore cõiunctos,ad aſthma item,& ſpirandi difficultatem,& thoracis, aut pulmonis vlcera, ad affectus ventriculi,& vaſorum aliorũ. Ad icterum,hydropem,lienis duritiem,& dolorem,& tumorem,tum ipſius,tum hepatis,& renum,& reliquos morbos obſtructioni ſuccedentes. Vrinam quoque mouet,ac menſes vterumq; expurgat. Cutis colorem floridũ reddit.lumbricos necat:iſchiadi,& cæterorum articulorum doloribus confert, & febribus diuturnis ex materia varia natis,easq; ad typum aliquem reducit, præſertim potus cum idoneis illi materiæ alijs medicamẽtis.Viſcera reddit imbecilla: ob id tergentibus miſcetur,ne in ea virtus eius altius penetret. Tarde quoque,& imbecilliter vacuat Dioſc.niſi cum tertia parte ſalis gẽmæ,& manna in trochiſcos cogatur.Per ſe tamen eidem ſaluber dicitur ob ſubſtantiam, & dulcem, & ſtypticam legitima portione miſtam. Humain vero, mulſa ei vires, & celeritatem addit. Haly autem ex agarici parte vna,liguſtici,vel dauci parte ſexta,ſalis gemmæ parte quarta, cum polypodij recentis muccagine trochiſcos virtutis miræ facit, quando eſt eo opus. Iudæus oxymelite ſcillitico vires eius auget,& acribus alijs. Galen. puluerem eius vino(cui infuſum eſt zingiber) macerat,& cogit in trochiſcos efficaces multum. Additur eadẽ ratione, & ſpica, & ſerum lactis,præcipue caprini. Coctionem,& trituram mediocrem ſuſtinet. Datur puluere à drachm. 1. ad drach. 2. decocto à drach. 2.ad drach. 5.ſeruatur annos quatuor.

SYLV.

Mas rotundus, & undequaque ſibi ſimilis Dioſc.

Fœmina mare melior, cuius venatũ rectus cõflat eidem. Dulcis vterque eidem, ſubactus, & modice ſtypticus. Gal. albiſſ. fractu facill. minimum lignoſus,aut perforat. Paul. Craſſis humores incidit obſtructiones viſcerũ purgat,Galen. Vbi aũt cætera hoc ſcribat,nondum legi.

Phthiſicis cũ defruto, terminibus,cruditati,acidoruũq; Dioſc. Tarde agit agaric⁹. vẽtriculo parũ moleſt⁹ Paulo Dioſc. noſtr. Hos tres cloſces apud Gal. nõdum legi. Paul. dat drach. 2.cũ mulſa. Dioſc. Varium ponit pro affectuũ varietate.

De

De Agarico.

GLandiferæ arbores, inquit Plinius, maxime Agaricum ferunt: est autem fungus candidus, odoratus, nocte relucens. Galenus radicem vocat, & Prenno dicit innasci, hoc est, Ilici. Dioscorides aliquos putasse radicem, alios fungorum modo in truncis arborum nasci, & esse Laserpitio similem. MASCVLVS est malus, & ille proprie qui est longus.) Marem rotundum ait Dioscorides & vndequaque sibi coalitum. ET habens in confractis suis fila neruorum.) Fœminam dicit Dioscorides cursu venarum recto constare, marique præferendam. ET vt appareat dulcis in primo gustu.) Non hoc peculiariter adscribit Dioscor. bono, sed pariter & fœminæ facit commune. Galenus amaritudinis in tempore succedere apparentiam quandam acredinis dicit, & modicæ stypseos. Paul. eligendum albissimum, quod facillime frangatur, nec sit valde lignosum, aut perforatum. EST calidum in primo. Auerrois dixit Galenum in nullum ordinem redegisse, ei autem videri calidum in primo, siccum in fine secundi. ET est compositus ex substantia aerea. Adde ex Galeno, & terrestri, quæ à calore attenuata est minimum aquosæ particeps. ET ipse quidem est subtiliatiuus) Discutit, crassos humores *diuidit*, obstructiones viscerum repurgat, inquit *Galenus*. Inquit Dioscorides.) Non leguntur hæc apud Dioscoridem, sed Paulus Aegineta similem habere vim ait Colocynthidi, tarde tamen agentem, nec valde ventriculo molestam. ET Galenus dixit, fiant trochisci.) Nec hoc legi apud Galen. Et ducit materias ex iuncturis) Dioscorides dat in coxêdicis, & aliorum artuum doloribus cum oxymelite. Ad omnes dolores intrinsecos.) Ad omnes internos affectus, ait Dioscorides. Vlceribus pulmonis.) Phthisicis cum defruto, ait Dioscorides. Et sanat dolores stomachi.) Per seipsum, si edatur, inquit Dioscorides, valereque etiam torminibus, eruditati. & acido ructui. Mundificat matricem) Confert præfocationi vteri, eodem Dioscoride teste, *in*flationi quoque, fracturis, casibus, dysenteriæ, & sanguinis excreatui: valet & ferarum morsibus, qui infrigidando sunt, siue potum, siue exterius appositum, secundum Galeni sententiam. DOSIS eius contriti potio est à drach. vna vsque ad duas.) Dioscorides obolorum duorum pondere dat ad rupta, conuulsa, tormina, & eruditates: drachmæ pondere hepaticis, asthmaticis, dysenteriæ: tres obolos sanguinis excreatui, & comitialibus, ad aluum purgandam vnicam vel duas drachmas. Paulus drachmas duas dat cum melicrato.

Dosis agarici.

SYLV. AGaricus aut radix est cum Galeno, aut velut fungus quidam candidus, odoratus, nocte lucens, truncis ilicum, & aliarum arborum glandiferarum truncis innatus.

COST. *AGaricum quid esset, non satis compertum fuit Dioscoridi, & Galeno, quum is aliorum tantum sententiam recenseat, hic vero radicem esse existimet. est autem non radix, sed fungus, seu vt alij, quod noster Mesues scribit arborum putrescentium veluti apostema. Nostra tempestate nullus agaricum non nouit, aut collegit, ex laricibus frequentissime, atque etiam ex ilicibus, quamuis raro, licet Plin. Galliarum glandiferas maxime arbores agaricum ferre literis commendarit*

Cap. 8. *lib. 16. Sane quum duplex agaricum sit, mas & fœmina, marem rotundum esse ait Dioscorides, Mesues vero ijs verbis [Masculus vero est malus, & ille, qui proprie est longus] longum facit. Dioscorides quoque faminam recto venarum cursu constare ait: at Mesues quum ait [Et habens in confractis suis fila neruorum] id mari ascribit. In deligendo item agarico hic friabile commendat. Dioscorides vero, quod in Galatia Asiæ, & Cilicia in cedris nascitur, ob id damnare videtur, quod friabile est, & infirmum. Consentiunt præterea Mesues, & Paulus agaricum ventriculo esse innoxium, licet tardæ sit actionis. At contra Aetius libr. 3. incommodum stomacho esse ait, quod & communis medicorũ obseruatio experitur. ipsi etiam aliquos magnos medicos nouimus, qui ab eius vsu semper abstineant. Postremo agaricum castigari docet Mesues sale gemmeo. At nõ sine magna ventriculi noxa adijci sal gemmeum hodie experimur. quo fit vt vel vulgare sal gemma adulterinum sit, vel vt perperam agarico commisceatur. Parari vero etiam ex eo trochiscos docet. At quum id tenuium sit partium, rationi etiã consentaneum est contritum inefficax euasurum. Hęc ferè sunt, quę Mesuę obiecta exigere videntur, vt in ijs diluendis operam aliquam impendamus. (cętera enim quę hic huius scriptoris aduersarij adijciunt, nullius prorsus esse vsus puto) sunt autem, & hæc pauci, vt credimus, momenti. Etsi enim marem agaricum, hic longum esse ait, contra quã Dioscor. vt demus errorem esse hunc, vndecunq; fluxerit, seu authoris, seu scriptoris potius vitio, reponendumque sit pro longo rotundum; in eligendo tamen agarico non errat, album, leue, friabile, porosum & rarũ præferens. Habet vero mas sicuti, & fœmina venarum discursus, sed fœmina rectos, & tenues, mas obliquos, quia ipsum rotundum est, & longe, quam fœmina crassiores; vt maris comparatione fœmina carere villis videri possit. quare non errat, quum ait, marem frangendo ceu villos neruorum, idest crassiores habere: quales certe fœmina non habet, tenues potius pilos ostendens. quum aũt friabile hic agaricum commendat; habet subscriptores peritos omnes medicos. Dioscoridem vero id, quod in Galatia Asiæ, & Cilicia nascitur propterea respuere dixerim, quod nimis fortasse friabile sit. tale enim infirmum esse necesse est, proprio scilicet, & insito humore destitutum, quo conseruari innatus rerũ calor solet. De ventriculi quoque offensa, & si id quotidie experiri licet, quod & Aetius scribit, turbari hoc assumpto medicamento ventriculum dum sui leuitate supernatans nauseam, & vomitum facit, ac ingrato amarore uentriculi os sensu eximio prędituм vellicat; nulla tamen insignis post factam expurgationem noxa remanet. quin astrictionis, quæ illi cum amaritudine est mista, non paruum robur potest vẽtriculo conciliari. illi ergo innoxium esse non immerito, & Dioscor. & Pau. autumant: id quod experimento licet comprobare. alioqui certe, qui tam religiose ab hoc medicamento abstinẽt, neq; qua id caueant ratione ipse video, neq; imitãdos vllo pacto dixerim, quum parte altera primates in medicina viri tantopere agaricum commendent. Quod autem reliquum est, an recte sal gemmeum in castigãdo agarico misceatur, quum eo affligi ventriculum sentiamus: ego profecto Zingibere longe melius castigari, & stomacho minus infensum reddi ipsum non negarim; eius tamen vim eo sale multo magis quam zingibere adiuuari, pro certo habeo, in quem vsum a Mesue id sal commiscetur. sal autem hoc vulgatum, cur genuinum non existimemus, nihil nos prętera vrget. Quod sequitur, an agaricum in pastillos redactum reddatur inefficax, consulenda est, & ratio, & experimentum. atq; illa quidem docemur, sale addito ipsum reddi efficacius; mellis vero lentorem id prestare quo minus rerum quantumuis tenuium vires diffluant. experimentum vero etiam, qui contra sentiũt plane refellit, quando & quod in catapotia contritum assumitur. & quod in pastillos confictum seruatur, nihilo secius expurgare quotidie experimur.*

De

De Colocynthide. Cap. IIII.

COlocynthis est quam Persæ vocant cucurbitam deserti, quæ nascitur in planta, quam etiam sal terræ vocant, eo quod in toto ambitu eius interficit herbas, & est sicut venenum eis. vnde vocant eam Arabes necem plantarum. & eius folia sunt ampla, pilosa: & extenduntur rami eius super faciem terræ sicut extenditur cucurbita, & terra super quam iacet, videtur sicut adusta.

ELECTIO. Duorum est modorum, masculus scilicet, & fœmina. ex eis est masculus super quem nascitur sicut lanugo, est grauis cum duritie, & asperitati attinens, & nigredini. Et laudatur ex eis fœmina, & proprie habens proprietates has bonas: vt sit scilicet crassa, & leuis, & quanto leuior melior: & sit laxa, & alba, & lenis, & completæ maturitatis, & cuius pars interior est pulposa, & laxa, & lenis, & alba vehementis albedinis. Verum quæ non est completa in maturitate mala est, conturbat enim suscipientem eam, & ventositatem cum difficultate facit, & soluit superabundanter, & solutione educit sanguinem, & fortasse interficit. Et cum sigillatur cum toto germine plantæ, vt nascatur colocynthis vna, est illa mala, pernitiosa, immo est venenum. & cum in tota regione non est nisi planta eius vna per se nascens, est mala. Et quæ nascitur in terris fortibus, & puluerulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis thermarum colocynthides facit minores: & G sunt similiter malæ. Quæ autem nascitur in terris laxis, & arenosis, & liberis, est quæ eligitur. Et cum extrahitur pulpa eius, tempus debilitat eam. Tempus autem collectionis eius est autumnus, & proprie dum iam citrinescit, & remouetur viriditas ipsius.

COMPLEXIO, & proprietas. † Est calidæ complexionis, & siccæ in tertio gradu, & est composita ex partibus igneis, & partibus terreis adustis, & est solutiua, & attractiua superfluitatum, & eius attractio est multum a remotis, & est resolutiua, incisiua, & abstersiua.

RECTIFICATIO. Quatuor sunt corrigibilia in ipsa. Nocet enim stomacho, cordi & hepati, & est conturbatiua, subuersiua viscerum, faciens operationes difficiles, & aperit H orificia venarum apertione sanguinem fluere faciente, & operatur illud vehementius quàm aloe, & velocius. & excoriat vias. Emendatur autem primum, & secundum nocumentum contingens ex ea, commiscendo cum ipsa ex medicinis cordialibus, & stomachicis, & hepaticis, quæ meliorare possunt conditionem eius, sicut additur ei proprie mastix, & gallia, & similia. Emendatur autem tertium, & quartum nocumentum ex ea cum rebus acquirentibus ei viscositatem, & glutinationem, & remouentibus ab ea serrositatem, & cito lubricare eam facientibus. sicut est tragacanthum proprie, & bdellium, & gummi, & mastix, & similia. Et dixit Græcus, fiunt ex ea, & laudano partes sumendo æquales post frictionem eius cum oleo rosato, pilulæ, & sunt bonæ, sanæ ad ea, quæ oportet. Modo rectificationis eius secundum quod narrauit filius Serapionis. Infundatur pulpa eius in aqua mellis, & proprie decoctionis ruthæ, & exiccetur post illud, & teratur vltima contritione, & administretur cum aqua mellis prædicta. Modus rectificationis eius ex inuentione nostra. Incidatur minutissime cum inciforio, inuoluatur subtili inuolutione cum glutino tragacanthi, aut bdellij, & exiccetur, & conteratur post illud vltima contritione, & fiant trochisci cum pauco mastice resoluto in oleo rosato, vel cum laudano, vel cum aqua mellis. Hæc enim ars illam facit sine molestia. Et scias quod de decoctione rem completam su- F stinet. Et dixit filius Zezar, non oportet vt multum conteratur: vltima enim eius puluerizatio excoriat vias, & venas. Et dixit filius Serapionis, Oportet vt perueniatur ad vltimum puluerizationis eius: aliter enim vlcerat viscera. Et mihi quidem videtur, quod in vltimo puluerizata confrangitur virtus à permixtione adiunctorum ei, & pertransit loca viscerum absque impressione nocumentorum in ipsis. & forsitan in ea in qua non exquisite fit illud, pars sensata ex ea adhærens in vijs, & inuolutionibus apostemat, & vlcerat. Expellit autem nocumenta ipsius à corpore aqua passularum cum oleo amygdalino, vel oleo nucum, aut aqua mellis cum oleis prædictis.

POSSE. † Solutione educit phlegma, & humores viscosos, attrahens ipsos à profunditate G membrorum. Et dixit Humain. Solutione etiam educit choleram citrinam, & eius operatio ad neruos, & iuncturas extenditur. † Et dixit Dioscorides, Non efficit operationem in materijs quæ sunt in venis, de qua sit curandum, nisi in materijs quæ sunt in locis profundis distantibus, & eius posse est magnum in mundificatione cerebri, & neruorum, & lacertorum, & pulmonis, & pectoris, & est magna medicina ægritudinum eorum, † sicut est dolor capitis antiquus, & dolor cranei, & hemicraneæ difficilis, & epilepsiæ, & apoplexiæ, & confert ægritudinibus neruorũ omnibus, & vertigini, † & descensui aquæ ad oculum: & est res magni iuuamenti ad asthma, † & antiquam tussim, & ad dilatationem anhelitus. & est eius operatio virtuosa ad dolores iuncturarum, & podagram frigidam, & sciaticam proprie, secundum omnem modum administrationis eius etiam in clysteribus, & collyrijs, & confert etiam colicæ phlegmaticæ, & inflatiuæ iuuamentum vltimum, & hydropisi. & si supponatur in matrice, occidit fœtum. & si ex ea cum aceto forti fricetur morphea, sanat eam, & similiter lepram, & elephantiasim. Et si euacuetur, quod est in testa eius, & impleatur oleo, & bulliat in cinere calido, & inungantur capilli, denigrat eos, & tardat caniciem, & prohibet casum eorum. & si distilletur ex ea in aurem, sanat dolorem eius, & confert sonitui in ea. Et si impleatur aceto forti, & colluatur ex eo os post bullitionem ipsius, sanat dolorem dentis.

DOSIS

Dosis ipsius est a Karactis 6. vsq; ad 10. Is autem qui sumit eam, timeat frigus, & æstum.

COLOCYNTHIS.



De Colocynthide. Cap. IIII.

SYLV. Colocynthis est cucurbitæ sylvestris fructus, & planta, fel terræ etiam quibusdam dicta, & Arabibus plantarum mors, quod herbas alias sibi vicinas veneni modo interficit, vt vicina illi terra adusta videatur. Folijs, sarmentis super terram serpentibus fructu licet minoribus, cucurbitam imitatur. In eamas est, foris lanuginosus, nigricans, subasper, durus, grauis, & fœmina præstantior, præsertim si est magna, exacte matura; alba, lenis, rara, leuis, vti eius interior medulla albissima, rara, lenis & leuis: quoque leuior, eo melior. sitq; ex agro, laxo, arenoso, libero, Autumno lecta, cum languescente virore ceperit in luteum colorem mutari. Immatura, & his notis destituta, mala. flatus terminosos, & molestissimos excitat, immodice purgat, vt etiam sanguinem educat, & sæpe mortem asserat. Pessima est etiam, ac venenosa, quam produxit vnicam tota vna planta. Quæ planta si loco illo est vnica, multo pernicioſiorem fructum parit, præsertim si locus ille est vliginosus; vel puluerulentus, vel thermis propinquus, vel serpentibus abundet. Calida est, ac sicca ordine tertio, ignea substantia, & terrea per vstionem tenuata [eximie amara] constat. Pituitam, & alios humores crassos, & glutinosos, magis ex profundis partibus, & distantibus, vt ceA rebro, neruis, musculis, iuncturis, pulmone, thorace, quam ex venis attractos, vt censet Dioscor. purgat, ac etiam bilem flauã, vt voluit Humain. Quapropter dictarum partium morbis mire subuenit. cephalalgiæ antiquæ, dolori cranij totius, hemicraniæ contumaci, epilepsiæ, apoplexiæ, vertigini; aquosę fluxioni in oculum, podagrę frigidæ, ischiadi maxime, ac reliquis neruorum iuncturarumq; affectibus, asthmati itẽ, ac tussi antiquæ, dyspnœæ ex thoracis repleti angustia. Ac præterea summe omnium prodest colico dolori, tam ex pituita, quàm flatibus: & hydropi. Omnia autem hæc, siue sumpta, siue clystere, aut balano intestinis immissa præstat: vtero autem imposita fœtum necat. Eadem cum aceto forti affricta, alphos, lepram [psoram] elephantiam sanat. B Oleum denique super cineres calidos incoctũ cortici eius inanito, capillos illitu nigrat, eosque ne cadent firmat, canitiem tardat. Idem auri instillatum eius dolorem, ac tinnitum sanat. Acetum autem similiter incoctum collutione dolorem dentium sanat. incidit enim, tenuat, terget, digerit. Ne autem cordi, ventriculo, hepati, & cæteris visceribus noceat turbando, subuertendo, violenter trahendo, miscenda ei sunt dictas partes roborantia, vt mastiche, gallia, & similia, vti misceantur glutinosa, lubricando citius deturbantia, acrimoniam mordacem obtundentia, vt gummi, tragacantha, bdellium, mastiche, & similia, ne amplius vias vlceret [per quas fertur] & ora venarum adeo vehementer aperiat, vt inde C sanguis manet. Filius Serapionis colocynthidem mulsa cui incocta fuerat ruta macerabat, siccabat leuissime terebat, ex mulsa prędicta dabat. Græcus quidam colocynthides rosato oleo fricabat, & cũ æquali portione ladani in catapotia formabat, vtilia prædictis affectibus. Ego autem eam minutissime forbicibus incido, glutino, & muccagine tragacanthi, aut bdelij perlino, sicco, tenuissime tero, cũ ladano, vel mulsa, vel mastiche, oleo rosato dissoluta. in pastillos cogo citra molestiam purgatorios. Quod si noxam corpori impresserit, mulsa, vel vuarum passarũ decoctũ cum oleo amygdalino, vel oleo nucum; eam abolet. Longã decoctionem sustinet, estq;, vt mihi cum Serapionis filio videtur, contra filij Zezar sententiam, puluerandata te D nuissime, vt eius facultas malefica, permixta illi exquisite alia plenius obtũdatur, vtq; viscera celerius permeet, neq; in ipsis ob partium minus tritarum crassitiem cessel, quam fortasse fit, vt in visceribus pigra retineatur, eaq; vlceret, præsertim cum sensu perceptibiles fuerint eius particulæ. Datur a siliquis sex ad decem, frigus, & æstum vitantibus.

niam, sed à neruis, & neruosis partibus Paulus Diosc.

Eius drach. 1. in mulsa cyathis duobus cum tuta exquit Paul. non Serap.

De Colocynthide.

MANA. COlocynthis græce, latine agrestis. Cucurbita dicitur. EIVS folia sunt ampla, pilosa.) Ramulos, & folia ait Dioscor. per terram sterni, esseq; sariuo cucumeri similia, quibusdam diuisuris scissa. VERVM quæ non est completa, mala est, & reliqua.) Si hęc vera sunt, nunquã erit tutus colocynthidis vsus. non enim scire possumus, quo

Id verum in eannuis. demonstrauit. alij id parui faciunt.

Tenuitã, bilem, & flegmata Dioscor. purgat pulpa colocynthidis vacuat praciue bilem & mucum, non à sanguine, vt bellebrus & scammo.

quo ſolo genita, an in vnica planta vnica, vel in vna regione vnica planta. Et proprie dum iam citrineſcit.) Colligendam docet Dioſcor. cum in pallidiorem colorem mutari occeperit. EST calidæ complexionis, & ſiccæ in tertio.) Amaram dicit Galen. non poſſe tamen id efficere, quod alia faciunt amara, dum bibitur, ob vehementem purgandi vim. Ex quibus verbis monſtrat, non ita calidam putaſſe, vt Meſue; licet ſub quo ordine calida eſſet, non expreſſerit. Modus rectificandi eius, ſecundum quod narrauit filius Serapionis, & reliqua.) Non hoc præcipit Serapion. ſed Pau. drachmam vnam in duobus mediocrati cyathis coquens cum Ruta. Et dixit filius Serapionis, oportet vt perueniatur ad vltimum puluerizationis.) Non hoc dixit Serapion, ſed contrarium, non eſſe vſi delicet multum terendam. Paulus autem & Auic. quem eſt Meſuæ ſecutus, plurimum teri iubent; quoniam, vt inquit Pau.) aſperæ eius partes interioribus hærentes vlcera faciunt quibus nerui compatiuntur. SOLVTIONE educit phlegma.) Bilē etiam & ſtrigmenta, dicit Dioſcor. Et dixit Dioſcorides, non efficit operationem in materijs quæ ſunt in venis, & reliqua.) Non hæc Dioſcor ſed Paulus cuius hæc ſunt verba: Interiora colocynthidis vacuant precipue bilem. & mucos, & non a ſanguine vt Elleborus, & ſcammonium, ſed a neruis, & neruoſis membris. SICVT eſt dolor capitis antiquus.) Paulus, danda his quibus caput eſt læſum, aut interior vel exterior eius membrana: illam piã matrem, hanc circumoſſalem vocant. aut vertiginoſis, hemicranicis, comitialibus attonitis, cynico ſpaſmo, aſthmaticis, & nõ niſi recta ceruice ſpirantibus. DESCENSVI aquæ ad oculum.) Paulus, diuturnis oculorum fluxionibus. AD antiquam tuſſim) Docet Plinius aquam mulſam in ea coqui ad dimidias, & ſic tuſſientibus infundi obolis quatuor. Multę eius vires ſunt prætermiſſę, vt quod ſecundum Pau. valet his qui circa renes, & veſicam patiuntur. Iuxta Plin. in morbo regio vtiliter ſemina inſumuntur, & protinus aqua mulſa, & quod cum oleo ſi infricetur, ſpinæ, lumborum, & coxarum dolores ſanat, & ſuccus eius viridis perfricatus, iuuat coxendice laborantes, authoribus Dioſcor. & Gal. & quod vtiliter clyſtere pilæ eius injciuntur, coxendici, paralyſi, & vitijs coli, vt teſtatur Dioſcor. Doſis decem ceratia.) Paulus drachmam integram dare non veretur. quæ ſecundum eum pendit ceratia octodecim.

Colocynthis quatenus to renda.

Colocynthidis facultates à Meſue prætermiſſæ.

COST. SVnt & in hac de colocynthide hiſtoria nõ nulla quæ Manardo, & alijs non placent. Primum autem quũ ait (Verũ quæ non eſt cõpleta mala eſt, &c.) ſi hæc vera ſunt (ait Manar.) nunquã erit tutus colocynthidis vſus. nõ enim ſcire poſſumus quo ſolo genita, in vnica planta vnica, vel in vna regione vnica planta. Subdunt alij, pp hoc prudenter facere medicos qui ab eius medicamenti vſu in totum abſtinendum eſſe præcipiunt. Eſt autem, & de huius temperamẽto dubitatio. hic enim calidã, & ſiccam facit tertij ordinis: Galen. autem quum amara ſit, nõ poſſe tamen, ait, id efficere quod alia faciunt amara, dum bibitur, ob vehementem purgandi uim: ex quibus verbis monſtrat non ita calidam putaſſe, vt Meſues, licet ſub quo ordine calida eſſet non expreſſerit: Alchindus vero Auicennæ teſtimonio frigidam eſſe, & humidam exiſtimauit. Sed alius etiam eſt vbi de caſtigatione, & tritura huius medicamenti agit, ſcrupulus. quum enim ipſe plurimum teri velit, hanc eadem opinionẽ Serapioni quoq; aſcribit: contrarium tamen Serapio tuetur. Eſtq; hic etiam animaduerſione dignum, lenigandàne diligentiſſime ſit colocynthis, an contra à diligentiſſima ea tritura ſit abſtinendum, vt Zezar filium ſenſiſſe hic author monet. De purgatione præterea quæſtio eſt, quales nam humores colocynthis trahat, hic enim ijs verbis (ſolutione educit, &c. pituitę vnius mentionẽ facit: Dioſc. tamen, & bilem, & ſtrigmenta etiam elici teſtatur, quod & Aetius, & Actuarius. Ita vero, & de huius propinandæ menſura diſcrepare inter ſe medici videntur, Hic à ceratijs ſex vſque ad decem exhibet: Aben Meſuai ſex ceratia, ideſt ſcriptulum vnũ non pertranſit, Serapione teſte. Auicenna tamẽ ſcriptulos duos dare non veretur, quod & Actuarius, & Aetius, licet imbecillis corporibus vnum tantum offerat: Paulus vero, quod & Dioſc. ad integram vſq; drachmam aſcendit. Cæterum, vt his ſatisfaciamus, quod primo loco reprehẽdimus, id tamen ſcribit, & Auic. 2. Can. & Habix, vt teſtatur Serapion, & Raſis. 23. Contin. authorem Ori baſium faciens: atq; his aſtipulari videtur ratio. quum enim (vt etiã Serap.) fructus ille qui in planta eſt vnus, totum ſibi vſurpet alimẽtum quo alij fructus multi poſſent, immodicas laxandi vires, & veneni ipſius vim aſſimat neceſſe eſt. Id in arboribus plane omnibus obſeruare licet, quibus quo pauciores fructus inſint, eo, ſapore atq; adeo viribus excellunt magis. Itaq; ſcribit rationi conſentanea Meſues. An ergo abſtinere à colocynthidis vſu oporteat, ego certe non tam facile ſtatuam. affertur enim tanta eius copia ad nos, vt par ſit feraciſſimas, & ſingulas plantas, & regiones eſſe, ex quibus aduehitur. vſu etiam experimur, caſtigatam, vt fieri ſolet colocynthida tuto exhiberi. & duces tot tantoſque hactenus ab Hippocrate medicos habemus, vt nihil abſterrere ab hoc medicamento nos debeat, quo præſertim id quotidie aſſequimur, quod paucorum aut forte nullius alterius vſu aſſequi liceat. quid enim aliud craſſos æque valẽter ex toto corpore humores educit? Sed hæc ſatis. De temperamento autem, ac de Alchindi quidẽ opinione, apertum cuiq; eſſe exiſtimo eum frigido, & humido medicamento, neq; tam inſignem amarorem, & acredinem, neque tam valentem purgandi vim poſſe conſiſtere. quare, mea ſententia quod de cucurbita domeſtica, quæ Græcis κολοκύνθα, medici aſcribunt, id de ſylueſtri quæ κολοκυνθὶς dicitur, Alchindus dictum putauit, ducto ex vocum ſimilitudine errore. alioquin conſentiunt omnia calidum, & ſiccum id eſſe medicamentum, non frigidum, & humidum. De Galeno autem, ſi quis eius verba perpendat, quomodo id colligatur quod Manar. ait, non video. Amaritudinis profectò opus inter alia calfactio eſt: ſolent enim amara, Galeni ſententia, calorem in corporibus inſignem excitare, quę ex immodica caliditate naſcuntur: quam ob rem, quum Galen. colocynthidem obſtrenuam purgandi vim citius deorſum ferri cum ijs quæ educit, neq; amaritudinis opera præſtare poſſe aſſerit; ſubſcribere Meſuæ potius videtur, in tertio calfacientium ordine reponenti, quam ipſi aduerſari. alioqui certe, & inſignis huius medicamenti amaror acredini, & partium tenuitati conimẽtus ac præterea effrenata, quæ ipſi ineſt, purgandi vis (ipſum nempe Auer. 5. Coll. in fine gradus purgantium medicamentorũ reponit) aſtipulari Meſuæ videtur. De tritura vero quod obijcitur, cuiuis nullo negotio patere poteſt, Serapionẽ de hac re nihil. an vero filius Serapionis id ſcripſerit. neque Manar. fortaſſe, neque alius noſtro tempore affirmare queat, quum eius libri nuſquam appareant: Id certe conſtat Meſuem, non Serapionem, ſed Serapionis filium eius opinionis authorem tum hic, tum in lib. Can. vniuerſ. facere, vt propterea immerito Manardus hunc damnet. De quæſtione autem hac, quid ſentiendum ſit, num multum an parum conterenda ſit colocynthis; ſatisfacere nobis videtur Meſues rationi aduerſariorum,

Cap. 2.

Cap de tritura.

rum, habemusque huius assensores, & Paulum, & Aetium, à quo non recedit Actuarius lib. 5. & Auic. lib. 2. Quam ob rem ab horum magnorum virorum iudicio, & experimento ego quoque nullo pacto recedendum contenderim. Quod autem sequitur, an colocynthis alios humores præter pituitosos expurget; certum est hanc, & bilem, & flrigmenta educere, quod ait Dioscor. affirmantque Paul. lib. 7. & Aetius, & Actuarius: at neque hoc prætermisit Mesues, imò ex Humain sententia id ipsum statim subiungit, si quis non oscitanter hæc legat. De mensura vero, quod postremo loco quæritur, quum alij magis, alij minus in hoc exhibendo medicamento sint audaces, nouimus nos empiricos quosdam scriptulos colocynthidis quatuor exhibuisse nulla subsequuta noxa: tutius nihilominus esse Mesuæ consilium ipse existimarim media via eumtem: id vero etiam habita corporum, & excrementorum, & aliorum omnium ratione, quorum haberi à prudentibus medicis solet.

POLYPODIVM.



De Polypodio. Cap. V.

ANT. POlypodium † est radix, cuius plantæ est † ortus super arbores, † & super lapides: & vocauit eam Græcus filicem arborum.

ELECTIO. quod nascitur in lapidibus, humiditatem habet superfluam, indigestam, causantem ventositatem, & subuersionem. & nauseam. Verum melius ex eo est arborum, & proprie quod nascitur super arborem ferentẽ glandes, & quod est cum proprietatibus octo bonis, † & proprie quod est crassum: & solidũ: & nodosum: & cuius color secundum aliquid participat nigredinem, & rubedinem sed parũ: † & cuius confractũ est sicut color phistici: & in quo est ex aromaticitate aliquid: & in cuius sapore est dulcedo cum stypticitate, derelinquens in gustu ex amaritudine aliquid vltimo: & quod est recens.

COMPLEXIO, & proprietas. † Dixit Dioscor. Calidum est in tertio, siccum in secundo. Et dixit Haly, calidum est, & siccum in secundo. Et est resolutiuum humiditatum viscosarum, & crassarum. Et est exiccatiuum, & abstersiuum, & solutiuum.

RECTIFICATIO. † Est ex maxime extenuantibus, & desiccãtibus corpora. & facit subuersionem, & nauseam. & est eius operatio debilis, & tarda. Et tollitur ab eo nocumentum primum administrando illud cum aqua mellis, aut cum aqua passularum, aut aqua hordei. † Inquit Hamech, coquitur cum iure gallorum, & gallinarum, & fit solutiuum bonum, & similiter cum aqua casei fit solutiuum conueniens. Et aufertur ab eo nocumentum secundum, si admisceatur ei aliquid ex sedantibus animam, sicut sunt semina redolẽtia, & species, sicut daucus proprie, & anisum, & semen fœniculi, & zingiber, & similia. De decoctione autem sufficienter sustinet.

POSSE. † Solutione educit choleram nigrã cum facilitate, & phlegma crassum, & mucilaginosum, & materias iuncturarum, & confert colicæ secundum omnem modum administrationis eius, & duritiei splenis, & proprie cum epithymo, & sale indo. & confert ad melancholicas febres, & proprie cum aqua mellis. & sanat scissuras, quæ fiunt in manibus.

DOSIS) † eius est à drach. ij. vsque ad aur. iiij.

De Polypodio. Cap. V.

POlypodium radix est plantę, lapidibus, & arboribus increscetis, quam δενδρόπτεριν i. arborum filicem, Græci vocãt. Quod lapidibus innascitur, humiditate excrementosa, cruda, flatulẽta, ventriculum ad nauseam euertente, abundat. Præstantius quod arboribus, præsertim glandiferis innascitur, præsertim si † magnum est, recens, solidum, nodosum, foris ex nigro rubescens, colore intus herbaceo, vt pistacium, sapore dulci, austero, tandem subamaro, nonnihil aromatico. Dioscoridi calidum est tertio gradu, siccum secundo. humores crassos; lentos terget, digerit, siccat. bilem atram, & pituitam, vel crassam, vel lẽtam, purgat; etiam à iuncturis. Affectibus ob hæc melancholicis prodest, vt quartanis, præsertim cum mulsa, epithymo, sale indo. colico etiam dolori, & splenis duritiei quouis modo vsurpatũ. Cõtra rimas, quę inter digitos fiunt, trita illinitur, corpora enim extenuat, & siccat. Ne vero ventriculum ad nauseã euertat, vtque citius vacuet, datur ex mulsa, vel aqua hordei, vel vuarum passarum, vel ex iusculo gallorum, & gallinarum, vt suasit Hamech, coctum, vel sero lactis,

SYLV. *Truncis arborũ præsertim roborũ, & lapidibus nascitur Dioscor.* † *Degustu minimè ingratum. Dioscor. Plin. Cum mulsa pota quæ colocynthis. Paulũ trahit, et pituitam. Dioscorides negat duũ mitiens it Gal. abilem ita qualitates mitiũ calfacere esse dunt. gra. 2. Auic. temperatũ. Auer. Clemenser purgat sine morsu siccat secuti epithymo. Auer. Manduut & se multi sine ulli subuersione, illum tamẽ ab eo offendit etiã Plin. scrib.*

ctis, Bibitur vtiliter miſtis ſeminibus odoris, vel ailjs aromaticis, vt dauco, aniſo, fœniculo, zingibere, vel ſimili animam, & facultatem ventriculi naturalem corroborante. Longam ſatis coctionem ſuſtinet. Datur à drach. ij. ad aur. quatuor.

De Polypodio.

MANA. POlypodiũ noſtri Filiculam vocant, inquit Plinius: ſimilis eſt filici. Eſt radix) Adde ex Dioſcoride piloſa, cyrrhos polyporum modo habẽs. ORTVS eius ſuper arbores) Dioſcorides in arborum truncis, præcipue roborum. Et ſuper lapides.) Adde ex Dioſcoride muſcoſos. ET proprie quod eſt groſſum.) Minimi digiti craſſitudine, Dioſcorides & Plinius. ET cuius contrafactum eſt coloris fiſtici.) Coloris herbacei, Plinius & Dioſcorides. ET in quo eſt ex aromaticitate aliquid, & in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtypticitate, relinquens in guſtu &c.) Obſcure, nec conformiter bonis authoribus. Dioſcorides enim ſapore dicit in acerbo ſubduci. Galenus dulcẽ ſimul, & auſteram habere qualitatem dominantem. DIXIT Dioſcorides calidum eſt *in tertio*.) Dioſcorides nunquam, Galenus in hoc non meminit graduum, ſed cum exiccare dicat abſq; morſu, nec aliam qualitatem præ ſe ferre, quam dulcem & acerbam, nõ eſt tam calidum putandum: & propterea magis credendum Auerroi, quaſi temperatum dicenti, quam Auicennæ, qui dixit calidum in ſecundo, nedum his, qui in tertio ordine ſtatuerunt. EST ex maxime extenuantibus, & ſiccantibus corpora, & facit ſubuerſionem, & nauſeam.) Neſcio quo pacto maxime poſſit corpora extenuare, cum leuiter purget, nec excellenti aliqua (vt dictum eſt) polleat qualitate. Scio autem quod per ſe exhibitum, nec ſubuerſionem, nec nauſeam facit. Et propterea in hac etiam parte, magis credo Auerroi dicenti, quòd eſt ſecuta medicina, & melior Epithymo, quam vel huic viro, vel etiam Plinio ſtomachum offendi ab eo aſſerentibus. INQVIT Hamech, coquitur cum iure gallorum & gallinarũ. Coquit Dioſcorides cum gallinaceo, vel piſce, vel beta, vel malua, vel aridum inſpergit in aquam mulſam. Plinius, exprimitur, inquit, ſuccus aqua madefacti, & ipſum contuſum inſpergitur oleri, & betæ, vel maluæ, & ſalſamẽto, vel pulticula coquitur. SOLVTIONE educit choleram nigram. Dioſcorides, & Plinius bilem abſolute, & pituitam. Paulus radicem contritam cum melicrato, idem dicit agere colocynthidi. Doſis vſque ad aureos quatuor.) exhibui ego ſæpe vnciam integram, parumque, & id quidem ſine moleſtia, eduxit.

Polypodium nec extenuat corpora, nec nauſeam induxit.

COST. *SVſpecta & hęc omnia ſunt Manardo, quę de polypodio Meſues. Primum autẽ (vt cetera, quæ leuia ſunt pręteream) in eligendo polypodio id commendat hic author. in quo (vt eius verbis vtar) eſt de aromaticitate aliquid, & in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtipticitate, derelinquens in guſtu ex amaritudine aliquid vltimo. At obſcure (ait Manar.) nec conformiter bonis authoribus. Dioſcorides enim ſapore dicit in acerbo ſubdulci. Galenus dulcem ſimul & auſteram habere qualitatem dominantem. Sed & de temperamento non videtur ſatisfacere. ait ſane polypodium ex Dioſcor. ſententia tertio eſſe ordine calidum, & ſecundo ſiccum. at in Dioſcoride legere hoc non eſt. præterea etiam Auic. ſecundo calidum & tertio ſuccum, Haly autem (quod Meſues ſubiungit) in ſecũdo & calidum & ſiccum putat: Auerroes vero quaſi temperatum in primis qualitatibus. nã ſignificat hoc (ait Auer.) quia ſuper ipſum dominatur dulcedo cũ ſtypticitate, & deſiccat ſine mordicatione. cui etiam ſubſcribere Gal. videtur dicens ipſum exicca re abſque morſu, neque vllam aliam preſe ferre qualitatem, quam dulcem & acerbam. Vnum autem etiam ſcribit, quum de huius medicamẽti, noxa & caſtigatione agit, quod dignum eſt animaduerſione. ait enim eſſe hoc ex maxime attenuantibus, & ſiccantibus corpora, & ventriculum ſubuertere, & ad nauſeam concitare. At quum leuiter purget polypodium, neque excellenti aliqua polleat qualitate, videre neſcit Manardus quomodo poſſit corpora extenuare. Idem Manard. polypodium ſeorſum exhibitum nec ſubuerſionẽ, nec nauſeam facere obſeruauit. quare Auerroi potius tutum hoc eſſe medicamentum aſſerenti & melius quàm epithymũ, magis quàm Meſuæ, aut Plinio, qui Meſuæ conſentit, credendum puto. Eſt vero & de purgatoria huius vi ſcrupulus. Hic choleram ait nigrã educi, cui Auerroes aſtipulatur illi proprietatem aſcribens purgandi melancholiam. At Dioſc. & Plin. bilem & pituitam trahere affirmant. Ita & Paulus inter cholagoga recenſet, ac radicem cum mulſa contritã idem præſtare teſtatur, quod colocynthis. Excitatur demum & de propinandi huius menſura controuerſia. Hic ad aureos quatuor hoc eſt circiter drachmas ſex exhibet. Auerroes tamen decem offert drachmas. ita & Manar. integrã vnciam frequenter obtulit, & parum ac ſine moleſtia eduxit. Actuarius tamen purgatæ radicis ſcriptulos tantum ſex dat affuſa aqua mulſa: Aben Meſua teſte Serapione decocti eius, aut infuſi drachmarum quinque: contuſi autem drachmarum duarum pondus non excedit. Ita & Meſeha contuſi drachmarum duarum, decocti autem quatuor menſuram non pertranſit, a quo Auic. non diſcrepat. ſunt ergo quæ hic author ſcribit de polypodio diligẽtius perpendenda. Age autem vt ſingula hæc examinemus, de polypodij ſapore, quum Dioſcor. ipſum ſapore eſſe in acerbo ſubdulci, & Gal. dulcem & auſteram qualitatẽ dominantem habere aſſerunt, ab his non diſcrepat Meſues dicens in eius ſapore eſſe dulcedinem cum ſtypticitate. addit tantum, non nihil amaritudinis vltimo derelinqui loco, quod Auic. quoque in probatiſſimo polypodio exigit. id enim commendat, in quo occulta eſt amaritudo. An autem hoc ſit ire bonis authoribus obuiam, an vero diligentia ſuperare alios, non eſt iudicatu difficile. decet potius guſtatu explorare ita ne habeat res, vt hic ſcribit. etſi enim ego in noſtrati polypodio, quod certe non niſi humecto colligitur ſolo, amaroris nihil adhuc perſenſi; non tamen ita ne in Arabico eueniat, atque eo, quod ſiccioribus, & calidioribus naſcitur regionibus, ad huc licuit experiri. Sed quid de temperamento? De calore ego profecto Haly, Auicennæ, uel etiam Auerroi potius ſubſcribendum cenſerem, quam ijs, qui in tertio ordine calfacere ipſum autumant, in quibus & ipſe eſt Serapion. Conſentire autem nobis, etiam Meſuem putarim, qui etſi Dioſcoridem (cuius libros Arabes deprauatos habuiſſe, qui huic viro non ſunt infenſi pro explorato habent) ſecus velle ſcribit, illi tamen aſſentiri ſe neq; ait, neque negat; ſed Haly opinionem ſubiungens huic ipſi aſtipulari ſeſe potius indicat quàm ſuperiori, arbitrari, ſcilicet ſecundo, non tertio ordine calidum eſſe hoc medicamentum. In hac autem re an rectius Auerroes ſentiat quaſi temperatum hoc faciens, iudicare ipſe non auſim; illud tantum dixerim, quòd polypodium temperiem mediam non excedat, non ſatis efficaci ratione ab Auerroe eſſe demonſtratum. etſi enim dulcedo, quæ aſtrictioni coniungitur, in polypodio eſt, & abſque morſu deſiccat: dulcis tamen ille ſapor, qui aſtrictionem non medio-

mediocriter exuperat (ne de amarore, qui in eo poſtremo loco eſſe debet aliquid dicam.) maiorem quã in temperata ſit ve caliditatem prodit. fortaſſe ergo Auerroes vbi polypodium quaſi temperatum in primis qualitatibus facit, id non abſolute, & exacte, ſed aliorum ſoluentium medicamentorum comparatione, intelligit. alioqui certe, quum hoc ſi quis guſtatu diligenter exploret, caloris nonnihil commanſum ori impartiatur; ad ſecundum calidorum ordinem, eorum ſcilicet quæ manifeſte calefaciunt, accedere videtur. Sed de caliditate ſatis. De ſiccitate vero, quum teſtimonio Galeni, & medicorum omnium valenter exiccet, polleatque in eo aſtrictoria vis quæ terreſtribus partibus inhæret; patere exiſtimo non eſſe inter ea quæ temperate deſiccent reponendum, ſed ad tertium etiam vt ait Auic. & ex Dioſcoride Meſues ſicorum gradum accedere. alioqui non tam valenter (vt omnes conſentiunt) exiccaret. Porro ex his, quod deinceps obiicit Manar. paruo negocio confutari exiſtimo. neque enim quod ait Meſ. hoc eſſe ex maxime extenuantibus corpora, à ratione vſquequaque abhorret, vt ille putat. ſi enim ſiccando tantum eſt efficax, etiam attenuandi corpora facultate vt excellat, neceſſe eſt, quamuis leuiter expurget. An vero ventriculum ſubuertat, quod hic author ait, Auerroes negare videtur, ſtandum experientiæ eſt. etſi enim id quandoque eſt obſeruatum, citra vllam ventriculi noxam aſſumptum eſſe polypodium; frequenter tamen etiam contra euenit, quod in cæteris quoque medicamentis pro aſſumentis natura fieri conſueuit. Quod autem ratione aſſequi licet, nobis profectò quum præter dulcedinem, quę in eo præcellens, & ingrata eſſe ſolet, & aereas prævalere indicat partes, ex qua re ſui leuitate ad os ventriculi ſuperius efferri facile ſolent, quæ talia ſunt, quum inquam præter dulcedinem viroſi etiam, ac medicamentoſi quidpiam commanſum præ ſe ferat polypodium: & nauſeam concitare, & ventriculum ſubuertere facillime poſſe videtur, quod Meſ. & Plin. ſcribunt. neque autem quo pacto Auerroes hac in re aduerſetur iudemus. licet enim vomitum faciat, ac ventriculum agendo ſubuertat, inſignem tamen nullam noxam vbi finis expurgandi fuerit, derelinquit, quod alia multa faciunt. quare & tutum hoc eſſe medicamentum non temere Auerroes ſcribit. Sed hæc ſatis. De purgatione, quod ſequitur, qui nam humor polypodio aſſumpto expurgetur, vt paucis dicam: quod Paulus inter ea, quæ bilem educunt ipſum reponat: Dioſcorides vero etiam pituitam trahi aſſerat: Meſuæ non aduerſatur, qui de cholera nigra, & pituita mentionem facit, quia hos præſertim humores ſolet purgando allicere. Quare quod hic nigram (vt ait) choleram duci aſſerat, Paulo non repugnat inter ea quæ bilem trahunt hoc medicamentum reponenti, quando nigra cholera bilis eſt ſpecies. de pituita autem meminit hic non ſecus, ac Dioſcorides. de bile vero flaua ob id fortaſſe non meminit, quia parum eſt, quod humoris huius polypodij vi expurgatur. De menſura autem, quod poſtremo loco obiicitur non eſt, vt multa dicam. Sane conſtat ſi quis menſuram ab aliis præſcriptam perpendat, Meſuem neque audaciæ, neque timiditatis ſubire notam, quia mediocritate non diſcedit.

A B C D

SCILLA.



De Scilla. Cap. VI.

SCillæ † ſicut dixit Galen. duplex eſt iuuamentum. Solutione enim, educit materias, & præparat ad ſoluendum. ANT.

ELECTIO. Melior eſt habens parem. Sola enim ſicut dicitur, eſt venenoſa, † & adhuc eſt melior, quæ ſaporem habet compoſitum ex dulcedine, & acuitate, & amaritudine, & quæ ſplendorem habet in laminis ſuis, & quæ naſcitur in locis liberis. orta enim in locis thermarum, aut orta ſingularis, eſt mala.

COMPLEXIO, & proprietas.) † Calida eſt in tertio, ſicca ad ipſum. Eſt autem compoſita ex partibus igneis poſitis in ſuperficie ipſius dantibus ei acuitatis vehementiam, & ex partibus terreis aduſtis dantibus ei amaritudinem, & partibus aereis mediocribus, quare eſt in ea de dulcedine aliquid. Eſt enim inciſiua, † vlceratiua, aduſtiua, reſolutiua, & attractiua materierum ad exteriora, ſubtiliatiua partium craſſarum, & viſcoſarum fixarum, & adhærentium. & conſeruatiua a putrefactione.

RECTIFICATIO.) Aſſatio acquirit ei facilitatem in ſoluendo, & præparatio ipſius in aceto ponit materias craſſas adhærentes, & ſubmerſas, faciles ad expellendum. Modus autem operationis eius in aſſatione. Accipiuntur laminæ ipſius, & ſeparatim inuoluuntur in paſta, & ſepeliuntur in cinere calido donec coquantur ſufficienter, poſtea extrahantur ex paſta, & adminiſtrentur

ſtrentur vbi oportet. Modus alius aſſationis ipſius. Ponatur in vaſe luteo vitreato ſtricti orificij, & ſigilletur ligatione forti cum pergameno, & dimittatur diebus 40. & proprie diebus maioris æſtus, & moueatur vas, & mutetur viciſſim omni hora, ita quod æqualiter in ſingulis partibus calefiat, deinde extrahatur ſcilla, & adminiſtretur vbi oportet: & quãdoque admiſcetur ei poſt aſſationem tantundem farinæ orobi quantum ipſa eſt, & fiunt inde trochiſci, & conſeruantur vbi oportet. Secundum aliquos hic ponitur modus præparationis aceti ſcillitici, qui etiam in antidotario late inuenitur, & dicit Paulus. Laminæ eius ſicut ſunt ponantur in aceto in principio veris vſque ad finem æſtatis in vaſe vitreato ſigillato, & expoſito ſoli, & poſt illud adminiſtretur vbi oportet. Et ſcire debes, quod ſcilla de decoctione rem ſuſtinet mediocrem.

Posse. † Solutione educit humores craſſos, & viſcoſos. Et dicit Haly, etiam cum hoc ſolutione educit choleram *nigram*: & eius iuuamentum eſt magnum ad ægritudines capitis ſicut cephalea, & epilepſia, & proprie ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, & vertigo, & ſcotomia, & oxymel eius ponit materias viſcoſas facile ad expellendum, & ſubtiliat humorum craſſitudinem. Et ipſa quidem ſecundũ omnem modum adminiſtrationis eius, confert iuuamentum magnum ægritudinibus iunctura rum. † & eſt medicina bona pulmonis, & pectoris, & ægritudinum in eis, proprie electarium ex ſicco eius, & melle ſumptum lambendo clarificat vocem, & ſimiliter oxymel eius, & acetum ipſius, & eſt ex medicinis bonis ſpleni, & craſſitiei eius. eſt ex rebus præſeruantibus corpus a putrefactione, & conſeruantibus ipſum in ſanitate ſua. & acquirit vſus eius maciem corpori, & conſeruat *in iuuentute*, & acetum eius † excitat, & confortat gingiuam laxam, & putridam, & confirmat dentes motos collutio ex eo, & ſimiliter potus ipſius eſt medicina magna fętori oris, faciens ipſum odoriferum. & ſanat dolorem ſtomachi, & adiuuat ad digerendum. & vſus eius ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius confortat corpus, cui accidit laxitas, & molli ficatio, & colorem efficit bonum.

† *excicat.*

Dosis. *Potio* eius aceti eſt a drach. 5. vſque ad duodecim, & oxymelis eius ab aur. 6. vſque ad vnc. tres, & trochiſcorum eius a drach. 2. vſq; ad quatuor.

De Scilla. Cap. VI.

SYLV. *Id in Gal. nõdum legi. Id in canonibus demõſtrauit. Candidiſſimã, Plin. vtiliſſimam addit albam, Gal. in Therap. Calida ſecundo gradu Gal. Tuſſi Antiquæ, & aſſiduæ, tribus obſtinatæ eleganter Fre-*

Scilla autore Galeno bifariam vtilis, tũ quod humores expelli apparat, tum quod apparatos vacuat. Melior eſt, quæ alteri connexa eruitur (ſola enim & ſingularis, vt etiam prope thermas orta, eſt venenoſa) ſapore dulci, acri, amaro, laminis ſplendentibus, & ex agro libero, calida ordine tertio, ſicca prope tertium. Subſtantiam habet ſuperficiariam, igneam, acrem admodum, ac terream, aduſtione amaram, aeriam denique mediocrem, eamque dulcem. Humores craſſos, ac lentos, & bilem atram incidendo, tenuando, tergendo, vt promptius expellantur apparat, & maxime oxymeli ex ea ſcillites, & eoſdem ipſa purgat. Quapropter capitis affectibus (cephalalgiæ, cephaleæ, epilepſiæ, vertigini, ſcotomati) neruorum, & iuncturarum, pulmonis, & thoracis, præſertim electarium ex ſuco ipſius, & melle ſumptum lambendo, confert. Idem vocem claram reddit, & oxymel ſcillites, & acetum ſcillites. Eadem ſplenis obſtructionem, & tumorem ſanant, putredinem in corpore prohibent: ob id ſanitatem tuentur, iuuenile corpus diu ſeruant, ſed emaciant. Gingiuas quoque laxas ſanat, dentes commotos ore colluto acetum ſcillites firmat, oris fœtorem tollit, & halitum reddit odoriferum, dolorem ventriculi ſedat, coctionem iuuat, corporis colorem commendat, corpus molle, & laxum confirmat, quouis modo vſurpatum. ſcilla enim tenuat, incidit, terget, foras trahit, reſoluit materiam craſſam lentore partibus adhærentem, a putredine vindicat, vlcerat, vrit. *Aſſata ſcilla facilius ſoluit, immiſta autem aceto humores craſſos, lentos, altius merſos, expelli promptos* reddit. Laminæ autem ipſius maza ſeparatim inuolutæ ſub cinere calido, quantũ ſufficit, coquuntur, exoluuntur, in vſum veniunt, vel *ipſæ* laminæ vaſe luteo vitreato, ſurſum ſtricto, operculato, pergameno includuntur dies 40. per æſtiuos dies inſolantur vaſe identidem verſo, vt ex æquo vndique caleat. extracta vſurpetur, vel cum æquali farina orobi fiant trochiſci, quando opus eſt vtendi. Ex his ſic aſſatis etiam fit acetum *ſcillites*. vel cum Paulo mox vbi a ſcilla exemptæ ſunt laminæ, aceto merſæ, inſolentur in vaſe ſimili a Veris initio ad Aeſtatis finem, poſt vſurpetur. Datur autem potio a drach. 5. ad drach. 12. oxymeli autem ſcillites ab aur. 6. ad vnc. 3. trochiſci autem a drachm. 2. ad drach. 4. Mediocrem ferre coctionem poteſt ſcilla.

deſt. Dioſc. vtrinã cist, illeuare, ſyderẽ vndã pendere vocat, Idem. Vredinem qualis ab urtica fit, in partib. melãcholicis excitat, quam dicit ſanat. Gal. lib. 2. ſimpl. c. 3. non autẽ exiſtimãdus. De his trochiſcis, et farina eorum ſera in trochiſcis ſcillinis dicetur. Aceti ſcillitici. Vnã ſcillæ partem, aliis ſcillæ partib. additis excoquat. 5. vel duo dat Dioſc. ad aluũ leuigandam.

De Scilla.

MANA

Scillarum, inquit Plinius, alba eſt, quæ maſculus, fœminæ nigræ, tertium *genus* eſt cibis gratum, Epimenidium vocatur, *anguſtius* folio, ac minus aſperum. Panceratium etiam *inter* ſcillas numerat Dioſ. & puſillam *ſcillam vocari dicit*, eaſdemq; vires alteri habere, ſed imbecilliores. Scillae, ſicut dicit Gal. duplex eſt iuuamentum, ſolutione enim educit materias, & præparat ad ſoluendum.) Non memini me vſpiam *hæc* legiſſe apud Galen. Sola (ſicut dicitur) eſt venenoſa.) Si hoc verum eſt, nemo ſcilla tuto vtetur, *niſi* qui prætens fuerit, dum effoderetur. Et adhuc melior eſt, quę ſaporem, & reliqua.) Adde his ex Plinio, quæ candidiſſima fuerit, eam eſſe vtiliſſimam. Calida eſt in tertio. Gal. virtutis dicit eſſe ſatis incidentis, non tamen vehementer calidæ, ſed in ſecundo ordine, quod etiam confirmauit Auerr. Vlcerat, vrit.) Nimis hoc eſt, ſatis erat acrem dixiſſe, vehementius enim calida ſint neceſſe eſt, quæ vrendi vim habent. Aſſatio acquirit ei facilitatem in ſoluendo. Multi vſus fieri per aſſationem, ait Dioſc. & Gal. teſte, elixatio, & aſſatio eius vehementiam reprimunt, docetque Galen. pro puero epileptico, quomodo in diebus caniculatibus optime eius ſuccus eliciatur. Et quandoque admiſcetur ei poſt aſſationem tantundem farinæ orobi.) Sic parantur arnici vocati ſcillitici Theriacem ingredientes: Paulus tamen

non

non æqualiter, ſed media parte farinam orobi miſcet. Galenus ex Andromachi ſententia, ſeſquialteram vult eſſe ſcillam farinæ, & orobos albos. POSSE, ſolutione educit humores groſſos, & viſcoſos.) Datur toſta cum ſale, ita, vt vni parti octo ſalis adijciãtur, cochlearis vnius, vel duorum menſura, ad aluum leniendum, ex Dioſcor. ſententia. EST medicina bona pulmoni, & pectori.) Antiquæ tuſſi vtilem ſcribit Dioſc. tribus obolis ſumptam in eclegmate, & etiam aſthmaticis. Eodem pondere etiam valet ad vrinam ciendam, ad morbum regium, ad aquam intercutem, ad ſtomachicos, & quibus innatet cious.

COST. *SCillæ ex Plinio lib. 19. duo ſunt genera, altera media eſt, eſculenta altera, prioris rurſum duæ ſpecies, maſculus, quæ albis foliis cõſtat, & fœmina, quæ nigris. Quæ apud nos vulgo vſitatur, ſi rem recte conferas, Plinij nigra eſt ſcilla, hoc eſt fœmina, eadem cum pancratio, quam Dioſcorid. lib. 2. ſubrufam, ac ſubpurpuream eſſe ait, & Plinius lib. 27. de pancratio agens ſcillam puſillam appellat, tametſi hanc humani capitis magnitudinem æquare, Venetijs aliquando viderim, maſculus vero in Hiſpaniæ maritimis eſt frequens, vt intelligamus, alba quidem illa, & foliis craſſitudine aloen æmulantibus, vt Dioſcor. innuit, quum de aloe agit, licet tennioribus, & noſtrati longe acrior, & maior. Eſculenta vero, nunc quoque in Cephalenia, & Creta inſula in eundem vſum admittitur, dulcis, & candida, ac noſtra cepa acrimonia inferior. Hæc ſi ita ſe habent, vt putamus; perperam recentiores medicam cum ea, quæ edendo eſt, confundunt. De medicis ergo Meſues hic agit, inter quas, & vulgata eſt qua paſſim vtimur, quam non eſt, vt quiſpiam veluti venenum interdicat (niſi forte alicubi locorum venenata oriatur) quum longa, iam conſuetudine, & vſu ſalubris deprehendatur, alioqui etiam plura alia ſunt in medicina, quæ veneni vires, quum palam ſignificent, medicis tamen non ſint adeo formidoloſa. Age autem, quæ hic ſcribit, & quæ vitio ei vertuntur, perſequamur, vt inſtituimus. De ſcilla deligenda verba faciens ait, [ſola enim ſicut dicitur, eſt venenata,] Inſtat Manar. ferè deridens, ſi hoc verum eſt, nemo ſcilla vtetur niſi, qui præſens fuerit, dum effoderetur. De colore item (ait Manard.) non meminit Meſ. quam tamen candidiſſimam eſſe oportet, vt Plinius docet. De temperamento etiam, quum hic in tertio calidorum ordine reponit, a Galeno diſcrepat, qui in ſecundo collocat, quod & Auer. & Paul. faciunt. Quare, quũ ſcillæ vrendi, & vlcerandi vim deinceps aſcribit, errare ipſum conſtat, quando quæ eiuſmodi ſunt longe calidiora eſſe oportet. Sed, & de paſtillis, quos trochiſcos vocãt, ſcillinis, ab alijs diſcrepat, aſſumit enim tantundem ſcillæ, & farinæ erui, quum tamen Paulus farinæ partem dumtaxat mediam capiat, quod, & Gal. 1. de antidotis. Hæc ferè ſint, quæ Manard. momenti alicuius obijciat. Ad quæ, vt paucis ſatisfaciamus, quod primo loco obijcitur, ſi quis largiſſimam, quæ ad nos affertur ſcillarum copiam animaduertat, ridiculum eſt, vt vnam tantum vno in loco ortam eſſe exiſtimet, id certe, quod de colocynthide dicebat, intelligere hoc in loco Meſues mihi videtur. Suſpectam eam eſſe, quæ, vna, in regione aliqua naſcitur; non (quod Manard. forte intelligit) quæ vna, & ſimplex non etiam duplex effoditur. De colore autem, quod hic ſilentio rem obuoluat, quum tamen, quæ candidior eſt, ſit eligẽda, ſi quis me roget, quid ſentiam, ſuſpicor lapſum eſſe huius authoris interpretem, ſicut etiam in Auicen. eſt laſus, quare ea verba hoc in loco [& quæ ſplendorem habet in laminis ſuis] eodem pacto caſtiganda dixerim, vt in Auicen. quum ait [quæ ex ea bona eſt fortis coloris, ſplendida] Bellunenſis ex Arabico legendum proponit [quæ habet colorem corni] quaſi is in ſcilla color expetatur, qui albus ſit, & cornui ſimilis, & ſplendens, quo etiam pacto vrina, quæ ab Actuario cornea dicitur, quare idem fortaſſe erit in Meſue ſentiendum, quod etiam in Auicen. alij tamen, quid quique velint ſentiant, quamuis autem de colore hic non meminerit, non is tamen ſaporem, qui maxime refert, & alia quibus probatiſſima ſcilla cognoſci queat ſub ſilentio præterit. Sed, vt alia perſequamur. An ſcilla tertio, vel ſecundo ordine calefaciat, an etiam vlcerantis, & exurentis ſit facultatis, licebit cuiuis experimento obſeruare, nos, qui hæc ſcribimus, perfricatam ſcilla cutim non ſemel excoriatam vidimus, meminimusq́; paraſyto cuidam totas fuiſſe cute expoliatas nates, quum ad trullã ſcilla perunctam læuandæ alui gratia acceſſiſſet, eſſe autem, quæ huiuſmodi vlceratoria facultate ſint prædita non in ſecundo ſolum, ſed in tertij calidorum ordinis ſummo, ac ad quartum potius accedere, puto nullum eſſe, qui ignoret, quare, quid Manardo reſpondere liceat, ſatis conſtat: Galeno autem Auerroi, & Paulo quo pacto ſatisfaciamus, ego certe cũ hac tã explorata experientia non ſatis ſcio; ſuſpicari autem poſſumus de ſcilla altera eſcutenta intellexiſſe, quam minus eſſe, quàm cepa acrem Gal. in lib. de plenitudine teſtatur, alioqui etiam, quum cepam idem Gal. lib. ſimpl. medic. 7. in quarto calefacientium ordine reponat, quo pacto hanc vulgatam ſcillam, quæ vt ſenſus docet, cepam acrimonia ſuperat, aut Hiſpanicam, quam vulgata, longe eſſe acriorem aſſerunt, in ſecundo ordine collocabimus? Quod ſupereſt, de ſcillinis paſtillis non idem ſenſere veteres. Andromachus teſte Galen. 1. de antidotis, duas ſcillæ partes, & orobi vnam ſumit, cui, & Paulus lib. 7. & Auic. in 5. Can. aſtipulatur. Damocrates tamen eiuſdem Galen. teſtimonio in lib. de Theriaca ad Piſon. tantundem vtriuſque accipit, quod, & Nicol. Myreps. Author vero noſter, neque vni, neque alteri opinioni refragatur, ſed tantum de ea meminit, quam Galen. Damocrati acceptam refert, cuius viri ſi in paranda theriaca ſequenda formula eſt, in paſtillis quoque ſcilla, & orobi farina æqua erunt portione adijcienda: ſecus ſi Andromachi theriacam paremus, vt parari noſtra tempeſtate ſolet. Cæterum, quando de ſcilla hic verba fiunt, docetq́ue Meſues in his verbis [& dicit Paulus] ſcillini aceti conficiendi rationem ex Paulo, perpendendum vnum videtur, quod non pauci fortaſſe momenti fuerit, an ſcilicet cruda, uel cocta ſcilla aceto ſit injcienda Dioſcorid. profecto lib. 7. & Galen. 1. de antidot. & in de ther. ad Piſon. item, & 3. de facile parand. med. Aetius quoque, Paulus, & Auicen. ac Plin. lib. 20. & omnes demum quicunq; de hac re agunt, crudam ſcillam ſumunt. Contra tamen Dioſcor. lib. 2. quum de ſcilla agit ex ea in fruſtra confecta, ac cocta, mutata ſæpius aqua donec amaritudinem, uel acrimoniam amiſerit, traiectaq́ue poſtea lino, & exſiccata in umbra, oleum, uinum, & acetum ſcillinum confici docet, iure ergo, an ea coquenda ſit, uel ne, quari poteſt. Sed ad hoc paucis. Scillinum acetum ſecandi attenuandiq́ue gratia parari ſolet, hoc autem ſi ex ſcilla fiat cruda, nulli dubium eſt, & acrius, & ualentius reddi, ſunt tamen corporum nonnumquam, & morborum diſpoſi-*

Cap. 165. Cap. 12.

Cap. 8.

Cap. 8. Cap. 11. Cap. 13.

Cap. 9.

tiones, quibus magis lenia, & imbecillia medicamenta satisfaciant, quibus etiam idem acetum ex cocta scilla accommodari possit, vtrumque ergo in medici vsum venire, quum possit; opportune etiam vtrumque Dioſc. docet. Sed vnum adhuc animaduersione est dignum, quum enim duobus modis ex cruda scilla confici acetum possit, vt Dioſ. lib. 5. & Pau. lib. 7. & Gal. 3. de facile par. med. docent, ex ea videlicet exiccata, & ex recenti; vtro modo parare id expedit? Noſtra tempestate ex desiccata fieri solet, valentius tamen esse, quod conficitur ex recenti, & ratio docet, & Dioſc. ac Pau. testantur, ex siccatione enim nõ tam humidiores effluunt partes, quam etiam, quæ acres sunt hebescunt, vt ferè in cæteris, quoque fit plantis, e re medica ergo erit si etiam hoc pacto scillinum acetum pharmacopæi confecerint.

HERMODACTILI VVLGA RES



De Hermodactylis. Cap. VII.

ANT. HErmodactylus est radix herbæ montanæ, & eius alius est longus sicut digitus, alius rotundus.

ELECTIO. Ille de quo hic loquimur est rotundus, & eius alius est albus, alius rubeus, alius niger. Melior ex his est habens proprietates tres bonas, scilicet, qui est albus, & veræ albedinis intus, & extra, & qui est crassius, & qui est duritici mediocris, rarus vero, & laxus, & leuis est debilis, rubeus vero, & niger ambo mali sunt, cuius ortus est, in locis pinguibus, aut humidis, est malus: propterea, quod additur ei ad humiditatem superfluam, & inflatiuam, & ortus eius in vicinitate scillæ meliorat in conditionibus suis, & similiter in vicinitate raphani. Melius vero tempus collectionis est ver. & meliores sunt in quibus iam præterijt medius annus post bonam eorum exciccationem.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidus est, & siccus in principio secundi, & in ipso est humiditas superflua, causa ad inflationem, & ventositatem, & nauseam, quare est malus stomacho, reumatizans ad ipsum superfluitates ex alijs membris.

RECTIFICATIO. Tria sunt corrigibilia in eo. Primum est nocumentum, quod diximus, quod imprimit in stomachum, secundum est, quod generat ventositatem, causam ad subuersionem, & nauseam, tertium est, quoniam est debilis, & tardus in soluendo. † Et *dixit* Alexander, Inimicatur stomacho aggregans in ipso superfluitates plurimas, & generans in eo ventositates crassas, & tollitur hoc nocumentum ab eo in permiscendo cum eo cyminum, & masticem, & zingiber, & similiter piper longum cum eo, & mentastrum, & Kesim remouent hoc nocumentum ab eo. Et dicit Alkanzi, si ex eo, & pauco zingibere fiant trochisci cum succo raphani, vigoratur in operationibus suis. Et ex eis, quæ magnificant illud, & meliorant conditionem eius est scilla, & proprie si ex ea assata, aut succo eius fiant trochisci, & proprie cũ pauca spica, & zingiber. Et ex rebus sibi additis prohibentibus discursum materiei ad stomachum per ipsum sunt myrobalani, eo, quod aggregant, & confortant stomachum, & faciunt citum descensum eius, cum sit ex tarde descendentibus.

POSSE. † Solutione educit phlegma crassum a iuncturis proprie. † Et est medicina arteticæ, & podagræ sumptus, & etiam cataphlasmatus, & proprie cum farina hordei, vitellis ouorum, aut cum mica panis pinguis, & vitellis oui. Et vsus eius *impinguat* corpus: & augmentum efficit in spermate. Et est medicina bona vulneribus. Abstergit enim sordes eorum, & consumit carnes putridas in eis.

DOSIS eius est, ab aur. 1. vsq; ad duos Conseruatur autem per annos tres.

De Hermodactylis. Cap. VII.

SYLV. *De hac in nostru simp. Ser. & Aui. sequitur.*

HErmodactylus est radix herbæ cuiusdam montanæ, & ea, vel digitum longa, vel rotunda: ac eadem præstantior, si multum est alba, & intus foris magna, mediocriter dura: altera scillæ, aut raphano proxima, si creuit, si vere lecta est, & menses deinde sex siccata est. Rubra autem, & nigra mala est, & quæ in loco pingui, & humido prouenit, quod inde humor eius inflans, & excrementosus ei largior insit, rara vero, laxa, leuis, est imbecillior. Calidus est, ac siccus ordinis secundi initio, cum humiditate tamen excrementosa, flatulenta, nauseabunda, qua ventriculo nocet, præsertim, quando in eum ex partibus alijs excrementa confluunt. Pituitam crassam, præsertim à iuncturis trahit, ob id podagræ, & alijs

Alexander Trallianus, Paulo malue est Rasma glo decocta radix purgat succidia inter arthriticos in ipsis iunctionibus.

alijs arthritidis differentijs confert, non ſumptus modo, ſed etiam cataplaſmate admotus, præſertim cum vitellis ouorum,& farina hordei,vel mica panis. Impinguat,ſperma auget,vlceribus confert, quia terget ſordem eorum, & carnem in his putrem conſumit. Cuminum,zingiber,piper longum:libyſticum,mentaſtrum, maſtiche miſta, hermodactylum prohibent,ne ſuo humore excremẽtoſo, & flatulento lædat ventriculum, neve flatus craſſos, & nauſeabundos in eo excitet, aut multa in ipſo excrementa colligat. Si vero hermodactylus cum pauco zingibere, & ſucco raphani, vel cũ ſcilla aſſata,aut ſcillæ ſucco,& zingibere, & pauca ſpica,in trochiſcos fingatur, purgat celerius,& plenius,(per ſe enim tarde,& imbecilliter vacuat.Myrobalani quoque roborando ſtomachum,hermodactylos cito deturbant, & humorum in ventriculum affluxum prohibent. Datur ab aur. vno ad aur.duos, annos tres ſeruatur.

De Hermodactylis.

MANA. VT notiſſima radix nunc ea eſt, quam officinæ Hermodactylum vocant, ita ignotum,obſcurumque eſt, quo nomine ſit apud antiquos vocitata, & quam rem voluerint ipſi Hermodactyli voce ſignificare.Paulus ſiquidem breue caput de Hermodactylo, his ferè verbis ſcribit: Radix, atq; eius decoctum purgandi vim habet,datur peculiariter arthriticis,in ipſis fluxionibus: ſtomacho autem eſt ſatis mala. Serapion vero ſub Hermodactyli voce, vno, & eodem capite, Colchicon, & Ephemeron Dioſcoridis, necnon Pauli Hermodactylum comprehendit. Auicenna Serapionem in virtutibus ſecutus, in hiſtoria maxime lapſus eſt, aperiri eam dicens, cum aperiuntur flores: ſcribente Dioſc. & Serapio. ex eius ſententia, exitu autumni, poſt florem ſciſſo bulbo, folia erumpere. Serapio. & Auicen. veluti ſuos duces ſecutus Meſue alium longum, alium rotundum eſſe Hermodactylum ſcripſit, ſeque de rotundo, quaſi meliore, ſermonem habiturum, aperte Galeno repugnans, qui de Ephemero ſcribens, non de eo, quod Colchicon alio nomine dicitur, venenumque eſt, & radicem habet rotundam, ſcripturum ſe dicit: ſed de eo, quod Iris ſylueſtris vocatur, foliaque, & caulem habet lilio ſimilia, radicem longam, non rotundam: imitatus Dioſcor. qui cum de Colchico tanquam de veneno ſcripſiſſet, de Ephemero ſcribit, quod radicem habet vnam digitali craſſitudine, & longam. Sed, & Plin. lib. 25. Ephemerum eodem ferè, quo Dioſcorid. modo deſcribens, inter medicinas enumerat: & ſimiliter lib. 26. In vigeſimo autem octauo, Colchicon inter venena reponit. Non vſque adeo tamen nominibus fidendum, vt Colchici nomine venenum, nomine Ephemeri rem bonam ſemper intelligamus: nam apud Nicandrum in alexipharmacis, & pleroſque antiquos, Ephemeri tanquam veneni fit mentio, & Galen. vtrunque, Ephemeron, videlicet, & Colchicon, eodem nomine Ephemerum vocauit. Noſtrum hoc, quod Hermodactylum vocamus, notas habet eius Colchici, quod inter venena numeratur. Ephemerum me nunquam in Italia vidiſſe memini, in Pannonia (ni fallor) frequens eſt, cuius ego ſolijs deceptus, Satyrion, donec effoſa radice differentiam cognoſcerem, ſemper exiſtimaui. Hæc ſi vera ſunt,patet non tutum eſſe Hermodactyli huius noſtri vſum: niſi forte dicamus, eum tantum eſſe venenum, qui in Colchonatus eſt. Securius tamen eſt ab eo penitus abſtinere, præſertim, quia non eſt ea radix, quæ ab antiquis in articulatibus morbis tantopere commendatur, ſi quidem

Non tutus hermodactyli vſus.

Pau. ſeorſum de ea ſub Hermodactyli nomine ſcribit, cum de vtroq; Ephemero propria ſcribat capita. Idem feciſſe Galen. præter hoc,quod ferè Pau. nihil de ſimplici aliquo medicamento ſcribit, quod ab eo non acceperit, teſtimonio etiam Serapionis probatur, verba eius recitantis. In communibus tamen Gal. exemplaribus Græcis, Latinisve, caput de Hermodactylis non legitur. Et dixit Alexander. Paulus ſatis malum ſtomacho eſſe dicit. SOLVTIONE educit phlegma groſſum. (Paulus decoctum eius eſſe ait potentiæ purgatiuæ. Et eſt medicina artheticæ magna.) Pau. dari proprie dixit arthriticis,in ipſis fluctionibus.

MEſue agit de Hermodactylo, radice etiam paulo diuerſa ab vtroque ephemero, quorum Colchicum venenoſum, radice rotunda, quamuis ſit, tamen id non eſt Meſuæ hermodactylus optatior, vt nec Pauli, ephemerum vero abſolute dictum, aliter iris agreſtis, folijs, & caule lilij,aut ſatyrij radice vna digitali craſſitudine longa; licet a Dioſc. Plin. Galen.inter medicinas recenſetur, tamen id Meſues, & Paulus hermodactyli nomine non accipiunt. SYLV.

HErmodactyli nomine a Serapione, Auicenna, Meſue, Ephemerum, & colchicum intelligi, de quibus Dioſcor. certum eſt, vt ampliori probatione non indigeat. Suſpicor ergo haſce duas plantas, & ſi diuerſarum ſint ſpecierum, hermodactyli tamen nomine antiquis fuiſſe nuncupatas, alioqui voces hæ duæ, ephemerum, & colchicum, quum non aliud quam diurnum, & quod Colchis oritur ſignificent, quo pacto certam vllam ſtirpem exprimant? Sub hermodactyli ergo nomen, ac veluti genus, & ephemerum, & colchicum veniſſe putare licet, proptereáque vtraque ab Arabibus vno eodeḿque capite fuiſſe explicata,quamuis Græci communi genere prætermiſſo differentias tantum vſurparint. Erit autem ephemerum, quod Arabes longum hermodactylum vocant, colchicum, quod ijdẽ rotundum appellant, qui nunc hermodactyli nomine paſſim vſu venit, eſtq́; huic ſemper,quum effoditur, radix nigra, delibrata tamen alba, ſed quæ tempore procedente rufeſcit, & ad nigrum etiam vergit colorem, errare enim eos certum eſt, qui alibi nigram, alibi prodire eam albam exiſtimant, ſi peritiores herbarios conſulueris. Porro de hermodactylo agit Pau. libr. 3. & purgatorium eſſe medicamentum teſtatur Cap. 78. *podagricis commodum: parat etiam ex eo medicamentum ad podagram lib. 7. quum de compoſitis agit, confirmatq́ue eundem illi ineſſe ad podagram vſum, quum in ſimplicium enumeratione de hermodactylo ait, meminit etiam de hoc Trallianus lib. 2. cuius in podagra vſum prolixe docet: non eſt tamen Pauli* Cap. 48. *hermodactylus is, quem Arabes deſcribunt, hoc eſt colchicum, quando de colchico Paulus ſeorſum agit lib. 5. non prætermiſſurus alioqui ſi eadem fuiſſet res, quin admoniſſet. Quid ergo eſt Pauli, & Tralliani hermodactylus? difficile certe eſt hoc diuinare, quum neque ij,neque Græcorum vllus eam plantam delineavit,videtur tamen bulbi ſpeciẽ intelligere,& forte hierobulbon, quem Apuleius ad articulorum affectus in libello de ſtirpibus commendat,ſed, & hic bulbus, quid* Cap. 21. *ſit, licet Apuleius oriri aſſerat vbiq́ue, & circa ſepes, & locis quibuſq; ſordidis,hactenus tamen nullum noui, qui ſciat, adeo bulborum omnium notitia intercidit. De hermodactylo autem Meſuæ itemq́ue de vulgato, quænam ſint plantæ, & quis vſus, non eſt, vt a nobis plura afferantur, apertum eſt, enim vulgari eaſdem ineſſe notas, & dotes, quas illi Meſ. aſſignat, eſſeq́; eum ipſiſ-*

simum colchicum pro confecto est omnibus. In dubium dumtaxat vertitur, an vtilis sit eius in medicina vsus, quum enim veneni sit species, & ex eo magna, & praua symptomata sequi fateantur omnes; mirum cur idē tamen ab omnibus passim vsurpetur, detestandum certe eorum propositum videtur, qui cognita re in eodē errore persistant, ac veluti data opera in hominum perniciem studeant. Cæterum liceat nobis vti experientiæ testimonio, quis nostra ætate hermodactylis vulgaribus opportune, & caute exhibitis necari homines testari potest? quis tantum statim in corpore pruritum excitari, erodi intestina, & stomachum vri obseruarit? nos certe, neque hæc vmquam accidisse vidimus, neque, & si multos in medicina consummatissimos, & diligentissimos viros frequenter sumus percunctati, vllum hactenus tanti mali testem habemus, quin, cuinam obscurum est Venetijs, mulierculas (adeo familiare hoc est medicamentum nostra tempestate) frequentissime inconsultis medicis, hermodactylum pulueratum, quem hermodactylatam vocant assumere, nulla huiusmodi, quam colchico ascribunt, noxa subsequuta? Putarim ergo, quod doctis viris multis placuisse video, colchicum veneni vires non nisi recens obtinere, quod in causa fuit, vt hic author seruari illum per sex menses ante vsum velit, veretur sanè is recentem eius succum, atque huius rei gratia, & eum hermodactylum abhorret, qui humidis locis prouenit; & eum qui propè raphanum, & scillam oritur, probat: corrigi enim humidiorem illam qualitatem hisce acribus putat, quare etiam in huius medicamenti castigatione exsiccantia semper commiscet. Neque vero (quod quispiam fortasse dixerit) hermodactylus absumpto superfluo eo humore, vt acrior, & pernicioſior euadat, necesse est; quando id in alijs plerumque rebus euenit, vt siccitate satisfcant, quæ recentia strenuas admodum vires solent obtinere. Age autem expendamus, quæ hic autor scribit de hermodactylo, in eo seligendo, crassum, & qui duritiei est mediocris, laudat; rarum vero, & laxum, & leuem esse ait imbecillum, huic, & Auic. astipulari videtur, illum præferens, qui ad frangendum est durus. Contra tamen Habix Serapionis testimonio eum commendat, qui facile frangitur. De temperamento etiam controuersia est, hic calidum, & siccum secundo esse ordine existimat, quod & Auicen. Contra tamen, si Serapionem legas, non defuere, & qui frigidum, ac etiam stupefactorium dixerint, & qui maximopere calidum existimarint, omnes tamen sicco temperamento præditum putant, licet superflua ei humiditas sit adiuncta ventriculo inimica. Cæterum, & quum de huius medicamenti facultate agitur, occurrit scrupulus, ait Mesues eius vsu corpus pingue reddi, & augeri semen, quæritur ergo, quonam pacto id præstet, ratione quidem, qua purgandi vi præditi sunt hermodactyli, id non agunt, sed attenuant potius, & humores imminuunt, operæpretium ergo videtur, vt huius effectus disquiratur ratio. Verum, vt ad hæc breuibus. In eligendo hermodactylo, neque fractu contumacem, neque facillimum probat Mesues, sed mediocritatem expetit: qui enim eiusmodi est, neque carie est corrosus, aut innato humido absumpto ob vetustatem fatiscens: neque crassæ, ac viscidæ illius humiditatis est particeps, a qua concitari crassiores flatus strangulantes, & ventriculum offendentes, & prouenire quicquid hermodactylis noxæ inest, vno omnes consensu affirmant. A Mesuæ autem recedere Auicen. non facile dixerim, quamuis durum vt eius voce vtar) eligi velit, quia enim hermodactyli ob superfluum, quo imbuti sunt humorem, carie facillime corrumpuntur; ideo illum duri nomine significari putarim, qui solidus sit, neque ob vetustatem nimium friabilis, ita, & Habix de quo Serapio, friabilem commendat: non tamen, vt puto, qui facillimus sit friatu, sed qui non tam crassa, ac viscida constet substantia, vt friari non possit, hoc pacto benigne interpretanda bonorum scriptorum dicta existimarim; Mesuem vero commendandum, qui mediocritatem sequutus nullum dubitandi hac in re locum reliquerit. At de temperamento quid dicendum? Si hermodactylus, de quo loquimur, colchicum est, vt certe esse omnes consentiunt, illum ipsum, quum ex Dioscor. Paulo, & cæteris, corpori pruritum inducat scillæ, & vrticæ instar, & stomachum vrat: (hæc autem vbi recens est tantum agit) nulli dubium est inter calida esse reponendum. Quod aliqui frigidum, & narcoticum ipsum esse asserere videantur, de Græcorum hermodactylo est, pulchre enim hac de re disserit Trallia. lib. 11. vbi, & eos confutat, qui ita sentiunt, neque enim (ait ipse) purgandi haberet vires, si esset stupefactorium, quod autem Græcorum hermodactylo ascribitur, id de vulgari dictum Serapio existimauit deceptus voce, quæ eadem diuersis accommodatur rebus, erit ergo inter calida reponendus hermodactylus, non inter frigida, in quo autem sit ordine; gustatu, atque ex effectis ferre cuique iudicium licet, recens profecto, si pruritum in corpore toto excitat, vt Paulus, seu vt Scribonius Largus in ore (quæ lectio cōsentire Dioscoridi videtur scribenti asmino, ac bubulo lacte contento in ore inuari eos, qui ephemerum sumpsere: alioqui enim, qui in toto corpore est pruritus, hoc pacto sedari posse, credibile non est) si inquam colchicum recens ea præstat, quæ præstare Dioscor. Aetius, & Paulus literis tradunt; quis id neget inter ea saltem, quæ obscure corrumpunt, atque adeo in tertio calidorum ordine esse reponendum? Atqui in hermodactylo nostro, colchico videlicet exiccato, & vetusto, neque ea acredo persentitur, neque quicquam aliud, quod tam insignem caloris præferat notam, vt propterea non perperam in secundo calfacientium ordine collocetur. Ita vero, & de passiuis qualitatibus, etsi vbi recens est superfluo eo humore scatet, ex quo excitari flatus, & stomachi strāgulatus possint, vt ait Mes. absumpta tamen ex vetustate ea vi, siccum non tam actu, quam potestate remanet, cuius siccitatis gratia prodesse sordidis vlceribus potest, quod hic idem scriptor docet. Sed de temperamento satis. Quod sequitur, quod huius medicamenti vsu pinguescere corpus, & augeri semen queat, recentiores nonnulli ob pituitæ attenuationem fieri putant, quæ, scilicet attenuata in sanguinem, & membrorum alimentum conuertatur; & hac eadem ratione semen augeat. Verum ratio hæc, etsi apposite certe redditur; nobis tamen non prorsus satisfacit, quando alia itidem sunt multa, quæ attenuandi vi prædita idem præstarent, quum tamen e contrario, eorum vsu demacrari corpora videamus. Suspicamur ergo hæc ex toto vera non esse: sed bona fide ex Serapionis imitatione descripta ab authore nostro fuisse, quæ is a Dioscor. lib. 2. ascripta bulbis, quorum hæc est species, ad hermodactylum transtulit.

De

De Iride. Cap. VIII.

ANT. IRis, inquit Græcus. Est radix herbæ, quæ dicitur lilialis, † cuius duæ sunt ſpecies. Est enim quæ florem habet purpureum habentem gradationes diuersitatis in purpureitate, sicut habet arcus terroris, & est iris, & propter hoc vocatus est iris. Et est alius, cuius flos est albus.

ELECTIO. Habens florem album debilior est in omni re. † Et est ex eis melior, cuius radix est alba, participans rubedinem secundum aliquid, & crassa, & dura, & spissa, & in qua est aromaticitas sicut odor violarum proprie, & † cuius sapor est acutus mordicatiuus, propter acrimoniam ipsius, & habens nodos breues collectos. Melior pars plantæ est radix, post illam, flos. † Et melius tempus collectionis ipsius, est principium veris.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidæ complexionis, & siccæ est in tertio. Et in ipso acredo, & acuitas. Et est abstersiuus, maturatiuus, resolutiuus, lenitiuus, aperitiuus oppilationum, sedatiuus, dolorũ mũdificatiuus, & solutiuus naturæ, & prouocatiuus. Florem vero habens albũ calidus est, & siccus in secund. Et est resolutiuus, abstersiuus cum equalitate, & est subtilioris substantiæ, propter, quod, & oleum eius est subtilius, & maioris penetrationis.

RECTIFICATIO. nocet stomacho, propter, quod propinatur cum aqua mellis, & pauca spica. Et emendatur in conditionibus suis similiter cum aqua casei, & melle, & pauco mastice ad causas pectoris, & etiam pulmonis cum rob. Operatio olei ros. ex floribus ipsius quantitatem, quam volueris, & ex radice medium ipsius, & exequere de operatione illud, quod diximus de oleo rosato, & violato. Operatio autem succi eius est sicut operatio succi absinthij. De contritione autem, & decoctione sustinet mediocriter.

POSSE. Solutione educit phlegma crassum, & choleram permixtam: & educit etiam aquã citrinam cum facilitate, & eius aspectus est proprie, & maxime ad pulmonem, & pectus, & est maturans, subtilians, & educens ab eis materias cum facilitate, & proprie crassas, & viscosas, & adhærentes, & est alius aspectus eius ad hepar, & membra vicina ei, & ad splenem, remouens oppilationem eorum, & curans morbos oppilationum in ipsis, & educens materias ab eis sicut est hydropisis proprie, & est ex bene resoluentibus duritiem eorum, & apostemata, & dolores ipsorum, & est medicina bona lenitiua, & resolutiua omnis duritici, & proprie iunctura-
rum, & neruorum, & apostematum durorum, & scrophularum, & proprie coctum cum aqua ficlæ, aut caulium, aut cum vino, & permixtum cum melle, & oleo chamæmilæ. † Et confert dolori capitis antiquo, & proprie emplastro facto ex eo, & caputpurgio facto ex succo ipsius, & commouet sternutationem, & educit per viam nasi superfluitates plurimas ex cerebro, pronas

A fluere ad partes corporis occultas, & eius administratio proprie cum rob confert iuuamentum manifestum tussi antiquæ, cuius causa est humiditas crassa, & viscosa, & difficultati anhelitus: & mundificat viscera, & matrices, & cõfert suppositus, & emplastratus doloribus earum, & educit menstrua, & facit aborsum. Et est medicina magna vulnerum antiquorum, & putridorum, mundificans ea, & generans in eis carnem laudabilem, immo etiam ossa nuda vestiẽs carne. Et emplastratio, & clysterizatio facta ex eo confert sciaticæ, & colluitur os ex aceto decoctionis ipsius, & remouet dolorem dentis, & sedat reumatismum eius, & suppositio facta ex eo aperit orificia hæmorrhoidarum: & confert vsus eius ei, qui effundit semen suum inuoluntarie, & fit ex succo ipsius, & farina fabarum, & cicerum linimentum bonum mundificans faciem, & abstergens maculas eius. Oleum vero eius confortat neruos, & iuncturas, & confert spasmo humido, & confert dolori pectoris, & pleuresi, & peripneumoniæ, & confert destillatio eius in aurem dolori eius, & destillatur ad fœtorem nasi, & remouet eum, & inunctio eius in temporibus facit dormire, & † confert dolori capitis, & maturat catarrhum: & confert inunctio eius dolori hepatis, & splenis, & renum: & confert dolori matricis, & iuncturarum, & podagræ.

DOSIS. eius est a drachm. 2. vsque ad 6. & conseruatur per annos duos.

IRIS.



De

De Iride. Cap. VIII.

SYLV. *Ireos flores albos, pallidos, luteos, purpureos, cæruleos. Dioſc. ſcribit, radicis non florum colore diſtingui. Optima Dioſcor. eſt Illyrica, denſa, ſubrutila, frangi cõtumax, ſubruſa, valde odorata, ſternutamẽta mouens dum frangitur, guſtu amara. Radices colligendæ incipiẽte, foliorum defluuio, docet Dioſcor. Tenuat, tergit, coquit Paulo. Cum aceto pota, ſplenicum aceto, & roſaceo admota, dolori capitis confert Dioſcor. Cum elleboro albo, & duplo mellis Dioſcor.*

IRis radix eſt herbæ, quam crinode, ideſt lilialẽ vocat autor Græcus, cuius flos, vel cęruleus, ac verſicolor, vt iris arcus cęleſtis. vnde illi nomen, vel albus. Alterius radix optima eſt, ſi magna, dura, denſa, crebro geniculata, ex albo rubeſcens, odore, ceu viola aromatico, ſapore acri, & mordente, Veris initio collecta. Secundam bonitatis rationem flos obtinet, cœruleus præſertim, albus enim ad omnia eſt imbecillior. Radix eſt calida ſicca ordine tertio, acris, terget, coquit. reſoluit, lenit, aperit obſtructa, ſedat dolores, pituitam craſſam, & miſtam illi bilem purgat, ac præter hæc aquas ſeroſas, idq; clementer. Materiam craſſam, lentam, hærentem in thorace, ac pulmone coquit, tenuat, ac prompte educit, viſceraque omnia expurgat. Hepatis quoque, ac lienis, & vicinarum partium tollit obſtructiones, affectus ab ea excitatos: hydropem, dolorem, tumorem, duritiem, & ſimiles ſanat, aut lenit. Omnes quoque tumores etiam duros, & ſtrumas digerit, præſertim neruorum, & iuncturarũ, maxime cũ betæ, vel braſſicæ ſucco, vel vino, & melle, & oleo chamæmelino. Cephalalgiam veterem ſanat, præſertim cataplaſmate impoſita, & ſucco eius in nares attracto, hic enim ſternutamentum mouet, & per nares detrahit vim maximam excremẽtorum in partes alias, per meatus occultos alioqui defluxurorum. Succus autem ex ea, vt abſinthio extrahitur. Cum ſapa autem tuſſim veterem ab humore craſſo, lento factam, multum iuuat, & ab eodem ſpirandi difficultatem. Vterum præterea expurgat. Peſſo quoque ſuppoſita, vel emplaſtro admota, vteri dolores ſedat, menſes euocat, abortum facit. Vlcera antiqua, ſordida, putrida purgat, terget, carne proba implet, quale etiam oſſa nuda veſtit. Iſchiadi ſalubriter, aut clyſtere injicitur, aut emplaſtro imponitur. Os ſi colluitur aceto, cui incocta fuerit, dentium dolorem ſanat, & rheumatiſmum ſiſtit, ſuppoſita item hæmorrhoidas aperit. Inuitam feminis vacuationẽ ſumpta cohibet. Succus eius cum farina fabarum, & cicerum illitus, faciem expurgat, eiusq; maculas deterget. Oleum denique irinum neruos, & iuncturas firmat, ſpaſmum ex repletione, cephalalgiam, dolorem hepatis, ſplenis, renum, vteri, iuncturarum, thoracis, & podagræ, pleuritidem, peripneumoniam oblitum iuuat, catarrhum coquit, ſomnum conciliat temporibus inunctum, aurium dolorem inſtillatum auri, narium graueolentiam ipſis iniectum corrigit. Fit autem ex floribus iridis, & radicum dimidio, vt roſatum oleum, & violatum. Ne ventriculum lædat, ſumatur ex mulſa, & pauca ſpica, vel cum ſero lactis, melle, maſtiche, ad affectus autem thoracis, & pulmonis, cum ſapa, vt dixi, propinatur. Teri, & co-

Dioſcor. dat drach. 8. cũ mulſa. Pau. obolos octo dicit agaricum modo purgare, modo non ſit antiqua, nec perforata.

E qui mediocriter poteſt. Datur à drachmis duabus, ad drachmas ſex, annos duos ſeruatur.

De Ireos.

CVius duæ ſunt ſpecies.) Variare in Iride flores ſcribit Dioſc. alios enim candidos, alios pallidos, alios luteos, alios purpureos, alios cyaneos eſſe. Non tamen ex hiſce florũ coloribus ſpecies eius diſtiguit, ſed potius ex radicis colore, quem in Illyrica dicit eſſe ſubrufum: quale quandoq; ex Illyrio delatũ vidimus: in Lybica candidum, qualis eſt, quæ paſſim inuenitur. ET EX his eſt melior,) Secundum Dioſc. optima eſt Illyrica, Macedonicaq;: & in his optima, cuius radix denſa, ſubmutila, frangi cõtumax, ſubruſa, valde odorata, ſternutamenta mouens, dum perfringitur. ET cuius ſapor eſt acutus. (Dioſcorides guſtu amara. ET melius tẽpus collectionis eſt ver.) Apertus eſt hoc loco error: incipiẽte enim foliorum defluuio, colligẽdas radices docet Dioſc. Et eſt abſterſiuus, Dioſcorides, attenuare dicit. Paulus tenuiũ eſſe partium, tergere, & concoquere. Ad ſplenem.) Dioſcorides pota cũ aceto. ET cõfert dolori capitis.) Dioſcorides cũ aceto roſaceo. Et fit ex ſucco ipſius, & farina fabarũ.) Dioſcorides cum elleboro albo, & mellis duabus partib. DOSIS a drach. 2. vſq; ad 6. Dioſcorides ad drach. 7. cum aqua mulſa. Paulus vero octo obolos dicit purgare, vt agaricum, modo non ſit antiqua, aut perforata.

MANA.

IRidem flore purpureo videre eſt paſſim. flore albo habet plures annos hortulus noſter a purpureo ſolo floris colore diſſimilẽ, de quo Meſuem intelligere certũ eſt, quũ de iride alba hic meminit, errant enim qui albæ iridis nomine lilium album rem ſpecie prorſus diuersã intelligere ipſum exiſtimant. Vidimus etiã iridem, cui flos colorem, quẽ leonatum vocant, præſe ferebat: ſed, & hic purpureus eſt dilutus. Præter albã igitur, & purpureã iridem, nobis iridem aliã videre hactenus nõ licuit, putamus autẽ errare eos, qui, & luteam, & aliorũ colorũ inueniri aiunt, lutea.n. gladiolus eſt, ſola floris ſimilitudine cũ iride conueniẽs, cætera aũt diſſimilis, quare, & de gladiolo diuerſum caput Dioſc. facit. Eam vero quam pro Illyrica nonnulli oſtendunt, flore triangulari, purpureo, odore armeniacũ pomũ referente, folio anguſtiſſimo, & cubitali, radice geniculata, digitum minimum non æquante, extra rufeſcẽte, intus vero alba, & ſubdulci; non eſſe Illyricam, neq; iridẽ niſi ſilueſtrẽ, videre eſt quotidie venetijs: huc.n. affertur ex Illyrio frequenter iris a noſtrati nulla re alia quam odoris, & ſaporis excellentia in radice differens, alioqui etiam paruæ huic plantæ, vna floris rudi æmulatione excepta, deſunt cætera quæ in iride deſiderantur. Itaq; quũ hæc ita ſe habeãt, Meſuẽ iure de alba tantũ, & purpurea iride meminiſſe, neq; tamen diſſentire ab ipſo Dioſcoridẽ exiſtimamus, aſcribit.n. is varios eos colores, pallentem, luteũ, purpureũ, ac ceruleum; flori ſimul eidem, quum huius rei gratia diuerſi coloris ſpecie cæleſtis arcꝰ imaginem ſcribat repræſentari, propterea q; quod etiã Anguillarius adnotauit, particula ἢ γὰρ λευκὰ ἢ ὠχρὰ, ἢ μέλαινα, ἢ πορφυρᾶ ἢ κυανύζοντα ὥρασαι, pro coniũctiua eſt legenda. Fallitur potius Manar. quũ plures iridis ſpecies affert ex Dioſcoride. Etſi vero alba iris colore vere candido florem profert; inſunt tamen illi, & aliorum colorum obſcura quædam veſtigia cæleſtis arcus inſtar, vbi ſoli obijcitur, ſicuti, & in purpurea. Radicũ aũt color ſoli ratione euarians vt in Italica, & Illyrica iride euenit, ſpecie diuerſas irides non facit, vt idẽ Manar. putat, ſicuti neq; varius florum color, propterea Meſuem, quum duas eſſe ait iridis ſpecies, ſpeciei nomen, pro differentia, non pro vera ſpecie vſurpare arbitran-

arbitrandũ est. Sane selectissimæ iridis notas habes ex Mesue. Dioscor. uero etiã locũ vbi optima nascatur prodit, Illirium, s. & Macedoniã. Quid autem peculiare his insit regionibus, vt cæterarũ optimam iridẽ ferant varia est opinio, putant aliqui caloris id gratia euenire: propterea q; in Illirio, quam in Macedonia etiã ipsa gigni excellentiorem, quod ea quã hæc calidior sit regio, alij vero non calorẽ, sed peculiarem quandam soli vim ob scurã nobis, atq, ignotã plantæ huius naturæ persimilẽ pro causa afferunt, quæ res nobis magis arridet, si.n. ob regionis calorẽ excellentior iris nascitur, cur Africanã minus probat Dioscor. quam Illiricã, & Macedonicã, quum tamen Africa Illirio, & Macedonia sit calidior? Rectius ergo, qui præter calorẽ, soli cognationem, maiorem cũ vna stirpe, quam cũ altera, in causa esse putant, huius.n. rei gratia varias quoq; varijs in locis stirpes nullo semina terræ cõmittente oriri passim animaduerti mus, & aliquas etiã si transferantur mores immutare cõspicimus, vt de persea arbore vulgatissima est historia. Sed nũc vt ad alia transeamus, iridem Dioscor. sapore esse ait amaro: Mesues vero acutũ ideſt scribit. Mesues itẽ de hac radice colligenda verba faciens, vere legi ait oportere: at Dioscor. lib. 1. in p̃fatione radices vniuersim oẽs incipiente foliorũ defluuio, atq; adeo autumno euellendas pronunciat, discrepant ergo hi inter se. Adde etiã (quod quis forte magis admiretur) de oleo ex Iride parato uerba faciens ait illitis ex eo tẽporibus sõnũ conciliari. At somnũ quis calidis vnquam rebus induci memoriæ cõmendauit? ut somnus profecto adueniat, reuocari insitũ ad interiores partes calorẽ, & spiritũ meatus occludi necesse est, cuius contrariũ præstãt, quibus calfactoria insignis vis ineſt, qualis est iris. Cæterũ, vt ad hęc satisfaciamus, quod ad saporẽ pertinet, nobis nullius momenti quæstio videtur, quãdo si gustatum consulas; non amarorem tantũ, sed acredinem quoq; iridi inesse experire, ac præter amaritudinẽ feruenti esse iridẽ gustu intelliges. Illud potius animaduersione dignũ videtur, quũ Plinij testimonio, Africana iris aliarũ sit amarissima, cur tamen eadẽ à Dioscor. cæteris postponatur, at par esse videbatur, vt quæ sapore excellit (quod in reliquis fit plantis) allijs etiã velut optima preferatur. Verũ respondere ad hoc licet, in optima iride præter amarorẽ alia quoq; adesse, & acredinẽ, & odoris fragrantiã; hæc vero non oĩa fortasse in Africana sunt, sed huic licet amarissimæ deest forte fortuna odoris præstantia, & acredo, quarũ qualitatũ inopia à Dioscor. minus cõmendatur. Sed iã vt alteram litem dirimamus, de colligendæ iridis tẽpore, quũ Mes. ver præscribit, putant aliqui, vt, s. ipsum Dioscoridi concilient) de flore intelligi oportere, hũc.n. constat non nisi vere legi posse. Nobis uero de ipsa potissimũ radice sermo esse videtur, neq; tamen perperã, vt vere hæc colligatur præcipi existimamus, est.n. hoc tẽpore vtili humore multo prægnãs, in producenda, s. folia ac flores parato, quare, & extrahendo succo magis idonea est, ac, si exiccanda sit, viribus lõge superior, alioqui si autumnũ expectas, esse eo tẽpore solet arida, quæ alẽdis, & foliis, & floribus humore insito plurimo est exhausta. Neq; autẽ est (quod in alijs plantis euenit) vt foliorum casum in hac expectes: quãdo perpetuo etiã hyeme illi inhærent. Nõ temere ergo Mes. vernũ tempus huic eruendæ radici ascribit, neq; Dioscoridi ipsi repugnat, qui plantas tunc tantũ eximendas iubet, quũ ea suis singulæ foliis exuũtur. Sed, & illud, quod vltimo loco in quæstionẽ duceba-

A

B

C

D

tur, non temere iridi ascribitur à Mesue, somnum, s. illitis ex oleo irino temporibus conciliari, habet.n. Dioscor. lib. 1. quum de iride verba facit subscriptorem, tametsi quum de irino spissamẽto in libro eodem agit, de hac re ne verbũ quidẽ. Quo pacto aũt induci ex iride somnus possit, ratio facile persuadebit, perpetuũ id profecto est somni causam caloris esse innati reuocationem ad internas partes, & meatum per quos spiritus extra feruntur, obstructionem, hoc enim ab Arist. lib. de Somno, & Vig. probatum est satis, id vero etiam certum est calfactorijs medicamentis insitum calorem foras reuocari, & reserari vias spirituum, quæ duo vigiliarum sunt causa, fieri tamen etiam potest, vt admotis ad cerebrum calidis, attenuata qua ipsum scatet pituita, & excitata vaporum copia, somnus hoc pacto, per accidens videlicet concilietur: præsertim vbi, quæ cerebro admouentur eo non sunt feruore prædita, vt vapores quos excitant, etiam dissoluant, quod castoreum præstaret. Irinum ergo oleum temporibus admotum, hoc pacto, attenuata, scilicet, quæ in cerebro exundat pituita, & exfuscitatis vaporibus multis, qui deinceps a cerebri frigiditate incrassati vias spiritibus intercipiunt, somnum inducere non est à ratione alienum, hoc pacto, & suffitus aromatum tametsi sponte sua reserare meatus, & crassos extenuare humores possunt, capitis tamen grauitatem faciunt, vt Hipp. 5. apho. ob attractam, scilicet vaporum copiam ad caput, ita vt de irino oleo non sit admirandum, vt interea id silentio prætream ex odoris illius iucundissimi per arterias in caput vniuersum commeatu, fouere animales spiritus posse, id quod eorum quieti comparandæ præsertim facit. Cap. 11 Aph. 38.

CVCVMER SILVESTRIS.



De

De Cucumere asinino. Cap. IX.

ANT. CVcumer asininus est fructus sicut cucumer paruus, asperitatis plurimę, & amaritudinis veræ, & eius planta habet folia similia folijs cucumeris, tamen asperiora.

ELECTIO. Melior pars plantæ eius est fructus ipsius, & proprie eius completi succus, & post ipsum radix. Et calidior fructus eius est citrinus completus, expoliatus tamen a viriditate, & qui est † amaritudinis veræ, & cuius succus est albus habēs sicut de pinguedine aliquid, incompletus vero est malus, educēs sanguinem solutione, & radix eius ingreditur in medicinis multarum vtilitatum, & melius tempus operationis succi eius est finis æstatis, & collectionis radicis eius est finis veris.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidę complexionis est, & siccæ in tertio. Est autem cōpositus ex partibus igneis, & partibus terreis aduſtis, est autē resolutiuus, subtiliatiuus, aperitiuus oppilationum, & orificiorū venarum absterſiuus, extenuatiuus, exicatiuus, & solutiuus.

RECTIFICATIO. Excoriat, & aperit orificia venarum, quare generat tortiones faciens cum solutione anguſtiam, & est tardæ operationis. Et emendatur nocumentum primum si in operatione succi eius adiungatur ex bdellio aliquid aut ex tragacantho, aut si propinetur cum lacte dulci recenter mulso, aut cum aqua mellis, & sale. Et vigoratur, & facilitatur eius operatio, si in operatione succi ipsius misceatur salis gemmæ quantitas aliqua, & scito, quod species alefanginæ addunt virtuti ipsius. Operatio succi eius. Accipe ex succo eorum quantitatem quam volueris, † & proprie quando citrineſcunt, & sunt maturitatis completæ, & fiat extractio succi cum facilitate, non cum compreſſione laborioſa, & exiccetur, sicut exiccatur scammonea, & aloe. Et quidam accipiunt aliquas ex speciebus aromaticis, & ligant in panno, & suſpendunt in eo donec incipiat inſpiſſari, & postea remouent, & aliqui ponunt alia secundum intentiones alias. Expellit autem nocumētum eius a corpore aqua hordei mellea, & similiter vinum, & oleum.

POSSE. † Dixit Ioannitius. Soluit sicut scammonea, & secundum veritatem rei educit phlegma cum virtute, & per vomitum, & per ventrem, & interdum coleram, & proprie si inueniatur ei præparatio, & educit mirabiliter aquoſitates a partibus difficilis eradicationis earum, † & educit materias quæ sunt in iuncturis, & curat dolores earum, & proprie succus eius, & etiam radix ipsius cum aceto cataplaſmata, & si decoquatur radices eius cum abſinthio in aqua, & oleo vſque dum sint bene excoctæ, & embrocentur tempora ex aqua eorum calida, & ex oleo, & fiat ex fæce emplaſtrum ſtringendo circa tempora, reſoluitur hemicranea laborioſa difficilis. Et caput purgium ex succo eius valet similiter, & proprie cum succo, & lacte pau-

E co: educit enim ex via nasi superfluitates cerebri plurimas, & valet ad fœtorem nasi: & ad dolorem capitis antiquum, & epilepsiam. Et modus emplaſtrationis, quem diximus reſoluit apoſtemata craſſa, & dura, & scrophulas, & proprie permiſcendo ei aliquid ex ſtercore caprarum cum melle. Succus vero eius, & succus radicis ipsius est medicina bona hydropisi. Extrahit enim aquam citrinam cum fortitudine, & similiter decoctio radicis ipsius. Et confert icteritiæ, & oppilationi hepatis, & splenis, & confert sciaticæ iuuamentum manifeſtum emplaſtratus, & clysterizatus. Puluis vero radicis eius cum melle attenuat cicatricem fœdam, & remouet veſtigia magna, quæ remanent post percuſſiones. Et fit ex succo radicum ipsius, &
F farina fabarum linimentum bonum abſtergens ſordiciem faciei, & fœditatem cutis. Et frigatur morphea cum radice eius, & aceto forti, & aufert eam. Et similiter valet ad lentigines. Et scito, quod solutio ex eo, quando superflua est educit ſanguinem. † Conſeruatur succus eius triennio. Et est adminiſtrandus post ſex menſes.

DOSIS. Succi eius a x. granis vſque drach. i. tertiam, puluerис radicis eius a granis xv. vſque ad drach. s. & aquæ decoctionis radicis eius ab vnc. ij. vſque ad iiij.

De Cucumere agreſti. Cap. IX.

SYLV. CVcumer agreſtis folijs ſatiui cucumeris, ſed aſperioribus, fructu eiuſdem,
G ſed paruo, aſperrimo, amariſſimo. cuius perfectio, ac præcipue ex eo succi laus est præcipua, ſecunda radicis. Idem fructus iam abſolutus ſi maturitate palleſcat, viridisque eſſe deſierit, & amaritudine ſit eximia, ſuccumq; remittat album, & ſubpinguem, est calidior. Imperfectus autem tam est noxius, vt ſanguinem educat. Succus autem exeunte. Aeſtate excipitur, radix fine Veris colligitur: eadem in medicamenta multum efficacia, & celebria recipitur. Calidus est ac ſiccus ordine tertio, ſubſtātia ignea, & terrea vſta conſtat. Purgat potenter pituitam vomitu, & deiectione, & interdum bilem, ſi vacuari parata est, ſeroſum quoque excrementum, etiam euulſa contumax, atque adeo a iuncturis
H mirifice trahit, præſertim ſucco, & radice, ob id earum dolores ſanat, iſchiadem etiam iuuat aperte cataplaſmate impoſitus, vel clyſtere iniectus. Vim namq; purgatricem ſcammonio proximam ei tribuit Ioannitius. Si enim vacuet, immodice etiam ſanguinem trahit. Radices item eius cum abſinthio in aqua, & oleo percoctæ, hemicraniā moleſtam, & curatu difficilem ſanant, ſiipſo decocto tēpora foueātur, & ijſdem radices eædem, & herbæ tritæ cataplaſmate applicentur. Succus quoque ipsius naribus iniectus cum pauco lacte idem efficit. Excrementa enim cerebri euocat, & naſi fœtorem ab horum putredine ortum perſanat, cephalalgiam quoque veterem, & epilepſiam. Idem cataplaſma, præſertim ſi ſtercus caprinum

Cucumer aſininus, Elaterius ſuccus ex huius fructu quomodo trahatur Dioſcor. docet, amarus extremus Galen.

Quibus iunctum elaterium nunc vomitum nūc deiectionem facit, docet Dioſcor. Paul. dicit vacuare cū ſcammonij tribus obolis tritum cum lacte ouis, bilem, & pituitā trahit, & agre ſpirantibus prodeſſe Dioſcor.

prinum addatur, tumores magnos, & duros, & ſtrumas reſoluit. Succus quoque, & decoctum tum fructus, tum radicis, hydropem iuuat potu, (valenter enim aquas ſeroſas vacuat,) & icterum, & obſtructionem hepatis, & lienis. Puluis radicis cum melle cicatricem fœdam tenuat, ecchymomata contuſionibus ſuccedentia diſſipat. Succus radicis cum farina fabarum, ſordem faciei, & fœditatem cutis illitus terget. Radix ex aceto forti alphis affricta, eos delet, & lentigines, reſoluit enim, tenuat, terget, ſiccat. ſoluit moleſte, & tarde, aperit obſtructa, & ora venarum. Ne ora venarum aperiat, & vlceret hic ſuccus, & cum torminibus, & anxia moleſtia vacuet, datur cum bdellio, vel tragacantho, vel lacte dulci recenter mulſo, aut mulſa, & ſale, promptius autem purgat cum pauco ſale gemmæ, & aromatibus. Succus autem ex fructibus per maturitatem pallentibus clementer ſine compreſſione multa extractus ſiccatur, vt ſcammonium, & aloe. Nonnulli inter ſiccandum ei immergunt aromata nodulo ligata, quem extrahunt, dum ſiccando cogi incipit, alij alia immittunt, pro ſcopis varijs. Triennio ſeruatur, poſt ſex menſes vtendus. Noxam autem ab eo corpori impreſſam delent aqua hordei, mulſa, vinum, oleum. Datur ſuccus à granis x. ad drachm. vnius partem tertiam, puluis radicis à granis xv. ad drach. ſemiſſem. Decoctum ab vnc. ij. ad vnc. iiij.

De Cucumere ſyluestri.

MANA. SIcyn agrion Græci, Latini Cucumerem anguinum vel erraticum, vel ſylueſtrem vocant. Elateriũ vtrique medicamen ex fructu factum, Sicut Cucumer paruus.) Solo fructu a ſatiuo differt, ait Dioſcorides, quem minorem multo habet, & glandibus oblongis ſimilem, folia, & viticulas domeſtico ſimiles, radicem albam, & magnam. AMARITVDINIS verę.) Omnes eius partes amaræ ſunt ex Dioſcoride, & Elaterium extreme amarum ſecundum Galenum, CVIVS ſuccus eſt albus.) Notæ boni Elaterij ex Dioſcoride ſunt, vt ſit albũ, parum humeſcens, læuorẽ habens, & leuitatem, amariſſimum, & quod facile accenditur. Malum eſt quod vireſcit, aſperũq; & turbidũ eſt, medio colore inter Eruũ, & cinerem, ac ponderoſum. CALIDAE complexionis, & ſiccæ in tertio.) Galenus parum calidum dicit in ſecundo ordine. ET proprie quando citrineſcunt.) Tẽpeſtiuos eſſe dicit Dioſcorides cum ſolo tactu ſuccum effundunt. Plinius autumno. Puto errorem quoque eſſe vbi dicit, radices colligendas in fine veris. Modum faciendi Elaterium late Dioſcorides explicuit, quem ab eo facile diſcere poteris: nam modus Meſue conciſus nimis eſt, & mancus. Educit per vomitum, & per ventrẽ:) Dioſcorides. Si volueris purgare per interiora, duplum ſalis miſceto, & Antimonij quantum ſat ſit, pilulasque erui magnitudine ex aqua formato, quas vbi deglutieris, aquæ tepidæ cyathum ſuperbibito. Si per ſuperiora, aqua Elaterium reſoluito, & penna in eo madente, loca infra linguam quantum maxime potes, intima attingito. Quod ſi ad vomitum difficilis ſit qui curatur, oleo, vel lento vnguento Elaterium reſoluito. DIXIT Ioãnitius.) Neſcio an dixerit Ioãnitius, ſcio autem Paulum ſcripſiſſe, quod vacuat vt Scammonium quantitate triũ obolorum tritũ cum lactis cotyla, & Dioſcorides quod trahit bilem, & pituitam. EDVCIT materias quę ſunt

A in iuncturis.) Non erat prætermittendum, valere difficulter ſpirantibus, vt ſcripſit Dioſcorides. Reſoluit apoſtemata.) Radicem, ait Galenus abſtergere, diſcutere, mollire, & Dioſcorides veteres tumores cum polenta diſcutere, & cum Terebinthina panos rumpere. CONSERVATVR ſuccus eius triennio.) Nullum ex medicamentis longiore æuo durare, ait Plinius, incipereq; a trimatu, Dioſcorides a bimatu ad decennium eſſe purgationi aptum, Theophraſtus ducentis annis ſeruatum teſtatur, quo vero vetuſtius, eo eſſe melius, dixit Plin. DOSIS eius ſucci a decem granis, & reliqua.) Diſtinctius Dioſcorides integram menſuram dicens eſſe obolum, minimam ſemiobolum, infantibus æra duo ſufficere, hoc eſt, dicalchõ, põdus videlicet quatuor granorũ, maiore copia eſſe periculoſum. Paulus dat tres obolos.

B A bimatu ad decennium purgationi eſt aptum Dioſc. A trimatu incipere, & nullum ex medicamentis longiore æuo durare, & quo vetuſtius, eo mellius, ſcribit Plin. & ducentis annis ſeruatum, teſtatur Theoph. SYLV.

CVcumeris agreſtis vſus ferè aboleuit medicis noſtræ tempeſtatis, quia medicamentorum mitiorũ copia ſuppetit. Venetijs tamen non deſimt pharmacopœi, qui ex elaterio catapotia parata habent à mulierculis, & miſeris auidiſſime expetitum præſidium, quo etiam inemendabiles interdum noxas ſubſequutas ob immodicam purgationem vidi. In huius hiſtoriæ deſcriptione hæc ferè Manar. aduerſario ſuo Meſuæ obijcit, primum de temperamento diſſentire ipſum a Galeno qui non in tertio calidorum ordine reponit, ſed in ſecundo. Mox de colligendæ huius radicis tempore. ver enim eligit: qua in re ſubeſſe errorem putat Manard. qui (hoc vero, & in ſuperiori capite de Iride annotabat) fieri id autumno oportere arbitratur. Adducit C *etiam controuerſiam inter Meſuem, Plin. Dioſc. Theophraſt. de elaterij duratione. Hic triennio ſeruari ait. Plin. nullum medicamentum diutius durare, incipereque à trimatu, & quo vetuſtius, eo eſſe melius; Dioſc. a bimatu ad decẽnium purgationi eſſe aptum. Theoph. vero ducentos annos ſeruari ſcribit. Hæc Manar. Omitto enim cætera, quæ tametſi odij plena, Meſuem tamen minime perſtringunt. Verum ad hæc paucis. De temperamento calidius ne elaterium ſit, quam ſecundus ſit ordo, conſulendus eſſet ſenſus diligentiſſime, experiendumque obſcurè ne corrumpat id quod tertius ordo poſtulat; an tantum manifeſte calfaciat, quod ſecundus: & tunc demum de horum grauium virorum iudicio eſſet cenſendum. Nos autem, vbi vires elaterij perpendimus quas obtinere ait Dioſ. enecandi partus in peſſo ſubditum, & excoriandi venarum orifi-* D *cia, vt ſcribit Meſuæ, quę non mediocris acredinis ſunt notæ; cum Meſ. necnon, & Auic. ipſum tertium caloris gradum attingere facile perſuademur, quod tamen Gal. in ſecundo ordine reponat, par eſt, vt de ſecundi ordinis fine intelligatur, qui tertij initio eſt affinis, de quo forte Meſ. & Auic. intellexit, alioqui certe quis huius aut alterius rei gradus tam exacte ad ſtateram didicerit examinare, vt omnibus ſatisfaciat, non video. De legendæ autem radicis tempore, mea quidem ſententia non tam ſcriptorum ſpectanda eſt authoritas, quam ratio conſulenda. agreſtis cucumis adeo fructũ copia autumni tempore luxuriat, vt quicquid vtilis humoris radicibus inerat, abſumi tum gignendis, tum alendis fructibus oporteat, ineptum ergo id radicis collectioni, aut vſui eſt tempus, quum ſucco eſt inops. Colligit ea deinceps ſeſe hyeme, & noua parat futuro partui*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0139-0 DFG

ui alimenta, quo fit, vt vere priusquam noua emittat germina, aut paulo post quando copioso succo atque vtili est prægnans: longe futura sit medico vsui vtilior, quam vnquam alias. non temere ergo Mes. hoc delegit tempus, neque autem illi Dioſc. reclamaret, qui licet eruendis radicibus veluti commune tempus autūnum ſtatuerit, interdum tamen ipſemet alio etiam tēpore quædam colligenda admonet, vt arum, & album elleborum in meſſibus. Quod ſupereſt, de elaterij duratione quum tam diuerſa magni illi viri ſentiant, errare nullum certe eorum dixerim: nobis tamen, vel Meſuæ, qui aliorum poſtremus experientia fortaſſe didicit contra ſe habere, quam illi ſcripſerint, vel etiam Dioſcoridis ſententia magis arridet: quando vix fieri poteſt vt condenſati huius ſucci licet craſſi, & qui teredines non ſentiat, vires longo tempore non hebeſcant. Sane elaterij parandi rationem breuiſſime Meſ. innuit, Dioſc. late docet, neque a Dioſc. in eo parando eſt diſcedendum. Atqui admonendi ſunt pharmacopæi, quando Dioſc. carnoſum cum eo humore qui ſecto cucumere effluit, colligendum docet; non quicquid carnoſi cucumeri ineſt, vt aſſumant velle, ſed quod hæſit cribro, ſolet enim præter tenuem humorem craſſius etiam quiddam, & viſcidum efluere, quod cum lentoris gratia quo præditum eſt, tum ob denſitatem cribri prohibetur in craterem ſubiectum deſcēdere. hoc ergo præcipit Dioſc. elidi, vt deſcendat, quod reliquum eſt, inutile

CENTAVRIVM MAIVS.



ANT. *Maius ad drach. duas datur Dioſcor. & Gal. minus ad drachmam vnam, & dimidiā coctum ad dimidias in aqua cotyla. Paul.*

De Centaurea. Cap. X.

CEntaurea. † Alia maior. Alia minor. Inter quas diſtinguūtur ꝓprietates notæ.

ELECTIO. † Minor melior eſt in omni re, † cuius flores, & crura colorem habent citrinum palearem, † & melior pars

G

H

E eſt, eo tēpus muco excepto, quod internæ cucumeris ſuperficiei inhæret. eſt autem id lingue leuiter abradendum, ſimulque cum priori elidendum, vt à cribro in ſubiectum vas fluat. Quod ſupereſt tum cucumeris corpus, tum ſemina Dioſcoridis præſcripto abluendum, ac eodem cribro, & ſubiecto cratere excipiendum, quicquid efluit. Qua autem re abluendum, quum Dioſcor. aquam, aut dulcem, aut ſalſam, aut mulſam proponat, nobis tamen magis etiam arridet cydoniorum ſuccus (qui fructus elaterij parandi tempore maturi ſunt) quo interdum vti ſe affirmat Ioan. Pomellus pharmacopæus diligentiſs. Bucentaurum Venetijs pro inſigni habens. cohiberi enim elaterij violentiam, & corroborari ventriculum hoc pacto pro certo habeo, vt etiam id non præteream, quod ille teſtatur, paratum hoc pacto elaterium nunquam ſitum admittere. De

F probatione elaterij conſulendus præſertim Dioſcorides. Sed quod is flammis admotum facillime fragrare aſſerat, Theop. contra lib. de hiſt. plant. 9. & Plin. lib. 20. lucernam extinguere ſcribant; quando experimento diligentiſſimus Mathiolus comperit extingui non accendi lucernam, ob exeitatum, ſcilicet in humido a calore flatum; arbitrandum, vt idem ait, in Dioſcoride ſubeſſe mendum. Cap. 24. Cap. 2.

CENTAVRIVM MINVS.



plantæ ſunt flores, & ſemina ipſius. † Et melius tēpus collectionis ipſius eſt principium æſtatis.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidæ complexionis eſt, & ſiccæ in ſecundo, & dixit Rufus, eſt in principio tertij, † & eſt compoſita ex partibus terreis aduſtis in parte dantibus ei amaritudinem, & ex partibus non aduſtis, cum permixtione aquoſitatis, a quibus ineſt ei ſtypticitas. Et

eſt

est in ea de dulcedine aliquid à partibus aereis. A Et in ipsa est ex acredine aliquid à partib⁹ igneis. Et amaritudo in ea plus est stypticitate ipsius,& stypticitas plus dulcedine,& acredine,& acredo in ipsa est remissa sine mordicatione. quare est ex maxime curantibus vulnera, immo sigillantibus ea. Immo est ipsa absterſiua, exiccatiua, consumptiua superfluitatum, & solutiua vētris. Et quando superfluit purgatio ex ea, solutione educit sanguinem. Aperit enim orificia venarum apertione sanguinem manare faciente. Dubitauit enim Hermes in ea de eo quod dicitur quod est aperitiua venarum,& effusiua sanguinis,cum sit sigillatiua vulnerum,& sanatiua. Adhuc autem dixit Alkindus. Confert sputo sanguinis,& aggregat ad retentionem eius,& sigillationem loci manationis ipsius, Inquit Heben Mesue. Satisfacit inquisitioni perscrutatio compositionis ipsius, etenim in ea amaritudo, & stypticitas sunt sicut dominans, quæ sunt ad aggregandum magis, & fit prima consecutio operationis per ipsas. A dominante enim virtus promptior. Cum autem susciteatur caliditas ipsius, & acrimonia post longam eius actionem cum agitatione in corpore,fit consecutio operationis à virtute substantiæ acutæ ipsius, & calidæ,qua re operatur quod diximus, & non semper,sed illud proprie quando ex ea purgatio superfluit.

Rectificatio. Est ex facientibus solutionem tardam, & est conturbatiua, & aperitiua orificiorum venarum. Confortatur autem eius operatio cum aqua mellis, & oxymelle, & C pauco sale. vel cum aqua decoctionis ammeos mellita proprie, & sal gemma. Et remouetur cum hoc eodem nocumentum secundum. Et remouetur tertium administrando aliquid de mastice cum ea. Coctionem autem,& contritionem ad plenum sustinet.

Posse. †Solutione educit phlegma crudū, & proprie minor, & choleram citrinam,& materias à iuncturis,& mundificat neruos,& confert doloribus eorum, † & confert ischiadicis iuuamentum magnum emplastrata,& clysterizata. Et similiter emplastratio confert dolori neruorū, & contritioni lacertorum, & proprie cum mica panis,& sale pauco,& melle vel oleo. †Et est medicina oppilationum hepatis, † & splenis. & prouocat mestrua, † & sanat dolo- D rem matricis,& educit fœtum. Et confert colicæ, & dolori ventris. & interficit vermes, & solutione educit eos. Iuuamenta autem ex re stipticitatis eius sunt, quoniam † abscindit sputum sanguinis, † & sanat vulnera, & mundificat ea,& consolidat,& proprie difficilis consolidationis,† & proprie puluis eius. Et vnguentum factum ex ea,& vinum decoctionis ipsius est potus ad hoc,& proprie ad fistulas,& vlcera maligna, † & quidam dixerunt superstitiose, quoniam si coquitur cum carnibus,consolidat eius partes diuisas.

Dosis eius est à tertia vnc.i. vsque ad vnc.i. & s.& in decoctionibus ab vnc.i. vsque ad iij.

De Centaurio. *Cap. X.*

CEntaurium est maius,& minus, notis plurimis distinguntur. ad omnia minus est præstātius,idque suis floribus pallidis,& citreis ac semine. Colligitur Aestatis initio. Calsacit, siccat ordine † secundo,vel cum Rufo tertij initio: constans terrea substantia ob vstionē valde amara; & alia terrea non aduſta,aquosæ mista,qua modice astringit; & aerea parum dulci;& ignea subacri sine morsu. Ob hæc,vlcera & vulnera efficacissime curat,& glutinat. terget enim,siccat,excrementa consumit. Aluum soluit aliquādo tam violenter, vt aperiat ora venarum,quibus sanguis emanet. Qua de re dubi- B bitauit. Hermes,præsertim, cum vulnera cōglutinet,& sanet,& Alkindi sententia,sanguinis sputo conferat,ipsum sistendo,& apertam vasis partem glutinando.Sed ambiguitatem hanc soluit substātiarum in eo præcipuarum contrarietas,amarę scilicet,& hac largioris stypticæ,quæ prima cogendo agit,quod à dominātе substātia hæc facultas sit ad agendum promptior. post longam autem eius actionē calor mordax ex acri substantia excitatus, corpus agitat, & noxas prædictas affert,non semper tamen,sed quādo immodice purgat. † Purgat autem cētaurium præsertim minus, pituitam crudam,bilem flauam,& materias alias etiam à neruis,& iūcturis,& hęc tarde.Ob id harum partium effectibus confert,vt etiam ischiadi,clystere iniectum,vel cataplasmate impositum. Musculis item attritis, sed cum panis mica, sale pauco, & melle, vel oleo. Obstructionē hepatis,& lienis sanat.colico dolori,& ventris prodest,lumbricos necat,& vacuat,menses mouet.vteri dolorem sanat,fœtum educit.Styptica vero substantia sputum sanguinis sistit,vulnera glutinat, vlcera etiam dysepulotica glutinat, præsertim puluere per se vel in vnguentum coacto, ac etiam potu decocti ipsius fistulas, & vlcera cacoethe sanat. Ambitiose autem quidā ab eo carnibus diuisis incocto eas glutinari aiunt. Cum mulsa,vel oxymelite,& sale pauco,vel decocto ammeos mellito,& salem gemmæ habenti promptius purgat,& clementius. Mastiche autem addita,venas ab eo aperiri prohibet. Coctionem & trituram perfectam sustinet. Datur à tertia parte vnc. vnius vsque ad sescunciam. Decocto autem ab vnc.i. ad vnc.iij.

SYLV. *Centaurium maiꝰ est vulgare rhapōticū Auic.& Gal. ordinē nō signant.*

† Hic medꝰ loquendi innuit haberꝰ de vtroque locutum, & vtrūque pituitā, & bilē vacuare, sed minus magn.,cui sōli vis hæc à Dioſc. Gal. Paul.tribuitur:non etiā magno. & sanguinem vacuare, si clystere, in ischiade injiciatur,ad rupta, et cōtusa datur magis Dioſc.& Gal.Cū contuſo maiori centaurio cōsūta carnes coalescunt Dioſc.

De Centaurea.

CEntaurium hoc à Chirone Cētauro nomē accepit, à quo ēt Chironium dictum est, quū solo nomine cū minore conueniat. Imperiti (vt Plinij verbo vtar) inuicem vtrūque confundunt,qđ & feciſſe Mesuen facile est videre,cum de vtroque eodē capite scripserit,& vires vtriusque indiscriminatim cōmiscuerit, secutus in hoc, sicuti in plerisque alijs, Auicennam. Centaurea alia maior,alia minor.) Maiorē nſi seculi herbarij ignorātes, minorem q̄ humectiore simul & pinguiore loco nata in maiorē lōgitudinē adoleuerit, ꝓ ea imperitis vēditāt.alij paulo solertiores herbā pro ea mōstrāt, foliis ꝓ iterualla binis,interna parte virētibus,externa cādicātibus,salice

maioribus,flore luteo. Si quis tamen bene cõsideraverit E
notas,quas Dioſc.& Plin.maiori Centaurio adſcribunt,
eas ita quadrare cognoſcet vocato nunc à vulgo Rheo
pontico,vt nulli rei magis. Tertiũ eſt præter hæc genus
cognomine Triorchis,qd, ni fallor,fuit olim mihi è Li-
guria allatum,minori non multũ abſimile,ſed lõge ma-
gis aſuum ſoluens. MINOR melior eſt in omni re.) Fal-
ſum eſt hoc,alia enim in re vtraque melior, CVIVS flo-
res,& crura colorẽ habẽt citrinũ palearem.) Falſum eſſe
hoc,& res ipſa oſtendit,& Dioſc.authoritas: flore enim
conſtat in puniceo purpureum referẽte,qualis eſt Lych-
nidis flos. MELIOR pars plantæ ſunt flores.)Radicẽ inu-
tilẽ dicũt Dioſc. & Gal. ramos vero,magisq; folia,& flo
res,vtiliſſima. ET melius tẽpus collectionis eſt principiũ
æſtatis.) Dioſcorides vẽ diſtinctius locutus,dicẽs,exprimitur cum prægnans eſt ſemine. Auicenna dicit naſci
vtrunque in fine veris,qd ſi eſt verum,nõ video quomodo in principio æſtatis perfectæ eſſe poſſint. CALIDAE
complexionis eſt,& ſiccæ in ſecundo.) Nec Gal. nec Se- F
rapion eas reponunt in vllo ordine, Auicenna in tertio.
Si quis vero recte naturam vtriuſq; examinauerit,dicet
minorẽ eſſe calidiorẽ, nõ vſque adeo tamen,vt ad tertiũ
ordinẽ aſcẽdat. ET eſt cõpoſita eſt partibus terreis aduſtis,dantibus ei amaritudinẽ: & ex non aduſtis,cum per
mixtione aquoſitatis, quibus ineſt ei ſtypticitas,& eſt in
ea de dulcedine.) Confundi hic vtriuſq; qualitates cõſideranti res ipſas,& legenti Gal.facile conſtat: de maiori
enim ita loquitur Gal. Radix ſicuti in guſtu contrarias
qualitates,ita in vſu contrarias oſtendit operationes: guſtui enim acris ſimul & adſtringens, cum exili quadam
dulcedine ſe offert. De minori vero,ꝙ dominatur in ea
amara qualitas, quæ exiguæ cuiuſdã ſtypſeos.i. adſtringentis ſaporis eſt particeps. SOLVTIONE educit phlegma crudum,proprie minor,& cholerã citrinã.) Modus
loquẽdi innuit de vtraq; hactenus locutũ,& hanc ipſam
vim,pituitæ.ſ.& bilis purgãdæ,vtriq; cõuenire,licet minori magis:cũ tñ Gal. & Dioſc. minori tantũ hoc aſcribãt: & Paulus purgare bilẽ,& mucos dicat. ET confert
ſciaticæ.) Hoc ẽt priuilegiũ minoris eſt ſolum,de ea ẽm
ſcribit Gal.ferè his verbis, Decoctũ herbæ nonnulli clyſtere inijciunt iſchiadicis,hoc eſt,his q coxẽdice laborãt,
vt bilioſa & craſſa educãt. Qñ aũt adeo vehemẽter operat,vt ſanguinẽ vacuet,tũc magis iuuat. Et cõtritioni lacertorũ. De maiore ſcribũt Dioſc.et Gal.ꝙ dat ad rupta,
& cõuulſa. ET eſt medicina oppilationũ hepatis.) Succũ
minoris in hoc eſſe optimum ſcribit Gal. Spleni.)De eodẽ minoris ſucco dicit Gal. bonum eſſe durato ſpleni,&
potũ,& extrinſecus applicitum, Et prouocat mẽſtrua,&
educit fœtũ.) Eidem ſucco hoc adſcribit Gal ꝙ ſuppoſitus menſes educit,& fœtũ:de radice vero maioris,ꝙ mẽſes prouocat,mortuos fœtus extrahit,viuos corrũpit,&
deijcit. Et Dioſcorides,ꝙ radix maioris ad collyrij tenuitatem eraſa,ſi ſubdit,mẽſes & partus euocat. SANAT
doloré matricis.De radice maioris ſcribit Dioſc.ꝙ pondere duarũ drachmarũ pota, vuluarum doloribus confert. Valet colicæ,& dolori ventris.) De maiore ſcribit
Dioſcor.quòd torminibus pota medetur. ABSCINDIT
ſputum ſanguinis.)De maiore ſcribit Dioſcor.ꝙ pota in
aqua,ſi febris adſit, ſi nõ adſit in vino, ſanat cruentas ex
creationes. ET ſanat vulnera.) Vtraque huius virtutis eſt
particeps.De maiore.n. ait Gal. manifeſtari adſtringẽtis
eius qualitatis opera,in vulnerũ glutinatione. Et Dioſc.
vtilẽ dicit vulneribus,& ꝙ in eũ vſum recens tũdit. De
minore idẽ Dioſc.ꝙ tuſa virens,vulnera conglutinat: &
Gal.ꝙ magna vulnera ea ſanantur adhuc viridi. ET mũdificat ea,& conſolidat, & proprie difficilis cõſolidationis. Hæc videntur de minore intelligẽda,de qua ſic ad literam ſcribit Dioſc.Repurgat vlcera antiqua,& ad cicatricẽ adducit:& Galenus,antiqua,& ad cicatricem difficillime euntia vlcera, per eam ad cicatricẽ adducuntur.
Et proprie puluis eius.) Nõ ſic Galenus,ſed ꝙ herba ad
huc recẽs:& eodem modo Dioſc. Et quidam dixerunt.)
De magna hoc ſcribit Dioſc. quod coaleſcunt ea carnes, G
ſi cũ contuſa ſimul coquantur. Et proprie ad fiſtulas,&
vlcera maligna.) De minore dixit Gal. ꝙ exiccata,exiccantibus,& glutinãtibus miſcetur,q̃ ſinus,& fiſtulas ſanare poſſunt, ac maligna vlcera, duritiesque emollire,
nulla de potu facta tunc mentione. Dari tamen ait ſuccum à quibuſdam in neruorum paſſionibus bibendum,
ceu ſiccantem ſimul,& abſque moleſtia vacuantẽ. Eundem cum melle illiniri oculis: purgat enim (vt inquit
Dioſc.) ea,quæ obſtant luminis claritati. Maiorem præterea valere ad ſpirandi difficultatem, & antiquam tuſſim,tradunt Galenus,& Dioſc. additque hic lateris dolores. Doſis.)Dioſcorides,& Galen.dant duas drachmas
maioris, Paulus drachmam vnam ſeminis minoris,in
cotyla aquæ ad medietatis conſumptionem cocti.

Confunditur certe à Meſue,& Auic.centaurij ma- COST.
*ioris,& minoris hiſtoria hoc in loco.neque vero,
quamuis vt alij etiam adnotarunt,ex viribus quas ma-
iori Dioſc. aſcribit. aliquæ etiam minori appoſitæ aſſi-
gnari poſſint; nos tamen quo pacto tueri hos poſſimus,
ſatis videmus. Non eſt tamẽ vt hos magnos viros quis
acrius perſequatur,quibus veriſimile eſt bonorũ libro-
rum defuiſſe copiã: & pro veris Dioſcoridis libris col-
lectanea potius aliqua fuiſſe ſuppoſita. vnde & ſæpe-
numero pro Dioſcoride,Paulum,& pro Paulo aut Ga-
leno alium,atque alium acciri in teſtimoniũ videmus.
Non erit ergo ut nos hac in re magis anxie laboremus,
quibus vnam rerum ueritatem perquirẽdi ſtudium pro-
poſitum eſt. Illud potius exploremus,quando maius cẽ-
taurium ſatis conſtat à Rha pontico vulgari non differ-
re,an minus ea ſit planta,quę paſſim oſtenditur,& Tu-
ſcis mulieribus biondellæ nomine pro conciliãda capil-
lis flauitie vſu venit,in riguis,& ſylueſtribus locis ſæ-
piſſime,frequenter vero etiam in ſaxoſis proueniens.
Hactenus porro nullus huic opinioni ſuffragium nõ de-
dit. iniectus tamẽ etiam hic eſt nuper ſcrupulus. ſi enim
minus centaurium origano,aut hyperico eſt ſimile,fo-
lio rutæ,fructu tritico ſimili,vt ait Dioſc.vulgata biondella origani hyperici rutæve neque folia,neque ſtipitẽ
habet,neq; fructus tritici gerit,vt videre paſſim licet.
Ob hęc igitur ſuſpicatur peritiß. Anguillarius(nec ſane
temere) hãc plantã verum non eſſe centaurium minus:
ad Dioſcoridisq; hiſtoriam,plantam aliam,quæ in Bo-
nonienſi,& Patauino agro oritur verius accedere. Cæ-
terum ſi quis me de hac re interroget,etſi non negarim
eam Bononienſis,& Patauini ſoli plantã hiſtoriæ Dio-
ſcoridis aptè reſpondere; biondellã tamen minus cẽtau-
rium non eſſe ob ea,quę hic obiecta ſunt,nõ facile admi-
ſerim. Primũ enim (id quod idẽ Anguillarius animad-
uertit)folia Dioſc.non plane ſimilia rutæ foliys facit,vt
Ruellius,& alij vertũt: ſed φύλλα ait eſſe μικρὰ ὑπερ- H
μήκη ὥσπερ πηγάνου folia.ſcilicet eſſe parua,& pra-
longa veluti rutæ,qualia in biondella ineſſe nulla con-
trouerſia eſt. cętera vero,quod ſcilicet origani hyperi-
cine,ſtipitis præſertim rectitudine ſimilis ſit,& quod ẽt
tritici cuiuſdam,ſed minus,ac longius ſemen proferat;
niſi ſenſu,atque adeo vſu ipſi fallimur,res eſt de qua qs
ambigat,indigna.ſed hæc ſatis. Num ſcribit Meſ. hoc
in loco,quod ridiculũ uidetur,ſuperfluo centaurij mino-
ris vſu educi ſanguinem. Atqui (obijciet aliquis) nonne
medicamentum quo uis maiori mẽſura,vel frequentius
exhibitum idem præſtat? Dignum ergo animaduerſione
videtur,cur id veluti peculiare pharmaci huius ſcribat,
quod commune eſt oĩbus. Sed par eſt,vt hoc in loco gra-
uiſſimi ſcriptoris huius diligentiam ſpectemus. Quũ mi
nus centaurũ aſtringente, & ſanguinis repreſſoria vi*

excel-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0142-2
DFG

excellat, admirabile hoc videtur, vt idē sanguinis quoque fluorē pariat. Ob id ergo ne quis animaduersa tantū astrictoria facultate in eo propinando sit promptior, de periculo admonet. Ita & in aloe, quæ astringente insigni facultate pollet, eductoriam vim sanguinis in memoriam ob id reuocauit, ne quis constringente vna vi inspecta in illa exhibenda purgandi gratia esset audacior. Non hoc ergo affert Mes. veluti centaurij, atque aloes proprium, sed de periculo commonefacit. Pulchre vero, quo pacto contrariæ hæ duæ facultates vni inesse medicamento possint, etiam docet. atque hoc sicuti quæstioni de aloe antea propositæ satisfacere aptè potest: ita id non confutat, quod supra dicebamus, propriam hoc aloes naturam sequi, quod ducat sanguinem: naturæ propriæ nomine, & manifestis, & occultis etiā qualitatibus intellectis.

CARTHAMVS.



De Carthamo. Cap. XI.

ANT. CArthamus duorum modorum est. Est enim domesticus, & syluestris, & dixerunt quidam, quod nil est ex speciebus carthami: & elongati sunt.

ELECTIO. Carthamus de quo loquimur est domesticus, & melior pars plantæ eius, est semen eius. post illud, flos eius. Et melius semen est, quod est album, & planum, crassum, & plenum: cuius medulla est vnctuosa pinguis, & cortex est tenuis. Et melior flos est qui est sicut pili croci.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidæ est in primo, & siccæ in secundo: & flos eius est minus calidus. & siluestris est calidior, & siccior: est enim in eo virtus lacticiniorum remissa. Est autem carthamus abstersiuus, aperitiuus, & conturbatiuus, & faciens nauseam: & inest ei virtus educendi per vomitum, & per ventrem: & eius nutrimentum est prauum, & multum nocens stomacho: & dicitur quod caseat lac in mammilla, & stomacho.

RECTIFICATIO.) † Nocet stomacho faciens fastidium: & est tardæ, & debilis solutionis: † & dimittit vestigia lenitatis in visceribus. Emendatur autem primum nocumentum ex eo, permiscendo ei aliquid ex medicinis stomatichis, sicut anisum proprie, & galanga, & mastix, & similia, & confortatur ei solutio, & emendatur nocumentum, quod imprimit in intestinis, permiscendo cum eo aliquid ex medicinis acutis, sicut cordumeni proprie, & zingiber, & sal panis, & sal gemma, & similia. Inquit Paulus. Accipe medullæ eius drach. 10. cordumeni aureum 1. fac ex eis grana sicut cicer: & da drach. 5. soluit enim sufficienter. † Dixit etiam, Liga ex medulla eius quantitatem sufficientem in panno: & suspende in oxymelle quando coquitur, & erit solutiuum, et proprie si fuerit oxymel scilliticum. Inquit Alkanzi. Accipe medullæ ipsius aur. 12. penidiarum aur. 4. cordumeni, zingib. ana aur. 1. aggregentur omnia cum melle. & fiant formæ sicut nuces, & da vbi oportet, vnam, vel duas. † Et dixit Galen. Decoquatur medulla eius in iure galli, vel gallinarum cum speciebus, & propinetur vbi oportet. Et dixit etiā, ex medulla eius, & tertia ponderis ipsius ex amygdalis, & sexta ex pineis, aggregentur omnia cum melle cocto, & succo scillæ: fit lohoc iuuamenti mirabilis ad ea, quæ dicemus. Extrahitur ab ea oleum iuuamentorum multorum, & eius operatio est sicut operatio olei de ben, & olei amygdalarum.

POSSE. Solutione educit phlegma per ventrem, & vomitum, & similiter aquositates. & valet ad ægritudines ex eis, sicut est colica: & clysterizatus valet similiter, & mundificat pectus, & pulmonem, & proprie lohoc prædictum, & alij modi administrationis eius, & clarificat vocem: & similiter oleum ipsius, & vsus ipsius in spermate augmentum efficit. † Flos vero eius cum aqua mellis, remouet icteritiam.

DOSIS eius est à drach. 4. vsque ad aureos quinque, & floris eius à drachm. 1. vsque ad aureos 2.

De Cnico. Cap. XI.

SYLV. *Carthamus. Sic Theoph. diuisit. Dioscor. satiuum facit solum, sed attractylidem cnico similē facit. Sic Auic. 3. Gal. Paul. si foris admouetur.*

CNicus est agrestis (nam quem Indicum addunt, & nil vocant, cnicus non est) & satiuus, idemque melior, semine præsertim, & eo albo, magno [inæquali] plano, pleno medullæ pinguis, cortice tenui. Nec inutilis est flos, croci pilorum effigie. Calfacit ordine primo, siccat secundo. agrestis calidior, siccior. minus flos. Pituitam, & aquas vomitu, & deiectione vacuat sumptus, & clystere iniectus. Ob id morbis inde natis, vt colico affectui, & similibus confert. Thoracem quoque, & pulmonem expurgat, præsertim eclegma-

Gal. lib. 3. fa. cnici. & ficpares hor tionemmiſcet ad tuto purgandum ſi- mũ pituitã, in quam rũ eateris me- dicamentis Auerroi p- fertur.

te ſequente, & oleo ſuo. vnde & vocem claram reddit: ſperma quoque vſu auget, ſed alimentum eſt prauum. Stomacho valde noxium, in eoque, & mammis lac dicitur cogere. Faſtidiendum, ac nauſeabundum eſt, ac conturbans. Facultate eſt lactariarum plantarum, ſed remiſſa: terget, aperit. etiam flore cum mulſa icterum ſanante. Ne ventriculum lædat, ei miſce ſtomachica, aniſum, galangam, maſtichem: acria vero, vt cardamomum, zingiber, ſal panis, ſal gemmæ, addita, actionem ipſius celerant, & inteſtinorum noxam prohibent. Sic medullæ eius drach. 10. cum cardamomi aureo vno in catapotia cicerum magnitndine. drach. 5. ſufficienter purgant Paulo authore. Eadem medulla panno ligata, oxymeliti, præcipue ſcillitico dum coquitur merſa, purgatorium id facit. Medullæ eiuſdem aurei duodecim, penidiorum aurei quatuor, cardamomi, zingiberis, ana aur. vnum, cum melle forma bolos nucis magnitudine. Da vnam, vel 2. Medulla eadem ex iure galli, vel gallinæ cũ ſpeciebus prædictis cocta idem præſtat Galen. Vel medullæ eius drach. 3. amygd. drach. 1. ſtrobylorum drach. ſemis, cum melle cocto, & ſucco ſcillæ, fac eclegma mirificum in thoracis affectibus. Oleum ex eo ſemine, vt amygdalis, & balano myrepſica, extrahitur. Datur à drach. 4. ad aur. 5. Flos à drach. 1. ad aureos duos.

De Cartamo.

MANA. CNicum vocant Græci, & Latini, Cartamus iam cẽpit dici. DVORVM modorum eſt.) Dioſcorides de vnico loquitur, Theophraſtus duo facit genera ſylueſtre, & ſatiuum. CALIDVM eſt in primo, ſiccũ in ſecundo.) Sic Auicen. præceptor huius. Galenus autem, & Paul. calefacere dicunt in tertio, ſi quis extrinſecus vtatur. NOCET ſtomacho.) Laudat eum valde Auerr. nobiliorem eſſe dicens omnibus medicinis purgantibus, & quod pituitam euacuat abſque timore. Sed & Gal. lib. 5. ſalubrium, præfert Cnicum Aloe, in ſoluenda aluo ſenum, per triduum adſtrictã. DIMITTIT veſtigia lenitatis in viſceribus.) Galenus loco ſupra allato, potius videtur contrarium dicere.) INQVIT Paulus. Paulus coquit drachmas quinque, cum ptiſana, & paucis ſalibus, vt educat aquam, nec meminit Cardamomi. ET dixit Gal.) Neſcio vbi dixerit Galen. ſcio autem Dioſcoridem dixiſſe, contundi eius grana, & dari cum aqua mulſa, aut gallinacei iure. ET dixit etiã) Dioſcorides ſic deſcribit: Cnici albi ſextarium, amygdalæ thaſiæ toſtæ, & expurgatæ cyathos 3. aniſi tantundẽ, vt Cnici, aphronitri drachmam, ficuum ſiccarum numero 30. interiorem carnẽ. Galenus Caricas, & Cnicum miſcet æquo pondere.

COST. *Dioſcorides Cnici tantum vnius meminit: eius tamen genera duo facit Theophr. 6. de hiſt. plant. quod innuere idem Dioſcor. videtur de ſemine etiam rufo faciens mentionem, quod alioqui in vrbano eſt cãdidum. Meſues quum vtriuſque meminerit, vrbani tamen hiſtoriam ſolum proſequitur, quod hic in purgandi vſum aſſumitur. Sunt autem & hoc in loco rixæ. ac primum, quum Meſ. cnicum calidum primo ordine, & ſecundo ſiccum faciat: Galenus & Paulus calfacere aiũt in tertio, ſi quis extrinſecus vtatur. Damnat etiam cnicum. Meſ. quod obſit ventriculo: At contra laudat eum Auerroes, & nobiliorem cæteris medicamentis eſſe ait, quod pituitam abſque noxa educat. Ita & Gal. 5. de tuenda ſanit. aloe cnicum præfert in ſenum aluo laxanda. Ait item Meſ. relinqui hoc aſſumpto, in inteſtinis, lenitatis veſtigium: cuius contrarium Gal. ſentire videtur loco citato. Cæterum leuia hæc ſunt, ne dicã odioſa. Primum enim ſi in tertio ordine calidũ cnicum facit Gal. extra admotum, quis nõ videt, Meſuæ de cnico verba fieri ratione præſertim qua purgandi vim habet, & intus aſſumitur? Ac ſi inter cætera purgatoria hoc Auerr. laudat; non tamen is vẽtriculo obeſſe negat, neque carere eum omni culpa aſſerit, quem ſine timore, ideſt non admodum violenter ait pituitam expurgare, neque Gal. pro laxanda ſenum aluo cnicum aloe præfert, quia ventriculo magis ſit vtilis, aut omni noxa careat; ſed quia minus habet medicamento ſi. alioqui etiã & Dioſcor. aduerſari hunc ſtomacho confirmat; & ob eius pinguem oleoſamque ſubſtantiam innatare vẽtriculo, ac nauſeam cõcitare, ratio ipſa, vel nullo aſſerente, manifeſte docet. Ita etiam an in inteſtinis lenitatis veſtigium relinquat, an contra exiccet aluum; licebit cuique vt ratione, cnici animaduerſa ſubſtantia, exploret: quam, quum pinguis, & oleoſa ſit, leuigare potius, quam cohibere aluum veriſimile eſt. De Galeno autem vbinam loci, & quibus verbis id innuat, quod Manard. putat; nondũ vidi, quũ tamen libri ſexti de tuen. valet. locũ pcurrerim in quo deleniẽda ſenũ aluo verba facit.*

De Ben. Cap. XII.

BEn eſt granum almeſus, & eius aliud magnum, aliud paruum. Magnum autem eſt in magnitudine fructus auellanæ † triangulatum. Paruum vero eſt ſicut cicer, & vtrunque habet medullam vnctuoſam, lenem, & albam. ANT.

ELECTIO. Maius ĩcolume eſt. Paruũ vero malignũ eſt. Magnũ aũt meli⁹ eſt. cuius cortex eſt albus, planus, tenuis, & cui⁹ medulla eſt alba, lenis, multæ vnctuoſitatis: & † qđ eſt antiquũ meli⁹ eſt recenti. & paruum melius eſt ſubnigrum declinans ad albedinẽ, & cuius medulla eſt vnctuoſa, alba, & lenis, & antiquum melius eſt recenti.

COMPLEXIO, & proprietas. † Magnum calidum eſt in principio tertij: ſiccum in ſecundo, & in ipſo eſt humiditas ſuperflua cum acredine, † & eſt inciſiuum, abſterſiuum, mũdificatiuum. & aperitiuum oppilationum, ſubuerſiuum, viſcerum conturbatiuum propter humiditatem eius ſuperfluam, præparans ad vomitum & minus fortius eſt in omni re, faciens operationes difficiles, & laborioſas perducentes ad caſum virtutis, & ſudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Parui prohibenda eſt adminiſtratio, niſi in emplaſtris, & frication ib. & olei ipſius ſimiliter niſi in vnctionib⁹. Magni aũt malitia eſt corrigibilis. Et ſũt hæc corrigibilia in ipſo. † Nocet enim ſtomacho faciens in eo ſubuerſionẽ, & eſt laborioſæ ſolutionis & tardæ. Et nos quidem diximus in canone, qđ aſſatio eius reſoluit ab ea, & maturat humiditatẽ ſuperfluam, & acrẽ, cauſam ad ſubuerſionem, & nauſeam, & dimittit ei, vt ſit ſolutiuum per ventrem tantum. Semen autem fœniculi, & aniſi cum eo rectificat nocumentum primum, & proprie mixta decoctioni ipſius. Et fiũt ex medulla eius poſt

coctio-

coctionem ipsius, & medio ponderis ex amygdalis dulcibus,& melle passularum formæ sicut auellanæ,& sunt iuuamenti magni vbi oportet. Operatio decoctionis eius. Accipe ex eis integris quantitatem, quam volueris, & inuolue in pasta,& coque in cinere calido, vel extrahe medullam eorum,& contere contritione multa,& pone ex seminibus, & speciebus aliquas, & inuolue papyro,& desuper inuolue pastam, & fac sicut superius diximus. † Oleum autem eius extrahitur sicut oleum de amygdalis.

POSSB. † Per vomitum, & ventrem educit phlegma crudum, & crassum, & est mirabilis medicina ad colicam phlegmaticam,& ventosam,& etiam clysterizatum, & suppositum. Et fit emplastrum ex medulla eius, & farina hordei,& melle, & resoluit apostemata,& scrophulas. † Et emplastratur super hepar, & splenem, & proprie cum farina lupinorum, & spica, & confert duritiei,& oppilationi eorum. Ben autem paruum emplastratum ægritudinibus iam dictis est virtuosius: & similiter oleum eius: † & cum melle tantum valet similiter ad ægritudines neruorum frigidas, sicut est contractio, & spasmus: calefacit enim eos, & lenit duritiem eorum,& nodositatem. † Oleum autem de ben notum confert vestigijs vlcerum, & lentiginibus,& fœditati cutis,& morpheæ. Et distillatum in aurem confert dolori eius, & sonitui in ipsa, & surditati, & sibilo.

DOSIS eius est à drach.s. vsq; ad drach.1. & s.

De Balano myrepsica. *Cap. XII.*

SYLV. *Ben. Arab. Myrobalanus Gal. Plin. & Actius citat.*

BAlanus myrepsica, idest glans vnguentaria, fructus est, magnus quidem nucis auellanæ magnitudine, triangulus: paruus vero ciceri similis, malus: vterque tamen medulla leni, & vnctuosa. Magnus est præstantior, præsertim si vetus est: cortice est albo, læui, tenui, medulla intus alba, leni, pingui. paruus, si ex nigro albescit, & medulla est alba, leni, pingui, & vetus, est innocentior. Calfacit maior initio ordinis tertij, siccat secundo. Humiditatem habet excrementosam, & acrem, qua ventriculum subuertit, nauseam excitat, viscera conturbat: Pituitam crassam, & lentam vomitu, & dejectione purgat: quare confert colico affectui pituitoso, & flatulento, sumptus, balano, clystere, iniectus. cataplasmate ex ipsius medulla, hordei farina, & melle appositus, & calore suo neruorum frigidis affectibus spasmo, tetano, contractioni. Tumores quoque duros, strumas, nodos resoluit cum melle. Hepati autem, aut lieni obstructo, vel durato cum farina lupinorum, & spica confert imposita. Ad hæc autem fructus minor, & eius oleum efficacius admouentur. Idem oleum auri infusum, tinnitui, sibilo, surditati auxiliatur, cicatrices fœdas, lentigines, alphos, & cætera cutis vitia emendat. Incidit enim, tenuat, terget, expurgat, aperit obstructa. Paruus autem ad omnia est valentior, molestè purgat, vires dejcit, sudoremque frigidum mouet. Ob id non vtendus etiam oleo, nisi emplastro, vnctione, cataplasmate. Magnus ne ventriculo noceat, facit assatio, vt in canonibus diximus. Ea enim humiditatem excrementosam, & acrem horum symptomatum causam coquit,& resoluit; tuncque solum dejectione purgat. Adduntur præterea ipsi, præsertim coquendo semen anisi,& fœniculi. Ex huius autem ita cocti medulla cum dimidio pondere amygdalarum dulcium,& melle vuarum passarum, formæ fiunt auellanarum effigie. Ipsi autem fructus integri, vel potius horum medullæ multum tritæ aromatibus aliquibus, vel anisi, & fœniculi semine adiecto, inuoluuntur papyro, & maza, post coquuntur sub cinere calido. Oleum autem ex his extrahitur, vt ex amygdalis. Datur à drach.s. ad drach.1. & semissem.

Ad splenem farinâ erui, vel lolij miscet Gal. cũ oxycrato pota drach.v-na, viscera purgat, præsertim hepar, lienem, quem etiam absumit. Gal. Dioss.

De Ben.

GRæci balanum myrepsicem, Latini vnguentariam glandem vocant. *Plinius & Aetius* myrobolanum nominarunt, diuersa quidem voce, sed eodem significato: quod scilicet, vt etiam Martialis ait, ex vnguento cõstet, & ex balano: res, vt olim celebris, ita paucos ante annos ferè ignota, nunc autem vnguentarijs ad odorum materiam notissima,& (vt audio) in Hispania frequens. Quo tempore hanc epistolam scripsi, ignota erat: nunc cœpit esse notissima. Est autem fructus, vt ait Dioscor. arboris Myricæ similis. *Plinius Heliotropij*, Theophrastus myrti folio constare dicit. Et eius aliud magnum, aliud paruum.) Non vidi quempiam magnitudine speciem huius fructus distinguentem, sed Dioscorides,& Plinius absolute magnitudine auellanæ definiunt, Theophrastus, Capparis quantitate,& figura. Plinius ex varietate regionum, in quibus nascũtur, genera distinguit. TRIANGVLATVM.) Sane hoc intellige, triangulum enim æquilaterum in base habet, supra quem pyramis surgit triangula,& ipsa, sed quadam virtute circulari extuberantia, qualem in nonnullis auellanis, & capparib. inspicimus, quibus similis ab authoribus dicitur. ELECTIO.) Illam eligit Dioscorides, quæ est plena, candida,& quæ suo cortice, facile spoliatur. Plinius petræam optimam esse dicit nigro cortice,& candido nucleo. ET quod est antiquum melius est recenti.) Totum contrarium scribit Dioscor. recentem videlicet esse meliorem. MAGNVM calidum est in principio tertij.) Galenus succum carnis calidum esse dicit, sed nõ quo in ordine. Ego ex his, quæ probati de ea authores scribunt, non adeo calidam puto. ET est incisiuum, abstersiuum.) De fæcali parte scribit Gal. quod absterget, & incidit: de toto fructu idem, addens quod astringit. NOCET stomacho.) Dioscorides addit, valde. OLEVM autẽ eius.) Dubium est ex quanam parte elici oleum debeat. Prima Dioscor. Græca æditio, ex interiore: secunda, ex quanam parte elili debeat, nõ meminit. Hermolaus ex cortice, quod ego magis probo, ceu consonũ Theophr. & Plin. Succo carnis eius vti vnguentarios ait Gal. Vnguentarios aũt propterea eos vocabant olim, quia vnguenta odorata parabant. PER vomitũ, & ventrẽ educit phlegma.) Galenus: si quis carnis biberit drachmæ põdus cũ aqua mulsa, vomitorium experiet pharmacũ, quod plerunque ẽt per inferiorem ventrem copiosè educit. ET cum melle tãtum valet similiter ad ægritudines neruorum frigidas.) Dioscorides cum aqua mulsa imponit podagricis. ET emplastratur super hepar,& splenem, proprie cum farina lupinorum.) Pro splene farinã orobinam, vel loliaceã miscet. Galen. Bibitur etiam cum oxycrato ad expurganda viscera, præsertim hepar, & lienem, quem etiam consumit secundum Dioscoridem pota drachmæ pondere.

OLEVM autem de Ben confert veſtigijs vlcerum,& reliqua.) Dioſcorides totam ipſam glandem, Galenus fæculentam partem cum aceto,ad ſcabies,& lepras apponunt. Dioſcorides addito nitro ad vitiligines,& cicatrices nigras: & cũ vrina,ad lentigines,varos,& ephelidas.

COST. *DE glande vnguentaria, de qua hic ſub Ben voce agitur,hæc ſe offerunt animaduertenda. Primũ, in ea eligenda præfert Meſ. antiquam recenti. At contra Dioſcor. recentem præponit, quum ait [& quod eſt antiquum melius eſt recenti.] Hic vero etiam videtur Meſuæ contextus caſtigandus, quum poſt hæc verba rurſum ſubdit. [& antiquum melius eſt recenti antiquo.] hanc enim periodum ſuperfluere quidam opinantur,in qua idem repetat, quod prioribus etiam verbis admonuit: aut hoc pacto legendum [& antiquum melius eſt recenti acuto] vt ea vox [acuto] Meſuæ rationem illuſtret, quaſi huius glandis acrimonia vetuſtate remittatur: ſicuti etiam ſuperflua humiditas reſiccatur. alioqui etiam,quis eorum verborum ſit ſenſus, ſi cum vulgatis codicibus legas [antiquum melius eſt recenti antiquo] diuinare oportet. De temperamento etiã ex ijs,(vt ait Manard.) quæ probati authores ſcribunt, non videtur huic aſſentiendum in tertio calidorum ordine hanc glandem reponenti. neque enim adeo eſſe calidam credendum. De oleo quoque,quod parari ex hac ſolet,quũ hic extrahi aſſerat,ſicuti ex amygdalis,ſcrupulus incidit,an ex toto fructu,i. interna carne,& externo ſimul cortice,an ex carne dũtaxat,an ex ſolo cortice hoc exprimendum ſit oleum. Dioſc. in prima græca æditione ex interna parte eliciendum oſtendit; in ſecunda,ex qua parte exprimi debeat non aperit: Hermolaus vero ex cortice exprimi debere putat,quæ res,&* Cap. 1. Cap. 11. *Theophraſto lib. 4. de hiſt. plant. & Plinio lib. 12. conſentit,& Manardo magis placet. Verum vt ad hæc paucis ſatisfaciamus,cur vnguẽtaria glans vetuſta à Meſue eligatur,colligi ex eiuſdem verbis apertiſſime licet. ineſſe enim illi ait ſuperfluam humiditatem cum acrimonia,cuius cauſa ventrem turbat,& nauſeam inducit. In vetuſta ergo, tametſi habet inter oleoſa omnia peculiare, vt nunquam rancida euadat. quare & pro odoramentorum materia à noſtri temporis vnguẽtarijs eligitur: humidi tamen illius,& excrementitij, & innati ineſt minus,& minus acrimoniæ,vt ventriculo etiã minus negotium faciat. Ob hoc igitur,& conſulto quidem, & prudenter præfertur à Meſ. vetuſta, tametſi recens,& ſucci,& virium magis habet,quorum gratia à Dioſcoride præponi recentem veriſimile eſt. Quod ſequitur de contextus caſtigatione,qui ſuperfluere periodũ illã ſecundo loco exiſtimãt,curſim legiſſe hęc videntur,q̃ hic ſcribit. vt enim priorẽ periodũ [& quod eſt antiquum melius eſt recenti] de magno ben ſcripſerat: ita & poſteriorem [& antiquum,& c.] de paruo,ita vt nihil ſuperfluat. Fatemur tamen expungendam eam eſſe vocem [antiquo] & legendum [acuto] vt in antiquis quibuſdam codicibus legitur; vt hæc vox cauſam etiam ſimul innuat,ideſt acrimoniam, ob quam vetuſto poſtponitur recens. De temperamento autem,ſi cui curæ eſt exactius æquilibrium; deguſtandus illi eſſet hic fructus recens,& perpendenda acrimonia, quam inſignem illi ineſſe veriſimile eſt, quando hic author ob acredinem, & humiditatem, recentem cauet. alioqui etiam ſi ad diſcutiendos duriores tumores,ad conuulſiones,& frigidos neruorum morbos,atque ad alia eius generis tantopere hic valet,vt illi aſcribitur; non video quid ſit à probatis authoribus memoriæ cõmendatum,cuius gratia adduci non poſſit Manard. vt putet in tertij ordinis calidorum initio hunc eſſe reponendum. Sed ad alia. De oleo quo pacto parãdum ſit,ex cortice ne an ex nucleo, quum Theophraſt. vnguẽtarios contuſo putamine fuiſſe vſos,fructum vero ipſum inutilem aſſerat; quum Plinius quoque Theophraſto ſubſcribens cortices ab vnguentarijs,à medicis vero nucleum premi ſcribat,non eſt vt hos magnos viros recentiores tam prompte damnent: ſed diligentius res examinanda. Itaque in vnguẽtaria glande; quamuis quæ ad nos affertur duro tantum cortice,qui nucleo proximus eſt,& ipſo nucleo conſtet: obducitur tamen cortex ille durior tenuiori alio cortice odorato,vt Theophraſt. ait,quod putamen libẽtius appellem,quali & amygdalæ,& piſtacia,& ſtyracis fructus,ac nuces ferè omnes obduci ſolent. Ex his,ſicuti ex interna carne facillime,& copioſe oleum elicitur; ita ex medio cortice,vt exprimatur fieri nõ poſſe exiſtimo. ex putamine autem exteriori facile elici oleum veriſimile eſt,quo pacto,& piſtacij ſummo cortice,ex quo ſi digitis premas,oleoſam prodire ſubſtantiam quandam animaduertes. De hoc ergo extimo cortice verba à Theophr. & Plinio fieri pro certo habeo,non autem de medio,vt recentiores autumãt. quando is præterquam, quod odoris nihil prorſus habet,cuius tamen gratia expeti illum ab vnguentarijs Theophr. ſcribit,ridiculum etiam eſt,vt ex eo ſemper, quantumuis recens ſit,aridiſſimo, expreſſurum ſe oleum aliquis ſperet, aut alijs perſuadeat. tametſi enim chymiſtas ex ſicciſſimis quibuſuis rebus oleum ignis vi elicere non ignoro; id tæmẽ Theophr. Plinijve temporibus cognitum fuiſſe nullum puto poſſe affirmare. Ita autem & de extremo cortice intelligendum arbitror,quod Celſus lib. 5. docet,quum ex vnguentariæ huius glandis cortice,& nitro paribus portionibus contuſis,& acerrimo aceto reſperſis malagma ad lienem parat. hoc enim ſi de medio cortice aridiſſimo,& lentoris omnis experte intelligas,re ipſa nunquam in malagmatis craſſitudinem poſſe hæc duci experiere,ad quam duci Celſus deſiderat. Etſi autẽ hoc pacto,vt diximus exprimi ex cortice oleũ poteſt; quod tamen ad hunc locum facit,non ex cortice,ſed ex ipſamet fructus medulla extrahendum putamus,modo quo ex amygdalis paratur,quod Dioſc. lib. 1. & hoc in loco Meſ. affirmant,quo pacto, & veteres medicos paraſſe teſtatur Plinius. Manardi vero iudiciũ ſuſpectum habemus,quãdo magis ère medica nucleus eſt, quã cortex.*

De lapide Armeno. Cap. XIII.

HEST Lapis armenus, † Inquit Alex. à veri- ANT.
ficatoribus eſt inuentus prærogatiuam habere in educẽdo nigram cholerã, cuius operatio eſt incolumior elleboro nigro, † & virtuoſior lapide lazuli.

ELECTIO. † Melior eſt habẽs colorem medium inter viridem, & obſcurum, terreum, & indum. & habet macularum diſtinctiones virides,& nigras, & qui non eſt in lapidis termino, immo eſt facile diſſolubilis,& puluerizabilis: & qui eſt tactus lenis,carens aſperitate.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidæ cõplexionis eſt in principio ſecundi, & ſiccæ in ipſo, † & eſt reſolutiuus, abſterſiuus, & eſt ex conturbantibus, & ſubuertentibus ſtomachum, & educit per vomitum; & per ventrem.

RECTI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0146-6
DFG

RECTIFICATIO. Nocet stomacho generans subuersionem,& faciens cum angustia solutiones. Et dixit Alex. Nō lotus per vomitum soluit,& per ventrem,& cum labore. Lotus autem soluit per ventrem,& sine molestia. Ars autem in lauando ipsum est hæc. Teratur cum facilitate in vase lapideo: deinde fundatur super ipsum aqua dulcis,& lauetur sicut terendo,& fiat illud trigesies, semper innouando aquam, & adhuc decies post illud lauetur aqua rosata. Et dixit Alchindus. Lauetur cum aqua buglossę post purgationem eius. Acquiritur enim ei mirabilis proprietas ex hoc ad ægritudines melancholicas.

POSSE. † Solutione educit choleram nigram, & cum virtute mundificat cerebrum ab ea: & valet ad ægritudines eius melancholicas, sicut est mania,& melancholia,& vertigo,& dolor capitis,& epilepsia,& ad ægritudines timoris,& suspicionis, & ad lepram,& ad ægritudines splenis,& ad cancrum, & ad morpheam nigram,& melancholicas febres.

† DOSIS. *Non loti potio est a drach.s. vsque ad drach. 1.s. Et loti potio ab 1. vsque ad 2.*

De lapide Armeno. Cap. XIII.

SYLV. *Alib' Alex. apud quem valentior lapide Cyaneo non legitur. Lotus autē, nec calidus, nec siccus valde, vt nec amarus nec insuauis. Alexander quinquagesies. Actius grammata. 4. obolos 8. Alex. illoti scriptula 3. vel 4. aut 5. vel sex præbet.*



Apis Armenus atram bilem purgat tutius, quam elleborus, & valentius, quam lapis Cyaneus, autore Alexan. Tralliano. Eligendus colore inter viridem, & obscurum terreum, Indumque, medio masculis tum viridibus, & tum nigris distinctus, tactu lenis,asperitatis expers, lapidea nondum duritie, sed facile friabilis,& puluerabilis. Calfacit, siccat principio secundi ordinis, atram bilem vacuat etiam ex cerebro. Proinde melancholicis affectibus, melancholiæ morbo, maniæ, epilepsiæ, vertigini,cephalalgiæ, mœrori, timori sine causa manifesta,quartanis,cancro, lepræ; lienis denique morbis succurrit,quia etiam terget,ac resoluit. Sed quoniam non solum deiectione purgat non lotus,sed etiam vomitu, ventriculum turbando, & euertendo,& augendo: lotus est dandus, quod is solum deiectione purget,& citra molestiam. Tritus autem lauetur aqua dulci,tricies mutata. deinde aqua rosarum, vel potius buglossi cum Alchindo, decies mutata, vt ei vis quædam mira ad affectus melancholicos acquiratur. Datur non lotus à drach. s. ad sesquidr. lotus autem à drach. 1. ad drach. 2.

De lapide Armeno.

MANA. ARmenicum Galen. *lib. 9.* Plinius Armenium vocat, dicitque esse Chrysocollæ modo infectum, INQVIT Alex.& reliqua.) Alex. Trallianus, vbi reliqua non contulerint, hunc lapidem melancholicis præbet. quem præstare dicit Elleboro albo: non solum, quia efficacior: *sed* etiam quia absque molestia, & periculo operatur: & *ideo* legendum in Mesue pro Elleboro nigro, album. VIRTVOSIOR lapide lazuli.) Hoc non lego apud Alexandrum. MELIOR est habens colorem medium inter viridem,& obscurum, & reliqua. Dioscorides probat eum in quo læuor est, & cæruleus color cum æqualitate magna, illapido susque est, & facile frangitur. Plin. optimum esse dicit Armenium, quod maxime viride est, communicato colore cum cæruleo. CALIDÆ est complexionis in principio secundi,& siccæ in ipso.) De loto ait Alex. quod neque calefaciendi, neque siccandi vim validam habet, sicuti nec amaritudinem, aut insuauem aliam qualitatem. Et est resolutiuus, absterSius.) Galenus, abstergit cū pauca acredine, & minima stypsi. Ars autem *in lauando.*) Alexander vult, vt lauetur quinquagesies. Tutius varo iuxta Galeni sententiam, toties abluere. aquamque tamdiu mutare, donec aqua ipsa pura ab omni sorde videatur, omniq; sapore medicamenti careat. Docuit autem hoc Gal. non peculiariter de hoc lapide, sed in vniuersum de quauis re lapidosa, quæ sit abluenda. SOLVTIONE educit choletam nigram.) Aetius, purgat atram bilem, & quicquid crassum, & tenax commixtum sanguini est. quare datur his qui atra bile vexantur, elephantiosis, nephriticis, asthmaticis. Dioscorides, potest omnia, quæ Chrysocolla, sed imbecillius, Plinius vero Chrysocollam dat in angina, & his qui nō nisi recta ceruice bene spirant. Quare sequitur, vt etiam hic lapis *in eisdē* morbis bibi possit. Opthalmicis quoque miscetur,& pilos auget palpebrarum. DOSIS) Aetius grammaria 4. quæ faciunt obolos 8. Alexander illoti 3. vel 4 scrupulos, loti quinque, vel sex præbet.

Modus lauandi lapidem secundū Galenum.

QVod hic interrupto de plantis ordine lapidum salium, & gummi historia interponatur accusandus ne sit Mes. an librariorum potius incuria, & superioris seculi conditio, quod alij quoq; ante nos dixere, hic non differo. quo enim hæc ordine scribantur, nihil refert, dummodo recte scribantur. Armenius autem lapis de quo hic primum agitur, ex Armenia ex qua nomen sumpsit afferri solebat Plinij tempore, vt is testatur lib. 35. raro tamen nunc affertur. & carere officinas hoc lapide, ac rarissimum esse inuentu non temere aliqui contendunt. licet enim in Germanię aurifodinis cum ceruleo lapis frequenter viridis reperiatur armenium prorsus referens, longe tamen is ab eo differt quem Armenia mittit. qualem nos apud Iacobum Antonium Cortusium nobilem Patauinum, & Georgium Myelichium pharmacopœum Venetum sæpe vidimus, colore gratissimo, puncticulis, & nigris quibusdam lineis interstinctum, quamuis de auro nihil meminerit Dioscor. neq; cum alijs Arabib. Mesues. COST. Cap. 6.

De lapide Stellato. Cap. XIIII.



APis stellatus est lapis de genere marmorum habens maculas ex auro, & est alius albus, & dicitur marchasita. † alius viridis, clarus, cœlestis, & vocatur lapis lazuli, & quandoque minera fert vtrumque simul. ANT.

ELECTIO. Melior est cuius color est viridior in colore lazulini, & habet maculas aureas. & mixtus cum marchasita est non bonus, & non maculatus est non bonus,& similiter leuis.

COMPLEXIO, & proprietas. Est calidus in secundo,& siccus in tertio. & dixit Humain, est est in vtroq; in tertio. † & est in ipso acuitas non vacuata stipticitate aliqua. & est ex parte acuitatis eius adustiuus, vlceratiuus, putrefactiuus, absterSiuus, & inciSiuus. Et in non loto est proprietas radendi pilos. Lotus autem cōseruat,& prolongat eos,& generat pilos in palpebris.

RECTIFICATIO. Sunt in nocumenta, quę diximus in lapide armeno,& expedit tollere nocu-

nocumenta eius similiter cum ablutione, sicut diximus superius. De trituratione autem sustinet plusquam lapis armenus. Quidam autem ex sapientibus posuerunt ipsum post eius ablutionem in confectionibus lætitiæ, & proprie drach. 8. ex eo, ad libram vnam ex confectione, & dabant cum succo buglossæ depurato, & vino subtili antiquo, & est medicina solennis ad ęgritudines cordis melancholicas: dilatat enim animam, & facit in ea mineram gaudij. Confectio lapidis lazuli ex inuentione nostra. Accipe ex seta tincta ex kermes libra j. Submerge eam in succo pomorum dulcium, & aqua rosarum, ana lib. 1. & s. dimitte die vna: deinde fac modicum bullire vsque dum aqua rubeat. deinde extrahe ab ea setam, & pone zucchari tabarzeth. drach. 150. & coque vsque dum habeat spissitudinem mellis: & remoue ab igne: & proijce in eo calido ambræ crudæ frustatim incisæ drach. 6. & dimitte liquefieri in eo. Deinde proijce super eum puluerem rerum harum. Accipe ligni aloes crudi, & darseni, ana drach. 4. lapidis lazuli loti, & præparati drach. 12. margaritarum darc. 2. auri boni drach. 1. & tertiam. confice cum prædictis. Est enim hæc medicina maximi iuuamenti ad pulsum cordis, & syncopim, & algueſgues, & tristitiam sine causa. Et est ex rebus animam confortantibus confortatione mirabili.

POSSE. †Solutione educit melancholiam, & humores adustos, & mundificat venas, & sanguinem ab eis, & non lotus educit per vomitum, & per ventrem humores crassos, & melancholicos: & cõfert ad ęgritudines cerebri, & cordis, sicut est epilepsia, & mania, & melancholia, quarum est materia humor melancholicus. & confert iuuamentum sublime ægritudinibus timoris, & tremori cordis, & syncopi, & confortat cor, & aufert nocumenta eius, & dilatat animam, & mundificat pectus, & pulmonem, & confert asthmati ab humoribus crassis, & ægritudinibus splenis: & est ex rebus conseruantibus iuuentutem, & beatificantibus vitam. & ip se quidem præseruat a lepra. & suppositus educit mẽstrua: & datur patientibus febres melancholicas, & curat eas. & confert vsus eius ad hæmorrhoidas recentes.

DOSIS eius est a drac. 1. vsque ad drac. 2. & s.

De Lapide Cyaneo. Cap. XIIII.

SYLV. *Lapis stellatus, & Lazuli, cæruleus Latinis. Marchasita Arabũ, pyrites Græcorum esse qui fusta videtur. Cyaneus acer purgat, discutit cum quadam ad strictione. Galen. reprimit, ex eſt modice, crustam efficit, & exulcerat Dioſc. ſcilicet admetus.*

LAPis Cyaneus marmoris species, vulgo etiam stellatus dicitur, quod maculas quasdam aureas stellarum modo radiantes habet, colore ex viridi, cœruleo, splendente, purus, grauis. Qui vero albus est, impurus, marchasitæ mistus, marchasita item dictus, macularum expers, leuis, improbatur. Calfacit ordine secundo, siccat tertio, vel etiam tertio calfacit. Humain: acer est cum pauca stypticitate. Purgat melancholiam, & vstos humores, hisque venas sanguinemque expurgat. Ob id affectibus melancholicis magnopere confert, melancholiæ morbo, maniæ, epilepsiæ, mœrori, & timori [sine causa manifesta] a lepra præseruat, quartanas sanat, tremori cordis, syncopi prodest. Cor enim roborat, eius noxas aufert, animam exhilarat, corpus floridum diu tuetur, vitam reddit beatam, & thoracem, & pulmonem crassis, & lentis humoribus expurgat. Ob id confert asthmati ab his nascenti, splenis affectibus remedio est. Menses suppositus educit, hæmorrhoidibus recentibus vsu prodest. Acrimonia vrit, vlcerat, putrefacit, terget, incidit: non lotus quoque pilos radit, lotus eosdem seruat, productiores reddit, & in palpebris nouos gignit,

Noxas habet cum lapide Armeno communes, ob id est, vt ille abluendus, diutiusque teri sustinet, quam Armenus. Nonnulli eius loti drach. 8. miscuerunt vni libræ confectionum lætificantium, & dederunt cum succo buglossi depurato, & vino tenui antiquo contra cordis affectus melancholicos, animumque ita recrearunt, & gaudij ceu mineram quandam effecerunt, & nos hoc modo vtimur. Serici cocco baphica tincti libra vna mergatur hora vna, succi pomorum dulcium, & aquæ rosarum ana libra vna dimidia, post modice coquatur, donec aqua rubeat. extracto tunc serico, reliquum ad mellis spissitudinem percoquitur cum sacchari albiss. lib. vna, & dimidia. Ab igne deposito, & adhuc calenti mijce ambræ crudæ frustatim concisæ drach. 6. qua liquata, superda puluerem sequentem. ligni aloes crudi, & cinnamomi, ana drach. 4. lapidis Cyanei loti, & præparati drach. 12. margaritarum drachm. 2. auri boni drach. 1. & tertias. misce prædictis. Remedium est præstantissimum ad cordis tremorem, syncopem, desipientiam, tristitiam sine causa, animamq; mirum in modum roborat. Datur à drac. 1. ad drach. 2. & dimidiam.

De lapide Stellato.

MAGNUM hic certe chaos. Aster enim qui per stellatum lapidem hoc loco videtur intelligi, Dioscoridi, Galeno, Græcis omnibus, Samiæ terræ species est, & pariter Plin. At quod Marcasitã Arabes, Græci Pyriten lapidẽ vocant, & quod illi Lazulum, hi Cyaneum, Latini Cæruleum. Esse aũt tria, hæc, altera videlicet, pyriten, & cyaneum, res diuersas, adeo est clarum, vt probationẽ non desideret. Meminerunt Græci, ac Plinius rei vocatę Sil, cuius vnum genus lucidũ est, aliud marmorosum, in argenti, & auri mettallis inuenta, sed coloris esse lutei dicunt. Quare difficile est iudicare, quas iste res intellexerit: elici hoc tantum ex dictis eius potest, q; lapidem Stellatum genus facit, & sub eo Marcasitam, & Lazulum veluti species reponit. Auic. libro suę medicinę tertio, capite de Sputo sanguinis, lutum Samium, stellam terræ, & Talcum pro eadem re habet. ALIVS viridis, clarus, cęlestis, & vocatur lapis Lazuli. Cærulei coloris est, quod prę ter nomen, res etiam indicat, & tam Græci, quam Latini testantur. Theophrastus tamẽ, dum teritur, in quatuor mutari colores scribit, candidiorem, nigriorem, crassiorem, tenuiorẽ. De Armenio vero scribit Plin. quod optimus est, qui maxime viridis est. communicato colore cũ cœruleo, vt supra in Armenio dictum est. HABENS maculas ex auro.) Cyaneus, cuius nunc vsus, aliquãdo punctis aureis interstinctus inuenitur, aliquando absconditum intra se aurum tegit, quod arte quadam ab eo elicitur, quod mirãdum non est, cum in metallis auri gignatur. ET est in ipso acuitas.) De Cyaneo dicit Gal. acris, purga-

MANA

purgatoriæ,& diſcuſſiuæ facultatis eſt,cũ quadam ſtypſi. Dioſcorides,reprimit,modice ex eſt,cruſtam elicit,& exulcerat. Omnia autem hæc intelligẽda,dum foris adhibetur. SOLVTIONE educit melancholiam. Græci nullam talem vim ei adſcribunt:ſed videtur hæ vires ab Armenio deriuatæ. Arabes enim vtrumq; confundunt: Serapion quidem,& Auerrois,ſub Lazuli nomine de Armenio tractantes. Auicenna de Azulo ſcribens,ferè ei omnes vires attribuit,quas Græci vtrique. De Armenio vero ea ſcribit,quæ Græci,ſolum addens, quod atram bilem magis purgat,quam Cyaneus. Quę omnia licet vera ſint, non tamen ego his acceſſerim, qui non ſecus, ac perniciosiſſimum venenum hoc formidant. Experientia enim certa ſcio, quod ſi bene abluatur, multũ iuuat, & vel nihil,vel parum lędit.

COST. *QVum hic lapidis ſtellati vocem, & cyaneo,& pyritidi rebus ſpecie diuerſis aſcribit Meſ. cõfundere tamen res ipſas ego nõ dixerim. quod eius aduerſarij,exiſtimarim potius illius tpe hanc vulgo fuiſſe huius vocabili vſurpationem, ipſumq; neglecta accuratiori de vocibus inquiſitione rebus ipſis fuiſſe intentum. non impedio tamẽ vt ſuum quiſq; genũ ſequatur. & de hoc ſcriptore male ſentiat. Sanè cyaneum lapidẽ de quo hic verba facit, cęleſti eſſe colore pulcherrimo, & parari ex eo azurũ,vulgo nuncupatum, maximo precio habitum à pictoribus; nulli eſt ignotum. quam ob rem quum ſtellati lapidis diuiſione ad huius capitis initium ſcribitur,[alius viridis,clarus &c.]legendũ eſſe[alius vero clarus]vt in codicibus quibuſdã antiquis legiſſe aliqui affirmant,pro certo habeo. Huius aũt lapidis quum eum Arabes purgandi gratia aſſerant deuorandũ,Grę-cis medicis ignota facultas fuit. tametſi enim recentiores nonnulli Galenum huius rei non inſciũ ob id faciãt, quod 9.de ſimpl.medic.facult. καθαιρετικὴν δύναμιν huic aſcribat. tamen vt probe ante nos alij quoq; adnotarunt, quũ καθαρτικὰ purgatoria ſint medicamenta, καθαιρετικὰ non hæc ſunt; ſed quæ ſuperficiem deradẽdi vim habent. Debemus ergo hoc Arabibus. At contendunt tamen eorũ aduerſarij,perperã & magno mortalium damno hunc exhiberi,quem Meſ. vlceratiuum, & putrefactiuum eſſe teſtatur. Subſcribere vero etiam* Cap.20. *horum iurgijs Gal. videtur 13.metho. ea medicamenta prohibens deuorari quibus corruptrix vis ſit admiſta, veluti calcanthum,myſi,ſori & alia id genus. Cęterũ, vt his ſatisfaciamus,cauenda ſemper quantum licet ea eſſe quibus corrumpendi vis ineſt, nullus merito neget, quando id à medico conſilium perpetuo ſequendum eſt, vt tuto curet. ea tamen morbum quandoq; eſt conditio, vt qui extremi ſint non niſi extremis preſidijs curentur, id quod in cauſa ſæpiſſime eſt, vt prudẽtiſſimi medici ad noxia etiam pharmaca confugiant, prius tamen à noxa omni quoad eius fieri poteſt, vendicata. Ita,& cyaneus lapis in melancholicis affectibus, ſolutu ſcilicet contumacibus, vbi mitiora deſint, vſu venit: is vero adeo caſtigatus, vt quum plurimũ conferat, nihil tamẽ obſit, id quod frequens experimentum confirmat. Admirandum ergo eſt de Fuchſio non mediocriter, Meſuen increpãte, qui tamen lapidem hunc non niſi crebra lotione caſtigatum proponit, ex qua ſcilicet,& ſordidiores partes quæ corrumpunt ſegregari,& acriores quæ vrunt, tẽperari ſolent. At hoc Græci, ſi modo ſemper ij imitandi ſunt (quod Fuchſius deſiderat) non abſtinuiſſent, qui & cantharides,& elleborum,& uiperarũ carnes,atq; alia eius generis multa deuoranda vſurparunt. neq; Gal. hoc medicamẽti genus interdixit, cui quicquid noxium ine-*

A *rat, artificio iam eſt detractum. Neq; vero, etſi Fuchſio condonemus putrefaciendi vim cyaneo lapidi ex proprietate ineſſe, ac propterea eius formã ſequi: vt idem tamen ſemper putrefaciat neceſſe puto. quando accidentia rerum propria (quale hoc eſſe ille ſibi perſuadet) corrupta forma,& ipſa corrumpũtur. attritione autem ablutioneq; frequẽtiori lapidis huius formã corrumpi, ſi quis neget, philoſophi nomine eſt indignus. Hinc etiã illud abſurdum nõ erit, quod Meſ. ait, in quo tamen adhuc Fuchſium habet reprehẽſorem, cyaneum lapidem quum non lotus pſylothri vim habeat, ablutũ pilos conſeruandi producendiq; facultatem obtinere. noua enim inducta forma noua quoq; vis inducitur. quamuis huius generis qualitates non tam formam, quam materiam ſequi ego exiſtimarim; acrimonia enim cuius gratia exedere, vrere,& corrumpere acria poſſint, calidiorũ* B *partium miſcelę aſcribẽda eſt, quæ ſi ſegregentur, vt lotionibus ſit frequentibus, admirandũ non erit, vt aſtringens quidẽ facultas ſeſe exerat, cuius gratia fiat, vt ne diffluant pili; merito autem attractricis quæ in modera to calore ſupereſt, producantur etiã,& gignantur: atq; hoc pacto contraria ex eadem re effecta commode prodeãt. ne illud etiam interea repetam, quod Manar. ait, cæruleo lapidi noxias eas ineſſe vires, vbi foris adhibetur, non vbi deuoratur. huius enim generis ſunt multa qualia piper, cepe, ſynapi, & acria ferè oĩa, quæ foris admota quũ noxia ſint, exurant, & cruſtã eliciant, ſalubria tamen ſint deuorata. ſiue id (vt doctiſſime Alex. 1. probl.) ob caloris actionẽ eueniat immutantis antea,& concoquentis, quam medicamẽtum agere incipiat; ſiue* Probl.30. *quod medicamenti vehementia ventris humore nimio hebeteſcat; ſiue ẽt, quod interne partes validiores ſint,* C *nec æque vt externa cutis ſentiant; neq; acribus rebus admotis, tẽporis, quod ſatis eſt ad agendum, concedant.*

SENA.



De

De Sene. Cap. XV.

SEne est folliculus plantę quam vocant Persæ abalzemer, & eius ortus est secundum semitam orobi, & inuenitur ex eo domesticum, & syluestre.

ELECTIO. † Melior pars plantę eius est folliculus, deinde folia, sed tamen in eis est virtus debilis valde, & mellior folliculus est, cuius color accedit ad viriditatem, & subnigredinem quãdam, & in quo est de amaritudine res modica cũ stipticitate, & qui est magis completus, & in quo sunt semina ampla compressa. Subalbidus autem non est bonus, & incompletus similiter. Et meliora folia sunt viridia. subalbida vero, & tenuia non bona, & antiquum ex eo est sine spiritu, & stipites eius sunt inutiles.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum est in principio secundi, siccum in primo, & folia sunt in primo calida, & est absterſiuum, mundificatiuum conuenienter, & resolutiuum.

RECTIFICATIO. Est solutionis debilis, & tardę, † & debilitat stomachum. Verum confortatur eius operatio in permiscendo cum eo aliquid ex rebus acutis sicut zingiber propric, & sal gemma, & sal indus. & medicinę cordiales cum eo, & stomatichę fęlicitant opus eius. † Et dixit Gal. decoquatur cum iuribus gallorum, aut gallinarum, aut carnium, & soluit sine molestia, sed oportet vt eius quantitas sit multa. Et si infundatur in aqua casei cum spica, deinde coquatur ebullitione aliqua, est medicamen bonum. & si propinetur puluis eius in lacte dulci fiet medicamen bonum. Similiter præcepit quidam vt quantitas eius submergatur in musto, & fit mustum album, & post tres menses propinetur vbi oportet, est enim vinum solutiuum mundificans cerebrum, & sensus, & generans lætitiam. Et sunt qui propinant decoctionem eius, & prunorum, & spicæ cum eis. & fit solutiuum bonum. De decoctione autem sustinet mediocriter.

POSSE. † Solutione educit cum facilitate melãcholiam, & choleram aduſtam. Et mundificat cerebrum, cor, & hepar, & splenẽ, & membra sensuum, & pulmonem, & confert ęgritudinibus eorum, & aperit opilationes viscerum, & confortat vtentẽ eo in iuuentute, & generat gaudium: causam aũt tristitię amputat. Et ponuntur folia eius in lauacris ad caput, & proprię cũ chamæmilla, & confortat cerebrum, & neruos, & secundum omnem administrationem eius addit in visum, & corroborat auditũ. & est medicina bona febriũ melancholicarum, & antiquarum.

DOSIS eius infusi potio est ab aureis iij. vsq; ad vnc. j.

De Siena. Cap. XV.

SYLV. SEnna est folliculus plantæ Persis dictę abalzemer, orobi modo nascentis: satiũa est, & agrestis. Folliculo quam foliis est efficacior, præsertim si is ex viridi nigricat, modice amarus, subadstringit absolutus, recens, in quo semen amplum cõpressum, E vetustate enim exanimatur: subalbidus, & imperfectus improbantur. Folia autem viridia sunt præstantiora subalbidis, & tenuibus: surculis est inutilibus. Calfacit initio secundi ordinis, siccat primo, folia etiam primo calfaciunt. Terget, expurgat, digerit, purgat clementer melancholiam, & bilem vstam a cerebro, sensorijs, pulmone, corde, hepate, liene. Proinde morbis dictarum partiũ ab humore huiusmodi proficiscentibus succurrit, vt melancholicis febribus, & antiquis, gaudiũ gignit ablato humore sine causa externa tristante, & floridũ corpus efficit. obstructiones viscerum aperit. Foliorum huius, & chamæmeli decoctum lotione cerebrum, neruos roborat. Eadẽ quouis modo vsurpata visum, & auditum firmat. Eius purgationem tardam, & imbecillam celerant, & intendunt mista acria, vt zingiber, sal gemmeus, sal Indus; ne vero stomachum lædat, cardiaca, & stomachica sunt miscenda. Obid Galeni decreto coquenda largo pondere ex iure galli, gallinæ, vel aliarum carniũ, vt citra molestiam purget: vel sero lactis infusa, cũ spica, deinde parum diu seruefacta, vel puluis eius ex lacte dulci sumendus est. Vino musteo albo miscebat quidam vim magnam sennæ, post tres menses potandum dabat, sicque purgabat cerebrum, & sensoria, & gaudium augebat. Sunt qui decocto eius cum prunis, & spica faciliter purgant. Mediocrem autem coctionem sustinet. Infunditur ab aureis tribus ad vnciam vnam.

Tarum calida. & ſicca Seſicca. 2. Auer.

Græci huius nõ meminerũt empetrũ, ſic Dioſc. coquit, & nos ſennam, & ficole purgat.

De Senna.

G AVerrois hãc quoq; reponit inter medicinas nouas. Auic. de ea non scribit ex professo, meminit tamẽ eius in fine capitis de fumoterræ, & capite de quintana. Scribit Serapion. sed nõ affert (vt ferè alijs medicinis cõsueuit.) Dioſc. vel Gal. de ea verba. Quidam Delphiniõ, alij Pelecinon, Iſacius Peplion. Ego aliquando dubitaui an esset Empetron, aliquando an alypon. Parum autem refert scire, quo nomine à veteribus sit nũcupata, modo eius vires non ignoremus, quę certe nobiles sunt, & efficaces. MELIOR pars plantæ est folliculus. Experientia ipsa ostendit, folia in purgandi vi esse potentiora, Nascitur in Apulia: sed præstantior est quæ ex Aegypto affertur. Calida est in principio secũdi, sicca in primo.) Auerrois dicit siccã in secundo: Serapion paucæ caliditatis, & siccitatis, cui ego credo. ET debilitat stomachum. Experiẽtia contrarium ostendit, saporq; subamarus, & adstringens: sed nec illud dixit Serapion. ET dixit Gal.) vtinam dixisses quo loco, & sub quo nomine: sed puto te hic, sicuti & alibi plerumq; hallucinatum. DECOQVATVR H cũ iuribus gallorũ.) De empetro dixit Dioſc. decoquendum in iure vel aqua dulci, & nos scimus, ius in quo vulgaris hæc bullierit, vel per noctem maduerit, facile purgare: Serapion decoctam plus conferre ait, quam contritam. SOLVTIONE educit cum facilitate melancholiã, choleram aduſtam.) Bilem absolute dixit Serapion, non addendo vstam: & quod valet melancholiæ, thagadis, neruorum quassationibus, capillorum defluuio, dolori capitis antiquo, scabiei, & morbo comitiali. Dioſcor. de Empetro, quod purgat pituitam, bilem, & aquosas. Auerrois negat Senam posse purgare pituitam. Ego experientia didici, quod potest: & quod multum valet in morbo Gallico vocato. DOSIS. eius infusi potio vsque ad vnciam vnam. Serapion dat tritæ drac. j. decoctæ quinque. Ego scio vtranque decoctam excedi turo posse, vnciamque decocti ex aqua mediocriter purgare.

MANA.

De

COST. De Senna nõ meminere Græci vno excepto Actua-
rio qui lib. 5. sene ex ijs etiam medicamentis ait,
quæ Syria, & Aegyptus mittit. Quod autem errent qui
Theophrasti colyteam vulgatam esse Senã existimant,
Cap 8. lib. de hist. plant. 3. c. 17. tam compertum est omnibus. An vero hanc ipsam qua
vulgo vtimur senam Actuarius nouerit, nonnulli ad-
huc ambigunt, quod is suum sene (ita enim vocat vt &
Mes. & Arabes alij) fructum quendam esse ait. nostra
autem sena fructum gerit nullum. meo tamen periculo
affirmarim de folliculo Arabum, quorum exemplo de
medicamentis scribit, Actuarium intellexisse. etsi enim
fructum à semine distingui à Teophr. 1. de hist. plant.
non ignoro, solet tamen seminis vox pro fructu, & fru-
ctus pro semine interdum vsurpari. Ita Dioscor. myrtho
semen tribuit, quod rectius fructum appelles, vt idem
quum de thymelea verba faciens proferre hanc ait fru
ctum myrthi. Contra autem Tithymalo myrsiniti fru- B
ctum ascribit, quod vere est semen: & Alysson fructum
ait gerere duplicis scuti instar, quod semen rectius ap-
pelles. est autem alyssi semini non dissimilis folliculus
sennæ de quo hic loquimur: quare neq; admirandum est,
si ipsum fructum Actuarius vocet. Ex hoc vero conie-
ctari etiam licet, sene voce solum folliculum, non etiam
stirpem Actuarij tempore venisse, vt Mesuæ quoque
tempestate. hic enim de sene exordiens, folliculum esse
ait plantæ quam Persæ abalzemer vocant, quasi plan-
ta sene nuncupationem tunc temporis non obtineret.
hinc etiam solum folliculum ea ætate purgandi gratia
fuisse vsurpatum foliis neglectis docemur, quare, &
Mes. folliculum præfert, Actuarius folia silentio præ-
termittit. Est tamen inter nostros medicos dissensio hac
de re, quum alij foliis alij folliculo vti malint. Verum
(vt dicam quod sentio) si folliculos tales haberemus C
quales Mes. eligi docet, completos vt ipse ait, & semi-
nibus amplis compressis, colore ad viridem, & subni-
grum accedente, cum astrictione subamaros, tales au-
tem sint qui quum ad perfectam magnitudinem deue-
nere colliguntur antea quam vesica vetustate resicce-
tur, colore viuido, & sapore proprio exuatur, debiscat-
que ac sponte decidat; si inquam, tales haberemus, hos
ipsos tum ob perfectiorem ætatem, vt docte Brasauolus
ait, tum ob densiorem substantiam ac vim contentorum
seminum excellere ego certe semper contenderim. at-
qui raro habemus tales. quo fit vt expectato euentu sæ-
pissime frustremur. folia vero, quorum maior est copia,
etiam minus detrimẽti passa, & promptius ferri ad nos
solent. quare horum vsus tempestate nostra inualuit, fol
liculorum vsus ferè aboleuit. non est ergo Mes. erroris
notandus, qui folliculum foliis præferat. Age autem ex-
pendamus cætera in quibus hic author reprehenditur. D
In huius medicamenti correctione zingiber, sal gem-
ma ac sal Indum nuncupatum addit. Sunt tamen ex re-
centioribus nonnulli, qui perperam adijci sales existi-
ment, quod his noxa potius augeatur. rectius autem zin
giber cinnamomum vuas passas eorum salium loco ad-
misceri ad augendam potius aut dirigendam sennæ facul
tatem, quam corrigendam. Laudare etiam quum ait
[deinde coquatur ebullitione aliqua, &c.] Mes. videtur
sennæ decoctum. Longe tamen melius, & clementius di-
lutum quam decoctum expurgare experimento obser-
uatur, quod etiam dictat ratio, quando tenues, & igneæ
partes decoctione exhalant, maceratione vero foras in
ipsum dilutum educuntur. Est autem, & de huius viri-
bus controuersia, quando hic trahere dumtaxat melan-
A cholia, & exustam bilem scribit, vsu tamen etiam pi
tuitam educere est deprehensum. Sed & illud animad-
uersione dignum videtur, cur Mes. hoc medicamentum
inter laborioso exoluentia reposuerit, quod tamen con-
stat esse imbecillum, ipso etiam Mes. teste, quum de hu-
ius castigatione verba facit. Hæc sunt de quibus Me-
suen accusant. Cæterum, quod ad sal pertinet, si Mesuæ
consilium assequamur, non erit fortasse accusationi lo-
cus. Senę duplex inesse vitium docuit. alterum quod im-
becilliter, & sero expurgat, alterum quod ventriculo
laborem facit. duplici huic morbo duplici quoque præ-
sidio occurrit. primum ijs corrigit, quæ stimulandi exci
tandique vires habent, qualia Zingiber, sal gemma, &
sal Indum: alterum ijs quæ ventriculo sunt amica. atq;
hæc quidem, mea sentẽtia, apposite. Esto ergo, vt sal no-
xam in ventriculo potius augeat, vt aiunt, hoc est, ip-
sum subuertat: addendus tamen is, aut quidpiam aliud B
congeneris est facultatis, vt senæ pigra, & tarda vis ex
citetur. ventriculi vero vitium alijs præsidijs, vt hic do
cet, corrigendum. Et quanquam zingiberi vtraque fa-
cultas inest, cum stimulandi, tum coroborandi ventricu-
lum: vbi tamen salis vires perpendimus, quas liquandi
incidendi tenuandi, et ex purgandi crassos humores hẽt
longe quam zingiber efficaciores, non possumus huius
magis quam zingiberis vsum non probare. passulas ve
ro nuncupatas quas malunt addere, quas ventriculo, &
naturæ nostræ amicas esse nouimus, non improbamus;
sed id tamen præstare munus quod ex sale Mes. expetit,
aut prius senæ vitium scilicet tarditatem castigare non
admittimus. Porrò de diluto ac decocto vtrum horum
efficacius, & benignius expurget, non disputo. id enim
licet vt experientia vnusquisq; exploret. quomodo ta-
men decoctum is verbis præponat Mesues, non video. C
is enim nõ aliud quam infusi seu diluti parandi modum
docet, macerari iubens senam in sero cum spica, dein-
ceps (vt eius vtar verbis) coqui cum ebullitione aliqua
præcipiens. hæc enim diluendi seu infundendi exacta
est ratio, vt post macerationem leuissima vna aut alte-
ra, vt aiunt, bullitione res efferuescant. hoc enim pacto
tenues medicamentorum partes non exhalant, sed quæ
abdita erat in imis medicamenti partibus facultas fo-
ras in infusum extrahitur. An autem sena pituitam ex-
purgandi vires habeat, quod experientia docet, Mes.
quidẽ silentio inuoluit; Auer. vero 5. Coll. fieri posse ne-
gat, facile tamen est explicatu. quum sena sponte sua
tarda, & pigra sit in expurgando, ineptum itidem esse
medicamentum aut crassos humores ducat, quod Auer.
ait, verisimiliter est. permisto tamen sale, vt eos quoq;
extrahat, non est a ratione alienum, id quod non negarit D
Auer. aut Mes. tenuem vero pituitam, & quæ in ventre
occurrit, vt irritata à medicamento natura cum alijs
quoque excrementis foras propellat, facile euenit. at-
qui hoc Mes. silẽtio præterit, forte quod nõ ex propria se
næ natura, vt dici solet, sed per accidens eueniat. memi-
nit tamen huius rei Actuarius. Quod superest, cur tam
imbecillum medicamentum inter laboriose soluentia re
ponat hic author, liceret plura comminisci, si cui parẽ
semper accusationi defensionem afferre propositum es-
set. nunc tamen, illud satisfaciat, quod experientia nos
quoque, & alij multi quotidie obseruamus, excitari hu-
ius medicamenti assumptione tormina, & subuerti ven
triculum, propterea aque cum labore exoluere, tametsi
purgandi fines non excedat. alioqui etiam quum confun
di hic salium, & plantarum historiam videamus, ex

quo

quo coniectari licet esse de scriptoris oscitantia perturbata omnia, transpositum hoc caput fuisse eodem errore, non est à ratione alienum. Sed hunc qualiscunque sit, & cuiuscunq; culpa euenerit errorem, minimi ego semper faciendũ duxerim, qui nullum à discẽdo remoretur.

De speciebus salis. Cap. XVI.

ANT. SAlis † famosæ species sunt quatuor. Sal panis, sal gemma, sal naphthicus. † & sal indus. Sal panis alius est mineralis durior, & amarior. alius marinus, quem si aqua inueniat facile dissoluit. † Sal gemma vero, est sicut chrystallus scindibilis. Sal indus † alius subniger, alius subrufus obscurus. Sal naphthicus quoque niger est habens odorem naphthæ.

ELECTIO. Mineralis fortior est marino, & sal gemma eis, & sal naphthicus illis, Indus autẽ omnibus. & subrubeus melior est subnigro, & subniger est fortior, & omnis quanto amarior, tanto fortior.

COMPLEXIO, & proprietas Calidus est, & siccus in secundo, & quanto amarior tanto calidior est, & siccior: Est autem compositus ex partibus terreis adustis, & amaris, et ex partib. aqueis sine sapore, quæ si sint æquales, salsus sapor perficitur. dominantibus autem terreis ad amaritudinem pronior. Aqueus vero in salsedine remissior. † Est autem sal liquefactiuus, incisiuus, subtiliatiuus, & inspissatiuus, solutiuus, cõstrictiuus, & præseruatiuus à putrefactione, exiccatiuus, mordicatiuus, & subuersiuus stomachi, & conturbatiuus, præparans ad vomitum.

RECTIFICATIO. Sal non est sicut radix in re medicinæ, sed nec in cibis, quanquam ex se sit solutiuus, sed ponitur sicut res dans vigorem radici. Confortat enim medicinas omnes tarde, & debiliter solutionem facientes: tamen ex miscibilibus cum eo meliorantibus conditionem eius, non est æquiualens ad remouendum serositatẽ ipsius, sicut myrobalani, & illud propter operationem substantiarum inuicem. Res etiam insipide similiter faciunt, & similiter inspissant.

POSSE. Omnis sal solutione educit crassos humores, viscosos, & eius solutio est liquefaciendo quod inuenit ex humiditatibus, & post illud stringit. Et sal pannis facilem efficit superfluitatum egressionem, & remouet fastidium ciborum, & excitat appetitum, & clysterizatus educit phlegma vitreum, & phlegma viscosum. Et mixtus cum alijs medicinis solutiuis confortat eas in soluendo. Quod autem ex eo tostum est cum tanto ponderis vasorum fractorum de Seni, quantum ipsum est, fit dentifricium bonum mundificans dentes, & auferens fœtiditatem, & confirmans ginguam laxam, & miscetur cum †eo lapis, quo alij lapides inciduntur, & fit dentifricium bonum ad ea, quæ diximus, & similiter fracturæ vitri. Et sunt qui miscent eis cyperum, & spumam maris, massacumiam, & cornu ceruinum, & similia. † Et sal bulitus cum oleo ponitur tepidus super combustionem ignis, & prohibet à vesicatione, & inunctus super neruos confortat eos, & similiter coctus cum oleo, & pauca terebenthina ponitur super punctura nerui cæcam, & prohibet ab apostemate, & spasmo. Et similiter super phlebotomiam cæcam. Et similiter mixtus cum furfure, & melle valet contritioni neruorum, & casui super membrum, & dolori auris. † Et sal mixtus cum oleo, & melle remouet vestigia percussionum nigra, & omnes quidem species salis consumunt, & auferunt additiones in oculis, sicut est panus, & vngula, & caro putrida, & similia. † Et conferunt synanchiæ, & casui vuę, & mollificationi linguæ: & omnes faciũt subuersionem, & vomitum, & diminuunt sperma, & eorum vsus generat scabien. Sal gemma quoq; educit solutione phlegma vitreum, & expellit humores, quorum eradicatio est difficilis. Et mundificat instrumenta sensuum, & valet ad vertiginem, & proprie mixtus cum agarico, & tribus myrabolanis. & abstergit pectus, & mundificat stomachum, & confert dolori eius. & fit ex eo dentifricium bonum mundificans dentes. Naphthicus vero, & sal Indus fortiores sunt illis in omni re, & educunt ambo melancholiam fortiter, & phlegma, & præseruant corpora à putrefactione, & valent ad leprã, & ad ęgritudines melancholicas. Verum non administrantur per se, sed ponuntur in confectionibus propter illud quod diximus, & pilulis, & enematibus, & collyrijs, & alijs modis administrationum.

De salis generibus. Cap. XVI.

SYLV. SAlis species sunt memorabiles quatuor, sal panis, sal gemmæ, sal naphthicus, sal indus. sal panis, vel fossitius est, idemque durior, & amarior, vel marinus est, & hic aqua facile soluitur. Sal gemmæ crystalli modo scinditur. Sal naphthicus est subniger, napthæ odore. Sal Indus, vel subniger, vel subrufus obscurus omnibus fortior: & subruber, melior subnigro: & subniger est fortior: & horum quiuis quanto est amarior, tanto valentior. Post hunc sal naphthicus, post hunc sal gemma, cui proximus est fossitius, marino omnium maxime imbecillo fortior. Sal est calidus, siccus, ordine secundo, & quo est amarior, eo calidior est, & siccior. Sal constat substantia terrea per adustionem amara, & aquea insipida, quæ ambæ si sint æquales, saporem salsum perficiunt, si terrea vincit, amarior euadit, si aquea, salsugo est mitior. Sal liquat, incidit, tenuat, mordet, purgat, densat, adstringit, siccat, à putredine ob hæc vindicat, ventriculum euertit, turbat, ad vomitum incitat, purgat humores crassos, lentos, ipsos vi sua liquando, postea stringendo. Sal panis purgat clementissime, appetentiam excitat profligato cibi fastidio, purgantibus additus actionem eorum iuuat, clystere iniectus pituitam vitream, & lentã educit. Puluis ex sale vsto, & portione equali vasorum de seni fractorum, vel cum smiride lapide lapides alios incidente, vel vitro fracto, dentifriciũ fit optimũ. Nam dentes purgat, firmat ad hęc ginguas

Sales. Qui sal lignu fit, nigricat, rubet. Membri, rufum citrea Oxũ. Centuripũ purpureum.

Hammonia cum præfato Dioscor.

Ad lassitudines. hydrõpem podagra præcautione Dioscor. Paul.

Sal cum aceto, oleo, melle, cynanchen iuuat. Sal cũ melle fugillata delit, cũ aceto, & oleo prope ignem inunctus, pruritum, impetiginem scabiem sedat, sacros ignes, & herpetas cum aceto, vt corporibus tota vita sale, & sole vtilius dixerit Pli.

giuas laxas. Cui addunt nonnulli cyperum, spummaris, massacumiam, cornu cerui, & similia. Oleum cui is sal incoctus est, tepidum, ambustis illitum, vesicas gigni prohibet, neruos firmat, punctura nerui occultam, adiecta terebinthina à phlegmone, & spasmo vindicat, phlebotomiæ cæcæ est remedio. Idem sal cum furfure, & melle attritis neruis, contusis, lapsis, aurium dolori prodest, fugillata cum oleo, & melle discutit. Omnis sal oculi maculas, panos, vngues, carnem putrem, & similia consumit, cynanchæ confert, vuę productioni, linguæ ob humiditatem largam molliori, & solutæ: ventriculum euertit. vomitorium est, sperma minuit, scabiem gignit. Sal gemma pituitam quoque vitream educit, & humores alios euellit difficiles, sensoria expurgat, vertiginem iuuat præsertim cum agarico, & tribus myrobalanis, terget thoracem, ventriculum expurgat, & dolorem eius soluit, dentifricio quoq; est aptus. Naphthicus, & Indus alijs sunt ad omnia valentiores, & ambo melancholiam valenter educunt, & pituitam, corpusque a putredine præseruant, & a lepra, & cæteris affectibus melancholicis. Per sẽ tamen non vsurpantur. sed alijs miscentur in catapotijs, confectionibus, enematibus, collyrijs, & cæteris remediorum formis. Sal vt alimentum nõ est, sed condimentum: sic purgatoria basis non est: sed alijs mistus vigorem addit, ac stimulos omnibus medicamentis tarde, ac imbecilliter purgantibus. Salis autem acrimoniam, & morsum præter cætera tollunt myrobalani, & cætera adstringentia, ac etiam insipida.

De speciebus salis.

MANA. SAlis famosæ species sunt quatuor.) Tres tantum enumerasse species Dioscorides videtur, & alias, atque aliter, quam Mesue. Diuidit enim salem primo in marinum, & fossilem, & hunc in communem, & ammoniacum. Cum tamen inter communes eligat candidum, lucidum, illapidosum, densum, & æqualem, eum intellexisse videtur quem ob perspicuitatem luciditatemque, salem gemmam vocat. Huius nonnullas glebas olim ego ex Pannonia adeo splendentes portaui, vt veram crystallum, quotquot videbant, putarent. Sal naphticus.) Huius non meminit Dioscor. Galenus lib. 4. & 9. de simpl. med. salem vocatum Sodominum, fieri dicit in mari Palestinæ Syriæ, mortuo vocato, in quo etiam plurima Asphaltus gignitur, idest bitumen. Est autem Naphtha bituminis species, a qua Naphthicus sal. Plinius quoque lib. 31. in Babylone fieri sal dicit. detracto prius bitumine. ET sal Indus.) Quid per salem Indum intelligebant Arabes non facile quispiam iudicauerit. Auicenna lib. 2. connumerat reliquis, colore nigrum esse dicens, propria nigredine, non acquisititia. vt Naphthicus. libro vero quarto Paulum secutus, dicit esse in colore salis, & dulcedine mellis: ita, vt clare cognosci possit, multiplicem esse apud eum eius vocis significationem. Plinius meminit salis, qui in India ex Oromeno monte exciditur. Nunc vendunt officinæ pro sale Indo, metæ forma, nigricantis in albo, salis glebulas. SAL GEMMA est sicuti crystallus scissilis.) Hoc adscribit Dioscorid. ammoniaco, dicens, quod est facilis scindi scissuris rectis. Plinius vero similem colore dicit alumini scissili, longis glebis, neque perlucidis. ALIVS subniger, alius subrufus obscurus.) Plinius quicunque lignis conficitur, nigrum esse dicit: & quod rubens est Memphi, rufus circa Oxum, Centuripis purpureus. Qui pro ammoniaco nunc habetur, non res naturæ est, sed arte paratur, in vsum argentariorum magis, quam medicorum. Indus est fortior omnibus.) Dioscorides præfert ammoniacum. EST autem sal liquefactiuus, & reliqua.) Dioscorides, astringit, terget, expurgat, diffundit, reprimit, attenuat crustas sicut ea quæ vrunt, facit. LAPIS quo alij lapides inciduntur.) Intellige Smyridem: de quo cum scribat Serapion sub nomine Adamantis, multis occasionem errandi præstitit. ET sal bullitus cum oleo.) Valet eodem modo ad lassitudines, & aquam inter cutem, secundum Dioscor. & secundum Paulum, vt podagra caueatur. ET sal mixtus cum oleo, & melle delet vestigia nigra.) Dioscorides fugillata cum melle, & cum oleo, & aceto prope ignẽ inunctus, pruritum, impetiginem, & scabiem sedat. ET conferunt Synanchiæ.) Dioscorides cum aceto, oleo, & melle. Et cum solo melle tostus, ad tonsillas, & aphthas: cum eodem melle, & farina, luxatis. Sacros ignes, & herpetas cum aceto, Multas quoque particulares vires habet, quas ex Dioscor. licet edisserere: & Plinio, qui demum ait, totis corporibus nihil esse vtilius sale, & sole: & propterea cornea videri piscatorum corpora. Salire quoque ob eam causam mox natos infantes, & consueuisse antiquos, docent sacræ literæ, & Gal. iubet primo libro salubrium.

SAlis infinitæ propemodum species sunt, quando artificio chymistæ ex rebus omnibus vltis, atque in cinerem redactis sal eliciunt, vnde, & sal alchali. Hic vulgatas tantum species enumerat. salem autem quem panis nuncupat, quo scilicet in edulijs vtimur, habemus non solum fossilem, & marinum, sed etiam fontanum. In Laudæ patriæ nostræ agro castrum Sancolumbani fertilissimo colli adiacet. hic excauato superioribus annis puteo salsa aqua prodijt, ex qua salem eliciunt. plures alibi fontes eius generis inueniri omnibus constat. Sed de hac re, & generatim de sale plura habes ex Doctiß. Georgio Agricola lib. 3. de natura fossilium. a nobis vero non est hic locus, vt plura adducantur. Illud tantum commonẽdum putamus, quod, & alij ante nos, salem Indum quem Paulus lib. 2. salis colore, & mellis dulcore esse ait, quod etiam Auic. lib. 4. esse candidum saccarum, nec recte nisi per similitudinem salem nuncapari. alterius enim generis est, quod & sapor, & ortus prodit. COST. Cap. 54. Fen. 1. Can. 3.

De Baurach. Cap. XVII.

DAurach † aliud minerale: aliud artificiale. Minerale † aliud Armenum: aliud Africanum: aliud Romanũ: aliud Ægyptium. Armenum vero est laminosum, albam habens permixtionem rubedinis, & aliquid purpureitatis, & est salsum mordicatiuum. Aliæ vero species in his proprietatibus sunt remissiores, & debiliores. † Artificiale autem sicut dicitur est spuma nitri, † quæ est alba, leuis, salsa, & mordicatiua. & est aliud sicut artificiale, quod est flos parietum, & est sicut flos salis. ANT.

ELECTIO. Minerale est fortius artificiali, & Armenum est fortius Ægyptio, & Ægyptium Africano, & Romano. & melius ex eis est, quod habet proprietates 7. scilicet, quod est laminosum, quod est frangibile, quod habet in fracturis suis luciditatem, quod est leue, & spongiosum, quod est album, habens permix-

tionem rubedinis,& quod est salsum,& mordicatiuum, & ex artificiali melius est flos parietis, & quod est nitro fortius.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum est in principio tertij, & siccum in ipso, & est in ipso salsedo secundum plurimum, & de stypticitate aliquid, quare est cōueniens sua absterſio. est aūt exiccatiuum, incisiuum materierum crassarū, resolutiuum, absterſiuum, mundificatiuum.

RECTIFICATIO. Non est ex medicinis, quæ sunt sicut fundamentum in cōfectionibus, sed est sicut hic proxime de sale diximus.

POSSE. administratur in confectionibus,& medicinis,& clysteribus,& suppositorijs,& solutione educit phlegma crudū,& viscosum à partibus difficilis eradicationis eius,& administratur cum melle,& educit ipsum per vomitum,& cōfert dolori stomachi, & interficit vermes,& educit eos, & confert secundum omnem modum administrationis eius colicæ phlegmaticæ,& vētosæ,& proprie clystere ex eo cum aqua, & oleo rutaceo, vel aqua decoctionis rutæ, & confert emplastrū cū ficubus, & stercore mulæ, proprie hydropisi,& dolori splenis, & stomachi frigido.

De Nitro. Cap. XVII.

SYLV. NItrum aliud minerale, aliud artificiale. Minerale immittit Armenia, Aphrica, Aegyptus, Roma. Optimū ī his est laminosū, fragile in fracturis, lucidū, leue, spongiosum, ex rubro,& purpureo album, salsum, mordax: valentius Armenum Aegyptio, & id Aphrico,& Romano. Artificiale imbecillius naturali spuma nitri dicitur, alba, leuis, salsa, mordax: Alterum artificiale, flos parietis, vel salis dicitur, nitro valentius. Calidum innitio tertij gradus, siccum tertio, salsum maxima sui parte, subadstringens, terget, siccat, incidit humores crassos, purgat etiam vomitu, præsertim cum melle, pituitam crudam, crassam, lentam, partibus valēter impactam, ob id colico affectui pituitoso, & flatulēto prodest, vermes necat, & vacuat: Vsurpatur cū melle, & allijs sumptus, vel balano suppositus, elv elystere iniectus, præsertim ex rutæ decocto,& oleo rutaceo. Idem emplastro cum ficis,& stercore mulæ prodest hydropi, dolori splenis, & stomachi, frigido. Medicamentorum basis non est, vt nec sal, ob id de hoc idem, quod de sale statuendum est.

Auic in fine secundi. Nitrum, & nitri spuma vires sali similes habēt Dioſc. Vires aliæ Dioſc. & Plin. tri buunt.

De Baurach.

MANA. NItrum appellant Græci, & Latini, rem olim quotidiani vsus in balneis,& escis, nunc ferè incognitam. ALIVD minerale, aliud artificiale.) Sal nitrum nunc vocatum, quod ex terra paratur, incognitum antiquis (vt reor) fuit: vtinam, & nunc esset, ad subitam tantam hominum necem, missilib. igne tormētis, quas Bōbardas vocant, quæsitum. Alia arte olim suum in Aegypto parabant antiqui, quū ex Pli. licet cognoscere: sed, & ex quercu cremata, eodē authore. ALIVD Armenū.) Apud Medos exiguū fiebat, ait Pli. quod vocabant Halmirhaga: minus in Thracia iuxta Pilippos, quod appellabant agrion. optimū copiosumq; in Clytis Macedoniæ, quod vocabatur calastricū. ARTIFICIALE sicut dicitur est spuma Nitri.) Res naturę est nitri spuma, tenuissima videlicet pars. non arte parata, vt ex Dioſc. & cæteris constat. QVAE est alba lenis,& salsa.) Optimū est Aphronitrum. Dicit Dioſc. quod sit leuissimum, ctu stacem, ad frangēdum facile, subpurpureum, spumeū, & mordens. Plinius refert Lydiū. Et melius ex eis est, quod habet proprietates septem. Dioſc. in 3. laudat. scilicet vt sit leue, roſei coloris, vel candidi foraminulētum, vt spōgia: taleq; esse dicit, quod ex Bunis affertur. Addit Plin. quod sit purum, syncerum, tenuissimū,& facile resoluatur. Videtur autē Mesue Aphonitri boni notas, his quæ sunt Nitri commiscere. ET mordicatiuū,) id quod est adulteratum, pungere ait Plin. Calidum est in principio tertij.) Auicenna, *in fine secundi.* Dioſcorides, vires habent Nitrū,& Nitri spuma similes sali. Et de stypticitate aliquid.) In Aphronitro adesse stypsin, negat Gale. Auicēna in capitis initio stypticitatem Nitro, quod Baurach vocat, ait nō esse: infra vero eodē capite, dicit in eo esse paucam stypticitatem. Est autem exiccatiuum, incisiuum,& reliqua.) Plin. calefacit, extenuat, mordet, spissat, siccat, exulcerat, euocat, discutit. Confert secundum omnem modum administrationis colicæ) Tritum cum Cymino, & potum ex aqua mulsa, vel sapa, vel aliquo ex his, quæ inflationes possunt discutere. valet strophis, idest torminibus, ait Dioſc. & ante suspectas accessiones prodest inunctum. Et Plin. facere ad papulas, pustulas oculorum, cicatrices, & argemata,& vngues, ad dentiū dolores, capitis animalia, lendes, aures purulentas, albas vitiligines. Multa quoque alia potest, quæ legenti Plinium, & Dioſcoridem patebunt.

COST. *DE nitro de quo hic agitur, hæc semper digna animaduersione mihi sunt visa. idem ne sit nitrum, aphronitrum, aphrolitrum, spuma nitri, flos nitri, quibus vocibus Gal. vtitur; an diuersum: an antiquis notum fuerit nitrum, quod vsurpatur ætate nostra: an nostra tempestate verum antiquorum nitrum reperiatur: atq; an in medicina nostro nitro factitio vti liceat. Breuissime ergo vt hæc expendamus, Nitrum quod Græce litron, à spuma nitri differre vox ipsa planè indicat, & ex Gal. colligere licet 4. de simpl. med. fac. & 9. quum de nitro agit, & ex Dioscoride lib. 5. & ex Paulo lib. 7. seorsum enim de nitro, & spuma nitri verba facit. At de aphronitro, & aphrolitro, de aphronitro item, & spuma nitri satis ambiguum est: quod aphronitrum, & aphrolitrum distinguere Gal. videtur 9. simpl. quū de aphrolitro agit, & aphronitrū item à nitri spuma differre idem Gal. 4. de simpl. med. fac. & Pau. lib. 7. palam facit, de aphronitro mox, & spuma nitri veluti diuersis rebus scribens. cui astipulari etiam Aetium dixeris, qui lib. 2. aphronitrum, hoc est, nitri spumā, & litri spumam inter se differre ait, quod litri spuma medicamentum magis exiccatorium sit, aspectu farinæ triticeę simile; aphronitrum vero substantia non farinosa, sed compacta constet. Hæc igitur quum ita se habeant; nouimus nos in harum uocum explicatione intricari multos. paucis tamen enitendum vt ipsi ab hoc nodo extricemur. Nitrum, vt intelligere est ex Plinio lib. 31. cui acceptum deferendum est quicquid de nitro habemus, duplex fuit antiquis: naturale, & factitium. Naturale autem rursum duplex, alterum ex nitrosis aquis emergens, optimum candidum, purum, & sali proximum, calastricum nuncupatum; tale vero in Clytis Macedoniæ oriri docet copiosum, circa Canis ortum in nitroso lacu, alterum ex nitrosa terra velut efflore-*

Cap. 10. & 11. Cap. 78. Cap. 10. & 11. Cap. 50. Cap. 14.

efflorescit; atque id apud Medos, sed exiguum, canescentibus siccitate conuallibus, halmirhaga vocatum. tale etiam in Thracia iuxta Philippos, sed minus, & terra sordidum, agriuum ideſt syluestre appellatum. Erat, & factitium duplex. alterum è quercu cremata, Plinij tempore omissum: alterum ex aquis in nitrarias eodem quo sal modo infusis. tale apud Aegyptios circa Naucratim, & Memphim conficiebatur, influente in nitrarias. Nilo quum excederet, abundantius quidem ipsum, sed deterius. fuscum namque erat, & lapidosum: quamquam ibi etiam nitrariæ erant, è quibus, & rusum exiret à colore terræ. lapidescit vero hoc in aceruis, vt ex eo etiam vasa fierent, quæ sole inarescentia perficiebantur. Ex ijsdem quoque nitrarijs prægnantibus sed nondum parientibus, incidente rore, seu vt alij ex operimentorum fermento, quædam veluti spuma emergebat tenuissima, & probatissima: at hæc non nitri amplius, sed spumæ nitri nomen subit. non factitia quidem ipsa, si vt aiunt, non nisi incidente rore gignitur, id enim naturæ est opus: factitia vero etiam quia ex nitrarijs arte paratis: præsertimque, si, vt alij putarunt, operimenti causa, concepto veluti fermento gignebatur. Præter hæc nitri genera, proximæ ætatis suę medicos testatur Plin. aphronitrum colligi in Asia, tradidisse, in speluncis mollibus, quas Calycas vocabant, distillans, quod sole siccaretur. optimum vero esse Lydium, minime scilicet ponderosum, & maxime friabile, colore penè purpureo. hoc Plinij tempore in patellis asserebatur, quum Aegyptium nitrum in picatis vasis deferretur ne liquesceret. Hæc quum ita se habeant, quo pacto propositis quæstionibus satisfacias patere potest. Ac primum quidem, quod quęritur de aphronitro aphrolitro spuma nitri, & spuma litri, quamquam si verborum vim spectes, hæ voces idem prorsus significant: litrum enim idem esse, quod nitrum, & aphronitrum quod aphrolitrum: eßeque has duas voces ἐκ τοῦ ἄφρου καὶ νίτρου ex spuma, & nitro compositas nullus ambigit: constat tamen ad diuersas res vocabula hæc fuisse translata. erat enim spuma nitri, quæ etiam flos nitri quandoque a Galen. vocatur, tenuissimum quiddam ac leuissimum, atque adeo, quod Galen. ait, farinæ triticeæ simile: partim quidem naturale, quod ex incidente in prægnantes nitrarias rore fiebat; partium factitium, quod ex operimentis gignebatur. aphronitrum vero compactius, & crassius quiddam erat in speluncis mollibus distillans, atque a nitri spuma, & ortu, & consistentia diuersum: idem met, quod aphrolitrum, quamuis 9. simplic. Galen. ab aphronitro distinguere videatur, quod nusquam alibi. quanquam etiam non aphronitron hoc in Galeni loco, sed aphonitron ę elemento abraso legitur, noua voce atque inusitata. Sane vero est apud Galen. etiam praui aphronitri mentio. sed qualenam hoc esset, ex ipso quidem Galeno, aut alijs nodum obseruaui: sed Agricola 3. de natura fossil. fuisse hoc ipsum ait fossile durumque, ac densum lapidis instar. taleq; esse nitrum ex quo Venetijs boracem, ideſt chrysococollam conficiunt. de qua re quid nos certi dicamus, non habemus. Illud sat habeo nunc ostendisse quo pacto hæ voces, licet si etymon spectes eædem; diuersa tamen significent. Quo in loco illud etiam non est prętereundum, quamuis nitrum aphronitrum, & spuma nitri, ita vt diximus distinguerentur, essentque diuersæ A res: venire tamẽ omnia sub nitri vocem veluti sub suũ genus. sunt enim aphronitrum, & nitri spuma nitri species. falli vero Agricolam alioqui doctissimum hic suspicor, arbitratum Dioscoridem quum spumam nitri Lydiam præfert Aegyptiæ, Lydium aphronitrũ eidẽ Aegyptiæ spumæ prætulisse. quanquam enim aphronitrum optimum, vt ait Plin. in Lydia nascitur, non tamẽ quod illic nascitur, totũ aphronitrum esse cõstat. neq; aphronitrum fortasse nouit Dioscorid. alioqui non prætulisset aphronitrum Aegyptiæ spumæ, quum generatim nitri spuma, quia tenuissima, quouis, & aphronitro, & nitro longe sit melior. In nitro enim ait Plin. optimum, quod leuissimum, & ideo spuma melior. An vero, quod secũdo loco proponebatur, nitrum quo nũc vtimur, antiquis notum fuerit; quanquam non ignoro magni nominis viros ignotum ijs ipsum fuisse arbitrari: ex Plinio tamen B, falli eos suspicor. neque enim halmirhaga, quod ex senescentibus siccitate conuallibus, aliud fuisse ipse video, quam salem petræ, quem Mes. hic noster florem petræ nuncupat. ex quo nunc recocto splendidum nitrum conficitur: meminit etiam de factitio ex cremata quercu Plinius, quo ne nunc quidem vtimur. sed ex lotio hominum iumentorumue, immo ex terra plane ipsa corrasa in quam meierint, nunc cõficitur nitrum sali fossili candore, & splendore non inferius, amarum insigniter, ac falsum, quod antiquos ignorasse suspicor; salẽ petrę tamen nouisse eos puto, quod erat in controuersia positũ. De tertio autem problemate, an nostra ætate antiquorum nitrum noscatur, ne quid quam dicã de halmirhaga nobis, quam antiquis magis cognito; nitrum tamen ex Aegypto quotidie Venetias affertur, quod qui perpenderit factitium illud esse persuadebiC tur, quod ex nitrarijs confici Plin. testabatur. naturale vero id, & calastricum ex nitroso Macedonię lacu emanans, neq; ipse hactenus vidi, neq; vidisse vllum intellexi, licet a Macedonia Italia non longe absit. An autẽ tale sit, quod. Quacelbenus Matthiolo è Bizãtio misit, an illud quoq; factitium sit ex nitrarijs Aegypti, Matthiolus non significauit, vir alioqui diligentissimus. Nitri spumã alias uidi apud Englebertum Germanũ pharmacopæum Venetijs, substãtia tenuissima, colore roseo, sapore amarissimo, ac etiam salso. visaq; illa est mihi primo gustatu per totam diffundi linguam, ac intimas eius partes subire dicto citius. unde is habuerit, non satis memoriæ habeo. Illud vero affirmat mihi Ioã. Kriegher Pomeranus vir mentiri nescius, in Pomerania tota adnasci puteis, quos profundissimos habent, salnitri veluti crustas, frigidissimi quidem illius si degustes, ac tangas, colore autem cinereo, ac sapore amaro, & salD so, quo ad puluerem tormentorum, vt nostri nostro salnitro vtuntur. sed hoc quum ex ijs puteis dulces aquæ emergant, halmirhaga nitrum esse arbitror, quale etiã nostras, licet id vetustate fortasse concrescat, atq; induretur magis. In Africæ commentarijs legere est in Deden monte Africæ copiosissimum nasci nitrum. verũ an id in speluncis mõtis illius concrescat, atq; ipsum sit aphronitrum; an vero fossile; affirmare ex ea historia nõ possum. Quod superest, an vulgatum nitrum factitiũ nostras assumi queat sine noxa, (neque enim extra admoneri quidquam prohibet) vt paucis dicam exploranda ratio, & explorandum experimentum. Ac ratio equidem doceat, si huius nitri saporẽ expendas, huius inquã factitij ex lotio, & salepetræ, tenuissimarum ipsum esse partium, detersoriumq;, ac discussoriũ, ac propterea

ijſdem quibus antiquorum nitrum viribus præſtare. experimento vero etiam didicimus, tum ex catapotijs Alexandri de nitro, nuncupatis, in quas paſſim hoc vulgatum factitium aſſumitur; tum ex puluiſculo quo ad tormenta vtuntur, quem conſtat, preſertim in caſtris ad coli cruciatus frequenter ſimi abſque vlla noxa, multo autem vſu. Quo fit vt non prorſus temere hoc ipſum in medicinæ vſum etiam admitti putem. quanquam ſuaſerim ego omnes vt Aegyptium, cuius non omnino penuria eſt, exquirant. Sed de propoſitis quæſtionibus ſatis. Nunc autem vt ad Meſuen redeamus. Multa illi obijcit Manard. collatis ex Dioſc. Plinio, & Galeno locis, quæ derogare huius fidei videantur. Ac primum quum hic ſpumam nitri artificialem eſſe aſſerit, obijcit ex Dioſco. eſſe naturalem. Quum eandem albam eſſe ait, obtrudit Dioſcoridem, qui optimum dicit aphronitrum leuiſſimum eſſe, cruſtaceum, ad frangendum facile, ſubpurpureum, ſpumeum, & mordens; atque adeo alias illi notas aſcribit, quàm Meſues. Affert deinceps optimi nitri ſigna Meſ. quum ait, [& melius ex eis, &c.] quo in loco, ait Manard. aphronitri boni notas cum ijs, quæ ſint nitri videtur commiſcere. Adde quod idem inter eius nitri optimi indicia ponit, vt ſit mordicans: At Plin. adulteratum pungere teſtatur, non quod ſyncerum eſt. Ait itẽ Meſ. nitro ineſſe nonnihil aſtrictionis: At Gal. in aphronitro adeſſe ſtypſim negat. Hæc fere Manard. ne ſingula perſequar momenti nullius. Quæ tamen facillime confutãtur. Primum enim quod ſpuma nitri artificialis ſit, ex ijs quæ ſupra attulimus, ſenſiſſe aliquos conſtat, qui ſcilicet non niſi opertis nitrarijs, & fermento, vt ait Plinius, operimentorum gigni illam putarunt: Sed ijs tamen aſſentiri Meſuen non dixerim, qui ita ferri dicit, neque affirmat ipſe, aut negat. Quum vero eandem nitri ſpumam albam aſſerit, ſubſcriptorem Galenũ habet 9. ſimplic. farinæ triticeæ comparantem. In eo vero etiam Manar. fallitur, quod aphronitrum a ſpuma nitri non diſtinguit, atq; de aphronitro Dioſcor. adducit teſtem, qui de eo nihil. loquitur enim de nitri ſpuma. hanc vero albam reperiri, & rufam non eſt a ratione alienum, quando & nitrum, cuius hæc eſt (ita dixerim) flos, ex alijs nitrarijs rufum, ex alijs album colligitur ſoli ratione, vt etiam confirmat Plin. Quod ſequitur, an optimi aphronitri notas hic confundat cum ijs, quę ſint nitri; norint qui vtriuſque hiſtoriam expenderint. Mihi vero in nitro eædem a Dioſc. & Plinio videntur notę deſiderari, quas affert Meſ. Optat Dioſcor. quod leue, colore candido, aut roſeo, ſpongioſum: ac Pli. quod ſali proximum, ideſt quod hic ait, laminoſum, & fragile, ac lucidum. quare hactenus ab alijs non diſcrepat. neque, vt ego video, quæ ſunt aphronitri, nitro aſcribit ſigna. Quod vero ſubiungit mordicare nitrum, ac ſalſum eſſe; ſi ob id fortaſſe a nitro Manar. abdicet, quia nullus id ſcribat; & quia adulteratum nitrum pungere Pli. teſtetur: at perſuadendus ſpumæ nitri exemplo, q̃ Dioſco. mordicare ait. habere n. nitri ſpumam qualitates a nitro non diuerſas veriſimile eſt, quando ea ex illius veluti ſemine emergit. Sed neq; id negare Plinĩ dixerim. ſyncerum ille ait facile reſolui, adulteratum pungere. atq; his uerbis mordacitatem in ſyncero nitro momentaneam (talis certe eſt) in adulterato vero diutinam innuere ipſum exiſtimo. Quod ſupereſt, an nitrũ ſalſum ſit, ſi alicuius teſtimonium Manar. velit; Serapio id ipſum affirmat, ne in pluribus conquirendis teſti-

E *bus laborem. alioqui autem qui id neget nullum hactenus obſeruaui. Inferre ergo ex his licet, Meſuen veras nitri notas afferre, neq; confundere cum aphronitro. Quod autem poſtremo loco obijcitur, ex Galeno nullam aphronitro ineſſe aſtrictionem. qui ſenſum, & Galeni verba diligenter expenderit, non diſcrepare a Gal. Meſuen confitebitur. amara omnia ſunt, & nitrum, & aphronitrum, & ſpuma nitri. atqui quę amara ſunt aſtrictionis habere nonnihil paſſim Galenus docet. ſed hanc tamen quæ in nitro, pro nihilo habebis cum Galeno, ſi eam deterſoriæ eiuſdem nitri qualitati conferas, aut etiam ſi compares ſali. quod Galen. facit.*

De Sarcocolla. Cap. XVIII.

F SArcocolla eſt gumma arboris, quę eſt ſicut frutex, & eſt ſpinoſa, cuius rami ſunt nodoſi, collecti ad arborem, & colligitur ex ea gummi, & eſt eius aliud album ſicut thus, & aliud ſubcitrinum. ANT.

ELECTIO. † Fortius eſt ſubcitrinum albo, & quod eſt amarius melius.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calida eſt in ſecundo. Et eius ſiccitas eſt minor caliditate ſua, & eſt maturatiua & abſterſiua, & reſolutiua, & aperitiua, & eſt in ea virtus ſigillatiua vulnerum, & conglutinatiua, & mundificatiua, & incarnatiua.

RECTIFICATIO. Tardæ ſolutionis eſt, & debilis: & conturbat cum, in cuius ſtomacho dominatur cholera. quare oportet ne ei in cuius ſtomacho dominatur caliditas, & in quo eſt G cholera, propinetur. Vigorat autem eius operationẽ zingib. & cordumeni. Confectio pilularum de ſarcocolla, quas fecit Haly ſenex. Rec. ſarcocollæ drach.iij. turbith drach.iiij. interioris colocynthidis drac.j.s. zingib. tantundem, ſalis gemmæ drach.j. Diſſolue ſarcocollam in aqua roſata, & confice: & fac pilulas. Sunt enim mirabiles ad ea, quæ dicemus. Nutritur autem ſarcocolla in lacte aſinæ, omni die lac infundendo ſuper eam in ſcutella vitrea per quinque dies. † Et eſt medicamen bonum ægritudinum oculorum.

POSSE. † Solutione educit phlegma crudum, & humores craſſos, & proprie quod eſt in iuncturis & anchis: & mundificat cerebrum, & neruos, & pulmonem. & confert tuſſi, & aſthmati, & eſt ex rebus conferentibus ſenibus, & H proprie phlegmaticis. Vſus tamen eius generat caluicium. † Inquit Dioſcorides. Vſus eius impinguat corpus & augmentum efficit in ſperma te. † Et ipſa eſt medicina ſublimis ophthalmiæ, & lippitudini, & proprie nutrita ſicut diximus. Et confert vlceribus putridis in aure, & ſanioſis, & proprie lychino inuncto in mellicrato, & inuoluto in puluere eius, & poſito in aure, eſt virtuoſa ad illud. & eſt medicina ſublimis omnium vulnerum recentium, & putridorum antiquorum. & mundificat ea: & generat carnem in ipſis, & conſolidat. Et hæc eſt proprie virtus.

DOSIS eius eſt a drach.j. vſque ad ij.

De

De Sarcocolla. Cap. XVIII.

SYLV. SArcocolla est arboris fruticosæ, spinosę, ramis nodosis arbori appressis, gũmi album, thuris modo. vel pallidum, idque amarius. & ob id valentius. Calfacit ordine secundo, siccat minus, coquit, terget, aperit, digerit, vulnera etiam vetera putrida terget, carne implet, glutinat, [vnde illi nomen.] Purgat pituitam crudam, & humores alios crassos, præcipue a cerebro, neruis, iuncturis, vt ischio, pulmonibus. Ob id senibus pituitosis, asthmaticis, tussientibus prodest, sed caluitium accersit, corpus impinguat, sperma auget Dios. Ophthalmiã, & lippitudinem, & alios oculorum morbos, mire iuuat nutrita in vase vitreo dies 5. in lacte asinæ, nouo quotidie affuso. Aurium vlceri putrio, & sanioso vtiliter imponitur linamentum mulsa mersum, & puluere huius insperſum. Datur cum zingibere, & cardamomo, vt citius & valentius agat: vel his catapotijs *Haly* senis: sarcocollæ drach. iij. turbith drach. iiij. medullæ colocynthidis, zingiberis, ana drach. j. & s. salis gemmæ drach. j. sarcocolla in aqua rosarum soluta, fiant pilulæ in dicta opera efficacissimæ. Ventriculo calido & bilioso est nocentissima sarcocolla: ob id vitanda picrocholis est, alijs datur a drach. j. ad drach. ij.

De Sarcocola.

MANA. NOmen inuenit apud Græcos, & seruauit apud latinos, ex eo quod carnes glutinat. Est autem gummi arboris eiusdem nominis in Persida nascentis. FORTIVS est subcitrinum albo.) Dioscorides colore esse ait subrufo. Plinius candidam meliorem esse dicit, quam rufam, & vetustate nigrescere. CALIDA in secundo. Galenus non meminit in quo ordine calefaciat, sed ex his quæ dicit innui videtur, non esse adeo calidã. mixtam enim habere dicit vim ex emplastica quadam substantia, & exigua amaritudine, & propterea sine morsu exiccare, ac vulnera glutinare. Plin. cum quadam acrimonia esse dulcem dicit, & Dios. subamaram: quę qualitates non valde calere ostendunt. SOLVTIONE educit phlegma.) Inuentum hoc Arabum. Græci enim ea non nisi extrorsum vtebantur. An vero purget, & si purgat, quomodo id faciat, cum expertus non sim, dicere non audeo. INQVIT Dioscorides, vsus eius impinguat corpora.) Non hoc Dios. nec video quo pacto non pugnet cum his, quæ dicta sunt: si enim purgat, & stomachum, vt dixisti, turbat, quomodo pinguescere facit corpora, & semen auget? nisi humores purgare forte dixeris, qui nutriri corpus prohibebant. Sed quare alia, quæ purgant, non idem possunt? quod tamen alteri pharmaco non adscribis. EST medicina sublimis ophthalmiæ.) Experientia ipsa sæpius cognoui eius iuuamen in ophthalmia discutienda. Dioscorides dixit, quod oculorum sistit fluxiones, & Pli. quod cũ vino sistit fluxiones. Sane tamen hoc intelligendum, præsertim in oculorum inflammationibus: non enim ab initio fluxio num ea vtendum, sed vbi iam discutiendi surgit intẽtio.

COST. *SArcocollæ nullus Græcorum soluendi ascripsit vires, sed inuentum, & hoc Arabũ est, vt multa alia.*

Cap. 14. *hoc ipsum nouit, & Auic. vt videre est 2. Canon. Qualis autem sarcocolla deligenda sit, quum Plin. lib. 24. albam præferat, Mesues subcitrinam: non facile est iudicare. si tamen Dioscoridi præstanda est fides, quum*

A *is rufum huic colorem ascribat, Mesuæ credendum potius erit ad Dioscoridis sententiam proprius accedenti, quam Plinio. An vero in depressiori calidorum ordine, quam secundus est, reponenda veniat sarcocolla, vt Manard. vellet; ex sapore explorandum erit, & ex effectis. ex Galeni autem uerbis id non video elici, quod Manar. ait. quando, quod sine morsu desiccet, & vulnera agglutinet, leni, & emplasticæ qua ea constat, substantiæ, videtur referendum, non calori imbecillo. alioqui etiam, quum acrimonia huic quædam insit, vt Pli. ait; vt aperte calefaciat (quod faciunt secundo ordine calida) necesse erit. Sed si etiam Manardo assentiaris, exigui res est momenti, potesq; Mesuæ uerba de secundi ordinis initio intelligere, & litem sedare. Illud autẽ his prætermissis, nunc perpendamus, si sarcocolla purgatoriam vim habet, qui fieri possit, vt eius vsus semẽ*

B *augeat, & pinguiora reddat corpora, quod hic scribit. Sane fieri aiunt nonnulli, vt huius vsu pinguescat corpus, quia succos vnit, & agglutinat: atque vt semen eadem augeat, quia pituitam calefaciens in sanguinẽ, atq; adeo seminis materiam ipsam vertit. alij vtrumq; horum ob id fieri putant, quia humores expurgat, qui ali corpus prohibebant. Cæterum quum alia multa agglutinatoria, & calfactoria vi præstent æque, vt sarcocolla, quum alia itidem humores noxios educãt, a quibus prohiberi corporis nutritio potest. quæ tamen huiusmodi vires non habent; frigolæ etiã huiusmodi causæ videntur. Fortasse autem, quod & alij dicunt, inest huic medicamento peculiare aliquid, cuius gratia, & ventriculus firmari, & in eo coqui facilius, & fœlicius alimenta possint, id quod ad sanguinis, & seminis incre*

C *mentum, & corporis obesitatem plurimum facit. aut etiam ascribuntur hæ sarcocollæ vires, non quia vere hæc præstet. sed quod aliorum medicamentorum comparatione minus corpora attenuet ob lẽtorem, cuius vi minor spirituum difflatio in expurgando fiat. excitat etiam forte viscidiores flatus, quod in causa est, vt veneris appetentia adueniat, atque ob id augendi seminis facultas illi quamuis improprie ascribatur.*

De Sagapeno. Cap. XIX.

ANT. SAgapenum est gummi alhasce hundeg, † & est arbor similis oleandro montano.

ELECTIO. † *Melius est cuius color* est inter subrubeum, & subalbidum, † & quod habet odorem porrorum, † & quod est facile resolubile in aqua, & quod est clarum cum spissa substantia: & quod ex eo est leuius est melius, † & quod non est in vehementia odoris assæ, nec habet odorem chalbani. Ipsum enim est sic adulteratum.

COMPLEXIO, & proprietas. Minus est siccum, quam calidum, & eius caliditas est in tertio. Siccitas vero est in secũdo, & in ipso est amarirudo cum acuitate, sicut acuitas porrorũ. Et est cõpositũ ex substantia subtili ignea & terrea. Sed substãtia subtilis est dominãs, & † est resolutiuũ, carminatiuũ vẽtositatum crassarũ, subtiliatiuũ, extenuatiuum, solutiuum, & prouocatiuum.

D RECTIFICATIO. Nocet stomacho & hepati. Verum tollunt nocumenta eius aliquæ ex medicinis stypticitatem habentes, sicut ma-

ftix proprie, & ſpica. Enula quoque ſigillat ei E proprietatem mirabilem ad ea, quæ oportet. Et narrauit Meſ. modos præparationis eius duos ſatis bonos. Primus perforet colocynthis, & abijciantur grana eius tantum, & impleatur aqua cum pauca ſpica, & maſtice, & bulliat in cinere calido vſque ad cõſumptionem tertiæ ipſius. Deinde nutriatur ſagapenum cum hac aqua sẽper, aut modicum infundendo vſquedum pingueſcat. Deinde exiccetur, & fiant trochiſci, ſunt enim vltimi ad ægritudines iuncturarum, & aquam citrinam. Et alius modus eſt proximus huic, & fit permutatio ab aqua colocynthidis ad aquam myrabolanorum tantum. Modus alius ex inuentione noſtra. Accipe ſucci enulæ ſicut eſt, vnc. 17. & infunde in ea ſpicæ, & maſticis, ana drachm. 3. & bulliant vſque ad F conſumptionem medietatis, & poſt illud coletur, & nutriatur ſagapenum cum eo, ſicut dicimus. Nutritur etiam propter ægritudines oculorum cum ſucco rutæ, aut fœniculi, & aliquo ex fellibus, & proprie auium rapacium, & fit medicamen ſublime ad ea, quæ oportet.

Posse. † Solutione educit humores viſcoſos, & phlegma craſſum, & aquam citrinam, & eius proprietas eſt mundificare cerebrum, & neruos, & educere materias eorum, † & conferre ægritudinibus eorum frigidis, & proprie ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius: quæ ſunt dolor capitis antiquus, & hemicranea difficilis, & epilepſia, & vertigo, & paralyſis, & tortura, & tremor. Et fit linimentum ex eo, & ſucco rutæ, & aceto, & confert ſimiliter G ægritudinibus nunc dictis, & contritioni lacertorum. Et eſt ex rebus valde bonis ad mundificandum materias, quæ ſunt in pectore, & proprie nutritum cum aqua rutæ, aut cum aqua enulæ proprie, & confert dolori eius bibitum, & linitum dolori laterum, & tuſſi antiquæ, & difficultati anhelitus, & eſt ex medicinis magnis hydropiſi. Extrahit enim aquam citrinam, & proprie cum duplo ponderis eius ex myrobalanis citrinis: & modi nutricationis eius prædicti ſunt ad hoc mirabiles, & confert duritiei ſplenis, & reſoluit inflationem eius ſumptum in potu, & ſuperlinitum cum ſucco capparis, & aceto, & reſoluit ſcrophulas, & durities, & nodoſitates membrorum, & nutritum cum ſucco rutæ, & fellibus ſicut diximus † confert obſcuritati viſus. Et eſt medicina magna deſcenſui aquæ ad oculum, & proprie alchol factum ex eo. Et linitur cum aceto ſuper ordeolum, & delet ipſum, & confert ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius doloribus iuncturarum, & eſt potens in eradicando materias eorum: ita quod ex anchis, & profundis iuncturis, & clyſterizatum valet ſimiliter. & bibitum, & clyſterizatum confert colicæ frigidæ, & ventoſæ, & dolori ventris. † & bibitum, & ſuppoſitum † prouocat menſtrua, & interficit fœtum, & confert dolori matricis, † & præfocationi ipſius.

Dosis eius eſt a drach. s. vſque ad aur. 1.

De Sagapeno. Cap. XIX.

SAgapenum eſt liquor fruticis ferulacei oleandro montano ſimilis: bonũ quidem, colore ex albo ſubrubente, odore porri, ſubſtantia craſſa, ſed in aqua facile ſolubili: leue, improbum vero notis his deſtitutum, ac præterea odore ſylphij perſici viroſo (aſſam fœtidam vocant) aut galbani, quo eſt adulteratum. Calidum ordine tertio, ſiccum ſecundo, amarum, & porri modo acre, ſubſtantiæ tenuis, & igneæ plus, quam terreæ complexum. Purgat pituitam craſſam, & alios humores lentos, & aquas a ventriculo, inteſtinis, cerebro, neruis, thorace, pulmone, iũcturis etiam longinquis, & profundis. Morbis harum partium, & aliarũ frigidis inde natis ſuccurrit quouis modo vſurpatum, vt cephalalgiæ antiquæ, hemicraniæ contumaci, epilepſiæ, paralyſi, vertigini, pſaſmo cynico, tremori, dolori ventriculi, aut coli pituitoſo, aut flatulento, cum ſucco rutæ, & aceto dictis partibus illitum, & attritis muſculis, vel cum liquore idoneo ſumptum, & clyſtere iniectum. cum aqua rutæ vero, aut helenij nutritum, & potum, craſſa, & lenta ex pulmonibus, & thorace, & potenter educit. Illitum quoque tuſſi antiquæ, difficultati ſpirandi, dolori laterum prodeſt. Cum duplo item myrobalanorum citrearũ in hydrope aquas ſeroſas mire extrahit. Splenis quoque duritiem, & inflationem diſſipat potum, & cum ſucco cappa- G ris, & aceto illitum, itẽ chyradas, nodos, & alios tumores duros. Nutritum quoque cum ſucco rutæ, aut fœniculi, & felle auis alicuius rapacis, viſum clariorem reddit. Fluxionem in oculum præcipue factum ab ea cohol ſanat, hordeolum ex aceto illitum delet. Menſes quoque potum, & ſuppoſitum euocat, fœtum necat: dolori vteri, & præfocationi prodeſt, quoniam tenuat, reſoluit, diſſipat, prouocat, ſoluit. Quod autem ventriculo, & hepati noceat, cum ſtypticis, maſtiche, ſpica, & ſimilibus ſumitur. cum enula quoque proprietate quadam mira perficit. Si colocynthis ſeminibus tantum abiectis, aqua cum pauca ſpica, & maſtiche impleta ſub cinere calido ad tertiæ partis conſumptionem coquatur, & hac aqua paulatim ſæ- H pe affuſa nutriantur ſagapenum, ex eoque ſiccato trochiſci fiant, magnarum ſunt virium ad iuncturarum affectus, & aquas ſeroſas vacuandas. Poteſt nutriri aqua macerationis myrobalanorum citrearum, vel ſucci enulæ non purgati vnc. 17. cum maſtiches, & ſpicæ nardi, ana drachm. 3. coctis ad dimidij conſumptionem, & colatis. Datur a drach. ſemiſſe ad drach. 1.

SYLV. *Sagapenum arbor ſimilis panaci Galenus antidoto, optimus liquor, ſplendidus, foris rufus, intus albus acer odore medio inter ſylphium, & galbanum Dioſco. quod in Sagapenum mutatur Gale. in antido. Vim per inferna purgatricẽ Græci tacuerũt Arabes inuenerunt.*

De Sagapeno.

SAgapenum Græci, & Latini vocant: ſunt & qui Sacopenium. Ferulaceæ plantæ ſuccus eſt, in Media naſcentis: vel potius planta ipſa, vt tradit Galenus Sed quia inutilis alioqui planta eſt, ideo ſucco ipſi nomen reliquit. Est arbor ſimilis oleandro.) Similem Panaci ſcribit Gal. in lib. de antidotis. Melius eſt cuius co- MANA.

lor

lor inter ſubrubeum, & ſubalbidum, & reliqua.) Excellit teſte Dioſcoride ſplendidum, exterius rufum, interius album, guſtu acre. QVOD habet odorem porrorum. Neſcio, vbi Meſue olfecerit, præſertim cum ipſemet ſcribat paulo poſterius hæc verba. ET quod non eſt in vehementia odoris aſſæ, nec habet odorem Galbani. Quæ verba licet non bene, ex Dioſcoride accepta ſunt, ſcribente odore eſſe medio inter Silphium, & Chalbanen. Nec mirum eſt ſi odorem habet Chalbanes, quum adeo propinquę naturæ ſint, vt Chalbane mutetur in Sagapenum, ſicuti ſcribit Gal. eodem de antidotis libro. ET, quod eſt facile reſolubile in aqua.) Verum Sagapenum ibidem ſcribit Gal. aqua infuſum, aut vino, ſtatim diſſolui. ET eius caliditas eſt in tertio. Galenus dicit calidum, & tenuium partium, ſicut alij opideſt ſueci: nec dicit in quo ordine: ſed cum dicat Chalbanem eſſe calidum in fine ſecundi: vel principio tertij, idem de hoc pariter ſentiendum. EST reſolutiuum.) Galenus tenuium eſſe partium, & habere, quid dixit abſterſiuum. SOLVTIONE educit humores viſcoſos.) Inuentum, & hoc Arabum: non enim purgatoriam ei vim adſcribunt Græci. Purgatiuam vim cum dico, per inferiorem ventrem intelligo: ſcribit ſiquidem Dioſcor. quod craſſos humores ex pulmone expurgat. ET conferre ægritudinibus eorum, ſcilicet cerebri, & neruorum.) Conferre opiſthoronicis ſcribit Dioſcorides, ideſt rigori. quo caput ad ſcapulas trahitur: ad rupta quoque, & conuulſa. BIBITVM prouocat menſtrua.) Cum aqua dulci, ſcribit Dioſcor. ET præfocationi matricis.) Si cum aceto illud mulier odoretur, ait Dioſcor. CONFERT obſcuritati viſus. Cicatrices quoque oculorum ſecundum Galenum attenuat, & expurgat. Dimittit autem Meſue vim qua præcipue excellit, in his quos ſerpentes momorderint.

COST. *ARabum, & hoc inuentum eſt, quod Sagapenum purgatrice vi ſit præditum: neque id Græcorum vllus animaduertit. In eius electione quum Auicen. 2. Can. ſeu eius potius interpres id præferat, quod interius album, & foris ſubrubrum eſt: præferendum tamen eſt, quod extra rufum intus autem album, vt docet Dioſco. Atque in hoc certe Meſ. porri odorem deſiderat, de qua re alij ne verbum quidem: ſed aſtipulari huic ſenſum dices, ſi ore paululum detinueris, quod, & Braſauante nos ſcribit, quamuis allium ferè verius redoleat, quam porrum. At vero, quum Sagapenum ferulaceæ plantæ gummi eſſe Dioſcord. aſſerat, quam Galenus panaci ſimilem eſſe ait. 1. de antido. Meſue autem ex arbore oleandrum montanum æmulante prodire ſcribat: nondum tamen qualis ea planta ſit, arbor ne, an herba, certo ſcimus, iconem autem, quam appingunt nonnulli a Perſa, vt aiunt, mercatore acceptam, ſuſpectam, & profictitia a peritioribus habitam intelligimus.*

De Euphorbio. Cap. XX.

ANT. EVphorbium eſt gummi † excedens omnia genera gummi in calefaciendo, & ſubtiliando. Eſt enim ex rubificantibus, & exiccantibus: † Et eſt ex arbore deſertorum locorum hiſpidorum: cuius folia in primis cum eleuantur ſunt ſicut lanugines, deinde cadunt, & naſcuntur folia ſimilia polio marino.

ELECTIO. † Melius eſt leue frangibile habens colorem palearem, & clarum, & quod eſt vehementis acredinis, & odoris valde acuti, & quod eſt recens, ſuper quod iam præterijt anA nus. Recens vero anni ſui, eſt ſicut venenum, & ignis. Et eſt ex gummis, quæ diſſoluuntur in oleo, & proprie quod eſt recens. Antiquum vero fortaſſis non diſſoluitur.

COMPLEXIO, & proprietas. Calidum eſt, & ſiccum in quarto: & eſt calidius, & ſubtilius omni eo, quod calefacit ex gummis: & eſt in eo virtus † aduſtionem faciens, & rubificationem, & eſt penetratiuum, abſterſiuum, excoriatiuum, & eſt ex facientibus operationem cum labore, & anguſtia vehemēti producente ad ſyncopim, & ſudorem frigidum.

RECTIFICATIO. Eſt inimicum hepati, & ſtomacho propter vehementiam virtutis ſuæ, quoniam eſt acutum vehementer, ſerroſum, & inflammabile. oportet ergo virtutem eius frangere, & proprie cum rebus obtundentibus acumen eius, & extinguentibus inflammationem, & acquirentibus ei lubricitatem: & oportet, vt ſit earum quantitas multa veſtiens, & tengens ſuperficiem eius: & oportet, vt non multum teratur. † Dixit Alkanzi. Accipiantur fruſta citri, & ſepeliantur grana eius prius inuoluta in oleo amygd. in acetoſitate ipſius, deinde inuolantur paſta, & decoquantur. rectificatur autem ex hac arte, & remouetur acumen eius. Modus alius virtutem eius frangens ſicut narrauit Hamech. Inuoluatur in oleo amygdal. deinde ſepeliatur in ſucco liquiritiæ, aut tereniabin diſſoluta, aut in aliquo ex robub diſſolutis ſtipticis, & ſit eorum quantitas multa, & fiant ex eis pilulæ, & propinentur vbi oportet. † Et dixit Humain. Propinetur cum aqua mellis, & aliquibus ſpeciebus alefanginis. Maſtix autem, & ſpica ſunt ex rectificantibus communibus emendantibus quæcunque ex acuitate medicinarum timentur. Audaciam autem eius expellunt medicinæ lubrificatiuæ, & extinctiuæ ſicut eſt aqua hordei, proprie cum oleo amygd. & fiat exhibitio poſt exhibitionem frequens.

POSSE. Solutione † educit phlegma viſcoſum, & craſſum a locis profundis corporis, mundificans iuncturarum vacuitatem ab humoribus craſſis difficilis eradicationis. Nec eſt ei res ſimilis ad hoc, & eſt ex rebus mundificantibus neruos, & conſumentibus humiditates imbibitas in eis. Et diſſoluitur in oleo de cheiri, & iungitur cum eo, & confert ægritudinibus neruorū frigidis, ſicut eſt paralyſis, & ſtupor, & tremor, & tortura, & ſpaſmus, & eſt res mirabilis ad illud. Et inungitur ſuper hepar, & ſplenem, & confert doloribus eorum frigidis, & ventoſis, & fricatur puluis eius ſuper morpheam cum aceto fricatione forti, & delet eam. Et ſumptum in potu ſecundum modum emēdationis eius, eſt medicina magna doloribus nodoſis, qui vadunt, & veniunt per iuncturas, & eſt ex rebus, quæ faciūt ſternutationem cum fortitudine: & eſt medicina bona lethargo, obliuioni, & proprie inunctio ex eo, cum oleo de ſpica in occipitio. † Et eſt ex medicinis educentibus aquam citrinam. Et dixit Dioſc. Aureus vnus ex eo interficit.

DOSIS eius eſt a chirat 1. vſque ad 3. Conſeruatur autem quadriennio. Recens autem anni

ni sui est pernicioſum. Is autem, qui ſumit ipſum timeat frigus. Conſeruatur autem ne tito ſeneſcat, in milio, vel fabis, vel lentibus.

De Euphorbio. Cap. XX.

SYLV. *Splẽdidũ, ut ſarcocolla, ære rui magnitudine uitreo in vẽtribus eiuũ colore præfert Dioſc. Plin. lacteũ Gal. recens albũ, vetus flauũ ſcribit eſſe. Si cum odorata potione bibatur iſchiadi medetur Dioſc.*

EVphorbium liquor eſt arboris in deſerto frequentis, hiſpidę, folijs item priori bus hirſutis, quibus delapſis ſuccedunt alia polio marino ſimilia. Id eſſe debet leue, fragile, clarum, colore pallido, acerrimum ſapore, & odore: recens, & annotinum eſt venenoſum, igneum calidum ſiccum ordine quarto, omnium lachrymarum calidiſs. tenuiſs. vrit, rubrificat, vlcerat, penetrat, terget, tam violenter agit, vt præ anguſtia, & labore ſyncopen, & ſudorem frigidum accerſat. Purgat autem præter cætera pituitam craſſam, & lentam, quantumuis impactam etiam a neruis, & iuncturis remotis, & profundis ſumptum, ſed vt mox dicam, emendatum. Idem ex oleo leucoij lutei ſolutum, affectibus neruorum frigidis, paralyſi, ſtupori, tremori, ſpaſmo, ſpaſmo cynico, nodis, illitu mire conducit, hepatis quoque, ac lienis tumoribus, & dolori ab intemperie frigida, & flatu, & ei, qui per iuncturas, & partes alias turget, occurrit. Puluis eius ex aceto alphis valenter affrictus eos delet, idem ſternutamentum valenter affrictus eos delet, idem ſternutamentum valentiſſime ciet. Cum oleo de ſpica illitum occipiti, lethargicæ obliui oni prodeſt, aquas quoq; vacuat. Ventriculo, & hepati nocet ſuæ actionis vehementia, ob id parum tenuiter eſt terendum, & miſcendum acrimoniam obtundentibus, calorem flammeum extinguentibus, lubricantibus, & horum omnium tanta copia, vt ſuperficies eius vndique tegatur, & veſtiatur. Alkanzi quoque euphorbij grana oleo amygdalino inuoluta mergit mali citrei diuiſi ſucco acido; & malum maza circundatum coquit. Sic obtuſa acrimonia fit innocentius, vel oleo amygdalino inuoluta, deinde cum ſucco glycyrrhizæ, vel manna, vel ſapa ex larga ſtyptico rum copia ſoluto, in catapotia formentur, danda quibus opus eſt. Humain quoque euphorbium propinat cum mulſa, & aromatibus quibuſdam, & maſtiche, ſpica, communibus aliorum medicamentorum valentium epicerafticis. Aqua hordei autem, & alia lubricantia cum oleo amygd. ſæpe poſt euphorbium potanda, vt calorem extinguat, & leniendo celeriter ex corpore deturbent. Aureo vno ſumptum necat Dioſcor. Datur a ſiliqua vna ad ſiliquas tres, quo ſumpto frigus vitandum eſt. Anno primo eſt venenoſum, ad annum vſque quartum eſt validum, præſertim cum milio, vel lẽtibus, vel fabis ſeruatur.

Euphorbium cũ maſtiche & tragacãtho coſtum in pane dedit in morbo Italico Mardus: & ſine manifeſta noxa iuuit.

Id in Dioſc. non legi, ſed drach. 3. ne care ſcribũt. Rhaz. Serap. Auic.

De Euphorbio.

MANA. EVphorbion græce, & latine dicitur: apud quoſdam Græcos Eupholbium, arbor eſt ſecundum Dioſcoridem, ſecundum Plin. herba, ſecundum vtrunque ferulacea. Plin. folijs acanthinis, in monte Athlante Dioſcorides monte Tmolo Mauritaniæ, opo plena acerrimo,

E EXCEDENS omnia genera gummi.) Non inter gummi, ſed inter opos reponit Gal. Dioſc. abũdare dicit Euphorbium arborem opo accerrimo, ad eos, vt ſine metu colligi non poſſit. EST ex arbore deſertorum locorum.) Nec apud Græcorum, nec apud Arabum quẽquam legi, qualis ſit hæc planta. Plin. tantum folijs eſſe acanthinis Euphorbium, & a Iuba rege inuentum, ac nomine ſui medici Euphorbium vocatum. Fuit enim Euphorbus medicus Iubæ, & frater Antonij Muſæ. MELIVS eſt lene, frangibile.) Eligendum ſecundum Dioſc. id quod ſplendidum eſt, & acre: eſſe enim eius duo genera, alterũ ſplendidum, vt Sarcocolla, Erui magnitudine: alterum quod in auium ventribus colligitur, vitreo colore. Plin. lacteũ ſuccum commendat, & habere dicit thuris effigiem: adulterari hędino lacte, ſed diſcerni igne: quoniam id quod ſyncerum non eſt, faſtidiendum odorem habet. Dioſc. adulterari Sarcocolla, & glutino. Galen. lib. 2. de medic. comp. ſecundum loca circa finem, id quod recens eſt, albiſſimum eſſe, antiquius ad flauius vergere. ADVSTIONEM faciens.) Galenus cauſticæ eſſe virtutis dicit, & tenuium partium. DIXIT. Alchanzi.) Iuſſi aliquando, vt in pane coquęretur, addens maſtichem, & gummi ex Tragacantha, eoque vſus ſum in Gallicis artuum doloribus, & ſine manifeſto nocumento iuuit. ET dixit Humain.) Dioſcorides cum melle abſolute, Paulus cũ melle cocto præbet. EDVCIT phlegma viſcoſum.) Paulus ſimpliciter pituitam. A locis profundis corporis.) Si cũ odorata potione bibatur, coxendicis doloribus mederi ſcribit Dioſc. EST ex medicinis educentibus aquã.) Paulus educere magis aquam, quam pituitam dicit, datque ad hunc effectũ ſiliquas 5. vel 7. ET dixit Dioſc. aureus vnus ex eo interficit.) Non hoc dixit Dioſc. ſed Paulus, quidem dat drachmam j. cum melle cocto, ad pituitã, & aquam educendam. Rafis, Serapion, & Auic. dicunt tres drachmas interficere. Diſcutit etiam ſuffuſiones, & ſquãmas oſſium reſoluit, ſecundum Dioſcor. DOSIS eius eſt Chirat 1. vſque ad tres.) Ad drachmam vſq; accedit Dioſco. vt ſuperius diximus. Auicẽna dat tres analoſat, ideſt obolos. Serapion duas, ſecundo practicæ excedit aureũ.

EVphorbium liquor ferulaceæ arboris Dioſc. herbæ folijs acanthinis in monte Athlante, Plin. in Tmolo Mauritaniæ. Dioſcorides a Iuba rege inuentum, ab Euphorbo ſuo Medico Antonij Muſæ fratre, vocatum. Paulus dat ſiliquas quinque, vel ſeptem: immo drach. 1. cum melle cocto, ad pituitam, & aquam ducendam, ad drach. 1. accedit Dioſc. Auic. tres obolos. Serapion duos. Cætera de hoc, & alijs ex noſtris ſimplicibus locupletare potes. SYLV.

EX qualinam planta Euphorbium prodeat diſſentiũt inter ſe herbariæ hiſtoriæ profeſſores, atque alij arborem eſſe aiunt, quod, & Dioſc. & Meſ. alij herbam, quod Plin. Hic autem quum oſtendant nonnulli imaginem quandam arboris, a Sarraceno, aiunt, mercatore ex Africa allatam; perſuadent tamen nos Africæ commentaria mercatori huic non eſſe præſtandam fidem. Legere equidem in his eſt euphorbij plantam ſpinoſam eſſe (hoc vero, & Gal. 9. de comp. med. per loca, & Pli. lib. 25. qui acanthi folia illi aſcribit) ſylueſtri cinaræ ſimilem, ex cuius radice numeroſi fructus viridi colore, cucumerum facie prodeant, ſed longiores. hos autem vbi maturuerint pũctim aperiri, & lacteum, ac lentũ liquorem exire, qui cultello exceptus in vtre condatur. Porrò licet euphorbio purgãdi meſſe vires, neq; Dioſc. neq; Gal. norit; norunt tamẽ, & Aetius, & Actuarius. COST.

De Opopanace. Cap. XXI.

OPopanax eſt gummi plantæ ſimilis ferulæ † cuius ſtipes eleuatur ſuper terram circiter cubitum vnum, vel duos, † & folia eius ſunt minora folijs ferulæ. Et eius thyrſus eſt palearis in colore, & ANT.

re, & eleuantur ſuper eum flores odoris boni, co A loris auri, & ſunt † ſecundum ſemitam florum anethi. † Et faciunt cultores eius inciſiones paruas inter radicem, & eleuationem thyrſi eius circiter palmum medium, † & egreditur humiditas aurea, quæ coagulatur, & fit opopanax.

ELECTIO. † Melius ex eo eſt, quod eſt citrinum extra, & ſubalbidum intus, † & quod eſt amarum, & quod facile frangitur, & facile diſſoluitur in aqua: † & quod eſt odoris boni proprij. Et ſunt ex hominibus, qui adulterant ipſum cum ammoniaco proprie, ſuper colorando grana minuta ex eo: † ſed odor, & albedo fracturæ deoccultant fallaciam. Et melior pars plātæ eius eſt gummi eius, & radix ipſius.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidum eſt, & ſiccum in tertio, & radix eius eſt in ſecun- B do, † & eſt reſolutiuum, carminatiuum ventoſitatum craſſarum, ſubtiliatiuum, lenitiuum, mundificatiuum, & abſterſiuum, & ſimiliter radix ipſius.

RECTIFICATIO. Nocet ſtomacho faciens ſitim. Et eſt operationis tardæ. De rectificatione autem fac, quod in ſagapeno diximus.

POSSE. Solutione educit phlegma craſſum, & viſcoſum a partibus remotis, & iuncturis proprie; & mundificat cerebrum, & neruos, & confert ægritudinibus eorum frigidis: & eſt ex rebus addentibus in viſu proprie, ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius, & mundificat pectus, † & confert tuſſi antiquę, & difficultati anhelitus, ſimiliter, & radix eius. Et fit emplaſtrum ex eo, & ſucco apij, & aceto bono C ſuper ſplenem reſoluens duritiem eius. Et dixit quidam, Ponitur pars aliqua ex eo in muſto, & adminiſtratur poſt tres menſes, & confert hydropiſi, & magnitudini ſplenis. † Et emplaſtratur ſuper nodoſitates membrorum, & ſuper ſcrophulas, & reſoluit eas. Et colluitur os cum aceto decoctionis ipſius, & confert dolori dentium, & corroſioni eorum, & bibitur cum aqua mellis calida, † & confert guttationi vrinæ, & prouocat ipſam, & menſtrua, † & facit aborſum. Et eſt medicamen bonum † præfocationi matricis, & ægritudinibus ipſius frigidis. & eſt medicina magna doloribus iuncturarum, & podagræ, & dolori genuum, & fortis † iſchiaticæ, & proprie ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius, etiam linitum, & emplaſtratū, D & proprie cum ſucco caulis, & melle, & ſale pauco. Et eſt ex medicinis bonis expertorum iuuamentorum † vulneribus antiquis, & putridis, & eis, quæ ſunt difficilis cōſolidationis. Facit enim in eis naſci carnem, † veſtit oſſa nuda, & eſt ei proprietas in hoc. Et narrauit Ebengezar, quod ſi ex eo, & medio ponderis ipſius, & raſura panni antiqui ſubtilis, mundi, & vino, & melle, & oleo roſaceo, fiat vnguentum ſic terendo in mortario, nunc oleum, nunc vinum infundendo, illud fit mirabile ad implenda vulnera carne, & proprie in quibus videtur difficilis incarnatio. Et poſteriores addiderunt ex lythargyrio, & aloe, & myrrha, & ſarcocolla, ſicut anaquartam partem quantitatis opopanaci, & fit medicamen mirabile ſanans fiſtulas, & vlcera fraudulenta. Et eſt medicamen expertum rigori febrium, & proprie bibitum cum aceto ante horam paroxyſmi, & linitum in ſpina dorſi diſſolutum cum iuſco apij, & oleo anethino.

DOSIS. eius a drach. j. vſque ad ij.

De Opopanace. Cap. XXI.

SYLV. *Panacis. Herculei liquor omnib. dicitur, tamen Aſclepiū panax hic potius deſcribi videtur ex vtriuſque notis a Dioſc. expreſſis.*

OPopanax eſt liquor plantæ ſimilis ferulæ, caule cubitali, vel bicubitali pallido, folijs ferulæ, ſed minoribus, floribus anethi modo in vmbella diſpoſitis, odoris, flauis. Secto autem caule digitis duobus, aut circiter ſupra radicem liquor effluit flauus, qui coagulatus eſt opopanax optimus, ſi intus albus eſt, foris flauus, amarus, fragilis, in aqua mox ſolubilis, odoris boni, ſed ſui. Adulterant hammoniaco, intectis, ſcilicet ex ipſo granis opopanace vero. Dolum prodit odor, & albedo in fracturis. Radice etiam planta hæc vtilis eſt, calida ſicca tantum ordine ſecundo, tertio autem opopanax. vtrunque terget, digerit, tenuat, flatus diſſipat craſſos, lenit, expurgat. Purgat pituitam craſſam, & lentam etiam a remotis partibus, cerebro, neruis, ſenſorijs, iuncturis, thorace. Ob id prodeſt harum partium affectibus frigidis inde natis, viſui imbecillo, tuſſi antiquæ, difficultati ſpirandi, iſchiadi, gonagræ, podagræ. Vino muſteo incoctum poſt tres menſes potu hydropem leuat, & lienis tumorem. Ex mulſa calente potum ſtranguriam ſanat, menſes mouet, abortum facit, alioqui ab vtero præfocationi, & frigidis vteri affectib. ſaluber. Stomacho idem nocet, ſitimque excitat, tarde purgat, corrigitur, vt ſagapenum. Idem aceto ſolutum collutione dentium dolorem, & eroſionem ſanat. Potum cum aceto hora vna ante acceſſionem, & cum ſucco apij, & oleo anethino ſpinæ illitum, rigorem febrilem prohibet. Ex ipſo autem, & ſucco apij, & aceto bono emplaſt. lieni impoſitum ipſius diuritiem diſſipat. Datur à drach. j. ad drach. ij. nodos, ſtrumas emplaſtro diſſipat, & reſoluit, & iſchiadem, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores quouis modo vſurpatū, hoc eſt, ſumptum, clyſtere iniectum, admotum præſertim cum ſucco braſſicæ, melle, pauco ſale. Vlcera fiſtuloſa, antiqua, putrida, cacoetha, dyſepulotica expurgat, carne implet etiam ſuper oſſa nuda (quod opus illi eſt peculiare) & cicatrice tegit, ſi (Ebengezar ait) opopanacis ʒ j. raſuræ panni antiqui tenuis, mundi, vncia dimidia cum vino, & melle, & oleo roſato paulatim alternis affuſo, teratur in mortario, donec fiat vnguentum. Huic tamen poſteriores addiderunt litargyri, aloes, myrrhæ, ſarcocollæ, ana drach. ij.

De Opopanace.

MANA. OPopanacem Græci, Latini vocant liquorem Panacis Herculei: triplicē enim Panacem tradunt Herculeum, Aſclepium, & Chironium. Videtur tamen non Herculeum, ſed Aſclepium potius deſcribere, dum ait: Gummi plantæ ſimilis ferulæ, & reliqua. De Herculeo ſiqui-

ſi quidem ſcribit Dioſc. quod caulem habet,& vmbellã. E non quod planta ſit ſimilis ferulæ. Sed nec ex duobus reliquis generibus vllum ferulaceum facit. CVIVS ſtipes eleuatur ſuper terram, circiter cubitum vnũ, vel duos,) Herculei caulem dicit Dioſco. eſſe altiſſimum, Aſclepij tenuem,& cubitalem. ET folia eius ſunt minora folijs ferulæ.) Hoc nullo pacto poteſt Herculeo congruere, quẽ folia habere dicit Dioſco. fico ſimilia, in quinque partes per ambitum diuiſa; ſed reſpondet potius Aſclepio, quẽ folio fæniculi conſtare dicit, ſed maiore: quod etiam de ferula dixit Meſue. Flores odoris boni, coloris auri, hæc fere ſunt Dioſc. verba de Aſclepij floribus, Herculei vero flores, dicit eſſe melinos, hoc eſt luteos. SECVNDVM ſemitam florum Anethi.) Hoc vtriq; poteſt aptari. De Herculeo tamen peculiariter Dioſcor. quod vmbellam anethi habet. Ex *his igitur* patet, Aſclepium potius hic deſcribi, quam Herculeum cum tamen omnes medicinæ authores, ex Herculeo, non ex Aſclepio fieri opopanacem ſcribant. ET faciunt cultores eius inciſiones paruas, inter radicem,& eleuationem thyrſi, circiter palmũ F medium.) Radicem ipſam ſcindi ſcribit Dioſco. germinantibus caulibus, caules vero meſſis tempore. ET egreditur humiditas aurea.) Egredi liquorem candidum ſcribit Dioſcor. ſed vbi inaruerit croci colorem exterius acquirere. MELIVS ex eo, quod *eſt citrinum extra*, & ſubalbidum intus.) *Laudat Dioſc.* eum, qui ſit interius candidus, vel *ſubrufus*, exterius croceus. ET quod eſt amarum.) Amariſſimum dicit Dioſc. ET quod eſt odoris boni.) Grauis odoris eſſe debet ſecundum Dioſc. & præterea pinguis, friabilis, diſſolui facilis, ac læuis, nigrum, & mollem eſſe malum dicit. ODOR, & albedo fracturæ deoccultant fallacciam,) Dioſcorides, verus digitis in aqua cõtritus, diluitur,& lacteſcit. CALIDVS, & ſiccus in tertio.) Galenus calidum *in tertio*, ſiccum *in ſecundo*. Et eſt *reſolutiuum*, & reliqua) Gal. calefacit, mollit, diſcutit: radix vero abſtergit, ſiccat,& quia non vehementer calefacit, ideo carnem generat. SOLVTIONE educit phlegma.) Nec Dioſc. nec Gale. vim ei purgandi adſcri- G bunt. EST ex rebus addentibus in viſu. Dioſcorides, ad claritatem oculorum inungitur. CONFERT tuſſi antiquæ.) Dioſcorides, valet ad lateris dolores,& tuſſes cum aqua mulſa, aut vino ſumptus, & ad rupta, ac conuulſa. ET emplaſtratur ſuper nodoſitates membrorum,& ſuppurationes ſtrumarum.) Dioſcorides, ſtrumas ſcrofulas.) Durities inquit Dioſ. vteri,& inflationes diſcutit, cum melle ſolutus. Confert guttationi vrinæ.) Dioſcorides, ad ſtranguarias,& veſicæ ſcabies, ac tormina cũ aqua mulſa, aut vino. ET facit aborſum.) Dioſcorides cũ melle diſſolutus fœtus occidit. Et de radice ait, quod abraſa,& ſuppoſita educit fœtum. PRÆFOCATIONI matricis.) De fructu hoc ſcribit Dioſcor. ſi cum vino bibatur. ET podagræ.) Cum vua paſſa linitus, ait Dioſc. SCIATICÆ ſecundum omnem modum adminiſtrationis.) Dioſcorides, inunctum Vulneribus antiquis.) De radice hoc ait Dioſc. Gal. quod valet ad vlcera mali moris, atque in eis generat carnem. VESTIT oſſa nuda.) De radice hoc quoque ſcribunt Dioſc. & Gal. tanquam de minus cali- H da, quam opos. Adde ex Dioſ. quod acopis, & capitis medicinis miſcetur, ac cauis dentium, dum dolent: Carbunculos rumpit;& ſpicæ mixtum eſt contra morſum rabidi canis optimum emplaſtrum.

COST. *QVum panax ex qua opopanax ſuccus nuncupatus, Herculeus tantum ſit Dioſcoridis teſtimonio, trãſfertur tamen hic,& Aſclepij,& Chironij hiſtoria, qua certe in re aut ex deprauata Dioſc. hiſtoria, quã de prauatam hũc habuiſſe certum eſt, hoc quicquid erroris eſt fluxiſſe ſuſpicor; aut a ſciolo aliquo margini affixa hæc in contextum etiam irrepſiſſe. Cæterum quicquid alij hac de re ſentiant, etſi in plantæ huius deſcriptione erratum ſit; in ijs tamen, quæ deinceps ſequuntur, deeſſe accuſationi locum exiſtimo, ſi citra odium legantur. neque enim quanquam Dioſc. alia, aut aliter de opopanace ſcribit, culpandus tamen hic erit ſi vera ſint, quæ de ſuo, aut alieno addit. veluti quum ait dignoſci opopanacẽ, an ammoniaco adulteratus ſit, ex odore, & colore albo; Dioſc. vero diuerſo experimento id probat. vtranque ſane fallaciam prodit. Omitto cætera, quæ etſi aliter quam Dioſc. non tamen contra, quam ille ſcripſerit. quale etiã quod de odore opopanacis. hũc Dioſc. grauis odoris eſſe ait: hic eũ eligit, q boni odoris proprij, ideſt, qui odorẽ ſuum maxime ſeruat. atqui hæc contraria nõ ſũt.*

De Mezereon. Cap. XXII.

MEzereon eſt planta vocata apud Perſas ANT.
rapiens vitam, & a quibuſdam faciẽs viduas, & a pluribus leo terræ vocatur, & eſt planta, cuius ſtipes † eleuatur ſuper terrã circiter cubitos duos, † & folia eius ſunt ſimilia folijs oliuæ, ſed maiora, † & producit grana nigra in magnitudine fructus myrti, & eſt planta lacticiniorũ maior † cuius ſpecies ſunt plures. † Eſt enim quædam magna habens folia ſubtilia; & † eſt parua habens folia ſicut folia oliuæ, & ſpiſſa *minus*: & eſt habens folia criſpa, & aſpera. & ex eis aliud eſt habens colorem viridem, & aliud habens colorem ſubnigrum producentem colorem pauonis.

ELECTIO. † Melius eſt habens magna folia tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in vicinitate plantarum ſpeciei eius. Et quando oritur ex eo, planta vna in toto ambitu loci eſt mortalis. Et quæ oritur in locis thermarum eſt ſicut venenum; & parua habens folia, & ſpiſſa, eſt malum: & ſimiliter habens criſpa, & aſpera, & quod eſt ſubnigrum ſimiliter.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidum eſt, & ſiccum in quarto, & dixit filius Zezar eſt in fine tertij. Sed non verificatur illud: eſt enim in eo virtus acuta, ignea, & acrimonia vehemẽs, & eſt excoriatiuum, vlceratiuum, ſerroſum, & inflammabile, & eſt conſumptiuum, & diſſoluti uum virtutis.

RECTIFICATIO. † Eſt proximum veneno. nocens membris, quæ ſunt mineræ virtutum; debilitans, & diſſoluens eas. Conandum eſt igitur frangere malitiam, & acuitatem eius, † & hoc faciemus cum auxilio rerum frangentium ea, & permutantium inflammationem, & ſeroſitatem eius, ſicut ſunt olea frigida, & proprie res extinctiuæ, ſicut eſt mucillago pſyllij, & ſuccus portulacæ, & ſuccus endiuiæ, proprie: eſt enim mirabile: & aqua alkekengi, & aqua ſolatri humidi, & altaraſacon, & aqua berberorum. Et frangunt adhuc acuitatem eius res inſpiſſatiuæ, & ponticitatem habentes, ſicut ſunt myrobalani; ſunt enim ſublimes ad illud. Et dixit filius Zezar. † Duplum ipſius ex abſinthio iunctum cum eo emendat malitiam eius. Inquit Dioſc. Infundantur folia eius in aceto die vna, & exiccentur, & frangitur cum arte hac virtus ipſius ſerroſa, & inflammabilis. Et dico quod ſi in aceto coquantur aut infundantur citonia, aut maciana, aut berberi, erit melius: & ſigillatur almezereon bonitas ex hoc ad ea, quæ opotet, & ſi ex aceto infuſionis eius, aut decoctionis ipſius fiat

ſyrupus

ſyrupus acetoſus, inuenitur expertorum inuamentorum vbi oportet. Et ex rebus adhuc emendantibus, & remouentibus malitiam eius eſt, vt infundantur folia eius in lacte dulci, aut acetoſo, & proprie ſumpto ex aſina, aut capris. Et quandoque ponuntur folia almezereon in aqua lactis, & bulliunt cum facilitate, & aufertur ſpuma eius, & colatur, & propinatur cum ſecuritate, † & dixit Gale. Infundantur folia eius in ſyrupo roſarum parum antequam terminetur coctio ipſius, & propinetur ſyrupus vbi oportet. non eſt enim in eo timor. Et dixit iterum, Decoquatur in iure gallorum antiquorum, & eſt ſine nocumento, & quandoque oleum almezereon admiſtratur cum permixtione aliarum medicinarum virtutem eius fractiuam habentium, & eius operatio eſt talis. Accipe foliorum eius drac. xl. & ſuper ea proijce aquæ dulcis lib. iij. & dimitte die, ac nocte, deinde fac bullire lento igne donec redeat ad lib. j. & med. & in colatura eius ponantur olei ſumpti ex amygdalis dulcibus, vnc. viij. & bulliat faciliter vſq; ad aquæ conſumptionem: tunc ſi ponatur oleum cum folijs, & aqua, & bulliant ſimul ad aquæ conſumptionem, erit in virtute fortius. † Et dixit Ruſus, Submergatur in aqua ex folijs eius † circiter vnc. ij. in cado magno muſti, & dimittatur menſibus tribus, & erit res mirabilis ad hydropiſim. expellit enim ſine nocumento aquam citrinam. Confectio almezereon ex inuentione noſtra. Accipe foliorum almezereon præparatorum partes x. carnium citoniorum elixatorum in aceto vini, & zucch. tabarzet ana. partes lxx. tereniabin partes xl. aquæ caſei infuſionis agarici partes xxx. olei almezereon partes xij. Diſſoluatur zuccharum, & tereniabin in aqua caſei prædicta, & miſceatur cum carne citoniorum, & coquatur cum facilitate vſque ad mellis ſpiſſitudinem, & inuoluatur puluis foliorum almezereon cum oleo iã dicto, & conficiatur cum eis. eſt enim medicamen benedictum ad hydropiſim. Confectio pilularum almezereon valẽtium ſimiliter ad hydropiſim, & ad expellendum aquam citrinam cum fortitudine ſine timore. Rec. foliorum præparatorũ drach. 5. myrobalanorum citrinorum drach. 4. chebulorum drach. 3. confice cum tereniabin, vel tamarindis diſſolutis in aqua endiuiæ. † Et ſcito, quod almezereon de decoctione modicũ ſuſtinet, & contritio laborioſa virtutem eius deſtruit. Expellunt autem nocumenta eius a corpore aqua hordei, & aqua paſſularum. verum aqua endiuiæ, & altaraſacon auferunt inflammationẽ relictã ab eo in corpore. Et ſciuiſti, quod medicinæ cõpreſſiuæ audaciã medicinarũ expellunt.

Posse. † Solutione educit aquam citrinam cum fortitudine vehementi. Et dixit Alex. iuncta cum rebus educentibus malencholiam educit eã, & cum rebus educẽtibus phlegma educit ipſum. Et abſinthium duplicatum ei, aut myrobalani addunt ei bonitates notas, & faciunt educere choleram. Maius autem iuuamẽtum, quod ex eo expectatur, eſt ad hydropiſim. Aquã enim educit aggregatam in ventre. Nocet tamen hepati, imo omnibus membris nutritiuis. † Et interficit lumbricos, & vermes, & ſolutione educit eos, & ſerpentes viſcerum. † Et ſi fiant teritæ ex eo, & melle curat fiſtulas, & vlcera fraudulenta, & fit collutio ex aceto decoctionis ipſius. † Et cõfert dolori dentium, & corroſioni eorum, & gingiuæ ſanguineæ, & mollificatæ. † Et fit vnguentum ex eo, & aceto, & oleo, & cera ad ſcabiem bonum, † & fit ex eo linimentum cum ſulphure, & melle, & aceto forti ad morpheam, & albaras, & lentiginem, & delet eas. Et quandoque fit confricatio ſuper morpheam, & baras cum folijs eius, & aceto forti, & eſt vltimum. Et dixit Ioannitius. Valet ad quartanam.

† Dosis eius eſt a drach. s. vſque ad ʒ. 1. Et hoc in coctionib. & plurib. a Karactis 2. vſq; ad 5.

De Thymelæa. Cap. XXII.

SYLV.

THymelæa (quæ Perſis † mezereon, id eſt rapiens vitam, alij faciens viduas, multis leo terræ vocatur.) planta eſt lactariarum maxima, caule bicubitali: folijs oliuæ, ſed † maioribus, fructu nigro: myrtarum magnitudine, eaq́ne multiplex, vna folijs magnis, tenuibus, altera folijs quidem paruis oliuæ modo, ſed multo ſpiſſioribus, alia folijs criſpis, aſperis. Ex his item quædam folijs virentibus, alia nigricantibus, colorem pauonis referentibus. Præſtantior eſt, quæ folijs eſt magnis, tenuibus, virentibus, in loco libero nata prope alias ſpeciei eiuſdem. Quæ vero ſola in magno agri ambitu oritur, pernicioſa eſt, vti etiam, quæ prope thermas, & quæ folijs eſt paruis, & ſpiſſis, item, quæ criſpis, aſperis, itemq; nigricantibus. Calida eſt, ac ſicca ordine quarto potius, quam tertio, vt filius Zezar cenſuit. Vis enim ei ineſt valenter acris, ignea, vlcerans, mordens, inflammans, conſumens, virtutes diſſoluens. Aquas ſeroſas valenter purgat, melancholiam quoque, vt ait Alex. ſi melanogoga miſceãtur, pituitã ſi phlegmagoga, bilem flauam ſi cholagoga, vt abſinthiũ duplum, aut myrobalani. hydropem ob id mire iuuat aquis ex ventre eductis. Lumbricos, & animalia alia interanea necat, pellitq́ue. Sed hepati, cæterisq; partibus nutritorijs nocet. Ad quartanam cõmendatur a Ioannitio. Turunda ex ea, & melle vlcera fiſtuloſa cacoethea, id eſt maligna curat. Acetum cui hæc incocta eſt, collutione dentium dolori, & eroſioni, gingiuarum cruentarum mollitiei medetur. Eadem cum aceto, oleo, cera, vnguentũ eſt ad ſcabiẽ vtile, cũ aceto autẽ forti, melle, & ſulphure, alphos, leucem, lentiginẽ delet. Quin, & folia ex aceto forti ijs aſtricta idẽ poſſũt. Quoniã autem id partibus principibus facultatum nos gubernãtium, ceu fontibus veneni modo nocet eas deijciens, ac diſſoluens, eius vis acerrima, & maligna frangatur contrarijs, acrimoniam, & calorem ſtãmeum obtundentibus, & extinguentibus, qualia ſunt olea frigida, adſtringentia. Muccago pſyllij, ſuccus portulacæ, & magis intybi, aut halicacabi, aut ſolani humidi, aut ſonchi, aut aqua oxyacãthę, myrobalani quoque, abſinthium duplum, autore Zezar

† *Mezereon Rarii tenuifolium, ſpecioſis, bubitalibus Diſſe.*

† *Minoribus Diſſcor. ſructus instar oliuæ nigri. peſtuber, operimẽto teguntur duro, ſorui nigro, rotundo Diſſe.*

Apud Asclepiadem legitur, nō Dioſc.

Zezar, acetū item vno die tradita ſibi thymelæam corrigit Dioſc. Idē acetū cui incocta, vel infuſa fuerit in ſyrupo acetoſo coctum, magnarū, & experta rū eſt viriū, melius ſi eodē aceto ante macerata fuerint cydonia, vel maciana, vel vua oxyacanthæ. Folia quoq; eius lacte, vel aſinino, vel caprino, dulci, vel acido, vel ſero lactis infundantur, vel igni lento coquantur deſpumādo, & coletur. Tuto id propinatur malitia eius ſic ablata. Syrupus roſatus antequam ſit percoctus, ſi eo maceretur aliquātiſper thymelæa, ſaluber eſt, ac ſecurus Gal. Idē ius galli antiqui ſi in eo macerata ſit, pollicetur. Oleum quoquv thymelææ alijs miſtum virtutē ipſius frāgentibus eſt efficaciſſimum. Fit autē ſic, Foliorum thymelææ. vnc. 5. macera horas 24. aquæ dulcis lib. 3. coque igni lento ad dimidias, colato adde olei amygdalarum dulciū vnc. 8. percoq; ad aquæ cōſumptionem. Foliorum quoque horum vnc. 2. cado magno muſti impoſitæ, poſt tres menſes vinum id ad hydropē efficaciſs. reddunt, autore Rufo, expulſis ab eo citra noxā ſeroſis excremētis. Ad eundem hydropem benedictū confecimus medicamentū ex foliorū thymelææ præparatorū drac. 10. carniū cydoniorū ex aceto coctorum ſacch. albiſs. ana drac. 70. mannæ drac. 40. ſeri lactis cui infuſus ſit agaricus drach. 30. olei thymelææ prædicti drac. 12. ſaccharum, & manna in ſero illo ſoluā tur, carni cydoniorum miſceatur, coque igni lēto ad mellis ſpiſſitudinem. Puluis foliorū oleo dicto inuolatur, & miſce omnia. Catapotia idem valenter, & tuto præſtantia recipiunt foliorū præparatorū drach. 5. myrobalanorum citrearum drach. 4. cepularum drach. 3. miſce cū manna, vel tamarindis aqua intybi ſolutis. Mediocriter coqui poteſt. multa tritura vis eius vaneſcit. Aqua hordei, & vuarū paſſarum noxas eius in corpore abolent, aqua autem intybi, & ſonchi calorem ab eo in nobis relictum extinguunt. Styptica quoq; medicamenta depellunt ex corpore, & frangunt violentiā acriū. Datur decocto a drach. ſemiſſ. ad drachmam vnā, pul. autem ad ſiliquas quinque.

Syruporum non meminit Galen.

De Mezereo.

MANA. MEzereon Serapionis, eſt abſque dubio Chamelæa Dioſc. ab hoc autē ſcriptore deſcribitur Thymelęa, atq;, vt ſequens eſt, *aliud Mezeron*, ſi hoc Mezereon eſt, qui quod a Serap. ELEVATVR a terra circiter cubitos duos.) De Thymelæa ſcribit Dioſc. q, ab ea ſurgunt rami tenues, ſpecioſi, binū cubitorū. de Chamelæa vero, quod dodrantales, ideſt, duodecim digitorum longitudine. ET folia eius ſunt ſimilia folijs oliuę, ſed maiora.) Hic eſt error manifeſtus. De Thymelæa ſiquidē ſcribit Dioſ. quod folia habet Chamelææ ſimilia, ſed anguſtiora, de Chamælea vero quod ſimilla oliuæ, ſed tenuiora, ex quibus ſequitur, non poſſe Thymelæam habere folia maiora abſolute quam oliua, ſecundum Dioſco. ET producit grana nigra in magnitudine fructus Myrti.) Quod magnitudine Myrti fructum ferat, congruit Dioſc. Thymelææ in colore diſſident: ſiquidem dicit Dioſc. quod in initio viridis, de hinc rubēs, operimētoq; tegitur duro, & nigro exterius, intus, cādido. CVIVS ſpecies ſunt plures.) Licet voluiſſe vſus ſit deſcribere Thymelæam, per hæc tamen verba putare *videtur* Mezereon eſſe genus ad E Thymelæam, & Chameleam, & quod magis abſurdum eſt, ad album, & nigrū Chamelæonta, diuerſas omnino ab his plantas, quod ēt peccauit Auicenna in quarto, & aliquatenus in ſecūdo, maxime vbi vires enumerat. EST enim quædā magna habens folia, & ſubtilia.) Hic videtur tangere Chamelæam. ET eſt parua, habēs folia ſicut folia oliuæ, & ſpiſſa nimis.) Hic tangit Thymelæam, de qua dicit Dioſc. quod folia habet anguſtiora, & pinguiora. ET eſt habens folia crispa, & aſpera.) Hic tangit Chamęleonta, neutra. n. illarum. Thymelæam dico, & Chamelęā) folia habet criſpa, & aſpera, ſed oliuæ ſimilia. ET ex eis eſt habēs colorē viridē.) Albū deſignat Chamæleōta. ET aliud habens colorem ſubnigrū.) Nigrum hic innuit Chamæleonta, nomen. n. habet a varietate foliorū ſm Dioſc. quæ valde viridia interdū, modo cyanea, modo ſub alba, modo rubra, iuxta locorū differentias, viſuntur. MELIVS eſt habens magna folia.) Hic videtur eligere Chamæleā, ſequutus Auicennam. CALIDVM eſt, & F ſiccum in quarto.) Licet Gal. Chamelæā non reponat in ordine, non videtur tñ adeo calidā putaſſe dominantem enim amarā habere qualitatē dicit, & ſordida vlcera curare, quæ non videntur rebus tā impenſe calidis conuenire. Thymelææ autem cāuſticam vim tribuit Paulus, & Dioſ. eius grana vrete fauces dicit, folia guſtū mordere, & fauces ſcarificare, qui tñ effectus in alijs quoq; rebus inueniuntur, quæ non ſunt in ſummo calidæ. EST proximū veneno, nocens mēbris, quæ ſunt mineræ virtutū.) Nec de Chamelæa, nec de Thymelæa lego, q, ſit proxima veneno, ſed de Chameleonte nigra, ſcribit. n. de ea Galen⁹, q, radix eius habet quid venenoſi: de Thymelæa Dioſc. q, nocet ſtomacho. ET hoc faciemus cū auxilio rerum frangentiū ea.) De folijs Thymelæę, quæ dicit vocari Cneorū, vnde (vt puto) deriuata eſt vox Mezereon, de eius, inquam, folijs ait Dioſc. q, tundenda ſunt, ab eis omnes fibræ ſeparandæ, & ſi minorem volumus fieri purgationē, elixas, & lenti, vel conciſis oleribus admixtas, dare debemus. DVPLVM eius ex abſinthio.) Hoc dicit Dioſ. G de folijs Chamelææ, factis ex eis catapotiis cum dulci aqua. Inquit Dioſc. infundantur folia eius in aceto die vna. Hoc non legitur apud Dioſcoridē, ſed apud Auicennā. ET dixit Gal. infundantur folia eius in ſyrupo roſarum.) Non memini me aliquod horū apud Galenum legiſſe, alioqui neque ſyrupi roſacei vſpiam meminit Gal. ET dixit Ruſus.) Neſcio an id dixerit Rufus: ſcio autem Dioſcoridem docuiſſe modū parandi vinū Thymelæite, & Chamelæite, CIRCITER vnciæ duæ in cado magno.) Dioſc. ponit drachmas triginta Thymelææ colicularum, foliorum, & ſeminis, in congios 3. & coqui iubet donec remaneant duo: & ex Chamelęa ſimili quidē proportione, ſed non coquit, verum bullire ſinit muſtū duobus menſibus. Et ſcito quod Mezereon de *decoctione* modicū ſuſtinet.) *Dioſcorides*) vt ſupra diximus) coquit Thymelææ donec tertia pars vini ſit conſumpta. Serapion Chamelææ, donec duę partes ex tribus. Vtraque autem multa dici poteſt, non modica decoctio. SOLVTIO H NE educit aquam.) Chamelęa ſecundum Dioſcoridem ducit per aluū pituitam, & bilem. Paulus ad aquā intercutē dat Chamelæam cū æquali ære, & aniſo. Dioſcorides Thymelææ folia meſſis tempore collecta, & in vmbra exiccata. Semen vero, quod coccum, vel granū Cnidiū vocat, euacuare dicit per aluū bilē, & pituitam, & aquā. ET interficit lumbricos, & vermes, & ſerpentes viſcerū.) De Chamelæonte albo ſcribit Dioſcordes, q, pondere oxybaphi educit vermē latū: nullā talem vim Chamelææ, aut Thymeleæ adſcribens: veri tamen ſimile eſt, quod & ipſæ poſſint vermes interficere. ET ſi fiant tentæ ex eo, & melle, curat fiſtulas, & vlcera fraudulenta.) De Chamelæa ſcribunt Dioſcorides, & Gal. quod cum melle purgat ſordida vlcera, & cruſtoſa: de Chamæleonte vero nigra, ait idem Dioſc. quod valet phagedænicis comedentibus, & feris vlceribus. ET confert dolori dentium. De Chamæleonte nigra ſcribit Dioſc. quod eius decocto vtiliter dolentes colluntur dentes, & quod dolen-

tem

tem dentē cum gtaphio impoſita cōfringit. Capite vero de Chamelæa,& Thymelæa,nulla dentiū mentio. Fit vnguentū ex eo & aceto,& oleo,& ceta,ad ſcabiem.) De Chamæleonte nigra ſcribit Dioſc. quod curat ſcabiem cū calcantho,cedria,& axungia:non de aliqua illarū. Et fit ex eo linimentū ex ſulphure, & melle.) Admixto ſulphure,& alumine,ait Dioſc. valere eandē Chameleonta contra impetigines, ſi ex aceto coquatur & inungatur. Et cū ſulphure ſolo,ad vitiligines ephelides. Dossis in decoctione à drach. s. ad dtach. vnā in puluere à 2. cetatijs ad 5. Paul.dat quatuor drachm. Chamelææ in aquæ mulſę corylis duabus coctas,donec quarta pars ſupet ſit: quo ſdamq; conficere catapotia,ex duabus abſinthij partibus,& vnica Chamelææ, purgareque dicit, ut elleborum. Cnidia vero grana,à viginti vſque ad triginta.

SYLV. THymelæam coquit Dioſc. ad tertiæ partis vini conſumptionem, chamelæam Serapion ad duarum ex tribus partium, quæ vtraque coctio multa dici poteſt.

COST. QVid Mezereon ſit, ſi modo lactaria planta eſt, vt Meſ. ait, nihil ipſe auſim affirmare. Chameleam .n. ac Dhymelæam quas hoc nomine Serapion intelligit,inter lactarias non ponit Dioſc. arbitrandū aūt ignotum de facie mezereon fuiſſe ipſi Meſ. & ex corruptis aliquibus herbariæ hiſtorię cōmentarijs hæc emanaſſe. Verū,vt erraſſe hic Meſuē demus, vocum ſimilitudine deceptū;ſi ēt mezereon ſuo adſcribat,quę alij nigro chamæleoni;nō ob id tamen confudiſſe hūc chamęleonis nigri hiſtoriā cum chamælea aut thymælea,aut erraſſe ipſum auſim affirmare, quando alia præter chamæleonta eaſdē habere uires nihil prohibet. ſed quidquid alij hac de re ſentiant,ſicuti(mea ſūa) Meſuæ mezereon noſtra tempeſtate ignoratur; ita ēt de chamelæa ac thymelæa notiſſimis forte plantis Dioſcoridæ tpe video nūc hærere omnes. cum aliqui eaſdē eſſe has cum duplici Theophraſti cneoro aſſerant,Matthiolus contra neget:alias A pro chamælea ac thymelæa plantas oſtendat Matthiolus,alias Anguillarius. Ita vero,& Coccum Gnidium Dioſc.fructum eſſe ait Thymeleę;Apuleius lib ſimpl.ēt ricini ſemē coccum Gnidium vocari teſtatur: Matthiolus pro eo piper montanū,Anguillarius ſuæ Thymeleæ fructū eſſe tuetur à montano pipere lōgè diuerſum.Hæc ergo quū ita ſe habeant, nos quid certi hoc in loco afferamus, nunc habemus nihil.de Cocco Gnido tantum id libet adnotare,quid Plinium in errorē impulerit,vt ipſum,aluum ſiſtere pręter aliorum opinionem literis cōmendarit.ęmulatur nempe Theophraſtum libr.de hiſt. plant.9.ſcribentem dari πρὸς τὴς κοιλίας λύσιν ad alui ſolutionem.potes enim ex his verbis tam cohibendę, quam citandæ aluo cōmodum id eſſe medicamentū colligere. Sed vere,vt & Dioſc. & alij omnes aluum ſoluit Gnidium granum,non ſiſtit. Aliud hic aduertendum B ſupereſt,in quo variare à Dioſc.& Serapio.Meſues noſter videtur,quum ait, mezereon modicam ferre coctionem.At contra Dioſc.Thymelæam coquit,vt tertia vini pars abſumatur: Serapion vero chamelæam, vt duæ ex tribus ſint conſumptæ. atqui multa (ait Manard.) hæc eſt coctio non modica. Sed Manardi pace,ſi mezereon Meſuæ lactaria eſt planta, affirmare nullus poteſt eſſe hoc Dioſcoride, aut Chamelæam,aut Thymelęam. atque adeo de diuerſis hi agunt rebus. ſed vt eaſdem tamen eſſe plantas demus,ſi violentum hoc medicamentum eſt,vt vere eſt; non mirum à Dioſcor. & Serapion. diutius,vt ferueſcat præcipi,reprimendæ,atque, vt ita dicam,exoluendæ acrimoniam, ac violentiæ illius gratia: Meſues tamen non id, ſed medicamenti ſubſtantiam,ac naturam ſpectat,cuius quum purgandi vires in ſuperficie fortaſſe reſideant, ſi integram medicamenti vim velis,à longo feruore erit abſtinendum. C

Cap.21.

APIOS. SEBRAN MAGNVM.



D

PITYVSA. SEBRAN PARVVM.



Meſua. N De

De Alsebran. Cap. XXIII.

ANT. ALsebran † est species lacticiniorum, & est solutiuum rusticorum. Et eius † aliud est magnum habens radices rotundas, & crassas, & spissi corticis, & densi, & ponderosi. Et aliud est paruum habens radices subtiles, & est tenuis corticis.

ELECTIO. † Magnum est malum abscindens viscera. Paruū verò est illud, quod eligitur. † Et melior pars plantæ est cortex radicis eius, & lac eius est acutius, & fortius. Et melior radix ipsius est, habens proprietates quinq; bona; scilicet cuius cortex est vtilior, & leuior, & facile frangitur, & est habēs de rubedine aliquid, sicut cassia proprie, & super quam iam præterijt mediū anni. recens verò mensis sui tātum est mala. Nigra verò est pernicioſa. Et orta in locis thermarū similiter. & melius tempus collectionis radicis ipsius est principium veris; lactis eius *in fine* ipsius.

COMPLEXIO. Et Proprietas. † Calidę complexionis est, & siccæ, *in principio tertij*, & lac eius calidius, & est compositum ex substātia ignea acuta, & subtili, & ex substantia terrea stiptica, & est incisiuum, subtiliatiuum, exiccatiuum materierum submersarum, liquefactiuum, & aperitiuum, disruptiuum orificiorum venarum.

RECTIFICATIO. Nocet cordi, hepati & stomacho, & disrumpit venas, & excoriat viscera, & derelinquit *inflammationes* facientes cadere in febres. Et emendatur primum nocumentum, quod ex eo timetur, permiscēdo ei aliquas ex medicinis cordialibus, & stomatichis, & hepaticis cum eo. & secundum, & tertium nocumentum corrigitur acquirendo ei bonitatem cū medicinis conglutinatiuis, & coadunātibus, & consolidantibus: *sicut est tragacanthum* proprie, & gummi, & bdellium, & mucillago psylli, & succus portulacæ, & similia. Et quartum nocumentum eius tollitur permiscendo ei ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas. Et ex hoc faciētibus apud me est, vt infundatur in succo altarasacon, aut in succo endiuiæ, & pauco aceto. Et si fuerit acetum decoctionis, aut infusionis citoniorum erit melius. Myrabolani quoque sigillant ei bonitates notas, & absinthium similiter, & aloe. & dixit Iudæus, Infundatur in lacte dulci, aut aceto, & renouet in eo, lac multoties, & exiccetur. reprimitur. *n.* sic à sua malitia. Et dicit Rufus, Si solutio per ipsum superfluit, aut laborioſe fiat, sedeat solutus in aqua frigida. † Mihi quoq; videtur verbū inconueniens. Circumstans. n. frigidum includit, & coadunat virtutem medicinæ, & corroborat eā, necnō & medicinas adiuuans ad vias expulsionū repellit materias, sicut te scire fecimus. Succurrendū est igitur tunc sicut in canone diximus. Cōfectio pilularum de alsebram conferentiū hydropisi. Accipe eius prę parati partes 4. myrobalanor. citrinorum partes 4. aloes partes v. confice cū succo feniculi, aut endiuię, & est dosis earum, à drach. 1. & s. vsq; ad iij. † Et quidam ex lacte eius, & farina faciunt oblatas, & soluunt cum eis. Et quidam faciunt cum aceto, & zuccharo, & lacte ipsius, & quidam cum carne citoniorum, & mastice faciunt solutiuum bonum.

POSSE. Solutione educit phlegma vehemēter, & aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à iuncturis, & confert doloribus earum. Et est ex medicinis magnis ad hydropisim. Veruntamen nocet hepati, & desiccat corpus vtentis ipso: & consumit sperma. & lac eius hoc vehementius facit. Et facit cadere in febres.

† DOSIS corticis radicis eius est à charactis ij. vsq; ad vij. & lactis eius à characto j. vsq; ad iij.

De Esula. Cap. XXIII.

SYLV. *Alsebram. Hac patyssa Dioſc. in quibuſdam inuēta vidē tur conuenire Malam Serap. & Auic. etiam dicunt. Lac radicis valētius, & ſemen, ex Gal. doctri na videtur. La ſaturiū liquat calet ordine quarto, ſed radix minus calida eſt la ſte ipſo. Auicen. & Paul. idem conſulunt.*

ESula herbarum lactariarum species, rusticorum purgatorium. Huius vna est magna, radicibus rotundis, magnis, densis, & graui cortice intectis. Altera parua, radiculis exiguis, cortice tenui intectis. Maior viscera vlcerat, ob id pernicioſa. parua est præstantior, præsertim cortice radicis tenui, leui, fragili, subrubro cassię modo, ante sex menses collecto. Nam recens, quo *mense collecta mala est*, vti & niger, & orta *loco* aliquo prope thermas. Colligenda est Veris initio. Lac autē quod calidius, acrius, ac valentius, fine Veris. Calida, & sicca, principio tertij gradus, substantia constat tenui, ignea, acri, incidente, tenuante, fundente, siccante, aperiente, & terrea styptica etiam siccante materias altius immersas: purgat valenter pituytam, aquas, atram bilem etiam à iuncturis, ob id harum doloribus confert, & hydropi insigniter, sed nocet cordi, stomacho, hepati: viscera excoriat, venarum ora disrumpit, corpus immodice siccat, semen absumit, *febres* inflammando excitat, lacte suo maxime. Ob id miscenda ei sunt cardiaca, stomachica, hepatica, ad hæc glutinosa, cogentia, & adstringentia, glutinantia, vt gummi: tragacanthum, *bdellium*, muccago psillij, succus portulacæ. postremo refrigerantia, & calorem illum extinguentia. Infundatur ergo in acetum, præsertim, quo cidonia sunt macerata, aut decocta, & succum intybi, vel sonchi, vel portulacæ, vel solani; additis autem myrabolanis, absinthio, aloe, præstantior euadit. Iudæus infundendo *in* acetum, aut lac sæpe mutando, & siccando corrigebat. Si te autem immodice purgat, sede in aqua frigida ex Rufi consilio. Frigus enim ambiens, & medicamenti virtutem in vnum cogit, ipsumq; roborat, & per accidens iuuat, protrusis à se materijs ad meatus, per quos sunt vacuandæ. succurrendumq; est, vt in canonibus diximus. Catapotia ex ea facta idem possunt. recipiunt autem esulæ præparatæ, myrabolanorum citrearum, ana drach. iiij. aloes. drach. v. cum succo fœniculi, aut intybi misce, dantur à drach. j. & s. ad drachm. iij. Quidam ex lacte eius, & farina faciūt oblatas purgatorias. Alij ex lacte, aceto, saccharo, alij carne cydoniorum, & mastiche. Datur autem cortex radicis à siliquis duabus, vsque ad siliquas septem; lac vero à siliqua vna vsque ad tres.

De

De Alsebran.

MANA. IN hac quoq; planta, quam & Alsebran & Esulam vocant, non omo conueniunt Arabes. Serapion. n. absq; dubio intellexit vocata à Dioſc. Pityusam. Auic. licet in ea describēda à Dioſc. & tab ipso ēt Serapione discordet, eandē tñ rem intellexit. Mes. potius in ſpecies diſtinguit, quā ostēdat qualis ſit. Nescio aūt, an Cypariſſiam ſpeciē quandā Tithymalli hic intellexerit, vel Paraliū: ſatis. n. tres hæ plantæ inuicē conueniunt, Pityusa, videlicet, Cypariſſia, & Paralion. Paralion. n. lini folio, Cypariſſiā Piceæ, ſed tenuiore gracilioriq;, & ſimiliter Pityusā describit Dioſc. fatisq; ſuſpicor, ne q̄ nūc Esula vulgo vocatur, Paralios potius ſit, quā pityusa: folio. n. lini conſtare vocatā Esulam, noſtri affirmant herbarij. EST ſpecies lacti ciniorum.) Si paralios vel Cypariſſias eſt, vera ſpecies eſt Lactariæ. Si pityusa, genus per ſe, ſecundū Dioſc. & Gal. licet inter lactarias, ob ſucci ſimilitudinem, & purgandi vim enumeretur. ALIVD eſt magnū, habens radices rotundas, & craſſas. Dioſc. poſtq̄ pityuſam deſcripſit, eāq; habere dixit radicē candidā, craſſam, lacteo liquore manantē, ſubdit: Inuenitur quibuſdam in locis grandis hic frutex. Non igitur putaſſe vī aliam eſſe tenuibus. aliam craſſis radicibus, vt dicit Meſue. MAGNVM eſt malū.) Non hoc Græci, ſed Serapion, authoritate cuiuſdā Abix vocati, & ſequutus eū Auic. Et melior pars plātę eſt cortex radicis eius. Nec hoc dicūt aperte Græci, ſed cū maiorē quantitatem prębeat Dioſc. radicis quā ſeminis, vī minus porentē exiſtimaſſe, & folia debiliora radice eadē ratione, quia ſcilicet plus eorū dat, quā radicū, vel ſeminū. Lac vero an putauerit fortius incertū ita eſt ſicuti incerta eſt cochlearis menſura. Gal. n. ſeptimo artis curatiuæ, duplicis meminit cochlearis, maioris, videlicet, & minoris. Quicquid aūt alij ſenſerint, Gal. hūc ordinem ponit inter Lactariarū partes, vt opon fortiſſimū, radicē debiliſſimam, & ſemen, & folia in medio reponat. CALIDÆ cōplexionis eſt, & ſiccæ in principio tertij.) Gal. pityusā in ordinē nō redigit, ſed cū vi ſimilē dicat lactarijs, quorum ſuccos calidos, poſuit in quarto ordine, vī quoq; pityuſę ſuccū in eodē ordine ſtatuiſſe. MIHI quoq; vī verbū incōueniens.) An id dixerit Rufus, neſcio. ſcio aūt ſcri

A pſiſſe Auic. qđ ſed ere in aqua frigida, ſuperfluā eius abſcindit purgationē. Paulus vī cū Meſ. ſentire. Forte dici poſſet, ex parua mora fluxū augeri, ex longa tolli, frigoris vi ad intima attingente, & veluti ſtuporem inferēte. ET quidā ex lacte, & farina faciunt oblatas.) De Pityuſa ſcribit Dioſc. ex eius ſucco cū farina fieri catapotia. DOSIS corticis radicis eius à ceratijs duobus vſq; ad ſeptem, & lactis ab uno ad tres.) Exigua certe eſt quantitas. Dioſc. ſiquidem radicis pityuſę drach. 2. fructus vnam, ſucci cochlearium, foliorum ternas drachmas exhibet.

RAdicis pityuſæ drachmas duas, fructus vnam; foliorum tres, ſucci cochlear dat Dioſc. SYLV.

QVid hic etiā intelligat Scebran nomine iudicatu difficile eſt. ſi. n. ſcebran maius radices rotundas, habet, vt Meſ. ait, nō pōt pityuſa Dioſc. hoc eſſe. ſed maius ſcebran erit potius apios, cuius hic imaginē damus, quem etiam Apuli rotundam eſulam vocant. minus vero fortaſſe pityuſa eſt, quam ſub ſcebran noīe Serapion B *deſcribit. eritq; hoc pacto in his maioris, ac minoris differentia non ex plantarū proceritate, ſed ex radice deſumpta. ſed hoc neq; ipſe auſim affirmare, neque multi alioqui in medicina vſus eſſe pōt huius medicamenti agnitio, adeo perniciosi, vt Meſ. affirmat. Sanè quū ſcebrā minus, quæ, vt dixi, pityuſa eſſe uidetur, maiori Meſ. ipſe rat, ex eiuſdem ēt partibus radicis corticem deligit, vt minus noxiū, nō quod valentius purget. importune ergo Manar. ſemen pityuſę radice imbecillius Græcorū teſtimonio differit. De temperamento vero ēt, licet deſcrepare Meſ. à Gal. idē Manar. credat, qđ hic in tertij ordinis initio calidā pityuſam facit, Gal. vero tithymalorū ſuccos qbus hæc eſt ſimilis quarto ordine calidos putat: nobis tamē diſſentire nō videtur. ſi. n. pityuſæ radix eiuſdē* C *lacte imbecillior eſt, vt Gal. nō negat; ipſā vero radicē in tertio ordine Meſ. reponit (de hac. n. loqui ipſum pro certo habeo ex partib. cæteris delecta) ipſum ēt lac, vt in quarto ordine, vel propè quartū ponat, neceſſe puto.*

DRACVNCVLVS. LVF criſpa.



D

ARVM. LVF plana.



De Luf Cap. XXIIII.

ANT.  VF, ideſt Serpentaria eſt planta, quæ † dicitur collum draconis, & ex ea alia eſt plana habens folia : alia criſpa. & radix planæ eſt ad nigredinem attinens exterius, interius vero alba eſt. † Criſpæ vero exterius cineritia, interius vero alba, & ad citrinitatem declinat † & ſuper vtriuſque radicem eleuantur thyrſi habentes maculas ad modum ſerpentis.

ELECTIO. Melior pars totius plantæ eſt radix. Et melior radix eſt craſſa, completa, & orta in locis liberis. † Et melius tempus collectionis eſt ver, & principium æſtatis.

COMPLEXIO ET PROPRIETAS. † Inquit Dioſcor. Criſpa calidior eſt, quam plana. Et dixit Rufus, Plana calida eſt in primo gradu: Criſpa in ſecundo. † Et dixit Gal. Plana calida eſt in principio ſecundi. Criſpa in fine eius. Et eſt quaſi verius. Et eſt in vtraq; caliditas, & acuitas, quæ poſita in ſuperficie cum ſubſtantia terrea eſt vincẽs plus. Et vtraq; eſt abſterſiua, inciſiua, penetratiua, & aperitiua, ſubtiliatiua humorum craſſorum, & viſcoſorum adhęrentium. Criſpa autem ad hæc omnia eſt fortior.

RECTIFICATIO. † Nocet vtraque acuitate ſua, & ſtomacho, & hepati debilibus, faciens reumatizationem, & mordicationem. Et reumatizat ad ſtomachum materias à vicinis membris. Et illud, quod magis ſapientes elegerunt ad corrigendum primum nocumentum in ea, eſt, vt propinetur cum rob, aut cum melle paſſularum, & ſpeciebus alefanginis. Et tollitur ſecundum nocumentum eius permiſcendo ei aliquid ex rebus ſtomatichis ſtypticis, ſicut eſt maſtix, & citonia; & propinare trochiſcos diarhodon, poſt eius exhibitionem, tollit enim ſecundum nocumentum ipſius. Electarium, quod ſibi comparat Hamech ſuper iuuamento, cuius non eſt dubietas in reſoluendo humorem crudum in ſtomacho, & membris nutritiuis, & renibus, & ſanat hæmorroidas, & reſoluit ventoſitates earum, & confert dolori earum, & doloribus renum, & excitat coitum, cuius permixtio hæc eſt. Mundetur radix criſpæ, & lauetur in vino. Deinde coquatur in aqua, & quandoque non coquitur, & eſt fortius, & teratur, & ſint eius libr. ij. rob. libr. vj. Et alibi habetur. Mellis, & rob. ana lib. iij. piperis, cinamomi, zingiberis, macis, gariophyllorum ana drach. vj.

DOSIS eius eſt, à drachm. iij. vſque ad drachm. vj. Confectio hieræ luf deſcriptione Hermetis ſuper quam expectatur fiducia expertorum iuuamentorum ad dolorem capitis, & hemicraneam, & vertiginem, & epilepſiam, & tremorem, & torturam, & paralyſim. Et educit ſuperfluitates humorum viſcoſorum, & craſſorum, & ſubtilium à capite, & neruis, à ſtomacho, & iuncturis, & à toto corpore. Et confert iuuamentum magnum doloribus iuncturarum, & doloribus renum, & doloribus matricis, cuius hæc eſt permixtio. Recip. aloes, vnciam vnam, interioris colocynth. drach. viij. radicis vtriuſque luf ſiccæ, ireos, turbith, agarici, ſagapeni, myrabolano. citr. chebulorum Indorum, ana drachmam vnam, & s. & zingib. cinamo. maſtich. ellebori nigri, & euphorbij, aſſari, caſſiæ libr. ſalis Indi, croci, caſtorei, apij, cheiſim, ſeminis mezereon, ſtœchados ana, drachm. vnam, ſcillæ aſſatæ drachmas ij. & s. & ſcammon. drachm. ij. Fiat omnium contritio bona, & inuoluatur puluis in ſucco cucumeris aſinini, quantitate, qua bene inuoluatur. Deinde ſiccetur, & iterum denuo inuoluatur in prædicto ſucco, & oleo pauco nucum, deinde ſiccetur, & inuoluatur melle deſpumato, quantitate, qua fiat totum, ſicut paſta, & propinetur poſt ſex menſes, & ſit doſis eius, à drachm. j. vſque ad ij. † Dixit Philagrius, fiant tortellæ, ex radice planæ recentis, & mundæ, & tritæ vltima contritione, cum pondere ſui de farina tritici, & coquatur, ſicut panis, & propinetur omni mane habentibus hęmorrhoidas, & delet eas. Vtraque autem luf de decoctione ſuſtinet ad plenum.

POSSE. † Solutione educit phlegma ſubtile, & craſſum, & mundificat, & confortat renes. Et † prouocat vrinam, & excitat coitum. Et † eſt ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem, & confert eis, ſuper quibus timetur frequentia aſthmatis, & tuſſis, propter exuberantiam humoris viſcoſi in eis, & proprie loch, ex ſucco eius cum melle, & rob, & quandoque adminiſtratur cum ouis, & valet ſimiliter. Dixit Democr. Iuuamentum vtriuſq; ſpeciei eius eſt magnum omnibus doloribus hæmorroidarum, & ventoſitatibus earum, ſecundum omnem modum adminiſtrationis ipſius, etiam ſuppoſitum, & emplaſtratum, & nos experti ſumus. Et eſt magni iuuamenti ſuper crudum humorem, qui eſt in ſtomacho, & renibus. Et dixit Galenus. Reſoluit apoſtemata dura, & duritiem ſplenis, & aliorum membrorum. Et confert vlceribus fraudulentis, & fiſtulis. conſumit additiones carnium in eis, & conſumit additiones carnium in naribus, prohibet corroſionem fieri in eis, & cancrum. † Succus autem eius cum melle deſtillatur in aurem, & confert tinnitui, & ſurditati, & dolori auris, & abſtergit ſordities eius, & exiccat vlcera ipſius. Vtraque ipſius ſpecies eſt ex rebus, quæ mundificant faciem: & abſtergit fœditatem cutis, & delet pannum, & lentigines, & morpheam, & proprie cum melle. † Et fiat emplaſtrum ex ea, cum melle, & ſtercore caprarum ſuper podagram, & contuſionem neruorum, & confert doloribus eorum. Suppoſitio factaex ea educit menſtrua, & facit aborſum, & dicitur, quod fugat ſerpentes, & viperas, & vermes venenoſos.

De

De Dracunculo. Cap. XXIIII.

DRACVNCVLVS (collum draconis dicta à quibuſdam) duplex, vnus foljs planis, radice foris nigricante, intus alba, alter eſt folijs criſpis, radice foris ci-
SYLV. neritia, intus alba palleſcente. Caulis vtriuſq; ma-
Luf à Syris dicitur lupha Dioſc. Arũ. Plin. radice nigra Dioſc. alba.
cùlis, ceu ſerpentis eſt variegatus. Radice valet, magna, perfecta, in locis liberis nata, legenda Vere: aut Aeſtatis initio. Criſpa Dioſcoridi calidior, quam plana. Nam Rufo illa eſt calida ſecundo gradu, hæc primo, ſeu potius cum Galeno criſpa calida in fine ſecundi gradus, plana in principio eiuſdem. ſubſtantia conſtat ignea, calida, acri, ſuperficiaria terrea largiore. Terget, incidit, tenuat humores craſſos, & lentore hærentes, aperit, penetrat, ſed criſpa potentius, quam plana. Pituitam tenuem, & craſſam purgat, etiam à thorace, & pulmonibus, ob id aſthmati, & tuſſi humidę confert, præſertim eclegmate ex ſucco eius, & melle, & ſapa, vel data cum ouis. renes roborat, vrinas mouet, venerem excitat. Vterque hæmorroidum dolores, & flatus vel ſuppoſitus, vel emplaſtro admotus, vel quouis alio modo vſurpatus, mire ſedat Democrito, id quod experti ſumus. Humorem quoq; crudum ventriculi, & renum mire iuuat. Tumores etiam duros ſplenis, & aliarum patium reſoluit, carnem ſupercreſcentem in vlceribus fiſtuloſis, & malignis, & naribus conſumit, roſionemq;, ac cancrum in eis naſci prohibet. Succus eiuſdem cum melle in aurem inſtillatus tinnitum, ſurditatem, dolorem auris ſanat, terget eius ſordem, & vlcera in ea ſiccat, faciem vterque terget, & cutim expurgat, lentigines, parinum, alphos, præſertim cum melle delet. Cum melle item, & ſtercore caprarum podagram, & contuſionem neruorum, &
Arum podagris illinit Dioſc. folia cum ſale recentia, vel ſicca articulo podagrico Plin. caſtigatio.
dolorem emplaſtro ſanat. Peſſo menſes trahit, & abortum facit. Fugare etiam ſerpentes, viperas, vermes venenoſos dicitur. Vterque dracunculus nocet acrimonia ſua ventriculo, & hepati imbecillis, morſuque ſuo ex vicinis partibus in ventriculum fluxionem allicit. Priorem noxam periti prohibent, miſcendo ſapam, aut mel vuatum, & aromata: ſecundam additis ſtomachicis adſtringentibus, vt maſtiche, cydonijs, trochiſcis quoque diarhodon poſt dracunculum ſumptis. Hamech verò ex radice criſpæ, in vino lota, cocta ſi imbecillius vis medicamentum, non cocta ſi valentius, trita ad libras ij. cum ſapæ libr. vj. vel mellis, & ſapæ ana libr. iij. & piperis, cinamomi, zingiberis, macis, cariophyl. ana drachmæ vj. facit electarium dandum à drac. iij. ad drac. vj. quod certiſſime humorem crudum, & ab eo flatus in ventriculo, partibuſque alijs nutritionis, & renibus reſoluit, & indenatum harum partium dolorem mitigat, hæmorrhoidas ſanat, venerem excitat. Ex eadem radice Hermes hieram deſcripſit efficacem ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginem epilepſiam, paralyſim, tremorem, torturam. Humores enim craſſos, lentos, & tenues educit à capite, neruis, ventriculo, iũcturis, & corpore reliquo. Ob id natis inde doloribus renum, iuncturarum, vteri, mire ſubuenit. Recipit autem aloes vnciam j. pulpæ colocynthidis drach. viij. radicis vtriuſque dracunculi ſiccæ, ireos, turbith, agarici, ſagapeni, myrobalanorum citrearum, cepularum, indarum ana drach. j. & ſemiſſem, zingiberis, cinnamomi, maſtiches, ellebori nigri, euphorbij, aſari, caſiæ lignææ, ſalis Indi, croci, caſtorij, apij, libyſtici, ſeminis thymelææ, ſtęchados, ana drach. j. ſcillæ aſſatæ drachmas ij. & ſem. ſcammonij drach. ij. Omnia curioſe terantur, & ſucco cucumeris comprehendantur, ſiccentur, iterum eodem comprehendantur, & pauco nucum oleo iterum ſiccentur, & melle deſpumato excipiantur in mazæ craſſitiem. Poſt ſextum menſem detur à drach. j. ad drach. ij. Philagrius ex radice plani recenti, munda, pertrita curioſe cum æquali farina tritici tortellas format, & panis modo coquit, & dat quotidie ad hæmorrhoidas delendas. Vterq; dracunculus perfectam coctionem ſuſtinet.

De Luf.

DE tribus plantis ſcribunt Græci, magnam inter ſe affinitatem habentibus, Dracontio videlicet maiore, & minore, & Aro magnę (vt inquit Plin.) cũ Dracunculo litis. Theophraſtus Arum genus putauit, diuerſas ſub ſe ſpecies cõtinentem: hunc Syri, teſte Dioſc. Lupha vocant, Serapion ſub Luf nomine, eodem capite de Aro ſcribit, & minore dracontio, & ſimiliter Auic. ſed dracontium appellat Luf criſpam. Aron planam: in remedijs tamen vtrunq; miſcet dracontium. Meſ. Auic. (vt fere ſolet) ſecutus eſt. DICITVR collum draconis.) Dracontium dicitur, vel dracunculus. Radix plantæ eſt, ad nigredinem attinens exterius, interius alba.) Aron dicit Dioſc. habere radicem albam, ſimilem Dracontio, Plin. nigram. CRISPÆ verò exterius cineritia, interius verò alba, & ad citrinitatem declinat.) Dioſc. radicem maioris dracontij dicit candidam, rotundam, cum tenui cortice. Minoris, bulboſam, raphano ſimilem. Adeo autem albam dracontij radicem putauit Hipp. vt abſoluto ſermone radicem candidam cum dicit, eam intelligat. ET ſuper vtriuſq; radicem eleuantur thyrſi, habentes maculas ad modum ſerpẽtis.) De maiore dracontio ait Dioſc. quod caulis colore eſt adeò vario, vt ſit ſimilis draconi. De minore quod varium habet caulem, ſerpenti ſimilẽ, cum purpureis lituris. de Aro, quod in purpuram tendit. ET melius tempus collectionis eſt ver, & principium æſtatis. Radicem vtriuſque dracontij meſſibus colligendam, docet Dioſcor. INQVIT Dioſcor.) Dicit Dioſc. quod minorem acrimoniam oſtendit Aron, dum manditur, quam dracontium: & Galenus, quod dracontium acrius amariuſque eſt, & propter hoc tenuium magis partium, & calidius Aro. ET dicit Galen. plana eſt calida in principio ſecundi. Galenus Aron dicit calidam, & ſiccam in primo. Dracontium verò non ponit in aliquo ordine, ſed dicit calidius Aro. NOCET vtraque acuitate ſua, & ſtomacho, & hepati.) Ratione adſtringentis virtutis, quæ amaræ, & acri coniungitur, eſt inter efficacia, & præcipua medicamina ſecundum Galen. teponenda, nec videtur multum poſſe nocere, cum ſcribat Dioſcor. quod radix minoris cruda, & cocta, more olerum à ſanis eſtur, noſque vidimus homines folijs libenter veſci, & abſque noxa. Galenus etiam inter ea quæ veſcenda ſunt, Ari & dracontij radices in libro de eſcis enumerat. DIXIT Philagrius.) Plin. dixit Cleophan-

tum dediſſe purulentâ excreantibus, farina permixtum in pane cocto. & Dioſc. quod in Balearibus inſulis parantur placentæ ex radicibus minoris, cum multo melle, & in conuiuijs dãtur. SOLVTIONE educit phlegma.) Græci non videntur vim ad purgandi per inferiora, vel ſuperiora adſcribere: Galenus ſiquidem, & Paulus eum ſequens, expurgari ab eo viſcera dicentes, non videntur de ea purgatione loquuti, quam habent medicamenta cathartica vocata, ſed de obſtructionis reſeratione intellexiſſe, quod patere poteſt per verba Galeni dicentis, craſſos præcipue, & tenaces attenuans humores Plinius tamen dixit folia ex ſale, & aceto ſumpta, aluum inanire. PROVOCAT vrinam, & excitat coitum.) De minore ſcribit Dioſc. quod vrinam, & venerem excitat radix pota in vino. De maiore tantum, quod venerem. ET eſt ex rebus mundificantibus pectus, & pulmonem.) De vtroque hoc ſcribit Dioſc. ET confert vlceribus fraudulentis.) De vtroque etiam ſcribit Dioſcor. Galenus vero ait ſemine curari Cancrum, & Polipum. ET fiſtulis.) Collyrijs factis cum melle, ait Dioſc. SVCCVS autem eius cum melle deſtillatus in aurem.) Cum oleo dicũt Dioſc. & Plin. & loquuntur de ſucco ſeminis. ET fit emplaſtrũ ex ea, cum melle, & ſtercore caprarum ad podagram.) De Aro ſcribit Dioſc. quod priuatim podagris illinitur. Plinius, folia cum ſale recentia, vel ſicca articulis podagricis. ET facit aborſum.) ſolus odor radicis ſecundum Dioſc. Multas alias vires potes è Plin. & Dioſc. colligere. ex quibus vnam tantum addam, quod in peſtilentia ſalutaris eſt radix in cibis.

COST. *LVſ criſpum minorem dracunculum, planum vero arum eſſe intelliges ſi, & quæ hic ſcribit animaduertas, & Serapionem atque Auic. conſulas quos æmulatur. namque licet in his pingendis breuiſſime ſe expediat, ita tamen vtrumque ob oculos ponit, vt abſque diuinatore, ſi velis, quid velit intelligas. Quum enim luſ vtrunq; draconis collum vocari ait, & caules ferre ſerpentis modo cõmaculatos, ſi modo dracunculum vnquã vidiſti, diffiteri non potes eius ſpeciem aliquam deſcribi. Diſtingui vero id quod dracunculus ſpeciatim vocatur ab aro, ex radicis delineatione intelliges. vbi ſcilicet dracunculum, radice foris cineritia, arum nigra eſſe didiceris. Neque autem mirum, quod eodem luſ nomine duæ plantæ genere diſtinctæ Mauritanis veniant,* Cap. 11. *quando & Græcis Theophraſto authore lib. 7. de plant. hiſtoriarũ ſub dracunculi fuit nomine vſurpatum. Porrò quædam hic animaduerſione digna occurrunt. ac primum, luſ planæ, ideſt ari radicem foris nigram intus albam aſſerit: Dioſc. vero albam foris eſſe affirmat, & dracontio ſimilem. De legendę quoq; radicis huius tempore differens, vere & æſtatis initio colligi iubet: Dioſc. vero in meſſibus. Quum item de huius caſtigatione verba facit, obeſſe ait ventriculo, atque hepati imbecillis. at contra, ratione adſtringentis facultatis, quæ amaræ, & acri adiungitur, putat Manar. inter efficacia medicamenta eſſe reponendum, & carere noxa, quum preſertim ari, & cruda, & cocta radix, necnon eius folia in ciborũ vſum veniant. De viribus etiam poſtremo lis exoritur. quum enim Meſ. inter ſoluentia medicamenta hoc reponat; talem vim tamen non videntur illi adſcripſiſſe Græci, expurgari ab eo viſcera dicentes, id enim de obſtructionis reſeruatione intelligendum, quum Galen. ad craſſos, & viſcidos humores ipſum probet. Cæterum vt his ſatisfaciamus, quod Meſues luſ planæ, ideſt ari foris nigram, intus candidam radicem aſſerat; criſpæ autem, ideſt dracunculi extra cinerem intus albam, ſed ad luteum inclinantem ſcribat: non diſcrepat à Dioſcor. neque veritati ait repugnantia. Dioſcorides equidem non extimum quo radix obducitur corticem, ſed intimũ ac illius veluti cutim obſeruat: Meſues. de extimo illo meminit, quem in aro magis, in dracunculo minus atrũ videre re ipſa licet. diſſecta autem radix alba eſt, ſed candidior in aro, quam dracunculo, vt propterea non temere Meſues dracunculi ſui radicem exterius cinereo colore, intus autem albo vergente ad luteum eſſe dixerit. alioquin candida eſt radix tota, præſertim ſi nõ aro comparaueris. Quod autem hic vere, aut æſtatis initio eruendam eſſe radicem hanc ſcribat, non eſt à ratione alienum. tempus deligere hunc puto, quo, ſucco nondum in folia, aut caulem diffuſo, radix humore adhuc multo eſt prægnans. tunc vero viribus maxime pollet. in meſſibus autem folia deflumat, atque adeo ab inſtituto non recedit Dioſcor. tunc legendas radices generatim præcipiens, quum folia decidunt. Vterq; ergo recte. Verum ſicuti vbi ex dracontij ariue radice colligendus eſt ſuccus, ver maxime opportunum tempus videtur: ita vbi ſeruanda ipſa eſt radix, expectare etiam foliorum defluuium decet. At vero, an ari dracontij ve radix ventriculo, atque hepati noxia ſit, conſulendum experimentum, conſidenda vero, & ratio. hęc certe Meſuæ aſtipulatur, quando acrimonia huic medicamento ineſt inſignis, cuius gratia detergere valenter poteſt, & a Galen. inter efficacia medicamenta reponitur. aſtrictio autem, tam imbecilla, ut acrimoniæ temperare vires nequeat. Licet vero arum quod Cyrenaicum eſt 2. de alim. facult. in cibum veniat rapæ modo, minime ſcilicet acre, ac medicamentoſum; non abſq; noxa tamen vſu veniat Aſiaticum, aut Italicum, cui & acrimonia, & medicamentoſum virus ineſt inſigne. Foliys vero ari libenter veſci nonnullos, vt Manar. ait, & abſq; offenſa, non mirum, quum & marina braſſica, & ſambuci cimæ, & alia id genus multa in cibos interdum veniãt ſine præſenti noxa. at crebro vſu obſeruanda res eſt mea ſententia, tunc vero an obſit æſtimandum. De purgandi facultate, quod ſequitur, licet vere Galen. de diſſectrice non etiam de purgatrice vi verba faciat, quod Manar. objcit; ab experimento tamen non eſt diſcedendũ. Plin. foliys purgandi vires aſcribit, nec deſint, qui aluum huius radicis vſu expurgari, obſeruaſſe affirmant. quod etiam eiuſdem acrimonia poteſt perſuadere. Reliquas autem vires quas huic medicamento Meſues tribuit, ſi ad experimentum, & rationem reuocaris, confiteberis ipſum non deſipere, quamuis ab alijs interdum variet.*

De Alfeſcera. Cap. XXV.

ANT. HEſcera eſt planta quam vocant vitem albam † cuius radix eſt terrei coloris exterius, interius vero alba. & eleuantur ſuper radicem eius ſtipites multarum inuolutionum ſuper alias arbores, & naſcuntur ſuper ea botri ſicut botri vuarum, & vocantur lupinæ, † & eſt ſpecies eius feſcereſin, * cuius † radix eſt cineritia exterius, & interius alba non albedine prioris, & vocatur cucurbita reptilium.

* Ita legit manuſcr. noſter.

COMPLEXIO, & proprietas. † Feſcera inquit Dioſcor. calida eſt, & ſicca in tertio, † & eſt compoſita ex partibus igneis cum partibus terreis aduſtis, & igneitas eſt dominans, quare eſt acris, mordicatiua cum amaritudine pauca. † Et dixit Galen. eſt in ea de ſtipticitate aliquid

& eſt

& est incisiua, rubificatiua, subtiliatiua, et abstersiua. Fescere sin vero est minus calida, & pars terrea in ea est maior igneitate eius, propter quod est cum amaritudine vincente super acredinem ipsius, & est in omnibus debilior, quam fescera.

RECTIFICATIO. De rectificatione autē eius fit secundum quod diximus in luf. propter quod pars ista continuatur illi. Confectio alfescera, quam scribit Democr. mundificans cerebrum, & neruos, & nucam, & est afferens iuuamentum manifestum epilepsiæ, & vertigini, & paralysi, & ęgritudinibus neruorum frigidis. cuius hæc est permixtio. Accipe radicis alfesceræ mundatæ, & contritę libras v. mellis passularum libras iiij. scillæ assatæ, pinearum mundatarum ana vnc. i. & s. nucis muscatę, cordumeni, macis, zingiberis, ana drach. ij. caryophyl. piper. lōg. ana drach. j. & s. seseleos, salis gemmæ, gallię ana drachm. j. spicæ drach. s. agarici drach. iij. stœchados drach. j. s. Dosis est à drach. ij. vsque ad v. Datur post sex menses. Inquit idem. Accipe succi eius vnc. v. aceti scillitici libram j. aquæ coctionis origani, hyssopi siccę, leuistici, seseleos, cordumeni, stœchados, libram j. mellis passul. libr. v. mellis libras ij. fiat syrupus valens ad ea, quæ diximus, & est dosis eius vnc. ij. Dixit filius Zezar, Fiat ex succo eius, & melle passularum lohoc bonum ad asthma, & tussim.

POSSE. Vtriusque radix, & proprie succus eius solutione educit phlegma, & prouocat vrinam, & mundificat cerebrum, & neruos, & mēbra anhelitus à superfluitatibus phlegmatis, & putridis, & aperit oppilationes viscerum, & renum, & confert secūdum omnem modum administrationis eius epilepsiæ, & vertigini, et ęgritudinibus neruorum frigidis. & affert iuuamentum manifestū tussi, & asthmati, & proprie sumptum lambendo. & confert dolori laterum, & comeditur talus eius in primis cum crescit, & proprie cum speciebus, & confert fœtori oris, & proprie corruptioni stomachi. Verūtamen permiscet spiritus in cerebro, sicut dicitur eius vsus frequens. & est ex resoluentibus apostemata dura, & apostemata splenis, & proprie emplastrum factum ex ea cum ficubus, & vino, & similiter oxymel eius sumptum continue, & abscindit cū vino panaritium, & confert vlceribus malis, extrahit fracturas ossium, & spinas, & ligna, & proprie cum vino, & melle. Sorbitiones factę ex succo eius, & frumento decocto, & melle faciunt exuberare lac, & sedere in coctione eius, mundificat matricem, & facit aborsum, & etiam suppositum, & comestum. Radix quoque eius, & succus eius abstergit faciem, & fœditatem cutis, & pannum, & vestigia, quæ remanserunt post vulnera, & proprie cum farina cicerum, & fabarum. & cocta cum oleo aufert occultationem sanguinis. Confectio trochiscorum clarificantium faciem, & abstergentium fœditatem cutis, & faciētium colorem bonum cum permixtione rubedinis. Accipe farinæ similaginis, farinæ hordei, ciceris albi, farinæ fabarum, amygdalarum dulciū, tragacanthi, omnium, ana drach. ij. radicis fesceræ siccæ drach. j. s. fac trochiscos cū albumine oui, & lini cum aqua hordei, & post duas horas ablue cum aqua furfuris, Ex succo autem fescerasim, melle & vino, & proprie partibus æqualibus fit potio ad scrophulas, & est expertum. & similiter fit emplastrum ex ipsius radice & melle, & delet eas. Confert autem morsibus animalium venenosorum.

DOSIS autem radicis fesceræ est ab aur. j. vsque ad aur. ij. & succi est à drach. j. vsque ad ij. & similiter fescere sin.

VITIS ALBA.



De Bryonia. Cap. XXV.

BRyonia est planta, quam vitem albam vocāt, radice foris terrei coloris, intus alba, ex qua pullulant stipites arboribus alijs plexu multiplici inuolui soliti, & in his racemi vuis similes, quos vuas lupinas vocant. Alia est vitis nigra radice foris cineritia, intus alba, minus tamen quam prior, quæ reptiliū cucurbita dicitur. Minus item calida, & ad omnia imbecillior, quam alba, quod in ea plus sit substantiæ terreæ amaræ, quam igneæ acris. Bryonia enim Diosc. calida, & sicca ordine tertio, cōstans substātia terrea, pauca adusta, ob id amara; multa autem ignea, acri, mordente. † Galeno autem incidit, tenuat, terget, rubrificat, subadstringit. Vtriusque radix, ac præcipue succus, pituitam etiam putri cerebrum, neruos, partes respiratorias purgat, obstructiones viscerum, & renum aperit, vrinas mouet. Quapropter epilepsiæ, vertigini, & cæteris [cerebri, &] neruorum affectibus frigidis confert aperte, ac

SYLV. *Hac radice foris nigra intus buxea Dioscor. viti albæ ad oīa similis, sed imbecillior, lib. vi. simpl. folia, fruct', radices dicit acres.*

† Hoc nō habet Gal. lib. 6. simpl. Radicis 3. i. anno toto potui datur epilepticis Diosc.

te,ac etiam tussi,& asthmati,præsertim lambendo sumptum,& laterum dolori. Turiones eius cum primum crescunt,eduntur præcipue cum aromatibus,orisque odorem tetrum emendant,præsertim quem humorum in ventriculo corruptio excitat. Spiritus tamen in cerebro miscere dicitur vsu crebro. Tumores duros etiam splenis resoluit,præsertim cum vino,& ficis emplastri modo imposita radix,& oxymelite ex hac facto,& sumpto. Paronychiam cum vino sanat,confert vlceribus malignis, fragmẽta ossium extrahit,& spinas,& ligna,præsertim cum vino,& melle,sorbitio ex succo eius, frumento cocto,& melle,lac auget, bene coctum vterum purgat,aborsum facit sumptus,& suppositus. Tam radix,quam ipsius succus faciem terget, & cutis reliquæ fœditatem,pannum, vulnerũ vestigia,præsertim cum farina cicerum, & fabarum, coctumque cum oleo sugillata delet. Fiunt inde trochisci faciem claram reddentes,fœditatem cutis tergentes, colorem bonum, ac roseum, seu rubro permistum facientes. Accipe farinæ puræ,tritici, hordei, ciceris albi, fabarum, amygdalarum dulcium,tragacanthi ana drach.ij.radicis bryonię siccæ drachmam vnam,& dimidiam,cum albumine oui fac trochiscos,line cũ decocto hordei,& post duas horas ablue decocto furfuris. Ex succo autem bryoniæ nigræ melle,& vino presertim ana,fit potio ad strumas experta,& emplastrum ex ipsius radice,& melle eadem delet. Confert morsibus animalium venenosorum. Corrigitur vt dracũculus, ob id illi mox hanc subiecimus. Et bryonia medicamentum à Democrito compositum aperte efficax,ad epilepsiam,paralysim,vertiginem, & cæteros affectus frigidos cerebri, spinalis medullæ,& ortorum vtrinque neruorũ, accipit radicis bryoniæ mũdatæ,& tritæ,libram dimidiam,sapæ,vuarum passarum lib.iiij.scillę assatæ,strobylorũ purgatorum ana vnc.j.& semissem, nucis moschatæ, cardamomi,macis, zingiberis ana drach.ij. caryophyllorum, piperis longi, stœchados ana drach.j. & semissem,seseleos,salis gemmæ,galliæ ana drachm.j.spicæ drach.s.agarici drach.iij. Dat post sex menses à drach.ij. ad drachm.v. Idem accipit succi bryoniæ vnc.v.aceti scillini librã j.aquæ coctionis origani,hyssopi sicci,libystici, seseleos, cardamomi,stœchados ana drach.j.sapæ,vuarum passarum lib.dimidiam, mellis libras ij. Fiat syrupus idem pollens,quod prior compositio,si detur.vnc.ij. Ex succo eiusdem,& sapa vuarum passarum eclegma ad tussim,& asthma efficax,filius Zezar componit. Datur autem radix bryoniæ,& vitis nigræ similiter ab aureo vno ad aureos duos. succus autem à drachm.j. ad drach.ij.

De Alfescera.

MANA. GRæci Ampeloleucen,& Bryoniam,& Psylotrum vocant. Latini Vitem albam. CVIVS radix est terrei coloris exterius,interius vero alba.) Dioscorides radicis colorem non expressit. Plinius albam dixit,& grãdem. ET est species eius fescerefin.) videtur hic loqui de nigra,quam Græci Ampelomelam vocant,Latini vuam Tamniam, Tamnum vel Tannon. EIVS radix est cineritia exterius,& interius alba, non albedine prioris.) Loquitur de ea quam vocant fescerefin Arabes,& Latini Tamnum: De cuius tamen radice ait Dioscorides quod foris est nigra,intus buxei coloris. FESCERA inquit Dioscorides calida,& sicca in tertio.) Hic est manifestus error. siquidem (vt alias sæpius diximus) de medicinarum gradibus non est locutus Dioscorides. Galenus radicem dixit moderate calidam. Noster Mesue secutus est Auic. qui tamen male sibi constat. Nam cum dixisset calidam in tertio,paulo post dixit,quod temperate calefacit. ET est composita ex partibus igneis, cum partibus terreis adustis,& igneitas est dominans.) Nec hoc dixit Dioscorides. sed quod folia, fructus, & radices acria sunt. ET dixit Gal. est in ea de stypticitate aliquid.& reliqua.) De asparagis huius plantæ dixit Gal. quod boni stomacho sunt ob stypsin,quam subamaram,& debiliter acrem habẽt. De radicibus vero,quod abstergũt,siccant,& tenuiũ partium sunt. FESCERESIN vero est nimis calida.) Lege minus, non nimis,nihil enim de ea scribit Gal. nisi quod albæ in omnibus est similis,verum debilior. VTRIVSQVE radix,& proprie succus eius,solutione educit phlegma. De alba dixit Dioscorides. quod succus radicis vere exprimitur, bibiturque cum mulsa aqua,& pituitam educit. EPILEPSIAE.) Drachmæ pondere anno integro radix pota datur comitialibus,ait Dioscorides. ET comeditur talus eius in primis cum crescit.) Intellige primæua veris germina, quæ elixa aluum,& vrinas mouent,si manduntur,secundum Dioscorides. & secundum Gal. ob stypsin,quod & superius dixi,sunt bona stomacho,Plures tamen virtutes adscribit Dioscorides asparagis nigræ, quam albæ, scilicet,quod menses mouent,lienes minuũt, comitialibus,vertiginosis,& resolutis sunt vtiles. VERVNTAMEN permiscent spiritus.) Dioscorides vbi multiplices radicis vitis albæ vsus ostendit in comitialibus, attonitis, vertiginosis, serpentum morsibus,aborsibus;subdit,mentem interdum perturbat. EST ex resoluentibus apostemata dura.) Non duros tumores,sed phlegmonas discutere ex vino,emplastri modo impositam,& abscessus rumpere,dicit Dioscorides. ET apostemata splenis.) Lienem,inquit Dioscorides de alba loquens,liquat, trium obolorum pondere per dies triginta cum aceto pota. Postea subdit,Ad eundem cum fico vtiliter illinitur. Galenus,pota,& extrinsecus cum ficis admota. ET abscindit cum vino panaritium.) Cum oleo donec colliquescat excocta,delet prurygia,secũdũ Dioscorides de alba loquentem,& sugillata. ET cõfert vlceribus malis) De eadem alba inquit Dioscorides folia, semen,radix acrẽ habent virtutem: vnde cum sale ad chironia, gangrænica,phagedænica, & cum putredine crurum vlcera, faciunt imposita. *Et trahit fracturas ossium,& spinas,& ligna.* Dioscorides *de ossibus* tantum scribit. Quod si radix albæ trita emplastri modo imponatur, ossa educit. SORBITIONES factæ ex succo eius,& frumento decocto,& melle.) Dioscorides non apponit mel,sed dicit,si succus eum triticeis granis decoctis bibatur, exuperare lac facit. Radix quoque eius, & succus eius abstergit faciem, & reliqua. ET subdit,& proprie cum farina cicerum,& fabarum. Dioscorides cum eruo ephelides, ionthos,lentigines,ac nigras cicatrices. Confert morsibus animaliũ venenosorum. Contra viperæ morsus,ait Dioscorides, pota duarum drach. pondere.

DE vitis albæ temperamento, quam fescera vocãt Arabes, controuersia est. Hic ex Dioscorid. authoritate in tertio ordine calidorum,& siccorum ponit. At Dioscor. de temperamento, aut gradu nihil: Galenus contra temperate calidam putat: Auicen. vero primo idem quod Mes. sentit,mox Galeno assentitur, scribens eam temperate calefacere. Verum ad hæc Dioscorides,& folia huius,& fructus,& radices acres esse ait. ac si gustatu radicem experiare acrimoniam amatori COST.

rori coniunctam senties insignem: acria vero quæ sunt insigniter etiam calefacere Gal. non semel docet. quo fit, vt non perperam tertio ordine calida censeatur, sed hæc forte asse acrimonia humore multo quo ea scatet radix obruitur, ac veluti temperatur: vt propterea licet gustatu vehementiorem præ se ferat caliditatem, non nisi temperate tamen calefacit. ac merito à Galeno, & Auicen. moderate calida iudicetur. hoc pacto sedari hoc forte dissidium potest. quanquam, neque ego hoc plane ausim affirmare, & expurgandi vis, quam huius radicis succo inesse experimur, Mesuæ potius, quam Galeno astipulatur. Illud etiam de Mesue hic repetam, quod iam sæpe, non esse admirandum si Dioscoridem, aut Galen. eorum interdum authores facit, quæ ipsi non scribunt. habuisse enim Arabes Dioscoridis, aut Galeni libros non nisi depravatos multa sunt, quæ nos doceant. Alioqui vero, quæ hic de suo addit, aut immutat, vera ne sint, an falsa non tam aliorum authoritate (quod Manar. facit) quam ratione sunt expendenda. Porro duo hic scribit, quæ nõ omnibus placent. alterum quum ait, [mundificat cerebrum] alterum vbi dicit [veruntamen permiscet spiritus in cerebro.] Primum equidem, quum antea medicamenti huius succo pituitam expurgari dixerit, pituitæ vero sedes cerebrum est authore Hippocr. superflue ergo (aiunt) hoc adiectum est, quod expurget cerebrum. Alterum vero etiam est subiectum. quum enim ipsomet Mesue affirmante hoc medicamentum epilepticis, ac vertiginosis opituletur, epilepsia vero, ac vertigo frequentius ex spirituum commotione procreantur, quam hoc medicamento sedari necesse est si eos affectus curat; qui fieri potest, vt idem spiritus etiam commoueat? Verum neque hæc temere Mes. scribit. Vt demus profecto pituitæ sedem cerebrum esse Hippocrati, licet aduersus Galeni sententiam eius sedem ventriculum facientis, & aduersus rationem quando mucus vere est cerebri excrementum non pituita: est enim pituita semicoctus sanguis, mucus vero ille à sanguinis natura tam alienus, vt quauis coctione verti in sanguinem nunquam possit. vt hoc tamen demus pituitæ sedem cerebrum esse: at imbecillium tamen medicamentorum pituitam expurgantium vis cerebrum non attingit: propterea ergo non insulse cerebrum vitis alba vsu expurgari commonuit, efficacem huius medicamẽti facultatem significans, quod non pituitam solum extrahit, sed à longinquis etiam partibus educit. An vero alba vitis quum epilepsiam, & vertiginem arceat, spiritus etiam commouere possit; si Dioscoridem consulas, fieri is vtrunque ait. quo vero pacto, & cõmoueri spiritus, & idem commoti sedari eodem possint medicamento, difficile equidem est explicatu, si eiusdem generis motus sit qui sedatur, & citatur. Atqui diuersa res est, vt puto. Epilepsiam, & vertiginem facit vaporum qui ex pituita efferuntur inordinatus motus in cerebro: at insaniam animalium spirituum certa quædam intemperies, ac à naturali eorum statu perturbatio. coniunguntur autem insanis interdũ vtraque hæc, & vaporum inordinatus motus, & spirituum animalium intemperies, ac perturbatio illa veluti etiã in ebrijs, at quum ebrij stare loco nequeant, circumuerti putent omnia, vt uertiginosi; alij tamen insani multi nihil tale patiuntur. id quod non eandem vtriusque affectus causam esse plane docent. cuius etiam rei id argumentum præbet, quod vertiginosi, ac epileptici non statim etiam fiunt amentes. diuersum ergo spirituum motum sedat idem medicamentum, & facit. ac propterea neque hic, neque Dioscor. accusandus. Quod si quis tamen eandem motuum, & spirituum in vertiginosis, ac insanis speciẽ esse contendat; nos certe quo pacto vtrumque horum obeatur, fatebimur ignorare. fieri tamen vtrumque posse exemplo etiam tuebimur. opium enim sedare animalium spirituum motum potest, quod & sensus obligat omnes, & motum omnem aufert. atque idẽ tamen eosdem etiamnum spiritus cõcitat, atque alacres præter modum, ac amentes eos reddit qui illo vtuntur. quod Turcis prælium inituris euenire intelligimus. Atque referri equidem diuersorum horum effectuum causa in certam quandam, vel intemperiem, vel mẽsuram potest. sed quænam aut qualis hæc ipsa sit, non secus ac venenosum certæ causæ latent, latere nos hoc ipsum profitemur.

CYCLAMINVS.



De Arthanita. Cap. XXVI.

ARthanita est panis alcurith, & ab alijs dicitur panis fauni, & ab alijs panis porcinus, & ab alijs cyclamen. Et inuenitur ex eo magnum, & paruum. † Magni autem radix est in modum rapæ rotũdæ, † cuius pars exterior est terrea, nigra. Interior vero alba. Et eleuantur super radices frondes, † & flores secundum semitam violarũ subalbidarum sine eleuatione stipitis super eius radicem. † Paruum vero habet radices subterraneas plurimas in modum auellanæ, & cicerum. ANT.

ELECTIO. vtrunque bonum est, & competit vsui medicinæ.

COMPLEXIO, & proprietas. † Calidę complexionis

plexionis est, & siccæ in principio tertij. Et est † incisiuum, subtiliatiuum, calefactiuum, resolutiuũ, absterſiuum, mundificatiuum, aperitiuũ oppilationum. Et est ex rebus ſudorem exuberare facientibus. Et est ex maxime mundificantibus cutim, & ex remouẽtibus fœditatem eius.

RECTIFICATIO. Recipit de rectificatione hoc idem, quod diximus in capitulo de luf, & in capit. de alfeſcera. † Dixit filius Serapionis. Accipe ſucci eius drachm. iiij. & diſſolue cum zuccharo, & coque vſque ad tertiam, & propinetur in mane, & est medicina certa, & experta ad icteritiam. Et dicit Græcus, Succus eius cum mellicrato, aut ſecaniabin, & proprie de quolibet partes æquales ſumptæ, & coctæ ſecundum ſuperiorem doctrinam est medicina experta ad icteritiam citrinam. Vnguentum arthanitæ ex inuentione Alexan. quo vngitur venter, & femur, & ilia, & ſoluit ſolutione cathartici. Et propinandum est non valentibus ſumere medicinã. Et ſi linitur ſuper ſtomachum facit vomitum. Et confert hydropiſi, & ſolutione educit aquam citrinam. Cuius hæc est permixtio. Accipe ſucci arthanitæ libras iij. ſucci cucumeris aſinini libram vnam. olei irini lib. ij. butyri vaccini libram j. pulpæ colocynthidis vnc. iij. polypodij vnc. vj. euphorbij vnciam j. Quæ terenda ſunt tere & ſubmerge in ſuccis, & pone in vaſe vitreo ſtricti orificij, & ſtringe caput eius, & dimitte per octo dies. Deinde bulliat totum bullitione vna, & coletur, & pone ſuper colaturam ſagapeni aur. v. myrrhæ aur. iij. ita quod reſoluantur prius in aceto vini quantitate ſufficienti. Aggrega omnia ſimul, & bulliant ſemper agitando cum fuſte vſque ad ſuccorum fere conſumptionem. Tunc ponantur ceræ vnc. v. fellis vaccini aur. v. & ferueant donec liquefiat cera, tunc accipe ſcammonij, aloes, mezereon, colocynthidis ana aur. v. euphorbij aur. ij. ſalis gemmæ aur. iij. turbith aur. v. piperis long. zingib. chamæmillæ, cinnam. omnium ana aur. ij. Pulueriz entur, & miſce cum eis ſimul terendo in mortario donec perficiatur. Vnguentum aliud arthanitæ, & est reſoluens apoſtemata dura ſplenis, & lapideitatem ipſius, & ſcrophulas. Cuius hæc est permixtio. Accipe ſucci eius, & viſcoſitatis, quæ mulgetur ex radice filicis ana libram j. ſucci extremitatum tamariſci. vnc. ij. olei irini lib. ij. hyſſopi humidæ ana vnc. xv. aceti vnc. ij. ammoniaci, bdellij vnc. j. & s. ceræ citr. vnc. vj. fiat ſicut ſuperius diximus. Arthanita decoctionem ſufficientem ſuſtinet.

POSSE. † Solutione educit phlegma mucilaginoſum ſumptum, & ſuppoſitum, † & etiam linitum ſuper femur, & ilia, & partes adiacentes ei. Et aperit oppilationes viſcerum, † & maxime ſplenis, proprie ſumptum cum oxymelle, & ſimiliter emplaſtratum. & cõfert colicæ phlegmaticæ, & ei, quæ fit ex retentione fœcis. & est ex rebus mundificantibus caput, & oculos, † & proprie caputpurgium factum ex eo, & abſcindit hemicraneam frigidam, & ſodam, & confert torturæ, & paralyſi, & ad ægritudines cerebri phlegmaticas, & proprie ſi fiat caputpurgium poſt aſſumptionem hieræ, aut theodoricon, aut pilularum fœtidarum, & ſimilium. † & confert caputpurgium ex eo factum debilitati viſus, & aquæ quæ deſcendit ad oculum. Et est experta res ad icteritiam, conuertens in vaporem, & fumum, & ſudorem materiã eius, & proprie ſuccus eius cum ſecaniabin, aut mellicrato. & oportet, vt ſumens cooperiatur multum, vt ſudet ſudore vehementi citrino; † & ſecũdum omnem modum adminiſtrationis eius confert duritiei ſplenis, & aliorum apoſtematum, & ſcrophulis. & tam bibitum, quam ſuppoſitum prouocat menſtrua. & est ex maxime aperientibus orificia hæmorrhoidarum. & dicitur quod ſi ſuſpendatur in collo mulieris radix eius, non concipit. & linitur ex eo anus, & confert exitui eius.

DOSIS eius ab aur. ij. vſque ad drach. iiij. & proprie ſucci eius.

De Cyclamino. *Cap. XXVI.*

CYclaminus panis dictus, his fauni, alijs porci, maior inuenitur, & minor. Maioris radix rapæ modo † rotunda, foris tetra & nigra, intus alba, à qua folia, & flores violæ nigræ ſimiles, ſubalbi, ſine caule. Minoris radix ſub terra plurima auellanæ, & cicerum forma. vterque est medicatorius, calidus, ſiccus initio tertij ordinis. incidit, tenuat, reſoluit, terget, expurgat, obſtructiones aperit, ſudorem copioſum mouet, cutem fœditate eius ablata omniũ maxime expurgat. Pituitam lentam, & craſſam ſumptus, & ſuppoſitus, atque adeo femori, ilibus, & vicinis partibus illitus purgat. Obſtructiones viſcerum, præcipue ſplenis aperit, maximeque ex oxymelite, & ſumptus, & emplaſtri modo admotus colicum dolorem à pituita, aut ſtercore ſuppreſſo ſanat, caput & oculos inſigniter expurgat, præſertim errhyno ex ipſo in nares recepto, præſertim poſt purgationem per hieram, aut Theodoricon, aut catapotia fętida, aut ſimilia. Quapropter viſui imbecillo, & aquis in ipſum ruentibus, hemicraniæ, cephalalgiæ, torturæ, paralyſi, & cæteris cerebri affectibus frigidis confert, errhyno, vt dixi, attractus. Icterum ſanat experientia certa, præſertim ſucco cum oxymelite, vel œnomelite ſumpto, & operto deinde diligenter corpore. Nam ſic ſudore largo materia etiam in vaporem verſa bilioſo excremento exonerabitur. Duro lieni confert, quouis vtendi modo, & tumoribus alijs, vt etiam ſtrumas iuuet. Menſes mouet ſumptus, & ſuppoſitus, hæmorrhoidas potẽtiſſime aperit. Eius radix collo mulieris appenſa conceptum prohibere dicitur. Sedis procidentiam illitus iuuat. Corrigitur vt dracunculus, & bryonia. ſucci huius drachm. iiij. cum ſaccharo ſolutas, & ad tertiam coctas, mane ſumptas, icterum ſanare certiſſimum, & expertiſſimum affirmat filius Serapionis. Idem præſtare ſuccum eum cum æquali portione oxymelitis, vel ænomelitis, vt prius, coctum, & ſumptum Græcus teſtatur. Vnguẽtum præterea eſt Alexandri

SYLV. *Panis porcinus.* † *Parũ latæ & nigra. Caule digitorũ quatuor modo Diosc. Flos rosaceus quidẽ, & ad purpuram vergẽs, ſed forma violæ nigræ, altera autẽ eius ſpecies flore cãdido radice inutili nulla mul titudinis mẽtione Dioſc. Gal.*

dri ex cyclamino,quod ventri, femori,ilibus inunctum,aluum deiectione purgat,ſtomacho autē vomitu vacuat aquas ſeroſas, idoneum hydropicis,& à medicamento abhorrentibus. recipit autē ſucci cyclamini lib.iij.ſucci cucumeris agreſtis lib. j.olei irini libr. ij. butyri vaccini libr. j. euphorbij vnc.j. pulpæ colocynthidos vnc.iij.polypodij vnc. vj.trita,quæ teri poſſunt. ſucci octo dies merganzur in vaſe vitreo anguſti oris, obſtructo probe, poſt hos ſemel feruefiat,coletur:colato,adde ſagapeni,aureos quinque: myrrhæ aureos tres in aceto prius diſſolutos, quanto eſt opus. coque ſemper rudicula mouendo, donec ſuccus prope omnis conſumptus erit. tunc adde ceræ vnc.v. ſellis vaccini aur.v. coque donec cera erit liquata, tunc adde ſcammonij, aloes, cocci cnidij, colocynthidos,turbith,ana aur.v. ſalis gēmæ aur.iij. euphorbij,piperis lōgi,zingiberis, chamæmeli,cinnamomi,ana aur.ij. puluerizata in mortario permiſceātur. Vnguentum quoque alterum ex cyclamino fit ad reſoluendam duritiem ſplenis etiam lapidoſam,& ſtrumas,recipit ſucci cyclaminis, humoris lenti ex radice filicis emulcti,ana lib.j. ſucci extremorum tamaricis ſurculorum vnc.ij. olei irini lib. ij.œſypi vnc.xv. aceti vnc.ij. hammoniaci, bdellij ana vnc.j.& ſemiſsē,ceræ flauæ vnc.vj.fac vt prius. Cyclaminus coctionem ſufficientem ſuſtinet. Datur præſertim ſucco ab aur.ij. ad aur.iiij.

De Arthanita.

MANA. CYclaminon Græci,Latini Rapum,vel vmbilicum terræ,aliqui orbicularem vocat. MAGNI radix eſt in modum rapi rotundi.) Dioſc. parū latam dicit,& res ipſa idem oſtēdit. CVIVS pars exterior eſt terrea,nigra, interior alba.)Dioſcorides abſolute nigram dicit. Et eleuantur ſuper radices frōdes, & parū infra,ſine eleuatione ſtipitis.)Error eſt hic manifeſtus,caulē enim Dioſcoride, & re ipſa teſte,ſert quatuor digitorū,ſed nudū. Flores,ſecundū ſemilā violarum ſubalbidarū.)Error & hic. flores.n. cōis Cyclaminis roſacei ſunt,& ad purpurā vergētes. Altera verò & ſecunda ſpecies,floré ſert candidū: ſed de ea nondum loq cepit. PARVVM verò hēt radices ſubterraneas plurimas.)Neſcio vbi hęc inuenerit iſte homo. Dioſcorides,& Galenus radice eſſe aiūt inutili,nulla de hac pluralitate habita mētione. Calidæ complexionis eſt,& ſiccæ in tertio.) Gradū ei,nec Galenus determinat,nec Auic. ET eſt inciſiuum,& reliqua.) Addit & aliam vim Gal.quod attrahit. DIXIT filius Serapionis. accipe ſucci eius drach. iiij.) Trium drach.pondere,ait Dioſc.cum paſſo,aut mellicrato aquoſo bibatur radix,in morbo arquato. SOLVTIONE educit phlegma mucilaginoſum.) Pota,inquit Dioſc. cum hydromelite,pituitam educit,& aquam. ET etiam linitum ſuper femus) Succus illitus vmbilico pectini, & coxendicibus, dicit Dioſc.aluum mollit,& aborſum facit. ET maximè ſplenis.)De altera Cyclamino ſcribit Dioſcor. quod denario acinorum eius,in vini albi cyathis duobus, per quadraginta dies poto,lien emittitur per aluum,& vrinam. ET proprie Caputpurgium.) Succus cum melle ait Dioſcor. ET confert Caputpurgium ex eo factum debilitati viſus,& reliqua. Non immiſſum naribus hoc facere ſcribit Dioſcor. ſed inungi oculis ſuffuſis,& hebetibus eius ſuccum cum melle. ET ſecundum oēm modum adminiſtrationis confert duritiei ſplenis, & aliorum apoſtematū,& ſcroſulis.) Miſcetur,inquit Gal. his quæ tubercula,ſtrumas,omnesq; duricies diſcutiunt. Multa quo-

A que alia poteſt, ſed hoc præcipue, quod cū vino bibitur, contra venena omnia ſecundum Dioſcoridem.

CYclamini quum duas ſpecies faciat Dioſcor. poſteriorem adhuc ignorant peritiores herbarij. Meſues priorem ſpeciem deſcribens in magnū,& paruum rurſum diuidit. atqui an paruum hoc radice parua,& multiplici conſtans, ſpecieve à magno differat, diſſenſio eſt. ſunt enim qui eandem ſpeciem putent ſola ætate differentem. Verum quum paruum hoc flores vere ipſo promat Anguillario teſte, ac radices ſemper paruas habeat; alterū verò floreat autumno, radicibus imitatur magnis, duas has cyclamini ſpecies eſſe confiteri neceſſe puto. Quod autem magni cyclamini flores Meſ. ſubalbidos eſſe dicat, non aduerſatur Dioſcoride. ſolet enim non tam purpureo, quam ſubalbido, ac etiam luteo flore ſpectari Anguillario adnotante. De ſtipite B *verò, ſeu caule quo Cyclamen carere Meſ. ait Dioſcor. quatuor ineſſe digitorum ſcribit, vt Manardus obiecit; nullus eſt qui non videat, cui flores inſident, pediculum verius atque aptius, quam caulem nuncupari. ſed caulem tamen pro pediculo interdum vſurpare Dioſcorides ſolet, vt in viola facit purpurea.* COST.

De Ariſtolochia. Cap. XXVII.

ARiſtolochiæ † tres ſunt ſpecies, ſcilicet, † longa, rotunda, † & alia cuius radix currit ſecundum ſemitam palmitum vitis. ANT.

COMPLEXIO,& proprietas.† Inquit Dioſc. Omnes calidæ ſunt in principio tertij, ſiccæ in ſecundo. † & videtur quod longa ſit calidior, † quamuis terreitas eius vincat ſuper terreitatem C rotundæ. & videtur ex hoc quod rotūda ſit ſubtilior, quare ad omnes operationes promptior. † & eſt vtraque aperitiua opilationum, reſolutiua,attractiua, † & extrahens ſpinas, & fracturas lignorum infixas carni. & vtraque eſt ſubtiliatiua,ſed rotunda magis propter id quod diximus. Alia verò ſpecies eius in omnibus his eſt debilior,propter illud non eſt famoſa.

RECTIFICATIO. Soluendo non nocet, imò cōfert viſceribus, & exigit in alijs de rectificatione ſecundū quod diximus in Luf,& de decoctione,& triturationē rem plenam ſuſtinet.

POSSE.† Solutione educit humiditates phlegmaticas: & dixerūt aliqui,qđ ēt cholericas. & eſt ex rebus maximè mūdificantibus pulmonem,& pectus à phlegmate,& putredinibus,& cōfert iuuamentum manifeſtum, † aſthmati, & tuſſi, ſecundū oēm modum adminiſtrationis eius,& ēt ſuffumigatio ex eo adminiſtrata per embotum. Confectio formarum quarū iuuamentum magnificatum eſt ad aſthma antiquum, & tuſſim humidam, & proprie quādo recipitur ſuffumigatio per interualla ex vna earum per traiectorium. Accipe ariſtolo. rotundæ, arſenici citrini partes æquales. Aggrega cum vitello oui,& fiant formæ ſicut auellanæ. Adhuc autem ariſtolochia eſt ex rebus mundificantibus cerebrum,& eſt conferens epilepſiæ,& proprie rotunda. Confert etiam ſtomacho,remouens ſingultum ventoſum,& ſedat dolores omnes à ventoſitate,in viſceribus,& aufert oppilationes ſplenis,& ventoſitates in ipſo, & proprie rotunda, & hoc cum

oxymelle

oxymelle radicum, † & omnes quidem ſpecies eius mundificant matrices fœtarum, & prouocant menſtrua, & faciunt aborſum. & rotunda quidem eſt ex medicinis magnis ad vlcera mala fraudulenta, & eſt mundificans fiſtulas, & generans carnem in ipſis: & emplaſtratio ipſius cum melle, & ſale pauco, confert podagræ, & contuſioni lacertorum. Cum hydromelle autem curat vlcera aurium, & corroborat auditum. Acetum autem coctionis ipſius ſtringit gingiuas, & remouet putredines ab eis, etſi cõfricantur cum ea dentes abſtergit eos. † & eſt medicina bona rigori febrium.

Dosis eius eſt à drachm. j. vſque ad aur. j.

ARISTOLOCHIA LONGA.



ARISTOLOCHIA ROTVNDA.



De Ariſtolochia. Cap. XXVII.

SYLV. *Longa mas. rotũda fœmina Dioſc. Auicen. non Dioſc. ſunt hi gradus.*

ARiſtolochiæ † tres ſunt ſpecies, † longa, rotunda, & clematitis, ideſt ſarmentaria dicta, quod radices vitis ſarmentorum ſimiles ſpargat. Omnes calidæ ſunt Dioſc. in principio ordinis tertij: ſiccæ ſecundo; longa tamen calidior videtur, quamuis terræ in ea ſubſtantia plus ſit, quam in rotunda, quæ ob id tenuioris eſt ſubſtantiæ, & ad omnia efficacior. Vtraque tamẽ obſtructiones aperit, reſoluit, attrahit, ſpinas extrahit, & lignorum fragmenta carni infixa tenuat; ſed hæc omnia rotunda magis ob dictam prius cauſam. pituitam purgat, & quorundam ſentẽtia etiam bilem, thoracem quoque, & pulmones pituita etiam putri expurgat inſigniter: quapropter tuſſi humidæ, & aſthmati etiam antiquo maximè prodeſt, quouis vſus modo, etiam ſi ſuffitu vaporem per infundibulum æger inſpiret, horum præſertim trochiſcorum accipientium. Ariſtolochiæ rotundæ, arſenici pares portiones comprehendendas oui vitello in trochiſcum, aut auellanæ formam fingendas, vnius fumum certis interuallis, vt dixi, per infundibulũ inſpiret æger. Ariſtolochia quoque, præſertim rotunda, cerebrum expurgat, ob id epilepſię confert, ſtomachum etiam eadem iuuat, ſingultu à flatibus conflictatum. Hos enim non modo à ſtomacho, ſed liene, & alijs viſceribus diſſipat, horumq; obſtructiones liberat, & natos inde dolores ſedat, præſertim cum oxymelite radicato. Omnis autem Ariſtolochia vterum à partu † expurgat, menſes mouet, aborſum facit. Rotunda præter hæc, vlcera maligna, fiſtulas mire iuuat, quia terget, & carne implet. Podagram quoque, & muſculos contuſos cum melle, & pauco ſale emplaſtri modo admota iuuat, cum hydromelite verò curat aurium vlcera, & auditum roborat. Acetum denique cui incocta eſt, gingiuas adſtringit, & putredinem ab his aufert, dentes quoque confricatu deterget. Rigori etiam febrili remedium eſt ſingulare. Purgando non nocet, ſed viſceribus confert. Quod ad alia attinet, vt dracunculus, corrigenda. Coquiterique plurimum poteſt. Datur à drach. j. ad aur. j.

† *Cum pipere, & myrrha, & peſſo ſubdita Dioſc. de lõga, Rotunda cũ aqua pota valet rigori Dioſc.*

De

De Aristolochia.

MANA. ARISTOLOCHIA, apud Græcos hoc nomen adepta est, quod ad ea, quæ in puerperis desyderantur, optime faciat. Latini ferè eodem nomine appellant: sunt tamen qui malum terræ, siue erraticum vocent. ARISTOLOCHIÆ tres sunt species.) Addunt nonnulli quartam, quam Pistolochiam nominant, vel a radicum multitudine, Pollyrrhizon Longa.) Marem hanc vocat Dioscorides. ET rotunda. Et hanc fœminam. ET alia, cuius radix currit secundum similitudinem vitis.) Clematitis hæc dicitur, quasi sarmentariam diceret. ramos tenues habens, & folia modicè rotunda, minori semperuiuo similia. INQVIT Dioscorides, omnes calidæ sunt in principio tertij.) Hic est error, sicuti, & alibi plerunque: non enim hoc Dioscorides, sed Auicenna. ET videtur, quod longa sit calidior.) Galenus dixit longam non minus calefacere, sed forte magis. QVAMVIS B terreitas ipsius vincat terreitatem rotundæ.) Minus tenuium partium est, inquit Galenus, quam rotunda. EST vtraque aperitiua, & reliqua.) Galenus absoluto sermone dixit radicem vtilissimam esse ad medicinam, cum sit amara, & subacris. De longa verò dixit, quod abstergit, & discutit, sed minus quam rotunda: & ideò vtilior est, vbi opus est moderate abstergere, sicuti in generanda carne, in vlceribus, & vteri fomentis. EXTRAHENS spinas.) Rotundæ hanc vim adscribunt Dioscorides, & Galenus: Paulus sesquidrachmam Clematitis educere ait, vt Colocynthim. Aetius drachmas duas fructus ficci, purgare bilem, & pituitam. ASTHMATI, & tussi.) Rotundam dixit Galenus auxiliari asthmaticis, singultientibus, epilepticis, podagricis, si cum aqua bibatur. Ruptis quoque, &, vulsis, atque his doloribus, cui obstructiones sequuntur, aut incocti spiritus crassitiem: sanare putredines, sordida vlcera expurgare, dentes, C ac gingiuas limpidare. Et omnes quidem species eius mundificant matrices fœtarum.) Cum pipere, & myrrha pota, ait Dioscorides de longa: eademque posse subditum ex ea pessulum. Et est medicina bona rigori febrium. Rotundam ait Dioscorides, cum aqua potam valere rigori: & Galenus Clematidem cum oleo: aut suillo adipe inunctam: suffumigio verò graues ad febres.

COST. *Aristolochiæ tres itidem species facit Dioscorides, vt & Mesues, rotundam, longam, clematida: sed quænam clematis sit, adhuc dissentiunt recentiores. alij tenuem esse contendunt, quæ longis, & sarmentosis radicibus inmixa passim reperitur. Contra alij ignorari clematida putant, sarmentosamque illam longæ speciem esse autumant. hæc verò fusius Matthiolus, & Anguillarius viri diligentissimi, quorum scripta hortamur, vt consulant studiosi. Porrò de Aristolochiæ nuncupatione controuersia est. Dioscorides ita vocari ait, quod ἀρίστη sit λοχεύσεις, optima puerperis: Plinius quoa ἀρίστη ἐχούσεις, quod optima sit vtero habentibus. Atqui si aristolochiæ vires expendas, quum abortum faciat, errare etiam Plinius. videtur. Contra tamen quia postremo loco scribit Plinius gloriam summam aristolochiæ, id esse quod traditur, inditam eam vuluis prægnantium cum bubula carne, mares figurare; emanasse ex hoc eam vocem, rectèque de eius etymologia Plinium sensisse tueri, quispiam fortasse crediderit. Sed quum gloriam hanc, non omni, sed longæ tantum aristolochiæ Plinius ascribat, quo pacto admitti hoc ex eo effectu etymon debeat, non satis scio. falsum eum potius fuisse*

A *suspicor ex malo Dioscoridem codice. legisseque* ἐχοῦ σαις *per* λοχεύσαις. *neque enim tam rudem Græcarum literarum fuisse eum dixerim, vt harum dictionum vim ignoraret.*

RICINVS.



De Albemesuch. Cap. XXVIII.

ALbemesuch dicitur proprie granum Regum, & est ex eo † aliud magnum, aliud paruum, & dicitur quod magnum est Kerua. ANT.

ELECTIO. Magnum, & paruum competunt vsui medicinæ, sed magis, magnum, quapropter eligitur.

COMPLEXIO, & proprietas. † Dixit Dioscorid. Calidæ complexionis est, & siccæ in tertio. & dixit Hamech, est in principio tertij.

RECTIFICATIO. Meretur de rectificatione hoc quod diximus in ca. de Ben. Oleum autem vtriusque extrahitur sicut oleum de amygdalis. D

POSSE. Facit vomitum, & solutionem laboriosam, & educit phlegma vehementer, & aliquando choleram, & materias a iuncturis, & aquam citrinam, † & coquuntur grana eius, & proprie contrita in iure galli antiqui, & confert colicæ, & doloribus iuncturarum. & podagræ, & dolori sciaticæ: & coquuntur cum aqua casei, aut mulgetur super ea lac caprinum, & colatur, & confert hydropisi. † Oleum autem de Kerua confert colicæ phlegmaticæ ventosæ.

DOSIS. † Sumuntur ex Keruâ a granis. v. vique ad vij. & vlterius a granis vij. vsque ad xv.

De Ricino. Cap. XXVIII.

SYLV.

† Magnus est palma Christi, vulgo lathyris: vulgo cataputia, est paruus.

Oleũ id ad lucernas est vtilissimum tenuiũ partium, & calidius, quã commune

† Alij duodecim.

RIcinus granum regium est duplex, † paruus, & magnus, (quod Kerua Mauris dicitur,) vterque medicamentis aptus, sed magnus magis, ob id eligendus. Calidus siccus gradu tertio Dioscorides. Hamech autem in principio tertij. Pituitam, ac interdum bilem violenter purgat deiectione, & vomitu, materias quoque, & aquam serosam a iuncturis attrahit. Dantur autem grana eius cocta, & trita in iure galli antiqui, conferuntque colico dolori, & iuncturarum, vt podagræ, ischiadi, aut coquuntur in aqua casei, aut lac caprinum super ea mulgetur, & colatur, & datur hydropicis vtiliter. Oleum autem cicinum, seu ricininum colico dolori a pituita, & flatibus confert. Corrigitur, vt balanus mirepsica. Ex vtroque oleum extrahitur, vt ex amygdalis. Datur a granis quinque ad grana septem, alterius a granis septem ad grana † quindecim.

De Albemesuch, idest Kerua.

CIci vel Crotoma, Dioscorides, & Græci, Ricinum, Latini primam eius speciem vocant. Nota satis planta. Mirasolem vulgo apud nos vocant, & ad decorem solum in hortis serunt, nescientes non exiguum ex ea, quæstum facile haberi posse, parato, ex semine oleo ad lucernas vtili, Aliud magnum, aliud paruum. Magnum, iam diximus esse Ricinum: paruum Lathyridem Cræci, vulgo Cataputiam nominant. DICIT Dioscorid. Calidæ complexionis, & siccæ.) Hoc non dixit Dioscorid. sed nec cuius sit temperaturæ. Galen. vim habere discutiendi, & abstergendi dicit Ciceon, oleumque ex fructu factum, calidius esse, tenuiorumque partium, quam commune. Lathyridem verò similem, quo ad vim, Tithimallis. FACIT vomitum, & solutionem laboriosam.) Educunt triginta eius grana, ait Dioscorid. per ventrem, pituitam, bilem, & aquam, & vomitum mouent. Valde tamen insuauis est, & laboriosa talis purgatio, stomachum vehementer peruertens. De Lathyride verò ait, quod eadem idest aquam, pituitam, & bilem, purgant grana eius septem, vel octo deglutita, vel pota. Galenus verò de Ricini folijs, quod abstergunt, discutiunt, & purgant, minus tamen omnia hæc faciunt, quam fructus. Et coquuntur grana eius, & proprie contrita in iure galli antiqui.) De folijs Lathyridis, ait Dioscorid quod cum gallinaceo, aut oleribus cocta, eandem habent seminibus operationem. Oleum autem confert colicæ.) purgare hoc oleum aquam dicit Dioscorid. & valere lumbricis alui, scabiei, & vlceribus capitis, sedis inflammationibus, & vteri præfocationibus. Sumuntur ex Cherua a granis quinque, vsq; ad septem, & alterius a granis septem, vsque ad duodecim. Dioscorides, vt superius tetigimus, Ciceos quidem exhibet grana triginta. Lathyridis septem, vel octo cum caricis, aut dactylis, aqua frigida super bibita. Paulus vsque ad quindecim, ita vt robusti, & qui pluri egent purgatione, ea mandant. Debiliores, & qui malo sunt stomacho, syncera deglutiant. Plinius vicena grana cum aqua pura, aut mulsa, purgare, ait facilè bilem, & aquam, si munda sumantur: si cum folliculis, vehementius purgare, & stomachum lædere.

E DE Ricini, ac lathyridis dosi varij varia proferũt. Mesues noster ricini quod vocat Albemesuch, alij etiam cherua, quinque aut septem grana exhibet: in lathyride quam is albemesuch minus, alij cataputiam nuncupant, a septem ad quindecim, vsque progreditur. Dioscorides ricini triginta, lathyridis septem tantum exhibet, aut octo. Paulus prioris quadraginta, alterius robustis corporibus quindecim. Aetius quem Actuarius æmulatur, lathyridis grana maiora dat quindecim, minora viginti. Plinius lathyridis vicena dat grana. Atqui vbi hæc perpendimus, & medicamenti huius vsum ad nostræ ætatis obseruationem traducimus, videntur paulo audaciores fuisse omnes præsertim Græci: quando nostra hac tempestate ricini præsertim Syriaci, quo vti multos noui, grana duo, aut tria strenue admodum, & multa noxa, F ac ventriculi molestia expurgant. Puto ergo in Dioscoridis codice non defuisse, nec deesse mendum. ac de ricino quidem, contextus Matthioli antiquus nos persuadet pro triginta τρεῖς, tres legens: de lathyride verò a Serapione ex Abenguefit testimonio commonemur, qui antiquorum audaciam admiratus quindecim lathyridis grana exhibentium, non plura, quam duo, aut quinque admittit ex recentiorum iudicio. ex Dioscoride ergo emanasse in cęteros errorem puto. COST.

SPARTVM.



G

H

De Albrahin, siue Abrahunc, & est genestra. Cap. XXIX.

ALbruhin, est capistrum arborum. Et est arbor montana, super cuius stipite eleuatur † densitas fustium multæ rectitudinis, & dum plicantur non patiuntur fracturas, vnde ligantur ex eis arbores: ANT.

bores. Et producunt † flores figuræ lunaris citrinitatis multæ.

Et proferunt folliculos secundum semitam orobi habentes semina distincta sicut lentes. Sed in lingua latina Genestra, siue mirica appellatur.

ELECTIO. Vltramarina est melior, & omnes quæ in partibus orientalibus oriuntur.

COMPLEXIO, ET PROPRIETAS. † Inquit Dioscorides. Calidæ, & siccæ est complexionis in secundo, & semen eius est calidius. † Et in flore eius, & stipitibus ipsius est humiditas superflua cum virtute incisiua, quare multiplicat vomitū. Et sunt omnes partes eius conturbatiuæ, incisiuæ, subtiliatiuæ, & prouocatiuæ.

RECTIFICATIO. Nocet stomacho, & cordi. Et dixit Philagrius. Cum melle rosato tollitur nocumentum eius. Et similiter cum rosis, & mastice. Semen autem eius propinandum est cum aqua mellis rosati. Anisum autem, & semen fœnic. & daucus, & similia auferunt nocumentum ipsius. Flos autem eius de decoctione sustinet modicum. Semen verò eius plus.

POSSE. † *Per vomitum, & per ventrem educit phlegma cum fortitudine vehementi, & materias quæ sunt in iuncturis, & mundificat renes ab omnibus superfluitatibus.* Et prouocat vrinā fortiter, & frangit lapidem in renibus, & vesica, & non permittit materias figi in eis, & densari in lapidem, & quando flores eius contriti propinantur cum melle rosato, aut cum ouo, resoluūt scrophulas. Et oxymel ex eis, aut ex seminibus ipsius resoluunt apostemata splenis. Et si frequentetur eis vomitus, confert ischiaticæ, & podagrę, & dolori renum.

DOSIS eius, & proprie florum est a drach. ij. vsque ad v. Et seminis a drachmis ij. vsq; ad iiij.

De Genista, seu Spartho. Cap. XXIX.

SYLV. *Myrica tamen latinis est tamarix. Phaseoli semina, & siliquarum succus frenetici trahitur Galeno.*

SPartum, genista Latinis, & myrica, est arborum capistrum, est autem arbor montana, cuius rami desinunt in virgas multas rectas, flexiles, fractu contumaces, quibus vites, & alia ligantur, flores habet flauos, lunata figura, siliquas † orobinis similes, & semina in his lenti similia, interuallis distincta. Vltramarina, & orientalis est melior, calida sicca ordine secundo Dioscor. Semen verò calidius, flori bus, & ramulis humiditas inest incidens, sed excrementosa, & ob id vomitoria. Quin planta hæc omnibus suis partibus conturbat † prouocat, incidit, tenuat. Pituitam, & materiam a iuncturis violenter purgat vomitu, & deiectione, renes omnibus excrementis perpurgat, vrinas valēter mouet, calculum frangit in renibus, atque adeò in vesica, nec in his materias figi, ac in calculum durescere sinit. Flores quoque huius cum melle rosato, aut ouo, strumas resoluunt. Oxymel item ex his, vel seminibus, tumores lienis resoluit. Vomitus quoque cum his frequens ischiadi, podagræ, & renum doloribus prodest. Nocet stomacho, & cordi, ob id cum melle rosato sumi, vult Philagrius, vt his partibus nocere desinat, & eadem ratione cum rosis, & mastiche. Semen vero eius cum aqua mellis rosati sumendum est. anisum quoque, & fœniculi, vel dauci semen eius noxas castigant. flos modicū coqui potest, semen diutius.

Datur præsertim flore a drach. ij. vsque ad drac. v. semine autem a drach. ij. ad drach. iiij.

De Abrachin.

SPartion Dioscorides vocat, Galenus Spartum, Latini Genistam. Vtinam omnia æque cognouisset, & descripsisset hic vir: non tamen facere potuit, vt errorem omnino effugeret, pro Phaselo Orobum scribens. Densitas fustium.) Dioscorid. virgas longas habet, absque foliis, solidas, ad frangendum difficiles. Flores lunares. Dioscorid. Leucoij. Inquit Dioscorides calidum, & siccum in secundo.) Nihil de hoc Dioscorides. Et in flore eius, & stipitibus est humiditas superflua.) Nec hoc lego apud Dioscoridem, vel Galenum, sed ait Galen. semina, & surculorum succum attrahere non ingeneroſe. Per vomitum, & per ventrem educit phlegma cum fortitudine.) Semen, & flores, cum melicrato pota, sine periculo purgant per superiora, sicuti Elleborus, inquit Dioscorides. Et per ventrem.) Semen purgat per inferiora, ait Dioscorides, ramis verò in aqua madefactis extractus succus, in ieiunio cyathi quantitate potus, coxendice, & angina laborantibus est vtilis. Plinius macerat pluribus diebus in aceto pro coxendicis dolore: perungique eodē succo docet cum oleo. Sunt tamen, inquit Dioscorid. qui macerent muria, aut marina aqua, & clysterem imponant his, qui coxendice laborant, educunturque cruenta, atque strigmenta. Quidam ad stranguriam vtuntur semine, vt Plin. testatur, qui etiam sanari genua dolentia Genista ait, tusa cum axungia. Dosis eius, & proprie florum.) Dioscorid. ex semine, & floribus dat quinque obolos, Plinius drachmam, & dimidiam.

MANA.

QVum Spartion carere folijs, & flores albæ violæ habere Dioſc. asserat, Genista autem veris initio ad totius æstatis postremum sua folia habeat ac flores non albos, aut violæ similes, sed luteos, ac lunares proferat; differre has inter se plantas constat. id & de quo Plinius ambigit libr. vigesimoquarto. Atque qui Hispaniam lustrarunt, spartium ex quo funes ad nauium armamenta, & ædificationum machinas expetitæ, ex quo calciamenta, & pastorum vestes, ex quo corbes fiunt: eodem sæpè loco cum frequentiori genista spectari etiā affirmant. Non idem tamen hi de huius plantæ facie referunt. alij iuncum describunt folijs, flore, ac semine viduum, alij plantam, aliam folijs tantum non etiam floribus, aut semine vacuam appingunt. Qua quidem in re si vera hi referunt, aliud spartij genus esse fatendum erit, quo nunc vtuntur, & aliud quod Dioscorid. delineat. Atque ad Dioscoridis certe historiam accedit Matthioli pictura: sed quum in ea folliculi pingantur a phasioli thecis, non parum dissimiles, hærere etiam hic cogor, an id verum sit Dioscoride spartium. Ex his, quum Mesues de genista hic non de spartio verba faciat, non admirandum tamen si etiam Dioscorid. testem adducat, qui, vt sæpè iam dictum, non nisi deprauatam Dioscorid. historiam habuit. Genistæ autem huius thecæ crura, & semina, tam belle lenticulam quandam paruam æmulantur oculis nostris, vt mirari de ijs subeat, qui errasse Mesuem aiunt, & in describenda theca pro phasiolis orobum, & in delineandis seminibus COST.

pro vitia, aut eruo lenticulam reponentem. Sed hac in re, non alius, quam ipsi oculi iudex est consulendus. Porrò nascitur in Insubria passim incultis locis frutex interdum tricubitalis, crebris a radice ramis fractu nō admodum contumacibus, foliys multis sylvestris pruni fere æmulis, sed longè minoribus, leuiter lanuginosis, ac tenuibus. hæc autem flore, theca, semine, ac radice genistam, adeò æmulatur, vt genistam sylvestrem incolæ nuncupent, neque certe inepte. Eius flores recentes oleo insolantur, & duros lienis tumores insigniter discutiunt, quod nos interdum obseruauimus.

De Elleboro. Cap. XXX.

ANT. HElleborus est barba alfugi. Et eius duæ sunt species. Nam alius albus, & alius niger.

ELECTIO. † Niger verò incolumior est albo: immo minatur albus accidentia terroris. Niger verò, acquirit iuuenescentiam, & incolumitatem. † Et quod ex eo magis eligitur proprie est cuius sapor est acutus, mordicans gustum, & habens colorem, sicut assarum proprie, & quod est frangibile, & mediū inter subtile, & crassum, & medium inter recentem, & antiquum, & medium inter ponderosū & leuem. Immo plus leuis est, quam ponderosus. Et qui est leuis carens asperitate. † Et melior pars totius plantæ est radix ipsius. † Melior pars radicis sunt fustes, † & melior pars eorum est cutis ipsorum. Et melius tempus collectionis eius est Ver, & Aestas. † Albus verò † maioris est acuitatis, & mordicationis, & eius mordacitas non est apparens subito, & est maioris magnitudinis, quam niger. In alijs autem proprietates nigri habet, sed plus de antiquitate quam niger patitur.

COMPLEXIO, & proprietas. † Niger est calidus, & siccus in tertio. Et est subtiliatiuus, absterſiuus, resolutiuus, & corrosiuus additionum carnium, quæ fiunt in vulneribus, & dicitur, quando nascitur apud radices arboris, quod sunt fructus eius solutiui. Albus verò calidus est, & siccus in medio tertij. & similiter absterſiuus, & mordicatiuus, multiplicans vomitum, & faciens sternutationem cum fortitudine.

RECTIFICATIO. † Albus corporibus nostri temporis est molestus, immo est eis, sicut venenum proprie præfocans. † Nigri autem, vsque ad tempora nostra virtus tolerabilis est, licet adhuc difficilis. Inquit enim Hippocrates. Molestus est helleborus eis quorum iana sunt corpora. Ars autem, & sollicitudo est in rectificando, & propinando, quando, & cui oportet. Facit enim tunc operationem incolumen. † Inquit filius Zezar. Fit tereniabin, sicut mel, & submerguntur in eo tepido ex fusticulis nigri partes conuenientes circiter horas viij. & extrahuntur ab eo, tunc propinetur altereniabin, quoniam est habens virtutem hellebori. Et consimile fit de melle passularum. Et quandoque submerguntur in iure gallinarum, aut carnium, & fit similiter. † Et aliqui perforant radicem raphani, & intromittunt frustum hellebori per E diem, & post auferunt, & propinant raphanum habentem virtutem hellebori. † Et quandoque infunduntur in oxymelle, & similiter fit. Et quandoque fit in vino dulci, & quandoque in condito, aut aliquo ex syrupo, aut robub, & quandoque infunditur in iure gallorum, aut catnium, & coquitur in iure, & postmodum addunt arte chist, aut hordeum fractum, aut rizū. Et quandoque sorbetur ius solum per se. † Daucus autē, & piper longū, & anisum, petroselinū, & hyssopus sicca, & calamentum, & origanum, & hasce bonificant operationem eius. † Bene autem miscetur cum epithymo, & polypodio, & sale indo, & similibus. Confortant enim se se. Confectio pilularum quas scripsit Haly, quarum iuuamentum est vltimum ad ægritudines F melancholicas, & cancrum, & lepram, & morpheam nigram difficilem, quarum hæc est permixtio. Rec. hieræ picræ drachm. xij. hellebori nigri, & polypodij ana drach. v. epithymi, stœchados ana drachm. vij. agarici, lapidis lazuli, salis indi, colocynthidis ana drachm. iij. Dosis earum est a drachma. j. vsque ad aur. ij. & sunt sanæ, & expertæ. Expellit enim virtutem vtriusque a corpore, aqua mellis, & aqua passularum, & aqua hordei, & ius gallorum, & gallinarum cum oleis, aut nucum, aut amygdalarum, & similium. † Pulueren tamen hellebori sumere non tutum est.

POSSE. Diximus vitari album, quia præfocatiuus est. Nigrum autem debere sumi, sicut concordant omnes, & proprie rectificatum se- G cundum artem, & legem, & non conuenit, nisi robustis, & animosis corporibus, & proprie tempore Veris. Datus quidem quando, cui conuenit facit acquirere iuuenescentiam, & incolumitatem, & mores laudabiles, & complexiones bonas. Hæc enim est proprietas ipsius, sicut dixit Hippocrat. *Et ipse* quidem mundificat totum corpus a superfluitatibus membrorum corruptis. & solutione educit, cum facilitate choleram permixtam crassam, & phlegma, & choleram nigram cum virtute sine molestia. *Et* mundificat sanguinem. Et attrahit a venis superfluitates mixtas sanguini, immo a toto corpore, & concauitatibus membrorum, & partibus remotis, & cute. Et est ex rebus tolennibus in mundificando H cerebrum, & caput totum, & instrumenta sensuum, & neruos, & viscera, & vesicam, & matricem. & confert iuuamentum manifestum egritudinibus eorum, sicut est soda proprie, & hemicranea, mania, & melancholia, vertigo, epilepsia, & paralysis, & aquę ad oculum descendenti. Et confert ægritudinibus iuncturarum, & duritiei, & apostematibus eorum, & scrophulis, & est sicut theriaca, & medicina antonomastice ad lepram, cancrum, & species herpetis, & bothor, qui se comedunt. † Et quādo ponitur niger helleborus in alcohol, confortat visum. † Et distillatur acetum decoctionis eius in aurem. Et confert tinnitui, & sibilo, & corroborat auditum. Et si colluitur os cum aceto prædicto confert dolori dentium. Et confert ægritūdini splenis, & febribus

bribus antiquis longis, & quartanæ cholericæ, & ægritudinibus melancholiæ difficilis eradicationis. Et prouocat vrinam, & menſtrua. Vſus autem eius colorem efficit bonum, & acquirit corpori odorem bonum, & ori ſimiliter,† & remouet ægritudinem cutis, ſicut eſt morphea, & bara ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, & fricatur cum aceto ſimiliter, & remouet fœditatem cutis, & pannum.† Albus verò difficulter, & fortiter vomere facit cum accidentibus terroris. Et confert fricatio ex eo ad ægritudines cutis, & confert cum virtute. Et curat ſcabiem, & impetiginem, & lentigines. Et confert vterq; helleborus fiſtulis, & vulneribus putridis, & fraudulentis.

Dosis† eius eſt à karatis ſex, vſque ad tertiã drachmæ vnius, vel vſque ad drachm. j.

VERATRVM ALBVM.



VERATRVM NIGRVM.



De Elleboro. Cap. XXX.

SYLV. ELLEBORVS duplex, albus, & niger, idemque ſalubrior albo, quin, & albus ſymptomata terribilia minatur, niger autem corpus incolume, & velut iuuenile tuetur. Eligẽdus in eo genere eſt ſapore acri, guſtantem mordente, colore, aſari, fragilis, medius ampli, & gracilis, recentis, & vetuſti, grauis, & leuis, aut potius leuior, quam grauior, leuis autẽ, ac ſine aſperitate. Radix eius eſt præſtantior, & in ea fibrarum, ac radicularum cortices. Vere, aut Aeſtate colligatur. Albus autem minus eſt, tũ acer, tum mordax: neque mox acrimonia eius apparet, ſi amarior eſt nigro. Cætera nigro facultate eſt ſimilis, niſi quod diutius ſeruari poteſt. Niger eſt calidus, ſiccus ordine tertio, tenuat, terget, reſoluit, carnem vlceribus ſupercreſcentem exedit. Adde quod ſi is ad arboris alicuius radices creſcat, fructus ipſius purgatorios reddit. Albus autem calidus ſiccus in medio tertij, ſimiliter terget, mordet, ſed vomitu multo purgat, & ſtrenutamenta violenter mouet. Vitandus autem hic eſt, quod ſtrangulet. Niger autem omnium conſenſu ſumẽdus, præſertim caſtigatus natura, & arte, ſolis robuſtis, & animoſis dandus, & vere ipſo. Datus autẽ, & quando, & cui conuenit, temperamentum facit melius: ob id mores quoque probatiores reddit, & corpus incolume, ac velut iuuenile efficit. Hæc enim propria ipſius ſunt opera, Hippocrate autore. Corpus enim totum excrementis corruptis expurgat, clementer, ac ſine moleſtia vacuat bilem vtranque, & pituitam, ſanguinem proinde puriorem reddit, attrahendo, ſcilicet excrementa in venis ſanguini mixta, nõ à ſolis cauitatibus partium, ſed à toto corpore, ac etiam remotis partibus, & cute ipſa. Ad cerebrum quoque purgandum, & caput totum, & ſenſuum inſtrumenta, & neruos, & viſcera, & veſicã, & vterum, eſt efficaciſſimus, cerebrique affectibus, vt cephalalgiæ, hemicranię, maniæ, melancholię, vertigini, epilepſiæ, paralyſi, aquarũ in oculos defluxui aperte confert, iunctu rarum quoq; morbis, vt nodis, & tumoribus ſcirrhoſis alijs, ſtrumis etiam. In ſumma, eſt velut theriaca,

riaca,& per antonomaſiam medicina elephantiæ, cancri,herpetis,eryſipelatis, † exanthematũ, phagedenarum. Puluis quoque tenuiſſimus ellebori nigri, viſum roborat. Acetum quoque cum hoc decoctum, auri inſtillatum, tinnitui cõfert, & auditum roborat.Idem acetum ſi os colluat,dentium dolori confert, præterea ſplenis affectibus, febribus diuturnis,quartanę biliosæ,reliquis affectibus melancholicis ſanatu contumacibus. vrinam, & menſes mouet, corporis colorem, & odorem bonum efficit, ac etiam oris, cutis affectus, † alphos vtroſque quouis vtẽdi modo ſanat, ex aceto affrictus cuti,eius fœditatem,& panos delet.Albus autem vomitu immodico, & violento ſymptomata excitat horrenda, foris autem affrictus cutis vitia, ſcabiem, impetigines, lentigines valenter iuuat, Vterque autem fiſtulis,& vlceribus putridis,ac malignis medetur. Albus igitur quia huius tempeſtatis corporibus eſt moleſtus, quin, & velut venenũ præſertim ſuffocans,vitetur.Nigri autem virtus ad noſtra vſque tempora eſt tolerabilis,licet etiã difficilis. Sanis enim corporibus elleborus eſt moleſtus, inquit Hippocrates. arte autem, & induſtria noſtra caſtigatum, quando, & cui oportet, rectè propinamus, agitque ſalubriter. Filius autem Zezar, manna melli ſimili tepida quantitatem corticis radicularum ellebori aptam horis octo macerat,colatum dat,in quo virtus eſt ellebori.Idem fit in melle vuato,aut iure gallinarum,vel carnium, aut oxymelite, aut vino dulci, aut condito,aut ſyrupo,aut ſapa aliqua,ſuperaddendo polentam,vel orizam,aut pultem, & ſorbitioni per ſe datur.Sũt, qui in radicem raphani perforatam ellebori fibras immittũt die vno, poſtridie fibris ablatis, dant raphanum vires ellebori habentem.Daucus item,& piper longum, aniſum, petroſelinum, hyſſopus, ſuccus calaminthæ, origanum, opos cyrenaicus, efficaciorem ipſum reddunt,& præter hæc,epithymus,polypodiũ,ſal Indus,& ſimilia, ſe enim hæc confirmant. Ex hoc item catapotia formauit Haly,ad affectus melancholicos,elephantiam,alphos nigros contumaces efficaciſſima, quæ recipiunt hieræ picræ, drachmas xii.ellebori nigri, polypodij,ana.drach.v.epithymi, ſtœchados, ana.drach. vij.agarici,lapidis cyanei, ſalis Indi, colocynthidos, ana drachm.iij.

Dantur tuto à drachma vna.ad aur.ij. Vtriuſq; verò ellebori virtutem ex corpore deturbat mulſa decoctum vuarum paſſarum, aut hordei, aut gallorum,aut gallinarum, cum oleo nucũ,vel amygdalarum dulcium, vel ſimili. puluerem verò ellebori ſumere tutum non eſt. Datur autem à ſiliquis ſex ad tertiam drachm.i.vel vſque ad drach.i.

De elleboro.

LAtini Veratrum,Græci Elleborum: ſunt,& qui nigrum Melampodion vocent. Hippocrat. Ectomõ. Niger incolumior eſt albo, immo minatur albus accidẽtia terroris,) Quondam, ait Plinius,terribile fuit, poſtea tam promiſcuum,vt plerique ſtudiorum cauſa ſumpſerint. Idem tamen Plinius album multo terribilius eſſe, E ait nigro. ET quod ex eo magis eligitur.) Dioſcorid.eligit carnoſum, ſpecioſum, interiorẽ partem tenuem habens,guſtuq; acre,& feruidum, aſperis tumulis,& ſiccis locis(qualis eſt Anticyra natum,in frangendo puluerem emittens,ait Plinius. Et melior pars totius plantę eſt radix ipſius.)Solas radices in vſum venire,ait Dioſcorid. a quibuſdam tamen ſemen purgationibus adhiberi. MELIOR pars radicis ſunt fuſtes.) Intellige radiculas graciles, ex cępoſo veluti capite procedentes: has enim in vſum ſolas venire dicit Dioſcorides,& ſimiliter Plinius, qui eligi dicit tenuiſſimas radices breues, & veluti decurtatas,ſummam,quæ eſt veluti cæpe,dari canibus,purgationis cauſa. ET melior pars earum eſt cutis.) Eximitur ex vtroque ſecundum Dioſcoridem interior medulla. ET melius tempus collectionis eſt ver,& æſtas. Meſſiũ tempore colligendas albi radices,docent Dioſcorides,& Plinius. ALBVS * minoris eſt acuitatis.)Galenus amariorem.& minus acrem eſſe dixit album, quam nigrũ. ET eſt eius mordacitas non apparens ſubito.) Videntur hæc ſumpta ex Dioſc. in electione albi: inter reliqua.n. eligendum docet id,quod guſtu quidem feruens eſt, nõ vehementer tamen, ſed ſaliuam non ſimul, ſed particulatim mouet. Addit etiam, vt ſit mediocriter extentum, candidum,fragile,carnoſum, nõ acuminatum, aut iunceum,nec dum frangitur puluerulẽtum, ſed interiorem medullam exilem habens: laudari maxime Cyrenaicũ, periculoſius eſſe Galatium,Cappadocium,& Italicum, quæ & albiora, & magis purulenta. ALBVS corporibus noſtri temporis eſt moleſtus, immo eſt eis ſicut venenum.) Pauli tempore vtebantur Elleboriſmo per album,& hoc etiam tempore, eum qui bonus ſit,non puto eſſe venenoſum. NIGRI autem vſque ad tempora noſtra virtus tolerabilis eſt,licet adhuc difficilis: inquit enim Hippocrates moleſtus eſt Elleborus eis quorum ſana ſunt corpora.) Experientia certa didici, operationẽ eius non eſſe difficilem: neque aphoriſmus propoſitum probat, ſiquidem alia quoque purgatoria medicamina ſanos offendunt iuxta eundem Hippocratem in alio aphoriſ.& ſecundum Galenum.Cum Elleborum abſolute dicimus, album intelligimus. INQVIT filius Zezar,ſit Tereniabin ſicut mel. Bonam eſſe oportebit Ellebori quantitatem, alioqui parum proficies: ſiquidẽ drachma integra ſola pota, parum operatur. Paulus infundit aquæ oncias ij. per dies quinque. ET aliqui perforant radicem raphani.) Modum hunc eſſe Elleboriſmi ſimpliciorem dicit Paulus ſi fiat cum Elleboro albo. ET quandoque infunditur in iure gallorum.) Dioſcorides de albo inquit,datur per ſe,& cum Seſamo,aut Thapſiæ ſucco,aut alica,aut mulſa aqua,aut pulte,aut lenticula, aut ſorbitione alia. De nigro vero,quod coquitur cum lẽte,aut aliquo iure. DAVCVS autem & piper.) Miſcent aliqui, ait Paulus, Pulegium, Thymbram, vel aliud ſimile. BENE autem miſcetur.) Cum ſcammonio, & ſale. dat Dioſcorides nigrum, Paulus dat debilibus cum ſucco ptiſanæ, aut alicæ, aliove ſimili. PVLVEREM tamen Ellebori ſumere nõ eſt tutum.) Paulus valde nocere ait album in puluere potum,& ſuffocationes facere; nigrum vero tritum,dat cum mellicrato. ET ſolutione educit cum facilitate choleram permixtam groſſam,& phlegma.) De nigro ait Dioſcorides per inferiora purgat bilem, & pituitam. Paulus bilem maxime hauam. Album vero, inquit Dioſcorides purgare per ſuperiora varij coloris. Et Plinius rem terribilẽ viſu in varijs coloribus vomitionum. AD Lepram,Cancrum,& ſpecies Herpetis.) Paulus Elleborum dicit bonum eſſe his qui exanthemata, impetigines, lepras,herpetas,eryſipelataque patiuntur, & ictericis. Et quandoque ponitur Elleborus in alcohol. Confortat viſum)De albo ait Dioſcorides, quod apponitur oculorũ collyrijs contra caligines. Plinius, oculorum caliginem fotu diſcutit. ET deſtillatur acetum decoctionis eius in aurẽ.) Indi auri dicit Dioſcorides, & poſt biduum triduum ve eximi,ad difficilem auditum: loquens de nigro. Prouocat

† Bothor puſtulas vocat variorum affectuum genus.

† Morphea & harsa.

* Alia literatura.

eat vtinã,& menstrua.) De albo ait Dioscorides menses educit, & fœtus occidit suppositus. De nigro appositus menses agit,& fœtus occidit. ET remouet ægritudines cutis.) De nigro dicit Dioscorides,quod scabiem curat, cum thure,aut cera,& pice,& cedrino oleo inunctus: cũ aceto vitiliginem, impetiginem, & lepras. ALBVS difficulter vomere facit cum accidentibus terroris. Illũ qui sit puluerulentus,ait Paulus suffocationes facere,incidi propterea debere in formas sesamorum magnitudine. In quibus vero suspecta sit acceptio per os clysmate infundit decoctum duarum drachmarum. Antylus medicus. Supponitur, & balanus ex eo facta cum melle,secundum Paulum. Dioscorides cum aceto balanum format. ET confert vterque Elleborus fistulis.) Dioscorides nigrum ait appositum,si triduo maneat,fistulas purgare. DOSIS eius a ceratijs sex ad drachmas tres vel drachmam vnam.) Dioscorides dat nigrum trium obolorum,aut drachmæ pondere, adiecto etiã scammonio, quod & nos aliquãdo experti sumus, drachmæ grana ij. scammonij in cotoneo malo adijcientes,minorque, & leuior sequuta est purgãtio,quam ex pilularum,quas aggregatiuas vocant, æqua quantitate sequi consueuerit. Albi autem) vt refert Plinius.) Themison binas drachmas dabat: sequentes quaternas dedere, antiquorum vitium cognoscentes, qui propter metum *parcius* dabant, cum *celerius* erumpat,quo *largius* sumitur. Verant tamẽ dari senibus, & pueris,item mollibus, ac fœmineis corporibus. Paulus dat drachmas ij. ad summum, ad minus, drachmam j.debilioribus in succo prisanæ,aut alicæ: robustioribus cum calida, aut meliacrato: sectum tamen, non in puluerem redactum,vt supra etiam notatum est. Ego albo nunquam vsus sum: puto tamen homines regionis nostræ robustos ferre eum posse. Non dandum tamen nisi in diuturnis, & fortibus morbis, & qui per alia auxilia non sunt sanati, vt Hydrope, Cachexia, Elephanto, Paralysi, Epilepsia, Podagra (vt Paulus testatur) quibus ego adijcio morbum, qui Gallicus nuncupatur, quoniam,& pessimus, & longissimus,communiaq; auxilia veluti contemnit. Hæc sunt quæ in Pannonia olim margini simplicium medicamentorum cuiusdam mei, enchiridij forma,Mesue, ad proprium potius, quam cõmunem vsum annotaui: quæ quum iuuenibus profutura cognoscerem, quibus alio modo nũc prodesse,ob bellicos tumultus non poteram,publicanda cõcessi. Quod si forte *in* manus doctiorum venerint,æqui rogo boniq; consulant,& amice, quando nihil melius agunt,legant: & si quod non probant,scripto potius,quam verbis corrigant. Vos vero bonæ mentis iuuenes, a Deo optimo maximo votis,& precibus bonum Pontifi. expetite, qui pacem, quam moriturus nobis reliquit, mundo reddat, vt pacatiore animo, & quieta mente,prout vobis despõdi, vtilitati vestræ valeam inseruire. Valete. Ferrariæ. Nonis Decembr. M D XXI. postridie eius diei, qua ad nos delatum per ocyssimos tabellarios fuerat, Leonem X. eius nominis Pontificem maximum, attonito morbo subito corruisse.

SYLV. RAdiculæ graciles, & breues,velut decurtatæ ex ceposo velut capite procedentes, in vsum solæ veniunt Dioscoride,nec hæ totæ,sed harum cortex deligendus,carnosus, speciosus,medullosã intus partem, quæ eximenda est, habens tenuem: gustu acer, & feruidus,asperis tumulis, & locis siccis qualis Antucyra est,natus, in frangendo puluerem emittens. Plinius. Semen tamẽ a quibusdam purgationibus adhibetur. summa quoque radix, quæ velut *cæpe* canibus datur purgationi causa. Mellibus albi radices leguntur. Dioscorides,& Plinius. Albꝰ amarior est. & minus acer nigro, Galenus. Albus eligendus gustu feruens,non tamen vehementer, sed saliuam particulatim, non simul mouens.mediocriter extentus,candidus,fragilis,carnosus, non acuminatus,aut iunceus,nec, dum frangitur, puluerulentus, medullam interiorem habens exilem,qualis Cyrenaicus,improbatur Galatius, Cappadocius,Italꝰ, albior,& magis puluerulẽtus. Pauli tempore vtebantur elleborismo per album, & nunc quoque, si enim bonus est, venenosus non fuerit. Quin ellebori nomine apud Hippocratem & Galenum albus venit, vt Aphorismor. 1. libr. 5. Apud Arabes contra Helle-

A bori nigri cum alijs mixti vsus non est difficilis,sæpe magno successu in melancholia morbo sum vsus syrupo Saporis, largo satis helleboro nigro incocto, & Manardus non difficilem eius vsum expertus est,& drachmam integram solam potam parum profecisse. Paulus infundit aqua dies quinque,vnc. ij. ergo multis satis mannæ,vel melli, vel alijs incoquatur. *Si in radicem raphani immittatur albus helleborus,helleborismi modꝰ simplicior est Paulo.* Albus datur per se,& cum sesamo, aut thapsiæ succo,aut alica, aut mulsa,aut pulte,aut lenticula, aut sorbitione alia. Niger autẽ coquitur cum lente,aut iure aliquo Dioscor. Nigrum cum scãmonio & sale dat idem. Album debilius cum succo ptisanæ,aut alicę,aut alio simili,Paulus. Niger pituitam,& bilem inferne purgat Dioscor. Bilem maxime flauam,Paulo. Albus autem vomitu purgat res varij coloris Dioscor. Rem visu terribilem in varijs coloribus vomitionum Plin. Helleborus bonus ad exanthemata,impetigines,lepras, herpetas, erysipelata,cæterum,Paulo, Albus oculorũ collyrijs contra caligines imponitur Dioscoridi. Oculorum caliginem fotu discutit Plinius. Niger auri inditur, & post biduum, aut triduum eximitur in difficilis anditu. Albus & niger menses ciet: & fœtum occidit suppositus Dioscorides,vel appositus. Niger
B scabiem curat cum thure,aut cera,& pice. & cedrino oleo inũctus: cum aceto vitiliginem,impetiginẽ & lepras, Dioscoride albi puluis suffocationem facit, ob id incidendus in formas sesamorũ magnitudine. Quibus vero per os acceptisse suspectum est,ij.drachm. decoctum clystere injeiatur, & balanus ex eo,& melle facta Paulo supponitur, & Dioscoridi cum aceto facta balanus. Niger appositus si triduo maneat, fistulas *purgat Dioscoridi*. Nigri obolos tres, aut drach. j. dat Dioscorides,adiecto etiam scammonio. Manardus quoque drach. j. dedit cum granis ij. scammonij *in* malo cydonio assi,minusque & leuius purgant,quam iusta dosis pilularum,quas aggregatiuas vocant. albi Themison dabat drach. ij. Sequentes quatuor,antiquorum vitium cognoscetes, qui ob metum parcius dabant,cum celerius erumpat,quo largius sumitur. Verant tamen dari senibus,& pueris, & mollibus, ac fœmineis corporibus. Paulꝰ dat à drach. j. ad drach. ij. debilioribus in succo aliczę,aut ptisanæ, fortioribus in aqua calida,aut meliorato,sectum tamẽ,non in puluerem tritum, vt ante monuimus. albo non est vsus Manard. ex Italis tamen non robustos ferre posse putat: non dandum tamen nisi in diuturnis,& valentibus morbis per alia remedia non sanatis,vt hydropi, cachexia, elephanto, paralysi, epilepsia, podagra,
C morbo Italico,qui pessimus esse consueuit, & auxilia communia videtur contemnere.

ELleborum album,ac nigrũ de facie non nouit Theophrastus, vt videre est 9. de histor. plant. nunc autem nulli ignotus est, vel tenui herbario. Est tamen in nigri historia,quam reliquit nobis Dioscorides insignis scrupulus, quem animaduertisse Anguillarium video. flores inesse illi ait Dioscorides racematim cohærentes,seu racemos vuæ modo, vt Hermolaus vertit. atqui tales in vulgato elleboro non videmus. spectabis sane duos,aut interdum plures eidem pediculo inhærere flores: racematim tamen cohærere non videbis. Serapion aliter legit. insidere uidelicet,ait,cauli florem in purpura albũ, & inesse illi veluti racemum,in quo semen est cnico simile. aut vulgati nigri ellebori semen non racemo, sed
D *capitulo inest intercusantibus membranis distincto nigellæ in modum. Hæc ergo quum ita se habeant,non temere de vulgato elleboro suspicabimur legitimusne sit niger elleborus,an in Dioscoride potius sit mendũ,quod maxime arbitror. sed de hac re alij iudicarint. Porro præter triplicem elleborum quem Matthiolus diligentissimus appingit, memini ostensa nobis fuisse ab acerrimo naturalium rerum indagatore, & philosopho maximo Andrea Cesalpino Pisis herbariam historiam profitente,duo alia genera facie secundi illius ellebori quẽ Matthiolus pingit,sed eo alterum quidem triplominus, alterũ vero etiam decuplo. folia pediculo inerant quatuor digitos longo a radice prodeuntia. caulem aut florem videre non licuit. Cæterum vt ad Mesuem veniamus, scribit, & hoc in loco nonnulla quæ non omnibus placeant. ac primum quum de colligendo elleboro agit,* COST. Cap. 11.

ver &

ver, & æstum deligit. at Dioscorid. album elleborum in messibus colligendum ait, quod, & Plinius. Hic item albo maiorem acrimoniam, ac amarorem, quam nigro ascribit, Galenuss contra album minus acrem facit. Album hic elleborum maxime molestum, & exitialem putat. at quum Pauli tempore elleborismus pararetur ex albo, & atate nostra familiare hoc medicamentum sit; perniciei causa non in eius naturam, sed in situm, vbi nascatur, vel malam præparationem referenda est, ac in summa ellebori tantũ mali, non promiscue omnis est culpa. Ex nigro item ait Mesue purgationes difficiles, sequi, quod Hippocratis testimonio probat elleborum sanis periculosum esse asserentis. atqui idem Mesue paulo postea ijs verbis. [Et solutione educit cum facilitate] facilem purgationem sequi confitetur, quod etiam tempore nostro obseruatur, quo opportune exhibitum adeo mite est, vt vix inter soluentia debeat numerari. Ac sententia, quam ex Hippocrate affert, non id infert elleborũ absolute esse periculosum, quod Mesue putat; sed probat sanis esse periculosum, id quod purgatorijs medicamentis omnibus est commune. ne id etiam silentio prætermittatur de elleboro albo aphorismum esse intellectum Galeno etiam teste, elleborum album interpretãte, vbi ellebori absolute mentio fit, neq; nigrum adijcitur. Interdicit etiam Mesue ijs verbis [puluerem tamẽ ellebori] ellebori in puluerem redacti vsum. at Paulus eundem exhibet cum melicrato. Hæc ferè sunt, quę partim Manardus, partim alij Mesue obijciunt, digna vt recte expendantur. Sed & hic tamen, quod etiam in superioribus, malo odio concitatos video, qui hæc scribũt. neq; enim adeo a ratione Mesue deuiat, vt sit spernendus. Primum autem quum colligendo elleboro ver, aut æstatem deligit, si de albo quidem elleboro intelligas, a Dioscoride non uariat, qui colligendum scribit in messibus. De nigro autem [de quo vere Mes. id pronunciat] non errare etiam ipsum arbitror. quum enim is hyeme floreat, ac vere & ipso æstatis initio ad sementem veniat; vires etiã peracto semine in radices mittit: atq; adeo tunc temporis eius radices vsu non sint inutiles. At vero, an maior insit albo, quã nigro acrimonia, explorandus est sensus, atq; id aduertendum, quod Mesue admonet, albi non statim acrimoniam illam insignem prodire, sed postea. qua quidem in re, quia subscriptorẽ etiam Dioscor. habet. non est vt plura afferam. illud tãtùm dixero, Galenum id literis commendasse, quod primo gustatu sensit, neq; illi tamen Mesuen aduersari. An etiam tutus albi ellebori sit vsus, si periculum quis fecerit, & eum non castigatum obtulerit (de quo scilicet Mes. intelligit) id spectabit, quod videre multi, cruciatus primum ventriculi intolerabiles, mox etiam animi deliquia, ac uirium lapsus, quem subsequitur postmodũ, aut mors, aut inemendabiles noxæ. Vera ergo Mes. scribit. neq; tamen perperam periti illum medici in vsum interdum reuocant, castigatum tamen antea diligentissime quantum licet. referenda ergo huius noxæ culpæ in medicamenti huius naturam elleboro omni non tantum malo cõmunem, quam tamen arte si immutemus, mirum etiam non est immutari. De nigro elleboro idem dixerim, non paratum, atq; importune exhibitum difficiles facere purgationes. cõtra paratum, ac opportune propinatum faciles. quod quum Mes. asserat, non sibi aduersatur. Atq; est sane medicamentum omne sanis corporibus insalubre, elleborus tamen præsertim periculi nomine fugiendus, quod ex propria natura neruoso generi (vt ego puto) aduersum conuulsionẽ faciat, quæ noxa ex alijs par non eueniat. alioqui enim si non peculiare, ac præcipuum quidpiam huic ineesset, quod alijs non inest, diuinum Hippocratem id literis nũquam traditurum fuisse credendum est. atq; ellebori certe nomine fateor album priscis fuisse intellectum: nihil tamẽ obstat, quin etiã de nigro idemmet, quod Hipp. ait, intelligas, qui easdem noxas parit. An vero, quod vltimo loco quæritur, elleborum in puluerẽ redactum exhibere liceat, quum Paulus exhibuerit, non id interdicit Mes. sed de periculo admonet, ac nõ satis tutum esse aduertit, quod verum esse fatebitur, qui eius acrimoniam, & scepticam vim expenderit.

MANARDVS.

Simplicia quædam medicamenta aluum purgantia ex alijs scriptoribus sumpta, nec a Mesue descripta.

Purgatorio medicamina a Mesue omissa.

CVm præter simplicia medicamenta ad aluum ciẽdam, a Io. Mes. scripta, alia nonnulla apud medicinæ authores inuenerim, ea annotationibus hisce nostris præmittere, visum est non inutile. Ea sunt: Myxa, idest Sebesten: Cynocrambe, hoc est, Canina brassica. Pulegium, Bdellium Arabicum, Parthenium, idest Matricaria: Tragoriganum: Iuli nucis iuglandis, catuli vocati: Fex vini, Tartarum dicta: Atriplex, Malua, Asphodeli radix, Allium, Beta, Blitum, Cestri, idest Vetonicæ folia. Brassica semicocta. Aqua stillans a cucurbita in fornace excocta. Chamepytis, dicta Iua. Lapathon vulgò Rumex vocatum, Lac, præcipuè asininum, butyrum. Lentis primum ius. Semen cornicularis, & spumei papaueris, Resina pini, piceæ, & Laricis, quæ vulgo putatur, & vocatur Termentina. Itẽ vera q̃ nunc adfertur ex Terebinto, terebintina, Vrtica, Sesamoides mai⁹, & minus. peplis, peplos, Chamæsice, Lappago, Clematidis semen. pignocomon. Apios, idest syluestris raphanus, Alipon, Empetron, Heliotropion, Magnes, Cortex radicis capparis, Thlaspi, flos æris, squamma æris, Mandragoræ succus, Daphnoides, quæ & laureola, Sambucus, Ebulus, Lac, & Cimæ ficus, Filicis fœminæ folia, Peponis & Cucumeris radix, Lactuca, syluestris, radix peucedani, Staphis agria: Thapsiæ succus, Androsemos, Ascyros, Hippophaes, Hippophæstos, Lactariæ multæ species, Mercurialis, Struthion, idest, Radicula, vel Cõdes. Horum historiam, & vires, ex ipsis authoribus, licet edisce-re: mihi satis sit hoc loco nomina conscripsisse.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0184-7
DFG

IOANNIS MESVAE GRABADIN

IDEST COMPENDII SECRETORVM MEDICAMENTORVM,

Liber Primus.

Quo medicamenta composita alijs celebriora describuntur.

EX IACOBI SYLVII INTERPRETATIONE.

VM in commentarios nostros quædam à nobis experta commemoratione digna coniecissemus, nobis visum est hæc in opus vnum ordine idoneo cogere, cui titulū Grabadin, * seu de antidotis, fecimus: in quo medicamenta experta, & secretiora, tum à nobis inuenta, tum ab his accepta, qui artis medicæ arcana perscrutati sunt, compendio tradere dignum existimauimus. Hoc autem opus totum in libros duos diuisimus. Priore medicamēta describimus composita alijs celebriora. Altero singularum corporis partium morbos proprijs cuique remedijs curare edocemus. Priorē vero in sectiones duodecim diuisimus, docuimusque, harum Prima antidota, quæ electaria vocant. Secunda, medicamenta opiata. Tertia medicamenta solutiua. Quarta, condita. Quinta, eclegmata, seu linctus. Sexta, syrupos, & succos. Septima, decocta, & infusa. Octaua, trochiscos. Nona, pilulas. Decima, puluercs. Vndecima, vnguenta, & emplastra. Duodecima, olea.

* Quid sit compendiū secretorum.

CHRISTOPHORI GEORGII De honestis Florentini, super Antidotarium Mesuæ expositio.

QVIA omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, congruum est ad ipsum pia mente recurrere cum verbis Psalm. auxilium petendo. *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis*, vt principium huius operis medium ac finis sit ad eius laudem, gloriam, & honorem, & ad vtilitatem cuiuslibet, qui hoc opus inspexerit. Itaque totus hic liber diuiditur in quatuor partes. Nam in prima parte determinat de canonibus generalibus pertinentibus ad rectificationem medicinarum simplicium solutiuarum, ac etiam non solutiuarum, & maxime circa debitum modum rectificationis, & administrationis earum. Et in hac parte ponitur etiam modus succurrendi nocumentis, si ex eis proueniant. Et super hac prima parte Dynus de Floren. medicinæ dilucidator scripsit ad plenum. In secunda parte determinat de electione medicinarum A simplicium quocunque modo soluentium, ponendo illarum doses, complexiones, & posse circa humores, ad quos habent aspectum. ac etiam ponit modum correctionis earum, & de hac parte aliquid succincte notabo, cum de simplicibus medicinis faciam mentionem. In tertia parte principali, quam nunc tentamus exponere, determinabit de medicinis compositis solutiuis, & non solutiuis, sub diuersis modis, & formis, ac diuersimode præparatis, vt legendo patebit, ponendo cuiuslibet determinatam descriptionem, vtilitatem, & doses, & verum modum compositionis earum: licet doses earum in pluribus dispositionibus varientur, vt in quibusdam addendum, & B in quibusdam minuendum sit de dosi: in paucis autem, vt scriptæ sunt æqualiter permanendo. In quarta autem & vltima parte determinat de curis particularium ægritudinum cuiuslibet membri vsque ad ægritudines cordis, omissis earum signis, & causis, vt ibidem apparet. additiones autem curatiuæ, vsque ad extrema corporis concernentes, fuerunt à Petro Ebano æqualiter compilatæ, Nomen authoris præsentis operis, vt scribitur est Ioan. filius Mes. natus de stirpe Regia de Damasco in Orientalibus partibus, A multis autem asseritur ipsum fuisse S. Ioan. Chrysost. vel Ioan. Damas. sed ego hoc non affirmo. Assumo ergo, & aggredior tertiam par- C tem princip.

Hæc tota tertia pars suæ Grabadin: siue Gradin, siue Grabatin, quæ his tribus vocabulis nominata reperitur in scriptis, id est Antidotarium, inuentum ex gratia Dei, vt in Græco profertur, principali diuisione diuiditur in partes xij. vt in textu patet. Notandum antequam procedā pro declaratione dictorum, ac etiam dicendorum, quod Antidotariū idem est, quodlibet includens diuersas descriptiones medicinarum ad diuersas, & varias dispositiones, vel passiones. Et inde dicitur antidotum. i. contra vitium datum, quia contra ægritudines principaliter: & sic quælibet medicina, vt sic composita, potest antido- D tum nominari.

Secundo notandum, quòd gradin, siue grabatin, siue grabadin: idem est, quod antidotarium ex gratia Dei datum.

Tertio intelligendum, quod etiam Nicolaus duo antidotaria composuit, magnum & paruū vtili sermone, quæ ambo communiter habemus in vsu.

Quarto notandum, quod medicina tripliciter accipitur, communiter, proprie, & magis proprie. communiter accipitur pro omni opere medici in corpore humano, siue sit opus conseruatiuum, siue præseruatiuum, siue curatiuum. quocunque instrumento

operetur, proprie accipitur pro actu curationis, qui
E solum debetur corpori ægro cum quocunque instru-
mento: magis proprie solum accipitur pro modo
curationis, qui debetur corporibus ægris, solũ in mẽ-
dicina solutiua. Et hic vlterius est notandum, quòd
solutio ventris fit cum medicina solutiua virtualiter
attrahente humorem, ad quem principaliter habet
aspectum cum sua proprietate, sicut de scammonea
& reubarbaro, quod purgat choleram, & de colocyn-
tide, & turbith, quod euacuat phlegma, & de lapide
lazuli, & epithymo, qui euacuat melancholiam, &
omnes prædictæ medicinæ, & consimiles dicuntur
exoluendo euacuare. Quandoque fit solutiuo ventris
cum medicina attractiua, quæ dicitur compressiua,
quare comprimendo euacuat, seu extrahendo humo-
rem extractum ad ipsa intestina, sicut dicitur de my-
robalanis, qui aspectum habent ad particulares hu-
F mores, illos attrahendo, & per consequens euacuat
comprimendo. Quandoque fit solutio ventris cum
medicina lenitiua, quæ magis proprie dicitur leni-
tio ventris, sicut cum manna, vel cassia: & licet in
eis, & in qualibet de per se sit etiam aliqualis virtus
attractiua humoris cholerici, vnde administrantur
in purificando sanguinem ab ipso humore cholerico, plus tamen eis dominatur lenitio pura. Quando-
que fit lenitio ventris cum medicina lubrificatiua,
quæ solum lubricando humores, seu egestiones re-
pertas in stomacho, & intestinis euacuat, sicut fit cũ
iure pulli, & alijs pinguib⁹ vnctuosis, & mucilagini-
bus. Et similiter fit solutio ventris cum medicina lã-
bificatiua, quæ proprius dicit abstersiua, sicut quan-
doque cum aqua hordei, & puluere zuccari, materies
educimus de stomacho, & intestinis. Et his quinque
modis de medicina solutiua loquendo fit solutio vẽ-
tris, vt inferius apparebit. proprie tamen illa dicitur
medicina solutiua, quæ principaliter attrahendo, ac
etiam exoluendo euacuat, vt in præcedentibus di-
ctum est. Diuersimode tamen, & diuersis modis, &
formis vtimur medicinis supradictis, vt quandoque
in forma potabili, quandoque in forma pulueris,
quandoque in forma dactyli, quandoque in forma
electarij, & illa omnia inferius apparebunt.

Quinto notandum quod confectio, vt inferius ap-
parebit, est nomen commune ad electaria, quæ ad
formam solidiorem reducuntur. Isto modo confe-
ctio idem est, quod compositio. Differt autem ele-
ctarium à confectione. Primo quia electarium po-
test confici cum zuccaro, vel cum melle, & sic sæpe
conficitur, vel cum vtroque simul. Confectio non
nisi cum zuccaro, sed si debet diutius conseruari pro-
prie loquendo, vt communiter præparatur. Secundo
differt, quia confectio in solidiorem formam reduci-
tur per vlteriorem cocturam, quam fiat electarium,
quod non tanto decoquitur tempore, & sic diacito-
nite, & zinziberata, quæ cũ melle conficitur, ad for-
mam solidissimam reducuntur, ac quia diutius con-
seruata ex vltimata decoctura dicitur euenire, tamen
semper consistunt cum mollitie quadã viscosa, quod
in natura confectionis cum zuccaro non contingit,
vt diacitonite, & aliæ nunc dictæ proprie confectio-
nes esse dicuntur. Alia describitur differentia, eo,
quod ad constructionem electarij, species, quæ ad
compositionem ipsius ingrediuntur duplicantur in
pondere. In confectione autem minuuntur. vt de-
lectatio confectionis sit maior in gustu, & displicen-
tia minor, & largo modo loquendo, trochisci pos-
sunt poni sub nomine confectionis: vnde confectio
aliquando idem est, quod plurium rerum composi-
tio. Etiam notandum, quod medicina opiata, seu *Medicina opiata.*
electarium opiatũ, est illud in quo ingreditur opiũ,
vel mandragora, vel consimilis medicina; virtute
cuius tollitur sensus à membro, & spiritus incrassã-
tur, & ipsorum transitus ad membra prohibetur: ab
eis enim est omnino cauendum, nisi casus magnæ
necessitatis occurrat. Condita autem sunt illa, quæ *Condita.*
cum melle, & zuccaro constituuntur, seu conficiun-
tur cum leui decoctione ad ignem, seu positione ad
solem, vt humiditas superflua rei conseruandæ ali-
qualiter exsiccetur, vnde conditum cum melle, vel cũ
zuccaro conseruatur, & illo modo præparatur, & fiũt
zingiber conditum cum zuccaro. nuces recentes
cum melle, & violæ cum zuccaro, vel cum melle, &
similiter rosæ, & plura alia inferius declaranda, tam
de floribus, quam de fructibus herbarum, & radici-
bus. Loch vero est electarium in liquida forma re- *Loch.*
ductum cum zuccaro, vel cum melle, & cum tena-
citate aliquali, vt in descensu eius ad stomachum mo
ram contrahat in meri, & adhærentiam aliqualem,
tamdiu quamdiu virtus eius trãseat ad partes pecto-
ris, & pulmonis, & contiguitatem, quæ est inter can-
nam, & ipsum meri. vnde loch dicitur à lambendo,
idest paulatim descendendo. & vsus ipsorum est so-
lummodo in passionibus pectoris, & pulmonis, vt
inferius apparebit, fiunt autem de ipsis diuersæ de-
scriptiones. Notandum etiam, quod syrupi diuer- *Syrupus.*
simode formantur in operationibus suis ex compo-
nentibus ipsos: &, vt sic diuersas operationes effi-
G ciunt. fiunt autem & operantur in forma potabili cũ
aquis distillatis, seu decoctionibus alijs, aut cum sim-
plici aqua, vt ipsorum virtus, atque substantia tran-
seant facilius ad loca profunda, vt etiam vigoretur
virtus in eorum operationibus. Iuleb autem differt à
syrupis compositis. Primo, quia syrupus longe plus *Differentia inter Iuleb. & syrupũ.*
decoquitur quam Iuleb: vnde non sic ad tenacitatẽ
reducitur. Secundo, quia Iuleb absque admixtione
alicuius decoctionis componitur. non sic syrupus,
vt exemplo patet de Iuleb rosato, vel violato. Syru-
pus autem acetosus simplex, locum medium tenet
inter verum Iuleb, & veros syrupos cõpositos, quia
non sic decoquitur Iuleb. Robub aũt est succus her- *Robub, & Rob.*
barum, vel fructuum inspissatus ad ignem, vel solem,
quandoque permixtus cum zuccaro: vel plurimum
sine ipso: large tamen omnis succus potest dici ro-
H bub. Sed proprie succus fructuum à medicis robub
vocatur. Rob absolute prolatum est idem, quod sa-
pa. Decoctiones autem non sunt aliud, quàm deco- *Decoctio.*
ctio rerum medicinalium in aquis distillatis, vel in
qua simplici, vt communiter præparantur pro di-
stemperatione syruporũ, vel pro clysterijs construen-
dis: diuersificantur autem secundum diuersam ad-
mixtionem, & aquarum, & rerum cum quibus de-
coquitur, & secundum leuem, vel multam decoctio-
nem ad ignem, potest etiã decoctio construi cũ vino,
sed raro. Etiam quandoque decoctiones sumũtur co-
latæ per se permixtæ cum zuccaro, vel sine ipso vice
syrupi. Infusiones autem fiunt rerũ, quæ in aquis, *Infusio.*
vel vino, seu syrupis, vel in alio quocunque liquore
ponuntur per spacium aliquod absque vlla decoctio-
ne ad

ne ad ignem,vel cum leuissima decoctione ad ignem cum expressione rerum infusarum,& tamẽ in liquoribus,vt nucum viridium,& taliũ,& tali expressione, vel colatura vtimur in medicinis,sicut cõmuniter fit, cũ infunditur agaricus,vel turbith, vel aliæ consimiles medicinæ, At trochiscus idem est,quod confectio rotunda, seu confectiõ facta ad similitudinem lupinarem,seu pedonem,quæ in scachis habetur. Diuersi autem trochisci ex diuersis pulueribus componuntur cum aliquo bono liquore, & sic diu conseruãtur, & tempore necessitatis, ægritudinibus,in quibus cõueniunt, pulueri zati tribuuntur, vel cum electarijs admiscentur, quorum compositiones ab authoribus describuntur, sicut sunt trochisci de thiro, & plures alij in descriptione theriacæ descripti. Suf vero idem est,quod puluis subtilissimus redactus ad similitudinẽ atomorum, qui in radijs solaribus demonstrãtur, ex pluribus rebus cõpositus, & maxime aromaticis, & sic in forma pulueris deglutitur cum vino,vel alio liquore,secundum exigentiam dispositionis pro qua exhibetur. Puluis absolute prolatus differt à suffuf, vel quia est simplex nõ permixtus ex pluribus rebus, vel quia non sic tamen eodem modo assumitur.

Trochiscus. *Suffuf.*

Pilula. Notandum etiam ꝙ pilulæ generaliter omnes,vel saltem plures ex his, quæ habentur in vsu euacuant exoluendo, fiunt autem in forma rotunda,vt de facili pertranseant meri. Fuerunt autem pilulæ adinuẽtæ duplici de causa. Primo cũ ipsę cõiter componantur ex rebus amaris; ne ipsarum amaritudo (si in forma potabili acciperentur) percipiatur in gustu. Et ex hoc multi faciunt ipsas folijs auri cooperiri,vel cũ melle, vel cum alio liquore.Et quidã eas assumunt cũ vino, vel cum aqua. Non aũt debent assumi cũ grano vuę: vel cum simili re alia: quæ non dissoluatur in stomacho,vnde pilulæ exeant nulla operatione ipsarum facta. Secundo adinuentæ fuerunt,vt diu trahant morã in stomacho, propter ꝙ melius attrahant à remotis. & ideo plus conferunt ægritudinibus capitis, & membrorũ remotorum à stomacho, q̃ potiones,imò vna sola pilula crassa eiusdẽ ponderis ex eisdẽ rebus cõstructa,multo plus operatur, & soluit,quam septẽ pilulæ eiusdem ponderis cum solutiuo: quia diutius moratur in stomacho,cũ tardius dissoluatur. Cõiter autem ex pondere drach.j.vij. pilulæ conficiuntur,& sic,vt plurimum est dosis earũ. Nec habenda est cura de ipsarum numero pari, vel impari, nisi secundum voluntatẽ recipientis,solum autẽ est aspiciendum ad pondus ipsarũ,vt non sit excessus earũ: conseruantur autẽ diu magdaleones,& est illa permixtio cum quadam longa rotunditate, & crassitie,ex quibus pilulæ construuntur quãdo nouiter assumuntur,licet multis alijs modis possint distincte conseruari,vt in forma pulueris sint admixti:et in pyxide reseruari.Quãdo aũt sit tempus assumptionis earũ, & quomodo,& pro quibus dispositionibus,inferius patebit. Vltimo notandũ,quod emplastra cõiter fiunt absq; ceræ admixtione,ex farinis,pulueribus,vel alijs cõsimilibus: & cum herbis,& radicibus cõmixtis cum aqua,vel lixiuio, quandoque cum alijs liquoribus similibus istis,vt cum pinguedinibus,& cũ oleis, & quandoq; mucilagines immiscendo,& quandoq; sine,& quandoq; sine oleis componuntur in quibus res non multum conteruntur, sicut fit in vnguentis,& ex hoc nõ ita cito penetrant cum ipsorum virtute ad membra profunda, sicut vnguenta, quæ velocius operantur, virtus autem emplastrorum est magis perdurans in membro cui approximatur, nec sic cito resoluitur, vt ab vnguentis, vel alijs vnctionibus absque cera. Vnguentum autem componitur ex cera,& oleo,& si aliquando pulueres subtilissimi addantur,dum modo sit cera,& oleum. Cerotum autem licet,vt plurimum fiat cum cera, & oleo, tamen quia per coctionem ad solidiorem formam reducitur, non vocatur vnguentum, & quia communiter extenditur super corio, & sic alicui membro particulari approximatur. Olea autem sunt communiter nota: ideo non aliter hic de eis prolongo sermonẽ: sed vlterius transeo dicendum. pro quibus omnia supradicta erunt summe vtiliter declarata. vnde suht memoriæ commendanda: nec cum ipso potest locus inungi,sicut communiter cum vnguentis.

A B

IACOBI SYLVII ANNOTATIONES.

ANTIDOTARIVM est vocatum, quod contineat descriptiones antidotorum, hoc est medicamentorum, quæ non foris admota corpori, sed in corpus recepta,affectus medentur. Antidotus autem hęc, vel hoc antidotum. Græcis dicitur contra affectus datum,vnde Galen. libro de hac materia scriptum, περὶ ἀντιδότων, idest de antidotis vocauit: nostrates vero libros hac de re scriptos, Antidotarium inscripserunt, etiam si non sola antidota,quæ omnino sumuntur,sed etiam admouenda, olea,vnguenta, cerata,emplastra,ex æquo continerent. Quæ duo causarum salubrium materias præcipue comprehendunt, quanquam educenda,& facienda ipsarum reliqua duo genera magni etiam momenti sunt in multis morbis. De sumendis igitur tantum,& admouendis Mes. scribit,& illa tanquam præstantiora, plura, vsu frequentiora, & ferè priora præponit: quibus etiam educendorum ratio quædam complicatur. Hæc propter oppositas rationes postponit: in ipsorum tamen vtrisque quorundam ordinem cur mutarim,paucis accipe. Inter sumenda statui prima omnium condita,quod hæc parte sua plurima sint alimenta,non omnino medicamenta. Vt igitur a re nobis familiari magis incipiat oratio, hæc in prima acie locaui. Post hęc autem ptisanas,& syrupos natura prope tota,viribus,consistentia,parandi modo conditis proximos (nisi si quis sint medicamentosi magis, & compositi) vt omittam syrupo suo condita seruari. Sunt item syrupi succorum, & aliorum quorundam velut condituræ,ad saporis gratiam,& custodiæ diuturnitatem. Quoniam vero in syrupis plerique sunt thoracici, præsertim quos descripsimus postremos: ob id eclegmata viribus his affinia prope omnia subiunximus sectione tertia. Sectione autem quarta descripsi decocta, atque infusa his consistentia proxima,& quibusdam syrupis aliuum soluentibus facultate affima: vt alicunde inciperet antidotorum proprie appellatorum tractatio. Quanquam & infusiones, & decoctiones syrupis sint necessariæ, sed aliæ multo quam quæ his Mesue decoctis,& infusis,vel purgatorijs, vel saltem eccoproticis, & stercus deijcientibus describuntur. Sectione quinta antidota cõclusi,tum quæ electaria vulgus vocat,tum alia: sed in his priora,quæ sapore sunt iucundo: post hæc amara,& hiera,& alia purgatoria. Sectione sexta descripsi catapotia purgatorijs his proxima viribus,neque iucunda,& consistentia non multo duriora. Septima sectione trochiscos multo his duriores ac sicciores. Octaua autem pulueres quosdam omnium siccissimos. In admouendis præterea ordinem mutãdum censui,ac olea cæterorum materiam, omniumque liquidissima, & ferè simplicissima, vsu frequentissima,vsu prima,non postremà scripsi cum Mes. sed reliquis præposui sectione nona. Decima vero, his consistentia,& viribus propinqua vnguenta, adeo vt sæpe olea vocentur. Vndecima autem sectione cerata ex præcedentibus, & cera constãtia,ac magna ex parte emplastrorum materiam. Postrema descripsimus emplastra,tanquam maxime composita,& durissima. Habes rationem ordinis in hoc Antidot. à nobis parum mutati, non modo in sectionum ordine,sed in plerisque etiam sectionum singularum compositis, vt lectio te docebit: qua autem ratione id fecerim, facile tu ipse coniectabis, vt cur ex fine syruporum condita quædam incondita retulerimus: in syrupis,cur calidos,thoracicos,iunximus: in eclegmatis,cur viribus finitima: & in cæteris similiter. Ea tamen cautione prædicta mutaui,vt nullam omni-

C D

no Mes. compositionem omiserim, aut truncauerim: sed omnes integras, verbis tamen non paulo purioribus descripserim, licet interdum coactus barbaras quasdam voces retinu. Ipsas item libri totius particulas breuiores, quam vt libri nomen mererentur, sectiones appellauimus, Hippocratis in epidemijs, & Aristot. in problematis τμήματα hoc est (vt Gaza in Aristot. vertit) sectiones, imitati. An vero probem omnes scriptas hoc lib. compositiones, siue à Mes. inuentas, siue ex alijs corrogatas, dicere malo cum Galen. illas me vt antiquas, & multorum experientia probatas, recipere, & Galen. consilio satius esse multo vsu expertas, & confirmatas compositiones sequi, quam nouas effingere? cum præsertim methodo summa siquis alius expendat, plurimas Arabum compositiones conscriptas iudicaturus sit: quas vero pau cas damnare conaberis, si pauca quædam Arabibus certissima receperis, in illorum sententiam omnino abibis, nullamque improbandam iudicabis. Quanquam enim harum multæ vsu exciderint, vitiosæ ob id existimandæ non sunt, aut Hipp. suum peplium, & elleborum nigrum vitio verteris, medicamenta illi etiam in morbis acutis ad corpus purgandum consuetissima, quæ ob violentam actionem hodie attingit nemo. & quot purgatoria medicamenta, antidota, emplastra, vnguenta, trochisci, malagmata, acopa, myracopa, & id genus alia, Dioscor. Gal. alijsque celeberrimis medicis magno in pretio habita, nunc omnino vsurpari desierunt. Vt rerum quæ verborum, conditio quædam similis & vicissitudo sit. Quomodo enim de verbis cecinit ille, sic nos de remedijs pronuntiare possumus, quod scilicet,

Lib. 2. rat. vic. acut.

Multa renascentur, quæ iam cecidere, cadentque
Vsurpata modo medicamina, si volet vsus
Et ratio, Medicis duo præstantissima doctis
Instrumenta, quibus quærunt, carpuntq;, docentque.

Quæ vicissitudo in ijs Mes. compositionibus vbi contingerit, notas prope singulis adscriptas à nobis mutare cuiuis licebit. Adscripsimus autem opinor non temere notas huiusmodi, ne scilicet in obsoletis hodie multam operam collocet bonus lector, quibus arithmeticorum neotericorum circulum nullius per se numeri indicem cernet præpositum: in reliquis esset diligentior, præsertim celebrioribus, & vsu frequentioribus, quas asterisco & stellula quadam illustrauimus: vti quæ mediam horum conditionem sustinent cruce signauimus: ne verba hæc vsitatum insitatum, toties mihi essent repetenda: vtque (quod nu per dixi) bonus lector in scripturis hodie consuetioribus operæ plus ponat, quam in dissuetis. Quas ob id veru, vel obelisco confodiendas non censui, quòd non improbarem, quodque horum nonnullæ forte fortuna haud ita multo post asteriscos alijs rapient. Tempestiuum mihi iam videtur pauca quædam de mensuris, & ponderibus Mesuæ consuetis dicere, ne quorundam nouitas inaudita lectori adhuc rudi, aut imponat, aut sit remoramento. Mensuris admodum paucis vtitur Mesues, vt libra mensurali, sextario, quem κοτ pro ξεστ interpres vocabat, mina. Ponderibus vtitur ferè Græcis κεφάλαιον ἡμισυ, δραχμὴ, γραμμὴ autem ideſt scripulo, raro: gaudet namque parua poudera exprimere per drach. vnius partes 3. 4. 5. 6. vel partè 3. 4. 5. 6. vtimur & aureo. Κεράτιον autem ideſt corniculi κερατ apocope interpreti vocabatur, vt Actuarius καββάθιον appellat: quo nomine etiam hodie vulgus, & Mesues siliquam ipsam appellat, grana circiter tria lupinis similia, sed minora in carne lignosa, & dulci continentem. Horum granorum quodque grana hordei quatuor pendit: octo autem lentis, etiam κεράτιον Græcis, Mesuæ κεραt quod in eo ponderum aliorum more per apocopen scriptum est. Latinis siliaque dicitur. Κερ autem pro ξερ corruptum ab interprete puto, quod etiam apocope pronunciatur vocis Græcæ: ξέστης enim Græcis dicitur, Latina voce sextarius: in hanc detorta, vt λίτρης ex libra ijsdem detorta est. ὑγιὲς vero integrum est. Sextarius autem Italicus vt Galeno, sic Mesuæ vsurpari videtur, qui duas cotylas seu heminas, seu libras mensurabiles, ideſt vncias xxiiij. implet. Sed varium pondus efficit, ob rerum metiendarum naturam: vini enim sextarius capit vnc. mensurales xxiiij. Pendit autem libram, & bessem, seu vnc. xx. mellis: sextarius duas li. & semissem: olei sextarius vnc. xviij. pendit. Vnius drach. partes duæ scilicet ex tribus, sunt scripula duo: partes vero tres, scilicet ex nij. sunt scripula ij grana v. seu grana xlv. quæ sunt partes iij. granorum lx. quot sunt in drach. Quantum autem pondus drach. tribuat, & quot drach. vnc. impertiat, & quot vnc. lib. non perinde compertum est. Drachmam autem ipsi pondus minus aureo apertum est ex locis non paucis in simp. & in Antid. vbi elect. pſyllij dat à drach. ij. ad aureos tres, Elect. Hamech à drach. ij. ad aur. ij. & in catapotijs sæpe à drach. j. ad aur. j. hoc est sesquidrachmam, vt quibusdam videtur: vt alijs pondus granis v. aut vj. drachma gratius, quale est nostri aurei solaris. Idem pondus etiam solidus, & eum Actuario ἱξάγιον dicitur. Aureum autem scribit Mesues in hiera

Mensura, & pondera Mesuæ.

Archigenis à Paulo descripta: vbi tamen Paul. semper habet drachmam: id quod in alijs ex Paulo sumptis obseruare licet. Quid, quod Serapioni in probanda theriaca, aureus est pondus duorum lupinorum, & Auic. in curando ascite dat catapotiorum quorundam aureum vnum debili: drachimam j. forti? Alijs aureus in cõpositionibus purgatorijs est pars septima vnciæ: in alijs est sesquidrachma. Vnciæ autem drach. viij. cum Græcis non videtur tribuere. Nam in Hiera Rufi scribit drach. viij. vbi scribere potuit vnc. j. si illi drach. viij. tribueret. In apozemate adianti albi sectione quarta fumariæ vnc. j. mox addit, lupuli, violarum siccarum, ana drach. viij. cum scribere potuisset, vt alibi semel facit, tantundem: vel omnibus simul connumeratis subscribere ana j. æqualiter particulam Galeno frequentem. In elect. Hamech, sennæ & aliorum vnc. j. polypodij drach. xvj. cum scribere potuisset vnc. ij. In tryphera vero Persica myrob. flauarum vnc. j. & semepul. Indiana vnc. j. belleric. emblic. ana drach. iiij. hic. pro vnc. dimidia videtur accepisse, vt proportione quadam pondus diminuat. Neque vnciam drach. ix. Mesuæ esse potes conuincere: cum in hiera sua scribat drach. ix. vbi dicere potuit vnc. j. si vnciæ drach. ix. tribueret. Mallem tamen cum alia Galeni pondera, & mensuras seruatur, etiam cum Galeno vnciæ huius drachm. viij. tribuere: non autem nouem cum imperitis quibusdam pharmacopœis, nulla eius authoritate, nec ratione probantibus. Pondera autem drach. minora vitauit: scripulo tamen vsus in Antidoto ex cocco baphica, & Antidoto aromatico Gabrielis; alias drach. vnius partes 2. 3. 4. 5. 6. dicere maluit, vt ante diximus.

SYLVIVS DE ELECTARIIS.

ELECTARIVM qua forma antidotarium dicitur, compositio, scilicet electa aliquot simplicia medicamenta comprehendens: id quod licet medicamentis omnibus compositis commune sit (omnia enim delectis summa diligentia simplicibus perfectissimis componi debent, non adulteratis, aut aliter vitiatis, & imperfectis) tamen, vt antidotorum genus duplex contractum est vsu neotericorum. Alterum solidum, & durum, reliquum molle, non tamen liquidum. Fit vtrunque ex pulueribus maxime, ijsque, vel saccharo, vel melle, vel vtroque comprehensis addito etiam melle aereo, nonnunquam penidijs quandoque miua, sapa. Quæ quidem ijs miscentur, non modo, vt pulueres per illa comprehensi facilius deuorentur: sed etiam diutius efficaces seruentur, & vt dulcorentur, præsertim qui sunt gustu ingratiores. Qui enim grati sunt, in sculis inspergi, & condimento possunt, & salis vice sumi qualia sunt Galeno, diatrion pepereon, diacalaminthes, & quæ Mesues prima scribit. Possunt tamen hæc etiam ijsdem authoribus melle despumato excipi, vel etiam Arabum, & neotericorum more, saccharo in aqua rei propositæ idonea dissoluto, & ad iustã crassitiem cocto cõprehendi, mox cõplanari, & in tabellas soladas, nũc quadratas, nunc quadrangulas, sed oblongas, nũc rhõboides secari quas vulgus lozẽgas vocat, vt oblongas manum Christi, à digitorum longitudinis forma. Qui vero pulueres sapore sunt ingrato magis, melle omnino, vel saccharo, vel penidijs, vel miua, vel simili sunt dulcorandi, siue solidum, siue molle faciendum sit electuarium, quamuis mel, & miua mollibus sit ferè destinata, vt saccharum, & penidia duris. Sic, vt pro vnc. iij. pulueris aromaticum. & aliarum specierum mitarum, & cretarũ, misceat libra j. vel mellis, vel sacchari, vel vtriusque, ana selibra. Quo autẽ plus horũ habet dulcium, minus est efficax, sed delicatius: eb id libra sacchari, vt loquuntur, syrupizati, & perfecte cocti, hodie vnciã tantũ vnam puluueris specierum tenuissime triti, & creti cõprehendunt: alij etiã semũnciam: sunt qui tantum drach. iij. vel etiã ij. quando delicatissimis hominibus scilicet tabellas solidas paramus. Creti addo propter amygdalas, & semina alia, gũmi, q̃ cum cribrari nequeant, nõ æstimantur: ob id in diatragacantho Nicolai quia pauca sunt cretæ, vnc. ij. puluueris miscemus vni libræ sacchari, licet gummi aqua violarum, vel alia scopo idonea melius dissoluatur. Quæ vero electaria mollia tam grata palato, quam ingrata paramus, mellis despumati lib. j. & puluueris specierum tribus vnc. omnino temperamus apud Mesuen, & alios, nisi in alicuius gratiam, aut mel augemus, aut puluerẽ etiam vnc. j. minuimus, cuius quanto plus habet medicamentum, tanto est valentius, cũ vis eius omnis à puluere pendeat, cuius parua quantitas mellis, aut sacchari copia obtunditur. molle autem sicco est efficacius, quia puluueris plus capit, melius feruet, ægre expirat, promptius in corpus distribuitur. Qua propter vni libræ sacchari parum coctæ, sunt, cui misceant hodie rhabarbari puluueris, vel alterius vnc. iij. v. vj. palati voluptate vtcunque neglecta. quando parum diu seruare libet. ac paucis tabellis magis medicamentosis æger gaudet potius, quã multis

tis minus efficacibus. Id quod in electarijs quoque mollibus quidam hodie etiam factitant. Nec fortasse alienum à ratione est, quòd hodie sicco electario, quam humido minus puluerum misceemus, quòd in subiecto sicco valentiores appareant, præsertim cum maxima ex parte potentia sint calidi. Sunt autem, qui puluerres electarijs vtriusque parcius misceant, non de palato ægrotum soliciti, sed sumptum fugientes, præcipue cum puluis præciosus est, vt in electarijs cardiacis. Quam rem à medicis animaduerti, quam diligentissime vellem. Alij preciosa medicamenta pondere medico appendunt, alia viliora pondere (quod medicum quoque, sed grassum vocant) tam graui tamen, vt vncijs suis xij. (quot libra medica complectitur) æquet pondus vnc. sexdecim, quot libra mercatoria, & negociatoria continent. Nec desunt quibus drachmas nouem vncia habet: & octo his preciosa, illis vilia appendentes, hoc se modo compositioni satisfeciisse rati. Quam vero differentiam Arabistarum vulgus inter confectionem, hoc est, compositionem, omni composito medicamento conuenientem. & electarium sint, commenti, non seruant ipsi perpetuo, vt illa solum sit electarium solidum: electarium vero latius pateat, & etiã molle comprehendat. Quam nominum confusionem plane indicabat Mesuæ interpres, scribens confectionem de baccis lauri, confectionem alkermes, confectionem pilularum talium, & talium, & alibi sæpe. Sed hæc nominum portenta ex Mes. de industria sustulimus, vt facie paulo tersiore lectorem magis alliciat, & contentum reddat. Nec tantum dulcia, & amara sunt electaria, sed etiam acida, vt diaprunum, diatamar Indorum Nicolai, & quouis sapore prædita inueniuntur. *Sed ad hos sapores duos, dulcem & amarum, tanquam ad gratum, & ingratum Mes. reduxit,* quomodo & odorum *species* omnes, (quæ Gal. tot sunt, quot saporum, sed non omnes nominatæ) ad suaueolens, & graueolens, seu odorem gratum, & ingratum reduxerunt maiores nostri. Nec omittendum est, quod cæteris paribus electarium molle valentius est sicco: hoc est, si pondus idem specierum libra mellis ad molle, libra sacchari ad durum acceperit, potentius aget molle, quam siccum, etiam si mox à componendo vtrunque sumatur. Qua de causa hieran mellitam potentius purgare censuit Galen. libro septimo meth. sed si vtrunque seruetur, quod dicimus apparebit euidẽtius, nam electaria sicca initio sunt valẽtiora, & quo diutius seruantur, quia vis eorum promptius exhalat ex corpore tabellarum tenui, eo imbecilliora euadunt. Mollia contra tempore in se mutuo agentibus ipsis simplicibus, & patientibus, à suo calore natiuo tandem coquuntur illa sua velut fermentatione, tantarum virium, vt medicamentum vires acquirat, non modo his quas recens habebat cõtrarias, sed à simplicium omnium viribus diuersas, vnam scilicet velut specificam formam nouam adeptum: id quod theriace & opiata multa alia medicamenta Sole clarius ostendunt, quæ mox, vt sunt composita, tam valentes habent opij, & aliorum refrigerantium vires, vt stupefaciant, & tanquam partes *mortificent*, vbi vero post menses, aut annos coctionem acceperunt, nunc celeriorem, vt si optimum recipit cinnamomum theriace, nunc tardiorem, si deterius: iam calefaciunt, & quo diutius seruata sunt viribus integris, eo calidiora euadunt, & suam velut florentem ætatem ostentant. Tuncque non modo calefaciunt pro simplicium suorum ratione, sed etiam valentius: & facultatem sortiuntur à forma acquisitia nouam: vt cum ex maza fermendo euasit fermentum, vires à maza diuersas omnino nanciscitur, & ex vino acetum, & ex vino nouo vinum idem vetus, id quòd Galen. in theriaca abunde docuit, & in Antidoto Philonis libro methodi medendi. Vt molle item electarium sicco sit præstantius, nisi quando potentius siccandum, non mediocriter facit promptior ipsius in corpus distributio. Vt enim potu, quam cibo impleri est facilius, sic medicamenta quanto leuius trita sunt & liquidiora, tanto celerius in corpus rapiuntur: tamen pro cuiusque palato nunc illud, nunc hoc sumendum est, nisi aliud intercedat, quod vnum altero reddat, vtilius. Electaria autem tam solida, quam mollia non purgatoria, sumantur horis ij. ante cibum, si apparare humores expulsioni, obstructiones liberare, vrinas, aut menses, aut sudores mouere, crudos in corporis habitu succos coquere debent: horis quoque ij. ante cœnam sumi possunt. quæ vero coctionem iuuant, partes nutritorias roborant, aut etiam cor, illa mox ante, vel post, vel etiam inter epulas sumi possunt, vti & analeptica inter cibos ferè sumuntur, quæ alimenti in corpus distributionem iuuant, absoluta in ventriculo coctione, id quod ex cibi ingesti quantitate, qualitate, & tempore coniectabis: ad hæc ventriculi coctricis robore, aut imbecillitate consueta: ad hæc ructu nullam alimenti prioris qualitatem referente, ventriculi tumore iam submisso, & noui alimenti appetentia. Quæ cerebrum roborant, mox à cibo, vti, quæ os ventriculi respiciunt, simul enim cum vapore ex alimentis elato, vis medicamenti sursum tolletur. Cerebrum autem roborantia, quidam exhibent hor. ij. à cœna: quæ appetentiam iuuant, paulo ante cibum: quæ flatus dissipant, eruditates & obstructiones corrigunt, ventriculo vacuo, iij. aut iiij. hor. ante cibum: quæ coctionem iuuant, etiam inter epulas, & paulo ante, aut paulo post cibum, aut etiam mox à cibo: sed cardiaca ore tenenda. Quæ item hypnotica sunt, paulo post cœnam, hora scilicet qua æger per sanitatem dormire consueuit, sumenda sunt: eadem stupefacientia si ad dolorem sedandum, aut sanguinem sistendum, dantur horis v. ante cibum, stomacho vacuo. Purgantia vero mane hor. ij. iij. iiij. ante cibum, pro medicamenti virib. tardis, celeribus, & corporis humore multo pauco, crasso, tenui, lento, liquido, pleni natura, & morbi temperie. Ad annum seruari possunt: sed electarium quo vtuntur Reges, ad dies tantum xx. aut xxx. nam rancescit facile. Pulueres autem miscendi melli, vel sacchar o modice refrigeratis, non autem multum adhuc calentibus: nam aromatum vires calor dissipat.

DISTINCTIO PRIMA

DE ELECTARIIS.

Et primum de delectabilibus Trigintasex.

ELECTARIVM de aromatibus, Galeno adscriptum, ad ventriculi, & hepatis affectus frigidos, ex pituita crassa, & flatibus natos efficax. flatus enim dissipat, coctionem iuuat; ob id acidos ructus, nauseam, cibi fastidium compescit, colorem cuti floridum affert, canitiem tardat, oris, & sudoris odorem commendat: sed hepar & renes immodice calfacit, ac inde semen & venerem promouet. Recipit autem igni aloes crudi, rosarum, ana aur. xij. calami aromatici aureos quatuor galliæ moschatæ, macis, doronici, piperis longi, nucis mosc. mentæ siccæ, spicæ, nardi, cassiæ, mastiches, cinam. caryoph. asari, ana aur. iij. croci, cardamomi maioris, & minoris, trium santalorum, rhabarbari, costi, cubebarũ, zingiberis, seminis fæniculi, & anisi, & * lyguſtici, ana aur. ij. sacchari vnc. vj. miuæ aromaticæ vnc. xij. mellis despumati, quantum sufficit. Datur à drach. ij. vsque ad aur. sex. * Chelſm.

CHRISTOPHORI GEORGII EXPOSITIO.

ELECTARIVM de Aromatibus, dicit fuisse inuentum à Gal. non tamen reperitur liber in quo ipsum posuerit. Certum tamen est, quod Galen. magnum antidotarium composuit, quod translatum penes nos non habemus: sed ipsum vidit, & habuit hic author, Auicen. Nic. & alij authores, qui *ipsum* approbant, & allegant. Notandum, quod licet in hac descriptione ponatur rhabarbarum, non tamen propter hoc redditur sensibiliter solutiuum, quia quantitas eius est adeo parua comparatione aliorum quæ hic ponuntur, vt eius virtus facile obumbretur in parua dosi qua assumitur. Notãdum etiam, vt habeatur coueniens modus constructionis cuiuslibet electarij, tam solutiui, quam non solutiui, & similiter

cuiuslibet veræ confectionis tendentis ad formam ſolidiorem per vlterioré decoctionem, quam in electarijs nõ facimus, ſiue fiant cum zuccharo, ſiue cũ melle conuenienter, & ſicut conſuetum erat antiquitus, quod ad quãlibet libram mellis, vel zucchari apponantur, ſicut, & debent. iij. vnc. aromatum ingredientium compoſitionem talis electarij, vel confectionis: licet, vt eſt ſuperius dictum, minor quantitas aromatum requiratur ad compoſitionem confectionis, quã electarij: hodiernis autem temporibus ſolum vnc. ij. ponuntur aromatum: & minor quantitas in confectionibus propter complacentiam infirmorũ, quærendo potius delectationem in guſtu, quàm vtilitaté infirmi, & ſalutem ipſius, propter defectum eorum, qui ipſa de nouo conſtruunt, & conficiunt. & ex hoc nec electaria, nec confectiones virtualiter operantur ſicut ab auctoribus deſcribuntur. Circa hoc autem eſt habenda diligentia magna, & maxime in electarijs: nam operationes fortificantur, ac etiã minuuntur, ſecundum quod additur, aut minuitur in aromatibus, quæ ponuntur ab vnc. ij. vſque ad iij. cum lib. mellis, vel zucchari.

Vlterius generaliter eſt notandum, quod omnia electaria non ſolutiua, de quibus ad præſens eſt ſermo, ſiue ſint cum zuccharo, ſiue cum melle, regulariter debent aſſumi ante alicuius cibi, vel potus aſsũptionem per duas horas ad minus: immo etiam facilius, & melius operantur ſi mundificato ſtomacho aſſumantur, à ſuperfluitatibus, quæ multiplicantur in ipſo, à cibo prius aſſumpto. Nec eſt inconueniens ſi quandoque ſumantur mane, vel veſpere, cum accelerare volumus operationem. & eodem modo eſt ſequendum, ſi ad formam ſolidam confectionis reducantur, & fiant, quæ cum ſolo zuccharo conſtruuntur. Electaria autem, quę habent inducere ſomnum, & generaliter omnia ſomnifera ſunt per horam ſumenda poſt cibum, vt facilius, & melius cum virtute euaporent ad caput, ad ſomnum prouocandum, & ſimiliter eſt ſumendus ſyrupus de papauere, vt inferius patebit. Electaria autem ſolutiua ante cibum ſunt præmittenda: immo cibus, vel potus nullatenus eſt aſſumendus poſt aſſumptionem electarij ſolutiui, vel alterius conſimilis medicinæ in quacunque forma exhibitæ, ſiue in forma dactyli aſſumatur, ſiue in forma potionis, niſi vbi totalis ipſius operatio ſit completa de ventris ſolutione, vt notabiliter inferius declarabitur. Communiter autem confectiones confortatiuæ virtutis; ſicut eſt confectio de margaritis, & ſimiles, poſſunt conuenienter ſimul aſſumi cum cibo & ante, & poſt, ad placitum ægrotantis: aliæ autem confectiones ſunt præmittendæ, vt de electarijs dictum eſt.

MANARDVS, In Electarium de Aromatibus.

AB ODORATIS rebus nomen accepit, ex quibus componitur: nuſquam tamen, quod norim, paratum inuenitur.

QVOD ſcripſit Gal.) Cum ingrediantur Sandali, non poteſt eſſe Galeni: ſiquidem apud eum, aut antiquos alios, de his nulla mentio.

LIGNI aloes.) Agallocon Græci vocant.

CRVDI.) Quia ſi coquatur, vt quidam excipiendi odoris gratia faciunt, vim amittit. GALLIÆ muſcatæ.) Compoſitio eſt, quam habes infra inter trochiſcos.

E CASSIÆ.) Intellige quod nunc cinnamomum vocant. MACIS.) Cortex eſt nucis moſchatæ interior, duplici enim tegitur. Græci macerem, Plinius macirem vocat, niſi in libris ſit menda.

DORONICI.) Doronicum vocant: ſunt radices odoratæ paſſim cognitæ. SPICÆ.) Nardum intellige.

CINNAMOMI.) Verum ad nos nunc non adfertur. pro eo accipe vulgare duplo pondere. Calami aromatici.) Et hoc caremus: radicem enim, non calamum officinæ oſtendunt: atque alterius rei, non ipſius calami.

CARDAMOMI maioris, & minoris.) Quod Græci cardamomum, id Arabes Cordumeni vocant. Plinius quatuor ſpecies cardamomi enumerat. Vidi ego tres res, quæ nunc cardamomum dicuntur, inter quas neſcio an vna ſit, quæ verum ſit cardamomum. CHESISIN.) Ligyſticon Græci vocant, pro quo herbam aliam oſtendunt officinæ, quæ non eſt verum Ligyſticon, veruntamen nunc cœpit agnoſci.

F

SYLVII ANNOTATIO.

HOc medicamentum ex aromatum catalogo commiſtum, vnde nomen habet. valenter calfacit, leniter adſtringit: in vſu eſſe deſijt, neque ignauum fuerit etiam ſi componatur abſque cinnamomo, vel calamo aromatico, cardamomo, ſemine libiſtyci, ſimplicibus & hodie in Gallia deſideratis, atque etiam ſine reliquorum bona parte, quando ſingula prope idem pollent, calfaciunt enim tenuant, incidunt, tergent, quædam adhæc leniter adſtringendo roborant. Hoc antidotum non eſſe Galeni aperte declarant gallia moſchata, nux moſchata, macis, doronicum, caryophylla, ſantala, rhabarbarum, cubebæ, mina aromatica. omnia Galeno ignota, & ſaccari vſus infrequens: etiam ſi non id modo, ſed alia non pauca tam ſimplicia, quam compoſita Galeno, vel ignota, vel indicta Meſſies, ex Galeno citet, niſi fortaſſe antidotarium aliquod falſo Galeni titulo circumlatum viderit Meſſues, & præter eum Auicennas, & Nicolaus medicus Salernitanus in Antidotario ſuo, tum magno, tum paruo Galenum perſæpe citantes authorem compoſitionum ipſi indictarum. Quanquam certum eſſe magnum aliquod antidotarium à Galeno ſcriptum, nondum tamen Latinitate donatũ affirmet Chriſtophorus Georgius Florentinus, quod falſum eſſe præter dicta facile comminiſcit, quod eius nuſquam Galenus meminit, nec in numero, nec in ordine librorum ſuorum, nec in libris duobus de Antidotis, homo alias eius rei ſtudioſus maximè. Rhabarbarum huic ineſt parcius, quàm vt purgare poſſit.

G

IOANNIS COSTÆI ANNOTATIONES.

IN hac Syluij quam proponimus verſione non Syluij nomen, ſed proprium Authoris Meſuæ inſtitutum ſeruandum putauimus. Ob id ordinem in proponenda diuiſione hu H ius libri à Syluio perturbatum reſtituimus. reliqua vt ab ipſo ſcripta ſunt, fide reliquimus, varijs tamen lectionibus ex veteri interpretatione margini affixis, vt ſuum quiſque in hiſce parandis medicamẽtis iudicium, & genium ſequatur.

ELECTARIVM de Aromatibus, Gabrielis eſt antidotum, cuius frequenter meminit: non Galeni, cui ex his aromatibus ignota ſunt plura.

Ligni aloes crudi. Probatiſſimum intellige, quod neque ignis vim ſit paſſum, neque adulterium vllum. De quo fuſius ſuo loco.

Galliæ moſchatæ. Galliam moſchatam ſume, de qua hic author diſtinct. 8. vbi de trochiſcis. Errant vero qui Nicolai galliam vſurpant, quam Meſ. ne nouit quidem.

Doronici. Doronicum quod affertur Venetias ex Apulia,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0190-2 DFG

Apulia, aconitum esse pardalyanchen Dioscoridis, & Telyphonon Theophrasti, quem alij etiam scorpionem vocant, collata historiæ planta plane discesitanobis. Marantha vir doctissimus in suo de cognoscend. simpl. meth. persuasit. Neq; ab hac sententia nos mouet quod obijciunt inesse plura doronico folia quã Dioscor. illi aconito ascribat: quod item huic folia non sint cyclamini, aut agrestis cucumeris: quod admotum non stupefaciat scorpionem: neque exhibitũ feras necet. Pulchre enim quod ad folia attinet, satisfacit Marantha: quando neque omnibus locis idem foliorum est numerus. in colle quippe prope Venusiam vidit Maran. folia illi inesse nõ plura tribus aut quatuor, alibi tamen etiam ad denariũ numerum accedere. folia vero cyclamini, aut agrestis esse cucumeris, & radicem scorpioni similem certius est quam vt quis ambigat. An autem scorpio illo admoto stupeat, nobis obseruatum nõ est: sed neque Dioscor. aut Theophr. pro certo affirmant, qui ita ferri aiunt. Quod vero feras necet, astipulatur experimentum. Iacobus Ant. Cortesius vir diligẽtissimus atq; idem mentiri nescius, canes, simias, & sues doronico enectos affirmat. Ergo, si doronicum aconitum est, vti ne eo medicis licet? Theophrastus suum telyphonon quamuis feras necet, hominibus tamen epotum contra scorpionum ictus proficere literis tradidit. Et vere doronicum prægnantibus exhibitum nihil vnquam pernicioſi attulisse à multis est obseruatum. Repentinus tamen Conradi Gesneri interitus post assumptum doronicum, quamuis seuorum symptomatum in quæ incidit, infrigidæ potionem ipsemet reiecerit, nos ab hoc medicamento adeo deterret, vt vel nullo pacto vsurpandum, vel non nisi exigua admodum mensura, atque alijs commistis aromatibus, vt Arabum est mos, assumendum putem. ita etiam viperarum carnes, crocum, & alia quæ seorsum necant, si alijs miscentur rebus, neq; modum excedunt, venenis aduersantia, & salutaria reddi solent.

Mentæ siccæ. Venetijs menta alitur quam garyophyllatam vocant, odoratissima. hanc semper deligerem, & ex sicciori solo. quæ autem vliginoso, aut stercoroso prouenit, inutili scatet humore, neque admittenda, si copia sit alterius. Sunt vero odore, & sapore præstantiores plantæ, quæ arido loco nascuntur. falli ergo eos puto, qui ex vdo loco colligẽdam hanc aiunt, quum humidæ mentæ fit mentio. Crassum vero etiam id, quòd siccam in electario hoc assumi dicũt, quia recens flatus pariat, & ventrem perturbet. si enim puluerãda est, vt cetera, siccandam quoque antea constat. cum tot vero etiam discussorijs rebus, quæ hic cum ea simul veniunt, quid flatum excitare possit recens, non intelligo.

Casiæ. Casia odorata est quicquid fere ad nos sub cinnamomi seu cannellæ nuncupatione affertur, vt peritioribus placet. Eius historiam fusius docent Dioscor. & Gal. fusissime vero Matthiol. & Garcias.

Cubebæ. De Cubebis agens Auic. eadem refert quę de carpesio Gal. in eo tamen varius, quod erithrodano ipsum cõparet, phu vero Gal. De his tamẽ agens Serap. primum eadem affert quæ Dioscor. de oximyrxine, post etiam quæ de carpesio. Gal. quæres in Serapionem oẽs excitauit, turpi, vt aiunt, errore agrestem myrtum cum carpesio confundentem. Ceterum, horum pace, non ignorauit Serap. differre ab oximyrsine carpesium: quin postremo loco scribens, neq; Dioscor. egisse de cubebis, neq; Gal. de myrtho agresti, differre hæc inuicem inuit, sed eodem tamen nomine nũcupari, quod apud Arabes forte Serapionis tempore obseruabatur. Quare quum postremis verbis scribit. Et vidi quod descriptio Galeni super cubebas est descriptio Dioscor. super myrthum agrestem, descriptionis voce nõ historiã sed titulum intelligendum existimarim. admonere, scilicet, Serapionem historię de carpesio Galeni, & de oximyrsine Dioscoridis ascriptum fuisse titulum de cubebis, quamuis hæc inter se differant. qui error licet non sit in Græcis, aut Latinis codicibus, in Arabibus forte erat Serapionis ætatæ. Sane de carpesio quid sit, & de vulgatis cubebis quid sint, adhuc obscurum est. Illud autem certum, vulgatas cubebas Galeni carpesium non esse, quãdo cubebe semina sunt, carpesium festucas esse herbæ phu similis. 1. lib. de antido. ait Galenus. Cubebas autem nostras eiusdẽ esse generis cum pipere illo caudato, quod in Benin Aethiopiæ regno nascens vulgato pipere longe acrius, Lusitanorum idiomate vocatur pimienta del Rabo: sicuti vbi vtriusque faciem spectes verisimile est: ita vel non nisi multa vetustate tabidas ad nos afferri, vel certe alio solo ortas longe imbecilliores esse est arbitrandum. tantum enim abest, vt hæc vulgato pipere acriores sint, vt ne vix quidem acrimoniæ quidpiam habeant, quum caudati piperis semunciam vulgati piperis selibra efficaciorum esse ex recentioribus historijs constet.

Costi. De costo fusius in Diacosto. nunc eius loco zedoaria sumi potest.

Zucchari. Antiquorum saccarum salis modo coactum, dentibus, vt sal fragile, ac splendidum, ex eadem planta prouenire ex qua nostrum saccarum vulgare, discesex Indiæ commentarijs. adhuc enim apud Bathecalam Indiæ tale videre est ijsdem arundinibus sponte adnascens, ex quibus reliquum purius atq; impurius conficitur. Antiquo illi tam simile est nostrum factitium candidum, vt nihil supra. Falluntur ergo qui antiquorũ saccarum concrescere ex rore, & mellis speciem esse contendunt. neq; enim sole dissoluitur vt mel seu aereũ seu quod colligere apes: sed concrescit magis. quare Dioscor. & Gal. eiusdem vtriusq; generis arbitrantes saccari historiam non satis norunt. neq; mirum, quando non tam late patuere Indiarum tractus illorum ætate, vt nostra. Sane factitij sacchari conficiendi, & depurandi ratio non vulgata est ętate nostra albissimũ crebra depuratione, (vt hac voce vtar,) redditur. id vero taberzeth sicut, & probatissimũ mel Mauritanis scriptoribus nũcupatur, medicis nostris albũ, vulgo fino, quod finẽ assequutum sit puritatis, & candidius reddi arte non possit. tale autem etiam siccius, & calore inferius est impuro. Meminit & de saccharo Albusar seu Allasser Auic. qđ mannam quoq; vocat, sed diuersa res hęc. ineſt enim illi amaror & astrictio, quæ non saccaro, propterea etiam non facit sitim, quia minus dulce: & ex arbore colligitur Serapionis testimonio nõ ex arũdine, quanquam & in hoc à Serapione differt Auic. quod hic rorem, is gummi eius arboris putat. qua in re falli Auic. potuit, vt nostri qui mannam Calabram rorem esse arbitrantur. Ex his ergo patet infirmum esse recẽtiorum argumentum, quo antiquorum saccharum rorem esse contẽdunt. Illud autem animaduersione hoc in loco dignum, cur in electarij huius confectione vtraq; & succharum, & mel veniant. Si enim vt Nicolaus quoq; Alex. docet, mellis in medicamentis componendis triplex est vsus, conseruandi, abstergendi, & condiendi, conseruat autem siccitate præsertim sua qua aduersatur putredini, &

tore qui ambientis aeris aditum excludit, abſtergit eadem ſiccitate, condit dulci ſapore, cuius gratia præſtare, & alia multa poteſt, quæ in lib. Can. Meſ. atqui eadem commoda præſtat ſaccarum, ſeruare poteſt ſiccitate, & lentore ſuo, abſtergere ſiccitate, condire ſapore dulci, Cur ergo vtrumque hic? nonne alterum ſatisfaciat? Aiunt nonnulli inuiſcandi ratione addi ſaccarum, nempe quum ad diſcutiendos flatus hoc paretur medicamentum, addito ſaccaro, diutius hærere ventriculo ob illius lentorem. Atqui non minus lentum mel puto. atq;, quum multa ab hoc eodē ſcriptore pro diſcutiēdis flatibus deſcribantur medicamenta, cur nō in omnibus tamen ſaccarum aſſumitur? Arbitror ergo condimenti potius gratia ipſum adiici, ſuauius enim eſt melle. At cur non ſolum ſaccarum ſatisfacit? Quia mel abſtergit magis.

Miuæ. Miuæ parandæ modos quinque deſcribet hic author diſtinc. 6. Hic vero non alia quam aromatica vſurpanda eſt ex authoris præſcripto, quanquam in ea conficienda multa veniunt, quæ in hoc itidem electario aſſumuntur.

Mellis deſpumati, &c. Mellis vſus in medicina admodum eſt frequens, ſed non vno tantum modo vſurpatur. ſæpiſſime coctum, interdum etiam crudum admittitur Meſ. in confect. de moſcho, & in cardiacis medicamentis Auicen. crudum fere aſſumit, in cæteris deſpumatum. arbitror ea in cardiacis poni non importune quæ flatus mediocriter pariunt, quod ſpiritus vitales flatus ipſi excitant, ac veluti alacriores reddunt, propterea crudum in ijs mel ſed puriſſimum tamen atque ignis expers quod virgineum vocant accipitur. In ceteris, præſertim flatuum diſcuſſorijs deſpumatum quæritur. coctione enim quidquid flatuoſum aut cereum illi ineſt ſeponitur. At vero mellis coquendi ac deſpumādi ratio non eadem eſt vbi craſſum atq; vbi liquidū parare oportet medicamentum. vbi craſſum futurum eſt per ſe coquitur, vbi liquidum, aqua, vinum, acetum, aut herbaceus aliquis ſuccus addi ſolet proſcopo medici diuerſo. Nunc quando electarij conficiēdi gratia mel deſpumatum expoſcit Meſ. atq; coquendum id per ſe neque aliud immiſcendum, quo pacto fieri hoc debeat paucis dicam. Quia mel igne multo immodice efferueſcit, exundat atque incendij periculum incurrit, propterea vaſi amplo aut æreo, & ſtanno illito, aut quod longe melius eſt lapideo, tales autem lebetes. Italia ad coquinas vſurpat, aut lateritio quod ſit vitro incruſtatum, injiciendum puriſſimum mel. admouendus vero leniſſimus ignis. vbi feruere, & extumeſcere incipit, aliqui aquæ exiguum injiciunt, quam, ſi non multa ſit, non improbo: euaneſcit enim quę pauca eſt parno negotio. tu vero aut ignem ſubtrahes, aut vas ſuſtolles: & mox ſedato paulum tumore deſpumabis. admouebis autem rurſum igni vas, atque quum rurſum efferueſcit idem ages quod prius, ac id ſæpius repetes quouſq; purior ſpuma appareat, & mel craſſeſcat. hic enim erit coctionis finis. nempe expectandum hic non eſt, ſi abſq; humore incoxeris, vt mel ſpumam non regerat, quando ea etiam trigeſies detracta alia ſemper emergit ſpuma. Hoc pacto ergo deſpumandum mel quod in craſſiora medicamēta eſt vſurpandum. præſtatq; hic vt abſque humore omni mel coquas, quòd diutius ſeruantur, & ſitum nunquam cōtrahunt quæ alieni humoris expertia ſunt. Sed hic etiā niſi pharmacopœus diligentiſſimus ſit id periculi imminet, ne mel ſupra modum excoquatur atq; amareſcat. Quo fit vt alia coquendi ratio mihi magis arrideat, in duplici vaſe quòd balneum mariæ vocant. vſuſq; ea eſt Gal. in arteriacæ cuiuſdam compoſitione 7. de compo. med. per loca. hoc autem pacto ſi mel excoquas, emergit primo fere feruore quicquid illi ſordium ineſt, ac detracta ea ſpuma, tam purum id remanet vt nullam aliā ſpumam regerat, aut aliam operam deſideret. longe præſtat hic deſpumandi modus ſuperiori, & elegantia, & facilitate: ſed maioris etiam is medicinæ eſt vſus, quando neque veluti in ſuperiori vt aſſetur atque amareſcat periculum eſt, neq; ut acrius euadat: ſed ſua mellis temperie nihilum immutata ſorde omni expurgatur, & ſeruandis rebus quarum gratia excoquitur, redditur præſtantiſſimum. His ita conſtitutis quia Meſ. de certa mellis menſura in hoc electario recipienda nihil firmi affert, ſed quod ſatis eſt aſſumi tantum iubet, ambigūt ſeplaſiarij quantum mellis aſſumendum, & certam dari normam poſtulant. Id autem hic dubitandi anſam præbet quod eorū quos in medicina veluti duces ſequimur, nullus certam unquam menſuram preſcripſit. quin, ſi eorum inſtitutum ſpectes, nonnunquam mellis quadruplum, collato, ſcilicet ſpeciebus melle aſſumunt, vt indiamoſcho dulci, & Philonio ex inuentione propria Meſ. quandoq; triplum, ut in Triphera magna Auic. interdum tantundem, vt in hierapicra nonnunquam fieri idem Auic. teſtatur: aliquando etiam ſexcuplum, vt in diacydonite purgatorio Meſ. diſt. 3. in quo binis ſpecierum vncijs mellis lib. 1. adiungi obſeruabis, ſucco cydoniorum excepto. Hæc ergo quum ita ſe habeant, non mirum ſi torquētur pharmacopœi atq; hac in re hęſitant. Cæterum ſi in tanta diſcordia nobis quoq; periclitari liceat, de electarijs primum omnium ita puto diſtinguendum. ſint ne purgatoria an non. Quibus. n. expurgandi vis ineſt, ſicuti maiori exhibentur periculo, ita & maiori ſolent conſtrui artificio. Quæ non expurgant, ſi perpendas, ex tam multis eiuſdem vſus interdum conſtant, vt fortuito congeſta potius videantur quā cōſilio, quanquam, & in ijs componendi ratio atq; ars non deeſt. ita equidem in Theriaca, Mithridatica antidoto, & alijs id genus. Contra vero in purgatorijs ſi à docto viro ſint conſtructa, artificium ſtatim elucet mirum. vnius etenim aut alterius ſimplicis medicamenti actio quum ſit, id autem baſim vocant, cætera quæ adduntur nihil afferunt præter baſis illius caſtigationem. Ergo, quum artificio careant electaria quæ non purgant, ſi purgantibus comparentur, ſicuti in non purgantibus parum intereſt plus mellis addas aut minus, ita in purgatorijs plurimū refert. De purgantibus igitur primum, vt agamus, in ijs illud ſtatim, atq; ante omnia ſpectandum puto, quid in ipſis ſit cuius vi humorum fiat eductio. ſit ne vnum aut plura: ſoluentia intelligo, de lenientibus enim poſtea. In memoriam autem reuocanda, aut ex Meſ. petenda ſuprema eorum menſura qua expurgent, quam recepto iā in medicinam vſu doſim vocant. Ad hæc etiam, ſummæ electarij doſis ab authore præſcripta perpendēda eſt. ac id ſtatuendum, tot doſium cumulum explere totum electarium oportere, quot doſes fuerant eorum ſimplicium à quibus in hoc purgandi vis emanat. His ita intellectis, atque toto electarij pondere ita poſito, ſimul ſupputanda ea omnia ſint, ex quibus electarium confici ſcribunt, ſpectandumq; quantum deſit, vt deſideratum pondus expleant. ac tantum mellis, ſi modo adiungi mel debet, deeſſe, & addi oportere pronunciabis. Sed exemplo rem patefacio. Sit diaphœnicum Meſ. paran-

Cap. 12.

dum

dum in quo mellis certum pondus non præscribitur. Ante omnia spectare oportet, quæ simplicia hic sint, à quibus in hoc electario purgatoria vis deriuat. deprehendes autem duo, turbith ac scamonium. videndum est seorsum quæ nam horum suprema sit dosis. Atq; turbith ait Mes. lib. simpl. exiberi à drach. i. ad duas, atque adeo summa eius dosis duæ erunt drachmæ. assumit autem in hoc electario drachmas eius triginta quinque: erunt ergo doses turbith ipsius decem, & septem cum dimidia. pro quibus ponas decem, & octo doses. id enim parum refert. Videnda deinceps est suprema scammonij dosis: ea ex libro simpl. duodecim est granorum: atq; ideo singula drachma quinas explet doses. in hoc igitur electario quod scammonij recipit drac. duodecim, sexaginta erunt eiusdem doses. quas si supputabis cum decem, & octo turbith dosibus, colliges simplicium soluentium doses in diaphœnico Mesuę esse in vniuersum octo supra septuaginta. In totidem ergo totum etiam diuidi electarium vbi confectum erit, prædicabis. Atqui eius dosim ab aureis iij. ad 7. ac propterea summam dosim esse decem drachmarum cum dimidia Mes scribit. pronuncian dum ergo totum electarium id pondus octo, & septuaginta dosium vt expleat oportere, atq; adeo vnciarum fore vnius supra nonaginta. His ita positis, supputanda simul omnia sunt, & pulueres, & reliqua quæ author enumerauit deprehendesq; explere summam drachmarum ducentarum, & duarum supra quinquaginta, hoc est fere vnciarum viginti octo. Tunc vero si quantum ab vncijs viginti octo ad vnam supra nonaginta deest, idest vncias tres, & sexaginta suppleueris addito melle, eò redactum erit electarium, vt ex authoris præscripto drachmæ illius decem cum dimidia, idest aurei septem possint tuto exiberi. in quod tamẽ in robustioribus erit corporibus obseruandum. Hæc ergo esset in compositis soluentibus, mea quidem sententia, obseruanda norma, vbi certa mellis mensura ab eorum authoribus non præscribitur. Sed & in lenientibus compositis similem quoq; legem non importunam existimo. nempe vbi adnotaris quot sint simplicium aluum subducentiũ doses, & quo itidem pondere totum exhibeatur electarium: tunc etiam supputatis, & speciebus, & ceteris quæ ab authore ponuntur, videbis statim quantum mellis adijcere sit oportunum. Quod si quis non quadrare normam hanc compositis scriptorum medicamẽtis asserat; quando si ea supputes, mellis interdum plus, interdum minus assumitur quam hæc regula doceat: non equidem diffitemur: neq; illorum tamen formulas improbamus, quum liceat cuiq; vt libet medicamenta construere, modo ne in ijs exibendis modum excedat: at vbi certum mellis non est præscriptum pondus, nullam arbitror certiorem hac dari posse normam quam quis sequatur. Cõstat profecto vulgatam seplasiorum consuetudinem, qua tribus puluerum vncijs mellis. lib. 1. generatim adijciuntur, nulla aut ratione, aut authoritate fulciri. quãdo si rationem quæras, nihil in promptu habeãt præter diamoschi exemplum. authoritas vero contra docet, interdum triplum, quandoque sexcuplum, aliquando etiam tantumdem mellis assumi, exemplo Triphera magnæ Auicen. dyacydonites, ac hieræ simplicis. Quin si modo authoritas atque exemplum sequendum esset in purgantibus pro exemplo diamoschum non est vsurpandum, quod non purgat, sed potius dyacydoniæ illud purgatorium. atque adeo prudentius agi videretur, si in purgantibus binæ puluerum vnciæ, ad libr. mellis vnam adderentur.

A Est ergo vulgata ea lex inconstans, si & rationem quæras, & authoritatem. Porro veterum aliud etiam fuisse consilium animaduerto. optasse enim potius videntur, vt melle addito electarium mediocrem consequeretur consistentiam, neq; plus iusto crassius esset aut liquidius. Ita Gal. interdum coquendum mel docet, vt ne manus inquinet: Ita & Mes. in hiera Hermetis addendum ait mel quantitate qua fiat maza. sed incerta admodum hæc quoq; lex videtur, quando pulueres ex quibus electarium, alij humoris plurimum, alij parum exugunt, atq; electaria aliqua præter pulueres, succos quoque, & liquores alios recipiunt, id quod seplasiarij consilium de mellis mensura, non mediocriter perturbet, nisi longo vsu certam mellis mensuram obseruarit, qua medicamentum, neque diffluat, neque plus iusto crassescat. Illud certe peritiores pharmacopœi aduertisse at-
B que vsu longo obseruasse testantur, tribus generatim puluerum vncijs vnci mellis libræ cõmistis electarium mediocrem assequi consistentiam, reiectis interea succis, lacrymis, gummi, fructibus, pinguibus, atque alijs omnibus, quæ in puluerem redigi non possint, reiectoq; etiam saccaro, & rebus cæteris quæ leui humoris momento diffluunt, qualia penidiæ: hæc vero omnia neq; in mellis, neque in puluerum serie ponuntur: sed seorsum, paratis reliquis, suo pondere ab authoribus præscripto assumuntur. Verum, vt dicebam, quum neque ratio vlla, neque certa authoritas huic consuetudini astipuletur, non facile ego quidem illi assentiar, quum de purgantibus agitur medicamentis. secus quum de alijs quæ purgandi vires non habent. in ijs enim non tantum interest plus mellis aut puluerum sumas, a quibus non tantum periculi imminet, aut noxæ, & ipsis, nostra
C etiam sententia, vulgata consuetudo perbelle quadrat, siue addas pro vna mellis libra duas puluerum vncias æstate, tres vero hyeme, vt aliqui faciẽdum censent: siue etiam quouis anni tempore eadem pares mensura. Hæc ergo de mellis mensura vniuerse sint dicta. Quod si non melle, sed saccaro medicamentum conficere sit animus: tunc si mollius electarium uelis, eadem ratione, & mensura saccarum qua mel, vsurpandum puto; distinguendumque eodem pacto purgatorium ne sit, an non. in purgatorijs enim à regula hic à nobis tradita nõ tutò discedere vllum puto. quum in non purgatorijs vulgata tamen consuetudo satisfaciat. secus si solidius medicamentum velis: tunc vero nõ electariũ amplius, sed quia in morsulos effingi solet, morsuli etiam nomine nuncupatur. hic autem fat erit si vnam pulueris vnciã aut drachmas sex libræ saccari vni adijcias. sed tunc li-
D quores, si qui in parando ex ijsdem speciebus electario sumendi erant, pretereundi sunt: veluti in electario de quo modo agitur prætermittẽda esset mina, alioqui vix aut ne vix quidem solidesceret. Atque hæc satis.

Expendendę nunc essent simplicium, & rerum oĩum quæ in hoc electarium de aromatibus veniunt facultates, conferendæq; ijs quas toti electario à Mes. ascribuntur vires. Sed egeret res hęc longiori animaduersione: præsertim si quis cur tot addantur, rationem postularet. Illud ergo nunc dixisse satis esto, non temere Mesuem tã multiplex ex hoc medicamẽto præsidium polliceri, corroborandi ventriculi & cordis, & discutiendi flatus. quando si singula perpendas, ea eiusmodi viribus insigniter pollent. poterant vero etiam pauciora simplicia idem præstare. sunt. n. ex his nõnulla earundem prorsus facultatũ, atq; adeo assumpto vno prætermitti alia poterant.

erant. Verum sicuti, & in theriaca atq; antidotis illis magnis, vitio vertendum non est, quod plura assumantur, quādo tamē pauciora possent satisfacere, ita in hoc atq; alijs non est ut pauciorib⁹ agi posse quisp̄iam contendat. reddūtur certe plurium vsuum quæ plura recipiunt quam quæ pauciora. præsertim quod insunt singulis p̄ter rebus manifestas qualitates, innate illę formę, ex quib. singulis singulę, ac miræ proprietates emanat. ex quibus demum commistis, ac fermentato, vt aiunt, electario peculiaris forma alia insurgit à prioribus formis varia: earum tamen omnium vires suo velutisinu amplexa, & longe quam illæ singulę admirabilior.

MESVE.

LECTARIVM ex Gemmis ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, vteri, efficacissimum: nam melancholicos sine causa manifesta tristes, timidos, solitarios iuuat, exhilarat, ad mores probos inuitat. emendat cordis tremorem, syncopen, ventriculum à frigida intemperie imbecillum roborat, & coctione tum eius, tum hepatis meliore reddita, corpus bene coloratum, & odoratum efficit. ob id sumptum Regibus, & magnatibus magis in vsu est.

Accipit verò margaritarum albarum drachmas † duas: saphiri, hyacinthi, sardinis, granatorum, smaragdi fragmentorum, ana drac. vnam & dimidiam, zedoariæ, doronici, corticum citri, macis, seminis † ozymi caryophyllati, ana drac. ij. coralli rubri, electri, limaturæ eboris, ana drac. vnius partes duas: ben albi, & rubri, caryophyllorum zingiber. piperis longi, spicæ nardi, folij, croci, cardamomi, ana drach. vnam, trochiscorum diarodon, ligni aloes, ana drach. quinque, cinnamomi, galangæ zurumbet, ana, drac. vnam, & dimidiam: auri argenti foliorum, ana † aurei dimidium: moschi boni drach. dimidiā, ambræ drach. duas. Confice cum melle emblicato, & † melle rosato colato, ana, * vel etiam sac charo rosato si solidum facturus es, non molle. Datur ab aurei semisse ad aureum vnum cum aqua bugloss̄i, & vino odoro.

† Al. drac. vj.

† Alfelenia sisch.

† Virtus habet aur. sij.

† Colatura gelenabin de rosis. a Hoc addit Syl.

CHRI. PRAESENS electarium habetur in vsu, sub diuersis tamē formis: quia nōnulli eo aliquando vtuntur remouendo aromata calida, aliquando etiam nihil remouendo nec addendo. Primo vtuntur pro febricitātibus, & in causa calida, Secundo modo in causa frigida, & valet ad ea, quæ scribuntur in textu. & dicitur electarium de gemmis à gemmis in ipso intrantibus, & dominantur gemmæ lapides pretiosi. Vnum hic notabimus pro euitatione cuiusdam erroris, ferè ab omnibus aromatarijs commissi. Est enim, quod zurumbeth cum h, & zurumbet sine h reperitur scriptum apud bonos authores. & est zurumbeth per h scriptum radix similis cypero eandem habens virtutem sicut, & zedoaria. Sed zurumbet sine h est illud, quod dicit Serapio ex speciebus scilicet odoriferis in virtute sua simile cassię ligneę, & cubebis, quod etiam ponitur, vt vult Posidonius loco cinnamomi, & istud zurumbet intellexit hic Mes. & non aliud, simile zedoarię. propter quod errant aromatarij ponentes loco zurumbet radicē illam rotundam, sed melius facerent ponendo loco zurumbet cassiā ligneam, vel cubebas in eodem pondere, vt satis patet per Serap. cui magis credendum est, quam multis alijs.

NEc hoc in tabernis inueniūtur, alioqui, & eo possunt carere homines. Gemmis enim in antidotis nō iunt vsi antiqui: nec ego libenter vtor: siquidem, quæ eis contritis ad confortandum vis? Et si qua etiam sit, bonas perfringere oporteret, non rarentis quibusdam vti, quibus nulla prætērquam coloris cum veris gemmis conformitas. Similiter argenti, & auri folia non nisi ad decorem, & ostentationem puto conducere. MANA.

MARGARITAS.) Non in totū sperno, sicuti Coralium. HYACINTHI.) Auicenna prima parte lib. 5. ex eo, & granata medicamentum parat. SARDINIS.) Sardinum lapidem eum puto, qui nunc Corneolus dicitur. ZEDOARIÆ. Radix nunc vulgo nota, antiquis, vel incognita, vel sub alio nomine scripta. Doronici.) Doronicum vocant etiam antiquis non notum. ALFELENIENISCK.) Id est, ocimum. CARABE.) Succinum latinè dicitur. BEEN album & rubrum.) Radices de quibus Arabes, olim ex Armenia ferebantur, nunc in Italia inuentæ, sed, vel aliæ, vel non æquæ bonæ, HEYL.) Cardomomi species, FOLII.) Et hoc caremus: Græci malabathrum vocant. TROCHISCI diarhodon.) Horum cōpositionem habes infra. GALANGÆ.) Radix, vt nunc notissima, ita priscis ignota. Zurumbet. Satis non cōstat. apud Arabes. Quidam faciūt speciem Zedoariæ, aliqui arborem, vt videri potest apud Serap. Auicen. herbam. AMBRA.) Res noua, quā non tanti facio quanti æstimatur. Medici post Gal. Ambar vocant, de qua latius inferius agam, vbi Diambrā declarabo: sicuti, & de moscho in diamusco. SVCCVM emblicorū.) Cum recentes habere nō valeamus, poterunt qui parare voluerint, ex siccis, bene vino vel aqua maceratis, succum exprimere, GELENIABIN.) Rosaceū vel mel, vel sacchari intellige.

SIc parandum est hoc electarium ad frigidos dictarum partium affectus salubre, ad calidos vero, & cum febre coniunctos ablatis aromatibus componendum est, nisi detur, vt lib. 12. meth. vinū calidum odorum tenuium partium in syncope etiam cum febre, & à bile flaua stomachum mordente: vbi vero succis, & spiritibus ob tenuitatem, corporis raritatem facile multum diffluatis fit syncope, vti nec vinum tenue, sic neque hoc electarium conuenit, nisi ablatis aromatibus. Rarum est in tabernis, & si gemmis his facultas aliqua dictis partibus roborandis apta insit optimæ gemmæ sunt leuigandæ, non fragmenta, & rasuræ quædam veris gemmis solo colore affines, & earum, vel purgamentum, vel si gignuntur in terra, & aluntur gemmæ metallorum modo (vt chymistis placet) gemmarum sunt velut rudimentum à natura excoli cœptum, nondum absolutum. Quamuis autem hos gemmarum puluercs Græci veteres non sumpserint: tamen esse efficaces Arabum experientia probauit. nec à Græcorum placitis abhorret, cum etiam integrum iaspidem viridem è regione stomachi appensum, roborare ipsum affirmet Gal. lib. 9. simpl. & margaritæ, & corallium viribus non obscuris valent. Auri vero, & argenti folia, an ad decorē addantur tantum, & sumptum, ostentationemque, an vires præterea aliquas medicamento, vt Mesues vult, afferant, docui in simplicibus. zurumbeth à zedoaria hic seiunctum: id cū desideretur zedoariæ illi facultate simili duplum est miscendum. Cum emblicas recentes habere non possumus, quarū succo puluere excipias, vt quidam legunt, (vt in simplicibus dictum est, & post in conditis) ex siccis vino, vel aqua probe maceratis succum exprime: Id electarium siccum, & puluere Parrhisijs hodie seruatur: potesta tamen cum saccharo in aqua bugloss̄i (cui infusæ sint myrabolani emblicæ) soluto percoqui in formam siccam, & siccati in offas quadrangulas, vel rhomboides, vti cum melle in electarium molle.

ALBARVM margaritarum. *Margaritas quanquam aceto resolutas Romanus olim luxus in conuiuia traduxit, Plinio authore lib. 9. an tamen in medicinæ vsum etiam tunc, vel antea venerint, non constat. Fuere eæ Arabibus inter cardiaca medicamēta repositę. ac possint certe sui siccitate putredinē amoliri, atq; adeo, quod aiunt Arabes,* COST. Cap. 15.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0194-6
DFG

Arabes, vitales ſpiritus illuſtrare, quum puriores remaneant ſpiritus putridis vaporibus reſecatis, & reſiccatis. ſed aſcribunt ijs etiam occultæ in venena poteſtatis nonnihil, quod non aſpernantur qui naturæ vires non deuident. Earum ortus, nunc ex Indiarum hiſtorijs late patet. Quibus eadem ornamenti gratia expetuntur, quæruntur candore, magnitudine, orbe, læuore, ac pondere excellentes. in medicina ſatisfaciunt candidiſſimæ, grauiſſimæ, & quę nullum paſſæ artificium. in ijs equidē quę muliebris ornatus gratia perforantur, præcipua pars auferetur, intima ſcilicet, & quæ veluti illius eſt centrū. ob id non negligenda eorum obſeruatio qui non perforatas petunt. Porrò quū ad medicinæ vſum ſoleant margaritæ lapideo mortario teri, & porphyritide tabula leuigari, dum teruntur autem, ac leuigantur ex mortario tabulaue corradi etiā nonnihil neceſſe ſit: longe præſtare arbitror ſi aceto aut limonum acido potius reſoluātur. vt enim in has ita reſolutas nihil ſordium cadit; ita & acetum, & limonum acidus ille ſuccus opportunus plerunq; in cardiacis eſt affectibus: atque, ſi forte importunus, addito liquore alio pro medici ſcopo, & obtundi, & auferri eius vis omnis poteſt, & præterea ſine aut ſole extrahi quicquid humoris ineſt paruo licet negotio: vt vna margaritarum ſubſtātia remaneat.

Fragmentorum. Gemmarum vſum in medicina in cordis affectibus, & vbi veneni aut peſtilentijs vitij quidpiam ineſt, Arabes probant. multi tamen ex recentioribus non probant, quòd ijs Græci non ſint vſi in antidotis. Cur autem & quo pacto cordi hęc proſint? An forte denſando, ac adſtringendo (ſiunt.n. veluti lutum) arcent à corde noxios vapores; Atqui quæ ita denſant, dū obſtructiones faciunt, putredinem quoque maiorem faciunt. & multis adſtringendi vis maior ineſt quàm gemmis, quæ in hunc tamē vſum non veniunt. An forte quia inſigniter exiccant, & ſiccitate putredini obſiſtunt? At pumex longe eſt quam gemmę ſiccior, qui in hunc vſum non cadit. Neq; venenum omne deſiccando curari debet, quod ſit etiam ex ſiccitate, vt quod ex dipſade: & ex frigiditate vt ab opio: & ex calore ut ab euphorbio: & ex humiditate vt ferè à fungis, ſiunt.n. hi nihil aliud quam mucus: & ex ſecundis qualitatibus, puta ab arſenico quod corrodendo agit: & ex tertijs, vt à canthari-
dibus, & lepore marino: & a proprietate ſubſtantiæ, vt à regulo. Cæterum ad hæc. Gemmis antidoti loco vſos fuiſſe veteres Dioſc. & Gal. conſtat teſtimonio, ſapphirum epotum ad ictum ſcorpionis cōmendantium. eæ vero in cordis affectibus, quanquam manifeſtis interdum qualitatibus opem ferre poſſunt exſiccando: ob obſcuras tamen præſertim proprietates ſolent vſurpari, quas illis ineſſe non negent Græci, Iaſpidi atque alijs id genus occultas vires interdum aſcribentes. quare etiam in peſtiferis, & cardiacis affectibus promiſcue omnibus ab Arabibus longa experientia edoctis aſſumuntur, non ſiccitatis aut manifeſtæ vllius qualitatis gratia, ſed ob occultas vires. At quo pacto, dices? vbi hæ contuſæ ac in tenuiſſimum illum pollinem deductæ ſunt, vires adhuc ineſſe illis poſſunt à proprietate? Dicam, quo pacto, & lapis cyaneus, & purgatoria alia vt lib. can. vniuerſ. diximus, expurgandi tamen vi pollent, ita & has agere, à ratione non eſſe alienum. Ita autem, & quod obijcitur, has dum obſtruunt putredinem quoque augere, non puto eſſe neceſſarium, ſicuti & bolus armena longe quam hæ viſcidior neq; obſtruit neq; putredinem affert maiorem. Porro fragmentorum nomine ſeplaſijs hæ quinq; veniunt gemmę, ſaphirus, hyacynthus, ſardonius, granata, ſmaragdus. adduntur vero etiam corallia, & margaritæ, ſed duo hæc gemmæ non ſunt. In his autem deligendis conſulendi gemmarij peritiſſimi, quanquam etiam illud maxime ambigo quid nā ſardinis voce intelligendum ſit, an corneola vt Manar. quum ex Alberto conſtet differre hæc inter ſe, qui de corneola, & ſardine veluti diuerſis agit rebus: quid item pro granata ſit vſurpandum, an vulgaris granata, an carbunculus quem vulgo rubinum vocant, eſt.n. vt ait Albertus, carbunculi ſpecies granata. At vero, vt ingenue dicam, quanquam ineſſe admirabiles gēmis vires veriſimile eſt: nō multi tamē fortaſſe detrimenti medicinæ futurum eſt ſi & earum vſus omittatur, id quod ſi per me liceat, ego profecto ſemper conſuluerim. quando, & vix fieri poteſt quin quæ ære, & marmore etiam porphyritide ſint duriores, terendo ac leuigando æris aut marmoris ſecum aliquid non ferant. & ſuppetit ampliſſima ſtirpium atq; aliarum rerum copia, quibus vti pro antidotis licet. Vnum hic de ſapphiro ommittendum non eſt quum Plin. lib. 37. aureis punctis notari illum ſcribit, non errare tamen aut cum cyaneo lapide ſapphyrum confundere. ſi enim eos conſidas quibus gemmas poliendi eſt cura, priuſquam poliantur, ineſſe illi aurea illa interdum puncta intelliges. Cap. 9. Cap. 172.

Zeodoariæ. Zeodoariam vocat Serap. lib. Simpl. zurumbeth, & radicem eſſe ait figura ariſtolochiæ rotundæ, colore autem zingiberis. hæc fere, & Auic. de Zeodoaria verba faciens. 2. Can. At rurſum idem Serap. alibi zurumbeth arborem libani montis eſſe dicit: additq; alia quę Paulus de Arnabo lib. 5. & Auic. de zarnabo. Cap. 743. Cap. 271. Scribit deinceps de zurumbeth Auic. & radicem eſſe ait cypero ſimilem, quæ & flatus diſcutiat, & vinę alij ac cæparum halitum emendet, & ad alia multa vtilis ſit. Agit poſtremo etiam de zeduar ſeu zedar Auicen. atq; idem eſſe dicit ex Dioſc. quod Algeduarſer. Atque adeo res inſigniter eſt intricata. Sed extricabitur paucis. Zurumbeth primum Serapionis idem eſt quod Auicenna zedoaria ſeu gieduar, vt Bellunenſis vertit: atq; id collata vtriuſq; hiſtoria plane docet. Secundum vero Serapionis zurumbeth, Pauli Arnabo eſt, & Auic. zarnabum. huic enim aſcribit Serap. quæ Paulus ſuo Arnabo, & ſubdit arborem eſſe Libani montis, ac reliqua, quæ de zarnabo Auic. De zurumbeth vero Auic. & eiuſdem zedar ſeu zeduar, nihil Serap. Sed hæc nullius aut pauci ſiunt vſus: Illud multi ſi quid zedoaria, quid zurumbet, quid Arnabo, quid zeduar ſit, intelligamus. Profecto quum zedoariæ nomine nobilis ea radix vſueniat zingiberi non diſſimilis, digitali craſſitudine, odore iocundo, ſapore acri & ſubamaro, colore fere buxeo: hanc nos quia ariſtolochiæ inſtar rotunda non eſt, non eſſe Auic. aut Serap. zedoariam, ſed Auic. eiuſdem zurumbeth putabamus. quam ſcilicet radicem eſſe cyperi ait, & vini, allij, ac cæparū halitum emendare. obſeruare ſcilicet quotidie eſt, vulgatam hanc zedoariā, vini, allij, ac cæparum halitus gratia expeti, ne de veteri flatibus quicquam dicam, quos ea valenter diſcuti experimur. quas dotes omnes ſuo zurumbeth. Auic. aſcribit. Confirmabat autem ſententiam hanc noſtram, quod Mauritano Idiomate vulgarem hanc zedoariam, nunc etiam zurumbeth vocari audiebamus. Cæterum dum hæc perpenderem, occurreretq; dum hanc radicē tracto, rotunda illa radix, quam zeduariæ admiſtam lorypedem ſeu zoppam vocant, hāc rurſum dum intueor, deprehendo

deprehendo longam, & vulgatam zedoariam lortpedis huius esse appendicem: neq; has sapore, colore, odore aut re alia differre. hoc ingenue fateor me a priori opinione, ita dimouit, ut vulgarem zedoariam ego quidem legitimam ab Auic. & Serapi. descriptam pro certo habeam: sed rotundum illud capitulum, zedoarię, longam vero appendicem, zurumbeth vocabulo veluti diuersam rem fuisse ab Auic. nũcupatam, ignaro scilicet, ex quali nam planta aut regione eiusmodi radix proueniret, quod nunc quoq; post tot nouos inuentos orbes ignoratur. Neq; obstare illud puto quod zedoaria ea loripes adiuncta longa appendice aristolochiæ rotundę similis non sit, quando seorsum inspecta qualis scilicet plerunque ad nos fertur, & Auic. puto, ac Serapionis tempestate afferebatur, aristolochiæ faciem habet. Ex his primum quidem illud sequi arbitror, quum in Arabum præscriptionibus zedoaria, & zurumbeth eodem sępe loco expetantur, non aliud tamen quam vulgatam zedoariam cum longam tum loripidem esse assumendam. dein vero etiam vulgatam curcumam non esse, quod aliqui suspicantur, Auic. zurumbeth. neque enim curcuma fœtentem halitum emendat, neque insignem illum croceum colorem fuerat Auic. prætermissurus. Videtur autem curcuma cyperi potius Indi esse species de qua Dioſc. nempe, & zingiberis effigiem ita præfert, vt nihil magis, & mãducata amaro sapore est, & ea tenuiora coria depilantur ac croci colore inficiuntur, quibus manicæ fiunt, quas chirothecas vocant, atque adeo croci, & psilothri vim reddit. Sane, quod superest, quid Græcis zedoaria sit dicemus in costi historia quid Pauli arnabo, & Auicen. zarnabum, quid item Auic. zeduar fateor ego certe ignorare. illud vero satis constat falli eos, qui Arnabo Pauli aut zedoariam, aut Vnguenti esse speciem putãt, aut qui vulgarem zedoariam Auic. zeduar esse existimant.

Alfeleniemich. *ocymum caryophyllatum intepretantur. Verum quũ ocymi species tres colat Italia, maximum, medium, minimum, quodnam caryophyllatum sit, ambigitur. Atque alij minimum esse aiunt, vulgo basilico gentile. alij maximum. Nobis minimum caryophylli odorem parum certe refert, maximum vero citrum potius quam caryophyllum redolet, minimum tamen illud caryophyllati nomine intelligi pro certo habemus, quando maximum ipsemet autor paulo post citratum vocat, vbi de Diamoscho.*

Corallorum. *Corallum propinasse veteres ad internos affectus aliquos docemur ex Dioſc. ad sanguinis reiectiones, ad vrinæ difficultatem, & lienem ipsum commendante, & ex Gal. 7. de comp. med. per loca. Arabes vero etiam ad venena traduxerunt non frustrato euentu. ad quem vsum, & Dioſc. in Græco Matthioli codice vsurpat. Commendatur in cordis affectibus præsertim. exiccando equidem putrescentes absumere vapores potest, ac præterea non absq; occulta vi innatum calorem iuuare, quod vel ex eo persuademur, quod stomacho admotum eius dolorem (vt aiunt) leuat, & coctionem procurat. Rubri tantum, & nigri meminit Dioſc. sed spectatur, & candidus. Sint vero tres hi diuersarum specierum, ob Brasauoli viri grauissimi obseruationem quis ambigat: is enim eadem planta album, & nigrum, & rubrum ac nigrum spectasse affirmat. Sed vere, siue id veluti naturæ sit lusus, quæ diuersarum specierum sunt, coniungentis: siue vnius esse putes speciei immaturi tantum ac maturi ratione differentes, distinguuntur hi*

E non colore solum sed substantiæ crassitudine, densitate, duritie, & proceritate. crassiores sunt rubri, minus nigri, & his minus albi. rubri densissimi, nigri minus, albi rari, & spongiæ instar intus caui ac à lateribus foraminulenti. duriores rubri, minus duri albi, his rursum minus nigri. proceriores nigri qui cubitum etiam superãt, rubri breuiores, & his inferiores albi. quæ omnia differre hos specie inuunt. De coralli ortu plura Plin. lib. 32. Cap. 2. *Verum an mollis sit prius quam colligatur, an baccas proferat, commodiori fortasse loco alias. audio certe secus se habere. Nunc quod ad hunc locum pertinet, quæstione dignum puto, an corallus in medicamenta vsurpandus, vrendus sit, vel terendus. Plinius equidem ad tormina, & vesicæ calculum vrit, & vbi foris admouet etiam vrit. nostri tamen terunt ac porphyritide lapide læuigant. sed cuiusnam authoritate terant*
F *non sat scio. Satius vero ipse arbitror vsto vti, quali vsos veteres docemur. quamuis ipsius etiam Plinij testimonio difficile vratur.*

Limaturæ eboris. *Qui vero ebore carere nos putãt longe falluntur. Videre est Venetijs elephantum dentes frequentissime, interdum tricubitales, ex quibus pectines, & alia multa conficiunt. vt propterea seplasiarijs laborandum non sit, vt verum ebur inueniant. Eboris scobe, quam limaturam vocant, vsus est Dioſc. ad reduias: an tamen ore assumpserint veteres, non cõstat. Vsi Arabes sunt passim, & exhibent nunc ad albas mulierum fluxiones multi successu non prorsus irrito. & vis certe illi astringens à Dioſc. ascribitur, cuius forte gratia in hoc electario à Mesue recipitur, ob ventriculi, & cordis robur, eligenda autem scobes ex quam albissimo ebore, & tunc deradenda quando vti est animus. læuiganda tamen in porphyritide tabula priusquam vtare.*
G *Sane autem vritur nostra tempestate ebur, & pro spodio vsurpatur à pharmacopœis multis. Sed neque quod veterum vllus vsto eo sit vsus, noui: neque quis posteriorum vrendum docuerit hactenus deprehendi.*

Been albi, & rubri. *Been album, & rubrum, vt scripsimus alias, dum in Auic. meditaremur, vulgatas Carotas albas, & nigras esse suspicor. His hic quoque vterer, quod legitimæ plantæ appareant.*

Auri & argenti. *Auro, & argento Arabes vim cor roborandi cordis ex substantiæ proprietate ascribunt, præsertim auro. vt ex Serap. videre est, & ex Auic. 2. Can. & lib. de virib. cordis. Sed miras Chymistæ vires auro tribuunt tuendæ vitæ, & producendæ. vt quosdam ego norim, qui potabile nuncupatum aurum putarint morbis omnibus aduersari. Quanquã vero non respon-*
H *det large promissioni euentus, longa tamen experientia obseruasse videntur Arabes, cor, auri deuorato puluere, muniri, & vires sumere. Deridentur tamen nõnulli, & incoctile esse ipsum clamant, contumax, ut ab innato nostro calore superetur, atq; adeo ineptũ, vt præstet, quæ illi ascribũtur. Nos vero, ineptum certe illud fatebimur vt alat, non tamen ut in corpus agat medicamẽti instar. quis autem ignorat medicamenta non euinci, sed cõtra quam alimenta euincere? At vero quibus auro atq; argento vti in medicina est animus, abstinendũ ab adulterato, & chymistarum capitella experto, quãdo vix fieri potest quin ex calchantho, atq; id genus alijs ex quo capitellum, aliquid vitij contrahat. Vbi autẽ purissimũ delegeris, aut tenuissima limula corradendum, terenda autẽ deinceps prophyritidie in tabula scobes: aut, quod commodissimum est, foliato veteris, in tenuissimas scili-*

cet

cet lamellas ducto, quale ad inaurandum traducitur, quod & hic author exposcit.

Melle emblicorum. *Manar. succum legit. sed vulgata lectio verior. vtitur enim frequenter melle emblicorum Mes. in hoc genere medicamentorum. Eius conficiendi modus non aliunde sumendus, quam ex ipsomet Mes. & lib. simpl. vbi de emblicis, & hoc lib. dist. 4. ubi de conditis. appellat autem emblicorum nutritionem. Quod vero parat Rhasis, quum chebulos quoque recipiat, non est mel emblicorum. Huius mellis loco vsurpari potest non incommode saccharum emblicorum, qui conditi Venetias ex Syria quotidie afferuntur.*

Geleniabin. *Geleniabin ex rosa, mel est, aut saccharum, in quo condita sit rosa. violatum in quo viola. Nō faciunt ex authoris præscripto, qui mel rosaceum vulgare ex rosarum infuso hic sumunt, sed ex tota rosa parandum, quo pacto & saccharū, quod docet lib. 5. Auic. tract. 7. saccharum vero rosaceum hoc loco opportunū, quod ex Mesuæ sit instituto dist. 4. Horum ergo alterum, aut mel aut saccharum ex authoris precepto percolandum, & quod effluxerit e colo, vsurpandum.*

MESVE.

LECTARIVM ex Granis tinctorijs ad cordis palpitationem, syncopem, mentis alienationem, seu desipientiam, mœrorem sine causa manifesta. facultates enim nostrum corpus dispensantes mirifice roborat. Accipit † serici succo grano rum tinctoriorum recenter tincti libram vnam, succi pomorum dulcium, & aquæ rosarum, ana libram vnam, & dimidiam, vigintiquatuor horis macerandam, deinde paulisper his incoquendam, donec liquores isti rubeant. Quos expresso, & abiecto serico coque cum sacchari optimi † libra vna, & dimidia ad mellis crassitudinem; abigne depositis, sed adhuc calentibus misce ambræ crudæ minutim concisæ drach. iiij. qua liquata, inijce puluerem sequentem, ligni aloes crudi, † cinnamomi crassi, ana drach. vi. † lapidis cyanei loti, & præparati, margaritarum albarum, ana drach. ij. auri boni foliorum drachm. vnam, moschi laudatissimi scrupulum vnum. Datur ab aureo vno ad aur. ii. & dimidium.

Confectio alchermes. & Setā tinctā ex chermes.

† *drach. cl.*

† *darseni. † lap. lazuli & pp. drach. xx. habent aliqui ex vet. cod. sic & lib. simp.*

MAN. IN hac quoque nunquam iactarem pecunias, nam neque in serico vocato, neque in cocco, vel baphico, vel chermes nuncupato, agnosco vim nisi cōstringentem: coloris que rubri ratione, lædere potius videtur cor quā iuuare, spiritus, & sanguinem trahendo, propter similitudinem. Cyanei vero ratione, vomitum, & secessum citabit, quod præ exigua eius quantitate perficere nō valens, lædet magis, quàm iuuabit.

ALGESGVES.) Desipientiam vocant Arabes. SETAM) Bōbyx latine dr. Darseni.) Cinnamomi genus intellexit.

SYLV. IN simplicibus eadem hæc compositio in lapide cyaneo à Mesuæ describitur, ponderibus errore librariorum non parum depravatis. Efficacissima multorum etiam Regum ac Reginarum in Gallia testimonio est probata, maxime, in quibus, vel longo morbo fessis, & iam moribundis, vel ab cō tenalescentibus, natura languet: etiam si quibusdam maxime improbari audiam dicentibus coccum baphicam solū adstringere, & suo colore rubro sanguinem, & spiritū similitudinis ratione magis ad se distrahere, & dissipare, quam cogendo firmare: præterea lapidem cyaneum vomitu, & deiectione purgatorium naturam turbare tantum, & humores melancholicos exagitare ob quantitatem tam exiguā non

A vacuare. Quæ obiectio momenti non est maioris: quam de rhabarbaro in electario præcedenti, vtrumque enim largiore copia sumptum, est purgatorium: parciore vero, alia sua substantia roborat, purgatrice imbecilla ne mouet quidem corpus, vel tantillum. Rationabilius obijcerent, hęc purgatoria, cum inferiora sint ob paucitatem, verti in humorem eum, quem attrahere nata sunt. Sed id verum est, vbi sola sumuntur, non castigata aliorum hanc noxam prohibentiū mistione. *διὰ κακῶν βαρύτητα*, idest ex granis tinctoris dici potest. Sericum autem rufum, & crudū tingitur succo ex granis tinctorijs recentissimis extracto: id triduo siccatum maceratur vno die aquæ rosarum solius lib. tribus, vel aquæ rosarum, & succi pomorum dulcium, ana lib. vna, & dimidia, calfactumq; mo dice in vase duplici lauatur, exprimitur, expressus liquor cum sacchari lib. vna, & dimidia percoquitur ad mellis crassitiem. aufertur igni, & calido adduntur, quæ Mesues docet. Siccum idem medicamentum vsurpari hodie video.

SETAB. *Sericum latinis à loco, ex quo alias. Seres enim Indiæ Orientalis vrbis antiquissima, à qua in* COST.

B *vniuersum orbem serica opera ferebantur. A vermiculis quos bombyces vocant, sponte in arboribus nullo cultu conficiebatur, vt & nunc in Taprobana referente Lodouico Rom. & in Calabria Italiæ, vt alij affirmant. Sed longe melius sericum, quod cultum sensit. Hoc sumendum in medicinæ vsum. Neque autem serica fila, quæ interdum sumi vidimus, opportuna sunt: sed ipsimet folliculi deligendi probatissimi, nullum passi artificium, detracta externa, & interna veluti aranea, & detracto vermiculo priusquam sponte vel vi intereat. ex eo enim vt putredinis aliquid sericum cōtrahat, necesse puto. Sed de serici viribus plura Auic. lib. de virib. cordis, & plura Serap. Commendatur ad affectus cordis, & ad alia multa. Sunt tamen hac de re controuersiæ. Ac primum de eius temperamento, quod Arabes calidum, & siccum faciunt ordine primo. Contra persuadet*

C *ratio inter frigida reponendum, quando bombycis alimentum mori sunt folia, quæ frigida. Vtitur præterea Mes. hoc in loco serico infecto ex cocco: At contra, Auic. ne infecto vtamur, interdicit. Adde quod Manar. quæ vis in serico aut cocco nisi astringens? Sed, & coloris rubri ratione lædi ab his potius quam iuuari cor videtur, dum spiritus, & sanguis trahuntur ob similitudinem. Verum ad hæc, paucis. De tēperamento, ac de mori foliis an sint frigida non cōstat. amara equidem sunt, quo sapore indicari caloris nonnihil solet. sed neq; id refert, quando à bombyce deuorata, in alimentum eiusdē animalculi temperamento proximum vt vertantur necesse est, quod an calidum sit vel frigidum ignoramus. constat tamen animalia caloris habere non minimum. At bombyces certum est non mori tantum, sed & ficus folijs ali, vt in Aegypto, & Syria. nos vero vesci cimis vrticæ vidimus. quare alimenti vnius gratia frigida se*

D *rico temperies ascribi non potest. Quod vero Auic. infectum colore non admittat, de eo intelligendum quod coquendo inficitur, vt in vestium vsum fieri solet. id enim vritur ferè. at crudum expetit Auic. non coctum. quale scilicet, & Mes. infici enim potest, præterquam coquatur. quod quidē quo pacto fiat, mox explicabo. Nūc quod de serici, & cocci viribus Manard. obijcit, vt illi satisfaciam. esto vt astringant tantum. at quanti vsus in cordis corroboratione sunt astringentia? Sed non id solum, verum etiam exiccant, & alia possint multa totius substantiæ proprietate, quæ norunt Arabes longa obseruatione. Neque vero quanquam rubrarum rerum inspectio spiritus ac sanguinem potest concitare, ingestum tamen rubrum aliquid idem facit. ridiculum enim hoc est, ac si inesse sanguini, & spi-*

ritibus videndi sensum, & de visis iudicandi rationem quis dicat. Atque, ad quam partem attractio hæc? quid ex ea noxæ? Si vbi quis sericum, & coccum assumat ad ventriculum commeare sanguinem, & spiritus dicas, proderit forte id cordi, dum refrigerij præbet occasionem, & ventriculo dum illius eorum concursu fouetur calor: si ad cor potius concurrant, vitalis itidem calor intenditur, id quod corporis adauget robur. Sed de hac re satis. Nunc quod ad sericum pertinet quo in medicina est vtendum, vbi coccum delegeris, de quo mox, probatissimum, contusumque macerueris fontana aqua, aut quod magis placet, stillatitia ex boragine aut melissa; vbi etiam tantisper efferbuerit, vt eius vis in aquam transmigrarit: folliculi tunc optime antea expurgati, & in minimas partes dissecti in calidum id decoctum iniiciendi, & macerandi, vt cocci colorem probe suscipiant: quod ferè bidui fit spacio. Extrahendi autem tunc ne diuturna mora putrescant, & expressi desiccandi non ad solem. Sed roget aliquis ad inficiendum coco sericum quantum cocci, & aquæ sumendum? Id Mes. non docet. si tamen infectorum exemplum sequamur, solent ij pro singula serici libra, cocci vncias tres aut quatuor in id aquæ macerare, vt aqua immersum sericum digitorum quatuor mensura exuperet. Satisfacere vero hoc in loco eadem potest ratio. sed mea quidem sententia, præstabit coccum liberalius sumi. ita enim eius colore, & viribus sericum magis saturabitur, & præstantius reddetur medicamentum.

Chermes. *Chermes Arabum idem esse cum tinctorio cocco de quo Dioscor. nulli dubium, qui expenderit quæ Serap. de chermes. Hoc Plinio etiam adnotante,* Cap. 8. *lib. 16. ab ilice ac quercus specie producitur vulgato aquifolio arbori simillimo, & videre certe quotidie est Venetijs cum cocco foliola spinis horrida qualia aquifolio, & glandes quercinis similes, & earum calyculos. Vulgo grana nuncupatur, & ad lanea ac serica inficienda opera summo est precio. Sed aliud nunc in eundem vsum venit ab Arabum Chermes longe diuersum, idem tamen apud vulgus sortitum nomen. Granum est seu verius ouum adnascens ad radices pimpinellæ illius quam cum aceto prima mensa Italia vsurpat, cocco plus minus ve crassum, sed oblongum, transuersim striatum, purpureum, & purpureo humore plenum. hoc mense ferè Iulio ineunte erutis pimpinellæ radicibus colligitur, & aceto inespergitur, vel butyro aut aliqua alia pinguedine inungitur, & exiccatur: idque protinus. si enim prorogetur, cum radicum, tum huius collectio, enasci aiunt cortice relicto inani, & nullius vsus, animalcula quædam alata cimici similia, euolantia, breuis tamen vitæ. Sed, & vbi exiccatum est id granum, cimicis nigrioris faciem quãdam habet. sed compressius est, intumescit autem si in calida aqua macerueris, & suapsius recẽtis figuram resumit, quod eos docet falli qui animalcula ipsam esse putant. Quo Italia vtitur, præsertim ex occidentalibus Indis, vt audio, affertur. Sed, & in Hetruria, & Vmbria colligitur probatissimum, pusillum tamen. Sane autem quod ad hunc locum facit, errant qui vulgatum hoc chermes in hoc electario sumunt, quod non norunt veteres siue Græci, siue Arabes, neque aliud hic sumendum quam, quod granam vocant, latinorum coccum, & ipsissimum Mauritanorum chermes.*

Lapidis lazuli. *De hoc supra lib. simpl. Hic de præparandi huius ratione opportunũ est, vt dicamus. Mes. lib. simpl. terẽdum atq; abluendũ trigesies docet. Dios. vri ait vt chalcitidẽ, & lauari vt cadmiam quo pacto aũt vratur chalcitis, & cadmia abluatur docet lib. 5.* Cap. 75. & cap. 1. *Sed longe nobilius est artificiũ quo hodie paratur hic lapis. qui eo interdũ redigitur pulchritudinis ac puritatis picturę gratia, vt auro ipso quadruplo sit p̃cioſior. Vritur fictili vase (crucibuũ vocant) vt fictile cãdeat. tunc in vas aliud in quo humanũ sit locũ recens aut acetum inuertitur. fitq; hac ratione friabile. Abluitur debinc frigida, & pura aqua. atq; exiccatũ teritur æneo mortario, & tabula prophyritide ad leuorem: paratoq; ex mastice terebinthina, colophonia, & propoli pastillo solidiori, & qui nõ diffluat, totus in pastillũ colligitur lapis. tũ iecta in lateritiã scutellã ampliorẽ vitro incrustatam tepida aqua, pastillus quoque in eandem injicitur, & manu parumper tractatur. rursum affusa in aliã scutellam tepida alia, atq; pertractato in eadẽ, vt prius pastillo, ad tertiam scutellam, & quartã, & deinceps si libet ad decimã redis. ac seruata singulis in scutellis aqua in quibus pastillũ tractasti, videbis subsidere cyaneũ lapidẽ puriorem in prima, minus purum in secunda ac tertia, & deinceps vltima, cætera. n. sordes quę lapidi inerant, pastillo inhærent. Effunditur tũ inclinato leuiter vase singulo, aqua, & quod subsedit colligitur, desiccatur, & seruatur. Pulcherima hæc est abluendi, & parãdi huius lapidis ratio, quã sequi pharmacopæos velim: neq; enim ijs asẽtiri possum, qui marmorea tabulæ tritũ ita sordidũ in pastillos cõfingũt. Cæterũ dignũ animaduersione hic est, an recte Cyaneus lapis in hanc antidotũ recipiatur, quæ nõ purgandi, sed roborãdi cordis gratia paratur. Quũ n exigua sit eius lapidis portio, et minor quam q̃ possit expurgare: turbari eo ventrẽ oportet atq; adeo cor potius offendi quã iuuari. Veru Manardo hæc obijcienti dandum, lapidem cyaneũ ea mensura assumptũ qua non expurgat, ventrem subuersurũ, nisi castigaretur. at castigatur hic multorum aromatum accessione, vt propterea perturbare nullo pacto possit: præstare autẽ insita proprietate cordi auxilium possit. Illud etiã hic quærendũ de huius lapidis mensura, an. drach. xij. sumendæ vt in lib. simpl. an duæ, vt hoc loco in omnibus fere pasim codicibus legitur. Iudicio nostro quum lib. simpl. sapientes quosdã eius drach. viij. vni antidoti libræ adiunxisse asserat insigni cum auxilio ad affectus melancholicos, & ad eorum imitationem ipse quoq; suum hoc paret: subesse hoc in loco errorem arbitrandum, & drach. xij. pro duabus reponendum.*

Ambræ crudæ minutim, &c. *Impressi codices fere omnes habent drach. sex, & paulo post ligni aloes crudi, & darseni ana drach. iiij. sed legẽdũ ambræ drach. iiij ligni aloes, & darseni, ana drach. sex. Itascilicet in lib. simpl. & in impresso Mediol. ac manuscriptis omnibus legitur. Dignũ autẽ animaduersione est quod ambrã crudã exposcit, & in calidũ mel injci iubet vt dissoluatur. Est etiã cocta ambra? Ac, quid interest, dissoluatur ne calore anterendo? Cur in electario de gemmis & sequentibus antidotis de cruda ambra aut eius liquefactione nihil? Sane de ambra cruda neq; hic alibi, neque alius quod ipse obseruarim: atq; adeo suspicari licet crudæ vocẽ pro grisea vocabulo irrepsisse: deligũt n. Auic. & nostri griseã, si tamẽ crudæ legendũ sit, cauet Mes. ne ambrã sumas q̃ extrahẽdi odoris gratia liquori calido alicui immersa fuerit, q forte eius tẽporis unguẽtarijs mos erat, ut et de xiloaloe, p̃batissimã. ergo deligit,*

deligit, à quæ odor artificio non sit extractus. Quod autem liquefaciat, non terat; non parum certe interest, vt ne eius odor diffluat, qui terendo magis euanescit. Sed, & hoc ad ambræ delectum facere arbitror, vt eam scilicet deligas quæ liquescat, talis autem pinguis est, & quæ vetustatem non sensit. quæ enim arida seu ob ætatem seu alia quauis de causa, non facile liquescit. ne interea illud quoque sileam, admoneri nos, vt purissimam deligamus, cui nihil sit permistum, adulterari enim solet gypso, vt monet Auic. & xiloaloes scobe atque arborum mosco vt Agricola. ac quæ eiusmodi est non prompte liquescit. Ob has ergo fortasse causas crudam ambram ut calido in melle dissoluas iubet, quod quanquam in electario de gemmis ac alijs sequentibus non repetit, memorię tamen pharmacophæo tenendum est in omnibus, in quibus præsertim multum ambræ assumitur, neque enim si probatissima est facile teritur, ob lentorem. Teri tamen itidem potest cum alijs aromatis, & saccaro sicuti etiam moschus: sed minus facile, si, vt dixi, probatissima est. Tunc vero non statim tota puluerum massa addenda, sed paulatim, & industrię terendo commiscenda. atque in calidum mel, non calidissimum tamen, ne ambra, atque alia id genus pinguia rursum coeant, omnia injicienda, & rudicula agitanda, vt exactissime permisceatur.

MESVE.

Confectio xiloalos.

LECTARIVM xyloaloes morbos cordis, ventriculi, hepatis frigidos sanat, & partes ipsas roborat. Ob id cordis palpitationem, syncopen sanat, exhilarat, coctionem iuuat, ac inde, & odore suo halitum oris commendat. Accipit autem ligni aloes crudi, rosarum rub. ana drachm. viij. caryophyllorum, spicæ nardi, macis, nucis moschatæ, galliæ moscatæ, cubebæ, cardamomi vtriusque, mastiches, cinnamomi, cyperi, schœnuanthus, zedoariæ, behen albi, & rub. folij, serici crudi, margaritarum, coralli rub. succini, citri corticum, & foliorum, ozimi caryophyllati, † sisymbrij aquatici, menthæ siccę, piperis longi, zingiberis, ana drach. iiij. ambræ drachm. i. & s. mosch. scrip. vnum. excipe melle emblicarum, & mina aromatizata. Datur à drach. i. ad drach. iij.

Vinum addit sampsuchi.

MAN. DE cubebis non constant inter se Arabes, nam Serapion putauit esse oxymyrsinem, & sic esset Ruscus. Auicenna Carpesion, & sic essent festucæ quædam non semina. Quibus vero nunc vtimur, semina aromatica sunt, quæ sacris hic congruere videntur.

SQVINANTI.) Floris videlicet schœni. Afferuntur autem nunc non flores, sed ipsa absque floribus planta.

MIVA.) Ex coroneorum succo confecta, de qua inferius.

COST. LIGNI aloes crudi. *Agallochum, & Xiloaloen vocant de quo Dioscor. lib. 1. Porro quum decem huius differentias esse dicat Symeon Sethi, fortasse oleastrum Rhodium quod pro agallocho superiori seculo vsurpabatur inter eas erat. quæ tamen res, vt vt se habeat, probatissimus agallochus, Indus est. quum enim ceteræ species si cerebro sufflantur, propter dulcedinem, vt ait Sethi, pediculos gignant, solus Indus ob sui acrimoniam eorum ortum prohibet. Triplex autem Indus est agallochus, vt in Indiæ Commentarijs Ludo. Rom. qui in Taprobana oritur, præstantissimus, Calampat vocatur: secundo precio est Loban: tertio Bochor. Calampat manu tractatum miro odore fragrat, quare illius studiosissimi, & auro opulentissimi Indi reges pro delicijs habent, quo fit, vt raro ad nos eius quidquam afferatur. Quo vulgo vtimur, loban esse crediderim, quem scilicet ex flumine quodã arripi Lud. Rom. ait. At vero quid crudi agallochi nuncupatione hic Mes. velit, quum dig ladientur inter se recentiores, exponam quod sentio. Agallochi ortus natales atque historia fuit superiori ætate quantum coniectari possumus incerta, & longe quam nostro tempore obscurior. hinc ex deliciarum hortis (paradisum vocant) illum ad nehi maiores nostri existimarunt. hinc etiam, quia raro eius arboris quidpiam ad nos affertur, cuius extima superficies exesa carie aut limo non sit obducta; emanasse illud videtur quod Serapion, & Simeon Sethi de eo prodidere. consueße scilicet Indos, excisos eius arboris ramos multo puluere obruere cõciliandi odoris gratia, quo quandiu incorruptum est, caret, vt Sethi ait; aut delibrandi causa vt Serap. Sunt autẽ hæ iudicio nostro fabulæ, quando paradysi quidem locus ignoratur: recẽtem autem agallochum rationi consentaneum est odoratissimum esse: & quibus instrumentis ex arboribus abscindũtur rami, ijs etiã delibrari possint. alioqui certe, quod tãto superuacaneo humore is affluat qui cõnatum humorem obruat, vt aiunt, aut quod tantus cortici insit lentor cuius gratia ferro detrahi non possit, adduci non possint vt credã. Hinc ergo ob incertam xiloaloes historia ac ob probatissimi penuriã, illius ætatis homines varia suspicatos fuisse, propterea q;, ad quos forte exigua tantum frustula afferrentur quę inodora essent, excipiẽdi odoris gratia decocta, & adulterata existimasse, ac crudi exquirẽdi diligentiã innaluisse etiã existimarim. Quę quidẽ si ita se habent, crudi agallochi nuncupatione eũ qui ignis vim expertus non sit, intelligi à Mes. & Nic. Myrepf. erit arbitrandum. In agallochi tamen delectu nostra tempestate qua multi, & crassissimi eius arboris, rami ducentarũ etiã librarũ põdus ęquãtes aduehuntur, vbi grauissimus, odoratißimusq; agallochus occurrerit, de adulterio, aut elixatione nihil verẽdũ erit.*

Macis, nucis moschatæ. *Nucis moscatæ, & macis ortus, vt ex Indiæ Commentarijs legere est, in Bandan seu vt alij Bachian est Molucharum. Arbor est si plantæ, & foliorum imaginem spectes, nostræ regiæ nuci non dissimilis, quanquam alij persici faciem illi ascribunt. fructus triplici tunica obducitur, extima crassa quale putamen est nostratis; secunda tenui retis instar, quam macim vocant quem hic author exposcit, tertia testacea, qualis etiam nostris inest putamine amoto. in hac intruditur nux quæ moschata vocatur, à moschi odore. Feruntur ad nos integræ saccharo conditæ nostratibus duplo interdum crassiores, suauissimę autẽ, & odoratissimæ. Ex his eorũ opinio excluditur, qui macin nucis huius florem asserunt, debiscentem quidem primo, fructu vero matureścente coeuntem, contra enim ratio docet debiscere illum quũ matureścit ob siccitatẽ oportere aliorum exemplo: præterquam quod historiæ fides illis refragatur. Errare etiam cõstat qui macin Arabũ, macerem Græcorum putant. est enim vt diximus macis nucis moschatæ, macer vero non fructus sed magnæ cuiusdam radicis cortex, vt Plin. lib. 8. atque ille etiam crassus vt testatur Dioscor. quare, & Auic. quũ Talisafat*

ea omnia ascribat quæ Dioſc. ſuo macheri, de maci poſtea diuerſo agit loco. Fuere tamen ante Serapionē qui de hac quoq; re ambigerent, vt ex eius hiſtoria patet.

Squinanthi. *Iuncum odoratum vocat Dioſc. Galenus. 7. de comp. med. per loc. iuncum odoratum rotundum. Quum de hoc diſſentiant peritiores ætatis noſtræ herbarij, ſi recte tamen intueare, vulgare ſquinathum ipſiſſimus eſt odoratus iuncus de quo Dioſc. Theor. Pli. atq; alij quanquam enim calami faciē refert dum crebris à radice nodis inſurgit, circumueſtientibus vt in arundine foliolis, quod tamen iis includitur non eſt cauū vt in arundine, ſed ſolidum iunci modo, quod eos refellet qui hunc ipſum calamum aromaticum eſſe prodidere. Neq; vero cappillamenta ea radicum radices eſſe arbitror, quibus veteres vtebantur, inodoræ enim ſunt & inſipidæ, ſed craſſior ille eſt caudex cui culmi inſident: quem frequenter vident qui iuncum frequenter tractant. hæc pars eſt odore, & ſapore inſigni veluti etiam caulis ipſe medius qui foliolis arcte contegitur, niſi modo vetuſtate contabuerit. Flores huius iunci frequentiſſime nos vidimus quales fere habet cyperus, deciduos, odore, & ſapore cum folijs pari, quamuis nunquam roſæ odorem ſenſerimus, id quod in recenti fortaſſe tantum obſeruatur. Cætera quæ obſtare huic videntur opinioni Matthiolus refellit.*

Syſimbrij. *Duplex ſiſymbrium, campeſtre, & aquaticum. de campeſtri hic menthæ æmulo intelligit, quod rurſum duplex ex Theoph. 6. de hiſt. plāt. & 5. de cauſ. pl. ſylueſtre, & ſatiuum. illud deſcribit Dioſco. & reperit Matthiolus in valle Anania. hoc habemus paſſim menthæ facie odore, ac ſapore tam proximum, vt nihil ſupra, ſed folia tamen illi rotundiora, criſpa, ferre lanuginoſa, & acrimonia atque odor longe acutior quam in mentha. Degenerat hoc neglecto cultu in mentham odore, ſpecie vero quaſi in calamintem, vt Theoph. 2. de cauſ. plant. quem æmulatur Plin. lib. 19. recte ille quidem Theophr. vt puto, mentum aſſequutus.*

Cap. 7. Cap. 8.

Cap. 10.

MESVE.

El. ſarbuteng.

ELECTARIVM lætificans Hamech filij Zachariæ ad affectus cordis, ventriculi, hepatis, quas partes etiam roborat. palpitationem cordis emēdat, valenter exhilarat, coctionem iuuat, proindeque oris, & corporis reliqui odorem commendat, coloremque viuidum facit. Accipit vero roſarum, ligni aloes, ana drach. vj. macis, nucis moſcatę, gallię moſcatę, cardamomi vtriuſque, ana drach. ij. cinnamomi, croci, ana drac. ij. & ſemiſſ. cyperi. drac. v. caryophyl. maſtiches, ſpicæ nardi, aſari, ana drach. iij. Excipe melle emblicarum, aromatiza moſchi granis xv. Datur à drach. i. ad drach. iij.

MAN. HÆC compoſitio ſatis conferre videtur ad ea, quæ laudatur, & nihil eſt in ea obſcuri præter duo cardamomi genera, quæ etſi, vt quomodo apud antiquos vocentur, neſciamus, tamen ea quibus vulgo vtimur, & per ſe bona ſint, & ſatis hic congruentia. Aliam eiuſdem lætificantis compoſitionem habes ab ipſomet Meſue cap. de Melancholia, à Raze, & Nicolao, & alijs. Fertur, & alia ſub Gal. nomine, quam tamen nondum apud illum legi.

SYLV. LÆTIFICANS compoſitio hæc apud Raſim (quem Hamech filius Zachariæ vocatum quidā volunt) eſt lib. 5. continentis, quibuſdam tamen mutatis: alia eidem lib. 9. ad Almanſ. cap. de melancholia, multo præſtantior iſto etiam Meſ. cap. de melancholia: alia Meſ. & Nicolao ex Gal. (quo tamen lib. nondum legi) citata: alia denique Nicolao Salernitano vſus frequens. Hic vero deſcripta, quanquam in vſu non ſit, tamen ad ea, quæ pollicetur eſt efficax: horum omnium loco frequentius vſu eſt electū. Lætificans Conciliatoris differentia 196.

CARDAMOMI. *Cardamomi hiſtoriam tam anguſte ac varie tractarunt omnes, vt quid hoc ſit adhuc ambigant peritiores. Serapion cardamenum id vocat quod Dioſcor. cardamomum, cardamomi voce aliud intelligens. Plinius lib. 12. quatuor facit cardamomi genera, Arabes duo maius, & minus; ac præterea etiam de heyl mentionem faciunt, quod tertia cardamomi ſpecies videtur. Vſurpatur nunc quod granum paradyſi, & melegettam vocant quanquam id etiam verum eſſe cardamomum negant. Nos in tam intricata re nihil certi pollicemur. Vulgatum tamen cardamomum nihil fortaſſe obſtat, quo minus legitimum cenſeamus, de quo Græci ſi enim cardamomum ſemen eſt, vt ex Damocrate colligitur carmine de Theriaca; eſtque album vt ex Paulo: & folliculo includitur, vt ex Galeno 2. de antid. vbi detrahendum ait folliculum. atqui hæc omnia in vulgari ſunt cardamomo. At obijciunt non eſſe acre, non amarum, non fractu contumax, non caput feriens, quas in eo notas Dioſcord. optat. Ego vero, quanquam non ſemen ſolum, ſed etiam folliculus, quod ſemen includit, deſcribitur à Dioſcor. (conueniunt enim hæ voces, plenum, occluſum, fractum, non ſemini, ſed folliculo) vt tamen has notas ſemini concedam conuenire, ſicuti, quod eas habet probatiſſimum eſſe cardamomum affirmarim, ita quod iis caret non ſtatim negarim eſſe legitimum. ſed, ſi cætera conſentiant, cardamomum eſſe dicam, ſed minus probatum. Ita ergo vulgari noſtro, ſi non acre eſt, non amarum, non fractu contumax, non caput feriens, deeſſe optimi notas dicerem, non eſſe tamen legitimum ac verum affirmare non auſim. vetuſtate enim, imo cœli ſolique conditione, quæ alias eſſe ſolent præſtantiſſimo odore ac ſapore, & ſubſtātia duriori, inodora inſipida friabilia euadere quotidiana docemur experientia. At vulgato cardamomo neque odor nec acrimonia prorſus deſunt: amarorem vero abeſſe non mirum, quæ in optimo, & recenti leuis eſſe ſolet. ſubamarum enim eſt Dioſco. At non eſt fractu cōtumax. Plinius quod maxime laudatur, acutis angulis, & contumax fricanti eſſe ait: atq; adeo non friatu, ſed fricatu difficile quod optimum eſt facit, id quod in angulorum acutiem, vt ita dicam, referendum eſt fricantis manus offendentem. non temere ergo ſuſpicari quis poſſet eſſe mendum in Dioſco. Sed eſt tamen vulgare cardamomum fractu etiam contumax, ſi digitis ac dentibus, non autem ferreo piſtillo experiaris. Cæterum, vt hæc ſe habeant, pro cardamomo, & hely hic expetito, ac pro maiori, & minori, quod interdum expoſcunt, non aliud quam vulgatum, ſapore tamen atque odore maxime præſtans eſt aſſumendum.* COST. Cap. 13.

MESVE.

ELECTARIVM ex Citro, cor, & ventriculum roborat, coctionem iuuat, oris halitum commendat, flatus craſſos diſſipat. Accipit autem corticum citri aur. xx. caryophyl. ligni aloes, cinnamomi, macis, galangæ, ana

vt.vid.habet drach.s.

ana drach.ij. cardomomi, zingiberis, ana drach. i. moschi drachm.v. melle excipitur. Datur ad vnc.v.

MAN. PLACET mihi hoc commixtum, cui si apponerētur citra condita, suauis esset, nec minus vtile.

GALANGÆ. Est Radix nunc notissima, quam, vt supra quoque dictum est, apud Græcos nondum euidenter inueni.

SYLV. IN vsu non est, sed cortex citri saccharo tum liquido, tum sicco conditus, ad cordis, & ventriculi robur, & coctionem probiorem diligenter manditur per se, vel alijs mistus: odore enim aromatico, & calore mediocri, & tota sua substantia dictis partibus confert: huneque sicci loco miscere præsenti compositioni, vt sit suauior, nec minus efficax, præstiterit. Moschi largior quātitas hic est; sufficerit enim scrip. dimid. Adhęc in dosi pro vnc.v. legerem drach.s.

COST. CORTICVM citri. *Citri quum partes sint quatuor, extimus cortex, caro, acidum, & semen: de horum temperamento dissentiūt scriptores miro modo. Gal.7.simp.in semine ait acidam aut siccam vim pręualere, vtertij sit ordinis siccantium & refrigerantium: corticem siccum secundo excessu, in calore autē aut tēperatum, aut paulo infra: carnem crassi succi, & pituitosam ac frigidam. At Auic.2. Can. corticem in primo ordine calidum in secundo siccum; carnem calidam, & humidam in primo: acidum in tertio frigidum, & siccum: semen calidum in primo, & siccum in secundo. Verum idem Auic.in lib.de viribus cordis aliter. nempe corticem calidum, & siccum ordine tertio: acidum tertio frigidum, & siccum: carnem primo humidam, & calidam: & corticem tertio calidum, & siccū statuit.atq; ita res admodum est varia. Cæterum, quanquā nō ignoramus Manardum alioqui doctissimū lib. epist. xi. longe aliter sensisse, & Auic. vt eius moris est, erroris damnasse: si liceat tamen nobis proferre, quod sentimus, neq; ob vnius Galeni authoritatem aliorum iudicium tam parui æstimandum censeo, vt qui a Galeno dissentiunt, statim falsi omnes sint iudicandi: neq; minori notandus culpa esset Galenus, si modo tam prōpte liceret de magnis viris ferre sententiam. Quis rogo citri semen acidum esse dixerit, vt Gal. ait? Quo pacto idem semen amarum, ex Galeni lege, frigidum tertio est ordine? At idem Gal. eodem in loco discutiendi huic vim ascribit: nō discutiunt autem quæ frigida. Sed quā mire illud varium? semen initio in tertio siccantiū ordine collocat, postmodum secundo gradu siccum pronunciat. Cur autem acida pars omissa est à Galeno? Hæc erant etiam à Manardo perpendenda. Age autē vt breuissime nos rem explicemus. De citro subesse in Galeni libris mendum ob hæc q̄ modo dicebamus, semper fuimus suspicati. confirmauit uero id suspicionem hanc nostram, quod Serapio de eodem longe aliter ex Galeno, quam vulgata eius lectio habeat. neq; autem irrepsisse hunc in Galeno errorem nunc tantum, puto, sed iā multo antea, quando, & Aetius, & Paulus in eadem sint culpa. Ergo de citri partibus ita sentio. Extimum quidē corticem, qui & acris, & feruidiusculus est gustatu, nō solum calore temperatum, sed primo etiam ordine calidum cum Auicenna: nōn attingit tamen tertium ordinem, vt author lib.de virib. cordis. siccum vero etiā ordine secundo cum Galeno, & Auic. puto. Caro autē, aut cum Galeno frigida atq; humida est, nempe pituitosa, aut forte (quod magis placet) calida, & humida primo ordine. dulcis equidem est, neq;, nisi crassiori consta-* A *ret substantia, tam promptum pituitæ generandæ esset alimentum. Acida porro pars, insigniter acida quū sit, tertio ordine cum Auic. refrigerare, & siccare potest. hoc vero etiam scripsisse Galenū arbitror, nempe quæ in vulgata lectione semini ascribuntur, de acida hac parte dici verisimile est: quamuis Serap. ex Galeni authoritate in secundo gradu collocet. semen vero tantū abest, vt frigidum tertio excessu putandum sit, cū vulgata Galeni scriptura, vt contra in primo saltem ordine calidorum cum Auic. poni debeat. amarū enim est mediocriter. non tamen in gradu tertio calidum dixerim, vt author libri de viribus cord. siccum vero idem esse in secundo gradu alijs assentiar. Atq; hæc de citro. Sanè autem, quod ad hunc locum pertinet, quales nam cortices citri assumendi in hoc antidoto, sicci ne an recentes, in quo hærere quosdam video, apertum fiet ijs,* B *qui norint maiorem longe acrimoniam, atque odorem inesse recentibus quam siccis. deligendi ergo recentes. ita vero in syrupo de corticibus citri hieme author recentes iubet assumi.*

MESVE.

ELECTARIVM dulce ex Moscho, ad frigidos cerebri affectus, melācholiam, & ei connatam tristitiam sine causa manifesta, vertiginē, epilepsiā, paralysin, oris torturam, seu spasmum cinicon, cordis palpitationem, pulmonis affectus, & spirandi difficultatem. Accipit autem croci, doronici, zedoariæ, ligni aloes, macis, ana drachm.ij. margaritarum alb.serici crudi vsti, † electri, co- C rallij rubri, ana drach.ij. & semiss. † galliæ moscatæ, ozimi citrati, ana † drach.ij. & semiss. been albi, & rubri, folij, spicæ nardi, caryophyllorum ana drach.i. zingiberis, cubebæ, piperis longi, ana drach.i. & s. moschi scrup.ij. Excipe mellis crudi quadruplo, vase vitreo conde: datur à drachm.i. ad drach.ij. Amara autem fiet, atque ad prædicta efficatior, & præterea ventriculi humores etiam putres potentius absumet, si addantur absinthij, rosarum, ana drachm.iij. aloes lotæ drach.iiij. castorij, ligustici ana drach.i. cinnamomi † drach.i. & semiss.

Confectio de musco dulci.

† charabe
† vetust. non habet mesuæ.
† drac.ij.

† drach.ij.

CONFECTIO de Musco.i. compositio de musco dulci. denominatur autem à musco propter muscum qui ingreditur compositionem ipsius: & di- D citur diamuscum dulce, quando est sine aditione rū amararum, quę ponuntur in fine huius descriptionis, & dicitur diamuscum amarum, quando aloe, & alia amara ponuntur in ipso: & ipsius esset efficacia maior, est enim istud electarium conferens debilitati cordis: & ad omnes ęgritudines melancholicas absque febre subtiliando spiritus cordis, & cerebri, exacuendo sensus intrinsecos, principaliter cerebrum confortando: vnde summe confert omnibus passionibus frigidis cerebri, & neruorum, & plura habet alia iuuamenta, quę ponuntur in litera. Dosis autem eius est à drach.i. vsque ad ij. secundum quod corpora sunt debilia, vel robusta, de mane ante cibum ad minus p duas horas, stomacho bene vacuato à superfluitatibus quāto plus est possibil. In oībus operationibus supradictis efficatior est diamuscus amarus,

quã dulcis, sed dimittitur propter displicentiã eius in gustu: & tempus assumptionis eius, & dosis eius esset eadem sicut de diamusco dulci, vel minus. Restat descriptionem eius legendo verificare particulariter, declarando quęcumq; simplicia cõponentia ipsum:

Crocum. & primo Recipe croci: est calidę cõplexionis in secũdo gradu, & siccę in primo, & est medicina valde cordialis pronocans risum.

Doronigi. Doronigi est radicula parua, saporis dulcis, & est calidæ, & siccæ complexionis in tertio gradu portatur ad nos de partibus oriẽtalibus.

Lignum aloes. Lignũ aloes. Istud est lignũ odoriferũ quod portatur ad nos de partibus Indiæ. proprietatẽ magnam habet ad stomachum frigidũ, & ad cerebrum, & est calidæ,

Auic. de eo facit mentionem 2. can. sub nomine xyle aloes. & siccæ cõplexionis in secũdo gradu, licet siccitas sit maior caliditate eius. Sophisticat, & adulteratur, vel alteratur per decoctionem eius in aqua, & sic tollitur virtus eius: ideo studiũ est de crudo habẽdo, quia crudũ est melius cocto: & ideo mirandũ est quod Auic. non facit de ipso capitulum in secũdo can. vbi de simplicibus tractat.

Macis. Macis, multi dicunt, quod est cortex exterior nucis moscatę: alij, quod est cortex alteri⁹ arboris producentis aliũ fructum, & asportatur de partibus Indiæ: medicina est aromatica, stomachalis, iuuans ad digestionem cibi, & ad eius retentionem. est calidæ complexionis, & siccæ in secundo gradu: sed siccitas eius superat cum virtute stiptica. Ambarum

Margarita margaritarum scilicet crassarum, & minutarũ, crassæ tamen omnino sunt meliores, & perfectiores. aliter, & melius, scilicet perforatarum, & non perforatarum: artificialiter autem perforantur, & efficiuntur magis paruæ, & claræ; ex eis etiam reperiuntur aliquæ perforatæ: quas puto tamen ex artificio perforatas fuisse. Nõ perforatæ cõplexionis sunt frigidę, & siccæ versus primum gradum cũ virtute aliqua liter abstersiua. sed perforatę participãt plus de virtute stiptica, quã non perforatæ: quia in pforatione & practica resoluitur plus, si qua humiditas est in eis, sicut præcise euenit de gallis quercus perforatis, quia pforatæ sunt magis siccæ cũ maiori stipticitate. Oẽs margaritę à proprietate sunt cordiales, resistentes corruptioni sanguinis circa cor. Conferunt etiam tremori cordis, & superfluæ calefactioni eius: ideo communiter ponuntur in confectionibus febricitantium, & debiliũ in virtute portãtur de vltra, marinis partib⁹,

Seta crũda. & ibidẽ iuxta litora maris reperiũtur. Setę crudę adustæ, dixit crudæ quia virtus eius extrahitur per decoctionẽ in aqua, sicut dictũ est de ligno aloes, demum vtũtur illa aqua cũ virtute sua. vnde cruda est melior. & nõ adusta est maioris efficaciæ, si cũ artificio subtiliter teratur, vt minutim ipsam incidendo, demũ pistando ipsam cũ margaritis, sicut dicit Serapio in suo de simplicibus in cap. de seta. ipsa est calidæ complexionis, & siccæ in primo gradu: est medicina cordialis purificans spiritum, & sanguinem, & ipsos clarificans, & vnit virtutem, & à proprietate confortat, producitur à quibusdam vermiculis, qui pa-

Charabe. scuntur de folijs moris celsi. Charabe: gummi est cuiusdã arboris nominatæ ibex romana, coloris citrini cũ aliquali rubedine congelatum. & fiunt ex ea pater noster. virtutẽ, & proprietatẽ habet ad se attrahendi paleas, & festucã, sicut magnes attrahit ferrum, vnde in Arabico tantum est dicere Charabe, quantum rapiens paleas in latino. Est calidæ complexionis ad primum gradum, siccæ in secundo secundum

E Auicen. confortat stomachum prohibendo vomitum, & nauseam, & prohibendo humiditates malas congregatas in eo, & a proprietate confert cardiacæ, & tremori cordis. Coralli rubei. tres sunt species ipsorum, rubei, albi, & nigri, & sunt radices, & rami cuiusdam arboris nascentis in fundo maris, in partibus Africę, efficiuntur nodosi ab aqua marina, & cum exeunt ad aerem indurantur, immo petrificantur. meliores sunt rubei, qui communiter habentur in vsu, & sunt frigidæ complexionis in primo gradu, & siccæ infra secundum. à proprietate confortant stomachum, & remouent mala accidentia ipsius, immo sola ipsius suspensio ad collum ex directo super stomachum curat dolores ipsius, & prohibet vomitum, & nauseam, sicut suspensio ligni crucis etiam curat epilepsiam, & hæc sunt verba Galeni, *Corall.*

F autoritate Auicen. secundo cano. c. de corallo. & ex hoc mouentur matronæ bene doctæ ad suspendendum corallum rubeum ad collum infantium, ad prohibendum vomitum lactis ipsorum, qui plurimum venit ex dolore ventoso, vel alio in eorum stomachis generato. confert etiam febrientibus prohibendo resolutionem spirituum, & cor mirifice confortando, vnde in confectionibus communiter apponuntur. Galliæ muscatæ, hæc est quędam medicina composita cuius descriptio sub nomine confectionis galliæ muscatæ ponitur à Nicolao in suo antidotario: reducitur tamen ad formam trochiscorum, & sic conseruatur: raro tamen habetur in vsu per se sola, sed ingreditur confectiones pretiosas, & antidota magna, & componitur ex gallis, & aromatibus alijs, & musco. vnde denominatur à gallis, & musco. virtus autem, & complexio, quæ resultat in ea

G est calida in primo, sicca in secundo gradu. mirabiles operationes habet in confortando principalia membra, & plura alia posita à Nicolao in suo antidotario. Fiunt autem trochisci aliquando de gallia muscata, quorum descriptio ponitur ix Almansoris c. de prouocatione menstruorum, & ad educendum partus. quorum dosis in puluere albo subtili accipienda est vsque ad drac. i. & ego iam diu vidi in his certam, & veram experientiam in facilitando partum difficilem, & ipsum absque nocumento fœtus, vel mulieris accelerando, immo etiam in educendo fœtum mortuum, & secundinam. Ozimi, *Gallia muscata.* *De ozimo.*

H idest basiliconis caryophyllati tendentis ad aliqualem citrinitatem, & illa est expositio vera, nam ozimum idem est, quod basilicon citrinum, idest caryophyllatum cum aliquali citrinitate habens odorem caryophyllorum, & virtutem. Est enim duplex ozymum, habens flores nigros, & caryophyllatum, quod etiam in multis locis reperitur. vnde citrinati conuenienter posset exponi, idest de illa contrata vbi nascitur basilicon caryophyllatum habens folia, & flores recentes ad aliqualem citrinitatem. & est calidę complexionis in secundo gradu, & est magis conueniens, quam ozimum caryophyllatum. iuuat vero ad digestionem cibi crassi, & est difficilis ad digerendum. Confortatiuũ est cordis, & apetitiuũ oppilationum hepatis, summe confortat cerebrum, desiccando superfluitates phlegmaticas multiplicatas in eo, sed principaliter iuuat ad aperiendũ oppilationes factas à phlegmate in carunculis, vel in naso, solo odoratu, vel quomodolibet aliter prępparato, vt attrahẽdo

eius

eius aquam diſtillatam per nares, vel eius ſuccum, ſicut fit communiter de aqua maioranæ. Behen al. & rub. radices ſunt, quæ portantur de India, & de eis ſunt albæ, & rubeæ: Rubeæ tamen ſunt magis cordiales, quam albæ, vtræque ſunt calidæ complexionis, & humidæ in ſecundo gradu, ſed quando deſiccantur diminuuntur ipſarum humiditates, & recentes comeſtæ, vel conditæ cum zuccharo, vel cum melle augmentant ſperma, Et hic memorandum, quod behen ſcriptum per h, & per duo ee, eſt radix alba, & rubea, de qua nunc dictum eſt, ſed ben ſcriptum ſolum cum vna litera e, abſque h, eſt ſemen cataputiæ, quod eſt medicina ſolutiua, de qua dicetur inferius. Folij ſunt eius duæ ſpecies ſcilicet aquoſum, quod naſcitur in aqueis locis, vel in aquis dulcibus abſque radice in aqua, ſicut lenticula aquæ, & eſt aliud arboroſum, quod naſcitur ex arbore quadam in partibus Indiæ extra aquas, ſimilitudinem in virtute habent cum ſpica nardi, & iſtud folium arboroſum, eſt illud, quo vtimur in medicinis noſtris, quia laudabilius eſt alio, & eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in ſecundo gradu. odorem habet aromaticum, & virtutem habet confortatiuam membrorum principalium in omnibus operationibus ipſorum a proprietate, conſeruat pannos a corroſione tinearum tempore æſtiuo, dicunt tamen aliqui, quod folium non eſt aliud niſi folia plantæ producentis caryophyllos. Spicæ. duplex reperitur, ſcilicet ſpica nardi, & ſpica celtica ſeu ſpica inda, quæ idem eſt cum ſpica nardi: ſpica romana, quæ idem eſt cum ſpica celtica. vtraque eſt aromatica cum odore acuto, calida eſt in primo gradu, ſicca in ſecundo. confortat ſtomachum frigidum, & efficit odorem bonum, & confortat cerebrum, & prohibet deſcenſum reumatis ad partes pectoris, vel pulmonis: aperit oppilationes hepatis, & ſtomachi, & plura alia habet iuuamenta, quæ vide ab Auic. ſecundo cano. c. de ſpica. Quando autem ſpica abſolute profertur, intellige ſemper de ſpica nardi, ſeu ſpica inda, quæ eſt idem cum illa: quia magis aromatica: & quia omnes operationes habet perfectiores, quam ſpica celtica, vel romana: quæ pro eadem aſſumitur. Caryophyllorum. noti ſunt caryophylli. deferuntur ex India, & ſunt calidæ complexionis, & ſiccæ in ſecundo gradu. Fruſta autem caryophyllorum ſatis deficiunt a virtute, & operatione ipſorum: ipſi ſunt principaliter ſtomachi confortatiui virtutis digeſtiuæ: & hepatis: & ſtomachum, & cerebrum confortant, maſticati. & retenti in ore odorem oris, & totius corporis efficiunt bonum. Zingiber radix eſt cuiuſdam plantæ, quæ affertur de partibus Indiæ: calidæ complexionis in ſecundo gradu: humidæ in primo dum eſt recens: ſed poſt collectionem continue priuatur humiditate, & efficitur ſiccæ complexionis in primo gradu: & tunc ealiditas eius augetur æqualiter in ipſo ad tertium gradum: zingiber autem conditum cum melle ſiccius efficitur ſiccitate mellis: nō ſic autem conditum cum zuccharo: diuerſificantur autem radices zingiberis ſecundum diuerſitatem loci in quo oriuntur: non tamen ſpecie differunt: quia vbique eadem eſt planta producens zingiber: & eſt optima medicina ad calefaciendum ſtomachum, cerebrum, nucam, & omnia membra neruoſa: & mire confert omnibus doloribus ventoſis, & factis a materia phlegmatica poſt euacuationem, velociter, & a proprietate vigorat operationem turbith, vt inferius apparebit. conditum autem cum zuccharo confert paralyticis, & ſtomacho debili. Cubebæ ſunt fructus cuiuſdam arboris, ſeu grana quædam, ſimilia piperi nigro, quæ afferuntur de partibus Indiæ, & ſunt calidæ complexionis, & ſiccæ in ſecundo gradu, confortatiuæ multum omnium virtutum cerebri, & maxime maſticatæ, & diu in ore ſeruatæ, ſpiritus claros faciunt; ſunt valde potentes in aperiendo oppillationes hepatis, & ipſum mire confortant. Piperis longi. fructus eſt arboris, qui affertur a terra multum remota in India, calidæ, & ſiccæ complexionis vltra tertium gradum: ſed caliditas eius ſuperat ſiccitatem. Reperiuntur autem tres maneries piperis: licet ab eadem arbore producantur: eſt enim piper longum, quod colligitur quando incipit maturari: eſt vlterius piper nigrum cum eſt perfecte, & vltimo maturum: denigratur autem ex forti incendio ſolis in partibus illis, nam in partibus orientalibus oritur. Eſt etiam piper album, quod eſt medium inter piper longum, & nigrum ex parte maturitatis ipſorum. Nam ſic euenit de pipere longo in exemplo loquendo, ſicut de borachijs ſciſmorum, qui elongantur poſt ipſorum natiuitatem ex humiditate ſuperflua. Eſt autem piper nigrum calidius, & ſiccius albo, & album calidius, & ſiccius longo. & in longo eſt maior ſtipticitas. omnis maneries eius calefacit ſumme ſtomachum, muſculos, & omnia membra neruoſa, oppilationes aperiendo, & humiditates ſuperfluas phlegmaticas deſiccando, & maſticatum cum paſſulis attrahit phlegma a partibus cerebri: & vocem raucam clarificat maſticatum, & retentum in ore. Muſci eſt enim res odorifera multum, quæ recluſa reperitur in quodam folliculo in quo otitur: & ſic extrahitur a quodam animali, aſſimilato gazelo in partibus Indiæ, & eſt calidæ & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu: licet caliditas ſuperet ſiccitatem: mirabiliter ſubleuat virtutes cordis, & cerebri proſtratas, portando etiam virtutes aliarum medicinarum ad membra ipſa: & ab ipſo denominatur præſens electarium, quoniam ſenſibilis quantitas ingreditur compoſitionem eius. Eſt enim muſcus theriaca venenorum, & maxime Napelli. Confice cum melle crudo: & ſit quadruplum ponderis omnium ſcilicet ſupradictorum aromatum: vnde ad libram mellis ponantur tres vnciæ de ſupradictis aromatibus proportionabiliter ſecundum deſcriptionem: pondera particulariter ſuppoſita in litera: quam per te ipſum lege: quia clara eſt: & hic ſpecificatiue ponitur quantum mellis requiritur ad hoc electarium conficiendum: quod non facit in alijs elect. ſubſequentibus, ſed ſuperius quantum fuit expediens declaraui. Mellis autem, quod mel apum vocatur, quia ab eis producitur cum depaſcuntur ex rore ſuper floribus mellifluis adhærente: & eſt calidę complexionis, & ſiccæ in fine ſecundi gradus: licet caliditas ſuperet ſiccitatem. In iuuenibus autem conuertitur in choleram: ſi eo ſuperflue vtuntur: & in ſenibus in benignum ſanguinem. Inſuper habet virtutem fortiter abſterſiuam maxime phlegmatum: & aliarū ſuperfluitatum contentarum in ſtomacho: eſt etiam oppilationum aperitiuum, & maxime cum ſit crudum. Nam per decoctionem viſcoſitatem aliqualem acquirit: & eſt conueniens ei, qui fungos veneno ſos co-

Behen. Folij ſpecies duæ. Spica. Caryophyl. Zingiber. Cubeba. Piper. Muſcus. De melle.

sos comederit: & ei, qui opium sumpserit: per se solum non est sæpe vsus eius bonus: ponitur autem ad componendum aromata, & ad ipsa dulcorandum in electarijs quibus communiter admiscetur, vt delectabiliora reddantur in gustu, & ad faciendum alias operationes dictas superius cum virtute sua. Dosis autē dicti electarij est, vsque ad drach.ij. de quibus dispositionibus dictum est superius in principio declarationis huius electarij, & similiter dictum est in vno notabili antepositō tēpus, & hora assumptionis. Est autem drach.ix. pars vnciæ. Complexio autem dicti electarij resultās ex suis simplicibus componentibus ipsum est calida, & sicca, & eam primum operatur, licet etiam a proprietate plura alia faciat iuuamenta.

Restat transire ad declarandum simplicia, quæ ingrediuntur in additione huius electarij diamusci, posita in fine capit. ab autore. Sed vocatur diamuscus amarus sicut superior vocatur diamuscus dulcis. Et cum dicit absinthij, diuersificatur absinthium secundum diuersitatem loci, & proprietatē in quibus oritur. Et ideo denominatur absinthium Romanum: & istud est melius alijs, vna tamē, & eadem est species: quod autem in montibus, & in locis saxosis oritur est melius, quam paludosum, vel quam id quod nascitur prope mare. herba est nota satis, quæ suo acuto odore, vel amaro sapore cognoscitur: calidæ complexionis est iuxta secundum gradum, & in siccitate ipsum transcendit cum stipticitate: quidam tamen ponunt ipsum calidū in primo gradu, quia in fine primi gradus: & quidam in secundo, quia in principio secundi gradus: & sic etiam dicunt ipsum esse siccum in secundo gradu, quia in fine secundi gradus: quidam in tertio, quia in principio tertij gradus: habent enim gradus medicinarum latitudinem magnam, & sic potest discordia autorum diuersimode gradus medicinarum accipiendo, faciliter declarari. Nam declarandum est modo iam dicto. Vtilis, & efficax medicina est absinthium in reducendo appetitum prostratum, & in confortando virtutem digestiuam stomachi, hepatis, & membrorum: oppilationes aperit meseraicarum: colorem corporis bonum efficit, & mire subuenit cachexiæ, & habitudini malæ cum qua est æqualis admixtio coloris citrini cum albo: virtutem lenem habet in soluendo choleram subtilem cum phlegmate aquoso permixtam a stomacho, intestinis, & hepate, non tamen vlterius extenditur virtus eius. Et dosis eius in infusione seu in decoctione eius quatuor vnc. est vsque ad vij. in puluere autē ab vna drach. vsque ad ij. & in succo a duabus drach. vsque ad tres. Et omnibus prædictis modis cum adest dosis debita leuis fit solutio ventris rarissime tamen vtimur eo solo secundum aliquem prædictorum modorum: admixto autem sæpe vtimur ipso: non quantitate, vel pondere quo sensibiliter soluat, sicut in additione præsentis electarij ponitur. Posset tamen omni modo assumi, & summe confortat in dispositionibus dictis, si non esset eius displicentia in sapore, & etiam in odore. Rosæ. Rosa est ex medicinis benedictis in operationibus suis, & cordialis, & odorifera. Sunt autem ex eis albæ, & rubeæ, planæ, & crispæ in folijs suis. rubeæ, & planæ sunt meliores albis, & crispis, & magis odoriferæ, & complexio omnium ipsarum est in primo gradu frigiditatis, modicum ipsum ascendens in gradu stipticitatis, & maxime dum sunt siccæ, quia recentes in dictis gradibus remittuntur. Rubeæ tamen minus, quam albæ sunt frigidæ, & in siccitate remittuntur. Coniungitur etiam in eis manifesta stipticitas, & aliqualis caliditas propter ipsam amaritudinem cum dulcedine quadam. Vnde diuersæ operationes possunt ab ipsis prouenire: tamen operatio ipsarum principalis est remittere caliditatem superfluam cordis, & hepatis. prohibere resolutionem spirituum in membris principalibus, & quæcunque membra principalia relaxata confortare, & maxime stomachum. Reprimunt vndiq; vapores ascendentes ad caput, virtutem solutiuā leuissimā habet succus recentium, vel ipsarum decoctio, quia a siccis tollitur omnis virtus solutiua, quæ est in eis, & dosis succi earum est ab drach.j. vsque ad ij. admixti cum zuccaro, & dosis decoctionis earum recentium est ab vnc.ij. vsque ad iij. sed his duob. modis raro vtūtur eis pro solutione facienda, quia leuissima est earum solutio cum displicentia aliquali in ipsarum sapore, & quia non semper rosæ recentes reperiuntur, loco autem succi, vel decoctionis earum vtimur cassia, vel tamarindis, vel manna, quia illarum copiam magnam habemus. Soluit autem succus, vel earum decoctio materiam cholericam sanguinem purificando ab eo, & ipsum aquosum remittendo a calore superfluo, vtimur sæpe aqua ex rosis distillata, quæ aqua rosata vocatur, in epithimatibus cordis, & hepatis: & alijs complexionibus calidis, oculorum, & omnium aliorum membrorum. Ac etiam vtimur sæpe rosis conditis, cum zuccharo minutim incisis, quæ mixtura vocatur zuccharum rosatum, & confert adustionibus oris, & linguæ, & stomacho calido, & aliquando alijs membris cum aqua hordei colluendo vel gargarizando, vel quomodolibet aliter assumendo. Et aliquando, imo sæpissime, vtimur rosis conditis cum melle minutim incisis, vel cum zuccharo, & melle simul admixtis ad solē positis, & parum decoctis, quæ mixtura vocatur mel rosatum cum folijs, vel colatum, & huius melis rosati vsus est valde communis, & conueniens ad abstergēdum, & exiccandas materias phlegmaticas putridas contentas in stomacho, ac etiam intestinis. Calefacit virtute mellis. Et infrigidat aliqualiter virtute rosarum, sed omni modo desiccat, vincit autem apparenter caliditas eius frigiditatem, & non transit virtus eius vltra regiones hepatis, assumpti in forma electarij nunc dicta. Sed si assumatur cum decoctione aliqua, aut aquis distillatis inferius declarandis, cum virtute sua vsque ad regiones venarum pertranſit, & illo modo dosis est, vsque ad vnc. ij. sed raro per se solummodo sumitur, licet cum alio syrupo permixtus in eodem pondere, & mensura, sicut apparet in cura phlegmaticæ febris, vel tertianæ nothę, quibus in principio mel rosatum est sūme conueniens, diuersis tamen modis, & potionibus vt alibi est videre: non tamen minus constringit, desiccat, & calefacit stomachum, isto modo præparatū, quam cum rosis incisis, vel cum zuccharo admixtū, immo plus, cum eius virtus transeat ad profunda: & sic generaliter in vsu vbique locorum ab ipsis, qui practicam insequuntur: & geleniabin.i. mel rosatum vocatur ab omnibus autoribus medicinæ. Vtimur etiam rosis siccis in lotionibus, facellis, embrocationibus, in electarijs, pilulis, & pulueribus, & alijs, quæ mirabilem operationem efficiunt cum suis qualitatibus

Absinthiū

Rosa.

Aqua ros.

Zuccharū rosatum.

Mel ros.

Rosarum siccarum vsus.

bus primis, & ipſarum ſtipticitate. Sed magis operantur etiam a forma ſpecifica, membra principalia confortando, & ſpiritus cum ſuis odoribus ſuauibus, & amenis. Et fit etiam ex roſis recentibus oleum roſatum: nam fit, vt plurimum cum oleo oliuarum perfecte maturarum, & iſtud communiter eſt in vſu ad repercutiendum virtute roſarum materias fluentes, ſi ex ipſo inungantur, & virtute olei aliqualiter reſoluendo, vnde in principio contuſionum eſt optima medicina. Fit etiam oleum roſatum ex oliuis immaturis, vel non perfecte maturis, quod vocatur oleum omphacinum, & iſtud eſt magis repercuſſiuum, frigidum, ſiccum, & ſtipticum, quam aliud dictum: non tamen niſi magiſtraliter præparatur ab aliquo. Fit tertio oleum roſatum ex oliuis complete maturis admixtum cum roſis, & aliquantulo ſalis, & iſtud eſt fortius in deſiccando, & etiam reſoluendo cum virtute leniter compreſſiua: & iſta de roſis ſufficiant qualitercunque paratis, ſeu adminiſtratis, & ſi hic prolongaui ſermonem, breuitate vtemur in poſterum cum in mixtis, de roſis faciam mentionem. Aloes optimi ideſt ſuccotrini, inter omnes alias ſpecies aloes ſuccotrinum eſt melius. *Abluti.i.loti* cum aqua endiuiæ, vel aqua pluuiali, ſicut communiter fit ad remouendum acuitatem ipſius, & nocumenta, quæ ex ipſo accidere poſſunt, maxime de fractura ſeu apertura venarum, ſed ex lotione ipſius frangitur, & debilitatur ſatis virtus eius ſolutiua, ſed additur eius virtus in confortando virtutes membrorum intrinſecorum, & maxime ſtomachi. Eius autem potentia ſoluendo non tranſit vltra regiones hepatis niſi cum alijs medicinis ſolutiuis admixtum: vel cum alijs vigorantibus eius operationem. Non ablutum autem vigoro ſius ſoluit, minus tamen membra confortat. Et ideo cum ponitur in iſto electario, eſt abluendum cum aqua pluuiali, vt eius acuitas, & ſolutio remittantur, licet quantitatis eius, quæ ingreditur in additione eius electarij non ſit potens ad ſoluendum etiam ſi ablutum non eſſet, conſiderata doſi, quæ ipſius debet aſſumi aſſignata ſuperius. Et notandum, quod de aloe varij varia dicunt. Eſt enim quorundam opinio, quod aloe tripliciter variatur ſolum in nomine, & in ſuis partibus per decoctionem ad ignem: dicunt enim quidam ipſum eſſe ſuccum cuiuſdam herbæ in vltramarinis partibus adinuentæ, qui ad ignē tandiu decoquitur, quod ad ſolidam formam reducitur, & quod eius pars ſuperior, in decoctione eſt aloe ſuccotrinum, & illud eſt purius, & melius alijs: pars autem media eſt aloe hepaticum, & iſtud ſequitur in bonitate poſt ſuccotrinum: vltima eſt pars infima, quæ dicitur aloe caballinum, & iſtud eſt minoris bonitatis alijs ſupradictis. Et hæc opinio pluribus creditur, & pro firmo tenetur: non tamen traditur a doctoribus medicinæ aperto ſermone, Alij autem dicunt, & affirmant prædictam opinionem clariſſimis rationibus impugnando, quod aloe eſt (vt dicitur) ſuccus inſpiſſatus ad ignem, vel ad ſolem tempore æſtiuo diuerſarum herbarum, non tamen aliter adinuicem differunt niſi ſecundum, quod diuerſitas eſt in vuis, & conſequenter in vinis: dicunt enim quod herba ex cuius ſucco fit aloes hepaticum in bonitate perfecta eſt, poſt aloe ſuccotrinum: & vltimo in bonitate eſt herba ex cuius ſucco fit aloe caballinum, ſicut enim vua, & vina multum differunt in ſapore, &

De oleo roſato.

Diuerſe opi. de Al.

A in bonitate ipſorum, non tamen adinuicem differunt genere: & vt ſic quilibet ſuccus prædictarum herbarum ad perfectionem decoquitur de per ſe, & huic opinioni eſt plus adhærendum. Vnde alij dicunt, quod prædictæ tres herbæ diuerſificantur ſecundum diuerſitatem loci, vel patriæ in quibus oriuntur vel creſcunt, & ſic ſubſequenter diuerſificātur ſpecies aloes, ſicut contingit in diuerſitate vuarum, & vini ſecundū diuerſitatem ſitus, & loci in quibus vuę oriuntur, & fiunt, vt patet de vinis collectis in partibus vallis Armeniæ inferioris, & etiam de vinis collectis in vallibus, ſecus, quæ ſunt media in prædictis. Et hæc opinio non diſcrepat in prædictis a recto tramite veritatis, quęlibet tamen ſpecies aloes eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo gradu, licet ſiccitas ſuperet caliditatem, quia aſcendit ad tertium gradum.

B Aloe autem per ſe ſolum non aſſumitur, propter pericula, quæ exinde accidere poſſunt. Eſt enim principaliter ſolutiuum materiei cholericæ contentę in ſtomacho, & meſeraicis, ac etiam in inteſtinis, multum tardatur eius operatio, vt a xij. horis, vt plurimum vſque ad xxiiij. horas, & doſis eſt vſque ad drachmas ij. & s. ſecundum potentias corporum aſſumentium ipſum, ſed non conſulo vſum eius, niſi alijs medicinis admiſceatur. Habet inſuper virtutem deſiccatiuam humiditatum, & putredinum ſtomachi, ac etiā inteſtinorum, ſed prouocat hæmorrhoidas, ideo ad eas diſpoſiti non aſſumant, & aliquando eſt abſtinendum ab ipſo tempore frigido, ac etiam multum calido, ſicut Meſue expreſſe declarat in capitulo proprio. In omnibus operationibus autem aloe ſuccotrinum eſt potentius, & vigoroſius alijs, & maxime

C in ſoluendo. Cum autem aloe in aliqua deſcriptione abſolute profertur, intelligendum eſt de aloe ſuccotrino tanquam de meliori, & magis perfecto. Caſtoreum, eſt enim pinguendo inuoluta in quoddam folliculo iuxta tiſticulos cuiuſdam animalis, & in meridionalibus partibus reperitur, & eſt calidæ complexionis in tertio gradu. ſiccæ in ſecundo gradu. virtutē habet calefactiuam, & confortatiuam neruorum cū manifeſta reſolutione materiarum contentarum in eis. Et ideo confert ſpaſmo humido repletionali ſi mē brum ſpaſmatum ex eo liniatur. Confert etiam ſuper fluo pruritui puerorum, ac etiam epilepſiæ, ipſum mire poteſt ſubuenire, ſi collum, & nuca inungantur eaſdem operationes efficit manifeſte ſi abluatur, & ſumatur vſque ad drach. ij. ſed non vſitatur, a medicis de per ſe niſi admixtum cum alijs medicinis compoſi

D tis, Keiſin. i. leniſtici planta eſt ſatis nota naſcitur iuxta tumulos ſæpe, & eſt calidæ complexionis, & ſiccę in ſecundo gradu; vtimur in omnibus medicinis eius ſemine non folijs, vel radice, quia efficacius eſt: habet enim virtutem aperitiuam oppilationum, & deſiccatiuam humiditatum contentarum in ſtomacho, & reſolutiuam ventoſitatum craſſarum, & forticatiuam digeſtiuæ virtutis cum caliditate, & aromaticitate ſua. Et ſi ipſius ſeminis pulueriżati exhibeatur alicui in ætate perfecta vſque ad drach. j. cum aqua graminis, uel abſinthij, mire educit vermes, & aſcarides, tamen quantitas prædicta debet minui in pueris. In febrientibus autem febre cholerica non ſic ſecure conceditur. Cinnamomi, duę ſūt eius maneries, eſt enim cinnamomum, quod eſt ſubtile multum, longum, perforatum, aromaticum valde, & cum multo ſapore.

Aloes per ſe ſolum aſſumi non debet.

Caſtoreum.

Mirabile in epilepſia.

De Keiſi.

Mirabile in vermib.

De cinna.

Eit

Est enim cortex interior cuiusdam arboris odoriferi valde, & istud vocatur proprie cannella, perforatum est, & tale est perfectius in omnibus operationibus suis. Est aliud quod vocatur cinnamomum, quod est crassum, & est cortex exterior arboris in partibus Indiæ. vtrunque est calidæ complexionis, & siccæ in secundo gradu, sed caliditas eius superat siccitatem: prærogatiuam habet super omnia aromata ad confortandum virtutem digestiuam in stomacho, & ad exicandum, & prohibendum putrefactiones in eo: ac etiam ad aperiendum oppilationes hepatis, & aliorum membrorum. confortat cerebrum, & alia principalia membra, & est multæ prouocationis, & maxime menstruorum. odoré oris efficit bonum, & totum corpus redolere facit, & hæc est declaratio descriptionis præsentis electarij, cui de melle crudo ad ipsum confortandum proportionaliter addi debet secundum quod in hac additione aromatum factum est supra.

E

F

ADDITIO.

AVICENNA quinto can. habet plures descripț. diamusci, sed non sunt in vsu. Similiter Halliabas, & Serapio in proprijs antidotarijs habent descrip. diamusci dulcis, & amari, parum ab ista differentes. Rasis etiam. ix. ad Almansorem, & in diuisionibus ponit diuersas descr. diamusci, quæ non sunt in vsu, quia ista, quæ est Mes. videtur alijs nobilior, ideo apud omnes plus in vsu habetur, & dulcis plus quam amara, quamuis sit maioris efficaciæ ad ea, quæ describuntur, tamen propter eius malum gustum a modernis relinquitur.

Ozymum citratum quid.

ERRAVIT comment. circa illa, quæ hic dicit de ozymo, nam per ozymum citratum intelligere debemus melissam, & non duas res scilicet per ozymum basilicum, & per citratum ozymum caryophyllorum: nam quando reperitur ozymum caryophyllatum non intelligimus ozymum, & caryophyllos, & quando reperitur ozymum carminum non intelligimus ozymum, & ciminum. Similiter nec per ozymum citratum debemus intelligere duas res, vt iam dictum est. Sed debemus considerare omnes species ozymi; & per illud, quod habet odorem citri, debemus capere pro ozymo citrato, quod est melissa, vt iam dictum est, quia si fricemus folia melissę, habebunt odorem citri. Præterea vide Simonem Ianuensem, qui dicit circa expositionem istius vocabuli turungem, quod Arabice est, idem, quod citraria, est autem citraria melissa, aut ozymum citratum, quod habet odorem citri. Auicenna etiam loco iam allegato in sua descript. habet ozymum citratum, & sic bene cõsidera errorem multorum.

G

SYLV. ELECTARIVM diamoschu dulce, multis in vsu est: amarum, ob saporis ingratitudinem, nulli: humores, ac spiritus tenuat, atque purgat, principesque partes roborat. Margaritarũ, non albarum, sed ambarum quidam legunt scilicet crassarum, & minutarum, vel integrarum, & perforatarũ, quarum crassię, & integræ præstantiores sunt. Datur autem mane horis duabus ante cibum; affectibus quoque cerebri pulmonisque pituitosis confert, vertigini, paralysi, apoplexiæ, epilepsiæ, afthamati. Secunda Actuarij compositio diamoschu viribus eadem cum ista, licet simplicibus multis variet, vt aliorum diamoschu. Iisdem prope simpl. constat elect. ex xylaloe, & idem promittit. Mel quadruplum erit, si pul. creti vnc. iij. lib. mellis singulis misceantur fit autem id mel purum, aut despumetur. Hodie autem electarium fit solidum ex saccha. coct. lib. j. & pul. vnc. j.

H

COST. Cap. 11. MOSCHVM *odoratum non norunt veteres Græci. Nouit ex recentioribus Aetius, qui de eo meminit lib. 16. nouit, & Symeon Sethi, qui eius historiam conscripsit, sed fusius hac de re Serapio, nonissime etiã M. Paulus Venetus, Odoardus Barbosa, & Pighafetta in suis de Indarum rerum commentarijs de hoc plura. Inter omnes conuenit moschum esse animalis aliquid: sed quale sit animal, quidue ipse sit moschus, non conuenit, quum alij animal capreæ speciem asserant, alij cato comparent: alij parum dicant, alij magnum: alij cornua, vt capreæ duo, alij vnũ tãtũ, vt monoceroti tribuant: alij binos ex inferiori mandibula dentes veluti apris inesse testatum reliquerint: alij quatuor, ex vtraque maxilla binos, atque hos alij ternum digitorũ, alij palmi longitudine esse dicant. Sed in tanta tamen varietate plerique consentium animal esse capreæ simile. quod quidem persuadet nos, vt Brasauolo credamus qui Ferrariæ id fuisse scribit, capreolo, & figura, & multifidis vnguibus, & agilitate, & cursus celeritate simile, sed eo interdum maius, quanquam, quia is de dentibus, aut cornibus nihil, cogimur etiam hic hærere. Est vero de moscho quoque, qui ex hoc fit animali varietas. Aiunt ad eius animalis vmbilicum vomicam nasci vbi in Venerem agitur, seu vt Aluisius Cademustus Venetus, singulo plenilunio, tunc vero ægrotare, cibo potuque abstinere, humi cerebro volutari, atque ad saxa, & arbores vomicam fricare, vt disrumpatur, & sanies effluat, quod autem effluit fœtidum esse, sed vbi concreuerit fœtore deposito bene olere, atque hunc esse probatissimum moschum, quem incolæ studiose perquirunt in regum vsum, sed, & varijs præterea artibus eius prædæ intendere, eoque capto vomicam cum corio abscindere etiam immaturam, tetri autem tunc odoris. sed vbi libero aere suspenderint, ac decursu temporis veluti concocta fuerit, odoratissimam. Qui autem inter secandum sanguis effluit, seruari scribunt pro optimo moscho, ac crebris ad vulnus admotis hirudinibus, quod sanguinis animali reliquum est cum vita exugere, & exuctum, ac desiccatum cum eius, qui inter secandum fluxerat portiuncula commistum in vesiculas ex eiusdem animalis corio paratas conijcere, quæ ad nos afferuntur. Atque hæc illi. Contra tamen, qui compendium orientalium regionum, & vrbium Lusitano idiomate scripsit eo pacto confici negat, fieri autem ex eius animalis sanguine ac carnibus contusis, & in vesicas conjectis, cuius rei signum esse, quod cum moscho ossium interdum confractorum frustula inueniuntur. Hæc ergo sunt, quæ de moscho odorato hactenus deprehendimus, qua certe de re, quid statuendum sit increti sumus, quanquam enim refragatur posteriori huic opinioni Arist. 13. sect. probl. nullũ animal esse odoratum scribens præter pantheram, quod & Theophr. 6. de caus. plant. præter pantheram tamẽ etiam cercopitheci est genus quoddam, sunt & sebellini sponte sua odorati, non dicam belluarum sensu, sed hominum, atque adeo meschi animal odoratum esse nihil obstet. Cæterum his nũc prætermissis, atque vt, vt se res habeat, probatissimus est moschus, qui (vt Lud. Rom.) ieiuni hominis naribus admotus statim sanguinem elicit, atque, vt Simeon Sethi, qui in peluim madentem dimissus, vbi in eo paululum dimiseris, grauior euadit.*

Probl. 124.

Cap. 26.

Ocimi citrati. *Ocimum est latifolium, quod citri odorem prorsus refert. Sed quid sumendum? foliane an semen? Arbitror semen, vt in superioribus quoque. folia enim quanquam dum recentia sunt præstant ea odoris gratia, desiccata tamen parum olent, est enim illis odor in superficie.*

Confici cum melle crudo. *Ita, & Auicen. cardiaca ferè omnia crudo melle excipit, vt dicebam, ob flatus, qui*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0206-8 DFG

qui ſpiritibus noſtris affines eos etiam augere plurimũ videntur. Sed deligendum puriſſimum mel quale Hiſpanum ex Valentia, & Creticum.

Aloes optimæ ablutæ. *Aloen ſumit lotam, quia ventriculum magis roboret, quam non lota. Quot modis autem hæc abluatur nos alibi fuſius vbi de catapotijs alephanginis. Quod ad hunc locum facit, quia aloen hic optimam, & ablutam poſcit, exiſtimarit aliquis velle aloen, quæ ex aqua cum ſpeciebus aromaticis ſit parata. neque enim ſi ex ſimplici aqua, aut pluuia, aut fontana lotam vellet optimam adiunxiſſet: quando quæ optima eſt, minimum ſordium habet, neque eget, vt abluatur. Sed vere quam aloe non elota etiam optima, ventriculo minus ſit amica quam, quæ lota, ſimplici aqua ablutam non eſſe hic importunam puto, quanquam ſi ex aromaticis ſpeciebus lotam ſumas, non erraturum etiam te arbitror. Sed quando de eare non meminit Meſ. ſimplicem ſatisfacere lotionem pro certo habeo.*

MESVE.

DIASATYRION analepticum, & renutritoriũ phthiſicis, hecticis, vel aliter conſumptis, & emaciatis. ſemen auget, veneremque incitat. Accipe † radicum ſatyrij plenarum, & recentium libram vnam, tere, coque exacte in lacte ouino dulci quantũ ſatis eſſe videbitur, ad lactis conſumptionem. Poſtea tere piſtillo ligneo cum vnciis tribus olei recentis amygdalarum dulcium. Deinde ſyrupum ex ſucci bugloſſi cocti, & deſpumati libris ij. ſucci pomorum dulcium vnc. xij. cum ſaccharo optimi lib. iij. coctum ſuperfunde, mitice percoquendo. Poſtremo ab igni depoſito iniice cinnam. drach. v. been albi, & rub. ana drachm. ij. ligni aloes drach. iij. croci, ſantalli flaui, tragacanti, gummi arabici, ozymi caryophyllati, cubebę, macis, ana drach. j. & s. repone in vaſe vitreo. Da ab aureis tribus ad aureos v.

† *Satyrionũ, qui abſcinduntur a patre ſuo.*

Hæc in vetuſtioribus codicibus nõ leguntur.

CHR. DVÆ deſcriptiones ſub eodem titulo deſcribuntur, quæ in modo compoſitionis, & virtute aliqualiter variantur. Eſt enim prima deſcriptio, quæ hic ponitur maioris efficaciæ, & virtutis, corporibus conſumptis, & exiccatis, & phthiſicis, & hecticis, & ſimilibus ſi abſque febre conſiſtant, maxime talia corpora humectando, cum hoc etiam iuuat ad coitum multiplicandum, & incitandum: deſcriptio autem ſubſequens eſt maioris potentiæ in faciendo virilis membri erectionem, & appetitum ad coitum incitandum, & multiplicandum, & ſemen ſpermaticum augendum, & eſt, quod magis habetur in vſu, & præparatum reperitur. Notandum, quod ambæ nomen accipiunt radice herbæ, quæ vulgari nomine teſticulus vulpis appellatur: & eſt herba in noſtris partibus ſatis nota, habet radices ad ſimilitudinem teſticulorum vulpis; & in compoſitione huius electarij magna eius pars ingreditur in primo videlicet de his duobus: ſed ſecundum electarium eſt magis delectabile ad guſtum, & licet cum zuccharo componatur, & hoc poſſet ad formam veræ confectionis reduci, tamen ſub forma electarij præparatur, quia melius conſeruatur

De ſatyrione.

A propter ſuccos, & lac, quæ ibi ingrediuntur, & ſic efficacius etiam operatur: communiter in apothecis præparatum reperitur, & ſic etiam magis habetur in vſu, & pro coitu incitando. Conuenit iſtud electarium, hecticis, & conſumptis, ſi abſque febre conſiſtant, exiccationem corporis prohibendo ſua virtute humectatiua, aliquali leui infrigidatione, & fortificatione reſolutæ virtutis, multiplicatiuum eſt coitus, & hæc eſt eius principalis operatio, propter quod habetur in vſu: generando ventoſitatem in vaſis ſeminalibus, vel adiuuando virtutem digeſtiuam in eis conuerſione ſanguinis in materia ſeminis: vnde fit augmentum in ſemine, & in virilis membri erectione, vt prius dictũ eſt. Sequitur eius deſcriptio. Teſticulorum vulpis. *Teſticulus vulpis.*
Scinduntur a patre ſuo, hoc eſt a ſtipite ſuo, hæc radix dicta teſticulus vulpis eſt calidæ complexionis, B & humidæ circa ſecundum gradum, multiplicans vẽ toſitatem, & pruritum in genitalibus membris, vnde eſt cauſa erectionis virgæ, & a proprietate incitans ad libidinem etiam ſecundum omnem vſum ipſius. Terantur, & coquantur cum lacte ouino, ſcilicet dictæ radices teſticulorum vulpis: eſt enim lac frigidæ complexionis, & humidæ in primo gradu, licet humiditas ſuperet frigiditatem ipſius, & ideo conuenit hecticis, & conſumptis, diuerſificatur tamen lac ſm diuerſitatẽ ſpecierum animaliũ, a quibus emulgetur, non tamen, quod exeat extra latitudinem dictæ complexionis, niſi extra vbera diu moram contrahat, & inde acetoſitatem acquirat, ex quo efficitur frigidius cum ſiccitate aliquali. Lac enim muliebre ſiue humanum eſt medium inter omnia genera lactis, plus appropinquans temperamento complexionis, & poſt ipſum immediate ſequitur lac caprinum; lac autem ouinum, & vaccinum de frigiditate, & aquoſitate minus participant. Sed aſininum lac frigidius eſt, & humidius omni alio lacte: & ideo non ita conforme ponitur humanæ naturæ. Et poteſt faciliter ſeparari omne lac in tres ſubſtãtias complexionum diuerſarum. *Tres lactis ſubſtantiæ diuerſarum ſunt complexionum.*
Eſt enim in eo pars caſealis, quæ eſt frigidæ complexionis, & ſiccæ, & eſt pars butyroſa, quæ eſt temperatæ complexionis attingens circa primum gradum caliditatis, & ad primum attingens humiditatis: eſt vltima pars ſeroſa, quæ eſt frigidæ complexionis, & humidæ licet Meſ. ipſam ponat calidæ complexionis, propter virtutem ſolutiuam, quæ eſt in ea, Galen. autem iiij. de ſimplici medicina diſt. 3. capit. vlt. ponit hanc ſcilicet ſeroſam partem eſſe frigidæ complexionis expreſſe. Sed illorum concordia faciliter habetur: nam Meſ. ſolum conſiderauit quaſdam partes ipſius aquoſitatis nitroſas, & ſalſas, quibus mediantibus virtutẽ habet aliqualiter ſolutiuam, & ſanguinis purificatiuam, & illæ ſunt calidæ. Galenus autem alias partes conſiderauit aquoſas, quæ ſunt manifeſte alterantes ad frigidum, quæ ſunt multo plures partibus prædictis nitroſis, & ſalſis, vnde tota eius complexio reſultans ex dictis, frigida, & humida prædominatur in ipſa ſeroſitate iam dicta: tollitur autem illa nitroſitas, ſi de nocte teneatur ad aerem. Olei amygdalini dul- *Amigdala.*
cis. Amygdalę dulces, calidę ſunt complexionis verſus primum gradum, ſed amarę ſunt calidioris complexionis, tranſeuntes primum gradum ſiccitatis, & ſic olea quę fiunt ex his, appropinquant complexionibus earum in caliditate, & humiditate in dulcibus, & caliditate, & ſiccitate in amaris.

Cuiuslibet lactis cõpoſitio.

Suc-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0207-4 DFG

Buglossa. Succi buglossę, ideſt linguę bouis, herba eſt nota, quæ lingua bouina vulgariter dicitur, & eſt calidæ complexionis verſus primum gradum, & in humiditate appropinquans verſus gradum ſecundum, & eſt medicina cordialis conferens aſperitati gutturis, & cannæ pulmonis.

Poma. Succi pomorum dulcium, hæc poma, vt appiola, & ſimilia, ſunt multum cordialia, frigidæ complexionis verſus primum gradum, & humidæ circa ſecundum.

De zucch. Zucchari boni albi, quod alio nomine mel cannæ vocatur, ipſum eſt calidæ complexionis verſus primum gradum, humidæ etiam in eodem, dum eſt recens: & dum antiquatur, gradum primum ſiccitatis acquirit, & eius humiditas exiccatur: vnde per ſe ipſum aſſumptũ in ſtomachis calidis, & cholericis, ac febre acuta febrientibus conuertitur in choleram, & maxime, quando cum vino lauatur, vt ipſum præparari faciunt medici ignorantes. Cinnamomi ſubtilis, & electi, de ipſo dictum eſt in diamuſco. Behen albi, & rubei, dictum eſt in diamuſco: Croci,

De ſandalo. dictum ibidem. Sãdali citrini, ſunt tres ſpecies ſandalorum, alborum, rubeorum, & citrinorum, aſportantur de partibus Indiæ. Et ſunt ligna cuiuſdam arboris, quæ in quodam flumine capiuntur cum ex multitudine aquæ ſuperfluę augentur, & creſcunt. & quęlibet ſandalorum ſpecies de prædictis eſt frigidæ complexionis in ſecundo, ſiccæ in primo; tamen ſecundũ Gal. frigiditas ſandalorum rubeorum eſt maior, quã alborum, & citrinorum: & ſic in omnibus operationibus magis collaudantur, ſunt enim medicina cordialis, & aromatica, conueniens ſuperfluæ calefactioni cordis, & ipſius debilitati, & reſolutioni, ideo ipſis multum vtimur in epithematibus cordis, & ma

Quid ſit aureus. xime citrinis, & rubeis. Doſis huius electarij eſt vſque ad quatuor aureos. Et hic nota, quod aureus eſt aliquantulum pluſquam drach. ſicut florenus nouus eſt maioris ponderis, quam florenus antiquus ſæpiſſime numeratus, qui floreni ponuntur in ſigillo. Vlterius eſt notandum, quod cum quærimus humectationem in corporibus exiccatis, debemus iſtud electariũ exhibere de mane in doſi prædicta, cum conditionibus obſeruatis abſque alia conditione ſuperius antedictis, & quandoque cum pulpa caponis, quandoque cum carne teſtudinis, vt ſuperius dictum eſt. Cum autem quærimus augmentum in coitu, & virilis membri erectionem, ipſum exhibere debemus veſpere ante cœnam, & cum modico vini ſubtilis, & odoriferi: prædicti autem electarij ſimul compoſiti, & fermentati complexio quæ reſultat, eſt temperata inter calidum, & frigidum, humida tamen, ad ſecundum gradum attingens.

De modo exhibendi præſens electuarium.

SYLV. HOc inter electaria confectionem de teſticulis vulpis appellabat Meſues: Rarum vſu eſt: nec ſalubre hecticis, aut alia febre laborantibus, niſi aromata tollas: quæ conditio præcedenti etiam addi poſſunt ad venerem plenius augendam. Venerem vero, quæ excitant, humida ſunt ad ſecundum ordinem, calida temperata, & flatulenta. Vult autem Meſues eam radicem ſumi, quæ ſuperior eſt, ac plenior, non eam, quæ flaccida eſt, & vetuſtior, alterius ceu parens. Quantum autem vtriuſque vires differant, leges in Dioſcoridis cynoſorchi: ad renutriendum autem, datur vnc. ſemiſſe mane horis duabus, aut tribus ante cibum: ad venerem vero, dormituris, aut etiam ante cœnam.

Gal. lib. 7. ſimpl.

COST. SATYRIONVM. *Satyrio duplicem radicem non aſcribit Dioſc. ſed orchi; ſunt vero affines hæ plantæ, quare Arabum interpretes pro orchi vſurpant. orchin autem Serapionis interpres canis teſticulum: ſatyrium vero vulpis teſticulum vocat. Hic aſſumendus orchis duas habens radices canis teſtium æmulas. Vt autem in animalibus iunioribus teſtes ſolidiores, & ſucci magis pleni quam in antiquis, ita in his antiquior radix eſt rugoſa, iunior autem ſolida, & ſucco plena. reiicit ergo patrem, ideſt antiquam, & recentem deligit Meſue. Hanc autem in ouillo lacte dulci, quum decoqui iubet, acidum lac cauet. Dioſcor. autem ex quo hæc deſumi videntur, Theſſalas mulieres in caprino eam bibere affirmat ad ſtimulandos coitus. Et eſt ſanè caprinum lac, ventriculo aptius, ouillum tamen pinguius, ac flatus magis excitans, cuius rei gratia a Meſue hic puto prętermiſſo caprino fuiſſe delectum. Venerem enim, in cuius vſum hęc paratur antidotus, flatus præſertim excitant. Porro quod ſubdit ſuper addendum ſyrupum ex ſucco buglоſſi cocto, & deſpumato, quo pacto deſpumandi ſint ſucci, & ſyrupi ſuo loco.*

MESVE.

DIASATYRION alterum ſemen auget, ac promouet, veneremque arrecto valenter pudendo cõcitat. Accipit autem lib. j. † radicum eryngij in aqua cicerum ſecunda coctorum, quæ cum radicum ſatyrij plenarum, & recentium vnc. viij. radicis † raphani domeſtici vnc. iij. radicis dracontij vnc. ij. terantur, & adiectis olei ſeſamini, & butyri † vaccini, ana vnc. iiij. exacte igni lento coquantur, lactis vaccini, vel ouini quantitate ſuffi cienti ad iuſtam craſſitiem, tunc adde mellis deſpumati † lib. ſex, ſucci cœpæ libram vnam, & ſe miſſem, perfecte coctum vbi erit, ab igne depoſito adde hunc puluerem, ſcinci caudarum, & lumborum drach. viij. ſeminis erucæ, naſturtij, paſtinacæ, napi, aſparagi, zingiberis, † cinnamomi, piperis longi, † linguæ auis, ana drachm. iiij. cum prædictis miſce. Poſtremo adde ſtrobyllorum depellatorum libram vnam, & dimidiã, piſtaciorum depellatorum vnc. x. cerebrorum paſſerum vnc. ij. miſce omnia probe, aromatiza drach. vna moſchi boni. Datur ab vnciæ ſemiſſe ad vnciam vnam cum vino generoſo, & puro, ſed pauco.

† *Vet. ſecacul albi nõ di.*

† *Raphani abſcinat.*

† *Vaccini recentis.*

† *Libr. 5.*

† *Vet. add. ben albi & rubri.*

* *Semen eſt fraxini.*

HOc eſt efficax, & mirabilis operationis ad multiplicandum coitum, faciens virgæ erectionem, ventoſitatem generans, & pruritum in genitalibus membris. Et hæc eſt principalis eius operatio. Aſſumitur de ſero per duas horas ante cœnam cum vino calido, licet etiam conuenienter aſſumatur, & melius de ſero cum itur dormitum cum pauco vino. Eius doſis eſt vſque ad drach. vj. ſed, vt efficacius operetur debet aſſumi tribus diebus continuis hora, & modo prędictis. Et ſumatur iterato ſi expedit, ſed in vltimis ſenibus, & habentibus calidum naturale valde debile, fruſtra aſſumitur. Dicitur ergo confectio, id eſt compoſitio, quia ad formam electarij reducitur. Recipe ſecacul. j. eryngij, & eſt radix calcadrappe, ſupra quã oritur fungus, qui dicitur caldarella, & eſt calidæ cõplexionis in primo, ad ſecundum gradum in humiditate

CHR.

Eryngium.

tate aſcendens. Iſtæ radices per ſe ſolæ aſſumptæ propter ipſarum dulcedinem, & etiam conditæ cum mel le ſunt multum delectabiles, efficaciter operantes ad coitum incitandum. Et ſic a multis habentur in vſu, & multo fortius operãtur, ſi cum aromatibus quibuſ dã cõdiãtur, ſicut cõiter fit, & præparant cortices aromatarij, habent tamen prædictæ radices alias operationes efficere. Elixant in aqua cicerum, quorum ejecta fuit prima aqua. De ciceribus, quædam ſunt alba, quædam rubea, & quædam nigra, & ſunt calidæ complexionis, & ſiccæ in primo gradu, licet nigra, & rubea ſint calidiora alijs, & ſilueſtria calidiora domeſticis. Cicera vero recentia dum ſunt in folliculo ſuo ad maturitatem attingentia, non in gradu ſiccitatis alicuius, ſed humiditatis ab auctoribus reponuntur. Debent tamen prædicta cicera multum decoqui, vt talis humiditas ſit multum ventoſa, & inflatiua, & cũ hoc portatiua aliarum medicinarum ad genitalia membra. Nam quando parum decoquuntur, ipſa eſt abſterſiua prohibens inflationem, & ventoſitatem generari. Aqua ſimplex eſt frigidæ, & humidæ complexionis in ſecundo gradu. Teſticulorum vulpis, dictum eſt in præcedenti electario. Radix raphani eſt calidæ complexionis in ſecundo, humidæ in primo, ſed eius ſemen eſt calidæ complexionis in ſecundo, ſiccæ in ſecundo, & eſt radix multum nota, prouocatiua vomitus. Luſplani, ideſt ſerpentariæ, vel draconteæ, & eſt herba nota, calidæ, & ſiccæ complexionis verſus tertium gradum. Olei ſeſami ideſt de granis ſeſami, arbor eſt cuius ſemen eſt calidæ complexionis in primo, & humidæ in primo ſimiliter gradu, licet eius humiditas ſuperet eius caliditatem. Butyri vaccini recentis, eſt calidæ complexionis, ſeu temperatæ, humidæ tamen in primo gradu. Succi cæpæ humidæ, ideſt recentis, & ſunt calidæ complexionis, & humidæ in ſecundo gradu, multiplicatiuæ ventoſitatis in genitalibus membris, & ad coitum faciunt, Caudarum ſcinci cum renibus, & ſumine. Scincus eſt quoddam animal ſimile lacertæ, degens in ripis aquarum iuxta flumen *Nili*, & eſt calidæ complexionis, & humidæ in primo gradu, habet autem uſus ipſius proprietatem mirabilem ad coitum incitandum, ideo Saraceni multum vtuntur ipſo. Seminis erucæ, eſt calidæ complexionis, & humidæ in ſecundo, dum eſt recens, in ſicco autem ſemine eſt ſiccitas verſus primum. Linguæ auis, ideſt ſeminis, & eſt ſemen *diliagreſis*, quod eſt calidæ complexionis, & humidæ in ſecundo gradu licet humiditas ſuperet caliditatem. Bauciæ. i. paſtinacæ, & aſſumitur ſemen ipſorum, quod eſt calidæ complexionis, & humidæ in ſecundo gradu, licet humiditas ſuperet caliditatem. Aſparagi ſupple ſeminis, & eſt calidę complexionis verſus primum gradũ, ſiccæ tamen in ipſo. Pinearum mundatarum. ſunt etiam calidæ complexionis in primo gradu. Faſticorũ mundatorum, ſunt etiam calidæ complexionis in primo gradu. Cerebrorum paſſerum, licet communiter omne cerebrum per comparationem ad alia membra reponatur in complexione frigidum, & humidum: tamen cerebrum paſſerum eſt calidæ complexionis in primo, in humiditate vincens caliditatem primi gradus, animal eſt calidiſſimum, ideo non mirum ſi eius cerebrum eſt calidum. Doſis eius eſt vſque ad drach. vj. cum bono vino odorifero, & ſubtili. Vinum antiquum eſt calidæ complexionis in primo, & humidæ in illo diuerſificatur autem complexio vini caliditate, & ſiccitate propter diuerſitatem vinorum, & antiquitatem, vel nouitatem ipſorum, & diuerſitatem patriæ, in qua naſcuntur.

Tres ciceris ſpecies.

Biſamus.

Scincus.

Vinorum cõplexionem variantia.

ADDITIO.

Nicolaus habet aliam deſcriptionem diaſatyrionis, quam ſecundum plurimum diſpenſant aromatarij Galliæ. In præſenti electario ingreditur ſecacul, de qua radice qualis ſit, diuerſæ ſunt opin. doctorum. Nam præſens commentator dicit, quod ſecacul eſt eryngium, contra quam opinionem eſt Lumen aromatariorum, & Luminare maius, & alij moderni, qui dicunt, quod ſecacul eſt ſigillum S. Mariæ: & quod non ſit eryngium probant per Serap. qui diuerſa facit capitula in ſuis ſimplicibus de ſecacul, & eryngio. Serap. & Aui. in proprijs antidotarijs de conditis dicunt, quod ſecacul ſunt radices ſicut zingiber, & aſportantur ex India: & ſit ex eis ingiba, ideſt conditum, cum eſt recens in loco ſuo, & eſt ſublime valde, & dicunt vltra: apud nos vero ſit ſecundum hunc modum, Madefit in primis in aqua calida, donec mollificatur, &c. per quæ verba ſatis intelligere poſſumus, & carent illis, & quòd ſolum reperiuntur in India, quemadmodum zingiber, & myrobalani, & ſic de alijs. Similiter credo, quòd in iſtis partibus non reperiuntur, ſed loco earum accipiunt communiter moderni ſigillum Sãctę Mariæ, & non eryngia cum ſint frigidi, tamen Arnaldus de Villa noua in tabulis, quæ medicum informant, cum ignoratur ęgritudo, exponit, quod ſunt radices, quas prouinciales girolas vocant, & galli Excreuiſſem: quas potius acciperem quam ſigillum S. Marię. ſecundum rei veritatem ſecacul caremus.

HAEc eſt, quæ in communem vſum parata inueniMAN.
tur. SECACVL.) Non eſt Eryngion, vt multi putant. ſed eſt radix, quam geniculum vulgo vocant, a multitudine geniculorum: herbam vero eius fraxinellam, quoniam fraxini folio conſtat, ego puto eſſe quam Polygonatum vocant Dioſ. TESTICVLI vulpis,) Orchys ſcilicet. RADIX raphani.) Domeſtici potius, quam ſylueſtris. Luſplani.) Dracõtiũ maius, videtur ad hoc aptius. LINGVA auis.) non vna lingua loquũtur Arabes: Serap. enim linguam paſſerum, auium videlicet ſalaciſſimarũ in hunc vſum adhibet. Auicenna medullis adnumerat. Recentiores rem quandam in fraxino reperiunt.

MISTA hæc conditura, quæ promittit, potenter præſtat: namSYLV.
calidis, humidis, flatuoſis ferè conſtat, qualia maximè ſunt idonea Galeno lib. 5. ſimplicium, ad ſemen nõ ſolum augendum, ſed etiam promouendum. Cicerum autem decoctum ſecundum miſcetur, quod flatu iuuet, & cum vretica ſint cætera, ducunt ad partes genitiuas. Pro ſucco autem cæpæ, mallem miſcere ſuccum bulborum, qui flatulenti ſunt, & venerem excitant Gal. lib. 6. ſimplicium: quod & Martialis innuit hoc diſticho.

Cum ſit anus coniunx, cum ſint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quam ſatur eſſe potes.

Vel radices ſolæ ex aqua, aut lacte coctæ, melle deinde condiuntur: radices enim primo melle ſi percoquantur, mel coctione tam longa vreretur.

SECACVL. *Secacul, vt ex Serapione, & ex Meſue*COST.
noſtro, vbi de conditis agit, planta eſt ex Indis allata, cuius folia, piſi, flores, colore violæ, ſed maiores, vere, & ſingulo menſe prodeuntes: radix pollicis craſſitudine, indicis autem longitudine: ſimilis zingiberi: foris cineritia, intus neruoſum habens ſubſtantiam, quam matricem vocant, qua detracta caua remanet, vt harũdo: primo ordine calida, & humida. Hæc ſecacul eſt deſcriptio, quã ſi perpendas, non põt eryngiũ eſſe ſecacul,

quod folia pisi non habet nec flores violæ, radices vero ei pollice crassiores, cubitales, adde, & secundo ordine siccæ, vt idem met. Serap. diuersum de eryngio caput alibi facit. Neq; etiam cum polygonato conuenit (quod Manar. putat) folio, flore, aut radice, folium huic laurinum, flos albus, radix dodrantalis, nulla intus matrice. Neq; etiam cum maritimo crithmo, quod recentiores, quum neque folia pisi, neque flores purpurei: radix aũt cubito etiã longior, a zingibere longe diuersa. Incognitũ ergo nobis est secacul Mesue, & Serapionis. Eius loco pastinacam, quam bauciam vocant vsurpare licet, quamuis in eadem antidoto eandem quoque exposcat.

In aqua cicerum. Abijciendam aquam præcipit, in qua cicerem primum incoxeris, quod scilicet, vt puto salsuginosi nonnihil habet eius superficies, cuius gratia renes, & vterum expurgat, & interdum aluum subducit. Parat, & Paulus ex cicere medicamenta ad impotentiam Veneris lib. 3. sed discrepant, quales deligendi sint, albi, rubri, an nigri. Vsus probauit rubros, alijs tamen albi magis placent. Parum autem intereße nos arbitramur vtros hic delegeris, sint in eodem sapore omnes, & ob id viribus ferme ijsdem. Rubri tamen videntur magis alere, cuius rei gratia, vt copiosius semen gignant verisimile est, sed, & flatus excitare hi videntur plures, quod concoctu difficiliores. Parum tamen referre arbitror vtros delegeris. Aiunt nonnulli si album cicerem aquæ calidæ infundas per noctem, & eam iciimo homini propines, lentiginem facere. Sed his reclamare videtur ratio, quando quicquid virium in aquã migrat ex ciceris superficie migrat, quæ salsuginosa est, quod autem in cicere Veneri ferre suppetias potest, ipsa est caro, quæ alit, & flatus parit, fortasse ergo, si modo his experientia astipulatur, non ciceri, sed aquæ flatus multos excitanti acceptum id est referendum, quod aiunt.

Cap. 18.

Testiculorum vulpis. Testiculum vulpis interpres Serapionis satyrium vertit, orchyn vero testiculum canis, quare hic opportunum essct satyrion contra quam Manard. sentiat, sed quia satyrio caremus, assumendus orchys.

Radicis Raphani. Errant, qui radicem illam acrẽ herbæ Vngaricæ antiquis ignotæ, sumunt pro raphano, neque aliud quam vulgare raphanum, seu album, ac domesticum seu nigrum, ac sylueßre est hic opportunum. Hoc quorundam opinione ad excitandum Veneris desiderium ob id valet, quod semen augeat, nobis præstare id videtur potius ob flatus, & illos acriores, quos gignit, quod & cepa, quam hic itidem exposcit succosam, id enim intelligit per humidam cepam. Neque pro hac vt bulbus assumeretur renuo: placet enim ea opinio, sed ignotum adhuc bulbũ video, neque ascalonia cepa bulbus esse potest, vt quidam opinantur, si Theophrasto hærendum, qui libr. 7. de ascalonijs, & bulbis seorsum agit.

Ca. 12. & 13

Caudarum scinci. Si scincus terrestris est crocodilus, vt ait Dioscor. scinco legitimo caremus, qui enim ex Alexandria Aegypti Venetias feruntur, aquatici sunt ex Nilo, crocodilo certe facie non dissimiles, sed magnitudine longe impares, vix enim crassitudinem pollicis, & dodrantalem longitudinem æquant. Plinius ergo in Nilo hos nasci affirmans lib. 8 c. 5. & esse contra venena, atque ad inflammandam venerem virorum præcipuum antidotum scribens, propius ad veritatem accedit, quam Dioscorid. terrestrem crocodilum ipsum vocans. Nempe, crocodili duo genera visuntur in Aegypto; maximus ancipitis uitæ animal, duodeuiginti interdum cubita longitudine excedens, vt Plin. ait, homini infestissimus: alter fere cubitalis, innoxius, per vias passim oberrans lacerti in modum, nunquam autem in aquis visus, præter hos duos, quos Venetijs frequenter vidimus, & tractauimus, alium terrestrem esse crocodilum non constat, solus scincus supereßt crocodili facie (vt aiunt,) in Nilo nascens, quod testatur Plinius, & mercatores, qui Venetias ipsum conuehunt, hic autem, vt puto verus est scincus, et falso terrestris dicitur, quod innuere uisus est Plinius lib. 28. a quibusdam vocatum esse dicens crocodilum terrestrem. Sane autem quæ scinci pars in vsum recipienda, dissentiunt scriptores. Plinius rostrum, & pedes vino albo epotos Veneris cupiditates accendere literis tradidit, & laterum carnes ad id esse efficaciores, atque adeo rostrum pedes, & latera in vsum. Dioscorides carnes, quæ renes amplectuntur ad idem probat: quod, & Gal. de med. simpl. facult. & Paulus lib. 7. & alij fere omnes. Mesue vero noster caudas, renes, & vmbilici sumen vsurpat, sumen autem, aut pingue est, quod ad vmbilicum: aut ipse venter totus: ea enim voce, qui ex Arabico sint interpretati, etiam ventrem appellarunt. Auicenna primo eius fal. secundo loco carnem, tertio carnem suminis, idest vẽtris, quarto, quæ circa renes, ac maxime omnium eorum adipem probat. Quo fit, vt res sit varia. Nobis tamen quãvim, qua scincus Venerem excitat etiam à totius substãtiæ proprietate perpendimus, totũ animal ad id opportunum videtur. Tutius tamen putamus, si, quod plerique consentiunt, caro, quæ ad latera, ac renes, abiectis cæteris assumatur, neque autem audacter vsurpandum hoc est animal, quando referente Plinio, Sextus medicus plusquam drachmæ pondere epotum in vini hemina perniciem afferre tradidit.

Fortasse. Ii eet scincus in Nilo nascantur, viuere tamen etiam extra aquam solet nos .n. ipsi, q hæc scripsimus, quatermos

scincos apud Albertum Mantineild Venetijs diutius vixisse in fabulo obseruauim⁹. Cap. 8.

Erucę. Eruca duplex, latifolia, & angustifolia, hanc sylueßrem nuncupasse videtur Dioscor. quum de eryßimo agens ipsi sylueßtris erucæ folia tribuit. Colitur hæc in hortis passim, & in incultis etiam sponte copiose oritur, & ad Veneris vsum vtriusque semen sumi potest.

Linguę auis. Linguam auis nihil esse aliud quam fraxini semen, confirmatur ex Serapionis præsertim historia. Commẽdatur hoc Arabum multorum testimonio recitante Serap. ad Venerem, & augendum semen. Quare quamuis Serapio interdum passerum salacium auicularum linguam salaces reddere testetur; solet tamen fraxini semen propria quadam nuncupatione lingua auis vocari, atque id hoc loco puto vsurpandum, non passerũ linguam: quã si vellet Mesue mentionem de passerum cerebro hic faciens, distincte, vt puto, explicasset.

MESVE.

Cæsalp. de galanga.

ELECTARIVM diagalanga, ventriculi, & hepatis intemperiem frigidam sanat: ob id decoctionem iuuat, ructus acidos compescit: & flatus crassos potenter dissipat, atque ab eis natas inflationes: oris halitum commendat, ac gigni prohibet. Accipit autem galangę, ligni aloes, ana drac. vj. caryophyll. macis, ligustici, ana drach. ij. zingiberis, macropiperis, piperis albi cinnamomi, calami aromatici, ana drach. vnam, & semiss. calaminthes

laminthes ſiccæ, mentæ ſiccæ, cardamomi, ſemi. apij, fœniculi, carui, ana drachmam vnam, ſacchari albi vnc. decem, mellis deſpumati, q. ſ. Datur a drach. duabus ad aueroes duos.

CHR. HAEc eſt confectio. i. compoſitio magnæ efficaciæ contra materias phlegmaticas in ſtomacho contentas, & in alijs membris nutritiuis: ventoſitates craſſas reſoluit, digeſtionem confortat, calidum naturale viuificando: & eructationes acetoſas conſumit: & oris odorem bonũ efficit: & doſis eius eſt de mane ieiunio ſtomacho, vſque ad drach. iij. cum modico vino odorifero, ac etiam ſine ipſo: debet aſſumi per duas horas ad minus ante cibum.

Galanga. Et hic notandum, quod ſolum radix galangæ de mane maſticata, & in ore retenta, humiditatem ſalialem, & catharralem ſumme deſiccat, cerebrum con B fortat, calidum naturale viuificat, & omnem fętorem oris prohibet, & obtundit: ideo vſus eius ſolius multum confert in regionibus frigidis tempore hyemis, iuuat etiam diminutam digeſtionem in hepate, radix eſt herbæ calidæ complexionis, & ſiccæ in tertio gradu. Calamenti ſicci, quia ſiccum eſt ſiccioris complexionis, quam recens. Reperitur autem calamentum montanum, & calamentum fluuiale, vtrunque eſt calidæ complexionis in tertio gradu, ſiccæ verſus ſecundum; ſed montanum eſt calidius, & ſiccius fluuiali. Eſt autem alia ſpecies calamenti, quæ nepita vocatur, habens folia minora, quàm calamentum: & eſt eiuſdem complexionis cum calamento predicto, & maxime cum montano. Mirabilem habet operationem calamentum contuſum, & emplaſtrum ad ſedandum dolorem iſchiaticum præmiſſis euacuationibus neceſſarijs, & verſus declinationem ipſius: ſuccus C eius interficit lumbricos, & vermes qualitercunque
Menta. adminiſtretur. Mentæ ſiccæ, intellige de menta domeſtica, quæ conceditur, quæ non tranſit ſecundum gradum caliditatis, & eſt ſiccæ complexionis in primo, quando non eſt recens: ideo dixit ſiccæ, quia recens in humiditate ſuperfluit. Heyl. i. cardamomum, vel ſpecies eius, & ſic reuera eſt. Alij dicunt, quod eſt quoddam aliud granum, quod eſt ſimile meleghetæ, aromaticum, eſt calidæ complexionis in ſecundo gradu, & ſiccæ verſus prædictum gradum: portatur etiã
Apium. de partibus Indiæ. Seminis apij, herba eſt nota in partibus noſtris, & eſt domeſticum, & ſylueſtre, domeſticum autem eſt magis in vſu, licet ſylueſtre ſit potentius habens in ſe plures ſpecies, vt ponit Serap. in ſuis de ſimplicibus, maior eſt virtus in ſemine, quam in folijs, ſtipite, vel radice, & ſic vt plurimum, & D generaliter in ſemine cuiuslibet herbæ maior eſt virtus: & eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in tertio gradu: Fœniculi ſcilicet ſeminis, & eſt domeſticum, & ſylueſtre, quod eſt magis acutum, & eſt illud, quod ponitur in medicinis complexionis calidæ in tertio,
Fœniculũ. ſiccæ in primo. Fœniculus autem domeſticus, qui communiter comeditur, recens, & ſiccus eſt minoris caliditatis, & ſiccitatis, immo eſt cum dulcedine quadam: ſylueſtris autem cum acuitate, & mordicatione. Aniſi, ſcilicet ſeminis, quod eſt notum, & eſt calidæ complexionis, & ſiccæ in tertio gradu. Calami aromatici, naſcitur in India, & eſt calidæ complexionis in principio ſecundi gradus ſiccæ in fine ſecundi. Zucchari tabarzet, ideſt albi ſecundum, quod in cannis A naſcitur in quadam contrata in partibus Damaſci, Babilonię, & Indiæ: & ideo, quod hic in partibus noſtris de nouo conficitur, licet ſit albiſſimum; tamen non eſt bonum, neque conueniens, & de compoſitione eius eſt dictum eſt ſuperius: & eſt calidæ complexionis ad primum gradum attingens, humidæ verſus principium dum eſt recens; ſed dum antiquatur ita, quod tranſeat annum, gradum ſiccitatis acquirit reſoluta humiditae ipſius: nominant etiam ipſum quidam mel cannæ, quia in cannulis naſcitur, quæ ſimilitudinem habent cum cannulis, quæ ſaginam producunt: & naſcitur etiam zuccharum in partibus Apulię: ſed in bonitate alijs non adhęret. Damaſcenum autem eſt longe melius alijs, notandum, quod zuccharum eſt prohibendum febrientibus, & in corporibus multum calidis, quia de facili inflammat. Mellis deB ſpumati quantum ſufficit, & de ipſo dictum eſt in Diamuſco.

LAudo hanc, communiter enim paratur. Cauendum MANA.
tamen puto in æſtate, & in valde bilioſa temperatura. CALAMVS aromaticus.) Ad nos hoc tempore, vt ſupra etiam dixi, non defertur, ſed eius loco radix quædam venditur, quam non credo zius cannæ eſſe, nec ex India adferri, ſiquidem, & recens multum aliquando videtur, & exiguo nimis venditur. MELLIS.) Nunc cum ſolo ſaccharo conficitur, magnaque vi inflationem pellit.

NVNC ferè cum ſolo ſaccaro componitur, aut ficca ſeruatur, SYLV.
per ſe; aut cum vino decoctionis galangæ horis duabus ante cibum datur: inflationemque potenter depellit. Vitanda æſtate, & calidis naturis, ac morbis. Etiam radix ſola hyeme in regione frigida commanſa idem præſtabit.

GALANGAM *duplicem habemus craſſiorem, ac tenuiorem. Iunci ſpecies videtur ſi appendices ſpectentur, quæ cum vtraque ſint frequentiſſime. Legitimã* COST.
C *autem vtranque eſſe, quæ circumfertur, collata Serapionis, & Auic. hiſtoria patefacit, & eandem non eſſe acorum vtrique ij perſuadent de acoro, & galanga diuerſis tractantes locis. Quo fit, vt de diſcordia, quæ inter recentiores eſt maxima a nobis præterea non ſit laborandum.* Carui. *Carum Gal. in tertio calfacientium, et exiccantium ordine ponit, ex quo carotarum ſemen carum non eſſe demonſtratur, quod nulla acrimonia præditum vix primo ordine calfacere poſſe videtur. Nobis carotæ been Arabum potius videntur, verum autem carum quod vulgo carui nomine vſurpatur.*

Calami aromatici. *Miræ, & de hoc diſcrepãt recentiores. Vulgatum ego carmum acori radicem puto cũ doctiſſimo Manar. vſurpari tamẽ etiam poſſe pro calamo.*

MESVE.

D

DIARHODON commune, venntriculum, & hepar roborat, coctionẽ ob id iuuat, & dolorem horum a calenti, & acri, ac mordente bile mitigat. Accipit roſarum rub. al.
drach. † xxx. trochiſcorum dia- † drach. xx.
rhodon, trochiſco, ex ſpodio, glycyrrhizæ, ana vnc. ſ. † caryophyllorum, trium ſantalo- † cinnam.
rum, galliæ moſchatæ, ana drachm. iij. ſpodij, croci, maſtiches, † ligni aloes, ana drach. ij. aſari, † berkareth.
ſpicæ nardi indicæ, macis cardamomi, ſemi portulacæ, lactucæ, † ſereos, ſcariolæ, cucumeris, † Non eſt in vulgata nomen.
cucurbitæ, melonis citrulli, margaritarum alb. ozymi, caryophyll. raſuræ eboris, tracaganthi,

gummi Arab. ana drac.j. camphuræ † drac. j. & ℈ ℈ ℈. ℈ ℈. semiſſ.moſci ſcrup.dimid.excipe ſyr. roſato, † & aqua roſarum,datur ad vnc.dimid.

CHR. DIARHODON ponuntur duæ deſcriptiones, vna ponitur a Nicolao in ſuo antidotario, quam vocant diarhodon Abbatis, altera ſecundum præſentē deſcriptionem Meſ. quam magiſt. Thomas de Garbo ſuauis practicæ declarator præparari faciebat,aſſerens, quod idem faciebat Gentilis de Fulgineo magiſter ſuus,& hæ duæ deſcriptiones virtualiter in operationibus ſuis,quaſi in idem redeunt: quia in componentibus modicum variantur, & mihi etiam hæc deſcript. Meſue plus placet, & licet ad formam ſolidæ confectionis poſſit reduci,quia cum zuccharo præparatur; tamen in forma electarij generaliter ab omnib. conficitur,& ſic in vſu habetur. In hoc tamen conſideretur diſplicentia multa,vel complacentia aſſumētis in forma plus confectionis quam electarij, licet maior operatio,vel efficacior,vt plurimum fiat ab electario,quam à confectione præparata. Primo propter meliorem fermentationem aromatum. quæ fit in electarijs,quæ fieri non poteſt in confectione. Secundo, quia de aromatibus plus poni debet in electario conſtruendo,quam in confectione,quæ de nouo conficitur,& ſic communiter fit. Tertio,quia melius,& facilius operatur, vel euaporat, & tranſit virtus electarij ad membra remota, quam virtus confectionis aſſumptæ,vt in paſſionibus pectoris,& cerebri ſatis eſt clarum. Et hoc verificari poteſt in omnibus confectionibus,& electarijs. Iſtud electarium eſt multum efficax ad confortandum membra debilia relaxata,ac debilitata,ex ægritudine calida,& cholerica,quæ præceſſit, & maxime nutritiua, vt hepar, & ſtomachum, cum in ipſo remanent punctiones a cholera mordicanti. Eſt inſuper oppilationum aperitiuum,malæ complexionis calidę,remotiuum,ſitis extinctiuum,ad digeſtionem iuuatiuum,& appetitus incitatiuum. Et ſic etiam confert debilitati renum,& ipſorum doloribus pungitiuis. Et doſis ipſius eſt vſque ad drach.iiij.cum diuerſis aquis deſtillatis, & ſecundum exigentiam diſpoſitionis, pro qua exhibetur: obſeruata regula de modo tempore, & hora aſſumptionis, dicta ſuperius in electario de aromatibus,quod ſcripſit Galen. Vltetius aduertendum,quod iſto electario multum vtebatur Thomas de Garbo in corporibus conualeſcentiū ab ęgritudinibus calidis, & maxime a tertianis nothis, in quibus remanſerat aliqua complexio mala calida in nutritiuis membris, cum ipſorum debilitate,& oppilatione,maxime in hepate,& renibus,& cū quærebat alterationem maiorem ad frigidum,ipſum de nouo conſtrui faciebat minuendo de aromatibus calidis, quæ ingrediuntur compoſitionem ipſius, & tunc ipſum vocabat diarhodon ſine aromatibus. Tenebat enim aromatarius ſuus aromata cuiuslibet electarij, quod penes eum erat in vſu, vnde omni hora poterat,& ſubito omne electarium conficere. Quando autem ſine aromatibus illo modo conficitur, tunc ſimilitudinem habet cum electario de triaſandalis,& ſatis conuenit cum operationibus illius.

MAN. HÆc non paratur, ſed alia cum Abbatis cognomine quam Nicolaus deſcribit. TROCHISC.) Hos inuenies inferius. Spodij.) De hoc ſcribam inferius,atque pariter de Berberis. SCARIOLA.) Species eſt (vt puto) ſonchi,minus ſpinoſa. Per citrulum ego intelligo cucumeris ſpeciem, quæ colore, & forma citrū æmulatur.

VNVM eſt Gentili de Fulgineo, & eius diſcipulo Thomæ de Garbo vſurpatum. Alterum eſt diarhodon Abbatis a Nicolao deſcriptum,alijs in vſu. Elect.molle hoc fingere potes ſolidū pro vario ſumentis palato. Sunt,qui hoc releuatis a febribus biliosis, vt tertianis nothis eſſe ſaluberrimum dicant, quia totum ventrem inferiorem, atque adeo renes ipſos roborat, obſtructa liberat,intemperiem calidam tollit,appetentiam excitat,& ſumitur cū aquis deſtillatis cichorij, eupatorij, &c. pro vario ſcopo. Si vero magis eſt refrigerandum,recens componatur,& aromata vel tollantur,vel multum minuantur,vt cum elect. trium ſantal. facultate multum conueniat: hic autem ſyrup. ſeu iulep roſatus ſit ex ſacch. clarificato in aqua infuſionis roſarum, & aqua roſata: & deinde percocto ad aquarum conſumptionem, tuncque reliqua ſunt addenda,& fiat compoſitio,vel liquida, vel in buccellis. De hoc ſyrupo ante actum eſt. Alij lib.v. aquæ roſarum fermentibus lib.ij. roſarum recentium macerant,manibus exprimunt: idem opus iterum & tertio repetunt: deinde cum ſacchari clarificati lib. iiij. aquam hanc percoquunt in ſyrupum. SYLVII.

GVMMI tragacanthi. *Quæ nunc pro gummi arabico,& tragacantha vſurpantur, non fruſtrantur medicos expectato euentu. Atque cum afferatur nunc legitimus acaciæ ſuccus Venetias: non eſt itidem aratione alienum gummi quoque ex acacia depromptum ferri,quanquam in eo etiam ambigunt. Quod autem tragacantha non liqueſcat linguæ ſubdita,vt ſcribit Dioſc. liqueſcat vero gummi arabicum;non cogit nos, vt gummi vulgatum tragacantham eſſe putemus,aut eam eſſe illegitimam, quando eadem permixto melle liqueſcit, vt velle Dioſc. videtur. Cur autem vtraque hæc gummi,& tragacātha hoc in loco ſumātur, ſi quis roget, id fieri dixerim, vt eo glutine aromata recti⁹ excipiātur.*

MESVE.

AROMATICVM roſatum, cor, ventriculum roborat, appetentiam excitat,& coctionem iuuat, nauſeam, & vomitum ſedat, viſcerum humiditatem excremen toſam abſumit. Accipit autem roſarum rubrarum † drac. vnam, & dimidiam, *al.vnc.j.ſ.* ligni aloes,macis,galangæ, caryophylli,zingiberis,trochiſcorum diarhodon, nucis moſchatæ, galliæ moſchatæ,ana †drach.ij. & s.glycyrrhizæ *al.drac.j.ſ.* raſæ † vnc.j. cinnamomi drach. iij. cardamomi, *drach. viij.* ſpicæ,nardi,ana drac.j.ſyrupi roſati, & ſyr.corticum citri quantum ſufficit. Sunt, qui aromatizant moſchi ſcrupul.dimid. Datur a drachm.iij. ad drach. v.

IN mala temperatura frigida magis hoc mihi probatur, quam ſequens;non tamen in communi vſu eſt, ſi cuti id quod ſequitur. MAN.

IN vſu non eſt, licet intemperaturas frigidas efficacius ſanet quā quod ſequitur vſu frequentiſſimum. SYLV.

ROSARVM rub. *Docendi ſunt ſæplaſiarij quo pacto roſæ exiccatæ ſint ſeruandæ,nempe tineis citiſſime eroduntur,& promptiſſime euaneſcit earū odor,& vires. Deſiccandæ ergo ſunt ad ſolem obiecto linteo,ſeu ut alij furno leniter calido,ne vrantur,& in vitrea ampho ra ponendæ, cuius os ſera ſit obturatum diligentiſſime, ſeruabūtur integro colore,odore,& uirib. plures annos.* COST.

Syrupi

Syrupi roſ. *Non explicat, vt neque in præcedenti, qualem ſyrupum roſaceum ſumas, præſtabit autem vt ex ſtillatitia aqua confectum accipias, ſed eo modo parata, vt lib. ſimpl. nos docuimus. Ita, & in præcedenti, & in ſequentibus conſulerem.*

MESVE.

Aromaticũ Roſatum deſcribit Gab.

ROSATVM Gabrielis, cerebrum, cor, ventriculum, atque adeo totum ventrem inferiorem roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, ventriculi humiditatem excrementoſam, & ab ea putredinem omnem corrigit; ob hæc reualeſcentibus, & imbecillis mire ſubuenit. Accipit vero roſarum rubrarum drach. xv. glycyrrhizæ raſæ drach.vij. ligni aloes, ſantalorum citreorum, ana drach.ij. cinnamomi drach.v. macis, caryophyllorum, ana drach.ij. & ſemiſſem, gummi Arabici, tragacanthi, ana drac. ij. & ſcrupula duo, nucis moſchatæ, cardamomi, galangæ, ana drach.j. ſpicæ nardi † drac.ij. ambræ ſcrup. duo: moſchi ſcrup.j. ſyrupi roſati, & ſyrupi corticum citri quãtum ſufficit.

† al. ſcrupt.

CHR. ISTVD eſt famoſum, & efficax, & precioſum electarium, quod generaliter eſt in vſu, & vbique preparatum reperitur ſecundum iſtam deſcriptionem, poſſet etiam ad formam confectionis reduci, cum zucchаro conſtruendo, & aqua roſata, ſicut in forma electarij hic deſcribitur, quod conſtruatur cum iuleb roſato: & vtroque modo hac deſcriptione vtimur, licet in forma electarij fortius operetur propter cauſas ſuperius aſſignatas in diarhodon prædicto. Valet principaliter iſtud electarium contra debilitatem virtutis digeſtiuæ ſtomachi, & eius defectionem, omnia membra nutritiua confortat, illa vigorando, & confortando in operationibus ſuis. Eſt inſuper optimũ medicamen, & expertum contra ſuperfluam mollificationẽ ſtomachi, exiccando humiditates corruptas, & putridas contentas in eo, & eſt confortatiuum virtutum cordis, & cerebri, excitat appetitum ſopitum, & maxime in conualeſcentibus, talia corpora ſubleuando, & ad veram ſanitatem reducendo: & eſt ſatis temperatæ complexionis, licet caliditas, & ſiccitas prædominetur in eo, & doſis ipſius eſt a drach.ij. vſque ad tres obſeruato ſemper canone, & notabili ſuperius poſito in primo electario de aromatibus, de tempore, & hora aſſumptionis cuiuslibet electarij non ſolutiui, & ideo ibi eſt recurrendum. Si quis autem vellet iſtud electarium cum melle componere, & non cum zuccharo, poſſet: & tunc eſſet maioris calefactionis, & abſterſionis, ſed cum ipſo non componitur, nec habetur in vſu.

MAN. PARVM calidum, ideoque ſecurius in temperatura, & hora calida dari poteſt, quam præcedens. SYRVPI roſati.) Paratur, & abſque his ſolidiori forma, cum ſolo ſaccharo, ſimulque, & delectat, & iuuat.

SYLV. OMNES nutritorias partes, cor, cerebrum roborat, ventriculi totius ſtomachi, & imbecillitatem ab humiditate multa, ab ea putredinem corrigit, appetentiam excitat, coctionem iuuat, conualeſcentibus, & debilibus mire ſubuenit. Idem prope polleat apud eundem Meſuem deſcripta, aromaticum minus, ſtoma-

A chicum roſatum, aromaticum moſchatum, aromaticum caryophyllatum, aromaticum cardinum, & aromaticum Galeno a Meſue adſcriptum. In vſu eſt frequentiſſimo, parum calet aere calido, & temperatura calida, tutius eſt prædicto, ſed fere cum ſaccharo in aqua roſarum ſoluto, forma ſolida coquitur, ſicq; magis calet, ac ſiccat: delectat tamen, ac iuuat. Melle autem exceptum terget quidem magis, ſed etiam fit calidus.

SANDALORVM. *mazahari.) Citrinos intelligit, odoratiores, qui vbi aliud ſpeciatim author non præceperit, ſumendi ſemper, quum ſandalorum fit mentio.* COST.

MESVE.

B ROSATVM minus, cor, & ventriculum roborat, & eorum flatus, & ab his inflationes diſſipat: recipit enim roſarum rubrarũ drach. x. ligni aloes, ſantalorum citreorum, ana drachm. ij. cinnamomi vnc. dimid. maſtiches ſcrupula quatuor, ambræ ſcrup. duos, moſchi ſcrup. vnum, ſyrup. roſati quantum ſufficit.

HOC quoque parum calidum, præcipue ſi teneamus ſandalos tales eſſe, quales ſcribuntur. Nullibi tamen quod ſciam paratur. MAN.

MESVE.

C AROMATICVM moſchatum cerebrum, cor, ventriculum, roborat, ob id confert epilepſiæ, palpitationi cordis, & ſyncope, ſuffocationi quoque ab vtero, oris odorem commendat. Recipit ligni aloes drach. vij. † cinnamomi craſſi drach.x. ambræ drac.ij. moſchi ſcrupulos duo, ſyrupi roſati quantum ſufficit. † darſeni electi.

QVO pacto conueniat præfocationi, cum eximio ſuo odore vterum ſurſum trahat, non video, niſi exigua admodum quantitate. MAN.

DARSENI electi.) Secundum Serapionem eſt cinnamomum. Sed mirum eſt, quod hactenus dixerit, cinnamomum, nunc vtatur alio nomine. Ego potius intelligere Aſpalathum, quem Arabes vocant Darſiſahan.

D MAIVS *in hoc, quam in ſuperioribus moſchi eſt pondus, ob id moſcatum vocatur, non inutile ad eos affectus ad quos a Meſue cõmendatur, ſi Xiloaloes, cinnamomi, ambræ, moſchi, ex quibus conficitur, vires expendas. At ambigit Manar. an ad vteri præfocationem conferat, quum ſuo odore ſurſum potius trahat. At certe ſicuti fœtidis odoribus ad nares præfocatorum admotis præfocatio ſæpe curatur, ita lædi eas etiam non præfocatos a beneolẽtibus frequenter obſeruamus. Sed viri tamen doctiſſimi pace, neque ſemper beneolentia naribus admota præfocatis officiunt, neque fœtida ſemper proſunt, ſunt enim multæ quas a præfocatione reuocet moſchum ambra, atque id genus alia naribus admota, & quæ item ſuffita fœtidis rebus vtero adiuuentur, ſed generatim tamen cinnamomum, quod odore eſt ſuauiſſimo, conferre in præfocationibus commanſum ſolet, ſolent, & caryophylli, nux moſchata, aniſum, zedoaria, atq; alia eius generis, ob id forte, quod dum celerrime eorum vis in vniuerſum corpus perfertur, celeriter quoque ea præſtant, quæ merito acrimoniæ, quam habent* COST.

præstare solent, reserandi, scilicet vias flatibus, qui fre E *æmuletur vulgatus ille, & pulcherrimus flos, quem ca-*
quenter iunguntur cum præfocatione, & intemperies *ryophyllon vocant, antiquis, vt video, ignotus. (neque*
corrigendi frigidas, atque humidas calore suo, & siccitate: ferè enim præfocantur, quibus vteri humoribus frigidis scatent, & humidiori vtero sunt, ne etiam putridos, ac veluti venenatos vapores sileam, qui sæpe præfocant, quos hæc odore iucũdo temperant. Ita ergo, & hoc antidotum vteri præfocationibus conferre a ratione nõ est alienum, præsertim pauca, vt Manar. ait quantitate assumptum: secus si ad nares admoueas, allecta nempe odore iucundo vterus ad superiora potius conuertitur. Quare solent coxis moschum alligare, quæ in id genus affectuum sunt pronæ, quamuis, vt dixi, id non sit æque in omnibus perpetuum. Cæterum admiratur rursum Manard. cur Mesue cinnamomum mutata hic voce darseni nuncupet, quod hactenus cinnamomum vocauit. Et est certe vocum varietas plurimi in medica materia momenti, quæ de diuersis agi rebus iniicit suspicionem. Sed si hoc interpretis non est vitium, quod puto, colligit ex varijs scriptoribus hæc Mes. in aromatum autem delectu, imo in ipsa rerum nuncupatione, quamuis in re consentiant, differre inter se medicos, non est nouum. Quam ob rem quanquam varijs interdum vocibus vtitur latinus Mesue, probatissimum tamẽ cinnamomum semper expetere pro certo quidem habeo, id vero erit, quod odoratissimum, & acerrimum; tenue autem id sit, aut crassum non interest, quamuis alijs crassum, alijs tenue magis placeat. Quare, quod ad hunc locum pertinet, darseni voce, non, quod Syluius, crassum cinnamomum velle Mesuem puto, sed absolute cinnamomum, quanquam autem electum addit, ipso tamen non admonente, probatissimum semper est deligendum.

lum colorem in coronas expeti tum, carere odore Plin. lib. 21. testatur, noster vero odoratissimus est) memini quosdam carnosum illud corpusculum, quod senescente flore in eius floris medio veluti fructus quidam longiusculus extuberat, esse caryophyllũ contendisse, sed nostras carere odore ob cœli frigus, quum Indum sit odoratissimum. Audio etiam alios, Indi citrij florem, qui decussis foliolis remanet, hoc esse caryophyllum suspicari. Sed vana hæc esse ex Indiæ commentarijs plane constabit, ad quæ confugient studiosi, quibus huius ortus, & historia desideratur.

MESVE.

AROMATICVM caryophyllatũ, cor, ventriculum, & reliquum ventrem inferiorem roborat, nauseam, & vomitum sedat, flatus dissipat, putredinem humorũ in ventriculo arcet. Recipit caryophyllorum drach. vij. macis, zedoariæ, galangæ, santali citrei, trochiscorum diarhodon, cinnamomi, ligni aloes, spicæ nardi, piperis longi, cardamomi, ana drachm. j. rosarum vnc. dimid. glycyrhizzæ, galliæ moschatæ, ana drach. ij. foliij, cubebæ, ana script. dimid. syr. de cytro quantum sufficit. Datur a drach. iij. ad drach. v.

MANA. DIFFICILE est hoc præparare, quia caremus folio: elegans tamen esset, si bene pararetur. H

SYLV. QVIBVSDAM in vsu est, proximum viribus aromatico Gabrielis prædicto, sed eo calidius: vtẽdum vero præcipue cocta, & vacuat a putri, aut frigida ex dictis partibus materia. Quidã cũ saccharo in aqua rosarum dissoluto electarium formant solidius.

COST. CARYOPHYLLORVM. *De caryophyllo meminit Paul. lib. 7. meminisse, & Galenum Serapio testatur, a quo sumpserit Paul. sed in Galeni lib. quos nũc habemus, de his nihil. Egit Pli. lib. 12. de caryophyllo, sed*
Cap. 7. *quum esse grano piperis simile asserat grandius, ac fragiliu: si spicari licet, non esse id, de quo Arabes, & vulgatum, quod equidem neq; granum est, neq; piperis faciem habet. Sanè autem quum huius odorem, & nomen*

MESVE.

AROMATICVM Nardinum, cor, ventriculum, hepar, renes, & cætera viscera roborat, & vesicam: coctionem iuuat, ob id oris, & sudoris odorem commendat: flatus dissipat, tamen veneris appetitum excitat; respirationem facit liberiorem. Recipit autem spicæ nardi drach. ij. rosatum rubrarum † vnciam dimidiam, † cubebæ, ligni aloes, macis, caryophyllorum, cinnamomi, folij indi, anisi, corticum citri, trochiscorum diarhodon, & galliæ. Sebellinæ, ana script. iiii. strobylorum, amygdalarum excorticatarum, ana drach. quinque, gummi Arabici, tragacanthi, ana drachmas ii. moschi scriptu. dimidium, syrupi rosati, q. s.

† drach. iiij. † vulg. cod. addunt gijcarthus. drac. v.

HOc quoque videtur non bene posse parari. GALLIÆ sebellinæ.) Quære hanc inferius. MAN.

SPICAE. *Triplex est Dioscoridi Nardus, Inda, Celtica, & Montana, atqui Inda rursum alia montana est laudatissima: alia fluuialis iuxta Gangen fluuiũ proueniens, quæ, & Gangitis: alia Sampharitica ex natali loco ita nuncupata, hircus olens, omnino vilissima, neque in vsum admittenda. Montanam autem rursus Indã duum generum esse ait, Indam peculiari nomine ob id nuncupatam, quia in montis regione Indos spectante oritur, & Syriacam in regione eiusdem montis, quæ ad Syriam flectitur repertam. Hæc colligo ex Dioscoride. Est tamen etiam hic scrupulus, quod, & Syriacam Pli. lib.* Cap. 12. *duodecimo, in ipsa oriri Syria scribit, & inter Syros, ac Indos deserta Arabia, Persis, atque aliæ magnæ interce-*
H *dũt regiones, q̃ vltra quatuor mille milliaria expleant, absurdum autem videtur ex tam lõginquo loco id transferri nomen. Cæterum quod ad Plinium pertinet, etsi in Syria quoque nasci Nardum multiscius ille vir scribit, non is tamen Syriacam etiam nuncupari Indæ speciem negat, neque a ratione alienum est in Syria nardum nasci, quanquam id nondum exploratum est nobis. De Indæ autem illius Syriacæ nuncupatione, cum doctissimo Matthiolo potius sentirem, Syriacam eam ob id nuncupari, quod in Syrastene regione oritur, est. n. Ptolemæo teste in India mons, qui a Gange fluuio ad Syrastenem extenditur. Sed de prima Nardo satis. Celtica autem nardus Itala est, eadem Romana, & quibusdam Gallica nuncupatur, in Liguriæ alpibus, atque albi quoq; frequens, vt obseruauit Matthiolus. Tertia Nardus montana,*

COST.

tana, quæ & Thylacitis, adhuc ignota est peritioribus nostræ ætatis herbarijs. neq; deesse in Dioscoridis codice mendum videtur, vt de ea nihil certi proferre liceat. Sed subeunt etiam Nardi nomen, ac veluti genus, quę Lauendula, & Spicum uocãtur, in Italię hortis passim culta. vsurpanturq; eadem à quibusdam nardi loco. Sed quantum hæc à nardi specie absint (id quod ostensum est ab alijs) tantum errare eos cõstat, qui in nardi locum ea vsurpãt, præsertim quando in Celtica, quæ ad manus facillime est, nullus est accusationi locus, quare legitima non censeatur. Subijt etiam phumardi sylue stris nuncupationem, sed alia, & hæc stirpis est species, neque locus est, vt de ea plura afferamus. Porro nostra hac ætate, & Inda affertur, licet raro probatissima, & Celtica. sed vbi spicæ mẽtio sit, Inda præsertim, si eius optimæ sit copia, deligenda: sin minus, Celtica, quam optimam habere paruo negotio possumus, vti præstat, quàm Inda non optima. Optimæ autem Indæ, vt ex Dioscoride colligere est, notæ eæ sunt, vt sit quam maxime recens, & leuis, largam gerens comam, flauo colore, perquam odorata, ac cyperum redolens, breui spica, amaro sapore linguam siccante, & quæ diu in sua odoris gratia permaneat. Celtica vero ea optima cẽsetur, quæ maxime recens, iucundi odoris, numerosis radicibus, dẽsa, plena, nec fragilis. In hac autem deligẽda, quum cauendum admoneat Dioscorides ne aliam huic similem herbã assumamus, quæ hyrculus vocatur, graui odore, candidior, folijs breuibus, sine caule, & radice, neq; amara, neq; odorata: nũc tamẽ quid hyrculus sit ignoratur. At uero, quæ nardi pars vsurpãda, quũ alij radicẽ, alij spicam, alij caulem assumi velint, difficile est statutu. Galenus porro 1. de antidot. in Andromachi theriaca spicę nomine radicem intelligẽdam scribit, ita scilicet ob similitudinem cum spica nuncupatam. Et 6. simpl. spica silentio prætermissa radicis vires explicat. Sed contra Dioscorides ex Marcelli versione abijciendas radices censet

Cap. 4. *veluti inutiles, Et Gal. 9. de comp. med. per loc. Philonis antidotum expendens cretici nardi drachmam assumẽtis, quem falsò radicem ait dici, Philoni subscribẽs, nardi spicam verius nuncupari quam radicem, atque adeo spicam, non radicem, statuit vsurpandam. Cæterum vt paucis dicamus. Nardi partes, quæ in medicina expetuntur duæ sunt, radix, & caulis. id enim de Celtica nardo Dioscorid. monet, atqui vtrunque horum, & caulis, & radix tam spicæ simile est, vt vtrunque spica appellari possit non incommode. quin, & caulis tam profundo solo nascitur, vt non perperam radicis vox illi etiam interdum conueniat. vt enim in Celtica quotidie videmus, altius emergit caulis, id quod, & Inda fieri verisimile est. non sunt certe (sententia nostra) ij audiendi qui totam sub terra latitare, & totam radicem esse eam contendunt, quum coma, quam partem nardo Indæ ascribit Dioscorides pars sit caulis non radicis. Hæc igitur quum ita se habeant, vt ego puto, quum quæritur vtra pars deligenda, radix ne an caulis, non absurdum existimo, si quis vtrunque assumendum dicat. est enim caulis radicis veluti pars quædam, saporeque, ac odore pars vna inferior altera non est. quamuis, & summus caulis, & tenuiores radiculæ crassiori radici adnascentes, & odore, & sapore cæteris partibus cædant, id quod Marcellum fortasse impulit, vt abijciendas a nardo radices putarit licet sensu à Dioscorid. sententia, alieno, qui auferendum lutum iubet, non radices. Igitur de nardi parte deligenda, ita statuẽdum putamus. cui rei qui sensus consilium non respuũt, facile assensuros spero. Non temere ergo Gal. interdũ radices probat, interdũ etiã caulem, quã spicã vocant.*

Galliæ Sebelliæ. *Describet huius compositionem postea in distinctione de trochiscis.*

Cinnamomi. *Cinnami quidam legendum putant. esseque hoc aiunt cinnamomi speciem vilioris. sed hos non est, vt pluribus refellamus. Summa esset insciti spreto optimo cinnamomo deligere vilius. legendum ergo, cinnamomi. An vero cinnamum differat à cinnamomo, explicabitur postea.*

MESVE.

DIACYMINON, ventriculum, & viscera reliqua calefacit, coctionem iuuat, flatus in dictis visceribus natos dissipat. recipit autẽ cymini pridie in aceto macerati, & siccati drachm. x. zingiberis, cinnamomi ana † vnc. dimidiam, caryophyllorum, ligni aloes, macis, ana drach. ij. & dimid. galangæ, piperis longi, cardamomi, ana drach. ij. moschi scrip. dimid. mellis despumati. q. s. † drac. iiij.

SATIS inflationi mederetur, sed pauperes tanti nõ faciunt inflationis redemptionem, præsertim cum aliud minoris emere possint, quod ex Nicol. parant: sed & aliud, quod ipse Mes. inferius scribit. MAN.

DIACYMINON Nicolai minoris constat, & vsu frequẽs est, præsertim cum saccharo forma solida, quia gratius quã cum melle, forma molli, licet inefficacius. Vtrunque flatus à pituita crassa, aut frigiditate natos dissipat, ob id colicos leuat, & singultum præfocantem ex plenitudine, præsertim flatuum crassorum. ructum acidum emendat, obstructa liberat. SYLVII.

ADHVIVS æmulationem suum Diacyminum composuit Nicolaus, quo vulgo vtuntur. Quum autem cyminum sit duplex satiuum, & sylueſtre, ad hæc autem ammi quoque Aethiopici cymini nomen subeat, hic satiuum est sumendum omnibus notum. Cyminum vero Germanis vulgo in pane vsitatum caron est, quod officinæ carui vocant, non inutile quidem ad affectus, quorum gratia hoc paratur electarium; sed non ipsum tamen, quod hic expetitur. COST.

MESVE.

DIANISON, intemperiem frigidã vẽtriculi à pituita cruda, vel etiã flatibus sanat, & tussim diuturnã à frigida causa genitam. Recipit anisi drach. xx. glycyrrhizæ, mastiches ana † vnc. i. fœniculi, cari, macis, galangæ, zingiberis, cinnamomi ana drachm. v. trium piperum, calaminthes, pyrethri, casiæ, ana drach. ij. cardamomi, caryophyllorum, cubebarum, croci, spicæ nardi, ana drach. i. & dimidiam, sacchari vnc. ij. mellis despumati. q. s. † drach. iiij.

HOC NON minus vtile est quam præcedens, & minoris emitur. CARVI) Caros vocatur à Dioscoride. MAN.

VEL

SYLV. VEL cum sacchari libra vna in aqua rosarum soluta, & pulueris vnc.1. fiat electarium solidum, vel siccum, vt fere fit. Forma etiam solida cum saccharo in aqua rosarum soluto paratur, precio sum est, ac efficacissimum: spiritus, & multos, & puros efficit: calorem natiuum senibus auget: mulieres ob intemperiē frigidam, humidam, steriles, reddit fœcundas.

COST. FOENICVLI. *Fæniculum, & sponte oritur, & seritur. dulcius ac minus acre est, quod seritur, præsertim quod prima messe colligitur. Habemus in Italia etiam fœniculum barbaricū nostrate longe crassius, & dulcius, sed nostrate præsertim syluestri, quod longe efficacius est ego semper libentius vtor, quamuis non desint qui barbaricum sola inspecta magnitudine magis probent.*

MESVE.

DIAMBRA, cerebrum, cor, ventriculum, ac ventrem reliquum inferiorē calfacit, & roborat, exhilarat, coctionem iuuat, affectibus vterinis, & omnibus alijs frigidis prodest, senibus ob id ac mulieribus salubre. Recipit vero cinnamomi, doronici, caryophyllorum, macis, nucis moschatæ, folij galangæ, ana drach.iij. spicę nardi, cardamomi vtriusque ana drach.i. zingiberis drach.i. & s. santali citrei, ligni aloes, piperis longi, ana drach.ij. ambræ aureum vnum: moschi drachm.s. excipitur syrupo rosato, & aqua rosarum, datur † aureis iij. aut iiij.

† Vet. habet dra. iij.

MAN. PRÆCLARA est hæc compositio. si bene præparetur, sed preciosa. ego ea sepe vtor prę sertim in mulieribus, & senibus.

COST. AMBRAE. *Ambram Serapio fungi maritimi speciem putat ab eius fundo vbi nascitur, quum mare æstuat sursum eruti. Alij maris spumam dixere, vt Auic. testatur. Ipse vero Auic. cui subscribit Symeō Sethi, & Auer. 5. Col. bitumen, quoddā in mari ex suis fontibus emanans, & vbi induruerit in littora eiectum putat. Incolæ Palanduræ Indi maris insulæ, quod in lib. nauigationum refert Pighafetta, auium quarundam stercus esse arbitrantur in mare, vbi æstuat è scopulis receptum. esse vero id triplex, album, quod Porambar vocant maximi precij, fuscum, quod Puambar albo vilius, & nigrum adhuc vilius, quod Pinambar. primū aiunt parum mari fluitasse: secundum diutius, atq; ob id esse fuscum: tertium à balenis deuoratum, & excretum, propterea nigrum. Alij rursum balenæ semen esse aiunt dum in Venerem ruit excidens, & concrescens. esse vero illud maioris precij, quod ad eius animalis dissecti lumbos reperitur. his vero illud astipulari videtur, quod vbi balenæ sunt multæ, illic etiam magna ambræ copia colligitur, vt in Britannico mari; atq; illud, quod Marocchi incolas aiunt balenam ambara nuncupare. Ceterum si mihi de hac re proferre liceat, quod sentio, quāuis fungos interdum valde odoratos, & moschum olentes in Pisanis collibus obseruarim; & aliquorum animalium stercus odoratum esse non ignorem, quale scilicet est viuerræ illius, quæ testa perambulat, ac ex vituli stercore rosmarinum, depasti per dies plures, cyprium nuncupatum puluerem se parasse quidam familiaris meus alias pro certo mihi significarit, ambram tamen nihil esse horum, vel fungum, vel stercus, vel certi semen, vt aiunt, id docere videtur, quod bituminis more, caloris vi ambra, quæ probatissima est dissoluitur, illorū nihil dissoluitur. arridet ergo nobis Auicennæ, & Symeonis opinio scaturire ambrā veluti bitumen ex maris fontibus. Quæ tamen res quo tandē pacto se habeat, in ipsa deligenda non conueniunt scriptores. Serapion albam reprobat, probat ceruleam. Symeon rubram, & pinguem extollit, afferiq́ue ait ex Silache vrbe: subalbidam vero ex Sicheon oppido Arabiæ felicis delatam non ita probat: ac nigram, quæ ex piscibus, damnat. Auicemas, & nostri griseam quærunt: Nobis vero si odoratissimam, & pinguem, quæ calore facile liquescat inueneris, parui prętereà faciendus color videtur. Illud vero maxime quærendum puto, sit ne ambra qua vsuri sumus, naturalis an factitia. solent enim eam, vt Auicennas docet ementiri ex gypso cera ladano, & probata ambra, atq; vt scribit Agricola, ex benzoo, cera candida noui examinis, carie fraxini, & arborum musco. aut ex styrace, ladano, & xiloaloes ramentis, addito vtrobique moscho aut cibeto. Sed fraus (ait Agricola) facile deprehenditur, quia natiua non ita celeriter aquis molescit, vt factitia, & hæc ab illa differt colore atque odore.*

Folij. *Folium, quod, & malabathrum, alias cognitum, & in vnguenta odorata expetitum nunc ignoratur. Sunt qui Betel seu Betre, aut Tembul Indorum, folium verum putent. sed hos refellit Auic. de folio, & Tembul diuersis agens locis. Huius loco non aliud vsurpandum quam spica, earundem, vt Dioscor. ait cum eo virium.*

MESVE.

DELECTARIVM de Cinnamomo coctionem iuuat, etiam pituitæ putredinem prohibet, distributionem alimenti in corpus promouet. recipit cinnamomi subtilis drach.xv. † cinnamomi crassi, cymini, enulæ campanæ ana † vnc.s. galangæ drach. vij. caryophyll. piperis longi, cardamomi vtriusque, zingiberis, macis, nucis moscatæ, ligni aloes ana drac.iij. croci drachm.i. sacchari vnc.v. mellis despumati.q.s. vel sacchari læuissime triti duplo ad pulueres tenuissimos pondere excipiunt, & siccum seruant. Quidam moschi scrupul. duos miscent puluerando, vt cerebrū, & cor magis roboret. Datur a drachm.i. ad drachm.ij.

† In vet. vers. darsemi. † drach iij.

MAN. DARSENVM.) Ecce quod Darsenum non est cinnamomum, ideo expone, vt supra.
ENVLÆ.) ideſt helenij. accipiendæ radices, vt Dioſc. docet, exiccatæ. ET quandoque.) Si hoc modo cum saccharo misceatur, erit multi vsus ad escas condiendas, specierum vocatarum loco.

SYLV. ELECTARIVM de cinnamomo dulcem pituitam in ventriculo, & primis venis coquens, & appetentiam excitans est inusitatum. Dignum tamen in vsum recipi, præsertim si puluere illo saccharato escæ specierum vocatarum loco condiantur.

COST. CINNAMOMI *quum Galeni etiā tēpore summa esset inopia, sunt qui nostri quoq; temporibus verum cognosci negent. quod aliqui ea præsertim ratione astruunt, quia non cortex, sed lignosum virgultū est*

Dioſco-

Dioſcoridæ, & Galeni teſtimonio cinnamomum. Ceterum, cinnamomi quidem plantam lignoſam eſſe ridiculus ſit qui ambigat, neq; enim cortex ſolus pullulat: at odoratum illud cinnamomum, quod Galeni tẽpore vſurpabatur, id eſſe lignum, quod cortice obducitur, neque Galenum ſcripſiſſe vnquam animaduerti: neq; vt credamus veriſimile eſt, quum id omni, et ſapore, & odore ſit deſtituum. eſt enim hoc à nobis diligenter obſeruatum in canellæ ramo, quem craſſitudine pollicis, ſeſquicubitalẽ, habet Sereniſſ. Dux Sabaudiæ. Sed, & Theophr. 9. de hiſt. plant. non in ligno, ſed in cortice gratiam eſſe, propterea q; quod radici proximum eſt, quia minimum corticis, plurimum autem ligni habet, eſſe deterrimum: ſumma vero cacumina plurimum corticis ligni parum habentia preferri literis commendat. Ergo eorũ opinionem, qui vulgatum cinnamomum ob id legitimũ eſſe negant, quia nudus ſit cortex, infirmã eſſe ſatis conſtat. Pugnant vero, & aduerſus eos, qui ita ſentiunt Indiarum commentaria, quibus docemur cum alibi, tum præſertim in Batuan, & Chalaghan, in Zeliam, & Mutir inſulis optimum naſci cinnamomum. Quanquã autẽ in eius delineatione huius hiſtoriæ authores variant, quem alij fruticem eſſe aſſerãt, alij proceriorem ſalice arborem, & largiori coma ramos ternos, quaternos ve, ferentem, longitudine cubitales, digitali autem craſſitudine, ac lauri ſolio, ſed latiore: alij carere fructu, alij ferre fructum aſſerant; in eo tamen omnes cõueniunt: detracto cortice, qui ſolis æſtu finditur, atque abſiſtit lignum reiici. vocari autem incolarum idiomate caumana, vocabulo noſtra uoce non longe diſſimili, quaſi lignũ dulce, cauſcilicet lignum, mana dulce ſignificat. Mirũ ergo videtur, vt noſtro hoc tempore ignotũ adhuc cinnamomum quis dicat. Quod tamen ſi quis pertinacius tueatur, non eſſet à medicis laborandum, niſi id etiã erroris ſequeretur, quod vbi in antiquis antidotis cinnamomi fit mẽtio, caſiæ duplum ſemper aßumitur. Atqui ſi antiquorum tempore cinnamomi penuria erat: vixq; apud ſiammos Imperatores erat legitimum: eius tempo ris medicos in antidotis, quibus nunc vtimur, uulgatum cinnamomum admiſiſſe putandũ eſt, quale ſcilicet poſſet reperire: atq; adeo ab eorum præſcripto eos diſcedere, qui in componendis medicamentis conſtitutum ab eorum authoribus pondus non ſeruant. Porro autẽ, quod ad hunc locum pertinet, mira hic eſt confuſio. Cinnamomi primum tenuis, & electi drachmas quindecim poſcit, debinc addit darſeni, quod cinnamomum eſſe ipſum ex Serapione docemur. vacare ergo alterum horum probabile eſt. Reſpondent ad hæc nonnulli diuerſa expetere Meſuen, prius ſcilicet probatiſſimum cinnamomum, debinc craſſius, & vilius. vocari autẽ hoc poſterius darſeni cinnamum. quare, & vocem, quæ in vulgatis codicibus ſequitur, cymini, immutandam, & legẽdum cinnami. Differre vero eas inter ſe voces patet ex Serap. cap. de cinnamomo: vbi quintam cinnamomi ſpeciem a Dioſc. pſeudocinnamomum vocatam, cinnamum ipſe appellat. Sed, & Bellunenſis in eadem fuit ſententia, & Raſis, & alij. Ceterum, vt ſemel dicã, ineptiſſimus ſit, qui præter optimum, & præſtantiſſimũ cinnamomũ, eodem loco etiam viliſſimum petat ijſdem præditum dotibus, ſed ignauũ: Abhorret à medicinæ maieſtate farrago ea importuna: neq; aſſentiendũ eſt vllo pacto ijs, qui ita ſentiunt. Eſto ergo, vt cinnamomũ à cinnamo differat, quod docti nõ admittant, quibus cinnamum pro cinnamomo abſolute ſumitur: Scribonius enim antiquus author latinus hieram ſimplicem deſcribens, loco cinnamomi cinnamũ ſcribit, quod & poetæ: Sed, vt dixi, differant hæc inter ſe: at adduci non poſſum, vt credã poſt optimum falſum etiam Meſ. petere, ac rem fœdare. arbitror potius vocem darſeni vacare, ſiue id ſcriptoris, ſiue interpretis vitio euenerit, legendumq; conſtanter, vt in vulgatis codicibus omnibus, cymini. non abhoret. n. cyminũ ab eo vſu, in quem hoc medicamentum paratur. Quod ſi expungenda non ſit ea vox darſeni, immutandam tamen dixerim, legendũq; cum Manardo darſiſahan, quod aſpalathum ſignificat. Huius autem loco, quia legitimum vix apparet. poni vitex poterit, quouſque veri copia fuerit.

Cap. 5.

MESVE.

LECTARIVM de† Baccis myrti, ventriculum, & hepar firmat, eorumq; coctionem iuuat, ob id lienteriæ, & dyſenteriæ hepaticæ cõfert. Recipit autem † baccarũ myrti tenuiſſime tritarum lib. i. myrobalanorum nigrarum, bellericarum, imblicarum in aqua cydoniorum, & vino odorifero ſemel feruefactarum ana drach. vij. ſeminũ † aniſi, cymini, apij. aceto horis 24. maceratorũ, & ſiccatorum † ana drach. v. Additur id totum electario de aromatibus, excipitur miua aromatizata. Datur cum ſyrupo decoctionis cydoniorum.

† *De Granũ myrti.*

† *Granorũ myrti tritorum drach. centum.*

† *Vulg. addit carui.*

† *Item add. caſtorei. ana.*

VTILE quidem eſſet, non tamen in vſu eſt. MAN.

MYROBALANORVM. *Aliqui myrobalanos purgatos in vinum, & ſuccum cotoneorum feruere incipiens, injiciunt, & quam primum extrahunt. Nobis magis ſatisfaciat, ſi in idem vinum, ſuccum ve tepidum myrobalani indantur, permittanturque quandiu feruere inceperint. ita enim rarefacta paulatim eorum ſubſtantia macerãtur ferè, ac molleſcunt longiuſcula in eo ſucco mora: & igneæ quidem ac purgatrices partes adueniente feruore foras trahuntur, aſtringenti vero maiori etiam facultate imbuuntur, dum in eo cotoneorum ſucco diutius immorantur. Exiccandi vero tunc myrobalani, & in vſum ducendi.* COST.

MESVE.

ELECTARIVM Diacalaminthe Galeni humores craſſos, & lentos tenuat, flatus etiã craſſos diſſipat, ſingultum inde natum vehementem ſoluit, coctionem, & alimenti in hepar, & corpus reliquum diſtributionem peculiariter iuuat, affectus partium ventris inferioris frigidos ſanat, & rigores febrium, ſpina illita: vrinas, & mẽſes mouet. Recipit autem calaminthes fluuialis, & montanæ, ſeſeleos, petroſelini, liguſtici, ana drach. vj. zingiberis drach. iij. ſeminis apij, ſummitatum thymi, ana drach. ij. piperis nigri † vnc. j. & s. melle deſpumato excipe. da ad drach. j.

† *drac. vj.*

CALAMENTI fluuialis, i. pulegij, errore cõmuni Arabũ. Galenus nõ ponit zingiber. SISELEOS.) ſeſeli. PETROSELINVM.) Verum ad nos non portatur: MAN.

tarur: id vero quod ſub eo nomine vulgo venditur, imbecile ſatis eſt: ego loco veri vtor oluſatri ſemine. ALHASCE.)id eſt, Thyimi. CHEISIN)id eſt, Lyguſtici. PIPERIS.) Adde,& longi piperis, & auge pondus, ad drachmas videlicet vigintiquatuor.

SYLVII HOc etiam Auic.5.can.ex Gal.ſumptum deſcribit,idem cum Meſue.niſi quod pro thymo miſcet xylobalſamum,ſed vterque à Galeni diacalaminthe receſſit non modo pondere,ſed etiam quod hic pro pulegio,calaminthem fluuialem communi Arabum errore ſcribit,& zingiber addit.cætera Galeno cõſentit,vſu eſt interdum Italis.Quod vero Nicol.deſcribit, hodie magis eſt in vſu. Antidotum diacalaminthe Gal.lib.4.ſan.tuendę, coctionem imbecillam iuuat, & alimenti in corpus diſtributionẽ,craſſa tenuat, lenta incidit,& terget, ciet menſes,& vrinas,flatus diſſipat,rigores febrium arcet ſpinæ illitum. Recipit calaminthes Cretenſis, aut ex regionibus editis,pulegij. Cretici, petroſelini Macedonici,ſeſeleos Maſſilienſis ana vnc.ij. ſem.apij, cacuminum thymi. Cretici vel ex regione alta, & ſicca ana vnc.iiij. libyſtici vnc.xvj.piperis grauis vnc.xx.octo. Quod lignoſum eſt,ac durum,ex herbis abijce,& folia tenuiſſima, & virentiſſima, & in ſummis herbis nata accipe. Flores item, & cum his feſtucæ herbarum minutiſſimæ, omnia ſimul tundantur, cribrentur tenui cribro,vt in totum corporis habitum maxime digerantur, & citiſſime ſiccum repone,& ſalis vice vtere in obſonijs, ptiſſana, & alijs vice piperis,vel melle optimo curioſe deſpumato excipe: Meſues ac Nicolaus paucis mutatis vel adiectis, Galenum ſequuntur ſuo diacalamento, & Actuarius, niſi quod pondera multum immutat.

Lib.3.ſani. tuen.

COST. *GALENI inventum eſt 4. de tuenda val. Sed hic noſter alia addit, vt zingiber, alia immutat vt pro pulegio calaminthem fluuialem: in quo tamen, erroris non eſt accuſandus, quando eiuſdem hæc ſunt vſus: & Galeni Diacalaminthe redditur efficacius. Sane calaminthæ ſpecies tres facit Dioſc.ac præter eas non temere Cattaria quoque reponitur, vulgo nota, foliis meliſſophylli, cattis mire expetita, ad flatus, & frigidas ventriculi ac præſertim vteri intemperies efficax. Hac autem licebit vti vbi copia non fuerit calamintes primæ montanæ, aut nepitellæ Tuſcorum, quæ ſecunda eſt ſpecies, aut aquatici illius ſiſymbrij, quod tertiam eſſe à Dioſc.deſcriptam ſpeciem arbitrantur.*

MESVE.

LECTARIVM Diatrion pepereon commune,ſtomachum, & ventrem calfacit, calore ſuo coctionem iuuat, ob id ructus acidos curat, & compeſcit dolores ventriculi à pituita multa craſſa, cruda. Recipit trium piperum ana aur.v. zingi-
el.vnc. beris,thymi,aniſi,ana aur.ij. ſpicæ nardi, † amomi,ana aureum vnum,caſiæ, aſari,enulæ ſiccæ, ſeminis apij, & ſemin. ſeſeleos, ana aureum di-
aur.i. midium.melle deſpumato excipe. Datur a † drachm.i.ad drach.ij.

CRH. ISTVD electarium ſecundum deſcriptionem præſentem communiter eſt in vſu,& vbique præparatum reperitur, eſt enim magnæ efficacię in calefaciendo ſtomachum,& omnia nutritiua: ab eis mala complexionem frigidam quantumcunque ſuperfluentem deſiccat, & maxime humiditates putridas in ſtomacho,digeſtionem vigorat, & prohibet generationem phlegmatis crudi,& confert in mundificãdo ventrem, & ventoſitates diſſoluit craſſas, & ipſas prohibet generari. Imo doloré in ſtomacho à phlegmate vel craſſa ventoſitate ſubito reſoluit. præmiſſa tamé vniuerſali euacuatione,& in ægritudinibus materialibus eſt conueniens,& obſeruata regula de modo,hora, & tempore aſſumptionis ipſius,vt aliorum electariorum non ſoluentium, poſita ſuperius,& doſis eius eſt vſque ad drach.ij. Eius autem complexio quæ reſultat ex componentibus ipſum eſt calida, & ſicca in tertio gradu. Haſce.i.thymi. herba eſt nota, calidę, & ſiccę complexionis in tertio gradu. Amomi. eſt ſemen valde minutum,aromaticum,calidę,& ſiccæ cõplexionis in tertio gradu, & portatur de partibus Indiæ. Caſiæ.i.ligneæ, ipſa eſt radix cuiuſdam plantæ odoriferæ calidæ, & ſiccę complexionis in ſecundo gradu. Eſt hic notandum,quod quando in libris auctorum caſia reperitur abſolute prolata,debet tunc talis deſcriptio medicinæ in qua ipſa ingreditur conſiderari: & ſi ſit medicina ſolutiua ſiue lenitiua, tunc debemus intelligere de caſia fiſtula quæ lenitiua eſt,& ipſam cum diligentia ſuo loco declarabo. Si autem non eſt medicina ſolutiua ſeu lenitiua,tũc debemus intelligere de caſia lignea, de qua dictum eſt ad præſens: & eſt medicina multum prouocatiua vrinæ,& menſtruorum, & omnium oppilationum aperitiua,& maxime hepatis. Seſeleos.i.ſiler montanũ, & accipitur ſemen eius, herba producens ipſum eſt valde nota,& eſt calidę,& ſiccę complexionis in ſecũdo gradu. Iſta herba ſecundum communem modum adminiſtrationis eius,& ipſius vſum, multum iuuat ad impregnandum. ſuffumigium autem factum ex illa herba vel ex ſemine ponitur conferre ad matricem, deſiccando humiditates cõcurrentes in ea,oppilationes aperiendo,remouendo,& ipſam calefaciendo.per experientiam pluries viſum eſt,quod facit impregnari,ſi poſtea rationalis coitus ſubſequatur. Et hic nota,vt recitat Auic.ca.de ſeſeleos, & Serapio in ſuo de ſimpl.eodem c. quod homines,& alia animalia quærentia impregnari, hanc herbam perquirunt, & ipſã comedunt, & poſt eius comeſtionem poſt vſum animalis ſibi conformis in coitu, ſubito impregnantur. Enulæ ſiccæ,dicitur ſiccæ, quia eſt maioris deſiccationis,quam quando eſt recens, immo in recenti enula aliqua eſt humiditas tenax, & viſcoſa.Nota quòd Auic.in v.can.habet vnam deſcrip.quę videtur quaſi eſſe eadem cum iſta. Meſ.habet haſce. Auicen.vero non. Auic.habet xylobalſami,Meſues nõ. in reliquis concordant in ſimplicibus eius. Nonnulli tamen addunt aliqua ſimplicia, & habent talem ordinem. Recipe ſpicę,ameos, amomi,cinnamomi, & ſic addunt duo ſimplicia,ſcilicet,ameos, & cinnamomum, quæ hic non ponuntur,quia credo fuere, addita vltra auctoris intentionem. Galen.iiij. de regimi. ſanita.habet vnam aliam deſcriptionem,parum tamen ab hac differentem, quæ non eſt in vſu.

Documenta de caſſia.

De ſiler montano.

SYLVII HÆc compoſitio ponderibus,& multis ſimplicibus adiectis,quam damnat Gal.a Galenica differt. In vſu eſt frequẽti quibuſdam, purgato prius corpore. calida ſicca eſt ad gradum tertium, pituitam crudam, & flatus ab ea craſſos vacuat, & gigni prohibet: Antidotum diatrion pipereon, Gal.lib.4. ſanit. tuendæ dandum eis,qui male coxerunt,ob recens ventris frigus,& ſuccum pituitoſum, accruditatem in primis venis habentibus. Recipit autem trion pepereon ana drach.quinquaginta,aniſi Cretici,thymi Attici,zingiberis non pertuſi ana drach.vij. Hoc eſt ſimpliciſſimum minimeque medicamentoſum ac ex parum varijs compoſitum: ſimplicius adhuc, ſi tollas Zingiber: compoſitum magis, ſi aniſi, thimi, Zingiberis ana drach.xvj.miſceas. Actuarius pondera mutat,ſemen lini addit, melle excipit: Alterum medicamẽtoſius ad fluxiones a capite in pectus, recipit ammi,ſeſeli,libyſticum,enulam,ſpicam nardi, caſiam. qualis propemodum eſt Meſue

sue descriptio, nisi amomum cinamomum, alarum, apij semé recipetet,& ponderibus variaret, melle despumat, idem excip.t. Galenus mellis non meminit. Eo adhuc paulo medicamentosius est apud Nicolaum, ob additum melanopiper, leucopiper, macropiper, marathrum, hyssopum, erocum, trochiscos hedyrrhoos, betonicam, rutam, vt interim ponderum varietatem omittam.

COST. DESCRIBITVR *hoc etiam à Galeno 4. de tuend. valet. ex triplici pipere, anisio, thymo, Zingibere, quod Venetijs ex saccharo paratur frequentissime. Sed eo valentius, quod hic Mes. scribit. Porro autem Piperis historiam Dioscoridi, Theophrasto, Galeno, ac priscis illis viris ignotam fuisse deprehensum est nostra tempestate ab ijs, qui Indiam lustrarunt. Huius duæ, si figuram spectes, species sunt, rotunda, & longa. At rotundum piper aliud caudatum est, & quam acerrimū, nuper Lusitanis cognitum, vocantque pimienta del Rabo. idest piper caudam habens, quod amomum esse nonnulli putāt: de qua re nos postea: aliud sine cauda vulgatum, quod & ipsum immaturum alijs viride, alijs album est: sed vt autumo, recens est viride, exiccatum vero album, ac ubi maturuit nigrum euadit. Rotundum vulgare (caudatum enim ex quali oriatur planta nondum deprehendi) ex sarmentoso frutice gignitur, cui proximæ, quibus adnascitur, arbores sunt pro pedamēto, densis a terra ramis, ac folijs hederaceis. fructus racematim profert: quamuis alij spicatim oriri in agris asserant, sed racemos piperis vidimus nunc ex indis allatos, aceto maceratos, & tanta acrimonia præditos, vt fauces vel leuissime degustati violenter admodum exurerent. Longi piperis plantam hederæ itidē in modum sarmentosam esse aiunt, & vicinis arboribus circumuolui: sed folijs mori. fructus, vt videre passim licet, à salicis ac auellanæ nucis iulis sunt non dissimiles. sed an racematim ipsi quoque prodeant, nōdum deprehendi. Porro plura alia piperis uice vsu veniunt Indis, vt ex Indiæ commentarijs legere est passim, & sapore scilicet, & acrimonia non dissimili: sed an ea tamen inter piperis species reponenda, asserere non possumus, qui plantarum, & fructuum ipsorum historiam ignoramus. De triplici autem pipere non leuis inter maximos medicæ materiæ authores controuersia est. Dioscorides infirmius album, hoc vero acrius nigrum, ac vtriusque etiam acrius longum facit. At Gal. 8. de simpl. medic. fac. infirmius longum, longo acrius nigrum, ac nigro acrius album putat. atque adeo mire hi inter se discrepant. Vere tamen gustantibus nobis, longum infirmius, nigrum acrius, ac medio inter longum, & nigrum loco album residere semper est visum. Dioscoridem tamen, ac Galenum hallucinari ob id non dixerim, quos aliud alio fortasse antiquius degustante id scripsisse pro certo habeo, quod sensu explorarunt.*

MESVE.

† Cymini carmeni. DIACYMINVM ad eadem, sed inefficacius. Accipit † cymini pridie aceto macerati, & siccati, drachmas xx. zingiberis, thymi ana drachm. iij, piperis, cinnamomi, ana drach. ij. ammeos drach. j. & dimidiā, foliorū rutæ siccorum, nitri rubri, ana vnc. dimid. excipe melle despumato.

MAN. DIOSPOLITICON non valde differt à diacymino: constat enim ex pari portione piperis lōgi, cymini, rutæ, nitri. BAVRACH.) id est nitrum. A quod nunc ad nos non adfertur: sed loco eius habemus, copiam factitij, à quo,& salsedinem per artem remouēt, vt sic ad tormenta habilius.

HOC affine est diospolitico Galeni, quod coctionem iuuat, SYLV. flatus dissipat. hypochondria turgida,& inflata eruditate,& flatu liberat, si omnia tenuissime trita sint,& cribrata: recipit cymini Aethiopici in aceto maxime acri macerati, post modice frixi in vase fictili probe cocto, rutæ modice siccatæ, piperis longi veri, & integri vel albi, ana, nitri dimidium, trita misce: ficcis vtere, vel melli curiose despumato misce. Si vero nitri par alijs pondus accipitur,& crassius teritur, aluum subducit. Diospolites quasi Iouis ciuem dicas, vocatur Paulo lib. 7.

AEMVLATVR *Galeni dioßoliticum, de quo* COST. *4. de tuenda valet. sed hoc Mesue fortius,& magis medicamentosum, Cymini autem carmeni nuncupatione nil aliud quam Aethiopicum cyminum intellige. Serapion enim Dioscoridis historiam referens, Carmenum vocat,& regale, quod is Aethiopicū, & regium. tale semper deligendum, vt quod ori gratius, & præstantius. Italis autem vsu venit. Apulum non ignauum aut infirmum. Quod superest, quum nitrum rubrum petit; si haberi rubrum non potest, vsurpare licet album. atque si naturale desit, tuto factitium sumes, de quo nos lib. simp. Mes.*

MESVE.

ELECTARIVM de seminibus coctionem iuuat, obstructiones aperit, ob hæc lienteriam sanat,& dolores viscerum à flatibus excitatos placat. Recipit seminum cymini, anisi, fœniculi, cari, dauci, ammeos, apij, amomi, aceto horis vigintiquatuor maceratorum,& siccatorum, ana drac. vj. cinamomi, zingiberis, macropiperis, seseleos, galangæ, ana drach. v. cardamomi, spicæ nardi, caryophyll. ana drachm. iiij. libystici drac. iij. melle despumato excipiūtur, vel duplo sacchari adiecto ī puluis fit læuissimus. † sic sicut suffuf.

ISTA confectio quæ ad formam electarij reducitur, vocatur de seminibus, propter diuersas species seminum, quæ ingrediuntur compositionem illius, & confert passionibus quibus confert diacym. iam dictum. sed est magis calefaciens, & oppilationum aperitiuum, quā diacym. Serapio in proprio antidoto habet vnum electarium de seminibus, quod tamen parum ab isto differt. similiter Auicen. in v. can. habet confectionem vnam de seminibus multum differentem ab ista. CHR.

ALIA hæc est ab ea, quam Diaspermaton Græci vocant. FAC sicut suffuf.) Redigenda videlicet omnia in tenuem puluerem, quo vti poteris eo modo, quem in confectione de cinnamo docuimus. MAN.

OMNIA loco specierum vulgo dictarum vsurpantur, similia viribus diacymino, sed calidius, obstructaque valentius aperit: est enim efficacissimum, & quibusdam in vsu, Quod à Serapione in Antidotario describitur, parum ab hoc differt: plurimum autem, quod Auicennas describit quinto canone, vti,& quod Gal.& cæteri Græci vocant. Διὰ ἐκμμάτων. SYLV.

AMOMI. *De amomo interdum meminit Mes. sed amomū verum adhuc latet, ni fallor. Ac de Apulo* COST.

lo quidem illo semine, quod ex Gargano mõte affertur, non est vt plura dicam, satis reprobato ab alijs. ita, & de pede columbino Serapionis. De Aethiopico vero pipere, quod ad Lusitanos ex Benin regno affertur, caudatum, cubebis non dissimile, etiam hæreo an verum sit amomum, quod placere aliquibus magnis alioqui viris intelligo. acerrimum nempe id esse aiunt, vt eius semuncia selibræ efficaciam Indici piperis expleat, quod nobis argumentum præbet in quarti ordinis excessu calefacere. at amomo acori temperamentũ ascribitur, quod in tertio calidorum ordine ponitur à Galeno, & Paulo. Adde, & quod nullus in Aethiopia nasci amomum scribit, sed in Armenia, Media, & Ponto Dioscorides. quibus locis caudatum piper prouenire adhuc non constat. Sane autem qua nam amomi parte vterentur veteres, recentiores ambigunt. Dioscorides equidem surculis potius vti videtur, quam semine. Contra de semine meminit Gal. 9. de comp. med. per loca, in medicamentis Asclepiadis ad hydropem, & in Heræ stomaticis, & 7. de cõposi. per genera. Sed quantum video, vtroque, & semine, & surculis vsi sunt veteres, quod patefacit Dioscorides scribens deligendum recẽs, candidum, vel sub rubrum, quod nec astrictum cohæreat, nec conuoluatur, sed solutum diffundatur, seminis plenum, vuis paruis simile, graue, odoratum, modo cariem non cõtraxerit, acre, gustu mordens, simplici colore non euariante. Id vero, & Andromachum in Theriaca velle puto, quam de Βοτρυόντος ἀμώμου, de racemoso amomo meminit. Atque hæc de amomo. Hic Mes. semen exposcit, fit enim ex seminibus præsertim hoc medicamentum, vnde, & nomen sumpsit. Eius loco si quis acorum, id est qui calamus aromaticus vulgo nuncupatur, assumat: vnaque cum reliquis aceto infundat (qua arte attenuandi, secandique crassiores humores, tollendique obstructiones maior vis medicamento comparatur) non temere facturum existimo.

MESVE.

DIACYDONIVM ventriculum firmat, coctionem iuuat, vomitum bilioſum, & pituitoſum ſiſtit, colorem corporis floridum efficit. Recipit autem carnis cydoniorum in vino coctorum, & mellis deſpumati ana lib. iij. percoque igne lento, tunc adde cinnamomi, caryophyllorum, cardamomi, galangæ, ana drachm. j. † cinnamomi craſſi drach. iij. zingiberis, piperis longi, macis, ana drachm. iij. Si autem affectus eſt calidus, coquenda ſunt cydonia cum aceti parte tertia vel dimidia, addito interdum ſucco malorum granatorum acidorum pondere cydoniorum dimidio, interdum etiam ſucco citri quarta parte ponderis ipſorum addito. Idq; vel ſine ſpeciebus, vel cum ſpodij, oxyacanthes, roſarũ rubrarum, trium ſantalorum, ſeminis oxalidis portione æquali, vel etiam cum alijs pro vario medicorum ſcopo. Aromatizant interdum moſcho, interdum caphura, aliquando vtroque, conditurque nunc ſaccharo, nunc melle.

† darſini.

CHR. HOC electarium maxime eſt conueniens cuilibet fluxui ventris, vt dyſenteriæ, diarrhææ ſuperfluæ, & lienteriæ, ſi ante cibum aſſumatur vſque ad quantitatem drach. iij. & quanto plus antiquatur, tanto plus confert, & ſi à pueris, vel alijs propter eius duritiem, & ſoliditatem maſticari non poſſet, conuenienter poſſet mollificari, ſiue in mortario conteri cũ vino ſimplici, vel cum iuleb roſato, vt in formam electarij reducatur, & fortius operetur. Recipit carniũ, ideſt pulparum cytoniorum, ideſt medullarũ intrinſecarum ſine cortice, & ſine granis. cytonia poma ſic ſunt vocata frigidæ complexionis, & ſiccæ in primo gradu, cum virtute ſtyptica, & odore aromatico: vnde aliqualis caliditas viget in eis, maxime cum ſunt perfecte matura. Coquuntur in vino, quia plus habent ſtomachum confortare, licet communiter decoquantur in aqua: hæc autem eſt frigidæ complexionis, & humidæ, in qua frigiditas ſuperat humiditatem.

HANC nunc etiam mulierculæ parant, cotoneatã vocantes. Medici vero Diacytonitem vocant. MAN.

HOC duplex diacydonium ex electarijs huc iure optimo trãſtuliſſe mihi videor, hodie ſuccum hunc coctione, & ſaccharo miſto coguntque gelatinam, rem perlucidam pulcherrimam, & gratiſſimam. Idem varie purgatorium fit ab eodem in electarijs, hoc modo. SYLVII

DARSENI. *legendum arbitror darſiſabam, vt aſpalathum velit. Ineptias enim puto eorum, qui cinnamum, ideſt craſſum, & vile cinnamomum à medicina abdicandum, ſumendum aiunt. ſed quia aſpalathum raro habemus, probatum pro eo cinnamomum poni poteſt, aut, ſi libet, vitex, quanquam medicamentum futurum eſt ingratius. Parantur nunc melle, &* ſaccharo cotonea mala varijs modis. *Commendatur autem præſertim, quod gelu vocant, elegantiæ gratia, pellucidum enim eſt, & aſpectu pulcherrimum, quod etiam conjectis in eo cotonei craſſioribus fruſtis nunc parant longe gratius. Fit, & ſolidum quod Genuenſe vocant album, & elegantiſſimũ ſed ſummo haberi nũc precio in Hiſpania intelligo album, & minime ſolicũ, quod paratur ex coctis in aqua cotoneis, & expreſſa aqua ſaccharo albiſſimo in piluerem redacto commiſtis ac diutius agitatis. Medico autem vſui elegantia hæc ſæpiſſime ſatisfacit, ac propterea pharmacopœi in his quoque ſtudium non tenue expetitur. Vnum ſcribit Meſ. quod ſuſpicione non vacat, quum ait:* & quandoque inuitat neceſſitas, vt coquantur cytonia in aceto ad cauſas calidas. *innuit acetum refrigerare. At contra lis de eo eſt non leuis, calfaciat ne an refrigeret. materia certe ex quo fit, vinum eſt natura calidum: effectrix item cauſa calida eſt, putredo. atque adeo frigidum ipſum eſſe non poteſt. Sed paucis, de eius temperamento plura Gal. lib. de ſimpl. med. fac. Inter omnes ferè conuenit conſtare ex eterogeneis partibus acetum, & mixtæ eſſe naturæ frigidæ, & calidæ: frigidam autem excellere. Videtur tamen res etiam æſtimanda pro vini differentia, ex quo fit, ex generoſo vino generoſum, & acerrimum eſt acetum, quod caloris effectus præſtat euidentiores, in ore, ac vẽtriculo, quod linguam abradit, quod item pituitam non attenuatrice ſolum, ſed etiam calfactrice vi expugnat. Sed quicquid tamẽ hac de re ſtatuas, non errat hic Meſ. acetum ad calidos affectus addens, quando ſtatim ſubdit adiungi etiam mali punici acidi, aut citri ſuccum, qui frigidus eſt, & poteſt aceti, ſi calidum ſit, calorem moderari.*

ME-

MESVE.

DIACYDONIVM factum cum ſucco cydoniorum appetentiã languentem excitat, ventriculum, & hepar roborat, coctionem iuuat, & retentionem, ea ad ſtringendo. Recipit ſucci cydoniorum, & mellis deſpumati ana lib. iij. aceti boni, puri, libr. ij. coque igni lento continenter deſpumando ad mellis craſſitudinem. Tunc inſperge piperis longi, zingiberis, cinnamomi, ana vnc. j. caryophyllorum, ligni aloes, ana vnciam dimidiam, moſchi drach. j. partem tertiam. Fit interdum etiam cum alijs aromatibus, interdũ ſine aromatibus, pro varia vtentium neceſſitate. Fit etiam cum ſaccharo, alij quoque aliter parant.

MAN. NVNC nouo quodam artificio ſuccum congelant, gelatinamq; vocant, colore pulcherrimum, translucidum, & guſtu ſapidiſſimum.

SYLV. DIACYDONIVM huic ſimile habet Nicolaus Salernitanus in vſu frequentius, quam hoc, quod nonnulli quoq; parant, ſine aromatibus tamen parius. Diacydonium præter dicta Meſue eſt quadruplex in ſyrupis, & conditum cydoniorum, ſeu mina aromatica, hoc eſt ſuccus ad mellis conſiſtentiam coctus, & multis aromatibus conditus.

MESVE.

CONDITVM de pomis ſalubre ad cordis, & ſtomachi imbecillitatem, coctionemque iuuandam, recipit carnium pomorum dulcium, & redolentium, intus & foris purgatorum, & in fruſta inciſorum, libras ſex: ſacchari albi boni lib. quinque, aquæ roſatæ libras duas, ligni aloes drachmas quinque, ſantali flaui drach. tres, caryophyllorum drachmas quatuor. cinnamomi drach. quatuor & dimidiam, ambræ drachmas duas, moſchi drach. vnius partem tertiam. Eodem modo condiuntur poma acida, & parua, & aromatica, & dulcia.

CHRI. ISTVD electarium confert debilitati cordis, & melancholicis, & his, qui triſtantur ſine cauſa manifeſta.

MAN. ARABVM inuentum eſt mala adeo cordi cõgue re, quod certe vix credo, maxime vbi hoc modo parentur, quo hic vir iubet. quid enim habent cordi congruens præter odorem? quem certe deponunt cum à cortice ſeparantur, & multum coquuntur.

SYLV. SACCHARO etiam condimus hodie ceraſa, corna, vuam oxyacanthæ, vuam ribes noſtratis, & ex his, vt ex cydonijs, & fructibus alijs gelatinam, vt vocant, coquimus, ex ribes vero omnium gratiſſimam ſanis, & febricitantibus.

COST. ADDVCI *non poteſt Manard. vt credat poma cordi conferre. At quum eadem aſtipulante experientia melancholicis affectibus proſint, ſuadere hoc poterat non temere inter cardiaca medicamenta reponi. Sed præter odorem, (ait Manard.) nihil ineſſe ipſis, quod cordi conferat: abiecto autem cortice hunc auferri. Nobis vero etiam ſapor æſtimandus plurimum videtur, qui ſupereſt, cuius præſertim gratia agunt. temperata enim quum ſint quæ dulcia, ad humorum temperiem facere veriſimile eſt. quare cor adiuuatur.*

MESVE.

CONDITVM ex perſicis ventriculi ardorem mitigando ipſum roborat, ſitim extinguit, tetrum oris halitum, emendat. Accipit perſicorum, propemodum maturorum intus, & foris purgatorum, & ſucci perſicorum aliorum ana libras iij. ſacchari albi libras duas, tere perſica in medullæ conſiſtentiam. coque cum ſyrupo, vt in condito ex cydonijs diximus. Vbi coctum erit, pulueriza ſuper ipſam ligni aloes, ſantali flaui ana drachmas duas, cinnamomi, cubebæ, macis, ana drach. iiij. moſchi ſcrupulum dimidium. Et cum fit ſine aromatibus, ſalubre eſt, ac expertum.

NESCIO quomodo ſitim extinguat, ſi tot aromata apponantur. MAN.

VT ſitim extinguat, & aliter refrigeret, humectet, tollenda ſunt aromata. SYLV.

PARANTVR *Genuæ pulchro artificio ſolidę offæ ex perſicis, & ſaccharo, vt etiam ex cotoneis, perſicatam vocant, ſtomacho, & ventri vtiles. ſed maioris vſus electarium, quod hic Meſue docet, ob aromata quæ tamen, vbi ſitis gratia paratur, omittenda ſunt, id quod ipſe Meſues innuit, quum ait, quandoque confici ſine ſpeciebus.* COST.

MESVE.

ELECTARIVM Regium, cerebrum, cor, thoracem, ventriculum roborat. Accipit ſtrobylorum excorticatorum vncias octo, amygdalarum ſimiliter purgatarum vncias ſex, ſacchari libras quatuor, aquæ roſatæ libram vnam, & dimidiam, olei amygdalarum dulcium recentis, & roſati, ana vncias tres, cinnamomi drachmas octo, & ſemiſſem, caryophyllorum, & ſantali citreorum ana drachm. iij. & ligni aloes drach. iiij. ambræ drachm. i. moſchi ſcrupulum dimidium.

EGO vtroque horum vſus plerunque ſum, ſed à primo amoui oleum, ne vomitum moueret, & à ſecundo ſandalos, qui multis non placent, quandoque addens cucurbitæ, & peponum ſemina, aromata etiã prout mihi viſum, moderans. MAN.

AB hoc tolle oleum, ne ſit vomitorium ſi vti libet. SYLV.

OLEI roſati amygdalæ recentis, & dulcis ana vnc. iij. *Perperam additur ana; cætera rectè habent,* COST.

bent, & in codicibus æque omnibus leguntur. Docet autem Mes. dist. 12. quo pacto ex amygdalis dulcibus rosaceum oleum paretur; atque id hoc loco esset vsurpandum. sed elegantissime conficitur in hunc vsum hac ratione. Purgantur amygdalæ, & cũ recentibus rosis minutim sectæ amygdalæ, & in patella calefactæ sacculo includuntur, ac prælo subijciuntur, emanat oleum mire odorũ, & dulce: id hoc loco maxime opportunum puto, quamquam, neque semper ad manus sint recentes rosæ, neq; ex amygdalis dulcibus oleum seruari diutius potest, quin rancidum euadat. Sunt qui oleum in hoc electario prætermittant ob periculum nauseæ. Nos vero cum tot aromatibus, oleum quale diximus, & quale etiam Mes. conficit, ventriculo amicum, & minime vomitorium putamus. Non ignoramus tamen eo iniecto oleo, fore, vt dum id prompte ac celeriter rancidum euadit, electarium quoque ipsum ingratum cito fiat. Quare eos laudo, qui oleum tunc solum addunt, quum vti electario est opus. sed neque eos damnarem, qui sandalos excipiunt, vt plurimum ingratos: nisi maior sanitatis habenda esset ratio quam palati.

MESVE.

ELECTARIVM Regium alterum, idem pollet, nam ipsum complent strobylorum excorticatorum vnciæ sex, amygdalarum dulcium etiam delibratarum vnc. iiij. aquæ rosarum lib. j. & dimidia. rosarum rubrarum vnc. j. & dimidia, santalorum citreorum drachmæ tres, & dimidia, sacchari libræ quatuor. ambræ drach. vna, moschi scrup. semiss.

SYLV. VSVI esse potest sublatis santalis, ferè ingratis aromatibus etiam diminutis, & in eorum locum semine cucurbitę, & melonum addito, vel alio, pro varijs scopis.

MESVE.

CONDITVM ex fructibus appetentiam excitat, & bilem flauam ex ventriculo deturbat, eiusque intemperiem calidam corrigit. Accipit carnis cydoniorum, & pirorum austerorũ, & malorum acidorum ana lib. j. coque ex aceto forti, in quo rhus vigintiquatuor horis maceratus fuerit, deinde addita lib. j. omphacij ex acinis cum seminibus multum, diuq; tritis expressi, & carnis sorborum immaturorum vnc. v. omnia cum sacchari libr. iiij. coquuntur ad mellis crassitudinem, tunc adduntur succi † baccarum oxyacanthæ † vnc. ij. spodij, seminis oxalidis ana † vnc. j. percoctum conde vase vitreo. Datur à drachm. duabus ad drachm. tres cum aqua frigida, & succo citri, aut succo ribes, aut alio eiusdem naturæ.

† berberis. † al. legunt drach. 9. vulg. ana drach. j.

MAN. EFFICAX est. neque insuaue, si bene præparetur. SVMACH.) Græci Rhun Syriacum vocant. PYRORVM ponticorum.) Ideſt, saporis astringentis & acerbi.

EFFICAX est ac iucundum: dari autem potest. ab vnc. j. ad sescunciam, cum nullius in eo simplicis vires sint formidandæ. SYLV.

STRENVE astringit, & refrigerat, vt propterea Mes. non temere dosim trium drachmarum præscribat. Non ergo Syluij consilium satis tutum puto exhibentis sescunciam, præsertim cum citri, aut ribes succo, vt Mes. iubet. præstat enim interdum idem repetere cum securitate, quam audacius semel sumere, & periclitari. COST.

MESVE.



LECTARIVM de oxalide Galeno adscriptum ad intemperaturam calidam totius, ut in febre æstuosa, vel solius ventriculi, aut hepatis, syncopem, cordis palpitationem, ebrietatem. Recipit xyloaloes, cubebæ, ana † vnciam dimidiam, rosarum rubrarum, coralli rubri, margaritarum albarum, santali citrei, † auellanæ Indicæ, ana drachm. duas, baccarum oxyacanthæ, seminis citreoli, seminis cucurbitæ, seminis cucumeris, ana vnc. semiss. † seminis oxalidis, seminis portulacæ, & bugloſſi, ana drachmas tres, & semissem, spodij electi, gummi Arabici, tragacanthi, ana drachm. iij. boli Armeni drachm. i. & semissem, caphuræ drachm. i. excipe succo citri, aut omphacij coctione inspissato. datur à drach. ij. ad vnciam dimidiam cum aqua frigida. *Confect. de acetosa.* † drach. iiij. † Fausel. † Sem acetosæ drach. ij.

Confectio alia G. & est confectio de acetosis faciens ad tremorem cordis, & stomachi caliditatẽ, & æstuationem, & ad feruorem stomachi, & sitim, & fumosam eructuationem, & oris ardorem, & hepar inflammatum, & febrem, & syncopim, & ebrietatem. *Vulg. versio sic habet.*

FAVFEL secundum Serap. est auellana *indica*, arbor cuius emittit cannulas, *in* quibus est faufel sicut dactylus, & arbor ista non est in terris Arabum, postea dicit auctoritate Isaac benaram. quod defertur ex fiz, & est frigida, & fortiter styptica, & fortificat membra, & virtus eius est sicut virtus sandalorum rubeorum, quæ quando non reperitur, ponitur loco eius ex sand. rub. & medietas ponderis eius ex coriandro recenti. CHRI.

H NON esse Galeni. Camphora, & Sandali ostendũt. FAVFEL.) Fructus quidam astringens, antiquis incognitus, nunc auellanam Indam vocant. Bolo armeno caremus, falsum aporhecarij passim habent. Capit aliud ferri ex orientali plaga, quod nec ipsum esse verum Armenicum puto. MAN. *Faufel.*

GALENO id male tribui indicant santala, & caphura, & auellana Indica, cubebæ, spodium Arabum, ideſt ebur vstum (nam Græcorum spodium, ideſt cinerula, metallicum est excrementum pompholygi congener in corpus non recipiendum) margaritæ nusquam quod sciam, Galeno appellatæ, vel vsurpatæ. SYLV.

GABRIELIS *est nõ Galeni. Appelles autem de acetosa, ideſt ovalide, vt Syluius, aut de acetosis vt alij, nihil refert. Illud autem magis quid sit faufel, ac quid* COST.

quid eius loco sumi debeat. Aiunt Arabes saufel Indam esse auellanam. & fructum nos alias habuimus, cum moscatis nucibus repertum, qui foris nostratis auellanæ duriori cortice obtectæ faciem haberet, intus vero nucleum amygdalæ. sed raro id ad nos venit. neque an saufel sit constat. Huic loco quid vsurpandum sit, hæremus. atque vt alij iudicent, relinquimus. Meminit de saufel Auic. 2. Can.

MESVE.

CONDITVM ex prunis ventriculi ardorem, & inde natam sitim extinguit, febres mitigat, aluum soluit. Accipit carnium, prunorum nigrorum, oblongorum, † mediorum, subdulcium, elixatorum in aqua, cui portulaca incocta fuit, lib. ij. sacchari albi lib. j. aquæ violarum lib. ij. coq; igni lento ad crassitudinem, reconde vitreo vase. Da ab aureis quatuor ad sex aureos.

MAN. NON displicet, modo stomachus non sit valde debilis. MVZORVM,) ideſt, quæ dulcacida sunt.

COST. QVVM *hic varient miro modo codices, non est improbanda vulgata lectio, quæ habet, saccari libram vnam, aquæ violarum libras duas. quanquam enim saccari mensura comparata prunorum mensuræ parcior videtur; corpulentia tamen prunorum plurimum facit ad electarij consistentiam. Sed erit nihilominus ori, & ventriculo gratius si libras duas saccari assumas. Aquæ autem violarum nomine infusum intelligendum putamus, quod & alij. est enim electarium hoc, vt ait Mes. subductorium.*

MESVE.

CONDITVM ex sorbis ventriculum roborat, immodicam purgationem sistit. Accipit carnis sorborum propemodum maturorum coctorum in aqua, cui rosæ prius incoctæ fuerint, & † cortices granatorum, lib. iiij. mellis, aut sacchari lib. ij. & dimidiam, coque ad crassitudinem, & reconde vase. Da vnc. j.

† cortieum.

CHRI. HOC sæpe vtebatur Thomas de Garbo in fluxibus ventris superfluis, ante cibum assumpto eo in quantitate castaneę crassæ. preparatur tamen cum zuccharo, & non cum melle in forma electarij loco diacitonite sine aromatibus, & efficatius operabitur quam ipsum. Sorbę autem sunt frigidę complexionis & siccæ in primo gradu, quando non sunt maturę. Et sic est finis primę summę de electarijs delectabilibus.

MAN. VEHEMENTER adstringunt, & ad eum vsum communiter paratur, id facturum vehementius, si pro sorbis mespila accipiemus.

SYLV. FLVOREM alui immodicum sistit ante epulas sumptũ, præsertim cum saccharo condium, in quo malicorij vnc. ij. aut tres, rosarum vnc. iiij. aquæ prius incoctæ fuerint. Ex mespilis vtrisque, & similibus fructibus idem fieri potest.

SVMENDAE *sunt decocti ex rosis, & malicorio lib. iiij. atq; adeo legendum cortices granatorum, non corticum, longe diuerso sensu. Rosæ autem sint siccæ. recentes enim exoluunt. & opus Mesue intentioni contrarium moliuntur.* COST.

SECVNDA PARS PRIMÆ DISTINCTIONIS

De antidotis amaris magnis.

THERIACA diatessaron. ideſt ex quatuor, ad affectos frigidos, tum cerebri, vt epilepsiam, paralysin, spasmum cynicum ideſt oris torturam; tum vẽtriculi, vt inflationem, & ab eo dolorem, tardam coctionem; tum denique hepatis, vt hydropem, cachexiam, obstructionem; præterea morsui scorpionum, & potioni veneni confert. Recipit autem gentianæ, baccarum lauri, myrrhæ, aristolochiæ rotundæ, singulorum portionem æqualem. trita curiosa omnia melle despumato excipiuntur. Datur ab aureo dimidio ad aureum vnum.

HAEC est secunda pars principalis primæ summæ, in qua auctor determinat de antidotis. i. de medicinis compositis, seu conuenientibus diuersis ægritudinibus, his tamen reductis ad formam electarij, vel solidæ confectionis. Et primo incipit à famoso electario, quod dicitur Theriaca. reperiuntur enim theriacæ duę famosæ descriptiones, & alię quãplures, non sic famosæ. Prima est, quæ dicitur fuisse Galeni, quam ponit Nicolaus in suo antidotario, & Auic. 5. can. tract. primo. & denominatur ab eis, quia ipsi fuerunt inuentores illarum descriptionum. commendatur, & præparatur, & sic plus generaliter habetur in vsu theriaca Andromachi, quam theriaca Gal. licet in simplicibus componentibus eas parua sit differentia. Ponit autem Auic. loco iam dicto laudes, operationes, proprietates, & virtutes: per longa verba dictæ theriacæ Andromachi, verificando particulariter simplicia ipsam componẽtia, ad quem locum recurrendum est pro eius notitia. Dicitur autem theriaca sublimior medicinarum propter eius excellentiam. dicitur etiam theriaca à thero serpente propter trochiscos theri, qui ingrediuntur compositionem eius. ponuntur autem dicti trochisci in quinto can. Auicen. & habet insuper theriaca prædicta diuersas operationes efficere, secundum diuersitatem suę ætatis. seu suæ confectionis, & constructionis. Declarat autem Auicen. loco iam dicto, quod theriaca habet diuersas ætates, sicut & quæcunque composita, & sic diuersimode operantur secundum diuersitatem illarum ætatum, habet enim primo infantiam, secundo pubertatem, tertio adolescentiam, quarto senectutem, & vltimo decrepitã. In infantia autem quę est ætas eius, incipiendo à die suę constructionis, & nouę compositionis perdurans

Duæ theriacæ desc. famosæ.

Theriacæ ætates.

vsque ad annos tres, est ista stupefactiua mortificatiua caliditatis innatæ, & quanto plus appropinquat suo principio, tãto plus habet suas operationes efficere, in ætate autẽ pubertatis iam incipit habere virtutes principaliter contra venena calida, & frigida, & contra morsus animalium venenosorum, & contra quamplures alias dispositiones, & ægritudines, de quibus Auic. loco iam dicto, & alij auctores de ipsa loquentes asserunt, & affirmant. & talis ætas pubertatis est à tertio anno vsq; ad nonum, vel decimũ, vel (secundum quod ab antiquis describitur) à quinto anno vsque ad quintumdecimum. In ætate autem senectutis, completas habet, ac perfectas operationes suas. & tunc est in potissimo suo esse cum mirabilibus suis operationibus. de quibus Auic. mentionem facit loco superius allegato. & talis ætas est à vigesimo anno vsque ad trigesimum. Post sequitur mors ipsa, quę ætas decrepitas, quę est, si rationabiliter potest nuncupari, in qua est ablatio cuiuslibet operationis ipsius. Et licet Auic. in can. prędicto loco, & cap. allegato longiores ponat ætates theriacæ prædictę, quia plura aromata ponebantur in ea, quam Archigenis temporibus fiebat, nunc tamen dictæ ætates sunt ei magis conuenientes, & congruæ, & modernis medicis practicantibus magis conformes, & vsuales. Et hic nota, quod si quis diligenter aspiciat mentem Auic. Gal. & aliorum omnium antiquorum auctorum. theriaca Andromachi, ac etiam theriaca Gal. & quælibet alia theriaca composita efficaciores, & potentiores habebat operationes ipsorum temporibus, & etiam Archigenis quam habeat modo. vel aliqua ex prædictis habeat temporibus nostris. Et hoc idem euenit electarijs omnibus propter defectum quantitatis aromatum in constructione ipsorum, & electariorum. Nam ad lib. mellis ipsorum temporibus in theriaca, & sic in quolibet alio electario poni faciebant drach. iij. aromatum, Nunc autem ne assumentes ipsam abhorreant, solum poni facimus drachmas duas aromatum. & vt minus expendant. & ideo non est tantæ efficaciæ, nec laudes suæ ex ipsa sequuntur, vt eorum temporibus sequebantur. Operatur autem theriaca cum est fermentata perfecte post annum quintum suæ constructionis, quia ante dictum tempus vsus eius non est nisi ad somnum prouocandum cum complexione sua calida, & sicca, quæ vltra secundum gradum modicum accendit, quæ resultat ex simplicium commixtione componentium eam. vincit tamen siccitas caliditatem ipsius. Operatur etiam à forma specifica, aut à proprietate suæ specificæ formæ insequentis mixtionem simplicium componentium eam, & cuilibet de per se, qua complexione calor naturalis vigoratur, & spiritus. Vnde prædicta theriaca generaliter omnibus passionibus nostris, immo quibuscunq; dispositionibus nostris in corporibus, in quibus non est superfluus excessus caliditatis est vtilis, & conueniens, licet plus frigidis quam calidis temporibus. quantitate conuenienter exhibeatur, & maxime in declinatione ægritudinum materialium, & post ipsarum digestionem, vt in fine feb. phlegmaticæ regulariter exhibetur, vacuo tamen stomacho a superfluitatibus, & à cibo, & corpore mundificato diligenter. Sic etiam post eius assumptionem non est cibus, vel potus, vel aliquid aliud assumendum, nisi transactis ad minus quinque horis; & illis elapsis,

Electaria pestilentia extitisse tempore Galeni, quam nunc.

E potest tamen conuenienter exhiberi theriaca, & similia cum aliquo paruo potu, vt vino, vel aqua stechados, vel maioranæ in passionibus frigidis capitis, vt virtus eo citius euaporet ad caput. & sic etiam cum aliquibus liquoribus frigidis temperatis, vt cum aqua buglossæ seu melissæ in passionibus cordis venenosis. sed tutius est sine aliquo potu ipsam assumere. Vltimo pro laudibus, & operationibus eius, & modo, & tempore recurrendum est ad Auicen. loco superius allegato, quo diffuse tractat omnia superius allegata prædicta, & maxime circa theriacam Andromachi, quæ omnia intelligenda sunt esse de Theriaca Galen. insuper notandum, quod theriaca non solum est ægritudinum curatiua, sed etiam est sanitatis præseruatiua, & etiam illius conseruatiua, & dosis eius communiter in prouectis ætate erat F quantitas lupini, quæ erat pondus drachm. j. Et hæc erat, & esset quando theriaca esset constructa cum lib. mellis vnc. iij. aromatum. sed hodiernis temporibus dosis eius est drachm. j. vsque ad drachm. i. s. propter defectum, & diminutionem aromatum ingredientium compositionem ipsius, vt superius dictum est.

Theriaca dosis.

THERIACA dicitur, quia ad morsus valet ferarum. διὰ τεσσάρων, quia ex quatuor, ꝑter mel cõponitur. Antiqua est, & valde vtilis. Mulo medici addũt ebur, & vocant διὰ πέντε, sublimeq; esse dicunt ad præseruanda, curandaq; iumenta, vt videre potes apud Absyrtum, & Vegetium. MYRRHAM) Hoc tempore apud nos reperire bonam, est difficile. Cum melle,) MEL sit quadruplum specierum in hac, sicut in alijs similibus. MAN.

G THERIACA dicitur, quia valet ad morsus ferarum. addito ebore diapeate faciunt Absyrtus, & Vegetius mulo medici, iumentis seruandis saluberrimum. a circumforaneis pro magna theriaca passim venditur. SYLV.

CONFICE cum melle. *Quod Manad. quadruplum mellis ad specierum pondus addendum ait, ex vulgata, & communi consuetudine emanat: quæ in huius generis electariis admitti potest: in purgatorijs secus. aliunde enim mellis desumenda mensura est, vt nos supra admonuimus.* COST.

MESVE.

H TRYPHERA antidotus Saracenica magna coctionem ventriculi, & hepatis suo calore iuuat, ob id flatus dissipat, humores in vẽtriculo, & alijs viscerib. putres absumit, oris & corporis reliqui odorem, & colorem cõmendat, lassitudinem tollit, sanitatem præsentem tuetur, & morbõrum generationem prohibet, venerem auget, hæmorrhoidas sanat. Recipit autem myrobalanorum cepularum, Indarum, embl. bellericarum, citrearum ana drach. v. cinnamomi, triũ piperum, † eryngij, folij spicæ nardi, cardamomi vtriusque, casiæ, † lepidij, cyperi, apij, linguæ auis, caryophyllorum, behen vtriusque, zingiberis, ana drach. ij. nucis moschatæ, macis, sesãmi excorticati ana drachm. iij. amygdalarum ambarum ana drachm. v. ligni aloes, masticheś, rhabar-

† *Secacul.* † *Staragt Ind.*

rhabarbari, seminis fœniculi, ana drach.ij. ozimi, menthæ siccæ, origani Persici ana drach.j.& semissem. Myrobalani frigentur cum butyro recenti, cæterę species cum oleo amygdalino. mel le excipiuntur omnia. datur a sesquidrachma ad
† vulg. vn. drac.iij. addunt aliqui turbith drach. v. † mosch. drach.j. partem quartam, seu grana quindecim.

CHRI. TRYPHERA Græce est dicta delicata Latine Sarracenica, quia à Sarracenis inuenta. Nicolaus in proprio antid. vnam aliam habet descrip. differentem multum ab ista, quæ in Gallia magis in vsu habetur quam ista Mesue. Setaragi quid sit vide apud Serapionem proprio cap. vbi dicit auctoritate Galen. quod virtus eius,& sapor,& odor sunt similia virtuti sapori,& odori nasturcij, nisi qa est minus de siccatiuum, & sic loco setaragi Indi, possumus ponere semen nasturcij.

MANA. TRYPHERA quasi delitiosa vel voluptaria.) SETARAGI Indi.) Est Lepidium dicit Auicenna, quod Indum est. frustra parua subtiliaque ligni.

SYLV. TRYPHERA Sarracenica Nicolai Gallis est vsitatior Tryphęræ autem idest delicatæ, dictæ videntur per antiphrasim: sunt enim ob amaritudinē ingratæ. Arabum inuentum esse ostendunt myrabolani,& alia quædam: alij hominem iuuenem reddentes interpretantur. Annos duos seruant. possunt cum sacchari libra vna in vnciam solidum fieri electarium.

COST. TRYPHERAE *vox Scribonio largo medicamenti est nomen causticam vim habentis. Arabibus autem videtur significare. Exposcit autem hic seitaragi,*
Cap.130. *quæ vox Auic. lepidium quoq; significat. Sed seitaragi tamen quod est lepidum, non est Indum. Indum autem idem Auic. esse ait ligni frusta parua, & tenuia, ac cortices instar caryophylli. Quare non assentiendum Manardo videtur seitaragi Indi nomine lepidium hic vsurpanti. Quid vero seitaragi Indum sit, ex Auic. descriptione non habemus, sed si Bellunensem quis spectet qui in 5. Can. Auic. vbi interpres verterat casiæ seu Indę casiæ, sytragi ipse est interpretatus; seitargi casiæ odorate speciem esse forte iudicabit. Sed vere neque eadem est vox seitaragi ac sytragi: neque quod Bellunensis Arabicam vocem restituerit, probat id esse casiam Indam: quin antiquum interpretem casiam perperam posuisse potius significat, neque enim immutanda erat lectio si sytragi cassia erat Inda. Adde quod vbi de casia Auic. de hoc seitaragi planè nihil. Quidquid tamen sit, quod ad hunc locum pertinet, si aut seitaragi omittas, aut pro eo nucem moschatam aut quid tale reponas, arbitror non fore piaculum, neq; enim purgatoria hæc sunt de quibus adeo sit verendum. Sanè meminit hic de origano Persico. Eius loco quia Persicum non habemus, Creticum licebit sumas.*

MESVE.

TRYPHERA antid. moschata eadem promittit, quæ prior, sed imbecillius, recipit vero myrabolanorum cepularum nigrarum, embl. bell. piperis nigri, & longi, zingiberis, casiæ, spicæ nardi.
† Vulg. addit cyperi. † bancie. † ana drach.v. seminis anethi, seminis porri; ana drach.ij. seminis † dauci, rosarum rubrarum, cinamomi, nucis moschatæ, caryophyllorū, ana drach.j.& dimidiam, macis, cardamomi maioris, galangæ, ligni aloes, moschi, ana drach. seminis, nasturtij drach. x. excipitur melle despumato, datur à drach. ij. ad drac. iiij. adduntur interdum scoriæ ferri nutritæ † drach.ij. vnc.ij.

Tryphera muschata quam fecit Alcāzi, experta mirabiliter ad mollificationes,& ventositates stomachi,& viscerum, hæmorroidarum, & ad corruptionem complexionis, & fœditatem coloris cutis,& addit in coitu. ANT. Sic legit.

BAVCIA.) Est pastinaca domestica. MANA.

SEM. Bautiæ. *Bauciæ nomen tam syluestri quàm domesticæ pastinacæ ascribit Serap. efficacior autem est in oībus syluestris quam domestica Dioscoridi: quo fit vt hic, contra quam Manard. syluestris potius vsurpanda sit quàm domestica.* COST.

Scoriæ ferri. *Antiqui codices legunt vncias ij. neq; longe est ab huius authoris instituto qui in sequenti triphera tantundem scoriæ addi iubet, quantum pendent cætera. Errant, qui scoriæ ferri loco eiusdem squamam sumunt, quæ malleo decutitur, est enim scoria id inutile recrementum: spongiosum, globosum, quod ferrarij fabri abijciunt: squama vero excremētum vtile est, quod in fusorias fornaces iniectum liquescit, & vtile redit ferrum. Porro scoria ad leuorem trita, & aceto macerata vsus est Gal. 9. simpl. ad externos affectus. sed quod is vel vllus Græcorum intra corpus assumendam dederit, nondum obseruaui. Frequenti tamen experimento Arabum, ac posteriorum deprehensum est saluberrimum esse medicamētum, & magni vsus in internis viscerum ac præsertim lienis obstructionibus. Eius parandæ hic est modus, vt tritam in fontana aqua diutius abluas, & quæ emergent sordes effusa aqua abijcias, & alia rursum iniecta aqua tantisper insistas dum sordium nihil amplius emergat. tum accerrimo aceto infundenda, ac vt aiunt, nutrienda dies circiter quinque, vt in Tryphera minori Phœnonis Mesues docet. & in leuorem redacta exiccanda, & reponenda. Hac vero etiam ratione squamma, & scobes, & ferri, & æris vbi opus fuerit, sunt paranda.*

MESVE.

TRYPHERA antid. Gal. eadem omnino promittit. Recipit omnium myrobalanorum ana drac.x. zingib.& mastichis, cinnamomi, caryophyllorū, ana drac. vij. galangæ, spicæ nardi, asari, croci, semi. fœniculi, anisi, apij, ammeos ana † vnc.s. costi, pi † drach.iiij. peris nigri,& longi, casiæ, ana drac.iij. nucis moschatæ, cardamomi vtriusq;, macis calami aromatici, ligni aloes, ana drac.ij. † behen albi,& ru- † aluſuſſa-men. bri, † rad. piperis, cyperi, ana drach. iij. & semiss. alij santali. ambræ drac.j. moschi † scrup.i. frigentur myro- † drachā. partes duæ. balani cum oleo amygdalarum dulcium, melle despumato omnia excipiuntur. Scoria ferri in aceto nutrita aliquando additur à Gal. ad mensuram omnium, vel dimidij. Datur à drach:j. ad.ij.

Tryphera Galen. confortans stomachum, & calefacit ipsum. Et confert ad ventositates, & ANT. hæ habet.

hæmorroidas,& humorem crudum, & adiuuat desiderium coitus. Et clarificat colorem,& calefacit renes,& confert ad ventositates matricis,& fluxum,qui per hæmorrhoidas.

MANA. NON credo esse Galeni, cum neque behen, neque ambram, neque moschum agnouisse videatur. ALSVLFVMEN.) Difficile est de his barbaris diuinare dictionibus,potes tamen sumere ocimum. Interpres Auicennę exponit radicem piperis. Quidam textus non habent hanc dictionem.

SYLV. NON esse Galeni,indicant simplicia Galeno indicta,& incognita,myrobalani,ambra,moschus, galanga, caryophylla,nux moschata,macis.

COST. TRYPHERA G. *Esse puto Gabrielis. Obscura autem hic est vox alsulfumen. Eius loco Manar. ocimum admittit. cæteri piper nigrum, atque id forte non inepte,significat enim ea vox Arabibus, radicem aut lignum piperis: quæ tamen quia à nobis ignoratur, sumi eius loco piper potest.*

MESVE.

TRYPHERA antid.minor Phenonis. ventriculum,hepar, renes,vesicam roborat,ob id fluorem alui,hæmorroidum,mensium immodicũ cohibet. sanguinis corruptionem,& cruditates, & in ventriculo putredines humorum emendat,colorem bonum reddit, ac formæ corrumpi cœptæ vitium redimit. Accipit autem G myrobalanorum cep. Ind. belleric. embl. nucis moschatæ,ana drach.v. nasturcij, asari, origani persici,piperis,thuris,ammeos,zingiberis,† fructus tamaricis, spicę nardi, schænuanthus cyperi, ana † vnciam dimidiam, scoriæ ferri diebus quinque in aceto nutritæ † drac. xx.myrobalani assentur in butyro vaccino, & cætera inuoluantur oleo amygdalarum dulcium, aromatizentur moschi drach. j. melle despumato excipiantur. Post sex menses datur à drachma vna ad drachm. iij.

MANA. CARMEZIT.) Est fructus Tamarisci: magnam vim habet *in* adstringendo,quæ hoc desiderant,& præcipue mulierum redundantes menses.

SYLV. EX his omnibus sola ferri scoria, & fructus tamaricis aperte adstringunt, spica nardi,& alia quædam imbecilliter. Eademq; multo plus calore suo,& essentiæ tenuitate menses ac hæmorrhoidas promouerint,quam adstrictione leui steterint: ob id in hos affectus duos,ea omnia tollerem,vel horum partem bonam, neque solum pondus minuerem. Ad affectus alios frigiditati succedentes, & menses, vt vocant, albos, esse possit salubris: non autem ad eos qui calorẽ sequuntur,nam putredo humorum,& formæ corruptio, qualis in elephantiacis, calorem ferè sequitur, rarus caloris imbecillitatem: licet hac mistione integra mirifice valere ad mensium corruptionem, & florem eorum,ac hæmorroidum immodicum vsum suorum affirmet autor Luminaris maioris. Scoria autem in aceto nutritur,dum eo diu maceratur,aliquoties mouendo, vt docemus in nutritione lib.2. pharmacopœiæ.

COST. QVVM *commendet hoc electarium Mes. ad alui, mensium, hæmorrhoidum fluorem,& ad sanguinis corruptionem, videntur tamen in hoc sola ferri sco-*

ria,tamaricis fructus,& spica aperte astringere, & alia quædam imbecilliter, atque eadem calore suo, & tenuitate substantiæ aptiora vt menses ac hæmorrhoidas promoueant quã leui astrictione sistant,sed & humorum, ac formæ corruptio qualis in elephanticis, calorem ferè sequitur, raro autem caloris imbecillitatem, quo fit vt bona horum medicamentorum pars, aut omnia sint tollenda. Hæc ferè Syluius. Sed tanti viri pace. myrabolani strenue astringunt qui huius medicamenti, & tripherarum omnium sunt basis. Sed & ex assatione astrictoria vis extollitur, acrimonia vero, & dissectoria, ac reseratrix facultas deprimitur, quod Mes. lib. Can. satis explicauit. præsertim vero aerem, & dissecantem illorum vim reprimit temporis diuturnitas, quo etiam obliteratur quicquid caloris assationis vi concipi in hoc poterat medicamento. Aptum ergo est ad sistendum aluum, menses, hæmorrhoidas. Sed F *& elephanticis conferre potest. quanquam enim putridorum humorum colluuies in ijs nonnaturalis caloris vim sequitur, ob innati tamen præsertim caloris augetur inopiam, non coquentis, digerentis, & superfluum humiditatum affluxum desiccantis. dum vero corroborant hæc astrictione sua intestina omnia, & principes gignendi sanguinis partes muniunt, ne affluentes alium de humores prauos prompte suscipiant, innatum etiam calorem adiuuant, & sanguinis probi generationem procurant. atq; adeo elephanticis quoq; conferre possunt. ne interea etiam id silentio pertranseam. corruptos humores hoc medicamento myrobalanorum vi deorsum interdum deturbari, id quod ad sanguinis probi generationem maxime facit.*

MESVE.

TRYPHERA alia minor ventriculum, & hepar firmat, lienteriæ confert, & hæmorrhoidibus malignis, & formæ corruptæ. Fit ex myrobal. cœpularum Indarum, belleric. embl. singularum portione pari: hæ butyro vaccino inuolutæ frigentur, melle emblicarum excipiantur,aromatizentur mosco. Addunt alij, cyperi, thuris,asari,seminis apij,& nasturij, ana † script. i.scoriæ ferri nutritæ partes tres. † *Sextã partẽ drach.s.*

EFFICACIOR videtur scoria ferri addita, quæ nutriri dicitur, quando in aceto mandet longo H tempore. MANA.

INVOLVANTVR in butyro vaccino,& frigentur. *Non vna est myrobalanos assandi ratio. Alij, quod Seruitor, & Syluius, eos succo aliquo astringenti veluti cotoneorum maceratos, & linteo exiccato sartagine assante, vt ne vrantur. alij confractos butyro illitos frigunt eadem sartagine: atque posterior hic modus Mesuè præscripto magis respondere videtur, qui de macerationenihil. Arbitror tamen maceratos primum, postea exiccatos, dehinc illitos butyro, assari posse non præter authoris mentem quanquam de macerationenon meminit. ex hac enim primo, postea etiam ex frixione eorum astrictio magis augetur, atque adeo ad ea efficacius medicamentum redditur quæ author quærit.* COST.

ME-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0226-0 DFG

MESVE.

DIACVRCVMA magna ventriculi, hepatis, lienis, morbos frigidos, ob id diuturnos sanat: & quæ his succedunt symptomata, obstructiones, hydropen cachexiam, colorem corporis fœdum, humorum in ventriculo corruptelam, à flatibus crassis inflationem, dolorem quoque renum, & vesicę à causa frigida, vel obstructione mitigat, vrinamque prouocat. Recipit autem croci, asari, seminum petroselini, dauci, anisi, opij, ana † vnciam dimidiam, rhabarbari, † mei, spicæ nardi, ana drachm. vj. costi, myrrhæ, casiæ. schœnu anthus, carpobalsami, rubiæ, succi absinthij, succi eupatorij, olei balsami. ana drachm. ij. calami aromatici, cinnamomi, ana drachm. j. & semiss. scordij, scolopendrij, succi glycyrrhizæ, ana drachmas ij. & dimidiam tragacanthi drach. j. melle despumato excipitur. Datur à drachma vna ad drach. iij.

† drach. iiij. † Vulg. addit pinu.

CHRI. ISTVD est electarium magnum, & denominatur diacurcuma à quadam radice, quæ nominatur rubea tinctorum. Et à quibusdam dicitur quod curcuma est species chelidoniæ, sed hic sumitur pro rubea tinctorũ. valet principaliter ad omnes ægritudines frigidas antiquas, factas à materia frigida, & maxime hepatis, & splenis, cum quibus coniungitur debilitas virtutis digestiuæ, seu sanguificę cũ oppilatione ipsius, aperit enim oppilationes ipsius, & hepar calefacit, & virtutem digestiuam corroborat, colorem totius bonum efficit, & mortificatum bene viuificat. vnde eius principaliter operatio est in corporibus cacheticis, ideſt ad hydropisim præparatis, & sic in tali dispositione principaliter communiter vtimur. valet etiam in passionibus renum, & vesicæ frigidis, & etiam stomacho, & alijs in litera positis. Cachexia enim est dispositio prima ad hydropisim, in qua color corporis incipit dealbari, & aliqualiter citrinari, substantia corporis mollificari. Et dosis eius est à drach. j. vsque ad drach. iij. Et potest simul assumi cum modico vini subtilis, vel cum aquis aperitiuis cum modico vini subtilis, vel cum aquis aperitiuis calidis conuenientibus hepati, de quibus inferius mentionem faciemus. Et vsus eius potest esse continuis diebus pluribus, nisi in tempore magni feruoris, & in corporibus quamplurimis febrientibus, nisi cũ eo administretur electarium minus calidum, vel frigidum, vt cum diarhodõ abbatis, vel cum triasandalis. & assumendum esset cum aquis temperatis, vel frigidis, vt cum aquis radichij, seu lupulorum, vel endiuiæ, seu seminum communium, vel cum vino aqua limphato. Sumitur hic eupatorium. herba est nota, conferens multum malæ complexioni frigidæ hepatis, & oppilationi eius, secundum omnem modum administrationis, & maxime in aqua distillata. & sic habetur plus in vsu. & est calidæ complexionis in primo, siccæ in secundo. sumitur & lingua ceruina. herba est nota, quæ multũ valet in passionibus frigidis ipsius splenis, & oppilationi, & duritiei eius: & est calidæ, & siccæ complexionis in secundo. Et nota, quod licet reubarbarum ingrediatur huiusmodi cõ-

Curcuma.

A positionem. non tamen efficitur solutiuum propter paruam eius quantitatem, quæ ingreditur, & leuem dosim, quæ assumitur ex toto compositio.

MELIVS est hanc dimittere, quia non bene confi- MAN.
citur. si quis tamen conficere eam velit, videat vt habeat verum eupatorium: nam quod passim vtuntur, mendax est. Sed & verum meon. & scordium non agnoscunt, vt oleum balsami taceam. Scolopendrium est, quam vulgo citrach appellant.

Δι ἰρυθροδάνου Græcis potest vocari: nam curcuma est Arabicis, SYLVII.
ἰρυθροδάνου, id est rubea: alijs placet curcuma esse chelidonium à cuius colore flauo huic antidotos sit nomen, vel corrupte pro δι' ἐκλεκτῶν, quem capit largiorem.

B *EX croco nuncupari hoc electarium puto, corrupta voce, recte autem diacrocoma, sæpe enim ex eo, quod primo loco in medicamentis sumitur, ea Arabes denominarunt. Ita electarium de gemmis, alchermes, de xiloaloe, de citro, de galanga, diarhodon, caryophyllatum, nardinum, & alia multa, quamuis non omnia. Non venit hunc in locum curcuma, aliudque est curcuma ab erithrodano Mauritanis, contra quam nonnulli sentiant. Porro autem, vt de croco aliqua. Crocum tota ferè Italia colit. sed copiosissimum, & probatissimum mittit Aquila Vestinorum. Adulterari interdum audio salitæ bubulæ filamentis. sed adulterinum ab ijs, qui syncerum sæpe tractarunt solo intuitu deprehenditur. est enim adulteratum colore minus viuido, & maceratum aquam minus inficit. Numeratur inter cardiaca. vias scilicet spirituum calore, ac substantiæ suæ tenuitate laxat, & pertium corpus reddit. spiritus frigidos, & sopitos calfaciens excitat, turbulentosque, ac crassos depurat vi, quam insignem habet discussoria, & eosdem naturæ nostræ gratiores facit iucundo odore. atque astrictoria, quam mediocrem habet, facultate, solidas cordis partes corroborat. Copiosius tamen assumptum interitum etiam perducit, arbitror ob nimiam spirituum dissipationem. Obseruatum etiam est, qui croci sacculo puluinaris, aut strati vice vsi sunt, oborto insigni capitis dolore cum incredibili grauitate, interüsse. nempe dum sui tenuitate in intimos cerebri anfractus penetrat, & calore vaporum copiam secum ducit, opplet adeo caput, vt occluso spirituum transitu suffocentur. Porro planta ex qua crocum, nulli non cognita est. sed & hæc duarum specierum: maior & minor. maior post autumni æquinoctium, minor vere ferè primo floret, vulgato illo, & flore, & folijs, & radice longe minor, eadem tamen in omnibus facie. hoc nos frequenter vidimus, & collegimus in monte S. Iuliani Pisis, & coluimus in hortulo nostro Laudæ plures annos. Sane meminit hic de eupatorio Mes. Manardus vero legitimum reperiri dubitat. Sed nunc Mesue eupatorium agnosci satis constat. estque id herba Iulia de qua lib. simpl. Meminit & de balsami oleo, quod licet vix apud summos reges reperiatur, nos ipsi tamen habemus munere Ioseph Parpallioni nobilis Nouariensis, & medici præstantissimi, ex Cayro, vbi multos egit annos, delatum. quum autem eius non est copia, pro eo expressum ex myrrha oleum satisfaciat.*

C

D

ME-

MESVE.

† hoc addit Vigl.

DIACVRCVMA minor idem pollet, † (sed imbecilius.) Recipit spicæ nardi, myrrhæ, casiæ, croci, schœnanthi, costi, cinnamomi ana, melle despumato excipiuntur.

ANT. habet. Diacurcuma minor valens ad ea sicut maior. Recipe spicæ, myrrhæ, casiæ, croci, floris schœnanthi, costi; cinnamomi, ana. confice cum melle despumato. & est bona, & experta.

MAN. MINOREM hanc quiuis parare potest: non multum enim errabit qui herbam Schæni pro flore receperit.

SYLVII. HÆc ab vsu recessit, & quæ maior, & minor, tam Auic. quinto can. quam Serapioni in antidot. scribitur.

COST. NON *desunt iunci odorati flores pro hoc parandomedicamento. sed, vt & Manard. sumi folia possunt etiam opportune.*

MESVE.

DIAMORVSIA præstat quæ diacurcuma: nam affectus ventriculi, hepatis, lienis, frigidos, proindeque chronicos sanat; hydropen, frigidam ventriculi intemperiem, ac inde natam crudorũ succorum copiam, & dolorem. Recipit autem croci, acori, ana drach.ij. myrrhæ, drach.iij. baccarum lauri, drach.ij. & s. dauci cinnamomi, casiæ, cymini carmeni, carpobalsami, schœnu anthus, semin. apij, anisi cardamomi, spicæ nardi, † marmacu † drachm.s. † ad dra.ij. menthæ siccæ, † marrubij † ammeos, ana drachm.j. costi, trium piperum, ana † drach.j. melle despumato excipitur. Datur à drachma vna ad † drach.iij.

CHRI. DIAMORVSIA raro in vsu habetur. hæc descriptio videtur concordare cum illis quas describunt Auic. in quinto can. & Serapio in proprio anti. & appellat apud istos istud electariũ hamorusia.

MAN. DAVCVS est trium specierum.) Eligẽdus est Creticus, cuius flores & semina alba. ACORI.) de hoc quid sentiam, infra notabo. MARMACVR.) idest Melysophyllon.

SYLVII. ELECTARIVM hamorusia dicitur Auicen. quinto can. & Serap. in Antidotario.

COST. *SI legitimum est balsamum, quod ego habeo, profecto cur vulgatum carpobalsamum, atque etiam xilobalsamum eodem, licet inferiori, odore saporeq; prædita legitima non sint censenda, non intelligimus. qui tamen secus senserit, pro carpobalsamo cubebas poterit vsurpare.*

MESVE.

DIALACCA magna ventriculum, & hepar roborat, hepatis obstructiones aperit, eius scirrhum dissoluit, & his nascentem cachexiã, & hydropen sanat, vrinas mouet, lapidemque renum, & vesicæ † drach.iij. frangit. Recipit laccæ lotæ, rhabarbari ana † dra-

E chm.ij. spicæ nardi, mastiches, schœnu anthus, costi. myrrhæ, croci, cinnam. bdellij, seminum apij, anisi, ammeos, fęniculi, succi absinthij, succi eupatorij, sabinæ, asari, aristolochiæ, gentianæ, hyssopi siccæ, amygdalarum amararum, rubiæ, † ana drach.j. & s. piperis nigri, zingiberis, ana drach.j. myrrham, & bdellium vino infunde, cętera tere, omnia melle despumato excipe. Dabis ab aur.j. ad aur.ij. † Vulg. addit casiæ. cinnamum schœnãthi.

DIALACCA maior, est efficax & experta, & quasi consimilis operationis cum diacurcuma maiori, sed magis, & plus appropriatur passionibus renum, & vesicæ, & lapides frangit per vias vrinæ educens. Et dicitur dialacca à quodam gummi quod vocatur lacca, quæ ingreditur eius compositionem. Et modus assumptionis eius, & tempus, est secundum regulam datam in electario de aromatibus secundum defer. Gal. Et dosis eius est sicut dictum est de diacurcuma. Est aut lacca, Gummi quod portatur de Arabia, & est calidum in primo, siccum in secundo, coloris citrini rubei, & cum ea tingitur sericum quantum ad colorem cremusi. Abluitur autem secundum quod hic conuenit cum decoctione schęnanthi, & aristolochiæ, per quam ablutionem acquirit subtilitatem, & apertionem maiorem. Sauina. Arbor est nota, calida, & sicca versus tertium gradum, & est multæ apertionis, & prouocationis. Bdellium gummi est arboris in terra arabum, & est calidum, & siccum in primo cum virtute mollificatiua, & resolutiua, & est bdellium Syriacum. idest de Syria, & est Iudaicum, & melius. CHRI. Dialacca vnde. Gummi. Lacca ablutio qualis. Sauina. Bdellij.

F

G HAc tutius vtimur, quã Diacurcuma: omnia, quæ in ea ponuntur, nota sunt, solum attendendum, vt lacca sit quod dicunt Græci κάγκαμον, quia arte alia paratur, qua passim infectores vtuntur. MAN.

Διακαγκαμόν Græcis diceretur: id gummi sæpe adulteratur, eoque infectores passim vtuntur, sericum colore Kermesino tincturi. Hæc tutior est, quam diacurcuma. Laudata autem hic lacca decocto schœni anthus, & aristolochiæ, vt essentiæ tenuitate assumpta valentius aperiat. calida primo gradu, sicca secundo. Cymas, seu summitates schœni sustuli, quod hæ cum floribus sumantur, quibus sunt inferiores. SYLVII.

VVLGATAM *Laccam, gummi, scilicet illud rufum, pellucidum, mirrhæ aspectu simile, fusculos quosdam ligneos inuoluens, verum esse cancamum Græcorum, fatebitur qui Matthioli commentaria in Dioscor. legerit. Esse vero eam laccam quoque Arabum, de qua* H *scilicet. Auicen. & Serap. ex Isaac sententia, pro certo habeo. Quanquam enim (quod quis obiciat) nunc eius vsus ad inficiendum est nullus; erat tamen superioribus annis, sicuti ex fide dignis, & expertis artificibus intelleximus, multus, & frequens. immo color qui ex lacca, pertinacius inhæret, quàm qui ex cocco, vel chermes, quamuis minus sit floridus. Omissa est nostra ætate ob chermes copiam, cuius paucos ante annos erat inopia. Ex illius reliquijs vbi serica opera infecerant, parabantur pastilli nullius infectoribus vsus, sed à pictoribus expetiti, sicuti innuit Serapion. quod nunc quoque fit vbi infecta sunt serica ex chermes. ex reliquijs enim ipsius eodem exemplo pastillos parant in picturę vsum. Ergo qui laccam illam nullius esse aiunt ad inficiendum vsus, falli puto. Quanquam vero infecturam ex lacca,* COST.

charmes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0228-2
DFG

charmes vocari Serap. affirmat, hoc tamen non per- A
suadeat Arabum laccam chermes fuisse. vocabatur enim chermes etiam tinctorium coccum, quod granam vocant: neque chermes nostrum, de quo supra, lignorũ circumuoluitur surculis, vt lacca Arabum: sed, vt diceebamus, ad pimpinellæ radices. neque etiam aspectu est rubrum, vt lacca Serapionis, sed purpureum. Ex his ergo constare puto pro lacca in Arabum medicamẽtis, vulgatam laccam naturalem, verum scilicet cancamũ Græcorum, esse vsurpandum, non autem chermes nostrum, quod non norunt Græci, aut Arabes: neque vulgarem sanguinis draconem, quo infectores nõ vtuntur, ac ne norunt quidem. Vtrum autem in medicinæ vsum sumendi surculi, an gummi, quia Arabes interdum ligna laccæ, seu laccam lignorum exposcunt, sunt qui non mediocriter ambigant. Sed solum gummi accipiendũ B *abiectis surculis docemur ex Serapione. is enim explicans quo pacto abluenda sit lacca, vbi contusi surculi sunt (vna scilicet cum gummi) superiecta calida aqua ex aristolochia, & inuco odorato, agitari iubet pistillo, & quod postea resederit abiecta aqua siccandum: ac si pellucidum fuerit reponendum vitreo vase, sin minus, repetendam purgationem, vt pelluceat. Ex his, quum surculi non subsideant, sed emergãt, solum autem gummi subsideat, vt illos quoque cum aqua abijciæs, puto oportere. Non ergo vt eos sumas, iubent Mauritani, quando laccam lignorum petunt, sed vt probatissimam deligas admonent. duplex enim affertur lacca, crassior quædam lignosis surculis nõ aduoluta, sordida, & opaca: alia quæ surculosa est, longe lucidior, purior, & omnino præstantior. hanc ergo docent, vt deligas abiecta crassa, & sordida. Porro ex qua nam arbore lacca* C *proueniat, & quid sit, quum Serapion ex Rasis sententia rorem ferè esse asserat collectum in mespilo, recentiores tamen qui Indiarum lustrauere orbem, lachrimã esse aiunt (quod verisimile est) arboris inglandi nostræ similis. Audio tamen visum esse Venetijs ramulum, cui vtraque hæc inerant, & lacca & caryophylli, quasi ex eadem arbore vtrumque proueniat.*

MESVE.

DIALACCA minor, eadem potest, (sed inefficacius.) Fit ex laccæ lotæ, croci, costi, schœnu anthus, rubiæ, aristolochiæ longæ, glycyrrhizæ, piperis, ana drach. vna, & dimidia, rhabarbari drachmis tribus, myrrhę, bdellij, ana drachma vna, D mistis vt in priore.

MAN. HÆc quoque bona est, & facilius, quam prima parari potest.

SYLVII. ACTVARIO describitur ἀνάκακὸν duplex, ex his duabus ferè sumpta: vt hæ, & aliorum aliæ, ab vsu recesserunt.

COST. ARISTOLOCHIAE longæ. *De Aristolochia satis lib. simpl. Quod hic rotundã assumendum nonnulli aiunt, legique in castigationibus textibus rotundam, non negamus. noster manuscriptus longam habet, vt & impressi omnes. neque id multi facerem vtrã sumas, quando quæ author de hoc medicamento pollicetur, ad eadem longa satis est opportuna.*

MESVE.

ELECTARIVM ex Rhabarbaro, obstructiones potenter aperit, & inde natos affectus, icterum, febres putridas etiam inueteratas, formæ corruptionem sanat. Recipit rhabarbari, succi eupatorij, succi absinthij, ana drachmas v. myrrhæ, croci ana drachmam vnam, spicæ nardi, asari, casiæ, schęnu anthus, fumariæ, seminis anisi, apij, amygdalarum amararum excorticatarum, ana drachm. s. melle despumato.

PLACET mihi & hæc, si bene paratur: multum enim in mulieribus valet, quibus ob malam hepatis temperaturam ad frigidum, retinentur menses. MAN.

AMYGDALARVM amararum. *Amygdalæ amaræ ex planta sunt congeneri illi, quæ dulces profert. sunt tamen qui persici nucleos earum loco assumant, quos, quanquam non ignoro plurimi esse vsus ad eadem ferè, ad quæ amygdalæ amaræ, perperam tamen agunt, qui vsurpant, vbi harum copia est. substitui tamen possunt in inopia. Ex amygdalis seu dulcibus, seu amaris detrahendus est cortex, non calida aqua, sed cultello. Pulueraberis autem eas facile, si in mortario positas momento scriptoriæ chartæ, qua nunc vtimur, veluti tegas, & parumper pastillo tundas. excipitur enim in chartam oleosi illarum humoris nõnihil, atque abiecta charta in tenuem postea duci pulueremque possunt. Sed præstat forte, cum rebus alijs in pulueremantea redactis conterere. ita enim quidquid olei terendo effluit, in pulueres illos excipitur, & facultas amygdalarum integra seruatur.* COST.

MESVE.

ELECTARIVM diacostion, obstructa viscera liberat, & inde natum dolorem mitigat, hydropem gigni cęptum perfici prohibet. Recipit costi amari, casiæ, cinnam. ana drachm. v. asari. drachm. iij. rhabarbari, schęnu anthus, seminis apij, anisi, ana drach. iij. croci, aristolochiæ, myrrhæ, ana drach. ij. mellis despumati q. s.

POTENS hoc est in quauis temperatura frigida, & humida, & in obstructione: procurandum tamen vt verum costum habeamus. MAN.

COSTI &c. *Costum quum triplicem faciat Dioscor. Arabicum, Indum, Syriacum, nostra hac ætate nihil habent seplasiæ, quod veri legitimique costi faciem referat sine controuersa. De vulgata sane radice, quam ex Gargano Apuliæ delatam, amarum costum officinæ vocant, non est, vt verbum faciam, quando vna leuitate excepta nulla prorsus in ea spectatur costi nota. insipida enim est, ac inodora, & nulla illi demum gratia inest. quum tamen costus, & excelleret acrimonia cum leuicula amaritudine, & odore maxime commendaretur, quem etiam in odoratis vnguentis vsurparent. iure ergo à peritioribus pro costo nõ admittitur.* COST.

Osten-

Ostendunt alij Venetijs magnam quandam radicem ex Indijs allatam, densa substantia, colore nigro, & leui amaritudine, & costum dulcem vocant: sed & hæc odore caret, & acrimoniæ dulcoris saporisve alterius vix quidquam prodit degustata. Allata etiam nuper est ex Indijs radix alia crassiorem zedoariam magnitudine duplo superans, albo, si transuersim seces, pulchro quodam fibrarum ordine distinctam à medio veluti centro ad extimam superficiem ductarum, vt in rhapontico. atqui odore hæc leui aut nullo, acrimonia autem quum linguę admoues, tenui, amarore vero vbi paululum degustaris tam insigni ac pertinaci, vt vix tandem fauces abluto ore expedias. quæ omnia nos persuadent abesse radicem hanc à legitimo costo plurimum. Affertur etiam ex Indijs radix alia zingiberis æmula, foris alba, intus subcrocea, cupressi odorem quum mãditur referens: atque hanc legitimum esse costum nonnulli putant. Verum, quum huic leuissima, & acrimonia, & amaror & odor insit, dissentire ego quidem ab illis cogor: suspicor vero Indi cyperi potius esse speciem, quã costi. Consultius autem mea quidem sententia alij odoratam vulgaris Angelicæ radicem, alij etiam vulgatam zedoariam costi species putant. Inest sane Angelicæ radici præter eximiam odoris suauitatem, insignis quoque acrimonia, & amaritudo leuis. est & zedoaria acris, ac leuiter amara, & odore suo ferit caput. quę costi sunt legitimi qualitates. Cæterum de Angelica quidem hoc obstare videtur, quod illi tanta acrimonia non ineſt, vt exulceret, quod præstare costum Gal. testatur. De zedoaria vero multa sunt, quæ non temere obijcias. Ac primum, quum costus suauissimo esset odore, sapore vero acri magis, quam amaro; inesse hæc zedoariæ non videntur. graui enim potius odore est; & amaritudine, longe quam acrimonia maiori. quum etiã costus exulceret Galeni testimonio, zedoaria non exulcerat: atque quum costum helenij radice adulterari scribat Dioscor. radice quoque vt sit magna, & vegeta oportet. talis enim helenij est radix. Ad hæc, siue Arabicum, siue Indum costum dicas, grauis hæc est radix colore potius luteo, quam albo, quũ Indus, atque Arabicus sint leues, atque hic candido colore, is vero nigro. quod si Syriacum dixeris, grauis enim zedoaria est, & buxeo colore, quæ duo Syriaco costo Dioscor. inesse testatur: atqui zedoariam non ex Syria, sed ex India asferri constat. Tot ergo & tam variæ sint de costo opiniones. de quibus quidem si & nobis proferre liceat, quod sentimus, prætermissis alijs, non temere agi videtur, qui Angelicam, & zedoariam inter costi species recensent. Equidem quod ad Angelicam pertinet, quũ obijcitur non tanta eam vigere acrimonia, vt exulceret, Galeni verba puto diligentius perpendenda. neque enim is costum ait exulcerare quando manditur, sed, si ex illo, & oleo corpus confricatur, scilicet calefacta olei, & costi vi particula, non difficile est summam quoque abradi cuticulam. solet enim vel sola interdum frictio, vbi sit asperior. idem præstare. Adde vero etiam costi huius nostratis acrimoniam ex Italici soli clemẽtia posse imminui. De zedoaria vero quanquam non sum nescius de hac, & costo seorsum egisse Auicen. & Serap. incertos fortasse ac nescios eandem duo illa rem esse, coniecturam tamen non mediocrem hæc faciunt, vt eãdem esse cum Syriaco costo zedoariam putemus, grauitas, color buxeus, odor non vulgaris, acrimonia, amaror, dotesque aliæ multæ experimento comprobatæ.

Quales costo ascribit Dioſc. vt est excalfactoria, vrinas ciere potest, vteri affectibus, atque eius, & ventris flatibus mire confert, ac ne reliqua particulatim prosequar, collato sapore eadem posse docemur, quæ costus. At aiunt odorem non suauem esse, atque acrimoniã esse amarore inferiorẽ. Mihi vero ac palato multorũ (quod aliorũ pace sit dictum) suauissimus est odor, acrimoniaque ipsa longo excessu, quàm amaritudo superior, atque vix quidẽ amaroris quidpiam ea degustata percipio: linguam vero profundius, & diutius feruere sentio. An vero tam sit acris, vt exulceret, experiundum esset, vt etiam de Angelica diximus, addito oleo ac confricato ex ijs corpore, neque vni gustatui fidendum. ac feruor certe qui illi inest, consentire hac etiam in re videtur. De helenio autem cui similem esse costũ oportet, ne plura dicam. Comagenum helenium de quo Dioſc. quale sit non noui, nostras vero præter crassiorem illum, vt ita dicam radicis caudicẽ, appendices quoque digitali crassitudine habet plures, quæ zedoariæ magnitudinẽ emulentur. sed illud etiã dixerim, quod si exiccatam helenij radicem dissecueris, colorẽ in extimo cortice nigricantem spectabis, qualem in zedoaria. Nihil ergo obstare hactenus videtur, quo minus costum esse zedoariam putemus. atque non illum sane Arabicum, vt nõnulli sentiunt, grauior enim est zedoaria, neque prorsus cãdida, sed Syriacum à Dioſc. vocatum. buxeo enim colore est, & est grauis. At ex India (aiunt) non ex Syria affertur. Fateor deesse hoc ad notas à Dioſc. ascriptas. Suspicari tamen licet, Dioscoridis tempestate aut Syriam huius generis costũ coluisse, aut ex Indijs in Syriã translatum frequentiori, quàm nunc commeatu, Syriaci nũcupationem suscepisse. alioqui autẽ quod in alijs quoque obseruare est, Dioscoridi costi historiam non admodũ patuisse ex eo constat, quod de plantæ figura, atque historia cuius hæc est radix, ne verbum quidẽ. Sed quid hoc loco sumendũ pro amaro costo quẽ Mesues petit? Est ne et dulcis costus? Meminere certe Arabes, & de costo dulci, qua voce quid intellexerint, fatemur ignorare. Quidqd tamen id fuerit, eius loco & vniuerse p costo, si per me liceret, à zedoaria, & Angelica non abstinerem, quoad costum amarum, & dulcem legitimũ aliquis ostenderit.

Calami aromatici. Quod vulgo calamum odoratũ vocatur, legitimum esse acorũ, non possum ego certe nõ sentire cũ Manardo, pro qua sententia Matthiolus quoque pugnat. Hodie vero etiam Turcis acorũ vocari audio. Calamum autem aromaticum intelligo prostare in Aegyptijs, & Asianis officinis ea prorsus facie, quàm Dioſc. delineat, vocarique cassab osseri, est autẽ cassab canna. Sed mirum quod cum tam frequenti nostrorum mercatorũ negotiatione Venetijs hactenus sit ignotus. Eius vice quũ & Gal. & Paulus muscum arboreũ substituant, quæ tamen longe viribus inuicem differunt, nõ errabis fortasse si vulgato hoc calamo aromatico, vero scilicet acoro vtare, minori tamen portione, quãdo acorũ tertio ordine calfacit, calamus in secundo reponitur.

MESVE.

Confectio lecta ex inuentione nostra.

LECTARIVM à nobis inuentum, ventriculum & cætera viscera roborat, & calfacit: ob id lienteriam, diarrhœan, dysenteriam hepaticam, & alios dictarum partium affectus frigidos sanat, & immodicam medicamenti purgantis vacua-

vacuationē ſiſtit, & hæmorrhoidas, flatus quoque diſcutit. Recipit ligni aloes, galliæ moſchatæ, ſpicæ nardi, cyperi, calami aromatici, an. drach. ij. cymini Carmeni aceto vigintiquatuor horis infuſi, & aſſati, drach. iij. ſeminis porri torrefacti drachm. j. & dimidiam emblicarum bellir. ſucco † intybi infuſarum, & toſtarum. nucis moſchatæ, ana drach. ij. & ſemiſſ. ſeminis naſturtij toſtorum drachm. vj. ſeminum vuarum drach. v. ſem. myrti tenuiſſime tritorum drac. xxvj. balauſtij, coneharum vſtarum, thuris, fructus tamarici, ana drachm. ij. & ſemiſſ. ammeos drach. iij. Tere omnia, & frige in vino odorato. & ſicca, frige iterum aqua cydoniorum, aut baccarū myrti, & ſicca: iterum tere ſubtiliſſime, excipe miua aromatica. Dantur drachmæ tres cum ſyrupo cydoniorum, aut myrtino.

† cytoniorū.

MAN. SIcvt Alchol. in tenuiſſimum puluerem. Per conchulas aduſtas, intellige coopercula paruarum conchularum, qualia apud nos multa, vt quæ piperatia vocant, & ſimilia: quanquam meliora eſſent, quæ blattas byzantias vocant, & Græci onychas, hoc eſt, vngues.

COST. CONCHVLARVM aduſtarum. *Hoc medicamentorum genere vſi ſunt, & Græci, ſed extrinſecus. Arabes etiam intrinſecus. Hic quanquam non ignoro Manardum virum ſcientia præſtantiſſimum, eorum teſtas, quæ capparotia vocant, ſiue onyches, ideſt blattas byzantias vſurpare: mallem tamen ego cum aliis, margaritiferis conchis vti, quas Serap. vbi margaritarum deſit copia, vſui proponit.*

MESVE.

LECTARIVM alterum confirmans ventriculum, & viſcera alia roborat. fluorem alui à cauſa calida, vel medicamento nimis purgante ſiſtit, appetentiam excitat. Recipit † nucleorū myrti læuiſſime tritorum † vnc. j. & s. roſarum, ſpodij, rhu, trium piperum, ſantali, balauſtij, gummi aſſi, ana drach. j. & s. granorum granatorum aſſatorum drach. vij. coriandri infuſi in aceto, & aſſati † vnc. ſemis, ſeminis roſarum, ſemi. oxalidis, ſemi. plantaginis, ana drach. ij. trita probe omnia † frigantur ex omphacio, vel ſucco myrti, & aceto, ſiccenturque. excipiantur deinde miua acetoſa. Dantur drach. ij. vel iij. cum ſyrupo cydoniorum acidorum.

† granorū. † drach. xij. † drach. xij. † frigentur.

MAN. MAGNAM vim haberet adſtringendi, ſi bene pararetur. Seminis roſarum.) Quid ſit, vide in noſtris epiſtolis.

COST. SANDALORVM. *Sandalum non defuere ex recentioribus qui aſpalathum eſſe crediderint: de quo Dioſc. ſed horum ſententiam hæc refellunt, quòd de ſandalo, & aſpalatho diuerſis locis Serap. agit: quod, quum aſpalathus, vt ait Dioſcor. ſurculoſus ſit frutex, multis ſpinis horrens, ſandalum, vt ex Indiæ commentarijs legere eſt, arbor eſt proceræ magnitudinis, neque ſpinas habet. aſpalathus rubens odoratus, albus inodorus: contra ſandali albi rubris multo odoratiores. aſpalathus acribus conſtat partibus, ob quas calef. aciendi vim habet, ſandalis nulla acrimonia: & nullus aut certe exiguus calor, vt in confeſſo eſt omnibus.*

Sem. roſarum. *Roſarum ſemen quamquam Plinio id luteū nuncupatur, quod capillamentis roſarum inſidet, vere tamen ideſt ſemen, quod in rubro calyce, quum maturauerit, durum ac veluti acinus reperitur. Hoc contra quàm Manar. ego potius vterer, vbi ſemine ſit vtendū, efficaci ad fluorem album muliebrem, ac ad gonorrhæā præſidio, vt quotidianum experimentum docet. Sane quod ad huius electarij calcem ait fricentur ex omphacio. legendum dubio procul.* frigentur. *vt etiam in ſuperiori. ita enim maior adſtringendi vis medicamento comparatur, quod authoris fuit propoſitum.*

MESVE.

LECTARIVM Alcanzi, vētriculum, & hepar calfacit, & roborat, ob id appetētiam excitat, coctionem iuuat, flatus diſſipat, vomitum pituitoſum, & ab eo virium diſſolutionem emendat. Recipit autem roſarum, coſti, ſpicæ, ana † vnc. dimid. fiorum † granati ſylueſtris vnc. vnam, nucis moſchatæ, calami aromatici, caryophyllorum, macis, cardamomi, ana drach. iij. & ſemis. † zingiberis drach. ij. myrobalan. Indorum, emblic. bellirici. ana drach. vj. granorum myrti libram vnā, balauſtij, thuris, corticum citri, fructus tamaricis, ana † vnc. ſemis. Feruefiant ſemel omnia in vino generoſo antiquo, poſt ſiccentur, feruefiāt deinde ſemel in ſucco cydoniorum, exiccenturque in vaſe terreo vitrato, terantur tenuiſſ. miua excipiantur. Dantur drachmæ † tres cum ſyrupo cydoniorum.

† drach. iij. † alchelin. † Vulg. add. oper. drach. ij. trium piperū ana drachm. ij. & in [illegible] † drach. iij. † drach. ij.

FLORVM Alchiel. credo legendum eſſe alKilchil, quod vocant Arabes granatum ſylueſtre. MAN.

FLORVM alchelin. *Roſmarini florem interpretantur. neque importunus certe is eſt ad vſum, qui ex hoc electario expetitur. Manardus tamē alchilchil legendum putat, eſtque id ſylueſtre punicum malum: vt propterea Manar. ſententia author balauſtium quærat. Cæterum infra etiam balauſtium petit Meſue, atque adeo cadit Manardi coniectura, ni ipſi fallimur: ſumendi ergo iudicio noſtro roſmarini potius flores.* COST.

MESVE.

LECTARIVM ex Laſere ad febres antiquas, & circuitus repetētes, vt quartanas (quotidianas) ſomnum grauem, tremorem, venenoſos morſus. Recipit † liquoris Cyrenaici, piperis, myrrhę, foliorū rutæ ſiccorum, ana † vnc. dimid. melle deſpumato excipe. Datur à drach. j. ad aureum vnū in febre cum oxymelite per horam ante acceſſionem: contra venenum, cum vino calido. Confect. de aſa. † aſa. † drach. iiij.

ISTVD electarium licet non ſit in vſu: tamen vtebatur eo quidam magnus practicus, & bonus experi- CHRI.

perimentator versus declinationem vniuersalem febris quartanæ periodicæ. dabat enim de ipso ante principium patoxysmi per horas duas vsque ad dra. j.s.cum vino subtili pauco, & calido tribus vicibus. subsequenter in die quietis exhibebat de omnibus myrobalanis puluerizatis, vsque ad drach. iij. cum vino subtili, & quandoque cum melle in forma dactyli de mane ante diem, fricatis tamen prius dictis myrobalanis, sic puluerizatis cum oleo amygdalino dulci pro ipsorum rectificatione, vt dictum est supra. soluit enim ventrem comprimendo,& euacuat principaliter materiam melancholicam, & subsequenter cholericam, & phlegmaticam, & generaliter omnem materiam adustam,leuiter tamen. Est tamen electarium displicibile multum,plus ratione fœtoris à se quam ratione saporis. valet etiam à proprietate morsibus animalium venenosorum,si assumatur in dosi prædicta eodem modo,quo dictum est,scilicet fœtida,est gummi cuiusdam arboris in partibus Indiæ, calidum, & siccum in tertio cum multo fœtore. Quidam autem dicũt, quòd assa est succus herbæ inspissatus, & in illismet partibus adinuentus.

MAN. LASER, vel opus Cyrenaicus Dioscoridis est res, quam Arabes vocant assam: nõ defertur ad nos nisi fœtida: Optimum est subrubeum, splendidum, myrrhã referens non porrum,& quod facile dissoluitur in colorem album. Sunt qui putent benzoin nunc vocatum esse verum laser.

SYLVII. VTILE est hoc electarium in declinatione vniuersali quartanæ,horis duabus ante accessionẽ,ad drachmam vnam,& s. cum vino tenui calido. Malo opum Cyrenaicum vulgo, assam aromaticam (quam dictum beniouin quidam putant) miscere,si proba habetur, quàm Medicam,vel Parthicam virus olentem,ob ad assam fœtidam vulgo dictam. Proba autem fuerit subrubra, splendida,myrrham referens odore,non porrum,& solutu facilis in album colorem.

COST. QVANQVAM *non desint, qui vulgatum benzuinum assæ speciem esse pro certo habeant; hic tamen fœtidam assam sumendam puto. præferetur enim apud Serap. fœtida bene olenti in omnibus. Cœpit nunc afferri probatissima.*

MESVE.

Confectio necard.

LECTARIVM Anacardinum ad ventris totius inferioris, & cerebri affectus frigidos. sanguinẽ reddit puriorem,& inde spiritu animali reddito purgatiore, & tenuiore,sensus omnes,apprehẽsionem, intellectum,& memoriam iuuat,coloremque viuidum corpori tribuit. Recipit autem piperis nigri,& longi, myrobalanorum, cepularum, emblic. belliric. Indarum, † castorij, ana drach.ij.costi,anacardi † melanthij,sacchari boni,ana drac.sex,cyperi drach. quatuor: tere anacardos per se deinde alia excipe butyro vaccino, & melle simul coctis portione æquali. Datur post sex menses ad drach. duas cum aqua fœniculi,& apij,quo sumpto,vitabis laborem,iram, coitum, ebrietatem.

¶ Vnde beduster.
¶ Vulg. non hab. melanthium, sed durũgi, hat car. lauri. ana drach. vi. loco durũgi aliqui ad.hab burungi, id est se aiunt melanthium.

CHRI. ISTVD electarium rarissime habetur in vsu propter excessiuam eius caliditatem, & dicitur,quod est confectio sapientum exacuens intellectum, memoriam reparans superfluitates maxime in stomacho, & cerebro repertas consumendo. Conueniret corporibus frigidissimis in complexione, & quando quæreremus aliquam inflammationem in spiritibus cum calore febrili, & dosis eius est à drach.j. ad drachm.j.& s.cum aqua fœniculi, vel cum modico vini albi.sumenti tamen se oportet summe cauere à labore,ira, coitu, & ebrietate,& similibus, sed tutius est ipsum non assumere, quam velle febrem inducere propter timorem aduentus putridæ, vbi quæreremus solum ephimeram. Anacardi,sunt fructus cuiusdam arboris calidæ,& siccæ complexionis in quarto,qui fructus habẽt similitudinem cum corde auium paruarum,habentes intra se rubedinem quandam ad similitudinem sanguinis: & nascuntur in Sicilia in montibus igneis, qui quotidie comburuntur. & ab ipsius denominatur hæc confectio anacardina. Et hic notandum, quòd ibi fructus dum sunt recentes condiuntur cum melle,quia ponuntur in ipso post liquefactionem ipsius, & sic diu morantes in eo,illud tale mel vocatur anacardinum mel.et habetur in vsu absque dictis anacardis, quia ingreditur in aliquibus electarijs,vt inferius apparebit,& *illud tale mel intẽsiorem gradũ caliditatis acquirit*, & siccitatis,quam esset in ipso simplici melle. Burungis est nigella,semen minutum, & paruum, & reperitur in partibus nostris, & est calidæ, & siccæ complexionis versus tertium gradum. Vltimo ponit modum compositionis ipsius cum butyro propter myrobalanos, & cum melle, ana partes æquales. & vsus ipsius non est conueniens ante sex menses,vt malitia anacardorum remoueatur propter fermentationem. & debet assumi cum aqua fœniculi,vel apij.

ADDITIO.

Varia anacardine cõpositiones.

Confectio anacardina à multis authoribus describitur, diuersis tamen modis. Nam Auic. in 5.can. tres habet descrip.ab ista differẽtes,similiter Serapio, & Haly.10. practicæ vnam habẽt descrip. quę etiam est multum differens. idem Mes. cap. de ægritudinibus neruorum habet vnam aliam descriptionem. Vnum tamen notabis, quòd multi aromatarij falsò dixerunt, quod debemus hic dicere vinum debeduſt duas res intelligentes per ista duo vocabula. falsa tamen est eorum opinio,nam Auicen. in præsenti confectione habet loco iunde beduſt castoreum,similiter & Serapio,& Haly,habent iumbde beduſter.ideſt testiculi castorei,& sic boni authores volunt,quòd per iunde beduſt intelligamus castorei. Circa burungi dicemus; quòd aliqui volunt dicere, quòd sunt cubebæ,vt voluit Luminare maius reprehendens lumẽ aromatariorum,qui dicebat,quòd burũgi, ideſt sem. nigellæ,eadem tamen ratione probauimus, quòd sit nigella,qua probauit,quòd debemus dicere iũde beduſt. nam Auic. Serapio Haly. habent in præsenti descript. semi.nigellæ,& non cubebas.

Burungi.

HAC perrarò vtimur, nisi ad febrem in frigidioribus morbis prouocandam. BEDVST.) Intellige castorium. BVRVNGI) Pro hoc pone Melitsophyllon, vel Eryſimon. Aliqui tamen intelligunt erucam agrestem. De Anacardo non video Græcos inter simplicia medicamenta scripsisse: inuenio tamen eos vlos, MAN.

& vocare

& vocare Anacardia. Auerroes reponit inter noua medicamina. Paulus describit Theodoreton, quam per Anacardia vocat.

SYLVII. VITABIS, & extera immodice calefacientia, & vacuantia, quia calidissima est, solisque multum frigidis secura. Nam spiritibus accensis, febres excitat diarias, a quibus sæpe transitur in putridas, vel hecticas: ferè autem vsurpatur ad febrem exeitandam in morbis frigidioribus. Datur autem post sex menses, eum, s. vis anacardorum feruendo expirauit, ante namque vti est periculosum. Ant. dianacardon Act. ad vertiginosos, comitiales, difficulter spirantes, & ileosos, menses pellit, incipientem hydropem, & cachexiam sanat: recipit anacardorum, epithymi, acori, piperis, saxifragæ, masticis, iridis, myrabolani, singulorum quadrantem: croci, casiæ, folij, spicæ nardi, mei agarici, iunci odori, rhei, singulorum sescunciam, aloes sextantem, caryophyllorum vnc. j. mellis quantum erit satis. Mel vero anacardinum. i. cui incocti sunt anacardi recentes, & relicti, vsu frequens est, in compositionibus præsertim, vt post leges.

COST. PIPERIS *nomine, quod inter species piperis maxime excellit intelligendum: illud nigrum est acrius, & odoratius, & albo, & longo. vt propterea errent qui album aiunt esse sumendum. Beduster castoreum est. cur interpres non dixerit latine vt in superioribus, ignoro. Durungi quid sit nescimus. pro eo nigella vterer, vt etiam alij. habet enim Serap. in descriptione quadam Anacardinæ confectionis, nigellam.*

DISTINCTIO SECVNDA.

de Medicinis opiatis.

MESVE.

Confectio Philony. ANTIDOTVS Philonis efficacissima, & expertissima ad sedandos vehementes, & lethales partium dolores, ventriculi, coli, hypochondriorū, hepatis, lienis, renum, vteri, excitatos à crudis humoribus aut flatu crasso, aut amborū causa intemperie frigida: valet etiam ad suffocationis periculum, singultum vehementem, vrinæ difficultatem: ob hæc à morte impendente vindicat. Rec. autem piperis albi, hyoscyami albi, ana dra. xx. opij drach. x. croci drac. v. spicę, pyrethri, castorei, ana drachm. j. mellis despumati quadruplo omnium excipe. Addunt aliqui moschi scriptulum vnum. Datur quantitas ciceris, aut fabæ paruæ, cū liquore aliquo conuenienti.

CHR. SECVNDA distinctio est de medicinis Opiatis, quæ ad formam electarij reducuntur, & dicūtur Opiatę, quia in eis ingreditur opium, vel alię medicinæ stupefactiuæ præferentes in virtute similitudinem cum opio, vel cum eis insimul ingreditur opium. ponuntur etiam cum istis aliæ medicinæ multum calidæ, quæ habent corrigere malitiam opij, & aliarum similium. Et hæc est secunda pars principalis superius diuisa, in qua determinat de electarijs opiatis, quorum vsus non est conueniens nisi in casu magnæ necessitatis, & cum cautela, vt dictum est supra in expositione theriacæ Andromachi.

A

ADDITIO.

Notandum, quod duæ famosæ descriptiones ponuntur ab auctoribus de Philonio, & vbique generaliter præparantur. vna ipsarum ponitur à Nicolao, quam vocat Philonium Romanū, & eā ponit Auic. 5. can. qui ipsam describit, & adducit auctoritatem Galen. in lib. x. tractatuum. vbi tale Philonium Romanum summe commēdat, & fuit inuentum à Philone medico Romæ, & principaliter conuenit ad somnū inducendum, & ad sedandum acutissimos dolores, & magnos, & plura alia iuuamēta habet, quę ponit Nicol. Ibi ergo cum ipsum exponemus prædictam descriptionē aperte declarabimus. Alia famosa descript. quæ multum habetur in vsu, ponitur à Mes.
B inferius cap. de sputo sanguinis à pectore, & vocat ipsum Philoniū Persicum, quia inuentum fuit à Persis. In expositione illius literæ non procedam. hoc Philonium est multæ virtutis, & excellētis vtilitatis, & principaliter ad omnem fluxum sanguinis vndecunque emanet, & maxime a pectore, vel à matrice, vel ab hæmorrhoidibus, est etiam sedatiuum dolorum intrinsecorum, & somni prouocatiuum, licet non tantum quantum Philonium Rom. & vsus eius debet esse ad minus transactis sex mensibus à die cōstructionis, nam ante esset timor de opio, & alijs medicinis stupefactiuis, & hæc fuit vna regula generalis, in qualibet medicina opiata, quod inueterata, vltra quatuor annos non sic vigorose operatur. Dosis autem Philonij Persici, & similiter Romani, est sicut cicer, de sero post cęnam vna hora transacta cum
C modico vini, vel sine ipso, cum quærimus somnum prouocare. Cum autem intendimus, sedare dolores seu fluxum sanguinis prohibere, nisi vacuo stomacho à cibo, & superfluitatibus, nō est exhibendū, neque post v. horas est cibus assumendus, vt de theriaca dictum est. Insuper multum laudo, quod Philonium non exhibeatur nisi post vniuersales euacuationes, & iste canon regularis, & verus in qualibet medicina stupefactiua, cuius Philonij persici hæc descriptio. Rec. papaueris albi, alias piperis albi, & est melior litera, & de pipere dictum est. Sed papaueris, tres sunt species, est enim papauer album scilicet, quod habet semen album, quod est domesticum, & hortulanum frigidæ, & siccæ complexionis in secundo gradu. Et est aliud, quod habet semen nigrum, frigidæ, & siccæ complexionis in tertio gradu, ex succo
D cuius papaueris nigri, qui colligitur per incisionem eorum capitum, dum talia papauera sunt recentia, fit opium, qui succus est frigidæ, & siccæ complexionis in quarto, sicut est ipsum opium. Est, & aliud papauer, quod habet semen rubeum similiter, quod attinet alicui caliditati: sed est siccum in tertio, & tale semen non est in vsu. Hyoscyami tres sunt species, scilicet seminis. Nam quædam sunt semina alba, quædam rubea, & quædam nigra. sed species rubei, & nigri sunt omnino fugiendæ tanquam venenosæ, & non sunt in vsu medicinæ, & sunt frigidæ, & siccæ complexionis in fine tertij, licet rubeum sit minus frigidum. Qui vero facit semen album est in vsu medicinæ, & est frigidæ, & siccæ complexionis in tertij ptincipio, est valde notum, vulgo dens caballinus vocatur. Terræ Sigillatæ, opij, ana drachm. xj. sa-

Tres papaueris species.

Tres hyos. species.

tharagi, ideſt thapſiæ, croci, ana, drachm. v. caſtorei, ſpicæ. ſ. nardi, euphorbij, gummi eſt cuiuſdam arboris in partibus profundis Indiæ, & eſt calidum, & ſiccum in quarto, ita quod eſt calidius, & ſiccius quolibet alio gummi, & vſus ipſius per ſe eſt magni periculi, quia eſt medicina venenoſa, ſoluit tamen phlegma à membris remotis, & doſis eius eſt chirath vnum, quod eſt pondus granorum quatuor, & non adminiſtratur niſi cum medicinis corrigentibus, vt ſi per noctem infundatur in ſucco citri, aut aqua hordei, ſibi admiſcendo quartam partem maſticis. Pyrethri, radix eſt herbæ notæ, calidæ, & ſiccæ complexionis in tertio, & quæ radix in ore retenta attrahit phlegma à capite, & mordicat linguam, & palatum. Margaritarum non perforatarum, charabæ, ramich, ana drachm. i. Ramich eſt compoſitio facta ex gallis quercus; & paſſulis, vt ponit Serapio in ſuis ſimpl. c. de ramich. & gallæ ſunt notæ, & ſunt frigidæ, & ſiccę in ſecundo cum multa ſtypticitate. paſſulæ pariter ſunt notæ, & ſunt calidæ in ſecundo, & humidæ in fine primi. Camphoræ. vnc. i. mellis cocti q. ſ. Et quando aſſumitur pro conſtrictione ſanguinis debet aſſumi in doſi ſupraſcripta cum aqua plantaginis, vel eius ſucco, vel cum aqua roſata, ſeu aqua portulacæ, ſeu ſucco acreſtę, vel cum vino pontico. iſta ſunt. de prædicto Philonio dicta, &c.

MAN. VSvs horum admodum prudentem deſiderat medicum, non adeo audacem, vt vbi opus non eſt, eis vtatur: nec adeo timidum, vt quoties vrget neceſſitas, eorum vſum reformidet.

MAN. VTERE hoc tanquam vero Philonis medicamine, & dimitte alia. INVENTIONE proprtia.) Scilicet Philonis. CASTORIVM.) Galenus non ponit. Doſis eius, vt cicer conuenit pueris: vt faba parua, debilibus: vt auellana, prouectioribus ac robuſtis.

SYLV. SIc Philo medicus Tharſenſis præſtantiſſimus ſcripſit elegiaco carmine eleganti, ſed ænigmatibus de induſtria obſcurato, apud Gal. lib. 9. comp. phar. ſecundum partes: niſi quod euphorbium habet, Meſues vero caſtorium: in cæteris, & ponderibus idę ſunt. Hoc ferè primum anodynorum antidotorum celebre extitit. Huic autem quidam ademerunt, alij addiderunt, nonnulli etiã ponderibus euariantes, magnum fecerunt numerum antidotorũ anodynorum principalium, quæ etiam antidoti colicæ vocantur, ab affectu maximos dolores experiente. Ex aromaticis tamen dictis medicamentis Philo ſolam nardum impoſuit: qui vero illius ætate extiterunt, alius aliud, nonnulli plura adiecerunt, vt ſchœnu anthos, caſiam, cinnamomum, amomum, coſtum: alij loco croci crudos humores, & diſpoſitiones crudas coquentis, alia etiam coquentia, myrrham, caſtorium, inierunt alij etiam ſemina hæc, ſeſeleos, apij, aniſi, cumini, dauci, petroſelini, ameos, vt medicamenti amaritudo horũ ſuauitate obtunderetur, vtq; medicamẽtũ facilius diſtribueret, & vrinas moueret, & humores craſſos, ſi eſſent, tenuaret. Hoc Philonis medicamentum, & ſimilia, poſt annum à compoſitione ſumenda ſunt, ad annum vſque decimum: ad quod vſque tempus ſtupefaciendo ſenſum partis, dolorem tollunt efficaciter, poſt languidi ſunt viribus. Gal. lib. 12. meth. Doſis eſt adultis, auellanæ magnitudo: minoribus, fabæ: pueris, ciceris: cum potione conuenienti. Quidã addunt moſchi ſcrup. vnum. Aetius, Paulus, Oribaſius, Actuarius, Meſues, ſic vt Philo componunt: niſi quod Paulus, & Actuarius, & Meſues piperis albi injiciunt drach. xx. Oribaſius xxv. hyoſciami autem drachm. xx. Meſues, & Oribaſius, ſeu Paulus drach. viij. & Meſues caſtorium pro euphorbio miſcet: excipitque mellis deſpumati lib. ij. Philonis medicamentum aliud facit Meſues in opere medico, cap. de ſputo ſang. longe ab hoc diuerſum, quod Perſicum appellat. Hæc antidotus frigidate immodica neruorum ſpiracula (per quæ ſpiritus animalis ſentiendi, & mouendi vim transferens diſtribuitur) contrahit, & denſat: ob idque illi ſpiritui viam præcludit, quomodo compreſſio violenta, & diuruna neruorum à vinculo, ſeſſione, innixu, tumore aliquo præter naturam. Vbi vero partes ſentire deſinunt, dolere non poſſunt, cum citra ſenſum tactus dolor non fiat, vt docet Hippo. in lib. de Natura hum. & Gal. lib. de elementis. Hac ratione dolores omnes ſedare opium, & ex eo compoſita, dicitur, abuſiuè ſcilicet loquentibus, cum proprie anodynum ſit nequaquam. Hi vero dolores. præſertim colici, ſæpe tam ſunt vehementes, vt quoſdam ſyncope ſuſtulerint, alios ad conſciſcendam ſibi mortem impulerint: ob id Philonis antidotum à morte liberare dicitur. Opiata, & ob opium ſtupefacientia medicamenta ante ſextum menſem non vtenda, poſt ſex annos imbecilla ſunt. De vſu recto huius, & ſimilium Galenus abunde lib. 12. methodi, & aph. 31. lib. 6. Dolores oculorum, &c. & nos lib. 3. noſtræ methodi. quamuis dolores hos a cauſa frigida procedentes iuuet Philonis antidotus, tamen quia diſpoſitionem horum cauſam auget, parum tuta eſt in his affectibus: nec adhibenda, niſi ſumma neceſſitate: in calidis vero diſpoſitionibus dolores hutius ſedat, & horum ſæpe cauſas vna abigit. Cum multis ex cauſis ex ſpirandi difficultate aduenat ſuffocationis periculum, id cui eſſe remedio hæc antidotus ſcribitur, videtur eſſe quod à cordis, aut pulmonis incendio prodit: vt æger, ſcilicet affiare magis, quàm expirare cogatur, & cito multum inſpirare. Nec ſingultum ab intemperie frigida ſedare videtur, ſed eum, quem mordax, & calidus humor, vel piper, vel aliud excitauit, præſertim quibus os ventriculi eſt magis ſenſile, qualem ſingultum Galenus ſæpe ſe expertum ait. Vrinæ difficultatem intellige, quæ ob lotij mordacem multum acrimoniam fit, ſiue ea ſit à pure, ſeu bile, ſeu arenulis, ſeu pituita ſalſa, ſeu calculo veſicæ, ſeu qualitate alia lotij mordente. *Dum enim ſenſum veſicæ ſtupefacit, non dolet*ur, ſed periculoſius eſt vſus, quia, vt virium aliquid retineat quando ad veſicam ventum erit, ſumi vehemens, aut largum, & partibus quas permeat noxium, oportuit. niſi per meatum vrinariũ injicias. Sed neque in his diſpoſitionem ſanat: ſed datur, vt quieſcente interim dolore vires omnes multum proſternente per apprehenſionem, ſpiritus animales conquieſcant, & ſomno etiam conciliato inſtaurentur, quibus iam confirmatis, nec alijs diſſipatis, ęger poſſit diſpoſitionis remedia ſuſtinere. Eadem ratione in ardentibus, & mordentibus vrinis ſemen papaueris, hyoſcyami, & ſimilia hodie miſceat apozematis, conditis, & alijs horum remedijs. Alterum eſt Philonicum antidotum Meſue in ſputo ſanguinis, quod Perſicum vocat, forte quod in Perſide ſit inuentum: quomodo Nicolaus ſuum Philonium vocauit Romanum, quod Romæ in vſu celeberrimo fuerit. Præter dicta Philonij huius medicamenti opera, hęmorrhagiam omnem potenter ſiſtit, ſiue ſputo fiat, ſiue vomitu, ſiue ex vtero, vel hęmorrhoidibus. Somnum item conciliat, & per ſe refrigerando, & per accidens ſopito dolore ſomnum interrumpente. Vtendum vero non eſt Philonium, nec aliud opiatum ante menſes à compoſitione ſex, & horis 5. ante cibum eſt ſumendum, vacuo ſcilicet omnino ventriculo, & factis prius totius vacuationibus idoneis. Caſtorium omittit Gal. vide lib. 9. comp. ph. local. Pueris datur ciceris quantitas: debilibus, fabæ paruæ: grandioribus, & robuſtis, auellanę.

VARIAT *nonnihil à Philonis antidoto, quod Gal. 9. de comp. per loca affert. neque enim is caſtoreum ponit, neque mellis menſuram præſcribit. Sed & Galenus, ſi de tanto viro dicere liceat, à Philonis mente recedere illic videtur, neque enim ſpicæ nomine Philo nardum Indum petit, vt arbitratur Gal. ſed Creticum, quæ ipſum eſt Dioſcoridæ phu. Indam autem ſpicam nullus adhuc prodidit in Creta naſci. Sed nonne illic etiam ſcribit Galen. ſibi plane repugnantia? quum Philo nardum petit, qui falſo radix nuncupatur, ſubſcribit Philoni Galenus, & nardum Indum vere ſpicam dici ait, falsò autem radicem. At contra 1. de antidotis, falsò vocari ſpicam aſſerit: neque enim eſſe ſpicam, ſed radicem. Verum hæc perpendant alij. Quod ad hunc locum facit, non temere etiam ſpica pro phu, in hoc ſumitur medicamento quanquam præter authoris Philonis ſententiam, ſed recipi tuto poteſt, vt etiam Meſue recipit. Ita, & caſtoreum non importune adjcitur, quod opij maleficium caſtigat.* COST.

ME-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0234-4

MESVE.

ALIA Philonia antidotus descripta ab Hamech filio Zachariæ, earundem virium. Recipit melanthij, castorij, piperis, ammeos, baccarum lauri, cymini, foliorum rutæ, calaminthes, opij, hyosciami, cortic. rad. mandragoræ, partes æquales. melle excipe. Alij scribunt, opij partes duas, croci, partem vnam. Datur à drachm. ij. ad aur. ij.

MAN. NIGELLA.) Melanthion, Gith. Nõ tamen, quod vulgo sic vocant, id enim est melampyron, sed semen odorarum. Placet, vt apponatur crocus, & sint omnia æqualia. IN alio.) Nam duo aurei opij, plus essent, quam sit opus.

SYLVII VIDETVR in hac descriptione crocus desiderari, quam coniecturam, & suspitionem ingerit alia lectio: & certe si crocum, & alia habet æqualia, est præstantior. Priorem vero latius sum persecutus, quod antidoti opiatæ medicum desiderant prudentem, non autem temerarium in dando, vbi opus est. neque formidolosum, si eius vtendæ necessitas contigerit.

COST. IDNON *prætereundum silentio, hyosciamum hoc in loco sicuti, & in superiori antidoto album sumi oportere. nigrum enim, & rufum veneni vires habent, & insaniam faciunt. Sane quia hic, & in superioribus, ac sequentibus passim de castoreo meminit, non importunum, si ex eius historia aliquid afferatur. Castoreum ex fibrõ ancipitis vitæ animali abscinditur. folliculi sunt duo scelibræ interdum pondus singuli æquãtes, ad imum ventrem positi. hos quia penem vtrinque excipiunt, constans semper viguit opinio eius esse animalis testes. quos etiam sibi abscindere, quum à venatoribus agitur, non nescium illorum quæri gratia, vulgus pro certo habuit. id literis Aelianus pro historia commendauit. 6. de historia animal. quod ferè, & Plinius lib. 8. vulgi opinionem sequutus. sed has esse fabulas, & Dioscorid. admonuit, & Plin. lib. 32. obseruatione Sextij medici. sunt enim hi, vt in sue, adeo astricti spinæ, vt euelli nequeant. Sed hos non esse eius animalis testes dissectione etiam compertum est. habent enim suos ij testes intra corpus gallinaceis non maiores. neque à superioribus partibus in hos folliculos, aut ab his in penem vllus meatus deriuare conspicitur. Mathioli diligentissimi testimonio, vt in alijs. Sed habent hos etiam fœminæ. emanatque ex ijs tanquam ab vberibus oleosus quidam liquor grauiter olens, quem frequenter sibijpse lambit fiber, lingua deinceps sese secati more delingens. Non sunt ergo testes. Sed neque renes. eos enim intus habet. Neque vesica. vna enim vni inest animali vesica, non duæ. Quænam ergo ea sit animalis pars hactenus non constat. Porro si hos folliculos feces, duplex spectatur substantia, externa solida, & carnosa, & interna cerea vbi exsiccata fuerit. vtraque in medicinæ vsum venit. Sed adhæret præterea (quod Gesnerus aduertit) singulis ijs folliculus alter maximi digiti longitudine, albo, & pingui humore plenus, substantia molli, & mellea, putridi casei fœtorem referens, acris, & liquore cereo maioris folliculi ingratior. De hoc autem, vt ex docti Hermolai versione colligitur (hoc enim obscurauit Ruellius) meminisse etiam Dioscorides constat, quum dissecta cute castoreum iubet au-*

Cap. 33. Cap. 3. Cap. 5.

A *ferri vna cum membrana quæ melleum liquorem continet, & siccatum potui dare. neque enim de maiorum folliculorum liquore intelligi hoc potest, qui supra ab ipso Dioscoride cereæ comparatur non melli, & vere cereus est non melleus. Sed de castoreo satis. Cuius quidem, si quis roget quænam. vsurpanda sit pars, carnosa, cerea, an mellea: Arbitror omnia posse vsurpari. nempe Dioscor. castoreum absolute cum membrana liquorem habente melleum, exiccatum potui exhibet. Præstet tamen fortasse liquorem melleum paruorum folliculorum, qui alijs partibus ingratior est, & fœtidior pro externis linimentis vti: cætera in antidotis vsurpare. Est vero hic etiam summe aduertendum, quod ad delectum facit, cauendum castoreum, quod est rancidum: quando id die vno necat. Auicennæ testimonio. Sed cauendum etiam quod adulterium senserit. Dioscoridæ equidem*

B *tempore adulterabatur addito gummi, aut ammoniaco cum sanguine, & castoreo, nunc vero, vt etiam Sextij tempore eiusdem animalis renibus, farctis inde testium folliculis, atque infarcto sœuo cereum illum liquorem mentiente fucari aiunt. Probatissimum castoreum delineat Dioscorid. à quo non est discedendum. quærendum autem Ponticum, cæterorum præstantissimum, &, vt Strabo ait, magis medicamentosum; tale vero etiam Damocrates in mithridatica antidoto exposcit.*

MESVE.

C AZENBA frigidam intemperiem sanat, flatus dissipat, & sedat inde natos dolores ventriculi, coli, vteri, dentium: vrinæ item difficultati medetur, & fœcundas facit mulieres, potum, & pesso cum lana, & oleo liliorum collo vteri impositum. Recipit castorij, † opij, piperis, macropiperis, galbani, costi, cinnamomi, phu, mei, dauci, asari, croci, æquales partes: excipiũ melle despumato: alijs, sapa. Datur aur. j.

† vulg. ad dimyrrha.

CHR. LICET istud electarium non sit in vsu, laudo tamen eius vsum in doloribus ex materia catarrhali frigida, & humida tenendo super dentem, quantum est granum fabellæ illius electarij semel, aut bis in die, tenendo deglutionem eius propter opium, præmissa tamen digestione, & vniuersali euacuatione illius materiei. habet insuper sedare dolorem stomachi, & renum, & vesicæ, & intestinorum à ventositate crassa, vel à materia phlegmatica: summe confert colicæ ventosæ, in qua phlegma multum

D in intestinis continetur, euacuatione tamen semper præmissa. Et mirabiliter confert mulieri sterili, & quæ cum difficultate impregnatur, bibitum, & suppositum in matrice cum lana in forma crassi stili, & cum oleo de lilio, non tamen vltra tres horas teneri debet, nec sæpe continuari, nec innouari, timore opij, à quo est fugiendum, nisi in casu magnæ necessitatis, vt sæpe dictum est. Et licet medicinæ excessiuæ caliditatis ingrediantur in descriptione omnium, in quibus ingreditur opium: virtus tamen opij longo tempore durat, & viget eius potentia cũ virtute excessiua suæ cõplexionis frigidæ cũ eius occulta proprietate: & in sui malitia aliqualiter remittitur à virtute medicinarum, qua virtute deducitur ad membra, & loca, ad quæ per se solum transire non

posset. vsus autem huius electarij non debet esse nisi E post duos annos scilicet elapsos post eius costructionem, vsque ad septem annos, indispositionibus antedictis. In dolore autem dentium conuenit post sex menses ad obtundendum aliqualiter sensum, qui est in radice dentis, & ad exiccandum materiam illam.

MAN. EGO multoties hac vsus sum, præsertim in vteri affectibus,& satis profeci.e v m rob.)per hanc distinctionem significant. Arabes omnem succum crassiorem factum: cum vero simpliciter proferunt, rob. vini intelligunt.

SYLV. PVRGATO corpore, & cocta quadrantenus materia,denti dolenti imponi potest ter quater die,sed non diu,vt per horam tantum,citraque deglutitionem, ne opium simul deuoretur. Insterilibus etiam ob vteri intemperiem frigidam, quæ semen extinguit,aphor. 62.l.5. Pesso inditur semel in die per horas tres, aut F quatuor,& alijs diebus sequẽtibus idem. Nam nouasse periculum est, propter opium, cuius vim calida in partes deducunt: frangere omnino non possunt nisi tempore longo. Ob id nitius ab anno post compositionem secundo ad septimum:sed in dolore dentium a sexto mense vsurpari potest ad sensum obtundendum. Manardus hoc sæpe vsum se contra sterilitatem scribit non infeliciter. Alij Azarauí antidotum: alij egeream: sageneam vocant.

MESVE.

ATHANASIA magna, obstructionem hepatis, & lienis liberat, dolorem sedat, tum dictarũ partium, tum ventriculi, renum, hæmorrhoidum, quomodo Philonium antidotum. Thoracem pulmonesque expurgat, ob id asthma, & anti- G quam tussim iuuat, hemorrhagiam, diarrhæã, lienteriam antiquam, dysentheriam cohibet. Hepar autem lupi, quod tota sua substantia morbos hepatis iuuat, huic mistum Galen. voluit. Nam recipit hepatis lupi, eupatorij, crocí, mirrhæ, castorij, costi, cardamomi, spicæ, nardi, opij, papaueris nigri, hyoscyami albi, cornu dextri capræ, vel(vt alij legunt)cerui,portiones æquales: terenda terantur, & alia in vino liquefiant: excipe omnia melle despumato, & post sex menses vtere ab aureo dimidio ad aureum vnum, cum vino dulci, & grato, aut cum sapa,& succo intybi, & apij.

CHR. SVMITVR hic hepar adib.i.lupi. quod est calidum,& humidum versus secundum valet à pro- H prietate in passionibus hepatis, & maxime in oppilationibus, secundum quod asserit Galen. quem allegat Mesuè in hoc cap. Cornu dextrum capræ, alias cerui, & est melius, quod est frigidæ complexionis in primo, & siccæ in secundo, & etiam à proprietate operatur in passionibus supradictis,licet etiã conferat sua stipticitate cuilibet fluxui sanguinis, & maxime menstruorum. Rob. idest sapa est calidæ,& humidæ complexionis in primo gradu. Endiuia vero dum recens, est frigida in primo, & humida infra primum. cum vero est sicca, est frigida infra primũ, & sicca in eodem. habet insuper virtutes diuersas frigidas, & calidas, quibus mediantibus operatur in diuersis materijs, licet frigiditas superet eius caliditatem. quæ est remissa.

ADIP.) Lupi. DE cornibus capræ) Sic,& Auic.cu MAN.
ius hæc est descriptio. Alias habes à Pau. & Oribasio,sed & à Nicolao, quæ parata communiter inuenitur: & est in astringendo longè quam hæc efficacior. A Paulo etiam alia scribitur, quæ Oribasij esse dicitur,nul libi tamen cornu mentio: alioqui nemo nisi superstitiosus dextrum potius,quam sinistrum apponeret.

EFFECTA Antidoto Athanasiæ contraria tribuit Mesues, SYLVII
vti theriacæ,& alijs opiatis medicamentis. Nam quæ obstructionem liberant, hæmorragiam, & vacuationes alias sistentibus sunt contraria. Item sensu stupefacto dolorem sedare,& crassa ietaque ex thorace expectorare, causis pugnant. Illud enim frigidi cogentis opus est,hoc calidi dilatantis,accedente vi tenuante,incidente,tergente. Sed id facile recipies, vbi medicamentum hoc, vt alia eius generis multa, animalium more temperiem per ætates mutare: didiceris, sed contrario illis modo. Nam animalia primo calida sunt,postremo, frigida. Hæc vero medicamenta primo frigida,deinde calida euadunt. Effecta igitur frigori efficit a sexto mense ad annos tres cum aqua plantaginis intybi,rosarum: caloris ab anno tertio, ad decimum, victa iam frigidiorum vi à calidis: sumpta cum vino dulci, sapa,succo apij. Athanasiæ antidoti, & ambrosiæ, passim meminit Gale.in lib. sani.tuendæ, & methodo: in quibus theriacæ eas comparat: sed non describit,nisi quod Mithridatis athanasiam,antidotum ab hac multum diuersam,sine hoc hepate describit lib.2.Antidotorum:ob id,an hepar lupi Athanasiæ miscere voluerit, compertum non habeo. Quid autem de hepate lupi censuerit Gal. in hepatis affectibus, in nostris simplicibus abunde expressimus.

Cornu cerui, & capræ vsta,& si opus est,lota idem pollere docet Gal.lib. 11.simpl.& lib.4.c.ph.p. Athanasia autem idest immortalis,dicitur,vel quod longo tẽpore efficax perduret,vel potius,quod homines a morte,ex venenosorum ictu, morsu,vel causa alia malefica vindicet, quæ vis est præcipua Athanasiæ Mitridatis,à qua, vel simuli ista videri potest denominata:quæ magna quoque dicitur,quod pluribus constet simplicibus, quam parua Serapioni, & Haly etiam descripta, & Auic. ex quo hæc descripta est. Quæ autẽ à Nicolao describitur,est ad stringentior, & confuctior. In Athanasia Pauli ex Oribasio sumpta, cornu nulla est mentio superstitiosum autem est dextrum potius,quam sinistrum imponere.

AFFECTVS *contrarios eodem præsidio tolli* COST.
posse non mirum. atque adeo, quod Athanasia obstructiones liberet, & eadem hæmorrhagiæ, diarrhæ, lienteriæ antiquæ, & dysenteriæ conferat, quod dolorem sedet stupefaciendo,& crassum ac lentum humorem pituitosum ex thorace trahat. Opij, papaueris, hyoscíami vi sedare dolorem potest dum stuporem sensitrici particulæ infert, & fluxiones sedat refrigerando atque incrassando. Ad hæc vero celeriter obeunda reliqua adiuuant medicamenta calore prædita. ea enim vi scidos crassosque humores ac vapores concoquendo, dissecando,attenuando,discutiendo, ac etiam euacuando per insensilem perspiratum. meatus expediunt, & celerrimũ frigidis ipsis medicamentis iter parant.atq; adeo contrariorum medicamentorum ratione,idem coposítum medicamentum contraria affecta obit: non dicam,vt Syluius,vno tempore vnum,alio aliud,sed eadem semper. quamquam enim non sim nescius in huiusmodi antidotis stupefactoria priori ætate maxime vigere, minus autem postea, non aboletur tamen prima ætate transacta eorum vis, præsertim opij,quod plures annos integras vires seruat: sed caloris concoquẽtis actione minuitur tantum ac temperatur; & quod vnius aut duorum erat medicamentorum proprium,in antidotum totam per minimas eius partes diffunditur. tunc vero stupefacit, non opium, non hyoscíamus, sed Athanasia ipsa ac Philonium, opij, & hyoscíami, & reliquorum omnium simplicium formis, ac viribus in vnam veluti nouam formam totius copositi redactis.

ME-

MESVE.

DIA SVLPHVR confert febribus diu turnis, vt melancholicis, phlegmaticis. thoracem ac pulmones purgat pituita craſſa, lenta, pure: ob id tuſſim antiquam, & difficultatem ſpirandi inde natam leuat. ſplenis duritiē minuit, & inde natam hydropem: vrinas mouet: calculum frangit, morſibus venenatis, & poto iam veneno prodeſt. Rec. autem piperis albi, & longi, ana drach.vj. ſulphuris flaui, thuris, mei, hyoſciami albi, myrrhæ, ſtyracis, cardam. ana drac. viij. rutæ, coſti. † caſſiæ, ana drach.v. opij, mandragoræ, ana drachm.iij. croci, drachm.ij. & dimidiam: melle deſpumato excipe, poſt ſex menſes vtere.

† caſſia aliqui cod. habent drach. vi.

MAN. MAGNAM vim habet in dolore renum, & ſpirandi difficultate, in quibus locis paratur: nec difficile eſſet vbique parare. quæcunque enim in eo ponenda, nota ſunt. Sunt qui hoc pacto parent: Sulphuris ignem non experti, hyoſciami, cardamomi, ſtyracis, opij, myrrhę, coſti, rutæ, ana drach.x. croci, piperis, ana drach.iij. caſię drach.xij. libyſtici, drac.iij. mellis quantum ſat ſit.

SYLV. FVERIT hæc antidotus efficaciſſima ad ea, quæ pollicetur, Sulphur viuum autem vbique Gal. prædicat hic citreum ſeu flauum, quod ignem expertum videtur: quemadmodum, & viride, pallidum, & cinericium in cannas coniectum, & ab his formatum. Optimum exiſtimarim, quod chymiſtæ ſublimando (vt loquūtur) purgāt, & tenuant, odoriſque & ſaporis ſuauitate exuūt. Opera prope omnia hic adſcripta ſulphur ſolum præſtat, vt vires eius legenti in noſtris ſimplicibus patebit. Tamen, quæ illi addūtur, actiones eius reddunt meliores, quorum plurima venenis reſiſtunt. Sunt, & in eo ſtupefacientia quædam miſta potius, vt aliorū valenter calentium vehementiam frangant, quām vt ſtupefaciāt: ita, vt vis eorum paucorum ſexto menſe fracta, multis calentibus elanguerit. Magnam vero vim habet in dolore renum, & ſpirandi difficultate.

COST. DELIGENDVM *ſulphur ignem non expertū, quam maxime ſplendidum, ac minime lapidoſū: citrinum autem ex Authoris iuſſu: aut ſi etiam ignem expertum ſumas (neque enim de hac re Meſue quicquam) quod viret ac præpingue ſpectatur. Chimicum vero ex quo per ſublimationem, vt aiunt, extractus ſit odor ac ſapor quanquam potentiſſimum ad multa, nullo pacto ego admitterem, vt Syluius. cui enim neq; odor, neque, quod maxime refert, ſuus ineſt ſapor, deeſſe, & ſuas vires veriſimile eſt.*

MESVE.

CONFECTIO ex Styrace, alui immodicū fluorem bilioſum, aut pituitoſum ſiſtit, tineſmum à cauſa frigida natum ſanat. Recipit ſtyracis liquidi, opij, † aſſari hyoſciami albi, caſtorij, croci, mirrhæ, thuris, partes æquales, melle ſufficienti comprehenduntur.

† ſtruthi.

CRH. Hæc confectio de ſtyrace interdum in vſu habetur. Raſis 9. ad Almanſorem cap. de fluxu ventris habet vnam aliam deſcr. non differentem ab iſta Meſue niſi in vna re, ſcilicet in croco. quia Meſue habet hic crocum, Raſis autem non.

A STYRAX verus lachrima eſt, humiditatem non remittens niſi dum manibus attrectatur. Fit vero arte quædam miſcella, quæ grauis eſt, & ſomnum faciens, quam hic puto Meſuen intellexiſſe, & eſſe quam liquidam vocant. Vide Dioſc. ſi tamen hoc melius intelligere velis, lege Gal. in lib. de Antidotis. MAN.

PER ſtyracem liquidum à Meſue intelligi miſcellam quandam grauem, & ſomniferam putat Manar. ex Dioſc. Galen. antidotis. SYLVII

STYRAX *liquida liquor eſt, qui ex mirrha fit aqua conſperſa ac expreſſa, vt docet Serap. flacte autem Dioſcoridi vocatur. ſed quid ſit quod ad nos hodie affertur ſtyracis liquidæ nuncupatione, & quo pacto paretur, ignoramus. Hic, ſi per me liceret, ſolidū, & verum ſtyracem ſumerem, qui haberi probatiſſimus* B *poteſt, & in fluxionibus etiam commendatur. præſertim, quod myrrha ex qua liquidus ille conficitur huc etiam venit. aut certe, ſi quid velis ſtiraci liquido magis ſimile, oleum ſumes ex myrrha caloris vi expreſſum.* COST.

DISTINCTIO TERTIA
de Medicinis ſolutiuis.

MESVE.

MEDICAMENTA purgātia ſunt quædam aloe, alia colocynthide, alia turbith, nonnulla ſcammonio, alia alijs. De quibus ordine nobis dicendum eſt, Primum de hieris. C

TERTIA diſtinctio de medicinis ſolutiuis, quarum quædam conficiuntur cum aloe, quædam cum colocynthide, quædam cum turbith, quędam cum ſcammonea, & quædam cum alijs medicinis ſolut. fortibus, quædam cum pluribus ex eis, ſicut inferius per ordinem apparebit. CHR.

MESVE.

HIERA picra ideſt amara Galeni, facultatibus multis inſignibus efficax. Siquidem calfacit, tenuat, incidit, terget, ſiccat, obſtructiones aperit, humores, ac flatus, prauos, craſſos, lentos, poris corporis tanquam ſpōgiæ cauernullis imbibitos ſeparat, digerit, expurgat commode. Magis autem purgatrix eſt cum aloe illota, ſed minus roboratrix, contra vero, quæ cum aloe lota paratur, minus aluum ſubducit, magis ventrem roborat, affectibus capitis, ventriculi, hepatis, renum, vteri, iuncturarum, & cæterarum partium frigidis, mire confert, humorem ab his partibus frigidū aut putrem vacuando. Recipit cinnamomi, maſtiches, aſari, ſpicæ nardi, carpobalſami, croci, † xyloaloes, caſſiæ, partes æquales, aloes duplum pōdus omnium, Quidam addunt ſchœnu anthos, alij abſinthium, alij alia. Quidam melle excipiunt, alij ſine melle in trochiſcos fingunt cum aqua bdelij, & tragacanthi. D

† al xilobalſami.

CHR. Hiera picra vnde dicatur.

HIERA picra nomẽ habet amaritudinis, quia ipſam principaliter ingreditur aloe, & dicitur hierapicra, a hiera quod eſt ſacra, & picra, quod eſt amara,& huiuſmodi hieræ Galeni, duæ reperiuntur deſcriptiones poſitæ, & inuentę à Galeno, quæ ambæ in idem redeunt. vna ponitur 7. therapeuticæ,ca. 12. alia ponitur.6. de regimine ſanitatis.cap.pen. Eſt enim hæc hiera magni iuuamenti in paſſionibus ſtomachi principaliter, quibus abundat humor choleri cus ſubtilis imbibitus in poroſitatibus ſtomachi cũ admixtione phlegmatis aquoſi. habet etiam multas alias vtilitates efficere,quas auctor ponit in litera, & Gal.locis allegatis. Vſus autem eius, & modus prępa rationis eſt triplex. Primo ſolum in forma pulueris, & tunc aſſumitur cũ vino,vel iure pulli, vel cũ aqua mentæ,vel hordei,vel alio liquore conueniente, & in tali forma ipſam deſcribit: & eo vtebatur Gal. quia efficacius operatur. Secundo in forma pillulari,& ſic cõmuniter practicãtes generaliter vtũtur. Et iſte modus adinuentus fuit, cum propter amaritudinem pul ueris, tum, vt maiorem moram in ſtomacho contrahens,à remotis magis attrahat. Tertio in forma electarij cum melle, & ſic deſcribitur hic à Meſue, ſed non eſt in vſu, & in hac hierapicra Galeni non ingre ditur aliud ſolutiuũ,niſi aloe non lotum,de quo diffuſe dictum eſt in diamuſco, & qualitercunque præparetur in debita doſi, tardat ſolutionem à xij. horis vſque ad xxiiij. Nunc tranſeo ad deſcript.hieræpicrę Galeni poſitæ 7.therapeut, quæ eſt illa,quę communiter habetur in vſu, & eſt quaſi conſimilis cũ illa, q̃ ponitur 6. de ingenio ſanitatis, derelinquendo præſentem hic poſitam à Meſue, quia ſatis ab illis variatur,& iſto modo non habetur in vſu. Reci. cinnamomi,maſticis,aſari, ſpicę ſcilicet nardi,croci, xylobalſami,ana drac.vj.aloes drach. centum. Et illa eſt vera deſcriptio pul. hierępicrę Gal. ſecundum quod ipſe ponit in locis alleg. Medici autem,& aromatarij hodiernis temporibus de aloe ponunt ſolum duplum ponderis aliorum aromatum, & non plus,cum hanc hieram conficiunt. Et mouentur maxime propter hanc deſcr.ibi poſitam à Meſue, quam ipſi reducunt ad formam pillularem: ideo minus ſoluunt. Et doſis hierę Gal.in locis alleg. eſt vſque ad drachm.i. Doſis autem eius, quæ hodiernis temporibus præparatur eſt vſque ad drach.i. & s. & ſi ſit in forma electarij,vt ponitur hic, doſis eius eſt vſque ad vnc.i. ſed illo modo non habetur in vſu. Auic.in 5.can.Haly.x.practicę, & Serapio in proprio antidot. eandem habet deſcrip. differentem tamen in vno, quia Meſue habet hic xyloaloes,alij vero carpobalſami. Vnũ tamen notabis,quod hæc deſcr. hieræpicræ quam dicit Meſue fuiſſe Gal.non reperitur in aliquibus lib. Gal. ad nos tranſlatis,licet Auic. & alij affirment Gal.

Hiera preparatio triplex.

MAN. AB hac cępit veluti ab antiquiore, & à qua reliquæ nomen acceperunt, cuius permixtio tempore Galeni Romæ vocabatur picra. Galenus accipit ſolum ſex res, dimittens xyloaloen, & caſſiam, & pro carpobalſamo ponit xylobalſamon: & auget aloen: pro ſex enim drachm. aliorum, vel centum, vel 120. aloes apponit. ET eſt reſolutiua materiarum malarum groſſarum) Has tamen oportet attenuaſſe, & diſſecuiſſe. ALOE autem ſit duplum pondere.) Ferme triplum eſſe debet,quia pro 36.drach. illorum, centum Aloes, vel cxx.adijciendæ ſunt.

SYLV. ANTIDOTVS hiera ideſt ſacra ab operibus diuinis, & mirabilibus. picra ideſt amara,ob aloem,vnde & hiera dialoes etiam dicta eſt à Galeno deſcribitur lib.6. ſani. tueo.lib.7. met.& lib.2.& 8.comp.ph. ad purgandum maximè ex ventriculo,inteſtinis,venis meſaraicis bilem flauam,& pituitam non modo tenuem, tunicis ventriculi altius infarctam,ſed promptius eã, quæ in eius ſpatio innatat. Cum autem vis eius purgatrix hepar non ſuperet, qua ratione affectibus frigidis capitis, & aliarum partium tam remotarum cum Meſue confert? Vt phlebotomea toto corpore vacuat, non primo, ſed ſuccedente in locum vacuati ſanguinis alio ſanguine ex reliquo corpore: ſic vacuato per hieram ventre inferiore, ſucceſſione quadam aliarum partium excrementa, aut mole ſua ruere, aut vi partium expultrice mitti videntur: nec alienum fuerit ab hiera, ſi non valenter, ſaltem leniter trahi, vt momento vacuandi ſemel accepto, ferri in ventrem perſeuerent: quo in clyſteribus paulo acrioribus ſæpe fieri probauit Galen. Quæ res tibi ſi non ad plenum ſatisfacit, in memoriam reuoca ventriculi actionem toti corpori communem. In quo ſi multa eſt excrementoſa materia, ea chylo miſta, in corporis dictas partes cum ſanguine tandem diſtribuitur, & partes ipſas tali excremento onerat. Si vero contra excrementis omnibus his biliioſis, pituitoſis, putribus omnino eſt ventriculus, & perfectius coquet, & alimentum in corpus purum transmittet, quo partes ſingulæ velut recreatæ, & meliores redditæ, quod in ſe habent excrementoſum coquent, ſi coqui habile eſt. aut ſi tota ſua ſubſtantia eſt ab alendo iam alienum, excernent. Omitto ventriculi cum cerebro conſenſum maximum, & ceteris. Vis igitur hieræ huius à Galen. non inuentæ (nam multis ante ipſum annis celebrata eſt, vt es lib cap. ph.p colligere potes) ſed vſu crebro celebratæ, eſt maxima. Sicque Romæ Gal. tempore parabatur: Cinnamomi, xylobalſami, aſari, ſpicæ nardi, croci, maſtiches Chiæ, ana drachm. vj. aloes drachm. centum. Sed centum drachm. ipſius, magna nimis menſura eſt viſa Galen. aliorum proportione lib.2. compo. ph.p. Ob id præſtantius medicamentum feceris, ſi minus aloes injicias, vt drachm. xc. qua tanquam optima, ſe vſum Galen. aſſerit. Interdum drachm. lxxx. miſcebat, cum gratiorem ſed calidiorem volebat: interdum contra etiam cxx. cum purgantem magis. Aloe autem non lota, magis vacuat: lota magis roborat, ventrem minus vacuat. Croeum item partius miſceri vult Galen.vt drachm.v. præſertim quibus medicamento vtentibus crocum caput ferit odore, vti nobis ante miſtionem. His etiam ſufficerint croci drachm. iiij. Sex vero croci drachm. Galenus miſcebat mulieribus male per menſes purgatis, & aloes drach. lxxx. & carpeſium loco aſari: interdum vtrumque. Vtebaturque non in his ſolis quibus dolet caput per conſenſum ſtomachi ab humore biliioſo morſi, ſed etiam in his, qui ſuffuſionum phantaſmata, & ſymptomata patiuntur ex ſimili ſtomachi affectu, & quibus aluus ſupprimitur, & quibus rectus eſt fumoſus. Cinnamomi penuria injice optimæ caſſiæ duplum nihil virtute ab inualido cinnamomo abeſt, à generoſo multum ſuperatur. Quidam carpobalſamum loco xylobalſami: alij vtrumque, alij etiam xyloaloen, caſſiam, ſchœnu anthus addunt. Doſis ſumma eſt drach. vnius cum aquæ cyathis tribus: minima eſt ſemidrach. alijs in medio prouectate, corporis magnitudine, conſuetudine: ſeu minima eſt vnius cochlearis parui: mediocris, duorum paruorum: maxima, duorum cochlearũ magnorum cum aquæ tẽperatæ cyathis duobus, aut tribubus: aut in catapotia fingitur. Dat Act. à dra.j. ad dra.ij. Hodie eius ficę (quæ vtilior eſt) etiam vnc.s. cum drac.j. diaphœnici ex hydromelite etiam mulieri innoxiè propinari vidimus. Gal. item, vel ficum puluerem exhibet, vel melle exceptum, vt gratior, durantior, purgantior: licet tũc ventrem minus roboret, quia mel ſtomacho malum eſt, & roborantium vim diſſoluit. Meſ. puluerem tacuit, trochiſcos expreſſit, alij quoque in catapotia fingunt, quod propter multam aloes amaritudinẽ ægre puluis ex vino, vel iure pulli, vel aqua hordei, vel alio liquore deuorari queat: nec multo facilius cum melle excepta ex hiera hęc, ſiue bolis deglutienda ſit, ſiue liquore (vt puluis ſolet) diſſoluta. Adde, quod catapotia ex hiera ob moram in ventriculo longiorem à remotis partibus trahere magis poſſunt: minimum, ſi potu deuotatur. Nam ſic à ventriculo celerrime, & effluit, & expellitur. Si bolo autem ſumitur vt confiſtentia, ſic mora in ventriculo, & viribus in vacuando eſt media. In hac antidoto autem ſola eſt aloe purgatrix, & tam imbecilliter, vt vix hora poſt duodecima vacuare incipiat, duretq; eius vacuatio interdum ad horas 24. quæ conſuetudo eſt tardius, & imbecillius vacuãtium, cum valentia mox vires ſuas exerant, & nõ multo poſt terminẽt, niſi quantitate immodica hypercatharſin moliãtur. Cum autem Gal. hiera ad cinnamomi, maſtiches, aſari, ſpicæ nardi, croci, xylobalſami, ana drachm. vj. addat

aloes

Lib.7. met.

Lib.4. loc. aff. cap.1.

Lib.1. loc. aff.

Li.2 comp. ph.p.lib.7. meth.

aloes drach. centum, drach. j. sicca probe purgat. cum vulgaris offi
cinarum hiera hæc sicca drach. j & s. parum sit efficax, quod aloem
ad omnia simplicia simul sumpta duplam tantum misceant: cum
apud Gal. fere sit triplasinam pro aliorum sex. ana drachm. vj. quæ
sunt xxx. j. miscet Gal. aloes drach. centum, & interdum cxx. Quæ
vero Gal. hiera melle excepta est, vnc. j. mediocriter purgat, in qua
sunt pulueris drach. ij. Cum enim tribus pulueris vncijs misceuda
sit lib. j. mellis, in tribus autem vncijs drach. sunt xxuij. in lt. vnc.
xij. sequitur, vt in quolibet hieræ melliæ vncia sint prope pulueris
drach. ij. Addas prope, quod pulueres ipsi cum melle mixti pon-
dus augent. Cum autem mellita Galeno purgatoria magis dic-
tur, quia sicca, leuiter attigi in Mesue aloe li. 2. Ab hac autem hiera
velut antiquissima incepit in quam xyloaloen, & casiam inuexit:
& pro xylobalsamo, carpobalsamum. Actuarius autem pro spica,
xyloca sinam. Mel vero quantum spices, vt vnc. ij. huic hieræ, &
alijs medicamentis, quorum aloe est basis, misceudum quidam eo
tendunt: & hieram sulio, aut sumo faciendam, in hordeoque sepe-
liendam volunt per sex menses, vt fermententur: ætas alioqui vi-
res ei addit: nec vtendam ante hanc fermentationem, seruarique
integras omnes hieras a sex mensibus ad annos quatuor. Hiera
Andromachi mitto lib 8. c. ph. Schœnu anthus, xylobalsami, ma-
stiches, croci, nardi, Indici, asari, cinnamomi, singulorum drach. vj.
aloes lotæ drach. centum: simul leuigata reponito, datoque ieiuno
a cochleario vno ad duo, cum aquæ frigidæ, aut calidæ cyathis a
duobus ad quatuor: alij singulorum sex drach. octo miscent: alij
aloes drach. lxxx. multi præter illa sex etiam Schœnu anthus ad-
dunt. Asclepiades Andromacho consentit, nisi quod aloes simpli-
citer scribit, & horum simp. vnc. j. vel ij. addit drach. vij. & semis. mi
scet, & opobalsamum pro xylobalsamo, & schœnu anthus omit-
tit. Aloen quidem cum Andromacho lotam: alij illotam ponunt:
cum lota minus alium subducat; quia multum virtutis medica-
mentosæ lauando deponit, sed tunc conuenit magis febri non va-
lida, sed admodum remissa laborantibus, quibus etiam hieram ex
aloe illota citra euidentem noxam multi dederunt, in alijs febri-
bus noxam maximam ex ea sunt experti. Nam aloe etiam lota
est maxime aduersa his, qui intemperie calida, & sicca laborant, si-
ne prauis humoribus: deinde his, qui sicca, & frigida: in totum his,
qui ex solis qualitatibus partem aliquam habent vitiatam. Nam
intemperies cum humoribus, medicamentis illos vacuantibus in-
digent: quæ sine humoribus sunt a medicamento ex aloe in mar-
corem omnino perueniunt. Vbi igitur humiditas parua ventricu-
li tunicas irrigat, picra ex aloe vtilis est, humiditatem vacuans par
uam, quæ nauseam maiorem, aut minorem excitat. Eam autem
noxiam humiditatem sola aloe vacuat sua vi purgatoria non va-
lente, sed quæ ex ventriculi regione, quæ attingit, vacuare possit: si
tamen largior sit exhibita, ad iecoris partes peruenit, non tamen
vacuat totum corpus aloe. Hiera quoque ipsa valet ad purgandum
ventriculum prauis humoribus, præcipue tenuibus, & biliosis, &
coctionem impedientibus, iuuat etiam ventriculum intemperie hu
mida citra humorum laxatum, vt ligamenta, seu nerui colligantes
articulorum laxantur: omnium autem præstantissis, est remedium
his, qui bilem alius inter tunicas ventriculi receptam habent.
Datur etiam tuto, phlegmone ventriculi, iam cocta post declina-
tionem scilicet, nullo autem phlegmonis tempore. Hieram picrã
alij habent siccam, alij melle non cocto modice exceptam lib. 5.
sani. tuen.

COST. HIERAE *simplicis authorem fuisse Antonium Musam, qui Tiberij tempore vixit, testatur Scribonius, quamuis Gal. 8. de comp. per loca in Andromachum referat, qui ætate Neronis fuit. Parabatur ex aloes triente, id est vncijs quatuor, croci, cinnamomi, nardi, asari, xylobalsami, mastiches, singulorum denarijs sex, est vero denarius pars vnciæ septima. Galeni tempestate longe maior aloes quantitas addebatur aliorũ proportione: nẽpe ad sex singulorum drachmas, aloes drachmæ centum, quam mensuram interdum ipse immi nuit, sumẽs octoginta, aut nonaginta, interdum auxit ad drachmas centum, & viginti pro uario scopo purgandi magis, aut minus, quare non erauit hic Mesue aloe sumendam præcipiens duplo pondere ad reliqua, neque Galeno repugnat. Summa equidem mensura drachmarum centum, & viginti ferè triplam proportionem seruat ad alia, sed minor, quasi duplam, cuius author est Gal. Castigans vulgatam qua centum drachmæ sume-*

Cap. 110. Cap. 21.

A *bantur, hoc autem pro Manardo sit dictum. Deinde vero etiam Gal. croci drachmam dolorem capitis veritus, qui sæpe ex eo prouenit, ac pro aloe non lota lotam etiam quandoque substituit ex Andromacho, quæ ventriculo magis conferat, minus autem expurget. Porro autem hoc in medicamente duo tantum sint, quæ purgãdi vim habeant, aloe atque asarum. Galenus tamen quasi asaro facultatem inesse purgatricem ignorauerit, aloe vim totam ascribit. Est tamen basis ipsamet aloe, ex qua etiam nomen picræ, id est amaræ obtinuit, &*
B *eius gratia cætera adduntur. Quando enim triplex illi inest vitium, tarditas in purgando, imbecillitas, & vis qua venas recludit, accelerant, ac eius vim intendunt cinnamomum, nardus, crocum, xylobalsamum, calida omnia, & tenuium partium, adde, & asarum tenuatorium simul, & purgatorium, prohibet vero ne venas a-periat mastiche, atq; adeo non fortuito, sed consultissime paratum id est medicamentum, ad quod tamen alij alia pro suo quiq; scopo addiderunt, veluti xyloaloen, casiã odoratum iuncum, absinthium, de quibus ẽt Mesue meminit, neque hæc temere, quando aut purgatricem vim intendunt, aut purgandi celeritatem, si & bdellium, & dragacantha, quod alij addunt admonente Auicennã, vitium aloes oppugnant, quo sanguinem detrahit. Apte vero etiam mel additur a Gal. quod ventriculo gratius redditur medicamentum, & magis subductorium. Cæterum vbi hieram excepturus ex melle, de mellis mensura non leuis est quæstio. Galenus equidem pondus non*
C *explicat. Ac si vulgatam sequare consuetudinem, addendum esset mel quadrupla proportione, vt exemplo Diamoschi agunt. Auicennas tamen tantundem addi interdum, ait: atque adeo longe minus, quam fieri in alijs consueuerit. Sane de mellis mensura, regulam quã eius quadruplum, aut triplum addunt non carere periculo in purgatorijs, supra ostendimus. Quod autem ad hunc locum pertinet, quanquam illam etiam hoc in loco Syluius sequitur, cum Auicenna potius starem in picra enim multa est aloes copia: præstat vero aloe eadem ferè opera quæ mel, conseruandi, & species excipiendi lentore suo ne diffluant, quare minori quoq; mellis mensura est opus. At roget nos aliquis, an regula a nobis antea allata hic sit opportuna? Non est opportuna, quoniam hieræ huius mellitæ dosim Gale. Aut Mesue non tradunt. Docuimus autem antea conferendas basis, & compositi doses: atque eo pacto mellis mensuram elici. Age autem inquiramus nunc hieræ, & simplicis, & mellitæ dosim, quam hic silentio inuoluit. Galenus porro (de simplici primum ago) 2. de comp. per* Cap. 2.
D *loca drachmam se vnam ad summum exhibere testatur. Andromachus ex 8. de comp. per loca, cochlearia* Cap. 2.
duo. i. drachmas duas præbuit. Serapio drachmas duas exhibet, quod & Paulus, hierarum omnium summum pondus dicens drachmas esse duas. Nostri vero drachmas etiam tres dant absque noxa, quibus astipulatur authoritas, & ratio. Scribonius equidem dari ait cochlearia duo, vel tria. Ratio vero id docet, quãdo hierę drachma vix habet scrupulos duos aloes, atque hæc minori quàm drachmarum duarum pondere fere non exsoluit. Ergo summa hieræ simplicis dosis drachmarum erit trium, neque Galeno hac in re assentiendum, præsertim (quod quis admiretur) qui hieræ ex colocynthide longe valentioris medicamenti drach. iiij. aut etiam quinque dedisse profitetur. 1. de comp. med. per loca. His de hiera simplici, ita constitutis eius etiam quæ melle excipi- Cap. 3.

tur

tur dosis facile innoteſcit. Si equidem mel tantumdem addas cum Auicenna, ſex drachmarum menſura erit ſumma, ſi quadruplum, drachmarum erit quindecim. Atq; hæc ratione ipſa docemur, a qua quotidianum non diſſentit experimentum. Vnum hic ſupereſt explicandum, quales nam humores hiera educat, craſſos ne an tenues? Meſue ijs verbis.

Et eſt reſolutiua materierum malarum craſſarum, & viſcoſarum. *videtur ipſi purgatricem craſſorum humorum vim tribuere. Manar. vero attenuaſſe, & diſſecuiſſe antea oportere admonet: atq; adeo ſponte ſua id non præſtituram. Sed vere id non vult Meſue, quod vel le Manardus innuit, hieram craſſos, ac lentos humores ſoluendo educere, at eos diſſipare, & attenuare aſſerit, ſi rem perpendas. De ſolutione vero poſtmodum agit quum ſubdit.*

Et perficitur ab eo ſolutiuo bona. *Si tamen etiam de purgatrice vi intelligas, quanquam non negem craſſos humores, vt hiera educantur, ſecari prius et attenuari oportere: id ipſum tamen præſtare hiera quoque ipſa ſolet ob cinnamomi, ſpicę, croci, carpobalſami, & aſſari vires, ac propterea, vtro modo Meſ. verba intelligas non errat, quod Manardus innuit.*

MESVE.

HIERA Hermetis cum dracunculo maximarum, & certiſſ. eſt virium ad cephalalgiam, hemicraniam, vertiginem, paralyſin, epilepſiam, tremorem ſpaſmum cynicum, dolorem colicum, nephriticum, vterinum, arthriticum, Vacuat enim humores tam tenues, quam craſſos, & lentos, a capite, ventriculo, neruis, iuncturis, & reliquis partibus. Rec. autem aloes vnc. j. trochiſcorum Alandhal aur. octo: turbith, agarici † dracunculi vtriuſque ſicci, iridis, ſagapeni myrobalanorũ cepularum, citrearum, Indarum, an. ſeſquidrachmam: zingiberis, cinnamomi, maſtiches, bdellij, ellebori, nigri, eupatorij aſſari, caſſiæ lignęæ, ſalis Indi, caſtorij, croci, apij, liguſtici, † cocci gnidij, ſtœchados, ana drach. j. ſcillæ aſſatæ drach. ij. & dimid. ſcammonij drach. ij. Curioſe omnia terantur: gummi, & ſuccivino odoro piſſo luantur: pulueres ſucco cucumeris agreſtis comprehendantur. Siccentur iterum, eodem ſucco, & pauco nucum oleo excipiantur, & ſiccentur, poſtremo melle deſpumato † omnia comprehendantur. Datur poſt ſex menſes a drac. j. ad drac. ij.

† Luſ.

† ſim. mez. rem.

† Vulg. quantitate, qua ſiat totum ſicut paſta.

MAN. ALANDAL.) Hos habes infra ab ipſo Meſue deſcriptos, qui tamen Hermetis tempore non componebantur. LVF.) Dracontium. SEMINIS mezereon.) ideſt cocci gnidij, chamæleæ videlicet.

SYLV. DESCRIPTA etiam Meſue in ſimplicib. cap. de dracunculo, potentiſſimum, & efficaciſſimum eſt medicamentum, vbi remedijs alijs mala hæc contumacia non cedebant. Trochiſci Alandhal inter trochiſcos deſcribentur, quos tamen tempore Hermetis nondum compoſitos ſcribit Manard. ſed ſine teſtimonio. Hi autẽ colocynthidis loco in compoſitione veniunt tutius, qua ipſa colocynthis, niſi hæc miſtis probe caſtigetur.

COST. HAEC *ſcripſit, & lib. ſimp. de aro: in eo varius, quod hic trochiſcorum alandhal drachmas duo-*

decim, id eſt aureos ſumit, illic colocynthidis drac. viij. Neque temere colocynthidis redactæ in trochiſchos maius hic adiecit pondus, quando caſtigata hoc pacto minus eſt efficax. Addit etiam hoc in loco bdellium quo eadem colocynthis magis caſtigatur, & elaterij vis obtunditur, quoinuolui omnia præcipit. Strenue expurgat hoc medicamentum, quod certe ſimplicium expurgantium, & fortium, & imbecillium ſyluam habet. In eo conficiendo, quod ait. tritura bona terenda omnia. *ſtudendum, vt ſingula ſeorſum, aut cum alijs craſſe, aut ſubtiliter terantur, prout quæque poſtulant: pro quare petendæ regulę ipſomet Meſue traditæ lib. Can. vniuer. quas non eſt, vt hic particulatim referamus. Illa nunc inquirenda multi momenti, & vſus, quia iubet Meſue hoc medicamentum ex melle confici, doſim vero præſcribit à drach. vna ad duas, an doſis intelligenda poſt adiectum mel, an ante: quantum vero etiam mellis ſumi habeat. Equidem ſi rem perpendas, addito melle præſertim ex communi conſuetudine proportione quadrupla, duæ huius medicamenti drachmæ vix aluum moueant, nedum non exquiſite purgant: abſque melle autẽ in robuſtioribus corporibus non excedat modum: id quod perſuadeat nos menſuram præſcribi abſque melle. Contra tamen, ſi in ſequentibus hoc pacto doſim ſtatui, quis putet abſque melle, futurum eſt, vt longo interuallo modum purgatio frequentiſſime excedat. Sed dicã paucis quod ſentio. Quum ſimplicia ex quibus hoc paratur medicamentum excepto ſagapeno, maſtiche, bdellio, euphorbio, ſcilla, quæ duci in puluerem non ita poſſint, drachmarum ſeptem, & quadraginta pondus attingant, ideſt vnciæ ſint quinque, & drachmæ duæ, atq; adeo exvulgata cõſuetudine binas fere mellis libras deſiderent, futurum eſt, vt adiectis ſagapeno maſtiche, & reliquis, in totum electarium duas pendeat libras cum dimidia, & ſingula drachmarum duarum doſis vix drachmam ſpecierum contineat dimidiam, quæ perturbare quidem ventrem poſſit, non poſſit tamen exoluere atque exquiſite expurgare. Quamobrem, aut Meſuem meticuloſum eſſe atque ignarum medicamenti virium confiteri oporteat, aut vulgatam conſuetudinem huic loco eſſe importunam, ſed arbitrandum, expertum eſſe Meſuen huius medicamenti vires, ac propterea referẽda eſt culpa in conſuetudinem potius artificio, & conſilio expertem, quam in authorem. Quærenda ergo alia componendi ratio qua ſcopum attingamus authoris. Ea erit regula à nobis in ſuperioribus tradita, quam certe, qui in vſum tradiuerit, carere omni culpa obſeruabit. Sunt purgantium hic ſimplicium doſes, ſi recte expendas, fere quinquaginta duæ cum dimidia, aloes videlicet, quatuor cum dimidia, trochiſcorum alandhal doſes decem, & octo, poſſunt enim ſcrupuli eorum duo exhiberi, turbith, agarici, & quæ eo ordine ſequuntur non plures quam duodecim; ellebori, euphorbij, aſari, ſeminum mezereon doſes fere ſex; ſcillæ vna, ſcammonij decem, ac propterea, quod dicebam, doſes, quinquaginta duæ cum dimidia, adiecto vero elaterio, quo inuolui omnia iubet Meſ. ad ſexageſimum etiam numerum accedunt. Huius vero electarij vbi confectũ eſt, drachmas ad ſummum duas exhibes, quo fit, vt totum pendere oporteat drachmas vicenas, & centenas. Sunt autem ſi ingredientia omnia ſupputes, drachmæ vix ſeptem, & quadraginta, atque ideo, quod deeſt, ideſt drachmas ſeptuagintatres reſarciendum eſt melle. Sunt vero hæ vnciæ octo, & drachmæ duæ, quas ſi melle ſuppleueris,*

confecti

confecti in hunc modum medicamenti dosis summa erit drachmarum duarum ex Mesue præscripto, & integra fiet expurgatio. Cæterum video, quid hic obijciant: tam paucum mel tantum specierum cumulum non excepturum. Ego vero illud perpendi velim, quod author iubet, tantum mellis addendum, vt totum fiat sicut pasta, quibus verbis, vt pastillus fiat (præter omnium sententiã hoc dico (præcipere Mesuen suspicor, non electarium, quod vocant, neque mirum, quando aloetica hæc amara in electarij formam redacta assumpturo admodum ingrata esse solent: minus autem pastilli modo, quia minus diffluunt, ergo quum pastillum uelit author non multum mellis est opus, fortasseque octo illæ vnciæ satisfaciant, quod si non satisfaciant, sunt enim quædam interdum aridiora, quæ humoris plurimum exugunt, piaculum non erit, vt tantum iudicio tuo adiungas mellis, quod ad conficiendum pastillum sit satis, aut vt pro hiera simplicis exemplo tantundem mellis adijcias. Sed de hac re satis. Qui hac hiera ex communi instituto parata vsuri sunt, ea scilicet quæ quadruplum, aut triplũ susceperit, audaciores esse possunt, & drachmas etiam sex interdum propinare, qui vero ex Mesue instituto: ijs vna, aut altera drachma sufficiat. Vnum superest inquirendum, quum Mes. mezereonis semen exposcit, quid sit sumendum. Vt nos lib. simpl. docebamus, ignotũ est Mesue mezereon, sententia nostra, & aberrare eos, qui coccum gnidium illud esse aiunt, ex eo constat, quod Mesues sui mezereonis folia traducit in vsum, non fructus. Huius tamen seminis loco, si quis ricini, aut maioris, aut minoris semen reponat, quod ijsdem fere viribus valet arbitror non valde erraturum, pro drachma autem vna mezereonis, quæ integra, eius est dosis ricini maioris grana tria, aut minoris quinque assumas oportebit, si modo constitueris eo vti illius seminis loco, quod ignoratur.

MESVE.

HIERA Archigenis omnibus descripta, confert affectibus melancholicis, & ex pituita crassa natis, & vertigini, epilepsię, spasmo, hydrophisi incipienti, voci ob humiditatem multam raucę, dolenti asperæ arteriæ, difficultati spirandi, ploræ, lepræ, & cæteris tuberculis à crassa materia nascentibus; aut seroso excremento; ventriculo intestinis, mesaræo, vtero à flatu dolentibus, aut prædictis humoribus. Datur aliquando potui cum rutæ decocto, adiecto etiam castorio ad siliquas tres. Dolentibus autem spinæ, renibus, illibus, inguinibus cum decocto apij: ad ischiadem, & similes articulorum affectus cum aqua centaurij, adiecto etiam elaterio ideſt cucumeris agrestis succo, & colocynthidis, pulpa, ad silique quatuor. † Morsos denique à cane rabido, ab hydrophobia, ideſt aquis formidatis securos reddit, datur cum aqua abrotoni, præcipue adiecta drach. vna, pulueris cancrorum fluuialium vstorum. Recipit autem pulpæ colocynthidos drach. † duas, prassij, stœchados elebori nigri, chamedryos, schammonij, leucopiperis, macropip. ana † drach. duas scillæ assathæ, euphorbij, aloes, croci, gentianæ, petroselini, ammoniaci, opopanacis, ana drach. j. polij, cinnamomi, sagapeni, myrrhæ, spicæ nardi schœnu anthus, calaminthes montanæ, aristolochiæ rotundæ, ana drach. ij. cum melle sufficienti excipiãtur omnia. Datur ad aur. iiij. cum decocto epithymi, & vuarum passarum mundatarum.

† *Vulg. ad in aqua abrotani.*

† *Vul. hab. drac. xxy.*

† *vnc. y.*

NON est in vsu, sed hieralogodion est multum in vsu etiam est alia hiera picra Gal. quæ ponitur a Nicolao in suo antidot. quæ est multum differens a hiera Galeni posita 7. therapeut. nec reperitur, vbi Gal. eam describit. & tamen illa est, quæ generaliter habetur in vsu, & sic vbique secundum illam descript. habetur in vsu, & fit in forma electarij, secundum quod ibi describitur: quidam tamen reducunt ad formam pillularum, quę aliquo loco non sunt scriptæ, & dosis earum est a drach. j. vsque ad drac. j. & s. Et dosis hieræ picræ Gal. reductæ in forma electarij, vt communiter fit, quia vsque ad drach. j. de mane digesta materia. Et illæ pilulæ de hiera picra Gal. quæ à Nicolao describitur summe conueniunt omnibus dispositionibus capitis, vel passionibus dependentibus à materia frigida, & doloribus aurium, oculorũ, & dentium. Conuenit insuper descensui catarrhi, & passionibus frigidis stomachi, & omnium nutritiuorum, & etiam passionibus matricis, & etiam multis alijs consimilibus, cuius nunc ponam descript. Rec. cinnamomi, spicæ nardi, croci, schœnanthi, asari cassiæ lignęæ, xylobalsami, carpobalsami, violarũ, absinthij, epithymi, agarici, rosarum, turbith, colocynthidis, mastichis, ana drach. iiij. alias vnc. viij. mellis q. s. pro compositione electarij, siue vini pro compositione pilularum. Sunt autem solutiua, quæ ingrediuntur compositionem huius hieræ picræ, ac hieræ Archigenis; ac hieralogodion, non obstante, quod aliqua ex eis fuerint superius declarata, & alia quædam sunt declaranda. Colocynthis est medicina multum effrenitans in soluendo, amari saporis, indigens multa rectificatione secundum, quod ponit Mesue, est enim solutiuum pomum plantæ venenosæ ad magnitudinem pomi aranzi subalbidi: iuxta, quam plantam nulla oritur herba, & est calidæ complexionis vltra tertium gradum, & siccæ in fine secundi. Soluit phlegma principaliter attrhaendo à remotis membris, non tamen per se sola est exhibenda quantunq; correcta. Et dosis eius quæ ponitur à Mesue capitulo proprio est à chirat. vj. vsque ad x. Chirat autem est pondus quatuor granorum hordei. Sed illa est nimis magna dosis hodiernis temporibus qualitercunque assumeretur. Epithymum est flos, vel radix cuiusdam herbæ calidæ, & siccæ in secundo. Soluit humorem melancholicum principaliter, & licet non sit in vsu ipsum per se solum accipere, tamẽ eius dosis est drac. iij. vsque ad drach. vij. decoctionis autem à drach. v. vsque ad drach. xx. quia est leuis solutionis. Absinthium est herba nota leuissimæ solutionis, calidæ cõplexionis in primo, siccę in secundo, soluit leuissime choleram subtilem, & aquosam ab intestinis, meseraicis, & ab hepate, assumitur à quibusdam succus eius, qui est amarus valde, & horribilis. Et dosis eius est à drach. ij. vsque ad iij. Et in decoctione seu infusione cum aliqua expressione ab vnc. v. vsque ad vnc. viij. Scammonea est succus cuiusdam herbæ inspissatus in forma lupinorum reducitur, & ab India, & Anthiochia

CHR.

Colocynt.

Quid sit chirath.

Epithim.

Absinthiũ.

Scãmonea.

chia ſic traſportatur, & eius vſus per ſe ſolum non eſt conueniens propter eius ventoſitatem, & potentiam in ſolnendo:nec cum alijs medicinis admiſcetur niſi poſt debitam eius correctionem cum pomo cyto-
Diagridiū. nij,vel caulibus in paſta,vt præcipit Meſue,& ſic correcta vocatur diagridium, & eſt calidæ,& ſiccæ complexionis in tertio, ſoluit principaliter choleram, ſed nocet ſtomacho,& hepati,non correcta. Et doſis eius cum eſt correcta,eſt à granis v.hordei vſque ad xij.Et ipſius ſolius adminiſtrationem omnes prohibent. Et conſulo,quod medicina, in quam ingreditur retarde
Turbith. tur,quantum eſt poſſibile. Turbith eſt radix cuiuſdā plantæ in partibus Indiæ,calidæ, & ſiccæ complexionis in tertio:ſoluit principaliter phlegma, & eſt multum in vſu, maxime in paſſionibus iuncturarum, & aſſumitur commnniter cum zuccharo, & zingibere in forma pulueris ſecundum illam deſcript. Rec. turbith albi,& gummoſi,drach.j. vel vſque ad drach.j.s. zing. vnc.j. zucchari, drach. s. & in mane aſſumatur cum iure pulli,vel galli,vel aliquo liquore conueniéte. Et hic nota,quod zingiber eſt correctiuum, vel velocitat eius operationem,quoniam de ſe eſt tardi motus. Et eius doſis in ſubſtantia eſt a drach. j. vſque ad ij. vt ponit Meſue, & in decoctione à drach. ij. vſque ad iiij.Sed iſtæ doſes temporibus præſentibus ſunt nimis magnæ,& eius aſſumptio eſt abominabilis,& de
Agaricus. bilitat ſtomachum. Agaricus eſt fungus quidam adhærens cuidam arbori maximæ, & multum naſcens in Pedemontium, & eſt calidæ complexionis in primo, ſiccæ in ſecundo, ſoluit principaliter phlegma craſſum,& choleram rubeam à cerebro,& à membris neruoſis,ac etiam à pectore,uſus tamen eius per ſe ſolum non eſt multum conueniens, ſed admixtus cum alijs medicinis,vt in electarijs,& pilulis,vt communiter fit. Doſis tamen eius in ſubſtantia eſt à drach.j.uſque ad drac. j. s. In decoctione uero ſiue infuſione eſt vſque ad drachm.iij.Et nota, quod agaricus qualiter cunque aſſumptus inducit uomitum, ſed longe minus in decoctione,uel infuſione,quia non ſic adhæret parietibus, & vijs ſtomachi, uel uillis inducens nauſeam, & corrigitur cum maſtice, & ſale gemmæ, ut
Sagapenū. præcipit Meſue. Sagapenum eſt gummi calidum in tertio,& ſiccum in ſecundo, ſoluit humores viſcoſos, & phlegma crudum trahit à longinquis membris, non tamen per ſe ſolum utimur eo. Et doſis eius eſt à drac.s.uſque ad aur.j.Euphorbium ſecundum rei ueritatem eſt gummi calidum, & ſiccum in quarto, & per ſe ſolum non eſt conueniens, & ſoluit phlegma craſſum.Et eius doſis eſt à granis iiij.uſq; ad xij. Ari-
Ariſtolo. ſtolochia rotunda eſt perfectior,& potentior longe in ſoluendo,& utraque eſt calida in tertio,& ſicca in ſecundo,ſoluit ſuperfluitates phlegmaticas, & per ſe ſolum uſus earum nō eſt conueniens. Helleborus unus
Helleborus. eſt albus,omnino fugiēdus, quia à tota ſpecie eſt mortiferus: alter niger, qui ſolus non eſt in vſu, ſed admixtus cum alijs medicinis, principaliter ſoluit melancholiam, & choleram craſſam, & phlegma uiſcoſum fortiter attrahens à remotis, eſt tamen multum prouocans uomitum, & eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in tertio. Et doſis eſt ab unc.j. uſque ad unc.ij. ſed melius eſt,ut fugiatur niſi correctus, & admixtus cum alijs medicinis. Reſtat nunc alia declarare,quæ non ſunt ſolutiua poſita in deſcriptione hieræ Archigenis. Et primo per exituras apoſtemata intelligit,

E quæ ueniunt ad ſaniem. Vltimo eſt memorandum, quod vſus prædictæ hieræ Gal.qualitercunq; aſſumatur,debet eſſe premiſſa aliquali digeſtione, ſeu preparatione humorum in ſtomacho cum aſſumptione mellis roſati colati,uſque ad quantitatem unius unc. pro uice,duobus,uel tribus diebus ad minus,uel cum alio leui digeſtiuo. Similiter, & ante aſſumptionem hierę picrę Galen. in qua ingrediuntur plura ſolutiua,& fortia, ut eam deſcribit Nicol. etiam eſt preueniendum digeſtiuo, appropriato ſecundum quòd expedit. Et doſis huius hierę Archigenis deſcriptione Pauli, quia eſt melior uſque ad aur. iiij. & Archigenis deſcriptione uniuerſali eſt uſque ad vj. & confert multis, & diuerſis paſſionibus, ut dicit Meſue: quas tu ipſe legendo conſidera.

F EX Auicenna ad verbum. Pulpæ coloquinthidos dr. MANA.
ij. Aliqui libri habent drac.xxij. alij vnc.ij. CÆPÆ MYRIS aſſatæ.) id eſt ſcillæ.

HIERA hæc ad verbum ex Auicenna deſcripta longè præ- SYLV.
ſtantiſſima:multo autem valentior fiet, ſi colocynthidis pulpæ vnc.ij aut drach.xx. duæ miſceantur, vt quidam codices habēt. Quod ad hydrophobiam ſymptoma pernicioſiſſimum eorum, qui a cane rabido ſunt morſi, attinet, lege Galen. in lib. de commodis theriacæ, de puluere autem cancrorum fluuialium vſtorum mira Galen. l. 11. ſimpl. prædicat ex Aeſchrione'. Magni præterea eſt facienda decoctorum ratio varia pro vario affectu, ex quibus hieram propinat. His verò affectibus omnibus valenter opitulari hanc Hieram nemo inficiabitur, qui ſimplicium, & plurimorum, & efficaciſſimorum eius naturam perpenderit. Doſes tamen minuerem,quòd his ferendis noſtratium corpora ſint imparia. Valet igitur ad congeſtam, uel fluentem pituitam,aut melancholiam,& affectus omnes inde natos in quauis corporis parte, auribus,dentibus,collo, &cæt. Eius loco quidam vtuntur hodie hiera Logadij,
G quam Paulus, Aetius, Nicolaus, & alij plerique deſcribunt. Ante tamen tutum harum hierarum tam potentium vſum, apparanda eſt materia,hoc eſt tenuanda, incienda, tergenda, fluxilis reddenda, & meatus ſunt aperiendi, per quos eſt vacuandum: in ſumma corpus fluidum eſt faciendum, quod tutò, & ſalubriter purgandum eſt.

LEGENDVM *proculdubio colocynthidis drach.* COST.
*xxv. vt in antiquis codicibus,non, vt in alijs dra.ij. Quum enim ad craſſos præſertim, & crudos humores educendos hoc paretur medicamentum, hunc potiſſime vſum colocynthis præſtat,& ea debet præcipua hic eſſe baſis, ſumendi vero trochiſci alandhal opinione noſtra, quando vix aliquid eſt in hac ſimplicium ſerie, quod colocynthidem exacte caſtiget. Ita,& genuina lectio eſt,quæ addit.*ſcammoneę, leucopiperis, macropiperis,omnium ana drach. ij. *non autem, vnc. ij. neque*
H *enim ea præſtaret medicamentum, quæ oportet, ſi tantum ſcammonij adderetur, ſumendum vero, & hoc cotoneo paratum dixerim, veluti pituitoſis humoribus ex purgandis Tralliani conſilio aptiſſimum, de qua re ſupra. Si omnium hic ſoluentium ſummam colligas, animaduertes doſes explere ferè ſeptem,& triginta, quas tu dicito quadraginta,parum enim refert. Exhibet autem Meſ. huius vbi confectum eſt,medicamenti aureos quatuor.i.drach.ſex,quare totum electarium, vt ducentarum, & quadraginta drachmarum pondus expleat, oportebit. Sunt vero ingrediētia omnia drachmæ vix ſexaginta,ac propterea ſupereſt, vt reliquum.i.centū, & octoginta drach. melle expleas.i. vncijs viginti additis. Tunc melle ea menſura adiecto tuto exhiberi poterunt huius electarij drachmæ ſex, quod author præſcribit.*

ME-

MESVE.

HIERA Archigenis Paulo aliter descripta, recipit prasij, agarici, chamædrvos, pulpæ colocynthidos, stœchados, ana aureos † decem: opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, ana aureos quinque: cinnamomi, spicæ nardi, polij, croci, ana aureos quatuor. Sicca terrantur, † liquores frangãtur, hydromelite indantur, & omnia melle excipiantur. Datur ad † aureos iiij. cũ salis triti drachma vna, & aqua mulsa.

† Al. dec. v. alij xx.

† Gummi conquassa.

† Putant aliqui legendum aureos ij.

MAN. OMNIVM ad aur. v.) Auicenna xx. Paulus x. Post polium Paulus addit, myrrhæ: INFVNDE in melle.) Paulus in melicrato per noctem vnã, & sicca. COMPONE eam cum aqua mellis.) Paul. cum optimo, & repone in vase vitri, vel plumbi. Et modus hic est omnibus hieris communis: Addatur salis drach. j. & si vis, vt magis purget, adde scammonium.

SYLV. AVREOS decem pro quinque scripsi, quòd Paulus drach. x. habet Auicen. xx. Absurdum item esset in prima simplicium classe aur. v. scribere, & in secunda similiter aur. v. Omnia enim illa simplicia si eodem pondere conuenirent, vna classe concluisset. Paul. præterea spicæ nardi subscribit myrrham a Mes. omissam. Addit Paul. árida simul tundenda, & incernenda, sed opopanacem, & sagapenum (quæ gummi malè ab interprete Mesue vocantur, vt in simplicibus docemus,) & myrrham contusam per noctem vnam mulsa in pila macerat. Postea læuigat, & siccis miscet. Melle deinde optimo excepta omnia, vase vitreo, vel plumbeo reponuntur. Hæc ratio omnium hierarum est communis: summus ipsarum modus est, denarij duo cum salis denario vno, & mellis hemini duabus: & aqua quanta satis est. Si vehemẽtiores vis, quibus scammonium non inest, injcientur, & his singulis obolus. Hæc Paulus. Quæ Pauli verba me mouerunt, vt dictioni Mesue liquorũ in hydromelite infusionem adderem.

COST. IPSISSIMA *est hiera Archigenis, quam describit Paulus, a qua in eo differt hiera Antiochi, quòd omittit marrubium, & loco aristolochiæ rotundæ sarmentaceam sumit. Hic in Mes. quum ait colocynthidis, stœchados, omniũ, ana aur. v. pro aureis x. irrepsit aur. v. qui error facilis fuit ob notæ Romanæ, x, cum, v, cognationem, quarum altera decem, & altera quinque significantur. Post spicam Paulus etiam myrrham ponit, quæ hic prætermittitur, culpa, vt arbitror, librarij. Quædam addit Paulus de parandi huius medicamenti modo, nempe quæ arida sunt esse tundenda, & incernenda: opopanacem autem, sagapenum, & myrrham contusa maceranda in mulsa per noctem, deinde læuiganda, & ijs, quæ arida sunt admiscenda, exceptaque melle seruanda vitreo vase, aut plumbeo; quam rationem communem esse ait hieris omnibus. Hæc vero breuissime etiam perstringit Mes. dicens.* tere ex medicinis, quæ siccæ sunt, & gummi conquassa, & infunde in melle. *In dosi præcipue discrepat, exhibens aureos quatuor, hoc est drachmas sex, quum Paulus summum eius, & hierarum omnium modum esse dicat drachmas duas. Sed vere irrepsit, & hic mendum, legendumque aurei duo, non quatuor, quum enim soluentium medicamentorum hic bases sint ferè triginta septem, agarici decem, colocynthidis quindecim, sagapeni, et opopanacis decẽ, aristolochiæ duæ, eorum vere pondus aureos quinque, & triginta pendeat: cætera sesquialtera proportione*

A *ijs quodammodo respondent, atque adeo non potest, quis tuto huius medicamenti plus quàm aureos duos, & alterius dimidium exhibere. At dices, differre tamen adhuc Mesue a Paulo exhibente duas vix drachmas. Fateor, non errat tamen Mesue, quando integra, vt dixi, dosis essent aurei duo cum dimidio, at, & Galen. hieræ suę ex colocynthide drachmas quinque semel exhibuit. Sed, & hic mellis, quo excipiuntur omnia, habenda est ratio. Equidem, si vt communis fert consuetudo, tribus speciorum vncijs, mellis adiungas libram, excepto opopanace, sagapeno, & myrrha, quæ terenda non sunt, cætera drachmas pendent centum, & triginta sex cum dimidia, ideſt vncias quindecim, & drachmam vnam cum dimidia, atque adeo mellis lib. quinque exposceret, esſetque totum electarium librarum ferè sex cum dimidia, possent autem tunc exhiberi vnciæ plusquam duæ, quum totius medicamenti doses non plures sint, quàm*
B *triginta septem, sed hæc Mesue, aut Pauli mens non fuit, ac propterea sequenda hic non videtur vulgata consuetudo. At neque tradita a nobis in superioribus regula hoc in loco satisfacit, si legamus, vt legendum puto, dosim esse aureos duos, nempe quum basis doses in vniuersum sint triginta septem, electarij autem dosis duo sint aurei: huius totius pondus esse oporteret aureorum quatuor, & septuaginta, atqui, si omnia supputes ingredientia, nonagenarium, & senarium attingunt numerum, quo fit, vt non modo locus non sit addendi mellis, sed de speciebus potius detrahendum videatur. Secus autem, si, vt vulgata habet lectio, legamus aureos quatuor, ita enim quum totius medicamenti compositi pondus esse oporteat aureorum centum, & quadraginta octo, deesſent aurei septem, & quinquaginta, supplendi melle, ideſt vnciæ circiter nouem, desſint enim tres*
C *drachmæ, quæ sanè mensura, quanquam, conficiendo electario non est satis, satis tamen esse posset excipiendis, ac seruandis speciebus, & pastillo conformando. Cæterum, quando; vt puto, error in contextu est, neque huius medicamenti dosis maior esse potest, quam aureorum duorum, quid agendum? quantum mellis addendum? sequenda ne vulgata regula, quæ mellis quadruplum adiungit? Iudicio nostro præstabit, vt exemplo Auic. tantundem mellis addas, vt is in hiera simplici, quanquam hic non est aloe, vt in illa, poterunt que tunc huius medicamenti aurei duo exhiberi, cuius, si vulgatum institutum sequare, liceret duas vnc. propinare.*

MESVE.

HIERA Diacolocynthidos a Rufo inuenta, caput, ventriculum, & corpus reliquum purgat humore crasso, & lento, & atra bile. Ob id maniæ, melancholiæ, epilepsiæ, paralysi, spasmo cynico, vertiginosis confert, ac vlceribus malignis, fistulosis, cancro, elephantiæ, flatus quoque discutit: ventriculum roborat: coctionem firmat. Recipit autem stœchados, agarici, chamedryos, ana drach. decem, colocynthidos drach. xx. (alij legunt colocynthidos trochiscorum alandhal, ana drach. vigintiquinque:) sagapeni, opopanacis, ana drach. octo, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis (albi) ana drach. v. cassiæ drachm. vij. cinnamomi, croci, spicæ nardi, myrrhæ, polij drach.

drach. quatuor. Myrrham vino infunde, cætera tere, & melle despumato excipe.

MAN. EST multum similis hieræ Rufi, ab Auicenna, & Paulo positæ. TROCH. Alandhal.) Paul. Sicyoniæ, ideſt elaterij: certum enim est hosce trochiscos Rufo nõ fuisse cognitos. OPOPANACIS, hoc non apponit Paulus.

SYLV. STOECHADEM, agaricum opopanacem, in hiera Rufi Ephesij medici præstantissimi, quæ etiam colocynthidem recipit, Paulus omisit: ponderibus præterea cum Mesue non consentit, multum autem in cæteris similes sunt hieræ Rufi à Mesue, Auicenna, & Paulo descriptæ. Hieram diacolocynthidos Nicolai quidam parant: ego autem hieram diacolocynthidos Antiochi, Pachij, à Scribonio descriptam, & mirè celebratam, & post eum à Galeno in lib. c. ph. p. compono, & omnibus componendam suadeo: cuius vires sunt à Pachio, Scribonio, & alijs approbatæ. Ad lateris dolorem, epilepsiam, maniam, melancholiam morbum, scotoma, cephalæam, suspirium, vocis abscisionem, subitas præfocationes, incubum, tetanum, spasmum cynicum, contusum corpus ex ictu, & lapsu, tremorem, paralysin, arthritidas, dolores spinæ, mammarum duritias, cancrosque earum, & vlcera in his cacoethea, stomachi imbecillitatem, ructum acidum, inflationem, tormina, nauseam, stomachi saliuam, colicum dolorem, menses suppressos ex decocto artemisiæ, aut dictamni. Has eius vires Scribonius ex Pachij lib. ad Tiberium Cæsarem scripto descripsit, & probauit. Constat autem: stœchados, marrubij, chamædryos, agarici, colocynthidos, singulorum drach. x. opopanacis, sagapeni, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi, singulorum drach. v. cinnamomi, spicæ nardi, myrrhæ, folij, croci, singulorum drach. iiij. opopanax, & sagapenum mortario teruntur, adiecto melle tenui, ideſt, quam liquidissimo: trita cætera, & cribrata melle ad comprehendendum sufficienti cum his excipiantur, vaſe vitreo reponantur. Vbi autem affectus sunt curatu difficiliores, aut natura sua, aut ex diuturnitate, adde prædicto ponderi colocynthidis drachm. xx. opopanacis, & sagapem singulorum drachm. quatuor. Hoc autem medicamentum non solum non nocet stomacho, sed etiam reficit eum, ac confirmat supra omnem opinionem: hæc Scribonius. Detur pultis ex liquore aliquo, vel in catapotijs à scrup. s. ad scrup. ij. cum melle vero a drach. ij. ad drach. v. Hæc eadem est cum ipsa Rufi à Mesue scripta, nisi quòd polium pro folio (& casiam pro marrubio habet, & ponderibus nonnihil variat. Hi trochisci Rufo ineogniti fuerunt, vti Galeno, qui eo longe fuit posterior: ob id eorum loco sunt, qui elaterium misceant. Hiera Legadij plus alijs bilem atram trahit: recipit myrrhæ, spicæ, scillæ torrefactæ, euphorbij, ammoniaci, bdellij, zingiberis, aloes, stœchados, hyperici, chamędryos, singulorum vnc. epithymi vnc. ij. cinnamomi vncias iij. veratri nigri sescunciam: petroselini semunciam, scrupu. ij. amomi, folij Indici, casiæ, piperis triplicis, castorei, opopanacis, medullæ colocynthidis, sagapeni, singulorum semunciam: aristolochiæ drach. j. mellis modum, qui tibi videbitur. Actuarius. Huic multum affinis est hiera Logadij scripta sic ab Aetio, pulpæ colocynthidis drach. xx. scillæ assatæ, agarici, ammoniaci, scammonij, corticis ellebori nigri, hyperici, singulorum drach. j. epithymi, polypodij aridi, bdellij, aloes, chamædryos, casiæ, marrubij, singulorum drach. viij. myrrhæ Troglodyticæ, piperis albi, & nigri, cinnamomi, croci, opopanacis, sagapeni, castorei, petroselini, aristolochiæ, singulorum drach. iiij. melle excipe: datur a drach. ij. ad drach. iiij. Huic eandem facit Actius hieram Galeni, nisi ponderibus differret, & præterea haberet stœchadem, & piper longum: Recipit enim pulpæ colocynthidis drach. viij. scillæ assatæ, agarici, ammoniaci, scammonij, corticis ellebori nigri, † stœchados, hyperici, ana drach. xvj. epithymi, polypodij ſicci, bdellij, aloes, chamędryos, marrubij, casiæ, ana drach. viij. in alio vnc. ij. myrrhæ Trogloditicæ, sagapeni, croci, aristolochiæ, piperis albi longi, & nigri, cinnamomi, opopanacis, castorei, petroselini, ana drach. iiij. mellis, quod sufficiet. Huic Actij descriptioni si adieceris, polij, gentianæ, pulegij, spicæ nardi, iunci odorati, ana drach. iiij. aut ex hiera Galen. ab Actuario descripta, aristolochiam longam, & zingiber sustuleris, & pro aiuga stœchadem: pro porro prasium, ideſt marrubium scripseris: medicamentum habebis celebre triginta duobus constans simplicibus, ad contumaces morbos omnes efficacissimum, & tutissimum: ex hiera alijs Rufi, Antiochi, Iuſti, Logadij, Archigenis à Galeno excerptum cuius meminit lib. 8. c. ph. p. & lib. meth. 12. Ab eo autem non fuisse descriptam miror, cum præsertim hieram dialoes lib. 2. & 8. c. ph. p. describat, & vtrobique hieræ diacolocynthidos meminerit, nisi forte descripsit in lib. de com. ph. purgantium, quem aliquoties in opere prædicto pollicetur, nondum tamen visus nobis est, aristolochiam tamen rotundã, & longam habet hiera Iuſti. Aliæ vnciam ex tribus, & hiera Rufi Aetio habet chamæpytin: huius rei, dum hæc scriberem, me admonuit Sigisbertus medicus Romæ doctissimus, & diligentissimus.

† Euphorbij alij.

PVLCHRE, & copiosè de hac Syluius, quem tu vide. In aliquibus discrepat ab ea, quam describũt alij. Manardum autem vereor hic cespitare, quum apud Paulum sicyoniæ voce elaterium intelligit, quando ipſemet sese explicans Paulus colocynthidis interiora interpretatur, quare in hoc non discrepat a Paulo Mesues, sumenda autem sententia nostra, castigata, & in trochiscos redacta. Non meminit de dosi Mes. sed sequendum Pauli consilium, qui hierarum omnium modum esse ait drachmarum duarum. Pro melle autem addendo non quadrat hic regula nostra, vti neque in superiori, quod dosim electarij author non præscribit. Quare poteris tantundem mellis adijcere Auicennæ in hiera simplici imitatione, licebitq; tunc commode duas huius drachmas Pauli lege seu aureos duos exhibere. Quod si tamen vulgatum malis institutum sequi, quia simplicia hæc, detracto opopanace, sagapeno, myrrha, quæ dissoluenda non terenda (quamuis enim Mes. de sola myrrha id iubeat, culpa arbitror librarij, agendum tamen, & in opopanace, & sagapeno) drachmæ sint octo, & octoginta, ideſt vnciæ nouem, desint enim duæ vix drachmæ: ijs vero additis, & adiecto melle ad libras tres proportione quadrupla; totum electarium libras pendebit ferè quatuor; propterea, quia basis doses sint ferè triginta sex, agarici septem cum dimidia, colocynthidis viginti, oppopanacis quatuor, sagapeni quinque, licebit drachmas etiam duodecim fortioribus corporibus exhibere. COST.

MESVE.

HIERA nobis inuenta purgat vtram que bilem, & pituitam, flatus craſsos cerebri, & ventriculi, & corporis reliqui dissipat: ob hæc visioni imbecillæ confert, ac cæteris affectibus causas illas sequentibus. Rec. aloes drach. xv. epithymi, costi, ana drach. v. euphorbij, croci, spicæ nardi, chamędryos, ana drach. vj. agarici drach. ix. caryophyllorum dra. ij. calami aromatici, masticbes, casiæ, ana drac. † vij. xylobalsami (alij xylaloes) drach. iiij. piperis albi, & nigri, gentianæ, ammomi, ana drac. j. scammonij in malo cydonio cocti drachmas ij. mellis q. s. Datur aur. j. † drac. viij.

HAEC inter magnas connumeranda est, & multi vsus licet nullibi parata inueniatur.

IN hac, quod, & in reliquis, mellis triplum, aut quadruplum sumunt: sed licebit medicamenti huius vnciam exhibere, præstabit opinione nostra, tantundem mellis adijcere, vt in hiera simplici Auic. eritque tuta dosis drachmarum etiam quinque in robustis corporib. specierum vero absque melle binas etiam drachmas tuto exhibebis. Quare, quod Mes. dosim vnius aurei statuat, priorẽ suspicionem nostram fouet, dosim hic, & interdum alibi a Mesue præscriptam intelligendam de speciebus absque melle. Regula autem a nobis tradita de mel-

de mensura mellis, hic nõ quadrat, quia specierum pondus longo interuallo exuperat pondus drachmarum sexaginta, quod ferè esse debet totius huius electarij, cuius doses ferme quadraginta.

MESVE.

Alcraeoste. DIAMANNA nobis descripta celebris, præsertim ad febres acutas, & multum ardentes. Nam cordis, ventriculi, hepatis, sanguinis intemperiem calidam, & feruorem, & sitim extinguit. Re-
℥ *Vncia.* cipit mannæ bonæ, & recentis, († casiæ, ana) vnc. quatuor, tamar Indorum immaturorum vnc. sex, medullæ casiæ, † sacchari violati vnc. sexdecim, succi intybi, apij, malorum dulcium, acidorum, & acidodulcium, succi acidi, citro-
℥ *Vnc. iij.* rum, ana vnc. † iij. In quibus purgatis prædicta tria dissolue, cola, vt munda sint omnia. Præter hæc accipe radicum intybi, apij, ana vnc. iij. foliorum lupuli, adianti albi, ana vnc. duas, pruna passa centum, violarum vnciam vnam, & semissem: rosarum vnciam vnam, spicæ nardi drachm. iij. coque hæc libris tribus aquæ fontanæ ad dimidias, colato adde sacchari lib. iii. aceti boni lib. j. semel seruefiant. Adde colatum prius, & percoque ad mellis crassitudinem: postremo adde santalorum citreorum, rosarum, spodij, succini, oxyacanthæ, seminis portulacæ, semi. oxalidis, semi. melonum, citreoli, cucurbitæ, cucumeris. ana drach. iij. ligni aloes drach. iiij. cubebarum drach. v. caphuræ drachm. j. repone vase vitreo. Datur æstate cum aqua frigida, ab vnc. j. ad vnc. ij.

MAN. ALSERACOSTVM.) Per alseracost Arabes intelligunt speciem mannæ. Tamarindorum.) De his licet nulla apud antiquos mentio, vtiles tamen sunt in bile coercenda. Foliorum lupuli,) Hic puto subesse errorem, intelligendosque asparagos eius potius, quam folia. Seminum communium.) Hæc dici solent maiora.

SYLVII. OPEROSA hæc compositio, & quæ paucioribus idem præstare posset: cui calida pauca miscentur, vt frigidis in corpus spargendis viam parent. Pro foliis lupuli sume ipsius asparagos, & prima germina, vel summa cacumina. Valentius fiet, si in libras singulas acceperit scammonij semunciam.

COST. MEMINIT *hic de spodio, quod sæpe, & in superioribus. Pro spodio autem in ijs, quæ assumuntur cauendum à vero spodio, de quo Dioscor. lib. 5. in ærarijs officinis inuento. cauẽdum item à pompholige eiusdem cum spodio generis. vsurpandumque ante spodium, cuius conficiendi rationem ibidem docet Dioscor. ex foliis myrthi cum floribus, & baccis maturis, ex syluestris oliuæ termite, & alijs pluribus. Arabes ex harundinis radicibus vstis potissimum conficiunt, vt Auic. 2. Can. Alij ebur vrunt; alij nodos quosdam ad rhomboidis piscis cutim repertos, atque alij alia, quæ sane omnia si per me liceret, abdicarem ab vsu medicinæ. quamquam foris admoueri posse non nego. In ijs ergo, quæ assumuntur, vbi spodio uti animus est, harundinis radicibus ustis vti potes cum Auicenna, atque ijs etiam hoc in loco. Addit Mes. ad huius medicamenti calcẽ, camphoram. quæ quidem quum Græcis fuerit ignota, nota tamen Serapioni fuit, & Auicennæ, immo & Symeoni Sethi. qui de materia medica græce inter postremos scripsit. Lis est inter recentiores bitumen sit an lachryma. Ac bitumen nonnulli esse aiunt, quia ardeat. Sed & resinæ, & lachrymæ ardent. Constat autem ex Serap. Auic. Symeone, ac postremo ex Indarum nauigationum historijs lachrymam esse arboris Indæ miræ magnitudinis, ac proceritatis, resinæ more stillantem rupto cortice, seu sponte, seu arte. Sed de huius quoque temperamẽto dubitare licet. Consentiunt omnes, tertio esse ordine frigidam, & siccam. nam & inflamationibus ac calidis affectibus, & doloribus ex calore admota confert, quod frigiditatis argumentum præbet. Contra tamen quum odore caput feriat, gustu sit acri, ignem prope admota facillime concipiat, ac retineat (nam & in aquis ardet) ad hæc exposita aeri aquæ ardẽtis instar euanescat, cuius rei gratia seruatur in vitro psyllij, aut milij semine obruta: inesse illi insignia caloris semina persuademur. Quamobrem quicquid illi sentiant viri grauissimi, quorum ego authoritatem maximi semper faciam, camphoram summe esse calidam ipse quidem suspicor, neque tamẽ frigiditatis producere effectus à ratione alienum puto. Quum enim partium suarum tenuitate, & calore meatus corporis citissime permeet, & rarefaciat, vt calidiores differẽt vapores, atque subeunti frigido aeri locus detur, probabile est, atque hoc pacto per accidens à calido frigus inducatur. Sed & eodem modo medicamentis adiunctam frigidis (non enim seorsum in refrigerãdi vsum adhibetur) præstare frigiditatis opus existimo. dum enim sui tenuitate frigidis viam parat, facitq; vt alte penetrent, quid mirum, quòd calida ipsa refrigerij tamen vsum afferatẽ? Sed hæc satis. Probatissimam, et synceram, vt dignoscas, docet Sethi, superpositam ait pani calido humectari, quando est syncera: sin minus, esse factitiam. Nostri simillimo exemplo panem adhuc calẽtem quũ ex furno extrahitur, aperiunt, & in eo camphorã includunt, si paulo post madeat, optimã putant, si exsiccetur, adulteratã. Deligi debet candore, luce, puritate, odore præstans. Multis eius odor ingratus est, vt moschi, ambræ, & aliorum id genus odoratorum. ob id, solent nonnulli hanc tunc tantum adijcere, quum vti medicamento animus est, & exploratũ, qui vsurus est huiusmodi odorem ferre. quod quidem in alijs forte non improbem, sed in hoc in quo tam exigua illius portio ponitur, quæ vix sui sensum facit, præstare arbitror statim addi, quod dũ fermentatur (vt aiunt) medicamentum, eius vires in vniuersum digeruntur. Terendæ autem camphoræ ratio est, vt æneum seu marmoreum mortarium, quo vsurus es, olei amygdalini momento totum illinas, post diligentissime lineo panno abstergas. colliges enim facillime camphoram, neque mortario inhærebit pertinacius.*

MESVE.

TRYPHERA Persica, quod apud Persas experta sit contra febres acutas, intemperiem calidam ventriculi, hepatis. Morbis omnibus ex humorum vstione natis confert, in Aestate pestilenti, & Autumno: sitim sedat: icterum calidum ex obstructione sanat. hypochysim à vaporibus biliosis visui incommodãtem discutit.

Recipit autem ſuccorum ſolani, intybi, apij, † lupuli, purgatorum, ana lib. ij. Quibus immitte violarum recentium, aut ſiccarum † libram vnam: folliculorum ſenæ vncias duas: agarici vnciam. j. pruna Damaſcena, quinquaginta: caſſiuthæ ſemunciam, myrobalanorum cepularum, citrearum, Indarum, frixarum in oleo violato, aut amygdalarum dulcium, ana †drach. ij. ſpicæ nardi drach. iij. coque igni prunarum lento, dõnec †libra vnica ſuperſit: cui injice epithymi drach. xl. Myrobalani autem oleo amygdalarum dulcium merſæ ſemel feruefiant, tollantur ab igne, colentur. In parte colati diſſolue tamar Indorum recentium vnc. iij. mannæ ſeſcunciam, pulpæ caſiæ vnc. iiij. ſacchari violati vnc. xij. cola, vt munda ſint à ſeminibus, & alijs in parte reliqua, & aceti libra vna coque igni lento ſacchari albiſſimi libr. iij. Adde, quod prius in ſuccis eſt diſſolutum. miſce, percoque ad mellis craſſitudinem. Poſtremo adde paulatim rhabarbari boni vnc. ij. myrobalanorum citrearum ſeſcunciam, cepularum, & Indarum, ana vnc. j. bellericarum, emblicarum, ana drach. iiij. ſemi. fumariæ, trochiſcorum diarhodon, macis, maſtiches, cubebarum, ſpodij, ſantali citrei, ſeminum quatuor, ana drachm. ij. & dimid. aniſi drachm. iiij. ſpicæ nardi, drachm. ij. inuoluantur oleo violato, & reponantur vaſe vitreo. Datur ad vnc. j. cum aqua frigida, & ſucco intybi, vel ſolani.

Vulg. legit ſuccis lupulorum lib. ſ. † Et roſarũ ana dr. xij.

† Alias drach. ij.

† Alias lib. ij.

MAN. CVSCVTA.) Amplexicaulis herba eſt, quæ linum amplectitur, & videtur eſſe quam linoderã Theophraſtus vocat: licet apud Græcos in medicorum vſum (quod quidem meminerim) venire non conſueuerit. Eſt autem magnæ ſimilitudinis cũ vocato epithymo.

SYLVII. HAEC antidotus tryphera, id eſt delicata, vſu rara eſt opinor, quod ſimplicibus multo parentioribus nobis licet affectum idem aſſequi: præterquam quod compoſendi modus, & longus eſt, & negocij plenus. Præterea myrobalanis recentibus ſæpemus, à quibus vis plurima medicamenti expectatur: quãquam & ſimplicia alia, quam plurima recipiat, quæ bilem vtramque, & præcipue atram, aut expultioni apparent, aut etiam trahant, & vacuent: vt interim taceam mitta refrigerantia non pauca, & quædam partibus principibus robur afferentia.

COST. MVLTA hic digna ſunt animaduerſione. Ac primum quum ſuccus ſolani, intybi, apij, lupuli, quem primo loco proponit, librarum octo pondus æquet, quod in hoc ſucco violas, ſenæ folliculos, agaricum, pruna, myrobalanos, conſque coqui imperet, vt in vnã ſuccus redeat libram, ſuſpectum eſt. quando tanta ſucci conſumptio fieri coquendo non poteſt, niſi diutina admodum coctione, qua eorum purgantium medicamentorum vim exolui neceſſe eſt, quæ omnia ex ijs ſunt rebus, quæ diutius coqui non ſuſtinent. Hic vero etiam quum violas ſumi iubet, vel recentes, vel aridas, id ſcribit, quaſi nihil interſit, quales eas ſumamus, quaſique recentes aridis non ſint præferendæ. Sed illud quoque, quod myrobalanos, ex oleo violaceo frixos ſumit, non prorſus ſatisfacit, quando ingratum, aduerſumque ventriculo eſt id olei genus. Quum etiam, poſtquam myrobalanos cum violis, & reliquis coqui ſemel admonuit, rurſus myrobalanorum meminit, atque vt in oleo dulcium amygdalarum leniter ferueat, præcipit, an hic alios expetat myrobalanos, an de ſuperioribus agat, non conſtat. Atque, quum, poſtquam myrobalani ferbuerint, percolandum ait, & in eius quod ſupereſt parte vna diſſoluit tamarindos mannam, caſiam, ſaccharum violaceum imperat, alteri vero acetum, & ſaccharum commiſceri, dubitare eſt an ſermo ſit de oleo, in quo ſecundo loco myrobalani, vt feruerent iuſſerat, an de ſucci reliquis ſuperioribus. Quid etiam ſeminũ nomine intelligat, à quibus id ait eſſe purgãdum, in quo tamarindi, manna, caſia, ſaccharum violatum fuerve diſſolutæ? Tandemque, poſtremo rhabarbarum, myrobalanos, & alia addit, abſolutiſque omnibus, vt oleo violaceo inuoluatur medicamentum, & vitreo vaſe ferueſcere iubet; quo iuſſu quid velit, obſcurum eſt. Hæc igitur, ea videntur quæ niſi explicentur, rectam huius medicamenti compoſitionem poſſint omnino perturbare. Cæterum paucis. Quum tamdiu in propoſitis ſuccis propoſita medicamenta coqui iubet, vt leui feruore coquantur iubet, non veram coctionem, ſed infuſionem potius quandam innuens, qua etſi purgatricis vis aliquid diſſipari neceſſe eſt, eius tamen facultatis plurimum illo in ſucco recipitur. fortaſſe autem (id quod ego maxime fieri probarem) non ſtatim cum prædictis ſuccis ea coquendæ medicamenta vult injici, ſed poſtquam ſimul diutius (vt ad dimidias) concocti fuerint, & nouam quaſi formam ea coctione acquiſierint, & pruna & ſena, & reliqua ſunt ex ordine addenda, ita vt poſtremo loco violæ injiciantur. Atque hæ quidem, recentes, ſi haberi poſſint (has enim priori loco deligit) ſin minus etiam aridæ ſumendæ ſunt, quæ licet lenire minus poſſint, educere tamen, vt Meſues lib. ſimpl. ait, diſſoluendo, aut certe refrigerare, & medicamenti calorem poſſint temperare. Quod vero myrobalanos oleo violaceo frigi velit, id quidem non temere. nam eiuſcemodi oleo comparari myrobalanis lenitatem, cauerique, ne hæreat inteſtinis lib. ſimpl. admonemur. ſed quãdo vulgare oleum violaceum nauſeam facit, iucunda eſt alia eius parandi ratio, quam & de oleo roſaceo in ſuperioribus docebamus, nempe, vt exuta cortice amygdalæ violarum recentibus floribus aliquoties fermentur, vt poſtquam eorũ vim, odoremq; exceperint prælo ſupponantur. ita profecto eiuſcemodi exprimetur oleũ, quod neque odore, neque ſapore inſuaue erit, neque vẽtriculo aduerſum, Iam vero, poſtquam ij ſuccei cum propoſitis myrobalanis in eiuſcemodi oleo frixis efferbuerint, vt vna tantum ſucci ſuperſit libra, addendum hic ex authoris præſcripto epithymum: id vero in puluerẽ arte deductum, vt puto. Seruandusque hic cum epithymo ſuccus. Progrediẽdum deinceps, & quia ſubdit myrobalanos oleo amygdalino eſſe immergendos, vt ſemel ferueant, dehinc ab igne auferendos, & percolandos, velle arbitror, vt alios ſumamus myrobalanos, quorum quod nullum præſcribitur pondus, mutilum ego quidem codicem eſſe exiſtimo. ſed ſi tamen ſuperiori exemplo, prædictorum triũ myrobalani generũ drachmas duas, oleo ex amygdalis dulcibus recenti inieceris ea mẽſura ſumpto, vt myrobalani immergãtur, ſique vt ſemel ferueant effeceris, & percolaris, aperta quidem ſunt reliqua, & te non erraturum exiſtimo. Supereſt enim tũ vt vnihuius olei portioni tamarindos recẽtes id eſt ſuculentos, mannã, caſiã, & ſaccharum violaceum miſceas, cũ altera vero parte, vna aceti libra addita, ternas albiſſimi ſacchari libras des igne leui percoquẽdas. priorem aũt partem tum à ſeminibus tamarindorum, & caſia,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0246-1
DFG

fiæ, tum a festucis mannæ purgare oportet. Permiscendæ autem tandem hæ sunt, olei, vnaque commistorum simplicium partes, & ea succi libra, cui epithymum commistum fuerat, addita omnia simul ad mellis crassitudinem coquenda. Cui postremo demum loco rhabarbarum, myrobalanos, & reliqua ea simplicia, quæ author subdit, exacte sunt commiscenda. fietque medicamentum consistentia paulo crassiori: quod deinceps oleo violaceo linitum in vitreo vase seruandum est ad propositos vsus. Atque ita quidem si hoc paretur medicamentum, fore ipsum existimo, & ex authoris sui mente confectum, & vi præditum qua sine molestia purgabit, non dissimili ab ea nuncupatione, quam tryphera, id est (vt interpretantur) delicatæ obtinuit.

A

MESVE.

B

LECTARIVM Alharif, saporis iucundi, in æstate faciendum, purgat ventriculum, hepar, & corpus reliquum: vsu corpus viuidum, & iuuenile reddit, & seruat. Recipit vero myrobal. citrearum. cepul. Ind. partes æquales. tere (cribra) oleum amygdalarum dulcium superfunde. q.s. insola triduo, frica sæpe manibus: oleum nouũ suffice quantum absumitur. Iterum eadem triduo continenter tere in aqua fontana, in qua sacchari partem decimam dissolueris, affusa idẽtidem pauca aqua. Hoc fac, donec myrobalanorum sapor ingratus auferatur, post sicca in vmbra. Accipe relictæ huius massæ drach. xv. turbith. drach. sex. anisi, mastiches, ana drach. ij. C spicæ nardi, † semi. apij, ana drach. 1. & s. violarum siccarum drach. vij. † sacchari albi, & candefacti, ana drach. decem. Excipe melle despumato. Datur à drach. tribus cum aqua calida.

† Aliqui ced. sumunt semi. apij drach. ij. † Antiqui nabeth, i. sacharo albi.

MAN. CONFECTIO alia.) Neutra harum, neque ego vsus sum, nec vidi medicũ vtentem. NABETH.) Quidam intelligunt zuccharum, quod candum vocant. Sed videtur alia res apud ipsum Mesuen, infra de conditis. Alij potum ex ficis, dactylis, & saccharo.

COST. MYROBALANOS *obstruere insigniter, & adhærere ventriculo, ac intestinis, atque ijs partibus asperitatem inferre, admonuit lib. simplicium: sunt vero etiam ingrati admodum saporis. Docet ergo, quo pacto hęc vitia auferas, quod & lib. simpl. uerbis ferme ijsdem, quem tu adi locum. Sed est hoc loco, vt dubites. D Quum enim huius purgatorij medicamenti basis sint myrobalani, & turbith: primũ quidem, quod myrobalani artificio tanto, vt Mes. præcipit, suo sapore spoliati purgare corpus valeant, nõ videtur consentaneum rationi. tum etiam, quũ mediocris horum dosis trium saltem sit drachmarũ (posśunt enim adnotante Mes. à tribus ad sex vsque drachmas exhiberi) turbith aũt duarum, erunt quidem, si rem spectes, totius huius medicamẽti doses octo, myrobalanorum quinque, turbith vero tres: totius autem electarij pondus drachmarum est quinque supra quinquaginta, cuius numeri octaua pars sunt drachmæ septem. quomodo igitur hic ternas tantum huius medicamenti exhibet drachmas, quod integras ferè vnciæ pondere summi tuto potest? Sed & ex simplicibus, quæ hic proponuntur, quid sit nabeth, non constat. Cæterum vt his satisfaciamus, licet myrobalani, si quis diutius insliterit terendo, tractandoque nõ saporem modo, sed cum eo etiam vim purgãdi omnem tãdem, vt amittant necesse est: an tamẽ si quod hic iubet, contritis ipsis oleum amygdalarũ dulcium affundatur, id olei lentor efficiet, vt minor fiat virium effluxio, atque dissipatio? Alioqui etiam, quamuis hoc medicamẽto purgari ventriculum, & corpus scribat hic author, id quod efficere myrobalani ac turbith solẽt, hoc ipsum tamen medicamentum non tam ad purgandum, quam ad robur ventriculo conciliãdum videtur proponi. quare & trium tantum drachmarum exhibet mensura, imbecilliori videlicet, quam vt valide expurget. fortasse etiam quum ex aqua calida propinet, non euacuationẽ omnem, sed per vomitũ quærit, quæ & leui sumpto medicamento fieri potest, et maxime olei vi largius excepti in myrobalanis. Itaque cur tantopere myrobalanos tractet, teratque, curque medicamenti huius ita compositi assumendi tam exiguum præscribat pondus, ex his apparet. De nabeth vero, quod aliqui disputant, vtrum statuas, aut saccharum vulgo candidum, quod plerique consentiunt, aut potum ex ficis, dactylis, & saccharo aqua incoctis ad consistẽtiam mellis redactum, vtrumque opportunum putamus.*

MESVE.

ALTERVM electarium Alharif earundem virium, præterea ventriculum roborat, & cæteras partes nutritorias frigidas, appetentiam excitat, coctionem iuuat, propter hæc colorem corporis, & odorem commendat, iuuentutem tuetur, canos remoratur, & spiritibus tenuatis, & purgatis visum, & reliquum sensum omnem, & cogitationem exacuit, venerem excitat. Recipit myrobalanorum, cebul. nigrarum, † citrearum, ana † al. partes tres. partes duas, emblic. belleric. ana partem. j. & s. tere cribra, vt nuper dixi præpara. De hac massa accipe drach. † xiiij. turbith drach. vij. zingiberis, cardamomi, mastiches, cinnamomi, ligni † al. drach. vij. aloes, caryophyllorum, piperis, cubebarum, galangæ, macis, semin. apij, ana sesquidrach. spicæ nardi scriptula duo, strobylorum, sacchari albi, & candefacti, ana drach. xij. excipe melle despumato. Dantur drach. tres cum aqua calida.

COST. TAM *pauca hic quoque est myrobalanorum mensura, & tam multa commiscentur, vt ijs, præsertim sicut expetit author, tam multipliciter præparatis vim vllam purgandi huic medicamẽto comparari vix credendum sit. purgare tamen prima viscera, & consecutione quadam corporis quoque vniuersi inutiles succos minuere non est à fide alienum. quo nomine, dum facta quoque pauca spirituum dissipatione robur concoctrici facultati acquiritur, præstare & reliqua potest omnia, quæ hic illi ascribuntur. & venerem etiam antea ex crudorum succorum copia languentem illis concoctis, proptereaque innato calore adiuto, excitare. Sed strobilorum etiam qui adduntur, esse id videtur, vt ad venerem exuscitent vires, dum seminis copiam adaugent.*

MESVE.

LECTARIVM Indum maius, purgat ventrem totum inferiorem, atque adeo iuncturas, pituita etiam putri. flatusque dissipat, & affectibus inde natis, dolori colico, & nephritico, & ventriculi, & aliorum viscerum. Recipit cinnamomi, caryophyllorum, spicæ nardi, rosarum, † casiæ, macis, cyperi, ana drach. iiij. santalorum citreorum drach.ij. & s. ligni aloes, nucis moschatæ, ana drach.ij. turbith boni, albi, gummosi, arundinacei, drach.l.sacchari, penidiorum, ana vnc.xx. galãgæ, cardamomi vtriusque, asari, masticles, ana sesquidrachmam: scammonij boni, & in malo cydonio decocti drach.xii. omnia cum oleo amygdalino fricentur. Post, succi cydoniorum, & granatorum, & apii, & fœniculi ana lib.5. coque cum melle ad spissitudinem idoneam. & misce aromata. Datur ad aur. ij.

† Casia fistula intelligitur, quia ea. est purgatiua lenitue aliquo modo.

CHRI. ISTVD electarium est famosum quod generaliter ab omnibus, & secundum præsentem descr. præparatur. ponitur subsequenter descriptio electarij Indi minoris, quod multo plus habetur in vsu. Et hoc electarium Indũ minus, est magnæ efficaciæ, & vtilitatis in soluendo ventrem a superfluitatibus phlegmaticis putridis corruptis, & maxime à mẽbris nutritiuis, à iuncturis, ac etiam in soluẽdo similiter materies cholericas, licet sit maioris potentiæ, & plus conueniat in soluendo phlegma, quàm choleram. Est etiam conueniens in resoluendo, & subtiliando ventositates crassas, vnde multum confert doloribus stomachi, colicis, & renalibus, oppilationes aperiendo. habet, & alias virtutes, quæ ponuntur in litera. Sed hic notãdum, quod quidam aromatarij reducũt tam descr. electarij Indi maioris; quam minoris, ad formam solidæ confectionis cum zuccharo vltimate decoquendo. Et dosis confectionis solidæ Indi minoris est vsque ad drach.iiij. In hac descriptione sumũtur penidij. fiunt hi ex solo zuccharo vltimate decocto. & ex longa agitatione continue dealbantur, & sunt cal. & siccæ complexionis in primo gradu. Succi citoniorum. Citonia nota sunt, & sunt frigidæ, & siccæ complexionis in fine primi, & ex ipsis fit vinum per eorum expressionem, quod est valde constrictiuum cuiuslibet fluxus ventris, & maxime cholerici. decoquitur tale vinum cum zuccharo, & fit iuleb, quod vocatur miua simplex, quod lymphatum cũ aqua chalybeata, assumptũ de mane, similiter dictis fluxibus confert. Adduntur etiam quædam aromata huic iuleb, quando decoquitur, & aromatizatum vocatur miua aromatica, quæ confert debilitati stomachi, & maxime virtuti digestiuæ eius, & contentiuæ. fit etiã ex eorum pulpa decocta cum zuccharo quædã cõfectio solida, quæ vocatur diacitonite sine aromatibus, cuius vnc.j. assumpta ante cibum confert cuilibet fluxui stomachi, & intestinali, & vomitui, & confert si post cibum assumatur, sed cũ difficultate masticatur, potest pistari, & præparari cum miua simplici, & sic assumi in pondere dicto. Etiam ex pulpa citoniorum fit diacitonite cum quibusdam aromatibus calidis, vt zingib. pipere, cinnamomo, & alijs cum melle. Succi granatorum, quædam enim sunt dulcia, & ista sunt frigida, & humida in primo cum aliquali leni caliditate. ratione dulcedinis: acetosa vero, & muza sunt frigidæ complexionis vltra primum. flores eorum qui dicuntur balaustiæ sunt frigidæ complexionis in primo, & siccæ in secundo, est enim vinum dulce granatorum multum in vsu: decoquitur cum melle ad electarium construendum. Et dosis huius electarij Indi maioris per se solum est vsque ad drachm.vj. distemperatum cum decoctione communi, vt dicetur inferius, vel cum aqua fœniculi, vel apij, vel cum aliquo liquore conuenienti, vel in forma dactyli assumpti cum zuccharo. & sæpẽ admiscemus hoc electarium Indum maius, siue Indum minus cum casia, vel manna, ad velocitandum operationem casiæ, vel mannæ. verbi gratia, cum in principio aliquarum ægritudinum quærimus aliqualiter mouere materiam absque hoc, quod tota sit commota, exhibemus de casia vnc. 1. s. de electario Indo, & maxime de minori drach. iij. Casia licet sit principaliter purificatiua sanguinis, etiam euacuat phlegma, & talem medicinam distemperamus cum decoctione communi, vel cum aqua hordei, vel alio liquore conuenienti, & si ipsum in dicto pondere admiscemus cum manna, de ipsa manna accipimus vsque ad vnc. ij. Vlterius est notandum, quòd licet Mesue ponat dosim huius electarij Indi maioris esse vsque ad aur. iij. hoc veritatem haberet, quando ad libram mellis ponerentur vnc. iij. aromatum, sed quia his temporibus ponuntur ad lib. mellis vnc.ij. solum aromatum, ideo potest augeri dosis vsque ad quantitatem superius dictam. Vltimo, soluo hoc dubium, diceret aliquis, in Indo maiori est maior potentia scammoniæ in soluendo choleram, quam turbith in soluendo phlegma, consideratis vtriusque ponderibus, & eorum potentia, & tamen dictum est, quòd Indum maius à prædominio soluit phlegma: hoc idem dici posset de indo minore, licet quãtitas turbith amplietur in eo, & tamen non additur quantitas scammoneæ. Dicendum, quòd scammonea non solum euacuat choleram, sed etiam adiuuando operationem turbith, & illam velocitando, euacuat phlegma. Turbith autem non sic est adiuuans, & velocitans operationem scammoneæ, & est principaliter turbith phlegmatis purgatiuum, & solutiuum, & sic appareret solutio ad dubium, non obstante, quòd potentia turbith multiplicatur, vel duplicatur, & non additur quantitas scammoneæ. vnde ad dubium facilius respondetur, & per consequens apparet, quòd indum minus est vigorosius ad soluendum materiam phlegmaticam: & magis conuenit in dispositionibus frigidis, quam electarium Indum maius, & vt sic habetur in vsu minus. Et cum à medicis absolute profertur electarium Indum, docti, & experti aromatarij intelligunt Indum minus.

MAN. EST minus potens ad purgandum, quam diaphœnicum, si in diaphœnicon non fit Scammonium per coctionem castigatum, & in hoc fit. Si vtrobique, hoc erit efficacius.

DOSIS eius est aur.iij.) Illa dosis exigua est, vix puero sufficiens: grandioribus enim ac robustis potest integra

gra vncia dari. Ego in expurgandis renibus eo vtor, cum caſiæ ſucco, ita, vt huius ſex, illius iij. drachmæ miſceantur.

SYLVII. POTENTIVS eſt diaphœnico, ſi neutrum acceperit ſcammonium, aut ſi vtrumque æqualiter acceperit, idemque coctum ambo, vel crudum. Grandioribus dari poteſt vnc. j. pueris vero Meſue doſis. Huius drach. vj. caſiæ drach. iij. ſimul dabat Manar. ad renes expurgandos. Penidia miſcent purgantibus ventriculum, inteſtina, venas magnas, vt hinc, & diaphœnico: non autem his, quæ à remotis partibus attrahunt.

COST. DVAB *ſunt huius electarij baſes, ſcammonium, & turbith. ſed quum ſcammonij doſes ſummæ ſint ſexaginta, id eſt drachmæ duodecim, turbith vero non plures, quàm vigintiquinque, id eſt drachmæ quinquaginta; præcipua etiam baſis ſcammonium eſt. quo pacto ergo ad pituitoſos præſertim humores hoc medicamentum Meſue commendat? Scammonium certe bilẽ* B *maxime educit, non pituitam. In memoriam ſubit, quod Trallianus lib. 12. de cura tertianæ nothæ, ſcribit ſcammonium cotoneo malo incoctum non modo bilem, ſed pituitam potius euacuare. atque id quamquam nullum forte alium authorem habeat, non videtur tamẽ etiam à ratione alienum, vbi concocta fuerit pituita, & diffuſa, vt ait Trallianus. præſertim vero quum alterius alicuius medicamenti ope adiuuatur. Ergo quod hoc medicamentum pituitam præcipue expurget veriſimile eſt; maxime, quòd non ſcammonium ſolum, ſed turbith, & attenuantia multa recipit in eum vſum idonea. At vero quia hic ſcammonium quærit in pomo coctum, dubitant, in quonam pomo ſit decoquendum, cotoneone an alterius generis. In libro equidem ſimpl. vbi de ſcammonio, poſtquam de cotoneo meminit, ait Pauli teſtimonio interdum decoqui malo acetoſo, ac pontico, quo* C *velle videtur aliud pomi, quàm cotonei genus. Sed hæ nugæ ſunt. nuſquam alterius pomi, quàm cotonei Paulus meminit pro ſcammonio coquẽdo. neque aliud Meſ. innuit, quàm cotoneum immaturum. tale enim aſtringente vi magis præditum caſtigando ſcammonio etiam magis aptum, quàm quod maturum ac dulce. Ergo, vbi ſcammonium pomo incoquendum, nunquã aliud, quàm cotoneum malum deligendum. Sed quantum hic mellis ſumendum? Profectò ſi regulam à nobis traditam ſpectes, quadrare hic non poteſt, quoniam maius eſt ingredientium, quæ vocant, pondus, quàm ex baſis, & confecti electarij collatis doſibus colligatur. Quum enim baſis hic ſint turbith, & ſcammonium, ſint vero turbith doſes vigintiquinque, id eſt drachmæ quinquaginta, & ſcammonij ſexaginta, id eſt drachmæ duodecim; fit etiã, vt doſes electarij totius eſſe debeant octo-* D *gintaquinque. exhibet autem confecti electarij ſemunciam, id eſt tres aureos. quare, vt totum compoſitum vncias pendeat quadraginta duas cum dimidia, oportebit. At ingredientia, ſi recte ſupputes, ſeptuaginta ſunt vnciæ. atque ideo expectatum pondus ſuperexcedunt. Sed neque vulgata regula quadruplum mellis ſumens eſt opportuna. Eſt enim ſpecierum pondus detracto ſaccharo, & penidijs, vt faciunt, drachmæ plus centum, id eſt vnciæ vndecim (ſuperſunt autem tres drachmæ) quæ libras mellis tres, & vncias octo exigerunt. Sunt vero præterea ſacchari, & penidiarum vnciæ quadraginta, ac deinceps ſucci libræ duæ. quæ omnia ſi coniungas, conficies medicamentum libras pendens ferme quatuordecim, aut ſaltem duodecim ſi ſucci coquendo prorſum abſumantur. cuius propterea quam hic doſes baſis non plures ſint, quàm octoginta, exhiberi poſſint vnciæ ferè duæ, aut ſaltem ſeſcuncia, longe ab authoris ſententia, aureos tres ſummum modum præſcribentis: Itaque, vt ſemel dicam, quod ad calcem huius electarij legitur.*

Decoque cum melle ad ſpiſſitudinem. *Vereor legendum, decoque ad ſpiſſitudinem mellis. atque adeo nihil hic eſſe addendum mellis. alioqui certe ſumma huc ſacchari, & penidiarum menſura venit, quæ excipiendis ſpeciebus, & conficiendo electario ſit ſatis.*

MESVE.

LECTARIVM Indum minus eadem promittit, recipit turbith, ſacchari, ana drach. c. macis, piperis, zingiberis, caryophyllorum, cinnamomi, cardamomi, nucis moſchatæ, ana drachm. vij. ſcammonij drach. xij. miſce cum melle deſpumato. Datur ad aur. iij.

MINVS hoc à maioribus noſtris neglectum eſt, cum tamen ſatis efficax ſit, & adeò delicatum, vt poſſit ſine melle in pulueris forma cum iure ſorberi. MAN.

HOC minus eſt calidum, & ſimplicius, ſed eſt valentius ad purgandam pituitam, ac etiam bilem flauam, quam vtrumque vacuat. Quamuis enim turbith phlegmagogus in hoc largior phlegmagogum hoc electarium magis faciat: tamen & maius etiam eſt phlegmagogum turbith adiuto à ſcammonio bilem primo, & per ſe purgandi, ſed etiam pituitæ vacuationem iuuante. Ob id electarium Indum ſi abſolutè ſcribitur, hoc minus, quia efficacius. & tam delicatum etiam ſine melle, vt eius pulus poſſit cum iure ſorberi. à multis intelligitur: eſtque in vſu frequentiore, quia efficacius pituitam expulſioni paratam, & bilem miſtam purgat, & minus calefacit. Ob id ſalubre in quotidianis febribus nothis à miſta bile. Poteſt dari ad drachm. iiij. vel etiam quinque minus, vt maius ad drachm. vj. non ſolum aur ij. cum Meſue. Nam hic ſingulis mellis libris miſcet pulueris vnc. iij. nos tantum duas: quod ſi quis vnc. iij. miſceat, vt hodie fit, doſis Meſue placet. Ferè miſcetur caſiæ, mannæ, & alijs imbecilliter vacuantibus, ad actionem earum celerandam, & augendam. Manardus in affectibus renum ſex drachm. Indi maioris, & drachm. iij. caſiæ exhibet: ac robuſtis dat vnciam integram, & doſim Meſue vix pueris ſufficere ait. Si autem diu ante vſum eſt ſeruandum, miſce ſcammonium: ſi autem mox vtendum, diagridium quod vocant. SYLVII.

SVNT *ſummæ huius medicamenti doſes non plures, quàm centum, & decem, ſcammonij quidem ſexaginta, turbith autem quinquaginta. totius autem electarij modum præſcribit Meſ. aureos tres, id eſt ſemunciam. atque adeo ex conſtituta à nobis regula, vbi confectum erit medicamentum, ad vncias quinque, & quinquaginta, vt perueniat oportebit. Non excedit autem ingredientium pondus vncias duas, & viginti. quo fit, vt duæ ſupra viginti vnciæ, quę deſint, ſupplendæ ſint melle. tunc autem confectum erit medicamentum, cuius ſumma doſis aurei tres erunt. Ex vulgata verò conſuetudine quadruplum mellis aſſumente, quia ſpecies excepto ſaccharo vncię ſunt tredecim, opus erit libras quatuor, & totidem vncias mellis adiungere. pendebitque totum compoſitum libras ſex, & tres vncias. at licebit tunc eius aureos etiam ſeptem propinare præter authoris præſcriptum. Sane autem quamquam præcipua in hoc baſis ſcammonium eſt, pollet tamen ad pituitoſos humores, ſuperioris exemplo. ſumendum vero ſcammonium erit cotoneo incoctum. quòd vix nihil hic eſt aliud quo eius violentia caſtigetur, pro quare adi Meſuen lib. ſimpl. vbi de ſcammonio.* COST.

MESVE.

Confyliu de dactylis.

LECTARIVM diaphœnicum à filio zezar descriptum, purgat clementer, & tuto humorem crudum,& bilem. Ob hæc conuenit febribus complexis,& diuturnis, dolori ventriculi, & colico, intemperaturæ harum partium frigidæ: Recipit autem phœnicon † cyrrhon.i. dactylorum fuluorum, aceto per triduum maceratorum drach. c.penidiorum † hordeatorum drachm.l. amygdalarum purgatarum drach. xxx. turbith drach.xxxv. scammonij drach. † xij.zingiberis, piperis longi, foliorum rutæ siccorum, cinnamomi,macis,ligni aloes,anisi, fœniculi, dauci, galangæ, ana drach.ij. & s. Tere omnia probe, despumato sufficienti excipe. Datur ab aureis tribus ad septem.

† *Kyrrh.*

† *Sakiri.*

† *xxv.*

CHRI. CONFECTIO de dactylis,& est diaphœnicon solutiuum in operationibus suis,aliqualiter conuenit cum electario indo maiori,sed istud plus confert febribus compositis, chronicis, & de materia mixta. & vsus eius est maioris securitatis. euacuat enim materiam cholericam,& phlegmaticam virtute turbith,& scammoneæ,& potentius soluit materiam cholericam,quam Indum maius,vel minus,licet etiã satis potenter euacuet materiam phlegmaticam. & eius dosis vsque ad drach.iiij. per se solum. & potest etiam cum casia,vel manna admisceri in dosi dicta in electario Indo sumuntur hic dactyli qui sunt calidæ complexionis in fine primi gradus, & humidæ in principio primi dum sunt recentes: & dum exiccantur, primum gradum siccitatis acquirunt. conueniunt maxime pectoris dispositionibus sicut, & ficus siccæ.

MAN. BENIGNA satis est,& tuta per hanc purgatio. Galenus tertio simplicium medic.miscet aut purgatoria medicamina cum dactylis, & alijs astringentibus,vt occultetur sapor,tollatur abominatio, & fastidium stomachi. Ego ponerem scammonium non coctum,quia per dactylos, & aromata satis castigatur. Nec credendum his,qui dicunt,quod per dactylos vetatur,ne à longinquo humores trahat: siquidem cum vapores ad caput mittant,simul etiam purgatoriam vim adferunt.

SYLV. Φοινικὰς κιῤῥους lego,idest dactylos fuluos,quo colore sunt immaturi,vt maturi flauiores,aut iam nigricantes. Hanc autem græcam vocem an recte diuinam à Mesue vsurpatam,& ab interprete coruptam,lectoris candido iudicio committam. Neque interpretatio Arabicæ familiæ mihi repugnat: Keyron enim (sic namque scribunt) Immaturos aiunt significari, & ob id adstringentes magis. Sic tamar Indorum Keyron,idest immaturorum,vt interpretantur: qui licet sint species dactylorum sylueſtrium,tamen dum sunt immaturi,& acerbiores,quales ad nos afferuntur colore fuluo: non sunt,vt vinum κιῤῥος, idest fuluum,igneum,medium Hippocr. & Galen. dicitur,sed nigricant. Id potest vocari diaturbith, quamquam est aliud diaturbith in simpl. cãe turbith, multo hoc valentius,& periculosius,præsertim si turbith horis 24.maceratum fit succo cucumeris agrestis,& scammonium acceperit. Viribus conuenit cum electario Indo maiore,sed clementius purgat,& bilem magis per scammonium: sed etiam non ignauiter pituitam per turbith: ob id febribus complexis,vt tertianæ nothæ ex bile flaua,& pituita conuenit. Datur ad drachm. iij. per se. Frequenter cum casia, & manna. Quidam diaphœnicon minus vocant, cui immittuntur scammonij drachm.xj. vel xij. maius autem,cui E induntur drach.eiusdem tres,& xx.vel xxiiij. Descripta erat prius in simplicibus ex Zezar ca.de turbith (basis enim eius est turbith, & scammonium) eadem omnino nisi, quòd vno tantum die dactylos ibi macerat,& zingiberis,piperis longi, foliorum rutæ siccorum,ana drachm.iiij.scribit,aucta horum trium dosi,& omissis simplicibus reliquis. Penidia autem,& dactyli hic,& in alijs purgantibus miscentur,vt lentore suo purgantia retineantur,ne in longinqua prompte ferantur. Adde quòd ibi penidiorum tantum scribitur,non vt hic penidiorum hordeatorum, quòd interpretantur,ex saccharo albo & optimo cum aqua decoctionis hordei sex horas infuso,& cocto ad iustam consistentiam. Drachmas scripsi, vbi Mesues ponebat partes,quòd ita facilior intellectu esset descriptio,neque res mutatur:quamquam & Galen.& veterum plerique pondus, aut mensuram nomine partium indefinitam quandoque scripserunt contenti singulorum simplicium proportione. Potestque pro drachm.semunciam,vel vnciam, vel selibram,vel libram, vel pondus aliud quoduis,sed vnicum sumere. Magna ratione autem dactyli,& in alijs adstringẽtia alia scammonio in varijs purgantibus miscentur: sic enim rhu succum carnem mali cydonij, carnem palmularum,seu phœnicum myrta mastichem,& similia F scammonio, & alijs multis purgantibus adiecerunt, quæ stomachum astringendo roborarent,& grato sapore medicamenti abominabilem qualitatem regerent: effecto autem quid possent purgantia monstrarent. In his enim substantia purgatrix exigua, sed validis prædita viribus, mista alteri substantiæ plurimæ, sed imbecillæ, sumpta gustu non percipitur: agit tamen efficacius pauca hæc,quam plurima alia libr.iij.simpl. cap.xiiij.Sic cydonijs scammonium recte misceri docet libr.j. alimentorum. Crudum autem miscendum hic,quia per dactylos,& aromata satis castigatur,& non impeditum,va poribus longe transmissis à longinquis trahit: quamquam etiam penidia suo lentore turbith,& scammonij substantiam in corpus distribui prohibent: Sauonarolæ tamen vapores ab his eadem virtute præditos omnino non prohibent.

MEDICAMENTVM *ex dactylis conficiunt, COST. & Aetius lib.iij. & Paulus lib. vij. sed longe* Cap.51. *ab hoc diuersum,tum ob alia,tum quòd ij solum scammonium apponunt: in hoc præter scammonium,etiam* G *turbith. Atque hic certe, quum turbith partes triginta quinque sumat,scammonij vero duodecim. (ita enim legendum ex antiquioribus,& castigatioribus codicibus, & ex lib. simpl. vbi de turbith) existimarit quis præcipuam basim huius medicamenti esse turbith. res tamen contra se habet,si eorum medicamentorum vim spectes.Turbith dosim integrã docuit Mesues lib.simpl. esse drachmarum duarum,scammonij vero quintam drachmæ vnius partem. quare quum hic turbith doses sint fere decem,& octo; scammonij sint sexaginta. Scammonium ergo præcipua basis,contra quum multi sentiant. Errauit ne ergo Mesues hoc medicamentum ad pituitosos humores proponens? Non errauit,quando vt lib. simpl. & paulo ante aduertimus, scãmonium etiam pituitam trahit Dioscoridæ testimonio: immo Tralliano authore magis pituitam,quam bilem in cotoneo coctum,quale hic assumendum puto.quamquã enim* H *aliqua quæ hoc in electario turbith noxas castigant, scammonij quoque violentiam possint nonnihil imminuere, nihil tamen ipsum æque castigat ac cotoneum. præstat autem eo semper vti,quam castigatissimo. Porro autem cætera,quæ huc veniunt. si perpendas,turbith gratia adduntur. Quum enim triplex illi vitium insit Mesue adnotante lib. simpl. imbecillæ.s. & tardę est actionis, ventrem subuertit, & nauseam concitat,sui vsu corporis siccitatem inducit: triplici quoque remedio opus habuit. acceleranda fuit, & roboranda eius actio: corroborandus ventriculus: vetundenda vis exiccans. Acceleratur ergo actio zingibere præsertim hoc enim sui partium tenuitate in profundos corporis meatus turbith vires promouet, vt crassum, & viscidum humorem trahat, suapte alioqui natura tenues tantum*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0250-2
DFG

tantum ſuccos educens. Adduntur ſecundo loco piper, rutæ folia, cinnamomum, piper longum, xiloaloe, zingiber etiam ipſum, ſemina aniſorum, & fœniculi, daucum, galanga, ſecundi vitij gratia. corroborant enim hæc ventriculum cum grato odore, vt flatuum diſcuſſoria. Ita vero, & maſtiche ſui aſtrictione ventriculum ſolet roborare. cuius officij gratia palmulas quoque addi exiſtimo. his enim Galeni teſtimonio 3. ſimpl. med. facul. & obſcurandi ingrati medicamentorum ſaporis, & ventriculi roborandi cauſa veteres vtebantur. macerata autem hæ aceto proritandæ quidem nauſeæ ob acetum magis aptæ videntur, quod medicamentoſum quendam ſaporem ſuſcipiant; ſubſtantiæ tamen tenuitatem maiorem ſortiuntur, qua medicamentum profundius ſubeat. Amygdalis vero, & penidijs ſiccitatis noxa auertitur, cuius procreandæ vitium turbit quoque ipſi ineſt. Atque ita conſtat, non temere, ſed conſulto fuiſſe hoc à Meſue confectum electarium. Cæterum multa hic ſunt de quibus ambigunt. ac primum, quales nam palmulæ, ſeu dactyli deligendi. an ponderandi aceto macerati, vel priuſquam macerentur. quot dies macerandi: iubet enim lib. ſimpl. vno die macerari, hic vero per triduum. quid penidiæ ſint ſabiri. quales amygdalæ ſimendæ, dulces an amaræ, ſint enim amaræ medicamentoſæ magis, quam dulces, ac poſtremo quantum mellis ſit aſſumendum. Ad quæ, vt breuiſſime ſatisfaciamus. Dactylos Meſues Keyron expoſcit, quæ vox, Syluio etiam annotante immaturum ſignificat. & vere aptiores immaturi ſunt, quòd aſtringunt, magis. immaturi ergo diligendi. i. minus flaui. Hos vero meo conſilio, non (quod alij ſentiunt) ante ponderabis quam aceto macerentur, ſed antea maceratos, vt hic, & lib. ſimpl. plane iubet, & ratio expoſcit, quando ſatis multa dactylorum copia eſt aliorum proportione ex quibus hoc conficitur medicamentum. Neque obſtat, quod aiunt, fore maiorem acepti copiam quam dactylorum: id enim medicamenti actionem longe adiuuat, vt craſſiorem pituitam trahat, quam maior palmularum cumulus trahi non permittat. Neque illud etiam perſuadeat, quod aiunt Serapionem, & Auic. poſt præſcriptum earum pondus infundere, non autem antea. quando longe ab ijs differt Meſue deſcriptio. Sunt ergo palmulæ ponderandæ, antea maceratę. Quantum vero temporis aceto infundendæ? Arbitror, quod autor ipſemet hic explicat, per triduum: corrigendum ſcilicet locum libri ſimpl. ex hoc loco. nam hoc pacto, aceti vires magis exugunt, & medicamentum pituitoſis humoribus educendis redditur efficacius, alioqui futurum longe imbecillius ob ipſarummet palmularum, & ob penidiarum ac amygdalarum lentorem. De penidijs autem, quod ſequitur, non eſt, vt plura dicam. qui Arabicum idioma profeſſi ſunt, penidia ſabiri interpretantur quæ ex aqua hordeacea. eiuſmodi autem eßent ſumenda ex authoris præſcripto. ſed quando talium copia non eſt, parum intereſt, vt qualia quotidie parantur, ſumas. Quales vero amygdalæ ſimendæ? Quanquam non nego amaras dulcibus magis eſſe medicamentoſas, ſimendæ tamen hic dulces, quæ ſiccitatis noxam à turbith illatam magis caſtigent, cuius gratia amygdalas puto hic recipi. alioqui etiam abſoluto amygdalarum nomine dulces ſemper intelliguntur. Quod ſupereſt, de mellis menſura paulo difficilior eſt quæſtio. Qui vulgatam conſuetudinem ſequuntur, & mellis quadruplum addunt, quia detractis dactylis, penidijs, & amygdalis, cætera, quæ teri poſſunt, drachmæ ſiunt duæ ſupra ſeptuaginta. 1. vnciæ octo, libras mellis duas, & vncias octo eos addere oportebit. ac propterea quum dactyli, ſaccharum, & penidia drachmæ ſint centum, & octoginta. 1. vnciæ viginti, totum electarium pendebit libras quinque. Tunc vero quum ſummæ totius baſis doſes hic non plures ſint quam ſeptuaginta, & octo, atque adeo totius confecti electarij totidē eſſe doſes oporteat, ſi libras quinque in octo, & ſeptuaginta partes diſſeces, erit doſis ſingula drachmarum vix ſeptem, præter Meſue præſcriptum, qui aureos dat ſeptem, & eſſe ait medicamētū ſecuritatis. At ex regulæ noſtræ obſeruatione, ſecus. nempe quia doſes baſis octo ſunt, & ſeptuaginta, ſumma autem confecti medicamenti doſis drachmæ ſunt decem cum dimidia, multiplicatis, vt aiunt, drachmis decem cum dimidia, in octo & ſeptuaginta, redditur numerus drachmarum octingentarum ac decem, & nouem, ideſt vnciarum nonaginta, & vnius. tantundem ergo totum electarium eſſe oportet. pendēt vero ingredientia omnia drachmas duocentas, & duas ſupra quinquaginta. 1. vncias octo ſupra viginti: propterea, quod deeſt ad vnius ſupra nonaginta numerum, ideſt vncias tres, & ſexaginta ſupplendum eſt melle. addendæ ſcilicet libræ mellis quinque, & tres vnciæ. euadetque hoc pacto medicamentum tale. cuius ſumma doſis drachmarum erit decem cum dimidia, ex authoris præſcripto, à quo non eſt diſcendendum.

MESVE.

LECTARIVM expſyllio cholagogum, ob id febribus ſolutu contumacibus, acutis, & ardentibus, & cephalagiæ, ac vertigini à bilis vapore naſcenti, & ictero, & intemperiei calidæ hepatis confert. Recipit autem ſucci bugloſſi domeſtici, & ſylueſtris, intybi, apij, coquendo deſpumatorum, ana libr. ij. quibus miſce viginti quatuor horis caſſuthæ, aniſi, folliculorum ſennæ, ana vnc. ſemiſſ. adianti albi manipul. vnum, ſucci fumariæ vnc. iij. aſari † vnc. iiij. ſpicæ nardi drach. ij. ſemel feruefiant. Præterea adde violarum viridium, vel ſiccarum vnc. iij. epithymi vnc. ij. & ſemel quoque feruefiant. cola. exprime. colato pſyllij vnc. iij. macera *xxiiij. horis*, in ſingulas rudicula agitando, poſt exprime totam muccaginem, in cuius lib. iiij. coque igni lento ſaccha. lib. ij. & dimid. ſcammonij in malo cydonio cocti vnc. iij. & dimidiam. Coctis omnibus his adde pul. trochiſcorum diarhodon & de ſpodio, & de rhabarbaro ana vnc. j. trochiſcorum † oxyacanthæ vnc. dimid. Datur à drac. iij. vſque ad aur. iij. Hamech hoc electarium de trochiſcis appellat. Addunt aliqui aceti lib. j. & dimid. alij violarum lib. j.

† al. dr. iiij.

† berberum.

ISTVD electarium facit ad multos effectus quos authore refert. In eo ſumitur pſyllium, quod eſt ſemen minutum cuiuſdam plantæ, & habet partes diuerſas: nam eius pars intrinſeca eſt valde praua calidæ, & ſiccæ complexionis in quarto, habens in ſe virtutem venenoſam occultam: ſed eius pars medularis, CHRI.

laris,& media ac etiam corticalis extrinseca, & frigidæ, & humidæ complexionis in secundo gradu, & istæ sunt multæ, & sensibilis quantitatis, vnde totius complexio, quæ resultat est frigida, & humida iuxta secundum gradum, & per admixtionem aliarum partium adinuicem remouetur venenositas, & illa superflua caliditas. soluit enim psyllium lubricando, idest, lubricum principaliter faciendo, & humorem cholericum cum sua frigiditate refrenat: licet vsus eius per se solum non sit conueniens, nec vsitetur ab aliquo. Et dosis eius psyllij per se solum est vsque ad drachm.iij. assumpta solum ipsius mucilaginosa expressione. Sumitur etiam cuscuta, quæ est herba adhærens super linum, & alio nomine vocatur podagra lini, calidæ complexionis in primo, siccæ in secundo. Sumitur etiam Sena, & folliculi eius sunt, qui habentur in vsu, est enim cal. & siccæ complexionis in fine primi. soluit choleram adustam. Et dosis eius in puluere est vsque ad drach.i.& s. in infusione à drach.iiij.vsque ad vj. sed ab assumptione eius caueat habens caliditatem renum, & paratus ad excoriationem vesicæ. Capillus veneris, herba est nota nascens iuxta fontes aquarum, iuxta etiam puteos, satis temperatæ complexionis, tamen alicuius caliditatis, & siccitatis est versus primum. virtutem habet aperitiuam, purificatiuam sanguinis, soluendo choleram à stomacho, & intestinis: sed per se sola non habetur in vsu, quia minimum dosis eius, requireretur vsque ad libr.i. sed in decoctionibus, cum quibus aliæ medicinæ distemperantur,confert: & sic habetur in vsu. & eius aqua destillata multum confert passionibus pectoris calidis, & frigidis. Et fumiterræ, est frigida versus primum gradum cum admixtione caliditatis, quæ est herba in superficie foliorum eius, qua mediante soluit, est autem siccæ complexionis versus secundum. Soluit leuiter choleram, & humores adustos, purificando sanguinem. Confert scabiosis à phlegmate salso, & maxime syrupus, & aqua, & succus eius, & syrupus eius magis habetur in vsu. & dosis succi est vsque ad vnc. ij. & dosis decoctionis eius est vsque ad drach. x. & dosis puluueris est vsque ad drac. iiij. sed non est in vsu, nisi in succo, vel in syrupo, vel in aqua destillata, quæ cum syrupo admiscentur, & sic non soluit. Et dosis huius electarij est vsque ad drachm. iiij. obseruata regula posita in electario de aromatibus Gal.

De fumoterra.

A D D I T I O.

Post electarium de psyllio ponitur quoddam electarium, quo vtebatur Gentilis propter singularia, eius iuuamenta podagricis, & generaliter in omnibus doloribus iuncturarum, & debet sumi in mane, & eius dosis est vsque ad drachm.viij.cum vino lymphato, vel aliquo liquore conuenienti, vel in forma solida dactyli, quod melius est. & potest sumi semel in hebdomada. Cuius hæc est descriptio. Rec. turbith. boni vnc.j.& s.hermodactylorum vnc.j. & sunt calidæ, & siccæ complexionis in principio secundi gradus cum aliquali humiditate viscosa,dum sunt recentes, sed sic non habentur in vsu. Soluunt phlegma crassum,maxime à iuncturis.& ideo summe conueniunt podagricis, & doloribus iuncturarum. Et dosis eorum est à drach.j.vsque ad ij.cum eorum correctione sibi admiscendo tertiam partem dosis, sed per se solum non habetur in vsu.zingib. vnc. j. esulæ, quæ ab Auic.vocatur scebram, & à Mesue ascebram drach. iij. herba est nota in partibus nostris fortiter soluens, sed per se sola non habetur in vsu. sed solum radix eius præparatur in medicinis, & a rusticis comeditur cum quærunt solutionem, & non curantes de quantitate assumptionis ipsius, quandoque moriuntur.est etiam vomitus prouocatiua,& est calidæ,& siccæ complexionis in tertio. Soluit principaliter à iuncturis humores crassos, & etiam à cerebro, & à neruis.& dosis eius est vsque ad drachm.j. zucchari libr. j. & reducatur ad formam electarij, vel solidæ confectionis. Si quis tamen vellet, vt vigorosius soluat, & maxime materiam cholericam, addat scammoneæ correctæ drachm. j. Et tunc dosis esset vsque ad drach.vj. qualitercunque præparetur, & sine alio potu.

Solutiuum rusticorum.

RECIPE succi bugloss.) Boraginis videlicet, & bugloss vulgarium. ACCIPIATVR eius viscositatis.) Id est, eorum succorum, in quibus succus hic psyllij per diem, & noctem remansit. Hæc enim est viscositas de qua vult pro singulis. 4. *lib.* apponi sacchari libr. ij. s. DOSIS.) Potes integram vnciam tuto dare. MAN.

SEMINIS psyllij drach.trium mucilago sumpta soluit bilem lubricando, & calorem eius obtundit frigida sua substantia, vt ipsi volunt, licet Dioscoridi; & Galeno tantum refrigerare dicatur. Scammonium crudum quidam miscent, quia coquendum, quòd si coctum, iterum coquendum miscet, lemel tantum medicamentum, non etiam soluet. Dari tuto potest ad vnc. j. SYLV.

DE *psyllio in lib. simpl. satis. Nunc illud explicandum, quòd author in psyllij mucilaginem coqui scammonium iubet, coroneo tamen antea incoctum. Quid enim repetita coctione est opus, si coctum iam, & optime erat castigatum? Atque, cur vt coquatur imperat, si id feruendo rursum in grumos coit, vt experimento docemur? Ad hæc paucis. Non recoquit scammonium, vt ipsum castiget. antea satis castigatum: sed vt eius vires in vniuersum medicamentum æque digerantur. Non coit autem scammonium feruendo, si industrius fuerit pharmacopæus. deligendum primo loco probatissimum est scammonium. de hinc vero tritum, atque id quidem sententia mea mediocriter, mucilagini, aut liquori alteri,quem author iusserit, frigido inspergendum, & spatha exacte permiscendum. ita fiet, vt quum ferbuerit, non cocat. Sane autem quum huius electarij dosim aureos tres, idest, semunciam Mes. præscribat, putat, & Manardus, & Syluius integram vnciam modum non excedere. quæres æstimanda diligentius. Quum enim scammonij, quod hic ad vncias tres cum dimidia sumitur, doses maximæ sint centum quinquaginta septem cum dimidia; totum autem vbi confectum est electarium, vncias pendeat octoginta quinque.i.libras septem, & vnciam vnam; si has libras septem in partes centum, & quinquaginta septem cum dimidia secueris, non attingit singula pars semunciam.quo fit,vt ego Manardi, aut Syluij consilium non probem: rationem vero cur à Mesue in hoc deuient,non intelligam.* COST.

ME-

MESVE.

DELECTARIVM Episcopi excrementa flatusque corpore toto educit. ob id dolorem colicum, hypochond. & iuncturarum leuat, renes, & vesicam purgat, venerem excitat. Recipit scammonij Antiocheni turbith albi, ana drach. vj. caryophyllorum, cinnamomi, zingiberis, nucis moschatæ, emblicorum, polypodij, drach. ij. & dimid. sacchari vnc. vj. excipe melle despumato. Datur ab aur. ij. ad tres.

MAN. SCRIBITVR ab Auicenna ferme eodem modo, & vocatur Episcopi. Conficiuntur, & ex his speciebus placentæ cum saccharo, quæ aliquando nihil, aliquando nimium purgant, vel quia scilicet, aliquando vruntur, vel non bene inuicem miscentur species. Dosis ab aur. ij vsque ad iij. Potes, & hanc excedere.

SYLV. HOC elect. Episcopi pro elescoph. cum Auicennæ interprete appellauimus, à quo tamen cardamomum, & piper huic descriptioni addunturcætera similis est. Vacuat bilem scammonio, & pituitam turbith. Quidam eo vtuntur ad purganda corpora in lue Hispanica, in omnibus corporibus, licet melancholicis minus conueniat, quam electarium Hameeh. In hoc vnc. vj. mellis cum æquali saccharo cocti sufficiunt. Si autem saccharum pulueratum vis inspergere, largiore tum melle opus esset, ac dosi etiam ampliore. Ex his speciebus, & saccharo confectæ placentæ nihil purgant, interdum vitis scilicet speciebus. est quando immodice purgant, ijsdem simul male commistis. Potest tuto dari largius, quam scribat Mes.

COST. DOSES *basis huius medicamenti, si perpendas, non plures sint quàm triginta quinque, scammonij xxx. turbith tres, emblicorum, & polypodij duę. est vero præscripta totius electarij dosis maxima aurei tres, idest, semuncia. quo fit, vt totum ipsum compositum ex regula nostra esse debeat vnciarum decem, & septem cum dimidia. sint autem ingredientia omnia vnciæ nouem. atq; adeo vnciæ octo cum dimidia desint supplendæ melle. fietque hoc pacto electarium, cuius si semunciam exhibueris, summe expurgabit. Non longe ab hoc discrepat hoc in medicamento vulgata consuetudo. qa enim species excepto saccharo tres sint vnciæ; addenda etiam mellis libr. 1. sed hoc ita confecto pharmaco, licebit vti paulo liberalius.*

MESVE.

DELECTARIVM Hamech purgat bilem vtramque, & pituitam salsam. ob id affectibus inde natis, impetigini, psoræ, lepræ, cancro exedenti, & similibus mire confert. Recipit myrobal. citrearum vnc. iiij. cepularum, & nigrarum, rhabarbari, ana vnc. ij. agarici, colocynthidos, polypodij, ana drach. xv. absinthij, sennæ, ana vnc. j. (in alio drachm. vj.) violarum drach. xv. epithymi vnc. ij. anisi, rosarum, fœniculi, ana drac. vj. succi fumariæ lib. 1. pruna sexaginta, vuarum passarum mundatarum vnc. vj. Macera dies quinque fero lactis † sufficiente in vase vitreo strictioris, & obturati, semel deinde

drach. xl.

Caprini in sereno acrimonia exhi.

A feruefiant, manibus fricentur, & colentur. Colato adde cassiæ fistulæ purgatæ vnc. iiij. tamar Indorum vnc. v. mannæ vnc. ij. Frica manibus, cola, percoque ad mellis crassitiem cum sacchari lib. j. & 5. scammonij vnc. j. & 5. Postremo adde myrobalanorum citrearum, cepularum, Indarum, ana vnc. dimid. bellericorum, emblicorum, rhabarbari, seminis fumariæ, ana drach. iij. anisi, spicæ nardi, ana drach. ij. Datur ad drach. ij. vsque ad aur. ij.

ISTVD electarium habetur in vsu. In eo est polypodium, quod radix est herbæ notæ, & est calidæ complexionis in tertio, & siccæ in secundo. solutiua est humoris melancholici, & phlegmatici, & mucilaginosi, & maxime à iuncturis. Et dosis eius B est vsque ad drach. iij. sed per se solum non habetur in vsu. Prima sunt nota, frigidæ complexionis versus princip. um secundi, & humidæ in secundo, leuiter comprimendo euacuant choleram, quæ in intestinis reperitur. Et dosis ipsorum est vsque ad drac. vj. Infundatur in aqua casei. & de ipsa dictum est in prima descrip. satyrion, vbi de lacte discussimus. Cassia fistula, est medicina, quę leniendo euacuat principaliter choleram, & subsequenter phlegma. sanguinem purificat à materiebus adustis, & per se sola multum habetur in vsu generaliter vbiq; locorum, quia sine nocumento operatur, ita quod pueris, & prægnantibus dari possit. est calidæ complexionis versus primum gradum, & humidæ in primo. & dosis eius distemperatæ cum decoctione communi, est vsque ad drach. ij. vel cum aliquo liquore conuenienti C preparetur: & in forma dactyli, seu electarij, & dosis eius est usque ad drachm. j. s. & non requiritur digestiuum in assumptione eius, & sępe datur in principio ęgritudinum materierum cholericarum ad aliqualem minorationem materiæ. Tamarindi. similitudinem habent cum prunis, & sunt frigidę, & siccę complexionis uersus secundum. comprimendo euacuant, sicut pruna. & dosis eorum est usque ad drach. iij. sed per se solum non habetur in usu. Tereniabin. sunt species mannę, quę non reperiuntur, sed loco ipsarum accipimus mannam, & est ros qui de nocte cadit in egypto super frondes aliquarum arborum; & est calidę, & siccę complexionis, & humidę in primo. leniendo euacuat choleram purificando sanguinem. & dosis eius in forma potabili, uel solida est usque ad drach. iij. usque ad beneplacitum assu- D mentis ipsum, & damus aliquando sicut dictum est de electario indo.

CHRI.

PRIMA hæc compositio communiter pararur, licet non omnes eam bene parent. Vbi bene parata fit, vtranque bilem, & pituitam facile purgat, præcipue si maiori quantitate detur quam iubet Mesue: vncia enim absque periculo exhiberi potest. MAN.

CONSVETISSIMVM est hoc medicamentum in affectibus melancholicis, mania, melancholia, alphis nigris, cancro, elephantia, & cutis vitijs, psora, lepra, impetigine, quæ effecta Mesue peculiariter tribuit electario sequenti. Tuto datur uncia Manardo ad pruritum, maniam, melancholiam morbum, elephantiam, psoram, lepram. Scammonium hic crassius tritum quidam volunt, vt coctionem aliquam sustineat ad malitiam eius castigandam. Si autem coctum esset (quod δακρύδιον quasi lachrymulam Græci recentiores appellant, Arabes corrupte diagridion) SYLV.

non

non coqueretur, ne vim purgatoriam perderet. Eodem modo in electario rosato, in his enim crudum scammonium miscetur, quia coquendo corrigitur, & his quæ diu seruantur ante vsum in cæteris scammonium coctum ponatur.

COST. SVNT hic aliqua, quæ seplasias torquent. Primum, quum de infusione agens serum lactis assumit, neque quod nam serum, aut quanam mensura, exprimit. Alterum, quum per dies quinque infundit. deprehensum enim est diutina obseruatione serum tam longo tempore situm contrahere, acescere, ac corrumpi. Tertium, quia rhabarbarum cum alijs infundit, & deinceps coquit, quod tamen modicam coctionem sustinet: an autem præstet ipsum seorsum infundere, deinde postquam efferbuerint alia ipsis permiscere? Ad hæc, quum manibus fricari ea iubet, quæ fuerant infusa: an fricanda omnia, & casia, & tamarindi, an aliqua tantum? atque id, an oleo rosaceo, an amygdalino? Postremo quum scammonium addendum, & coquendum iubet, qualenam scammonium sumendum, crudum ne, an coctum, vt in electario de psyllio? Adde etiam cur scammonium in medicamento coquit, quod feruore coire in grumos solet. Sed declaremus hæc paucis. Seri delectum semel docuit lib. simpl. vbi de sero. primas enim tenere admonuit caprinum, ex iuueni capra, & nigra, bono pabulo nutrita, & recens fœta. recens autem emulctum sit lac, & expressum serum boni odoris, & saporis sui non alieni, & non corruptum. hoc autem quum interdum ex lacte, à quo extractum butyrum est, fiat, interdum ex integro lacte; opportunum hoc in loco, quod ex non ebutyrato extrahitur, ob myrobalanorum asperitatem. Secerni autem solet oxymelite, coagulo vitulino, ficus lacte, cynara, ac rebus alijs acribus. in medicinæ verò vsum præsertim oxymelli commodum est. habesq; eius extrahendi rationem ab Aetio lib. 2. ex Galeno, & nonnulla item ex Gal. 4. de rat. vict. in ac. Porro huius ita delecti, & percolati diligentissime seri, quantum sumendum sit, quia mensura certa definiri non potest, æstimandum iudicio pharmacopœi. videtur autem sufficere, si ita submergantur omnia in eo maceranda, vt serum quatuor digitos supereminеat. alij librarum quinque mensuram satisfacere etiam obseruarunt. Hac ergo mensura seri constituta, infusionis inchoandæ, & parandæ gratia, calfaciendum est serum ipsum, ita scilicet caloris vi rarefiunt simplicium medicamentorum meatus, & subit facilius serum. deinde in ipsum quæ præcipit author injcienda omnia, etiam rhabarbarum, de quo mox dicam. olla autem angusti sit oris, vt ait Mesue, & occludatur ne quid expiret, ad præfixum vsque terminum dierum quinque. At acescere (aiunt) tam longo spatio temporis serum, ac contracto situ corrumpi. Tu vero ne situm contrahat, ne acescat, aut corrumpatur duplici artificio prohibebis. alterum est, vt quotidie ollam sepius agites, alterum, vt leni calore ad præscriptum vsq; tempus semper foueas: quanquam autem operosum hoc est, & leniculæ potius coctionis speciem habet, Mesue tamen consilio quadrare ob id videtur, quia occludi ollam iubet, ne quid expiret: at ex frigido sero nihil expirare potest, sed ex calido. hoc pacto ergo euitabis situs, acoris, & putredinis periculum. ne id etiam silentio præteream, serum quod oxymelite extrahitur, ob mellis, & aceti vires ab acore, & putredine diutius vindicari. Non ergo damnandus Mesues, quòd ea inserit, quę arte assequi non possis, quod aliqui hic faciunt.

Cap. 96. Comm. 6.

E At vero, vt catera prosequar, vbi ad præfinitum tempus macerata ea fuerint, tunc subiecto igne agendum, vt ferueant: sed vbi feruere primum cœperint, remouenda, quod Mesue admonet, quum feruore vno vt ferueant, iubet. hoc pacto autem rhabarbari vis non exoluitur, atque adeo opus non erit, vt ipsum seorsum infundas, vel coquas, quod nonnulli faciunt. Percolato deinceps sero addes casiam tamarindos, & mannam, & atque hæc in eo manibus, aut rudicula dissolues diligentissimè. hæc vero fricatio est quam Mesue petit, non autem quod somniant, ex oleo amygdalino, aut alterius generis. neque enim de oleo quicquam meminit, neque casia, tamarindi, aut manna oleo egent. Rursum autem hoc percolato per laxius colum sero ex casia, tamarindis, & manna, vbi refrixerit, saccharum addes, & scammonium tenuissime trita. vtere autem in terendo F scammonium ea diligentia, & artificio, de quo lib. simpl. vbi de scammonio. sit vero scammonium coctum aut crudum, vt libuerit, quando hic author vtrum sumas non explicat. sed nobis coctum magis satisfacit, quod minus habet noxæ. afferetque reiterata in sero coctio non eius castigationem, sed æqualem illius virium distributionem in medicamentum vniuersum. His ita peractis, & optime omnibus permistis ignem subijcies, deinde coquantur ad mellis consistentiam: neque vereberis, vt scammonium coeat: quādo, vt supra diximus, si optimum delegeris, & in frigidum illud serum conieceris, agitandoque exacte commiscueris, & leuem ignem ac purum subieceris, vt author in electario rosaceo docebit: concrescere non potest. Sint ergo de proposito medicamento hæc satis. Vnum superest admonendum, quum Mesue dosim summam drachmarum G trium statuat, experimento tamen deprehendi, integram vnciam modum non excedere, quod alij quoque aduerterunt. Suspicor autem deprauatum codicē, quod sequentis medicamenti ab hoc non longe variantis exhibet etiam sex drachmas.

MESVE.

LECTARIVM alterum Hamech. purgat melancholiam, & vstos humores alios; ob id confert maniæ, melancholiæ, vertigini, oblitioni, & vitijs cutis, qualia sunt psora, ideſt scabies, lepra, alphi, ideſt, morphea, cancer, elephantia, impetigo. Recipit myrobalanorum nigrarum, ce- H pularum, † epithymi, ana drach. l. fumariæ, ab- † Vulg. Eadie. Indorū.
sinthij, ana drach. xx. thymi, calaminthes, polypodij, agarici, glycyrrhizæ, bugloſſi, ana drach. x. stœchados, † chamępityos, † spinæ albæ, ani- † Vulg. ad chamæ dryos.
si, ana drachm. v. pruna, zizypha, myxa, ana, lxx. † bedegr.
vuarum passarum mund. libr. j. coque in aqua sufficienti ad partem tertiam, in qua igni lento ad mellis craſſitiem percoque † sapæ lib. ij. mel- † Rob.
lis libr. j. scammonij vnc. ij. Datur à drach. † iij. † ȝ.
ad drach. vj.

CONFECTIO alia quā scribit Hamech. con- CHRI.
fert hoc electarium omnibus dispositionibus, quibus conuenit primum, & est solutiuum materiarum magis cholericarum, & aduſtarum, quam prędictum, quia absq; additione in isto additur scammonea.

nea. Et dosis eius est à drach. ij. vsque ad drach. v. In eo est bedegar. idest spina alba,& est cal.& sicc. complexionis in primo gradu, nascitur in sepibus cum aculeis valde pungentibus,& est multum prouocatiua lactis,secundum omnem modum assumptionis ipsius, Sebesten est, fructus arboris paruæ habens corticem exterius,& nucleum interius,& est æqualis in actiuis, sed in passiuis est humidæ complexionis, in primo, & ingreditur in decoctione communi, & pectorali. Iujubæ sunt notæ,calidæ & humidę,in primo gradu,& sunt pectorales.

ADDITIO.

Ista secunda confectio Hamech non est in vsu,mirandum est, quòd Mesue in præsenti confectione habeat myrobalanos nigros, & Indos, cum idem sint, nam cap. de myrobalanis dicit,nigri sunt illi qui nominantur Indi.sed credo,quod sit error scriptoris.

MAN. HANC nunquam vidi parari. Bedagar Dioscorides ἄκανθαν λευκὴν, id est spinam albam vocat. IVIVBÆ.) idest zezipha. Sebesten. Myxa. ROB. lib. ij. Intellige sapam.

SYLV. ALII legunt à drach.ij.ad drach.v.Indi myrobal.nigris addebantur,cum tamen eædem sint Mesuæ in simpl.ob id (ut stultissimus. Hoc in vsu non est, tamen esse possit loco superioris, quo maxime vtimur, hodie ad luem Hispanicam ἄκανθαν λευκὴν Dioscor. & Gal. idest spinam albam cum omnibus Arabum interpretibus, in locum bedagar suffecimus.

COST. QVVM *myrobalani nigri ijdem sint Indi, videtur lectio depravata, quando ait, myrobalanorum, vacare scilicet videtur.* nigrorum. *Sed quod alij quoq; animaduerterunt, myrobalani chebuli Serapionis testimonio, vbi maxime maturuerint nigri sunt, atque ij probatissimi, immaturi vero citrino colore,& minus probati. quare chebulos hic probatissimos, & nigros exposcit: neque vllus est error. Aut certe si irrepsit mendum,pro citrinis,nigrorum vox reposita est, & citrini addendi. nam,& hi ad exustam bilem,& cutis affectiones maxime faciunt, ad quæ electarium commendatur. & insuperiori citrinos non omisit. Sane hic de bedegar meminit.est vero hæc,si Serapionis historiam spectes, spina alba Dioscoridæ. quid tamen spina ea sit alba legitima, non constat inter peritiores, neque satis Italiæ nota ea est planta. Eius vice carduum benedictum, aut carlinam vulgarem: præsertim non esse importunam.*

MESVE.

ELECTARIVM Rosatum cholagogum clemens, ob id salubre biliosis affectibus,arthritidi calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori,ictero. Recipit autem succi rosarum rubrarum perfectarum libr.iiij. saccharilibr.j. & s. mannæ puræ, & recentis vnc.vj.scammonij Antiocheni vnc. j. & s. Coque flamma lenta † ad mellis crassitudinem. adde tunc trochisc. spodij vnc.j.galli,croci,ana drachmas duas,trochiscor. oxyacanthæ drach.iiij. repone vitreo vase. Datur ad drach.v.

A HOC carere non possunt qui pilulas aggregatiuas modo Mesue parare volunt, preciosumque est, & delicatum. Aliud modo Nicolai communiter ab omnibus paratur, & sub nomine elect. de succo Rosarum agnoscitur. MAN.

EO in formandis catapotijs(quæ aggregatiua vocant,& de hor modactylis minora, & à Mesue inuenta) vtendum est, non elect.de succo rosarum. alias in vsu est raro, vt Nicolai electarium de succo rosarum est vsu frequentissimum.Hoc tamen celebre est, ac delicatum. Diarhodon Alexandri Tralliani cholagogum citra molestiam cephalalgiam,arthritidem,vertiginem,oculorum dolores,ictherum, & cæteros affectus calidos, & biliosos mire leuat. Succi rosarum rub.lib.j.scammonij vnc.j. agarici semunciã, piperis drach.i. Mellis vnc.vj.cum succo coque ad crassitiem: tunc prædicta cætera laniganda. Alterum eiusdem ex succi rosarum vnc. iij.scammonij vnc.j.lactis tithymali drach. iij. mellis Attici lib.i. aegopodagricis,ictericis,tertianariis, oculorum doloribus tuto dari, quia citra angorem purget, prædicat. Aliud ex Nicolao,& Mesue descriptum nobis ad dictos affectus, coque sacchari lib. i.& s. in succi rosarum rubrarum lib.iij.ad mellis crassitudinem: tunc adde scammonij vnc.i.triam santalorum ana semunciam: gallæ moschatæ, trochiscorum oxyacanthæ, ana drach.iij. mannæ vnc.vj.caphuræ scrup.i.forma tessellas, aut cum melle sacchari loco coque, & serua. Rhodomeli catharticum Actuarij ex succo rosarum,scammonio,agarico,melle. SYLV.

QVO *pacto coquendum sit scammonium,ne coeat, diximus in superioribus. nunc id admonuisse sit satis, præter authoris propositum facere qui scammonium in puluerem redactum postremo addunt loco cum speciebus. incoqui enim author iubet omnia leui, & puro igne,scammonij præsertim gratia: quando cætera non ita refert,quali coquantur igne. Sumendum autem crudum scammonium,si Mesue verba spectes, Antiochenum absolutæ diligentis, sed non tenuere etiam cotoneo incoctum (quæ sua est scammonij castigatio) adhibebis,acquiretq; illi coctio, vt eius vires in vniuersum medicamentum æque digerantur.* COST.

MESVE.

ELECTARIVM diabryonias Democriti,cerebrum, & neruos purgat excrementis, ob id epilepsiæ, paralysi, vertigini, & alijs cerebri, & neruorum frigidis affectibus medetur. Recipit radicis † bryoniæ purgatæ, & tritæ lib. v. † sapæ vuarum passarum lib.iiij. seillæ assatæ, strobylorum depellatorum,ana sescunc.nucis moscatæ,cardamomi,macis,zingiberis,ana drach.ij.caryophy. piperis longi, stœchados, ana drach.i. & dimid. seseleos, salis gemmę, galliæ, ana drach.i. spicæ drach.s.agarici drach.iij. † Datur post sex menses à drach.ij.ad drach.iiij. *Epithim. Asphesera.* † *Alphsera.* † *M.Ru. passularum.* † *Ver. addit stachadis drach.i.*

RADIX Alfesara.i. vitis albæ, veluti ostensum est capite proprio in annotationibus supra simplicia, vbi ijsdem verbis hæc scribitur præparatio. Dosis eius à duabus drach.vsque ad iiij.) Vsque ad v.scripsit ipsemet,sed potes etiam tuto plus exhibere. MAN.

PRIVS descripsit omnino similiter in cap.de alphesera.i.vite alba,seu bryonia,vbi dosim drach.5.scribit, quamuis etiã drac. vj.esse possit.Diaturbith Mesue idem promittens. hic non repetitur.Potes tamen si vtendum tibi est,ex simplicibus requirere. SYLV.

EADEM *ferè lib.simpl. Mes. vbi de viti albæ. In agarici mensura differt, quod illic drachmam vnam,* COST.

vnam, hic tres sumit, & rectius. hic ad summum drach. tiij. confecti electarij exhibet; illic quinque, quod item rectius. licebit enim vt hunc etiam modum aliquantulum excedas. Lis est de melle pastularum quid sit. Nobis autem, seu mel sumpseris, in quo passæ vuæ incoxerint, seu etiam melliginem quæ ex ijs aqua incoctis exprimitur; vtrunq; opportunum videtur.

MESVE.

Confectio manne.

LECTARIVM mannæ Galeno inuentum, cholagogum, benignum, & delicatum, ob id morbis omnibus bilioſis ſalubre. recipit mannæ † thuris, & recentis lib. i. in lib. i. ſucci roſarum rubrarum diſſoluendam, & coquendam ſufficienter igni lento, tunc adde ſcammonij vnc. i. maſtiches drachm. 3. Datur vñc. v. compoſitum hoc celebre medicamentum (inquit Galenus) ex ſimplicibus temperatura, & proprietate maxime idoneis.

Vulg. manna pura, & recentu. & ita legendū.

† Thuris.

CHRI. CONFECTIO de manna inuentione Galen. quod vocatur diamanna. Iſtud eſt famoſum electarium, quod eſt multum in vſu, non tamen reperitur vbi Gal. ipſum deſcribat. Eſt principaliter ſolutiuum choleræ citrinæ cum facilitate, & ſine moleſtia, & eſt mirabilis operationis etiam à proprietate, & ad guſtum etiam eſt delectabilis valde. Confert etiam habentibus hepar calidum, renes, vel alia membra cum dominio humoris cholerici, vel aduſti. & doſis eius eſt, à drach. iiij. vſque ad vj. poteſt etiam permiſceri cum caſia, vel cum manna, vt vnc. i. s. caſię vel drac. ij. mannæ. ſecundum virtutem aſſumentis. Eius hæc eſt deſcriptio Recip. mannæ puræ, ſcammoneæ antiochenæ, tamen corrigi debet, & vocatur diagridium. reliqua vero ſunt nota.

MAN. EGO Hanc apud Galen. non reperi, ſi tamen Galeni eſt, per mannam Intelligē aereum mel, ſic enim ipſe nominat lib. 3. Aliment. Manna autem apud eum eſt thuris puluiſculus.

SYLV. SCAMMONIVM hic caſtigatum miſceri quidam volunt. Datur à drach. iiij. ad drach. vj. vbi à Galeno ſcribatur, non legi, ſi tamen legeris, mel aereum vocat, quod Meſues mannam. Nam ei, vt Dioſcoridi manna thuris aliud eſt. Meminit huius Meſues in ſimplicibus de manna.

COST. GABRIELIS *eſt, non Galeni. Quod autem purgatricis mannæ loco, thuris mānam hic Syluius proponat, ab eius authoris (vt puto) mente diſſentit. Tum enim ſordidiſſimam thuris partem relicta puriori gleba in eorum quæ aſſumuntur uſum traducere à ratione alienum eſt; tum quando ad educendum bilem hoc proponitur medicamentum, purgatricem eius vim tanta thuris copia ſupra modū retūdere, fini propoſito nō reſpondet. tum quando ſcammonij violentia maſtiche addita ſatis caſtigatur, fruſtra eiuſdē inſtituti gratia aliud adȳcias.*

MESVE.

Confectio Almazereon. † Mezereū.

LECTARIVM Diacoccu gnidiu hydragogum. in hydrope efficaciſſimum, recipit foliorum † thymeleæ præparatorum partes decem, carnis cydoniorum in aceto coctorum, & ſacchari, E ana partes octoginta, † mannæ partes quadraginta, olei ex † coccognidio partes duodecim. ſaccharum, & manna diſſoluantur in ſeri lactis, cui infuſus erit agaricus, partibus triginta. miſce carnem cydoniorum. coque igni lento ad mellis craſſitudinem. Puluis foliorum † thymeleæ † Mezereū. miſtus prædicto oleo reliquis addatur. Dantur drach. iiij.

† Tymelæ. † Mezereū.

CONFECTIO Almezereon. à laureolæ. eſt medicamen benedictum ad hydropiſim aquoſam, quæ vocatur aſcites. educit enim aquam citrinam cum fortitudine. ipſum tamen cum magna cautela eſt exhibendum, & ſolum robuſtis, & fortibus. & doſis eius eſt, vſque ad drachm. iiij. minor autem poſſet debilioribus exhiberi. Recipit foliorum almezereon, ideſt laureolæ. herba nota in partibus noſtris, & eſt ſpecies lacticinij calidæ, & ſiccæ complexionis in quarto, in ſolutione educit choleram citrinam. Oleum almezereon fit ſicut oleum chamæmelinum. reliqua ſunt ſuperius declarata. CHRI.

ADDITIO.

Mezereon ſecundum Dioſc. eſt chamelea, vel coccognidion. & eſt planta habens folia ſicuti oliua. laureola vero habet folia ſimilia folijs lauri.

SCIS quid intelligendum per mezereon, ex ijs quæ a me alibi adnotata ſunt. FOLIORVM Almezereon præparatorum.) Eo ſcilicet modo quo ipſe docuit cap. proprio. CARNIVM citoniorum elixorum in acero vini, & zucchharo ana partes. lxxx.) Supra dixit lx. Tereniabin xl.) Supra dixit lx. Nos hoc tempore multum veremur mezereum, & quæ ex eo componuntur, & propterea hanc non parant ſpeciarij, non inutilem tamen futuram his, qui aqua intercure laborant. MAN.

VIOLENTVM medicamentum in aſcite virorum robuſtorum tantum experiundum. Oleum hoc prius deſcriptum eſt, atq. hoc electarium in ſimpl. cap. de thymeleā. præparanda autem folia, vt in cap. eodem docuit, & poſtea docebit alkekengi. Cydoniorum partes ſeptuaginta in ſimplicibus ſcripſit, & mannę partes ſexaginta. Hoc autem contingit ob notas, vel ablatas, vel luxatas, vel tranſpoſitas. Nam lxxx. i. octoginta, ſi vnum x. tollas, manent ſeptuaginta, & xl. deſt, quadraginta ſi tranſponas lx. deſt ſexaginta fient. vtrobiq; igitur ſimile pondus eſt ſcribendum. SYLV.

IGNOTVM *eſſe mezereon Meſue ſatis lib. ſimpl. oſtendimus. Eius folia hic etiam vſurpat non fructus, quod docet non eſſe coccum gnidium. Eadem refert quæ illic Meſues, quamuis illic cotoneorum, & ſaccharī ſumat partes ſeptuaginta, hic octoginta, arbitror librarij oſcitantia. Ea hoc in loco obſcura ſunt, quo pacto præparanda mezereonis folia, & quantum agarici ſero infundendum. Macerandum autem eſt, ſucco ſeridis, aut portulacę, aut ſolani, aut berberorū ex Meſ. preſcripto lib. ſimpl. Agarici vero quantitas medici iudicio æſtimanda. Vbi purgationis gratia infacienda medicina infunditur agaricus, vulgatus ferè mos eſt non minus, quam ſucci, aut ſtillatitiæ aquæ vncias tres, aut quatuor pro ſingula agarici drachma aſſumere. atque hoc pacto infuſum mediocrem conſiſtentiam adipiſcitur. arbitror ergo eandem hic normam eſſe opportunam. atq; adeo ſi vncijs ſeri triginta hoc in medicamento ſit opus, vnciam agarici vnam ſatisfacturam.* COST.

Sed

Sed & hic vereor, ne ſerum quod hoc in loco expetitur paucum ſit pro parando electario, & excipiendis his omnibus, cui ſuſpicioni ſi forte experimentum reſpondeat (quod ipſe ignoro) non temere tãtum ſeri adꝫcies quantum erit opportunum.

MESVE.

℞ *Choleram nigram.*

ELECTARIVM Alſebram pituitam,& † melancholiam purgat, & aquas. Recipit alſebram boni, myrobalanorum citrearum, ana † vncias duas, & trita, & creta mergantur ſucco fœniculi, & inſolentur dies quinque, affundendo ſępe ſuccum nouum, ſiccatũ repone vaſe vitreo. Datur a drachm. 1. ad drach. ij. cum ſaccharo, & aqua calida.

† *Drach. 1.*

MAN. QVID ſit alſebram, vide proprio capite inter ſimplicia, nunc plantam pro ea accipiunt lino ſimilem, quam eſulam vocant.

SVCCI fœniculi.) Vereor ne hic ſit menda, ſiquidem vbi de hac planta inter ſimplicia agit, ſuccum aliquem frigidum ſecum miſcerit iubet, vt portulacæ, vel intybi.

SYLVII. HANC attigit in ſimpl. cap. de alſebrem. i. eſula, vbi ſuccum intybi, vel portulacæ, vel ſimiliter frigidum expetit, vt hoc loco legendum non eſſe fœniculi ſuſpicio ſit vehemens.

COST. *DE ſcebram maiori; & minori plura diximus lib. ſimpl. Hic ſumendum minus, vulgata, ſcilicet pityuſa, mains enim ipſemet Meſ. reprobat. ſumendus autem eius radicis cortex. Quod vero macerat hoc medicamentum ſucco fœniculi humidi, non caret ſuſpicione. quorſum enim id? extrahine ex ſicco fœniculo ſuccus poteſt? Sed & lib. ſimpl. ſcebram refrigerantibus caſtigat, non calfacientibus, quale fœniculum eſt. Nõ poſſum ergo Manardo non aſſentiri mendum hic eſſe, & me etiam iudice præſtabit, vt qui hoc paraturus eſt medicamentum, ſeridis ſuccum deligat, aut portulacæ, aut quod Meſue ſubdit, acetum in quo cotonea incocta fuerint aut macerata. Quanquam autem de electarijs hanc ſectionem inſcribunt, hoc tamen medicamentum poſt diutinam nutritionem exiccat, & exiccatum propinat, nulla mellis, aut ſacchari, aut ſucci, quo excipiatur facta mentione, ita etiam in ſuperioribus de hiera ſimplici non mellita egit, & hieram Hermetis in paſtillum, non in electarij formam duci præcepit.*

MESVE.

℞ *Drach. ij.*

ELECTARIVM de Eupatorio, ad icterum, & hydropem incipiẽtem, recipit ſucci eupatorij, rhabarbari, ana drachm. † iiij. croci drachm. ij. laccæ, ſeminis caſſutæ, cacuminum ſchœnuanthus, ſemi. citreoli, cucumeris, portulacæ, ſucci abſinthij, ana, † drachm. iij. ſcammonij in cydonio cocti drachm, ij. & s. tere curioſe. Datur aureo vno cum lacte camelarum, aut aqua caſci alcherigi. Quod ſi calor adeſt, ſucco ſolani, aut intybi, aut volubilis reprime.

℞ *Al. legũt Drach. ij.*

A EVPATORIVM accipe, non quod vulgo ſic vocant, ſed quam apud nos agrimoniam nuncupant. Poſſes dare pluſquam aureum, ſi conficeretur. SEMINIS cuſcutæ.) Neſcio an ſemen colligi poſſit, ſcio tamen non colligi. Et volubilis. Lupum ſalictarium intellige, quem lupulum vocant, aliæ enim volubiles vocatæ impenſius calent. MAN.

PER volubilem, lupum ſalictarium. i. lupulum intellige, aliæ enim volubilis ſpeciẽs nimis calent. Eupatorium eſt agrimonium, poteſt dari etiam maior menſura: ſemen caſſuthæ non colligitur, an colligi poſſit, obſerua. SYLVII.

ALIVD *Eupatorium eſt Meſue, & aliud Græcorum, & Auicennæ, vt in lib. ſimpl. fuſius. ſumenda hic herba Iulia. Aemulatur autem in huius medicamenti deſcriptione Serapionem per omnia.* B *Solum addit ſumendum lacte camelarum, aut aqua caſei alcherigi. Sumerem autem ego caprinum ſerum. Doſim vero medicamenti huius non eſſe exiguam, vt Manar. ac Syluius innuunt, deprehendes, ſi doſes ſoluentium, quæ baſes huius ſunt compoſiti, ſupputaris. Sunt eæ ſucci eupatorij, & rhabarbari ana drachm. iiij. ideſt doſes ſaltem quatuor. ſcammonij drachm. ij. s. ideſt doſes maximæ duodecim cum dimidia. atque adeo doſes in vniuerſum ſexdecim, ac fere decem, & ſeptem, pendet vero totum compoſitum drachm. xxv. cum dimidia, iuxta eam lectionem, quæ cimarum ſchœnu anthos, ſemp. citruli, cucumeris, portulacæ, ſucci abſinthij ſumit ana drachm. ij. quæ vera eſt & antiquorum codicum caſtigatorum lectio, ac ſi legas ana drachm. iij. ad drach. xxx. attingit. Ergo quum ex caſtigata lectione non plures ſint drachmæ quam xxv. ſi* C *has quæ ſummæ ſunt, & maximæ doſes, in ſexdecim, & fere decem, & ſeptem partes diuiſeris, non poteſt maior eſſe ſingula doſis, quam aurei vnius, quam doſim Meſue & Serapio ſtatuunt. Iuxta alteram lectionem, aureum paulo ſuperabis.* COST.

MESVE.

℞ *Alcherigi.*

DIAPHYSALIDON, efficaciſſimum ad hydropem, & cachexiam, & affectus hepatis, lienis, iuncturarum, lubricitatem partium nutritoriarum, formæ corruptionem, hæmorrhoidas. Recipit ſuccorum † lupi ſalictarij, † intybi, apij, purgatorum, ana lib. iiij. In quibus myrobalan. citrearum, cepul. ana drachm. xij. emblic. drachm. l. Indarum, belleric. ana drachm. viij. agarici, ireos, ana drachm. x. abſinthij, caſſutæ, radicis apij, fœniculi, aniſi, ana drachm. iiij. vuarum paſſarum mundatarum drachm. lxxx. coquantur igni lento ad conſumptionem dimidij ſuccorum, frica probe manibus, cola. Vni huius parti adde tamar Indorum cheyron, & caſiæ fiſtulæ ana vnc. viij. mannæ vnc. iij. cola, & munda. Alteri ſuccorum parti adde penidiorum hordeatorum lib. iiij. miſce omnia ſimul, bis feruefiant, tunc adde olei ſeſamini recentis vncias xv. percoque ad mellis craſſitudinem, ab igne depoſitis adde troch. diarhod. troch. de eu

† *Volubilis.* † *Intybum Syl. paſſim reponit per endiuia. & thymelæam meſues.*

pat. troch. de absinth. trochis. de rhabarb. ana vnc. 1. & s. ireos vnc. j. agarici, foliorum thymeleæ nutritorum in aceto, ana aur. viij. scammonij, succi eupatorij, succi absinthij, croci, laccæ lotæ, myrobalanorum citrearum, cepularum, ana aur. iij. spicæ, anisi, ana aur. ij. turbith. vnc. vj. cum olei thymeleæ iij. vnc. omnia prius inuoluta prædictis misceantur. Datur a drachm. iij. ad drachm. iiij. cum aqua intybi.

CHRI. ALCHELENGI est medicamen magnũ propter compositionem multorum simplicium, & propter eius efficaciam. In eo sumitur Ireos. Et hic vtiliter est notandum quod succus ireos, dum est recens, assumptus in pondere drach. iiij. a corporibus fortibus, vel quantum media testa oui capere possit, mirabiliter educit aquam in hydrope, & per miscendo cum zuccharo leuissime bulliat, vel cum melle, secundum quod expedit, & cum assumptione ipsius solius modo iam dicto vidi plurimos curatos, sumendo bis quolibet mense, cum regula superius dicta, de tali succo, meminit etiam olei sesamini recentis, & si tale oleum non habes, pone oleum de amygdalis dulcibus, quia fere eiusdem est virtutis, & complexionis.

medicamen optimũ ad hydropem.

MAN. TROCHISCOS hosce omnes habes infra loco suo. ACCIPE succum volubilis.) Intellige & hic lupulum vocatum. Esset medicamen vehemens, sed non conficitur.

SYLVII. QVIBVSDAM in vsu est ad ascitem, & corporis colorem ei neritium, & plumbeum, & hepatis cachexiam, quæ hydropis est initium. Hic per volubilem potius cum Manar. intellige lupulum, quam eam, quæ vitibus circumplexa fert campanulas, lactariam & purgatricem, quam Mesue interpres intelligit. Cum saccharo vel melle confici potest bis in mense sumpta, multos hydropicos sanauit. Trochisci diaphysalidon Pauli septimo ab hac compositione diuersissimi.

COST. DIAPHYSALIDON. *hoc medicamentum vocat Syluius, deceptus similitudine vocum, alchelengi, & alchechengi, idest solani vesicarij ex quo diaphysalidon Pauli: at hic solani vesicarij mentio nulla. Efficax est medicamentum si perpendas. Cuius autem volubilis succum exposcat, Mesue quia ipse non explicat, consulenda historia volubilis in lib. simp. Deprehendes autem illic, magnam volubilem præponi cæteris & deligi, non lupulum. quare & hic & in superioribus vbi volubilis absolute meminit, non aliud quam magnam illam sumendã etiam rationi est consentaneũ. Potest tamen lupulus, cuius quotidianus est vsus, accipi non incommode, id quod mihi maxime satisfacit.*

MESVE.

ELECTARIVM Dyacydonites cholagogum, & phlegmagogũ, colicos affectus, & alios partium nutritoriarum iuuat. Recipit succi cydoniorum lib. iij. mellis lib. ij. scammonij sescũciam, galliæ, caryophyllorum, zingiberis, mastiches, piperis longi, cinnamomi, nucis moscatę, ana drach. iij. misce. Datur ab aur. j. ad aur. iij.

Si vis cholagogum fieri, & phlegmagogum, adde scammonij drach. † xv. turbith drach. xij. Si uis tantum esse phlegmagogum, omisso scãmonio misce turbith drachm. xxv. cnici excorticati drachm. xv. Si bilem atram vis eo vacuare, prædictorum loco misce elleborum nigrum, epithymum, aut polypodium. melle, vel saccharo excipitur. fit cum cydoniorum nunc succo, nunc carnibus, nunc ambobus simul.

† Vulg. habet dra. v.

NON præparatur. nec est in vsu secundum præsentem descr. sed bene est in vsu secundum descr. positam à Nic. in suo antid. superius. Et hic vltimo notandum, quod inter omnia electaria solutiua dicta illa, quæ magis generaliter sunt in vsu conuenientia materiebus phlegmaticis, seu frigidis febrientibus, vel non febrientibus, sunt electarium Indum maius, & minus, quod plus conuenit, & electarium diaphænicon solutiuum, & de istis dictum est, & de dosi, & modo assumptionis. Electaria vero solutiua materiei calidæ, seu cholericæ, quæ etiam febrientibus, & non febrientibus conueniunt, & quę principaliter sunt in vsu, sunt solum duo scilicet electarium, quod dicitur diamanna superius positum, & declaratum, & aliud est electarium de succo rosarum positum a Nicolao: quæ duo satis conueniunt in modo solutionis & dosis, & possunt prædicta omnia per se sola assumi, vel in forma boli cum zuccharo, vel admixta cum casia, & manna in dosi debita secundum exigentiam, vel cum aquis destillatis appropriatis, vel cum decoctionibus communibus, vel alijs dicendis inferius.

CHRI. *Electaria materierum turcidarum solutiua.*

Electaria materierum calidarum solutiua.

GRÆCI aliter conficiebant, vt apud Paulum licet agnoscere Mellis Tabarzet.) Ita genus quoddã sacchari Arabes vocant.

MAN.

ID non est in vsu, sed quod à Nicolao scribitur. Electarium Indum vtrunque, & diaphœnicum phlegmagoga sunt, etiam in febribus clementia Diamanna, & electarium de succo rosarum Nicolai etiam in febribus sunt cholagoga idonea.

SYLVII.

VTIMVR *etiam interdum in delicatioribus cotoneo, in quo scammonium sit incoctum. leuique id, & facili subductione præter alui strigmenta bilis, & pituitæ nonnihil detrahit. Quando autem hic secundo loco Mesues, quò medicamentum ex cotoneo simul cum bile pituitam educat, addendum esse ait turbith, cauendum tibi est, ne id ita intelligas, vt præter sescunciam scammonij in priore diacydonite assumpta, aliud quoq; addas scammonium. ita profecto aucta huius mensuræ in ducenda bile generosius, quam antea efficies, nõ etiã pituitæ educendæ vim illi conciliabis, succo igitur, melle, gallia, caryophyllis, reliquisq; præter scammonium speciebus assumptis eo quo præscripsit pondere, turbith & scammonium addes nona hac quam secundo loco præscripsit mensura. Quæ quidem, si hoc ipsum medicamentum esse debet pituitæ quoq; efficax purgatoriũ, male Syluius pro drachmis quinque, vt vulgata versio constanter legit, quindecim reponit. Docet hic etiam tertio quomodo cotoneum ad pituitam educẽdam vtile efficias, ac pro scammonio cui cum pari pondere, vt ad das, iubet, itaque prius scammonij pondus sescunciæ ponere tibi existimo. alioqui enim quinq; drachmarum cnici accessione expurgatrix pituitæ facultas parum*

potest

COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0258-9
DFG

poteſt adiuuari. Quarto autem loco, quum ad atræ bilis A *excretionem elleborum, epithymum & polypodium cydonio commiſcet, licet horum nullum preſcribat pōdus, errare tamen nullo pacto poterit, qui Meſue lib. ſimpl. vbi de his ipſis agit, doctrinæ inſtiterit.*

DISTINCTIO QVARTA
De Conditis.

MESVE.

CONDIVNTVR plantarum nunc radices, nunc ſurculi, & ſimilia, nunc flores, nunc denique fructus. De quibus omnibus ordine nobis dicendum B eſt. Primo autem quibus modis fructus condiri habeant.

MAN. NVNC omnia melius condiuntur, quam docuerit Meſues, vel ſciuerint antiqui.

SYLVII. CONDIRE eſt ſapidum, & palato iucundum reddere, idque alimentis maxime conuenit, ad medicamenta vero tranſfertur, ambo autem ſaccharo vel melle, vel vtroque condiuntur, & dulcorantur, vt gulæ & ſtomacho ſint grata, & diu ſeruari poſſint integra, & recentibus proxima, non vt vires eis nouas quæramus, niſi quas ſaccharum, aut mel, & coctio afferunt, præterquam dum etiam aromata conditis ipſis admiſcemus. Condiuntur autem radices, teneri caules, ſurculi, germina, flores, fructus quarundam plantarum, ſemina quoque non pauca, & cortices nō modo fructuum, ſed lignorum etiam. Quæ vero condienda ſunt, ſi ampliora ſint, quam vt vis condimenti coquendo ad intima vſque penetret, vel ſi quid intus alienum continent, in fruſta prius ſecantur, & purgantur, intus, & ſi eſt opus, etiam foris: minora vero quanta ſunt, condiuntur. Condita vero hæc nouiſſe ad medicum pertinere præter Meſuem, abunde ex Gale. lib. alimentorū colligere licet, atque etiam ex lib. c. ph. p. Illic enim obſonandi, & obſonia parandi artem medico neceſſariam ait: hic fructuum, aut potius ex his ſuccorum variorum conditurā docet, quod magni ſit momenti alimenta, vel medicamenta condimentis ægro iucunda facere, nihil aut parum minuta ipſorum facultate. Condiendi vero, ſeu vt vulgo loquimur, conficiendi vocabulum latius nobis patet, vt etiam quæ igni clementer coquantur, & quæ ſale, & aceto ſeruentur, confici dicamus. Contra item conditi nomen neotericis medicis in anguſtum ſic eſt coactum, vt illius appellatione ea veniant ſola, quæ conſeruis, (vt vulgo vocamus) pulueribus cordialibus, ſaccharo multo miſcentur in grumos exiguos & ſemiſiccos. Quæ conſiſtentia ægris eſt gratior, quam conſeruarum per ſe, quam ſuccorum per ſe.

COST. PLANTARVM *fructus quorum recentium non ſemper eſt copia, ſole deſiccati, aut ſale, acetoue macerati, alias, vt nunc quoque, ſeruabantur in ciborum ac medicamentorum vſus. Inuentum eſt etiam, recentes diutius ſeruari, ſi in melle reconderentur, aut ſi obducerentur cera, aut creta, quibus corrumpentis aeris vis excluditur. Sed quæ hac in re cuſtodiæ gratia diligentia adhibebatur, translata poſtea eſt ad palatum, & eò perducta res eſt, vt non fructus modo, ſed partes quoque plantarum, etiam duriores, mandendo veniant, & maiori quam recentes gratia ſint edendo, ſaccharo, melleue incocta, atque, vt aiunt, condita. Ex iis vero aliæ nullo prægrediente artificio recentes condiuntur, vt flores, vt fructus molli & ſapida ſubſtantia præditi, qui in intimas ſui partes calore rarefactas ſaccharum, & mel facile admittunt. aliæ quæ duriores, aut horridiori conſtant ſapore, non ſine maceratione diuturna, qua molles fiunt, & ſapores prauos deponūt.* D *Ita quidem oliuæ, & lupini dulci aqua macerati edendo fiunt. ita nuces, caſia purgatoria, myrobalani, rhabarbarum, & radices variæ, quæ ſaccharo, aut melle cōdiuntur. ita (quod magis admirandum) Guaiaci lignū macer atum diuturno tempore in aqua quam fortem vocant incoctum ſaccharo depoſita duritie edendo fuit. Cæterum quæcunq; maceratione, & coctione egent, vt condiantur quum ſapore proprio, propterea que ſuis viribus ſpolientur, cur etiam paruus earum ſæpe vſus ſpectetur, expectatoque auxilio plerunq; medicos fruſtrentur, plane apparet. Quamobrem, quando ne hæc, ſuo fructu careant, medicinæ non parum intereſt, illud ego ad hanc rem expedire exiſtimarim, ſi in condiendis rebus omnibus, vel maceratis vel etiam non maceratis, humor qui ad ſacchari melliſque expurgationem, ac coctionem vſurpatur, pro fontana aqua, aut ſtillatitius eſſet condiendæ rei liquor, aut ſuccus, aut decoctum. Ita profecto, ſi cui roſas condere animus eſt, diſſoluta aqua roſarum ſaccharo, & odore, & ſapore, & viribus eas longe præſtitura alijs certum eſt, noua vi in eius locum, quæ macerando, aut coquendo abire ſolet, reſtituta.*

MESVE.

EPVLAE myrobalani conditæ ſtomachum & ventriculum firmant, appetentiam inuitant, coctionem promouent, rationalē animæ partem vegetam reddūt, & ſenſificam, quapropter viſum quoque clariorem, & vſu crebro iuuētutem diu C tuentur. Accipiendæ vero ſunt humidæ, & recētes ſi harum eſt poteſtas, vel ſaltem arte, & induſtria idonea humectatæ, quæ ſtylo paſſim compunctæ coquantur ex aqua igni lento, donec tenereſcant. His in aſſerem immiſſis aqua exprimatur. Deinde biduo hydromelite mergantur. Deinde igni lento clementer coquantur, vaſe vitreo recondantur, ac melle, cui incoctæ fuerint, mergantur. Dantur poſt ſex menſes. Arte autem ſic humectantur. Infunde his aquam plurimā, inſola dies octo, deinde ſeparatim obtue arena humida † quarto quoque die nouanda, aqua ſæpe ſuperfuſa, donec tumefiant, & humectentur, † *Tertio in ſimp. Meſ.* idq; vel in dolio, aut alio vaſe magno fiat, vel in foſſa quadāſubterranea magna, & loco humido.

CHEBVLI ſcilicet myrobalani cōditi, maxime CHRI. dum ſunt recentes, vt diutius & mellius conſeruentur, incitant appetitum proſtratum, iuuant digeſtionem, clarificant ſenſus intrinſecos, acuunt viſum, & corpus in iuuentute & ſanitate conſeruant, & materiam phlegmaticam primo, ſecundo cholericam leuiter exprimendo euacuant. Et communiter doſis eſt vnus de mane ieiuno ſtomacho, & poſſunt continuari ſingulo mane ad beneplacitum aſſumentis ſunt enim ſatis in guſtu placibiles cum dulcedine, & aromatica ponticitate.

EX Aegypto adferuntur conditi, ſed quia caſiam re MAN. dolent, ideo diligentiores ſpeciatij aqua madefactos cum ſaccharo iterum condiunt. ARS autem) Hac arte potes quaslibet res aridas, quaſi recentes facere.

SYLVII. CEPVLAE ex Aegypto conditæ in Italiam afferuntur, quia vero caſiam olent, ſpeciarij aqua madefactas rurſus ſaccharo condiunt. Humectatio autem earum, quam docet Meſues, ſuſpicionem quandam ingerit, recentes non fuiſſe Damaſci tunc temporis, niſi dicat Meſuen addidiſſe hanc humectandi rationem, vt etiam exteris conſuleret, ſiccas ferè recipientibus. Hac autem arte poſſis fructus quoque alios ſicciores recentibus ſimiles redde re. Quinetiam pruna paſſa modicè cocta, compuncta, in aquam frigidam mox conieca, tumere multum vidimus, nec minus ſi quis ea paſſim puncta ſine coctione aqua frigida biduo maceret, quod & vuæ paſſæ, & fructus alij, atque adeo piſces ipſi verum teſtantur. Hydromeli autem, cui incocta ſunt, his exemptis percoquendum eſt ad aquæ conſumptionem, poſt eo melle mergantur, vt in cerafis, & fructibus alijs, quos condimus, integros facimus, eos enim quantum ſufficit coctos eximimus ne vranturaut diſtabeſcant. Humorem deinde per ſe percoquimus, cum ſaccharo in ſyrupi conſiſtentiam, & fructibus vaſi ad repoſitionem impoſitis ſuperfundimus, ſic enim fructus integriores manent: & cocto probe ſyrupo fideliter ſeruantur. Vna mane ieiuno dari poteſt ſingulis aliquot diebus. Placent enim ſapore auſtero & per condituram dulci, & nonnihil aromatico. Quæ autem recentes ſunt conditæ, ſunt præſtantiores: ac diutius ſeruantur, quam poſt humectationem conditæ. Ventriculum roborant, vt auſtera reliqua: appetentiam inuitant ſucto ſtomacho, vt cætera adſtringentia, & contracto: coctionem iuuant per ventriculi roborationem, & ſuo calore modico, quem aromatica qualitas indicat, & ſaccharum, coctioque acquiſiuit, facultatem animalem, perſiccatum ventriculum ſynceriorem reddit, ob id vegetiorem. Nam lux ſicca, anima prudentiſſima. Ventriculi autem maximus eſt cum cerebro conſenſus, & affectus ſuos hę partes inuicem communes faciunt. Proba autem coctione prima, ſi reliquæ non errent, corpus belle nutritur, & iuuenili ſimile diu perſeuerat, neque humoribus excrementoſis eſt obnoxium, nec inde orientibus morbis. Vt enim ſiccitates aeris imbribus in totum ſunt ſalubriores, ſic corpora ſicca ſunt à morbis ex putredine ortis tutiora, quam humida, vt docet Gal. lib. 2. de temper. & lib. meth. 8. Ex his patet, quæ prius diximus, eas in pretio maiori apud medicos haberi, quam ſint meritæ, cum ex noſtris fructibus non pauci, vt oliuæ Colymbades, vt nuces conditę, vt perſica Corboliana, vt cydonia condita, vt pruna Damaſcena, & ſorrana, & Dactylia quæ vocamus, ſi condiantur eadem præſtare poſſint. Quibus ſi quid exiguum G deſit, vt qualitas aromatica in his myrobalanis ſane quam exigua, per poma dulcia & odora, & alia prope infinita, imperiti prompte poterit.

COST. CHEBYLI. *Purgandi facultas quæ myrabolanis non conditis inerat per macerationem, in liquorem macerationis materiam excipitur, caloriſque, ſi quæ inerat vi aduentitio illo humore exolutæ, ſola eſt ſuperſtes terrenæ, acerbæque ſubſtantiæ poteſtas. quæ dum acerbitate cogere ventris ſubſtantiam poteſt: compeſcere quoque & vomitum, & fluorem alui poteſt: dū vero ſuperfluum humorem ventriculi deſiccat & abſumit, appetentiam excitat, qua imbutus vētriculus ſenſum ſuctionis & famem non ſentiebat, poteſt quinetiam coctioni opem ferre, non ſemper tamen, ſed vbi acriori caliditate ventriculus laborabat. ſit enim coctio mode rato calore. poteſt etiam ſenſus, mentemque reddere vegetiores, quod coctione rite celebrata praui ex cibis nō ſcatent vapores, qui in cerebrum delati perturbāt: aut etiam ſi forte ſcateant, corrugato, & occluſo acerba illa qualitate ſuperiori ventriculi ore cohibentur.*

MESVE.

EMBLICAE myrobalani conditæ ventriculum roborant, eius ſubſtantiam, & facultatem contrahendo, & intemperiem humidam corrigendo. Hæ autem aqua affuſa ſoli exponendæ do- †Tumeſcāt. nec † tenereſcant, & humectentur, tunc expreſſæ, vt priores, hydromelite † biduo macerātur. † Vulg. per ſeptē dies. poſt igni lento coquuntur. coctæ vbi parum refrixerunt, mellis albi quarta parte adiecta reconduntur. Sunt qui præterea condiant aromatibus, cinnamomo (xyloaloe) cardamomo, croco, moſcho, gallia, & ſimilibus.

EMBLICI. ſ. myrobalani conditi, hæc eſt alia CHRI. ſpecies myrobalanorum, qui leuiter comprimēndo ſimul euacuant choleram, & phlegma. habent etiam plures alias virtutes, & maxime circa ſtomachum. Et doſis ipſorum eſt vnus. Vlterius eſt aduertendum, quod ſicut iſtæ duæ ſpecies myrobalanorum condiuntur, ita & aliæ poſſent condiri, & haberent operationes ſuas proprias efficere.

F MODVS hic oſtendit, quod neque in Damaſco habeantur recentes. MAN.

DATVR vna ſemel tota diebus aliquot, vt ſuperior. Hæ autem duæ ſpecies quia ſunt amplæ, ad condiendum ſunt aptæ, & item flauæ. Ob id etiam conditæ afferuntur, raro bellicæ, & nigræ recentes conditæ afferuntur, & vires habent a Meſue adſcriptas, ipſæ recentes, aut illis proximæ, non autem quæ ligno, aut verius lapidi ſiccitate, & duritie perſimiles in officinis habentur. Vide igitur ne opinione magis, quam veritate adductus has myrobalanos tanti facias, & ægros quantumuis opulentos ſumptu parum neceſſario, ne dicam noxio, ipſe oneres. Quam ſim verus iudicare poſſunt, qui vſu harum multo, parum admodum profecerunt. His autem ſi vtendum ſit, mallem contuſas accurate præbere, quam dentibus parum probe commanſas deuorari, ne ſua dura ſubſtantia ventriculum lædant, & coctionis vi diutius reſiſtant, adeo, vt ne horis quidem quatuor (quantum tempus harum coctioni tribuere ſolenne eſt) percoqui poſſint, & forſan vix ſemicoqui. Nuces myriſticæ, hoc eſt, vnguentariæ, vulgo moſchatæ cum nullam moſchi qualitatem olfactu præferant, recentes conditæ ad nos Luſitanorum nauigationibus ex India conuehuntur, noſtris iuglandibus amplioribus perſimiles, cortice viridi, carnoſo, & alio lignoſo, inter quos eſt macis, & ſub lignoſo ipſa nux moſchata nobis vſu frequens ad ventriculi robur, & in temperiem frigidam, conditam integram dono mihi iucundiſſimo dedit Bertrandus, in ſummo Parrhiſienſi ſenatu Præſes conſultiſſimus pariter ac equiſſimus.

EMBLICI conditi. *Ad condiendos myrobalanos,* COST. *primas, & fructus omnis generis quum ſicci ſunt, maceratione eſt opus, qua molles fiant. Macerandi autē materia communis aqua eſt dulcis, interdum ex varijs plantis ſtillatitia: immo, & ardens, & quæ capitellum vocatur, & vinum, pro varia rerum, quæ macerandæ ſunt natura. Exponi autem quandoq; ſolent ea quæ macerantur, ſolis radijs, vt laxatis moderato eo calore macerandæ rei meatibus, attenuatoq; liquore macerationis materia, eiuſdem liquoris facilior, & in profundiores partes fiat penetratio, quare recte hic Meſ. iubet, vt myrobalani macerandę ſoli exponantur. Sed ſolarium radiorum vices præſtabit etiā equinus fimus, calorue lenis thermarum, aut conſimilis. Sane autem, quum melli condiri hos myrobalanos iubeat Meſue, non errabis tamen ſi ſaccharo condias, quo ferè cōditi ad nos feruntur. quamquam, ſi cum aromatibus (vt quoſdam facere ait Meſue) eos condire animus ſit, qua ratione, frigida ſua natura exuti etiam calefacere poſſint; melpotius quàm ſaccharum deligendum eſt, quod calidius cenſetur, quod ſane mel, quando Meſ. tabarzet expetit, hoc loco, & album quidam interpretantur; non tamen tanta eſt candoris habenda ratio, quanta ſaporis: immo album mel non vſquequaque probatur, ſed fluuum.* H

fuluum. qualiſcunque tamen ſit coloris, quod ſapore acri cum dulcore, atque odore præſtiterit, accedente etiammum ſubſtantiæ puritate, id erit præ cæteris deligendum. A

MESVE.

CYDONIA condita fluorem alui, vomitumque ſiſtunt, ventriculum roborant, ob id & coctionem iuuant. Sic autem condiuntur. Cydonia ampla, nulla putredine vitiata, depellata, intus purgata, in fruſta idonea ſecta coque in iulepo multum aquoſo. poſtridie iulepo alio propemodum perfecte cocto percoque.aromatiza muſcho. vaſe vitreo repone, eo iulepo cui B incocta ſunt, ſuperdato: Sunt qui ex melle coquunt, alij ex ſapa, alij præterea condiunt aromatibus,alij aliter.

CHR. CITONIA condita. ipſam enim principaliter conſtringunt, vel conueniunt relaxationi ſtomachi,& inteſtinorum. reſiſtunt fluxui ventris condita cum zuccharo, & aſſumpta ante cibum, vomitum autem, & aſcenſum vaporum ad caput prohibent aſſumpta poſt cibum. Et doſis eius eſt vſque ad vnc.1.

SYLV. CYDONIA vtraque intus, & foris purgata, quadripartito diuiſa,ſaccharo diuitibus hodie condiuntur, odorem,ſaporem, & vim cydoniorum prope totam retinentia. Eadem quadripartito ſecta, diutius cocta ex aqua donec tabuerint, poſtea per linteum colata ſine compreſſione, deinde cum ſaccharo percocta in cerati conſiſtentiam, faciunt gelatinam cydoniorum, quod eſt reliquum, violentius comprimenti cochleari cretum, & cum ſaccharo percoctum,ad emplaſtri prope conſiſtentiam, cydoniatum vile conſtituit. Si autem tam clarum illud quam craſſum ſimul cernantur, cum ſaccharo,vt prius percoquantur, Cydoniatum ſit, quod omnibus in vſu eſt, quodque ante epulas ad vnc.i. ſumptum aluum ſiſtit, poſt epulas vero ſoluit,& vapores ad caput ex ventriculo attolli prohibet. Quæ virtus eſt etiam valentior cydonijs, & aliorum auſterorum ſub cineribus coctorum, ſine ſaccharo ſumptorum. Quorum ratio eſt initio lib.1.& ad finem lib.2.alim. & lib.ſimpl.cap.3.& lib.6. ſanit. tuend. vbi diacydonium cydonijs conditis viribus affine deſcribitur. Nam appetentiam excitat,quibus ea languet, coctionem iuuat parum feliciter coquentibus. In ſumma, ventris robur conciliat, & viſcerum in eo omnium, ob id vomitum, & fluorem alui ſedat, ſic autem fit. Accipe ſucci malorum cotoneorum dulciorum, & minus acerborum, ac maiorum(quæ Aſiatici ſtrutia vocant, Galli cotonea f.rminina,)& mel lis optimi ana ſextarios Romanos duos, aceti ſextarium vnum, & ſemiſſem. Hæc cum ſuper prunas modice coxeris, & deſpumaueris, immitte zingiberis vnc. iij. piperis albi vnc.ij. Deinde D rurſus in ſimili igne recoques ad mellis craſſitudinem ſtomachicis medicamentis debitam. Datur mediocris myſtri menſura horis duabus aut tribus ante cibum, vel aliquandiu poſt,vel ante cænam. Piper ad vnc.iij. vel ij. & ſemiſſem, zingiberis autem ad vnc. iiij. ſi frigida intemperie laborat ventriculus, tolles omnino vtrumque,ſi calida, ſi neutra adſit,piperis vnc.1.zingiberis vnc.i.& dimidia ſufficiet, in qua media menſura componere ſatius eſt, in ipſo autem vſu ſi opus eſt, aliquid vtriuſque adijcies. valentius idem adſtringit ex ſucco cotoneorum,quæ parua rotunda ſunt, & abſolute cotonea nobis dicuntur. Διαμόλων ſeu διάμολον idem dicitur Galen.lib.6.e.ph.p.hoc eſt, ex malis, ſcilicet cydonijs, quæ abſolute μῆλα dicuntur, vnde oleum μήλινον.i cydoniorum, & emplaſtra μήλινα, quæ colorem mali cydonij referunt ex ærugine vſta lib.2.c.ph.g. Malo cydonio miſtum ſcammonium efficit ipſum cholagogum Galeno libro prim. alimentorum: vnde, opinor, Arabum conſuetudo emerſit, ſcammonium in malo cydonio, vt mitiſcat coquentium, & inde etiam cydoniatum Lugdunenſe ſcammoniatum.

CITONIA *Cotonea non condita modo ventrem aſtringenti facultate firmant, imo feruenti cinere,aliàve quauis ratione ſeorſum cocta id ipſum magis poſſunt, magis vero etiam ſi aſſumantur cruda, ſed ventriculo faciunt laborem, quare eorum ſucco vti præſtat: dum enim hic terrena parte craſſiori deſtitutus altius in ventriculi, inteſtinorumque ſubit corpus, tum ijs partibus robur addit, & ne aliunde confluentes ſuccos excipiant,efficit, cum,dum quadam ſuperflui humoris in vrinarios meatus expreſſione vrinas ciet (quam vim codotoneo Dioſcorideo tribuit) confert nomine deriuationis. Licebit vero hunc recens extractum deſtillatione per filtrum,ſeu per laneum pannum percolatum excipere ſaccharo, & ex arte coquere in diuturnum vſum. Sane in condito cotoneo, quod diacydoniten vocant, eſt, vt ſeplaſiarum fidem deſideremus, qui enim ruborem in eo affectant, in aqua, in qua coquendum eſt cotoneum alij braſilium macerant, alij rubrum ſantalum, vtrique damnandi, quod eo ſucco propriam codotonei vim perturbant, atque obſcurant, ſed minori culpa poſteriores, quod ſantalum corroborandi vim habet, braſilium vero quibus ſit viribus nondum eſt ſatis obſeruatum.* COST.

MESVE.

PYRA condita,cor,& ventriculum roborant. condiuntur vt cydonia.

PYRA debent eligi,quæ ſunt magis aromatica,& CHRI. cum zuccharo condita, ſtomachum, & cor confortant.diuerſificantur autem in complexione ipſorũ ſecũdum completam maturitatem, mediam, & acerC bitatem. Acerba enim ſunt frigidæ complexionis, & ſiccæ, verſus ſecundum, perfecte matura ſunt frigida, & humida verſus primum cum aliquali caliditate,& ſiccitate. Medie vero matura ſunt frigidæ,& ſiccæ in primo, cum aquoſa, & corruptibili humiditate. Ideo non condita ſunt fugienda. Condiuntur autem ſicut citonia cum zuccharo,vel cum melle.& cõdita cum melle acquirunt gradum caliditatis, & ſiccitatis, cum zuccharo autem minorem gradum caliditatis cum aliquali humiditate. & tempus aſſumendi eſt ad beneplacitum. *Pira non cõdita vitãda ſunt.*

PYRORVM vel aliorum quoque fructuũ magna eſt differentia, non in generibus ſolum, ſed etiam eadem in ſpecie, qua ſaporibus diſtingues,ex hisque facultates iudicabis,vt libro 4. ſimp. docuit Gal. Ex pyris præſertim acerbis, aut acidis,& fructibus ſimilibus tot compoſitionum genera fieri poſſunt, quot ex cydonijs dicta,& ea cum ſaccharo,vel melle,cum,vel ſine aromatibus. Ex his quoq; iulep, & ſyrupus fieri poteſt. & ſuccus horum liquidus,& ſiccus ſeruari poteſt. eodẽ modo in fructibus prope reliquis,atq; adeo in herbis ipſis facere poſſis: Eſt præter hęc ſyrupus de pyris,& ſuccus pyrorũ ſole, vel igni ſiccatus,vt in ſyrupis leges. SYLVII.

MESVE.

POMA condita confirmant, ſyncopen, & cordis palpitationem ſedant, condiuntur, vt citonia.

POMA condita, debent eligi odorifera, & con- CHRI. diuntur ſicut citonia, tamen ſunt complexionis frigidæ, & humidæ in primo licet in complexione diuerſificentur. ſicut & pyra cum ſint in maturitate, vel acerbitate ipſorum,& dum condiuntur cum melle, vel zuccharo, ſunt enim alteratiua ſuperfluæ ca-

lidatis,& siccitatis in stomacho, hepate, corde, & renibus,sed sunt duræ digestionis, & mali nutrimenti, & maxime cruda,& non condita.

SYLV. POMA condienda sunt odora,hæc vero condita saccharo, partium principum intemperiem calidam siccam emendant refrigerante vi sua, & humectante,odore autem etiam vitalem spiritum instaurant. Quam ergo syncopen, & palpitationem emendent,ex his patet. quanquam deposito cortice, & coctione odoris magnam partem deponant.

MESVE.

PERSICA condita ventriculum calidum, & cor firmant, sitim sedant, oris fœtorem emendant. condiuntur,vt cydonia.

CHRI. PERSICA condita sunt frigidę complexionis in fine primi,& humidæ in secundo,& condiuntur sicut citonia: stomachum tamen calidum,& cor confortant complexionem ab eis remouendo,& sitim extinguunt,si cum zuccharo condiuntur.

SYLV. HÆC quod frigida humida odorata sint, imbecillas partes has ab intemperie calida sicca roborant, sitim extinguunt à calida, vel sicca, vel vtraque causa nasci solitam, vt lib.j. simpl. cap.30.præcipue cum saccharo condita,vt lib.7. simpl.c. de melle. odore præterea cor ipsum,spiritumque vitalem recreant, & oris odorem tetrum præcipue ex putribus in ventriculo humoribus procedentem tegunt.

MESVE.

CITRA condita ventriculum,corque roborãt, coctionem iuuant, oris halitum commendant.Cortices citrorum tam magnorum, quam vola manus capere potest, carne purgati lixiuio claro mergantur † dies nouem, mutato ad diem quintum. post merge aqua clara, donec amaritudine depositа dulcescant: tunc vase mundo, aqua fontis plurima coquantur, donec tenerescant, aquosa deinde substantia ab his expressa in vase lapideo mergãtur 24. horas, iulepo sufficienti ex saccharo albo, & aqua tripla constante. post coquanturigni lento,ad penidiorum consistentiam. Extracti ex iulepo cortices, vase vitreo reponantur, superfuso singulis vicissim velut incrustandis iulepo rosato ad mediocrem, seu sacchari candefacti crassitiem cocto. Sunt qui ambra, & moscho aromatizant. Datur post mensem.

† *Vulg. & mutetur super eos vsq; ad nouē dies semel.*

CHRI. *Partium citri complexiones,& vsus.* CITRA condita stomachum,& cor confortant, & digestionem bonam faciunt, & oris odorem. habent tamen diuersas complexiones secundum diuersitatem partium eorum. Nam cortex exterior est calidæ complexionis in fine primi. Caro autem eius est frigida versus primum, & humida in primo. pars vero eius magis intrinseca acetosa, & aeris est frigidæ complexionis in fine secundi gradus, & siccæ in primo. Grana autem eius sunt calidia in primo, sicca autem in secundo. Et eius complexio resultans ex omnibus partibus est frigida, & sicca in primo, licet frigiditas superet siccitatem. Condiuntur autem cortices cum zuccharo, vel cũ melle,& sic calefaciunt,& confortant principaliter digestionem stomachi, ac etiam cor. Ponuntur etiam minute incisi,quando sunt mollificati,seu conditi cum zuccharo in confectionibus cordialibus, vt inferius apparebit. Sic etiam condiuntur cortices aranciorum solũ, cum melle, & illo modo calefaciunt stomachum, desiccant humiditates in eo, ipsium confortando in virtutibus suis, & isto modo multum habetur in vsu, & cortices aranciorum attinent alicui caliditati, & siccitati, sed minori, quam cortices citri. Condiuntur etiam partes carnosæ, de qua fiunt confectiones delectabiles in diuersi formis, & etiam in compositis.

Nuces conditæ dum sunt virides, & acerbæ sunt frigidæ, & siccæ complexionis in primo. Cum autem ad completam maturitatem perueniunt calidita tem acutam acquirunt in secundo, & siccitatem in primo cum nitrositate quadam, linguam vlcerante, & vnctuositate multa. Et modus, & tempus præparationis earum, & condiendi eas est dum sunt virides, quia non aliter condiuntur quam pira, & poma,vt in litera ponitur aperte: & aromatarij, sunt bene docti in præparando eas cum melle, caryophyllis, & alijs aromatibus. & valent ad stomachum confortandum ita, quòd a ieiunantibus multum habentur in vsu. sic amygdalæ recentes, & arancia parua præparantur ab aromatarijs peritis.

Quòd hic exponitur de nucibus meminere, argumentum præbet in earum codicillis de vsu agi, sed ea de re in nullo hallensi exemplari tractari vidimus.

ADDITIO.

Modus condiendi citra habetur etiam ab Auic. & Haly,& Serap. Sed & Serapio in proprio antido. habet conditum nucum, quod apud multos habetur in vsu ad ea,quæ dicuntur in textu. Vltimo hic describam quoddam electarium mirabile de nucibus, & à quibusdam practicantibus multum habetur in vsu. valet enim principaliter debilitati, ac frigiditati eius renum,& relaxationi matricis, & superfluæ humiditati eius. Confert etiam fluxui antiquo menstruorum,immo est eius curatiuum aliquali euacuatione præmissa, & confert cuilibet dolori ventoso frigido in nutritiuis. iuuat etiam ad digestionem cibi in stomacho. Et dosis eius est de mane vacuo stomacho à superfluitatibus cibi vsque ad drachm. iiij. Cuius descriptio est hæc. Recip. florum nucis vnciam s. anisi vnc. i. feminum agnicasti, foliorum rutæ,calamenti,cyperi,cymini ana vnc.i.s. Ligni aloes, macis,caryophyllorum ana drachm.i. Carui, amcos ana vnc.s.rosarum rubearum, seminum lactucæ, semi. portulacæ, balaustiarum, ana vnc. i. s. sandalorum alborum, & rubeorum, nenuphraris ana vnc. i. myrobalanorum chebulorum, & emblicorum ana vnc. s.zucchari q.s. Agnus castus arbor nota non faciens fructum, calidæ complexionis in primo, siccæ in secundo. habet mirabilem proprietatem ad desiccandum sperma, prohibens desiderium ad coitum, & virgæ erectionem. & ad suffumigationem eius ad matricem tollit omnes eius appetitus. Et si rami eius sternantur in lecto iuxta renes omnino prohibet pollutionem. Nenuphare. vtimur solum floribus eius. nascitur in paludibus, & aquis dulcibus stagnorum, & sunt frigidæ, & humidæ complexionis in secundo. multum confert ad somnum

Iulamenta pulchra.

Conditi de Nucibus descripti.

Agnus castus.

Nenufar.

prouo-

prouocandum ſecundum omnem modum adminiſtrationis. Reliqua vero ſimplicia ſunt ſuperius declarata.

MAN. CORTICES vel ſoli condiuntur, pulpa abiecta, & calidi ſunt; vel ſola pulpa extimo abciſſo cortice, & frigidi; vel vtrumque, & ferè temperati. SICVT habet) Ad mediocrem videlicet.

SYLVII. CONDITI cortices hi in compoſitiones cardiacas ob id recipiuntur, quia cor roborant, & calefaciunt. Conditur etiam caro quibuſdam idem pollens, ſed refrigerat, vt ambo ſimul condita ſint temperata. eodem modo condiuntur cortices aranciorum, & limonum, quos vocant, quinetiam ipſi fructus parui toti condiuntur interdum, vti virentes multum nuces, & amygdalæ, & alia pleraque. Lactucarum, bugloſſi, cirſij, braſſicæ, aſparagorum, & aliarum herbarum multarum teneri adhuc caules, à multis hodie condiuntur ſaccharo, & iucundiſſime eduntur. Semina quoque non pauca, ſi magna ſint, interdum depellata, ſi parua, qualia tulit natura, ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam cocto, his manu ſubinde motis, ſuccuſſis, confricatis paulatim cochleari affuſo incruſtantur, & ceu tectorio quodam veſtiuntur, quo modo citri corticem Meſues veſtit, ſuccuſſa tamē ſolum pelui, non etiam manibus verſatum: & nos arancij corticem minutim ſectum, & cinnamomi vulgaris integimus, & caryophyllum, vocamuſque ſaccharum aranciatum, vel cannellatum. *Idem in cortice cucurbitæ fit, carbaſſatumque vocant.* Inter ſemina vero ferè incruſtantur amygdalæ frequentius dulces cum furfure parum terendo ſiccatæ, piſtacia, ſtrobyli, nuclei perſicorum, prunorum, ceraſorum, bombacis, coriandrum, aniſum, anethum, fœniculum, carum, cuminum, ami, ſemen agni, cannabis, amomum, cardamomum, cardamum, cardumeni, eruca, eryſimum, ſinapi, vrticæ, cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli ſemina, papaueris albi ſemen, abſinthij marini ſemen, quod barbotioam vocant, & ſemen contra lumbricos. Sed ex his minora manibus ſubiguntur, maiora pelui ſuccuſſa integuntur ſaccharo, primum, vt dixi cocto, ad poſtremum paulo crudiore, vt læues, & polita ſint facie. Fructus, aut ſaccharo, aut melle, aut ambobus condiuntur, interdum integri, & cum ſeminibus, ſed ferè imperfectis, interdum ſeminibus purgati. Ex fructibus ſiliquæ non paucæ adhuc teneræ, & virides, ac molles. nondum ob ſiccitatem lignoſæ, & exuccæ condiuntur, ſic ceratium, caſiam Arabum, ſiliquam raphani, eruceæ, ſinapis, leucoij omnis, eryſimi, cardamomi cuiuſdam, à quibuſdam condiri videmus, vt gratiora ſint, & viribus imbecilliora, quòd ante maturitatem decerpuntur: ſic & ſiliquaſtrum pyramidale dum viret, quidam condiunt, non expectata maturitate per quam iubet ſemine plano, flauo iura crocante feruidiſſimo turgida, ventriculo frigido ſalubertima, zingiberis conditi vice. Fructus vero alij quibus eſt plus carnis, frequentius condiuntur vt ab exteris, ſic à nobis. Externorum autem prius condituram declarabo, quòd pauci ſint, & quorum declaratio iucem affert neceſſariam zingiberis condiendi prædictæ humectationi. De myrobalanis ergo conditis dicendum eſt, poſt ad fructus noſtrates tranſibimus, in quibus ſermo & prolixior, & nobis multo vtilior eſt futurus. Nam myrobalani conditæ maioris, quam pro merito fieri hodie videntur, quaſi pars pretij ſit eas è longinquo veniſſe, & ob raritatē apud magnates magis in pretio ſunt, quam ob ſingularem aliquam facultatem, cum nihil aliud, quam valenter adſtringere deprehendātur, vt taceam, quòd alioqui coctu ſunt difficiles, vt neſcias, an vētriculo coquendi ſui difficultate plus obſint, quam adſtrictione roborando proſint. Non addo, plurima ex adſtringentibus, immo verius omnia quatenus adſtringūt, & proinde ſiccant, nonnullas ventriculi imbecillitates, vt quæ ab intemperie ſicca proueniunt, lædere, vt Gal. lib. Meth. 7. demonſtrat. Qua limitatione adhibita, ſunt vera, quæ à Meſue ſcribuntur.

COST. PIRA, *Poma, Perſica, &c. Nunc omnis ferè generis fructus condiuntur ſaccharo, aut melle, in palati gratiam. Alij quidem acerbiores, nondumque ad perfectam magnitudinem euecti, nempe quicunque durioris ſunt corticis, vt iuglandes nuces, pinei nuclei, auellanæ, vt etiam myriſticæ nuces: alij integra magnitudine, ac ferè maturitate, quibus tenerior eſt cortex, vt ceraſa acida, quas amarenas vocant, armoniaca mala, pruna, perſica, pira, poma: quin etiam ex olerum fructibus cucurbita, melones, ac cucumeres,*

A *tum adhuc exigui, tum ad iuſtam magnitudinem perducti: ſuam vero hi naturam ſeruantes, valdè tamen, coctione ſaccharo, aut melle refractam. tunc vero ferè abolitam, quum maceratione eſt opus. eſt autem ea opus, quum id quod condiendum eſt, vel duriori eſt ſubſtantia, vt citri cortex, ac caro, vel ingrato ſapore præditum, vt polygonati radix, acrior, quàm vt ſit edendo, vel vtroque modo ineptum, & ſubſtantia quam permeare ſaccharum condiendo nequit, & ſapore ingrato, vt noſtrates nuces. In condiendo citro, cuius meminit, qui aqua ſtillatitia corticis, aut florum aurantij mali ſaccharum diſſoluerit, ſanè ad ventriculum, corque roborandum, ad oriſque emendandum halitum efficax reddet, ad quos vſus lixiuio per dies nouem maceratum, ſaporeque, & odore proprio ſpoliatum valere parum admodum poteſt.*

B

MESVE.

ERINGIVM conditum renes calfacit, venerem excitat, flatus tamen ventriculi diſſipat. ſic autem conditur. Radices eius amplæ, albæ, teneræ, a cortice cineritio, & ligno interpurgatæ, in fruſta pollicaris magnitudinis ſectæ, vno caryophyllo humectato, & particula zingiberis humectati (vt mox in zingibere condito dicam) fractæ intus, vnde lignoſa portio exacta eſt, coquantur in æquali pondere ſacchari, & duplo † melle, vel melle ſolo, ſed triplo. coctis addatur † aromatum pondus iuſtum. Datur ab vncia vna ad vncias duas. *Secacul.*

C

† *Saccharo recentiores.* † *Specierū alefangiarum.*

DIXI ſupra quid eſſet, videri tamen poteſt ex modo loquendi Meſue, quòd ipſe aliam rem intellexerit. Noſtri pro eo condiunt eringium. MAN.

CVRSIM ſecacul Meſue interpretatur eringium, lege in noſtris annotationibus in Antidotarium. Quæ vero aromata, & quanto pondere addi poſſint, ex ſequentibus conditis colliges, quamuis & ſine his ſolo melle aut ſaccharo, aut vtroque condita hæc radix ſit odorata Dioſcoridi, & guſtu aromatico. Datur dormituris, mox etiam à cibo, & ante cibum tuto ſumi poteſt etiam largiore menſura. Radices cynoſorchis, & ſerapiadis, & vtriuſque ſatyrij ſimiliter in eundem vſum hodie condiuntur. Nam hæ omnes etiam Dioſcoridi ad venerem proniores reddunt: Meſues autem has radices hoc modo condit. SYLVII.

D SECACVL. *Non eſt ſecacul eringium, vt alias oſtendimus. ſolet tamen eringium ætate noſtra illius loco ad excitandum Venerem ſumi non prorſus fruſtrato euentu. in quem vſum ad Meſue mentem paſtinaca veteris earundem virium, vt mox ſubdet.* COST.

MESVE.

INGIBER conditum intemperiem ventriculi frigidam, & humidam ſanat, & ab ea tardam, & deprauatam coctionem, quæ cibos in acidam cruditatem corrumpat. viſcerum lubricitatem corrigit, flatus diſſipat, alimenti in hepar, & corpus reliquum diſtributionem celerat. ſic autem fit.

fit. Zingiberis recentis, si haberi potest, sin minus, saltem arte humectati pars vna coquitur, vt eringium, cum mellis partibus tribus, & sacchari parte vna. Sunt qui zingiberis humectati, & eringij portionem æqualem simul condiunt, fitque delicatius. quidam præterea condiunt aromatibus, alij aliter. Humectandum autem zingiber album, purum, recens, aqua affusa primum, deinde arena obrutum, vt in cepulis myrobalanis mox dicam.

CHRI. ZINGIBER habet cum non est conditum quãdam humiditatem vltra suam naturalem siccitatem, & ideo conditur, & præseruatur. Conditur autem cum zuccharo solo, cum est viride, & præparatur in partibus orientalibus, & illud est melius, licet etiam præparetur, & condiatur dum est siccum, sed non est sic delectabile, nec innatiuum. Et vsus eius est magis conueniens in hyeme, quam in æstate, & magis senibus, quam iuuenibus, & ab ipso caueant febrientes, & habentes renes, & caput calidum.

MAN. ZINGIBER conditum ex Ægypto adfertur, & viride vocant.

SYLVII. ZINGIBER viride, nobis etiam vulgo dicitur, quia recens saccharo conditum, ob hæc delicatius affertur ex loco natali Arabia, & Troglodytica in Ægyptum, & inde ad nos. Hyeme, & seni est, & aliter frigidis salubre, calidis natura aut morbo, & æstate, est noxium.

COST. ZINGIBER. *Zingiberi quod apud nos iam aridum conditur, non ea est gratia, quæ condito quum est recens. sunt tamen qui nostrum ad calfaciendum valentius esse existiment, superfluo humore, qui recenti inerat, iam assumpto, quare etiam acrius videtur nostrum externo. Cæterum quia dum maceratur ad condiendum, alieno humore imbuitur, dandum non puto quod aiunt, nisi forte in decocto Zingiberis ipsummet Zingiber fuerit maceratum. Sed neque acrimonia condito nostrati maior inest, licet cum substantiæ duritie (quæ, ne celeriter mandatur, efficit) suam acrimoniam magis, quam recens primo gustatu ostentet.*

MESVE.

DIA ZINGIBER, idem pollens quod zingiber conditum, sic fit. Sacchari albi partes octo, mellis albi partes quatuor. Saccharum aqua & melle solutum coquatur quantum necesse. tunc zingiberis boni, albi, leuissime puluerati partes tres curiose misceantur.

MAN. VIDI ex puluere aridi, & saccharo parari veluti offas, efficaces in calefaciendo ventriculo, & inflatione, discutienda.

SYLVII. ELECTARIVM hoc fuerit, vt vocant, tamen ob rei affinitatem & virium conditis iunxit. Potes etiam saccharo in aqua soluto, & cocto puluerem hunc comprehendere, & in offas, aut tabellas, vt vocant, formare, idque ventriculo frigido fuerit salubre, & inflationi discutiendæ.

E F G H

MESVE.

RADIX pastinacæ idem potest quod radix eringij, & similiter conditur.

σαφυλίνος Græcè, pastinaca latinè. Condiuntur etiã elixa cum melle & aceto, & non inutiliter ad mensas venit. MAN.

CONDITVR etiam ex melle & aceto elixa, sicque in mensas non inutiliter venit. alij quoque aliter. Radices etiam dauci, cari, seseli, raphani, panacis hortensis, apij, & similiter calidæ, in pituitosis hominibus idem præstant etiam tantum frixæ, vel ex iure carnium, aut cum butyro largo coctæ. Quin & raparum, & naporum radices ex paucis aromatibus conditæ, & sumptæ, viribus sunt proximis, ari, dracontij, asfatorum, bryoniæ, iridos, hermodactylorum, gentianæ, asphodeli, pæoniæ vtriusque radices conditæ fuerint efficacissimæ. Lenij autem radix sacchar o, aut melle condita partes nutritorias roborat, obstructa liberat, pesti resistit. Hactenus radices domesticæ, quas vires conditæ habeant, dictum est: nunc exoticæ sunt dicendæ. SYLVII.

RADIX. *Pastinacam cum secacul pares habere vires scribit, quo eam quoque flatus ventriculi dissipare, renes calfacere, & excitare venerem putat, quæ illi munera tribuebat. at pastinacam tamen flatus excitare, & eo nomine conferre ad venerem apertum est. Cæterum licet pastinaca sponte sua excitet flatus, qui partibus ventriculo inferioribus communicati tentiginem faciunt; additis tamen aromatibus ijs, qui in condiendo secacul veniebant, cum flatuum procreatione ventriculum quoque calfacere apte potest, & præstare cætera, quæ illud præstat.* COST.

MESVE.

ACORVS conditus cerebri, & neruorum affectibus confert. conditur, vt eringium. Quin & singulis eius partibus duæ eringij boni adduntur.

ACORVS conditus confert multum ægritudinibus frigidis neruorum, & cerebri, & paralysi, & similibus, & modus condiendi est, sicut dictum est. fit tamen ex acoro electarium pretiosum, quod vocatur diacorus. cuius descriptio ponitur à Mesue in par de appropriatis, fum. iiij. cap. i. de ægritudinibus neruorum, vbi pro eius descriptione, virtutibus, & operationibus, nunc est recurrendum. & illud electarium est multum in vsu, & valet multum mollificationi linguæ diu in ore retentum, sicut debet fieri in omni electario, quod assumitur pro passionibus capitis, vt fumi, & vapores possint commode euaporare ad cerebrum. CHRI.

ACORVS vulgaris non est verus acorus, sed radix xyris, vt constat ex pictura vtriusque apud Dioscoridem. quandoque suspicatus sum radicem, quæ à speciarijs calamus aromaticus dicitur, esse veram acorum. MAN.

ACORVS Indicus iam notior, & galanga maior dictus fumatur, non nostras palustris. Frigidis cerebri, & neruorum affectibus salubre est sumptus, & ore diu retentus, qualis vsus est rectus eorum, quæ his capitis affectibus prodesse volumus, vt inde vapor in cerebrum prompte tollatur. Idem pollet electarium diacorum à Mesue descriptum in sua praxi, capite de affectibus neruorum. Nostrum tamen acorum officinæ conditum habent, sed inutilem omnino censemus ad neruorum, & cerebri frigidos affectus. Quapropter damnandus est, atque abijciendus, ne posthac medici parum periti hallucinentur, & eius vsu ægros prodant, ac in sumptum non necessarium conijciant. SYLVII.

ACORVS

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0264-1 DFG

COST. ACORVS. *Pro acoro, siue galangam, siue calamum aromaticum quis cõdiat, cerebro & neruorum affectibus vtile parabit conditum. Verum, quia hęc arida afferuntur, maceranda sunt, licet macerationis Mesue non meminerit in condito ex secacul, ad cuius rationem acorum condiri iubet. Nostrum autem vulgatum acorum, quamuis non omnino inodorum, aut insipidum, quia tamen paludem refert, prorsus omitterem.*

MESVE.

SACCHARVM rosatum, ventriculum, & cor, & viscera reliqua firmat, ipsorumque intemperiem humidam emendat. fit autem sic. Folia rosarum albarum, vel rubrarum nõdum perfectarum in vmbra siccantur, donec ipsorum humiditas excrementosa resoluatur. teruntur tunc in mortario lapideo. additur sacchari albi triplum. reponuntur vase vitreo, aut vitriato pergamena operculato. mensibus tribus insolantur in die sæpe agitantur, soli auferuntur, seruantur. Sunt qui rosas omnino imperfectas cõdiunt, vt valentius adstringant. Sunt item qui rosas non terũt, sed forficibus incisas cum saccharo manibus curiose confricant, post insolant.

CHRI. ZVCCHARVM rosatum est multum in vsu in processu febrium acutarum de materia subtili cholerica permixtum cum aqua frigida. prohibet enim vehemens incendium in eis, sitim extinguit, & resolutionem spirituum prohibet, maxime dum est recens. Non est autem conueniens, vt quidam practicantes ignorantes ipsum exhibẽt, in principio febrium, stantibus oppilationibus, & materia cruda. Et dosis eius esse potest, vsque ad vnciam. j. s. cum vno cyatho aquæ frigidæ tempore congruo. Et antiquatum confert phthisicis, sanguinem & saniem reijcientibus, vel expuentibus in quacunque summa & pondere, vt recitat Auic. x. tertij authoritate Gal. de quadam muliere, quæ cum solo zuccharo rosato ex phthisi curata fuit, dicens, quod ipsa assumpsit pondus incredibile. & distemperatum cum aqua hordei confert fluxui dysenterico, & similibus passionibus.

Non conuenit in principio febr. sed post.

MAN. NVNC sunt alij modi faciendi zuccharum rosatum. pulchrius enim & suauius fit ex succo rosarum in formam placentarum saccharo redacto, quod & vim quandam retinet ciendæ alui. amouendi tamen semper sunt à rosis vngues.

SYLVII. CVM agat hoc loco Mesues de floribus saccharo, aut melle conditis ad dulcorationem, & conseruationem, rectius rosas saccharatas, aut mellitas appellauerit, & eodem modo violas, & flores buglossi, & rorismarini saccharatos, aut mellitos, vel vt hodie omnes appellamus, conseruam rosarum, violarum, bugloisi, rorismarini, quam saccharum, aut mel rosatum, violatum, buglossatum, rorismarinatum. Quin & hodie aliter nobis fit horum sic appellatorum vnumquodque. Nam rosis tantum rubris exunguatis recentibus tritis in mortario lapideo duplum sacchari hodie miscemus, mox citra insolatum reponimus, vase tamen non ad cumulum repleto, vt feruendi sit locus, nec foras exiliat. Saccharum rosatum fit saccharo soluto in aqua æquali rosarum albarum. vel melius in succo rosarum rubrarum exungulatarum, & cocto ad iustam crassitiem. Id vero postremum vires quasdam alium mouendi retinet. Sunt qui saccharum in aqua infusionis, aut coctionis rosarum rubrarum siccarum solum coquunt, sed hoc, vt præcedens rubrum est, & tanto præstantius eo, quod ex aqua rosarum fit album, quanto rosæ rubræ etiam à Mesue albis præferuntur. Intemperiem calidam emendat, & partes, spiritusque à calore dissolui periclitantes cogendo firmat, præsertim recens, & sitim extinguit: ob hæc febribus biliosis iam coctis prodest ad sescunciam, cum aquæ frigidæ triplo: initio autem obstructionum, & cruda adhuc materia, nocet. Antiquatum vero sanguinis sputo, & sequenti hoc sputum phthisi prodest, vt mulier quædam largo huius vsu, à phthisi persanata narretur quorundam testimonio. Idem aqua hordei dissolutum dysenterias lenit. Rosis tum siccis, tum recentibus, tum harum succo, & aqua, ambarum quoque decocto, vel infuso varie vtimur, vt in syrupis præcipue audies. Rosas autem rubras intellige, nam albis non vtimur nisi destillatis, dum recentes sunt, quod siccæ nihil oleant, contra quam rubræ. Sunt præterea qui rosarum, & aliorum florum conseruam faciant ex foliis florum purgatis, non tritis, sacchato optimo, & siccissimo puluerato alternatim instratis, deinde insolatis, eoque gratissimam, quod tritura floribus odorem fere aufert, vel saltem minuit.

ZVccharum ros. *Qui rosas nunc condiunt, non (vt iubet Mesue) eas arefaciunt, sed recentes, vbi vnguem absciderint, celerrime contundunt, ac saccharo albo commiscent, ad consistentiam syrupi perducto. admirandum ergo non est, si sacchari rosati vulgaris vsus non ita ventriculum confirmat, vt de eo Mesue pollicetur. ab humidiori profecto rosarum recentium substantia terrenarum partium vis retunditur, quarum desiccandi, & corroborandi est munus. Et eleganita quidem vulgare illi præstabit, quod ex aridis fit rosis: pharmacopœorum tamen esset, rosas ea quoque ratione parare, qua hic præcipit. Ad huius æmulationem nunc quidam elegantissime integram condiunt rosam. nempe vbi in vmbra aruerit, saccharo ad consistentiam decocto immergunt, distinctisque priusquam refrigeretur, stylo ligneo eius foliolis reponunt ea soliditate, qua non inficit manus. Interdum etiam non ineleganti, neque ingrato vsu, saccharo rosaceo subducendi alui, ac strenue etiam purgandi facultas conciliatur, dissoluto saccharo ex sennæ, aut alterius rei purgantis decocto.* COST.

MESVE.

SACCHARVM violatum bilis incendium, sitimque extinguit, aluum subducit. fit vt rosatum, nisi quod violæ paulo diutius, & in vmbra siccandæ, & cum saccharo insolandæ.

ZVCCHARVM violatum est magis infrigidatiuum, & extinctiuum sitis, & caliditatis, quã rosatum. sed non est sic delectabile. & præparatur, vt rosatum. valet etiam asperitati, & siccitati gutturis, & cannæ pulmonis, linit enim & alterat, & aperit vias illas. vnde confert in synanchia cholerica, & in pleuresi, & similibus passionibus. Et dosis eius est vsque ad vnc. j. cum aqua hordei. vel sume ipsum paulatim lambendo. Vbi vtiliter est notandum, quod sicut tam rosę, quam violæ, condiuntur cum zuccharo, vt apparet in litera, sic etiam & multo magis cum melle, & sic habent diuersas operationes efficere, sicut mel à zuccharo differt in complexione. vtitur autem melle rosato sicut dictum est superius in diamusco, sed melle violato tantum in dysenterijs ad alterandum, & abstergendum phlegma, cum alijs, quæ ponuntur, vt inferius patebit, & apparebit. CHRI.

IN-

MAN. INDICENT tamen violæ &c.) Dubium est mihi E hoc, siquidem vis earum facile resoluitur, quare puto addendum negationem, vt scilicet intelligamus, non esse soli exponendas, vel longo tempore adseruandas.

SYLVII. VIOLARVM humiditatem excremẽtosam siccando vult absumi, vt in simplicibus docuit, quamquam sunt qui putant ob id quod vim earum facilem resolui iudicant, minus diu siccandas in vmbra, & insolandas. Valentius refrigerat quam rosatum, sed ingratius. Fauces ité & asperam arteriam lenit, & dilatat, ob id bilioſæ cynanchæ, & pleuritidi salubre est, si per se paulatim lambatur, vel eius vncia vna cum aqua hordei paulatim sumatur. Horum violæ nigræ, seu purpureæ florum vsus est etiam in melle violato, & syrupo violato multiplici. Flores violæ nigræ recentes cauda, & viridi ceu calículo purgati, in mortario lapideo triti duplo saccharo miscentur, mox vt conserua rosarum reponuntur, aut cum Mesue triplo saccharo, aut melle. Efficacius fit saccharum, & mel violatum ex violarum recentium succo, aut infusione multiplici.

F

COST. ZVccharum violatum. *In hoc parando sunt, qui totum violæ florem detracto pediculo sumant, quos ex Mesue redarguas, qui rosarum more condiri violas scribens, vt violarum sola foliola detracto calice, cui insidebant, condiantur, etiam monet. Et esi sané huius ad hunc modum parati sacchari maior gratia in sapore, odore, colore, licet vbi calix simul contunditur, quòd ea pars insipida, & inodora frigidior est, & humidior, efficacius eos præstare vsus posse videtur, ad quos hoc saccharum commendatur. Verum quamcunque partem condiendam sumpseris, monet Mesue, vt violæ quando recentes inutilis succi plurimum habent, antequam condiantur, flaccescere paululum in vmbra permittantur, id vero magis, quam quum condiendæ sunt rosæ. Esse tamen suspectum hoc potest, quoniam, quum ad bilis incendium, sitimque restinguendam, atque ad leniendam aluum redundans ille humor plurimum momenti habere possit, curandum est, vt non modo magis, sed longe minus arescant, quam rosæ, quarum vis firmandi viscera, humidamque corrigendi intemperiem ariditate adiuuatur. Sed veretur fortasse Mesue ne cum tanta humoris copia violaceum saccharum situm contrahat, ac corrumpatur. ob id enim, vt postquam conditum est, diutius insoletur, monet.*

G

MESVE.

SACCHARVM bugloſſatum cor ipsum roborat, eiusque tremorem, & syncopem sanat, maniacos & melancholicos iuuat, fit vt violatum.

CHRI. ZVCCHARVM bugloſſatum. accipiuntur flores, & condiuntur cum zuccharo, & est multum in vsu tale zuccharum. Est enim multum conueniens debilitati cordis, & ipsius tremori, & omnibus passionibus melancholicis, resistens superfluæ resolutioni, & calefactioni, maxime permixtum cum zuccharo rosato, margaritis, corallis, & alijs cordialibus medicinis, de quibus dicetur inferius. Et dosis eius est vsque ad vnc. j. Et eodem modo præparari poterit zuccharum meliſſatum, & valet sicut illud, non est sic in vsu.

Zuccharum meliſſatũ.

MAN. VERA bugloſſus dicitur, quam nostri vulgo boraginem vocant, quæ tamen in antiquo herbario Apuleio adscripto, corago vocabatur.

DATVR ad vncias vnam per se, miscetur autem sæpe alijs cardiacis, vt saccharo rosato, margaritis, corallis, & similibus. Similiter fit ex floribus boraginis etiam recentibus, & capitulo, cui inseruntur purgatis, in mortario lapideo tritis, addito sacchari duplo, aut cum Mesue triplo. SYLVII.

ZVccharum bugloſſatum. *Sunt & boraginis florum sola sumenda foliola, vt in violis. asperior enim ille apex, qui in medio flore insidet, & calix, qui folia ambit. si simul condiantur, minus gratum conditum reddunt. neque tamen si detrahantur, quidquam illius detrahunt facultatis, quam illi hic author ascribit.* COST.

MESVE.

SACCHARVM rosmarinatum cor, ventriculum, cerebrum roborat, flatus pellit. fit vt rosatum.

ZVCCHARVM alchilil. i. boraginatum, quia factum cum floribus boraginis est multum in vsu. Et valet sicut zuccharum bugloſſatum. Et istorum duorum sæpius fit admixtio simul. Et sic habentur in vsu, & maxime in passionibus suprascriptis in zuccharo bugloſſato. Et dosis eius est eadem cum illa. CHRI.

ADDITIO.

Zuccharum alchilil, idest zuccharum quod fit ex floribus roriſmarini, quæ alio nomine corona montis vocatur. Simon Ianuensis in suis synonymis dicit Alkelilgebel. idest rosmarinum, & est species libanotidis. *Corona montis.*

LEGE Alchilebel, & est rosmarinus. Appellant autem confectionem, quæ ex floribus eius paratur, dianthos. Solent tamen aliud parare, secuti Nicolaum, cui aromata multa adduntur. MAN.

FIT ex floribus roriſmarini, & harum partium intemperies frigidas suo calore corrigit, quo etiam flatus dissipat. Saccharum quoque cichoriatum fit, seu conserua florum cichorij recentium ad partium nutritoriarum intemperiem calidam, & obstructiones. Fit item ex floribus perfici chologoga, & hydragoga, ex floribus saluiæ ad frigidos affectus cerebri, & neruorum, & floribus geniſtæ nostratis ad obstructiones renum. In his sacchari condiendis, & in sequentibus ex melle his respondentibus singulis libris sacchari, aut mellis adduntur rosarum, violarum, & aliorum florum vnciæ iij. vt triplum sit saccharum, & mel. hodie autem fere duplum tantum miscent, vt sit valentius, licet ingratius. Quinetiam flores capparis sale conditi seruantur, & flores geniſtæ nondum aperti aceto, & sale seruati primis epulis capparum loco fumuntur, magno successu nec ingrato sapore. SYLVII.

H

SAccharum rosmarini. *Rosmarini flores conditos dianthos vocant excellentia quadam, qua reliquos ferè superare videntur, tum quia sui parte omni odore, & sapore præstant amplius, quam cæteri; tum gratia, atque vsu. Eadem diligentia hic quoque vt in superioribus detrahendum est quidquid præter foliola illa summa supereſt. licet enim partes eius floris omnes sapore, odoreque præstent, duriora tamen reliqua sunt, & concoctu difficiliora, & minorem cum palato gratiam ineunt. Nicenum dianthos præstantissimum est. Qui Venetijs alibive hoc parant, vbi deteriorem florem hunc regio parit, si saccharum ex aqua eorundem florum stillatitia, vel ex decocto dissoluerint, plurimum illi roboris comparabunt.* COST.

ME-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0266-3 DFG

MESVE.

MEL rosatum sic fit. foliorum rosarum, vt dictum est, in vmbra siccatorum, partes duæ in mellis boni partibus sex coquantur clementer quantum oportet. Sunt qui foliorum loco, succi eorum, & mellis portionem æqualem ponant, & coquant. Alij foliorum, & succi ana partem vnã, & dimidiam, mellis partes tres.

CHRI. MEL rosatum est calidæ complexionis. & est multum in vsu. & licet superius de ipso dictum sit, tamen hic etiam vtiliter replicabo: fit enim ipsum cum substantia rosarum, quandoque cum solo succo ipsarum. Et his duobus modis ad formam electarij reducitur cum delectatione multa in eius assumptione. quandoque colatur & ad formam syrupi reducitur. Et his modis est multum in vsu, qualitercunque præparetur. Nam virtutes efficacissimas habet. Est enim digestiuum materierum phlegmaticarum contentarum in stomacho, & meseraicis, ac etiam in intestinis, absterssiuum illarum, confortatiuum virtutis digestiuæ stomachi, calefaciendo ipsum. & eius virtus non transcendit regionem hepatis, & vtimur eo maxime cum syrupo simplici acetoso, vel composito in principio febrium phlegmaticarum cum aqua fæniculi, vel endiuiæ, secundum quod cum phlegmate est multa, vel nulla admixtio choleræ, dando in dosi, vnc. j. vtriusque syrupi, non tamen cõueniret in febre pure cholerica. Et eius dosis in forma solida est vnc. j. & s. siue sit cum substantia rosarum, siue cum succo. & ipsius colati dosis per se solum est vsque ad vnc. ij. si expedit cum aqua simplici actualiter frigida, seu calida secundum tempus anni. Et hic notandum quod tempore veris vtile digestiuum materierum phlegmaticarum, ac etiam ab ægritudine preseruatiuum, & sanitatis conseruatiuum corporibus impotentibus, & alijs quibuscunque quærentibus purgari, vt illo tempore cõmuniter fit, est mel rosatum sex diebus assumptum de mane in aurora cum hac decoctione. Recipe passularum, anisi, liquiritiæ, capillorum veneris ana vnc. j. masticis gra. vj. fiat decoctio, vel cum decoctione ex radice apij, fæniculi, & petroselini. Et hoc erit maioris prouocationis, & apertionis, sed prima plus vtebatur Thomas summus practicus.

Materiarũ phlegmaticarũ digestiuũ subitus tempore veris.

MAN. DICITVR hoc primum, mel rosatum cum solijs. ET sunt qui ponunt, mellis & succi rosarum.) Hoc dicitur mel rosatum colatum.

SYLVII. FOLIA rosarum, & violæ flores, & buglossi, & rorismarini, vt saccharo, sic melle condiri diximus, vt delicatioria sint, & seruari queant. Viribus autem tantum differunt, quantum mel, & saccharum. Porro id mel rosatum non modo hac conserua, seu elect. mollis, aut eclegmatis forma seruatur rosis tusis, sed etiam syrupi, cum scilicet colatum est. Primum genus mellis rosati Mesue, sunt qui appellant mel rosatum cum solijs, seu non colatum, secũdum ex succo, scilicet ac melle, mel rosatum colatum, tertium vero ex ambobus mistum. Hic autem mel rosatum ex tritis rosatum solijs recentibus facimus. Id vero postea igni liquatum, linteoque percolatum, mel colatum vocamus. Rectius ex infusionis multiplicis rosarum recentium, & mellis pari mensura in syrupi consistentiam mel rosatum colatum coquunt, & quo plures sunt

A infusiones, eo valentius. ex rosarum autem siccarum infusione nõ fiat, nisi medicus imperet. Secundam mellis rosati speciem non ex æquali succo, & melle cum Mesue coquit Aetius, sed succum rosarum exungulatarum melli triplum miscet, ac insolat, aut colatum coquit, cui affine est Dioscorid. ex succo rosarum, & melle rhodomeli, quamquam quomodo fiat, & qua vtriusque mensura, non addat. nec dissimile est Pauli rodostactum ex duabus succi rosarum exungulatarum partibus, & vna mellis coctis simul despumando ad partis quartæ cõsumptionem. Id mel rosatum colatum ex largiore succo, vt triplo, aut multiplici infusione cum pauco melle liquidius, & potabile, fluxiones calidas, & febres ardentes etiam in accessionis vigore datum larga copia, tẽpestiue, & cocto iam morbo febres acutas sæpe extemplo soluit sudore, aut acrium & calidorum succorum per aluum deiectione. Coquit mel rosatum vtrũque in partibus nutritorijs pituitam, & terget (non enim hepar transcendit eius facultas) coctionemque suo calore modico iuuat, affectibus autem solum biliosis insalubre est, vt mel. Idem sex mane tutinis à quibusdam datur vere ipso cum decocto ex vuarum passarum, anisi, glycyrrhizæ, adianti albi, ana vnc. j. masticbes granis sex, vt pituitam probe apparet purgationi in sanis, sed ęgrotare timentibus, aut etiam tum ægrotantibus.

B

COST. MEL ros. *Quo pacto hoc paretur plurimum habet momenti. ex rosis semiaridis confectum non secus, atque saccharum rosaceum, de quo proxime agit viscera corroborandi astringendo vim habet. at ex succo vel infuso præsertim multiplici etiam deterget, & purgat.*

MESVE.

MEL violatum, buglossatum † rosmarinatum, fit vt rosatum, nisi quod † rosmarinato sunt, qui aromata adijciant.

† *mel alchil.* † *alchilil.*

CHRI. MEL violatum est etiam multum in vsu, & solum vtimur eo in clysterijs cum oleo, & decoctione herbarum, vel cum aqua hordei, & alijs ad C leniendum, & alterandum, & aliqualiter ad abstergendum, & maxime acute febrientibus, & de ipso ponimus vsque ad vnc. ij. cum casia, vel puluere de zuccharo, quandoque cum benedicta, quandoque cum hiera picra vsque ad vnc. s. secundum exigentiam. Et modus condiendi est, sicut de melle rosato.

SYLVII. MELLIS violati vsus est frequens clysteribus, quoties abstergendum, refrigerandum, lubricandum: reliqua duo sunt rara. frequens tamen florum buglossi vtriusque, & rorismarini conserua, quam prius saccharum buglossatum, & rosmarinatum, Mesue vocari diximus, pro floribus buglossi, & rorismarini, saccharatis, seu saccharo conditis. Mel passulatum quod vocant, quod ex vuis passis calente aqua maceratis, coctis, colatis, ad mellis crassitiem recoctis, fit, est frequens in Mesue cõpositionibus. vt eclegmate pineo, elect. diabryonias. id nos inter sapas reiecimus, mel item emblicarum scilicet myrobalanorum, hoc est, quo hæ sunt conditæ, & seruantur.

D

DISTINCTIO QVINTA

De speciebus loch.

MESVE.

ECLEGMATVM quædam sunt iucunda, alia sumentibus ingrata. In vtroque genere describam ordine celebriora; vt salubriora in particularium morborum curatione.

CHRI. HÆC est quinta pars principalis, in qua Mes. determinat de Loch, quod similitudinem quãdam habet in modo substantiæ cum electarijs, de quorum

quorum numero quædam sunt delectabilia, & quædam ad gustum horribilia: & quare dictum sit Loch, dictum est superius. Pro cuius intellectu est aduertẽdum, quod vna, & eadem descriptio potest reduci, & pręparari, si fiat cum zuccharo in forma confectionis, in forma electarij, & in forma loch, differunt tamen in modo substantiæ, & quodammodo in modo operationis. Nam per vlteriorem, vel minorem decoctionem, & admixtionem quorundam viscosorum fit in eis variatio sensibilis, & manifesta: Requiritur enim ad confectionem construendam maior coctura zucchari, vt per ipsum induretur, ad electarium vero minor. ad loch autem multo minor, omnibus, sed in ipso loch, vt plurimum quædam viscosa ingrediuntur, vt adhærentiam faciant in ipso meri. Sed coquitur quidem loch modicum plus quàm iuleb, & minus quam electarium. vtimur enim loch solum in passionibus pectoris, & pulmonis, & in his quæ sunt, in meri. Confectionibus autem, & electarijs generaliter vtimur, in quibuscunque passionibus, & in quibuscunque membris existant, vt declaratum est superius. Plura autem loch fiunt cum melle, quam cum zuccharo, quia fortius abstergit, aperit, adhæret, & calefacit.

SYLVII. ECLEGMA idest linctus, thoracium, & pulmonicum est præsidium, ex medicamentis ferè dulcibus, & tergentibus ac etiam glutinosis. interdum amaris, & acribus (quæ valida sunt) pareius coctis, quam electario liquido, vel solido conueniat. Hæc autem humore multo in rem, præsentem idoneo sunt diluenda: præsertim cum crassum, & lentum pus, aut pituita similis ex thorace, aut pulmonibus educenda est. Qua enim consistentia fiunt. vt asperæ arterię affectibus quibusdam conuenire possunt ita crassa, & lenta thoracis, & pulmonis excrementa magis morentur, quam promoueant.

MESVE.

Loch de pino.

CLEGMA ex pineis nucleis, tussim antiquam, sputum glutinosum, asthma, & spirandi ex partium spiritalium angustia difficultatem iuuat. Recipit vero nucleorum ℥ drach. xxx. amygdalarum dulcium, auellanarum assatarum, tragacãthi, gummi Arabici, glycyrrhizæ, & succi ipsius amyli, adianti albi, rad. ircos, ana drach. iiij. carnis dactylorum ℥ suluorum drach. xxxv. amygdalarum amararum drach. iij. ℥ sapæ vuarum passarum sacchari albi, butyri recentis ana ℥ drach. iiij. mellis q. s. sume velut lambendo vncj.

℥ drach. xxx.

℥ Kyrron. ℥ mellis passularum. ℥ al. vnc. 4.

CHRI. LOCH de pino est multum in vsu, & vbique præparatum reperitur conferens secundum præsentem descript. senibus, & antiquis tussientibus, & alijs, in quibus materia phlegmatica continetur in pectore, & pulmone, Est enim conueniens ad viscositatem sputi, & ad difficultatem anhelitus, seu asthma factum ex materia cruda, & debet in ore pro cura illarum passionum teneri, & paulatim lambendo deglutiri, & maxime ieiuno stomacho, & dosis eius est pro qualibet vice drach. iiij. & eius complexio est calida versus primũ, cum pauca siccitate. Quum dicit auellanarum assatarum, reperiuntur domesticę, & syluestres, domesticæ tamen sunt meliores, & sunt calidæ, & siccæ in primo cum ventositate quadam; assatæ autem sunt siccriores. amylum est succus fru-

E menti inspissatus non bene maturi, & est calidæ, & humidæ complexionis versus primum. Mellis passularum, idest in quo steterunt passulę amotis nucleis earum.

HOc apud omnes paratur. MELLIS passularum.) i. in quo bullierint passulæ vsque ad liquationem. SVMATVR quasi lambendo vncj.) Errant nostri medici, exiguum quid iubentes homines horum deuorare. ZVCCHARI tabarzet. & paulo post mellis tabarzet.) Dubitari ergo potest in quo differant. Dicendum per mel intelligi succum ipsum, ex quo per coctu- F ram fit saccharum, quod tamen nondum exiccatum sit. Zuccharum vero, id quod iam plene exiccatum est. Serapion conficit cum melle. MAN.

EIVS eclegmatis semuncia ore contenta, paulatim deglutita portione sui liquidiore in pulmones derivat, pituitãque multam crassam, lentam incidit, tenuat, terget, ob id habile expui reddit, ac etiam pus. Quapropter pulmonis, & thoracis affectus ab illorum quantitate, vel qualitate natos curat, vt empyema, asthma, spirandi difficultatem ob plenas pure, vel pituita asperas arterias, & pulmonis carnes. peripneumoniam quoque, & pleuritidem iuuat declinante iam febre, calfacit enim ad primum gradum, & siccat. Præstantius autem multo fiet (vt dixi) si apostemate thoracico diluatur, vel ptisana vulgari, aut decocto hordei, vel brassicæ, vel simili, vel hydromelite, vel oxymelite, nisi vlcus, aut tussis adsit. Mel tabarzet album potius. quam cum Manar. succus ipse, ex quo per coctu- ram fit saccharum, quod si album est tabarzet quoque vocant. Serapio conficit cum melle. Farina etiam seminis lini torrefacti, vel nõ tosti, cum melle optimum est eclegma tussi puerorum. Hæc eclegmata, quæ etiam inuicem misceri possunt, pro scopis medici variis, hodie magna parte intereiderunt, & ex hypoglottide alba, saccharo Candi, electario diagracanthi, & syrupis pulmonicis, & thoracis eclegmata fiunt à medicis, forte, quod antiquata hæc vires suas, & saporis gratiam amittunt, vel quòd compositis non fidunt. Eclegma de alijs, brassica, radice ari, draeunculi, ireos, & alijs multis fieri possunt, quorum quædam in Nicolai antidous postea describemus. G SYLVII.

ECLEGMA. *Vt strobilos, amygdalas, & reliqua in hoc eclegmate assumpta vi qua prædita sunt leniendi, coquendi, & detergendi ad vetustam tussim, quę ex crassioris pituitæ fit copia conferre posse certum est, ita gummi, amylum, & palmarum fructus substantia, qua admodum lenta sunt, crassefacere potius sponte sua possunt. Sed hæc superioribus ad eorum vmendas, & seruandas vires adduntur, vt quæ efficiunt, ne in ore cõtenta tam prompte liquefiant. Quum autem hic adiantum sumit, an eo arido, atque in puluerẽ redacto vtendum sit, an recenti, atque integro in melle, in quo excipienda sunt reliqua, incocto, non cõstat. sed vere, quum ad attenuandum, detergendumque, atq; ad resecandas sputo vias hoc paretur medicamentum, non nisi recens, atque integrum ex vsu est: recens quidem, quod aridum vim habet astringendi adnotante Mes. lib. simpl. integrum autem quod facultas attenuandi, quæ in superficie sita est, vt contundendo terendoque exoluatur necesse est. Sed & pro melle passularum, quod hic itidẽ quærit vuę passæ cremorẽ quasique melliginem ex pinguissimis passis exempto gigarto per diem aqua maceratis, & decoctis expressum potius, quam quidpiã aliud intelligi existimo. nam melle omnia postremo excipit.* H COST.

MESVE.

Loch de papauere.

ECLEGMA papauerinum iuuat tussim, & gutturis asperitatem à catarrho calido, tenui (quem sputum liquidum indicat) eum enim coquit, & crassat. confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, pleuritidi. Recipit autem papaueris

panieris albi drach. xxv. amygdalarum dulcium depellatarum, nucleorum pineorum, gummi Arabici, tragacanthi, ſucci glycyrrhizæ ana dra. x. amyli, ſeminum portulacæ, lactucæ, cydoniorum, ana drachm. iiij. croci drach. j. penidiorum, ana drachm. iiij. croci drach. j. penidiorum alborum vncias quatuor, ſyrupi papaueris præſertim albi, & nigri cum ſemine lactucæ, & violis facti. q. ſ. A

CHR. LOCH de papauere, ſeu diapapauer eſt multæ vtilitatis, & efficaciæ in materiebus calidis, & ſubtilibus catarrhoſis, & maxime ſalſis, & acutis, & quæ a capite fluunt ad guttur, & ad pulmonem, inducendo aſperitatem cannæ, & caliditatem in ea, & ſumme confert tuſſi ſiccæ ex dictis cauſis, lenit enim partes illas materias incraſſando, vnde prohibet fluxum earum ad pectus, eſt etiam ſomni prouocatiuum, vnde virtus confortatur, prohibet enim aſcenſum vaporum acutorum ad caput in febribus, vnde multum conuenit eis, & doſis eius eſt vſque ad drac. iiij. omni tempore paulatim lambendo, ſed melius vacuo ſtomacho. Saluo cum quærimus ſomnum prouocare, vel materiam ſubtilem in capite contentam incraſſare. In his enim duobus caſibus, rectum eſt aſſumere de ſero vna hora poſt cibum, & eodem modo de mane ſumpto prandio. Et eius complexio eſt frigida verſus primum, & humida in ipſo. Simplicia autem ipſum componentia ſunt ſuperius declarata. B

ADDITIO.

LOCH de papauere ſecundum intentionem Meſue eſt diapapauer, ſed ſecundum intentionem medicorum, aliud eſt diapapauer, & aliud Loch de papauere, tamen vnum pro alio poteſt dari, ipſe Meſ. in ſua practica habet plures deſcript. loch de papauere, quæ non ſunt in vſu. C

MAN. HOC quoque ſolet ab omnibus componi. ET ſic proprie.) Non ex hoc componunt, ſed ex eo, qui inter ſyrupos nominatur.

SYLV. IN catarrho calido tenui (qualis eſt ſalſus, & amarus, & acer) in pulmones procumbenti, & tuſſi inde ſiccæ eſt efficax multum. Nam craſſat ab eo materia expui poteſt, quæ prius ob tenuitatem tuſſes elidebat, nec ſpuebatur, prohibetque nouam affluere: ſomnum item conciliat, tum refrigerando, tum in febribus calidos vapores in caput tolli prohibendo: frigidum enim humidum eſt ad primum gradum. Sumitur lambendo ad drach. iiij. hora j. aut circiter, a cœna, ſi ſomnus quæritur, ſi vero materia tenuis in capite contenta eſt, craſſanda etiam hora vna poſt prandium aut prædictos vero affectus, horis quibuſlibet, ante cibum tamẽ rectius ſumitur, dicta prius quantitate, nec admodum ſæpe, ne ventriculum offendat, præſertim frigidum humidum. Cum ſyrupo papaueris ſit hodie, non cum iſto a Meſue hic obiter deſcripto. D

COST. *PAPAVERIS vſus ſimpliciſſimus eſt eius ſeminum eſus, æſtiuis caloribus varijs regionibus frequens, quin, & ex eius ſemine ad dimidiam circiter vnciã cõtuſo, & ex lactucæ aqua, liquoreue alio expreſſa lactea ſubſtãtia ad ſomnum, febres, & diſtillationes ſæpe vſurpatur, adduntur, & alia ad varios vſus. Nigri papaueris vſus ad acriorem deſtillationem magis, quam albũ iuuat: ſed non æque eius tutus eſt vſus, nam, & ex eo opium inter narcotica valentiſſimum conficitur, & qui drachmarum duarum pondere eius ſemina aſſumpſere, ſtupore corripi quandoque ascidit.*

MESVE.

DIACODYVM Galeni ſimplex, catarrhum a cerebro in pulmones tenuem, & inde natam tuſſim, & inſomniam iuuat. Sic paratur. Capita decem papaueris magnitudine mediocri, & humidorum, ac ſiccorum media, in aquæ † pluuiæ ſextario vno macera † (ad biduum,) ſi autem ſint ſicciora; diutius: ſi humidiora, horas 24. poſt coque ad ipſorum diſſolutionem, ſeu ad duarũ aquæ partium conſumptionem, cola, & cum ſapæ dimidio prunis percoque, ſi catarrhus tenuis in aſperam arteriam, pulmones, thoracem, impetum minatur, & inſomniam, tunc enim mel, quia ſua acri ſubſtantia tenuat materias, noxium eſt, cum hæ ſint nimis tenues. Cum vero materia largior in pulmone, vel thorace collecta, eſt tergenda, & tenuanda, & habilis ad expuitionem reddenda; mel miſcendum, quod prædicta præſtat, & præterea dormire facit, ſi ambo ſcopi concurrant; mel, & ſapa miſcenda. Datur autem drach. j. aut plus minus, ſi affectus poſtulat, ore retinetur, & quantum eius eſt ſaliua ſolutum, cum ea paulatim deglutitur. Si autem per id naturæ impetum vis ſiſtere, & ſanguinis reiectionem a viſceribus thoracis, cuique huius libræ miſcebis, acaciæ rubræ, hypociſtidos, myrrhæ, croci, balauſtij, ana drach. j. † ramich, drac. iiij. vtere. Sunt, qui diacodyum ſimplex loco mellis coquunt cum penidijs, alij cum ſaccharo. Vbi autem affectus magnopere calidus eſt, ac mordax; fit ex capitibus papaueris nigri ad quinquaginta, interdum ex albo ſimul, & nigro, addendo tunc loco mellis penidia, aut ſaccharum. C

Confectio de iacur.

† Vel fonta na per tubos plumbeos nõ defluentu.

† Vulg. diẽ ac noctem, ſi ſint ſicciora plus.

† ramich in trochiſcis.

CHR. MODVS confectionis, ideſt compoſitionis de Iacur ſecundum intentionem Galen. & vocatur diacodyon, multum habetur in vſu licet non reperiatur vbi Gal. eam deſcripſit, dicitur autem Iacur, quod græce idem eſt, quod papauer, nam magna pars papaueris ingreditur. Et habet, quaſi eaſdem virtutes, & operationes, quas habet ſupraſcriptum loch dictum diapapauer, & eodem modo, & tempore debet ſumi, ſicut illud: principaliter tamen confert his, qui inſomnietatem, & vigiliarum inſtantias patiuntur, & catarrhi deſcenſum ſubtilis, & acuti ad partes pulmonis. Et conuenit tuſſi ſiccæ, extenuatis, & conſumptis, & eius complexio eſt frigida verſus primum, & ſicca infra primum cum ſtypticitate manifeſta. Cuius hæc eſt deſcriptio. Recipe decem capita papaueris, & aquæ ſextarium vnum, & eſt pondus lib. ij. ſ. aut iij. lib. in medicina, quandoque reperitur ſextarium olei, & eſt pondus lib. 1. quandoque reperitur ſextarium mellis, & eſt pondus lib. iij. Et prohibet eius confectionem cum melle, ſed vult cum zuccharo, quia mel multũ calefacit, & ſubtiliat, & plus acuendo materiã fluere facit. Hypociſthidos, eſt ſuccus barbę hircinæ.

ADDITIO.

MAN. Meſ. inquit, quod confectio de Iacur ſecundum intentionem Galen. eſt diacodyon purum, & ſic eſt

secundum veritatem, ipse vero Galen. tract.7. myamir. habet diacodion, & ibi docet cõficere secundum varias intentiones, vt docet hic. Mesue ipse tamen ca. de phthisi quasi in fine habet confectionem de Iacur sed multum differt ab ista, nec est in vsu. Nicolaus in suo antidot. habet diacodium, quod similiter in vsu non est. Auic. 3. can. sen. x. cap. de tussi habet descript. medicaminis diacur. Alexander similiter iatros in secundo lib. habet confectionem diacodion. item Serapio in proprio antidot. habet descript. diacodion simplicis, & compositi, quæ non differunt ab ista Mes. nec a descriptione Galen. posita loco supradicto. Mes. tamen in additionibus præsentis descriptionis de iacur, habet rubeam, per quam intelligere debemus rubeam tinctorum, habet etiam heusistidos siue hausistidos, & est succus plantæ, quæ dicitur barba hircina, ergo est hypocisthidos.

MAN. RECIPE decem papaueta.) Melius est recipere ea, quæ nondum dura sunt, nec tamen valde mollia, quæ enim sicciora sunt, parum habent succi, quæ humidiora, multum quidem, sed incoctum, propterea & quæ in locis humidioribus orta sunt repudianda. Sint autem magnitudine mediocri: si enim maiora sint, aquæ erit augenda: si minora, capitum numerus. AQVÆ (extar.) ideſt. ξύστου. ET sit aqua pluuialis) Galenus, vel fontis, nó per plumbeos canales defluẽs. TVNC decoque ea vsque dũ discocta sint.) Galenus veluti marcida. ET aquæ duæ partes.) Hæc verba sunt superaddita. Oportet autem, vt misceatur ex rob quantitas) Siræo, vel vino cocto, vel dulce. ET non conuenit in hac intentione mel.) Galenus, misceri autem oportet huic pharmaco dum coquitur glycyrrhizam, vel succum eius. ET si velis medicamen abstergens, tunc mel est conuenientius.) Adde ex Gal. sicut enim his, qui somno egent, melius est ea, quæ sit per siræum, ita his quos oportet expuere, ea, quæ per mel optima, quoniam materias, quæ sunt in pectore, ad expellendum habilitat, dabis autem alteram earum, cui opus esse cognoueris. ET quandoque fit medicamen ex vtrisque.) Ex eo scilicet, quod per mel, & ex eo, quod per siræũ paratum est. Adde ex Galeno, & si æquales fuerint intẽtiones, æqualiter miscebis, si inæquales, inæqualiter. DOSIS eius drachm. i. Galenus duo cochlearia magna, vel plus, vel minus iuxta ætatem, horam. Si omnia ad frigidum vergent, dabis minus, si ad calidum plus. Respicies quoque destillationis quantitatem, & qualitatem. SI autem uelis.) Hæc Crito. HEVSISTIDOS.) Lege hypocisthidos BALAVSTIÆ.) & Ramich.) Nó hæc Crito.

SYLVII. ECLEGMA hoc viribus, & vtendi modo conuenit cum papauerino. Est autem scriptum a Gal. lib. 7. c. ph. p. inter arteriacas antidotos, vbi varias eius compositiones etiam ab eodem factas describit ad scopos varios, aliqui enim diacodyum simplex componunt ex capitibus papaueris viridibus solis aquæ pluuiæ inditis, & donec intabuerint, coctis, quibus abiectis mel Atticum solum immiscent, percoquuntque ad spissitudinem mediocrem, quæ lingi possit, quantum autem aquæ, capitum, mellis post dicetur. Alij addunt crocum Cilicium, succum hypocisthid. & acaciam. Capitibus papaueris centum viginti, quidam aquæ sextarios viginti infundunt, vt quisque sextarius capita sex habeat. Alij, vt Crito, capitibus octingentis, sextarios octoginta, vt quisque sextarius capita decem habeat. Alij sextario capita octo tradunt. Alij sextarijs tribus capita nescio quomodo incoquunt octingenta. Alij vt Heras, his tribus sextarijs capita centum viginti. Galeno autem aqua hæc pareior tam multis capitibus iudicatur. Capita præterea papaueris viridia Andromachus, & Heras injiciunt, capita vero papauerum syluestrium octingenta aquæ sextarijs octoginta. Crito coquit ad tertias, exprimit, addit mellis lib. 10. Quod si variam magis placet, croci, mirrhæ, hypocisthidos, acaciæ, ana drac. xij. thuris drac. vj. adde cum Critone, quorum nullum addebat Galen. Heras confecta capita in vas fictile aqua pluuia triduo macerat cum croci. drac. j. nodulo ligata, coquit ad tertias, tollit ab igni, exprimit, percolat, addit mellis sextarium vnum, coquit in duplici vase ad spissitudinem, tunc addit acaciæ tusæ, succi hypocisthidos, ana drach. vnam. Addunt alij myrrhæ in passo solutæ drach. j. Galeno placet aqua simplicissima, sicque parat, nullo alio addito. Soranus capitibus centum quinquaginta addit aquæ sextarios viginti, sine macerationc coquit ad dimidias, exprimit, reliquias abijcit, addit mellis sextarium vnum, & croci, myrrhæ, hypocisthidos, acaciæ, ana drach. j. obolos tres, quæ linteolo ligata suspendit: in lebete cum melle coquendo. Damocrates papaueris syluatici, & quod non ferunt capita viridia (quæ κέρυκες vocat) semen rubens, nodum nigrum habentia, tussæ magnitudinis, centum viginti in ollam nouam oris lati inditis aquæ pluuiæ sextarijs tribus 24. horas macerat, igne leni coquit, multum exprimit, addit mellis Attici. lib. ij. rursus coquit igne leniori ad mellis Attici non liquidi spissitudinem, refrigeratum vase vitreo reponitur. Datur myxtri mensura sub noctem, aut die ore continetur, donec liquefiat. tunc sensim deuoretur: Galenus autem, vt requitur, composito à se frequenter probato vtendum censet. Capita papauerum mediocria decem (nam si grandiora essent, pauciora injici oporteret, si minora, plura) in aquæ pluuiæ, vel simplicis sextarium vnum, vt Crito: aut capita quindecim in aquæ sextarios duos, vt Soranus, aut modo inter vtrumque medio, capocto, vel nouem in sextarium vnum conijce, macera, si humidiora, & molliora sunt horas 24. si duriora, & sicciora, diutius vno die, etiam ad triduum, quod tempus Heræ est perpetuum. Multum autem sicca, quia succi modicum habent, reijce aceriam multum humida, præcipue ex locis humidis, & palustribus, quoniam licet multum habeant succum, quia tamen crudus est, atque aquosus, innalidus iudicatur. Finis autem coctionis sit, non tertiam, aut quartam, aut talem aliquam partem relinqui, sed eum primum omnino intabuerint, vt eorum succum exprimere possis: superfluum enim est amplius coquere. Miscebis vero mellis Attici mensuram dimidiam, & coques igni fumi experti ad mellis Attici consistentiam. Aquam pluuiam quidam deligunt, quia in putridam qualitatem non mutatur, ubi abunde sit fontana, si pluuialis deest, eaque pura, & omnis permistionis expers. Fugienda vero, quæ per canales plumbeos defertur, fæces enim aliquæ plumbi, & vitia in ea resident, vnde, & qui sedimentum ipsius biberint, dysenterici fiunt. Datur dormituris in catarrho acri, & tenui ex capite in asperam arteriam, tussis excitante somnum prohibente. Ad quem conciliandum non modo diacodyon, sed etiam medicamenta, quæ opio constant, sæpe coacti damus. Sed tunc diacodyon cum sapa ideſt vino cocto mellis loco, aut cum vino dulci, aut potius Thereo, Creticove coquendum, & aqua, donec ad dimidias peruenerit. Miscebis etiam glycyrrhizan, aut si desideratur, eius succum ex Creta delatum. Mel autem fugiendum est, qua cum sit naturæ tenuantis, fluxiones ipsa admodum tenues intendit. Si vero multus humor in pulmonem fluxerit, vt is prompte sputo excernatur, diacodyon cum melle vtilius est. Si autem, & somnus conciliandus, & sputum aquæ prouocandum est, ambo æqualiter miscenda. Si alterum præpolleat, & maiore auxilio ob id egeat, plus eius, quod requirit, miscendum: Mensura vero mediocris est duorum cochlearium iustæ magnitudinis, augendo aut minuendo pro corporis sumpturi magnitudine, ætate, parte anni, regione: calidioribus, augendo, frigidioribus, minuendo. Hæc paulo fusius ex Galen. libro septimo, comp. ph. p. tradidi, vt lector intelligat tum variam rationem componendi diacodyon medicis veteribus fuisse, tum quam fideliter, & compendiose ex Gal. sententia hanc compositionem, variam eius condituram, vires, quantitatem, vtendi tempus, Mesues sit mutuatus.

DIACODION. *Papaueris decoctum in diacodyone vbi destillationis puris in thoracem suspicio est, cõmiscet rob, quæ vox absolute succum significat. nostri sapam ex Galeno hoc loco vsurpant. Manardus vero etiam syræon ideſt caricarum cremorem, quẽ tamen vbi tenuis in thoracem destillatio immineat habere suspectum licet. præstat enim caricarum cremor coquendi, molliendi, & detergendi vi, qua non antea opus est, quam vbi iam irrepserit in pectus humor. Sic ex Galeno Mesues plenitudine thoracem iam obsidente absterſionis gratia mel assumit, non prius. Tunc vero nobis etiam syræon maxime probaretur. Cuius parandi rationem quam non eandem omnes sequantur, ea probatur maxime, qua pinguium caricarum* COST.

earum libræ quinque aquæ sextarijs sex, ideſt libris duo decim, aut circiter decoquuntur, vt ſuperſint ſextarij duo. Sane illud hic mirum, quod vbi hæſerit thoraci materia, mel ea ratione comendat, quod ſomnum cõciliet, quam facultatem ineſſe melli nulla ſuadet ratio, quod acri ſubſtantia quum ſit præditum, crudos, frigidoſque attenuare ſuccos ſolet, quib. inducebatur ſomnus. Sane, quid etiam acacia rubra ſit, quam hoc loco quærit, non conſtat, niſi forte immaturam intelligat, vt enim ſylue ſtrium prunorum immaturorum ſuccus rubicundior eſt, maturorum vero nigrior, ita & de acacia eſſe veriſimile eſt, deligit ergo immaturam acaciam, vt quæ maioris aſtrictionis particeps ad ſanguinis reiectionem vſus quoque ſit maioris.

MESVE.

DIAMORON phlegmonas oris partiũ, vt columellæ, faucium, & eas a quibus impendet ſuffocatio nis periculum, ſanat. Fit autem hoc modo. Succi mororum domeſticorum, & † batinorum, ana lib. j. & s. cum ſapæ, & mellis, ana lib. j. igni lento coquuntur ad mellis ſpiſſitudinem, reponũtur. Simplex hoc fit a quibuſdam: ab alijs, præſertim neceſſitate magna coactis, adduntur aluminis, myrrhæ, croci, omphacij, ana portiones æquales.

† Mora vbi ſimpl. noſtru.

Succus per ſe incipienti phlegmone eſt melior quãe repellẽdum, alijs cius tẽporibus cum melle melior, vt etiã digerat.

CHR. DIAMORON ſecundum præſentem deſcript. non præparatur, ſed quæ deſcribitur a Nicolao in proprio antidot. item Meſ. in practica ca. de ſynanche habet aliam deſcrip. ex autoritate Alex. & in eodem c. habet aliam, quam dicit diamoron, quam Gal. com poſuit. Galenus vero tract. 6. myamir, deſcribit duas deſcript. quarum vnam ipſe compoſuit, alteram Andromachus: Haly. x. practicæ ſimiliter. Serapio in proprio antidotario ſub deſcriptione rob deſcribit præcipue illam quam deſcribit Meſ. hic.

MAN. HVIVS communis vſus, & vulgaribus quoque notus eſt. QVÆ currunt ſecundum ſemitam.) Quia ſcilicet dicuntur ſycamina, quaſi fico mora. ET mororum de ſeni.) ideſt rubi. Galenus facit ex his, vel ex illis, & dicit, quod ex his eſt melius.
ROB.) Non ponit Galen. ET mellis.) Galen. Succus per ſe melior eſt phlegmone incipiente, quia ſcilicet tunc intentio medici eſt ſolũ ad repellendum. Sed quia toto anno conſeruari non poteſt, ideo mel miſcetur: in ſequentibus enim phlegmones temporibus vtilior eſt compoſitio cum melle, dum ſcilicet mixta eſt intentio ad repellendum, & reſoluendum. ANA lib. j.) Galenus quintam partem mellis miſcet in mediocri.
MYRRHÆ.) Qui compoſuit pharmacum, miſcuit, & crocum, & myrrham. Crocus enim ſtypticus eſt, myrrha vero diſcutit, & ad profundum meat. Aluminis ſicci, agreſtæ.) Galen. Ego in principio aliquando miſceo rhun. ideſt ſumachum, aliquando omphacium: & ſi hęc non adſunt, vel roſas ſiccas, vel balauſtias, vel citrinos, vel gallam, vel corticem granatorum, picæ, vel thuris, vel hypochiſidos, vel lentiſci ſuccum, vel, vt in ſumma dicatur, aliquid adſtringens, quod nõ ſit δηλητήριον. Vt vero hæc congruunt in principio, ita poſtea non egemus aliquo horum, ſed ad concoquendum ſat eſt addere myrrham, crocumque, vbi vero concocta fuerit, miſcendum, quid diſcutiens, vt aphronitrum, vel nitrum, vel ſulphur, vel ſyræon, incocto origano, vel hyſſopo, vel pulegio, vel aliquo tali. ANA partes æquales.) Placet Gal. vt ſint mellis lib. j. ſucci lib. s. croci, & myrrhæ, ana drac. j. & s. omphacij drach. j.

DIAMORON. Nicolai vſu eſt frequentius, hoc rarius, in gargarizatu cum aqua hordei, vel plantaginis, vel roſarum, vel alia ad oris phlegmonas. De Diamoro Galeni abunde egimus lib. 4. noſtræ meth. Phlegmonæ vero ſuffocatoriæ ſunt, cynanchæ præſertim, quæ fauces occupant. Galenus quintam partem mellis miſcet mediocri, vt ſint ſucci lib. v. mellis lib. j. croci, & myrrhæ, ana drach. j. & s. omphacij drach. j. Myrrha, & crocus coquunt, præterea crocus repellit, vt thus, alumen, omphacium, balauſtium, malicorium, flos roſarum, galla, & alia adſtringentia, quæ interdum miſcet Gal. initio, vt in fine, ad cocta diſſoluendum, ſapa, nitrum, ſulphur. SYLVI

DIAMORON. *Mora ſiue arboris ſint, ſiue rubi vulgaris, vel Idęi, vel etiam humillimi, quum dulcia ſunt, matura iam ſunt: tum vero amiſſa acerbitate aſtrictionis expertia, & potius lenientia, quare etiam ſubducunt aluum. Non ergo in hoc de moris conficiendo ad arcendas initio gutturis, faucium que inflammationes medicamento vſurpanda ſunt dulcia, qualia in vetuſto codice Meſuæ ſcribuntur. Sed ea eſt vox (dulcia) expungenda. Eadem vero etiam ratione Octauij inſtitutum, cuius meminit Galenus, collecta mora per triduum aſſeruandi, inutile ad initia earundem inflammationum exiſtimo, qui experimento didicerim, & mora, & cuiuſuis generis fructus ſimul aſſeruatis ex putrido quodam concepto calore maturitatis, dulcoriſque ſpeciem quandam adipiſci, acerbitate plane remiſſa, atque priſtino ſapore immutato. At non inutile tamẽ id ipſum fore arbitror, vbi iam ad ſtatum proceſſerit inflammatio, quando mitigantibus iam, concoquentibuſque eſt opus. Obid etiam, prætermittendum eſſet initio mel, ſi modo ſeruari in totum annum is ſuccus poſſet ſine melle. Id quod ſi quis, eo per laneam linguam expurgato, in vitreaque phiala affuſo oleo diligenter occluſa tentarit, non male ceſſurum arbitrarer: licet non ſim ignarus eiuſcemodi parandi ſucci illius rationem acerbitatis, aſtrictioniſque non parum detracturam, ob terrenas partes ſeorſum derelictas.* COST.

MESVE.

Conſect. de ſucco nucũ.

DIAKAÝEVON, ideſt de nucibus, a Græcis dictum, medicamentum eſt efficax ad catarrhum acrem, & tenuem a capite in aſperam arteriã, pulmones, thoracẽ, a quo phlegmone, ſuffocatio, mors impendent. Libræ quatuor ſucci ex corticibus nucum viridum, diebus canicularibus extracti, ſemel feruefiunt, tunc mellis libris duabus, additis, coquuntur ad mellis craſſitiem, idque medicamẽtum pueris, mulieribus, & natura humidis ſalubre eſt. Quod ſi ſit phlegmones initium, adſtringentium aliquid miſcendum eſt, vt roſa, balauſtium: ſi in ſtatu, crocus, & myrrha; ſi in declinatione, nitrum, & ſal ammoniacus, & ſimilia.

CHR. ALexander cap. de ſynanche habet hanc eandem deſcriptionem. Haly. x. practicæ, ſimiliter. Serapio in proprio antidot. habent hanc eandem deſcriptionem, ſed ſub nomine rob.

MAN. HOC inuenit Galenus, & dicit habere vim multum excellentem inter reliqua σωματικὰ pharma-

ca. DEFLVIT, & ad cannam pulmonis.) Copula, &, abolenda est. ET humidis natura.) Debilibus mente, ait Galenus.

SYLV. HOC Diacarion Galeni inuentum, vires habet easdem cum diamoro ad omnes oris phlegmonas, & cynanchas, sed efficaciores, vt ex Gal. docui li. 4. nostræ meth. in antidotis stomaticis.

COST. Διακάρυον. MODVS confectionis. *Inflammationes faucium, aliaque eiusmodi vitia initio cohibere astringentia, acerba, austera, & acida possunt omnia: quo nomine, & vuæ immaturæ, & punici mali, & oxyacanthæ, quã berberim fortasse vocant, & corni, & mespili, & sorbi: imo, & humiliorũ plantarũ generis multarũ succi conferre possunt, vt plantaginis oxalidis, portulacæ. Galenus etiam de viridium nucum corticis succo periculũ fecit, admonitus tũ sapore, tũ tinctura, q̃ inducit pertinacem, subire enim alius in cutim obseruamus, propterea aque a profundis partibus in remotiores confluentem humorem repellere validius potest. Idem ergo limonum succum, quo abolentur maculæ succi nucum, validius præstare posse aliquis censeat. Sed huic licet adsit tenuitas, qua in interiores penetrat recessus, deest tamen terrena vis substantiæ, quæ in succo nucum affluit, ob quam etiam mali punici totius cum malicorio, & decoctum, & expressus succus, succo eiusdem acinorum syncero in hunc vsum magis præstat. Sane, quam in eclegmatum vsu id maxime obseruandum sit, ne quæ his ipsis commiscentur talia sint, quæ si labantur in ventriculum, illi sint vlla ratione aduersa, importune fortasse diacaryon inter eclegmata hoc loco reponitur, præsertim cui nitrum, ammoniacum sal, idque genus alia commiscentur. Sed cum diamori commemoratione incidisse diacarij mentionem admirandum nõ est, quod est illi vsu non dissimile. Manardus, quum Mesue ait diacaryon, si cum dimidia mellis parte conficiatur, conferre humidis natura, obseruat ex Galeno conferre debilibus mente, quod est perpendendum.*

MESVE.

ECLEGMA de scilla, materiam crassam, lentam, coctam, difficilem in partibus respirationis, expelli facilem strenue reddit, & natam inde spirandi difficultatem, & thoracis dolorem leuat. Recipit succi scillæ, mellis despumati partes conuenientes, coquendas ad eclegmatis consistentiam. Vtere lambendo.

CHR. ISTVC loch est multum in vsu. Et eius iuuamenta maxima sunt senibus, & decrepitis, in quibus abundat materia crassa phlegmatica, & viscosa contenta in pectore: facit enim eos facile expuere, subtiliando, incidendo, desiccando, & oppilationes viarũ aperiendo, & alias vtilitates habet, quas author ponit in litera. Et eius complexio est calida, & ficca, vltra secundum gradum. Ideo cauendus est eius vsus in iuuenibus, & acute febrientibus, & in passionibus calidis. Et dosis eius est vsque ad drach. ij. vacuo stomacho.

MANA. COMMVNITER conficitur, & est valde efficax ad crassam materiam, & tenacem.

SYLV. HVIC simile est eclegma Antonij Musæ ex Asclepiade ad crassa, & lenta ex pulmonibus vacuanda, pleuriticis, empyis, asthmaticis, senibus salubre. Scillæ crudæ succum expressum cum mellis Attici eadem mensura primis incoque. Da mystri mensura ante, & post cibum. Sed Mesues melli despumato miscet. Id eclegma calidum siccum ad secundum gradum, incidens, tenuans, tergens potenter, asthmaticis, senibus, & cæteris pituitæ crassæ, lentæ, vel etiam puris copiam in pulmone, vel thoracis spacio habentibus. Calidis autem natura, vel ex febre nocet. Datur ad drac. ij. ieiunis.

COST. LOCH de scilla, *Scilla duplex, esculenta, & medica, vtraque acris, sed esculenta nostrati cæpe inferior acrimonia, Galeni obseruatione, ea qua si eius nobis esset copia, & eclegma paratur, mollioribus, pueris illo opportunius parabis, quod ex modica fit scilla acerrima, & amarissima. Medio loco stabit, si ex cæpa nostrati conficiatur, quam qui asthmaticis collam exhibent, non temere exhibent.*

MESVE.

Loch alfescera. ECLEGMA ex radice bryoniæ idem pollet, eodemque modo paratur.

MAN. ET hoc cum sit valde potens, non paratur, quando-que ego confici iussi, & vix inueni, qui voluerit, vel potuerit vim eius ferre. Alfescera, *intellige vitis albæ radicem.*

SYLV. EIVS compositio est in simpl. cap. de Bryonia ante descripta: & quamuis in vsu non sit, digna tamen recipi, præsertim quibus Galliæ parubus scilla desideratur. Nos etiam sæpe ex ari radice, & etiam dracunculi simile eclegma paramus, valentissimum ad hos affectus, vt etiam in simplicibus docet Galenus.

COST. LOCH alfescera. *Bryonia, quam albam vitem vocant, scillæ cedit acrimonia, & amarore, quare eo exacto, quod fit ex scilla, minus etiam ingratum hunc fore existimo, dignũq; propterea, qui in vsum inducatur.*

MESVE.

Loch sanũ & expertũ. ECLEGMA sanum, & expertum inuenimus, ad tussim, raucedinem a frigore, vel pituita crassa, thorace, aut pulmone comprehensa. Recipit cinnamomi, hyssopi siccæ, glycyrrhizæ, ana dra. s. zizypha, myxa, ana xxx. vuarum passarum a semine purgatarum, ficuum passarum siccarum, dactylorum pinguium, ana vnc. ij. fœnu græci drach. v. adianti albi manipu. vnum, seminum anisi, fœniculi, lini, ireos, calaminthes, ana † dra. iiij. coque omnia in † aqua ad lib. ij. consumptionem, colatũ coq; cũ penidiorum lib. ij. ad mellis crassitudinem, tunc adde nucleorum pineorum depellatorum drachm. v. amygd. mundatarum, glycyrrhizæ, tragacanthi, gummi Arabici, amyli, ana drach. iij. ireos drach. ij. Misce omnia probe, donec album fiat medicamentum. Datur a drach. v. ad drach. x. & lambendo sumitur.

† al. drach. † lib. vij. aqua.

CHRI. LOCH sanum, & expertum melioris potentiæ in incidendo, & subtiliando materias crassas, & viscosas, quam loch de scilla. Et dosis eius est vsque ad drach. iiij. & eius complexio est calida, & ficca vltra primum. Est enim mirabile in suis operationibus .. Sumit ficus siccas, quarum est complexio calida

calida in fine primi,& ſicca in principio eiuſdem, habet uirtutem abſterſiuam cum nitrolitate quadam, & prouocatione,& apertione,& caueatur ab ipſarum vſu, quia multiplicant pediculos,& ſcabiem. Semen lini eſt calidæ complexionis in primo,& humidæ uerſus ipſum, tendens ſatis ad æqualitatem in ſiccitate, & humiditate.

MAN. HOc pararum vbique inuenies: & calidius, & potentius eo,quod de pino,minuſque inſuaue,& propterea ego eo libentius,quam illo vtor.

SYLV. HOC eclegma idem poteſt,quod ex ſcilla,& pino: ſed potentius incidit, tenuat, terget: eſt etiam gratius, minuſque calidum,& ſiccum eſt,vt in fine primi gradus. Has autem vires habet a ſubſtantiæ tenuitate adianti, ficuum: & etiam calidorum, cinnamomi,hyſſopi,ireos,ſed a frigidis,vel temperatis fractorum. Ad drachmas quatuor dediſſe ſufficit, ſi febris abeſt, & cæli caliditas, nec ſumpturus calido ſit temperamento.

COST. LOCH ſanum. *Etſi Zizipha craſſiores humores reddere authoritas eſt multorum, quæ tamen matura ſunt, dulcia ſunt, & concoquere cum leui tenuitate apta,neque hic cum tam multis ſubſtantia tenuiori præditis temere vſurpata, quæ quia lenta ſunt ſubſtantia, vt etiam ſebeſten, gummi,aliaque eius generis,cogunt reliqua,vt diutius in ore perdurent,ſenſimque medicamenti vis in thoracem elabatur. Sed etiam, quod de Zizipharum aiunt craſſitudine, de acerbis, non autem de maturis puto intelligendum.*

MESVE.

ECLEGMA ad gutturis intemperiem calidam, & aſperitatem,& inde natam tuſſim. Recipit glycyrrhizæ drachm. xv. paſſarum pinguium purgatarum vncijs duas: zizypha,myza,ana xxv. eo
†Vulg. li.i. que igni lento in aquæ lib.iiij.ad †lib.iij.conſumptionem, adde caſſiæ fiſtulæ vnciam vnam.colatum, & ſeminibus, ac † membranis purgatum
† Ver. ſeſq. percoque cum penidiorum libra ſ. ſapæ vncijs quatuor, ad iuſtam craſſitiem, tunc miſce farinæ fabarum vncias duas,lambe,vt alia.

CRH. LOCH ad caliditatem, & aſperitatem pectoris non eſt in vſu: ſed loco eius aſſumitur Loch de diatragacantho poſitum a Nicolao, uel loch de papauere, de quo dictum eſt ſuperius.

MAN. NON eſt in vſu apud noſtros. CHESMES pinguium.) id eſt, paſſulas. SEBESTEN.) ideſt myxa: græce μυξά. Caſiæ fiſtulæ) eius, ſcilicet quæ recentiores vruntur ad aluum leniendam.
ASCOFFIS.) A ſeminibus videlicet, & his, quæ inter ea mediant.

SYLV. HVIVS loco eclegma papauerinum vſurpetur, vel tragacanthi a Nicolao ſcriptum.

COST. LOCH ad caliditatem. *Quæ hic aſſumuntur, aſperitati quidem omnia, vt quæ lenia ſunt, prodeſſe poſſint, at quomodo ſingula, quæ caloris non ſunt expertia, calidiorem gutturis, & pectoris intemperiem poſſint corrigere, obſcurum eſt, fortaſſe autem, quo modo imbecillia fortibus contraria ſint,ita imbecil liter calida valde calidis, atque ſicuti id, quod remiſſe calidum eſt calidiori comparatum frigidi habet rationem,ita quæ tepido conſtant calore calidiorem corrigere inflammationem poſſunt.*

MESVE.

ALIVD noſtrum idem promittens. Recipit ſeminis papaueris drach. x. glycyrrhizę drach. vij. myxa viginti, ſeminum pſyllij, †& cydoniorum, ana drach. v. coque lib.iij. aquæ ad dimidij conſumptionem, colatum percoque cum ſapæ, & penidiorum, ana vnc. iiij. ad iuſtam craſſitudinem; deinde miſce tragacanthi, gummi,ana dr. v.papaueris albi, trium granorum, ana drach.ij.

† al.granatorum al. granatorũ citoniorum.

PER tria grana ſecundum quoſdam intelliguntur tria ſemina ex ſeminibus quatuor maioribus frigidis, ſcilicet ſemina melonum, citruli, & cucu. vt eſt in tryphera perſica ſuperius deſcripta. CHR.

VALERET hoc in calidis deſtillationibus, ſuaueque eſſet,quamuis non conficiatur. MAN.

TRIA ſemina, melonum, citruli, cucumeris, vt in tryphera Perſica. 4.ſemi.hæc tria,& ſemen cucurbitæ intellexit. SYLVI.

LOCH aliud noſtrum. *Hoc ad gutturis caliditatẽ lõge eſt ſuperiori commodius, punici mali, cotonei, & frigidorum ſeminum nomine, ſed, & pſyllium interna parte refrigerare obſeruatur, de qua re aliàs.* COST.

MESVE.

ECLEGMA phthiſicis ſaluberimum ſed etiam hecticis,& aliter conſumptis, pure, & ſanie pulmones purgat,& tuſſim lenit. Reci. autem ſeminis papaueris albi, ſeminis lini torrefacti, ſpodij, croci, amygdal. dulcium, ana drach.iij. amygdali, tragacanthi, gummi ſeminis cydoniorum, ſeminis citruli, ana drach. vj. ſeminis naſturtij torrefacti amygdalarum amararum,fabarum,ana drachm.j.& ſ. penidiorum † drach.lx. Hæ aqua fontana diſſolutæ coquantur.deinde cætera miſceantur. Dantur drach.ij. cum hydromelite. † al.& lxx.

Nec hoc confectũ inuenies,ſcio tamẽ nonnullos vſos. MAN.

VELLEM naſturtium, & amygdalas amaras tolli, ſi hectica adeſt, & hydromeli valde aquoſum propinari. SYLV.

LOCH bonum. *Paruipenderem,quod hic quidam alioqui docti viri, amygdalarum amararum drachmam vnam ſuſpectã habent, vbi hectica adeſt, ex iis n. tam parca menſura ſumptis,cum papauere,ſpodio,ſeminibus citoniorum, & citruli, quæ inter frigida cenſentur,longoq; interuallo amygdalarum amararum copiã ſuperant,quum eæ præſertim primũ caloris,ſiccitatiſq; non excedant gradũ,quid accedere periculi poteſt? Sed neque (quo etiam dubitant) naſturtij torrefacti eodem pondere adiectionẽ plus afferre diſcriminis poſſe exiſtimandũ; quando,& torrefactione inſita vis ignea euaneſcit, & rerũ aliarũ multarũ, cũ frigidarum, tum temperatarũ commiſtio, retundere caloris,huius vim põt.* COST.

Sed hic torrefactum (quod additur) lini semen, ipsumq; etiam nasturtium torrefactum frigida aqua paululum macerari optarim ad eius incendij extinctionem, quod torrefactio inducit. Tunc fortasse aptum hoc erit medicamentum purulentis etiam hectica febre detentis. Sed rursum quid spodij loco assumendum? curque verendū non est, ne amylum, tragacantha, gummi, penidia, quorum est vis incrassandi, puris excreationem remorentur? Forte autem non tam consulendum est excepto iam in thorace puri, quam destillationi, quæ continenter irruit, quæ crassefactione eget, vt id quod est exceptum attenuatione, & detersione. Spodium autem ignotum medicamentum si quis prætereat, parum intererit.

MESVE.

PHLEGMA ad asthma, & tussim antiquā, humorem enim crassum tenuat. Recipit scillæ assatæ † drachmas quatuor, radicis ireos drach. ij. hyssopi, prassij, ana drachm. j. myrrhæ, croci, ana drach. s. melle excipe.

† drach. iij.

MANA. Multum potens, & a nonnullis conficitur.

SYLV. VALIDISSIMVM est, sed etiam ingratissimum, quia amaris, & acribus prope omnibus constat, ob quæ multum etiam calet. Multo adhuc fieret valentius, si radicem ari aut draconti reciperet, & mellis loco terebinthinam. Validum item, & ingratum, ex radice bryoniæ, quod quædam Mesue exemplaria hoc loco etiam habent.

COST. LOCH ad asthma. *Præstantissimum hoc ad vsus eos existimo, ad quos commendatur. Myrrha vero hic, & in superioribus quoque astrictoriæ facultatis, cohibendæ fluxionis gratia additur, ad quam a Dioscor. probatur. Crocum autem, tum, vt leuiter astringit fluxioni confert, tum calorifica facultate, quod iam fluxit concoquit, priuatim vero in thoracis affectibus adeo efficax deprehenditur, vt sint, qui cum ad scrupulum dimidium etiam vnum cum dimidio moschi grano, & optimo vino calido assumptum curare asthmate laborantes memoriæ prodant.*

MESVE.

Loch de amygdalis.

PHLEGMA de amygdalis ad intemperiem multum siccā pulmonis, & thoracis, & tussim inde siccam. Recipit amygdalarum dulcium, & amararum, seminis lini torrefacti, nucleorum pineorum, anisi, tragacanthi, gummi Arabici sicci, & radicis glycirrhyzæ, ana dra. j. & s. sacchari, penidiorum, ana drach. tres excipe mellis, & succi fœniculi simul coctorum quā titate sufficienti.

CHR. *Canon practicus de exhibitione Loch.* LOCH de amygdalis non est in vsu, nec præparatur. Vltimo nota, quod ista prædicta loch superius posita, & illa, quæ etiam ponuntur a Nicolao, possunt, & deberent adinuicem permisceri, aut aliqua ex eis, & sic ab expertis practicantibus sæpissime fit, propter diuersas intentiones, quas habet curando perficere, v. g. quando fit permixtio loch de pino, vel loch sani, quæ duo loch sunt calidæ, & siccæ complexionis habendo respectum ad materiam crassam phlegmaticam cum loch de diatragacantho, & diapapauere, quæ sunt frigidæ, & humidę complexionis, cum habemus intentionem ad materiam calidā, & subtilem exasperantem cannam, & guttur. imo etiam ipsa permiscemus cum zuccharo violato, cum quærimus alterationem maiorem ad frigidam, & prædicta Loch omnia sunt solutiua. Et de eis hæc sufficiant.

GRANORVM vini.) Lege pini: nec hoc paratur licet vtile sit. MAN.

LOCH de amygdalis. *Succus fœniculi non inepte hic sumitur, sunt enim qui eius decoctum (succo imbecillius) contusis amygdalis dulcibus excreandæ ex pectore pituitæ, & sedandæ siti vtile obseruarint.* COST.

DISTINCTIO SEXTA

De syrupis, & † succis. † Rob.

MESVE.

SYRVPVS, aut simplex est, vt iulepo-
rum species, vel ex multis compositus, ob effecta, & plurima, & maxima. Item syruporum aliqui sunt species oxymelitis, alij etiam aromata recipiunt.

HAEC est sexta pars principalis huius antidotarij, in qua author determinat de diuersis speciebus syruporum, Iuleb, & succorum. Est enim syrupus nomen arabicum, & græce idem est, quod potio, potiones autem multum diuersificantur adinuicem. Et primo in modo substantiæ penes crassitiem, & subtilitatem. Secundo in modo compositionis, & simplicitatis earum, nam differentia est inter syrupū, iuleb, rob, robub, aquam, succum, & decoctiones, quæ omnia includuntur sub nomine potionis. Etiam de syrupis, quidam est simplex, & quidam compositus. Et iterum quidam ex pluribus, quidam ex paucioribus, iuleb autem est simplex: diuersificatur etiā syrupus per vlteriorem decoctionem, quæ plus requiritur in construendo iuleb, quam syrupum, differunt etiam, quia syrupi indifferenter possunt componi, uel cum zuccharo, uel cum melle. Iuleb autem frequentius, imo quasi semper ex solo zuccharo. Et hic notandum, quod in qualibet libra iuleb, dum est perfecte coctum, non remanet unc. j. liquoris aquæ, uel succi, sed in lib. syrupi remanent, unc. ij. vel circa liquoris, decoctionis, & hoc quia non tanto tempore syrupus decoquitur, quanto iuleb. Ex quo fit, quod in lymphando syrupum, minor quantitas aquæ requiritur, quam in lymphando iuleb, cum fit crassioris, & tenacioris substantiæ ipso syrupo. Rob autem proprie est succus vuarum ultimate decoctus, sicut uinum coctum, uel melius sapa, quandoque tamen corrupte sumitur rob pro succo alicuius plantæ, uel fructus. Robub proprie est succus inspissatus a sole, uel igne alicuius plantæ, uel fructus, uel alterius rei, a qua succus premi potest, dummodo spissetur, ut dictum est. Aqua proprie est de stillatura subtilis alicuius herbæ, fructus, aut floris, aut alterius rei, si fiat in alembico, uel alio simili modo, uirtute ignis, uel solis, unde sic etiam aqua, quæ pluit, destillatur in aere,

Potionum diuersitas multiplex. *Rob.* *Robub.* *Aqua.*

in aere, & aqua quæ fluit etiam ab arboribus, & maxime a vitibus. Nam virtute solis non multum superfluentis principaliter egreditur talis liquor.

Decoctio. Decoctio autem est aqua simplex, vel aqua destillata, in qua radices plantarũ, flores, frondes, fructus, herbæ, & aromata, quæcunque aliæ res separatæ, vel mixtæ per aliquod spacium decoquuntur, post quarum colaturam aqua illa dicitur decoctio. *Potio.* Dicitur etiam potio omnis medicina distemperata, quæcunque sit illa cum quocunque liquore, decoctione, aqua, vel vino, vnde decoctiones etiam commode cum vino construi possunt, sicut cum alijs liquoribus, secundum exigentiam curandæ dispositionis. Construitur etiam medicinale vinum ex herbis, & aromatibus, quod etiam potio nominatur. Principalis autem operatio cuiusque syrupi est materiam malam, crassam, adhærentem separare, & imbibitam ad superficiem attrahere, & sic ipsam ad expulsionem præparare. Subsequenter etiam ipsorum operatio est alterare complexionem ad contrarium eius, ad quod est alterata præter naturam à materia faciente morbum.

Iuleb autem non solum habet materias digerere, sed & caliditatem extinguere, & sitim remittere, & somnum prouocare, & maxime ratione admixtionis simplicis aquæ cum eis admixtę. alias etiam vtilitates habet perficere, quas suo loco dicemus, & maxime iuleb rosatum, de simonibus, de citro, vel violatum, quę plus conueniunt in dispositionibus calidis non pendentibus à materia. Et licet iuleb posset cum quibusdam aquis destillatis lymphari secundum necessitatem, & exigentiam, tamen communior vsus ipsorum, & modus lymphandi est cum aqua cõmuni proportione quadrupla ad iuleb. Et vlterius nota, quod aliquando non minus bene est permiscere syrupos cum aqua simplici, aut aliqua decoctione, quam cum aquis destillatis propter earum saporem, & odorem horribilem, & hoc dico, quando cum illis aquis possumus complere intentionem nostram. Præterea aduerte, quod stante repletione cibi, aut potus in stomacho, non debemus dare syrupum, timẽtes ne cibus ducatur indigestus ad hepar, & causet oppilationem, & pariter stante repletione malorum humorum in stomacho, debemus exhibere syrupum valde aperitiuum, timendo de transitu eorum ad hepar, quare in casu illo præueniendum est regulariter operando cum lenitiuis. Cuius oppositum agunt sine ratione operantes præ plenitudine humorum sentientes grauedinem in stomacho, currunt ad maluaticum, & sic faciunt, quod materiæ indigestæ subtiliatæ à vino portentur ad hepar. Et in similibus casibus cauendum est ab assumptione theriacæ, vel alterius rei, vel electarij calidi aperitiui, &c. In hac ergo sexta distinctione primo incipit à iuleb, secundo a syrupis simplicibus, & subsequenter continuat, tertio, & vltimo à succis, quos ipse vocat robub. & partes in legendo patebunt.

De syruporum exhibitione.

MAN. MAGNA pars eorum, quæ in hac distintione scribuntur, sub his potionibus contineri videntur, quæ Græci ἁδέα καὶ ὠφέλυμα suauia videlicet, & vtilia vocant. Sed & ad προπόματα hoc est, verbum verbo, præpotiones.

A PRIMVM iulepa Mesue describam, quod conditis rosarum, & violarum sint affinia. Deinde syrupos, & succos fructuum conditis quibusdam fructuum consistentia, & viribus multum similes. Postea syrupos ex succis herbarum, post eos, qui magis sunt compositi. Syruporum autem simplicium, præsertim ex succis fructuum, typus, & imago quædam a Galeno delineata lib. 6. c.ph.p. vbi succum mororum batinorum, pyrorum agrestium, cydoniorum, vini musti ex melle coquit, & item potiones quædã Græcis ἁδέα, ὠφέλιμα, προπόματα, idest suauia, vtilia, præpotiones dictæ, & alia quędam mox dicenda. Genus iuleporum, vna est simplicium syruporum differentia, alia syruporum simplicium nomen vsurpant. SYLV.

DE SYRVPIS. *Syrupos simplices vocat, in quibus præter saccharum, aut mel vnus tantum aliquis simplex liquor assumitur. Compositi sunt, in quibus vel varij generis liquores, vel vnus liquor, in quo tamen parando simplicia multa sumuntur; vel præter liquores alia venerint.* COST.

B

MESVE.

IVLEPVM rosatum febrium, thoracis, & ventriculi incendium, caloremque flammeum extinguit, sitim inexpletam sedat. Recipit aquæ, in qua rosæ sunt maceratæ lib. v. igni lento coquendas cum facch. lib. iiij. Datur cum aqua frigida.

MOdus operationis idest modus compositionis iuleb, conferens adustioni febrium, duæ sunt famosæ maneries. Prima est iuleb rosati, quod est conueniens ad extinguendum sitim febrientibus C acute, & ad remittendum caliditates in eis, non tamen hoc est operans principaliter ex eius complexione, sed ex complexione aquę simplicis, cum ipsa adhibeatur in quadrupla portione, vt superius dictum est. Et tale iuleb est frigidę complexionis versus primum, attinens alicui siccitati cum stypticitate quadam ratione rosarum, vnde est confortatiuũ stomachi relaxati, & heparis supercalefacti, ac etiam cordis, resistens putredini facienti febrem, & ideo tempore pestilentię longe plus conuenit, quam iuleb violatum: nam ipsum est aromaticum, resistens venenositati, & corruptioni aeris, habet etiam somnum prouocare prohibendo sua stypticitate fumos acutos ad caput ascendere. Et eius dosis est vsque ad vnc. ij. cum proportione quadruplici aquæ frigidæ. Et modus compositionis eius est duplex vnus cum aqua infusionis rosarum secundum, quod in litera D ponitur, & talis modus nõ est in vsu. Alius modus est cum succo extracto ex rosis, dum sunt recentes, vel cum ipsis rosis recentibus, vel cum aqua rosata, & sic generaliter est in vsu: quia sic clarius perficitur. Hic autem est aduertẽdum, quod aqua frigida, quę iuleb permiscetur, si sit ex fonte viuo, vel ex cisterna, id est perfecte colata, vel ex puteo abundante cum venis aquarum, & fundo arenoso, non debet decoqui: si autem sit mala, crassa, & palustris, rationabiliter est decoquenda antequã cum iuleb permisceatur, iuxta sẽtentiam Auic. 2. fen. primi. cap. de aqua. Notandum, quod oleum oliuarum, & dulce ponitur quandoque in parua quantitate in ampullis quarundam aquarum, & in decoctione, & alijs vinis, & liquoribus, vt in vino granatorum, & citoniorum, vt natans, & per-

Iuleb rosatum compositio duplex.

permanens in superficie eorum cum sua viscositate melius, & diutius conseruetur, ne aer exterior ingredi possit, & ne virtus eorum faciliter exhalare possit. Et sic docet hic author pro conseruatione decoctionis rosarum, & violarum.

ADDITIO.

Istud iuleb est multum in vsu, non sub nomine iuleb, sed sub nomine syrupi rosati ex infusione rosarum.

MAN. IVLEB recentiores Græci zulapon vocant. Primũ hoc iuleb ex infusione rosarum, Paulus hydrorosatũ parat, coctis lib. iiij. rosarum, in sextarijs. v. aquæ, & duobus mellis.

SYLVII HOC iulepum refrigerat ordine primo, & leniter siccat, & adstringit: ob id ventriculum, & hepar, & cor ignita, & à calore dissoluta roborat, tum refrigerando ad temperiemque reducendo, tum substantia harum partium triplicem in vnum cogendo. Idem etiam putredini febres gignenti resistit, siccitate subamara, & aromatica qualitate. Propterea in febribus pestilentibus est longe præstantius violato, vt quòd venenis aeris que corruptelæ suâ qualitate aromatica resistit. In febribus quoque somnum conciliat tam per se refrigerando, & humectando (nam cum aqua quadrupla sumitur) quam per accidens, dum vapores calidos, acres ab humoribus putrescentibus ad caput elatos insomniam excitare solitos, adstringendo, & per frigus cogendo meatus prohibet. Quanquam, & refrigerando putredinem in præsens remittat, eique, vt dixi, aromatica qualitate resistat. sitim eadem ex causa sedare certissimum est, tum à calido, tum à sicco, tum à calido, & sicco simul natam, quia rosis, & aqua refrigerat, & humectat aqua: nec solum sitim animalem in ore ventriculi sedat, sed etiam naturalem in singulis corporis partibus calefactis, & siccatis, & inanitis, quam actionem saccharum essentiæ tenuitate iuuat, & dulci, sapore hepati iucundo. Quomodo vinum, vel acetum aquæ mistũ sitim magis, & citius extinguit, quam horum trium per se quodq; vt abunde probat Gal. lib. 1 simp. cap. 30. & alijs. hoc iulepum ex rosarum rebr. siccarum infusione aliquando in vsu est, frequentius tamen ex infusione rosarum recentium, sed nomine syrupi, non iulepi, de quo mox. Hydrorosatum Paulus ex coctis libris quatuor rosarum in aquæ sextarijs quinque, & duobus mellis componit. Aqua vero sit optima, qualem Galenus describit primo sequentis tuendæ, & ea (si valenter est refrigerandum) prius calefacta, post niue, vel aliter refrigerata, vt idem docet libro methodi 7. vel eius loco aqua destillata tuo proposito idonea. potentius fiet hoc iulepum ex succo rosarum recentium, vel etiam earundem infusione multiplici, & saccharo libris duabus.

COST. MODVS operationis iulep. *Stillatitia rosarũ aqua præsertim quæ balneo diligenter elicitur, & maxime quæ priori loco destillat, diluto rosarum, quod infusum vocant non est odore inferior, & superior est gratia. nam, & colore est purissimæ, & pellucidæ fontanæ aquę, & sapore minime amaro, quare nunc ex stillatitia ipsa aqua non ex diluto zulapium rosaceum elegantissime paratur. maiori etiam ad eum affectum vsu, ad quem commendatur a Mesue, refrigerandi. saccharo autem purissimo est ad hanc rem opus, quod fæculentum calidius est, & siticulosius. Mesues huiusce modi zulapij mox meminerit.*

MESVE.

IVLEPVM violatum, febres, phlegmonas, pleuritidem, asperitatem gutturis, & thoracis, tussim mitigat: fit vt iulepum rosatum.

CHR. MODVS iuleb violari fit eodem modo sicut rosati ante dicti, primo cum violis siccis infusis, & madefactis cum aqua simplici, sicut de rosis ipse describit: talis modus non est in vsu, nisi cogente necessitate. Alio modo cum violis expressis dum sunt recentes, vel decoctis in aqua, & isto modo etiã non est in vsu. Tertio modo cum aqua violata destillata, & cum zuccharo, & iste modus generaliter ab omnibus est in vsu, & tale iuleb est frigidæ, & humidæ complexionis versus primum, & ideo plus conueniens acute febrientibus, & habentibus hepar calefactum, & cor, & asperitati cannæ, & gutturis, & pleuresi, & tussi siccæ, quam iuleb rosatum: sicut etiam de per se, & propria sua complexione est magis somni prouocatiuum. Et eius dosis est vnc. ij. cum quadrupla proportione aquæ simplicis.

MAN. GRÆCI iozulapon vocant, atque in hunc modũ conficiunt: Viol. vnc. iij. in tribus sextaris aquæ per diem macerant. excolatæque aquæ lib. iij. sacchari adijciunt.

SYLV. VIOLAE siccæ aqua macerantur, cui saccharum incoquitur, vt violarum vnc. sint tres, aquæ sextarijs tribus horis 24. macerentur, colatum coquitur cum saccharo lib. tribus, vel aquę ex violis recentibus destillatæ, vel infusionis violarum siccarum, aut potius recentium lib. 3. saccha. libris tantum duabus, non tribus, quorundam more percoquitur: *ἰοζυλάπιον* Græcis recentioribus dicitur, & *ἰοσάκχαρ* Actuario, quod est *ἴων* id est, violarum succus saccharatus. Paruarum autem est virium ex aqua violarum destillata, quod tamen à plurimis hodie paratur, & coquitur: minus quam syrupus refrigerat, humectat primo gradu, febribus acutis, tussi siccæ, affectibus calidis siccis parum thoracis, & vētris inferioris salubrius, & somniferum magis quam rosatum.

MESVE.

INFVSIO rosarum, & violarum hoc fit modo. Foliorum rosarũ, & violarum recentium libræ sex, horis octo macerẽtur libris quindecim aquæ calfactæ in vase terreo vitrato, strictioris, operculato, postea colantur. Eidem aquæ iterum calfactæ, rosarum, & violarum recentium tantũdem immittitur, tandiu maceratur, colatur. id si velis seruare, oleo affuso, & vase eodem bene operculato dies quadraginta insola, vocaturque id zucharum rosarum, aut violarum.

CHR. OPERATIO infusionis rosarum, & violarum. hic docet præparare rosas, & violas, eas in aquas infundendo, ad hoc, vt illa infusio sit conueniens ad construendum iuleb violatum, vel rosatam: licet ponat modum infusionis de ambabus simul. Et iste modus esset conueniens, quando earũ aquæ nõ possent reperiri. Et si quis vellet, posset istos duos iuleb simul componere.

ADDITIO.

Hæc operatio infusionis rosarum, aut violarum est illa, de qua fit syrupus rosatus, ex infusione rosarum. etiam illo modo fit infusio violarum pro faciẽdo syrupum violatum ex infusione violarum. Et quando prædicta infusiõ est completa, potest conseruari in vase vitreo, & non in vase terreo, quia putrefit, & in hac infusione zuccharo dissoluto, & cocto secundũ artem, possunt fieri confectiones, & alia, vt diarhodon descript. communi: & ita de alijs.

Si

MAN. SI quinquies rosæ mutentur, addito saccharo, fiet syrupus, quem nunc rosatum solutiuum vocant nostri Bononienses mucharum.

SYLVII. EX hac infusione fit syrupus rosatus, & violatus ex infusione rosarum, & violarum: Infusiones vero istæ seorsum faciendæ sunt: quanuis simul breuioris sermonis causa doceantur. Possunt tamen simul infundi ana, vt ambarum vires mistas habeat. Si vero quinquies rosæ, vel violæ mutentur, aut etiam frequentius, & addito saccharo percoquantur, syrupus fiet rosatus, vel violatus purgatorius: & eo magis, quo plures factæ fuerint infusiones violarum, vel rosarum omnium: maxime tamen purgatorias experimur quotannis, quas vulgus incarnatas vocat, a carnis per cutim colore, quæ omnium sunt odoratissimæ dum recentes sunt, cito enim odorem amittunt, & syrupus ex his purgatorius magis est recens: post mensem vero sextum, paruarum est virium. Eius ex infusionibus quinque, sunt qui dant vnc. sex, nos ex nouem infusionibus ab vncijs duabus ad tres. Si autem ex vna infusione, vel duabus fiat syrupus, est rosatus, aut violatus, absolute dictus. Post expressas autem rosas, & violas, magna abijciendum est, & aliæ recentes quoque sunt immittendæ. Frequentius autem ne corrumpantur, eius infusi libræ quinque cum sacchari libris quatuor per albumina clarificatis, igni lento coquuntur ad syrupi consistentiam. Quod si infusionis, & sacchari, ana libræ quatuor cum Nicolao sumantur, citius percoquetur. In febribus calorem extinguit, ob id sitim sedat, & ventriculum roborat. Huic affine est Aetij, & Pauli hydrorosatum ex rosarum exungulatarum libris quatuor in aquæ sextarijs quinque, & mellis sextarijs duobus coctis ad tertiæ partis consumptionem, aut insolatis: sed cito corrumpitur, nisi loco frigidissimo seruetur. ὀξύμελιτον. Actuarij dosibus ab hoc parum variat. alij syropum violatum, vt & rosatum ex succi violarum libris tribus coctis igni lento, cum sacchari libris duabus, vt iuleb ante scriptum componunt exteris efficaciorem. Alij huius succi vnc. 4. 6. 8. 12. cum sacchari libra vna coquunt, vt in saccharo violato, & rosato ex violis, & rosis integris. Alij penuria recentium violarum, aridas infundunt, aut coquunt, aut aquam ex vjolis destillatam coquunt, vt ex omni iulepo syrupum faciant, maiore tamen coctione adhibita. Qui vero syrupus fit ex aqua destillata, vel infusione violarum, & rosarum siccarū, paruarum est virium. Contra vero ex infusionibus multis recentium violarum, vel rosarum albarum, rubrarum, præcipue autem (vt dixi) incarnatarum, aquas, & bilem purgat, æstate salubriter ab vncijs duabus ad vncias quatuor: sunt qui ad vncias sex, pauco aniſi, aut fœniculi aut cinnamomi addito, ne flatus in ventre moueat, & liquore idoneo. Præstantior autem multo est hic syrupus rosatus purgatorius, quam qui ab Auicenna componitur ex succi rosarum libris duabus, mellis libris quatuor scammonij trifti vncia vna coctis ad spissitudinem. Si autem libræ infusionis dimidiæ incoquatur libra vna sacchari, minus soluit noster syrupus: si libra libræ mediocriter: si infusi libræ vni, & dimidiæ sacchari libra vna incoquatur, mire soluit. Coqui etiam cum melle in hyemem potest. Qui vero ex succo rosarum clarificato coquitur cum æqua portione sacchari, vncijs tribus, etiam aluum comprimendo soluit, sed multo clementius, quam qui ex multis infusionibus rosarum recentium. Qui denique ex infusionibus tribus rosarum siccarum fit syrupus, sicut rosarum vnc. iiij. singulis aquæ colandæ libris injciantur, valenter adstringit, & ventriculum roborat, a neotericis inuentus, & syrupus rosarum siccarum appellatus.

Purgatorius quoque aquarum, & bilioſi succi fit syrupus ex 4. 5. 6. infusionibus florum recentium perfici: idemque odorus, saporis iucundi, modice calidus. Ex ijsdem floribus saccharatis, seu cum saccharo contusis, conserua, vt vocant, eodem modo purgatoria est præsertim recens. Vis enim ignea, & purgatrix ab his omnibus facile vanescit.

COST. OPeratio in infusione. *Quamuis hic de diluti ex rosis, & violis parandi ratione simul agat, non simul tamen parari possunt. præuertunt enim violarū flores rosarum exortum longo interuallo. Quod autem hic ad certum aquæ pondus certam florum partem præscribit, non eodem modo nunc obseruatur. alij tantundē vtriusque sumunt, alij non obseruato pondere tantum florum infundunt, quanto recte dilui possint. Sed præterea quum Mesues bis infundat, nostri etiam sæpius, præsertim vbi non temperandi tantum, sed expurgandi quoque gratia paratur. nouies enim, & sæpius nouos A flores prioribus expressis, & abiectis eidem diluto addjciunt, maiori semper vi addita. Nouj aliquos, qui florū copia largiori vsi, tertia, quartaue macerationē easdē vires dilutis comparent, quas alij nona. Porro dilutum hoc ad senas vncias assumptū aluo bilioſa educit excrementa multa, nuncupatus rosaceus solutiuus, ad quaternas assumptus vncias copioſe expurgat, dilutū tamen, nisi sumatur largius sex vnciarum pondere, id vix efficit. at syrupo tamen purgandi, quicunque illi inest, vim a diluto conciliari certum est. Sed tribuendum hoc fortasse est deterſorię facultati, qua saccharum præstat. neque enim ad purgandum attrahendi tantum vi est opus, sed etiam extergendi. Sane vbi de aqua rosarum, & de purgandi facultate mentio incidit, non silebo purgandi vim, & succo ex recentibus rosis expresſo, & stillatitio ipsarum liquori pertinaciter inhærere. qui enim succum ad vncias quinque, vel stillatitium liquorem ad vncias decem sumpsere, sæpe vidimus detractis bilioſis excrementis copioſe expurgari. quæ res etiam adiecto sero fœlicius cedit.*

B

MESVE.

IVLEPVM alterum rosatum fit ex aquæ rosarum libris tribus, sacchari libris duabus.

IVLEB, quod fit ex destillatione rosarum est illud quo sæpe vtimur, quod ab Auic. in v. can. duobus modis describitur, vno modo zuccharo clarificato cum aqua communi addūt pro omni lib. zucchari sic clarificati, vnc. ij. aquæ rosarum: quem modum etiam posuit Serapio in proprio antid. Et hoc modo factum non habet tantas vtilitates. Secundo modo describitur ab Auic. vt hic describitur, qui modus est vsualis. CHR.

C

HOC est in vsu, & dicitur iuleb rosarum, ex quo aquæ commixto fit suauissimus potus, ad calorē, & ad sitim amouendā maxime idoneus, quo tamen antiqui non vtebantur, quia nec aquam rosatam norant, nec hunc sacchari vsum. MAN.

ID iulepum est hodie vsu frequentissimo in febribus, & siti aquæ quadruplo mistum, quia suauissimum, paratu facilius, & clarius, quā præcedens. Id quia REGI NOSTRO FRANCISCO in vsu est frequenti, iulepum Regium à medicis Parrhi sensibus appellari cœptum est: idque solum medici hodie in suis placitis absolute requirunt. Veteribus ignotum, rhodostagma, seu aquam rosarum, & hunc sacchari vsum nescientibus. Quibusdam vero vni libræ sacchari in aqua communi clarificatæ addūtur aquæ rosarum vnc. ij. vt fit ex aqua rosarum paucā, & multa communi compositum. sed id inefficacius. SYLV.

D

IVlep aliud rosatum. *Per aquam an succum intelligat, vt proxime de violis exprimit, an stillatitiam aquam, non constat. constat tamen hoc destillationum non fuisse ignarum. Sed vtro modo paretur non erit dissimilis efficaciæ.* COST.

MESVE.

IVLEPVM de succo violarum fit ex succi violarum lib. tribus, coctis cum sacchari lib. ij. similiter fieri potest ex succo rosarum, estq; purgatorium.

IN communi vsu est id, quo multi, parum considerātes, in ventris fluxibus, quasi adstringente aluum, vtuntur: MAN.

vruntur: cum tamen contrarium potius operetur, quod ex ſucco roſarum fit, & ſyrupus roſatus dicitur.

SYLVII. ID iulepum ex ſucco violarum, & roſarum, & cæterorum eſt præſtantiſſimum, quod plantarum ſuccus ipſarum velut quidã ſanguis eſt. Iucundus eſt ex florum infuſione, minus efficax niſi multiplex fiat infuſio, & flores recentes ſint: iucundiſſimum, & maxime imbecillum ex aqua deſtillata in febre ardenti, æſtu ſtomachi, aut thoracis, ſiti inexpleta. Ad idem valet Actuario ioſachar, id eſt ſuccus violarum cum ſaccharo, coctus, bilis acrimoniã obtundens; idemque ob lentorem thoracis vitijs eſt aptum, & aqua cum ſaccharo cocta, & aqua cũ floribus nymphææ, & ſaccharo cocta, bilis ardorem mire frangit, & refrigerat.

COST. IVlep de ſucco violato. *Quod dicebam, quia, contra quàm in roſis, ſtillatitia violarum aqua parum odoris, ac priſtinarum virium retinet, propterea hoc Iulapium ex ſucco violarum ſemper illi, quod ex ſtillatitia fit aqua, præferrem.*

MESVE.

Iuiubinum. IVLEPVS zizyphorum aſperitatem gutturis, & tuſſim iuuat, ſputum tenue, quia incraſſat, facilius expelli facit; ob id raucitati, & pleuritidi confert. fit ex zizyphis magnis, & pinguibus cẽtum coctis in lib.iiij. aquæ ad dimidias; quæ lib. ij. reliquæ cum ſacchari lib.j. percoquuntur in ſyrupum, id eſt, iulepum ſimplex.

CHR. IVleb iuiubinum ideſt de iuiubis non eſt in vſu, ſecundum hanc deſcrip. in forma iuleb, ſed bene in forma ſyrupi, vt dicetur inferius: & haberet virtutes, & operationes in litera poſitas. Dicit, fiat ſyrupus ideſt iuleb ſimplex: ſicut iuleb quod lymphari debet cum aqua hordei, vel capillis veneris: vel cum aqua ſimplici clara ſecundum exigentiam diſpoſitionis, cum exhibetur in doſi conuenienti, & condecenti.

MAN. ZIzipha græce, & latine diciũr, & ſerica: Gal. nihili fecit: recentiores in vſu habent ſicca, nec ego ea in totum reſpuenda puto.

SYLVII. NON eſt in vſu, quamuis in hos affectus fuerit efficaciſſ. cũ aqua hordei, vel adianti, vel communi. Eius loco in vſu eſt ſyrupus zizyphorum poſt dicendus. Syrupus zizyphorum ſimplex ad catarrhum tenuem in pectus, ad ſputum liquidius incraſſandum modice, fit ex zizyphis centum coctis in aquæ pluuialis lib.iiij. ad dimidias: colatum percoquitur in ſyrupo cum ſacchari lib.j. poſtea compoſitus ſcribetur valentior.

COST. IViubinum. *Zizypha quum ad perfectam creuere magnitudinem, adhuc tamen ſubacerbo ſuo ſucco turgent, ſolent multi clybano committere arefaciẽda, & ubi arefacta manibus oleo illitis perfricarint, in medicos vſus reponere. quæ huius ſunt generis craſſefacere humores poſſe arbitrandum eſt, ad quem vſum hic vſurpantur. alias vero quum attenuatione eſt opus, vtendum arbitror ijs, qui ſua in arbore maturuerint, dulcibus, & acerbitatis expertibus, qualia in loch ſano, & experto deſiderantur.*

MESVE.

SYRVPVS de pomis cor imbecillum roborat, ob id ſyncopem, & cordis tremorem ſanat, fit ex pomorũ dulcium, & acidorũ ſucci, ana lib.v. coquendis ad dimidij conſumptionem, deinde bi-

E duo reſidere permittendis donec clareſcant. Tunc colentur, & cum libris tribus ſacchari fiat ſyrupus. Quidam huic ſucco nondum per reſidentiam purgato immergũt ſericum crudum, cocco baphica recenti tinctum, donec is rubeſcat, & cocci ac ſerici facultatem receperit, isque eſt præſtantior.

SCis, quid ſuperſcripſerim de malis. Paul. ex dulcibus parat, & vocat hydromalum. MAN.

SYRVPVS de pomis ſimplex quibuſdam in vſu, alijs compoſitus poſt dicendus, magis. Efficacior erit, ſi poma dulcia augeas, quod illa odore cor magis roborant, aut Pauli hydromelum ex cydonijs odoris, & aliud ex ſolis dulcibus pomis oſtendunt, vt contra Serapio ex ſolis pomis acidis: acida enim putredinem prohibent, appetentiam iuuitant, ſitim ſedant, ventriculum poſt vomitum bilioſum roborant. Ne autem accipe ſericum pannum ab infectoribus tinctum in chermes cum alumine, & alijs, quod illud chermes a ſucco baphicæ cocci ſit diuerſiſſimum, vt dicemus in ſyrupo corticis citri. Hæ compoſitiones ex fructibus ſyrupi ſunt, quia minus coquuntur iulepis, aut affines, quia ſimplices, minus tamen claræ. SYLVII.

DE pomis. *Conferre imbecillo ex caliditate cordi hic poterit manifeſta qualitate, qua refrigerat. Quod autem de ſerico meminit, qui exiſtimant ſericum occulta proprietate eidem viſceri conferre, non eos ego ſanè contempſerim. Sed in imbuendo ex chermes ſerico, pro chermes tinctorium granum dubio procul ſumendum, non vermiculi pimpinellæ nunc ea voce nuncupati, & veteribus ignorati. In ſerico autem ad medicos vſus inficiendo ea ſeruari deſidero, quæ ſupra, quum de confect. alchermes ageremus.* COST.

MESVE.

SYRVPVS de pyris ventriculum roborat, & cibum in eo continet. fit vt ſyrupus de pomis.

Syrupus de pyris confortat ſtomachum, & ſtringit materiam, & eius modus eſt ſicut ſyrupus de pomis.

AVic. in v. canon. habet deſcript. eandem cum iſta. idem in quarto canon. fen. prima cap. de cura morbillorum laudat ipſum ſub nomine ſyrupi de altelea, & ſunt altelea pyra, vt exponitur in ſuis ſynonimis. CHR.

LICET non ſit in communi vſu, efficaciam tamen haberet ſi ex congruis pyris paræretur, in his, quæ Meſues dicit. MAN.

PRO varia pyrorum natura variæ ſunt eius vires: in hunc autem adſtringentia pyra, non tamen acerba, ſed ſolum auſtera, aut ſubauſtera Meſues accepit, quæ refrigerando, & adſtringendo ventriculum a calore imbecillum, vt in febribus, roborat, & cum cibi tenax non ſit, ſed vomitu, aut deiectione mox excernat, firmata retentrice, & oſculo ventriculi vtroque adſtricto cohibet. In vſu non eſt, tamen ſaluberrimus fuerit. SYLVII.

DE pyris. *Supra condita pyra probabat etiam ad cordis robur, quod illi ex proprietate formæ tribuunt, qua etiam eius ſemina, & folia venenis aduerſa veteres obſeruarunt. Quia autem quæ ventriculo robur conciliari dicuntur, ferè aſtringentia ſunt, propterea pyris hic vtendum erit auſteris. alioqui non tantundem hic valebit ſyrupus, quantum de cotoneis, quod hic proximè ſcribit.* COST.

ME-

MESVE.

SYRVPVS de cydonijs idem pollet, & eodem fit modo.

CHR. IVLEB optimum, licet non sit in vsu nec præparetur, tamen mirabiliter operatur in constringẽdo omnem fluxum ventris hepaticum. Et ego iam vidi multos curatos cum eo, præmissa iam leui mundificatione cum casia, vel manna, præsuppositio regimine cibi, & potus, & aliorum, vt expedit. Debet assumi in dosi conuenienti, cum aqua extinctionis chalybis semper stomacho uacuo. Et sufficit, quod aqua sit dupla ad ipsum iuleb.

MAN. ET hunc vocat Paulus, hydromalon. Recentiores quidam factum ex malis, malozulapon, hoc κυδωνίων γλύκισμα.

SYLVII. DYsenteriam hepaticam mire sanat, modice per casiam, aut mannam vacuato corpore. Sed valentior est ex succo cydoniorum paruorum, quæ malicula vocamus, & quæ acerbiora sunt; quam ex succo struthiorum seu prægrãdium, quæ fœminæ vulgo dicuntur. Hoc recentiores quædam βρωξυλαιτον, & κυδωνίων γλύκισμα, vocant. Alijs mitia cydoniorum simplex dicitur, licet postea Mesuë scribatur miua sine speciebus, & cum speciebus. Paulus etiam hunc hydromalum vocat.

COST. DE Cydonijs. *Parandus hic esset ex recenti adhuc atque eo modo quo supra dicebamus expurgato succo. vbi enim inueteraſcit, acreſcit, neq; astringendo tunc tantum valet quantum antea.*

MESVE.

SYRVPVS de persicis intemperiem calidã ventriculi, & inde natam sitim compescit, orisque fœtorem, fit vt syrupus de pomis.

MAN. ET hic non inutiliter parari potest.

SYLVII. SYrupus ex succo persicorum præsertim minus humidorum (qualia nos Corboliana vocamus, quòd in Corbolij territorio, & plurima, & præstantissima prouenient) profecto fuerit præstantissimus. & multo vtilior, non minus iucundus, quam persica ipsa condita. refrigerat, humectat, ob id intemperiem calidam sedat, & sitim, & odore iucundo tetrum oris odorem tegit, & epicrasim emendat, cum. s. qui a corruptis in ventriculo humoribus, vel vlceribus excitatur, non eum, qui a putredine humorum, vel partium in pulmonibus, faucibus, ore toto, naribus prouenit, quia vel in has partes non fertur in his vix momento manet, adde quòd qualitate aromatica putredini resistit.

COST. DE persicis. *Persici odor in tenuibus eius partibus situs decoctione euanescit, vt oris fœtorem eo emendari vix credam, nisi forte dum calidiorem ventriculi intemperiem corrigit, corruptelæ etiam nidorosæ aduersetur.*

MESVE.

Syr. de succo oxalidis. SYRVPVS ex succo oxalidis febribus bilioſis, & pestilẽtibus saluber est, cordis & ventriculi flammeum calorem extinguit, ipsaque roborat, fit vt syrupus violarum.

MAN. AVICENNA vocat omnem lapathũ acetosam. Videtur autem apud Dioscoridem sola illa lapathi species, quam uocant oxalida.

A SYrupus item ex intybi succo ad hepatis intemperiem calidam, & obstructionem, accipit succi intybi purgati lib. viij. sacch. albi libr. 5. & dimidiam, coque in syrupum. Sic fiat syrupus ex succo cichoriorum, lactucæ, portulacæ, betæ, brassicæ, buglossi vtriusque, eupatorij, absinthij, fumariæ, hyssopi, mentæ, matrubij, arthemisiæ, & similium herbarum tam frigidarum, quam calidarum, & temperatarum. Possis etiam saccharo quantitatem succo æqualem in aqua æquali prunis liquare, & per pannum laneum colare, mox percoquere, etiam vltra aquæ consumptionem, ad cõsistentiam, scilicet, pendiorum, quæ vocant, aut sacchari rosati, mox à prunis, deposito saccharo sic per coctio, succos huiusmodi residendo, puros, paulatim miscere, parum coquere, & seruare. Potes etiam succos parum coctos, residendo purgatos colatos simul cum saccharo, vel iam clarificato, sed simul clarificando, sine aqua coquere in syrupum, sed coctione tam longa vis succorum, præsertim refrigerantium, prope tota corrumpitur, quod priori modo non ita accidit. Quando autem in syrupum succus est conquendus, modo posteriore prius residendo est purgandus, deinde ouorum albuminibus, postea cum melle, aut sacch. coquendus ad mellis crassitiem, aut circiter, vt seruari possit. SYLVII.

B DE succo acetosæ. *Syrupi huius frequentissimus nunc est vsus, neque in eo conficiendo aliud, quã oxalis vsurpãdum. Sed & oxyn quod acetosum trifoliũ vocãt, si quis parato ex eo syrupo in vsum traduxerit, puto ad oẽs eos vsus tantundẽ posse, quantũ ex oxalide.* COST.

MESVE.

SYRVPVS ex succo cucurbitæ febres ardentes, bilioſasque reliquas, gutturis asperitates, & pleuritidem emendat. Cucurbitam magnam maza inuolutã clibano coque, eius expressi succi lib. v. cum sacchari lib. iij. percoque.

C MAGNAS vires hic habet in siti, & magno incẽdio extinguendo. MAN.

NObilis quidam nostras, in peregrinatione Hierosolymitana Ioppe ardentissima febre correptus, a Medico Iudæo est cõfestim hoc syrupo persanatus, id obiter addendum putaui, vt lector intelligat multa in Mesue præstantissima medicamenta velut neglecta iacere, quorum vsus est saluberrimus. Hic ergo sitim, & vehementem febrium ardorem potenter extinguit magna frigiditate, & humiditate. Gutturis hæc asperitas calidam, & siccam expirationem per febres ardentes sequitur, pleuritis ab omni humore fit, frequentissime tamen à bile, vt apho. 33. lib. 6. ob id bilioſis, & calidissimis morbis pleuritidem bilioſam tanquam acutissimam, & calidissimam hic commemorat. SYLVII.

D EX succo concurbitæ. *Nunc audio cucurbitam excauari, & indito illi sacchar o leuiter coquendã temperato clybano committi, collectum vero in ea liquorem ad propositos hoc loco affectus vsurpari. Hoc ipsum in memoriam mihi ducit melonem Indum anguriæ nomine agnitum, cui si facto in superiori parte orificio saccharũ immittitur, dissoluitur, & anguriæ succo quo multo affluit commistum, potum ad refrigerium, & sedandam sitim opportunissimum præstat. Sane, syrupum ex succo cucurbitæ etiam ad pleuritim commendat. quam tamen quantumuis bilioſam transacto eius initio, quo cohibenda erat fluxio, frigidioribus hisce rebus adiuuari posse diffidimus.* COST.

MESVE.

SYRVPVS de prunis valet idem, quod syrupus de violis, & similiter fit.

Hic

MAN. *Hic præter hoc quòd infrigidat, aluum etiam lenit: loco eius vtimur diapruno simplici, sicuti, & duobus de granatis.*

SYLVII EIVS syrupi, vt prunorum, varia est natura: si enim dulcia sint, aluum subducit: eius autem loco Diaprunō simplex vsurpamus: si austera sint, aluū cohibet, nisi summis epulis sumptus, firmatis paruis ventriculi superioribus, deorsum pellat. Si acida sint, refrigerat, humectat, incidit, tenuat, appetentiam excitat. Dulcacida vero Mesue videtur intelligere, quæ parum aluum subducant, & magis refrigerent modo violarum.

COST. *SYRVPVM ex prunis lib. simpl. esse ait iuuamēti noti, quod intelligendum. Sunt enim pruna omnia, & acida refrigerantis facultatis. An vero ex succo; an ex stillatitio liquore hic sit parandus, quum non explicet, quia succus, si quis illis saccharum coquendū indiderit, densari in gelu solet, vsurpandus videtur liquor: quem quidem, quum nos destillatione elicuimus, refrigerando, largius autem epotum etiam subducendo ventri, non imbecillum agnouimus.*

MESVE.

SYRVPVS de granatis acidis febres bilioſas, & quæ ex pituitoſis flammam multam inuehunt, iuuat.

MAN. PAVLVS rhoiton parat ex par. iij. succi, & vna mellis. Sunt qui immergunt setam, quia videlicet putent habere magnam vim in roborando corde.

SYLVII EX succo purificato granatorum acidodulcium, vel acidorum simul, & dulcium, vel acidorum tantum. aut acidorum maiori portione, cum saccharo, fit hic syrupus, vt præcedentes, quia refrigerat, humectat, & obstructa non nihil liberat, essentiæ tenuitate bilioſis febribus est efficax, sed etiam pituitoſis (qua sapor acidus etiam incidit) & præcipue multum inflammatis. Nam, vt lignia viridia ægre incenduntur, sic pituita putrendo vix vritur: vbi autē accensa omnino est, modo aliarum ardet: quod & Hip. causus pituitoſus, & hybernus declarat. Syrupus ex succo omnis oxalidis, idem pollet, vt post leges. Paulus *μετὰ* parat ex partibus tribus succi granatorum, & vna mellis. Sunt, qui sericum mergant, putantes id magnam vim habere roborandi cordis.

COST. DE granatis. *Vt punici acidi succus morbis, quos acrior, & tenuior bilis excitat, dum refrigerat, & crassefacit, opportunus est: ita ijs diuersus, quos pituita frigida aut crassa. recte ergo quum syrupum ex punicis acidis valere ad pituitoſas febres ait, subdit, si magna illis iungatur inflammatio. esse vero ea solet ex salsa pituita, qui humor bilioſam æmulatur naturam, & febres interdum ardentes procreat. quare in pituitoſis febribus nisi ex salsa sint pituita, abstinendum hoc erit, quod vt refrigerare, & crassefacere, ita efficere potest, ne humor concoquatur.*

MESVE.

SYRVPVS de granatis dulcibus, sitim, tuſsim, pleuritidem iuuat. fit vt prior. præstantior euadit, si succo maceraris sericum cocco baphica tinctum.

SYLVII SITIM à sicco sedat humectando: minus eam, quæ à calido est, quòd dulcia in ventriculo calido prompte in bilem flauam vertantur, & sitim inde excitent, si videlicet exacte dulcia sunt, vt mel. aliud autem sentiendum de minus dulcibus. Sunt enim in dulci sapore ceu gradus quidam maioris, & minoris ratione distincti, vt pituita dulcis in 1. gradu, lac in 2. glycyrrhiza in 3. mel, & sanguis dulcissimus in 4. ob id mel quia summe est dulce, à calore vel suo, vel alio prompte amarescit, glycyrrhiza autem recens etiam diu coqui potest citra periculum adustionis. vnde & ipsa Græcis *ἀφεψητὸς* dicitur, quod sitim sedat, lac coqui diutius potest, pituita diu limat. Quatenus autem dulcia tergent, hic syrupus asperitatem gutturis lenit, si ab humore siccato inæquale est, & humectando, si a siccitate exasperatum est: quoniam item dulcia tergendo sputa promouent: in omni autem pleuritide facile spuere est salubertimum, & quo citius, & largius spuitur, eo brevior, & tutior est pleurisis. Cor præterea roborabit hic syrupus, si succo huic sericū crudum grano tinctorio, (*κόκκῳ* Matri vocant) infectum immiseris donec succus ruber euadat. Nam vtrumque, sericū inquam, & coccus baphica vim cordis roborandi habere creditur. Posset eadem ratione cæteris huius generis syrupis hoc ipsum misceri, nō huic, & syrupo de pomis tantum.

DE granatis dulcibus. *Dulcis punici succus vt dulcis est, sitim vix sedat, sed madefaciendo, id præstat.* COST.

MESVE.

SYRVPVS ex corticibus citri stomachum firmat, & oris gratiam commendat. Corticum citri † libras vnas, in aquæ fortis lib. v. coquitur ad duarum librarum consumptionem, & cū sacchari † lib. j. percoquitur in syrupum, cōdiendum moschi granis quatuor. Alij corticum quantitatem iustam in iulepum probe coctum proijciunt, & fit delectabile. Quod si aqua, cui cortices citri sint incocti, sericum cocco baphica tinctum maceraris, præstantior euadet.

† recentiū

† lib. ij.

SYRVPVS de corticibus citri nō est in vsu, nec præparatus reperitur. Et hic nota, quia in præsenti syrupo fit mentio de seta tincta in chermes. i. in grana. reperitur etiam in quibusdam alijs descripcheſmes scripta per s, & non per r, & sunt passulæ sine nucleis. CHR.

CVM bene paratur, cerebrum etiam, & cor confortat, si intemperie frigida laborant. MAN.

CEREBRUM, cor, stomachum, & reliquum etiam ventriculum, si frigida intemperie laborant, calore aromatico roborat iste syrupus, & cortex conditus, siue humidus siue siccatus, diligenter mansus, & ore contentus, vel deglutitus. Nobis, vt dixi citrorum desiderio non paratur, sed eius loco sæpe vtimur eo syrupo, in quo ipsi cortices citrorum conditi seruantur. Quia vero est odore iucundo, tetrum oris halitum tegit, & obtundit, præsertim qui à corruptis in ventriculo humoribus efferur. Nam à partibus alijs ori vicinis odorem fœdum, nec multum, nec diu dissimulat. In idem vitium cortex citri conditus est efficacissimus, siue ore continea-
tur, siue etiam præmansus deuoretur, præsertim aere frigido, aut temperato, & in ventriculi intemperie frigida potius, quam alia quauis: nam manifeste calfacit. Odorem vero huius syrupi aromaticum moscho addito auget, vt etiam partes principes valētius roboret. Quamuis autem calidus sit, tamen pestilentibus morbis, & veneno resistit, partes principes roborando. Ne autem accipe pannum sericum tinctum chermes, rem à nostra natura, & coccī alienam, non solum per se, sed ob aluminis, & aliorum tincturæ panni huius necessariorum mistam malignitatem. Miscetur hic syrupus sæpe alijs compositionibus ad cerebrum, cor, stomachū roborandum. Idem pollet conditura corticum citri liquida. Nam sicca minus est efficax, quę fit corticibus in saccharum prope percoctū iniectis. Fieri similiter potest syrupus, & conditura ex corticibus limonum, & aranciorum: sed postremi, quòd amariores sunt, aqua macerando sunt ante dulcorandi. SYLV.

DE corticibus citri. *Magni hoc est vsus ob commoda, quæ dum corporis spiritus eius odore vecreantur,* COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0280-9 DFG

creantur, principibus membris atque vniuerso corpori frigido aliquo vitio detentis affert : præsertim addito moscho. Sed mulierum gratia, quarum plurimæ offenduntur moscho, parandũ hoc est etiam sine moscho.

MESVE.

Syr. acetos. ex citri.

SYRVPVS ex succo citri acido, bilis flauæ, & febrium ab ea, aut viscerum phlegmone ortarum, ardorem flammeũ potenter extinguit, ac sitim vehementem. ebrietati resistit, vertiginẽ iuuat, febribusque pestilentibus, presertim constitutione æstatis venenosa, & pestilentiæ opitulatur. Sic fit. Succi citrorũ acidi lib. xij. in vase vitrato coq; igni prunarum lento ad tertiæ partis consumptionem. cola. residere donec claresçat, permitte. Clari succi lib. vij. percoque ad iustam crassitudinem cum iulepi clari, & purgati lib. v. Aut si æstas est, insola, donec aquosa eius substantia consumetur.

CHRI. ISTE syrupus est multum in vsu, & maxime tẽpore pestilentiæ, & alijs feb. malæ qualitatis: nam resistit corruptioni aeris, & venenositati aeris sua cõplexione, & proprietate, confortat stomachum debilem, & supercalefactum, & cor prohibendo resolutionem spirituum, & infectionem ipsorum, & remittit incendium superfluæ caliditatis humorũ. extinguit sitim, & sic somnum mire prouocat, & eius complexio principalis est frigida vltra primum cum leuissima siccitate, & aliquali humectatione, quæ longe maior efficitur ex permixtione aquæ frigidę purę in duplici quantitate. Sic ergo apparet, quòd ipse est principaliter digestiuus materiei cholericæ, & subtilis, superfluæ caliditatis, sicut etiam syrupus acetosus simplex. Confert insuper ebrijs, & habentibus vertiginem, prohibendo ascensum vaporum ad caput. habet & alias operationes, quas tu ipse discerne. Recip. succi acetositatis citri, &c. Et infunde super ipsum de iuleb claro, & depurato. i. de zucch. liquefacto claro, & præparato cum claris ouorum, vt faciunt aromatarij, vel aliter ex iuleb claro, & depurato. i. ex iuleb rosato, perfecte completo, lib. ij. & vtraque expositio est bona. reliqua, quæ ponuntur in litera, sunt clara. Et eius dosis communiter fit vsque ad vnc. ij. cum aqua frigida, vel aquis cordialibus buglossæ, melissæ, vel endiuiæ, & hoc, vel plus, vel minus de vna, vel altera illarum, secundum quòd quærimus maiorem, vel minorem extinctionem, aut confortationem virtutis. Et si sumatur talis syrup. pro digestione humorum, semel tantum in die sumitur cum proportione duplici aquæ. Si autem sumitur pro extinctione sitis, & caloris febrilis, sic potest sumi pluries in die stomacho ieiuno, & vacuo, & celebrata digestione cum proportione quadrupla aquæ.

ADDITIO.

Notent aromatarij.

Nota, quòd pauci sunt aromatarij, qui sciant facere istum syrupum. immo omnes facientes hunc syrupum, diu in forma syrupi non possunt conseruare: sed congelatur tanquam gelea, & hoc aduenit imperitia facientium. Sic igitur est faciendum. Accipiatur illud, in quo acetositas reperitur citri, & ipsam pe-

A tia subtili leniter exprimas, & non violenter, exibit liquor clarus non mucilaginosus. Accipe igitur de dicto liquore quantitatem dictam, zucchari albi bene clarificati, & debito modo cocti quantitatem, vt supra, & cum eo pone acetositatem, & soli expones. Sol enim consumet paruo tempore humiditatem superfluam acetositatis citri, & remanebit clarum tãquam aqua, hoc enim modo faciunt Cypriani.

PARAVI instar huius ex limonibus, & inueni placidum ac vtilem. Et confert ebrietati; vertigini. Biliosæ. MAN.

SAPOR acidus refrigerando vehementiam bilis potenter obtundit, præsertim mistus aquæ frigidæ, cum aqua dupla huius syrupi vnciæ duæ propinantur, vel eius loco aqua buglossi, intybi, melissophylli, vel alia proscopis varijs. cor, ventriculum, & partes alias ab intemperie calida imbecillas firmat, & dum spiritus calore immodico tenuatos resolui prohibet, ac ipsorum putredini, & B humorum, & aeris tota sua substantia resistit, per accidens naturã roborat, febresq; pestilentes, aut gigni prohibet, aut genitas emẽdat. Refrigerando item ac humectando (nam per se frigidus ac modice humidus, duplo autem aquę assumpto vtramque qualitatẽ intendit) febrium maxime biliosarum incendium compescit, & sitim ac somnum conciliat. Quoniam postremo vapores minuit, extincto calore vaporem causam effectricem ebrietatis potoriam vino potente, & vaporoso, reprimit frigiditate. Qua de causa nonnulli cum vinum meracius bibere cogantur, ob ventriculi imbecillitatem, ab eo ne caput vaporibus calidis tentetur, aquam superbibunt: alij pomum, aut pyrum, aut aliquid simile postremum ingerunt: alij ore tantum ea continent: alij ore aperto respirant, vt vaporum à vino calidorum pars magna cum expiratione foras exhalet, non deferatur in caput, vbi spiritibus mista prò suo impetu, errabundo motu spiritus ipsos animales dimoueant, vt inde nobis appareant communia ebriorum symptomata, Inter quæ vnum quoque est vertigo, cum scilicet omnia circumagi videntur. Cui syrupus iste etiam succurrit, & visis, quæ vapor nunc biliosus nunc alius à ventriculo, vel etiam toto corpore elatus in caput, & spiritui visorio permistus nobis mẽtitur, qualia multa ieiunis quibusdam, omnibus vero febrem deposituris crisi per vomitum aut hęmorrhagiam narium accidunt. Citrea mala septentrionalis Gallia cum desideret, hunc syrupum ex prouincia, & Gallia Narbonensi coemit. Possis tamen ex succo limonum (quos plurimos, & integerrimos prædictæ regiones quotannis transmittunt) isto non multo inferiorem, magis tamen refrigerantem, & penetrantem coquere. ambo præterea cor, & stomachum roborant, & spiritus resolui prohibent. nec malus fuerit ex succo aranciorum indidem magna copia huc anno propè toto delatorum. SYLVII. *Celsus Paulus.* *Li. 3. prog. & crisem.*

Syrupus item acetosus simplex, & de granatis acidis, facultate refrigeratoria huic est affinis, viribus alijs longe inferior. Iulep, clarum est saccharum aqua dissolutum, coctum, cum albuminibus clarificatum, vel iulepum accipe cum succo citri factum, aut rosarum. Potes etiam saccharo lib. ij. in aquæ triplo ad penidioti consistentiam coctas illi syrupo incoquere, post insolare dies 40. vt diutius seruetur. Si contra bilem sumitur, mane dentur eius vnc. ij. cum dupla aqua: si ad sitim, & calorem febrilem, longe à cibo frequenter die sumitur vnc. ij. cum aquæ quadruplo.

D ACETOSITATIS citri. *Frequens huius quoque, & non parvus, ad eos affectus, ad quos Mesue proponit, est vsus. Si autem recens expreßus succus lanea lingua excoletur, decoctione non egebit quam eius expurgandi gratia Mesue instituit. licebitque addito saccharo semel tantum coquere citra virium iactu ram, quam repetita coctione fieri necesse esset.* COST.

MESVE.

Syr. de acetos.

SYRVPVS de Omphacio ventriculũ roborat, etiam prægnantium, ne alia rum partium excrementa facile recipiat. ob id choleræ morbo medetur, intemperiem calidam vẽtriculi, febres biliosas, sitim vehementem extinguit: venenis resistit. Fit vt syrupus ex succo citrorum. Nennulli condiunt caryophyllis.

SYRVPI de acresta vsus esset conueniens vomitui superfluo assumptus immediate post cibum in dosi vnc. ij. cum modico aquæ extinctionis ferri, vel chalybis,& fluxui ventris, vel calido,vel acuto cum relaxatione,& excoriatione intestinorum assumptus ante cibum in dosi prædicta cum eadem aqua frigida tempore calido,& calida tempore frigido:præmissa tamen aliquali euacuatione cum casia, vel mana, vel cum rhabarbaro assо, seu cum myrobalanis assatis, si talis fluxus, vel vomitus est dependés à materia pungitiua, vel mordicatiua. Et hic notandum, quod in quolibet fluxu ventris illa quæ dantur ad constrictionem statim, debent exhiberi ante cibum. oppositum autem fieri debet in vomitu. Valet etiam vsus eius appetitui magno prægnantium.est enim frigidæ, & siccæ complexionis in primo,cum stypticitate multa,& confortatione membrorum: vnde multum lauda vsum eius.

Canon pra. Bicni.

MAN. HIC quoque præstans est: Paulus omphacomeli.

SYLVII. REfrigerat, & potenter adstringit, si ex vuis natura austeris (quales vulgo nobis dictæ Burdegalenses,)& immaturis expressum fit omphacium, ob id hic syrupus ad vnc.ij. cum vncijs duabus aquæ coctæ, & chalybeatæ, ante cibum præsumptus,non modo deiectionem immodicam in cholera sistit, sed etiam omni dysenteriæ præsertim biliosæ, quę frequentissime est,multum cõfert.purgato prius,si opus fuerit corpore per rhabarbarum etiam tostum, vel aliud idoneum medicamentum. Si autem paulo post cibum sumatur eadem,aut propinqua mensura, vomitum immoderatiorem, & à cholera,& a causa alia cohibet: Quia vero refrigerat,siccat adstringit,vt acetum tribus his qualitatibus putredini resistit,vt sal duobus postremis, mel, saccharum. fit coctio a sole, vel igne sola siccatione: ob id conditioni pestilenti vsit est frequẽtiss. omphacium. Vt aromatico sit odore, miscent nonnulli caryophylla, quibus multo, aut paulo minus refrigeret pro caryophyllorum quantitate, & viribus. Paulus omphacij sextarios iij. cum mellis sextario vno igni lento coquit: vel dies 40. insolat, donec aquosa eius substantia sit consumpta, & ob id ὑφαιμώδης, appellat.Actuario ad eadem fit ex omphacij lib.i.sacchari lib.ij.bilis ardorem, & febrium magis refrigerando obtundit: nymphæ sacchari eiusdem ex florum nymphæ lib.ij.in aqua parum coctis expressum, deinde percoquitur, cum sacchari lib.ij.fermatur, & omphacium cum sale,& omphacium siccum, cuius meminit Gal. lib.6.comp. ph.p. Fit ex omphacij coctione,& residentia purgati lib.vij. & sacchari clarificati lib.v. additis caryophyllorum drach. ij. aut circiter.

COST. DE agresta. *In omphacio ad modicos vsus parando cauendum ne sal (quod seruandi eius gratia plerique addunt)adiiciatur. priorem autem,& diuturnioris durationis reddi immaturæ vuæ succum obserua bis excolando,atque(vt de acido citri dicebam) per linguam destillando, addito vt succis alys solet, oleo, ne eius vis expiret aut ab aere corrumpatur.*

MESVE.

Syru. de grana myrti.& pulmonem viscera.

SYRVPVS Myrtorum ventriculum, † & viscera alia roborat, ob id fluorẽ alui antiquatũ sistit, tussim mitigat. fit vt syrupus de omphacio prædict°.

CHR. ISTE syrupus secundum præsentem descr. est in vsu, valet principaliter contra omnem fluxum ventris antiquum, & maxime excoriatiuum,& contra omnem fluxum sanguinis a renibus, vel a pectore,assumptus cum aqua ferrea,vel plantaginis,& cõtra fluxum menstruorum, & contra tussim factam a materia calida, & subtili. Confortat insuper stomachum, & pulmonem, & viscera calefacta,& relaxata, & summe confert superfluo fluxui vrinæ, & diabeti. Est enim cõplexio myrti frigida in primo,& sicca in secundo,cum caliditate quadam, & leui apetitione. virtus autem huius syrupi resultat frigida versus primum, & sicca modicum vltra primum,& dosis eius est de mane vacuo stomacho vsque ad vnc.ij. lymphatum, cũ aqua simplici,vel ferrea,vel alia destillata,secundum exigentiam dispositionis.

MYRTETON vocat Paulus: magni vsus in fluente aluo. MAN.

HAemorrhagiam omnem cohibet,sumptus cum aqua chalybeata, vel plantaginis,siue a pulmone est,siue ab vtero, siue a renibus. Diabetem quoque reprimit, & omnem immodicam vacuationem, qua refrigerat, siccat,adstringit. Eadem opera omphacosaccher præstat. Viscera ab intemperie calida imbecilla, & soluta roborat. tussi a defluxu calido, & acri medetur dictis qualitatibus, & suo lentore velut incrustando munient fauces, aeguttur: fit ex succi myrtorum ℔. myrti baccarum lib.xij. coctis ad tertiæ partis consumptionem,deinde colatis,& quiescendo purgatis lib.vij. quibus affunde saccharı clarificati lib.v. percoque igni lento in syrupum,vel si æstas est,insola vsque ad partis aquosę cõsumptionem: sic Mesues,& Serapio componunt. Parrhisij autẽ, quod myrtos parum recentes habemus, ex ipsis in aqua temperatis,& coctis paramus,sed imbecilliorem. Hic ventris fluorem etiã antiquum sistit, & screatum sanguinis, quæ,vt præstet efficacius adstringentium catalogum, rosas,rhoa,acaciam, hypocistidem, balaustia, oxyacantham, baccam,mespila,carnem cydoniorum, succum granatorum,mastichem,santala,ebur ustum misces,cum horum vnum, aut salem pauca sufficiant. Myrteton Pauli lib.7. huic affine est,ex succi myrtorum sextarijs tribus coctis,cũ melle sextario vno ad tertiæ partis consumptionem semper despumando. Syrupus de ribes (sic enim vocant Barbari,doctis ignoratum fructicem)vel Damasceni, vel nostratis,calorem, febres biliosos, sitim extinguit, profluuium biliosum,vomitum,hęmorrhagiam sistit,cardiacis succurit, appetentiã excitat,exanthemata,seu morbillos,& variolas sanat, in pestilentia est efficax,ebrietati resistit, visum acuit: fit vt syrupus ex acida parte citrorum,cui viribus æquale est. Ex baccis item ribes rubentibus racematim cohærentibus in aqua coctis,& expressis cum sacchar percoctis, fit tremor gelatinæ vulgari similis,qualis ex cydonijs, cornis, oxyacanthe, vuis, gelatina vulgo dictus, quòd gelu coneretione refert: sed hic omnium est gratissimus, & potest eadem, quæ syrupus,& sapa de ribes prædictus. Quam vellem simplices herbarum siccos,vt fructuum, melle, vel saccharo conditos,& coctos, vel etiam igni, aut sole siccatos seruari potius,quam sic varie inuicem misceri,cum posset medicus vtendi tempore pro suis indicationibus, & scopis miscere. Est multum in vsu, nomine syrupi de baccis myrti. Est alius syrupus myrtorum compositus post scribendus,frigidus est ac siccus ad primũ gradũ,missa etiam parua caliditate aromatica.

SYLVII.

COST. DE granis myrti. *Myrti fructus aridiores sunt,quã vt exprimi ex ipsis multus possit succus,quare diluẽdi sunt aqua: dilutumq; ad conficiendum syrupum assumendum: eritq; etiam vsus ad astringendũ eximij.*

MESVE.

Syru. chefmes.

SYRVPVS ex Vuis purgatis prodest tussi, & thoraci, fit vt syrupus zizyphorum.

CHR. SYRVPVS de chesmes id est de passulis sine nucleis: aliter exponatur, id est de grana cum qua tingitur sericum. sed prima expositio dicta est magis ad mentem auctorum: non est in vsu.

MAN. Passulas vocant,nullum tamen vidi qui pararet.

COST. DE chesmes. *Passæ vuæ maturiores,dulciores,& acinis destitutæ sunt hic deligẽdæ, quales Corinthiacæ.*

thiacæ. Si vero iis vtendum ſit, quibus acini inſunt, debendi illi ſunt ob aſtringendi vim, quam inſignē habēt.

MESVE.

Syr. albelach. SYRVPVS ex Dactylis ventriculū adſtringendo roborat, ob id vomitum, & fluorem alui ſiſtit. fit ex dactylis enucleatis, tritis, coctis ad conſumptionem duarum partiū, deinde in ſyrupum percoctis.

MAN. DICVNT eſſe dactylos: ſed mirum eſt cum alias interpres conſueuerit vti voce dactylorum, quod nunc vtatur voce illa.

SYLVII. SVCCO dactylorum caremus, quarum abundamus, tamen B cocto in ſyrupum non vtimur. poteſt, qui volet, componere, & compoſito ad dictos affectus vti. Quæ ex vino, & aceto, ſuccis fructuum, cum melle, aut ſaccharo fiunt potiones, ęnomeli, oxymel, oxyſacchar ſimplicia hic adſcribi poſſunt, quia tamen multipliciter componuntur, in compoſitos ſyrupos diſtuli.

COST. DE albelach. *Non docet qua aquæ menſura, quod palmularum pondus ſit incoquendum. Si exemplum ſyrupi ziziphorum ſequi velimus, tantum eſſet palmularum, quantum Ziziphа centum pendent, aſſumendum, & quaternis aquæ libris incoquendum ad dimidias. ſed quia palmulæ lenta, pinguique ſubſtantia ziziphis longe præſtant, & maiorem quoque aquæ menſuram videntur poſtulare. Committendum ergo id erit pharmacopæi dexteritati, ne apozema, quod decoctum vocant, conſiſtentiæ ſit craſſioris, quam vt in ſyrupi conſiſtentiam duci poſſit ſaccharo adiecto. cuius, licet non meminerit, quia tamen ducendum hoc medicamentum ait in ſyrupum, ſuperiorum exemplo ſaccharum admonet adijciendum.*

DE SYRVPIS COMPOSITIS

MESVE.

HACTENVS ſyrupos ſimplices, & iulepos deſcripſimus. nunc compoſitos aggrediamur, primum refrigerantes ferè, poſtea calfacientes, & roborantes.

CHR. HAEC eſt ſecunda pars principalis huius ſextæ diuiſionis, in qua poſtquam poſuit iuleb, & ſyrupos ſimplices, nunc proſequitur compoſitos, licet D inter compoſitos intermiſceat ſyrupū acetoſum ſimplicem, quem tenet medium inter ſimplices, & compoſitos. Et primo, ponit ſyrupos, qui magis conueniunt ad digerendum materiam calidam, quia plus attinent complexioni frigidæ in eorū virtute, & ſubſequenter ponit illos, qui principaliter conueniunt ad digerendum materiam frigidam, nam cum eorum complexione plus attinent caliditati. Et licet aliqui ſyrupi, in hac prima parte poſiti etiam ſimul conueniant ad digerendum materiam calidam, & frigidā, ſicut inferius declarabitur, tamen in eorum complexione plus attinent gradui frigiditatis.

MAN. COmpoſitos hoc vocat, quia præter ſacch. aut mel, ex pluribus, quam ex vna re conſtant.

SYRVPOS ex ſuccis fructuum medicamentoſus, præſertim refrigerando, & adſtringendo, & obiter ex ſuccis herbarum etiam calfacientibus, ſimplices explicuimus: compoſiti ſuperſunt, inter quos Meſues acetatum, ex aceto, aqua, ſaccharo recenſet, quamuis minimum ſit compoſitus. Frigidi autem hi aduerſus biliioſos affectus, & ſanguineos ſunt efficaces, vt calidi ad pituitoſos, & melancholicos, niſi quibus melancholia feruet. Primum autem compoſitos ex ſuccis fructuum docebimus, quo ordine ſimplices prius ſunt deſcripti.

MESVE.



YRVPVS papaueris ad catarrhū, & tuſſim cauſam inſomniæ, Fit præſertim ex capitum papaueris albi, & nigri, ana drach. lx. coctis in lib. iiij. aquæ pluuialis, ad conſumptionem † lib. ij, & dimidię. tunc percoquantur cum *Vulg. adi. i. & i.* ſacchari albi, & penidiorum, ana vnc. iiij.

SYRVPVS de papauere. duæ deſcriptiones ſyrupi de papauere ponuntur in hoc antidotario à CHR. Meſue, ſed iſta prima, quæ ponitur eſt magis in vſu; licet, & alia quæ, ſequitur magiſtraliter conueniat, vt de ipſa inferius declarabo: valet enim iſte ſyrupus principaliter ad prouocandum ſomnum, ad ſitim extinguendam, aſſumendo de eo vnc. ij. de ſero vna hora poſt cœnam, & etiam de mane ſi expedit vna hora poſt prandium: reprimit enim vapores calidos, & acutos qui ſunt cauſa vigiliarum. etiam ſua frigiditate caliditatem ſuperfluam remittit, prohibet etiā deſcenſum catarrhi acuti ad partes pectoris, & pulmonis. Cōfert etiam tuſſi ſiccę, & aſperitati gutturis, & cannæ, aſſumptus tempore congruo, & cum modo, & aqua conuenienti talibus diſpoſitionibus. Reci. papaueris albi, & rubei, & proprie capita eorum, cum ſemine, ſupple.

ADDITIO.

Duos deſcribit ſyrupos de papauere, tamen primus magis conuenit ad ſomnum prouocandum, quam ſequens.

LONGA nimis videtur hæc decoctio, adeo, vt in MAN. recentibus vim perdat. Tutius eſt coquere, donec tabeſcat, nec amplius.

GALENVS *in diacodio hunc terminum decoctionis non* SYLVII. *vult tam longum in recentibus præſertim capitibus, quia vim perdit, ſed donec ipſa capita coquendo tabeſcant. Poteſt fieri ex ſolo ſemine, ſed præſtat ex capitibus cum ſemine decoctis ipſum componere, quod in capitibus vis refrigeratoria ſit inſignior, vt indicat opium ex his præſertim, nigri inciſis, emanans liquor maxime omnium narcoticus. Huic ſyrup. ſimplex vſu frequentior, quam ſequens, catarrhum calidum, tenuem, & acrem, in aſperam arteriam ſiſtit, quia frigiditate ſua cogit, & craſſum efficit humorem, ob id ad fluendum ineptiorem. In quem vſum diacodion adhibet Gal. Caloris quoque incendium extinguit, ſomnum conciliat, ſitim ſedat, guttur lenit. Tuſſim quoq; ab eodē catarrho fiecam finit, aut ſaltem mitigat. ficca autem eſt, quod nihil materiæ tenuioris, & efflationem tuſſis materiam eludentis expectoratur, & lentore ſuo gutturis aſperitatem lenit. Pro pluuiali aqua quidam malunt fontanam, & coquunt ad conſumptionem tantum libræ vnius, vel vnius, & dimidiæ in formam iulepi. Capita autem papaueris ſint recentiora, quia frigidiora ſunt, & diu minus coqui deſiderant, quam ſicca: ſomnum quoque conciliat, tamen per ſe refrigerando, & humectando ſumptus vncijs duabus hora ſomni, cum per accidens mingat tuſſim vigilias excitantem. Eadem vi ſit in*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0283-7 DFG

extinguit,à calido,& ficco nasci solitam. Papaueris non nigri, E sertim ab atra bilefactis. Accipe eius clarificati lib. iiij.) Idest pro quibuslibet.iiij.lib. accipe sacchari lib.ij. ser. Et quandoque) Parant communiter vtroque modo, cum aceto videlicet,& absque eo: dum tamen simpliciter scribitur, acidus est accipiendus.

sed rubri leguntur nonnulli, quod papauer rhœas est Dioscoridi refrigerans, & omnibus suis partibus somnum concilians,ne putes eum quibusdam ipsum anemonem esse calidam herbam.

MESVE.

Syr. diuari sue de bizantijs.

SYRVPVS Bizantinus ad icterũ, & febres putridas, biliosas, &phlegmaticas solutu cõtumaces. Recipit succi intybi,& apij. ana lib. duas, succi lupuli,& buglossi hortensis, vel sylvestris, ana libram vnam. feruefiant semel,& purgẽtur, eius succi clarificati lib. quatuor igni lento coq; in syru.cum sacch.lib.duabus, & dimidia. Interdum acetum mensura succorum purorum dimidia incoquitur, interdum rosarũ vnciç duæ, F glycyrrhizæ vnc. dimidia,spicæ nardi drachmæ duæ,seminis anisi, fœniculi, apij, ana drachmæ tres succis incoquuntur,& vi mirus euadit.

CHR. *Syrupus de bizãtijs duplex.*

ISTE syrupus de bizantijs, dupliciter autem reperitur.vno modo secundũ simplicem descriptionem, alio modo cum additione, quæ in fine huius capitũli ponitur, & vocatur syrupus de bizantijs cum additione. Et, vt sic habet diuersas operationes efficere. Iste syrupus est valde famosus,vnde habetur in continuo vsu propter eius excellentiam, & iuuamenta, & maxime in febribus difficilis eradicationis compositis, vt cholericis, & phlegmaticis: & vt sic confert febribus de materia mixta, vt ex phlegmate, & cholera. Vsus tamen eius est magis conueniens transacta nona die, aut ad minus septima,& G sic practicatur. Sed hic notandum, quod ante septimam vtimur communiter in istis febribus pro digestiuo, nostro syrupo de duabus radicibus, aut acetoso simplici cum aqua fœniculi, & tertia parte mellis rosati colati, vel media parte cum aqua simplici endiuiæ tantum, vel fœniculi tantum, vel endiuiæ, & fœniculi simul, secundum quod plus, vel minus prædominatur materia phlegmatica, vel cholerica in dictis febribus. Prædominante vero materia cholerica, vtimur syrupo simplici, vel acetoso composito cum quarta parte mellis rosati colati, & cum aqua fœniculi, & modico aquæ endiuiæ: si vero aliquid aquæ fœniculi ponitur, est valde modicum. Prædominãte vero materia phlegmatica vtimur syrupo acetoso composito, vel simplici, si aliud membrum læderetur ab eo cum æquali proportione mellis ro- H sati colati, & cum aqua fœniculi, & cum modico aquæ endiuiæ. Mel rosatum principaliter ponitur cũ prædicto syrupo ad digerendum materiam phlegmaticam in stomacho,ipsam subtiliando, & abstergendo, & ad stomachum confortandum. Et syrupus de bizantijs cum additione est magis conueniens in declinatione febrium, quam syrupus de bizantijs sine additione: quia magis aperitiuus,subtiliatiuus,confortatiuus membrorum,& præparatiuus residui materierum ad expulsionem.

Quãdo tempore bizãtius compositus sit exhibendus.

MAN. BARBARA certe est hæc inscriptio, & si id notat,quod verba significant,auaritiam ostendit, quæ a bono, & viro, & medico debet esse aliena. Efficax tamen est syrupus, & multi vsus in longis febribus, præ-

COQVENDO despumentur, & clarificentur, & colentur succi. Si hunc vis obstructa potentius aperire, adde acetum album, apium, petroselinum, fœniculum,& alia vel splenica, vel hepatica,vel nephritica. aut extunge vtendi tempore syrupum de radicibus, vel duabus, vel quinque. Syrupus de quinque radicibus ad eadem efficacior proximus viribus syrupo Bizantino, incerti est autoris. Accipit radicum apij, fœniculi, petroselini,asparagi, rusci,ana vncias duas. coque in lib. sex aquæ fontis ad tertiæ partis consumptionem, expressum percoquitur cum sacchari lib.tribus, addendo ad finem aceti vnc. octo. Alij addunt decocto seminis apij, fœniculi, petroselini,ana vnc.vnam,& in libras decem aquæ coquunt ad dimidias. Expressum percoquunt cum mellis potius quam sacchari libris quatuor. SYLVII

MESVE.

Syr. violatus simplex.

SYRVPVS acetatus simplex materias calidas frigiditate, tenuitate vero crassas, & glutinosas ad expulsionem apparat. Galeno etiã in partibus remotis, ad quas essentiæ suæ tenuitate alia quoque medicamenta affectus in his contumaces victura conuehit: humorem tamen melancholico sibi temperamento affinẽ iuuare non videtur. Recipit aquæ fontis libras quatuor, cum sacchari libris quinque: coquantur in vase lapideo ad dimidias semper despumando, carbonibus accensis, aut flamma exigua,& sine fumo. tunc adde aceti albi clari,libras duas.si autem valẽtissimum vis, libras quatuor: si viribus mediocre lib. tres, & percoque in syrupum. Datur ab vnc.j. ad vnc. tres cum frigida.

SERMO in syrupo acetoso. Hic autor ponit descript.syrupi, acetosi, & virtutes, & operationes eius. Est enim multum famosus, & excellens, efficax, & mirabilis in digerendo materiam subtilem cholericam, & acutam, vnde summe confert cholericis febrientibus. Incrassatiuus, enim est materiarum subtilium, & extinctiuus superfluæ caliditatis, & sitis, aperitiuus oppilationum, prouocatiuus vrinæ, & alias quam plures habet operationes efficere. Et iste syrupus acetosus simplex est minoris infrigidationis malarum complexionum calidarum, quam syrupus violatus; sed est maioris aperitionis, & prouocationis, & prohibitionis putredinis malæ, & venenosæ, ideo multum confert tempore pestilentiæ, & febribus pestilentialibus assumptus cum aqua buglossæ, vel melissæ corruptioni aeris resistendo. ipsum autem Galenus summe commendat xi. therapeuticæ, & de ipso multum confidit in dispositionibus putredinalibus, nisi sit nocumentum magnum in stomacho, & sensibilis læsio in neruis per frigidum. Et iste syrupus per se solum assumptus cum aqua simplici,vel endiuiæ principaliter conuenit in digerendo materias calidas, & subtiles. Et subdit auctor quod posse eius etiam extenditur in materias frigidas,crassas,viscosas, & adhærentes, hoc autem habet intelligi si sit admixtus cum CHR.

alio

alio syrupo calido, & melle rosato colato, vel alio syrupo composito absque aceto, de quo statim dicemus, vel lymphatus cum aqua apij, vel fœniculi, & similibus calidis aquis aperitiuis, & sic conueniret ad materias frigidas, admixtus tamen cum calidis sub debita proportione. Et sic apparet solutio dubij, quod ipsemet tangit in litera dum dicit. Et nos quidem diximus de isto, quod facit penetrare medicinas simplices, quæ cum ipso administrantur in partes, quas forsitan non penetrarent, & facit eas acquirere sectiones diuisiuas duri, & difficilis, & cur hoc etiam remanet cum ipso virtus infrigidatiua, & incisiua. Et componitur solum ex zuccharo, aqua, & aceto, secundum proportionem positam ab auctore, & litera est clara.

MAN. ET hoc quidem Galenus testatur.) Galenus nusquam huius meminit, sed oxymelitis. Propter similitudinem, & communitatem.) Hippocrates, & Galenus, acetum iuuat eos in quibus amara: lædit summopere in quibus atra bilis dominatur: magis tamen mulieribus quàm viris est inimicum, quia vterum lædit. In leui.) Si videlicet non vis multum acidum. Et in forti (id est, si vis multum acidum, Cum aqua frigida, &c.) Non exprimit quantitatem aquæ: nos autem duplam aquam miscemus, & ex herbis potius elicitam, quam naturalem.

SYLVII. AFFECTIBVS biliosis saluber, quia bilem tenuitate, & caliditate furiosam frangit, crassat, extinguit: humores autem crassos tenuat incidit, obstructiones aperit, vrinas mouet, sudores. Quæ contraria potest, nimirum contrarijs constans substantijs etiam aceti ratione. Cum autem acetum sit frigidum siccum, viribus maxime, & humor melancholicus frigidus siccus, & melancholia extincto iam calore frigida sicca Galeno dicatur, ob id humores, & affectus melancholicos augere videtur acetum, præsertim in mulieribus, quia vterum lædit Hip. lib. 3. rat. vic. acu. & eius ratione syrupus, acetatus tamen, quia hos humores, & similiter crassos, lentos expulsioni apparat tenuando, incidendo, meatus aperiendo, saluber etiam est affectibus melancholicis, vt quartanæ, libro 1. ad Glauconem, & splenicis remedijs sumendis, & admouendis miscetur in methodo medendi, & lib. 9. cap. ph. p. putredini etiam resistit, vt acetum, ob id pestilentibus febribus est saluberrimus cũ aqua buglossi, melissophylli, & alijs partes principes roborantibus. Non abs re autem in vase lapideo, aut siliceo, aut terreo vitrato coquit. Nam acetum à vase æneo, æruginosum aliquid contrahit, & corrodens. Quod autem Galeno authore hãc ei syrupo vim tribuit, rerum affinitate fecit. Id enim Galenus oxymeli tribuit, à quo hic syrupus nullo differt, nisi quòd mellis loco, saccharum mellis speciem accipit: &, quod crassius coquendo efficitur, quam Galeni oxymel, ad diuturnam custodiam. Potest tamen hic syrupus, vt Galeni oxymel parum coqui, æstate præsertim, & fiet liquidissimus, clarissimus, iucundissimus in hos omnes affectus, vt quotidie experimur, potius, quam tantam crassitiẽ ex multa coctione natam aqua, vel dulci, vel destillata dissoluentes, præsertim quibus affectibus tumetur. Acetum autem album tenuius, & potentius alio est.

COST. SYRVPVS acetosus. *Licet eius sacchari, quod sponte ex arũdine saccharifera effluit Galenus ignarus non fuerit, quando eius etiam Dioscorides meminit, factitij tamen, & vulgati, quod norunt Arabes, nunquã meminisse plane constat. Sed mendum hic esse in Mesue codice ex ijs verbis apparet, quibus, continuata cũ illa periodo oratione, qua testimonium citat Galeni, subdit, quod licet videatur id de quo agit, ineptum, vt ad atrum humorem conferat, confert tamen adiuuãdo medicamentorum penetrationem, quæ verba de aceto dici, & ex Galeno desumi nulli dubium est. De aceto igitur non de syrupo ex saccharo, & aceto Galeni affert authoritatem, quod ad omne humoris genus conferat. propterea aque legendum videtur.*

Et hoc quidem de aceto Galen. testatus est, &cet. *ita enim plana sunt omnia. Porro acetum ex albo vino expetit, quia tenuiorum partium. alibi etiam diligit, eadem de causa, vetustum.*

MESVE.

SYRVPVS acetatus cum radicibus, bilem crassam, & auulsiũ difficilem, ac pituitã incidit, terget: obstructa hepatis, lienis, renũ aperit. Recipit radicum apij, fœniculi, intybi, ana vncias iij. seminum apij, fœniculi, anisi, ana † vnciam. i. seminis intybi vnc. dimidiã: hæc omnia igne lento coquãtur ad dimidias in aquæ fontanæ lib. x. † tunc additis sacchari lib. iij. clarificetur. deinde acetum additur quãtũlibet pro scopis, vt dixi nuper, varijs.

† 3. viij.

† expressũ, vbi sup.

MODVS syrupi acetosi cum radicibus scilicet duabus de quinque radicum numero. *Iste syrupus est multum in vsũ.* Est efficax in dirigendo materias mixtas, & phlegmaticas, sic etiam summe confert febribus compositis, & phlegmaticis; tamen eius virtus, efficacia, & operatio est plus ad materias phlegmaticas, quam cholericas, eo quod sua complexio est tendens ad primum gradum caliditatis, & siccitatis. licet huius syrupi descriptionem ingrediatur acetum, & a quibusdam vocatur syrupus de radicibus temperatus, acetosus, & à quibusdam vocatur acetosus de duabus radicibus: & à quibusdam vocatur acetosus compositus, & sic ab eisdẽ qñ acetum in ipso ponitur, vocatur syrupus temperatus de radicibus, sine aceto vocatur compositus sine aceto. Et his tribus modis vocatur generaliter ab omnibus cum aceto, vel sine, quando in ipso non ponitur. Sed statim insurgeret dubium. Nam statim diceret aliquis, quomodo iste syrupus dicitur de duabus radicibus, cum eius compositionem ingrediantur tres radices, scilicet radix fęniculi, apij, & endiuiæ. Dicendum, quod radices absolute prolatæ sunt quinque numero; scilicet fœniculi, apij, petroselini, bruscі, & asparagi, de quarum numero solum duæ ingrediuntur. endiuia vero non est de numero earum quinque. Et est simile, sicut si diceremus de vno syrupo, qui componitur ex duobus seminibus calidis, vel frigidis, vt semine anisi, fœniculi, vel ex semine cucumeris, vel cucurbitæ, & licet ingrederetur semen leuistici, & endiuiæ, non propter hoc vocaretur nisi syrupus de duobus seminibus calidis, vel frigidis. Nam semina calida absolute prolata sunt solum quinque, semen anisi, fœniculi, ameos, carui, & cymini. Quidam autem, & forsan melius dicunt, quod sunt semen anisi, & fœniculi, & petroselini, bruscі, asparagi, sicut aqua quinque radicum fit ex quinque radicibus iam dictis: vtrunque tamen dictum potest saluari. Semina vero cõmunia frigida absolute prolata sunt etiã quinque, s. semen cucumeris, cucurbitæ, peponum, melonum, & citruli. Et sic etiam sunt quinque radices ex quibus fit aqua destillata, quæ est multum calefactiua, ac etiam aperitiua. Et aqua ex suprascriptis quinque seminibus frigidis est multum diuretica prouocatiua

CHRI.

Dubium.

Responsio.

Semina calida absolute prolata quot.

Semina frigida absolute prolata quot.

catiua vrinæ, etiam alteratiua ad frigidum. Et sic tales aquæ denominantur ab eis. Prima dicitur aqua de quinq; radicibus. Secunda vero dicitur aqua de quinque ſeminibus communibus, & vtraq; multũ eſt in vſu, & ſic apparet ſolutio quo ad dubium. Iſte ſyrupus licet nominetur alio trium modorum iam dictorum ab aromatarijs, tamen nominatur vt plurimum, ſyrupus acetoſus compoſitus, vel ſyrupus cõpoſitus ſine aceto, & hoc quando acetum non ingreditur: & vt, ſic habet diuerſas operationes efficere ratione virtutis aceti, & non eſt tantæ caliditatis cũ acetum ingrediatur, ſed eſt aperitiuus oppilationũ, ſubtiliatiuus materiarum craſſarum, inciſiuus, prohibitiuus putredinis, & malæ qualitatis, quando autem eſt ſine aceto, eſt eiuſdem virtutis cum ſupradicto, & nou lædit ſtomachum, & membra neruoſa, eſt etiam prouocatiuus ſudoris, & vrinæ, & præparatiuus materierum facientium febrem ad expulſionẽ, vnde vtimur eo communiter in principio febrium phlegmaticarum cum melle roſato colato diſtemperato cum aqua fœniculi, vel alijs aquis ſimilibus, & compoſitus cum aceto plus confert attinentibus alicui caliditati cum viſcoſitate, ſine aceto autem plus conuenit materiebus frigidis craſſis. Conuenit etiam iſte ſyrupus oppilationi hepatis, renum, ſplenis. Et hic notandum, quod ſicut communiter vtimur ſyrupo de bizantijs in proceſſu febrium putridarum cõpoſitarum, ſic in principio earundem vtimur iſto ſyrupo acetoſo, vel ſine aceto.

MAN. HOc frequenter vtimur, vocamuſque acetoſum compoſitum.

SYLVII. NAM ſi imbecillum vis, aceti lib. v. addis: ſi valentiſſimum, decem: ſi medium, lib. vij. & ſ. Sed hic aceti modus atq; adeo primus, in hoc ſyrupo, & in præcedente nobis eſt moleſtus. præſertim quibus frigidus eſt ventriculus, quem vt cæteras partes neruoſas acetum lædit. Ob id etiam Galenus mel duplum aceto miſcet, & melli duplam aquam. Meſ. quoque aquam prope duplam ſaccharo vbique miſcet. Quinetiam ſæpe ſine aceto hic ſyrupus fit, & tunc de duabus radicibus ſine aceto dicitur, quia ex radicibus quinque vreticis, apij, fœniculi, petroſelini, ruſci, aſparagi, duas tantum recipit. Febribus pituitoſis, quam biliioſis aptior eſt, quia modice calet, & ijs incipientibus, vt Bizantinus paulo valentior procedentibus.

COST. MODVS. *Quibus acrior eſt ventriculi ſenſus, vel ne exulcerentur inteſtina diſcrimen, & omnino, quibus infenſum eſt acetum, ſine aceto parandum hoc erit medicamentum. acetum vero quum miſcendum erit, Meſue etiam ſilente, coquendum erit.*

MESVE.

SYRVPVS acetatus de ſuccis herbarum. Recipit ſuccorum ſyrupi byzantini partes tres, ſacchari partes duas, aceti partem vnam.

CHR. PER ſuccos, vel ſuccum, ſyrupi dinarij intelliges ſuccos quatuor poſitos in ſyrupo dinarij, ſcilicet lupuli, buglоſſæ, apij. & endiuiæ, de quibus omnibus accipe lib. iij. zuc. lib. ij. aceti. lib. i.

MAN. EST fere bizantinus, niſi quod in hoc minus additur aceti.

COST. MODI acetoſi de ſuc. herb. *Supra quum de bizantino ſyrupo agit, ait interdum ſuccum lib. iiij. dimidiam aceti partem adijci: hic vero tertiam aceti partem ſumit. Sed quod in præcedenti ſyrupo acetoſo admonet, quod etiam Galenus de oxymelite, quo valentius imbecilliuſve expetitur, eo etiam plus minuſve adijcitur aceti.*

MESVE.

SYRVPVS acidus de ſuccis fructuum, refrigerat: ob id ſitim ſedat, ardorem bilis, & febrium, & phlegmones, aut intemperaturæ calidæ, cordis, ventriculi, hepatis, extinguit. Recipit ſucci granatorum †acidodulcium, & acidorum, ana partes tres. coque igni lento ad tertiæ partis cõſumptionem. biduo clareſcere permitte. eius partes duas iulepi partibus iij. vel pluribus, vel paucioribus percoque. †mu∫∫ule.

EADEM fere deſcriptio ſupra, niſi quod ibi tantum acida, hic acida, & dulcia granata accipiunt. Loco huius officinę parant oxyſaccharum vocatum. MAN.

SYRVPVS acetoſus de ſucc. fructuum. *Granata muza vocat, quæ media ſunt inter dulcia, & acida ſaporis, & facultatis. Horum ſuccum ſi vt purũ reddas, decoxeris ad tertias, tũ duabus huius partibus tres Zulapij partes rurſum incoxeris, vix acidi ſaporis aliquid retinebit, vixq; calidioribus ijs affectibus conferet, ad quos commendatur. præſtabit igitur fortaſſe ſuccum per lineam linguam expurgare.* COST.

MESVE.

SYRVPVS acidus de ſuccis, & aquis fructuum, ventriculum præſertim calidum roborat, ob id vomitum etiam prægnantium, & fluorem alui biliоſum ſiſtit. Recipit ſucci granatorum acidodulcium, cydoniorum, pomorũ, pyrorum, meſpilorum tricoccorum, ſingulorũ parem portionem: aquæ, cui rhus, & vna †oxyacanthæ incoctæ ſint partem. i. & dimidiam, ſacchari partes tres. coque in ſyrupum. †berberis.

AVIC. in v. can. Similiter, & Serapio in proprio antidotario deſcribunt ſyrupum ſimilem huic de fructibus. Et eſt zarur, vel zaror ſecundum. Simonem Ianuenſem in ſynonymis, quidam fructus ſimilis pyro in figura, & paruus, & vocatur a Siculis apud quos naſcitur arbor eius zarore. quidam Sorbam putauerunt, ſed non eſt, quamuis eiuſdem virtutis ſit in omnibus. Stephanus vero meſpilam dicit: ſed nõ eſt, nam ipſa gubeira vocatur arabice, etiam zarurum pro zaror ſcripſit, hæc ille. quicquid ſit, ponerem ſorbam hic pro zarur. CHR.

ZARVR, ideſt, meſpilorum. Nullam acredinem præterquam à granatis habet. magni tamẽ vſus eſſet ſi pararetur, in vomitibus, & ventris fluxibus coercẽdis. poſſumus tamen & hoc, & quatuor iam deſcriptis, pro embammatis condimentiſve ciborum vti. MAN.

MODVS ſyrupi acetoſi de ſuc. & aquis fruct. *Zarur meſpila tricocca Sylui⁹, interpretatur qđ non improbo, ſi ij noſtri ſint azaroli, ſunt enim acidi, & ſanè* COST.

sanè palato non ingrati. Est tamen Zarur Arabibus generatim mespilum non tam vnum, quam alterum, neq; temere vulgatum mespilum priusquam mite euaserit hic ad vsus propositos vsurpabitur.

MESVE.

SYRVPVS acidus ex cydonijs, stomachum roborat, & naturam calore dissolutam, ob id vomitum cohibet, sitim tollit, fit ex succi clari cydoniorum acidorum partibus x. aceti parte una, & semis, sacchari partib. duabus.

SYLV. RASIS lib. 9. ad Almansorem huic similem habet syrupum ex cydonijs. Obserua hic pro succi quantitate immodica saccharum parcius.

COST. ACETOS de citonijs. *Acida sunt cydonia, & exprimendo succo apta tunc maxime, quum maturuerint, antea vero ob saporem, quem astringentem habent, molesta, & fere succi expertia.*

MESVE.

SYRVPVS acidus de pomis, cor, & ventriculum roborat, sitim sedat; fit, vt syrupus acidus de cydonis.

COST. ACETOSVS de pomis. *Sumendus, & hic acidorum pomorum succus, quando ad exemplum superioris, ait parari.*

MESVE.

SYRVPVS acidus ex prunis potenter refrigerat, ob id magnam sitim sedat, intemperiem calidam partiũ internarum cum febre, & sine febre extinguit: & ebrietatem, & vertiginem, & vomitum sistit, cordis tremorem, & syncopen sanat. Fit ex succi, seu aquæ prunorum acidorum, granatorum acidorum, & tamar Indorum ana lib. j. succi acidi citrorum lib. dimidia, cum sacchari lib. j. igni lento coctis. Datur cum aquâ frigida, vel aqua niuis. Si absque saccharo coquitur ad crassitiem, sapa quædam fiet.

MAN. AQVÆ tamarindorum, & prunorum nescio quo pacto velit, vt fiant, ita vt a succis differat, nisi per coctionem, vel macerationem. Acredo vero citri, nescio quare hic vocetur aqua, cum superius appellauerit eam succum, vtcunque tamen paretur, vtilis erit in his, in quibus a Mesue commendatur.

SYLVII. AQVA hic, vel succus est, vel prunorum, & tamar Indorum decoctum, minus quam succus efficax.

COST. ACETOSVS de prunis. *Ex recentibus prunis posse aquam destillatione elici certum est. Sed, & ex tamarindis aqua dilutis, vel incoctis, eodem modo. Quin, & ex acida citri substantia elicies: sed saporis nihil seruabit. Puto ergo sumendum succum prunorum pranicorum, & acidæ citri partis, tamarindorum vero, quorum nobis recentium non est copia, dilutum, vel decoctum. Ita quidem si hic seorsum, sine saccharo simul decoquantur, consistentiam adipisci possint, (vt hic author admonet) sapæ; quam destillati liquores quantùuis coctione non assequentur.*

MESVE.

SYRVPVS alteracidus de Pomis, ad tertianas exquisitas, & ardentes æstiuas, sitim ventriculi, & hepatis intemperiem calidam. Recipit succi malorum acidorum, granatorũ acidorum, vuarum agrestium, ana lib. j. aquæ rosarum, aquæ, cui infusi sunt tamar Indi, & pruna, ana lib. j. & s. succi intybi cocti, & despumati, & aceti, ana lib. ij. sacchari lib. viij. Conditur a quibusdam caphura. Datur cum aqua frigida, vel melonum hyemalium.

B

HIC quoque si pararetur, & vtilis, & suauis esset, amota tamen camphora. Et da cum aqua melonum.) Melones hyemales credo esse, quia apud nos conseruati ad hyemem, non edi consueuerunt, suntque citris, & colore, & forma similes, sed colore magis. MAN.

DELICATVS est, ac vtilis, ablata tamen caphura. Hi melones sunt citri forma, & colore, in hyemem seruari solũ. SYLV.

ACETOSVS de pomis. *Vuæ agrestes, quarum succum expetit hic, vbi refrigerium quæritur, non maturæ, quæ vinosi non parum retinent; sed immaturæ sunt sumendæ, omphacium, quod ex his paratur, domesticarum vuarum omphacium superat frigiditate, viq; astringente, qua bilis acrimonia retunditur. De camphora, quam etiam addit, quid dicam non sat scio, qui incertus sim, frigidòne, an calido prædita sit temperamento. Tutiorem ego partem deligerem prætermittendi, vbi refrigerio est opus, præsertim etiam ob odorem multis ingratum, ex quo dolore capitis corripiuntur multi. Melones hyemales angurias fortasse intelligit, quæ positæ ma autumni parte maturescunt, qui hyemem attingit.* COST.

C

MESVE.

SYRVPVS alius acidus de pomis eadem promittens. Recipit succi pomorum acidorum lib. j. succi acidi citri lib. s. iulepi boni lib. ij. Datur cum aqua niuis. Si macerueris seri cum cocco baphica tinctum succis prædictis, valentius corroborabit.

D

ALIVS quoq; acetosus de pomis vocatus, magni vsus esset in siti sedanda, non in acutis febribus tantum, sed & æstatis tempore in sanis, & præcipue biliosis, setam tamen illam ergo dimitterem. MANA.

SERICVM quidã malunt auferre, & morbis biliosis æstate feliciter vsurpant. SYLV.

ACETOSVS alius de pomis. *Si sericũ ad affectus cordis valet (quod illi tribuunt) ad ardentes febres in iuuene, & æstiuo tempore non habeo suspectum, etiam infectum, quod refrigerandi, & astringendi, propterea que in tinctorio cocco frenandæ bilis vim habet.* COST.

ME-

MESVE.

SYRVPVS acidus ex manna febri æstuãti, & cum syncope confert, ac siti inexpletæ, tussi siccæ, ventriculi, & hepatis inflammationem sedat. Accipit mannæ vnc. iij. in succi intybi cocti, & purgati lib. j. macerandas in vase lapideo. Deinde si mul feruefiant, manibus fricentur, colentur, post cum aquæ rosarum, succi granatorum acidodulcium, ana lib. j. succi vuarum agrestium, succi acidi citrorum, ana lib. s. sacchari lib. iiij. percoquitur.

MAN. ILLE vero, qui inscribitur alterniabin, ex recentiorum videlicet manna confectus, præter alterandi vim, aluum quoque modice leniret. Quod quidem vt vehementius facit ille, qui post eum scribitur sub titulo Acetosi solutione educentis bilem, & vim purgandi habet; præcipue scãmonio superaddito; ita minus iucundus est.

COST. SYRVPI acetosi alterniabin. *Lenire hoc posse asperi tatem gutturis, quæ ex acribus est a febre vaporibus, existimo, mannæ, & sacchari gratia, at lenire aluum, (vt Manard. ait) uncias mannæ ternas succi endiuiæ libris quaternis commistas non puto, si ea hic mensura sumatur, qua syrupi.*

MESVE.

SYRVPVS acetatus, chalogogus, & refrigeratorius. Recip. pruna passa, myxa, ana centum, tamar Indorum libram dimidiam, myrobalanorum citreatum vnc. iiij. succi rosarum recẽtium vnc. iij. mannæ, casiæ, ana vnc. iij. & semissem, sacchari lib. iiij. Fac syrupum, post aceti lib. ij. succi granatorum acidorum lib. j. & dimidiam, percoq; igni lento cum scammonij drach. vj. panno tenui illigatis, & sæpe confricatis.

SYLV. HVIVS imitatione syrupos vnius humoris, vel plurium, vel omnium purgatorios ad præcautionem, vel curationem morborum, præsertim longorum, describũt medici, potiones multo iucundiores ægris, quam ipsa purgantia medicamenta, vel saccharata, vel liquore aliquo soluta, vt ad pituitam purgandam, ex radicibus fœniculi, apij, petroselini, polypodij, sem. anisi, anethi, fœnic. ameos, cnici, hyssopo, calaminthe, pulegio, & similibus, cum agarico, turbith, & similibus: ad melancholiam, ex radicibus capparis, tamaricis, polypodij, lapathi, asplenio, phyllitide, adiãto, bugloss sis, lupo, famaria, floribus cordialibus, epithymo, sennæ folliculis, & sero lactis, præsertim caprini.

COST. MODI syrupi acetosi sol. ed. *Cur prima hic vbi alui solutio quæritur sumantur sicca potius, quã recentia, admiror. Acetum vero, & acidi punici succo corroborando ventriculo, & purgantium medicamentorum violentiæ temperandæ, immo, & temperandæ bili, quæ ad ventrem vi medicamenti ducitur, non importune adduntur.*

MESVE.

SYRVPVS contra catarrhum calidum, coryzam, pleuritidem, tussim. Recipit zizipha, & myxa, ana centum, violarum, mannæ, ana E vnc. j. glycyrrhizæ, florũ buglossi, ana † vnc. j. & s. † drac. viij. semi. maluæ, cydoniorum, ana drach. vj. sacchari lib. ij. succi mali granati dulcis lib. j. fiat syrupus.

NESCIO quomodo ex his fructibus possit fieri syrupus, nisi decoquantur, quare cum in fine dicat, fiat syrupus, intelligere nos facit, vt coquerentur. MAN.

COQVI omnia debent in aqua, nodulo ex seminibus imposito. SYLV.

SYRVPVS *conferens ad catarrhos. Violas hic recentes maxime probarem, qui aridis omni, vel sapore, vel odore expertibus parum inesse lenientis facultatis certus sum. Sed, & boraginis flores, quum quærit, si recentes non sumpseris, frustra adȳcias, quid enim aridis ipsis virium supereſt? non concurrunt autem vtrinsque, & violæ, & boraginis fundendi flores tempora, quare pro violis, quarum hic vnciam vnam quærit, earundem violarum saccharo conseruatarum, qui vncias duas sumpserit, & pro bugloſſi floribus, si recentes non habuerit, qui eosdem saccharo conditos, sed duplo pondere vsurparit, a Mes. scopo nõ aberraturum existimo.* COST.

MESVE.

SYRVPVS de cannis ad tussim, pleuritidem, sitim vtilis. Recipit succi granatorum dulcium † lib. ij. aquæ malorum † lib. iij. † dulcium, & aquæ cannarum sacchari, aut peni † de semidiorum, ana libram vnam, & dimidiam.

AQVÆ malorum de seni.) Seni nomen est regionis, sed nos ponimus dulcia nostratia, & per aquas intellige succos. MAN.

PER aquas, succos intellige. Mala vero dulcia nostratia substituimus pro malis Mesue de Semitarum regione, alij, mora, quibus fit diamoron, intelligunt. SYLV.

DE cannis. *Per aquam cannarum succum puto intelligendum arundinis sacchariferæ, cuius recẽtis copiam fuisse oportuit, vbi huius medicamenti auctor agebat, nobis eiusmodi arundines ex Cypro, Creta, & Sicilia afferuntur, sed paucæ, & ferè aridæ. Venetijs tamen ex Creta allatos eius caules sine radice, ita virentes habui, vt humi positos germinasse, & in mensas multos vixisse viderim.* COST.

MESVE.

SYRVPVS portulacæ valenter refrigerat, ob id sitim, febrium ardorem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam corrigit. Accipit seminum portulacæ tritorum lib. j. horis xxiiij. maceranda † in succi intybi cocti, & purgati, lib. † iiij. postea igni lento coque ad dimidias, & tunc cum sacchari † lib. ij. percoque in syrupum, additur interdum aceti lib. j. vel succi granatorum acidorum lib. j. & s. † Vase lapideo. † vi. vel vij. † lib. j.

ISTE syrupus de Portulaca interdum in vsu habetur, qui potest fieri duobus modis, vno modo, si accipiatur succus endiuiæ coctus, & depuratus, & ad das zuccharum, tunc erit syrupus de succo endiuiæ, qui multum in vsu. Si vero addas reliqua, quæ in textu scribuntur, tunc erit syrupus de Portulaca. CHR.

Placet

MAN. Placet mihi æstate, atq; temperatura, & morbo biliosis.

SYLV. POTEST succus intybi cum succis alijs refrigerantibus coqui ad vsus eosdem. Syrupus quoque intybi a Gentile scriptus refrigerat, humectat, obstructiones aperit, intemperiem calidam hepatis, renum, emendat, bilis acrimoniam frangit. Recipit succi intybi, & lichenis herbæ, ana lib.iij. rosarum, violarum, lentis palustris, polytrichi ana vnc.s. adianti albi, hordei mundati, seminum communium frigidorum ana vnc.j. cum sacchari quantum sufficit, fac syrupum, aromatiza santalis albis, & rubris, & vua oxyacanthes, cui si cinnamomum, lignum, aloes, corticem citri aromatis gratia immittas, cor magis roborat: sed minus refrigerat.

COST. PORTVLACÆ. *Meminit hic vasis lapidei, vt sæpe in superioribus, quod maxime in ijs vsu venit, in quibus acetum venit: quod sanè in æreo vase amaro sapore inficitur. Sed diligẽtiores pharmacopęi ollis vitratis omnia incoquunt, quibus integri rerum omnium sapores seruantur.*

MESVE.

SYRVPVS violatus pleuritidi, & tussi a causa calida prodest, fit ex violarũ vnc. ij. seminũ cydonij, & maluæ, ana † vnc. j. zyzypha, myxa ana † xx. cum aquę cucurbitæ lib. † vj. coque ad tertiam partem, & cum sacchari lib. † j. & dimidia fiat syrupus.

† drac. viij.
† alij xxx.
† alij vj.
† alij lib. ij.
† drac. vj.

Syrupus de violis confert tussi calidæ, & pleurisi. Recip. violarum vnc. ij. seminum citoniorum, seminis maluæ ana † drach. viij. iuiubæ, sebesten ana xx. Et coque cum lib. vj. aquæ cucurbitæ vsque ad tertiam partem, zucchari lib. j. s. fiat syrupus.

CHR. ISTE syrupus est in vsu. Confert ad digerendum materiam subtilem cholericam, & est alteratiuus malæ complexionis calidæ, & siccæ. Confert etiam tussi siccæ, & factæ a materia cholerica subtili, & confert multum, & principaliter, & sic communiter est vsus eius, vt plurimum assumptus cum aqua capilli veneris in principio, & augmento pleuresis, quod est apostema cholericum. Confert etiam tertianis puris assumptus cum aqua frigida simplici, vel cum aqua endiuiæ, licet eis etiam conferat iulep violatum, & syrupus acetosus simplex, habet enim iste syrupus virtutem lenitiuam, & est complexionis frigidæ, & humidæ in primo. Est etiam vtilis ad sitim extinguendam sub actuali frigiditate, assumptus cum quadruplo eius aquæ frigidæ. Confert etiam ad somnum prouocandum assumptus de sero post cænam, cum æquali aquæ proportione cum ipso.

In tertiana pura.

ADDITIO.

Iste syrupus interdum in vsu habetur sub nomine syrupi de violis compositi, sed quando doctor simpliciter ordinat. Rec. syrupi violati intelligitur de illo, qui fit ex infusione violarum, descriptionem cuius vide supra. Ité Mes. in practica sua sermone in aqua cicerum, habet duas alias descript. tamen ista est illis nobilior.

MAN. HIC vbiq; paratus inuenitur, & eo vtimur in pleuritide.

SYLVII AD pleuritidem, & alios affectus biliosos efficax initio, & augmento, refrigerat enim, & humectat primo gradu, ob id tussim siccam iuuat, sitim sedat cum aquæ frigidæ quadruplo, somnum conciliat vespere sumptus vnc. ij. cum æquali aquæ portione, vel solus. Syrupus autem violatus absolute est, qui ex violarum infusione prædictus est. hic vero dicitur syrupus violatus cõpositus.

DE violis. *Licet seminibus cotoneorum, maluæ, iuiubis, sebesten, coquendas violas ponat, hæ tamen postremo loco, vbi cetera exacte fuerint decocta, me etiam silente addendæ sunt, vt quæ (quod alibi Mesue) coqui diutius non ferunt.* COST.

MESVE.

SYRVPVS zyzyphorum raucitati, tussi, pleuritidi confert, fit ex zyzyphis † sexaginta, violarum, seminis maluæ, ana † vnc. v. adianti albi, glycyrrhizæ, hordei mundati ana vnc. j. semi. cydoniorum, papaueris, melonis, lactucę, tragacanthi, ana drachmis tribus, coque cum aquæ fontanæ lib. † quatuor, & sacchari lib. ij.

† alij vi.

SYRVPVS de Iuiubis secundum descript. istam est in vsu, & sic, non aliter præparatus, reperitur. Confert autem ad raucedinem vocis, & tussim factã a siccitate, & asperitate cannæ, & gutturis, & confert apostemati cholerico, & omnibus passionibus pectoris, & gutturis calidis, assumptus in debita dosi, & habet operationes consimiles syrupo violato statim dicto, & adhuc fortiores, & maxime in dispositionibus pectoris: attinet tamen alicui caliditati. Recipit iuiubas, &c. hordei mũdi, semen est notum, & amoto cortice tollitur virtus eius abstersiua, & remanet virtus lenitiua cum aliquali siccitate, est enim complexionis frigidæ in primo gradu versus ipsum, & aqua hordei, quæ communiter est in vsu, non esset sic conueniens, si fieret absque cortice hordei, sed bene plus ad nutriendum conueniret, reliqua sunt nota.

CHR.

ZIZIPHA vel serica, vt diximus, vocantur. Libræ 10.) Libræ 4. aquæ non valerent tot iuiubas continere, quare libræ numero centum, communis vsus est in calidis fluxionibus. Vtor tamen ego etiam in vlcere vesicæ, & valde confert.

MAN.

ALII coquunt ad dimidias, colatum percoquunt in syrupo cum sacch. lib. j. potius, quam lib. ij. Tussi siccæ, & asperitati arteriæ, omnibusque thoracis affectibus, & fluxionibus calidis confert, viribus affinis est violato, sed eo minus refrigerat, vlceribus vesicæ etiam vtilis est, minus in vsu est hic compositus, quam simplex prius scriptus. Male hic legebatur zizyphorum lib. x. quod lib. x. interpretati fuat pro lx. hoc est sexaginta. Nam libris zizyphorum decem, &c. capiendis, aquæ lib. iiij. non sufficerint. Id addo, vt intelligas vitia contingere plurima ex notis ponderum, & numerorum, quæ nos ob id integra, aut propè dimidia scribimus.

SYLVII.

DE Iuiubis. *Hoc crassefaciendi vim habet insignem, & eo nomine fluxionum acrium, ac tenuiũ initio conferre potest. Sed codex mendis scatet. Præterea iuiubas, de quibus alij, violarum, & seminum maluæ vnciæ, vt quærit singulorum quinque, vt Syluius legit, maiorem copiam liquoris, quam librarum quatuor ad coquendum postulant, maluæ enim semina decocta cremorem reddunt lentissimum, ad conficiendum syrupum ineptum, additis præsertim cydonij seminibus, tragacantha, & saccharo, quare cum veteri codice non uncias, sed drachmas quinque legendum existimo.* COST.

ME-

E

MESVE.

SYRVPVS papaueris ad tussim siccam, phthisim, catarrhum, insomniæ causam. Recipit papaueris albi, & † rubri ana drach. † quinquaginta, adianti alibi drach. xv. glycyrrhizæ, drach. v. zyzypha triginta, seminis lactucæ drach. quadraginta, seminis maluæ, & cydoniorum ana drach. vj. coque in lib. iiij. aquæ ad dimidij consumptionem, colatum cum saccharo, & penidiorum ana † vnc. octo in syrupum percoque.

¶ nigri. † alij 30. & in priore legunt. Vide diacodion in electuarijs.

† Vul. hab. drac. viij.

CHR. ISTE syrupus multum conuenit ad prohibendum descensum catarrhi calidi, & subtilis ad partes pectoris, & pulmonis, ipsum aliqualiter incrassãdo. Est etiam somni prouocatiuus, & lenitiuus partium pectoris, & pulmonis, gargarizatus cum aqua capilli veneris, vel vngulæ caballinæ, ideſt farfarellæ, vel aqua frigida, vel alijs aquis cõuenientibus, in dosi, & cum conditionibus, & modis suprascriptis.

F

ADDITIO.

Aliqui addunt in fine præsentis syrupi vini cocti seu sapæ vnc. vj. & hoc, vt dirigat virtutes aliarum medicinarum ad pectus, sapa enim multum pectori amicatur. Vlterius notabis pro huius syrupi confectione, & etiam aliorum, quod semina mucilaginem facientia non sunt ponenda ad bulliendum cum alijs rebus, sed debent ligari in petia lini mundi, & sic virtus eorum transit ad syrupum, & viscositas retinentur, quæ syrupum redderet viscosum.

MAN. PAPAVER rubeum, est quod Græci ἀνεμώνην, & est calidum, quare potius legendum papaueris nigri.

SYLV. ALII papaueris nigri legunt, de quo nuper. Catarrhum calidum, acrem, tenuem, in pulmones ruentem prohibet incrassando, leuit asperam arteriam, somnum conciliat. Datur ad thoracis parium affectus cum aqua adiantorũ, vel bechij. Semina mucaginosa panno lineo ligata facultatem syrupo tradunt, mucaginem in linteo retinent, quæ syrupos nimium glutinosos redderet. Rarus vsu est, frequentior simplex nuper dictus. Compescit etiã hi syrupi papaueris, fluori alui, & dysenteriæ post totius purgationem, aut quia somnum conciliat, qui fluxiones sistit, & coquit, aut quod intemperiem calidam siccam intestinorum a materiæ febrilosæ, aut melancholicæ affluxu emendat. Diacodium, & eclegma papauerinum in eclegmatibus dicenda, idem prope ponunt. Huc adiecturus eram syrupos alios thoracicos, seu calidos, nisi ante compositos frigidos absoluisse præstitisset.

COST. DE papauere. *Opportunissimum hoc medicamentum est initio destillationis, quando humor in fauces irruens, & tussim excitans ob tenuitatem educi excreatu non potest, tunc enim crassioribus agendum est, tenuem illum humorem cogentibus, ac densantibus, quod præstant simplicia hæc omnia, & inter ea papauer, quod quum præter album, rubrum quoque expetit, certum est per rubrum non anemonem, quæ non est in papauerum genere, sed erraticum papauer intelligere, flores eos rubros proferentem, quos ad cohibendas huius generis fluxiones non minus vtiles esse, quam semina quotidie obseruamus.*

MESVE.

HACTENVS syrupos compositos refrigerantes docuimus, nunc ad calefacientes, morbis frigidis salubres transeamus, † oxymelitis genera primum dicturi, si prius de aqua mulsa, & (vino mulso) egerimus. *Secaniabin.*

CHR. HAEC est tertia pars principalis huius sextæ distinctionis in qua prosequitur determinando de syrupis magis, & principaliter conferentibus ad materias crassas, frigidas, & viscosas, & phlegmaticas, & melancholicas. Et hic notandum, quod differentia est inter squiniebin, quod est syrupus acetosus simplex, de quo dictum est superius, qui est factus ex zucchаro, aceto, & aqua; & secaniabin simplex, id est oxymel simplex, qui est syrupus acetosus factus ex melle, aceto, & aqua. Est & aliud secaniabin compositum, quod vocatur oxymel compositum, quia fit ex melle, aqua, & aceto, & alijs radicibus, & seminibus, & aromatibus, vt in processu patebit. Est, & geleniabin, quod est mel rosatum colatum. Et licet etiam secaniabin generaliter cum zuccharo, & absque aceto, corrupte denominatur secaniabin, sed melius denominari debet squiniebin simplex, vel compositum. Nam proprie dicitur secaniabin, quando syrupus componitur ex melle. *Squiniebin. Secaniabin. Geleniabin.*

SYLV. MORBI frigidi sunt pituitosi, & melancholici, præsertim a pituita insipida, vitrea, acida, & humore melancholico. Nam pituita salsa ex putredine, aut bile mista, iam calida est, vt melancholia ex putrefactione, vel vstione sanguinis, vel humoris melancholici, vel bilis flauę genita, quamuis actu frigida videatur, vt calx, fex vini vsta, tamen potestate calida est: hac vbi actu per nouam putredinem, vel causam aliam calida euasit, est ardentissima, & calcis, ac fœcis vstæ in morem vrit, & cancrum facit sæpe vlceratum.

G

MESVE.

AQVA mulsa magnarum est viriũ ex maiorum nostrorum sententia, si quidẽ sitim sedat, affectus frigidos, præsertim cerebri, & & neruorum, & iuncturarum iuuat, loco vini potum tussim humidam, puris, & pituitæ crassæ, & lentæ expectorationem promouet, lauat terget, purgat intestina, viscera, meatus vrinarios, ob id colicis prodest, & aluum subducit, calculum in vijs vrinæ gigni prohibet. Fit ex mellis boni (quod colore sit pallido, odore iucundo, sapore modice acri, & dulci, consistentia crassi, & tenuis media, non vetus) lib. j. aquæ fontanæ dulcis, & claræ lib. viij. in vase lapideo, vel vitrato igni lento coctis, & cõtinenter despumatis: deinde panno denso colatis. Quod si mox per se bibendum est, aquosius fiat, larga enim coctione crassatum, vt iulepus, diu quidem seruatur, sed in partes remotas ægre penetrat, in bilemque ob multam dulcedinem facile vertitur, & ob id sitim auget, nisi largiore aqua mista dissoluatur, vt insipidũ aquæ modo videatur. Alias quoque facultates coctio varia ei acquirit, quia parum coctum inflat, *Aqua mellis.*

H

flat, magis aluum ſubducit, minus nutrit, largius vero coctum inflationem diſſipat, magis nutrit, minus deijcit. Addunt nonnulli aromata, zingiber, crocum, cinnamomum, macis, & ſimilia, alij galliam moſchatam, lignum aloes, & ſimilia. Fit etiam ex mellis parte vna, aquæ fontanæ partibus octo, † fermenti in his diſſoluti, quæ vaſi ligneo trade, relicto trium digitorum ſpacio vacuo, in quod cum muſti modo feruebit, recipiatur, vbi feruere deſierit, obturato vaſe modo vini doliorum, tertio poſt menſe fit potabile. Immitri poſſunt aromata panno lineo ligata.

† Vulgat. fermi graca † centum.

ANT. *SERMO in aqua mellis. Poſuerunt antiqui diuerſitatem in aqua mellis, qui locuti ſunt de ipſa, & aſcripſerunt ei iuuamenta plurima, quæ ſunt in ea, quia ſitim ſedat, & ualet ad ægritudines frigidas, & proprie, quæ ſunt in cerebro, & neruis, & confert ad tuſſim humidam, & mundificat pectus a ſanie, & humore craſſo. Et confert vus vrinæ, & non permittit in eis lapidem generari, & mundificat per vrinam, & confert colicæ, & lauat, & abſtergit viſcera, & ſoluit, & mundificat ventrem a fecibus. Bibitur loco vini in ægritudinibus neruorum, & iuncturarum, & eſt potus bonus. Inter diuerſitates autem operationis eius ponimus modos duos. Et primus eſt, vt accipiatur mellis boni, & mundi, & proprie cuius eſt color habens mediocritatem, & proprie ſicut color paleæ, & quod eſt inter tenue, & ſpiſſum, & quod eſt boni odoris, & quod eſt modicæ acuitatis, & quod non eſt antiquum, & ſit eius pars. i. & pone ipſum in vaſe lapideo, aut vitreato, & funde ſuper ipſum aquæ fontis dulcis, & claræ partes viij. & coque ipſum cum facilitate: & auferatur ſpuma eius, & non dimittatur ſuper ipſum multiplicari, immo, quam cito apparet, auferatur, deinde coletur colatorio denſo de panno. Et ſi bibitur recens, oportet, vt fiat multæ aquoſitatis, & ſic bibitur impermixta ſicut eſt, & hoc ideo, propterea, quoniam, quæ ex ea craſſa eſt, non penetrat in vias remotas, & conuertitur propter poſſibilitatem ſuæ dulcedinis in choleram, & addit ad ſitim. Si autem bibatur antiqua, oportet, vt fiat pinguior ſicut iulep, & bibenda eſt permixta permixtione multa decenti, vt ſit magis aquoſa, & inſipida. Et ſcito quoniam ars cocturæ acquirit ei proprietates aliquas: & illud eſt, quia parum cocta facit inflationem, & minus nutrit, & magis laxat: multa autem coctio inflationem reſoluit, & digerit, & magis facit eam eſſe nutribilem, & laxare minus. Et ſunt ex hominibus, qui aromatizant illam cum ſpeciebus alefanginis, ſicut zingiber, crocus, cinnamomum, macis, & ſimilibus: & ſint, qui aromatizant cū gallia muſchata ligno aloes, & ſimilibus. Secundus modus operationis eius eſt. Rec. mellis partem vnam, aquæ fontium claræ partes octos, & diſtemperetur cum eis parum fœni græci, & proprie ad omnes centum libras aquæ, & mellis ſint eius vnciæ tres, & includitur in vaſe ligneo, ſicut ponitur muſtum, ita quod remaneat ex vaſe vacuum, ſicut menſura trium digitorum, & illud ideo, quia patitur de ebullitione, ſicut muſtum. Deinde poſt ebullitionem eius ſtringatur orificium vaſis, ſicut ſtringitur vas vini, & bibatur poſt menſes tres, ſi autem aromatizare volueris, ponantur in vaſe ſpecies alefanginæ ligatæ in panno.*

A ISTE potus, qui fit ex aqua mellis erat multum in vſu apud antiquos. Galen. ipſum excellenter laudat, & extollit primo, & ſecundo regi. acu. cum loquitur de hydromelle, id eſt de aqua mellis. Nam ipſa vtilitates habet, & iuuamenta ſecundum intentionem Gal. loco allegato, & huius auctoris in litera, ac etiam ſecundum omnes modernos, licet in partibus noſtris non ſic hodiernis temporibus, ac modernis practicantibus habeatur in vſu, & hoc propter laſciuiam Italicorum, & medicorum complacentiam infirmis ad vinum, excuſantium ſe a conſuetudine multa ad potum vini, maxime parui, & lymphati in quãtitate pauca, timentes etiam debilitatem virtutis, & malitiam digeſtionis potius contingere ex aqua mellis, quam ex potu vini, vt in paſſionibus frigidis maxime iuncturarum cerebri, & neruorum. Ipſa enim *Operationes* B eſt ſitis ſedatiua, & confert etiam ad tuſſim humidam de materia viſcoſa, & craſſa, & mundificat ſaniem a pectore, humores craſſos, & viſcoſos abſtergendo, ſubtiliando, & aperiendo, & dictas materias ſoluendo, mundificat etiam vias vrinæ, & in eis non permittit lapidem generari, & eſt præcipuus, & ſingularis potus podagricorum, cum ſunt a cauſa calida, melius eſſet aqua zucchari, quam aqua mellis, aut vinum: vinum enim in ægritudinibus iuncturarum quanto ſubtilius tanto deterius, maxime in principio, & ſtante repletione: vinum vero craſſum vaporibus ſuis craſſis eſt lædens caput, materias malas, & crudas multiplicando: mediocre vero mediocriter lædit. Timetur etiam vſus eius ne ad acetoſum conuertatur in ſtomacho: vnde ſumme nocet quibuſdam diſpoſitionibus in ſtomacho neruorum, & cerebri, C & ob iſtas cauſas eligitur aqua mellis, habet etiam alias vtilitates poſitas in litera. Componitur autem *Aquæ mellis compoſitio duplex.* aqua mellis duobus modis, vt apparet in litera. Primo, quando fit ſolum ex aqua, & melle abſque alterius rei additione, accipiendo octo partes aquæ, & vnam mellis. Et iſte eſt communis modus conſtructionis, qui habetur in vſu in omnibus paſſionibus frigidis, quæ ſunt in cerebro, nucha, iuncturis, & neruis. Secundus modus eſt, qui in totum abijcitur, vt ſimili modo accipiãtur octo partes aquæ, & vna mellis, ſuper quibus additur parua quantitas fœni græci, aliqui etiam alij ſecundum diuerſitatem diſpoſitionum: in prima addunt aromata quædam, ſed talis aqua cum quacunque additione non eſt in vſu, licet deſcribatur in litera. Prima facta ex aqua, & melle iuxta proportionem ſuperius dictam, iterum diuerſi- D ficatur ſecundum diuerſitatem maioris, aut minoris decoctionis, nam non multum cocta eſt parum inflatiua, & ventoſitatis generatiua, minus nutritiua, laxat tamen ventrem. Cum autem multum decoquitur eſt ſedatiua inflationum, & ventoſitatum reſolutiua, aperitiua oppilationum, ac etiam ad digerendum magis iuuatiua, aut plus nutritiua, laxat tamen ventrem minus, quam prædicta, communiter intantum decoquitur quouſque quarta, vel quinta pars eius ad ignem minuatur, licet aliqui velint vſque quo tertia pars conſumatur. Et ſunt quidam quærentes vlteriorem calefactionem ab ea, & confortationem ſtomachi, viſcerum, ac etiam cerebri, & quod ſit magis reſolutiua ventoſitatum, qui addunt in ea quædam aromata cum leuiſſima decoctione. Dicit in litera, & ſunt ex hominibus, qui eam aromatizant cũ ſpecie-

speciebus alefanginis, ideſt cum ſpeciebus aromatiIn quibus ægritudinibus cõuenias cis, ſicut cinnamomo,caryophyllis,croco,zingibere, macis,& ſimilib. Iſte enim potus ſimplicis aquę mel lis abſque alia mixtione generaliter vſitatur bonis,& expertis practicantibus in quibuſdam ægritudinibus, vſque ad ſeptem dies, vt ſcilicet in apoplexia debili,vertigini,ſcotomia,epilepſia,ſpaſmo, tetano, ſaltu,iectigatione,mollificatione ſeu paralyſi, & eſt conueniens potus valde. Et ſi vltra ſeptem dies infirmus eam aſſumere valet abſque nocumento, vt ſcilicet in digeſtione cibi in ſtomacho,aut in debilitate virtutis, quæ principaliter eſt conſideranda, tunc talis potus eſt proſequendus,quia eſt iuuatiuus,& vtilis. Sed ſi aliquod prædictorum nocumentorum perciperetur, non eſt potus vini prohibendus in quocunque tempore talia nocumenta perciperentur, immo talis aquę potus eſt omnino remouendus, quia intendendendum eſt ad id,quod magis ſuſpectum. Inſuper,& aliquando iſtum potum exhibere poſſumus loco ſyrupi de mane, celebrata digeſtione, cum quærimus humorum phlegmaticorum digeſtionem, inciſionẽ, & abſterſionem. Et ſit doſis eius vſque ad vnc.v.

ADDITIO.

Hydromel apud Græcos, ideſt aqua mellis dictũ ab hydros, quod eſt aqua, & mel. Meſ. hic deſcribit duos modos hydromellis, qui ſatis patent in textu. Raſis ix. ad Almanſorem in c. de colica habet vnum modum faciendi hydromel, & eſt quaſi idem cum iſto. Auic. in v.can. habet duas deſcript. ſyrupi de fauis mellis, & eaſdem habet Serapio in proprio antidot. nam ſi legis vtriuſque deſcriptiones, videbis, quod ſyrupus de fauis mellis apud Auicenn. cum hydromelle apud Io. Serapionem ſunt idem. Similiter Gordonius in regimine acutorum morborum tertia particula deſcribit alios duos modos hydromellis.

MAN. LATINI aquam mulſam appellant. Hippocrates melicraton, minuſque aptum eſſe dicit his, qui amara bile abundant, & magnorum ſunt viſcerum. Gal. in colliquantibus febribus ait eſſe nocentiſſimam. Idque, quod aqueum eſt, ad vrinas, & ſputum aptius, minus vero aqueum, aprius ad ventrem ſubducendum, magiſque nutrire, quam vinum inodorum tenue, quod pauciferum vocant, & hoc, niſi ventrem perturbet, ſatis vrinam mouet, niſi aliquid in viſceribus prohibeat, bilioſa etiam per inferiora excernit. ET ſi bibitur recens.) Hoc vocat Dioſcorides melicraton. SI autem bibitur antiquum.) Hydromel dicitur. Melicraton enim vocant Græci mixtionem ex melle, & aqua, quæ ideo conficitur, vt ſtatim bibatur. Hydromeli id proprie dicunt eſſe, quod ita ptæparatum eſt, ut diutius ſeruetur. Melicratum etiam duplex, ſcilicet coctum, & incoctũ, coctum quidem, ut ait Hippocrates 3. reg. acut. pulchrius eſt viſu. ſed nullam habet virtutem, qua crudum excellat,quod ex bono melle paratum eſt, debilius vero eſt, & alui excrementa minus educit, quam id quod eſt crudum. Auicen. accipit mellis par. 1. aquæ par. 2. & coquit ad tertiæ conſumptionem. Paulus vt Meſ. aquam octuplam ad mel.

SYLVII. Μελίκρατον recens ὑδρόμελι ſepoſitum, vt ſeruetur, Dioſcoridi dicitur, aliis confunditur pro aqua mulſa, ſeu melita Melicratum male pro οἰνομέλι Meſue interpreti dicebantur. Has vires hydromelitis ex Hippocratis, & Galeni libris probare, quia eſt cui vis proclive, ſi vel lib. præcipue tertium rationis victus acutorum, aph. 4 1. lib. 5 ſan. tuend. & methodi medendi legerit, ob id ſcienſ omitto.

E Addam tantum,inflationes, & tormina maxime excitare, quando in aqua tantum calfacta mel diſſolutum eſt, qualem mulſam crudam Serapio vult dari dormituræ mulieri, quam concepiſſe ſuſpicamur,niſi eius potui ſit aſſueta. In arthritide calida, pro mulſa, aqua ſaccharata eſt præſtantior. Quod ſi vel a mulſa,vel ſaccharata aqua poſt vſum ſeptem dierum, aut vires nimis collabantur,aut ventriculus male coquat, ad vinum eſt redeundum, vel potius vinum mellis tranſeundum. Secundum hydromelitis genus eſt infinitis parubus valentius,& generoſius,& item,quod vinum mellis vocat Plinius: Vtrũque enim colore, & calore, & ſaporis gratia vinum exoticum,quod Baſtardum vocant,mentitur,eſtque efficaciſſimum in affectibus cerebri,& partium neruoſarum frigidis, paralyſi,appoplexia, epilepſia, lethargo,colicis item, & nephriticis, & ventris inferioris in temperie frigida, ſeruaturque vtrũque, & valentius euadit tempore, & loco calido: Vires eius miraberis, ſi parum ante coxeris,& deſpumaueris,deinde dies quadraginta,aut circiter,extra pluuiam ſoli verno expoſueris. Expoſui etiam æſtiuo, & autumnali, nec infeliciter, niſi quod ſemel longe omnium acerrimum abijt, quod ſolem non habuerat liberum,nec poſt feruefactionem, & inſolationem fuerat operculatum. Fermentum non F miſceo, vt nec Plinius, id tamen acelerare feruorem,& augere acrimoniam certum eſt,quanta vero menſura ſit miſcendum, ex Meſuæ corrupis codicibus difficile eſt coniectare, hi enim vnc. iij. in libras centum aquæ, & mellis expetunt, alij in ſingulas libras aquæ, & mellis ſimul miſtorum vnc. iij. fermenti miſcent, alij ad mellis libram j. aquæ lib. viij. fermenti vnc. j. Melicratum Hippocratis eſt noxium biliotis, & quibus magna ſunt viſcera, Gal. etiam febribus colliquantibus, aquoſius vrinas, & ſputa magis promouet, minus aquoſum alium magis.

SERMO in aqua mellis. *Aquam cui mel, vel ſac-* COST.
charum, vel aliquid aliud dulce incoctum fuerit ſola glycyrrhiza excepta nunquam animaduerti ſedare ſitim, niſi largiſſima copia epotum, propterea q; mulſam niſi frigidis affectibus, adde etiam frigidis corporibus, ætatibus, anni temporibus, & regionibus tuto dari non puto, vt eos etiam prorſus non probem, qui in febribus pituitoſis promiſcue commendant, & ſi enim ea- G *rum frigida cauſa eſt, affectus tamen calidus, dum mulſa in bilem vi putridi caloris vertitur eius vſu frequenter irritatur. Id in paranda mulſa obſeruandum, quod mel tenuit vetuſtum, atqui conſtat, quo vetuſtius ipſum eſt, eo etiam eſſe acrius: adeoque ad frigidos coquendos humores, & attenuandos eſſe aptius. Sed arbitror mulſam, ex vetuſto melle celerius aceſcere, quam vt diu ſeruari poſſit, acereſcere. n. ipsã certũ eſt, quando, ex ea (Plinio ẽt admonente) inſolata acetum acerrimũ paratur, id quod ſane ex vetuſtiori melle acriori euenire magis, quam ex recenti credibile eſt, illud non præteribo nunc Lætitiæ vinum quoque confici ex melle, maluatici vini moſchati odore, & ſapore æmulum, id mihi deguſtanti, & ignaro quid eſſet, mel plane prodidit. pollicentur, qui id conficiunt in febribus quibuſuis ex eo nihil in* H *commodi acceſſurum, quod tamen non facile adducar, vt credam, vel de æſtuoſis febribus, vel etiam de pituitoſis, in corpore calidiori.*

MESVE.

OXYMELI fit ex aqua, aceto, mel- Oxymelis parum.
le, aqua vero miſcetur, vt longa cõctione cauſa inflationis in oxymelite reſoluatur; vt etiam promptius deſpumetur; vt denique medicamenti huius facultas ob aquoſam ſubſtantiam in corpus diſtribuatur, mel uero additur ad oppugnandum pituitam. Ex melle autem, & aceto miſtis facultas quædam tertia horum neutri tanta conſurgit,

git, certissima, & efficacissima ad tenuandum, incidendum, resoluendum humorem crassum, lentum, ventriculi, hepatis, præsertim vero iuncturarum, & in febribus diuturnis, quarum materiam incidit, & coquit. Fit ex aceti parte vna, mellis partibus ij. aquæ partibus iiij. Necesse tamen est, interdum augere acetum, vt in syrupo acetoso diximus. Primum autem mel, & aqua simul coquuntur. vbi despumata probe sunt, addito aceto percoquuntur, semper quoque despumando. Datur ab vncia j. ad vnc. iij.

CHRI. ISTE syrupus vocatur à Mes. oxymel simplex, quia componitur ex melle aqua, & aceto secundum proportionem in litera declaratam, & secundum præsententem descript. est in vsu. confert in materiebus plegmaticis crassis, & viscosis, & adhærentibus, illas subtiliando, incidendo, & abstergendo, & diuidendo. Vnde in principio febrium phlegmaticarum quandoque vtimur ipso, & maxime cum melle rosato colato; & cum debitis aquis, & cum alijs conditionibus requisitis. Est autem efficax ad digerendum materiam febrium longi temporis. & si ex ipso gargarizando cum aqua hordei colluatur os, abstergit, & mundificat materias, quæ descendunt, & retinentur in palato, vel ore. habet insuper alia iuuamenta, & vtilitates multas, quas ponit in litera. Iste syrupus ad perfectionem decoquitur, sicut & alij superius dicti. Et ideo in libra ipsius dum deuenerit ad perfectam decoctionem, remanent vnc. x. mellis vel circa, vnde virtus mellis in ipso est multum efficax, potens in calefaciendo infrigidatos, & in digerendo, materias phlegmaticas frigidas subtiliando, & abstergendo. Est etiam virtus aceti, & aquæ, quæ in ipso remanet, aliqualiter incisiua, dans penetrationem melli, & virtus aquæ dat ei aliqualiter subtilitatem, vnde facilius, & citius penetrat ad partes, ad quas penetrare non posset ad digerendum materiam, & remanet per decoctionem in melle, vel cum zuccharo virtus, & potentia ipsorum, quæ cum ipso decoquuntur, & sic remanet post completam decoctionem ipsius cum zuccharo, & melle, aliter autem minus decoquendo conseruari non posset. Debet ergo lymphari iste syrupus cum modico plus aquæ, seu cum decoctione conueniente pro materia digerenda. v. g. cum aqua fœniculi, vel consimili, in materia phlegmatica cum alijs conditionibus requisitis superius, pluries replicatis. Et dosis syrupi est vsque ad vnc. ij. & aquæ vnc. iiij. posset etiam cum aqua simplici lymphari, quæ sufficeret ad faciendum subtiliationem, & penetrationem ipsius. potest etiam syrupo permisceri. & ista remanent iudicio medici in arte peritis, & modus constructionis de se est clarus.

MAN. SECANIABIN Arabes, Græci oxymeli, Latini acetum mulsum. Hippocrates. os & guttur humectat, sputum educit, insiticulosum est. Galenus. spleni, & hepati maxime vtile est, ea absque molestia expurgans. Hippocrates, inflationes purgat, & vrinas prouocat, inferiora intestina molliora reddit, & abradit. exiguum eius bibitur noctu, & ieiuno ante sorbitionem. potest & bibi multo post sorbitionem. Galen. Satis est duarum horarum spatium intercedere inter oxymelitis potum, & sorbitionem. Hippocrates. cum quis solo vsurus oxymelite est in toto morbo, paucum acetum misceatur, adeo vt tantummodo agnoscatur. quare syruporum, quorum nunc communis vsus, ab vsu aceti huius mulsi manauit. Multa ex his, quæ ex Hippocrate, & Galeno notaui, prudens lector elicere potest, quæ communi illorum vsui aduersantur.

SYLVII. IAM quæ ex aceto (in quod vinum corruptione degenerat) fiunt compositiones, dicamus. Oxymeli Græcis, nobis acetum mulsum, crassa in ventriculo, & venis tenuat, lenta incidit, ac strenue terget, obstructa liberat sine manifesto calore, ob id nec febres accendit, sputum euocat, sitim sedat, aliaque permulta efficit. Hippocr. libro tertio, rat. vict. acut. morb. Si tamen immodice vtare, intestina rodit, neruosa lædit, tussim excitat, etiam in synochis tuto datur lib. 1. meth. Sic Galeno componitur lib. 4. san. tuen. Aceti albi acerrimi lib. j. mellis optimi lib. ij. aquæ fontis lib. iiij. coquuntur simul ad tertiam, vel etiam, ad quartam, spuma interim detracta, quam si multam mel egerat, malum est, & ob id diutius coquendum. Optimum vero vel minimum spumæ euomit, & breuissimo tempore coquitur, & plurimum quartam partem eius, quod fuerat in initio, amittit. Si vis oxymeli valentius, misce tantum aceti, quantum mellis, aquæ duplo, quale est oxymeli Pauli lib. 7. idem Mesues imitatus est in syrupo acetoso simplici, quem facit mitiorem aceti partibus tantum duabus mistis, valentem vero mistis quatuor, mediocrem denique tribus. Sed cum vna omnibus mensura non placeat, quia hi acetosius, illi mellitius magis ament, pro cuiusque palato misceatur. Aut si vnicum vis, para imbecillius, cui medicus acetum addere vtendi tempore, si opus erit, poterit. Si diutius vis seruare, coque perfectius, donec aceti, & mellis qualitates plane fuerint vnitæ, nec acetum adhuc crudum gustanti appareat, In syrupi consistentiam cum Mesue coquunt ea ratione nostri pharmacopolæ, cum liquore aliquo dissoluendum, vt potabile fiat. Quod autem cum Galeno quadrifariam coquitur ad tertiam, vel etiam quartam partem parum diu, vt dies octo, vel circiter, ætate præsertim, etiam si loco frigido condatur, seruatur integrum. Nam corruptione abit in acetum acerrimum, quod hydromeliti coque calido aere accidit, tamen longe est omnibus medicis potionibus idem iucundius, vt id etiam vino ægri plerique præferant, præsertim si paulo est aquosius, quale æstate, & in febribus coquere soleo, aut aqua cocto mista parare. Fere autem aquæ pintis sex mellis lib. ij. igni lento despumo, vt fit clarius, post aceti quartaria tria incoquo. cætera, vt mox audies, persequor. Quia autem mel nostrum improbius est, cinnamomo vulgari pauco odoris, & saporis gratiam augemus immiscendo, dum colatur, in li. singulas ad drach. ij. & albuminibus ouorum sordem eius omnem cogimus, quam panno laneo, dum parumper refrixit, colantes secernimus, vt iam sit quam purissimum, & vino albo simillimum, vbi mel album, & acetum album accepit, aut flauo, si mel flauum, & acetum vulgare recipit. Oxymeli aliter coquit Dioscor. & post eum Plinius. Oxymeliti, vt hydromeliti incoquere potes, quæ eius actionem intendunt, tenuantia, incidentia, tergentia, vt hyssopum, thymum, satureiam, origanum, pulegium, calaminthem, & quæ ipsius vim ad partem affectam deducunt, vt asplenium, tamaricem in obstructione lienis, eupatorium, cichorium, obstructo hepate. Vnde Paulo est oxymeli splenicum, & oxymeli calculosis efficax. Quin etiam purgantia eidem incocta clementius, & efficacius vacuant, vt cnicus, agaricus, pituitã, epithymus, polypodium, chamædrys, chamæpyus, elleborus niger, melancholiam: rhabarbarum, scammonium, bilem flauam: cortex, rad. sambuci, colocynthis, aquas, vt id vnum pro omnibus prope tum iulepis, tum syrupis esse possit, si quis cognouerit vti. Vnde & Mesue est oxymeli cholagogum, phlegmagogum duplex, & melancholiam vacuans. Id oxymeli qua ratione sit coquendum, lib. 4. sanit. tuend. vt dixi, docetur, quas vires habeat, ibidem & locis alijs per multis præsertim lib. 3. rat. vict. acut. Vt vero mulsa multum cocta est calidior, magis incidens, tenuans, tergens, quia mel retinet largius, aqua in vaporem magna parte soluta: sic oxymeli, quod pharmacopolæ ad consistentiam syruporum coquunt, vt seruari possint, est potentius, quam aquosius, & minus coctum: sed hoc est gratius, & citius ob fluxilem consistentiam penetrat, quam vim aceti tenuitas non minus, quam aquę fluxilis substantia iuuat, vt lib. 1. simpl. Aquam vero, vt cætera humida iuuare distributionem docet Hipp. aph. 11. lib. 2. & Gal. initio lib. 4. vsus part. Illud autem vix potabile, nisi aqua vel cruda, vel alia diluatur.

COST. SERMO in secaniabin puro. *Paratur nunc etiam addito æqua portione saccharo, & infuso cinnamomo ele-*

mo elegantissimum oxymeli, quod saccharinũ vocant. E *An autem oxymeli in affectibus iunctiuarum, ad quos hic commendat, ex vsu sit, non differo. Sed si parce acetum sumatur, crassis, impactisque in articulis humoribus extenuandis conferre certum est. licet neruorum omne genus acrimoniam aceti non ferat.*

MESVE.

Secundum Mesuen de radicib.

OXYMELI de radicibus, incidit, tenuat, terget, ob id obstructiones ventriculi, hepatis, lienis aperit, febres diuturnas à bile crassa, aut pituita iuuat, vrinam mouet. Et fit ex corticum mundatorum, & incisorum radicis apij, fęniculi ana vnc. ij. seminis apij, fęniculi, † anisi, ana vnc.j. macerentur omnia vigintiquatuor horis in vase lapideo, aceti lib. x. aquæ lib. † viginti, coque ad tertiæ partis consumptionem, colato adde mellis dimidium, igni lento percoque. F

Brest in aliquib. cod. † xy.

ISTE syrupus non est in vsu. qui reperitur apud omnes aromatarios, & medicos practicantes est talis. Recipe corticum radicum apij, fœniculi, petroselini, bruści, & asparagi ana vnc.ij. seminis apij, seminis fœniculi, ana vnc.j. decoquantur prædictæ radices, & semina in lib.xij. aquæ, & in lib.j. aceti vsquequo redeant ad medietatem, aut modicum plus: deinde cum melle. q. s. fiat syrupus, qui decoquatur tam diu, donec suam habeat perfectionem. & iste est communis modus construendi hunc syrupum. Quidam autem loco seminum supra scriptorum ponunt vnc.j. & s. radicum raphani. sic tamen rarissime præparatur. Quidam autem nec ponunt semina, neque raphanum. & isto modo est communior vsus eius. Quidam autem & addunt, & minuunt secundum, quòd putant melius. quocunque tamen modo præparent, vocatur secaniabin, idest, oxymel compositum de quinque radicibus, & sic a quamplu tibus denominatur. Dupliciter autem, & magistraliter construitur iste syrupus cum aceto, & sine ipso non variando in alijs eius descriptionem. Nam cum acetũ imponitur, causa ipsius aceti vocatur secaniabin, seu oxymel compositum ab oxy, quod est acetum. cum autem acetum non imponitur, tunc vocatur syrupus de quinque radicibus sine aceto, & vtroque modo, apud aromatarios communiter præparatus reperitur. potest etiam iste syrupus componi H cum zuccharo: & iterum cum aceto, & sine aceto. & compositus cum zuccharo non erit tantæ caliditatis, & absterśionis. sed quia cum melle præparatur, ideo ipsum declarando prosequar. Iste syru. dictus oxymel compositum de quinque radicibus aqua melle, & aceto, vt communiter præparatur, & est in vsu. habet multas vtilitates, & maxime ad digerendum materias phlegmaticas, & melancholicas, frigidas, crassas, & viscosas, & permixtas cum cholera crassa. vnde principaliter confert ad febres quotidianas, & similiter etiam ad quartanas. Conueniret etiam in declinatione febrium chronicarum, & oppilationibus stomachi, & hepatis. ipse enim est diuisiuus, aperitiuus, subtilitatiuus, & absterśiuus, & maxime in nutritiuis. Est etiam prouocatiuus sudoris, & vrinæ, & generaliter est maioris potentiæ, & efficaciæ in omnibus suprascriptis dispositionibus, & multis alijs, quam syrupus compositus de duabus radicibus, & quam syrupus de bizantijs. & iste idem factus cum melle est maioris potentiæ, quam cum zuccharo. Dosis, permixtio, modus assumendi, & hora, omnia ista sunt nota perito medico.

HOC plerunque vtimur, vbi scilicet antea per multos dies simplici vsi fuerimus, oxymelque compositum vocamus. MAN.

VSVS frequens procedentibus morbis, nam ineuntibus tutius est oxymeli simplex, hodie vero frequentius fit, hoc modo, Corticum rad. apij, fœniculi, petroselini, ruści, asparagi, an. vnc. ij. sem. apij, & fœniculi, ana vnc.j. aquæ lib.xij. & aceti lib.j. macerantur, & ad dimidias coquuntur, expressum post cum mellis quãtitate idonea percoquitur. Alij loco seminum, radicis raphani vnc. j. & dimidiam miscent: alij vtrumque, alij neutrum pro scopis varijs, alij quoque sine aceto parant, & vocant. syrup. de quinque radicibus, sine aceto. sunt qui saccharum mellis loco miscent, vt minus caleat, & sit iucundius. Non modo ad affectus ex bile crassa, & pituita etiam crassa, & lenta natos valet, sed etiam ad melãcholicos, vt febres quartanas, præsertim in declinatione. Valentius est, quam oxymeli de duabus radicibus, & quam syrupus Byzantinus, etiam sudores mouet, si calidum bibatur, & corpus bene tegatur, præsertim cocta iam materia. SYLVII.

OXYMELI *ex duabus radicibus appellari hoc potest, ad eius differentiam, quod de quinque radicibus, seu compositum vocant. Est hoc miri vsus, quod secare, attenuare, detergere vehementer potest citra calorem. licet enim apium calidum primo sit ordine; fœniculum, atque anisum secundo; hæc ipsa tamẽ vis caloris, aquæ multæ, atque aceti copia retunditur. Id hoc loco non prætereundum, quod prætermittit Syluius. acetum proponi in vetusta versione, bonum, vetus, & album, tenuitatis gratia; atque ad vim penetrandi altius adaugendam.* COST.

MESVE.

Secundum educẽs phlegma.

DXYMELI phlegmagogum fiet id prædictum, si inter coquendum medulla seminis cnici panno lineo raro ligata mergatur, & identidem confricetur. † Potentius euadit, si etiam turbith cum zingibere nodulo prædicto addatur. * † *Vul. add. enim hora, donec perficiatur.*

SVSPENDE in ipso quando coquitur medullam cartami, Cnici videlicet, & quia non exprimit quãtitatem, tu potes ponere vsque ad libram cartami, turbit vero vnc.iij. MAN.

ALIOS humores vacuare poterit incoctis similiter simplicibus, quæ peculiariter illos humores trahũt, Potest vero poni in prædictã quantitatẽ Mesuæ, cnici medullæ lib.j. & turbith. vnc.iij. SYLVII.

VT *oxymeli prædictum purgatorium reddas, potes tu quidem cum Manardo, & Syluio cnici libram vnam, turbithi vero vncias tres addere. Sed quũ tota illius ex præscripto Mesue parati moles triginta pendat libras, cnici autem lib. vna, vix doses efficiat quatuor supra viginti, turbithi autem vnciæ tres vix doses sint decem, adeoque vix quatuor supra triginta sint totius huius medicamenti in mediocri etiam purgando corpore doses, erit profecto, quę iustum purgationis modum assequaris, vt huius ad Manardi consilium parati oxymelitis vncias fere vndecim exhibeas vno hausłu sumendas, cum magna assumpturi hominis molestia. Aut igitur soluentium augebis pondus, aut illo parcius sumpto non tam absolutam purgationem, quam leuem humorum detractionem expectabis.* COST.

ME-

A

MESVE.

OXYMELI vacuans melancholiam recipit thymi, calaminthes, agarici, bugloſſi hortenſis, & erratici, glycyrrhizæ, ana vnciam vnam, polypodij vnc. iij. † chamædrios, chamæpytios, ſtæchados, † ſpinæ albæ, ana drachm. v. vuarum paſſarum purgatarum libr. dimidiam, macera viginti quatuor horis, aceti albi ſucci bugloſſi, ana lib. ij. & dimidiã, aquæ lib. ij. coque igni lento ad dimidias, cola, cum mellis lib. iij. percoque, inter coquendum autem epithymi vnc. j. ellebori nigri † aur. iij. nodulo ligata, merſaque ſæpe confricentur.

† aniſi. † bedegar. † aur. ʒ.

B

MAN. BVGLOSSÆ domeſticæ.) ideſt, boraginis. Sylueſtris, ideſt, quæ nomen habet bugloſſi. Chamędryos.) Vulgo calamandrinam dicunt, vel triſaginem Chamæpytios. Vulgo Iuam, vel Aiugam. Bedegar.) Spina alba, addito elleboro, ſatis efficaciter purgabit atram bilem, pondere duarum vnciarum.

SYLVII. HVMOREM melancholicum, & melancholiam expulſionem, apparat, & vacuat, in affectibus melancholicis mitiſſimum, & ſaluberrimum. Quod vero ellebori vnc. ij. reciperet, cum Manardo ellet vehementius.

COST. QVVM *non præſcribat huius medicamenti aſſumendi pondus. illud ita aſſequeris. Si purgantium, quæ hic ſumuntur ſimplicium vim ſpectes, quia polypodij vnciæ tres in moderato corpore ferè ſex ſunt doſes, epithymi vncia vna, ferè binæ, ellebori nigri aurei tres, ferè decem: propterea que in vniuerſum vix doſes ſunt viginti. pendet autem totum medicamentum, vbi confectum eſt, ex Meſue præſcripto, libras ſex cum dimidia, id eſt vncias octo, & ſeptuaginta, tuto huius ipſius medicamenti dari poterunt vnciæ ferè quaternæ.*

MESVE.

OXYMELI ex liguſtico ad pituitam craſſam, lentam, putrem, obſtructiones hepatis, & ſplenis aperiendas, vrinam mouendam. Recipit radicem apij, fęniculi, petroſelini, calaminthes, dauci ana vnciam vnam, zingiberis, ſeminis liguſtici, apij, fęniculi, aniſi, carui, eupatorij, aſari, abſinthij, ana vnc. ſemis. caryophyllorum, galangæ. ana drachmas tres, ſpicæ nardi drach. ij. coque in aceti libris decem ad dimidias, & cum mellis lib. quinque percoque.

MAN. QVIDAM hoc vtuntur, ceu valido in deobſtruẽdo. Cheiſin, id eſt, libiſtici.

COST. CALAMINTHES *radicem inutilem eſſe quis ſcribat Dioſcorides, mirum quorſum hoc loco ipſam in radicum ſerie quærat. Sed calaminthes vocem tranſpoſitam puto, ponendamque cum ſequenti ſimplicium ordine in quo, & zingiber, & ſemina varia, & eupatorium, aſarum, abſinthium ſumuntur.*

MESVE.

OXYMELI ex calaminthe, calfacit, incidit, terget humores craſſos, lentos, putres. ob id intemperiem frigidam ventriculi, & hepatis corrigit, ſcirrhum lienis, & aliorũ viſcerum diſſipat, febres diuturnas iuuat. Recipit rad. apij, fęniculi, intybi, ana vnciam vnam, ſchęnu anthus drachm. ij. ſeminis apij, fęniculi, aniſi ana drachm. ſex, calaminthes montanæ, & domeſticæ ſpicæ, aſari, caſiæ, maſtiches, dauci, petroſelini, ana † vnc. dimidiam, caryophyllorum, liguſtici, zingiberis, galangæ ana drachm. duas, coque in aceti libris octo, & aquæ libris ſex, ad duarum partium conſumptionem. adde mellis deſpumati libras quinque. Datur ab vncia vna ad duas.

† drach. iiʒ.

CASIÆ.) Pro ea accipe cinnamomum. MAN.
CALAMENTI agreſtis. Id eſt nepetæ.
DOMESTICI.) non inuenio domeſticum, niſi mentã.

COST. *DE Calamento ex calamintha fortuito nomẽ obtinuit, quam multa eiuſdem cum hac ponderis hic veniant. Pro agreſti autem calamintha montanam, & pro domeſtica nepitam potius, quam mentam ſumendam dixerim. contra quam cenſeat Manardus. alioqui enim mentam ſua adſtringente vi ad incidendũ, abſtergendumq; craſſiores humores non eſſe ex vſu certũ eſt.*

MESVE.

C

SYRVPVS acetatus Diarhodõ ad febres complexas, & eas, quæ formam corporis corrumpunt, obſtructiones hepatis, & lienis idem aperit. Recipit ſucci intybi, apij, ana libras duas, & dimidiam, radicũ apij, fęniculi, intybi ana vnc. duas, roſarum vnciam vnam, glycyrrhizæ vnc. dimidiam, ſpicæ nardi drachmas duas, & ſemiſſem, ſeminis apij, fęniculi, aniſi, ana drachmas ſeptẽ, cum aquæ libris ſex coque ad duarum partium conſumptionem, deinde cum libris duabus aceti, & libris tribus ſacchari, fiat ſyrupus. Datur ab vncia vna ad vncias tres.

D

HIC celebratiſſimus eſt, magnam habens conformitatem cum byzantino, calidior tamen eo parumper, ille vero magis videtur atram bilem reſpicere. MAN.

SYLVII. AFFINIS eſt Byzantino viribus, niſi quod paulo eſt eo calidior: qui ſequetur autem, multo efficacior, & calidior. Oxyſaccharum ſimplex ex aceti lib. ij. aquæ libras quatuor, ſacchari lib. v. ſemper deſpumando igni lento percoctis: valentius fit adiecta aceti libra vna, valentiſſimum lib. ij. adiectis. Nicolaus aceti vncias quatuor, ſucci granatorum acidorum lib. ʒ. ſacchari libram vnam miſcet, morbis æſtiuis, & bilioſis præſtantius eſt, quam oxymeli. Oxyſacchar ex aceti libra vna ſacchari libris duabus ſine aqua coctis ad bilem flauam, & cephalalgiam calidam, maluit appellare, quod τὸ ὀξὺς acetum ſit, ὀξίς, ὀξέα ὀξύς, acidus. Oxyſacchar è radicibus Actuarij, bilem vſtam, pituitam incidit, terget, obſtructa aperit, hepar, lienem, renes: fit autem ex corticum radicis fœniculi, apij, intybi ſatiui, ana ſextante, coquendo in aceti libris tribus, ad libræ vnius conſumptionem: deinde expreſſum percoquitur cum ſacchari libris duabus. Si-

mile, sed eo mpositus eidem scribitur, initio serapiorum. Sumptum id videtur ex syrupo acetoso cum radicibus Mesue, nisi quod hic aquam addit, & semapij, fœniculi, intybi, anisi, & ponderibus variat. Oxysaccharum multo compositius facit Nicolaus ratione nulla: potes vt diximus, quælibet incoquere oxymeliti, sic oxysaccharo pro scopis varijs. Oxysacchar διὰσώρων Actuarij, corpus refrigerat, stomachum roborat, cor, & hepar æstate exhilarat, appetentiam inuitat: capit aceti selibram, succi cydoniorum libram vnam, sacchari libras duas, coque ad instam consistentiam. Sumptũ ex syrupo acetoso de cydonijs Mesue, sed ponderibus mutatis.

COST. SYRVPVS acetosus diarhodon. *Magna huic aperiendi vis inest, vt eo nomine febribus, quæ ex crassis sint humoribus obstruentibus, & obstructo lieni, atque hepati conferre mire possit. Adduntur tamen consulto rosæ, vt astringente ui, qua præstant aliquod visceribus robur comparetur.*

MESVE.

SYRVPVS acetatus de Succis herbarum cum aromatibus, obstructiones aperit, ob id febres putridas, & implexas, & morbos alios obstructis succedentes curat. Recipit succorum apij, fœniculi, intybi, lupuli, coctorum, & purgatorum, ana libras duas, succi buglossi, † libras duas, & dimidiam, rosarum vnciam vnam, spicæ nardi drachmas tres, glycyrrhizæ † vnciam vnam seminum apij, fœniculi, anisi, rhabarbari, cupatorij, absinthij, cassuthæ, ana drach. v. sacchari libras duas, & dimidiam, aceti libras duas. condiatur galliæ aromaticæ drachmis duabus.

† lib. 1. ‡ drach. viij.

MAN. ACETOSVS de succis herbarum vtilis esset, sed non componitur.

COST. SYRVPVS acetosus de succis. *De aromatica gallia postea. tract. de trochisc. Parari etiam sine his aromatibus deberet ob moschum, ambram, caphuram multis aduersam, præcipue mulieribus, quæ in præfocationem vteri facile incidunt.*

MESVE.

SYRVPVS de Menta ventriculum frigidum roborat, ob id nauseam, vomitum, singultum, fluorem alui sedat. Recipit succi mentæ libram vnam succi granatorum dulcium, & acidorum ad dimidias cocti lib. ij. mellis, vel sacchari † lib. iij.

† lib. 1.

CHRI. MESVE hic describit duos syrupos mentæ, quorum primus qui est præsens, non habetur in vsu. Istum syrupum describit etiam Auic. in quinto can. in eadem forma, & dosi, excepto illo quod dicit, terantur granata cum pulpis suis, & decoquatur succus vsque ad medietatem. Similiter eundem syrupum describit Haly. x. practicæ, & vocat ipsum syrupum Romanum. Summa medic. est iiij. res.

MAN. EX his duobus, secundum tantum inuenimus in officinis, vtilem quidem in ventriculo roborando.

COST. SYRVPVS de menta. *Licet acida pimica refrigerante vi polleant, retunditur tamen hic eorum*

vis menta, punicis dulcibus, coctione, melle & saccharo: vt recte ad frigidum ventriculum hoc commendetur medicamentum. possint autem mentæ, & punici dulcis astrictione sua insigni corroborari.

MESVE.

VEL succi Cydoniorum muzorum, & dulcium, succi granatorum muzorum, & acidorum, & dulcium, ana libram vnam, & dimidiam. In quibus horas viginti quatuor macera mentæ siccæ, libram vnam, & dimidiam, foliorum rosarum vncias duas, coque igni lento ad dimidias cum mellis, vel sacchari lib. ij. fiat syrupus. aromatizetur cum gallia. Syru. de mẽta inuen. nostra.

SYRVPVS de menta secundum hanc descriptionem vbique præparatur, & sic generaliter habetur in vsu: valet enim ad stomachum relaxatum confortandum, & virtutem digestiuam, in eo, suauiter calefaciendo, & vigorando calidum naturale, vomitum, & nauseam prohibendo. & sua leni stypticitate confert ad fluxum vẽtris lubrificatiuum factum à phlegmate, & sedat singultum. Et licet secundum quod dicitur in litera iste syrupus possit cũ zuccharo, & cum melle præparari, tamen quasi semper cum solo zuccharo fit, habet enim minus calefacere, & desiccare factus cum zuccharo, quam cũ melle secundum diuersitatem mellis, & zucchari in caliditate, & siccitate, reliqua sunt nota. CHRI.

VEL accipit mentæ parum siccatæ libram vnam, & dimidiam, rosarum rubrarum vncias duas, succi cydoniorum dulcium, succi granatorum acidorum, dulcium, acidodulcium, ana libram vnam, & dimidiam, coque igni lento ad dimidias, expressum percoque cum mellis, aut sacchari libra vna, aromatizetur cum gallia Mesue, si autem siccior sit menta, quia succorum plus ebibit, succos auge. Posterior est valentior, & solus in vsu cum saccharo, quia mitior est, & gratior quam cum melle. Ventriculum, & ventrem reliquum inferiorem frigidum suo calore blando, & leuicula adstrictione roborat. Ventriculum, vel dissolutum, vel à causa frigida imbecillum roborat. SYLVII.

SYRVPVS de menta inuent. nostra. *Vere præstantissimum hoc est ad frigidum, & subuersum vẽtriculum. Mentam autem siccam exquirit, quod vbi aquosus ille recentis humor arefactione euanuerit, superstitibus terrenis partibus valentius astringit. Neque tamen multi facerem si mentam hoc loco semiaridam quis sumat, quum ipse quoque mentę succus ventriculo sit ex vsu, ex quo præcedens construebatur syrupus, & si modo aliquid illi insit vitij (id vero est flatuum copia) coctione facile possit dissipari. sed aridam mentam maius ventriculo robur afferre posse existimo. Quo loco, quando mentæ aridæ libra vna succi libris septem cum dimidia, quas præscribit, uix potest macerari, hærent seplasiarij. Verum ne ab authoris instituto discedamus, si minor videtur succi copia, quam vt tota simul menta maceretur, licebit, vt postquam eius dimidia pars in toto eo succo fuerit macerata, expressa, abiectaque illa, dimidiam partem alteram macerandã committas, & ex authoris deinceps præscripto quod reliquum est prosequaris. ita autem syrupo maior vis, atque odor comparabitur.* COST.

ME-

MESVE.

SYRVPVS Absinthij ventriculum,& hepar roborat, ob id appetentiam excitat, retentricem vim firmat, amborum dolorem sedat,& aliorum viscerum mollificationem iuuat. Recipe absinthij Romani † lib.ij. foliorum rosarum vnc. duas, spicæ nardi drach.iij. vini albi antiqui,boni,odori,succi cydoniorum ana lib.ij. & s. in his macera horas 24. prædicta coque. igni lento ad dimidias,cum † mellis lib.ij.fiat syrupus efficax, & multa experientia probatus.

† Pulg. lib.

† aut cum facch.li.ij.

CHRI. SYRVPVS de absinthio secundum præsentem descriptionem generaliter est in vsu, conferens ad casum appetitus. & sic præparatus reperitur, & est conueniens ad prostrationem appetitus, & ad debilitatem stomachi, & relaxationem villorum eius: & ad mollificationem viscerum, & ad debilitatem hepatis dolorosam, & ad cachexiam lymphatus cum aquis conuenientibus, vt plurimum autem lymphatur cum aqua mentæ, pro stomacho confortando,& fit cum melle; licet cum zuccharo fieri possit, sed tunc est minoris caliditatis. & reliqua omnia sunt clara.

MAN. NON detur in febribus in principio, neque etiam post vbi febris vehemens, nisi frigidum aliquid secum miscueris. Ego quandoque eo vsus sum in albis humoribus ex vtero fluentibus.

COST. SYRVPVS de absinthio. *Quod in simplicibus quoque admonuimus, Romanum absinthium Italum est, Pontico, amaro sapore, atque odore longe præstantius, quo nomine nisi cui ob dolorem capitis eius odor suspectus est, Pontico prestantius videtur ad ventriculum, iecurque firmandum, & ad excitandas vrinas. recte ergo Romanum deligit.*

MESVE.

† vnc. xij. † ad j.

MEL absinthij Romani † drach. c. coquantur in aquæ lib. iij. † vsque ad partem tertiam. fricetur manibus, coletur expressum cum mellis, & vini ana lib.j. percoquitur in syrupum.

MAN. DICI potest simplex, & valde congrueret in febribus à bile post vij.

SYLVII. HIC autem simplex est. serapium de absinthio Actuarij ab hoc est diuersissimum: Prior solus est in vsu ad ventriculi,& hepatis,& viscerum aliorum imbecillitatem etiam dolorificam,& cachexiam. Datur etiam in albo mulierum fluore, & ad febres biliosas iam procedenter, non multum calidas: ad ineuntes vero posterior,& simplicior & aptior. Quanta autem vis sit absinthio Pontico (quem Romanum à Mesue vocari in simplicibus probauimus) in deturbanda bile flaua ex ventriculo, in roborando ventriculo,& hepate, Galenus in simplicibus, & methodo,in compositis partium medicamentis, & alibi passim abunde inculcat, vt non sit opus testimoniorum multitudine eius facultatem demonstrare. Datur per se si materia appetentiam lædens est frigida. si autem calet, datur cum frigidis.

COST. DE absinthio alius. *An absinthium hic aridum sumendum sit, an recens non explicat. Sed quando eius succum lib. simpl. ventriculo esse noxium, & aridum præstare recenti astringendo admonuit, hic & in superiori quoque, vbi ventriculi robur quærit, deligendum est aridum.*

MESVE.

SYRVPVS fumariæ maior, ventriculum,& hepar roborat, obstructiones aperit, cutis morbos, præcipue ab humore salso, vel vsto natos, vt psoram, lepram, impetiginē curat. Recipit myrobalanos, cepulas,& citreas † ana xx. florum † violarum, boraginis, vel buglossi, violarum, absinthij, cassiathæ, ana vnc.j. glycyrrhizæ, rosarum, ana vnc.dimid. epithymi, polypodij, ana drachmas septem. pruna centum, vuarum passarum purgatarum libram dimidiā, tamar Indorum, casiæ fistulæ, ana vnc. duas, coque in libris decē aquæ ad lib. septem cōsumptionem,& cum succi fumariæ cocti,& purgati,& sacchari ana libris tribus fiat syrupus.

al. j. xx.

CHRI. SYRVPVS de fumoterræ secundum hanc descriptionem est conueniens ad confortandum hepar,& stomachum, aperiendo eorum oppilationes, iuuat ad digerendum materiam existentem in cuti prouenientem ab humoribus adustis, & salsis, & acutis, deforcationem, & scabiem curat, & remouet, & confert serpigini, lepræ, & impetigini. quæ sunt deforcationes cutis, lymphatus cum aqua endiuiæ, boraginis, vel buglossæ. Habet insuper virtutem faciliter solutiuam, & compressiuam, lenitiuam ratione componentium. habet enim virtutem compressiuam ratione myrobalanorum, tamarindorum, atque prunorum: habet virtutem faciliter solutiuam ratione epithymi, & polypodij, absinthij, & fumiterræ: lenitiuam habet ratione casiæ, & iuiubarum. & de omnibus istis dictum est superius. Vltimo nota, quod iste syrupus sensibiliter non soluit ventrem, nisi eius dosis augeatur vsque ad vnc. vj. vel vltra, quia solutiua ingredientia eius compositionem sunt debilia, & in parua dosi ponuntur in ipso, & omnia in eo posita sunt nota. Summa medic. est xvij. res.

MAN. PVRGAT si in debita quantitate exhibeatur, vnc. videlicet tres vsque ad quinque.

SYLVII. AB vncijs tribus ad vncias quinque, vel sex sumptus, etiam purgat pituitam salsam,& bilem vtramque vstam: purgatoria enim clementia, & parua quantitate recipit, curatisque cutis vitijs colorem commendat: vt apertis obstructionibus febres putridas, præsertim dictis humoribus natas, & icterum vtrumque sanat. Ne putes hanc facultatem posteriori à Mesue attributam, illi esse peculiarem, cum sit communis vtrique, vt morbum Hispanum muare: id quod ex generalibus his facultatibus coniectare non est difficile, cum sit maior, compositior,& potentior minore. Vterque sumitur cum aqua intybi, buglossi, sed hic in multo vsu est. Hic ob pruna, passas, casiam, tamar Indos est crassissimus, proinde ingratissimus, & qui æque cito, vt syrupus portulacæ situm ducit, atque corrumpitur, nisi facta simplicium decoctione coquas in syrupum, succum fumariæ despumatum, & clarificatum, cum saccharo aqua fontis clarificato, tunc que paulatim addas decoctionem, semper coquendo: tandem vero casiam,& tamar Indos ob substantiæ raritatem, & virium imbecillitatem,

parum diu coquendum, sed cum parui sit momenti, & tam operosa paratio, & iucunda, satius est omittere. est & syrupus epithymi ad eadem efficax.

COST. DE fumoterræ maior. *Myrobalanis vim astringẽdi comparari diuturna coctione docebat Mes. lib. simpl. Quamobrem si ij cum reliquis eousque coquendi sunt, vt ex aquæ libris decem, tres tantum sint superstites, astringendi, & obstruendi vis medicamento acquiritur, contra quam huius author polliceatur, qui ad aperiendas obstructiones commendat, remittiturque vis purgandi, quam adiectione epithymi, polypodij, prunorum, vuarum passarum, tamarindorum, & purgatricis casiæ exquirere animaduertimus. Sunt ergo hæc non omnia simul ad coquendum immittenda. Sed vbi plurima liquoris pars cum alijs coquendo euanuerit, reliqua quæ parum coqui postulant, injicienda. Porro qua mensura epotum hoc expurget non monet. Sed sequentis exemplo ad sescunciam dari posse dicas, quanquam eo quoque pondere assumptum leniter purgare obseruabis.*

MESVE.

SYRVPVS fumariæ minor, hepatis obstructionem aperit, ob id ictericum sanat, pituitam salsam, & bilem vsta vacuat, proinde psoram, lepram, pruritum, & alia cutis vitia inde orta sanat, & corporis colorem floridum reddit, Recipit myrabol. flauarum vnc. ij. violarum, cassiothæ, absinthij, ana vnc. j. coque cum lib. septem aquæ vsque ad partem tertiam. Expressum cum succi fumariæ cocti, & purgati, & sacchar. ana lib. ij. percoque. Datur ab vnc. j. ad vnc. ij. Quidam scammonij vnciam dimidiam panno lineo raro ligatam, in eo suspendunt.

MAN. SI suspendatur in eo scammonium, purgabit plus quam præcedens, primus tamen communiter patatur, & ego eo vtor in morbo, qui gallicus dicitur.

SYLV. HIC potest eadem quæ prior, sed imbecillior est, nec vsu frequens, assumpta autem scammonij facultate, purgantior efficitur, vt ventriculum, hepar, lienem pituita salsa, & bile vtraque vacuet, ob id ictericum vtrumque sanat.

COST. DE fumoterræ minor. *Si scammonium huic addatur, euadet superiori, facultate longe superior. eritq; non minor, sed maior. Consulto scammonium lineo panno inclusum, dum syrupus coquitur suspendit, non autem commiscet, ita enim vis in totum medicamentum quoquo versum æque distribuitur, nullo periculo, ne coquendo in vnum cogatur, & vni plus quam alij parti impactum, hypercatharsin aliaue vlla symptomata pariat, quæ grauia largius sumptum parit.*

MESVE.

SYRVPVS Glycyrrhizæ tussim antiquam iuuat, thoracem, & pulmones expurgat. Recipit glycyrrhizæ vncias duas, adianti albi vnciam vnam, hyssopi sicci vnc. dimidiam, horas vigintiquatuor macera aquæ libris quatuor, coque ad dimidias, expressum percoque cum mellis, sacchari, penidiorum ana vnc. octo, aquæ rosarum vnc. sex.

SYRVPVS de liquiritia secundum hanc descri. CHR. confert principaliter passionibus pectoris, & pulmonis, & maxime tussi antiquæ factæ à materia phlegmatica, quæ non est multæ quantitatis, tenacitatis, & viscositatis, est absterssiuus, subtilliatiuus, & aliqualiter desiccatiuus. Et hic nota, quod ab illo syrupo tanquam leuiori incipiendum est in passionibus pectoris frigidis, & phlegmaticis. Secundo est procedendum ad syrupum de hyssopo tanquam ad fortiorem. Tertio ad syrupum de prassio, quia potentior: nam secundus, scilicet, ille de hyssopo est calidior, & siccior primo, & ideo plus conueniens membris frigidioribus, vnde in processu, in augmento, & in statu magis conueniens est illo in calefaciendo, desiccando, subtiliando, aperiendo, & abstergendo cum aliquali virtute lenitiua pectoris, & pulmonis, faciendo sputum facilem ad exitum per secretum: tertius vero in omnibus tantum excedit secundum, quantum secundus excedit primum, & cum hoc antiquæ tussi plus confert. sic ergo a leuiori semper inchoandum est, & regulariter operando, nisi magna instaret necessitas, iuxta illud Hippo. ad vltimas ægritudines vltimæ curationes ad perfectionem sunt potentes. lymphatur autem plurimum iste syrupus cum aqua capilli veneris, vel vngulæ caballinæ, idest farfarellæ, vel cum decoctione communi, de qua dicetur inferius. Aqua enim vngulæ caballinæ, est calida, & humida in primo.

ADDITIO.

Nota quod absurdum videtur, quod in isto syrupo auctor ponat aquam rosatam cum ipsa restringat, & hic syrupus debet dilatare partes pectoris, & hoc non solum videtur contra rationem, sed est etiam contra facientes hunc syrupum, eo quod nulli fere ponant aquam rosatam. Ad hoc dicendum, quod recte ponitur, & qui non ponunt, errant multum. Et ratio est. nam ad hoc, quod syrupus iste valeat tussi antiquæ, & pulmonem, & pectus mundificet, non solum oportet, quod in eo sint dilatantia partes pectoris, lenientia, & maturantia catarrhum, vt per liquiritiam capil. ve. fit. sed etiam necesse est, quod in eo sint ea, quæ partes relaxatas adunent, & virtutem expulsiuam cõfortent, & hoc fit per aquam rosatam, igitur rationabiliter ponitur.

Vtrũ aquã rosata huic syrup. sit ponenda.

VIDEANT qui cauẽt in pleuriticis Manum christi vocatum, & rheon, quomodo dent hunc Syrupum, in quo aqua rosacea. Ego enim non formido in morbis pectoris, medicinas modice adstringentes. MAN.

EST frequens vsus initio pleuritidis, & aliorum thoracis affectuum etiam si aquam rosatam recipiat. Nam in horum affectuum a fluxione proficiscentium initio modice adstringentia non modo sumi posse, sed omnino sumenda imperat Galen. lib. meth. lib. 12. Et rhabarbarum, & electarium, cui manus Christi nomen est, in vsu quotidiano sunt contra tales affectus, quamuis ambo adstringant. vt partes ob laxitatem ad fluxionem recipiendam opportunæ, vbi adstrictæ fuerint, amplius non recipiant, & roboratæ valentius repellant nouam, & expellant veterem materiam. Incipientibus itaque thoracis, & pulmonis affectibus frig. & pituitosis, saluber est hic syrupus, augescentibus, & vigentibus, syrupus hyssopi: declinantibus syrupus prassij nisi magna expergandi SYLVII.

gandi has partes necessitas, metusque suffocationis a postremo nos impere coegerit, quia omnium valentissime calfacit, incidit, tenuat, expurgat, lenit, siccat, quæ omnia syrup. glycyrrhizæ præstat, sed moderatissime. tussim antiquam sanet tantum, quæ a pauca, nec crassa, lenta pituita excitatur. Syrupus autem hyssopi viribus est in medio. Hic syrupus aperit, dilatat, terget partes præsertim spirituales, asperant materiam, pulmonem, thoracem, ad expellendumque roborat.

COST. LIQVIRITIAE. *Si adiantum eousque cum reliquis coquatur, vt ex aquæ cui infusum erat libris duabus supersint tantum duæ, vis profecto eius omnis, quam obtinet attenuandi, euanescet. Itaque, vbi reliqua in præscripto aquæ pondere præscripto tempore macerata fuerint, & coquendo ferè ad consumptionis præscriptę modum redierint, non temere facturum existimarim, qui hyssopi prius, tum postea etiam adianti tantundem leniter incoquendum iniecerit, ita profecto integra vi, atque ad eos vsus longe præstantius medicamentum parabitur, ad quos instituitur. Quod autem de aqua rosarum aliqui dubitant, quæ astringendi vi prædita, frangere vsum reliquorum videtur, quæ thoracem expurgant, non diffiteor ita paratum medicamentum initio fluxionis conuenire. Sed quando ad antiquam tussim eius author instituit, aquæ nomine non stillatitiam intelligerem, quã Mes. lib. simp. partes cogere testatur, cuiusque hic largior copia sumitur quam quæ ad leuiter astringendum, & impartiendum partibus robur sit ex vsu, sed vel succum, vel dilutum ex recentibus rosis sumendum existimarem.*

MESVE.

SYRVPVS hyssopi asthma, tussim dolorem thoracis, & hypochõdriorum iuuat. Recipit hyssopi (mediocriter) sicci, radic. apij, fœniculi, † glycyrrhizæ. ana drach.x. hordei nudi vnc.dimidiam, semi. maluæ, & cydoniorum, tragacanthi ana drach.iij. adianti albi drach.vj. zizipha, myxa, ana xxx. vuarum passarum purgatarum drachm.xij. ficus siccas, dactylos pingues ana.x. penidiorũ alborum lib.ij. fiat syrupus.

Aptasse ini addunt aliqui.

CHR. ISTE syrupus est maioris efficaciæ, & virtutis in passionibus pectoris, & pulmonis, & faciendo sputum facilem, quam syrupus de liquiritia. Confert enim principaliter asthmati, tussi antiquæ, & doloribus pectoris factis a materia frigida, vt dictum est in præceden. syrupo. Lymphatur autem vt plurimum cum aqua scabiosæ, aut prassij, vel aliqua de coctione pectorali, sunt enim aquæ multum potentes, quæ debent simi in proportione superius dicta. Est enim scabiosa calidæ, & siccæ complexionis in secundo. Reliqua vero in hac descriptione sunt calida in secundo, & sicca in primo cum forti abstersione, subtiliatione, & penetratione.

MAN. HIC quoque syrupus, seminum coroneorum, & dactylorum ratione cuiusdam astrictionis particeps est.

SYLVII HVIVS syrupi, & sequentis facultas nuper est declarata. Potenter præterea obstructiones liberat, vt etiam in adolescentibus renum calculos frangat sumptum cum aquis, aut decoctis vreticis, quomodo ad affectus thoracis cum aqua scabiosæ, vel bechij, vel decocto thoracico sumendus est: sub

A astringit quoque dactylis, & semi. cydoniorum. Nec abs re penidia exigit alba, hoc est, ex saccharo albissimo, & purissimo facta, non autem ex saccharo, vel crasso, & pingui, vel rubro cum amylo, & sublato marmori butyro. Nam ex his facta penidia ægre colantur, & impurum ac ingratum magis syrupum reddunt. Alias quinque huius syrupi descriptiones habet Mesues c. de tussi pleuriticam quoque, & obstructiones viscerũ liberat. Coque omnia in lib.viij. aquæ ad libr.v. consumptionem. Expressum in syrupum percoque cum lib.ij. penidiorum alborum.

DE hyssopo. *Hyssopum siccum, superfluo, & aqueo eius consumpto humore, qui ipsiusmet calorem, & siccitatem retundebat, attenuandi, detergendique facultate magis præstat: sumendum ergo id hoc loco, non humidum, non semiaridum, sed plane aridum, non tamen vetustate obsoletum. Quia autem in hoc conficiendo syrupo non præscribit liquoris, vel genus, vel pondus, Syluius omnia in octo aquæ libris ad librarium quinque consumptionem coquenda consulit. Sed erit hoc pharmacopæi diligentiæ committendum, qui prospiciens quantum liquoris ferant penidiarum libræ duæ, ante coctionem tantum summat aquæ, vt id ipsum, quod est opus exacta simplicium horum omnium coctione supersit.* COST.

B

MESVE.



YRVPVS Prasij, thoracem, & pulmones expurgat pituita crassa, lenta, putri, & ab ea asthmati, antiquæ tussi prodest, quales affectus senibus, & natura frigidis sunt frequentes. Recipit prasij, uncias ij. hyssopi, adianti albi ana vnc.vj. glycyrrhizæ vnc.j. calaminthes, anisi, rad.apij. & fœniculi ana drach. v. ireos, seminis maluæ, fœnugræci ana drachm.iij. sem. lini, & cydoniorum ana drach.duas, vuarum passarum purgatarum vnc. quinque, ficus passas pingues † quindecim, penidiorum, mellis boni despumati ana libras duas.

C

alij. xxi. Al. mellis decij. lib. c.

CHR. ISTE syrupus confert in duabus passionibus, scilicet, pectoris, & pulmonis factis a materiebus multum tenacibus, viscosis, & crassis, quæ sunt difficilis eradicationis, & maxime in senibus, & frigidis natura. Confert enim asthmati, tussi antiquæ, & difficultati anhelitus. Facit insuper excreare saniem, & omnem materiam putridam contentam in medio pectoris, sua forti virtute aperitiua, subtiliatiua, desiccatiua, abstersiua, & confortatiua, & vsus eius in declinatione prædictarum dispositionum est magis conueniens, nisi materia multa sua crassitie, & malitia moram non possit sustinere. lymphatur autem, vt plurimum cum aqua hyssopi, aut aliqua decoctione conuenienti, & huius syrupi descriptionem ingreditur semen lini, quod est notum, scilicet, calidæ complexionis in primo, & humidæ versus ipsum. CHR.

D

ADDITIO.

Notabis, quod omnes isti syrupi pectorales, & omnes decoctiones pectorales cum aqua pluuiali fieri debent,

debent, & nõn cum aqua communi, quia aqua plu- E
uialis est magis subtilis, & ratione subtilitatis magis penetratiua, faciensque penetrare virtutes medicinarum ad partem pectoris.

SYLVII. SYRVPVS hic pituitam crassam, lentam, puttem, ac pus ex pulmonibus, & thorace incidit, tenuat, terget, educi adiuuat leniendo, & aperiendo meatus, & vim expultricem roborando. Strenue enim sputum promouet in declinatione horum affectuum, si a fluxione pendeant: quam suo calore multo, si initio vsurparetur, geminauerit, nisi, vt dixi, suffocationis a multa, crassa, lenta materia periculum impenderet. Vacuata autem materia, quæ thoraci, aut pulmonis, & asperæ arteriæ anguistiam pariebat, proindeque spirandi difficultatem, eger iam multo, quam ante liberius respirat. Alias descriptiones duas habet Mesues cap. de asthmate, sed mutilatas. Vsurpatur cum aquis prædictis, vel hyssopi, vel alia thoracia. Coque in libris x. aquæ ad dimidiam, expressum percoquatur cum penidiorum, & mellis despumati ana libris duabus.

F

COST. PRASII. *Maceranda hæc sunt authore etiam silente in debita aquæ mensura, vt & in superiori, tum coquenda ex arte, vt & tantum superfit decocti, quantum excipere possint mellis libræ duæ. id quod in sequentibus quoque erit obseruandum.*

MESVE.

SYRVPVS de calaminthe, asthma, tussim antiquam, intemperiem viscerum frigidam, & splenicos, & senes iuuat. Recipit calaminthes domesticæ, & syluestris, ana vnc.ij. ligustici, dauci, schœnu anthus ana drach.v. vuarum passarum purgatarum lib.dimid. mellis lib.ij.

G

CHRI. HIC syr. in duritie, & crassitie splenis conuenit, calefacit stomachum, hepar, & splenem, & alia viscera, aperit oppilationem in eis, materias crassas subtiliat, & ad expulsionem eas præparat. confert tussi antiquæ, & asthmati in senibus. Lymphatur autem vt plurimum cum aqua quinque radicum, seu scolopendriæ, i. deest linguæ ceruinæ, quæ spleni multum appropriatur, & est herba nota, calidæ, & ficcæ complexionis in secundo.

MAN. NON cognosco calamenthum domesticum: credo intelligi mentam, sicut etiam supra. Nullus tamen horum syrup. communiter paratur. Secundus satis similis est syrupo de menta.

SYLVII. QVIBVSDAM in vsu est ad calefaciendum, incidendum, tenuandum, aperiendum, tergendum obstructiones viscerum, ob id splenem tumefactum minuit, cum aqua asplenij, vel phillitidis, thoracem, & pulmones expurgat cum aquis thoracteis. Coquitur in lib.vj. aquæ ad dimidias, expressum per coquatur cum mellis lib. duabus. H

COST. DE calamentho. *Calaminthes succus dum altius pituitam, crassosque humores ventriculo impactos secat, & abstergit, vt singultum corrigere apte possit, ita & vomitum compescere postquam dissectum absterserunque eius vi humorem vomitione vna aut altera reiecisse contingerit. Vomitum autem particulatim acidorum punicorum succus cohibet. Sed obscurum est, quum succum ait sumendum cum pulpa interiori, quid pulpæ illius nomine intelligat. Si diminandum sit, fortasse interstitia quærit, quibus acini distinguuntur: qui sane astringentis facultatis quum sint, si succis eiusdem punici, & calaminthes, vinoque (vt scribit) coquantur, possint sedandi vomitus vim adaugere. Fortasse etiam acinos alios punicorum succo coquendos ponit, vt qui detracta carne, qua ambiũtur, ad vomitũ, imo & ad alui fluxiones, non infirmæ sunt facultatis.*

MESVE.

SYRVPVS de calaminthe alter, singultum, & vomitum a pituita, vel bile flaua crassa, sedat. Recipit succi calaminthes, & vini odori, ana libras quatuor, succi malorum granatorum acidorum cum sua pulpa interiori, libras quinque. coque ad dimidias, biduo permitte, vt crassum subsideat, & clarum percoquatur in syrupum cum sacchari† libris quatuor. aromatizetur drachmis duabus galliæ aromaticæ, in vase vitreo bene obstructo, in sola dies quadraginta. † al. lib. iij.

SYRVPVS hic de calamentho magis quam præcedens, est confortatiuus virtutis contentiuæ stomachi, & viscerum. vnde valet supersluo vomitui facto a cholera crassa permixta cum phlegmate post mundificationem ipsius, & non est tantæ caliditatis, vt primus. lymphatur autem vt plurimum cum aqua mentæ, vel absinthij. CHRI.

QVIBVSDAM in vsu est cum aqua mentæ, & absinthij, parum calet, ventriculum, & he par expurgat, & simul roborat. Fuerit igitur saluberrimus, tum etiam quod alimentum cum medicamento coniunctum habet, quod genus medicamentorum Galenus maxime commendat. Nam calaminthe amara; acris, expurgationem prope sola facit, vinum putredini resistit, vires eius granatorum vehit, granata acida incidunt quoque, & tenuant, sed roborant, saccharum dulcorat, & custodiam siccando iuuat, cum igni, & sole Gallia iucundiorem facit, & facultatum nostrum corpus dispensantium robur auget. Cum igitur sit paratu facilis, & magnarum virium, in vsu frequentiore habendus fuerit, nisi syrupo mentæ viribus proximo sis contentus. SYLVII.

MESVE.

SYRVPVS de thymo calefacit, incidit, tenuat, ob id omnem frigidam intemperiem thoracis, pulmonis, vẽ triculi, hepatis, & aliarum partium iuuat, & hyberno frigori resistit. Recipit comarum thymi vncias duas, calaminthes, mentæ siccæ ana drachmas quinque, seminis, apij, fœniculi, anisi, dauci ana † semunciam, vuarum passarum purgatarum vnc. quatuor, & dimidiã, cum mellis lib. duabus fiat syrup. aromatizetur drach. duabus galliæ. † drach. iij.

ISTE syrupus habetur in vsu. Mes. habet hic extremitatum thymi. & est melior pars plantæ. Sũma medicinalium est x. res excepta aqua. CHRI.

LICET in vsu non sit, efficaciam tamen magnam haberet in frigidis morbis. MAN.

IN vsu rarus est, tamen ad ea quæ promittit, est efficacissimus, modo thymus sit, vel creticus, vel Iceis editus, & siccis, & in solatis, & calaminthe montana: obstructa etiam liberat, & menses mouet, sed omnium valentissime syrupus sequens. Syrupus Arthemisiæ Matthæi Gradi, ad menses ciendos ex catalogo sim. mẽses mouentium, cum tamen singula, vel horum pauca sufficerent. SYLVII.

Arte-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0300-9
DFG

Arthemiſiæ manip. duos, pulegij, calaminthes, origani, melliſſophylli, ſampſuci, ſabinæ, perſicariæ, chamædryos, chamæpityos, hyperici, centaurij parui, parthenij cum flore, rutæ, betonicæ, bugloſſi, dictamni, radic. feniculi, apij, petroſelini, aſparagi, ruſci, ſaxifragiæ viridis, enulæ, rubiæ, pęoniæ, ana manipul. vnum, ſem. iuniperi, ſmyrnij, petroſelini, apij, aniſi, gith, carpobalſami, cardamomi, coſti, aſari, pyrethri, phu, calami aromatici, caſiæ, ana vnc. dimidiam, macera aqua fluuiali, coque dimidias, expreſſum percoque cum ſacchar. & mellis q.ſ. Addi poteſt acetum ſimplex, vel ſcilliticum, alij aliter parant, & ſyrupum parthenij, ideſt, matricariæ vocant.

COST. DE THYMO. *Quum thymi comas quærit, flores cum thymo quærit. Sed & calaminthes, & mentæ comæ quærendæ, quibus vis maior ineſt, quam caulibus nudis aut folijs. Huius vires intendes, ſi loco ſynceræ aquæ vel fontanæ, vel pluuiæ, in qua decoquenda hæc ſunt ſimplicia, decoctum thymi, vel quid tale ſumpſeris. id quod, & in reliquis tum propoſitis, tum proponendis qui obſeruarit, nõ puto valde aberraturũ.*

MESVE.

SYRVPVS de eupatorio vẽtriculum, & hepar roborat, obſtructiones aperit, calore digerit. ob hæc, incipienti hydropi, hypochõdriorum dolori, febribus antiquis, ventriculi, & hepatis formam corrumpentibus confert, flatus diſſipat, intempericm frigidam expugnat. Recipit radicum apij, fœniculi, intybi, ana vnc. duas, glycyrrhizæ, ſchænu anthus, caſſiuthæ, abſinthij, roſarum, ana drachmas ſex, adianti albi † ſpinæ albæ, & arabicæ, florum aut radicum bugloſſi, aniſi, fœniculi, eupatorij, ana drachm. v. rhabarbari, maſtiches, ana drachm. tres, ſpicæ nardi, aſari, folij, ana drah. duas, coque in aqua lib. octo ad † tertiam, & cũ ſacchari libris quatuor, & ſucci apij, & intybi quantitate ſufficienti fiat ſyrupus.

† bedegar ſuchaha.

† partis tertiæ conſumptionem.

CHRI. SYRVPVS de eupatorio valet principaliter in paſſionibus frigidis hepatis cum oppilatione in ipſo, & ſic etiã confert in ſimilibus paſſionibus ſplenis, & aliorum membrorum nutritionis. Eſt aperitiuus oppilationum, ſubtiliatiuus materierum craſſarum, prouocatiuus vrinę, confortatiuus digeſtiuæ virtutis. Confert inſuper ad febrem chronicam de materia craſſa, ſed vſus eius principaliter eſt conueniẽs in principio hydropiſis cuiuſcunque ſpeciei frigidæ à cauſa frigida, & maxime cachexiæ, ad quam ſequitur defœdatio cutis corporis, cum malitia habitudinis in toto corpore, ſicut ſunt corpora cacochyma, in quibus cum tumefactione à materia aquoſa phlegmatica color vertitur ad plumbeum ſeu cineritium adiunctum cum citrino colore, & maxime in facie demonſtratur. Confert etiam ad corruptionem appetitus. vnde confert eis proprie, quibus corrumpitur propria forma ſtomachi, id eſt in quibus corrumpitur habitudo ſtomachi, & appetitus. Confortat etiam virtutem digeſtiuam ſtomachi, & eſt ſyrupus multum notandus propter eius virtutem; & præſertim in hydropiſi à cauſa frigida.

ADDITIO.

Notabis quod pauci ſunt facientes hunc ſyrupum ſecundum veritatem propter diuerſitatem, & etiam ignorantiam de bedegar, & ſuchaha, viſis tamen multorum opinionibus de ipſis inueni Pauli opinionem meliorem deſuchaha, & Serapio. de bedegar. dicit enim Serapio autoritate Dioſcoridis, quod bedegar, Bedegar. ideſt ſpina alba naſcitur in montibus zacual, & habet folia ſimilia chamæleonis albæ, niſi quia ſunt ſtrictioria, & albiora, & ſuper ea eſt ſimile borræ, & ſpinoſa, & habet ſtipitem longum duobus brachijs in craſſitudine digiti pollicis, vel plus, color eius ſunt capitella ſimilia ericio marino, niſi quia ſunt minora, & oblonga, & flos eius eſt coloris purpurei, & ſemen eius eſt ſimile grano carthami, niſi quia eſt rotundius eo, conſidera igitur quid ſit bedegar. Quid ſit ſuchaha ſecundum opinionem Pauli dicamus. ſu- Suchaha. chaha eſt herba dulcis, quæ extenditur ſuper terram, & facit capita craſſa prope radicem, & exeunt ex illis capitibus flores ſanguinei coloris, & ſic ſecundum veritatem, eſt herba ſpinoſa alba expandens ſe ſuper terram, cuius flos eſt in colore ſanguinis, cuius radix vſui medicinæ competit.

HIC ſi bene componatur, quod certe non eſt facile, valde vtilis erit. BEDEGAR, Suchaha.) In his patres noſtri magnopere errabant, ſylueſtis roſæ fructũ ſupponentes, tu vero intellige ſpinam albam, & arabicam. Dioſcorides vocat primum λεύκακάνθαν, alij arabicam. Eupatorium.) Accipe quod vulgo agrimonium vocant. Pro folio quo caremus, accipe folium garyophylli, ſi inuenire potes, ſi non, cinnamomum vocatum, vel nardum. MAN.

HIC ſyrupus quia calfacit, incidit, tenuat, terget, roborat, partes omnes nutritorias, appetentiam excitat, coctionem firmat, obſtructiones in eis aperit, per vrinas expurgat, intemperiem frigidam corrigit, propterea hydropem omnem ab hepatis, vel lienis primario affectu proficiſcentem ſanat, & inde natum cutis colorem plumbeum, cacochymiam item, atque adeo cachexiam diſtarum partium vitio natam emendat. Cui malo ſuccedit corruptio formæ ventriculi, & hepatis, & corporis reliqui per harum partium actionem toti corpori communem, habentium vitium, male nutriti. Expreſſum percoque cum ſacchari clarificati libr. quatuor, & ſucci purgati apij, & intybi, ana lib. duabus paulatim addendis, vt in ſyrupo fumariæ maiori. SYLVII.

DE eupatorio. *eſt hoc loco vulgata controuerſia, de bedegar, ſuchaha, & eupatorio. pro eupatorio quidem non aliud vſurpandum quam huiuſmet ſcriptoris eupatorium, de quo lib. ſimpl. Bedegar vero ſi Serapionis hiſtoriam ſpectemus, conſtat ſpinam eſſe albã Dioſcoridis, licet huius vocis Dioſcorid. non meminerit. ſuchaha vero ſpinam eße Arabicam. Quibus hæc duo non placuerint, chamæleonis genera illa, qua ſub carlinæ nomine vocantur, non temere ſumi poſſe videbuntur, quod conſentiunt plerique.* COST.

MESVE.

SYRVPVS de epithymo atram bilem, & alios humores vſtos vacuat, ob id morbos ex his naſcentes, elephantiam, cancrum, vlcera maligna, fiſtuloſa, pſoram, lepram, achoras præcauet curatque. Recipit epithymi boni † hortenſis Cretenſis. drachm. xv. caſſiuthæ, fumariæ ana drachm. x. thymi, calaminthes, bugloſſi, ſtechados, & glycyrrhizæ, polyp. agar. myrob. emblicarũ, & belericarum ana drac. vj. roſarum, ſeminis fęniculi, aniſi, ana drachm. ij. & ſ. pruna xx. vuarum paſſarum

passarum purgatarum vnc.iiij. tamar Indorum vnc.ij. & s. sacchar. † lib.iiij. sapæ lib.ij. fiat syrup.

† al. lib.

CHRI. SYRVPVS de epithymo valet principaliter in passionibus factis a materia melancholica, & ab humoribus adustis, facientibus crustas magnas in auribus, & in corpore toto. & generaliter valet ad malas scabies quæ per totum expanduntur, & sic est in vsu ad dirigendum talem materiam, & est maioris efficaciæ in talibus quam syrupus de fumoterræ. confert etiam lepræ, cancro, fistulis, & vlceribus pravis, & corrosiuis, factis a cholera adusta, vel melancholia adusta, seu à phlegmate salso, est insuper maxime prouocatiuus vrinæ, oppilationum aperitiuus, remissiuus malæ qualitatis humorum, cum aliquali virtute solutiua prædictarum materierum, virtute epithymi, myrobala. fumiterræ, polypodij, prunorum, & tamarindorum, lenissime tamen soluit, tum quia eorum parua quãtitas ingreditur, tum etiam quia parua dosis ipsius syrupi assumitur, scilicet, vnc.ij. si tamen in dosi eius fieret additio, sensibiliter solueret. lymphatur autem quandoque cum aqua simplici, quandoq; cum aqua lupulorum, vel fumiterræ, boraginis, endiuiæ, vel buglossæ, vel cum decoctionibus appropriatis, & quandoque cum decoctione spicæ, & alchilil, idest rorismarini. Dicit enim quod expellit cholerã nigram, idest melancholiam.

MAN. SCABIEM & saphati. i. ἀχῶρας cum educit, vt ipsemet ait, humores adustos, propter quod magis reponendus est inter purgatoria, quam inter proprie vocatos syrupos, sicut syru. de fumoterra, qui cum hoc multum conuenit: est tamen minoris purgationis, & minus calidus, & propterea illo ego utor in humoribus magis biliosis, hoc vero, quia calidior est, in minus calidis.

SYLVII. AFFECTIVVS ex melancholia, vel pituita salsa; & alijs humoribus vsus confert magis, quam syrupus fumariæ, quia obstructiones aperit, & humores eos potentius apparat, & expellit per alium, vrinas, sudores, clementer tamen purgat myrobalanis, fumaria, polypodio, prunis, tamar Indis, & quia datur ad vnc.ij. cum aqua lupuli, fumariæ, boraginis, intybi, vel decoctione conuentioni: quod pondus si augeas, aperre alium subducit. Sunt qui dant ab vnc.iiij ad vnc.vj. Hic etiam ob prunia, passas, tamar Indos, sapam, crassus ob id, & ingratus est. Hunc etiam ad scabiem Neapolitanam adhibent, quam inter melancholicos morbos recensent. Melior fuerit syrupus aliquis simplex, qualis est Saporis, vel alius ex asplenio, &, si vis paucis alijs splenicis ad melancholicos affectus, non autem ex farragine simplicium melancholiam, succumque melancholicum apparantium, aut purgantium.

COST. DE epithymo. *Morbis qui ex atra bile, & exustis humoribus, commendat syrupum de epithymo. Epithymum tamen ipsemet lib. simpl. non educere id humoris genus aduersus Paulum notat. Sed additis myrobalanis, fumaria, alijsque eiusce modi, efficere id poterit syrupus, quod non poterit fortasse epithymum syncerum, licet hac etiam dere in ipsonet Mesue aliquid sit controuersiæ.*

M E S V E.

SYRVPVS stœchados iuuat omnes affectus frigidos cerebri, & neruorum, vt paralysin, epilepsiam, spasmum cynicum, tremorem. Recipit florum. † stœchados drach.xxx. † thymi, calaminthes, origani ana drach.x. anisi, pyrethri ana drach.vij. piperis longi drachm. iij. zinberis drach.ij. vuarum passarum purgatarum vnc. iiij. mellis lib.v. Condiatur cinnamomi, calami aromatici spicæ nardi, croci, zingiberis, piperis nigri, & longi ana drachm. j. & s. ligata in panno raro, & appensa in syrupum. Datur vnc.j. cum, aqua cui incocta, sint spica, & rosmarinus.

† al. lib. iij. hasicen.

CHRI. SYRVPVS de stœchade secundum hanc descriptionem vbique præparatur, & habetur in vsu, principaliter in passionibus frigidis cerebri, & neruorum, vnde multum confert ad digerendum materiam frigidam, & viscosam facientem paralysim, spasmum, tetanum, epilepsiam, tremorem, & torturam, quæ dispositiones omnes dependent à cerebro per essentiam, vel communitatem. Confert enim dispositionibus frigidis nucæ, neruorum, & capitis, sua cõplexione calefaciens, subtilians, & desiccãs materias catarrhales, & frigidas, & eius vsus principaliter est in catarrho frigido, & vt plurimum lymphatur aqua fœniculi, vel leuistici, & similibus aquis, vel decoctionibus appropriatis portantibus virtutem eius ad cerebrum, & ad neruos, & modus componendi est clarus, & simplicia sunt superius declarata. Et hic est finis omnium syruporum, qui describuntur ab auctore in hac vi. distinctione. Restat hic vltimo duos alios syrupos declarare, qui communiter sunt in vsu, & vbique in nostra ciuitate ab omnibus præparãtur. & primus nominatur pro melancholicis, cuius descriptio ponitur a Mes. in suo de appropriatis. cap. de humore melancholico seu de soda facta ab humore melancholico, & est magnæ virtutis in digerendo materias crassas, melancholicas, illas subtiliando, & habiles faciendo ad exitum. vnde principaliter confert dispositioni melancholicę, in qua lædunntur virtutes intrinsecæ cerebri, & humores. confert insuper febribus quartanis, & oppilationibus, & ægritudinibus splenis. Et generaliter confert omni ægritudini factæ ab humore melancholico, & iste syrupus est etiam aliqualiter solutiuus, cuius hæc est descriptio. Rec. capil.ven. radicum buglossæ domesticæ, & siluestris, & florum earum, polypo. ana drach.i. epithymi. vnc.j. folliculorum sennæ, chamæpithyos stœchados, ana vn.vij. chamædryos, schœnanthi, hellebori nigri, ana.drach.iij. fumiterræ, vnc.vij. eupatorij drach.iiij. succi pomorum dulcium vnc.viij. omnia præter epithymum, & succum pomorum bulliant in lib.iiij. aquæ vsque ad consumptionem tertiæ partis, deinde bulliat in ea bullitione leuissima epithymum, & coletur cum succo pomorum. zucchari lib.ij. decoquatur ad perfectionem, & fiat syrupus vt expedit.

Syrupus in passionibus melanch.

Secundus syrupus magistralis, qui dicitur syrupus de endiuia, est multum in vsu, & valet ad omnes supercalefactiones hepatis principaliter, ac aliorum membrorum nutritiuorum, ac etiam cordis, & generaliter cuilibet malæ complexioni calidæ, habet insuper oppilationes aliqualiter aperire, & membra debilitata a mala complexione calida illam remouendo notabiliter confortare. Est etiam conueniens ad digerendum materiã subtilem cholericam multæ acuitatis, sed principaliter vtimur eo in hepate calido, & in renibus calidis, vel supercalefactis. Et quia eius descriptio ab auctoribus nõ reperitur, sed secundum

Syru. de endiuia.

præ-

præsentem descriptionem eius inuentor fuit Gentilis de fulgineo, quam manu eius propria descriptam ego iam vidi, ideo sic eam in præsenti loco describam. Recip. succi endiuiæ, succi hepaticæ, quæ herba est nota, frigidæ scilicet, & humidæ complexionis in primo, ana lib.iij. clarificentur prædicti succi ad ignem vt expedit, rosarum, violarum, lenticulæ aquæ, quę herba est nota, natans in aqua, & ibidem semper stãs, & frigidæ complexionis in primo, humidæ in primo, polytrici, herba est nascens prope fontes aquarum, & in puteis similis capillo veneris, & est frigidæ complexionis in primo, & siccæ versus ipsum, ana vnc.s. capilli veneris, hordei mundi, seminum communium frigidorum ana vnc.j. fiat syrupus cum zucchari quantum sufficit, & aromatizetur cum sandalis albis, & rubeis, & cum berberis, & sunt quidam fructus frigidæ, & siccæ complexionis secundo, semi nibus citoniorum, ligno aloes, cinnamomo, & corticibus citri, sic enim aromatizatus est magis conueniens, & confortatiuus cordis, cerebri, & aliorum membrorum principalium, licet multi vtantur eo absque aromatizatione, quia est magis alteratiuus ad frigidum, & magis aperitiuus.

Lenticula.

Polytricum.

MAN. CONFICITVR hoc duplici modo, addendo videlicet cinnamomum, & reliqua aromata, vel non addendo: hunc incompletum, illum completum vocant. Hasce.i. thymi. Alchilil i. rorismarini.

SYL VII. COQVITVR in lib.x. aquæ ad dimidias, expressum percoque cum lib.v. mellis, aut si vis delicatius, saccari. Datur ab vnc.i. ad vnc.ij. cum aqua decoctionis, aut potus destillationis sumptum, & florum rorismarini. Syrupus hic pituitam horum affectuum frigidorum causam potenter tenuat, incidit, dissipat, sicat, catarrhos frigidos consumit sumptus cũ aqua f enniculi, melliſ sophylli, vel decocto has facultates ferente in cerebrum, spinalem medullam, & neruosas partes: ventriculum præterea roborat. Alter huic diuersus Mesue scribitur in affectibus neruorum, in vsum non receptus. Est præter hos syrupos alius à Mesue in cephalalgia melancho. descriptus ad omnes affectus melancholicos, & splenicos, vt quartanam, & melancholiam, & prius dictos in syrup. epithymi saluberrimus. Recc. adianti albi, radicum, & florum buglossi domestici, & syluestris, polypodij, epithymi, ana vnc.i folliculorum sennæ, chamæpityos, stœchados, fumarię, ana drach.vij chamædryos, sch enu anthus, elleb. nigri, ana drac. iij eupatorij semine. succi pomo.dulcium vnc.viij. Omnia præter epithymum, & succum, coque in aquæ lib.iiij. ad tertiæ partis consumptionem. post adde epithymum, & semel feruefiat, coletur, cũ succo pom. & sacch. lib.ij. percoquatur syrup.

COST. DE stœchade. *Parato ex arte decocto ex certis rebus, & addito melle, inter coquendum aromata quædam linteolo laxiori inclusa suspendi iubet, vt puto, quo eorum tantũm vis nõ etiam corpus syrupo excipiatur. An ergo (quod quidam faciunt) aromata hæc prius in puluerem ducere, tum vero linteolum manibus exprimere ex instituto sit authoris, non facile iudicem. expressione profecto, aromatum quoque corpus egredi, & syrupo permisceri necesse est, maiori fortasse consistentia, quam syrupi ratio postulet. imo aromatum omnium vim ob tenuem eorum substantiam coquendo dissipari certum est, vt propterea sat ego esse existimẽ, si aromata contundantur tantum, non etiam in puluerem ducantur. inter coquendum tamen sæpe exprimantur.*

MESVE.

OENOMELI, vinum mulsum, intemperiem frigidam ventriculi, hepatis sanat, flatus in eis, & hypochõdrijs dissipat, oris odorem, cutis colorem commendat, fit ex vini antiqui boni lib.x. mellis boni, & despumati lib.ij. addendo cinnamomi tenuis drach.v. spicæ nardi drac. j. caryophyllorum, zingiberis, ligni aloes, macis, ana † semunciam, cardamomi † drach.ii. croci drach.i. & semis. tere negligenter, cola panno raro. aromatiza moschi. † drach.iii.

Mellicratũ vino, & melle. & mellicratum confectum ex vino melle & speciebus. ℥ drach.iij. ℥ drach.ij. † drach. vnius tertia.

HAEC est quarta pars principalis huius sextæ distinct. qua auctor tractat de quibusdam potibus factis cum vino, & melle, & aromatibus, determinat etiam de miua simplici, & composita, de aceto scillitico, de oxymelle scillitico, & primo declarat quomodo talis potus ex vino, & melle vocari debet, est conferens principaliter passionibus frigidis cerebri, stomachi, & neruorum, confortando eorum virtutes, confert etiam complexioni frigidæ, & humidæ stomachi, & hepatis, & ventositati hypochondriorum, & oris odorem bonum efficit. Et antiquis temporibus iste potus erat multum in vsu: adeo vt sani vterentur tempore sanitatis ad præseruationem a multis prauis ægritudinibus, quũ potus vulgariter nominatur lachiarcha, & cum conficitur solum ex vino, & melle, vocatur mellicratum, quando vero aromatizatur cum speciebus vocatur conditum, & dosis eius de manu vacuo stomacho est vsque ad vnc. vj. CHRI.

ADDITIO.

Antiquitus iste potus erat multum in vsu sanis ad præseruationem a multis ægritudinibus, verum hoc tempore homines talibus potibus, vt plurimum non ad futurarum ægritudinum præseruationem nec ad præsentes curandas, sed gulositatis, & crapulæ causa. Et fit duobus modis hoc tempore. Primo modo cum melle, vino, & speciebus in parua quantitate, & vocant talem potum claretum. Secundo modo cum zuccharo vino, & speciebus, maxime cum cinnamomo, & vocant talem potum vinum hypocraticum. Notabis vlterius, quod apud doctores reperiuntur isti termini, hydromel, mulsa, ac mellicratum, intelligentes per hydromel potum compositum ex melle cum aqua frigida, sine aliqua decoctione, non habẽs certam proportionem mellis ad aquam. Mulsa vero fit ex octo partibus aquæ, & nouem mellis despumati, & coquitur ad consumptionem tertiæ partis illius totius. Si plus autem habet aquæ, & mellis minus dicitur mulsa aquosa, & ista vocatur aqua mellita, quæ secundum maiorem, & minorem quantitatem mellis dicitur aqua plus, vel minus mellita. Mellicratum vero idem est, quod mulsa aquosa: quia in eo est plus de aqua, quam de melle, vt in Alexandro de oculis: sed secundo aphorismorum pro mellicrato accipitur hydromel. quidam tamen componũt mellicratum cum vino, & melle, vt hic Mesue. Tamen Ianuensis in suis synonymis post recitationem diuersarum opinionum de interpretatione nominũ, dicit resolutorie, quod hydromel est, quod latine aqua mellis dicitur, mellicratum vero est mulsa plus mellis habens, quasi fit vinum mellis dictum, differens ab apomelle eo quod apomel non coquitur. Item hydromel græce, mulsum vero latine dicitur, & fit ex vino, & *Mellicr. duplex.*

& melle. differt vero mellicrato, eo, quod mellis habet plus, quam mulsum: hæc tamen interdum nomina vnum p alio accipitur. Auic. in v. can. habet duas descrip. mellicrati conditi, quod vocat conditum, similiter Serapio in proprio antidotario duas etiam habet descriptiones.

MAN. OENOMELI græce appellatur, quod ex vino austero antiquo, & melle componitur. Oenomeli vero melitites, id quod ex musto, & latine mulsum. At melicratum, vt superius diximus, ex aqua, & melle constat. Proijce super ea,) Appellant hoc tempore vinum in hunc modum conditum Hippocrateum.

SYLV. OENOMELI Gal. podagricis, arthriticis, nephriticis, & senibus, ex melle, & vino Sabino aut simili, & petroselino cõponit, adiecta betonica, & saxiphrago in nephriticis. Qui vero curiosius componunt, etiam spicæ nardi aliquid injeiunt: hodie vero eidem magnam aromatum miscellam immittunt. Olim fuit vsu celebre ad cerebri, neruorum, & aliarum partium affectus frigidos, sed id medicamentosius, quale hic scribitur: nunc magno harum frigidarum regionum incommodo in vsu esse, desijt, præterquam, quod circa natalem Christianum in Bacchanalibus vulgi regalibus, plebecula ad palati gratiam, non ad intemperaturæ frigidæ propulsionem, etiam largius bibit, & claretum vocat: magnates vero preciosius, οἰναφυχες, parciore tamen mensura, quod fere ea sacchar. vnc. iij. & cinnamomi vncias. in lib. vini singulas conficitur, & Hippocraticum vinum appellant. tanquam Hippo. inuentore dignum, ob virium, & saporis excellentiam: cui etiam mellis parum addunt quidam, præsertim si vinum austerius, ad saporis gratiam, & coloris, clarius enim euadit colatum. Vinum mulsum Dioscor. fit ex vini veteris austerique metretis duabus, & mellis boni metreta vna, alijsque duobus modis parat, semper tamen sine aromatibus. Vinum vero melitites ex musti austeri congijs quinque, mellis congio vno, salis cyatho vno: vinum autem aromatites Dioscor. longe diuersum est ab hoc Mesue mulso aromatite, præsertim primum: nam secundum quadantenus conuenit. Aliæ sunt eidem, & Actua. variæ vinorum condituræ, vt absinthites, saluiatum, picatum, &c. Ex quibus vinum absinthites adatrophiam ex ventriculi imbecillitate efficacissimum etiam Imperatorum experientia docet Gal. lib. de Theriace ad Pisonem. Conditũ ex cydonijs quadruplex minam, hinc transtulimus ad condita.

COST. DE mellicrato. *Parantur etiam ex vino medicamenta syruporum consistentia. quare horum quo que meminit. primo autem loco œnomelitis veterum, quod tamen sequentibus differt tum coctione, neq; enim hoc, vt posteriora, coquitur: tum cõsistentia, debet enim hoc Syrupo esse liquidius: tũ mensura, largius enim assumitur in potũ: tum vsu quod tam medicamenti quam alimenti venit loco. Parant hoc seplasiarij Pedemontani hyeme. In quo parando qui laxiori panno percolãt cum syluio a Mesue recedũt. Vulgatus profectò codex, vt crasso atque adeo denso panno trajiciatur, monet. id quod si seruetur, vt vini tenuitatem æmuletur, facit; neque tamen eius facultatis expers, quam author quærit. Sed si destillatione per laneam linguam vtaris, purius & longe elegantius, non disparibus autem viribus succedit. Illud hoc loco admonendum. quia mel etiam ablata feruendo spuma, flatus excitat, si quis eius loco sacharum posuerit, potum reddere ad dissipandos flatus efficacius, palato autem gratius, & detergendi vi illi non inferius, quod paratur ex melle.*

MESVE.

CONDITVM citri, cor, ventriculum, hepar roborat, coctionem iuuat, oris gratiam commendat: fit ex corticum, vel foliorum citri vnc. iii. cydoniorum † vnc. ii. pomis quatuor odoris fructatim sectis, maceratis biduo in vini antiqui lib. viii. cum pondere aromatum. Post, aliquoties feruefiunt, & cum mellis despumati, & sacchari albissimi, & † aquæ rosarum, ana lib. ii. percoquitur in crassitudinem iulep: aromatizatur cum moschi granis quindecim: si autem recens, per se bibendum est; multo parcius coquatur.

† ana ℥ iij.

† al aquæ ros. lib.

CORTICEM citri.) Intellige exteriorem, absque pulpa, vel foliorum) Vbi scilicet cortice careres: verum facilius, multis in locis habebis fructum, & corticem, quam folia. MAN.

CONDITVM de citro. *Quum in condito citri sumendum præcipit eandem specierum mensurã, quæ in œnomelite. non ea tamen aromata, quas species vocat, duci in puluerem postulat (eorum nempe vis omnis infusione, coctioneq; repetita euanesceret.) sed crasse tantum vult teri, vt in superiori. Porro quando hic, & etiam in superioribus, aut in fine aromatizandũ moscho, alij, quo moschi vim toti medicamento impartiãtur, id ipsum moschũ in porphyritide lapide tenuissime læuigatum, & laxo linteolo inclusum, medicamẽto, vt simul ferueat imponunt. alij eodem modo læuigatum aqua rosacea dissolutum adhuc calente, illi commiscẽt. posterior hic modus moschi vires magis integras seruabit, vtro tamen quis faciat modo, non impedio.* COST.

MESVE.

CONDITVM aliud de citro, valens ad debilitatem stomachi, & hepatis quibus accidit læsio. propter frigiditatem, & ventositatem, & facit digerere cibũ, & confortat appetitum, & est efficax ad pulsum cordis.

Vel fit ex corticum citri † vnc. vii. † bugloßi vnc. i. & s. † melissophylli semuncia caryophyllorum † aur. ii. ligni aloes aurei semisse, macerẽtur triduo, vini boni lib. iiii. post cum sacchari lib. ii. coque, aromatiza galliæ aurei semisse, croci granis xv. mastiches drach. i. moschi granis x.

† vnc. vi. & alij nonnullæ. † manna cor. † aur. i.

VBI legit croci drach. i. iiij. lege. drach. vnius quarta pars. Marmacur) Melissophyllon intellige. MAN.

IDEM posset, quod prius, & appetentiam excitat, flatus dissipat, pulsum cordis emendat, intemperiem frigidam corrigit: SYLVII.

CONDITVM aliud de citro. *Quæ hic pars bugloßi sumenda sit, quum non explicet, licet vtiles sint eius partes omnes ad pulsum cordis, quando tamen teri omnia iubet, non sunt sumendi flores, quorum vis tritura exoluitur. sumenda ergo folia sunt aut radix, hanc vero libentius deligam, vt maioris quam folia efficaciæ. Sed, & si cui flores sumere animus sit (quod ego maxime probarem) licebit, vbi cætera contraria fuerint, flores recentes vino cum reliquis permiscere, & percolato quarta die vino saccharum ex huius authoris mente permiscere, ac quod erit reliquum absoluere.* COST.

MESVE.

CONDITVM bugloßi efficax, & expertum ad cordis tremorem, stomachi imbecilli-

tatem,

tatem, deiectam appetentiam, coctionem imbecillam, & formæ corruptionem, recipit bugloſſi, mentæ ſiccæ, florum roſarum, corticum, aut foliorum citri, ana vnc.iij. ozymi caryophyllati vnc.i. trium generum cydoniorum, trium generum pomorum, ana vnc.i. & s. ſerici crudi inciſi, nucis moſchatæ, zedoariæ, galangæ, been
† drach. ij. vtriuſque, ſantali citrini, croci, ana † vnc.i. & s. ligni aloes drach.ij. vini, & aquæ, ana lib.vj. mellis lib. viij. aromatizetur moſchi ſcrupulo vno, galliæ drach.ij.

MAN. TRIVM generum cydoniorum. Duo paſſim naſcuntur, tertij ſunt parua. Vel intellige dulcacida, & ſic intellige poma. Alfelen Gemiſch.) Ideſt, ocymum, quod ab odore caryophyllaton vocant.

COST. CONDITVM bugloſſi. *Quod de bugloſſo dixi in ſuperiori idem hoc loco dico. Quid autem ſumendum ſit pro been vtroque, quorum meminit, adhuc hæreo. Non ſpernerem hoc loco carotas vulgares albas ac rubras, ſiue ſint ſiue non ſint ligitimæ radices, quas Arabes been vocarunt.*

MESVE.

Miua. CONDITVM ex cydonijs ventriculum, hepar, & cætera viſcera roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, vomitum & lienteriam ſedat. medicamentum eſt celebre, ac expertum. Accipit autem ſucci cydoniorum acidorum lib.xx. vini antiqui boni lib.x. coque igni lento ſemper deſpumando ad tertiæ partis conſumptionem, cola, reſidendo clareſcat. Claro adde mellis boni, & deſpumati lib.vj. iterum coque deſpumando, & in eo ſuſpende nodulo ligata hæc aromata, cinnamomi, cardamomi ana, drach.iij. caryophyllorum drach.ij. zingiberis, macis, ligni aloes, maſtiches, ana drach.j. & s. croci drach.ij. omnia præter crocum parum terantur, & ſuſpendantur nodulo, vt dictum eſt, identidem fricando eum in ipſo medicamento, donec craſſeſcat. Deinde aromatiza moſchi drach. vnius parte tertia, galliæ drach.ij. Sunt qui ſaccharum mellis loco miſcẽt, & vtrumq; ſine, & cũ aromatib. componũt.

CHR. MODVS conditi de cytonijs, quod vocatur miua aromatica, habet ſimilitudinem in modo compoſitionis, & ſubſtantiæ cum ſyrupis ſupraſcriptis, & eius doſis & modus aſſumptionis eſt ſicut modus aliorum ſyruporum, & eius principaliter operatio eſt ad incitandum appetitum, & ad calefaciendum ſtomachum ſuaui caliditate. Et confert ad vigorandum virtutem digeſtiuam in hepate, ſtomacho, & alijs membris nutritiuis. prohibet enim nauſeam, & vomitum, ſedat ſolutionem antiquam vẽtris factam ab humoribus frigidis, relaxantibus ſtomachum, & inteſtina, debilitantibus virtutem digeſtiuam contentiuam ipſorum. Confert ſimiliter factæ ab eadem cauſa, ſi cũ aqua extinctionis chalybis tempore congruo aſſumatur. habet inſuper quam plures alias vtilitates cõſimiles ſupradictis, vnde vocatur medicina notabilis, & famoſa. Recipe ſucci cytoniorum acetoſorum, &c. & proijciantur ſupra illud ſpecies alefangi
A næ ideſt aromaticæ, & non aliæ, cum dicit, Recipe cinnamomi. heyl eſt ſpecies cardamomi, quam non habemus hic, ſed loco eius aſſumitur cardamomum maius, ana drac. iij. caryophyllorum. drach.ij. zingi. maſticis, ana drach.i.s. croci drach.ii. ligni aloes macis, ana drach.i.s. omnia præter crocum, &c. Et ſic habes propriam, & veram deſcr. alefanginarum. licet omnes ſpecies aromaticæ ſimul adiunctę vocari poſſint ſpecies alefanginæ, vt apparet in pilulis alefanginis, quæ ponuntur inferius. Inſuper notandum, quod licet iſta miua nunc dicta ponatur ab auctore, quod cum melle conſtruatur, nunc vero ſolum cum zuccharo, & non tantum cum zuccharo, ſed etiam cũ melle præparata reperitur, vt in fine huius capituli dicit, & ſunt ex hominibus, qui præparant ipſam ſine
B aromatibus, & vt ſic vocatur miua ſimplex, & cum melle conſtructa fortius calefacit, & abſtergit.

ADDITIO.

Conditum de cytonijs ſecundum intentionẽ Meſ. eſt miua. ſed ſecundum Auicen. & Gulielmum Placentinum eſt ſyrupus de citonijs. Meſue tamen ſuperius deſcripſit ſyrupum de citonijs, qui aliud eſt. Raſis autem nono ad Almanſorem c. de his, quæ confortant ſtomachum habet deſcrip. miuæ & ſyrupi de citonijs acetoſis.

SVB miuæ nomine vbique paratur: hydromalõ Græci vocant. Hydromalon ſic conficit Paulus: Succi cotoneorum. p.ij. mellis p.iij. aquæ p.vi. coque ad tertiam expumando. Species alefanginæ.) de his, vbi de
C pilulis agemus. Magis tamen vtimur ea, quam ſimplicem miuam vocant. Aliæ vero duæ, quæ ſequuntur, parari non conſueuerunt. MAN.

CONDITVM de cytonijs. *Non eſt hydromalon Græcorum, vt Manardus ait, quando nihil aquæ recipit. Sed quicquid ſit, quum in hoc parando vult craſſe teri omnia præter crocum, an ipſum tenuiter terendum ſit, an integrum relinquẽdum, dubium reliquit. Sed puto, crocum integrum alijs iam contritis miſcendum, ſimulque ſuſpendendum. alioqui enim in pulueren redactum plurimum virium amittit, licet non ignorem quandoque etiam pulueratum cum ſuperiorbus & in ſpeciebus alefanginis vſurpari.* COST.

MESVE.

D CONDITVM ex cydonijs alterum idem pollens, accipit ſucci cydoniorum li.c. coque in vaſe lapideo mundo igni lento ad dimidias, ſemper deſpumando, cola, horis circiter tribus reſideat. clara partem exemptam, & vini antiqui lib.xl. coque prunis ad craſſitiem. Nonnulli loco mellis addũt ſaccharum, alij etiam aromata ingerunt, & aromatizant, vt priorem. † lx.

CONFECTIO miuæ ſimplicis, quæ ſolum, ſit ex ſucco citoniorum & zuccharo habet ſimilitudinem cum iuleb ſuperius dictis in modo ſubſtantiæ, & in alijs. eſt doſis eius vſque ad vnc.ii. lympha- CHRI.

tur cum aqua, vel aquis conuenientibus diſpoſitioni curandę, & cum aqua plantaginis ſeu mentę, ſeu cũ aqua ferrea, vel ciſternæ, quæ aqua ciſternæ ſua ſubtilitate deducendo materias, quæ ſunt cauſa fluxus ad vias vrinæ, confert. Confert etiam principaliter fluxui ventris facto a materia cholerica, acuta, & mordicatiua, præcedentes tamen aliquali mundificatione cum rhabarbaro, vel myrobalanis aſſatis in doſi ſuperius tacta, & cum caſia, ſecundum quod medico apparebit. & hoc maxime fieri debet, ne ſtypticitate miuæ fieret conſtipatio prædicti humoris, vnde adderetur in fluxu. miua enim infrigidat, & exiccat cum ſtipticitate. Confert inſuper ſtomacho debilitato, & relaxato a ſuperflua caliditate, & ſuperfluo fluxui vrinæ facto a cauſa calida in renibus, aſſumpta cum aqua plantaginis, ſeu myrti in debita quantitate. & modus compoſiti eſt ſolum cum ſucco citoniorum & zuccharo.

COST. MIVAE ſimplicis. *Succũ cydoniorum poſtquam a feruore & percolatione horas tres reſederit addi iubet vinum. id quod tamen intelligendum eſt vt prius inclinatione vaſis, quod purius eſt, colligas. quod autem terrenum reſidet abijcias. hæc enim pars licet ad alui ſolutionem, & vomitum eſſet opportuna, meſeraicis tamen venis, & iecinori inferre obſtructionem poſſet. Excitare autem appetentiam non poteſt æque vt ſuperius, quod ſine aromatibus fiat, quorum eſt vt languentem frigiditate concoquendi vim foueant. pituitoſa tamen excrementa vi mellis deterget. Cuius menſuram quum non præſcribat, ſuperioris exemplum ſequendum tacite innuit. Porro quale vinum hic & in ſuperiori ſumendum ſit, album ne an nigrum, licet non explicet, quando tamen confirmandi, conſtringendique vis hoc medicamento expetitur, nigrum ſumendum eſt potius quam album.*

MESVE.

CONDITVM ex cydonijs tertium acetatum idem pollet, quod priora, præſertim ſi etiam calida intemperies adeſt, accipit ſucci cydoniorum, † ſexaginta, & coquantur ad dimidias. percoque cũ aceti albi † libris viginti.

†Al.lib. xi. †Al.lib. xxi.

SYLVII. MELLIS, aut ſacchari libras octo, aut circiter, hic quoque tacet: hæc diacydonio Galeni ſimplici eſt affinis.

COST. MIVAE acetoſæ. *Sumendum ne hic ſit mel, an ſaccharũ non monet. Sed quando ad temperandam calidiorem intemperiem paratur, ſaccharum quod mel le temperatius eſt, erit deligendum.*

MESVE.

Al.l.lxx. Al.l.xx.

CONDITVM ex cydonijs quartum, accipe ſucci cydoniorum acidorum, lib. † lx. mentæ ſiccæ, & foliorum citri, vnc. iij. coque ad dimidias, cola cum vini albi antiqui lib. xxv. percoque addito melle, vel ſaccharo, cum vel ſine aromatibus. quidam itẽ vini loco acetum incoquunt.

HAEC omnia, & præter ea iulepum, & ſyrupus ex cydonijs idem pollent, & ἐφήμερος Pauli lib. vij. ex cydoniorum, ſextarijs duobus mellis ſextarijs tribus, aquæ ſextarijs ſex omnibus ſimul coctis ad tertiam partem, & expumatis. Hæc cum melle condita magis calent, & tergent, minus ſtomacho iucunda cum ſaccharo contra. Dantur ad vnc. ij. nunc per ſe, nunc aqua plantaginis, mentæ, roſarum, ſi aluus adſtringenda eſt poſtquam ſatis fluxit, aut purgata eſt, alioqui putres materiæ ab his ſuppreſſę putridas febres excitarent. SYLVII.

MIVAE alterius. *Succum cydonij in hoc vt etiam in proximis ſuperioribus duobus & in ſequenti ad dimidias coquit. id quod efficit vt hæc confectio aſtringendo magis valeat quam quæ primo loco deſcribitur.* COST.

MESVE.

CONDITVM ex ſucco fructuum accipit ſucci cydoniorum iam cocti ad dimidias lib. duas, ſucci malorum † ſyluestrium cocti etiam ad dimidias, ana. lib. vnam, vini antiqui lib. ij. coque, vt prius, cũ, vel ſine aromatibus, cum melle, vel ſaccharo. † montanarum.

MIVAE ex ſucco fructuum. *Montani mali nemine, agreſte cum Syluio intelligo. Et quum in vulgato codice legatur (ſucci malorum montanorum & pyrorum agreſtium decoctorum) qua lectione innuere videtur decoquenda eſſe aquæ poma ac pyra ad dimidias: non ſumendus tamen eſt ſuccus, qui ex decoctis, illis pomis, pyriſq; exprimi poteſt, ſed ſuperiorum exẽplo ſuccus crudi mali, ac pyri, qui dehinc coquendus ad dimidias. Erit hoc ſuperiori, facultate proximum, ſed ob ſyluestrium fructuum ſuccum, qui vere aſtringentis ſunt ſaporis, illo in aſtringendo ſuperius.* COST.

MESVE.

ACETVM ſcillinum veterum conſenſu & experientia eſt efficaciſſimum ad cerebri affectus, frigidos, & curatu contumaces, epilepſiam, vertiginem, gingiuas laxas, & putres ſanat, dentes confirmat, oris odorem commendat, fœtore eius valenter diſſipato, partes reſpiratorias iuuat, & expurgat, & muſculos laryngis roborat, ob hæc vocem claram efficit. Ventriculum putridis humoribus deterſis expurgat, appetentiam excitat, coctionem iuuat, hepar, & lienem quoque expurgat, horumque dolorem leuat. Inteſtinorum, & veſicæ retentricem vim firmat, præfocationi ab vtero, affectibus iuncturarum prodeſt, humores enim craſſos tenuat, lentos incidit, & fluxiles ad expellendumque promptos reddit, & expellit. interdum etiam bilem atram: corpus laxum, & molle firmat, in iuuentute conſeruat, a putredine vindicat, coloratum bene efficit, ſed vſu multo emaciat. Sic autem fit, ſcillæ laminas, inter corticem, & cor medias, acu lignea filo conſutas tanto interuallo ne ſe contingant, ſiccabis in vmbra dies quadraginta. poſtea conciſam cultello ligneo lib. vnam dies alios xxxx. inſolabis in aceti boni. lib. viij. in vaſe vitreato, ſtricti orificij, bene obſtructo. poſtea

colabis,

colabis, & vteris. si vero accelerare cogeris, sepeli vas in calido cinere, vel sabulo, non repente, sed paulatim, vt horarum spatio intercedente. Paulus vero scillæ laminas recentes in aceto insolat a Veris initio, ad Aestatis finem, in vase vitreo probe obturato, & postea vtitur. Datur ieiunis quotidie paulatim, donec ad sescunciam perueniatur.

CHRI. ACETVM scillitieum licet ipsum per se solum absque alterius rei admixtione rarissime sit in vsu propter eius acuitatem, mordicationem, amaritudinem, & displicentiam, & maxime in gustu, ab antiquis tamen multum habebatur in vsu, nos autem vtimur in forma syrupi cum melle perfecte decocto. Et isto modo oxymel scilliticum nominatur. quod ab omnibus generaliter est in vsu. & sicut cum melle cõponitur, ita etiam posset cum zuccharo construi & componi, & ad formam syrupi reduci. Vtimur etiam ipso cum quærimus vomitum prouocare admixto cum aqua hordei & cum melle, vel zuccharo rubeo sub ista proportione. Recip. aquæ hordei cyathos iij. mellis. vnc. iiij. vel pulueris zucchari. vnc. iij. aceti scillitici vnc. i. s. calefiat ad ignem, & sub tepida caliditate totum simul mixtum assumatur, & erit optimum vomitiuũ ad educendum materias crassas phlegmaticas & viscosas. & huiusmodi acetum scilliticum principaliter cõuenit ad ægritudines frigidas capitis factas a materia phlegmatica, vel melancholica. vnde mirabiliter cõuenit epilepsię, & vertigini, & cõfert ad ægritudines stomachi ab eadẽ materia factas. materias putridas malas pectoris rectificat, dẽtes cõmotos confirmat: Oris odorem bonum efficit. Et super omnia confert membris auditus, & nocumentis factis in eis a materia crassa phlegmatica viscosa. curat etiam asthma, raucedinem vocis, tussim antiquã, quæ communiter euenit senibus. Est autem potentissimum subtiliatiuum, incisiuum, abstersiuum, & desiccatiuum dictarum materiarum in quacunque parte existentium sua diuisione & forti penetratione, eas digerendo, incidendo, & ad expulsionem præparando, & multas alias virtutes habet, quas tu ipse lege, & maxime præseruãdi vtentem eo ab omni ægritudine, & conseruandi ipsum in optima sanitate, & sic per se solum assumptum. Hæc omnia multo melius, & maiora faciet præparatum cum melle in forma syrupi, sicut inferius apparebit. Et dosis prædicti aceti est drachum. i. vsque ad drachm. viij. secundum actualem caliditatem de mane assumptum. & in passionibus pectoris, debet paulatim sumi lambendo. phthisici autem, & multum calidi complexione, & acute febrientes ab eius vsu omnino timeant, & in æstate etiam feruenti fugiant operationem scillæ, quæ est calidæ complexionis vltra tertium, siccæ vltra secundum. Sed cum est recens habet humiditatem quandam, etiam cum prædicta complexione calida, & sicca. & in partibus istis pauciſſimi vtuntur ipso, & vt sic fiat consulo, & confirmo, sed recurratur ad oxymel scilliticum, & suadeo quantum possum.

Vomitiuum primum.

MAN. QVIA confert epilepsiæ. (Plinius Melancholicis & vertiginis Matricis præfocationi.) Plinius neruis infirmis. additque tantam esse vim huius aceti, vt auidius hausum, extinctæ animæ momento aliquo speciem præbeat. Quod inueteratum, magis probatur. clariorem oculorum aciem facit, prodest acescentibus cibis, & eis si ieiuni vomunt. Tarditatem aurium gargarizatione purgat: percussis, aut precipitatis, & ob id sanguine coagulato: renum vitijs: cauendum exulceratis: salutare est stomacho, laterumque doloribus parum, sumptum binis diebus. Quo pacto præparetur scilla, proprio capite inter simplicia declaratum est.

SYLVII ACETVM scillites veteribus frequens vsu, hodie rarum per se, ob amaritudinem, & acrimoniam mordacem, idque multi cum melle, & fit oxymeli scillinum: alij cum saccharo in syrupi formam percoquunt. Id acetum incidit, tenuat, terget humores crassos, lentos, putres, quales pituitosi, & melancholici in omnibus corporis partibus, ob id affectibus ab eorum copia excitatis, & diuturnis conducit, epilepsiæ, vertigini, auditui obtuso, asthmati, raucitati, familiaribus senectutis vitijs, & cæteris: ob hæc à morbis præcauet, & sanitatem tuetur. si per se sumatur: melius autem cum melle in syrup. Datur a drach. vna ad drach. octo mane cum aquis aut decoctis aptis: in affectibus autem thoracis paulatim lambatur. Si tamen æstus est, aut febris hectica, vel alia adest, abstine huius vsu ob scillæ caliditatem: aqua ex aceto scillitico destillata est gratior, & efficacior. Vomitu etiam valenter purgat humores in ventriculo crassos, lentos, putres, datum ad sescunciam cum mellis, aut sacchari rubri vncijs tribus, aquæ hordei cyathis tribus. Acetum autem scilliticum Dioscoridi, & Paulo sic fit. scillæ candidæ purgatæ concisa segmenta lino traiecta modicis interuallis, ne se contingant, in vmbra dies quadraginta siccantur. iterum purgantur: horum mina mergitur aceti boni sextarijs duodecim, sic, vt vas folia non tangat: deinde vase operculato, probe insolatur diebus sexaginta, post quos exempta, expressaque scilla abijcitur, & defæcatum acetum transfunditur, ac reponitur: veteratum valentius euadit. alias eius compositiones tibi recenset Dioscorides, hæc consuetior. Cultro ligneo partes inter centrum, & superficiem medias separant: acu etiam lignea consuunt quidam, ne ferrum tangat, quo venenari opinantur. Partes autem medias etiam Dioscor. lib. 4. præferre videtur. Eodem prope modo hodie nobis fiunt ex floribus siccatis rosarum, saluiæ, sambuci, rorismarini, acetum rosatum, saluiatum, sambucatum, rorismarinatum, vulgo anthosatum dictum, & præter hæc, vuatum, ex vuis passis.

COST. ACETVM scillinum. *Admirandum est, quam miros vsus aceto scillino veteres tribuant. & sane morbis quicunque a frigidis crassisque nec non & putridis humoribus sunt, incidendo, extenuando, detergendo efficaciſſimum est: sed ventriculo, qui eximio sit sensu præditus, nihil est hoc violentius. quare addito melle veteres temperabant. Recentiores stillatitiam ex hoc ipso aquam parant, minus palato molestam (quod terrenæ partes, quibus amaror insidet ferri in sublime nequeunt) viribus autem ob tenuitatem fortasse non minus, imo etiam magis efficacem. Sed ne dum, vi ignis elicitur, calore calori addito modum excedat calfaciendi, cauendum est, propterea que balneo (vt aiunt) est destillanda.*

MESVE.

OXYMELI scilliticum humores crassos, lentos, auulsu contumaces separat, ob id confert † ventriculi, & aliorum viscerum affectibus hos humores sequentibus. ructum acidum sanat, & vesicæ mollificationem, seu vrinæ incontinentiam. fit ex aceti scillitici libr. ij. mellis despumati libris tribus coctis despumando, vt in oxymelite diximus.

† capitis

CRHI ISTud oxymel ratione mellis vigorosius, & potentius confert omnibus, quibus confert acetum scilliticum. Est enim eradicans omnem materiam viscosam, tenacem, & crassam quantuncunque profundam, & inuiscatam, & maxime in cerebro, stomacho, pulmone, & partibus pectoris, & est valde conueniens senibus, & frigidis natura, in quibus humor phlegmaticus; seu melancholicus est abundans. est enim opportunum istarum materierum, & curatiuum omnium ægritudinum ab eisdem dependentium. Ei dosis est vsque ad vnc.ij. cum aquis conuenientibus destillatis, aut decoctionibus appropriatis. E

MAN. NON video quomodo possit bene parari sine aqua, si vera sunt, quæ vir iste superius dixit de oxymelite, oportere videlicet addere aquam. Huius autem communis est vsus in longioribus morbis. Duo enim, quæ sequuntur, parari non solent, licet sint meliora, præsertim id quod scribitur, sub nomine Democriti, in quo multæ herbæ apponuntur, quæ sunt à nobis alijs locis declaratæ. F

SYLVII EFficacius est aceto scillitico, & iucundius ad cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitosos, aut melancholicos, etiam contumaces: nam humores hos dictis partibus etiam impactos educit. Compositum id quidam faciunt addito simplicibus compositi oxymelitis: aliter Paulus libro septimo compositius facit, & efficacius: sunt qui huic aquæ lib. iiij. addendas putent, quæ aceti fit dupla, vt in oxymelite simplici, sed cum mel iam sit despumatum, & acetum scillites paratum, potes eum Mesue sine aqua coquere, vt Nicolaus etiam oxymeli compositum coxit.

COST. OXymeli scilliticum. *Quum Mesuen Manardus arguit, qui aquam non addat sua ipsius lege obseruata, quam de oxymelite paranda tulerat, recte respondet Syluius, sumi hoc loco mel despumatum. non autem auferri a melle spuma absque aqua. Sed cur despumatum hic sumit, non vt in superioribus cum aqua, & aceto impurum coquit? Ob id puto, ne calfactoria scillini aceti vis diutius feruendo intendatur. Porro quomodo ad vesicæ paralysim particulatim conferat scillinum acetum dubium est. licet enim frigida intemperies illi affectui sæpe coniungatur, cui scillæ calor aduersatur, an tamen tunc neruosæ parti acetum tam violentum esse ex vsu possit, non facile est statutum.* G

MESVE.

OXymeli scilliticum de radicibus, fit vt oxymeli compositum de radicibus, sed pro aceto communi accipit acetum scilliticum. H

CHR. ISTud oxymel scilliticum compositum conuenit in omnibus in quibus confert oxymel scilliticum simplex, tamen eo efficacius, & potentius operaretur in subtiliando quascunq; materias crassas phlegmaticas, & melancholicas, & principaliter in aperiendo oppilationes quorunmcunque membrorum, vnde summe confert quartanarijs, chronicis, ac etiam quotidianis, longo tempore prolongatis, in quibus materia esset difficilis eradicationis. lymphatur cum aquis appropriatis.

SYLVII. ID potentius multo incidit, tenuat, terget, obstructa operit, in diuturnis quartanis, & quotidianis, quam oxymel compositū de radicibus.

COST. OXymeli scilliticum defcr. Democriti. *Valentissimum hoc est ad propositos affectus, tum reliquorum, tum scillini aceti, tū maxime etiam succi bryoniæ gratia, cuius insignem copiam recipit.*

MESVE.

OXYMELI scilliticum Democriti epilepsiam, vertiginem, cephalalgiam, hemicr. cerebri, & pulmonis obstructionem ab humoribus valenter impactis sanat. Recipit origani, hyssopi sicci, thymi, liguistici, cardamomi, stœchados ana drachm. quinque. coque in lib. iij. aquæ ad librarum ij. consumptionem, percoque cum mellis libris duabus, mellis vuarum passarum libra dimidia, succi bryoniæ vncijs quinque, aceti scillitici libra vna, & dimidia, semper despumando.

ESset efficacissimum ad eos affectus quibus est destinatum, si quis ipsum coqueret. Oxymel Iuliani laudatum Galen. lib. 2. ad Glauconem in podagra: Paulo libro tertio capit. 13. Tralliano in cephalalgia, describit Paulus libr. septimo, principio medicamentorum compositorum purgantium: ideſt parari dignissimum. Oxyrhodinon proprie est mistum aceto rosaceum oleum, Galen. Cap. octauo, lib. 3. simplicium: hodie etiam aquam rosatū miscet varia singulorum mensura, Arculanus. Quoniam mellis, & saccari vires sunt finitimæ, vt docet Galenus lib. septimo simplicium, tamen veteribus consuetissimum erat mel, inusitatū saccharum, contra quā Arabibus, & neotericis, ob id Arabes Græcorum velut similæ ex saccharo permulta repræsentarunt, quæ Græci ex melle pararunt. SYLVII. *Ex lib. 13. Met.*

OXymeli scilliticum defcr. Democriti. *Valentissimum hoc est ad propositos affectus, tum reliquorum, tum scillini aceti, tū maxime etiam succi bryoniæ gratia, cuius insignem copiam recipit.* COST.

MESVE.

SAPA est succus nobis tantum purgatus, & crassatus solis, aut ignis calore.

ABsoluta vtcunque præter alia fructuum conditura, vel integrorum, vel incisorum, vel etiam curiose contritorum, ordine optimo consequitur, succorum ex ipsis, & floribus quibusdam, herbisque trium expressorum conditura, quamquam & horum etiam quosdam prius leuiter attigimus in saccharo, & melle rosato, & alijs passim. Nec omnes succos huiusmodi semper condimus, sed quidam, quales sunt expressi, reponuntur, vt vinum, omphacium, agrestium pomorum succus, quo vice omphacij septemtrionales populi vinum penuria vtuntur, vt vini loco pyrorū, & pomorum succo similiter seruato, nisi quod omphacium salem paucum ad sui custodiam requirit. Seruatur similiter succus rosarum violarum quibusdam, cydoniorum, limonum, granatorum, oxyacanthæ, vuarum, sed his vase vitreo conclusis. Similiter quoque seruari possiunt fructuum omnium succi, præsertim acerborum, vel austerorum, aliorum autem, ac herbarum succi serandi, parua coctione, & residentia purgentur ante repositionem, in vasis plenis, vel oleo, vel iuleb, superfuso reponantur, sic fumariæ, absinthij, eupatorij, & aliarum quarundam herbarum succos quidam hodie reponunt loco frigidiore. Succos alios ante repositionem mediocriter sole feruente, vel igni siccamus, vt absumpta humiditate excrementosa feruoris, & corruptionis autore, integri seruentur, quales Mesuæ rob, & robub appellātur, nobis vero sapæ: hi vero sunt. SYLVII.

ISTA est quinta pars huius sacræ distinctionis, in qua auctor determinat de robub, ideſt, de succis her-

herbarum plantarum, vel fructuum inſpiſſatis ca-
lore ſolis, vel ignis, tantum quod aliqui ex eis ſi-
militudinem habent cum electarijs parum coctis, &
loch ſuperius dictis, licet ex eis etiam aliqui ſint mul
tum fluidi.

ADDITIO.

Rob vero apud Arabes eſt ſuccus cuiuſdam fru-
ctus coctus ad ſpiſſitudinem, vt ſeruari poſſit. Auic.
in quinto cano. in vi. tractatu ponit differẽtiam, quæ
eſt inter ſyrup. & robub, & ait, quòd ſyrupi ſunt de-
coctiones, & ſucci inſpiſſati cum dulcedine, & ro-
bub ſunt ſucci inſpiſſati per ſe ipſos. Tamen ſcias,
quod rob quando ſimpliciter ponitur, muſtum co-
ctum intelligitur.

MAN. QVID hoc nomine ſignificetur, ipſemet declarat, ſuccus videlicet primo defœcatus, dehinc calore ſolis, vel ignis craſſior tantum factus, vt aduerſari ſi-
ne corruptione longo tempore poſſit.

SYLVI. HOS ſuccos, electarij mollis, vel eclegmatis conſiſtentiam a nobis adeptos per conſumptionem aquoſæ ſubſtantiæ, ſa-
pas vocauimus, vti Arabes rob, & robub, quod illis abſolute pro-
nunciatum ſapa Latinorum eſt, ſeu defrutum, Græcorum vero ἑψημα, hoc eſt, vinum ad dimidias, vel tertias coctum. Quæ nomina vino ſoli cocto licet vtrique tribuerint, forte quod ex ſuccis vinum, aut ſolum, aut frequentiſſime ad hanc conſiſten-
tiam coquerent, Arabes tamen alios quoque ſucços ſimileter co-
xerunt, & rob, vel, robub non quidem abſolute, ſed reddito plantæ nomine vocant: nobis viſum eſt eorum imitatione eos ipſos ſa-
pas nominare non abſolute quidem (vt vini ſuccum ſic coctum, hactenus appellatum ſcimus) ſed expreſſo nomine rei cuius eſt ſapa, vt ſapa ribes, ſapa oxyacanthæ, &c. ſapa autem ipſa (cuius Meſues non meminit) vires habet maximè varias pro viarum, ex quibus coquitur natura. Ferè autem nobis ex vuis albis coquitur, vt ſit dulcius, eademque coctione rubet, anodyna eſt, condimen-
tis magnam ſaporis gratiam conciliat, calfacit, quia vinoſa: hu-
mectat, quia nutrit: aluum ſubducit, quia dulcis: libro ſecundo de rat. vict. acut.

COST. DE ſpeciebus robub. *Non denſati modo ſucci in medicinæ vſum parari ſolent, vt aſſumantur, ſed etiam non denſati pingues, vt ex expreſſis amygda lis, non pingues: vt ex roſis, ex ribes, ex immaturis vuis, punicis malis, prunis ſylueſtribus, cotoneis, ci-
tri acido, qui omnes phyalis vitreis ſuperaddito oleo in annum ſeruantur. vt propterea admirandum videa-
tur, cur de his Meſue non egerit, denſatis. Sed aut horum ſeruandorum ratio illius tempeſtate non erat pharmacopæis vſui, quare modum percoquendi, at-
que inſolandi hos ipſos ſuccos, ait illum eſſe, quo ſer-
uari poſſint. aut vnius mentione alterius quoque vult haberi rationem, quando vires vtriuſque, ſunt eædem, & ex liquido ſucco fit denſatus. Sane autem denſati ſucci materia non ſemper liquidus eſt ſuccus, ſed quan-
doque decoctum, quandoque infuſum. Infuſum quidem veluti quum aridis berberis in omphacio, vel aqua ma
ceratis ſuccum quærimus, decoctum vero, vt quum ex peregrinæ illius arboris ramis decoquendo balſamum illud conficitur, quod occidentale vocant, hoc enim id eſt, quod poſt diutinam coctionem innatat. Rurſus au-
tem materia, ex qua hi conficiuntur ſucci variæ ſunt plantarum partes: ſæpiſſime fructus, vt ferè quorum hoc loco meminit, atque ij etiam acidi: interdum fo-
lia, vt ſuccus oxalidis cuius hic quoque mentio eſt, vbi de ſucco ribes. nonnunquam ex radice, vt glycyrrhi-*

A *zæ ſuccus, quem alioqui vſitatiſſimum ætate noſtra Me
ſue præterit, eius fortaſſe tempore parum notum. Fieri
etiam ex floribus poſſet, vt ex roſarum expreſſo ſucco,
noua fortaſſe, ſed non ſpernenda inſtitutione.*

MESVE.

SAPA ribes refrigerat, adſtringit, ob id ventriculum calidum cor roborat, amborumque feruorẽ, & inde natam ſitim extinguit, bilioſam vomitionem, & deie-
ctionem ſedat, & alterat. paratur autem hoc modo. Succi ribes lib. decem, co-
quuntur igni lento ad tertiæ partis conſumptio-
nem, colantur, ſubſidere permittuntur, donec
B clareſcant. Clarum deinde igni clementi † per-
coquitur, aut inſolatur ad iuſtã craſſitudinem,
qua ſeruari poſſit. Datur cum aqua frigida,
aut niuis. Succus herbæ oxalidis illi eſt facilita-
te proximus.

PRO intellectu totius ſextæ partis eſt aduerten- CHR.
dum, quod litera, quæ dicit rob, eſt corrupta
ex defectu translatoris. debet enim dicere robub, nã
rob idem eſt, quod ſapa, vel vinum vltimate decoctũ
ſimilitudinem habens cum ſapa, robub autem pro-
prie eſt quicunque ſuccus inſpiſſatus caliditate ſolis,
vel ignis. Modus autem aſſumptionis cuiuſcunque
robub cum in forma electarij reperitur, eſt ſicut de ci
tonijs ſuperius dictum eſt. ſin autem eſt in forma li-
quida, poſſunt etiam quandoque aſſumi diſtempe-
C rata cum vino, aut aqua diſtillata, ſeu decoctionibus
conuenientibus diſpoſitioni curandæ. Et nota, quod
generaliter omnes operationes cuiuslibet robub ſunt
potius ad conſtringendum, ſtypticandum, & alteran
dum ad frigidum, quam ad alium effectum inducen-
dum, vt de quolibet particulariter apparebit. Iſtud
robub de ribes portatur de partibus Syriæ. eſt enim
ribes arbor quædam naſcens in partibus Syriæ in lo-
cis montuoſis, quæ facit fructus acetoſos, & pontiſ
cos, ſimilitudinem habentes cum prunis. & ſunt
frigidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo cum mul-
ta ſtypticitate. extrahitur ergo iſte ſuccus à dictis fru
ctibus, & cum aliquantulo zucchari inſpiſſatur ad
ſolem, vel ad ignem, vt diutius conſeruetur, & ſic in
forma ſolida iuleb portatur ad nos. Etiam ſine zuc-
charo inſpiſſatur, & ſic perfectius operatur. vocatur
D vbique locorum ſyrupus, ſeu iuleb de ribes; & prin-
cipalis eius operatio eſt ad confortandum ſtoma-
chum relaxatum, ſitim extinguit, vomitum choleri-
cum prohibet, & omnem fluxum choleræ ad ipſum
prohibet, & extinguit. vſus tamen eius principaliter
eſt ad reſiſtendum cuilibet fluxui ventris facto a ma-
teria calida cholerica, & ſubtili, vel a mala comple-
xione calida, confert enim dyſenteriæ, & fluxui pro-
uenienti a membris intrinſecis, & primo profluxu
ventris conſtringendo aſſumitur ante cibum. Pro
vomitu vero poſt cibum cum aqua ferrata, vel cha-
lybis, vel plantaginis, vel alijs appropriatis, & mo-
dus præparationis apparet in litera. Et loco eius in
partibus noſtris vtimur miua ſimplici, vel ſyrupo
myrtino. Dicit tamen hic Meſ. quod loco eius poſſet
ſumi ſuccus herbæ acetoſæ.

MAN. DE hoc non est mentio apud Græcos, vel Latinos, sed apud Arabes tantum: pro quo vide Serapionē capite proprio. Affertur Aegypto præparatus. Possemus nos ex succo herbæ acetosæ vocatæ, quæ genus lapathi est, id quod iubet Mesue, commode parare.

SYLV. SVccI ribes libræ decem coquuntur igni lento ad tertiæ partis consumptionem, colantur, subsidere permittuntur donec clarescant. Clarum deinde igni clementi percoquitur, aut insolatur ad iustam crassitudinem, qua seruari possit. Datur cum aqua frigida, aut nuis. Succus herbæ oxalidis illi est facultate proximus. Sapam vero ex vuis dum coquimus, quantum vi expressum est, id totum percoquimus ferè ad trium partium cōsumptionem, quod vna nobis magna ex parte, vt cæteri terræ fœtus est humidior, & aquosior. Hæ autem sapæ à Mesue descriptæ refrigerant, & adstringunt, & propemodum ad idem pollent, aduersus scilicet calidas intemperies, & inde natam partium imbecillitatem. quib⁹ abactis, temperieque nativa, seu sanitate restituta, robur facultatū partis in ipsa temperie situm, tanquam reditiuum recreatur. Quod autem sitis non à stomachi tantum, sed etiam cordis intemperie calida, & sicca fiat, docuit Galenus in arte medica: factam vero a caliditate, sæpe refrigerando extinguunt: siccando autem nouam excitarēt, nisi aqua mista remedio esset. Sic granata, & alia adstringentia in febribus, & alijs affectibus calidis, & siticulosis refrigerando sitim sedant. Quatenus vero siccant, sitim nouam mox excitant, nisi ex aqua succus eorum bibatur, eaque frigida, vel innocua. Adde, quod hæ sapæ ob crassitiem bibi non possunt, nec prompte in corpus totum permeare. Quæ res necessaria est ad febrilis caloris alterationem, & sitis naturalis extinctionem, quæ partibus ineſt omnibus, vel calfactis, vel siccatis, vel vtraque qualitate alteratis, & inanitis. Bilis præterea vomitum, & deiectionem adstringit, & alterat, siue seorsum hæc duo symptomata accidunt, vt in febribus sæpe, & in plurimis dysenterijs: siue simul, vt in cholera, morbo acuto, & ob multam, & repentinam vacuationem bilis primū, sed aliorum deinde humorum, periculoso. Si enim sodus humor biliosus redundans, & naturam grauans vacuaretur, tolerabile malū esset: at deprauato naturæ impetu, etiam benignus humor expellitur, & tandem sanguis. Ob id sistenda hæc vacuatio sumpto hoc condito, vel simili, paulo quidem ante cibum ad sistendam deiectionem: ad vomitum vero post cibum per se, vel cum aquarosarū, plantaginis, & similiter adstringente. Cum autem bilis flaua sit omnium, quæ in corpore sunt, calidissima, partes, p quas permeat, & excernitur, ignis modo vrit, præsertim cum vstione malignior euasit. Hanc calfactionem sapa ribes alterat, & euincit refrigerando. Aiunt ex Syriæ montanis, & ex Ægypto siccum hunc frigidum siccum adstringentem ab arborum fructibus prunorū æmulis expressum, nunc siccatum, nunc liquidum, nunc saccharo, aut melle conditum afferri. Eius loco ex nostris ribes expressum coquimus cum saccharo in gelatinam, vel in syrupum.

COST. SAPA ribes. *Quid sit ribes Arabum adhuc incertum est. pro eo vti cęptum est eius, quam aliqui marinam vuam vocant expresso succo, punici mali succo, colore cōsistentia, ac ferè sapore non dissimili. est vero is ad bilis feruorem ad sitim, æstusque, ac vomitus sīre nue efficax. ad quos vsus eius quoque racemuli condiri saccharo solent. Poterit igitur hic succus densari, & vsurpari pro ribes.*

MESVE.

Rob de Agresta. SVccVS omphacon, idest vuarum immaturārum, scilicet omphacium, earumdem est virium, & pulsum cordis cohibet, sitique modo eodem.

CHRI. ROB idest robub de acresta parari posset etiam in forma iuleb inspissatus cum zuccharo, & sine, sed cum zuccharo melius conseruatur. debilius tamen operatur. Est frigidæ complexionis, & siccæ in secundo succus acrestæ, & ideo principaliter cōuenit in omni fluxu ventris materia calida cholerici.

MAN. PAratur a matribus familias, & appellatur omphacium siccum.

SYLV. OMphacium succum vocant, & parant quidam, alij cum melle coquunt, appellant que ὀμφάκινον. Huius etiam omphacij meminit Gal. lib. 8. c. ph. p.

COST. *OMphacio liquido tota ferè Italia vtitur. Pedemōtani, & Galli crasso, & densato. Hic si ex sylue-stribus vuis immaturis paretur, ad propositos hoc loco vsus erit longè efficacior.*

MESVE.

Rob de cornibus. † Confortat appetitum. SVccVS cornorum maturitati propinquorum idem pollet † ac similiter siccatur.

CHRI. ROB de cornibus, idest de cornis, qui sunt fructus cuiusdam plantæ, & sunt calidæ complexionis in primo, & siccæ in secundo, cum stypticitate multa.

MAN. COrna crania vocantur græce. Fructus conferunt ad veneris fluxum, & dysenteriam.

COST. COrnorum. *Acerbiora corna horridiora sunt maturis, & maturitate propinquis, atque (vt puto) calidioribus ventriculi affectibus, & vomentibus vtiliora: medio modo se habent, qualia hic deligit; ventriculo autem gratiora, vt quæ quantum ab acerbitate recedunt, tantū innatæ frigiditatis amittunt. Sunt enim temperamento, si quis eorum saporem obseruet, plane frigido, non autem calido, vt quidam scribunt.*

MESVE.

De berberis. SVccVS baccarum oxyacanthæ idem potest, & eodem modo paratur: vel baccarum eius siccarum libras duas, omphacij libras tres, triduo macerantur, manibus fricantur, exprimuntur, omphacium id expressum percoquitur.

CHRI. BERBERIS sunt fructus noti, frigidæ, & siccæ complexionis in secundo, cum multa stypticitate, raro habetur in vsu sub forma robub, tamen sub forma syrupi sæpe in vsu habetur.

MAN. GRÆCI vocant ὀξυακάνθαν. Fructus valet in diarrhœa, & fluxu muliebri.

COST. BAccarum oxyacanthæ. *nobis horum est fructuum copia, ex quibus exprimi succus potest. Qui ijs carent recentibus, eos docet rationem parandi ex aridis. Nunc apud diligentiores medicos parandi hoc pacto succi ex varijs rebus etiam purgantibus vsus inualuit, quem extractum vocant. sic è rhabarbaro, ex agarico, & alijs multis. De qua re illud admonendos studiosos puto, ardentem aquam, qua perpetuo ad earum rerum macerationem nonnulli vtuntur, quarum eiusce modi quæritur succus, non semper tuto vsurpari, ob igneam vim, quam succo imprimit. Illud enim longe tutius est, ne cuius medicamenti succus quæritur, illud ipsum diluto, vel decocto alicuius rei infundatur, quæ temperamento sit illi, quam maxime si fieri possit similis, aut facultatem obtineat eius vitia corrigendi, si quæ insint, & adiuuandi vires, si imbecilles, & moderandi, si fuerint effrenes.*

ME-

MESVE.

de sumach. SVccvs Rhu obsoniorum valet, & fit sicut antedictus.

CHRI. SVMACH, sunt grana quædam frigidæ, & siccæ complexionis.

MAN. GRÆCE dicitur rhus.

COST. RHV obs. *Ex rhoe obsoniorum seminibus, quod sumach vocant, ossеis, atque aridissimis exprimi succus non potest. quare infundendi sunt, & berberorum aridorum exemplo exprimendi, coquendus dehinc expressus succus, & densandus igne, aut sole.*

MESVE.

SVccvs mororum domesticorum, (vel potius batinorum) nondum maturorum valet, & fit vt prædicti.

CHRI. ROB de moris de seni, idest de celsi, vel aliter de illa contrata immaturis, & acerbis, non est in vsu: sed loco eius vtimur diamoron acerbo facto cum zuccharo, de quo aliquid dictum est supra, sed clarius ponitur à Nicolao.

MAN. SYLVESTRIBVS videlicet. Alij noti sunt vsque ad eos, qui de fructibus inscribuntur, in quorum primo per Zarur ego intelligo mespila, & præcipue genus id, quod Azarolum, siue lazarolum vocant. In secundo ego potius dulcia granata eligerem, ceu ad aluum subducendam aptiora.

COST. MORORVM. *Ex mori vtriusque succo fit diamoron, de quo in superioribus. ita & vtriusque fructus, non sylvestres tantum, vt quidam notant, aptos ad succum, de quo hoc loco agitur, existimo: sed etiam domesticos, idest ex nigra moro. qui quidem dum adhuc immaturi sunt, non sunt ruborum fructibus acerbitate, atque astrictione inferiores.*

MESVE.

SVccvs cydoniorum ventriculum, hepar, & viscera roborat, egestionem, & vomitum supprimit. fit sicut prædicti.

CHRI. NON est in vsu, sed loco eius vtimur miua cytoniorum, vel miua simplici, de quibus dictum est supra.

COST. CYDONIORVM. *Quæ hic de succis varijs subdit tum simplicibus, tum commistis, aperta sunt. Sed quando de glycyrrhizæ succo, quem hic silentio inuoluit, nos meminimus, nouum, elegãtemque eius parandi modum prætermittere hic non possumus, ex illius radicis medulla, quam si collectam contusamque, atque si minus succulenta videbitur, aquæ infusam expresseris, succum album, vulgato sapore, & aspectu gratiorem elicies. quem debinc leui igne, aut sole densabis. Atque hæc in sectionem de succis.*

MESVE.

SVccvs pomorum, cor & stomachum roborat, syncopem sanat, vt prædicti.

SYLVII. POMA acida, vel acidodulcia eligantur, qualia sunt mala agria nobis dicta, vel sylvestria, & immatura, quorum succo Picardi, & Normanni vice omphacij vtuntur.

MESVE.

SVccvs pyrorum similiter fit, & valet.

MESVE.

SVccvs prunorum inflammationem extinguit, sitim sedat, ventrem subducit. fit vt prædicti.

CHRI. ROB de prunis sylvestribus, & est succus prunorum immaturorum inspissatus, qui vocatur acacia, quæ est frigidæ, & siccæ complexionis in secundo. Istud robub est multum in vsu: & confert omnibus dispositionibus: & maxime fluxibus ventris, quibus confert robub de ribes, & de acresta. & eodem modo conficitur.

SYLVII. PRO varia prunorum natura variam habet facultatem, vt prius in iulepis docuimus. hodie succus prunorum siccatus, & in casei formam coactus, mensis quadragesimalibus circunfertur. Est etiam agrestium prunorum succus siccatus loco acaciæ nobis in vsu. refrigerans, siccans, adstringens. Præter sapas, succos magis siccatos, seruamus succum glycyrrhizæ, prunorum agrestium, aloem, scammonium, quod tamen si liquor sit, præstantius est, quã succus, vt in simplicibus docuimus. Succus prunorum agrestium quo acaciæ loco vtimur, sic paratur. Baccas pruni sylvestris aqua in vase pauca aliquot diebus maceratas coque, cola, recoque, donec crassescant, serua, qua voles figura, si vis in vasculis. Vuas quoque passas aqua calida horis 24. macerant, percoquunt, colo exprimũt, expressum ad mellis consistentiam recoquunt, & mel passulatum vulgo vocant à consistentia, colore, dulcæ. Io. Manar. in consilio de lepra, nos sapam vuarum passarum in Mesue compositis.

MESVE.

SVccvs granatorum acidorum similiter fit, & potest.

CHRI. ROB de granatis acetosis non est in vsu. tamen confert, & fit sicut robub de berberis, & loco eius vtimur vino granatorum, quod tamen non est tantæ frigiditatis, & siccitatis.

SYLVII. Vinum granatorum est eius loco in vsu.

MESVE.

SVccvs persicorum intemperiem ventriculi calidam iuuat, sitim sedat.

MESVE.

SVccvs acidus citrorum, idem quod succus ribes.

MESVE.

SVccvs fructuum intemperiem calidam tollit, ventriculum roborat, vomitũ, & fluorem alui sistit. fit ex succi granatorum acidorum, & acidodulcium, succi cydoniorũ acidorũ, succi pyrorum immaturorum, succi pomorum montanorũ, succi mespili tricoci, succi acidi citrorũ, omphacij, partes æquales. merge his baccharum, oxyacãthæ, & rhois, ana partem dimidiam, & fac, vt in succo oxyacanthæ dixi. † Zarur.

MESVE.

SVccvs fructuum alius intemperiem calidam, & sitim extinguit, aluum subducit: fit ex succi granatorum acidorum, & acidodulcium, aquæ prunorum aquæ tamar Indorum partibus æqualibus, succi acidi citrorum parte. s. fac, vt in ribes.

PRO

SYLVII. PRo acidis, dulcia ventrem magis molliunt, lib.j. sanit. tuen. lubricando: sed hæc comprimendo.

MESVE.

SVccvs Myrtinus, vt succus ribes. In summa, omnis syrupus ex succis factus, si absque melle, & saccharo igne, vel sole incrassetur, rob vocatur.

CHRI. GEneraliter concludendo omnia suprascripta robub principaliter conueniunt fluxibus ventris, factis à mala cõplexione calida, seu ab humore cholerico subtili, & acuto excoriante intestina, assumpta per modicum tempus ante cibum cum aquis appropriatis, vel sine, vt superius dictũ est: & assumpta post cibum sine aquis similiter conuenirẽt cuilibet vomitui facto ab eadem causa. Conuenirẽt etiam fluxui vrinę superflua proueniẽti a relaxatione, & superflua caliditate renũ, & similibus dispositionibus.

SYLVII. HI succi prope omnes non modo fluorẽ alui sistunt, & dysenteriæ conferunt, & vomitui, sed etiam immodicis vrinis, immodico fluori mensium, vomitui, & sereatui sanguinis, intemperaturis calidis hepatis, renum, & aliarum partium.

Sueci autem huiusmodi in vsu esse desierunt, forte quod ægrius seruentur integri etiam siccati: quorum loco in vsu frequentiore sunt syrupi omphacij, oxyacanthæ, ex cydonijs, granatis, acida parte citrorum, de quibus & cæteris syrupis mox dicemus. Æque vero desierunt syrupi Mesue idem pollentes, de prunis, pomis, pyris, cornis, succo rhois.

DISTINCTIO SEPTIMA

De decoctionibus, & infusionibus.

MESVE.

HAc sectione septima decoctorum, & infusorum differentias, quomodo in superioribus, ordine describemus.

CHRI. *Decoctio quid dicat.* DEcoctiones propriẽ sunt quando aliqua aromata, semina, flores, radices, vel folia, vel quidquid aliud cuiuscũque generis sit, decoquitur in aqua simplici, vel in aquis destillatis vna, vel pluribus, in vino, vel in quocunque alio liquore, vnde virtus illarum rerum acquiritur, & assumitur in prædictis aquis, in quibus decoquuntur. demum talis decoctio colatur cum forti expressione quandoque, & quandoque sine, secundum exigentiam, & quandoque multum decoquitur ad ignem, & quandoque parum. Et liquor qui accipitur taliter, decoctio vocatur. Infusio autem est, quando aliquæ res medicinales infunduntur, seu ponuntur puluerizatæ contusæ, vel solidæ, in aqua, vel vino, vel aliquo liquore absque vlla decoctione, & in illo tenentur, vel remanent per aliquod tempus. Colligitur tamen cum expressione, vel sine secũdum quod quærimus maiorem, vel minorem virtutem remanere in aliquo liquore, & sic talis liquor sic præparatus, & colatus nominatur infusio. Et hoc notandum, quod in decoctionibus plus remanet de virtute in liquore, quam in infusionibus. Sed nos sæpe post infusionem alicuius simplicis medicinæ, vt agarici (gratia exempli) damus etiam aliquam leuem decoctionem, vt virtus eius melius, & fortius assumatur. & remanet in liquore, in quo decoquitur agaricus, vel alia res consimilis, vt rhabarbarum, vel turbith.

Infusio quæ sit.

DEcoctiones huiusmodi multum sunt vtiles, & ego vsus eis multoties, multum profeci: quas tamen compono ad libitum, secundum intentiones occurrentes. MAN.

APozema, id est, feruefactum, & decoctum, fit ex plantarũ partibus, præcipue radicibus, foliis, surculis, floribus, fructibus, seminibus, corticibus, lignis, interdum etiam succis, raro ex liquoribus, gummis, resinis, raro item ex animalium partibus, rarissime ex terreis, & metallicis corporib. Coquuntur autem hæc, nunc ex aqua, tum simplici, qualis fontana, pluuia: tũ medicamentosa, qualis ex plantis destillata, marina, salsa, sulphurosa, aluminosa, bituminosa: nunc ex alio humore, vt lixiuio, vino, aceto, lacte, sero, vel quouis: in quem tamen hæc medicamenta vires suas deponant, & humoris illius facultatum aliquid assumant, quamuis magna parte absoluta coctione exprimantur, ac mox ceu inutilia abijciantur. Exprimuntur autem horum quædam valenter, alia clementer, alia ne tantillum quidem, pro rerum coctarum, & humoris, in quo incocta sunt natura, & vario medici scopo, vt interim taceam colorũ differentias, & coctionum, & cõtusionum. Quæ enim liquida malumus, & parum valentia, parum diu cocta, non contusa, colc ẽnso, nulla aut minima expressione excipimus. Cõtra vero, quæ crassa glutinosa appetimus, diu cocta, probe contusa propemodum tota per colum rarum, vel transmittimus, vel exprimimus. Coquuntur quoque nonnulla multum, alia parum, alia mediocriter, non modo ob coquendorum naturam, vt in libro secundo de præparationis medicamentorum ad pharmacopæos scribimus, sed ob medicamenti constituendi formam, & indicationes varias. Infunduntur, seu macerantur eadem humore simili, sed fere calfactio cineribus calidis, vel sole, vt medicamenti vires promptius, & valentius trahat: quamquam infusio imbecillius eas ad se alliciat, quam coctio. ob id diutius fit, sæpe leui coctione absoluitur. Infusa item colantur: sine expressione quidem imbecilliora sunt, sed tenuiora, & iucundiora: cum expressione autem valenti, contra. SYLVII.

PLantarum & earum partium, interdum succi, interdum stillatitiæ aquæ sunt ex vsu: aliquando decoctis aliquando dilutis, quæ vocant infusa, vti præstat. Nam quæ astringente facultate valent, illius, earum rerum facultatis: vniuersim parum retinẽt stillatitij liquores: quod destillatione parum admodum terrenarum partium in halitus dissoluitur, atque in sublime fertur, quibus vis insidet astringendi. quare quacunque diligentia destillentur astringentia, acerba, acida, austera, immo & salsa, atque amara, eorum stillatitij liquores illius saporis vix aliquid retinent, densa grauique, ac terrena substantia illorum saporum causa non sublata vi ignis. non ita acrium liquor, vt qui plurimũ habet ignei, ac substantiæ tenuitate præstat. nisi ea forte acrimonia crudo succo multo diluatur, vt in raphano, & rapa. Itaque in terrenarum eiuscemodi rerum vsu succi maxime deligendi sunt, vt qui vniuersam earum rerum naturam cum expreßa intima substantia referant. quod si succi non sit copia, tunc decoctum maxime ex vsu est futurum. in quo assidua planeque valida caloris in profundissimas vsque partes penetratione, atque actione, decoctarum rerum substantia eliquatur, & sapor earum omnis, ac facultas, non secus, ac sapor, & vis carnium foras in ius extrahitur. At si laxiori, tenuiorive res censetur substantia, aut si in superficie sitas habeant vires, tunc infundere præstat, quam decoquere. aut si coquendum sit, leui prorsus, atque moderato igne agendum est, ne earum cum substantia vires dissipentur. Sed quæ seruanda sint in hoc genere coctionis, quæ particulatim elixatio est; immo etiam quem vsum elixatio præbeat, quod à nobis in librum Canonum conscriptum, nescio quomodo à Typographo omissum est, damus hoc loco breui schemate ita comprehensum. COST.

V sum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0312-6

- *Vsum elixationis consideramus respectu*
  - *medicamenti*
    - *corrigendi in*
      - *Substantia. sic*
        - *Cruda coquuntur, vt carnes, fructus, alimenta infinita.*
        - *Dura & sicca mollia redduntur, vt legumina, & siccati fructus,*
        - *Mollia dura fiunt, vt oua, cochleæ.*
        - *Liquidis cõsistentia comparatur, vt syrupis, emplastris.*
        - *Superfluus humor absumitur. vt quum lac coquitur ad dysenteriam.*
        - *Sordes separantur, vt auferri possint; vt ex melle, & saccharo spuma.*
      - *qualitabus*
        - *particulatim*
          - *primis. sic*
            - *Calida tẽperantur.* / *Frigida calefiunt.* } *fit hoc liquore contrarij temperamenti.*
            - *Humescunt sicca, recepto in rem, quæ elixatur liquore in quo elixatur.*
            - *Sicca fiunt humida, absumpto interiori humore. ita elixæ carnes 4. Meteor. assis sicciores dicuntur.*
          - *secundis.* { *Sapores immutantur. ita smirnij & aci radices elixando deponunt acrimoniam.*
          - *tertijs sic* { *Erodendi vis retunditur. hac ratione scammonium oleo amygd. dulciũ vel succo cotonei incoctum corrigitur.*
          - *quartis, id est in ea vi, quæ est à specifica forma quę*
            - *corrigitur. si*
              - *violẽtior*
                - *reprimitur, ut quũ scãmonium in succo cotoneorum coquitur.*
                - *transfertur & benignior redditur, vt si raphanus, cui infixus sit helleborus elixetur. in eũ enim vis hellebori castigata transfertur.*
              - *benignior, adiuuari liquore aliquo potest, vt si in decocto senæ helleborus coquatur.*
            - *foras trahitur quum altius insidet.*
        - *generatim omnibus quæ*
          - *in medicamento vno elixatione interdum separantur, vt in brassica, in qua subducendi vis in ius trahitur; astringente in ipso brassicæ corpore superstite.*
          - *in diuersis medicamentis miscentur, vi vniuersa in vnam quasi formam contracta.*
    - *Conseruandi diutius. sic succi elixatione densantur & syrupi. & aliqui vinum vt cõseruetur coquunt.*
  - *ægri, vt consulamus*
    - *eius palato.*
    - *affectis partibus.*

- *Illius quod coquendum est, quod priusquam coquatur statuēdum an sit ex vsu*
  - *contundere, terere, incidere* } *obseruatis eius*
    - *substantia* { *quibus hæc* { *crassa, densa, dura* } *contundenda, terenda, incidenda sunt, vt caloris in ea vis facilius permeet.*
    - *qualitatibus & viribus, quibus hæ* { *intensè, in profundo positæ,*
    - *quātitate, quibus magna est moles*
  - *abluere, detergere* } *hæc agenda, vbi sordium, aut pulueris est aliquid.* } *Contra agendum in contrarijs.*
- *Illius in quo fit elixatio*
  - *liquoris, qui variat*
    - *genere. interdum enim est*
      - *aqua* { *potabilis fontana, fluuiatilis, putealis, cisternæ, pluuia.*
      - *medicamentosa, salsa, thermalis variorum generum.*
      - *plantæ succus, stillatitia aqua, vinum variorum generum, acetum, oleum, resinaceus liquor.*
      - *animalis aliquid, lac, eius serum, butyrum, adeps, vrina, mel.*
    - *qualitate quam actualem vocant. quandoque enim in eo tepido res coquēdæ ponūtur, vt quę densa, crassa, & dura substantia sint, quarum suspitio est, ne frigore densentur meatus, vt calor eos minus facilè peruadat.*
    - *quantitate. postulant enim alia*
      - *multum, quæ arida sunt natura diutius coquenda sunt.*
      - *paucum, quæ humecta sunt natura parum coqui debent.*
  - *vasis, cuius variat*
    - *materia. quandoque opus est*
      - *operculum. quędam*
        - *sine operculo coqui debent, vt quæ tetri odoris sunt quem præstat exspirare.*
        - *cū operculo, odorata omnia.*
      - *aureo, argenteo, æreo, stanneo, plumbeo, vitreo, testaceo, lapideo.* *hoc vitandum est vbi acetum sumitur, quod eius immutat saporē.*
    - *numer°. q̄dā enim in duplici vase coquuntur, vt oleū rosaceū, & alia multa.*
    - *ampli tudo.*
      - *quędā amplo egent vase, vt q̄ tetro sunt odore, quē rectè est difflari.*
      - *quædam angusto. quorum seruari odorem, & vires oportet.*
- *Ignis, licet enim quædam sole, calce, ac fimo coquantur; ea tamen fermentatio potius est quā elixatio. Ignis ergo ex varia materia paratur, ex*
  - *carbone*
    - *duriori. hoc egent duriori, & densiori substantia prædita, & quorum vis altè sita sit.*
    - *molliori. qui molli, & laxa substantia, & quorum virēs in superficie sunt, & quorum facultatem ignis acrior exoluit.*
  - *lignis sarmentis* } *his egent mollia, tenuia, & imbecillia.*
- *Modi elixandi. quædam enim coquenda*
  - *semel tantum. quorum vna vis foras est extrahenda.*
  - *bis aut sæpius nouo affuso liquore. quorum celeriter, excitata flāma, vbi res sordib° expurgādæ. vt.n. attollatur spuma, flāma est opus. sensim, vbi nihil est sordium ac spumæ.*
    - *vires aliquas imminuere, vel abolere animus est. sic ari radicem ter coquimus ad deponendam acrimoniam.*
    - *vires contrarias separare intēdimus: sic subductoria vis lētis coctione prima in primū ius excipitur, astringēte ui relicta in secūda. Cauere hic oportet, ne nou° liquor affundatur frigidus. ne astrictis frigore meatibus, medicamēti caloris vis minus interiores partes permeet, & non æquè concoquat.*
- *Temporis. Certum & præfinitū tēpus elixationis est, vbi medicamentū finem suum fuerit assequutū, quem exquirim° in substantia cōsistentia qualitatibus omnibus. Vnde quędā coquūtur ad dimidias, ad tertias, ad quartas. Quædam rursum coctione diuturna deteriora fiūt in*
  - *substantia, vt oua, ostreæ & id genus alia, quæ duriora fiunt.*
  - *qualitatibus, vt mel quod è sapore suo degenerat. & omnium ferè odor minuitur.*
- *Ordinis. Vbi simul coquenda. prius enim injcienda, quæ difficilius coquuntur, & coctionem multam sustinent. quare dura, crassa, densa, lenta, quæve in profundo sitas vires habent, ijs prius injcienda sunt, quæ contrario modo se habent.*

ME-

A

MESVE.

APOZEMA adianti albi sanguinẽ à mistis ipsi putribus materijs purgat, clarumque reddit, ardoremque ipsius, ac bilis flauæ cõpescit. Adianti albi vnciã vnam, & dimidiam, fumariæ vnc. vnã, lupi salictarij, violarum siccarum, ana drachm. octo, pruna quadraginta, zizypha viginti, coque lib. tribus aquæ igni lento ad duarum librarum consumptionem. tunc adde casiæ fistulæ purgatæ vnc. tres, tamar Indorum vncias duas, mannę vnciam vnam, rhabarbari boni drachm. tres: frica manibus, & cola. Datur mane. Interdum loco aquæ coquuntur hæc in seri lactis caprini B libris † quatuor.

† tribus.

CHRI. HIC ponuntur multæ decoctiones, & diuersæ, quæ omnes habent aliqualiter virtutem solutiuam, lenitiuam, ac etiam compressiuam, ac etiam ex eis aliquæ habent virtutem solutiuam solum modo, vel lenitiuam: non sunt tamen illæ decoctiones omnes, quibus medicinæ solutiuæ, & aliæ generaliter distemperentur, secundum quod inferius declarabo: possumus tamen vti magistraliter præsentibus decoctionibus in quibusdam casibus, non tamen multum reseruando eas decoctiones: quia vt plurimum post triduum corrumpuntur, & alterantur, & multoties in tempore calido. Vnde est necessitas innouationis earum. Et licet ista prima decoctio non sit in vsu, habet tamen clarificare sanguinem mundificando, leniendo, & comprimendo choleram rubeam. Et dosis eius est de mane vacuo stomacho vsque ad vnc. vj. & modus constructionis est in litera.

SYLVII. HORVM apozematum multa aluum subducunt, quædam leniendo, alia comprimendo, sunt etiam quæ attrahendo. Ob id autem quod parum sunt iucunda propter crassitiem, & nigrorem, quodque parum diu, vt ad triduum, seruari possunt, præsertim aere calido, parari hæc desierunt. Coquuntur autem nunc frequenter sine casia, & tamar Indis, & id genus alijs. Huius dari possunt vnciæ sex.

COST. APOZEMA adianti albi. *Quæ in parandis decoctis sint obseruanda, alibi abunde explicauimus. Quamobrem simplicia quorum hic meminit, non simul liquori, vt coquantur tradenda sunt. sed ne à recta methodo recedas, ante omnia pruna, Zizyphaq; in aqua, aut sero præscripti ponderis incoquenda: tum vbi molliora coquẽdo enaserint, atque ex tribus liquoris libris paulo plus vna supereſt, tunc fumaria, moxque lupuli, & adiantum addenda, & paulisper cum reliquis coquenda, vt tertia pars liquoris sit superſies. Percolandum tunc (mea sententia) licet scriptor sileat, dissoluendaque casia purgatoria, tamarindi, manna, ac rhabarbarum in tenuem puluerem redactum (vt puto) quæ omnia vbi manibus tractaris, & expresseris seruandum est, quod exprimitur propinandum vice purgantis medicamenti in tres ferè partes dispartitum.*

MESVE.

AQVA fructuum sanguinis, & bilis flauæ feruorem reprimit, sanguinẽ clarum facit, bilem clementer educit, pruna. †xl. myxa, zizypha, ana xxx. tamar Indorum vnc. † ij. casiæ fistulę vnc. iij. mannæ vncia vna. Fiat vt diximus. † xl. † ij.

HÆC esset magni precij ob mannam: nostri aromatarij præparant absque ea & casia. MAN.

PROXIMVM hoc superiori est, vt materia, sic viribus. Est tamen illud ob rhabarbarum, fumariam, adiantum paulo purgantius. SYLVII.

AQVA fructuum. *Siue hic quadraginta, siue sexaginta sumas pruna, vt in aliquibus codicibus legitur, non multi interest. sunt enim hæc superioris exemplo, ad cuius imitationem nos hic authorresert, in tribus aquæ aut caprini seri libris, simul cum myxis incoquenda, vt vna tantum decocti supersit libra. Neque vero, (in quo laborare quosdam video) coqui iubet tamarindos: sed tantum decocto iniubarum, & primorum commisceri cum casia purgatrice, & manna. quæ omnia commiscendo caloris vi (neque enim miscebitur ijs manna sine calore) tertiam illam prompte acquirunt facultatem, quam expetimus.* COST.

MESVE.

C

INFVSVM aquæ casei, bilem flauam clementer educendo, sanguinem purgat. Recipit foliorum rosarum recẽtium completarum vncias duas, rhabarbari boni † aureum vnum, & dimi- † aur. ij. dium, spicæ † drachm. j. & dimidiam: rhabar- † drach. ß. barum, & rosæ parum terantur, & macerentur per noctem in seri lactis, præsertim caprini, lib. ij. cola, proprina. penuria rosarum recentium fit interdum ex siccis.

MODVS infusionis aquæ casei, ideſt seri caprini. Ista infusio multum vsitatur à medicis practicis, quando de sero tempore veris sereno aere infunduntur in ea rosæ, lupuli, fumus terræ, vel aliæ res sanguinem purificantes, seu rectificantes, & remittentes in suo calore superflue: demum de mane colantur, & sic talis colatura sub actuali caliditate assumitur, & quando cum eis non ponitur alia me- D dicina solutiua à prædictis, potest assumi pluribus diebus continuis loco syrupi digestiui, vsque ad vnc. viij. Infunditur autem, & sæpe rhabarbarum in ipsa aqua lactis de sero vsque ad drach. iij. cum grano vno spicæ: demum de mane colatur, & de illa colatura assumitur vsque ad vnc. vj. & sufficit solum semel de ista infusione assumere: quia est solutiua materiei cholericæ, & ideo est adhibenda diligentia, sicut de alijs medicinis solutiuis. Et hic nota, quod semper spica est ponenda cum rhabarbaro, quia velocitat eius operationem. Et nota, quod aqua lactis assumpta de mane absque alterius rei assumptione mundificat sanguinem ipsum versus frigidum alterando, posita tamen de nocte versus serenum aerem, & est multum conueniens iuuenibus, & pueris, & sic habetur in vsu. CHRI.

HABC

MAN. HÆc eſt nobilis,& ea ſum vſus plerunque, præcipue tempore roſarum, amota tamen ſpica, ceu non neceſſaria, & guſtui inſuaui.

SYLVII. SERVM lactis per ſe ſumptum, ſanguinem reddit puriorem, & frigidiorem,quod acrimonia ſua ſubducat aluum. id multo efficacius præſtat maceratis in ipſo per noctem roſis, lupulo, fumaria: ſumique tunc poteſt vere ſingulis tribus, aut quatuor matutinis ab vnc.vj. ad vnc.viij. Si autem rhabarbarum ſimul infuderis, pondere ſufficienti, vt ad drach.ij. aut iij. cum pauca ſpica,vel ſchœnantho actionem celerante,ſemel ſumpſiſſe ſufficit. Spicam ceu non neceſſariam, & ingratam tulit Manardus.

COST. INFVSVM aquæ caſei. *Hic rhabarbarum teri craſſe iubet, quum tamen tenuius redditum valentius purget. Sed diutina per noctem maceratione ſperat id ipſum aſſequi. Tu loco contritionis, qua euaneſcunt tenuiores partes,quarum præſertim eſt vis purgandi, minutim incidas. idē(vt puto)efficacius reddes. Quod autem roſas etiam ſiccas cedere in recentium locum ſcribat, quando in hiſce aridis aſtringendi vim maxime excellere conſtat, vix concederem, niſi roſas quoque aridas ſero infuſas expurgare quandoque obſeruaſſem. id quod fortaſſe compreſſoriæ facultati,quæ remanet ſero adiutæ erit tribuendum. Verum licet in ſua verſione ita habeat Syluius,in veteri tamen legitur in recentium roſarum penuria infuſum,ſine ipſis,id eſt,ex ſolo rhabarbaro parari.*

MESVE.

INFVSVM ſucci herbarum idem potens quod præcedens. Recipit ſuccorum intybi, lupi, buglоſſi, purgatorum,ana vnc.viij.in quibus macera corticum myrobalani flauæ vnciā j. rhabarbari boni drachmas tres, tamar Indorum vnciam vnā,& dimidiam,caſiæ fiſtulæ vnc.iij. Fiat vt ſupra.

COST. INFVSVM ſucci herbarum. *Eiuſdem hoc cum præcedenti eſt vſus,ſed potentius: propterea aque nō ſemel totum,vt ſuperius aſſumendum,ſed in quaternas quinasque portiones partiendum.*

MESVE.

DECOCTVM fumariæ ſanguinē, bile flaua, & aduſtis humoribus purgat,mundumq; reddit: hepatis obſtructionem aperit, ac inde natum icterū ſanat. Recipit ſucci cichorij,intybi,lupi, buglоſſi,an. vnc.iij. ſucci fumariæ † vnc.j. & dimidiā, quibus coctis,& purgatis, adde myrobalanorum flauarum,& Indarum,ana drachmas duas, paſſarum purgatarum tritarum vnciam vnam, tamar Indorum vnc.tres. Fiat ſyrupus, vt diximus.

† Al. vnc.i. al.unc.viij.

CHRI. DECOCTIO fumiterræ non eſt in vſu, licet aliqui aſſumant ſuccum eius in pondere,vnc. iij. pluribus diebus continuis, eſt tamen diſplicibilis valde,ſed eſt vtilis ad ſanguinem mundificandum ab eius acuitate: vnde confert ſcabioſis.

MAN. SVCCI altaraſacon.) Troxuma Græci, vulgo ſcariolam dicunt.

SYRVPVS fumariæ prædictus in vſu eſt huius loco, vt ſyrupus thymi, ſtœchados, eupatorij, epithymi loco decocti eorum mox deſcribendi. SYLVII

DECOCTVM fumariæ. *Quum decoctum hoc, fumariæ decoctum vocet,excellere hic eius ſuccum reliquorum ſuccorum menſuram putandum eſt. quare, quum ſucci eorum ſingulorum quaternæ vnciæ ſumantur,vt fumariæ plus ſumatur veriſimile eſt. legendum ergo cum veteribus quibuſdam codicibus videtur,ſucci fumariæ vncias octo,vt pertingat ad libras duas pondus ſuccorum vniuerſum. hos vero ſuccos vbi ad tertias exemplo decocti ex adianto,& ſequentis ex thymo decoxeris,atque expurgaris,ſupererunt uix vnciæ octo. quibus myrobalani ad drachmas quatuor,& tamarindi ad vncias tres fuſi,& poſt leuem feruorem expreſſi, medicamentum reddent conſiſtentia liquoris ad bibendum apti.* COST.

MESVE.

DECOCTVM thymi phlegmagogum,ob id ſenibus,aliter & pituitoſis ſalubre, vētriculum firmat, coctionem iuuat, flatus à viſceribus,& hypochōdrijs diſſoluit. Recipit thymi,caſſuthę,hyſſopi,ana vnciam vnam,paſſarum purgatarum † drachm. xx. cepularum, emblicarum. ana vnc.j. turbith, drachm.iiij. ſtœchados,polypodij,ana drachm. v. eupatorij,abſinthij,aniſi,dauci, ana drachm. iij. radicum apij,fœniculi,ana drach.vij. Coque omnia in † libris tribus aquæ ad librarum duarum conſumptionem. cola, adde colato turbith, agarici ana drachm. j. zingiberis † drachm. s. macerari noctem ſine. poſtridie cola, & vtere.

† drach.iiij Manar.

† lib.iij.

† drach.i.

PASSVLARVM enucleatarum drachm.xx.)Lege drachm.iiij. Caue ne in Dauco decipiaris ab aromatarijs. MAN.

THYMI. *Cur hic paſſarum vuarum drachmæ viginti non ſint potius aſſumendæ,quam quatuor,nō video. adduntur illæ profecto,vt leniente ſua vi actionem adiuuent,quam ex purgatorijs medicamentis expetimus. præſtare etiam ventriculo,iecori,thoraci,atque ad mitigandum horridum medicamenti ſaporem, non paruum vſum poteſt. Sed & purgantium hic ſimplicium menſura non exigua eſt, quando vncias ferè tres excedunt. Liquor etiam, qui trium eſt librarum, ferre eam menſuram poteſt,quare cum vetuſtis codicibus, viginti paſſarum drachmas, lego cum Manardo quatuor.* COST.

MESVE.

DECOCTVM myrobalanorum bilem vtramque, & pituitam purgans. Recipit myrobalanorum flauarum,cepularum,Indarum, ana vnc.j. tamar Indorum vnciam vnam, & dimidiam, fumariæ drach.viij. abſinthij drach.ij. pruna triginta,

ginta, passarum purgatarum vnc. j. coque in lib. iij. aquæ ad duarum librarum consumptionem, reliquæ libræ dimidiæ, vel circiter adde casiæ vncias duas, cum imbecillum voles medicamentum: cum autem valentius, casiæ fistulæ vnc. j. turbith, agarici, ana drachm. dimid. Præstantius fiet, si cũ aqua casei coquantur.

MANA. HAc nunquam sum vsus, eam tamen puto fore vtilem, si quis ea vsus fuerit, sicuti, & ea, quæ de stœchade scribitur.

COST. MYROBALANORVM. *Addẽdum hic, si agaricum, & turbithum adiunxeris, vt macerari per noctem sinas, & postridie percoles, tunc vero eodem quoque exemplo non est prætermittendum Zingiber, quo eorum vitia corriguntur.*

M E S V E.

DECOCTVM stœchados confert pituitosis affectibus, vt febribus quotidianis, iuncturarum, & neruorum dolori, & frigidæ intemperici. Recipit stœchados, origani, ana drach. iiij. seminis apij, fœniculi, eupatorij, ana drach. iij. schænanthi, hyssopi, ana drachmas duas, passarum purgatarum drach. viij. turbith albi arundinacei drach. iiij. coque, & vtere.

COST. STOECHADOS. *Stœchade, origano, ac reliquis, quæ hic sumuntur, non modo turbith noxia castigari vis potest, sed etiam vtilis adiuuari, vt ex articulis, altiusque sitis neruosis partibus, & pituitosis febribus, inutiles succos cum earum partium robore educat.*

M E S V E.

DECOCTVM eupatorij hepatis, & lienis obstructionem, & inde nascentes dolores, & febres compositas iuuat. Rec. eupatorij, absinthij, asari, spicæ adianti albi, † cyperi, rhabarbari, fumariæ, † spinæ albæ, † Aegyptiæ, ana drach. iiij. cepularum, Indarum, ana drach. viij. passarum purgatarum vnc. j. coque, & vtere.

† alij Cypri id est florum ligustri. † bedeguar. † succha.

MAN. CYPRVS scilicet, quam Arabes Alchannã vocant, plantæ videlicet, quæ ligustrum florem gignit: multi cauroſinũ vocant. Ego tamen puto potius legendum Cyperi.

COST. EVPATORII. *Coquenda hæc, vt superiora quoque, sequentia in sero lactis, nullo modo autem cyprus, seu ligustrum astringentis facultatis hic sumendum.*

M E S V E.

DECOCTVM epithymi atram bilem vacuat, ob id affectibus melancholicis, vt cancro, elephantiasi, & cæteris confert. Recipit autem myrobalanorum Indarum, stœchados, epithymi, passarum purgatarum, ana vnciam vnam, cepularum, fumariæ, ana drachmas quatuor, folliculorũm sennæ drachmas octo, polypodij † drac. vij. turbith drach. iiij. eupatorij drach. v. omnia præter epithymum coquantur in aquæ casei libris tribus; ad duarum librarum consumptionem, tunc adde epithymum, & semel feruefac; cola, frica in eo hellebori nigri drach. j. agarici drachm. dimidiam, salis Indi aureum vnum, vtere. † drach. vij.

HAEc efficax in morbo gallico vocato: valet enim, & vlceribus, & doloribus. MAN.

Vtile in morbo Hispano, & ab eo vlceribus, & doloribus. SYLV.

EPITHYMI. *Est sane, vt ex huius medicamenti vsu sperent plurimum, qui elephantiasi, morbisque ex atra bile, ac melancholico humore laborãt. Sed qua mensura sumendum sit, quum non explicet, si tu quod superest post coctionem (est autem fere decocti libra) propines, puto in moderato corpore satisfacturum. Quod si paulo largior medicamenti mensura videatur, at meminisse oportet, crassiores humores, quales melancholici sunt, non nisi valenti medicamento euocari.* COST.

M E S V E.

INEVSVM hieræ ventriculum, & caput purgat, proinde amborum doloribus etiam assiduis, & hemicraniæ confert, ac febribus antiquis. Recipit † hieræ, & aloes, ana drachm. v. macera decocto cupatorij prædicto ad lib. j. in vase vitreo insola dies duodecim, aut plures: da singulis matutinis vnciam vnam, plus minus vti opus erit. † Al. hieræ cũ aloe bona vnc. v.

NOTABIS, quod per hieram intelligit hieram simplicem, quã descripsit superius: & per decoctionem de eupatorio intellige hic descriptam immediate. CHR.

PVLVIS hieræ picræ Galeni intelligatur, cui aloen præterea addit qua ratione Galenus aloes interdum drachmas centum, & centum, ac viginti, singulorum aliorum drachmas sex addebat, vt valentior esset. Id infusum antiquatis affectibus aliter, atque aliter pro vario scopo factum est vtilius, quam aquæ balneorum naturalis potæ. Decoctum autem commune Italis, & Lugdunensibus est ex partibus æqualibus anisi, fœniculi, passarum, glycyrrhizæ, myxorum, zyzyphorum enucleatorum, adianti albi, prunorum, hordei mundi, quo medicamenta purgantia leniendo, comprimendo, attrahendo dissoluunt, præsertim cẽlo, & morbo frigido. Calido autem vtroque, dissoluuntur potius decocto partium æqualium passarum, glycyrrhizæ, violarum, hordei, prunorum enucleatorum seminum communium frigidorum purgatorum, in aqua simplici. In affectibus vero capitis frigidioribus priori decocto etiam stœchadem, vel maioranam, vel nucem moschatam addimus: thoracis autem hyssopum, dactylos, tragacanthum, vel adiantum augemus: ventriculi, cinnamomum, mentam, absinthium, mastichen: hepatis eupatorium, absinthium: lienis, tamariscem, cappares, asplenum: renum, & vesicæ, radices quinque vreticas, vel semina communia frigida, si calidus est affectus: & in alijs partibus similiter ea miscemus decocto, quæ proprietate, & particulari respectu eas iuuare sunt comprobata, delectis tamen semper his, quæ gustatu sunt gratiora. Loco horum decoctorum medicamẽta sæpe cum festinandũ est, dissoluũtur aquis destillatis fœniculis, maioranæ, chamæpityos, saluiæ, vini in frigidis cerebri, & neruosarũ partiũ affectibus: aqua fœniculi, mentæ, absinthij: ventriculi, aqua absinthij, fumariæ, eupatorij, hepatis: aqua cichorij, intybi, & similium in calidis hepa- SYLV.

nis affect. aſpleᵃij, tamaricis, capparum, lienis: aqua hyſſopi, praſij, ſcabioſæ, verbenæ, thoracis, & pulmonis: aqua melitſæ, boraginis, bugloſſi, roſarum, cordis. Decoctum item radicum quinque vreticarum elignatarum, & cicerum rubrorum, ſaccharatum, aut mellitum, hepatis, lienis, renum, veſicæ obſtructiones potenter aperit, flatus diſſipat, pituitam, & humorem melancholicum incidit, & tenuat. Aqua hordei bilis acrimoniam obtundit, obſtructa aperit, ſudorem mouet, & vrinas, ſi calida bibatur: aluum lenit, ſitim ſedat, ſomnum conciliat, ſi frigida.

COST. HIERAE primum. *Qui iucunde curant non dant bibendam aloen, quare, ſi poſtquam eupatorij decocto hieram atque aloen infuderis, tantiſper, id infuſum ſolis radijs exponas, vt euaneſcat humor, deuorari pari vſu minori cum moleſtia hoc ipſum poterit medicamentum, quam ſi potui ſumeretur.*

MESVE.

Alhiera ex aloe.

INEVSVM aliud hieræ purgans humorem craſſum, & melancholicum, ob id affectibus cerebri melancholicis ſalubre. Recipit † hierę, & aloes, ana drachm. v. macera libram vnam, decocti epithymi ante deſcripti, vtere, vt priore.

MAN. HIs infuſionibus de hiera multoties ſum vſus in antiquis affectionibus, & ex eis maius iuuamentum conſecuti ſunt patientes, quam ex potu aquarum ſponti narum, quas balnea vocant: ſed, quod etiam alia pagina monui, modo moneo, prout ſcilicet in re ægrotantium eſſe putabam, eas parari iuſſi.

COST. HIERAE ſecundum. *Hoc ſtrenue melancholicis quoque affectibus proderit, non ob aloen, quæ tenues tantum, bilioſoſque, ac ſeroſos ducere humores ſpõte ſua ſolet, ſed ob epithymi decoctum ſuperius deſcriptum, longe ad hanc rem valentiſſimum.*

MESVE.

† Lib. i.

INEVSVM tertium hieræ phlegmagogum, in aquę decoctionis thymi † libris duabus.

CHRI. NOTANDVM vtiliter pro his, qui volunt magiſtraliter vti prædictis decoctionibus, ſeu infuſionibus ſolutiuis, & lenitiuis, licet rariſſime, ſint in vſu. oportet, vt habeatur debita notitia doſis cuiuſlibet eorum, quæ euacuãt reſolutiue, & compreſſiue, quæ ingrediuntur earum compoſitionem, & ſunt illæ, quarum complexiones, & doſes principaliter deſcribentur hin inferius. Primo capillus ven. eſt ſatis temperatæ complexionis, attinent tamen alicui caliditati, & ſiccitati verſus primum gradum, ſed dum eſt recens, in ipſo eſt aliqualis humiditas, leuiſſime ſoluit choleram, & phlegma, & humores craſſos. Et doſis eius in decoctione eius cum aqua eſt circiter lib. j. vt dictum eſt de mane. Fumusterræ eſt frigidæ complexionis in primo cum aliquali caliditate in ſuperficie foliorum eius, & eſt ſiccæ complexionis verſus ſecundum, ſolutione facili educit choleram, & humores aduſtos. Et doſis eius in ſucco eſt uſque ad vnc. iiij. in decoctione vero ab vnc. ij. vſque ad v.

Capil. veneris.

Fumusterræ.

Lupuli ſunt de ſpecie volubilis, & ſunt frigidi verſus primum, & ſicci, virtutem habent leniſſimam ſolutiuam choleræ citrinæ. Et doſis in infuſione eſt circa libram j. *Lupuli.* Violæ ſunt frigidæ, & humi. in primo, dum ſunt recentes: exiccatæ vero ſunt minoris frigiditatis, & humiditatis, leuiter leniendo euacuãt choleram, & earum doſis in decoctione eſt ab vnc. v. vſque ad x. *Viola.* Pruna matura ſunt frigidæ complexionis verſus primum: tamen propter eorum dulcedinem attinent alicui caliditati, & ſunt humidæ complexionis in ſecundo, leuiter comprimendo educunt choleram. Et doſis in decoctione eſt circiter lib. j. *Pruna.* Caſſia fiſtula eſt calidæ complexionis verſus primum, & humidæ in ipſo: leniendo educit choleram, & phlegma: quæ multum habetur in vſu etiam per ſe ſolam, & doſis eius eſt vſque ad vnc. duas, colatæ vero cum aliqua decoctione, & diligenter expreſſa. *Caſſia fiſt.* Tamarindi ſunt frigidæ complexionis, & ſiccæ verſus ſecundum: leuiter comprimendo choleram educunt: & eorum doſis eſt ab vnc. ij. vſque ad v. quando in infuſione aſſumerentur. *Tamarindi.* Manna, & ſiracoſt ſunt ſpecies mannæ, calidæ, & humi. complexionis verſus primum: leuiter leniendo educunt choleram: & doſis cuiuslibet earum eſt vſque ad vnc. iij. colata cum decoctione conuenienti, vel aqua, & expreſſa, vt dictum eſt de caſia, & hodiernis temporibus eſt plus in vſu, quam caſia propter eius delectationem. *Manna.* Siracoſt autem non portatur ad partes noſtras, ſed ſolum modo manna eſt in copia magna. Aqua lactis ſcilicet caprini eſt illa, quæ communiter habetur in vſu: & eſt frigidæ, & humidæ complexionis verſus primum: eſt tamen cum nitroſitate quadam, qua mediante leuiter ſoluit choleram citrinam, & humores aduſtos. Et doſis eius tempore veris, vel aſtatis eſt cyathus vnus. *Aqua lact.* Rhabarbarum eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo, ſoluit principaliter choleram, & ſubſequenter phlegma. Et doſis eius in puluere ad drach. j. vſque ad vnam, & ſemiſſem. In infuſione vero a drach. ij. vſque ad drachm. iij. & non prætermittatur, quin ſecum ponatur id modicum ſpicæ, aut ſchœnanthi, quia eſt eius correctiuum, & eius velocitat operationem. Et nota, quod drachm. j. rhabarbari aſſumpta de mane cum vnc. ij. aquæ graminis, vel abſinthij, & cum grano ſpicę mirifice interficit vermes, poteſt etiam in minori doſi pueris exhiberi, & confert fluxibus ventris, vt ſuperius dictum eſt. *Rhabarb.* *Mirabile cõtra vermes.* Eupatorium eſt calidæ complexionis in primo, & ſiccæ in ſecundo, leniter ſoluit choleram, & phlegma. Et doſis eius eſt in puluere ab vnc. ij. vſque ad iij. in decoctione vero vſque ad vnc. vj. Epithymum eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in ſecundo: leuiter ſoluit melancholiam. Et doſis eius eſt a drach. iij. vſque ad drach. vj. In decoctione a drach. v. vſque ad x. & non patitur longam decoctionem. Myrobalanorum autem ſpecies, & aloes, complexiones, & virtutes, doſes, & operationes, dictæ ſunt ſuperius. Doſis autem hieræ Galen. in infuſione in aqua fœniculi, vel abſinthij rariſſime eſt in vſu ad drach. j. vſque ad iij. in puluere autem aſſumpta doſis eius eſt a drach. j. vſque ad drach. j. s. vacuo ſtomacho de mane, vel de ſero ad bene placitum. Vltimo nota, quod prædictæ infuſiones, & decoctiones debent fieri in aqua ſimplici, vel vino, vel aquis deſtillatis conuenientibus diſpoſitioni curandæ; demum colari, & expri-

Eupatoriũ.

Myrobala.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0318-2
DFG

exprimi, uel non exprimi ſecundum exigentiam, vt virtus illarum rerum fortius,& remiſſius in tali decoctione,vel aqua remaneat. Quantum autem de aqua pro decoctione fienda ſit aſſumendum, & quanto tempore res in infuſione, vel decoctione permaneant, & quantum de tali decoctione ſit aſſumendũ in peritia medici relinquo licet etiã particulatim ſuperius ſint declarata. Vltra prædictas decoctiones,& infuſiones poſitas ab auctore, ſunt aliæ deſcriptiones decoctionum,quę communiter habentur in vſu multo plus, quam aliqua prædictarum, & principaliter eſt decoctio communis ſic abſolute prolata,cum qua generaliter omnes medicinæ ſolutiuæ, lenitiuæ, & compreſſiuæ vbique per totam Italiam diſtemperantur,& fiunt,cuius hæc eſt deſcriptio. Rec. aniſi, fœniculi, paſſularum, liquiritiæ, iuiubarum ſine nucleis, capil. ven. prunorum, hordei mundi, ſebeſten, quando reperiuntur,ana partes æquales. In quibuſdam partibus aromatarij docti cum Medicus dicit, præpara hanc medicinam cum decoctione, ſubito eligunt prædictam decoctionem. Et quia alicui caliditati plus attinet, quam frigiditati, vt ſic eſſet plus conueniens in ægritudinibus frigidis,& tempore frigido, quam in ægritudinibus calidis, & in tempore calido, ſimplicia ingredientia ſunt ſuperius declarata. Eſt & alia decoctio communis frigida, quæ ſecurius exhibetur in paſſionibus calidis, & in tempore calido,quam ſupradicta,cum qua etiam diſtemperãtur medicinæ,ſicut,& cum ſupradicta:Cuius hæc eſt deſcriptio.Rec.paſſularum,liqui. iuiubarum, violarum mundatarum, hordei,prunorum ſine nucleis,ſeminum communium frigidorum mundatorum, ana partes æquales, aquæ ſimplicis quantum ſufficit. Hæc decoctio acute febrientibus, & alijs paſſionibus calidis in tempore multum calido eſt in vſu ad diſtẽperandas medicinas,quæ in illis temporibus dantur. Et aromatarij intelligunt hanc deſcriptionem, id eſt decoctionem, cum medicus dicit,diſtemperetur cum decoctione communi recenti,& iſtæ duæ deſcriptiones ſunt valde famoſæ, & ab omnibus generaliter vſitatæ. Notandum maxime pro prædictis, quod etiam medicinæ aliquæ ſolutiuæ quandoque diſtemperantur cum vna iſtarum decoctionum,ad illam addendo quædam ſimplicia ſecundum exigentiam ægritudinis curandæ,& diuerſitatis membri, in quo eſt ægritudo:verbi gratia, ſi fuerit ægritudo calida, vel frigida ſolum in capite,addimus tunc prædictæ decoctioni aliquid ſtœchados,quod eſt temperatæ complexionis; vel aliquid de ſampſuco, qui eſt calidæ, & ſiccæ complexionis verſus tertium: vel de nuce muſcata, quæ plus attinet caliditati,quam ſtœchas.Simili modo addimus in paſſionibus pectoris prædictæ decoctioni communi,quandoque de hyſſopo,vel de dactylis, vel tragacantho, ponimus aliquantulum plus de capil. ven. & de hordeo mundo,& ſimilibus. In paſſionibus ſtomachi, addimus quandoque, vel de cinnamomo, vel de abſinthio, vel de menta, vel pauca grana maſticis. In paſſionibus autem hepatis, &c. quandoque addimus de eupatorio,de endiuia,vel de ſeminibus eius, & in paſſionibus ſplenis addimus de tamariſco,vel ſcolopendria,& in paſſionibus renum, & veſicæ quandoque addimus aliquid de quinque radicibus,vel de ſeminibus communibus frigidis, & ſimilibus,& ſic diſcurrendo in alijs membris eſt procedendum in ægritudinibus ipſorum medicinam diſtemperando cum rebus,quæ proprietatem, & particularem aſpectum habent ad talia membra, ſemper tamen de prædictis illas eligendo, quæ cum minori diſplicentia aſſumuntur, diſtemperantur inſuper medicinæ ſolutiuæ quandoque, & maxime lenitiuæ ſolummodo cum aqua hordei cum quærimus ſolum liquefactionem ipſius, & ſubtiliationem cum abſtetione, & ipſius penetrationem. Diſtemperantur inſuper medicinæ ſolutiuæ,ac etiam lenitiuæ, & etiam electaria quædam, quæ lambendo aſſumuntur, dato quod non ſint ſolutiua,cum quibuſdam aquis deſtillatis, cum quærimus quandoque accelerationem exhibitionis, & tempus moram non patitur in tardando,donec decoctio fiat,pluribus de cauſis. Sunt aquæ deſtillatæ, quæ communiter ſunt in vſu ad diſtemperandum medicinas ſolutiuas, & alias ad lymphandum ſyrupum, & etiam quandoque per ſe ipſæ aſſumũtur,& sũt iſtę,aqua fęniculi,aqua maioranę, aqua iuæ,aqua ſaluiæ,aqua vitis,quæ omnes principaliter conueniunt in paſſionibus frigidis capitis,& neruorum, non ſolum ratione complexionis earum, ſed etiam ratione proprietatis ad particulares aſpectus,ad neruos,& ad caput. Aqua autem vini ad alẽbicum deſtillata ſumme confert paſſionibus frigidis, & humidis capitis bene fricata iuxta commiſſuram coronalem,eſt enim multæ calefactionis,& exiccationis, ſubtiliationis, & reſolutionis materierum catarrhalium frigidarum principaliter in capite contentarum. Eſt igitur remiſſiua cuiuſcunque malæ complexionis frigidæ in quocunque membro ſi vacuo ſtomacho in mane vſque ad tres drachm. aſſumatur. Vltra iſtas ſunt aqua abſinthij, & aqua mentæ, quæ principaliter conueniunt complexionibus frigidis ſtomachi, & ſimiliter aqua fœniculi. Aqua autem v. radicum, & aqua eupatorij, ac etiam aqua abſinthij,aqua lupulorum, aqua ſeminum communium, aqua endiuiæ, aqua graminis, aqua fumiterræ,prius conueniunt paſſionibus hepatis, & ſimiliter etiam aqua florum chamomillæ, quæ calida eſt,nodoſitatibus, & duritiei hepatis, ſtomachi, & aliorum membrorum eſt valde conueniens. Aqua autem capilli ven. aqua hyſſopi, aqua praſſij, aqua ſcabioſæ, & aqua vngulæ caballinæ, ideſt farfarellæ, & aqua berbenæ plus conueniunt paſſionibus pectoris, & pulmonis. Aqua autem myrti licet principaliter habeat virtutem conſtrictiuam ſanguinis fluentis a pectore, habet etiam virtutem aliqualiter aperitiuam, eſt etiam conueniens ſuperfluo fluxui ventris, & vrinæ. Aqua autem boraginis, bugloſſæ, meliſſæ, & roſarum, plus conueniunt paſſionibus cordis: aqua ſcolopendriæ,& tamariſci conueniunt paſſionibus ſplenis: aqua autem ſaxifragiæ, apij, parietariæ, & aqua ſeminum communium, & myrti, & caudæ equinæ, & plantaginis, id eſt petrunculæ,& aqua portulacæ,& violarum, & matrum violarum, & maluarum plus conueniunt in paſſionibus renum, & veſicæ. Omnes autem prædictæ, quę ſunt narratę, quędam ſunt calidę, quędam ſunt frigidę, quędam humidę, & quędam ſiccę, vt in tabula ſimplicium apparebit: ſunt illę, quę generaliter habentur in vſu vbique locorum, & maxime in lymphando ſyrupos, vel in aſſumendo electaria, uel per ſe ipſas quandoque cũ zuccharo,quandoque ſine aſſumuntur. Fiunt etiam,

Prima decoctio communis.

Alia decoc.

Documentũ pulcherrum.

De aqua vini.

De aqua myrti.

etiam, & conſtruuntur plures aliæ decoctiones, quæ in diuerſis diſpoſitionibus a diuerſis medicis practicantibus habentur in vſu, inter quas ſunt duæ principales, & magis communes. Et prima eſt decoctio facta cum aqua ſimplici ex quinq; radicibus communibus remota ipſarum medulla addendo cum eis. cicera rubea decoquantur iſta adinuicē, donec quarta pars ſit conſumpta, iſta decoctio ſic aſſumpta cum zucch.roſ.vel melle,vel etiam abſque quocūque iſtorum eſt maximi iuuamenti in aperiendo omnes oppilationes hepatis, ſplenis, renum, veſicæ, & in ſubtiliando omnem materiam craſſam phlegmaticam, & melancholicam, & in reſoluendo ventoſitates contentas in quibuſcunque partibus noſtri corporis,& maxime in inteſtinis. Habet etiam,quam pluralia iuuamenta; quæ tu ipſe conſidera ex virtute cicerum, & illarum radicum, quæ decoctio ſicut, & alia non poteſt conſeruari vltra tres dies. Secunda decoctio. Recip. paſſularum,liquiritiæ,aniſi,fœnic.capil.ven.ana partes æquales, cinnamomi,maſticis,ana drac.j.omnia decoquantur in aqua ſimplici, vſque ad quartæ partis conſumptionem, coletur, & aſſumatur, vt ſupradicta, quæ eſt lenitiua aſperitatum pectoris,& aliqualiter aperitiua oppilationum hepatis. Eſt etiam confortatiua virtutis digeſtiuæ ſtomachi,ſolutiua vē toſitatum contentarum in eo, & in inteſtinis, & abſterſiua materierum viſcoſarum contentarum in eis. Et ipſa communiter vtebatur tempore veris Thomas de Garbo ad digerendum materias phlegmaticas, & maxime contentas in prædictis locis de ipſa dando drachmas quatuor cum drachma vna ſyrupi roſati, vel mellis roſati colati,&c. Aqua hordei ſumme commendatur ab auctoribus,maxime a Gal. ſecundo regiminis acutorum,& ab Auicen.prima fen.quarti. Et eſt ſublimis, excellens contra materiam cholericam, ſubtilem calidam: aperitiua oppilationum, prouocatiua ſudoris,& vrinæ,lenitiua ventris,& fæcum ſiccarum,prouocatiua ſomni,& extinctiua ſitis. Et,quæ eſt non colata nutrit,& eſt conueniens acute febrientibus cholericis,& omnibus paſſionibus calidis:mire etiam conuenit paſſionibus,& pectoris,& pulmonis. Et cum quærimus ſudorem prouocare,predicta aqua ſumatur calida, quando vero quærimus ſitim extinguere, ſumatur frigida. Mel autem deſtillatum eſt mirabile ad faciendum naſci capillos flauos, & longos vbicunque fricetur in quacunque parte noſtri corporis, & maxime ſuper caput. Mulieres ex parte faciunt fricari cutem capitis iuxta radicem pilorum cum prædicto melle deſtillato, & poſtea contrahunt moram ad ſolem capite diſcoperto, & in breui tempore capilli multiplicantur, & flaui fiunt. Et hic nota, quod ablutio faciei facta cum aqua deſtillata fraſinellæ ipſam reddit pulcherrimam, & relucentem, & claram, remouendo lentigines, & maxime ſi talis lotio fiat cum ea,& farina fabarum. Terebinthina autem deſtillata virtutem habet conſimilem oleo balſami,eſt tamen maioris calefactionis, & ſubtiliationis, & ideo eſt ſumme conueniens ægritudinibus frigidis neruorum, & quibuſcunque alijs ægritudinibus frigidis, & ventoſis. Et ſuper omnia valet lenitio facta cum ea ad ſubtiliandum,& decorandum veſtigia, & cicatrices.

Secunda decoctio. *De aqua hordei.* *De melle deſtillato.* *Aqua fraſſinelle.* *Terebinth. deſtillata.*

COST. HIERAE tertium. *Sumendum hic quoque decoctum thymi ſupraſcriptum, quod turbidet, polypodij,& agarici ratione pituitā educet. alioqui hiera ſim plex, quam abſoluto hieræ nomine intelligere oportet, præter ſeroſam, vix pituitam aliam educit; licet craſſiorem quoque ob aromata attenuare ſecareque, atq; ad expulſionem præparare apte poſſit.*

DISTINCTIO OCTAVA

de Trochiſcis.

MESVE.

IN hac ſectione octaua de Trochiſcis, eos præcipue deſcribemus, qui tum a maioribus noſtris, tū à nobis ſunt inuenti, quoſq; experti ſumus.

OCTAVA diſtinctio de trochiſcis, in qua ponuntur multæ deſcriptiones trochiſcorum ipſorum vtilitates, & iuuamenta, & licet in eis aliqui præparati reperiantur, non tamen iſtæ per ſe ſolum communiter ſunt in vſu,niſi inquantum ingrediuntur compoſitionem magnorum antidotorum ſeu electariorum,vt theriacæ,& ſimilium. Eſt enim trochiſcus rotunda compoſitio cum quadam depreſſione ad ſimilitudinem craſſi lupini; fit etiam quandoque trochiſcus cum quadam longitudine, & rotunditate ad ſimilitudinem pedonę ſcaccorum,& vtroq; modo per plura tempora melius conſeruantur: demum cum queritur vſus ipſorum abſque admixtione alterius electarij puluerizantur, & ſic in puluere aſſumuntur cum vino, iure pulli,cū aquis deſtillatis, vel cum alijs liquoribus conuenientibus, expedit etiam quod in puluerem reducantur,quando alijs electarijs admiſcentur, & quia communiter omnes trochiſci cum de nouo conficiuntur, etiam ſub quacunq; forma reducuntur, fiunt ad pondus drac. vnius, ſic cuilibet de per ſe doſis eſt vſque ad vnam. Et trochiſcus differt a magdaleone, quia magdaleon eſt etiā in forma rotunda, craſſa,longa pōdere communiter cuiuſlibet vltra vnc.ii.& ex eis fiunt pilulę,quarum virtutes melius in dictis magdaleonibus conſeruantur.

Trochiſci. *Magdaleō.*

TROCHISCI, vel cyliſci græce,latine paſtilli,a figura apud Græcos nomen habuere: quorum aliqui bibuntur,alij inducuntur,nonnulli inunguntur.

MAN.

SYLVII. Τροχίσκοι κυκλίσκοι ἀρτίσκοι. Græcis omnibus; & alio quoque diminutiuo τροχίσκιον, κυκλίσκιον, Democrati dicitur medicamentum quoduis in formam rotulæ, orbiculi, paſtilli,qualis eſt ſemini lupino,coactum. Eius generis ſunt antidoti cephalicæ,oticæ,ophtalmicæ, arteriacæ, & hypoglottides multæ. Trita ſimplicia humore conuenienti ſubiguntur,& in paſtillos digeruntur vtendi tempore ex vino,aqua,alio quouis liquore congruenti ſoluti, ebibuntur,vel admouentur, vel alijs miſcentur. Trochiſci enim,quidam magis compoſitionibus miſcentur,vt theriaci, hedychroi, ſcillini theriacæ in ea dicti, alipta moſchata, gallia moſchata,diarhodon,& alij permulti,alijs,de quibus hic agendum,vti, & de his, qui interdum per ſe vſurpantur,interdum alijs miſcentur,quidam ſumuntur,alij illiuntur, alij iniiciuntur. Trochiſcorum ſequentium vſus eſt rarus,præterquam in magnis compoſitionibus, vt theriacæ: qui autem ſeorſum vſurpantur,puluerati,vt quādo compoſitionibus miſcentur,ex vino,vel iure vel aquis deſtillatis, quidam ſumūtur: alij in cote medica liquore idoneo ſoluuntur: alij aliter in vſum ueniunt,pro variis ipſorum viribus, varia parte,& vlceris forma, & ſitus. Fiunt autem trochiſci, ideſt rotulæ, vel cycliſci, ideſt circuli, vel arriſci,ideſt paſtilli,ſeu parui panes conſiſtentia dura,forma lupini,aut paulo altiore:ponderis fere drach.i. quo facilius ad diuturnam conſeruationem ficcentur.

AROMA-

AROMATA, imo medicamenta ferè omnis generis melius integra seruantur, quàm confracta, vel in puluerem ducta. Ac morborum quandoque adeo præceps est motus, vt vix tantum det temporis, quanto esset opus ad parandum præsidium, ob id, vt instructa promptis remedijs medica sit officina, & electaria, & condita, & eclegmata, & succos, & syrupos parandi excogitata est ratio, ob id inuenti & pastilli, de quibus nunc sermonem Mes. e instituit, quos trochiscos vocant græca voce. Sunt hi ab electarijs eo tantũ diuersi (quod pertinet ad materiæ consistentiam, quod ij ex eiuscemodi sint materia, quæ seruari mollis potest, hi ex ea quæ in durum, & siccum corpus euadit, quare horum materia, vt electariorum, neque melle, neque resinaceo aliquo liquore excipitur, neq; casiam purgatricem aliudue generis sumit: quòd hæc nunquam satis arescunt.

B

MESVE.

TROCHISCI galliæ moschatæ cerebrum, corque roborant, oris atque adeo corporis totius odorem commendant, compositionibus alijs miscentur. Recipiunt xyloaloes crudæ, bonæ, electæ, partes v. ambræ, † par. ij. moschi boni, par. j. glutinis, tragacanthi, † & aquæ rosatæ, q. s. ad ea comprehendenda. Fiant trochisci figura folij myrtei, sigillentur vase vitreo, dissoluunt alij ambram oleo balanino pauco, ac eo cætera comprehendunt.

† par. ij. † in aqua. resoluti.

ADDITIO.

C

Hæc confectio apud aromatarios est multum in vsu, & dixerunt sapientes, quod ista descript. debet poni in confectionibus, ac electarijs, quæ sunt ipsius Mes.

COST. CONFECTIO idest compositio trochisci galliæ moschatæ, hæc ingreditur compositionem plurium electariorum, & confectionum: & si per se assumatur principaliter confert confortando stomachum, hepar, & alia nutritiua relaxata, & debilia ex ægritudine longa. Et dosis eius est, drach. vna assumpta de mane vacuo stomacho cum vino lymphato, vel cum aqua aliqua destillata destillatione, & modo conuenienti, & horum vsus potest plurimus diebus continuari. Componuntur etiam quandoque hi trochisci, & subsequentes, qui habentur in vsu cum zuccharo, vel cum melle in forma electariorum assumendo de eis proportionabiliter, sicut assumitur de alijs pulueribus, ex quibus electaria seu confectiones componuntur, vel conficiuntur, & fiunt ita, vt ad libram mellis, vel zucchari ponantur, vnc. ij. vsque ad iiij. trochiscorum reductorum in puluerem, & tunc dosis talis electarij esset vsque ad drach. iiij. illis horis, & temporibus, modis, & conditionibus dictis, & declaratis superius in alijs electariis non solutiuis.

D

MAN. DEfertur ex Oriente, sed non bene præparata. Ambræ cani.) Est epitheton ambræ, quæ a recentioribus Græcis ambar dicitur. Ex nostris fuere, qui succinum orientale vocarint, Folij Myrtæ.) Lege Myrti. Oleo de Been.) Ex vnguentaria videlicet glande facto.

POtest huius drachm. j. multis consequenter matutinis ex vino, vel iure, vel aqua destillata idonea sumi, ad roborandum ventriculum, hepar, & partes alias nutritorias longo morbo fractas. Possunt ijdem in electaria solida cum saccharo, vel liquida cum melle recipi, vt horum vnc. ij. si delicatius, vel tres, si efficacius vis medicamentum, sacchari, vel mellis lib. j. habeant. Electarij autem huiusmodi sumitur vnc. s. vt prius. Afferri ex Oriente, sed male paratam dicit Manard. SYLVII.

GALLIAE moschatæ. *Xyloaloes crudi nomine, quid velit, alibi diximus. Quod ad huius compositionis calcem scribitur de oleo balanino, Syluius rem obscuram reddit, ita vertens (dissoluunt oleo balanino pauco, ac eo catera comprehendunt) quid enim sit, quod dissoluitur non explicat. Vetus autem interpretatio clarius. (Et apud alios dissoluitur ambra in vase vitreo cum oleo de beẽ pauco, & conficiuntur cętera cum eo.) Quibus aliam a priori rationem docet hic aromata cõmiscendi. Sicut enim xyloaloen, ambram, moschum, tragacanthã, ex aqua rosacea dissolui iusserat; ita loco aquæ rosaceæ oleum balaninum vsurpasse alios, ait. Sed ea arte, vt ex eius olei momento ambram dissoluerent, tum eo reliqua cogerent. Sanè, quod hoc loco oleum balaninum deligant, non fit temere, hoc enim vnum non fit rancidum, propterea que ad vnguentorum precioſiorũ confectionem vsurpantur ætate nostra. Quòd autem myrtei folij meminit Mesue, conficique trochiscos eius folij figura iubet, non figuram, quæ qualiscunque sit, parum interest, sed substantiæ modum innuit obseruandũ, vt enim prompte arescant, tenues tenuitate fere myrtei folij, vt sint oportet, quanquam si sint etiam paulo crassiores, nihil refert.* COST.

MESVE.

TROCH. galliæ Sebellinæ, ventriculum, cor, hepar, imbecilla roborant: in alias compositiones immittuntur. Recipiunt foliorum rosarum recentium, humidarum, se aperire incipientium, vnc. vnam, & dimidiam, tere curiosissime in mortario lapideo, tunc ipsis aloes bonæ, caryophyllorum, gummi, spicę Indæ, ana drachmam vnam, & dimidiam, santali citrini drachmas duas, ramich, drach. iij. omnia minutissime trita commisce, & contere diem vnum cum rosis, aliquoties affundendo aquam rosatam infusionis gummi Arabici. Postremo aromatiza moschi drach. j. partibus duabus, ambræ, & caphuræ, ana aureo dimidio. Forma trochiscos, & sigilla.

ET hæc non minoris est vsus, quam præcedens. Ramich.) Descriptiones habes infra. MAN.

RECIPITVR in aromaticum nardinum. Sunt tamen, qui eius loco troch. Gallię moschatæ miscent. SYLV.

GALLIA Sebellina. *Quæ terenda hic ait minutissime, terenda singula sunt seorsum, licet non scribat, quod variam terendi rationem postulat aloes, variam caryophylli, & reliqua. Moschus autem ambra, & caphura, quibus postremo reliqua dixit aromatizãda, eadẽ aqua rosacea dissoluẽda sunt, qua aspergi reliqua iusserat. An vero caphura hic ponenda, vt*

velle videtur, an ea dictio, quæ in aliquibus codicibus concisa legitur (cam) iungenda sit ambræ, arabica voce optimam significans, quasi ambram optimam quærat, non autem camphoram, aliorum esto iudicium, illud tantum dicam, sæpe alibi ambram hunc scriptorem quærere, & semper etiam si non exprimat, optimam quærere, vt & reliqua non addita tamen arabicæ huius vocis appendice, ita, vt caphuram præter ambram hoc loco velle non incerta prorsus sit coniectura, alioqui etiam, & in sequenti gallia, & in sequentibus alijs multis caphuram non abhorret.

MESVE.

TRoch. Galliæ aromaticæ, veteribus celebratissimus ad cerebrum, cor, vẽ triculum, hepar, cæterasq; partes nutritorias roborandas, neruosque imbecillos illitu firmat, celebribus denique compositionibus miscetur. Recipit autem emblicarum exossatarum, † vnc. 3. quæ parum tritæ triduo in vase vitreo probe operculato macerentur lib. dimidia aquæ rosatæ, cui prius rosæ siccæ, & cortices citrorum sint immersi, infusique, deinde aquæ rosarum prædictæ infusionis † vncias quatuor præterea immitte, & postridie tantũdem, donec emblicarum virtus aquis sit impressa. Tunc accipe ligni aloes drach. octo, ramich vnciam vnam, & dimidiam rosarum, caryophyll. ana drach. decem, spicæ Indæ drach. tres, santali flaui † aromatici drach. quatuor, gummi Arabici drach. sex, tere tenuissime, & cum prædicta in fusione emblicarum paulatim adiecta misce, aromatica caphuræ, & muschi, ana drach. 1. ambræ drach. duabus, finge trochiscos, sigilla, & serua vitreo vase.

MAN. ET hæc eosdem vsus haberet, si bene pararetur. Sandali citrini aromatizati.) Lege aromatici.

COST. GALLIA aromatica.) *Obscura hic sunt quædam, Primum in mensura myrobalanorum vulgata versio habet drachmas quatuor: pro ijs reponit Syluius vncias quatuor. Tum quo pacto paranda sit aqua infusionis rosarum, quam sumi iubet, non constat, ex Syluio enim velle videtur, vt rosas aridas, & citri corticem aquæ rosarum infundas, ex vetusta lectione non colligitur, aquæ ne rosaceæ, an simplici infundendæ sint aridæ rosæ. Tertio, an huic infuso semel tantum myrobalani infundendi, an sæpius: & si sæpius, an prioribus myrobalanis abiectis, an relictis: Quum enim Syluius scribat (deinde aquæ rosarum prædictæ infusionis vncias quatuor præterea immitte, & postridie tantundem, donec emblicarum virtus aquis sit impressa) velle videtur, alios myrobalanos vnciarum quatuor mensura secundo loco prædicto rosarum infuso immittendas, & tantundem postridie, ita vt integram eorum libram vncijs sex infusi ex rosis inijciendam esse ex Syluio colligas, peruersa prorsus infusorum myrobalanorum, & excipiẽtis liquoris proportione. Caterum, quod ad priorem, posterioremq; pertinet dubitationem, primum quidem, male, & prius, & posterius vncias myrobalanorum quatuor sumi certum est. Fiet enim, vt vbi intumuerit E tanta myrobalanorum copia, nihil supersit liquoris. Puto igitur cum veteri versione drachmas tantum quaternas myrobalanorum illis sex infusi vncijs esse immittenda, id vbi effeceris, tribus transactis diebus (hic vero etiam Syluius omittit tempus) exprimendos myrobalanos, & aliorum myrobalanorum drachmas rursum quatuor injiciendas existimo, quos rursum postea die exprimes nouis eodem pondere iniectis myrobalanis, denuo postridie exprimendis. Sic myrobalanorum vis, (quod expetit Mes.) in liquore proposito excipitur, ad reliquum, quem instituit, vsum. Infusum autem aridarum rosarum, & citri corticum, de quo item dubitatio erat, si ex rosacea aqua pararis cum Syluio, longe magis præstiturum existimo, quam si ex simplici paretur aqua. Sumendarum autem rosarum, & citri corticum pondus, quum non scribat, satisfactum puto, si vt rumque ad vncias duas aquę vncijs octo infuderis, ita ut his, postea expressis sex liquoris vnciæ supersint ad peragendum, quod reliquum est, vsurpandæ.*

MESVE.

TRoch. Diarhodon efficacissimi ad febres pituitosas antiquatas, alijs implexas, formam corrumpentes, ventriculi dolorem leniendum, & humores ipsi adhærentes detergendos, recipiunt foliorum rosarum rubrarum aureos sex, spicæ aromaticæ, ligni aloes, ana aureos duos, glycyrrhizæ aureos tres, spodij aureum vnum, croci aureum dimidium, mastiche drach. 2. cum vino albo fac trochiscos drachmæ vnius G pondere.

TRochisci diarhodon secundum Matthæum situaticum sunt trochisci de rosis. Secundum tamen Mesuen aliud trochisci diarhodon, & aliud trochisci de rosis, & est hæc confectio trochiscorum diarhodon, quæ intrat in confectionibus Mesue. Nico. in proprio antidot. habet aliam descript. quæ intrat in suis confectionibus. Auicen. in 5. can. habet trochiscos de rosis nominatos diarhodon. CHR

NOmen hi habent a rosis, & sub eo in multis compositionibus apponuntur, bibunturque in morbis ad diuturnitatem vergentibus. MAN.

HOs trochiscos Mesue suis compositionibus magnis miscet. Nicolaus autem suos diarhodon his diuersos facit. SYLV.

DIARHODON. *Quid hic sit, quod in antiquas, complicataſque febres, ad ventriculi dolorem, & humorum ipsi inhærentium detersionem adeo efficacem hunc pastillum reddat, non facile est ostensu, quum enim pituitosi succi obstructionesque antiquarum plerumque febrium authores, dissecante, attenuante, detergenteque egeant medicamento, ineſt his ferè singulis, ex quibus hic conficitur pastillus, astringendi vis, nullius (vt videtur,) in supradictis affectibus, atque humoribus vsus. Sed quanuis vere, horum fere vnumquodque astringentis sit facultatis, detergere tamen etiam aliqua eorum nonnihil possunt, vt rosæ, præsertim si recentes sumas, vt sumi possint, sed spica Inda, licet astringentis non expers faculiatis, aperire non parum* COST.

poteſt, vt etiam xyloaloe. glycyrrhizan vero aperire, & detergere ex eo vſu conſtat, quem afferre ijs ſolet, qui renum obſtructione laborant, quin & crocum valenter aperire apertum eſt. ac tandem quum ſingula ferè huius medicamenti ſimplicia mediocri calore ſuo, & ventriculum diuturna febre frigidorumque humorum colluuie imbecilliorem firmare, & concoctioni conferre poſſint, aſtringenteque facultate eumdem laxatum cogere valeant, neque etiam temere Meſue huic paſtillo prædictos aſſignat vſus.

A

MESVE.

TROCH. de roſis, ventriculum, & hepar firmant, humoresque ab illo detergent, ob id phlegmaticę febri conducunt. Recipiunt foliorum roſarum drachm. decem, glycyrrhizæ drachm. quinque, ſpicæ aromaticæ, drach. duas, & dimidiam. vino albo excipe. ſi purgatorios vis, adde ſcammonij drach. tres.

B

CHR. TRES deſcriptiones trochiſcorum de roſis hic immediate ponuntur: & ab Auic. in v. can. ſolum duæ, ſcilicet trochiſcorum maiorum, & minorum de roſis: deſcriptio tamen trochiſcorum de roſis poſita ab Auicen. eſt illa, quæ habetur in vſu. & de his tribus, quæ ponuntur in litera, ſolum vltima habetur in vſu, & quæ ingreditur compoſitiones magnorum antidotorum, habet vtilitates, & iuuamenta ad dolorem ſtomachi, & malitiam complexionis, & febres antiquas, & ad principium hydropiſis. nam ſunt principaliter confortatiui ſtomachi, & hepatis, & aliorum membrorum nutritiuorum relaxatorum ex longitudine ægritudinis, & doſis cum circumſtantijs requiſitis eſt ſicut trochiſcorum diarhodon dictorum ſuperius.

MAN. EX duabus iſtis compoſitionibus ſecunda eſt efficacior. Si vis addere ſcammonium, vbi legis lib. ij. lege drachmas. Florum ſquinanthi. In voce ſchœnoãthos includitur flos, quare ſuperflue additum floris.

SYLVII. DANETVR ad ventriculi, & hepatis, & aliarum partium nutritoriarum imbecillitatem ex morbo longo, & frigida humida, ad febres antiquas, hydropis initium. Quamuis autem diarhodon ſignificet de roſis, tamen hoc loco differunt, vt apud Galenum, & alios leucacantha, & acantha leuce: chalcanthum, & chalcu anthos: aphronitron, & aphros nitru, & alia pleraque, ob aliquam differentiam nunc coniuncta, nunc diuiſa.

COST. DE roſis. *Conferre hos paſtillos pituitoſa febre laborantibus exiſtimo, ſiccitatis nomine, cuius vi ſuperuacuum ventriculi humorem abſumunt, & aſtringentis facultatis ope, qua iecori conciliant robur. detergere autem imbecilliter puto, niſi ſcammonio addito: quod non hoc modo præſtat. Sed etiam inutiles ſuccos detrahit, bilioſos primum, tum præterea pituitoſos, maxime quum ex cotoneo paratum eſt, quale hic puto vſurpandum. Sanè autem quando tum hic, tum in præcedentibus, ac ſequentibus glycyrrhizæ meminit, ſumendus ipſius radicis puluis videtur, quod, cum ſuccũ expetit, admonet, vt in trochiſc. de ſpodio paulo poſt. Non tamen erraturum puto, qui ſuccum in his quoq; omnibus ſumpſerit, vt qui parua ſui mole maioris ſit vſus, quam totius radicis puluis.*

MESVE.

TROCH. de roſis, & eupatorio, † diluũ, & † obſtructionem hepatis probe leuant, & inde naſcentes icterũ, febres antiquas, & alijs complexas. Recipiunt foliorum roſarũ, drachmas octo, ſpicæ † rhabarbari, † glycyrrhizæ, ana drach. iij. ſpodij, † drac. vnam, & dimidiam, ſucci eupatorij, drachmas decem, cum manna fac trochiſcos. † rhab. dra. 4. † al. drach. 11.

MAN. HI validiores ſunt in omnibus his, qui a roſis nomen acceperunt.

COST. DE ROSIS, & eupatorio. *His magis quam ſuperioribus fiderem ad diuturnas febres, rhabarbari, & eupatorij gratia. Sed an ſucci eupatorij drachmæ decem menſura ſit largior ad excipiendorũ pondus quæ vix drach. pendent decem, & octo cum dimidia, dubitarem, niſi nutritione vocata, ideſt liquore ſenſim affuſo, & abſumpto conficiantur. Mannam autem quam ad ſuperiora cogenda cum eupatorij ſucco ſumi admonet, ſiue poſtremo loco addas, vbi liquoris parũ eſt, quod ſupereſt, ſiue etiam antea, parum puto intereſſe. eius vero menſura, quæ non præſcribitur à Meſue, ea erit qua cum ſucco, exceptis reliquis aridi paſtilli euadant.*

MESVE.

TROCH. de roſis, multorum ſcriptis celebrati, efficaces ad multos affectus, præſertim ad ventriculi dolorem, malam coctionem, febres antiquas, hydropem incipientem, & illos maximè, quibus forma corrumpitur. Recipiunt roſarum, drachm. 4. ligni aloes, drach. ij. maſtiches, drach. i. & dimidiam, abſinthij Romani, cinnamomi, ſpicæ nardi, caſiæ lignęæ, ſchœnu anthus, ana drach. i. cum vino antiquo, & aqua decoctionis radicum, fac trochiſcos drach. ij.

C

RAdices ſunt vreticæ quinque intelligendæ, ruſci, aſparagi, apij, petroſelini, fœniculi. SYLVII

COST. DE ROSIS multorum. *In affectibus qui ex intemperie viſcerum frigida ortum habent, inter quos eſt corruptio formæ, ideſt malus corporis habitus, ſeu cachexia, plurimum poſſe paſtillum hunc exiſtimo.* D *Caſiæ autem ligneæ loco, quam præter cinnamomum, quærit, à cinnamomo tamen fortaſſe non diuerſum ſpecie, vt iam antea diſputabamus, cinnamomum probatiſſimum ſi ſumas, à ſcriptoris tamen huius mente non puto diſceſſurum.*

MESVE.

TROCH. galliæ magnæ, ſeu regalis, ventriculum, cor, hepar, cæteraſque partes nutritorias roborat, appetentiam excitat, coctionem iuuat. Recipit † ſucci dactylorum immaturorum, libr. j. quæ ſemel feruefiat. cola, in ea coque ad mellis craſſitiem, gallarum recentium curioſe tritarum, vnc. 4. deinde roſarum rubrarum. vnc. 1. cardamomi, † ſeminis fraxini, † ſucci alb. lech. Lingua aue.

fraxini, caryophyllorum, nucis moſchatæ, maſtiches, ligni aloes, ana drachm. 7. & dimidiam, cinnamomi drachm. 3. ſantali flaui drachm. 5. croci drachm. dimid. gummi arabici † drach. 1. tere, cribra, miſce prædictis, extende ſuper marmor oleo amygd. vnctum, donec ſiccentur. terantur tunc tenuiſſime, moſchi aureo dimidio aromatizentur, cum aqua roſata fiant trochiſci parui, ſiccentur in vmbra.

† vnc. 1.

MAN. HAc voce, Suc, vtuntur Arabes ad ſignificandum gallam. Succi Albelach.) Sunt ex genere dactylorum, & credo quod ſint immaturi. De lingua auis, & Darſeni, ſupra dictum eſt.

COST. GALLIÆ magnæ. *Quod ex palmulis lentore tanto præditis ſuccus extrahatur niſi antea, aqua, liquore ve alio macerentur, non video. præſertim ſi à nobis hic parandus ſit ſuccus, quibus non niſi arefactæ palmulæ afferuntur. ſucci ergo nomine, cremorẽ ſeu melliginem eam, quam vno ferè feruore coquendo reddere poſſunt, ſumendam, & inijciendas in hanc gallas, atque ad mellis conſiſtentiam decoquendas putarim. tum vero reliqua, vt præcipitur, perſequenda.*

MESVE.

TROCH. Ramich, ventriculum, cor, hepar imbecilla firmat, & lubrica viſcera ac inteſtina, choleram morbum ſiſtit, acrimoniam obtundit, animum reddit tranquillum, omnem hæmorrhagiam cohibet, ob quam naribus ſanguine fluentibus flando impeditur, alijs medicamentis miſcetur. Recipit ſucci oxalidis vnc. 16. ſemel feruefiant cum roſarum vnc. 1. baccarum myrti vnc. 2. cola, his miſce gallarum curioſe tritarum vnc. 3. coque iterum. Deinde pulueriza ſuperipſa foliorum roſ. vnc. 1. ſantali flaui vnc. 1. & quartã, gũmi arabici vnc. 1. & s. carnii rhois, ſpodij, ana drach. viij. (omphacij, drach. 7.) ſucci baccarum myrti multum tritarum, vnc. 4. ligni aloes, caryophyllorum, macis, nucis moſch. ana drac. 4. miſce omnia ſimul, & extende in ſcutella lapidea vſque dum ſiccentur. poſt tere minutim, & cum caphuræ aur. 1. & aqua roſ. fac trochiſcos parnos, ſicca in vmbra. Sunt qui loco ſucci oxalidis ſumunt ſuccum cydoniorum immaturorum: quidam quoque aromatizant moſchi drach. vnius quarta parte.

MAN. RAmich ſolent vocare Arabes mixturam quandam ex gallis, & paſſulis. Valde adſtringit quocunque modo quis ea vtatur. De ſpodio infra dicit. Sicut alcoho.) i. ſubtiliſſime, vt oculares medicinæ teri ſolent.

SYLVII. IN multas compoſitiones recipitur, propter quas ſolas quibuſdam paratur, illas compoſitiones vſurpantibus. Ramich autem Serapionis gallia eſt, aut galliæ materia. Galliæ autem videntur trochiſci quidam prædicti vocari à gallis fructibus, quas ferè recipiunt, aut per ſe, aut per trochiſcos ramich, qui gallarum vncias tres recipiunt.

Gallia autem moſchata cur ſit appellata, non video, cum nec gallas, nec ramich accipiat: ramich autem neſcio an ex rumice Latina voce corruptum eſt, quem largiſſimum hæc compoſitio recipit.

RAmich. *Ex baccis myrti recentibus ſuccus exprimitur, ex ſiccis non niſi aqua, liquore ve alio aſperſis. id vbi agendum eſt, vt maioris ſit expreſſius illic ſuccus efficaciæ, efficies, repetita ſemel, biſue noua in eo baccarum iniectione, & expreſſione. Rhu autem, cuius quoque hic carnem expetit, leuiter contundendo denſo cortice ſpoliandum, tum abiecto cortice interior ſubſtantia exactiſſime terenda, & reliqua ex ſcriptoris inſtituto per agenda.* COST.

MESVE.

TROCHISCI caphuræ, ad febres ardẽtes, bilis, & ſanguinis feruorem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam, & ab his ſitim inexpletam, icterum quoq; ac phthiſim, & hecticã conferunt, recipiuntque, foliorum roſarum drachm. 4. ſpodij, glycyrrhizæ ana drach. 2. ſantalorum flauorum drachm. 2. & dimidiam, croci, ſeminum melonum, citruli, cucumeris, cucurbitæ, tragacanthi, gummi, ſpicæ, ana drach. 1. ligni aloes, cardamomi, amyli, caphuræ, ana drachmam vnam, partes duas, ſacchari albi, & mannæ ana drachmas tres, cõprehende mucilagine ſeminis pſyllij, & * aqua roſarum.

RES noua, quam gummi arborum dicunt, & putãt valde frigidam. Ego eam quæ ad nos defertur. rem factitiam puto, & calidam. Simeon ambar vocat, dicitque multis locis emanare à quibuſdam veluti fontibus, ſicut aſphaltum, & ſulphur, effeq; aliud fuluum, aliud ſubalbum, & tertium nigrum, habereque vires calefaciendi, & incidendi. MAN.

VT præcedentes parantur non quod per ſe vſurpentur, ſed quod in alias compoſitiones veniant. ſpica tamen, & crocũ, xyloaloen, cardamomum, & etiam ſaccharum, mannam, febribus acutis noxia tolle, ſi contra ipſas his es vſurus. Trochiſci albi, ſeu collyrium album Raſis his affines ſublatis calidis, recipiunt ceruſæ lotæ, drachm. 10. amyli drachm. 4. gummi Arabici, tragacanthi, ana drachm. 2. caphuræ drachm. 5. Fiant trochiſci ſic, gummis aqua roſarum ſolutis addatur reliquorum pulus tenuiſſimus. Fiant trochiſci à medico vtendi in collyria ſicca, vel humida. SYLVII.

CAPHVRÆ. *Conferre hos paſtillos calidioribus morbis, vt hic ſcribitur, facile crederem, ſi crocum, ſpica, xyloaloe, cardamomum, demantur: an vero hecticis eſſe vſui poſſit, facit vt dubitem arefaciendi vis, quam pleriſque eorum ineſſe certi ſumus, quæ ad hos ipſos parandos veniunt.* COST.

MESVE.

TROCHISCI rhabarbari, valent ad hepatis obſtructionem, dolorem, tumores præter naturam, affectus inueteratos eiuſdem, & hydropem, & icterum, & formæ corruptionẽ. Recipiunt rhabarbari boni, drach. 10. ſucci cupatorij, amygdalarum amararum ana drach. 3. roſarum drach. 3. ſpicæ, aniſi, rubię, abſinthij, aſari, ſeminis apij, ana drachmam 1. fac trochiſcos ponderis vnius aurei.

TRochiſcorum de rhabarbaro vſus eſt conueniens ad dolorem hepatis frigidum a materia CHRI.

pun-

pungitiua, & ad oppillationem ipsius. sunt enim aliqualiter solutiui materiei subtilis aquosæ, ac citrinæ, & ideo multum conueniunt hydropicis, & his quibus habitudo corporis, seu forma corrumpitur, & dosis est vsque ad drach.i.cum aqua, vel vino secundum exigentiam dispositionis curandæ, cum decoctionibus, & cætera. Notabis vnum, quod Mesue non ponit liquorem, cum quo debent confici isti trochisci, sed secundum quosdam debent confici, cum succo de eupatorio.

MAN. HOrum potus in his, qui mali habitus sunt, magnæ vtilitatis est. His vti assueuerunt medici in febribus ex decidentia acutis, & incipiēte malo habitu.

SYLVII. QVIBVSDAM sunt in vsu ad frigidos, & pituitosos ac etiam bilioſos affectus hepatis, quibus corporis habitudo, seu forma cachexia corrumpitur, vt in hydropicis, & B icteris, & eqteris cachecticis, ob hepatis deprauatam actionem. Dantur drach i.ex aqua aut vino, pro affectuum, & aliorum indicantium natura. Ad comprehendenda autem omnia, vt trochisci fiant succo eupatorij largiore opus est. Trochisco ex rheo Indico Actuarij sunt his affines ponderibus tamen variant.

COST. RHABARBARI. *An simplicia quæ arida hic, & in puluerem ducta sumantur, pondus æquantia drachmarum vndeuiginti, drachmis succi eupatorij quatuor, & succo amygdalarum eiusdem ponderis cogi recte possint, non sat scio. succo largiore opus esse ait Syluius, quod experimento probabis.*

MESVE.

TROCHISC. spodij efficacissimi in febres acutas, ventriculi, & hepatis inflammationem, & sitim vehementem. Recipiunt spodij, drach. iiij. rosarum rubrarum, drach.vij. seminis portulacæ, succi glycyrrhizæ, ana drac. ij.cum muccagine seminis psyllij fac trochiscos drachm, vnius: vtere cum succo mali granati. Sunt qui addunt seminum quatuor, gummi Arabici, tragacanthi, croci ana drachmam vnam, & dimidiam.

MAN. SPODIVM fit liquescentibus cadmia, & ærario lapide: tenuior enim pars exhalans, & tecto fornacis adhærens ampullescit, & παμφόλυξ appellatur. Pars vero grauior descendit, & pauimento, vel lateribus hæret, quæ spodium vocatur. Recentiores Auicen. sequentes, antispodion spodio præferunt, maxime, id quod ex cannarum radicibus exustis, licet sint alia plura D præstantiora, vt quod ex myrto, vel olea, vel lētisco. Modum autem confectionis tradit Dioſc.lib.5. Veri autem spodij vsus non fuit, nisi extrinsecus admouendo.

COST. SPODII. *Si pro spodio hic ebur vstum sumas, non dissenties a doctis viris. Licebit etiam cerumū cornu vstum, læuigatumque, atq; in cote præparatū sumas.*

MESVE.

TROCHISCI. spodij alij, cum semine oxalidis ad febres bilioſas, cum alui fluore valent, inflammationem ventriculi, & hepatis, & sitim continuam sedant. Recipiunt rosarum rub. drachm. duodecim, spodij, drachm. decem, seminis oxalidis, drachm. sex, seminis portulacæ, seminum coriā dri aceto maceratorum, & torrefactorum, pulpæ rhois, ana drach.ij. & s. amyli assi, balaustiorum, baccharum oxyacanthæ, ana drachm.ij. gummi Arabici assi, drach.j. & dimidiam, cōprehende omphacio, vtere cum aliquo succo adstringente.

ISTI trochisci multum conferunt fluxui ventris CHR ab humore cholerico facto, ac etiam dysenteriæ cum excoriatione intestinorum, præmissa tamen aliquali euacuatione cum aliquo quod euacuat comprimēdo, vel cum rhabarbaro torrefacto, vt superius dictum est, & dosis ipsorum est vsque ad drachm. i.cum aqua plantaginis, vel cum alijs aquis conue- B nientibus, vel cum vino pontico lymphato cū aqua ferrea. Et maxime conueniunt non solum per superius assumpti vna vice, vel pluribus secundum exi- *Exhibitio eorum duplicitur.* gentiam in tempore congruo, sed per inferius cum clysterijs, vel cum alijs stypticis cōstrictiuis, premissis tamen lenitiuis, & abstersiuis clysteribus, vt sumendo de ipsis trochiscis cum vino pontico paruo, & cum aqua hordei cum alijs liquoribus, & quandoque addimus succum plantaginis, vel aliquid de pinguedine ad faciendum virtutem medicinarum penetrare, in substantiam intestini, & ad alterandū humorem calidū, qui vt plurimum est causa fluxus. Et non solum isti trochisci conueniunt fluxui vētris, sed & acute febrientibus, sitim extinguendo. conueniunt etiam inflammationi stomachi, & hepatis assumpti per superius cum aqua endiuiæ, & similibus C aquis frigidis alteratiuis. Nota quod eius sunt duæ *Acetosa species duæ.* species, scilicet syluestris, quæ vocatur lapatium, & domestica. quæ apud nos vocatur acriumcello, & iste proprie vocatur acetosa, quæ est frigidæ complexionis in tertio, & siccæ in secundo. Coriandri. est semen notum frigidæ compl. in primo, & siccæ in secundo. habet tamen partem aliquam corticalem extrinsecam paruam, quæ est valde calidæ complexionis, & siccæ in secundo. Infunditur autem in aceto, vt huiusmodi extrinsecæ, & insensibilis partis caliditas, & malitia remoueatur ab ea. ac etiam, vt subtilietur reliqua parte eius, vel substantia facilius penetret ad partes eius profundiores.

Potentes essent in adstringendo, sed non parantur. MAN.

FLVORIM alui, & dysenteriam iuuant, vel poti drachm. SYLVII. i.cum aqua plantaginis, aut vino austero, aqua chalybeata iugulato, si febris adest, vel drach.ij. clysteri iniecti: purgato tamen prius corpore per rhabarbarum torrefactum, vel simile, & intestinis clysteri alio ante detersis: sitim vero, & febrilem ardorem extinguit cum aqua intybi, cichorij, vel alia.

SPODII alij. *Quid sit quod amylum hoc loco, & gummi arabicum assum velit, non satis apparet. non est profecto vt vim glutinandi, quæ his ineſt, angeri assatione existimemus. quin etiam, vt assando igneam violentiam experiuntur, ita dubitare licet eadem minus opportuna ad eos affectus esse, quorum gratia hic cum alijs quæruntur. Sed fortasse non assationem vere, at desiccationem tantum quærit, vt in puluerem cōmodius duci possint, in quem duci non possunt, nisi aridiora. Alienus vero ille calor, quem igni admota experiuntur, refrigerante vi omphacij reprimitur.* COST.

ME-

MESVE.

TROCHISC. oxyacanthæ, febres ardẽtes extinguunt, ac sitim vehementem. Recipiunt baccarũ oxyacanthæ, aut succi earũ, glycyrrhizæ, seminis portulacæ, spodij, ana drach.iij. rosarum drach.vj. spicæ, croci, amyli, tragacanthi, ana drach.j. seminis citruli, drach.iij. & dimid. caphurę drach. dimid. cum manna fac trochiscos.

MAN. NEc hos vidi parari, non putarim tamen tam validos, vt dicit Mesue, ad sitim sedandam.

COST. OXYACANTHA. *Berberorum acini detracta carne, si quem vsum præbent medendo, eos dixerim vt punici acinos siccare, & adstringere refrigerando. Sed & spodium creditur refrigerare cum siccitate, vt portulacæ quoque semina, & rosæ. At aridtatem sitis non modo sedare, sed contra excitare nullus neget. Quin, & spicam, & crocum, quæ calfaciũt siti aduersa esse certum est, vt de camphora quoque dubitatur. An ergo id præstare hi trochisci possint, quod hic scriptor pollicetur? Glycyrrhizæ succus humectat cum caloris temperie moderata, & amylum quoque, & tragacantha, & citruli semina humido agnoscũtur temperamento citra calorem, quare temperari superiorum siccitas posteriorum accessione poterit. ad quæ præstanda crocum quoque, & caphura dum reliquorũ penetrationem adiuuant, nonnihil ferre opis possunt. Quare ardentium febrium æstus restringuere posse diffitendum non est, quando astringente illa cum refrigerio vi reprimere biliosi humoris violentiam potest, & hoc nomine dum eundem à ventriculo humorem exprimit. sitim quoque cohibere posse arbitrandum est.*

MESVE.

TROCHIS. oxyacanthæ alij, ad intẽperiem calidam, fluorem alui, hepatis dolorem, recipiunt baccarũ oxyacanthæ drach. ij. spodij, masticbes, xyloaloes, galliæ (spicæ) seminis oxalidis, ana drachm.j. rosarum drach. quinque: gummi drach. iij. cum aqua rosarum fac trochiscos.

SYLVII. RARIOR vsu hic, quam superior, amborum loco fuerit vua oxyacanthæ condita.

COST. OXYACANTHAE alij. *Quam hic galliam sumas, non explicat. Sed magnam, seu regalem paulo ante descriptam non temere sumes, quæ & immaturas palmulas recipit, & gallas, & alia quædam, ad ventris fluorem atque ad calidiorem intemperiem, non dicam auferendam, sed moderandam tamen opportuna.*

MESVE.

TROCHIS. absinthij, obstructiones ventriculi, & hepatis, & ab his dolorem, & febres antiquas tollunt. dictas partes, reliquasque nutritorias roborant. appetentiam excitant. Recipiunt rosarum, absinthij, aniſi, ana drach.ij. rhabarbari, succi eupatorij, asari, apij, amygdalarum amararum, spicæ, masticbes, folij, ana drachm.j. fac trochiscos cum succo intybi. Da cum succo herbarum.

MAN. HI communiter conficiuntur, & vtiliter bibuntur in longis febribus.

SYLVII. SCILICET absinthij, eupatorij, apij, aut cum aqua ex ipsis destillata.

COST. PRO *folio erit spica eiusdem facultatis. herbæ autem succus, cum quo hi pastilli formantur, erit ex aliqua propositarum hic stirpium, optione tua. Nunc ad hos ipsos contumaces affectus succum apij vulgaris frequenter vsurpari video, ingrato certe odore ac sapore molestum, & qui non prorsus expectationi respondet. poteris tu etiam decoctio, vel stillatitio ex huiusce modi rebus liquore vti.*

MESVE.

TROCHIS. eupatorij, obstructionem, & tumorem præter naturam hepatis, & lienis sanat, ac inde natas febres antiquas, & harum rigorem, icterum, incipientem hydropem. Recipiunt mannæ, succi eupatorij, ana vnciam j. rosarum † vnc. dimid. spicæ, drach.iij. rhabarbari, asari, aniſi, ana drachm.ij. spodij † drach.iij. & dimid. cum † herbarum succis, forma trochiscos, & cum ijsdem vtere.

† vnc.s.s. † drach.ij.s. † Eupatorij.

MAN. ET hi quoque passim conficiuntur, sed à paucis bene, ignorantibus veram eupatorium. Cum succo herbarum.) Cum succo videlicet Eupatorij.

COST. EVPATORII. *Pro eupatorij succo si agrimoniæ succum sumas, non temere facies. Sed Mesue eupatorium semper in huius scriptoris compositis intelligam.*

MESVE.

TROCHISCI aniſi, obstructiones hepatis, & alios eius morbos, & inde natas febres antiquas sanat. Recip. aniſi, eupatorij, ana drach.ij. seminis anethi, spicæ, masticbes, folij, absinthij, asari, apij, amygda. amararum ana drachm. s. aloes, drach.ij. compone cum succo absinthij, & apij. Da cum syrupo acetoso, & succo herbarum.

MAN. HI parari recte non valent, quia caremus folio. Secundi possent quidem parari, sed non parantur.

COST. ANISI. *Quam aloen hic proponit, xyloaloen Syluius interpretatur, vt etiam in sequenti, quod non improbo. Sed aloen succum ex scriptoris huius mente sumẽdum existimarim: & quia in eos usus opportuna est, ad quos hoc paratur medicamentum, & quia in superioribus, quum xyloaloen quærit, lignum aloen, non absolute aloen scribit. Sanè licet inopia folij legitimi pastillum hunc parari posse Manardus neget: folij tamen loco spica addi posset, non imparem opem allatura.*

ME-

MESVE.

TRochisci anisi alij ex decẽ simplicibus, hepatis vitia, & inde natas febres antiquas, & quartanas, & formam corrumpentes sanare sunt a veteribus probati. Recip. † anisi, succi eupatorij, ana drachm. iiij. mastiches, spicæ, apij, absinthij Romani, asari, folij, ana drach.j. amygdalarum amararum drachm.j. & s. (ligni) aloes boni, drachmas duas, confice cum decocto absinthij.

† Al. anisi drachmas iij. succi eupatorij drac. ij.

SYLVII. MATERIAM crassam tenuant: obstructiones hepatis, & lienis liberant, flatus dissipant.

COST. ANISI alius. *Idem ferè pastillus hic est cum superiori, variatis tantum ponderibus, & repositio pro succo apij eupatorio, sumenda vero, & hic aloe succus, non lignum, & succedaneũ folij pro folio.*

MESVE.

Trochi. de Lacca. TRoch. Cancami, ad obstructiones hepatis, & lienis, & inde natas febres varias antiquas, & ascitem, vrinas mouent. Recipit Cancami mundati, succi glycyrrhizæ, absinthij, oxyacanthæ, succi eupatorij, rhabarbari, aristolochiæ (longæ) costi, asari, amyg. amararum, rubiæ, anisi, apij, schœnu anthus, ana drach.j. fac trochiscos ponderis drachmæ vnius.

MAN. SI ex veta parentur, erunt valde vtiles in aqua intercute.

COST. CANCAMI. *Lacca vera non caremus, costo potius legitimo caremus. cuius loco si Zedoariã vel angelicam sumas, non errabis, vt puto.*

MESVE.

TRoch. Terræ sigillatæ nostri admodum efficaces ad sputum sanguinis cum aqua plantaginis poti: ad fluorem vero sanguinis è naribus, fronti illiti; ad menses immodicos, vtero iniecti, vel pubi illiti: ad mictum sanguinis in vesicam iniecti; & ad alias hæmorrhagias, parti sãguine fluẽti impositi. Recipiũt sãguinis draconis, gũmi Arabici assi, ramich, foliorum ros. & seminis carũdem, amyli assi, spodij, acaciæ, hypocistidos, lapidis hæmatitis, balaustij, boli Armenicæ, terræ † sigillatæ † fumariæ, coralli, succini, ana drachm. ij. margaritarum, tragacanthi, papaueris nigri, ana drach.j. & s. portulacæ assæ, cornu cerui usti, thuris masculi, croci, ana drachm.ij. cum aqua plantaginis. fac trochiscos. Da cum aqua infusionis spodij, gummi, boli armenicæ, spicæ, ad sputum sanguinis de thorace, aut pulmone reiecti. cum aqua portulacæ sumitur: ad excoriationem, cum succo cydoniorum, vel alio adstringente: ad hęmorrhagiam partium infernarum injcitur cum aqua bursæ pastoris. Cogimur interdum his trochiscis addere opij drach.ij. aut plures, aut pauciores.

† Sedenagi.

ISTI trochisci generaliter sunt in vsu. Ingrediuntur enim compositionem magnorum antidotorũ, & administrantur à medicis non solum in puluere pos cum liquoribus conuenientibus, & membra extrinseca liniendo cum illis dissolutis, tamen cum aliquo liquore conuenienti, & principaliter conferunt, si per os assumantur cum succo, vel aqua buglossæ, vel plantaginis, quæ est herba nota frigidæ, & siccę complexionis in secundo gradu, & per se sola est mirabilis, cuilibet fluxui sanguinis ex fractura venæ in pectore, etiam summe conueniunt liniti super frontem, & tempora cum prædicto succo plantaginis, & albumine oui mixtis, & conquassatis, ad resistendum superfluo fluxui sanguinis subtilis, & calidi euenientis ex naribus, etiam eodem modo conueniunt cum eodem succo, & albumine oui liniti super partes femoris, & pectoris, & renum in mulieribus superflue menstruantibus. CHR. *Mirabile in fluxu sanguinis.*

ADDITIO.

Notabis, quod sæpe fit error communiter in dispensatione istorum trochiscorum propter ignorantiam significationis istius vocabuli sedenagi, vel sedenegi. Nam quidã dicunt, quod est semen fumiterræ, vt hic Christoforus de honestis, alij vero dicunt, quod est semen cannabis. Nonnulli vero dicunt, vt habetur in synonymis Auic. & credo, melius, quod semen granati syluestris, & est melius ad propositum.

TERRA sigillata ante paucos annos, non affereba tur, nunc cæpit adportari. A Græcis dicitur Lẽnia sphragis, vel terra Lemnia. His igitur troch non magna vis est, si communis illa, & vulgaris apponatur, quam terram sigillatam officinæ adhuc vocant, & pro vera vendunt. Sanguinis Draconis.) Secundum Serapionem, & Auic. est succus herbæ, quæ a Dioscoride vocatur Achillion. Nunc defertur a Lusitanis: diciturque ab eis esse succus quarundam arborum. Sedenagi.) Dicunt esse semen cannabis, quod quidem adeo siccum est, vt genituram virorum extinguat. MAN.

TRoch. sphragidis Lemniæ, seu sigillati terræ Lemniæ, in fluore sanguinis è naribus, ex succo plantaginis, & oui albumine soluti, fronti, & temporibus applicantur: in mensibus immodicis, coxis internis, & lumbis. Sedenagi autem quod hic habebat interpres quidam non fumariam, sed cannabis semen intelligunt, quod euphistitidem alij dictum volunt. SYLVII.

TERRAE sigillatæ. *Pro gummi asso, hic quoque vt in superioribus, desiccatum non etiam exassatum gummi sumerem, quum semina rosarum expetit, aduersari experimento eorum dicas, qui id semen ad retentam vrinam, strenuo euentu præbent. Sed aut id semen roboratis renibus astrictoria vi quam eius præfert sapor, vrinam quoque excitat: aut si modo aperiendi vi præditum est, vt est aliorum sententia, non tamen hic ad aliorum astringentium medicamentorum impellendam vim importune additur. Pro lapide hæmatite, qui rubricam sumunt, temere agunt, quando legitimus non deest. In arabico textu proponitur etiam sedenagi, quam vocem alij fumariam, alij cannabin vertunt,* COST.

vertunt, vtrum ſumperis non puto erraturum, fumariã E *quidem, vt quæ terrenarum partium vi cogere laxiores partes, & conſtringere aliquo modo poteſt: Cannabis autem ſemen, quod licet calidiori ſit temperatura præditum, cum tam multa tamen frigidarum rerum copia temperatur: exſiccat autem inſigniter, atque adeo ad cohibendum ſanguinem non eſt prorſus ineptũ.*

In manuſcriptis exemplaribus duę ſequentes trochiſcorum deſcriptiones inueniuntur.

CONFECTIO *trochiſcorum de Croco, conferens ad internos capitis dolores, & hemicraniam difficilem, & ſahara vehementem. Recipit Croci, aur. vij.s. Colchotar. aur. v. Aluminis. aur. viij. Myrrhæ, ſpicæ, ana aur. i.s. omphacij, calchadis, ana drach. i.s. gũmi, aur. ij. Fiant trochiſci cum vino ſtyptico, & cum neceſſe fuerit, diſſoluatur vnus cum aceto permiſto cum aqua roſacea, & liniantur frons, & tempora. Si autem inſomnietatem patitur, opij aur. iij. addes.* F

CONFECTIO *trochiſcorum de Arſenico, & ſunt boni ad excoriationem, & ad dyſenteriam, & herpetem. Recip. Arſenici citrini vnc. i. Calcis non* ¶ *Alias Tartari cumbuſti.* *extinctæ drach. xij. Acaciæ, † chartarum aduſtarum, fęcis aceti aduſtæ, aluminis, balauſtij, ana drach. ij. colcotar, floris æris, ana drachm. v. terantur cum aceto, & ſient in ſole per decem dies, & fiant trochiſci, & reponantur in vaſe vitri, & ſtringatur os eius, & ponatur vas in vaſe vbi fuerit acetum, & ſint vltimi, & quando inuitat neceſſitas, ponunt in eis opij drach. iij.*

MESVE.

Trochi. alĩ. dai. G

IROCH. Colocynthidos in hierã Hermetis, & cõpoſitiones alias inijciendi loco colocynthidos. Recip. pulpæ colocynthidos albæ, & leuis, & ſeminibus purgatæ, † drachm. x. forcipibus incidantur, & fricentur cum vnc. j. olei roſati: fac trochiſcos cum mucęagine ex tragacãthi, gummi, bdelij, ana drach. vj. aqua roſarum dies quatuor maceratis, ſicca in vmbra, tere curioſe, & cum eadem mucęagine forma rurſus trochiſcos, & vtere.

† al. vnc. x.

CHR. ISTI trochiſci per ſeipſos non habentur in vſu, ingrediũtur hieram Hermetis ſuperius dictam, & habent tamen virtutem ſolutiuam materierum craſſarum phlegmaticarum, propter colocynthidem, quæ in eis ingreditur. Et doſis eſſet ad drachm. i. ſed non conſulo eorum vſum. H

MAN. SVNT hi veluti caſtigatio quædam, ſeu præparatio colocynthidos: & propterea longe ſecurior eſt eorum, quam illius vſus. Diligenter autem cognoſcendum ab eo, qui hoſce parauit, quantum colocynthidis in eis poſuerit, alij enim plus, alij minus accipiunt, cum ægrotantium detrimento ſi id medicus ignorauerit. In meo codice decem drachmis colocynthidos adduntur decẽ, & octo aliarum rerum, qui modus facit, vt tuto poſſit eorum dari integer ſcrupulus, præcipue ſi ſecundo contritus eadem addita ſint.

NEC hiera Hermetis, nec hi trochiſci etiam in ſimplicibus Meſuæ deſcripti vſurpantur. ſalubriores tamen, quam ipſa colocynthis ſunt. SYLV.

COLOCYNTHIDOS. *Idem ferè libro ſimplicium. Quod terendam ait colocynthida contritione exacta, repetẽda ſint, quæ lib. canonum, tenuiſſime nempe terenda eſt, ne ſi forte portiones craſſiores ventriculo, aut inteſtinis inhæſerint, dum humore imbutæ tument, ſui acrimonia exulcerent.* COST.

MESVE.

IROCH. Santalorum ad febrem ardentem, ventriculi, & hepatis intemperiem calidam, & ſitim. Recipit trium ſantalorum, ana drachm. viij. ſpodij, ſeminum cucumeris, cucurbitæ, citruli, portulacæ, boli Armenicæ, ana drachm. iiij. roſarum † drach. vj. fac trochiſcos cum aqua portulacæ. Da cum lacte acido, aut omphacio, aut ſucco acido citri, aut ſucco ribes.

† *Vulg. habent drach. viij. cãphora drach. i. berberis aut ſucci eius, drac. vi. cõfice eũ aqua portulacæ. Da cum lacte &c.*

SATIS anceps ſum, an quos ſandalos nunc vocant, frigidi ſint. Calefacere enim videntur dum guſtantur, & extrorſum admouentur. Non conſueuerunt tamen trochiſci ex eis parari, ſed electarium, quod triſandalum Nicolaus nuncupat, quo tamen infrigidandi cauſa dato, multos audiui ſe amplius calefactos affirmantes.

SANTALORVM. *Santali an refrigerent, experimento acquieſcendum eſt. In magnis iecoris inflammationibus quotidie vſurpantur, non fruſtra, hic vero cum tam multis refrigerantibus medicamentis miſtos certum eſt eos præſtare vſus poſſe, ad quos præponũtur.* COST.

MESVE.

TROCH. ſantalorum alij idem promittentes. Recipit ſantalorum flauorum, drachmas duas, gummi Arabici, ſeminis citruli excorticati, ana drachmam vnam, ſeminũ lactucę, portulacæ, tragacãthi, ſucci glycyrrhizæ, ana drac. s. Fac trochiſcos. vtere vt prius.

MESVE.

TROCH. Hamech, ſedant inflammationem, ventrem leniunt, thoracẽ purgant. Recipit foliorum violarum humidi, & ficci mediorum, aur. xij. turbith. albi, & gummoſi, aur. vj. ſucci glycyrrhizæ, aur. iij. mãnę, † drac. tres, fac trochiſcos. Dantur aurei duo cum ſaccharo, aut pulpa caſiæ fiſtulæ, his interdum coacti addimus ſcammonij drach. ij. † *drach. iij.*

NON ſunt in vſu, tamen poſſumus vti eis ad diſſoluendum omnem ventoſitatem craſſam a quacunque materia factam, ſunt etiam ſolutiui materierum phlegmaticarum, & aquoſarum, & ſi eis addatur ſcammonea, vigoroſius ſoluunt materiam phlegmaticam, & etiam cholericam. Et doſis eorum pulueris abſque ſcammonea eſt drachm. ij. cum ſcãmonea vero eſt drachm. i.s. ſecundum virtutis fortitudinem. CHR.

AD-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0328-7 DFG

ADDITIO.

Isti trochisci Hamech dicũtur trochisci de violis, Mes.c.de turbith habet trochiscos de violis auctoritate Hamech, qui tamen parũ ab istis differunt,idẽ c. de asthmate habet trochiscos de violis,qui parum ab istis differũt, similiter Serapio in proprio antidot. habet duas descript.trochiscorũ de violis, sed parum ab istis differentes,qui similiter in vsu non sunt.

MAN. DE cyperis,& de ligno aloes, quia non conficiuntur forte ob immodicum precium, dimisi.

SYLVII. DRACHMIS duabus purgant aquas,& pituitam crassam, flatusque dissipant. Si autem scammonium acceperint, etiã bilem purgãt sesqui drachma dati. Trochisci de violis in turbith, & capite de asthmate istis sunt finitimi.

COST. HAMECH. *quod folia non flores violarum sumat, præter aliorum, & ipsius quoq; Mesue institutum videtur, qui floribus non foliys purgandi vim tribuunt, propterea dubitare licet pro floribus librarij errore reposita esse folia, quamuis enim non negem folia quoq; cum refrigerio lenire,hic tamen malim flores vbi purgandi vis expetitur. Quod si quis folia sumenda ad Mesue mentem contendat,quia quum flores alibi expetit absolute violas sumi iubet,ex quo nostra de errore cadit coniectura : at meminisse oportet scribi hæc ex Hamech sententia, cuius fortasse nõ idem erat mos scribendi, qui Mesue.*

MESVE.

TROCHIS. cyperi, corruptionẽ, malamq; coctionem ventriculi, & inde natum oris fœtorem salubriter,& certo emendant.Recipe zingiberis, cardamomi, nucis mosch.cubebarum, macis,caryophyllorum,galliæ,gũmi Arabici, ana aur.j.corticum citri,mastiches, florum schœnu anthus,cyperi,spicæ,cinnamomi, emblicarũ, extremitatũ myrti, ana aur.ij. sunt qui addunt moschi ceratia duo: fac trochiscos cum melle vuato, vtere cũ vino odoro post purgationem,& vomitum.

SYLVII. HORVM troch.drach.j. post vacuationem materiæ in ventriculo putris,& corruptæ,suo vapore tetro expirationẽ corrumpentis,odorem fœtidum emendat, tum quia coctionem iuuant aucto calore nativo,& ventriculo ab his roborato:tum quod odore aromatico etiam cor, & cerebrum roborante,oris halitum fœdum tegunt, multum tamen calent, ob id ætate suspecti, & quibus hepar est calidius.

COST. CYPERI. *Quam galliam hic velit,non aperit. Sed quamcumq; ex tribus primo loco descriptis sumpseris, recte sumes.*

MESVE.

TROCHISCI ligni aloes,ventriculũ, cor,hepar,imbecilla roborant, ob id valent ad oris fœtorem, pulsum cordis,syncopem,hydropem.Reci.ligni aloes,rosarum,rub.ana drach.ij. mastiches, cinnamomi,caryophyl. galliæ, spicæ,macis, nucis moschi,cubebarum, cardamomi maioris,& minoris,corticum citri, pastinacæ,ana drach.j. & s. moschi,ambræ, ana drachmæ vnius partem sextam, fac trochiscos cum melle vuato. Da cum vino odoro,& aromatico.

LIGNI aloes. *Mel pastularum quo hic,& in præcedenti reliqua excipit,melligo est,quam vuæ passæ reddunt, alioqui si apum melle vtaris, vix densari poterunt pastilli.* COST.

MESVE.

TROCH. Capparum, ad splenis duritiem, & flatus eius dissipandos. Recip.corticũ radicis capparis, seminis agni,ana drachm.vj.melanthij,calaminthes,acori,amygd.amararum,nasturtij, ammoniaci,foliorũ rutæ,aristolochię rotundę,succi eupatorij,ana drach.ij.cyperi,scolopẽdrij,ana drach.j.puluis horum omniũ comprehendatur ammoniaco aceto dissoluto. Datur aur.j.cum vino,cui incocta sint radix capparis, cortex fraxini,& cortex tamaricis, aut extremitates ramorũ eius, & cortex salicum. Sunt qui valentius efficiunt duplicato ammoniaco.

ISTI trochisci sunt principaliter subtiliatiui materierum crassarũ melancholicarum, & illarũ resolutiui,virtutẽ, & efficaciã habent in aperiendo oppilationes, & remouendo duritiẽ splenis,& hepatis, sunt etiã resolutiui ventositatũ crassarum in mẽbris prædictis, & in quibuscunq; alijs.Et dosis ipsorũ in puluerẽ redactorũ, & tempus exhibitionis ipsorũ est sicut trochiscorũ diarhodon,cũ vino subtili,vel aqua scolopendriæ,vel cum alio liquore cõuenienti. Et est vsus eorũ magis cõueniens in passionibus splenis frigidis a materia melancholia,& sunt valde notãdi,sumunt autẽ cortices radicum capparis, & sunt capparis fructus cuiusdã herbæ calidæ cõplexionis, & siccæ in secundo, nascentes in partibus Alexandriæ, & Apuliæ : & cortices radicis sunt calidiores, & ficciores : ac masticatæ, & in ore retentæ mirabilẽ virtutẽ habent in subtiliando materias crassas phlegmaticas contentas in capite, illas inferius attrahendo,vt facilius expuantur. Semẽ agni casti, hæc est arbor calidæ cõplexionis in primo,& siccæ in secundo. Nigellæ,semen est cuiusdã herbæ calidæ compl.in tertio,& siccæ in secundo,debẽt assumi cum vino,in quo coquatur radix capparis. Radix tamarisci. est tamariscus arbor calidæ,& siccæ compl.in secundo gradu,habẽs mirabilem virtutẽ ad splenis duritiem. Cortex salicis. Est salix frigidæ complexionis,& siccæ in primo. *Tamarix.* *Nigella.* *Capparis.*

HORVM creber est vsus in lienis affectibus. Scolopendriam.) Eam videlicet, quæ vocatur citracum. Agnus castus.)Lygos,vel vitex dicitur. MAN.

MATERIAS crassas melancholicas tenuant,lienis,& hepatis obstructiones liberant, sicque duritiem eorum sanãt, flatus crassos indidem, & ex partibus alijs dissipant. Dantur ieiunis cum vino tenui, vel aqua asplenij. Cortex salicis astringens, parum scopis propositis conuenit. SYLVII.

CAPPARVM. *Quod hic ad lienis humorẽ vsurpatur cortex salicis frigido ac sicco tẽperamẽto, & astringens, mirũ videtur : propterea q; legendũ dicas* COST.

eas cortex filicum, est enim huic vis strenue detergendi. Sed si salicis quoque corticem sumas, parum interesse arbitror, in tanta enim aliarum rerum aperientium sylua, astringente etiam re aliqua, & robur laxiori visceri conciliante est opus.

E

MESVE.

TROCH. electri, omnem hęmorrhagiā sistunt. Recipiunt succini, aur. sex. cornu cerui vsti, gūmi vsti, coralli vsti, tragacanthi, acaciæ, hypocisthidos, balaustij, mastiches, cancami, papaueris nigri assi, ana aur. ij. thuris, croci, opij ana aur. j. & s. fac trochiscos cum mucilagine semi. † psyllij.

† aqua fernente macerati.

Confectio trochiscorum de charabe abscindentium sanguinem de omni loco manationis eius. Accipe charabæ, aur. vj. cornu cerui adusti, gummi adusti, coralli adusti, tragacāthi, acaciæ, hypocisthidos, balaustiæ, masticis. laccæ, papaue. nigri assi, ana aur. ii. thuris, croci, opii, ana aur. i. & s. Fac trochiscos drac. i. cū mucilagine psyllij.

F

CHR. ISTI trochisci conueniunt in passionibus, in quibus sanguis superflue emanat, & maxime superfluo fluxui sanguinis a pectore, & ruptura venæ in ipso, & superfluo fluxui sang. ab hepate, renibus, & intestinis. Sed super omnia confert superfluo fluxui sang. hemorrhoidarum, & menstruorum, & debent exhiberi cum aqua plantaginis, vel succo eius, seu cum aqua myrti seu corrigiolæ, vel aqua pluuiali chalybeata, possent etiam exhiberi cum pauco vino ponti-
G co, vel succo agrestæ absq; sale, seu cum vino granatorū, vel cū similib⁹ succis. Et dosis eius est drac. i. Et modus cōstructonis apparet ī litera, & simplicia sūt superi⁹ declarata. Et nota, qđ isti trochisci nō solū cōueniūt si p intus assumant' in supradictis casibus, sed etiā in dysenteria cū clysteri maxime cōueniunt præmissā mundificatione, & euacuatione cū pharmaco leui euacuante, comprimendo, vt dictum est supra.

MAN. ISTI trochisci a Paulo trochisci de electro dicuntur, & aliter, in hunc videlicet modum describūtur: Psyllij vnc. v. mastiches, ramentorum electri, ireos, croci, ana vnc. iiij. opij, vnc. ij. CHARABE.) Succinum, & a quibusdam electrum dicitur.

SYLV. Δι' ἠλέκτρου seu ex succino, fluxum sanguinis præsertim, thorace pulmone, hepate, renibus, vtero, hæmorrhoidib. drach. j. sumpti cū aqua, aut succo plantaginis, vel polygoni, vel ficulnum, aut vino granatorum, aut omphacio non salso, aut vino austero imbecillo, & aqua pluuia chalybeata. In dysenteria quoq. clysteres injiciuntur corpore purgato per rhabarbarum, vel alio comprimendo vacuato. Paulo autem fiunt troch. dialectru ex psyllij vnc. v. mastiches, electri, scobis tridis, croci, ana vnc. iij. vel cum Gal. Oribasio, Actuario drach. xxx. opij, vnc. ij. vel cum Oribasio, & Actuario xv. cætera apud hos sunt eadem, nisi quod Actuarius scobis lotī recte addit. Nam lotus arbor siccat, adstringit decocto suorum ramentorum in aqua aut in vino, etiam Gal. in lib. 7. simp. vt pilos fluētes cohibeat, & fluxum muliebrem, dysenteriam, cx hacum affectum.

COST. ELECTRI. *Qui trochiscis de charabe nuncupatis recētibus vsi sunt, passi interdū sunt eius insaniæ vestigia, & stuporem, & mentis molestiā, quæ efficere opiū solet, vt propterea in huius medicamēti vsu prudēter cū ijs agendū sit, quibus cerebriū est imbecillū.*

MESVE.

TROCH. † Halicacabi, ad renū & vesicæ vlcera, † natam inde dysuriam. Recipit † baccarum halicacabi, drachm. tres, seminis citruli, † melonis Indi, cucurbitæ, ana drachm. iij. & dimidiam, boli Armenicæ, gummi Arabici, thuris, sang. draconis, papaueris albi, amygdalarum amararum, succi glycyrrhizæ, tragacanthi, amyli, nucleorum pineorū ana drach. vj. semin. apij, succini † boni, hyoscyami, opij, ana drachm. ij. Da drach. j. cum iulep, aut cum hydromelite.

† Alchechengi. † Vet. & dolorem quando sedigitur vrina. † granatorum. † albatecha † Sinopidem vt multi seu macram. Malnar.

CHR. TROCHISCORVM de alchechengi principalis vtilitas est in passionibus renum, & vesicę. nam conueniunt ardori vrinæ, excoriationi renū, vesicæ, & viarū vrinæ, mundificant, & consolidāt vlcera facta in eis, & dolorem mitigant, si pluribus continuis diebus assūmātur. Et dosis ipsorum, & tēpus, & modus, est sicut de trochiscis diarhodon cum iulep rosato, seu aqua mellis, aut vino pontico, secundū exigentiā dispositionis. Sumuntur hic grana alchechengi, & est species solatri facientis cōchulas rubeas, reclusas in folliculo rubeo frigidæ, & sicca cōplexionis in secundo, & istæ cōchulæ sunt illæ quæ habētur in vsu. Et alia species, quæ facit cōchulas nigras sine folliculo, quæ est frigidior, & siccior supradicta, cuius succus est summe cōueniēs positus ab extra ad remouendū omnem superfluā caliditatē extrinsecā, & eius succus cōuenit positus super fronte, & tēporibus, ad remittendū, & prohibendum alienationem, & phrenesim. Batecha est melo longus, & viridis, qui in partibus nostris multum comeditur in fine veris, non tamen est sanus. quia duræ digestionis, & mali nutrimenti. Et est frigidæ, & humidæ complexionis in primo.

Alchechengi.

Batecha.

Bolus.

ADDITIO.

Isti trochisci sunt in vsu maxime secundū præsentem descript. & possunt fieri cum opio, & sine opio secundū voluntatē medicorum. Auic. in v. can. habet duas descript. sed nō sunt in vsu. Rasis etiā in diuisionibus in c. medicinarum vrinæ, habet vnam aliam descript. quæ eadem non est cum ista, nec est in vsu.

H Hic intrat batheca. Et est batheca Arabica secūdum Simonem Ianuensem melon magnus viridis, qui anguria a quibusdam dicitur, semen vsui medicinæ competit. Similiter dicamus de bolo, bolum vel bolus est synopica vel macra, lutum carpentariorum, vel lutum pictorum, & sic est, & hæc terra est quam Auicen. vocat macram.

ALCHECHENGI est species solani, quam vesicariam vocant, & græci physalida. Inde trochisci diaphysalidon, qui ab Auicenna corrupte dicuntur dyssalidi. ALBATHECHÆ.) Cucumeris, videlicet magni anguria dicitur. BOLI. intellige milton, quæ & macra, sunt magni momenti in renum, & vesicæ doloribus. Solent etiam cum opio, & absque eo parari. Paul. hoc pacto: Seminis cucumeris vnc. iij. seminis hyoscyami, cicutæ vncias duas, sęniculi, lapathi,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0330-6
DFG

lapathi,croci,nucleorum pini,amygdalarum amararũ, opij ana vnciam vnam,physalidon vnc.iij. vini quantum sat sit.

SYLVII. HI trochisci διὰ μυοσώτιδος ideſt de halicacabo: conueniunt ardori vrinæ,quam vocant ab vlceratis renibus, vreteribus,vesica, meatu vrinario pluribus cõtinenter diebus assumpti cum mileb rosato, vel hydromelite, vel vino austero imbecillo. Nam vlcera tergent,glutinant, in cicatrice tegunt, & vrinæ acrimoniam vlceribus mordacem mitigant,stigmenta cum vrinis mucosa,& dolorifica obtundunt. Possunt etiam,sine opio parari. Alia est cõpositio Paul.& Actuarij,magna parte cum hac conueniens.Hactenus troch. Mesue. Trochisci ex Agarico fiunt ex ipsius puluere cũ vino albo, cui zingiber fuerit infusum,vires habet agarici,sed mitius agit, minoreque ventriculi noxa. Trochisci dia glaucii Gal. ad phlegmones mediocres non pulsatiles, incipientes, præsertim aurium,oculorum,& erysipelata incipientia, & œdemata,& auriũ vlcera. Glaucium ex aqua pluuia diligenter tere, forma pastillos, addita gummeos parte xij.aut xv. si fragilius fuerit quam formari possit. Troch. Andronis, Passionis,Polyidæ multiplex lib. cõp. ph.g.& Paul.lib.7.Troch. dia.opiu. Gal.ad aurium inflammatarũ dolorem magnum,& implacabilem.Recip.castorij per se læuigati accurate drach.i. opij in sapa dissoluti drach.i.si dolor sit vehementissimus: si minor est drach.s. tempore vtendi dissolue sapa ex musto (hoc enim magis mulcet dolorem, quam vinum dulce) in consistentiam, quæ clystere auriculario possit auribus infundi. Troch. bechici tussim ab arteriæ asperæ siccitate, & caliditate leniunt,in catapotijs dicta recipiũt, succi glycyrrhizæ,sacchari optimi,ana drach.vj.amyli,tragacanthi, amyg.dulcium,ana drachm. iiij.cum succo semi.psyllij,vel semi.cydoniorum forma.Troch.albi idem pollentes,gummi tragacanthi, in aqua rosarum dissoluti, & sacch.albiss.q.s. Si insomnia adest, misce sem.lactucę, & papaueris, ana drach.j.& in catarrho aeri. Mirum est vulgus catapotia vocare has hypoglottidas, & arteriacas antidotos,cum lupini forma fiant vti cæteræ. Etiam si Mesues harum autor pilulas vocet, aliæ sunt bechicæ.Alexãd.pag.120.Quãuis catapotia etiã bechica inueniantur, qualia sunt hæc Gal.lib.7.comp.ph.par.dolorem lenientia, somnum conciliantia, & sanguinem spuentibus salubria, styracis vnc.i.opij,myrrhæ.ana semunciam,passo dissoluta finge in catapotia, erui magnitudine danda dormituro.

COST. HALICACABI. *Quorsum, hic vbi detersione cum apertione est opus, bolum,aliaq; multa sumat,astringente,& incrassante prædita facultate, mirandum videtur. Sed non modo detersione harum partium vlcera egent,at etiam,ob dolorem,qui sæpe acerrimus eas inuadit partes neruosas,& sensu insigni præditas, inducẽdum est ipsis aliquid,quod eas veluti muniat,ne acrius lotium præterfluens dolorem,vlcusq; adaugeat, præstare autem hunc muniendi vsum bolus potest, præterquam, quod glutinat, si aliquid vniẽdum sit in vlcere,& desiccat,quæ ratio est vlcerum curandorum,boli autem,& reliquorum vitium quo sordida lentore suo reddere possint vlcera, corrigunt hoc loco,& semina vesicarij solani detergentia efficacissime,& semina alia citruli, melonis Indæ, cucurbitæ,apij,& glycirrhizæ succus.*

DISTINCTIO NONA
de suffuf & Pulueribus.

CHR. HÆC est nona pars principalis,in qua determinat de diuersis dispositionibus puluerum conferentium diuersis dispositionibus. Et licet communiter non habeantur in vsu,nec præparati reperiantur, tamen vsus ipsorum magistraliter est conueniens diuersis dispositionibus propter eorum vtilitates, & iuuamẽta. Differt autem puluis a Suffuf: nam puluis est nomen generale ad omnem puluerem crassum, vel subtilem,simplicem,vel compositum. Suffuf autem est nomen particulare solum ad puluerem subtilissimum, sicut alcohol, & compositum pluribus pulueribus. Differt autem Suffuf à fief, quod est puluis subtilissimus reductus ad formam troch. fricatur autem prædictum fief, cum aliquo liquore,& aqua fœniculi,vel rosata, & administratur passionibus oculorum propter eius subtilitatem.

Differentia inter puluerem, & suffuf.

Differentia inter suffuf & fief.

VIDETVR intelligere Mesue medicamina exodoratis rebus in puluerem redactis cõposita, quæ cum aliquo liquore bibuntur.In his pauca sunt,quæ declarationem desiderent. In primo quidem nihil. MAN.

PVlueres odorati tenuissimi,& compositi cum liquore aliquando bibendi, Arabibus suffuf dicti, vsu hodie rarissimi. SYLVII.

B QVOD *antea dicebamus, præstaret simplicia omnia præsertim aromata in præsentem vsum terere,quum res postulat.Cæterum ob præcipitem morborum motum sæpe in promptu esse præsidia oportet, licet aliquam iacturam passa. Præterquam, quod vbi plura commiscentur,eorum quæ miscentur fermentatio fit quædam,& communicatis ipsorum inuicem facultatibus vna quasi noua forma surgit maioris paulo posteæ vsus, quam antea. Ob id etiam puluis multarum rerũ cum simplex, tum compositus paratur, seruaturque in repentinum vsum. At vero non potest hic diutius integras vires seruare,vt melle saccharo succove alio exceptus seruatur, euanescit enim ex attenuata eius substãtia,vis celerrime,præsertim,q̃ in igneis,aereisq; partibus insidet: vt propterea, qui recte medicinã faciũt, non temere eiuscemodi pulueres non annuas modo, sed etiam quadrimestres negligunt, vbi ex ijs constant re-* C *bus,quæ odore præstare debent. At rerum, quæ natura inodoræ sint, quarumque densa, crassa, duraque materia est,longe diuturnior est vigor,vt gemmarum,coralorum,margaritarum,lapidum,cornuum, propterea q; quæ huiuscemodi sint, vt longiori tempore egent, vt in puluerem ducantur,& præparentur, ita etiam diutius durant. Horum autem, & reliquorum, quorum ad siccandum præcipuus est vsus, seruari,& potest,& debet puluis, vel pro puluere formari pastilli debent opportune parandi,reliqua in præsentem potius necessitatem teri consulerem: præsertim in ijs affectibus, qui dãt medico afferẽdi præsidij inducias: quales ferè sũt quotquot ijs puluerib.curãtur, quos Mesue hoc tractatu describit.* COST.

MESVE.

D  VLVIS ligni aloes,ventriculi humiditatem immodicam siccat, flatus dissoluit, coctionem iuuat. Recip. ligni aloes vnc.dimid.galliæ aur.j. & s. saccha. albi,vnc.j.& s. potatur drac.iij. cũ mina.

EST hic puluis cõueniens ad desiccãdum humiditates contentas in stomacho, & ad resoluendũ ventositates in eo,& est adiuuãs ad digestionẽ.Et dosis est drac.iij.cũ mina,s.simplici,vel aromatizata dictis superius,distemperatus cũ aqua mẽtæ vel absinthij,vel fœniculi, secundum dispositionem: & debet assumi sub actuali caliditate de mane vel de sero, vacuo stomacho,& ante cibum per duas horas. CHR.

CVM mina simplici,vel aromatici,& aqua fœniculi,vel mentę, vel absinthij horis duabus ante cibum, & si vis, vesperæ hora somni. SYLVII.

COST. PVLVIS ligni aloes. *Pro gallia hic, & in sequenti aromaticam tertio loco antea ab hoc authore descriptam licebit sumere, ventriculo, reliquorumque viscerum frigidis affectibus vtilem.*

MESVE.

PVLVIS ligni aloes alius, cor, & ventriculum roborat, oris odorem commendat, coctionem iuuat. Recipit ligni aloes drac. iij. cardamomi, mentę siccæ, spicæ, † marrubij, cyperi, corticis citri, an. † drachm. ij. gallię, schœnu anthus, ana drac. j. mastiches, anisi, apij, ana drac. ij. sacchari pondus omniũ. Da cũ miua.

† marmacur. † aur. ij.

CHR. SVFFVF aliud ligni aloes habet iuuamenta supradicti pulueris, & vltra illa maxime confortat virtutes hepatis, & cordis, & oris bonum odorem facit. Marmacur idest marrubij, quidam exponunt idest maiorana, quidam, & forte melius, idest melissa. Et dosis est sicut supradicti.

MAN. MARMACVR.) In hoc secundo, quod vel melyssophyllon, vel citratũ ocymũ significat. In aromatizato, nabet.) Pro quo saccharũ candum accipiunt.

COST. DE ligno aloes aliud. *Schœnanthum cum floribus semper sumendum. Apij autem licet non explicet, & hic, & vbi absolute ponitur, semen accipies, reliquis eius stirpis partibus valentius.*

MESVE.

PVLVIS Diarhodon, intemperiẽ ventriculi frigidã corrigit, ob id dolorẽ inde natũ sanat, ipsumq; roborat. Recipit trochiscorum diarhodõ, mastiches, ana drach. iij. succini, mentæ siccæ, ligni aloes, ana drachm. ij. & s. Da drachm. j. cum vino odorifero.

CHRI. ISTE puluis principaliter est calefactiuus malæ complexionis frigidæ stomachi: vnde confert dolori eius facto à materia frigida, & ventosa, & est multæ cõfortationis virtutis digestiuæ in ipso, & desiccatiuus humiditatũ putridarũ, & corruptarum contentarum in stomacho. Et dosis est vsq; ad drach. i. s. cũ vino odorifero, obseruatis conditionibus.

SYLVII. HVMORES in ventriculo superfluos, etiam putres, frigidos, flatuosos absumit, coctionemque adiuuat.

COST. DIARHODON. *Electrum ad dolores intestinorum ex frigidis humoribus, & flatibus, drachmæ vnius pondere ex odorato vino vel stillatitia cinnamomi, aut alia eius generis aqua datur non frustrato euentu. In nephriticis interdum confert, vel discussis flatibus, vel deturbatis inutilibus viscerum succis, quorum præsentia angustiores renes, vrinaryve meatus dolore magis vexabantur.*

MESVE.

PVLVIS aromatum, vẽtriculum roborat, coctionem iuuat, flatus dissoluit, halitus gratiã commendat. Recipit anisi aur. xij. semin. fœniculi † aur. iiij. glycyrrhizæ, zingiberis ana aur. iij. caryophyllorum, macis, cinnamomi electi, † galangæ, galliæ moschatæ, ana aur. ij. ligni aloes, corticis citri, ana aur. j. & s. moschi boni drachmæ vnius quartam, sacchari albi ad pondus omnium, sacchari candefacti, dimidium pondus omniũ. Datur aur. ij. cum vino albo.

† aur. vi.

† Ve. verfa legit galanga an. au. ij. gallia moſch. aur. i.

COST. PVLVIS aromatum. *Saccharum, quod hic album demsumit tum album tum quod candidum vocatur, facile humescit; ita vt puluere cogat. Sed ob id etiam integras vires diutius seruat.*

MESVE.

PVLVIS impinguare expertus. Recipit farinæ cicerum infusorum lacti dulci, & siccatorum, & iterum infusorum lacti, & siccatorum, ac tertio deinde coctorũ vnc. vj. oryzę frequẽter lotę, vnc. ij. tritici, & hordei excorticatorũ, & sæpe lotorũ, & siccatorũ, & sæpe lacti infusorũ, & siccatorũ, ana vnc. iij. amygdalarum dulcium, vnc. v. papaueris, † panis albi cocti de sceni ana vnc. iiij. sacchar. albi, lib. j. tere. Da sorbendas † in die mane vnc. iij. coctas cum lacte, aut aqua cicerum.

† Ve. tortellarum de sceni. † Ver. omni die.

SVFFVF bonum impinguatiuum. Conuenit corporibus extenuatis macrefactis, ac etiam exiccatis. Tortellarum de sceni id est panis biscocti facti de flore farinæ de illa contrata. Et dosis eius est vsque ad drach. iiij. sumendo de ipso pluribus vicibus in die cum lacte, aut cum aqua ciceris. CHR.

TORTELLARVM. de seni.) Per quas panem bis coctum. Efficax satis est ad concubitum ciendum. MAN.

CONVENIT emaciatis etiam lacte, & decocto ciecrum dissolutus hic puluis: ad venerem quoque ciendam facit. SYLVII.

PVLVIS impinguare. *An oryza sit cum cortice sumenda, an etiam lacte, vt reliqua hoc loco cerealia maceranda sit, licet non scribat, non tamẽ errabis, si deglubitam eodem modo lacti infundas quo reliqua. Papaueris autem nomine intelligendum album, quod hic cum alijs ad auertendam maciem nõ importune assumitur: tum eo nomine quo somnum conciliare potest; tum vi sistendæ, retundendęque tenuioris acrioris fluxionis, quæ dum ne solidis partibus alimenta inhæreant, efficit, Hippocratis sententia, sæpe causa est tabis. Nõ temere hunc puluerem Syluius Venerem excitare admonet, est enim ad id efficax, & aucto semine, & flatibus excitis.* COST.

MESVE.

PVLVIS baccarum myrti ad vẽtriculi & aliorum viscerũ imbecillitatẽ. Recipit. † baccarũ myrti, & granorũ granatorũ acidorũ tostorũ ana drach. xx. cymini Carmeni accto 24. horas infusi, & siccati,

† Ve. granorum myrti.

cati, coriandri sicci similiter infusi,& siccati, & torrefacti † (polentæ, succi mespilorum immaturorum,ceratiorum)rhois, glādium,ana drac. x.acaciæ,hypocistidos,ana drac.v.confice,& da.

† Vel. succi, anabach, charub de spinis.

ISTE puluis est magnæ vtilitatis ad lubricationem stomachi, & viscerum; sistit enim principaliter lienteriam, habet enim virtutem fortiter constrictiuam stomachi,& intestinorum. Sauich. idest hordei immaturi, anabach, idest succi mespilorum imturorum. Dosis eius est cum vino citoniorum vsque ad drach.ij.temporibus supradictis.

MAN. SAVICH. græce ἄλφιτα latine polenta.
ANABVCH.) Abah apud Auic.est quod Dioscorides lotos arborem vocat. CHARVB.)Græce ceratia, latine siliqua. Sed forte totum hoc legendum simul, hoc pacto: Sauich anabach charub de spinis. Nam Auic capite de nabach,meminit sauich de nabah. Serapion vero dicit vnam eius speciem habere spinas. Erit ergo sensus: Sauich.idest fructus acerbi torrefacti sumpti a nabach, dicto charub spinosa. Alibi tamen per nabach intelligūt zizypha,hoc est iuiubas.)
CVRTICVRI.)idest arboris acaciæ. Tarathit. idest hypocisthidos.

YLVII. DIARRHOEAN, lienteriam,& omnem viscerum lubricitatem,siccando,& adstringendo,valenter corrigit.

COST. BACCARVM myrti. *Hunc efficacissimum ad fluxus ventris experiere. Quod Syluius (baccas myrti) scribit, vetusta versio legit (grana myrti)quasi semina,non totus fructus exquiratur. Sunt vero ea ad affectus propositos valentiora reliquis fructus partibus,& faciliora,vt ducantur in puluerem, non errabit tamen,qui totas sumpserit baccas. Punicorum autem acini exprimendi antea sunt,vt facilius assentur. Quod vertit Syluius(polentā) vetus interpres legit(sauich) quod aliqui hordeum immaturum vertunt,aly sequentibus vocibus, id est mespilis immaturis, accommodāt, quasi velit eorum immaturorum succum : Sic polenta, vacat. Licebit vtro velis modo impune(vt existimo) agere, polenta crassitudine,& lentore suo non importune ad hos affectus vsurpabitur, ad quos interdum etiā amylum, succus autem mespilorum eo modo densatus, quo acacia in vsum venit,vt in puluerem ducatur, aut (si etiam polenta sumenda est)immatura mespila arefacienda erunt, tum terenda. Exhibendi autem puluevis huius ratio licet non scribatur, siue sit cum punici succo, siue cum succo citoniorum,aqua plantaginis,aut similibus, nihil interest.*

MESVE.

* Vel. ad tussim antiquam.

PVLVIS ad †tussim,& thoracis dolorem. Recipit amygdalarū dulciū, sacchari, ana vnc.ij.semis.fœni.vnc. j.tere.Da cum iulep(scilicet violato, & aqua adianti albi.)

CHR. HIC est vltimus puluis qui ponitur hic a Mes. qui est aliqualiter lenitiuus asperitatum pectoris,vnde est conueniens tussi antiquæ,& dolori pectoris, & datur cum iuleb violato, & aqua capillorum veneris. Ex supradictis puluerib⁹ possunt construi confectiones, vel electaria cum zuccharo, vel cum A melle, assumendo de eis iuxta portiones superius dictas in alijs electarijs. Et dosis esse poterit vsq; ad drachm.i.Et omnes puluores nō sunt solutiui,sed solum habent virtutes superius dictas, & sic denominari poterunt sub illo nomine, sub quo hic denominatur. Exēpli gratia, incipiendo a primo suffuf, vbi dicitur suffuf de ligno aloes,& sic de alijs. Est ali⁹ puluis qui trahitur ex dictis Gal.v. de ingenio sanitatis c.de fluxu sanguinis ex ruptura venæ in pectore, qui summe conuenit ad restringendū omnem fluxum sanguinis vndecunq; emanantis, maxime ex vulneribus, cuius hæc est descriptio. Recipit boliarmeni,sanguinis draconis, terræ sigillatæ,thuris,masticis,aloes,pilorū leporis minutim inciforum ana drac.i.dissoluantur in albumine oui,& cum stupa, & cum petijs infusis in eo æqualiter expressis ponantur super locum,& quidam cum albumine oui ponūt de succo plantaginis. B Alius puluis traditur ab Auic.v.fen.iiij.can.ca.de fractura cranei,hic puluis capitalis generaliter ab omnibus medicis habetur in vsu, & est conueniens post abrasionem ossis,& digestionem vlceris,& ipsius mūdificationem, ad generationem carnis,super osse discooperto, & etiam super panniculo,dicto dura mater,si super eo aspergatur. Cuius hæc est descript. Recipe sarcocollæ, thuris,ireos,sanguinis draconis,myrrhæ,aristolochię lōgę ana partes æquales,fiat puluis.

Puluis mirabilis in quibus est sanguis.

Puluis factus solū ex limatura chalybis assumpt⁹ cum zuccharo rosaceo. Et dosis est drach.i.s.cum ij. zucchari supradicti in forma pilularū seu electarij, debet tamen prædicta limatura chalybis pluribus,& pluribus diebus in aceto infundi,& sic pluries exiccari,aliter eius vsus non est cōueniens,licet quidam ipsam limaturā prępar ent,& infundant quandoque in C lacte caprino, & quandoque in aqua lactis,& quandoque in oleo amygdalarum dulciū,& hoc assumūt eam,quod non est malum,vt eius asperitas remoueatur, hic puluis modo supradicto assumptus ieiuno stomacho est valde cōueniens habentibus prostratio nem appetitus, & relaxationem villorū stomachi ex humiditate superflua illam desiccando, vnde virtus digestiua stomachi multum vigoratur ex eius assumptione. Confert etiam principaliter cachexię,& corporibus quibus habitudo corrūpitur,& quibus corpus citrinatur cum admixtione coloris cinericij, vnde conuenit principio hydropisis hepar confortando, ac vigorando in virtutibus suis. Et generaliter est cōueniens ad desiccandum omnes putredines,& corruptas materias vbicunq; contentas in membris nutritiuis. Puluis alius ab expertis chirurgicis multū habetur in vsu, qui solum est factus de alumine de rocha adusto,& est valde conueniens in vlceribus fraudulentis,carnē fortiter corruptā remouendo, & bonā generando,eius mordicatio ex adustione remittitur, & cōuenit in vlcerib⁹ putridis oris,ginginarū,& linguæ,lauantur.n.vlcera profunda carnosa,& fistulosa cū tali puluere infuso in aqua hordei,quandoque in vino,& quandoq; in lixiuio,secundum quod quærimus maiorē vel minorem exiccationem,& absterfionē, vt talis liquor melius attingat profundū vlceris, debet tamē colari prędictus puluis a liquore, in quo infunditur,& sufficit virtus,quę remanet in liquore, quandoq; cōuenit prædicta vlcera cū cānula argētea clysterizare. Alius est puluis, cuius vsus est cōueniēs post digestionē humoris euacuādi, & est prīcipaliter

Pul. appetitum prostratum.

Puluis ad vlcera.

solutiuus materierum phlegmaticarum contentarũ E in iuncturis, attrahens a remotis. Et ideo conuenit, si debito tempore assumatur, podagricis, ischiaticis, & alijs passionibus iuncturarũ, cuius hæc est descriptio. Recip. turbith, drachm.i. hermodactylorum drachm.s. zingib. scrup.i. zuccari, vnc.s. Et dosis est vsque ad drachm.i.s. de mane cum iure pulli, vel alio liquore conuenienti. Puluis in colica drachm.ij. cymini cum vino calido de mane ieiuno stomacho, & est curatiuus, & præseruatiuus, si aliquibus diebus continuetur eius assumptio.

SYLVII HI puluores recipi possunt in electuaria mollia, & dura, mellita, vel saccharata. Puluis Gal. lib. 7. methodi, omnem hæmorrhagiam, etiam ex arteria sistit. Rec. thuris partẽ j. aloes partem j. semis. vtendi tempore cum oui albumine subige ad mellis crassitiem: pilo leporis mollissimo excipe: uasi ipsi, & vlceri liberaliter impone lanam eodem medicamento madentem super hæc applicat Aetius. Guido Gaulticus pilos incidit, & alijs miscet. Alij præter pilos miscent bolum Armeniam, sang. draconis, mastichem, terram sigillatam: succum plãtaginis addunt, & stupis exeipiunt. Puluis Auicen sperfus, carnem gignit abrasi cranij osse, & vlcere suppurato, etiam si cralla meatus appareat. Recip. sarcocollæ, thuris, ireos, sanguinis draconis, myrrhæ, aristolochiæ longæ, ana, fiat puluis. Multis in vsu est, sumptus ex Gal. lib. 3. meth. & ex catagmaticis in lib. de comp. phar. g. Puluis ex limatura chalybis aceto aliquoties macerata, & siccata. sumptus drachm. j. & s. cum sacchari vnc. ij. ieiuno sumptus, humiditatem excrementosam, & putrem ventriculi, hepatis, lienis, & aliarum partium nutritoriarũ absumit, obstructiones liberat: ob id saluberrimus est uctero vtrique, & incipienti hydropi, cachexiæ, cacochymiæ, coctionem ob id iuuat, & appetentiam inuitat, ablatis scilicet causis prosternentibus. Alumen rupis vtum: vlceribus omnium partiũ putridis, fistulosis, vel aliter maleficis confert, & multo magis si ante vlcera lauentur, & foueantur aqua, vel lixiuio, vel vino, quo puluis iste maceratus sit, & colando remotus. Chirurgis in vsu multo est. Turbith drach. j. hermodactylorum, drach. s. zingiberis, scrup. j. sacchari. vnc. s. Da drach. j. & s. ieiuno cum iure pulli, vel alio idoneo, pituitam a partibus remotis purgat: ob id saluber est affectibus iuncturarum. Cymini drach. ij. cum vino calido a ieiuno diebus aliquot sumptus, curat colicum dolorem, & prohibet.

Pul. contra pestem vsitatiss.

Rec. radic. tormentillæ, dictamni, tunici, scabiosæ, radi. buglossæ, ana vnc. s. semi. citri, & acetosæ, ana drach. iij. coriandri præparati semi. pomulaceæ, rasuræ, eboris, ana drac. ij. corallij vtriusque, ana drach. j. s. rosarum rubrarum drach. j. terræ sigillatæ veræ vnc. s. boli Armenicæ veræ, vnc. ij. fiat puluis.

Pul. elect. de bolo.

Dosis ad pestem, boli arme. drac. ij. cum aqua ros. vnc. ij. cum vnc. j.

Rec. omnium santalorum, galangæ, ligni aloes, cinnamomi, corallii rub. rosarum rubr. semi. melonum, ana drachm. i. rad. tunici, & tormentillæ, ana drach. iij. rasuræ eboris, cornu cerui, ana drac. semis. nucem mosch. vocam: macis, cebebarum, ana drach. j. anisi, marathri, zingib. ana grana xv. semi. acetosæ, citri, iuniperi, bombacis, caryoph. ana drachm. s. boli Armeni drachm. ij. fiat puluis.

Pul. contra lumbricos.

Rec. semi. contra lumbricos vnc. j. lupinorũ, vnc. s. absinthij, drach. ij. cornu cerui vsti, drach. j. s. fiat puluis.

Pul. pro epithemate cordis.

H Rec. florum buglossi, boraginis, melliæ, ana manip. s. santalorum omnium, rosarum rub. ana drach. ij. doronici, been albi, & rubri, carabæ, ossis de corde cerui, ana scrupulos quatuor, corticum citri, semin. oxalidis, ligni aloes, caryoph. ana drac. j. s. croci, scrup. s. marg. drach. s. mosch. gra. iij. camphoræ gra. vj. fragmentorum lapil. omnium preciosorum, drach. j. corallii vtriusque, spodij, ana drachm. semiss. trita per se misce.

Pul. cordialis ex ijsdem, vel sic.

Recip. corallij vtriusque, sigilli Lemnij veri, ana vnc. s. rasuræ eboris. cornu cerui, ana drach. ij. margar. drach. j. coriandri præparati, spodij rosarum, ana scrup. ij. s. oxalidis, fragmentorum preciosorum, ossis de corde cerui, ana drach. semiss. sacchari, vnc. ij. folia auri, & argenti, ana xxv. per se trita probe, serua.

Pul. violarum odorus.

Recip. rad. iridis. Florentinæ, lib. iij. maioranæ siccæ, quart. vnum, calami aromatici, vnc. iij. rosarum, violarum, ana vnc. v. caryophyl. vnc. j. & semis. mosch. drach. j.

Pul. alexipharmacus ex cordialibus.

Pulvis bezoardicus.

Ex bolo Armenica cum aceto præparata, semine rutæ, dorunico, carabe, cardui benedicti semine, xyloaloe, serico crudo, rad. tormentillę, dictamno, tunico, scabiosa, croco, ambra, mosco, pul. diamarg. fiat pul. vel cum syrup. de ribes optata.

PVLVIS ad tussim. *Amygdalæ deglubitæ sumendæ sunt, quod cortici astringentis nonnihil ineſt: & ingratus est palato cortex, sed quomodo in puluerẽ cum sacchari, & fœniculi vncijs in summa tribus, amygdalæ vnciæ binæ duci in puluerem possint, non video. Parum tamen intererit ad propositum curandum affectum, qua sit consistentia. Qui medicinam diligenter faciunt, fercula ex amygdalis fœniculi aqua, & saccharo ad hunc ipsum affectum strenuum præsidium experiuntur.* COST.

F DISTINCTIO DECIMA de Pilulis.

DECIMA distinctio est de pilulis. CHR. *Cur pilulæ inuentæ.* Pro introductione dicendorũ aduerte, quod propter duas vtilitates, & iuuamenta principaliter pilulæ fuerunt adinuentę. Et prima vtilitas est propter earum displicentiam in sensu gustus. Secunda vtilitas est, vt magis a remotis attrahant materias in eis contentas, maiorem moram in stomacho contrahẽdo. Medicinæ autem liquidæ solutiuæ, quia cito descendunt de stomacho, paucam in ipso moram contrahunt, & ideo non sunt tantæ potentiæ in attrahendo, & soluendo humores, quantum sunt pilulæ. Vlterius notandum, quod vsus pilularum nõ est multum regularis, nec conueniens in principio febrium, nec in principio febrium quietarum phlegmaticarum: nam cõmuniter pilulæ componũtur ex medicinis simplicibus multę acuitatis, & caliditatis: vnde ex earum complexione inducunt inflammationem in corporibus occulte febrientibus: nec conueniunt in quietis phlegmaticis in principio, cum materia sit parua, & occulta, & indigesta: tales autẽ pilulæ factæ ex medicinis fortiter solutiuis, quæ conuenient in processu talium febrium, & digesta materia, in principio non conueniunt propter agitationem, & motionem in ea. Potiones autem puta cum decoctione, & admixtione simplicium ad inuicem possũt remitti in ipsarum caliditate, si qua esset superflua in solutiuis componentibus ipsam, vnde prohibentur H etiam in principio febrium acutarũ, si medicina potabilis sit lenitiua, vt facta ex casia, vel manna cũ leuissima dosi medicinæ solutiuæ admixtæ cum eis, vt cum modico succo rosarum, verbi gratia, quæ medicina dicitur communiter minoratiua, cum qua completa digestio in materia non est expectanda in ægritudinibus materialibus. Vltimo nota, quod pilulæ fortes, & solutiuæ, debilibus, & quibus virtus stomachi est deiecta, non sunt exhibendæ, quia in talibus, neque liquefiunt, neque ad actum reducuntur, anxietatem magnam in huiusmodi corporibus inducentes, & etiam multũ extenuatis pilulę paruũ inferunt iuuamẽtũ: immo potius in eis sunt prohibendę.

GRÆCI coccia, & cataporia vocant. MAN.

Quum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0334-0 DFG

COST. *QVum medicamenta omnis generis, vt in corpus nostrum agant caloris nostri egeant opera, qui illorum excitet calorem: quum etiam ex ijs, quæ duriori, densiori, crassiori lentiorique constant substantia minus facile illius in se ipsa vim admittant, ob id etiam, quæ huiuscemodi sunt, cum serius in ventriculo attenuantur, ac liquescunt, tum suas tardius exercent vires, at eadem tamen tarditatem actionis compensant efficacia, quòd diuturniorem in ventriculo moram trahentia suas qualitates, manifestas primum, tum dehinc obscuras altius imprimunt: minori vero id molestia, quam quæ celerius aguat. Hinc quæ in purgantium genere liquida sumuntur, cæteris paribus, solidis, ex his vero, quæ mollia sunt, aut tenuia, duris, & compactis celerius agunt, contra vero in remotiores partes, & efficacius aliis, compacta dura, & solida vires suas diffundunt. Huius generis postremi pilulæ sunt, quas Græci catapotia vocant, de quibus sermonem nunc instituit, sunt vero maxima ex parte purgante prædita facultate, sæpe tamen ijs alia aliqua immutandi, alterandique vis coniungitur, & quædam etiam præstare alios vsus possunt, vt quæ ad tussim, vel ad ventris fluxus quandoque parantur.*

MESVE

Pilula alefangina.

CATAPOTIA aromatica nobis inuenta ventriculum, cerebrum, & sensoria humoribus crassis, putribus, pituitosis purgat, & inde natũ dolorem dissipat, ventriculũ roborat, coctionẽ eius iuuat. Rec. cinnamomi, cubebæ, ligni aloes, calami aromatici, macis, nucis moscatæ, cardamomi, caryophyll. asari, mastiches, schænu anthus, spicæ, carpobalsami, ana vnc. j. absinthij sicci, rosarum, ana drachm. v. terantur parum, coquantur in aquæ libris † xij. ad duarum partium consumptionem: fricentur tunc manibus, & colentur, & exprimantur. Accipe aloes bonæ lib. j. laua sæpe in scutella lapidea vitreata, cũ aqua pluuia, ficcetur: ipsi affunde decocti prędicti circiter lib. ij. tere in sole: deinde ipsi aloe misce myrrhæ, mastiches, ana dra. v. croci, drach. iij. tere curiose, prædicti decocti reliquum ipsis affunde, tere donec ficcentur, fac catapotia ciceris magnitudine. Dantur a drachmis ij. ad aur. ij. Interdum aloes tantum vncias quatuor indimus. Interdum aloe lauanda aqua myrobalanorum, tunc † dantur a drach. iiij. ad drachm. viij. coquatur autem in ea aqua, deinde ficcetur, postremo lauanda aqua aromatum, vt diximus, sunt enim salubria hæc catapotia.

† *alij sex, alij vij. li.*

† *Vul. hab. accipe ex eis ab vnc. ij. vsq; ad vnc. vij.*

CHR. PILVLAE alefanginæ, ideſt de aromatibus, sunt multæ fecuritatis, & habent iuuamenta multa: nam principaliter confortant virtutem digestiuam stomachi deliccando materias putridas, & corruptas in eo, & illas euacuando, incitant etiam appetitum, sed principaliter mundificant cerebrum, & instrumẽ tasensuum ab humoribus frigidis, viscosis, & crassis, vnde summe conueniunt ad præseruanda corpora laxa, ne in ægritudinem incidant, & possiunt tales pilulæ continuari absque læsione ab his quibus conueniunt, sicut pilulæ communes, & melius quæ ponuntur ex solo aloe, myrrha, & croco: nam in eis non ingreditur aliud solutiuum, quam aloe, quod per ablutionem in sua potentia remittitur. Et istis pilulis magister Marsilius vtebatur quasi in omnibus passionibus materialibus cerebri, & stomachi frigidis cum admixtione aliquali choleræ. Et sunt tardæ solutionis. Et dosis ipsarum esse potest vsque ad drac. ij. tamen communis vsus est vsque ad drach. j. & maxime purificant neruos, & nucam.

ET quandoque exigit dispositio. Mihi potius augenda, quam minuenda videtur aloe. Pilularum dosis drac. j.) Multi nunc aloen lauant cum aqua in qua rheon barbarum lõgo tempore maduit. Alij cũ succo brassicæ. MAN.

Καταπότιον Græci à καταπίνω est medicamentum, quod integrũ deglutitur, vulgo pilula vocatum, a paruæ pilæ figura, nullo angulo ventriculum lædentem, & habili simul tangi multis ventriculi partibus. Fieri autem catapotia possunt, cum ex prædictis omnibus antidotis, tum ex alijs mox declarandis. Purgantes vero materiæ hac forma fere concludontur, vt facilius deuorentur, etiam sac charo, folijs auri, carne fructuum, non autem pelle, vel alio quopiam simili intecta: vel mora in ventriculo longiore diutius agãt, a remotioribusque in ipsum, & intestina humores vacuandos attrahãt. Massa enim durior qualis est catapotiorum ægrius a ventriculo comminuitur, ob idque tardius agit: liquida vero contra confestim vacuant, & simul vacuantur. Quæ horum in medio sunt, tempus ad actionem mediocre requirunt. Propterea quæ cito agere volumus catapotia, damus admodum mollia, & parua: præcipue quibus imbecillus est ventriculi calor. Catapotia diu seruanda ex aqua aliqua sola, aut succo solo ne formaueris, quod citius ficcetur, vel situm contrahant, nec vires simplicium cohibent, sed syrupis actionem catapotiorum iuuantibus, vel alio, & glutinoso, & iucundo humore. Catapotia sunt inuenta, vt semel deuorentur (vnde, & nomen habent) ne suo sapore ingrato linguam vitient, vtq; diuturna in ventriculo mora, à remotis etiam partibus attrahant. Cum vero fere fiant valentibus simplicibus composita, initio febrium cruda adhuc materia non sunt danda, quia mouent, & agitant, nec vacuant. Vnde symptomata sequuntur a Gal. scripta aph. Concocta medicari: Neque danda sunt emaciatis, & ventriculum habentibus imbecillum, vt a quo non sint dissoluenda, & in actum reducenda, a quibus si sumpta sint cochlearia tria iusculi mulsum calida sorbeantur. Si autem ob duritiem non dissoluantur, vomitu reijciantur. Nisi quæ in his sunt clementissima, & mollissima, & minime deuorantur, qualia aromatica communia, mastichina, & alia quædam, de quibus post. Catapotia Thomæ de Garbo secreta his affinia ad affectus cerebri, spinæ, neruorum contumaces, a materia frigida crassa, lenta, præsertim sub finem morborum. Cubebarum nucis moschatæ, cinnamomi, spicæ, anisi, carpobalsami, schœnu anthus, mastiches, asari, caryophyllorum, calaminthes, ana drach. ij. turbith, colocynthidis, ana drachm. iij. myrobalanorum omnium ana drach. ij. agarici, sennæ, ana drach. j. omnium cum succo mentæ. SYLV.

vocari Græcis aut Man.

CATAPOTIA aromatica seu alefanginæ. *Quæ dam hic digna sunt animaduersione, & primum, quũ inter cætera aloes vitia vnum sit sera eius actio, eam lib. simpl. accelerari docet, aloe in decocto aromatariorum temioris substantiæ, & acrioris enutrita, aromata vero eadem recenset, quæ hoc loco, quædam tantum illic prętermittens, vt xyloaloen, carpobalsamum, absinthium, rosam; & aliquid addens, vt crocum. Dubitatur ergo primum, de coctionis eorum aromatum termino, quem esse ait citato loco, ad tertias: hic vero quã aquæ lib. xij. ad parandum decoctum sumat, ad duarum partium, & ex alia lectione, ad duarum tertiarum consumptionem feruere iubet, magno, vt apparet, discrimine, quum illic superesse velit decocti libras octo: hic lectione vna quatuor, alia decem. Sed est etiã, vt de aloe dubites, eam enim hic prius pluuia aqua sæpius abluit: tum lotam, & exiccatam præscripto decocto nutrit: quum lib. simpl. eam statim, illotam decocto proposito nutrien-* COST.

nutriendam committat, quo loco facere etiam contra Dioscoridis præceptum videtur, admonentis aloen puriorem (talis vero succutrina est, quam hic Mes. deligit.) ablutione non egere, imo, & ipsi est Mesue dissentaneum, qui quum aloen lotione purgatricis facultatis plurimum remittere asserat, tã crebris lotionibus hoc loco repetitis, omnem quoque purgandi vim amitti, vt concedat necesse est. Sed, & lib. simpl. eandem aloen decocto madefactam in vmbra prius desiccandam ait, tum postea perficiendam desiccationem in sole, at hic terendam ait absolute in sole. Adde etiam, quod hic aloen quandoque minori mensura ad has conficiendas pilulas, recipi scribit, at cõtra tam paruæ hæ sint efficacix, vt addendum potius, quam detrahendum de aloes pondere videatur. At vero, etsi Mesue lib. simpl. aliter de eadem re scribit, vtrobique tamen recte. Tollere tarditatem aloes licebit vno tantum, aut altero ex propositis aromatis acrioribus, vt cinnamomo. Quod si tamen plura addere animus sit eiusdem naturæ, nihil interest. Quanquam enim (vt de hac re semel licet alieno loco admoneam) multarum rerum congeries vbi satisfacere pauca possint, naturæ abhorrere legibus prima facie videtur; at contra tamen ex multorum missione, quam ars facit, dum vnius cuiusdam nouæ formæ productio fit, & vis illa, quæ multis communis erat multiplici substructa fundamento robur sumit, & aliæ quoque facultates, salutares quidem similes similibus additæ efficaciores, dissimilibus vero temperatæ ad humanæ naturæ vsum aptiores fiunt: noxia vero de maleficæ vi remittunt. Itaque adiiciuntur interdum multa multis non temere, quæ vel ratione, vel vsu comperta sint salutaria, vt propterea de Mesue hic nostro non sit admirandum, plura ad decoctum propositum hoc loco assumenti, quam alibi. Sed quando hoc de medicamentis compendium posteriori ætate, ac post lib. simplicium collectum fuisse verisimile est, & existimandum est non peram priori decocti illius compositioni addidisse alia, quæ vsu postea fructuosa obseruari, & nobis posterius eius viri iudicium est sequendum. Cæterum quod ad coctionis terminum pertinet, quum alibi ad tertias, quandoque ad sextas (consumptio enim duarum partium ex duodecim coctio est ad sextas,) vel ad duarum tertiarum absumptionem, coqui hoc decoctum iubet, si rem recte expendamus, ea quidem quæ est ad sextas, parum illius aromatum facultatis excipi in aqua potest, contra si ad duarum tertiarum consumptionem coquendo progrediaris, vt diuturniori illa coctione aromatum vis flaccescat, atque exoluatur necesse est, quo fit, vt eam, quæ ad tertias, quasi mediam inter duo extrema, magis cum Syluio probemus. Quod vero præterea, aloë hic succurinam, id est probatissimam sæpe ablui præcipiat contra quam, & Dioscoridis, & ipsemet alio loco, non est, vt admireris, quum enim ad affectus præsertim ventriculi hoc medicamentum paret, & ex eo non tam purgationem, quam ventriculi robur quærat, præstat hac in re aloe lota illotæ, ipsomet Mesue lib. simpliciũ authore. Neque tamen adeo purgandi vim lotione amittit aloe, quin, & pituitam ventriculi crassam, ac putrem detersoria decocti vi attenuatam, facultate sua prompte expurget, consequenterque cerebro opem ferat, eo maxime, quod hic præscribit duarum triumue drachmarum pondere assumpta. Illud vero, quod lib. simpl. in vmbra prius aloen desiccet, hic autem statim soli exponat, suam habeo rationem, libro quidem simp. E vt doceat, quo pacto excitare aloes vim tardiorem possis, eam docet rationem, qua purgandi vis, quam minime exoluatur: ob id ne soli nisi postremo absoluendæ exsiccationis gratia, exponas iubet, ne tenuiorum aloes partium, quæ itidem ad purgandum faciunt, vires exoluantur. At hoc loco statim expomit soli solutricem vim paruifaciens, atque ventriculi robur præferens, cuius itidem nomine (de quo postremo loco dubitatur) minus aloes pondus quandoque cum æquali præscripti decocti mensura ad has conficiendas pilulas capi testatur. Porro ad postremũ subdit de lotione aloes ex myrobalanis, quædam, obscura. Ex Syluio velle videtur, coquendam in aqua myrobalanorum aloen, desiccatamque, & aromatum decocto rursum ablutam, & rursum exsiccatã assumi posse a drach. iiij. ad octo. At vetusta versio longe aliud, nempe quandoque myrobalanos ab vncijs tri- F bus ad quaternas in aqua coqui; ex hoc autem decocto lauari aloen, & exsiccatam rursum ex decocto aromatum lauari siccarique ad vsum. Vtro ergo modo agendum sit, non facile est constitutum. Quod enim Syluius aloen eiusce modi decocto myrobalanorum præparatã a drac. quatuor, ad octo sumi posse scribat, suspectũ est, aloen etenim, quacunque pares ratione solutricem seruare vim certum est: mensura autem drachmarũ octo non simi, quin superpurgationem inducat, incertum est, quo fit, vt vetus potius lectio sequenda videatur, ita vt aloen præscripto antea libræ vnius pondere in decocto myrobalanorum coquendam, desiccandamque, & rursum ablutam decocto aromatum, exiccatamque seruari in vsum velit. Sed & hoc pacto constituta re suspecta myrobalanorum mensura esi a tribus vncijs ad octo, largissima profecto, & qua non vna modo, sed fortasse G plures aloes libræ ablui possent. Neque etiam hic præscribendi modus (vt ab vno pendere progredi ad aliud certum pondus liceat) ex eius scribendi consuetudine est, quum parandi medicamenti alicuius rationem docet, sed quum assumendi mensuram præscribit. Quamobrem, vel sequendo Syluium, Syluij versionem corrigerem, posse eiusce modi aloen a duabus ad quatuor drach mas fieri, vel sequendo veterem interpretationem eandem castigarem, absoluteque legerem, ex ternis myrobalanorum vncijs parare decoctum illud oportere, quo aloes libra vna coqueretur.

MESVE.

H CATAPOTIA stomachica, pituita, & bile flaua, ventriculum, hepar, caput, sensoria, iuncturas purgant. Rec. hieræ picræ drach. vij. † trium myrobalanorum, ana drach. iij. agarici drach. ij. turbith boni drach. x. epithymi Cretensis, anisi, ana dra. ij. & semissem, salis indi drac. ij. absinthii, scammonii, ana drac. iii. fac catapotia cum penidiorũ drac. iii. & succo cichorii, dantur drachmæ duæ. † cyprium citriná Ind.

PILVLÆ stomachicæ caput, & stomachum con- CHR.
fortant mundificant stomachum, & hepar, & mẽbra sensuum ab humoribus frigidis, & phlegmaticis. Soluunt etiam humores cholericos, & melancholicos, licet principaliter soluant phlegmaticos. Et dosis ipsarum esse potest vsque ad drac. i. s. licet hic ponatur, quòd dosis ipsarum est drach. ij. & tempus assumptionis ipsarum est celebrata stomachi digestione.

ftione. Et nota quod perfecta,& completa operatione earum,quæ communiter fit quinque horis,quantitas cibi poſt aſſumenda debet eſſe minor, quam ſi nulla aſſumpta eſſet medicina,cuius oppoſitum mulieres,& generaliter ignorantes faciunt, præmiſſo tamen lauatiuo, vt in reliquis ſolutiuis communiter fit. Rec. & hieræ,&c. intelligendum eſt de hiera Gal. ſuperius deſcripta, quæ eſt læuis, tardæ ſolutionis, quia ſolum ratione aloes eſt ſolutiua materierũ cholericarum ſubtilium principaliter, & ſubſequenter materierum phlegmaticarum aquoſarum. Trium myrobalanorum citrinorum, ſcilicet, indorum, & chebulorum,ana drach.iij.agarici,drach.ij.qui principaliter ſoluit materias phlegmaticas contentas in pectore, & in cerebro, & in alijs membris neruoſis. Turbith boni drach.x.qui euacuatiuus eſt phlegmatis:epithymi hortenſis,ideſt hortulani,quod euacuatiuum eſt humoris melancholici,aniſi ana drac. ij. ſ. ſalis Indi drach.ij.abſinthij,ſcammoneæ,ſcilicet correctæ,ana drach.iij. quæ principaliter eſt ſolutiua humoris cholerici, & magnæ potentiæ, penidiarum drach.iij. fac pilulas cum ſucco ſcariolæ, ideſt lactucæ ſylueſtris, ad remittendum aliqualem acuitatem, & ſuperfluam caliditatem prædictorum ſolutiuorũ, & doſis communis eſt drach.j.vel drachm.j. & ſ.licet ponat eius doſim eſſe drach.ij. verum huiuſmodi doſis hodiernis temporibus eſſet ſuperflua.

MAN. STOMACHICÆ, a ſtomacho debebant appellari. Quidam eas paratas habent,& certe vtiles ſunt. Triũ myrobalanorum,citrinarum ſcilicet,chebularum,& Indarum. Doſis eius eſt drach.ij. vel drach. i. ſ.) Sed vncia etiam mediocriter purgat.

SYLVII. SVMVNTVR ad drachm.j. & ſ. tantum coctione ventriculi abſoluta ad affectus pituitoſos præſertim,ſed etiam bilioſos, & melancholicos. Horis quatuor poſt ſume iuſculum lauatorium,& hora vna poſt prande,ſed parcius quin,& drach. vnica mediocriter purgant hiera picra Galeni,myrobalani flauæ,nigræ,cepulæ.

COST. STOMACHICA. *Licet ſcammonij vis effrenis myrobalanorum aſtrictione & penidiarum lentore corrigi hic aliquo pacto poſſit, quia tamen contra, & hieræ,& ſalis Indi non leuis acrimonia eſt, quæ augere illius violentiam poſſent,eos non improbo, qui ſcammonium præparatum hoc loco ſumunt, non ijs tamen conſentio, qui pro ſcammonio abſolute poſito præparatum, id ſemper medicamentis miſceri conſulunt. Neq; autẽ, id obijciã quod aliqui,attendenda Meſue ipſius verba, qui quum præparato ſcammonio eſt opus, admonitos facit: ſed poſita ante oculos vſus ratione, ſpectandam reliquorum,quæ commiſcentur naturam exiſtimo,& niſi eorum ope ſcammonij vitia abunde, corrigantur, vt audacter correctum ſcammonium vſurpes admoneo.*

MESVE.

Pilula aggregatiuæ.

CATAPOTIA Polycreſta nobis inuenta, ob idque ſic appellata, quod ſint efficacia ad multos affectus capitis, ventriculi, hepatis,purgant enim ex his,& ſenſoriis pituitã, & bilem vtramque: qua propter febribus antiquis, complexis, & inuicem complicatis commodant. Recip. myrobalanorum flauarum,rhabarbari, ana drac. iiii.

A ſucci eupatorij,ſucci abſinthij,ana drac.ij.ſcammonij Antiocheni in pomo cocti † dra.v.cepularum,Indarũ,agarici,colocynthidis,polypodij, ana dr.ij.turbith, aloes,ana † drac.vi. maſtiches, roſarum,ſalis gemmæ,epithymi,aniſi, zingiberis,ana dr.i.electarii,roſarum q.ſ. ad comprehenſionem. Fiant catapotia craſſa. Da a dr.i.ad aur.i. † drach. iß. † drach. vi. † drac. vß.

PILVLÆ aggregatiuæ inuentione noſtra. Hic de pilulis aggregatiuis ponuntur tres deſcriptiones, ſed iſta prima vſitatur, & communiter habetur in vſu vbique,& dicuntur aggregatiuę,quia iuuamẽta multa aggregant ſoluẽdo vniuerſaliter omnes materias,tam craſſas,quam ſubtiles, tam calidas, quam frigidas: ſed principaliter a prædominio ſunt magis ſolutiuæ humorum cholericorum,& calidorum,quã B phlegmaticorum, & frigidorum, & ab omnibus mẽbris vniuerſaliter, & generaliter: ſed principaliter ab hepate, & ab alijs membris nutritiuis, ſoluendo materias contentas in eis principaliter putridas, & vſus ipſarum eſt in proceſſu febriũ de materia mixta per eius digeſtionem: & ſumme conueniunt corporibus, quæ purgantur tempore veris, propter ipſorum præſeruationem, quia mundificant, & ſoluunt materias phlegmaticas, & cholericas in eis multiplicatas in toto corpore, ſed maxime in ſtomacho, hepate, & alijs membris nutritiuis, ſoluunt etiam aliqualiter humorem melancholicum: & tẽpus aſſumptionis eſt celebrata cibi digeſtione ſcilicet per horam ante diem. Et doſis eſt drach. j. CHR.

Et hic vtiliter aduerte,quod pilulæ ſolutiuæ quandoque in quibuſdam corporibus diu contrahunt moC ram in ſtomacho non diſſolutæ, vnde ad actum operationis non reducuntur, & hoc maxime contingit propter debilitatem caloris naturalis,& virtutis digeſtiuæ in ſtomacho. vnde neceſſarium eſt in talibus,vt vſque ad tria cochlearia iuris pulli,vel alterius liquoris multum calidi,quãtum in ore tolerari poteſt aſſumantur,& deglutiantur,vt talia acuta mediante caliditate liquefiant pilulæ:ſi autem hoc prouenerit non ex debilitate ſtomachi caliditatis, ſed magis ex induratione, & petrificatione pilularum, ſic iuxta doctrinam principis potius debent vomitu expelli. *Tempus aſſumptionis.*

INTER pilulas quibus vtimur hæ maxime excellunt. Elect.roſa.)intellige non id,quod Nicolaus, ſed quod ipſemet Meſues inter electaria ſua ſcripſit. MAN.

D HVMORES tenues, & calidos potius, quam pituitoſos, craſſos,frigidos,vacuant a toto corpore,ſed præcipue a dictis paribus. Datur cocta iam materia,& iam miſta in febribus heterogeneis inuicem complicatis. Sunt etiam ſalubria purgationi vernæ. Dantur hora vna ante diluculum. Omnium pilularum,quibus vtimur, has maxime excellentes ſcribit Manardus, & quia tutiores, & efficaciores,per aggregatiuas abſolute ſcriptas intelliguntur. SYLV.

POLYCRESTA. *Etſi myrobalani flaui rhabarbarum,aloe,ſcammonium calidos,ac tenues humores præſertim ducunt, at & idem rhabarbarum, & aloe, & ſcammonium præſertim coctum, vt alibi teſtimonio Tralliani dicebamus, & chebuli, & indi myrobalani, & agaricus,& colocynthis,polypodium turbithum,& epithymum craſſiores humores pituitoſos omnia, aliqua etiam atros potenter educunt, vt propterea recte Meſue catapotia hæc pituitam,& vtramque bilem diſcere,febribuſque antiquis,quæ nimirum ex craſſis,frigi* COST.

disque

disque humoribus pendent, conferre ſcriptum reliquerit: Syluius autem non recte calidos potius, ac tenues, quam craſſos, & frigidos euacuare dixerit. Sane autē, quod pilulas craſſas fieri hic iubeat, non caret conſilio, quo enim craſſiores ſunt, eo diuturniorem in ventriculo moram ducentes præſtare eos vſus poſſunt, ad quos parantur: conferre, inquam affectibus capitis ventriculi, & iecoris, putribuſque eductis humoribus antiquas, & complicatas febres oppugnare.

MESVE.

CATAPOTIA polychreſta maiora, pituitam craſſam, lentam purgant, & inde natos affectus, colicum, arthriticum, iſchiadem, podagram, ventris totius inflationem: præter hæc hæmorrhoidas. Recip. bdellij, myrobalanorum nigrarum, emblicarum, ana drach. iiij. turbith boni, & electi drach. xiij. ſeminis apij, fœniculi, aniſi, carui, ameos, origani, roſarum, lepidij Indi, rutæ agreſtis, hermodacty. ſalis Indi, maſtiches, ammoniaci, ana drach. j. cinnamomi, cardamomi, acori, ſpicæ, croci, caſiæ, ana drach. ſemiſſem, ſagapeni drach. iiij. colocynthi. drac. iij. penidiorum albo rum † drac. iij. aloes drac. xv. commiſce cum ſuc cobraſſicæ, manibus tuis oleo iaſmeno inūctis.

* vulg. unc. ij. † drach. x.

MAN. HAE non parantur. *Si quis tamen parare voluerit,* pro ſataragi *Indi accipiat, quod Dioſc. vocat lepidion: & pro Harmel, intelligat ſpeciem rutæ ſylueſtris, non cicutam, vt multi. Caſiæ.)* Intellige ligneam vocatam. j. cinnamomum vulgare.

COST. POLYCHRESTA maiora. *In hoc cōficiēdo medicamento inūgi ſambucino oleo manus præcepit, vt arbitror, quo tractari manib. paſtillus poſſit, ob ammoniacum, ſagapenum, atque aloen glutinoſiora. Pro ſambucino autem quum iaſmenum Syluius repoſuerit, ſambucinum legiſſe videtur, eſt autem ſambacinum ex ieſemini floribus, ſambucinum ex floribus ſambuci, quæ licet diuerſæ admodum ſint naturæ, quia tamen vtrūque ad frigidos expugnandos affectus vtile eſt, vtrum ſumpſeris, nihil puto intereſſe. Meſue tamen ſambucinum dixerim intellexiſſe, cuius in tractatu de oleis meminit.*

MESVE.

CATAP. Polychreſta minora, pituitā, & bilem vtrāque a ventriculo, & capite purgant, obſtructiones hepatis liberant, ipſumque, ac ventriculum roborant, febres antiquas, pruritum, vlcera (maligna) iuuant. Recipiunt myrobalanorum flauarum, nigrarum, emblicarum, ana † drac. iij. maſtiches, aniſi, ſucci cupatorii, abſinthij, roſarum, ana drac. ij. rhabarbari dr. v. hieræ picrę drac. xij. confice cū ſucco apij. Da dr. ij. cum aqua calida.

† drach. iij.

COST. POLYCHRESTA minora. *An arida hęc, & nihil lētoris habentia aromata cogi, & coacta ſeruari poſſint, ſolo apij ſucco, & maſtiches drachmis duabus, valde, dubito. Tu ſi vt cohæreant aliquid addendum eſt, addito mellis roſacei ſoluentis momento non errabis.*

MESVE.

CATAPOTIA ex cupatorio maiora, obſtructionem hepatis liberant, & icterum inde ortum ſanant, ac dolorem, & febres circuitu repetētes. Recipiunt myrobalanorum flauarum, ſucci cupatorij, ſucci abſinthij, ana drac. iij. rhabarbari dr. iij, & ſemiſſ. maſtiches drach. j. croci drac. ſemiſſ. aloes drac. v. forma cum ſucco intybi. Dantur drach. ii. cum ſero lactis.

PILVLAE cupatorij maiores, quidam magiſtrali ter vtuntur eis, tamen communiter non ſunt in vſu, & valent in ſoluendo materiam cholericam principaliter, aquoſam, & ſubtilem, vnde conferunt icteritiæ, & dolori hepatis, & oppilationi ipſius. Conferunt etiam ad febres periodicas, quæ paroxyſmaliter mouentur materia cholerica prædominante, & doſis eſt dr. j. s. cum aqua caſei, vel ſine ipſa. Pilulæ arthreticæ, ideſt, quæ conueniunt ad dolores articulorum, quia euacuant materias contentas in illis, ſicut in podagris, & principaliter ſunt ſolutiuæ materierum phlegmaticarum craſſarum contentarum in iunctu-ris: ſunt enim fortiter attractiuæ, & a pluribus medicis habentur in vſu. Et tempus aſſumptionis earum eſt præmiſſa digeſtione materiei, & doſis eſt vſque ad ſcrup. iiij. Cuius hæc eſt deſcriptio. Recip. grana ſolis, diagridij, ebuli, & dentur de ſero, ſi aſſumens eas non cœnet, & noctes ſint breues, vel poſt cœnam pluribus tranſactis horis. *Tempus aſſumptionis a*

CHRI.

ADDITIO.

Quod interpres hic pilularum arthriticarum expoſitionem proſequatur, indicium eſt in veruſtis Meſue codicibus harum deſcriptionem non defuiſſe, vt deeſt in noſtris.

Maioribus quidam vtuntur ad morbum arquatum. MANA.

BILEM liquidam, & tenuem, & hos affectus inde natos ſanant, drac. j. & s. etiam ſine ſero lactis. SYLVII.

DE cupat. maiora. *Hæc in hepatis obſtructione opportuniſſima exiſtimo eupatorij, abſinthij, intybi nomine, quæ illi viſceri propria quadam natura amica creduntur. Verum quum, & hæc ipſa, & reliqua quæcunque in hoc medicamentum veniunt aſtrictionis aliquid habeāt, ne eius qualitatis maius relinquat in corpore veſtigium, quam ſit par, myrobalanos oleo, vt lib. ſimpl. admonet, immigere non erit importunum.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA ex cupatorio minora idē potentia. Recipiunt myrobalanorum flauarum, rhabarbari, ſucci cupatorii, aloes, ana partes æquales, comprehende aqua apij, vel intybi. Da drach. ii.

DE cupatorio minora. *Minora hæc ſunt ſuperioribus aromatum numero, at viribus maiora, vt quę ex ſimplicibus conſtent, quæ ſingula purgandi vim habent.* COST.

ME-

A

MESVE

CATAPOTIA ex rhabarbaro euacuant humores crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres antiquas, & ex alijs quoque humoribus, sanant, & hepatis dolorem, ac hydropem incipientem. Recip. rhabarbari dra. iij. succi glycyrrhizæ, succi absinthij, masticles, ana drach. j. myrobalanorum flauarum † drach. iij. & semissem: seminis apij, fœniculi, drach. semiss. trochiscorum diarhodon, drach. iij. & semissem, hieræ picræ drach. x. excipe aqua fœniculi. Da vespere drachm. ij. cum sero lactis.

† drac. ij. s.

CHR. ISTAE pilulę principaliter conferunt in omnibus febribus chronicis factis ab humoribus phlegmaticis, & cholericis, & principaliter soluunt humores putridos cholericos admixtos cum phlegmate: vnde conueniunt hydropicis, aperiendo oppilationes hepatis, & aquam citrinam soluendo. Et dosis ipsarum est vsque ad drachm. i. s. de mane alijs conditionibus obseruatis.

Tempus assumptionis.

ADDITIO.

Istæ pilulæ multum in vsu habentur, & quamuis Mesue habeat loco rhabarbari rauedseni, quod idem est, loco tamen pilularum de rhabarbaro non debemus vti pilulis de rauedseni, nec contra, nam multũ sunt adinuicem differentes, & ad diuersas intentiones ordinatæ, igitur qui hoc faciunt, errant.

MAN. HIs vti ego consueui in fine notharum tertianarum in autumno, corroborando eas cum alijs, vt opportunum videtur, & da drachmas duas mane, vel drachmas, j. s.

SYLV. OBSTRVCTIONES hepatis, aperiunt, & bilem, pituitamque putres præsertim purgant.

COST. EX rhabarbaro. *Quum aromatum hic omnium pondus pendeat drachmas vigintiquatuor, ex ijs autẽ, quæ purgatrice vi prædita sunt non plures integras, & summas doses faciat, quã septem, rhabarbari enim drachmæ tres imbecillo etiam corpori vix pro duabus dosibus sunt, myrobalani drach. tres cum dimidia vix pro duabus, hieræ drachmæ decem vix pro tribus, dubitare licet, an assumpta catapotia hæc drachmarum duarum pondere lentos, putresque succos possũt euacuare. Vere autem eorum, quæ ventriculo, mesaraicis venis, & intestinis hæret, præscripto pondere educere posse aliquid certum est, insigniter tamen expurgare corpus non poterunt. Neque vero eiuscemodi insigni purgatione in propositis hic affectib. opus est, at moderata, ac potius repetita, qua sensim citra iecoris detrimentum inutiles ij, & crassi succi expurgentur, quos si forte propinato ad mensuram maiorem medicamento educere tentaris, dum violento impetu vndique ad sese humores medicamentum trahit, humorum, præsertim tenuiorũ fit attractio, qui si non expurgentur iecoris adaugent molestiam, si verò euacuentur, ad augẽdam eorum, qui supersunt crassitudinem, occasionem præbent.*

MESVE.

CATAPOTIA ex halicacabo a nobis inuẽta, ad febres diuturnas ex humoribus varijs ortas, obstructionem hepatis soluunt, & inde ortum dolorem, & incipientem hydropem. Recipe absinthij, & succi eius, & succi eupatorij, aloes, myrobalanorum flauarum, masticles, croci, rhabarbari, cancami loti, asari, anisi, † casiæ, seminis fumariæ, ana drach. ij. hieræ picræ drach. iij. confice cum aqua solani. Da a drach. j. ad aur. j. & semissem. Si autem tussis est cum febre, pone venarum glycyrrhizæ pondus dimid. ad omnia.

Pillu. de Alchechengi.

† Lignea. vt prius.

B PILVLAE Alchechengis, a practicis magistraliter habentur in vsu, sunt tamen vtilitatis, & efficaciæ quasi consimilis cum pilulis de rhabarbaro antedictis, conferunt enim soluendo materias crassas, & subtiles facientes febres chronicas, conferunt etiã dolori hepatis facto a materia pungitiua, siue ventositate extendente, eleuata materia crassa phlegmatica. Conferunt etiam principio hydropisis soluendo aquam citrinam, & hepar confortando, & dosis est dr. j. s. Recipe raued. casiæ. scilicet ligneæ, hieræ picræ, solatri, quod idem est, quod alchechengi, & est frigidæ, & siccæ complexionis vltra secundum. CHR.

ADDITIO.

Hæ pilulę interdum habentur in vsu, & sunt ex in C uẽtione ipsius Mesue. Sed hic cadit dubitatio similis ei, quæ occurrit in diacurcuma, quia licet in his pilulis nõ ingrediatur alchechengi, dicuntur tamen pilulæ de alchechengi secundum quosdam a compositore, vel quod vitio scriptoris descriptio non est integra, vel potius, & melius, quia cõficiuntur cum aqua solatri, quod est species alchechengi. CHR.

NEc hæc sunt in communi vsu. Cassiam fistulam.) Intellige, vt supra, ligneam. Et si est tussis cum febre. Nota hanc mixtionem in tussi, quam potes in aliis quoque pilulis facere. MAN.

SOLANVM id, cuius aqua, aut succo vult comprehendi, sunt qui putant esse halicacabum solani speciem, & inde nomen his impositum: alioqui halicacabum non reciperent, nisi male halicacabũ omissum causaris, aut titulum corruptũ pro alchindi, vel alio. SYLV.

D EX halicacabo. *Vesicarij solani, quod alchechengi vocant, fructum aperiendo, detergendoque efficacẽ esse norunt, qui ad renum dolores experti sunt, recte ergo ad propositos hic affectus, qui ex obstructione ortum habent, huius solani aqua ideſt succo reliqua cogit, est autem baccarum sumendus succus, vt quarum præcipue ea est vis aperiendi, quæ etiam lentore suo ad cogẽda reliqua sunt opportunæ. Subdit autem ad postremũ hic author, si coniucta sit febri tussis, glycyrrhizæ venas addendas dimidio pondere omnium, quo loco quid per venas glycyrrhizæ velit, non constat, eius profecto stirpis medicinæ nihil est præter radicem, vsui, radix vero præter medullam tota fibris, ac veluti venis contexta est crassioribus, an ergo neglecta medulla has fibras quærit? Non facile dixerim, nam non minoris ea pars vsus est, quam alia. Fortasse ergo per venas glycyrrhizæ* COST.

cyrrhizæ totam radicem intelligit, ſubdit enim in memoriam, Arabibus venas interdum pro radicibus ſumi, vt in erythrodano, quod citrinas venas vocat Aui. Sed ſiue totam radicem, ſiue eius partem hoc loco ſumas, parum intereſt.

MESVE.

CATAPOTIA Philagrij ad febres antiquas. Recipe trochiſcorum diarhodō, troch. de rhabarbaro, ana dr.iiij. ſucci eupatorij, † ſpinæ albæ, ana dr. ij. abſinthij, dr.j. & ſemiſſ. myrobalanorum flauarum, ſeminis caſſuthæ, turbith, ana drac.iiij. agarici, aloes, ana † dr. viij. ſalis Indi † drac.j. & ſem. confice cum aqua fœniculi. Da drach.ij.

† Bedegar.

† drac. viij. † drach.j.

MAN. BEDEGAR) Id eſt, ſpina alba, vt ſuperius diximus. Satis leniter purgant.

COST. PHILAGRII. *Caßutha, cuius tum hic, tum ſæpe alibi meminit, duplicem palato ſaporem offert, amarum, & aſtringentem, vnde, & duplicem vim imo contrariam illi Arabes tribuunt, vt legere eſt in Serapione: vt amara eſt, ſtrenue detergendi atque obſtructiones aperiendi, imo, & vrinas pellendi, & bilem purgādi, vt aſtringentis vero eſt ſaporis, viſcera corroborandi, quo fit, vt recte ad antiquas febres huc cum alijs veniat, quāquam autem eius ſemini præter reliquas illius ſtirpis partes priuatim nihil tribuunt, efficacius tamen id alijs eſſe partib. veriſimile eſt, quib. præſtat ſapore.*

MESVE.

CATAPOTIA Inda Haly ad affectus melancholicos, cancrum, elephantiam, alphos nigros curatu difficiles, melancholiā morbum, & inde ortū timorem (& mœrorem,) quartanam, icterū ſplenicum, ſplenis dolorem. Recipiunt myrobalanorum nigrarū, ellebori nigri, polypodij, ana dra.v. epithymi, ſtœchados, ana drac.vj. agarici, lapidis cyanei loti, colocynthidos, ſalis Indi, ana † drac.iiij. ſucci eupatorij, ſpicæ, ana dra.ij. caryophyllorum dr.j. hieræ picræ drach.xij. fiat maſſa cum ſucco apij. Dantur a drachmis duabus vſq; ad aur.ij. cum aqua caſei. Salubria ſunt, experta.

† drach. ij.

CHR. HAE pilulæ interdum in vſu habentur. Et dixerunt quidam, quod dicuntur Indę, quia in India magis in vſu habentur, quam in alijs partibus. Alij dixerunt, quod dicuntur Indę propter ſal Indū, quod recipiunt: & per ſal Indum intellige ſal nitrū: ſed cum caremus eo, ſapientes volūt, quod loco eius ponamus ſal rubeum, quidam ponunt zuccharum candi, ſed non eſt ei proximum, vt eſt ſal rubeum.

MAN. HIs communiter vtimur in atra bile purganda. Lapidis Lazuli, ideſt, Cyanei. Loti.) Toties, vt nullū amplius, vel ſaporem, vel odorem in aqua relinquat. Dofis Satis, vt vnica drach. detur.

SYLV. HVMOREM melancholicum, & melancholiam vſtam purgant. Icterus ſplenicus eſt, qui niger Galeno dicitur initio lib. 6. locorum affectorum, quod ſplenis vitio fiat: fœdos, & pallidos eo

E lores in puellis nubilibus, præſertim, vulgo appellamus, licet etiā viros occupet. Indæ autem vocātur, vel quia in India celebrentur, vel a ſale Indo, qui niger eſt, eiusque lōco ruber vtendus eſt, nō ſaccharum candefactum. Idem pollicentur pilulæ fumariæ Auicennæ ad primū enim, ſcabiem, & affectus alios ab vſta materia natos valent: recipiunt autem myrobalanorum citreatum, cepul. Indarum, ſcammonij, ana drac.v. aloes, drac.vij. tere omnia non multum ſubtiliter: aqua fumariæ irrorata inſola ad mediocrem ſiccationem: ſecundo, & tertio idem fac: poſt ſicca perfecte, & repone.

INDA. *In lapide cyaneo nullum, vel ſaporem, vel odorem obſeruamus, quare ipſius abluendi terminum non ſtatuerim cum Manardo, vbi ſaporem, odoremque nullum in aqua reliquerit. Quod ſi tamen ſaporis, odoriſque aliquid habet, & obiecta aqua, ex qua abluitur ſolum id ſeruandum eſt, quod illorum eſt expers, ſolæ etiā lapideæ partes ſeruabuntur facultatum cyanei lapidis expertes. Rationem ergo eam parandi huius lapidis* F *ſequi ſatius puto, quam in ſuperioribus proponebam.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA Hermetis ex trochiſcis colocynthidos, ad cephalæam, & hemicraneam difficilem, & affectus neruōrum, & iuncturarum. Recipiunt trochiſcorum colocynthidos, drac.xij. hieræ drac. vij. maſtiches drac.ij. ſalis gemmæ aureum vnū, ladani boni vnc.j. omnia præter ladanum, & maſtichem tere, & cribra, maſtiche vero pulueretur cum pauco oleo nucum, quo ſpecies tritæ illinātur: deinde cum ladano miſceatur in mortario piſtillo calido, fiant catapotia craſſa. Da a drach. ſemiſſe ad drach. j.

Pil. alhandal. Hermet.

G

NONNVLLI eas parant, ſed pauci vtuntur, quum tamen efficaces ſint in pituita educenda. MAN.

HERMETIS. *Quid velit, quum maſtichen cum pauco nucum oleo duci in puluerem iubet, obſcurum eſt, quum enim, quæ terenda ſunt, quam ſicciſſima eſſe oporteat, vt partes a partibus ſeparentur, oleum humore, & lentore ſuo eas cogit, non autem ſeparat. An ergo diſſolutionem intelligit? ſolent enim oleo diſſoluti lachrimæ. At non erat, vt duci in puluerem diceret, vult fortaſſe leuiſſime tantum inungi piſtillum oleo, ne mortario inhæreat: Aut diſtincte legendum, terendam maſtichen: tum addito illi pauco nucum oleo, illinendas (vt ait) ex eo ſpecies tritas, per illitionem intelligendo non earum ſpecierum coagmentationem, ſed aſperſionē* H *tantum quandam: cogendi enim ſunt poſtea ex ladano, ſic vero legendum eſſet (maſtiche vero pulueretur, & eo cum pauco oleo nucum ſpecies tritæ illinantur.) Sed quocunque pacto legas, tribus hiſce modis vſurpari hoc in loco maſtichen tuto poſſe exiſtimo, vel diſſolutum ex oleo nucum, vel eo artificio in puluerem ductā inuncto antea leuiter piſtillo, vel tertio ſi poſtquam in puluerem duxeris maſtichen, olei parum addas. Vt vero hoc loco, oleum quærat, cauſam puto, vt trochiſcorum colocynthidis, hieræ, & ſalis acrimoniā molli hoc liquore obtundat, deligit autem oleum nucum, quod attenuandi, diſcutiendique, vi efficax, trochiſcis hieræ, & ſali vires (quod ad hoc pertinet) diſſimiles non habet: creditur vero præterea neruoſis partibus amicum, ad quarū commodum ſua hæc catapotia hic cōmēdat. Addantur* COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0340-2 DFG

diuntur hic rursum mastiche, & ladanum ad dictorum medicamentorum frenandam violentiam, atque ad viscera roborandа. Notandum hic rursus, quod (vt in aggregatiuis quoque nuncupatis antea) crassas fieri pilulas iubet, quo dicta in ventriculo diuturniori mora, à longinquis partibus cerebro neruis, atque articulis valentius trahant.

MESVE.

CATAPOTIA ex sarcocolla alba sunt, pituitam vacuant, ob id pituitosis affectibus commodant. Recipiunt sarcocollæ drach. iij. turbith drach. iij. colocynthidos drach. j. & semissem, zingiberis tantundem, salis gemmæ drach. j. dissolue sarcocollam in aqua rosata, hisque comprehende.

MAN. Ego nunquã his vsus sum, nec vidi medicum vtentem.

SYLVII. VIOLENTER pituitam, crassam, & lentam trahunt, parum tuta vsu, nisi parca dosi in valentibus, & cum alijs mista: descripta sunt etiam in simpl. cap. de sarcocolla.

COST. SARCOCOLLAE. *Si sarcocolla, vt Mesue lib. simpl. testatur, ad crudam ex cerebro, neruis, articulis, thorace, pituitam educendam vtilis est, non immerito ad senũ affectus vsque adeo probatur. Duo tamen illi insunt vitia, tarditatis, & imbecillitatis in agendo, quæ corrigi docet Zingibere, ac cardamomo. Quare quod catapotia ex sarcocolla hoc loco posita. lib. simpl. Halyseni ascripta, violenter trahant (quod quidam aiunt) aliam habet causam, nempe non vllum sarcocollæ vitium, sed potius (vt puto) omissam colocynthidis castigationem, quæ vim suam cohibentibus eget, quam excitare, & zingiber, & sal gemmeum potest. Itaque si quis trochiscis colocynthidis antea descriptis hic vsus fuerit, mitius euadet medicamentum. Aliquid tamen adhuc in his desidero, quod ventriculi subuersionem, flatulentiamque à turbitho excitatam dissoluat, quod licet zingiber aliquo modo præstet, si tamen in aqua rosacea, qua dissoluenda est sarcocolla, mastiche aut caryophylli antea macerentur, fore arbitror, vt citra eam violentiam munus suum hæc obeant catapotia, drach. j. pondere assumpta, quam tantopere nonnulli verentur, vt eorum vsum prorsus damnent.*

MESVE.

CATAPOTIA Fœtida maiora, vacuant pituitam, crassam, crudam. ob id conferunt affectibus inde natis, arthriridi, podagræ, gonagræ, dolori spinæ, & aliarum iuncturarum, ventriculi, colico, alphis, elephantiæ, albaras. Recipiunt sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, colocynthidis, rutæ agrestis, aloes, epithymi, ana drach. v. hermodactylorum, †esulæ, ana drach. ij. scammonij drach. iij. cinnamomi, spicæ, croci, castorij, ana drach. j. turbith drach. iiij. zingiberis drach. j. & semissem, euphorbij drach. vnius partes duas, dissolue lachrymas aqua porri, & finge massam. Dabis drach. † duas.

† alsebrã.

† vnc. ij. sufficit.

CHRI. PILVLAE fœtidæ maiores potenter soluunt materias phlegmaticas crassas, & viscosas. vnde attrahunt, & soluunt materias contentas in iuncturis, in cerebro, & membris neruosis. Communis tamen vsus ipsarum, est in fine dictarum ægritudinum neruosarum, & maxime in paralysi, & in podagris longi temporis, & ægritudinibus similibus est communis vsus ipsarum, & dosis est drach. cum conditionibus obseruatis prædictis superius assumptis.

ADDITIO.

Hæ pilulæ dicuntur fœtidæ, quia fœtidos, & corruptos humores educunt: vel dicuntur fœtidæ, quia quædam fœtida ingrediuntur.

MAN. HARMEL.) Audi, vt supra, speciem rutæ sylue-stris, Da drach. j. satis enim potentes sunt.

SYLVII. CATAPOTIA hæc arthritica δοκοῦσι, pituitam crassam, à cerebro, iuncturis, & partibus alijs remotis trahunt, vtenda potius in fine morborum pituitosorum, vt paralysis. Dantur drach. j. Fœtida vocantur, quod castorium, rutam agrestẽ, & liquores graueolentes recipiant potius, quam quod putres humores vacuent.

COST. FOETIDAE maiores. *Maximi profecto hæc catapotia sunt vsus ad propositos affectus. præter quos in excitandis quoque muliebribus mensibus, educẽdisque putribus earum partium succis præstare, quotidiano vsu docentur. Neque autem quia valentissimæ sunt, damnandus est Mesue ea pondere drachmarũ duarum exhibens: id enim in robustiori corpore non excedit modum. Tu vero si castigatiora hæc velis, sagapenum, ammoniacum, opopanaca, reliquaque hic purgãte vi prædita, antea correcta assumito, fietque, vt tutissime præscripto etiam à Mesue pondere, mediocri habitu, & vi præditis corporibus possint exhiberi.*

MESVE.

CATAPOTIA Fœtida minora idem pollentia. Recipe sagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdellij, myrrhę, ana drach. v. turbith, drach. x. colocynthidos drach. vj. fiant vt priora. Da drachmas duas.

CHRI. PILVLAE fœtidæ minores non sunt consolatæ sicut præcedentes, ideo vsus earum non est sic conueniens sicut præcedentes, quia maioris periculi. & vsus earum est vsque ad scrup. ij. tamen in quibusdam robustis, & fortibus possunt exhiberi, drach. j. alijs conditionibus obseruatis, &c.

MAN. Minus validæ sunt prioribus.

SYLVII. QVod paucioribus constant simplicibus, minora dicuntur, tamen minus tuta sunt, quàm priora, quia minus correcta sunt simplicia: forsitan dari possunt à script. duobus, ad drach. j.

COST. FOETIDAE mino. *Vtere hic quoque his simplicibus castigatis, & erũt tutissimi vsus, eo etiam pondere, quod præscribit Mesue in robusto corpore.*

CATAPOTIA Sagapeni pituitam lentam purgant, ob id iuuant paralysin, spasmum dolorẽ iunctarum, dorsi, podagram frigidam. Recipe sagapeni, ammoniaci, bdellij, opopanacis, aloes, castorij, rutæ agre-

stis, ana drach. ij. colocynthidos, drach. iij. Fac E massam cum aqua porri.

CHRI. ISTAE pilulæ, sunt principaliter solutiuæ materierum phlegmaticarum crassarum, & viscosarũ à cerebro, & nucha, & alijs membris neruosis: & conueniunt doloribus iuncturarum, & ad paralysim, & ad spasmum, præmissa tamen digestione materierũ, & dosis est ad drachm. j. Tutius tamen est ab eis abstinere, & vti pilulis fœtidis maioribus dictis superius. Pilulæ cochiæ communiter non reperiuntur positę in antidot. Mesue, sed earum descriptio ponitur inferius in suo de appopriatis. cap. de cura sodæ frigidæ. Ponitur etiam ipsarum descriptio consilio Almansoris ca. de dolore capitis à materia frigida, & hæc est descriptio, quæ communiter habetur in vsu, & sic vbique præparatę reperiuntur. Recipe puluer is hieræ picræ Gal. drach. x. colocynthidis drach. iij. & tertiam partem drach. j. scammoneę drach. ij. s. turbith, stœchados ana drach. v. confice cum succo absinthij, & dosis earum cõiter est drach. j. Istę pilulę efficaciam magnam habent in soluendo materias frigidas, phlegmaticas, in capite contentas. vnde summe conueniunt sodæ, & dolori capitis facto à materia frigida phlegmatica, & etiam conferunt passionibus frigidis materialibus membrorum neruosorum. & vsus earum esse debet post digestionem.

Quod de pilulis cochijs agat hoc loco interpres de ijsdẽ aliquid fuisse à Mesue scriptũ admonemur, quod interciderit. Pilulæ cochiæ vsuales.

MAN. Neque his vsus sum vnquam.

SYLVII. CATAPOTIA cochia pituitam à cerebro, & alijs neruosis vacuant: ob id conferunt dolori capitis frigido, seu pituitoso: sic à Mesue describuntur in praxi: recipiunt pul. hieræ picræ Galeni drach. x. colocynthidos drachm. iij. & etiam partem drach. j. scammonij, drach. ij. & semissem: turbith, stœchados, ana drach. v. cum succo absinthij forma: dantur drachm. j. Adscripsimus his, quod vsu sint frequentia, Catapotia Galeni ex aloe idem præstantia. recipiunt colocynthidos, & succi absinthij, ana partem vnam. aloes, scammonij, singulorum partes ij. mastichen Chiam, & bdellium. ante etiam miscebat Gal. sed postea sustulit. Dat vndecim ciceris magnitudine adolescenti bene habito. Paulus autem lib. 7. medullæ colocynthidos, aloes, succi absinthij, singulas partes: scammonij partes ij. miscet, ac fingit ἀλλᾶς, hoc est, granula erui magnitudine, datque vndecim: vulgo pilulæ cochiæ dicuntur. Aliter Rasis, Gradi, Nicol. componunt. Galen. item lib. 5. methodi ad varias excrementorum species pilulas suas cõmendat ex aloe, scammonio, colocynthide, agarico, bdellio, gummi Arabico, non adscripta singulorum mensura.

PITVITAM crassam, lentam, expulsioni paratam, à cerebro, spina, & alijs partibus neruosis potenter educunt drach. j. tutiora tamen sunt fœtida maiora.

H

COST. SAGAPENI. *Sperare ex his quoque licet ad frigidos affectus propositos, non minorem, quam ex fœtidis vsum, cum vero etiam non minus tutum si ex castigatis simplicibus conficiantur.*

MESVE.



ATAPOTIA Euphorbij, pituitam frigidam, crudã, ad neruos fluentem vacuant, ob id conferunt paralysi. Recip. euphorbij, colocynthidos, agarici, bdellij, sagapeni, ana drachmas ij. aloes drach. v. finge cum aqua porri. Dantur à drach. semis. ad drach. j.

ISTAE pilulæ raro habentur in vsu, licet præparatæ reperiantur. Inducunt enim violentiam magnam ex earum potentia, & acuitate in soluendo phlegma frigidum, & viscosum, quod est causa mollificationis, & paralysis. vitandæ sunt ergo, nisi in casu magnę necessitatis, & in corporibus robustis, & fortibus. & dosis ipsarũ est à drach. 5. vsque ad drach. j. Euphorbium est gũmi calidum, & siccũ in quarto. CHRI.

VALIDÆ sunt in articulorum affectibus à pituita factis. MAN.

NON vtenda nisi in necessitate magna, idque in robustis. SYLVII.

EVPHORBII. *Licet Mesue euphorbium vltra trium siliquarum pondus non propinet: Dioscorides tamen ad drachmam integram progreditur. Quare quum ex horum serie, quæ ad hęc conficienda catapotia sumuntur, quædam drachmarum duarum pondere tuto sumantur, vt agaricus, quædam trium, vt aloe, reliquæ vnius, vt colocynthis, & sagapenum: quãdo huc etiam accedunt bdellij drachmæ duæ, quæ prædictorum vim retundunt, vt in his exhibendi minus simus meticulosi, & excedere drachmam audeamus, suaderi videmur. At non temere agendum. Quod hic magis verẽdum est, euphorbium est. id tamen si vel oleo amygdalino, vel citro castigatum sumatur: ad hæc autem colocynthis, agaricum, sagapenum, aloe antea correcta ueniant: tutissima hæc & valentissima sunt futura ad frigidos affectus propositos, in frigidis præsertim tẽporibus, & corporibus. alioqui puellam noui, quę quum illi in collo tumescerent ganglia, assumpto ad grana tria euphorbio, aluus leuissime, & citra euidentem noxam omnem, magno autem in discutiendis ganglijs fructu subduceretur.* COST.

G

MESVE.



ATAP. ex Rhabarbaro alia ad hepatis, & lienis obstructionem, & hydropem. Rec. rhabarbari drachmas vij. ammoniaci, sagapeni, bdellij, ana drachm. x. cancami, drach. viij. opopanacis drachm. iiij. † thymeleæ, gummi, ana drach. iiij. turbith, drach. x. spicæ, polij, aloes, ana drachm. v. mastiches drachm. ij. myrobalanorum flauarum drach. x. dissolue lachrymas vino, & forma. Dantur drach. ij. cum aqua casei. *Mezerem.*

LICET Raued. idem sit quod rheon barbarum, pilulæ tamen hę longe efficaciores sunt, quã quæ de Rha barbaro vocantur. Dosis tamen trãscendat drachmam. MAN.

CATAP. Imperialia his affinia, bilem, & pituitam ex nutritorijs partibus vacuant. Rhabarbari vnc. j. aloes, vnc. ij. turbith, agarici, folliculorum sennæ, quinque myrobal. cinnamomi, amomi, cardamomi, caryophyllorum, zingib. macis, nucis moschatæ, zedoariæ, cubebæ, xyloaloes, croci, aniti, mastiches, spicæ nardi, mellis aerij, ana scrup. j. cum syrupo rosato, aut violato. SYLVII.

EX rhabarbaro. *Quum purgantium, quæ huc veniunt, summæ doses sint ferè vna supra quadraginta, rhabarbari tres, ammoniaci, & sagapeni simul viginti, opopanacis quatuor, mezerei quatuor, turbithi quinque, myrobalanorum quinque: reliquorum vero, quæ non purgant drachmæ triginta sex, profectò cur supra drachmæ vnius pondus offerre non licet, non apparet. Namque dissolutis lachrymis vino, & collectis in pastillum vnum omnibus, vt collecta illa duas* COST.

supra

ſupra octoginta drachmas pendeant fore arbitror. atque ita vt tuto hæc drachmarum duarum pondere ſumi poſſint, ex Meſue inſtituto, præſertim cum ſero, quo eorum vis quodammodo diluitur.

A

MESVE.

Pil. de Mezereon.

ATAPOTIA ex Thymeela, ſeroſum excrementum valenter purgant, ſeu aquas. ob id hydropem iuuant. Recipit foliorum † thymelææ aceto infuſorum, & ſiccatorum, drachm. v. myrobalanorum flauarum drachm. iiij. cepularum, drachmas iij. forma cum manna, & tamar Indis, aqua intybi ſolutis.

Mezereon.

CHRI. PILVLAE de Mezereon, ideſt de laureola. ſunt conuenientes principaliter ad ſoluẽdum aquam citrinam. vnde communiter ab omnibus medicis dãtur in cura hydropiſis aſcitis. Et doſis cõmuniter eſt à drach. j. vſque ad ſcrup. iiij. obſeruatis cõditionibus.

ADDITIO.

Hęc deſcript. pilularum communiter in vſu habetur. idem Meſue ca. de Mezereon hanc eandem habet deſcript. Et dicuntur de Mezereon, quia ingreditur plus de Mezereõ, quam de alio ſimplici. Chriſtophorus de Honeſtis in præſenti commento habet Mezereon, ideſt laureolã, quod falſum eſt, vt dictũ eſt ſupra in confectione almezereon. Serapio in proprio Antidot. habet duas deſcript. pilu. de mezereon, quæ non ſunt eædem cum iſta.

SYLVII. DANTVR à drach. j. ad ſcrup. quatuor in aſcite. Valide enim purgant aquas: tutius autem rhabarbaro, aut catapotijs rhabarbari miſcentur.

COST. EX Mezereo. *Mezereon Meſue, vt lib. ſimplicium in ſerie eſt lacteſcentium plantarum, in qua non eſt thymelæa: quid autem ſit, adhuc nihil habemus certi. Si cui animus fuerit thymelæa pro illa vti, non improbo probat enim euentus eſt illam ipſam ſeroſos humores euacuare, quos in propoſitis affectibus euacuare opus eſt. eorum autem gratia non adduntur hoc loco myrobalani, vel manna, vel tamarindi, qui id humoris genus non educunt, ſed ad iecoris robur, quod alioqui plantis huiuſcemodi lac feretibus, & acribus lędi ſolet.*

MESVE.

Pil. lucis maiores.

ATAPOTIA optica maiora, viſum roborant, & augent, excrementa vacuant, corpus ſanum ſeruant ſumptis his, à cibo abſtinere eſt neceſſe, Recip. roſarum, violarum, abſinthij, colocynthidis, turbith, cubebæ, calami aromatici, nucis moſch. ſpicæ, epithymi, carpobalſami, xylobalſami, ſeſeleos. ſem. rutæ, ſchęnu anthus, aſari, maſtiches, caryoph. cinnamomi, aniſi, fęniculi, apij, caſię, croci, macis, ana drach. ij. myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum, belleric. emblic. rhabarbari, ana drachm. iiij. agarici, ſenæ, ana drachm. v. euphragiæ, drach. ſex, aloes pondus omnium. comprehende ſucco fœniculi. Dantur à drach. ij. ad drach. iij.

℥ drac. viij.

B

DE iſtis pilulis ponuntur duæ deſcriptiones, & iſta prima eſt illa, quæ communiter magis habetur in vſu, & vbique magis præparata reperitur. Summe conueniunt ſoluendo ſuperfluitates, maxime phlegmaticas contentas in cerebro, & ſunt conſeruatiuæ virtutis viſiuæ, & curatiuæ ęgritudinũ oculorum, quæ fiunt à materia frigida. Et vltra virtutem ſolutiuam, quam habent, ſunt confortatiuæ prædictæ virtutis viſiuæ, ſpiritus viſibiles multiplicãdo, & eos claros, & peruios faciendo. Et doſis eſt drachm. j. s. Recip. ſileris, ſcilicet montani, caſiæ ſcilicet ligneæ, & reliqua ſunt nota. CHRI.

HAS ego roborare conſueui, in pituita quidem educenda cum cochijs, in bile cum aureis. Minores magis reſpiciunt atram bilem, quàm maiores. MAN.

PITVITAM à cerebro, & oculis vacuant, ob id oculorum morbos inde natos curant: ad hæc viſorium ſpiritum roborant, augent, puriorem reddunt, ſic viſionem iuuant. Optica id eſt viſoria, ſeu cum vulgo, lucis inde dicta. Hæc roborat Mana. in pituita educenda cochijs: in bile, aureis pilulis. SYLVII.

LVCIS maiora. *Quod nunc Venetias fertur pro xylobalſamo, ſapore, odoreque non diſſimile vero balſamo, quod apud me eſt, ego quidem libenter vtar, pro eo tamen ſi quis violæ albæ radices Galeno ſubſtitutas malit, non erunt hæ inutiles, neque alijs multis hoc loco ſumptis in aperiendo, & attenuãdo diſſimiles. Euphragia autem, cuius meminit, nunc vulgo eſt nota, licet Græcis intacta, ad caliginem oculorum commendatur. quod tamen intelligendum vbi is affectus frigidam cauſam ſequatur. calefacere enim & ſiccare obſeruatur. ſic Vinum à Villanouano paratum, iniecta in muſtum euphragia multis contulit: alijs non contulit,* C *vbi præſertim ex ſpirituum inopia vitium eſt: cum qua ſiccando abſumendoque eorum materia, auxiſſe affectum obſeruatum eſt.* COST.

MESVE.

ATAPOTIA optica minora idẽ pollentia. Recip. xylobalſami, carpobalſami, ana drach. j. chelidonij, drachm. v. roſarum violarum, abſinthij, euphragiæ, ana drach. iij. ſenæ, epithymi, myrobalanorum flauarum, cepul. Ind. bellericarum, emblic. agarici, colocynthidos, ſchœnu anthus, lycij, lapidis cyanei, ana drachm. ij. & ſemiſſ. aloes, pondus omnium. finge cum ſucco fœniculi, aut chelidonij. D

PILVLAE lucis minores etiam præparantur, & habentur in vſu, non tamen ſicut prædictæ, & in operatione quaſi conueniunt cum illis. Et doſis eſt ſicut illarum, attamen iſtæ minores, ſunt plus ſolutiuæ materiæ melancholicæ, quam phlegmaticæ, ſed maiores magis ſoluunt phlegma, & minus melancholiã. & cum hoc plus, vel magis ſunt cõfortatiuæ cerebri, & inſtrumentorum ſenſuum. CHRI.

MINORA hæc ſunt vocata, quod paucioribus conſtant ſimplicibus, viribus enim valentiora ſunt prioribus. præſertim ad purgandum melancholiam magis, quàm pituitam: cum illa contra pituitam potentius purgent, quàm melancholiam. SYLVII.

LVCIS minores. *Chelidonium vſque adeo cõfert oculis creditur, vt hirundines pullis ſuis quibus* COST.

expuncti sint oculi eo restituere visum vulgata sit opinio. quod tamen neque experimentum probat, neque dictat ratio. quum enim hæc vehementer desiccet, quomodo effusum pungendo ex oculis humorem restituat? Non negarim tamen frigidis oculorum affectibus prodesse, vt tamen etiam priuatam aliquam illi ipsi vim inesse non negem, qua oculis sit ex vsu. Sanè autem quum Dioscoride admonente, & radix, & folia, & caulis, & planta tota vsui sit, quànam hoc loco vtaris parte, nihil interest. chelidonij tamen absolutæ nomine folia sunt sumenda. At vero quia hìc etiam lycij meminit, pro eo nunc Venetias nigræ quædam afferuntur offæ, non ijs tamen notis omnibus insignitę, quas in probatissimo Dioscorides desiderat. In lycij autem etiam legitimi, si quando ad manus venerit, vsu, suspicari licet, ne temere ad oculorum affectus illud ipsum absolute vsurpetur. non enim id, sed quod spumosum in summo fluitat dum lycium coquitur, oculorum ait medicinæ seruandum: reliquo in alijs vtendum. At licet spuma lycij, non lycio sit ad oculos opus, vbi tamen legitimum occurrerit lycium, nouo fortasse artificio nouam spumam parare poterimus, si non æqualem viribus legitimæ spumæ, non tamen dissimili facultate. contuso enim lycio, & aqua diebus aliquot madefacto nobis quoque licebit ipsum coquere, & quod supernatarit spumosum colligere ad oculorum medicinam. Nunc autem, quando lycij spumam nō habemus, in oculorum affectibus, in quibus astrictione sit opus, non negarim syluestrium prunorum, ligustri, aut rhus succum fore ex vsu, sed amurcam, quam vetustissimam, quæ olei (oculis natura aduersi) pinguitudine sit expers, cupreo vase, vt docet Dioscorides, ad mellis consistentiam cocta, maxime vterer. at si non astrictione, sed detersione sit opus, hisce, vt quæ non detergant, synceris non vtar, sed cum saccharo albo commistis. At vbi assumendum est lycium, non etiam foris admouendum, dimissa amurca, in illius locum prunorum syluestrium, & rhus succum semper proponam. quamquam non satis video quid in oculorum affectibus assumptum lycium, aut reliqua hęc præstare possint, nisi forte largissime sumpta, dum tenuiores humores crassiores reddēdo, ne in superiores partes ferantur, efficiunt, conferre eo nomine existimemus.

MESVE.

CATAPOTIA stomachica cerebrum, & ventriculum corruptis humoribus purgant, ventriculum roborant, coctionem iuuāt, appetentiam excitant. Recip. hieræ picræ drachm. x. trium myrobalan. absinthij, ana drachm. ij. mastiches, anisi, bellericarum, emblicarum, agarici, ana drach. iij. & semissem, zingiberis drach. ij. caryophyllorum, salis gemmæ, schœnu anthus, ana drach. j. turbith drach. xij. confice cum succo absinthij. Da drach. ij. vel iij.

CHRI. PILVLAE stomachicæ stomachum, & digestionem confortant. & superius posita est descriptio pilularum stomachicarum, quæ communiter sunt in vsu. verum hæ huæ descriptiones modicum differunt in virtute, & operationibus. Istæ enim purgando humores putridos, & corruptos contentos in stomacho ipsum stomachum confortant, virtutem digestiuam vigorando. Et conferunt ægritudinibus frigidis cerebri materialibus. Et dosis communis earum est drachm. vna, licet possit dari drach. j. s. obseruatis conditionibus, &c.

POSSVNT dari tantum à drach. j. ad drach. j. & dimidiū, vt prædicta: nam corpora regiones frigidas habitantia, quia pituitosa, alba, mollia, minus valētia ferunt medicamēta: quàm corpora nigra sicca, dura, regiones calidas, vt Ægyptum, Æthiopiam colentia, Gal. in li. e. ph. g. Catapotia autem ex puluere solus hierę picræ Gal. cum mello rosato, vel syrupo ros. vel alio formata idem possunt quod hiera ipsa, & ad drach. ij. sumi possunt. Catapotia Rufi ex aloes vnc. ij. croci, myrrhæ, ana vnc. j. cum vino albo aromatico, vel potius syrup. limonum, vel succo citrei formanda, illis proxima sunt viribus. Pro croco autem ammoniacum thymiama miscet Paul. lib. 3. c. de pestilentia ex Rufo. Sunt enim contra pestem salubria, præsertim additis vnc. ij. boli Armenicæ & aloe, si æstas sit, lota, in aqua intybi, & rosarum. Nam ventriculum, intestina, mesaræum, hepar, cerebrum purgant humore putri, bilioso, aut pituitoso. Dantur mane ieiunis. drach. j. SYLVII.

STOMACHICA. *Quum medicamentorum, quæ hic ad purgandum sumuntur, doses sint circiter decem, & octo, vniuersa autem horum summa excepto succo absinthij, quo cogenda sunt, drachmas quinquaginta duas pendet, cur Syluius contra authoris institutum, hoc ipsum medicamentum exhibendi modum præscribat drachmæ tantum vnius cum dimidia, non video. Quod si quis in suis tantum regionibus hoc consulere illum dicat, in quibus frigidiora, & pituita oppleta sunt corpora: atqui eiuscemodi corpora valentiorem ferre purgationem, quam calidarum regionum incolas, & ratio docet, quia viribus superiores sunt, qui frigidas colunt regiones, quàm qui calidas densato corpore, contractoque ad interiores partes calore, non autem foras copiosius effuso. & quia humores illis crassiores sunt, atque ad educendum ineptiores. docet vero etiam experimentum, quando frigidarum eiuscemodi regionum homines stimmi, & præcipitato hydrargyro largius sumpto non lædumtur, vt lædūtur nostri. Quare in robustis corporibus cum cacochymiam, seruatis reliquis, quæ seruanda sunt, si ea, quam Mes. præscribit, aut certe paulo inferiori mensura hac catapotia exhibueris; nihil accessurum periculi existimarem.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA stomachica alia idem pollentia. Recip. trium myrobalanorum, ana drach. iij. rosarum, mastiches, ana drach. ij. cardamomi, ligni aloes, santali citrini, cubebæ, caryophyllorum, schœnu anthus, nucis moschatæ, ana drachm. ij. rhabarbari vnc. semissem, turbith drach. vij. aloes pondus omnium, comprehende omnia vino odoro.

NON *sunt hæc superioribus multo inferiora, nisi forte in crassa pituita detrahenda sint illis minus valentia ob agarici defectum.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA stomachica alia nobis inuenta, ventriculum, & caput expurgant, quouis tempore sumi possunt. Recip. turbith, drachm. x. mastiches, drach. iij.

rosarum

rosarum drachm.iii. aloes bonæ ad pondus omnium. comprehende succo absinthii.

CHRI. ISTAE pilulæ sunt mundificatiuæ materierũ crassarum contentarum in stomacho, & in capite, soluendo principaliter materias phlegmaticas, corruptas, & maxime subtiles, & aquosas. Et sunt pilulæ satis domesticæ. Et earum dosis est vsque ad drach.j.s.cum conditionibus obseruatis.

MAN. PRIMÆ pituitam purgant, & ventriculum roborant, secundæ bilem etiam purgant, tertiæ pituitam, quartæ inter omnes has sunt minus calidæ.

SYLVII. MATERIAM pituitosam, putrem, præcipue aquosam ex ventriculo, & cerebro vacuant à drach.j. ad drachm.j. & semissem.

COST. STOMACHICAE aliæ. *Quod hic sumi posse ait omni tempore difficile est. non enim constat, an omni anni tempore, an quauis diei hora: an quaque morbi ætate. Nullum profecto medicamentum omni tempore anni dari potest citra noxam: neque hoc ipsum, de quo agitur, æstiuis caloribus impune exhibueris ob aloen, cuius calorem nihil hoc loco temperat præter rosas: non etiam à cibo ob turbithum, cuius vis est, vt ventriculum molestè subuertat: non videntur etiam in omni morbi tempore sine iniuria capi posse, quando humores adhuc crudiores eductioni aduersantur. Cæterum, habenda est sanè ratio, & constitutionis anni, & horæ, & ætatis morborum: at vbi ventriculus tantum, & caput sine obseruatione febris, alicuius ve morbi grauis expurgandum est, si calidioribus etiam anni temporibus, habito tamen minus æstuosæ horæ delectu, hæc ipsa catapotia exhibueris, non puto erraturum. Licet enim ea caliditatis alicuius imprimere ventriculo vestigium possint, nõ id tamen supra modum insigne, tum, ob rosarum (si reliqua spectes) accessionem, tum quod dum biliosos succos aloes nomine educunt, afferre aliquod corpori vniuerso refrigerium possint. Neque vero etiam caret hoc loco turbithum antidoto eius vitiũ castigante. mastiche enim & discutere flatus ab eo excitatos, & cum rosa maxima confirmare os ventriculi potest. illud autem obseruatum est, solidiora huius generis medicamenta, & ante, & post cibum non frustra sumi. Licet enim de non commiscendis cibo medicamentis disputatio sit grauis, tamẽ qui vnam ventriculi expurgationem, & alui deiectionẽ quærunt, non falluntur expectatione. ac si etiam est in nostro corpore vis discretrix, quam interdum Auerroes statuit, commodam illa, & medicamento, & alimentis distributionem faciet, vt ne alterum alterius occursu lædatur. alioqui, quamuis attractricem partium naturam refugere alimentum medicamentosa vi imbutum verisimilem habet coniecturam: non illam tamen cum alimenti indigentia, feriari credibile est, quin quod illi est opus, & quantumcunque vtile est, ex pessimo quouis exugat apparatu. At vero quum postremo, non omni morbi ætate hæc esse accommoda differebatur: annuo, si ex venoso genere vniuerso, atque ex corporis habitu trahendi sint humores, coctione esse opus. at qui in ventriculo quiue in intestinis sunt, circa quæ vis medicamẽti magis viget: etiam non expectata coctione facile, atque impune educi quotidie obseruamus. vt propterea catapotia hæc omni tempore, & anni, & diei, & morbi (ita vt diximus) sumi posse non temere hic author admonuerit, quæ deuorata sesqui drachmæ pondere vix ventrem trahendo excedunt. Quod si obijcias in longinquiores etiam partes eorum vim ferri, quãdo ad caput quoque expurgandum faciunt, admonente Mesue: consequentia id quadam fieri intelliges. dum enim prauis ventriculus succis expurgatur. ne ex ipso mali halitus efferantur in caput, etiam consequitur. Immo quum ex quacunque corporis parte fiat euacuatio, vniuersum corpus eiusdem euacuationis sit particeps, ita etiam expurgato ventre leui quouis medicamento, expurgari ipsum quoque caput, non est à ratione alienum.*

MESVE.

CATAPOTIA stomachica alia, caput, & ventriculum purgantia. Rec.aloes, drachm. vj. mastiches, rosarum, ana drach.ij. compone cum succo solani.

HÆC ostendunt hieram picram Galeni tribus his simplicibus absolui posse, sed minus efficacem, vt ante docui. SYLVII.

STOMACHICAE aliæ. *Solani succum ventriculi ardoribus vtilem scribit Dioscor. Quare catapotia hæc inutiles ventriculi succos præsertim biliosos cũ refrigerio, aut certe cum temperie euacuare captę sunt. longe ab hiera Galeni diuerso vsu, quę non modo pituitam quoque ob asarum ex ventriculo purgare potest: sed cum ventriculi ipsius calore. ita vt hisce tribus absolui Galeni picra non possit, vt ait Syluius.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA alia ex trochiscis colocynthidis, efficacia ad affectus cerebri, neruorum, & iuncturarum pituitosos. Recip. trochiscorum colocynthidos, drachm. x. salis gemmæ, drach.j. ladani, drachm.xii. olei rosarum q.s. MAN.

HÆ minus calidæ sunt, quàm quæ iuxta Hermetẽ superius sunt descriptæ. MAN.

ALHANDAL. *Non incommode trochiscos colocynthidis cogit ladano, vt eius medicamẽti vis effera ladani glutino quasi cõpedibus quibusdam coerceatur. Sed est præterea ladanum pituitoso ventriculo commodum, quod calefacere, & desiccare potest. Sanè rosaceum quoque oleum hic exposcit, ad inungendum horum catapotiorum pastillum, ne arescat.* COST.

MESVE.

CATAPOT. stomachica alia. Recipiunt myrobalanorum flauarum, aloes, turbith, ana drach.x. rosarum, spicæ, mastiches, drachmas ij. & s. anisi drachm.i. semis, salis Indi, croci, ana drach.i. misce cum succo absinthii.

NON multum differunt ab his, quæ tertio loco supra sunt scriptæ. MAN.

Hæc ob myrobalanos flauas, bilem flauam leuiter vacuant. SYLVII.

STOMACHICAE aliæ. *Non bilem modo flauã, vt ait Syluius, educere hęc poterũt propter citrinos* COST.

myrobalanos: ſed etiam pallidam ob aloen, & eodem E
nomine ſeroſam pituitam: ob turbithum autem, & ſal Indum pituitam etiam craſſiorem.

MESVE.

CATAPOTIA ex Agarico, thoracem purgant pituita craſſa, & putri. ob id antiquæ tuſſi, & aſthmati conferunt. Recip. agarici, drachm. iij. radicis ireos, praſij, ana drachm. j. turbith, drach. v. hieræ picræ, drachm. iiij. colocynthidos, ſarcocollæ, ana drachm.ij. myrrhæ, drachm.j. miſce cum ſapa. Da drachm.ij.

CHRI. ISTAE pilulæ conueniunt in paſſionibus capitis, F
& pectoris, euacuando humores craſſos, & adhærentes. attrahunt etiam omnem materiam à iunctu-
ris. vnde conferunt peripneumonicis, aſthmaticis,
tuſſientibus, &c. Et doſis earum eſt ſcrup. iiij. Earum
compoſitionem ingreditur radix ireos, faciēs lilios cę
leſtinos, & eſt calidæ, & ſiccæ complexionis in tertio
gradu, cuius ſuccus ſumme confert hydropicis aſci-
ticis, ſoluit enim aquam citrinam in copia magna, &
doſis eius eſt vſque ad drach. iiij. depuratus cum mo-
dico mellis, vel zucchari, ſpica, & cinnamomo. Et do-
ſis eſt drach. iij. prædicti ſucci ſic præparati cum dra-
ch. j. mellis, vel zucchari ad ſoluendum vſque ad iiij.
aſſellas. Et de tali potione poteſt exhiberi ſemel in ſe-
ptimana, præſuppoſita ſemper virtutis conſtantia, &
debet aſſumi ab actuali caliditate de mane, ſicut aliæ
potiones. & iam vidi ſolum cum hoc medicamine, & G
alio bono regimine in ſex rebus non naturalibus plu
res hydropicos curatos eſſe.

MAN. HÆ vbique confectæ inueniuntur, & pectori ſunt admodum vtiles. Auic. eas deſcribit cap. de aſthmate, ſed non apponit myrrham.

SYLVII. TRAHVNT etiam à capite, & iuncturis, & peripneumoniæ etiam conferunt ſcrup. ſine myrrha ſiunt Auic. c. de aſthmate.

COST. DE agarico. *Si agaricum, turbithum, & colocynthida correcta in his conficiendis catapotijs ſumpſeris, vt minus moleſta, ita etiam reddes vtiliora.*

MESVE.

H

CATAP. ad febres bilioſas, & morbos ex bile flaua, & ſanguine natos. Recip. myrob. flauarum, & Indarum emblicarum, ſeminis fumariæ, caſſuthæ, ana drachm.ij. foliorum roſ. ſeminis citruli, rhabarbari, ana drachm.ij. (alij rhab. drachm.vj.) ſcammonij in cydonio cocti, drach.j. & ſemiſſem, (alij drachm. ij. & ſemiſſem,) ſucci cupator. ſucci abſinthij, ana drachm.ij. agarici drach.ij. & ſemiſſem, hieræ picræ, drachm.viij. † mellis cum caſia fiſtula, tamar Indis, & ſucco intybi miſti q.ſ. Dantur à drach.ij. ad aur.ij.

† Mellis aggregationis caſiæ fiſtulæ, & tamarindorum. & ſucci endiuiæ q.ſ.

MAN. NON eſt tutus earum vſus in febribus magnis.

AD febres cholericas. *Quæcunque prauos humo-* COST.
res ducunt, dum ſanguinem excretis illis prauis puriorem reddunt, morbis itidem conferunt, qui à vitioſo ſunt ſanguine procreati: at, qui a ſanguinis abſolute ſint redundantia, ſi ex euacuatione per medicamentum fructus aliquid ſentiant, id per accidens eſt, nempe vt euacuationem illam perſpiratus quoque vniuerſi ſanguinis ſequitur, qui ad arcendam putredinem, labemque à ſanguine momenti eſt multi. Atque hoc commune eſt omnium eorum, quę purgant priuilegium, priuatum vero ad morbos à ſanguine vſum ſola venæ ſectio proprie affert. ita vt quod hic author ait conferre catapotia hæc ad morbos à ſanguine, non ſatis aſſequar. non enim ſanguinem hæc educunt. Ac vero quum hic ad poſtremum mellis, caſiæ, tamarindorū, & ſucci endiuiæ meminit, quibus cogenda ſunt reliqua. quum vetuſta verſio habeat mellis, aggregationis caſiæ fiſtulæ, tamarindorum, & ſucci endiuiæ, hunc aliud mel quærere non puto præter melleum liquorem, qui ex caſia, tamarindis, & ſucco endiuiæ commiſtis prodit. Satisfacit profecto hæc melligo ſine melle ad cogenda reliqua. atque id ſonare, ea videntur verba, licet Syluius præter cætera mel quoque exquirat.

MESVE.

CATAPOTIA Diarhodon. ventriculum firmant, coctionem iuuant, oris odorem commēdant. Recipe trochiſcorum diarhodō, abſinthii, ana drach.v. ſummitatum ſchœnu anthus, maſtiches, ana drachm. ii. ſalis Indi drachm.i. aloes bonæ pondus omnium, comprehende aqua foliorum citri.

PILVLAE Diarhodon, ſunt domeſticæ, & ma- CHRI.
gnæ ſecuritatis in ſoluendo phlegmaticam materiam ſubtilem, ac etiam materiam cholericam, virtute aloes, quæ ingreditur compoſitionem ipſarum. cum hoc etiam ſunt confortatiuæ virtutis digeſtiuæ ſtomachi deſiccando putredines in eo contentas, & oris odorem bonum faciunt. & doſis eſt vſque ad drachm.j.

FAGILES abmodum eſſent, ſed non parantur. MAN.

PITVITAM, præſertim tenuem, & putrem à ventriculo va- SYLVII.
cuant, & vi aloes etiam bilem.

DIARHODON. *Imbecillium hæc ſunt virium* COST.
purgando, quando præter ſal Indum, & aloen reliqua aſtringenti ferè ſunt prædita facultate. Quare ſi quis purgandi nomine eis vſurus ſit, licebit impune dra ch. etiam duarum tranſgredi pondus. namque aloe, quæ æqualis cum reliquis ſimul omnibus pōderis eſſe debet, drachmas pendet quindecim, quæ vix, ac ne vix quidē, doſes ſint octo. addita autem Indi ſalis drachma vna doſes ſint nouem. pendet vero excepta aqua citri foliorum, vniuerſim compoſitum drachmas triginta. quo fit, vt robuſto corpori drachmæ etiam ternæ innoxię ſint futuræ, mediocri autem binæ. hoc vero dictum ſit propter Honeſtum. Aqua foliorum citri ſi in promptu nō ſit ſtillatitia ex contuſis citri foliis, & roſacea inſperſis eſt exprimēda. Ex ijs enim natura auidis vix ſuccū trahes.

ME-

MESVE.

CATAPOTIA ex Turbith aurea dicta, bilem, & pituitam citra moleſtiam purgant, hepar, & ventriculum roborant, coctionem iuuant. Recipiunt turbith boni drach. vij. aloes vnc.i. & ſemiſſ. maſtiches, roſarum, ana drach.vij. myrobal.flauarum,drach.x.croci drach.iiij.confice cum ſucco abſinthij.

MAN. His patres noſtri vtebantur,& Turbithatas vocabāt.

SYLVII. NOMINE aurearum pilulatum medicis veniunt, quę à Nicolao deſcribuntur.Hæ autē turbithicæ his appellantur.Meſues ſine zingibere parat, vt ſint mitiores,& minus longe trahant: zingiber enim turbith actionis vim talem impartit.

COST. TVRBITH. *Vt citra moleſtiam hæc purgent, correctum turbithum eſt ſumendum. corrigitur autem recte zingibere, quod tum efficit,vt a remotioribus trahat partibus, tum vt diſcuſſis flatibus, quorum cauſa ſubuerti ventriculus ſolet, minori cum moleſtia purgēt, quod Syluij pace ſit dictum, ſcribentis ſine Zingibere fore has pilulas mitiores,& minus è longinquo tracturas.*

MESVE.

CATAP.ex Turbith alia idem potentia.Recip.turbith, myrobal.flauarū, aloes ana drachm.x.maſtiches, roſarum.ſpicæ ana drach.ij. & ſemiſſem, aniſi, ana drach.i.& ſemiſſem, croci drachm.i. fiat maſſa, vt prius. Alij addant ſalis Indi, drachm.ij.

COST. ALIAE. *Hæc addito ſale Indo paulo valentius pituitam trahent,quam ſuperiora.robuſtiori autem homini drachmæ duæ cum dimidia impune dabuntur.*

MESVE.

CATAP. ex lapide Cyaneo ad affectus melancholicos,& bile vſta natos.Recipe.lapidis cyanei loti, drach.vi.epithymi, polypodij, ana drachm. viii. ſcammonii, ellebori nigri, ſalis Indi, ana drachm.ii.& ſemiſſem, agarici drachm. viii.caryophyl.aniſi ana drachm. iiii.hieræ picræ, drac.xv. miſce cum ſucco intybi. Da drach. ii.cum aqua caſei.

CHR. PILVLAE de lapide lazuli, maxime ſunt in vſu, & ſic vbique præparatæ reperiuntur. ſunt ſolutiuæ humoris melancholici, & maxime aduſti, ideo conferunt lepræ, cancro, & quartanæ factæ a matēria aduſta. ſunt enim magnæ ſecuritatis, & faciliter ſoluunt,& doſis eſt vſque ad drach.i.s.

MAN. SVNT fortiores quam Indæ in atræ bilis purgatione.

SYLVII CANCRO, elephantiaſi, quartanæ, tuto & ſine moleſtia purgando conferunt a drach.i.ad drach.i. & ſemiſſ.atram bilem purgant valentius quam Indæ.

A EX lapide lazuli. *Minus in his auderem, quam in ſuperioribus exhibendis. eorum tamen drachmas binas,quas præſcribit Meſue plenum corpus feret, præſertim cum ſero. quod ea diluens, & ne diuturnam in ventriculo ducant moram efficiens, eorum quoque retundit vires, tutius autem,& celerius,et iucundius agetur, ſi recte præparatis lapide cyaneo, ſcammonio, nigro elleboro, & agarico vſus fueris, vt certo non aduertente etiam ſcriptore,illi ſemper utendum exiſtimo, qui ſequendum Hippocratis præceptum ſibi conſtituerit, curandi iucunde,cito,& tuto.* COST.

MESVE.

B CATAPOTIA ex lapide Armeno, melancholicam,& bilem vſtam multiplicem vtramq; clementer vacuāt, ob id morbis inde natis conferunt. Recipiunt lapidis Armeni loti,& præparati,hieræ picræ,ana drach.v.epithymi, polypodij,† ana drach. viii.ſcammonii in cydonio cocti, drach. iii. caryophyllorum, drach.ii. ſalis Indi,drach.i. & ſemiſſem, confice cum ſucco ſolani. † agarici.

ISTAE pilulæ rariſſime habentur in vſu, quia vir tute conueniunt cum pilulis de lapide lazuli antedictis,ſed ſunt maioris violentiæ,& potentiæ in ſoluendo, & maxime materiam cholericam, licet etiam melancholicam aduſtam. ingreditur enim earum cōpoſitionem ſcammonea, quæ eſt potentiſſima ad ſoluendum materiam cholericam. CHR.

C NON parantur hæ, quoniam lapide Armenō caremus. Ab Alexandro deſcribuntur, & ſummopere commendantur. In varijs tamen codicibus vario modo legitur earum compoſitio. In antiqua interpretatione hoc modo: Picræ, epithymi, agarici, ſcammoneæ ana ſcrup.iiij. lapidis Armeni loti drachm. iiij.garyophyll.grana.xx.In alio exemplari legitur: Scāmoniæ. ſcrup.ij. lapidis Armeni ſcrup. iiij. In alio legitur ana ſcrup.iiij.Confice cum ſucco citri vel rhodomelite, dabiſque ſcrup. ij. Meſue infra de ſoda melancholica accipit de alijs drach.iiij. de ſcammonea drach.v.garyophyl.drach.i. MAN.

RARIVS vſurpantur, quam prædictæ: quia impotentius purgant, licet clementius. Actuarius habet pro polypodio, agarici drach.iiij.& ponderibus variat.Alexander picræ,epithymi, agarici, ſcammonij, ana ſcrup.iiij.lapidis Armeni, loti,drach.iiij. caryoph. grana xx.in alio exemplari ſcammonij ſcrup. ij. lapidis Armeni ſcrup.iiij. in alio ana ſcrup.iiij. Meſue in cephalalgia melancholica accipit aloes drach. iiij.ſcammonij drach.v. caryophyl. drachm.i. SYLVII.

D EX lapide Armeno. *Armenum lapidem ſi quis ea ratione præparet, quam alias de cyaneo parando docebamus, hæc clementius educent, eodem pondere (vt puto) quo ſuperiora, quibus hæc inferiora ſunt ellebori nigri, & agarici nomine, quo hæc ipſa carent,itē que ob hieram,quam illa triplo abundantiorem ſumunt.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA ad catarrhum, coryzam, tuſſim, alioſq; his ſuccedentes affectus, recipiunt myrrhæ,drachm.vi.thuris drachm.v. opij, hyoſciami, ana drachm. iiij.croci drach. *Pilul. ad omnes morbos catarrhi.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0347-3 DFG

drach.i.& ſemiſſem, radicum linguæ canis, drachm.iiii.& ſemiſſ.forma maſſam. Da drach.ſemiſſ.ad drach.i.

MAN. HAS vocant aliqui alchaiber, alij de cynogloſſa, & magnam vim habent in tenuibus ſiſtendis deſtillationibus, ſed non eſt eis temere vtendum, ſicuti neque alijs ſtuporem inferentibus. Aliæ in eundem vſum ſcribuntur ab ipſomet Meſue capite de catarrho, quas dicit eſſe Alexandri, quæ non alia re differunt ab eis, quæ deſcribit Alexander, niſi quod iubet Meſue conficere eas cum ſucco cynogloſſę,& Alexan.cum aqua,in qua opium diſſolutum ſit.

SYLVII. PILVLAE de cynogloſſa alijs dicuntur: tenuem deſtillationem ſiſtunt:ſed parum tutæ ſunt,vt aliæ ſtupefacientes. Alias ex Alexan.in eundem vſum deſcribit Meſues cap.de catarrho,quas cum ſucco cynogloſſi conficit: Alexander vero cum aqua,in qua opium ſit diſſolutum. F

COST. AD omnes. *Tutiora ſunt Pauli Aeg. catapotia lib.3.cap. 28. ex myrrha,ſtyrace,opio,galbano æquo pondere commiſtis, quinque eruorum magitudine aſſumpta.*

MESVE.

CATAP. ex Sagapeno,ad iſchiadem, podagram, & reliquarum iunctu-
rarum dolorem, ac etiam vteri. menſeſq; promouent. Recipiunt. ſagapeni, ammoniaci, opopanacis, bdelii, ana drach.ii. & ſemiſſem. ſeminis apii, ameos, rutæ agreſtis, aniſi, ana drachm.i.
†Sataragi. acori, † lepidii Indi, calaminthes, ſolii,centauri, G polii, coſti, ſalis gemmæ, ana drach. ſemiſſem. aloes, drachm.vi.colocynthidos, drachm.v.fac maſſam.vtere.

MAN. SAGAPENON, vt inter ſimplicia ſcripſit Galen. non habet pro purgatorio, ſicuri nec opopanacem. Sataragi.) Vt ſupra lepidion.) Harmel.) Ruta ſylueſtris.

COST. DE Sagapeno. *Quæ aperiendi,attenuandi,diſſoluendique facultate prædita ſunt, in articularibus morbis non ſolum non ſemper iuuant, ſed dum nouã excitare attenuatorum humorum fluxionem poſſunt, frequenter lædunt. at ad ſucci tamen ex ijs partibus profundis eductionẽ ijs eſt opus,quæ & tenuium ſint partiũ, & purgatorij,quo vſuri ſumus medicamenti vim in affectas partes deducant. vt propterea non temere hæc ad articulorum morbos proponantur, licet attenuandi, ſecandi,ac diſſoluendi prædita facultate.*

MESVE.

†Concharũ, alij auellanarum, alij ueneriarum. ideſt radicũ accipiũtur. † vel decocta, vel deſtillata aqua porri ſtibilis & non tranſplantatiui.

CATAPOTIA ex bdellio maiora ad fluxum hæmorrhoidum, & vlcerum in eis, & ad menſes immodicos. Recipiunt bdellii, drachm.xii. ameos, drach.iii.cepularum, Ind. belleric.emblic.† pectinum vſtorum,ſuccini, an. drachm.ii. & ſemiſſ. infunde bdellium † ſucco porri,& forma maſſam. Dantur a drachm. ii. ad aur.ii.

ISTAE pilulæ magiſtraliter ſunt in vſu, quia conferunt ad ſuperfluum fluxum hæmorrhoidarum leuiter ſoluendo materiam melancholicam, quæ fluit ad vénas illas, & ſubſequenter ſunt conſtrictiuæ, & curatiuæ prædicti fluxus,& vlcerũ,quæ fiunt in inteſtino recto ex acuitate,& aduſtione prædictorum humorum. Et doſis eſt drach.i.s. CHRI.

ADDITIO.

Notandum,circa iſtam receptam pilularum multi viri docti errauerunt, & præcipue circa vocabulum venera. nam in præſenti recepta multi, & falſo ſcripſerunt venarum,vbi debet ſcribi venerarum. Nã venera eſt conchula,quæ aſportatur de Sancto Iacobo à peregrinis, quæ conchula maxime valet ad fluxum ſu perfluum ſanguinis per partes inferiores,vt vult Auicen.xxi.tertij c.de ſuperfluo fluxu menſtruorum. Similiter Serapio in prima deſcript.pilularum de bdellio, habet venerarũ aduſtarum. & ſic præſens recepta ferè apud omnes reperitur mendoſa, quo ad iſtud ſim plex venera,quia ſcribunt vena, ſiue venarum aduſtarum pro venerarum aduſtarum. Et ideo aduertant docti medici,& aromatarij, ne de cætero talem errorem manifeſtum committant.

PILVLAE iſtæ omnes,quæ de bdellio dicuntur,valent profuſioni ſanguinis ex ano, non autẽ his,quas hæmorrhoidas cæcas vocant. Venarum aduſtarum.) Accipe, vel cortices auellanarum aduſtos, vel radicem aliquam ſtypticam aduſtam. Vltimæ efficaciſſimæ ſunt non ſolum in fluxu ſanguinis per ani venas, ſed & in menſtruo ſuperfluente,& per os exeunte. MAN.

HVMORE melancholico, & vſto per inteſtina elementer his catapotijs vacuato, derivatio fit ab hæmorrhoidibus,& vlceribus inteſtini recti, quæ vſti humores illi erodendo excitarunt: & ab immodica per vterum vacuatione, & vim retentricem hepatis ac lienis imbecillam roborant. SYLVII.

EX bdellio maiora. *Bdellium & Dioſcoridi humores ex vtero detrahit,atque vrinas molitur,& omnis prorſus facultatis aſtringentis expers agnoſcitur. ita vt dubitare liceat, quomodo hæc catapotia cum tanta bdellij copia, accedente etiamnum ammi, & ſucco porri, quibus aperiendi vis ineſt inſignis,ad immoderatos tamen menſes,atq; ad hæmorrhoidarum fluxus probentur. Fortaſſe autem dum hæc vrinas quoque cient, auertunt ab vtero humores, aut etiam non modo hæc aperiendi facultas myrabolanis quatuor generum, pe-*
H *ctinibus vſtis, & ſuccino qui tum exſiccare,tum aſtringere valent, cohibetur; ſed etiam horum ipſorum vis dictorum aperientium vi ad affectas partes deducitur. Pro venereis vſtis,quas hic quærit, quodcunque concharum genus exuſtarum ſumpſeris, lauari ſemper debet,ad igneum calorem auferendum. Licebit etiam earum loco,vel ebur,vel cerui cornu vſtum, vel aliud eiuſcemodi quidpiam impune vſurpare.* COST.

MESVE.

CATAP. ex bdellio minora, idem pollentia. Recipiunt myrobalanorum cepularum, Indarum,emblicarum,& belleric. ana drach.v.bdellij,drach.xv. Forma, vt prius.

BDELLII minores, *Tum hic, tum in proxime ſuperiori myrabolani nullũ artificium paſſi ſimendi ſunt.* COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0348-9
DFG

diſsunt. aſperior enim eorum ſubſtantia tum vſui eſt vbi aſtrictionis ope egemus, tum bdellij mollitie abunde corrigitur.

MESVE.

CATAP. de Bdellio alia nobis inuenta, idem pollentia. Recipiunt myrob.nigrarum, emblicarum, belleric.ana drach. v.bdellij drach.x.ſcoriæ ferri, ſeminis porri, ana, drach. iij.coralli vſti, ſuccini, pectinum vſtorum, ana drachm.i.& margaritarum,drachm. ſemis. Forma vt prius.

CHRI. ISTAE pilulæ ſunt conſimiles in virtute & modo operationis cum pilulis de bdellio maioribus. Et B doſis earum eſt vſque ad drachm.i. ſemis. ſunt enim leuiſſimæ ſolutionis, & fluxus hęmorrhoidarum conſtrictiuæ, ſicut & ſupradictæ.habent enim virtutē hepatis contentiuam,& ſplenis relaxatam,ac debilē cōfortare, & vigorare, ſicut & prædictæ pilulæ maiores.

SYLVII. OMNES pilulæ ex bdellio valent profuſioni ſanguinis ex ano,non autem his,quæ cæcas hæmorrhoidas vocant.In maioribus, cortices auellanarum vſtos, vel radicem aliquam ſtypticam vſtam cape, pro venarum,ſeu pectinum. Vltimæ ad fluorem immodicum ſanguinis per ſedem, vel vterum, vel os ſunt efficaciſſimæ.

COST. BDELLII noſtrę inuent. *Vt eſt hoc medicamentum proxime deſcriptis omnib. imbecillius ad purgandum, ita valentius ad aſtringendum fluxum & deſiccandum,ob ferri præſertim ſcoriam,De qua admirari licet,quomodo,quæ in aperiendis obſtructionibus efficaciſſima eſt,etiam in aſtringendi fluxibus valeat. Sed vt aperire obſtructiones detergēte vi ſumma poteſt, ita fluxionibus prodeſſe exſiccando nihil mirum.*

MESVE.

CATAPOTIA ex colocynthide,ad affectus pituitoſos, & melancholicos,vt alphos curatu difficiles, & iuncturarum dolores. Recipiunt colocynthidos drachm.vj.myrob.nigrarum,& flauarum,ſagapeni, bdelij,ſarcocollæ,ana drach.v.aloes drachm.vij. melanthij, cymini, carmeni, origani perſici, † naſturtij albi, ſalis gemmæ, abſinthij Romani, ana drachm.i.infunde lacrymas † aquæ porri,& cum cæteris finge maſſam. Dantur a drachm.i. D ad aur.j.

† Thlaſpeos Manar. † i.ſucco.

CHR. ISTAE pilulæ ſunt magnæ potentiæ in ſoluendo materias craſſas phlegmaticas viſcoſas illas maxime attrahendo a membris remotis, & a iuncturis, & cerebro,alijs membris neruoſis. & vſus ipſarum eſt vitandus inquantum eſt poſſibile,propter ipſarum violentiam, quam naturæ inferunt. Doſis tamen earum fortibus eſſet drachm.i.parui ponderis. Si quis tamen vellet, poſſet eas admiſcere cum pilulis debilioribus in ſoleundo. Et nota quod talis fit admixtio diuerſarum pilularum, aut propter diuerſitatem humorum, aut propter diuerſitatem membrorum, in quibus tales materiæ continentur, ſicut exempli gratia, adinuicem admiſcentur aggregatiuæ, & cochiæ, quando materia eſt mixta de materia phlegmatica

Admixtio pilularū cauſa.

contenta in capite,& cholerica contenta in hepatę. & ſic aliæ pilulæ poſſunt ad inuicem confici ſecundum diuerſitatem neceſſitatis.

HAE in vſu non ſunt, eas tamen ſi quis parare voluerit,pro albo naſturtio thlaſpi accipiat. MAN.

PITVITAM craſſam,lentam a cerebro, & partibus omnibus neruoſis potenter trahunt drachm.i.in fortibus,parum tuta ſunt per ſe,cum alijs parua portione miſceri poſſunt alium humorem vacuantibns, & ab alia parte, ſi his ſcopis erit aliquando ſeruiendum. SYLVII.

COLOCYNTIDIS. *Cyminum Carmenum ſeſeli eſt. Quid autem ſit naſturtium album, cuius quoque meminit,non conſtat,ſuſpicari licet iberidem intelligi, quæ naſturtium ſylueſtre. ſeu cynocardamon vocatur Apuleio,quam Dioſcorides habere ait folia,& radices naſturtio ſimilia, florem autem æſtate lacteum proferre. Huius igitur ſemina,acria,& attenuandi præditа facultate qui hoc loco vſurparit, non puto erraturum.quanquam thlaſpi magis probarim, cuius poſt naſturtium meminit Dioſcor. Matthæus profecto Siluaticus de naſturtio agens quoddam eſſe ait domeſticū,quoddam agreſte: de agreſti autem agi eo capite quod proxime ſuccedit, quo de thlaſpi. Sed quomodo thlaſpi naſturtij albi conueniat nomen, non patet. Sanè quum poſtremo loco Meſue infundendas ait in ſucco porri lachrymas, & cum cæteris paſtillum catapotiorum effingendum,an velit ſolo porri ſucco lachrymarum iā qualitatibus imbuto rem agi, an etiam ipſarum lachrymarum corpus ſumi,non explicat. Sed lachrymas ipſaſmet velle puto, vt in ſuperioribus de ſarcocolla & fœtidis, quibus lachrymas ſucco pomi diſſolui iuſſit. ita vt infuſionis nomine diſſolutionem intelligat. Sic vero & in proxime præcedentibus, & ſequentibus infuſionis nomine diſſolutionem quærit.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA ex opopanace, ad paralyſim,ſpaſmum cynicū, gonagram, podagram, & aliorum articulorum dolores,morboſque partium neruoſarum frigidos. Recipiunt opopanacis, hermodactyli, ſagapeni, bdellij, ammoniaci,colocynthidos,ana drachm.v.croci,caſtorij,myrrhæ,zingiberis,piperis,macropiperis,caſię,myrobal.flauarum,belleric.emblic.ana drachm.j.ſcammonij, drach.ij.turbith,drachm.iiij.aloes, † drachm. xj. infundantur lachrymæ aquæ braſſicæ, & cum his fac maſſam.Dantur a drachm.j.ad aur.j.cum aqua chamæpityos.

† Vel. drac. xij.

PILVLAE de opopanace principaliter conueniunt in ægritudinibus frigidis cerebri, & iuncturarum ab eis ſoluēdo materias phlegmaticas craſſas, id eſt admixtas cum melancholicis. Et doſis eſt drachm.i. ſunt etiam ſolutiuæ materierum cholericarum, licet a prædominio phlegmaticarum. CHRI.

NEC hæ in communi vſu ſunt; efficaces tamen in articulorum doloribus à pituita factis. MAN.

VACVANT a cerebro,neruoſiſque partibus pituitam craſſam: ſed etiam melancholiam,& bilem. SYLVII.

OPO-

COST. OPOPANACIS. *Myrabolani flaui ac ſcammonium ad bilioſos tantũ humores educendos proponuntur a Meſue lib. ſimpl. importune igitur hic ad affectus articulorum frigidos permiſceri cum alijs videntur. At ſcammonium correctum cotoneo pituitam quoque trahere in ſuperioribus non ſemel admonuimus. Sed & cholagoga non temere hic addi cenſebit, qui meminerit frigidos humores ſpõte ſua ad fluxũ ineptos, fluendi tamen momentum plerumque ex calidis ſumere. calidoſque non duces modo eſſe frigidorum, vt in remotas quaſque corporis partes citiſſime inferantur, ſed etiam vt acerbiſſimos excitent dolores. iure ergo ad frigidos quoque articulorum, & neruorum morbos illa ipſa hic adduntur, quæ bilem authorem fluxionis & doloris educunt: vbi ea quoque largius aſſumuntur, qubus pituitoſa, atque ea etiam craſſior materia euacuatur.*

MESVE.

CATAPOTIA ex Hermodactylis maiora, ad podagram, & dolores frigidos aliarum iuncturarum. Recipiũt hermodactylorum, aloes, myrabolanorum flauarum, turbith, colocynthidos, bdellij, ſagapeni, ana drachmas ſex, caſtorij, ſarcocollæ, euphorbij, opopanacis, rutæ agreſtis, apij, ana drachmas tres, croci, drachmam vnam, & ſemiſſem. Forma cum ſucco braſſicæ.

CHRI. ISTAE pilulæ dicuntur maiores ad differentiam minorum, eo quod plura ſimplicia habent maiores quam minores, tamen ambæ ſunt in vſu, & ſimiliter ex inuentione noſtra.

MAN. MAIORES vbique, minores in multis locis parantur, tertia nullibi. HARMEL.) Accipe ſylueſtrem rutam.

SYLV. PLVRIBVS conſtant ſimplicibus ſuntque compoſita magis: ob id maiora vocauit. Hæc, vt ſequentia quædam, cathartico roſato Meſue excipiunt.

COST. DE hermodactylis maiores. *Valenter & ex longinquis partibus trahunt non pituitam modo, quã præcipue trahunt, ſed etiam bilem aloes, & myrabolanorum flauorum nomine, non temere autem ad frigidos articulorum dolores miſceri ea quoq; quæ bilem ducũt, antea admonuimus.*

MESVE.

CATAP. ex Hermodactylis minora, ad podagram calidam. Recipiunt hermodactylorum drach. v. ſcammonij, drach. ij. & ſemiſſem, myrabolanorum flauarum, drach. iij. roſarum, drach. ij. aloes, drach. x. Forma * cum cathartico roſato. Da drachmas duas.

Ele. roſato Meſuæ electa. de succo roſ. Nic.

CHRI. PILVLAE de hermodactylis minores, principaliter conueniunt in ſoluendo materiam cholericam craſſam contentam in iuncturis, & ſubſequenter phlegmaticam, vnde conferunt principaliter podagrę calidæ. Et doſis eſt ſicut ſupradictarum.

MATERIAM ex iuncturis bilioſam præſertim vacuant, ſed & pituitoſam, ob id calidæ arthritidi conducunt, ſed etiam frigidæ. SYLVII.

DE herm. minora. *Hermodactylos proxime ad frigidam podagram vſurpabat, vt ſit mirum, quo modo hic quoque ad calidam accerſat. præſertim quando hic ipſe author lib. ſimpl. ad pituitam tantum craſſam trahendam commendat. Sed valentia medicamenta phlegmagoga licet pituitam proprie, & primo educant, bilis tamen maxime tenuis, vt quæ non facile ſeparari a pituita poteſt, aliquid ſimul trahunt. At miſceri hermodactylos hic alia ratione exiſtimo, nempe vt eius ope ſcammonium & reliqua eiuſcemodi bilem quoque craſſiorem educant. retinet enim eiuſcemodi bilis plerumque plurimum pituitæ.* COST.

MESVE.

CATAP. ex hermodactylis a nobis deſcripta. Recipiunt hermodactylorũ, aloes, ana drachmas quinque, myrabolanorum flauarum, turbith an. drachmas quatuor, zingiberis, drach. ij. forma cum electario roſato. Da drach. duas.

DE hermodactylis noſtra. *Erit hoc non vni modo, ſed vtrique podagricę intemperiei commodũ medicamentum. Corrigit hoc loco turbithum zingibere, quare non erit vt præparatum ſumas.* COST.

MESVE.

CATAPOTIA Sebellia, obſtructiones ventriculi, hepatis, lienis ſanant, & hydropem, materiamque vacuant. Recipiunt ſpicæ Indæ, drachmas quinque, ſpicæ Romanæ drachmas duas, rhabarbari, agarici, epithymi, ana drachmas tres, coſti, maſtiches, chamædryos, amomi, ana drachmas tres, croci drachmas duas, mirrhæ, cinamomi, caryophyllorũ, ſchœnu anthus, ana drachmam vnam, aloes drachmas decem, cum vino antiquo forma. Da drachmas duas, cum vino.

ISTAE ſunt vlt. pilulæ, quæ hic ponuntur in antidot. Meſ. & ſunt vtilitatis multæ ſecuritatis, & efficaciæ in aperiendo, & remouendo oppilationes hepatis, & ſplenis, ac ſtomachi, ac in ſoluendo aquoſitatem hydropicorum, & omnem materiam melancholicam & phlegmaticam, & cholericam cõtentam in prædictis membris. Et doſis eſt vſque ad ſcrupulos iiij. Recipit ſpicæ indæ, ideſt nardi, ſpicæ romanæ, ideſt celticæ. CHR.

ADDITIO.

VLTRA prædictas pilulas poſitas in antidot. Meſ. deſcribuntur aliquæ pilulæ: quarum quædam à diuerſis auctoribus ponuntur, & quædam ſolum magiſtrales, quæ multum & generaliter habentur in vſu. & ſic vbique præparatæ reperiuntur. Et primo pilulæ communes, quæ à vulgaribus dicuntur ſine cuſtodia: quarum deſcriptio ponitur conſilio Almanſ. cap. de præſeruatione à Peſtilentia. Recip. aloes drachm. j. myrrhæ, *Pilulæ cõmunes.*

myrrhæ, croci ana drachm.s. & cum vino albo ſubtili,& odorifero fiant pilulæ, & ſunt principaliter ſoluentes materias ſubtiles cholericas, ac etiam phleg. putridas,contentas in poroſitatibus ſtomachi, in meſeraicis, & in venis capillaribus hepatis, & ſunt deſiccatiuę humiditatum contentarum in ſtomacho, & inteſtinis, vnde virtutes ſtomachi vigorantur, vnde ſequitur confortatio cerebri cum aliquali mundificatione humiditatum contentarum in ipſo. Sunt & maxime præſeruatiuæ à peſtilentia. æſtiuo autem tempore tutius eſſet lauare aloen in aqua endiuiæ, & prædictę deſcriptioni addere drachm.i. boli armeni. Et ſecundum prædictam deſcrip. ſunt multum preſeruatiuæ ab ægritudinibus,quæ fieri poſſunt à materia mixta, vnde vſus earum laudatur in corporibus laxis aptis ad ęgritudines, Et ipſarum communis doſis eſt ſtomacho exiſtente vacuo à cibo drachm.i.Pilulę de

De fumo terræ.

fumoterræ. Hęc deſcriptio ponitur ab Auic.lib.iiij. fen. v. capit. de cura ſcabiei, quarum deſcriptio eſt hęc.Recip.myrobalanorum citrinarum, chebul.Ind. ana drachm. v. aloes ſuccotrini drachm. vij. diagridij drachm. v. puluerizentur omnia prędicta in ſcutella vitrea. incorporentur cum ſucco fumiterrę, & permittantur exiccari per aliquot dies in vmbra. facto magdaleone ex ipſis, complete exiccentur, & iterum in mortario fiat puluis, & iterum in prędicta ſcutella cum tali ſucco incorporentur. quibus complete exiccatis, iterum & tertio fiat puluis, & cum tali ſucco incorporentur, & ad formam pilularum poſtea reducantur. Et ſunt ſolutiuę humorum acutorum cholericorum, mordicatiuorum, phlegmatis ſalſi, & omnium humorum aduſtorum facientium pruritum, & ſcabiem, & doſis ipſarum eſt vſque ad ſcru-

Bechicæ.

pulos quatuor, & vbique prępparantur. Pilulæ bechicæ, ſub hoc titulo ab aromatarijs præparantur, & ab omnibus medicis generaliter habentur in vſu. Ipſę enim non ſunt ſolutiuę, ſed conferunt tuſſi ſiccę cum caliditate, & aſperitate cannæ pulmonis & gutturis,illas partes leniendo,& caliditatem remouędo, & ſolum tenentur in ore,vt humiditas, quæ paulatim liqueſcit deſcendendo per meri leniat partes illas, caliditatem remittendo, & formantur in forma lupini craſſi, licet denominentur pilulæ.Rec.ſucci liquiritiæ,zucchari electi,ana drach.x.amyli;tragacanthi, amygd.dulcium mundatarum. ana drachm.vj. Incorporentur prædicta cum mucilagine ſeminis citoniorum, & fiant pilulę, & ponitur hęc deſcriptio à Meſue in ſuo de appropriatis cap. de cura tuſſis ſiccæ. Pilulæ de benedicta. Iſtæ ſunt pilulæ magiſtrales,

De benedicta.

quæ ſub nomine pilularum reperiuntur: ſed ſumitur eius deſcriptio a benedicta poſita a Nicolao in ſuo antidot. quæ cum melle conſtruitur, & remoto melleaccipiuntur ſola aromata,& ex eis fiunt pilulę,quę denominantur de benedicta, quarum hæc eſt deſcriptio. Rec.turbith,eſulę,zucchari ana drach.x.diagridij,hermodactyli, roſarum,ana drach.v.caryophyllorum,ſpicæ,zingiberis,croci,ſaxifragię,macropiperis, amomi,cardamomi,petroſelini, lithoſpermatis, ſaliſgemmæ,galangæ,macis,carui,fœniculi,aſparagi,bruſci,granorum ſalis ana drach.i. incorporentur prædicta aromata ſubtiliter puluerizata cum ſucco fœniculi,& fiant pilulæ, quarum doſis eſt drac.i.Et conferũt omnib.paſſionibus,quib.confert benedicta prędicta, aſſumpta in forma electarij,ſed plus attrahunt a remotis, quia maiorem moram contrahunt in ſtomacho, & principaliter ſoluunt materiam phlegmaticã cum cholera, habent enim oppilationes omnium mẽbrorum nutritiuorum aperire, vnde ſumme conueniunt lapidi renum,& veſicæ, & retentioni vrinę,& doloribus colicis &c. Pilulę de hiera picra Gale. Iſtę pilulę *De hiera.* trahuuntur ex deſcriptione hierę picrę Galeni poſitę à Nicolao in ſuo antidot. vbi ſub nomine pilularum deſcriptę non reperiuntur, ſed ſolum in forma electarij,ſed ſunt reductę ad hanc formã propter maiorem delectationem ipſas aſſumentium, & vt plus trahant à remotis,& ipſarum deſcriptio eſt iſta. Recipiũt cinnamomi, croci, ſpicę,ſquinanthi,aſſari,caſię ligneę, xyloaloes,carpobalſami, violarum,abſinthij, epithymi, ſtœchados, agarici,roſarum, turbith,colocynthidis,maſticis ana drach.i. ſcammoneę correctę drac.ij. aloes hepatici ad pondus omnium. Incorporẽtur omnia aromata ſubtiliter puluerizata,& fiant pilulę.quarum doſis eſt vſq; ad drach.i. Et principaliter conferunt paſſionibus capitis, nuchę,neruorum,& iunctu rarum, de materia mixta a prędominio tamen materiei phlegmaticę. Pilulę hierę Gal.harum deſcriptio *Pi.de hiera picra.* habetur vij. Therapeu. c.xij. non ſub nomine pilularum, ſed ſub nomine pulueris hierę, qui puluis propter delectationem aſſumentis ad formã pilularum reducitur. Et ſic generaliter,& communiter eſt vſus huius pulueris reducti ad formam pilularum, quę ab omnib. vocantur pilulę de hiera, quarum deſcriptio eſt recip.cinnamomi,maſticis, aſſari,ſpicę, croci, xylobalſami ana drach.i.aloes vnc.i.fiant pilulę cum vino albo ſubtili,vel cum melle roſato colato. Et doſis eſſe poteſt vſq; ad drach.i.& s.vbi expedit. Et principaliter conueniunt in paſſionibus ſtomachi de materia phlegmatica, & cholerica imbibita in eius poroſitatibus, illam leuiter ſoluendo, & fortiter deſiccando, virtutem digeſtiuam ſtomachi principaliter, & maxime confortant. Pilulę alię ex deſcriptione puluerum hierę poſita à Gal.vi.de regim. ſanit. circa finem. Et iſta deſcriptio proprie eſt illa,quę poſita eſt ſuperius a Meſ.in præſenti antidotario.quam ipſe deſcribit ſub nomine hieræ Gal. & eſt talis. Rec.maſticis, aſſari, ſpicæ, xylobalſami, croci,caſiæ ligneæ ana drach.i.aloes ad pondus omnium, & fiant pilulæ. Pi- *Pilulæ pro Regibus.* lulæ magiſtrales pro Regibus inuentæ, nec reperitur a quo auctore ſint deſcriptę.quarum deſcript.hæc eſt. Rec.amomi, aniſi, maſticis, zingiberis, cardamomi, cinnamomi, zedoarię, macis, nucis muſcatæ, caryophyllorũ,croci,cubebarum,ligni aloes,turbith,mannę,agarici, ſenę, myrobolanorum omnium ana drac. i.rhabarbari vnc.iij.aloes ſuccotrini vncias ſex, ſyrupi roſati quantum ſufficit ad conficiendum pilulas. Et doſis eſt vſq; ad ſcrupulos iiij.& ſunt ſatis domeſticę in operando, vel ſoluendo, & principaliter materiam cholericam contentam in nutritiuis,& cum hoc etiam aliqualiter membra deiecta confortando, & materiam phlegmaticam euacuando &c. Reſtat nunc videre de pilulis duabus magiſtralibus, quibus in ſecreto vtebatur Thomas de Garbo. & primę ſunt pilulę, quę multum conferunt paſſionibus cerebri, nuchę,& neruorum, de materia craſſa viſcoſa difficilis eradicationis, quarum hęc eſt deſcriptio. Recip. cubebarum, nucis muſcatę, cinnamomi, ſpicę, aniſi, carpobalſami, ſchęnanthi, maſticis, aſſari, caryophyllorum, calamenthi ana drachm.ij.turbith, col-

locyn-

locynthydis ana drach. iij. myrobalanorum omnium E
ana drachm. ij. agarici, ſenæ ana drachmam vnam, aloes hepatici ad pondus omnium, & cum ſucco mentæ, vel fœniculi, aut ambobus fiant; & doſis eſt drachma vna & dimidia, & ſunt incolumes, & multæ ſecuritatis, & valde conueniunt in fine ægritudinum chronicarum. Secundæ magiſtrales & ſecretæ quibus ſæpe vtebatur Rex Robertus, ad cuius inſtantiam Dinus fuit auctor, ſumme conueniunt in paſſionibus oculorum & aurium, confortando viſum & auditum, propter quas duas cauſas principaliter fuerunt inuentæ, & principaliter euacuant materias diuerſas phlegmaticas & cholericas, & melancholicas in capite contentas, quarum hæc eſt deſcriptio. Recipiunt roſarum, violarum, abſinthij, colocynthidis, turbith, cubebæ, calami aromatici, nucis muſchatæ, ſpicæ nardi, epithymi, xylobalſami, carpobalſami, ſileris montani, ſeminis rutæ, ſchœnanthi, aſſari, maſticis, caryophyllorum, aniſi, fœniculi, ſeminis apij, caſiæ lignææ, macis, ana drachm. ij. myrobalanorum omnium ana drachm. iiij. rhabarbari, ſenæ, ana drachm. v. eufragiæ drachm. viij. chelidoniæ drachm. v. lapidis lazuli drachm. ij. ſ. aloes ſuccotrini ad pondus omnium, & fiant pilulæ cum ſucco fœniculi. Et doſis eſt vſque ad ſcrup. iiij.

MAN. PARARI aſſueuerant, ſed nullus ferè vtebatur.

SYLVII. MATERIAM biliоſam, pituitoſam, melancholicam ex dictis partibus obſtructis vacuant, & aquas hydropicorum, ad ſcrup. iij. ſumpta ab inuentore Sabellia quidam dici opinantur. Hactenus Meſue catapotia, præter quæ alia quædam vſurpamus, qualia ſunt communia omnibus dicta, ab Almanſore ſcripta cap. de præcautione à peſte: recipiunt autem aloes drach. i. myrrhæ, croci, ana drachm. ſemiſſem cum vino tenui, odoro, fac maſſam. Datur ventriculo vacuo ad drachm. i etiam ad conſueta G
opera iturо. ob id ſine cuſtodia ſcilicet cubiculi vulgo dicuntur. Aeſtate autem aloe lauanda: præſtantiora fuerint, ſi boli Armeniæ drach. i. acceperint. Vacuant, a ventriculo, meſaræo, hepate, excrementa pituitoſa, biliоſa, putria, & abſumunt, partesque dictas roborant: ob id à peſte ſeruant, quia corpus ſiccant, vacuant, à putredine vindicant. Catapotia ex fumaria Aute. ad ſcabiem. Recipiunt myrobalanorum flauarum, cepularum, Indarum. ana drach. v. aloes drach. vij. ſcammonij cocti drach. v. pulueriz entur omnia, & cum ſucco fumariæ comprehendantur: ſiccentur dies aliquot in vmbra, forma offam, & omnino ſicca, & iterum in mortario puluera, & iterum ſimili ſucco comprehende, & ſicca: iterum puluera, ſucco comprehende, & forma maſſam. Soluunt humores acres, biliоſos pituitam ſalſam, & alios aduſtos, à quibus pruritus & ſcabies. Dantur ad ſcriptula quatuor. Catapotia Hechica ad tuſſim ſiccam cum caliditate & aſperitate faucium, & gutturis. Rec. ſuccі glyzyrrhizæ, ſacchari boni, ana drach. x. amyli, tragacanthi, amygdal. dulcium depilatarum, ana drachmas ſex, excipe mucca-gine ſeminis cydoniorū: fac catapotia in ore tenendi. Fiunt autem hodie forma trochiſcorum, inter quos repetentur. Meſues ſic deſcribit in practica. cap. de curatione tuſſis ſiccæ. Fiunt etiam ex benedicta, & item ex hiera picra Galeni catapotia, quæ à remotioribus tra-hantur quam dum hæc melle excepta ſumuntur forma molliore. Catapotia maſtichina Petri de Ebano Conciliatoris ventriculum, cerebrum, viſcera reliqua, oculos, vterum putribus humoribus purgat, & roborant: accipiunt autem maſtiches, drach. iij. agarici albi drach. ij. aloes drach. x. cum ſucco arthemiſiæ, vel ſyrup. ſtœchados, vel ſapa formantur pro vario medici ſcopo. Catapotia alleuiret dicta Auic. in cephalalgia. Accipiat pul. hieræ picræ Gal. vnc. j. maſtiches, myrobalan. citrearum, ana ſemunciam, aloes vnc. ij. cum ſyrup. ſtœchados formentur.

COST. SEBELLIAE. *Imbecillime hoc purgat: ita quum totus hic paſtillus drachmas ferè quadraginta quatuor pendat, excepto uino; vix quatuordecim ſint doſes. Licebit igitur non modo ſcriptulos (vt aiunt) quatuor, ſed etiam ternas drachmas exhibere. tutiſſime autem cum Meſue, binas.*

DISTINCTIO VNDECIMA

de Vnguentis, & Emplaſtris.

IN hac vndecima parte determinat CHRI.
de Vnguentis & Emplaſtris, quæ abinuicem differunt. Nam ad compoſitionem vnguenti requiritur cera & oleum, in emplaſtris autem nō eſt expediens ſemper ponere oleum: fuerunt autem adinuenta emplaſtra, ac etiam vnguenta, vt cum virtute ipſorum diutius perſeuerarent in loco, ſuper quem adminiſtrantur. fiunt etiam quandoq; cerata, quæ ad duriorem & ſolidiorem formam reducunt, quam vnguenta, vel emplaſtra.

VNGVENTI & Emplaſtri nomine, ſed & cerati MAN.
aliter antiqui, aliter neoterici vſi ſunt. Illi enim vnguenta ea duntaxat vocabant, quæ ex odoratis rebus conficiebant, emplaſtra, quæ ex metallicis. cerata, quæ ex oleo & cera. Neotericis vnguenti nomen ad antiquorum emplaſtra & cerata extenditur, cerata ea ſolum vocantes, quæ ita cuti hærent vt vis aſtelli poſſint. ſunt quæ ab hærendi vi à Gal. ἐγκόλλα dicta ſunt. Emplaſtra vero neoterici, quæ antiqui cataplaſmata nominant.

CERATVM à cera dicitur, qua forma Græcis κηρῶτη vel SYLVII.
κηρώσασθαι à cera & oleo: quibus cera miſcetur, vt det materiam, quæ minus prompte diffluat. Quod etiam Gal. innuebat lib. 4. ſan. tuen. cum ſuccos non craſſos, nec lentos ad eitum reſidentes digerit oleo ſampſychino, præſertim hyeme & regione frigida, per ſe, vel cum cera & reſina: preſertim cum ſuper vnctum corpus manere diutius ſtudes: quod ſi liquidius vis, auge oleum, minue ceram, & alia corpus & materiam præbentia. Cum in ceratis ſcribitur ceræ. q. ſ. oleum ſit quadruplum ad ceram: vt ſi recipiat olei vnc. ij. miſce ceræ vnc. ſ. Si vero ſcribatur ceræ parum, ſit eius vt. aut viij. pars ad oleum, vt linimentum ſit liquidum verius, quam ceratum: idque magis & minus pro medici ſcopis. Quo enim plus habent ceræ, eo ſolidiora ſunt: quo minus, tanto liquidiora: niſi aut longa coctio, aut fuccorum largior miſtio, ceræ modo duram reddat compoſitionem. Sit ob id liquidius ceratum, aut ficca multum, &, multa ſint miſcenda.

MESVE.

CERATVM œſypatum Galen. emollit & digerit tumores duros hepatis, ſplenis, vteri, neruorum, iuncturarum, & aliarum partium, eſtque anodynum. Recip. ceræ flauæ vnc. iiij. olei chamæmelini & irini ana vnc. vj. maſtiches vnc. i. ſpicæ nardi drachm. ij. & ſ. croci drachm. i. & ſ. terebinthinæ vnc. j. reſinæ vnc. ſemiſs. œſypi drachm. lxxx. H

HYSSOPI ceratum deſcriptione Gal. ad iſtam CHRI.
literam debet addi vnguentum hyſſopi, ideſt in quo ingreditur hyſſopus humida. & ſub alijs nominibus præparata reperiuntur, & communiter iſta vnguenta, in quibus ingreditur hyſſopus humida, cōueniunt ad durities & nodoſitates in ſplene; & hepate factas materia dura melancholica; habent etiam virtutem reſolutinam, virtute hyſſopi humidæ, quæ eſt calidæ, & humidæ complexionis in primo, licet humiditas ſit maior caliditate. Alia etiam, quæ ingrediuntur

diuntur compositionem istorum vnguent. denominatorum ab hyssopo humida, & a cera conueniunt ad easdem intentiones, & ad alias, quæ ponuntur in litera. Debent autem ista vnguenta si cum eis fiat fricatio super aliquod membrum, administrari ante assumptionem cibi, vna hora, bis innouando in die, & sub actuali caliditate, & maxime temporibus frigidis. & licet non fricentur, sed super petiam extendantur & ponantur ad membrum, melius est cum obseruatione prædictarum conditionum.

Quo vnguẽta applicanda.

MAN. OESYPVM vocant Græci, neutro vel masculino genere, pingue illud quod ouium lanis adhæret. TEREBINTHI. Vera hactenus caruimus: sed eius loco imperiti accipiebant lariceam resinam, quam Venetijs adhuc largatum, quasi laricatum vocant. Cœpit vera nuper adportari ex Rhodo, sed cocta.

SYLV. CERATVM quod ex œsypo fit, notum omnib. medicamentum lib. 4. meth. Vsus cerati eius & simulum rectus fuerit, siue parti affricetur, siue tela exceptum imponatur per horã vnam ante pastus: & calidum sit hyeme, æstate tepidum, tamen id in vsu non est Paulo aliter œsypum colligit Discor. libro 2.

COST. CEROTVM œsypus. *Oesypati cerati huius, vbi meminerit Galenus, non obseruaui. vsum, quẽ pollicetur Mesue emolliẽdi, præstat, olei, œsypi, atq; etiam ceræ nomine, & masticbes, & terebinthinæ: spica autem, & crocum, penetrationem dant emollientibus. concoquendi etiam adiuuant vim, ac præterea adstringenti facultate robur dant partibus. alioqui emollienti potestati contraria est astringens, quæ densando duritiem infert.*

MESVE.

OESYPVS vero sic extrahitur: lanæ ouium succidæ libræ circiter lx. aqua calida horis octo merguntur, semel feruefiunt, exprimuntur: colatum reliquum igni lento in vase stamnato percoquitur semper ad mellis fluxilis crassitiem, fundum mouendo lata rudicula lignea, ne vratur.

CHRI. OPERATIO hyssopi humidæ ideſt modus secundum quem extrahitur prædicta vnctuositas, seu pinguedo a lanis, &c. hæc hyssopus humida per se ipsam administrata, est medicina sedatiua dolorum in membris neruosis, factorum a causa frigida, & ab humore melancholico: lenit enim & mollificat omnem duritiem, vsus tamen eius est, vt plurimũ admixta alij medicinis.

MAN. ALIVM modum colligendi, non magnopere tamen ab hoc diuersum habes a Dioscor. lib. 2.

COST. OESYPI. *Oesypi conficiendi rationem prosequitur pluribus Dioscorides. cui probatissimum album est. quare vulgatum ætatis nostræ atrum ignis prodit in eo conficiendo violentiam; quam veritus Mesue continenter agitandum ait, ne vratur.*

A

MESVE.

B

CERATVM œsypi ex Philagrio eadem potens. croci drachm. v. bdellij, mastiches, ammoniaci, aloes, stiracis liquidi, ana † drachm. vij. ceræ flauæ. libr. j. terebinth. † vnc. i. & semiss. medullæ cruris vaccini, adipis anseris, ana drachm. xv. œsypi libr. j. & s. olei nardini. q. s. Bdellium, ammoniacum, aloe dissoluatur in aqua, in qua fœnugræcum & chamæmelum sint macerata, & cum alijs misceantur in vnguentum. Post Philagrium addiderunt succi scillæ vncias tres, sepi vitulini drachm. xv. thuris vnciam vnam, & in alio rectius ceræ quartaria tria.

Hyssopi cer. Thal.

† *Al. dr. xiij*

† *Al. vn. ß. s.*

MAN. EST fortius quam primum, & magis potens ad emolliendum, quare idoneum est ad tollendas eas durities quæ à morbo Gallico fiunt, adiectis etiam interdum quibusdam potentioribus, & magna cogente necessitate, cinnabari.

SYLVII. POTENTIVS est priore ad emolliendas duritias ex morbo Hispanico, etiam valentioribus quibusdam interdum adiectis, & si necesse est etiam vulgari cinnabrio, quod argento viuo & sulphure simul vstis constat.

COST. OESYPVS cer. Philagrij. *Est hoc longe potentius superiori tum ammoniaci gratia quod solum duriores emolliuit & discussit tumores, tum bdellij & fœnugræci accessione. Sed & styrax liquidus ad emol-*
C *liendum facit, id quod anseris quoque adeps potest, dum altius subit. nardinum vero oleum non alte modo penetrat, sed etiamconcoquit & discutit. chamæmelum autem discutit, & concoquit, & leui astrictione robur partibus conciliat. suspecta hic fortasse alicui sit aloe siccandi astringendique vi prædita, sed eadem concoquit, partibusque astringendo aliquod præbet robur, vt etiam thus si quis addiderit. Scilla autem dum altissime subit, attenuandi & discutiendi vi strenua proficit. valentissimum ergo est hoc ad emolliendum. Sed quando styracis liquidi hic meminit, quid hic ipse sit nõdum constat, admiranda certe cum eius tanta copia atque vsu inscitia, factitium aliquid esse certum est. non esse tamen myrrhæ stacten odor prodit & sapor esse autem aliquid styracis, præter nomen quod adhuc seruat, etiam odor videtur indicare. an autem sit styracis stac-*
D *te aliqua, exemplo stactes myrrhæ suspicari licet. inclinat tamen animus, vt styracis scolecites materiem sed liquidiorem esse existimem. cerã aut adipem alias, vt ait Dioscorides. odoribus imbutam cum styrace in sole subigebant, & per laxa cribri foramina in frigidam aquam exprimebant. sic quidem styracis veri odorem odore mentiebantur, consistentiam soliditate: glebę speciem transfusione per cribrum. illum vero scolecitem, id est, vermicularem vocabant a figura vermiculi, quã a cribro contrahebat. ad eum igitur modum ex cera adipèue (addita tamen maiori olei aut adipis liquidioris copia) odoribus varijs imbuto styracem quoque subigi. fieriq; hunc liquorẽ quem vulgo styracem liquidum vocant, valde suspicor, ceram. n. prodit lentor, adipem, aut oleum pinguis & inficiens manus materia, styracem atque aromata alia confusus ex styrace atque alijs odor.*

MESVE.

† Sigia.

CERATVM œsypatum ex Paulo idem pollens. Recip. ammoniaci drach. x. bdellij drach. v. † styracis (liquidi, vel myrrhæ stactis) drac. iiij. croci sexsquidrach. aloes, masticches, thuris ana drach. ij. & di-
† drach. ij. mid. ceræ † drachm. iij. sepi. & medullæ vituli an. drachmas duas, œsypi drachmas quadraginta,
† drac. xij. olei irini quantum sufficit.

MAN. APVD Paulum hanc compositionem non legi, sed aliam longe diuersam. Sigiæ Styracem ego potius caperem, licet aliqui myrrham intelligant, quæ stacte dicitur.

SYLV. APVD Paul. lib. 7. alia huic multum diuersa legitur cerati huius descriptio.

COST. OESYP. Pauli. *Pro liquido styraces, vt vertit Sylu. vetus interpres arabicam vocē reliquerat (sigia) qua Psidiam Græcorum, id est, probatissimum ex Psidia styracē intellexisse Arabes puto. Ita quidem glebam styracis hoc loco sumerem. præsertim si hoc Pauli est medicamentum (quod in eo tamen nondum inueni) nam liquido styrace vsos fuisse Græcos nusquam obseruaui. Myrrhæ autem stactem, quam Sylu styraci substituit, non improbo. Sed vix, ac ne vix quidem, stacte ad nos fertur, styrax autē passim in officinis prostat.*

MESVE.

UNGVENTVM diaphœnicon vl cera cruenta, fistulosa, pituitæ salsæ, maligna, & dysepulotica glutinat, herpetas, tumores pestilentes, & qui ex humoribus varijs constant, sanat. Recip. adipis ceruini, & vitulini antiqui, mundi & colati ana libr. j. & dimid. chalciteos vnc. iiij. olei antiqui & lithargyri puri ana lib. iij. chalcitis & lithargyros leuissime trita & creta cribro tenuissimo, post oleo paulatim affuso simul terantur. addito deinde adipe igni lento coquantur semper mouendo palmæ ramis recens factis & excoriatis, quorum extremum vbi contactu me-
† Vulg. al. Et fiat intra cernuū horā. dicamenti & ignis siccius euaserit, nouos substitue, iniectis etiam tum ipsi vnguento segmentis recentibus ramorum virentium. †

MAN. ADIPIS zirbi. Aliqui legunt cerui. Calchotar. Chalcanthi nūc accipitur, quod vitriolum vocāt, quia & ex his multa deperdita sunt nostrorum ignauia. Auic. habet hoc loco chaleadis, quod significat chalcitim: sicuti & Galenus primo lib. de compositione medicamentorum secundum genera: ex cuius lectione multa potes castigare, quæ hic perperam leguntur. Vbi scribitur, Ignis autem sicut primæ: legendum est, Ignis autem sit prunæ.

SYLVII. VNGVENTVM id Galeni est emplastrum ἀπὸ χυλοῦ descriptum lib. 1. comp. ph. g. Recipit axungiæ porci vesicæ à membranis per liquationem & colationem purgatæ lib. ij. olei veteris & lithargyri triti & creti ana li. ij. chalcitidos leuigatæ vnc. iij. misce in mortario omnia paulatim. Post coque in cacabo, & moue statim ab initio rudicula tanquam spatha ex ramo mali. E sculo & recentissimo palmæ, qui parte, qua emplastrum tangit, vbi aruit, mox præcidendus est, aut parte opposita moueatur, aut ramus sufficiatur, vbi cerati crassitiem affecuum fuerit, inijce fragmenta excorticata germinum palmæ teneorum, vt horum succus in medicamento maneat: coque donec digitos non inquinet: nunc vinum, nunc acetum additur pro varijs scopis. Omnium præstantissimum, si quis parare recte, & parato probe vti scierit. In quos affectus autem valeat, & quo vtendi modo huic illi affectui prosit, abunde ex Galeno initio emplastrorum docemus. Eo quotidie vtimur emplastri forma, quando oleo nunc myrteo, nunc, alio, nunc succo plantaginis, brassicæ, aut alio mollimus pro scopis varijs. Palmæ autem ramorum, & germinum (a quibus ἐμπλαστρὸς Cal. & diaphœnicon bis, & palmeum toties Mesue dicitur,) penuria, quercum, aut prunum, aut cydonium, aut sorbum, aut lotum, aut mespilum substituo. Vides quantum à Gal. defecerit Mesues, scilicet ceruino & vitulino adipe pro suillo, cuius pondus his duobus æquat cætera consentit.

COST. DIAPHOENICON. *Discrepat a Galeno ceruinum & vitulinum adipem pro suillo sumens, & libræ vnius pondus adiciens. Ceterum, suillum quidem pingue omnium fere aliorum humidissimum est, vlceribus autem sicciora vtiliora esse etiam constat. quo fit, vt non temere suilli pinguis loco ceruinum hic & vitulinum adipem suillo potestate siccius deligat. non perperam tamen Galenus suillum proponit, vt quod paratu facilius in materiam fere eiusmodi medicamentorum venit, præsertim autem vetustum, quod minus humidum euasit. Itaque aliud pinguis genus non temere hic Mes. proponit. Est vero etiam adeps omnis porcina axungia solidior. quare ad debitam vnguento comparandam consistentiā recte densioris huius materiæ plus quam fluxilis axungiæ vsurpatur.*

MESVE.

UNGVENTVM diaphœnicon, Arabum descriptione, vlcera dysepulora & cacoethea carne implet, & cicatrice tegit, fistulas & cancros curat. & ossa humida glutinat. Recipiunt foliorum leucoij lutei, saluiæ, oxytriphylli, † acori, ana li- † Mendum hic suspicatur Mar. quæ aut. folia elapsi trimestribus miseri non legerit, vt hic habetur.
bram vnam: tere accurate, affunde olei rosati, aut myrtei, adipis antiqui ex epipoo vituli liquando & colando purgati, ana libras duas, & dimidiam. in vase lapideo macerentur dies nouem. tunc myrrhæ, aloes ana aureis nouem, sarcocollæ aureis septem tritis & cretis adde succi plantaginis longę aut vini albi in (quo herbarum prædictarum, ana † vnciæ quatuor coctæ † al. vnc. iij.
fuerint.) quantum sufficit ad ea dissoluendum. permitte dies sex. Deinde herbas cum oleo & adipe bis feruefac. cola, & exprime oleum & adipem: huius expressi libras quatuor, & dimid. lithargyri puri leuissimè triti libras † tres, † chal- † ali. li. iij. & dimid.
citeos vncias quatuor coque, vt prius, & moue † Chalcanthum aij.
ramo palmeo, & semel feruefac vsquedum color medicamenti mutetur, tunc ab igne sublatum continenter moueatur, donec parum frigescat. tunc coque muccaginem myrrhæ, aloes, sarcocollæ in vino albo, vel succo plantaginis longæ: & paulatim affundas prædictæ mistioni, pistilloq; ferreo omnia moue, donec probe misceantur. & perfice coctionem, vt in priore. Addunt quidam arnoglossæ, præsertim longæ, libram vnam.

CHEIRI.)

MAN. CHEIRI.) Idest, leucoij, matronalis violæ. Pro triafilon. forte legendum trifolium acidum, quod alleluya vocant. Nam ingreditur etiam aliud vnguentum, quod viride vocatur. Vel intellige loton domesticam, de qua Auicenn. scribit. capite de Andacoca. & quam etiam Paulus vocari scribit trifolium. Alisam vero intellige vel quam Dioscorides vocat de alysson, & Auicenn. alguascen. vel lege alisima, quòd est virga pastoris secundum Stephanum. Quidam pro hac etiam legunt trifolij acidi. Calcadis.) id est, chalciteos. Acori.) Non memini me legisse compositionem, in qua hæc folia reciperentur, quare suspicor hic subesse errorem.

SYLVII. DESCRIPTIO hæc operosa multum est, neque maiorum quam prædictæ virium, aut tam paulo maiorum, vt ob exiguitatem contemnatur, in nullo que sit vsu. Ad hæc acori folia parum conuenire videntur: Oxytriphyllon etiam in vnguentum quoddam viride postea recipietur.

COST. DIAPH. Arab. primum. *An leucoij, saluiæ, trifolij, atque acori folia recentia sumenda hoc sint loco, an arida, non explicat. Sed terenda præcipiens contritione (vt ait) bona, arida velle videtur. Cæterum, quum postremo herbas cum oleo atque adipe feruere iubeat, & post feruorem, expressum oleum solum vsurpet abiectis herbis, triture nomine contusionem intelligere. atque adeo nõ aridas, sed recentes eas herbas, quasique earum succum expetere existimo. Sic vero etiam secundo loco, quum myrrham, aloen, sarcocollam aut succo plantaginis aut vino in quo prædictæ incoctæ sunt herbæ dissolui iubet, recentes herbas sumendas puto. Addit postremo loco hic author calcada, quæ vox Arab. chalcanthum sonat. Syluius vero calcitidem vsurpat. At non parum ego interesse existimo vtrum horum quis sumat. & si enim chalcãthum chalcitidẽ vetustate abire Galenus est testis, & vtrunq; astringentis simul & detergentis est facultatis, in chalcitide tamẽ adstringenti acrimoniam prævalere asserit, ita vt exurat carnes: contra in chalcantho vehementissimam esse vim qua astringit, quando etiã carnes contrahit, minorem uero eã esse, qua exurit. ita vt si pro altero alterũ quis posuerit, id sit præter authoris institutum. licet non negem posse aliquando alterum in alterius locum cædere non inepte. Porro autem quia hic obscurius agit, vt rem explicem paucis, summa est, vt prius foliis leucoij, saluiæ, trifolij, acori, recentibus & contusis in lapideo mortario positis oleum atque adeps calfacta, & calore commista affundantur. Rursum autem post triduum plantaginis succus parandus est. aut pro eo vinum, in quo earundem plantarum, quarum antea meminit noua folia fuerint decocta. atque in horum altero pro medici delectu, ea mensura sumpto, quæ ad dissoluendum sit satis, myrrha, aloe, sarcocolla sunt dissoluenda. transactis diebus nouem, repositum cum adipe atque contusis herbis oleum igni admotum leuiter feruefaciendum, non repetita coctione (vt videtur velle Syluius, scribens, bis feruefacienda,) sed eadem decoctione, continenter, ad feruores (vt ita dicam) duos, id est non diuturna expectata coctione: tũ percolandum, & exprimendũ est: in expressæ autẽ huius materiæ libras quatuor cum dimidia lithargyrũ, & chalcanthum tenuissime, nõ (vt ait Syl.) leuissime trita, coquenda sunt. assidue agitando palmeo ramo, ad caloris vsque mutationem. auferendus tum est ignis, & ea materia continenter agitanda, vt tepescat. interea autem succus quoque plantaginis, aut vinum in quo myrrha, aloe, sarcocolla fuerant dissoluta, igni admotum coquendum est, deinceps vero priusquam prior materia refrigescat, hæc illi addenda est, & vna ferrea spatha agitando ad vnguenti consistentiam est deducenda.*

MESVE.

VNGVENTVM Arabicum idem quod prius pollens. Recipit ex folijs herbarum earumdem ana libram vnam & dimidiam, olei myrtini, adipis vitulini antiqui, ana vncias nouem, myrrhæ, aloes, ana drachm. xij. sarcocollæ drachmas nouem, dissoluantur in vino, aut succo herbarum, vt proxime diximus. herbæ quoque curiose terantur. Affunde his oleum, adipem, & † mucB caginem, & chalciteos † aureos tres. coque omnia igni lento ad mellis crassitiem, vtere in turunda vel platysmate. Species aliquando, æstate præsertim, dissoluuntur succo plantaginis longæ † non amplæ, experientiaque mirabile fit medicamentum. Emplastr. Arab. † mucilaginem vetus. † Vulg. ventriels. † al. aliter. † aut ampla.

EX folijs herbarum earumdem.) Leucoij scilicet, & trifolij. MAN.

VNGVENTVM Arabicum alterum. *Obscurissime hæc scribuntur. Sed hic seruandus ordo vt puto. Myrrhæ primum, & aloes singularum drachmas duodecim, & sarcocollæ drachmas nouem. tere, & per incerniculum transfusas dissolue succo plantaginis, aut vino, in quo leucoij lutei, saluiæ, trifolij acuti, & acori folia vt in præcedentis vnguenti descriptione, fuerint decocta, aut earumdẽ herbarũ succo dißolues. tũ præterea earumdem herbarũ recentium singularum, libram vnam cum dimidia cõtundes optime, contusisq; affundes olei myrtini, & adipis vitulini, vtriusque vncias nouem. his ita constitutis, prædictam myrrhæ, aloes, & sarcocollæ materiam eo succo aut vino dißolutam vt dictum est, miscebis olei atque adipis materiæ, posterius dictæ, discoctæ tamen prius, & percolatæ, & expressæ, (sic n. & herbarum succus & vis in illa æqua excipitur olei atque adipis substantiæ, & faculentæ partes herbarum detrahuntur. commistæ ergo vtrique materiæ, chalcãthi in tenuissimum puluerem redacti aureos tres commiscebis, simulque leui igne ad mellis crassitudinem coquendo deduces. Fiet hoc pacto medicamentum ab huius authoris sententia vt existimo, non dissentaneum. Quod ad calcem subdit dissolui æstiuo tempore species, ideſt, myrrham, aloen, sarcocollam plantaginis succo. admonet vt habita æstiui caloris ratione, præscriptum vinum calida facultate prædictum relinquas, nihil autem interest plantaginem longam aut amplam sumas. quando vtraque eiusdem & temperamenti est & potestatis. hoc Syluius non animaduertens longam ait æstate, vt sumas, non amplam.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM mirabile relatum ad Nicodemum, vlcera putrida (& fistulas) purgat, carne implet, glutinat, cicatrice tegit, putredinem arcet. recipit myrrhæ, aloes, sarcocollæ, ana vnciam vnam, mellis despumati vn-

cias ſex, vini albi boni quantum ſufficit, coque igni lento ad ſpiſſitudinem. Quod ſi vlceri caro ſupercreuerit, adde vnguenti † chalciteos vnciam dimidiam. E

† Vulg. viriolo.

MAN. QVIDAM chirurgi hoc vtuntur in antiquis vlceribus addito vitriolo. Valet etiam fiſtulis.

SYLVII. HAEC linamenta in vlcus mittenda oblini poſſunt: ſunt & empl. duo diaphœnicon Meſue: Hec ad antiqua vlcera, & fiſtulas quidam chirurgi vtuntur, addita chalciti.

COST. NICODEMI. *Licet deſpumatum hoc loco mel velit, vt quod detractis ſordibus minus mordicat; ſi tamen crudum ipſum, & impurum vino hic propoſito incoquendum ſtatim commiſeris, & vbi feruere cæperit ſordes, ſpumamque detraxeris, tum propoſita quoque aromata addideris coquenda ad conſiſtentiam, vt maiori compendio, ita non diuerſo fructu, vt exiſtimo, res fiet. Vinum autem album non ſumit temere, vt quod altius quam nigrũ in vlceratas partes ſubit. & ſi enim album eo nomine vlceribus minus commodum eſt, authore Galeno libr. de fract. Hipp. com. 3. quod tenue eſt, & in vlceratas partes penetrans dolorem parit; quum tamen in putridis, calloſiſq; vlceribus mordacium etiã medicamentorum vis infirmior ſit, atq; hic generoſum ad eiuſcemodi vlcera remedium proponatur, recte album nigro præfertur. alioqui non tam ægri ſenſus quam fructus à pio etiam medico eſt ſpectandus.* F

MESVE.

VNGVENTVM alterum eiuſdem. Reci. myrrhæ, aloes, ana drachmas nouem, vini albi quantum ſufficit: triſis tenuiſſime vinũ paulatim affunde ſemper miſcendo vſque ad mellis craſſitudinem. vtere. Addunt nonnulli † chalciteos ſeſquidrachmam, olei myrtini. & vini portione pauca, viciſſim miſcent. G

† Vulg. vi. vnciæ part. eius quartam.

MAN. HOC ceu liquidiore poſſunt in eodem vſu tingi lina menta quæ intra vlcus dantur.

COST. NICODEMI alterum. *Mitius hoc præcedenti eſt, & mollioribus corporib. aptius, tum ob ſarcocollam, quæ hic deeſt, cuius eſt vt acrimonia excedat, tum ob chalcanthi ipſius quoq; acerrimi largiorem illic quam hic menſuram. Nulla autem hic coctione eſt opus, quando myrrha, atque aloe in tenuiſſimum puluerem redactæ affuſo vino etiam frigido per minima facile commiſcentur: quod non æque facile fit, ſi melle excipiantur, quod nimirum attenuante calore habet opus. Vinum vero hic quoque ſuperioris exemplo album ſumendum. neque chalcanthum addendum niſi ſupercreuerit caro.* H

MESVE.

Vng. vlceris.

VNGVENTVM magnum craſeos vlcera maligna putrida, fiſtuloſa, ſorde, & carne mortua purgat, carne implet, glutinat, & cicatrice tegit. Recipit autem ammoniaci vnciam vnam, bdellij, thuris maſculi, ariſtolochiæ, ſarcocollæ ana drach. quinque, myrrhæ, galbani, ana † vnciã dimidiam, lithargyri drachmas quindecim. aloes, opopanacis, ana drachmas duas, & ſemiſſem, † æruginis drachmas tres, reſinæ drachmas quatuordecim, cæræ albæ vnc. duas, olei quantum ſufficit. ammoniacum & bdellium accto ſoluẽda, lythargyros terenda, & cum oleo coquẽda, donec liquefiat. Tunc depone ab igni, & dum modice refrixerit, miſce ammoniacum, & bdellium aceto ſoluta, redde igni, coque ad iuſtam craſſitiem, tuncque reliqua permiſce.

† Vul. æra. † floris æris.

VNGVENTVM craſeos magnum ſub iſto nomine non eſt in vſu, ſed quia conformitatem & virtutem in deſcriptione ſua & modo operationis habet cum vnguento apoſtolorũ poſito quinto cano. ab Auic. tractatu vndecimo, quod vnguentum apoſtolorum eſt multum in vſu. Cuius hæc eſt deſcriptio. Recipe cerę albæ, reſinæ pini, ana drachmas quatuordecim, ammoniaci drachmas quatuor, opopanacis drachmas duas, floris æris drachm. tres, ariſtolochiæ longæ, thuris ana drachm. ſex. myrrhæ, galbani ana drachm. iiij. bdellij drachmas ſex, lithargyri drachm. ix. infundatur bdellium in aceto vini. & fiat hoc vnguentum cum duabus libris olei hoc modo pulueriz ando. & gummi diſſoluantur. & fiat vnguentum, licet vtilitates & iuuamenta, vt iam dictum eſt, ſint conformia huic dicto craſeos. CHRI.

ADDITIO.

Iſtud vnguentum in hoc tempore non eſt in vſu ſub iſto nomine, verum ſecundum chirurgicos noſtros quia conformitatem & virtutem in deſcriptione ſua & modo operationis habet cum vnguento apoſtolorum deſcripto in quinto cano. ab. Auic. tractatu nono, ideo nunc habetur in vſu ſub nomine vnguenti apoſtolorum. Petrus de Argilata capitulo de medicinis mundificatiuis, vel abſterſiuis habet vnguẽtum apoſtolorum mundificatiuum. & eſt deſcriptio Auic. & in fine huius deſcriptionis ait, & ſi buſſiat vſque ad incraſſationem, vocat ipſum Meſue craſeos. & Magiſter Antonius de Ianua, vocat ipſum gratiam Dei. quia vere rectificat vlcera maligna, & ſic iſtud vnguentum magnam habet conformitatem cum vnguentum apoſtolorum Auicennæ.

VIM habet molliendi, mundandi, & glutinandi. Paruum vero maiorem vim habet in carne gignenda. MAN.

DESCRIPTIONI huic prope eſt eadem vnguenti apoſtolorum deſcriptio apud Auic. quinto canone. Recipit enim terebinthinæ, ceræ albæ, reſinæ, ammoniaci, ana drach. xv. opopanacis, æruginis ana drach. ij. ariſtolochiæ longę, thuris maſculi, bdellij, ana drac. vj. myrrhæ, galbani, ana drac. iiij. lithargyri drac. ix. Ammoniacum, & bdellium, & galbanum aceto ſoluta coque in olei libris æſtate duabus, hyeme tribus: ab hac enim cogitur: ab illa liqueſcit: quo nomine à chirurgicis hodie vſurpatur. Idem gratiam Dei ob facultatem eius mirificam vocat Antonius de Ianua. Petrus vero de Argilata a Meſ. dicit craſeos vocari, dum coquendo ad iuſtam craſſitiem ceu ſperu quandam pertenerit, mollit, terget, glutinat. SYLVII.

CRASEOS magnum. *Non in curandis tantũ difficilioribus vlceribus conferre hoc poteſt: ſed etiã ob ammoniacũ, reliquaq; lachrymarũ genera, quæ recipit, in emolliẽdis duriorib. uetuſtioribusq; callis, fiſtulis, ac* COST.

lis, ac tumoribus, quæ vlcerum curationi obsistunt. Est vero hic, vt de Syluio admiremur, qui loco floris æris hoc loco expetiti æruginem reponit, quamuis non negē, posse alterum pro altero frequenter sumi, vt quæ eiusdem ferè sunt facultatis.

MESVE.

Vnguentum crassum.

VNGVENTVM crassos paruum vlcera tamquam noua terget, carne implet, glutinat, cicatrice claudit. Recipit aristolochiæ, ireos, sanguinis draconis, ammoniaci, sarcocollę, ana vnciam dimid. lithargyri lęuigatæ vncias quinque, coque lithargyrum cum olei libra vna donec liquefiat, tunc cætera, vt diximus, misce.

SYLV. HOC Paruum mollit, terget, glutinat: sarcoticum magis est quam magnum

COST. CRASSOS paruum. *Hoc præcedenti imbecillius est, & mollioribus corporibus aptius sanguinem draconis inter cætera proponit. pro quo quum Arabes apud Serap. syderitidis Achilleæ succum sumat: alij vulgatum ex bolo armena, atque alijs nescio quibus factitium vsurpent: asseratur prętereà eo nomine pulcherrima & pictoribus expetita lacryma, hoc loco nō aliud quam ex Arabum more, syderitidis Achilleæ succum existimarim.*

MESVE.

Vnguentum Arthanitæ.

VNGVENTVM cyclamini magnū, relatum ad Alexandrum, illitū stomacho, vomitu purgat: hypogastrio autem iniunctum, aluum deijcit, ob id hydropicos, mire iuuat, serosum excrementum large vacuando; vermes quoque necat, & educit. Adhibetur nō potentib. sumere medicamentum purgans. Recipit succi cyclamini lib. iij. succi cucumeris agrestis lib. vnam, olei irini libras duas butyri vaccini libram vnam, pulpæ colocynthidos † vncias quatuor, polypod. vncias sex, euphorbij vnciā dimidiā, sicca hæc tria, tere, & macera dies octo succis & oleis in vase vitreo angusti oris bene obstructo. Post sę mel feruefac, cola: deinde adde sagapeni aureos quinque, mirrhæ aureos duos prius autem duo hæc aceto dissoluantur, quanto est opus. coque mouendo ad succorum prope consumptionem. Tunc adde ceræ vnc. quinque, fellis vaccini aureos quinque. feruefac simul donec cera liquatur. Tunc inspergе paulatim puluerem hūc scammonij, aloes, mezerei, colocynthidos, turbith, ana aur. v. euphorbij, aur. ij. salis gemmæ aur. ij. piperis longi, zingiberis, chamæmeli, ana aur. duos. misce diligenter.

† dil. vnc. iij.

CHRI. VNGVENTVM Arthanitæ magnum, id est de pane porcino à quibusdam barbitonsoribus multum habetur in vsu. sed ab expertis & peritis eius vsus non laudatur. virtus autem eius, est quia, si ipso vngantur venter, ilia, & partes suminis, lenit naturam, & facit fluxum ventris propter acutas & fortes A medicinas solutiuas, quæ ingrediuntur eius compositionem. Vnde transit per poros ad interiora vsque ad intestina, vnde virtus ipsarum solutiua, stimulat expulsiuam virtutem intestinorum & aliorum nutritiuorum membrorum. Et si stomachus tali vnguento vngatur, prouocat vomitum, si materia est apta per superius euacuari. Recipe cucumeris asinini. calidæ est, & siccæ complexionis in quarto.

VIDI magnam vtilitatem sequutam ex hoc in aqua intercute. MAN.

VEHEMENS est, parumque tutum, nisi in robusto corpore, aut hydropico. Illud enim ob virium robur medicamenti vehementia contemnet: hoc seroso multo in ventre excremēto obtundet, eique vacuato vtilitatem afferet non mediocrem. Eadem vires Gal. cyclamino soli tribuit, vt parum opus esse videatur tanta turba medicamentorum etiam valentissime purgantium. Parua B eius portio misceri potest clysterib. apoplecticorum. Lienem efficaciter minuit. Sunt qui succum ebuli addunt. Quo loco Alexander Trallianus (quem hic vt alibi passim Mesues citare videtur) nondū cōperi. Alexander autem Benedictus Hermolai seculo vixit, ne quis eū putet citare quenquam. 16. c. multa eius generis exōphalica recenset cathartica. In simp. c. arthanitæ bis aliter describit. SYLVII.

CYCLAMEN magnum. *Medicamentorum quæ non ventri modo, sed etiam volis manuum ac pedum illita purgandi vim habent, mentio est etiam Paulo, Aetio, Oribasio, Actuario, nostra ętate pilas quoque parant nonnulli, quæ naribus admotæ tum vomitu, tum aluo deducunt. Si eiusce modi omnia, quæ tum ventriculum strenue subuertunt, tum obuios quosque humores promiscue educunt, tum vbi ex alto atque ex venoso genere trahendi sunt humores, parum proficiunt, prudentiores medici semper euitabūt. Porro autem, quam* C *grestis cucumeris succum quærit. an succum fructuum, ex quo elaterium, an radicis succum sumas, non explicat, & vterque sane vsurpari ad eadem solet, licet efficacius fructuum succus. Sed quando hic libram vnam præscribit eius succi, profecto vt tantum eius succi ex fructibus etiam multis colligere difficile est, quantum sit satis, ita eo longe violentius medicamentum redderetur, quo fit, vt contusæ radicis quærendum hoc loco succum existimem.* COST.

MESVE.

Vng. arthanitæ.

VNGVENTVM cyclamini paruum, splenis tumores etiam schirrhosos dissoluit, & strumas. Recip. succi cyclamini, succi glutinosi ex radice silicis extracti, succi † ebuli ana vnc. *† chamelæ camenziebu*

D ix. succi summitatū tamaricis vncias duas, olei irini lib. ij. œsypi drach. v. ammoniaci, bdellij ana drach. i. & semissem, aceti quantum sufficit, ceræ flauæ vnc. vj. corticum radicis capparis vnciam vnam & semissem, spicæ nardi † vnciam semissem. Fiat vt prius. *† drach iiij.*

VNGVENTVM Arthanitæ paruum, nec ab expertis, nec à presſumptuosis habetur in vsu, nec est tantæ potentiæ, vt præcedens. CHRI.

ADDITIO.

Istud vnguentum de Arthanita paruum non est in vsu. verum sunt ex hominibus qui faciunt vnum pro alio, quia, in isto pauciora sunt simplicia, sed

non recte faciunt. habet textus hic camelis, sed textus est corruptus, quia melius diceretur chamæactis, qd est ebulus.

MAN. MAGNAM vim habet in liene minuendo. Et succi cauenizich.) In capite de Hartanita, vbi etiã describitur hoc vnguentum, non ponitur hæc res, vel ali quid eius loco. Nec bene, præterquam diuinando, inueniri potest, quid sit. nisi forte legendum sit carmezich. quo fructus tamarisci intelligitur. In quibusdam codicibus legitur chameactes, & placet ea lectio.

COST. CYCLAMEN paruum. *Emollit hoc superiori magis. & ob id tutius usurpatur. quanquam perturbare hoc quoq; ventrem insigniter potest ob cyclamini, atque ebuli succum: Quum autem ebuli foliorum succus qui assumptus strenue purgat, non importune hic admittatur cum cyclaminis succo expurgante, non ex folijs tamẽ, sed ex radice succum hoc loco expeti existimo, vt qui nõ purgandi modo, sed strenue quoq; emolliẽdi vim habet. in quem vsum hoc cõficitur medicametũ.*

MESVE.

de Sine. VNGVENTVM † ex panno lineo Hebenzezar mirabile ad vlcera maligna, fistulosa, carne implenda. Recip. opopanacis vnciam vnam, raturæ pãni linei tenuis, puri, antiqui vnciam semissem, & vini, mellis, & olei rosati, vel myrtini ana vnc. v. lithargyri, aloes, sarcocollæ, myrrhæ, an. dra. duas, & dimidiam. tere paulatim, affundendo nunc vinum, nunc mel, nunc oleum. Adduntur quandoque † chalciteos drach. duæ.

¶ similis.

MAN. PANNI linei soli vim habent excicandi vlcera, ita vt cum his quidam curent vulnera recentia, additis tamen quibusdam cautionibus.

SYLV. PANNVS lineus per se vlcera siccat, vt etiam quædam vulnera recẽtia glutinet. Pro parte vnciam scripsi, & pro parte tertiæ vnciæ drach. duas & dimid. & pro quarta drach. duas.

COST. VNGVENTVM ex panno lineo. *Lineus pannus aut seorsum in puluerem redigendus est, aut affuso paulatim vino diutius in mortario contundendus, vt in eiusdem generis materiam euadat, qualis ad scriptoriam hanc cartam conficiendam vsurpatur. Tum deinceps, vbi alia quoque arida in puluerem fuerint ducta, & opopanax vino fuerit dissolutus, linei panni materia contusa ijs addenda, & affundendum sensim oleũ, ac vinum, omniaque pistillo ducenda ad vnguenti consistentiam. quod admonere voluimus, ne quis existimet lineum pannum cum oleo, ac melle posse teri. qui enim id tentarunt elusi sunt, lineo panno pistilli ictum ob olei, ac mellis lenitatem refugiente.*

MESVE.

¶ Vnguis Alharil. VNGVENTVM † ex cantharidibus, causticum, phænigmon, & vesicas excitat, vlcera, alphos, pannos, lentigines, cutis maculas delet. Recipit † cãtharidum recentium drachm. x. axungiæ porci † vnc. v. & dimid. tere simul dies septem

¶ absq; pil. ¶ drac. xiv.

marcescant: post coque, cola, serua vitreo vase.

HOC vnguento chirurgici nostri vtuntur sub nomine ruptorij de cantharidibus, & dicunt quod Alhariel sunt cantharides. infra apparebit vna alia descriptio sub nomine vnguenti de cantharidibus, sed non erit eadem cum ista. CHRI.

TARANEL. Intellige vel cantharides, vel campas, vel pityocampas, vel bupreστes. MAN.

POSSIS pro taranahel, seu alhariel, vt quidam legunt (quos cantharidas interpretamur) campas, pytiocampas, vel bupreστes miscere. SYLVII.

EX Cantharidibus. *An cantharidas totas sumi velit, an partes, (de qua re in horum vsu animaliũ non conuenit inter medicos) non explicat. Sed parum refert, vbi admouendæ tantum sunt foris; quamquã vbi etiam sint assumendæ, ex Gal. totas eas sumere licebit. harum vsu, quocunque modo, & cuicunque parti corporis admoueris, vrinæ vias tentari obseruatum est: ita vt quibus capiti fuerant ex fermento admoto, molestissimum vrinæ ardorem excitarint: derasa nimirum vesicæ cute occulta vi & proprietate. quare qui aliquando gonorrhæę vesicęue, aut pudendorum vllam vnquam molestiam passi sunt, in his, vt a cantharide omnibus abstineant modis, suadebo.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM Rosatum phlegmones, erysipelata, herpetas sedat, cephalalgiam calidam, & vẽtriculi ac hepatis intemperiem calidam mitigat. sic fit. Axungia porci probe lauetur nouies aqua calente, & toties frigida, deinde teratur cum ea portio æqualis rosarum rubrarum recentium, quæ marcescant cum ea dies septem, funde igni lento, cola, rursus tantundem rosarum recentium cum ea tere, quæ dies etiam septem cum ea marcescant. funde vt prius, & cola. tunc affunde succi rosarum dimidium. olei amygdal. dulcium partes sex. coque igni lento ad succi consumptionem. repone. Si inter coquendum inijcias parum opij in aqua rosarum soluti, valentius fit. præsertim ad insomniæ leuamen.

DOCET Dioscor. odorare adipes, ex quo modo hæc manarunt, sicuti, & vocata pomata. si addatur opium, erunt efficacia in doloribus mitigandis, & somno prouocando. MAN.

EODEM modo ex violis & nymphæę flore, & alijs vel frigidis, vel calidis, vel etiã odoris fieri potest. Hæc componendi ratio ex Dioscoride profecta videtur, dicente adipes odorandos. Non enim adipes per se, sed ijs odoribus imbutos intellexit. Cum enim temperatus sit adeps, & inodorus ad continenda calida, frigida, odora, est aptissimum, vti oleum balaninum Gal. Opium stupefaciendo dolores placat, somnumque, stupidum, & grauem refrigerando, & velut spiritus animales glaciando facit. Id vnguentum est præstantissimũ sine opio. Id. n. addi põt, vbi eius vrendi necessitas incideri, nisi forte mauis coctione, & tẽpore vires eius frangere. Tũc enim dimidio cõpositi in coquere opiũ aqua rosata solutũ possis. SYLVII.

Adeps

Adepti membranis ante est exacte purgandus. Mallem ad colandum liquare in vase duplici, quam igni lento. Oleum omphacinum, aut rosarum miscueris opio, amygdalino magis refrigerabit: minus prompte altius intro vi sua permeabit.

COST. VNGVENTVM rosatum. *Parãt hoc pharmacopœi Veneti diligentissime, odorem, candorem omni studio illi comparantes. Sed quando ad inflãmationes hoc ipsum est institutũ, si cui esset animus maiorem ipsi refrigerãdi vim acquirere, imò elegantissime, & in regum vsus parare, axungiæ postquam sæpius aqua calida abluta, aut etiam in ea multa cocta, & connato odore fuerit spoliata, rosaceam aquam frigidam fontanæ loco affundet, & noua quotidie affusa aqua cõtinenter per dies plures spatha lignea agitabit: interdum etiam coquet. Rosæ postea effusa aqua adhuc immaturæ, ex calyce, quum hiare tantum cæperint, carptæ: quin & aliarum rosarum vngues marmoreo, & candido mortario velocissime contusi, (vbi enim lente agitur nigrescunt.) axungiæ commiscendi cum rosis. Tum post dies, vt hic iubet, septem aut plures, hæc axũgiæ, & rosarum materia in vitreo vase posita liquanda est: illique per colum setaceum transfusæ, nouæ rosæ, atque vngues eodem modo cõtusæ, vt diximus injiciendæ. At vero octaua rursum die liquata, & percolata eadem materia pro rosis affundendus rosarum, & vnguium pari diligẽtia delectorum, & celeriter contusorum expressus succus: addendumque deinceps oleum amygdalarum, quod ex infusa rosa amygdalis, vt alibi docuimus, sit extractum: commiscendaque omnia, & in duplici vase ad succi absumptionem coquenda. Vnguentum profecto rosaceum si quis hac parauerit ratione, & maioris ad refrigerium vsus, & odoris suauitate præstantius parabit.*

MESVE.

VNGVENTVM violatum idem pollet, præterea pleuritidi, & thoracis inflammationi prodest. fit vt rosatum.

SYLVII. ID ad vires prædicti adiecit, quod violæ tota sua substantia sint pulmonariæ, & thoracicæ, vt inde composita cõserua violarum, syrupus violatus, & mel, & saccharum violatum, & id genus alia.

COST. VNGVENTVM violatum. *Ad vnguentum violaceũ conficiendum si quis violarum foliola sumat, vt in parando saccharo sumẽda proposuimus, erit hoc & odore suauius, & viribus vulgari non inferius. At quæ foris tantum admouenda sunt, in his minus sæpe satisfacit studium grauioribus rebus adhibendum.*

MAN. HOC quoque est valde efficax ad somnum, & ad arcendos dolores.

SYLVII. CAPITA papaueris matura, & recentia sumantur potius, quam siccata, vt humiditate frigida agant, non sola propemodum frigiditate, vt in Diacodio prius ex Galeno, & alijs docuimus.

COST. VNGVENTVM papaueris. *Papaueris capita hoc loco, recentia quidem, at non tamen, vt Syluius consulit, matura, imò immatura potius, & adhuc lacte turgentia, sumenda puto, vt quæ efficaciæ maioris hoc reddent medicamentum.*

MESVE.

VNGVENTVM Basilicon magnum, vlcera † phlegmone carentia, præsertim partium neruosarum, terget, carne implet, Recip. ceræ albæ, resinæ pini, sepi vaccini, † picis naualis, thuris, myrrhæ ana, olei q.s. In alio ceræ vnc.vj. picis, vnc.iij. aliorum ana vnc.j. & s. † Vide in Gebin est calefactio. † picis glutinandis alimbat.

VNGVENTVM Basilicon magnum secundũ hanc descript. vbique ab omnibus habetur in vsu, & præparatum reperitur, & est conueniens vulneribus consolidandis neruorum maxime, & capitis, cum quibus non coniungitur mala complexio calida. Est enim conueniens mundificatiuum vlceribus ad ipsa consolidanda. CHRI.

QVOMODO valet vulneribus: in quibus est calefactio, cum sit calidum? Puto deesse negationem, & legendum, non est calefactio, & sic etiam scripsit Auic. Basilicon Pauli recipit ceram Colophoniam, picem, adipem taurinum, æqualia. MAN.

ALII etiam terebinthinam addunt vulneribus glutinandis efficacissimam, alij etiam ichthyocollam, sed cum caleat id medicamentum (vt ex simplicium temperatura, & modo perspicuum est) legendum in Mesue censuimus cum Christophoro, & Manardo, quibus non est calor: præsertim cum Auic. can. v. sic etiã scripserit: & Serapio in suo antidot. quamuis vtriusque descriptiones binæ ab hac nonnihil varient. SYLVII.

VNGVENTVM basilicon. *Quum hoc vnguentum ex veteri versione probet Mesue ad vulnera, in quibus est calefactio: licet vulnus recens, vlcus autem vetustum communi vsu intelligatur, generatim tamen ad vetusta æque ac recentia conducere hoc ipsum potest. quare non male Syluius pro vulneribus, cõmunis significationis nomen reposuit, qua dicitur & de vulneribus vlcus, non tamen è contrario. At quum ex Manardo idem Syluius negatiue legendum putat, & vtile hoc esse tantum putat, vbi non est coniuncta vlceri caliditas, contra quam vetus interpres legat, hoc non caret dubitatione. quando basilicon minus, de quo hic proxime aget, quod ex ceræ, resinæ, picis, & olei pari portione conficitur, Galenus 4. 5. & 13. met. ad inflammationem exiguam, & ad mouendum pus vtile existimat. Atqui eadẽ in hoc magnum veniũt: præterea vero vaccinum sepum frigido in suo genere temperamento, si Galeno credimus, fœminarum pingue frigidius esse quam marium, accedunt etiam thus, & myrrha, quæ pice ac resina calore non sunt superiora: vt neque etiã pix naualis, quam pro glutine alimbat reponunt. Itaque Mesuen huius medicamenti vsum ad vlcera cum leui inflammatione Galeni exemplo proponere, non est à ratione prorsus alienum. neque inconsulto negatio addenda est, vbi constanter vetus versio affirmat.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM Basilicon. Rec. resinæ, picis, ceræ ana, olei q.s.

VNGVENTVM Basilicon minus, & est vnguentum citrinum. præcedens autem est nigri coloris. sub hac descriptione præparatur vbiq;. Est magis con- COST.

conueniens in principio vlcerum neruoſorum,& eſt virtute ſua minoris calefactionis,abſterſionis,& conſolidationis,quam magnum immediate dictum.

SYLVII. IDEM pollet,quod præcedens, ſed imbecillius, nam minus calet, terget, glutinat, quam magnum : ob id recentibus capitis, & neruoſarum partium vulneribus, & vlceribus fuerit aptius : flauum eſt colore, magnum nigricat. Baſilicon tetrapharmacon Pauli recipit ceram, reſinam, colophoniam, picem, adipem taurinum,æqualia. Galenus ſolum reſinam, non addita colophonia : adipem taurinum, aut vitulinum Celſus : Cuius loco Meſues, & Guido Cauliacus oleum miſcent, quantum eſt neceſſarium. Vnguentum id Baſilicon Galeno tetrapharmacon,& Paulo dicitur : calfacit,humectat, dolorem ſedat. Pus mouet,vt abunde Gal. docet lib.45.& 13. meth.& initio.lib.3. comp.ph.p. Cum quo idem eſt Macedonicum ſolo thure,quod præterea recipit æquale,diuerſum lib.13.meth.

COST. VNGVENTVM baſilicum minus. *Hoc tetrapharmacum eſt Galeni, ſuperiori.vt puto,nihilo frigidius,fortaſſe autem aliquanto calidius,quod vaccino ſæpo caret, quo aliorum calor in præcedenti temperabatur.*

MESVE.

CERATVM ſantalinũ phlegmonas, & intemperaturas omnes calidas ventriculi,hepatis,& partium aliarum potentiſſime extinguit. Recip. roſarũ drachmas xij. ſantalorum rubrorum drachmas decem, ſantali albi, & citrini ana drach. vj.boli Armenicæ drach.viij.ſpodij drach.iiij.caphuræ drachm.ij.ceræ albę drach.xxx.olei roſati lib.j.miſce.cera & oleo ſi lauentur, fit pręſtãtius.

MAN. SATIS ſuſpicor ne multum vergat ad calidum, ſi quidem Sandali calidi eſſe videntur, vt ſupra dictum eſt,& camphora. Spodij.) Sumunt moderni pro ſpodio antiſpodium exambuſtis cannis. quod certe vel calidum abſolute eſt, vel partes multas calidas habet, Auicenna etiam teſte.

SYLVII. VSV frequentiſſ.eſt hoc ceratum apud quoſdam nomine vnguenti,minus tamen refrigerat,quam titulo pollicetur. opinor,quod quæ pro ſantalis miſcentur,ligna ſint calida,& caphura, & ſpodium parum frigeant : mirum ni etiam caleant,quod vtrũque multas partes calidas habeat, & illa fit arte ſuppoſititia. ſunt qui id vt ſequens ceratum Gal. refrigerans parant, liquando ſcilicet ceram cum oleo in vaſe duplici : deinde vbi refrigeratum eſt, aqua frigida manibus,aut rudicula diu agitant : poſtea dictos pulueres miſcent.

COST. CERATVM ſantal. *Santalum refrigerare, vt alias quoque dicebamus, potius,quam calefacere quotidiana docet obſeruatio. ſpodium vero maxime ſi poſt vſtionem eboris lauetur, refrigerare etiam conſtat. Caphuræ vero ſi modo calida eſt, parum omnino poſſint drachmæ duæ,cum reliquorum,quæ hic ſimuntur,mole: quæ libras circiter duas pendent : imò eadẽ, dum penetrationem frigidæ facultatis adiuuat,ex vſu eſt ad refrigerium. quare hoc medicamentum vim refrigerandi obtinere, conſentaneum eſt rationi. id quod quidem vt perpetuo non præſtet ; eorum ſæpe incuria facit qui ægris inſeruiunt: quorum eſſet ceratum interdum detrahere,& priuſquam nouum inducant parti, prioris ſordes cutim obſtruentes ſpongia ex aqua calida detergere. ſæpe etiam cerati ipſius ſoliditas in cauſa eſt,cui cum inſignis quoque inſit vis deſiccandi,dum cutem eius humorem abſumendo, denſat. interiorum humorum,vaporumque prohibet perſpiratum. Quamobrem non damnandus eſt huius ad refrigerium vſus, ſed potius corrigendum,quod illi aliena ferè culpa vitium accidit. corrigi autem hoc poſterius poterit,affuſo liberalius oleo,& linimẽti potius,quam cerati conſiſtentia, illi ipſi comparata.*

MESVE.

CERATVM Galeni valentius refrigerans, febribus ardentibus, & cephalalgiæ calenti, & cum pulſu dolorifico ſaluberrimum fit ex ceræ albæ vncia vna olei roſati ex omphacino facti vnc. iiij. †aquæ fontis frigidæ q. ſ. ad multum diuque lauandum,& ſubigendum ceratum, quod tandem ex aceto albo, pauco, claro, ſimiliter ſubigendum eſt. †vel tribus.

VLTIMVM in infrigidatione.) Vltimum intelligendum non in gradu,ſeu ordine. ſed in modica, & abſque noxa infrigidatione. Galenus dicit ſimpliciſſimum inter infrigidantia,& humectantia,& eo vtebatur in eryſipelate,& phlegmonis pudendorum ab initio. Ceræ albæ. Pontica optima abluta. Olei roſati vnc. quatuor) vel tres. Oleum omphacinum. Optimum eſt autem exacte tenuium partium,vt Sabinum. Aquæ fontium) Galenus, miſceantur, & ſimul liquentur in vaſe duplici, & fiat humidum ceratum. Infrigidato cerato inſpergatur tantum aquæ frigidæ paulatim in mortario, quantum poteſt ſuſcipere, vt mollificetur. Satis autem infrigidabis ceratum vbi primum fuerint mediocriter coagulata. infundens totum vas in aquam frigidiſſimam. Cum aceto albo. Si miſcueris parum aceti ſatis tenuis, & ſplendidi,magis humidum, & frigidum facies pharmacum. Nec debes pharmacum tandiu dimittere ſupra corpus donec calfiat, ſed continuo mutare, quod pauci hoc tempore aduertunt. Vide Gal. 10. Meth. MAN.

CERATVM album ſæpe dicitur quibuſdam vnguentum : fiat autem omnino in vaſe duplici, & ſit recens. Eo Gal. eryſipelata,& phlegmonas pudendorum initio mitigabat, & ſic parabat lib.10. meth. Medicamentum omnium,quæ humectant,& refrigerant ſimplic. quo etiam ad eryſipelata,& phlegmonas pudendorum vtor initio priuſquam depaſcens aliqua putredo appareat. Ceræ optimæ albæ Ponticæ,vel ex Atticis extractæ fauis,elotæ vnc.j. olei omphacini,ideſt crudi citra ſalem ; tenuis (quale Sabinum eſt) vnc.iij. vel vnc. iiij. vt humidum ſit ceratum : cum vti voles,liqua in vaſe duplici: deinde cum modice coiuit, refrigerando,mittendo vas in quo eſt ceratum in aquam frigidiſſimam,cum admodum erit refrigeratum,miſce in mortario paulatim tantum aquæ frigidiſſimæ,quantum in ſe molliendo poterit accipere : cui ſi addas aceti admodum tenuis,& clari,& albi paululum, magis refrigerans,& humectans medicam. efficies, hacte. lib.10. meth. De hoc Galen. lib.10. meth.10. & lib.1. ſimpl.c.6. & lib.6. ſanit. tuen.vbi aceti vice,ſubigẽdo manibus diu in mortario,miſcet ſuccum ſemperuiui,ſolani, cotyledonis,pſyllij,polygoni,tribuli,portulacæ,lactucæ,& ſimilium. Id autem ceratum vbi incaluit,tollendum eſt, nam calfactum recalfacit. Ego inter duas telas extenſum in temperaturis partium calidis tepidum applico : hora poſt dimidia aufero. aliquandiu poſt parti reddo,ſi opus eſt.quotidie autem nouum nouæ telæ impono, priore nimis ſiccato. Sic enim dum libet, tollitur & redditur, nec pars inuncta ægro tædium adfert. SYLVII.

CERATVM Galeni. *Huiuſcemodi medicamẽta omnia vbi incaluere, accẽſo ex quo conficiuntur pingui,obſtructis eorum lentore meatibus,ac prohibito* COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0360-3 DFG

hibito perſpiratu, magis calefaciunt. remedium eſt, vt illitæ eo vnguento parti lineum pannum frigida aqua ſiue fontana, ſiue roſaceo, & aceto imbutum, atque expreſſum admoueas: tum paulo poſt, deterſa parte ſpongia ex tepente aqua, nouum inducas medicamentum.

A

MESVE.

VNGVENTVM ex bdellio, epilepſiam, paralyſin, ſpaſmum, cæteros neruorum affectus frigidos, ac ſchirrhoſos iuuat. Recipiunt bdellij drach. vj. † euphorbij, ſagapeni, ana drachm. iiij. caſtorij, drach. iij. ceræ, drach. xv. olei † iaſmini, aut leucoij lutei, drach. x. bdellium, & ſagapenum diſſoluantur aqua rutæ agreſtis, cætera cum aqua calida † vniantur, & fiat vnguentum.

† al. euphor. ʒij. drac. ij.

† Sabucini.

B

CHRI. VNGVENTVM de bdellio confert diſpoſitionibus frigidis neruorum, & duritiei ipſorum. vnde iuuat in ſpaſmo longi temporis, & paralyſi, & ſimilibus diſpoſitionibus. Et nota quod vſus cuiuſlibet vnguenti, & emplaſtri in diſpoſitionibus materialibus, debet eſſe præmiſſa euacuatione. Recip. cāphoræ. alia litera exterior dicit caſtorei, & eſt melior. ſambuci. ideſt de geſſimino, quod eſt calidæ, & humidæ complexionis, aut olei de cheyri. ideſt de viola Saracenica, vel rubea, calida, & ſicca.

MAN. VALIDVM certe eſt hoc, & potens ad diſcutiendum, & emolliendum.

SYLVII. ID vnguentum potenter mollit, ac digerit, vt etiam ſpaſmum iam diuturnum, & neruorum, iuncturarumque tophos, ac nodos diſſipet: multis ob id in vſu eſt creberrimo.

C

COST. VNGVENTVM ex bdellio. *Vbi bdellium, & ſagapenum aqua rutæ diſſoluenda docuit, cætera, euphorbium inquam, caſtoreum, ceram, & oleum, cum aqua linienda eſſe dicit. quo loco quia quid per (linire) intelligat, non apparet, Syluius vnienda eſſe interpretatur. Sed quomodo aqua calida vnire hæc licebit? refugit enim aqua ceram, & oleum. Profectò hæc commiſcendi videtur ratio, vt cera oleo primum omnium addatur: tum his bdellium, ac ſagapenum, iam antea ex aqua rutæ diſſoluta adiiciantur: demumque his accedant euphorbium, & caſtoreum in puluerem redacta. Hæc igitur vbi præſtiteris, vult fortaſſe omnia hæc in vnam veluti maſſam collecta, in aqua calida manibus tractari, id quod non modo ad exactam harum rerum omnium miſtionem, ſed etiam ad immoderati caloris temperiem plurimum conducit. Fortaſſe etiam oleo iam cum cera eliquato, additiſque tum lacrymis iam antea diſſolutis, tum euphorbio, & caſtoreo, vt olla, in qua hæc fuerint, in altero feruentis aquæ vaſe, ideſt in duplici vaſe exactè coquātur, iubet. hoc vero qui præſtiterit, ſi mentem ille fortaſſe ſcriptoris huius non aſſequitur, non tamen erraturum confido. Fortaſſe etiā ſi lectionem veterem ſequamur, quum iubet, vt cetera in aqua liniantur, de euphorbio, & caſtoreo intelligit. hæc vero vt mitigandæ eorum acrimoniæ gratia, in aqua calida macerari conſulat, & ex arte poſtea tritis, quæ terenda ſunt, & commiſtis vnguentum conficiatur.*

D

MESVE.

ALTERVM idem pollens. Recipit caſtorij drachmas duas, pirethri, euphorbij, ſtaphidos agriæ, zingiberis, ſinapis ana † vnc. s. ſucci (radicum) aſphodeli, & rutæ agreſtis ana vncias quatuor, cum ſuccis omnia † vniantur. deinde coquantur cum ceræ vncijs quinque, olei roſa. vncijs triginta ad ſuccorum conſumptionem. colentur, reponatur.

† drac. iij.

† Liniātur.

POTENTIVS eſt hoc, quam præcedens. Cauendum tamen, ne diſcuſſa tenui materia reſiduum indureſcat. Rhodinum tamen eius vim minuit. MAN.

VNGVENTVM valens ſimiliter. *Cætera, vt præcedens, in conuulſione, paralyſi, neruorumque frigidis affectibus præſtare hoc ipſum poſſe concedo. at non emolliet neruoſarum partium ſcirrhos, quam vim ſuperiori conciliant lachrymæ bdellij, & ſagapeni: imò fortaſſe, dum attenuandi vim ſtrenue exercet, tenuiorumque humorum diſſipationem facit, craſſis contumaciorem comparat craſſitudinem. Quo fit, vt articulorum tophis inimiciſſimum hoc ipſum exiſtimem, quū contra ſuperius ipſis vtile fore non diffidam.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM Philagrios, ſpaſmum, & paralyſin iuuat. Recipit ceræ, vncias tres, œſypi, ſucci rutæ agreſtis, ana vncias duas, euphorbij, piperis, ammoniaci, croci, thuris, caſtorij. † terebinthinæ, opopanacis, ana drach. ij. † ſtyracis liquidi drachm. ij. & s.

† al. oleibat ſumi.

† ſi latius alimbit.

† Sigiæ.

GLVTINIS alimbac) ideſt terminthi. Sigiæ. Vel ſtyracis liquidæ, vel purioris myrrhæ, ſed primum magis hoc loco probo. MAN.

HIC pro olibani voce vulgi ex Græco, tum articulo, tum nomine conſarcinata, ideſt, thuris, quidam legunt olei balſami. Pro ſtyrace liquido, ideſt, myrrha ſtacte, poni poteſt myrrha purior, ſi inuenitur. SYLVII.

VNGVENTVM Philagrij. *Quam ſigiam hic reliquis addit, neque ſtyracem liquidum, cum Syluio, neque myrrham cum Manardo ſubſtituerem: ſed ſtyracis lachrymam Arab. abſoluto ſigiæ nomine intellectam, quæ diſcutiendo, atque emolliendo non eſt hoc loco importuna.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM aureum vulnera certo, & ſalubriter glutinat. recipit ceræ flauæ vnc. ſex, & olei boni lib. ij. & ſemiſſem, terebinthinæ vnc. ij. reſinę pineæ, & colophoniæ ana vnc. j. & dimidiam, thuris, maſtiches, ana vnc. j. croci. drachm. j.

VNGVENTVM aureum, habet virtutem conſimilem cum vnguento baſilicon maiori, ſed eſt maioris calefactionis, & eſt coloris rubei propter cinaprum. CHRI.

ADDI.

ADDITIO.

Istud vnguentū dicitur aureum, quia optimum & excellentius est inter vnguēta, sicut aurum inter alia metalla. Gilbert⁹ Anglicus in capitulo de cura arthreticæ habet vnam aliam descriptionem vnguēti aurei.

MAN. RESINÆ colophoniæ.) Vel totum simul coniunctim pro vna re intellige, vel per resinam, pineam, per colophoniam, eam quæ ex Colophone adfertur.

SYLVII. ID vnguentum ab auri pretio, & colore: est enim præstantissimum. Miror quosdam colorem hunc illi cinnabrio vulgari tribuere, cum illud non recipiat. Resinæ, colophoniæ, pro vna re legi potest coniunctim, vel pro duabus resina scilicet pinea, & colophonia, quæ ex colophone Asiæ minoris vrbe afferebatur.

COST. AVREVM. *Resinæ absoluto nomine veteres uelle videntur terebinthinam, quasi inter resinas omnes principem. Sed quando meminit etiam terebinthinæ, recte pineam Manardus sumit. qui colophoniam pro ea sumunt, non etiam errant, quamuis colophoniam non resinam, sed picem, quia solidior est, communis sit usus nuncupandi.*

MESVE.

VNGVENTVM ex ceruſa ſanat ambuſta, eryſipelata, ſcabiem ſiccā, & vlcera calida (vt quæ bilis vſta, & pituita ſalſa excitauit.) Recipit ceruſæ, lithargyri, ana vnc. vj. plumbi vſti, ℥ drach. iiij. ſcoriæ argenti, † ana vnc. dimidiam, maſtiches, thuris, ana drach. ij. & dimidiam, olei roſati, aceti albi, ana quantū ſufficit. tritis omnibus in mortario, affunde paulatim nunc oleum nunc acetū, ſemper mouendo, donec pingueſcant (velut nutrita) Si argento viuo eget affectus, eius adde drach. v. & etiam ſi opus eſt, æruginis drach. ij.

Si eo indiget pruritū habens argenti viui drachm. v. adde.

CHRI. VNGVENTVM de ceruſa ſub iſta deſcriptione non eſt in vſu. ſed vnguentum quod vulgariter dicitur album ab omnibus. cuius hæc eſt deſcriptio. Rec. ceruſæ vnc. ij. olei roſati quantum ſufficit, & fiat vnguentum in mortario. quidā addunt modicum aceti, & eſt conueniens, & quidam addūt etiam vnc. j. lithargyrij, & eſt etiam cōueniens. qualitercūque præparetur, primum quod eſt ſine aceto, & lythargyrio, eſt ſine mordicatione, & maxime ſi ceruſa primo fuerit abluta cum aqua roſata, & eſt conueniens quibuſcunque malis complexionibus calidis factis à caliditate ſolis, vel ſtrictura calciamenti, vel à fricatione ſuperflua cum calefactione mala, & cū aliquali excoriatione, ſicut etiam ſæpe cōtingit membro virili poſt coitum cum fœda muliere. Secunda deſcriptio cui additur modicum aceti. & conueniret talibus diſpoſitionibus, non tamen multum profundis, nec in membris neruoſis. Et deſcriptio tertia eſt maioris deſiccationis cum eiſdem virtutibus infrigidando, & vlcera conſolidando, & ſigillando cum quibus cōiungitur exceſſus malæ complexionis.

ADDITIO.

Istud vnguētum eſt in vſu, ſolum ſub nomine vnguēti de ceruſa ad phlegma ſalſum. ſed quando medicus ordinat vnguentum de ceruſa ſimpliciter, intelligitur vnum aliud, quod nunc communiter ab aromatarijs diſpēſatur ſub nomine emplaſtri de ceruſa, & fit ex oleo roſato, & ceruſa partibus æqualibus aſſumptis, bulliendo ſimul adinuicem vſque ad reductionem paſtæ, ex qua fiunt magdaleones.

MERDASENGI. (Id eſt, lithargyri. Scoriæ argēti.) Spurcitia in omni metallo ſic vocatur, ſed argentea vocatur helcyſma à Dioſcoride. Argenti viui.) Vbi argentum viuum tractas, caue ne principalia membra eius vim præſentiant: Ziniar.) Id eſt, æris æruginē. MAN.

HOC vnguentum eſt rarum vſu: in eius locum receptum eſt vnguentum hoc album, ſeu potius emplaſtrum de ceruſa. SYLVII. Ceruſæ lotæ vnc. ij. olei roſati q. ſ. Fiat vnguentum in mortario crudum. Alij & olei roſati portionem æqualem coquunt ad emplaſtri conſiſtentiam. Valentius fit, ſed mordax, pauco addito aceto. Sunt qui ſiccantius reddunt, etiam lithargyri adiectis vncijs iij. & caphuræ drach. ij. & albuminibus duorum ouorum, & aceto piu eo. Intemperiem calidam ſedat, vlcera & excoriationes à calore ſolis.

EX ceruſa. *Terenda ſeorſum, & metallica, & lachrymæ metallica vero non omnia. ceruſa enim ſeraceo trajicitur. ſed quæ metallica teruntur, non ſimul, ſed ſeorſum ſingula terenda ſunt. plumbum vero vſtum in tote etiam lęuigandum eſt, affuſo ad igneam vim temperandam, atque ad tenuiſſimam illi comparandam ſubſtantiam, aceto. Si hydrargyron addendum ſit, vt miſceri poſſit reliquis, me etiam tacente, extinguendum eſſe antea, ſatis conſtat. extinguitur vero id tum varijs modis, tum cum ſaluię ſucco, aut aceto acerrimo diutius in mortario agitatum.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM † ſericinum vtile ad vlcera putrida, excoriationem, vſtionem, ſic fit. adde vnguento ceruſſæ prædicto † ſerici † drach. j. & ſ. aloes, myrrhæ, ana vnc. ſ. † Siric. † al. vnc. i. † Syricinū.

ISTVD vnguentum raro in vſu habetur, & dicitur ſyricinum, quia cum vnguēto de ceruſa ſupra ſcripto adduntur ſyrici drachm. j. & dimidiam aloes, myrrhæ, ana drachm. iiij. CHRI.

HOC neminem vidi vtentem, validum tamen puto, atque longe validius, ſi ſericum vreretur. MAN.

VSV rarum eſt, tametſi efficax ſit, efficacius futurum, ſi ſericum vſtum pro crudo acceperit. SYLVII.

SYRICINVM. *Pro ſyrico ſericum intelligunt Manardus, & Syluius, quod etiā vſtum magis probant. fortaſſe tamen minium vulgatum, id eſt ceruſam vſtam author intelligit, quam ſyricon, & ſandyca Græci, Arabes ſarchon, & ſyrengi appellarunt.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM Aegyptiacum magnum, vlcera antiqua, & fiſtulas terget, carne mortua, & putredine expurgat. Recipit † æruginis aur. v. mellis aureos quatuordecim, aceti acerrimi, aur. vij. coque igni ad iuſtam craſſitiem. Addunt aliqui thuris maſculi triti, aur. ij. & dimidiam. † Vulg. flatu aris.

VNGVEN-

CHRI. VNGVENTVM Ægyptiacum magnum, sæpe & multum habetur in vsu, ac præparatur: & est coloris rubei, ne ab infirmis cognoscatur propter colorem floris æris, qui est viridis. terrétur enim multum ex vnguento viridi, quod est compositum ex flore æris, qui color remanet in ipso, quia non decoquitur: sed flos æris cum decoquitur, colorem rubeũ acquirit. & ideo hoc est rubeum, quia flos æris decoquitur. & est fortissimæ desiccationis, & corrodit carnẽ additam malam, & mundificat vlcera mala sordida à superflua sanie. Istud vnguentum ægyptiacũ, quod fit absque oleo, est maioris desiccationis, & absterſionis, quam viride, sed viride est maioris corrosionis, non obstante, quod componitur cum oleo, quia ipsum plus ingreditur de viridi æris. Est etiam magis penetratiuum ratione olei, quod ingreditur ad partes vlceris.

MAN. HOc in frequenti vsu est vulnerarijs medicis, solentque vnguentum de melle appellare. Floris æris.) sunt veluti milij squamæ sponte ab ære cadentes, quum panes æris aqua refrigerantur.

SYLVII. ID vnguentum vsu admodum frequens, valentissime saniem siccat, sordem deterget, carnem absumit, præsertim si oleo caret, ac viride sit ob crudam æruginem. Si vero cocta simul est, rubrum fit, & moderatius vnguent. nec ægros terret: præsertim si oleum acceperit, quamquam crudum cum hoc non sit mitius. Nã æruginem recipit largiorem, cui oleum in partes penitiores aditum parat: vnde melius ex ærugine vsta lib. 2. c. ph. g. Diuersum ab Ægyptijs, & fuscis emplastris in fine lib. 3. c. ph. g. descriptis. & ab Ægyptia fabas Ægyptias recipiente lib. 3. comp. ph. Ex Galen. tamen lib. 3. meth. & lib. 2. c. ph. g. de viridib. emplastris sumptum est.

COST. AEGYPTIACVM magnum. *Aeruginem hic pro æris flore sumit Syluius, quæ quamuis eadem prædita facultate, eam tamen non quærit author, & acrius etiam mordet. Benignius medicamentum hoc reddunt, qui æs vstum, vulgo ferrettum hispanum substituunt, vt minus mordax, detergendo autem, & siccando præstantissimum.*

MESVE.

VNGVENTVM Tripharmacum sarcoticum, & epuloticum. Lithargyros lęuissime tritus, oleo viciſſim, & aceto paulatim affusis in mortario, mouetur ad iustam crassitiem.

MAN. HOc quoque frequentissimum est, & vocant expertum. TRITI sicut alcohol.) Id est, subtilissime. Galenus primo libro de medic. comp. secundum genera, hoc dupliciter parari docet: per hydrelæon videlicet, & oxelæon. Addit, & tertium per œnelæon. Docet quoque ibidem vsum crudi lithargyri.

SYLVII. VNGVENTVM de lithargyro, & emplastrum tripharmacum Gallis vulgo dicitur. Galen. libro 2. capit. ph. g. facit cum hydrelæo, & oxelæo, & œnelæo docetque ibidem vsum crudi lithargyri.

Alij lithargyri nunc crudi, nunc aqua rosarum loti, vnc. iij. aceti vnc. j. & dimidiam: olei rosati q. s. terunt in mortario sine cera, vt vnguentum de ceruſa. Vtrumque coquendo etiam fit cum pauca cera, vt solidius, & tenacius euadat, sed minus tunc refrigerat. Prodest scabiei, & cutis vlceribus, vt vnguentum ceruſæ primum. Vtrumque triphar. Mesuæ est in vsu: illud expertum: hoc coctum quidam vocant.

A TRIPHARMACVM. *Hoc, dum confluentes ad vulneratam partem humores refrigerando reprimit, & qui fluxere tenuiores siccat, & sordes deterget, gignendæ carnis, & cutis præsidium est. at vbi cauum sit vlcus ob eandem refrigerandi, & reprimendi facultatem, id infirmius efficit.* COST.

MESVE.

VEL Lithargyri, † aceti ana vnciam vnam, olei vncias duas, coque igni lento, ad crassitiem. † *Triti sicut alcohol.*

VNGVENTVM tripharmacum, sub hoc nomine non est in vsu, sed sub nomine vnguenti de lithargyrio vsitatur, & confert vlceribus, cum quibus coniungitur mala complexio calida. confert scabiei vlcerosæ, & generaliter omnibus dispositionibus, quibus confert primum vnguentum de ceruſa dictũ superius, & maxime si lithargyrium lauetur cum aqua rosata, cuius hæc est descriptio. Recipe lithargyrij triti sicut alcohol, vncias iij. aceti vnc. s. olei rosati quantum sufficit. Fiat vnguentũ in mortario, absque cera, sicut vnguentum de ceruſa dictum superius. Fit etiam quandoque vnguentum de ceruſa, & oleo rosato per decoctionem, vt acquirat soliditatem maiorẽ, adhærentiam aliqualem ad membrum, cui applicatur, sed tunc non est tantæ infrigidationis, & maxime, quia in eo debet addi modicum ceræ. Et similiter potest fieri vnguentum de lithargyrio, oleo rosato, & modico ceræ ad easdem intentiones, de adhærentia ad membrum, & ipsius soliditate cum prædictis virtutibus, non tamen cum simili infrigidatione, sicut si fiat in mortario. CHRI.

HOc coctum vocant, & in eundem vsum habent priori splenio superpositum. MAN.

TRIPHARMACVM aliud. *Est hoc superiori magis sarcoticum, minus vero epuloticum, quòd tum olei, & illius etiam veteris, largius affusi, tum decoctionis gratia minus refrigerat, ac densat cutim.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM Psoricum Alexãdri, psoram, id est, scabiem sanat, impetiginem à pituita salsa, cutis asperitatẽ, & alia cutis vitia terget. Recipit ceruſæ, lithargyri psorici, aloes, croci, cadmiæ argentariæ, argenti viui extincti, ana portionem æqualem cum oleo oleandri, & aceto q. s. Fiat sicut vnguentum de ceruſa. *Alphesiricon.*

ISTVD vnguentum non est in vsu. Auicen. in ij. can. de ipso facit cap. sub nomine fasuricum, & dicit, quod est medicina ad scabiem facta ex lithargyrio, calcadis ideſt vitriolo viridi, & aceto. vnam tamẽ aliam descriptionem ponit hic Mesuæ. CHRI.

RELATVM ad Alexandrum.) Pro Climia. Cadmia intelligenda, de qua Dioscorides. Per alfesiricon intellige psoricon, de quo statim. Oleum de oleandro.) Nerion vocatur à Dioscoride, sosandrium à Latinis, vt ipsemet dicit: alij rhododendron. MAN.

OLEAN-

SYLVII. OLEANDER Dioſcor, dicitur nerion, alijs rhododendron. Latinis ſoſandrum Pli. rieum Dioſc. fit ex chalciteos partibus duabus, cadmiæ parte vna, tritis cum aceto: Gal. autē ex chalciteos partibus duabus, lithargyri parte vna. Meſue vero aliter.

COST. PSORICVM Alexandri. *Oleādri foliorum ſuccus ab Auicenna ad ſcabiem, & aſperitatem cutis probatur. Ex eodem ergo ſucco, vel folijs in oleo decoctis oleum parabis hoc loco expetitum. Quod valere hoc vnguentum, ait in vetere verſione ad phlegma craſſum, non temeraria coniectura Syluius vertit pituitam ſalſam: quando ex eo genere humoris impetigo ferè oritur. fortaſſe tamen pituitam craſſam author poſuit, eius nomine mobiles illos intelligens nodos, qui gummi nomine nuncupati paſſim ex eius pituitæ genere, licet accedēte interdum atro humore, oriuntur. quos hydrargyro, quod in hoc vnguentum traducit, diſſolui ſæpe obſeruauimus.*

MESVE.

PSORICVM medicamen compoſitum ad fiſtulas, cancros, ſcabiem ſiccam, lepram, carnis putridæ incrementum. Recipit lithargyri albi, chalcanthi, ana partem.j. æruginis partem dimidiam, terantur die vno in ſole æſtiuo cum aceto acerrimo paulatim affundendo. Deinde in vaſe vitreo probe obſtructo condantur ſub fimo diebus xl.

Vetus Interpretatio. Confectio alpheſiricon, quod eſt medicamē compoſitum ad fiſtulas, & cancrum, & malum mortuum, & delet additionem carnis putridæ, & ſanat ſcabiem ſiccam. Recip. lithargyrij albi, chalcanthi ana partem.j. floris æris partem dimidiam. terantur cum aceto vehemēter forti in ſole tempore æſtiuo ferè per diem vnum, ſemper autem modicum addendo acetum. Deinde ponatur in vaſe vitreo, & ſtringatur os eius, & ſepeliatur in fimo diebus xl. Deinde adminiſtretur.

CHRI. HANC confectionem vt iam dictum eſt deſcribit Auic. in v. cano. cui tamen addit Meſue florem æris.

MAN. PSORICON.) Græce dicitur, & ſecundum Dioſcoridem recipit chalciteos p. 2. cadmiæ p. 1. & teruntur cum aceto. Iuxta Galen. chalcitis partes duas, lithargyri vnam.

COST. PSORICVM. *Valentiſſimum eſt hoc profecto ad affectus propoſitos, ſed inſigni mordicitate, & doloris diuturnitate, quo partes affici moleſtiſſimum. quare vtilius commiſto cum proxime deſcripto vnguento, quam ſeorſum veteris.*

MESVE.

VNGVENTVM vlcera ſanans antiqua, dyſepulotica. Recipit aloes, myrrhæ, ana partes æquales. tere cum ſucco abſinthij, chelidonij, plantaginis, ad mellis conſiſtentiam. ex linamento adhibe.

CHRI. ISTA confectio non habetur in vſu. & dicitur cōfectio vnguenti. ſimiliter & præcedens, quia fit ſine oleo, & cera, ſed reducitur ad ſpiſſitudinem vnguenti cum ſuccis, vel alio liquore.

Hoc nullibi vidi parari, putarim tamen non inutile. MAN.

HOc ſine oleo, & cera fit: in vſu non eſt tamen eſt efficax, & paratu facile. Efficacius multo reddit Meſues cap. de aloe, ſi paucis ſanguis draconis miſceatur. SYLVII.

VNGVENTVM ad vlcera. *Chelidonij radix acrior detergendo, ac ſiccando reliquis eius herbæ partibus validior. quare ſi huius ſuccum ſumpſeris, efficacius reddes medicamentum.* COST.

MESVE.

HYSSOPI ceratum diateſſarō, deſcriptione Democriti, valet ad mollificationem omnis duritici, & nodoſitatis, quæ fiunt in membris, & apoſtemata dura, & duritiem iuncturarum, & dolorem hepatis, & ſplenis, renum, matricum, & veſicæ. Recip. cerę citrinę, terebinthinę. ana drach. xij. olei irini vncias iiij. hyſſopi humidæ † vnc.ij. Et ex eis fiat vnguentum. & adminiſtretur. † vnc.ij.s.

ISTO ceroto diateſſaron vtuntur nōnulli ſub nomine ceroti de hyſſopo humida, & dicitur diateſſaron, vt iam dictum eſt de theriaca diateſſaron à quatuor rebus, ex quibus componitur. Ioan. Anglicus in cap. de dolore iuncturarum in cura guttæ melancholicæ habet vnam aliam deſcriptionem. CHRI.

HOc facilius parari poteſt, quā huius generis alia, nec erit minus vtile. MAN.

HYSSOPI ceratum diateſſaron. *Emollire, & concoquere maxime poteſt, ob idque dolori viſceris non inutile eſt, cuius ex craſſiori, crudiorique materia ſit ortus. Sed & irini olei nomine diſcutere flatus poteſt, ſi ex ijs proueniat dolor.* COST.

MESVE.

CERATVM Gal. ſtomachicum, ventriculum, & hepar roborat, horum dolorem a frigido lenit, appetentiam excitat, coctionem iuuat. Recip. roſarum, maſtiches, ana drachm. xx. foliorum ſiccorum abſinthij drachm. xv. ſpicæ nardi, drachm. x. trita tenuiſſ. ceræ vnc. iiij. olei roſati lib. vnam, & ſemiſſem. liquentur hæc igni, & aqua roſarum diu lauentur. iterum liquētur & lauentur vino veteri, & auſtero, et ſucco cydoniorum, & aceto pauco, poſt miſceantur reliqua, & fiat ceratum.

ISTVD cerotum apud nonnullos habetur in vſu, cui ſi addatur parum galliæ alefanginæ inuenitur in ipſo virtus mirabilis ad confortandum ſtomachū. CHRI.

QVOMODO in aqua roſarum, ſi Galeni tempore non fuerint inuentæ noſtræ hæ aquæ, poteſ decoctum intelligere. Cerotum tamen Gal. quo aſſidue vtebatur, deſcribitur ab eo lib. 8. de compoſit. medic. ſecundum loca, & à Paulo hoc modo. Ceræ albæ vnc.j. MAN.

vel

vel æstate drach. vij. aloes, mastiches drac. j. olei omphacini, vel nardini, quantum sufficit. Si vero pluri egent stypsi, adde omphacij drach. j. aut absinthij, & tertium cum his hypocystidos, & œnanthes, & rhu, id est, sumachi succum.

SYLVII. CERATVM hoc stomachicum apud Galen. nondum legi: sed id est, quo assidue vtor, inquit Galen. initio lib. 8. c. ph. p. & lib. 8. metho. & post eum Paulus: recipit autem vnguēti nardini optimi, ceræ ponticæ amaræ, vel alterius ponticæ, vel tyrrhenicæ (quæ alba est ablutione,) vel alterius odore, & pinguis, sed lotæ ana vnc. Romanam vnam, seu drac. viij. æstate vero ceræ tantum drach. vij. liqua in vase duplici: refrigerato deinde, & raso adde aloes, mastiches, pulueris mollissimi, ana drach. j. vel paulo amplius, non tamē vltra sesquidrac. Quod si maiore est astrictione opus, cum scilicet tanta est imbecillitas, vt ne cibum quidem continere possit, auge mastichen ad sesquidrac. vel adde omphacij tantundem, vel absinthij succum, vel vtrumque: & præter hæc interdum hypocysthidē, & œnanthem, id est, vitium sylvestrium germen cum floribus, & succum rhois. Sed dum ceratum conficis, hæc miscenda ante aloē, mastichen, tunc que ceræ, & nardini vnguenti pondus pro reliquorū portione augēdū, vt si quatuor ex alijs drac. colligantur, cerati nardini vnc. sint nij. ceræ quidem duæ, vng. nardini etiam duæ, præstantius fiet, si spicati vnguenti, vel foliati sumptuosorum Romæ medicamentorum aliquid addas. Potes etiam loco nardini mastichinum, vel melinum optimum, & recens miscere. Quod si ventri cuius intus vrtur, ita, vt affectus phlegmonæ similis in eo consiste re videatur, fiat ceratum ex oleo melino cum œnāthe, vel hypocysthide, vel balaustijs, vel *osmino*, id est palmularum carne, & alijs, quæ ventriculum refrigerare, & firmare sunt idonea. Ad rem vero præsentem commodissimum semper deliges, intentus dictis scopis. Mesue autem in suo, pro aloe rosas, folia vero absinthij, pro succo, spicam nardi cum oleo rosato pro vnguento nardino ponit, horum tamen dosi, vt mastiches immodica. Potest tamen parari ad robur stomachi in febribus, aut ipsius phlegmone. Quod ex Gal. citat Nicolaus, emplastri formam habet, & simplicia permulta non esse Galeni acute declarant.

COST. CERATVM Galeni stomachicum. *Oleū rosaceū, & rosaceam aquam ad calidarum intemperierum refrigerium vsurpamus, quin, & cotoneorum quoque succus refrigerat, admirandum ergo, quod huiusce generis medicamenta in hunc traducat locum, vbi frigidæ intemperiei ventriculi præsidium pollicetur. Sed oleum rosaceum temperatæ est facultatis tum olei gratia, tū etiam rosarum, in quibus calidæ aliquæ sunt partes, præterea vero absinthium, mastiche, spica, & vinum vetus calefaciendo prodesse possint. Non hæc tamen si frigidior sit intemperies, sunt satis. Sed & nardinum, & spicatum oleum, & alia eiusceomodi in præsentem rem addi possint.*

MESVE.

CERATVM diapente, spasmum, & neruorum, iuncturarumq; tumores duros, & nodosos lenit, accipit ceræ flauæ vnc. iij. † styracis liquidi drach. ij. terebinthinæ vnc. j. † mucaginis ichthyocollæ, vel gummi hederæ, olei irini quantum sufficit.

† Sigia. † Mucilaginis, vel gluten Zanach vnc.

CHR. ISTVD cerotum est in vsu, sed non multum. Quid per gluten zanach intelligatur, ignoratur, nonnulli tamen moderni dicunt, quod est colla piscium, alij vero aliud: de eo tamen certius dicetur infra in emplastro magno diachylon.

MAN. HOc formam habebit ceroti recentiorum, si exiguum quid addatur irini olei, si plus, cerotum fiet antiquorum. Sigiæ.) Id est styracis, vt superius dictum est Glutinis zanaham.) Forte gummi hederæ.

A RARIS. vsu. Ceratum erit hoc veterum, si plus olei accipias: & recentiorum, si minus. SYLVII.

DIAPENTE. *Muccaginem, seu gluten Zanach, Syl-* COST.
nius ichthyocollam, vel gummi hederæ vertit, alij muccum cochlearum intelligunt, quo loco ex hederæ fortasse gūmi, quod inter psilothræ a Dioscor. reponitur, & exurentis facultatis agnoscitur, sperare aliquid in conuulsione liceret cum reliquis discussorijs, & emollientibus: at ichthyocollam, vel cochlearum mucum, quem ad conuulsionem, ad nodosq; ac neruorum, & articulorum tumores duros præstare vsum possit, non assequor. Quam vero etiam cōsulto ichthyocollæ substituat aliquis gummi hederæ contrariæ prorsus naturæ? Nobis quid ea significet uox, non satis constat, eius tamen loco ammoniacum hoc loco substituerem, aut etiam viscum quercinum, quod ea Arabica dictio quibusdam sonat, hoc enim tum molliendo, tum coquendo, & ex alto foras extrahēdo conferre in his affectibus, aliquid pōt.

MESVE.

CERATVM Alexandri ventriculum, & ventrem reliquum inferiorem roborat, ab hisq; duritiē dissipat. Rec. comarū absinthij, thuris, ana drach. x. ammoniaci, styracis calamitæ, ana drach. xij. spicæ nardi drachmas tres, cerę vncias quatuor, olei chamæmelini quantum sufficit. Ammoniacum, & † thus vino horis vigintiquatuor macerentur, oleum, & cera liquentur igni, reliqua trita, & creta inspergantur. † At styracem.

Cerotum Alexandrinum optimum, stomachum confortat, & membra nutritionis, & aufert duritiem ipsorum, bonum, & expertum. Recipe cimarum absinthij, olibani, ana drachmas decē, ammoniaci, styracis calamithæ, ana drachmas duodecim, spicæ drachm. iij. & ceræ drachmas quatuor, olei chamæmillæ quantum sufficit † olybanum, & ammoniacum in vino sufficienti per diem, & noctem infunde, absinthium autem, & spicam tere, & cribra, oleum vero, & cerā solue super ignē, & cum eis reliqua misce. Vetus versio sic habet. † styracem.

ISTVD cerotum apud Mediolanenses multum habetur in vsu, multum vtile est ad ea, quæ in textu scribuntur. CHR.

D STORACIS calamitæ.) Styracem calamiten vocat Galenus eum, qui intra calamos ferebatur, nunc desijt ferri, sed loco eius habemus siccum vocatum. MAN.

MEDIOLANI in vsu est frequenti, dignum quod etiam alibi vsurpetur. Cera ex oleo liquata, ammoniacum vino viginti-quatuor horis maceratum, & ad mellis crassitiem coctum, per se miscetur: deinde pul. tenuiss. adduntur. Quod si styrax, & thus pinguia, & mollia sunt, etiam dissoluenda. SYLV.

ALEXANDRI. *Quum absinthij comam hic propo-* COST.
nit, non aliud quam fruticosum cum semine caulem sumerem. Quum vero ammoniacum, styracem, thus in debita vini mensura infundi iubet, vix tantum est sumendum vini, quantum ad eadem post macerationem dissoluenda sit satis.

MESVE.

ALTERVM eiusdem valenter scyr rhos dissipat, articulorum, & ner uorum omnium dolores, & affe ctus diuturnos a frigido natos, & cõtractiones, & paralysin, & tor turam. Recipit castorij, euphor bij, piperis longi, & nigri, ana vnc. j. ammoniaci, opõpanacis, ana vnc. j. & semiss. medullæ cruris cerui, & vaccæ, ana vnc. ij. terebinthinæ vncias vj. styracis liquidi vnc. j. adipis gallinæ, & anatis, & anseris, & porci, ana vnc. j. & dimidiam, ceræ lib. j. olei veteris, nardini, irini, laurini, chameme lini, leucoij lutei, ol. naphthici, ana vnc. octo, olei balsami, vnc. quatuor, vini veteris quantum F sufficit ad macerandum medicamenta sicca. Efficacius fit, si addas œsypi vnciam iiij.

MAN. HOc si bene paretur valde idoneum erit ad duros tumores, & præcipue Gallicos, articulorumq; do lores. De naphtha habes apud Dioscoridem capite de asphalto.

SYLV. EST efficacis. & magno successu in vsum venit ad dissipandum tumores duros, & articulorum dolores, præcipue a lue Hispanica.

COST. ALTERVM eiusdem. *Sperare profecto ad proposi tos neruorum affectus frigidos plurimum ex hoc licet, non conficietur autem sine magna opera, & sumptu. Oleum naphthicum vere petroleum non est, pro eo tamen petroleum non temere vsurpetur. Pro balsami oleo illud sumas licet, quod ad huius operis calcem oleũ philosophorum vocatur, alioqui vncias veri balsami quaternas vix reperire est apud Reges.*

MESVE.

CERATVM Andromachi, ventriculum frigidum roborat, ne excrementa aliarum partium tam prõpte recipiat, affectus neruorum, & iũcturarum frigidos, vt duritiem, dolores, tumores, dissoluit, si digeri sunt habiles, aut coquit, & suppurat, si maturari possunt. Rec. styracis vnc. semissem, mastiches vnc. j. & semissem, folij, spicæ nardi, ana drach. iij. & semissem, euphorbij, drach. iij. cinnamomi drach. vj. ceræ albæ, drach. xv. olei balanini, vnc. viij. olei balsami, drach. xv. Fiat ceratum.

MAN. OLEI debeen) Id est, balaninum, vt supra, nec paratur, nec parari recte potest.

COST. ANDROMACHI. *Quum folium hic præscribit, nõ ego sanè damnem, qui folium Venetijs vulgatum sumat; sed spicæ potius tantundem vsurparem, quousque odore, saporeque præstantius adductum fuerit folium. Si ventriculi gratia hoc parari medicamentum iuberem, pro oleo balsami, spicatum, odorum, aut expressum ex moschata nuce oleum assumerem.*

MESVE.

EMPLASTRVM diachylon, scirrhos hepatis, lienis, ventriculi, & aliarum partium, ipsas etiam chœradas, & duricies reliquas emollit, & iuuat. Recipit mucilaginis seminis fœnu græci, seminis lini, raued, althææ, analib. j. lithargyũ plumbo, & scoria purgati, tenuissime triti, lib. j. & dimid. olei antiqui clari lib. iiij. Lithargyrum, & oleum, diu, & multum in mortario lapideo pistillo ferreo subigãtur, & misceantur, post igni lento coque, spatha semper agitando, donec liquetur lithargyrum, & crassescat. Exime igni, F paulatim frigescat, postea his succos per se parum coctos affunde, permisce, & recoque igni ad iustam crassitiem. Valentius resoluit, & maturat, si addatur puluis ireos, magis item anodynon, si mucilago meliloti præsertim seminis accesserit. Præstantius quoque fiet, si loco olei communis irinum, & chamæmelinum acceperit.

ISTVD emplastrum similitudinem habet cum vnguentis, nisi quod est solidioris substantiæ, & est multum in vsu, & eius vsus est conueniens ad dissoluendum apostemata dura, & melancholica propter mucilagines ingredientes, & sæpe post apertionem furunculorum, & similium apostematum approximatur ad leniendum duritiem, quæ remanet in eis, & habet virtutem consolidatiuam vlcerum, quæ sunt cũ nodositate, & duritie, propter lithargyrum, quod G ingreditur ipsius compositionem, vtilitatem etiam facit ad dissoluendum scrophulas, &c. CHR.

ADDITIO.

Et fit istud emplastrum interdum cum additionibus, vt cum puluere ireos, addendo scilicet vnciam vnam, pul. ireos pro vna lib. massæ emplastri, & hoc ad maiores affectus ipsius emplastri, communiter tamen in vsu est sine additionibus. Auicen. in v. can. & Haly. x. practicæ, & Serapio in proprio antidotario, describunt hoc emplastrum in forma vnguenti, quo etiam multi moderni sub dicta forma vtuntur, communiter tamen est in vsu magis sub forma emplastri, quam sub vnguenti.

H DIACHYLON dici debet, sicuti, & quæ sequũtur, MAN.
à succis, quæ recipiunt, quas mucilagines recentiores vocant. Istud est Auicennæ ferme ad literam. Describitur, & a Galen. iuxta Democritum, sed oleum sedecuplum est ad lithargyrum tempore hyemis, æstate sesquisextum, lithargyri ad althæam duplum. Paulus scribit aliud emplastrũ διὰ χυλῶν, hoc modo. Lithargyri, lib. 6. olei æstate lib. 7. hyeme 8. seminis fœnu græci ξέστου semis, seminis althææ lib. 3. bulliant semina fœnu græci, & althææ in xestis viginti aquæ, donec remaneant libræ iiij. post misceas oleum: bulliantque, donec cessent ampullæ, deinde inspergens lithargyrum, coque lento igne. In Galen. legimus sextarios octo aquæ. Diachylon inuentum a Menecrate recipit, Lithargyri aurei lib. ij. axũgiæ antiquæ libras iiij. olei antiqui lib. xv. addit aliquando lib. j. radicis althææ.

SYLVII. Ἔμπλασις φάρμακον ἀπὸ τῆ ἐμπλάττειν, id est, fingendo, & formando: ρ literā ex etymo non habet: ρ tamen assumpto etiam ἔμπλασμα ατος, vt κάταρμα ἀ καθαίρω μάλαγμα ἀ μαλάσσω & οὖς οὔτος Galen. & suæ ἐπεφάτις hominibus prope omnibus vsum prævalente, & consuetudine sequentibus, cum iam tū, & lingua Attica permutum a proprietate sua desciuisset. Medicamēta emplastris debita, sunt terrestria: vt metallica, lapides, teriæ species, flores, cinis, conchæ. Plantarum partes, vt oleamenta, lachrymæ, succi, liquores. Semina vero, & herbarum folia, & radices paucas recipiunt, tamen emplast. ex lini semine, & ab herbis βοτανικὰ, & farinas fatis frequentes. Coquantur emplast. quousque manus non amplius inquinent. Emplast. & metallica, vt lithargyrum ceruſam recipiunt. Prius hæc oleo, & aceto, succo, aqua vel alio liquore adscripto, sine igni nutriantur, & crassescant in mortario, vel sartaginis fundo, sphærico, spatha, vel pistillo continenter mota. Si ad hæc pinguia alia emplastris debentur, hæc ipsa pistillo calido, vel in lebete super ignem lētum spathula semper mota, ne vasis fundo metallica hæreant, probe ad iustam vsque crassitiem metallicis ita nutrimis misceantur. Quod si gummis quoque opus est, liquabilia liquentur, solubilia soluantur, pulverabilia pulverentur, vt suis locis patebit: & postrema de coquendis alijs misceantur spatha semper mota: postremo etiam ponantur, & flores, herbæ, radices. Flos croci manu emplastro misceatur migdalias, & offas formantibus. Sunt tamen quædam metallica, & terrea lapidea, quæ in fine miscenda, vt ęs vstum, cinnabrium vulgare, cerugo, flos ęris, squamma ęris, sulfur, auripigmentum, magnes, bolus armenia, terra sigillata. Coquatur autem omne emplastrum ad acetī, vini, aquæ, succorum, vel aliorum liquorum consumptionem. Succi crassi, & siccati aliquo liquore soluti imponantur postremi, cum scilicet emplastrum frigere incipit. Succi autem virides in emplastro de Ianua temperentur oleo: deinde gummis liquatis ambo misceantur, & coq; igni. Herbæ virides in emplast. gratia Dei, & alio macerentur vino, Gummi liquata eodem vino, coquantur ad vini consumptionem: Emplastra molliisse, & subegisse licet cum pul. vel liquoribus, vt oleo, apostolicon, ceroneū, oxycrocinum, diapium, contra rupturam, & diachylon, vt succis, emplast. de Ianua. vt lacte: empl. gratia Dei. Sanguis humanus, & viscum quernum in empl. contra rupturam misceantur pistillo calido, & coquatur viscum in decocto pellis veruecinæ recenti non depilatæ, nec calce conditæ.

Id emplast. vsa est frequentissimum: pul. ireos vnc. j. in lib. vnam massæ emplastri addi potest, vulgoque id diachylon ireaton vocatur. χυλὸς hoc loco cum Galen. est succus is, quem a mucci narium, aut viſci similitudine muccaginem, aut viscaginem vocare possis potius, quam cum vulgo mucilaginem, & nos ita vocabimus fuga ambiguitatis, cum succus nobis, vt χυλὸς Galeno etiam sit, qui ex tusis herbis exprimitur, quo significato nobis post accipietur. Scirrhos albos, & nigros mollit, ac digerit, reliquias furunculi, duras dissipat, vlcera etiam duritiei coniuncta glutinat.

Muccagines in emplastro diachylō hodie non coquuntur. Est id emplastrum Auicennæ probe ad verbum. Describitur, & Galen. secundum Democritum. Alterum est διάχυλον Pauli ex lithargyri lib. 6. olei æstate lib. 7. hyeme, 8. seminis fœnu græci sextario dimidio, seminis althææ li. tribus, hæc duo in aquæ sextarijs xx. bulliāt, donec lib. iij. remaneant: addē, oleum, & coque donec ampullæ cessent, insperge, lithargyrum, & coque igni lento.

COST. DIACHYLON. *Lithargyrum non dissimili diligentia in superioribus quoque atque in subsequentib. terendum, & purgandum plumbo, & scoria, vt hic docet Mesue. Id vero quamuis, & hic, & in alijs recipiantur multis, quæ ad emolliendum, & discutiendum, parā tur, tantum abest, vt discutiat, vel emolliat, vt dum nō secus atque metallica omnia, lapidosaque, ac terrena medicamenta desiccat, cum astringenti vi aliqua, emolliendi, & discutiendi potestati aduersetur, id tamen sicuti, & cera, vt quod in suo genere moderatissimum est passim pro materia tantum vsurpatur, in qua variæ facultates excipiantur. Et esset quidem ad huius medicamenti compositionem, atque ad medicam intentionem, quæ præcipua est duros tumores emolliendi aptissima cera, quæ eamdem emolliendi vim obtinet, & coctioni quoque conferre aliquid potest: sed vt hęc Mesue ex varijs qualiacunq; occurrerant collegit, ita pharmacopęi est eadem qualia hic describuntur cōficere, medicorum vero pro affectiū ratione immutare.*

MESVE.

EMPLASTRVM diachylon magnum, scirrhos emollit, & digerit, & inflationes. Recip. lithargyri putris, triti, creti, lib. vnam olei irini, chamæmelini, anethini, ana † vn. iij. muccaginis ficuū pinguium, vuarum passārum, † ichthyocollæ, semi num lini, & fœnu græci, succorum ireos, & scillæ, œsypi, ana drach. xij. & semiss. terebinthinæ, vnc. iij. resinæ pini, & ceræ flauæ, ana vnc. ij. misce, vt prius, donec crassescat. † Vel. vnc. vj. † glutinis alc. arach.

Recip. lithargyrij mundi triti, & cribellati, vn. xij. olei irini, & chamæmelini, & anethini, ana vn. vij. mucilaginis seminis lini, † mucilaginis fœnu græci, mucilaginis ficuum pinguium, & mucilaginis passularum, & succi ireos, & succi scillæ, & hyssopi humidæ, & glutinis alzanach, ana drach. xij. & dimid. terebentinæ, vnc. iij. resinæ pini, & ceræ citrinæ, ana vnc. ij. Conficiātur sicut diximus, & est expertum. Inquit filius Zachariæ. Acquiritur ei in decoctione, vt discedat a mollitie ceræ, & accedat ad spissitudinem vnguentorum, & liniantur in panno, & supponatur vbi oportet. Versio antiqua sic habet. † mucilaginū radicum althææ.

ISTud emplastrū interdum habetur in vsu sub forma emplastri, quod a pluribus vocatur emplastrū de mucilaginibus, nam chylus idem est, quod succus, seu mucilago, inde diachylon, idest de mucilaginibus. Quid sit gluten alzanach, siue alchanach, ignoratur, nam quidam dicunt, quod est gluten piscium, qua opinione vtimur communiter, nonnulli vero dicunt, quod est viscus, qui reperitur in Arabia super arborem asæ fetidæ. Petrus tamen de Argilata, qui sępe hoc emplastro vtitur, pro zanach, ponit viscum, quo capiuntur aues, scilicet illud quod fit visco quercino, quod satis hic conuenit. Vlterius est notandū, quod istud emplastrum interdum conficitur cum gūmis, scilicet bdellij, sagapeni, & ammoniaci, ana vnc. j. & tunc erit diachylon gummatum. CHR. Gluten alzanach quid.

OPEROSIVS est quam præcedens. MAN.

HIs si accesserit bdellij, sagapeni, ammoniaci, ana vnc. j. diachylon gummatum vulgus appellat. Aliquando est in vsu, frequētius tamen eius loco emplastro de muccaginibus, ex muccaginis seminum althææ, lini, fœnu græci, corticis medij vlmi, ana vncias quatuor, & dimid. olei chamæmelini, lilij, anethini, ana vnc. j. & semiss. ammoniaci, galbani, opopanacis, sagapeni, ana vnc. dimid. croci drach. ij. terebinthinæ vnc. ij. ceræ nouæ, vnc. viginti, fiat emplastrum. Paulus ab hoc, simplicibus, & eorum quantitate, ac modo componendi plurimum variat: nam miscet lithargyri lib. vj. (Oribasius, ij.) olei, si æstas est, lib. vij. si hiems, lib. vij. fœnu græci, lini seminis, ana semisextarium. (Oribasius sextarium) althææ, (Oribasius althæę radicis) lib. iij. althęa, & semina in † viginti aquæ sextarijs coquantur, quousque inde muccaginis lib. iij. exprimantur, & misceantur oleo, simulque coquuntur, dum bullire, & ampullas tollere desierit, id est, ad muccaginis consumptionem. Post hæc argenti spuma tenuissime trita insperguntur, omniaque simul igne non acri excoquūtur, vsque dum digitos intinctos non inquinent. διὰ χυλῶν Galenus ex Democrito scribit, & ex Menecrate, ex lythargyri, lib. ij. axungiæ antiquæ libr. iij. olei antiqui, libras xv. Addit aliquando lib. j. radicis althææ. Ab vtroque simplicibus, & eorum quantitate variat Alexander componendi modo cum Paulo consentit. Lithargyri triti lib. iij. olei communis lib. vij. ceræ lib. j. resinæ piceæ, vnc. vj. muccaginis seminis psyllij triti, vnc. iij. quam ſiç extrahes in aquæ fontis sextarijs sex, immitte psyllij triti, vnc. iij. macera xxiiij. horis, postri- † Gal. in sextarijs aquæ octo. SYLV.

die igni lento eoque ad crassitudinem, calidissimam cola (nam E
mox a frigore concrescit, ac durescit,) eius lib.iij. ammitte cacabo, calfac, rursus cola: litharg yrũ tenuissime tritũ misce, cõtinẽter move igni lento percoque, donec digitos adhæsu non inquinet: sublato ab igne cacabo ceram, & resinam injcies, & vbi digitos non cõtaminabit, tunc pilæ infundito, rudicula mollito. Sed in componendi modo olei mentio non fit.

COST. DIACHYLON magnum. *Est hoc profecto viribus emolliendi, & discutiendi strenuum, vere magnum. Ichthyocolla autem, quam pro glutine zanach, vt in superioribus, ita hic quoque Sylvius reponit, vt quæ nullũ aliũ opportunum præstare hic vsum pot, quã glutinis: omitti potest, & eius loco sumi viscum, aut quercinum, aut etiã quod Orientale vocant, ex myxis, quæ sebesten nuncupant, confectum, caloris enim modo rati nomine vtrumque ad coquendum vtrumque opportunum est; substantiæ vero mollitie ad emolliendum.*

MESVE.

EMPLASTRVM diachylon parvum, tumores calidos digerit, & maturat. Recipit lithargyri vnc. sex, olei veteris clari libram vnã, muccaginis seminis hyoscyami sescunciam, muccaginis seminis lini, & radicis maluæ, ana vncias duas. Fiat vt primum.

CHR. ISTVD vnguentum sine emplastrum habetur in vsu descriptione primi diachylon, & habet easdem virtutes, & operationes.

MAN. Hoc minus calidum.

SYLV. EST frequentissimum vsu, & efficacissimum ad mulcendam intemperiem calidam, quod per se psyllium, & hyoscyamus præstant, & siccandum, digerendumque, quod cætera simplicia præstant.

COST. DIACHYLON parvum. *Dissolui tumores, ac discuti non nisi calidis possint medicamentis, quo fit, vt dubitare hic liceat, quomodo hoc ex psyllio, hyosciami, & maluæ mucco confectum, tumores discutere aptum sit, censentur enim frigidæ hæ stirpes. Cæterum, vt horum succus molli sua substantia emolliendi vim habet; ita addito seminis lini succo, imo psyllij causa, cuius medulla, aliquorum opinione, tertio ordine calida est, valide potest discutere, accedente præsertim vetusto oleo tenuiori substantia prædito, & ad discutiendum non infirmo. Discutere ergo, ac dissoluere tumores* H
hoc potest medicamentum. Sed alio præterea nomine calidis inflammationibus esse vsui potest, initio quidem repellendo hyosciami, & maluæ nomine, in augmento vero, & statu nonnihil coquendo, temperato enim quodammodo calore est, ex frigidis, ac calidis confectũ rebus, iisdem vero temporibus dolorem sedando, sive id fiat, quodam veluti stupore inducto parti; sive, quia eo oblita cutis distendendi violentiam minus sentiat. Porro hyosciami succum colliges ex sicco semine affusa, quum tunditur aqua, & expresso ad Dioscoridæ institutum, quamuis, & radicem, & totam plane herbam iisdem præditam viribus traducere in vsum inflammationum liceat, seminis defectu, foliorum profecto teneriorum succo axungiæ commisto magnos interdum pleuritidis dolores sedatos ipsi observauimus.

MESVE.

EMPLASTRVM de baccis lauri vẽtriculi, intestinorum, hepatis, renum, vesicæ, vteri, & partium aliarum dolorem a flatibus, aut intemperie frigida ortum placat. Recipit autem thuris, mastiches, myrrhæ, ana vnc. j. baccarum lauri, vncias ij. cyperi, costi, ana vnc. dim. mellis † colati quantum ad ea comprehendenda sufficit. † Si autem cyperi sescunciã misceas, & stercus capræ, aut vaccæ siccum ad põdus omnium, ad hydropem fit mirabile.

† extẽdatur in panno, & calidum superponatur vbi oportet.

EMPLASTRVM de granis, id est baccis lauri, est CHR.
F in vsu, & vbique præparatur. Ipsum enim confert ad omnes dolores factos ex frigiditate, & ventositate, & proprie confert dolori stomachi, & vesicæ, vẽtris, matricis, & renum, sive approximetur ab extra, sive per clysteria, vnde multum confert doloribus colicis, eleuatis ventositatibus a materia crassa phlegmatica, & in talibus eo multum vtimur, ponendo de eo vnciam j. in clysteri carminatiuo ventositatis vsq; ad vnc. j. semis, ipsius cum alijs, quæ expediunt. Rec. mellis calidi, idest liquefacti quantum sufficit ad aggregandum, idest conficiendum in panno, idest super panno. Et nota, quod est mirabile ad hydropisim si in triplici proportione ponatur plus de cyperis, quam sit proportio ipsorum nunc dicta, & ponatur de stercore sicco caprarum, aut vaccarum, ad pondus omnium addendo de melle quantum expedit ad formam emplastri, & est mirabile approximatum super
G ventrem ad ascitem, & tympanitem.

INVENIETVR mirabile ad Hydropisim.) Erit quo- MAN.
que ad multa alia vtile, præcipuè ad inflationes discutiendas.

IN colico dolore a flatu, & pituita salubriter calidum ventri im- SYLV.
ponitur vacuat plenitudine, & clystere quoque injcitur vnc. j. ad sescunciam, cum cæteris eodem pertinentibus, inflationem quamuis, idest a flatu tensionem, & tumorem eadem ratione iuuat. Mel calidum, idest, liquatum, alij legunt percolatum, ipsumq; largum addendum est si stercora misces, quantum scilicet omnibus capiẽdis erit satis: In vsu est, vbique, sed vsu frequentius est electarium de baccis lauri, ex foliorum rutæ siccorum drac. x. seminis ameos, cari, dauci, melanthij, cumini, lybistici, baccarum lauri, piperis nigri, & longi, amygdal. amararum, origani, acori, castorij, ana drach. ij. opopanacis, drach. iij. sagapeni, drach. iiij. quæ trita melle cocto ad pondus omnium excipiuntur. Diuersum ab his malagma *diadaphnes*, id est, ex baccis, lauri, nitro rubro, ammoniaco, cera, resina, picea, pice, brutia.

DE baccis lauri. *Mel crudum si intus assumitur flatus excitat, eo autem plures, & crassiores, quo impurius fuerit, at admotum foris, idem crudum, quia acrius est, concoquẽdo potest flatus discutere (ob id enim liuores illitum tollit,) & quia impurum est, ob commistas cereæ reliquias magis, quam coctum emollire. Crudum ergo hoc loco in hac lectionis varietate, & nõ percolatum, vt sumas, suadeo: calidum tamen, ut cum alijs exactius permisceatur. Quod autem hic stercoris caprini, bubuliue ad hydropem meminit, confirmatur veterum Græcorum testimonio illud ipsum ad eundem affectum cum aceto commendantium, bubulum autem notauimus nos, qui ad dolores varios, & podagricos, & coli*

cos ex

COST.

cos ex oleo terræ inteſtinorum, roſaceo, chamæmelino- A ue pro varietate cauſarum feliciter vſurparint.

MESVE.

EMPLASTRVM ventriculum,& hepar calfaciens, & roborans. Rec. ligni aloes, abſinthij, gummi arabici, maſtiches, cyperi, coſti, zingiberis, ana vnc. ſemiſſem: calami aromatici, thuris, aloes, ana drach. iij. caryophyllorum, macis, nucis moſchatæ, galliæ moſchatæ, cinnamomi, ſpicæ nardi, ſchœnu anthus, ana drach. j. & ſemiſſem, excipe miua aromatica, & tempore vtendi, cum panno intenderis, ſuffies ligno aloes.

MAN. CAVENDVM æſtate, & in temperatura bilioſa. B

SYLV. IN vſu crebro non eſt: tamen fuerit efficaciſſimum in ventriculi, & hepatis intemperie frigida, aere præſertim frigido. Nam eadis natura, & æſtate eſt nocentiſſimum: Alij eius loco vtuntur cerato ſtomachico prius deſcripto, alij aliã neſcio, quam ſequuntur deſcriptionem.

COST. EMPLASTRVM ſtomachum, & hepar. *Si hæc aromata ſola mixta excipiantur, vt author ſcribit, hærere parti cui apponitur emplaſtrum non poteſt, propterea non temere alij terebinthinæ, alij picis nonnihil, ac ceræ adijciunt.*

MESVE.

EMPLASTRVM de gallia, ventrẽ C totum inferiorem roborat adſtringendo, & calfaciendo, quare lienterias, diarrhæas, dyſenterias iuuat a cauſa frigida productas. Recipit autem galliæ moſchatæ, ſchœnu anthus, drachmã vnã, & ſemis, ramich, rhois, acaciæ, hypocyſtidos, ladani, gallarum non perforatarum, calami aromatici, roſarum, & ſeminis earum, ſantalorum alborum, & rubrorum, maſtiches, xyloaloes, caryophyllorum, ſpicæ nardi, thuris coſti, myrrhæ, cyperi, abſinthij, ana drachm. ij. terantur accurate omnia, deinde panis biſcocti, drach. iij. dactyli ſicci xij. horis 24. macerentur in ſucci foliorum myrti, † & lauri, & aquæ roſarum, & vini auſteri, ana vnc. j. & dimid. Hæc læuiga, & excipe miuæ aromatizatæ vnc. iij. vel iiij. & additis gummi arabici aſſati, drac. vij. coquantur igni lento ad mellis craſſitudinem. Quibus in mortario diu per miſce puluerem prædictum, donec totum fiat viſcoſum tempore vtendi ſuffitur ligno aloes panno illitum.

a humidi foliorũ lauri. f

MANA. DVo hæc de Gallia nuncupata efficaciter adſtringerent, ſimul, & roborarent, ſi recte pararentur. Tortellarum de ſeni.) Id eſt panis bis cocti.

SYLVII. RARVM vſu præterquam in Gallia, vbi repertum quibuſdam videtur, & inde vocatum, alijs autem a trochiſcis galliæ moſchatæ quos recipit. Ramich compoſitio quædam eſt in trochiſcos reducta. Si ſuccum foliorum mentæ pro myrti, vt quidam codices habent, miſceas, calidius non multo minus adſtringens medicamentum euadet. Lquigare autem, vt Græci ὑγράινειν eſt ſicca in puluerem tenuiſſimum: humida autem curioſe terere, & frangere, qualia hic male interpres terere iubet tanquam in puluerem. Nam in puluerem abire non poſſunt, niſi ſiccata, aut largæ ſiccorum copiæ permiſta.

DE Gallia. *Quid velit, cum in veteri verſione meminit ſucci foliorum myrti humidi, & foliorum lauri, non conſtat. Si enim recentia folia intelligit, atqui, ipſo etiam tacente, nouit quiſque non trahi ex aridis rebus ſuccum, ſed reuocandum eſt in memoriam, quod in tract. de ſuccis antea docuit, ſuccum ex rebus, quoque elici proprio humore ſpoliatis, ſed in alieno tamen liquore maceratis. Id in myrto quoque, & lauro fieri poteſt, quorum propterea proprium hic ſuccum videtur quærere, vt qui aſtringendi, ſiccandiq; vim habet non inſtrenuam, quam ex iiſdem aqua vinoue maceratis expreſſus ſuccus non habet. At ſi hoc velit Meſue adeo tamen arida hæc ipſa ſint folia etiam recentia, vt uix ex ipſis ſolis niſi tenerioribus, & germinibus aliquid exprimi poſſit, ob id veteres, authore Dioſcoride, aſperſo vino, aut cœleſti aqua exprimebant. Tu ex recẽtibus contuſis deſtillatione ſuccum elicies, ſed non pari tamen in aſtringendo, & deſiccando facultate. Quare ſi extractum ex ſolis foliis ſuccum non habueris, ad ſeruandas huius medicamenti vires myrteis foliis contuſis myrti eiuſdem ſtillatitiam affundes aquam, & lauri nis lauri, tũ vero expreſſo ex iis ſucco veteris. Quod ad calcem laminæ meminit, corium intellige, cui inducendum eſt emplaſtrum.* COST.

MESVE.

EMPLASTRVM alterum de gallia ad affectus eoſdem, ſed a cauſa calida profectos. Recipit galliæ, ramich, foliorum, & ſeminis roſarum, rhois, ſantali albi, & rubri, ſpodij, ſanguinis draconis, electri, balauſtij, capitum granatorum, hypocyſthidos, acaciæ, corticum mandragoræ, ana dra. ij. caphuræ, drach. ſemiſſem; tere omnia tenuiter: ad hæc † polentæ, † baccarum myrti, gummi arabici, aſati, tenuiſſime tritorum, ana † vnc. dimidiam, macera in ſucci vuarum agreſtium, vnc. vna, ſucci capreolorum vitis agreſtis vnc. ij. ſucci extremitatum myrti, & aceti, ana † vnciis, iiij. quibus adde miuæ acidæ, vnc. ij. vel iij. & coque igni lento ad glutinoſam craſſitiem. Tunc puluere prædictos his diligenter miſce. D Ex hoc portio alutæ illita tempore vtendi ſuffiatur xyloaloe.

† Savich hordei. † granatorum † drac. iij. † al. vnc. i.

SAVICH.) Latine polenta, græce. MAN.

RARISSIMVM hic vſu eſt, quod opinor in his regionibus frigidis, & victu non modo largiore, ſed etiam ob cœli inclementiam crudiore vtentibus, venter, intemperie frigida fere laboret, haud fere calida, qua ratione hyeme pituitam in nobis augeri ex Hippocratis placito demonſtrat Gal. lib. de nat. hu. etiam ſi ventres, vt hyeme, ſic in regione frigida ſint calido innato calidiſſimi. Tamen ob componendi magnam difficultatem ad artis ſuæ ſpecimen candidatis: perſæpe ipſum archipharmaci imperant. SYLVII.

ALIVD de Gallia. *Gallia magna hic ſumenda ad eoſdem ferè vſus commendata, ad quos hoc ipſũ emplaſtrũ proponitur. Per capita granatorũ citinos in-* COST.

telligerem, nisi balaustiorum quoque meminisset: quare acini detracta carne proponi videntur omnibus eius stirpis partibus in astringendo valentiores. Succus extremitatum myrrhæ humidæ, male in veteri versione legitur pro myrti recentis sūmis germinib. Myrti grana sunt, nō baccæ, vt Syluius vertit, sed duriora semina, quæ insunt baccis, alioqui baccæ in tenuissimum puluerem, vt iubet, vix ducentur.

MESVE.

EMPLASTRVM relatū ad Andromachū podagrā, gonagrā, ischiadem, & reliquos articulorum dolores antiquos, ac eorum tumores, & laterum: scirrhumque splenis, & hydropem iuuat. Recipit autem sepi arietum, picis, ana drac. xviij. gummi pini, vnc. viij. sandarachæ, auripigmenti, aluminis scissilis, calcis viuæ, ana drach. iij. ammoniaci vnc. ij. ammoniacum super ignem dissoluatur vino rubro, eique adde olei libras ij. & reliqua probe puluerata.

MAN. IN doloribus gallicis est valde efficax. Auripigmenti rubei.) Dioscor. sandarachæ. Et citrini.) Id est, arsenici naturalis, non factitij: nunc auripigmentum vocant primum: secundum non facile inuenias. Iameni.) Id est, quod Græci schiston, Latini scissum, vulgo plumacium, vel de pluma.

SYLVII. AVIC. v. can. idem describitur, Auripigmentum rubrum est sandaraca Dioscor. & Gal. rarum. Citrinum vero speciatim auripigmentum, seu arsenicum naturale, non factitium. Arsenicum album addit Auic. In doloribus a lue Hispanica est efficax.

COST. AD Andromachum. *Legitimum aurumpigmentū, & sandaracham in eadem sæpe gleba videre est, eiusdem vtrumque facultatis censet Dioscor. ita vt si eorum alterum non inueniatur, vt Manardus scribit, substituere alterum liceat. Temperatur hoc loco sandarachæ auripigmenti, & calcis viuæ violentia, qua exurere solent, sæpo maxime hircino, & oleo, tum vero etiam pice, atque ammoniaco, licet enim calefacere hęc quoque ipsa, & ruborem parti inducere soleant, quæ tamen minus calida sunt addita excellenter calidis tanquam frigida de eorum calore remittunt.*

MESVE.

EMPLASTRVM alterum Andromachi causticum. Recipit aquæ ardentis (quæ est aqua saponis) lib. iiii. seminis oryzæ, & frumenti excorticati, ana vncias vii. macera in vase vitreo bene obstructo, donec granis dissolutis totum fiat muscosū: serua, sed diebus singulis ligneo baculo moue, & obtura: exceptum cortice auellanæ, vel arundinis, vel cera pertusa, & parti admotum, tribus horis, aut eo plus, cauterii vice vlcerat, & vrit.

MAN. VIGEM habet cauterij, sicuti, & alia permulta per chymicā artē inuenta. Tribus horis.) Caute agat medicus, vbi admouet huiuscemodi vrentia, crebroque locum inspiciat. Vidi ego quandoque ex minore quam trium horarum mora, difficillima facta vlcera, cum patientis damno, & agentis verecundia.

IN causticorum vsu partis natura diligenter expendenda est, ne altius, aut latius, quam opus est, vis cauterij recepta, vel effusa, illæsas partes, aut sensu exquisito præditas, aut vasa magna attingat. Expende item præter cauterij vires, etiam carnis habitudinem. Nā dura, densa, sensu obtuso, prædita, qualis ferè fossoribus, nautis, agricolis, baiulis inest, valentiora ferre potest: contraria etiam mitioribus valde offenditur in corporibus delicatis, candidis, mollibus, qualia puerorum, spadonum, mulierum, & quorundam virorum. Medicamenta verò caustica, quæ solida sunt, vt ex calce viua, & fœce vini vsta, vt agunt tardius, tamen agunt diutius, si longa actione est opus: & minus prompte diffluunt. Aqua ardens hodie fit alumine, sale petræ, chalciti destillatis, vt ars chymistarum docet: alij alia miscent. SYLV.

Triticum, & oryza putredine acrimoniam acquirunt, seu essentiæ tenuitatem, sed cum sint mitiora, aquæ ardentis vehementiam nonnihil obtundunt. Hæc enim si legitima est, etiam laminas tenues auri, argenti, & aliorum metallorum paucis diebus in calcem deurendo dissoluit.

ALTERVM Andromachi causticum. *Cum tā larga ardentis aquæ mensura, quæ proponitur, valde suspicor, ne liquidiori, ac minime consistenti substātia euadat medicamentum, ac propterea, ne in causticum nuncupati vsum commode venire non possit. Eius robur ex proposita ardenti aqua præsertim pendet, cuius vim triticum quoque, & oryza in lentum sui ipsorum corpus excipiunt, & prope partem cui apponuntur conseruant integram, fereque aduentitio suo calore veluti fermentata adiuuant. Aquæ autem ardentis nomine, ea absolute intelligitur, quæ ex vino destillato elicitur: vitæ aquam vocant, hic saponariam quærit, alia etiam ex alumine, chalcantho, nitro factitio, conficitur, ad argentum aurumque a rebus alijs separandum, ipsa quoque in mali moris vlceribus non sine fructu vsurpata.* COST.

MESVE.

EMPLASTRVM sinapinum Democriti ad podagram, gonagrā, ischiadem, ipsamq; arthritidem ostocopon, hemicraniam, obliuionem, lethargum, si a causa frigida proficiscuntur. Sinapi cum aceto tritum diu miscendum, cum æquali portione ficuum pinguium aqua calente horis 24. maceratarum, & ita expressarum, vt nihil in his humoris sit reliquum. Si valentius vis, duplum sinapi misceto: si imbecillius, etiam triplum ficuum. Admotum parti, tollatur priusquam vlceret, nisi etiam vlcerandi est necessitas, vt materia profundior foras trahatur, & vacuetur. Penuria sinapis, stercus caprinum pridie aceto maceratum (quod etiam ad hydropem, & splenis duritiem: & dolorem est efficax.) Adduntur interdum stercus columborum agrestium, enulæ radix, semen nasturtii, baccæ lauri. Tuncque non soli hydropi, & tumori splenis confert, sed etiam reliquorum viscerū affectibus frigidis, & flatulentis.

EMPLASTRVM sinapismum descriptionem Democriti non est in vsu: tamen esset conueniēs, maxime in passionibus de materia frigida phlegmatica in profunditate contenta, sicut in ischiatica passione, & hoc in declinatione. CHR.

SINAPISMI creber apud antiquos vsus, ad materiam longioribus in affectibus extrorsum euocandam. MAN.

dam. Ad venam ſciaticam, &c.) Archigenes in vetuſtis fere omnibus. Sit ſinapis pars vna,& ficuũ alia.) Si mediocri eges ſinapiſmo: ſi imbecilli, pone ficuum p. 2. ſinapis partem. Syriacum,& Ægyptũ ſinapi prẽfert Paulus. Schibalæ.) Caprinum videlicet ſtercus. ſunt expeditiores ſinapi, proprie autem ſunt iſchiadicorum. In corporibus boni ſenſus,& quorum in cute languor non eſt, panis, loco ficuum congrue apponitur. Fimo columbarum agreſtium.) Hoc ſe crebro vſum ait Aetius: apponitur autem ſtomacho, & ventri in longis eorum affectionibus. Valet præcipue iſchiadicis, & podagricis, & omni membro reſoluto, vel refrigerato, in lethargicis,& alijs deſipientijs. Valet etiã ſecundũ Paulum epilepſiæ, vertigini, maniæ, ſi capiti apponat: ſin thoraci, aſthmati, orthopnœæ, tuſſi antiquæ, catarrho antiquo: ſi vtriq; capiti videlicet,& pectori. Sinapi ante aceto infuſum, vt quidam faciunt, debilius facit ſinapiſmum: vbi abſtuleris, ablue: & ſi dolor ſit magnus,& bullæ, appone cũ lin teo ſuccum maluæ, vel fœnugræci, & poſt roſaceum cerotum cum ceruſa. In reſolutis qui non ſentiunt, crebro detergere,& reſpicere oportet, ne immodice agas.

SYLVII. EFFICAX fuerit hic ſinapiſmus, & ἐπισπαστικὸς, ideſt rubrificatio in affectibus pituitoſis,& profundis, vt iſchiade, iam tamen declinante. Cum enim potenter attrahant, non modo ex parte, ſed ad partem periculoſa ſunt hæc remedia in corpore plethorico, aut cacochymo, ante exquiſitam vacuationem. Eiuſmodi remediorum per ſinapi, thapſiam, vel eius loco ſemen naſturtij in vetuſtis, & frigidis,& profundis, & contumacibus affectibus, frequens eſt vſus apud Gal. in methodo,& lib. comp. ph. p. Stercore columbarum agreſtium etiam in ventris affectibus longis crebro ſe vſum ait Aetius. Efficax idem eſt paralyſi, lethargicis,& poroſis affectibus, epilepſiq, vertigini, maniæ, capiti admotum: aſthmati, orthopnœq, tuſſi antiquæ, catarrho antiquo, thoraci. Valentius multo vlcerat ſinapi tritum,& per ſe admotum, vt Gal. docet lib. 3. temper. quam aceto fractum obtuſum. Ablato autem ſinapiſmo, partem ablue, ſi dolet multum ob ampullas, cremorem, vel ſuccum maluæ, vel fœnugræci ex linteo impone, ſuperdato ſplenio ex cerato roſaceo cum ceruſa. In paralyticis autem, quia non ſentiũt, crebro pars tergenda,& obſeruandum ſinapiſmi effectum, ne plus quam oporteat, in partem agat.

COST. SINAPINVM. *Ficus aridæ temperato calore cõcoquunt,& diſcutiunt, ſiccitate autem detergunt, tenuium partium ſunt, vt altius eorum vis, præcipue acriorum, ſubeat, quo nomine ad excitandas in cute bullas ſponte ſua ineptæ ſint, præſertim aqua maceratæ, fuere tamen in ſpaſmis vſurpatæ veteribus, vt materia, qua ob earum lentorem ſinapi commode exciperetur, quas propterea in aqua decoquebant, vt molliori, & liquidiori conſiſtentia eſſent ad ipſum ſinapi excipiendum aptiores. Sinapi autem aceto macerabant, nõ adaugendæ acrimoniæ gratia, quando maceratum languidius euadit, ſed ad ſinapi penetrationẽ, quæ res, & ſi dubitatione non caret, quod acetum acerrimum ſi calens parti alicui molliori admoueatur, calorem ruboremque illi inducit, rationi tamen non diſſentit. minus enim acre additum acriori eius hebetat vires, vere ergo ſinapiſmum fortius reddit ſinapi non maceratum, niſi forte aceto aut vino deſtillato maceretur, quod veteres non norunt.*

MESVE.

EMPLASTRVM ex fermento deſcriptum à Democrito. Fermentũ eſt multorum emplaſtrorum, & aliorum inſignium remediorum materia: idq; quo eſt vetuſtius, eo præſtantius. Fermenti, & mellis portio æqualis: A viſci querni pars ſexta: ammoniaci in aqua fœnugræci, aut lacte arboris mori, & pauca fæce olei veteris diſſoluti pars octaua miſceatur: fitque emplaſtrum, ſpinas, & ſurculos extrahens, ac etiam oſſa fracti cranij, meningibus infixa etiam profundius.

FAVELL.) Auellana inda, vel alia res indica, de qua Simon Genuenſis. Sief memithe.) Glauciũ a Græcis vocatur. Et rumpit apoſtemata.) Tumores præter naturam qui diſcuti nequeunt, ad ſuppurationem ducit. Dubeleth. Eos ſcilicet qui iã ſuppurati, rũpit. Baurach.) Nitrum, naturale tamen, non factitium. Pau. ad rumpẽda apoſtemata. Fermenti, axungiæ, vnc. v. ſalis vnc. iiij. reſinæ vini vnc. iij. ceræ vnc. iiij. aphronitri vnc. j. ammoniaci vnc. ij. mellis vnc. vj. ſaponis vnc. ij. quod efficax certe eſt in his, qui ferrum pauent. MAN.

B

HORVM effectorum partem plurimam fermentum per ſe efficit, vt etiam ſpicula ex oſſibus euellat: valentius autem hæc præſtat: miſtis his, quæ vel calorem eius remittunt, vel intendunt, aliasq; facultates. Ad rumpendos autẽ abſceſſus, id eſt phlegmonas ſuppuratas, vel etiam abſceſſuum genus alterum, in his, qui ferrum metuunt, aut quibus ferrum non eſt tutum, ob neruos, aut vaſa inſignia propinqua, vel iſto vti potes, vel eo quod Paulus ſcribit ex fermento, axungia, ſale, reſina, pice, cera, aphronitro, ammoniaco, melle, ſapone. SYLVII.

EX fermento. *Fermentum contrarijs qualitatibus præditũ acoris cuiuſdam frigidi, & caloris ex putredine orti particeps moderate calidum euaſit, eſt autem tenuium partium, licet cum lentore ſummo, quare citra morſum, quæ in imis ſunt partibus, extrahit, & digerit, propterea q; recte pro multorum medicamentorum materia vſurpatur, quæ aculeos, & fractorum* C *oſſium ſquamas ex alto euocant, qualia huc in locum veniunt nonnulla. Inter hæc præcipuũ eſt viſcum quercinum ad humores etiam craſſiores foras ducendos, diffundendos, ad digerendos commendatum, quo nomine liberatis multitudine humorum corporis meatibus, facilem quoque parare oſſium ſquamis exitum poteſt. Sed & ammoniacum dum emollit in halitus humores diſcutit,& putrem carnem exedit, ad extrahenda infixa facilem viam parat, quod & fœnigræci decoctum facit, lac etiam mori, quod hic ſubſtituitur fœnugræco, quum acre ſit, attenuat, & calore cuti inducto foras vocat, cuius locum qui lac ficus vſurpãt, inconſulto agũt, quum id, licet vi foras trahendi præditum, exulcerando tamen ſit moleſtum. Additur etiam amurca, quam decoctam ex oleo omphacino ad mellis conſiſtentiam, dentes extrahere teſtatur Dioſcorides.* COST.

D

MESVE.

VEL fermenti pars vna: ſucci mentę, & abſinthij, ana pars dimidia: aceti, aut ſucci vuarum agreſtiũ, aut extremitatum vitis, aut cydoniorum pars quarta: macis, caryophyllorum, ligni aloes, maſtiches, ſpicæ, foliorum roſarũ, abſinthij ſicci pars octaua, drach. j. miſce, igni coque in emplaſtrũ, quod vẽtriculũ, & hepar admodũ aperte iuuat.

VEL fermenti pars. *Quæ intemperies partium corrigunt, hæc ijsdem robur afferre dicuntur, quũ imbecilli-* COST.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0371-5 DFG

imbecillitas intemperiem sequatur. Vt igitur hoc ex iis conficitur, quorum alia calida alia frigida sunt, ita inter calfacientia, & refrigerantia est quiddam medium, & vt vtranque intemperiem calidam frigidamq; ventriculi ac iecoris corrigat est aptum, humidam autem maxime oppugnat, quod ex ijs constat, quæ omnia desiccant: eadem vero etiam astringunt, quo nomine laxato ob superfluum humorẽ visceri dẽsando conducet.

MESVE.

VEL fermenti adhuc acidi pars vna, succi intybi, aut solani, aut vuarũ agrestium, aut cacuminum vitis, & aceti ana pars dimidia, farinæ hordei pars tertia: trium santalorum, foliorum rosarum, spodij, saufel (id est auellanæ Indicæ) † trochisci diaglauciu, boli Armeni, ana pars sexta. succi portulacæ, & muccaginis psyllij, quantum ad comprehendenda hæc sufficit. Emplastrum id hepatis, & aliorum viscerum phlegmonas mire compescit.

† Sief memithe.

COST. VEL fermenti adhuc acidi. *Hoc astringendo insigni cum refrigerio visceribus confert laxis, & calida intemperie affectis. Pro saufel, quod adhuc ignoratur, aut recens coriandrum, vt Syl. aut tantũdem santali alicuius substituerẽ, licet rursum santalorum omnium genera hic proponat. Pro sief memithe, quod est glaucium Græcorum, qui succum plantaginis ponet, eiusdem ad refrigerãdum, & astringendum facultatis, non puto erraturum.*

MESVE.

VEL fermenti, mellis, olei, lactis muliebris, vitelli ouorum pares portiones: coquit, & maturat phlegmonas, absceſſusque rumpit. His si bdellium, & hordei farina miscetur, spinas extrahit: idque valentius, si his dissoluta galbani pars dimidia iungatur. Valentius item facit † nitri naturalis sexta pars, stercoris columbini, & gallinacei, ana pars quarta.

† Barach.

COST. VEL fermenti mellis. *Possunt hæc, & calore quo prædita sunt temperato coctioni tumorum conferre, & lenta, emplastica aque substantia, qua cutis meatus occludunt, in tumida parte putredinem excitare, atque tumoris disruptionem moliri. Quod si bdellium quoq;, & chalbanum emollientis, & coquentis vtriumque facultatis, ac propterea hordeum licet frigidum, glutinosa tamen, & obstruente substantia præditum addideris, facilius quidem ad pus tumor deducetur, parte autem ob puris euacuationem laxata, etiam aculeos parti infixos extrahere paruo negotio poteris, minori autẽ addito nitro, ac columbino, & gallinaceo stercore, vt subdit, quod hæc cutim attenuando, & exulcerando, licet violentius, infixis parti corporibus laxiorem exitum parant.*

MESVE.

VEL fermentum ex aceto, & sale coctum, hepatis, & lienis affectibus multis est salu berrimum. Nam ficuum, ammoniaci, bdellij, portio æqualis, fermenti, præsertim aceto dissoluti, pars dimidia: foliorũ rutæ, & fructus tamaricis, & nitri, ana pars quarta, simul bene mista, lienis tumorem admota mire dissipant.

VEL fermentum ex aceto. *Vere hoc in lienis tumoribus si aliud quidpiam præstantissimum est, neque immerito. Primum quidem acetum licet frigidis partibus multis præditum, non expers tamen est putridi caloris, tenuissimæ autem substantiæ gratia, qua præstat, ammoniaci ac bdellij emollientem, & concoquentem, & discutientem vim in duriores partes quam penitissime inferre potentissimum est, accedente etiam fermento, cuius vis est foras, quæ alte insident euocandi, & accedente sale, quod fermento tenuiorem minusque lentam substantiã dum comparat, eius facultatis adiuuat penetrationem. Sed, & rutæ folia discutiunt, & tamarisci, fructus lienes duriores absumunt, tum vi qua incidunt, & detergunt, tum astrictione, qua confirmato liene laxiori, ne aliunde quoque inutiles succos excipiat, efficiunt.* COST.

MESVE.

QVOD si excrementa viscerum siccanda sunt, fermentum, sulphur, sal, cinis sarmentorum vitis mista, & admota id præstabunt: idque valentius, asphalto addito: valentissime autem euphorbio. Hæc Democritus, & præterea non pauca de facultate fermenti veteribus expertissima, quæ omnia narrare prolixum fuerit.

QVOD si. *Hoc, & hydropicis, & ædematosis partibus magni esse vsus potest discutiẽdo, & siccando, præcipue addito asphalto, & maxime euphorbio, cuius quia certum non præscribit pondus, quod euphorbium ignea violentia exurit, meminisse oportet.* COST.

MESVE.

EMPLASTRVM filij Zachariæ, iuncturarũ tophos ac nodos duros mollit, dissoluit, & crassa, lentaque, pulmonis, & thoracis excrementa expectorari magis habilia reddit. Recipit ceræ flauę, medullæ cruris vaccę, adipis anatis, & gallinę, muccaginis seminis lini † pares portiones: olei lini quantum sufficit: valẽtius facit addita muccago althææ, & fœnugræci † pari portione, & oleum leucoij lutei loco olei lini, vel cum eo. Efficacius quoq; reddes, si œsypum, & † ichthyocollæ muccaginem addideris.

† an vnc. ij. vel vnc. ij. s.
† partes cõuenientes.
† glutini zanahan.

EMOLLIT, sed non est valde potens, nisi omnia addantur, quæ hic scribuntur. Glutini zanahan. Intellige, vt supra. MAN.

ID emplastrum ad scirthos omnes partium omnium emolliendos mirabile, si omnia hæc acceperit. Nam prius est imbecillius, præsertim si multa est duricies, & corpus durum ac densum. SYLVII.

COST. FILII Zachariæ. *Vt propoſitum hoc loco medicamentum efficacius reddatur, muccum addi iubet ex althea, & fœnugræco. Atqui, quũ exprimatur muccus ex altheæ tum radice tum ſemine, vtrum horum ſumendum ſit, non explicat. Verum, licet vtrumque nõ temere aſſumi hoc loco poſſit, ex radicibus tamen, vt ſumas conſulo, quum muccus altheæ, abſolute proponitur, eiuſcemodi enim ſucco magis affluunt radices, & tepido calore ſeminibus ſint ſuperiores. Cæterum eſt hic vt mireris, quomodo propoſitum emplaſtrum ad propoſitos affectus, ad articulorum inquam nodos, atq; ad craſſa thoracis excrementa efficacius reddi hic author aſſerat, addito altheæ ſucco, quem, quando refrigerantis non obſcure facultatis eſſe in Serapione legitur, obſcurare potius aliorum lenientium, atque emollientium vim poſſe probabile eſt. At non ſolum altheę, ſed vna etiam fœnugræci ſuccum, ac præterea oleum leucoij pro oleo lini ſubſtitutum efficacius reddere medicamentum ſcribit, vt propterea ſi forte altheæ ſuccus ſeorſum minus eſt ad hæc præſtanda aptus, cum aliis tamen ſit aptus, ſed eſt tamen tota althea planta Galeno digerendique, laxandique atque idem phlegmonas difficiles concoquendi vi prædita, quos vſus, ſi planè frigido eſſet temperamento, non præſtaret. Quod ſi obiicias altheam, quo nomine calidis inflammationibus adiumento eſt, eo cenſeri frigidam. At crudum cũ ſuccum parti appoſitum refrigerare facile conceſſerim, coctum tamen præſertim cum oleo lini, vel leucoij, non eſſe frigidum, contendam, frigidiorem enim eius vim præter hic olei commiſta genera, ignis moderatur, non reprimit ergo althea hoc loco, aliorum vim, quæ emolliunt ac diſcutiunt, ſed tum emplaſtica vi in ſeipsã quodammodo aliorum vim excipiens, & diutius conſeruans, tum molli ſua ac leni ſubſtantia eſt illis adiumento. Porro illud hic repetam pro glutine Zanach nõ conuenire, ichthyocollam, ſed quercinum aut myxinum potius vis cum.*

MESVE.

EMPLASTRVM diaphœnicon ventriculum, & hepar firmat, ob id lienteriam, & dyſenteriam hepaticam adiuuat. Dactyli ſicci, xl. panis biſcocti drachm. v. biduo macerentur vino odoro, poſt cum dactylis tere permultum, carnis cydoniorum in vino coctorum vnc. j. deinde miſce ceratum ex ceræ vnc. ij. & olei roſati, & nardini, ana vnc. iiij. factum, tundendoque in mortario permiſce. Poſtremo maſtiches, thuris, abſinthij Romani ſicci, ana drac. ij. & ſemis, aloes, macis, calami aromatici, ſpicæ nardi, myrrhæ, acaciæ, galliæ, ramich, ana drachm. j. ladani drachm. ij. tundendo iterum perfecte miſceantur. Vtendi tempore ſuffiatur xyloaloe, priuſquam parti admoueatur. Satius autem fuerit maſtichen, & ladanum ceræ, & oleis prius miſcere: poſtea, vt dictum eſt, emplaſtrum facere.

CHR. EMPLASTRVM diaphœnicon confortatiuum ſtomachi, & hepatis eſt multæ excellentię. De ipſo tamen ponuntur duæ deſcriptiones, quarum hæc eſt prima, quæ eſt temperata, attinens alicui caliditati, ſecunda vero eſt attinens frigiditati. Et virtus A huius primi diaphœniconis eſt principaliter confortare ſtomachum, & hepar, & alia nutritiua relaxata, & debilitata virtute digeſtiua, ac etiam contẽtiua, vnde confert fluxui cibali, & hepatico, & in prędictis diſpoſitionibus cõmuniter eſt vſus eius. Et nota, quod Thomas aliter præparabat hoc emplaſtrum, nihil tamen de nouo addendo, vel diminuendo, ſed ſolum põdera diuerſificãdo, ideo ſic gloſſabitur. Rec. ceræ citrinæ vnc. ij. alias, vnc. viij. olei roſati, olei nardini, ana vnc. iiij. alias lib. i. dactylorum ſiccorum numero. xl. vel cxl. tortellarum de ſceni id eſt panis biſcocti, vel aſſati. drach. v. alias drach. xx. deinde duobus diebus in vino odorifero fundantur. Et, Recip. carnium cytoniorum non complete decoctorum in vino pontico drach. viij. alias drach. lxxx. & tere cum dactylis contritione vltima, & miſceantur cum croco, & B contundantur in mortario donec aggregentur, deinde ſupra ſparge maſticis, olibani, abſinthij romani ſicci, ana drach. ij. ſemiſ. alias drachmas nouem, ligni aloes, macis, myrrhæ, aloes, ſpicæ, acaciæ, gallæ quercus, ramich, & eſt compoſitio ex gallis, & paſſulis calami aromatici, ana drach. i. alias drach. ij. & iterum conterantur donec miſceatur, deinde extende ſuper pecia, & ſuffumiga cum xyloaloe, & poſtea pone ſuper ſtomacho, & viſceribus ſecundum exigentiam diſpoſitionis curandæ, & de melioribus operationibus eſt, vt maſtix, & laudanum cum cera, & oleis miſceãtur, & ſic cum cæteris fiat emplaſtrum. Et quia aliquando reſeruatur, expedit, vt mollificetur cum oleo de ſpica, vel de maſtice, vel citoniorum ſecundum exigentiam diſpoſitionis curandæ.

C CALIDIVS eſt, quam id quod ſequitur, & ideo antiqui noſtri vocabant calidum. MAN.

THOMAS de Garbo cydonia in vino auſtero infra modum cocta miſcet, & gallam quercus, non galliam. Si autem ſeruatum duruerit, molliendum oleo de ſpica, vel maſtichino, vel cydoniorum, pro morbi natura. Ἐ μπλαστου φάρμακον διαχαλάσεως Galeni, ab his maxime diuerſum eſt, vt diximus in vnguentis. SYLII.

DIAPHOENICON. *Dactylos, vt etiam in ſuperioribus quibuſdam, ſiccos deligit, vt qui pinguibus, & mollibus aſtringendo præualeant. Hos vero, quum vino cum biſcocto pane maceratos, vnaque cotoneorum carnem, vt conteras iubet, non tamen, vt ſimul omnia conteras ſuadeo, difficile enim teres. Sed contuſis antea ſeorſum cum pane dactylis, cotonea confundes, hæc vero ſemicocta fere vt quidam conſulunt, etiã ſumerem, vt quæ aſtringant magis, vinum autem quo ea ipſa coquenda ſunt, odorum author quærit, nimirum* D *tale quod tenuiori ſua ſubſtantia, aſtringentem huius medicamenti vim viſceribus inferat, id quod vinum odore infirmum præſertim auſterum non præſtat. Itaq; non eos quidem improbo, qui auſterum vinum ſumant gratia aſtrictionis; ſed vt odoratum ſumant ſuadeo, tale autem eſſet maluaticum auſterum.* COST.

MESVE.

EMPLASTRVM diaphœnicon. Alexandri, ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementa ſuſcipiat, roborat, coctionem iuuat: ob hæc vomitum, choleram morbum, lienteriam, dyſenteriam hepaticam, iuuat. Recipit dactylorum maturitati propinquorum † vnc. v. panis biſcocti vnc. j. carnis cydoniorum

† fuc oſſibus.

in

in vino austero coctorum vnciam vnam, & dimid. styracis (mastiches) ladani, ana † semunciã: acaciæ, omphacij, florum labruscæ, rosarum, santalorum citreorum, myrrhæ, xyloaloes, ramich, ana † semunciam: ceræ vncias quatuor, olei rosati vnciam xv. vini austeri quantum sufficit ad infundendum infundenda. Suffi xyloaloe vtendi tempore.

℥ drach. iiij.

℥ dra. iiij. al ℈ drach. v.

CHR. EMPLASTRVM diaphœnicon descriptione Alexandri, hæc est secunda descriptio attinens frigiditati, quæ vbique præparatur, & est in vsu, & est magis conueniens diarrhœæ, quam præcedens, qui est fluxus maxime cholericus: & est conueniens dysenteriæ, & fluxui hepatico, quæ fit debilitate virtutis digestiuæ, & contentiuæ hepatis, & intestinorum, confert etiam ad superfluum fluxum, vel vomitum, & colyricam passionem, & ad malitiam digestionis.

MAN. HOc vocabant nostri patres frigidum. Alistimbre.) Id est, concoctionis.

SYLVII. EMPL. hoc, & sequens in Alexandro Tralliano non lego, sed lib. iij. in podagra, emplastrum phœnicinum ex palmularum vnc. x. coquendo dissolutis in olei vncijs octo æstate: hyeme vndecim.

COST. DIAPHOENICON Alexandri. *Omphacium densatum hoc loco expetit, cum aridis rebus enumerans, alioqui quaternæ eius liquidi drachmæ parui esse vsus possint. Oenanthen quoque, id est labruscæ flores ob eandem rationem aridos assumes.*

MESVE.

EMPLASTRVM Alexandri ex allijs, vẽtriculi, & reliquorum viscerum affectus a flatu, aut pituita cruda, crassa, & lenta natos, ab sceslumq; ventriculi, & hydropẽ incipientem iuuat. Accipit spicarum allij mundatarũ vncias tres, & dimidiam, styracis, bdellij, aloes, ana vncias tres, terebinthinæ vnc. iiij. axungiæ porcinæ recentis, adipis anseris, ana vncias quinque, mastiches, thuris. ana drachmam vnam, & dimid. euphorbij † vnc. j. & dimid. croci vnciam dimidiam, ceræ flauæ vnc. xij. olei nardini, & vini odoriferi quantum sufficit.

℈ vnc. j.

MAN. Hoc vim habet discutiendi, simul, & molliendi.

SYLVII. EMOLLIT, ac discutit, estque anodynum: coctionem adiuuat, roborat partes præsertim frigida intempere laborantes.

COST. ALEXANDRI ex allijs. *Allij ea est vis præsertim crudi, vt causlici medicamenti sit loco. Proximis ab hinc mensibus obseruauimus, qui mulierculæ suasu ad quartanam, secundo digiti annularis vtriusque internodio allij crudi integram spicam vinculo arcte alligarat, acriter doluisse excitata vesica, quanon summa tantum cuticula, sed ipsamet crassior cutis a subiectis partibus absisteret. Crudum autem an coctum hic sit sumendum, quum non scribat, crudum puto velle, vt quod efficacius.*

MESVE.

EMPLASTRVM Aristarchi, ventriculi, & aliorum viscerum intemperiem frigidam, flatus, humorem frigidum, & inde natos affectus, hydropem, inflationem, laterum tensionem dolorificam corrigit. Recipit ceræ flauę vnciam vnam, terebinthinæ vncias sex, axungiæ porcinæ recentis, adipis anseris, medullæ cruris vaccæ, ana vncias quatuor, bdellij, myrrhæ, thuris, styracis, opopanacis, aloes, mastiches, ana vnciam vnam, & dimid. ammoniaci vncias tres, colophoniæ † vnc. vij. aluminis vnciam vnam, spicæ nardi drachmas sex, folij, calami aromatici, euphorbij, baccarum lauri; ana drachm. vij. olei balsami libram vnam: olei nardini, & vini odoriferi. q. s.

EMPLASTRVM relatum ad Aristarchum est multum in vsu, & vbique preparatum reperitur, & est conueniens ad calefaciendum stomachum hepar, & omnia alia membra nutritiua, & ad subtiliandum, & resoluendum materias phlegmaticas crassas in eis contentas, & ventositates, quæ in his continentur. Et confert ad hydropisim tympanitem. Est etiam sedatiuum dolorum, qui fiunt a prædictis causis, vsus tamen eius est post digestionem talium humorum, & earum aliqualem euacuationem. Conuenit etiam stomacho debilitato ex defectu, & resolutione calidi naturalis in virtute digestiua superaddita mala complexione frigida. Et nota, quod loco olei balsami, fumimus oleum de spica, colophonię, idest picis græcæ. CHR.

HOc efficaciam maiorem habet, quam id quod præcessit, in molliendo, & discutiendo. MAN.

INTERPRES Mesue multis in vsu id affirmat, cocta iam materia, & magna ex parte vacuata, Mediolanensibus scilicet. Nã Ticini, quæ vrbs est vicina, vsu est rarius. Hic prorsus inusitatũ est, quanquã sit ad molliendũ, & digerendũ, quã præcedẽs, valẽtius. SYLVII.

ARISTARCHI. *Plura hic discussoria sunt medicamenta, quam in superiori, at si euphorbij sescunciam sumpseris in superiori: si item allij, crociq; in discutiendo vim expenderis, quæ in illo large recipiuntur, hoc illo ipso non multo efficacius censebis.* COST.

MESVE.

EMPLASTRVM Oribasij ad tumores etiam duros hepatis, lienis, chæradas. Recip. lithargyri vnciam dimid. ceræ vnciam vnã, resinæ vncias quinque, ammoniaci vncias tres, ladani vncias duas, aristolochiæ, thuris, galbani, cassuthæ, ana vnciam vnam, & dimid. aloes vnciam vnam, olei antiqui, & aceti scyllitici quantum sufficit.

Recip. lythargyrij vncias quatuor, ceræ vnc. octo, resinæ vncias quinque, ammoniaci, drachmas tres, confice vncias duas, aristolochiæ vnciã vnam, & dimidiam, aloes vnc. j. thuris masculi, cuscutæ, galbani, ana drachmas duodecim, olei antiqui, & aceti scillitici quantum sufficit. Confice sicut diximus. ANT. *Verso habet.*

CON-

MAN. CONFICE.) Id eſt, ladani, Cuſcutæ.) Vel error hic eſt, vel non eſt Oribaſij: ſiquidem eius tempore Cuſcutæ vox ignorabatur. Emplaſtrũ Oribaſij aliud. Si cum acero ſcillitico componatur, maiorem vim habet molliendi: ficcum ſucco apij, diſcutiendi.

SYLVII. ORIBASII eſſe non videtur, quod eius tempore caſſuthæ vox fuerit ignorata: aut error ſubeſt.

COST. ORIBASII. *Si caſſuta, vt ait Serapio, ex planta cui adhæret, vires varias ſumit, ea hic ſumenda erit, non quæ in pratis paſſim aut alibi (nam, & in vuis pendere obſeruauimus) ſed quæ linũ vincit.*

MESVE.

EMPLASTRVM alterũ Oribaſij idem pollens. Rec ammoniaci in aceto ſcillino duos dies macerati vnc. duas, lẽqui ga per ſe: poſtea tere cum cerato, & ceræ fiauæ vnc. ij. olei chamæmelini, & irini, ana vnc. iiij. croci drachmis quinque. Si pro aceto ſcillite ſuccum apij habeat, ſpinæ ex linteolo impoſitum, rigori febrili confert.

QVIA hic ſuccus digerit potentius, acetum ſcil. magis incidit, tenuat, mollit, vtrumque in vſu eſſe delijt.

ORIBASII alterum. *Ammoniacum ſcillino aceto biduo macerari iubet: tum vero conteri ut fiat ſicut puluis, intelligendum hoc, vt diligentiſſime ex aceto ſcillino diſſoluas, ſic & in emplaſtro ex gallia ſuperius quædam humida conterenda ſcribit, vt ſint ſicut puluis, admonens ea eſſe ad ſummam tenuitatem redigenda. Acetum autem ſcillinum, quod in emolliente hoc proponitur medicamento, tantum abeſt vt molliat, vt potius acrimonia, quã vehementer incidit, & diſcutit, molles partes abſumpto humore quo madeſcunt, adinuat, dum inſigniter diſſecando, atque attenuando ammoniaco, & emollientibus reliquis vt altius eorum vis ſubeat, vim præbet. Neque vero, quod ait Manardus, & ex eo Syluius, quia apij ſuccus potentius quam acetum ſcillinum digerat, propterea ad rigorem in febre, emplaſtrum hoc vt non ex aceto, ſed ex apij ſucco paretur, admonet. longo enim interuallo in digerendo ſcillinum acetum apij ſucco prævalere quotidiano docemur experimento, quo craſſiſſimam pituitam incidi, attenuari, & diſcuti huius aceti vſu obſeruamus, quod apij ſuccus non præſtat, neruorum igitur gratia a ſpina li medulla ſcillinum acetum interdicitur, quod neruis acetum omne ſolet eſſe aduerſiſſimum.*

MESVE.

EMPLASTRVM de meliloto, mollit duritiem omnem ventriculi, hepatis, lienis, viſcerum, & reliquorum. Recipiunt meliloti vncias ſex, florum chamæmeli, comę abſinthij, ſampſuchi, fœnugræci, baccarum lauri, radicis althęæ, ana drachmas tres, ſeminis apij, amcos, cardamomi, ireos, cyperi, ſpicæ nardi, caſiæ, ana † ſeſquidrachmam, ammoniaci drac. decem, ſtyracis, bdellij, ana drachmas quinque, terebinthinæ, vnciam vnam, & dimidiam, ficus pingues duodecim, ſepi caprini, reſinæ, ana vncias duas, & dimidiam, ceræ vncias ſex, olei ſam pſuchini, & olei de ſpica quantum ſufficit, aquæ, cui incocta ſunt fœnugræcum, chamęmelum, melilotus, quanta erit ſatis exquiſita aliorum infuſione.

† al. drȳ.

EMPLASTRVM de meliloto ſub hac deſcriptione, vbique reperitur, & eius principalis virtus, & operatio eſt ad mollificandum, & ad lenien dum omnem duritiem, quæ eſt in ſtomacho, & hepate, & in ſplene, & alijs nutritiuis. vnde confert tenſionibus hypocondriorum, quæ fiunt a ventoſitate recluſa: Eſt enim primum attinens alicui caliditati, & non ſuperfluæ, & eſt reſolutiuum, anodynum, & ſedatiuum dolorum, nec accedit ad gradum caliditatis, ad quem accedit emplaſtrum relatum ad Ariſtarchum, & ideo ab iſtis tanquam a leuioribus in prædictis paſſionibus eſt inchoandum. CHR.

VERA meliloto caremus, ex qua ſi componeretur longe excellentius eſſet. Sed nec cum vulgari paratum viribus caret: *diſcutit enim, emollit, & inflationem aufert.* Paul. τὸ διὰ μηλιλώτου croci, nardi celticæ, cyperi, cardamomi, mirrhæ, ana drachm. ij. melilo ti lib. j. ceræ lib. iij. terebinthinæ lib. j. cyprini olei lib. iij. gleucini lib. ij. bdellij vncias ſex. Aliqui, & cypheos vncias duas, vini quantum ſufficit. Gal. lib. viij. de comp. med. ſecundum genera, addit ammoniacum, & acetũ, & in ponderibus differt. MAN.

CLEMENTIVS emollit, & reſoluit flatus, & alias materias ex ventriculo, hypocõdrijs, & partibus alijs, quam emp. Ariſtarchi ob id eſt ab eo incipiendum, ſiue lenire dolorem, ſiue tenſum laxare, ſiue plenius diſcutere tibi eſt propoſitum. Id vbiq; vſu eſt frequentiſſ. Diuerſum ab hoc malagma Aſclepiadis eſt διὰ μηλώτου apud Galen. Nardi Gallicæ, cyperi, myrrhæ, ana drac. x. amcos, cardamomi, croci, terebinthinæ, ana drachm. viij. melilo ti, ammoniaci, ana drach. xl. cypheos ſacrati drachm. xv. ceræ mina vna: vini odoriferi hemina vna, ad ſtomachicos, hepaticos viſcerum dolores. Aliud Andromachi διὰ μηλώτου ibidẽ Paulo poſt, huic. ſimile habet Paulus, ſed ammoniaco, & aceto caret, ponderibusque variat. Vera melilotus deſideratur Manardo. Radicis althææ ſubſtantia miſcetur, non muccago. Ficus teruntur cum decoctione iſta, & colantur. Bdellium, & ammoniacum, vt ſtyrax, poſſunt puluerari, vel decoctionis iſtius vnc. ij. diſſolui, colari, coqui ad aquæ conſumptionem. Huic decocto formatas tam offas parumper immittere ſolent. Olei vnc. dimid. ſufficit ad comprehendenda, ſed durius mox, & friabile euadit. Vidi factum cum duabus olei vncijs molliculum, & tenerum, ſed adhuc fragile. Vidi etiam ex vnc. vj admodum flexile, & ductile. Si primum ſequaris modum, vtendi tempore oleo eſt molliendum. Omnes tamen modi pro varijs ſcopis ſunt optimi, vt Galen. SYLVII. Lib. 8. c. ph. p. & 6. vide locum.

EX meliloto. *Eſt hoc vſus ad propoſitos affectus miri. Sed adeo obſcure, ne dicam confuſe, proponitur, vt mirum non ſit, quum vbique locorum paretur, diuerſis tamen vbique modis parari, quæ res, ne eundem vbique euentum ſpectemus, etiam efficit. Ceterũ, ſi neglecto ordine, quo hæc à ſuo authore ſcribuntur, diſtinguantur ſingula, recte, vt puto reparabitur. Quæ huius emplaſtri materia ſunt alia infundenda, alia diſſoluenda, alia terenda, alia ſint eliquanda. Infundi debent melilotus, & fœnum græcum. horum enim ſemina (quæ abſoluto ſęnigræci, & meliloti nomine ſumenda ſunt) dura, & lenta ſunt ſubſtantia, quæ vt ex arte eorum ſeruatis viribus contundi poſſint, macerari prius debent. Infundenda item eſt althææ radix, quæ ſi teratur, vt aliquibus placet, ſucci, & lentoris illius expers, qui ad emolliendum quæritur, nullo fructu vſurpatur. Infundi item aridæ ficus debent, vt molliores* COST.

reddita

reddita maceratione facilius terantur, vix enim sine humore conteres: neque, quod aliqui profitentur, per setaceum cum externo earum corio transfundes, quod ipsum quoque sumi debet, vt eius lentore maiore quam in interna ipsarum carne, ad reliqua cogenda sit adiumento. Quum igitur hæc infundi debeant, materia paranda est infusionis, ea vero postremo loco proponitur ab huius medicamenti authore, esi autem decoctum fœnigræci, meliloti, & chamæmeli, hoc ergo prius parandum, puta fœnigræci, & meliloti singulorum vncia vna aut sescuncia, & florum chamæmeli vncijs duabus, in aquæ fontis sesquilibra decoctis ad tertias. In expressi igitur decocti huius parte vna meliloti ac fœnigræci semina primo loco proposita seorsum: in alia radix altheæ, in alia ficus macerarem quousque intumeant, mollia tunc sint omnia, quare vbi superfluum humorem leuiter expreßeris, contusa iam apta contundens, contusa vero tenacia atque ad parandum emplastrum iam apta habes. Sane autem, quem ex his maceratis antea expresseras succũ ad ammoniaci, ac bdellij dissolutionem traduces, simulque, vel etiam seorsum eadem succi parte dissolues, styracem, nisi malis cum resina dißoluere, dissolutas autem hoc pacto lachrymas cum prædicta meliloti ac fœnigræci itemque altheæ, & ficuum materia, diligenti contusione, & tractatione comiscebis, vt in vnum quasi corpus ducantur, cum quo deinceps oleum tum spicatum tum sampsucinum, scpum resinas, & ceram seorsum arte eliquata, & commista, diligenter confundes. Vbi autem hæc ipsa materia exacte fuerit commista, tunc reliquarum rerum paratus iam puluis, & setaceo colo transfusus illi aspergendus est sensim, & diligenter dum adhuc ea calet permiscendus. Ita quidem si quis meliloti emplastrum G *parauerit, vt hortatu nostro parauit Paulus Romanus diligentiss. pharmacopœus ad Struthij insignia Venetijs, consistentiam illud ipsum debitam, & mediocriter tenacem adipiscetur, quæ neque situm contrahet, neque tã prompte è corporis parte, cui apponitur absistet, quo vitio hoc emplastrum ægrotis esse molestum solet.*

MESVE.

MISTVRA vulnera sanans. Recip. caryophyllatæ, radicum artemisiæ, pimpinellæ, chamæmeli, pẽtaphylli, foliorum violæ (nigræ) herbæ venti, caulis rubri, cannabis, summitatum rubi, ana ma. vnum, rubiæ, pondus horum omnium: coque H omnia vino ad dimidij consumptionẽ, cola, cũ mellis tertia parte recoque: rursus cola, & serua.

CHR. ANTIQVI codices non habent hanc mixturam, neque vnguenta, quæ sequuntur, sed hic finem faciunt emplastrorum, & vnguentorum, tamen hæc mixtura, siue sit ex intentione Mesuæ, siue alterius sæpe in vsu habetur ad intentionem in textu scriptam.

MAN. CARIOPHYLLATA herba est nunc vulgo nota, nescientibus tamen quo nomine apud antiques vocaretur. Dubitaui aliquando an esset rhodia: nunc ab ea sententia in totum recessi. Herbæ veteris.) Si legitur vitri, parietariam intellige: si venti, cotyledon, quæ & cymbalaria. Caulis tenerarum rubri. Si omnia hæc simul legantur, brassicæ rubræ caules intellige: si seorsum, duas res accipe brassicam, videlicet, & rubum. Cõmendatur in hoc casu vtrunque, brassica videlicet, & præcipue rubra, & rubus. Nescio tamen quo casu hæc mixtura in hunc locum irrepserit, si quidem potus est, non emplastrum. Ad eius exemplum formantur infinitæ pene eius generis potiones, ad vulnera noua, & antiqua summe vtiles, quas ego non semel expertus sum, cui rauique cum solis eis pessima, & desperata vlcera. Vnguenta duo palmea non valde differunt à duobus, quæ supra diaphœnicon vocata sunt. Et loco palmæ, ego quandoque accepi ramum quercus, parati feci, atque vtile admodum inueni. In primo cuffoditur proportio ipsius Galeni, libro primo de medicamentorum compositione secundum genera.

HANC misturam vetusti Mesuæ codices non habent, vti nec SYLVII.
F quæ sequuntur tria vnguenta, duo palmea, & tertium ad scabiem. Neque emplastrum est, sed potio, cuius exemplo, aliæ coquuntur, quæ vulnera recentia, & etiam pessima, ac desperata vlcera solæ sanant. Caryophyllata nostra, esse videtur leucoium veterum. Cotyledon, herba venti vulgo dicitur: alijs legitur herba vitri, ideſt, parietaria.

Brassica rubra commendatur in id: vel lege caulis, rubi, vt brassica, & rubus intelligantur.

MISTVRA ad vulnera. *Potest hoc etiam foris vsurpari ad abluenda vlcera, si contundantur hæc, in puluerem que redigantur, & melle mixto linamentis inducantur. Caryophyllatæ sumenda est radix præcipua totius plantæ pars. Arthemisiæ radix raro in medicina vsurpatur, licet secundæ speciei radix plurimum commendetur a Dioscoride. Pro herba venti helxinen potius quam cotyledonem sumam, quæ exiccando, & detergendo conferre vlceribus multum potest, quod cotyledon non æque potest.* COST.

MESVE.

VNGVENTVM palmeum ad vulnera cruenta, tumores pestilentes, & exituras, vsta, rupta, contusa, & inde nata ecchymomata. Recipit olei veteris, lythargirij, ana libras tres, axungiæ veteris purgatæ a membranis, & sale libras duas. † chalciteos vnc. iiij. liquatis igni axungia, & oleo, in vase stannato, aspergelythargyrum, & chalcitin, mouendo continenter tribus palmæ ramis recentibus: & coque ad iustam crassitudinem, iniecto ipsi inter coquendum ramo palmæ vno recenti minutim conciso. † vitrioli

ISTVD vnguentum non est in vsu sub isto nomine, verum est in vsu apud chirurgicos sub nomimine vnguenti de coleotar, & vocant Aui. & Serapio in proprio antidot. vnguentum de calcadis. CHR.

VNGVENTVM ab vngendi modo vocatum est, quia partibus affectis inunctum, & illarum diutius ob crassitiem, & lentorem hæret, quam oleum, tamen sunt proxima: ob id laurinum, vel oleum, vel vnguentum manus nominare, bis lib. 1. ph. p. in alopecia, & vnguentum oleumve melinum, &c. tamen oleum rosatum ab vnguento rosato separat lib. 3. simp. c. vlt. Nam oleum rosaceum est, cui odoramenta non sunt iniecta. Cui autem odoramentorum aliquid iniectum est, non oleum, sed vnguentum cognominant: hæc Gal. Vnguentum tamen etiam cum cerato magnam habere affinitatem docet Cal. lib. 4. sani. tuen. Quodcunque (inquit) oleum, cui medicamenta alia, vt beatæ albæ radix, & similia incocta vires, & qualitatem suam tradiderint, vnguentum fiet, si in id, vt loco melius hæreat, inieceris, vel ceræ SYLVII.

solius

solius partem quartam, vel etiam resinę partem duodecimam, A vel strobylinam, pineam, abietinam, terebinthinam, aut humidam pini resinam, aut eam, quæ in fictilibus habetur, aut τρυγίαν, id est fricam.

COST. PALMEVM. *Non puto vas stanno illitum omnino hic esse opus, licet stanno illitum Syluius verterit, æs enim ad curanda vlcera nihil affert detrimenti. Sed prior interpres vulgaris sequutus loquendi modum stagnatum vertit pro olla absolute, quæ siue sit, siue non sit stanno illita, parum quidem interest, magis tamen nobis probatur non illita.*

MESVE.

Palmeum alterum. † Al. lib. v. † Vitrioli.

MEL lithargyri aurei, libras tres, adipis porci purgatæ sale, (& membranis) † vncias quinque, † chalciteos viridis vncias quatuor, cum ramis palmæ, vel B cannæ radice moueantur.

SYLV. EST idem cum Galeni emplastro diachalciteos.

COST. PALMEVM alterum. *Syluius chalcitim viridem quærens legitimum chalcitidem nouisse de facie non videtur. In id erroris est lapsus pertinacia vertendi pro chalcantho chalcitidem. Chalcitidem qui videre, rufum videre, chalchantum autem probatissimum est viride.*

MESVE.

¶ Aliqui ea non habent mastichen.

VNGVENTVM ad scabiem expertum axungiæ vnc. quinque, olei laurini, argenti viui, ceræ puræ, † mastiches, thuris albi, ana vnc. duas, salis communis vnc. viij. succi C plantaginis, & fumariæ quantum sufficit. Ceram, & axungiam nouam membranis purgatã, & oleum laurinum cum succis coque simul in vase stannato, donec liquescant: tunc adde pul. salis, mastiches, & thuris, cum percoctum erit, & ab igne ablatum, adde argentum viuum saliua extinctum, & pauco olei laurini spatha diu misce. † Illinitur vespere ad dies octo.

¶ Ve. habet Vnge palmã manu & fricabitur in sua vsque ad viij. dies.

CHR. VNGVENTVM expertum ad scabiem secundum hanc descriptionem non est in vsu.

Post prædicta empleastra, & vnguenta, videndum est de quibusdam vnguentis magistralibus conferentibus ad diuersas dispositiones, & primo ad scabiem humidam, cum qua coniunguntur escaræ, & cruſtæ siccæ per totum corpus.

Ad scabiẽ humidam.

Cuius hæc est descriptio. Recipit terebinthinę lotæ cum aqua rosata vncias ij. terræ chamęli drachm. iij. ceruſæ vnc. lithargyrij vnciam vnam, semiſſ. pinguedinis porci recentis vnc. iiij. Fiat vnguentum in mortario absque cera cum oleo rosato quantum sufficit, & aceto in parua quantitate. Et si cum prædicta scabie coniungitur pruritus intensus, addantur sibi succi plãtaginis vnciæ tres. Est. n. conueniens prędictum vnguentum in scabie facta ab humore cholerico acuto mordicatiuo, vel ab alijs humoribus aduſtis, & salsis. Et si scabies esset plus humida, atque emanaret virulentia multa, addendum esset prędicto vnguento succi lapatij, vnc. ij. sulphuris, vnc. i. & fiat vnguentum, vt supra dictum est. Ista etiam vnguenta diuersificari debent, & possunt secundum diuersas ætates, disposiones, & tempora. Est & aliud vnguẽtum magistrale conueniens, & expertum ad ruptură, seu herniam intestinalem. Est enim consolidatiuum didymi dilatati per quem intestina descendunt ad oscheum, seu bursam testiculorum. Cuius est hæc descriptio. Recipicis naualis, aloes succotrini, mumiæ (& est liquor qui emanat a corporibus mortuorum sepultorum cum aromatibus odoriferis) sarcocollæ, ana drach. iij. myrrhæ, terebinthinæ, lapidis hæmatitis, mastices, thuris, ana drach. ij. boli armeni, sanguinis draconis, ana drach. vj. lithargyrij, colophonię id est picis græcę, ammoniaci, galbani, ana drach. ij. ceræ rubeę, & citrinæ, gallarum, charabe, glutinis piscis, visci quercini, gypsi, ana drach. vj. aristolochiæ longæ, & rotundæ ana drach. iij. balaustiarum, psidię id est corticum maligranati, aluminis, scilicet scaglio D læ, ana drach. j. acaciæ drach. iij. sepi hircini drach. i. semiſſ. consolidæ maioris, & minoris; & mediæ, ana drach. ij. cupularum glandium drachm. iiij. sanguinis humani, recentis vnc. vj. omnia ista incorporentur in aqua, in qua pellis arietina cum tota lana succida sit per decoctionem liquefacta, pili etiam leporis contriti in multa quantitate apponantur, gummi vero primo dissoluantur, & cera postea agitentur cum spatula, & pulueres prædicti incorporentur cũ eis, & vsui reseruentur. Vnguentum ad tempora frontem, & nares, ad somnũ prouocandum, cuius habetur descript. ab Auic. prima quarti, & prima tertij cap. de soda, & est, Rec. olei de papauere, olei nenufarini, ana vnc. semiſſem. opij, casię ligneę, croci, ana scrup. i. fiat mixtura ad inuicem absq; cera, & fiat inunctio de sero, quã do vadit dormitum. Vnguentum valens in passionibus frigidis stomachi, & doloribus eius factis à ventositate debilitata virtute digestiua stomachi. Recip. oleorũ absinthij, nardini, mastichini, ablutorum cũ vino albo subtili odorifero, ana vnc. j. rosarum, corallorum, caryophyllorum, cinnamomi, ligni aloes, macis, mentæ, schœnanthi, ana drach. i. misce, & fiat vnguentum cum modico ceræ. Vnguentum ad extinguendum supercalefactionem renum. Rec. oleorum rosati, & violati, ana vnciam vnam, sandalorum albo rum, & rubeorum, ana drach. j. rosarum, corallorum, sem. endiuiæ, portulacę, ana drac. semiſſ. succi semper viuæ, lactucæ, lactis caprini, ana vnc. semis. aceti, & ceræ modicum, & fiat vnguentum. Vnguentum valens in declinatione ischiaticæ post euacuationes. Recip. olei rutacei, vulpini, costini, laurini, ana vnciam vnam, mucillaginis fœnugræci, & seminis lini, succi rutę, & succi agni casti, calamẽti, ana vnc. semiſ. bdellij, ammoniaci mollificati in aceto, ana drach. iij. castorei, drach. ij. semiſ. laudani drachm. ij. pinguedinis pulli drachmas tres, baccarum lauri, cymini, pulegij, asari, ana drachmas duas, euphorbij, drachmam vnã, picis naualis, drac. semiſ. sulphuris viui drac. iij. fiat vnguentum. Vnguentum ad interficiendum vermes, & educendũ eos, quod est multum in vsu, præmisso tamen clysteri ex lacte caprino, aqua hordei, & puluere zucchari: si ex ipso totus venter inungatur. Reci. olei de absinthio, de amygdalis amaris, ana vnciam vnam, succi foliorum perſici, & matricariæ, ana vnciam semiſſ. rosarum, corallorum, farinæ lupinorum, cornu cerui aduſti, ana vnciam vnam, aloes succotrini, drachmas duas, quidam addunt de felle taurino drachmas duas, & modicum aceti, & ceræ quantum

Expertũ ad herniam.

Somni prouocatiuum.

Vng. ad stomach.

Ad isthiat.

Contra vermes.

sufficeit, & fiat vnguentum, hoc tamen non conueniret in acute febrientibus, sed hoc vnguentum conueniret in tali casu. Recip. olei citoniorum, de absinthio ana vnc.i. seminis plantaginis, portulacę, & endiuiæ, rosarum, corallorum, cornu cerui vsti, farinæ lupinorum, ana drachm.i. aloes succotrini, drachm. ij. ceræ.q.s. & fiat vnguentum, inungatur etiam prę-misso clysteri.

MAN. POTENS est. Sed caue ne ob argentum viuum attingat prope membra principalia, addeque mastichen.

SYLVII. SVSPECTVM est ob argentum viuum, præsertim prope partes principes: hoc si sustuleris, tutum erit, neque inefficax.

Vnguentum citreum.

Recip. chrysocollæ vnc.ij. caphuræ drach.i. corallij albi vnciam semis: amenti dulcis vnc.i. vmbilici marini, tragacanthi, amyli, ana drach.iij. marmoris, crystalli, anthallis, dentalis, olibani albi, nitri, ana drachm.ij. ierſæ, serpentariæ, vnc.i. cerusæ vnc.sex, tragacantho, & vmbilico marino simul tritis, cætera deinde cum his terantur, cernantur panno tenuissimo, axungiæ porci recentis sine sale lib.i. semis, & sepi caprini vnc.i. semis, & axungiæ gallinę vnc. i. simul in vase duplici liquatis, & colatis, addantur semper mouendo rudicula pul. prædicti, præterquam chrysocolla, & caphura tũc addenda, cum omnia simul feruebunt: quando ab igne tollenda, & semper agitanda, donec refrixerint. In vna li. pul. sint librę octo axungiæ colatæ, & succus acidus duorum aut plurium citreorum malorum. Vnguenta hæc si lassitudinem tollunt, μεμάκτικα, & interdum absolute ἄκεστα, vocantur Gal. lib. 4. sani. tuen. quale hoc illi est celebre. Acopum ex abietis semine ad coquendum, aut per halitum digerendum succos in carne, & tota corporis mole congestos, crudos, vel acres ad omnem lassitudinem, vel spontaneam, vel alia ratione contractam. Abietis seminis exacte maturi (quale Septembri mense in Italia colligitur) contusi, vt citius oleum iuua vi, & qualitate inficiat, modium Italicum quolibet anni tempore, (nihil enim in ea re est discriminis) injce in olei relaxantis (quale in Italia est Sabinum, alibi vetus) heminas Italicas, seu lib.v. & xx. macceretur dies minimum. xl. vel potius tres, quatuor, & etiam multo plures menses. Tunc semen expressum abijce, oleum linteo percola. Ei vt pote iam parciori misce ceræ lib.iij. resinæ abietinæ, resinæ pineæ, ana vnc.iij. vel harum desiderio, terebinthinæ. Coques vero commodius in vase duplici, aut igni lento prunarũ non multarum. Acopum seu myracopum ἀπὸ τῆς ἀνθείης τῶν ἄστεων, ex populi nigræ floribus, ad eadem efficax. Ex floribus populi adhuc conniuentibus, sed modice tritis, modius Italicus immittitur in libris. xv. aut xx. olei Sabini, aut alterius tenuis citra adstrictionem, moue quotidie, potissimum cum sol feruebit, & in domo calida repone, celerius ita vis, & qualitas populi in oleum migrabit. Post duos, aut ternos menses floribus expressis, & abiectis, oleum habes digerens per halitum sine morsu vllo, nõ minus quam abietinum. Addere potes ceram, & resinam quantam abietino. Si vero oleum expressum est crassius, & qui eo vsurus est, liquidiore medicamento delectatur, quinta vel etiam sexta ceræ pars sufficerit. Si vero seminis abietis, & florum populi maceratonem expectare non potes, oleum cum seminibus vel floribus contusis mistum injce in aquæ vel vini (si affectus adest podagricus vel articularis) partem quartam, vel quintam, ne iniecta torreantur, aut oleum vstionem odore referat. Percoque igni lento, donec aqua, aut vinum totum coquendo vanescat: Quidam curiosius id parantes in vase duplici coquunt. Succos non crassos, nec lentos in cute, & carne residentes dissipat, vt oleum, chamæmeli, anethi, rorismarini per se, vel cum cera, & resina.

COST. AD Scabiem. *Irrepsit hoc cum superioribus tribus hunc in locum, vt bene notarunt alij. Probatur hoc ipsum ad scabiem, cuius quam variæ sint causę, vt hoc illi quæ ex Venerea lue est, & contumaciter inhæret, efficaciter prodesse videtur, ita si aliam habeat causam, imo, & si eandem, libenter eo abstineo ob hydrargyrum, quo qui paulo frequentius aut liberalius vsi sunt, & in animæ incidisse fœtorem obseruaui, & ex carijs eorum ossibus hydrargyrum extrahi non semel vidi.*

E

DISTINCTIO DVODECIMA est de oleis.

MESVE.

OLEVM multis fit modis, nunc expressione, nunc impressione, cum materiæ in ipso maceratæ, aut incoctæ qualitatem suã, & vires in ipso relinquunt, nũc resolutione, cum materiæ heterogeneæ in corpore conclusæ, & velut concretæ, vi caloris separantur, opera præcipue chymistarum, de quo genere, quantum licet, agemus: plura autem si audire cupis, chymistas præcepto
F res tibi adhibe, & cum illis versare. Primum autem dicam oleorum, quæ per expressionem fiunt, naturam, & facultatem, extrahendi modum, postea de cæteris, si per Dei gratiam mihi vita dabitur.

OLEVM dum absolute legis, oliuarum intellige: & nouum, quod etiam vim rerum in eo madentium facile susçipit, & ita secundum genus à Mesue scriptum constituit. Tertium inter omnia efficacissimum, pauci norunt elicere, sed hi tantum qui artem chymicã vocatam callent. Hi enim sunt de quibus Mesue dicit, quod vires, quę sunt in concreto, id est, in composito occultę, manifestas faciunt. Hos chymistas scilicet, monet vt consulamus. Primum, & secundum genus omnes parare sciunt. MAN.

GINTER admonenda medicamenta composita, simplicissimũ, & vsu frequentissimum est oleum simplex, & compositum, ex eoque, & alijs quibusdam ferè reliqua constant vnguenta, cerata, emplastra. Oleum maxime proprie succus est pinguis ex oliuis tritis expressus, vel immaturis, quod omphacinon obad, & omotribes, id est, acerbum, & crudum est appellatum, idemque refrigerans, & astringens est: vel maturis, quod oleum commune dicitur: ac vtrunque, vel insulsum est, vel salsum, & illotum, vel lotum, idque ad salem tollendum, vel vt fiat albius, vel morsus expers. Vtrunque item, vel recens est, vel antiquatum, & ex hoc, vel illo agro, vt Sabino prope Romam laxat, tenue est, præsertim vetustum. Quæ olei communis differentiæ diligenter sunt obseruãdæ, vt medicamentorum ex his compositio iustior fiat: nam facultatibus secundum has differentias multum variant, ac composita quibus miscentur, plurimum immutant. Has igitur oleorum differentias, præsertim omphacinum, & commune, recens, & vetus, domi serua (nam insulsum lotione, cum libet, prompte reddideris) vt cum postulat vsus medici opinionem nunquam frustreris. Oleum secundo loco abusiue succus est oleaginus, & fluxilis ex quibusdam tritis, cum fructibus, tum seminibus, vt nucibus regijs,
H auellanis, moschatis, amygdalis vtrisq;, nuce Indica, anacardis, balano myrepsica, nucleo persicorum, præcocium, cerasorum, prunorum, pistaciorum, strobylorum, napi, sinapis, cannabis, lini, ricini, staphidos agrię, cnici, citri, arancij, pomorum, pyrorum, cucumeris, cucurbitæ, melonis, citreoli, & alijs prope infinitis pinguem in nucleo ipso, vel semine, ceu medullam sortitis. De quorũ quibusdam post agetur. Non enim sunt omnia hæc in vsu. Huic generi proximum est balsameleon, & petreleon, vt post audies. Illa duo genera sunt simplicia, nec illis educendis ac exprimendis aliud misceri consueuit, præterquam quod auxilium aquæ quibusdam extrahendis miscetur, vt alijs oleum commune paucum. Est his affine genus tertium, quod est humor quidam oleaginus ignis vehementia extractus; humido etiam substantificato sæpe mistus, idque opera chymistarum inuentum, siue id oleum in capitellum sursum tollant, siue in vas subiectum mox defluat, quale ex liquoribus, succis multis, gummis, resinis, cera, melle, lignis resinosis per multis educitur. Quartum genus oleorum est omnino compositum ex simplicibus in oleo communi, vel alio macera tis, insolatis, incoctis, quod genus quia latissime patet, de eo nobis pluribus est agendũ, non modo propter huius multitudinẽ, sed va-

SYLVII.

riam

etiam quoque in multis componendi rationem, quæ est propemodum vnica cuique prædictorum generum. Adde, quod oleum philosophorum, & alia quædam mista sunt, & in tertium simul, & quartum genus incidunt. De primo genere tanquam omnibus perspicuo nihil dicemus: de tertio pauca quædam hodie consueta, de secundo, & quartò dicendum nobis est, quantum rei propositæ scopus exigit.

COST. OLEI vox proprie de expresso ex olea succo dicitur, transfertur tamen id nomen ad succum omnem pinguem, qui substantia oleum referat. Est ergo oleum hoc modo sumptum multiplex, tum naturale, tum artificiosum. Naturale arbores quædam fundunt, vt balsamum, cuius arboris si vel casu vel consilio sindatur cortex sponte certis temporibus erumpit pinguis succus olei speciem repræsentans, sic ex abiete succus oleo similis effluit, vulgo lachryma abietis nuncupatur, idem cum resina: sed tenuior. Natura etiam ex saxis alicubi locorum oleum prodit, vt oleum petræ. At artificio multis fit modis, vt quidem Mesue hic ait, tribus; per expressionem, per impressionem, per resolutionem, quibus addere etiam licet per impressionem, & expressionem simul. Porro expressione elicitur ex plantarum maxime fructibus, tum arborum, tum etiam minorum, vulgatum est, quomodo ex olea, ex amygdalarum, nucum, & vnguentarij glandis nucleis premitur. Premebatur vero alias quoque ex vnguentaria ipsius glandis summo cortice, nunc ex aurantij, & citrij, malicute. Sed ex herbarum multarum seminibus quotidie exprimitur, vt ex lini, napi, sinapi, & ricini semine: interdum ex plantarum quoque lachrymis premendo elicitur, vt ex myrrha non vetusta, tandemque ex animalium etiã fructibus oleũ exprimitur, vt ex vitellis oui.

At vero infinita sunt quæ impressione olei genera quotidie parantur: iniectis in oleum vulgare stirpibus, earum ve partibus, aut fructibus aridis, aut recentibus, integris, aut contusis, tum maceratis, tum incoctis igne, sole, fimo, aut calce. Fieri tertio possunt impressione, & expressione multa olei genera: elegantissimo sane modo, & non secus fructuoso quàm superioribus, si enim nucleis amygdalarum, vel vnguentariæ glandis cortice expurgatis odoratum aliquid commiscueris, atque aliquot post dies contusos nucleos expreßeris, oleum prodibit proprium commistæ rei odorem præse ferens, sic instratæ rosis, violis, iesemino, cinnamomo, caryophyllis, amygdalæ, oleum earũdem rerum odorem, vimque retinens reddunt. Fit quarto oleum per resolutionẽ, idest per separationẽ (citra expressionem eius, quod pingue est a non pingui, hoc vero duobus in vniuersum fit modis, aut per vltimam resolutionem, aut per non vltimam. vltimam voco, quum prorsum corrumpitur res, vt nihil supersit exterioris faciei, qua distingui ab alijs solet rebus. Sic quæ exurumtur, quorum solus supersit cinis, vltimam passa resolutionem videntur. Oleum igitur per resolutionem non vltimam variis elicitur modis, interdum coquendo: sic autem quæ res multo pingui succo scatent, vt strobili, & amygdalæ, si contusæ aquæ vt ferueant diutius committantur; vi ignis oleosus, pinguisque omnis succus à reliqua substantia separatur, qui superfluitat aquæ, ita balsamum occidentale ex Goaconax ramis paratur; collecto eo, quod aquæ supernatat, pingui; colligendi autem modus est, vel pluma, vbi refrixerit detrahendo, vel effusa pingui illa decoctionis aqua in vas, in cuius imo exiguum sit foramen, vbi enim refrixerit, aperto foramine sensim aqua effluit oleo superstite, quod vbi effluxis-

A se aquam senseris, repones, eleganter etiã iecta olei, & aquę materia in peluim, vbi refrixerit, lanea lingua vteris, sic enim hac vniuersam aquam sensim eliciente solus oleosus succus relinquitur in pelui. Porro alia resolutio seu separatio fit per destillationem vocatam, hęc vero tribus modis, aut per ascensum, aut per descẽsum, aut per ascensum, & descensum simul. Per ascensum quidem vulgata per cucurbitam destillatione, qua etiã aqua elici solet, sic ex terebinthina, cera, imo ex aridis quoq; reb⁹, vt anisо, caryophyllis, nuce moschata, oleũ trahes, quin etiã ex humectis, & quantum sensus agnoscat, minime pinguibus rebus hoc pacto elicitur, nã ex rosis ex lauendulæ floribus, atq; ex recenti quoque feniculi herba oleum cum aqua ascendisse obseruauimus, & superfluitãs ipsum collegimus. Sed, & alia est ratio oleum per ascensum colligendi, quam sequuntur, qui ex
B sulphure oleum eliciunt, accenso enim in ollula sulphure, in vitream campanam (vt vocant) seu (quod est elegantius) in capitellum vitreum, quo etiam ad eliciẽdas aquas vtuntur, digitorum circiter quaternũ interuallo suprapositum crassiores sulphuris halitus excipiũtur, exceptiq; in oleosum liquorem coacti effluunt. Sed rursum ea quoq; destillatio quædam est per ascensum, qua caphuræ succum Iulius Contarinus medicus egregie elicit. Primùm autem vasculũ lateritium paratur, rectis, vt in veterum lebete, parietibus; & planis prorsum labris digitorum circiter quaternũ altitudine. Tũ præterea vitrea in promptu est cucurbita paulo maioris, quam id vasculum ambitus, vt ipsum apposite circuat, recta autem, ac dodrantis ferè longitudine, & suprema parte fornicata; exiguo in summa fornice relicto spiraculo, ut ne nimio calidiorum vaporum cõcursu
C disrumpatur. Itaq; posita in priori vasculo contrita caphura, illiq; vasculo, tum superposita cucurbita, tũ suppositis paucis aliquot accẽsis carbonibus in paropside, crassi paulo post vapores ex caphura vi ignis excitantur, qui angustiorem exitum per exiguum spiraculũ habentes, in parietes cucurbitæ impacti, cãdidi cuiusdam butyri instar illis hærent, eo igitur liquore, vbi parietes cucurbitæ obductos videris, aliam eiusce modi cucurbitã priore detracta impones, & rursum aliam, quousq; vaporũ aliquid ex caphura excitetur, pluma deinceps is succus densato oleo similis deraditur, & in opportunos vsus seruatur. Ita quidẽ quomodo variis modis oleũ per ascensum eliciatur, apparet. At per descensum duplici in vniuersum ratione elicitur, nempe, aut frigoris vi, aut caloris, frigoris quidem vi, aut certe sine opera caloris, quo pacto myrrha intra oui albumen concluſa,
D appẽso frigido in loco, albumine, per eius rimas oleum sensim defluit. Extrahitur etiã oleum per descensum vi caloris, huius vero, vel ignei, vel solaris, solaris inquã, quia ex floribus rosmarini, ac sclareæ in vitrea phyala soli expositis pinguẽ, atq; oleosum succũ effluxisse vidimus. Igni vero caloris opera descendit oleũ eo artificio, de quo ad huius tractationis calcem Mesue ubi de oleo iuniperi agit, de qua tamẽ re, quãdo post Mesuen naturæ studiosi longa exercitatione faciliorẽ inierunt rationẽ, non cõmittã, quin hoc loco in medicę artis gratiã, aliqua asserã, quę neq; cuiuis hãc artẽ profitẽti patẽt, neq; elegãtia, & fructu carẽt. Primũ itaq; binæ fictiles ollę, ita cõstruũtur, vt altera alterã recipiat, minoris autem ima pars crebris pertunditur foraminibus, vtraq; autẽ intus vitrea crusta diligẽter obducitur, in maiori minor, ita collocatur, vt hæc ab illius fundo ternum digitorum

interuallo distet, quod facile efficitur si vel eius labrũ maioris ollæ labro insideat, vel filo ferreo per vtrãque traiecto sustineatur, tum vero destillationis materia in interiori olla reposita, & vtriusque ore suo operculo diligentissime occluso, in fouea collocantur, aggesta circum terra, & conculcata, ignisque operculo ex durioris materiæ carbone, ligniſque superdatur, cuius vi post horas aliquot ex minori in maiorem ollam liquor extillat oleosus, est vero is fumoso quidem odore molestissimus, ex quacunque etiam fragrantissima re elicias, at si extractum, in ampla olla ex multa aqua calida diutius tractaris, aut etiam mutata subinde aqua non semel, vt ferueat, effeceris, minus molestum reddes, neque tamen de eius viribus nimium detrahes. Sane hæc elegantior est ratio extrahendi olei per descensum, quæ sequitur. Fictilis olla ex crassioribus fit parietibus, relicto in parietis parte una foramine, quod amplitudine cucurbitæ illius vitreæ collo apte respondeat, in qua destillationis materia ponenda est, erit autem cucurbita recurua, quam retortam vocant, traducto ergo per id ollæ foramen cucurbitæ collo, & reliquo eiusdem corpore in olla appositè collocato, ac puriori cinere aut, sabulo circumquaque ad quaternos digitos, obruto, suum ollæ operculum iunges, inducto luto, & vbi operculum, & vbi cucurbitæ collum committitur, diligenter, vt non expiret, superaccenditur tunc operculo ignis, continenterque folle agitatur, quousque ex cucurbitæ collo extra ollam porrecto extillare oleum cœperit, moderatius tunc agendum, sed continuata opera: excepta non eodem vase materia destillante, prius enim tenuior pars, & ignei nidoris minus, plus autem virium retinens effluit, quæ seorsum est seruanda, agitanda vero post modum aut incoquenda, vt supra dicebam, ex multa aqua, si fumosi nidoris plus quam par sit, visa fuerit retinere. Hæc ea destillandi est ratio, quam partim per ascensum, partim per descensum esse dicebam, ascensus quidem est, vt sursum ad cucurbitæ conuexum vi ignis oleum trahitur, descensus autem, vt per decliuiorem colli partem sponte labitur. Sane autem quod ad eam destillationem pertinet, quam per vltimam resolutionem fieri dicebamus, fieri hoc pacto ex rebus quibusque oleum potest, quæ exuri, & verti in cineres possunt. Ac prius quidem ex quouis cinere affusa feruenti aqua lixiuium paratur, tum vero puriores eius partes lanea lingua extrahuntur, & extractæ igni aut soli committuntur, vt caloris vi humor omnis absumatur. Sic quidem quod superest sal esse inuenies. Habet autem sal omne, Aristotelis etiam testimonio, pinguis atque oleosi nonnihil, hoc igitur si volueris pingue, ipsum in frigido ac humido loco sal reponito, liquescet enim, liquori vero superfluitabit oleum, quod pluma derasum conseruabis. Sed de variis conficiendi olei modis, quæ ad medicum pertinere negocium possunt, hæc satis.

MESVE.

OLEVM de amygdalis dulcibus, asperitatem gutturis, pulmonis, & partium cæterarum etiam externarum lenit, duritiemq; omnem ac siccitatem iũcturarum, & partium aliarum emendat: ob id impinguat, hecticis confert, semen quoque auget, ardorique vuluæ, & vrinæ iniectum commodat. Fit autem hoc modo: Amygdalæ dulces cortice lignoso, & cute membranosa purgatæ, plurimum teruntur, in offas coguntur, horis circiter quinque loco calido continentur, vel in vase duplici hora vna coquuntur, aut sub calente arena, aut cinere, sacculo inuolutæ, & pannis aliquandiu fouentur, postea rursus teruntur, & sacculo conclusæ torculari exprimuntur. Vel tritę amygdalę in vase cõmodo maza subigũtur in aere calido, pauca calida identidem affusa. Hisque modis oleum exprimes largius torculari, quod assere inferno sit cauato, & decliui versus emissarium: superno autem pro cauitatis magnitudine, & forma gibboso, vt vndique ecu figillo quodam amygdalæ æqualiter exprimantur.

Antiqua versus sic habet.

Recip. ex amygdalis mundatis ab vtroque cortice quantitatem quam volueris, & tere contritione vltima, & fac pastiones ex eis: & dimitte in loco calido per spacium sicut horarum. v. Deinde iterum tere, & pone in zaynari, & stringantur, & exprimantur, & emanabit oleum. Si autem in vase duplici sicut per horæ spacium coxeris, deinde impresseris in zaynari, emanabit abundantius. At si amygdalis tritis saccellos impleueris, & sub cinere calido, aut arena calida inter pannos sepelieris, & postea expresseris, abundabit oleum. Modus operationis alius est, malaxentur in tina, sicut pasta malaxatur, & sit domus, in qua malaxantur calida, & fundatur desuper aqua calida parum, & fiet pila decliuis vbi emanat oleum: & dum sic expresseris, abundabit, zaynari autem planta inferior sit habens concauitatem, & munctorium in parte decliuiori, & inferiori parte sit globus iuxta formam capacitatis concauitatis, vt sigillet omni hora ambitu vacui, hic ergo erit modus formę eius.

ISTVD est primum oleum, quod fit ex expressione temperatæ complexionis in caliditate, in humiditate autem transit primum gradum, est multum in vsu propter eius vtilitates, lenit, & humectat asperitates malæ complexionis ficcæ, principaliter gutturis, & pulmonis linitum ab extra, & per os assumptum paulatim lambendo. Sed operatio eius principaliter est ad leniendum partes pectoris, vnde confert tussi ficcæ, si ex ipso partes extrinsecę vbi costę situantur, liniantur, confert etiam iuncturis exiccatis, vt podagricis euenit, quando nodositates fiunt in eis. & summe confert hecticis, & consumptis, si spondyles dorsi, partes pectinis vngantur ex eo, & maxime si cum ipso fiat permixtio olei violacei stante febre hectica, & alia de adustis humoribus corpus consumentibus. CHR.

PAVLVS quidem contundens vncias duas amygdalarum, ponit in sextario vno olei dulcis, & coquit in duplici vase. Fit autem ex amaris non ex dulcibus, etiam secundum Paulum Ægineram. Quidam metopion dicunt, ait Dioscorides, de eo tamen loquens, quod fit ex amaris: nam de hoc non scribit. Modus operationis alius.) Modus hic similis est ei quem docet MAN.

Dioſco-

Dioscorides. Et fundatur desuper aqua calida.) Dioscorides pro octo sextarijs amygdalarum, addit cotylas duas aquæ, & dimittit per semihoram: factaque maiore attritione iterum, apponit cotylam aquæ Zaynari.) Torcular intellige.

SYLVII. ID oleum ex amygdalis dulcibus iure optimo primum omnium a Mesue describitur, quod sit tam alimentum (nutrimur enim solis dulcibus libro 4. simpl. cap. 9.) quam medicamentum ad multa efficax, blandissimum, viu frequentissimo consuetissimum, gratissimum, & velut quidam typus aliorum oleorum generis eiusdem. Ab eo igitur tanquam notissimo, & vtilissimo rectissime incepit. Asperitas gutturis, & pulmonis vna est initia, & ex partis essentia profecta, bronchijs enim, quæ stigmoides sunt cartilagines, constat tota hæc arteria, vnde τραχεῖα, id est, aspera cognominatur, Græcis eam, ab arteria læuia ita separantibus. Cum vero eadem natus sit lauis admodum, sanis hominibus ob membranæ cartilagines illas, & ipsarum ligamenta vtraque integentis naturam, interdum aspera fit, ac inæqualis, siue rugosa hat ob siccitatem, siue eius superficiei humor aliquis largior quam pro ipius natura infideat, & ibi inæqualiter affigatur, & siccetur, vnde tussis, raucitas, & sæpe etiam spirandi magna difficultas, interdum agre curabilis: præsertim dum, vt cuicunæ terreum excrementum accreuit, & cœnophoro fordes crassa, sic et pituita tandem agnata tenacius inhæret.

Lib. 6. sim. Hanc autem secundam asperitatem, quæ sola est præter naturam, oleum, amygdal. dulcium sanat. Nam humectat siccitatem, (vt oleum commune in ferro rubiginem omnium maxime emollit,) & suo lentore siccationi nouæ multum resistit: *Lib. 2. & 3. simplicium. & lib. 11. met.* præterea inæqualitatem explet, quomodo succus portulacæ glutinosarum hæmodia. Sed paulatim id velut lambendo est deglutiendum, non affatim deuorandum: vt paulatim eius substantiæ portio in asperam arteriam deerret, non tam modo, quæ collo anteriore sita est: sed, quæ eius portio ramosis propaginibus pulmonum substantiam totam, cum duobus alijs vasorum generibus intertexit, quas pulmonum nomine videtur Mesues intellexisse: quamuis pulmonum quoque essentiam æquabilem magis, & mollem, mediocri lentore reddat, etiam citra nutritionem, quomodo pinguis frictio cutem, eb id recte addit, corrigere asperitatem partium aliarum etiam externarum. Nam hac in re oleo communi non fuerit inferius, imum ni etiam superius, ob essentiæ tenuitatem, qua videtur commune oleum vincere. Ob quam, non ob solam saporis gratiam, hodie, & colicis, & nephriticis potui datur ad vncias cum vini aromaticos, aut simplis fœniculi, aut vncij. Pleuriticis, & alijs thoracis affectibus prope omnibus illinitur, & collo vteri, vel dolenti, vel siccion, quam vt extendi facile possit, quantum foetui pariendo satis esse possit.

Quibus igitur cutis est asperior ob excrementorum ad eam expultorum naturam, vel ob siccitatem, quæ atrophiæ, ætati, viscerum intemperiei calidæ, & siccantium vsu superuenit, his oleum id saluberrimum est. Quam eius facultatem doctæ mulieres, cutim hoc oleo erugant. Duritiemque omnem emendat, cum enim modice digerit, quia temperate calidum est, durum tensione, seu repletione mollit, vacuata per resolutionem eius materiæ parte aliqua. Cum vero sit moderate calidum, vt dixi, etiam durum concretione a frigido excitata mollit, fusa, & colliquata ea materia, quam frigus coagulauerat. Cum denique humectet etiam secundo gradu, vt etiam postea fusius docebo, durum siccitate, (quod maxime proprie durum appellatur) mollit, ac humiditate delibutum tractabile reddit. Ob hæc inuncturis podagricorum, & nodis arthriticorum emollientibus salubriter illinitur. Siccitatem partium ex atrophia, & inuncturarum etiam ex itinere multo, aut labore, illitum corrigit etiam potentius, quam oleum commune: præterquam si quod essentiæ est admodum tenuis, quale Galen. vbique Sabinum prædicat. Adhibendum vero confectione molli, aut mollis, & duræ, vt multæ, & paticæ media, quæ poros rarefaciat, & corpus calidum reddat, ob id paratius ad oleum id tenuandum, & attrahendum, quod plane cornorum concinnatores declarant. Cornum enim crenatis affulis, & falcatis malleis, & flamma rarefaciunt, mox oleo, & adipe calido largiter imbuunt. Quod autem eam siccitatem sumptum id oleum corrigat, planissimum est, quia alimentum est. Omne enim actu nutriens, corpus calfacit, & humectat. Nec solum corpori humidum dat alimentum, sed etiam mediocriter diuturnum, ob mediocrem illum lentorem, qualis in cremore pusanæ, & oleo communi. Quæ enim cum lentore coniunctam habent essentiæ crassitiem, vt sulla, diuturnius alimentum corpori exhibent, quam quæ lenta sunt modice simul essentiæ tenuioris.

A Impinguat vero non solum quia plenius nutrit, sed quia substantiam corpori tribuit parum igneam, & aeream, quæ multum habilis est per tunicas vasorum exhalare, & in adipem concrescere partium spermaticarum contactu. Rationes aliæ, & causæ obesitatis huc afferri possunt ex lib. 7. san. tuendæ, & lib. 14. metho. & lib. 2. temperamentorum. Nec solum adipem gignere, sed etiam carnem, natum est id oleum, quia ob dulcedinem prompte ab hepate trahitur, & in sanguinem bonum mutatur, quo partes omnes abunde nutriantur. Hæc addidi, ne putes tantum corpus externum impinguare, si illinatur. Nam id corpus ab alio est pin- *Lib. 1. fol. cap. 2.* gue, non proprie, & in sua essentia. Hecticis, & aliter consumptis, hac de causa est saluberrimum. Cum enim his facultates omnes non solæ naturales sint imbecillæ, male coquunt, nisi alimetum coctu, & distributu est facile: quale est id oleum ob essentiæ tenuitatem coqui paratissimum, & distribui, quanquam distributionis celeritatem hepar intendat ob eius dulcedinem. Adde, quod etiam alimentum dat corpori, quod aliquandiu furori febrilis in hectico caloris resistat, vt cremor pusanæ. Adhæc cum calore sit temperatum, omnem intemperiem corrigit, & cum humidum sit ad secundum ordinem, hecticis febribus est saluberri- B mum, non modo sumptum, sed etiam cum oleo violaceo mediocrem illum calorem obtundente, illitum spinæ. Semen auget, vt *Lib. 5. simp. c. 30. & 32.* omne alimentum modice calidum, & humidum, præsertim si plenius alat: quæ omnia huic oleo inesse ante ostendimus: & fortasse etiam semen promouebit, præsertim ex recentibus amygdalis aliorum fructuum recentium modo, semicocta humiditate abundantibus, quam ob cruditatem, & lentorem esse nonnihil flatulentam, nihil miri est: sed flatuum vim exiguam facile frangit vinum aromaticum, ne sumptum colicos dolores, aut nephriticos flatibus a se excitatis geminet. Ardorem vteri, & vesicæ etiam hodie vulgus appellat, cum menses, aut muliebre profluuium, aut vrina, calore, frigore, acrimonia, morsuque alio quouis partes, quibus continentur, aut per quas vacuantur, laceraut, & tandem vlcerant, quam affectionem Gallorum vulgus eadem ratione coctionem vocat, sibique aliquam partem coquere aut cum materijs mordacibus, aut alia vlcerante causa lacessitus. Tales affectus adsunt cacochymis mulieribus, & viris ex putri pituita, & sæpe ex calculo, etiam ex pure, ex arenulis, ex adusto in hepate, & venis, vel renibus, lotio. Affectionem hanc oleum hoc tollit sumptum, sed imbecillius, quia in partibus, quas permeat, alteratur, & multis alijs miscetur: potentius autem iniectum in vte- C rum quidem μετρηχότερον: in vesicam vero fistula ænea, vel potius, vt nunc, argentea, quam vulgus ob id σύριγγα appellat. Lenit porro ardorem hunc quatenus, & ἐκπυρωτικὸν, est (quod multis alijs qualitate insigni carentibus, & aliam vehementem obtundentibus est commune,) & ἐμπλαστικὸν, meatus ipsos tanquam quodam tectorio illinens, ne corpus attingat humor ille mordax. Qua etiam causa in dysenterijs multum mordacibus, & dolorificis, & cremores, & mucagines, & butyrum, id genus alia glutinosa injicimus: sed etiam crassæ essentiæ potius, ne corrumpantur facile. Quæ in capacitatem intestinorum prompte injiciuntur, in meatum vri vrinarium ob angustiam, & obliquitatem geminam, & viæ longitudinem (quæ iniectionis impetum frangit, & frustratur) injici non possunt, cum etiam tenuia ægre injeiantur, nisi siphunculo in meatum altius immisso excipiantur, & velut deducantur. Quod meatus latera in se concidunt, & a sphyncter arctius vndique constringitur, quo tempore vrina non redditur. Ob id liquidissimum injciendum, & tepidum, & meatu vrinario per balneum, vel alium quendam fotum dilatato, adiuuante, vt dixi, argentea, vel ærea fistula prius meatui immissa. Mediam inter hæc duo naturam collum vteri D obtinet, si rectitudinem, & capacitatem intestini recti, obliquitatem vero, & angustiam meatus vrinarij in vijs spectas, nam meatus colli vteri, omnium trium est breuissimus. Quod si in meatum mulieris vrinarium eadem affectio inciderit, ratio eius eadem prope habenda est, quæ & vteri, nisi quod graciliore est opus tubo. Hæc vero de corrupus intelligenda sunt: quando nec virgines his vitijs sunt obnoxiæ, præsertim fluxui muliebri, nisi quæ religioni monasticæ addictæ ex vita sedentaria, & magna parte otiosa pituitam putem, largam, huius mali causam frequentiorem collegerunt. Hæc de facultatibus olei amygdalarum dulcium dicenda putam, vt tanquam iter indicarem ei, qui in cæteris eius medicamentis idem præstare voluerit, statuimus enim cætera leuiter, & velut canis e Nilo attingere, locosque tantum indicare, ex quibus possit qui volet, rem ipsam pro dignitate interpretari. Depellat amygdalas, vt purius, & syncerius fit oleum, & largius. Terit curiose eadem, vt intus mersa humiditas promptius in apertum proferri pos-

sit: vt autem copiosius exprimatur, calfacit. Nam vt vetustate E nuces, & nuclei omnes oleosi magis à calore nativo percocti euadunt, sic etiam ignis, vel Solis calore semicrudæ humiditatis coctio acceleratur: aut saltem eo calore tenuata, liquata, fluxilisque magis reddita, foras tracta oleosa humiditas promptius, & largius exprimitur: quantoque hic calor est valentior (modo oleum vrendo non absumat) tanto expeditius. Ob id in vase duplici, & sub calente arena, aut cinere hora vna calefeciſſe satis est: in aere autem calido, quinque horis est opus. Porro calefiunt amygdalæ vase duplici, impositæ scilicet postquam tritæ sunt, vasi vitreo, in vas aliud aquam calentem cõtinens infidenti, ne ignis, aut aquę contactu, & mistione oleum vitietur. Sæculo autem, vel flamine vulgari, & pannis inuoluuntur, & eadem ratione, & ne his materijs amygdalæ cõspurcentur, etiam per sæculi manes poros facile ob tenuitatem incidentibus. Sed in vase duplici calefeciſſe fuerit satius, quod hoc modo empyreuma, hoc est, vel ignis substantia, vel qualitas amygdalis minus misceri possit, & vitrum resudantem ex amygdalis calfactis succum non ebibat, vt sæculus panni, arenæ, cineres, bibula omnia. Adde quod possis tutius calorem intendere in vase duplici, quam cineribus, aut arenis, calore sicco magis vrentibus, & consumentibus. Postre- F mo visuper vitrum, & aquam corpora diaphanea coniectare potes, quando satis incaluerunt, & oleosa sunt reddita: quod indicium conuolutis, & sepultis in cinere, & arena amygdalis habere non potes, nisi recluseris. Neque tunc in offas velut panes quosdam cogere oportet, sed mox a mortario, vt tritæ sunt in vitrum transferuntur: In aere autem calido mora longior non modo rufat purgatas, & tritas amygdalas, sed etiam odoris gratiam, & saporis nonnihil dissipat: nisi etiam vitreo vase per calidum aerem calente includatur, tunc enim præstantius fiet: sed cum plerunque sit opus celeritate nec hodie pateat potabile id oleum, nisi in affectum potentem, & vrgentem, tot horarum inducijs frui non licet. Multo minus aqua paulatim affusa largior hic succus, & fluxilis magis est reddendus, cum hoc modo compositum sit, & verius hydreleum, quam synecrum oleum. Ob id vase duplici calfaciendum potius est, quam igni ipso, quam aere, quam affusa calente aqua. Qui modus hodie magis in vsu, licet minus diu coquant, opinor, ob præcipitem necessitatis occasionem: qua etiam fit, vt amygdalas etiam non depellatas, sed electas, & recentes mox terant: deinde quarta horæ parte, aut etiam minus diu in vase duplici calfaciunt: post G exprimunt, ex lib. f. amygdalarum vna vnciam olei purissimi, aut sextantes tres, siue drachm. sex. quòd si magma recalfacias, vnciam alteram extrahes. Sunt qui vt properent magis, tritas in sartagine frigunt, sed parcius, & ingratius, tostamque substantiam redoleus oleum exprimunt. Alij mola trusatili per candelarios exprimunt, sed ignobile, quale ex nucibus, linosperмo, & similibus. Exprimit autem Mesue torcolari inferne cauo, supernè gibberoso, vt exquisitè, & æqualiter amygdalæ sæculo cannabino, vel stamine vulgari conclusio comprimantur: quomodo in articulis omnibus cautus est, & ei æqualis ossis oppositi condylus, vt motio fit exquisita, non ob angustiam impedita, aut ob laxitatem incerta, & errabunda. Cum tamen id torcular vndique amygdalis contiguum viam non det emananti oleo liberam, cauitatem totam occupante partim amygdalarum mole, partim gibba asseris superioris parte, inibi non admodum probatur. Rectius fuerit asserem superiorem omnino æqualem, & planum esse, & inferiorem: sed hunc ambitu circinato sensim cauari, vt in hunc velut canalem oleum vndique diffluat, & inde ob infitam grauitatem in emissarium parte declini maxime excauatum. Qualia sunt nobis vsuaria torcularia. Quã- H tus hodie adhuc Mesue torcular multis in vsu esse video, etiam ex ferro albo infernam cauitatem imitantibus, cum vel olea exprimunt, vel capos, & perdices assas, vel triticum ad condimenta, vel alia. Torcularis tamen plan, & cum meminit Mesues in oleo laurino. Vtroque tamen torculari expeditius magis hodie est prælum libros colligantium: ob id vsu tam frequentissimo: ligna enim sunt duo quadrata, ferè fagina, aut ciliacea, longitudine tricubitali, crassitie palmi, in extremis cochleatim pertusa, transuersis per hos cochlearum velut caprecolos, & cineinnos clauiculis insertis, quæ ferro tortæ ligna illa cum adducunt, quod in medio est, valenter premunt, dum adducunt, compressa liberant. Amygdalas igitur probe tritas sæculo cannabino nouo, aut stamine vulgari calfacto inuolutas assicula etiam calfacta vtrinque munitur, post dicto prælo tradunt, contrahunt prælum, & firmant, exprimuntque in vas subiectum oleum aere quantum licet calidissimo, vt prope ignem luculentum, vel si æstas est, in sole. Sæculo autem opus est, ne amygdalæ diffluant, ac dissiliant: quomodo dum prælo vinario solos vuarum acinos abiectis pediculis eiusmodi sæculos subiecti premendi, aut resta noua recludant, aut festulas lectatim interserunt. Tela enim cannabina noua firmitate fili facile amygdalas cohibet, præsique violentiæ resistit, minusque est bibula, & adhuc hac minus stamen vulgare, ob pili caprini, quo contexitur, soliditatem. Vtrumque autem cum sit rarum, per nexuum interualla oleo viam præbet, substantiæ amygdalarum viam negat. Sunt qui horum loco etiam cilicio vtuntur ex seta equina contexto, quod prædictis non cesserit, nisi quod propter parum huius crassitiem amygdalæ minus sentiunt vim præli, & oleum multum in magnis huius panni manitatibus pigrum cessat. Prædicti vero panni tenues prælorum violentiam interciperunt quidem, sed non eludunt, ac per medium breuius amygdalis recipi permittunt. Quod si depellare amygdalas libet, cultello potius, quam aqua, vel calida, vel frigida effeceris, ne ob aquæ missionem oleum largius, sed aquosius, & ingratius reddant. Adde, quod calida virium aliquid dissipat. Non probo eos, qui frigendo pellem adurunt, postea rudi sæculo confricant, & depellant, quod partim vrant, partim dissipent earum succum nobis expetitum. Ex his tam expressis, magma in panem coactum sub cineribus coctum panis loco esse possit. Quod autem oleum amygdalarum dulcium quotidie venduntur officinæ ad lucs partium dolentium, fit ex integris amygdalis, & magna ex parte ob venustatem magis oleosis, ijsque mola trusatili, aut tractili contusis, & cilicio inclusis, & per candelarios expressis, cuneo valentius adacto: quo etiam ex nucibus exprimunt. Ob id etiam oleum nucum redolet ab his expressum, oleum amygdal. dulcium, & amararum. Hæc de modo extrahendi oleum ex dulcibus amygdalis fusius sum persequutus, quod is sit vtilissimus, & huic oleo, cuius alij ex nucleis, vel seminibus extrahendo, de quo postea paucis cum Mesue est agendum, si prius adiecero huius olei compositionem parum diuersam Græcis autoribus fieri. Quæ exempla nobis in rem præsentem commodare non parum poterunt, & Mesue lucem non mediocrem conferre. Semodius ex amygdalis dulcibus, vel amaris repurgatis, & siccatis, pistillo ligneo in pila leniter tunditur in offas, & aquæ feruefactæ sextarius adijcitur: vbi vero hora dimidia humorem hauserit, vehementius, quam antea tunditur: mox tabellis premitur, & quod digitis tergentibus hæserit, concha digitis affricta excipitur. Prelis mocibus his, rursus aquæ hemina inspergitur, quam vbi ebiberint, similiter exprimuntur, singulas heminas reddunt singuli modij. Pistillo ligneo, non ferreo terendas obserua: in mortario autem æreo terimus interdum, & lapideo. Vides præterea aquam affundi, quæ succum illum liquidiorem reddat, & paratiorem ad exprimendum. Sed id imbecillius multo fuerit, etiam si postea oleum aquæ innatans colligas. Nam sic missum est aquæ, vt ab ea omnino absolui non queat, qualiter dum aquæ lauando oleum si immodice agitatur, omnino misceri scribit Galen. Satius fortasse fuerit, si largius oleum expens, oleum commune tritis amygdalis miscere, quam aquam. Id quod in plerisque parum oleaginis ob naturam, vel siccitatem facere cogimur. Verbosius de oleo amyg. dulcium egimus, non modo propter dictas prius causas, sed etiam quod eius componendi modus multis sequuturis est communis, & qui modi oleo amygdalarum amararum ab his tradantur, hos Mesues ferè oleo amygdalarum dulcium tribuit. Paulus enim amygdalarum vncias in olei dulcis sextario vno ponit, & coquit in vase duplici, & Dioscorid. sextarijs amygdalarum octo addit cotylas duas aquæ, & semiheram dimittit: deinde attritione facta maiore cotylam aquæ iterum miscet, idque oleum ex amygd. amaris scilicet, vnde Dioscorid: ad veteri dolores, præfocationes, euersiones, asthmata, calculosos, ægre inclinantes, nephriticos, adhibet: vt nos hodie ex dulcibus expressum, & recens potui damus in colico dolore, & nephritico ad vnc. j. cum vnc. j. semis, aut vnc. ij. vini albi.

OLEVM de amygdalis dul. *Oleum, quod ex a-* COST.
mygdalis vulgo premitur, & fumidi odoris non-
nihil, & fęculentæ substantiæ plurimum retinet, in-
gratumque propterea est ijs, qui sint abstemuri, tu
purius, & gratius tum odore, tum sapore habebis,
si non calefactas amygdalas presseris, & parcius qui-
dem hoc pacto, quam ex calefactis oleum exprimi-
tur: at licebit calefactas secundo prelo subijcere, &
quod reliquum erit extrahere, sordidius illud quidem,
& deterius, sed ad externos tamen corporum vsus
non inutile.

ME-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0382-7 DFG

MESVE

OLEVM ex amygdalis amaris, obstructa aperit, flatus resoluit, & dissipat, etiam in aurium tinnitu, & tono auditum efficiente obtusum: asperitates lenit, neruorum dolorem mulcet, duritiem mollit, panum faciei delet. Extrahitur, vt oleum ex amygdalis dulcibus præcedens.

CHR. OLEVM de amygdalis amaris in caliditate ascendit ad primum gradum cum virtute humectati ua, & aliqualiter deficcatiua propter amaritudinem, quæ est in ipsis: & ideo est aperitiuum oppilationum omnium, ventositatum carminatiuum, subtilitatiuũ, & resolutiuum: vnde confert dolori aurium a materia frigida, vel a ventositate, & confert surditati, & sibilo resoluendo ventositatem, & oppilationes remouendo: & confert asperitati faciei remouendo lentigines in facie, & confert doloribus neruorum factis a causa frigida, sed vsus eius principalis est ad dolores aurium præmissa aliquali euacuatione, vt conuenit in ægritudine qualibet materiali.

MAN. DIOSCORIDES. Facit ad veteri dolores præfocationes, euersiones, & inflammationes, cephalalgiæ, nephriticis, difficulter mingentibus, & calculosis, asthmaticis, lienosis: rugas, & ephelidas faciei cum melle, & lilij radice, cyprino, vel rhodino ceroto emendat, &c.

SYLVII. ADhibet vero Dioscorid. ad veteri affectus, dolorem, præfocationem, euersionem, & nephriticos, difficulter meientes, calculosos, asthmaticos, lienosos, rugas, & ephelidas faciei, quas pani nomine interpres Mesue videtur intelligere, aut lentigines faciei, quas etiam idem oleum tergendo delet, Calidum igitur cum sit ad primum ordinem, ac humido, & sicco temperatum, & amarum, nullam peculiarem habere facultatem videtur, sed amaris omnibus communem, calfaciendi, incidendi, tenuandi, digerendi, potenter tergendi, nullum animal nutriendi, sed contra potius enecandi, præsertim lumbricos. Quibus facultatibus ea præstat, quæ ipsi Mesues rectissime tribuit. Nam tenuando, & tergendo obstructiones expedit, flatus, vel in auribus frigidis natos, vel aliunde in ipsas ruentes, calore suo, & tenuandi vi, ac digerendi dissipat, auditumque ab his flatibus per aures tumentibus difficilem, meliorem reddit, asperitates vero lenit, tergendo humorem inæqualitatis causam. Neruosi generis frigidos affectus, & ab his dolores calore tenuante, & digerente sanat, ac durum tensione mollit, & concretione, minimum iuuat durum siccitate. Isdem ranombus sumptum, & iniectum frigidis veteri, & aliarum partium affectibus prodest, tenuando quoque, ac tergendo calculosis, & asthmaticis, crassam pituitam incidendo, tenuando, tergendo, & si a sola intemperie frigida est asthma, calfaciendo mire iuuat, linctum si recens est, & bonum, & thoraci, illitum, præsertim toto corpore prius vacuato, si vacuatione egere videbitur.

COST. EX amygdalis amaris. *In Amygdalarum amararum penuria persicorum nucleos alicubi vsurpant sapore consimiles, & odore, quod non improbo, quando etiam facultate non sint dissimiles.*

MESVE

OLEVM καρύινον ideſt, ex nucibus Regijs, flatus etiam crassos dissipat, tumores discutit, neruis attritis, vel punctis præsertim cum calce lota confert, scabiem emarginat. Fit vt oleum amygdalinum.

A OLEI huius virtus est sicut olei de amygdal. dulcibus, nisi quod in eo sunt quædam partes acutę, nitrosæ, & salsæ mordicatiuæ, nam quandoque nuces comestæ vlcerant partes gingiuarum linguæ, & palati, qua propter aliqualiter tendit versus complexionem calidã, & siccã, licet siccitas prædominetur. CHR.

Καρύινον eandem vim habet balanino, de quo inse- MAN.
rius Dioscor.

OLeosum, quod parte vesca nucum præsertim veustarum faci SYLVII.
le exprimitur, tenuium est partium: per halitum digerit, ficcat sine morsu. Ob id neutrosata, ideſt neruorum puncturas, & vulnera quædam eo sanãt, gangrænas quoque, carbunculos, ægylopas sunt qui eodem percurant, quod vstis earum nucleis tribuit Dioſc. Si vero ex recentibus est nucibus expressum, etiam subadstringit, & semicoctæ humiditatis adhuc aliquid retinet, quæ in viridibus fructibus erat plurima. Καρύινον oleum vim habet eandem, quam
B balaninon. Docte igitur, & ex Galeni sententia scribit Mesues flatus discutere calore, tenuitate essentiæ, vi resolutrice, id quod experientia quotidiana probamus in dolore colico in flatibus. Nam iniectum cum vino generoso, aut sumptum potenter flatus discutit, & dolore tensiuo liberat. Eadem ratione illitum, tumores discutit. Vi autem digerente, & siccante sine morsu puncturas neruorum, & attritum, & scabiem sanat, id quod vt potentius præstet, calcem lotam miscet, quæ siccat sine morsu, & digerit, & cum ambo tenuis sint essentię, in vlcus totum permeat, non hæret in aditu modo astringentium, & emplasticorum, quæ facultates siccantes sine morsu, & digerentes, quantum prosint puncto neruo, docet Galen. lib. 6. metho. & lib. 3. eupha. & quo tempore vtiles.

NVCVM. *Qui frigidioribus temporibus per frigi-* COST.
diores regiones iter faciunt, aut niuosa incolunt loca, aduersus frigoris iniurias, laneis tum calceis, tum manicis oleo ex regijs nucibus, aut ex semine lini imbutis se se muniunt, auribus etiã, ac summo naso eodem illitis non frustrata diligentia, aut labore.

MESVE.

OLEVM ex auellanis nucibus, dolores neruorum, & arthriticos sedat. Fit vt præcedentia.

OLEI de auellanis complexio est calida versus CHR.
secundum gradum cum aliquali siccitate, hoc scribit. Rasis in proprio antidot. quod valet contra venenum, & morsus reptilium.

NON valde differt ab oleo nucum. Bibitur autem MAN.
vtiliter in articularibus morbis.

CVm καρυοτάριον ideſt, nux tenuis pontica auellana, & Præneſti- SYLVII.
na quoque a locis vbi luxuriat dicta, sit terreæ magis, & frigidæ substantiæ, quam Regia: tamen nonnihil caloris habet, quo resoluit, estque anodyna, & sua sicca substantia humoris arthritici portionem absumit. Nec credas Mesue interpreti hoc calidum secundo gradu affirmanti, caryinum autem primo, in quo siccum esse possit, hoc a substantia salsa, & nitrosa, illud a terrea cruda. Addit Rasis in suo Antidotario, contra venenum, & morsus serpentũ valere. Quam facultatem nucibus Regis tribuunt Dioscor. in nucibus, & Gal. lib. de euchymia, & cacochymia. Bibi quoque vtiliter in articularijs morbis addit. Manard.

DE Auellanis. *Quo pacto oleum ex auellanis epo-* COST.
tum neruorum, & articulorum dolori conferre possit, quod Manardus scribit, nõ facile video, nisi enim frequentius copiosiusque sumendum, quis existimet, nõ potest eius vis in neruos atque articulos vsque ferri. Quod si, quo nomine mollire potest, eo etiam articulis, & neruis ex vsu id oleum esse aliquis dicat: atqui non erit hoc tam huius, quam amygdalini, & caryini privilegium,

legium, quòd tamen de ijs silentio Mes. præterijt, imo emollientium vsum dum laxas reddunt partes, ijs ipsis neruis atque articulis inutilem esse plane constat. Adde quod si vere, vt Auicennas scribit, auellanę bilẽ gignunt, adauctam iri ex earum oleo bilis copiam necesse est, cum insigni neruorum, & articulorum imbecillium detrimento, inutiles quoque succos præsertim tenues, quales bilioſi sunt, prompte excipientium. Non igitur epotum, sed illitum ijs partibus vtile fore hoc oleum: & in Manardi scriptura (facili admodum lapsu) pro (linitur) (bibitur) a librario fuisse repositum existimo.

MESVE.

OLEVM ex chrysomelis, aurium, hæmorrhoidum dolorem sedat, tumores prædictarum partium, & vulnerum digerit, linguæ impedimentum corrigit.

CHR. OLEVM ex chrysomelis conueniens omnibus dispositionibus, quibus conuenit oleum de amygdalis amaris: verum est maioris mordicationis, & apertionis, ac etiam resolutionis, & etiam principaliter confert ad aperiendum hemorrhoidas siccas, vnde est sedatiuũ dolorum euenientium in partibus illis.

MAN. Sic vocant, quæ Græci armeniaca, & Latini præcocia: ex quorum nucleis hoc oleum paratur, qui sunt & amari sicut amygdalarum, nec viribus multum ab illis euariant.

SYLVII. OLeum ex nucleis malorum aureorum (quæ etiam Armeniaca, & præcocia dicuntur, suntque generis persicorum) mordet, aperit, resoluit potentius, quam oleum amygdalarum amararum: ob id hæmorrhoidas siccas aperit, & vacuatione facta dolorem lenit præsertim, quod ex eorum amaro nucleo extrahitur. Nam ex dulci est imbecillius. Resoluta item materia in auribus, & alijs partibus immefactis collecta, mitescit dolor, modo fluxionis initium non sit, nec corpus, ac caput plenum. Vulneribus autem præsertim magnis, aut in parte sensu exacto prædita, vt nervo, superuenire tumores, & phlegmonas abunde docet Gal. lib. 6. met. & lib. 3. c. ph. gen. & Aph. 2. lib. 5. Commilio ex vulnere lethalis est. Linguæ autem impedimentum πρόσταγμα, id est balbutiem a multo humore natam, intelligere videtur Mesue, quam in oleum, & ortu neruorum septimæ conjugationis linguam mouentium, & ipsius faucibus foris illitum, & ore retentum, incidit, tenuat, tergetque.

COST. EX Chrysomelis. *Quum armeniaci mali nuclei alij dulces alij amari sint, vtriusnam olei facultates exprimat, ex dulcibusne, an ex amaris confecti, non satis constat. Sunt autem generatim, atque (vt suspicor) natura dulces: amarorem vero, quem aliqui habent, arte ex insitione in persico ferè contrahunt, quare absoluta chrysomeli nucleorum mentione dulces, & intelligi, & in vsum duci oportere consentaneum videtur rationi. Horum vero oleum non facile concedam (quod aiunt) præstare illi, quod ex amaris amygdalis, ad detergendum, atque aperiendum, neque hæmorrhoidum venarum dolori eo nomine conferre, quòd eas aperiant: nihil enim tale hactenus, sed dolorem sedari ex huius olei vsu obseruauimus, quod anodyna facultate, tẽperato inquam calore, leniendo, molliendo, laxando, leniter, sensimque discutiendo efficere verisimile est. Linguæ autem impedimentum qualenam hoc oleum soluat, an ex superfluo humore genitum, quæ balbutiei causa est: an ex ariditate, quæ ex febribus linguam faucesque*

arefacientibus accidit, non facile statutum est, ad priorem profecto causam oleum quoque ex amygdalis amaris facit: ad posteriorem, ex dulcibus: propterea quæ hoc non erit olei ex armeniaci mali nucleis priuilegium. Cæterum fortasse est armeniaci nuclei oleum vtriusq; facultatis amygdalini vtriusque particeps, & quasi medium quoddam: ob idq; vtriusque impedimenti præsidium, quare, & absolute, particulatim ad linguæ impedimenta commendatur, ad quæ non commendatur amygdalinum.

MESVE.

OLEVM de persicis obstructiones aperit, aurium, & sedis ab hæmorrhoidibus dolores, ac tumores sanat, vermes necat. Fit vt prædicta.

Oleum de persicis oppilationes aperit, & confert dolori auris, & occidit vermes in eis, & linitur summe calidum, & necat vermes vulnerũ, & confert dolori, ani, & hæmorrhoidarum, & tumoribus earum, & operatio eius est sicut diximus.

OLEVM persicorum secundum Rasim in antidot. valet hemicraneæ, & apostematibus aurium, mirabiliter etiam valet in fissuris ani, & apostematibus. CHR.

VAlet etiam, & potum, & inunctum in renum affectibus, vermesque, & interficit, & educit. MAN.

OLeum ex nucleis persicorum, quod amari sint, idem pollet, quod oleum ex amygdalis amaris: facultate scilicet, amaris omnibus communi prædictum, calfactendi, tenuandi, incidendi, digerendi. Quo fit, vt amarorum omnium more tollat obstructiones venarum mesaraicarum, hepatis, lienis, renum, sumptum, sed etiam admotum, vt nuclei ipsi esu, vel potu ex vino sumpti. Aurium dolores omnes a materia lenit, ipsius per resolutionem vacuatione, quo scilicet tempore digerentibus vtendum est, cum cessarit fluxio, & corpus atque adeo caput est purum. Si vero sint ab intemperie calida sicca dolores, per se exacerbat, contrarias intemperaturas corrigit. Idem iudicij de sede ab hæmorrhoidibus dolẽte, modo inflammatio, & ea incipiens, vel augescens, aut vigens non absit. Rimas etiam sedis mederi docet Rasis in antidotario, & cephalalgijs: quam scilicet causæ dictis similes excitarunt, quomodo oleum ex vrendis nucibus exudans rimas labiorum, & manuum sanat. Tumores omnes digerit vbi fluxio constitit, nec adeo crassa, lenta, impacta est materia. Frigidos præsentius iuuat, quam calidos. Amara omnia sumpta, & admota lumbricos, & vermes reliquos necare, & educere totius substantiæ contrarietate demonstrat Gal. lib. simpl. non solum, quòd nullum animal plane amaris nutriatur. SYLV.

DE persicis. *Oleum omne, vt actu humidum est, ita eo nomine fouere putredinem potest, & vermes, quorum ortus est ex putredine seruare potius, quam necare, contra autem, vt pingue est, insectis omnibus aduersatur, eorum meatibus densatis, innatoque eorum calore, ob occlusam olei lentore perspirationem extincto. Si accedat amaror, promptius necantur, tum insueto sapore, tum detergente, & desiccante facultate, sordidũ, & humidiorem succum putredinis causam oppugnante. Quod si præterea caliditas actu insignis accesserit, non modo calidiori illa intemperie, quæ innato vermiũ temperamento prorsus contraria est, necantur, sed præterea, dum calor ille præter naturam tepidus: cuius ope ortum habent, quæ ex putredine fiunt a violento calore superatur, et effectrix putredinis causa expugnatur,* COST.

& su-

& siccitate, quæ insignem calorem comitatur, cum calore in putrescentem rem impressa, altera putredinis causa humiditas auferatur, recte ergo Mesue, oleum per sicorum ad vermes Vulnerum commendat, & consulto, vt summe calidum adhibeatur, monet, hoc non est a Syluio obseruatum, qui absolute vermes necare, in sua reliquit versione.

MESVE.

Oleũ de ben.

OLEVM balaninum terget, expurgat, obstructa liberat, auri iectum, tinnitui, surditati, dolori, confert: strumas hepatis, & lienis scyrrhum mollit, & digerit: affectibus frigidis neruorum, & iunctu-
B rarum, spasmo, arthritidi medetur: alphos, lentigines, varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua cutis fœdæ vitia corrigit: † aluũ potu soluit, sed stomacho aduersat.) Fit vt amygdalinũ.

† hæc addit Syl.

MAN. BALANINVM dictum, vtrũ purgat. Surditati.) Dioscor. cum adipe anseris: sed stomachum lædit. Cicinum valet achoribus, scabiei, phlegmonæ, sedi, clauso vtero, cicatricibus, dolori, auris vermibus, & aquosis humoribus, per os sumptum.

SYLVII. BALANVS myrepsica, idest vnguentaria dicitur, quod vnguentarij vtantur eius carnis succo plane inodoro, ob id apto ad odorem omnium recipiendum, vt insipida cucurbita omnibus saporibus, coloris expers cornea, & aqua suscipiendis coloribus. Expresso autem succo reliquiæ terrestres, ac duræ, sunt amaræ, & subastringentes: ob id incidunt, tergent, contrahunt, & stipant: tonthos, lentes, ephelin, pruritum, psoram, lepram, achoras, exanthemata sanant: lienem, & iecur duratum liquant cum farina lolij, etui, vel alia siccante admota. Carnis drachma cum melicrato pota est vomitoria, & sæpe largiter per aluum subducit. Viscera omnia, maxime hepar, & lienem ex oxycrato pota expurgat, cicatricibus decorem affert. Id oleum siue succus nucum ex nucleo huius balani frequenter hodie exprimitur. Oleum balaninum maculas repurgat, lentigines, varos, & cicatrices nigras, aluũ soluit, stomacho aduersatur: contra aurium dolorem, sonos, & tinnitus auxilio est cum anserino adipe instillatum.

COST. BALANINVM. *Nunc ex vnguentariæ nucis nucleo tantum, alias etiã ex summo cortice ad medicos vsus parabatur, Theophrasti, & Plinij obseruatione, de qua re nos in lib. simp. Mes. satis.*

MESVE.

LEVM κίκινον Latinis ricininum, flatus crassos dissipat, pituitam crassam, & lentam tenuat, incidit, & dolenti ab his ventriculo, tenuibus intestinis, colo confert: hydropem iuuat potum, clystere iectum, vel illitum.

MAN. GRÆCI cicinum vocant. Valet achoribus, scabiei, sedis inflamationibus, vteri euersionibus, & occlusionibus, fœdis cicatricibus, atque aurium doloribus.

SYLV. ACHORAS, aurium dolores, scabiem, fœdas cicatrices, sedis phlegmonas, vteri euersiones, & occlusiones iuuat. Auicenna quinto canone, addit lentigines, & panos delere.

COST. CICINVM. *In lucernarum hodie vsum, magno prouentu traductum fuisse hoc oleum Erassauolus*
A *notauit. Quod autem ad hydropem epotum commendatur, respondet eius historiæ, qua lib. simp. Mesue duce seroſos humores notauit. Sed violentum admodum quum sit hoc seminis genus, quibus binis assumptis immoderatissimam purgationem, cum grauium symptomatum concursu subsecutam obseruauimus: ob id si cui propinandi olei sit consilium, quando qua mensura dandum sit non docet, caute agendum est, sensimque eius exploranda est in corporibus non imbecillibus efficacia.*

MESVE.

LEVM de cnico, obstructa liberat, tergetque: ob id ictero, dolenti a materia frigida, ventriculo, colo, thoraci, pulmoni confert, hisque partibus ex-
B purgatis, vocem claram reddit.

DIosc. cnicelæum vocat: valereq; idem, dicit, quod cocci gnidij, sed esse imbecillius. MAN.

HVIC Dioscoridi tribuit vires olei ex cocco gnidio purgato, & tuso, sed imbecilliores, hoc est, aluum potu purgandi. SYLVII.

CNICI. *Ictteri causa est bilis, quam educi cnico nullus asserit, quid ergo ad affectum hunc cnici oleum probat? Sed licet a bile auriginosus affectus fiat, non ex bilis tamen semper copia, sed ex meatuum, per quos in vesicam felleam bilis recipitur, obstructione sæpe citra copiam ortum habet, quæ obstructio si ex lenta fiat pituita, commode hoc detergente, pituitamque ex proprietate deducente medicamento auferetur.* COST.

C
MESVE.

LEVM ex nuce Indica dolori neruorum confert, thoracem, & pulmonem lenit, & inde claram vocem facit, impinguat etiam, & sperma auget.

HVIVS non meminerunt Græci. Valere nunc creditur conceptui. MAN.

ID oleum Græcis indictum, conceptui valere creditur. Hodie ad seminis incrementum ferè vsurpatur. SYLVII

EX nuce Inda. *Indæ nucis soli meminere Arabes, tum Rasis, tum Auicen. tum Serapio. eius historia ætate nostra notior. Oleum, refert Garcias ex ea, tum recenti, tum arida premi, ex arida, magna copia, & limpidissimum, ad lucernas ciboſque condiendos vtile, imo & ad neruorum contractionem, doloresque antiquos articulorum: ex recenti vero, affusa illi contusæ aqua, & post expressionem eo collecto, quod aquæ supernatat, oleum enim colligi vtile ad ventrem prauis succis expurgandum. Subdit etiam frequenti experientia obseruatum nucis Indæ fructus, si in cibum veniant, vermes procreare. Ex quibus etiam illud constare falsos esse Auicennam, & Serapionem, tum quod id oleum recens licet butyro succi bonitate præstet, non æque tamen emollire, vt alterum scribunt: imo aluum cohibere ex Mesaurugie Serap. refert, tum quod illud ipsum oleum quum vetustatem sensit, vermes necare Serap. asserit. Hæc ferè Garcias, quæ non satisfaciunt. Ac primum, quum ex recentibus hisce nucibus exprimi oleum, ait*
D COST.

affusa

affusa aqua suspectum est, quod ex amygdalis, ac regijs nucibus recentibus, non oleum, sed lacteus succus exprimitur, ob idque nostri quasi expectantes, vt superfluo aquoso humore assumpto oleosus earum succus concoquatur, permittunt, vt arescant, prius quam subijciant prælo, quomodo ergo nuce Inda adhuc recenti expressa oleum emanet, non satis assequor, id vero etiam minus, quod illi recenti affundi aquam extrahendi olei gratia asserit, cur enim id non efficiant potius, quum plus isto exaruerint, durioresque euaserint? ne Arabum vero historia, quum ijs non consentit, quasi negantibus recens id oleum aluum subducere, confundit rem Garcias, non enim de aluo, sed de ventriculo verba illi faciunt, quem minus emolliri, & quasi subuerti aiunt eo recenti oleo, quam butyro. Quod autem Serapio, id oleum cohibere aluum scribat, no id quidem ex propria, sed ex Mesaurugie refert sententia, an autem recte id scribatur, consulenda experientia est, vera huius controuersiæ index, cuius compositionem, quam Garcias quærens dicit, non dissidere, quod nux ipsa aluum cohibeat, oleum autem laxet, non tamen affert: quando de ipsomet oleo, nō de nuce verba sint Serapionis. Quale vero, id de lumbricis dissidium sit affirmante Serapione oleum ex ea nuce vetustum vermes necare, asserente autem Garcia eius nucis vsum in cibis illos gignere, facile appare; alter de nuce, & ea recenti, qualis ad cibum opportuna est, verba facit, de vetusto eius oleo alter, nucis autem corpus densum, & concoctu difficile in imbecillo ventriculo minus probe concoqui, propterea que lumbricorum materiam suppeditare verisimile est, præsertim quum recens est, & dulcis: secus enim, quum vetusta, & adepta ex ætate acrimoniam: tum enim esui minus apta est, & in eius vorandæ copia minus erroris committitur: tum etiam acris saporis causa, minus idoneam ad procreandos lumbricos præstare materiam potest rursum vero etiam oleum, siue ex vetusta nuce extractum fuerit, siue ex recenti expressum vetustatem senserit, non carere acrimonia, & eius nomine lumbricis infectum esse, non est a ratione alienum. Itaque nullam id discordiam hoc loco habet, quod Garcias proponit. Porro de Indæ nucis oleo, illud prætermittendum non est, quod ait Serap. quum vetustum euaserit, flatus dissentere, lumbo-rumque, ac genuum dolores mulcere, addit etiam quod ferè, & Auicen. sanguinis venarum sedis remedium esse, tum illitum, tum cum oleo nucleorum persici epotū, si vtrumque ad drachmæ vnius, aut sesquidrachmæ pōdus confundatur.

E

MESVE.

F

OLEVM de cerasis arthritico dolori mire confert, terget, ac expurgat: ob id calculum a renibus, & vesica expellit: panos, lentigines, & cætera cutis fœdæ vitia delet.

MAN. MIRABILE esse dicitur in renum doloribus, & calculo.

SYLVII. ID oleum vires habet aliorum ex nucleis, aut seminibus amaris expressorum, qualia sunt persicorum, amygdalarum, amaratū, chrysomelorum.

COST. DE cerasis. *Calculi dura, & aspera substantia est, quam quæ emolliunt, attenuant, & detergunt, sola calculo laborantibus conferre possunt, quæ enim citra mollitiem attenuant nihil quicquam possunt, siccāt enim, quæ eius sunt generis, tum calculum, tum meatū, in quo is continetur, ac vt minus facile calculus excernatur, efficiunt. Sic opportunum huic affectui auxilium afferre ex olei generibus, quę hactenus relata sunt, multa possint, quæ vt olea sint, emolliunt: vt vero acrimoniæ, aut amaroris nonnihil retinent, attenuant, & detergunt. Tale etiam cerasorum oleum est, quod non modo, quia terget, ac expurgat (quæ verba Syluius addit ab authore non addita) sed etiam, quia emollit atque tenuat, prodesse his affectibus potest. Porro ad hoc parandum oleum, nuclei cerasorum, quæ amarenæ vocantur, maxime sunt sumendi, vt quibus amaror, acrimoniaq; insit maior.*

G

MESVE.

Oleum de ce. mahaleb.

OLEVM ex nucleis cerasi sylvestris eadem præstat, sed efficacius.

MAN.

QVIDAM dicunt esse cerasum sylvestrem. Confricenda vtraque ex nucleis.

COST.

CERASI sylvestris. *Sunt, & hic amarenarum vnclei sumendi, ex his minimæ, & nigerrimæ quædā præstantissimæ aliarum videntur, siue saporem, siue odorem expendas, condiuntur harum nuclei saccharo alicubi locorum ad renum calculos.*

MESVE.

OLEVM ex seminibus citri, & arancij, dolori arthritico, & succedenti tumori cō fert, lapidem renum, & veticæ expellit. Fit vt prædicta.

Ant. versa sic habet.

Oleum de granis citri, & citrangulorum, confert dolori arthretico, & tumoribus superuenientibus, & sunt lelēge, & expellit lapidem renum, & vesicæ. Et eius operatio est sicut diximus.

MAN.

VALET in pestilentia, & vermes interficit potum, & inunctum.

SYLVII.

IDEM est in pestilentia alexiterium, & lumbricos necat potum, & illitum.

COST.

EX semine citri, & citranguli. *Oleum non ex citri, & aurantij tantum semine exprimi potest, sed etiā ex summo cortice. Auicen. oleum citri, paralysi quidē neruorum conferre scribit: at non omne, sed id tantum, quod ex fructus cortice paratur, in quo discrepare a Mesue videtur, id quod ex semine fit ad arthriticos affectus vsurpante. Cæterum vere, & semen, & cortex, vt etiam notat Auic. dissoluēdi facultate prædita sunt, quo nomine vtriusque partis oleum ad affectus neruorum frigidos esse ex vsu potest discutiendos, quod autem admonet Auicennas, vt ex solo fiat cortice, non reijcere, semina, sed acidam partem existimo, quam proximis verbis subdit, neruis esse aduersam. Fortasse etiam carnem cortici coniunctam non admittit, vt ne frigidam suam vim oleo impartiatur.*

MESVE.

OLEVM ex pistacijs, & strobilis, hepatis, & renum dolores potenter lenit: hepar impinguat,

guat, sperma auget potum, sed stomacho nocet. Fit vt prædicta.

CHR. OLEVM de fistícis secundum Rasim valet tussi, & dolori pectoris, & hepatis, & frigidæ complexioni.

MAN. PISTACIA Græci vocant. Stomacho tamen nocet. Hoc non credo.

FORTE oleagina substantia, quod oleis omnibus, & pinguibus est commune, tota tamen sua substantia stomacho amicum videtur vsu quotidiano.

Addit Rasis tussim, & thoracis dolorem mitigare, & intemperiem frigidam emendare.

COST. DE pistacijs. *Pistacia ventriculo esse aduersa, vt Mesue ait, fuisse aliquorum Galeni tempore opinionem ex ipsius Galeni verbis colligitur asserentis secundo de alimen. fac. affirmare se non audere, accidere ventriculo insigne vllum, aut damnum, aut commodũ. Auicennas contra eorum sententiam stomacho esse vtile disputat argumento amaroris, & astrictionis, quarũ est particeps. At vero, & si ipsummet pistacium assumptum vtile sit ventriculo, vt ait Auic. eius tamen oleũ eidẽ molestũ esse nõ admirabitur, qui pinguia ipsũ subuertere vẽtriculũ meminerit, quanquam enim hoc non tam peculiare huius, quam commune omnium olei generum, non temere aliquis contendet, at si ad pingue varij sapores accesserint, præsertim ingrati, qualis amarus est, accedente vna astrictione, & acrimonia, quarũ aliquantulum particeps pistacium videtur, fieri facile potest, vt dum pingue ipsum non subsidens, sed in os vẽtriculi conuersum acrimonia quoque, amarore, & astrictione id vario modo afficit, priuato etiam incommodo sit molestum, præter id quod afferre pinguia generatim solent. Sane autem oleum, de quo hic agitur, aduersus scorpionum, venenatorumque aliorum animalium ictus mirificũ esse vsus, notarunt Serapio, & Auicennas.*

MESVE.

OLEVM laurinum ad partium omnium cerebri, neruorum, articulorum, ventriculi, coli, hepatis, lienis, renum, vteri, affectus frigidos, & dolorem his succedentem. Sic fit. Baccæ lauri maturæ, & recentes teruntur in pila, ex aqua in lebete coquuntur in vas subiectum, quod aquæ supernatans oleum colligitur. Affusa calente aqua iterum terantur, & exprimantur torculari cauato, colligatur oleum, & reponatur.

CHR. OLEVM laurinum, quod per expressionem fit, conuenit ad inungẽdum nucham, spondiles, & partes mollificatas in paralyticis.

MAN. DAPHNINON. Confert neruis læsis.) Omnibus etiam eorum affectibus. Dioscorides ei vim tribuit calefactoriam, apertoriam, mollificatiuam, solutiuam dolorum, horroribus, qui fiunt in febribus, auris dolori, catarrhis. Purum fit ex granis ipsis puris: cõmixtũ accipit tantundem oliuarum maturarum. Confert dolori stomachi, & dolori colico, & renum.) A frigiditate scilicet factis, & inflatione.

SYLV. ID oleum est calidum, essentiæ tenuis, aperit, mollit, discutit, ob hæc intemperaturam omnem frigidam solam, & cum pituita, A vel flatibus sanat, & ab his colo dolenti clystere infusum, mire prodest, vt spinæ dorsi illitum, paralysi, & horrori febrili, tum omnibus neruorum vitijs, algoribus, lassitudinibus, catarrhis, aurium doloribus, renum frigidis affectibus. Alij parte æquali oliuarum maturarum mista, & ambobus simul tritis, oleum laurinum exprimunt, sed imbecillius: aliter mistis alijs componi docet Dioscorid. Simplex vtilius idem censet, & quo recentius, & viridius colore, amarissimum est, & acre. Ex Gallia Narbonensi vtribus, vtã commune, aduehitur, vnguento similibus, quam oleo.

LAVRINVM. *Duplicis torcularis meminit plani, & caui: caui vero etiam antea vbi de amygdalis. Et quidem, quum primum exprimendæ sunt lauri baccæ, quia vberiori affluunt succo, planum torcular satisfacere videtur, quo non æque exacta fit expressio, at vbi secundo, aut tertio, quando iam succi sunt inopes, cauo esse opus dicas, vt compressis ipsis vndique, & ab excipientis lacus lateribus, & a tuberosa descendentis tra* B *bis parte, quicquid inest succi exprimatur. Cæterum vsum posterioris non probat Syluius, nec iniuria, quod quum tota cauitas occupetur partim ab exprimendæ rei mole, partim a tumida superioris trabis parte, libera emananti oleo via præcludatur. Nobis vero etiam in priori, vt vulgo cõstruitur, esse aliquid videtur, quod damnes, quum enim expressa materia succus vndique effluat, nisi decliue sit in aliquam partẽ prelum, colligi succus exacte non potest, si vero etiam versus emissarium sit decliue; at succus tamen ex sublimi illa parte, quæ emissario e diametro respondet, ex compressa materia affluens, in eandem refluit, & rursum excipitur materiam. Sed vtrique leui fortasse negocio, ita consulemus, plano quidem si eius alueum continua, & recurua ambiant labra, idemque alueus in medio sublimis, sit decliuis ad labra, sic enim premente ad medium prelo, succus expressa materia in labra quoquo uersum in*C *clinans, in vnum, aut alterum emissarium deriuari, & colligi facile potest. At si cauo torculari vti recte velis, quod vndique materiam comprimens efficacius exprimit, tunc alueum, quo superior vectis excipitur, ita parabis, vt quasi cucurbita medica angustiori sit ore, quod vectis magnitudini apte respondeat, sed parte infra os magis excauata, ita vt ore amplius fundum remaneat. Sic enim ex emissario parte vna, aut altera facto, quod exprimitur facile colliges, eo euitato incommodo, quòd Syluius obijcit. Aut etiam torcular, ita parabis, vt lacus excipiens supra cauitatem eam in qua descendens uectis pari prorsus ambitu excipit, labrum, & quasi gradum elatiorem habeat latioris ambitus, in quem succus excipiatur, habeat vero cauitas suũ emis*D *sarium, quo si quid in eam partem fluit, excipiatur: & superior, quoque gradus limbo circundatus suum emissariũ habeat. Huic igitur prelo, quòd in plano, ac in neutram partem decliui loco collocandum est, vbi premenda materia cannabino, vt fieri solet, sacculo inclusa subijcitur, preßa vndequaq; vecte violento materia succus effluit, qui si per infernam partem aditus non patet, in elatiorem gradũ sublata, ac regesta, & eius gradus limbo detenta, in constructũq; aliquod in limbo emissarium recepta, subiecto vase aliquo colligetur.* COST.

MESVE.

OLEVM ex baccis viridibus terebinthi, vulnera glutinat, spasmo, tetano, duritiei neruorum confert, ob hæc multis emplastris miscetur. MAN.

Id est, fructibus Terebinthi.

MI-

SYLV. MIRVM est Dioscoridi hoc refrigerare, & astringere cum ea lidum sit, re uera modice adstringens. Fit vt laurinum.

COST. EX baccis terebinthi. *Terebinthi folia, semen, & corticem astringentis quidem esse facultatis testatur Dioscor. at frigido esse temperamento, quod ait Syluius, non video Dioscoridem scripsisse, imo fructus ille palam profitetur excalfacere, & vrinam, ventremque mouere, & ad phalangij morsum facere ex vino.*

MESVE.

Oleũ de stinco alce ischino. † de lauro, vel oliuis.

OLEVM lentiscinum ex baccis lentisci, stomachum, partes neruosas, iuncturas laxas, & musculos roborat: fit vt † laurinum.

MAN. PRO stincho credo legendum schino. Est autem σχῖνος lentiscus. Ex cuius fructu fieri oleum docet Dioscorides: sanareque scabiem iumentorum, & canũ, sistere sudorem, misceri pessis, acopis, & his quæ ad lepram communiter prosunt. Conueniunt tamen remedia Mesue potius mastichino.

SYLVII SCABIEM iumentorum, & canum sanat: pessis, acopis leprarum medicamentis est vtilissimum, sudores cohibet. Inepte scincus pro schino legitur. Nam è scinco oleum si fiat, compositum est, neque horum aliquid præstaret.

Oleum mastichinum è mastiche, gummi lentisci recente trita exprimitur, mediocriter calfacit, adstringit, emollit: ad omnia vulnæ, vitia efficax, stomachi prominentem duritiem, cœliacorum ¶, dysentericorum eruciatus leuat: faciem emaculat, & colorem nitidum facit optimum. Myrteum è baccis myrti nigræ syluestris, aut satiuæ maturis bene tritis ex aqua coctis similiter exprimitur Dioscorides vero succum ex foliis myrti alterutrius mollissimis tusis ex pressum cum oleo omphacino coquit, vel cum oleo, & aqua: deinde quod supernatat oleum concha colligi iubet: adstringit, siccat: ob id epuloticum est, achoras sanat, & sedis rimas, sudores compescit. Potentius est, & compositius, si malicorium, cupressum, cyperum, iuncum odoratum cum Dioscoride recipiat. Efficacius est amarũ, oleosum, viride, translucens, olẽs myrtum, Myrteum aliud est Mesue in tertio genere.

Duplex est baccis recentibus & maturis olee in collu, & alterũ mediamẽto sius aut Nicolao.

COST. LENTISCI. *Tota lentisci planta, & fructus astringendo est efficax, atque ad id ipsum Dioscor. oleum ex semine prodesse ait, quod oleum nunc quidem non paratur, sed paratur elegantissimum ex eiusdem lachryma destillatione, vsus ad vlcera neruosarũ partiũ miri, vsitatissimum vero est officinis ex mastiche in oleo infusa.*

MESVE.

Oleũ de balsamo.

BASAMALABON, ideſt, oleum balsami plantæ cubitalis, aut bicubitalis, rutæ agresti similis: cortice cuius partem orientem spectante scarificato, & vulnerato lachrymę pinguedo. Alij plantæ huius surculos vere ineunte in pila terunt, in aqua coquunt, torculari exprimunt, oleumque balsami vocant. Sunt, qui surculos tritos in oleo veteri dies quadraginta insolant, in vase duplici coquunt, exprimunt, surculos nouos tritos immittunt, secundo, & tertio colant, & recondunt.

CHR. OLEVM balsami, quod per emanationem colligitur in partibus orientalibus, cõplexione est calida cum virtute aliqualiter humectatiua. Et subtiliatiuum, & lenitiuum durities rum: & maxime confert ad subtiliandum, & remouendum vestigia turpia, & cicatrices, quæ remanent post consolidata vlcera. Est & penetratiuum valde ad partes profundas: & confert omni malæ complexioni frigidæ, & doloribus neruorum, & iuncturarum, & permixtum cum alijs medicinis portat virtutes illarum ad membra intrinseca, & remota, vnde permiscetur, & summe confert cũ medicinis vrinam prouocãtibus, assumptum per os, vel inunctum ab extra in partibus renum pectinis, & colli, & vesicæ. Et nota, quod verum oleum balsami colligitur tempore veris, cum planta eius scinditur, & exinde emanat, & sic collectũ est in parua quantitate. Alio modo accipiuntur folia, & semen huius plantæ, & per xl. dies in sole infundũtur in oleo oliuæ, deinde fit expressio talis olei, & tale in magna quantitate ibi præparatur, sed nõ est tãtæ virtutis, quãtæ est primũ.

MAN. LONGITVDINE vnius cubiti, similis rutæ agrestis) Dioscorides, magnitudine leucoij, folio rutæ simili, albiore. Scalpellatio.) Dioscorides, cum vnguibus ferreis, diebus caniculatibus. Et quandoque ego in oleo antiquo madere facio lignum, & fructum balsami integram diem, extrahique deinde per chymicam artem oleũ, & adseruaui ceu opon balsami ad multiplices vsus. Modum tamen a Mesue vltimo scriptũ valde ẽt probo.

SYLV. OLEO veteri die vno macerentur xylobalsamum, & carpobalsamum recentissima: post arte chymistica oleum extrahatur, fuerit non ignobile, xylobalsamum recens in oleo veteri diebus quadraginta insoletur, vase duplici coquatur. Vires huius olei ab omnibus tam laudati a Mesue taceri mirum est, calfacit enim, humectat, tenuat, digerit, terget, glutinat. Glutinandi hæc facultas veteribus indicta facit ipsum hodie pretiosum. Cætera ex Galen. in simpl. docui, notæ huius in Dioscoridem opobalsamo. Id rarissimum, & ob id pretiosissimum. Quapropter Petrus de Ebano, Gulielmus Platearius, Bartholomæus Montagnana: oleum balsami composuerunt, viribus vero balsamo nihil cessurum. Alij, folia, & semen, & lignum huius plantæ oleo insolant dies quadraginta, exprimũt, & seruant, sed viribus opobalsamo id multo inferius.

COST. BALSAMI. *Balsamini olei nomine nunc ex occidente affertur liquor ex Goaconax arboris ramis, ea arte paratus, quam posteriori loco hic docet Mesues, de quo supra. At legitimum opobalsamum vix in regum est manibus. Quare habebo ego perpetuas gratias Iosepho Parpalliono Nouariensi medico nobilitate, doctrina, & moribus insigni, a quo ex Memphi post aliquot annorum peregrinationem nobis restituto, eius olei aliquantulum accepi, quod omnibus numeris legitimum esse balsamum, pro certo habeo.*

MESVE.

OLEVM sesaminum impinguat, semẽ auget, asperam arteriam lenit, & vocem ob id claram reddit, multorum præterea oleorum aliorum est materia: extrahitur, vt amygdalinum, nisi quòd prius semen sesami excorticandum sic est. Id semen ab excrementis purgatum, aqua parum salsa irrigetur, manibus fricetur: iterum irrigetur, donec madefiat: siccetur, modice assetur, sacculo aspero multum, diuque confricando excorticetur, corticibus expurgetur, moletur † in farinã, oleũ exprimatur, vt ex amygdalis. Ex eodem semine, non excorticato, sed assato, & mollito † in farinam, oleum quoque extrahitur, vt prius.

† *fiat alterne.*

† *& fiat alterne.*

Vox

MAN. VOx barbata alrachine eſt,credo debere fieri veluti panes,vel quod non fiat perfecta molitura. Seſaminon,aut Paulus,ſit contuſis, & expreſſis, vel inſperſis aqua calida,ſeſami granis.

SYLVII. ID ſemen,quod agros emaciat,in Italia ſeri deſijt,ob eiuſque penuriam oleum ſeſaminum deſideratur, cuius loco amygdalarum dulcium oleum ſubſtituatur: oleum id clarum candidum,& vſu cum cibis delicatiſſimum.

COST. SESAMINVM. *Seſamum ex Alexandria Aegypti affertur, quod terræ commiſſum, & enatum domi ſæpe eſt excultum. eo Ethruria hyeme ad offas paſſim vtitur.*

MESVE.

OLEVM lini,ſpaſmo, duritiei neruorum,& iuncturarum,hæmorrhoidibus,ſedis phlegmonis,& rimis confert,ac dolori pulſatorio. Fit vt oleũ ſeſami, ſemine tamen non excorticato. B

CHRI. OLeum de ſemine lini habet ſimilitudinem in complexione, & modo operationis cum oleo de chamæmilla,& de anetho, & eſt anodynum,& ſedatiuum dolorum in neruis.

ADDITIO.

Oleum de ſemine lini eſt in vſu, & eſt duplex,vnũ quod ſolum fit ex ſemine ipſius,& hoc dicitur oleum linoſum purum,quod aptum eſt eſui, aliud fit, cum aqua tamen non multum, & illud dicitur linoſum compoſitum: hoc lucernæ aptum eſt.

C

MAN. VBIQVE præparatur,quia videlicet ad alios vſus, quam medicinæ accommodatur. Quidam dederunt pleuriticis, nec ſine vtilitate.

SYLVII. FIT vt oleum ſeſami, ſed lini ſemen non excorticatur: neruorum dolores ſedat, viribus proximum eſt oleo chamæmelino. quibuſdam in vſu eſt vice olei communis. Quidam pleuriticis oleum lini dederunt linctui,aut potui, non ſine vtilitate. Paratur hodie à candelarijs,& olearijs molitoribus, non à pharmacopolis. In moletrinis quoque aquaticis pauca aqua affuſa extrahitur ad vſum lucernarum.

COST. LINI. *Conuulſiones balneo ex hoc oleo non ſemel curauimus. pleuritidas noſtri eo ad vncias ſex exhibito ſæpe oppugnant.*

MESVE.

OLEVM papauerinum impinguat,aſperam arteriam lenit,febrium ardorem mitigat, & inſomnia. fit vt oleum ex ſemine lini.

CHRI. OLei de granis papaueris principalis operatio eſt ad ſomnum prouocandum, quando cauſa vigiliarum eſt mala complexio calida cum aſcenſione vaporum acutorum ad caput, ſi ex ipſo inungantur tempora, nares, aures, & tota frons.

MAN. ET ſahare.) Id eſt vigiliæ. Hoc aliquando vidi paratum, ſed ex lactucæ ſemine nullibi. Vtrumque tamen vtile puto, & introrſum, & extrorſum, in ſomno ciendo, & doloribus, præcipue qui cum morſu fiunt, mitigandis.

A FEBRIVM enim vapore calido ſicco vigilias tollit,ſomnumque frigiditate,& humiditate conciliat,fronti,auribus, naribus, temporibus linitum. Compoſitum autem oleum papaueris poſt ſcribendum eſt vſitatius. Hyoſciaminum oleum ex ſemine albo hyoſciami recente, ſicco, calida aqua ſparſo, inſolato, trito, à Dioſcor. exprimitur ad aurium dolores, peſſis etiam ſi miſceatur, ad emolliendum vtile. SYLVII.

PAPAVERINVM. *Hos vſus præſtat ſi ſit recens. at ſi rancorem contraxerit, aſperam arteriam exaſperat. neque febribus confert, neque inſomniæ. Vt extenuata corpora pinguescant ſupra quoque puluerem ex oriza, cicere, papauere, & alijs quibuſdam parabat.* COST.

MESVE.

OLEVM ex ſemine lactucæ idem pollet, quod papauerinum, & eodem fit modo.

OLEVM de ſemine lactucæ non eſt in vſu, magiſtraliter tamen conueniret ad remouendum malas complexiones calidas. CHRI.

LACTVCAE. *Si lactucæ oleum ea omnia præſtat, quæ papauerinum, atque adeo macilentos quoque pingues reddit, dubitabis quomodo extinguat ſemen, quod eadem, quæ pinguefaciunt augere ſolent. At hæc ipſa, quæ pinguefaciunt etiam refrigerant. quare non dicuntur ſemen extinguere, quia abſumant, ſed quia frigidius ipſum reddant.* COST.

MESVE.

OLEVM ex ſemine cucurbitæ,cucumeris,melonis, citreoli,phlegmonis viſcerum, & ab his febribus ardentibus confert,vrinæ ardorem valde mitigat. Poſſunt ex ſingulis horum per ſe extrahi,vel pluribus,vel omnibus ſimul,excorticatis tamen ſeminibus, ſeſami ſeminum. Ex pluribus alijs, tum ſeminibus, tum fructuum nucleis, & fructibus, olea eodem modo exprimi poſſunt,quæ vires eorum ex quibus ſeparantur, retinent, & à nobis omittuntur.

QVALE eſt raphaninum, melanthinum, ſinapinum,cannabinum, ſtaphidis agriæ. Quæ etiam fieri poſſunt ſeminibus ipſis tritis, & coctis cum oleo, & cum ſucco aliquo vires eorum augente, vel ſi eſt opus, remittente, vel ſaltem fouente, & oleis aduſtionem,ac ſeminis prohibente. SYLVII.

D

SEMINE Cucurbitæ. *Ardentes febres pingui omni re facile irritantur, eo quod pingue eſt caloris intemperantia facile accenſo, & in bilem conuerſo. Ob id ſuccum ex affuſa his ipſis contuſis ſeminibus aqua expreſſum neglecto oleo prudentiores medici exhibent. Oleo vero eius ſeminis ad illitus vtuntur.* COST.

MESVE.

IVNT & olea per impreſſionem, quæ ipſis oleis velut habili cuidam materiæ aliorum medicamentorum virtutem à ſua ipſorum forma proficiſcentem inſerit, quomodo ſigillum formam ſuam materiæ cuipiam ad eam ſuſcipiẽdam habili

bili imprimit. Hæ autē varijs fiunt modis, quos Deo adiutore trauituri sumus.

CHRI. AVIC. in v. cano. describit oleum de cucurbita, quod non fit eo modo quo fit istud. Rasis tamen in proprio antid. describit hoc oleum de semine cucurbitæ, & aliorum trium seminum frigidorum.

MAN. IVSSIT hæc parari pro lotij ardore mitigando. Ex multis alijs.) Vt ex semine hyosciami, raphani, melāthij, sinapis, cannabis. Fiunt autem olea per.) Secunda pars, vbi alius modus docetur faciendi olea, ab initio à Mesue propositus. Paulus appellat hæc olea μυρώδη, id est, vnguentaria, quorum quædam dicit simplicia, quædam composita.

SYLVII. OLEORVM genus tertium facultatem recipit variam ex incoctis sibi varijs simplicibus: propterea id iam est compositum, non amplius, vt priora duo genera, simplex. id Paulo μυρῶδες, id est, vnguentarium dicitur. est illi simplex, id est parum medicamentosum, & paucis mistum: alterum compositum, & medicamentosius.

MESVE.

OLEVM rosatum completum roborat, resoluit commode, lenit, & sedat, fitq; ex oliuis maturis, & folijs rosarum completarum: rude vero inflāmationes extinguit, roborat, cogit, densat, fluxiones sistit, & materiarum per corpus fluxum cohibet, dysenterias potu insigniter iuuat, & fit ex oliuis immaturis, & folijs rosārum nondum apertarum. Hoc autem modo fit. Folia rosarum rubrarum recentium trita quantitate sufficienti oleo ex oliuis, vel sesamino recenti, & aqua fontana aliquoties loto, macera in vase vitreo obturato, diebus vij. insola. eo que tribus horis in vase duplici. Expressis folijs, & abiectis, noua immitte: insola iterum dies vij. coque, vt prius: tertio idem fiat. Deinde aquæ infusionis rosarum dictę in syrupis, quantum est oleum, misce, opercula, insola dies xl. post excola, iterum diu insola.

MAN. FOLIA rosarum.) Exungulata. Quantitatem sufficientem.) Græci determinant quantitatem, sed puto modum Arabum meliorem. Paulus sic constituit. Rosarum rubearum exungulatarum, per diem vnam naturalem exiccatarum vnc. iij. olei omphacini sextariū vnum: obtura diligenter vas, ne expiret, expone soli per xl. dies, reponeque non super pauimento, sed tabulæ. Alij non soli exponunt, sed in puteo ponunt: alij fodiunt sub terra xl. dies.

SYLVII. PRIMA olei rosati compositio multis est in vsu: Parisiensibus autem compositio Nicolai in ipsius antidotario dicenda. Paulus rosarum rubr. exungulatarum vncias tres, olei omphacini sextario immittit vasi operculato, ne expiret: dies xl. insolat, super tabulam reponit: alij non insolant, sed puteo imponunt: alij terræ infodiunt dies xl. Tres vnguenti rosacei compositiones Dioscor. Rosas quidam integris folijs, alij exungulatis, alij etiam sorficibus incisis, alij tusis oleo impositas igni coquunt, colant, seruant. alij dies quadraginta insolant in vase vitreo operculato, sine coctione: insolatus etiam in vase duplici est præstantior. Oleum rosatum veteres nominare consueuerunt, quod absque odoramentis paratum est: quorum si aliquid huic inditum fuerit, non oleum, sed vnguentum rosaceum nominant, in fine lib. 2. simpl. Oleum rosatum optimum conficitur ex rosis solis, sine frondibus, quæ plurimæ oleo omphacino sine sale parato plenius imbuantur, & infundantur. Vere, aut ineunte æstate. Post annum autem vetus est, ac inutile: Id oleum vim quandam repellentem habet, & mitigatoriam, & discussoriam. sed repellit, coquit, digerit omnia hæc mediocriter. Huic oleo quidam spissamenta adijciunt, vt id diutius sit odoratum. Oleum rosatum audio fieri odoratissimum putrefactis mente vno rosis sub fimo in vase bene operculato. Eadem ratione ex masticke vulgari, & rosis incarnatis, & moschatis, & similibus fieri posse confido odoratis sine vllius olei mistione.

OLEVM rosatum. *Rosæ varia inest pro varijs eius partibus facultas, tum concoquendi, & dissipandi, quæ calidis eius partibus insidet: tum refrigerandi, & astringendi, quæ frigidis. calidæ eius partes sunt odoratiores, frigidæ inodoræ. Itaque etsi in parando oleo, tum completo, tum omphacino ex rosis, quibusnam rosarum partibus vtaris Mes. non explicat, quasi nihil interfit: animaduerso tamen vsu, cuius gratia paratur completum, quod coquendi, attenuandi, & laxandi gratia conficitur: ex rosis non modo, vt ait Mes. maturis, sed etiam quibus resecti sint vngues, parandum esset, quod recte admonet Manardus. At omphacinum in quo astringendi vis quæritur, non ex rosis modo immaturis, sed aut integris, aut ex solis vnguibus rosarū esset parandum. quamobrem non assequor, quo consilio Paulus in omphacinum oleum abscissis vnguibus rosas inijciat, quando astringendi vis maior vnguibus inest, quam reliquis partibus rosarum. Nos cōtra, licet odoris gratia totam rosam in omphacino oleo, immaturam tamē, sumi probemus, si tamen aliarum præterea rosarū vngues pari diligentia contusi commisceantur, maioris vsus fore hoc ipsum ad refrigerandum, & cohibendas fluxiones existimamus. Sane autem, quum Mesue omphacinum oleum epotum ad dysenteriam vehementer commendet, nisi quam recentissimum illud sit, præterquam quod ventriculo fastidium parit, & pinguis nomine, quod vlceribus molestum est, affectum adauget, inutile etiam redditur acrimoniam illi per ætatem conquisita.* COST.

MESVE.

ALITER quoque paratur magis resoluens ex succi rosarum, & aquæ infusionis rosarum prædictæ, ana parte vna: olei loti, & parati, vt dixi, partibus tribus: foliorum rosarum cōtusarum quantitate sufficienti: hæc omnia in vase vitreo insola, vt dictum est, post coque. folia rosarum permuta, insola, vt diximus de permutando succo, & aqua infusionis rosarum, idque bis fiat. Postremo oleum solum cum succo rosarum, & aqua infusionis earum, in vase vitreo insola dies xl.

ALITER. *quum vltimo loco oleum solum cum succo, & infuso rosarum, vt soli exponas iubet, percolatum vult: vt exponas. idcirco autem sordes abijcit rosarum, ne terrena substantia, qua præstant, astringendi, & refrigerandi vis augeatur, coctioni, & resolutioni aduersa, quas adiuuat calor. ob idque soli diutius exponit. Porro autem post diutinam insolationem aquosi aliquid succi supereſſe cum oleo solet. quod si olei conseruationi incommodum fore suspicaberis, licebit lingua lanea separare.* COST.

M E-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0390-3
DFG

MESVE.

VEL amygdalas dulces purgatas, curioſe tritas folijs roſarum tuſis miſce in offas, quas in aere calido horis vigintiquatuor ſerua. tere,& ſubige continenter in mortario, affuſa pauca aqua infuſionis roſarum calente: tandem torculari exprime oleum, vaſi vitreo impoſitū opercula,& inſola.

Quarto modo, cum ſeſamo excorticato fit, qualiter cum amygdalis. ſed rudi roſato, aptiores ſunt amygdalæ: completo autem ſeſamo.

CHRI. SEQVITVR de oleis, quæ fiunt per impreſſionem,& virtutem receptam ex admixtione rerum extrinſecarum. & primum eſt oleum roſarum, confortatiuum membrorum, in quibus eſt mala complexio calida,illam remittendo, & aliqualiter materiam reſoluendo,ſi dependet ab ea. eſt enim oleum roſatum ratione roſarum aliqualiter repercuſſiuum, & ratione olei virtutem habet reſolutiuam. Componitur autem tribus modis, vt ſuperius dictum eſt in deſcriptione diamuſci dulcis, quare ibi recurre. & aduerte, quod ſolum primus modus eſt ille, qui habetur in vſu, & qui præparatus reperitur. Quidam antiqui oleum lauant cum aqua fontis,vel cum alijs aquis frigidis deſtillatis,vt plus reducant ipſum ad complexionem frigidam.

ADDITIO.

Iſtud oleum apud nos eſt multum in vſu,ſecundū autem Meſue eſt oleum roſatum completum. ipſe enim Meſue docet ipſum facere multis modis, ſed primus modus eſt ille,qui apud aliquos in vſu habetur: tamen communiter præparatur ſecundum modum Nicolai,quem deſcribit in antidotario.

COST. AMYGDALINVM. *Similem parandi olei rationem ſupra proponebamus, vbi aſſumendum ſit,non autem foris vſurpandum. Ad omphacinum autem oleum conficiendum non præfert amygdalinum alijs olei generibus,vt forte quis exiſtimet. Sed ſi forte deſit oleum oliuarum, ex amygdalino oleo potius,quā ex ſeſamino parandum monet. quum enim ſeſaminum potentius leniat,quam quod ex oliuis,aſtrictioni aduerſum eſt, quam ex omphacino oleo exquirimus; quum contra ſeſaminum amygdalino calidius(eſt enim acriuſculum)ad completum ſit vtilius. ſemper igitur oleum immaturæ oliuæ ad omphacinū ſumes. quod ſi forte deſit,maturū ex eodem olei genere potius, quam amygdalinum deliges. id rurſum ſi deſit,amygdalinum magis,quam ſeſaminum. Quod ſi vbi immaturum oliuæ oleum deſit, oleum ex myrti baccis expreſſum habeas,vt ceteris præter miſſis hoc ipſo vtaris, ſuadebo.*

MESVE.

OLEVM chamæmelinum,genus omne neruorum roborat, fluxionesque inhibet vi ſua modice adſtringenti, moderate reſoluit: ob id dolores ſedat. Fit vt oleum roſatum,ſed ex oleo maturo, aut ſeſamino,vt dixi extracto.

A OLEVM chamæmelinum eſt benedictum propter eius multas vtilitates, nam eſt conueniens reſolutiuum,ſedatiuum dolorum, prohibitiuum materierum propter aliqualem ſtypticitatem: & confortat neruos alteratos à frigiditate. confert doloribus iuncturarum, & dolori colico facto à ventoſitate, & communiter eſt conueniens in principio dictarum diſpoſitionum: quia temperatæ eſt complexionis, non aſcendens primum gradum caliditatis, cum aliquali humiditate, & leui deſiccatione: vnde ponitur inter medicinas anodynas temperatas, declinans ad caliditatem. CHRI.

ADDITIO.

Iſtud oleum eſt in vſu, ſed eius modus apud modernos non eſt idem,vt docet Meſue. verum eſt,quod B faciunt ipſum ſicut dictum eſt de oleo roſato. Ioan. Anglicus cap. de dolore iuncturarum ait. Item in gutta valet oleum chamæmillæ, in quo coquantur flores hiacynthi creſcentis in campis. & vocat iſtud oleum hiacynthi.

PROHIBET febres,vt Gal. reſtatur. *Propter ſtypticitatem.*) Galenus *ei vim laxandi, non adſtringendi,adſcribit.* Paulus ſumit florum abſque albo,per naturalem diem ſiccatorum vncias duas, pro ſextario vno Italico, & tergit vas linteo ſimplici, vt tranſpiret, & exponit ſoli per quadraginta dies. poſt, bene obturato vaſe reponit. Vbi non habes flores viridos, potes facere ex ſiccis,& coquere in vaſe duplici,ſed erit debilis. MAN.

PAVLVS florum ſine albis folijs recentium, ſiccatorum vigintiquatuor horis vnc.ij. ſextario Italico imponit, vas tegit linteo ſimplici,vt tranſpiret,& quadraginta diebus inſolat,poſt bene obturat,vaſe reponit: ex ſiccis folijs in vaſe duplici coctis eſt imbecillius. Calidum temperate ad primum tantum gradum vergit,humido ſicco temperatum. Initio colici,arthritici, & aliorum dolorum eſt præſtantiſſimum, quia parum repellit, & modice digerit,cum valenter digerentia plus nouæ materiæ in partem allicetant,quam veteris inaniant. Si tamen vehemens eſt fluxionis impetus,adſtringente magis opus eſt. Vires laxandi tantum,quibus febres prohibet,non etiam adſtringendi Gal. ei tribuit. SYLVII.

CHamæmelinum. *Maioris eſt ad diſcutiendum, quam aſtringendum efficaciæ. Adiuuabis autem vim aſtringendi contuſione florum,ea ipſa vi, quæ terrenis partibus altius inſidet,ſeſe foras exerente.* COST.

MESVE.

D OLEVM violarum, intemperiem calidam extinguit. ob id phlegmonas omnes remittit, ac inde pleuriticos iuuat,aſperitatem arteriæ,& pulmonis,& thoracis lenit. quo modo roſatum: ſed ex oleo viridi,vel amygdalino,vel ſeſamino.

OLEVM violatum eſt frigidæ, & humidæ complexionis,& multum habetur in vſu. Eſt enim conueniens iuncturarum ab extra malis complexionibus calidis, quæ non dependent à materia: ſed vſus eius eſt communiter ad vngendum renes, & hepar calefactos, ſi ſecum admiſcetur modicum aceti, & ſucci lactucæ, & ſandalorum alborum, & cum modico ceræ fiat vnguentum: vnde ſicut oleum roſatum conuenit in malis complexionibus calidis dependentibus à materia cum aliquali ſua ſtypticitate. CHRI. MAN.

ita violatum absque stypticitate cum aliquali virtute lenitiua, & aperitiua habet virtutem maiorem in infrigidando,& per consequens est conueniens ad alterandam malam complexionem calidam à materia non dependentem. vnde maxime est conueniens, & sic communiter est in vsu cum clysteribus lenitiuis, & hoc quando quæritur alteratio malæ complexionis calidæ febrilis. E

MAN. IATON vocat Paulus,conficique dicit vel ex purpureis,vel ex croceis,vel leucoio. Et modus operationis,vt rosati: non tamen tamdiu in sole morari debet,secundum Paulum,sed dies tantum decem: mutãdasque dicit ter violas, exacteque claudendum vas, ne transpiret, addendasque demum siccas violas.

SYLVII. OLEVM ieuis, idest, ex floribus violæ nigræ vulgo Martiæ, frigidum humidum,tenuis essentiæ,lenit, & modice aperit: clystere infusum ardorem febrium mire sedat. Quibusdam placet hoc admouendum esse tantum phlogosi,& intemperaturæ calidæ soli: vt rosatum intemperaturæ calidæ cum humorum affluxu. Hepatis, & renum caliditatem mire sedat cum aceto pauco,succo lactucæ,santalo albo,& cera exigua. Si oleum viride est,omphacinon, seu ex oliuis immaturis expressum, vt videri potest (tale enim, vel aliud totum frigidis oleis conuenit) amygdalinum,vel sesaminum ablutione in aqua refrigerante vires olei omphacini accipiant. Paulo fit hoc oleum ex violis purpureis,vel croceis, vel leucoio,insolat autem exacte operculato vase, ne transpiret,tãtum dies decem,violis interea ter mutatis, additque demum violas siccas. F

COST. VIolaceum. *Licet omphacinum oleum refrigeranti violarũ facultati adiumento esse possit,leniendi tamen vim extenuat astringendo.recte igitur amygdalinum oleum recens vsurpabit,sed & sesaminum lenitate commodum est,nisi calore refrigeratricem potestatem extenuet. Itaque si hoc sis vsurus,vt recte admonet Syluius,refrigerante aliqua aqua sæpius elotum sumes.*

MESVE.

Est resolutiuum, prouocatiuũ seminis,quare.

OLEVM anethinum digerit,ob id dolores sedat. † confert rigori febrili,spinæ,& partibus neruosis inflictum accessionis initio, phlegmonas, & scirrhos resoluit, somnum item conciliat,& cephalalgiam mitigat. Fit vt oleum chamæmelinum.

CHRI. OLeum anethinum est anodynum, & est in vsu, & similitudinem habet in virtute, & operatione cum oleo chamæmelino, & in his adinuicem admiscentur. & non solum conueniunt si membra extrinseca ex his inungantur,sed etiam in clysterijs administrata.

ADDITIO.

Modus eius apud modernos est. accipiantur flores anethi,& ponatur cum oleo, & exponantur soli per xl.dies deinde vtere vbi oportet.

MAN. EST sedatiuum dolorum.)Dioscorides articulorum. Dioscor.pro lib.viij. & vnc.ix. olei,ponit florum lib. xj.vnc. viij. exponit soli diem vnum, deinde exprimit, & reponit. Ego non video quo pacto olei illa mensura tot florum sit capax, præsertim quum Paulus accipiat comæ siccatæ per vnum diem vnc.j.pro sextario. Resoluit apostemata.) Mollificat,& referat vterũ,inquit Dioscor.Modus operationis.) Potest parari cum anetho sicco.

FLORES anethi forcipe excti ex oleo dulci dies xl.insolantur. Paulus comæ florum anethi vno die siccatæ vnc.j. sextario olei imponit. Dioscor. anethi comæ lib.ij. & vnc. viij. in lib. viij. olei,& vnc.ix.vno die insolat,post exprimit,& reponit. Nam magna in hoc mensura florum hoc tempusculo satis virium suarum oleo impertit: articulorum dolores Dioscoridi sedat,vtrumque mollefacit,& referat. SYLVII.

Oleum anethinum, ex anetho maturo, & viridi in vase duplici coctum, succos, nec crassos, nec lentos in cute, & carne residentes digerit. In vase duplici autem coquendum id, & Sycionium,& chamæmelinum etiam docet Gal. lib.12. meth. Anethum in oleo coctum, oleum facit anethinum digerens, dolorem sedans,somnum concilians, crudos, & incoctos tumores coquens. Est enim temperie propinquum pus mouentibus, & coquentibus medicamentis,nisi quatenus illi est paulo calidius, & tenuius,ob idque digerens. Viride autem capiendum,quia humidius,minus calidum, & ob id magis concoquit,& somnum conciliat, sed minus digerit. In oleum relaxans non adstringens, præcipue, antiquum,immitte anethi,quod videbitur satis: mox vbi in vase duplici tantisper calfeceris, dum mediocriter vim herbæ imbiberit, exprime, & repone.

ANethinum. *Quomodo anethinum oleum calida & sicca temperie præditum somnum conciliet, quem conciliare frigida, & humida solent, non satis constat. Si enim id efficit, vt anodynum, inutilisque illius succi concoctorium,& discussorium, qui tumores exasperat, atqui hoc commune est anthemidi, & anodynis omnibus,neque anetho tanquam ei peculiare tribuendum est. Quod etiam ad scirrhos commendatur, non tam sua discutiendi vi id præstat,quam olei facultate emolliente,quod etiam alijs multis est commune. Quod si quis fortasse recentes anethi flores sumendos dicat,vt qui sue illius humiditatis vi,quam coniunctam habent conciliare somnum possint. atqui eadem est,& de anthemide,& reliquis ratio,quæ de anetho. Itaque vbi rem expendimus, quod de conciliando somno hic scribitur, suspectum habemus, & si coniectura valemus, fuisse hanc ipsam vim proxime præcedenti oleo violaceo à scriptore attributam suspicamur; sed librarij oscitantia in hoc anethinum fuisse transpositum.* COST.

MESVE.

OLEVM liliorum calfacit, resoluit, ob id à frigore dolores thoracis, ventriculi, coli, vteri, renum, veficæ sedat, lenit, & coquit. Fit vt oleum chamæmeli: sed ex liliorũ floribus, quod croceum est,abijciatur. Componitur item ex foliorum lilij vncijs octo,mastiches,calami aromatici, costi, carpobalsami, ana vnc. j. caryophyll. cinnamomi, ana vnciæ semissem, croci drachmas tres. Omnia præter liliorum folia aqua sufficiente vigintiquatuor horis macerentur, semel aut bis ferueant. Tunc injice olei dulcis, vel sesamini libras duas, & additis lilij floribus, in vase vitreo insola dies quadraginta, post colatum reponatur. H

OLEVM de lilio generaliter est in vsu vbique. Estque fortioris virtutis,& operationis,quam oleum chamæmelinum, & anethinum, quia calidioris complexionis,& siccioris,quam illa,ascendens ad secundum gradum. Ipsum enim confert doloribus pectoris, stomachi, & intestinorum, qui fiunt à mala complexione frigida, vnde confert dolori colico,si locus ex eo inungatur,vel in clysteri admisceatur, CHRI.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0392-5
DFG

tur,& sic oleum chamæmillæ,& anethi,prædictis di- A
spositionibus frigidis non multum excellinis conue-
nit in principio earum,& sic oleum confectum ex li-
lio albo conuenit in eorum processu.

ADDITIO.

Istud oleum est in vsu sub nomine olei liliorum
cum speciebus,aut sub nomine olei liliorum compo-
siti ad differentiam alterius descriptionis, secundum
quam fit oleum de lilijs. simplex descript. inuenitur
in antidot. Ioan. Serap.

MAN. Κρίνινον alij τούσινον σύνθετον hoc est compositum,
sic conficit Paulus: Olei sext.iij calami aromatici lib.v.
myrrhæ,vnc.v. cardamomi lio.iij. πετάλων lilij exun-
gulatorum,& diem vnum expansorum lib.x.cinnamo-
mi vncias tres, croci vncias quinque. Primo infunde in
vino myrrham,& calamum per dies v. mouendo ter in
die, post coque cum oleo,donec vinum ferè consum-
ptum sit. Secundo cardamomum aqua infunditur,&
ter in die mouetur,& similiter coquitur per horam
vnam cum oleo. Postea auferentes cardamomum oleo
puro imponimus tertiam partem liliorum,& post tres
dies, priore ablata, addatur alia tertia liliorum pars,&
interim post tres dies hac amota, additur vltima tertia
pars cum croco resoluto,& post tres dies oleo puro ad-
dimus cinnamomum contusum,& reponitur. Idem
Paulus in compositione simplicis susini accipit vnc.ij.
foliorum,& sextarium olei,vt in rhodino. & exacte ob-
turat,vt non respiret, perque tres dies exponit soli. abie-
ctis dehinc solijs alias vnc. duas apponit, & iterum ex-
ponit soli per alios tres dies.

COST. Liliorum. *Quum folia liliorum hic legis,florum fo-
lia intellige,quamuis ex radice quoque alicubi lo-
corum confici soleat strenuo ad emolliendos,& conco-
quendos tumores successu. Cur autem luteos apices flo-
rum abijciat,eiusdem ferè qualitatis,non sat scio. Suspi-
cari tamen licet veteres iucundi coloris etiam in vn-
guentis studiosos,eos omisisse,vt oleum,candidum,quo
ad fieri posset,colorem referret.*

MESVE.

OLEVM irinum ex floribus ireos similiter factum,calidius,tenuius,ob id altius
penetrat, & valentius resoluit, liliorum
vero magis sedat,lenit, maturat. Irinum oleum
terget, tenuat, coquit, resoluit potenter, ob id à
frigido dolores aurium, hepatis, splenis, vteri,
articulorum sedat, phlegmonas coquendo sup-
purat, materias thoracis, & pulmonis coquit, D
strumas dissipat, & alios tumores duros, spas-
mum emendat,& narium fœtorem. Sic fit. Ra-
dicum ireos libram vnam, florum eiusdem li-
bras duas, aquæ cui incoctæ sunt aliæ ireos radi-
ces, quantitatem sufficientem; olei dulcis, vel
sesamini.q.s. in vase duplici coque,radices,& flo
rum folia noua immitte prioribus expressis, &
abiectis, vt in oleo rosato.

CHRI. OLeum de ireo, idest de lilio celesti nõ est in vsu,
tamen esset maioris potẽtiæ in omnibus dispo-
sitionibus,quam de lilio albo.

MAN. IN hunc modum communiter parant. Aliud vide
apud Dioscor.quod certe magnatum esset virium si
bene pararetur.

IRinum. *Vt in lilio odoratissimi reliquarum par-* COST.
*tium sunt flores,ita in iride radices. ex quibus solis
sine floribus oleum efficacius, quam ex confusis etiam
floribus parabis. Nos instratas hac radice amygda-
las interdum exprimi iussimus ad asthma non inutili-
ter. Præter cæteras dotes, conciliandi quoque somni
vim huic oleo Mesue lib. simpl. tribuit,de qua re eo lo-
co disserimus.*

MESVE.

OLEVM sambucinum lenit, cutim ex- † chama-
purgat,neruos roborat, eorumque do- melinum.
loribus confert. Fit vt † rosatum.

VIDI ex floribus concinnatum, vtile in doloribus MAN.
sedandis: alij ex medio cortice conficiunt, quo ad
B ambusta vtuntur.

EX floribus sambuci factum, dolores sedat: ex medio autem SYLVII.
cortice ambusta sanat: fit etiam ex floribus iasminum, quod
sambucinum Arabes vocant, chamæmelino, aut sequenti viribus
proximum.

SAmbucinum. *Et ex floribus, & ex medio cortice* COST.
*sambuci oleum ad ambusta vtile conficitur. quo,
qui bellicorum tormentorum, atque ignium artificia-
lium tractatione iniurias ignis experiuntur, celerrime
curantur.*

MESVE.

OLEVM leucoij lutei tenuat, digerit, ob De cheiri
C id dolores thoracis, renum, neruorum, citrino.
iuncturarum, sedat. fit vt chamæme-
linum.

Oleum de cheiri, quod ex cheiri citrina fit est Antiqua
melius, & subtilius: deinde quod ex alba. Est versio sic ha-
autem oleum de cheiri resolutiuum, sedatiuum bet.
dolorum, qui sunt in neruis, & iuncturis, pe-
ctore,renibus,& vesica. & fit sicut oleum de cha-
mæmilla.

PAVLVS accipit vncias tres exungulatarum pro MAN.
sextario vno olei, obturat exacte, exponit soli per
decem dies,& ter mutat: & vbi reponendum est,addit
alias bene siccas,vt in violato dictum est.

PAVLVS horum florum exungulatorum vnc.iij. olei sexta- SYLVII.
rio immittit,in vase exacte obturato decem dies insolat,ter mu
tat. vbi reponendum est,alias bene siccas adiungit.

LEVCOII. *Oleum ex leucoio,an ex viridibus flo-* COST.
*ribus, an ex aridis conficiendum sit, est vt dubi-
bitem. odor profecto in recentibus magis,quam in ari-
dis excellit. At & Galen. sicciores flores recentibus
præstare ait partium tenuitate,& vi ad detergendum.
Cæterum, vt ex recentibus paratum temperatius, na-
turæ nostræ similius, atque ad propositos dolores a-
ptius existimo; ita quod ex aridis, valentius esse in de-
tergendo verisimile est,quòd detergendi vis,quam re-
centiũ humiditas retundebat, succedente ariditate ad-
augetur: Porro emolliri duros uteri tumores his floribus
profitetur Galenus,sed eorum viribus multa aqua miti-
gatis. Quare,oleo quod ex his conficitur,non temere in
adiuuãdo partu obstetrices nostræ vtuntur. in quem pro-
fecto vsum non ex aridis, sed ex recentibus parandum*

doceri videmur imitatione Galeni, qui eorum vim fer- E
uenti aqua reprimit. quamquam si etiam aridos assu-
mas, eorum ariditas olei humore temperatur. Id vero
hoc loco notandum, si violæ deficiant luteæ, in earum lo
cum albas, ac rubras cedere, & harum magis albas,
vt quæ odore præstant. An autem abscissis vnguibus,
vt obseruat Paulus, an integri ducendi sint in vsum hi
flores, dubitare licet, quod reliqui de hac re nihil. Vere
autem vngues illos qui calyci insident, minus amaros,
& odore etiam reliquo corpore sentiet inferiores. quare
ijs resectis efficacius fore oleum verisimile est. quòd
si iacturam temporis in ijs resecandis non probas, li-
cebit additis sæpius, & maiori copia violis pares, aut
etiam maiores oleo vires comparare.

MESVE.

F

OLEVM papaueris intemperiem calidam sanat, et inde ortum dolorem: somnum quoque cõciliat. Fit vt violatum ex floribus, sed etiam capitibus, & folijs papaueris albi mitius, & tutius: nigri, stupefaciendo efficacius.

CHRI. OLeum de papauere secundum hanc descriptionem magis est in vsu, & præparatur, quam secundum descriptionem superius dictam, & habet omnes virtutes recitatas in superiori descriptione, & est magis stupefactiuum.

MAN. Si ex nigro fiat, erit longe in stupefaciendo efficacius.

G

COST. PApaueris. *Papaueris nihil ferè est, quod ad in-*
ducendum somnum non sit efficax. solus florum re-
centium odor id præstat. cortices, vt quibus opij mate-
ria insidet, efficacissime id ipsum efficiunt, tum aquæ,
tum oleo incocti, & naribus admoti, & illiti tempori-
bus. Ad parandum autem propositum oleum recentia
omnia efficaciora.

MESVE.

OLEVM (de folijs) lactucæ idem pollet, quod oleum papauerinum. & fit eodem modo.

MAN. EST longe debilius oleo papauerino, vtile tamen.

COST. LActucæ. *Mesues ex veteri versione absolute oleũ*
lactucæ proponit, quod Syluius, ex folijs lactucæ
vertit. Nobis vero etiam flores ad hoc ipsum papaue- H
ris exemplo videntur assumendi.

MESVE.

OLEVM meliloti viribus est chamæmelini, & eodem modo componitur.

CHRI. OLeum de meliloto non est in vsu, virtutes tamẽ consimiles habet cum oleo chamæmelino, & anethino.

MAN. SI veram meliloton haberemus, præstantissimum ex ea oleum conficeretur.

COST. MEliloti. *Meliloti nomine absolute semina ex Se-*
rapione vsu ueniunt. nostri absoluto nomine flo-
res intelligunt. quam autem maior insit vis seminibus,
quam floribus. si hoc parandum sit oleum, ex seminibus
maxime pararem. quamquam si flores quoque post se-
minum expressionem addideris, non errabis.

MESVE.

OLEVM nympheatum vires habet violati, & eodem fit modo.

OLEVM de nenufare maxime præparatur, & CH
est in vsu, & in virtutibus conuenit quasi cum oleo de papauere nunc dicto, tamen non est tantę stupefactionis, nec somni prouocatiuum, sed alteratiuũ malæ complexionis calidæ, excessiuæ. vnde conuenit superfluæ caliditati renum, & quasi consimilem operationem habet, qualem oleum violatum, sed est maioris infrigidationis: & sæpe cum quærimus somnum prouocare, permiscemus adinuicem hoc oleum cum oleo de papauere, &c.

ADDITIO.

Istud oleum nenufarinum describit Rasis in proprio antidotario. quod quidem valet ad cephaleam capitis ex vaporibus cerebrum ascendentibus vigilijs, phreneſi, mixtum cum cera alba, & oleo rosato: valet apostematibus stomachi, & hepatis, calidis, & vehementi siti potatum cum psyllio abluto: vulneribus vesicæ, & renum clysterizatum, & valet arsuræ vrinæ.

EST potentius oleo violaceo, præcipue in veneris MAN
tentigine prohibenda, inunctis ex eo genitalibus.
Nymphea latine dicitur.

REFRIGERAT tamen magis, quam violatum, minus, SYLVII
quam papauerinum: hypnoticis, & intemperaturam partiũ, vt renum, calidam sanantibus vtiliter miscetur, & veneris tentiginem prohibet genitali inunctum.

Oleum nympheatum Rasis in antidotario describit, refrigerando mitigans cephalalgiam febrilem à vaporibus sursum elatis, & delirium inde, vel ex phrenitide natum: ardori vrinæ, vlceri renum, & vesicæ commodum illatum, vel clystere iniectum. Fit autem ex floribus albis, non flauis, in oleo omphacino dies xl. insolatis.

NYmpheæ. *Qua nympheæ parte ad conficiendum* COST.
oleum vtendum sit, non explicat. Quamquam au-
tem ad hoc ipsum passim flores vsurpantur, veteres ta-
men qui radicis, & seminis vires exploraruut, quasi flo
res in vsum non traduxerint, de illorum facultate nihil.
Cæterum quum tota planta frigida sit, radix autem, &
semen sicca, floribus Auicennas frigidum, & humidũ
secundo ordine temperamentum assignat. quæres tum
rationi consentanea, tum multo iam vsu comprobata,
efficit vt ex floribus parandum oleum consentiam, in
quo pares cum violaceo refrigerandi, & humectandi
vires exquirantur. præsertim etiam, quod quum hoc ip-
sum ait Mesue fieri sicut violaceum, vt flores æque, ac
in illo sumantur, plane admonet.

MESVE.

OLEVM cucurbitæ nympheato viribus par, & eodem paratur modo, sed hoc ex floribus cucurbitæ, & succo rasæ carnis eius, & oleo.

VIDE-

MAN. VIDETVR satis simile precedenti, tamen hoc est humidius.

SYLVII. CVCVRBITINO autem oleo prius ex seminibus expresso si fiat, tunc multo est frigidius, ac humidius.

COST. CVCVRBITAE. *Cucurbita tota quidem frigido temperamento prædita est: fructus autem maxime. ob id eius succus cum florib. vsurpatus efficacius oleum reddet. Deradit autem, non exprimit cucurbitã, si diuinare liceat, quasi tenuiorem, & minus lentum succum quærens, qui coquendo facilius absumatur.*

MESVE.

Oleum de cytonys.

OLEVM melinum, refrigerat, restringit, ob id ventrem totum inferiorem, & neruos laxiores cogendo roborat, sudores immodicos sistit: fit ex carnis cydoniorum prematurorum, cum cortice (& seminibus) tritorũ, & succi eorum portione æquali in olei omphacini modo sufficienti diebus .xv. vase vitreo insolata, deinde horis .iiij. coquatur in vase duplici. caro & succus mutetur, & rursum insoletur, & coquatur, vt diximus, bis aut ter, postremo colatum reconde.

CHRI. OLEVM decitonijs est famosum, & vbiq; præparatum reperitur, habet enim virtutem principaliter ad stomachum confortandum, & membra nutritionis relaxata & debilitata in virtute contentiua. habet enim sui aromaticitate virtutem digestiuã confortare, & sui stypticitate confert diarrhææ & lienteriæ, & maxime si cum eo admisceatur oleum masticinum, aut myrtinum, aut rosatum, cum humor prædominans subtilis sit cholericus, & acutus: cuius humoris aliqualis minoratio præcedere debet ante administrationem prædictorum stypticorum. & confert etiam sudori diaphoretico virtutem debilitanti, si fiat ex eo inunctio circa partes spondylium & pectoris.

ADDITIO.

Oleum citoniorum etiam describitur à Rasi in proprio antidot. quod valet. secundum eum, hæmoptoicæ passioni, & cephaleæ, & catarrho calido, & calido apostemati hepatis & fluxui chronico, qui fit ex calore. clysterizatum valet vulneribus intestinorum manifeste.

MAN. MAGNI vsus est hoc in ventris fluxibus. Vide aliam pulchriorem præparationem apud Dioscoridem. Paulus melinon appellat, & in hunc modũ componit: Cydoniorum bene deterforum, & cum suis corticibus incisorum accipit vnc. iij. olei omphacini sextarium vnum, exponit soli diebus quadraginta.

SYLVII. OLEVM id facultatem ventriculi & intestinorum retentricem adstringendo roborat, & qualitate aromatica coctionem iuuat: ob id lienteriæ, diarrhœæ, dysenteriæ multum salubre est, præsertim biliosæ, sed bilis parte iam vacuata: clysteribus iniectum per se, vel cum mastichino, myrtheo, rosato. Spinæ etiam illitum & thoraci, sudorem immodicum vires deijcientem sistit.

Paulus, cydoniorum sanguine bene tersa cum corticibus incisorum vnc. ij. in olei omphacini sextario insolat: dies xl. Si succum cydoniorum oleo incoquis, sic crepitat & agitatur, mirabile visu, vt oleum omnem tandem vase exeuntat. Ob id vase duplici coquendũ est simul, ne vires cydoniorum empyreuma vitiet. Succus autem ex his largior extrahitur, si ferramento segmentis quibusdam exasperato (raspam vocant) deradantur potius, quam secentur minutim, aut terantur.

COTONEORVM. *Cotonea quærit neque acerbiora, vt quæ neruosis partibus aduersa, neq; maturiora, vt quorum astringendi vis ætate flaccidior euaserit. Porro vulgo ex cotoneorum carne oleum paratur. at si elegantissimum velis conficere ex floribus poteris, ad eosdem quidem vsus aptum: sed astringendo minus potens. Quum vero hoc ad exemplum præcedentis fieri iubet, ex oleo omphacino, vt fiat admonet. additis eiusdem fructibus contritis, & fructuum succo insolatis autem, coctis, & bis terue immutatis.* COST.

MESVE.

OLEVM myrtinum, cerebrum, neruos, cor, ventriculum roborat, coquendum vt melinum.

OLEVM myrtinum conuenit in operationibus cum oleo de citonijs, sed maioris desiccationis est. CHRI.

ADDITIO.

Rasis in proprio antidota. describit istud oleum myrtinum, & multos modos ipsum faciendi, quo si corpus vngatur prohibet sudorem, & confortat membra debilia, & fluxibilitatem iuncturarum, curat fissuras ani. valet vulneribus omnibus ex quibus manant humiditates, & positum super vulnera inducit carnem. *Prohibens sudorem.*

ET hoc vtimur in ventris fluxibus: vehementer enim exiccat. MAN.

ID oleum adstringit quantum cydoniorum, sed siccat potentius. Alterum prius in secundo genere per expressionem baccarum myrti recentium docuimus. Oleum ex oleo & myrtis, aut myrti succo compositum, adstringit solum a myrtis, digerit ab oleo, Gal. lib. 1. c. ph. p. & lib. 2. c. ph. g. SYLVII.

MYRTINVM. *Ex myrti floribus, oleum paratur gratia longe superius vulgari, non tamen viribus. In delicias, instratas vel amygdalas vel vnguentarias glandes his floribus & multis & frequenter, vbi eorum vim imbuerint, exprimes.* COST.

MESVE.

Oleum de pomis mandragoræ.

OLEVM ex pomis mandragoræ inflammationem omnem extinguit, somnum conciliat. Fit ex succi horum pomorum maturorum, & olei sesamini partibus æqualibus in vase duplici coctis ad succi consumptionem. Succi tantundem suffice, coque vt prius, idem tertio fac, & reconde.

ISTVD oleum apud gallos interdum in vsus habetur. Nicolaus in suo antidot. habet. oleum, quod fit alio modo quam fit istud. CHRI.

Hoc

MAN. HOc non paramus, quia pomis illis caremus, valde tamen potens esset in doloribus per stuporem sedandis.

SYLVII. GALLIS interdum sic paratur: aliter Nicolao in antidotario.

COST. MANDRAGORAE. *Nunc mandragoræ frustus vulgatiores quam Manardi ætate. In horto nostro Laudę quotannis ex radice una viginti, pluresve fructus prodeunt. Sesaminum autem oleum quo hic vtitur, aut si pro eo commune oleum sumas, vt etiam in refrigerantibus superioribus omnibus semper abluendum est diligenter frigida aqua, vt efficaciam ad refrigerium maiorem oleum conquirat.*

MESVE.

OLEVM enulatum calfacit, tenuat, digerit: ob id affectib. neruorum, vteri, vesicæ frigidis prodest, ac febrium rigori, & colo a flatibus dolenti. Radices enulæ tusas, succi aliarum enulę radicum, olei sesamini portionem æqualem in vini odori parte dimidia, coque, vt diximus in oleo myrtino. Compositius, & valentius fiet, si foliorum lauri, cardamomi, spicæ nardi, calami aromatici, mastiches, ana sextam partis vnius addideris.

CHRI. OLEVM de enula non est in vsu, magistraliter tamen esset conueniens ad remouendam malā complexionem frigidam a quibuscunq; membris, & ad confortandum musculos, & neruos relaxatos.

MAN. SI secundo modo conficiatur, erit in his quæ Mesue dicit valde efficax.

COST. ENVLA. *Enulæ folia ex vino decocta coxendici conferre scribit Dioscorides. Gal. radicem reliquis plantæ partibus in omnibus potentiorem asserit. quare ex hoc oleo quod ex radicibus, in eiusce modi affectu plurimum sperare liceat.*

MESVE.

OLEVM ex cinnamomo & sabina, & pulegio, idem pollet quod enulatum, & eodem fit modo.

MAN. VIDE eius elegantem præparationem apud Dioscoridem, quam tamen facile non possumus: quū vero cinnamomo carcamus. Sed si etiam cum vulgari paretur, erit satis vtile.

SYLVII. TRIA in Mesue de his capita in vnum iunximus: oleum cinnamomi Dioscoridis elegantior paratur: fieri etiam ex nostro pseudocinnamomo potest. Quod vero è sabina fit, dolores a morbo Hispanico mire sedat, cutimq; fœditatem corrigit. Sed quod è pulegio, ciendi menses vim magnam obtinet.

COST. CINNAMOMO. *Cinnamomum oleosum succum duorum generum fundere author est Garcias. alterum ex radice, camphoræ odoris æmulum: alterum ex eiusdem baccis, sepositis substantia gallico saponi simile, inodorum nisi calefiat, ad ventriculi autem, & neruorū frigus vsitatum. Verum hoc non norunt veteres. quare conficiendi ex cinnamomo olei modū per impressionem inuiere. quem hoc loco Mesuitaq; hoc eadem ratione fieri ait, quia ex enula. & tantundem valere. At obijcies enulatum ex enulæ radicis confici succo. quis autem cinnamomi radicem, vel ex ea expressum habet succum? Sed eadem erit huius olei conficiendi ratio à Mesue intellecta, tum maceratio cinnamomi in oleo ac vino, tum insolatio repetita. Tu vero stillatitiam ex generoso vino ac cinnamomo aquā oleo purissimo ac bene eloto bis terue commiscens, & ad aquę absumptionem leui igne coquens oleum parabis, cui erunt cinnamomi vires communicatæ. Licet etiam ex amygdalis siue frequenter eadē aqua aspersis. siue cum cinnamomo instratis oleū exprimere. ne de distillatione per descensum aliquid dicam.*

MESVE.

OLEVM de sabina confert sicut oleum de enula. & eius operatio est sicut illius.

EFFICACIAM habet in Gallicis doloribus, sed & in cutis dealbationibus, etiam si ex solo paretur. MAN.

EX sabina. *Easdem fortasse habet vires oleum ex sabina, quas ex helenio. at hoc illi multo præstabit efficacia. Non etiam ex radicibus hoc cōficitur, vt enulatum: sed ex ipsis plane ramis, eodem tamen modo, vt illud non sine crebra maceratione, coctione, aut insolatione.* COST.

MESVE.

OLEVM de pulegio confert sicut illa. & fit similiter.

IN ciendis mensibus magnam vim habet. MAN.

PVLEGII. *Succus, ex eius caule, quo tempore maxime viget, extrahendus. eiusdem flos, & ardus caulis hic sumendus. & vterque in bene maturo oleo macerandus, coquendus immutandus, vt in oleo cotoneorum docebat.* COST.

MESVE.

OLEVM rutaceum calfacit (tenuat, digerit) ob id laterum, renum, vesicæ. vteri dolores à frigida causa sedat. fit vt myrtinum.

OLEVM de ruta est multum in vsu, & sic vbiq; præparatur, ipsum est fortis calefactionis & subtiliationis humorum crassorum, vnde communiter est in vsu in dolore colico iniunctum ab extra, & in clysteri administratum, sed non est ita conueniens in principio sicut oleum anethinum & chamæmelinum cum à leuioribus incohandum sit. Et confert ad calfaciendum membra neruosa infrigidata, & ad aperiendum oppilationem in eis. vnde maxime conuenit mollificationi & paralysi, & consimilibus dispositionibus, ex eis fiat inunctio in membris mollificatis, spondylibus colli, & nuchæ, & sępe ex solo tali oleo fiunt clysteria in doloribus colicis post principium, & liberantur. CHRI.

POTENTER inflationem discutit, efficacius tamen erit si ex ruta sicca ter vel quater permutata conficiatur. MAN.

Ex

SYLVII. EX foliorum & ſucci rutæ ana portione æquali, olei omph. q.ſ. infola dies.xv.obturato vaſe: poſt coque in vaſe duplici, horis.iiij.exprime; hoc bis aut ter itera. Rutaceum & illitum & elyſtere iniectum, colicum dolorem, quem chamæmelinum & anethinum mitiora non ſedarunt, placat, vacuata prius parte materiæ: neruoſas partes à frigido lęſas valde roborat, paralyſi confert, ſpinę inunctum obſtructiones aperit, inflationem potenius diſſipat, ſi ex ruta ſicca ter vel quater mutata perficiatur. Nam in virente ſucci excrementoſi multum ineſt.

COST. RVTACEVM. *Quia parari hoc oleum aſſerit Meſue, vt myrtinum, ob id omphacinum oleum ad hoc ipſum conficiendum Syluius ſinit, non recte, vt exiſtimo. concoquente profecto, & diſcutiente, non autem refrigerãte & aſtringente, quale acerbum eſt, oleo hic eſt opus. Si autem imitanda eſt myrtini olei confectio, ex rutæ fructibus, & eorundem ſucco parandum eſt, ad cotonei quoque æmulationem, quam in myrtino parando ſequendam propoſuit. expreſſo ſemel, bisue oleo, & nouo immiſſo & fructu, & ſucco. Quod ita parabitur efficaciſſimum profecto futurum eſt calfaciẽdo, & exiccando.*

MESVE.

OLEVM nardinum benedictum calfacit, tenuat, digerit, modice adſtringit, proinde affectus omnes frigidos, & flatulentos cerebri, ventriculi, hepatis, lienis, renum, veſicæ, vteri magnopere iuuat, naribus iniectum caput purgat, corporis colorem, & odorem commendat. ſpicæ nardi vnc.iij. vini & aquæ ana vnc.ij. & dimidia, olei ſeſamini lib.dimidia, coquantur in vaſe duplici C lento igne horis circiter.iiij.frequenter mouendo. Vel ſpicæ nardi vnc.iij.ſampſuchi vnc.ij. † xyloaloes, enulæ, folij, Indi, calami aromatici, foliorum lauri, cyperi, ſchęnuanthus, cardamomi, ana vnc.i.& dimid. † antequam terantur, vino & aqua ſufficienti, & olei ſeſamini † li.vj.mergantur. coq; vaſe duplici igni lento horis.vj. ſingulis horis mouendo. Vel ſpicæ nardi vnc.iiij. ſtyracis, caryophyllorum ana vnc.iij.nucis moſcatæ, vnc.v.olei balſamini, vnc.vj.olei ſeſamini, lib.iiij.coque vt prius, horis.v.

† *Xylobalſami.*

† *al.poſtquã.* † *lib.iij.*

CHRI. OLEVM Nardinum maxime eſt in vſu, & benedictum. & conuenit in omnibus ægritudinibus frigidis & ventoſis, & proprie neruorum, ſtomachi, hepatis, & ſplenis, renum, veſicæ, & matricis, & dolori aurium ventoſo, & hemicraneæ factæ a cauſa frigida ſecundum omnem modum adminiſtrationis. vſus tamen communior eius eſt in forma linimenti per ſe ſolum, vel cum alijs permixtum in forma vnguenti additis pulueribus odoriferis ad confortandũ ſtomachum debilitatum in virtute digeſtiua à mala complexione frigida poſitiua, vel a debilitate calidita tis innatæ.

MAN. DIOSCORIDES dicit maiori ex parte miſceri in præparatione eius oleo balanino, vel omphacino, ad aſtrictionem ſchinon: ad bonum odorem, coſtum, amomum, nardum, myrrham, balſamum. Secundus, & tertius modus Meſue nobile conſtruerent, ſi quæ ingrediuntur haberi poſſent.

APRIMA compoſitio eſt nobis frequens & efficax etiam ad aurium tinnitus, & dolentes ipſius flatus, & omnem neruorum intemperiem frigidam. Oleum nardinum calfacit, potiſſimum vbi largius accepit amomum. Id olim Laodiceæ in Aſia duntaxat præſtantiſſimum fiebat: nunc etiam in alijs fit vrbibus. Secunda & tertia Meſue comppoſitio ſi ſimplicia ſuppeterẽt vera, eſt efficaciſſima, ſed vnguentum verius eſt quam oleum. Oleum autem ſeſaminum, quia deſideratur, vice eius, oleum dulce ſubſtituitur, parũo aut nullo errore. Nam Meſues aliquando ſcribit olei ſeſamini, vel dulcis. SYLVII.

NARDINVM. *Huic ego profecto ad propoſitos affectus omnes ſpicatum noſtri temporis ſemper præferrem, odoratum inquam ex noſtrati ſpica, ideſt lauendula amygdalis inſtrata. ſed addito, vt aſtrictionis aliquid ei comparetur, maſtiche, aut ſimili. At vero, quum in ſecundo huius conficiendi olei modo codices varient, & alij ſpicam, ſampſucum, ac reliqua aromata mergi in vino, aqua, & oleo velint priuſquam terantur. alij teri anteaquam immergantur; res ipſa docet, terenda illa eſſe prius quam mergantur, vt eorum vim liquores promptius excipiant. alioqui etiam quomodo & quorſum teras vbi fuerint madefacta?* COST.

B

MESVE.

OLEVM Maſtichinum, cerebrum, neruos, iuncturas, ventriculum, hepar corroborat, tumores duros lenit, dolores ſedat, ſic conficitur. Maſtiches vnc.iij.olei ſeſamini † ſextario. coquuntur in vaſe duplici. Vel maſtiches vnc.iij.vini vnc.iiij.alij octo, olei roſati lib.i. in vaſe duplici coquuntur C ad vini conſumptionem.

OLEVM Maſtichinum eſt multum in vſu, & principaliter conuenit ad inungendum ſtomachum pro confortatione virtutis digeſtiuę & contentiuæ; habet enim virtutem aliqualem ſtypticam cum aliquali contritione, vnde confert fluxui ventris, maxime lienteriæ, nec eſt tantæ calefactionis, veſicationis & apertionis, quam eſt oleum de ſpica immediate dictum: nam illud eſt aperitiuum ǒppilationum omnium. CHRI.

Μαςίχινον ἁπλούςατον & ποικιλώτερον cõficit Paulus, ſimpliciſſimum ſcilicet, & magis varium. Vltimum accipit olei ſex. 50. lib. helenii. s. xylobalſami lib. x. ſchœnanthus lib. v. cardami. lib. vij. maſtiches lib. v. xylomaſtiches lib. viij. terebinth. li. iij. comæ abſinthij lib. i. vini D odorati ſextar. v. aquæ ſextar. x. Res ſiccæ in vino madefiant per dies iij. miſceantur oleo & aqua, & coquantur hor. vj. & tunc maſtiche & terebinthina additur, & exacte commixta & infrigidata depurantur. In ſimpliciſſimo, pro oleo ſeſamino Paul. accipit omphacinum, & non niſi vnc. j. maſtiches, dicitque aliquos addere abſinthij & ſtyracis ana vnc. i. Chiſt.) Græce ξέσης & eſt duarum cotylarum. MAN.

SECVNDVM eſt ſolum in vſu, quia præſtantius priore, cui cum Paul. oleum omphacinum miſcetur potius, quam ſeſaminum, niſi quando ſtudium maius eſſet duritias *molliendi*, & dolorem ſedandi: quorum neutri omphacinum per ſe conuenit. Eſt autem vtrumque ſimpliciſſimum medicamentoſius, ac varium magis, & vnguẽtum verius, quam oleum Paulus deſcribit. Facultatem ventriculi coctricem & retentricem roborat illitum in lienteria, ob id ſalubre. Minus multo calet, ſiccat, obſtructa aperit, quam nardinum, nec minus adſtringendo roborat. Oleum maſtichinum ex oleo roſ. & vino antiquo ad partium laſſitudinem & imbecilitatem fit SYLVII.

tem fit Mes. in fine suorum can.c.12. Oleum mastich. & lentisci. E num recens in vase duplici calfactum, anodynum est phlegmones in gingiua, oris tunica, & cute.

COST. MASTICHINVM. *Mastiche oleo incocta liquescit, vnumque fit cum oleo corpus, quare oleum ex priori præscriptione paratum, ex olei inquam sextario, id est sesquilibra, et mastiches vnc.tribus, olei consistentiam, paulo tamen crassioris retinet. at ex posteriori, in qua olei vna tantum libra ad ternas mastiches vncias additur, non olei, sed spissamenti erit cōsistentia.*

MESVE.

OLEVM ex Styrace calfacit, ob id cōfert dolentibus a frigore renibus, vesicæ, vtero, neruis, musculis, tendonibus, iuncturis. Styracis vnc.iij. vel si valentius vis, quatuor, in olei sesamini lib.j. coquantur, vt in mastichino, & colatum reponatur.

MAN. VALET & scabiei, præcipue addita octaua parte ellebori albi.

SYLV. OLEVM Styracis huic simile scribitur Auic. 5.cano. & Serap. in antidot. ad scabiem est efficax, præsertim addita parte. 8. elleb. albi, diuersum Dios. Diuersum duplex Mesue ex styrace liquida in curandis affectibus neruorum. aliud etiam Nicol. Styracum olei meminit Dios. in styrace, sed an simplex sit vel mistum non docet.

COST. STYRACIS. *Nobis per annos multos styrax copiosos fructus tulit. ex quorum nucleis oleum & expressimus, & ad tumidum lienem non frustrato euentu vsurpauimus. Quod hic per impressionem conficitur, coquendum in duplici vase, vt superius, addito etiam si velis vino ad præscriptionem superioris olei. tum enim id maiorem oleo tenuitatem comparabit, tum efficiet ne coquendo exuratur.*

MESVE.

OLEVM Costinum calfacit, obstructa aperit, neruosum genus roborat, vt neruos, musculos, tendones, ligamenta, ventriculum: præter hæc hepar, & capillos: canitiem ob id moratur, & corporis colorem ac odorem commendat. Costi amari vn. ij. casiæ vnc.j. sampsuchi summitatum vnc. viij. vino odoro q.s. biduo infunduntur, deinde cum H olei sesamini † libr. iij. coquantur horis sex, vt nardinum.

† libr. ij.

CHRI. OLEVM costinum est multę calefactionis mēbrorum neruosorum, vnde principaliter confert omnibus ægritudinibus frigidis in eis factis & principaliter in paralysi, si fiat inunctio spondylium & colli & nuchæ. & si ex ipso inungantur capilli, facit eos tenaces, & canitiem prohibet, deficcando illam macilentam humiditatem, quæ est causa canitiei.

MAN. VTILE est in vehementi rigore, vera tamen costi radice caremus.

SYLVII. SI vera costi radice fiat, omnibus neruosi generis affectibus frigidis confert calore vehementi, vt etiam paralysin, ac vehementem rigorē spinę illitum iuuet. Capillos etiam tenacius affigit, & mucoso humore canitiē accelerante consumpto eos prohibet.

COST. COSTINVM. *De costo alias. cuius specie: si zedoaria non est, neque eam substituere hic velis pro costo: at caryopylli (arbitror) oleum ad eadem vtile reddent, ad quę Mes. costinum oleum probat. Hoc etiam quum decoquendum ait eo modo quo nardinum, vt ex duplici vase, & lento igne coquas admonere existimo. Tu ex amygdalis, caryophyllis, vt iam sæpe monui, instratis elegantissimum oleum parabis costino ad propositos affectus non inferius.*

MESVE.

OLEVM Cyprinum partes neruosas roborat, capillos a canitie vindicat: fit ex florum cyperi vnc.iiij. coctis in ol. veteris vnc. x. vt rosatum. Florum penuria F folia cum modico vino bis mutata coqui possunt in dicta olei mensura. *Oleum de alchanna.*

ISTVD oleum non est multum in vsu. Dioscorides habet vnam aliam descript. sub nomine olei cyprini, quod idem est. nam oleum de Alchāna apud Arabes est oleum cyprinum apud Græcos. CHRI.

CYPRINON dicitur a Paulo, quod enim Arabes alcanna, Græci cyprum vocant. Posidonius sic parat, ait Paulus. sextarium i. cyperi, helenij, ireos, ana lib.i. sampsuchi, hyssopi, seminis agni, saluiæ, pulegij, ana omnium vnc.iij. florum cypri libram. Alia omnia præinfusa vino per diem vnum, coque vj. horas cum oleo: quæ vbi amoueris, oleo puro cyprus immittitur, si quidem adsit viridis, mollibus ramusculis non præcisis, si non, ficca contrita & cum pauca aqua per sesquihoram coquatur, si vis vt tingat. Vbi ablata ab igne G est, adde æruginis puræ lib.i. semis. Posidonius tamen acredinem æruginis fugiens, tribus, ait, post coctionem diebus mitte oleum in vas, quod purum sit, tingetque illæsa eis vi. Aliud idem Paul. in hunc modum conficit. Foliorum cypri, foliorum lauri, ireos, cyperi, saluiæ, ana vnc.iij. dendrolibani, aristoloc. longæ, agni casti vnc. iiij. helenij, aspalati vnc. vj. rutæ & cupressi ana drachm. ij. olei sextar. x. Vbi hæc prius vino perfuderis cum oleo coquito, & extrahens, adde rursus xylobalsami, xylocassiæ vnc.iiij. sampsuchi, cumini, myrti, styracis, mastiches vnc.iij. opopanacis drac.ij. florum cypri vnc.vj. æruginis vnc.i. MAN.

QVOD oleum Cyprinum duplex Paul. describitur, verius est SYLVII. vnguentum, vt Dioscor. Sufficerit Mesue descriptio. Oleum cyprinum & lentiscinum magis calfaciunt, quam myrteum: & modice adstringunt.

CYPRINVM. *Græcis vsus ligustri foliorum fere tantum fuit, non etiam fructuum aut florum. flores enim vix Dioscorides cum aceto fröti illitos sedare capitis dolores adnotauit. In Auicena autem ex Belluensis castigatione probantur flores ad neruorum affectus. & eorum oleum lassitudines curare, lenire neruos, & fracturis ossium conferre scriptum est. Quare consentit Auicen. (quod ad neruos pertinet) huic scriptori. de qua tamen re fortasse admiraberis. Si enim ligustrum frigido & sicco est temperamento, quomodo conferre neruis potest? Sed neruorum lassitudo ex calore maxime est, vt in iis, qui plus iusto exercentur quem proprie curat frigida. Sed adde quod ligustrum ex diuersis partibus tum calidis tum frigidis constare Galeni testimonium est, frigiditas vero primum non excedit gradum, quare addito veteri oleo eius nō modo temperari frigiditas* COST.

frigiditas poteſt, ſed etiam quæ illi calidæ inſunt partes, excitari. Ob id eius floris oleum Auic. calfaciendi ac leniendi facultatem ſcribit obtinere.

MESVE.

OLEVM ſampſuchinum calfacit, roborat caput & neruoſorum genus omne, fit vt oleum myrtinum.

CHRI. OLEVM de ſampſucho ideſt de maiorana non habetur in vſu. Raſis in proprio antidot. habet iſtud oleum, quod valet ſecundum eum, laſſitudini, & inunctum in balneo valet paralyſi, torturæ oris, iniectum naribus valet omnibus infirmitatibus frigidis. iniectum auribus ſedat rugitum & tinnitum, & diſſoluit ventoſitates, prouocat menſtrua, valet morſui ſcorpionis.

MAN. SI ter quaterque comę ſampſuchi permutentur, & in vaſe duplici oleum coquatur, bene odoratum erit, & ſternutamenta leniter ciebit.

SYLVII. RASIS in antid. aeopum eſt, ſeu laſſitudini vtile, & morbis cerebri & neruorum frigidis prodeſt. Ob id ſpinæ in balneo inunctum paralyſin iuuat, ſpaſmum cynicum vulgo torturam oris, naribus iniectum, vt auribus immiſſum, a flatu tinnirum diſſipat, menſes ciet, morſui ſcorpionis prodeſt. Potentius fiet ac odoratius, ſi comis ſampſuchi ter quater mutatis, in vaſe duplici coquatur. Paramus in nullos vſus alios, quam ad emplaſtri meliloti compoſitionem. Sampſuchinum Dioſcor. ab hoc diuerſum.

COST. SAMPSVCHINVM. *Oleum è ſampſucho ex Dioſc. efficax eſt ad multa. Si fieri hoc debet vt myrtinum. hoc autem confici vt cotoneorum oleum antea dicebat: vt ſampſuchi quoque ſuccum, ſimulque ipſum ſampſuchum ſumas, oportebit: atque bis terue nouo tum ſucco tum amaraco miſcto, coctoq; reliqua eodem ordine abſoluas. Sumendi autem ſampſuchi ſunt ramuli ſemine iam ferè maturo grauidi, quando maxime odore atque ſapore vigent. quod ſi etiam aridos ſumpſeris, efficacius oleum reddetur.*

MESVE.

Oleũ de mezereon.

OLEVM ex Thymelæa hydropi confert, ac vlceribus malignis, cutis fęditatem terget, ſol. mezereon. vnc. iiij. aquę lib. j. 24. horis macerentur, poſt coquãtur in olei ſeſamini vnc. viij. & lactis dulcis & recentis vnc. vj. ad aquæ & lactis conſumptionem, colatis reconditur.

MAN. QVID per Mezereon intelligendum, inter ſimplicia declaratum eſt. Habet hoc oleum magnam vim, præter ea, quæ a Meſue dicuntur, in aluo lenienda, ſi vmbilico admoueatur.

SYLVII. IN ſimpl. c. de Mezereo prius eſt aliter deſcriptum. Id vmbilico admotum, aluum ſubducit.

COST. MEZEREON. *Quod verum Meſue mezereon ignoremus, nõ pauca eſt hydropicis iactura, quibus hanc ſtirpem adeo conferre hic author etiam lib. ſimpl. teſtatur. Si quis aliquando legitimum norit, & ex eo oleum ſit paraturus, meminiſſe oportebit diuturniori coctione eius vires diſſolui. quare quando id hoc loco ex aquę libra vna & lactis vncijs tribus cum oleo, ita coquendum eſt, vt abſumatur aquæ & lactis humor, ne tam longa coctione plus iuſto eius exoluantur vires, maxime ſtudendum erit. Conſilium ergo erit, vt leui admodum igne citra feruorem hæc coquantur, verius autem macerentur, quam coquantur, ita tamen vt ſenſim adſcititius ille aquæ, & lactis humor euaneſcat.*

MESVE.

Oleũ de alhaſca.

OLEVM de Thymo, renum, veſicæ, ilium dolori confert, vrinæ difficultatem leuat iniectum in ſedem, vel meatum vrinarium. Thymi vnc. iiij. zingiberis vnc. j. & s. aqua dulcis ſuffi- B ciens, ſucci extremitatum thymi vnc. iiij. ſeſamini vnc. iiij. coquatur in vaſe vitreato ad aquæ & ſucci conſumptionem. Vel ſucci thymi, olei ſeſamini, lactis vaccini recentis ana lib. ij. penidiarum albarum vnc. v. zingiberis albi vnc. i. & s. coquantur vſque ad ſucci, & lactis conſumptionem. Hoc eadem poteſt quæ prius, & præterea roborat dictas partes ac iuncturas, earumque dolorem lenit, colorem bonum reddit, venerem excitat.

Verſio antiqua ſic habet.

Oleum de Alhaſech, & eſt oleum ſericinum, confert dolori renum, veſicæ, iliorum, & difficultati vrinæ, & proprie iniectum per foramen virgæ, aut facto ex eo clyſteri. & fit ita. Accipe alhaſech, vnc. iiij. zingiberis vnc. j. & s. funde ſuper ea in vaſe vitreato ſucci extremitatum alhaſech. vnc. iiij. olei ſeſamini vnc. xiiij. aquæ C dulcis q.ſ. & decoque vſque ad aquæ conſumptionem. Modus alius quod bibitur, & inungitur ſuper loca dolentia: & fit ex eo clyſtere. Confert dolori iuncturarum, & confortat eas, & confert debilitati renum, & veſicæ, & dorſi, & dolori iliorum, & colorem efficit bonum, & auget deſiderium coeundi. Cuius doſis eſt vnc. i. cum rob, aut cum vino, aut cum aqua mellis. Accipe olei ſeſamini, & ſucci alhaſech, & lactis vaccini recentis ana lib. ij. albarum penidiarum vnc. v. zingiberis albi drach. xij. Et decoquatur vſque ad ſucci & lactis conſumptionem, & adminiſtretur.

CHRI. ISTVD oleum non eſt in vſu. ſecundum autem intentionem Meſ. oleum de alhaſech eſt oleum ſericinum. Serap. in proprio antidotario habet duas deſcr. olei alhaſech, quarum prima eſt ſimilis huic, in fine cuius ait, coquatur donec conſumetur aqua, & remaneat oleum ſericinum, & ſic intentio Meſ. ſimilis eſt intentioni Serap. Auic. v. can. habet tres deſcriptio. Aliqui textus Meſ. habent oleum alhaſech, alij haſce, vt habet Auic. ſi hæc tria idem ſunt, eſt thymus, ſi autem non, eſt hyſſopus vſualis: nam haſce id eſt hyſſopus vſualis, & alhaſch ideſt thymus.

MAN. AVICENNA vocant oleum de haſce, quod eſt thymus, triplici q; modo componit, non magnopere ab his qui à Meſ. ſcribuntur diuerſo.

SYLVII. ID oleum cur Meſ. hic & Serap. in Antidotar. ſericinum vocet, non video. Poteſt earumdem prope virium fieri eodem modo ex

do ex hyſſopo, quod quidam hoc loco per alhaſech a Meſ. intelligi voluit.

COST. THYMI. *In priori deſcriptione cum tam larga thymi atque eius ſucci copia apud Syluium parcius iuſto eſt pondus olei, quod ad vncias quaternas prę ſcribitur. reponendæ ergo ſunt ex vulgata verſione vnciæ quatuordecim. In poſteriori etiam eſt, quod in Syluio deſideres. id enim oleum dicens venerem excitare, vtendi modum prætermittit, nempe an inungenda aliqua ſit corporis pars, an idem oleum ſit aſſumendum. Addendum igitur ex veteri verſione, id facere epotum ad vnciam vnam cum ſapa aut vino aut aqua. ita vt ſit & aſſumendum & obſcœnis etiam partibus illinendum. Quo loco habenda quoq; erit ratio, vt quum aſſumendum eſt tum recens ſit confectum, tum ex recenti ac recenter expreſſo ſeſamo paratum, quod vetuſtate rancidum non euaſerit.*

MESVE.

Oleũ de cucumere aſinino.

OLEVM Sicyonion ideſt de cucumere agreſtis, epilepſiam, hemicraniam, & alios cerebri affectus frigidos narib. immiſſum leuat, & ſtrumas, & ſurditatem, pannum, & cicatrices nigras delet. Oleum ſeſaminum in ſucci cucumeris agreſtis maturi quantitate æquali coquitur ad ſucci conſumptionem. Vel ſucci radicum ipſius, & aliarum eiuſdem radicum tritarum ana lib.s. cũ olei ſeſamini lib.i. coquitur ad ſucci conſumptionẽ.

MAN. SICYONIVM vocat Pau. quod aliud tamen eſt ab Sicyonio à Dioſc. inter alba olea deſcripto. Hoc vero duplici modo conſtruere docet ipſe Paul. Simpliciter quidem hoc pacto: radicis ſylueſtris cucumeris vnc. ij. olei ſextarium vnum. coque in vaſe duplici. Compoſitum hoc pacto, Radicis cucumeris ſylueſtris abraſæ lib i. olei ſextarios x. ſerpylli, melilοti ana vnc. vi. dadonpiceæ pinguium, althææ ana vnc. s. ſcolopendrij vnc. vj. fœnugræci ſextar. ij. fœnugræcum infunditur in aqua per diem i. poſtea extrahitur, & cum his quæ dicta ſunt, & oleo, duobus vini ſextarijs additis, infunditur. Et vbi omnia cocta ſint, additur medullæ ceruinæ cum pauco oleo ſolutæ vnc. iiij. & rurſus oleum extractum reponitur. Quidã exponunt ſoli poſtquam coctum fuerit dies xl. Sicyonium aliud efficacius. Succi elaterij ſextar. ij. ariſtol. longæ, & rotundę, ſtyracis, helenij, hyſſopi, ireos, colocynthidos, pulegij, origani, cyperi, dendrolibani, cer. tauri, foliorum lauri ana vnc. ij. olei ſextarios v. miſcens coque donec parum ſucci relinquatur.

SYLVII. PAVLVS radicum eius vnc. ij. coquit in vaſe duplici cum olei ſextario j. Alterum idem compoſitum efficit vnguento proximum. Hoc ſæpe vtitur Gal. in lib. comp. medicamen. præcipue ſecundum genera, ſed etiam ſecundum locos, & aliquando in methodo. Eius vero compoſitionem ab eo promiſſam nuſquam legi, ἀντὶ τῶ σικύου ἀγρίου, a cucumere agreſti eſt vtique dictum σικυόινον. Dioſc. vero σικυόινον ἀπόζυσις σικυαρίας, quæ regio eſt Peloponeſi, in qua laudatiſſimum fiebat, Aliter omnino componitur, & ſine radicibus cucumeris agreſtis, à qua illud calfacit, tenuat, digerit: hoc vero aut temperatum eſt, aut ſub frigidum: quanquam id quadantenus calfacere, & febri ac neruorum vitijs prodeſſe, feminisque faciei nitorem conciliare ſcribit Dioſcor. Elaterium vero ex fructu per maturitatem flaueſcente ſine expreſſione extrahitur, ſiccatur vt ſcammonium. Poſt ſex menſes vtendum.

COST. CVCVMERIS aſinini. *Siue ſucco fructuum, ſiue ex radice hoc oleum paraueris, diſces ex Meſue lib. ſimpl. conferre ad hydropem, & iſchiadem: addе etiam, inuncto vmbilico ad lumbricos. experiere autem eodem ventrem ſolui vmbilico inuncto. Sed & ſemina ſi quis exprimat, oleum habebit ad eadem præſtanda, vt audio, opportunum.*

MESVE.

Oleũ de pomis citranguli.

OLEVM de pomis Citreis vel Arãcijs ad iuncturarum dolorem. Poma hæc duodecim matura integra in olei ſeſamini lib. ij. aquæ fontanæ, & marinæ ana q.ſ. coque in vaſe vitreato ad aquæ conſumptionem. Iterum in aquæ dulcis lib. j. & s. cum penidiarum alb. vnc. viij. coque ad aquę conſumptionem. Datur ab vnc. j. ad vnc. iij. cum potu, cibo, obſonijs.

Verſio Antiqua ſit hęc.

Oleum de pomis Citranguli, confert doloribus iuncturarum, & allelengi. Accipe poma citrangulorum xij. & ſint proprie antiqua, & pone ea integra in vaſe figuli vitreato, & funde ſuper ea olei de oliuis, aut olei ſeſamini. vn. xxvj. aut plus ſecundum magnitudinem, & paruitatem citrangulorum, & aquæ maris. coquantur ad conſumptionem aquæ. Deinde funde ſuper ipſum aquæ dulcis clarę lib. i. & s. & proijce ſuper ea penidiarum albarum vnc. viij. decoque vſque ad aquæ conſumptionem, & adminiſtretur in potibus, & cibis, & pulmentis de farina. Doſis eius eſt ab vnc. i. vſque ad iij.

CHRI. ISTVD oleum non eſt in vſu. ſuperius poſitum fuit oleum de granis citri, & citranguli, & hoc eſt de pomis citrangulis. & de hoc pomo teſtatur Symon Ianuen. quod nunquam inuenit aliquem de eo mentionem feciſſe, ſed ſecundum modernorum opinionem eſt pomum dictum Arantium.

MAN. CITRIA vocant. Eſt autem fructus mali Medicæ vel Aſſyriæ. Et ſint proprie antiqua.) Credo illum intelligere dudum ab arbore amota, vel bene matura. Nam ſemper in arbore inuenies flores, fructus & paruos & maiores, atque inter hos quoſdam virides, quoſdam ſemiaureos, quoſdam penitus aureos, qui antiquiores dicuntur.

COST. CITRANGVLI. *Citrangulum quærens, non citrum, ſed aurantium malum, vt puto, intelligit. Maturos fructus quærit, ne valido acore articulis officiant. quare præſtabit fortaſſe eoſdem ad hunc vſum dulces quoque vſurpare. Coquit autem in oleo non abſolute ſeſamino, vt Syluius, ſed aut illo, aut oleagino. Porro hoc oleum, vt quod paulo antea ex thymo propoſuit atq; vt amygdalinum, potui exhibet ad articulorum dolores. imo cibis & obſonijs commiſcet. quod vero iiſdem partibus foris quoque inducendum ſit, vt affectus vndique oppugnetur, ipſo etiam tacente admonemur.*

MESVE.

OLEVM Croci neruos & vterum roborat, amborumque dolorem ſedat, durities diſſipat, coloris gratiã efficit. Croci vnc. i. myrrhæ puræ † vnc. 5. † diebus v. aceto

† drach. iiij. † Vulg. add. calami ℥ aromat. ℥ vj.

macerен-

† drach. ix. macerentur. die sexto toto cardamomi † drach. viij. simul macera, septimo cum oleo lib. j. & s. coquatur igni lento ad aceti consumptionem, loco aceti sunt qui vinum supponant.

MAN. DIOSCORIDES accipit oleum prædstrictum cum calamo, myrrha & cardamomo, deinde apponit crocum. Et vide ab eo, qui alia arte vtitur quam hic. Somnum facit secundum Dioscor. etiam in phreniticis, si odoretur, aut infricetur naribus, suppurat, purgat vlcera. Dolori matricis. Dioscorides clausioni, malignis vlceribus cum cera, croco, medulla, & duplo oleo. A Paulo aliud describitur longe hoc sicuti præstantius, ita & preciosius.

SYLVII. DIOSCORIDES aliter præparat ad somnum conciliandum, etiam phrenecticis, si odoretur, aut naribus infricetur, & ad clausionem vteri. suppurat, vlcera purgat, etiam maligna. Paulo est aliud, vt pretiosius, ita præstantius.

COST. CROCI. *Croci integra stamina hic sint sumenda. alioqui eius in puluerem ducti vis dierũ quinque infusione plus iusto exoles ceret. reliqua contusa sumentur, vt dẽsiorem eorum substantiam aceti uis vsque quaque penetret. cardamomum postremo addit loco, vt quod laxiori & minus lento corpore (est enim friabile) celerius quam reliqua maceretur. Acetum, album semper sumendum, si secus non admonuerit author compositionis. hic tamen astrictionis gratia si nigro vtaris, nõ errabis. Aduersissimum neruosis est partibus acetum. hic tamen penetrationis gratia recte vsurpatur. tentat profecto neruos celerrime omnium, atque adeo eorum quæ præsidio esse illis possint vim promptissime in ipsos defert. Tu si aceti iniurias verearis, vinum vt author admonet, sumes, aut quæ maioris futura est vsus, aquã ex vino extractam destillationẽ.*

MESVE.

LEVM ex piperibus iuuat morbos neruorum frigidos, vt paralysim, spasmum cynicũ, tremorẽ, epilepsiam, ad hæc ischiadem, & cæteras arthritidis differentias, & vteri, coli, renum, vesicæ affectus frigidos, quia calfacit, tenuat, terget, ob id obstructiones aperit, calculum frangit. Trium piperum ana † vn. iiij. cepularum, beller. embli. Ind. ana drachm. v. rad. apij, fœniculi, ana drachm. iij. & semiss. sagapeni, opopanacis, hyoscyami albi ana drachm. ij. & semiss. turbith boni albi † drachm. xij. zingib. drachm. iij. surculorum hyssopi recentium. foliorum rutæ virentium, ana manip: j. parum trita coquantur ad tertiam partem in aquæ lib. xxiiij. coletur cum olei cicini heminis duabus, percoquatur ad aquæ cõsumptionem. Addunt alij ireos drachm. vj. thapsiæ drach. ij. anisi, cardamomi. ana drachm. j. & s. calami aromatici drachm. ij. & s. spicæ nardi drach. i. expressionis hyssopi, vel thymi sextarios tres. Poni potest loco cicini oleum irinum. vel leucoi lutei, vel amygd. amararũ, vel omnium simul quatuor ana heminas.

† Al. un. iij. al. drac. xy.

† al. drac. ij.

† al. capsa.

CHRI. OLEVM de piperibus esset conueniens omnibus dispositionibus frigidis, sicut est paralysis tremor, spasmus, & mollificatio. conferet etiam ad epilepsiam, ad ischiaticam & ad dolorem iuncturarum & dorsi, & matricis, & maxime conueniret in vera colica facta ab humore phlegmatico ventoso. & pluribus alijs dispositionibus positis in litera conueniret, sed non est in vsu.

IVSQVIAMI albi.) Suspicor hic esse mendum. Quid enim operatur hoc loco hyoscyamus, præsertim in exigua portione? Hasach. humidi.) i. thymi, vt credo. Sextaria.) Græce ξέστα. Administretur vbi oportet.) Credo authoris intentionem fuisse, vt etiam biberetur, sicut & nonnulla, de quibus sermo habitus est. Auicena describit hoc sub nomine olei Alchechengi. MAN.

HOC describitur Auicen. nomine olei alchechengi. hyoscyamus præsertim tam paucus, hic otiosus videtur, vt mendi suspitio, sit vehemens. Validum fuerit hoc ol. etiam potu. Mediolani vsurpatur. SYLV.

DE piperis. *Proponitur hoc etiã ad calculos. quare ad bibendum quoque (quod ait Manard.) proponitur. At qui eo in hunc modum vti voluerit, pro thapsia, cuius vncias binas quærit casiam, id est cinnamomum, ut reponat, hortor. hyoscyamum etiam caueat. et pro cicino oleo amygdalarũ amararum oleũ recipiat.* COST.

MESVE.



LEVM ex Euphorbio iuuat maxime frigidos cerebri & neruorum affectus, cephalalgiam, hemicraniam, lethargum, narib. immissum, articulorum quoque & hepatis, & splenis dolores illitum iuuat. Euphorbij vnc. s. in olei leucoij lutei, & vini odori ana vnc. v. coquitur ad vnc. v. coquitur ad vini cõsumptionem. Vel staphidos agrię, † struthij, ana † vnc. s. pyrethri drachm. vj. succi calaminthes montanæ † vn. j. & s. costi, dra chm. x. castorei drach. v. trita, triduoque macerata, in vini odori li. iij. & s. coquatur ad dimid. deinde frica multum, diuq; manibus, & cola, cum olei leucoij lutei, aut sesamini lib. j. & s. percoque ad vini reliqui consumptionem, tunc inspergе euphorbij recentis, & albi tenuissime triti drac. iiij. & miscendo coque.

† condisi. † drach. iiij. † drach. xy.

OLEVM de Euphorbio est fortissimæ calefactionis & deiccationis, & est in vsu, & est medicina singularis conueniens omnibus dispositionibus, quibus conuenit oleum de piperibus immediate dictum. ab ipsis tamen præcauendum est in principio harum dispositionum, nisi in excessiue frigidis. Et quum Mesue doceat istud oleum facere duobus, modis aliqui doctores magis laudãt secundum, quam primum. Auicen. in v. canon. habet vnam aliam descript. quæ videtur esse eadem cum secunda descriptione. CHRI.

GALENVS ex solo euphobrio, & oleo parat, euphorbium, vel augens, vel minuens, iuxta maiorem minoremue indigentiam. vide libro 2. de compositione medicamentorum secundum loca. Condisi.) Condes, vel radicula, nũc paucis nota, quæ & struthion. Auicenna accipit costum, castoreum, calamentum, pyrethrum. MAN.

SYLVII. IDEM potest quod ol. de piperibus, sed calidius, & siccantius: fugiendum vtrumque in principio dictorum affectuum, nisi vehementer frigidi sint. Secundum efficacius etiam Auicen. describitur v. cano. ex oleo, & sole euphorbio parciore: largiore parat Gale. lib. 2. c. ph. p. pro vario scopo. Olei lib. i. immitte euphorbij validi, hoc est recentis, & albi, semunciam, vel (si vetus est euphorbium, vt bimum, trimum, & iam pallidum, aut flauum) drach. vj. si sensus in auribus, vel parte alia est acer, minus semuncia, vt drac. ij. si obtusus, validi euphorbij, vnc. s. vel drach. v. præsertim si affectus est contumax, vt alopecia. Idem pollent piper, cæpa, allium, ruta oleo incocta in frigidis aurium, & aliarum partium affectibus, vt in hemierania a causa frigida. Oleum cui libanotis. i. rosmarinus incocta sit, vel radix betæ albæ, vel cucurbitæ agrestis, vel cucumeris agrestis, vel bryoniæ, vel altheæ, efficaciter euaporat, vbi hæc qualitatem, & vires in oleo tenui non adstringente dimiserunt. Ol. ex menta viridi repellit, exiccat, roborat, digerit lib. 2. c. ph. p. Pisseleon seu picinum oleum Dioscor. componitur. Oleorum genus tertium facimus non modo eis plantarum prædictas partes incoquendo, sed etiam animalia medicamentosa: id quod exempla sequentia docebunt. E F

COST. DE euphorbio. *Euforbium ex oleo leucoij albi dissolutum lib. simp. ad affectus frigidos neruorũ hic propositos, vt admirandum præsidium commendat. hic vinum addit non temere, vt quod corroborandi vim habet, præsertim nigrum. Quod autem euphorbium hic recens, & album quærit, suspicionem alicui faciat quando recens, & annuum veneni atque ignis habere ait vires lib. simpli. quorsum ergo hic recens quærit? Sed & probatissimum eodem loco colore esse ait pallido. hic autem quasi minus probatum quærens album deligit. Verum paucis. euphorbium foris longe minori, quam intus periculo admouetur. in frigidissimis igitur affectibus, si efficacissimum quærit, recte quærit. id vero est recens. quo vel eo nomine hoc loco est opus, quod vetustum difficile dissoluitur eodem Mes. loco citato admonente. Constat ergo cur recens hic deligat, quod alibi damnat. Est vero etiam recens probatissimum non plane album, sed pallidum. album tamen recte dici potest respectu vetusti, quod est rufum.* G

MESVE.

OLEVM Vulpinum ad podagras, reliquasq; arthritidis species, ac dorsi, renumque dolorem est efficacissimũ. Vulpes integra tantum exenterata, in aquæ fontanę, & marinæ, ana ℥ sextario i. olei antiqui clari sextar. ij. & s. cum sălis vnc. iij. coquitur ad aquarũ consumptionem, & vulpis artuum dissolutionem. Postea aquam dulcem (cui hyssopi, & anethi, herbarũ, ana man. j. incoctus sit) affunde vasi, & cum dictarum herbarum, ana lib. j. recoque ad huius aquæ consumptionẽ. Vel vulpes in aqua fontana & salsa cum herbis dictis sine oleo percoquatur, ad carnium vulpis. & artuum dissolutionem. Aqua hæc ad fotum, vel balneum partium affectarum est efficax.

℥ i. i. alias Libr. H

CHRI. OLEVM Vulpinum est nobile, & vbique præparatur, & est conueniens ad omnes ægritudines frigidas neruorum, & iuncturarum, sed non est tantæ calefactionis, quantæ est oleum de Euphorbio, vel de piperibus, vel laurinum. & est mirabile in extendendo decurtatos, nec eius vsus prohibetur statim post principium ægritudinum frigidarum.

Mirabile ad extendendũ decurtatos.

ADDITIO.

Istud oleum est multum in vsu Ioan. Angl. in cap. de dolore iuncturarum, inquit, oleum Vulpinum est medicamen vlt. ad arthreticam, & podagram, & dolorem renum & dorsi.

VIVAM sumit Paul. & coquit in oleo. Olei antiqui kist. iij.) Videntur duæ cotylæ, vt supra. Est enim mirabile balneum.) Laudant Græci in oleo simplic. decoctionis vulpis viuæ. MAN.

ID oleum ad neruosi generis, & iuncturarum affectus omnes frigidos ob calorem mediocrem est tutissimum etiam initio, & efficacissimum. Paul. viuam vulpem oleo incoquit; & hodie nonnulli viuam vbi exenterarunt, semispirantem adhuc oleo incoquunt. Vulpes autem bene habita, qualis per vindemias vuis nutrita, & impinguata, ætatis mediæ esto. Quid enim virium à vulpecula recens nata, & strigosa expectare possis? Grandior enim quia calore est acriori, humores habet calidiores, & ob id excrementa omnia acria, & partium omnium naturam valenter digerentem, vt nec vrinam, nec vẽtrem inferiorem contemperim. Additur coquendo interdum salsa, rosmarinus, iuniperus, anethum, origanum, maiorana, & tunc vulpinum est vnguentum. SYLVII.

VVLPINVM. *Vulpem ait Paulus totam, siue viuam. siue mortuam decoctam discussorium oleum efficere. Sextus philosophus Platonicus viuã scribit, siue ex aqua, siue ex oleo coctam mire podagricos sanare. Mes. sal addit, vtilissimum certe, quando præter discussionem robur quoque neruosis & articularib. partibus quoddam conciliat. Anethi, & hyssopi loco addũt alij chamæpythin, neruis, & articulis familiarem.* COST.

MESVE.

OLEVM ex Viperis cutim expurgat, impetigines sanat. fit ex viperarũ nigrarum integrarum, lib. ij. ad carnium dissolutionem coctis igni lẽto in olei sesami sextar. j. & s. in vase terreo vitrato angusti oris exacte obturato, ne illius noxio vapore offendaris. vbi refrixerit, vitreo vase reponatur, penna partibus affectis illinatur.

ISTVD oleum de Serpentibus etiam describitur a Serap. in proprio antidot. & dicit illud conferre ad impetiginem, & debilitatem stomachi, & asaphati. CHRI.

VIPERAS intellige, & elige, vt in Theriaca, & absinde caput & caudam, & valebit elephantiasi. MAN.

SI abscissis capite & cauda viperæ (quales theriaca postulat) oleo incoquantur, etiam elephanthiasi fierit salubre. SYLVII.

NOTA *est ex Galeno lib. de antidot. elephantiaci historia vino, in quo integræ viperæ irrepserant, sanati. quare, etsi in conficiẽda theriaca, vt tutius res agatur, abscindere caput, & caudam veterum consilium fuerit: sicut tamen ad scorpionum conficiendum oleum non abijcitur ipsorum aculeus, ita si integram viperam ad oleum ex Mes. præscripto parandum, sumpseris, quo illinendum foris est corpus, non minoris id securitatis, atque efficaciæ fore existimo, quam si, vt consulsit Manardus, abscissa cauda, & capite confici iusseris. Manardi tamen consilium magis probo.* COST.

ME-

MESVE.

OLEVM ex Scorpionibus, lapidem renum, & vesicæ frangit, & expellit, lumbis, pubi, perinæo illitum, aut per meatū vrinarium iniectum. fit ex scorpionibus viginti, vel paulo pluribus, aut pauciorib. in olei amygd. amararum lib. ij. insolatis mense vno in vase vitreo probe obstructo. Vel aristol. rotundæ, gentianæ, cyperi, corticum rad. capparis, ana vnc. i. in olei amyg. amararum sextario i. diebus xx. insolentur in vase vitreo operculato, deinde scorpiones a x. ad xv. oleo inijce, obtura. insola iterum † mēse vno. Egressus è balneo, aut inscissu calculosus illo vngatur in tribus dictis partibus & in meatum vrinarium inijciatur portio eius exigua, horis singulis, est mirabile. Quidam priore, alij posteriore ceu efficaciore vti malunt.

† Vetus per dies xx.

CHRI. OLEVM de Scorp. generaliter est ab omnibus vsitatum. dupliciter præparatur. nam quoddam est simplex, & fit solum ex oleo de amygd. amaris, & scorpionibus. Aliud est quod fit ex tali oleo, & ex scorpionibus, & quibusdam aromatibus aperitiuis, & calidis. & vtriusque modi hic ponuntur descript. Primum quod est simplex, plus attinet frigiditati ratione scorpionum. sed secundum plus attinet caliditati ratione aromatum, & vtrumque est aperitiuum, subtiliatiuum vrinæ, & lapidis fractiuum, renibus, & vesicæ inunctum ab extra, iuxta renes, & iuxta collum vesicæ & pectinis: oleum tamen de scorpionibus compositum est efficacius simplici oleo: similiter per syringam aliquid eorum impositum per virgam prouocat vrinam, & subtiliat ac frangit lapidem in vesica: & prædictas operationes efficiunt ex ipsorum complexione, sed non tantum ex hoc, immo etiam a proprietate specifica, & forma.

MAN. MODVS operationis eius alius.) Paratur nunc cum oleo antiquo, additis multis simplicibus medicamentis ad venena laudatis: estque mirabile in pestilentia, & venenis omnibus. Scio ego hominem, qui hoc solo munitus, sæuissimam quantumuis pestilentiam nihil facere, nec solum seipsum, sed & famulos secum ad viscendos pestilentia affectos accedentes, incolumes seruat. Scio & ex sola inunctione aliquos liberatos, qui sæuissima biberant venena.

SYLVII. PARATVR etiam nunc oleo antiquo additis simplicibus medicamentis contra venena laudatis, fitque oleum mirandarum virium contra venena omnia, & pestilentiam. Scio hominem hoc solo munitum quantumuis sæuam pestilentiam nihil facere, sed eum & seruos suos vna secum visentes pestilentia affectos, incolumes seruari. & sola vnctione quosdam à sæuissimis venenis potis liberatos. Prius ob scorpiones frigidum est: posterius ob aromata calidum & efficacius, non ob horum calorem & essentiæ tenuitatem (quibus aperit, incidit, tenuat, terget, perrumpit) sed etiam totius substantiæ scorpionum proprietate, & vt loquuntur, forma specifica, qua vtrumque calculum renum & vesicæ frangit illitum tantū lumbis, si in renibus est. si vero in vesica, pubi, perinæo, & iniecta etiam nunc pauca in meatum vrinarium.

COST. EX scorpionibus. *magno artificio conficiendi formulam habes a Matthiolo in Dioscoride. Id quum ad venena satis superque ille commendet, audaciam*

A *ignaris medicis peperit, vt in omnibus etiam deploratis, & æstu laborantibus, & in ætate omni, vel infantium vsurpent cum magna artis calumnia, & permitie multorum.*

MESVE.

OLEVM ex Ranis refrigerat, ob id podagram, & alias arthritidis species calidas mitigat, & incendium febrium ardentium fronti, & tempori b. illitum, quandoq; etiā somnum conciliat. Capitum ranarum antiquarum † selibra in vase vitreo bene obturato, cum sextario dimid. olei sesamini coquitur ad capitum dissolutionem, vti oleum ex viperis.

† aquaticarum.

B

CHRI. OLEVM de ranis non reperitur præparatum. vsus tamen eius esset magistralis ad somnum prouocandum, & prohibendum fumos calidos ad caput ascendentes. Ioan. Anglicus in c. de dolore iuncturarum habet descrip. huius olei.

MAN. HOC vidi quosdam vtentes in podagra, sed in ea nullum magis præsentaneum vidi auxilium, & absque periculo, quam vt eam homo æquo animo ferat, expectans Hippo. terminum.

SYLV. HOC oleum etiam hodie parant, ob id tantum quod sit necessarium ad emplastri de ranis compositionem a Ioan. Vigo descriptam. Podagræ calenti admouerunt quidam, sed nullo fructu. Neque enim frigiditas in eo magna esse potest ab his capitibus coquendo coctione tam longa, & in oleo sesamino alteratis. Rectius, meo iudicio, ranæ virides in syluis crebræ, vngui-

C bus reptantes in altissimas quasque arbores, & sub noctem brexantes (vox enim earum vnica est bres) oleo violato, vel omphacino, ad hos vsus incoquerentur. Quas manibus vitas hodie ex more tenent ad refrigerium febre acuta aliqua ardentes, croisſets, vulgo dictas, quarum meminisse videtur Gal. lib. 10. simp.

COST. EX ranis. *Alij non caput tantum, sed totum ranarum corpus, ad hoc oleum vsurpant: alij abiectis visceribus, quod reliquum est sumunt eodem fere omnes vsu: antiquas autem quum hoc loco iubet sumi, aquaticas legendum existimo, vt eas esse euitandas admoneat, quæ aquaticæ vitæ conditionem in terrestrem commutarunt, bufones, inquam venenatæ prorsus, & lethalis naturæ. longe autem antiquioris vitæ, quam ranę, quarum corpora resolui in lutum aduentante hyeme insignes censent historici. alioqui autem harū vulgarium, & esculentarum ranarum iuniores potius, quā vetustas ad propositum conficiendum oleum maioris fo*

D *re vsus ex quo refrigerium quæritur, existimo. sint enim humidiores ac frigidiores mea sententia, quarum corpus in aqua genitarum achis solisque calorem vix sensit.*

MESVE.

OLEA per resolutionem varijs fiunt modis, virium sane mirificarum. De quibus scribunt fusius, qui rerum occulta manifestant, & detegunt. Sapientes tibi omninō legendi, & imitandi, si famę illorum maxime es cupidus. Mihi vero Dei spiritus largitate, & gratia, nunc pauca quædam, sed mirabilia illorum oleorum effecta percensere sufficiat.

MAN. FIVNT autem olea. Tertius est tractatus, quia recentioribus maiori ex parte natus est. Qui quæ sunt occulta.) Hoc est chymistæ. hi enim composita in quædam veluti elementa segregant, quorum id quod igni reponet, maximę est potentiæ.

SYLVII. OLEORVM genus quarum à sapientibus multis descriptum, hodie chymistica arte magis perficitur, vim quandã in concreto & posito occultam manifestante. Hæc namque ignis vehementia ex liquoribus, gummi, melle, saccharo, cera, oleaginam quandam substantiam separat, & in capitellum attollit: nec minus ex plantis pinguibus, ligno guaiaci, iuniperi, pini larice, cedro, & id genus alij: præterea ex plantarum, atque adeo animalium partibus omnibus ipsum velut gluten terræ substantiæ, humorem insitum, pinguem, imputribilem maxime, vt ignis secretum nunc sursum attollit in capitella, vel vt titulos, vel deorsum in subiectum aliquem catinum præcipitat: rem omnibus alijs remedijs plane diuiniorem, si Vstadio in cælo philosophorum, & Gebero, & veritati credimus: quamquam hodie sunt idiotę quidam, magnorum tamen Medicorum nomine se venditantes, qui idipsum ceu nugatorium calumnientur, vt alia prope omnia pulcherrima ignorata, solas (vt vocant) receptas scribere, nulla tamen ratione scientibus. Adde quod metalla quædam chymistis in calcem versa in oleum funduntur. Sunt qui terrea quoq; corpora vt lateres ignitos oleo incoquunt, vt vires oleo ipsi præstantissimas acquirant. Ad Mes. redeamus.

MESVE.

OLEVM de ouis experientia plurima probatum est cutim expurgare, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia persanare, capillos regignere, vlcera maligna, & fistulosa curare. Vitelli ouorum elixãdo duratorum triginta, aut circiter, manibus friati, in sartagine terrea plumbata frigantur igni, mediocri) mouendo cochleari ligneo, aut ferreo, donec rubescant, & oleum ab his resoluatur, quod pressi cochleari largius remittent. Vel ijdem vitelli elixando indurati mola frangantur, deinde in offas tundantur, & torculari exprimãtur, quale in oleo amygdalino explicuimus: & oleum destillabit.† Vel ipsi vitelli corpulento vasi imponantur, oleumque in capitellum ignis violentia tollatur, qualiter oleum philosophorum post dicendum.

† Tertius modus est, vt destil. in cucurbita, & alibi loco.

CHRI. OLEVM de ouis non est in vsu, confert tamen omnibus dispositionibus cutis etiam remouendo lentigines. Serap. in proprio antidot. dicit istud oleum facere crescere pilos. Similiter Ras. in proprio antid. dicit istud oleum valde conferre passionibus, & doloribus ani, & dolori aurium, & dentium.

MAN. MIRVM in modum aufert cutis fœditates, & cicatrices præcipue, quæ post vstionem remanserunt, sed difficile est ita parare, vt nõ vehementer fœteat, minus tamen male olet illud, quod per destillationem, vel sublimationem fit.

SYLVII. CVTIS fœditatem mire aufert, ac cicatrices, præcipue in ambustis relictas: fere autem grauiter olet: minus tamen postremum sublimando destillatum. Pilos auget Serapioni in Antid. aurium, dentium, sedis doloribus, & alijs plerisque sedis affectibus, Rasis in Antidot.

* Oleum Ouorum Nicolai.

Vitellos ouorum elixorum frige igni lento prunarum in patella ferrea, semper mouendo rude ferrea donec probe assentur exsiccati. linteo forti, oleo amyg. dulci madefacto exprime potest etiã alembico destillari, vt ol. philosoph. Mes. Sanus est vitellos crudos frigere, cochleari assidue mouere, donec assati, & cochleari pressi, vase inclinato reddant oleum, quod phyala conditum etiam diu integrum seruatur: ex viginti vitellis extrahes horis duabus vnc. iiij. aut circiter.

OVORVM. *De oleo per expressionem, & impressionem hactenus. Aggreditur nunc de ijs, quæ per resolutionem, quo modo ex vitellis ouorum confici etiam solet. Qua tamen occasione vitelli oui meminit, duos quoque proponit eiusdem parandi modos per expressionem. Anodynæ facultatis hoc oleum est, si vllum. quo nomine tumorum malorumue vlcerum dolori conferre solet illitum. curare tamen vlcera, vt addit Sylvius, nondum obseruauit.* COST.

MESVE.



LEVM ex frumento, impetigines, & cutis asperitates curat. Frumẽtum inter duas laminas ferreas mediocriter ignitas si prematur, hoc oleũ remittit. Vel triticum excorticatum vase sublimationis destilletur qualiter oleum philosophorum.

Oleum de frumento, impetigines, & cutis asperitates curat. Modus operationis est. Pone frumentum super laminam ferream, & super ipsum aliam laminam ferream ignitam non multum, & comprime, & manabit oleum. Secundus modus. ponatur oleum excorticatũ in vase sublimationis, fiat sicut dicemus. Vot. se habet.

OLEVM de frumento non est in vsu, esset tamen lenitiuum, & humectatiuum omnium asperitatum cutis, quæ fiunt a siccitate. CHRI.

ET hoc valde in cutis infectionibus conducit. Feci ego quandoque parari per descensorium, vt chymistarum voce vtar. MAN.

CVTIS asperitates a siccitate natas lenit, & humectat, & cæteras cutis infectiones emendat. Rasi etiam in Antidot. describitur. SYLVII.

FRVMENTI. *Frumenti absoluto nomine triticũ intelligitur, licet frumentaceũ genus, & hordeum, & zeam, & alias eiusmodi comprehendat fruges. ex quibus omnibus in eundem vsum parari oleum posse existimo. Huius ex his conficiendi quum duplicem modum afferat, prior est per expressionem, posterior per resolutionem, imuit & per ascensum, dicens fieri per vas sublimationis. potest tamen etiam per descensum fieri.* COST.

MESVE.



LEVM sinapinum salubre affectibus frigidis, lethargo, obliuioni, dolori, quem frigida intemperies parit. Fit vt oleum de frumento.

ISTVD oleum est in vsu secundum intentionem Mes. eius operatio est sicut operatio olei de frumẽto: fit tamen communiter sicut oleum de amygdalis. Sinapis autem duæ sunt species, alba, & nigra. Nigra autem est illa, quæ cõmuniter intelligitur, quando simpliciter ponitur. CHRI.

HOc nunquam vsus sum. Est autem (vt puto) adeo efficax, vt ad extima trahens, materiam, id est, ruborem, cuti inducat. MAN.

IN

SYLV. IN vſu eſt id oleum, ſed factum, vt oleum amyg. phœnigmum, id eſt, rubrificationem, vt ipſum ſinapi tritum in cute excitare poteſt.

COST. SINAPI. *Fit hoc etiam per ſimplicem expreſſionem temperatius. per ignitas autem laminas ſi expreſſeris acerrimum fore exiſtimo, & vere ignis inſtar bullas in cute excitaturum. tertia ratio per deſtillationem, ſiue per deſcenſum mediarum quodammodo virium oleum reddet.*

MESVE.

OLEVM iuniperi emendat cutis infectiones, ſerpiginem, cancrũ, vlcera maligna, qualia, quæ in tibijs, & cruribus quorundam: malum mortuum recentiores vocant. Sarmentis iuniperi tenuibus vas vitratum oris anguſti reple, laminam ferri tenuem foraminibus multis in cribri triticei modum pertuſam, ori toti applica, luta eandem cum ore tum dicti vaſis, tum alterius minoris etiam vitrati oleum excepturi, quod terræ vbi infuderis, luculento maius alterum iuniperi fruſtula capiens, circunda horis duabus, ſicque oleum in vas minus deſtillabit.

Antiqua verſio ſic habet

Oleum de iunipero confert infectionibus cutis, & malo mortuo tibiarum, & ſerpigini, & cãcro, & vulneribus malis. Accipe ex lignis iuniperi quantitatem ſufficientem, & ſcinde in fruſta: & imple ex eis dolium magnum vitreatum interius, cuius orificium ſit arctum, & fac foueam in terra, & præpara parietes eius, cum terra figuli. Deinde pone ollam vitreatam ex directo in fundo foueæ habentem orificium amplum; & cooperiatur lamina ferrea ſubtili perforata foraminibus multis, ſicut cribratorium tritici. ita quod lamina vndique ollæ orificium cooperiat. Deinde ſuper laminam præparetur orificium dolii ex inuerſo, & præparetur cum terra figuli, vt nihil ex vtriſque orificij reſpiret. Poſt illud accende ignem ſuper totum corpus dolij; & dimitte ardere ſic per horas duas, manabit enim ex arte hac oleum, quod reconde: & adminiſtra vbi oportet.

MAN. HIc deſtillãdi modus eſt eliciendi a rebus ſuccum, quem chymici per deſcenſorium vocant, per quem olea ex lignis, vel lignoſis rebus extrahuntur. Vidi ego quandoque extrahi ex pineis ad erugandas mulierum cutes. Vſus etiam ſum eo quod è ligno Indico Guaiaco vocato, vel quod melius ſucceſſit, ex ſancto per eundem modum manauit, in Gallicis, vel vlceribus, vel doloribus. in quem vſum & hoc ſcilicet ex iunipero factum, non parum conducit. Malo mortuo.) Ita vocant recentiores mala quædam vlcera, in cruribus præcipue contingentia.

SYLVII. HAC arte oleum ex pineis nucleis ad erugandam mulierum cutem, ex ligno Guaiaci, & potentius ex ligno ſancto ad morbi Hiſpanici dolores ac vlcera) quibus & oleum iuniperi, & geniſtæ, & fraxini, & ſimilium prodeſt) & lignis alijs, præſertim pinguibus ac ſuculentis, fructibus, baccis, ſeminibus. Vas autem maius eſſe poſſit metallicum, aut ſi vitreum eſt, vel ſiliceum, probe totum luto ſapientum muniatur, figulinum autem, quia rarum eſt, oleo foras exhalanti viam dare: ob id vitratum ſit intus: Infernum autem vas receptorium vitreum eſſe poteſt ambitu non lutatum, modo ſit paulo craſſius. Poteſt & metallicum: poteſt denique terreum eſſe, modo ſit vitratum: alioqui oleum id tenuiſſimum hac illac per vaſis poros diffluereet. Multo minus fouea intra terram parietes terra figulari paratos habente (quod Meſue imperabat) recipi tuto id oleum poſſit. Adde quod neque minus vas terræ infundere eſt neceſſe, ſi velut area aliqua poſſis carbones & ligna ſuſtinere, quibus vas maius eſt circundandum.

IVNIPERI. *Olei per deſcenſum extrahendi multiplicem in ſuperioribus modum explicauimus. ad quos hic quoque a Meſue propoſitus refertur.* COST.

MESVE.

OLEVM fraxininum ſplenicos iuuat, præter id poteſt, quę oleum iuniperi, & eodem fit modo.

NON ſolum inunctum, ſed etiam ebibitum, confert lienicis. MAN.

ID oleum hypochondrio ſiniſtro illitum, & potũ, ſplenis obſtructiones potenter liberat, duritiemque emollit, ac digerit. SYLVII.

FRAXININVM. *Fraxinus frigido, & ſicco temperamento, & adſtringente vi, qua lienterias curat Paulo authore, ineptus eſt, vt lienem ex craſſo humore duriorem emolliat. ad lienem tamen extenuandum mire probatur eius cortex. In libro enim Galeni ſpurio, qui eſt de dynamidijs, uino, & eius cortice decocto lienem prorſus extenuari ſcribitur. In eũ ergo vſum qui parare oleum velit. corticem acciperet. An vero oleum per deſcenſum ex fraxino paratum tuto ſumi poſſit, vt Manardus ait, non ſat ſcio. ingratiſsimum certe ſapore, odoreque moleſtiſsimum eſſe, & eiuſcemodi olea exurente. quam ſibi compararunt facultate, parce vſurpanda certo ſcio. Ad extenuandum lienem ſalo fraxinis ego libentius vtar, cuius conficiendi rationem attulimus, quam de olei conficiendi ratione paulo antea diſſereremus.* COST.

MESVE.

OLEVM exgagate ſacratum, dæmoniacis, epilepticis, paralyticis, ſpaſmicis, tetanicis, arthriticis, ab vtero ſuffocatis ſaluberrimum: conceptumque adiuuat. Fit ex gagatis lapidibus, quomodo oleum iuniperi, vel ſublimatione mox dicenda.

OLEVM de gagatis. gagates eſt lapis coloris nigri, leuis, ſtans ſuper aquas, & reperitur in India. non eſt in vſu. CHRI.

LAPIS hicà Dioſcor. Gangites dicitur, quo ſicuti, & multis alijs rebus caremus. Quod vero de dæmoniacis dicitur, ſuperſtitioſum eſt, & a Chriſtiano alienum. MAN.

GAGATES lapis ater odore bituminis dum vritur, tumores in genu diuturnos diſſipat, & ſinus ſiccando contrahit: cruenta vero vlcera præcipue glutinat. Hic multus nobis eſt in corallis, maxime precarijs: & ita magnus ſæpe, vt ſalina mihi duo ſint iuſtæ magnitudinis ex ſolido gagate. Cum autem eo ſit multo vilius bitumen, & viribus, aut iiſdem, aut validiori- SYLVII.

bus (vtex gagatis Galeni bituminis commercio cum odorem, & E fortaſſe reliqua. Sortitis colligere licet) tentari poſſet ex ipſo oleum, quod largius fluet, præſertim ſi recens eſt bitumen, cum ipſum ſi terræ ipſius velut adeps, & olei vice vratur accolis lacus Aſphaltitæ, locorum aliorum bituminoſorum. An vero epilepſiam iuuare poſſit oleum iſtud, iure ambigi poteſt. Cum enim nõ ita tenuet ac digerat, ſed vtrumq; mediocriter præſtet, quid ſpei ab hoc eſſe poſſit, niſi ſiccando, aut ſua tota ſubſtantia iuuare dicatur? Nam odore illo bituminis tetro epilepſiam magis prodat, vt myrrhæ, galbani, cornuum, vngularum, pellium capræ, & hirci ſuffitus. quod vero de dæmoniacis ſcribit Meſues, ſuperſtitioſum eſt: a Chriſtiano q̃ homine alienum.

COST. GAGATES. *Gagatẽ Belgis audio paſſim eſſe inſtar lignorum ad ignem, licet flammam non emittat. Dioſcorides eius meminit ſub Gagatis non etiã gangitis, vt ait Manardus nuncupatione, & bituminis ſpeciem eſſe ait probatam ad multa. An vero dæmones naturali vllo præſidio fugari poſsint, licet Ioſepho mentio ſit Baaras herbæ extrahentis dæmonas, & recentioribus Holithæ, Chriſtiano tamẽ homini ſuperſtitioſum eſt, vt recte monet Manardus. De hac vero re a nobis in libello de vniuerſali ſtirpium natura, quem ſuperiori anno edidimus. diſputabatur.* F

MESVE.

LEVM Philoſophorum (quod etiam oleum ſapientiæ, & perfecti magiſterij, & benedictum, & diuinum, & ſanctum quidam vocarunt) veterum omnium conſenſu effectibus ſecretis non paucis eſt efficaciſſimum. Nam calfacit, ſiccat eſſentiæ tenuitate, in altum penetrat, digerit. Proinde materiam omnem excrementoſam conſumit. Ob id epileſiæ, paralyſi, vertigini, obliuioni, & lienis, renum, veſicæ, vteri, neruorum, articulorum omnium, & reliquarum partium neruoſarum doloribus frigidis maiorem in modum confert. G

Oleum philoſophorũ,	Naturale,	Minerale. Marinum ex inſulis, & ſcopulis fluens, naphtha dictum.	Subalbum, optimum. Subrubrum medium. Subnigrum & craſſum, peſſimum.
	Artficiale		

Arte vero ſic ſit. lateres ex terra rubente multum antiquatos in fruſta comminutos carbonibus non fumantibus accende, donec igniti rubeant: tunc concha oleo † roriſimarini, vel antiquo claro plena extingue, & quoad eius fieri poteſt, oleo imbue: ſicca per ſe in caſulis, poſt minutiſſime tere, & vaſi per ſublimationem deſtillandum trade, luto chymiſtarum capitello committe, carbonibus in fornace accenſis coque, donec oleum deſtillet in phyalam vitream naſo imo capitelli agglutinatam, quam exacte obſtructam reconde, & ſerua. quanto enim antiquius, tanto valentius. H

† de alkahil.

CHRI. OLEVM philoſophorum eſt magnæ efficaciæ & virtutis, & denominatur a philoſophis oleum de lateribus, & ſolum a quibuſdam habetur in vſu. & ibi magiſtraliter præparatum reperitur. & modus compoſitionis eſt, nam recipiuntur fruſta parua antiquorum laterum ignita, & pluries extinguuntur in oleo oliuarum. demum prædicta fruſta cum oleo ad alembicum ponuntur ſic deſtillando, & oleo deſtillatur, quod eſt ſubtiliſſimum in complexione, & virtute ponitur cum oleo balſami, & habet conſimiles operationes, & ſæpe loco eius aſſumimus tale oleum.

ADDITIO.

Iſtud idem deſcribit Raſis in proprio antidotario, & dicit ipſum valere, ſicut oleum balſami, ſed eſt ſubtilius, & calidius, & maioris vtilitatis in ægritudinibus frigidis. perforat enim manum cito, & expanditur lato ſpacio. valet lapidi, & ægritudinibus veſicæ. prouocat vrinam, valet paſſionibus aurium, interficit vermes in eis. valet paralyſi, & torturæ oris inunctum, aut bibitum, valet iſchiaticæ, & dolori iuncturarum, & dorſi. *Operationes eius.*

PHILOSOPHORVM chymiſtarum videlicet: de quorum numero cum & ipſe eſſet, vt pluribus ex locis colligi poteſt, ideo ei placuit hanc partem cũ hoc oleo finire, quod & perfecti magiſterii vocauit, illorum loquendi modum ſequutus. Vt vero ego ſcribam, quid de hiſce rebus ſentiam, dicam: vbi opus eſt vehementer calefacere, & ad intima vſque accedere, nullam naturalem rem poſſe his oleis, per hanc videlicet artem elicitis conferri, adeo, vt etiam vim ignis, & æquent & ſuperent. Vidi enim his oculis guttam cuiuſdam olei fortuito cadentem lectiſternia omnia quæ multiplicia erant momento penetraſſe, & lecti ſundum, quod ex aſſeribus, inuſſiſſe. Quod fit a natura.) In montanis Mutinæ, ditioni Alphonſi principis noſtri, qui propria virtute ea loca ab hoſtibus occupata recuperauit, loco Gybium vocato liquor certis temporibus manat, oleum montis Gybij vocant, qui ad longinqua loca, non ſine magna tecte eo vtentium vtilitate, deportatur. Eſt enim quoddam ſubalbidum.) De naphtha, ad quem proculdubio hæc referuntur, ſcribit Dioſcorides aliam eſſe albam, aliam nigram. Accipe ex lateribus antiquis.) Albuchaſis in libro qui Seruitor dicitur, nouos lateres accipit, quos aqua non tetigerit. Cuius opinioni ego potius adhæreo, quia oleum melius imbibent. In fruſta.) Vnius vnciæ, ait Albuchaſis. Pone in cazola.) Id eſt, vaſe vitreo, vel vitreato tertia parte vaſis vacua remanente. Cuius ignis ſunt prunæ.) primo lenior, dehinc paulatim augeatur, qui tamen attingat fundum vaſis. Vſq; dum deſtillet oleũ) Primo enim exibit aqua deinde oleum, quod per ſe collige. MAN.

OLEVM philoſophorum, ſcilicet chymiſtarum, qui ſe ſuis ſcriptis vbique & quotidiano ſermone philoſophos appellant, & quod mireris, ſolos ſe philoſophos affirmant, quod rerum maxime abditarum, & in terræ viſceribus retruſarum naturam ſcrutentur, metallorum in terræ generandorum & augendorũ ratione intelligant, facultates corporum terreorum accuratiſſime vestigent, ipſaq; corpora in elementa ſua diſſoluant, rem plane arduam, & operoſam, ſed ſi vbique certa eſſet omnino admirãdam. Si enim quo difficilius rerum aliquarum pulcherrimarum & præſtantiſſimarũ eſt inuentum, eo ſit præclarius, quis nõ videt eos laude cumulatiſſima digniſſimos, qui noſtris ſenſibus abſcondita ex Plutonis regno, ſic eruũt in apertum maximo non tãtum ſumptu, ſed etiam valetudinis periculo? quando hæc omnia ceu Plutonis antro effuſa halitum edunt craſſiſſimum, & omni vino animali (ſi pyrauſtas excipis.) peſtilentem atque adeo plantis ipſis noxiũ. Quam rem exemplis prope quotidianis chymiſtæ probant, & aurifices,

typorum

typorum literatiorum fusores. Hic enim vapore hydrargyri, & aliorum tetro & crasso derepente suffocantur, aut paulatim vitiato cerebro neruorum maximam imbecillitatem sustinent, nisi latiore infumibulo halitum foras educant, qui arbores propinquas velut fulmine afflatas tabefacit. Sed in hoc hominum genere impostura hodie est omnium maxima, præsertim cum metallorum generationem, & transformationem corrasis alicunde aureis, vel numis, vel torquibus, dolo malo frustra conantur. Sed de his fusius quam pro re proposita: satis in præsens sit nouisse aquas, & olea chymistarum industria singulari secreta maximarum est e virium, & efficientiæ tam tenuis, vt olei cuiusdam gutta fortuito illapsa in lectum, stragula eius multitia & culcitras momento penetrarit, atteresq; fundum lecti sternentes vllerit.

Oleum vero istud de lateribus tam tenue est, vt momento latissime spargatur: si manui infundatur, eam cito penetret. Oleum balsami est multo tenuius, calidius, & in affectibus frigidis efficacius: vrinam mouet, lapidem frangit, vermes enecat, aurium tinnitui a flatu crasso, paralysi, spasmo cynico, ischiadi, gonagræ, podagræ cæterarum iunctiurarum doloribus prodest, potum aut inunctum: sed parua eius portio aquæ affectui aptæ mista bibatur. Fusile vero Mesuen factionis chymistarum studiosum, loca in antidotario isto non pauca plane declarant: voces chymistis solennes, qualis est, perfectum magisterium, de suo lapide philosophico frequenter dici solitum, & sublimatio, & alembicum, & id genus alia. In montanis Mutinæ loco Gibium vocato, liquor certis temporibus manat (oleum montis Gibij vocant) in varia loca cum magna vtilitate ipso recte vtentium. *Maxard.*

Naphtha Babylonij est bituminis colamen album quoddam: aliud nigrum Dioscor. A Rasi in Antidotario, & Albucasi in libro qui Seruitor inscribitur, vbi lateres nouos, qui aquam nondum senserint præfert, quia oleum melius imbibent, & eos in frusta vnc. j. diuidit, in vase vitreo aut vitrato, sed probe lutato ita componit, vt eius pars tertia maneat vacua: & ignem oportet fieri primo leniorem, sed qui fundum vasis attingat: paulatim augeri. primo exibit, aqua deinde; oleum per se colligendum, vt restinat, terebinthinam, lignum Guaiaci, & alia multa destillamus. Oleum etiam chamæmel. & nardinum, etiam benedictum dicitur Mesue, sed hoc præstantissimum, & quibusdam petrelæum, vocatur. Sic ex ladano, cera, liquoribus, gummis, resinis, ossibus, medullis, & alijs, vt diximus pingui humore abundantibus, potest sublimando trahi oleum. Calx integra oleo communi restinguatur, alembico vitreo destilletur, manabit oleum ossi corrupto idoneum.

Oleum balsami Petri di Ebano capit. de cordis affectibus. loco veri opobalsami miscendum theriacæ, mithridato, curcumæ aureæ Alexan. Recipit. myrrhæ, aloes, spicæ nardi, sang. draconis, thuris, mumiæ, opopanacis, bdellij, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi Arabici, styracis liquidæ, ana drachm. ij. ladani, succi castorei ana drachmas. ij. & semiss. moschi drachm. i. & s. terebinthinæ pondus omnium tritis misceatur, alembico destillatur, vt aqua rosarum, seruatur. Succi illius cerosi, quo testes castoris abundant Dioscor. legere malo, quam cum quibusdam sicci. Tale enim exucum & exanimatum est. Aliud earundem virium Gulielmi Placentini, myrrhæ, carpobalsami, nucis Indicæ ana vnc. s. hyperici drachm. ij. tere leuiter, misce olei vnc. v. vel terebinthinæ vnc. i. & s. & in fine moschi grana. v. ambræ grana tria: olei de lateribus vnc. i. fiat vt oleum rosatum.

Oleum tartari Petri Argillatæ ad faciem tergendam, & erugandam.

Tartarum dolij lateribus adhærens, album potius quam rub. pulueri zatum, aceto macereturr, post inuoluatur panno lineo, & deinde stupis aqua humectatis ponatur sub cineribus: deinde tribus diebus scutellæ imponatur declini, destillabit humor quidam subrufus.

NIC. Oleum tartari lateribus doliorum adhærentis.

Tartarum id ex vino generoso tritum, linteolo inuolutum aceto albo forti bene madefac: sub cineribus calidis coque, dum nigrescat. iterum tere, in vase inclinato serua dies octo loco frigido, donec in oleum resoluatur. Id si non fit, exprime, & serua: eodem modo facit Mesues oleum ouorum: Satius est calcinatum tartarum manicæ Hippocratis, vt vocant, impositum, & loco frigido locatum sinere, donec in vas subiectum fluxerit oleum. *Satius est marmoris imponere, ant.* Oleum sulphuris sic fit. sulphur ignem non expertum, vel flauissimum inter vrendum fumum crassum remittit, excipiendum campana vitrea, aut silicea. In qua ex vapore crasso oleum concretum destillat in vas planum capax, in cuius medio sulphur vasculo conditum vritur. Alijs trito sulphuri per aquam vitæ incensam ignea consumitur substantia: post reliquum destillatur, vt oleum philosophorum. Alij sulphuris flaui, terebinthinæ ana vnc. iij. olei rosati lib. vna, coquunt igne lento cum vini odori vnc. duabus ad vini consumptionem. *vitro plano, quia nihil oleis obsit succulo inferne acuto.*

Oleum de hyperico mirabile: summitatum hyperici vnc. iij. infundantur triduo in vino odorifero. q.s. post coque in vase duplici bene obstructo, fortiter exprime: hypericum nouum similiter macera, coque, exprime. adde terebinthinæ vnc. tres, olei antiqui vncias sex, croci script. coque ad vini consumptionem. Hoc oleum incerti autoris. Galenus tamen vinum austerum, in quo folia androsemi, vel asceyri (quæ species sunt hyperici) cocta sint, vulnera etiam grandia glutinare scribit, & hypericum calidum siccum tenuium partium ischiadicis vtiliter bibi quibusdam. Ex quibus & reliquorum hic mistorum viribus collige id oleum roborare, digerere, & tenuare. ex substantijs enim contrarijs componitur. *Lib. simpl.*

Oleum de capparibus. Corticum rad. capparis vnc. i. ireos agriæ, tamaricis ana vnc. s. olei communis lib. ij. coquantur in vini vnc. iiij. ad vini consumptionem: coletur, condatur. Splenem durum comminuit, vsu quotidiano probatiss. Galeno acceptum fertur in lib. ad Glauconem, vbi tamen non inuenitur. Oleum moschatum recipit olei communis libras sex. lilij, folij, spicæ, costi, mastiches ana vnc. i. & dimid. styracis calamitæ, croci, myrrhæ, casiæ lignea, xylobalsami, ana drachm. vj. caryophyllorum, carpobalsami, bdellij, ana vnc. dimidiam: nucis Indæ drachm. ii. moschi drachm. i. vini odori vncias sex: coque in vase duplici trita leuiter omnia ad vini consumptionem. Moschum tacuit Manlianus, a quo tamen vocatum ait, dicitque coquendum ad aquæ consumptionem, cum tamen aquæ in descriptione non faciat mentionem, sed mucilaginis, vnc. i. vel drach. i. res plane incerta, male item tribuit Galen. Antidotario. Id oleum. pomis odoratis cogendis est aptiss. adhæc roborat, calfacit, resoluit. *Ol. de cappo ribus.* *Ol. muscha tum.*

Oleum castorei ad frigidos affectus partium omnium, præsertim neruosarum, ex castorei, styracis, galbani, euphorbij, casiæ, croci, opopanacis, carpobalsami, spicæ nardi, costi, ana drachm. ij. cyperi, schænu anthus, piperis longi & nigri, sabinæ, pyrethri, ana drachmis duabus, & dimidia: olei lib. iij. vini albi, & boni lib. duabus, coque omnia ad vini consumptionem, exprime. serua. *Ol. castorei.*

Oleum iasminum moderate digerit, odore est iucundo, fit vncijs duabus florum iesminorum in olei lib. i. insolatis dies quinque. coque igni lento, exprime. serua phyala vitrea, vel silicea. *Ol. sambucinum.*

Oleum ad puerorum tormina expertum. Olei anethi, & chamœmeli ana vnc. vj. olei rutæ, myrrhæ stactes, ana vncias tres: pul. cymini, vncias duas. semel feruefiat, coletur, seruetur, Atramentum vulgare fit ex aquæ bocalibus sexagintaquatuor, gallæ tritæ libris sex coctis ad dimidij consumptionem, tunc adde gummi Arabici libras quatuor, chalcanthi triti libras tres. misce. Atramentum sutorium, quo hodie sutores & coriorum concinnatores coria mox denigrant, dolia decocto furfuris calente, aut secundo feruefacto magmatis ceruisiæ implent, miscent ferramenta rubiginosa, scoriam ferri, gallam, chalcanthum, & id genus alia, post dies octo, aut circiter inspersum corio, mox siccatur, & denigrat. *Atramentum scrip.* *Atram. sut.*

PHilosophorum. *Ad huius æmulationem oleum ex pumice parabis, ignito pumice in oleum sæpius iniecto ad usus eosdem (vt existimo) efficacius, ad quos lateritium commendatur.* COST.

SEQVITVR DE SACCELLIS, inunctionibus, sternutatorijs, caputpurgijs, epithematibus, & clysteribus.

HÆc præter Mesue quidem institutum adduntur. quia tamen & poni hoc loco solent, & non inutilia sunt, non fuere prætermittenda.

Saccellum capitale in caliditate non multum intensum. Recipit florum rosarum, florum *Saccelli.*

florum chamæmillæ ſtœchados, & maioranæ, macis, nucis muſchatæ calamenti, thuris, caryophyllorum, ana drachmas tres, fiat puluis ſubtiliſſimus, & in panno lineo fiat ſacculus rotundus, & calefiat ad fumum thuris, aut croci, aut cinnamomi, & ieiuno ſtomacho ponatur ſuper caput, & eſt conueniens ad deſiccandum materias catarrhales deſcendentes ad partes gutturis, & pectoris. & eſt calefactiuum malæ complexionis frigidæ cum materia, & ſine materia ipſius capitis præmiſſa aliquali euacuatione. & tale ſaccellum multum eſt in vſu. nam inter alios duos tenet medium. Saccellum aliud capitale intenſioris caliditatis, quã ſupradictum, & eſt magis conueniens in paſſionibus capitis de materia multæ frigiditatis. Vnde confert his, qui in ſomno profundantur, & apoplecticis, præmiſſa euacuatione corporis, ſi eſt poſſibilis. Recipit roſarum, florum chamæmillæ, ſtœchados, maioranæ, nucis muſchatæ, piperis nigri, & longi, nigellæ, iuniperi, ana partes æquales. quidam addunt de fimo columbino, & eſt conueniens, in catarrho, craſſo, & multum frigido, illud ſubtiliando, reſoluendo, & deſiccando. fimum columbinum, aſcendit ad gradum tertium calidum. Saccellum aliud capitale ad aliqualem tendens frigiditatem conferens catarrho ſubtili calido, vnde confert ad malam complexionem calidam capitis, & ad ſuperfluas vigilias a tali mala complexione prouenientes, vel a phlegmate ſalſo, fluido, ſubtili. Recipe roſarum, florum chamæmil. ſtœchados, nucis muſch. violarum, florum nenufa. corticum citri, myrti, ſandalorum vtriuſque, corticum papa. albi ana par. æquales, fiat ſacculus, & fiat ſuffumigatio cũ thure, & aqua roſ. Inunctio ad caput in principio alienationis in febrientibus acute. Recip. ſucci lactucæ vel ſemperuiuæ vnc. vj. olei roſ. recenter facti vncias s. (alias vnc. iiij.) aceti parum. miſce, & petia madefacta in eo ponatur ad frontem. Item inunctio poſita ſupra in ſyrupo de papauere. Item vng. populeon. Sternutatoria quæ cõmuniter ſunt in vſu, hũt ex elleboro albo puluerizato, vel ex pipere nigro attracto per nares in parua quãtitate tamen. Caputpurgia quæ communiter ſunt in vſu. & primo leue factũ ex aqua ſampſuci deſtillati, ſub actuali calidita te per nares attracta. fortius vero fit ex ſucco radicum ſiclę, ideſt blitis. & iſtud eſt ſatis acutum, & mordicatiuum. attrahit enim materias phlegmaticas contentas in capite & cerebro, propter caliditatem & acuitatem, quæ eſt in cortice extrinſeco. fortius vero, & tertio fit ex ſucco cicłaminis. i. panis porcini, & eſt acutiſſimum valde, & duæ, aut tres guttæ ſufficiunt ad hoc, capite ad poſteriora declinante propter eius acuitatem, aut mordicationem. Et ſi duo licinia ſubtilia longitudinis trium digitorum ex ipſo in narib. imponantur, ſtatim ſternutationem prouocant cum euacuatione viſcoſitatum acetoſarum, & phlegmaticarum in copia magna, quæ longo tempore durant. Eſt & aliud ſternutatorium, ſiue caputpurgium medium in virtute inter illa iam dicta, aqua vitis. Et nota regulariter operando, quod ſemper debent fieri ſtomacho vacuo exiſtente a cibo, & mundificato corpore cum medicina ſolum. Pomum odoriferum pro tempore peſtilentiæ ſpecialiter adinuentum & principaliter. Recip. ladani vnc. i. & s. ſtoracis liquidæ drac. iij. behẽ albi, & rubei, roſarum rub. ana drac. iiij. myrrhæ, foliorum rutæ, garyophyllorum, ana dra. i. s. ſandalorum alborum, rub. & citrinorum, ana dra. iij. camphoræ drach. ij. ligni aloes, calami aromatici, ſucci valerianæ, ana drach. i. s. muſci, ambræ, ana drach. s. corticum citri drachm. i. Confice cum aqua roſ. & ſucco bugloſſæ, vel meliſſæ cum modico maluatici, factis pulu. de omnibus ſupraſcriptis, & bene incorporatis, vt decet. Deſtillatio olei bulliti in cæpę concauo, olei dico de amyg. amaris, conuenit dolori auris facto a cauſa frigida viſcoſa, vel frigida ventoſa. & anodynum ibi conueniens eſt deſtillatio pinguedinis pulli cum modico croci. Epithema cordiale temperatum conuenit in debilitate virtutis vitalis, cor principaliter confortando, ſpiritus peruios ac claros faciendo. caliditatem ſuperfluam remittendo, & maxime in diſpoſitionibus peſtilentiæ, & venenoſis, & in febrientibus febribus acutis intenſiuæ caliditatis. & vſus eius debet eſſe præmiſſa euacuatione conuenienti. Recipit aquæ bugloſſæ, meliſſæ, ana vnc. iiij. aquæ roſ. vnc. viij. vini albi odoriferi vncias duas, ſandalorum alborum, & rub. ana vnc. s. roſarum, corallorum rubeorum, corticum citri, behen albi, & rubei, ſerici tincti in grana, oſſis de corde cerui ana drac. i. croci, cinnamomi, caryophyllorum, xyloaloes ana drac. s. ambræ ſcrup. i. Et quidam addũt modicum muſci, ſed non eſt conueniens in diſpoſitione febrili. miſce. & cum panno tincto in grana ſub tepida caliditate ponitur ſupra mãmillam ſiniſtram. Epithema cordiale frigidum magis conueniens in febribus intenſiuę calidis, & venenoſitatibus. Recip. aquarum bugloſſæ, meliſſæ, endiuiæ, ana vnc. vj. aquæ roſ. vnc. v. roſarum, corallorum, corticum citri, oſſis de corde cerui, ſerici tincti in grana, ana drachm. i. croci, cinnamomi, caryopyllorum, xyloaloes, ana ſcrup. i. camphoræ ſcrup. ij. miſce, & vtere, vt ſupra. Saccellum cordiale conueniens in ſupraſciptis diſpoſitionibus. Recipit. ſandalorum alborum, & rube. ana drachm. ij. florum bugloſſæ, boraginis, meliſſæ, ana drach. i. behen albi & rubei, corticum citri, ſerici tincti in grana, oſſis decorde cerui. vnc. ij. croci, cinnamomi, caryophy. xyloaloes, ana drachm. s. ambræ ſcrup. s. Et quidam addunt modicum muſci, fiat puluis ſubtiliſſimus. Et imponatur in ſerico tincto in grana ad formam ſaccelli. & tale ſaccellum cum infuſione aquæ roſ. & vini odoriferi, diutius poteſt retineri ſuper cor. & tale eſt magis conueniens tuſsiẽtib. & habentibus pectus ſtrictum regulariter operando quam epithema. Epithema hepaticum conueniens ſuperfluę calefactioni poſt corporum euacuationem, & ante cibi aſſumptionem. Recipit aquæ endiuiæ vnc. x. aquæ roſatæ vnc. iiij. aceti vini albi vnc. i. ſanda. alborum, & rubeorum ana vnc. s. roſarum, corallorum, ſpodij. ana drachm. i. miſce, & fiant epithemata cum panno lineo. Vtimur tamen quandoque poſt ſuperfluam calefactionem hepatis hoc vnguento, præmiſſo epithemate, & facta condecenti abſterſione. Recip. olei violati multotiens cum aqua endiuiæ abluti vnc. ij. aceti vini albi vnc. s. ſucci lactucæ vnc. i. ſandalorum alborum drachm. i. roſarum, corallorum, ſpodij ana drach. s. fiat vnguentum molle cum modico ceræ. Clyſtere autem conueniens epilepſiæ, apoplexiæ, torturæ oris, & ſpaſmo, ac paralyſi factis a materia frigida. Recipit. aniſi, fæniculi, ameos, cartami, centaureæ, florum chamæmillę, agarici,

Capupurgia.

Epithema cordiale temperatum.

Frigidum.

Saccellũ cordiale.

Epithema hepaticum.

Vnctio poſt ipſum.

rici,ana drach. ij. vsque ad iiij. fiat decoctio sufficiés, & colaturæ addatur hieræ picræ vnc.j.mellis communis vnc.ij. benedictæ vnc. s. olei communis, & salis q.s.& quãdoque loco agarici assumimus de turbith. & cum quærimus magis acuere prædictum clystere vigorando in decoctione, ponimus quãdoque drachmas tres de pane porcino. Et quandoque addimus decoctioni drach. j. colocynthidis. sed hoc iudicio periti medici relinquitur secundũ necessitatem. Clystere conueniens in colica à phlegmate viscoso ventosato. Recipit decoctionis bletæ, maluæ, florum chamæmi.anisi, fœniculi, ameos, carui, cartami,centaureæ, parietariæ, ana partes æquales, hieræ picræ, benedictæ,ana vnciam vnam,& s. mellis communis, vnciam vnam,& s.olei communis,& salis q.s. Et quãdo quærimus maiorem euacuationem,addimus prædicto clysteri agarici drachmas duas,& loco olei cõ B munis ponimus oleum chamæmellinum, anethinũ, vel rutaceum. & quandoque loco benedictæ ponimus electarium Indum vsque ad drachmas sex.

Clystere vltimum magistrale in processu colicæ à phlegmate ventosato. Recipit anisi,fœniculi,florum chamæmillæ, ameos, cymini, carui, seminis anethi, ana partes æquales. contundantur,& fiat decoctio in cyathis tribus olei communis, cyathis tribus aquæ fontis, vsque ad consumptionem prædictæ aquæ. & facta expressione imponatur prædictum oleum,& est optimum. Suppositorium satis acutum fit ex melle,& benedicta ana partes æquales,vel ex hiera,& salis gemmæ modico. acutius vero fit si addatur drachma vna agarici,vel de turbith, cum quærimus aliqualem euacuationem humorum phlegmaticorum. Acutissimum vero fit, si addatur drachma vna colocynthidis. Pro rusticis vero fit ex stercore muris pulueriza to cum melle communi,& modico salis. Vltimum suppositorium valet in tenesmone, quo debes vti cum filo,vt post medietatem horæ extrahatur,& hoc maxime valet in dysenteria, prouocando somnum, sensum obtundendo. Recipit corticum thuris,myrrhæ, gummi arab. mumiæ, ana drach. duas, opij. scrup.quatuor, & cum vitello oui, & melle violato fiant suppositoria.

SEQVITVR TRACTATVS
De aqua hordei, & de modo faciendi ptisanam, secundum communem modum.

AQVAM hordeaceam diligenter, & commode componere volenti pauca hæc prius annotanda propono. Primum, aquæ electionem. Secundum, hordei quoque electionem. Tertium, an hordeum in decoctione positum fractum esse debeat. Quartum, vtrum hordeum depilatum esse debeat. Quintum qualis debeat esse proportio aquæ ad ipsum hordeum. Postremum ad quam partem reduci debeat ipsa aqua hordei. Ad primum igitur, fontium aquas eligendas esse censeo,quoniam alijs præstant aquis, longeque à doctoribus nostris extolluntur, & maxime à domino Mesue, necnon à principe nostro Auicenna A secunda primi. aqua tamen Padi etiam optima est. Ad secundum, scire debes, quod hordeum illud est melius, quod citius intumescit cum in aqua infusum steterit,teste G. nostro Pergameno,primo regiminis acutorum comment.ix. nam faciliorem decoctionem arguit. Insuper hordeum debet esse medium inter nouum, & antiquum, super quo non ceciderit aliquid de odore corrupto, & extraneo, fueritque seruatum in loco aeris liberi, necnon etiam maturitate sua perfectum. Sed dubitares vtrum sit melius crassum, an subtile. Dico,quod crassum melius existimatur per Alzarauium virum laude clarissimum.verum teste Mes.capit.de aqua hordei,subtile hordeum iudicatur esse melius. Ad hanc igitur tollendam ambiguitatem,dico breuiter, quod in aqua hordei multam,vel paucam humectationem quærere possumus, quod si paucam humectationem quærimus, subtile hordeum magis crasso eligendum esse censeo. Si vero maiorem quærimus humectationem, crassum certe melius erit, quam subtile, quoniam, hordeum crassum humidius esse videtur in complexione,quod argui potest ex eius crassitie, & corpulentia. hæc de secundo. Ad tertium dico,quod hordeum frangi debeat,patet per dominum Isaac in dictis suis particularibus,vbi ait,Confrangatur hordeum,& per Alzarauium lib. xvj. dicentem, molitum, vel pistum sit hordeum in lapideo mortario. In eadem est sententia Halyabbas 5.theoricæ. In contrarium autem est Auenzoar dicens,qui hordeum frangunt, longinqui nempe à via veritatis sunt. Similiter Auerr. colliget quinto. Ad hanc dubitationem tollendam scire debes, quod si hordei aquam magis nutritiuã facere C volueris,quam medicinalem, siue alteratiuam, hordeum accipias confractum, quoniam magis de eius substantia in aquam ingreditur. Si autem aquam minus nutritiuam,magis vero medicinalem,atque alteratiuam,absterſiuamque optaueris,hordeum ebullire facias integrum. vnum tamen scito, quod cum nonnulli doctores hordeum frangi præcipiant,quod rumpatur minime intelligunt, sed quod pistetur ita, vt cortex ab eo separetur,et hoc modo intellexit Isaac. Ad quartum cum quæritur, vtrum hordeum debeat depilari,vel nõ: Dico quod si multam quæris absterſionem, hordeum debes cum panno aspero leuiter fricare. Si vero hordeaceam aquam habere volueris ad sitim mitigandam, asperitatemque leniendam, necnon inflammationem extinguendam, hordeum ab vtroque cortice integre mundum habeas, sicque D multominus absterſiua erit. Verum hæc hordei aqua magis humectat pectus,& pulmonem lenit,etiã præcordia humectat. Prima tamen absterſionis causa multo plus abluit, & oppilationes aperit, quam hæc secunda. Quãtum ad quintum,qualiter sit aquę proportio ad ipsum hordeum. De hoc varias opiniones inuenio. Nam textus est principis prima quarti,cap. proprio. aquã debere esse vigecuplam ad ipsum hordeum scilicet aquæ partes xx. & hordei partem vnã. Idem asserit ipse Mesue. In eadem est sententia Auer. colliget 5.Halyabbas vero istis contradicere videtur. Nam quinto theoricæ,docet nos accipere vnam hordei partem, & aquæ tres. Isaac autem in particularibus diætis decem partes aquæ, & hordei vnam accipere iussit. Et Auenzoar aquæ partes v.hordei vero i. Ad hæc dici potest, quod si aquam hordei multum hume-

Vtrũ hordeũ sit frãgendum.

humectatiuam, lauatiuam, necnon infrigidatiuam E adamaueris, illã facere potes per multam aquæ quãtitatem,& hordei paucam, & etiam per breuem decoctionem,hæc aqua nempe optima erit, his qui luxurioſi ſunt. nam illorum caliditatẽ reprimit. Quod ſi magis abſterſiuam, nutritiuamque ſequi volueris, cum maiori fiat hordei quantitate, & aquæ minori, longiorique decoctione. Sane doctores prædictos diſcordes fuiſſe arbitror ob corporum febricitantium diuerſitatem,necnon climatum, ſiue regionum ætatumque. quemlibet tamen illorum verum dixiſſe exiſtimo. Moderniores tamen Medici principem Auic. vna cum Meſue cæteris poſt habitis ſequuntur.

Poſtremo videndum eſt,ad quam partem reducẽda ſit ipſa hordei aqua. De hoc quoque inter viros dictos diſcordia reperitur. Auic.enim quarta primi,inquit,ad quintã reducatur partem. Meſue vero ad medietatem,vel duarum partium conſumptionem. Et ipſe Iſaac ad vnam partem. Hæc difficultas ſolui poteſt ſolutione quinti dubij. Hæc de hordeacea breuiter dicta ſunt. Nuncvero te deduco ad actum practicum,quo moderni Medici vtũtur. Recip.hordei præſcripti,& preparari,vt in ſuperioribus diximus ſecũdum intentionem, quam habueris, partem vnam. aquæ vero partes xx. verbi gratia xx. vnc. aquæ, & vnam hordei. ſic de quolibet pondere alio. ſtet tamen prius hordeum in aqua per quatuor horas infuſum. Poſtea ponas in olla noua, & mũnda. & facias cum igne claro, & ſuaui ipſam feruere,primam abijciendo ſpumam: & ſecundum quod tua erit intentio in potando, hordeaceam illam tantum bullire facias, vt in prioribus dictum. Poſtea remoue ab igne, & cola, & in vaſe bene loto repone, atque ipſa poſt modum vtaris.

MODVS FACIENDI ptiſanam hordei.

ACCIPE farinæ hordei cochlearia duo, & ponatur in ſcutellis duabus aquæ fontis,& claræ, & omnia ſimul ponantur ad ignem,& dimittatur bullire lento igne, ſemper tamen cum cochleari miſcendo illam, donec ſpiſſeſcat, & amittat odorem farinæ,tunc enim eſt cocta. & de ea datur infirmis ſecundum exigentiam in morbis acutis. Alius modus eſt, vt accipiatur hordeum bonum,ſcilicet non antiquum, & excorietur vſque ad corticem interiorem cum panno lineo,& aſpero: deinde tale ponatur in aqua, & dimittatur bullire vſque ad crepaturam ſatis intenſam, ita ſcilicet,quod illa aqua, in qua eſt, aliqualiter ſpiſſeſcat: deinde accipiatur illa aqua cum illo hordeo ſic crepato, & ponatur ſupra tamiſium, ſupra quod dimittatur colare paulatim, poſtea de illa colatura accipiatur,& detur infirmo:& talis appellatur ptiſana colata. Si autem tale hordeum ſit poſitum ſupra tamiſium,manibus conculcetur,& exprimatur, donec deſcendet craſſum per tamiſium, tunc talis colatura ſic deſcendens appellatur ptiſana hordei non colata. ſcilicet manibus expreſſa, & talis etiam datur infirmis acutis ægritudinibus, vt pleuriſi,cauſonizantibus, & huiuſmodi. & iſta ſecunda

Ptiſana colata.

Non colata.

H

eſt nutribilior prima, quia eſt craſſior, & craſſioris ſubſtantiæ, quam ſit prima. Sed primus modus faciendi ptiſanam eſt magis in vſu.

Compoſitiones aliquot ex Galeno,quæ nunc ab Aromatarijs in vſu habentur.

Vnguentum de Palma, ſiue diachalciteos ex primo de med. ſecundum genera. Cap. 4.

HAEC compoſitio tali ſymmetria conficitur. Veteſti adipis,quem inſtitores axungiam appellant, ſint pondo duo, olei veteris pondo tria, argenti ſpumæ tantundem, & chalcitidis pondo vncias tres. Hæc autem ita coquere oportet. Adipis membranulæ omnes eximuntur,reliquum contunditur, vt liquari facile poſſit,mox ad ignem liquefit, deinde per colum deſtillatur,vt purum fiat, nihilque membranæ habeat,pondo duo prædicta pendens. poſtea chalcitidis læuigatæ pondo triens cum olei tribus libris adipi miſcetur,his & argenti ſpumæ pondo tria adijciuntur. Ac omnia vbi ſimul in mortario coierint, conijciuntur in cacabum,a rudicula palmæ mouentur. Sufficiet autem tibi ramus vnus maiuſculus, vt ſolida ligni parte mouendo vtaris in modum ſpathæ dictæ. Vocant enim ſic id quo confecturas mouent,& nos perſpicuitatis gratia ſimiliter nominabimus. Quod autem ſolidæ rami parti continuum eſt, in orbem purgatum, ac tenellis ramuſculis vtrinque procedentibus abiectis † putatum deciditur, ſed cortice prius exuto,vt ſegmenta iniecta pharmacum ſucco ſuo imbuant,inficiantque. igitur ſtatim ab initio ſpatha vtendũ eſt,ſed tenuia palmæ ſegmenta inijcere oportet,vbi medicamentum cerato ſimilem conſiſtentiam habuerit. Nam ſi à principio ea immittas, ſuccus iniectorum,quem manere volumus, ex decoctione cõſumetur. Inſuper ſpathæ,qua medicamentum initio mouetur, pars in cacabo intincta poſtquam inaruerint,vt proprium ſuccum non amplius ſeruet,amputatam reijce,reliqua vtere.

G

† *contuſum.*

Hanc rurſus cum medicamento intincta ſiccata fuerit,ſimili modo abſecato. Conſiſtere autem vobis arbitror,quod palmæ ramum non multis diebus ante abſciſſum arbore eſſe oportet: quippe temporis interuallo areſcit,& ſuccum amittit. Pridie igitur per hyemem auferatur, æſtate, vel eodem ipſo die,quo cocturus es pharmacum. Vbi autem ſic coctum ſpiſſitudinem, vt non inquinet, acquiſierit id medicamen,ipſo veteris emplaſtro.

Medicamentum à nonnullis Epigoni dictum,ab alis iſis ex v. comp.m ſecundum genera. Cap. 2.

Ceræ denariorum pondo centum, terebinthinæ denariorum pondo ducentorum, ſecundum alios,cẽtum,ſquamæ æris rubri denariorum pondo octo,æruginis raſæ denariorum pondo octo, ariſtolochiæ rotundæ denariorum pondo octo, thuris denariorum pondo octo,ſalis ammoniaci denariorum põdo octo, guttæ ammoniaci denariorum pondo octo, alumi-

nis

† rotundi

nis † combusti denariorum pondo sex, æris, vsti denariorum pondo octo, myrrhæ denariorum pondo xij. aloes denariorum pondo xij. chalbani denariorū pondo xij. olei veteris heminam; aceti acris heminas duas. Quæ liquari possunt, siccis in mortarium super funduntur. Sic quidem Heras Isim scripsit, non etiā particularem omnem vsum, ei apponens, vt in alijs consueuerat. Insuper quod ad Epigonum illud refert, à plerisque dissentit, quos exactius de Epigono scripsisse arbitror, cum illa, tum illud quoque, nempe quod in carcere conclusus, cum quendam admodum potentem curasset, eius rei gratia fuit dimissus. Adiecisse vero ipsum aiunt præscripto medicamini, dracunculi radicem; atque ego semper ita vsus sum, quoniam, & præceptorem meorum vnus vsurpabat, apponens in prædictum symmetriam Heræ, dracunculi denar. viij. insuper, & olei cyathi † dimidiū, aceti heminam, ad hæc colophoniam resinam, non vt Heras, terebinthinam. Sed & emplastri confectione ab illo dissentiebat chalbanum aceto cum alijs in pila elaborans, atque ita admiscens ea, quemadmodum, & Heras inquit, liquabilibus, deinde medicamentum manibus plurimum emolliebat. attingens acetum quam acerrimum. Postea in vase æreo reponebat, & perfusum longo tempore feruebat, atque ita excipiens vtebatur.

Vnguentum sacrum ex eodem capite.

Olei veteris heminas duas, argenti spumæ denarium pondo centum, æruginis rasæ denarium pondo octo, squamæ denarium pondo sex, colophoniæ liquidæ, alij pineæ, denarium pondo 50. mannæ denarium pondo xij. guttæ ammoniaci denarium pondo 16. † æris combusti denarium pondo octo, diphrygis denarium pondo sex, gentianæ denarium pondo sex, aloes denarium pondo octo, chalbani denarium pondo xij. propolis denarium pondo octo, ceræ denarium pondo 25. † aristolochiæ denarium pondo decem, dictammi cretici denarium pondo x. Argenti spumam, & oleum in olla magna supra prunam incoquito, vt omnino, aut fere non inquinet, deinde cacabum deponens æruginem indito, squamamque, & coquito ne prorsus inficiat. Postea rursus auferens, resinam, ammoniaci guttam inijce cribrata, mouens donec feruere debeat, mox, cum reposueris, paululumque dimiseris, tollito, atque æs, diphrygesque inspergito, rursus coquens quoad non inquinet, interdum enim his iniectis remittitur: postea deponens, ceram addito, iterum coquito, vsque dum non polluat, quod celeriter accidit. Dein cum deposueris, propolim immittes, ac reponens denuo, paulisper fines. cum depones, addes aloen, mannam, dictamnum, aristolochiam, gentianam, his abunde refrigeratis, singula læuissima inspergens, mouens. si non inficiat, tolles: sin minus, leni igne coques. Hæc quidem Heras de emplastro scripsit. Composuimus autem id nos interdum, & sine combusto ære, & diphryge: vnde quæ in alto latebant, magis attrahebat, emolliebatque magis, discutiebatque. Non tamen vlceribus ægre cicatricem ducentibus idoneum. Quin etiam ipsum citra dictamnum confecimus, rursus alijs apponentes chrysocollæ denarium pondo sex, vt maligna vlcera felicius sanaret.

Cerinæ Ctesiphontis, ex 6. Catageni. Cap. 16.

Ceræ, terebinthinæ, nitri, olei veteris singulorum pondo libram, aquæ heminam. Nitrum, & aquam tertio, vt ex toto soluantur, & in vas fictile coniecta igni imposito, vase cooperto coquito, ex interuallis moueto. Cum autem strepere adeo desierit, liquabilia inijcito mouens assidue, donec non inquinent. in mortarium transfusa rursus tundito, inde excipiens vtitor: Vel hac ratione præparatur, quæ liquari possunt, liquefacimus, & cum dissoluta fuerint, nitrum ex aqua læuigatum adijciemus, idque paulatim mouentes assidue, cauentesque ne efferuescat.

Pastillus Musæ, ex 5. Catageni. Cap. 12.

Aluminis scissi, aloes, myrrhæ, chalcanthi, singulorū pondo denarium sex, croci, crocomagmatis, singulorum pondo denarium trium, cytinorum pondo denarium iiij. mulso ex falerno facto excipiuntur.

Pastillus Andronius, ex eodem capite.

Cytoniorum pondo denarium 10. gallæ pondo denarium 8. myrrhæ pondo denarium 4. secundum alios octodecim, aristolochiæ pondo denarium iiij. chalcanthi pondo denarium ij. aluminis fissi tantundem, alij pondo denarium iiij. misyos cyprij pondo denarium ij. passo diluuntur. Vtere ad multa polychresto pharmaco.

Pastillus Pasionis. ex Cap. 14.

Arsenici, squamæ, singulorum denariorum pondo duorum, chalcanthi denarij pondo vnius, sandarachæ denariorum pōdo 2. myrrhæ, thuris, gallæ singulorum denarij pondo vnius, chartæ denariorum pondo 4. tritis, & cum rosaceo vtitor. Heraclides hanc scripturam habebat.

Gallæ denariorum pondo 6. arsenici, sandarachæ, squamæ, singulorum denariorum pondo 4. thuris, denariorum pondo 3. chalcanthi tantundem, myrrhæ minæ denariorum pondo duorum, chartæ denariorum pondo 8.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0411-6

SYLVII INTERPRETATIO

Vocum aliquot in Meſue Antidotario quibuſdam obſcurarum.

ADIANTVM *albũ, capillus veneris. Adiantum nigrum, polytrichon. Aerugo in vnguento ceraſeos legendum, & alibi paſſim, vt etiam apud Guidonem Cauliacum non flos æris, quia alia res eſt.*

Albathecæ in trochiſcis diaphyſſalidum, cucumer magnus, anguria dictus Man.

Alphi albi, & nigri Græcis morphæa, etiam Gui. Cauliaco duplex.

Altheil, id eſt roriſmarini flores, legitur in elect. Alcãſi forte pro alxi. id eſt granatum ſylueſtre. Ob id balauſtium ſcripſiſſem, quod eſt flos granati ſylueſtris, vt citinus domeſtici, niſi vt Plinio, ſic vulgo balauſtij nomen vtrique nunc eſſet commune. Alkilil mauult legere Manardus, quod Arabibus eſt granatum ſylueſtre.

Alfulſumen in tryphera Galeno tributa, ſeu radix, ſeu lignum piperis eſt cum Serapione, & Auic. eius loco ponatur piper album. nam duo alia piperis genera iam recipit, vel ocymum: quidam textus hanc dictionem non habent.

Ambra Arabum, ſeu Græcorum recentiorum ambar, quibuſdam latinis ſuccinum Orientale dicitur, res eſt noua, minoris certe facienda virorum bonorum iudicio, quam æſtimatur: an vero ſit ſtercus, aut ſemen piſcium, aut maris, ſeu fungus, vel aliud quod mare in littora eructat, parum hodie eſt compertum: cal. ſic. 2. gr. Ambra cineritia, vulgo grifea expetitur.

Anacardi ex Sicil. montibus ignitis afferuntur, calidi ſicci gra. 4. Ob id anacardina compoſitio ante ſex menſes non vtenda, vt anacardorum vis coquendo, & fermentando interea obtundatur, in qua compoſitione caſtorium pro tundebeduſch, & melanthium pro burungi repoſuimus ex Serap. Auicen. Haly in ſua compoſitione anacar. quamuis burungi excorticati ſcribat Raſis ad Almans. in lumbricis, ſemina enim melanthij quamuis raro excorticentur, poſſunt tamen excorticari. Si autem malis meliſſophyllum, vel eryſimon, vel erucam agreſtem cum Manardo ſupponere, parui refert, cum hæc omnia facultatibus conueniant.

Apozema thoracicum, decoctio pectoralis.

Aqua mulſa, ſeu mellita, Græcis hydromeli, & melicraton dicitur.

BALſami loco, recipe terebinthinæ lib. ij. olei communis lib. iij. olei laurini vnc. xvi. cinnamomi vnc. ij. euphorbij, caryophyll. baccarum lauri, gummi hederæ, ſagapeni, galbani, ammoniaci, opopanacis, ana vnc. i. thuris, maſtiches, ana drach. ij terẽda terantur, et alembico deſtillentur igni lento, Gui. Pl.

Batina mora ſunt, quæ ex bato, hoc eſt rubo leguntur, nõ longe lateque ſerpenti, & ſpinis hamatis horrido, ſed altero minori, ac mitiori mora parua, non nigra, ſed cærulea ferenti.

Been album, & rubrum, radices olim ex Armenia delatæ, nunc in Italia etiam inuentæ, ſed vel aliæ, vel meteriores.

Bolus in trochiſcis. Halicacabi miltos ſinopica, lutum carpentariorum, vel pictorum quibuſdam putatur, macra Auic. dicta.

Bugloſſum calidum pr. g. hum. ſecundo, corroborat, aſperitatem arteriæ, & pulmonis lenit. Bugloſſum domeſticum, ſeu hortenſe, & ſatiuum Meſue eſt borago: ſylueſtre vero, ſeu erraticum eſt bugloſſum vulgo dictum, vt cenſuit in Meſuen Manar.

CAlaminthe agreſtis eſt montana, vulgare calamenthum, vel vt alijs placet, nepeta vulgaris: hortenſis autem, ſeu domeſtica, eſt menta. Calaminthe fluuialis in diacalaminthe eſt verum mentaſtrũ, non menta aquatica, aut potius male interpres pro pulegio vertit. calaminthe vero montana, ſeu nepeta eſt Manar. herba cattaria.

Calamus aromaticus quem officinæ proferunt, licet radix potius videatur, & rei fortaſſe alterius, tamen à veri calami viribus haud ita multũ recedit. Ob id eius loco vſurpari queat, modo non ſit teredinoſa, & carioſa. Calamus aromaticus deſideratur: eius loco radix quædam, non calami illius: nec Indica res videtur, quod vili vendatur, & ſæpe recens multum cernatur.

Caphura res noua, gummi Arabum valde frigidum putatur: quod autem omnibus in manu eſt, factitium videtur, & calidum, ac incidens. An vero Simeon caphuram nomine ambaris intellexerit, viderit Mænard. mihi enim ambram, vt Actuarius, & alij quidam neoterici Græci, videtur potius pinxiſſe. Eſt autem caphura frigida, ſicca, ordine tertio.

Cardamomum Græcorum quamquam hodie ignotum videatur. tamen quod cardamomum maius, ſeu granum paradiſi, ſeu aliud eo planius, nec ignauius quod hodie afferri cœptum eſt. quod item minus produnt, viribus aromaticis inſignibus eſt præditum, vt veteri loco eſſe poſſit, & fortaſſe in quatuor illa Plinij genera ex his aliquod incidere poterit, etiant ſi Manardus triplex cardamomum ſe affirmet vidiſſe, quorum nullum putauit verum cardamomum. Nam ob hiſtoriæ Dioſc. breuitatem, iudicium de his eſt difficile. Cardamomum ſcilicet maius, quia præſtantius. Cardamomi genera duo requirit in elect. lætificante, & alibi, quæ etiam ſi non ſint ſemina ab officinis producta, tamen ignaua non ſunt, & pro cardamomis recipi poſſunt. Cardamomi nomine quidam maius ſimul, & minus recipi volunt.

Caſi. ſcilicet lignea, ſeu vulgare cinnamomum. Caſia in purgantibus, fiſtularis, nigra, cathartica intelligitur: in alijs vero caſia Græcorum, quæ eſt vulgare cinnamomum, caſia lignea, & aromatica officinis dicta: obſtructiones aperit, præſertim hepatis: menſes potenter mouet.

Caſſutha herba eſt amplexi caulis, quæ linum amplectitur, & ſuffocat: ob id vulgo podagra lini dicitur. Linodera Theophraſti videtur multum ſimilis vocato nunc epithymo.

Ceratia, ſeu xyloceratia, vulgo carrubiæ, Latinis ſiliquæ, ſunt ſiliquæ edules, ſaporis caſiæ, nigræ, dulces magnitudine fabæ, in quibus ſemen minus, quam caſiæ.

casiæ. Ponderis granorum hordei octo. Ob id sæpe pro hoc pondere sumitur.

Chamæpitys, seu abiga, seu ajuga pro iua.

Cinnamomum adhuc desideratur. Cinnamomum crassius vomitorijs medicamentis miscendum quidam putant, quod vomitorium id sit: alijs autem tenue. Cinnamomum tenuius, quia melius crasso, quod darseni Mesuæ appellat, in elect. de cinnamomo, & de cydonijs, nisi cum Manardo per darseni aspalathum malis intelligere: quod tamen darsisahan Arabes vocant, licet Auenzoar darseni cinnamomum nigrum, & odorum valde, & Auerrois 5. colliget canellam subtilem, dulcem, & aromaticam. Cinnamomum vulgare duplum compositionibus miscendum ob eius imbecillitatem: vero enim caremus.

Citrulus, seu citreolus, est cucumeris species, citrum colore, & forma æmulata.

Colleticum glutinans, vulgo consolidans.

Conchæ testa in elect. nostro paruarum concharum coopercula, aut potius onyx odoratus, blatta Byzantia vulgo dicta.

Corallium rubrum est melius albo, & album cæteris: in Pachyno Siciliæ promontorio plurimum crescit, idque mari extractum, aere mox durescit: frig. primo gradu sic. secundo: stomachum tota sua substantia roborat, non sumptum modo, sed appensa admotum, nauseam quoque, & vomitum, & hæmorrhagiam sistit. Cor item mire roborat, spirituum resolutionem in febribus prohibet.

Costus amarus tantum græcis est, Macro cum Serapione, & quibusdam alijs Arabibus etiam dulcis, hodie ignoratus.

Crocus nobis Arabica voce Zahafaran, parum corrupta safran dicitur.

Cubebæ nobis vsu frequentes baccæ sunt aromaticæ: Serapioni autem oxymyrsines, id est ruſci fructus. Auicennæ carpesia, id est festucæ quædam, de quibus in simplicibus.

Cydonio præsertim matura, odore valenti calorem aliquem declarant: sunt tamen frigida humida primo gra.

Cydonium, vel cotoneum acidum seu immaturum: dulce maturum: dulcacidum medium: sic in plerisque fructuum generibus.

Cyminum Carmanum pro Carmenum verti, id est, ex Carmania regione Persidi proxima, ex qua per sinum Persicum in Arabiam, & Syriam prompte conuehi poterat, vt ex Aethiopia per mare rubrum. Cyminum autem Carmanum, seu ex Carmania regione præfert Mesues. Galenus Aethiopicum. Ne autem putes Carmenum, vt male est versum, fesceli esse cum quibusdam, quod adiectiua singularis numeri prodant.

Dactylos fuluos, seu rufos verti, quoties cheiri vocabantur, quod suspicio erat id verbum esse corruptum: κιρρὸν enim Græci, & πυρρὸν vinum, & alia appellant, id est, igneum, rufum, pallidum, gilum, claretum vulgo, & pailletiũ, & rufum dicitur.

Darseni, seu cinnamomum quidam electum cinnamomum intelligunt. Si vero vtrumque simul compositio postulet tenue, & crassum miscent, vt heil, seu cardamomum, scilicet maius: si vtrumque exprimitur, maius & minus est miscendum.

Darseni in electario aromatico moschato, & alibi cinnamomum crassum verti. Manardus esse mauult aspalathum, quem Arabes darsisahan vocant, præstantius est cinnamomum. Quod si cinnamomum, & darseni scriptura postulet, vt in elect. de cinnamomo. auge quantitatem, & pro crasso tenue, seu præstantius miscere fuerit rectius.

Daucum male corrumpit vulgus in bauciam: eius loco carpere possis pastinacam hortensem: sed cum imbecillior sit, largior injicienda medicamentis.

Doronicum, radicula est aromatica, alba, odorata, etiã priscis incognita: officinis hodie notissima.

Elegma linctus, loch.

Ηλεκτρον, id est succinum, seu gutta succina, & succulenta, officinis carabe, & cacabre, vulgo gallorum ambra, absolute dicitur: gummi pini Septentrionalis esse, hodie est certissimum: calidum primo gradu, siccum secundo: cor & ventriculum roborat Auicennæ; ob id cardiacis, & corde trementibus confert, nauseam, & vomitum sedat, prauos in ventriculo humores gigni prohibet.

Epuloticum, vel synuloticum, cicatricem generans.

Eupatorium est agrimonia: quod autem eupatorium vocabant, licet Græcis indictum videatur, tamen speciosa, & sapore amaro liberandis obstructionibus idonea fuerit.

Fausel fructus adstringens, priscis incognitus; auellana Inda vulgo dicitur.

Fausel est auellana Indica Serapioni, nuci moschatæ similis, forma pyramidis, insipida: eius desideratæ loco miscetur santalum rubrum, & coriandri recentis dimidium.

Flos rosarum est illud crocatum in apiculis mediam rosam implentibus, quibus siccatis nonnihil exiguum nigrum, semini simile etiam apparet.

Folium absolute, & folium malabathri hodie parum cognita sunt: eorum tamen loco mihi non displicet prægrande id folium tribus, ceu neruis per longum eius discursantibus firmatum: est enim aroma odorum admodum gustatu, & acre.

Fragmenta preciosa, scilicet sapphyri, hyacinti, sardinis, granati, smaragdi.

Galanga radix nunc notissima, apud Græcos nondum lecta.

Galia, seu gallia moschata, Gallia Sebellina, trochiscorum nomina sunt, quibus raro per se vtuntur, sed in alias compositiones veniunt. lege in trochiscis. Gallia simpliciter, & sine addito pro trochiscis galliæ moschatæ: cur autem galliæ sint dictæ, in trochiscis leges.

Gluten alinbach in vnguento basilico, & aureo pro terebinthina, Glutẽ vero alzana in diachylo ichthyocollam vertimus, id est piscium collam: quamquam sunt qui viscum, quo capiuntur aues, ex visco querno factum malint.

Iris pro lilio cælesti.

Lapidum quinque preciosorum, sapphyri, hyacinthi, sardinis, granati, smaragdi fragmenta, cor multum iuuare creduntur: ob id cardiacis miscentur. Vires autem roborandi stomachi iaspide viridi si probauit Galenus, potuerunt Arabes horum quinque lapidum vires in cordis affectibus probasse, quos ob id posteritas est secuta. Sapphyrus Alberto melior ex cæruleo: flauus cæruleus ex purpureo

pureo puluere aureo interspersus, seu nubibus obscuris, & subrubris: ob id subobscurus est melior perspicuo, Hyacinthus Serapioni optimus est ruber: à fulgure, & peste seruare creditur si vel ipse gestetur, vel quidpiam eo signatum. Sardis Alberto ruber, crassus, transparens, paruus: cui si candor ceu vnguis miscetur, sardonyx dicitur: exhilarare, & ingenium acuere creditur. Granatus eidem est ex genere carbunculorum: rubet modo balaustij, transparet, cor exhilarat, tristitiam pellit. Smaragdus quo virentior, eo melior: exhilarat, libidinem arcet, hemitritæum iuuat, epilepsiæ resistit. Hi singulatim terendi sunt super lapidem Porphyrium, aqua rosata aut buglossi pauca identidem affusa.

Lepidium pro seitarago Indo substituimus.

Lepra in Mesue videtur accipienda more Græcorum, pro cutis vitio, & squammosa scabie, vt psoræ iungit lepram, & in elect. secundo Hamech psoram lepram, & elephantiam recenset, quæ est Græcis; quod vulgo lepra.

Leucacantha, id est alba spina Græcorum, accipienda pro bedegar Arabum, non autem spongiola in Cynosrhodo inuenta.

Lignum aloes, seu xyloaloe, seu ἄγαλλοκον sit crudum, coctum enim nullarum est virium, & inodorum: Arabibus enim id coquere odoris excipiendi gratia morem esse scribit Casius Felix, aquamque ab his in vsus multos seruari. Ob id Mesues ligni aloes crudi mentionem facit frequentem: quod si quando crudum non addat, intellige, Lignum aloes crudum in igni diu durat inconsumptum, ob glutinosam humiditatem, quam coquendo supernatantem separant institores. & mox aquæ fundum petit.

Ligusticum Manardo radice sola visum, hodie agnosci cepit: sed multo diuersum ab eo, quod vulgus in eius locum substituit, licet viribus non differant, vt ligusticum Dioscor. & Smyrnium, quod vulgare leuisticum legenti patebit.

Lingua auis in confectione testiculorum vulpis, & alibi Serap. intelligitur lingua passerum auicularum salacissimarum: recentiores semen fraxini foliaceum in linguæ speciem figuratum, amarum, intelligunt, cui vim calculos in renibus frangendi etiam tribuunt.

Lingua bouis Græco sermone buglossa vocatur Manardo.

Macis Arabum, & macis Græcorum, diuersas res esse in simplicibus probauimus, etiam si Manardo, & alijs quibusdam idem censetur. Macis nucis moschatæ cortex medius inter externum crassum, cortici crasso, & viridi nostrarum nucum simillimum: & corticem alterum nigrum, durum, corticiquoque ligneo nostrarum nucum persimilem, sub quo est ipsa nux moschata, ne cum multis putes idem esse, quod macer foliis coloris, & odoris affinitate turpiter hallucinatis, non aduertentibus macis corticem esse tenuissimum, admodum calidum, nihil aut minimum adstringentem: macer vero crassum corticem, calido, & frigido temperatum, admodum adstringentem. Quæ scilicet notæ tanquam fidelissimę à Gal. vbique plurimi fiunt, vt color & odor minimi.

Maior, id est, efficacior, vel pluribus simplicibus constans Mesue compositio dicta, Galeno composita vocaretur, vt minor simplex, vt diatrion piperi con simplex, & compositum. Margaritæ in conchis mytulorum maris interni, sed paruis. Dos autem eorum omnis in candore, magnitudine, orbe & pondere: integræ item, & perlucidæ perforatis, rufis, obscuris sint meliores. Cardiacæ putantur à tota substantia, & sanguinis prope cor putredinem prohibere, cordis intemperiei calidæ, & hinc nato tremori prodesse, quia frigidæ siccæ primo gradu: ob id febricitantium, & imbecillorum remedijs miscentur.

Marmacur in diamorusia marrubium est, vel melissophyllum, quod marmacur esse quidam potius putāt. Cum vero plantæ hæ duæ sint facultate proximæ Galeno, sed marrubium frequentius, & efficacius, id accipiendum est.

Marmacur in pul. altero ligni aloes, quidam non marrubium, sed maioranam intelligunt: alij melissophyllon, vel cytratum ocymum.

Mastiche sit alba, ampla, pura.

Medium granatum, seu dulcacidum verti pro muzum, quòd id etiam pro μέσον, id est medium putaui deprauatum. Nam inter acida, & dulcia tantum, quæ simul dulcia sunt, & acida sunt media.

Mel aerium, seu aeromeli cum multis mannam in Mes. semper appellamus. Mel. tabarset quidam mel roscidum intelligunt, seu mannam, cuius loco mel album, aut saccharum bis coctum poni potest. Mel emblicarum in elect. de gemmis, & ligno aloes, est mel album, quo velut syrupo myrobalani emblicæ conditæ seruantur in simpl. Mesue, & in conditis sectione prima. Alijs mel emblicarum myrob. fit ex ipsarum pertritarum vncijs duabus, in aquæ communi libris duabus infusis diebus octo, post coctis ad dimidij consumptionem, colatis panno lineo, & valenter expressis: in expresso coque mellis boni lib. i. coque ad liquoris consumptionem. Mel Mes. album ferè præfertur, vt etiā hodie Lugdunensib. & Narbonensib. Gal. non autem flauum probatur, nec alibi fit mentio, etiam siceram Ponticam natura albam nouerit, non solam Tyrrhenicam lotione albatam.

Mel passularum, id est, in quo bullierit vuæ passæ vsque ad liquationem, Manardo videtur in loch de pino: alijs sapa vuarum passarum est, vt in conditis diximus. Alijs mel vuatum, id est, passulatum sic fit: vuarum passarum vnc. quatuor, ex aquæ puræ lib. vna coquantur ad aquæ consumptionem, valenter exprimantur. Huic expresso adde mellis despumati duplum: percoque quantum opus, vase vitreo repone: sic mel myrtatum facere possis, vt docet Nicolaus in Diacodio. Mel vuatum id interdum vocamus passularum, quod passa sint præter vuas, pruna, & alia multa, nolui inde mutuari denominationem.

Menta, hortensis intelligitur, & ea siccata: tunc enim valentior, & odoratior.

Μέσον in fructibus præsertim, corruptum opinor in muzum, vt granata muzo pro μέσα, id est, media, nec scilicet acida, nec dulcia, sed inter hæc media, seu acidodulcia: quāquam sint qui dulcia intelligant, Μέσον, quod Arabes muzum corruperunt, medium inter dulce, & acidum, qualia pruna in diaprimo requirunt.

Mina, & mina aromatica, & aromatizata, & cum speciebus, est syrupus, vel conditum ex succo cydoniorum: ob id etiam sæpe dicitur mina cydoniorum, de qua in conditis.

Mele

Melo Indus est viridis, oblongus, magnus, batheca vulgo dictus: alijs anguria, nunc hic frequens.

Myrrha bona inuentu difficilis. Myrrha stacte, stirax liquidus.

NAbath, vel anabath in puluere baccarum myrti Serapio videtur intelligere sorba, vel illis similes fructus facultate, qualia sunt mespila.

Nabeth verti in conditis, & in confectione albaliffaccharum vulgo candum vocatum. alij potum ex ficis, dactylis, & saccharo esse volunt: alij aliud.

OEsypus corrupte cum Pauli exemplarib. hyssop. humida. Oleum balaninum, oleum de ben Mes. Oleum cicinum, seu ricininum, oleum de Kerua. Oleum amygdalinum dulce. Oleum sesaminum, ex semine sesami calidum humid. pr. gr. desijt parari, quia sesamum in Italia olim largissimum, hodie desideratur. Eius loco sumatur oleum recens amygdalarum dulcium, non rancidarum.

Oxyacantha est berberis.

Oxytriphyllon alleluia in diaphœnico vnguento secundo, & viridi.

Ozymum, id est, basilicum quoddam, vulgo caryophyllatum dicitur ab odore, & virtute caryophylli. alterum ab odore citri citratum est melissophyllum, calidum secundo gradu, coctu difficile, sed aliorum coctionē imat, obstructum hepar aperit: naribus impositum, vel succo, vel aqua attractum, pituita purgat cerebrum, vt betonica: cor roborat, & cerebrum. Ozymum autem caryophyllatum basilicum semine flauo, aromatico, cardiaco, calido, folijs paruis magis quam basilicum semine nigro, & folijs latioribus præditum quibusdam videtur.

PEctines pro conchis suppositi, quales è Sancto Michaele, & San. Iacobo peregrini afferunt, idonei ad hæmorrhagiam Auic. can. 3. fen 21. Idem possint testæ limacum, purpurarum, buccinarum, Manardus in id probat magis ὄνυχας, id est vngues odoratos, vulgo blattas Byzantias.

Penidia vocem nobis incertæ originis cum vulgo retinemus, & alias quasdam, quod pro his, licet Barbaris, tamen notis, nouas, & obscuras substituere non est, licet pleraſque appellationes nouas dedimus, quod proprie magis, & rei naturam perfectius exprimentes viderentur: δόσις autem, id est, datio, quamuis Græca sit vox, & vulgo medicorum vsu frequens: quia tamen Græcis in eam significationem, pro medicamenti scilicet sumendi quantitate non vsurpatur, nec Latinis, verbum, dare, malui eius loco substituere.

Petroselinum verum ex Macedonia, quia desideratur, & vulgare hoc est imbecillius, dupletur, vel eius loco ponatur olusatrum. Petroselini veri loco semen olusatri Manar.

Plantago longa in diaphœnico vnguento, vel maior est, vel lanceolata.

Polenta est farina hordei recentis torrefacti sauich Arabibus.

Poma dulcia frig. pr. gr. hum. sec. si odora sint.

Pyrethrum hyeme legitur, seruatur annis quinque: nō sit foraminulētum, nec dum frangitur, puluerē edat.

RAsura eboris frigida sicca, cardiaca est, fœcundas ex sterilibus mire facit Auicenna.

SAccharum Mesue albissimum probatur, vtitur & saccharo coctione candefacto, aut verius in chrystalli modum per coctionem per se, vel in syrupis glaciato. Saccharum autem zuccharum Arabum esse alias probauimus. Saccharo autem Mesue, vt Græci veteres raro vtitur, quod tum erat minus frequens: nunc contra saccharo, quia gratius, omnia dulcoramus, & siccando seruamus. Saccharum recens cal. hu. primo gradu vetus sic. pr.

Sanguis draco. Serap. & Auic. & succus herbæ achillij dictæ Dioscoridi, Lusitanis huc larga copia deferentibus, est succus quarundam arborum.

Santala nostratia, & ex his elect. trium santalorum, sumpta, & admota, re uera calfaciunt, ne ijsdem refrigerantibus postea vtaris. Nam vera santala desiderantur, cum vulgaria sint cedra erius. Santala, si qualia scribuntur sunt, refrigerant: quæ vero proferunt officinæ, calent. Santala frig. 2. gr. sic. 1. rubra frigidiora, omnia cardiaca, & aromatica, sed flatu magis, quia odoratiora.

Sarcoticum, carnem generans, vulgo incarnans.

Sardis, seu Sardius lapis, vulgo corneolus d. Man. putatur.

Satyriorum testiculos duos conditos si vir ante coitum sumpserit, marem generari, si fœcunda est mulier, scribit ex Rasi Nicolaus Florent. lib. 10. cap. de sterilitate, vnico vero deuorato, fœtum nasci cum vnico teste.

Sauic. ἄλφιτα, polentæ.

Scammonium in malo cydonio, vel alio similiter grato, & adstringente coctum (quod Gal. innuit lib. 1. ali.) pomo, virium suarum multum impertit, ob idq; imbecillius manet, quale miscet elect. Indo maiori, vbi pomum absolute scribitur, quod cydonium significat. Græc. μῆλον: vnde oleum μήλινον Gal. passim est cydoniorum, & emplastra μήλινα lib. 2. ca. ph. g. i. rufa, & coloris mali cydonij. et διὰ μήλων pro διὰ κυδωνίων, vt in fi. lib. 6. sa. tu.

Crudum autem purgatorium magis est, vt si elect. Indum maius, & diaphœnicon scammonium ambo, vel coctum, vel crudum accipiant. Indum est purgantius. Si vero in Indo scammonium sit coctum. in diaphœnico crudum (vt Mes. voluisse videtur) diaphœnicum est purgantius.

Cum scammonium absolute scribitur, vt in hiera Hermetis, in elect. Indo minori, in diaphœnico, si valens vis medicamentum, crudum misce; præsertim cum frigidis, crassis, adstringentib. gratis, vis eius obtunditur, vt dactylis in diaphœnico, primis in diapruno, cydonijs in cydoniato Lugdunensi, succo rosarum in elect. succi rosarum. Neque per hæc adstringentia, vis eius à longinquis attrahendi prohibetur, quia cum aromatum vapore, & substantia vis quædam scammonij purgatrix ad illas perreptat.

Scarlola pro seriola, sonchi species minus spinosa Manardo videtur: alijs à seride, id est, cichorio nomen deprauatum. Vt vt est, cum omnia hæc cichorij sint differentiæ viribus affines, vnum pro reliquis capi potest.

Schœnus anthos, vel schœnanthum, vt chalcu anthos, & chalcanthum (licet duo hæc differant) cuius flos ad nos non affertur, sed herba palea.

Scolopendrium vulgo ceterach.

Secacul Serapioni, & Auicennæ radices zingiberi similes, conditæ ex India deferebantur diuersæ ab eryngio, quod tamen eo loco capere malim, vtpote viribus

viribus cum secacul conueniens, quam cum quibusdam sigillum beatæ Mariæ, cum alijs sigillum Salomonis, seu polygonati radicem cerebro geniculatã, graueolentem, sapore cotonei, aut punici, subadstringentem, subacrem, cum fastidiosa quadam amaritudine Dioscor. & Gal. Alijs est radix calcitrapæ stellaris herbæ. In tanta opinionum varietate, pro secacul Indica radice, radicem eryngij cõdirem, quam secacul à Saracenis vocari docet Nicolaus Salernitanus in diazingibere: hæc enim etiam si non sit eadem, tamen eadem præstat. Quæ vero siccitas non parua cum essentiæ tenuitate eryngio à Gal. tribuitur, hac præparatione facile vincitur. Quin & nonnulli hanc radicem calidam primo gr. humidam secundo dicunt, & à multis melle solo condita, ab alijs etiam aromatibus ad venerem excitandam sumitur magno successu, etiam si veterum nemo huius facultatis in eryngio meminerit.

Seitargum Indum, verti lepidium: alij heridem esse malunt: sed hæ viribus parum variant, vt etiam cardamum, & cardamine pro his poni possint.

Semen rosarum quibusdam videtur id lanosum, quod in fructu est rubro oliuæ æmulo, qui rosis non collectis succedit: qualis in cynosbato, & cynorhodo cernitur.

Sericum sit crudum: sunt enim qui vim eius cardiacã coquendo, aut macerando extrahunt, & sericum velut exanimatum viribusque destitutum vendunt.

Sericum minutim concisum cum margaritis, vel alijs tritum, est efficacius cum Serap. quam vstum cum Mesue calidum siccum primo gr. corroborat tota sua substantia: spiritum & sanguinem purgat, clarumque facit, & facultatem eorum in vnum cogit.

Serum lactis Gal. fri. humidum, quod aquosa eius substantia largissima nitrosam superat, qua calidum est, terget, aluum subducit etiam Gal. aqua Mes. calidum dicitur, ea autem si per noctem in aere steterit, exhalat eidem. Id vero Mes. appellat nunc aquam lactis vel ebutyrati, vel non ebutyrati, & à causa aliqua concreti: nunc aquam casei, quæ per formæ, aut fiscellæ raritates diffluit.

Seseli sumptum, & suffitum, steriles ob vteri intemperiem frigidam humidam etiam cum materia, fœcundas facit: id quòd bruta duce natura facientia nos docuerunt, Serap. Auicenna.

Spasmus cynicus, id est oris tortura.

Spica nardi Inda, Romana vero Celtica. Spica absolute, spica nardi Indica, seu aromatica significatur: annos decem sicco loco seruari posse affirmant.

Spina alba est bedegar, & spina Arabica est sucaba: cum vero his caremus, carduus benedictus, aut sabina, aut similis plantæ aperientes capiendæ.

Spodium Græcorum, & antispodium solum admonebatur: ebur vero vstum, quòd spodium Arabibus quoruadam sententia est, etiam sumitur, & deuoratur, ac ex radicibus camarum, myrto, olea, lentisco vstis, antispodia, id est quæ pro spodio ponuntur. Græcorum autem spodium, id est cinerula, quòd in pauimento fornacum æratiarum recidit albicans pompholigi simile, sed granius, & impurius, intra corpus non recipiendum.

Strobili sunt nuclei pinei Gal. in simpl.

Styrax calamites calamis afferri desiit: siccus tamen affertur. Styrax scilicet calamites tanquam perfectior. Styrax ruber vulgo est fex styracis liquidi, hoc est myrrhæ stactes. Styrax verus lachryma est humiditatem non remittens, nisi dum manibus tractatur.

TAmar Indi Κιρρόι, id est quales sunt ante maturitatem, per quam nigrescunt: immaturi ergo intelliguntur.

Thymelæa, seu coccum gnidium, mezereon. Thymelæa verius esse, mezereon, quam chamelæa. & semen eius coccum gnidium ex Dioscor. & Mesue collatis deprehendes. Tortellæ de seni, panis bis coctus.

Tragacanthum album frigidis medicamentis miscendum: rufum ceu vetustate calidius, calidis. Illud autem frigidum humidum primo gradu. gummi autem Arabicum frigidum siccum.

Tuderi in tryphera Galen. tributa, his horminum est, alijs anagallis: Mes. meus habet eius loco behen album, & rubrum.

VEnera in catapotijs de bdellio maioribus Mes. & Auicenna, & Serapioni, pectines interpretati sumus, id est, conchas pectinatim seriatas, & implexas, quales peregrini plerique è S. Michaele, & locis maritimis pileo circumferunt, conchulas vocat in catap. de bdellio inuentis Mesues.

ZArur in succo fructuum, & alibi, est mespili genus, prius in Dioscor. aronia dictum, quod in Italia azarolum dicitur, Gallis ignotus fructus: eius loco mespilum nostrum pentacoccum viribus proximum sumatur.

Zedoaria radix nunc vulgo nota, veteribus vel incognita, vel alio nomine scripta.

Zizypha, seu serica, vulgo iuiubæ Gal. damnantur libro secundo Alim. tamen ea passa neoterici efficacia in pulmonicis remedijs experiuntur.

Zurumbet quibusdam est Zedoariæ species, vt in simpl. diximus. Serapioni est arbor: secund. Auic. herba, in elect. de gemmis vtrumque petitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0416-5
DFG

IOANNIS MESVÆ GRABADIN,

IDEST COMPENDII SECRETORVM MEDICAMENTORVM,

Liber Secundus.

Quo propria remedia ad ſingularum partium corporis morbos docentur.

SANAT ſolus languores Deus, & de frugalitatis ſolio produxit in largitate ſua medicinam, benedictus, glorioſus,& excelſus creator. Tantum tamen auxiliari non deſinens, curandi doctrinam timentibus eum explicauit. Totus igitur Dei timor præueniat, & principiet opera tua, & fœneritabit ea: tamen conſidera, ne te amor, aut odium circũueniat, vt declines a recto. Eſt enim excelſus, & glorioſus,qui iudicat. Sunt,& cœli, qui arguunt: elementa,quæ ſæuiunt. Et ſi non aliud,ſupereſt in poſterum cruciatus gehennæ.Inquit Gal. Noli te prauarum ægritudinum onus ſuſcipere, ne mali medici nomen ſubeatis. Per omnia o tu corporum curam gerens, auxiliari ne differas, quia ſemel pereunti nulla deinde ſuffragia proſunt. Ratio clamat ad iudicium,ſi miſericordiã deſeris ſtulte, de large tributis, gaudens, parua negans. Triſtem igitur te cerne habentem irritum donum Dei: & ſi abundanter de ipſius largitate ſuſceperis, ne parcus eſto: per vnũ enim plura, & magna exuberant. Deum in cunctis propone,& præponet te. Honora eum,& honorabit te. Time eum,& ſecurus cuncta experieris. Ne diuertas dum recta potes. Nomẽ enim, & rem habet medici, quem nulla mouent, quẽ conſtantia morum,inceſſus grauitas, & ſermonum onus inſignit. Geſtiunt munera bene quidem ad vitam. Sed melius eſt nomen præclarum cunctis diuitijs. Nimirum exultat,quod experta habet ille multa,quę nunquam tractauit. Ideo experta tria ſint, in quibus cõſiderationẽ feciſti. Triſectũ erit opus hoc quod aggredior. Et primã erit ſectio eius de medicinis ægritudinum particularium,quæ ſunt a capite vſque ad pedes. Secunda de medicinis ęgritudinum vniuerſalium. Tertia de medicinis,quæ ſunt ad ornandum,& decorandum.

Doctrina ad medicos.

A Prima igitur ſectio continet quinque particulas.

Particula Prima eſt de medicinis ægritudinum mẽbrorum capitis.
Secunda de medicinis ægritudinum membrorum ſeruientium ſpiritui.
Tertia de medicinis ægritudinum membrorũ nutritionis.
B *Quarta de medicinis ægritudinum membrorum expulſionis.*
Quinta de medicinis ægritudinum iunctturarum.

Secunda ſectio continet quatuor particulas.

Prima eſt de medicinis ad febrem.
Secunda de medicinis apoſtematum.
Tertia de medicinis ſolutionum continuitatis, & ſeparationis continui.
C *Quarta de venenis.*

Tertia ſectio eſt ſumma ſingularis.

Et ſic capit hoc opus in toto, particulas decem, quas per ſummas diſtinguimus, & per capitula cum auxilio,& gratia ſpiritus Dei benedicti,& glorioſi.

PRIMA PARTICVLA ſectionis primæ continet octo ſummas.

Summa prima de medicinis ægritudinũ capillorũ.
D *Summa ſecunda de medicinis ægritudinum cutis capitis.*
Summa tertia de medicinis ægritudinum cerebri.
Summa quarta de medicinis ægritudinũ neruorũ.
Sũma quinta de medicinis ægritudinum oculorũ.
Summa ſexta de medicinis ægritudinum aurium.
Summa ſeptima de medicinis ægritudinum partium naſi.
Summa octaua de medicinis ægritudinum partiũ oris.

Repleta igitur ſpiritus Dei præcepta hac miſeri
corditer gratia ſua. Et ſecundū, quā ex terra medi-
cinas ad vſus indigentiam edidit, fœcunditate pro
ferat ſalutem, quoniam ſine ipſo nihil incolume, &
& ab ipſo ſanatiuum omne.

SVMMA I.

De medicinis ægritudinum capillorum.

De caſu capillorum. Cap. 1.

CVra huius ægritudinis ſunt tres res. Prima eſt occupatio circa capitis mūdificationem: ſi eſt materia lędens,& proprie cum eis, quæ dicemus iam. Secunda eſt regimen cibi,& potus, & aliorū emendantium malitiā cōplexionis, & generātium humores laudabiles. Medicami. Gal. Tertia eſt adminiſtratio medicinarum caſum eorū prohibentium. Et ex eis eſt medicamen Gal. valens ad caſum capillorū,& initium caluitij. Et modus operationis eſt. Rec.ſucci extremitatum myrti humidæ, & ſucci oliuarum ſylueſtrium,ana vnc.ij. roſarum ſiccarum,vnc.ſemiſſ.abſinthij romani ſicci, dr. ij. bulliant hæc omnia cum aceti lib. ſemiſſ. vſque ad conſumptionem medietatis eius. Deinde cola,& infunde in eo calido ladani vn. ij. & dimitte per dies duos. Deinde tere,& funde ſuper ipſum nūc oleum myrtinum:& alia vice vinum ſtypticum, donec in ſubſtantia mellis redigatur. Deinde miſce cum eis ramich,dra. ij. capillorum veneris,dr.& ſemiſſ.in puluerem redactis. Vltimo vero aromatiza cum galliæ dr. j. & ſemiſſe, vel ij. Deinde redi ad vnguendum locum, poſtq̄ fricaueris ipſum cum panno aſpero, & poſtquā vnxeris per tres dies, laua, deinde redi ad vnguendum, vſque dum appareat ſanitas. Vnctio alia ex noſtra inuentione prohibens caſum capil. Rec. † corticū cannæ vſtorum, & corticum auellanarum vſtarum, granorū myrti, ana dra. iiij. abſinthij, gallarum ana dra. ij. confice poſt triturationem eorum cum oleo myrtino:& vnge expertum eſt. Mehemet filius Zachariæ ad caſum capillorum, & initiū caluicij, expertum. Rec. capillorum veneris, foliorum myrti, omnium aſſorum, vt teri poſſint, corticum pini, & olibani, ana pulueriza,& accipe laudani partes ij. myrti partem j. & cum vino veteri,& oleo de ſemine raphani tere, deinde cetera cum eis miſce. Et epithemetur cum eo in nocte, & lauetur in mane cum aqua decoctionis capilli veneris, & ſiclæ, & foliorum myrti, & aſſiduetur medicamen hoc, qm̄ ſanat. Aliud eiuſdem. Emblici, & folia myrti, & capillorum veneris, & gallæ coquantur in aqua vſque dum fiat turbida, poſtea cum tantundem olei omphacini coquātur ad aquæ conſumptionem. Deinde adde oleo, quod remanſit, laudani, drac. xij. maſtiches, dr. E octo, & fac coqui cum vino, deinde tere, donec impinguetur,& miſce cum eis ramich, dr. tres, & liniantur cum eis radices capillorum, eſt .n. mirabile. Dixit Archigenes. Rec. granorum iuniperi, ladani, abſinthij,& capillorum veneris, ana, permiſce omnia cū vino, & oleo myrtino, & dimitte diebus vj. deinde coque ea vſque ad vini conſumptionē:& cola,& vnge caput poſt fricationem eius, deinde laua, ſicut diximus.

Vnctio.

& forte redi cum canna vſtarum.

SVMMA II.

De medicinis ægritudinum cutis capitis.

De alopeciā. Cap. 1.

CVra huius ægritudinis ſunt quatuor res. Prima eſt mundificatio capitis ab humore, ſub cuius malitia eſſe videtur, ſicut dicemus iā. Secunda eſt, vt adæquatio fiat in corpore,& in huiuſmodi occupatione conuertere regimē ad ea, quæ laudabilium materierum elementa ſunt,& hoc regimen eſt laudabile in generibus rerū ſex. Tertia eſt occupari circa id quod factū eſt de malitia in cute. Quarta eſt ad generationem pilorum auxiliari. De prima dicemus poſt. De ſecunda prætermittimus nunc, quia non eſt huius inquiſitionis: de tertia, & quarta loquemur nunc. Si alopecia de humore fuerit phlegmatico, fiat linimentum ex inuentione noſtra, quod recipit alchitran, euphorbij, rutæ montanæ, baccarum lauri, ana drac. tres, ſulfuris vini, ellebori albi, ana drachmam vnam, & ſemiſſem; tere, quæ terenda ſunt, & miſce cum oleo laurino, & oleo antiquo quantum oportet, vt habeant mediocritatem inter ſpiſſum,& tenue:& lini cum eo ſuper locum, poſtquam fricauetis eum cum cœpe muris, aut alijs, fricatione acquirente rubedinē in loco. Inquit Iudęus. Linimentum ad alopeciam expertum. Rec. euphorbij, ſpumæ maris, fimi columbini, ana dr. j. ellebori albi, ſeminis rutæ montanæ, corticū auellanarum, & caſtanearum, naſturtij, ſpiçæ, caſiæ, ana dr. j.& ſemiſſem, amygdalarum amararum combuſtarum cum corticibus ſuis, drac. j. cum vino cocto,& oleo raphani, aut laurino, aut roſato, fac vnguentum,& caput vnge,& dimitte tota nocte. Deinde lauabis aqua vbi ficlæ,& fabæ coctæ fuerint, & hoc fiat ſine intermiſſione, donec ſanetur, & hæc omnia fiāt poſt quam fricationem in loco feceris, deinde fricaueris cum cępe muris, aut alijs, aut cępe acuto. Rufus. Confectio epithematis ad alopeciam. Rec. euphorbij, rutæ montanæ, baurach, ſinapis, arthemiſię, ana partes æquales, confice cū aqua cæpæ ſquillæ, aut cū aqua cæpæ acutæ, & epithemetur cū eo poſt fricationē rubificātem. Haly. Cōfectio epithematis ad alopeciā experti. Rec. euphorbij, rutæ montanæ, ana drac. iiij. nigellæ

In phlegmatica linimentum.

Linimentū Iudæi.

Epithema Rufi.

Epithema Haly.

nigellæ combuſtæ,drachmã vnam,ſeminis ar- A retur,quoniã ſanat. Aliud valens ſimiliter. Re-
mel combuſti,amygdalarum amararum com- cip.olei de been drachmam vnam, cantharidæ
buſtarum cum corticibus ſuis ana drac.iij. cor- rum quarum abſciſſa ſint capita,& aliæ,drach.
ticũ arboris fici,& foliorum eius,ſpumæ maris iij. terantur ſufficienter, & miſceãtur cum oleo,
combuſtæ,ana drac.ij.confice cum expreſſione & coquãtur in olla vitreata ſufficienter agitan-
ſquillæ,& epithimetur cum eo diebus.x.donec do omni hora cũ ſpatula, & dum cocta fuerint,
rubeat locus, & veſicetur; deinde epithimetur deponantur ab igne,& cum modico muſci, aut
ſuper ipſum ariſtolochia rotunda, & laudanũ, ambræ aromatizetur. Eſt enim expertum, &
& abſinthium combuſtum, & ſiſimbrium,& ly proprie inunctum poſt fricationem loci, vt di-
cium, ana cum aqua ſolatri. Filius Zachariæ ximus.
Epithema ad alopeciam mirabile. Rec.ſpumę
maris,drach.x.burach, ſulfuris,quod non inue *De furfuribus. Cap. 2.*
nit ignis, euphorbij, ana drach.ij. gummi rutæ
agreſtis,ſtaphiſagriæ:ana dr.j.cantharidarum, FVrfura ſi ex frigido fiant humore. Accipe
drac.j. permiſce ea cum fæce olei antiqui: & li- fel taurinum,vel caprinũ,& baurach æqua
ni ex eo poſt fricationem cum cæpe acuto, do- B liter, tempera cum ſucco ſiclæ, & oleo irino, &
nec locus rubeat: & cum mordicat, & ampullæ lini in ſero,& in mane:laua cum aqua decoctio
apparuerint, vnge per aliquot dies cum adipe nis lupinorum, & fęnu græci aſſi. Si ex calido
In cholerico linimentum anatis,aut vrſi,aut cum vnguento de ceruſſa. Si fiant humore,confert medicamen illud mirabi
autẽ alopecia ex humore fuerit cholerico, fiat le,myrobalanorum citrinorum aſſorum,dra.x.
linimentum deſcriptione Iudæi, quod recipit, cum ſucco ſiclæ, & ſolatri, & aceto diſtempera,
ſpumæ maris, baurach. amygdalarum amara- & lini cum eo, deinde laua cum aqua furfuris,
rum cumbuſtarum, corticum auellanarum cõ- & lupinorum,& myrti.
buſtarum, radicis cannæ combuſtæ, ſtercoris
muris, ana cum aceto, & adipe anatis fiat lini- *De ſaphati. Cap. 3.*
mentum, poſt fricationem tamen loci cum ſpu
ma maris, & panno aſpero. Vltima debet eſſe CVra huius ægritudinis ſunt quatuor res,ſi-
intẽtio occupari ad capillorum generationem, cut diſtinguimus in alopecia. Filiꝰ Zacha
vt curetur caluicium. Philagrius. Medicamen riæ. Confectio epithematis ad ſaphati recentẽ,
faciens naſci capillos vbi oportet,& ſanans cal quæ accidit in corporibus teneris. Rec. Alchan
uicium. Recip.carnium limaciarum,& ſangui- C ny de mecha, amygdalarum amararum com-
ſugarũ,& apum, & veſparum, & ſalis toſti, ana buſtarum cum corticibus ſuis, ſtercoris muris,
partes æquales, pone in vaſe vitreato habente venarum chelidoniæ,coriandri ſicci,ſcoriæ ar-
foramina multa in fundo eis ſicut cribratoriũ: genti, venarum tinctorum, curcumæ, ariſtolo-
& pone ſub eo vas vitreũ, & manabit poſt diẽ chiæ, corticum granatorum, merdaſengi, ana
& diem humiditas,quæ conſeruetur in vaſe. Et partes æquales, confice cum aceto, & oleo roſa
quando oportet,fricetur ſuper caluicium, poſt- to,& lini poſt fricationem. Gal. dicit ſe curaſſe
quam fricaueris ipſum vehementer cum pãno multos hoc linimento. Chartas combuſtas te-
aſpero, aut cum ſpuma maris, & panno aſpero: re, & diſtempera cum aceto, & lini ſuper locũ,
Filius Zachariæ, linimentum ſanãs caluicium, nos quidem experti ſumus apud neceſſitatem.
& generans pilos in barba,aut ſupercilijs. Rec. Democritus. Linimentum curans ſaphati. Re-
ceræ,drach. quinque, olei de cheiri drachm. ij. cip. chartarum combuſtarum, calcis lòtæ, ar-
& ſemiſſem,laudani,drach.viij. euphorbij,gũ- genti viui,ana drachmam vnam. Confice cum
mi, rutæ agreſtis,cãtharidarum,ana drachmas aceto, & oleo nucum,& lini cum eo poſt frica-
tres, ſeminum citrangulorum combuſtorum, tionem loci ſufficienter cum panno aſpero. Ale
veſparum,ſiue apum,ana drachmas duas,ſtyra D xander. Linimentum ſanans ſaphati antiquã
cis liquidæ,myrrhæ,ana drach.ij. & ſemiſſem. in corporibus duris. Recip. bubegi, ſtercoris
Fiat vnguẽtum:& liniatur ex eo nocte, & laue- muris, capitum granarum combuſtarum, col-
tur in mane,& hoc fiat poſt loci fricationem ve cothar vſti, venarum chelidoniæ, ſalis aduſti,
hementem. Cum autem pili naſci incipiunt, gallarum,ſulphuris viui,curcumæ, lithargyrij,
ſæpe radantur, vt ingroſſentur,& firmi fiant,& ariſtolochiæ, tubel ęris, ana partem vnam,
ſpiſſi, & proprie, quando exiles naſcuntur ſicut chartarum combuſtarũ partes ij. & ſemiſſem
lanugines. Aliud eiuſdem, valens ſimiliter. Re cineris alcherua,ſarcocollæ, ana partem ſemiſ-
cip.cineris abrotani, drachm. x. ventris cãtha- ſem argenti viui partem vnam, & ſemiſſem a-
ridarum,drachmas duas,laudani, drachm.iiij. mygdalarum amararum aduſtarũ partes tres.
auellanæ combuſtæ,drachmas duas. Terantur Confice cum aceto vini, & oleo antiquo, & ad
omnia cum oleo veteri, & aromatizentur cum miniſtra poſt fricationem cum cæpe acuto, aut
aliquãtulo galliæ, & vngatur in nocte,& ablua ſquilla, expertũ eſt verax, deinde laua cũ aqua
tur in mille poſt fricationem, & poſtquam de- vſnęę, & foliorum vlmi, & radicum maluarũ.
ſiccauerit,dimittatur die vno aut ij. deinde ite- Aliud de inuentione noſtra. Lithargyrij,cad-
miæ vtriuſque, calcis viuæ,ana vnciã j.charta-
rum combuſtarum,olibani,tartari cõbuſti ana
vnc.ſemiſſ.ſief memithe, gallarum cõbuſtarũ,
ana drac.iiij. argenti viui,drac.vj. aceti,& olei

myrtini quantum ſufficit, coque vſq; dum acetum ſit cõſumptum, deinde argentum viuum, ſic cõterendo cũ eis commiſce, vtere ſicut alia.

SVMMA III.

De medicinis ægritudinum cerebri, & primo de cura ſodæ. Cap. 1.

INtentio in curatione huius ægritudinis ſi ſit complexionalis, & non habẽs materiam, eſt alterare, & ſedare tantum. Et ſi eſt cum materia, circa alterũ duorum occupabimur, vel vtrũq; & ſunt, aut abſciſſio cauſæ; aut ſedatio doloris; aut vtrumque. Et ſi eſt a ſolutione continuitatis, alijs, atq; alijs vtemur, ſicut dicemus in ſuis capitulis. Et ſi eſt ab aggregatione omnium, tunc totum genus curæ eſt neceſſarium, ſicut in ſoda, quæ eſt, ſicut v.g. ab apoſtemate. Inquit Haly. Si ſub prauorum fumorum dominio caput poſitum eſt, a ſedãtibus incipere non debemus, & raro ab eis, niſi apud vehementiã doloris. Gal. raro ab abſciſſione cauſæ incipere debemus, niſi ſit ſoda conſanguinea, aut ſimilis acutis: ſed ab eo, quod materiã adaptat, ad abſcindendum. Si enim ſanguinea fuerit, aut humores peccent in ſanguine, a phlebotomia prius incipiemus. Et ſi ſoda vehemens fuerit pulſatiua, a phlebotomia ſimiliter incipiemus. Si autem ab alterius humoris peccato; prius ipſum digeremus, deinde abſcindemus. Digeſtionem itaque faciunt in materia calida ſyrupꝰ acetoſus, & aqua de lupulis, & aqua hordei, & aqua bugloſſæ domeſticæ, & ſylueſtris, ſyrupus violatus, & ſyrupus roſatus, ſyrupus nenufaris, & ſimilia. Et in frigida quidem phlegmatica digeſtionem faciunt oxymel ſimplex, & oxymel ſquilliticũ, alhaſce, hyſſopus, & ſpica, & ſimilia. Et ſi fuerit materia aduſta cholerica, digeſtionem eius faciunt, ſyrupus acetoſus, & aqua lupuli, & fumuſterræ, & altaraſacon, & ſimilia. Si autem fuerit melancholica, in digeſtione eius regimen erit duplex. Ex vna ſcilicet parte cum eis, quæ lentificant, & humectant, & habilitant duritiem corporis, & ſiccitatẽ terreſtreitatis eius; & ex alia cũ eis q̃ reſoluũt, & incidunt, & ſubtiliãt reſolutione, & inciſione nõ perducente ad lapideitatem, & proprie cum rebus operantibus cum mediocritate, & tẽperie. Et ſemper ponimus viciſſitudinẽ in hoc duplici regimine, vt cadat æqualiter digeſtio, & maturatio in materiam, & non abſcindatur ſubtile, & remaneat groſſum. Eligimus autem ad digeſtionem materierum, ſiue calidarum, ſiue frigidarum, ex vnctionibus, & epithematibus, & emplaſtris, & embrochationibus, & alijs, quæ congruant, ſicut infra diſtinguemus, & incipiemus experiri ea ſecundum teſtimonium exigẽtiæ cauſæ. Et quidem canon eſt, qm̃ in ſoda cali

Syrupi in materia calida.

E da ab alterãtib. incipere debemus, ſiue ſint emplaſtra, ſiue vnctiones, vt reprimatur exceſſus eius, & prohibeatur aduentus nociui alterius ad ipſum quãtum poſſibile fuerit, niſi quatuor caſibus. Primus eſt in ſoda calida, quæ ſit in febribus, & proprie materialibus. Vſus.n. epithematum frigidorũ repercuſſiuorum multiplicat eam: non.n. permittunt vapores exire. Sed attractio aceti, & aquæ roſatæ, aut violatæ per nares vehementiã eius ſedat. Secundus vero eſt, qñ fit ſoda ꝑꝑ vapores acutos, qui perueniunt ad caput communitate totius corporis, aut mẽbri alicuius, & iam caput recipit eos, & tunc, facere vt fiat eorum diuerſio ad oppoſitum, & diuerſum ex vna parte, & ex alia receptorum reſo
F lutio, ſedat eã. Tertius eſt, quando ſoda fit a nocumento, quod infertur a multitudine materiç, & tunc euacuatio eam ſedat. Quartus eſt, qñ ſoda fit a multitudine vaporum exiſtẽtium in capite, & ꝑꝑ cõmunitatem corporis, aut alterius membri; & tunc reſolutiuorum adminiſtratio cum facilitate, & particularium euacuationũ, eam ſedat. Amplius autem canon eſt, quod emplaſtra, & linimenta alterantia non ſunt expolianda ab aliqua trium virtutum. Prima eſt, cõ petentia eius in gradu alterationis. Secũda eſt, vt coadunet virtutem membri, vt non recipiat ſuperfluitates. Tertia eſt, vt cõfert, & membrũ, cui applicatur proprietate ſua. Et incipiemus rememorari de eis primo, quæ caput, & cere-
G brum mundificant. Et incipiemus a mundificãtibus materias calidas, & quæ conferunt ſodæ, & ægritudinibus calidis. Et dico, quod omnis materia ſiue calida ſiue frigida, ſm tres modos recipit diminutionem, aut .n. per euacuationes ſenſibiles, & occultas, aut per diuerſionem eius a parte nobili ad ignobilem, aut per vtrũque. Euacuationes autem occultas natura regulat, euacuationes quoque ſenſibiles eadem ſimiliter, & quandoque per ſe, & quandoque adiuta rebus exterioribus ab operatione artificis: & & hoc ſm duos modos, aut vniuerſaliter, aut particulariter. Voco autem hic vniuerſalẽ purgationem, quæ materiam euacuat, cui accidit a
H cõmunitate totius corporis multiplicatio, aut plurimorum membrorum, aut famoſorum, aut eorum, quæ ſunt minera illius, ſicut hepar ſanguinis, & Kyſtis choleræ, ſtomachus phlegmatis, & ſplen melancholiæ. Et voco particularẽ purgationem, quæ ex parte illius membri, in quo materia exuberat, euacuat ab emunctorijs eius: ſicut quando per palatum, & nares, & aures, & oculos materiæ cerebri purgantur. Et quidem canon eſt, particularem vniuerſali præponi non debere niſi in quatuor caſibus. Aut quia materia non multum in quantitate exuberat: quare ſufficit a parte emunctoriorum illius membri abduci, in quo eſt ægritudo. Aut quia membrum dans non eſt forte in dando, nec membrum recipiens aptum in recipiendo

Purgatio vniuerſalis.

Purgatio particularis.

piendo. Aut quia membrum non recipit a mē-
bris communitatē eius. Aut quia corpus,& alia
membra non ſunt poſita ſub dominio materiei
facientis ægritudinem in illo membro. Diuer-
ſiones autē materiei a parte nobili ad partem
ignobilē fieri debere oſtendimus per fricatio-
nes extremitatū,& compreſſiones, & ligaturas
earum doloroſas,& cum vētoſis,& alijs. Reme
dia autem quæ habent intentionem vtriuſque,
ſunt clyſteria,& ſuppoſitoria,& omnia, quæ ſi-
mul ad longinquam diuerſitatem attrahunt,&
euacuant. Et nos de oībus loquemur. Et primo
de euacuationib. ab artificio, ſi Deus voluerit.

De ſoda calida. Cap. 2.

SOdæ calidæ medicinas pro cauſa diſtingui
mus. Et ſanguineæ quidē phlebotomiā ne-
ceſſariā eſſe dicimus, deinde ſedātia q̄ dicem⁹.
Cholericæ vero curā aggrediemur,incipientes
a ſimplicioribus, & debilioribus ad maiora, &
fortiora procedemus. Inunctio ad ſodā calidā,
ſiue ſit ſanguinea,ſiue cholerica;ſiue cōplexio-
nalis,ſiue materialis. Oleum roſatum, & acetū
albū cum modico aquæ roſatæ diu agitētur, &
contundantur, donec impingueſcant. Deinde
infrigidetur ſuper niuē, & ex eo caput liniatur.
Eſt enim expertum. Si autem cum ſoda fuerit
inſomnietas, opij parum adde, aut papaueris
ſuccum cum cortice. Inquit Alexāder. Recipe
ex ceroto Galeni circiter vncias duas,& laua il
lud lauationibus pluribus cum ſucco ſolatri, &
ſemperuiuæ,& lactucæ,& endiuiæ, & ſucco cu-
curbitæ,& ſucco vuæ acerbæ,& lini, & ſuperpo
ne folia ſalicis,& miraberis effectū eius. Lini-
mentum forte ad ſodam calidam pulſatiuam.
Oleum roſatum,& violatum cum pauco aceto,
& agreſtæ ſucco,& modico camphoræ,diu con
tunde, donec pingueſcat: & capiti ſuperpona-
tur,eſt enim efficax.Filius Serapionis.Embro-
cha conferens ſodæ calidæ,violæ,roſæ, folia ne
nufaris, hordeum excorticatum, folia ſalicū,&
maluarum,in qua coquantur, quæ per cannulā
vrceoli capiti ex alto fundatur,ſi catarrhum nō
timueris.Si autem virtutem habere reſoluendi
volueris,chamęmillam adde. Et ſi ſedatiuam,
& ſomni prouocatiuam quæris, cortices papa-
ueris,& lactucæ adde. Filius Zachariæ.Modus
alius embrochæ conferentis ad ſodam calidā,
cum qua ſunt vigiliæ,& permiſtiones. Recip.
violas ſiccas,hordeum excorticatum,ſemen cu
curbitæ,aut corticem eius, ſemē lini, pſyllium,
cortices papaueris, ſemen althæę, ſemen lactu-
cæ,ſemen portulacæ,roſas ſiccas.Decoquantur
in aqua vſque ad conſumptionē quartæ ipſius.
Deinde fac embrochationes ſicut diximus, &
ſimiliter ea manus,& pedes,& facies lauentur.
Modus embrochationis alius reſoluens, & ſe-
dans ſodam calidam. Accipe folia maluarum,
aut radicem, aut ſemina earum, aut omnia ſi-
mul,& hordeum excorticatum,& roſas,& vio-
las,& folia ſalicum,& folia cucurbitæ,aut corti

A ces eius,aut ſemina ipſius,& melilotum,de om
nibus ana partem vnam, florum chamomillæ,
quantum de omnibus, coquantur omnia in a-
qua,& fiat embrochatio,ſicut diximus. Epithe
ma ſedans ſodā calidam. Euiſci ſemen,& pſyl-
lium ſeparatim,ſiue coniunctim cum aceto con
quaſſata,ſuper caput poſita valent. Modus em-
plaſtri alius ad idem. Accipe flores chamęmil-
læ, farinam hordei, radices althææ, ſemen lini,
cortices papaueris,violas,nenufar. Tere cū o-
leo roſaceo,& violaceo,aut fac emplaſtrū. Dio
ſcorides. Succum extremitatum vitis in primis
cum naſcuntur cum farina hordei diſtempera,
& oleo roſato,& lini ex ea ſuper caput,& exper
tum eſt. Modus emplaſtri aliud ad idem:quod
B reſoluit cum facilitate reſiduum ſodæ calidæ.
Recip. virgæ paſtoris,ſampſuchi,balſamitæ,ſe
minum,& radicum,& foliorum maluarum, &
violarum, & haſce, & hordei mundi,ana partē
vnam, roſarum partem vnam,& ſemiſſem,cha
męmillæ partes duas, fiat emplaſtrum cum eis,
vel fiat embrocha cum aqua decoctionis earū.
Meſue emplaſtrum ſedans ſodam calidam pul
ſatiuam,& hemicraneam calidam. Accipe fari
næ hordei, ſandalorum trium, ſief memithe,ro
ſarum,faufel, boli armeni, acaciæ, aloes, ſemi-
nis lactucæ,camphoræ,de ſingulis partes æqua
les,confice cum mucilagine pſyllij,aut cum ſuc
co portulacæ, aut lactucæ, & epithemetur cum
C eo. Gabrielis ſuffumigium valens ad ſodā cali
dam. Accipe ſandalorum citrinorum,faufel,ro
ſarum, ana drachmas duas, & ſemiſſem, cam-
phoræ,drachmæ vnius tertiam, ſpicę, drachm.
ſemiſſem, ponātur in vaſe vitreo ſtricti orificij
cum aqua roſata quantum ſufficit, & obturetur
orificiū eius, & dimittatur, vt bulliat in cinere
calido,deinde obturetur,& recipiatur fumus e-
ius,eſt enim expertum. Et ſi ex eo ſuper tempo
ra aſpergatur, aut lauetur ex eo facies,confert.
Si autem vigilias patitur,cortices papaueris cū
eis adde,& proprie eius drachmas tres, & plus
vel minus,ſicut neceſſitas vrget. Aliud ſuffumi
gium eiuſdem, reſoluēs reſiduum ſodę calidę.
Accipe roſarum,ſandalorum macaziri,ligni a-
D loes, ana drachmas duas, chamęmillæ drach.
quatuor,aquæ roſatæ quātum ſufficit. Fac ſicut
primum,nobile,& expertū eſt. Et ſunt, qui po-
nunt chamęmillę pondus omnium. Et ſunt qui
addūt,melilotum. Caputpurgia fiāt cum oleo
roſarum, & violarum, & nenufarino cū pauco
camphoræ,aut cū pauco oleo de ſemine cucur-
bitæ,dictis,aut oleo de ſalice. Aliud filij Zacha
riæ valēs ad dolorē capitis calidū, & hemicra-
neam calidam,& dolorem auris. Rec.opij,cam
phoræ, ana partes æquales, fiāt collyria ſicut lē
tes,& diſſoluatur, vnū, aut duo oleo violarum,
aut oleo de cucurbitis, & deſtilletur in naſū, &
aurem, eſt.n.verax. Aliud filij Serapionis va-
lens ad ſodam calidā,ſublime. Rec.ſpodij dra.
duas,opij drach.j. croci, drachmas ſemiſſ.con-

Meſue. Ll 3 fice

Oxyrodinū ſemimne.

fice cum aqua in modum pilularũ paruarũ, & administretur cũ lacte mulieris, aut oleo violarum, aut oleo de semine cucurbitę, deinde post horam fac caput purgium cũ lacte mulieris, aut aliquo ex oleis. Iudæus, odoratur oleum rosatũ cum aceto conquassatum, & positum in vase vitreo, & confert sodæ calidæ vehementi. Aliud nostrum expertum. Rec. amyli, nabeth, ana dr. ij. opij, drac. iij. spodij drac. j. croci drac. semiss. fac sicut proximum. Aliud Aron, expertum, efficax ad sodam calidam, & hemicraneam, & dolorem auris. Recipit sief memithæ, faufel, seminis hyoscyami, seminis lactucæ, rosarum, sãdalorum, opij, radicum mandragoræ ana. Fiãt ex eis sief. & fricetur ex eo super cutem cum oleo rosato, aut violato cum pauco aceto, & destilletur in nasum, & aurem, & proprie loci doloris. Incipiamus ponere euacuatoria conferẽtia ad sodam calidam, cuius materia est cholera citrina. Et incipiamus a leuioribus, sicut consueuimus, procedentes ad maiora. Purgetur ergo in primis cum aqua fructuum. Recipit pruna quatuordecim, tamarindorum vncias duas, & semiss. medullę casiæ fistulæ vncias tres, myrobalanorum citrinorum, vnciam vnam, & semiss. propinetur *infusio* eorum, post sufficientiam coctionis ipsorum. Aqua fructuum secundum modum nostrum conferens sodæ choleri cæ. Rec. absinthij, rosarum, violarum, ana drac. v. fumiterræ, drac. vj. capillorum veneris vnc. j. passularum enucleatarum vnc. j. pruna. xl. numero, iuiubæ, sebesten, ana xx. Coquãtur cum facilitate in aquæ lib. ij. vsque dum veniant ad lib. j. & proijce in ea illa eadem quæ hic proxime diximus, & propinetur, & sunt, casiæ fistulæ, vnc. iij. tamarindorum, vnc. ij. corticum myrobalanorum citrinorum, vnc. j. & semiss. Inquit Gal. Quando ex aquis fructuum soda non resoluitur, propinanda est infusio aloes. Et iste est modus eius. Rec. succi endiuiæ, succi lupuli, post depurationem ipsorũ vnc. vj. vel alterius eorum tantum, si vtrique haberi non possunt, vel succi buglossæ domesticę, aut sylvestris lib. j. & proijce super ipsum aloes succotrini boni, & electi vnc. j. & pone in vase vitreo ad solem obturato orificio eius dieb. xxij. & da ex eo omni mane ab vnc. j. vsque ad iij. cum modico dragagãthi, vt non noceat ano. Modus infusionis conferens sodæ calidæ vehementi, & solutione educit choleram, & confert iuuamentum maximum febribus cholericis. Accipe succi endiuię cocti, & depurati lib. ij. vel aliorum succorum, quos diximus, & infunde in ipsis, vel altero ipsorum, diasiracost vnc. vj. Et da ex eo in mane ab vnc. ij. vsq; ad iiij. Apparebit enim cito sanitas si Deus voluerit. Inquit Hamech. Modus infusionis sodę calidę diuturnę. Accipe absinthij romani vnc. j. fumiterræ drac. viij. passularum enucleatarum, vnc. j. eupatorij drach. v. florum buglossæ domesticæ, aut sylvestris, ana dra. vj. cuscutæ, seminis endiuiæ, agarici, ana drac. iij. Coquantur in lib. iij. aquæ vsque ad lib. j. & semiss. Et infunde in ea confectionis, iam dictæ Hamech, & proprie primæ descriptionis, vnc. ij. & da ex ea omni mane ab vnc. j. vsq; ad ij. sanat enim cum virtute Dei glorioſi.

De sola frigida. Cap. 3.

LOquemur deinceps de soda frigida, siue sit sine materia, siue cum materia, phlegmatica, vel melãcholica, siue permista, siue ventosa. Et de his omnib. distinctim loquemur, si Deus voluerit. Et incipiemus sicut cõsuetudo nra est, a debilioribus. Calefactorium ad sodã frigidã, & sodam ventosam. Milium integrũ, cum sale quãtũ ipsum, calefiat in latere calido, & impleãtur ex eis saccelli, & vaporeẽ cũ eis locus. Isaac. grana lauri, & olibani medium eorũ, terãtur, & impleantur ex eis saccelli, postq; ibi irrorata fuerint aceto vini, calefiant in latere calido, super quem irroratur acetũ, & fiat euaporatio cũ eis. Democritus. Accipe grana sinapis integra, & grana nasturcij, vt sint partes eorũ æquales, infundãtur modicũ in aceto vini fortis, & impleãtur ex eis saccelli, & caleſiãt in latere, & fiat euaporatio cum eis. Aliud eiusdẽ, expertum. Pulegij, carui, æquis partib. fiat sicut diximus. Aliud eiusdẽ. Oleũ puleginum inũctum expertũ est. Vnctiones fiãt ad sodam frigidam, ex oleo nardino, aut irino, aut laurino, aut de been, aut aliquo taliũ. Itẽ si fortius facere volueris, conforta virtutem eorum cum costo, & castoreo, & euphorbio, & pipere cum aliquo horum, vel omnib. Linimẽtum ad dolorem capitis frigidum. Theriacam, vel mithridatũ cum succo mentæ, misce, & superpone, expertum est. Linimẽtum aliud expertum a nobis ad antiquos capitis dolores: quod administratur super caput, & frontem. Recip. costi, myrrhæ, castorei, neriden, ana partes æquales, olei ros. quãtum sufficit. Et si in somnietatem patitur, partẽ dimidiam opij adde, est. n. expertũ. Mahometh filius Zacharię. Modus linimenti ad sodam frigidam, & antiq, & hemicraneã, & dolores auris ex frigiditate. Rec. castorei, euphorbij, opij, styracis liquidæ, piperis, foliorũ rutæ, sinapis, calamenti, marrubij, ana, fac trochiscos aur. ij. aut j. & apud necessitatẽ dissolue ex eis cũ oleo nardino, aut costino, aut modico aceto, & lini super locũ, & distilla ex eo in aures, & nares ex parte doloris, & miraberis effectũ eius, si Deus voluerit. Gal. Trochiscus crudus dissoluatur cum aceto forti, & oleo rosato, & liniatur ex eo super frontem, & tẽpora, & sedat sodã difficilẽ, & hemicraneam, & est expertum. Et eodẽ modo trochiſci, de croco dicti in antidotario. Dioscorides. Epithema ad sodam frigidam, & hemicraneam. Ex cinere, & aceto fiat permistio, & decoq; in olla, & liniatur ex eo, expertum est. Philagrius. Modus linimenti ad sodam frigidã, & antiquã, & hemicraneã difficilẽ. Recipit myrrhæ, opij, omphacij, scam-

ſcammoneę,granorum lauri,ana dra.iiij.croci, dra.iiij.& ſemiſ.ſeminis hyoſcyami, apij,amomi,ana dra.v.Fac trochiſcos cum aceto: & lini, ſicut diximus cum eis ſuper locum. Alexāder. confectio epithematis ad ſodam frigidam diuturnam. Rec.ſimi columbini.drach.j.& ſemiſſ. leucopiperis.drac.ij.euphorbij,drach.iij.croci, drach.j.& fæcis olei de croco,drach.j.ſemiſſ.aggregentur omnia cum aceto forti multæ fortitudinis,& fac trochiſcos cum aceto,& ſucco abſinthij,& oleo nardino. Miſce.& lini vbi oportet. Embrochetur caput in ſoda frigida,& ventoſitate groſſa, cum chamæmelo, haſce,ſceha, maluis,folijs lauri,& ſauina,& berēgeſif,& origano, & meliloto, & ſampſucho,& neemen, & hyſſopo ſicca,& ſimilibus ſeparatis, vel coniunctis. Dioſcorides. Expertum eſt ſucco apij calido capite linito reſolui ſodam. Democriti ad diuturnam ſodam medicamen expertum. Recipit caſtorei,radicum fœniculi.algul,ireos, ana drachmam vnam, granorum lauri, drachmas duas, foliorum rutæ, drachmas tres, ceræ, drachmas ſex, olei roſati, vnciam vnam,& ſemiſſem,olei irini, vnciam vnam. Fac vnguentum,& lini ex eo, probatum eſt.

De caputpurgijs conferentibus ſodæ frigidæ. Cap.4.

CAputpurgiorum conferentium ſodæ frigidæ narrationem aggrediemur. Dioſcorides dixit,fit caputpurgiū cū aqua ſampſuchi, & reſoluit ſodam frigidam,& hemicraneā. Oribaſius dixit. Oleū de cucumere aſinino eſt caputpurgiū bonū ſodæ frigidæ, & hemicraneæ, & mundificationi cerebri ab humoribus frigidis pinguibus,& aquæ deſcendenti ad oculum, & proprie ſi modicum huius olei diſtilletur in aures,& trahatur fugendo, deinde poſt horam lauentur nares cū aqua calida.Succus quoq; cucumeris aſinini vehemētius operatur. Galenº. Caputpurgiū cōferens ſodæ frigidę,& torturę, & oppilationi colatorij, & defectioni olfactº,et impedimēto ipſius.Nigella die ac nocte infundat in aceto, deinde ſiccet,& terat ſubtiliter, & puluis eius naribus approximet, & trahatur naribus odor eius,ſicut fugendo,& expertum eſt.

Idem caputpurgium valens ſicut ſuperius,& eſt forte. Recip.nigellæ,drach.ij. ſucci cucumeris aſinini, drachm.j. ſalis ammoniaci, drachmam ſemiſ.miſceantur cum oleo cucumeris aſinini,aut oleo de alchāna,& liniatur ex eo in naribus intus, & fugatur vehementer odor eius, educit enim de materia contenta in capite ſufficienter, deinde lauentur nares, & caput cum aqua calida. Filius Zachariæ. Confectio caputpurgij ad ſodam frigidam. Recip. caſtorei, euphorbij, ana fiat ex eis ſief cum aqua ſampſuchi,& fricetur ex eo ſuper cutem cum oleo nardino,aut coſtino,& liniatur ex eo in naribus,& fugatur, & fiat ſicut diximus.Idem. Confectio caputpurgij ad ſodam frigidā,& hemicraneā, ægritudines cerebri frigidas, & torturam,& paralyſim. Rec.caſtorei,condiſi,arthanitæ,pulpæ colocynthidos, baurach, euphorbij,gibenech, fellis vaccini ſicci,ana. Fiat ſief. Et fiant caputpurgia cum auricula muris,aut ſucco venarum. Et eſt expertum.Iudæus. Caputpurgium cōferens ſodæ frigidæ,Fellis adib ſicci,aut vaccini, aut caprini, opopanacis, caſtorei, ana partem vnam,croci partem ſemiſſ. fiat ſief: & fricetur ex eo ſuper cutim(alias cotem) cum aqua,& liniantur intus nares, eſt.n.expertum. Archigenes. Caputpurgiū valens ad idem, caſtorei, & ſinapis,opopanacis, opij,croci,aloes, ana.fiant pilulæ,& adminiſtretur, ſicut diximus. Expertum.Alexander.Caputpurgiū mirabile ad diuturnū capitis dolorem, & pingues in eo materias,& initium aquæ, & eſt ad epilepſiā expertū.Rec. fufeis,drach.v. ſucci cucumeris aſinini nec nimis recentis,nec nimis antiqui, ſalis ammoniaci,ana drac.ij.terantur diligenter,& miſceantur ſic terendo cum oleo de cucumere aſinino,aut oleo irino,donec fiat ſicut cerotum: & repone in vaſe vitreo, & inunge ex eo intus in naribus,& fugatur diligenter.Deinde fac ſicut diximus.Idem. Accipe radicum arthanitæ ſiccæ,drach.j.ſemiſſ.ſucci cucumeris aſinini,drac. ij.teratur ſubtiliſſime:& eo per cānellum inſufletur in nares,deinde fugat ſicut diximus. Democritus, purgatur aliquādo caput per res,quæ commaſticantur, & eſt purgatorium leue. Accipe maſtiches partes ij. piperis partem.j.commaſticentur diu:& ſaliua quę reſoluitur ſemper expuatur: & quandoq; admiſcemus cum maſtiche ſtaphidem agriā,& quandoq; pyrethrum, & quandoq; radices alfeſare,& quandoq; radices capparis.Hæc.n.ſpiſſum humorē,& phlegma groſſum educunt. Caputpurgium de inuentione noſtra, conferens delicatis ad ea quæ diximus.Reci. caſtorei,drac.j.euphorbij,drac. ſemiſ.galliæ muſcatæ,drachmę vnius partes ij. condiſi,drac.vnius partem ſemiſſ. Fiat eorū cō tritio bona,& infunde ſuper ea ſucci arthanitæ quantitatem ſufficientem: & expone ad vmbrā, donec ſiccetur. Deinde tere, & cum ſucco venarum,aut cum ſucco ſampſuchi fiant collyria: & adminiſtra ſicut diximus.Gargariſmata etiam materiā cerebri attrahunt: quale eſt gargariſma factū cū oxymelite,ſinapi,aut cum iride,aut cū cortice capparis, cū pyrethro,aut pipere.Paulus. Gargariſma conferens ſodæ frigidæ, & ægritudinibus cerebri phlegmaticis, hiera picra cū oxymelite ſquillitico, cū aqua decoctionis alhaſce,origani,hyſſopi ſiccæ,pyrethri, & ſinapi.Gargariſmus cum eis fiat omni hora. Suffumigium Gabrielis ad ſodā frigidam, & ægritudines cerebri phlegmaticas. Accipe ſampſuchi.vnc.ij. foliorum citri vnc.j. chamæmeli rantundem: ligni aloes, ſpicæ, ana drachm. v. ponantur in vaſe vitreo ſtricti orificij, & coquantur

quantur donec consumpta sit quarta pars aquę. Deinde aperiatur orificium vasis,& recipiatur vapor eius. Aliud eiusdem,sed est fortius illo, aperiens oppilationem cerebri, & emunctorij. Recip.nigellæ part.ij.foliorum sampsuchi,origani persici,hasce,hyssopi siccæ,stęchados,ana partem vnam. Fiat sicut diximus. Odoramentum conferens sodæ frigidæ. Recip.galliæ muschatæ aur.iij. saduram aur.iij. & semis.ambræ crudæ aureos duos, muschi drach. vnam ligni aloes aur.vj. dissoluatur ambra in modico olei de been.cæteræ autem res præter muschum terantur subtiliter: & conficiantur cum glutino dragaganthi,& postquam cõfectę fuerint,malaxentur cum ambra dissoluta in oleo de been malaxatione multa, vltimo vero muschus tritus,& distemperatus cũ aqua rosata misceatur malaxando cum prædictis:& fiat inde pomum vnum,aut duo,& odoretur:deinde conseruetur in vase vitreo,aut plumbeo, ne virtus ipsius tollatur, hoc est odoramentum sublime. Odoramẽtum aliud ex castorei,& rutæ siccæ partibus æqualibus cum glutino dragaganthi, pomum fiat,& odoretur: & species per se odorẽtur præterquam quod fiat pomum,est enim expertum ad sodam frigidã,& ventosam. Odoramẽtum aliud expertum ad frigiditatem cerebri, quod confortat ipsum,& confert sodæ. Recipe styracis calamitæ electi,vncias duas, ligni aloes vncias tres, ladani, confectionis geanam,ana vncia vna(& in alio,vnciæ vnius partes duas,)spicæ drachmas tres, galliæ muschatæ drachmas octo,mastiches drachmas quatuor,ambræ crudæ, drachmas.ij. & semiss. garyophyllorum, macis ana drachmas quatuor, & semiss.

Odoratum sublime.

Confice sic.styracem, ladanũ,& mastichen, cum modico olei de been resolue, deinde tere in mortario cum pistillo calido, & proijce super ea pulueré ligni aloes,spicæ, galliæ,garyophyllorum,& mastiches: & misce cum eis,post hæc funde super ea glutini,gummi arabi,aut draganthi quantũ sufficit,& misce conterendo,deinde malaxa cum ambra dissoluta cũ modico olei de been malaxatione multa cõterendo, vltimo vero aromatizetur cum muschi drac.duabus,& semisse,& aqua rosata,aut fiant inde poma,& odorentur. Aut fiãt inde trochisci, & suffumigetur cũ eis. Et est expertum verax, & suffumigantur templa, & domus regũ. Aliud valens similiter,& est bonum. Accipe buchur fcẽdens, & ligni aloes electi, ana partes æquales, muschi partis vni°.xix.fac ex eis poma aut nib: & vtere, bonum est, & expertum. Aliud valẽs similiter,styracis,ligni aloes, ana drachmã vnã,galliæ muschatę,drachmas duodecim,ambrę,dra.vij.musci,dra.duas,& fiat sicut dixim°.

Aliud nobile satis conferens sodę,& epilepsiæ,& præfocationi matricis. Ligni aloes, galliæ muschatæ,ana drac.xv.zisenidæ,drach.vij. confice terendo, & fac ex eis poma,aut nib. & administra,aut fac collyria, & suppone in matrice. Et sunt qui addunt buchur fcenden.drachmas viginti. Inquit Hipp. Aromatica capitis grauedinem faciũt. Et ego quidem dico quod, nõ elongatur quin hoc fit in frequenti vsu eorum: cõuertunt enim vapores ad caput, immo replent illud vaporibus, moderatus vero vsus eorum cerebrum confortat,calfacit,sed nõ fiat adeo frequens,vt perducat ad illud, & quidem canõ est non debere conferre,apud repletionẽ, & hoc est quod Hip.voluit. Nam post mundificationem cõfortat, & calefacit, & residuum sodæ remouet, & si soda est ex malitia cõplexionis frigidæ sine materia,aut a frigiditate aeris, inuenimus esse iuuamẽti sublimis vsum eorũ.

De solutiuis conuenientibus sodæ frigidæ,& phlegmaticæ. Cap. 5.

SOlutiuorum genera conuenientium sodæ frigidæ,& phlegmaticæ, deinceps scribantur,& primo a debilioribus incipiamus. Ex eis est modus pilularum de inuentione Iudæi,mũdificantiũ cerebrũ,& neruos ab humore phlegmatico,& cõferentium sodæ frigidæ, & epilepsiæ,& spasmo,& paralysi: quarũ permistio hæc est. Recip. pulpæ colocynthidos,drachm. xij. ladani puri,drachmas x.dragacanthi,drach.ij. galliæ drach.iiij.salis gemmæ,drachm.j. & semis.cõfice sic. Dragacanthum,& gallia dissoluantur in aqua pluuiali. Ladanum vero dissoluatur in modico olei rosati. Deinde misceantur omnia,& vltimo conficiantur cum eis colocynthis,et sal gemma,vltimo pulueriza ta. Pilulæ autem ad hoc valentes sunt pilulæ de hiera, & pilulæ de speciebus, & pilulæ stomachicæ, quas scripsi in antidotario vniuersalium medicinarũ. Mahomet filius Zachariæ. Confectio pilularum habẽtium virtutem hieræ, & sunt in nobilitate eius,& vocauit eas cochias:quarum hæc est permistio. Accipe pulueris hieræ drac. xx.colocynthidos interioris, drachm.vj. & semi. (& in alio pro colocynthide trochiscorum alandahal.drach. viij.) scammoneæ antiochenæ coctæ in cydonio, drach.v.stœchados, turbith,ana drach.x.fiant pilulæ, dosis eorum est à drach.ij.vsque ad drachm.ij.& semiss.Gal.pilulæ expertæ ad sodam frigidam,& mundificãt caput,& stomachum ab humore phlegmatico,& putrido,& sunt pilulæ saluę:quarum permistio hæc est. Recip. aloes boni drachm.x.colocynthidos interioris. drach.iiij. scammoneæ coctæ in cydonio,drach.iij. stœchados arabici. drachm.v.salis gemmæ.drachm.duas,anisi,abfinthij, ana drach.ij. & semiss.turbith boni, & electi sublimis.drach.xij.fiant pilulæ. Et sit dosis earum.drachm.j.vsque ad ij. Aaron infusio hieræ ad sodam antiquam frigidam ex humore grosso phlegmatico. Recipit hyssopi siccæ, hasce,suc.cha,radicũ fęniculi,apij,ana dru.viij.

turbith.

turbith.drac.iiij.(& in alio.drac.v.) anisi.drac. ij.& semiss.salis gemmæ drac.ij.passularũ enucleatarum,drac.j. Decoquantur in lib.ij. aquæ vsq; ad lib.j.& coletur. Deinde proijciatur sup ipsam hieræ picræ,drach.x. turbith boni,& sub limis,drach.iiij.ponatur in vase vitreo,& suspẽ datur in sole diebus. x & da huius infusionis omni die ab vnc.j.vsq; ad ij.Filius Serapionis. Infusio de aloe est mũdificans caput,& stomachum,& curans sodam. Rec. myrabolanorum chebulorum, emblicorum, belliricorum, radicum apij, fœniculi,florũ,squinãthi,capitis lilij, ana drac.x.spicæ,mastiches, calami aromatici, ana drach.iij.hyssopi,dauci,sucaha, bedeguar, ana drach.v. colocynthidos interioris, drac.ij. Coquãtur in lib.iiij.aquę vsq; ad lib.j.& proijciatur super ea aloes succotrensis,vnc.j.& pone in sole,sicut diximus.Et est dosis eius ab vnc.j. vsq; ad ij.cũ draganthi, & mastiches,ana drac. semiss.Idem modus infusionis hieræ valens ad idem, & est fortior. Rec. radicum apij,fœniculi,squinãthi,ana drac.x.calamenti montani,aristolochiæ rotũdæ, sucaha,& bedeguar, ana drachm.v.myrabolanorum Indorum,drac.vij.epithymi cretensis,drac.v. mastiches. drac.iij.spicæ,drach.ij.casiæ,ameos,calami aromatici,ana drac.iiij.agarici, drach.v. stœchados,drac.vij. passulæ enucleatę,drac.iij. Coquãtur in lib.vj. aquæ vsque ad lib.v.& proijciatur super ipsam hieræ picræ, drach.j. & fiat sicut diximus,& sit dosis eius ab vnc.j.vsq; ad ij. cum olei de cherua,drach.tribus. Alexander. Confectio pilularum valentium ad diuturnam sodam,& hemicraneam,& vertigines,& epilepsiam, & arthreticam,& educunt humores à profundo mẽbrorum,& soluunt sine molestia: quarũ permistio hæc est. Recipit aloes boni sublimis.vnc.i.colocynthidos interioris, scãmoneæ coctæ in cydonio,absinthij,bdellij, ameos: ana drach. semiss.mastiches. drach.iiij.anisi, drac.ij.euphorbij,drac.iij.cum succo cauliũ fac pilulas. Et sit dosis,drac.i.vsq; ad ij. Pilulæ nostræ conferunt ægritudini capitis, & conferunt sodæ antiquæ, & solutione educunt humores pingues,& graues,& custodiunt sanitatem oculi,& curãt rheuma eius: quarum hæc est permistio. Recip. colocynthidos,turbith, ana drachm. iiij. agarici, drachm.iij.stœchados, drach.ij. scammoneæ, drachm.iij.& semis.spicæ, squinanthi, xylocasiæ,xylobalsa. carpobalsami, asari, rosarum, violarum,epithymi, absinthij,cinnamomi,croci.mastiches, ana drac.j. aloes sublimis ad pondus omnium. Fac pilulas cum succo absinthij. Pilulæ aliæ nostrę.Valent similiter ad mundificationẽ stomachi,& capitis: & accipiuntur omni tempore,& dicuntur pilulæ de mastiche.Recipe aloes,drachm.vij.mastiches,rosarum,ana drac.iij.turbith,drach.x.fac inde pilulas,dosis earum est a drac.ij. vsq; ad iiij.Hiera nostra,cõfert sodæ a phlegmate factę, stomachum,& cerebrum mundificat, hepar,& membra nutritionis confortat.Rec.carpobalsami.xylobalsami, casiæ, cinnamomi electi, spicæ, asari, mastiches,cubebæ,macis, nucis muschatæ,squinanthi,agarici,ana drach.v.croci drachm.iij.aloes succotrensis,lib.j.mellis quantum sufficit Dosis eius est a drachmis duabus,vsque ad v.

De soda ex aggregatione choleræ, & phlegmatis. Cap. 6.

INfusio conferens dolori capitis,cuius materia est cholera, & phlegma,& solutione educit eam. Recip.pruna.lx.fumiterræ,drach.viij. absinthij,drachm.iiij.myrobalanorum citrinorum,chebulorum,& indorum,ana vnc.j.tamarindorum, drachmas xv.agarici,& turbith,ana drac.ij.& semis. Coquantur in lib.iiij.aquæ,donec redeat ad lib.j. & semis. Et accipe ex ea, vnc.viij.& fricetur in ea aloes,turbith,ana vnc.i.pars semis. agarici drach.j.dimittatur per totam noctem, deinde coletur, & bibatur. Si autem qui sumpserit eam, fuerit debilis, illa tria non fricentur ea: sed sufficit cum ea miscęri pulpæ casiæ fistulæ, drach.xv.Haly modus infusionis hieræ ad sodam antiquam,& difficilem hemicraneam,& febres antiquas. Recip.myrobalanorum citri drachm.j.indorum, chebulorum & emblicorum, & belliricorum, ana drach. ij. & semiss.cuscutæ, absinthij, ana drachm.vj. & semis. fumiterræ, drach.j.bedegar, mastiches, ana drach.iij. xylobalsami, carpobalsami,ana drach.ij. acori, drachm.ij. & semis. decoquantur in lib.iiij. aquæ vsque ad vnam, & proijce super eam post colationem ipsius,hieræ picræ, ligni aloes, ana vnciam semis. & fac sicut diximus,& vsque ad dies xij.plus, vel minus vsque dum appareat sanitas,& dosis eius est ab vnc.j. vsque ad vnc.ij.efficax,& expertum. Alius modus infusionis aloes conferens solę permistioni choleræ, & phlegmatis diuturnæ. Recip.myrobalanorum nigrorum, absinthij, ana drachm. vj.fumiterræ,bedegar,ana drachm.j.Coquantur in lib.iiij.aquæ vsq; ad lib.j.& cola,& proijce super eam aloes boni, drachm.viij.& pone in vase vitreo: & fiant sicut diximus,& da vsq; ad dies xij. plus vel minus vsq; dum appareat sanitas,& dosis eius est ab vnc.j.vsque ad ij.effi cax,& expertum est. Rufus, pilularum confectio conferentium ad sodam antiquam ex humore grosso phlegmatico, & cholerico: quarũ permistio est. Recip. myrobalanorum citri.& indorum,absinthij, ana drach.ij. scammoneæ, drach.ij.& semiss. & proprie coctæ in cydonio, trochiscorum alandahal, drachm.iiij. epithymi,drach.ij.aloes boni, turbith electi, & casiæ, ana drachm.vj. salis gemmæ.drach.j. & semis. & fac pilulas cum succo endiuiæ. Dosis earum a drachm.j.vsque ad ij. Alchindus. Confectio pilularum conferentium sodæ aggregationis choleræ,& phlegmatis,& sodæ propriæ stomachicæ:

chicæ: & conferunt ſtomacho, & mundificant ipſum, & caput a ſuperfluitatibus cholericis, & phlegmaticis; & mundificant ſenſus, & viſcera, & conferunt ſpleni. Quarum hæc eſt permiſtio. Rec. trium myrobalanorum, ana drac. iij. epithymi boni, abſinthij, ana drachmas. ij. & ſemiſ. turbit, harundinis, drachmas xj. agarici, ſcammoneæ, trochiſci alandahal, ana drach. ij. apij, aniſi, ana drachm. j. ſalis gemmæ, drach. ij. nucis muſchatæ, garyophyllorum. ana drac. vnius partes duas, hieræ picrę, drachm. v. maſtiches. drachm. j. & ſemiſſ. confice cum ſucco endiuiæ, & penidiarum, drachm. ij. Doſis earū eſt a drac. j. vſque ad iij. Oribaſius. Confectio pilularum mundificantium caput a cholera: & phlegmate, & conferentium ſodæ permiſtæ, & mundificantium caput, & ſtomachū, & inſtrumenta viſus, & attrahunt materias vehemēter, quarum hæc eſt permiſtio. Recip. carpobalſami recentis, aſari, maſtiches, abſinthij, ſpicæ, ſcāmoneæ, cinnamomi electi, ana drach. ij. croci, drac. j. nucis muſchatæ, drachm. ſemiſ. turbith boni, & electi, drach. iij. & ſemiſſ. aloes, drach. viij. colocynthidos interioris drac. vij. Fac pilulas. doſis earum eſt a drac. j. vſque ad ij. Galen. Confectio pilularum cochiarum cōferentium ſodæ permiſtæ, & mundificantiū ſtomachū, & caput, & inſtrumenta viſus. Rec. aloes, ſcammoneæ coctæ in cydonio, colocynthidos interioris albæ, & lenis, maſtiches, abſinthij romani, ana partes æquales. Confice cū expreſſione ſolatri, aut endiuiæ. Et doſis earum eſt a drac. j. vſque ad. i. & ſemiſſ. Pilulæ aliæ expertæ valentes ſimiliter: mundificant caput, & ſtomachum, & cōfortant ea. Recip. aloes boni, & electi, drach. v. maſtiches, drach. iij. roſæ ſiccæ, drach. j. Doſis earum eſt a drac. ij. vſque ad aur. ij. Aliæ valentes ſimiliter. Accipe aloes. drach. vj. myrobalanorum citrinorum, drac. iiij. maſtiches, drach. ij. roſarum, drach. ij. croci, drach. j.

De ſoda frigida ab humore melancholico. Cap. 7.

SAbor Heben Girges. Cōfectio pilularum Indarum conferentium ſodæ, cuius materia eſt melancholica, difficilis eradicationis, & conferētium maniæ, & melancholiæ, & epilepſiæ, & lepræ, & morpheæ nigræ, & vlceribus nigris, quarum hæc eſt permiſtio. Hieræ picræ, drachmas decem, epithymi, agarici, polypodij, ſtœchados, ana drachm. vij. myrobalanorum, nigrorum, colocynthidos interioris, ana drac. iiij. ellebori nigri, ſalis indi, ana drach. ij. & ſemiſſ. lapidis lazuli, drachm. iij. Fac pilulas. da drac. j. & ſemiſ. vſque ad ij. cum aqua caſei, infuſionis epithymi, & paſſularum enucleatarū, & parum ſalis gemmæ. Sunt enim mirabiles. Sūt etiam ex poſterioribus, qui addiderunt in permiſtione earum, garyophyllorum, aniſi, ſpicæ ana, drachm. j. & ſemiſſem. Decoctio de epithymo conferens ſodæ melancholicæ, & ſpeciebus melācholiæ, & maniæ, & leprę, & morpheæ nigræ, & cancro, & fiſtulæ nigræ. Rec. epithymi, ſtœchados, myrobalanorū nigrorum ana vnc. j. chebulorum, emblicorū, belliricorū, turbith, eupatorij, agarici, ana drach. v. polypodij, ſenæ, ana drach. vj. fumiterrę, florum ſquinanthi, ana drach. iij. corticum ellebori nigri, drach. ij. ſalis gemmę, drach. ij. ſemiſſ. paſſularum enucleatarū, vnc. j. ſemiſſ. Omnia præter epithymum bulliant in lib. iiij. aquæ vſque ad lib. j. Deinde bulliat epithymum in eo bullitione vna modica. Deinde coletur, & proijciatur in ea hieræ picræ, vnc. j. & fiat ſicut diximus. Doſis eſt ab vnc. j. vſque ad tres. Hamech filius Zezar. Modus infuſionis cōferens ſodæ, cuius materia eſt humor aduſtus, aut melācholia, & eſt ſublimis ad illud, ad maniam, & melancholiam, & epilepſiā, & vertiginem, & leprā, & cancrū, & ſcabiem, & impetiginē. Cuius hæc eſt permiſtio. Recip. myrobalanorum nigrorum, chebulorū, ana drac. viij. epithymi, reubarbari, ana vnc. j. radicū bugloſſæ domeſticæ, & ſylueſtris, & florum earum, ana drac. iiij. abſinthij, drac. iij. fumiterræ, dra. v. polypodij, agarici, ſtœchados, chamædryos, chamæpythios, ana dra. iiij. liquiritiæ, drachmas v. ſenæ, drac. vij. paſſularū enucleatarum, vnc. j. Bulliant omnia præter epithymum in quinq; libris aquæ vſque ad lib. j. Vltimo vero ponatur epithymū. Deinde coletur, & proijciantur in ea cōfectionis Hamech ſecūdę, vnc. ij. & ponatur in ſole in vaſe vitreo diebus ſex. Et da ex eo ab vnc. j. vſque ad j. & ſemiſ. eſt enim mirabile. Meſui iuhe. Syrupus cōferens ad ea quæ diximus, nobile, & expertum, & cōfert quartanæ, & oppilationi ſplenis, & omni ægritudini, quæ eſt de melancholia. Recip. capillorū veneris, radicum bugloſſæ domeſticæ, & ſylueſtris, & florū earū, polypodij, ana vnc. j. epithymi, vnciam vnā, foliorum ſenæ, chamæmeli. ſtœchados, ana dra. vij. chamædryos, ſquinānthi, ellebori nigri, ana drachm. iij. fumiterræ, drach. vij. eupatorij, drach. iiij. ſucci pomorum dul. drachm. viij. Omnia prēter epithymum, & ſuccum pomorum bulliant in lib. iij. aquæ vſq; ad lib. ij. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum: & coletur, & cum ſucco pomorū, & lib. ij. aquæ fiat ſyrupus, doſis eſt a drachmis decem vſque ad xxx. & eſt ſublime. Alexandri pilulæ de lapide armeno: conferunt ſodæ melācholicæ, & educunt cum facilitate humorē melancholicū, & conferunt ægritudinibus melancholicis, ſicut eſt mania, melancholia, & cancer, & lepra. Recipe hieræ picræ, epithymi, agarici, lapidis armeni loti, & præparati, ana drac. iiij. ſcammoneæ, drachm. v. & proprie coctæ in pomo, garyophyllorum, drachm. j. fac pilulas cum aqua roſata. Doſis, drachm. i. Gal. canon eſt, quod cura huius ſodæ non eſt expoliāda ab vno trium regiminum: & ſimiliter omniū triū ægritudinum melancholicarum. Primum eſt

regimen

regimen humectatiuum, & impinguatiuum, præter hoc, quod faciat cadere in oppilationes, & hoc ideo vt lenificetur, & habilitetur corpus humoris, vt recipiat æqualitatem digestionis in toto. Et hoc regimen est necessarium in principio, & in medio, & in fine, & ante, secundum regimen, quod dicemus, & post, vt non cadat in corpus humoris, vt resoluatur subtile, & remaneat grossum, & accidat residuo ipsius lapideitas. Secundum regimen est regimen resolutiuum faciens resolutionem cum mediocritate, & proprie eius, quod habilitatū est, vt fiat illud. Et hæc duo regimina oportet, vt sibi inuicem semper succedant: secūdū hoc enim cadet digestio æqualiter in materiam, & æqualiter resoluetur. Tertium regimen est regimen euacuatiuum, in quo tria considerabilia subdentur. Vnum, vt non semel, & multam, & subitam faciamus euacuationem, sed per interualla, habētem temperiem: vt natura euacuationem, non euacuatio naturam regulet, subita enim, & violenta euacuatione vix natura regulariter operatur, sicut impetus flāmæ, quæ subito agit in subtile, & prætergreditur grossum. Opus vero moderati caloris est æqualiter in vtranque partem rei elixabilis, & assabilis agere. Secundum considerabile est, vt euacuatiuum sit commensuratum, nō excedens mediocritatem: sed sit extensio eleuationis eius nō recedens a gradu medicinarū incolumiū, quas te scire fecimus in libro rectificationum earum. Tertium est, vt non expoliētur solutiua a rebus lenificatiuis, & humectatiuis, hoc est. n. quod operationē beatificat. Adhuc autem canon est vt in hoc triplici regimine cōfortetur cor cū rebus cordialibus generantibus in eo minerā gaudij: & tu elige eas ex simpliçibus, & compositis, quarum traditio est apud te: & cū administratione omniū, quæ ad rem gaudij pertinent, hic est. n. thesaurus curæ.

De cura sodæ a permistione cholerę nigrę & phlegmatis. Cap. 8.

IVdæus. Modus pilularum cōferentium sodæ a phlegmate, & melancholia. Recip. myrobalanorum chebulorum, indorum, belliricorum, salis indi, ana drachm. iij. turbith, epithymi, ana vnc. j. & semiss. ellebori nigri, pulpę colocynthidos, ana drachmas quatuor, hieræ picræ, drachm. x. agarici, drach. vj. stœchados drach. iiij. absinthij, drachm. ij. Dosis earum est a drachm. j. vsque ad ij. & sunt sublimes. Archigenis cōfectio pilularum stomachicarum solutione educentium phlegma, & vtranque cholera m: & conferunt sodę stomachicæ ab eis, quarum permistio est hæc. Recip. hieræ picræ, turbith, ana drachm. xij. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, Indorum, ana drachm. v. agarici drach. iiij. salis gemmæ, stœchados, ameos, ana drachm. ij. epithymi, drac. iij. scammoneæ, drachm. ij. & semiss. Fac pilulas cum succo scariolæ. Da a drachm. j. & semiss. vsque ad drac. ij. & semissem. Andromachus. Hiera cōferens ægritudini capitis a phlegmate, & melācholia, & confert iuuamentū manifestum apoplexiæ, & epilepsiæ, & paralysi, & torturæ, & mollificationi, & initio aquæ, cuius permistio. Rec. aloes, succi asinthij, ana vnc. j. hieræ picræ, vnc. semi. turbith, drac. viij. colocynthidos interioris. drac. iiij. squillæ assatæ, drachm. iij. agarici, stœchados, polypodij, & epithymi, ana drachm. semiss. ellebori nigri, pyrethri, piperis albi, & lōgi, zinziberis, squinanthi, chæmædryos, ana drachm. iij. & semiss. cardamomi, macis, nigellæ, aristolochiæ, castorei, ana drach. iij. euphorbij, drachm. j. & semiss. croci, petroselini, cinnamomi, spicæ, polij, ana drac. iij. absinthij, drac. iiij. albarum penidiarum, vnc. iiij. mellis despumati quantū sufficit. Dosis eius est a drachmis iij. vsque ad v. cum aqua casei.

De soda ex percussione. Cap. 9.

SOda propter percussionem. Filius Serapionis. Si super percussionem in capite nullū præterijt tempus, administramus in principio quæ repellant, & nō permittant materiam rheumatizantem ad locum recipi, & figi in ipso, sicut rectę administrantur frigida styptica cum aquis, & expressionib⁹ frigidis, sicut est ramich proprie cū aqua frigida multæ frigiditatis, & comprimē vehementer super locum. Et ex eis sunt rosæ, & sandali, & saufel, & sief memithæ, & acacia, & bolus armenus, & chimolea, & lens non excorticata, & lycium singulariter, & coniunctum, quando miscentur cum aqua solatri, aut virgæ pastoris, aut plantaginis, aut coriādri humidi, aut cum omnibus, aut cum aqua rosata: & infringendum in niue, aut cum expressione portulacæ. Si autem post percussionem præterijt tempus, & materia iam rheumatizauit, & collecta est, medicamen resolutiuum apponendum est, sicut ex chamæmelo, meliloto, fœnugræco, radice altheæ, & similibus. Si non resoluitur, curatur sicut dicemus in tractatu apostematum. At vero, & si rheumatizauit materia, & adhuc rheumatizat, & partim collecta est, & partim colligenda, vtraque cura indiget, scilicet, & quæ repellat rheumatizandum, & quę resoluat collectum, & rheumatizatum. Sint satis hæc de curis sodæ, quæ diximus: & sufficere possunt eis, quos Deus excellentissimus sanare voluerit.

De hemicranea. Cap. 10.

HEmicranea ęgritudo est de genere vehementium dolorum, propterea quandoque indiget curatione, quandoque blandimento, & cura eius indiget obseruatione regiminū, sicut in soda diximus, quapropter oportet, vt capitula illius canonis hic etiam afferantur, in calida scilicet, & frigida. Cuta autem blandiens

est

est cura non vera: & est stupefacere apud vehementem dolorem ipsius, & pulsationem. Nos autem sanitatis largitorē poscimus in primis, de sui largitate ipsam egenti, & sperāti annuat qui sit benedictus. Afferamus autem ad locum hunc ex medicinis ibi memoratis, quas possumus habere, communitatem iuuaminum in omnibus ægritudinibus capitis. Et ponimus ex medicinis hic quasdam, quas quidam proprias hemicraneæ esse dixerunt.

De hemicranea calida. Cap. 11.

ET si peccatum est ex parte sanguinis, phlebotomiam conferre diximus. Si vero ex parte choleræ, euacuabimus eam, postquam digesserimus vtramq; partem eius, & hoc cum auxilio medicinarum, quarum proprietas est hoc facere. Et ex eis est aqua fructuum, & infusio myrobalanorum, & infusio aloes in aqua endiuiæ, quam diximus, & alia quorum rememoratio præcessit, & danda est hiera cum scammonea. Alexander. Confectio trochiscorum, quibus fit linimentum ad hemicraneam cholericā vehementem, & pulsatiuam. Recip. aluminis, drachm. xvj. croci, drach. xij. colcothar, drach. x. myrrhæ drachm. iij. omphacij, drachm. ij. cal cadis, drac. ij. gummi arabici, drac. iij. Fac trochiscos cum vino forti, aut aceto. Et cum necesse fuerit; soluatur vnus cum aceto permisto, & liniatur super locū doloris, & stringatur super ipsum cum ligamine, vt sedetur pulsatio. Et quandoque apud necessitatem ponitur aliquantulum opij. Democritus. Linimentum bonum ad hemicraneam calidam. Recip. ex fæce atramenti sicca, & dissolue eam conterendo cum aceto multæ fortitudinis cum octaua parte ipsius opij ægiptyaci, & laboretur multum in cōtritione ipsius, sicut per diem vnam, & liniatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsam. est enim expertum. Archigenes. Linimentum ad hemicraneam calidam pulsatiuam expertum, & ad sodam vehementem. Recipe succi agrestæ, myrrhæ, ana partem. j. fæcis encaustri scriptorū partes ij. aluminis iameni, croci, ana partem. j. & quartam. Cōfice terendo cum aceto vini cōtritione multa, & liniatur ex eo super tempora, & stringatur super ipsum. Filius Zachariæ. Si stomachus est cū causa, dāda est post mundificationem infusio coriādri, & psyllij cū zuccaro in matutinis, & assiduetur illud, quia cōfert si Deus voluerit. Idē caputpurgium fiat ex lacte mulieris cum modico camphoræ, & si necessitas vocat, adde tantum opij, quantum est camphora, & destilla ex eis in aurem, & nasum quæ sequitur morbum: deinde stilla oleum violatum post horam cum lacte mulieris. Ex embrochis alijs super hæc eligenda ad istum locū, ea quæ congruant: & quorum proprie præcessit rememoratio. Et ad hunc locum ex eis aliqua referantur, quæ diximus in soda calida.

De hemicranea frigida. Cap. 12.

HErmes. Linimentum ad hemicranēa frigidam chronicam. Rec. succi rutæ agrestis, succi asphodeli, ana vnc. iij. castorei, euphorbij, pyrethri, ana drac. vj. piperis, sinapis, staphidis agriæ, calamenti, zinziberis, ana drac. quatuor, croci, drac. iij. fiant ex eis trochisci, & cū necessitas vrget, ex eis dissoluatur vnus in aceto multæ fortitudinis, & liniatur super locū, & stringatur cū pila, est. n. efficax, & eo vtēdum est, quando iam omnia non cōtulerint, quoniā est forte. Et quandoq; cum lib. j. olei, & vini lib. semis, & ceræ, vnc. iij. bulliant omnia vsq; ad vini consumptionem. Deinde colentur, & fit inde vnguētū mirabile. Democritus. Medicamē magnum cōferens hemicraneę difficili, & chronicæ, quæ difficulter separatur, & non est quod conferat sicut illud. Accipe ex emplastro sinapismo circiter libras ij. & commisce cum oleo squillæ, vnc. semis. costi, radicum capparis, euphorbij, ana drachmas iij. omnia trita cū aceto, aut vino odorifero quārum sufficit, aggregabis, & emplastra super locū, quoniam est vltimum. Hipp. Granorū lauri partem vnā, olibani partem semis. Misce omnia cū aqua post ipsorum triturationem, & linias super locum. Oribasius. Granorum lauri, foliorum rutæ, ana partē vnā, sinapis partem semissem, aggregent cū aqua, et administrētur. Alexander. Si est hemicranea a cōmunitate stomachi, vomitus prouocādus est cū oxymelite, & pipere, aut oxymelite, & porris, aut oxymelite ex raphano nutrito cū ellebo ro nigro. Deinde post vomitū detur diacydoniō, aut cydonia cū pipere, & zinzibere, propinato tamen ante vomitū per triduū apozemate apij, hyssopi, & dauci, & similium cum oxymelite. Idem. Caputpurgium, quo frequenter vsus sum ad hemicraneam difficilem ex humore frigido. Rec. euphorbij, castorei. ana. partes æquales. Fiant ex eis sief, & apud necessitatem fricetur cum vno eorum super cutem cū aqua calida, aut oleo costino, aut nardino, & destilletur ex eo in narem, & aurem, quæ ex parte doloris est, deinde balneetur: & cōsequenter adhuc ex medicamine destilletur, & hoc viciſſim, cito enim hemicranea soluetur, si Deus voluerit. Alexāder. Linimentum quo nullum maius ad diuturnam, & difficilem hemicraneam inuenitur. Recip. euphorbij, vitreoli, ana drachm. iiij. myrrhæ puræ, trochiscorum croci, magnetis, croci, piperis albi, ana drach. iij. tere omnia, & confice cum aceto, sic conterendo contritione multa vsque dum fiat sicut mel. Et linies ex eo totum tempus, & dimitte vsq; dum desiccetur, & iterum secūdo, & tertio inunge: deinde lauetur, & singulis diebus sine intermissione faciat vsque dum appareat sanitas, si Deus voluerit. Aliud eiusdem. Olei de sabina, lib. j. ceræ, vnc. iij. euphorbij. vnc. j. Fiat ex eis vnguentū: & ex

eo

eo mediam partem capitis inunge, & frontis, antequam lauetur in balneo, deinde lauetur, & fiat hoc singulis diebus, quia sanabitur, si Deus voluerit. Galen. Non est narcoticorum vsus in vehementia administrationis ad ægritudines capitis propter passibilitatem cerebri. Sed in vehementia necessitatis, quando dolor fit vehemens, & amentem reddit, aut ad syncopim perducit; conuertimus regimen ad administrandum ea cum timore, & cautela; post fractionem tamen excellentiæ eorum, & melius est administrari in emplastris quam in potibus, deinde in caput purgijs, & tu elige, quæ volueris ex eis quæ diximus.

De scotomia, & vertigine. Cap. 13.

CVra huius ægritudinis sunt. v. res. Prima abscindit materiam. Secunda conuertit regimen ad membrum mandans, si est aliquod mandans: & rectificat illud. Tertia conuertit regimen in administratione cibi, & potus ducentium ad æqualitatem. Quarta confortat cerebrum, & caput totum, vt non recipiat, quod mandatur. Quinta conuertit vapores, & fumos ad oppositum, & diuersum, & illud fit cum frictionibus extremitatum, & contritione dolorosa, & ventosatione in eis, & spatulis; & omni, quod attrahit ad diuersum: & cum clysterijs, & suppositorijs, & similibus.

De scotomia, & vertigine a materia calida & sanguinea. Cap. 14.

SI sanguis quidem in causa fuerit ex abundantia eius in toto corpore, primo de basilica minuimus, aut de vena media. Et postea si necessitas vrget, cephalicam minuimus, hoc. n. est præceptum Hippocratis, & si adhuc perseuerauerit ægritudo, phlebotomabis venam nõ pulsatilẽ, quæ est post aurem, ex vna parte, vel ambabus, si necesse fuerit. Scarificatio etiã cartilaginum auriũ est multum conferẽs, & competit ei in hac specie ventosatio crurum. Si aũt sanguinis abundãtia in capite solo apparuerit, de cephalica minuimus sola, & venis quæ sunt post aurem. Scarificatio etiam auris vtilis est: & appositio sãguisugarum in naribus: & appositio ventosarum in nucha, & spatulis, & collo. Et quidem omni speciei eius confert hæmorrhoidũ prouocatio, & in mulieribus menstruorum. Et sint cibi eorum sanguinis feruorem extinguentes, & congelati, & acetosi, & confert eis administratio psyllij conquassati cum aqua, & zuccharo in matutinis omni die: aut infusio coriandri, & confert oleum rosatum, & acetum conquassata, & infrigidata in niue, & effusa super caput: & olfactus eorum, & rosarum, & sandalorum, & faufel, & omne regimen extinctiuum.

De scotomia, & vertigine cholerica. Cap. 15.

CVratur cum medicinis quas in soda calida diximus: & cum decoctione myrobalanorum, & infusione aloes, & alijs, & cum regimine ciborum extinguentium, & cum vomitu, & cum syrupo acetoso, si est a stomachi communitate, & cum alijs, & cum clysteribus, & talibus, & conferunt eis hiera, & collyria.

De phlegmatica scotomia. Cap. 16.

CVratur sicut soda phlegmatica cum pilulis cochijs, & infusionib⁹ de hiera, & alijs, & si est a stomacho, cum vomitu cũ oxymelite, & pipere, aut cũ raphano, aut cum sinapi, & cum clysteribus, & talibus: & cõfert ei hiera logodion iuuamentum manifestum: & hiera Archigenis, & Theodoricon, vt hiera Galeni. Albruabam. Confectio de stæchade, cuius iuuamẽtum est sublime ad vertiginem, & cuius materia est phlegma, & cholera, cuius permistio hæc est. Recip. hieræ picræ, drach. x. agarici, epithymi, ana drac. quatuor, myrobalanorum chebulorum, indorum, emblicorum, belliricorum, stœchados, ana drach. iij. salis indi, drach. ij. Confice cum secania bin, & fit dosis a drac. ij. vsque ad iij. cum aqua calida in ieiunio.

De vertigine melancholica, aut phlegmatica ventosa. Cap. 17.

VErtigo autem melãcholica, aut phlegmatica, curatur sicut soda facta ab illis. Et vertigines quæ fiũt a permistionibus, similiter, & vertiginis quę fit a vapore fœtido curatio est cum administratione redolentium calidorum, aut frigidorum, sicut necessitas inuitat.

De vigilia, & sahara. Cap. 18.

SI a materia est, curetur qualiscunq; sit, sicut in speciebus sodæ diximus, & cum emplastris, & linimentis, embrochis, & caput purgijs, & alijs. Dioscorides. Terantur seminum papaueris vnciæ duę, aut ex corticibus, & seminibus vnc. j. & infundatur super ipsum aquæ fontium lib. semis deinde post horas. vj. aut viij. mulgeatur ex eis aqua, & propinetur in sero cũ zuccharo: & facit somnum soporis bonũ, & quandoque semen papaueris, & cortex ponuntur in sorbitionibus, & conferunt. Haly. Suffumigiũ expertum ad somnum inducendum. Rec. corticum papaueris recentium anni sui, drac. xx. tortellarum de sceni, drachm. octo, seminis anethi, anisi, ana drachm. vj. masti. drach. ij. puluerizẽtur, & cribellentur per pannum de seta cruda: & misceatur cum eis penidiarum quantum est totum. Et sit dosis eius pueris a, drachm. j. vsque ad ij. iuuenibus vero a drachm. v. vsque ad vij. est enim mirabile. Andromachus. Suffumigium sedans vigilias, & insomnietatem, & est

expertum. Accipe corticum papaueris recentiũ anni ſui, drac. v. ſeminis lactucæ, anethi, granorum ſolatri, ana drac. ij. opij chirat. j. tere omnia ſicut alcohol. & da ex eo a drac. ij. vſq; ad v. Mahemet. Confectio trochiſcorũ expertorum ad ſahara cum febre, & acuitate, & ſedat alienationem, & febrẽ, & aufert ſitim vehemẽtem. Rec. ſeminis lactucæ, portulacæ, papaueris, ſeminis cucurbitæ, citruli excorticati, ana drach. v. ſucci liquiritiæ, amyli, dragagãthi, opij, ana drac. j. & ſemiſ. Terantur omnia ſicut alcohol: & fac trochiſcos cum mucilagine pſyllij. Et ſit doſis eius a drachmis duabus, vſq; ad quatuor, cum aqua frigida: & quando neceſſitas eſt maior, da cum aqua coriandri humidi, aut lactucę, aut citruli, aut cucurbitæ, aut ſimilium. Iudęus. Trochiſci ſimiliter valentes. Rec. hyoſcyami, lactucæ, ſeminis papaueris, ana. fac trochiſcos cum ſucco lactucæ, da drac. j. vel ij. cum aqua frigida. Dioſcorides. Opiũ cum oleo ſuppone, ſomnũ facit: & proprie ſuppoſitũ cum licinio: ſed eſt timoroſum, & propter hoc oportet præparari ita, quod poſſit extrahi quando vis, antequã noceat, & ſimiliter ex papauere nigro. Democrit⁹. Embrocha cõfereus ad ſaharã, & dolorẽ capitis ex eadẽ cauſa. Recipit foliorũ alzahanam, & capitis papaueris, & foliorũ apij, & mẽthę, & ſeminis lactucę, & hyoſcyami, ana partes ęquales, decoq; in aqua vſq; ad cõſumptionẽ tertiæ ipſius, & ex ea fundatur ſuper caput, & embrochetur cũ ea, deinde ligetur caput, & cooperiatur pannis, expertũ eſt. Et ſi ex eiſdem fiat emplaſtrum, confert mirabiliter. Iſaac. Embrocha curans inſomnietatem, & ſaharam a cauſa frigida. Accipe florum chamæmeli, meliloti, anethi, corticũ papaueris, ſeu maluæ, corticũ radicum mãdragoræ, ſampſuchi, ana. Fac ſicut diximus, & embrochetur cũ eo. Si a caliditate, & acuitate fuerit inſomnietas, embrochetur caput cum aqua, vbi papauer, ſemen lactucæ, violæ, roſæ, nenufar, folia ſalicũ, hordeum excorticatũ, hyoſcyami ſemen, & portulacæ cocta fuerint. Emplaſtrum cõferens ſaharæ, folia portulacæ, lactucę, raſura cucurbitæ, lenticula aquę, ſemperuiua aggregẽtur cũ mucilagine pſylij, & oleo de mandragora, & infrigidatum capiti ſuperponatur, curat enim, ſi Deus voluerit. Filius Serapionis. Linimentũ cõferens ſaharæ. Recipit trochiſcorum croci, drac. vij. opij, dra. ſemiſ. caſiæ drac. iij. diſſoluantur in oleo mandragoræ, vel roſarum, & fiat linimentum ex eis, quia ſanat, ſi Deus voluerit. Aliud noſtrũ. Accipe ſucci lactucæ, portulacæ, ſemperuiuæ, herbæ hyoſcyami, ſolatri ana partes duas, farinæ fabarum, & hordei, ana partem ſemiſ. opij circiter partẽ ſextã, olei mandragorati, & roſati, ana partes ij. mucilaginis pſylij partes tres, coquantur omnia ſimul vſq; dum fiant ſicut pulmentũ: & dimittantur infrigidari, & poſtquã caput embrochatũ fuerit, ſuperponatur, expertum eſt. Filius Zazer. Oleũ ſomniferum mirabiliter expertum. Recipit opij. drac. decem, ſeminis lactucarum, dra. octo, hyoſcyami, & mandragoræ, ana dra. v. corticũ papaueris, drac. xij. Terantur cõtritione groſſa, & proijce ſuper eam aquæ expreſſionis mãdragoræ, aut coctionis eius, lib. j. aquæ decoctionis capitum papaueris libram vnã, olei ſeſami, lib. j. Coquantur in vaſe duplici vſq; ad cõſumptionẽ ſuccorum, & ex eo frontem, & ſynciput vnge, & ſi ex eo caput purgiũ feceris, confert, & ſimiliter ſi ex eo in nares iecceris, eſt. n. expertũ. Ex caput purgijs plura in ſoda dicta ſunt. Et tu ex illis elige ſecundũ, quod exigit diſpoſitio. Et ex eis eſt illud, quod fit cũ oleo mandragoræ, quãdo deſtillatur ex eo in naſum cũ emulſione lactis. Et ſimiliter ex oleo nenufarino, & roſato, & violato: & quãdoq; deſtillantur in aurem, & conferunt, & quandoq; additur eis opij ſicut granũ orobi, & quandoq; cũ oleo de papauere, aut de lactuca. Gabriel. Caput purgium conferens ſaharæ. Rec. opij, croci, corticũ papaueris, caſiæ, ana fiant collyria, & diſſoluantur in oleo roſato: & deſtilletur ex eis in nares, quoniã eſt expertũ. Idem. caput purgiũ ſi fuerit a cauſa frigida, fiat cũ oleo de croco, & anethi, & chamæmeli: & ſi oportet, cũ modico opij, & croci cum eis. Gabriel. Suffumigiũ cõferens ſaharæ. Recipit roſarum, violarum, foliorũ ſalicũ, ana vnc. j. ſandali macaziri, vnciam ſemiſ. florum nenufaris, drachmas tres, corticum papaueris, dra. vij. ponantur in ampulla vitrea, & impleatur deinde aqua roſata: & obturetur orificium eius, deinde bulliat ſuper cinere calido vſq; ad cõſumptionẽ tertię partis ipſius, poſt hoc deobturetur orificiũ vaſis, & patiens inde fumum recipiat: inducit enim ſomnum. Aliud eiuſdem ſatis efficax, florum chamæmeli, florũ anethi, ana vnc. jj. meliloti, drac. viij. corticum mandragoræ, caſiæ, ſquinanthi, ana drachmas iij. corticum papaueris, drachmas octo, ligni aloes boni, dr. ij. & ſemiſ. Fiat ſicut diximus, eſt enim expertũ.

De phreneſi. Cap. 19.

CVra huius ægritudinis ſi iã impreſſit, caſſa eſt: ſi autem adhuc ſit præparamentum, vt imprimat, ſed adhuc non impreſſit, curatur: ſed non apud negligẽtes, & ſtolidos. Et cura ipſius ſunt quinque res. Prima ſubtrahit materiam, & abſcindit eam. Secunda conuertit vaporoſum eius ad diuerſum, & oppoſitum. Tertia conuertit regimen ad confortandũ caput: vt non recipiat, quod ad ipſum trãſmittitur de vaporibus: & extinguat audaciã acuitatis eorũ. Quarta cõuertit regimẽ ad ea, per q̃ poſſit fieri tẽperies, & adęquatio, ex eis quæ dicam. Quinta conuertit regimen ad ſedationem accidentium. Tres autẽ ex eis ſunt principales, & reſpiciunt cauſam, & ſunt de neceſſitate curæ, duæ autem poſteriores præparant, & adiuuãt, & vna ponit regimen

in

in diæta: & alia ſedat accidentia praua. Diſtinguendum autem eſt in his rebus hoc modo. Primam rem complent phleborotomia, vbi neceſſaria fuerit, & medicamen ſolutionis, quando opportunum fuerit: & adminiſtratio clyſteriũ lenium non tranſgredientium lenitatis gradum, vel modicũ trãſgredientiũ, vt nõ fiat incitatio. Secundam rem cõplent frictiones extremitatum, & ligationes compreſſiuę doloroſæ in eis, & effuſiones aquæ calidæ in eis ante frictionẽ, & poſt, & ventoſæ poſitę in tibijs, & brachijs, & ſcarificationes in auribus: & ſanguiſugæ in naribus: & ſternutatoria, & gargariſmata: & prouocatio hæmorrhoidum, & in muliere ſanguinea, menſtruorum. Tertiam rem complent lini mẽta, & emplaſtra repercuſſiua conſiderata, ſicut diximus in ſoda, & canone ibi diſtincta. Quartam rem complẽt adminiſtratio potuum, & ciborum ſedantium inflammationem, & aeris puri temperati, & domus exutæ a formis, & luciditate, in qua ſternãtur redolentia frigida, & in qua ſit fragor ramorum redolentium frigidorum, cum tenui murmure fluentia aquarũ frigidarum, & omnis quies, & adminiſtratio gaudij lenis: & ſonitus organorũ tenuis. Quintam rem cõplent adminiſtratio medicinarum ſomniferarũ, & ſedatiuarum, & ſocietas amicorum qui prohibeãt, & vincant agitationẽ eius, & ſint fideles in adminiſtratione eorum, quæ inducuntur ab artifice, & prudenter coerceant permiſtionem ipſius, aut ſaltem mulceant.

De phreneſi ſanguinea. Cap. 20.

IN primis ſi nihil fuerit, quod prohibeat, phleborometur cephalica: & deinde phlebotoma venam frontis, vel ſanguiſugas applica eis, aut in naribus: & ſi eſt quod prohibeat, ſaltem ex venis frontis, aut narium, ſanguinis fiat extractio. Et ſcito, quod eſt vtilis, & omni ſpeciei phreneſis confert hemorrhoidum prouocatio, ſimiliter aurium ſcarificatio.

De phreneſi cholerica. Cap. 21.

PHreneſis cholerica medicina ſolutiua indiget ſicut eſt aqua fructuũ, & ſyrupus violatus, & roſatus, et diaſiracoſt: & alia q̃ diximus in ſoda. Linimẽta in principio rei vtilia ſunt ex oleo roſ. & aceto cõquaſſatis, & alia q̃ diximus, & emplaſtra, et caputpur. & ſuffumigia, & tu elige ea ĩ c. de ſoda. Et ſi vigilias patiẽ, affer ad locũ hunc quæ diximus in ſahara: & alienet omnino cibaria groſſa, & aquã frigidam da. Et ſcito, quod in ſanguinea indigẽt reſolutione plus; & extinctione minus, & in cholerica, econtra. Hoc enim ſtudio ſanabitur, ſi Deus voluerit.

De lethargia: & eſt ſerſen frigidum. Cap. 22.

CVra huius ægritudinis ſunt quinque res, quas nominabimus in phreneſi: ſed aliter atque aliter acceptæ. Prima eſt occupari ad ſub

A tractationem materiei cũ clyſteribus fortibus, & acutis, & cũ vomitu, & interdum cũ ventris ſolutione: Secunda eſt cõuertere materiã ad oppoſitũ aut diuerſum, & deriuare de parte in partem: & hoc quidem completur cum frictionibus extremitatum, & cõpreſſione doloroſa in eis facta, & ligaturis fortibus, & effuſione aquæ calidæ in eis: & ventoſatione ſine ſcarificatione, quæ procedat deſcendendo: ſicut verbi gratia incipiendo a nucha, & collo ſubdeſcendendo ad ſpatulas, & brachia, & crura, & eſt res efficax. Cõpletur etiam ſecunda res cũ ſternutatorijs, & gargariſmatibus, & ſcarificatione auriũ, & prouocatione hæmorrhoidũ, & menſtruorũ. Tertia res cõuertit regimen ad hoc, vt repellat̃
B materia q̃ traſmittitur ad caput, aut reſoluatur tranſmiſſa. Et cõpletur in principio rei cũ medicinis repercuſſiuis; ſicut eſt oleum roſatum, proprie conquaſſatum cum aceto, & completur in proceſſu rei cum repercuſſiuis in parte, & in parte reſolutiuis: ſicut qui recte oleo roſato, & aceto miſceri docuit caſtoreum cõquaſſatum cũ eis, & ſuppoſitum: & adhuc re multũ proceden te, cum reſolutiuis tantũ: ſicut loquemur poſt. Quarta res eſt regimen in diæta, & alijs exterioribus, & completur cibis, & potibus conuenientibus, ſicut eſt aqua ciceris, & aqua hordei cum barbis porrorum, & hyſſopo, & ruta, & hydromelite, & allio cum pipere pauco ſi non multum febriat. Et alienetur aqua frigida om-
C nino: & completur etiam locando eos in domo lucida plena imaginibus, in qua ſit ſtrepitus, & tumultus loquentium, & aſtantium vehemens cum inquietatione ægrorum; & prouocando eos ad iram, & iurgia, vt non profundẽtur in sõnum, exercendo coram eis ſonitus, & ſtrepitus horribiles, & laborioſos. Quinta conuertit regimen ad ſedationem accidentium, quæ ſunt ſubeth, & ſomnus grauis, & ſoda quæ non ſentitur, & obliuio loquendi, & obliuio vrinandi, egerendi, & aliorum, & hanc rem complet adminiſtratio rerum vigilare facientium: & prohibentium ſubeth, & ſedantium ſodam: & remouentium obliuionem: & incitando eos ad
D loquendum, & vigilandum, & euellendo pilos eorum: & incitando eos ad vrinandum, & egerendum: etiam ſi oporter, ad comprimendum veſicam, & pectinem, ad hoc vt vrinẽt. Hoc eſt totum genus curæ eorum: & hoc toto genere ſanabuntur, ſi Deus voluerit. Filius Zachariæ. Clyſtere conferens lethargiæ phlegmaticæ, & obliuioni, & apoplexiæ. Rec. colocynthidos interiori drach. ij. & ſemiſ. cartami. vnc. j. corticũ radicum capparis, ſeminis vrticæ, ana drac. iiij. calamẽti, vnc. j. coquãtur omnia in lib. iij. aquæ vſq; dũ redeat ad li. j. & ſemiſſem, & accipe huius expreſſionis li. ſemiſ. murinabati. vn. j. & cũ oleo fiat clyſtere, & injciatur. Filius Zachar. Clyſtere cõferẽs lethargiæ melãcholicæ: & eſt illa q̃ rarius aduenit: & ſi accidat, raro eradica-

tur,& apoplexiæ ab eadem cauſa. Rec.epithymi rubei vnc.j.colocynthidos interioris, dra.ij. polypodij,vnc. ſemiſ.calamenthi Manip.j.coquãtur ſicut ſuperius,& fiat clyſtere cũ oleo chamęmeli.Gal.Clyſtere efficax, & ſublime ad lithargiã,& apoplexiã, & paralyſim. Rec.arthanitæ,& colocynthidos interioris, ana drac.j. & ſemiſ.carthami vnc.j.cẽtaureæ minoris vnc.ſemiſ.ellebori albi,dra.j.& ſemiſ.haſce drac.viij. coquãtur omnia ſicut diximus, & clyſterizetur cũ eo. Aliud noſtrum,colocynthidos,drac.ij.cẽ taureæ,vnc.ſemiſ.carthami,polypodij, ana vn. j.hyſſopi,haſce,radi.maluæ,ana Manip.j. mellis vnc.iij.vel iiij.ſalis maſſæ vnc.ſemiſ.ſalgemmæ drac.quatuor.fiat ſicut diximus.Eſt.n.vtile ſi Deus voluerit.Vomitus quoq; prouocandus eſt cum ſinapi,& cum oxymelite, aut cũ raphano,& cũ oxymelite,& oleo,et ſale,et aqua chryſolachanæ,aut ſiclę:aut cum decoctione alfereireng,aut ſimilium. Alexander. Si ventris ſolutio neceſſaria fuerit propter plenitudinẽ,& exhiberi illã fuerit poſſibile,da caſtorei, drachmę vnius,tertias duas,& ſcãmoneæ coctę pręparatæ,vnciæ vnius,ſextam, plus,vel minus ſicut oportere videbis, & cũ hydromelite dabis.Sed melior omni euacuatione eſt clyſtere.Sternutatoria, & gargariſmata in capit. de ſoda frigida eligantur,& embrochæ ſimiliter, & caputpurgia odoramẽta, ſed ex odorabilibus ĩ hac parte eſt neemen,& haſce: & proprie in proceſſu rei, & caſtoreum, calamentum, & ruta, & fumus pilorum ignitorum cum caſtoreo, quoniam excitat eum,aut capillorum infirmi, quos prius euulſiſti euulſione dolorosa. Democritus, ſinapiſm° cõgruit lethargiæ, cuius difficilis eſt reſolutio.Sinapiſmus quidem eſt dictus in repoſitorio medicinarum vniuerſaliũ. Archigenes. Acetum ſquilliticũ cõquaſſatum, cũ oleo roſato in quo diruptum ſit caſtoreũ,confert lethargiæ,& euigilare facit: & quandoq; pro oleo roſato permutatio fit ad oleum irinũ,aut oleũ de narciſſo: & quandoq; permiſcentur cũ eis, capilli hominis aduſti cũ aceto:& eſt mirabile. Alexander, Capilli hominis aduſti, & triti multũ cũ aceto vſq; dũ fiat totũ ſicut vnguentũ, ſunt medicina mirabilis ad lethargiã,& ſubeth: excitat.n.cito a sõni profunditate: & quãdoq; miſcetur eis caſtoreum.Alexander. Vapores a capite optime expelluntur,ſi in principio lèthargię,& ſubeth, ex oleo, & aceto conquaſſatis diu caput liniatur. Sed poſtquam circunteneri incipiunt, admiſceri oportet caſtoreum, aut fœniculum, algul, aut pulegium, aut calamentum, aut haſce, & ſimilia, aut neemen, & calamentum, aut omnia,aut ſingula. Emplaſtrum ex arte noſtra,cõferens lethargię,& ſubeth,& vigilare faciens.Recipit pyrethri,ſinapis,ſquillę ana vnc. j.caſtorei,euphorbij,ana vncias quinq;. Miſce omnia cum ſucco aſphodeli, & ſucco ſampſuchi: & epithemetur ex eis puppis cerebri, Andromachus. Aceipe ſquillam, & tere, & calidã ſuper locum quantũ ex ea oportet, puppi capitis applica, poſtquã cum oleo roſato, & aceto, & caſtoreo conquaſſatis locum inunxeris. Archigenes. Linimentum reſoluens lethargiam, & ſubeth. Accipe olei de been,olei nardini, & coſtini,ana partem vnã, caſtorei quartam partis vnius: euphorbij,tantundem: & pyrethri ſimiliter,ſquillæ partem vnam, & ſemiſſem, fiat ex omnibus linimẽtum, & epithemetur cũ eo. Galenus.Si diuturna efficitur paſſio,caſtoreũ a granis tribus,vſq; ad quinque, cum oxymelite bibere dandum eſt, ſatis a me expertum. Et ſimiliter theriaca data,& mithridatum, confert, aut diamuſchus,& ſimilia. Philagrius.Stimulãtia corpus ſunt de genere materiam diuertere facientium, & operantur pluſquam frictio extremitatum,& compreſſio dolorosa,& ſunt proprie quando linimenta, & confrictiones fiunt cum rebus acutis, ſicut eſt acetum ſquilliticum proprie, & ſquilla, & ſinapis cum aceto,& vrtica,& ſemen eius,& pyrethrum,& ſemen almezereon, & folia eius. Ex iſtis enim cum fricantur extrema, materia ad diuerſum trahitur, & ſubeth impeditur,vt nõ profundetur in ipſum: ſi glorioſus Deus voluerit.

De diminutione memoriæ. Cap. 23.

IN primis mundificatio fiat capitis, & corporis totius ſi eſt a materia phlegmatica: poſtquam digeſſeris eam. Et euacuatio in principio rei cum medicinis operantibus cum facilitate,ſicut eſt hiera cõfortata cũ pulpa colocynthidos,& caſtoreo, & alijs, quæ nominauimus in ſoda:& gradatim procedemus ad maiora,ſicut ſunt hieræ magnæ, Theodoricon, & nuces muſchatæ, & alia, quæ diximus: & collige ex eis emplaſtra, & caputpurgia, & alia. Et afferas etiam ad hãc partem quę diximus in lethargia.Mahemet Araſi.Linimentum cõferens lethargiæ,& obliuioni, & cõgelationi.Reci. olei ſambucini, vnc.j. olei de been,vncias duas, euphorbij,vnc.j.caſtorei drac.ſemiſ.fiat linimentum,& vngatur cum eis locus memoriæ: quoniam confert. Filius Zezar. Zinziber cõditum reparat memoriam, & proprie ſumptum quolibet mane: & quandoque confortatur cum olibano,& pipere, & eſt efficacius, & quandoque confortatur cum anacardis, & proprie ſi admiſtæ ſint zinziberis cõditi vnc.iij.mellis anacardi,vnc.j.& ſemis, & ſit doſis. vnc.j. Filius Girges.medicamen eiuſdem reparatiuũ memorię, & cõſeruatiuũ eius. Accipe acori(in alio hueg) nutriti lib.ſemiſſ.piperis longi, vnc.j.partes.ij. cymini.vnc.v. miſceãtur omnia ſimul,& administretur, & ſit doſis eius a drach.duabus, vſq; ad quinque.Haly. Medicamen expertum conſeruans memoriam, & conferens lenibus.Recipit mellis anacardi partes duas:olibani, cyperi acori, ana partes ij. piperis,macropiperis, ana partem

partem vnam, chebulorum indorum, ana partes duas, cymini partes.iij.mellis quantum sufficit. Dosis eius est drac.ij. Medicamen nostrum expertum,ad destructionē memoriæ,reparans, & conseruans eam. Rec.mellis, myrobalanorū chebulorum lib.j. piperis longi vn.iij.& semissem,teratur piper,& misceatur cū melle,& chebulis: & aromatizetur cū gallæ muschatæ,vnc. tribus,muschi boni dra.semis, & sumatur ex eo omni mane in ieiunio a drachmis tribus,vsque ad v.est enim nobile expertū. Et quandocunq; miscuimus cum eis olibani masculi vnc.j.& est bonum. Et quandoque datur prædictum medicamen sine olibano,postquam deglutiuerit ex olibano cicera tria,& est melius,& proprie sumptum cum aqua hyssopi,& olibani,aut vino p-misto. Filius Zachariæ. Confectio anacardina bona,cōferens obliuioni, & caniciei ante horā, & morpheæ,& baaras. Rec. myrobalanorū indorum,emblicorum, belliricorum,ana vnc.iij. piperis,macropiperis, olibani, zinziberis,hyssopi siccæ,acori,spicæ,cyperi(& in alijs pro acoro hueg)ana vnc.v.mellis anacardi,vncias sex, mellis quantum sufficit. Dosis,a drachma vna, vsque ad duas,expertum verax. Confectio anacardina,quam diximus in antidotario,excellēs est in confortatione sensuum, & memoriæ,& facit eam recuperare deperditam.

De melancholia,& mania. Cap. 24.

DIximus in soda intentionem Galeni in curatione ęgritudinum melancholicarum, esse in tribus rebus. Prima res est,regimen circa adæquationē curæ eius, & digestionem ipsius. Secunda res est solicitudo circa euacuationem eius. Tertia res est,regimen cōfortatiuum cordis complectens omne regimen dilatās animam,& faciens in ea mineram gaudij. Primā autem rem,duo tangunt regimina. Primum regimen, est regimen humectatiuum, & impinguatiuum, quod in tota curæ protelatione extendendum est: prēterquam,quod faciat cadere in oppilationes, & completur hoc regimē cū balneis, & embrochis humectantibus ante cibum: & effusione aquæ calidæ super caput: & humectatione aeris habitaculi eius:& frictionibus,& vnctionibus tenerū facientibus corpus: & cum cibis,& potibus humectatiuis humores laudabiles generantibus: & omni quod impinguat,& humectat ex cibis,& potibus,& medicinis; & quiete,& somno. Et sit studium in omnibus his supra studium secundi regiminis,quod nunc narro. Secundum regimen est regimen resolutiuum faciens resolutionem cum mediocritate,& proprie eius,quod habilitatum est ex precedenti regimine,vt fiat illud. Et hęc duo regimina oportet, quod sibi inuicē semper succedāt,vt cadat digestio æqualiter in materiā, quoniam est cura vera. Secundam rem complent tria considerabilia in euacuatione materiæ attenda. Primum est, vt nō semel,& laborioſam, & subitam faciamus euacuationem:sed per interualla,habentem temperiem, vt natura euacuatiuum regulet, nō euacuatiuum naturā, hoc enim est præceptū Hippocratis, subita enim,& violenta euacuatio vix a natura regulat̄,& eius operatio est sicut impetus flāmæ, quæ subito in subtile agit,& debile, & prætergreditur grossū, opus vero moderati caloris est ęqualiter in vtra que parte elixabilis, seu assabilis agere. Secundum cōsiderabile est, vt euacuatiuum sit commensuratum,nō excedens mediocritatem: sed sit extensio eleuationis eius nō recedēs,aut modicū recedens a gradu medicinarū incolumiū, quas te scire fecimus. Tertiū est, vt nō expoliētur solutiua a rebus lenificatiuis,& humectantibus. Hoc.n.est,quod operationem beatificat. Amplius aūt rei huius secūdæ regimen pficitur cū administratione phlebotomię, & subtractione sanguinis vbi oportet,& medicinæ euacuatiuæ,& enematū,& collyriorū cōuenientium primo leniū, deinde acrium: & interdū vomitus, quādo proprie passio est stomachica,aut in stomacho fuerit aliquid,quod ad ęgritudinem addat: aut cū cibus fuerit corruptus in stomachis eorum. Tertiā rem cōplet administratio rerum fm omne genus generantium eis gaudium,& lætitiam,siue cibalium,siue medicinalium, seu potabiliū:& adhuc ex rebus, quæ audiuntur, & videntur,& odorantur,& quocumq; modo sentiri possunt: & administratione aeris temperati,& aspectu formarum multi decoris, & ornatus,& negotiatione iucunda, & blādimentis,& suggestionibus, & promissionibus rerum, de quibus dolent deperditis, & aspectu ludorum distrahentium intentionem eorum a re de qua dolent, & omne, quod ad rem gaudij pertinet.

Cura maniæ, & melancholiæ sanguineæ. Cap. 25.

SI sanguis exuberat in toto,& venæ plenæ sunt;euacua ex vena nigra,& post istam ex basilica: & hoc in melancholia. In mania vero,fac e contra, scilicet incipe a basilica; post ipsam,si oportet,ex vena nigra; & post ipsas phlebotoma de saphenis: & si adhuc oportet, fac ex vena quæ currit ad pollicem pedis;si videris in ea plenitudinem, & maxime in occultatione menstruorum: trahit enim ea phlebotomia hæc, & si adhuc hæc non contulerint, ex vena frontis facies,aut sanguisugas in ea, & naribus applicabis,quoniam omni permistioni cōfert, & est administranda in hac ægritudine semper phlebotomia larga:vt nō egrediatur subtile, & remaneat grossum,Et si sanguinis peccatum in capite solo fuerit, phlebotoma ex cephalica: & cōsidera q̄ duarum partium capitis sit grauior: & tunc ex eadem cephalica phlebotoma. Et si fuerit sanguinis abundātia propter oppilationē

quę eſt ī hepate, aut ſplene, phlebotoma ex ſal
uatella dextera, aut ſiniſtra. Et ſi fuerit in vtro
que nūc ex hac, nūc ex illa phlebotoma. Adhuc
autē te ſcire fecimus, quod hæmorrhoidū pro
uocatio, & menſtruorū, omni eorū ſpeciei con
fert, & ſimiliter apertio varicū: & ſimiliter aper
tio plenitudinis venarū pedū, in fine rei. Sabor
Rex Medorū. Syrupus cōferēs maniæ, & melā
choliæ ex aduſtione choleræ citrinæ. Rec. ſucci
bugloſſæ domeſticæ, ſylueſtris, ana lib.ij. ſucci
pomorū dulciū redolentium, lib.3. folliculorū
ſenæ, vnc.iiij. croci, drac. duas, zuccharī tabar
zet libras iij. fit autē ſic. Sene proijciatur in ſuc
cis per diem, & noctē poſt cōtritionem eius. de
inde bulliat ebullitione vna, aut ij. deinde cum
zuccharo fiat ſyrupus. Crocus aūt confricetur
in panno in eius decoctione. da vnc.ij. vel tres,
cū aqua bugloſſæ, & quandoque apud neceſſi
tatem, cū aqua caſei. Gal. Accipe folliculorum
ſenæ lib.j. & ſubmerge ipſum in cado muſti al
bi: & dimittatur per menſes ſex: & propinetur
cū aqua bugloſſæ omni mane in ieiunio. cōfert
enim maniæ, & melācholiæ mirabiliter: & mū
dificat cerebrū, & ſenſus, & generat gaudium.
Et ſi decoquatur ſene in iure gallorū, & gallina
rum, aut carnīū, aut piſcium, aut ouorum, cōfert
ſimiliter. Filius Zezar. Infuſio epithymi confe
rens maniæ, & melancholiæ ab aduſtione cho
leræ citrinæ. Recip. epithymi Cretenſis, vncias
tres, florum bugloſſæ domeſticæ, aut ſylueſtris,
vnc.j. ſalis indi, vnc.j. & ſemiſſem. pone in ſcu
tella lapidea: & proijce ſuper eam aquæ caſei
ſumptæ ex capris vncias duodecim, & dimitte
die ac nocte ſub aere limpido, deinde bulliat e
bullitione vna, coletur, & proijciatur ſuper ipſū
cathartici roſati, vnc.ſemiſ. & eſt doſis, vn.j. vel
duæ. Infuſio alia. Rec. ſenę, vnc. duas, pruna. xl.
aquę caſei quantū ſufficit. Tryphera de epithy
mo, quæ adminiſtrāt inter euacuationē, & eua
cuationē in diebus, quādo nō adminiſtrāt eua
cuatio, facit etiā reiuueneſcere, & generat gau
diū. Cuius permiſtio. Recipit myrobalanorū
chebulorū, emblicorū, belliricorū, & indorum,
ana partes æquales, epithymi ſublimis partes
duas, hieræ picræ partem ſemiſſem, cōfice cum
melle emblicorū, aut chebulorum, & da omni
die ſicut diximus, a drach. duabus, vſq; ad qua
tuor. Gabriel. Pilulę de lapide armeno, q̄ mun
dificant caput ab humore melācholico: & con
ferunt ægritudinibus, quarū materia eſt melan
cholica, ſicut mania proprie, & melancholia, &
triſtitia ſine cauſa, quarū permiſtio. Recipit po
lypodij, epithymi, ana drac. quinque, lapidis ar
meni loti ſecundū artem, drac. duas, & ſemiſsē,
myrobalanorum chebulorum, indorum, ana
drachmas duas, ſtœchados, drachmas decē, ſa
lis indi, colocynthidos īterioris, ana drachmas
quatuor, emblicorum, belliricorum, haſce, elle
bori nigri, ana drachmas tres, hieræ picræ, tur
bith, ana vnc.j. & ſemiſ. cōfice cum oxymelite,
& da dra.j. vel ij. cum aqua caſei. Filius Zacha
riæ. Modus cōfectionis cōferens melancholiæ,
& timori. Recipit myrobalanorum nigrorum,
drac. viginti, harmel, polypodij, ſcebram, id eſt
ozymi maioris, marrubij albi, ana drac. v. epi
thymi, drac. xv. ſtœchados, drac. decē, agarici,
ellebori nigri, alfelengemiſch, ana drach. v. ga
ryophyl. drac. ij. meliſſæ, drac. tres, corticū citri,
bugloſſæ, ana drach. iiij. nucis muſchatæ, galliæ
muſchatæ, ana dra.j. cōfice cū melle paſſullarū,
& melle emblicorū, doſis a drach. ij. vſq; ad iij.
Filius Zachariæ. Modus electarij lætificātis, &
generātis gaudiū, & reiuueneſcere facientis, &
coloris pulchritudinē, & odoris bonitatē in to
to corpore operātis, & digeſtionis bonitatem,
& retardātis canos, cuius pmiſtio hæc eſt. Rec.
roſarū, drac. ij. cyperi, drach. iij. & ſemiſ. garyo
phyllorū, maſtiches, ligni aloes, ſpicę, aſari, ana
drac.j. & ſemiſ. cinnamomi, & croci, melliſſę, al
felengemiſch, margaritarū, foliorū indorū, ma
cis, cardamomi, heyl, nucis muſchatæ, corticū
citri, galliæ moſcharæ, zedoariæ doronici, ozy
mi maioris, ana dra.j. muſchi boni, drac. vnius,
quartā. Cōfice cum melle belliricorū, & melle
emblicorū, quod ſit quadruplū ſpecierum, ſu
matur ſicut tryphera, & eſt magis cōueniens in
hyeme. Alia adhuc ad maniā, & melācholiam
cōueniētia eligi poſſunt ex his quæ tradita ſunt
in Grabadin maiori, & in capit. de ſoda ex his
quæ educunt materiā earum, & ex eis quæ con
fortant cor: quę requirantur ibi, & afferātur ad
locū hunc. Embrochæ autē cōuenientes eligan
tur, in quibus ſtudiū humectādi ſit vincens ſu
pra ſtudiū calefaciendi, aut infrigidādi. Et nos
plura ex his diximus, & tradidit Gal. decoctio
nē capitū hœdorū, & pedū iuuenum caſtratorū
cū lacte nuper muſſo, & butyro crudo eſſe em
brochā mirabilem ad humectādum, & leniendū
ea, in quibus humectationē quærimus, & eſt
neceſſe, vt in die quinquies ex ea caput liniāt,
& embrochetur. Alcāzi. Mulgeatur ſup caput
lac, & oleū de cucurbita, aut oleum de lactuca,
aut de papauere cū oleo chamęmelino, & iuua
tur eis multū, & humectat cū temperie. Embro
cha cōferens eis, & facies ſomnū. Accipe, papa
ueris, & chamæmillæ, & ſeminum lactucæ, ana
partes æquales. coquātur in aqua ſufficiēti vſq;
ad cōſumptionē medietatis eius, & embroche
tur cū ea. Vomitiua cōgrua in tribus caſib⁹ pau
lo ante diximus eſſe, & fiant in primis cū lenio
ribus, ſicut proprie cū oxymelite, & aqua tepi
da, aut cū oxymelite, & raphano, aut cū rapha
no qui eſt nutritus cū elleboro nigro, aut cū ex
preſſione raphani ſic nutriti, aut cum aqua de
coctionis mabrahumich, & redi poſt illud ad
confortationem ſtomachi cum eis, quæ dice
mus. immo ſit ſtudium tuum poſt curam cor
dis, vt verificetur in eo digeſtio. Et ſi accidat, vt
corrumpatur in eo cibus tā cito, vomitu expel
latur, nihil enim eſt eis deterius quā corrupta

digeſtio

digestio,cibus supra cibum indigestum:& som A nus supra cibum corruptum,& balneum,quini mo sustinere cibum corruptum est eis res nocia. Gal. vitent acuta, & similiter vrinam prouocantia,quoniam quod subtile est in materia,excluditur:remanet in residuo grossum eius, pronum fieri essentiæ lapidis simile. Gal. in melancholia splenica, aut myrachia, solicitudo attendenda est circa splenem, & myrach, & sit quadruplex solicitudo. Prima qua mundificetur corruptum eorum. Et secunda, vt prohibeãtur vapores corruptionum venire ad caput: & proprie cum ventosis, & emplastris rubificãtibus super locum, & fortasse cum cauterijs, & cum eis, quæ detrahunt ad diuersum, & oppositum, sicut sunt clysteria, & prouocatio hæmorrhoidũ,& menstruorum,& phlebotomia saphenæ, & venę pollicis,& positio ventosarum in tibijs, & pedibus. Tertia est,vt confortetur, & rectificetur splen,& myrach, vt materiæ non corrumpãtur in ipsis,imo digeratur omne corruptũ,& fiat minera materiei laudabilis. Quarta est,vt confortetur cerebrum,& non recipat superflua, sicut sæpe diximus.

De epilepsia. Cap. 26.

CVra huius ægritudinis sunt sex res. Prima ponit regimen in vita. Secunda æquat,& coaptat materiam. Tertia abscindit eã. Quarta ponit regimen in conuersione residui eius ad partes diuersas,& oppositas. Quinta rectificat C membrum mandans,si est aliquod mãdans, & rectificat cerebrum. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent administrationes regiminum in sex generibus rerum non naturalium,de quibus est aer, qui est temperãdus eis, nec calidus sit nec frigidus,sed sit ad siccitatẽ decliuior, & confert interdum de regione in regionem mutare aerem, ẽt aliquando consuetum, si sub eo morbus accidit, in eis enim sæpe dissuetus morbum permutat,& in quibusdam, si dissuetus addat ad morbum, reuerti ad cõsuetum,permutat,& tu complexionem ęgri,& aerem considera, & reuelabitur, fugiẽdus aer,aut non fugiẽdus sit. Cibus aũt cõmensurandus in qualitate,& quantitate est, & in proprietate,& D alijs. Cibus pueris sit lac rectificatum in bonitate diætæ lactantis, & bonitate dispositionis eius,vt nec pinguis,nec tenuis,nec iracũda, nec pigra,nec multum laborans,nec multum quiescens,viuida vultu,bonorum morum,non luxurians, cuius operationes naturales sunt veræ, & proprie digestio. Ex alijs sit proprie cibus boni nutrimenti, & laudabilis chymi non vaporosi, aut corrupti, & sit cib. habens mediocritatẽ cũ declinatione sua ad siccitatem modicam, & sit facilis ad digerẽdum non grauans naturam: & neque sumatur ex eo vsque ad repletionem, neque supra repletionem, neq; supra cibum indigestum,at vero satietatem nauseatiuam vita in quantum possibile est, adhuc autem elige ex cibis ſm proprietatem. Inquit.n. Dioscorides,ruta confert epilepticis,apium vero eã excitat, & fortasse endiuia conceditur,& anethum, & coriandrum. Et prohibentur fructus oẽs,nisi quidam styptici super cibũ, vt prohibeant ascensũ vaporum, & confortent stomachum, & prohibentur caules,& porri,& pisces quidẽ sunt molesti eis: hœdinæ vero carnes, & pullinæ gallinarum,bonæ;& capreolorum, & leporum iuuenum,& quæ hoc cursu procedunt. Potus autem eorum vtilis est vinũ multæ permistionis, nec nimis antiquum,nec nimis nouum,clarum,subtile,odoriferum,styptici tatis parum habẽs,dulce vero,& grossum malum;& similiter ẽt purũ, si sit elegans,hydromel quoq; est potus eis elegantius,q̃ vinum, vitent aũt super repletionem B potum qualiscũque sit,& qñ digestio fieri incipit:& potum omnem immoderatum,& potum aquæ,& potum vaporosum,sicut est vinũ de dactylis,& similia;famem aũt oẽm, & repletionẽ fugiant. Moderatum quoque ieiuniũ cõfert, & melius in hoc casu moderate inantium,q̃ repletum. Vitent coitum, fortassis coitus apud eos, qui vltime abstinent, si moderatus sit,sanat. Sõnus autem,& vigiliæ supra rõnem nocent,& supra satietatẽ somnus nocet, & supra nauseam, cõfert vero apud principium digestionis cibi, sed moderatus, somnus apud ieiuniũ, & vacuitatem nocet. Exercitium,& quies supra rõnem, nocent, moderatum vero vtrumquẽ confert,& proprie ſm legem, nam moderatum exercitiũ ieiuno confert, nocet qualecumque sit post cibum,quies vero e cõtrario iuuat,& nocet. Omne autem quod dilatat animam, & confortat, confert. Angustia autem,& tristitia nocent, & dolor,& solicitudo laboriosa nocent. Secundã autem rem complent,quæ materiam proprietate,& virtute adaptant,vt eius facilis fiat expulsio,qualia sunt squilla,& acetũ eius,& oxymeli ipsius,& decoctio, & syrupus hyssopi, aut alhasce,aut stœchados, aut acori,aut origani,& similium. Tertiã autem rem complent euacuationes decentes,quarũ rememorabimur,& clysteria,& suppositoria lenia,& acuta. Et in sanguinea phlebotomia saphenæ, & prouocatio hæmorrhoidum,& menstruorum,& emissio spermatis,si a retentione eius fiat,expulsio vermiũ, si fiat propter illos. Quartam rem complẽt gargarismata,& sternutatoria,& proprie vomitus, & commasticationes multiplicãtes saliuam, & sputum,& fricationes, & ligaturæ in extremitatibus:& vẽtosationes in eis: & emplastra rubificantia,& proprie super membrum mandans,si est membrum mãdans. Quintam rem complet rectificatio stomachi,si est a stomacho,aut matricis,aut intestinorum,aut membri alterius,sicut diximus,& dicemus, & in oĩbus his rectificatio cerebri debet esse intentio prima, sicut iã diximus. Sextam rem complent administratio medicinarum, quæ cum proprietate retardant

paro-

paroxyſmum, aut mitigant, aut cito ipſum ceſ-
ſare faciunt, aut prohibẽt aduentum eius omni
no,aut occultant,ſicut dicemus poſt. Et aliquan
do phlegmatica febris, & proprie longa reſol-
uit:digerit enim,& conſumit materiam eius,&
quandoque apud reſolutionem eius apparet in
partib. capitis ſaphati,aut albaras,& ſignificat
ſalutem. Apozema hyſſopi cõferens epilepſiæ
propriu mirabiliter. Accipe hyſſopi ſiccæ,lib.j.
paſſularum enucleatarum, vnc.ij.coquantur in
lib. iij. aquæ pluuialis vſq; dum ſit medietas e-
ius conſumpta, & da oĩ mane cum oxymelite
ſquillitico,bonum,& expertum. Et qñque addi
tur in apozemate haſce, & qñque epithymum,
& eſt efficacius, & qñque fit inde ſyrupus melli
nus conferens eis, ſi Deus voluerit. Res autem,
quas ſemper in potib. ſumere oportet,ſunt pæo
nia,& ſemẽ eius,& pyrethrum,& ſiſeleos,& ari
ſtol.rotunda. Et hæc quidem danda ante purga
tionẽ, & poſt cum hydromelite, aut apozema-
te hyſſopi,aut aliquo talium. Ioanitius. Confe-
ctio hierę diacolocynthidos ſuper expectatur fi
ducia iuuamentorum multorum ad ægritudi-
nes omnes capitis,& cerebri,& neruorum,diffi
cilis eradicationis,ſicut eſt ſoda proprie, & he-
micranea,& epilepſia, & paralyſis, & tortura,
vertigo,& tenebroſitas viſus. Cuius permiſtio.
Rec.hieræ picr.in qua aloes fuerit duplum ſpe-
cierum,vnc.vj.trochiſcorũ alãdahal. vn.iij. tur
bith,vnc.ij. ſquillæ aſſatæ, agarici, ſtœchados,
ana vnc.ij.& ſem.ſcãmoneę Antiochenæ coctę
in pomo,aur.ij. ellebori nigri,ſalis gẽmæ, bdel
lij ana aur.iiij. Bdellium reſoluatur in vino per
miſto,cæteræ autem res terantur,& cribellẽtur,
& fiant trochiſci bdellio diſſoluto, & ſiccentur
in vmbra,& iterum terantur,& cribellentur,&
confice cum melle paſſularum conterendo vſ-
que dum fiat ſicut paſta. fac pilulas, & ſit doſis
a dr. j. vſque ad ij. Mahemet Araſi. Confectio
medicaminis,quod oĩ die datur ad epilepſiam,
& vertiginem,& præparat materiam,cuius per
miſtio. Rec.ſtœchados,dr.j.agarici,dr.ij. & ſe-
miſſ.ſiſeleos,dr.iij.violarum ſiccarum, dr.ſem.
confice cum Keſmes. Et da omni die in modũ
duarum,aut trium nucum cũ oxymelite ſquilli
tico. Idem confectio alia mirab. ad epilepſiam,
propria,& experta. Rec. pyrethri,ſiſeleos,ſtœ-
chados,ana dr.x.agarici,dr.ſemiſſ.cordumeni,
haſce,ariſtol.rotundæ,aſphodeli,liquiritiæ,car
pobalſami,pæonię,ana dr.iij. & accipe expreſ-
ſionis ſquillæ,& mellis partes æquales, de qui-
bus coctis ad ſpiſſitudinem quantum ſufficiat
ad aggregandum ea,accipe, & deinde reconde
in vaſe vitreo:doſis a dr.ij.vſque ad iij.eſt enim
medicamen vltimum. Filius Serapionis. Pilu-
læ ad epilepſiã ex phlegmate,expertæ. Accipe
ſiſeleos,ariſtol.rotundæ,caſtorei, ſalis indi,ana
dr.iiij.radicum pæoniæ,trochiſcorum de ſquil-
la,ana dr.x.polypodij,dr.vij.agarici,dr.xij. co-
locynthidos, dr. xj. (in alio v.) turbith,dra.xv.
myrobalanorum nigrorum,bellericorum, em-
blicorum,ana dr.iij.lapidis lazuli,vnc.xiij.my
robalanorum citrinorum, ellebori nigri, cha-
mępityos, chamędryos, ana dr.viij. confice cũ
ſecaniabin ſquillitico: doſis a dr. j. vſque ad ij.
& ſemiſſ. Filius Serapionis. Pilulæ ad epilepſiã
melancholicam fideles,& morpheam nigram,
& ægritudinem melancholicam. Rec.hieræ pi
cræ dr.v.epithymi,dr.x.lapidis lazuli loti, dra.
vij.ſcammoneæ,colocynthidos,ellebori nigri,
ſpicæ,ana dr.ij. confice cum aqua mellis, da cũ
aqua epithymi, & paſſularum. Alexander. Pi-
lulæ,quibus nullæ fortiores ad epilepſiam,& ar
threticam,& podagram. Rec.aloes,colocynthi
dos,ſcammoneæ,bdellij,ellebori nigri,corticũ
gummi, ana partem.i.euphorbij, baurach, ana
partem ſemiſſ. confice cum ſucco caulium: do-
ſis a dr.j.vſque ad ij. Oribaſius. Medicamen bo
num,quod ſumitur omni die, confert epileſiæ,
& vertigini. Rec. baccarum lauri, piperis albi,
ſiſeleos,pyrethri,ana drac.iij. radicum pæonię,
ariſtolochię rotundæ,ana dr.ij.caſtorei, trochi-
ſcorum de ſquilla,ana dr.j.confice cum oxyme
lite ſquillitico,& da cum eodem oxymelite die
qualibet. Clyſtere conferens mirabiliter. Acci
pe alhaſce,hyſſopi,abſinthij,ana vn.ſemis, pul
pæ colocynthidos,dr.ij.centaureæ,dra.iiij.car-
thami,dr.xij.olei de Kerua,drac.v.clyſtere fiat
cum eis. Sternutatoria autem,caputpurgia,&
gargariſmata,& maſtications eligãtur in cap.
de ſoda. Ruta autem, & caſtoreum ſeparatim,
aut coniunctum odorata cõferunt mirabiliter,
& ſimiliter gummi rutæ agreſtis confert, facit
enim cito reuiuiſcere, & excitat ſepultũ a vehe
mentia paroxyſmi. Alexander. Ex hyſſopo,pu
legio, & origano cum caricarum quãtitate ſuf-
ficiẽti paſtillos facies, quos commaſtices, quia
phlegma deponunt,& cerebrum mundificant.
Adhuc autem pyrethrum cum maſtiches,& ce
ræ quantitate ſufficienti commiſtum, & com-
maſticatum, phlegma cum virtute deponit, &
mundificat cerebrum mirabiliter. Gal. Pęonia
ſm omnem modum adminiſtrationis eius eſt
medicina magna ad epilepſiam: radix ſcilicet,
& ſemẽ eius. Et enim ſi ex ea diebus ſingulis a
dr.ij.ad vſque ad iiij.propinetur cum aqua mel
lis,& hyſſopi,aut cum oxymelite confert mira-
biliter. Et ſimiliter ſi fiat ex ea caputpurgium,
aut gargariſmata cum oxymelite, & ſuffletur
ex eam naſum,confert. Et ſi continue puluis e-
ius odoratur,confert. Expertum eſt ſuſpenſio-
nem eius in collo eſſe iuuamen ſublime,& etiã
ſumptam in cibis, & potibus. Et fit ſuffumiga-
tio ex ſemine eius, & eſt mirabile,ſumpta ẽt cũ
melle roſato diebus ſingulis,ſanat, ſi Deus vo-
luerit. Hippocrates dixit,& multi poſt ipſum,
& nos etiam experti ſumus, pyrethrum eſſe me
dicinam fidelem ad epilepſiam, & proprie con
ditum eius,& electarium factum ex eo, & mel-
le, & trochiſcos factos ex eo ſumptos cum hy-
drome-

dromelite, & caputpurgium ex eo, conditum autem eius fit ſicut zingiber conditum, expertum, bonum. Confectio depyrethro conferens epilepſiæ, & torturæ, paralyſi, & ægritudinibus neruorum frigidis. Recipit ſecaculis lib.j. & pyrethri humidi, aut humectati, dr.vj. mellis deſpumati. lib.v. pinearum purgatarum, lib.j. & s. cō dies cum zingiberis, & pyrethri, ana vnc.j. garyophyllorum, nucis muſcatæ, cubebæ, ana dr. iij. cinnamomi, drachm.v. & in alio pyrethri, & hueg, aut zingiberis, aut humidorum, aut humectatorum, ana dr.iij. expertum, bonum, & alij addunt muſchi, dr.j. Gal. poſt corporis, & capitis mundificationem, theriacā, aut mithridatum dabis diebus, quibus a purgatione interpolas, & proprie auellanas duas de altero eorum, & proprie in ſero, aut in mane, ſicut videris expedire. Danda eſt etiā confectio de muſco, dulcis, & amara: & theriaca diateſſarō, & cōfectio Cęſaris, & hiera Hermetis, & Theodoricon cū nucibus muſchatis. Filius Serapionis. Confectio maſticatorij faciēs fluere per ſputum humores mirabiliter, & mundificans caput. Recipit pyrethri, dr.j. ſinapis, dra.j. & s. ſtaphidis agriæ dr. ij. ſalis ammoniaci, dr.s. cū maſtiches, & ceræ partibus conuenientibus miſce, & fac formas ſicut auellanarum, & ex eis iugiter maſticentur in ieiunio, conferunt enim, ſi Deus voluerit. Gal. Odoretur ruta omni hora, & ſit caputpurgia cum ea, & confert epilepſiæ. Et ſimiliter auricula muris bibita, & caputpurgium ex ea factum, ruta agreſtis ſimiliter experta eſt, & ſimiliter gummi eius. Democritus. Suffumigatur epilepticus cum aſa, & adminiſtratur odor eius, & excitat epilepticum, & adminiſtrata omni hora præſeruat eum ab epilepſia, ſi Deus voluerit. Eodem modo cofert galliæ muſchatę adminiſtratio, & ſimiliter gummi eius, & ēt bibita, Alexander. Veſica apri cum tota vrina exiccetur in furno, & dabis ex ea ad fabæ menſurā diebus ſingulis in mane cū oxymelite, expertū eſt. Et dixit ſe vſque ad tertiam diem quendam vidiſſe curatum. Dioſcorides. Leporis coagulum ſi bibatur, cōfert epilepſiæ. Et ſimiliter aſi ninum hepar aſſatum, & comeſtum in ieiunio. Detegunt epilepſiam hepar caprinum comeſtum, & ſuffumigatio ex galbano, & ſimiliter ex vngulis capræ, & apium ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, & fungi, & ſuffumigatio ex myrrha, & poſitio eius in naribus, aut ex cornu caprino, & hepar caprinum, & hircinum comeſtum, aut odoratum.

De apoplexia. Cap. 27.

CVra huius ægritudinis proxima eſt curæ epilepſiæ, præterquam quod oportet, vt omne genus curæ adminiſtretur illico, dilatio enim ducit ad mortem feſtinam, cum ſit etiam ipſe morbus per ſe parum recipiens curam, ſicut Hippo. dixit. Veruntamen, vt non appareat ex parte operantis defectus, conaberis a principio materiam ſubtrahere, quantum poſſibilitas exigit. Et ſi quidē, ſanguinē eſſe videris vtriuſque partis, phlebotoma cephalicam illico ſimul cum emiſſione multi ſanguinis, ſi res patitur. Et conſequenter crura, & pedes ventoſari facias, & trahe inquantum potes ad oppoſitam partem, cum omnibus generibus attractionū, & etiam cum clyſteribus acutis, & ſternutatorijs, & ſuffumigationibus, & alijs. Si autē plegmatica fuerit materia, ſubtrahe etiam inquantum potes, ſicut hic diximus. Et ex hoc require in capitulo de ſoda, & de epilepſia, & de eo, quod dicemus in paralyſi, ſi Deus voluerit.

SVMMA IIII.

De ægritudinibus neruorum. Cap. 1.

AEgritudines neruorum, aut ſunt a complexione pura, & alteratione ſolū: & indigent confortatione poſt illud. Aut ſunt complexionales cum materia: & indigent alteratione, & mundificatione, & demū confortatione. Aut ſunt a ſolutione, continuitatis eorum: & dicemus curam eorū in loco ſuo. Aut cōtritio eorum, & dicemus ibi. Et complexionales quidem neruorum ægritudines a frigiditate ſunt ſm plurimum, & deinde ab humiditate: a caliditate vero, & ſiccitate non ſæpe, licet qñque accidant: & quidem verificatum eſt, quod febris ſuperinuadens curat neruorum, & iuncturarum ægritudines, quarum radix eſt frigiditas, aut humiditas, digerit enim, & ſubtiliat materiam, & conſumit. Dioſcorides. Zinia ſm omnem modum adminiſtrationis eius malam neruorum complexionem alterat, eos confortat, & iuncturarum doloribus ſimiliter, & proprie comeſta cū vitellis ouorum, & ſaluia, & ponitur in decoctione hydromelitis, & cōfert mirabiliter. Emplaſtra quoque cum melle, & farina hordei, confert dolorib. eorum. Hydromel conferēs oībus ægritudinibus neruorum frigidis, & humidis. Accipe ex zinia lib.s. foliorum ſaluiæ, & lelengi, ana vnc.vj. ſtœchados, vn.iij. bulliant in lib. aquæ vj. vſque ad lib.iij. & cola, & cum mellis lib.s. permiſce, & proijce ſuper ea piperis, garyophyllorum, ſpicæ, ana dra.j. & s. zingiberis, cinnamomi, ana dr.v. Dimitte a ſero vſque mane, deinde cola colatorium. Et ſit doſis eius in ieiunio, lib.s. cum aqua calida. Embrocha conferens ægritudinibus neruorum frigidis, quæ adminiſtranda eſt ſuper caput, & locum originis neruorum, & ſuper locum paſſionis. Rec. florum chamomillæ lib.s. ziniam, florum ſaluiæ, ſiſymbrij, & ſampſuchi, & ſtœchados, & lelengi, ana vnc.iiij. Decoquatur in lib. iiij. aquæ vſque ad ij. & fiat embrocha cum eis ſicut diximus, & cataplaſmetur ex fæce, eſt enim expertum, ſi Deus voluerit. Iudæus. Syrupus Apo

Syrupus Apo

rupus

rupus de ſtœchae eſt medicina mirabilis confe
rens oĩbus ægritudinibus neruorũ frigidis, &
confortans eos, cuius permixtio. Recip. florum
ſtœchados vnc. iiij. haſce, ziniam, ana vnc. j. pi-
peris, pyrethri, ana dr. iiij. paſſularum ſine inte-
rioribus vnc. j. coquantur in lib. iiij. aquæ vſque
ad ij. cum mellis lib. j. ſapæ lib. s. fiat ſyrupus: do
ſis eius eſt ab vnc. j. vſque ad ij. cum aqua alki-
lil. Confectio conditi ad ægritudines neruorũ
frigidas mirabilis. Rec. ſecacul, pinearum mun
datarum, radicum acori, ana lib. j. & s. & ſint
ſecacul, & acorus elixata, & expreſſa, & miſce
cum eis præter pineas, mellis deſpumati lib. x.
& decoque lento igne vſque dum ſpiſſitudinẽ
acquirat, deinde deponatur ab igne, & proijciã
tur ſuper ipſum pineæ, & miſceantur adinuicẽ.
Poſt hoc puluerizа ſuper ea piperis vnc. j. pipe-
ris longi, garyophyllorum, zingibe. macis, ana
dr. iiij. nucis muſchatę, galãgę, cardamomi, ana
dr. iij. Doſis eius eſt vnc. j. mane, & ſero. Deco-
ctio cõferẽs mirabiliter ad omnes ægritudines
neruorum, & dolores eorum. Accipe ziniam re
centis, & humidæ, & proprie ſucci eius lib. s. &
permiſce cum eo mellis vnc. & ſemiſ. & olei de
Kerua, aut olei de tribus piperibus dictis in an-
tidotario aur. ij. picræ aur. ij. aut minus, aut plus
ſi in quod oportet, & da in potu, dr. x. vſq; ad xx.
Si autem ipſa herba humida inueniri non pote
rit, accipe ex ſicca circiter, lib. s. decoque in lib.
j. aquæ vſque ad lib. s. & fac ſicut diximus. Ex
oleis aũt, & vnguentis, & emplaſtris, & alijs cõ
uenientibus ad permutationem malitiæ cõple
xionis neruorũ in maiori Grabadin plura ſcri-
pſimus, quæ ibi requirãtur, & de plurimis ẽt lo-
quemur in capitulis proprijs, & ex purgantibus
ẽt materias eorum multa illic ſcripſimus, quæ
requirantur ibi, in præteritis capitulis plura ſcri
pſimus, & proprie in ſoda, & epilepſia, & verti
gine, & ſcribemus ẽt in capitulis, quæ ſequẽtur.
Gal. Theriaca, & mythridatum adminiſtrãtur
ad omnes ægritudines neruorum frigidas cum
aqua decoctionis vnius manipuli ziniam, & ani
ſi, & foliorum rutæ, & ſaluiæ, & conferunt in oĩ
tempore ægritudinis, & in principio quidẽ an-
te purgationem, quia digerunt, & ſubtiliant ma
teriam, & permutant malitiam complexionis
frigidæ, & conferunt poſt purgationem, quia re
ſiduum materiei reſoluunt. Adhuc autẽ habent
proprietatem, vt neruis iuuamentũ afferant ma
nifeſtum, & cõfortent eos. Et ſit doſis a quarta
dr. j. vſque ad dr. j. diebus ſingul. Gal. Habet ad
huc de proprietate ægritudinibus neruorũ con
ferre proprie adminiſtratio caſtorei omni die
Kirat. j. cum eo, quod cõuenit ei ex potibus. Hu
ius etiam intentionis eſt aſſa fœtida proprie mi
rabiliter inuncta .ſ. & bibita omni die. Simili-
ter oleum de narciſſo, & oleum de iride cũ glu-
tino albotin, & ſimiliter oleũ de been, & oleũ
de alcanna, & oleum de ruta. Piper quoque eſt
ad neruorum ægritudines frigidas medicina

Olea cuius
tientia.

ſublimis, & oleũ de piperibus, & ſimilia. Oleũ
vero de euphorbio iuuamen eſt mirabile, & ſi-
militer oleum de croco, & oleum philoſophо-
rum, eſt. n. expertum verax. Humain. Modus
pilularum de euphorbio conferentium ad mol
lificationem, & frigiditatem neruorũ, & ad hu-
mores crudos, qui deſcendunt ad eos, vel qui ſe
pulti ſunt, quarũ permiſtio. Rec. euphorbij, co-
locynthidos, agarici, & ſerapini, bdellij, ana dr.
iiij. aloes, dr. vj. maſtiches, dr. ij. confice cum ex
preſſione ziniam, aut porrorũ, ſunt. n. expertæ,
doſis a dr. j. vſque ad dr. ij. & ſemiſ. Gal. Confe-
ctio pilularum fœtidarum maiorũ expertorum
iuuamentorum ad ægritudines omnes neruo-
rum, quę ſunt a materia groſſa viſcoſa difficilis
eradicationis, & ad dolores iuncturarum, qui
ſunt ab eadẽ cauſa, & ad omnes dolores totius
corporis, qui eandem habent materiam, ſimili
ter ad vertiginem, & ad epilepſiam, & ad hemi
craneã difficilem, & ſodam, morpheam, & al-
baras, & lepram. Rec. aloes, turbith, ana dr. v. ſe
rapini, ammoniaci, opopanacis, bdellij, ſemi-
nis harmel, myrobalanorũ, colocynthidos in-
terioris, ana dr. iiij. ſcammoneę, dr. ij. thapſię in
dæ, hermodactyli, fœnugrẽ, ana dr. ij. caſtor. aga-
rici, euphorbij, ana dr. j. cinnamomi, croci, car-
damomi, ſpicæ, ana dra. s. gummi infundantur
in aqua porri, & fac ex eis pilulas, doſis a dra. j.
vſque ad ij. Pilulæ fœtidæ minores, quæ ſunt in
poteſtate maiorum, quarum permiſtio. Rec. ſe
rapini, ammoniaci, opopanacis, bdellij, aloes,
ana dr. iij. caſtorei, armel, ana dr. iij. colocynthi
dos, dr. vij. turbith, dr. x. cõfice ſicut alias. Filius
Zachariæ Araſi. Pilulæ fœtidæ maiores, quæ
conferunt ægritudinibus omnibus neruorum,
ſicut eſt paralyſis, & tortura, & ſpaſmus humi-
dus, & dolor iuncturarum, & ſolutione educũt
humorẽ groſſum viſcoſum, a locis difficilis era
dicationis eius, quarũ permiſtio. Rec. hieræ pi-
cræ dr. x. pulpæ colocynthidos dr. vj. centaureæ
minoris, meizarcham ana dr. v. euphorbij dra.
ij. & ſem. ſcebram, caſtorei, zingiberis, aſſæ fœ-
tidæ, ſerapini, opopanacis, ſeteragi Indi, ſina-
pis, piperis, ana dr. j. gummi diſſoluantur in a-
qua rutæ, & fac pilulas cum cæteris, doſis a dr.
ij. vſque iij. Pilulæ fœtidæ minores ex inuentio
ne noſtra, & eiuſdem, & ſunt in intentione ma-
iorum, & cõferunt tremori mirabiliter proprie,
quarum permixtio. Rec. hieræ picræ, dr. v. pyre
thri, caſtorei, caſiæ, ana dra. iij. ſerapini, pulpæ
colocynthidos, ana dr. iiij. doſis a dra. ij. vſque
iij. & expertum. Filius Zachariæ Araſi. Confe-
ctio anacardina, quæ eſt medicina ſublimis ad
omnes ægritudines neruorum frigidas, aut hu-
midas, ſicut paralyſis, & ſpaſmus ab humiditа-
te, aut a frigiditate; & tortura, & tremor, & ſtu-
por, ſtatim enim ſanat. Accipe zingiberis, co-
ſti, pyrethri, nigellæ, piperis, macropiperis, hue-
eg, ana dra. x. myrrhæ, foliorum rutæ, aſſæ, gen-
tianæ, ariſtolochiæ, baccarum lauri, caſtorei,
thapſiæ,

Pilula mi-
rabilis ad
tremorem.

thapſiæ,ſinapis,ana drac.v. mellis anacardini, A drach.v.& tertiam. Inuoluantur omnia cum oleo nucum, & confice cum melle apum, da ex eo in modum grani lauri. Inquit Mahemet,hęc medicina eſt bonitatis magnæ ad ægritudines, quas diximus in omnibus ægritudinibus frigidis, & inflammat corpus ſtatim, & adducit febrem bonam ſpaſmo humido, & fricatur cum ea lingua, & confert grauedini eius, & fit emplaſtrum ex ea ſuper membrum ſtupidum, & frigidum, aut fricatur cum ea, & confert proprie mirabiliter, & facit ſudare, quapropter oportet, vt cooperiatur ſumens eam vt ſudet, ſanat.n. ſi Deus voluerit. Hamech filius Zear. Oleum quod adminiſtratur in potu ad ægritudines neruorum,quæ fiunt a phlegmate, & humore viſcoſo, adminiſtratur cum aliquo, quod conuenit ex potibus. Rec.colocynthidos,drac. x.aloes,drach.v.turbith albi,drach.iiij.ſquillę, drach.iij. gentianæ,pſyllij, ſampſuchi,ziniam, ana drach.iij. & s. amomi,ſpicæ, xylobalſami, gariophyllorum,cinnamomi,piperis,macropiperis,ariſtolochiæ longæ,& rotundæ,caſiæ,polij,ſquinanthi,petroſelini,polypodij,aniſi,epithymi,ana drac.ij.& s. ſerapini, liquiritiæ,hyoſcyami,zingiberis,ana drac.ij. Contere omnia contritione groſſa, & funde ſuper ea aquæ fontium lib. iij. olei antiqui ſextam vnius, coquatur lento igne vſque ad aquæ conſumptionem. Hamec. Oleum de ſigia confert ægritudinibus neruorum phlegmaticis. Cuius hæc eſt permiſtio. Rec.ſigiæ,caſtorei, praſij, ana vnc.j. piperis,zingiberis,ſquinanthi,caſiæ, ana dra.v. cyperi,coſti,carpobalſami, xylobalſ. ellebori nigri,ammoniaci,ſpicæ, ſerapini,ariſtolochiæ lõgæ,& rotundæ,ana dr.iiij.olei firicini drach. v. aquæ lib. iij.coque ſicut hic proxime diximus. Oleum aliud de ſigia valens ſimiliter. Olei firicini lib.ij.caſtorei lib.iiij.coque in duplici vaſe. Eligimus autem ex antidotario vnguenta, & emplaſtra, & olea, de quibus eſt hyſſopi cerotum, & vnguentum de bdellio, & vnguentũ Phylagrios, & cerotum diapente, & cerotum Alexandri,& cerotum Andromachi, & emplaſtrum filij Zachariæ.Ioannitius. Læſio cadens in neruis poſterioribus iuuamen ſuſcipit a ſternutatorijs, & caputpurgijs, propterea, quòd a locis originum neruorum diuerſio fit ad locũ emunctorij communis, & purgatur per ipſum. Læſioni aut cadenti in neruos faciei, ſternutatoria, & caputpurgia prohibenda ſunt in principio,fortaſſe enim conferunt in fine rei. Gargariſmata autem ſunt his, & illis vtilia, & proprie poſt mundificationem communem: niſi materias ad pectus rheumatizare timueris, & pulmonem, ſunt enim tunc ſuſpecta, ſicut alibi diximus. Etiam quædam ex his,quæ præceſſerunt caputpurgia, & ſternutatoria multa colligere potes ad hæc vtilia,& gargariſmata.

Inducens ſebrem.

De paralyſi. Cap. 2.

IN cura huius ægritudinis regimen duplex eſt. Eſt.n. regimen quoddam commune, & quoddam proprium. Cõmune autem regimen nunc partem morbi tangit,nunc proprietatem, interdum vero diætam. Et primum quidem cõpletur cum adminiſtratione omnis ſtudij ad capitis partem poſteriorem, & nucham, & illud ideo qñ cadit ſm plurimum hæc infirmitas in neruos motiuos, & eorum ortus eſt a poſteriori cerebro,& nucha. Et hoc quidem ſtudium etiã in quibuſdam alijs neruorũ ægritudinibus adminiſtrari debere commune eſt, ſicut eſt ſpaſmus proprie,tremor,& ſtupor,& tortura. Secũdum vero completur cum adminiſtratione medicinarum proprietate, & virtute conferentiũ, B & confortantium eos,ſicut hic in proximo capite,quod eſt ante iſtud,diximus. Tertium autem completur cũ paucitate cibi, & potus, & omni regimine exiccatiuo,& ſicut eſt ex cibis,& potibus, & condimentis eorum proprietatem habentibus, vt neruis conferant, ſicut ſunt grana pini proprie, & cerebrum leporis, & haſce, & origanum, & hyſſopus,& piper,& zingiber,& pyrethrum, & ius ſerpentis cum proprietate,& ſpecies ſalis conditi,& ius gallorum antiquorũ ſm doctrinam Galeni, & hydromel recipiens ſampſuchum,haſce,ſaluiam,& ſimilia. Et confert eis adminiſtratio capparis:& tali alpheſire in primis cum eleuantur a terra, frixi cum ſpeciebus:& hueg conditum. Vinum autem vitare C oportet, facit enim penetrare ad neruos materias,quæ forſitan non penetrarent. Et ſcito,qd vinũ inimicũ eſt neruis, & oculis per ſe. Ipſius enim abuſus eſt cauſa morbi ipſorum. Vitent *Vinũ.* ẽt aquam, & potum ſupra cibum, & ſomnum ſupra cibum, & ſit parcitas in potu ſm omnem modum, & ſit potus exiccatiuus, & abſtinere ſupra ſitim,& famem eſt cura prima. Regimen autem proprium cadit in quatuor res. Prima eſt adæquatio materiei, ſecunda eſt abſciſſio eius, tertia conuerſio reſidui eius ad oppoſitum, & diuerſum,quarta corrigit accidentia. Prima autem res completur cum adminiſtratione rerum morbi materiam carminantium,& maturãtium, de quibus hic paulo ante locuti ſumus, D & tu require in illo. Secunda autem res completur adminiſtratione proprium euacuantium,ſicut hiera diacolocynthidos, & pilulæ fœtidæ, & hiera Hermetis, & alia quę ſupra diximus. Inquit Gal.ægritudines neruorum,& iunctura rũ non niſi forti agente rectificantur. Veruntamẽ de meliori operatione eſt nõ properare ad vſum fortium principio, ne ſubito tollatur virtus,aut reſoluatur. Vomitus autẽ, & euacuatio per clyſteria,& proprie acuta ſunt ex bonis euacuationibus, & fiat vomitus proprie cũ expreſſione raphani,cum oxymelite,aut cum expreſſione raphani in quo ſit virtus ellebori nigri, aut vomitus ſit poſt cibaria acuta. Et oportet vt

Cibus.

Potus.

Vomitus.

inter

inter euacuationē, & euacuationē interueniat tēpus, in quo operari oportet regimē cōfortatiuū. Et tunc quidem administrentur theriace, & mithridatum, & confectio de muscho dulcis, & amara, & similia. Et quidē in hac hora anacardinum, quod diximus, est eis mirabilis medicina, & hac quidē vicissitudine regimen istud cōpletur, & cito sanitati restituitur, si Deus voluerit. Tertia aūt res completur cum gargarismatibus, & cum masticationib⁹, & caputpurgijs, & sternutatorijs, de quibus pluries fecimus mētionem. Quartam aūt rem complent vnctiones, & emplastra, & fricationes, & balneū, & alia de quib. loquemur iam, si Deus voluerit. Et dictū est febrem superuenientē ægritudinibus neruorum humidis esse curam bonā. Filius Serapionis. Decoctio conferēs cum virtute Dei ad paralysim, & mollificationem, & spasmum, & dolores neruorū. Rec. radicum apij, fœniculi, ana dr. x. squinanthi, dr. vj. semi. fœniculi, anisi, petroselini, siseleos, costi, centaureę minoris, pyrethri, zingiberis, ziniam, cordumeni, ana dr. iiij. semis. rutæ, setaragi indi, ana dr. iij. stœchados, belliricorum, emblicorum, ana dr. vij. decoquātur in vij. lib. aquę vsque ad lib. j. & da oī die cū oleo de Kerua, aut oleo de piperibus, aut oleo de costo diebus xxj. & sit proprie decoctionis dosis ab vnc. j. vsque ad ij. & sint olei a dr. ij. vsquē ad iij. sanat. n. si Deus voluerit. Clystere cōferens paralysi, solutione educens humorē crudum, & viscosum, quod administrandū est hora, post horā, & proprie, qñ fit interpellatio ab alijs euacuationib. Rec. ficlę, furfuris, ana lib. s. meliloti, anethi, radicum maluarum mundatarum, chamæmillæ, ana vnc. iij. ficus siccas xv. numero, fœnu græci, cartami ana vnc. j. & s. pulpæ colocynthidos, Keruæ mundatæ, ana dr. ij. centaureæ vnc. iiij. bulliant in lib. iiij. aquæ vsque ad lib. j. & s. Ex huius aqua lib. s. & oleo antiquo, & almuri, & melle, clystere fit bonum, & efficax, si Deus voluerit. Filius Zachariæ. Oleū conferens paralysi, & torturæ proprie mirabiliter. Rec. costi vnc. j. euphorbij, piperis, ana vnc. j. tertiam, castorei vnc. s. olei de cheiri lib. s. aut olei costi, aut olei de narcisso, in duplici vase coque, & vtere. Archigenes. Cerotum conferens mollificationi, & spasmo, expertum, bonum. Rec. euphorbij, piperis, hyssopi humidæ, ammoniaci, croci, olibani, balsami, castorei, glutinis alimbac, opopanacis, ana dr. iiij. styracis, dr. ij. ceræ citrinæ lib. s. olei antiqui lib. iij. Terātur ficca, gummi vero dissoluantur in vino, & misceātur, & fiat ex eis vnguentum, & vngatur super membrum, in quo est læsio, sanat enim, si Deus voluerit. Aliud valens proprie mirabiliter. Rec. myrrhæ, opopanacis, vsne, sauinæ, ziniam, amygdalarum amararum, castorei, gummi, rutæ agrestis, thuris ana dr. ij. semin. agni casti, pyrethri, galbani, euphorbij, ana dr. j. hieræ, gummi pini, ana dr. vij. olei cucumeris asinini, E & olei laurini, & olei de gallis quātum sufficit. Liniatur ex eo super membrum. Gargarismata fiant ex eis, quæ dicimus. Aliud bonum gargarisma fiet cum hiera Archigenis, & oxymelite. Eligantur vero ex commasticabilibus conuenientia. Et ex eis fiant formæ sicut nuces staphide agria, & mastiche, deponunt. n. phlegma plurimum. Aliud valens similiter. Accipe sinapis, pyrethri, staphidis agriæ, ana. Fiant formæ sicut diximus cū mastiche, administrentur. Sal solutiuus, cuius iuuamentum est magnū ad paralysim, & torturam, & ægritudines neruorum frigidas. Accipe piperis, origani, hasce, sinapis, zingiberis, pyrethri, hyssopi, semi. apij, ani. fęniculi, folij, gariophyllorum, hueg, macis, petroselini, nasturtij, scammoneæ, agarici, turbith, ana dr. j. & s. salis gemmæ ad pondus omniū, terantur, & cribellentur, & administrentur ex eis vbi oportet, & etiā supra cibaria, & qñque quadruplicatur in eo hueg: & est vigorosius. Caputpurgia, & sternutatoria sunt ad hanc ægritudinem vehementis virtutis, purgant. n. cerebrum, & conuertunt a parte ægritudinis ad emunctoriū commune. Eligātur caputpurgia ex eis, quæ diximus, & dicemus. Filius Zachariæ. Modus caputpurgij cōferentis proprie mirabiliter ad paralysim, & torturam, & dolorem capitis, & ęgritudines cerebri phlegmaticas. Rec. castorei dr. j. condisi, piperis, cyclaminis, & gilbenech, pulpæ colocynthidos, baurach rubei, euphorbij, fellis bouini exiccati, ana dr. iij. fiant ex eis colliria, & deinde fiant caputpurgia cum eis, cum auricula muris, aut cū aqua sāpsuchi. Gal. quidē iā dixit administrationē theriacæ, & mithridati ante purgationē, & post, conferre: sicut in eo quod est ante istud, diximus. Anacardini quoque iuuamentum est ad hoc, in hac causa mirabile, quod diximus, & plura ēt illic scripsimus, quæ ēt huc afferantur. Qñque ēt datur ex opopanace quantitas cicerum triū cum hydromelle, & confert. Iuuamentū quoq; hueg conditi diximus esse mirabile ad ægritudines neruorum oēs proprietate sua, & similiter grana pini, pipera autem ſm oēm modum administrationis eorum conferunt mirabiliter, & similiter assa fœtida bibita proprie, & linita diebus singulis, & iā quidē diximus iuuamentum castorei magnificari ſm omnem modum administrationis eius, & similiter vsus capparis. Hermes. Magnificatur iuuamētum vulpis ad paralysim, & ægritudines neruorum alias, & proprie embrochatio facta ex aqua decoctionis ipsius: & proprie vsque dum dissoluantur membra eius in ea, & magnificatur etiam oleum decoctionis ipsius, & nos scripsimus illud in Grabadin medicinarum vniuersaliū. Ioannitius. Pilulę de opopanace sūt medicina sublimis ad ægritudines neruorū: & exiccant ab eis humiditates viscosas, & mucilaginosas, & conferunt paralysi, torturæ, spasmo humido, & dolori iuncturarum, & dorsi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0440-7
DFG

dorſi,& genuum,quarũ permiſtio eſt hęc. Rec. aloes,dr.x.trochiſci alandahal, dr.vj.& s. opopanacis,ſerapini,ammoniaci,bdellij,hermodactylorum,ana dr.v.harmel, ſucci cucumeris aſinini,ana dr.ij.& s.piperis,macropiperis,zingiberis,thapſiæ,myrobalanorum,citrinorũ, belliricorum,emblicorum,myrrhæ,croci,euphorbij,caſtorei,ana dr.j.ſcammoneæ,dr.j.& ſemiſ. agarici,dr.ij.turbith dr. vij. gummi infundatur in aqua caulium, aut porrorum, cæteræ autem res infundantur in expreſſione ziniam, deinde miſce omnia ſimul, poſtquã in ſpeciebus exiccata fuerit expreſſio ziniã tribus vicibus, fiant pilulæ,& ſit doſis earum a dr.j. vſque ad dra.ij. ſunt enim mirabilis virtutis ſeu iuuamenti, ſi Deus voluerit. Ioannitius. Vnctiones,& emplaſtra rubificantia, qũ exhiberi oportet, in loco originis neruorum,quib. accidit paſſio,applicãda ſunt,vel ſaltem in partę,& latere ortus eorũ, & ex vnctionibus ibidem adminiſtrandis eſt oleum nardinum, & coſtinum confortata cum caſtoreo, euphorbio, pipere, & pyrethro. Ex emplaſtris quidem eſt radix lilij, ipſa enim eſt iuuamenti magni proprie adminiſtrata fricando,& comprimendo ſuper locum,& vngendo: & ſi miſceantur cum ea grana alrahec,magnificatur operatio. Mahemet Araſi. Modus linimenti conferentis paralyſi mirabiliter. Rec. ceræ citrinæ,vn.ij.olei de narciſſo,& olei de lilio, ana dr.v.myrrhæ,opopanacis,ana vnc.j.caſtorei,dr.vj.euphorbij,dr. iiij. Fiat ex eis emplaſtrum,& liniatur in latere altero. Ioannitius. In fine quidem rei conferunt ſtuphæ,& balnea ſine aquis, & frictiones in eis cum ſale ſolutiuo, quem diximus,aut cũ caſtoreo,& aniſo,& pauco,aut cum ziniam ſiccata: aut cum vrtica acuta. Et conferunt etiam aquæ thermarum poſt frictionem in balneo ſicco; & abſtinentia cibi, & potus ſupra balneum, & regimen exiccatiuũ, quantum poſſibile fuerit. Sanabitur enim, ſi Deus voluerit.

De tortura. Cap. 3.

TOrtura quædam eſt à ſpaſmo, & cõtrahit ſuperius,quædam à paralyſi, & mollificatione,& relaxat ad inferius. Et illius cura eſt cura ſpaſmi,quã dicemus. Et huius cura eſt,vt cura paralyſis,quam diximus, præterquam quod oportet caputpurgia,& gargariſmata ante purgationem vitari, cum fiat poſt mundificationẽ cura vera. Verum gargariſmata cunctis medicinis præponenda ſunt caputpurgijs:cum ſit vtraque cura vera. Et ſit ſtudium pręcipue primum in adminiſtratione medicaminum, & emplaſtrorum,& linimentorum, & medicinarum rubificantium in ſpondylibus ceruicis. Deinde deruenientum eſt ad mandibulam, & ad partes faciei:& hoc eſt ſtudiũ fin. Ad cauteria aũt approximandum eſt, qñ iam omnia non contuliſſe experieris. Et hoc erit ſtudiũ vltimum. Primum aũt ſtudium perficitur cum adminiſtratione emplaſtrorum,& linimentorum in ſpondylibus ceruicis, vnde nerui faciei ortũ habẽt, & muſculi:& eis, quæ diximus in cap. quod eſt ante iſtud,& ex eis,quę dicemus. Sin autem ſtudium perficitur nunc cum rebus extra, nunc cũ rebus intus. Res autem quæ extra adminiſtrandæ ſunt, ſunt linimenta, & emplaſtrationes, & embrochationes,& euaporationes, & ablutiones, & calefactoria, & ex eis, quas diximus, & dicemus. Res vero, quæ intra ſunt adminiſtrandæ, ſunt quædam cõmaſticabilia, ſicut formæ factę ex hueg,& nuce muſchata,& alijs,quæ dicemus,& ſicut commaſticatio nucis muſchatæ, & retentio eius in ore ex parte paſſionis continua,integræ, aut commaſticatæ; & retentio caſtorei ex parte paſſionis,& ſub lingua. Et adminiſtratio frictionis in parte interiori mandibulæ,cum anacardina,aut theriaca,aut mithridato,& exhibitio diamuſchi dulcis,& amari,& frictio gingiuarum cum ſale ſolutiuo, quem diximus,aut cum ſale,& nuce muſchata,& hueg,& eorum partes æquales: aut cum anacardino,& nuce muſchata,& alijs. Tertium autem ſtudiũ perficitur adminiſtratione ventoſarũ ſuper cer uicem,& appoſitione medicaminis rubificatiui,& cauterizatione facta poſt aurẽ ex parte ægritudinis,& poſt iſtam ſi non contulerit,& cauteria duo fiant in ſpondylibus, vnum hinc, & aliud inde, qñque fiunt duo hinc, & duo inde ſm diſtantiam ſpondylium, & qñque tria, qñ ſanant, ſi Deus voluerit. Sabor filius Girges. Cõfectio medicaminis expti ad torturã, quod maſticatur, & expellit phlegma plurimum, & confert proprietate: & rectificat malitiam neruorum:& ſanat cum celeritate,cuius permiſtio. Rec.nucis muſchatę,pyrethri, hueg recẽtis,thuris,ana partes ęquales,confice cum cheſmes,& fiãt formę ſicut nuces: & cõmaſticentur ex parte lęſa:& teneãtur diu in ea,& fricet cum ea patiens digitis ſuis partes mãdibulę, & gingiuas, & dentes partis infirmæ. Si autẽ fortius maſticabile facere volueris, miſce cũ prędictis, anacardi partem j.& eſt mirabile. Filius Zacharię. Accipe nucem muſchatam integrã non habentem contaminationem,aut marciditatem: & lini ſuper eam ex anacardino, quod diximus, & teneat patiens in ore in parte læſa per horas ij. vel iij.deinde commaſticet eam, & teneat commaſticatum eius in parte illa, & hoc faciat bis in die,qñ ſanat,ſi Deus voluerit. Filius Serapionis. Confectio caputpurgij ad paralyſim,& torturam experta. Rec.pyrethri, condiſi,oleandri exiccati ſupra fumum, ana drach. ij. origani,carui, ariſtolochiæ longæ, ana drach. ſemiſſem carpobalſami drach. j. terantur, & pulueriẓentur, & ſuffletur ex eis in naſum. Aliud eiuſdem mirabile. Rec.caſtorei, pulpæ colocynthidos,piperis albi,& condiſi,ana,fac pilulas cum aqua ſampſuchi,deinde fac caput purgiũ ex eis cum ſucco auriculæ muris, verax, & expertum.

Gabriel. Caputpurgium ad torturam bonum. Rec.caſtorei,condiſi,nigellę infuſæ in aceto,& exiccatæ ana,diſtempera cum ſucco curumeris aſinini,deinde dimitte ſiccari:& iterum diſtempera cum expreſſione arthanitæ: iterum dimitte ſiccari,& iterum diſtempera cum ſucco auriculæ muris,& fac ſimiler. Vltimo vero diſtempera cum ſucco ſampſuchi, & fac ſief: & frica ex eo ſuper cutem cum ſucco auriculæ muris, aut ſampſuchi, & deſtilla in naſum, & ſugatur vehementer, eſt enim expertum glorioſum. Democritus. Caputpurgium ſanans cum celeritate. Accipe opopanacem, vltima contritione teratur cũ oleo cucumeris aſinini,& expreſſione auriculæ muris, vſque dum fiat ſicut mel currens, & cõſeruetur in vaſe vitreo, deinde diſtemperetur modicum ex eo cum ſucco ſampſuchi, & deſtilletur in nares, ſanat.n.celeriter, & eſt expertum. Aliud. Fel perdicis aut gruis cum aqua auriculæ muris, aut ſampſuchi deſtillatũ in nares ſanat celeriter, & eſt expertum. Gargariſmata fiãt cũ aliqua ex hieris magnis,& aceto ſquillitico,& aqua decoctionis haſce, & origani:& expertũ bonũ. Filius Serapionis. Gargariſma bonum. Rec.ſinapis,ſtaphidis agriæ,zingibe.pyrethri, macropiperis, decoque in aqua, & cum hiera fiat gargariſma. Aliud. Rec. calamenthum campeſtre,haſce,fac ex eis ſimiliter. Euaporatorium. Reci.chamæmeli,ziniam,foliorũ ſaluiæ,lelengi,ſtœchados,ſampſuchi ana lib. s. decoque in aqua, & euaporetur ex ea locus: & deinde abluatur, & poſt hoc, emplaſtrũ fiat ex fęce calida, eſt enim expertum. Hermes præcipit euaporatorium fieri, quo poſteriores vſi ſunt, & inuentum eſt eſſe iuuamenti ſublimis: & proprie qñ euaporatur eo pars capitis poſterior, & collum,ſpondylia,& ceruix,& mãdibula, & tempora,& frons: deinde lauatur ex eo cõprimendo,& fit emplaſtrũ ex fęce. Et modus operationis eius eſt: Accipe ziniã, lelengi, haſce,calamenthi,ſtœchados,foliorum ſaluiæ, ana,vnc.ij. aceti albi boni duplum põderis omnium:decoq; vſq; ad medium eius: deinde vaporẽtur ea loca ſicut diximus, & emplaſtrẽtur. Inquit Hermes. Profundatur virtus euaporatorij huius, & ſubmergitur in profundũ corporis, & incidit,& reſoluit humores groſſos,& viſcoſos:& nos ẽt experti ſumus illud: & inuenimus mirabile, & proprie ad torturã,& paralyſim,& ſpaſmum. Filius Serapionis. Euaporatoriũ conferens torturæ,& paralyſi. Accipe origani,haſce,ſtęchados,pyrethri,foliorum lauri, ſinapis, chamæmeli, meliloti, ſampſuchi, marmacur, marrubij,ana,decoquatur in aqua,& euaporetur locus,eſt.n.expertũ:deinde inungatur locus oleo coſtino,aut oleo balſami,aut oleo de beẽ, euaporatio autem facta, & ſimiliter ablutio faciei ex aceto,& aqua decoctionis ſinapis,eſt mirabilis. Ex vnguẽtis autẽ,& oleis,& linimentis elige in his,q̃ præceſſerunt capitulis,& afferantur ad locum hunc, & ex alijs ſimiliter, & medicinæ quidẽ rubificantes dictæ ſunt: & ex eis eſt ſinapiſmum, & vnguentum altarahel dictum in antidotario.

De ſpaſmo. Cap. 4.

SPaſmus alius fit à punctura. Inquit Gal. pũcturam nerui, & chordarum ſequitur ſpaſmus,& proprie cũ non reſpirat punctura. Efficitur.n. venenoſum rheumatizatũ eius,aut putridum: & venenoſum quidem p̃p continuitatem rapitur ad cerebrum, & facit epilepſiã, aut ſpaſmum, putridum vero apoſtema in loco punctu ræ generat:quare pũcturã aperiri præcipit:imo ſcindi, & apponi attractiuum ſubtilis ſubſtantię,vt rheumatizationis fiat expurgatio, & reſolutio, hoc aũt in loco ſuo trademus ſufficiẽtius, ſi Deus voluerit. Et ſi ſit ſpaſmus ab humiditate,cura eius eſt,cura paralyſis,& proprie cũ euacuationibus,& clyſteribus acutis,& balneis aquarum thermarum:& balneo ſicco in fine rei,& linimentis, & quæ diximus, imo totum regimen cõe,& propriũ,quod diximus ibi. Inquit Hipp. febris ſupra ſpaſmum humidum curat eũ, ſpaſmus ſupra febrem interimit. Quapropter eligãtur ex prouocantibus febrem conuenientiora, qualia ſunt caſtoreum,& aſſa fœtida:quibus p̃miſceatur mellis duplum eorum, & ſit doſis ſicut auellana,ſpaſmum.n.reſoluunt,& febrẽ inducunt. Idem facit opopanacum,& caſtoreum cum aqua mellis, idem facit oleum de Kerua cum aſſa, ex compoſitis eſt anacardinũ: ipſum .n. inducit febrem, & ſpaſmum curat, theriaca quoque,& mithridatum ſunt ex medicinis ſoluentibus ad ſpaſmum,ſal quoque calefactus,& poſitus in locis originis neruorum ſpaſmum reſoluit. Fit ẽt ſpaſmus à frigiditate,& cura eius eſt ſicut hic proxime diximus. Et fit quandoq; à ſiccitate, & hoc accidit poſt febrem, aut poſt fluxum ſuperfluentẽ:& eſt paruus, vix recipiẽs curam,tamen pro poſſe curamus,adminiſtrando regimen ſecundum omnem modum humectatiuum,& lenitiuum,qualia ſunt proprie balnea ex aquis dulcib⁹, aut ex lacte, aut ex aquis, in quibus cocta ſunt humectãtia: ſicut hordeũ, violæ,& capita,& pedes agnorum, hædorum, & arietum pinguium. Et quandoque fiunt ex huiuſmodi eis clyſteria,& conferunt vehementer, & propinentur eis ſorbitiones humidæ,& pingues, & ſint cibi eorũ aqua carnis, & quod currit ſecundum ſemitam ſorbilium:& lac mulſum recenter:& oleum amygdalarum cum zuccharo, & ſimiliter regimen omne lenitiuum eſt vtile eis. Filius Serapionis,decoctio conferens ſpaſmo humido, & eſt ei impreſſio fortis. Accipe calamenthi,haſce,ana vnc.ſemiſ. hueg vn.j.& ſemiſſem, carpobalſami,ſquinãthi,ana drachm.iij.ſtœchados drachm.vij.zingiberis, ſeminis apij, fœniculi, petroſelini, coſti, ana drachmas duas, emblicorum, belliricorũ, ana dr.iiij.coquantur in li.iiij.aquæ vſq; ad ij. Et da

ex co

ex eo omni die vnc. ij. cum oleo de piperibus, aut oleo de Kerua, & ſit doſis eius à dr.j. vſque ad ij.ſanat enim,ſi Deus voluerit. Filius Serapionis. Cerotum de euphorbio magni,& ſubli mis iuuamenti eſt ad ſpaſmum frigidum, & humidum, & alias neruorum ægritudines ab eadem cauſa. Cuius permiſtio. Rec.olei de cinnamomo,aut olei antiqui lib. j. ceræ citrinæ,vnc. ij.euphorbij boni recentis, vnc.j. vngatur ſpaſmatus locus, eſt.n. mirabile, ſi Deus voluerit. Rufus. Decoctio ad ſpaſmum conferens mirabiliter,& ad omnes neruorum ægritudines a frigida cauſa,& humida. Rec. hueg recentis,vnc. iij.decoque lib.j.vſque ad lib.s.& da ex ea omni die, vnc.j. cum chirat,ideſt aſſæ fœtidæ, aut cum caſtorei granis iiij.eſt enim expertum.Rufus.Hydromel cõferẽs ſimiliter. Accipe hueg, vnc.iiij.& decoque in lib.aquę ij.vſque ad lib. ij.& proijce ſuper ea mellis puri,vnc. iiij. deinde cola in colatorio denſo,& continue bibat ex eo,eſt enim medicamen bonum. Gale.expertũ eſt de oleo vulpis ad ſpaſmum, & alias ægritudines neruorum,& dolores iuncturarum,& deſcenſiones in tina,& in decoctione eius. Phylagrius. Cerotum conferens ſpaſmo,& ægritudinibus neruorum, expertum. Recipe ceræ citrinæ,vnc.ij.olei irini,olei coſtini,olei de been,& olei de cinnamomo,ana vnc. iij. ſtyracis liquidę,vnc.j.euphorbij aur.iiij.caſtorei aur.ij. hyſſopi humidæ,vnc.j.adipis vulpis vncias iij.vnge ex eo ſuper locum : expertum eſt enim. Archigenes. Cerotum omnibus ægritudinibus frigidis,& humidis neruorum conferens,& doloribus iuncturarum, & eſt forte. Rec. olei cucumeris aſinini lib.j.olei rutacei,olei de cinnamomo,olei coſtini, ana vnc.ij.ceræ citrinæ, vncias tres, euphorbij, pyreihri, caſtorei, piperis, ana dr.viij.zingiberis, drac.v. aſſæ fœtidæ, bdellij, ana dr.s.galbani,drac.iiij.conficitur autem ſic. Aſſa,& bdellium, & galbanum diſſoluantur in aceto forti : cera quoque, & oleum, & euphorbium diſſoluantur in igne, & permiſce cum eis ſucci cucumeris aſinini lib. s. & bulliant ad ſucci conſumptionem, deinde miſce cum eis gummas diſſolutas. Vltimo vero de puluere aliorũ cum eis permiſce conferendo, & vtere, quoniã eſt expertum verax.

A

B

C

D

De tremore. Cap. 5.

TRemor ægritudo neruorum, & lacertorũ eſt, & curatur cum eis, quæ diximus. Et confert ei frictio,& ſepelitur in arena,aut cinere calido; & accubitur in furno calido,quãtum poſſit pati:& linimẽta calida. Filius Zacharię. Confectio pilularum conferentium tremori, proprie mirabiliter. Recipe caſtorei, pyrethri, caſiæ,ana dr.iij.ſerapini,pulpæ colocynthidos, ana dr.iiij.hieræ picræ dra. v. doſis earum eſt à dr.j.ſemiſſ.vſque ad ij.& s. Idem. Confectio ad tremorem experta. Recipe myrobalãnorum nigrorum,dr.xxx.ſauinæ,dr.x.olibani,dr.vij.cyperi,hueg ana dr. v. confice cũ cheſmes, & fiãt formę ſicut nuces,da dra.j. vel ij. ſanat, ſi Deus voluerit.

De ſtupore. Cap. 6.

Stupor in curabilis quo.

STupor ſicut cætera, quæ diximus curatur, & ſi eſt à percuſſione,aut vulnere non curatur. Et ſi eſt à repletione ſanguinea,curatur cũ phlebotomia venæ, quæ magis deſeruit membro ſtupido, & ſi ſanguis exuberat in toto, baſilicã phlebotoma, deinde cephalicam, deinde illã, quæ familiaris eſt illi membro, & quandoque fit ab humore crudo, & frigido, & curatur ſicut paralyſis ab eadem cauſa. Et quãdoque fit propter compreſſionem ſupra membrum, & cura huius eſt extẽſio, & exercitatio illius membri.

De catarrho. Cap. 7.

Tria catarrhi genera.

CAtarrhus eſt deſcenſus humorum a capite ad mẽbra inferiora,cuius genera, vt dicit Gal.in lib.miſſo ad Glauconem,ſunt tria, ſcilicet coryza,branchos,& tuſſis. Catarrhus vero dictus eſt à fluore. Græci enim fluorem catarrhum vocauerunt. Coryza ab oſſibus narium nomen accipit.Eſt enim cum grauedine,atque cõſtrictione nariũ cum tenui fluore oris, atque groſſo cum ſternutationibus aſſiduis,& odoratu difficili,& oculorum lachrymatione. Branchos vero dicitur à præfocatione fauciũ, & voce obſcura,& ſternutatione aſſidua, & tranſglutiendi difficultate.Catarrhus autẽ in viſcera deſtillans,percutiens ſtomachum, tuſſim,vel nauſeam prouocat. Si vero in pulmonem venerit, tuſſim creat cũ ſpumoſis ſputationibus, aliquibus cum raucedine. Quod ſi patiens ſanguinẽ expuerit, ad phthiſim venit, & tabidus morietur, & conſumptus: & notandum, quod catarrhus eſt genus ad tres ſupradictas ægritudines, & non eſt ſpecies ægritudinis per ſe.

De cura catarrhi. Cap. 8.

CVra huius ęgritudinis duplici regimine indiget,communi,ſcilicet,& proprio.Commune autem eſt ſex res. Prima ponit ſtudiũ in vita patientis obſeruãdum. Secunda adæquat materiam. Tertia abſcindit eam vel ſaltem diminuit. Quarta diuertit à parte timoroſa ad partem communem. Quinta abſcindit fluxum eius. Sexta corrigit accidentia. Primam autem rem complent diminutio ciborum, & potuum, & prohibitio vini omnino, repletionis, & vitatio nauſeæ; & cauere ab auſtro, & borea quantum poſſibile fuerit, auſter enim rarum facit, & replet capita, boreas vero conſtringit,& exprimit, & nocet ſomnus, & potus ſupra repletionem, & multitudo ſomni : immo qualiſcunque ſit ſomnus, ſit in die, & ſit parcitas eius in nocte, & non iaceat ſupinus, & alle-

uetur cœna: immo prohibeatur si possibile est. Et iniungatur quies: quoniam est res magna maturans ipsum. Et prohibeatur a fumo,& vẽtis,& radijs Solis,& Lunæ, qnantum possibile, fuerit,& magis Lunæ: & proprie qñ est ingressus eorum per fenestram. Et vitet vaporosa,& replentia caput,& rarefacientia ipsum, & uitet potum aquæ frigidæ. Et dr,quod potus aquę calidæ maturat catarrhos. Et similiter introitus ad sudãdum in balneo. Secundam autem rem complẽt administrationes inspissantium,& infrigidantium in acuto, & calido, & subtiliantiũ diuidentium in grosso,& viscoso. Et eligantur ex frigidantibus raro infrigidãtia actu,& si cõpetunt, non eleuentur in gradu multę infrigidationis. Et deliguntur fm plurimum, quæ infrigidant potentia, & non multum eleuãt: qualia sunt balnea aquæ dulcis in ieiunio, & administratio embrocharum ex hordeo,& violis,& papauere, & chamæmelo: & effusio aquæ calidæ super caput, & super extrema, & testiculos, & inunctiones factæ super ea,& super ventrem,& sumen cum oleo violato,aut chamęmelino,aut oleo de papauere,si adsunt vigiliæ. Et olfacere camphoram,& aquam rosatam,& alia quæ diximus in soda calida. Et confert potus aquę hordei,& syrupus de papauere,& violæ conditę cũ aqua hordei, & suctio cum naribus olei violati; & olfacere camphoram. Et cibi eorum sint sorbitiones factæ ex fabis, & ex tritico, & hordeo,& papauere albo, & oleo amygdalino dulci,& amylo cum lacte,si non est febris. Insipissantia autem necessaria,sunt vt subtile,acutum, quod descendit ad guttur, ingrossetur, & non descendat ad profundum, immo facilius adunatum excreetur. Et ex hoc facientibus est dragacanthum,& electariũ eius, & mucilago psyllij,& semina cydoniorum, & aqua iuiubarum, & sebesten, & syrupus eorum, lohoc ipsorum, lohoc de papauere. Ex subtiliantibus autem,& diuisiuis eligantur, quæ proprietate virtutis ad hæc congrua cognoueris, qualia sunt calefactoria capitis cum sale,& milio,aut cum pannis calefactis,& cũ alijs,quę in soda frigida diximus; & confert introitus balnei, præterquam si lauetur caput. Super extrema aũt proijciat aquã calidam plurimum:& inungat ea,& testiculos,& sumen cum oleo sambucino, aut anethino, aut chamæmelino, aut sampsuchino, aut rutaceo, aut oleo de been,aut laurino,aut de lycio,& de stillet ex eis in aures,& nares cum lana,& proprie calefactis. Etiam confert eis inclinatio super vaporem aquæ,vbi chamæmelum,melilotum,sampsuchus,& anethum cocta fuerint. Caput vero eorum, & frons epithemetur cum costo,spica,myrrha,& pauco castoreo, & similib. cum oleo rosato mistis. In fine autem rei cõfert introitus balnei,& lauari in eo,& olfactus re dolentium calidorũ, sicut est muschus, & ambra, & alia quę diximus in soda frigida,& sint eorũ

In calido, & acuto.

Cibus.

Insipissatia.

E cibi pulmenta ex frumento, aut furfure cũ mel le,aut sorbitiones ficuum siccarum,& farinæ cicerũ cũ pulegio,& fœnu græco,& aqua cicerũ,& similia. Tertiã autem rem complent phlebotomia, & solutio ventris, & administratio clysterium, & collyriorũ; & lenificationes oẽs oĩ hora, proprie cum clysteribus, & enematib. saltem trahentib. superfluitates. Phlebotomia autem in hac ægritudine in tribus casibus solũ necessaria est. Primus casus est, si catarrhus sit calidus in calido corpore abundante, in quo sit oculorũ rubedo,& venarum plenitudo. Secundus si catarrhus sit calidus declinans ad oculos valde,aut qualiscũque sit,aut terminetur in faucibus,aut pulmone,aut costis, aut diaphragmate,& figatur in eis ad collectionẽ. Tertius est,si catarrhus accidat cum febre. In his aũt solũ casibus phlebotomiã catarrho vtilẽ inuenimus. Solutionem fieri oportet in calida materia, cũ violis cõditis, & aqua hordei cũ aqua fructuũ, q̃ dicemus. In frigida vero cum pilulis cochijs, & hiera picra cum aqua passularũ,& hiera diacolocynthidos,& similibus. Quartã autem rẽ complent gargarismata, & capurpurgia, & frictiones extremitatum,& ventosæ,& similia. Interdum.n.materiã in faucib. figi timemus, aut ne ad partes fluat nobiles,& tunc si cã ad nares conuertimus, & proprie cum caputpurgijs, & sternutatorijs,suffumigationibus,& odoramentis aperientib. nares,& deoppilãtib. colatoriũ, erit operatio dignior. Hoc.n.est,quod Gal.præcipit, nisi forte agitationem timeas in materia, quæ multoties fluit dirupta pp inquietationẽ, & agitationẽ. Et quidem sternutatio suspecta est in principio: qñ materia quiete indiget, vt maturetur,etenim agitatio multiplicat,& dilatat materiã, & facit eã consequi motus laboriosos,& vehementes, at vero post catarrhi maturationem, est eius iuuamentum sublime, mũdificans radicẽ, & adhunc quidem iuuantius est post corporis mundificationem communẽ, & propriã. Gargarismata quoque necessaria sunt, sed prohibentur interdum. Et inuenitur eorum iuuamentum in tribus competere casibus. Primus.s. ad catarrhum calidum, & acutum, cum rebus ingrossantibus,& coadunantibus ipsum, vt prohibeatur descensus eius ad profundum, & fiat facilis ad expellendum, & excreandum, quod propter acumẽ,& subtilitatem aggregari non poterat. Secundus ad catarrhum,cuius materia est multæ viscositatis, & spissitudinis, & q̃rimus subtilitatem ipsius,& diuisionem,vt facilius expellatur. Tertius qñ timemus materiam figi in faucibus, & quærimus abstersionem, & mundificationẽ. At vero quatuor casibus gargarismata administrare suspectum est. Primus est timor,& suspitio catarrhi ad pect9, & pulmonẽ fluere consueti. Secundus est si catarrhus de genere acutorũ fuerit, & subtilium, & mordicãtium. Tertius est in præfocationibus,quæ fiunt subito.

Phlebotomia in trib. tantum casibus cõuenit.

De sternutatione.

In tribus casibus gargarismata iuuant.

In 4. casibus gargarismata suspecta sunt.

ſubito. Quartus, ſi catarrhus eſt vehemẽtis mul A titudinis. In his quidem caſibus gargariſmata agitant materias, & conuertunt eas ad vias pectoris, & pulmonis, & faucium, & eas multiplicant. Amplius tñ gargariſmata ſin vnum quinque modorum fiunt, aliud. n. ſiſtit fluxum, aut ſtringit, aliud partem nobilem per ignobilem expurgat, aliud abſtergit, quod fluxit: aliud alterat, qd fluit, aliud vero eſt, quod aggregat duas intẽtiones, vel plures ex his, quæ diximus. Exẽplum vero primi eſt adminiſtratio narcoticorũ in ægritudinib. cerebri. Exemplum ſecundi eſt adminiſtratio diacodion, aut diamoron cũ decoctione roſarum, & balauſtiæ, & taliũ. Exẽplum tertij eſt adminiſtratio generum ſalis, & inciſiuorũ, & ſimilium. Exemplum quarti eſt B adminiſtratio camphoræ ad calidũ, & myrrhæ ad frigidum. Exemplum quinti eſt aggregatio intentionum. Extremitatum autem frictiones, & ventoſationes in eis ad hoc multũ conferũt. Exercitatio autem, & motio partium inferiorũ eſt iuuatiua valde. Ex maxime autem diuertentibus materiã catarrhi eſt, vt radatur caput in parte commiſſuræ coronalis, & vocatur zubedeg, ideſt continuatio capitis, & fricetur ſuper illam vehementer cum cæpe acuto, aut cũ ſquilla, aut cum panno aſpero. Deinde ponatur ſup ipſam medicamen rubificatiuum, vſque dum fiat veſicatio. Deinde aperiantur veſicæ, & ponatur, quod fluere facit. deinde iteretur, & itere C tur vſque dum appareat ſanitas. Quod ſi hoc non contulerit, cauterizetur in eodem loco, & dimittatur tempore extenſo, & ſit locus cauterizationis vbi terminatur maior digitus, poſtquã radicem manus extremo nariũ poſuerit. Quintam vero rem complẽt catarrhi fluxum abſcindentia. Et ſunt ex ſtolidis, qui ante digeſtionẽ ipſius, & mundificationem communem adminiſtrãt huiuſmodi, immo in medio agitationis, qñque, & eſt cauſa cumulationis, & multiplicationis ipſius, deinde diruptionis vehemẽtis, ſit ergo ſtudium erga hæc poſt corporis mundificationem, & poſt ſedationem agitationis vehementis, vt abſcindatur reſiduum fluxus ipſius. Et fortaſſis in aliquib. caſibus cogimur in prin D cipio facere illud proprie, aut quia timemus ne repat in profundum; aut in partes nobiles; aut ne nobilium, & neceſſariarũ operationũ fiat deſtructio ilico, ſicut eſt catarrhus prẽfocatiuus ſubito, & fortaſſis regimen diuerſiuum viæ eius, eſt hoc nobilius, & ſecurius. Immo regimen abſciſſiuum, quod diximus eſt regimẽ dubium, & illud ideo qm̃ poſſibile eſt, vt dirumpat, deinde fluxu diruptiori, quam prius, & timoroſo, & regimen diuerſiuum, licet dilatet materiã, & multiplicet, tamen conuertit multiplicatam ad partem communem, non timoroſam. Sedationem autem curſus facientia alia ſunt gargariſmata, alia ſuffumigationes, alia quæ retinẽtur in ore, alia quæ odorantur, alia quæ deglutiuntur, alia quæ lambuntur. Ex gargariſmatibus autem ad catarrhum calidum ſunt aqua roſata cum modico camphoræ, aut aqua lentium, & roſarum, & balauſtiarum, & aqua coriandri, & roſarum, aut aqua corticum papaueris, & roſarum. Ad frigidum vero; gargariſma fiat cum vino decoctionis myrrhæ, aut olibani, aut ſandarachæ, aut talium. Ex ſuffumigationibus vero ad calidum ſunt ſemen lini infuſum in aceto, & torrefactum. Deinde fiat ſuffumigatio cũ eo, aut ex hordeo, & aceto, aut ex furfure, & aceto. Sandaracha vero cũ aceto eſt iuuamenti ſublimis. Et vapor aceti ſuper lapidẽ molarẽ ignitum: & ſimiliter vapor camphoræ cum furfure, & aceto, aut cum hordeo fracto, & aceto, aut ex campho ra ſola puluerizata ſuper vaſe vitreo poſito ſuper prunas, præter quam deſcendit vapor eius ad pectus, & pulmonem; immo reſpiretur, & emulgeatur per nares. Fabæ quoque, & hordeũ infuſa in aceto ſimiliter conferunt, & ſimiliter fit de panno lini infuſo in aceto. Ad frigidum vero ſuffumigia cõferẽtia ſunt, quæ fiunt ex ſtyrace ſicca, & olibano, & xyloaloe, & sãdaracha miſtis, vel diuiſis. Nigellæ quoque torrefactæ, tritæ, & ligatæ in panno lini attractio narib. odoris eius, aut ſuffumigatio facta ex ea eſt mirabilis. Coſti etiam, & nigellæ ſuffumigiũ eſt expertum. Dixit filius Zachariæ. Fiant formæ ſicut auellanæ ex olibano, & etiam ſtyrace liquida, coſto, & ſandaracha, ana partib. æqualibus, & fiat ſuffumigatio ex vua earum, & recipiatur fumus per traiectorium, abſcindit enim fluxũ eius. Dixit Ebẽgezar. Addatur eis ex xyloaloe pars vna, & ꝓmutatio fiat a ſtyrace liquida ad ſtyracem ſiccam. Ex eis etiam quæ retinentur in ore: ad calidũ quidem ſunt ſpecies de iacur, & quandoque commaſticatum coriandrum, & retinetur ẽt maſticatum eius in ore, & confert: & quandoque retineturin ore camphoræ modicum, ad frigidum vero confert olibanũ, & myrrha, retenta enim in ore abſcindunt fluxum, & iam verificatum eſt, quod ſpica retẽta inter dẽtes eſt iuuamenti ſublimis. Filius Zacharię. Cõfectio formarum ſimilium lupinis, quæ tenentur in ore, & ſiſtunt catarrhum. Recipe olibani partem vnam, myrrhæ, croci, ſpicæ, ſtoracis, ana partem, ſem. opij, partis vnius tertiam. Fiãt ex eis pilulæ, & teneatur ex eis vna in ore præterquam deglutiatur ſaliua eius. Expertum eſt ſpicam ſolam in ore teneri per noctem, aut per diem, & noctem ſedare catarrhum. Ex odoribus vero ad calidum ſunt modi formarum de libro Sapor Regis Medorum, ſiſtunt enim catarrhum calidum, & odorantur in febre adurente, & ſyncopali, & peſtilentiali. Recipit faufel, ſandali rubei, & albi, ana partes æquales, & roſarum partes duas, & ſemiſſem, ſandali macaziri partes tres, camphoræ partem ſemiſſem, boli armeni partes octo. Omnia præter camphoram terantur, ſicut al-

Garyariſmata in calidis. *In frigido* *Suffumigia in ea.* *In frigido.* *Mirabile de ſpica.*

eohol, & agitentur conterendo cũ aqua roſata per hebdomadam vnam, deinde miſceatur cũ eis camphora, & fiant inde ſicut poma cum glutino gummi arabici, & aqua roſata, & odorentur. Conſeruantur autẽ, ne tollatur eorum virtus, in vaſe vitreo loco recenti, & liniatur ſæpe cum aqua roſarum permiſtionis camphoræ, & ſandali macaziri. Ad frigidum vero fiant poma inuentione eiuſdem. Recipe ſtyracis calamitæ partes quinque, olibani, maſtiches, ana partes tres, ſandarachæ tantundem, coſti, ſpicę, ana partes duas, ambræ partem vnam, bucur, ligni aloes, an. partes quatuor, muſchi partem ſemiſſem, fiant ex eis poma, & adminiſtrentur, ſunt enim experta. Confectio alia pomorum ex inuentione noſtra. Recipe bucur, ſendẽ, ana partes octo, ligni aloes boni, & electi partes ſeptem, ambræbonæ partes duas, galliæ muſchatæ partes ſex, muſchi partem ſemiſſ. fiant ex eis poma cum glutino dragaganthi, & adminiſtrẽtur, ſunt enim nobilia, & experta: & cerebrum, & cor confortant. Res autem quæ lambuntur, & deglutiuntur, ad calidum quidem ſunt ſpecies de iacur, & aqua coriandri, & ſyrupus de papauere, & ſimilia. Filius Zachariæ. Confectio pilularum, quæ tenentur in ore: & ſiſtunt catarrhum calidum. Recipe amyli, dragaganthi, amygdalarum dulcium, fabarum excorticatarum, papaueris albi, & corticum eius, gummi arabici, boli armeni, ana, confice cum mucilagine pſyllij, & cydoniorum, & fiant ſicut lupini, & teneantur in ore: ſunt enim expertæ. Ad frigidum vero conferunt thus, & myrrha. Iſta enim deglutita ſiſtunt catarrhum. Confectio alia pilularum, de libro filij Zachariæ, de quibus ſumũtur omni nocte a tribus vſq; ad quinque, & ſiſtunt catarrhum. Quarum permiſtio. Recip. thuris maſculi partem vnam, myrrhæ, opij, croci, hyoſcyami, ana partis vnius, tertiã, ſucci liquiritiæ partem j. fiant pilulæ, & dentur ſicut diximus. Confectio alia pilularum confe rentium ad omnes rheumaticas paſſiones, & ſunt de libro Alexandri Medici, quarum hæc eſt permiſtio. Rec. myrrhæ, drach. iij. thuris maſculi, drach. duas, & ſemiſſem opij, hyoſcyami, radicũ alcalcachar ſiccæ, ana drachmas duas, cõfice cum ſucco alcazaber humidæ, da ex eis, a tribus vſque ad quinque, in ſero: ſunt enim mirabiles. Sextam vero, & vltimam rem complet correctio particularium accidentium, quorum catarrhus cauſa eſt, & hoc eſt regimen proprium, ſicut correctio proprie ægritudinum catarrhalium oculorum, & narium, & aurium, & glandularum, & vuæ, & gulæ, & duarum amygdalarum, & pectoris, & pulmonis, & aliarum partium. quas catarrhus offendit. Et nos de omnibus in proprijs loquemur capitulis, ſi Deus voluerit. Et primo dicemus de ægritudinibus oculorum.

Pilule mirabiles in cõſeruate.

SVMMA V.

De ægritudinibus oculorum. Cap. 1.

SErmo noſter erit deinceps de curis ægritudinum oculorum. Sunt autem oculorum curę ſm vnum triũ modorum. Alia enim eſt cõſeruatiua ſanitatis eorum, alia curatiua ægrttudinum ipſorum. Alia vero præſeruatiua ab ægritudinibus futuris in ipſis. Et prima quidem fit ſm alterum quinque modorum. Aut. n. conſeruat ſuperficiem oculi in terſione decẽti, & naturali: Aut conſeruat oculũ in ſua propria temperantia, & æqualitate: Aut conſeruat organizationem ipſius in coæqualitate eius: Aut cõſeruat cõtinuitatem, & poſitionem naturalem partium eius: Aut cõſeruat ſpiritum viſibilem in ſua propria illuſtratione. Et quidam primã rem complent medicinæ abſterſiuæ habentes mediocritatem, & temperiem in terſione ſua, ſicut proprie ſuccus fœniculi, & collyrium ex eo, & ſuccus memithæ, & herba adhil proprie, aut res teneram reddentes ſuperficiem eorum: qualis eſt teneritas oculi corporis puerilis: & proprie nitentis in ſimplicitate ſua: quorum rememoramur poſt, & ſuper his tueri ab eis, quæ læſionem oculis præpediunt: qualia ſunt fumus, & puluis, & flatus aſperorum ventorum, & inæqualitas aeris, & aſpectus rei variantis ipſos, & omnis res faciens ſeneſcere oculum, ſicut coitus, & labor plurimus, & fletus vincens menſuram, & ebrietas, & ſomnus plurimus, & vigiliæ plurimæ; & ſomnus ſupra repletionem, & proprie ex cibis, & potibus, & vapores turbidos generantibus, ſicut ſunt proprie caules, pori, acria omnia, falſa, fabæ, lẽtes, & vniuerſaliter omnia turbulentum generantia ſanguinem. Secundam vero rem complent medicinæ, quæ alterando cuſtodiunt ſanitatem oculi, aut ſcilicet calefaciendo, aut infrigidando, aut humectando, aut deſiccando. Tertiam rem complent medicinæ confortantes ſanitatem eius in plaſmate, & forma creaturæ ipſius. Et hunc canonem ingrediuntur medicinæ confortantes lenificationem, aut aſperitatem, & perforationem, & concauitatem partium eius, ſicut oportet ex eis, quæ dicemus vbi oportet. Quartam rem complent medicinæ cuſtodientes ſanitatem eorum: & concauitatem ipſorum, & prohibentes reſolutionem fieri partium continuarum in ipſis, quarum rememorabimur, ſi Deus voluerit. Quintam autem rem complent medicinæ reparantes ſpiritum viſibilem, & illuminantes, & irradiãtes ipſum, quarum rememorabimur ſimiliter. Democritus. Fœniculus oculum abſtergit: viſum clarificat ſecũdum omnẽ modum adminiſtrationis eius, & ſerpẽtes, & reptilia diu degẽtia in cauernis approximãt huic plantæ,

Faciens eſt oculum ſenescere.

De fœniculo.

plātæ: & vtuntur ea in comeſtione, & frictione ſup oculos ſuos, poſtquā egrediūtur cauernas, & vigoratur viſus eorum. Fit aūt collyrium ex ſucco eius, hoc modo. Accipe ſucci fœniculi depurati poſt reſidentiam eius, & facilē decoctionē ipſius in vaſe ęneo cum nummis auri puri, ſufficiētē decolationem, partem vnā, mellis puri, & clari partis vnius tertiā, bulliāt iterū ebullitione vna, & colētur, & ponanṭ in ampulla, vitrea, & ſuſpēdaṭ in ſole, & permuteṭ de vaſe in vas, abijciendo ſemp hypoſtaſim eius: deinde fiat ex eo collyriū, & deſtilleṭ cum radio in oculum, eſt.n. expertum ad cuſtodiendā ſanitatem eius: abſtergit.n. oculum, & clarificat viſum, & quandoq; depuraṭ in ſole: præterquam, quod decoquaṭ igne: & eſt ſimiliter expertū. Et ſunt ex hominibus qui admiſcent ex felle galli partis j. vigeſimam. Ariſtoteles inſtruens Alexandrum regem, inquit. Frequentationes pectinis ſuper caput vapores viſum impedientes auertunt ad cutē, ne viſui obſint. Item inquit. Aſpectus rerum viridium in loco multæ temperiei viſum corroborat. Item dixit, aſpicere ſpeculū terſum directū, & diu intueri ſup ipſum viſum corroborat, & oculi defatigationem remouet. Idem iniunxit poſt oculi defatigationē ingredi domum obſcuram non multæ tenebroſitatis: & intueri per feneſtras, in quibus ſit aliquod parū viride: vel intueri aquam viridem, & ſubmergere oculos in ipſa. Item dixit, exercitatio legēdi literas mediocres viſum corroborat, & oculorum ſanitatē cuſtodit. Dioſcorides dixit, quod comedere carnes auium, q̄ de rapina viuunt, viſum corroborat: & ſimiliter ſorbitiones iurium earum, & aſſeruit etiā, quod plures poſt ipſum experti ſunt, quod ius ſerpentum, & caro ipſorū confortant viſum. Et dixit, quod ſuccus armel, & fœniculi, & vinum, & mel ſimul cocta, & depurata, deinde miſta cum felle alcubugi, aut gallinæ, oculi ſanitatem cuſtodiunt, & viſui addunt. Sabor. Nux muſchata nutrita cum melle viſus ſanitatem cuſtodit, & proprie ſumpta ex eis, vna mane quolibet ī ieiunio. Chebuli quoque conditi ſimiliter faciunt. Idem, collyrium mirabile in abſterſione oculorum, & corroboratione viſus: & fit jn tempore veris. Accipe foliorum roſarum cōpletarum, foliorum rutæ, foliorum fœniculi, foliorum herbæ adhil, foliorū chelidoniæ, ana partes æquales. Trahatur aqua eorum per ſublimationē in alembico, ſicut eſt operatio aquæ roſatæ, & conſeruetur in vaſe æneo: eſt enim collyrium pretioſum. Mahemet filius Zachariæ Araſi. Collyrium de ſucco granatorum abſterſiuum oculorum, & confortatiuum viſus, expertum. Accipe ſucci granatorum dulcium, & acetoſorum, ana lib. j. ponanṭ in ampulla vitrea, & ſtringatur orificium eius, & ponatur in Sole per menſes duos: ita, quod quolibet menſe recipiatur clarum eius, & abijciatur fœx, quæ ſubſidet. Deinde ad omnē lib. iſtius ſucci ponatur puluis iſte. Rec. aloes, radicum chelidoniæ, ſalis ammoniaci, piperis longi, ana drac. j. terantur ſicut alcohol, & miſceantur in medicamine: & iterum exponatur Soli, & quanto plus antiquatur, tanto ſublimior eſt eius operatio. Fœniculus, verbena, roſa, chelidonia, ruta: Ex his fit aqua, quæ lumina reddit acuta. Gal. Comeſtio carnium tyrorum præparatorum ſecundum doctrinam, qua recipiuntur in theriaca, conſeruat ſanitatem viſus, & eſt ad hoc vltimum. Frequentare potū aceti ſquillitici ad hoc eſt multum laudabile. Tryphera magna, & tryphera minor ad hoc eſt laudabilis: & proprie minor, cum quarta ponderis ſui de puluere herbæ adhil. Tryphera perſica, q̄ diximus in antidotario, & electarium algariph, & pilulæ Sabor, quas diximus in canone, & hiera noſtra, & Theodoricō ad hoc cōferunt. Humain. Cōfectio electuarij ſublimis cōferentis ad ſanitatem oculorum, & confortantis ſpiritum viſibilem in claritate ſua. Recipe herbę adhil, vnc. duas, ſeminis fœniculi drac. v. macis, cubebæ, cinnamomi, piperis longi, garyophyllorū, ana drac. j. puluerizenṭ, & cribellenṭ, & accipe mellis deſpumati lib. j. ſucci fœniculi cocti, & depurati vnciā vnam, ſucci rutæ ſimiliter cocti, vnc. ſemis, ſucci chelidonię ſimiliter cocti, vn. ſemiſ. coquanṭ ſucci cum mellis tenuis deſpumati li. j. vſq; dum mellis tenuis habeant ſpiſſitudinem: & cōficiantur cum eo ſpecies, & reſeruenṭ in vaſe vitreo, & ſit doſis eius, drac. iij. cum vino, infero: & alleuieṭ cœna, vel dimittaṭ, & ſimiliter in mane. Haly. Collyrium acuens viſum, & oculi ſanitatem cuſtodiens. Accipe ſucci fœniculi, drachmas quadraginta, ſucci rutę, drachmas viginti. Ponanṭ in ampulla vitrea cū mellis boni, & clari, drachmis quindecim, & obtureṭ orificiū eius, & dimittaṭ in Sole p tres menſes, & abijciaṭ fęx eius, & linianṭ ex eo oculi: quoniā eſt expertū. Filius Zachariæ. Cōfectio alcohol conſeruantis ſanitatem oculi. Recipe tutiæ, ſiefmemithæ, ana drachmas tres, aloes, lycij, ana drachmas duas, camphoræ drac. j. ſextam, teraṭur cū aqua agreſtę, aut ſampſuchi, aut ſumach: & exiccetur, & adminiſtretur, nutriantur prius cum aqua agreſtæ: ſecundo cum aqua ſampſuchi: tertio ſumach, & eſt ſublimis. Idem. Confectio alcohol acuentis viſum. Recipe tutiæ prius lotæ, deinde nutritæ in aqua ſampſuchi tribus vicibus, drachmas decem, zinzīberis, piperis, macropiperis, chelidoniæ, buruch, ana drachmam vnam, ſalis ammoniaci, drachmā ſemiſ. Nutriantur cum aqua ſampſuchi, aut aqua fœniculi tribus vicibus: deinde exſiccetur, & adminiſtretur, eſt enim ſublime. Filius Zezar. Collyrium confortans viſum. Recipe fellis galli, aut alcubugi, aut perdicis, & mellis crudi, ana partes æquales, ſucci fœniculi partes ij. miſce, & pone in oculis, bonum, & electum, ſi Deus voluerit. Idem. Conditum factum ex

alhaſce

Remedia Ariſtot.

Collyrium facile, & pretioſum.

alhaſce cum melle confortat virtutem viſus. Idem. Conditum factum ex herba adhil cum melle mirabilis eſt in cõfortatione viſus,immo & ipſa herba ſecundum omnem modũ admini ſtrationis eius ſublimis eſt. Aboali. Alcohol ſublime terſiuum,oculorũ cõſeruans temperamentum,& ſanitatẽ viſus. Rec. macropiperis, dr.ij. garyophyllorum, vſneæ, ana drachmam vnam,climiæ,ſpumæ maris,ana drach. decem, æris vſti drachmas quinq;,ceruſſæ,ſalis gẽmæ, ana drachmas tres,ſalis ammoniaci, piperis,ana drachmas duas,camphorę drachmas ſemiſ. terantẽ,& adminiſtrentur. Idem. Alcohol ſublime terſiuum oculorum,quod adminiſtratẽ in diſpoſitionibus ſanitatis, cõfortat enim debilem viſum, & cõſeruat ipſum ſecundum ſanitatem ſuam, & ſedat multitudinem lachrymarum ex oculo. Recipe antimonij loti, & præparati in aqua pluuiali circiter ſpacium dierum viginti, tutiæ, & climiæ, ana drachmas ſex,marcheſitæ drachmas quatuor,tere vnumquodq; per ſe: & tere ea bene per dies plurimos cum aqua pluuiali multoties,donec exiccentur aquæ eorum, deinde terãtur cum aqua fœniculi pluries cum cõtinuitate aliquorum dierum ſimiliter donec exiccentur,tertio vero terantẽ cum aqua ſampſuchi, quarto vero cum aqua rutę,quinto cũ aqua chelidoniæ,deinde exiccentur, & addatur cum eis ſedenagi,& croci,ana drachma vna,Margaritarum nõ ꝓforatarum drachmæ duæ muſchi, drac.j.tertia,camphoræ drachmæ vnius,ſexta, & proijce ipſa ſimul in mortario cum prędictis, deinde adde eis fuch,drachmam ſemiſ.tere vſque dum ſiccẽtur,& fiat inde alcohol mane, & ſero: quoniam eſt expertum. Ex rebus autem oculi ſubſtãtiam reiuueneſcere facientibus eſt regimen cum electione rerum ſex non naturalium,ex adminiſtratione quarũ oculis,& corpori teneritas acquiratẽ,ſicut verbi gratia,cum approximatione in quantum poſſibile eſt ad aerẽ temperatũ,& cibis, & potibus humidis,& balneis temperatis:& alijs humectantibus cum tẽperie,præterquam, quod faciant cadere in oppilationes. Dixit Aboali, quod ingredi aquam tepidam,& claram,& aperire oculos in ea,oculorum ſanitatem cuſtodit,& eorum tenerã ſubſtantiã reddit,& abſtergit: & ſimiliter aquam videre claram,& nitidã. Vapores autem aquarum cum decoctione quarundam rerum, ad hoc vehementer conferunt, ſicut vapor aquæ decoctionis fœniculi,aut rutæ,aut herbæ adhil, & ſimilium,ſingulariter,aut coniunctim.

De cura præſeruatiua oculorum. Cap. 2.

CVra vero præſeruatiua ab ęgritudinibus futuris fieri in ipſis duplicem habet viam. Partim enim conſeruamus naturalitatem eorum, quemadmodum ſuperius dictũ eſt: partim vero obuiamus cauſis futurorũ morborũ extrinſecis vel intrinſecis, extrinſecis ſicut fumo,ventis,cibis malis,et potibus,& alijs,quorũ ſuperius rememorati ſumus: intrinſecis vero obuiamus,ſm vnum quinq; modorũ. Aut.n. conuertimus ſtudium ad permutandum malitiam cõplexionis puræ ſine materia,vel cũ materia, ſi nõ in quantitate exuberet, aut euacuamus eã ſi vincit ſupra quantitatem naturalem,vel egreditur propriam naturalitatẽ: aut facimus vtrunque: aut corrigimus aduentũ peccati in organizatione eorum: aut prohibemus ſolutionẽ continuitatis futuram fieri in ipſis. Et quidem primam rem cõplent medicinæ auxiliantes in permutãdo malitiam cõplexionis eorum,ſ. aut calefaciendo,aut infrigidando, calefaciẽdo cum eo quod eſt ſicut zinziber, muſchus, hueg, piper,& ſimilia,aut infrigidando cũ eo, quod eſt ſicut albumẽ oui,mucilago pſylij,aqua roſata, ſuccus ſolatri,portulacæ,lactucæ, & ſimilia,aut deſiccando cum eo, quod eſt ſicut tutia,cohol, roſæ,& ſimilia, aut liniẽdo ſicut dragaganthũ, & ſimilia. Secundam autem rem cõplent medicinę euacuãtes materiã, & educentes eã, & hoc quidem ſm vnum trium modorum, aut ſm ſemitam diuerſionis ab eis; aut ſm ſemitam extractionis ab eis; aut ſm ſemitam reſolutionis ab ipſis,euacuatio autẽ,& verſio materiei quãdoq; fit ex toto corpore, ſi in toto exuberat: aut ex capite ſolo, ſi in eo ſolo exuberat: & ingrediuntur canonem hunc ſpecies phlebotomiæ, & ſpecies ſolutionum per ventrem,& caput purgia,& gargariſmata, & ventoſæ,& ſcarificationes,& frictiones extremitatum,& ex eis,quę diximus,& quæ dicemus iam. Extractio autẽ materiei fit per medicinas educentes per lachrymas,ſicut eſt proprie ſal ammoniacus,& ſal, & ſimilia. Reſolutio quoque ex ipſis fit cum medicinis proprie ſicut ſarcocolla,& ſuccus fœniculi,& memithe, & ſimilia. Tertiam vero rem complent aggregationes harum duarum intentionum,de quibus modo locuti ſumus: & canonem hunc ingreditur regimen in generibus rerum ſex. Quartam vero rem complent medicinæ ſeruantes organizationem eorum, & formam,ne cadat in eis tortuoſitas,aut oppilatio, aut dilatatio vltra decentiam. Quintam rem cõplent medicinæ ſolutionem in continuitate ipſorũ fieri prohibentes: de quibus loquemur, ſi Deus voluerit. Phlebotomare autem oportet propter oculos, ſi ſanguis exuberat cum cõmunitate corporis totius,ex baſilica: deinde ex cephalica,& quãdocumq; neceſſitas vrget,& proprie cum plenitudo adeſt, phlebotomemus ſaphenas,aut hęmorrhoidas aperiamus,ſi autem cum communitate alicuius ex membris fuerit, phlebotomãda eſt vena illi proprie mẽbro deſeruiẽs,deinde vtriſq; cõmunis. Si vero ſine cõmunitate aliorum in capite ſanguis exuberat, tũc fit illud aut ex eo,qđ in toto exuberat: & tũc ex cephalica minuendus eſt,aut exuberãtia eſt

ſecundum

secundum partē quidem, aut ex venis quæ sunt sub craneo: & phlebotomamus ex cephalica. Deinde quidem, vel prouocamus sanguinē ex naribus, aut ex venis forinsecis, q̄ sunt sicut scis, quædam frontales: & phlebotomamus ex eis: aut sanguisugas, aut cauteria super eis apponimus. Et quandoq; cōuertimus, & euacuamus p nares. Et quandoq; cōuertimus ad posterius capitis cum scarificationibus, & ventosis propter cōitatem ambarum partiū, sicut scis. Et sunt ex venis pulsatilibus, & non pulsantibus, q̄ sunt tē porales, p quas etiā materiæ cōfluunt, quas quā doq; phlebotomamus, quandoq; incidimus, sicut suo loco dicemus, Quādoq; cauterizamus, quandoq; cōuertimus, & scarificamus aures, & quādoq; cauterizamus sub eis. Modus aūt cauterizationis harum partium si vrget necessitas, fieri oportet post corporis mundificationem totius cū medicina solutiua mundificante etiam caput ipsum, & corpus totum: & hoc pluribus vicibus. Et primū incipiamus experiri sup cauterio capitis, quod fit super cōmissura coronali in parte cōmuni, q̄ dr zuhēdeg, i. cōtinuatio capitis: cuius iuuamenta sunt multa, & sublimia, & proprie ad oēs ægritudines capitis frigidas, & humidas, sicut est soda, & ęgritudo, q̄ vocat ouum, & scotomia, & vertigo, & grauitas somni, & grauitas sensuum, & paralysis, & tortura, pluralitas catarrhi, & coryza, & lapsus ad oculos, & nares, & aures, & vuam, & fauces: & ad dolores dentiū, & gingiuarū, & dolores gutturis, & ad omnem destillationē catarrhi sup pulmonem, & partes pectoris, & stomachū, & partes vicinas, & vniuersaliter ad omnes ægritudines catarrhi frigidas, & humidas. Et modus operationis eius, vt radatur super capite in loco ipso, & ponat radix manus ægri super extremitatē nasi ipsius, & extendatur per mediū frōtis, & consideretur vbi terminet medius digitus, & signetur ibi, & cauterizetur cum cauterio ignito, cuius forma sit sicut nucleus oliuæ maioris: & procedat cauterizatio vsq; ad superficiē ossis, & obseruet vt remaneat aperta, vt emittat pus vsq; ad tēpus, quo tibi manifestabit ex ratione, diminui pus, & ægritudines catarrhales tolli.

De cauterio fronte.

De ophthalmia. Cap. 3.

CVra ophthalmiæ est secundum duas intētiones: vniuersalem, s. & particularē. Vniuersalis intentio diuiditur in sex res, prima res est commensuratio regiminis, secunda est subtractio materiæ exuberantis, tertia prohibitio catarrhi, & descensus ad oculos, quarta est inclinatio eius, & diuersio ad aliam partem, quinta est alteratio, & digestio eius, quod est transmissum, sexta corrigit accidentia. Particularis intētio diuiditur in curationem, & sedationē accidētium. Primam igitur rem cōplent cōmensurationes regiminum rerum sex, quas scis, & proprie diminuendo cibum, & potum, vitando vapo rosa ex eis: & eligendo cibos pauci nutrimēti, sed laudabilis: & alleuiando prandium, & diminuendo cœnam, vel dimittendo. Et si materia fuerit calida, sint cibi frigidi actualiter, & potentialiter: & proprie cōditi cum rob granatorū, aut cum agresta remissæ acetositatis, & da cōgelata ex cucurbitis aut ex alijs, & supra cibū da aliquid ex coriandro, vel quod cōdit ex eo, & da ante cibū in matutinis aquam psyllij, & coriandri, & deuitet vinū, & carnes in principio. Et si fuerit frigida, sint cibi vitelli ouorum, & mica panis, & aqua carnis, sauich, & hordeū cōfractū cū paucis amygdalis, & sumat in matutinis mel cū aqua calida, & supra cibum aliquid ex pyris aut cydonijs. Et sit studium vt lenificetur natura, quantum possibile sit cū facilitate. Et sit in domo, in qua habitat, temperatus aer, & tenebrositas. Somnus autem medicamē est eius bonum. Verum supra repletionem vitetur, & vitetur fatigatio, & prauitas animi. Secūdam rem cōplēt phlebotomia, & euacuatio cū medicinis solutiuis. Phlebotomia autem ex cephalica cōueniens est omnibus speciebus eius, & proprie sanguineæ ex latere oppositō prius: deinde ex latere eodē si phlebotomationis iteratio necessaria est. Et interdum nō sufficit hęc phlebotomia, & illud proprie quando materia fluit ad oculos, aut per arterias extrinsecas temporales, & aures; aut per venas frontales: & tūc necessaria est phlebotomia arterię temporalis, vt abscindamus cursum eius per ipsam. Et modus incidendi arteriam huiusmodi est, postquā tibi innotuerit illam esse, aut ex paruis arterijs, aut ex magnis, quod declarabitur tibi ex eo, quod inuenitur aliqua ex illis esse maioris pulsationis quā reliquæ, & maioris plenitudinis, & caloris tactus: & tūc scinde cum inciforio cutim secundum longitudinem arterię, et excoria cutim vsque dum peruenias ad arteriam. deinde ingeniare, vt trahas eam cum vncinis, separando ipsam ex omni parte a cuti, & carne, & si est ex paruis, incide ipsam omnino, & extrahat ex sanguine extractio cōpetēs: deinde impleat vulnus cum aliquo, quod sit cauterizans extremitates arteriæ, si autem fuerit ex magnis, liga eam cum filo de serico forti in duobus locis, vt sit inter duas ligaturas distantia sicut pollicis, deinde incide secundum totam arteriam in medio duarum ligaturarū, vel cauteriza eam: hæc est operatio secundum sapientiam. Si autē descensus materiæ fuerit per venas frontales, confert appositio sanguisugarū super frontem, & appositio ventosarum in nucha cū scarificatione, vel sine, si debilis fuerit, est enim ipsa magni iuuamenti, q̄ si non conferat, post solutionē cum medicina, fiat cauterium super zuhendeg. est enim vltimum in abscindēdo fluxum catarrhi: nos quidem diximus formam cauterizationis huius in capitulo, quod est ante istud. Euacuationes

Phlebotomia in omnibus speciebus eius.

Quomodo arteria scindi debeat.

Solutiua in materia calida.

cuationes autem, q̃ fiũt cum medicina solutiua in materia calida sunt, q̃ fiunt ex aquis fructuũ, & violarum, & myrobalanis citrinis, & fumo terræ, & tamarindis, & similibus, & decoctio ca pillorum veneris dicta in antidotario, & aqua fructuũ, & infusio de succis herbarũ, & alia quo rum rememorati sumus in canone. At si cũ materia calida fuerit permistio materię grossæ, nihil est, quod magis cõferat quam infusio de aloe cũ aqua endiuiæ, aut solatri: aut infusio hie ræ picræ cum eis: aut ſm, quod narratum est sępe ex infusionibus hieræ picræ, & proprie si ma teria fuerit submersa, aut imbibita in velamini bus cerebri. Si aũt materia fuerit frigida phleg matica, fiat solutio cum pilulis cochijs, & pilulis Galeni, & hiera colocynthidos, & similib⁹. Si vero fuerit melancholica, educenda est cum eis, q̃ ipsam educunt ex his q̃ dicta sunt, neq; sis cõtentus in sufficientia vnius euacuationis, aut duarũ: sed iteratio atq; iteratio est ex rebus laudabilibus eis, & proprie cum facilitate, & proprie qualiscunq; sit materia. Tertiam autem rẽ cõplent phlebotomia, & cauteria, q̃ diximus, & emplastrationes sup tempora, & frontem, & inter duo supercilia ex eis, q̃ dicemus iam, & proprie quãdo materia q̃ effunditur via effusionis, est p vias extrinsecas. Et quandoq; cõplẽ hoc ex rebus facientibus stypticitatem, & inspissationem, vt prohibeat descẽsus materiæ eius. Verum etiam interdum nocent: quoniam quæ iã descendunt, materiã aggregant, & cõstringunt inter tunicas oculorũ, & sunt causa maioris nocumenti, quod si cõtingat, administranda sunt euaporantia, qualia sunt aqua calida, & aqua meliloti, & similia, & proprie, vt cõsideres in curatione tua gradus tres, & distinguas eos in cõsideratione indigesti morbi, & accessus eius ad digestionem nõ integre, & accessus ipsius ad digestionem, in qua est cõplexio, hoc.n. est quod est ſm sapientiam. Et quandoq; conferunt ad hanc partem administrationes de iacur, & gargarismata facta ex eo: & similia quorum rememoratio præcessit in cap. de coryza, & catarrho, & ex eis q̃ constringunt fluxum eius, verum fieri oportet post mundificationem, & cõcedũtur solum aliqua ex eis, q̃ sumunt̃ per os, quæ requirantur ibi. Quartam rẽ cõplent gargarismata, & caputpurgia, cũ facilitate diminuẽtia de materia ſm, quod exigit dispositio: & similiter frictiones extremitatum, & cõpressiones, & ligaturæ dolorosæ in extremitatibus, & clysteres, & ventosationes in nucha, & inter spatulas, & in hæmorrhoidibus, & prouocatio earum, & scarificatio facta in cartilaginibus auriũ, & similia. Quintam rem complent administrationes medicinarum, ſm intentiones diuersas. In morbi enim principio repercussiuis vtendum est, in q bus sit facilitas ſm omnem modũ administrationis. Deinde vtendum est resolutiuis, & non euacuandæ sunt a permistione istarum duarũ

In materia calida.

In materia frigida.

Documentum.

E intentionum quæcunque medicinæ sint inter il las, vt perueniatur gradatim, & cum successione paulatim ab eo, quod est repercussiuum vsq; ad resolutiuum, quoniam hæc est operatio, q̃ est secundum sapientiam. Administranda igitur in principio, si materia fuerit calida, quæ materiei acuitatem, & inflammationem reprimant: qua lis sunt portalaca trita, & suppositа, & endiuia, solatrum, & aqua rosata, & lingua arietis, & her ba violæ, & pylliũ infusum in aqua rosata: hęc omnia singulariter, & vel cõiunctim cũ oleo ro sato cõquassata, & oculis imposita sedant, & di gerunt. Destillentur aũt oculis lac mulieris nutrientis puellam, lac asinæ, & albumẽ oui, aqua rosata, & mucilago psylij. Et post diem vtendũ F destillatione sief albi primi cũ aliquo horum, q̃ diximus nunc. Consequenter admiscendæ sunt his, & proprie cum iam lippitudinem oculi habere cęperint, sed non integre; & cursus lachrymarum subtilium, & acutarũ non est in ea perseuerantia, sicut prius medicinæ aliquid resolutionis, & maturitatis habentes, sicut mucilago seminum cydoniorum, & decoctio meliloti, & aqua fœnugręci, vtendo eis proprie cum sief albo: secundo cum collyrio citrino. Si aũt maturationis significatio vera adest, q̃ est effusio lippitudinis, & omnino abscissio lachrymarũ subtilium acutarum: tũc balneationis impressio est medicamen verũ, subtiliat.n. & resoluit materiam: & est eis tunc medicamen proprium, pul G uis aluminis, & proprie cũ mucilagine fœnugræci, & seminis lini. non prætermittat̃, & administratio balnei, est.n. nobile ad ophthalmiam (sicut Hippo. dixit) & proprie corpore mundifi cato. Si aũt materia fuerit frigida phlegmatica, vtere in primis repercussiuis non plurimę in frigidationis, sicut est sief de spica cũ succo mẽtæ confortato, cum modico spicæ, & succo raphani, & succo virgæ pastoris similiter confortato cum spica, & in processu rei, cum signa maturationis apparuerint, vtendum emplastro ex anetho, & folijs maluæ coctis in vino stypuco, aut ex meliloto, & spica, aut fœnugræco, & rosis coctis cũ vino stiptico, & destilletur in oculis sief de spica cum aquis meliloti, aut fœnu H græci, & similium. Et si amplius signa maturationis appareant, vtendum est puluere citrino cum mucilagine fœnugræci, aut meliloti. Balneum quoque in huius modi hora est medicamen conueniens, & potus vini puri, & albi. Si autem a ventositate fuerit, curetur cum embrochis, & balneis facientibus euaporationem, & emplastris. Et iam laudatus est fœniculus in huiusmodi ophthalmia ſm omnẽ modum administrationis eius, & emplastrum factum ex eo, & vitello oui est iuuatiuum valde. Sextam rem complent administrationes medicinarum doloris sedatiuarum, scilicet puncturæ, & mordicationis vehementiam sedantium: qualia sunt proprie medicamenta sedatiua, secundum

quod

quod exigit diſpoſitio,& narcoticitatis parum habentia,& repreſſe,verum adminiſtrāda ſunt cum cautela, ſicut proprie albumē oui cōquaſſatum cū aqua papaueris, aut mucilago pſyllij cum aqua papaueris, aut cum ſucco pomorum mandragorę,aut ſolatri,aut lactucę,& ſimiliter mucilago ſeminum cydoniorū cum aliquo prę dictorum,& mucilago fœnugræci,& aqua meliloti,aut anethi cum aliquo ex eis. Et quādoq; propter neceſſitatem vtendum eſt opio, verum ſi accidit nocumentum propter narcoticū,vtendum eſt lauacris,& embrochis ex rebus,in quibus ſit virtus maturans virtutē narcotici, ſicut eſt proprie melilotum,chamæmelum,fœnugrę cū,malua,anethū,& ſimilia. Hamech filius Zezar,emplaſtrū conferens dolori, & apoſtemati oculorum,& ſcabiei, & ſuper calefactioni. Recipit croci,myrrhæ,olibani,opij,gummi arabici,ana,tere,& cōfice cum aqua roſata:& fac formulas,& fac ſiccari, & quando oportet, accipe ex eis,& fac emplaſtrū cū aqua roſata,aut albumine oui,eſt.n.expertum. Idem, aliud ad apoſtemata oculorum, & difficiles dolores, & facit ægrum dormire. Recipit croci, mēmithæ,lycij, aloes,gummi arabici,acaciæ,ana,tere,& cōfice cum ſucco rubi, & fac formas, & cum oportet, diſſolue vnā ex eis cum ſucco rubi, aut ſolatri, aut mucilagine pſyllij, aut granorum cydonij, aut albumine oui, aut lacte mulieris lactantis puellam,& pone cum lana ſuper oculū,confert enim,ſi Deus voluerit. Idem. Aliud valens ſimiliter,quādo dolor eſt vehemens in oculis,faciens dormire. Recipit mandragoræ, opij,hyoſcyami,ana,tere,& confice cū aqua pluuiali: expone ſoli quinq; diebus, deinde fac formulas, & quando oportet, diſſolue vnā ex eis cū aqua roſata,aut albumine oui:& lini ſup frontem, & tempora:& ſi oportet, lini ſuper oculos,Idem. Aliud conferens doloribus oculorū calidis. Accipe ſucci ſolatri,ſucci foliorū hyoſcyami,lycij, croci, zucchari, cāphoræ ana,albuminis oui q̄tum ſufficit, vtere cū coto:ſedat.n.illa hora. Filius Zachariæ Araſi. Cōfectio emplaſtri prohibentis fluxū ex oculo. Rec.aloes,acacię,ſief memithæ,lycij,boli,gummi arabici,liniatur ſupra frōtē cū albumine oui. Et ſi eſt ſupracalefactio vehemēs,addat eis ſandali rubei, & ſaufel ana pugillus.j. & liniat cum aqua coriādri humidi, & endiuiæ, & aqua roſarum. Idem. Confectio emplaſtri ad dolorem vehemētem in ophthalmia. Rec.coriandri,meliloti,croci,ſeminis lini, tortellarum de ſceni ana. Tere, & confice cum vino ſtyptico, & fiat emplaſtrū ſup palpebras. Aboali. Emplaſtrum ſedans fluxum materiei ad oculum. Recipit ſief memithæ,aloes, ſeminum roſarum, croci, ſarcocollæ, ramich,ſauich hordei,balauſtiæ, ana cōfice cum ſucco ſolatri, & fac emplaſtrū ex eis. Idem ad doloris vehementiam. Accipe ſucci lactucę,ſucci pomorum mandragoræ, ſucci papaueris ana partem vnā,

A albuminis oui partes tres,conquaſſentur,& vtere cum coto,bonū, & expertum. Idem. Epithema conferens ad dolorem vehementem, & ad multitudinem materiæ. Recipit ſauich hordei, drac.xvj. hyoſcyami albi, drac.octo,thuris,dr. vj. myrrhæ,ſucci mandragoræ, ana drach.quatuor,opij, dr.iij. croci,roſarum recentium, ana drac.ij. vitellum oui vnius aſſi, contēre, & confice cum vino ſtyptico,& fiant formæ. Et quando oportet, adminiſtretur vna cum eo, quod conuenit ex liquoribus. Idem. Aliud faciens ſimiliter ad dolorem calidum. Rec.croci,myrrhæ, aloes, olibani,opij, ſarcocollæ, ana,fiant formæ,& ſuper frontem, & oculum lini in prin
B cipio doloris cum aqua endiuiæ, aut portulacę, aut ſolatri,hyoſcyami albi,aut coriandri humidi. Aliud. Recipit ſauich hordei, drachmas iiij. opij,drac.j.croci,drac.ij.confice cum ſuccis prædictis:& vtere ſuper ophthalmiam calidam. Filius Serapionis. Emplaſtrum faciens ſtypticitatem,& conferens in principio, & prohibens fluxum materiei ad oculos. Accipe foliorum ſolatri,& virgæ paſtoris,& arnogloſſæ, & endiuiæ, & portulacæ, & teneritatum rubi, & foliorum vitis, ana fac cum farina hordei emplaſtrum,& oleo roſaceo, & aqua decoctionis papaueris. Idem. Quando accidit, quod ægritudo conſequitur veſtigia maturationis, tunc miſceas in emplaſtris vitellum oui,mucilaginis,fœnugræ
C ci,& ſeminis lini,melilotum, & chamæmelum cum media parte croci, & oleo roſato ſimul incorporatis: & ſuperimpone. Filius Zezar. Sief album,quo vtendum eſt in principio ophthalmiæ calidæ, cum dolor eſt vehemens. Rec.gūmi arabici,dragaganthi, amyli,ana drachmas quatuor,ceruſſæ lotæ,drac.vj.opij,drac.j.diſtēpera cum albumine oui, vel cum aliquo,quod conuenit ex liquoribus. Idem Sief aliud albū conferens ophthalmiæ in augmento, & ſedat dolorem. Recipit ſarcocollæ nutritæ in lacte aſinæ, drac.ſemiſ.amyli,drach.iij.traganthi,dr. quatuor,opij,drac.j. olibani, drac.j.& ſemiſ.ceruſſæ ablutæ, drac.ſex, tempera cum aqua pluuiali. Filius Zachariæ Araſi, Sief album conferens ophthalmiæ,& doloribus oculorum. Reci
D pit ceruſſæ ablutæ, drach. quatuor, ſarcocollæ groſſæ, drac.iij.amyli, drac.ij. draganthi, dr.j. opij,drac.ſemiſſem. Fiant trochiſci parui. Sief aliud albū deſcriptione Aboali conferens ophthalmiæ in principio,& augmento eius. Recip. ceruſſæ,drach.x. gummi arabici,amyli,ana dr. v. ſarcocollæ nutritæ in lacte aſinæ, aut mulieris,drac.x.dragacanthi, drac.iij. opij,drach. & ſemiſ.confice cum aqua. Sief album deſcriptione Alexandri,expertum ad ophthalmiam calidam cum nimio dolore: & eſt mirabile. Recipit climiæ,prius tamen lotæ,deinde aduſtæ, & extinctæ in lacte mulieris, drach.x.ceruſſæ lotæ,drac.viij.ſcoriæ ferri drac.iiij. opij, drach.ij. dragacanthi,gūmi arabici, ana drachmas quatuor,

tuor, confice cum aqua pluuiali. Sief citrinum descriptione eiusdem conferens doloribus vehementibus ophthalmiæ. Recipit climiæ secũdum superiorem doctrinam præparatæ. drach. viij. cerussæ lotæ drach. xvj. croci, drac. iiij. opij, drach. ij. dragaganthi drach. ij. aquæ pluuialis, quod sufficit. Vtere cum albumine oui. Sief citrinum aliud mirabile descriptione eiusdẽ plus operatiuum alijs: reprimit. n. magis superfluentes materias. Recipit amyli. drach. xxj. sief memithæ, dr. ix. sarcocollæ, dragaganthi, gummi arabici, ana drac. iij. croci, drac. ij. & semis. myrrhæ, drac. j. opij drach. ij. confice cum aqua pluuiali. Sief rosarum descriptione eiusdem efficax: & expertum ad ea, quæ diximus superius. Rec. foliorum rosarum, drac. xv. croci. dra. viij. opij, drach. ij. spicæ indę, drach. ij. gummi arabici, drac. ix. aquæ pluuialis, quod sufficit, facit. n. ad doloris vehementiam, & ad fluxum materierum subtilium acutarum. Sabor Rex Medorũ. Confectio collyrij citrini sublimis ad ophthalmiam, & doloris vehemẽtiam: confert enim statim. Recipit sarcocollæ, drachmas tres, cerussæ, drac. v. amyli, dragagãthi, gummi arabici, ana drac. ij. opij, drac. j. croci drac. j. & semis. Omnia præter opium tere, & redige in subtilissimũ pulverem sicut alcohol: opiũ autẽ dissolue in aqua rosata, aut lacte mulieris, & misce cum alijs cõterendo in vase lapideo contritione multa vsq; dum fiat liquidum sicut mel currens, & vtere expertum est. Idem. Sief de spica conferens ophthalmię, cuius materia est frigida, & est cum diuturnitate. Recipit sarcocollæ drachmas. v. spicæ, drac. ij. foliorum rosarum, drachmas quatuor, croci, drac. ij. opij, aloes, ana drac. j. gummi arabici, amyli, dragaganthi, ana drac. j. confice cum aqua pluuiali: & fiat sief, & vtere. Cũ autem maturationis signum apparet, conficiatur sief huiusmodi cum succo capparis, expertũ est enim. Mahemet Arasi. Confectio pulueris albi cuius operatio est mirabilis ad ophthalmiã calidam, & vehementiam doloris. Recipit sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ, aut mulieris, drac. x. amyli, drach. ij. opij, drac. j. & semis. camphoræ, drac. semis. bonum, & expertum. Idem: Puluis alius cuius proprietas est abscindere lippitudinem, quando non est sanies multa. Rec. sarcocollæ, drac. decem, spumæ maris, drac. j. zuccari, drac. iiij. teratur, & administretur. Idem. Cõfectio pulueris citrini cuius iuuamentum est in fine ophthalmiæ, & est eius impressio fortis. Rec. sarcocollæ, drachmas decẽ, sief memithæ drachmas tres, lycij, aloes, ana drachmas duas, croci, drac. i. & semis. spumæ maris, drac. semis. teratur, & administretur. Hamech. Puluis conferens calidæ ophthalmiæ. Recipit sarcocollæ, sief memithe ana, fac pulueren, & vtere cum albumine oui. Isaac. Puluis citrinus conferens ophthalmiæ, quæ sequitur declinationem, & ophthalmiam difficilem, & adhærentem. Recipit sarcocollæ nutritæ, drachm. x. croci, spicæ, aloes, ana drachm. j. teratur, & administretur. Hamech filius Zezar. Cohol conferens cum auxilio Dei apostemati, quod est in coniunctiua, & inflammationi oculorum, & fluxui materierum, & lachrymarum, & pruritui: & vtere mane, & sero. expertum. Rec. tutiæ, lapidis hæmatitis, ana drach. iij. lycij, acaciæ, climiæ auri, ana aur. j. spicæ, opij, sumach, ana drach. semis. amyli, aur. j. aloes rubei boni, drachm. j. zucchari tabarzet, drach. iij. fac puluerem subtilissimum, & imbibe vice vna cum aqua myrobalanorũ citrinorum, & alia vice cum succo fœniculi, & tertia vice cum succo coriandri humidi, & quarta vice cum aqua sumach, & si est tempus granatorum, imbibe vicibus duabus cũ succo granatorum muzorum, vel cum succo granatorum dulcium, & acetosorum, deinde misce cum eis camphoræ, drachm. j. quartam, deinde iterum tere, & cerne, & pone in vase vitreo: & fiat cum eo alcohol mane, & sero.

De doloribus oculorum. *Cap.* 4.

DOlores oculorum. Inquit Hip. Potus vini, balneatio, phlebotomia, & euacuatio per ventrem curant dolorem oculorum. Intellexerunt posteriores, quod vini potio confert phlegmaticis doloribus: balneatio cholericis, & melancholicis: phlebotomia sanguineis: vel si humores aliqualiter cũ sanguine augmẽtentur. Euacuatio quoque per ventrem confert doloribus phlegmaticis, cholericis, & melãcholicis. Et quidem super hoc scrutinium secundũ sapiẽtiam est thesaurus operationis. Quoniam vini potatio cõfert phlegmaticis, dũ tamen maturatio, & euacuatio præcesserint, & iterata, quoniam agitationis suspicio tollitur ex agitatione particulariter, sublata multitudine. Et balneationis impressio similiter omnibus oculorum doloribus cõfert, etiã post debitam euacuationem, resoluit enim, & habilitat residuũ materiei, & proprie adhęrẽtis, & difficilis, alias autem dilatat materiam, & conuertit ex partibus alijs ad locum doloris, & multiplicat fluxum. Hic autem sermo noster est sermo, quem non omnes comprehenderunt: nisi qui se exercent secundum prudentiam, & viam industriæ: & illud est, quoniam oportet, vt postponantur euacuationes, quæ sunt secundum partem, eis, quæ sunt secundum multitudinem. Agitatio enim multiplicatur ex agitatione particulariter multitudine non sublata, dilatat. n. & incitat multitudinem: nisi materia secũdum locum particulariter incumbat, & non cum communitate etiam alterius partis, & fit in quãtitate parua. Principium vero euacuationis ab eo, quod est secundum partem, & non sublata multitudine, materiam dilatat, & agitat, & in loco doloris multiplicat, & hoc est illud, quod est error, & imperitia, sicut Gal. dicit. Hamech filius Zachariæ

De balneo.

chariæ. Cohol conferens doloribus oculorũ. & est medicina regum. Rec. antimonij, drach. vj. marchesitæ drac. v. tutiæ, drac. iiij. emblicorum mundatorum, drac. iij. amyli, drac. ij. piperis albi, drach. j. tere, & cribella, & vtere vbi oportet. Idem. Cõfectio sief cõferentis omnibus doloribus oculorum. Accipe succi mororum rubi quãtum vis, & fac siccari semper agitãdo, & accipe ex eo aur. iij. & misce cum eo ex albuminibus ouorum, quod subtile est, & lactis mulieris quãtitatem sufficientem: & fac siccari vsq; dum fiat sief: vtere cum albumine oui, & lacte mulieris: est. n. medicamen sublimen. Idẽ. Sief aliud conferens doloribus oculorum a cholera: & cõfert statim. Rec. climiæ, auri, scoriæ ferri, ana dr. xv. sief memithæ, drac. j. opij, croci, ana drac. semis. acacię, aur. semis. tere, & cõfice cum aqua, & fac sief: & vtere cum aqua rosata, & lacte mulieris. Idem. Sief cõferens doloribus fortibus ex multitudine materiæ, facit dormire ægrum ex illa hora. Rec. sief memithæ, drach. viij. croci, sarcocollæ, ana drac. iiij. opij, drac. ij. succi mandragoræ, drac. ij. Tempera cum aqua pluuiali, & vtere vbi oportet. Amaran. Sief cõferẽs omnibus doloribus oculorum, & vtere eo ad omnes ęgritudines. Recipit tutiæ bonæ, lycij, ana aur. iiij. myrobalanorum citrinorum aur. j. & semis. zinziberis, piperis longi, & albi, ana aur. j. asendeni, sarcocollæ, ana aur. ij. tere, & cerne, & solue lyciũ in aqua pluuiali, & cõfice cũ eo cetera, & fac sief, & frica in toto cũ aqua pluuiali, & albumine oui, vel succo rubi. bonũ si Deus voluerit.

De vulneribus, & vlceribus oculorum. Cap. 5.

VVlnera, & vlcera oculorum. Cura est sex res. Prima est euacuatio multitudinis. Secũda est prohibitio discursus materierũ ad oculos. Tertia est administratio intentionis circa vulnus. Quarta est correctio accidẽtium. Quinta est obseruatio regiminis in vita eius. Sexta est, vt vestigium, quod ex vulnere remanet deleatur. Primam igitur rem complent phlebotomia, quoniam est principiũ curæ, & proprie cephalicæ, deinde solutiones lenes ventris ex eis, quæ diximus in cap. de ophthalmia, factæ cum iteratione. Secundam rem complent medicamenta, q̃ sunt distincta supra in ca. de ophthalmia. Tertiã rem cõplent administrationes medicaminũ facientium nasci carnẽ in vlceribus, & cõsolidantiũ vulnera: sicut est sief album in principio cum lacte mulieris, & albumine oui. Et administratur secundum plurimũ medicina deiccatiua non multę mordicationis, vt nõ fiat saniei generatio, est enim in hoc vulnere sanis suspecta. Et post tempus principij si dolor non sedatur, fœnũgræcũ cũ rosis coctis in vino stiptico, aut aqua rosata super oculum cataplasmetur. Et vtendum est deinceps sief albo, & sief de plumbo cum albumine oui. Si autem dolor reprimitur, sief de plumbo vtendum tantum similiter cum albumine oui. Cum autem vulnus repletum fuerit, vtendum est sief elixir. Ligatura præterea super oculos restringenda est, vt cõ primat super puluillos, & super pilã constitutã, & ordinatam super oculos: iaceatq; æger supinus. Signum quoq; salutis est, quando incipit apparere in circuitu vulneris albedo: & post sanũ vulnus remaneat impressio albedinis in loco vulneris. Quartã rem cõplent administrationes medicaminũ sedãtiũ dolores, & puncturas, & mordicationes oculorum ꝓpter vulnera ipsorũ, ex his, q̃ ꝓcesserunt. Quintam rem cõplent administratio subtiliationis regiminis in sex generibus rerum, sicut iã diximus. Sextam rem cõplent medicinæ remouentes vestigium albedinis, quod remanet post vulnus, cum eis, q̃ dicẽtur in c. de albedine oculorum. Filius Zachariæ Arasi. Confectio sief de plumbo, replentis, & solidantis vulnera oculorũ. Rec. plũbi vsti, antimonij, tutiæ ablutę, chalcucecaumenon, gũmi arabici, dragaganthi, ana drac. octo, opij, dr. semis. Fiat sief cum aqua pluuiali. Idem. Aliud sief faciens nasci carnem in vlceribus, & prohibens egressum vuæ, & subtilians vestigia. Recipit climiæ, tutiæ, tritarum, & ablutarum multotiens cũ aqua pluuiali. cerussæ, antimonij, olibani, ana drac. ij. myrrhæ, drach. j. sarcocollæ, sanguinis draco. aloes, opij, ana drac. j. & semis. fiat sief, & administretur, bonum est, & expertum. Idem. sief de thure maturãs vlcera. Rec. thuris drac. x. ammoniaci, sarcocol. ana drac. v. croci, drac. ij. fiant ex eis sief cũ mucilagine fęnugræ. Idem. sief elixir, cuius operatio est sublimis ad vlcera maligna oculorũ, ꝓhibens egressũ vuę. Rec. antimonij, sedenegri, ana drach. x. acaciæ, drac. iij. aloes, dr. j. fac ex eis sief cũ succo rubi. Filius Zezar. Cohol cõferens vlceribus oculorũ. Rec. sarcocollæ nutritæ in aqua rosacea diebus pluribus, deinde nutritæ in succo rubi, tertio nutritę in lacte mulieris similiter diebus pluribus, & exiccatæ, quantitatẽ sufficientem, pulueriza, et fiat cũ eo alcohol mane, & sero bonũ. Et sunt qui mittunt sarcocollã in lacte mulieris tantum, & vtũtur. Sabor Filius Girges. Collyrium bonum ad vulnera, & vlcera oculorum. Rec. sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris, aut asinæ, drachmas quatuor, antimonij, sanguinis draco. sedenegi, ana drachmas duas, myrrhæ, aloes, ana dr. j. & semis. opij, dr. j. Terantur vltima cõtritione, sicut alcohol: deinde cõfice cũ succo rubi: sic cõterẽdo in vase lapideo cõtritione vehemẽti, donec fiat sicut mel currẽs, et recõde in vase vitreo, & vtere mane, & sero: & exptũ est.

De scabie oculorum. Cap. 6.

CVra huius ægritudinis est secundũ cõsiderationes duas. Nam q̃ subtilis est, & non multi

multi tẽporis,indiget corporis mundificatio
ne.Primo cum phlebotomia, & ventris ſolutio
ne,& ventoſatione in occipite, & nucha. Secun
do indiget regimine oculi ſubſtantiam tenerã
faciente: ſicut eſt balneatio proprie,& fomẽta-
tiones, & aliud regimen humectatiuum acqui-
ſitũ ex aere,& quiete: & ex his, q̃ comeduntur,
& bibuntur, & alijs. Tertio indiget medicinis,
quarũ proprietas eſt curare ſcabiem oculorum:
ſicut verbi gratia collyriũ, quod ſibi comparat
Sabor Rex Medorum,& ſief rubeum, & leue,
& ſief viride,& leue. Si autẽ fuerit ſcabies groſ-
ſa,& chronica,tunc cura eius eſt poſt ſolutionẽ,
& phlebotomiã frictio ſcabiei cũ folijs parieta
riæ:aut cũ folijs fici:aut cum aliquo inſtrumen-
torũ cõuenientium ad illud,aut cũ radice liqui-
ritiæ p̃parata vſq; dum ſanguis plurimus fluat,
& remoueat aſperitas, & durities,q̃ eſt ſicut fil-
troſitas:& appareat tenerũ eius. Et modus fricã
di cũ inſtrumento eſt, vt fiat frictio ſup oculũ,
& palpebras prius ſuperpoſito puluere, & ſpu-
ma maris,& zuccharo tabarzet, aut aliquo,qđ
ſit ſimile illis. Deinde laueẽ oculus cum aceto,
aut aqua roſata,aut vino forti albo, & nouo:de-
inde adminiſtreẽ reſiduũ regimen eius ex eis, q̃
dicta ſunt,& proprie ex collyrijs,& ſief lenib⁹,
& acutis: & emplaſtreẽ tẽpore frigido cũ amyg
dalis amaris, cymino, & mica panis infuſa in
rob cũ pauco croco, & tempore calido cũ vitel-
lo oui,& oleo roſato,& violato,& nõ prætermit
tantur genera medicaminis oculi ſubſtantiam
tenerã facientis. Sabor filius Girges. Cõfectio
collyrij boni ad ſcabiem oculorum,& ſebel, &
vngulam. Rec.ceruſſæ,viridis æris, ana partẽ.j.
tere cõtritione vltima cũ vino albo, & ſucco ru
tæ vſq; dum fiat currens in terminũ mellis cla-
ri,& liquidi,& vtere eo mane,& ſero. Si aũt me
dicamẽ mitius facere volueris, pone ex ceruſſa
partes.ij.& quandoq; ceruſſa,& flos æris teruntur
cõtritione vltima: & ponunt in vaſe æneo lim-
pido cũ liquoribus prædictis: & dimittũtur per
diem, & noctẽ, deinde colaẽ,& ponit colatura
in vaſe vitreo, & deſtillatur ex eo in oculo ma-
ne,& ſero. Mahemet Arabi. Cõfectio ſief rubei
valens ſicut p̃dictum eſt. Rec. ſedenagi,dra. iij.
æris vſti,drac.ij.myrrhæ,croci,ana drac.j.pipe-
ris,drach.ſemiſ.& eſt lene. Si aũt acutius facere
volueris,adde cũ p̃dictis floris æris, & ſalis am-
moniaci, ana drac.ſemiſ.Idem. Confectio ſief
viridis valens ſimiliter ad prædicta. Rec.floris
æris,drac.iij.colcothar adusti,drach.vj.arſenici
rubei, baurach, ſpumæ maris,ana drach.j.am-
moniaci,drach.j.& ſemiſ. ſalis ammoniaci, dr.
ſemiſ.ammoniacum diſſoluaẽ in aqua rutæ, &
fiant ex eis ſief. Hamech. Confectio ſief ſanans
ſcabiem oculorum, & cõſumens panum,& vn-
gulam. Rec.floris æris,colcothar adusti,ſpumæ
maris,ana drac.ij.chalcucecaumenon,drac.iiij.
baurach,ſalis ammoniaci, arſenici rubei ſubli-
mati,ana drachm.j. fac ſief cum ſucco chelido-
niæ,& adminiſtretur ſicut fricãdo,eſt enim bo-
num,ſi Deus voluerit. Idẽ ſief cõferens ſcabiei,
pruritui,& ſebel,& humiditati ſuperfluę in ocu
lo. Rec.ceruſſę,croci, gummi arabici,ana dr.vj.
ammoniaci, ſalis ammoniaci, ſpicæ,opij,myr-
rhæ,ſucci agreſtæ, ana drac.j.& ſemiſ.cõfice cũ
aqua pluuiali. Idem ſief conferens vlceribus,et
ſcabiei oculorum a caliditate. Rec.climiæ,cro-
ci,ſcoriæ æris,gũmi arabici,æris vſti,ana dr.iij.
myrrhæ,ſedenegi,ſpicę,ana drac.j.opij,roſarũ,
ana drac.j.piperis albi grana.iiij. Confice cum
vino,& vtere cum albumine oui. Humain. Co-
hol cõferens ſcabiei oculorũ,pruritui, & ſebel,
& tenebroſitati viſus. Rec.tutiæ, emblicorum,
ana dr.j.antimonij nigri,aur.ij.caſtorei,climiæ,
ana aur.j.& ſemiſ.memithæ, drac.j.croci,dra.j.
campho.aur.ſemiſ.ſuchaha danic.j.ſalis ammo
niaci,drac.ij.tere cõtritione bona,et pone in va
ſe lapideo mundo: & proijce ſup eã aquam plu
ualẽ, in qua infuſi fuerint per dies duos ex my
robalanis nigris circiter.xx. poſtq̃ contriti fue-
rint,deinde cola aquam,& funde ex ea parũ ſu-
per medicinas,& dimitte ſiccari, vel quaſi.de-
inde funde ex aqua p̃dicta, & fac ſicut prius, &
ſic pauliſper infundendo, & triturando vſq; ad
totius aquę cõſumptionem,deinde ſiccentur,&
puluerizent contritione vltima,& pone in vaſe
vitreo,dixit Humain,quod vẽdebaẽ põdere au
ri ,ppter ſuæ operationis excellẽtiã. Cohol axe
rumi,ex inuentione noſtra, valet cõbuſtioni o-
culorũ, & lachrymis, & ſcabiei, & ſebel. Reci-
pit tutiæ,carmeni,buruch,dr.j.elelengi,aſphar.
zinziberis, ana drac. quinq; piperis longi,me-
mithæ, ana drach.ij. ſemiſ.& chirat.ij. melech
indi,drach.j.tere ſimul,& tẽpera cũ aqua agre-
ſtæ,& fac ſiccari: deinde tere, & vtere. Muſafa-
ctor. Alcohol ſief cõferẽs ſcabiei, & vlceribus
oculorum,& dolori, & debilitati viſus. Recipit
lycij,tutiæ indæ,ana aur.iiij.chebulorum,aur.j.
zinziberis, drach.j.fiat ſief, cum aqua pluuia-
li, & vtere in cocto.

De ſebel. Cap. 7.

QVæ ſubtilis eſt,& nõ multi temporis,cura
tur cum cõſiderationibus prædictis in cu
ra ſcabiei oculorum: ſcilicet cũ ſubtiliatione re
giminis, & dimiſſione vini, & cibariorum va-
poroſorũ:& cum euacuatione corporis,& phle-
botomia,& rebus tenerã reddentibus ſubſtan-
tiã oculorum: deinde cum ſief, & collyrijs di-
ctis ibi. Si aũt chronica fuerit,& groſſa,vt appa
reat ſicut tela aranee expanſa ſup pupillã oculi
cũ venis manifeſtioribus, ita quod viſum ,phi-
beat, tunc eſt ſm vnum duorum modorũ. Aut
enim colligit,& eleuatur dũ apprehenditur, &
ſuſpendit cum vncinis:& tunc cum inciſorio in
ciditur poſtq̃ colligis eam: & ſeparas ab oculo
cum pilo equi, aut filo de ſerico: & curetur de-
inceps cum aqua infuſionis cymini, & poſt
illud

illud cum puluere citrino. Si autem non colligitur nec eleuatur, curetur cum medicationibus acutis dictis in capitulo, quod est ante illud.

De albumine oculorum. Cap. 8.

CVra huius egritudinis commẽsuratur eisdem regiminibus, quibus, & sebel. Nã quę subtilior est, quantum ex modo bene operandi comprehendi potest, indiget assiduatione rerũ oculi substantiam teneram facientium, sicut est balneum, & assiduatio eius, & inclinatio super vaporem aquæ calidæ, deinde vtatur puluerizatione post puluerizationem super oculum ex spuma maris, zuccharo, & sarcocolla: & interdum vtendum est frictione post frictionem cũ eodem puluere, vel cum aliquo, quod sit sicut ipsum, & sunt qui addunt ad vigorandum prędicta, puluris baurach, aristolochiæ ana, sicut ex prædictis, & sunt qui experti sunt super huiusmodi succum florum papaueris rufi cum succo, aut puluere hueg esse iuuamentum: & similiter cũ stercore stellionis, aut lacerti viridis magni, & similiter expertum est ex stercore hirundinis, & similiter expertũ est ex vrina pueri coagulata in vase æneo cum modico salis ammoniaci. Si autem fuerint dura, & in corpore duro eligantur ex medicaminibus, quæ magis acuta sunt, & pluris virtutis ex his, quæ dicta sunt: & dicemus, post frequẽtiam tamen balneationis sicut iam diximus. Dixit Alexand. quod sebel est cum super alba oculorum, & super nigredinem videtur similitudo panni texti ex venis rubeis grossis. Ex medicinis autẽ conuenientibus ad albuginem remouendam, & sebel, & vngulam, & alias oculi additiones, quam plures scripsimus in capitulo de scabie oculorum. Nunc autẽm ponimus narrationes medicaminũ propriorum. Sabor filius Girges. Collyrium expertũ ad albuginem oculorum remouendam, & est ei impressio bona. Accipe fellis tauri, succi huheg, vel puluris radicum eius, radicũ chelidoniæ, ana aur.iij. corticum radicum fœniculi, aur.iiij. tere cõtritione grossa, & pone in vase æneo, & funde super medicinas vrinæ pueri circiter lib.j. & dimitte per dies quatuor, deinde decoq; vsq; ad lib. semis. & iterum reducas ad vas eneum vsq; dum inspissetur, deinde accipe massacumiæ, stercoris magni lacerti, spumæ maris, zucchari tabarzet, salis gemmæ adusti, æris adusti, salis ammoniaci, ana partes æquales. Terantur vltima contritione: deinde ponantur in vase lapideo mundo, & terso, & fundatur super ea ex medicamine prędicto: & conficitur terendo semper ante parum ex medicamine fundendo vsq; dũ impinguet, & fiat sicut mel: deinde refunde in vase vitreo, & vtere, est enim expertum, & bonũ. Medicamẽ Rasis valde vtile ad albuginem oculorum remouẽdam, & cito eradicandã: cui dixit non inuenisse ęqua le. Recipit tutiæ, spumæ maris, stercoris stellionis magni, baurach, zucchari de Mecha, ana partes æquales, deinde sumatur acori, chelidoniæ, ana drac.x. coquantur in lib.j. aquæ donec ad drac.iiij. redeat, & coletur, ex hac aqua imbibantur species prædictæ, & conficiat cum ea, & siccent in vmbra, deinde terant iterum, & conspergantur vt prius, & siccent, quod postquam factum fuerit, siccent, & terant, & in oculo mittantur, huic.n. medicamini nullum compar existit in albuginis remotione, etiã si esset grossa, vt in brutis animalibus. Alexãder. Medicamẽ lene ad albuginem remouendam. Accipe ossiũ sepiæ, drac.j. & semis. salis ammoniaci, cerussæ, ana drac.j. ammoniaci, drac.ij. vtere, & expertũ est. Mahemet Arasi. Medicamen remouens albuginem oculorum, inclinetur prius super vapores aquæ calidæ, deinde aspergatur hic puluis. Recipit spumæ maris, baurach, sarcocollæ, zucchari tabarzet, stercoris muris, ana partes æquales. Idem. Confectio medicaminis sublimis ad albuginem cito remouendam. Accipe massacumię, stercoris magni lacerti, spumę maris, baurach, zucchari tabarzet, ana partes ęquales, deinde accipe radicum chelidonię, fœnicu. hueg, ana drac.j. decoquantur in lib.j. aquæ, donec redeat ad drach.iiij. deinde submergatur prædictarum rerum puluis subtilissimus in hac aqua, & exiccetur semper conterendo: deinde teratur, & fiat alcohol cum eo.

De cura vngulæ oculorum. Cap. 9.

DIxit Alexãder, quod vngula est cũ aliqd panniculo simile ex palpebra, quę ex parte naris, oriri videtur, & album oculi cooperire: & peruenit vsque ad oculi nigredinem. Cura huius est sicut diximus in sebel, cũ collyrijs, & alijs, si recens est, & si antiqua. Si autem non est possibilis eius eradicatio cum medicinis, suspendatur cum vncino, si est possibilis eius suspensio, deinde incidatur iuxta lachrymale, ita quod nõ profundetur incisio, ne damnetur pellicula in organo lachrymali, & fiat continua lachrymarum effusio. Si autem non est facilis suspensio vngulæ, submittatur pilus, aut filum de serico cum acu curua: postea capias eam, & suspendas, deinde sicut excoriando trahatur, & extirpetur. Quod si nec hoc sufficit, excorietur excoriatione subtili cum ferro, postquam autem abscideris eam, destillabis in oculum cyminum masticatum cum sale. Si autem ibi dolor generatur, aut mordicatio, emplastrabis cum oleo rosato, & violato, & vitello oui. Si autem aliquod residuum ex ipsa vngula remanet, cũ collyrijs consumetur, & eradicetur. Iam superius medicamina ad vngulam, & sebel, & ad alias oculorum additiones scripta sunt, quæ sunt administranda post balneum, & vaporem aquæ calidæ, sicut diximus.

Medicamẽ sublime Rasis.

De lachrymis oculorum, & earum exuberantia. Cap. 10.

CVra huius ægritudinis in quibuſdã nõ eſt poſſibilis: & proprie quando profundata eſt inciſio in angulo lachrymali: & quando lachrymarũ effuſio eſt nociua. Verum ſi eſt occaſione alterius morbi, ſicut ꝓpter febrem, tollit̃ ſublata febre. Si aũt cauſam habuerit per ſe, ſicut eſt debilitas retentiuæ: vel quia nõ fit crudorum digeſtio, & maturatio: vel quia ſit eorum effuſio propter multitudinem, aut propter qualitatem facientem diſſolutionem: & tunc cura eius eſt quatuor res. Prima eſt obuiatio: & adęquatio cauſæ facientis. Secunda eſt mundificatio corporis, & totius capitis. Tertia eſt adminiſtratio medicaminum cõmenſuratę ſtypticitatis. Quarta eſt diuerſio materiei ad aliam partem. Primam igit̃ rem cõplent adminiſtratio medicinarum remouentium malitiam cõplexionis, & cõfortantium cerebrum, & vigorantium digeſtionem, & retentionem ex his, q̃ dicta ſunt in c. de catarrho, & coryza, poſt mundificationem corporis, q̃ dicemus. Secundã rem cõplent medicinæ euacuantes, quod ſuperabũdare vr̃ ex multitudine inteſtinorum, rerum, q̃ apparent ex his, quæ dicta ſunt. Tertiam rem cõplent adminiſtrationes medicinarum, quarum proprietas fluxum lachrymarum reſtringit, ex his, q̃ dicemus. Quartam rem complent phlebotomia, aut inciſio venæ, vel arteriæ, per quas cõprehendimus materias fluere; & deriuari, & hoc quidem iam dictum eſt in c. de ophthalmia: & tu require illud ibi, ſi aut̃ res non ſuperfluit, & fuerit in principio, emplaſtra ſup venas, & arterias ipſas, reſtringentia, & cõfortã ia pone. Et iam quidem dictum eſt, quod cauterium ſup zuhendeg eſt ad fluxum lachrymarum cura ſublimis, & proprie quãdo ſuperfluit, & iam alia non cõtulerint. Scripſimus in ca. de ſcabie oculorũ plures ex medicinis ad lachrymas ſtringendas, ex q̃bus eſt ief, quod ſcripſit Hamech, & alcohol, quod ſcripſit Humain, & alcohol exerumi, & in capite de ophthalmia ſcripſimus ex emplaſtris plura ſtringentia lachrymas. Mahemet Araſi. Epithema prohibẽs fluxum ex oculo. Recipit aloes, tutiæ, ief memithæ, lycij, boli, ana partem. j. gũmi arabici partes. ij. liniat̃ ſuper frontẽ cũ albumine oui. Idẽ. Cõfectio alcohol ſtringens lachrymas, & confortans oculos. Recipit tutiæ, drach. x. corallorũ cõfricatorũ, myrobalanorũ, citri, & aloes, ana, drac. ij. piperis, drac. ſemiſ. macropiperis, drac. ij. fiat cohol cum eo. Democritus. Medicamen ſaris vtile ad dolores oculorum, & lachrymas. Accipe lanã non ablutã, & cõbure, & cinerem eius diligenter tere, & ex eo cum albumine oui ſup frontẽ, & tempora lini: ſtatim. n. materiei fluxũ, & lachrymarũ amputat, & dolorem tollit. Iudæus. Cohol conferens cum auxilio Dei fluxui lachrymarum. Accipe fumi thuris, myrrhæ, tutiæ ablutæ, ana partes æquales, ief memithæ, croci, ana partis. j. tertias duas, bonum. Idẽ. collyrium expertũ ad lachrymas oculorũ, & tenebroſitatẽ. Accipe ſucci granatorum acetoſorũ cocti vſq; ad medietatẽ, & colati, lib. ſemiſ. deinde pone ſup ipſum ief memithę, aloes boni puri, lycij, & croci, ana dra. ij. muſchi boni, danic. ij. deinde pone in vaſe vitreo, & obtura orificiũ eius, & dimitte in ſole diebus quadraginta, & vtere eo mane, & ſero. bonum. Filius Zezar. Confectio alcohol deſiccantis lachrymas, & cõferentis pruritui, & ardori. Recipit ſe denegi, chalcucecaumenõ, ana drac. ij. ief memithæ, climiæ, ana dr. j. aloes, ſpicæ, coſti, opij, ana drach. ſemiſ. fac puluerẽ: deinde imbibe in ſucco fæniculi, & dimitte ſiccari, & tere cõtritione vltima, & vtere. Amarã. Cohol conferẽs cũ auxilio Dei ad lachrymas oculorũ, & pruritũ, & ardorẽ, & viſus obſcuritatẽ. Accipe fumi thuris, dr. iij. myrrhæ, aloes, ana drac. j. & ſemiſ. gũmi aſſi, ceruſſæ, ana drac. ij. opij, aur. j. ſedenegi, drac. ij. & ſemiſ. puluериza, & vtere. Filius Girges Rex Medorũ. Cõfectio medicaminis, et eſt cohol pomerij cõferẽtis lachrymis, & ardori, et aſperitati oculorũ, & ægritudinibus, & fumoſitatibus calidis, & choleræ; & ei qui patit̃ deſcẽſum aquæ, & ei qui videt rem vnã eſſe duas. Recipit ſarcocollę nutritę in lacte mulieris diebus pluribus, dra. iiij. dragacanthi albi, olibani, ſcoriæ ferri, margaritarũ nõ perforatarũ, ana dr. j. ſpicæ indæ, climiæ auri, & argẽti, cachiæ, ana drac. ſemiſ. amyli, ceruſæ, ana dr. ij. tutiæ ſubrubeæ, dr. iij. Tere omnia, & imbibe cũ aqua roſata ſic cõterendo, deinde fac ſiccari, deinde imbibe ſucco granatorũ acetoſorũ, & fac ſicut prius: deinde cum aqua infuſionis hueg: vltimo vero cum aqua ſolatri: deinde pone camphuræ danic. j. zuchari tabarzet, aur. j. deinde tere vltima contritione: & fiant ex medietate eius ief cum aquã roſata, & ex alia medietate fiant alcohol, & vtere cum aqua roſata, vel albumine oui, & lacte mulieris, eſt enim valde bonum.

Cauterium eſt medicina ſublimis.

De tarphati. Cap. 11.

CVra huius ęgritudinis eſt alterius modi in principio, & in fine, & in tẽpore intermedio. In principio. n. indiget phlebotomia ex cephalica, & lubrificatione, & ſolutione vẽtris, & adminiſtratione clyſteriũ, quoniã clyſteres sũt melioris curę in hac parte cũ diminutione cibi, & potus, et dimiſſione vini. Deinde adminiſtrẽtur repercuſſiua in principio, ſicut eſt bolus armenus, & lutũ ſigillatũ, & chimolea cũ albumine oui: deinde cũ lacte mulieris. Deinde prõcedendum eſt ad deſtillãdum in eum ſanguinem pulli colũbini ſtatim cum decollatur, aut turturis. In fine vero miſceant̃ cum eo aliqua ex reſolutiuis: ſicut eſt arſenicũ citrinũ, & proprie ſublimatum,

blimatũ,& ablutum, & frictum cũ aqua corian dri:& cõfert in huius hora, & deſtilletur in oculum collyrium Gabrielis, & fortius illo eſt ſief Sabor,quod dicemus. Emplaſtretẽ autẽ in principio eius cũ fœnugræco, & roſis coctis in aqua roſacea,deinde coctis cũ vino,& proprie cũ prę ceſſerit ægritudo:& vaporetur cum decoctione chamæmeli, aut meliloti, aut cũ decoctione foliorum caulis. Et ſimiliter emplaſtretẽ cum folijs caulis contritis, & coctis cum vino forti, & antiquo. Mahemet Araſi. Sief.cõferens tarphati. Rec.thuris, myrrhæ, croci,ammoniaci,ana, drac.j.arſenici rubei, drac.ſemiſ.fiat ſief, & adminiſtretur cũ aqua coriãdri humidi. Gabriel. Collyrium cõferẽs tarphati,bonũ. Accipe thuris partẽ vnam,tere vltima cõtritione, & funde ſup ipſum ex aqua pluuiali, in qua diſſoluta ſit talis maſſa,& ſalis ammoniaci, & ſalis gemmæ circiter,ana partis.j.tertiã,diu terat, & diſtillẽt ex eo in oculũ mane,& ſero. Sabor. Sief expertũ ad tharphati oculorum. Rec.arſenici loti, & ſublimati,deinde fricti,& loti cũ aqua coriãdri, drac.iij.ſarcocollæ,piperis, ammoniaci,lapidis lazuli,ana dr.vnam,diſſoluat ammoniacum in aqua,in qua diſſolutum ſit ex ſale ammoniaco, dra.ſemil.& fiãt ſief, & vtere cũ lacte mulieris.

De algarab oculorum, id eſt apoſtemate fiſtuloſo in lachrymali oculi. Cap. 11.

CVRA huius ægritudinis incipienda eſt a corporis mundificatione,& capitis,cum iteratione,& reiteratione,donec confidimus de abſciſſione ſuperabundantiũ cum abſtinentia, & cõmẽſuratione rerũ ſex. Deinde ante ſui eruptionẽ ponantur ex reſoluentibus aliqua debilis reſolutionis in principio:deinde fortioris,ſicut ammoniacũ proprie diſſolutum cũ oleo nucũ,& ſucco fœniculi,aut bdelliũ, aut ammoniacũ cum modico atramenti, aut nux rancida cõtrita, & ſuppoſita, quoniã eſt vltima. Poſt eruptionẽ vero ſi morbus eſt recẽs, triplici indiget regimine curationis. Et primũ quidem eſt mundificatio cum eis: q̃ ſunt proprie moderatæ abſterſionis, ſicut aqua mellis: aut mellicratũ: & fortius illo eſt mellicratũ cum modico aquę rutę,aut mel cũ aqua rutæ, iſta.n. deſtillentur hora poſt horã: deinde exiccẽt locus, & exprimat virtus eius:deinde adminiſtrẽt lanugo arundinis inuenta in interiori parte ipſius, & proprie iuxta radicẽ cũ melle pauco,vel ſola p ſe ſicca, eſt.n.mundificatiuũ bonũ. Secũdũ vero genus curationis eſt oppoſitio medicaminis deſiccatiui, & incarnatiui mediocris exiccationis, ſicut eſt proprie adminiſtratio aloes,& myrrhæ, & ſarcocollæ,ſanguinis draconis,& chamędryos, & ariſtoloc.& thuris,& ſimiliũ:proprie poſt expreſſionẽ vulneris, & mundificationẽ, & ablutionem eius cũ vino ſtyptico hora poſt horam. Et dixerũt quidã, quod ruta eſt ex rebus mirabilibus ad hãc ægritudinẽ: & proprie facto emplaſtro ex ea cũ expreſſione granatorũ,ſanãs,& remouẽs veſtigiũ eius. Tertiũ vero eſt cõſolidatio cũ eo,quod eſt maioris deſiccationis quam prius: ſicut ſunt collyria,proprie quorũ narrationẽ ſequemur poſt. Si aũt ægritudo antiqua, & inueterata fuerit,quintuplici genere curationis indiget. Et primũ quidẽ eſt remotio eorũ,q̃ ſunt contra naturã,ſicut eſt caro corrupta,& filtroſa; cũ medicinis acutis, quæ ſunt ſicut colcothar,arſenicum,ſal ammoniacus,atramentũ alharat,aluminis,ana partem vnã,calcis viuę partes duas, terant in vaſe ęneo cũ vrina pueri:deinde poſt exiccationẽ vtere. Et quandoq; ſubmergit ægritudo, & imprimitur corrũpens os, aut alterat ſuperficiem eius,tunc totũ,quod corruptũ eſt, radat, & abijciat vſq; dũ apparet purũ. Secundũ eſt abſciſſio materierũ fluere conſuetarũ cũ eo,quod conuenit: & iã locuti ſumus in ca.de catarrho,& in eo quod p̃ceſſit in ca. de fluxu lachrymarũ. Tertium eſt mũdificatio, & abſterſio cũ eis,q̃ iam diximus;cõfortat tamen cũ aliquo acutorum leuium,ſicut eſt vnguentũ ægyptiacum,cũ modico aloes,& olibani. Quartũ eſt adminiſtratio incarnatiuorum nõ expoliatorum ab eo,quod eſt ſicut ziniar,atramẽtũ, & ſimilia. Quintũ eſt ſigillatio, & conſolidatio cum eis,q̃ dicemus. Quandoq; vero apud poſſibilitatem morbi huius nõ confert, & tunc eius cura cauteriũ eſt. Et modus operationis eius circa hoc eſt, vt abſcindantur in longum vſq; quo perueniatur ad os. Tunc ſi os ſanum fuerit habens ſolum,quod eſt in ſuperficie tabefactũ,radatur, & abijciatur totum, quod ex eo alteratũ apparet, & curetur deinceps cum medicamine incarnatiuo ex eis,q̃ dicta ſunt. Si autem ex oſſe manifeſta quantitas corrupta apparet, cauterizetur ſm illud,quod eſt poſſibile vſq; ad ſufficientiam eius, & proprie ſm cõſiderationem corrupti ipſius. Et ſunt ex hominibus qui perforant os: & proprie quãdo iã percipit ex morbo adhæſiſſe colatorio. Verũ eſt, quod iſtud raro recipit curam,niſi ſicut a fortuna. Nos autem curauimus aliquos: & pauci ex eis ſanati ſunt. Hoc autem non prætermittimus: quoniam oportet quando cauteria fiunt,aut medicinæ acutæ imponuntur fiſtulis lachrymalium, vt oculus compellatur ad angulum ſylueſtrem compreſſione facta cum ſpõgia infuſa in aqua frigida,aut ſucco ſolatri,aut portulacæ: & ſæpius innouetur. Mahemet filius Zachariæ. Confectio medicaminis vltimi ad garab, quod adminiſtratur poſtquam abluitur fiſtula cum vino ſtyptico, deinde exprimitur donec egreditur virtus eius. Recip.aloes,ſarcocollę,ſanguinis draconis, myrrhæ, thuris, balauſtiæ, boli ar.ana, drachm.quinque, ziniar,drach.j. & ſemiſ. climiæ argenti,dr.x.terantur, & puluerizẽtur, & ſupponant. Idẽ.aliud valẽs ſimiliter. Re.aloes, thuris,ana dr.j.ſarcocollæ,balauſtiæ,ſanguinis

draconis,antimonij, aluminis,ana drac. semiſ. E
floris æris quartam drac.j. fiant collyria, & vte
re ſicut prius. Dioſcorides. Accipe ex folijs cha
mædryos ſiccis,& tere cõtritione vltima,& fac
ex eis ſief cum ſucco ſolatri:& vtere,bonum ad
vlcera oculorum, & algarab. Gabriel. Confe-
ctio medicaminis expti ad algarab, & vlcera.
Accipe ſief memithæ, chamedryos,corticum
thuris,myrrhæ,aloes,ſarcocollæ,atramenti,ari
ſtolochiæ rotundæ,ana partes æquales, terãtur
ſicut alcohol, & vtere ſicut prius. Idem. aliud.
Rec. myrrhæ, aloes, corticum thuris ſiccarum,
ana vtere indeſinenter cum aqua altara ſacon.

De almuſaragi ſiue alinthiſar, & eſt egreſſio vuæ, ſiue pupillæ dilatatio. Cap. 13. F

POſtquam confirmatur, aut quæ a natura
eſt,non habet curam, facta autem a ſiccita
te difficulter curatur:tamen ſuccurritur ei cũ bo
no regimine, & humectatione ex his,quæ ſcis.
Et eſt,quæ fit ex humectatione. Et cura eius eſt
quatuor res. Prima eſt euacuatio, & ſubtractio
eius,quæ excreſcere videtur,materiæ,iterata cũ
interpolatione non frequenti,& phlebotomia,
ſi appareat ſignificatio humorum abundantiũ
cũ ſanguine; & proprie cephalicæ:& poſt hãc,
ſi exigit diſpoſitio, ex venis lachrymalibus, &
venis temporum:& fiat inciſio arteriarum, aut
cauterizatio ipſarum,ſi res poſtulat. Et quando
que fit cauterium,& confert proprie in zuhen- G
deg,ſicut diximus. Secunda eſt adminiſtratio
medicinarum diuertẽtium materiam ex loco,
ſicut ſcarificatio in auribus: & apertio cum ven
toſatione hæmorrhoidum, & appoſitio vento-
ſarum in nucha,& ſuper collum, & in ſpatulis.
Tertia eſt abſtinentia,& tolerantia famis,& re
gimen exiccatiuum. Quarta eſt adminiſtratio
rerum reſoluentium ex ipſo oculo,& extrahen-
tium humiditates dilatantes vuam, ſicut pro-
prie alcohol ex felle hœdi cum ſucco fœniculi,
et pauco ſale ammoniaco,aut ex felle ericij,aut
ex felle teſtudinis, aut ex capitibus hirundinũ
aduſtorum,& fiat inde collyrium cũ ſucco che-
lidoniæ, & melle, quoniam eſt expertum. Eſt
etiam,quæ fit a caſu, & percuſſione,& cura eius H
eſt duæ res poſt regulationem, & abſtinentiam
in eis, quæ comeduntur,& alijs,& abſtinẽtiam
a vino. Et prima eſt, vt in principio fiat admini
ſtratio repercuſſiuorum, & infrigidantium, &
prohibentium effuſionem materiæ,& hoc poſt
phlebotomiam: ſicut proprie eſt emplaſtrum
ex farina fabarum excorticatarũ cum aqua fo-
liorum ſalicis,ſolatri,aut endiuiæ. Secunda fiat
adminiſtratio reſolutiuorũ mediocrium, ſicut
proprie fit ex vitello,qui cũ oleo roſato,& pau-
co vino emplaſtratur deſuper: & proprie poſt
inſtillationem in oculos ex ſanguine turturis,
aut pulli colũbini. Ad vltimũ inſtillentur colly
ria reſolutiua fortiora, q̃ paulo ante dicta ſunt.

*De nyctalopa oculorum, id eſt qui poſt ſolis occa-
ſum non vident. Cap. 14.*

CVra huius ægritudinis eſt quatuor res. Pri
ma eſt regulatio vitæ. Secunda eſt ſubtra-
ctio materiei. Tertia eſt abſterſio eius,quod flu
xit. Quarta eſt correctio nocumenti accidentis
in ſpiritu. Primã igit rem complent cõmenſura
tio in ſex generibus rerũ: & proprie cũ alleua-
tione comeſtionis, & dimiſſione cœnæ. Et ſint
cibaria digeſtioni obediẽtia ex his,q̃ ſcis. Et de
tur in potu ante cibũ, & poſt deſcenſum eius a
ſtomacho, vinũ antiquum bonũ purum poſtq̃
propinaueris ante illud ſuffuſ reſenigi, quod di
cemus poſt. Et ex cibis qui currunt curſu pro-
prietatis eſt hepar hircinum comeſtum,aſſum,
aut elixum; cum ſale gemma modico,& modi-
co piperis longi. Herba autem adhil, & elec-
tarium eius eſt ſublimis iuuamẽti ad illud. Secun
dam rem cõplent phlebotomia ex cephalica,ſi
multitudinẽ cognoueris in ſanguine,& ex ve-
nis lachrymalibus, & ex naribus, ſi inuitat ne-
ceſſitas. Si aũt ex humorũ groſſitie fieri cõtin-
gat euacuatio,fiat cũ hiera picra, & hiera colo-
cynthidos,& pilulis cochijs,& cũ gargariſmati
bus,& caputpurgijs ex eis, q̃ ſcis. Tertiam rem
cõplent collyria de fellibus,& inſtillationes in
oculo,& proprie eius,qui currit ex hepate hirci
no,aut caprino; quando ſcindit in multis parti-
bus:& aſpergit ſup ipſum ſal indus,aut ſal gem
ma,& piper longũ poſt contritionẽ eorũ: dein-
de aſſat,& quandoq; huius hepar aſſat cũ eiuſ-
dem ſpeciebus ſup prunas, & fit inclinatio ſup
fumũ eius. Et iam dictũ eſt,quod comeſtio eius
eſt iuuatiua valde:& ſimiliter inclinatio ſup va
porem aquæ elixationis eius. Quartam rem cõ
plent adminiſtrationes medicaminũ ſpiritũ vi
ſibilẽ ſubtiliantiũ, & illuſtrantiũ: ſicut eſt pro-
prie vſus herbæ adhil,& cucubæ,& fœniculi,et
chebuli cõditi,& nux muſchata cõdita, & alia,
q̃ dixim⁹ in c.1. de egritudinib⁹ oculorũ. Alexã
der. Cõfectio collyrij ad nyctalopẽ experti. Ac
cipe ſucci fœniculi cocti, & depurati partẽ vnã,
mellis, & fellis hircini ana partẽ mediã,bonũ,
& exptũ. Idẽ. Prędicto collyrio admiſce ex ſter
core crocodyli, aut ſtellionis, ana. partis vnius
quartã, & ſanat in paucis diebus. Idẽ. fiat alco-
hol ex pipere lõgo,zĩzibere,& ſpica, & cõfert.

De aqua deſcendente in oculum. Cap. 15.

QVando eſt in principio, & non eſt confir-
mata,ſuccurritur ei cum medicinis,& pro
prie cum abſtinentia,& diminutione ciborum,
& vitatione groſſorum, & vaporoſorum, ſicut
ſunt pulmenta, & pinguia, & iura, & piſces,&
vinum,& ſimilia ipſis, & cum mundificatione
ſæpius iterata,& proprie cum cochijs, hiera pi-
cra,& hiera diacolocynthidos:& cum admini-
ſtratione medicinarum ſoluẽtiũ, ſicut eſt aqua

rutæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0458-0

rutæ,& propriè cum ſerapino:aut aliquo ex fellibus animalium,cum melle, & ſucco fęniculi: aut ſerapinum cũ felle hircino, & melle,& ſucco fœniculi:qm̃ eſt vtiliſſimum. Filius Zachariæ Araſi. Cõfectio collyrij de fellibus ad principium aquæ,& nyctalopam, & alintiſar. Accipe fellis hirci exiccati in vaſe æneo,dr.x,pulpæ colocynthidos dr.i. & s.ſerapini, dr.ij.euphorbij,dr.ij.fiant ſief cum aqua rutæ, aut aquæ fœniculi,& vtere.Sabor. Collyrium bonum,& expertum.Accipe fellis hircini exiccati in vaſe ęneo,& granorum auri exiccatorum,ana dra. v. ſerapini,dr.j.gummi,dr. s. fac ex eis collyrium cum ſucco chelidoniæ, & vrina pueri non polluti,& melle. Quando autem paſſio fuerit confirmata,& fuerit ex eis, in quibus eſt poſſibilitas curationis:cuius ſignum eſt, quod dum aſpicitur oculus, vel pupilla videtur clara, & cedit dilationi cum premitur digito, aut inſtrumento,deinde redit ad ipſum,& non frangitur:tunc eſt ex illis, quæ deponuntur ex recta operatione artificis. Et modus deponendi aquam cum inſtrumẽto eſt huiuſmodi. Subtilietur regimẽ eius ex cibo, & potu, & dimittat vinum omnino.Et ſit cibus eius aqua ciceris,& ſauic,& ſorbilia facilis digeſtionis, & boni nutrimenti,& & paucæ quantitatis.Et procedat cum iteratione in mundificatione corporis,& capitis,procedat cum phlebotomia, ſi neceſſaria fuerit. Deinde in domo temperati aeris non luminoſa locetur:& iaceat ſupinus: & præcipiatur ei,vt cõuertat intuitum ſuum verſus naſum. Deinde incipe perforare ex parte ſylueſtri lachrymalis cum inſtrumento, quod dr̃ deponens aquam: & procedat perforatio inter tunicam, & tunicam, cum omni facilitate, vſque dum perueniat ad vacuum,quod eſt ante pupillam.Deinde incipe deponere aquam, & occultare illam ſub cornea, donec deoculetur, quod ſepultum erat ſub aqua, & videatur, & obſeruetur cũ induſtria,ne quod deponitur ex aqua redeat; occultando, & ſepeliendo eam in quantum poſſibile fuerit, ne redeat: & hoc cum iteratione, & iteratione, donec adueniat ſanitas: & poſt hoc pone ſuper oculum vitellum oui,& oleum roſatum cum puluillo ex coto,& ſit accubitus ſuper ceruicem, & collum: & fiat hoc vſque ad tempus quo remouebitur dolor, & non ſoluatur ligatura niſi de triduo in triduũ:& dum ſoluitur, vaporetur oculus cum aqua roſata decoctionis ſalicum,& ſimilium.Et ſit domus in qua habitat,tenebroſa.Et afferantur ad locũ hunc deinceps, quæ diximus in cura vulnerum oculorũ.

De debilitate viſus. Cap. 16.

SI cõtingat à re addita in ſuperficie oculorũ, quam ſenſus comprehendit, ſicut eſt vngula,pannus, ſcabies,& ſebel, dicta eſt cura eius. Si autem contingat propter rem, quam ſenſus non valet comprehendere,ſicut nebula, vel vapor:tunc eius cura eſt terſio cum eo, quod eſt reſolutionis mediocris: ſicut ſcripſimus in canone.Si autem fuerit p̃p vapores, qui eleuantur a ſtomacho poſito ſub dominio humiditatum vi ſcoſarum,putridarum,& vaporoſarum:aut ſub dominio cholericæ materiæ vaporoſæ: cura eius eſt mũdificatio ſtomachi cum ſolutione, & vomitu leni,& facili ex his,quæ diximus, cum præceſſione adminiſtrationis medicaminũ inciſiuorũ, ſicut ſyrupi acetoſi in calida materia, & oxymelitis ſquillitici in frigida materia: & ſubſequutione medicaminum,quib. approprietur duplex intentio.ſ.confortationis ſtomachi, & prohibitionis eleuationis vaporum cum eis, quæ ſunt ſicut tryphera minor proprie,chebuli conditi,& zuccharum roſatũ cum maſtiche,& trochiſci nominati diarhodon.Si autem fuerit p̃p peccatum,quod eſt in ipſo oculo, tunc ſit illud aut p̃p exceſſum ſiccitatis in ipſo:& cura eius eſt regimen humectatiuum, quod diximus in canone,præterquã,quod facit cadere in oppilationem. Aut p̃p exceſſum turbidæ humiditatis in ipſo,& cura eius eſt tres res. Prima eſt adęquatio,& digeſtio materię ſicut locuti fuimus in canone. Secunda eſt euacuatio eius cum eis, quæ ſunt ſicut pilulæ de hiera,& pilulæ cochię, & pilulæ lucis,& infuſio de aloe,aut hierę in aqua endiuiæ,& aqua fructuum,& ſimilia. Tertia eſt reſolutio,& terſio ex ipſo oculo humiditatis turbidæ obtenebrãtis,cũ eo,quod eſt ſicut collyriũ de fęniculo,& ſimilia: quorum in cap. de conſeruatione ſanitatis oculi meminimus, qua p̃p afferatur ad locum hunc, quod dictum eſt ibi. Si autem contingat paſſio p̃p turbulentiam adueniẽtem ſpiritui viſibili, cura eius eſt omnem bonum regimen in ſex generibus rerum: cui ſubſequatur regimẽ mundificatiuum corporis:poſt quod ſubſequatur regimen clarificans ſanguinem,& clarificans ſpiritus, ex his, quæ præceſſerunt in canone. Et quandoque contingit propter ſubtilitatẽ, & paucitatem ipſius ſpiritus, & cura eius eſt cum adminiſtratione medicaminum addentium in ſpiritum,& vigorãtium ipſum: & ex ſumma horum ſunt myrobalani,& quæ componuntur ex eis. Afferantur ad hunc locum,quæ diximus in cap. de conſeruatione ſanitatis:quamobrem oportet, vt capitulum illud cũ iſto ſimul ligetur.Inquit Gal. Fella omnia abſtergunt oculum, & clarificant viſum: eligantur ex animalibus quidem fel algazel, & hirci ſylueſtris, & bouis, & leporis, & adib,& vrſi,& teſtudinis,& vulpis,& hœdi, & capræ montanæ, & ex volatilibus aquilæ, & vulturis, & viuentium ex raptu,& hirundinis, & paſſerum,& galli,& perdicum, & alcubugi: & ex piſcibus fel ſabor,& porci marini: & ſunt iuuamenti vltimi. Mahemet Araſi. Alcohol ſublime in cõfortatione viſus:acuit enim,& clarificat ipſum. Recip. tutiæ ablutæ nutritæ tribus vicibus cum ſucco ſampſuchi depurati, dra.xx. deinde accipe zingib. piperis nigri,& lõgi,che

lidoniæ,

lidoniæ,buruch,ana dr.ij. ſalis ammoniaci, dr. j.terantur omnia cum ſucco fœniculi, aut ſampſuchi tribus vicibus: deinde fac ſiccari, & tere ſubtiliſſime,fiat alcohol cum eo. Rufus. Collyrium ſatis bonum, quod acuit viſum , & oculorum ſanitatem cuſtodit tempore multo. Accipe lycium,& tere contritione multa cum ſucco fœniculi depurati vſque dum fiat ſicut mel, & reconde in vaſe vitreo,& vtere. Quidam autē ex poſterioribus addiderunt ad omnem vnc.eius ex felle galli,aut perdicis,dr.j. tertias duas. Idem. Cohol valens ad idem. Accipe ex tutia quantum volueris, & lauetur cum aqua pluuiali: deinde exiccetur, & nutriatur poſt illud,primo cum aqua fœniculi,ſecundo cum aqua ſampſuchi, tertio cum aqua altaraſacon ſemper cōterendo, deinde exiccetur, & nutriatur poſt illud:& fiat cum eo alcohol. Confectio alcohol ex inuentione noſtra, cōferens ſupercalefactioni oculorum, & debilitati viſus cauſa ſubtilis, &acutę humiditatis,aut mordicationis,aut pruritus in oculis. Accipe tutiæ Carmenælotæ in aqua pluuiali,deinde in aqua ro. vicib. plurib. dr.x.frictionis myrobalanorum citrinorum cū aqua roſata,dr.vj.lycij, dr.ij. & s. zingib. piperis longi,ana dr.j. aſpergantur cum ſucco agreſtæ,& terantur cum eo:deinde exiccētur,& pulueriz̄etur,& fiat cum eis alcohol.Hamech. Cōfectio alcohol conferens obſcuritati viſus: abſtergit enim oculos, & clarificat. Recip. tutiæ, antimo.ana,dr.vj.ſal.gem.dra.ij.lycij, ſief memithæ,ana dr.j.camphoræ,dr.j.tertiam.Terantur tutia , & antimonium , & miſce conterendo cum aqua myrobalanorum citrinorum, & hoc per triduum:deinde cum alijs fiat cohol, & vtere. Alexander collyrium ſatis efficax in clarificando viſum, ad auferendam caliginem. Rec. fellis perdicis,dr.j.& mellis dr.ij.ſucci fœniculi depurati,dr.iij.pone in vaſe vitreo, & ſuſpende in ſole per dies ſeptē: deinde vtere,eſt enim efficax. Sabor. Confectio trypheræ mirabilis vigorantis viſum, cui accidit impedimentum propter fumos ignitos cholericos,aut ſalitos,& eſt ei impreſſio fortis; reducit enim oculos ad formam vigoris adoleſcentiæ. Rec.myrobalanorum chebulorum,citrinorum,& indorum,ana dr.iij.ſemiſſ. bellericorum, & emblicorum, ana dr.ij.zucchari,dr.v.tere in vaſe lapideo, & funde ſuper ipſum aquam fontium clarā, ſicut aſpergendo parum poſt parum, & hoc facias per dies tres,deinde dimitte ſiccari: & poſt hoc ſparge ſuper ipſum deſtillando ex oleo roſato, aut amygdalino, & contere per alios tres dies, & iterū dimitte ſiccari. Deinde accipe roſarū, ſandali macaziri, cubebe, cardamomi, ana dr. ij.ſpodij,macis ana dr.j.ſuch.drac.j.& s.deinde accipe zucchari tabarzet, lib.j. tamarindorum Keyron,dr.iiij. pruna quinquaginta, fac ex eis formas ſimiles auellanis: & da mane quolibet a dr. ij. vſque ad aur.ij. cum aqua calida bonū.

E Idem. Confectio alia addens in viſum,auferēs tenebroſitatem eius. Rec.herbæ albęduſter,ſeminis rutæ,ana dr.vij.& s. ſiſeleos, calamenthi domeſtici, zingib. pulegij , cubebe, nucis muſcha,ana dr.v.ſcelebram,vnc.j.& s.garyophyllorum, maſtiches, margaritarum non perforatarum,ana dr.j.& tertiam alterius,ſerpentis cōbuſti,cryſtalli,ana dr.ij.& s. balſami grana, vj. & ponderis croci, dr.j. tertiam, zucchari lib. ij. fiant ex eis formę ſimiles auellanis:& da ex eis a dr.j. vſque ad ij. hyeme conueniunt ſenibus, bonum,expertum,ſi Deus voluerit.

De caſu pilorum palpebrarum. Cap. 17.

F SI accidat propter defectum materiæ, Cura eſt in primis cum eis, quæ reparant materiam ex bono,& largo regimine,ſicut ſcis,deinde cum eo, quod trahit materiam ad locum neceſſitatis,ſicut ſunt medicinæ, & collyria, quas dicemus poſt. Et quandoque fit ex cauſa propria, & corruptione materiæ ægritudinis in ipſis palpebris,ſicut eſt ſilach:quę eſt proprie corrohio cum rubedine, & aſperitate, & pruritu in ipſis palpebris, & cura eius eſt,vt mundificetur caput ab humore nitroſo ſalſuginoſo, & acuto. deinde adminiſtretur regimē humectatiuum: & frequētetur ingreſſus balnei,& inclinatio ſuper vaporem aquæ calidæ , & emplaſtrationes ex medicinis humidis , ſicut eſt portulaca cum G lacte,& mucilago pſyllij, cum oleo roſ. aut mucilago ſeminū cydoniorum , aut amygdalæ amaræ,aut dulces cum lacte,& ſimilia. Poſtquā autem acquiritur palpebris temperies, & teneritas,tunc adminiſtranda ſunt medicamina pilorum generationem facientia ex his,quæ dicemus. Et quandoque eſt ſiſach chronicum,groſſum,durū;quare vapor,qui eſt materia pili non inuenit trāſitum , & cura eius eſt mundificatio capitis cū iteratione,& phlebotomia: & vētoſatio cruriū,& vſus balneationis,& emplaſtratio cū lentib. excorticatis in eo, quod mulgetur ex granatis cōtritis cum rob. Deinde adminiſtratio medicaminum facientium pilorum generationem,quæ dicemus. Et ex eis eſt lapis lazuli H proprie, & lapis armenus alcohol facto ex aliquo eorum cum ſpica , & producto cum radio ſuper palpebras, aut ex antimonio, & ſpica : & lapidi lazuli ineſt proprietas mirabilis. Muſcę aūt ſi exiccantur abſciſſis capitibus, & fiat linimentum ex eis cum auellanis aſſis,& adipe caprino,aut vrſino, inuenitur efficax. Citrangulorum quoque ſemina ſi adurantur , & liniantur cum adipe caprino,pilorum faciunt facilem generationē. Mahemet. Araſi. Confectio alcohol reparantis pilos in palpebris,& cōfortātis eos. Rec.oſſium myrobalanorum aduſtorum partē vnam,fumi thuris partis vnius quartam, ſpicæ romanæ, lapidis lazuli, ana partis vnius tertiā: liniatur ſuper palpebra cū radio. Emplaſtrum,

quo

quo vtendum est super palpebris,curãs silach, & remouens pruritum,& scabiem. Accipe granatum vnum integrum, & decoque illud in aceto vsque quo dissoluatur, & emplastretur super palpebras.

De cura inuersationis pilorum palpebrarum. Cap. 18.

CVra huius ægritudinis fiat secundum vnũ quatuor modorum. Primus est inuiscatio eorum cum aliquo leuis viscositatis: sicut cum mastiche,aut cum sputo, & colla: aut cum gummi pini, aut bdellio dissoluto in albumine oui, aut cum aliquo talium. Secundus est ordinatio pilorum, & restrictio eorum ad vnum ordinẽ. Et hoc quidem fit secundum hunc modum. Accipe acum subtilẽ, & perfora in exteriori parte palpebræ, aut perueniat perforatio vsque ad interiorem partem vbi est ordo naturalis pilorum;& deinde accipe pilum,& pone in foramẽ acus, & extrahatur, vt pilus inueniat viam ad ordinem: & sic fiat de alijs, si sunt plures vsque dum ordinentur cum alijs. Deinde ponatur medicamen punctorum consolidationem faciens, & constrictionem. Tertius modus est,vt auellantur pili, vnus post alium, & igniatur stylus,aut acus, & cauterizetur locus, vnde est pilus euulsus,cauterizatione sufficienti: & sic fiat de alijs. Quartus est,vt post euulsionem pilorũ fricetur super loco medicamen pilorum generationem prohibens,sicut proprie oua formicarum,aut rubigo ferri cum saliua.

Cura hordeoli in palpebra. Cap. 19.

CVra huius ægritudinis est secundum vnũ trium modorum.Primus est,vt prohibeatur collectio eius in principio sui cum eo, quod est sicut aloe,acacia, & lycium linimento facto ex eis, & suppositio, aut bdellium solutum cum aqua mentæ humidæ, & hoc post corporis, & capitis mundificationem. Secũdus modus est, vt si illa non contulerint, administrentur resolutiua mediocris resolutionis: primo post euacuationes ex eis,quæ scis: & proprie resoluatur bdellium in aqua, & liniatur super locum: & fortius illo est opopanax: & adhuc fortius ammoniacum cum aceto. Et scripsit Oribasius linimentum bonum expertum:& est,vt accipias olibani, myrrhæ, ana partem vnam, ladani quartam partis vnius, ceræ, aluminis, baurach armeni,ana partem sem. liniatur cum fęce olei de lycio,aut accipe galbani,drach.iij. baurach, vnc.j.liniatur cũ succo apij. Tertius modus est, vt si resolutiuo non obediat,suspendatur palpebra,& inuersetur,& scindatur secundũ interius palpebrę,& aperiatur tunica interior eius,& exprimatur,donec ingrediatur totũ,quod est sicut mucilago: deinde sanetur vulnus cum linimentis,quę sunt sicut sanguis draconis,cum albumine oui,aut ceruſa cum albumine oui,& similia.

SVMMA VI.

De curis ægritudinum aurium. Et primo de dolore aurium. Cap. 1.

SErmo noster etit deinceps de ægritudinibus aurium, si Deus voluerit. Et primo de dolore earum,qui quandoque accidit malitia complexionis,sine materia,aut cũ materia. Et si quidem sine materia, solũ alterationem indiget. Si vero fuerit calida,iuuatur ex infusione albuminis oui recentis, aut mucilagine psyllij,& similium ex eis,quæ dicemus. Si autẽ a malitia complexionis frigida fuerit,conferũt infusiones,& iniectiones calidæ. Si autẽ a malitia complexionis sicca,iuuatur humidis. Si autem humida, siccis,quæ fiunt per traiectorium, & emplastrationes ex ijs,quæ dicemus. Si autẽ malitia complexionis fuerit cum materia,& fuerit calida euacuetur per phlebotomiam: si sanguinea fuerit ex repletione in sanguine, de vena cephalica, deinde procedendũ est ad alterantia,quæ dicemus. Quod si cholerica fuerit, & est ille dolor, qui fit secundum plurimum,euacuetur cum eis,quæ scis,& frequentur lenificatio naturæ cum aqua fructuum. Deinde seda dolorem cum alterantibus,quæ dicentur. Si autem dolor vehementior fuerit, concedimus aliqua ex narcoticis: sicut sief memithæ, proprie cum aliquãto opij, & distemperetur cum lacte mulieris,& instilletur in aurem. Si autem materia fuerit frigida,euacuetur cum eo,quod cõuenit. Deinde alterantia sedantia administrentur ex eis,quæ dicemus. Si autem dolor a grossa fuerit ventositate, scribemus medicamenta eius post. De doloribus auris factis ab apostemate, aut vlcere, aut oppilatione, aut ingressu aquæ, aut animalis, singularia scribemus capitula. Post hæc autem nõ prætermittimus,quod medicamenta, quæ destillãtur in oculos, semper actualiter frigida mittenda sunt, quæ autẽ in aure,tepida, aut calida sunt apponenda, siue sint ad ægritudines calidas,siue frigidas. Medicaminum narratio ad dolorem auris calidum. Albumen oui cum lacte mulieris tepido. Oleũ rosatum tepidum per se, aut bullitum cum aceto pondere sui vsque ad consumptionem aceti, aut conquassatum cum succo cucurbitæ. Oleũ de salice secundum eandem doctrinam. Oleũ nenufarinum. Oleum de semine cucurbitæ. Oleum de papauere, si dolor est vehemens per se,aut cum aliquanto camphoræ: est enim sanatiuum bonum. Lac muliebre calidũ sicut mulgetur cum succo solatri, aut aqua coriandri humidi. Mucilago psyllij cum oleo rosato conquassata,aut mucilago seminum cydoniorum. Oleum de iabrol quando dolor est acutus cum lacte mulieris statim cum mulgetur. Lenticulas coctas cum panis mica cataplasmabis. Succus hyoscyami fortes sedat dolores. Lactuca agrestis

agreſtis ſm omnem modum modum adminiſtrationis eſt eis medicamen bonum. Et ſimiliter ſuccus ſolatri, & papaueris, & mandragoræ, & ſalicis, & teneritatum vitis. Hamech. Ad doloré auris ex caliditate. Accipe olei roſati partes duas, olei amygdalarum dulcium partem vnam, aceti partes tres. Fac decoqui lento igne vſq; ad conſumptionem aceti: & cola, & administra tepidum. Idem. Rec. foliorum cucurbitæ, aut ipſius cucurbitæ ſuccum: & miſce cũ oleo roſato diu cõquaſſando, & vtere. bonũ eſt.

Narratio medicaminum ad dolorem aurium frigidum, & ventoſum. Cap. 2.

ADminiſtrentur medicamina, quæ ſunt ſicut oleum nardinum, coſtinum, ſampſuchinum, oleum de ruta, oleum de amygdalis amaris, oleum de chamæmelo, oleum anethinum, oleum laurinum, oleum de lilio, oleum de cheiri, oleum de narciſſo, oleum de perſicis, oleum de chryſomelis, oleum de been proprie, oleum de Kerua, oleũ de cinnamomo. Quodcunque horum fuerit, proprietatem habet ad dolorem auris a frigida cauſa factum, aut ventoſa. Fundamentum autẽ, & materia præparationis ſingulorum eorum artificialiter eſt cæpe cauatum, in quo oportet parari, & decoqui cum facilitate in cinere prunarum. Et ex rebus admiſtis eis ſigillãtib. ipſius virtutes mirabiles cum bonitate decoctionis in cæpe cum eis, eſt ruta proprie, & ſuccus radicis, quæ comeditur, & ſpica, & ſampſuchus, & ſcea, & chamęmelũ, & galbanum diſſolutum in ſucco porri, & ſuccus porri per ſe, & allium, & caſtoreum, & piper, & ſuch, & ſuccus cępe, & ſuccus pharaſion, & origanum, & ſuccus aſphodeli, & euphorbium, & elleborus niger, & albus, & proprie non eſt inconueniens huiuſmodi permiſtionibus admiſceri mellis modicum: deinde tepidũ deſtilletur. Si autem dolor eſt fortis, ex miſcibilibus bonum eſt opium cum pauco caſtorei, & croci, aut philonium cum lacte mulieris, aut trochiſci Stellæ, aut trochiſci de croco, deinde remoue nocumenta narcotici cum eis, quæ ſcis. Ex vaporatorijs autẽ ſiccis eſt milium, aut panicum, & ſal calefactus, & ſuppoſitus, aut bacę lauri cum melle pauco calefactæ, & ſuperpoſitæ: aut pulegium cum melle, & olibano, aut grana lauri: & olibanum cum ſucco rutæ, vel anethi. Et dixit Gale. Saccelletur ex furfure cũ vino cocto, & oleo nardino, aut rutaceo, cæpe marinum tuſum, & oleo, aut butyro cocto, expertum eſt. Euaporatorium humidum fit cum aquis decoctionum rerum, quæ maturant, & carminant, & mollificant, ſicut meliloti proprie, & anethi, & chamæmeli, & fœnugræci, & volubilis, & foliorum caulis, & ſeminum eius, & herbæ venti, & ſampſuchi, & abſynthij, & ſimilium ſingulariter, aut coniunctim: ita vt recipiatur vapor eorum per cannulam: cuius vna extremitas ſit fabricata ſuper vas, in quo res coquantur, & alia extremitas applicetur auri. Et qñque eſt neceſſe, vt miſceatur cum his rebus aliquid ex ſtupefacientibus, vt ſedetur vehementia doloris: & tunc fiat illud cum cautela. Remouent aũt nocumenta narcotici vapores ſuperius dicti cum modico caſtorei, & croci, & piperis, ſicut ſcis. Gal. Linimentum quod administratur, & ſedat dolorem auris. Accipe medullam ceruinam, aut medullam cruris iuuenci, cerę, ana dr. v. oleum de nucellis, aut de amygdalis amaris, & ſuccũ genigem, ideſt polygonię, quantum ſufficit: fiat ex eis vnguentum: & vnge in circuitu auris: eſt enim mirabile. Idem. Aliud valens ſimiliter. Raphani radices cum oleo decoque, & deſtilla ex eo in auribus: & cũ lana calida ſuperpone. Idem. Vermes, qui ſunt ſicut faba media, & inueniuntur ſub lapidibus: aut vermes plurium pedum coquantur cum oleo ex oliuis immaturis, & deſtilletur ex eo in aurem, eſt enim expertum. Fit etiam ſimiliter ex ſcarabęo, & ex lumbricis terræ. Oleum ſimiliter de ſcorpionibus eſt ad illud ſublime. Idẽ. Fel tauri cum adipe anatis eſt iuuamenti mirabilis ad dolorem auris a cauſa vehementer frigida. Mahemet Araſi. Cõfectio medicaminis, de quo deſtillatur in aurem: & linitur ex eo in circuitu eius, & ſedat dolorem frigidum, & ventoſum. Accipe caſtorei, euphorbij, opij, ſtyracis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, calamenthi, ſinapis, ana, fiant ex eis trochiſci: & diſſoluantur in oleo nardino, aut coſtino: & coquantur in cõcauo cæpę, & deſtillentur in aurem, ſedat dolorem auris. Hamech. In vrina tauri, aut caprarũ ſi diſſoluatur myrrha, & deſtilletur in aurem, ſedat dolorem auris. Iſaac ad doloré auris. Accipe baurach, mel bonum, & oleum roſatum, & acetum, miſce, & pone in aurem: expertum eſt. Idem. Accipe mellis crudi, & olei laurini partes æquales, & contunde, & pone in aurem, expertum eſt. Idem, vnctio conferens ad doloré auris. Recipe meliloti vnc. ij. chamæmeli, ſampſuchi, ana vnc. j. ſemis. aquæ lib. j. s. bulliant vſq; ad lib. s. deinde pone olei de cheiri, & olei violati, & olei ſeſamini, ana vnc. ij. decoque ad conſumptionem aquæ, & vtere. Gabriel, linimentum conferens dolori auris expertum. Accipe ariſtolochiæ longæ, ſeminis capparis, fœnu græci, ana aur. ii. piperis longi aur. i. anethi, aloes, foliorum ſampſuchi, ana vnc. s. ellebori, dr. j. & quartam alterius, aquæ lib. s. olei, vnc. j. bulliant vſque ad conſumptionem aquæ, & vtere multoties, bonum. Diolcorides. Accipe radicem, quæ comeditur, & calefac ſuper cinerem, & calidam mitte in aurem, & fac multoties. Idem. Succus mentæ, & mel, vt ſint de ſingulis partes æquales: & deſtilla ex eo in aurem: bonum eſt.

In cauſa frigida.

De bothor, & apoſtemate aurium. Cap. 3.

SI ſit calidum, cura eius eſt phlebotomia, & lenificatio naturæ, & proprie phlebotomia cepha-

cephalicæ cum multa sanguinis extractione, si A est possibile: & si non est, cum consideratione: & destilletur in aurem in principio, quod est sicut oleum rosatum, in quo iam consumptum fuit acet. vsque addies duos, aut tres: & obseruetur regimen in vehementia doloris, ne deficiat virtus, & faciat cadere in syncopim, & sudorē frigidum, & permistionem rationis, & mortē: quare destilletur in ea destillatione post destillationē ex oleo iabroth cum lacte nouiter mulso: & si excusari aliter non potes, cum modico camphoræ, aut opij exhibe, & postquam præterijt tertium diem, destilletur in eam mucilago seminis cydoniorū, aut fœnu græci, aut althęæ, & seminis lini. Si autem apostema non fuerit vehementis caliditatis, destillanda sunt aliqua B ex mucilaginibus cū adipe gallinæ, aut anatis, aut medulla cruris vituli: & expertum est. Diachylon dissolutū in oleo anethino, aut chamæmelino expertum est. Diachylon minus cum oleo de alcanna. Et ex eis, quæ sunt vltimi iuuamenti, est hyssopi cerotum, quod dicemus. Et confert administratio eupatorij humidi, quod diximus. Ioannis Serapionis. Emplastrum conferens ad apostema auris. Accipe farinam hordei, & decoque cum rob, & oleo de chamæmelo. Aliud. Accipe farinam fabarum, chamæmeli, violarum succum, farinam hordei, althęam, melilotum: decoque cum aqua, & oleo chamæmelino, & rob & vtere. Idem, medicamē, quod C resoluit, & maturat apostemata, quæ sunt in auribus: Accipe farinam fabarum, & fac emplastrum cum expressione cauliū, & oleo de lilio, & superpone. Aboali, hyssopi cerotū, cuius iuuamentum est sublime ad apostemata aurium, maturans, & sedans dolorem: bonum, si Deus voluerit. Accipe adipis gallinæ, butyri ouium, seu vaccini loti, ceræ citrinę, adipis caprini, mellis, olei de lilio, hyssopi humidę: de singulis partes æquales. Fiat ex eis cerotum: & tepidum in aurem mittatur: & liniatur in circuitu, expertū est. Idem. Confectio emplastri satis boni ad dolorem, & apostemata aurium. Accipe cæpe album, & elixetur, & conteratur cum butyro: & vtere. Mahemet Arasi. Confectio emplastri se- D dantis dolorem aurium apostemosum. Accipe bdellij, adipis caprini, ana dr. iiij. farinæ fœnu græci, & seminis lini, radicum althææ, radicum lilij, ana dr. v. meliloti, chamæmeli, ana drac. j. croci, dr. j. vitellum vnum oui elixi. Conficitur autem sic, chamæmelum, melilotum, radices althææ, & radices lilij coquantur in aqua vsq; dum cocta sint. Bdellium dissoluatur in succo cæpe, aut in aqua decoctionis herbarum: & ex omnibus his, & cæteris fiat emplastrum, postquam additur rob, & olei sisamini, aut de lilio, ana vnc. ij. butyri quantum sufficit. Coquantur omnia vsque dum pinguescant, & emplastretur cum eo. Et quandoque apud necessitatem additur ei opij, drachmæ duæ, & est mirabile. Et quandoque pro opio papaueris albi, drach. vij.

De sonitu, & tinnitu aurium. Cap. 4.

FIt quandoque propter debilitatem: sicut accidit cōualescentibus. Et cura eius est cum resumptiuis, & addentibus ad virtutem corporis: & regimen conualescentium sicut scis. Et quandoque fit propter aduentum crisis: & est silendum, & quiescendum in eo. Et quandoque fit propter abundantiam, & repletionem superfluā in capite. Et cura eius est solutio, & euacuatio cum hiera diacolocynthidos, & cochijs, & similibus cum iteratione, & iteratione. Deinde fiant instillationes, & emplastrationes post embrochationes, & euaporationes per traiectoriū ex his, quæ dicemus. Et fit quandoque a ventositate grossa: & conferunt ei caputpurgia, & sternutationes post mundificationem radicum: & destillationes notæ: & propriæ cum oleo de alcanna, & modico de euphorbio, aut oleo rutaceo, & castoreo, aut oleo de been cum modico succi porri, & quandoq; fit ex coarctatione humorum grossorum, & viscosorum: & confert in hoc nitrum cum melle, & aceto: aut elleborus albus cum castoreo, & melle, & aceto, & oleo de been. Hamech filius Zezar. Oleum raphani cum oleo rosato, & succo porri, & felle ouium: confert tinnitui, & sibilo aurium. Succus porri cum oleo rosato, & lacte mulieris, & castoreo, C valet similiter. Vnguentum ex inuentione nostra valēs cum auxilio Dei sonitui auris, & grauedini auditus propter ventositatem grossam, & materiam frigidam. Recipe ellebori albi, castorei, costi, ana drac. j. ruæ, nitri, piperis longi, ana dra. j. tertia. Deinde accipe succi radicis, quæ comeditur: succi porri, olei nardini, chamę melini, olei de amygdalis amaris, olei anethini, ana vnc. j. coquantur ad succorum consumptionem: cola, & vtere, expertum est. Ioannes Serapionis. Si tinnitus a ventositate cōtingat, & inflatione. Accipe euphorbij, dr. j. & resolue in oleo de alcanna, & vtere, aut castoreum cum oleo rutaceo, aut oleum de been cum succo porri. Idem, si ex materia grossa coarctata in aurib. contingat, vaporetur auris per traiectorium, in de instilletur medicamen, quod. Rec. ellebori albi, castorei, nitri, ana partem vnam, croci partis vnius quintam, misce cum oleo sisamino, & aceto & destilla in aurem. Alexander. Ad diuturnos aurium sonitus, & tinnitus mirabile. Recipe euphorbij, & dissolue in oleo cyprino, & vtere. Filius Zachariæ Arasi. Accipe chamæmelum, sampsuchum, calamenthum, seeham, hyssopum siccam, absinthium: bulliant in vase, super quod ponatur traiectorium, & recipiatur fumus eius: confert enim post corporis mundificationem. Idem, si fiat sonitus aurium propter debilitatem succedētem febribus, destilletur in aurem acetum decoctionis absinthij cū

olco

oleo roſato. Aboali. Medicamen expertum ad ſonitum, & tinnitum aurium. Accipe garyophyllorum, ſeminis porri, ana drach. j. muſchi grana ij. deſtillentur cum aqua ſampſuchi, aut foliorum pini, aut rutæ.

De debilitate auditus, & ſurditate. Cap. 5.

Surditas incurabilis ſ.

QVæ natiua eſt, non inuenit curam. Quæ autem antiqua eſt, vix recipit curã. Quæ autem fit propter apoſtema, aut bothor, diximus eius curam. Si autem fiat propter ſaniem in aurem; aut propter aliquid quod intrauerit in aurem, ſicut eſt lapis, aut faba; dicemus curam eorum. Et quandoque fit propter conſtipationem choleræ in corpore: & fit earum redundatio ad aures, ſicut Hippoc. dixit, & confert in huiuſmodi, vt euacuetur cholera euacuatione poſt euacuationem. Et fit etiam ex eiſdẽ cauſis, ex quibus fit ſonitus, & tuba in aurem: ſicut eſt repletio, & coarctatio humoris groſſi, & viſcoſi, & ventoſitas groſſa. Et non differunt niſi ſecundum fortem impreſſionem, & debilem, facta enim debilis ab eis impreſſio facit tubã, & ſonitum, ex forti vero impreſſione tharas. Quamobrem curam adhibeas: ſicut diximus illic. Fit etiam ex verruca, & carne addita: & raro propter loci nobilitatem habet curam. Interdum tamẽ curatur, & proprie cum adminiſtratione medicaminis acuti vna vice poſt aliã vſque dum conſumatur caro addita, aut verruca. Deinde curetur medicamine incarnatiuo: & quandoque fit propter ſordes, quæ ſunt in auribus, & eius eſt cura, vt extrahantur, & afferantur ad locũ hunc, quæ diximus in capitulis, quę ſunt ante iſtud. Mahemet filius Zachariæ Arafi. Confectio medicaminis ad grauem auditũ, & tinnitum aurium: bona, ſi Deus voluerit. Accipe pulpæ colocynthidos, dr. ij. baurach, dra. j. tertias duas, caſtorei, dr. j. ſucci abſinthij, dra. j. ariſtolochiæ rotundæ, dr. j. euphorbij, dr. j. tertiam, coſti, dr. ſemiſ. fiat fief cum felle vaccino: & deſtilletur cum oleo amygdalino amaro, & hoc eſt poſt euaporationem in traiectorio. Alexander. Ad idem expertum, & proprie ſi fiat ſurditas ex humore frigido oppilante, & eſt expertum. Accipe elleborum album, caſtoreum, nitrum, pyrethrum, coquãtur in vino forti: deinde cola, & deſtilla ex eo in aures: prius tamẽ ſternutamenta prouocentur. Idem. Confectio trochiſcorum auferentium ſurditatem, & grauedinem auditus, & ſunt experti. Recipe elleb. albi, caſtorei, ana dr. j. nitri, dra. ſ. fiant trochiſci cum aceto, & adminiſtrentur cum aceto. Idem, fiat puluis elleb. albi cum aceto poſitus cum lycinio. Filius Serapionis. Confectio trochiſcorum, quorum operatio eſt vltima ad oppilationem, & tharas, quorum permiſtio. Recip. ellebori albi, aur. ij. nitri aur. viij. croci, aur. iij. confice poſtquam bene conteruntur cũ aceto, & fac trochiſcos, & adminiſtrentur cum aceto, ſunt enim admirabiles. Alexander, quando ſurditas contingit ex humore cholerico in aurib. coarctato: & hoc eſt reſtricto fluxu cholerico abũdare conſueto: tunc prouocato eo, & educto per ventrem ſoluitur ſurditas: ſicut ex Hippo. doctrina colligimus. Si autẽ ex crudis, & viſcoſis contingat humoribus; fortiora ſunt adhibenda medicamina, difficilius enim morbus ſoluitur, dandũ eſt igitur oxymel: quod Iuliano præſidi factũ fuiſſe teſtatur ab Oribaſio: aut hiera Gal. cum iteratione, & iteratione: aut dandum eſt hoc medicamen: quod Recip. ſalis ammoniaci, piperis, ana dr. ij. euphorbij, drac. j. dabis ex eo dr. iiij. aut viij. cum ouo ſorbili, aut hydromelite: eſt enim mirabile ad vertiginẽ, & epilepſiam; & mulieribus menſtrua potẽter educit. Poſtquam autem purgatus fuerit, gargariſmata, & ſternutationes neceſſariæ ſunt: verũ gargariſmata fiant ex ſtaphide agria, & ſinapi cum maſtiche, ſternutationes autem ex ellebo albo, & pipere. Vltimo vero deſtilla in aurẽ, quæ morbum ſoluant ex his, quæ diximus. Si autem adhuc paſſio permaneat, prouocetur vomitus cum facilitate, & iteratione cum eis, quæ ſunt ſicut elleborus albus cum proprietate in hoc: & iterata expurgatione, & gargariſmate, & alijs, quæ ſuperius diximus. Equitare autem per loca arenoſa, & decliuia, & vectiones cum curru, & balneationes in aquis thermarum, & ſalſarum ad hoc multum conferunt remouendum. Et credo quod ſurditati factæ ex materia frigida, aut ventoſa conferunt olea calida, ſicut coſtinum, & anethinum, & oleum balſami proprie, & ſimilia, quorum rememorati ſumus in doloribus aurium. Et pulpæ colocynthidos, aut ſucco cucumeris aſinini, aut radicis eius, ineſt proprietas mirabilis cum aliquo prædictorum oleorum. Et ex eis eſt oleum nardinum cum caſtoreo, & ſimiliter fief factum ex alne, caſtoreo, & pulpa colocynthidos partibus æqualibus: cõfice cum felle vaccino; & inſtilla cum oleo raphani, aut aliquo oleorum calidorum. Et oleũ raphani, & oleum ſtaphidis agriæ iam experta ſunt: & expertus eſt puluis ellebori albi cum aceto inſtillatus in aurem, aut miſſus in aure cũ lycinio.

De vlceribus aurium. Cap. 6.

QVædam ex eis ſunt manifeſta: & habent genera curationis nota, ſicut diximus in capitulo de algarab. Quædam vero ex eis ſunt occulta poſita in profundo: & ſunt ex eis, quædam, in quibus non multum præterijt tempus, & alia quæ ſunt chronica antiqua, in quarum curatione perueniemus adminiſtrando regimen ſubtiliatiuum in his, quæ comeduntur, & bibuntur, & cæteris: & mundificando corpus, & etiam capitis ſolutionibus factis cũ iteratione, & iteratione. At ſi vlcus recens fuerit, duplici eget genere curationis. Primum eſt mundifi

catio

catio,& abſterſio cum eis,quę ſunt abſterſionis mediocris,ſicut eſt aqua mellis,proprie,aut vinum cum melle, aut acetū cum melle,aut oxymel ſquilliticū,& ſimilia,factus ex eis iectionibus poſt iniectiones per ſyringam,aut per aliquid aliud,quod eſt ſicut cannellus pennæ ſubtilis: deinde cum bombice, aut lana ſubtili abſtergetur. Sīn genus curationis eſt exiccatio, & conſolidatio eorū cum eo, quod eſt mediocris exiccationis, ſine mordacitate multa, ſicut eſt proprie olibanum ſolutum cum vino:aut ſarcocolla,& olibanum ſoluta in vino,& melle pauco:& expertum bonum. Et ex eis eſt myrrha, & aloe diſſoluta in vino: & ſandaracha in hoc eſt mirabilis: & proprie trita cum vino,& melle immiſſa cum lycinio, ſanat enim, & dolorē B tollit,& ſimiliter alumen cum aceto tritum contritione vltima expertum eſt, & ſimiliter lycinium cum ſief memithe. Alumen iamenum,& myrrha,& aloe,& ſandaracha,& ſarcocolla cū melle,& vino ſunt ex ſumma eorum, & ſimiliter ſanguis draconis. Sief memithę,ſarcocollę, myrrhæ,aloes, ſpumæ maris, olibani, ana pars j. aluminis aduſti pars j. & s. terantur contritione vltima cum melle,& vino vſque dum fiat interminum mellis tenuis: deinde vtere cum lycinio. Si autem antiquum chronicum fuerit,triplici eget genere curationis. Et primum quidē eſt mūdificare,& abſtergere vlcus a viru,& putrefactione,& corruptione fœtida cum eis,quæ ſunt vigoroſę abſterſionis,nō nimis fortibus in C principio, vt perueniatur paulatim ad ea, quæ ſunt fortiora. Ex rebus generum mediocrium eſt vrina pueri cum melle,abſinthium cū vino, & melle modico ſalis gemmæ:& oxymel ſquilliticum cum modico floris æris: & fortius eſt alchitran cum melle,& ex eis eſt vinum decoctionis radicum luf cum melle: aut ſuccus aſphodelorum cum melle modico ſalis gemmæ: & confert ſuccus foliorum nucis,cū melle, & vino: & adhuc fortius eis eſt fel tauri cum vrina pueri, & hoc apud vehementiam putrefactionis,& fętoris. Et ex cōpoſitis vltimis ad hoc eſt vnguentū ægyptiacum, quod diximus in antidotario: & proprie ſolutum in vino,aut aceto:& deſtillatur in aurem, & eſt mirabile, & ſimiliter vnguentum de flore æris: aut medicamen huiuſmodi compoſitū. Rec. floris æris,& tubel æris, ana dr.ij.ſucci porrorum, mellis puri, ana dr. j. vrinæ pueri quātum ſufficit, terantur vſque dū fiat ſicut mel:& vtere. Secūdum genus curationis eſt incarnatio, & reparatio eius,quod iā per putrefactionem deperditum eſt: & hoc quidē perficitur cū rebus mediocris exiccationis abſque mordicatione vehemēti; & sūt ea proprie, quorum in conſolidatione vulnerum non antiquorum rememorati ſumus. Tertium genus curationis eſt exiccatio,& conſolidatio vlceris cū rebus exiccatiuis, & cōſolidatiuis,in quibus fit permiſtio aliquorum acuitatem habentium,ſicut myrrha, aloe, thus, & ſimilia quorum præceſſit rememoratio: quibus admiſceantur aliqua,quæ ſunt ſicut colcothar, flos æris, & ſimilia, & nos trademus cōpoſitiones ſolēnes quātum pertinet ad hanc partē. Filius Zach. Araſi. Confectio medicaminis ad vlcera,quę fluūt in aure,& eſt expertū. Rec.ſarcocollę,ſang.dr. oli bani, ſpūmæ maris, myrrhæ, baurach, boli armeni, ſcoriæ ferri, floris æris, aloes, colcothar, ana partes ęquales. Terātur contritione ſubtili: & ex media parte eius fiat ſief: & deſtilla ex eis in aurē cū aqua mellis, aut melicrato, aut oxymelitē:& ex alia medietate inuoluto lycinio in melle,& in medicamine mitte in aurē lotā prī ex aceto,& aqua,& exiccatam cum bōbice,aut lana. Ioannes Serapionis. Vnguētum ægyptia cum cōferēs ad vlcera ſordida,& putrida,& fętida,ſiue in aure,ſiue vbicūque ſint per corpus, & ad fiſtulas, & ad vlcera maligna,quæ ſunt in locis abſconſis,& intricatis,& indigęnt abſterſione. Rec.mellis deſpumati,vnc.iiij. aceti boni vnc.iij.ziniar,vnc.j. confice cum igne leui vſque dum mellis habeat ſpiſſitudinem,eſt enim abſterſiuū ſublime. Idem modus confectionis ſcoriæ ferri, cuius iuuamentum eſt ſublime ad vlcera,quæ fiunt in aure. Accipe ex ſcoria ferri, & laua eā cum aceto forti,poſtquē trieris eam vehementer. Deinde exiccetur ſuper latere calido: deinde fiat ſimiliter vſque ſepties. Deinde teratur vſque dum fiat ſicut puluis ſubtilis: & decoquatur in aceto decoctione vehementi, vſque dū habeat ſpiſſitudinē mellis:& deſtilletur ex eo in aurē, aut intromittatur cū lycinio.

De vermibus in aure. Cap. 7.

VErmes in aure indigēt medicamine necā te eos in primis. Deinde ingenio educēndi eos,ne propter remanentiam eorum accidāt putrefactiones,& vlcera. Et primum quidem perficitur cum medicinis,quibus eſt proprietas ſuper hoc: ſicut amaris proprie, & acutis, & acetoſis: & quandoque ingeniatur, & dantur medicinæ, quæ ſunt venenum eis, cum permiſtione dulcedinis, vt auidius recipiant. Res autem, quibus eſt proprietas necandi eos, ſunt ſicut abſinthium proprie, & taraſacon, & centaurea, quodcunque eorum coctum cum vino, & deſtillatum. Et calamenthum eſt fortius his: necat enim vermes: & dolorem ſedat: & proprie ſuccus eius,& ſimiliter ſuccus capparis. Elebori albi deſtillatio facta cum vino experta eſt. Et ſimiliter ſcammoneæ diſſolutæ in aceto, & aloes cum vino,& ſucco capparis, aut calamenthi. Valet etiam cucumeris agreſtis ſuccus cum radice eius, & ſuccus foliorum perſici cum aceto, & ſuccus radicum mori. Ex bonis miſcibilibus cum eis ſunt fella aut euphorbium: & oleandro ineſt proprietas mirabilis. Et dixit Galenus. Si cætera non conferant, ſulphur viuum, & calx viua terantur: & ex eis cum melle fiant trochiſci, & deſtille-

Neca[illegible]

tur ex eis in aurem cum aceto,& alchitrā deſtil E latus in aurem ex eis,quæ vltimo necant eos,& ſimiliter ſuccus cucumeris aſinini,aut calamen thi cum ſcammonea,aut ſinapis ſemē cum ſucco hyoſcyami. Secunda res perficitur cum ingeniatione educendi eos:& proprie, vt deſtille tur in aurē hora poſt horam oleum tepidū. Deinde ſternuet cū cōdiſi:& retineat os, & nares, vt ſpiritus ferātur ad aures cum impetu:& quādoque rationabiliter applicatur ventoſa in aure. Si autem vermes putruerint in aure,implea tur auris vna vice poſt aliam vino,& oleo tepidis:& radio immiſſo in ea cum bombice,aut la na,abſtergatur,& lauetur,vſque dum totum ex cludatur corruptum. Hamech. Medicamen cōferens vermibus in aure, & doloribus eorū,accipe olei de perſicis, olei de chryſomelis, olei de amygdalis amaris: aut ſucci foliorum radicis,& ſucci apij,ana partes ij. Bulliant lēto igne vſque ad conſumptionem ſuccorum. Et deſtilla ex eo in aurem mane,& ſero.

De ingreßione aqua in aurem. Cap. 8.

CVra huius ægritudinis ſit ſecundum vnū trium modorum: aut cum ingeniatione, quam ſequitur euacuatio: aut attractio:aut reſolutio. Prima quidem perficitur cum tuſſi,& ſternutatione, cōprehendendo os, & nares:aut effundatur in aurem aqua, vſque dum repleatur: deinde inuerſetur cum velocitate, & excludatur aqua tota: & immittatur radius ſubtilis aure exiſtente inuerſa, & commoueat caput ſuum frequenter: & deſcendat per gradus velociter: aut tuſſiat,& ſternutet. Hæc enim faciunt egreſſionem aquæ facilem. Secunda res perficitur cum ſectionibus, & medicinis quæ attrahunt aquam efficaciter; ſicut ſpongia marina immiſſa in aurem ligata cum filo, vt facilius fiat eius attractio:aut lana,quæ inuenitur in conchis marinis: aut fruſtum medullæ ſambuci. Et ex inſtrumētis eſt cannellus, qui intromittatur in aurem:& fiat ſuctio per ipſum: & quandoque per mittitur in aurem extremitas cānellaris: & proprie inſtrumenti, quod attrahit, quando ſubito relinquitur ei vacuum:& eſt modus attrahendi H vehemens:quare attrahitur aqua fortiter. Tertia perficitur cum ingeniatione, qua fit aquæ reſolutio cum facilitate: & eſt, vt accipiatur cannellus anethi, & inuoluatur ſuper vna extremitatum eius cotum, ſicut vſq; ad tertiam ipſius, & alia extremitas mittatur in aurem, & circundetur ei aliquid ex coto, vt ſigilletur in foramine auris, deinde accēdatur ſuper extremitatem quæ eſt extra, ignis, & dixerunt aliqui, quod prius fuerit ſubmerſa in oleo, reſoluitur enim aqua cum operatione hac,vice poſt vicem, extracta autem aqua, deſtilletur in aurem oleum roſatum tepidum inſtillatione poſt inſtillationem.

SVMMA VII.

De agritudinibus narium: & primo de fœtore narium. Cap. 1.

FOetor narium ſi fuerit propter vulnera in naribus, aut propter hæmorrhoidas natas in ipſis, dicemus curam. Si autē fuerit propter humorem putrefactum in circuitu narium aut ſuſpenſorum, aut adhærentium in partibus colatorij,aut in parte mammillari,aut in vētriculis cerebri, tunc cura eius eſt tres res. Prima eſt mundificatio capitis pluries iterata cum medicinis:quarū forma eſt apud te:& iam ſcis eam: & hoc fiat poſt regimē bonum in ſex F generibus rerum,ſicut etiam ſcis. Secunda eſt intentio circa partē,vt abſtergatur,& mundificetur,quod de corruptione inhæret in partibus alchaiaſin,& hoc quidem perficitur cum medicinis, quibus ineſt proprietas hoc facere: & ex eis eſt vinum bonū odoriferum, de quo fiat collutio poſt collutionem,primo ſimplici, deinde cū vino decoctionis eorum, quæ ſunt ſicut myrrha, cyperus,roſæ,calamus aromaticus, xyloaloe,& ſimilia. Deinde inſuffletur in nares calamus aromaticus, ſpica, cyperus, roſa,myrti folia,& ſimilia, ſingulariter, aut cōiunctim cum modico ſalis gemmæ: & ſimiliter cōfert puluis calamenthi montani inſufflatus, aut xylobalſami,& fortius eis eſt elleborus albus. Inquit Ga G le. Vrina aſinorum eſt ex melioribus lauacris, & infuſionibus ad fœtorem narium, & conferūt immiſſiones tentarum, & proprie ex eiſdē, ex quibus fiunt inſufflationes, quorū nominatio præceſſit: & proprie confectæ cū melle, aut cum vino odorifero. Et ex rebus mirabilibus *Tenta mirabilia.* ad hoc eſt tenta facta ex puluere hieræ picræ, dr. calami aromatici, myrrhæ, garyophyliorū, ana drach. duas, ſpicæ folij, florum ſquinanthi, darſeſaham, drachm. ij. & ſemiſſe,& fac tentas cum vino bono. Inquit Dioſcorides,darſeſahā ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius eſt ad hoc medicamen expertum. Tertia res perficitur cum eo, quod facit diuerſionem materiæ ab emunctorijs, & partibus narium,ſi H cut proprie cauterium factum in zuhendeg, cuius formam narrauimus in capitulo de catarrho, & in curis oculorum. Fit etiam fœtor narium ex vapore eleuato a ſtomacho, & alia parte, & cura eius eſt,ſicut proceſſit poſt correctionem ſtomachi, aut alterius partis. Sabor. Confectio medicaminis auferens fœtorem narium, & faciens ex eis inſpirare bonum odorem. Recipe xyloaloes crudi, garyophyllorum, roſarum, ana drachm. ij. ſpicæ, ſuch,ana drachmam vnam, confice cum vino bono antiquo,& aromatiza cum muſchi danich. ij. fac pilulas in modum ciceris, & diſſoluatur vna ex eis in oleo nardino, aut aqua roſacea, & deſtilletur in nares, poſtquam laueris eas cum vino

decoctio-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0466-4 DFG

decoctionis ſpicæ,& roſarum. Mahemet Araſi. Modus confectionis ad fętorem narium expertus. Accipe aluminis,myrrhæ,calamenthi,galliæ,ana, tere, & exuffla ex eo in nares: poſtquã laueris eas cum vino antiquo odorifero multis vicibus,deinde lycinium in eodẽ medicamine intinctum ponatur. Idem,aliud. Accipe calami aromatici, dra. vnã, myrrhæ,gallæ, ana drac. s. muſchi danich. s. fac ſicut prius. Idem. Confectio decoctionis,qua lauandę ſunt nares multis vicibus,abſcindit fœtorem narium. Recipe ſpicæ, galliæ, garyophyllorum, ana partes æquales. Coquantur in vino aromatico, & ſugantur naribus, & lauentur nares, & lyciniũ infuſum in eo mittatur.

De fluxu ſanguinis narium. Cap. 2.

QVando eſt creticus, eſt expectandum ſuper eo, niſi exuberet exuberatione ſuper qua formidatur de caſu virtutis, & tunc ſuccurrendũ eſt,ſicut dicemus poſt. Et qñq; fit fluxus ſanguinis è narib. ſuccedens ſodæ, ſedans ſodã proprie pulſatiuam, & quieſcendum in eo niſi ſuperfluat,& tunc ſuccurrendum eſt ei, ſicut dr̃ poſt. Et fit quandoque p̃p fracturam arteriarũ cerebri: & raro recipit curam, verum ei ſuccurremus,ſicut dicetur poſt. Et qñque accidit poſt ebullitionem factam in ſanguine cum communitate totius corporis: aut cum cõmunitate hepatis tm̃: qñ p̃p ſupercalefactionem eius cadit ebullitio in ſanguinem: & intẽtio in curatione eius eſt duplex, vniuerſalis .ſ. & particularis. Vniuerſalis quidem fit tribus modis. Primus modus eſt cum eo, quod alterat malam cõplexionem, & aufert acuitatẽ ſanguinis, ſicut proprie cibi,& potus frigidi,& congelantes: & infuſiones, & balnea in aquis frigidis, & ſeſſiones:in eis: & emplaſtrationes ſuper hepar ex rebus veræ infrigidationis: & acetum in hoc eſt mirabile: & proprie emplaſtrationes pannorũ infuſorum in aceto infrigidato in niue, & poſitæ ſuper hepar,& ſumen,& extrema ſuper teſticulos, vtendo permutatione poſt permutationẽ:cautela ſuper hoc adhibita,ne vltima ſequatur infrigidatio. Secundus modus eſt,vt fiat diuerſio ſanguinis ad diuerſum, vel oppoſitum: & hoc quidẽ perficitur cum phlebotomia ſubtili ex latere oppoſito in principio,deinde ex eodem fiat. Et qñque oportet ducere ad vltimam fere euacuationem, & ventoſationem ſuper hepar, ſi eſt ex nare dextra: aut ſuper ſplenẽ, ſi eſt ex nare ſiniſtra; aut ſuper vtrãque, & ſumen, ſi eſt ex vtraque. Et conferunt etiam ventoſationes ſuper crura, & ſuper calcanea ex parte domeſtica, quæ ſi non conferunt, adminiſtrentur ventoſæ ſuper ceruicem, & ſuper ſpatulas cũ ſcarificatione tenui. Ad hoc conferũt ligaturæ, & compreſſiones doloroſæ factæ in extremitatibus, & in teſticulis virorũ, & mammillis mulierum. Adiudicauimus præterea ſecundum ſapiẽtiam, vt ſi acuitas, & inflammatio vincãt in ſanguine ſupra multitudinem, modus primus præponatur ſecundo. Si autem multitudo vincat, aut multitudo ſimul, & acuitas vincãt in sã guine,modi ſecundi ſapientia præponenda eſt. Tertius modus eſt, vt acquiratur coarctatio in vijs,& ductibus. Et hoc quidem perficitur cum linimentis ſuper frontem, & tempora ex rebus infrigidatiuis, & cõglutinatiuis, & ſtypticis: & ſi oportet,ſtupefaciẽtibus,ex his, quę dicemus, Particularis autem intentio perficitur cum ſolicitudine adminiſtrationis rerum per inſtillationem, & inſufflationem,& immiſſiones tentarũ fluxum ſanguinis conſtringentium. Medicinæ, quidem facientes hoc, aliæ ſunt conglutinatiuæ,ſicut puluis molendini proprie,& farina, & tela araneæ, & proprie, quæ eſt in molendino, aut quę eſt vicina furno:& albumen oui,& ſpõgia marina cum alchitran combuſta: & fumus picis,& thus,& fumus thuris,& ſtercus aſininũ, & charta combuſta, & pili leporis, & coagulũ eius,& ſuccus alfazar, & gypſum, & gummi aſſum, & dragacanthum combuſtum. Alia ſunt vehementis ſtypticitatis,ſicut roſa, & ſemen eius, & balauſtiæ,& heufiſtidos,& chacular, & ſuccus albeſandal,& ſuccus albelach, & ſuccus palmæ,& abon,cortices,& flores granatorum, & bolus,& terra ſigillata,& alumẽ,& camphora, proprie hæmatites, & gummi aſſum, myrrha, charabe,& ſanguis draconis, & antimonium,& ſuccus foliorum ſalicis, & ſuccus foliorum vitis,& ſimilia. Alia ſunt vehemẽtis infrigidationis, congelantia ſanguinem: ſicut camphora proprie: & cortex mandragoræ, & ſuccus eius,hyoſcyamus,papauer, lactuca,& ſucci earum,& opium,& ſimilia. Et alia ſunt,quę sũt cauterizatiua:ſicut calx,colcothar,chalcanthũ, æs vſtum,arſenicum,flos æris,& ſimilia. Et alia ſunt quę operantur illud a proprietate,ſicut frequentatio comeſtionis cerebrorum gallinarũ, & ſtercus aſini inſufflatum,& ſuccus albedagori inſtillatus, & ſuccus porri, & ſuccus portulacæ, & ſimilia. Verum conglutinatiuæ, & ſtypticæ ſunt meliores eis:& fit per eas curatio vera. Congelatiuæ vero ſtupefacientes, & cauteriza tiuæ ſuſpectæ ſunt. Hæ enim aliquando moribundæ ſunt congelando ſpiritus,& extinguendo calorem vitæ. Aliæ vero licet reſtringentes, magnificant tamen vulnera, & poſt caſus cruſtellæ vehementior fluxus redditur quam fuerat prius. Verificatores vero,qui operãtur ſecũdũ ſapientiam, aggregãt ex diuerſis diuerſarũ intentionum, & perficiunt ex eis vnum virtutẽ habens ſigillatiuam, & carẽs ſuſpitione ex his, quę timẽtur:ſicut trademus poſt. Et oportet medicamina,quæ mitti oportet in naſũ, vt terãtur vltima cõtritione,ſicut alcohol. Deinde poſt iectionẽ earum in naſum, ſtringatur ſuper eas vehementer vſque dum imprimant, & ſigillẽt ſup apertionẽ venæ impreſſione bona. Emplaſtrum,quo vtendum eſt ſuper frontẽ,& tempo-

Intentio in hac cura duplex.

Acetum ad hoc eſt mirabile.

ra : & linitur ſuper ea, & ſedat ſanguinis fluxũ. Accipe boli armeni, gypſi puri, ſucci barbæ hircinæ, ana partes æquales. Terantur contritione vltima : deinde cõtere cum aceto forti in vaſe lapideo, ita quod elaboretur multum in eius cõtritione, vſque dum fiat ſicut mel habens mediocritatẽ inter tenue, & ſpiſſum: & liniatur in fronte, & temporibus: & ſtringatur ſuper eis cũ pila facta ex ſtupis, & ligatura ſtringente: eſt. n. expertum. Et quandoque apud neceſſitatẽ additur opij circiter pars ſemis. Infuſio aquæ veri frigoris ſuper caput, & conſtrictio facta in temporibus ex pila infuſa in aqua huiuſmodi, ſtringit ſanguinis fluxum: & ſimiliter in aceto infrigidato in niue, aut ſucco foliorum ſalicũ, & mẽtæ, & foliorum vitis ſimiliter infrigidatis in niue: & qñque commiſcentur cũ his aliqua ex ſtupefacientibus, ſicut neceſſitas cogit. Hamech. Emplaſtrum bonum nobile ad fluxum ſanguinis ex naribus, & eſt expertũ, & forte: quare oportet ſuper eo cautelam adhibere. Rec. cãphoræ, opij, ſucci alchaſel, ana partem j. farinæ hordei partes ij. confice cum ſucco albelach: vel cũ ſucco vuæ lupinę: vel cum aqua roſata, & lini ſuper frontem ex eo, & tẽpora: & pone cum licio ex eo in naſum. Idẽ. Medicamẽ abſcindens fluxum ſanguinis ex naribus. Accipe papyri combuſtæ, corticum ouorum combuſtorũ, acaciæ, corticum granatorum, ana. Miſce cum eis parũ infuſionis aquæ ſalis, & cum lycinio narib. immitte. Idẽ. Aliud valens ad fluxũ ſanguinis ex ruptura arteriarum. Rec. olibani, aloes, ana, tere, & confice cũ albumine oui, & fiat ſicut mel, & vtere cum lycinio. Medicamen ex inuentione nr̃a, cito ſanans. Accipe camphoræ, ſanguinis draconis, ana dr. j. chachiæ, ſandali rubei friti, colcothar, aluminis iameni, thuris, papyri combuſtæ, ana dr. ij. Confice cum aqua ſalis, & fac trochiſcos: & qñ oportet, diſſolue cũ encauſtro ſcriptorum. Deinde fac ſiccari, & cõbure ipſum: & cinerem eius naribus inſuffla, eſt. n. expertum. Aliud ſimiliter ex inuentione nr̃a. Accipe pannum lineum antiquum: & ſubmerge ipſum in lycinio diſſoluto in encauſtro ſcriptorum: & vtere lycinio. Aliud ſimiliter ex inuentione noſtra. Rec. pannum lineũ antiquum: & ſubmerge ipſum in lycinio diſſoluto in encauſtro ſcriptorum: deinde fac exiccari, & cõbure ipſum, & cinerem eius narib. inſuffla: expertũ bonũ, ſi Deus voluerit, vel ſolum lycinium in panno illini, & combure, & vtere. Gabriel. Aliud valens ſimiliter. Accipe ſcoriæ æris, & papyri combuſtæ, & corticum ouorum combuſtorum, chachiæ, corticum granatorum, ana, confice cũ albumine oui, & vtere. Dioſcorides. Stercus aſininum ſiccum, & recens inſufflatũ in nares, & ẽt odoratum, ſtringit fluxũ ſanguinis cũ virtute. Et dixerunt quidã ex poſterioribus quod ſi miſceatur cũ eo opij, & camphoræ circiter, ana partis eius ſexta, eſt medicamen vltimum.

Iſaac. Accipe ſanguinis draconis, ramich, papyri combuſtæ, ana partem vnam: ſeminis portulacæ combuſti, balauſtiæ, ana partem s. tere, & vtere cum cannello: & accipe ex eo: & confice cũ ſucco coriandri humidi: & vtere cum lycinio. Filius Zachariæ Araſi. Confectio medicanis, quod ponitur ſuper frontem, & tempora, & abſcindit fluxum ſanguinis ex narib. Rec. chachiæ, ſucci barbæ hircinæ, olibani, aloes, gallię, balauſtię, gummi aſſi, myrrhæ, boli armeni, opij, ana. Fiant trochiſci, & liniantur ex eis ſuper frontem cum aceto, & liniantur ſuper pectine, & renibus: & conferunt mictui ſanguinis, & fluxui mẽſtruorum, & peſſarizãtur etiam in vuluam, & clyſterizantur in ventrem : & conferũt ægritudini ſanguinis: & dyſenteriæ: & conferũt fluxui ſanguinis, & vulneribus, vndecunq; exierit. Ioannes Serapionis. Medicamen abſcindens fluxum ſanguinis ex naribus, abſciſſione forti. Rec. colcothar, telæ aranęę, aluminis, ana partes æquales: confice cum albumine oui, & vtere cum lycinio lineo, & liniatur ſuper frontem, & tempora ex bolo armeno, ſucco barbæ hircinæ, farina lentis, & balauſtiæ, & modico camphoræ, & opij, cum aceto. Idẽ. Accipe aluminis, terræ ſigillatæ, gallarum non perforatarum aduſtarum, & extinctarum in aceto, ſucci heuſiſtidos, ana partem vnam, camphorę, opij, ana partis j. tertiã. Inſuffletur ex eis in naſum, & intingatur lyciniũ in encauſtro in quo duplicatum fuerit colcothar. Deinde aſpergatur ſuper ipſum ex medicamine, & mittatur in nares. Alexander. Spongiam marinam nouam in alchitram intinge, & combure, & vtere cum lycinio. Ioannitius. Cõfectio medicaminis abſcindentis fluxum ſanguinis ex naribus. Accipe balauſtiæ, ſanguinis draconis, fumi thuris, vel farinæ eius, aloes, colcothar, calcis viuæ, gallarum aduſtarum extinctarum in aceto, aluminis iameni, gypſi, pulueris molendini, ana partes æquales, opij, camphoræ, ana partem s. inſuffletur ex eo in narẽ, & vtere cum lycinio. Aboali. Accipe ſucci barbæ hircinæ, chachiæ, ana dr. s. camphoræ, gr. ij. confice cum ſucco florum palmæ, & deſtilletur ex eo in naſum. Idem. Accipe papyri combuſtæ, corticum thuris, pulueris molendini, aloes, colcothar, ex medietate eorũ fiat tenta cum albedagori, vel albumine oui, & ex alia fiat puluis, & vtere.

De nocumentis odoratus. *Cap.* 3.

NOcumẽta odoratus ſunt diminutio eius, aut priuatio, aut permutatio, aut mendoſitas. Odorabile enim, aut ſentitur debiliter, aut nullo modo ſentitur, aut ſentitur in contrarium eius, quod cõprehẽdit ratio, aut ſentitur ex odoribus odor, qui nõ inuenitur in aliquo præſentium. Et contingunt quidem nocumenta huius, quandoque propter caſum, aut percuſſionem in vijs, aut colatorio. Et accidit ex hoc vt cadant nocumenta in oſſa, & tortuoſitas, & diſſo-

dissolutio formæ, & fortassis nō recipit curam. Et quandoque cōtingit ab apostemate, aut vulnere putrefacto, aut cancroso, aut a carne addita, & putrefacta: & dicemus curam eius post. Et accidit interdum propter malitiā cōplexionis in caiasin, & nare interius, & partibus eius, sine materia, aut cum materia, aut ventositate oppilante caiasin, aut colatorium, aut duo emunctoria, quæ sunt sicut capita mammillarū: & quodcunque horum fuerit natiuum, aut chronicum, vix curam habet. Si autem malitia complexionis, sine materia fuerit: cura eius est per contrarium, administrando embrochas in prora capitis, & suctiones per nares, & odoramenta, & caputpurgia ex his, quæ dicemus. Etsi quidem fuerit calida, conferunt lauacra ex rosis, & coriā dro, & suctiones per nares ex oleo rosato, & aqua rosata cum modico aceto, & similia. Et quādoque miscetur cum eis, quod est sicut campho ra: & aqua decoctionis mentæ humidæ, aut siccæ cum cyperis, est iuuamenti sublimis, & similiter euaporatio aceti, est enim vltima. Si autē fuerit a malitia complexionis frigidæ, quod est secundum plurimum; conferunt lauacra, & embrochæ ex eis, quæ sunt sicut spica, calamus aromaticus, calamenthum, sampsuchus, & similia, & inunctiones, & suctiones, quæ fiunt naribus ex oleo costino, & rutaceo, & oleo de neridem cum eo, quod est sicut castoreum, euphorbium, muschus, & similia. Si autem malitia complexionis fuerit cum materia, aut ventositate grossa oppilante, intentio tunc in curatione est duplex, vniuersalis, scilicet, & particularis, & prima quidem perficitur cum euacuatione materiæ, & iteratione eius, si oportet, secunda perficitur cum embrochationibus, & lauacris, & inclinatione capitis super vapore chamæmeli, sampsuchi, sisymbrij, calamenthi, spicæ, & similiū, deinde cum gargarismatibus ex eis, quæ mundificant caput: & iam diximus ea, post hæc cū caputpurgijs, & suctionibus per nares cum castoreo, & fellibus animalium, & condisi, & nigella, & rebus odorabilibus, sicut serapinum proprie, & castoreum, & pipera, & muschus, & similia: & proprie mista cum oleo nardino, chamæmelino, & similibus: & assiduatio odoris rutæ est experta in hoc capitulo: & similiter caputpurgium ex ea: & caputpurgium ex nigella trita contritione vltima, quæ fuit infusa in aceto, & mista cū oleo antiquo: & fugat naribus vehementer, est enim mirabile. Et caputpurgium ex vrina cameli, & elleboro, aut pulpa colocynthidos, aut euphorbio est sublime: & similiter ipsa vrina per se. Cum autem caputpurgia, & effusiones generāt ardorem, & combustionem in naribus, tunc succurratur cum oleo rosato, & lauacris ex aqua calida, & aqua furfuris, & oleo de cucurbitis, & similibus. Mahemet Arasi. Puluis bonus ad oppilationes nariū, & defectū factus. Recipe arthanitæ, condisi, salis ammoniaci, ana, terantur sicut alcohol: & suffletur ex eo in nares postquam euaporaueris eas aceto calido. Idem. Aliud valens similiter, & est bonum. Rec. nigellæ, fellis gruis, colocynthidos, ellebori albi, ana. Terātur contritione vltima. Deinde funde super ea conterendo vrinam cameli arabici: deinde facias exiccari, & tere, & fiat ex eis sief cum oleo sambucino, aut sampsuchino, destilletur in nares, est enim expertū bonum. Si autem dolorem patiantur, succurratur eis cum aqua calida, & oleo de semine cucurbitæ, aut aqua furfuris. Idem. Aliud sublime. Accipe nigellam, postquam infusa fuerit in aceto, & exiccata, contere sicut alcohol: deinde misce cum oleo veteri. Et modus vtendi eo, est vt impleat patiens os suum aqua: & reclinet caput retro: deinde instillentur ex medicamine aliquæ guttę in nares: & fugat vehementer, donec egrediatur humiditas plurima tenēdo os apertum super vaporem aquæ calidæ: deinde lauet cum aqua calida, & alijs: & faciat hoc tribus dieb. & tribus vicibus.

De apostemate narium. Cap. 4.

INtentio in curatione eorum est triplex. In principio namque indigent medicamine repellente materiam, sicut proprie oleum rosatum, & oleum myrtinum cū aqua rosata, quodcunque eorum fuerit. Post hoc vtendum est: quod est sicut oleum cōquassatum cum aliqua ex mucilaginibus, aut cum lacte mulso recenti. Vltimo vero indigent medicamine maturatiuo, sicut proprie diachylon dissolutum in oleo, aut mucilagines maturatiuæ dissolutæ in oleo, aut mucilago radicum lilij conquassata oleo, aut radix lilij cocta in lacte, & trita cum adipe gallinæ, aut porci: & adeps gallinę cum oleo de amygdalis amaris confert in hac hora. Hamech. Medicamen conferens apostemati, & bothor sanguineis. Recipe farinæ hordei, rosarum, ana partem vnam, camphoræ partis vnius quartam, tere, & confice cum aqua rosata, vel succo granatorum acetosorum, vnge intus, & extra, probatum est. Idem. Aliud ad apostemata ex sanguine. Accipe succi solatri, & succi acetosorum granatorum, & aquæ rosatæ partes æquales, olei rosati partes duas. Conquassentur cum modico camphoræ, & vnge intus, & extra Idem. Aliud ad apostemata ex cholera rubea. Recipe mucilagines psyllij, aut semina cydoniorum, aut albumen oui: & conquassa cum oleo rosato, aut violato: & infrigida ea, & vtere, bonum est, expertum.

De vulneribus, & vlceribus narium. Cap. 5.

QVędā ex eis sunt manifesta exterius: quædam occulta interius. Quæ autem manifesta sunt, alia sunt sicca sicut crustæ: alia humida lenia. Et prima quidem curantur cū medicinis mediocris exiccationis, sicut vnguento de cerussa, proprie vnguēto triapharmacō, aut

oleo roſato diſſoluto cũ maſtiche,& puluere ro
fato miſto,& ſimilibus. Si autem fuerint vulne
rahumida,curantur cũ medicinis minoris exic
cationis,ſicut oleo roſato, adipe gallinæ, & ce-
ra ſimul diſſolutis, & ſimilibus. Conſuetudina
ria autẽ vulnera,quæ ſunt ſicut cruſtæ, bothor,
& aſperitas rubei coloris roſarum accidẽtes na
ſo ſm exterius eis, curantur cum duobus cau-
terijs poſitis inter labia,& gingiuas iuxta dẽtes
caninos,vt aſcendant hinc inde ad colatoria na
ſi. Occulta autem interius latentia in partibus
alcaiaſin praua ſunt:& peiora,quæ fiunt in par-
tibus colatorij,& adhuc magis, quæ fiunt in vẽ
tric alis cerebri: & in eis, quæ ſunt ſicut capita
mammillarum. Et ex eis quædã ſunt recentia,
quibus nõ multũ prẽterijt tempus: alia ſunt an-
tiqua chronica. Recentium autem duo ſunt ge
nera curationis. Primus quidem eſt mundifica
tio, & perficitur cũ medicinis lauatiuis debilis
abſterſionis: ſicut aqua mellis proprie: & quæ
hoc curſu præcedunt. Sm̃ vero eſt conſolidatio,
& ſigillatio eorum:& perficitur cum medicinis
debilis exiccationis:ſicut vnguẽto triapharma
con, & vnguento de ceruſſa confortato cũ mo-
dico myrrhæ,& olibani,& ſanguinis draconis.
Chronica autem, & putrida vulnera triplici e-
gẽt genere curationis. Et primũ quidem genus
eſt mundificatio eorum, cum eo, quod eſt me-
diocris abſterſionis:ſicut vinũ, & proprie mel,
& ſimilia. Et qm̃q; expetit neceſſitas apud mul-
titudinẽ putrefactionis, vt miſceatur cum eis,
quod eſt ſicut colcothar, aut vnguentũ egyptia
cũ,& vrina quidem infantium eſt mundificati-
uum bonũ, & nos diximus multa ex eis in capi-
tulo de vlceribus aurium ad hæc conferentia.
Sm̃ vero genus eſt incarnatio vulneris cũ eis,
quæ ſunt ſicut vnguẽtum de ceruſſa, aut vnguẽ
tum triapharmacõ, aut cõfortata cum eo,quod
eſt colcothar modicum,& ſimilia. Tertium ve
ro eſt conſolidatio vulnerum, & ſigillatio eo-
rum: & perficitur cũ medicinis exiccatiuis non
multæ exiccationis, ſicut proprie,maram factũ
ex rebus,quæ ſunt ſicut olibanum, myrrha, ſar
cocolla,& ſimilia. Et quandoque apud neceſſi-
tatem miſcetur cum eis, quod eſt ſicut ariſtolo-
chia rotũda,& colcothar,& ſimilia,& proprie,
qm̃ timemus de futura putrefactione, dicta ſunt
in capitulo de vulneribus aurium, quæ afferan
tur ad locum hunc. Excepto,quod vulnera au-
riũ ſicciori, & acutiori indigent medicamine,
quam vulnera nariũ, & tuum eſt diſcernere, &
menſurare iſta. Et cõfert cauterium in zuẽdeg.
Hamech filius Zachariæ. Medicamen bonum
conferens vulneribus narium recentibus,& an
tiquis,& fecit Hiſpanus. Rec.ceruſſæ, olei ſiſa-
mini,medullæ cruris vaccæ, & olei amygdali-
ni dulcis,ceræ albæ,& gummi albotin,ana,dra
gaganthi,gummi arabici,ana partẽ mediã. fiat
ex eis gluten cum modico aquæ roſatæ, & fiat
vnguentum cum cæteris: & vtere ſuper morbo
E cum lycinio de panno. Si autem alcaiaſin vul-
nera occupant: & deſcendunt per foramina vſ-
que ad palatum, & ad guttur; ſugat narib. filũ
vſque dum deſcẽdat ad palatum; & trahatur p
os, & ducatur filum ſicut ſerra, vſq; dum locus
ſanguinetur, deinde vnge filum cũ medicamine
: & hoc fiat omni die vſq; dũ ſanus fuerit: eſt
.n.expertum. Idem. Medicamen conferens fi-
ſtulis in naſo,& vlcerib. ſiccis, expertum. Rec.
ceræ albæ partes ij.medullæ cruris vaccæ partẽ
j.olei chamæmelini,ſiſamini, olei nardini, olei
de amygdalis dulcibus,ana partem j. Fiat vn-
guentũ:& miſce cũ eis mucilaginis,dragagãthi
albi, & mucilaginis heuiſci, & mucilaginis ſe-
min.cydoniorum,pſyllij, & ſemi.lini, ana par-
F tis j.ſextã. Fiat ex eis vnguentũ cum pauco cro-
co, & vtere ſicut primum, valet ẽt ad ſciſſuras
labiorum.Idem.Aliud valẽs ſimiliter. Accipe
ceræ rubeæ partem j. olei roſati partes vj.diſſol
ue ea,& miſce cum eis lithargyrij,ceruſſæ, fęcis
argenti, ana partis vnius tertiam:fac vnguẽtũ:
& vtere:& eo ſæpe tangat naſum. Sabor. Aliud
bonum vales ad idẽ. Accipe litargyrij, olei ro-
ſati,& olei myrtini, ana partem j. aceti, & ſucci
myrti, ana partem mediam, confice,& vngue.
bonum eſt,ſi Deus voluerit. Et quandoque fit
ſine aceto,& pro aceto pone ſuccum myrti, qm̃
que pro aceto,vinum. Et eſt bonum. Gale.vn-
guentum de flore æris,bonum, mundificãs vul
nera ſanioſa,& conſolidans ipſa. Rec. ceræ,dr.
G iiij. & olei antiqui, vel facti ex oliuis immatu-
ris;dr. xvj. floris æris puluerizati ſicut alcohol,
dr. ij. fiat ex eis vnguentum, & vtere cum lyci-
nio. Et qm̃que additur, vel minuitur ex flore æ-
ris ſm,quod exigit neceſſitas. Vnguentum ex
inuentione noſtra ſanans vulnera narium, &
vbicũque ſint in corpore. Accipe lubene, & tri-
phyllon acetoſum, ana vnc.ij. proijce ſuper ea
poſtquam fuerit concuſſa,olei roſati,olei myr-
tini, ana vnc. v. & dimitte in vaſe lapideo per
dies vij.deinde ebulliant ebullitione vna,& co
la,& cum ceræ citrinæ,vnc.ij. & s. fiat vnguen-
tum ex eo in lycinio: & vtere, & quandoq; ad-
miſcetur ad omnem vnciam iſtius vnguẽti ex
flore æris,dra.j. Filius Serapionis. Medicamen
H conferens vlceribus. Recipe ceruſſæ,merdaſen
gi, & plumbi aduſti,ana partes æquales,abluã
tur vicibus pluribus,poſtquã fuerint trita. De-
inde fac ex eis vnguentum cum vino, & oleo
myrtino diu terendo in mortario, nunc oleum,
nunc vinum:ante parum infundendo vſque dũ
impinguetur,expertum bonum.

De polypo,qui fit in naribus. Cap. 6.

POlypus,qui fit in narib⁹,durus,& niger, &
nõ tractabilis, & mollis,putridus, & fœtid⁹
fortaſſis nõ ſanatur. Et qui elongatur, & pẽdet,
& aliquando egreditur extra, habens radicem
gracilem,tenuem,non nimis profundatam,cu-
ratur incidẽdo,iuxta radicem eius,cum forfici-
bus,poſtquam apprehendis,& trahis cum tena

culis

culis: deinde poſt inciſionē cauterizetur ſuper eo, quod remanet de radice cum ferro ignito, aut cū medicamine acuto, & hæc quidem fiant poſt corporis mundificationem pluries iteratā: & poſt phlebotomiam. Et quandoq; neceſſitas expetit, vt fiat cauterium in zuhendeg, & ꝑprie apud fluxū rheumatis ad partes narium, ſicut dictum eſt in eis, q̄ ſunt de curis catarrhi, & coryzæ. Si autem polypus deſcendit ꝑ foramina palati ad palatum, & guttur, trahātur ſimiliter cū tenaculis: & incidatur ſecus radicem eius cum forficibus ignitis, & curet deinde cum medicamine acuto, ſicut iam diximus. Si aūt eius inciſio non fuerit facilis ſm modum, quē diximus: tūc accipe duos, aut tres pilos caudæ equi, & torque ſingulum eorum per ſe: deinde ex eis retorquendo fac ſicut filum vnum, & fiant in eo nodi tres, vel quatuor: mittatur per nares cum acu plumbea: & declinet cum ea ad foramina palati: & trahatur per ipſum palatum cū facilitate, donec filum exeat ꝑ foramina palati: & tunc accipe vtramq; extremitatem fili, & ducas, & reducas ad modū ſerræ vſq; dum tota incidatur caro: & ſi aliquid remaneat, tunc facias ſicut ſuperius dictum eſt, abiecta aūt tota carne polypi curetur deinde cū vnguento viridi, & medicamine incarnatiuo. Plerumq; autē polypus non eſt multæ additionis: & curaī præter inciſionē cū medicinis acutis, & alijs ſicut dicemus poſt. Si autē fuerit cancroſus, cura eius eſt difficilis. Curatur tamen quandoq; cum medicinis acutis, & alijs, q̄ diximus in capitulo de vlceribus nariū: loco aūt narium a polypo perfecte mundificato curetur cū vnguento viridi, & vnguento de ceruſſa dictis in cura vlcerū. Dioſcorides. Medicamen auferens polypum narium, & omnem additionē carnis in eis: & hæmorrhoidas narium cancroſas. Accipe ſemen luf, & tere cū ſucco malorum granatorū coctorum cum cortice ſuo, & liniaī ſuper polypo in circuitu eius: eſt enim medicamen bonum. Vua etiā luf, & proprie ſuccus eius idem operatur, & ſimiliter ſuccus radicū eius: & ꝑprie lana ex aliquo eorum imbibita, & immiſſa naribus. Et eſt expertum. Galenus. Medicamen ſanans, & cōſumens oēs additiones carnium in naribus cū lenitate ſine dolore, & ſanās vlcera in eis, & efficit operationem ſuā tēpore lōgo, quapropter ſine ceſſatione vtendum eſt eo. Accipe ex tribus generibus granatorum partes æquales, & tere ea ſm totalitatem eorum, & extrahe ſuccum ipſorum, & decoq; in eſſentia rob tenuis, deinde tere ſubſtantiā granatorum cōtritione multa, vſq; dum fiat ſicut paſta: & fac cū ſucco eorum formas ſimiles naſalibus, & intromitte ex eis in naſum vnā poſt vnā prælíniendo tñ cum ſucco prædicto: & hoc fiat tempore extenſo: efficit.n. operationem ſine dolore: & eſt expertum. Quidā vero ex experientibus admiſcuerunt cū eis extrochiſcis alcacalon quantitatem ſufficientem ad vigorandum operationem ex ipſis. Filius Serapionis. Cōfectio medicaminis cōſumentis polypum, & omnem carnem additā. Recip. ſcorię æris aur. iiij. chalcanthi aureos duos, ellebori nigri aur. j. arſenici rubei, drac. j. Tere, & fac puluerem, inſuffla in naſum: aut confice cum vino, & vtere cum licinio. Idem. Cōfectio trochiſcorum alcadicon, quorum iuuamētum eſt virtuoſum: cōſumunt enim polypum, & cancrum, & oēs additiones carnium in omnibus locis. Recc. calcis nō extinctæ, arſenici citrini, ana partes ij. colcothar, floris æris, aluminis, ana partē. j. gallarum, chachiæ, balauſtiæ, ana partem ſemiſ. cō fice ea in mortario æneo cum aceto forti, cōtritione vltima vſq; ad quinq; dies: deinde fiant ex eis trochiſci: & cōſeruentur in vaſe vitreo in loco frigido, & ſicco, diſtempera vnum ex eis cum vino, & vtere cum licinio: expertum forte.

De Sternutatione. Cap. 7.

Quibus ſternutatio vtilis eſt.

STernutatio eſt in quibuſdam vtilis, in quibuſdam nociua. Vtilis poſt maturationem coryzæ: & poſt digeſtionem ſodæ, & phreneſis, & lethargiæ, & ſubeth, & interceſſionis memoriæ, & epilepſiæ, & apoplexiæ, & ægritudinum neruorum, & ſcotomiæ: & facilitat partū, & expulſionem ſecundinæ. Ex his, quæ ſubmouent ſternutationem, & incitant, alia ſunt, quę ſumuntur per os, ſicut cæpe acutum, & allium, & ſinapis, & vinum forte, & acutum, & ſimilia, alia ſunt ab extrinſecis incitātia: ſicut radius ſolis, ventus acutus, fumus, & ſimilia, & ex eis eſt approximatio ad iuuenculam, & hæſitatio, & deſiderium coitus, & alia ſunt odorabilia, & intrantia narem, ſicut roſa proprie odorata: generat enim ſternutationem calefactis, & folia myrti cum aceto, & ſuccus foliorum vitis inſtillatus, & ſimiliter agreſta, & ſimiliter camphora cū omphacino, & opio inſufflata in nares, & nenufar odoratum, & ſolatrum, ſimiliter, & ſief memithæ cum camphora, & vapor aceti, & ſimilia. Infrigidatis vero ſternutationem ſtimulantia ſunt mezereon, euphorbium, elleborus, condiſi, piper, oleander, fella animalium, caſtoreum, arthanita, cucumer aſininus, zinziber, pyrethrum, ſampſuchus, auricula muris, iris, nigella infuſa in aceto, pulpa colocynthidos, baurach, opopanacis, ſerapinum, aloe, ſuffel, gallia, ſinapis, ruta, ſyluestris, & ſimilia. Compoſita vero incitantia ſternutationem plura dicta ſunt in capitulis, quæ præceſſerunt. Nociua vero ſunt ſternutatoria in principio catarrhi difficilis: & in ægritudinibus catarrhalibus pectoris, pulmonis, & fauciū, & coſtarum, & ante digeſtionem ſodæ ex plenitudine, & etiam, omnium ægritudinum, quarum nominatio præceſſit: & ante mundificationem corporis communem. Sternutatio autem facta per ſe quandoq; fit propter fortitudinem cerebri vigoroſi

Sternutationem excitantia.

Quibus ſternutatio prohibita eſt.

ad

ad expellendū ſuperflua,& eſt ſignificatio laudabilis in ægritudinibus cerebri: deſperatur.n. de eo,qui ſternutare non poteſt, in ipſis etiā medicaminibus adhibitis,& quandoq; ſit propter paſſibilitatē cerebri patientis de facili impreſſiones frigoris,& caloris,& impreſſiones redūdantes ex auſtro,& borea. Quare fit coarctatio, & expreſſio propter impreſſionē ex frigore, & borea; & expellitur materia coarctata,aut diſſoluta,& expulſio propter impreſſionem ex calore,& expellitur auſtro materia diſſoluta. Ster-

Sternutationem prohibentia.

nutationem autē prohibentia ſunt proprie paſſiones animales, ſicut gaudium proprie,& ira, & ſolicitudines, & cogitationes, & frictiones aurium,& extremitatū,& contorſio naſi, & frictiones gingiuarū,palati, & linguæ,& oculorū. Et ſi cōtingat propter incitationem factam a calore,aut auſtro, ſedant vehementiam eius oleū roſatum,& oleū de ſalice,& ſimilia odorata, & effuſa in ambabus auriculis ſuper caput, & ſorbitio aquę frigidæ,& fugere cā naribus,& laua re faciem cum ipſa. Si vero cōtingat propter incitationē a frigore, & borea,cōferūt infuſiones oleorum calidorum ſine mordicatione in ambabus auriculis,& ſup caput,& etiam nares, & ſorbitiones calidæ,& balneationes, & odorare chamæmelum,& poma redolentia,& galliam, & ſpicam,& myrrham,& ambrā, & xyloaloe. Et conferunt etiam odores herbarum, quæ naſcuntur in mari, & ſpongiæ, concharum maris,& lanarum, & pilorum,qui ſunt in eis.

SVMMA VIII.

De ægritudinibus oris, & primo de ſciſſuris labiorum. *Cap.* 1.

SCiſſura labiorum quandoque fit in ſuperiori,& cum communitate nārium,& fit poſt coryzam,& catarrhum ſolitum fluere ad partes illas:quare turget naſus, & labiū cū veſtigijs rubedinis interdum, & interdum bothor,& interdum cū cruſtis,& ſciſſuris,& aſperitate. Et cura eius eſt tres res. Prima eſt mundificatio ab humore,qui ſuperabūdare videtur. Secunda eſt diuertere materiā cum phlebotomia ſi peccatum eſt in ſanguine; aut cū vētoſis cum ſcarificatione in occipitio, & in collo: aut cum cauterio in zuhendeg, ſi neceſſitas expetit: & quandoq; fiunt cauteria duo,quę diximus in capitulo de vulneribus narium, & ſunt mirabilis iuuamenti. Tertia pars eſt adæquatio loci,& correctio nocumentorum, quæ cadunt in locis ipſis,& hoc quidem dictū eſt in capitulo de vlceribus narium. Et quandoq; fit in labio ſuperiori,aut inferiori abſq; cōmunitate aliarū partium, & proprie propter cōtractionē accidentē muſculo trāſuerſali ipſius labij,quare accidit ci vt ſcindat labiū ſciſſione profundāte:& multiplicatur huiuſmodi apud multiplicationem boreæ:& cura eius eſt cum vnguēto de ceruſſa,aut oleum roſatum cum ceruſſa: aut licinium cum oleo roſato,& ceruſſa: & alia quorū mentionē faciemus poſt. Et ſunt ex hominibus, qui incidunt muſculum ipſum ſm tranſuerſum eius profundantes cum ſagittella vſq; dū incidatur ſm totalitatem eius,deinde imponunt puluerē cinnamomi,& gallarum vſq; dum ſanētur. Et ſunt qui cauterizant ſm tranſuerſum ei numo aureo ſubtili, deinde curant cū vnguento de ceruſſa, & alijs ſimilibus. Democritus. Medicamen expertum ad ſciſſuras labiorum. Accipe furfuris, & pilorum caudarum equi partes æquales, cōbure ſuper laminā ferream, & miſce cinerē corum cum melle, & vnge locū mane,& ſero vſq; dum ſanetur. Cerotū ſanans ſciſſuras labiorū, & eſt expertū. Accipe glutinis albotin,mellis, maſtiches,hyſſopi humidę,ana partes ęquales. Fac ſicut cerotum. Aliud ex inuentione noſtra. Accipe gallarum,ceruſſæ,ana partem.j.dragaganthi,amyli,ana partem ſemiſ. confice cū adipe gallinæ quantum ſufficit,vtere ſicut primo. Aliud valens ad ardorem,& combuſtionem,& vlcera labiorum:& eſt iuuamē expertum. Rec. lithargyri,ceruſſæ, frictionis plumbi, olei hyoſcyami albi,& ceræ ana partes æquales, olei roſati quantum ſufficit,expertū eſt. Dioſcorides. Ad ſciſſuras labiorum. Accipe gallas,& puluerizа ſicut alcohol: miſce cum melle, & vtere: aut miſce cum terebinthina, & adipe gallinæ aut anatis: aut accipe gallas, & tere ſicut alcohol, & miſce cum terebinthina,& maſtiche, & hyſſopo,& croco, & melle,expertum bonum. Filius Zachariæ. Medicamen bonum,conferēs ſciſſuris labiorum,et faciei,& manuum. Accipe ceræ citrinæ, hyſſopi humidæ, baurach,adipis anatis,ana partē.j. olei roſati partes duas,amyli,dragaganthi, mucilaginis ſeminis cydoniorum, ana partem ſemiſ. fiat ex eis maram, ex quo loco prius frīcto ingrediatur balneum, & exiens inungat locum ex maram: & ex dragagantho trito ſicut alcohol ſuperaſpergat:& hoc faciat vſque dum ſanetur.

De dolore dentium. *Cap.* 2.

INtentio in curatione duplex eſt: vniuerſalis, & particularis. Et quidem vniuerſalis intētio eſt tres res. Prima eſt euacuatio materiæ. Secunda diuerſio eius. Tertia prohibitio fluxus ipſius. Et prima quidē res perficit cum euacuatione per phlebotomiam, & ventris ſolutionē. Et illud ſignificabitur tibi accidere cum communitate cerebri, & partium capitis. Verum ſi dolor fuerit propter apoſtema, quod eſt in gingiua,cuius materia eſt ſanguis acutus, confert phlebotomia cephalicæ, & ſcarificatio, & inciſio venarum, q̄ ſunt in labijs,& ſub lingua: & hoc fiat gradatim, & conferunt etiam ſanguiſugæ

De phlebotomia.

guiſugæ appoſitæ in radice dentium, & vento-
ſatione ſub mẽto cum inciſione. Et ſi abſq; apo
ſtemate fuerit,tamen ab eadem materia;admi-
niſtrãda eſt phlebotomia,& alia quæ diximus.
Et ſi cum hoc fuerit ſanguis acutus cholericus;
phlebotomia, & ventris ſolutio neceſſaria eſt.
Pilule in materia frigida. Si autem ex humoroſitatibus fiat frigidis, eua-
cua cum eo,quod eſt ſicut pilulæ cochiæ,& hye
ra diacolocynthidos,et ſimilia. Secundam rem
cõplent phlebotomia, & ventoſatio,quas dixi-
mus,& frictiones extremitatum, & ligaturæ,&
cõpreſſiones doloroſæ, & cauterium in zuen-
Secreti Ga leni. dech,& ſimilia. Et dixit Gal. Si teratur allium,
& ponatur in radice manus iuxta palmã ex par
te domeſtica,& proprie ex manu, quæ ſequitur
dolorem,ſanat dolorem dẽtis,& expertum eſt.
Tertiam rem complent adminiſtrationes me-
dicaminum prohibẽtium fluxum declinare ad
dẽtes:ſicut ſunt pilulæ alchaiber,quas fecit Ale
xander, & nos ſcripſimus in capitulo de catar-
rho, & coryza: & nos plura intentionis huius
Extractu. ſcripſimus ibi. Particularis autem intentio diui
ditur in curam veram, & curam mendoſam. Et
vera quidem cura habet tres ſemitas. Prima q-
dem eſt,vt in principio doloris adminiſtrentur
medicinæ,quæ confortent dentes, & repellant
rheumatizationes materiæ: & ſi ſit materia ca-
lida cum eo,quod eſt ſicut retentio aquæ frigi-
dæ in ore cum aceto,aut aqua roſata,aut viciſſi-
tudo eorum,aut aliqua infrigidantia, quæ ſunt
ex ſuccis, & decoctionibus rerũ, quæ ſunt ſicut
roſa, myrtus cum modica camphora: & huius
etiam intentionis eſt oleum roſatum, & oleum
de ſalice:& oleum de oliuis immaturis, & oleũ
myrtinum per ſe, aut confortatum cum aceto,
& camphoræ modico. Cum autem incipit per-
tranſire tempus principij, adminiſtrandum o-
leum roſatum cũ decoctione maſtiches. Et ad-
huc poſt hoc oleum roſatum cũ decoctione vi-
ni,& maſtiches, aut oleum roſatum cum deco-
ctione vini,& paſſularum, aut fænugræci: vlti-
mo vero gradatim perueniendum ad reſoluti-
ua,& maturatiua ex his,quæ dicemus. In mate
ria vero frigida adminiſtrentur in principio, q̃
ſunt ſicut oleum roſatũ cum maſtiche, aut oleũ
roſatum cũ ſuch, aut ramich,& ſimilia, & poſt
hoc oleum roſatum cum eo, quod eſt ſicut hyſ-
ſopus,& alhaſce,aut ſuccus porri poſt ebullitio
nem eorum,& ſimilia. Poſtremo vero ea, quæ
ſunt ſicut radix colocynthidos cum aceto, aut
ſtaphis agria,aut pyrethrum, aut alliũ, & ſimi-
Cura mendoſa. lia. Cura aũt mendoſa eſt cura, quæ blandien-
do ſedat doloris vehementiã, & hoc quidẽ ſtu-
pefaciendo. Et huius quidẽ intentionis eſt hyo
ſcyamus,& proprie ſuffumigatio facta ex eo: &
expertũ eſt de opio, & oleo roſ. linitis ſuper dẽ-
tem,& ſimiliter pyrethrum,& camphora,ſi ap-
plicenẽ ſuper dentẽ,ſedant vehementiam dolo
ris eius. Et ex exptis annexis ſup dentẽ remo-
uentibus dolorẽ eius eſt medicamẽ iſtud. Reci.

A hyoſcyami albi,opij,ſtyracis,galbani,ana dr.j.
piperis,aſſæ fætidæ, ana drach. ſemiſ. miſce cũ
rob vuæ,& cũ endiuia, & liniatur ſup dente do
loroſo. Aliud. Accipe opij, caſtorei ana partes
æquales,& deſtilletur ex eis granũ vnũ,vel duo
cum olco roſato in aure ſequente dolorem, &
ex eis eſt ſagzenea proprie,& trochiſcus Stellę,
& Philoniũ,ſunt.n.mirabilis iuuamenti:& pro
prie miſto cũ eis aliquãto opij. Narratio medi-
caminũ ad dolorẽ dentium calidum. Conferũt
colluriones oris factæ ex aceto decoctionis hyo
ſcyami,aut radicis eius cũ oleo roſato,& aceto.
Acetum aũt decoctionis ſpolij ſerpentis eſt ad
illud mirabile proprietate,q̃ eſt in ipſo. Sanda
racha cũ aceto eſt iuuamẽti ſublimis, prohibet
B enim rheumatizationem a dentibus, & gingi-
uis, & ſedat dolorẽ vehementer, & conſtringit
gingiuas. Aqua roſata confortata cum modico
cãphore valet ad dolorẽ dentium colluto ex ea
ore. Valet etiam oleum roſatum ſine maſtiche,
& cũ maſtiche gallarũ decoctio cum aceto va-
let, ſimiliter ſolatrum cũ aceto eſt medicamen
expertum. Mahemet Araſi. Cõfectio trochiſco
rum ſedantiũ dolorem dentium calidum,& do
lorẽ apoſtematis in gingiuis. Recipit coriãdri,
ſeminis portulacæ,ſumach, lentiũ excorticata-
rũ, ſandali citrini,roſarum, pyrethri,cãphoræ,
ana partes æquales:fac trochiſcos cũ ſucco ſola
tri:& lini dentẽ doloroſum cũ vno eorum diſſo
C luto in aqua roſata,& aceto,præcedẽtibus phle
botomia,euacuatione,& ventoſatione ſicut prędiximus. Filius Zachariæ. Medicamen confe-
rens doloribus dentium, & corroſioni eorum.
Recipe carmezit,drach.v. ſpolij ſerpentis,dr.j.
alchannæ de mecha, drach.ſemiſ. corticum ra-
dicum papaueris,drachm.ij. bulliant cum ace-
to,& teneatur tepidum in ore in parte doloris:
expertum eſt. Idem.aliud conferens dolori, &
motionibus dentium. Recip.gallarum, corticũ
glandium,corticum granatorum,ana partes æ-
quales, bulliat cum aceto medietas eorum, &
vtere colluendo, & ex alia medietate fiat pul-
uis,& poſt collutionem vtere ſuper dẽtes. Nar-
ratio medicaminum ad dolorem dentium fri-
D gidum. Conferunt colluriones diu retentæ in
ore: factæ ex rebus,quæ ſunt ſicut cortices radi
cum capparis, & acetum, poſtquam ex deco-
ctione eorum fit collutio in parte læſa, & ex eis
eſt ręda pinguis,& cortex eius, & lignum pini,
& cortex eius, & radix colocynthidos, & pul-
pa eius, & proprie acetum decoctionis eorum,
& acetum,quod iã bulliuit in teſta colocynthi-
dos ſpatio multo,& eſt magni iuuamenti,& cõ-
dyſi bullitum cum vino eſt vltimum, decoctio
calamenthi cum aceto aut vino eſt iuuamenti
valde,& ſimiliter radix raphani,& folia almę-
zereon,& pyrethrum, & zinziber,& radix cu-
cumeris aſinini,aut ſuccus eius: & ſimiliter har
mel cum aceto. Pyrethrum etiam cum aceto,
& ariſtolochia rotũda ſunt experta:& ſimiliter

ſtipites

ſtipites allij cum pyrethro, & aceto, & quãdoq; exigit diſpoſitio : & indiget adminiſtratione apud vehementiam doloris rerum maturatiua rum in collutionibus ad ſedandum dolorem, ſi cut proprie oleum calefactũ, in quo decocta ſit radix althææ, & chamæmelum, & melilotum, & fænugræcum ſingulariter aut cõiunctim, quo niam ſunt ſedatiuum bonum. Rerum autem, q̃ applicantur ſuper dentes, & ſedant dolorẽ, ſum ma hæc eſt. Piper, & alchitran adminiſtrata ſuper dentem reſoluunt dolorem cõgelatiuũ: aut piper, & euphorbium cũ melle: aut piper, & aſſa fætida: aut ſinapis, & aſſa fætida; aut ſerapinũ. Ex expertis, eſt medullæ nucleorum perſici pars j. piperis pars ſemiſ. confice cum alchitrã, aut pyrethri, piperis, zĩziberis, ſtaphidis agrię, ana drach. j. baurach armeni, drach. ſemiſ. fricẽtur cum eis gingiuæ: ſunt enim iuuamenti ſublimis, & ſimiliter nigella cum oleo antiquo: & opopanax cũ pyrethro, & ſerpentis ſpolium cõbuſtum miſtum cum oleo ad ſpiſſitudinẽ melſis linitum ſuper dentes eſt mirabile in ſedatione doloris, & ex origano, & nitro puluis factus ſparſus ſuper dentes, & gingiuas mox dolorem tollit. Res autem, quibus dentes ſuffumigãtur, & tollitur eorum dolor, ſunt ſemẽ porri cum alchitran, poſtquam recipitur ex eis fumus p traiectorium ſuper dẽtem doloroſum: ſedat enim dolorem, & occidit vermes: et ſimiliter ex ſemine cæpe cum alchitran: & ſimiliter ex ſemine hyoſcyami, & ſemine porri, & alchitran partibus æqualibus, factis ex eis formis ſicut auellana, & ſuffumigationes factæ vna ex eis per traiectoriũ. Res vero quibus fit vaporatio exterius ad dolorẽ dentium, ſunt ſicut malua, anethum, althæa, & herba nitri, chamæmelum, melilotũ, fœnugræcũ, ſemen lini, ſemen caulium, & folia eius, ſemen porri, iris, radix lilij, hyſſopus, & ſimilia: & quandoq; fit emplaſtrum ex eis: & qñ que fit emplaſtrum ex cæpe aſſo, & oleo chamæmelino, aut anethino, & quandoq; fiunt linimẽta exterius cum oleo chamęmelino, aut anethino, aut ruraceo, aut amygdalarum amararum, aut de lilio, aut oleo de been, aut oleo perſicorum, aut hyſſopi cerato, & ſimilibus, & quandoque fit ex alijs vnguentis. Et quandoq; fiũt euaporationes ex rebus ſiccis, ſicut cum ſale, & milio, & panico, & ſimilibus. Res aũt, quibus fiunt iniectiones per aures, & ſedant dolores dentiũ, ſunt hæ. Succus aſphodeli tepidus iniectus per aurem, quæ eſt ex parte doloris ſedat dolorem. Et ſimiliter oleũ de amygdalis dulcibus, & amaris, & oleũ de perſicis, & oleũ ſambucinum: quodcunq; eorum fuerit coctum in cæpe per ſe: aut poſtq̃ diſrumpit in eis aliquid caſtorei, aut euphorbij, & quandoque aliquid opij apud neceſſitatem. Et ex eis ſuccus cucumeris aſinini, aut ſuccus radicum capparis poſtquam decoxerimus cum aliquo ex oleis prædictis: aut deſtillantur per ſe: ſuccus autem alzanaham eſt mirabilis. Ioannes Serapionis. Confectio medicaminis ad dolorem dentium bona, & vocat furificon. Rec. piperis, drac. decem, ſtaphidis agriæ, pyrethri, ana drac. iiij. baurach armeni, dr. vj. tere, & fac trochiſcum cum ſucco radicũ capparis, aut aqua decoctionis eius, lini vnũ ex eis ſuper dentes, & gingiuas. Alexander. Modus decoctionis de allijs cito ſedans dolorem dentium. Rec. allij ſpicas. v. olibani, dra. j. & ſemiſ. myrrhæ drac. j. decoq; cum aceti hemina. j. vſq; ad cõſumptionem medietatis ſemper agitando cum ſpathula tędę pinguis: & hoc fiat oris collutio, & diu calidum teneat in ore, & hoc fiat pluries. Idem Confectio trochiſcorum dolorẽ dentium cito ſedans: quãdo ex vno eorum fit fricatio ſuper dẽtem, & gingiuam, expertũ bonum. Rec. aluminis, drac. iiij. piperis, drach. iij. hyoſcyami, drac. iiij. pyrethri, dra. ij. fiant trochiſci cum aceto, & vtere. Mahemet Araſi. Confectio theriacæ mirabilis ad dolorem dentium. Recipiperis, caſtorei, myrrhæ, aſſæ fœtidæ, opij ana, partes æquales. Confice cum melle quantum ſufficit. Idem. Confectio alterius medicaminis valentis ſimiliter: & eſt medicamen bonum, & expertum. Recip. caſtorei, aſſæ fœtidę, ſtyracis, myrrhæ, ariſtolochiæ rotundæ, opij, piperis, zinziberis, hyoſcyami, ana partes æquales. Confice cum melle aut alchitran: & lini ſuper dentẽ doloroſum: & applica ſuper ipſum. Idem. fiant formæ ex ſtyrace, & ſemine hyoſcyami partibus æqualibus, & fiat ſuffumigatio ex vna earũ in traiectorio. Aboali. Confectio medicaminis experti ad dolores difficiles dentium, & corroſiones eorum. Recip. caſtorei, opij, myrrhæ, piperis, galbani, ana partes æquales. Cõfice cum rob, & fac trochiſcos ex eis, & liniatur ex eis ſuper dentes. Idem. operatio decoctionis olei conferentis ad dolorem dentium pulſatiuum. Accipe pulpæ colocynthidos, aloes partes æquales, olei, & aceti ana partes. vj. bulliant ad aceti conſumptionem, & deſtilletur ex eo in aurem deſtillatione poſt deſtillationem.

Sedantia dolorem. *Vaporatoria.* *Linimenta.* *Trochiſci.*

De extractione dentium. Cap. 3.

QVandoque propter vltimum nocumentũ cadens in dentes medicamenta non conferunt, nec doloris vehementiam diminuunt. Quare ne alijs etiam dẽtibus nocumẽta pariãt, conſulimus ad eradicationem eorum accelerare, cum regimine bono prohibitiuo apoſtematis, & proprie cum proceſſione euacuationis: & proprie iterata, ne fiat extractio eius apud vehemẽtiam doloris eius, ne fit cauſa ſyncopis, & morris; & fiat cauſa excitationis, & commotionis rheumatis vehementis, & ſuſpecti; aut fiat cauſa generationis apoſtematis timoroſi, ſed expectandum vſque dum ſedetur dolor, & maturetur, deinde extrahatur cum ferro, poſtquã ſcarificaueris cum a carne gingiuarum, ſcarificatione

catione profunda. Et postquam extraxeris ipsum, teneat in ore suo acetum infrigidatum: & proprie decoctionis gallarum,aut balaustiæ,& si remaneat dolor,teneat in ore suo oleum rosatum cum decoctione mastiches,& similia illis. Regimen aũt extractionis cum dentiũ medicamine,est ſin hunc modũ. Fiat scarificatio,sicut ante diximus: deinde ponatur medicamen in radice dentis,& hoc fiat cũ cautela,ne alijs dentibus nocear. Quare distinguatur inter dẽtem, & dentem cum cera,vel aliquo alio, quod sit sicut ipsa:& obseruetur hoc vsq; dum dentis fiat facilis exitus. Et sunt ex hominibus,qui cauterizant dentem solo ferro ignito immisso per canellum vsq; ad dentem: & acquiritur ex eo,qđ mitigatur dolor; & dens post tempus, & tempus cadit frustatim: & quãdoq; cauterizant cũ nucleo nucis accenso: & quandoq; cum grano olibani accenso, & ignito, & similibus. Filius Zachariæ Arasi. Confectio medicaminis facile eradicantis dentes. Recip. pyrethri,radicum colocynthidos,& corticum eius,& corticum radicum capparis, corticum mori, seminis almezereon,& foliorũ eius, huruth, arsenici citrini, lactis alscebram,aut fustis eius. Terantur cum aceto tribus diebus contritione vehementi,deinde proijciant sup ea bdellij, & assæ, ana pars j.ita,quod prius dissoluant in aceto forti, & fiãt ex eis trochisci, & liniatur ex eis in radice dentis hora post horã per aliquot dies,facit.n. facilem eradicationem in ipsis.Idem. Medicamen aliud,quo impletur corrosus dens,& frangit ipsum. Recip.semen almezereon, & lac alscebrã, & conficiantur cum alchitran,& impleat corrosum dentis. Aliud. Accipe baurach,corticũ mori,ana partem j.arsenici citrini partes duas,confice cum melle, & applica super dentem in circuitu eius, & facit eius eradicationem festinã. Aliud, adeps ranæ viridis, quæ habitat in arboribus,frangit dentes si liniantur ex ea, & similiter,si liniantur ex lacte alscebram, aut tithymali,& similiter lac celsi cum arsenico citrino.

De agitatione, & commotione dentium. Cap. 4.

SI causa habuerit corrosionem factam in radice dentium,aut in gingiuis,dicemus curã eius. Si fuerit propter humiditatem lubricam effusam, aut imbibitam in neruo ligante dentem:& fuerit cum communitate cerebri; cura eius est tres res. Prima est, vt euacuetur materia: & si oportet, cum iteratione. Secunda, vt fiat exiccatio humiditatis mollificantis colligationem dentis,cum eo,quod est sicut myrrha,et acetum decoctionis pyrethri, & acetum squilliticum, & acetum decoctionis staphidis agriæ aut ellebori,aut colocynthidos,& similiũ faciẽtium humiditatem multam fluere,& consumẽtium,& abstergentium ipsam. Tertia est administratio medicaminum stringentium, & colligantium ligamenta dentiũ, & gingiuas,& abstergentium humiditates, sicut proprie cõmasticatio mastiches,& collutio ex decoctione ipsius cum rosis,& balaustijs,& similibus.Et quãdoque accidit cõmotio dentiũ propter percussionem super eos, & curantur cum constringentibus stypticis,ex his,quæ diximus,& dicemus. Sabor. Cõfectio medicaminis constringentis, & confirmantis dentes, & stringentis gingiuas laxas. Recipe stipitum capillorum veneris adustorum,drach.iiij. aluminis iameni, rosarum, pyrethri,spicæ, ana drach.ij. nucum cypressi adustarum, drach.ij.& semis. cornu cerui adusti, centaureæ ana drac.vj.charmezit,drach.iij.cyperi,drach.ij. salis gemmæ assi,drac.ij.& semis. & fac ex eis puluerem, & immittatur in radicẽ dentium,expertum bonum. Idẽ. acetũ squilliticum,cõfirmat dentes, & constrigit gingiuas, expertum.Ioannes Serapionis.Confectio medicaminis stringentis dentes,& remouentis putrefactionẽ gingiuarũ. Recip.aluminis iameni, balaustiæ,rosarũ,cyperi,sumach, spicæ,salis gẽmæ,cornu cerui adusti, carmezit, ana partes æquales, mastiches partes ij.puluerizа,& vtere. Alexander. Decoctio valens similiter. Accipe gallarũ partes duas,myrrhæ partem vnã,corticũ granatorũ, ireos ana partem semis.decoque cum aceto,& colluatur ex eo os,& fricetur gingiua.Filius Zachariç.Medicamen constringẽs dentes cõmotos.Accipe gallarum, balaustij,rosarũ,cyperi,sumach,ana partem j.aluminis partem semis.liniatur super radicem dentis, & gingiuam,& applicetur ibi.Idem. Aliud.Rec.carmezit,rosarum,spodij,balaustij, aluminis,ana. fac sicut primum.Idem. casum motorum dentium prohibent such,alumen,balaustiæ,gallæ, chachie,euphistidos,terantur,& fiat ex eis dentifriciũ. Idem aliud. Rec. myrobalanorũ citrinorũ,emblicorũ, aluminis, ana,fac puluerem, & vtere cum aceto.Hamech. Medicamen conferens commotioni dentium,& corrosioni gingiuarum. Accipe gallarum, cupularum glandium,aluminis iameni,corticum granatorum, ana, tere, & applica ex eo in radice dentium,& gingiuarum intus, & extra, fac mane,& sero: expertum bonum. Idem. aliud. Accipe gallarum,aceti fortis,ana,fac bullire vsq; ad cõsumptionem aceti, & exicca totum acetum in ipsis, deinde fac siccari in vmbra,deinde tere sicut alcohol,& frica gingiuas, & radices dentium, & sunt qui miscent aluminis, & myrrhæ,ana partem semis.Idem.Medicamen conferens cõmotioni dentium.Recipe gallarum,corticum granatorum, corticum glandium,ana,tere,& vtere in radice dentium. Idem. Aliud conferens dolori dentium: & confirmat eos,& confortat eos,& confortat gingiuas. Recip. piperis albi, rosarum, balaustiarum, cupularum glandium,ana confice cum alchitram, & vtere cum fortis

fortis sit dolor, & si est foramen in dente, pone ex hoc medicamine, & cõfestim cõfert: & si sũt ibi vermes, occidit eos, & expellit, expertũ est. Aboali. Medicamen conferens commotioni dentium, & corrosioni gingiuarum. Accipe col cothar, aluminis, ana, aggrega cũ alchitran, conterendo, donec redeat in substantiam mellis: & lini ex eo super dentes, & teneat os apertum, donec currat humorositas, deinde ablue cum aceto decoctionis gallarum, deinde accipe aluminis, fructus tamarisci, gallarum, rosarum siccarum, cupularum glandium, boli armeni, ossium myrobalanorum citrinorum, assorum, sumach, corticum granatorum, ana partes æquales. Terantur, & liniatur super dentes.

De corrosione, & perforatione dentium. Cap. 5.

CVra huius ægritudinis est tres res. Prima est euacuatio humiditatum putridarum cum eis, quæ scis. Secunda est resolutio earũ ex ipsis dentibus cũ eo, quod sit sicut acetum decoctionis nigellæ, aut nigella trita cum alchitran, & linita super dentem: aut collutio facta cũ aceto decoctionis radicũ cappar is, aut zinzib. & similium. Tertia res est, phibitio corrosionis, cũ eo, quod est sicut galla, & cyperus, quando impletur ex eis dens corrosus, aut linit ex eis, galla quidem sola est prohibitiua putrefactionis, & ex eis est mastiches, & cyperus: & collutio oris cũ aceto est sublimis: cãphora vero est ad hoc, medicamen bonum: & hyoscyamus cum styrace simul mistus habet operationem mirabilẽ, quando fit suffumigatio per traiectorium super dentem corrosum. Et ex compositis est trochiscus stellæ cum galbano positus in corrosione dentium. Et ex eis est medicamen Alexandri. Recip. opij, myrrhæ, styracis, ana drachm. ij. piperis albi, croci, galbani, ana drach. j. Confice conterendo cum rob, & mitte ex eo in perforatum dentem, & annecte super ipsum.

De congelatione dentium. Cap. 6.

COngelatio dentium. Confert ei masticatio portulacæ, & seminis eius, & frictio dẽtium cum nucleis nucum, & amygdalis, & auellanis: & stringere dentibus panem calidum, & caseum assum, & vitellum oui calidi, & fricare super dentes ex squilla, aut sale, aut cordumeni, aut baccis lauri, aut assa fœtida.

De vermibus dentium. Cap. 7.

VErmes dentium occidit semẽ hyoscyami albi, & semen porri, & cæpe, & proprie factis ex eis formis cum alchitram, & auellanis, & similibus, & facta suffumigatione ex vna earum per traiectorium. Et quandoq; fiunt huiusmodi formæ cum adipe renum capræ, & semine hyoscyami, porri, & cepæ: & quandoque fiũt collutiones cum aceto decoctionis earum, & deinde succedit suffumigatio.

De corruptione coloris dentium. Cap. 8.

COrruptio coloris dentium. Conferunt medicinæ absterſiuæ, & mũdificatiuæ, in quibus est virtus radendi, & abscindendi æruginẽ post frictionẽ, sicut pprie spuma maris, & sal, et sal gẽma, & alchail, & massacumie, & similia. Verũtamen oportet, vt abstineat a melle, & a pinguibus, & a satietate nauseatiua, & somno super repletionem, & sine dubio vsus mellis alterat colores dentiũ; & aliorũ dulcium, & aliorum pinguiũ. Et nocent etiam pulmenta ex frumento cocto, & fungi, & sisamus, & similia. Ex rebus aũt maxime dentes corrumpentibus, & colores eorum alterantibus est vomitus, quare post ipsum fiat collutio cũ aqua rosata, & aceto. Gabriel. Dentifricium absſergens, & mundificans dentes, ex pipere albo fiãt trochisci cũ vino albo antiquo, & melle: siccentur in furno debilis caliditatis, deinde accipe ex eis. drac. v. salis gemmæ drac. j. & semiſ. spumæ maris, dr. j. & semiſ. carmezit, drac. ij. & semiſ. ligni aloes, drach. j. fiat ex eis dentifricium: est. n. bonum. Idem. Aliud valens similiter. Accipe sal masse: & fac trochiscos cũ melle, et inuolue in folijs fici, aut in charta, & cõbure in latere calido, & accipe ex eis partes duas, charmezit partem vnã, & vtere, bonum, & expertum. Humain. Dentifricium bonum mundificans dentes. Accipe triturę vasorum de sceni, salis gemmæ adusti, cyperi albi assi, ana drac. ij. spumæ maris, carbonũ radicum cannę, ana dra. j. fac dentifricium cum eis, bonum. Idem. Aliud valens sicut, & alia. Recipe salis adusti, drac. iij. cyperi assi, drac. ij. cornu cerui vsti drac. quatuor, folij, partem. j. & semiſ. spicæ, florum squinanti, rosarum, ana dr. j. fac dentifricium cum eis, bonum. Haly. Dentifricium aliud valens sicut alia. Recip. massacumiæ, triturę vasorum de sceni, spumę maris, sauich, hordei adusti, nasturtij assi, salis vsti, aristol. rotundę assæ, ana puluerizа, & vtere. Filius Zacharię. Dentifricium mundificans, & absſergens æruginem dentium. Recip. salis gemmæ, seminis hyoscyami, fracturæ vasorum viridiũ, spumæ maris calidæ, ana fiat dentifricium cum eis: & vitet nauseatiuam satietatem. Filius Zezar. Medicamen mundificans, albificans, & absſtergens dentes, & confortans eos. Accipe hordei combusti, capreolorum vitis combusto rum, sceha, salis gemmæ, spumæ maris, ana drachmam vnam, pyrethri, cubebæ, adhebe, ana drachmas quinque, aluminis iameni assi, garyophyllorum, ana drachmas duas, sumach, drachmas quatuor, tere, & vtere vna vice post aliam. Isaac heben maran. Dẽtifricium albificans

cans dentes, & confortans. Accipe ſulfuris boni combuſti, ſpumæ maris, ana dra. quinq; ſalis gẽmæ, drachmas decẽ, tere, & vtere, bonũ eſt.

De generatione dentium. Cap. 9.

GEneratio dentium. Quandoq; tardat̃ eorum egreſſio, & tamen ſigna ortus dentiũ multiplicantur. Et accidit ex hoc vt langueant pueri tempore extenſo a multiplicatione accidentium, quæ multiplicãtur a plantatione ipſorum: & tunc ſuccurrẽdũ adminiſtrando ea, quæ ortum eorum citum, & facilem faciant. Et ex rẽ vus hoc facientibus ſunt friẽtiones gingiuarũ, bt ſæpe ac ſæpe ſtringat eas ſuper carnem pinguẽ calloſam, & ſup cutẽ carniũ, & pedes arietum, & ſup buccillaria oſſiũ hœdorũ, & agnorum; & ſtupefiat ſenſus eorũ, ne ſubtilietur caro, & cõfert etiam fricare gingiuas digito, & vt ſtringat ſuper ipſum, & proprie inũctum ſuper cũ pinguedine, & adipe gallinę, aut anatis, aut anſeris: & mordere ſuper carnes earũ pingues, & ſæpe fricare cum adipibus earũ, & melle, aut pineis enucleatis, & melle pauco, aut ſine melle: & cum amygdalis miſtis cũ modico hueg. cerebrũ leporis eſt in hoc mirabile, & ꝑprie diu fricatum ſup gingiuas. Cõferũt etiã embrochationes ſup caput, collum, & mãdibulas ex aqua decoctionis maluarũ, meliloti, chamęmeli, anethi, & ſimiliũ, facta infuſione ſuper ea cum lana hyſſopi. Deinde liniant̃ cum butyro vaccino, medulla cruris eius, aut medicamine bono. Et expertũ eſt hyſſopi cerotum Gal. quod ſcripſimus in antidotario. Aliud mirabile. Recip. cerę citrinæ, vnc. j. olei chamæmelini, vncias quatuor, hyſſopi humidæ, vnc. tres, adipis gallinæ, & anatis, & medullæ cruris vaccę, ana aur. iij. Cũ autem dentes apparere incipiunt, vtere embrochationibus ſuperius dictis, præcedente tamen hæc omnia regimine temperato.

De apoſtematibus gingiuarum. Cap. 10.

DIctum eſt de eis ſupra in capitulo doloris dentiũ, & tu requiras ibi, aut in alio loco.

De vulneribus, & vlceribus gingiuarum. Cap. 11.

EX eis ſunt quædam ſanioſa, in quibus non eſt multa ꝑfundatio: & ex eis ſunt vulnera putrida multæ putrefactionis, cãcroſa, & corroſiua. Et prima quidem curantur duplici genere curationis. Et primum quidem eſt mundificatio cum eo, quod eſt ſicut vinum proprie: & acetum decoctionis foliorum ſalicis, & roſarum, & oliuarum ſylueſtrium, & lentium, & ſumach, & corticum radicis granati ſylueſtris, & ariſtolochiæ rotundæ, & carmezit, & ſimilium. Et diamoron quidem eſt mundificatiuũ bonum, & proprie cum aceto. Et ſi videris abũdare in eis ſanguinem, poſt phlebotomiam ce- A phalicæ fiat ſcalpellatio gingiuarum cũ extractione multi ſanguinis, deinde abluantur cum eis, q̃ diximus. Secundum vero perficitur cum medicinis ſtringentibus gingiuas, & cõſolidantibus vulnera, q̃ ſunt proprie ſicut alumen confricatũ ſuper gingiuas: & collutio facta ex aceto decoctionis eius, qm̃ ſunt propria: & ſicut carmezit, & balauſtia, & roſa, & cortex granatorũ, & alumen, coquantur cũ aceto, & colluantur ex eis gingiuæ, deinde liniatur ſup eas, quod eſt ſicut roſa, cupulę glandium, cortices thuris, cyperi, farina orobi, ſanguis draconis, fiat ex eis puluis ſubtilis, & vtere. Et nos plura diximus ex his in cap. de cõmotione dentiũ. Secunda vero ſunt ſm̃ vnum duorũ modorũ. Alia. n. ſunt fiſtu B laria, & alia cancroſa herpetica. Et in his intentio in curatione eſt duplex: alia eſt vniuerſalis, alia particularis. Et prima quidem perficitur cũ euacuatione, q̃ fit per phlebotomiam, & ſolutionem ventris, ſicut neceſſitas expetit. Secunda vero perficitur triplici genere curationis. Et primum quidẽ eſt mũdificatio, & abſterſio, virus, & putredinis, nec non, & partiũ corruptarũ in ipſis. Et quidẽ ſi ſit vulcus fiſtulatum, & ſit in carnibus gingiuarum; tñ oportet, vt videatur, ſi corroſum penetrat vacuũ eius. Deinde immittatur medicamen acutum, ſicut ꝑprie alcohol vſq; ad fundum eius, cõſumens carnes filtroſas, putridas, poſt hoc vtendum eſt mundificatiuo multæ abſterſionis, ſicut eſt acetum ſquilliticũ C proprie, & ſimilia, vſq; dum caro appareat pura, & ſi conuenit medicamen acutum, immittat̃ in fiſtulam oleum de oliuis cum modico trochiſcorum alcalcalon iniectione poſt iniectionem vſque ad conſumptionem impuri. Et nos quidem diximus trochiſcos alcalcalon in c. de polypo narium. Et quandoque ex trochiſcis prædictis facimus tentas, & ponimus eas vſque ad fundum fiſtulæ, vſq; dum conſumatur caro putrida ipſius. Verum ſi per medicinas acutas dolor ſuperfluit, & combuſtio, teneat in ore oleũ roſatum per ſe, aut conquaſſatum cum albumine oui, aut cũ lacte, donec doloris remiſſio fiat, & ſimiliter punctura. Si autem fiſtula vſq; ad radices dentium penetrauerit, ita, quod a radi- D ce dentium proceſſerit: curetur ſimiliter cũ medicamine acuto, & alijs abſtergentibus, ſicut diximus. Si autem nõ cõtulerit, cauterizemus vſque ad radicem dẽtium cum ſtillo facto ex cupro, vtendo prius illius mũdificatiuis, & abſterſiuis, ſicut diximus, quod ſi nec malitia ſic tollatur, dens abijciat̃, quod ſi aliquid corruptionis remanet, leui medicamẽto tollat̃. At vero ſi corruptio cadat in os mandibulare, aut maxillare: oportet elargare vulnus vſque ad os corruptũ. Deinde cum inſtrumentis radendi totum id, quod ex oſſe corruptũ eſt, abijciatur, vſq; dum appareat os purum. Vulnera autem cancroſa herpetica curari oportet cum appoſitione medicaminis acuti vice vna poſt aliã vſq; ad cõſum-

ptionem carnis cancroſę,& ceſſationem corroſionis cũ ſucceſſione medicaminis eius, qđ eſt ſicut acetum ſquilliticũ, & ſimilia, vna vice, & cum ſucceſſione olei roſati, & ſimiliũ. Et ſi dolor,& punctura ꝓpter medicamen acutum excreuerit,vice alia. Verũ ſi caro cancroſa multa, & dura fuerit,& difficilis medicationis, & conſumptionis ex medicamine acuto:tunc cauterizetur ſup ipſo cum cauterio de auro cauterizatione poſt cauterizationẽ vſq; dum perueniat ad viuum. Deinde tenendũ in ore butyrum cũ oleo roſato, aut oleum roſatũ ſolum. Et ſi poſt illud aliqd ex cancroſo remanſerit, ipſo alcancalon curet. Secundum genus curationis perficitur cum medicamine incarnatiuo:ſicut ꝓprie cum corticibus thuris coctis cũ vino,aut aceto, aut oxymelite ſquillitico:& facta collutione cũ eis,deinde aũt cum medicamine de corticibus nucum,aut cum diamoron, deinde autem cum vnguento ægyptiaco,& aceto ſquillitico liniat ſuper gingiuas, quod eſt ſicut cortex thuris,ſanguis draconis,myrrha, ſarcocolla,aloe,& ſimilia,attribuendo eis viciſſitudinem. Tertium genus curationis eſt cõſolidatio:& perficitur cum medicamine induratiuo, & coadunatiuo carnium gingiuarũ. Et nos plura ex his paulo ante ſcripſimus in capitulo de cõmotione dentiũ: ſimiliter etiã ſcribemus adhuc,ſi Deus voluerit. Dioſcorides. Acetũ decoctionis colocynthidos, aut fruſti tithymali, & collutio facta ex eo cõfert putrefactioni,et vlceribus gingiuarũ: & ſimiliter acetũ decoctionis zarur, & oliuarũ ſylueſtriũ,& ſimiliter acetũ elixationis piſciũ ſalitorum: oſſa aũt piſcium ſalitorum, & proprie taracha adurantur, & cum duplo cineris eorũ, & roſis ſiccis, aut capitibus ſuis puluerizentur, & & liniantur ſup gingiuis,prius tamẽ lotis, & cõfricatis cũ aceto ſquillitico, cõſumunt.n.putredines gingiuarum. Iſraelita. Cõfectio medicaminis efficacis ad corroſiones, & putredines gingiuarũ:mundificat.n.eas,& abſtergit,& cõſolidat:bonũ ſi Deus voluerit. Rec. aluminis iameni aſſi extincti in aceto,dr.j. & tartari,& auri pigmẽti ligatorum in panno lineo, & infuſorũ in aceto die ac nocte, deinde vſtorum, vt fiãt ſicut carbo,& extinctorũ in aceto,ana partes duas;& ſemiſ.oſſium cãcrorum aſſorum,roſarũ ſiccarũ cũ pedibus ſuis,piperis nigri aſſi, ana partes duas,fiat eorum puluis ſubtilis,& vtere poſt ablutionẽ cum aliquo ex liquoribus,quos diximus. Ioannitius. Medicamẽ incarnãs gingiuas, & cõſolidãs,& cõfirmans dentes, & faciẽs odorẽ oris bonum. Rec.ſpodij albi, roſarum,cheyſim cõbuſti, ana drac.j.& ſemiſ. margaritarum non perforatarum: ſanguinis draconis,boli armeni,ana dr.ij. cornu cerui aduſti, ſandalorum rubeorũ,granorum harmel,memithẽ,ana,dra. ſemiſ.myrrhæ, granorũ lentium, ana,dr.ſemiſ. cãphoræ,dr.ach.j.terriã. Et fac puluerem,& applica ſuper gingiuas,& radicem dentium. Ma-

E hemet Araſi. Medicamen cõferens tumori gingiuarum, & putrefactioni ſanguineæ,& phlegmaticæ bonum. Recip.roſarum,granorũ myrti aſſorum,& extinctorũ in aceto,& iterum toſtorum,gallarũ infuſarũ in aceto, deinde toſtarũ, ana partẽ vnã.granorum harmel,& colcothar, aluminis aduſti,oſſium myrobalanorũ citrinorũ cõbuſtorũ,chachię,maſtiches,ana partem ſemiſ.tere,& vtere. Iſaac heben amaran. Medicamen conferens gingiuæ ſanguineæ, & mollificatę,& cõfortat carnem. Recipit balauſtiarum, roſarũ cum pedibus ſuis,ſpodij,ana dra.quinq; heil drachmas quinque, & ſemiſ. alchannæ dr. ij.ſanguinis draconis,drac.iij.tere,& vtere. Medicamẽ ex inuentione noſtra cõferens mollificationi gingiuarũ,& putrefactioni, & corroſioni carnis earũ,& alchola,& cõmotioni dentiũ, & calefactioni oris, & eſt medicina propria, ſi Deus voluerit. Rec.olibani, fructus elenbuch, balauſtiæ,ſumach,duplicis aluminis, corticum granatorũ, gallarũ, luſur,myrobalanorũ citri. cineris vitis, ſpumæ maris, ſalis indi,pipe. lonburuch,coſti,memithæ,liquiritiæ,gummi arabici, dragaganthi,ſpodij,ana aur.j. tere,& cõfice cum melle,& vnge gingiuas,& dẽtes, & fiat gargariſmus ex eo cũ ſyrupo acetoſo. bonũ, & expertũ.Medicamẽ aliud ex inuẽtione noſtra, cõſolidãs gingiuas, & excreſcere faciẽs carnes earum. Accipe corticũ thuris, ſanguinis draconis,ana,drac.ij.ariſtolochiæ rotũdæ aſſæ,ireos, aluminis aſſi,roſarũ cũ pedibus ſuis,balauſtiæ, cupularum glandium, ana,dra.j. trochiſcorum orobi,drach.vj.fiat puluis, & ex medietate eius fiat ſicut linimentum cũ oxymelite ſquillitico: & liniat ſup gingiuas cõfricando: & alia parte annectatur ſup eas:deinde lauetur cũ aceto decoctionis ſurur, & foliorũ oliuarũ ſylueſtrium. Cõfectio trochiſcorũ orobi. Accipe farinę orobi,quantum volueris:& miſce cũ ea tantũ mellis,vt confici poſſit ex eis,ſicut paſta durã,& fac trochiſcos,& pone ſuper laterẽ: & mitte in furnum vſq; dum * ſemina durantur: bonã faciũt naſci carnem. Democritus. Alumen fricatum ſuper gingiuas curat putrefactionem earum, & ſimiliter collutio facta ex aceto decoctionis eius. Alexander. Linimentũ occidens cancrum gingiuarum,& cõſumens putrefactiones earũ. Rec.colcothar aduſti,aceti ſquillitici partes cõuenientes,tere fortiter ea,& lini ex eis in gingiuis. Idem facit vnguentum ægyptiacum factũ cum aceto ſquillitico. Sanat, ſi Deus voluerit.

De apoſtematibus linguæ. Cap. 12.

APoſtemata linguę curãtur in principio qdem,antequam confirmentur ex regimine corporis communi cum phlebotomia,& ſolutione ventris, ſi expedit, & in apoſtemate,qdem calido fiat phlebotomia ex cephalica,deinde ex eis, quæ ſunt ſub lingua. Et ſi oportet,

fiat

fiat post id ventosatio sub mento cũ scarificatio A ne. Et existimauit Rufus, quod scalpellatio facta in spatio, quod est inter fontẽ saliuæ, & dentes, confert, & asserunt hoc idem plures post eũ. Venter autem soluatur cũ aqua fructuum. Administrent deinde gargarismata, & collutiones oris cũ aqua rosata, & aceto: aut cũ succo solatri, & aceto: aut cũ succo coriãdri humidi, & oleo rosato, aut cũ aceto decoctionis coriãdri, & sumach, et lentium cum modico camphorę: aut cum aceto decoctionis rosarũ siccarum, & similium, quæ in alchola scribemus. Postquam aũt transiuit tempus principij, administrãdum est diamoron cũ aceto decoctionis foliorum oliuarum, aut alchannæ, & in rob myrti est impressio bona, & proprie cum syrupo rosato: & si res vlterius processerit, administrandum est cum rob mororum dulcium, & oleo violato vsque dum perueniatur ad mel rosatum cũ sale ammoniaco, aut syrupus acetosus cum modico sinapis, aut lac dulce cum chesmes. Si autem apostema frigidum fuerit, soluatur venter cũ eo, quod est sicut cochiæ, & hiera, & similia. Deinde administrentur gargarismata, & collutiones rob mororum in principio, & rob cum melle ros. & syrupo acetoso melino, deinde re procedente, cũ fecanabin, & melle rosato, & aliquãtulo almuri, aut sinapis. In fine vero, cũ decoctione ficuũ siccarum, & salis ammoniaci, aut baurach. Si vero apostema suppurationem fecerit, aperiatur, & curetur cura vulnerum, sicut in proprio loco suo dicemus.

De vulneribus, & vlceribus linguæ. Cap. 13.

VVlneribus, & vlceribus linguæ, & scissurę conferunt medicinæ, quas dicemus in capitulo de alchola, si Deus voluerit. Ad scissuras autẽ, q̃ fiũt in lingua, & ad inflammationes, cõfert retẽtio in ore mucilaginis psyllij cũ zuccharo: & cõmasticatio portulacæ cum aceto: & retẽtio in ore albuminis oui recentis cõquassati cũ oleo rosato vice vna, & vice alia tamarindorũ infusorum in aqua rosata, & cõfert retentio maran in ore. Cuius permistio hæc est. Rec. mucilaginis psillij, & mucilaginis dragaganthi, & gũmi arabici, ana partes æquales, syrupi violati partes duas, tamarindorũ partes tres, seminis portulacæ assi partẽ mediã, spodij partis vnius tertiã, cãphoræ partis vnius octauam, terantur cõtritione vltima vsque dum fiat maran. Et liniatur ex eo super scissuras omni hora, præcedẽte collutione facta ex aqua rosa, & aceto per horam vnã, aut ex acetositate citri, & aqua rosarũ. Hamech. Medicamen conferens vlceribus linguæ, & pustulis, & similiter oris palati. Rec. seminis portulacę, seminis rosarũ, amyli, zucchari tabarzet, spodij, croci, balaustiæ, rosarum, dragagãthi, tere, & cõfice cum syrupo rosa. aut viola. & vnge ex eo. Cõfert. n. corporibus teneris.

De mollificatione linguæ. Cap. 14.

MOllificatio linguę, & grauedo eius, quando natiua est, non curatur: & fortassis in pluribus rectificat̃ in ꝓcessu dierũ. Et quãdoq; accidit post lethargiã, & chronicat̃ post illud, et fortassis non recipiet curam. Et si non est chronica, curat̃ quemadmodum dicemus post. Verum quandoq; accidit illud ab humiditate sanguinea, aut aquosa, sepultis, aut imbibitis in lacertis, & musculis linguæ cũ communitate cerebri, aut sine cõmunitate eius. Et cura ipsius est quatuor res. Et prima quidẽ est euacuatio materię. Secunda vero est diuersio eius. Tertia est resolutio, & exiccatio residui ipsius ꝑandẽ parB tẽ. Et prima quidẽ perficit̃ cum phlebotomia, si materia est sanguinea: & proprie ex cephalica, deinde venarum, q̃ sunt sub lingua, & si adhuc necessitas expetit, ventoset̃ sub mento, & ꝓprie quando est multa materia, si aũt multa nõ fuerit, sufficit phlebotomia venarum, q̃ sunt sub lingua, & ventosatio sub mento. Si aũt materia phlegmatica, & aquosa fuerit, euacuet̃ euacuatione post euacuationẽ cũ hieris minoribus in principio, deinde cũ maioribus, & hoc cũ iteratione, & multiplicatione, vt ꝓueniat̃ gradatim ad id, quod est sufficiens. Secũdã rem complẽt frictiones in extremitatibus, & vẽtosationes in spathulis, & administratio clysteriũ acutorum C vna vice post aliã, primo lenium non multũ eluatorũ in gradu acuitatis, deinde fortiũ. Tertiã rẽ cõplent administrationes medicaminũ proprie puppi cerebri, et nuchæ resoluẽtiũ ab eis superfluitates humiditatũ aggregatarũ in ipsis, & neruis, & lacertis seruientibus linguæ: sicut proprie euaporatoria, & inunctiones, & embrochationes factę ex rebus, quarũ narrationẽ fecimus in capitulis de ægritudinibus neruorũ: quare oportet, vt pars illa afferat̃ ad hunc locũ, administrãdo ex euaporatorijs proprie, deinde embrochis, cõsequenter ex linimentis, & emplastrationibus, quę vtiliora cognoueris: & sanat, si Deus volet, & interdũ administramus rubificãtia: & interdũ cauteria, & proprie qñ iam alia non cõD ferunt. Forma aũt cauterizationis est ſm hunc modum, fiant tria cauteria ſm longum in fontanella puppis capitis, q̃ dicitur lenialif, & duo fiant ex transuerso in radice cranei distantia ad mensurã pollicis: & tria hinc, & tria inde linealiter distincta separãtia colli spõdylia. Quartã rem cõplent gargarismata, & collutiones oris, & administrationes frictionũ factæ ex rebus, q̃ materiæ residuũ exiccant ex eis, quæ dicemus. Et oportet, vt perueniatur gradatim ad administrationes eorum incipiendo a debilioribus, paulatim procedendo ad fortiora: hoc enim est, quod est secundum sapientiam. Per interualla vero est danda theriaca, mithridatum, & similia, & hoc est secundum totam curæ latitudinẽ. Filius Serapionis. Gargarisma con-

ferens iuuamentum manifestum. Rec. hieræ picræ, sinapis, staphidis agriæ, zinziberis, origani, pyrethri, corticũ radicis capparis, myrrhæ, ana, fiat gargarismus cũ eis, & oxymelite. Gargarisma ex inuentione nostra, experti iuuamẽti ad dissoluẽdum phlegma, quod aggregat in capite, neruis, & lĩgua, & cõfert paralysi, & torturæ: cuius ꝓmistio hæc est. Rec. origani, pyrethri, zinziberis, piperis nigri, & albi, & longi, salis ammoniaci, sinapis, cinnamomi, hyssopi, nigellæ, sampsuchi, costi, ana, cõfice cũ oxymelite squillitico, & rob, & gargarizetur diebus cõtinuis cũ eo. Gargarisma factũ cũ oxymelite squillitico est adhuc iuuamẽti sublimis: & similiter muri, & aceto squillitico. Et quandoq; confortatur cum eis, q̃ sunt sicut hasce, origanũ, staphis agria, sinapis, condisi, cortices radicũ capparis, pyrethrũ, zinziber, & tria pipera singulariter, aut coniunctim: quandoq; facimus præcedere frictionem linguę cum eo, quod est sicut sal ammoniacus, & zinziber, cũ cæpe vsq; dum currat plurimũ phlegma: & faciem⁹ deinde sequi gargarizationes, & collutiones ex oxymelite squillitico, & est operatio digna. Filius Zachariæ. Medicamen expertũ ad grauedinem linguę, & mollificationem eius. Accipe sal ammoniacũ, pyrethrum, staphidẽ agriã, piper, sinapi, hueg, ana, fricetur cum eis lingua ſm omnẽ partẽ ipsius sæpius in die. Dioscorides, hueg ſm omnẽ modum administrationis eius: est medicina ꝓpria mollificationi linguæ, & paralysi eius: & similiter castoreũ, & proprie retẽtio eius sub lingua, & cõfrictio in ea, & quãdoq; ex eo cum gũmi albotin fiunt pilulæ, & tenentur sub lingua: & quandoq; ex glutino albotin, & assa fœtida, & sunt efficaces. Confectio anacardina maior quam scripsit Filius Zachariæ, & scripta est in capitulis ægritudinum neruorũ: & est medicina vltima paralysi linguæ: & proprie linita ex ea lingua, & facto emplastro ex ea in parte capitis posteriori, & origine neruorũ, & est medicina sublimis. Sal solutiuus scriptus in capitulis prædictis linitus sup linguam cõfert mollificationi eius. Et plura scripta sunt in capitulis prędictis, quæ afferantur ad locum hunc; sicut diamyrtus proprie, & confectio hueg, & confectio de pyrethro, & alia quæ requirantur ibi: quibus vtendum est inter purgationem, & purgationem. Ioannitius. Quando contingit paralysim accidere propter lęsionem cadentem in neruos posteriores, caput purgia conferunt, propterea, quod ad diuersum trahunt: quare eligantur ad hoc vtilia in capitulis prædictis.

De ſpaſmo linguæ. Cap. 15.

SPasmus linguæ quandoq; accidit causa febrium adurentium. Et cura eius est retentio olcorum refrigeratiuorũ in ore, & rerum plurimæ humectationis, & refrigerationis, sicut olei violacei ꝓprie, & nenufarini, & de cucurbitis, salice, & rosati singulariter, aut coniũctim conquassatorũ cũ mucillagine psyllij, aut cũ succo portulacæ, aut cũ aqua infusionis seminũ portulacæ prius cõtritorũ, aut cũ mucillagine maluarũ, aut cũ lacte dulci, & similium. Et conferunt embrochationes, & lauacra in collo, & nucha cum aqua dulci calida, & inunctiones ex prædictis oleis sup posterius capitis: & sup prædicta loca, & ex ceroto Galeni cõquassatis cum lacte dulci, aut sine eo, & cõferũt etiã caput purgia cũ eis, & omne regimẽ tale. Et quãdoq; accidit ex humiditate grossa, & viscosa replente lacertos eius, & extẽdente ſm latitudinem, & abbreuiationem a longitudine sua naturali: sicut accidit follibus factis ex corio, cũ replent. Et cura eius est hæc eadẽ, q̃ diximus in capitulo de ſpaſmo, & in capitulo de mollificatione linguæ, præterquã, qđ oportet, vt medicinas inciſiuas, & subtiliatiuas ꝓcedãt medicinæ digestiuæ, & maturatiuæ: sicut proprie, vaporet in primis radix colli, & collũ cum eo, quod est sicut chamæmelũ, melilotũ, anethum, sampsuchus, squilla, & similia; & gargarismata fiant cum aquis, & oleis eorũ. Deinde perueniatur ad fortiora, sicut tu scis.

De alchola, & prauis pustulis oris. Cap. 16.

CVra est quatuor res. Prima est adæquatio causæ faciẽtis, & ꝓhibentis aduentũ eius. Secũda est euacuatio materiæ. Tertia est diuersio ipsius. Quarta est intẽtio particularis. Et primã quidẽ rem cõplent si accidat, vel timeat, vt accidat pueris; rectificet lac lactãtis eos, cibando cã ſm ea, q̃ distinguemus iã: vt prohibeatur casus corruptionis in lac. Immo alteret in eis cõtrariũ, quod timet ex illo. Et si accidat, vt timeatur aduẽtus eius ꝓpter dyscrasiã pestilẽtialem, aut propter dominium vaporosæ, & corruptæ materiæ, aut acutæ vlceratiuæ, alteretur ſm exigentiã ipsius, & quidem calida cũ eo, quod est sicut syrupus acetosus, & syrupus de granatis acetosis, & rob eius, & syrupus de ribes, & syrupus acetositatis citri, & rob eorum: & similibus. In frigida vero, cũ eo quod est sicut syrupus acetosus, melinus, iuiubinus, et oxymel squilliticũ, & similia. Et sint cibi eorũ, & proprie in calida cõditi cũ rob acetositatis, & stypticitatis sicut proprie assecumiæ, & siglez, & zereschie, & sumachie, q̃ condiunt cũ granatis acetosis, & lentes cum aceto, et cucurbita cum granatis, & quę hoc cursu procedunt. In frigida vero comedãt, quę sunt sicut cappares cõditę cũ aceto, & oliuę cõditæ cum muri, & origano, & similibus. Secundam rem complent in calida quidẽ, & frigida euacuationes per phlebotomiã, & vẽtris solutionem, secundum formã assignatam in capitulo de apostemate linguæ. Tertiam rem complent vẽtosationes sub mẽto cũ scarificatione, & administratione clysterũ. In calida quidẽ le-

nium,

niū, si nō sunt maligna, corrosiua, & si sunt mali gna, cum eis, quæ educunt materiā acutam vehementius, dummodo nō trāscendāt granū lenitatis. Infrigida vero cū rebus acutis nō multę acuitatis, tamē cū processu gradationis vsq; ad id, quod est sufficiens. Quartam rem cōplent administrationes particulariū medicinarum curātium alchola. Et calidum quidē cū administratione rerum acetosarum habentiū etiam stypticitatem: sicut proprie rob de ribes, & rob acetosæ, & rob de moris sylvestribus, & aqua decoctionis sumach, & myrti: & lentiū excorticatarum cum aceto, et extremitates vitis, & extremitates rubi, & zarur, & aqua granatorum acetosorum, & spondylium, & galla, & rosæ, & acacia, & coriandrū, & aqua coriandri humidi, & similia: Et memithe quidem, & alchanna communes sunt in vtraq; materia, similiter gallæ. Alchola quidem calidū speciē habet quandā herpeticam malignam, cuius curatio est difficilis, & oportet, vt succurratur ei per tria genera curationis. Et primū genus curationis est mūdificatio, & absterſio virulenti, & corrosiui: & hoc qdem pficitur cum administratione medicaminis acuti, & proprie alcalcolon dicti in capitulo de polypo, vna vice post aliam, vsq; dum appareat totū herpeticū cōsumptum esse, vel quasi: deinde succedat ei administratio medicaminis refrigeratiui, sicut olei rosati proprie, cōquassati cū albumine oui, vice vna post aliam vsq; dū ardor, & cōbustio tollatur, & si hęc non cōferāt, administretur cauterium, sicut in capitulo de vlceribus gingiuarum dictum est. Secundum vero genus est perficere cū medicamine partiū in carnatiuo ex his, q̄ diximus, & dicemus, & partim mūdificatiuo. Tertium vero genus curationis pficitur cū medicamine cōsolidatiuo: et nos scribemus multa huius generis, si Deus voluerit. Alchola aūt frigidum, aliud phlegmaticum album, aliud nigrū malignum. Et phlegmaticū quidē indiget duplici genere curationis. Et primū quidem genus perficitur cum medicinis absterſiuis, & exiccatiuis, sicut secaniabin cū modico aluminis, aut colcothar, aut almuri cū aceto squillitico, aut aqua oliuarū salmuri, aut vinū, & mel, & similia. Secundū vero genus perficitur cū medicinis exiccatiuis, & cōsolidatiuis ex his, q̄ dicemus. Nigrū autem malignum est deterius omnibus: & indiget triplici genere curationis. Et primum quidem genus perficit, sicut in alchola herpetica dictū est. Secundū vero genus pficitur cū medicinis absterſiuis multæ absterſionis cū continuitate multi tēporis in illo, sicut proprie cū vnguēto ęgyptiaco, & aceto squillitico: aut cū aceto, et colcothar, & galla, aut cū aceto decoctionis gallarū, & memirem, aut cū aceto decoctionis almezereō, & similiū. Tertiū vero genus est cōsolidatio ex eis, q̄ dicemus post. Sabor rex Mēdorum. Medicamen cōferens alcholæ calidǫ in ore, & in lingua, & dolori gulæ a caliditate. Recip. lentium excorticatarum, drach. quinque, rosarum, coriandri sicci, alchannæ de Mecha, boli armeni, adhibe, ana drac. ij. & semiſ. seminis portulacæ drach. iij. & semiſ. camphoræ, drac. j. partes duas. Teneat ex eo in ore, & suffla ī guttur: et ex eo, quādo oportet fiant eis sicut maran cum rob myrti, aut cydoniorum, bonum, si Deus voluerit. Idē. aliud cōferēs alcholę calido, & corrosioni gingiuarū, & putrefactioni sanguineæ, & cholericæ. Recip. sumach mundi, rosarum, ana aur. j. spodij albi, balaustiæ, ana aur. semiſ. ramich, drac. semiſ. tere, & accipe ex eo parum, et frica super locū: vel accipe ex eo, & misce cū rob cydoniorū, & fiat ex eo oris collutio: & hoc fiat sæpissime: sanat enim, si Deus voluerit. Isaac hebē amaran. Medicamen cōferens alcholæ calido. Rec. seminis portulacæ, drac. x. alchannæ, adhebe, elebul, sumach mūdi, ana, dra. iij. cardamomi, hebde, croci, ana drac. j. tere, & misce cū eis succum coriandri humidi, vel aquā rosatā, & colluat ex eo os, bonum Deo volente. Hamech. Medicamen alchole, & omnibus inflāmationibus oris, & partiū eius, & gulæ in corporibus teneris, & infantibus: & est expertū. Recip. amyli, drac. vj. spodij, memiren, ana drac. ij. seminis rosarū dra. iij. croci, drach. j. zucchari tabarzet, drac. iiij. cardamomi, drach. j. camphoræ chirat. j & semiſ. tere quodlibet per se, & cerne per pannū de serico, & vtere sicut diximus. Filius Serapionis. Medicamen cōferens ad alchola calidum. Recipit seminis rosarum, sumach, amyli, sangui. draco. seminis portulacæ, lentium excorticatarum, spodij, sandali albi, alchānæ, balaustiæ, ana partes æquales, camphoræ, partis j. quartam. administrentur post collutionem factam ex eis, quæ diximus in canone, & cum successione collutionis. Mahemet Arasi. Medicamē cōferēs alcholæ. Rec. spodij, rosarum, & seminum earum, coriandri sicci, sumach mundi, lentium excorticatarum, seminis portulacæ, alchannæ, amyli, butrucho, ana, camphorę partē mediam, zucchari quātum est medietas omniū, & quandoq; fit sine zuccharo. Terantur, & teneantur in ore: & fiat collutio post illud cū aceto, & aqua rosata.

Narratio medicaminum alcholæ phlegmatico. Cap. 17.

ABoali. Confectio medicaminis alcholæ phlegmatico. Rec. trochiscorum orobi, gallarum, rasuræ pergameni, ana partem vnā, memithe, corticum radicū capparis, colcothar, ana partē semissem, aluminis balaustiæ partis vnius tertias duas, alchannæ partem semiſ. confice cum aceto, & melle, & vtere, aut applica super morbo ex puluere eorum, deinde collue cū aceto, & melle. Bonū, si Deus voluerit. Trochisci orobi scripti sunt in capitulo de vlceribꝰ gingiuarum. Idem. medicamen conferens alcholæ

permiſtionis choleræ,& phlegmatis. Recip. memirem,ſief memithe,ſpodij, ſeminis plantaginis, capitũ roſarũ,& ſeminum earũ,myrobalanorum citrin. balauſtię,alſithir,foliorum oliuarum ſilueſtriũ ſiccorũ,carmezit, aluminis iameni,ana,terantur,& adminiſtrentur ſicut diximus. Idem. medicamen ſicut aliud. Recip. memithe, myrobalanorũ citrinorũ, balauſtiæ, cardamomi,ſpodij,ana,vtere ſicut aliud. Filius Serapionis, Medicamẽ cõferens ad alcohola nigrũ, & herpeticũ. Rec. foliorũ oliuarũ,foliorũ citri, & foliorũ rhamni ſiccorũ, acaciæ, ana drach. viij. aluminis iameni,colcothar, ana drach. ij. croci, drac. j. terantur, & adminiſtrentur. Idẽ. Aliud cõferens alcholę nigro,& maligno. Recip. arſenici rubei,pyrethri, partes æquales, terantur,& cribellentur,& cõfice cũ alchitram,& comburatur,deinde conterantur,& adminiſtrentur. Confectio medicaminis ex inuẽtione noſtra,cõferens alcholę putrido,& maligno,& expertũ bonũ. Recip. corticum radicũ capparum,gallarum,memirę, zinziberis, piperis aduſti, trochiſcorum alcancalon ana, drach. ij. chartarum combuſtarum, drac. iiij. arſenici,drachmas duas, & ſemiſſem. Fiat ex eis puluis ſubtilis: & ex vna parte eius fiat frictio,& ex alia linimentũ: & ponatur ſup ea fruſtum chartæ madefactæ, vt circundet ſup ea. Plura etiam ſcripta ſunt in cap. de vlceribus gingiuarum: quæ afferantur ad hunc locum.

De fœtore oris. Cap. 18.

FOetor oris ſi cauſam habeat putrefactionis in partibus oris, iam diximus curam eius, & quandoque accidit ab vlcere, & putrefactione partiũ pectoris,& pulmonis: & dicemus curam ipſius,& quandoq; accidit ex humore aggregato, & putrefacto in ſtomacho,& partibus eius:& eius cura eſt tres res. Prima quidem res eſt euacuario illius materiæ cũ iteratione, & iteratione ſæpius,cum eo,quod cõuenit. Et ſi quidem fuerit cholerica fętida putrefacta,cum eo, quod eſt ſicut infuſio aloes in aqua endiuiæ, & ſimilia,de quibus loquemur in capitulis de ſtomacho,ſi Deus voluerit. Si autem fuerit materia phlegmatica fætida putrefacta, fiat purgatio eius cũ eo,quod ſicut hiera, & ſtomaticũ noſtrũ, & pilulæ arthreticæ,cuius explicationem ſcribemus,ſi Deus voluerit. Et dixit Filius Zacharię. Qualiſcunq; ſit materia ſiue calida,ſiue frigida,cõfert vomitus poſt eſum acruminum, & acetoſorũ,aut poſt melones, cum ſucceſſione ſyrupi acetoſi, aut ſecaniabin, aut hydromelitis:& vitet pinguia poſt illud,& groſſa,& viſcoſa,& nauſeatiuã ſatietatem, & lac: nõ comedat pulmentaria,ſed frixa habẽtia ſemina, & alma camar, & vtrã almuri, & alſachanne in prima comeſtione,& alzegẽ. Et in ſecunda menſa comedat cydonia, pira, & condita ex eis,aut zinziber conditũ, aut diacyminum,aut diatriõ, & ſimilia. Et ſit vinũ eorum cõditum cum ſpeciebus,quarum narrationem faciemus poſt. Et ex potibus eſt miua, & cõditũ, & rob de pomis cũ ſpeciebus,& ſine ſpeciebus. Secundã rem complent adminiſtrationes medicaminũ acquirentiũ temperiem receptorij, vt fiat deinde minera in eo aggregationis materierũ cõuenientiũ. Et ex hoc quidẽ facientibus in re cholerica eſt adminiſtratio rerum,q̃ ſunt proprie ſicut chryſomela humida, aut plica cũ proprietate,& infuſiones eorũ,dũ ſunt ſicca:& hoc in ieiunio. Et ex eis ſunt zarur,& cydonia, & rob aceteſitatis citri,& miua,& ſyrupus de pomis, & confectio de pomis,& diacydonite,& cõfectio acetoſę,et ſimilia. In materia vero phlegmatica adminiſtrentur ea proprie,q̃ ſunt ſicut zinziber cõditũ, & tryphera maior, & ſahane, & muri,& acetũ ſquilliticũ,& trochiſci diarhodon: & zuccharũ roſatũ cũ maſtiche, & xyloaloe, & trochiſci de garyophyllis,lætificans,& ſimilia. Tertiã rem cõplẽt adminiſtrationes medicinarũ proprie, quarũ ꝓprietas eſt generare ī ore, & in vniuerſo corpore odorẽ bonũ, ſicut ꝓprie folia, & cortex citri,& balderebuc, & grana eius,& teneritas myrti,& thus,& roſæ, & macaziri,& cãphora,& alfelẽgemiſch, & poma odorifera, & cydonia,& ſuch,& ramich,& emblici proprie, & xyloaloe, & cubebe, & garyophylli, & maſtiche, & nux muſcata, & doronici,& ſpica,& ſimilia,& res quibus cõficiunt ſicut rob myrti,& rob de citro,& rob de acetoſa, & mel emblicorũ,& mel chebulorũ, & cheſmes, & vuæ paſſæ dulces, & vinũ,& ſimilia. Ioãnitius. Confectio trypheræ, cuius iuuamẽta multa,& expta ſunt, & proprie ad ægritudines ſtomachi,cõfortat. n. in eo mineras virtutũ,& operationũ nobilium: & facit oris odorẽ bonum, & totius corporis:& occultat fœditatẽ coloris, & acquirit corpori viuiditatẽ,& coloris pulchritudinem, & cõſeruat corpus in vigore adoleſcentiæ,& iuuentutis, & retardat canos,& cõfortat cor,& generat hilaritatem cõtinuã,& addit in coitu,et eſt medicina regum,cuius permiſtio Recipit myrobalanorũ chebulorum,emblicorũ,belliricorum, ana partes æquales,terantur,& fundatur ſuper eos conterendo in vaſe lapideo hora poſt horam aqua fontium dulcium cum aliquantulo zucchari,& hoc per dies tres, deinde per alios tres dies deſtilletur vna vice poſt aliam ſuper eos tenui inſtillatione ex oleo roſato,aut amygdalino ſemper agitãdo cum ſpathula, deinde dimitte ficcari eas in vmbra. Deinde accipe huius permiſtionis,drachmas xviij. roſarum ſiccarũ,drachmas ſex,cyperi,drachmas quatuor,ligni aloes, extremitatum myrthi humidę,garyophyllorũ, maſtiches, ſpicæ, ana drachmas duas, & tertiam alterius, cynnamomi, zurumbet, croci, cardamomi, heil, macis, nucis muſchatæ, ana drachm. j. & ſemiſ. ambræ crudæ, & ſuch, ana drach. duas,muſchi,drac. j. tertias duas, confice

cum

cũ melle emblicorũ ex cheſmes, & fiant ex eis formæ ſimiles auellanis ponderis drachmarũ trium, da in mane cum vino, & in ſero ſimiliter. Ariſtoteles. Suffuf, quod exquiſita inuentione compoſuit Alexandro Imperatori, confortat ſtomachum, hepar, & viſcera debilia, & rectificat digeſtionem, & facit oris odorem bonum, & generat gaudium. Recipit ligni aloes, cyperi, extremitatum myrti humidæ, cinnamomi, folij, heil, myrobalanorum chebulorum, emblicorum, & belliricorum præparatorum ſecundum ſuperiorem doctrinam, macis, felenge miſch, darſeni, vſne, piperis, macropiperis, zingiberis, garyophyllo. nucis muſchatæ, cardamomi, granorum granatorũ, ana dra. ij. ambrę, muſchi, camphoræ, ana dr. j. zucchari tabarzet ſextuplum ponderis omnium, doſis eius eſt a dr. j. vſque ad aureos duos cum aqua frigida ante cibum, & poſt cibum: expertum verãx. Filius Zachariæ Araſi. Confectio pilularum conferentium, & procurantium digeſtionem, & facientium oris odorem bonum. Recipit garyophyllorum, ſuchelmeſe, darſeni, nucis muſchatæ, cyperi, ſpicæ, corticum citri, ligni aloes, ana aureos duos, muſchi, aurei vnius, decimã. Confice cum vino, & da drach. iij. & partem earum tranſglutiat, & partem earum commaſticet dẽtibus, & tranſglutiat ſuccum. Idem. ad idem. Accipe extremitatum myrti humidæ, & cheſmes partes æquales, terantur, & fiant ex eis formæ ſicut nuces, & da mane, & ſero vnam cum condito aromatico. Idem. Confectio trochiſcorum de garyophyllis facientium odorem oris bonum. Recip. garyophyllorum, corticum citri, cyperi, ſpicæ, nucis muſchatæ, ſuch elmiſſæ, xyloaloes, cinnamomi, macis, heil, cubebę, ana dra. j. muſchi chirat. j. fac ex eis trochiſcos cum aqua malorum: & teneat in ore ſuo ſuper cibũ, & deglutiat ex ẽis duos, vel tres. Idem, dentifricium ad idem. Rec. ſpicæ, cyperi, roſarum, folij, galliæ, corticum citri, garyophyllorum, cardamomi, ligni aloes, maſtiches, ſalis combuſti, ana, mellis, vt conficiat ea. Fiant trochiſci, & ſiccentur in furno debilis caliditatis, & fiat ex eis dentifricium. Idem, ex eis, quæ nimis occultant fœtorem oris mirabiliter, eſt frequens comeſtio apij. Idem. Cõfectio experta eſt efficax ad fœtorem oris cauſa materiei putridæ in ſtomacho. Rec. extremitatum myrti humidæ, darſeni, emblicorum, cyperi, ſpicæ, corticum citri, florum ſquinanthi, maſtiches ana partem j. galliæ, garyophyllorum, nucis muſchatæ, cubebę, heil, zingiberis, ana partem ſemiſ. confice cum melle paſſularum, quod ſit duplum ponderis omnium, & cũ vino antiquo odorifero, aut cũ cheſmes, & fiant formæ ſicut nuces: & ſumatur ex eis omni mane vna, & omni ſero: & hoc fiat poſt vomitum, & ſolutionem ventris iteratam, ſæpius, ſicut diximus in canone prædicto.

A B C D

De dolore oris. Cap. 19.

DOlor oris fit a cauſis, quas diximus in capitulo de particularibus curis ęgritudinũ ipſius, & diximus curas. Hamech elengezar. Medicamen conferens doloribus in partibus oris, & radice linguæ, tumori faucium, & gingiuarũm, expertum. Recip. ſumach, foliorum myrti, foliorum roſarum, ana aur. j. bulliant in aqua pluuiali vſque ad medietatem: & fiat ex ea gargariſmus tribus vicibus omni die: deinde puluere hoc vtatur. Rec. ſpodij, gallarum, granorum hacel, foliorum roſarum, ana, tere, & vtere. Idem. Medicamen conferens dolori oris, bonum, & expertum. Rec. amyli, aluminis iameni, roſarum, ſeminum citri, myrrhæ, ana, tere, & accipe ex eo parum, & miſce cum aqua, & melle: & fiat gargariſm⁹: & teneat ĩ ore vna hora. Idem. Medicamen conferens bothor in partibus oris, & faciẽs oris odorem bonum. Recip. aniſi quantum volueris, & tere: & confice cum melle, & ſucco myrti humidæ, aut vino odorifero: & fac gargariſmum cum eis, & teneatur in ore vſque ad horam vnam.

Finit particula prima, ſectionis primæ.

SECVNDA PARTICVLA ſectionis primæ.

GYrum cęli fecit Deus, & terram poſuit in puncto. Concordias nutrit ipſe ſolus, & diſcordias arctat, concordes ergo, diſcordeſque regulat: ſanum ſimul, & morbidum ſanat, igitur ipſe ſolus dat ſalutem, eaque ab ipſo ſolo dari creditur, humilis gaudeat natura: natura naturans regulis ſic certis aſtringit alterutrum, vt quibus diſſideat, hoc pati reformetur ab altero. Cęlatum quodq; gerit in ſe, quo alteri proſit, ſed non vt noceat. Sed qui hoc recte nouit diſcutere quod excelſus largitus eſt, magni doni eſt munus. Libenter igitur diſce largiri magna munera: munus munere non compenſans. Tradimus vobis cum auxilio excelſi: poſtquã narrationem expleuimus de curis ægritudinũ membrorum capitis, vt narremus narrationẽ de curis ægritudinum membrorum ſeruientiũ ſpiritui ſecundum promiſſionem noſtram in ipſis. Sed vt verificetur proceſſus, fructumque, & veritatem inueniat: ipſum regulari ab illo, qui excelſus cuncta fœlicitat, petimus, qui ſit benedictus.

SECVNDA PARTICVLA huius primæ ſectionis continet ſummas quinque.

Summa Prima eſt de curis ægritudinem faucium, & gutturis, & vicinarum partium.
Secunda de curis ægritudinũ pectoris, & pulmonis.

Tertia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0483-8 DFG

Tertia de curis ægritudinum cordis.
Quarta de curis ægritudinũ forinsecarũ pectoris.
Quinta est de curis ægritudinũ spondyliũ, & dorsi.

SVMMA I.

De curis ægritudinum faucium, & gutturis, & vicinarum partium. Et primo de strangulatione. Cap. 1.

STrangulatio causas habet a rebus, quæ sunt intra, & dicemus eas si Deus voluerit. Et quandoque contingit a rebus aduenientibus extra, & operantibus extra, sicut strictio cum fune, & similia, & palã est cura ipsius, aut a rebus aduenientibus extra, & operãtibus intra: sicut proprie ex rebus, quæ comedũtur, & bibuntur: sicut est bolus magnitudinem, aut asperitatem, aut stypticitatem habens, sicut proprie panis opirus non masticatus, aut miliatus, aut aliquid, quod est sicut os, aut spina: & cura est, vt illico prouocet vomitus, & incipiamus cõprimere collum impingendo percussiones post percussiones super ipsum, & immittendo digitum in guttur, aut instrumentum ex ligno, aut cornu lene, curuitatem habens, & hoc fiat cum facilitate, & si sit spina, aut os gutturi infixum, & sensus cõprehendit ea, tenaculis extrahatur, aut vncino comprehende ẽ aliquid eius, aut chorda arcus, si autem sensus comprehendere non potest, post cibaria grossa administrentur gargarismata ex mucilaginib. & deglutitiones ex eis, aut ex rob, aut ex nasturcio infuso, & cõquassato in rob: deinde fiat vomitus post administrationem rerum viscosarum comestarum sine masticatione plurima. Et quandoque annectimus cum filo bolum carniũ pinguium pelliculosarum, & viscosarum, & damus ad deglutiendum: deinde extrahimus subito, & quandoque facimus cum spongia marina, & quandoq; cũ ficu sicca pingui, & similibus: & extrahitur, si Deus voluerit. Fit interdum ex quibusdam eorum, quæ sumuntur, strangulatio, non propter quantitatem, sed propter rei malitiã, sicut ex quibusdam generibus fungorum mortiferorũ: quod sanatur ex succo raphani, facto ex eo gargarismate cum oxymelite, & imbibito cum melle. Et nos loquemur hoc, quãdo loquemur de rebus venenosis post, si Deus voluerit.

De ægritudinibus vuæ. Cap. 2.

SVnt casus eius, & apostematio, & vulnera. Et casus quidem vuæ cura est tres res. Prima est, si vua est vehemẽtis inflammationis, & rubedinis, phlebotomia cephalicæ, aut solutio vẽtris, si fuerit cũ permistione choleræ cum eo, quod est sicut aqua fructuum, & myrobalanorum. Et si fuerit habens albedinem, cum eo, qđ est sicut hiera, & cochiæ. Secunda est diuersio causæ eius: & hoc quidẽ perficitur cũ eo, quod facit cadere materiam ad partem diuersam, sicut v.g. cum frictione aurium, & extensione earum sursum vehementer, & attractione dolorosa, & positione ventosarum ad partem oppositam. Hæc, n. tollunt vuam, & eleuant. Et ex eis, quæ experta sunt ad eleuationem eius, est, vt accipiatur cereus, vel manipulus capillorum zuẽdeg, & colligatur manibus, & præcipiatur infirmo, vt taceat. Et tu quidem pone pedes tuos super humeros eius, & trahe manipulum capillorum vehementer vsq; dum cutis disflocetur disflocatione aliqua a zuhẽdeg, eleuatur. n. vua ex hoc illico. Et iam quidẽ expertum est, vt liniat super zuendeg, emplastrum ex succo acaciæ, & hoc in principio, aut ex acacia cũ aceto, aut ex gallis adustis cum aceto, qm̃ eleuant ipsam, stermutamenta ẽt conferẽt eis. Tertia est particularitas operationum circa ipsam vuam, & est, vt in principio incipiatur cum medicinis, quæ repellunt materiam, & prohibent aduentũ humiditatis plurimæ, sicut proprie gargarismata cum aceto, & aqua rosata, si materia fuerit calida, & vua fuerit inflammata, & rubens, aut aqua solatri, & semẽ rosarum, & folia ipsarum, aut aqua granati acetosi triti cum tota substãtia cum stypticis. Et liniatur palatum, & vua cum medicamine facto ex balaustijs, & rosis, sãdalis, & modico camphoræ, fiat ex eis pulvis subtilissimus, & vtere comprimendo cum instrumento, & ex eis sunt gallæ, & balaustiæ, & alumen. Et ex succis duorum granatorum contritorum cum tota substãtia fit gargarismus bonus, similiter ex infusione sumach in aceto, & aqua rosata, & adhuc ex diamorõ facto ex moris rubi immaturis cũ aceto, & eo melius, quantũ in casu hoc, illud quod fit ex moris rhamni, & proprie immaturis. Et nos dicemus species diamoron, & aliorũ in capitulo de squinantia. Postquã aũt pertransiuit tẽpus principij, vtendum est stypticis, cũ eis, quæ habent aliquãtulum absterſionis, sicut mel proprie, & diamoron ex moris de scemi, q̃ hoc cursu procedunt: & gradatim dehinc perueniẽdum est ad maturatiua, & resolutiua fortia, sicut est proprie myrrha, crocus, sal ammoniacus, & pyrethrum, & similia; quorum narrationem consequemur post. Si aũt passio fuerit ex abundantia phlegmatis, & fuerit decliuis ad albedinem, vtendum in principio gargarismate facto ex succo nucum cum rob, aut ex diamorõ, aut ex syrupo acetoso cum gallis: deinde gradatim perueniẽdum ad sinapim, & salem ammoniacum, & almuri, & pyrethrum, & similia. Et si necessitas postulat, eleuetur cum instrumẽto ad superiora cum medicinis, quas diximus, & dicemus iam. Filius Serap. Medicamen expertum colligens, & confortans vuam, & eleuans eam. Rec. balaustiæ, dr. ij. aluminis iameni, dr. j. croci, & camphoræ, ana dr. j. tertiam, fiat ex eis

Emplastrũ ad cõmissuram.

Gargarismata in principio in materia calida.

In materia frigida.

pulvis

puluis subtilissimus, & administretur cum cochleari paruo post gargarismũ ex aceto, & diamoron. Item. Aliud valde bonũ. Rec. ramich partem j. salis ammoniaci partem mediam, vtere cum instrumento, aut gallarum, & salis ammoniaci, ana partes æquales, myrrhæ, aluminis, ana partem mediam, vtere sicut diximus. Medicamen ex inuentione nostra bonũ, & expertum. Rec. cinnamomi, piperis, zingiberis, pyrethri, balaustiæ, corticũ granatorum, foliorum rosarum, & seminum earum, ana partes æquales, & vtere cum instrumento post gargarisma, ex eis, quę scis. Aliud similiter nostrum. Rec. aluminis iameni, gallarum viridium, ana partem j. pyrethri, myrrhæ, piperis albi, salis ammoniaci, ana partem s. tere, & vtere sicut diximus. Hebengezar. Rec. piperis longi, & nigri, mirrhæ, salis ammoniaci, ana, exuffletur ex eo in guttur, & vtere cum instrumento. Filius Zachariæ. Confectio experta ad idem. Recip. gallarum, balaustiæ, salis ammoniaci, ana, exuffletur ex eo in guttur, & ponatur ex eo super cochleari, & eleuetur cum eo.

De apostemate vuæ. Cap. 3.

APostema vuæ indiget eodem regimine secundum quod dictum est. Veruntamẽ terminatur secundum vnum trium modorum. Aut enim resoluitur, aut suppuratur, aut delet, & corrumpit membrum. Si ergo contingit ex medicinis adhibitis non posse resolui, sed intumescit amplius, & dolor multiplicatur; tunc perueniendum est ad gradum maturatiuorum, sicut est proprie apozema dactylorũ, & ficuũ, & vuarum passarum, & radicum lilij, & rosarum, & emplastrum ex fæce eorum. Et quandoque miscetur cum eis ex confortantibus ipsum membrum, ne cadat putrefactio in integrum ipsius, & destruatur membrum, sicut, verbi gratia balaustia, ramich, myrtus, rosa, & similia, quodcũque eorum magis oportere videbitur. Postquam autem suppuratum fuerit, aperiatur sicut in cura synanches dicetur, & mundificetur deinceps, sicut ibi distinguimus. Si autem vua corrumpitur, & mortificatur, & pendet gracilata radice ipsius, tunc oportet, vt incidatur, nõ enim amplius regitur a natura, & melior modus incidendi eam est cum inciforio aureo ignito, postquam reciditur vua in concauitate lacerti instrumenti cannularis, ita, quod p mediũ extremitatis alterius cannuli inciforiũ ipsum mittatur, vt perueniat extremitas eius ad vuam, & radicem ipsius, sine contactu aliarum partium, neque ita radicitus incidatur, quin aliquid extremitatis eius remaneat: fortassis enim sumet aliquid officium ex ipso, natura, deinde colluatur locus cũ aceto decoctionis aluminis, & gallarum, & curetur sicut in capitulo de vulneribus oris diximus. Si autem vua tumida, & rubens fuerit, secundum Hippocratis mãdatũ, timendum est eam incidere: quare fatagẽdum si rectificari potest, si vero non, immo ad gracilitatem, & nigredinem tendit; expectetur super ea vsque dũ relicta sit a natura: & tunc incide.

De apostemate duarum amygdalarum. Cap. 4.

CVra huius ægritudinis est tres res, sicut diximus in ca. de vua. Et prima quidem perficitur sicut ibi distinctum est. Secunda vero perficitur cum operatione faciente cadere materiam de vna parte in aliam partem: sicut verbi gratia, cum frictione brachiorum dolorosa, & proprie cum ligno habente extremitatem rotundã: & fiat frictio ex parte syluestri brachiorum scilicet super dorsum focilium, & fiat idẽ in die pluries. Et quandoque ponimus allium tritum in radice manus ex parte syluestri, & deligamus, & efficit operationem bonam, & sedat dolorem. Conferunt etiam ventosationes positæ in brachijs, & cruribus. Confert etiam administratio olei amygdalarũ dulcium tepidi, & destillatio eius in aurem, quæ sequitur dolorẽ, vtendo omni hora instillatione post instillationem, quoniam est efficax. Et similiter olei anethi, & chamæmeli. Tertia vero est administratio particularis mentionis, quæ perficitur, sicut in cap. de vua diximus. Terminatur autem hæc passio ad vnum trium modorum, aut enim resoluitur apostema, aut suppuratur, aut induratur, & illud fit raro: propterea, quod facilius est, vt recipiat ex digestione, quod est resolutio, aut suppuratio, quã ex compactione, quod est est sicut induratio, & hoc facit posse loci, & vicinitas locorum digestionis. Adiuuant autẽ ad resolutionem diamoron dulce confortatum proprie cum eo, quod est sicut myrrha, crocus, & similia vsque ad gradum eorum, quæ sunt sicut sal ammoniacus, pyrethrum, almuri, & similia, & proprie factis linimentis, & gargarismatib. ex eis. Et huius etiã intentionis sunt emplastrationes factæ ex ficub. siccis, & baurach, aut ex melle, & furfure, & sale, aut ex melle, & myrrha, & olibano, & iride decoctis cũ rob, & pauco melle. Ex emplastris autem mirabilibus ad apostema duarum amygdalarum, & glãdularum, & synanches, est emplastrum factum ex radice alleurengeug decocta in rob, & cõtrita vehementer, deinde admisceatur ei adipis porcinæ antiquæ lotæ vehemẽter, & colatæ põdus eius cũ modico baurach. Et ex eis similiter est radix ireos præparata secundum eãdem doctrinam. Et expertum est emplastrum de radice porrorum non transplantatorum cum adipe antiqua, & rob, aut radix lilij cum baurach, & rob, & adipe porcina, & hoc etiam valet ad synanchen, & vigoratur posse suum, si cum prædictis rebus iungatur succus scabiosæ, qui ad hoc est mirabilis multum. Et hyssopi cerotum est iuuamentum bonum. Et deinde superpone lanã hyssopi, & similiter cerotaria ex adipe gallinę, & anseris, & butyro, & cera cum oleo anethino.

Quando vua incidenda sit.

no. Et eſt expertũ emplaſtrum,quod recipit, farinæ hordei, ſeminis lini, ana, vnc.j.carnium dactylorum, & ficuum ſiccarum, & nigrarũ, & pinguium, ana aureos viij. micæ panis aur. v. Coquãtur omnia cum rob,poſtquam trita fuerint ſicut medulla,& ſuperponatur. Res autem quæ aggregãt virtutem reſolutionis, & maturationis eſt diachylon. Et qñ addis compoſitioni eius iridem,erit operatio eius nobilior,& ſimiliter diachylon magnum, & diachylon paruũ. Poſtquam autem apoſtema collectionẽ ſaniei fecerit, apoſtema aperiatur,& curetur vulnus,ſicut in ſynanche dicemus. Si autem apoſtema induratur, experiantur ſuper ipſum aliqua ex reſolutiuis fortib. ſicut proprie baurach rubeũ inſufflatum in guttur,aut linitum cũ melle. Et ex eis eſt ſuccus cucumeris aſinini,& cẽtaurea: & fortior eis,& conueniẽtior eſt aſſa fœtida. Si autem ex eis non reſoluitur,& dealbatur cutis, quę eſt ſuper ipſam,tunc oportet,vt extrahatur vna,vel vtraque ſi oportet. Et modus operationis eſt, vt accipiatur cum vncino bicipiti, & ſuſpendatur. Deinde fiat inciſio ſm lõgum ęgritudinis cum inciſorio habente aliquid curuitatis: & extrahatur vna poſt aliã ſm totalitatem earũ, & dimittatur poſt illud ſanguis fluere ad illud,quod eſt decens:poſt quã inclinatur ſuper pectus ipſius, poſt hoc colluatur os cum aqua roſata, & aceto infrigidatis, cæterum ſi ſanguis plurimũ exuberat, adminiſtrentur conſtringẽtia ipſum,ſicut proprie colcothar,& alumen, & ſimilia,& fiat gargariſmus ex decoctione gallarum,& foliorum myrti,& ſimilium. Et qñque accidit,vt cauterizetur, & tunc melior cura eſt, vt cauterizetur cauterio aureo, & eſt timorosũ.

De ſynanche gutturis. Cap. 5.

CVra huius ægritudinis eſt ſex res. Prima eſt ſubtractio cauſæ. Secunda eſt prohibitio eius,quod fluit. Tertia eſt diuerſio eius, qđ fluxit. Quarta eſt intẽtio particularitatũ. Quinta eſt correctio accidentium. Sexta eſt regulatio vitæ. Et primam quidem rem complẽt euacuationes factæ cum feſtinatione, & proprie p phlebotomiam,& ventris ſolutionem. Et quidem canon eſt, ſi accidit a plenitudine ſanguinis ſolum,principium noſtrum erit a phlebotomia. Si autem a multitudine ſanguinis,& multiplicetur cholera: præponimus euacuatiuum extrahens choleram a ſanguine;& hoc ſi oportet,cum iteratione: & facimus ſequi phlebotomiam poſt id. Et ſic quidem ſunt cõditiones in phlebotomia obſeruandæ quinque. Prima eſt, ſi fuerit materia ſãguinea calida, phlebotomia ante omnia adhibenda eſt, & proprie ex vena cephalica. Et ſecunda eſt, quod ſi ſignificatur eſſe dominium ſanguinis,qui retinetur,& conſuetus eſt fluere, & eſt patiẽs ex illis, qui cõſueuit cadere in ſynanchiã, tunc phlebotomia fiat ex latere,quod ſequitur dolor, ſi autem hoc expreſſum non accidat, melior eſt phlebotomia ex latere oppoſito. Tertia vero eſt,quod ſi dominium fuerit in ſanguine ſm totum,tũc nõ eſt inconueniens phlebotomare ex vtraque cephalica,cum viciſſitudine, & nedum ex cephalica, ſed ex baſilica,& ſaphena ſi virtꝰ tolerat. Quarta eſt, vt qualiſcunq; fiat phlebotomia, non fiat extractio ſemel, & ſubito, ſed cũ iteratione renouante numerum, vt ſaluetur virtus, & perueniatur ad expulſionem plenitudinis cum rectitudine ſapienter. Quinta eſt, vt poſt phlebotomiã cephalicæ, phlebotomẽtur eodem die venæ, quæ ſunt ſub lingua, neque tardetur illud, ſed phlebotomẽtur eodem veſpere,& maxime tunc feſtinandum eſt, cum plenitudo in eis apparuerit. Si aũt choleram cum ſanguine dominari contingit,ante phlebotomiam, & poſt,natura ſoluenda eſt cum reb. choleram educentibus leniter, & iterato: & ſit ſolutiuũ pluris alterationis,quã euacuationis. Et hoc quidẽ ſi virtus tolerat, & ſoluatur natura cum aqua ſolatri, & fructuum:& ſi oportet cum iteratione:& euacuationes ẽt factæ per clyſteria debilia ſi febris adeſt;aut fortia, ſi febris nõ adeſt, ſunt iuuamẽti ſublimis, & tua intereſt menſurare medicinã naturæ in oĩbus, quæ iam diximus. Si aũt ſanguinis dominiũ fuerit cum phlegmatis exuberantia, poſt phlebotomiam, ſoluatur natura cũ cochijs,& hiera, & cum ſimilibus, & cum enematib. fortibus, & collyrijs ex his,quæ ſcis. Secundã,rem complẽt adminiſtrationes de iacur, & aliarum medicinarum fluxum materię catarrhalis ſiſtentium, & impinguantium ſubtilẽ, & acutam,& ſubtiliantium groſſam,de quibus in catarrho locuti ſumus. Tertiam rem complent *Vacuatio nes.* frictiones doloroſæ,& ligaturæ in brachijs,& tibijs,& ventoſationes in ipſis,& poſitio vẽtoſarũ ſuper zuhendeg eſt iuuamẽti magni, & ſimiliter ſuper nucham,& ventoſa ſuper collum eſt iuuamenti ſublimis, & proprie apud ſpondylẽ ſecundã,elargat.n.fauces,& guttur, & adiuuat ad attractionẽ aeris, & expirationẽ fumorũ, & remouet prohibitionem deglutitionis:qua propter oportet, vt ſępius iteretur,& ſit proprie vẽtoſa magna. Conferunt etiam ventoſæ ſuper mentum,& ſub maxillis, & etiam cum inciſione ſub mammilla, faciunt enim materiei diuerſionem facilem. Conferunt ẽt deſtillationes in aurem, quæ ſequitur dolorem, poſt deſtillationes,proprie ex oleis,quæ ſunt ſicut oleum roſatum,& oleum de amygdalis dulcibus, & ſimilia. Quarta,quæ eſt adminiſtratio particulariũ operationum,diuiditur ſm tẽpora morbi,præcedant ergo euacuationes primo, vt ſtyptica in augmento adminiſtrentur. In ſtatu autem ſtyptico ſimul cum reſolutione vtẽdũ eſt. Verum in principio ægritudinis particularitas adminiſtrationis ſuſpecta eſt, fortaſſis .n. rheumatizat materiam in loco, ſed tunc quidem competunt cum iam euacuationes præceſſerint. Diſtinguamus autem in adminiſtratione particularium opera-

operationū pro tempore morbi hoc modo. In horis quidem augmenti ſit magis vincens medicamen ſtypticum, prohibitiuum agitationis, & diſcuſſionis,& alteratiuum ipſius,v.g. ſi ſanguinea ſit paſſio,incipiēdum eſt ab adminiſtratione gargariſmatū, ſicut eſt proprie aqua roſ. cum aceto, hæc eſt.n.conuenientior omni ſpeciei eius,aut aquæ infuſionis ſumach,aut ribes, aut ſuccus corticum nucum recentium cū aqua ſumach, & aqua coriādri humidi, & ſumach,& ex eis aqua granatorum acetoſorum, & dulciū tritorum cum tota ſubſtantia, & ſuccus ſolatri cum ſemine roſarum eſt admirabilis,& ſimiliter cydoniorum,ſorborum, & iacur,& bellach, & ſimilium,& qñque admiſcetur cum iſtis, qđ eſt ſicut balauſtiæ,& gallæ,& ſemina roſarum, & alumen,& ſimilia,& vigoratur operatio eorum,& ſucci agreſtæ ſicci cum prædictis liquorib. iuuamentum eſt ſublime, & ſimiliter ſucci ſumach ſicci, & ſimiliū, & ex cōpoſitis eſt diamoron cōfectum cū moris ſylueſtribus, aut ex moris rhāni,& eſt iuuantius,& ex ſuffitionib. in guttur, quæ ſunt proprie huius intentionis, ſunt alumen proprie, balauſtiæ, & cortices ſumach,& ſuccus agreſtæ, & oleum omphacinū, & ſimilia. Si autem cholerica ſit materia,conferunt hæc,quæ diximus,facta magis infrigidantia cum eo,quod eſt proprie,ſicut ſuccus ſolatri, & roſæ,& ſandali,& cāphora,& mucilago pſyllij,& ſimilia. Et quædam ex eis non tm̄ gargarizata,ſed etiam bibita,ſunt iuuamenti ſublimis; ſicut v. g. rob de papauere bibitū, eſt iuuamēti ſublimis vehementiæ, & proprie cum aqua ſumach, & ſimiliter lac, quod mulgetur ex ſemine papaueris,& aqua roſata,& ex eis eſt ſuccus ſolatri depuratus, & bibitus, mane, & ſero, ſm menſuram duarum teſtarum oui, aut trium, & ſimiliter mucilago pſyllij cum coriandro, & grano vno,& dimidio camphorę. Si autem materia fuerit phlegmatica,gargarizandum eſt in principio cū aqua roſata,& aceto. Deinde fiat cum rob nucum: & diamoron confortatis cum eo,quod eſt ſicut galla, & alumen, & acacia, & ſimilia. Si autem ad ſtatum proceſſerit ægritudo,tunc medicamine ſtyptico ſimul,& reſoluti uo vtendū eſt. Et in calida quidem materia adminiſtratur ſicut mel roſatum, aut mel cum aliquo eorum,quæ ſunt ſtyptica,quorum narrationem faciemus iā. Et ex his eſt ſuccus ſolatri cū melle roſato, aut melle, & pulpa caſiæ fiſtulæ cū ipſo eſt conuenientior,aut cum rob mori. Et lac ex iſtis, quæ conferunt, gargarizatur in hac hora,lenit.n.& dolorem ſedat. Et qñque adminiſtratur cum medulla caſiæ fiſt.& confert gargarizatum, & bibitum, & proprie cum pauco zuccharo,& croco. Et oportet,quòd adminiſtretur lac calidum, & proprie cum mulgetur, & oportet, vt ſit proprie lac caprinum,aut aſininū. Et huius ēt intentionis,eſt,meybuthcog ex coagulato vuæ, & rob, & rob nucū cū eis,quæ ſunt

A ſicut myrrha, & crocus,& ex eis ēt rob mororū cum ipſis, aut decoctio ficuum, & fœnu græci cum bdellio,& rob, & ſimiliter decoctio paſſularum,& fœnu græci,& ficuum,& dactylorum cum eo, quod eſt ſicut myrrha, & crocus. Et ſi fuerit materia frigida,cōferunt aliqua ēt eorū, quæ nunc dicemus,& ex eis rob ficuum,& rob mori facta fortia cum pyretrho, myrrha,& croco. Et ſimiliter lac caprinū cum ſtercore canis albo,& melle,aut aqua mellis cum pauco ſinapis,aut ſyrupus acetoſus cum ſucco raphani. Si aūt vltimetur hora ſtatus,vtendum eſt tūc me-

B dicamine maturatiuo aggregante in ſe lenificationē,ſimiliter,& reſolutionem:ſicut v. g. decoctio ficuum cum baurach, & decoctio papaueris,& paſſularum cum baurach. Ex eis autē,quibus vtimur ad lenificandū, ſunt lac proprie, & decoctio ficuum, & paſſularū, & mucilago pſyllij in calida materia,& ſemi.cydoniorum,& ſemin.lini,& fœnug.& althęæ, & decoctio dactylorū,& meybeg ex coagulato vuæ,& aqua furfuris,& liquiritiæ,& rob,& ſimilia. Reſolutiua autem,quibus vtimur cum prædictis, ſunt ſicut ſal muri,& meybeg,baurach,myrrha,crocꝰ,ſal ammoniacus,pyrethrum, harmel, ſinapis, aſſa fœtida, raphanus, ſtercus canis album, & proprie, qui comedit oſſa: ſtercus infantis nutriti ex lupinis,ſtercus hirundinis,& puluis hirundi- *In fine huius capituli.*
num combuſtarum,& ſimilia. Et nos modum comburendi hirūdines dicemus poſt diuerſos

C modos cōpoſitionis ſm diuerſos philoſophos. Vtēdum autem eſt extrinſecus emplaſtris,quibus emplaſtretur exterius guttur cum rebus aggregantibus virtutē maturationis, & attractionis,de quibus mentionē fecimus in cap.de apoſtemate duarū amygdalarum, quare oportet, vt pars illa afferatur ad hūc locum. Synanchia *Synāchia terminꝰ triplex.*
terminatur ſm vnum trium modorum, aut.n. reſoluitur,aut ſuppuratur,aut permutatur. Verū medicamina,quibus reſoluitur, iā diximus: & medicamina, quæ ipſam materiam deducunt ad maturationem ſimiliter diximus. Cum autē ad maturationem peruentum fuerit:tūc ad apoſtematis apertionem ſtudendum eſt cum medi

D camentis proprie aggregātib. intētiones duas, apertionis.ſ.& lentificationis, v.g. ſicut ex medicamentis acutis,ſicut baurach, aut ſtercus hirundinū, miſceat cum aliquo eorum, quod eſt ſicut ſuccus herbæ albeduſtar,qñ eſt ſublimis. Rerum autem aperientium apoſtemationem *De apoſtema aperiens.*
huiuſmodi ſumma hęc eſt, ſal ammoniacus proprie,& baurach,& myrrha,& hermel,& aſſa fętida,ſtercus canis album, qui diu paſtus eſt oſſibus, & ſtercus infantis paſti ex lupinis cum vino, & ſtercus hirundinis, & cinis pullorum hirundinum vſtorum ſm formam, quam ſcribemus poſtea, & ex his eſt ſtercus adib:& ex ſumma lenitiuorum, quæ admiſta eis faciunt apertionem apoſtematis, ſunt lac, & ſuccus herbæ albeduſtar, per excellētiam ſuccus caulium, &

deco-

decoctio ficuum, & decoctio fermenti, vel infu
sio eius in rob, aut decoctio ficuũ. Si autem cũ
istis non fuerit apertum apostema, tunc recur-
rendum ad cõpolita, ex istis, quę dicemus post.
Et si adhuc non aperiatur ex istis, recurrẽdum
est ad apertionem eius cum ferro. Et sunt ex ho
minibus scindentes huiusmodi apostemata cũ
vnguibus postquam immiserint digitos in gut
tur. Cum autem manare cæperit sanies, locetur
super faciem suam, & liniatur guttur ipsius, &
palatum fricando ipsum digitis cum melle, &
sale pauco: & frequẽrentur gargarizationes ex
eis, vt mundificetur locus, & de cætero fiat pro
cessus noster cũ abstergentibus, & mundifican
tibus, deinde cũ sigillantibus, sicut in capitulo
de vlcerib. gingiuarũ, & alchola diximus. Per
mutatio synanchiæ est ſm vnum duorum mo-
dorum: aut delitescit subito, aut non subito. Et
eius quidem delitescentia, aut declinat in occul
tum corporis, aut manifestum eius. Et declinãs
quidẽ in occultum corporis, & subito, sicut est
raptus proprie ad pulmonẽ, aut cor, interficit:
sed raptus eius ad cor interficit illico, aut confe
stim præfocat; ad pulmonem vero non subito,
& dixit Hip. quod in vij. diebus: & si cõtingat,
quod hoc effugiat, incolumitantur: & illud id-
eo, qm̃ virtus est, quę vincit, aut vincitur. Et in-
est virtuti forti, vt nihil possit ei resistere, etiã si
sit imprimens exprimentibus fortibus sicut ve
nenum. Vincit.n. virtus fortis supra veneni pos
se, & expellit illud. Quod autem declinat in oc
cultũ corporis, & nõ subito, causa est interdum
pleuresis, peripneumoniæ, aut phthisis. At ve-
ro, quod declinat in manifestum corporis, facit
apostemata exterius: & aliqñ bothor. Et dixit
Gal. quod plerunque synanchia permutatur in
erysipelas, & ignem persicum, & proprie in cer
uicem, & manens quidem accelerat salutem, &
delitescens subito cum mentis permistione pe-
tit cerebri medullas, & demum interficit. Quin
tam rem cõplent administrationes medicami-
num dolorem vehementẽ sedantiũ, sicut de ia-
cur proprie, & syrupus de papauere, & clausu-
rã gutturis clargantium, de quib. locuti sumus
in tertio canone. Sextam rem cõplet regimen
conueniens in generib. rerum sex, vt locetur in
aere temperato. Et sint contenti in cibis eorum
in principio hydromelite, & aqua zucchari, de-
inde procedant ad aquã hordei, deinde proce-
dant ad aquã lentium excorticatarũ, & hordei,
extinguunt.n. inflammationẽ, & acuitatem san
guinis & sint hordei par. ij. & lentium pars j. de
inde ad ius cicerũ cum aqua hordei, deinde ad
ius cicerum solum, deinde gradatim procedant
ad forbitiones ex farina fabarũ, atque ex amy-
lo cum melle, deinde ad iura furfuris cum mel-
le, post hoc perueniendum est ad vitellos ouo-
rum forbilium, & iura pullorum, & similia. Et
sic quidem commensurandum est, vt admini-
strentur primo lenitiua cõueniẽtia: deinde ma-

Regimen post apostematis rupturã ferendum.

Dieta.

turatiua: vltimo vero resolutiua, & aperitiua.
Cõmensurandus est ẽt eis somnus, nam in mul *Somnus*
titudine eius timetur suffocatio: quare oportet,
vt parũ dormiãt: & cum dormiunt, excitentur
sæpe: & proprie cũ videtur molestari in spiritu,
& offendi stertẽdo, & in nocte molestior est eis
somnus q̃ in die, & somnus immediate post for
bitiones est molestus eis. Alexander. Oportet
metiri medicamina ſm mensurã posse virtutis
cuiuslibet, teneris .n. corporib. debiliora: duris
aũt fortiora sunt adhibenda medicamina, qua-
re oportet ex debilib. & fortib. medicaminib.
summa consideres. Alexander. Diamoron sim
plex conferens ægritudinib. vuę, & synanchię,
& apostematib. duarum amygdalarũ, proprie
in principio. Accipe succi mori de sceni medio
crium in maturatione, & acerbitate, & mororũ
rubi similiter mediocrium inter maturum, &
acerbum, & mellis, & rob, ana partes æquales,
decoquantur semper abijciendo spumas vsque
ad essentiam mellis tenuis, & sunt ex hominib.
qui ponunt ex succis mororum, ana partes iij.
& s. & est operatio eius melior. Idẽ rob de mo-
ris aliud est maturatiuum, & lenitiuum. Recip.
succi vtrorumq; mororum perfecte maturato-
rũ, ana partes iij. mellis partem j. decoque sicut
prius. Idem. Diamoron ex succis mororum, rhã
ni, & proprie non maturorũ, & est stypticius cæ
teris, & eius operatio fortis in principio est. Idẽ.
Diamoron, quod Gal. composuit. Accipe vini
mororum, vini styptici, ana lib. iij. & s. mellis,
lib. s. omphacij, aut succi rosarum, ana vnc. ij. co
quatur succus prius cũ vino, vltimo pone mel:
postquam coctionem habuerit, pone puluerẽ:
& sunt qui addunt myrrhæ, aluminis, ana dr. s.
croci, drac. ij. Idem. Rob de cydonijs, aut pyris,
aut melis granatis, aut mespilis, aut zarur, ad
hoc conueniens est, & qñque miscetur cum præ
dictis. Idem. Rob nucum omnibus his excellen
tior est, dicta est autem operatio rob nucum in
antidotario. Idem. Medicamen conferens synã
chiæ, apostemati gulæ sanguineo, & cholerico,
& est medicina leuis, resoluit.n. ipsum. Quãdo-
que bibitur ex eo parum, & qñque fit gargaris-
mus ex eo. Accipe succi solatri, & fœniculi, ana
lib. semis. bulliant duabus, aut tribus ebullitio-
nibus, & cola: & da cum zuccharo tabarzet,
vnc. semis. croci danich. j. bonum, & expertum,
si Deus voluerit. Mahemet Arasi. Cõfectio me
dicaminis ad synanchiam experti. Rec. semi-
nis harmel, sinapis, pyrethri, seminis raphani,
myrrhæ, ąssæ, baurach, salis ammoniaci, pipe-
ris, calamenthi, stercoris hirundinis, stercoris
canis albi sicci, stercoris hominis sicci, cineris
hirundinum, ana partes æquales. Terantur, &
fiant sicut alcohol, & ex vna parte eius insuffle
tur in guttur, & ex alia fiat gargarismus, post-
quam conficitur cum melle, & accipiatur sicut
vna galla ex ipso ad gargarizãdum cum aqua
mellis. Hoc autem medicamen est vtile, cum

ægritudo

ægritudo fuerit vltimata. Aboali. Medicamen conueniens in fine ſynanchiæ, qñ feſtinatur ad apertionem ipſius. Rec. cineris pullorum hirũdinũ combuſtorum, ſtercoris canis albi aduſti, ſtercoris aduſti, infantis paſti ex lupinis, ſtercoris hirundinis aduſti, ana, ſalis ammoniaci partẽ s. Fiat ex eis puluis ſubtiliſſimus, & ſuffletur ex eo in guttur, & liniatur cũ melle, & gargarizetur ex ipſo, & fiat hoc in die cũ iterationibus pluribus. Gal. Cinis pullorũ hirundinũ ſiue recẽtium, ſiue ſalitorum, & proprie cum radice liquiritiæ, & ſint partes eorum æquales, ſedat vehementiam ſynanchiæ ſtatim, & hoc quidẽ bibitum, vel linitum, & inſufflatum in guttur, & gargariſma ex eis. Idẽ. ſtercus canis albi comedentis oſſa, & exiccatũ, & redactum in puluerẽ ſubtiliſſimum, & ſufflatum in guttur, & linitũ cum melle, & gargarizatũ, eſt ad illud medicina ſublimis, & ſi liniatur ex eo cũ modico ſucci cucumeris aſinini, & melle, guttur deforis, & cõferunt iuuamentũ magnũ. Ioãnes Serap. Medicamen conferens ſynanchiæ fortiter. Rec. balauſtiæ, roſarum, ſalis ammoniaci, aluminis iameni, ana dr. j. pyrethri, cubebẽ, ana dr. s. gallarum, ſpodij, croci, ana, chirat. iij. rob, dr. j. rob de moris, vnc. iij. aquæ caſiæ ſi. vnc. ij. Fiat ex eis garga. Idẽ. Confectio diahirundinis iuuamẽti ſublimis ad dolorẽ gutturis, & præfocationem, & ſynanchiã. Rec. aniſi, ſem. apij, ameos, florũ ſquinãthi, lilij cęleſtis, cinnamomi, amomi, aristolochiæ longæ, aluminis iameni, harmel, myrrhæ, caſiæ, liquiritiæ, croci, ana aur. ij. trochiſcorum croci, magnetis, ſem. roſarum, ana aur. iiij. coſti, cineris hirundinis recentis, ana aur. vj. ſpicæ, amyli, ana aur. j. gallarum, aur. j. & s. confice cum mel. colato. Conferunt medicamen iſtud in fine ſynanchiæ, & aliorum apoſtematũ gutturis, & tunc proprie cum indigẽt apertione, & eſt ad illud fortius oĩ medicamine: & ſumatur ex eo, quantitas gallæ, & diſſoluatur cum aqua mellis, aut hordei, aut ſucco roſarum, aut aqua roſata, aut lentium, & radicũ liquiritiæ, & gargarizetur cum eo: & liniatur cum eis deforis in gutture pluries in die. Modus autẽ comburendi hirundinis eſt ſm hunc modum, oportet eas, primo decollari, vt ſanguis earum fluat ſuper alas ipſarum. Deinde puluerizetur ſuper eas ſal, deinde mittãtur in olla vitrea ſtricti orificij, & cooperietur, & ſigilletur cum loto ſapientiæ, & ponantur in furno vſque dum adurantur, & conſeruetur cinis earum, & vtere cum neceſſe fuerit. Confectio trochiſcorum croci magna. Rec. cinnamomi, croci, ana dr. ij. roſarum, amomi, coſti, ana dr. j. myrrhæ, dr. iiij. radicum liquiritiæ, folij Indi, ana dr. ij. & s. Aggrega cum vino, & fac trochiſcos.

Fortius cum medica.

De raucedine vocis. Cap. 6.

RAucedo vocis aliqñ accidit a malitia complexionis ſine materia, & eius cura eſt alteratio ſola. Si n. accidat a ficcitate acquiſita ex puluere, aut fumo, aut vento ſicco, aut cibo, aut potu inducente ſiccitatem, & imprimẽte in lacerto vociferationis; Cura eius eſt cũ lenitiuis, & humectantib. de quorum ſumma eſt dragaganthum, & gummi arabicum, & liquiritia, & & loch eorum, & cõpoſita ex eis, & ſimilia. Et ſi ſit ex inflammatione, & aſperitate, cura eius eſt cũ extinctiuis, & lenitiuis, de quorũ ſumma eſt mucilago pſyllij, & ſemi. cydoniorũ, & medulla ſemi. cucurbitæ, & citruli, & aqua melonis Indi, & ſimilia. Et ſi ſit a frigore lædente, & aſperante lacertũ vocalẽ, cura eius eſt cum reb. maturantib. & frangentib. quod acquiſitum eſt ex infrigidatione, & cum hoc ẽt lenificantibus: de quarũ ſumma eſt crocus, myrrha, & liquiritia cum vitello oui, & ex eis eſt olibanũ cum melle; & paſſulæ, & ſimilia, q̃ dicemus, & diſtinguemus poſt. Et qñque accidit ab humiditate ſuperflua: & cura eius eſt cum eis, quæ reſoluunt ventoſitatẽ, & humiditatẽ, de quorũ ſumma eſt calamenthũ, & iris, & piper, & ſimilia. Aliqñ aũt accidit hæc paſſio a malitia complexionis cum materia calida, vel frigida, & cura eius eſt duæ res. Prima eſt ſubſtractio cauſæ. Secũda eſt adęquatio, vel rectificatio effectus. Et prima quidẽ perficitur cum eductione materiæ faciẽtis: & ſi quidẽ fuerit ſanguinea: cũ phlebotomia cephalicæ, aut baſilicę, & ſi fuerit cũ permiſtione choleræ, adminiſtranda eſt euacuatio eius cum eo, quod eſt ſicut aqua fructuum, & ſimilia, & ſi nõ fuerit febris, tunc euacuetur cum lacte dulci, & caſia fiſt. & iuiubis, & ſimilib. Si materia fuerit phlegmatica, reſoluatur cum hiera, aut cochijs, & ſimilib. Cõferunt ẽt in calida, aut in frigida materia clyſteres, & enemata ſolutiua ſm rei exigentiam. Secundã rem complẽt adminiſtrationes medicinarum, impedimenta lacerti vocalis remouentium, & ſunt quædam ex eis calida, quædã frigida, quædã lenitiua, quædam vero humiditatẽ ſuperfluã exiccantia, quamuis ſiccum per ſe ſit aſperatiuum vocum. Summa aũt calidorum medicaminũ emendantium nocumenta vocũ, hæc eſt. Cubebæ, proprie cõmaſticatio, & adminiſtratio eius cum cheſmes clarificat vocem, & ex eis eſt ſquilla ſm oẽm modum adminiſtrationis eius, & ſimiliter loch ipſius; & loch de caulibus, & medicamenta facta ex croco, & myrrha, & medicamenta facta ex piperib. aut ex aſſa fœtida cum aceto ſquillitico, & croco, & acetũ ſquilliticũ eſt medicamen bonum, & ſimiliter opopanax, & radix eius, & ſtyrax calamita, & glutẽ albotin, & olibanũ, & calamenthum. Et expertum eſt medicamen, quod. Rec. olibani partes v. myrrhæ partem j. da cum vitellis ouorum, & cibi eorũ ſint ſorbitiones farinæ, aut mucilagines cum melle. Frigidorum autem ſumma hæc eſt, mucilago pſyllij, & cydoniorum, & aqua melonum indorũ, vnumquodq; eorum adminiſtratum cũ zuccharo, & ſimiliter aqua citruli, & aqua cucurbitę, &

medulla ſeminũ eorum,& portulaca,& ſemina ei⁹,& grana papaueris,& ius atriplicis,in cibis, & maluarum: & aqua hordei, & aqua granatorũ,& amyli,& amygdalarũ, & iuiubæ,& cucurbitæ,& cucumeris,& citruli,& iuleb,ſubtile, & ſimilia. Lenitiuorũ aũt ſumma hæc eſt,liquiritia, & ſuccus eius adminiſtrata ſm oẽm modũ adminiſtrationis eius eſt lenitiuum bonum,clarificans vocem,cui accidit exaſperatio p̃p quãcumque cauſam,& ex eis ſunt cheſmes paſſulæ ſine oſſibus, & mel paſſularum, & grana pini, & ficus ſiccæ pingues, & dactili pingues, & fœnugræcum,& ſemen lini,& radix lilij,& zuccharum,& cãna mellis,& coagulatum vuæ, & rob, & meybutegi,& ſorbitiones ex fabis,& medulla tritici, & vitelli ouorum, & lac cum melle in ieiunio, & ſorbitiones furfuris ex tritico, & ex amylo,penidijs,& amygdalis dulcibus,& amaris,& cerebella cũ melle, & iuniores carnes cũ rob,aut zuccharo,aut melle,aut iuſculis: & hydromel,& ſyrupus melinus, & vinum dulce,& ſuccus de granatis dulcib⁹, & vinũ de paſſulis, & de dactylis,& ſorbitiones factæ ex eis. Ieiuni vtantur loch alchiochiris cum loch de liquiritia cum melle,& ſimilibus. Superfluitatem autem,& humiditatem exiccantium,& mollificationem impreſſam in lacerto vociferationis,sũma hæc eſt:ſquillæ proprie,& acetũ, & oxymel ipſius, & maxime vocẽ corroborãtiũ in hoc caſu eſt ſandaracha,& proprie cum aceto ſquillitico, ana, parum, & ſæpe gargarizata, & ex eis ſuccus alpheſare,& loch eius, & loch de caulib. & de ſquilla, & piper cum vitellis ouorũ, & cubebe ſimiliter, & olibanum de rob; & ſint cibi eorum ius caulium,& cicerum cũ pipere, & tali alpheſare,in primis cũ eleuãtur a terra,& oua apparata in cinere,& raphanus. Et cõfert eis vomitus,& proprie cũ raphano, & ſimilibus. Rebus aũt, quæ ſumme aggregant qñque in ſorbitionibus, qñque in gargariſmatibus, & qñque in lenitionibus, & lambitionibus,& qñque neceſſitas expetit permiſtionem ex aliquibus rebus, quæ ſunt in ſummis, & tunc facimus id cũ conſideratione, ſicut ex neceſſitate cogimur, & de hoc nos loquemur, ſi Deus voluerit. Galen. Loch conferens raucedini, & aſperitati vocis. Rec. ſem. lini aſſi,xyloaloes,granorum pini,amygdalarũ aſſarum,paſſularũ enucleatarũ,antere, & confice cũ melle quantum ſufficit. Gal. Confectio lenificans vocẽ. Rec. dragaganthi, vnc.s. granorum pini,vnc.j. & s.infunde dragaganthũ in rob, quãtum ſufficit ad infundendũ, deinde confice cũ melle deſpumato, doſis eius, dr.v. mane, & ſero,& vtatur ſicut lãbendo.Idẽ. Confectio pilularũ bechicarũ. Rec. carniũ dactylorũ,dr.j.piperis longi,vn.j.& s. cubebę, dr. ij.ſemi.fœnic.dr.ij. & s. pinearum purgatarum, vnc. s. amygdalarum purgatarũ,zucchari, ana dr.viij.& confice,& da in modum nucis. Filius Zezar.Loch.clarificans vocẽ exaſperatatã cauſa caliditatis. Rec.dragagan. gummi arabici,liquiritiæ,amyli,ſe.cucurbitę,cucumeris,mellis, citruli,portulacæ,ana dr.ij.penidiarũ,dr.iij.croci,dr.j.Fac formas ſimiles lupinis, & teneat ſub lingua.Idem. Aliud in cauſa frigida. Accipe liquiritiæ,piperis albi,cubebę, myrrhæ, olibani, gũmi arabici,an.aur.j. ſpicæ,aur.j.rob,penidiarũ,& mellis colati, quãtum ſufficit. Da cũ aqua decoctionis liquiritiæ.Idem. Aliud valens ſimiliter. Rec.ſem.lini aſſi,amygdalarum dulcium mundatarum,& amararũ, ana dr.x. penidiarũ, vnc.j.& s.croci,cinnamomi,piperis,ana,dra.j. & s.mellis quantum ſufficit.Lohoc ex inuentione noſtra remouens aſperitatẽ vocis,& raucedinẽ.Rec.dragaganthi,dr.v.gũmi arabici,amygdalarum dulcium,amyli, ſemi. cucumeris, ana dr.iiij.ſem.cydoniorũ,liquiritię,ſem.citrulorũ, ana dr.iiij. penidiarũ, vn.iij.confice cum melle colato. Aliud ex inuentione noſtra. Rec. ficuũ pinguium ſiccarum,carniũ dactylorũ,ana vnc. j.& s.calamenthi ſicci, vnc. s. dragaganthi, cubebæ,ana dr.& s.confice cũ melle colato. Iſaac Iſraelita.Confectio pilularũ de croco conferẽtium cum virtute Dei, aſperitati, & raucedini vocis ex frigiditate.Rec.croci dra. iij. cubebæ, drachm.j.& ſemis,ſucci liquiritiæ, olibani, ana dr.j. fac pilulas cum rob, & ſint pilulæ magnæ, & teneat vnam ſub lingua; & glutiat ſaliuam eius,& eſt expertum bonum.Iſaac Hebẽ Amaraa.Medicamen conferens dolori gulę,& aſperitati,& raucedini,expertum. Rec. croci, myrrhæ bonæ, piperis albi,ana aur.j. paſſularũ enucleatarũ, dragaganthi albi, ana aur.iiij. amygdalarum dulcium mũdatarum aur.iij.tere omnia, & confice cum melle colato, & reconde in vaſe vitreo,doſis eius eſt ſicut auellana vna.teneat ſub lingua.Sabor.Cõfectio medicaminis cõferentis raucedini vocis p̃p cãm calidam, & dolori,qui eſt in lacerto vocis,& remouet inflãmationem,& ſedat ſitim. Rec.gummi arabici, draga.ſem.cucumeris,ana dr.j.ſucci liquiritiæ, amyli hordeacei,vel frumenti,ana dr.ij.tere,& confice cum meibureg,vel cum mucilagine ſeminis cydoniorũ, & pſyllij,& fac formas ſimiles auellanis,& accipiat lambendo mane, & ſero. Democritus, medicamen conferens abſciſſioni vocis a caliditate,& ſedat ſitim.Rec.ſem. cucu.mundati,dr.vj.ſucci liquiritiæ,dr.vij.ſem. portulacæ, dr.j.confice cũ albumine oui, & fac trochiſcos,& teneat mane,& ſero j.ſub lingua.

SVMMA II.

De medicinis ægritudinum pectoris, & pulmonis. Et primo de aſthmate. Cap. 1.

Cauſa.

ASthma quandoque contingit propter cauſam, quæ eſt in ipſo pulmone, & partibus eius, & quandoque propter confluentiam ad ipſam a cerebro, & partibus capitis: quandoque propter communitatem ipſius cũ alijs membris. Et contingens cauſa pulmonis

monis,qñ cõicat ei thorax ſit in occupatione,& cõpatiuntur in alterutrum,& tunc proprie cum ſepelitur pulmo in thorace eadẽ occupatione concluſo;eſt illud quod eſt ſuſpectum, & timoroſum,pereunt.n. plurimi ſubita præfocatione, & interdum quaſi præfocati ſpumas emittunt, & turget eorum facies,& liuet:& oculi quaſi foras pręeminent. Et qñque eſt p̃p impedimentũ in ipſo pulmone,& partib. eius tñ. Eſt aũt ægritudo hęc ſenib. familiaris,& non ſanatur in eis. Pueris vero ẽt accidit,verum,qñque ſanatur in eis in permutatione ætatis eorũ, & iuuenib. raro tollitur, & qñque cũ eo ſeneſcunt. Mulierib. vero non ſæpe accidit: & citius ſanatur in eis, q̃ in maſculis. Contingit aũt hyeme, & maxime in fine hyemis ſm plurimum, & contingens in æſtate eſt praua,& multiplicatur in locis humidis,& in antris,& cauernis,& teſtudinib. Eſt ẽt familiaris his,qui metallica operãtur, & mineralia: & qui vtuntur odore ſulphuris,& colophoniæ, & picis: & qui exercent artes plũbeas, & qui conflant argentum viuum. Et curantur qñque elongatione ab ipſis. Diſtinguendum autem in ſpecieb. aſthmatis hoc modo. Si cauſa eſt in pulmone ipſo proprie: & eſt materia groſſa adhęrens,aut concluſa in pulmone ipſo, & cauernis,& meatibus ſpiritus,& eſt illud,qđ eſt ſm plurimum:tũc eius cura eſt quinque res, prima eſt commenſuratio regiminis in generibus rerum ſex, ſecunda eſt adæquatio materiei eius, tertia eſt ſubtractio eius, quarta eſt diuerſio eius,quinta eſt,correctio accidentiũ. Primã quidem rem cõplent commenſurationes regiminis eius, primo aeris, vt locentur proprie in aere tẽperato declinante ad ſiccitatem magnã, & laudatur eis cibi abſtinentia,& potus,& parcitas eorum,immo gradatio fiat in eis iuxta virtutis exigentiam,& morbi tolerantiã,& ſint cibi eorũ proprie calidi, & ſorbitiones calidæ: & ſint boni chymi,& ſint,qui ventrem lubricũ faciant,ſicut aqua hordei, & proprie aqua cicerũ cum amygdalis amaris, & aqua hordei cũ meliloto,aut fœnugręco. Danda ẽt ſunt iuſcula ex maluis cum amygdalis, aut ex chryſolochana, aut blita. Deinde perueniẽdum eſt ad vitellos ſorbiles,& ad carnes teneras,& ſunt proprie ex animalib. carnis leporis,& capreolorum,& carnes algazel,& vulpis, & ericij, & cerui,& ſimilium. Et ex volãtibus,carnes pullorum gallinarum,& perdicũ,& ſimiliũ. Et pulmones animalium ſunt mirabiles eis,& proprie vulpis,& ericij.Panis vero quo vtuntur,ſit coctus,habens ſemina,proprie ſicut aniſum, cyminum, fœniculus,nigella, carthamus, naſturtium, & ſimilia. Ex piſcib. vtãtur piſcib. ſquãmoſis, & petroſis, & agilibus.Et ſaturitas eſt eis mala.Potus autẽ eorũ ſit vinũ ſubtile,antiquũ,paucæ quãtitatis, & vinum dulce eſt amicum eis confortatum cũ aliquo ex ſubtiliatiuis, & hydromel eſt eis potus bonus, & potus ſupra cibum eſt eis malus,

Corpora aſſimilata diſpoſita.

Pulmones animalium ſunt mirabiles.

Potus.

quare oportet,vt expectetur ſupra cibũ diu,deinde bibat parũ,hora poſt horam. Vitẽt aũt repletionem, & nauſeã, immo ſi accidat,vomitu expellatur. Et ex bono regimine eſt,vt eis ſemper aſſiduetur vẽtris lubricitas cũ eis, q̃ ſunt ſicut ius galli antiqui cũ medulla carthami,& aqua volubilis, & ſiclæ, & proprie adminiſtrata ante alios cibos:& conferunt ad hoc carnes cõditæ,& ſalitæ,& oua tarachi. Si aũt cum his natura non leuatur,adminiſtretur aqua hordei cocta cũ modico euphorbij,eſt.n.iuuamenti ſublimis:aut aqua hordei,cũ puluere ireos:aut aqua decoctionis epithymi,cũ rob,aut melle:aut decoctio ficuum cum iride,aut cum haſce,aut calamentho:aut decoctio calamenthi cũ melle, aut hyſſopi cum rob:aut paſſularum,& fœnugræci cũ melle origani perſici. Decoctio cũ aqua hordei eſt mirabilis,& proprie cum melle,& ſimiliter praſſij,& radicũ raphani,& ſimilium. Vitent ſomnũ ſupra cibum,& parcitent ſomnum: & iaceãt in domo lucida,& modus ſit accubit⁹, vt videãtur potius ſedere q̃ iacere, ſedendo .n. melius,q̃ iacẽdo reſpirant,iacendo aũt difficulter.Exercitari aũt oportet cũ gradatione ex tardo ad velocem, ex paruo ad magnum qualiſcũque fuerit,in ieiunio.Et exercitatio p̃ loca decliuia,& arenoſa,cõfert,& ſimiliter currere per ea interdũ iuuat:& vehi p̃ mare, & non multũ, ne virtus defatigetur: & ſimiliter duci de loco ad locũ lecto penſili.Exercitia aũt animi iucunda cõferunt eis. Secundã rẽ cõplẽt adminiſtrationes medicaminũ morbi materiam carminãtiũ, & maturantium, & aggregantiũ in ſe humectationẽ,& ſubtiliationem,& inciſionem,vt cadat maturatio in corpus materiæ integra.Quare vitanda ſunt ſubtiliantia, & incidẽtia, & prouocãtia,ne excludatur, & ſeparetur ſubtile a groſſo, & non amplius recipiat curã.Ex vere aũt maturantib. eſt ius galli antiqui præparati ſm artẽ, & oxymel ſquilliticũ cũ aqua paſſularum, & ẽt ſyrup. de hyſſopo, & decoctio de hyſſopo,& ſyrupus recipiens paſſularum enucleatarũ,& fœnugræci partes æquales: qñ eſt iuuatiuus valde,& ſyrupus de praſſio,& alia,quorum narrationẽ faciemus poſt.Et inungantur pectora eorũ confricando fricatione conueniẽti,vel vehemẽti cũ oleo de cheiri,& proprie citrino,& anethino,oleo de hamæmelo,aut laurino tepidis, ſuperponendo eis lanas hyſſopi calidas. Et ex vnctionib.magni iuuamenti eſt oleum de lilio, & oleũ de iride: & eis fortius eſt hyſſopi cerotum, & cerotum noſtrum, cuius narrationem faciemus poſt,ſi Deus voluerit. Tertiam rem complent adminiſtrationes euacuationum ex phlebotomia, & ſolutione ventris cum medicina,& enematibus ſolutiuis.Et ſi quidem materia fuerit calida sãguinea, cõfert phlebotomia baſilicæ, & ſi cõtingat paſſio propter retentionem hæmorrhoidum, aut menſtruorum, eorũ prouocatio eſt iuuamenti decentis. Si abundat

Ventrẽ lubricum ſanantia.

Decoctio ad rabiem.

Somnus.

Motus.

Digeſtiua.

Vitilia potulentia.

Solutiua.

eum ſanguine cholera, ſoluatur natura cum tro E philonium,& proprie diatrion pipereō,& alia,
chiſcis de violis,quorū narrationē faciemus,& quorū narrationes faciemus poſt. Medicami-
ſcribemus,& ſimilib. Si vero contingat ab exu num vero pectus mundificantium,& pulmonē
berātia phlegmatis viſcoſi,& pinguis; & eſt,id ab humore groſſo, & putrido, & oppilatione,
quod eſt ℔m plurimum, euacuetur cū cochijs, ſumma hæc eſt, hyſſopus proprie ℔m oēm mo-
aut hiera, & pilulis de agarico, & pilulis de co- dū adminiſtrationis eius, & haſce, & origanū,
locynthide,quarū permiſtionē ſcribemus poſt, & ſerapinum,& proprie cum vino,& medicina
& alijs. Et ſi nō fuerit natura obediēs,faciemus de ſquilla: vrtica vero, & ſemen eius iuuamen-
clyſteres præcedere purgationem,& proprie,ſi tum eſt manifeſtum:educit.n.humores groſſos
oportet,acutos. Et ex bono regimine eſt, vt fiat ſepultos in pulmone,& pectore, & proprie ſor-
euacuatio,& proprie renouans numerum, & ca bitiones decoctionis eius in aqua mellis,& hor
dat inter purgationē,& purgationē adminiſtra dei, & ficubus ſiccis: & radix alfeſare ℔m oēm
tio vomitus poſt raphanum,& piſces ſalitos,& modum adminiſtrationis eius eſt mirabilis: &
almuri. Et ſunt ex hominib. qui infigunt fuſtes ſimiliter tali eius in primis cū eleuantur: & ex
ellebori albi in raphano,& propinant raphanū eis eſt naſturtiū cum inciſione, & ſubtiliatione
per diem;ac noctem extracto inde elleboro. Et F ſua,& ſimiliter capparis ſalita, & ſimiliter por-
ſunt, qui prouocant vomitum cum ſinapi, ſale, rū,& ſemen eius cum aqua hordei, & melle, &
& almuri in aqua, & melle, aut in oxymelite, decoctio volubilis cum oxymelite eſt mundifi-
aut cum ſinapi, & baurach, & oxymel, & caue catiuū bonum: & ſimiliter ſeſeli cum melle: &
ne cadat in viciſſitudinem adminiſtrationū fre ſimiliter iris:expellit.n.materias,& mundificat
quentia, & debilitetur virtus, ſed ſit interpola- pectus efficaciter. Serapinum aūt cum aqua ru
tio competens. Quartam rem cōplent fricatio- tæ eſt ex mundificantib. pectus, fortiter extra-
nes factæ in extremitatibus,vētoſationes factæ hens ab eo humores crudos, & proprie eius,dr.
in ſcapulis,& cruribus, & appoſitiones rubificā j. tertiæ duæ. Mundificant ēt pectus oēs ſpecies
tium,& cauteriū in zuhendech,& ſimilia. Quin granorum pini a ſanie, & groſſis humorib. ℔m
tam rem complēt adminiſtrationes medicami omnem modum adminiſtrationis eorum. Iuua
num anhelitum facilitantiū, aut materias, quæ mentum decoctionis calamenthi cum ficubus,
ſunt in pectore per ſcreatum facilem educētiū, aut paſſulis enucleatis in extractione groſſorū
Facilitātia anhelitum. aut humiditates ſuperfluas exiccantium. Medi humorum ex pectore,& pulmone,& dilatatio-
cinarū anhelitum facilitātium ſumma hæc eſt, ne anhelitus eſt ſublime; ſimiliter facit come-
ſquilla aſſata,& adminiſtrata cū melle,aut tro- G ſtio ipſius cū amygdalis, & zuccharo, aut mel-
chiſci ex ea cum rob, aut oxymel ipſius, & ace- le,aut ficub. ſiccis, huius ēt intentionis eſt alha
tū,& loch ipſius,elargant anhelitus vias,& ab- ſce,& ſaror arabicū, & laurus, & grana eius cū
ſtergunt. Et ex reb.mirabilib.ad hoc eſt pulmo melle. Medicinarum autem exiccantium ſuper
vulpis ſiccus,& proprie,dr.ij.cum eo,quod con fluā humiditatem aggregatā in pectore,& pul-
uenit ex potibus. Et ex eis eſt hyſſop⁹, & haſce, mone,quib.vtendum eſt in ſuffumigijs,& inter
& calamenthum,& origanum perſicum,& ani dum potionibus, ſumma hæc eſt. Arſenicū tri-
ſum,& piper. Gale. autem dicit,quod decoctio tū,& diſtēperatum cū vitellis ouorū. Deinde ac
paſſularum enucleatarum,fœnugr.& rutæ cum cipe ferulā, & incide eam per fruſtra rotūda, &
modico caſtoreo commodius frequenter data imbibantur prædicta medicamina, & dimitte
operatur. Itē dixit,quod gutta ammoniaci pro- exiccari. Et fiat ſuffumigatio cum eis,& recipia
pinata cum oxymelite potēter liberat. Et ex eis tur fumus in os per traiectorium, & aſſiduetur
eſt decoctio hyſſopi cū melle,& ficub. Et ex eis per aliquot dies oī die ter, qm̄ ſanat. Et derelin
eſt crocus cum melle:elargat.n.anhelitum,& ſi quatur vehementia exiccationis in pectore, &
militer cyminum miſtum cum aceto. Et ex val pulmone redeundo ad mollificationē proprie,
de expertis difficultati anhelitus eſt laurus, & H ſicut eſt ſyrup. de cheſmes,& decoctio ficuū,&
grana eius, & oleum ipſius ℔m omnem modū ius gallinæ, & ius atriplicum, & maluarum de-
adminiſtrationis eorum ſiue bibitum,ſiue loch coctarum cum gallinis,& quæ hoc curſu proce-
ex eis,& ſiue vnctiones. Et ex reb. expertis eſt dunt,& ad inunctiones pectoris. Deinde redeū
enula, & ſuccus eius. Et ex vnctionib. expertū dum ad adminiſtrationes medicaminum ſum-
eſt oleum laurinum, & oleum de ſpica, & oleū mæ huius, & non negligatur operatio hæc, qm̄
rutaceum,hyſſopi cerotum,& ſimilia. Et ex eis, ſanat. Huius ēt intentionis eſt ſulphur citrinum
quæ emplaſtrātur,ſunt anethum,& chamæme- miſtum cū arſenico, & proprie ſint eorū partes
lum,& ſampſuchus,quę decoquantur,& euapo æquales,& fac formas ſimiles auellanis cū adi-
rētur eis, pectus,& partes vicinæ. Ex medicinis pe renum caprarum, aut vaccæ,& vtere,ſicut di
autem compoſitionis, quæ conferunt ſtricturæ ximus, per traiectorium. Et ex eis eſt myrrha,
anhelitus, & difficultati eius, ſunt mithridatū, coſtus,ariſtolochia,& caſia, & crocus,& arſeni
& theriaca, & athanaſia magna,& parua,medi cum. Fiant ex eis formæ cum adipe caprino, & *
cina de muſcho dulcis,& amara,& diaſulfur,& vtere. Similiter * arſenicum,& ariſtolochia, ſi
diamarte,proprie ſagzenea magna,& parua,& militer cum adipe caprarum. Et huius intentio

nis ex

nis ex eis,quę dãtur per os,eſt ſulphur cum ouis ſorbilibus: aut ſulphur,& * arſenicũ cum ouis, Et cũ melle,aut *arſenicum cũ aqua mellis, aut pilulę ex *arſenico,& gummi pini,& nos plura intẽtionis huius ſcribemus poſtea, ſi Deus voluerit. Cura autem aſthmatis facti a materia catarrhali eſt duæ res. Prima eſt intentio,quã adhibere oportet in prohibitionẽ catarrhi,& hoc quidem dictum eſt in cura eius. Secunda intentio eſt in maturatione,& expulſione eius,quod aggregatũ eſt in pectore,& pulmone:& hoc dictum eſt in præſenti cap. Factum aũt a complexionis malitia ſine materia,curatur cũ eis, quæ diximus. Et ſi quidem fuerit a ſiccitate,& corrugatione pulmonis ad ſeipſum:tũc põt contingere ſm duos modos. Aut.n.eſt ſine febre,& cura eius eſt inunctio pectoris cum enematibus, aut cum emplaſtrationib. vel vnctionib. mollib.& frequẽtatio potus lactis, & proprie caprini, aut aſinini,& comeſtionis eius:& oportet, vt ſit paſtus animalium ex reb. humidis, ſicut proprie herba hordei,lactuca,& malua, & ſimilia. Et frequẽter balneatio in tina cum frictione facta cũ ouis,& mica panis infuſa. Et ſunt cibi eorũ iuſcula ex attriplice,& malua,& portulaca:aut pullis,aut oua ſorbilia: & accipiant ex loch, & alijs medicinis curãtib. ſiccitatẽ pectoris,de quibus loquemur poſt. Si aũt fuerit cum febre,cura eius eſt potus aquæ hordei, & iuleb ſubtile, & aqua melonum Indorum, aut cucurbitæ, aut aqua eorum zucch. aut per ſe,& ſit cibus eorum proprie cucurbitæ, lactucæ,olera, & herbæ humidæ cum oleo amygdalarum dulcium,& detur in potu in matutinis,& ī ſero mucilago pſyllij in aqua citruli,& cucurbitę,& melonis Indi. Inungatur aũt pectus eorum cũ cerato Gal. aut cum cera,& oleo violato imbibitis in mucilagine pſyllij,aut in aqua portulacæ, aut lactucæ,& citruli,& ſimiliũ,& vtãtur loch,& ſyrup.& medicinis conuenientib. quæ dicentur poſt. Cũ autem febris declinauerit,intret tinam,& fricetur corpus,ſicut iam diximus. Factum autem a ſupercalefactione pulmonis, & pectoris, curatur, ſicut hic proxime diximus. Gal. ait cum peruẽtum ad acceſſionem fuerit, tunc potius blandiẽdum,quã curãdum. Peruenitur.n.interdum ad præfocationem in exiccatione medicaminum, quare regimina diſtinguenda ſunt. Et primo in regulatione vitæ eorum,vt parcitẽt cibis,& potib. cum gradatione, ſicut natura expoſtulat:& regulentur in alijs generib. rerum,ſicut ſcis. Secũdo,peruenitur ad maturantia,& proprie mediocris abſterſionis,aut debilis,ex his,quæ ſcis; & gradatim ad linimenta, & vaporationes ex his,quę ſcis. Tertio ad frictiones,& ligaturas in extremitatib. cum gradatione. Quarto,ſi ſigna plenitudinis ſanguinis appareãt,phlebotomiẽtur in baſilica, ſi autem ſigna aliorum humorũ appareant,differant a purgatione,& vomitu,& clyſterizatione,quouſque iam vehementia paroxyſmi ceſſauerit, & maturatorum, & faciliũ excreatuum apparuerit abundantia, & anhelitus melioratio, tunc.n.audendum eſt ſuper his, cum cautela. Quinto ſi paroxyſmus vſque ad xl. dies non declinauerit; tunc inter ſpatulas ventoſetur cum ſcarificatione, vſque dum competens ſanguinis euacuatio fiat,deinde adminiſtrentur hieræ, & euacuationes noræ, & clyſteres acuti,cum gradatione, & vomitiua medicina,ſicut in canone diſtinctũ. Sexto,ſi adhuc vlterius paroxyſmus extẽdatur, ſinapiſmus in pectore,aut medicamẽ rubificatiuum apponetur, hæc.n.operatione, & ordine tollitur ægritudo, ſi Deus voluerit. Democritus. Dãda in primis, quæ aptant materiam,& digerunt; & ad terminum facilitatis & maturationis adducunt:qualia ſunt fœnugræcum,vuæ paſſæ, ficus ſiccæ, & pingues,& dactyli pingues,& mel,& ſyrup. ex eis.& ex eis ſunt vnctiones circa pectus, & proprie ex hyſſopi ceroto cum calida lana. Cũ autẽ materia, & ſputamina digeſta apparuerint, adminiſtranda deinceps, & maturantia prædicta, & materiã digeſtã educentia, pectus quoq; mundificantia,qualia ſunt vrticę ſemina cũ hydromelite,& origanum, & hyſſopus ſicca,& calamenthum, & iris, & pulegium, hæc.n.pectus mundificãt. Et ſi materiei apparuerit exuberãtia;vomitum prouocabis, & cum iteratione, & proprie cũ elleboro in radice raphani incluſo, & oxymelite. Et ſi adhuc opus maius,per vẽtrẽ materiam educes. Vltimo autem,cum res magis proceſſerit, danda ſunt, quæ exiccant materiã,& pectus elargant,qualia ſunt ſquilla in aceto cocta,pumices,baurach,fæces vini cõbuſtæ, auripigmentum, ſulphur, de ſingulis partes æquales, fiat eorum contritio bona, & miſce cũ melle,& da mane quolibet cochlearium.i.hoc nãque medicamẽ aſthma difficile,& tuſſim curat. Filius Zachariæ Araſi. Imprimis vtendum eſt rebus,quæ materiam maturent in pectore,ſicut eſt proprie decoctio hæc. Rec. ficuum ſiccarum,dr.x. paſſularum enucleatarũ,dr.x. dactylorum pinguium,dr.vij. ſem. apij. fęniculi,capillorum vene. liquiritiæ,hyſſopi, praſſij,fœnugręci,ana dr.v. coquantur in aqua ſufficienti, & da ex eo in omni die circiter lib.s. cum mellis,vnc. j. Et cum maturationis ſignũ apparuerit, da ex decoctione prędicta cum dr.ij. confectionis huius,cuius hęc eſt permiſtio. Rec. ſucci liquiritię, hyſſopi,capillorum veneris,ana dr.x. cordumeni,piperis,amygdalarum amararum, ariſtolochiæ rotundę,ſeminis vrticæ,ireos,baurach,naſturtij,ſeminis raphani,ana dr.v. mellis deſpumati quantum ſufficit, eſt enim medicina bene dicta ad expellẽdum ſuperfluitates ſepultas in pectore; potenter enim repellit eas. Cum autem hoc per octo dies, aut amplius feceris, prouocabis vomitum, & proprie poſt eſum ſinapis,& mellis. Et poſtquã hoc feceris,tertio ventrem ſolues cum pilulis: quarum deſcriptio hęc

Cura aſthmatis ex materia pulmonis ſiccitate contingit.

Cibi.

est. Rec. agaraci, dra. iiij. pulpæ colocynthidos, hyssopi, ana dr. ij. & s. succi liquiritiæ, dra. tres' prassij, ireos, seminis vrticæ, sinapis, ana dr. j. & semis. turbith, hieræ picræ, ana dr. v. dosis earũ est a dra. ij. vsque ad iiij. dabis autem ter vsque in hebdomadam: perfecte enim mundificatur pectus, & si post hæc tota non tollatur ægritudo, redi ad administrationem omnium, quæ dicta sunt secundum scriptum ordinem, & hoc facias vsque dum tollatur ægritudo, si Deus voluerit. Isaac Heben Amaran, curauit quendam patientem difficultatem anhelitus, & tussim difficilem secundum hunc modum. Imprimis dedit maturantia, & digerentia materiam, secundo euacuauit cum his pilulis, quas nominauit cochias. Recipe aloes rubei, dr. vj. agarici, dra. iij. masticlies, colocynthidos, sarcocollæ, ana dr. ij. stœchados, hasce, scammoneç, ana dr. j. & semiss. fiant pilulæ sicut cicer cum aqua fœniculi humidi, dosis earum est dr. ij. & sem. de quarto in quartum diem in mane. Deinde habeat cibum, pullos coctos cum maluis, aut atriplice, tertio dedit de electario huiusmodi, quod confert tussi, & constrictionibus anhelitus. Recipe seminis melonis, citrulorum mundatorum, alcheremben, fœniculi, anisi, amygdalarum, pinearum mundatarum, hyssopi, capillorum veneris, ana drachmas decem, croci aureos duos, casiæ; dragaganthi, liquiritiæ, ana dr. ij. opij aureum j. tere, & confice cum lib. j. penidiarum, & dosis eius est aur. j. in mane cum decoctione hyssopi: & in sero ponat ex eo sub lingua circiter dr. j. & transglutiat saliuã eius, & sumat omni mane iusculum ex amylo, & furfure cum penidijs, & amygdalis, & seminibus fœniculi tritis, & in sero comedat maluas vel atriplices, vel bletas cum pullis, vel pullos cum zuccharo, croco, & amygdalis, & passulis, & pauco aceto. Et erat ei de consuetudine si corpus erat plenum abundans, post quartam purgationẽ, & si tempus fauebat, phlebotomare patientem de basilica, & præcipiebat trahi de sanguine a dr. l. vsque ad drac. octoginta, & secundum istã viam curauit plurimos. Isaac Heben Amaran fecit cuidam patienti asthma, & difficultatem anhelitus, & tussim. Rec. farinæ cicerum, amygdalarum dulcium, semi. melonis, dragaganthi, thuris masculi, botron, ana dr. x. prassij, capillorum vene. hyssopi, calamenthi, ana dr. iiij. hyoscyami albi, liquiritiç, semi. papaueris albi, ana dr. x. tere, & confice cum mellis duplo ponderis omnium, & reconde in vase vitreo, dosis eius est, dr. ij. teneat sub lingua, & transglutiat saliuam eius. Zeid. Medicamen conferens tussi, & asthmati, ac strictura anhelitus. Rec. semi. melonis, citruli, cucumeris, cucurbitæ mundatæ, seminis lactucæ, liquiritiæ, amygdalarũ dulcium, & amararum, granorũ emeluth magnorum, ana dr. x. papaueris albi, drac. xx. styracis, granorum mahalep mũdatorum, seminis maluæ, ana dr. v. croci, opij ana drac. ij. confice cum melle, & zuccharo, & fit dosis eius sicut nux cũ aqua tepida, & inungatur pectus cũ aliquo eorum, quç conueniunt, & ieiunet omni die super medicamine, circiter hor. vij. Idẽ. Loch conferens asthmati, & tussi siccis factis a cholera ficca, & facit spuere, & confert apostemati pulmonis, & panniculi, & est expertũ. Rec. farinæ fabarum, dr. x. amyli, dr. v. seminis cucumeris, melonis, ana dr. vij. & s. cydoniorum, maluæ, dragaganthi, liquiritiæ alcheboron, ana dr. vij. papaueris albi, dr. xxx. tere, & confice cũ rob, dr. c. penidiarum, dra. xxx. & fac formulas similes nucibus, & teneat sub lingua, & transglutiat saliuam eius, deinde bibat sorbitiones furfuris tenues cũ pauco oleo amygdalarum dulcium, & penidijs: & in sero comedat spinachia, aut atriplices, aut siclam cum oleo sisamino, aut amygdalarum. Hamech. Syrupus de prassio mirabilis, conferẽs cum auxilio Dei asthmati, & difficultati anhelitus, & tussi, & phlegmati aggregato in pectore senum, bonum, & expertum. Rec. passularũ pinguium enucleatarum, iuiubarum pinguiũ sine ossib. & sebestẽ, ana dr. c. ficus pingues, xxx. capilli vene. hyssopi, calamenthi, liquiritiæ, ana dr. xx. corticum radicũ apij, fœniculi, anisi, ana dr. x. prassij, dr. l. aquæ pluuialis, lib. xv. Bulliant vsque ad lib. iiij. & pone super residuo aquæ lib. vj. & bulliant vsq; ad lib. ij. deinde accipe vtrãq; aquã, & pone super eã mellis boni, & penidiarũ, & meibueg, dr. ana cl. & fit dosis eius, vnc. iij. cum aqua calida. Et cib. eorũ sorbitiones factę ex furfure, aut tritico cũ melle aut penidijs, & oleo amygd. carnes cum tritico, vel bletis cũ specieb. humidis, sicut est proprie zingib. anisum, darseni, & similia. Hamech. Syrupus alius de prassio mirabilis, cõferens cũ auxilio Dei tussi phlegmaticæ, & asthmati difficili, & aggregationib. phlegmatis in pectore senum. Rec. prassij, dr. xx. liquiritię, hyssopi, calamẽthi, capilli veneris, ana dr. x. radicũ apij, fœniculi, anisi, ana dra. v. amygdalarum, pinearũ mundatarũ, & fœnugr. ana dr. ij. & s. passularũ enucleatarũ, dr. c. iuiubas, & sebestẽ, ana l. ficus siccas x. mellis, rob, penidiarũ, ana li. ij. fiat sicut prius bonũ, & expertũ. Hamech. Syrup. iuiubinus cõfert asthmati, & ægritudinib. pectoris sãguineis, & cholericis, & asperitati, & siccitati ipsius, & dolori. Accipe pulpę iuiubarũ pinguiũ, & pulpæ sebestẽ, ana dr. c. liquiritiæ mũdatę, capillorũ veneris, ana dr. xxx. sem. mal. dragagãthi, ana dr. xx. sem. melonis, dr. xx. aquæ pluuialis calidæ li. xv. dimitte die, ac nocte, deinde bulliãt lento igne vsque ad li. v. deinde cola, & pone super residuo iterũ aquæ li. viij. & coque vsque ad lib. iij. deinde accipe vtramque coctionem, & pone medium põdus aquæ ex penidijs, & zuccharo, & fiat syrupus, & dosis eius sit vnc. j. cum aqua calida. Et si adsunt vigiliæ, adiũge seminũ papaueris, & corticum eius, & seminũ lactu-

Quomodo Isaac asthmatiũ curauerit.

Syrupus mirabilis.

Alius.

Syrupus iuiubinus.

lactucarum,ana drac.x.vel exprime lac eorũ,et miſce cum ſyrupo,& da.bonum,ſi Deus voluerit.Hamech.Si aſthma ſit ex groſſis humoribꝰ, detur ſyrupus pectus,& pulmonem a groſſis humoribus mundans, & conferens anhelitui.Recip.radicum apij,fœniculi,aniſi, ana aur.vj.radicum liquiritiæ,aureos iiij.amygdalarum dulciũ,& amararum,ana drac.iiij.aniſi, hyſſopi,ſeminum maluæ,ana drac.v.paſſularum enucleatarum,carnium iuiubarum,ana drach.xx. ficus ſiccas.vj.coq; in lib.vij.aquæ vſq; ad tertiã partem,& da bibere cum melle aut penidijs: & da vſq; ad hebdomadam vnam, deinde da cũ eodẽ ſyrupo electarium,quod recipit ireos,hyſſopi,orobi,ariſtol.rotũdæ,calaméthi,haſce,caſię, ana dr.ij.coſti,ſpicæ,ana aur.ſemiſ.praſſij aur.j. & ſemiſ.ficus ſiccas pingues,dactylos pingues, ana drac.v.paſſularum enucleatarum,amygdalarum dulcium, & amararum, pinearum mundatarum,ana drachmas ſex, confice cum melle colato quantum ſufficit,& ſit doſis eius,dra.iiij. Hamech.Si aſthma, & tuſſis fuerit cũ dominio ſanguinis,aut cholerę,phlebotometur baſilica. deinde ſuccus ſcariolæ, aut ſolatri, & fœniculi humidi coctus,& depuratus detur cũ melle vel zuccharo violato,aut ſyrupus violatus cũ aqua cucurbitæ,& ſi indiget mũdificatione, ſoluatur cum aqua fructuum, quæ eſt ſm hunc modum. Recipe carnium iuiubarum,drach.xx.ſucci cucurbitę decoctę in paſta,drachmas quatuor,ſucci ſolatri,& fœniculi humidi, ana vnc.iij.caſiæ fiſtulæ, zucchari violati, tereniabin, ana vnc.j. olei amygdalarum dulcium, & recentium, dra. vj.lactis mulieris iuuenculæ, drac.j. Pectus aũt inungatur cum ceroto ſm hunc modum. Accipe olei violati,dra.iiij.ceræ albæ,vnc.j.cõquaſſentur prius in aqua dulci per vices plures,deinde conquaſſentur cum mucilagine ſemin. cydoniorũ,& mucilagine pſyllij, & mucilagine dragaganthi,& lacte mulieris, conquaſſatione ſuper cõquaſſationem vſque dum impinguetur. Confectio loch conueniens eis.Recip.ſemi.melonis,& citruli, & cucumeris, & cucurbitæ, ana drachmas ij.ſemi.lactucę,& portulacę,ana aur. j.papaueris albi,aur.ij. Terantur omnia contritione vltima:& inuolue ea cum oleo amygdalarum dulcium,& recenti,deinde confice cũ ſyrupo. Cuius hic eſt modus. Recip.aquæ cucurbitę coctæ in paſta lib.j.& ſemiſ. & proijce ſuper ipſam ſeminum cydoniorum aur.ij.pſyllij,dra.ij. dimitte ea p horas duodecim, deinde cõquaſſetur manibus,& coletur. Accipe mucilaginis eorum,vnc.vj.ſyrupi violati,vnc.viij.coquaẽ vſq; dum mediocrẽ habeat ſpiſſitudinẽ: & fiat loch cum alijs,& ſit doſis eius, drac.iij. vel iiij.cũ lacte recenti,ſi non eſt febris: & ſi eſt febris, cum aqua hordei,aut cucurbitæ, aut citrulorum, aut ſeminum portulacæ, & confert etiam febribus exaſperantibus,& ſiti vehementi cum aqua frigidiſſima.Et ſi adſunt vigiliæ,da cum lacte,qđ

Syrupus mũdans ab humoribꝰ groſſis.

Electarium ad idem.

Vnctio adipis.

A mulgeẽ ex papauere albo,& aqua frigida. Dioſcorides dixit. Aquam decoctionis ficuum,hyſſopi ſiccæ,fœnugræci,eſſe mundificatiuum bonum pectoris,& pulmonis,aut aquam decoctionis hyſſopi,paſſularum, & fœnugræci cum melle.Et dixit aquam decoctionis hordei cum vrticis ſimiliter mundificare pulmonem, & pectus a groſſis humoribus: aut ſemen vrticæ cũ aqua hordei,& melle,& eſt fortius.Dixit iterum porrorum elixaturam, aut ſemen eorũ in aqua hordei cum melle valere aſthmati, & mundificare pectus,& ſi fiat vomitus cum ea,& baurach, eſt iuuamenti ſublimis,& dixit,quod ius galli multæ antiquitatis, & proprie cum hyſſopo, & haſce,& cartamo, eſt ad aſthma medicina mirabi
B lis. Et decoctio quandoq; galli, & ireos confert ſimiliter,abſtergit enim, & mundificat abſterſione,ſiue mundificatione forti. Et quandoque additur polypodium cum anetho. Dixit iterũ. Grana lauri cum aqua hyſſopi,paſſulis, & melle eſſe medicamen ſublime,aut cum aqua calamenthi, & haſce, & melle.Hermes tradidit medicinas mirabiles ad aſthma, & tuſſim,& eius deſcriptio eſt.Rec.ſauinæ foliorum ſiccorũ tritorũ ſicut alcohol,vnc.j.inuolue cũ butyro vaccino pluries loto aur.iiij. confice cum melle colato quantum ſufficit,& poſt ſpſum alij addiderunt liquiritiæ,drac.v. pinearum purgatarum, amygdalarum mundatarum,ana drach.iiij.do
C ſis eius eſt ab aur.ij.vſq; ad aur.iij. Paulus. Medicamen ad idem. Recip. ſauinæ aur.ij.mellis, & butyri quantum ſufficit ad aggregandum,et ſit doſis drachmæ iij. cum decoctione paſſularum, & hyſſopi. Rufus inquit. Trado medicamen expertum, & eſt maxime ſecretum, & eſt, vt des pulmonis vulpis ſicci,drach.ij.cum aqua mellis,ſumat cum celeritate,& proprie frequẽs ipſius ſit adminiſtratio. Filius Zachariæ Araſi. Modus decoctionis hyſſopi, & eſt decoctio minor cõferens tuſſi, & aſthmati a caliditate,& aſperitati pectoris. Rec.ficus ſiccas.x. & iuiubas xxx.ſebeſten totidem, paſſularum enucleatarũ, liquiritiæ raſæ,ana drac.x.ſeminum altheæ,cydoniorum,hyſſopi,violarum ſiccarum, ana dr. v. decoquantur cum aquæ lib.iij. vſq; ad lib.j.
D & doſis eius omni die ſit vnc.iij.cum myrobal. violarũ ab aur.iiij. vſq; ad vnc.j. & ſumat poſt illud mane, & ſero ex hoc loch, quod Recipit capilli vene.ſeminum melonum,citrulorũ,ana drac.v.confice cum ſyrupo violato, & ſit doſis eius,drac.iij. & ſi ſufficit,bonum. Et ſi fuerit cũ eo febris, detur ei in potu cum vadit dormitum mucilago pſyllij cũ aqua citruli,aut cucurbitæ, aut cũ aqua,q̃ mulgeẽ ex ſemine portulacę:& teneat in ore ſuo formas ſimiles lupinis, quarum hæc eſt deſcriptio. Recipe ſucci liquiritiæ, dra. x.ſeminũ cucurbitæ, citruli,portulacæ,ana dra. v.cõfice cum mucillagine pſyllij, & albumine oui, & bibat cum aqua permiſtionis iuleb. Si autem nõ fuerit cum eo febris, detur lac recens

ad

ad potandum, & comedendum cum pane, & E
ſorbẽdum ex ea hora poſt horam, vt frangatur
ſitis,& ſit lac,quod mulgetur proprie ex capris,
quarum paſtus ſit herba hordei, & lactucæ, &
ſimilia. Et confert emplaſtrare pectus cum ce-
ra,& oleo violato imbibitis in mucilagine pſyl
lij,aut aqua portulacæ, aut lactucæ, & ſimiliũ.
ſit cibus eorum pedes, & capita hœdorum, aut
pulli cum cucurbitis, aut chiſt cum oleo amyg-
dalino,aut ſorbitiones,& ſauich hordei, aut tri-
tici cum zuccharo, & frangat aquam frigidam
cum iuleb. Si autem ſit in pectore aut pulmone
materia calida aliquid groſſitiei habens,admi-
niſtrẽtur trochiſci cum decoctione hyſſopi prę-
dicta, quorum hæc eſt deſcriptio. Recipe ſucci
liquiritiæ,violarum ſiccarum, ana drac.decem, F
amygdalarum amararum, ſeminũ althæę,dra-
gaganthi,ſemi.fæniculi,ana drach.iij. Confice
cum mucilagine pſyllij, & ſemine lini,& cydo-
niorum,& da cũ ſyrupo violato,feſtinant enim
maturationes,& faciunt ſputum facilem. Si au-
tem mundificatione corporis indigeret, ſoluatur natura de quarto in quartum diem cum hac
infuſione. Recip.pulpæ caſiæ fiſtulæ, myrobal.
violarum, ſiracoſt, ana vnc.j.trochiſci de viol.
drach.iij.diſtemperentur cum decoctione hyſ-
ſopi prædicta,& da in mane. Confectio trochi-
ſcorum de violis eſt huiuſmodi. Recip.foliorũ
violarum mediocrium in exiccatione, & hume
ctatione.drac.vj. turbith boni arundinei, drac. G
iiij.ſucci liquiritiæ, tereniabin, ana drachm.ij.
ſcammoneæ,drachm.ij. Fac trochiſcos, valent
autem ad conſtrictionem anhelitus, & leniunt
naturam,& mundificant pectus. Filius Zacha-
riæ. Modus confectionis hyſſopi, & eſt deco-
ctio maior, conferens etiam tuſſi, & aſthmati a
materia groſſa multæ humiditatis, mundificat
enim pectus, & pulmonem ab ea, & ſaniem ſi
fuerit in ipſis. Recipe ficus ſiccas albas,& pin-
gues.x. numero, & dactylorum pinguium tan-
tundem,fœnugræci,radicum apij,fœniculi, ſe-
mi.vtriuſq; ſeminum vrticæ, aniſi, hyſſopi ſic-
cæ,calamenthi,ireos, praſſij,ana drachm. v. li-
quiritiæ mundæ, drach.x. capillorum veneris,
drachm.vij. decoquantur in lib.iiij. aquæ vſq; H
ad tertiam, & ſit doſis eius, vnc.iij.cum melle,
& datur conuenienter. Medicamen de gentia-
na,quod maturat,& educit a pectore humorem
groſſum aut ſanioſum. Recip. capillorum ven.
drachmas v. paſſularum enucleatarum, carniũ
iuiubarum,ana drach.x. amygdalarum amara
rum,drac.v.ireos, drach.iij. corticum radicum
capparis,orobi, ſeminum apij, & fœniculi, ana
dra.ij.gentianæ,ariſtolochiæ rotundæ, ana dra.
v.cõfice cum melle deſpumato, & ſit doſis eius
a drachm.ij. vſque ad aur.ij. Confectio forma-
rum ſimilium lupinis conferentium dyſpnœæ,
quæ tenentur in ore,& conferunt vehementer.
Recip.ſucci liquiritiæ,papaueris, zucchari,ana
partes æquales,fiant inde prædictę formæ.Cõ-

Solutiua.

ſectio vnguenti, quod maturat, & lenit materi-
as in pectore. Accipe ceræ citrinæ,vnc.j.olei de
cheiri,& proprie citrinæ, drach.iiij,adipis ana-
tis, & gallinæ,& mucilaginis fænugræci, & ſe-
minis lini,ana drach.v.ſtyracis,drac.vj.fiat eo-
rum aggregatio bona, & vngatur pectus ex eis,
eſt enim expertum bonum. Confectio pilularũ
de agarico ex noſtra inuentione, mundificans
pectus,& pulmonem: & conferens aſthmati,&
tuſſij antiquæ. Recip. agarici drachm.vj. ireos,
praſſij,ana drachm.j. turbith, drach. viij. hierę
picræ, drachm. viij. colocynthidos, ſarcocollæ
ana drachm.iiij.myrrhæ,drachm.ij. confice cũ
rob, & doſis earum ſit drachm.ij. Ceratum ex
inuentione noſtra leniens pectus,maturans ma
terias in pectore,& pulmone. Recipe hyſſopi hu-
midæ,drach.xij.ceræ citrinæ drachm.x. olei de
cheiri citrina, drach.xl. medullæ cruris vituli,
adipis anatis,& vituli, & gallinæ, ana dra.viij.
myrrhæ, bdellij, & mucilaginis fœnugræci,ſe-
mi.lini,ana drach.viij.ſigiæ,terebinthinæ, ana
drachm.vj. mucilaginis althææ, drachm.viij.
confice ſic. myrrha, & bdellium redigantur in
ſubtilem puluerem, & miſceantur cum muci-
laginibus vſque dum diſſoluantur in eis,dein-
de cum cæteris fiat vnguentum,& fiat inunctio
ex eo tepido. Ioannes Serapionis. Loch ad
aſthma conferens ad cõſtrictionem anhelitus,
& ſubtiliat humores groſſos. Recipe ſquillæ aſ-
ſatæ,drachm.vj.radicum lilij cœleſtis drachm.
iiij.hyſſopi,praſſij,ana drachm.ij.myrrhæ,cro-
ci,ana drach.j.tere, & confice cum melle. Loch
aliud eiuſdem bonum ad aſthma, & contritio-
nem anhelitus. Recipe ſiſami excorticati, na-
ſturtij,ana drachm.xxx.penidiarum,drach.xx.
hyſſopi, drach.vij. confice cum penidijs, & ſit
doſis eius,drachm. v. cum decoctione hyſſopi.
Confectio vaporis exiccantis humiditatem in
pectore, & confert aſthmati, & tuſſi humidæ.
Recipe arſenicum, & tere contritione bona, &
diſtempera cum vitello oui, & accipe ferulam
ſiccam, & diuide eam in rotundula multa, ſicut
eſt magnitudo nucis: deinde illinias eam cum
medicamine,& dimitte ſiccari,& cum volueris
vnge eum cum ſepo renũ caprarum,aut bouũ,
& fiat ſuffumigium ex vna poſt vnam per heb-
domadam,& recipiat patiens vaporem ore a p-
to. Aliud. Accipe arſenicũ,& ſulphur,& fac for- Alĩ trochi. aſſi.
mas ſimiles auellanis cum ſepo renum capra-
rum,& vtere ſimiliter. Aliud conferens tuſſi,&
aſthmati plurimæ humiditatis. Recip.ariſtolo-
chiæ rotundæ,myrrhæ,ſtyracis,thuris,ana dra.
j.arſenici,drach.v.tere, & confice cum butyro
vaccino,& fac formas ſimiles auellanis, & ſuf-
fumigetur vna poſt vnam. Ea autem,quæ bibũ
tur ſecundum hanc intentionem, aut lamben-
do ſumuntur, dicta ſunt in canone.

De tuſſi. Cap. 2.

TVſſis quædam eſt humida,quędã ſicca,et De cura tuſ
quæcunque earum fuerit, aut eſt cau- ſim catar-
ſa in rhalu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0496-5 DFG

ſa in membris ipſius ſpiritus, aut ab alijs membris, ſicut tuſſis catarrhalis; & tuſſis, quæ fit cum communitate aliorum membrorum, ſicut ſtomachi heparis, & ſplenis; aut corporis totius, ſicut in febribus. Tuſſis quidem catarrhalis cura ſunt duæ res. Prima eſt ſedatio fluxus catarrhi, & diximus curam eius. Secunda eſt ſecundum duos modos, primus eſt mutatio eius, quod fluxit, ſecũdus eſt eductio, & abſterſio eius, ex eis, quæ dicemus iam. Cura autem tuſſis, quæ fit a communitate, eſt duæ res, prima eſt rectificatio illius membri, ſecunda eſt occurrere impreſſioni illatę in ſpiritualibus membris ex his, quę dicemus. Tuſſis autem humida, cuius cauſa eſt in ſpiritualibus membris, eſt ſecundũ vnum duorum modorum: aut a malitia complexionis ſine materia, & dicta eſt cura eius: aut cum materia calida, & frigida, groſſa, vel ſubtili: & dicta eſt cura eorum in capitulo de aſthmate ſufficiẽter. Sicca autem tuſſis eſt ſecundũ duos modos, aut cum febre, aut ſine febre, & qualiſcunq; ſit, dicta eſt cura eius in capitulo de aſthmate a ſimili cauſa. Mahemet Araſi. Tuſſis catarrhalis a catarrho acuto calido, & ſubtili fin intentionem primam curatur cũ rebus proprie ingroſſantibus, & coadunantibus ipſum, & tardantibus velocitatem ſui fluxus, ſicut proprie ſyrupus de papauere: & fortius eſt eo de iacur, & gargarizet ante ſomnum aquam decoctionis balauſtiæ, & roſarum ſiccarum. Deinde ponat ſub lingua ſua ex his trochiſcis. Recip. amyli, dragaganthi, amygdalarum dulcium excorticatarum, farinæ fabarum, ſeminis papaueris albi, & nigri, & corticum eius, gummi arabici, & boli armeni. Fac ex eis formas ſimiles lupinis cum mucillagine pſyllij, & ſeminis cydonij, & detur eunti dormitum ex de iacur circiter vna drachma, & eſt fortius eis. Et ſi ſignificatur cũ hoc plenitudinẽ eſſe in ſanguine, phlebotomamus cephalicam poſt ſedationem acuitatis, & inflammationis ſuperfluæ. Et mane damus aq̃ hordei, decoctionis iuiubarum, & ſebeſtẽ cum myrobal. viol. & cum ſyrupo de papauere in ſero. Et damus cibos, & ſorbitiones ex farina fabarum, & aqua hordei cũ eo, quod mulgetur ex ſemine papaueris albi, aut ex ſemine, & cortice, ſi enim vigiliæ adſunt, cum oleo amygdalino dulci, & penidiarum. Et damus etiã atriplicem, & maluas, & ex lactucis cũ amygdalis: & ſorbitiones ex tritico donec diſſoluatur, aut exſauic. Si autem indigent ventris ſolutione, & tuſſis fuerit ſicca, & aſperitas in pectore, tunc accipe iuiubas, & ſebeſten, ana xx. numero, paſſularum enucleatarum drac. x. violarum, liquiritiæ, ana drach. v. ficuum ſiccarum numero x. decoq; in libris tribus aquæ vſq; ad j. & diſſolue in ea caſiæ fiſtulæ, tereniabin, ana vnc. j. Et ſi patiatur calorem, cum hoc, da myrobal. de viol. aut aquam hordei. Si autem iã ſcreare cœperit, occurrit nobis iã intentio ſecũda, & cum volumus, vt ventris ſolutione pectus mundificetur, dabimus tunc myroba. violarum cum decoctione hyſſopi minore, q̃ diximus in cura aſthmatis calidi, & ſimilia pectus mundificantia. Si autem fuerit tuſſis a catarrho frigido, & groſſo, tunc præcipimus, vt lambat omni ſero ex myrrha circiter drachm. j. cum melle, & gargarizet ante ſomnum proprie, myrrham, & crocum cũ aqua mellis, aut rob, aut cum iacur, ſi neceſſitas expetit. Et ſi neceſſaria eſt ventris ſolutio, fiat illud cum pilulis cochijs, aut cum hiera diacolocynthidos: & ſi poſt illud fortiore indiget medicamine, da ex his pilulis. Recip. ſtyracis liquidæ, myrrhæ, thuris maſculi, & opij, croci, ſucci liquiritiæ, ana. Fiant pilulæ ſicut cicer. doſis a drachm. iij. vſque ad iiij. & ſumat ex eis nocte. Cum autem, quod aggregatum eſt in pectore, iam maturatur, & expuitur, da decoctionẽ hyſſopi maiorem, & alia, quę dicemus in tuſſi a materia groſſa, & humida. Si autem catarrhus cũ his non ſiſtitur, & tuſſis ſuperfluit; oportet vt demus aliqua ex ſtupefacientibus, & catarrhi vehementiam ſedantibus, ex his, quę dicemus. Si autem hæc non ſufficiunt, tunc oportet, vt radat̃ caput, & fricetur in loco zuhendeg, in balneo cum panno multæ aſperitatis, donec locus rubeat, & ſi non ſufficit, liniatur in eodem loco cum emplaſtro ex ſinapi contrita, & decoctione ficuum, & dimittatur, donec veſicetur locus: deinde aperiantur veſicæ: & non conſolidentur tempore extenſo. Et ſi adhuc non contulerit, cauterizetur ſuper zuhendeg: & teneatur cauterium longo tempore apertum. Hæc autem tuſſis curanda eſt exquiſite, cũ multa ſolicitudine, perducit enim ad phthiſim plerumque.

Pil. ſub lingua ad tuſſim catar.

Optima deco. ctio paſtoralis.

Pilula de ſtyrace.

Medicina frigida ad tuſſim catarrhalem. Cap. 3.

MAhemet Araſi. Confectio ſyrupi de papauere mirabilis ad tuſſim ex catarrho calido, & phthiſim. Recip. papaueris albi, & nigri, ana drachm. c. ſemi. lactucæ, drachm. cc. ſemi. hyoſcyami albi, drachm. xxx. coquantur in aquæ lib. vij. vſque ad lib. ij. deinde cola, & proijce ſup ipſum mucilaginis pſyllij li. ſemiſ. rob lib. j. coquantur donec inſpiſſentur, & adminiſtrentur. Idem. Confectio trochiſcorum de papauere conferens vt ſupra. Recip. papaueris albi drach. xxx. ſem. cucurbitæ, citruli, hyoſcyami albi, ana drachm. xx. amyli, dragacanthi, gummi arabici, ana drachm. xv. confice cũ mucilagine pſyllij, doſis drachm. iij. cum ſyrupo de papauere, aut cum aqua hordei: ſunt enim boni ad tuſſim calidã catarrhalẽ, cũ qua eſt ſputum ſubtile citrinum, bonum, & expertum. Idem, confectio pilularum de papauere ad tuſſim ſiccam, quę infeſtat in nocte, & ad catarrhũ calidũ. Recc. opij, amyli, gummi arabici, ſucci liquiritiæ, ana partem j. opij, papaueris partes ij. fiant pilulæ ſicut cicer. & da ex eis a iij. vſque ad iiij. in ſero, conueniunt etiam pueris, qui vomunt

Syrupus de papa.

Trochiſci de papa.

Pilula de papa.

munt, & non poſſunt dormire propter tuſſim. E
Diapa. aui in uentio nepro prias.
De iacur, & de diacodion dictum eſt in Grabadin noſtro. Diapapauer ex inuentione noſtra conferens cum auxilio Dei tuſſi catarrhali nouæ, & multi temporis: & maturat ægritudines pectoris: & eſt mirabilis. Rec. papaueris drac. xxx. liquiritiæ, dragaganthi, penidiarum, ana drachm. xxx. gummi arabici, ſucci liquiritię farinæ fabarum, fœniculi, aniſi, ſeminis lactucæ, amyli, ſemi. portulacæ, maluæ, ana drachmas decem, ſeminum cucumeris, melonis, cucurbitæ, ana drachm. v. confice cum melle colato, aut cum penidijs, & melle, ana quantũ ſufficit, doſis eſt aur. ij. Syrupus de papauere ex inuentione noſtra confert catarrho, & tuſſi ab eo: & proprie cum caliditate, & aſperitate, expertum. F Recipe papaueris albi, drachm. xxx. papaueris nigri, drachmas decem, ſemi. maluæ, gummi arabici, dragaganthi, ſeminum citruli, & cydoniorum, ana drachm. v. liquiritiæ, drachm. xv. pſyllij, drachm. vj. omnia præter pſyllium contunde: & pone ſuper ea aquæ libras vj. & dimitte die ac nocte: & fac bullire vſque dum redeat ad li. iij. deinde cola, & pone in eo meiebucthegi lib. j. penidiarum lib. ſemiſ. coque lento igne vſque ad mellis ſpiſſitudinem. da. bonum, ſi Deus voluerit. Diapapauer ſimiliter ex inuentione noſtra conferens cum auxilio Dei, tuſſi catarrhali nouę, & multi temporis: maturat ægritudines pectoris, & eſt mirabile. Recip. papaueris, drach. xxx. gummi arabici, ſucci liquiritiæ, G dragacanthi, penidij, ana drach. xxx. ſemi. fœniculi, aniſi, ſeminis lactucæ, maluæ, ana drach. decem, ſemi. cucumeris, melonum, cucurbitæ, ana drac. v. confice cum melle colato, aut cum penidijs, & melle, quod ſufficit, doſis, aur. ij. Hamech filius Zachariæ. Syrupus de papauere cõfert tuſſi, & catarrho. Rec. papaueris albi cum corticibus ſuis, drach. xxx. papaueris nigri, dragaganthi, gummi arabici, ana drach. x. liquiritiæ, ſemi. maluæ, ana drachm. xv. ſebeſten. xxx. contunde omnia, & fac coqui cum aquæ lib. v. vſq; ad lib. duas. deinde cum meibuteg, & zucchari, ana vnc. viij. fiat ſyrupus, bonus, ſi Deus voluerit. Idem diapapauer, cuius iuuamentum eſt ſublime ad tuſſim catarrhalem cum ca- H liditate, & aſperitate, & ſiti, & ad raucedinem vocis, & ad pleureſim. Recipe papaueris albi, penidiarum, ana drachm. xxv. ſucci liquiritiæ, gummi arabici, dragacanthi, ana drachmas viginti, amygdalarum dulcium, drach. viij. amyli, ſeminis cydoniorum, ſeminis portulacæ, ana drach. v. ſem. cucumeris, citruli, melonis, & cucurbitæ, lactucæ, & maluæ ana drach. iij. tempera cum ſyrupo violato, doſis eius ab aur. ij. vſq; ad vnc. ſemiſſem, cum aqua hordei decoctionis iuiubarum, & ſebeſten, & ſi habet vigilias, cum eo, quod mulgetur ex papaueris ſemine cum cortice ſuo.

Aliud ſyrupus de papa. ex inuentione propria.
Confectio mirabilis facta.
Aliusſyrupus de papa.
Aliud diapapauer.

Medicinæ ad tuſſim catarrhalem frigidam.

Cap. 4.

HAmech Araſi. Confectio pilularum de ſtyrace ad tuſſim catarrhalem abſque caliditate, quæ inquietat in nocte, & inducit vigilias. Recipe ſtyracis liquidæ albæ, olibani, myrrhæ, ſucci liquiritiæ, opij, ana partes æquales. fiant pilulę ſicut cicer. doſis earum eſt ij. aut iij. Sabor, Girges. Confectio pilularum quarum iuuamentum eſt vltimum ad tuſſim catarrhalẽ & phthiſim. Recip. ſtyracis, myrrhæ, croci, opij, olibani, caſtorei, ireos, pinearum purgatarum, ana confice cum galbano, & ſtyrace diſſolutis cũ pauco melle, & da bis, vel ter in hebdomada. da ij. vel quatuor. Gale. Cõfectio trochiſcorum ad tuſſim catarrhalem, qui tenentur ſub lin F gua: & ſiſtunt catarrhum, & ſedant tuſſim, & conferunt phthiſi. Recip. medicaminis trochiſcati, quod habuimus ab Andromacho, pinearũ purgatarũ, amygdalarũ dulcium, ana aure. v. amyli, gummi arabici, dragaganthi, papaueris albi, ana aureos duos, fac formas ſimiles lupinis, & da in ſero tenendas ſub lingua: Alexãder dixit canonem, quem præterire non iubeo. Canon bene notandus. Et enim ante curabis catarrhum, quam ægritudines cattarrhales: niſi in duobus caſibus, ſcilicet cũ timueris, ne præfocetur; & ſuccurres tunc cũ vomitu: & cum timueris aduentũ apoſtematis in parte nobili: prẹuenies autem phlebotomia. Et dico, quod narcotica poſtquam ex catarrho in pectore, & pulmone plenitudo acciderit, da- G re ſuſpectum eſt, dabis igitur ante plenitudinẽ, poſt vero plenitudinem euacuabis prius, deinde ſecurius dabis, ſi iſta dari oporter. Alexãder. Cõfectio pilularũ ad tuſſim catarrhalem, & eſt ex medicinis benedictis, & eſt ex ſecretis, & cõfert ad omnes ægritudines catarrhales, & vocã tur pilulæ alchabei, & dictæ ſunt in capitulo de catarrho. Idem. Confectio alia pilularũ experta ad tuſſim, & ad alias ęgritudines catarrhales. Recipe ſtyracis, myrrhę, opij, ana, fac pilulas cũ melle deſpumato. Aliæ, ſecundũ eundẽ modũ, myrrhæ, opij, galbani, an. fac, vt prius. Iſaac. Heben Amaran. Pilulæ ſedantes tuſſim antiquã, et nouam. Recip. ſtyracis, caſtorei, opij, granorum pini, ana partem. j. croci partis j. tertiam. Confice cum rob. Ioãnes filius Serapionis. Cũ tuſſis ſicca, & aſpera cum caliditate fuerit, & rubore, & apparuerit ſanguinis plenitudo, ſicut diximus in aſthmate ſimili cauſa facto, facies ſcilicet vt phleborotomes, adminiſtrando deinceps aquã hordei cũ ſebeſten, cũ ſyrupo violato, aut myrobalanis, de violis, & inungimus pectus cerato Galeni, imbibito in mucilagine pſyllij aut ex cera, aut oleo violato ſimiliter imbibitis. Et ſi eſt neceſſe materiã ſepultã in pectore educere, dabis myrobal. prædictũ cũ decoctione hyſſopi frigida: & dabis ſpecies loch ex mucilaginibus pſyllij, & cydoniorum cũ gummis, & granis, & medullis ex his, q̃ dicemus. Cibabis autem

Pilula de ſtyra.
Alia pilula de ſtyra.
Trochiſci ad tuſſim catarrha.
Alia pilula de ſtyra.
Alia pilula de ſtyra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0498-7 DFG

tem eos forbitionibus,& proprie cũ farina faba rum,& penidijs, & oleo amygdalino dulci,aut hordeo confracto. Et quandoq; miſcemus propter vigilias illud, quod mulgetur à ſemine papaueris albi,& aqua hordei: damus etiam forbitiones,& ex tritico cõfracto cũ zuccharo: nec non,& iuſcula ex atriplice, & maluis : & quandoque miſcemus pullos,& pedes hœdorum, & capita,& aues minutas teneras, cum eis, aut vitellos ouorum diei ſui:& cucurbita eſt bonus cibus eis,& medullæ frigidæ, ſicut citrulus,& cucumer, & ſimiliter bleta, & portulaca cũ amygdalis. Bibant aũt aquam hordei,aut aquam frigidam,& iuleb, cum maturationis ſigna apparuerint,& ſputũ iam incipit impinguari,dando ea,q̃ facilitant ipſum ad excreandum, ſicut decoctio hyſſopi frigida proprie,& electuaria, q̃ *Pil. ſub lin-* lambuntur, & ſimilia. Confectio loch, quæ ſu*gua.* mitur in hora hac. Rec.paſſularum enucleatarum,pinearum,fiſticorũ, amygdalarũ dulciũ, ſeminum citruli, melonis,& cucurbitę,dragagãthi,gummi arabici,papaueris albi, ſucci liquiritiæ,portulacæ,zucchari tabarzet, & penidiarũ, ana fac formas ſimiles lupinis: & teneat ſub lin*Solutiuum.* gua vnã ex eis,pectus autem ex maturatiuis inũgatur. Si autem corpus mũdificatione indiget, fiat iſtud cũ trochiſcis de violis, drachmis quatuor,pulpæ caſiæ fiſtulę,vnc.j.zucchari violati, & tereniabin,ana aur.v. diſſolutis cũ decoctio*Loc ad tuſſim cali. & ſiccam.* ne hyſſopi frigida. Ioãnes Serapionis. Loch cõferens tuſſi factæ ex caliditate, & ſiccitate, & aſperitate multa: & eſt medicamẽ bonum. Rec. amygdalarum dulcium excorticatarum, drac. ij.ſeminum maluæ, althææ, ana drachmas decem,ſeminum citrulorũ mundatorũ drachmas decem,gummi arabici,dragaganthi,amyli,granorum cydoniorũ excorticatorum,ſucci liquiritiæ,granorum dulcium pini, ana drach.viij.penidiarum ſahari,vnc.j.terãtur omnia contritione bona:& miſceantur cũ ſyrupo, cuius hæc eſt permiſtio. Accipe paſſularũ dulciũ, radicũ liquritiæ,ſebeſten,iuiubarum, ana partes æquales. Decoq; in aqua donec inſpiſſentur, deinde cola,& proijce in eam rob,quantum ſufficit,deinde coagulentur cum ea medicinæ: & da cũ forbitionibus ex aqua furfuris, & hordei cũ farina fabarum,cũ penidijs, & oleo amygdalino dulci,& bibat ſuper ipſum aquã hordei.Idẽ. aliud *Aliud loch* valens ſimiliter. Rec.pſyllij,granorũ cydonio*ad idem.* rum,ana drachmas v. ſemin.papa. albi, drach. decem, ſebeſten.l. iuiubas.xxx.radicis liquiritiæ,drachm.viij. cheſmes, drachm.xv.caſiæ fiſtulæ mundatæ,vnc.j.decoque in aquæ lib.viij. donec impinguentur, deinde cola, proijce ſuper ea rob li.ij.zucchari,ſalis iameni,ſyrupi violati,penidiarum, ana vnc.vj. farinæ fabarum, drachmas tres,dragagan.gummi arab.ana aur. iiij.coquantur vſque dum tranſeat in eſſentiam mellis,deinde Recipe ſeminum cucurbitæ,melonis, cucume. citruli,ana aur. duos, papaueris albi,aur.iij.aniſi,fœniculi,ana aur.ij.confice,& conſerua in vaſe vitreo, doſis eius eſt ab aur.ij. vſq; ad iij.teneat parũ ſub lingua: deinde bibat aquã hordei, eſt enim medicamẽ benedictum. Cõfectio formarum ſimilium lupinis,conferen *Pil. ſub lin-* tiũ tuſſi,& aſperitati,& eſt ex inuẽtione noſtra. *gua ad idẽ.* Recipe dragaganthi,gummi arabici,ſemi.maluæ,ſeminũ cucum. & citrulorum, amygdalarũ dulcium,farinę fabarum,ana drac.iij.ſemiſ.portulacæ,amyli,ana drac.ij. fac formas cum mucilagine pſyllij. Et ſi vigilias patitur, adde ſeminũ lactucæ,papaueris, ana drach.iij. Filius Za- *Alia pilula* chariæ Araſi. Confectio pilularũ cõferentium *ſub lingua* tuſſi calidæ,& ſiccæ,& auferunt eam. Rec.ſucci *ad idem.* liquiritiæ, amyli, dragaganthi, gummi arabi. amygdalarum excorticatarum,ana drac.j.zucchari tabarzet, drach. iij. confice cum mucilagine ſeminũ cydoniorum : & fiant inde prædictæ formæ,& teneat in ore die ac nocte, Idẽ. Pi- *Pilu. bechi-* lulæ bechicæ, quæ conferunt ſimiliter. Recipe *ca ad idem.* ſucci liquiritiæ, zucchari tabarzet, ana aur.vj. *Trochiſci* amyli,dragaganthi,amygdalarum dulciũ, ana *optimi ad* drach.iiij.confice cũ mucillagine pſyllij,vel cy *tuſſim cali-* doniorum. Idem. Confectio trochiſcorum feſti *dã,& pleu-* nantiũ maturationem in tuſſi calida,& pleureſi *reſim.* facilitantiũ ſputum. Recip.ſucci liquiritiæ,violarum, ana drach. quinque,amyli,dragagãthi, ſeminum althææ,fœniculi, ana drac.j.& ſemiſ. confice cum mucilagine pſyllij, & ſemine lini, & ſemine cydoniorum,da cũ aqua hordei,& ſy*Alĩ trochi.* rupo violato. Idem. Confectio alia trochiſcorũ *ad tuſſim* ad tuſſim ſiccam cũ caliditate vehementi,& ſi*cali. & ſic-* ti. Rec.ſucci liquiritiæ,violarũ,ana aur.iij. ſem. *cam vehe-* citrulorum, cucurbitæ,tereniabin,ana aur.j. & *men.* ſemiſ.fac trochiſcos cũ mucilagine pſyllij, & ſeminum cydoniorũ. doſis aur.ij. cum aqua hor*Loch ad tuſ-* dei,& ſyrupo viola. Filius Zachariæ. Loch con *ſim cal.* ferens tuſſi calidæ,& maturãs eam, & facilitans in ea ſputum. Recip.iuiubas.xx. ſebeſten.xl. ficus.vj.liquiritiæ mundæ, paſſularum enucleatarum,ana drachmas decem,capillorum vene. drachm.v. aquæ lib.v. bulliant vſque ad lib.j. deinde Rec.penidiarũ,& rob.an.drac.v. coquãtur cũ facilitate, vſque dũ ſint ſicut mel currẽs, deinde accipe ſem. lactucæ, cucumeris, cucurbitæ, portulacæ, fabarũ excorticatarum, ana drachm.iij.gummi arabici, dragaganthi,amyli,papaueris albi,amygdalarum dulcium, ana aur.j. confice cum prædictis, doſis drachm.v. Idem. Confectio ſimilis lupinis conferens tuſſi *Pilula ſub* calidæ,& abſciſſioni vocis, & ſedat ſitim. Rec. *lingua ad* ſemi.cucume.mundat.drach.vj.ſucci liquiritię, *idem.* drach.vj.ſem.portulacæ, aur.j.aggrega ea poſt *Pilula ſub* bonam contritionem cum albumine oui. fiant *lingua alia.* inde prædictæ formæ, & teneat quotidie ſub lingua. Sabor. Confectio pilularum conferentium tuſſi. Rec.dragaganthi,gummi arabici, ſeminũ cucume.papaueris albi,portulacę,amyli, croci,zucchari,vel penidij,ana cõfice cum rob: & teneat quotidie ſub lingua, eſt enim expertum:

tum,si Deus voluerit. Sabor rex. Medicamen mirabile conferens tussi calidæ antiquæ,& ęgritudinibus pectoris à caliditate,& siccitate,exptum. Rec.mucilaginis psyllij extractæ fm scientiam lib.iij.rob, penidiarum, zucchari,sal* gẽmæ,ana lib.j.& semis. coque lento igne vsq; ad mellis spissitudinem, auferendo continue spumam eius, deinde recipe seminum cucumeris, melonum, citrulorum, cucurbitarũ mũdatarũ, ana aur. x.amyli, amygdalarum dulciũ,granorum pineæ maioris, ana drach.xv. gummi arabici,dragaganthi albi,seminis lini assi,ana dra. viij.semi. cydoniorum mundatorum, drach.j. croci drachm.j. anisi drach.vij.opij,aur.j.seminis lactucæ,drach.x.tere, & pulueriza, & pone super medicamine. Et si nõ potest dormire, adde cum prædictis,seminis papaueris, drach.xx. hyoscyami, drach.xv. reconde in vase vitreo, dosis eius est,drac.iij. vel iiij.teneat sub lingua, & glutiat saliuam eius: est enim medicamẽ benedictũ. Syrupus de hyssopo ex inuentione nostra conferens cũ auxilio Dei tussi calidæ difficili,& confert phthisi,& dolori laterum. Recip. liquiritiæ,radicũ fœniculi, vel seminũ eius,ana drach.x.hyssopi,capillorum veneris, ana drac. v.ficus pingues. vij. pruna.x. iuiubas.xx.passularum enucleatarum,drach.xxx.sebesten.c.decoque cum aquæ lib.v. vsq; ad lib.ij. da tepide, vnc.j.cum drach.vj.zucchari rosati,vel violati. Et si vis,accipe huius aquæ lib.ij.& pone super eam penidiarũ sahari, zucchari, meibuheg,syrupi violati,ana lib.semis. dragaganthi, vncias quatuor,& est valde bonũ tussi siccæ,vel phthisi,& siccitati pectoris,& asperitati,da cum aquacucurbitæ assæ,vel citruli. Aliud valens similiter. Accipe prædictæ decoctionis lib.ij. & pone super ea penidiarum lib.j.olei amygdalarũ dulcium,vnc.iij. granorum alben excorticatorum lib.semis.fac decoqui:& accipe violarum siccarum tritarum, & cribellatarum, dragaganthi, ana vnc.j.gũmi arabici, vnc.semis. pone in vase vitreo,dosis eius est sicut galla,bonum,& expertum. Syrupus alius de hyssopo ad tussim, & asthma ex asperitate pectoris. Recipe hyssopi, capilli veneris,ana drach.xvj.violarum, papaueris albi, hordei mundi,seminis maluæ, ana drac.x.seminum cydoniorum, lactucarum, cucume.ana drach.v.passularum enucleatarum, dra.x.ficus x.iuiubas,sebesten,ana xl.cum zucchari lib.ij.fiat syrupus. Syrupus alius de hyssopo ad tussim, & asthma ex asperitate cum caliditate. Recip.liquiri.drach.xx.semi.maluæ,cucumeris,hordei mundi, draga. seminis citrulorum,ana drach.iij.maratri,apij, capillorum venẽ.hyssopi,ana vncias decem,seminis cydoniorum maluæ,anisi,ana drac.v.iuiubas,sebesten, ana xl. ficus pingues albas, decem,passularum enucleatarum,drac.decem, zucchari lib.ij.fiat syrupus.Dioscorid. dixit, quod fructus algipur antiquus assus igni, deinde comestus in sero cũ melle confert tussi difficili, & laboriosæ. Et dixerunt quidam ex posterioribus,quod si infigãtur in eo tria grana thuris, ita quod sepeliantur in ipso, & deinde assetur, & comedatur in sero cum melle,confert mirabiliter, seruetur tamen illo sero sine cœna, & est expertum.

Electuarium ad tussim calidam.

Syrupus de hyssopo.

Electuar. ad eadem.

Alius syrupus de hyssopo.

Alius syrupus de hyssopo.

De tussi humida. Cap. 5.

ALia autem tussis humida ponitur complexionalis:alia materialis. Materialis quidem est secũdum alterum duorum modorum, aut cum caliditate, aut cũ frigiditate. Et huius quidem cum caliditate, cura est tres res. Prima est adæquatio causæ eius. Secunda est subtractio ipsius cum subtractione communi. Tertia est eductio ipsius eductione propria. Primã igitur rem complent commensurare regimini eius sex res, quemadmodum in capitulo de asthmate dictum est, & post illud administrare ex medicaminibus, quæ ipsius materiam digerunt, sicut est decoctio capillorum veneris proprie, & syrupus ex eis, syrupus ex iuiubis, & decoctio sebesten in aqua hordei, & decoctio hyssopi facta de papauere albo,& fabis ex corticatis, & hordeo cum zuccharo rosato, aut violato,& similia. Secundam vero rem complent euacuationes factæ cum iteratione, & factæ de quarto in quartum diem ex casia fistula, & tereniabin,& myrobalanis, & violis cum decoctione hyssopi facta. Et quandoque addimus ei, quod est sicut trochisci de violis,& similia. Et damus inter solutiuum, & solutiuum ex moderate vomere facientibus, sicut est raphanus assus cũ oxymelite, aut syrupo acetoso de radicibus, aut radices assas, & oxymel, & similia. Et si corpus est plenum, & facies pulchra cum abundantia sanguinis, phlebotomamus ex basilica: & quandoque cum phlebotomia remouente materiam. Tertiam rem complent administrationes medicaminum plenitudinẽ pectoris, & pulmonis per screatum educentium, sicut loch de pino, & proprie loch de fabis, & loch de hyssopo, & syrupus de hyssopo,& confectio de orobo,& similia. Humidæ vero,& frigidæ tussis cura est quinque res. Et prima quidem est digestio, & maturatio causæ eius. Secũda est subtractio eius subtractione communi. Tertia est eductio eius eductione ppria. Quarta exiccatio residui supflui humidi eius. Quinta corrigit accidentia. Prima quidem res perficitur cum administratione medicaminũ, sicut in capitulo de asthmate diximus. Secundam rem complẽt euacuationes factæ cum eo, quod est sicut pilulæ cochiæ, & hiera diacolocynthidos,& pilulæ de agarico,quas diximus in capitulo de asthmate,& proprie cũ iteratione,& iteratione, & cum interpollatione administrationis rei vomitiuæ:& si oportet,vt deueniatur ad administrationem solutiuorum etiam, sicut in capitulo de asthmate diximus. Tertiam rem complent administrationes medicinarũ materiam

Cura tussis calidæ materialis.

Cura frigidæ & humidæ.

riam educẽtium a pectore, quas in capitulo de asthmate diximus, & deinceps ostendemus: Quartã rem cõplent administrationes medicaminum materiã dissoluentium,& resoluẽtium, & cõsumentium: & huiusmodi quidẽ medicamina cõsueuerunt medici exiccatiua vocare, q̃ administrãda sunt postq̃ administrationes mũdificantium cõmunium,& propriorum cum iterationibus p̃cesserunt conuenientibus, vt exiccetur residuũ rei. Administrare aũt ea in principio est præfocare,& ponere ęgrum ad mortem. Administratio aũt huiusmodi est ſm duos modos,ſ. aut lãbendo seu bibendo, aut vaporãdo: & nos plenã faciemus narrationem ex his: Et huius quidẽ summæ est lãbere ex myrrha,dr.j. cũ melle:facilitat enim anhelitũ,& cõsumit humiditatem. Huius ẽt intẽtionis est styrax, & opopanax,& proprie cũ ouis, aut melle,aut serapino,factis ex eis pilulis cũ aqua rutæ:aut glutẽ albotin cũ melle, aut alchitrã cũ melle, aut sulphur cum ouis sorbilibus,aut arsenicũ similiter cũ ouis,aut cũ grano pini, & similia. Ex euaporationibus aũt ad tussim antiquã est arsenicũ citrinum cũ aristolochia rotũda partibus æqualibus,cõfice cum butyro vaccino:& fac formas similes auellanis: & fiat suffumigiũ per embotũ in ieiuno,dicitur enim, quod statim liberat. Vapor alius. Rec.arsenici citrini, stercoris leporis,& farinæ hordei, corticũ fistici, ana,fac formas cũ vitello oui,suffumigetur cũ eis tribus vicibus. Alius. Recip.aristolochiæ rotundæ,styracis,galbani,ana,arsenici ad pondus omniũ:aggrega cũ butyro vaccino,& vtere. Alius. Recipe styracis,myrrhæ,thuris, aristolochiæ ana,arsenici ad pondus omniũ, aggrega cũ butyro vaccino, fiat suffumigatio omni die bis, vel ter, & bibat super ipsam aquã cum butyro ouino. Plura huius intentionis scripta sunt in capitulo de asthmate, canone vltimo. Quintam rem complent administrationes medicaminum cõfortãtium pectus,& pulmonẽ,aut elargantiũ,& si vigiliæ adsint,cũ sedatione tussis, somnum inducentium. Sũma aũt sedantium tussim cum confortatione pectoris, & pulmonis est hæc. Rob, aut syrupus factus ex succo granorum myrti cõpletorũ est ad illud mirabilis, & hoc in tussi calida. Sed in frigida quidem cũ myrrha, & croco modico, pulmonis aũt vulpis sicci iuuamen est sublime in calida,& frigida, in calida quidẽ aurei vnius ex eo cum syrupo myrtino, in frigida vero,cum melle,& aqua calida.Huius aũt intentionis est crocus cum syrupo myrtino,aut cũ syrupo de hyssopo, & similiter sandaracha cũ melle,& nux cypressi cum vino, & melle: & grana pini sunt ex rebus magnis in hac parte. Ex medicinis magnis aũt,q̃ sedant tussim,& pectus cõfortant,sunt theriaca,& mithridatum,& diamuschus dulcis,& amarus, & athanasia magna,& parua, & diamarthe est cõfectio mirabilis Rabi regis,quã scribemus:& similia. Sũma

Trochisci de arsenic. Alij trac. de arſ. Alij trac. Alij trac. de arſin.

Sedantia tuſſim.

A autem medicinarũ pectus elargantium scripta est in capitulo de asthmate. Summa aũt medicinarum tussim sedantium, & corrigentium superfluitates vigiliarũ dicetur,q̃ de medicinis stupefacientibus sermonem faciemus, si Deus voluerit. Afferantur ad hunc locũ plura,q̃ scripta sunt in capitulo de asthmate humido, siue calido,siue frigido, & proprie medicina q̃ scripsit Filius Zachariæ. Filius Humain. Modus decoctionis de capillis veneris cõferens tussi humidæ cũ calore. Recip.capillorũ ven. non vltime recentiũ,vnciã vnam, hyssopi siccæ,fabarũ excorticatarum,seminis fœnicu.anisi, seminũ lactucarum,portulacæ,papaueris albi,amygdalarum dulciũ, & amararũ,hordei excorticati,ana B drach.v.seminis melonis,cucurbitæ,granorum myrti,ana drac.iij.gummi arabici assi,drach.ij. passularũ enucleatarum,drac.xv.dactylos pingues.v.ficus siccas. v. iuiubas. xxx. decoquantur in aquæ lib.iiij. vsq; ad lib.j. & semis. & da omni mane,dra.iij.cũ zuccharo rosato,aut violato. Et si volueris,accipe ex hac decoctione,li. ij.& cũ meibueg,& zucchari,vn. x.fiat syrupus, dosis eius est,vn.j. Filius Amaran. Syrupus de hyssopo conferens tussi humidæ cũ frigiditate. Rec.hyssopi siccæ,drac.v. capillorũ veneris,liquiritiæ,ana drach.vj.corticum radicum apij, fœniculi,& seminis anisi,ana drach.v.foliorum prassij,dra.iij.passularum enucleatarũ,vnc.j.iuiubas.xx.ireos,fœnugræci,ana drac.ij.& semis. C seminis maluæ, & bismaluæ,ana drach.ij.ficus pingues.vj.numero, dactylos.v.foliorum calamenthi,aur.j. decoquant in aquæ lib.v.vsq; ad lib.j.& semis.cũ melle, & meibueg, ana lib.semis.fiat syrupus,dosis,vnc.j.Idem.loch cõferẽs tussi,& ægritudinibus pectoris,& pulmonis, & est expertũ. Rec.farinæ fabarum,liquiritię mũdatæ,thuris masculi, gummi albotin,amygdalarum dulcium,& amararum,ana drac.x.seminis fœniculi, anisi, croci,succi liquiritiæ,dragaganthi albi, seminis cydoniorum mundatorũ, papaueris albi, ana drac.vij.calamẽthi,prassij, ana drac.x.opij,drach.iij.tere,& cerne,& adde eis penidiarũ,drac.xxx. deinde cõfice cũ melle colato,drach.cl.& contunde in mortario,& fit D dosis,drac.ij.in mane cũ decoctione hyssopi,& in sero teneat ex eo sub lingua. Democritus. Modus cõfectionis ad tussim humidã cum frigiditate. Accipe calamenthi fluuialis, drach.v. granorũ pini,drac.vj. seminis vrticæ,ireos,ana aur.j.piperis nigri, seminis lini, ana aur.ij.cõfice cum melle chesmes, & fit dosis ab aur.j.vsq; ad ij. cũ decoctione hyssopi. Idẽ, loch bonum, & expertum cõferens ad idem. Rec.mellis boni,vnc.iiij. vitellorum ouorum recentiũ, & butyri,ana drac.iij. Mel,& butyrum decoquantur vsque dum habeant modicum spissitudinis,deinde dimittantur modicũ infrigidari, & misce cum eis vitellos ouorum cõmistione bona, deinde misce piperis nigri pulueriza ti,drac.xij.&

Loch ad tuſſim, & ad ægritudines pectoris, & pulmonis.

Confectio ad tuſſim humidam.

Aliud ech ad idem,

fumatur ex eo lambẽdo mane, & ſero, eſt enim expertum. Paulus. Pilulæ, quæ tenẽtur in ore cõferunt ad tuſſim frigidam, & ſiccam, & ſunt expertæ. Rec. myrrhæ, croci, granorum pini, granorum coti excorticatorũ, fęniculi, aniſi, amygdalarum dulcium, & amararum, papaueris albi, ſucci liquiritiæ, ana cõfice cum penidiarum partibus iij & ſucco fæniculi humidi. Hamech Filius Zachariæ. Cõfectio conferens tuſſi antiquæ, & frigidæ, & ventoſæ. Recipit penidiarũ, drac. decem, praſſij, capilli veneris, hyſſopi, fœnic. aniſi, ana aur. iiij. croci, calamenthi, zuccari, ana aur. ij. ſucci liquiritiæ, pinearum purgatarũ, & amygdalarum dulcium, ana vnc. j. cõfice cum melle deſpumato quantũ ſufficit, da dr. iij. Hamech Arati. Syrupus de praſſio cõfert tuſſi de phlegmate groſſo, & ventoſitate. Rec. praſſij, drac. xl. liquiritiæ, hyſſopi, calamẽthi, capilli veneris, ana drac. xx. radicũ fœniculi, apij, ana drac. x. amygdalarum mundatarum, pinearum purgatarũ, fænugræ. ſeminis fæniculi, ana dr. v. maſtiches, darſeni, zinziberis, ana vnc. ij. paſſularũ enucleatarum, drac. c. iuiubæ, ſebeſten, ana drach. c. aquæ calidæ lib. xxiij. dimitte die ac nocte: deinde coq; vſq; dum redeat ad lib. x. deinde adde mellis, & rob, & penidiarũ, ana lib. ij. deinde ſuſpende in medicamine, croci, drach. j. doſis earum ab vnc. j. vſq; ad ij. Idem. Loch cõferens, vt ipſum: Accipe liquiritiæ, amygdalarũ dulcium, & amararũ, ſeminis lini aſſi, ana dr. iiij. ſeminis fæniculi, farinæ fabarum, & pinearũ mundatarũ, ana vnc. iij. myrrhæ, croci, olibani, darſeni, ana dra. j. & ſemiſ. penidiarũ, vnc. ij. cõfice cũ rob. & fiant formæ ſimiles lupinis, & teneat ſub lingua. Sabor. cõfectio. Loch de allijs, quod confert tuſſi phlegmaticæ, & maturat materiam eius, bonũ, & expertum. Accipe allij orum mundatorum lib. ſemiſ. & elixa ea in aqua decoctionis cicerũ, & hyſſopi ſiccę, vſq; cũ ſunt bene diſcocta, deinde colentur, & teranturallia ſicut medulla: & proijce ſuper ea mellis, & butyri, ana vnc. vj. & decoquãtur lento igne vſq; ad terminum loch, & vtere, bonum eſt. Idem. Rec. ſucci caulũ lib. v. lento igne coq; auferẽdo ſpumam eius, vſq; dum redeat ad lib. ij. deinde coquatur cũ rob, & mellis lib. j. vſq; dum ingroſſẽtur, & bonum eſt. Idem. Loch ſquillæ expertũ, & efficax in tuſſi humida, educit enim ex pectore materiã eius. Recipit ſucci ſquillæ, & mellis, ana coquãtur vſq; dum ingroſſentur. Idem. Cõfectio medicaminis ad tuſſim humidam cũ frigiditate. Recip. ſpicæ, croci, ana drac. j. hyſſopi ſiccæ, praſſij, ana vnc. ij. myrrhæ, ireos, ana dra. ij. farinæ orobi, & fabarũ, ana vnc. vij. piperis, drac. j. & ſemiſ. cheſmes, & carnium dactylorũ, ficuũ pinguium, & pinearum mũdatarum: ana drac. vj. cõfice cum loch de caulibus, verum, & expertum. Cõfectio medicaminis ex inuentione noſtra. Syrupus valens aſthmati, & tuſſi; & maturat eas, & cõfert vlceribus renũ, & veſicę,

Confectio ad tuſſim. *Pil. ſublimes.* *Syrupus de praſſio.* *Loch confert ad idē.* *Loch de allijs.* *Loch de caulibus.* *medicamen ad tuſſim humidam.* *Syrupus valens aſthmati, & tuſſi.*

E

F

G

H

& eſt medicamen bonũ. Accipe ficus albas, & pingues. l. numero, iuiubas. c. decoque in aquæ lib. v. vſq; ad iij. & cũ rob lib. ſemiſ. zucchari, lib. j. fiat ſyrupus. Syrupus alius. Rec. ficuũ ficarũ pinguium, vnc. iij. hyſſopi ſiccæ, capillorũ veneris ana vnc. j. rutę, praſſij, liquiritiæ, ana dr. iiij. radicum marathri, apij, ana vnc. v. aniſi, ſeminis maluæ, ana drachmas duas, carnium iuiubarũ vnc. ij. Fiat ſyrupus cũ melle, & rob li. j. Alexander. Electarium mundificans pectus, & pulmonem, & cõferens tuſſi. Accipe granorum pinearum, amygdalarum dulcium, ana drac. x. dactylorumq; pinguium, drac. xv. pinguedinis ficuũ, & cheſmes, ana drac. j. dragagãthi albi, ſeminis fœn. ana drac. vj. ireos, drac. xv. cõfice cũ melle crudo, doſis a drac. ij. vſq; ad aur. j. Alexãder. Ad tuſſim, quæ inquietat in nocte, & non ſinit dormire, & ad tuſſim catarrhalem. Fiãt pilulę ex ſtyrace, myrrha, & opio, ana croci partis. i. quarta cõfice cũ melle aut rob in forma cicerũ, & da in ſero. ij. aut iij. aut ex myrrha, opio, & galbano, & pauco croco, aut ex ſtyrace, vnc. j. galbani, ſulphuris viui, opij, piperis, terebinthinę, ana vnc. i. aut ſtyracis, zinziberis, opij, croci, galbani, granorum pini ana partibus æqualibus, cõfice, & vtere. Iſta enim ſedãt tuſſim antiquam, & nociuam. Gal. Medicamen, quod ponit Rabi rex, dicitur, quod eſt tantæ virtutis, qđ nullum aliud ei æquiparetur ad ſedationẽ tuſſis. Eſt enim mirabile. Rec. radicum opopanaci vnc. j. & ſemiſ. loco radicũ opopanacis ponãtur opopanacis aur. v. caſtorei, ſemi. lini aſſi, ana aur. iiij. ſeminis lactucæ, aureos v. foliorũ rutæ ſiccorũ, myrrhæ, ana aur. iij. & ſemiſ. opij, croci, ana aur. ij. & ſemiſſem, confice cũ melle colato, & da in ſero febricitãtibus cum aqua calida, & nõ febricitãtibus cũ vino, & ſit doſis eius, ſicut magnitudo fabæ, eſt enim expertũ, & bonum. Galenus ex libro decẽ tractatuũ. Confectio pilularũ, quarũ iuuamentum eſt vltimatum, ad tuſſim antiquã humidã, aut catarrhalem. Accipe caſtorei, myrrhę, maſtiches, liquiri. opij, galbani, aniſi, fœnic. enulæ, (& in alio rafen) gẽtianæ, hyſſopi ſiccæ, ireos, dragaganthi, gũmi arabici, ana, croci partis vnius, tertiam. cõfice cum rob, da poſt menſes tres. Galenus ex eodem libro. Cõfectio loch, quod expetus ſum ad tuſſim, & ad aſthma ex materia groſſa, difficilis eradicationis. Rec. liquiritiæ, ireos, ſtyracis liquidæ, phiſticorũ mũdatorũ, amygdalarũ dulcium, & amararum, granorum pini, ana aur. iij. olibani, glutinis albotin, gummi dragag. agaric. cinnamomi, ſeminis fœniculi, ana drach. duas, & ſemiſ aloes, myrrhæ, ana aur. ij. cheſmes, drach. i. tere, & ſicca, & pulueriza. medullas vero contere contritione vltima: aloen vero, & myrrham infunde in rob circiter drac. ij. aut iiij. mellis colati, & ceræ quantum ſufficit, deinde diſſolue in eo ſtyracem, confice contundendo in mortario cũ cæteris, & ſit doſis eius a dra. j. vſq; ad aur. j.

Electarium mundificans pectus, & pulmonem. *Pilula de ſtyrace vſus.* *Electuarium ſidans tuſſim.* *Pil ad tuſſim antiquam* *Loch ad tuſſim & aſthma.*

In-

Trochiſci Stellæ. Inquit Gal. faciebam hanc medicinam præcedere ſyrupũ alcheſmes, & hyſſopi, & decoctionem eorum, & alia ex maturantibus: quorũ forma eſt apud te: & hoc, tempore conuenienti, vt digeratur, & maturetur materia. Gal. Trochiſci cognominati aſſemus, & ſunt trochiſci Stellæ, conferunt huic tuſſi iuuamẽtum ſublime: & ꝓprie dati cum rob, & ſit doſis tertia, drac. j. vſq; ad drach. ſemiſ. & ſunt ex hominibus, qui dant cum aqua hordei. Humain. Confectio alba, cui eſt iuuamentum, & operatio vehemens ad tuſſim difficilem, & antiquam ex materia groſſa, viſcoſa: & aperit oppilationes pectoris, & pulmonis, & mundificat ea, & clarificat vocem, & educit ſaniem, & materias corruptas ex pectore, & cõfert phthiſi. Rec. ſeminis lini aſſi, paſſularum enucleatarum, ana vnc. quatuor, amygdalarum dulcium, & amararum, granorũ pini, ana vnc. ij. auellanarum aſſarum, ireos, glutinis albotin, ana aur. ij. thuris maſculi, croci, myrrhæ, an. aur. j. fac ex eis trochiſcos cũ lacte aſinæ, & dimitte ſiccari, deinde tere, & confice cũ melle: & eſt doſis eius, dra. j. mane, & ſero, teneat ſub lingua. Archigenes. Confectio, quæ cognominatur mirabilis, conferens cum virtute Dei ad ſputũ ſanguinis, & ad tuſſim chronicã, & antiquam, ex materia putrida ſanioſa ex vlcere, & phthiſi, mũdificat enim, & abſtergit cũ virtute Dei a materia groſſa, & putrida: & ſunt vſi hac medicina prudẽtes, & cũ ſit ex fortibus, non ambigitur ſuper ea: & cõfert præfocationi matricis, & paralyſi, & veſicæ: & confert fluxui ventris, & periodis febrium, & reſiſtit venenis, cuius permiſtio hæc eſt. Recip. caſtorei, piperis lõgi, & nigri, ſtyracis, ſpicæ, coſti, galbani, opij, ana drachmas quatuor, croci, drachmas duas, confice cum melle deſpumato, quantum ſufficit, doſis eius eſt ſicut faba, cum aqua mellis.

Confectio alba.

Confectio mirabilis.

De fluxu ſanguinis ab ore. Cap. 6.

Exitus ſanguinis ab ore quadruplex.

SAnguinis exitus ab ore eſt ſecũdum vnum quatuor modorum: aut enim expuitur tantum, & eſt ex parte oris: aut egreditur, cum raſcatione, & eſt aut a colatorio, aut ab vuula, aut apalato, & partibus eorũ: & quandoq; egreditur cum vomitu; & eſt aut à meri, aut a ſtomacho, aut ab hepate, aut a finibus eorũ, & quandoq; cum tuſſi; & eſt aut ex pectore, aut a pulmone, aut a canna, aut lacerto vocali, aut epiglotti. Et quidem qualiſcunq; horũ fuerit, eſt ſm vnum quatuor modorum. Aut enim eſt ſm ſemitã redũdationis ex aliquo, ſicut a venis, aut arterijs, & proprie quãdo accidit ebullitio in ſanguine, aut agitatio in apoſtemate ſanguineo, cuius materia eſt facilis reſolutionis. Secundus eſt ſecundum ſemitam redundationis, ſicut accidit pluribus a retentione menſtruorum, & cõſtrictione hæmorrhoidum non ſm ſapientiam, & ſicut accidit pluribus propter exuberantiã ſanguinis in toto. Tertius vero ex ruptura venæ, & apertione eius cum vulnere, aut ſine vulnere. Quartus ex vlcere, & corroſione ſuper venam. Sanguinis autem, qui expuitur, dicta cura eſt in capit. de vulneribus, & vlceribus oris, & partiũ eius. Cum vero egreditur cum raſcatione, cura dicta eſt in cap. de fluxu ſanguinis narium, & in capit. de vlceribus vuæ, & palati, & in capit. de alcola, & conferunt eis gargarizationes ex rebus ſtypticis: & ſi non tollitur, phlebotometur ex cephalica, phlebotomia ſubtili, vice poſt vicem, & fiant alia, quæ ſunt dicta ibi. Egreſſionis autem ſanguinis cum vomitu cura eſt tres res. Prima eſt rectificatio membri, a quo eſt paſſio. Secunda eſt, vt fiat diuerſio, & hoc fit cum ſubtractione ſanguinis ex vena ſeruiente illi membro, & cum applicatione ventoſarum ſuper ipſo, & ſimilibus. Et ſi eſt ex corpore toto, propter exuberantiam ſanguinis in ipſo, fiant phlebotomiæ, cum iteratione ex baſilica, nunc dextera, nunc ſiniſtra, & quandoque ex ſaphenis: & hoc quidem differenter, nam ſi ſolum in quantitate exuberat phlebotomia larga neceſſaria eſt, vel mediocris largitatis, ſi autem acuitas, & inflammatio ſit in ſanguine cum ſubtilitate, & ebullitione, ſubtili phlebotomia vtendum eſt. Tertia eſt adminiſtratio rerum conglutinantium, & cõſolidantium, ſicut competit ex his, quæ dicemus. Nunc vero eorum, quæ compingunt, & ingroſſant ſanguinem, ex his, quæ dicemus. Sanguinis autem egreſſio cum tuſſi eſt ex pectore, aut pulmone: & eius cura eſt praua. Dixit enim Hippocrates. Screatum ſanguinis ex pectore, & pulmone concomitatur ſputum putredinis, & poſt illud phthiſis, & poſt illã deſperatio, & mors. Verũ, quod eſt ex pectore eſt minus ſuſpectum eo, quod eſt ex pulmone. Raro, quidem ſolutio continuitatis in pulmone ſanatur: & illud eſt propter quinque res. Et prima quidem res eſt, quoniam motio reſiſtit cõſolidationi: immo addit ad ipſam, et dilatat eam, et noſti, quod pulmo in ſimilitudinẽ follium fornacis dilatatur, et conſtringit continue ob cauſam vitæ. Secunda vero eſt, qa ſanies in ſpongioſo membro diu retinetur: & diu retenta magis acuitur: & magis acuta profundat vlcera. Tertia eſt quoniam ſolutio continuitatis cadens in pulmone dilatat ipſum, & retardat officium eius, quod diximus: quare fumi calidi difficulter egrediuntur: imo cumulantur in ſolutionis loco, & inflammãtur, & addunt ad ſolutionem, & diſperſi per corpus ſunt cauſa deſiccationis membrorum, et febris hectica. Quarta eſt, quoniam pulmonis caro multæ paſſibilitatis eſt, & teneritatis, cito ſubiecta putrefactioni: & illud ideo, quoniam nutrimentũ eius eſt ex ſanguine ſubtili, & acuto, & eſt ipſum receptaculum phlegmatis, quare cito fit in eo repugnatio contrarietatis in alterum: & ex hoc cito accidit putrefactio, & corruptio. Quinta eſt ſubſiſtẽtia eius, catarrhis paulatim vulnerã-

Cura fluxus ſanguinis & vomitus.

Quinque de curſi ſolutio continui in pulmone ſanatur.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

tibus, & vlcerantibus. Ex his autē patet, qđ ex pulmone ſanguinis excreatio, aut in eo cōtinuitatis ſolutio, eſt ſuſpecta. Et quidem Hippo. dixit ſanguinis ſcreatus ex profundo qualiſcunq; aſcendens ſuſpectus eſt: a ſuperioribus aūt fluēs non eſt ſuſpectus. Egreſſionis autem ſanguinis ex pectore, aut pulmone cura eſt ſm duas intentiones, vniuerſalem, ſcilicet, & particularē. Vniuerſalis autē intentio eſt quatuor res, prima eſt ſanguinis adæquatio, ſecunda eſt diuerſio, tertia eſt mundificatio, quarta eſt accidentiū correctio. Primā igitur rem complēt correctiones cadentes in exuberantia, in qualitate, & quantitate ſanguinis, aut in vtriſque. Et quantitate qđem cum diminutione cibi, & potus, & dimiſſione vini, & ſi excuſari non potes, ſit multæ ꝑmiſtionis cū aqua, & ſit vinum ſtypticū. Et dimittat dulcia, & pulmenta ex lacte, & frumēto, & tritico, & vitet omnia generaliter, q̄ dilarāt, & multiplicant ſanguinē ex his, quæ comedūtur, & bibuntur. Et abhorreat quietis ſuperfluitatē multiplicantem materias ſomni, & proprie ſub radijs ſolis, & lunæ: & abhoreat laborem in horis vehementis caloris, & laborē agitatiuū, & clamorē, & iram, & portationes ponderum, & coitus ſuperfluitatem: & frequētationes balnei dulcis, & ſimilia. Et ſit contentus ſorbitionibus factis ex ſauich hordei, & rizo, & milio: & cōcedūtur caſeus recēs, & lac, ex quo extractum ſit butyrum, & fructus ſtyptici, & ex oleribus, portulaca, & lactuca, & endiuia, & atriplices, & cucurbitæ, & citruli, & ex carnibus, perdicum, turdorū, & minutarū auium minus pinguium, leporis, & ſimiliū, decoctæ cū fructibus ſtypticis, & ſuccis eorum, & ex granis comedant lentes excorticatas, & mel, & ſauich hordei, & rizū, & milium, & geguers, & farinā fabarū, ex piſcibus, piſces degentes in locis petroſis, & cancros aquarū dulciū coctos in lacte ſine butyro, & aqua hordei, & q̄ hoc curſu procedūt. Bibant aūt aquam roſatā, aut decoctionis roſarū, & aq̄ de minera ferri, aut aquā, in qua extinguitur ferrū cum rob myrtino, aut aquam hordei decoctionis cāerorum aquæ dulcis, & ſimilia. Si aūt peccatū ſit ex parte acuitatis ſanguinis, & ebullitionis, ſedamus id cum rebus extinguentibus inflammationem, & ingroſſantibus ſanguinē, ſicut ſunt proprie cibi, & potus frigidi, & proprie ſtyptici, & extinctiui inflammationum, ſicut cibi congelati ex lentibus cū ſuccis aliquibus ſtypticis, aut ex cucurbita, aut citrulis: & portulaca eſt ex rebus mirabilibus ad illud, ſedat enim inflāmationem, & ſtringit ſanguinē, & conceduntur eis cibi paucæ acetoſitatis: ſicut zeroſchiæ, & ſumachiæ, & cucurbita cum granatis acribus, & dulcibus, aut muzis, tritis cum granis ſuis: & carnes pullorum, & paruarum auium cū ſuccis ſtypticis, et congelatum ex eis. Et conferteis iuuamentum magnum adminiſtratio plyllij aſſi conquaſſati in aqua roſata cū coriandro aſſo: ſimiliter autem ſemē portulacæ cum aqua roſarum: & hoc in matutinis, hæc. n. ingroſſant, & impinguant ſanguinem; huius ēt intentionis eſt lac acetoſum extracto butyro ex eo: & ſi extinguatur in eo ferrum, magnificatur eius operatio: & caſeus recens eſt bonus eis: & laudantur eis iuiubæ, & aqua decoctionis earū, & fructus ſtyptici, & ſucci eorum, & ſimilia. Et ex rebus etiam ſanguinis inflammationē, & acuitatē ſedantibus ſunt emplaſtrationes, & epithemata circa hepar, & cor ex rebus, & ſuccis frigidis, & ſtypticis: & appoſitiones aquæ veri frigoris cū aliquibus eorū circa ipſa: & ſedere in aqua frigida, & ſimilia, q̄ diximus in capitulo de fluxu ſanguinis ex narib. Si aūtem peccatū in quantitate ſanguinis ſimul, & qualitate fuerit, tunc noſtra occupatio erit circa vtrumq; Secundam rem complent adminiſtrationes phlebotomiæ cum iterationibus, ſi oportet, ex vena baſilica, nunc dextri, nunc ſiniſtri brachij; mediocris apertionis, ſi ſolū in quantitate ſanguis exuberat: aut ſubtilis apertionis ſi ſubtilitas, & acuitas dominantur in ſanguine. Et quandoq; conuertimus ſanguinē ad longinquam diuerſitatem, ſicut ad partes inferiores: & hoc cū phlebotomia ſaphenæ, & ventoſatione crurium, & ſcarificatione in ipſis. Et quādoq; exigit diſpoſitio, hęmorrhoidū aut menſtruorū prouocationē, & facimus id. Et cōferunt ventoſationes in hypochondrijs ſine ſcarificatione. Et dixit Ruſus, quandoq; accidit mulieri, vt ſpueret ſanguinē, poſtq̄ lac delituit in māmillis eius, & reſtrictus eſt ꝓuocato lacte: at accidit ei illud tertio, & curata eſt poſt exuberantiā lactis. Tertiā aūt rem cōplent adminiſtrationes medicaminum ſanguinē mundificātium, & ſi quidem fuerit acuitas, & inflāmatio, & ebullitio in eo propter miſtionē choleræ acutæ in ipſo, oportet, quod euacuetur cholera prius, deinde phlebotomeē, hoc enim eſt ſm canonem artis, demū ſequat infrigidatio, & ſi oportet, vltima infrigidatione. Cholera autem euacuabitur cum aqua fructuum, facta ex eo, quod mulgetur ex ſeminibus portulacæ prius aſſis, in reubarbaro eſt virtus mirabilis in hac parte. Euacuat enim cholerā, & ſtringit de proprietate ſanguinem, & ꝓprie cum ſucco linguæ arietis, aut cum aqua, q̄ mulgetur ex ſeminibus portulacæ. Si autem phlegma abundat cum ſanguine faciens exuberare ipſum, euacuetur phlegma cum eis, quæ ſcis, deinde phlebotomia. Et ex eis etiam, quæ mundificant ſanguinē ſimul, & diuertunt motum eius, & inclinant inferius, ſunt adminiſtrationes clyſterium debilium, & ſi oportet, habētium acuitatem, ex his, q̄ ſcis: niſi timueris agitationes fieri in ipſo, & proprie apud ebullitionem eius, tūc autem oportet blandiri cum clyſteribus debilibus: hæc eſt enim operatio ſecūdum ſapientiam. Quartam rem complent nūc abſtinentia, & ceſſatio a rebus mouentibus, & agitan-

Cura ſanguinis fluentis in pectore, aut pulmone.

Potus.

Motus.

Cibus.

Potus.

De portulaca.

& agitantibus ſanguinem, nunc autem prę-
uentio, & præſeruatio a fluxu eius: & proprie in ex-
poſito ad illud, nũc vero remotio nocumenti fa
cientis cadere in illud, res aũt mouentes, & agi
tantes ſanguinẽ, ſunt cibi acuti, & medicinę acu
tæ, & labor vehemẽs, & ebrietas multa, & rixæ,
& vociferationes, & caſus, & percuſſio, & his ſi-
Corpora ad ſputum ſanguinis expoſita. milia. Expoſiti aũt ad ſputũ ſanguinis ſunt ha-
bentes pectus ſtrictũ, & nudum, & humeros ſi-
cut curuaturas alarũ, & collũ ſubtile, & lõgũ, et
depreſſum inter alas, & humeros: & frequentat
eis tuſſicula cum pũctura interdum, nunc apud
dextram nunc apud ſiniſtram ſpatulam, nunc
apud aliquam mammillarum. Hos autem præ-
uenimus, ne cadant in illud, cum phlebotomia
ex baſilica, & inclinatione ſanguinis ad inferio B
ra cum phlebotomia ſaphenæ, & poſitione ven
toſarum, & prouocatione hæmorrhoidum, aut
menſtruorum, & fricatione facta in extremita-
tib. & correctione in ſex generibus rerum ſicut
ſcis. Et hęc omnia maxime obſeruanda ſunt ꝓ-
prie in principio veris, & in toto vere, eſt enim
Cauſa totalis huius paſſionis. tempus exuberare faciens ſanguinẽ. Nocumen
ta autẽ facientia cadere in ſputũ ſanguinis ſunt
ſicut catarrhus acutus, tuſſis vehemens, apoſte-
ma pleureticum, aut peripneumonicum, aut he
paticum: & ex his eſt retentio menſtruorum, &
conſtrictio hæmorrhoidũ conſuetarum fluere.
Et quidem iã catarrhi curam ſcripſimus, & tuſ-
ſis. Et in pleureſi quidẽ, & peripneumonia ſan-
guineis, apparens ſputũ eſt ſignũ laudabile, re- C
ſudat enim ex apoſtemate aliqd poſt aliquid,
ex eo, quod materia eſt reſolubilis, non prohibi
ta propter adhærentiã, aut compactionem. In
apoſtemate autem hepatico eſt eius apparitio
aliquãdo cauſa ad malũ, & proprie cũ apoſte-
ma eſt magnũ exuberãs: & quandoq; eſt ſignũ
boni: & proprie apud reſolutionem ipſius. Hæ-
morrhoidum aũt, aut menſtruorum conſtrictio
non ſm ſapientiam, ſi faciat cadere in illud, aut
ſi ſit ſuſpectio de illo; tunc eorũ prouocatio ex-
cuſat a ſuſpitione, ſicut Galenus, ſuper verbis
Hipp. dixit, inquit enim, chronicus hæmorrhoi
dum fluxus conſtrictus, & ſubito, cadere facit
in hydropiſim, aut maniã, aut ſanguinis ſcrea-
tum, & phthiſim. Particularis aũt intentio ha- D
bet quatuor modos. Primus cogit vertere inten
tionem noſtram ad curationẽ ſcreatus ſanguinis, qui contingit propter reſudationẽ ipſius. Et
ſi quidem fuerit ab apoſtemate ſanguineo, cu-
ius materia ponitur in reſolutione alicuius ca-
ſus poſt aliquid, curari non indiget: eſt enim ſi-
gnificatio ſalutis. Si autem fuerit ſm ſemitã re-
ſudationis ex venis pulmonis, aut arterijs, vel
etiam pectoris, propter agitationẽ, & ebullitio-
nem cadentem in ſanguine; dabimus medica-
mina ſanguinis feruorẽ reprimentia, & ipſum
cõpingentia. Et huius operationem facientium
Sang. feruorem reprimentia. ſumma hæc eſt: portulaca proprie cõmaſticata
frequenter, & parum poſt parũ deglutitus eius A ſuccus potenter ſtringit ſanguinẽ, & ſedat ebul
litionem eius, & cõpingit ipſum. Et ſimiliter ſe
men eius aſſum, & tota planta ipſius etiam ſm
omnem modum adminiſtrationis eius, & ſimi-
liter album papauer aſſum. Iuiubæ autem ſunt
huius intentionis ſm omnem modum adminiſ-
trationis earum. In mucilagine autem pſyllij
cum lapide hæmatite diligenter loto, & contri-
to contritione vltima, ineſt virtus mirabilis: &
ſimiliter in coriandro, & ſimiliter in lapide hæ-
matite cum ſucco arnogloſſæ. Pſyllium autem
aſſum, & conquaſſatum cum aqua expreſſionis
portulacæ, aut ſeminis eius vſq; dum fiat muci-
laginoſum, eſt ad id mirabile. Et ſimiliter ſemẽ
hyoſcyami cum ſucco arnogloſſæ: huius etiam
eſt intentionis lac coctum cũ lapidibus fluuiali B
bus, aut cum ferro ignito, prius extracto butyro
ex eo, & ſimiliter lac acetoſum extracto ex eo
butyro, & caſeus recens ſimiliter. Lutum autẽ
aſſemen, & lutũ armenũ, & ſigillatum ſunt ex
medicinis veris ad illud, & proprie cum ſucco
plantaginis: iſta enim ſunt cum virtute infrigi-
dationis, & cõglutinationis: & ex eis cõpoſita
ſunt vltima ad id: & quæcunq; ſunt huius inten
tionis. Et laudatur eis aqua ferri, & aqua pluuia
lis cũ gummi arabico aſſo, aut dragagantho. Et
laudantur eis etiam aqua hordei, & proprie aſ-
ſi, cum cancris fluuialibus, aut ſpodio, & ſimili-
bus. Et quandoq; exigit neceſſitas apud vehe-
mentẽ agitationẽ, & vigilias, vt cum eis aliqua C
ex narcoticis tribuamus, & tũc facimus id cum
cautela. Secundus modus docet vertere inten-
tionem noſtrã ad curationẽ eius ſcreatus ſan-
guinis, qui fit ſm ſemitam redundationis: & hu
ius curã iam diximus quando modos diuerten-
di fluxum ſanguinis docuimus. Tertius modus *Venam ipſum conſolidantia.*
qui eſt ad curandum apertionẽ, aut rupturã ve-
næ cũ vulnere, aut ſine vulnere, indiget admi-
niſtratione medicaminũ ſtypticorum, & cõſoli
datiuorum. Et hoc quidẽ facientiũ ſumma hæc
eſt: ſanguis draconis proprie, & charabe, & bo-
lus, & lutũ ſigillatũ, & balauſtiæ, & roſæ, & cor-
nu ceruinũ aduſtum, & coralli aduſti: & cachie,
& hypocyſtis, & cortices, & flores granatorum
& hæmatites, & gummi aſſum, & mumia, &
rheubarbarũ proprie aſſum, & cortices thuris,
& cortices maſtiches, & coagulum leporis, &
coriandrum, & ſemen linguæ arietis, & capita,
& virgulta roſarum, & fructus, & folia myrti,
& ſpodium, & cortices cancrorum vſtorum, &
ſimilia. Fundamẽtum autem, & medicamina,
cum quibus hęc miſcenda, & propinanda ſunt,
vel aliqua eorum, hæc ſunt, ſuccus proprie plan
taginis, & ſuccus albuth, ſandali, & ſuccus por-
tulacæ, & ſuccus albeda rogi, & aqua alſauic,
& aqua pluuialis infuſionis gummi aſſi, & a-
qua roſata, & ſuccus cydoniorum, & miua, &
ſuccus granorũ myrti, & ſyrupus ex eis, & muci
lago pſyllij, & ſemen cydoniorum, & aqua ſu-
mach, & ſimilia. Medicinas autẽ cõpoſitas ſcri-

Zuccharum rosatum est vt medi. bene dictum.

bemus post, si Deus voluerit, de quarum summa est zuccharum rosatum proprie: est enim medicamen eis benedictũ, & miua, & syrupus de rosis siccis, & syrupus de iuiubis, & syrupus de myrtis, & syrupus de pomis stypticis: & trochisci de charabe, & trochisci de terra sigillata: quorũ memoriam fecimus in antidot. Medicaminũ autem, quæ administrantur in emplastrãdo, aut liniendo extra, summa hæc est. Oleũ rosatum cum mastiche, aut oleum myrtinum, & ex eis est oleum de cydonijs, & oleũ nardinum, & succus coriandri humidi cũ sauich, aut farina hordei, aut cũ sandalis, aut spodio, & rosis cum modico camphoræ, hęc enim emplastra conferunt. *Decumitũ.* Vel accipe acaciæ, hypocystidos, farinę sauich, & farinæ orobi, ana confice cũ albo oui, & superpone. Vel accipe puluerẽ thuris subtilissimũ, & administra cũ albumine oui. Et quidem de rebus melioribus in hac parte est subtiliter inquirere ad inuestigandum locũ vehementię doloris, illic enim emplastrationes, & linimẽta vtilissime ponentẽ. Quartus aũt modus docet abscindere causas vlcerationum, & corrosionũ cadentium in partes pectoris, & pulmonis, & proprie pulmonis *fm* plurimum: hoc enim est id, quod est suspectum, & timorosum maxime: & huius quidẽ curationem scribemus in capitulo de phthisi, si Deus voluerit, & permiserit curari huiusmodi. Galenus, si accidit sputum sanguinis a catarrho, tunc erit cõsideratio nostra, vtrũ sit acutus, aut non acutus. Et si fuerit quidẽ acutus, & cholericus, aut salsuginosus, sedabimus impetum acuitatis eius prius cũ regimine bono distincto in capitulo de catarrho, postquã autem vehemẽtia acuitatis sedata fuerit, soluat̃ natura cũ eo, quod est, sicut infusio myrobalanorum, & similia, & si fuerit salsuginosus, cum eo, quod est, sicut pilulæ cochiæ. Deinde præcipimus eum phlebotomari de vena cephalica phlebotomia subtili, & si oporter, cũ iteratione: & fricamus extremitates eius vice post vicẽ: & trahimus materias eius a capite cũ clysteribus acutis, & si oporter, fortis acuitatis: & cũ positione ventosarũ in cruribus: & super hæmorrhoidas post apertionẽ earum cũ phlebotomia. Et cõfert eis post illud administratio aquæ hordei cum cãcris fluuialibus, & syrupo de papauere. Et si indiget medicamine fortiori, dentur trochisci alscendene: quorũ rememorabitur post. Et fortius est ex eis trochisci de charabe, & proprie cũ syrupo de papauere, aut syrupo myrtino, aut rob eius, & si res fuerit prauior, nõ est excusatio administrationis medicinarũ fortium: sicut theriacæ proprie, & mithridati, & athanasiæ, & trochisci Stellæ, & similiũ. Et iam quidẽ mulieri cuidam, & pluribus post illam cui acciderat sputum sanguinis ex catarrho cõmensurauimus regimina, quę iam diximus: & instituimus post illa, vt poneremus super caput eius, & proprie in parte zuhẽdeg, medicamen ex fimo columbino postquam egressa est balneũ, & adiunximus, & dedimus sibi theriacã recentẽ anni sui, vt facerẽt eam dormire: & in craslinũ injunximus fricari extrema ipsius, & cõstringi in stitis, & administrari ex theriaca recenti quantitatẽ minorem, & minuimus, quotidie quantitatẽ eius, donec deuenimus ad administrationẽ solius mellis, vt mũdificaret̃ pulmo sufficiẽter: & non recessimus ab administratione alicuius ex rubificantibus super partẽ, q̃ dr̃ zuendeg, & ab assiduitate fricationis extremitatũ, donec diuerteretur catarrhus, & remãsit nobis post hæc sola vna necessitas, s. vt cõsolidaretur vulnus: & dedimus ei philoniũ perficum, & interdũ trochiscos de luto sigillato cũ zuccharo rosato: & quandoq; zuccharũ rosatum suum in quantitate multa: & fecimus interpolationes in administratione ipsorũ, & vicissitudines: & quando ex eorũ vsu stringebatur anhelitus, cõuertebamus studiũ nostrũ ad administrandum res, q̃ dilatãt ipsam, & educunt sanie, sicut proprie decoctiones hyssopi, & similia: & cum elargabaẽ anhelitus, tũc reuertebamur ad philoniũ, & trochiscũ & zuccharũ rosatum cũ hac vicissitudine: & sana est, & nõ est modo cõprehensibilis numerus eorũ, qui sanati sunt secundũ doctrinam hãc. Filius Zezar. Cõfectio trochiscorũ conferentium tussi, & sputo sanguinis. Recip. gummi arabici, boli armeni, ana vnc. x. feminis portulacæ. vnc. ix. spodij, foliorum rosarũ, & seminis earũ, ana drac. ij. dragaganthi, amyli, ana drac. v. fac trochiscos cum succo linguæ arietis, & da cum eodẽ succo. Idẽ. Confectio trochiscorũ de papaue re cõferentiũ sereatui sanguinis, & tussi cum febre, & doloris pectoris, si Deus voluerit. Accipe rosarũ, gũmi arabici, ana drac. iiij. amyli, papaueris, succi liquir. ana dra. ij. spodij, croci, ana drac. semis. Cõfice cũ triplicato melle, aut rob: & da cũ tereniabin, & aqua. Idem. Confectio trochiscorum hæmaticorum expertorum iuuamentorum ad sereatum, & sputum sanguinis, & manationem eius vndecunque. Reci. corticum cancrorum fluuialium assorum, vnc. xvj. coriandri assi, drach. vj. semi. papaueris, drac. xv. boli armeni, & terrę sigillatæ, ana drach. vj. sem. portulacæ, foliorũ rosarum cum capitibus suis, gũmi arabici, dragaganthi, ana drac. v. lapidis hęmatitis loti dra. iiij. eusistidos, acaciæ, cornu cerui adusti, charabe, balaustiæ, seminis myrti, ana drac. iiij. conchularum incensarum, drach. ij. margaritarum non perforatarum, drachm. j. Fac trochiscos cum succo linguæ arietis. Ex rebus mirabilis iuuamenti sunt trochisci de terra sigillata, & trochisci de charabe dicti in antido. Dioscо. Portulaca sanguinis sputum sedat ex pulmone, & proprie masticata: & frequens succi ipsius deglutitio, & similiter semen eius. Sedenegi autem est ad illud mirabilis, & proprie lotus, & administratus cũ succo portulacæ, aut arnoglossæ. Et similiter coagulum leporis cum eisdem

Quid faciat sit cuidam mulieri sputum sanguinis habenti.

Trochis. ad sputum sanguinis. & tus.

Trochis. de papauere.

Alij troc.

De portulaca.

Sedenegi, vel sedenegi est hæmatites lapis.

De eruglo leporis.

eisdē succis stypticis. Et iam expertū est, quod seminum arnoglossæ,granorum myrti, & capitum rosarum cum folijs suis,ana dr.j.& s. administrata cum succo arnoglossæ,sunt ad illud medicamentum vltimum. Et in semine hyoscyami est operatio bona: & hoc qñ ægritudo est praua,& proprie cum aqua mellis,& in mumia similiter est operatio perfecta, & proprie in sputo sanguinis ex percussione, aut casu, & sit potio ipsius chirat.j.& proprie cum vino styptico.

Trochis. ad sputum sanguinis.

Andromachus. Cōfectio trochiscorum ad sputum sanguinis,& screatum eius. Recipit acaciæ dr.iiij.rosarum,balaustiæ,ana dr.vj.gummi arabici,dr.ij.dragag.dr.j.confice cum aqua pluuiali,dosis,dr.j.cum aqua frigida,& est expertum.

Trochis. restringentes sputum sanguinis.

Paulus. Confectio trochiscorum restringentiū screatum sanguinis, etiam si sit antiquus: & sedantium agitationes, & inducētium somnum. Recipit acaciæ,scendene lotę, hypocistidos,balaustię, florum meli granati,ana dr. v. gallarū, dr.j.& s.opij,& croci,ana dr.tres,fac trochiscos cum aqua pluuiali, dosis aur.s.cum aqua frigida. Filius Zachariæ Arasi. Confectio trochiscorum scendene, conferentium sputo sanguinis, & eius manationi vndecunque,& sunt experti. Rec. thuris, sanguinis draconis, balaustiæ,ana dr.tres,& tertiam alterius,charabæ,dr.j.scendene,terrę sigillatæ,ana dr.iiij.aluminis,dra.ij. & s. opij,cinnamomi, ana dr.ij. hyoscyami,dra.j. & s.fiant ex eis trochi.iiij.& sit dosis .i. cum albedagori, aut aqua portulacæ, aut linguæ arietis. Idem. Confectio epithematis,qua linitur pectus:& sedat dolorem,& restringit sanguinem, & consolidat, & linitur super stomachū apud vomitum sanguinis, & vesicam,& super renes, apud iuncturam * sanguinis, & pessarizatur in matrice,apud superfluitatem menstruorum, & stringit fluxum hæmorrhoidum. Recip. succi cusistidos,acaciæ, sang. draconis,gallæ,balaustiæ,croci,gummi arabici, myrrhæ, boli armeni,opij,an.fiant trochisci:& lini ex eis vbi oportet. Sabor. Confectio papaueris conferentis cū auxilio Dei ci, qui sputt sanguinem propter acuitatem, & inflammationem, & dolorem pectoris,& pleuresim. Recip. rosarum,gummi arabici,ana dr.iiij.amyli,dragaganthi, papaueris,ana dr.ij.spodij,croci,ana dr.s.succi liquirit. dr.ij. confice cum syrupo de papauere: da cum aqua pluuiali, & syrupo myrtino, aut rob eius, aut syrupo de papauere. Idem. Confectio trochiscorum conferentium sputo sanguinis,& emanationi eius vndecunque. Recip. luti sigillati,dr.iij.boli armeni, amyli,rosarum, ana dr. iiij.charabæ,granorum myrti,ana dr.vj.cancrorum vstorum,seminis portulacæ,ana dra.x.corallorum,dragagan.spodij,ana drac.v.gummi arabici,liquiritiæ,ana dr.iiij.confice cum succo portulacæ, & aqua rosata:da cum aqua pluuiali. Isaac Israelita. Confectio medicaminis conferens screatui sāguinis a pectore,& pulmone,

Epithema pro sedatione doloris,& restrictione sanguinis.

Confectio de papa. valet ad sputum sanguinis.

Troch. conferentes sputo sanguinis.

Medicamē bonū ad sputum sang.

& emanationi eius,& vomitui,& hoc medicamen non permittit cadere in phthisim. Accipe psyllij assi, drac. xv. granorum portulacæ assorum,gummi arabici assi,boli armeni, ana dr.v. papaueris albi,lactucæ,ana dr.x. charabæ assæ, rosarum cum pedibus suis,ana drach.iij.coralli assi,drac.iij. tere omnia sicut alcohol,dosis eius est,dr.iij.cum aqua frigida mane,& sero. Et sit cibus eorum vitelli ouorum, & pedes arietum, & hædorum. Idem. Confectio lohoc,quæ administratur ad manationes sanguinis ex pectore,& pulmone,bona. Recip.dragaganthi,gummi arabici,sanguinis draconis,boli armeni,rosarum,amyli,spodij, ana dr.iiij.scendenegi, seminis arnoglossæ, papaueris albi, mumiæ,acaciæ,succi eusistidos,ana dr.ij. penidiarum saharī,dr.iij.confice cum syrupo facto ex rosis siccis quantum sufficit: aut cum syrupo myrtino, & administretur.Phylimon. Confectio philonij perfici vehementis virtutis ad manationem sanguinis vndecunque, & screatum eius cum tussi, & sine tussi, & superfluitatem menstruorum doloroſam,& hæmorrhoidum,& egestionem sanguineam, & ad mulieres prægnantes, quibus erumpunt menstrua, & conseruat fœtus in matricibus earum. Cuius hæc est permistio. Accipe papaueris albi,hyoscyami, ana dr. xx.opij,terræ sigillatæ, ana dr.x. sendenegi,croci,ana drac.vj.castorei, spicæ, euphorbij,pyrethri, margaritarum non perforatarum, charabæ,zedoariæ,doronici, ramich, ana dra.j.camphoræ dra.j. tertiam, confice cum melle rosato colato quantum sufficit,dosis a drac.s.vsque ad dr.j. cum succo arnoglossæ,aut cum aqua rosata,& modico vini puri.

Lohoc ad sputū sang.

Philonium optimū ad screatus sanguis.

Trepregnātibus conferentium.

De pleuresi. Cap. 7.

Quid sit vera pleuresis.

PLeuresis autem quædam vera, quædā non vera,vera quidem est apostematio cadens in panniculis, & lacertis distinguentibus inter velamen magnum, & costas, & proprie secus extremitate costarum terminatarum in pectore, aut sub eo: aut accidens in panniculo distinguente, & est diaphragma: & eius materia est sanguis,aut sanguis cholericus, aut cholera pura. Et non vera quidem pleuresis est,quæ fit in velamine,& lacerto extrinsecis cooperientibus pectus, & distinguentibus inter costas,& commissuras earum, & communicantibus cum cute. Et eius materia,aut est phlegma putrefactū, & inflammatum, & hoc est raro: aut melancholia, & hoc est rarius. Et illa quidem, quæ fuerit in velamine distinguēte costas cum cōmunitate cutis,minus suspecta est: quæ vero in velamine, quod sub costis, magis, quæ autem in velamine distinguente, est praua, fit enim cum permistione intellectus circa augmētumi & statū eius: & illud ideo, qñ communicat cū cerebro mediante neruo magno, qui dirigitur, & di-

Quid non vera.

A quo humore fit, vt plurimum pleuresis.

& dilatatur in substantiã pănniculorum. Et quidem cõe est intrinsecis, & extrinsecis pãniculis ab oĩ materia apostemari posse, verum a sanguine, & cholera frequentius: a phlegmate, & melancholia rarius, & illud ideo, qñ ad membrum pãniculare, & densum, raro grossum, aut viscosum penetrant. Pleuresis autem qualiscunque fuerit, aut resoluitur, aut suppuratur, aut permutatur. Ars autem, & ingeniatio ad resolutionem ipsius est ſm vij. res. Et prima quidem est repercussio materiei: Secunda est regimen ingeniatiuum, quo requiritur scięcia, vtrũ sit a plenitudine humorali, aut ventosali. Tertia est diuersio materiei. Quarta est subtractio eius subtractione cõmuni post digestionem ipsius. Quinta est eductio ipsi⁹ eductione proprie post præparationem eius. Sexta est correctio accidẽtium. Septima est regimen vitæ eius, quod in tota protelatione curæ extendendum est. Et primam quidem rem complent administrationes medicaminum membrum confortantium, ipsiusque virtutem coadunãtium, vt nõ recipiat, nec ipsum vincat, quæ ad ipsum fluit, materia. Et ex hoc quidem facientibus est emplastratio facta ex lentibus excorticatis coctis cum aceto, aut ex farina fabarum cocta cum aceto, aut sauie cum aceto, & fortius eis est emplastratio ex lentibus non excorticatis, lotis in aqua calida, deinde coctis cum aceto. Huius etiam intentionis est euaporatio facta cum spongia infusa in aceto decoctionis rosarum, aut balaustiarum, aut similium. Verum hoc est suspectum, nisi cũ materia pauca fuerit, aut in principio principiãte, cum nõdum materia repsit in locum, & hæc quidem cautela est, vt administretur regimẽ diuerſuum in eodem tunc, hæc enim cura est ſm sapientiam. Secundam rem complent administrationes euaporationum, nunc humidorum, nunc siccorum, sicut dispositio materiei exigit. Et præcipiamus spongiam marinam aqua calida infusam, & expressam alia euaporatoria precedere, prius tñ loco palma manus leuiter fricato, & oportet, vt sit spongia lata, & ampla ex oĩ parte circundans. Et oportet inter carnem, & & spongiam pannum antiquum subtilem, & siccum interponi, supra siccũ alium permutari singulis iterationibus, absque iterationibus administrationis spongiæ: & oportet esse aquam dulcem, ac leuem: & quandoque decoctionis chamæmeli, aut anethi, aut similium, & aqua salsa est fortior aqua dulci: & hoc qñ oportet, & qñque facimus illud cum vesica, aqua calida semiplena. Ex bonis euaporatorijs est aqua decoctionis furfuris, & chamæmeli, aut anethi, aut herbæ vitri, & adhuc sacellationes ex herba vitri, & furfuris, postquam calefactum fuerit in latere calido, super quem roratum prius fuerit acetum permistum aqua: aut aqua sola, aut aqua salsa ſm quod exigit dispositio materię: & qñque madefiunt in aliquo eorum prius, deinde calefiunt, & superponuntur. Et fortius his est euaporatorium factum ex orobo, & seminibus, aut folijs caulium, & aceto positis super lanam imbibitam, aut oleo anethino. Ex siccis autem euaporatorijs est saccellatio facta cum furfure, & sale calefactis, aut milio, & sale calefactis, aut panico, & sale. Ex medijs inter humidum, & siccum est vas æneum, aut terreũ, aqua calida plenum: & oportet, vt sit vas amplum conuexum, vt ex omni parte circundet. Et quidem super omnibus his canon est: quem semper obseruare iubemus, qñ circa cito, & tarde resolubile intense, aut remisse calidũ, & circa in superficie, aut in profundo positum, euaporatorium administrationis oportet commẽsurare, sic.n. traditur scientia ſm sapientiam. Et adhuc quidem canon est, debere ab humidis, debilioribus incipere. Et quanto compactior, & siccior fuerit materia, tanto tardius ad fortiora prorumpet, ne resoluatur materiæ, quod subtile est, & cadat deinde durities in residuo, hoc namque cauendum est. Cauendum etiam ne vapor ex euaporatorijs ad ęgri nares ascendat, dissolutionem enim, & tristitiam, & anhelitus constrictionem generat. Cum autem ex serie operationis huius peruenerit ad hoc, vt dolor, & punctura qualiscunque fuerit, resoluantur, aut ſm aliquid, aut integre; subest excusatio trãseundi ad aliud. Si vero multiplicatur vsque adeo, vt dilatetur, & ascendat dolor vsque ad furculas, aut vsque ad hypocondria extendatur; tunc certum est, quod resolutionem repletio agitatiua prohibet: immo adhuc euaporatio dilatat agitatam, & multiplicat: & hoc maxime cum repletio fuerit in toto: tunc autem ad aliud genus curæ procedendum est, quẽadmodum dicemus iam. Tertiam igitur rem complent administrationes medicaminum ſm exigẽtiam vnius duatũ occupationum. Et prima quidem est, quod si materia fuerit dilatata, ascẽdens vsque ad furculam, & nondum ex toto repserit, sed adhuc est, vt repat; phlebotometur basilica ex latere oppositio: & extrahatur de sanguine vsque dum alteretur color eius, iuxta virtutis, & ætatis exigentiam. Et qñque apud pluralitatẽ repletionis iubemus phlebotomari ex saphena partis oppositæ, est enim eius iuuamẽtum sublime, festinum, & proprie apud ascensum materiei ad caput. Huius ẽt intẽtionis sũt ventosationes in cruribus, & fricationes in extremitatibus, & clysteres lenes, & quæ hoc cursu procedunt. Secunda vero est, quod si materia fuerit decliuior ad hypochõdria, præponenda est clysterizatio. Deinde si necessitas expetit, phlebotometur basilica similiter partis oppositæ: & non excludatur, si virtus permiserit, phlebotomia saphenæ. Et vniuersaliter quidẽ extractio fæcis, & alleuiatio partium uentris a fæce, & ventositate excusat ab additione nocumentorum in hac ægritudine. Administrentur igitur

Quos modus terminatur pleuresis.

De cura pleuresis per resolutionem.

Qualiter scitum est reperuntere materiam pleuresis.

Canon bene notandus.

Alius cañ bene notandus.

Alius can.

De phlebotomia.

igitur clysteres lenes facti ex eo, quod est sicut aqua hordei cum radice maluarum: & aqua iuiubarum pauca, & similibus. Et ne excedas in vsu eorum nisi vsq; ad illud quod significabitur tibi ex dispositione, qm̃ consueuit ægritudinē hanc fluxus sanguinis sequi immoderantia. Et si quidem fuerit cum eis accessus incolumitatis ad anhelitum, & lentescentiam febrium; tunc est huius apparitio significatio laudabilis, si vero non, contraria. Ex rebus autem maximi iuuamenti ad diuertendum morbi materiam est positio ventosarum super locum doloris: nunc cū incisione, nunc sine ea, sicut exigit necessitas: sedatur.n. ex hoc dolor interdum, & interdū materia ad partes cutis trahitur, verū oportet operationem hanc, quod præcedat corporis mundificatio cum phlebotomia, solutione ventris ex his, quæ dicemus, verum hoc a septimo vsque ad decimum quartū diem, & hoc proprie cum intelleximus materiam morbi posse reuocari ad cutem, huius ēt intentionis est emplastratio ex sinapi, & similibus. Quartam rem complēt phlebotomia, & corporis mundificatio cū medicinis solutiuis fm necessitatis exigentiam. Et hoc, quod non discutimus, dirigit intentionem nostrā ad ægritudinem iam factā, in qua repsit secundū totalitatē ipsa materia. Necessaria est ergo phlebotomia tunc, si ex sanguinis abundātia fuerit, ex basilica partis, quæ sequitur dolorem, facta vsque ad coloris sanguinis permutationem cum conditionibus virtutis, & ætatis. Excusat.n. ab alijs hæc phlebotomia, nisi fuerit constipatio naturæ: tunc.n. lenienda est natura cum his, quæ sunt sicut siracost.i. manna, & myrobalan. de violis, & decoctio violarum cū iuiubis in aqua hordei, & quæ hoc cursu procedunt, aut cum enemate leui. Si autem materia cholerica fuerit, tunc phlebotomia, & ventris solutio necessaria est: & similiter si phlegmatica, aut melācholica fuerit. Verum oportet phlebotomiā præponi pharmaciæ, nisi ventris fuerit constipatio: tunc.n. præcipimus lenire prius naturam. Mundificationem autem corporis cū medicina solutiua, oportet, quod præcedat præparatiua ad materiei digestionem necessaria, & si quidem materia cholerica fuerit, requirit inflāmatio eius infrigidationem maiorem, & humectationem; non tamen expolianda a virtute absterſionis, & de hoc quidem genere sunt aqua citruli, & melonis indi, & cucurbitæ, & similium, & proprie cum eo, quod est sicut secaniabin, quod scripsit Gal. cuius hæc est permistio. Rec. mellis partem vnā, zucchari, salis iameni partes duas, aceti, & aquæ dulcis, ana partē vnam. Inest autem huic secaniabin virtus extinctionis, & sedationis sitis, & absterſionis, & si duplicatur in eo mel, prouenit ex eo absterſio maior, & si additur ei ad acetositatē, est obuiatiuum cholerę, & multiplicationis sitis, & sit dosis eius ab vnc. ij. vsque ad iij. cum aliquo ex prædictis succis, aut cum aqua habente temperiem inter calidum, & frigidum, si æstas fuerit: & si fuerit hyems, detur cum aqua calida, ita tñ quod in matutinis præcedat hausturn eius potus mucilaginis psyllij ex aqua sola, aut ex aqua granatorum dulcium, & aqua dulci cum iuleb: & subsequatur ipsum circiter per duas hor. potus aquæ hordei. Si autem rem pluris humectationis, & minoris absterſionis dispositio exigit, syrupus viol. cum aqua iuiubarum dandus est, aut aqua hordei cum violis cōditis. Rescindantur autem omnia, quæ infrigidant, & compingunt, sicut portulaca, papauer, & similia, nisi aliqua necessitas exigat, sicut dicemus. Si aūt febris, & æstuatio, anhelitusque frequentia, & sitis inualuerint, succurrendum tunc cum eo, in quo ē humectatio sola, sicut est mucilago psyllij proprie, & iuleb subtile; sorbendo ex eo semper aliquid post aliquid, & si fuerit cum hoc cō strictio naturę, dandus est syrupus de prunis cū mucilagine psyllij, & similia. Si autem materia sanguinea fuerit, requiritur virtus infrigidationis minor, & absterſionis maior; & proprie cum eo, quod est, sicut secaniabin, in quo duplicatur mel, cuius hausturn præcedat, sicut matutinis, hydromel, & iuleb factum subtile vtrumque: & subsequatur aqua hordei, decoctio capillorum veneris, & similium. Si autem materia fuerit sanguis phlegmaticus, requiritur minor infrigidatio, & maior absterſio cum eo, quod est, sicut secaniabin proprie, & decoctio hyssopi, & radix lilij, huius ēt intentionis est hydromel, & similia. Si vero fuerit materia sanguis melācholicus, detur syrupus melinus, & hydromel cum decoctione anethi, vel lupini, vel bugloſſæ, & ireos, & similium. Et super his canon est, vt res lenientes, & remouentes asperitatem præcedant res, quæ abstergunt: immo non expolientur ab eis: sic.n. facilitatur operatio, cum aūt administrationem medicinæ solutiuæ cognoueris necessariam esse in re, vt consideres. Nam si febris vehementia inualuerit cū æstuatione, tunc timendum est solutiuum, & excusat ab ipso sola phlebotomia, in qua nō est timor, nisi forsan apud naturæ constipationem, & iubemus eam liniri cum aqua hordei, & violis conditis, & pulpæ casiæ fistulæ, & manna, & similibus: aut cum aqua prunorū, & quæ hoc cursu procedūt, aut cū clysteri lenitiuo ex his, quæ scis. Materia vero euacuanda qualiscunque fuerit, oportet, vt euacuetur cum eis, cum quibus cum solutione est lenificatio, de quorum summa sunt violæ proprie humidæ, & siccæ conditæ, & syrupus ex eis, & siracost, & tereniabin, & zuccharum alsor, & casia fistula, & similia: & proprie si materia fuerit cholerica, & quandoque miscetur cum eis, sicut sunt trochilci de violis habentes aliquid scammoneę, & nos scripsimus permistionem eorum in capitulo de asthmate. Et si fuerit phlegmatica materia, euacuan-

De sinapis semine oxymelitis simplicis.

Quæcunque fuerit materia pleruncq; semper est euacuāda cū medicinis lenitiuis, si euacuationē indigeat.

cuanda est cũ eo,quod est sicut puluis ireos,aut agaricus, aut hyssopus,alhasce,cum myrobalanis de violis mellitis,& tereniabin,& aqua hordei. Si vero fuerit melãcholia cum eo, est, sicut elleborus niger cum aqua hordei:& iam quidẽ Gal.prẽcipit aquam hordei post solutiuum propinari debere,aut aquam mellis,vt lenificet,& abstergat virtutem solutiui, & si dispositio aliqua est,quæ exigat,necessarium est,vti clysteribus lenibus,medijs,& acutis sĩn necessitatis exigentiam; & proprie cũ dolor procliuior ad hypochõdria fuerit. Quintam rem complent administrationes medicinarum sputum facilitantium,ipsumque velocitantium. Et hoc quidem perficitur,cũ inchoatione ab humectantibus,& lenificantibus,& procedendo ad res temperatę absterſionis,& si quidem vehemens inflammatio fuerit, cum eo, quod est, sicut aqua melonis indi,aut aqua citruli,aut cucurbitæ cũ aqua zucchari; aut aqua hordei excorticati decocti in aqua pluuiali decoctione vehemẽti cũ iuleb. Et si quidem non adeo fuerit vehemens,sufficit aqua iuiubarum, & sebesten cum violis, & seminibus cydoniorum,& oleo amygdalarum dulcium cũ iuleb,& aqua mellis, aut aqua zucchari, & non prætermittatur post illam aqua hordei,sicut post horam, & in processu rei procedẽdum vsque ad id, quod est sicut decoctio radicum lilij, & capillorum veneris in aqua hordei cum hydromelite, verum aqua mellis est vltimior ad humectandum, quam aqua hordei; & aqua ficuũ, & passularũ est huius generis post ista,& proprie cum myrobalanis de violis,& aqua mellis,& oleo de amygdalis dulcibus:& similiter aqua liquiritiæ cũ eis,aut sine eis:& facimus sequi post illam aquã hordei: & est via rectior, & qñque perueniemus ad gradum eorũ, quę sunt sicut decoctio hyssopi, & similia. Et ex rebus sputum facilitãtibus, est sorbitio facta ex aqua ad caliditatem decliui, hora post horã: & ex eis est embrochatio facta super locum doloris cum aqua calida:minuit.n.dolorem, & sputum accelerat, & si sit decoctionis maluarũ, aut fœnug. & similiũ, magnificatur operatio eius: & cõferunt ei cerata, & emplastra:& ex eis,quidem sunt meliora,in quibus est lenificatio cum resolutione non eleuata, sed quasi in gradu primo:deinde procedendum paulatim ad ea, quæ amplius eleuantur, & ex rebus vtilib. non eleuatis est ceratum ex oleo violato,& cera,aut ex oleo amygdalino, & cera, & eleuãtur super ista quæcunque fiunt ex mucilaginibus, aut adipibus alijs, & adhuc ex hyssopo humida:& ex eis est fortius ex radice lilij, aut fœnugræco, & semine lini, & absinthio coctis cum succo herbæ vitri,& oleo de chamæmelo,& pauco melle,& adhuc est fortius his, ex caulibus elixatis cũ butyro, aut ex cinere radicum caulium cũ adipe. & nos quidẽ plura his scribemus post, si Deus voluerit. Et ex his,quæ valde sputum facilitãt, est,vt dormiat infirmus super latus dolorosum, & sorbeat hora post horã paulatim ex aqua calida, & aqua zucchari, aut aqua mellis calida, & similibus. Sextã rem complent administrationes medicaminum sedantium accidentia superueniẽtia huic ægritudini, quæ si vltimatur accidit eis timor, & desperatio, & sunt proprie permistio intellectus,alienatio, vigilię,sitis vehemẽs, fluxus ventris, & sanguinis ex naribus. Intellectus autem permistio, & alienatio qñq; accidit apud permutationem pleuresis, & nos loquemur de ea, qñque accidit ex proprietate cuiusdam speciei pleuresis, sicut proprie, qñ fit in velamine distinguẽte magno, & ẽ diaphragma, & cõicat cum cerebro mediante neruo quodam magno,qui dilatatur,& contexitur in substantiam pãniculare m, & oportet in hac parte geminare curã simul pleuresis, sicut scribemus nunc; & phrenesis,sicut in proprio loco scripsims,& hiuc erit modus curationis,si Deus hanc ægritudinem curari permiserit. Vigiliæ autem si accidant interdum,accessum ad permistionẽ intellectus significant:& proprie dum multiplicantur, & tunc necessaria est administratio ipecierum de iacur,& syrupi de papauere,& decoctionis eius, & hoc cum cautela, ne sputum cõpingãt,& prohibeant, quod est res deterior eis, & medicinæ ex semi. papaueris meliores sunt eis,q̃ ex cortice:cautela societatis aufert hoc nocumentum,& proprie si associetur eis,qđ est sicut decoctio passularũ,aut aqua mellis,aut rob, & quod est simile. Sitis autem accidens eis sedanda est cum humectantibus, & vehementiã inflammationũ extinguentibus, sicut cũ aqua citruli proprie, & melonis indi, & mucilagine psyllij, & similibus, de quib. loquemur in proprio capit. Verũ oportet non esse frigida actu: & oportet admisceri aliqua eis ex abstergẽtib. subtiliter, vt lenificetur sputum, & si fuerit sitis a caumate spiritualium, administretur libertas aeris temperati,decliuis ad humiditatem,& vngatur pectus ẽt excreato de oleo violato,& similib. Si aũt fuerit ab ebullitione choleræ rubeæ, confert secaniabin subtile, quod scripsit Gale. cum aqua pluuiali:& syrupus violaceus cum aqua plurima sedat hanc sitim: & aqua hordei habens bonitates suas ex materia permistionis suæ confert,sicut Hipp.dixit. Fluxum autẽ sanguinis in narib. contingentem eis post crisim, sistere non debemus,nisi superfluat: & si fuerit non criticus,sed propter exuberantiam sanguinis,confert tunc phlebotomia,& alia,quæ diximus in capitulo proprio. Fluxus vẽtris accidẽs eis in morbi principio est ſm vnum duorum modorum,aut.n. propter multitudinem materiæ cum perſistentia regulationis naturæ: & sequitur ex hoc anhelitus facilitas, & lentescẽtia febris: & est significatio bona, aut est propter exuberantiam materiæ prẽter, quam regulatur a natura:immo est sicut regurgitãs:& est significatio

Aqua mellis plus humectat plus quam aqua hordei.

Potio, quæ valde sputum facilitant est dormire super latus dolorosum.

Accidẽtia, quæ vt plurimum, accidunt pleuretici.

Vigilia superflua in pleuresi a leuitatem̃ furorem significant.

Quid agendum contra sitim superfluam.

Quid cõtra fluxum sanguinis nariũ

ficatio mala,& proprie cum non ſiſtitur per ipſum difficultas anhelitus, triſtitia, & febris inflammatio: tũc.n. fortaſſis ſuperueniet mors in iiij. vel ante. Si autem accidat fluxus ventris in fine morbi, eſt ſimiliter ſm alios duorũ modorum, aut.n. expellitur materia ad hepar, & viſcera, & ſequitur ipſum incolumitas: aut accidit a debilitate hepatis, & proſtratione digeſtiuæ virtutis, & contentiuæ in ipſo, & ſequitur poſt ipſum pernitioſitas. Septimam rẽ complent ad miniſtrationes regulationum circa regimen ægri in generib. ſex rerũ, & proprie, vt dirigatur eis temperies in aere, quæ ſit vtcunque ad caliditatem decliuis, & timeatur obtuſio, & acuitas in ipſo ex multiplicatione boreæ, & auſtri, inquantũ poſſibile fuerit: & fiat elõgatio a fumis, & vaporibus, & ventorũ flatu: & ab aere agitationis aquarum, & ab æſtuoſo, & ficco. Nutriens autem oportet commenſurari eis, ſm conſiderationem noſtram, quam dirigimus, aut ad morbum, aut ad patientem. Et ad morbum quidem, aut ſm quantitatem acuitatis, aut ſm horã acceſſus, & receſſus eius, & multitudo quidem acuitatis facit neceſſariam ſubtractionem nutrientis; ſicut paruitas multiplicationem ipſius. Et Hipp. quidem dixit apud vehementiam doloris, & acuitatis, ſi cibus detur, eſt ponere ægrũ ad deſperationem, & mortẽ: & illud ideo, qm̃ natura debilis ad alteram duarum occupationum, deficiet ad vtrãque, & certum eſt furioſã ex reſiſtentibus naturæ ſuppeditationem multiplicari: quare tunc nutriens omnino prohibendum eſt. Et adhuc nutrire circa acuitatis, & doloris aduentum, ſeu augmentum, horrendũ eſt magis, quam circa ipſius vltimitatem. Apud vero acuitatis, & vehementiæ doloris declinationem, non ſuſpectum eſt, & minus apud lentescentiam. Vlterius autem nutriendum, qm̃ iam accidentia quieta, & leuia, & facilia fuerint; & adhuc vlterius, qm̃ ex toto remiſſa ſunt. Nutries igitur cum nondum in toto leuior fuerit, cum eo, quod eſt ſicut aqua hordei, & aqua zucchari, aut aqua mellis; vtriſq; factis ſubtilibus. Et cum iam a dolore alleuatum ægrum inueneris, ſed non integre, ſis contentus aqua zucchari, & aqua hordei decocti in aqua plurima, decoctione vehemẽti; aut aqua altereniabin cum aqua hordei, decoctis vehementer; facilitant enim ſputũ, & ſi vlterius ſolicitare volueris, ex amygdalis iuſculum decoctionis earum admiſcebis, & dabis cum melle modico, aut zuccha. & ex eis eſt aqua alchanderes, & aqua tritici, & proprie cum amplius ęgrum alleuatum inueneris, ſimiliter iuſculum ex maluis, & cryſolochana, & bletis, & ſicla, & cucurbita, & ſorbitiones earum ex fabarum farina: & concedimus in fine febris pulmenta ex butyro. Et poſt febrem iuſcula ex herbis cum carnibus teneris, aut vitellis ouorum. Et quidam ex antiquis dabant panem cum aqua zucchari, & iuleb. Gale. autem

Qualiter fluxus ventris in fine pleureſis aduenies aliquando bonum ſignifi cat, aliquando malum.

Dare cibũ, apud vehementiam doloris eſt ponere ægrum ad deſperationem, & mortem.

A precipit, quod nunc comprehendit vniuerſitas, fermẽtum non dari: facit.n. apertionem apoſtematis ante digeſtionem, & azymum non dari, ſputum.n. inuiſcat, cum autem rupturam apoſtematis quærimus, damus fermentatum: ruptu ram.n. apoſtematis facilitat. Et vniuerſaliter quidem cõceduntur eis canna mellis, & grana ta dulcia, & poma dulcia elixata, ac aſſata; & paſſulæ ſine interioribus, & cheſmes, & iuiubæ completæ, & amygdalę. Et qñque extendimus vſque ad piſces degentes in ſcopulis, & proprie habentes ſquãmas, & hęc proprie tribuantur, ſi cut exigit diſpoſitio. Et in pleureſi quidẽ phlegmatica danda eſt aqua cicerum, aut aqua hordei, & cicerum cum melle; & aqua caulium cũ
B oleo amygdalino, aut lacte amygdalarum, & cibentur beta cum oleo amygdalino, aut lacte earum, & melle; & detur etiã altereniabin cum hyſſopo, & melle: aut pulegio: eſt.n. ei cibus bonus. Et dico quod tempus, ætas, regio, & cõſuetudo in adminiſtratione quantitatis nutrientium, & numeri; vtrum parum, vel multum, ſemel, aut amplius dari debeant, regulat: quare diſtinguendum eſt in illis, ſicut ſcis. Potus autẽ eis bonus eſt aqua zucchari, & aqua mellis, iuleb ſubtile, & aqua hordei ſubtilis, & quæ hoc curſu procedunt. Aquam autem in hyeme calidam bibant: æſtate vero temperatam. Verum abhorreant aquam frigidam, niſi in duobus caſibus: & hoc quidem in tuſſi ſicca, & aſpera: &
C in ſiti ex caliditate vehementi: tunc quoque cõcedimus ipſam, frangentes frigiditatem eius, cum ſecaniabin, & iuleb; acquirentes ei ex virtute inciſionis alſecaniabin, virtutem penetrationis, vt penetret, diſcurrat in venas, & ſigilletur, deinde ex frigiditate, & humiditate virtutis aquæ extinguis inflammationem, & ſedas aſperitatẽ, & ſitim, hoc eſt.n. qđ non omnes cõprehenderũt. In morbi autem declinatione detur eis vinum album, dulce, ſubtile; & rob cum aqua pluuia, & aqua mellis, & conceditur vinum aquoſum, & lene, & vinum cheſmes, & aqua decoctionis alcheſmes, & aqua paſſularũ, & iuleb, & quę hoc curſu procedunt. In phlegmatica vero ſorbeant aquã mellis, qñque decoD ctionis hyſſopi, & quæ hoc curſu procedunt. In melancholica vero cibentur ſorbitionibus factis ex ſauich triticeo, & melle, & alterniabin, & oleo amygdalarum, & ex ſorbitionibus factis ex farina fabarum in iuſculis ex lingua bouis domeſtica, & ſylueſtri. Potent aquam mellis cum aqua lupuli, anethi, & ſimilium. Et quidem iam dictum eſt, in hac ægritudine ventrem fluxibilem cum moderantia fieri, etenim eius ſtrictura, vel largitas plurima non eſt bona. In lubricitate igitur ventris, prohibenda ſunt iuſcula ex herbis, dãda vero ſunt apud vẽtris ſtrictũram, & cum ſitis aſpera fuerit. Et prohibenda ſunt granata, & poma, cum ventris conſtipatio fuerit: danda vero ſunt apud lubricitatem

citatem ipsius,& sic intelligendum est de cæteris. Cibare autem, aut potum dare, non nisi a fæce purgatis visceribus: vel saltem membris digestionis primæ, Hippo. iussit, neque accedẽte dolore, neque præsente eo, neque in hora deteriore horarum. Similiter autem, nec aperias venas, fæce constipatis visceribus, aut lubricitate dominante eis,& proprie vehementi: neq; in die, cum natura obijcit morbo; sed in die minoris agitationis, si possibile fuerit. Soluere vero apud ventris constipationem,& apud materiei declinationem ad hypochondria, cum ene matibus magis esse conueniens Gale. iussit. In euacuando vero membra nutritiua,& spiritualia, abscindente pharmacia opus esse præcepit, & enemata vtilia esse nõ negauit, & proprie sicut dispositio exigit. Adhuc autem opus pharmaciæ abscindendum est, apud febris, & accidentium vehementiam: excusat enim tunc ab ea sola phlebotomiæ administratio, nisi forte lenire siccitatem viscerum oporteat: & hoc magis cum clysteribus facias.

Sermo in aqua hordei. Cap. 8.

COnsueuerunt antiqui vocare aquam hordei, ptisanam, & consueuerunt vocare ptisanam, & chylum esse liquores resultantes ex elixatione alicuius rei in aquoso, ex actione caloris operãtis in illa. verum chylus habet artificem calorem animalis, & proprie in vase proprio. ptisana autem habet artificem calorẽ ignis in vase communi, sicut ex elixatione carnium, & frumenti, & hordei, & aliarum rerum nutrientium. Elixationem autem rerum medicinalium consueuerunt vocare apozema. & inuenerunt aquæ hordei duplex officium, scilicet lenitionis cum absterfione: aut sine absterfione. & si quidem est cum absterfione, potum medicinale vocauerunt. eam vero, quæ sine absterfione est, quandoque vocauerunt potum tantum, & quandoque potum, & cibum. Et in his distinguitur modus operationis secundũ artem,& sciẽtiam: quare duplicem in eius operatione inuenerunt artem vnam. scilicet facientem eam potum medicinalem, aliam facientẽ potum tantum, aut potum, & cibum. Ars vero prima modificat sic. Accipe hordei excorticati, & fricati cũ panno aspero frictione vehemẽti, vsque ad excussionem tenuium corticum circiter libram. i.& fit hordeum subtile, mediũ inter antiquum, & nouum; super quod non cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de contagione fumi, aut pulueris; & conseruatum fuerit in loco aeris liberi; & iam habuerit perfectionem in maturitate sua.& pone illud electum in olla noua mundata, lota, & absterfa nimis; vt non remanserit in illa de odore quicquam omnino. & proijce super ipsum aquæ circiter libras xx.& fit aqua fontium, dulcis, leuis, & subtilis. & exerce coctionem ipsius cum omni facilitate, inquantum possibile fuerit: & sine fumo, auferendo a principio spumam eius. & decoquatur vsque ad consumptionem medietatis aquæ, aut duarum partium eius. deinde coletur, & conseruetur in vase vitreo; habet enim hęc aqua virtutem lenitiuam resultantem in ea ab aqua,& medulla hordei: abstersiuam,& lenitiuam a nitrositate quadam expansa in cortice hordei interiori tegente medullam eius. Est igitur facilis; lauatiua,& sputi facilitatiua. ventrem lubricat, oppilationes aperit, & vrinam prouocat. Ars vero secunda modificat secundum hunc modum. Recip. hordei excorticati circiter lib. i.& frica illud cum panno aspero frictione vehementi, vsque ad exclusionem,& ad separationem intrinsecorum corticum omnino. laua illud lauationibus pluribus cum aqua calida: deinde pone id in olla, & funde super ipsum aquæ circiter lib. viij. deinde bulliant cũ facilitate ebullitione vna, & proijciatur ab eo illa aqua; deinde pone super ipsum aquę calidę circiter, li. xx.& decoq; cũ facilitate vsq; ad lib. x. vel vsq; ad lib. 7. deinde cola,& recõde in vase vitreo. Hęc aũt aqua sitim,& asperitatem sedat,& inflãmationẽ extinguit;& pectus,& pulmonẽ,& guttur lenit, sitim extinguit, vẽtrẽ lubricũ reddit, pręcordia humectat,& sputum facilitat. Hæc autem aqua, vlteriorem recipiens coctionẽ infundendo adhuc in ea parum post parum circiter lib. x. aquæ calidæ, efficitur cibus,& potus, quem quibusdam colatum; quibusdam non colatum secundum necessitatis indigentiam Hippo. dari præcepit. Et quandoque adhuc vlteriorem recipit decoctionem, vsque adeo, donec habeat mediocritatem inter iunctum, & liquidum; & est cibus laudabilis, habens bonitates solemnes.

Proprietates ptisanæ primi modi.

Secundus modus.

Proprietates ptisanæ secundi modi.

Ptisana vltime decocta est cibus laudabilis.

Sermo in aqua ciceru m. Cap. 9.

DIxerunt antiqui duplicẽ in ciceribus proprietatem esse. Ex eis vna est, quæ est expansa in superficie corticum cicerum, humiditas baurachia cum caliditate subtili, quæ tollitur sola ebullitione. Et est alia proprietas, quæ sedet in toto corpore eorum; & est humiditas dulcis, subtilis, nutribilis, tamen inflatiua. Si vero coxeris lib. i. cicerum conseruantium adhuc nitrositatem suam cum lib. xx. aquæ facili decoctione, vsque dum redeant ad lib. x. tunc erit aqua eorum potus medicinalis; & proprie lauatiuus, & abstersiuus,& aperitiuus oppilationum, tã præcordiorum, quam nutritiuorum, & viarum vrinę, frangitiuus lapidũ in eis: mundificat viscera, sitim tamen non tollit. Et si vlteriorem excipiat coctionem, & cum plurima aqua, vsq; dum acquirat mediocritatem inter tenue, & iunctum, est cibus bonus ægritudinibus phlegmaticis. verum oportet, vt detur colatus. Ex ciceribus autem, a quibus iam expoliata fuerit nitrositas, fiũt iuscula incitantia vẽtrem,& impinguãtia. Sermonem in aqua mellis iam scripsimus in antidotario nostro, quare non

De aqua ciceru m, quales fiãt diuersis modis. Hunc syrupum alchermes describit etiam in antidot. Hunc syrupum describit Serapion in proprio antido. Illud valeb descriptũ. Mes. supra in antidotario.

mon eſt hic neceſſe repetere. Abuhali. Iuleb alcheſmes cõferens cum auxilio Dei pleureſi, & doloribus pectoris. Recipit alcheſmes, & paſſulas, & decoquantur in aqua, decoctione ſufficiẽti: & accipe huius aquæ, partem. j. penidiarum, partem ſemiſ. decoquantur vſque dum ſufficit. ſecundum eũdem modum fiat iuleb. Idem. Syrupus conferens tuſſi, & pleureſi. Recipit ſucci granatorum dulcium, lib. ij. ſucci cãnarum mel lis, lib. j. penidiarum tantundem. Fiat ex eis ſyrupus, bonus, ſi Deus voluerit. Ioãnitius. Iuleb ſubtile cõferens pleureſi cum inflammatione, & ſiti. Accipe ſucci melonis indi, aut ſucci cucurbitæ aſſæ, lib. iiij. zucchari lib. iij. fiat ex eis ſyrupus, & detur cũ aqua hordei. Idem. ſyrupus violaceus conferens febribus, & pleureſi, & tuſſi ſiccæ. Recip. violarum recentium, ſeminum cydoniorum, & citruli, ana drachm. x. ſeminis maluæ, dra. xij. gummi arabici, drac. viij. tragacanthi, drac. ij. Funde ſuper ea, aquæ calidę, lib. vij. & dimitte die, ac nocte, deinde bulliat ad cõſumptionem medietatis: deinde cum penidiarum libris duab. fiat ſyrupus, da cum aqua hordei, & mucilagine pſyllij, mane, & ſero. Iſraelita. Syrupus cõferẽs pleureſi, & catarrho calido, & tuſſi calidæ cũ aſperitate, & ſiti vehementi factis cauſa ſiccitatis temporis. Rec. iuiubarũ pinguium, ſebeſten, ana. c. violarum, ſiracoſt, ana, drac. x. liquiritiæ, florum linguæ bouis domeſticæ, ana drac. xij. ſeminis maluæ, cydoniorum, ana dra. v. ſuper ea proijce aquæ calidæ, lib. vij. & dimitte die, ac nocte: deinde coque vſque ad conſumptionẽ medietatis, cum zucchari lib. ij. & ſucci malorum granatorum dulcium, li. j. fiat ſyrupus, da cũ aqua hordei, & mucilagine pſyllij. Idẽ. Syrupus cõferens pleureſi cum inflatione, & acuitate vehementi, & tuſſi difficili. Reci. aquæ cucurbitæ lib. iij. ſiracoſt, violarum, ana, drac. xx. pulpæ caſiæ fiſtulæ, dra. x. infundantur omnia p̃ diẽ ac noctem in ſucco prædicto calido, deinde frica manibus, & cola. & cũ ſucci granatorũ dulciũ lib. j. & zucchari lib. ij. fiat ſyrupus, da vt ſuperius diximus. Hamech. Syrupus de violis conferens pleureſi, & tuſſi calidæ. Rec. violarũ, vnc. ij. ſeminũ cydoniorũ, & maluæ, ana vnc. j. iuiubarum, ſebeſten, ana. xxx. decoque in li. vij. aquæ cucurbitæ ad tertiæ partis cõſumptionẽ, & cum zucchari, li. ij. fiat ſyrupus. Filius Zachariæ, Confectio trochiſcorum feſtinantium maturationem in pleureſi, & facilitantium ſputum. Recipit violarum, ſucci liquiritię, ãna dra. decem, tragacanthi, amyli, ſeminis althęæ, ſeminis fęniculi, ana drach. quatuor, confice cum mucilaginibus, & proprie pſyllij, & ſeminũ cydoniorum, & ſem. lini. & fit doſis, drac. j. cum ſyrupo violato. Idem. Cõfectio vnguenti lenientis pectus, & facilitantis ſputum. Recipit olei violarũ, vnc. quatuor, mucilaginis ſeminis lini, & ſemi. cydoniorum, & mucilaginis ſeminis althææ, ana drac. iiij. mucilaginis hordei

Iſte ſyrupus violaceus differt ab illo qui poſitus eſt in antidot.

Syrupus optimus ad pleureſim.

Alius ſyrupus conferens pleureſi.

Syrupus violaceus conferens pleureſi.

Trochiſci valde ad pleureſim.

Vnguentum ad pectus faciliſans ſputum in pleureſi.

A mundi coctæ ad perfectionem vſque dum rũbeſcat, vnc. j. & ſemiſ. ſucci radicum lilij. vnc. j. ceræ puræ, vnc. j. aggregentur oĩa bona aggregatione, & inungatur cũ eo pectus, bonum, ſi Deus voluerit. Sabor Rex Medorum. Deſcriptio vnguẽti ſedantis dolorẽ, & lenientis ſputum. Rec. olei violati, vnc. j. ceræ drach. ſemiſ. adipis anatis, & gallinæ, ana drac. quinque, hyſſopi humidæ, drach. viij. butyri ouium loti ſæpe in aqua hordei, dr. iiij. mucilaginis ſeminis lini, althææ, ana drac. x. & fiat ex eis vnguẽtũ bonum, & expertum. Et ſi materia cõpactior fuerit, pone pro oleo violato oleum de lilio. Idẽ. confectio emplaſtri mirabilis ad ea, quæ diximus. Rec. folio

B rum violarum, drac. quinq; radicum lilij, drac. x. farinæ hordei, & fabarum, ana drac. vj. & ſemiſ. mucilaginis maluauiſci, & ſeminis cydoniorum, & ſeminis lini ana dra. xij. florum chamæmeli, & tragacan. ana dr. vij. ceræ, vnc. ij. olei violati, nnc. viij. rob quantũ ſufficit, aggregẽtur omnia, & decoquantur, & ſuperpone. Si aũt materia compactior fuerit, & indiget reſolutione, addat̃ in eo farinæ ſeminis lini, dra. j. & pro oleo violato ponatur oleum de lilio. Et ſi calidi

C tas intenſior fuerit, adde eis ſucci foliorum cucurbitæ, nenupharis, ana drach. xij. & ſubtrahimus ſemen lini. Idem. aliud ſedans dolorem, & maturans. Accipe farinæ hordei, meliloti, ana partem vnam, far. fænu. ſem. lini, ana partem ſemiſ. ſem. papaue. albi, partis. i. tertias duas, aut corticũ papaueris partẽ ſemiſ. vitellũ oui vnũ, rob quantum ſufficit ad aggregãdum ea. Filius Amaran. Emplaſtrũ conferens pleureſi. Accipe violarum, furfuris farinæ albæ, farinæ hordei, & fabarũ, maluæ, chamęmeli, meliloti, ana partes æquales, cõfice cum cera, & oleo violato quantũ ſufficit, & vtere. Et ſi neceſſitas expetit, ad maiorẽ reſolutionẽ adde ficus albas, farinã ſeminis lini, & fœnugræci. Si autem reſolutio, quam quærimus, non fuerit poſſibilis, immo tẽdit ad hoc, vt ſuppuretur: & hoc ſignificatur ex eo, quod nõ mũdificatur in xiiij. die: immo multiplicatur dolor cũ febre, & difficultas, & cõſtrictio anhelitus, & tuſſis, & alia: tunc diuertemus

D noſtrã cõſiderationẽ ad inueſtigãdũ qualitatẽ accidentium ſignificantium ſuper alterum duorum, ex his, quæ cõpræhendit ratio de eſſe virtutis. Nam ſi dolor cum prædictis accidentibus nõ multus fuerit, neque propter phlebotomiã, neque propter ſputum, neq; propter alia ſedat̃: & virtus fuerit fortis, expecta ſuppurationẽ, & ſi virtus nõ fuerit fortis, expecta caſum eius, & mortem. Et dixit Hippo. quod quando pleureſis non reſoluitur, neque mundificatur vſq; ad diem xiiij. tunc permutatur ad collectionem. Et tunc oportet, vt ars perducendi collectionẽ ad ſuppurationem, & ex ſuppuratione ad ſtatũ incolumitatis, dirigat intẽtionẽ noſtram ad ſex res. Prima quidem eſt maturatio apoſtematis. Secũda eſt ingeniatio ad rupturam eius. Tertia

Vnguentum aliud ſedans dolorem, & faciliſans ſputum.

Emplaſtrũ ad idem.

Aliud ad idem.

Aliud emplaſtrum ad pleureſim.

De cura pleureſis, q̃ terminatur per ſuppurationem.

eſt abſterſio,& mũdificatio materierum. Quarta eſt mũdificatio,et cõſolidatio. Quinta eſt correctio accidẽtiũ. Sexta eſt rerum ſex regulatio. Primã igitur rẽ cõplent adminiſtrationes medicaminum aggregantiũ in ſe virtutẽ lenificationis,vel ſimul etiã reſolutionis,vt cadat maturatio æqualiter in materiã iam collectam.& illa quidẽ oportet,vt latitudinem cum gradatione adminiſtrationis medicaminũ habeat,incipiendo ab eis,quę ſunt in gradu temperatæ cõplexionis;extendendo ad ea, quæ ſunt maioris eleuationis,donec perueniatur ad gradum fortium. Et ſcias quoniã principium operationis medicaminis fortis inęqualem facit maturationem,aut ante maturationem apoſtema aperit.

Maturationes ab intra. Maturatiuorum autem quædam operantur ad miniſtrata interius per os,& quædam exterius. Et ex interius operãtibus, & tẽperatis eſt aqua decoctionis ficuum ſiccarum, & dactylorũ, & fortius eis eſt decoctio vtrorũque. Et ex eis eſt decoctio fœnugræci, & ficuum ſiccarũ cũ rob, aut ſine eo,aut paſſularũ,& fęnugręci;aut aqua hordei decoctionis ficuũ ſiccarũ vel radicũ lilij cũ melle. Et ex eis eſt fortius decoctio ficuũ, paſſularũ enucleatarũ, dactylorũ, fœnugræci, & ſeminis maluæ cum meibuteg. & ſi fuerit in

In caliditate intenſa. eo caliditas vehemẽs, tunc cõueniens eſt aqua hordei cum aqua iuleb ſubtili,aut cũ aqua mellis.aut cũ aqua decoctionis maluarum, aut ſeminum earum,aut althææ, radicis lilij, aut ficuum ſiccarum, & paſſularum, aut fœniculi,

Trochiſci. aut ſeminum cydoniorum,& ſimilium. Confectio trochiſcorum facientium maturationem, & proprie cum non eſt caliditas vehemẽs. Recip. ſeminum maluæ,althææ,farinæ fœnugræci.ſeminis lini aſſi,farinę cicerũ,ſucci liquiritię, tereniabin.ana.fac trochiſcos cũ mucilagine ſeminis lini.da cũ eo,quod conuenit ex potibus.

Trochiſci. Cõfectio alia trochiſcorũ,cõferens ei cum quo eſt caliditas,& febris vehemẽs. Recip. violarũ ſiccarum,tragacanthi,amyli,ſucci liquiritiæ,ſeminum cydonionum,ſem.citruli,et melonis,& cucurbitæ,ſeminum maluæ, althææ, florũ meliloti,ana.fac trochiſcos cum mucilagine ſeminum cydoniorũ,aut ſem.lini : da cum eo, quod

Maturatio ab extra. conuenit ex potibus. Extrinſecus autẽ operantium, quædã ſunt embrochationes, & proprie ex aquis decoctionis maluæ,aut althææ, aut fęnugręci,aut ſeminis lini,aut cydoniorũ,& ſimilium adminiſtratę cum ſpongijs. Et quãdoque additur eis,quod eſt ſicut melilotũ, & anethũ, & herba vitri, quando oportet ſedare dolorẽ. Et quandoque oportet, quod ſint liniciones, & proprie,quę ſunt ſicut cera,& oleum imbibita in mucilagine pſyllij,& ſeminũ maluę,aut in mucilagine fęnugræci,& ſeminis lini,& althææ,& ſimiliũ. Et ex eis eſt adeps gallinę,et anatis,& ſimilia. Et fortius eis eſt diachylon diſſolutum in oleo de lilio. Et adhuc fortius,quod fit ex mucilagine radicũ maluæ,althææ, farinæ hordei, fœnugræci,ſeminis lini, & ſemi. cydoniorum, & melle, aggregatis cum butyro loto,& cerato facto ex oleo, & cera. Et quæcunque ſunt emplaſtrationes, & proprie cũ eis, quæ fiunt, ſicut ex farina hordei,& mucilagine ficuũ cum melle ſimul coctis;aut ex farina hordei, & mucilagine cum melle,& oleo veteri: aut ex dactylis, & farina frumenti,& rob:& ex valde bonis eſt, quod fit ex oleo, & folijs caulium,& farina fœnugręci cum butyro ſimul coctis,et ſimiliter ex radice lilij cocta cum rob,& butyro. Et fortius eis eſt,quod fit ex farina hordei,& ſemine lini, & fęnugræci, & ſemine maluę coctis cum mucilagine ficuum,& althææ,cum melle,& butyro,& rob, & adipe antiquo. & adhuc fortius ſi addatur eis galbanum diſſolutũ in rob, aut vino dulci. Et adhuc fortius ſi addatur ex ſimo columbino,& fortius adhuc,ſi addatur vtrunque. Hoc autẽ medicamẽ interdum collectionẽ vſque ad partes cutis adducit. Et ſi addatur in medicamine herbæ albeduſtur aliquid, operabit id vehemẽtius. Et confert in hac hora adminiſtratio quietis,& proprie in aere quieto,& tẽperato ad caliditatẽ,& humiditatẽ decliui. Cibos autem manducent,maluas, bletas, ſiclam,atriplicẽ cum oleo amygdalino. Et ex ſumma oleorum melius eſt leureng:eſt enim ei cibus,& medicina citã,& facilem faciẽs apoſtematis maturationem.& laudatur eis aliquid tereniabin,& ius cicerum dulcium cum meliloto,& ſorbitiones frumentales, & ius caulium, & ſimilia, & concedantur eis in ſecũda menſa ficus ſiccæ elixę,& dactyli humidi,& cheſmes, & poma dulcia elixa,& canna mellis,& ſimilia. Secundam rem complent adminiſtrationes medicaminũ aggregantiũ in ſe virtutẽ lenitionis,& apertionis cum ingeniationibus ex modis operationum. ad hoc quidẽ genus medicaminis perueniendum eſt cum iã factum eſt dubelati. & hoc quidem ſignificatur ex remiſſione doloris,& febris à multiplicatione grauedinis in loco collectionis. Medicamina autem,quibus ineſt proprietas hoc facere ex eis,q̃ ſumunt̃ per os, ſunt ſicut ſyrupus de hyſſopo,& de praſſio. Et ex eis efficacior eſt ſyrup.de ſucco herbę albeduſtr.et melle : apozema decoctionis eius cum modico fermenti ſimul diſtemperatis,& coctis. Et fortius eis eſt ſuccus ipſius cum fermẽto, & melle. Et adhuc fortius ſi addatur eis baurach modicum:& eſt forte, & confert in hac hora. & proprie cum natura eſt fortis,& febris non eſt. adminiſtratio theriacæ, & mithridati. Feſtinant enim & facilitant apertionem.Et ſimiliter ſinapis cum aqua mellis, aut aſſa fœtida cum lacte. Ex his autem, quibus linitur extra, eſt emplaſtrum factum ex herba albeduſtur, & butyro, aut adipe antiquo,& melle:fortius eis eſt,ſi addatur ex ſimo columbino, & fermento: adhuc fortius ſi addatur baurach.Modi aũt operationum,quibus ingeniamur ad opertionẽ apoſtematis,

Ingenia rũ pendi apoſtema.

matis.sunt prouocatio tussiculæ, hora post horã.& fortius eo est prouocatio vomitus. & confert ante horam eruptionis,vt dormiat super latus infirmum,deinde reuoluatur subito, & impetuose ad latus sanũ. & sunt ex ingeniãtibus, qui mouent,& agitant eos lecto pensili, aut in cunis.& sunt,qui agitant sedem, in qua sedent, gubernando eos ne cadant. Et sint cibi eorum in hac hora sorbitiones fermentatæ, ex farina cum melle,aut tritico;aut ex farina hordei, aut tritici,aut cicerum. & panis fermẽtatus infusus in aqua mellis,aut rob. & conceduntur eis oua sorbilia cum pane:& lac calidum, sicut mulgetur cum pane:& passulæ, & ficus siccę cũ pane. Et comedãtur in secunda mensa grana pinearum,cum ficubus siccis,& amygdalis dulcib⁹, & amaris, & similia. Verum si cum hac arte apostema non rũpitur,tũc est timorosum. quare oportet,vt aperiatur collectio cum phlebotomo, aut cauterio, vt sanies egrediatur, & non subito,ne superueniat ei quod est,sicut debilitatio,& syncopis,& mors,quare oportet,vt paulatim omni die extrahatur, & cum cautela. Cum autem sanies,quæ expuitur post apostema iam factum, aut egreditur post apertionem iam facta fuerit alba,& vncta,ęqualis, nõ habẽs de odore corruptionem aliquid omnino, & febris cõtinuatur remissio paulatim; tunc est aliquid, de quo est spes ad incolumitatẽ:& proprie quãdo continuãtur ei quinque aliæ significationes laudabiles,quę sunt ꝓprie leuitas,quies, iucunditas,& desideriũ cibi,& bonitas aliarũ operationum,videlicet naturaliũ, & spiritualiũ.quare in hac oportet hora, vt conserues virtutem cum carnibus,& cibis temperatis,neque terrendum de febricula,quoniam eradicabitur paulatim exeunte sanie. Cum autẽ accidentia in contrarium eorum quæ diximus,apparuerint; tunc est illud,de quo desperabit. Inquit Hippo. Terminus rupturæ huius apostematis quandoque præscribitur in xx.diebus,quãdoque xl.& quãdoque lx. & illud ideo, quia quanto accidentia collectionis fuerint vehemẽtiora,tãto status vicinior,& eruptio velocior, & quanto accidentia leuiora, & pigriora fuerint, tanto status, & eruptio remotior. Accidentia autem super hæc significantia sunt febris,& dolor. Hęc enim vehemẽtia,aut remissa citam, aut tardam eruptionem declarãt. Tertiam rem complent administrationes medicaminum à sanie mundificantium, post collectionis eruptionem. & quidem hoc secundum exigentiã declinationis sanici. in quibusdam enim transitũ habẽs per pulmonem,excreatur cum tussi.in quibusdam vero recipitur in vacuitate corporis,& subintrans concauam venã trãsit ad hepar: & sic quidẽ aut in partem concauam eius,& declinabit ad intestina magis, sicut ad propinquiores ductus: aut ad partẽ gibbosam ipsius,& declinabit ad vias vrinę.& in quibusdã fit post rupturam ad nullã

Qualiter sanies non est extrahenda subito in apostemate.

Terminus rupturæ apostematis.

A partium saniei declinatio:quare cõculcatur ibi dem. & est materia morborum difficilium, & phthisis: & quandoque præfocat multitudine sua,quibus omnibus iam succurrimus, vt mundificetur a principio vulnus.nisi eñ(sicut Hippo.dixit)vsq; ad xl. dies mundificatum fuerit, faciet cadere in phthisim. Cum autem natura expulsionem saniei per os iam fecerit,absterſiua, mundificatiua, lauatiua medicamina ante dari oportet. & in genere eorũ est aqua mellis laudabilior,& aqua zucchari,& iuleb,& similiter aqua hordei, & aqua cicerum. & fortius eis est secaniabin Galeni,quod scriptũ est in capitulo,quod est ante illud. Et adhuc eis fortius est decoctio hyssopi,& syrupus ipsius, & decoctio
B radicum lilij cælestis,& syrupus eius mellinus. Huius etiam intentionis est lohoc de caulibus, & lohoc de squilla,et electuarium de orobo, & lohoc de allijs est vehemẽtis virtutis in hac parte:& allia assa cum melle et butyro. & nos hæc scripsimus in capitulo de asthmate,et tussi. Plura prẽterea,& diuersa ex eis,quę pectus,& pulmonem a putredinibus mundificãt, scripsimus ibidem,quę ibi requirantur. Confert etiam vomitus prouocatio cum interpolatione cũ aqua mellis,& sale;aut cum aqua mellis,& baurach, aut sinapi. Conferũt etiam super locum embrochationes,et linimẽta,et emplastrationes; & ꝓprie ex rebus, quę adiuuant ad mũdificationẽ.
C Et ex summa eorum est decoctio alhasce, aut hyssopi,aut ireos, aut similiũ, administrata cũ spõgijs.& quandoq; miscetur cũ eis,quod est sicut spica,& lignũ balsami,et grana ei⁹,& hueg, & aristolochia rotunda. Et ex eis,quæ liniũtur super locũ,est oleum de spica, et oleũ de alcanna,& oleũ de lilio, et oleũ chamæmeli, & anethi,& fortius est eis oleũ de iride, & adhuc fortius est oleum balsami. Emplastrationes autẽ oportet vt fiãt ex eis, quæ sunt sicut chamæmelũ,melilotum,spica,& farina hordei, fęnugræci,et seminis lini,et seminis maluę,congregatis cũ cerato,quod fit ex hyssopo humida, & oleo de lilio,oleo de nardino:& oleo de iride, & cera:et fortius eis est;et ꝓprie quãdo cꝝitur ex vn
D ctione;et proprie factũ ex alumine,sulphure,et asphalto aggregatis cum oxymelite. Et quidẽ super his canon est,medicinalia huiusmodi nõ esse euacuanda ab aliqua trium proprietatum. Et prima quidem est,vt sit absterſiua,et mũdificatiua. Secunda vt sit mẽbri,ꝑ quod est saniei transitus,confortatiua. Tertia,vt sint expulsiones factæ per illud membrum facilitatiua. Et primum quidem perficitur cũ eis, quæ sunt sicut aqua mellis,et aqua zucchari,et syrup⁹ mellinus; et alia, quorum præcessit rememoratio. Secundũ vero cũ eo, quod est, sicut hyssopus, hasce,chesmes,et similia in expulsione facta ꝑ pulmonẽ;& sicut spica,et cordumeni,et amygdalæ amaræ, & similia, in expulsione facta per hepar ad vias vrinæ, & sicut trochisci diarho-

don,& maſtiche,& vech:& ſimilia in expulſio
ne facta per hepar ad inteſtina. Tertium vero
perficitur cum eo,quod eſt ſicut iris, & ſemẽ al-
churat,& cartamus,& ſimilia, quãdo ſanies ex
purgaẽ ſputo.& ſicut decoctio fœniculi,& apij,
& aqua cicerum,& ſimilia, quãdo expurgatur
per vrinã. & ſicut ſal,& baurach, & cartamus,
quãdo fit expurgatio p̃ inteſtina. Et ſunt ex me
dicinis,q̃ aggregãt in ſe omnes intẽtiones,ſicut
ius galli antiqui,& mel,& liquiritia,& capillus
ven.et hyſſopus,et caſſia fiſtu.& mãna,& ſimi-
lia. Hæc enim adiuuãt ad expulſiones oẽs,quas
diximus. Et ſunt ex medicinis magnis,quę etiã
aggregant omnes has intentiones: ſed nõ ſunt
adminiſtrandæ,niſi cum morbus proprie chro-
nicatur.& ſunt theriaca proprie,& mithridatũ,
& athanaſia; mundificant enim hæc ſufficien-
ter.& ex eis eſt cõfectio mirabilis relata ad Ar-
chigenem,quam ſcripſimus in cap.de tuſſi;& ſi
militer medicamen de piperibus. Verum ſuper
his cautela adhibẽda eſt.oportet eũ febre len-
teſcente dari,& natura non debili exiſtente, &
cũ melle plurimo;aut aqua mellis,vt exiccetur
ſanies,& mũdificetur locus: & ſit potio eorum
circiter auellanã vnã,vel duas, ſecundũ exigẽ-
tiam rei cũ eo quod cõuenit ex potibus, & pro-
prie cum aqua mellis. In craſtinũ autẽ ſit quan
titas eorum minor, ſic ſemper diminuẽdo, do-
nec perueniatur ad mel ſolum. ſi nõ plene cum
eis mũdificetur,iterum redeatur ad alia: & ite-
rum,ſi oportet procedatur eadem doctrina, vſ-
que ad id, quo exiccetur in totũ. Et ſi cum hoc
regimine adhuc non mundificabitur plene,ac-
celerabimus cũ ſapientia, & adminiſtrabimus
medicinam ex arſenico, & ſulphure ſecundum
ſciẽtiam traditam a nobis in cap.de aſthmate,
& tuſſi:hæc enim exiccãt cum fortitudine. Et ſi
cum his cõſtringitur anhelitus, redeundum eſt
ad ea,quę dilatant ipſum,& educunt ſaniem,ſi-
cut aqua mellis cum medicamine hyſſopi. Et ſi
ſupercalefiunt ex eorũ adminiſtratione,redeũ-
dum eſt ad aquam hordei cũ aqua mellis, & in
leb,& ſimilia. Cum autem hæc accidẽtia ceſſa-
uerint,ſcilicet cõſtrictio anhelitus,ſupercalefa-
ctio,& exiccatio, iterentur prædicta cum vici-
ſſitudine ſecundum exigẽtiam neceſſitatis. Ci-
bi autẽ eorum ſint ſicut aqua cicerum,& altere-
niabin,& ſorbitiones ſubtiles,ex farina cicerũ,
hordei, & fabarum cum oleo amygdalino, &
melle, & zuccharo; & ius caulium cum oleo
amygdalino,& quãdoque cum gallinis,niſi fe-
bris vehementia prohibeat: & ius gallinarum
antiquarum,& ius galli antiqui,& carnes pulli-
næ,& hœdinæ: & addatur eis in cibis, aut iuri-
bus eorũ dum res expoſtulat,ex pipere aliquid:
adiuuat enim ad mundificandum,& exiccãdũ.
Et præcepit Gal,dari cœpas, & allium in ieiu-
nio,vt vulnus non cludatur, donec mundifice-
tur. Et præcepit dum ſanies ad inteſtina decli-
nat, dari cibaria, quæ ventrem moueant, ſicut
E pprie malua,bleta,atriplices, & leureng. & cũ
per vias renũ educere volueris, dari, quæ ſunt
ſicut aſparagi,aut baucia,& ſimilia. In ſecunda
vero mẽſa comedat grana pini, amygdalas cũ
melle,& ſemina fœniculi, dactylos humidos,
et ſimilia. Et conceduntur etiam poſt cibos po-
ma dulcia,et cydonia,et pyra,& pprie ſceburc,
& ſimilia. Potum autem damus eis vinum dul-
ce,& vinum alcheſmes,& vinum de paſſulis,&
aquam mellis & aquam zuccharı. Si autẽ col-
lectio erumpitur,& diffunditur ſanies in loco
collectionis,ad nullam partem declinans: tunc
oportet cauteria ſuper eodem loco.iij.vel v.vel
plura,ſi neceſſitas expetit, imprimi cum caute-
rio puncti,& perforetur pectus vſque ad locum
F ſaniei;& hoc ſi fuerit in pectore. Si autem fue-
rit in latere,aperiatur cum ſagitella vſque dum
perueniatur ad ſaniem, vt extrahatur,& exicce
tur extractionibus remouẽtibus materiam;do-
nec ſanies paulatim exiccetur in totũ,mundifi-
cationibus,et abſterſionibus quotidie factis cũ
aqua mellis,aut cum vino mellito,et ſimilibus.
Quartã rẽ cõplent adminiſtrationes medicami
nũ aggregãtium,nunc virtutem abſterſionis &
mundificationis, nũc vero incarnationis & cõ-
ſolidationis:& oportet medicamina huiuſmo-
di ſibi inuicẽ ſuccedãt vſq; dũ plena appareat
ſanitas. Et dictum eſt,aquam mellis abſterſiuũ
bonum eſſe. Et dictũ eſt de alijs; quæ nõ opor-
tet nunc iterare. Et iam quidem compertum eſt
G in lacte caprino, aut aſinino aggregari intẽtio-
nes duas,ſcilicet abſterſionis ex parte aqueita-
tis eius,& cõſolidationis ex parte caſeitatis ei⁹.
Et oportet vt ſit lac calidum ſtatim cum mulge
tur;& poſt bonum paſtum, & proprie deſicca-
tiuum. Verum aſininum lac ſubtilius eſt,quã ca
prinum:caprinũ vero tẽperatius eſt eo, & aqua
decoctionis hordei,et cãcrorũ fluuialiũ aggre-
gat ſimiliter intentiones duas prædictas, & ſi-
militer lac coctũ cum oleis. Medicinalium au-
tem incarnantium, & conſolidantium vulnera
pulmonis,& pectoris, ſumma dicta eſt cap. de
ſputo ſanguinis.quare oportet, vt pars illa affe-
ratur ad locum hunc. Et loquemur adhuc de
eis in cap.de phthiſi,ſi Deus voluerit. Cibi au-
H tem eorum ſint carnes paruarum auium, & ex-
tremitates hędorum, & porcorum iuuenum,&
arietum caſtratorũ:& riſum cum gallinis, & tri
ticum, & ſorbitiones teneræ ex frumento cum
carnibus. Et ex valde iuuantibus ſunt ſorbitio-
nes ex farina orobi,aut ex farina riſi cum lacte.
Et lac coctum cum eis eſt cibus delectabilis; &
proprie cum lapidibus fluuialib⁹,aut chalybe,
& ſimiliter caſe⁹ recẽs, & ſimiliter ſorbitiones,
& pulmẽta ex lacte cum farina cicerũ, aut faba
rũ,aut amyli.caueatur autẽ indigeſtio eius: cõ-
tingẽs enim ex lacte moleſta eſt & inimica, &
proprie quantum eius nutrimentum eſt amicũ.
Potus eorum ſit vinũ mediocriter ſtypticum,et
vinum album, & vinũ antiquũ dulce eſt bonũ
eis, &

eis;& aqua,in qua extinguitur ferrū, aut aqua de minera ferri;& aqua roſata,aut aqua pluuialis infuſionis gummi aſſi,& ſimilia. & laudatur eis rob myrtinum,& ſyrupus eius,& miua cum aqua maſtiches. Et non negligantur excellentiæ zucchari roſati, & adminiſtrationes eius omni hora. Fortaſſe enim eſt ipſum ſolum medicina curans eos. & nos diximus in capitul. de ſputo ſanguinis ſecundum ſermonem Galen. & dicemus hoc latius in cap. de phthiſi,ſi Deus voluerit. Medicinarum autem ſumma,quæ adminiſtrantur emplaſtrando,dicta eſt in capitulo de ſputo ſanguinis. Quintam rem complēt adminiſtrationes medicinarum ſedantium accidentia, in tota curæ latitudine, ſuperuenientia:ſicut ſunt vehementia doloris, & febris, & prauitas anguſtiæ,& ſitis,& tuſſis vehemens,et ſtrictio anhelitus, & vigiliæ, & faſtidium cibi, quæ tempore collectionis, & maturationis timoroſa ſunt: maturata autem ea ſuſpecta ſunt magis;poſt eruptionem autem ipſius remanentia mortalia ſunt. Verum ex eis quædam remanētia ſunt ſecundum magis,& minus ſuſpecta: & quædam corrigi poſſunt,quędā aūt minime.

Secunde aphoriſmorū

Inquit Hip. dolor,& febris circa ſaniei generationem vehemētiora ſunt: generata autem ea, remiſſiora;& amplius remiſſiora poſt eruptionē ipſius;& adhuc amplius mūdificata,& exiccata ea. Si aūt contrarium hoc acciderit,tūc nil aliud,niſi praſſinitas, & profunda corruptio ex prauitate venenoſitatis ſignificatur:& hæc quidē vere mortalis. & teſtatur hoc virtus apparēs ſicut amurca,& fœtidum;& hoc quidem incorrigibile, deſperandum omnino. Et hoc idē de prauitate anguſtiæ dicimus;& ſimiliter de tuſſi & conſtrictione anhelitus. Vigiliæ aūt, ſitis, & appetitus defectio,aliam, atque aliam poſſunt habere cauſam. propter quod non iudicāda mala ſimpliciter. Vigilationem autem efficit mala cerebri complexio, ſicut ſiccitas, & bauracitas ex mala humiditate occultata in ipſo. Aliquando autem efficit frequens agitatio,ſuper aliquare. & iam quidem diximus curam eius in ca. de ſahara. Sitis etiam cauſam poteſt habere extraneam;ſicut eſt proprie ſalſuginoſitas ex mala qualitate exiſtente in ſtomacho, aut caliditas, aut ſiccitas in orificio ipſius, & alia, ſicut dicemus in c. ſuo. & curatur,ſicut dicemus ibi. Et ſimiliter defectio appetitus poteſt habere cauſas quas etiam dicemus in proprijs c. Sextam rem complent adminiſtrationes regiminum ex generibus rerum ſex,ſecundum exigentiam quinque canonum ſuperſcriptorum. & hoc quidem dictum eſt. Filius Zachariæ. Confectio trochiſcorum,qui adminiſtrantur cum aqua hordei, cum qua cocti ſunt cancri fluuiales, & ſyrupus de papauere,aut rob myrti. Et conferunt ad cō ſolidationem, & mundificationem vulneris pectoris,aut pulmonis,quorum permiſtio. Recipe papaueris albi,ſeminis cucurbitæ, & citrulorum excorticatorum, ana drac. decem, amyli, dragacanthi, gummi arabici, ſucci liquiritiæ, ana drac. v. thuris maſculi,ſedenegi loti,boli armenæ,ſanguinis draconis,charabæ,ana drach. ij. myrrhæ:cinnamomi,opij,ana drach. j. & fiāt trochiſci,& adminiſtrentur. Idem. Confectio emplaſtri feſtinantis maturationem pleureſis, ſedantis dolorem eius. Rec. anethi. chamæmeli,violarum ſiccarum, furfuris, althææ, farinæ, ſeminis lini, fœnugræci,hordei,ana. decoquantur in aqua,donec ſint diſcocta. deinde conterā tur, & miſce cum oleo antiquo, & ſupponatur tepidum,& quandoq; adduntur in eo cinis caulium,& adeps anatis. Gale. Confectio lohoc mundificantis,& abſtergentis ſaniem a pectore,& pulmone. Accipe amygdalarum dulcium & amararum, granorum pini, ſeminis vrticæ, farinæ lupinorum,ana partes æquales, confice cum melle,& da cum eo, quod conuenit. Plures præterea ex medicinis mundificantibus pectus,& pulmonem a ſanie,& viru, dictæ ſunt in c. de aſthmate,& tuſſi,quæ requirantur ibi. Et ex medicinis ſanātibus vulnera pectoris,& pulmonis plures dictæ ſunt in ca. de ſputo ſanguinis. Abuhali. Confectio trochiſcorum ad vlcera,quæ fiunt in pectore,& pulmone, conſolidā tium ea. Recipe roſarum,balauſtiæ,ana drach. ij. ſanguinis draconis,amyli,olibani, ana drac. ij. dragaganthi,maſtiches, ana drac. j. & ſemiſ. acaciæ,croci,ana drac. j. tertiā,charabæ, & myrrhæ,ana drac. ſemis. confice cum rob cydoniorum,& myrtillorum;& da cum eiſdem. Confectio medicaminis ex inuentione noſtra, quod eſt medicamē forte,& expertum ad vlcera pulmonis,& pectoris; & mundificat ea a ſanie, & materia viſcoſa contenta in eis: & facilitat expulſionem earum. cuius hęc eſt permiſtio. Rec. olibani,myrrhæ,cinnamomi,amomi, granorū pini,radicum ireos, gummi albotin, croci, talch,ana drac. iiij. ſpicæ,caſiæ fiſtulæ,carnium dactylorū,ana drac. iij. coſti,drac. ij. galbani,drac, j. tertias duas,mellis quantum ſufficit ad aggregandum ea,decoquantur mel,& albotin in vaſe duplici,vſque dum habeat ſpiſſitudinem:deinde permiſce cum eis galbanum, & fac bullire denuo: deinde proijce ſuper ipſum puluerē aliarū rerum,& da cum eo,quod conuenit. Permutationum autem pleureſis ad alias ægritudines,quędam ſunt ad bonum,quędam ad malū. Permutat autē in peripneumonia, & ad phthiſim,& ad malum. Et permutatio eius ad peripneumoniam eſt ſecundum alterū duorum modorum. Quandoque enim fit ex conuerſione materiei pleureſis ad pulmonem;quandoq; ex cōuerſione virus ad ipſum, cū non mūdificatur vſque ad quadraginta dies, a ruptura collectionis. Et permutatio eius ad phthiſim ſimiliter fit ſecundum alterum duorum modorum, aut mediante peripneumonia,aut ſine mediatione eius:& proprie cum ſanies acuta, & mordicati-

Emplaſtrū ad pleuretim.

Lohoc mundificans ſaniem.

Trochiſci ad vlcera pectoris.

Medicamē inuentione propria ad vlcera pul.

De permutationibus pleureſis.

Trochiſci vtiles ad mundificationem, & conſolidationem vulneris.

ua reſoluta ab eruptione apoſtematis tranſiẽs per pulmonem vlcerat ſubſtantiam eius. Et dixit Hip. quod quando pleureſis non reſoluitur, neque mũdificatur in quatuordecim diebus, in empyema tranſit: & ſi empyema non mundificatur in quadraginta diebus a die rupturæ, permutatur in phthiſim. Et dixit Galen. quod materia pleureſis quandoque rapitur fluxu vẽtris, quandoque natura vincit ſuper ipſam & expellit eam ad partem aurium, & facit collectiones; & eſt ſignificatio incolumitatis. Et quandoque apparet victoria morbi ſupra naturam, & ſignificatur ex permiſtione intellectus, & vigilijs, & fit permutatio in phreneſim. Et quandoque vltimatur materia morbi ſupra naturam, & declinat materia ad cerebrum, interficit vſque in diem. iii. quandoque declinat ad neruos, & facit ſpaſmum. Et dixit iterũ Gale. quod quando rapitur ad partes cordis, multiplicatur tremor eius, et ſyncopis, & interficit in principio, & quandoque ſubito. Et dixit Hippo. quod aliquãdo accidit ex prauitate, & venenoſitate materiæ, vt vincat ſupra poſſe naturæ omnino: & conuertat partes loci, vt appareat dorſum patientis, quaſi dorſum verberati, & vi ret latus eius, & nigret ita, quod conſueuit de eis dicere vulgus eſſe percuſſos a dęmone. Iterũ Gale. dixit, quod natura multoties vincit ſupra morbum, & expellit materiam eius ad loca vacua ſubaſcellarum, & inguinum, & partium crurium, & aurium, & pedũ, & conuertit in apoſtemata bene nata ad pleureſim; ſignificant enim ſalutem. & quandoque conuertit materiam, & extrahit vſque ad cutem, & ducitur ad incolumitatem, cum apoſtemate ſub cute.

De peripneumonia. Cap. 10.

Propter duas cauſas peripneumonia eſt morbus periculoſior quam pleureſis.

PEripneumonia ex ipſa membri denominatione nomen acclpit: eſt enim apoſtema pulmonis. Et dixit Gal. quod eſt morbus difficilioris curę, quã pleureſis, & prõptior ad interficiendũ. & illud propter duas res. Et quidẽ prima eſt, quoniam in pulmone (ſicut ſcis) ſolutio continuitatis raro eſt ſuſceptibilis curę, propter cauſas in capitulo de ſputo ſanguinis aſſignatas. Secunda eſt, quia virtus cordis nõ patitur, immo deficit ab inflãmatione eius: creuit enim ipſum ſapientia, vt cuentaret cor. Eſt aũt peripneumonia morbus per ſe, aut morbus ex altero morbo cauſatus. Et quidẽ, qui cauſatur ab eo, quod eſt aptum natum eſſe nutrimẽtum pulmonis, aut a ſuperfluitate nutrimẽti ipſius, eſt morbus per ſe, deriuatur autẽ ex altero morbu, ſicut ea quę fit poſt catarrhum, & poſt pleureſim. Fit autẽ peripneumonia ex omni materia, ſicut pleureſis. Et ex ea q̃dam vera, quædã nõ vera. Et dixit Gal. quod vera peripneumonia eſt, quæ fit a phlegmate. Et videtur, quod dicẽti, quod vera peripneumonia eſt quæ fit ex cholera, ſit magis credendum. Et enim pulmo eſt membrum cholericum, & eius nutrimẽtum eſt ſanguis cholericus. Et iã quidẽ canon eſt, q̃ morbus cuius complexio nõ recedit à cõplexione mẽbri, niſi ſicut naturale, & innaturale, eſt morbus proprie verus. recedens autem ab eius complexione in contrarium ipſius, eſt morbus zebdeg. i. morbus nothus. Et fortaſſis ratio pro Galeno eſt, quoniã morbus proprie verus minus moleſtus eſt quam zebdeg. & peripneumonia phlegmatica nõ eſt in vehementia prauitatis, ſicut cholerica. interficit enim cito cholerica acuitate ſua: cum ſit vicina cordi: & oppoſitio cum infrigidantibus non peruenit ad locũ, nec perducitur, niſi poſt eius alterationem plurimã eo quod propter viarum diſtãtiam calefit. Hoc autem ſecus eſt in phlegmatica, quoniam oportet medicamina eſſe maturatiua, & reſolutiua. quæ facile ſunt peruenientia ad locum neceſſitatis ſine diminutione virtutis eorum. Prẽterea morbus proprius alius eſt, qui fit de materia, quæ deputatur ad nutrimentum alicuius membri, quæ dum corrumpitur facit morbum: aut fit de materia, quæ eſt ſuperfluitas nutrimẽti illius mẽbri. Et iã quidẽ Ariſt. dixit, quod ſuperfluitas eſt contraria illi rei, cuius eſt ſuperfluitas ſicut fimus, & chylus: & ſicut urina, & maſſa ſanguinea: & ſicut ſudor, & humores in venis: & ſicut medulla, & nutrimentum offium; & ſicut adeps, & caro, & ſimilia, niſi ſit ſuperfluitas delatiua potẽtialitas eius, à qua deciditur, ſicut ſperma. Et ſciendum, quod pulmo, ſicut cætera mẽbra, partẽ ſibi propriã de humorib⁹ recipit, ſed quod eſt, ſicut ſanguis cholericus, de ipſis deputatur ad nutrimentũ ipſius. Et ſuperfluitas ſui nutrimẽti, quod eſt phlegma mittitur in vacuitates eius, p̃p cauſas vtilitatũ, quas ſcis. propter quod quidã crediderunt Gal. dicẽti, quod vera peripneumonia fit ex phlegmate, ſicut ex ſuperfluo nutrimẽto, & crediderunt alijs dicentibus, quod fit ex cholera, ſicut ex nutrimento, cui iã accidit corruptio. & hoc ſecundũ intentiones prpprias. Terminatur aũt hæc paſſio ſecundum vnum trium modorum, ſicut & pleureſis: aut enim reſoluitur, aut ſuppuratur; aut permutatur. Et cura eius eſt ſimilis curæ pleureſis.

Peripneumonia terminatur ſicut pleuritis.

Secundum Galen. vera peripneumonia eſt quæ fit a phlegmate.

De empyemate. Cap. 11.

EMpyema quandoq; fit expleureſi, & diximus curam eius. Et quandoque fit a peripneumonia ſicut dictum eſt. Et quandoque ex ſanguinis ſputo. Verum cauſa eorum quandoque eſt a pulmone, quandoque a pectore, & partibus. Et iam quidem Gal. dixit factã ex cauſis in pulmone, moleſtiorem eſſe ea, quæ eſt ex cauſis in pectore, propter cauſas dictas in capitulo, quod eſt ante iſtud. Et ſimiliter curam eius difficilẽ eſſe, propter cauſas dictas in capitulo de ſputo ſanguinis. Cura autem omnis ſpeciei huius,

ius, similis est curæ empyematis factæ ex pleu- A reſi, quam diximus.

De phthiſi. Cap. 12.

PHthiſis est detrimentum deſiccationis, & conſumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitudinalium minutarum ex vlceratione pulmonis. Et vlceratio quidem huiuſmodi cauſam habet: aut ex præcedenti catarrho acuto vlceratiuo deſtillante, & imprimente in pulmone hora poſt horam: ſicut accidit ex frequenti inſtillatione ſuper petram, perforetur petra. Et quandoque fit ex præcedenti pleureſi, aut peripneumonia: mediante tamen empyemate: & quandoque tamen ſine mediatione. Et quandoque fit ex materia putrida diu ſtante in pulmone, quam ſequitur putrefactio, & vlceratio. Et accidit non nunquam poſt ſputum ſanguinis ſine mundificatione, ſicut Hipp. dixit. Poſt ſanguinis ſputum, caſus in ſaniei ſputum: & poſt ſaniei ſputum, caſus in phthiſim. Hic autem eſt ſermo eius ſub conditione: Et enim poſt ſanguinis, aut ſaniei ſputum, quibus non reſiſtitur, fit caſus in phthiſim. Raro autem contingit hæc paſſio pueris, & ſenibus. Et ſi cadant interdum ſenes in illam; occultari poteſt eis, & poſſunt diu viuere cum illa. Viris autem, & mulieribus frequenter accidit, & proprie paratis cadere in ipſam; & raro occultatur eis. Verum mulieribus occultatur interdum, licet parum. Contingit hæc paſſio, ſicut Hippo. dicit, a decimo octauo anno vſque ad trigeſimum quintum. Expoſiti, autem, vt cadant in phthiſim, ſunt habentes cerebrum debile, quare non prohibetur receptio ſuperfluitatum in ipſo; nec digeritur, quod tranſmittitur de nutrimento ad ipſum, quare ſunt catarrhizabiles, & ex parua cauſa. Et adhuc expoſiti ad id ſunt habentes pectus ſtrictum in creatione ſua, cum multiplicatione ventoſitatum in ipſo, & pulmone eorum, & vicinis partibus, habentes humeros alatos, ſicut ſunt curuaturæ alarum, & collum ſubtile, & longum; depreſſum inter alas, & humeros, & frequentat eos tuſſicula cum punctura alicuius ſpatulæ, aut mammillarum, & præcipue ſi ſint ex iraſcentibus facile, & cholericis. Tempus autem magis aptum vt faciat cadere in phthiſim, & quod vehementius nocet factis phthiſicis, eſt autumnus, & conſtipatio borealis multum dominans, & maxime, quando preceſſit auſter: aut conſtitutio auſtrina, quam præceſſit boreas. Et ex eis eſt regio borealis multum frigida, & ſicca; & cibi, & potus eius: & quæcumque hoc curſu procedunt. Curare autem phthiſim, quæ vehementer impreſſit, & diuturnauit, impoſſibile eſt: & proprie quando continuatur ei lubricitas ventris, faſtidium cibi, & fœtor oris, curuaturæ vnguium, & caſus capillorum, ſignificant enim ex hoc corruptionem profundari, & nutrimentum eſſe abſciſſum. Curare vero non diuturnam, aut quæ non multum impreſſit, & in qua accidentia timoris nondum apparuerunt, fortaſſis præſumendum eſt; quamuis non ſit facile. Et intentio in curatione eius eſt duplex, videlicet vniuerſalis, & particularis. Et vniuerſalis quidem intentio eſt tres res. Et prima quidem eſt correctio cauſæ facientis. Secunda eſt abſciſſio eius. Tertia eſt regulatio ipſius vitæ patientis. Primam igitur rem complent adminiſtrationes medicaminum abſcindentium nocumenta catarrhi (ſi accidat a catarrho) & hæc eſt radix operationis in hac cura. Et iam hæc ſcripſimus in capitulo proprio: & ſi cauſa ipſius fuerit B ex præcedenti empyemate, ex pleureſi, & peripneumonia, aut ſputo ſanguinis, cura eorum dicta eſt. Secundam rem complent adminiſtrationes euacuationum abſcindentium cauſas; quarum præceſſit rememoratio. Et ſiquidem malitiam complexionis calidam cognoueris ex plenitudine ſanguinis, phlebotomamus ex baſilica. Et ſi virtus permiſerit, demum ex ſaluatella, & quandoque phlebotomamus phlebotomia renouante numerum, ſi neceſſitas expetit, adminiſtrando ex cibis, & potibus, & alijs, quæ boni ſunt nutrimenti; & hoc diebus, quibus non phlebotomas. Si autem choleram abundare cognoueris, euacua cum eo, quod eſt ſicut aqua decoctionis capilli veneris, & chayare, de ſingulis manipulos ſingulos, iuiubas, & ſebeſten, ana xl. pruna ſicca. xx. pulpæ caſiæ fiſtulæ, ſiracoſt, ana vnc. j. zucchari violati. drachm. xij. ſi neceſſitas expetit: addatur eis, quod eſt ſicut trochiſci de violis, & ſimilia. Si autem cauſam læſiuam materiam phlegmaticam eſſe cognoueris, euacua cum cochijs, & ſimilibus, quibus ex bdellio, & tragacantho partes addantur conuenientes. Et ex euacuationibus particularibus, & vtilibus huic ægritudini, ſunt prouocationes hæmorrhoidarum, & menſtruorum, & maxime ſi ex eorum retentione in nocumentum cadat. Et nos de his in ca. de ſputo ſanguinis. iiij. canone locuti ſumus. Tertiam rem complent adminiD ſtrationes regulationum in generibus rerum ſex: & proprie collocentur in loco aeris temperati ad ſiccitatem decliuis; & permutetur ad regiones aeris temperati. Et ſint cibi eorum ex eis, quæ ſunt quantitatis paucæ, & pluris nutrimenti, & inſuper ad digerendum faciles; ſicut proprie hepata gallinarum, & teſticuli gallorum, qui non calcauerunt, & alæ pullorum, & carnes minutarum auium tenerarum, & carnes iuuenum perdicum, & alcubugi, & columbarum; & ſint huiuſmodi elixa aut in iuribus, aut in aqua hordei; & proprie quando quæritur mundificatio, & oportet, vt addatur tunc iuribus eorum de melle aliquid, & congruũt eis vitelli ouorum ſorbiles cum melle, &

con-

Senibus, & pueris raro accidit hæc paſſio. Corpora ad phthiſim diſpoſita quæ.

Phthiſim ĝ diu duranerit impoſſibile eſt curare.

conceditur etiam eis in hoc casu ius caulium impinguatum cum gallinis, & similia. Quando autem consolidatio,& conglutinatio vulneris quæritur; tunc oportet, vt sint cibaria desiccatiua, non eleuata in gradu multæ exiccationis; & sint etiam conglutinantia, sicut proprie extremitates,& rostra hœdorum, & porcorum iuuenum, & arietum castratorum. Pane autem vtatur similagineo bene cocto, habente aliquid mastiches, quandoque ponitur in eo ozimus, & similia. Et ex cibis conglutinatiuis est triticum cum gallinis, & risum, & similia, & pulmenta, ex geguer, & milio, & sauich, & chist hordei post bonam decoctionem eorum; & lentes sunt bonæ eis. Et pulmenta ex orobo, & sorbitiones ex farina eius, & similia: & cibus ex lacte sunt eis magni iuuamenti, proprie cum non est febris, & caseus,si est recens. Et nos diximus in ca. de empyemate diuersos cibos ex lacte, cano. quarto. Si autem fuerit cum ea febris vehementia, sit cibus eorum chist hordei bene cocti cum cancris fluuialibus, postquam abluuntur,abiectis extremis eorum,cum aqua,& cinere:& cum iteratione,& etiam cancri fluuiales assi, aut elixi in aqua hordei. Et quandoq; dantur cocti in lacte asinæ: & quandoque in oleis frigidis, & quandoque in aqua hordei,aut cicerum: & quandoque in lacte acetoso, abstracto ab eo butyro, & sunt iuuamenti sublimis, & adduntur eis cucurbita, & bleta cum oleo amygdalino, & citruli, & similia. Et ex rebus cibalibus simul, & medicinalibus est lac acetosum coctum cum tortellis de sceni: & sit proprie lactis, vnc. iij. & tortellarum tritarũ vnc.j. in crastinum adde ex lacte circiter aure. ij. & minue ex tortellis circiter aur.j. Et hæc fiant singulis diebus, donec deueniatur ad lac solum. Cum autem peruentum fuerit ad ægritudinis declinationem, incipiamus diminuere ex lacte acetoso omni die: & adde tortellas,donec deueniatur addationem tortellarum tantum. Hunc autem modum decoctionis lactis acetosi scripsit Paulus, & plurés post ipsum laudauerunt illud. Operatio autem acetosi lactis est secundum hunc modum. Accipe lac caprinum mundum habens bonitatem ex sanitate animalis, & congruitate pascui ipsius:extrahatur ex eo butyrum: & dimittatur vna nocte in aere temperato, mane autem agitetur vehementer, & excludatur spuma eius, est autem lac huiusmodi sedatiuum vehementis caloris, constrictiuum, & consolidatiuum. Potus autem eorum non febricitantium sit in principio vinum album dulce,& cum peruenitur ad tempus consolidationis, sit album ad stypticitatem declinans, permistum cum aqua pluuiali. Febricitatiuum autem potus sit aqua hordei,& aqua pluuialis, & rob myrti, & syrupus eius,& syrupus de papauere, cum vocat necessitas, & aqua pluuialis decoctionis cancrorum, & aqua granatorum dulcium, & similia. Et in secunda mensa comedant passulas cum granis post bonam masticationem, & granata dulcia, & cydonia de sceni cocta in rob, & similia. Et oportet ante comestionem, vt approximent deambulationibus mediocribus: & post ambulationes vtantur frictionibus lenibus, tenerum facientibus corpus; & hoc vt viuificetur calor in ipsis. Et post comestionem vacẽt,& quieti sint per duas horas: & hoc, in loco temperati aeris, in quo sint odores redolentium frigidorum,& stypticorum; cum administratione gaudij, deinde vacent somno, & quieti, quantum possibile fuerit. Et si fuerint vigilię,accedamus ad medicinas ex papauere:& hoc cũ sapientia, ne congelentur spiritus. Elongentur autem a balneis; resoluunt enim virtutem,nisi apud declinationem,tũc enim sunt iuuamẽti sublimis, quemadmodum dicemus. Prohibeatur autem eis omnis lubricitas, & constipatio viscerum, & magis lubricitas vehemẽs; resoluit enim virtutem, particularis autem intentio est quinque res. Et prima quidem est mundificatio, & absterſio vlceris. Secunda est prohibitio cursus materierum ad ipsum. Tertia expulsio materierum sanieiei eius,& exiccatio earũ ex ipso. Quarta est consolidatio eius. Quinta est correctio accidentium. Et primam quidem rem complent administrationes medicinarum mundificãtiũ, & abstergẽtium vlcera,& in genere eorum excellentius,& nobilius est mel,& aqua eius, aggregat enim virtutẽ mundificationis, & absterſionis,& præter hoc, est cibus,& potus amicus naturæ, & iuuatiuus valde. Et ex eis est aqua hordei, & aqua zucchari,& aqua cicerum, & fortius eis est decoctio hyssopi,& syrupus eius, & adhuc fortius est lohoc de caulibus,& de sqlla.Et ex eis,quæ sunt maximi iuuamẽti,est medicamen Galeni. ipsum enim est mũdificatiuũ bonum, quod recipit ireos, hasce,hyssopi, ana partes æquales, confice cum melle,da mane,& sero a drachm.j. vsque ad ij. cum aqua mellis. Et dicit Democritus, hyssopus, aut iris, aut farasin singulariter, vel coniuncta,cocta in aqua mellis, aut in aqua hordei sunt mundificantia bona, & nos diximus plura ex his in cap.de empyemate.Secũdam rem complent administrationes medicaminũ materias a pulmone prohibentium. Et hoc quidem perficitur secundum alterum duorum modorum; & proprie cũ prohibitione materiei, quæ transfertur ad ipsum ex altero membro: & cum confortatione pulmonis,vt non recipiat,quod ad ipsum transfertur de materia. Et secundum plurimum, quæ transferuntur ad pulmonem materiæ sunt catarrhales, aut transmissæ a vicinis membris; & ex pleuresi, & alijs, & horum curam iam diximus. Summam enim medicinarum pulmonem confortantium etiam diximus in capitulo de tussi humida. Et ex eis est rob myrti, & syrupus

Quando est cum febre.

Modus faciendi lac acetosum.

Fructus.

Somnus.

Balnea.

Mundificatio vlcerũ.

rupus eius cum drach.ij. pulmonis vulpis ficci. A Et ex medicinis quidem mirabilis iuuamenti aggregantibus virtutem confortationis,& mũdificationis est medicamen Galeni, quod recipit pulmonis vulpis ficci, succi liquiritię, capillorum veneris, seminis fœniculi, anisi, ana, confice cum zuccharo decocto cum aqua quantum sufficit. Et quandoque conficitur cum rob myrthino, & est confortatiuum amplius. Tertiam rem complent administrationes medicaminũ putredinis, quæ sunt in pulmone, exiccantium. Et nos quidem diximus in cap. de tussi, hæc administranda esse post mundificationem debitam, vt extirpetur post eas residuum putrefactionis omnino. Et diximus, quod administratio ex myrrhæ rubeæ, drachm.j.& mellis drac. B iiij.lambendo diebus interpolatis cum aliqua ex medicinis educentibus saniem, est medicamen vtile. Et fortius est lambere alchitran cũ melle; aut cum melle, & galbano simul liquefactis. Et ex maxime iuuatiuis eis sunt medicinæ magnæ, sicut theriaca, & mithridatum; & alia, quorũ in capitulo de empyemate præcessit rememoratio, & si indigetur adhuc medicamine exiccante, procedemus ad medicinas de arsenico, & sulphure scriptas in eodem capitulo canon.xxx. Et non negligantur medicamina huius summæ, quoniam ad sanitatem perducunt, si Deus voluerit. Verum si peruenitur ex eis ad supercalefactionem, succurrendum est cum aqua hordei, & iuleb: cum trochiscis C de camphora, vsque dum cesset accidens: deinde redeatur ad exiccatiua prædicta. Quartam rem complent administrationes medicaminũ aggregantium in se duas virtutes: mundificationis, scilicet, & consolidationis. Et ex medicinis proprijs in hac summa est lac asininum cũ virtute subtiliationis in ipso, & lac caprinum cum temperie sua: & lac muliebre cum proprietatibus temperiei intra illam. Lac enim aggregat intentiones tres. Est enim res cibalis, & dilecta nimis,& est ex rebus velocis conuersionis in sanguinẽ; est enim sanguis bis coctus: & est post illud medicina abstergens vlcus virtute serositatis eius,& conglutinans ipsũ virtute caseitatis eius. Et oportet, vt bibatur ca- D lidum cum mulgetur; & si posset, fugi ex mammillis: & hoc in ieiunio ante cibos alios, & oportet, vt post ipsum quiescant, ne corrumpatur, & acescat in stomacho eorum: nec dormiant super ipsum, nec suscipiant cibum, nisi prius descendat. Et si oportet, vt bibatur in loco aeris temperati, & proprie cum fuerit gaudium, & tranquillitas, & quando ipsum magis mundificatiuum esse quærimus, dandum est cum melle. Et quandocumque ipsum magis conglutinatiuum, & consolidatiuum quærimus, detur cum zuccharo rosato, & similibus, aut coctum cum lapidibus. Et si sumens ipsum constipationem patitur viscerum, oportet, vt eligatur ex lacte, in quo multiplicatur serositas: & si non sufficit, multiplicetur quantitas potus eius in die sequenti: & adhuc in die tertia, & si adhuc non sufficit, miscẽdum est cum eo, quod est sicut zuccharum, & sal: & si adhuc non sufficit, miscendum est polypodium cum ipsis, si autem sumens ipsum lubricitatem intestinorũ patitur; tunc oportet, vt misceatur ei, quod est, sicut hypocystis, & similia. Et si tussim habuerit, misceatur cum eo, quod est sicut dragacanthum. Et si cum stomachi debilitate fuerit, miscendum est cum eo, quod est sicut trochisci diarhodon, & similia. Et lac quidem, de quo butyrum extractum fuerit, est magis conglutinatiuum; & coctum quidem amplius: & quod cum butyro est, est magis humectatiuum, & impinguatiuum. Ars autem in decoquendo lac est huiusmodi. Accipe lac mundum; & recipe ipsum in vase puro absterso, & pone super ipso circiter quintam partem eius ex aqua pluuiali, deinde extingue in ipso lapides fluuiorũ ignitos sine fumo, vsq; dum lac fuerit coctum, & consumptæ aquæ partes in ipso, lac autem melius est, quod sumitur ex animalibus iuuenibus mediocriter, non nimis remotis, aut vicinis partui; quorum pascua sunt ex herbis montanis, in quibus est subtilitas, & mundificatio cum stypticitate, & exiccatione. Et laudauit Galen. herbas huiusmodi deputandas esse pascui eorum, scilicet ex herbis calidis; absynthium, hyssopum, hasce, polium, scea, iahde, fœniculus, abrotanum,& similia, & ex frigidis, rubus, rhamnus, solatrum, caiare, & similia. Et oportet, vt dandi lactis quantitas comparetur possibilitati virtutis suscipientis ipsum, quare incipiendum a quantitate minori, dando ex eo circiter vncias tres, prima die, & in crastinum addatur ei circiter vnc.j. & sic fiat alijs diebus, a prima die, vsque dum deueniatur ad lib.j. vel parum amplius. Demum paulatim deueniendum est vsque ad illud, quod est sufficiens, & iam quidem diximus cauendum eis esse ab indigestione in potu lactis, in ipsa enim est timor. Febricitantibus autem, aut caput dolentibus, aut siti vehementi obsessis abscinditur lac dulce: & laudatur eis lac acetosum, de quo extractum est butyrum secundum doctrinam traditam a nobis in hoc eodem cap. danda est etiam eis aqua hordei cocta cum cancris fluuialibus secundum, quod etiam dictum est, & syrupus de papauere, aut syrupus de myrtho cum eo. Et oportet cancrorum extrema abscindi, deinde lauari corpora eorum cum aqua, & cinere frictione vehementi, & hoc cum iteratione,& iteratione,& oportet vt detur in ieiunio,& sit quãtitas potus eius circiter vnc.iij.& in crastinũ adde, vnc.j.& sic die quolibet vsque ad lib.j.& semis.mane,& sero ante alios cibos. Summa autem medicinarum vlcera pulmonis,& pectoris consolidantium est hæc. Sanguis draconis,

Medicamẽ Galeni quo nunc vtuntur medici sub nomine luch de pulmone vulpis.

In lacte sunt tres intentiones ad hoc.

Modus decoq. ẽdi lac ad phthisicos.

Quorum animalium esse debeat lac.

Modus præparandi cancros ad hoc.

Vlcus pectoris & pulmonis consolidãtia.

&

& proprie lutum ſigillatum, bonum armenicũ, charabæ, ſedenegi, olibanum, maſtiche, balauſtiæ, roſæ, & ſemen eius, corallia, euphiſtidos, cortices cancrorum fluuialium vſtorum, ſemen portulacę aſſum, amylum aſſum, ſemen maluę, & althææ aſſum, ſemen arnogloſſæ aſſum, gummi aſſum, fructus myrti, & ſimilia. Medicamina autem, cum quibus hæc danda ſunt, proprie, ſunt vitelli ouorum, lac dulce, & acetoſum, aqua pluuialis, & aqua hordei decoctionis cicerum, & cancrorum fluuialium; aqua alſauic, ſuccus cydoniorum, miua, ſuccus myrti, roſæ, & ſuccus earum, mucilago pſyllij, ſemen cydoniorum, ſyrupus de papauere, ſyrupus de iuiubis, ſyrupus de violis, & ſyrupus roſatus, & ſimilia, ex medicinis autem compoſitis ſunt hęc, trochiſci de luto ſigil. aut de luto armenico, philonium perſicum eſt vltimum: mũdificat enim & exiccat putredines, & cõſolidat vlcera, et nos ſcripſimus ipſum, & adhuc alia multa huius intentionis in cap. de ſputo ſanguinis, quæ efficaciter afferantur ad hũc locum. Ex rebus autem mirabilis iuuamenti ad conſolidationes, & ſanationes vlcerum pulmonis, eſt zuccharum roſatum recens: ſuper quod non prætерijt annus, aggregat enim in eo virtus abſterſionis ex ſucco roſarum, & virtus conſolidationis ex parte ſubſtantiæ earum. Et noſti, quod virtus abſterſionis ex roſis propter antiquitatẽ abſcinditur, quæ adhuc poſſidetur in recentibus. Et Gal. quidem pręcepit dari zuccharum roſatum ſingulis diebus in quantitate plurima etiam cum rebus medicinalibus, cibalibus, & potabilibus, ſecundum omnem modũ adminiſtrationis eius: ita, quod etiam cum pane, & vſi ſunt eo poſt ipſum plurimi: & non eſt comprehenſibilis eorum numerus, qui ſanati ſunt ex vſu eius; tamen prius mundificationibus præcedentibus, falluntur enim vtentes eo a principio, dum mundificatio non præceſſerit, coarctat enim in pulmone materias, nos autem dedimus cum lacte calido nõ febricitantibus. Febricitãtibus vero cum aqua hordei decoctionis cancrorum fluuialium, & alijs multis modis adminiſtrationum: & inueni mus eſſe medicamen vltimum. Verum quoties ex eius adminiſtratione contingit cõſtringi anhelitum, dentur, quæ elargant ipſum ex eis, quę educunt ſaniem: ſicut proprie ſyrupus de hyſſopo, & ſimilia, & ſi accidat ſupercalefactio propter deſiccationẽ, detur ſyrupus de iuiubis, aut ſyrupus de violis, aut mucilago pſyllij, aut cydoniorũ cum aqua granatorũ, aut aqua expreſſionis ſeminũ portulacæ cũ trochiſcis de cãphora dictis in antidotario, & ſi ſequatur poſt ipsũ conſtipatio naturæ, detur myrobalanũ de violis, aut ſyrupus eius cum aqua hordei, & poſtquam ceſſauerint huiuſmodi, redeatur ad zuccharum roſatum dandum in omnem modum. Quintam rem complent correctiones cadentes in accidentia concomitantia, & ſuperuenientia huic morbo, & ex concomitantibus eſt febris, conſumptio, & macies, & debilitas, & ex ſuperuenientibus eſt tuſſis, fluxus ventris, conſtipatio, & faſtidium cibi. Et iam Hippocrates dixit mundificatiuũ vlceris febris lẽteſcentiam ſuccedere debere: quæ ſi non ſucceſſerit, conſtat corruptionem vlceris profundari. Nos autem experiemur, circa omne tempus curationis eius interponere medicamina febris vehementiam ſedantia: vt ſigillentur ex his, & illis beneficia concordantia: quorum finis eſt ſanitas. Et ſuccurretur conſtipationi, & arefactioni eorum cum eis, quæ adæquant, & humectant ex cibis, & potibus, & rebus medicinalibus, & adminiſtratione lactis dulcis, & alijs, quæ diximus. Et confert eis balneatio in aqua dulci calida, poſtquam morbus in declinatione fuerit; & ante illud eſt res prauior; & eſt ponere ægrum in deſperatione. Forma autem balneationis eſt in hunc modum. Præparetur aer balnei, vt ſit liber, non habens de corruptione odoris, aut prauæ qualitatis omnino aliquid; & calefiat, vt ſit caliditas balnei, & aquæ caliditas temperata, aqua excitetur, & non reſoluatur calor naturalis, & ſit prima manſionum remiſſius calida, quam alia, tunc intret patiens manſionem primam, & fricetur in ea leui frictione, & proprie tenerum faciente corpus, deinde intret manſionem ſecundam, & incipiat lauare corpus cum aqua calida vtendo leui frictione cum manu, deinde paulatim intret aquam calidam, & delectetur in ea, deinde incipiat lauare corpus eius cum aqua decoctionis capitum hædorum, aut cum aqua hordei cõquaſſata cum ouis multis, & oleo amygdalarum dulcium, deinde ducatur ad manſionem primam; & inungatur corpus eis oleo roſato: & ducatur ad habitaculum exterius, in quo ſit aer temperatus, cum multitudine redolentium ſtypticorum: & quieſcat in lecto, deinde poſt duas horas cibetur cibis laudabilibus, paucæ quantitatis, & pluris nutrimẽti, ex eis, quorum iam mentionum fecimus. Et ex hinc tota intentio noſtra ad humectandum ſit occupatior; & cum delectatione, & quiete, & ſomno, & delitijs ſimilibus. In craſtinum autem aut in die tertio balneetur ſimiliter. Si autem patiens debilis fuerit, ante per duas horas, quam balneum intret, accipiat ſorbitionem, & ex carnibus teneris, aut ex lacte dulci, & quieſcat ſuper ſorbitiones per duas horas; deinde intret balneum. Si autem patiens talis fuerit, vt virtus eius tolerare poſſit, pręcepit Galenus, poſt ſufficientem lauationem in aqua calida, aut in aqua capitum arietum caſtratorum, ſpargi ſuper corpus eius in prima manſione, ex aqua frigida aliquid, prẽter quam in capite eius, deinde inungi oleo roſato. Lauationes etiam in tina ſunt huius intentionis, & proprie cum rẽbus humectantibus, & impinguantibus corpus, ex his, quæ dicta ſunt. Poſt hæc paulatim deuęnien-

Medicamen mirabile ad phtiſicos eſt zuccharum roſatum recens.

Modus balneandi phthiſicos.

Quo nam modo zuccharum roſatum phtiſicis febricitantibus exhibendum ſit.

Accidentia phtiſicorũ.

deueniendum est ad administrandum in balneis lauationes ex aquis decoctionum capitum arietum castratorum, & similia. Et si corpus remanserit debile, vngatur cum oleo mastichino, & similibus. Et similiter paulatim deueniendum ad alia cibaria laudabilia, & solidiora. De tussi autem, & constipatione ventris, aut fluxu, quæ superueniunt eis: dicemus sicut in præteritis iam diximus. Et si accidat eis casus appetitus, curetur sicut in capitulo proprio dicemus.

De medicaminibus ad phthisicos. Cap. 13.

PHthisicis medicamina conuenientia scripta sunt plura in antecedentibus. Et ex eis sunt trochisci Galeni scripti in ca. de tussi catarrhali, & descriptiones syrupi de papauere, & diapapauer, & trochisci, & pilulæ de papauere, & pilulæ de styrace, & aliæ pilulæ de narcoticis scriptæ in eodem capitulo: & hæc proprie ad sedationem catarrhi, Medicamina vlcus mundificantia, & saniem eius abstergentia partim dicta sunt in cap. de asthmate, & tussi: & partim in cap. de empyemate. Summa autem medicinarum vlcera pulmonis, & pectoris consolidantium, dicta est in cap. de spuro sanguinis. Confectio testiculorum vulpis est phthisicis, & cõsumptis medicina experta: & dicta est in antidotario. Hamech filius Zezar. Confectio loch, quæ confert phthisicis, & mundificat vlcera pulmonis, & consolidat. Recip. iuiubas. l. passularum enucleatarum, drach. xxx. seminis maluæ, drac. iiij. cancrorum fluuialium drac. xx. capillorum veneris, caiare, virgæ pastoris, linguæ arietis, ana vnc. semis. liquiritiæ vnc. j. Decoquantur in lib. iij. aquæ, vsque ad lib. j. & adde eis syrupi de papauere, & zucchari tabarzet, & sapæ, ana vnc. vj. decoquãtur ad mellis spissitudinem, deinde proijciatur super ea seminis cucurbitæ mũdatæ, vnc. j. gummi arabici, dragacanthi, seminum cydoniorum, amili, seminis portulacæ, amygdalarum dulcium, ana drach. viij. papau. albi, drac. v. Post bonam triturationem miscentur cum alijs, da mane, & sero circiter drach. v. Idem. Syrupus de psyllio conferens phthisicis. Reci. spodij, seminum portulacæ, seminum cydoniorum, papaueris albi, ana drach. ij. psyllij mundi drach. v. succi arnoglossæ cocti, & depurati, drach. xx. cancrocum fluuialium lotorum secundum doctrinam prædictam, drachm. xx. decoquatur in lib. iij. aquæ vsque ad lib. j. & cũ lib. j. zucchari fiat syrupus, da mane, & sero cũ succo arnoglossæ; est enim efficax. Et quandoque dat cum puluere huiusmodi. Recipit psyllij, gummi arabici, dragacanthi, boli armeni, ana, da cum syrupo prædicto, & succo linguæ arietis. Filius Zachariæ Arasi. Vlcera pulmonis, cum nõ sunt chronica, sed adhuc aliquid ex sanguine egreditur cum tussi, curari possibilia sunt, detur ergo cum non est febris, lac recenter mulsum; & si fuerit cum eis febris, detur aqua hordei cum cancris fluuialibus, aut cũ syrupo de papauere, & dum non constringitur anhelitus eius, administrentur trochisci de papauere: quorum descriptio hæc est. Recipe papaueris albi, seminis cucurbitæ, & citrulorum mundatorum, ana drachmas quatuor, dragacanthi, amyli, gummi arabici, succi liquiritiæ, ana drachmas quinque, thuris masculi, boli armenæ, sanguinis draconis, charabę, ana drachmas duas, myrrhę, cinnamomi, opij, ana drachmam vnam, fiant trochisci, da cum syrupo de papauere aut rob myrthi. Et quando cum istis rebus constringitur anhelitus, dentur in potu ea, quæ elargant ipsum, & educunt saniem; sicut syrupus hyssopi, & similia. Sabor. Loc conferens phthisicis, & consumptis. Recipe testiculorum vulpis vncias quatuor, batrembuch, caiare, ana drachm. j. cicerum dulcium tritorũ, vnc. iij. seminis papaueris albi, vnc. j. & semis. hordei mundi, vnc. j. passularum enucleatarum ficuum ficcarum, carnium dactylorum, ana, drachm. ij. cancrorum fluuialium, vnc. iij. decoquantur omnia in libris quatuor aquæ vsque ad lib. j. & semis. deinde accipe zucchari, & penidiarum, ana lib. j. testiculorum vulpium elixorum in dulci lacte, vnc. iiij. aut cum olei amygdalini, vncijs tribus, decoquantur vsque dum sufficientem habeant coctionem, deinde proijce super ea papaueris albi, succi liquiritię, seminum citruli, melonis, cucurbitæ, cinnamo. seminum bombicis purgatorum, seminis maluæ, florum boraginis ana drachmas duas, amyli, dragaganthi, gummi arabici, ana drach. ij. carnium dactylorum, passularum enucleatarum, ana drachm. v. tere, confice cum prædictis, bonum, si Deus voluerit. Filius Serapionis. Cõfectio de iacur conferens ad catarrhum acutũ, & phthisim ex eo. Recip. seminis papaueris albi, & nigri, ana vnc. j. & semis. radicum liquiritiæ, vnc. j. & semis. seminis cydoniorum, seminis althæę ana drachm. j. & semis. dragaganthi, vnc. semis. gummi arab. vnc. semis. proijce super ea aquæ pluuialis, lib. v. & dimitte die ac nocte, demum decoque vsque ad consumptionem duarum partium, & adde mellis lib. j. s. & penidiarum lib. s. igni lento decoque vsq; cum mellis habeat spissitudinem, da mane cum aqua hordei. Et accipiatur in sero ex his pilulis. Recip. seminis portulacæ, drachm. v. dragaganthi, gummi arabici, ana drachm. iij. seminis citruli, drachmas iiij. seminis cucurbitæ excorticati, & seminum cydoniorum, ana drachm. vij. succi liquiritiæ, drachm. v. fac formas similes lupinis cum mucilagine seminum cydoniorum, dentur tenendæ sub lingua.

Trochis. de papa. — *Trochisci de papauere.*

Alius lib. conferens phthisicis.

Confectio de iacur.

Pilula sub lingua pt phthisicos.

SVM-

SVMMA I.

De curatione ægritudinum cordis. Et primo de ipsis in vniuersali. Cap. 1.

AEgritudines cordis sunt debilitas pulsus,tremor;& syncopis. Et hę quidem ægritudines eadem fere habent radices,non aliter inter se differentes, nisi sicut debiles,& fortes. Causantia autem has ægritudines cum sint debilia, & remissa imprimentia debilitatem cõtra vigorem mineræ,faciunt debilitatem cordis. Amplius autẽ eleuata, vt imprimãt ægitationem læsiuam in ipso facientem in differentijs motus cordis sensu perceptibilem, quæ sunt ex magno ad paruũ : ex veloci ad tardum : ex raritate ad frequentiam, & e conuerso, tunc fiunt constitutiones duæ, aut enim fiunt illa nõ integre,neque in omni hora,sed cum quadam interpolatione,& vicissitudine;& fit tremor cordis. Cum fortiora fiunt vt imprimant vehemẽtius impressiones fortius lædentes impediẽtes, aut præfocantes motus eius; aut sepelientes spiritus ad interiora; aut intercedentes absque intercisione omnino; aut aggregãtes ad prĩcipiũ; aut resecantes absque eo, quod est in radice; faciunt syncopim. Vincẽtia autem ea vltimata victoria super naturã,ita vt abscindatur spiritus, & calor vitæ, aut extinguatur in minera; sunt causa mortis. Causæ autem facientes has ægritudines, quædam sunt causæ corporeæ : quædã extra corpus surgentes,& corporeæ quidem aut sunt in ipso corde, aut sunt in membris vicinis ei,aut in membris communicantibus ei propinqua communicatione aut remota. Caulæ autẽ existentes in corde lædentes ipsum,aut sunt malitia complexionis sine materia, aut cum materia. Et malitia quidem complexionis dominãs cordi facit debilitatem ipsius,debilitas autẽ facta forti vsque adeo, vt sit agitatiua virtutis, facit tremorem. Tremor autem superueniens generat syncopim. Vltimitas autem facta in syncopi est extinctio,& mors. Sed malitia quidem complexionis frigidæ suspectior est,quam calidæ,propter elongationem a re vitæ, & sicca magis quam humida,quamuis sit dominans in dispositione corporis,& causa etiam huius interdum fit causa præfocationis, & mortis festinæ. Solutionem autem continuitatis,aut apostemationem fieri in corde, virtus non patitur, imo sunt causa dissolutionis,& mortis,& quando in est dolor in ipso, fit causa syncopis, & mortis. Dixit Gale.quod malitia complexionis puræ, aut cũ materia facit in vniuersam corporis partem sensum læsionis,qui est dolor:& quomodo nõ in corde? Frustrabitur ergo, & supponemus alterationes in corde non curari,& nos quidem diximus,quod iam radix præposita est : etenim esse ægritudinem cordis aut non confirmatur, quia non sunt mansiuæ:& tunc ordo medicatio nis incolumitat:aut confirmatur, educendo ad mortem. Distinguemus autem in causis læsionum cordis,quæ sunt ab alijs membris: quoniã læsio cadens in panniculis, & in membris,quæ ambiunt cor,dum redundat ad ipsum,est causa ægritudinum eius prædictarum in ipso, & lęsio cadẽs in cerebrum interdum est causa ad illud, sicut in epilepsia, mania, & melancholia, licet enim figantur in cerebro,terminantur tamẽ in corde,& sunt causæ ægritudinum eius. Et ex eis est fluxus sanguinis narium, aut vndecumque : & communicat etiam cum corde communitate magis propria stomachus: & affert ei causas lęsionum, & proprie cum corrumpitur in eo humor mordicatiuus, aut malæ qualitatis,aut vitreus viscosus, aut repletio agitatiua, aut fames vehemens, aut dolor acutus,& pungitiuus, aut fuerit in orificio eius bothor,aut vlcus putridũ. Et dixit Paulus,quod ægritudines, quæ sunt in stomachi orificio,aut meri, sunt propinquæ cõuersionis ad ferendum læsionem cordi : ita vt quidam putent tremorem factum in ore stomachi esse tremorem cordis, & quidam voluerunt debilitatem in ipso esse cardiacam. Et dispositio hepatis cum est alterata, vt generet secundũ plurimum sanguinem melancholicum, imprimit:& est causa ægritudinum cordis, & est prauior dispositionibus alijs:ita vt faciat dispositionem similem maniæ, & melancholiæ. Adhuc autem causæ harum ægritudinum sunt euacuationes omnes excedẽtes terminum :& similiter in acuta;aqua hypochõdriorum; extractio autẽ saniei,in apertione apostematis. Et ex eis est pfocatio matricis, & priuatio menstruorum, aut exuberantia eorum. Et ex eis est imprægnatio, & huiusmodi, & nocumenta ex vermibus, vt etiam appareat dispositio similis epilepsiæ. Et sunt ex vermibus habentes aculeos pungentes orificium stomachi punctione vehementi, donec faciant cadere in dolorem acutum causam ad syncopim, & aliquando ad mortem, & sunt quandoque ex penetrãtibus vsq; ad cor, & sunt causa mortis festinę, A communitate autem totius corporis superueniunt læsiones cordi, sicut propter febrem, aut propter vehementiam sudoris,& similia. Ex causis autem extraneis accidit huiusmodi sicut ex aere pestilentiali, aut ex odoribus fœtidis,aut venenosis,aut assumptione rerum veneno sarum, aut ex morsu venenosarũ animaliũ, aut incursione timoris, aut ex balneatione vehemẽti,aut labore,& similibus.

Hactenus Mesues. Desiderantur reliqua, quæ hic author in secundi huius libri præfatione pollicebatur. In quorum supplementum quædã scripsere Petrus Apponus,& Frãciscus Pedemontanus, quæ his proxime adiuncta propediẽ prodibunt.

FINIS.

SVPPLEMENTVM

In Secundum Librum

COMPENDII SECRETORVM MEDICINAE

Ioannis Meſues Medici celeberrimi.

TVM

PETRI APPONI PATAVINI, TVM

Franciſci de Pedemontium

MEDICORVM ILLVSTRIVM.

Quibus acceſſere & alia conſueta opuſcula, quæ tibi verſa pagina indicabit.

Quam diligentiſsime recognitum, & in margine locorum inſignium Annotationibus quam plurimis decoratum: Ac Galeni, Hippocratis; & aliorum inſignium Doctorum auctoritatibus appoſitis, in ſtudioſorum emolumentum denuo illuſtratum.



VENETIIS, M DCII.

CATALOGVS EORVM QVÆ in hoc volumine continentur.

PEtri Apponi Patauini supplementum à memb. nutritionis ad cor, fol. 1
Francisci de pede Montium supplementum fere omnium, quæ Mesues proposuerunt 11
Nicolai Præpositi Antidotarium paruum 159
Platearij Expositio in eundem 159
Ioannis de S. Amando Expositio, & dubitationes, earumque solutiones 192
Gentilis Fulginatis de complexione, proportione, & dosi Medicinarum 233
De substitutis Medicinis ex antiquis Auctoribus, id est quid pro quo 236
Expositio quorundam nominum rerum ad rem medicam facientium. i. synonima 236
Liber Seruitoris de præparatione medicinarum, id est lib. 28. Albuchasis 240
Instructio Aromatariorum, atque Aromatariæ institutio Saladini Asculani 251
De virtutibus simplicium medicinarum, atque ciborum Albengnefit 265
Apuleius de Ponderibus, & Mensuris 269
De notis, seu signis, vel characteribus ponderum, & mensurarum incerti Auctoris 269
Alchindus de inuestigandis compositarum medicinarum gradibus 269
Cophonis libellus de arte medendi 273
Summula Iacobi de Partibus per ordinem alphabeti singulorum remediorum singulis morbis conferentium. 279

VINCENTIVS COGOLLVS
PHYSICVS ET MEDICVS
VICENTINVS.

D. Petro eius opt. Patri. S. P. D.

QVVM Excellentiſſimus D. Ioannes Coſtæus Nob. Laudenſis, vir quidem ætate noſtra de re Medica admodum benemeritus, de ſuis in Meſuem lucubrationibus in ſtudioſorum gratiam diuulgandis cogitaret: & iam Meſues ipſius opera omnia ipſe caſtigaſſet, atque illa illuſtraſſet: & reliqua illa opera expenderet, tum Apponi, tum Pedemontani, tum Nicolai, & aliorum, quæ cum Meſues libris imprimi ſolent: eorum doctrinam, & ad faciendam Medicinam commodum admiratus, dolebat tam multis erroribus conſpurcata omnia vagari, nullumque reperiri, qui ea caſtigandi munus ſuſciperet, & eo magis, quòd nec ſibi ad id tantum eſſet otij. Quare, vt eſt mei amantiſſimus, hortari cępit me, cui plus eſſet otij, vt publico commodo conſulerem, hac in re præſertim, quæ meis quoque ſtudijs eſſe poſſet adiumento multo. Non potui humaniſſimo viro non aſſentiri. Quare aggreſſus prouinciam, vſus in difficilioribus locis, & eiuſdem Excellentiſſimi Coſtæi, aliorumque doctiſſimorum virorum, & variorum codicum etiam opera, in eum ſtatum hæc ipſa retuli, vt non indigna ſint fortaſſe, quæ iam in manibus verſentur eruditorum. Hæc nunc ſub nomine Supplementi in Meſuem prodeunt, quæ huiuſmodi cum ſoleant ſuis maioribus, & benefactoribus dedicari, alium Pater amantiſſime, apud me, cui plus debeam, non agnoſcens: cum non ſolum huiuſmodi bonorum animi auctor mihi fueris, ſed, & cęterorum tam corporis, quam fortunæ: tibi ergo Pater dicata volui: & ea etiam de cauſa, quòd primitiæ fructuum tuorum nulli magis, quam tibi merito debentur: & quòd tu non infimi nominis inter Patriæ noſtræ Medicos ſoleas horum etiam ſcriptorum lectione delectari, ac etiam quod hæc, qualiacunque ſint, reddent tibi aliquam ſtudiorum meorum rationem. Vale.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0527-3

INDEX CAPITVM TOTIVS OPERIS, TAM Petri Apponi, quàm Franciſci de Pede Montium, quàm etiam aliorum Opuſculorum ſecundum eorum ſeriem, & foliorum numerum ordinatus, & multo ante quàm hucuſque fuerit diligentior, & copioſior.

PETRVS APPONVS.

CONtinuatio doctrinæ de ægritudinibus cordis, Petri Apponi cum Meſue ipſo, quem ſupplere intendit. Cap. 1. fol. 1
Sermo de vnctionibus. cap. 2. 2
De Syncopi. cap. 3. 2
De tumoribus mammillarum. cap. 4. 2

SVMMA III. SECTIONIS PRIMAE de ægritudinibus membrorum nutritionis.

PRologus. 3
De dolore ſtomachi. cap. 1. 3
De medicinis materiam à ſtomacho repellentibus, & abſtergentibus, ac villos eius mundificantibus. cap. 2. 3
De emplaſtris, linimentis, & vnctionibus. cap. 3. 4
De indigeſtione ſtomachi. cap. 4. 4
De vomitu, & exuberantia cibi. cap. 5. 5
De ſingultu. cap 6. 5
De ſiti. cap. 7. 6
De appetitu mortuo. cap. 8. 6
De appetitu canino. cap. 9. 6
De ægritudinibus, & oppilationibus hep. cap. 10. 6
De ægritudinibus, & oppilationibus ſplenis. cap. 11. 8
De hydropiſi, & eius ſpeciebus. cap. 12. 8
De doloribus ventris, & inteſtinorum. cap. 13. 9
De fluxu ventris. cap. 14. 10
Oratio ad memoriam impetrandam. 11
Finis. 11

FRANCISCVS de Pede Montium.

DE omnibus paſſionibus cordis in generali. Cap. 1. 11
De medicinis ſimplicibus, & compoſitis ad omnes paſſiones cordis. cap. 2. 13
De cura tituillationis pulſus, & tremoris cordis. cap. 3. 14
De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad cerebrum. cap. 4. 14
De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad ſtomachum. cap. 5. 14
De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad Hepar. cap. 6. 14
De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad ſplenem. cap. 7. 15
De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad inteſtina. cap. 8. 15
De cura paſſionis cordis per compaſſionem ad inteſtina, & os ſtomachi. cap. 9. 15
De cura paſſionum cordis ex fluxu ſanguinis menſtruorum, & hæmorrhoidum. cap. 10. 15
De cura paſſionum cordis ex retentione menſtruorum in prægnantibus. cap. 11. 15
De cura paſſionum cordis ex rareſactione pororum cutis, ex ſua re diaphoretica per ſe, vel ex balneo, vel exercitio. cap. 12. 15
De cura paſſionum cordis ex aere peſtilentiali. cap. 13. fol. 15
De cura paſſionum cordis ex fœtore contingentis. cap. 14. 15
De cura paſſionum cordis ex morſu venenoſorum, & aſſumptione veneni. cap. 15. 15
De cura paſſionum cordis ex timore contingentis. cap. 16. 15
De cura paſſionum cordis ex labore, & accidentibus animæ. cap. 17. 15

SVMMA IIII. SECTIONIS PRIMAE, SECVNDAE particulæ continens capitula quatuor.

PRologus. 15
De diminutione lactis. cap. 1. 16
De exuberantia lactis, & de eius caſeatione, & corruptione. cap. 2. 17
De apoſtematibus mammillarum, & earum vlceratione. cap. 3. 17
De magnitudine mammillarum. cap. 4. 18

PARTICVLA TERTIA, SECTIONIS primæ, quæ eſt de ægritudinibus membrorum nutritionis.

PRologus. 18
Generalis ſermo in meri, & ægritudinibus eius, & cauſis, & ſignis, & cura ſecundum modum vniuerſalem. cap. 1. 18
De mala complexione meri, & cura eius. cap. 2. 18
De ægritudinibus inſtrumẽtalibus meri, vel mala compoſitione eius, & cura ipſius. cap. 3. 19
De ſolutione continuitatis meri, & eorum, quæ ex illis accidunt, vt eſt fluxus ſang. & eruptio eius ex ore, & cura eius. cap. 4. 19
De apoſtematibus meri, & cura eius. cap. 5. 20
De nocumento tranſglutionis, & cura. cap. 6. 20

SVMMA II. PARTICVLAE TERTIAE ſectionis primæ. De medicinis ægritudinum ſtomachi, & eius anatomia.

DE cura ægritudinum ſtomachi ſecundum modum vniuerſalem. cap. 1. 21
De cura malæ complexionis calidæ ſtomachi ſimplicis puræ. &c. cap. 2. 21
De cura malæ complex. frig. ſtom. cap. 3. 21
De cura malæ complex. ſiccæ ſtom. cap. 4. 21
De cura malæ complex. hum. ſtom. cap. 5. 22
De cura malæ compl. ſto. compoſitæ, puræ. cap 6. 22
De cura malæ compl. ſtoma. cum materia ſimplicis, & compoſitæ. cap. 7. 22
De cura ægritu. in plaſmate, & primo de regimine eius, cuius ſtomachus eſt rotundus, & paruus, & protenſus, vel magnus. cap 8. 24
De cura ægritud. ſtom. in vijs, ſcilicet de oppilationibus eius. cap. 9. 24

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0528-9 DFG

CAPITVLORVM.

De cura repletionis ſtom. ſeu nauſeatiuæ ſatietatis, & inanitionis eius. cap. 10. 24
De cura inflationis ſtom. rugitus, tremoris, & gurgulationis ipſius. cap. 11. 24
De ſtomachi percuſſione, & obuiatione, & caſu ſupra ſtom. & cura. cap. 12. 25
De ſolutione continuitatis ſtom. & vlcerib. & ruptura, ac eius cura. cap. 13. 25
De medicinis apoſtematum ſtomachi. cap. 14. 25
De correctione accidentium ſequentium ægritud. dictas, & primo de deb. ſtom. cap. 15. 27
De debilitate ſtom. cum ſiti. cap. 16. 28
De medicinis doloris ſtom. cap. 17. 28
De nocumentis appetitus, ex quibus eſt debilitas, ſeu diminutio, deſtructio, ſeu ablatio, & corruptio. cap. 18. fol. 30
De medicinis appetitus canini, famis ſyncopalis, & boliſmi. cap. 19. 31
De medicinis appetitus corrupti. cap. 20. 32
De ſiti, & medicinis eius. cap. 21. 33
De nocumento digeſtionis, ex quibus eſt debilitas, & deſtructio, & corruptio, & cura eius. cap. 22. 33
De nocumento retentionis, ex quibus eſt tarditas, & velox deſcenſus cibi digeſti de ſtomacho in ventrem, & cura eius. cap. 23. 35
De lenitate ſto. ſiue lubricitate, ſiue lienteria. cap. 24. 35
De nocumento expulſionis ſtom. & primo de eructatione, & cura eius. cap 25. 36
De ſingultu. cap. 26. 36
De nauſea, ſubuerſione, faſtidio, vomitu, & æſtuatione, ſeu anxietate, & conturbatione ſtom. & cura eius. cap. 27. 38
De vomitu, & primo de phlegmatico, & cura eius. cap. 28. 38
De vomitu choletico. cap. 29. 39
De vomitu melancholico. cap. 30. 39
De vomitu ſanguineo. cap. 31. 39

SVMMA III.

PARTICVLAE TERTIAE, SECTIONIS primæ. De cura, & medicinis ægritudinum hepatis, & venarum.

PRologus. 40
De generali modo curationis diſpoſitionum hep. cap. 1. 41
De cura malæ complexionis hepatis ſimplicis, & compoſitæ. cap. 2. 41
De paruitate hepatis. cap. 3. 42
De oppilatione ſplenis. cap. 4. 42
De percuſſione caſu, & obuiatione ſuper hepar, & cura eius. cap. 5. 44
De ſciſſura, & inciſione hepatis, & cura. cap. 6. 44
De apoſtemate hepatis, & cura eius. cap. 7. 44
De apoſtemate meſaraicarum, & lacertorum ventris, & cura eius. cap 8. 46
De inflatione hepatis. cap. 9. 46
De dolore hepatis, & hypochondriorum. cap. 10. 46
De debilitate hepatis. cap. 11. 46
De cachexia, & eius qualitate mutata. cap. 12. 47
De hydropiſi. cap. 13. 47
De fluxu hepatico. cap. 14. 50
De ictericia citrina. cap. 15. 50

SVMMA QVARTA, ET VLTIMA particulæ tertiæ primæ ſectionis. De ægritudinibus ſplenis communium. Cap. 4.

DE ægritudinibus ſplenis in generali. cap. 1. 50
De oppilatione ſplenis. cap. 2. 51
De apoſtemate ſplenis, & tumore eius. cap. 3. 52
De ſpeciebus ictericiæ. cap. 4. 52

PARTICVLA QVARTA, SECTIONIS primæ, quæ eſt de medicinis ægritudinum membrorum expulſionis.

PRologus. 54
De dolore inteſtinorum, & medicinis eius. cap. 1. 55
De cura vermium, & medicinis eorum. cap. 2. 59
De fluxu ventris omnium modorum, & cura eius. cap. 3. 61
De teneſmo, & medicinis eius. cap. 4. 66
De hæmorrhoidibus, & medicin. eius. cap. 5. 69
De apoſtematibus ani, & medic. eorum. cap. 6. 71
De medicinis rhagadiarum ani. cap. 7. 71
De medic. fiſtularum ani. cap. 8. 71
De pruritu ani. cap. 9. 71
De mollificatione ani, & eius egreſſione. cap. 10. 72

SVMMA II.

QVARTAE PARTICVLAE SECTIONIS primæ, & eſt de medicinis ægritudinum inſtrumentorum vrinæ.

RRologus. 72
De mala complexio. renum, & veſicæ, de oppilatione eorum ex ſang. vel alio humore, & de medicinis eorum. cap. 1. 73
De oppilatione renum, & veſicæ ex lapide, & medicinis eius. cap. 2. 73
De diſlocatione renum, & veſicæ, & medicinis eius. cap. 3. 75
De ſolutione continui in renibus, & venis eorum, & vlceribus, & ſcabie, ac reliquorum membrorum vrinæ, & medic. eius. cap. 4. 75
De apoſtematibus renum, & veſicæ, & medicinis eorum. cap. 5. 76
De dolore renum, & veſicæ proueniente ex eo, & medic. eorum. cap. 6. 77
De debilitate renum, & veſicę, & diſtinctione nocumẽt. contingentium in actione vrinandi cap. 7. 78
De diminutione, ſeu paucitate vrinæ, ablatione, & priuatione ipſius cap. 8. 78
De diabete. cap. 9. 79
De fœtore vrinæ. cap. 10. 80
De dyſuria, & inuoluntario exitu vrinæ, & deſtillatione. cap. 11. 80
De ſtranguria, & difficultate vrinæ. cap. 12. 80
De ardore vrinæ. cap. 13. 82
De multitudine vrinæ. cap. 14. 82

SVMMA III.

QVARTAE PARTICVLAE SECTIONIS primæ. De ægritudinibus teſticulorum, & virgæ.

PRologus. 83
De mala complexione teſtium. cap. 1. 83
De mala complex. & magnitud. & paruitate teſtium, & malo ſitu, ac eleuatione ipſorum. cap. 2. 84
De vlceribus teſtium, & eleuatione ipſorum. cap. 3. 84
De apoſtematibus teſticulorum, & quia omnes lædunt eorum propriam actionem, quæ eſt generare ſperma, necnon & dolorem in eo inducit. cap. 4. 84
De ſpermate, & nocumento accidentibus in generatione ipſius. cap. 5. 84
De dolore teſtium. cap. 6. 85
De ægritudinibus didymorum. cap. 7. 85
De mollificatione oſchei. cap. 8. 85
De varicibus, & duritie oſchei. cap. 9. 85
De gonorrhæa. cap. 10. 85

De pollutione. cap. 11. 85
De pruritu, & dolore virgæ. cap. 12. 86
De magnificatione virgæ, & paruitate ipsius cap. 13. 86
De apostematibus virgæ, & corrosione eius. cap. 14. 86
De apostematibus virgæ, & medicinis eius. cap. 15. 86
De coitu naturali, & præter naturam, & signis eius. cap. 16. 86
De erectione virgæ, & nocumentum eius, & de diminutione eius, & multitudine ipsius. cap. 17. 87
De nocumentis, & iuuamen. prouenientibus ex coitu. cap. 18. 87
De regim. eius, quem lædit dimissio coitus. cap. 19. 89
De regim. eius, quæ lædit superfluus coitus. cap. 20. 89
De his, quæ delectationem faciunt in maribus, & fœminis in coitu. cap. 21. 89

SVMMA IIII.

QVARTAE PARTICVLAE SECTIONIS primæ de cura ægritudinum membrorum generationis in mulieribus.

PRologus. 89
De menstruis, & eorum iudicijs. cap. 1. 90
De conceptione, seu impregnatione naturali. cap. 2. 90
De regim. prægnantis, & fœtus concipientis masculos, & gemellos. cap. 3. 91
De partu naturali, de quibus solummodo procedamus, quantum spectat ad indaginem eorum, & pro ipsorum notitia, causas conseruatiuas, & nocumentum ipsorum si quæ eueniant, cognoscamus, vt eis prouideamus, & curam suam. cap. 4. 92
De mala complexione matricis, & cura eius. cap. 5. 92
De ægritudinibus matricis ex quibus est oppilatio. cap. 6. 92
De suspensione matricis, & ascensu eius, & declinatione ipsius, & descensu, seu præcipitatione. cap 7. 93
De præfocatione matricis, & medic. eius. cap. 8. 93
De speciebus solutionis continui matricis, ex quibus sunt vlcera, corrosiones, & putrefactiones, rhagadiæ, & fistulæ. cap. 9. 95
De apostematibus matricis humoralib. cap. 10. 95
De nocumentis in actione menstruali, & primo de cura fluxus menstruorum. cap. 11. 96
De cursu matricis, seu fluxu aquæ. cap. 12. 98
De cura retentionis menstruorum. cap. 13. 98
De sterilitate, & difficultate impregnationis. Cap. 14. fol. 98
De mola matricis. cap. 15. 100
De nocumentis partus, ex quibus est difficultas. cap. 16. 100
De cura accidentium, quæ sequuntur partum. cap. 17. 102
De retentione secundinæ, vel extractione eius. cap. 18. 102
De abortu, & accidentibus, quæ ipsum sequuntur. cap. 19. 102

SVMMA V. ET VLTIMA PARTICVLAE, quartæ sectionis primæ, quæ est de ægritudinibus membrorum apparentium, & primum ventris, ac eius anatomia.

DE crepatura, & speciebus herniæ, & medicinis earum. cap. 1. 103
De augmento vmbilici. cap. 2. 104
De dolore ventris, & iliorum. cap. 3. 104

PARTICVLA QVINTA, SECTIONIS primæ finalis, & vltima, quæ est de medicinis ægritudinum iuncturarum.

SErmo generalis in iuncturis, & dispositionibus earum, & doloribus, causis, & signis earum, & est proœmialis. cap. 1. 105
De medicinis iuncturarum, & cura dolorum ipsarum in generali. cap. 2. 106
De dolore ipsarum in speciali, & primo de dolore humeri, & spatulæ, & medicinis eius in speciali. cap. 3. 107
De dolore dorsi. cap. 4. 110
De dolore anchæ, & ischiatico, & medicinis eius. cap. 5. 111
De dolore podagræ. cap. 6. 112
De medicinis dispositionum, & accidentium, quæ doloribus iuncturarum insurgere consueuerunt, vel sequi. cap. 7. 112
De his, quæ præseruant à doloribus iuncturarum. cap. 8. 113
De varicibus, & medicinis earum. cap. 9. 114
De elephantia, & medicinis eius. cap. 10. 114

SECTIO SECVNDA, DE MEDICINIS ægritudinum vniuersalium.

PARTICVLA PRIMA, ET EST AD omnes Febres.

SErmo generalis, & proœmialis de febribus. cap. 1. 114
De medicinis ad febr. ephemeras generalis cap. 2. 116
De febr. ephemera, quæ fit ex accidentibus animæ. cap. 3. 116
De feb. ephem. quæ fit ex gaudio. cap. 4. 117
De feb. ephem. quæ fit ex tristitia. cap. 5. 117
De feb. ephem. quæ fit propter angustiam. cap. 6. 117
De feb. ephem. quæ fit ex timore. cap. 7. 117
De feb. ephem. quæ fit ex syncopi. cap. 8. 117
De feb. ephem. quæ fit ex labore. cap. 9. 117
De feb. ephem. quæ fit ex calore exteriori. cap. 10. 117
De feb. ephem. quæ fit ex dolore. cap. 11. 118
De feb. ephem. quæ fit ex vigilijs. cap. 12. 118
De feb. ephem. quæ fit ex quiete. cap. 13. 118
De feb. ephem. quæ fit ex fame. cap. 14. 118
De feb. ephem. quæ fit ex inanitione. cap. 15. 118
De feb. ephem. quæ fit ex repletione. cap. 16. 119
De feb. ephem. quæ fit ex oppilatione. cap. 17. 119
De febr. ephem. quæ fit ex caliditate ignis, vel solis. cap. 18. 120
De febre ephem. quæ fit à frigore. cap. 19. 120
De febre ephemera, quæ fit ex apostemate. cap. 20. 120
De synocha inflatiua. cap. 21. 121

SVMMA II.

Particulæ primæ, sectionis secundæ, quæ est de medicinis febr. putridarum.

DE ordine curationum, seu medicationis ipsarum, & medicatione earum, secundum modum vniuersalem, item & de curatione etiam suorum accidentium. cap. 1. 121
De medicinis feb. in speciali, & primo simplicium, & inter eas primo synocharum in primo. cap. 2. 127
De medicinis feb. phlegmaticarum, & primo de quotidiana. cap. 3. 127
De medicinis feb. cholericarum, & primo de tertiana pura. cap. 4. 130
De medic. feb. melancholicarum. cap. 5. 133

De

De feb. quintana. 135
De Medicinis feb. peſtilentioſarum, & earum quæ ex genere ſunt illarum, cap. 6. 136
De variolis, & morbilis, 138
De medicinis feb. apoſtematum, cap. 7. 139
De medic. feb. compoſitarum, cap. 8. 140

SUMMA IIII.

PARTICVLAE PRIMAE, SECTIONIS *ſecundæ, quæ eſt de medicinis febr. hecticarum.*

DE febribus hecticis, & ſignis earum omniũ in communi, & eſt generalis, cap. 1. 141
De cura febris hecticæ, cap. 2. 142
De cura hecticæ ſenecturis, & medicinis eius, cap. 3. 143
De cura, & medicinis hecticæ febr. & putridæ complicatarum, cap. 4. 144

PARTICVLA SECVNDA. *ſectionis ſecundæ continens ſummas iiij.*

SVmma prima eſt de medicinis apoſtematũ ſanguineorum continens, cap. 13
Sermo generalis in apoſtematibus, cauſis, ſignis, & cura omnium, cap. 1. 144
De phlegmone, quod eſt apoſtema ſanguineum, & de medicinis eius, cap. 1. 145
De apoſtemate glandularum, & phlegmone earum, & & medicinis eius, cap. 3. 146
De phlegmone, quod Anthrax dicitur, ac carbunculus, & medic. eius, cap. 4. 147
De phlegmone, quod ſpina dicitur, clauus, & furunculus, & medicinis eius, cap. 5. 148
De carbone, ſeu pruna, & igne perſico, & medicinis eius cap. 6. 149
De vena egredienti, & medicinis eius, cap. 7. 148
De panaritio, & medic. eius, cap. 8. 149
De apoſtematibus paruis, ſeu puſtulis illius generis, vt ſunt morbilli, variolæ, & ſere, ac medicinis eorum, cap. 9. 149
De terminatione apoſtematum, quot modis poſſunt terminari. Et eſt ſermo generalis in terminationibus apoſtematum, cap. 10. 149
De appropriatis apoſtematum ſecundum diuerſitatem membrorum, in quibus ſunt, cap. 11. 151
De gangrena, & eſthiomeno, cap. 12. 151
De moro, & medicinis eius, cap. 13. 152

SUMMA SECVNDA.

PARTICVLAE SECVNDAE, SECTIONIS *ſecundæ, & eſt medic. apoſtematum cholericorum, & miſtorum, &c.*

DE Eryſipelate, cap. 1. 152
De Formica, cap. 2. 153
De Herpete, cap. 3. 153
De phlegmonode eryſipelaceo, cap. 4. 153

SUMMA TERTIA, PARTICVLAE SECVNDAE, *ſectionis ſecundæ.*

DE medicamen. apoſtematum phlegmaticorum, & eorũ quæ illius generis illa ſequuntur. 153
De vndimia, & eſt apoſtema phlegmaticũ molle, cap. 1. 153
De ſcirrho, & eſt apoſtema ſcirrhoticũ durum, c. 2. 152
De ſcirrho ſplenis, cap. 3. 154
De ſcirrho hepatis, cap. 4. 154
De glandulis, & earum quæ illius ſunt generis, puſtulis glandulosis, cap. 5. 154
De nodis, cap. 6. 154
De apoſtemate ventoſo, quod inflatiuũ dicitur, c. 7. 154
De apoſtemate aquoſo, cap. 8. 155
De dubellari frigidis comprehendentibus humores mucuſos, gypſeos, lapideos, & arenoſos, & capillares, & alios, cap. 9. 155

SUMMA QVARTA,

PARTICVLAE SECVNDAE, SECTIONIS *ſecundæ, quæ eſt de medicinis apoſtematum melancholicorum, continens, cap. 3.*

DE apoſtematibus duris, ex quibus ſunt Scrophulæ, & bociæ, cap. 1. 156
De cancro, cap. 2. 157
De Lepra, & medicinis eius, cap. 3. 157

ANTIDOTARIVM NICOLAI *cum expoſitionibus Platearij, &c.*

AVREA. 160
Adrianum. 164
Achariſtum. 165
Athanaſia. 165
Euangelon. 166
Antimoron. 166
Antidotum hæmagogum. 166
Blanca. 166
Benedicta. 167
Benedicta probata arthreticis. 168
CONFECTIO aliptæ moſchatæ. 168
Confectio Galliæ moſcatæ. 168
Confectio neræ. 168
Catholicon. 168
DIAMARGARITON. 169
Diacameron. 169
Diamoron. 169
Dianthos, 169
Diaſatyrion. 169
Diaprunis, vel Diadamaſcenon. 170
Diaprafium. 170
Diazingibereos. 170
Diaolibanum. 171
Diarhodon abbatis. 171
Dapenidion. 171
Diacyminum. 171
Diacaſtoreum. 171
Diacoſtum. 172
Diatragacanthum. 172
Diairis. 172
Diacalamenthum. 172
Diapapauer. 172
Diacodion. 172
Diaſena. 173
Diaſenalia. 173
Diacytonites. 173
Diahyſopum. 173
Diatrion pipereon. 173
Diamanna. 173
ESDRA. 173
Electarium Ducis. 175
Electarium pliris arcoticon. 175
Electarium de ſucco roſarum. 175
Electarium frigidum cophonis. 175
Emplaſtrum apoſtolicon. 176
Electarium pſylliticum. 176
Electarium lætificans. 177
Electarium lætitiæ Gal. 177
Emplaſtrum ceroneum. 177
Emplaſtrum oxycroceum. 177

PHI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0531-3
DFG

PHILANTROPOS 177
Philonium maius 178
GARYOPHILLATVM 178
VEGIIA Græca 178
IVSTINVM 178
Catharticum imperiale 178
LITHONTRIPTON 178
MITRIDATVM 178
Musa ænea 180
Micleta 180
Mel rosaceum, quod Græce rhodomel. 180
NEPHROCATHARTICVM 180
OLEVM rosatum 180
Oleum mandragoratum 180
Oleum chamæmelinum 181
Oleum frigidissimum viride 181
Oppyra magna 181
Oxylapatium 181
Oxymel Iuliani laxatiuum 181
Oxylaccharа 182
Oxymel 182
Potio Sancti Pauli 182
Paulinum antidotum 182
Panchriston 182
Picra Galeni 183
Potio muscata maior 183
Pilulæ sine quibus esse nolo 183
Pilulæ aureæ 183
Pilulæ diacastoreæ 183
Pilulæ arthreticæ 183
Pilulæ octomeræ 183
Pilulæ probatæ contra fluxum ventris 183
Pilulæ de quinque generibus myrob. 183
Pilulæ cynoglossæ 183
Pilulæ ante cibum, & post, pro stomachi digestione confortanda 183
Pilulæ arabicæ 184
Pilulæ de elaterio 184
Pilulæ cochiæ Gal. 184
Pilulæ de aloe, & mastiche 184
QVADRIMERON 184
ROSATA nouella 184
Rubea trochiscata 184
Requies magna 184
Rhodosaccharа 184
Rhodomel 184
SACCHARVM violatum 184
Sorbita magna 184
Stomachicon frigidum 185
Stomachicon calidum 185
Sal Sacerdotale 185
Syrupus rosatus 185
Syrupus violatus 185
Syrupus contra pleuresim, &c. 185
Syrupus contra acutas, & peracu. passi. 185
Syrupus contra omnem fluxum ventris 185
Syrupus de papa. contra omnem fluxum ventris 185
Spongia somnifera 185
Syrupus diureticus 185
THERIACA magna Gal. 185
Theriaca diatessaron 187
Tryphera maior 187
Tryphera magna 187
Tryomphyllon 177
Triasandali 187
Theodoricon hypericon 187
Theodericon anacardinum 188
Trochisci diarrhodon 188
Trochisci diani 188
Trochisci hedychroi 188
Trochisci magnetis 188
Trochisci scillitici 188
Trochisci diacorallij 188
Trochisci de anise 188
Trochisci de Thyro 188
VOMITIVVS noster 188
Vomitiuus Patriarchæ 188
Vomitiuus ad tertianarios, & quartanarios, atque quotidianarios. 189
Vnguentum Martiaton 189
Vnguentum Aragon 189
Vnguentum Agrippæ 189
Vnguentum dialthæa 189
Vnguentum citrinum 189
Vnguentum aureum 190
Vnguentum album 190
Vnguentum fuscum 190
Vnguentum populeon 190
Vnguentum ad splenem duram mollificandum 190
Vnguentum laxatiuum 190
Vnguentum contra Serpiginem, & impetig. atque elephantiasim. 191
HIERA longodion Memphytum 191
Hiera Rufini 191
Hiera picra Gal. 191
Hiera picra Constantini 191
Hiera picra Abbatis 191
Hiera fortissima Gal. 131
Zingiber conditum 191
De Ponderibus, & mensuris 192

EXPOSITIO IOANNIS de Sancto Amando in Antidotarium paruum Nicolai.

MELLIS boni conditiones quæ. &c. 192
Syrupus rosaceus, ex infusione, vt fiat. 193
De Syrupis in apothecis tenendis 194
De digestione 194
De electarijs pollentibus ad spiritualia 198
De sex modis præparationum medicinarum 200
De admistione medicinarum cur fiat 201
Electaria ad membra naturalia 201
De digestion. per quæ fiat 202
De modo digestionis 220
Pectori conferentia electaria alia 203
De Syrupis alijs ab acetoso, quē humorem digerant 203
De natura ægritudinis 205
Electaria stomacho conferentia 204
De modo exhibendi digestiua 104
An electaria danda ante cibum 205
Vtrum syrupi, an electarium sit præponendum 205
De euacuatione 205
Impedientia euacuationem 205
Electaria stomacho conferentia 206
Rectificantia euacuationem 204
De conditionibus in euacuatione considerandis 207
De sex electarijs 207
De euacuatione medicinę, an fiat per simile, vel contrarium 208
De modo euacuandi corpora per secessum 108
De præparandis corporibus post medicinam 209
De septem electarijs 209
Vtrum medicina euacuans vadat ad humorem euacuādum, vt ipsum euacuet 209
Medicinarū præparatio ad euacuandū per secessum 210
Regulæ de medicinarum præparatione 210
De nocumentis ex assumptione medicinæ contingentibus, & eorum remedijs 210
Electarium generatiuum 210
De electarijs laxatiuis 211
Vtrum medicina euacuatione attrahat à venis 211
Vtrum humor in venis facilius euacuetur quam extra existens 211
Vtrum medicina secessiua attrahat humores ad intestina, vel ad stomachum naturaliter 211

Signa euacuationis completæ. 211
Regulæ post euacuationem seruandę 211
De tribus electarijs. 212
De passione medicinę videlicet, an conuertatur in humorem attrahendum per ipsam. 212
De euacuatione, quę fit per vomitum. 213
Regulę post vomitum seruandę. 213
Regulę ante vomitum faciendę. 213
De medicis euacuationibus. 213
De pilulis ante cibum. 214
An sit aliqua medicina sang. euacuans. 214
De euacuatione per phlebotomiam. 214
Quibus sit exhibenda phlebotomia. 244
Qua de causa sit agenda phlebotomia. 215
De medicinis caput purgantibus. 215
De modo exhibendi medicinas. 216
Quibus tęporibus morbi sit facienda phlebotomia. 216
Quibus hominibus competat phlebotomia. 216
Quid ante phlebotomiam faciendum. 217
Quid in phlebotomia ipsa agendum. 217
Quid post phlebotomiam moliendum. 217
Medicinæ conuenientes ad cap. euacuationem. 217
An artificiale sit acuere electaria. 217
Per quod medicinę acuantur. 218
Quę venę sint aperiendę in phleborotomia. 218
Pulsatiles, vel non pulsatiles.
Quæ venę non pulsatiles sunt phlebotomandæ. 218
De inspectione sang. eductí per phlebotomiam. 218
De tribus electarijs laxatiuis. 219
De phleb. respectu pharmaci. 219
De phleb. per ventosationem. 219
Quando fieri debeat ventosatio. 220
De duabus medicinis euacuantibus. 220
An medicina attrahat materiam coniunctam. 220
An medicina debeat dari in statu morbi. 221
An medicina sit danda in die paroxysmi. 221
De euacuatione per Clysteres. 221
De suppositorijs. 221
De Pessarijs. 221
Opiata nocumentum medici. purgantium reprimentia. 221
An in euacuatione crassorum humorum competat fortis medicina. 222
An in sanis competat pharmacia. 222
De causis compositionis medicinarum. 222
Duo Annotanda in medic. compositis. 222
De aurea alexandrina. 223
De garyophyllis, & cinnamono prius videmus. 223
An balneum competat ante exhibitionē medicinæ. 223
De modo compositionis medicinarum. 224
De opiatis. 225
De natura radicum, & cap. 1. de causis impedientibus compositionem medicinę. 225
De Adriano, &c. 226
An exhibere opiata sit bonum. 226
De apponendis in radice, & sub qua qualitate. 227
Quæ opiata sit melior recens, an antiqua. 228
An opiata debeat dari in principio morbi. 228
Vtiū debeant dari opiata in febribus interpolatis. 228
De quibusdam oleis. 229
De oleis, & vnguentis & primo de oleis. 229
De vnguentis. 230
De vnguentis cal. & siccis. 231

GENTILIS FVLGINAS
De Dosibus, &c.

DE modo inuestigandi complexionem medicinarum laxatiuarum compositarum, tam quo ad earum qualitates primas, quam etiā ad alias, & in quo gradu earū sint c. 1. 233
De modo componēdi medicinas solutiuas, ac proportione componentium simplicium inter se. cap. 2. 233
De dosi medicinarum compositarum soluentium, & primo in generali. cap. 3. 234
De dosi earundem in speciali in confectionibus, & electarijs inuestiganda ex quantitate laxatiuæ ipsa ingredientis. 235
TRACTATVS, quid pro quo. 236
Synonima. 236

LIBER SERVITORIS.

TRACTATVS primus, &c. de electione, & ablutione lythargirij. 240

DE combustione lythargiti. 240
Modus conficiendi cerussam. 240
Modus abluendi, assandi, & eligendi eā. 240
Modus lauandi plumbum . ac eius scoriam. 240
Modus adurendi eum.
Modus faciendi æs vstum . ac eius electio. 240
Ablutio eius. 241
Modus lauandi scoriam æris. 241
Modus lauandi battituram æris. 241
Modus comburendi scoriam æris, abluendi, atque eligendi eam. 241
Doctrina adurendi scoriam arg. & auri ad collyria. 241
Ablutio eius. 241
Modus præparandi cadmiam. i. Thutiam, ac eius electio. 241
Modus ablutionis eius. 241
Modus confectionis cadmiæ. 241
Combustio eius. 241
Modus combustionis Marchasitæ, & ablutionis ei, ac electionis. 241
Modus abluendi antimonium, & adurendi. 241
De modo faciendi Ziniar ex ære, & abluendi ipsum & bonum colligendi. 241
Modus comburendi Ziniar, ac eligendi eum. 241
Modus comburendi, & albificandi auripig. & sublimādi, & comburendi eum, & vertendi citrinum in rubeum. 242
Sublimatio Arsenici. 242
Modus vertendi Arsenicum citrinum in rubeum. 242
Modus albificandi arg. viuum per sublimationem. 242
Modus sublimandi medicinam Adhichbardic. 242
Modus faciendi cinaprium. 242
Modus faciendi calcem, & abluendi eam, quæ est necessaria combustioni ignis, & pro surunculis acutis. Ac modus faciendi psilothrum. 242
Modus abluendi calcem pro comaust. ignis. 242
Modus conficiendi medicinam depilantem capillos hora vna. 242
Modus psilothri noti. 242
Modus comburendi Sal. 242
Forma combustionis calcanthi, & attramenti, ac vitrioli. 242
Modus comburendi, ac eligendi alumen. 242
Modus comburendi corallia. 242
Modus comburendæ spumæ maris. 242
Combustio nitri. 242
Combustio salis nitri. 242
Modus faciendi crocum ferri. 242
Modus purificandi limaturam ferri. 242
Modus assandi scoriam ferri. 242
Modus abluendi eam. 242
Modus limaturæ auri, & arg. pro medic. cordialib. 242

TRA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0533-5
DFG

TRACTATVS SECVNDVS
de præp. med. ex plantis.

Modus faciendi aloem, ac eligendi eum. 242
Modus ablutionis aloes, seu præparationis ad expellendam malitiam, & acuitatẽ eius, conficiendi ipsum. 243
Forma adurendi aloem. 243
Modus acceptionis, aquæ cucumerum dulcium. 243
Modus decoctionis Hieræ picræ, vt duret. 243
Forma extrahendi lac scammoneæ, ac electio eius. 243
Modus coquendi scammo. & reprimendi eius malitiam. 243
Forma extrahendi succum tithymalli. 243
Modus extrahendi succum à Thapsia. 243
Modus extrahendi succum cucumeris asinini, & electio eius. 243
Modus extrahendi succũ absynthij, ac electio eius. 243
Modus exprimendi succum euphorbij, ac eius electio. fol. 243
Modus extrahendi succum ex tribulis mar. 243
Forma colligendi, ac eligendi euphorbium. 243
Modus faciendi opium. 243
Forma extrahendi succum ex papaueribus, ex quibus fit opium, ac electio. 243
Modus colligendi lac chelidoniæ, & extrahendi succum ex ea. 244
Forma extrahendi succum ex corticibus radi. mandragoræ. 244
Forma extrahendi succum ex hyoscyamo. 244
Modus exprimendi succum ex memithe. 244
Modus extrahendi succum ex prunis syluestribus, è quo fit acacia, ac electio eius. 244
Modus ablutionis eius. 244
Modus faciendi licium, ac eius electio. 244
Modus extrahendi succum ex hypocystide. 244
Modus extrahendi succum ex balaustia. 244
Forma extrahendi succum galbani, ac bauciæ syl. electio e qua fit. 244
Modus faciendi succum hyquiritiæ. 244
Modus faciendi acrestam, ac eius electio. 244
Modus extrahendi succum centaureæ. 244
Modus faciendi succum berberis. 244
Modus exprimendi succum solatri. 244
Modus extrahendi succum hausig. 244
Modus præparandi Scillam in omnibus modis præparationis eius, & est capa muris, & primo de modo eligendi, ac assandi scillam. 244
Forma deficcandi scillam. 244
Forma castrandi scillam. 244
Modus conficiendi acetũ scilliticum, ac eius dosis. 244
Modus alius citior in casu necessitatis. 245
Modus destillandi aquam ex scilla, quæ occidit mures, & quæ ponitur in medicinis, ex qua fit syrupus acetosus. 245
Modus albificandi acetum, ex quo fit syrupus acetosus. 245
Modus faciendi aquam camphoræ. 245
Modus præpa. colocynthidem ad vsum potionum, ac eiusdem electio. 245
Modus præparandi, ac eligendi turbith, & eius dosis. fol. 245
Modus præparandi, ac eligendi euphorbium, & eius dosis. 245
Modus præparandi, ac eligendi elleborum. al. & eius dosis. 245
Præparatio, electio, & Dosis elleb. nigri. 245
Forma exhiben. ac eligendi Polypod. & eius dosis. 245
Forma exhibitionis, & præparan. granorum nil, ac electio, & dosis eorum. 245
Forma exhiben. Electionis, & dosis Alchan. 245
Forma præpa. scebran, i. Esulam, ac dosis. 245
Modus præpa. eligendi, & dosandis Ireos. 245
Modus præparandi acorum, & dosis ipsius. 245
Modus præparandi eligendi, & dosandi centauream. fol. 245
Modus exhiben. eligen. & dosandi fumariam. 245
Modus, & dosis absynthij in assumendo illud. 245
Modus, & dosis exhiben. cuscutam. 245
Forma præparan. cussum, & dosis. 245
Modus, & dosis assumendi cachile. 245
Modus accipien. capillum ven. & dosis eius. 245
Modus præpa. senam, & dosis eius. 245
Modus præpa. Algabar, & dosis eius. 245
Modus præparationis cartami, ac dosis eorum. 245
Modus præparan. ling. Bouis. 245
Modus præpa. & eligen. myrob. citr. & dosis. 246
Modus exhib. myrob. ind. ac dosis eorum. 246
Modus exhib. ac elig. myrob. cheb. & dosis eorum. 246
Modus exhib. vio. siccarum, ac dosis earum. 246
Forma exhiben. & eligen. pruna, & tamarin. ac dosis eorum. 246
Forma eligen. ac dosandi, & exhib. mannam. 246
Forma eligen. dosandi, & exhiben. Cass. fist. 246
Modus exhibendi, & dosis granatorum dul. & actium. fol. 246
Forma, electio, & dosis, ac præparatio ammoniaci. 246
Modus præparatio, electio, & dosis opopanacis. 246
Forma exhiben. eligendi, & dosandi bdellium. 246
Forma exhibitionis, ac electionis sagapeni, & dosis eius. fol. 246
Forma exhibitionis prædictarum 4 gummarum, qui est alius à prædictis. 246
Modus præpa. salium, & proprietates eorum in purgan. & de aqua salsa. ac dosis eorum. 246
Forma punifican. aquas turbidas. 246
Modus faciendi aluuri 246
Modus faciendi oleum, & oleum stypticum, & seruandi ipsum secundum Diosco. 246
Forma stypticandi oleum ad faciendum oleum de lilio. 246
Forma stypticandi oleum ad faciendi ole. narcisci. 246
Forma stypticandi oleum ad faciendum oleum de Nil. fol. 246
Forma albifican. oleum ad faciendi omnia olea, & nominatur oleum compositum. 246
Forma lauandi oleum telaminum. 246
Modus faciendi oleum de lateribus. 246
Forma operationis medicinæ, qua uti poteris, quando non habes thutiam. 246
Modus faciendi amylum ex frumento 246
Modus faciendi amylum ex hordeo. 247
Modus faciendi amylum ex orobo. 247
Modus facien. far, seu similam ex orobo. 247
Modus faciendi penidios. 247
Modus faciendi aquam ros. 247
Modus alius, qui vult destillare paucam aquam. 247
Modus faciendi aq. ros. cum musco. 247
Modus faciendi aq. ros. cum croco. 247
Modus faciendi aq. ros. cum garyophyllis. 247
Modus faciendi aq. ros. cum camphora. 247
Modus faciendi aq. ros. cum rosis siccis. 247
Modus faciendi ramich. 247
Modus faciendi trochiscos de gallia. 247
Modus adurendi ramulos arborum, & radices, & folia, quæcunque ex eis egent combustione. 247
Forma assandi myrobalanos omnes, pro illis, qui sanemittunt, & habent hęmorrhoidas, & dysenteriam, & tenesmum. 248
Modus assandi semina, pro fluxibus ventris, sicut sunt semina portulacæ, nasturtij, althæę, plantag. psyllij, grana myrti, carui, anisi, cynimi albi, & grana granatorum, semen lini, matrubij, & similium. 248
Forma assandi tragacanthum, gummi arab. & omnes alias gummas. 248
Forma assandi charabe, & comburendi. 248
Forma assandi gallas, qui vult eis vti in capillis. 248

Forma

CAPITVLORVM.

Forma comburendi fæcem vini, & aceti. 248
Modus conficiendi ſarcocollam. 248
Forma conficiendi carui cum lacte ad fluxum ventris. 248
Forma conficien. myrob. emb. cum lacte. 248
Forma conficien. tordumeni, & cyminum in aceto ad ponendum in confectionibus. 248
Modus purificandi & colandi gummi arab. tragacant. ad ponendum in alcofol. 248
Modus præparandi opium, quod adminiſtratur in colly. 248
Modus præpa. tragacan. quando volumus illud ponere in loch. 248
Forma comburen. olibanum, & accipien. fumum eius. fol. 248
Forma colligendi olibanum, quod ponitur in alco. 248
Forma accipien. fumum picis liquidæ. 248
Forma coquendi alchitram. 248
Modus abradendi ſandalum, quod adminiſtratur in medic. apoſtemarum calidarum. 248
Modus extractionis mucilag. ex ſeminibus, ſicut pſyllij, fænug. lini, malvæ, & radic. eius, & ſemi. althææ, & radic. eius, & ſemin. cydoniorum, & marrubij, &c. talium. 248
Modus extrahen. mel ex Anacardis. 248
Forma extrahendi cor ſemi. id eſt medullas, ſicut cor cartami, ſemi. cucurb. cucume. citri, melo. & ſimilium. 248
Forma excoriandi grana alcheruæ, & eſt cataputia maior, ſiue pentadactylus. 248
Modus excorian. grana ſeſami. 249
Modus excoriandi amygd. & pineas, & nuces, & ſimilia. 249
Modus deſiccandi roſas ad reponendum eas. 249
Modus deſiccandi violas. 249
Forma deſiccandi omne cor. radic. ſicut ſenic. apij, ſcariolæ, plantag. bugloſſæ, & cortices radicum mori. fol. 249
Forma accipiendi cortices citri, & cæterorum pomorū odoriferorum, & eorum deſiccatio. 249
Modus infundendi ammoniacum, & gummas, quæ ponuntur in medici. 249
Modus faciendi ſigillum, quo ſigillantur trochiſci. 249
Modus colandi potiones, & coctiones, & de figura coatoriorum. 249
Modus clarificandi. 249
Operatio ſalis AlKali, & eſt ſal nitrum, qui ingreditur in multas medicinas. 249
Modus dealbandi ſalem eundem. 249
Modus comburendi AlKali albificatum. 249
Forma deſiccandi radi. ariſto. longæ & aſphodi. & radi. dictamni, radic. alkekengi, althææ, radic. bugl. meu, aphu, & ſatyrio. & ſecacul, & mori celſi, & alia huiuſmodi. 249
Modus colligendi herbas medicinales, & tempus repoſitionis earum. 249
Forma exprimendi ſuccos plantarum. 250
Modus deſiccandi omnes herbas. 250
Modus repoſitionis herbarum, florum, & ſemi. & aliorum ad ſeruandum. 250
Modus colligendi coloquynthidem, & deſiccandi eam. fol. 250

TRACTATVS III.

De præparatione medici. quæ ſumuntur ex Animalibus.

FOrma comburendi omnes ſpecies conchylium. 250
Forma comburendi cortices ouorum. 250
Forma comburendi cornu ceruorum. 250
Modus ablutionis eius. 250
Forma comburendi. 250
Ablutio horum omnium. 250
Forma comburendi ſetam, vel ſericum, quod adminiſtratur in Diamuſco. 250
Forma comburendi lanam. 250
Forma abluendi cinerem lanæ aduſtæ. 250
Forma comburendi cancros ad dandum in potu illis, quos momordit canis rabidus, & phthiſicis, & hæmoptoicis. 250
Modus comburendi ſcorpiones ad frangendum lapidē, & doſis eius. 250
Modus comburendi Thyros, qui adminiſtrātur in Theriaca, & alios ſerpentes, ac de electione ſua. 250
Forma comburendi caput thyri, quod ponunt in alcofol. 250
Forma comburendi leporem pro illo, qui habet lapidem. 250
Forma comburendi ranas, & hericios. 250
Forma comburendi hirundines, quæ adminiſtrātur in ægritudinibus gulæ. 250
Forma colligen. cantharides, & reponendi eas, ac eorūdem electio. 250
Forma colligendi ſtercus canis, quod adminiſtratur in medici. gutturis. 250
Forma colligendi ſang. teſtudinis aquaticæ, qui adminiſtratur in medici. venenorum, ac eius doſis. 250
Forma colligen. ſang. venenis ſicut & ſang. hædi, anierum, &c. & eius doſis. 250
Forma accipiendi cerebella auium, quæ adminiſtrantur in medici. coitus. 250
Modus accipiendi fel omnium animalium quadrupedum, & volatilium, & forma reponendi ea. 250
Forma accipiendi coagula omnium animalium. 250
Forma extrahendi humiditatem de limacis. 250
Forma accipiendi vrinam infantium, quæ ponitur in medici. acutis. 250
Forma ſeruandi aquam marinam, ne corrumpatur. 251
Forma facien. gluten ex corijs boum, & pecudum, quod ponitur in emplaſtris crepaturæ herniæ. 251
Modus præpa. adipes, & reponendi eos, ſecundum doctrinam. 251
Forma præpa. adipem renum vaccarum. 251
Modus præparationis adipis anſerum, & anatis. 251
Forma præparandi cerebella animalium, & reponendi ea. 251
Modus præparandi medullas animalium, & reponendi eas. 251
Forma ſeruandi oeſypum humidam. 251
Forma colligendi ſtercus infantium, quod adminiſtratur in medicinis ægritudinum oris, ſicut dixit Gal. in lib. almeymur, ſecundum ſententiam antiquorū. 251
Forma coquendi mel cum aqua, ad faciendum ſyrupos. fol. 251
Forma dealbandi ceram. 251
Modus faciendi gummi ex marmore. 251
Modus faciendi ſalem ammoniacum. 251

SALADINVS DE ASCVLO.

DE vtilibus interrogationibus ad aromatarios fiendis. 251
De declaratione nominum medicinarum compoſitarum in antidotario Nicolai deſcriptarum. 255
De doſibus, ac ponderibus, & de eorum nominibus, & differentijs. 256
De modo conficiendi omnia neceſſaria in qualibet Aromataria. 256
De colligendis herbis, floribus, ſeminibus & radicibus, &c. 257
De conſeruatione medicinarum ſimplici. & compoſitarum. 258
De conſeruatione, & perduratione ſolutiuorum ſimplicium ſecundum ordinem Meſues, cum ſuis doſibus. fol. 258
Sequitur alia doctrina ſecundum Meſuem. 261

Alia

Alia doctrina secundum Serapionem. 262
Sequitur alia doctrina secundum Nicolaum. 262
De electione loci conuenientis medici conseruandarum. 262
De omnibus necessarijs, in qualibet aromatatia. 262

ALBEGNEFIT.

DE virtutibus medici. simplicium, atque ciborum. 265
Medicinæ oppilantes duplices. 265
Saporum operationes. 266
Ser. in appropinquatione medicinæ, ex corpore. 266
De cognitione virtutum medicinarum. 267
Sermo in maturatiuo. 267
Sermo in leniente. 267
Ser. in indurante cum frigore. 267
Sermo in oppilante. 267
Sermo in aperiente. 267
Sermo in abstergente. 267
Sermo in rarificante. 267
Sermo in inspissante. 267
Sermo in aperiente orificia venarum. 267
Sermo in constringente poros, & venas. 267
Sermo in adurente. 267
Sermo in putrefactione corrodente. 267
Sermo in diminuente carnem ex vlceribus. 267
Sermo in consolidante. 267
Sermo in trahente. 267
Sermo in Bezaharim. 267
Sermo in sedante dolorem. 267

ORDO TERTIVS.

SErmo in frangente lapides. 267
Sermo in mundificante pulmonem, & pectus, & iuuante ad asthma, tussim antiquam, & generationem sanei cum eis. fol. 268
Mundificantia cerebrum ex naribus quando cum eis fit caputpurgium. 268
Mundificantia oculos per lachrymas, & conferunt pruritui, & grauitati, & corrosioni, atque debilitati visus. 268
Mundificantia aures. 268
Mundificantia cerebrum ex ore. 268
Mundificantia cerebrum ex palato. 268
Confortantia stomachum, & quæ sint ei nocentia. fol. 268
Mundificantia intestina. 268
Mundificantia venas hepatis. 268
Mundificantia gibbositatem hepatis. 268
Mundificantia splenem. 268
Mundificantia renes. 268
Mundificantia vesicam. 268
Mundificantia lapidem ex vesica, & renibus. 268
Concitantia coitum, & multiplicantia sperma. 268
Abscindentia coitum, & desiccantia sperma. 268
Prouocantia lac. 268
Desiccantia lac. 268
Prouocantia menstrua. 268
Abscindentia menstrua. 268
Mundificantia intestina ex stercore. 268
Faciencia vermes, & ascarides, & lumbricos ex ventre descendere. 268
Prouocantia sudorem ex corpore toto. 268
Mundificantia cutem. 268
APVLEIVS de ponderibus. 268
Eiusdem de mensuris. 269
Auctor incertus de signis, & characteribus Græcis ponderum, & mensurarum. 269

ALCHINDVS.

DE modo inuestigandi gradum medicinarũ compositarum. 269
COPHO de arte medendi. 273
De lib. vtilitate. 273
De varijs medendi modis, & libelli diuisione. 273
De modo operandi per medic. solutiuas, seu laxatiuas. fol. 273
De danda medicina. 274
De præparatione medicinæ. 274
De dissolutiua medicina. 274
De signis humorum. 274
De Purgatione phlegmatis. 274
De purgatione choleræ vtriusque, & humorum compositorum. 274
De Lauatiua potione post solutiuam. 274
De diuersitate regionis in purgatione. 274
De consideratione diei, & noctis in purgatione. 274
De consideratione humorum diuersorum. 274
De consideratione loci, in quo est materia. 274
Quo tempore detur medicina. 274
De medicina tentatiua. 274
De delicatis, qui nequeunt suscipere medicinam. 274
De diuersitate ætatum. 274
De diuersitate complexionum. 275
De multa, & pauca materia. 275
De dissolutiua medicina. 275
De sebre ex potione data. 275
De siti nimia in potionato. 275
De potu in potione. 275
De nequeuntibus assellare ex potione. 275
Quando parum ducit medicina. 275
Quando superfluit. 275
De dyssenteria ex pharmaco. 275
De debilitate ex pharmaco. 275
De tenasmone, quæ est voluntas assellandi sine effectu. fol. 275
De defectu Appetitus. 275
De vomitu. 275
De ruptura venæ ex vomitu. 275
De singultu. 275
De singultu superueniente spasmo. 275
Partic. 2. 275
Quomodo constringimus. 275
De membris dissolutis. 276
De reliquijs humorum in corpore. 276
Quomodo debent dari opiatæ. 276
De effectu medicinæ constrictiuæ. 276
Partic. 3. 276
De consumptis membris. 276
Partic. 4. 276
De consideratione diuersitatis materiei. 276
De caliditate materiei. 276
De diuersitate loci, in quo est materia. 276
De signis materiei digestionis. 276
De alterantibus. 267
De modo conficiendi medicinas, & cui ægritudini valeant. 277
De confectione syrupi. 277
De confectione cerati. 277
Index per tabulam medicamen. simplic. purgantium à Mes. lib. 2. tractatorum. 278
Morborum omnium, ac suorum etiam remediorum in hoc volumine contentorum summula Iacobi de partibus per ord. alphabeti. 279

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0536-3
DFG

PETRI APPONI MEDICI
CLARISSIMI SVPPLEMENTVM
IN SECVNDVM LIBRVM COMPENDII
SECRETORVM MESVÆ.

Et primum continuatio cum ſermone Meſuæ de ægritudinibus cordis in vniuerſali.

SI AVTEM fuerit in eo humor mordicans cum præcedenti eius adæquatione, & virtus ſufficit, & humorum accidentia dilationem recipiunt; materia in qualitate ei contraria repellatur, vel cum contrario à forma, & ſpecie; qđ efficacius, & tutius aſſero. Virtutem aũt cordis confortare non negligas oĩ hora intrinſecus, & extrinſecus. & ſtudeas cognoſcere membrũ, à quo nocumẽtũ ad baſim emanat cognitione non dubia. Noſti q, oĩum accidentiũ conuenientiũ corpori cauſa extrinſeca eſt, vel intrinſeca. primus concurſus eſt ad baſim, in qua naturalis vigor ſpirituũ, virtutumque oĩum ſigillatim. creauit ſpiritum Sapientia, ſedem aiarum, vitęq; naturaliũ principiũ motus, & quietis. Quo deficiente nulla amplius corpori dari poſſunt ſuffragia, continuo cum eo moriũtur oĩa membra. Erat n. terminus oĩum operationum aiæ rationalis. In cerebro oẽs hæ, & illæ incipiunt operationes; in corde vero ſuſcipiunt complemẽtum. eius virtus tanq̃ forma oĩum membrorũ ea irradians, & viuificans, virtutũ organicarũ perfectio. In materia vero non intelligibilis formæ; quia Glorioſus (ſicut diuini decoris ratio poſtulauit) tunc ſolicitũ membrũ rectificauit mandans. Et ſi à matrice, eum his, q̃ matricem reſpiciũt; & ſi à ſtomacho & pulmone, ſiue ſint mẽbra nutritionis, ſiue ſpiritui ſeruientia, rectificare ne differas. Et dolor violentus eſt ex maxime proſternẽtibus virtutem eius, & ſi fuerit in officialibus mẽbris. Inquit Hipp. oĩum membrorum vnica eſt conuenientia. & oĩum virtutũ, & ſpirituũ vnicũ eſt ſubiectum; pp quod oĩa mẽbra dolent adinuicem; oĩum virtutum vnica eſt virtus. cum vſque ad hunc terminũ diaphorat dolor p ſpiritus lædẽdo virtutes, occultat in eo ſpiritus, & efficit illa paſſio, quã dicimus ſyncopim, non n. vſq; ad radicẽ patitur paſſiones, ſed cedit vitæ, & ſubiectũ eius, læſionẽ nullã ſuſtinens, paruã æſtuationẽ influere recuſat. Si quidẽ contingit hæc paſſio malitia ſanguinis in quanto, vel in quali, auxilia adhuc non ſunt mortua oĩno, nec differẽda; dilatio. n. ducit ad mortẽ feſtinã, ſed tanq̃ theſauro nobiliſſimo ſuccurrendum eſt. Facimus hoc cũ auxilio Dei cũ rebus, quarum proprietas eſt naturalẽ conſeruare calorẽ. & extraneũ extinguere. Et ſi fuerit ex abundãtia ſanguinis in toto corpore, phlebotomare ne differas. & primo a remotis, vt aperire ſaphenã; poſtea baſilicã; poſtea deuenire cum vẽtoſis apud ſiniſtrã ſpatulã. Poſtea cũ ſyrupis de boragine, & bugloſſa, cãphora, & pſyllio, et procedẽtibus hoc curſu potare ipſum nõ differas. hoc. n. refrigerat ſanguinem peccantem in quanto, & in quali. In malitia autẽ cõplexionis raro phlebotomamus; ſed alterãtia, & confortantia ei ꝓparamus, & multæ eius paſſiones incõprehenſibiles, atq; occultæ nobis exiſtunt. Et dr̃, q, aliq̃n vermis ad id ſ. cor graditur, & continuõ cum mordet interficit; necnon vltimata gaudia, vel vltimatæ triſtitiæ inter eius paſſiones exiſtũt. Boni aũt odores incolumitatẽ eius ſeruant, quia ſolo odore aĩa confortatur. Interdicendum eſt ei oẽ medicamen generãs motũ cordis, & q̃ ſanguinem inflãmãt, ac eius motũ effrænitare faciũt; qa nobiliſſima natura nihil ſuperfluũ, nihil diminuti ſuſtinet. Ad figurã numeri, & naturalis ordinis cõſonantia facta eſt, vt ſubſiſtat, eſt. n. fons, & principium vitæ, decor aiæ, rex naturæ, & moderator eſt corporis, diuina ſapientia cõceptus ad latus exceſſus magnæ caliditatis poſita obuiare dicimus. Hæc. n. immoderatũ motum cordis gñat: illa vero trepidationem, & caloris hebetationem ei affert. Et ſciuiſti, q̃m non eſt ſimplex natura in cõplexione calidus, & ſiccus, ſubſtantia frigida, & ſicca. Rõne vero contenti valde tpatiſſimus calidorum vſus eius eſt, forma. i. craſis minus moleſta frigidorũ portat ſuper hoc à conſortio minus recedunt, niſi vltimitatem excedant tẽperamento ſuo. caliditas eſt cauſa vitæ, & conſiſtentia maxime in phlegmaticis. Cuius vigore innata complexio, quo membra in eſſe viuificat, & vigore continuo conſeruat, & conſiſtit. Et non ignores, q, hic calor eſt virtus humanæ naturæ. ſ. quem traximus à primo homines, per hanc enim ſpeciem indiuiduatur: & eſt ſubiectum, & fundamentum innati caloris, quę nullo genere febrium alteratur. imò eſt actus eius reductioni extranei, & diuerſi caloris fortaſſe in nouiſſima ſpecie hecticæ celeratur; & tunc mors accelerat neceſſaria, & feſtina. Non. n. ſperabis hunc calorem poſſe naturali medicamine reſtitui. Hæc inter virtutẽ regitiuã, & virtutẽ rei adminiſtratæ diſtinguebat, & regulabat. & huic complexioni omni tẽpore ſimile regimen dandum eſt, puta calidum, & humidum, temperatum, hoc poſt mortem ſeni conſiſtit quamq̃ æquiuoce. Cũq; ſm ſciẽtiam tuã inueſtigaueris qualitatẽ paſſionum baſis; & mentionem cauſarum; ſit tua ꝑcipua, & magnifica intentio confortare cor, & vnire virtutes, & ſic earũ eſt auferre laſſitudinẽ, & hoc auxilio Dei cũ rebus aromaticis, & alijs generibus adminiſtratarum rerũ eſt proprietas conferre rei vnitæ maxime in quibus natura delectat, inquantum autẽ tua ſolertia euigilantiſſime ſpeculari poteris, virtutes cordis coadiuuare, & confortare euigiles. Hoc erit ſummũ bonũ, & primũ ſtudiũ iuuamentorũ, & tutelæ baſis: quoniã ſecurius nõ vacillando ad alias res tuæ curæ procedere poteris; virtutis. n. vnitæ non eſt recipere qđ effunditur ad mẽbrum: ſed repellere & effugare cõtrarium. & eſto ſolicitus nõ orbatis oculis intueri, vt ſi ſit aut pp inopiam caloris, & laudabilium humorum abſtinentiam: aut pp exuberantiam multæ humiditatis dominantis corpori, furioſitatiſq; ſanguinis; aut ſolius cõplexionis malitiæ: aliter enim & aliter medicabitur, & cũ ignoraueris veritatẽ, & titubabit tua ſciẽtia ſuper hoc, & ſemper ſecurius erit calidis in temperamento vti; & confortare cum ſtypticis, & odoriferis obliuioni non committe. Secũda eſt conuerſio materiei, vel eius qualitatis, q̃ funditur aduerſus eam ad partes remotiores, aut ignobiliores, ſicut iam diximus, & in practica huius canonis rememorabimur (ſi Deo placuerit.) Tertia res eſt mũdificare mẽbra mandãtia, eaq; cõfortare, & reſiduũ eorum: & eſt q̃nque primum in diſpoſitione curæ, cuius ꝓprie cum alijs mẽbris nocumentum fuit: obuiare accidentibus. Nec ꝑtermittas confortare ſtomachũ maxime in digerẽdo. Corruptio cibi, & potus in eo eſt ꝓparamentũ morborum. Primam rem cõplent quæcunq; cõplexione, & ſubſtantia hac, vel illa baſim confortant cibi laudabilis chymi. medicinæ ſtypticæ, & odoriferæ, quarũ memoriã legemus (ſi Deo placebit.) Sunt ex his hepata gallinarũ iuuenum, alæ auium, & pullorũ. vitelli ouorum recentium ſorbilium, & quæ hoc curſu ꝓcedunt, paucæ quãtitatis,

Vena ſolitia.

Syrupi.

Qualiter vermis ad cor graditur & quã primum mordet interficit.

Solo odore anima confortatur.

Cibi.

& de numero velociter permutabilium, & nutriẽtium. Vinum ſubtile & odoriferum eſt velociter cõfortãs formã baſis. Conferunt etiam in huiuſmodi diſpoſitione emplaſtra, & vnctiones ſup cor, & rerũ ſtypticarum, & boni odoris conſeruant in eo calorem, ne reprimatur. Et noſti, q̃ vnctio ſpinę dorſi ad hoc eſt medicamẽ ſingulare, per quã excelſius, & glorioſus confortat virtutẽ regitiuam totius proprietatis: & eſt cauſa protectionis, & lõgitudinis vitæ humanæ, & defenſio ſpiritus vitalis: & occurrũt ad hæc abſq; dilatione, oleũ chamæmelinũ, & terebinthina, partes eorũ miſcendo æquales. Succo arthemiſiæ cũ quatuor partibus ipſius olibani, repelli rigores febriũ, ſpiritus putridorum, & membrorum febricitantium affirmatum. Aqua roſ. muſcho infecto imbibito: & ſuper manſionem baſis aſperſa, ſyncopi ſubuenit. Aurũ electum in cibis adminiſtratum, medicamen eſt ſobriũ in confortando. cantus amoris: carnes ſylueſtres: os de corde cerui, diambra: & hæc ſubueniunt adminiſtrata, (ſi Deus voluerit.) Secundam rem complent conuerſio, & derivatio materiei, & fumoſitatũ eius ad partes circumferentiales: & confortatio cordis ad hoc principale, repellit enim per ſe Virtus fortis cõtrarium: Faciemus hoc cũ auxilio largitoris ſanitatis, poni vẽtoſas in cruribus, fricari manuum volas, & pedes frictione forti, & ligari dolorose. Cõfortari adhuc ſtomachum eſt de intentione principali, facit n. repulſam humorum lædentium baſim: & ſi neceſſitas exigit, ad enemata acceleramus: & qñque vomitũ, ppric: & qñq; in primis ductibus corporis extra vata, materiam credimus eſſe ſubmerſam lædentem virtutẽ baſis, & qñque accidunt huiuſmodi terrores venenoſa potione, & hoc de neceſſitate curæ terrorum diximus, & confidas maxime in ventoſa poſt ſiniſtram ſpatulam, eſt. n. huius paſſionis poſtremum remedium. Et ſuccurrere poſtea cum vino ſubtili reſoluto cum eo pane aſſato, facit ad reparandum, & recuperandum ſpiritus, & omni ingenio, & ſtudio auxiliari ne differas, nunc conuertendo materiam ad remotiora, nunc confortando cor, & principalia. Tertiam rem complent euacuationes decẽres, ſicut te ſcire fecimus, & rememorabimur (ſi Deo placebit.) Sup hoc. n. multiplex cõſideratio cadit. Quarum prima eſt ſcire mẽbrum alteratũ. Secũda qualitatẽ materię lędẽtis: habita. n. notitia qualitatis morbi, medicinę eum repellentis vis fit euidentior. Tertia conſideratio eſt ſcire qualiter, & per quam viã ad cor graditur læſio: aut pp virtutis defectum: aut fumoſitates materiæ, aut ſi ab alijs mẽbris conſurgit ei bellum, vel in ſuis manſionibus latet inimicus. Accidunt. n. tales terrores emanatione humorum, puta ſanguinis fluxus natiũ, menſtruorũ, & venarũ inciſione; vel ſi dominium humoris p̃dominatur corpori. Et noſti, q̃ morbi ex penuria humorũ qualitatis, & quãtitatis non minus: immo moleſtius, q̃ ex medicina eorũ purgatiua, & multitudine, naſcunt. Quare cũ cautela, & timore ad purgationẽ gradieris, leuius eſt. n. inanire, q̃ replere: & minus moleſtũ replere, q̃ inanire. Si autẽ ab alienis morbis hoc nocumentũ ſurgere videbis; ſiue a cerebro, ſiue a ſtomacho, & matrice; eorũ rectificationẽ ſatagere ne differas cum his, q̃ ſcire te fecimus cõtra eorũ paſſiones, & facimus illo duce glorioſiſſimo, cuius virtute omnis natura agit. Electarium confortans naturalem complexionem baſis, procurans digeſtiuã incolumem, adiuuans mẽbra principalia confortãdo illa; immo mundificat ea ab humoribus alienis, mũdificat canales hepatis, & eſt expertum contra malitiã meſeraicarum. ℞. ligni aloes boni, aniſi mũdi, rheubar. recentis ana põdus æquale, zucchari ſufficiẽter. doſis a drach. j. vſq; ad ij. ieiuno ſtomacho de ſero cuius paſſio diurna fuerit, in matutinis, cuius noua eſt ægritudo. Medicamen ex inuentione noſtra defendens baſim ab omni periculo ꝓteriro, & futuro: reddit naturã hilarẽ, aufert laſſitudinẽ mẽbrorum principalium, ſubuenit his qui triſtant, & melãcholizant neſciẽtes radicẽ, diligunt ſolitudinẽ, & ſeipſos odio hñt, & ſuſpecti ſunt de re non ſuſpecta; & dubitant multa pericula eis euenire, & remouet ab eis maleficia, facit eos iu-

Vnctiones ad dorſum.

Vẽtoſa poſt ſpatulã ſiniſtrã eſt poſtremum remedium.

Electarium cordiale.

Aliud electuariũ cordiale ex inuẽtione propria.

E cũdos, et amãtes curialitatis, ſubuenit retẽtioni mẽſtruorum, fluxui, & ſyncopi mulierũ, iuuat paralyticos. ℞. coral. rub. macis, oſſis de corde cerui, ambræ, margaritarũ, cryſtalli, auri cocti, argenti meri, oſſis eboris, ſaphyri. rubini, hyacinthi, ana drach. v. balſami drach. ij. muſchi drach ſ. anthos, ſpodij, ſandalorũ, garyophyllorũ, galãgę, calami aromatici, cubebarũ, ſpicæ nardi, corticum phiſticorum, ſeminum baſiliconis, cardamomi piperis albi, & longi, baccarum lauri, pyrethri ana drach. iij. ſtyracis calamitæ, magnetis, myrrhæ electæ, opij rhebaici; ana vnc. j. ſem. pæoniæ collectæ in nouiſſima ætate lunæ, florum chamęm. florum lilifagi, ſampſuchi, balſamitę, ammeos, ariſtol. ro. adianti; ana drach. iij. croci oriẽt. drach. ſ. ligni aloes, papa. alb. an. drach. ij. zucchari, quòd ſufficit. doſis ana vnc. ij, Vſque ad iij. cum vino calido, vel aqua calida ſecundum exigentiam. Theriaca magna in huiuſmodi terroribus eſt dilecta; & eſt cõe medicamen ad diuerſa gña paſſionum, cor repletũ inanit, inanitum replet, venenis magnifice reſiſtit, ſed pueris, aut ſenibus parum, aut nihil dãdum eſt, & theriaca x. annorum melior, & vtilior eſt i diſpoſitione matricis, cũ aqua mãdragoræ eſt medicamẽ valde efficax, doſis eſt ſm exigentiã naturę, & ſui materiã. Roſmarinus aſſumptus i cibis reddit naturã hilarẽ; & eſt tutela maxima a potionib. mortiferis. Chiranus dixit. folia vitis albæ in tm hilarescere faciunt cor hois, q̃ earum vſus effrænitate facit apud gaudium. Cõfectio faciens ad tremorẽ cordis, & ſyncopim calidã, confortãs ſtomachũ; & ſitim calidã extinguit, facit odorẽ ori bonum, & cõperit his, qui febrẽ hñt; cuius permiſtio ℞. xyloaloes, balſa. ſeſeleos, cubeb. berberis, roſarũ, ſandal ſem. cõium, ana vnc. ſ. corallorũ, ſpodij, charabæ, gũmi dragacan. ſem. acetoſæ, ſe. portul. bugloſſæ, ana vnc. iij. camphoræ drach. ſ. margaritarũ vnc. ij. confice cum rob. citri. doſis eſt ana drach. ij, Vſque ad iij. cũ aqua frigida non veri frigoris. Et ſcire dẽs, q̃ mundificatio corporis, ſi occurrat adminiſtratio ventoſatũ poſt ſiniſtram ſpatulam, eſt res faciẽs te ſecurum a morte, & ꝓprie qñ ſuſpitio eſt venenoſæ potionis: & res iã poſita eſt in deſperatione in oĩ cordis paſſione, ſyncopi, & cardiaca eſt medicamen fidele. facit liberã virtutem, & ſpiritus reſpirationẽ, (ſi Deo placebit;) & ſubuenit ægritudinibus cerebri diuerſis, & ſplenis, & aliqñ pulmonis. Iudæus. Potio confortans cor, & ducens materias regionibus ſpiritualium, & ab alijs membris mandantibus leſionem ad eum, et liberat a tremore, & oĩ paſſione cordis, (ſi Deo placebit;) & cum magna iucunditate reſpicit membra principalia. ℞. myrob. citrinorum cõditorum ſm doctrinam noſtram, quam ſcire te fecimus, vbi de eorum poſſe ſcripſimus vnc. iij. agarici electi drach. iiij. ſalis gemmæ drach. ſ. rheubar. rhaued ſe. ꝑparati drach. ij. ſ. turbith drach. iij. tar. vnc. j. gum. drag. opo. ſarcoc ana drach. ij. ſpicæ nar. drac j. dictamni drach. ij. maſtic. myrrhæ electæ; ana drach. j. corum Apozema eſt. ℞. hyſſopi, thymi, treos, balſamitæ, ſampſuchi, liquiritiæ, macis; an. drach. j. cinnamo. garyo. an. drach. ij. antheræ, hyperi, zedoariæ, an. drac. ſ. aromatizentur cum muſchi drach. ſ. & modico aquæ roſ. præparetur potio ſecundum modũ artis notum, & propinetur in horis electis. Amplius ſcire oportet, quòd non ſemper occurrunt medicamina præparata, nec res terminum dant lõgum, maxime cum ipſi infirmi ſint cum ſyncopi apparente. tũc. n. ſtudium eſt in confortando cum rebus cordialibus odoriferis, & conuertere materiam ad membra diſtantia, cum frictionibus, ligationibus in extremis doloroſis, & ventoſis ſub geniculis. Et dare apud talem caſum flores caducos nucis redactos in puluerem cum liquore calido, vino vel aqua, ſecundum neceſſitatem, eſt medicamen, quod conſequitur ſuam virtutem a maiori, & nobiliori natura, & liberat vna hora a ſyncopi, (ſi Deus voluerit.)

Singularia paſſionũ baſis medicamina, & quorũcunque membrorũ, humanum organum narrare nõ poteſt. Propterea ò tu curã corporũ gerẽs Deum in cunctis prępone, & oĩa tua principia ab eo inchoẽt; et ne verearis eũ ꝓponere, & te poſtponere, ſciẽs q̃ tua ſcientia nõ eſt ſcire, ſed

Nota de roſmarino.

Cõfectio ad tremorẽ cordis, & ſyncopim.

Nota de adminiſtratione ventoſarum poſt ſiniſtram ſpatulam.

Potio vtilis ad paſſiones cordis.

Optimũ cõſilium pro medico.

re,ſed eſt finita,non perfecta,niſi quãtum ab eo pficiẽtime eum,& cuncta experieris ſecure,& ſit maior cautela capacitate tua,vt nõ deuies à recto vllis precibus, vel p̃tio,vel odio,vel amore. Scis namq; q̃ ſoli Deo eſt notũ confirmare hoiem,& hic heu,illic hei,vehementius tibi parantur,nec opprimes inopes ſalario; nec ingenioſius nobilium curã,impotentiũ cura portabis. Amplius non dilatetur cor tuũ diffuſa laude,& præcomzata apud multos,ne auertat à te Deus gratiã ſuã; quoniam ſua interẽt ſanare,non medici; & naturæ eſt rectificare,nõ medici, tui non eſt,niſi naturæ cõuenientia, & neceſſaria porrigere nec ponas odiũ in aĩa tua aduerſus medicos, hoc.n. à Deo ſeparat. Vgo. Medicamen cõfortans cor,& ſubueniens ſyncopi. ℞. macis, cardamomi, cubebarum, aniſi: an.drach.ij.ambræ,margaritarũ,an.drac.iiij. camphorę Karat.j.zingib.drach.ij.galangæ,ſpodij, cappa.ana drac. iij.maſtiches vnc.ſ.muſchi drach j.zucchari lib.j.ſ. Doſis drach.j. vſq; ad ij. Confectio troch. expertorum iuuamentorum his,qui paſſiones cordis pati conſueuerunt, educit.n. materiam alienam è corde,& ſanat ab huiuſmodi languoribus. (ſi Deo placet,) & facit ægritudinibus ſine materia,& cum materia; & reſpicit matricem malitioſam,& ſtomachum corruptum. ℞. florum roriſmarini,pęoniæ, betonicæ, ariſtolochiæ longæ,& rotundæ,dictamni, lilifagi,euphragiæ, ana drach.ſ.baccarum lauri,piperis albi,& longi, cardamomi, galangæ, macis, zingib.ſandalorum,ſpodij,papaueris albi,portulacę,roſ. acori, corallorum ana drach.ij. opij Thebaici, myrrhæ, croci,ana drach.j. limaturæ auri drach.j.muſchi Karat. j.balſa.ſucci granatorũ,mellis ana drac.iiij.mãnæ,diagridij, maſtiches, ita quòd horum trium fiat vnum corpus ana drach.iiij.agarici ſeminini vnc.ſ.ſalis gemmæ vnc.j. confice cum aceto ſquillitico quemlibet vnius drachm. Doſis a drach j.vſq; ad iij. cum aqua balſamitę,arthemiſiæ,& modico mandragoræ. Electarium nobile pro magnatibus,& aſſumitur omni tempore,& omni hora, & facit ad confortationem totius naturæ, & reſpicit omnia membra languida, ſtomachum confortat multum, & præbet audaciã timidis,& præſeruat a ſyncopi(ſi Deo placet.) ℞. ſpodij, ſeminis rutæ, capparum, laccæ,coralorum,galangæ,nucis,garyophyllorũ,cubebarum,aniſi, maſtiches,euphragiæ,an.drac.ij.muſchi drac.ſ. pinearũ mundatarum,amygdalarum dulcium,ſeminum cõmunium mundatorũ,ana drac.iij.margaritarũ,ambræ,ſapphyri, hyacinthi, ana drach.iiij. balſami drach.j. mellis drach.j. papaueris albi drach.ij.ſandalorum,ſeminis endiuiæ,ana drach iij. confice cum aqua roſ. ſucco granatorum,& zuccharo duro, partes eorum miſcẽdo æquales,bulliant ebullitione debita, & fiat confectio electarij ſecundum quòd notum eſt in arte.

Medicamẽ bonũ adcor.

Trochiſci optimi ad paſſiones cordis

Electarium nobile ad cor.

Sermo de vnctionibus. Cap. 2.

INcipiamus protelare ſermones de vnctionibus ſubuenientibus pulſui debilitati,tremori, & ſyncopi (ſi Deo placet.) Sed ſcire oportet,q̃ vltimitas ſyncopis eſt extinctio caloris,& mors. Hæc accidentia comparantur inter ſe non aliter,niſi vt debile,& forte.cum autem fortia,ſunt,vt imprimãt vehementius, & vincant vltimata victoria ſupra naturã,ita vt abſcindat virtus,& cor vitæ, aut extinguat ſpiritus in minera;ſunt cauſa mortis. p̃ſuccurrere ergo oportet priusq̃ imprimãt,& vincant victoria vltimata. Aliquãdo enim (vt vidiſtis) q̃ robuſti,& ſine languore videntur, accidit caſus virtutum, & ſubito moriuntur,& ignoratis cauſam,& ſunt hoc ſoli Deo notum,& naturæ propriæ; quoniam nulla apparuit cauſa cognita medico. his autem ſubuenire non eſt medici, nec medicinarum poſſe,ſed glorioſiſſimi, & excelſi eſt omnium languorum ſanare paſſiones. Sermones inunctionis ſpinæ credo antiquos,& peritos Philoſophorum traditionem, & memoriam, & laudem tanti beneficij naturæ occultaſſe,cum eius veſtigium in eorum tractatibus ſit abſciſſum, & eſt de elegantioribus iuuamentis præſeruans ſubiectum vitæ. Et ſciuiſti,quòd principiũ oſſium,& neruorum eſt nucha. & generatur a cerebro, & ſpina eſt platea publica arteriarum, neruorum, ſpiri-

Suppoſit.

A tuum,& virtutum,& lectus ſpũalium membrorum, & continet medullam vetæ humiditatis, ſic.n. aggregabis multas bonas intẽtiones cõforrabis. n. ſubſtãtiam velatiuã,& ſubſtantiã ſpũalẽ, & neruos, & oſſa vniuerſa,ſubueniens paralyſi. & omnib. neruorum ægritudinibus, ſaluti cordis,& tremori, laſſitudini ſubuenit manifeſte, & eſt medicamen omnium medicamentorum in celeri cordis confortatione. Modus confectionis eſt. ℞. myrrhæ electæ,aloes hepaticæ, ſpicæ nardi, ſanguinis draco. thuris,mumiæ, opobal. bdellij, carpobalſa. ammoniaci ſarcoc.croci,maſtiches,gummi arabici, gummi ſtyracis liquidæ ana drach.ij. ladani electi, ſucci caſtorei drach. ij.ſ. muſchi drach.ſ. terebinthinæ ad pondus omnium. miſce omnia hæc,puluериza puluerizanda,cum terebin- *Balſamus artificialis.*
thina: & pone hoc totum in alembico, & ingenioſe deſtilla. eſt.n. ars ſicut de aqua roſ.liquorem aũt per deſtillationem ſublimatum ſulcipe in vaſe vitro forti,vicinatur.n. balſamo:& ſm hanc viam ſubtiliſſimi ſophiſtarũ
B adulterant balſamũ, ſed eſt modus nobiliſſimus modorum. Et ſi vngantur eo corpora cadauerũ,non patiuntur *Virtutes ꝑfectu balſami.*
putrefactionem in eis: & cum volueris cõfortare corpora extenuata, tẽperabis eum cũ aqua roſ. vngendo ex eo *Contraria ſcire.*
ſuper baſis manſionibus,& a nucha vſque ad renes. Et ſi ex eo ante horam paroxyſmorũ modicũ tepefacto vngatur ſpina relinquẽdo ſuper ea veſtigium eius cum pecia,repelles rigores erraticarũ febrium, & quarumlibet ſimplicium febrium. Sed quartanis,et erraticis ſubuenit a principio ad totũ piodũ,in ſyncopi quaſi vltimata,puncta ſpina,vt eius organum voce loquatur,ſub lingua infirmi ex eo parum appones,poſtea in auribus,& naribus
ſi neceſſitas vrget. Et da ex eo apud neceſſitatem,puta *Contra epilepſiam.*
apud ſuffocationẽ matricis, morbũ caducũ, & plurimas paſſiones baſis,pondus Karat.j. cũ vino odorifero,& eſt res cõfortans aĩam,& naturã,& ſubuenit ad oĩa,q̃ oportet. Et proprie aſſumptũ melancholicis,& qui triſtãtur in aĩa,& ſunt languidæ virtutes,& mẽbra,ac ſi eſſent cõtuſi,& debilitati bello. hecticis tẽpora cum oleo roſato,
C aut maſtichino, & vnge ſpinã eorũ apud balneũ,& ſine balneo. Modus confectionis vnguenti, quo ſi vngatur ſpina, repellit febres phlegmaticas, vel melancholicas, & conferet paralyſi, & neruorũ ægritudinibus ℞. ſucci arthemiſiæ,ſucci galliæ,an.vnc.iiij. baccarũ lauri vnc.ſ. maſtich.vnc.j.olibani vnc.ij. cãphoræ Karat.j. olei chamæmelini,olei roſ.an. vnc.iiij. ceræ drach.iij. fiat miſtio cõpetens. Vnctio tẽperata reſtauratiua cõueniẽs extenua- *Vnguẽtum tẽperatum vtile plurimis, & extenuatis.*
tis,& hecticis, & phthificis, & qui ex penuria humoris in cardiacã incidunt. ℞. olei chamęmelini. & roſ.& terebinthinæ,adipis porcini,& arietini, an. vnc.iiij. olibani, maſtich. cerę an. vnc.ij. mucilaginis hordei,mucilaginis pſyllij,ana vnc.j. medullæ bouinæ vnc.iiij. olei ſcorpionis,qui inuenit apud parietes, & in cauernis lignorũ vetuſtorũ lib.ſ.cãphoræ drach.ij. muſchi. Karat.ij.& vnge ex eo totũ corpus hectici apud balneũ,tẽperato cum duplo ipſius vnguẽti olei violati. Et ex hoc cõſequeris duo vtilia. Primũ eſt cõfortare mẽbra lãguida. Secundũ humiditates aqueas retinebit diutius apud mẽbra inflãmata; ſic.n. extraneũ eſt extinguere inflãmationẽ, & naturalem reſtaurare. Et ſcire oportet,q̃ adminiſtrare balnea
D apud paſſiones baſis mundificato corpore,balnea dicimus temperata dulcia proprie apud languores matricis, niſi forte materia alia exigat balnea, & tunc ſm neceſſitatem,& morbi exigentiam ea elige; & cõplexionis malitia eſt res de intentione huius curæ. Et vngere ſpinam bene abſterſam poſt exitum balnei vehementius cõfortat. & balneum apud infirmos debiles non laudat, ſæpe .n. propter ſui affabilitatẽ aſſociat ſibi vnum contrariorum,aut naturam,aut morbum. & non purgatis corporibus balnea prohibentur, niſi velles eorum materiam, q̃ quærimus expellere crudã,facere obedientem;& tunc cũ cautela p̃ſumendũ eſt;& non apud humorẽ,ſed apud hunc humorem,& hunc hoiem. Amplius ſcire oportet, q̃ non eſt intelligere poſt purgationẽ corporis balneare, poſt opus pharmaci prima die,vel ſecunda; quoniam hoc,ſicut te ſcire fecimus,non eſt ſecundum legem Me-

Medicamẽ nobile. dicamen forte tepellens inueteratas,& chronicas egritudines,& materias diuerſorum morborum cum diuturnitate habituatas in membris, quarum incolatu deuenitur ad prædictas paſſiones; attrahit à remotis, ſubuenit vniuerſis ægritudinibus neruorum, ſanat epilepticos (ſi Deo placet;) & cum præuiſione videto cui des. ℞. colocynthidos electæ,ladani,agar.turbith,hermod. an drac. iiij. diagridij cocti, maſtich.ana vnc.vj. zingib.drach.ij. reubar. vnc.j. ſpicæ nardi drach.j. ammoniaci,aſſæ fętidæ. ſarcocol. opopana. euphor. ana drach.ij. mezereon drach.ij.mannæ,terebinth.an.vnc.j. nucis, muſc.ſpodij, galangæ,garyophyllorũ an.drach.j. confice eum ſquillitico. Doſis à drac.j. vſq; ad iij. Pilulæ fideles contra multas paſſiones corporis,proprie membrorũ principalium & aliorum nutritionis;& earum vſus continuus pręſeruat à ſyncopi, & tremore, recipiuntur omni tempore, quando itur dormitum; & præſeruant à multis periculis futuris,& viuere hominẽ incolumen faciunt. ℞. maſtiches, myrrhæ electæ,an.drac.ij. ſanguinis draco.drac. j.muſ.drach.s.aloes boni vnc.j. confice cum ſucco rutæ. Doſis ſit vſque ad vij. Et ſi volueris ex his laxare, adde agarici fæminini,diagridij recentis,ana drach.j.

Pilula ad multas paſſiones vtiles

De ſyncopi. Cap. 3.

Quid ſit ſyncope. SYncopis eſt caſus virtutis ſubito factus. Et ſit ſecundum vnum duorum modorum, aut ſecundum actũ vltimarum,& tunc eſt mors,aut quantum ad habitum, & quando deſtruuntur virtutes in membris,& nihil remanſit de illis,& tunc eſt mors illius membri,& ſi fuerit in toto corpore,eſt mors totius indiuidui. Sed prætermiſſis omnib. defectionibus,quæ ſunt mortales,de illa,quæ mortalis non eſt, ſermonem afferamus. Defectionum enim quædam eſt caſus virtutis releuabilis,& bonum eſt hic edocere, vt innoteſcat hæc, & illa,quare & qualiter virtus ſubito cadat, ſitque illud ſecundum vnum trium,aut quatuor modorum. Aut propter multitudinẽ materiæ diffuſæ in vijs ſpiritus generantis prohibitam reſpirationem ipſius delationis ad membra propter oppilationem ventriculorum virtutum animaliũ, & ſpiritualium à diffuſa materia factam, & talis ſyncopis eſt idem cum apoplexia, ſicut dixit Gal. deficit motus omnium membrorum, quia viæ ſpiritus, & virtutũ motiuarum clauſæ ſunt,& occupatę multitudine materiæ,quare aliud capere non poſſunt occupatione permanẽte,& ſcire oportet, quod ſubito, & immediate accidit caſus virtutis generaliter propter prohibitionem motus ſpiritus ad membra vniuerſa, & tunc fit virtutum congregatio ad radicẽ,& extrema relinquũtur expoliata calore,propterea frigus in extremis,& æſtuatio naturę ſen ſitiuæ magna apparet, prohibitionis autẽ ſpiritus ad ſuũ motum vnius trium modorum eſt cauſa, quorum ſciẽ tiam iam incepimus, & primum modorum poſuimus

Caſus virtutis fit ſecundum vnum trium modorum.

Primus modus.

Secundus modus. Secunda eſt conculcatio ſpiritus circa cor, & contingit proprie in timore.tunc enim ſpiritus extrema non regit, propterea quod priuatus, & conculcatus eſt in corde,& hoc magis mulieribus, & natura proprie frigidis ab innato,& terribilibus, & nõ conſuetis terroribus accidit.

Tertius modus. Tertia eſt prohibita reſpiratio proprię actionis ſpiritus ad ſuos motus conſuetos propter defectionem quantitatis ſui ipſius,ſicut vidiſti in fluxu ſanguinis immoderato,& accidit illud apud phlebotomatos, quando exuberat fluxus præter modum, ſanguinis enim fluxu quãdocunque exuberat,animæ grauat officia,& ſpiritus extinguit ardorem,& ſimul cum eo labitur ſpiritus,quia mãſio ſpirituum in ſanguine circumſcribitur. Amplius ſcire oportet, quòd non ſolum ſanguinis emanatio, immo quælibet illicita euacuationũ hoc operatur,etiã vltima ieiunia ſpiritum attenuant. Et ſcire oportet,quod in vltima euacuatione ſpirituũ, ita quòd pars relicta nõ ſufficit ad regendum ſuſtentationem corporis; ſecundum quam artem nullus audeat medicorũ euacuationes vltimare, tolerabilius erit iterare, &c. reiterare, quam vltra debitum modum in euacuationib.in præiudicium naturæ effręnitare,tunc & ſyncopis irreleuabilis,quãdo autem tantum remãſit delatoris partis, quod ſufficit ad regimen corporis, quamquam damnoſum, eſt ſyncopis releuabilis. Simile eſt in oppoſito modo,quando enim delatores priuantur ad ſuos motus, & quia omnium ſemitarum, & viarum veſtigia ſunt priuata, & facta eſt tanta oppilatio vẽtriculorum,& fontium cerebri, quòd vſque ad ſubſtantiam ſpiritualem diffuſi ſunt humores, & mortuus eſt ſenſus fere & motus,tunc omnino eſt irreleuabilis, in medio autem modorum eſt ſemper quaſi releuabilis. Amplius ſcire oportet,quòd multis alijs modis ſyncopis accidit,quorum quidam ſunt ignoti,ſicut te ſcire fecimus,rapitur enim multoties à partibus pulmonis materia peripneumonica ſubito ad baſim, & continuo interficit talis ſyncopis. ſimiliter & ab alijs partibus propinquis,& poſſibile eſt,quòd per occultos ductus deſtillet aliquid fraudulenti humoris à cerebro ad baſim, & fiat ſyncopis pernitioſa,ſi autem percutiat ſubſtantiã ſpiritualem, aut tremor, qui tranſit per partes propinquiſſimas baſi,& non eſt pernitioſa. & accidit potiſſime damnoſiſſima ſyncopis ei,qui ducitur ad ſumptionem mortiferi in cibis,& potibus,& raro ſuccurri potuit. Quandoque autem tantum imprimitur, & vltimata vincit victoria,quòd nulla valent ſuffragia, & congregantur ſæpe huiuſmodi accidentia in mulieribus,per reſudationem humorum à matrice aduerſus ſpiritualia habentium ſemitam, & animales virtutes, &c. huius intentionis curam ſcire te fecimus, & ſignabimus, (ſi Deo placet,) cum de iuuamentis paſſionum matricis legemus. Amplius ſcire oportet, quòd non minus infixa malitia ſtomachi,quam matricis malitia hoc contingere poteſt,& te oportet has ſingulas vias,& veſtigia ſingulorum modorum bene ſentire. aliter enim & aliter medicari oportet ſuper hoc,vel huiuſmodi accidentibus timoroſis ſine omni dilatione ſuccurendum eſt,& omne genus curæ illico adminiſtrãdum. Dilatio enim reducit ad mortem;nullam enim recipiunt tarditatem. Curam huius paſſionis iam ſignauimus in vniuerſali canone paſſionum,& eſt ſimillima curis paſſionũ membrorũ creantium hanc paſſionem maxime, quoniam ad radicẽ protenderetur ſuper hoc ſermo tædioſus,ſi vellemus res aſſumere ſingulorum modorum curæ ad mitigationem,quoniã in noſtra ſumma Deo duce de paſſione omnium membrorum,& iuuamẽtis eorum protelabimus. Reſtat igitur confortare baſim, cõſequenter ſcire membrum mandans, & repellere eius reſiduum ipſumque confortare,& rectificare,& procedere in huiuſmodi terroribus ſecundum doctrinam practicæ limitatæ, & tibi in ſermone probabo de paſſionibus baſis,(Dei gratia.) In cardiaca ex melancholia dare aquam lactis in qua reſoluti ſint myrobalani,& epithymũ, eſt medicamẽtum valde dilectum in mania,& omni morbo melãcholico.

Alij modi quib. ſyncope fieri poteſt.

De tumoribus mammillarum. Cap. 4.

TVmor mammillarum fit ſecundum plurimum ex lacte corrupto in eis,& tunc iube apponi mollificantia,& reſoluentia, vt fiat reſolutio prohibitæ reſolutionis factæ, & manda ſi exuberet lac, apponi catulos paruos ad ſugendum. vbera, exterius euaporatiuis intrinſecus oppoſitis. Cataplaſma vtile reſoluens tumorẽ mammillarum à corruptione lactis. ℞. farinæ,ſeminis lini,farinæ lentiũ,tempera cum oleo roſ.& croco. Aliud Humain. ℞. marrubij, ebulorũ, foliorum papaueris albi,abſinthij,rutæ,cuſcutæ, & tepida appone. Dioſcorides. Rec. olibani, ſem. abſinthij, maſtiches, farinæ lenium,ana drachm.iij. ceræ drach.iij.olei roſa.drach.vj. fac vnguentum, & vnge. Aliud. Ova cum oleo roſ. mitigant dolore,& ſedant tumorem. Si autem tumor mãmillarum ex inflammatione ſanguinis,aut choleræ fuerit; tunc eſt occupari circa refrigerationem corporis: & aperire ſaphenas eſt præcipuum: & magnificum in diſpoſitione hac eſt diſtrahere materiam:& ſi fortè accidebat vitio matricis,eſt cura prima.linimentum refrigerãs ardorem mãmillarũ,extinguẽs acumẽ,& delens humorem. Rec.ſucci ſemperuiuæ ſucci ſolatri,albuminis ouorum, & olei roſ. ana pondus vnũ, nunc frigidum, nunc tepidum appone. Aliud contra humores calidos. Lini

Cataplaſma vtile ad tumorẽ mãmillarum.

Aliud ad idem.

Vnguẽtum ad idem.

Aliud ad idem.

Aliud ad idem.

priùs

prius locum tumentem cum albumine ouorum,& oleo rosaceo,partes eorum miscendo æquales: postea superaspergepuluerem nitri subtilissimum, & iterum superpone, tota submersa in eodem liquore. Amplius scire oportet,quòd post saphenam oportet aperire basilicam, puta si acumen humorum sit valde superbum in quanto,& quali. & conuertimus tunc regimen in tali occupatione ad ea, quæ sunt posita iuxta latus frigiditatis, & humiditatis. & purgamus humorem suspectum medicina temperata respiciẽte hoc complexione, & proprietate,si necessitas vrget purgãdi, & si deueniarur ad corruptionem,ad illud quod est manuale, hoc illorum est, qui chirurgia sunt instructi, & non inficiam summam meam huius vestigij, quod ad mechanicam spectat operationem. Et si ex frigore,& frigidis humoribus tumores accidunt in mammillis, adhibe farinam fœnugræci *Aliud ad idem.* cum succo apij,& ebulorum commistam. Aliud. ℞. fimi bouini recentis, & caprini, ana drach.ij. suc.marrubij,succi ebulorum, fœces aceti, ana vnc.j. misce, & superpone calidum. Ioannitius contra viuos ardores,& rubicundos,temperat enim eos,& occidit audaciam eorũ. *Vnguẽtum contra ardores.* Rec. mucilaginis psyllij, aceti,olei rosa. olei violati,ana pondus,ideſt opij,camphoræ,ana tro.i.fiat omnium mistio cum farina hordei,& albumine ouorum.

Sectionis primæ Summa tertia De ægritudinibus membrorum nutritionis. Prologus.

Differum recapitulatio. PRotelauimus hucusque de ægritudinibus membrorum animalium,& spiritualium, & posuimus modos curationum ægritudinum, quæ possunt euenire ipsis membris,& iuuamẽta membrorum communia,& propria secundum scientiam,& inuentionem peritorum Philosophorum, & quæ vetustissimi medici sunt experimẽto experti,liquida fecimus, & scripsimus illud secundum artem nostram,secundum quòd gloriosissimo,& excelso meum organum placuit eructare. ab ipso enim emanat omnis scientia. ipse de largitate sua medicinam produxit, & medicum velut naturæ refugium creauit. pluat super intelligentiam,ros verę huius scientiæ veritatis,ab illo,qui non improperat,cum exhibeat omnibus affluenter. Volumus autem nunc primæ *Intentio noua.* sectionis summam tertiam De ægritudinibus membrorum nutritionis principiare, & significare modos curæ cuiusque ægritudinis membrorum, & aggregare huic *Inuocatio.* intentioni res necessarias. Auxiliatorem igitur petamus Deum,à quo cuncta respirãt,& à quo nostræ omnes gratiæ prodeunt. Repleat igitur spiritus Dei mẽtem nostrã, qui sit benedictus. vt res medicinarũ aduersus indigentiã in columitate plenas,sua gratia ponere non deficiat.

De dolore stomachi. Cap. 1.

DOlor in stomacho vehemens indiget quandoque blandimento. cura autem blandiens est cura non nota: vt stupefacere apud vehementem dolorem ipsius, & pulsationem, & hoc raro facimus: est enim mendosum, nisi vltimata victoria dolor prosternat virtutem. tunc enim velut minus malum, illud administramus. Nos verò in primis incolumitatis largitorem inuocemus,vt de suæ clementiæ abundantia ipsam egenti sperantique annuat sanitatem. Afferamus etiam ad hunc locum ex medicinis cælesti virtute dotatis,vt infirmorũ anxietas abbreuietur, & cura eius indiget obseruatione regiminum omnino, sicut in capitulo hemicraneæ de genere vehementium dolorum significauimus. & est huius intentionis præcipuum conuertere regimen ad ea,quæ laudabilium chymorum sunt alimenta, & est hoc regimen laudabile in generibus rerum sex. Secunda res est sine dilatione occupari aduersus accidentia, quæ sunt vehementia. Tertia res est confortare aduersus accidentia,& coadunare virtutem stomachi. Quarta res est repellere materiam lædentem ad oppositum. Quinta res est rectificare membrum mandans; & habetur super hoc magis suspectum hepar. Amplius scire oportet,quòd fiunt languores eius aliquãdo absque materia,à malitia complexionis. Dixit Hipp. quòd complexionis malitia infixa,& mansiua, dolorem nó efficit; dolor enim est rei contrariæ contrarietatẽ sentire. Quãdoque autem,quæ fuerat principalis, & maxime membri complexio,rei contrariæ aduentu desolata est,& quæ prius fuerat extranea, facta est, ac si esset principalis, & dolorem non facit vehementem, quid enim in eodem sibi inuicem obuiabitur,actio enim non vertitur nisi inter contraria,& deficit bellum,& litigatio, altero inimicorum iam mortuo; & huius intentionis cura primum est alterare complexionem, quæ fuerat aliena, post illud confortare. Primam rem complent abstinentia cibi, & potus vehementia doloris perseuerante, & cibi,& potus subtiles styptici odoriferi, vt confortent, & laudabiles chymos in corpore generent, sed in eorum electione apud qualitatem non loquimur necessario. Prius autem scire oportet humores qualitatum peccantium, siue phlegma,siue cholera materiæ languorum existant, aut apostema in stomacho factum. Et iam scias post scientiam qualitatis regimen cibi, & potus exigere conueniens, & non negligas regimen confortatiuum propriæ complexionis stomachi, maxime post sedationem languorum eius. Secundam rem complent sedantia vehementes dolores,& nuncupatur in hac dispositione dolor,ægritudo; quoniam absque medico à sua materia prodijt; necnon & accidens; cum vehementius vltimatur. & producit quasi ad vestigium syncopis. Vomitus autem non est accidens,cui obuiemus; dummodo eius impetus non excedat debitam euacuationem; & tunc eius curam significabimus, (si Deo placebit.) & scire oportet, quòd vomitus electus est de intentione principali omnium rerum curæ doloris stomachi. est enim regio conueniens, & apta huiusmodi euacuationi concauitatis magnæ. Inquit Hippocr. materia,quam euacuare oportet, repellenda est per regionem,ad quam magis declinare videtur. Est enim vomitus conueniens ex maxime sedantibus dolorem stomachi; potissimum quando retentio cibi, & potus dolorem in eo causabat, & ei opponuntur in quantitate,& huius etiam occupationis sunt enemata. Post illud si dolor adhuc operationes fortiter lædat, balnea administrentur. Est enim caloris opus dolores sedare,dispergit enim grossam materiam; & subtilem aliquando,per quandam euacuationem,& resudationis labentiam annihilat; & emplastra conuenientia, & appositio ventosarum sunt huius rei consumatiua. Tertiam rem complent confortantia animam stomachi, & eius naturam, & sunt hæc res cordiales, & cibi subtiles,boni chymi: & appositio alicuius rei conseruantis in eo calorem; de quorum summa est myrrha,mastiche, proprie mista cum oleo myrtino,& chamæmeli; & cibi aggregantes,& coadiuuantes stomachi partes laxas,ficus sunt cibi proprie acetositatis; & ex aromaticis; stypticis rebus condiantur, sicut asari, mumia, segebes, & similia. Et fit eorum exhibitio paucæ quantitatis perueniendo ad gradum vsque ad id cuius administrationi stomachus consueuit. Et ne prætereas quin cadat in cibis eorum, & iuribus, menta, & succus agrestæ, & succus granatorum, & sumach, & species aromaticorum, & cydonia condita sunt dilecta,& similia. Potus autem eorum sit vinum odoriferum subtile, & lene decentis mistionis cum aqua solis irradiata parum radijs,cui superponatur parum aquæ ros. & vitet aquam frigidam veri frigoris, depauperat enim in eo calorem. calida vero stomachũ mollificat, & eius disgregat virtutes. Et electio cibi,& potus, paucitas eorum,quies, aer præparatus ad temperamentum, somnus, & gaudium, delitiæ sunt ex rebus confortantibus stomachum,& totum corpus restituentibus ipsum suæ naturæ; & si tantum exuberat, quòd perducat ad hecticam stomachi; nunc est occupari,nũc circa administrationem rerum humectantium, nunc restaurantium corpus, nunc temperantium virtutes ex

Qualiter balnea sedant vltimos dolores.

his,quæ diximus,& dicemus,(ſi Deo placebit.) Quartam rem complent repellentia materiam,quæ eſt mater ægritudinum ſtomachi, & acquiritur horum ſcientia, aut ſi eſt phlegma; aut ſi eſt cholera, aut groſſa ventoſitas. Et nos nõ poſſumus medicamina intẽtionis neceſſariæ contra ſtomachi languores definitiue ſignificare præter quædam, quorum opus non eſt à complexione, neque ſubſtantia proprie, ſed opponitur ægritudinibus à ſubſtantia intelligibili. & alia quorum intereſt hoc membrum reſpicere magis,quam illud. Et hoc ſcire videtur verſari circa ſpeciem. & vos ſcitis,quoniam ſcientia medicinæ circa hunc hominem,& non circa hominem verſatur. Medicamen quod hunc morbum deſtruit alteri morbo cui ſimilis videtur, vires addit. ſunt enim diuerſæ hominum complexiones, & operationes ſubiectæ. Quis enim medicorum omnia,quæ requiruntur ad veram curam,aſpectum,naturam,temporum diuerſitatem, regionum, cauſam morbi, complexionem propriam,quam conſeruare, & non alterare medicum oportet, ætatem quæ de vinculo complexionis eſt,conſuetudinem, quæ natura inductu temporis longiſſimo efficitur,inueſtigabit ſine parte diuinæ clementiæ? Rogo igitur Deum largitorem ſanitatis, vt ipſe annuat inter medicamina tibi eligere fideliora: & proprie contra ægritudinem,cuius curam ſuſcepiſti,& impleat animã tuam; quia vniuerſa huius ſcientiæ volumina relegiſti. Medicinę autem ſtomachum reſpicientes ſunt proprie, quæ materias quibus obuiant, à ſtomacho, & inteſtinis educunt. materierum,quæ habitant in ſtomacho, & in inteſtinis omnium euacuandarum facilior eſt eductio, de quarum ſumma ſunt myrobalani, aloe lotum,& agaricus,& alia,quorum memoriam in hoc ſermone(ſi Deo placet) dicemus. Quintam rem complent corrigentia, & rectificantia hepar, ſplenem, & matricem, habent enim quendam concurſum ad ſtomachum. Dixit Hipp. vidiſſe quendam cuius phyſionomia teſtificabatur illũ eſſe phlegmaticum vomentem ſæpe choleram; quia ſemita à ſtomacho ad hepar ſignata non erat anguſta; immo ampla,& ſpatioſa,& reſpicientia hæc membra ſcire re fecimus in capitulis eorum, de quorum collegio eſt rhabarbarum, lacca, ſpodium, ſpica, euparorium, caſia lignea,tamarindi,myrob. cappa.& ſimilia. Hipp. medicina reſpiciens ſtomachum confortans totã eius virtutem,& fugat dolores tactos in eo,& digeſtionem accelerat. ℞. gal.mac.ligni aloes,cinnamo.ſe.myrti,ana drach. iij.eufragiæ, aniſi,an.vnc.s. zingib.vnc.j.corticum fiſticorum,olibani,roſa.ana drach.ij.ſpicæ drach j.s.ſalis gẽmæ,drach iij.zuc.adminiſtrati cũ aqua roſ.lib.ij. Doſis, ana drach.j.vſq; ad ij.& ante cibũ,& poſt ſumitur. Hip. medicamen cõtra frigidos,& viſcoſos humores,& groſſos ſepultos; & eſt conueniẽs ſenibus proprie in hyeme in villis ſtomachi. Rec.baccarum lauri, aniſi,ana vnc.j. pyrethri,vltramarini,zingib.galangæ,an.dra.iij. maſti. myrrhę,an.drac.j.mel.lib.j.aceti vnc j. Doſis,an.drac.j. vſque ad iij. & eſt fortis operationis contra doloré,& eſt factum cauſa vẽtris. Gal. Medicamen valens ad infirmitates ſtomachi frigidi,& ad dolores fortes ventris. Rec. triũ piperũ, ſpicæ nardi,zing. roſarum, florũ chamomeli ſquinanthi, cẽtaureæ,ariſt. rot.an.drach.vj. ligni aloes vnc.ij. conficiantur cum melle, in quo cocta ſunt maſtix,myrrha,& garyophyll. Aliud ex arte noſtra fidele, & expertum contra malitiam ſtomachi,& cerebri cauſatam à ſtomacho generaliter,ſubuenit omnibus paſſionib.ſtomachi,quoniam reſpicit ipſum à proprietate nobil. ℞.corticis exterioris fiſticorum,ſem.pæoniæ,maſtiches,myrrhæ,olibani, ligni aloes, ſpicæ nardi,an.drach. ij.corallorum ad pondus oĩum rerum;confice cum zucchаro temperato cum myrrha,& roſ. Doſis ana drach j. vſque ad ij ieiuno ſtomacho. Dioſcorides. Ariſtolochia rotũda ſtomachũ cõfortat,& oẽm putredinem ab eo ſeparat; & ſi fuerit in eo apoſtema,ſanat,& eius permiſtio laudabilis eſt cũ aqua roſ. corallo,& myrrha; & ſubuenit hoc medicamẽ caducis. Aliud cõfortãs ſtomachũ,& eſt pro magnatibus contra morbos ventoſitatũ groſſa-

Documentum.

Medicamentum ſtomachum confortans.

Aliud medicamẽtũ.

Aliud ad idem.

De ariſtolochia rotũda.

Aliud medicamen cõ

E rum,& eructationem acetoſam; procurat digeſtionem. Rec. garyophyll. galangæ, lini aloes, ana drach.iiij.macis, heiſim, ana drach.ij. zingib. macropiperis, cinnamomi,piperis albi, ana drach.j. s. zucchari, calamenti, mentæ ſiccæ,ſpicæ,heil. ſem.apij,ſẽni.aniſi,carui, & calami aromatici, ana drach.j. s. zucchari tabarzet vnc.x. mellis deſpumati,quod ſufficit. Doſis a drachm. j.vſque ad aur.j. Aliud medicamen conferens ad dolorem ſtomachi,& hepatis remouens ab eis putredinem à caliditate,& acuitate cholerę citrinæ faciens digerere cibum. & eſt ex conferentibus,& confortantibus ſtomachum, & hepar debilia. Rec.roſa.rub. drach.x. trochiſ. diarhodon,trochiſci de ſpodio, liquiritiæ,ana drach.iiij. garyophyll.calami aromatici,& ſpodij,maſtiches, ligni aloes, ana drach.ij.trium ſanda.drach iij.aſari,ſpicæ. muſ.macis,cardamo.portulac. lactucæ, ſcariolæ, ſemi. communium,albarum margaritarum cum ſẽnugræco, & raſuræ eboris, & dragacan. gummi arabici, ana drach.j.s. cãphoræ, drach.s. muſchi drach j. ſextam, confice cum ſyrupo roſato, & aqua roſ. Doſis vnc.s. Aliud medicamen conferẽs ſtomacho debili anxiato; cuius diſpoſitio maturat ad ectica, & rectificat hepar. & chyſtim ſellis, & calefactis, ſubuenit ictericis, phthiſicis cum febre,& ſine febre,cuius permiſtio hæc eſt. Rec. foliorum roſ.rub. camphoræ, cinnamomi ſublimati, & electi, garyophyll trochiſc. ſanda. portula. ana drach. iiij. ſuc. chelidoniæ ſuc. abſinthij, ſuc. hepaticæ præparatorum ana drach.iiij. rhabarbari electiſſimi, drach.iij.ſpicæ nardi drach j.vini albi,& odoriferi drach.j.trochiſc. de ſpodio,trochiſ. diarhodon,tro. de eupatorio,ana drach.iij. granorum coriandri infuſorum in aceto, & torrefactorum, balauſtiæ, berbe ſucci fumac. ſuc. liqui.ana drach.j. liquiri drach.iij. dragacan.drach.ij.corallorum, pæoniæ,ligni aloes,maſtich. ana drach.iiij. ſeminum communium drach. ij. confice cum ſyrupo recipiente ſucci granatorum,ſucci pomorum citrinorum. ſucci citrangulorum, ſucci portula. ſed loco ſucci pone ſemen eius ana lib.s. & fiat ſyrupus cum prædictis ſuccis zucchari lib.iij.s. Doſis ana drach.ij. vſque ad aur.iij. Et eſt mirabile, quòd ſi maſticet ieiuno ſtomacho cepe album in dolore ſtomachi præter febrem illo die dolorem æger non ſentiet. Et puluis florum celeſi datus cum calida vna hora liberat à doloribus ſtomachi. Medicamen ex inuentione noſtra, cuius virtutem, & nobilem experientiam nullum tranſcendit medicamen; ſanat omnes languores ſtomachi, (ſi Deus voluerit) ſiue ſint à malitia complexionis,ſiue ſine materia,ſiue cũ materia, digeſtiuam confortat,appetitiuam irritat, retentiuam vigorat, necnõ expulſionem auxiliatur. Symptomaticos fluxus ab indigeſtione natos ſiue ſuperiores, ſiue inferiores emendat, & totum ſtomachum propriæ naturæ reſtituit. Rec.maſtiches,ligni aloes, myrrhæ electæ, cinnamomi,aniſi ana drach. v. corticum exteriorum fiſticorum,garyophyllorum, ſpicæ nardi, ana drach.iij. eufragiæ vnc.s corallorum alborum,& rubeorum partes miſcendo æquales ad pondus omnium rerum,zucchari, quod ſufficit.

Aliud conferens ſtomacho.

Aliud conferens doloribus ſtomachi, & hepatis.

Aliud medicamen ſtomachũ confortat, languores.

De medicinis materiam à ſtomacho repellentibus, & abſtergentibus, ac villos eius mundificantibus. Cap. 2.

DIcamus modo medicinas; quarum proprietas eſt repellere materiam lædentem ab eo, & abſtergere parietes ſtomachi, & mundare villos eius ab omni ſuperfluo. De quarum ſecta eſt aloe bonum, lotum, & præparatum ſecundum artem noſtram: & agaricus fœmina, & myrobal. & rhabarbarum, rauedeſceni, & thus,& his ſimilia. Et acquirimus eis proprietatem laudabilem,& facimus eas eductiuas humorũ,quorum nõ erat per ſe vigoratio facta per artem. facit acquirere alias proprietates nobiles, & conſequitur quaſi naturam. Filius Zachariæ. Medicina experta repellens putredinem à ſtomacho,& eſt eductiua humorum phlegmaticorũ,& choleræ groſſæ. Rec.myrob. citrinorũ infuſorũ in aqua roſa.vnc.ij.ſemi.portul.drach.ij.agarici drac.iij.

ſalis

sālis gemmæ, drach.j.s. aloes bonæ, vnc.ij. fiat confectio cum syrupo granatorum, & myrrhæ. Dosis, à drach.j. vsque ad iij. Iudæus. pilulæ efficacissimæ contra stomachi, cerebri, viscerum, neruorum vitia, educunt humores viscosos à stomacho, & intestinis, & trahunt à remotis. mundificant instrumenta sensuū, & membra nutritionis, & spiritus. Quorum confectio hæc est. Recip. colocynthidos electæ, & purgatæ, & tritæ cum oleo ros. ladani, thuris, ana vnc.j. masticnes, gummi, dragacan. ana drach.iij. ros. rub. drach.ij. diagrid. præparati. drach. j.s. aloes bonæ, drach.j. confice cum succo endiuiæ. Dosis, à drach.iij. vsque ad xj. post cibum, quando itur dormitum. Nicodemus. pilulæ purgantes stomachum à grossis humoribus, abstergente villos, & parietes eius, proprie ab humoribus conglutinatis in eis, & mirabili iuuamento respiciunt renes, & neruos. Recip. turbith drach.j. agarici, drach.iiij. sālis gemmæ drach.j. zingib. drachm.iij. sarcocollæ, opopanacis, ana drach.ij. masticnes, diagridij cocti, ana drachm.j. anisi drach. ij. aloes, vnc.j.s. confice pilulas cum succo mentæ. Dosis est vsque ad drach.j. s. vel ij. ad plus si ægritudo est noua, & membra tantum nutritionis purgare quærimus, & non alia. Potio mirabilis respiciens stomachum, & hepar cum proprietate mirabili educit à stomacho choleram citrinam, & prassinam, & mundificat canales hepatis, & chystim fellis. Recip. capillorum veneris, eupatorij, apij, boraginis, scolopendriæ, betonicæ, pyrethri, hepaticæ, ros. violarum, ana drach j. asari drach.s. spicæ nardi drach.s. agarici, masticnes, ana drach.ij. seminis portula. anisi ana drachm.j. quorum decoctione secundum modum artis resoluantur rhabarbari drach.ij. mannæ, pulpæ casiæ, tamarind. zucchari violati, ros. sicut scis, acori, ana drach.iiij paretur potio, vt scis. Syrupus adæquans materiam calidam lædentem stomachum, & hepar, quàm euacuare quærimus, ponit eam in necessitate ad expellendum, & confortandum virtutes stomachi, & remouendum oppilationes. Recip. absinthij, fumiterræ, plantaginis, eupatorij, capillorum Veneris. polytrichi, zedoariæ, cichoreæ, chelidoniæ, solatri, ana M.s. sem. communium, anisi, portulacæ, papaueris albi, ana drach. iij. myrobal. vnc.ij. ro. vnc.iij. aceti vnc. iiij. zucchari quantitatem, quam volueris. Dosis, ab vnc.j. vsque ad iij. cum aqua frigida non veri frigoris in aurora. Confectio de succo pomorum mirabilis ad confortandum stomachum; & damus ex ea conualescentibus, & his, quorum appetitus sopitus est; alterat malam complexionem stomachi, & confortat substantiam, & tollit dolorem stomachi. Rec. succi cydoniorum, succi citriorū, ana lib.ij. corticis citri bene decocti, & contriti, lib.s. succi granatorum, vnc.iij. succi mentæ, succi sampsuchi, an. drach.iij. aceti puri, lib.j. mellis despumati, li. iiij. zuc. drach.iiij. bulliant oia hæc simul mista vsque ad cōsumptionem ferè succorum, & aceti. cortex præparatus circa finem mittatur, & cū perfecta bullitione bulliat, spumā autē à principio paulatim proijcere incipias, & condiantur in fine cū hoc, qđ recipit garyoph. galāgę, cinnamomi electi, an. drach.ij. macis drach.j. anisi drac. iij. ligni aloes drach.vj. muschi. tro.j. & quidā fortius cōdiunt, & cū pipere al. & cardamomo. Dosis, à drac.j. vsq; ad iij. ante & post cibum. Pilulæ purgantes stomachum ab omni superfluitate humorum, & cerebrum, educunt vtramque cholerā, & phlegma: & remouēt ab eo omnes dolores, & renouant stomachum ad comedendū. ℞. absinthij, masticnes, agarici, ana drach.ij. triū myrob. drac. iiij. turbith, drac.x. epithymi hortēsis, sālis indi, an. dr.ij. penidiarū drac.iij. hieræ pic. drac.v. suc. ro. dra. iiij. diagr. drach.ij. fac pilulas cū suc. scar. Dosis est drach.ij. Iudęus pilulæ confortantes stomachū, mundificantes caput, & stomachū à cholera corrupta, & omni superfluo humore, & respiciunt hepar, & aperiūt oppilationes, & valent ad febres antiquas ex humoribus natas, & sanāt pruritū, & vlcera. ℞. myrobal. citrinorū, indorum, & embli. ana drach.iiij, mastic. anisi, succi eupatorij, absint. ro. an. dra. ij. hieræ drach.xij. succi ros. drach.iij. confice cū suc. apij, & da cū calida aqua drach.ij. Pilulæ præseruātes stomachū ad omni languore, & cerebrū: custodiunt visum, & omnium sensuū instrumenta, (si Deo placet.) recipiūtur omni *die* ij. vel iij. & melior hora est post cibum quando itur dormitum. Recip. masticis, diagridij bene electi, ana drachm.j. resoluantur in vnum corpus diagridium, & masticne in pomo. aloes electissimæ, & sublimatæ drachm. x. confice cum succo caulium. Dosis est vsque ad xix. pilulas.

Tilulæ ad stom. cer. & intes. vitia.

Alia pilula purgantes stom.

Alia pilula stom. præseruantes.

De emplastris, linimentis, & vnctionibus. Cap. 3.

SCribamus res, quæ administrantur in emplastris, linimentis, & vnctionibus supra stomachum, & modum earum. & sunt ex necessitate curæ languorum stomachi. aggregant, & coadunant partes stomachi, & virtutes: & calorem, ne resoluatur, & exhalet indebite: & destruunt dolores in eo, & conferunt rei vitæ. & est vnguentum confortans stomachum frigidum; ipsum reddit sobrium ad naturalem suam operationem: facit exemptum ab omni dolore. Rec. aloes, masticnes, olibani, myrrhæ ana vnc. j. corticum granatorum. ro. anisi, galangæ, garyophyll. ana drach.j. olei ros. olej chamæmeli, ana lib.j. ceræ vnc.iij. aceti vnc.ij. bullitis oleo aceto, & cera; prius perfecta decoctione superasperge in fine species has benè puluerizatas, agitādo, donec fiat vnguentum: de quo peruncto stomacho superasperge myrrham, & masticnem. lineum pannum, vel lanam succidam calidam superpone. Linimentum aliud nostrum confortans ad digerendum, & appetendum, & retinendum debilium, & cōualescentium stomachum, & remouet oppilationes, & dolores, & ventositates. ℞. olei nardini, lib.j. fac bullire cum sampsucho trito bullitione vna, pone postea ceræ vnc.iij. vt liquefiat. deinde perfice vnguētum cum masticnes, myrrhæ, terebinthinæ, ladani ana vnc.j. vnge ex eo stomachum debilem, & superasperge puluerem anisi, & ros. Aliud quod administramus, quando alia non contulerunt, & æger dolorem habet intolerabilem; remouet dolorem, arcet vomitum, & fluxum ventris compescit. Rec. colophoniæ, terebinthinæ, olibani, ana vnc.j. sanguinis draconis, mumiæ, myrrhæ, ladani, sarcocollæ, ana vnc.s. rosarum & corticum granatorum, ana vnc.j. liquefactis gummis aliarum rerum recusantium liquefactionem, puluerem mitte, & submerge in hac medicina calida, antequam congeletur, stuppam lineam, & stomacho superpone calidam, quantum æger pati poterit. relinquit ibi vestigiū cauterij super eum: & propterea ad huiusmodi dolores fortes facit. Aliud confortans valde stomachum febricitantium. remouet dolorem ab eo, & ventositates. Rec. olei myrtini, olei ro. ana pondus æquale. bulli totum cum masticne, & olibano. vnge ex eo stomachum, & superasperge puluerem ros. & granatorum. arcet nauseam. Emplastrum restringens ardorem stomachi febricitantium. extinguit calorem febris, æstuationem, vomitum, & subuersionem ab eo separat, dolores amputat stomachi, (si Deo placet.) Rec. succi solātri, succi absinthi, ana vnc.iiij. farinæ hordei vnc.iij. masticis vnc. j. ros. rub. puluerizatarum vnc.ij. fiat omnium conglutinatio, & stomacho apponatur. Cerotum, & est refugium conualescentium, & extenuatorum. stomacho subuenit, est generale omnibus passionibus stomachi, & matricis; & confortat cerebrum, & cor, appetitum mortuum viuificat; digestiuam rectificat, retentiuam corroborat, & expertum (si Deo placet.) Rec. calami arom. sem. rutæ, garyoph. sandal. olibani, myrrhæ, masticnes, ana drach iij. sangu. drac.ij. mum. drach.s. aloes drach. v. farinæ corticum granatorum vnc.s. ambræ vnc.j. muschi drach.j. camphoræ drac.j. sampsuchi, balsamitæ, absinthij: ana drach.iij. terebinthinæ, olei ros. chamæmelini, vel nardini, olei myrtini: an. vnc.ij. cerę vnc.j.s. mirrhæ electæ, ladani ana vnc.j. corallorum rub. galangæ, anisi, cardamomi, nucis muscatæ, macis: ana drach.iij. pæoniæ drach.j. terenda terantur. liquanda liquefiant, & bulliant bullienda, & fac cerotum super stomacho, & administretur super totum, sicut docuimus.

Linimentū pro stom.

Aliud vnguentum.

Aliud vnguentum.

Emplastrū ad ardorem stomachi.

Cerotū pro stomachi cū valescentiū.

Potio ad stomachum, et hepar.

Syrupus cōtra materiā calidam lædentē stom.

Confectio de succ. pomorum cōfortans stomachum.

Tilule stomachū purgantes.

Tilula alia confortātes & mundificantes stō.

De indigestione stomachi. Cap. 4.

Indigestio est communis mater ægritudinū.

INdigestio est cōis mater oīum ægritudinum, potissime humoraliū. & nostri, q̄ digesta materia quiescit febris feruor. erat n. inobediens, quia cruda, & temperamentum substantiæ, aut quātitatis, aut qualitatis transcēdebat; & eius elementū est tepiditas remissa naturalis caloris: & huius rei causa est superabundātia cibi, & potus secundum quātum, vel quale, aut ab vtraque, necnon & f̄m substantiam, & debilitas stomachi naturalis. & scire oportet, q̄ hæreditantes vitium hoc à parentibus raro, aut numquam curantur perfecte. & hi turius languores portant; & horum perfecta medicina sola est abstinentia. residuum naturæ cibi, & potus in locis digestionum, quod in genus nutrimenti conuerti non patitur suo vitio, aut natura conuertere non valebit eius instrumento debili permanente: quod enim nisi causa antecedentis efficitur, morborum est; & maturat ad cōiunctam suos excessus, quæ cum adest, continuo est fe-

Quid sit digestio.

bris. digestio est fructifera alimenti consummatio: tunc F eius perfectam dicimus consumptionem, cum infructifera semina valuerit perficere, alterum tale quale ipsum est. indigestio autem è contra. Amplius scire oportet, quòd indigestio non minus à superabundantia, quàm ex eius priuatione nascitur. temperamentum enim caloris non dicimus absolute, sed in comparatione ad suum obiectum attenditur, vt obiectum non magis resistat; nec remissum in comparatione ad suum agens existat, quàm suum agens agere potest, proportionari debent agens, & obiectum proportione æqua. Adhuc scire oportet, quòd digestio fit ex coniacentibus. tunc enim passiua actiuis omnino obediunt, & nullo modo resistunt. digestio nō consummatur; aut si minus resistat vterque istorum modorum calor dicitur distemperatus, siue quo multū possit, siue quo minus. calor sufficiens ad vnius libræ plumbi liquefactionem impotens est ad ferri libræ liquefactionem. & non sufficiens faber aliter, & aliter ca-

Calor naturalis ita peccat excessum siue per defectum dispōratur.

lefactionem mensuraret in faciendo vnam incudem, & G clauum; quare caloris temperantia, & distemperantia est in comparatione ad suum obiectum: verisimile quidem de calore nostri corporis. qui assiduo exercitantur artificiali labore, & grossæ sunt complexionis, cibaria subtilia assumentes, minime digerunt, sed in eorum corporibus aduruntur; cibandi erant leguminibus, pane subcineritio, & alijs de pasta cibarijs. Et scire debes,

Calor temperantia, & distēperantia non est nisi respectu sui obiecti.

quòd talis calor est in quibusdam iuuenum calor, quorum adeo fortis est, quòd humores adurit, & eos quasi in venenum conuertit, & à quibusdam humorum materiæ resoluuntur fumi, qui quantumcunque distent à cerebro. quòd si fuerit eorum incolatus in remotioribus membris, ascendunt sursum ad cerebrum; & cum sentit sibi periculum, contrahit se totum, & omnes suas virtutes in vnum trahit, & maxime per quas spiritus animatus transit ad præstandum sensum, & motum omnibus membris corporis opitulatur. Et hoc consi-

Epilepsia est morbus iuuenum.

derans Hipp. in lib. separatorum sermonum posuit epilepsiam ægritudinem iuuenum. quamquam & aliter è H contra talis morbus nascitur: sed non est nostrum hic eius sermonem assumere, sed secundum fortitudinis, & debilitatis virtutum exigentiam regimen administrare: & nos hic tractamus de digestione stomachi, quæ sæpissime corporibus propter ciborum, & potuum multam resocillationem, & caloris inopiam ab ægritudine, & alijs causis accidit.

Cura huius ægritudinis est quatuor res. Prima est non extendere ventrē cum cibis, & potibus. Hoc enim præseruat corpus ab ægritudinibus, & sufficiens est hæc sola cura huic ægritudini; & laudabilior est portione in multis morbus qualitas bona regiminis. Secunda res est confortare stomachum vniendo, & aggregando partes suas. Tertia res est corrigere accidentia digestionis. Quarta res est, si est causa ex humoris vitio, mundificare materiam lædentem; si est sine humoris vitio, malam alterare complexionem, & post illud confortare. Primā rem complent prohibitio cibi, & potus grosso-

E rum, abstinentia dico non vltimata quoniam nihil dare horridum est, superabundanter stimulosum est dare, prohibere ipsum à cibo pristino non digesto vsque ad fructifera semina; secibus non exclusis, parum quidem bibere, & subtile potabile cum siti assumere. hoc est primum intentionis. Et tua interest bene cognoscere complexionem. aliter enim & aliter cibabitur choleticus, & phlegmaticus proprie apud naturam. Molestius *Cholericus molestius sitē tolerat, quā phlegmaticus.* cholerico est famem tolerare, quàm phlegmatico, & respicere cerebrum non est res fatua; cum ligatura quædam neruosa inter cerebrum, & stomachum sit, quæ transitiuam patiuntur passionem. consueuit stomachus cum cerebro dulcedinem communicare, & amaritudinem. eligere aerem absque paludibus mōtium oppressa corruptione oppositione corporum cadauerum est de intentione propria. post illud cibare infirmum cibis stypticis, acetosis, aromaticis, conditis, sicut scire te fecimus, & rememorabimus (si Deo placuerit.) Secundam *Confortantia stom.* F rem complent regimen stypticum temperatum odoriferum f̄m veram qualitatem electum; appositio rerum, quarum est conferre rei vitæ, iuuare partes stomachi, & ipsas confortare, ne resoluantur. de quarum societate est sandaraca, mastiche, myrrha, menta, anthera proprie mista cum oleo ros. & liquore satis calido, ad hepar, & cor non est frustra. Tertiam rem complent, quæ accidentia corrigunt iam illata, quorum diuersa sunt & est eorum primus concursus ad cerebrum, & ad cor, & consueuerunt generare fluxum symptomatis, Item fallacem dolorem ventris. Et sic cum diuturnitate habitudinetur, dolor iuncturarum, & podagra, & hoc cursu procedentia. Et scriptum est indigestionem esse ylim *Indigestio est ylim ægritudinum.* ægritudinum: quare tua interest perspicacissime omnia hæc considerare, & satagere circa rectificationem stomachi. est enim materialis pater, & cibator membrorum, & vitæ. Quartam rem complent, complexionem extraneam alterare, post illud confortare, & si aliquid humorale materiam ægritudinis debilitat, cum condecenti medicamine repellere. & primum complet regimen illud, & nos dicemus hic, verò medicamen; tale vel naturale scire te fecimus, & faciemus (si Deo placuerit.) Hipp. Medicamen confortans digestionem sto- *Medicamē ad digestionem stomachi confortandum.* machi, alterās malam complexionem, defendit proprie subuenit lubricitati, fluxui symptomatico, & generaliter multis accidentibus ex indigestione factis. ℞. acori rub. vnc. s. magnetis drach. ij. castorei drach. j. anisi drac. iij. mastiches drach j. myr. dr. s. zucc. lib. j. Dosis à drac. j. vsque ad ij. ieiuno stomacho de sero quando itur dormitum. Iudæus. Syrupus contra mala vitia frigida stomachi, confortans ipsum confortatione magna; & facit ap- *Syrupus ad vitia frigida stoma.* petere, & digerere. ℞. sampsuchi, balsamitæ ana M. j galangæ, macis, nucis mosch. drach. ij. ros. drach. j. mastich. drachm. iiij. fisticorum drach. ij. aceti drach. ij. dosis est drach. j. vsque ad ij. cum iunipero in matutinis. Medi- *Medicamē ad fortem stomachi dolorem.* camen forte contra fortem stomachi dolorem, & inueteratam malitiam suam, abstergens villos eius à grossis H humoribus, & reddit ipsum sobrium ad digerendum. ℞. trium piperum, cardamomi, pyrethri, sumach, anisi, galangæ, mastiches, macis, ana drach. iij. ros. drac. iij. zingib. drach. iiij. garyoph. drac. iij. cinnamomi drac. iiij. coriandri drach. ij. aceti vnc. s. mellis quod sufficit. Dosis drach. s. ante cibum, & post. Electarium confortans sto- *Electarium stomachum confortans.* machum, & viscera; & subuenit materiæ, quæ cibū retinuit; & quorum retentiua perijt; & resoluuntur vapores ad cerebrum, & iam effigiem physionomiæ adulteruerūt, & choleratum eminentiā indebitam produxerūt, cuius pmistio est. ℞. ros. drach. v. mastiches, coralloru̇, al. & ru. cinnamomi, sumach, calamenthi, ana drach. iiij. carniū citru. vnc. ij. myrrhæ, mentæ, euphragiæ: ana drach. s. garyo. drach. j. cōfice cū syrupo de mēta, & myrto. Dosis à drach j. vsque ad iij. Medicamen bonū, & ex- *Medicamē ad stomachi putredinē.* pertū cōtra putredinē stomachi, et subuenit apparatibus existentibus in stomacho. cuius stomachus residuū cibi, & potus propter caloris inopiā, aut malitiæ maxime sibi gubernat, & non patitur aliquam putrefactionem in

eo ge-

eo generari; & custodit cerebrum, & corpus totum; con
fortat cor, & prouocat menstrua; & rectificat malitiam
matricis. ℞. trium piperum drac. i. garyo. drach. ij. aristo
lochiæ rotũ. & longæ optimæ, viola. betonicæ ana drac.
iij. salis gemmæ drach. ij. myrrhæ electæ ad pondus om-
nium, confice cum syrupo de spica. Dosis drach. s. vsq;
ad i. Electarium descriptione Nicodemi, cuius operatio
transcendit genera medicaminum in omni vitio stoma
chi ex frigida causa, & composita: confortat neruositates
eius subtiles, & suas virtutes excitat, & suam malitiam
complexiuam rectificat, cõfortat cor, & cerebrum,
& hepar, & subuenit caducis, vertiginosis, & nauseæ,
& omni vitio stomachi, cuius mistio est hæc. ℞. anisi co-
rallorum, spicæ indæ veræ, ligni aloes, ros. garyoph. ga-
langæ, zedoariæ. ana drach. iiij. pęoniæ. drachm. iij. nucis
muschatæ. drach. ij. margaritarum drach. vj. ambręcru-
dæ drach. iij. musch. drach. i. mastiches ad pondus om-
niũ, confice cũ syrupo corticum citri. Electarium nobile
ad confortandum stomachum debilem & præseruan-
dum digestiuam eius. ℞. drachm. iiij. spicæ nardi. dra-
chm. i. cinnamo. garyophyl. liquiri. ana. drach. ij. anthos.
drach. iiij. mentæ. alhasce, ana. drach. iij. zucchari quan-
tum sufficit, lauare cum aqua calida manus ante cibum,
& post cum frigida, est custodia stomachi ab indige-
stione, & parum exercitari laboriosos, ocioso quiescere,
& post hos, & illos parum non rapido motu exercitari
est lex huius curæ scripta. Sternutare post cibum facit
descendere escam ad fundum stomachi. ante aperit, &
humores vertit vniuersaliter, & stomachum mundat,
& nutrit, & mittit fæces pristini cibi ad inferiora, & re-
pellit: & sunt hæc mandata ad tutelam stomachi, & ce-
rebri. calefacere vehementer volas manum, & pedum
in dolore stomachi est amicabile naturæ, sed aliter, &
aliter huic vehementer infrigidare; illi vero calefacere,
vt pulpam capitis vehemẽter calefacere facit vaporum
respirationem. Et sciuisti quòd cor, cerebrum, hepar,
& testiculi quendam fluxum concatenatum ad se inui-
cem habent, & stomachum non ignorant tristantem,
gaudentem, & scriptum est omnium membrorum v-
nam esse compaginem, & dolere adinuicem. Et vn-
ctio spinæ est iterum res magni iuuamenti ad languo-
rem stomachi, & omnium debilitarum membrorum
maxime neruis contentorum; & calefacere stomachum
actuali calore, est postremum bonum stomacho pro-
prie iuueni vigoroso. Alij quidem actuali calore, festi-
no motu exinaniuntur, cum cuiuslibet rei calor non viuẽs in eo originaliter habitur, veluti aer in subito sole irra
diato aut igne. Et forte ssis balnea temperata quędam cõ
ferunt illis; & nos alibi scire te fecimus naturam balnei.
Filius Zachariæ. Ceratum confortans stomachum re-
tinens calorem in eo, nẽ resoluatur, & remouet duritiem
eius, & omne oppillans partem stomachi, & vigorat
in eo calorem, & sanitatem restituit, (si Deo placet.)
℞. cetæ mundæ. drach. iij. terebinthinæ vnc. iiij. olei nar-
dini. vn. ii. quib. liquefactis bullitione parua superaspер-
ge puluerẽ hunc. ℞. myrrhæ, mastiches, aloes, ana vnc.
i. ros. drach. vj pęoniæ, casto. ana drach. ij anisi drach. vi.
calamenthi. drach. vj garyoph. nucis musc. cardamomi,
calami aro. rheupontici; ana. drach. iiij. & bene stoma-
cho adhæreant. Filius Serapionis. Syrupus excitans
appetitum, confortans digestionem, educit humores
grossos, & putridos, & confortat membra anhelitus
educendo humores ab eis; & curat sciaticam, (si Deo
placet.) ℞. thymi, mentæ, sampsuchi, myrrhæ, zedoa-
riæ, ana M. s. agarici. drach. v. polipo. rasi, & pistati, ani-
si; ana. vnc. i. turbith. electi. vnc. ij. s. zingib. drachm. iij.
rheupontici. vnc. ij. baccarum iuniperi. vnc. i. cinnamo-
mi, nucis musc. garyoph. macis, omnium; ana drach. ij.
ros. drach. iij. aceti. vnc. ij. zuccha. lib. iij. Alex. fiat puluis
& propinetur ex eo ieiuno stomacho pondus. drach. iij.
cum vnc. ij. vini electi, subuenit omnibus passionibus
stomachi, & respicit pulmonem & cerebrum, aufert ma
litiam, & remouet dolorem ventris, & viscerum, & re-
suscitat appetitum mortuum, & docet, digerere stoma-

Electarium ad vitia stomachi, ex frigida causa.

Electarium confortãs stomachũ debilem.

Sternutatio mi iuuamẽta.

Ceratũ confortans stomachum.

Syrupus stomachi confortans digestionẽ, & appetitum.

Puluis ad omnes stomachi passiones.

chum. ℞. thymi, sampsu. balsamitæ, aristolochiæ rotun.
orig. anisi, fęniculi, roris marini, calami aroma. corticũ
citri, sem. vuarum, & granatorum lauendulę. sem. ros. ba
siliconis, hyssopi, euphragiæ; ana pondus. i. ligni aloes,
pyret. galangæ, garyoph. macis; ana pondus superioris
ponderis. croci, opij thebaici, styracis calamitæ, triũ pi-
perũ; ana partem. i. medij ponderis. sanat languores sto
machi, & corpus incolume seruat, (si Deo placet.) Inquit
Heben. Mes. molendinare cibũ in partes minutissimas.
vel subtilissimas; & vt lambendo vinũ gurgitare est cau-
sa melioris digestionis, & longioris vitæ. Et vos iam sci
uisti per alimenta vitam consistere; & secundũ eorum
qualitatem bonam, vel malam materiã variare; propte-
rea non ignores naturam stomachi; ne forte credẽs con-
seruare vel reducere, destruas. & sciuisti, quòd natura de
tribus dicitur virtutibus, complexione, virtute regitiua,
& compositione, & iliuminatur ab anima, quam intel-
gentiam dicimus separatam, & omnium virtutum vlti-
ma est virtus; sed diuersa baiulationum exercens officia
membrorum diuersorum diuersis nuncupatur vocabu-
lis. & tuum semper est natura infirmi cognoscere apud
sanitatem, si possibile est. Ventris autem diuersæ sunt
naturæ, sicut te scire fecimus propter diuersa vniuersa-
lia, imò singularia oportet eligere medicamina; & hoc
sufficiẽter tradere nemo potest. In prouisione autem pe-
riti, & timentis Deum medici maior pars huius scien-
tiæ relicta est Deum diligenti omnia bene succedunt, ab
ipso omne incolume & sanatiuum est, naturalium scien
tijs omnium philosophorum magnorum, & cœlestium
signorum varijs motibus bene eruditi. Deum quasi obli
ti in suis operationibus credentes omnia scire, & (se qua-
si naturæ authores) existimantes, quibus omnia desunt,
omnia scire credentibus. Et vos iam viditistis validas æ-
gritudines, super quibus medicorum multitudo elabo-
rauerat peritorum, ab alienigenis medicorum cum par-
uo artis fundamento curari, quandoque a mulieribus ab
authomato operãtibus. Sed tu qui curam humanorum
corporum gerere vis, à Deo non recedas. Et ne dilateris
scientia philosophica naturali, ille enim author naturæ,
& ea stabiliuit, & sine eius influentia deficit omnis mo-
tus naturæ. Amplius scire oportet, quòd negare cibũ sto-
macho famelico, & ante famẽ offerre, est causam ęgritu-
dinum stomachi; vnde parum & rarum comedere, & bi
bere demus. ad mensam sedere, & post diu stare, & leui-
ter incedere, donec ad stomachi fundum cibus descen-
dat, est de occupatione huius curæ prima. & sternutare
est iuuamẽtum singulare post cibum, & ante stomachũ
mundificat. Et sciuisti quod est cura minoris epilepsiæ
sæpius sternutare diebus continuis ieiuno stomacho, &
subuenit surdis. Vnctio confortans stomachum ad di-
gerendum, & retinendum, & appetendum, remouens
dolores eius, inflationes, & vẽtositates. & est expertum,
(si Deo placet) ℞. olei ros. olei myrtini, olei nardini; ana
vnc. iij. ammoniaci. drachm. ij. nucis musc. drach. i. post
vnctionem super aspерge puluerem cinnamomi, anisi,
cort. granato. pondus. i. aromatiza vnguentum cum mu
scho. Vnguentum nostrum fidele, & valde amicum na-
turæ stomachi remouet dolores, & consolatur substan-
tiam eius inter omnia medicamina. ℞. lanę succidę ouiũ
nigrarum recentium lib. s. pone in vase nouo, & super-
aspерge aquam currentem, quod sufficit, vt malefaciat,
fac bullire fere ad consumptionem agitando ne adhæ-
reat fundo vasis, post torquendo suscipe liquorem, super
quo proijce mastiches drach. ij. puluerizati vt liquefiat.
myrrhæ. vnc. s. terebinthinæ vnc. s. & facta vnctione su-
peraspерge puluerem nardi, & est hęc vnctio magna cõ-
tra dolores iuncturarum vniuersos, (si Deo placuerit.)
Emplastrum optimum, & expertum contra malitiam
stomachi, confortans ipsum in omni eo quo indiget. ℞.
thymi, sampsuchi, ro. ana pistati, & calefacti cũ modico
aceto quantum roretur, & condiatur cum mastiches.
vnc. ij. & stomacho superpone, & est admirabile, (si Deo
placet.) Dixit Hipp. aloe hepatica cum aqua thymi pro-
pinata ieiuno stomacho sanat stomachum ab omni lan-

guore

Cibum bene mastica re est causa melioris digestionis, & longioris vitæ.

Natura dicitur tribus virtutibus.

Medici a Deo non recedat.

Vnguẽtum stomachi digestiuũ confortans.

Vnguẽtum ad stomachi & iuncturas dolorem.

Emplastrũ stom. confortans.

Nota de aloe.

guore educendo ab eo materias fraudolentas, & confortat ſtomachum & cerebrum, & viſcera mundificat, repellit vermes, & ſanat apoſtema ſtomachi, & viſcerum dolores, & mundificat hepar à groſſis humoribus, & melancholicis. Pilulæ conſeruantes ſtomachum ab omni læſione intrinſeca, & non permittunt humores putrefieri in eo, imò abſtergunt ipſum, & mundificant rugas, & parietes eius, & qui aſſiduat vſum earum diebus ſingulis illæſus permanebit à dolore ſtomachi: nunquam dolore capitis vexabitur: & nihil eſt oculis (mihi crede) ſalubrius iſtis: & qui triſtantur ſubuenit. & melancholicis, & in medicatione matricis virioſæ, & viſcerum interiorum. quarum hæc eſt confectio. Rec. maſtich. drac. iiij. aloes electiſſimæ. drach. x. aga. boni. drachm. iij. conficiantur cum tille, & eſt vinum coctum: vt dicit Simon Ianuenſis. Doſis. ij. pilulę vel. iij. quando itur dormitum, & poteſt recipi ſecundum numerum voluntarium vſque ad. xxxi.

De vomitu & exuberantia cibi. Cap. 5.

VOmitus, cuius cauſa eſt exuberantia cibi, & potus extendentium ventrem vltra naturę debitum. cura eius eſt euacuare, & poſt illud abſtinere, & confortare ſubſtantiam ſtomachi cum cibis, & potibus ſecundum vnum trium modorum: aut quantitate, aut qualitate, aut malitia vtriuſque. Quando autem ab humore acuto eleuato ad cacumina ventris vſque ad meri, nauſea, & vomitus cauſantur. ſit tua præcipua, & magnifica occupatio contemperate chyſtim fellis: & hoc ſæpe accidit habentibus viam latam à ſtomacho ad hepar: & tu ſagaciſſime diuertas ad membra inferiora viſcerum, quæ natura fecit eſſe inſtrumenta expulſionis. Cum autem vomitus ſit ex malitia ſtomachi falſi, non dubitabis alterare: & confortare ſit proceſſus tuus. In deſtructionem autem retentiuæ virtutis ſolum regimen laudabile ſufficit: & aſpergere ſuper eo tunc puluerem maſtiches & nitri inuncto prius oleo myrtino eſt medicamē expertū.

Pulvis ſtomachi rectitudinem confortans.

Cura huius eſt. iij. res. Prima eſt conuertere regimen ad oppoſitum qualitatis, & laudabile in proprietate, & qualitate non ſimpliciter: & ſuper hoc multiplex eſt conſideratio. aliter enim & aliter in malitia complexionis ſtomachi, & futia fellis. & tua intereſt bene diſcernere: vt ſcias regimen ordinare ad latus frigiditatis, quando cholera & vomitum generat, & nauſeam: propina acetoſa condita ſtyptica propter viam amplam, &c. ad latus caliditatis regimen habens proprietatem vomitus retinere. quando groſſorum humorum multiplicatione vomitus cholericus dicitur naſci, oportet cibare ipſum cū auaritia magna, donec facta ſit euacuatio humorum inobedientium, & rectificatio ſuæ complexionis, & virtutis fortificatio: & ne dubites hos & illos potare vino. Illis autem ſubuenit qui calorem habent: quia eum diuertit per vias vrinæ, ſed parum dandum eſt, & electum, vt ponticum, & albi coloris. His autem, qui groſſos, & viſcoſos humores habent, ſubuenire nulli dubium eſt: eos intercidit, & habilitat expulſioni, & ſubuenit omnib⁹ ratione propriæ ſtomachi complexionis; & potare aliquando illos inobedientes, & multa cholera abundantes aceto bono miſto aqua veri frigoris eſt potus conueniens, & maxime in æſtate; & dare portulacas ieiuno, & lactucas cum aceto cum modico panis, & non poſtea cibare eos vſq; ad veſperas eſt diuidere choleram, & anguſtare porum illum, cuius amplitudine graditur, & extinguere audaciam choleræ. Secunda res eſt parum comedere, & minus bibere, & hoc conſiderare ſecundum quantum & quale. Tertia res eſt mundificare humorē lædentem. & ſuper hoc vera eſt cōſideratio artis, ſicut in ipſo ſtomacho, & rugis ſuis, aut quod ab hepate graditur ad ſtomachum. necnō paſſiones quædam matricis nauſeam ex vomitu generant. aliquando ex certa abominatione vomere quis cogitur dedignante natura. Quarta res eſt ſubſtātiam ſtomachi confortare, & maxime retentiuas virtutes, & inſpiſſare orificium ſtomachi cum ſtypticis, & recordari naturæ inferiorem purgationem. Primam rem complent quæcunque proprietate ſtomachum confortant, & complexione opponuntur humori, & malitiæ complexionis, vt ſtyptica, aromatica, habentia acetoſitatem; vt nos ſcire te fecimus modum regiminis; menta maior, balſamita, meliſſa in aqua aceto miſta, & cū mēta bullita decocta. poſtquam ſciuerimus cauſam intentionum rerum cauſantium vomitum; ſuccurrimus tunc cum rebus rectificantibus ſtomachum, & membra mādantia ad ipſum; quod quidem multoties accidit, & proprie quando in aliquo vicinantium membrorum materia occultatur, & eſt forte in mādando, & ſtomachus debilis eſt, & promptus in recipiendo. Agens namque & ſi non ſit valde forte, imprimit maxime, quando rei eſt præparatio; & quando materia eſt de genere adiacentiū, multo citius vehementer imprimit læſiones, & excitat expulſiuam, & facit eam ſolicitam ad uomendum. Agēs namque in rem multi ſenſus vehementer imprimit; nūc cum rebus abſcindentibus, & corrigentibus cauſas debilitantes, & lædentes, nunc cum rebus prohibentibus effuſionem materierum ab alijs membris ad ipſum faci mus adiutorio Dei cum rebus proprie acetoſis, quæ ex aromaticis, & ſtypticis condiantur, ſicut cib. de agreſta, & cibus de aceto; & ſtudeas ligare extremitates, cum infuſione aquæ calidæ, & ſimilia; & cydonia, & matiana, & ſuccus granatorum. Potus autem eorum vinum ſit ſubtile, odoriferum, & lene, decentis commiſtionis cum aqua roſata; & euitent vinū dulce, & groſſum, & aquam calidam; quia mollificat ſtomachum, & diſgregat virtutes; frigida veri frigoris depauperat calorem in eo. Potus ſit valde paucus; nec ſatisfaciendum eſt ſiti eorum. Tolerantia ſuper ſitim eſt ex eis, quæ rectificant ſtomachū; ſolentia ſitim extinguere in hac hora augent, & maiorem faciunt indigeſtionem. Secundā rem cōplent diæta attara quam æger portare poſſit, quia eſſet maius periculum multum maniri. Tertiam rem complent ſolutiua benedicta electa de genere benedictarū medicinarum. Et nos dicimus in hoc ſermone (ſi Deo placuerit) Myrobolanicum medicamen præparatum cum aqua roſa. & maſtiche, & eſt expertum & bonum. Et ſi eſt à materia quam miſit fel, curatur blandiendo acumen eius, donec euentetur cum ſucceſione alterantium, pro quo veſtigium impreſſionum remanet, & trahere, & diuertere materiam cum clyſterib. mouentibus choleram ad inferiora eſt huius occupationis. Scriptum eſt fluxum eſſe curam vomitus, & vomitum fluxus. Inquit Hipp. habito vomitu ceſſat fluxus, & è contra; & lauare pedes cum raſura cōfortat ſtomachum, & diuertit materiam. Quartam rem complet quæcunque ſtomachum complexione, & proprietate confortent. Conſiſtit quidem hoc totum in regimine, vnctionibus ſuper eo & emplaſtris, & aromaticis, aſſumptione nardini, garyophyllati, ſpodiati, innato ab hepate. Syrupus arcens vomitum, & nauſeam de berberibus eſt medicina experta. Rec. berberis. vnc. iiij. vuę acer. drach. ij. cichor. M. iij. zucch. lib. ij. da ieiuno cum acqua maſtiches. Syrupus de myrto ſtringens vomitum & nauſeam. Rec. foliorum myrti lib. s. foliorum ſampſuchi. vnc. ij. aceti. vnc. i. zucchari h. s. da cum aqua foliorum zedoariæ. Et tu potes eligere in gradabin noſtro poſtquam ſciueris qualitates lædentes, medicamina multa compoſita ad hoc. Et nō ignores, quòd morbi renum, & veſicæ, & ileos faciunt vomitus, & ſingultum. Et nos dicemus illud (ſi deo placuerit) à quo omnis finis ſequitur finitus, à quo opus medicaminum ſequitur perfectibile. Electarium noſtrum valde dilectum, & ſufficiens, confortans cor, & membra omnia, retinet vomitum, & fluxum, emēdat omnem malitiam ſtomachi. Rec. garyo. drachm. i carnium cydoniorum. drach. ij. maſtiches. drach. iij. ambræ. drach. vj. antheræ. drac. iiij. nardi, muſchi; ana drach. i. corallorum rubeorum. drach. iij. ſyrupi de menta, quod ſufficit.

Syrupus berberis ad vomitum ſedandum.

Syrupus de myrto ad idem.

Morbi renū veſicæ, & ileos faciūt vomitū & ſingultum.

Electarium ad vomitū Crede. na. vi.

De ſingultu. Cap. 6.

SIngultus eſt rebellatio humorum inobedientium naturæ ciborum impermutabilium; quoniam fit motus in

tus in partibus ſtomachi reliquis natura aggrediente illos, vt expellat; & quia forte obiectum tranſgreditur exigentiam rei agentis, fit motus ille ſpaſmoſus, quem medici ſingultum appellant; fitque illud ſecundum vnum iiij. modorum. ſ. euacuatione effrenante, repletione exuberante, mordicatione humorum fraudolentium, & malitia complexionis frigidæ. Euacuatione multiplicata in ſolutione, itur expulſione egrediente naturam; aut prohibitione longa ciborum; repletione ex multitudine comeſtionis; aut multorum humorum inſpiſſatione in corpore ſtomachi, quibus natura non indiget. à mordicatione propter humorem colericum doloſum generatum in ſtomacho, aut effuſum ad ipſum alijs membris; aut aſſũptione rei calidæ, & acutæ; & vinũ ſuper quo multitudo annorũ præterijt ſingultum facit amplius corruptio cibi & potus ſingultum concreat. Complexionis malitia frigidæ propter ſubſtantia ſtomachi illi remiſſam propter calorem naturalẽ, ſicut accidit decreptis, & illis qui longis temporibus infirmantur; aut propter guloſitatem, ſicut accidit pueris. Amplius ſcire oportet ſingultũ naſci ab alijs membris, quàm à ſtomacho, vt ex magno phlegmate generato in hepate, & morbis veſicæ, & renum vltimatur. & illud eſt penetrabile.

Ab alijs mẽbris quã à ſtomacho naſcitur ſingultus.

Cura ſiagultus ex repletione ſunt duæ res. ſ. euacuare, & poſt illud confortare; & primam complent vomitus; & ſecundam quæcunq; ſubſtantiam ſtomachi, & complexionem confortant. Singultus cura ex vltimata inanitione propriæ rei, & ſingultus ex repletione opponitur, & eſt periculoſus. Secunda res curæ ſingultus quidem ex mordicatione acutorum humorum ſupernatantium ad ſuperiora ſtomachi curam recipit à vomitu; & ſicut ſubmerſus, & ſepultus in villis, & rugis ſtomachi, & eſt compoſitus. Euacuamus cum potu hieræ picræ, & pilulis de aloe. Et hoc eget maiori abſtinẽtia. Singultus vero ex malitia complexionis, cura eſt, vna duarum rerum. Primum alterare cum rebus calfacientibus, & ſubtiliantibus, ex eis, quę emplaſtrantur, & potu ſumuntur; aui cum potu neceſſario. & omnium modorum ſingultus curæ eſt conuertere regimen ad ea, quæ laudabilium humorum ſint materia, & naturæ conſortium & beneuolentiam conſequantur, & confortare ſubſtantiã ſtomachi. Tertio membra mandantia rectificare. Confectio Hipp. rectificans malam complexionem ſtomachi frigidam, ſubtilians, & calefaciens, & expellens ventoſitatem; & liberat à ſingultu (ſi Deo placet.) ℞. corticum ſiſticorum exteriorum, coſti amari, caſtorei, petroſe. ana. drach. i. balſamitæ, calamenthi, aniſi, maſtiches, ſpicæ; ana drach. ij. ariſtol. drach. iij. confice cum oxymelite. ſquillitico. Et da. drach. i. cum aqua ſiſymbrij. Et decoctio ſquinanthi, & corticum ſiſticorum cum æqualitate liberat à ſingultu. Et puluis altiliæ, cum aqua aur. i. liberat à ſingultu. Et ſe. rutæ cum nitro. & aqua mellis curat ſingultum ex ventoſitate groſſa, quæ eſt ex multitudine guloſitatis. Filius Serapionis. Squilla quando accipitur cum vino, curat ſingultum ex humoribus groſſis annexis in rugis ſtomachi, & mundificat ſtomachũ a putredine. Et non ignores, quoniam hæc quæ diximus, non ſunt de intentione curæ ſingultus, quem fecit euacuatio illicita; immo obuiatur illis quod eſt, quia ipſi indigent, quæ ſunt illis contraria, Illis autem ſtomachis, quos vexat humor acutus faciens euenire ſingultum, cura eſt vomitus poſt potum aquæ calidæ, & ſem. atriplicis, & poſt illud aquæ hordei cum aqua granatorum dulcium, & aqua cucurbitæ. Et complet hoc, quod eſt mediocriter frigidum, cum ſtypticitate, vt cõfortet poſt euacuationem mali humoris habentibus ſingultum ex ſiccitate intenſa damus in primis aquam calidam cum oleo amygdalarum dulcium, & oleo violaceo; & mucilago pſyllij, & mucilago. ſem. cydoniorum, cum oleo amygdalino dulci eſt medicamen, quòd delectat valde. & eſt expertum, & diſpoſitionem hanc complent adminiſtratio rerum humectantium interius, & exterius. In ſingultu autem à phlegmone hepatis. Primum eſt aperire baſilicam, poſt illud dare caſiam fiſtulam reſolutam in aqua endiuiæ, & ſolatri, & hordei; & ponimus ſuper hepar emplaſtra conuenientia phlegmoni; & nos dicemus. Pilulæ ad ſingultum natũ ex groſſo humore, & cõpoſito. ℞. caſtorei, myrrhæ; ana drach. ij. agarici. drac. iij. ſalis gemmæ: drach. ij. diagridij correcti. drach. ij. maſtiches. drach. i. s. aloes bonæ ad pondus omnium; confice cum ſucco mentę. Doſis drach. iij. in marutinis aut de ſero, ſi antiqua eſt ægritudo; ſi noua, vt dormiatur ſuper medicina; & fortaſſe parum dormire poteſt. Pilulæ glorioſiſſimæ ex inuentione noſtra contra ſingultum calidum, & humores calidos acutos imbibitos, vel immiſſos ad ſtomachum ab hepate, & malitiam eius calidam, & ſiccam, & febrem cholericam, & amaritudinem meri. ℞. ſpodij, endiuiæ, portul. ligni aloes; ana. drach. i. s. tamarindorum pulpæ, drach. iiij. rheubarbari, rauedſceni electi. drach. i. confice cum aceto. Emplaſtra, & olea requirantur confortantia, requirantur etiam in vniuerſali canone de paſſionibus ſtomachi; & ſecundum exigẽtiam elige ea, & proprie in cap. de indigeſtione. Emplaſtrum contra ſingultum factum ex phlegmone hepatis bonum. ℞. trium ſandal. farinę hordei, ſpodij, cõfice cum ſucco ſemperuiuæ; & fternutare eſt ex iuuamentis inanientibus ſuperiores partes ſtomachi. & repellit humorale, & cibum ad fundum; & aſſiduetur, fortiter repellit ad inteſtina; & propter hunc motum ceſſat ab illo natura. Emplaſtrum cuius iuuamentum eſt contra ſingultum ex groſſo humore natum, & emundat ſtomachum, & delet dolorem eius, & abſtergit parietes eius. ℞. ariſtolo. rot. galangæ, aniſi, baccarum lauri, gentianæ, rutæ, ana drach. iiij. caſtorei, myrrhæ; ana. drach. ij. gardrach. v. roſ. drach. ij. maſtiches. drachm. iij. confice cum melle, & aqua ſampſuchi. Vomitus fit cum his, quæ proprietatem habent poſſe humorem eradicare per ſuperiora, vt ſemen raphani, nitrũ, & ſimilia. Et dixit Hipp. drach. s. elleb. albi cum drach. i. caſtorei, & ij. zucchari roſ. & medicina experta contra omnes paſſiones ſtomachi ex groſſis & viſcoſis humoribus natas; repellit humores compactos in villis per vomitum, & curat febres arthreticas, & vertigines, & lethargiam, & omnes ægritudines ſtomachi, & delet eas. Sed cum cautela præſume propinare, etiam prouiſione magna, ne dederis extenuato corpori.

Confectio ad ſingultum.

Pilulæ ad ſingultum.

Alia pilula ad ſingultũ.

Emplaſtrũ ad ſingultum.

Aliud ad idem.

Noſtrũ.

De ſiti. Cap. 7.

SItis eſt auida, & guloſa delectatio bibendi aquam veri frigoris magis, quàm aliquem liquorem parabilium. Præcipua autem omnium intentionum intentio, & cura huius eſt ſcire, propter quid ſitis nata eſt, aut propter malum humorem aceroſum contentum in ſtomacho, vel cholericum: aut ebullitione agitante humiditatẽ in ſtomacho, aut mala cõplexione. Et accidit ſitis, quando calor naturalis celeratur in agendo in forte obiectum groſſorum cibi & potus: velut aliquis longo fatigatus itinere redditur ſitibundus, & hanc ſitim ab indigeſtione propter viſcoſitatem ciborum inobediẽtium potus non extinguit, immo accendit confortando obiectum. Secunda occupatio eſt ſcire membrum originale ſitis. Et ſcire debes, quòd os ſtomachi facit accidere ſitim, pluſquam alia membra corporis: & ſi ab alijs procedat, donec imprimat effectum vſque ad meri, & orificium ſtomachi deſiccandum, non apparet ſitis valida proprie in ſiti facta malitia hepatis & fellis. & pulmo eſt ex illis membris, quorum eſt generare ſitim; aliquando renes, & ieiunum. Somnus autem eſt cura ſitis ex ſiccitate ſtomachi, & locorum, ad quæ currit humiditas ab ore ad ſtomachum. & aliquando ab indigeſtione, propterea quòd calor reuocatus ad interiora fortius agit in digerendo. Et ſcire debes, quòd ſi efficiatur iſta malitia totus calor, maior erit ſitis, propterea tunc dignus eſt præcipere vomitum, & repellere obiectum rebellans, & confortare ſtomachum, liniendo ipſum oleo roſ. poſt illud meri. Sitientium quidem propter caliditatem comeſtorũ cura eſt potus aquæ frigidæ fugendo paulatim proprie,

Ex 4y. in 7. aphoriſ. 28.

proprie, vel lambendo. Inquit Gal. multi propter sitim E mortui sunt, sed non fuit illud propter sitim simpliciter, sed propter ciborum venenosorum assumptionem, aut aliter, & aliter. Sitientium autem ex caliditate, est cura cibare illos rebus acetosis, sicut secaniabin de zuccharo, aqua granatorum acetosorum, & rob de ribes, & syrupus de berberis, & quę sunt illis similia. Et quorum sitis ex sola siccitate facta est, necesse est, vt administretur aqua cucurbitarum, & psyllij, & quæ hoc cursu procedũt, & nos legemus (si Deo placuerit) simul ex siccitate, & caliditate frequentius est sitim generare: cura vero est, quoniam humida, & frigida hæc complent, sed non posita iuxtà latus narcoticorum, immo euitent ab omni siti, narcotica. Infrigidare pedes, & fricare caput cũ oleo ros. est de occupatione primæ curæ, & manus. Et sciuisti, quòd volæ manuum reuelant malitiã stomachi propter neruorum vicinitatem, & productionem ad partes illas, quare, & stomachus sentit infrigidationem eãdem, & cum aqua veri frigoris propriæ in æstate, & succus de F liquiritia mirabiliter extinguit sitim pulmonis lambendo. Et necessariũ est, quod adducatur ad hoc capitulũ illud, quod scripsimus in grabadin nostro de lacte, & secaniabin, & aliorum multorum, & alia multa capitula, & mucilago psyllij. & cucurbitæ extinguit sitim calidã, & aqua camphoræ, & psyllij extinguit omnem sitim febrilem, & proprie seb. pestilentialium, & sitim hepaticam, & stomachicam, & alias calidarum materierum. Et infrigidamus renes in siti illa quam scis, nec non hepar, & alia quę diximus, & stomachum apponendo vnicuique quod proprium magis ei videtur. Et clysterizentur in siti ieiunij, & viscerum, & hepatis, & renum, cum liquore melonum perfectę maturatorum intrinseco, aut cum lacte non actu calido, & cum aqua pluuiali, vt fuerit psyllium conquassatum, & viola. Amplius scire debes cum est sitis calidi cordis, & pulmonis, cura aut est attrahere aerem frigidum, & fugere aliquid aquæ ros. & vti fuerit psyllium, quæ est ex vigilijs quies. & illius, cuius G causa erat humor salsus, & putridus post vnam horam, vel duas fugere aquam frigidam, & repellere humorem est principalius. Sitim autem ex phlegmate febrili, quæ extinguit, blandiri, donec causa repellatur est necessariũ. Et sciuisti, quòd vinum bene permistum est salubrius in siti extinguenda, quam aqua frigida, diaphorat enim citius ad loca generantia sitim portando aqueum, & magis natura contenta est potare hoc, quàm illud. Et ne dubites sitientem febrili dyscrasia potare vino sufficienter permisto, proprie post digestionem aliqualem materiæ. cuius color albus, fit origo eius montana, & illum non bibere, sed lambere paulatim, & cum suauitate. & zuccharum viol. mitigat sitim febrilem, & calidam factam propter siccitatem. & ponere os infirmi in fluxu aquarum est mitigare ad tempus sitim validam, sicut tenere crystallum in ore positum in aqua psyllij: & tenere in ore festucas paleæ hordeaceæ mollificatas diu in aqua frigida, multiplicat humiditatem in ore, & conseruat guttur in humiditate, & extinguit sitim.

Vola manuũ reuelãt stomachi malitiam.

Vinum permistum melius sitim extinguit quã aqua.

De appetitu mortuo. Cap. 8.

DEstructio appetitus. Cura huius sunt tres res. Prima est mundificare corpus stomachi, & superest multum scire, quoniam aut grossus, & viscosus, & frigidus humor, & tunc apparet nausea, & sunt interius retenti, aut annexi in rugis stomachi; aut mortuus est appetitus malitia calidorum humorum, & vtimur vijs obuijs sub hac dispositione. Primo absterssiuis, & incidentibus resolutiuis superius, aut inferius secundum tẽpora, & membrorum dispositionem super rebus, quarũ est temperare, & extinguere acumen humorum, & euacuatione regulata adhoc & rebus (si Deo placet.) Secunda res est confortare virtutem stomachi, quoniam scire debes, quòd omnes virtutes debilitantur propter malitiã cõplexionis mẽbrorum possidentiũ malos humores in præiudicium ipsorũ. Tertia res est alterare malitiã complexionis, quoniam per eam priuatur appetitus. & circa hanc occupationem duo sunt consideranda; nam si est acuta, & frigida. vtimur contrarijs super hac, vel in illa cum aceto, & endiuia, aqua granatorum acetosorum, & quæ hoc cursu procedunt; & etiam hæc cum vino antiquo, & althæa, diagalanga, & confectione de calamentho, & quæ similia sunt, & quæ terminata est. Medicamen famosum ad hoc, & nos experti sumus iuuamenta eius magna, confortat stomachum, mundat ipsum ab humore venenoso, & fraudolento; & occidit malitiam complexionis frigidam, alterat, & restituit ipsam sanitati; & nos iam significauimus iuuamenta stomachi in vniuersali canone passionum stomachi, ibi namque inuenies genera medicaminum conferentium omni eius peccato, propterea tot partes sermonum non assumimus prolixius. Primum complent medicinæ quarum virtus est ab eo, quod regulat humores hos & illos, sed hoc non est vna à natura cõplexionis. Posset autem esse hæc maioris virtutis, & clyster non est annullandus F ad hoc, & diximus tibi in cura vomitus: & in illo casu etiam iam docuimus euacuantia humores à stomacho, & dicemus.

De appetitu canino. Cap. 9.

Causa.

INsatiabilis appetitus fit secundum vnum trium modorum; aut malitia complexionis frigidæ stomachi valde, cuius est bene appetere, & male digerere; & sequitur hanc vt plurimum indigestio diarrhæalis propter ea quod instrumentum naturæ, tantum nutrimentum inspissare non potest in soliditate membrorum substantię, immo hebetatur eo. Aut accidit ex humore grosso aggregato in corpore stomachi, & euacuatione multiplicata accidere potest, sicut videmus in conualescentibus plurimum, sed hoc mihi vituperabile est; quoniam talia restaurantur, qualia sunt deperdita. Cura est primum mundificare humorem annexum in eo. Et sciuisti, quod quando hic humor malitiatur in stomacho, facit desiderium comedendi lutum, carbones, & similia, & nõ est hoc nisi quia mala superfluitas adhæsit villis, & parietibus stomachi, & nominant eum, tartarum medici. accidit proprie quibusdam mulieribus quando imprægnantur, & desiderant acetositatem, & ponticitatem, & forsitan deteriora; & fugit ab eis post quartum mensem; & aleuatur in tertio, quoniam pars quædam digeritur, per vomitum, alia annihilatur, alia mittitur ad nutrimentum. & inde remota est dubitatio, quòd huius, & illius cura est ante vomitum antequam medicina solutiua educeret húc humorem. sed res est rectificare complexionem malam frigidam, & cibare illos cibis pinguibus, & vino multo, cuius color sit rubens, & rosatus, quorum appetitus mendose appetit. Inquit Hipp. potus vini soluit famem, & præparentur cibi reliqui acetosi cum pinguedine multa sine acetositate, & styptricitate, & volumus illos potari vino rubeo antequam sitiant, & post; & hoc regimen alleuat ægritudinem, & curat tempore lon- H go (si Deo placet) Sed ad illos, & eũ qui comedit lutum, timetur super eo de hydropisi, & est alafrison. ℞. herbæ, euparorij, squinanthi ana drach. vj. myrrhæ, mastiches, ana. drachm. iij. cupularum glandium, drach. vj. aloes. drach. xvi. terantur omnia, & decoquantur in ij. lib. aquę pluuialis decoctione perfecta, detur in potu cum diacydonite. vn. iiij. Electarium ex inuentione nostra curans hos, & illos (si Deo placuerit.) confortat stomachum, remouet falsum desiderium comedendi. ℞. cupularum glandium. dra. ij. anisi. dra. iij. myrrhæ. dra. ij. myrobolani embli. belliri. omnium ana. dra. vj. scoriæ ferri infusæ in aceto; & exiccatæ; & torrefacta. drachm. viij. cardamomi maioris, cubebæ, ana. drach. iij. zucchari tabarzet quod sufficit. Dosis. drach. i. s. cum aqua anthos ieiuno stomacho.

2. Aph. 21.

Potio ad appetitum erruptum.

Electarium ad appetitũ caninum.

De ægritudinibus, & oppilationibus hepatis. Cap. 10.

OPpilatio hepatis. Cura huius ægritudinis est. vi. res. prima est aperire vias. & mineras ab hepate ad vesicam

Tragmatium appetitus, qualis.

ficam, & succidere naturæ; & recordari illam viam esse emunctorium ad aquositates sanguineas, & cholericas expellendum, in regionibus hepatis propter viarum concurrentiam ad eum, & aliquando stomachi flegmate oppilationes diu figuratus. Secunda res est stomachi, & hepatis complexiones proprias confortare, ne nutrimentum crudum hepar recipiat; & quod meseraicarum naturas inspicere oportet. Tertia res est subtrahere materiam ad longinquiora; proprie quidem ad oppositum iam diuersum, & in rectificatione positū, iam curatur in euacuatione oppilationis cum phlebotomia saluatellæ vtriusque manus, clysteribus de lupino, & oleo vio. & confidas maxime phlebotomijs venarum cócauitatum pedum amborum, in omni hepatis ægritudine, & fellis, & maxime ictericia, cura enim horum locorum est sola sanguinis subtractio (si Deus voluerit) Sanguinem subtrahimus secundum subiecti virtutum possibilitatem, & magnam ægritudinis exuberantiam. Quarta res est extrinseca, regimen laudabilis cibi, & potus, cibus subtilis temperatus sanguini vicinus circa principium declinans ad aliqualem frigiditatem, si materia calida simpliciter fuerit: & in fine rei simpliciter cibus calidus, & humidus proprie complexioni similis; in nulla ægritudine relinquenda est membri innata complexio, & priuãda à simili regimine. Obuiari autem oportet humori egredienti complexionem simpliciter; competit eis vinum subtile mistum, si non febricitent; aquam omnino fugiant sine febre, & cum febre oppilat vias debiles, naturam omnino contristat, nullum iuuamentum ei præsta, sed laborem, & fluctuationem; vinum confert cholera abundantibus rubea, & subtili, quoniam vrinam prouocando, canales hepatis, & fellis chystim choleram expellendo mundificat: & remouet oppilationes oppilantes materiam rareficiendo, naturam confortando; sanguinem clarificat, & spiritus viuificando releuat. Et maxime post mundificationem choleræ, Abstineat à coitu, à vino nouo dulci, & fumoso, & abstineat à calidis tertium gradum ascendentibus, & frigidis vltra primum gradum. nec extendat ventrem eorum cum cibo, & potu. minus comedat quam bibant, & parum bibant, & cum siti, & fame. nec cibum assumant, nisi prius, à fœcibus primi cibi, intestinis mundificatis; nec calefaciant pedes eorum; dormiant pedibus discoopertis, si quidem febricitauerint, aperiant basilicam vtriusque brachij, si expedit, & regimine regantur febricitantium humido magis, quàm frigido. Si quidem durum fuerit hepar valde, & ictericiam habuerit, malum signum; si non durum non mala est ictericia, immo naturæ operatio. Et impossibile est oppilationem hepatis confirmari, quin splenis oppilatione natura non acquirat, est enim artifex, & minister humorum, & fons primi sanguinis, cuius virtus impedita, multa membra contristat, arteriarum principium est. mediante vena concaua à gibbo hepatis per medium diaphragmatis ad dexteram auriculam cordis, & egreditur per sinistram; vbi substantia cordis assumit tunicam, & facit eam arteriam, & dicitur ab archi, quod est principium omnium arteriarum hæc eadem in tres ramos diuiditur, quorum maior mittitur ad spinam, diuidens se ad multas alia arterias missas ad inferiora mẽbra. Secundus materiam dirigit ad pulmonem. Tertius minor est sinistro ramo, quia per medium sigillat, & figurat naturam. Et virtus corporis est custos portans, & venit ad sinistrum brachium, inde est, quòd verius, & fortius ibi sonat. Vero quidem artifice infirmatur. cor ab eo sanguinem recipit, vt à debitore debitum. & alia contristari principalia membra maxime, quoniam eius virtus gerit & complet, fatagendum est tanti membri rectificabilem complexionem rectificare, & est rectificabilius cæteris membris propter suam dulcissimam naturam. hepar hædulinum calidum positum super ipsum, est magna medicina in rectificando complexionẽ eius. hepata animalium; & agnorum, hoc maxime operantur propter vicinitatem, hilaritatem præstant magnam. ponantur super eo calida, non artificio, sed cum de ventribus extrahuntur, remouẽt maxime dolores, & oppilationes nouas. Spongia marina imbibita aqua ros. & camphorata est medicina magna in oĩ ægritudine fellis, & hepatis, si in figuratione in eo est oppilatio diuturna nulla actu frigida super eo ponantur, nec calida natura, & maxime si dolorem patitur, & cuttentur super eo narcotica, remouent dolorem ad tempus, sed sunt mater oppilationum, & animæ membri inimicantur, stupefaciunt enim, & sensum tollunt, & sic mendose prodesse videntur. est res magni erroris curare cum narcoticis, prorumpit enim materiam post tempus non diu extensum, & redditur egritudo nouissima periculosior, impediunt purgationem per vrinam, quæ est prima, & vltimata cura ægritudinum fellis, & hepatis, si febre laborauerint violenta, & vinum bibere formident, est opus aqua cocta modicum acetosa aceto albo, & nõ vacillent in suis cibis aliquid assumere aquæ vinatæ vino pontico subtili, & albo, refrigerat talis potus membra calefacta, & ipsorum virtutes, & spiritus releuat, & confortat, acumen choleræ extinguit, vt dictum est, vrinam prouocando eam expellit, cichorea, coriandrũ, & portulaca à proprietate conferunt, & remouent oppilationes fellis, hepatis, & splenis, & meseraicarum, non quia calida, nam frigida sunt, borag. portul. scariola. cichorea. hepatica est cibus laudabilis, fructus buccæ in saporibus, sine feb. & cum feb. hepatica herba est medicina magna, & probatissima in omni genere fellis, & hepatis bibant succum eius ieiuno cum aqua lactis caprarũ, in qua fuerit spica nardi, & spodium, & aqua lactis capræ violata, est eius diuersiuum bonum, & spongia marina submersa oleo ros. super eo est laudabilis, in frigida, & calida materia, flores sambucorum recentes cum aqua lactis caprarum est laudabilis medicina, sitim extinguit, venas meseraicas, hepatis canales clarificat, & facit ad prouocationem vrinæ, & gaudet ea natura; facit mineram gaudij longus eius vsus, & est medicina nobilissima cholera abundantibus nigra, & manifestum affert iuuamentum phthisicis, & hecticis, & fluxui sanguinis mẽstruorum; & hæmorrhoidum, & narium, & proprie per partem dextram, & est summa cura cæteris ægritudinibus hepatis, maxime ex sanguine, & vomitu in magna necessitate: & habentibus choleram dispersam, non tamen paratis ad phthisim, nec ad aliquam spiritualium membrorum malitiam, & in doloribus hepatis maxime cholericis, & tempore æstiuo est medicina, & cura magna. Flores tamarisci secundum omnem modum administrationis, & proprie cum iure cicerum rubeorum est cibus medicinalis, & ius cicerum mundificat hepatis canales, & facit ad bene esse prouocationis vrinæ, & est medicina magna habentibus choleram dispersam, & proprie administratum cum carnibus serpentum secundum doctrinam nostram est medicina, quorum ægritudines iam sunt cum diuturnitate infiguratæ in corpore eorum, & quorum curis citrinitate adulterata est, & attenuari clamat, & morbo subiugari consumptiuo demonstrat, & quorum oculorum orbes diriguntur omni tempore colore ictericio adulterati, & eorum retentiua ad partem inferiorem est veriſſima ad superiorem partem propter choleram superius eleuatam est imbecillis, abhorreat multum cibum, & potum semel, immo parum subtilis, & sæpe. Ius autem serpentum cum cichorea, & floribus rorismarini, croco administratur, nec prętermittas parũ diptami associari cũ eo corrigunt quodcunque corrigibile in eis. Diptamus, & serpentum carnes laudabiliores sunt albi, non aquatici, nec montani, abscissis mensura digitorum. vij. capite, & cauda, nec aliter moriantur. prima ebullitionis aqua abijciatur. est medicinarum materia in diuturnis ægritudinibus, quarum materia fuit cholera, & maxime adusta, & omniũ humorum adustione, & infectione sanguinis diuturna, & credas de hac medicina in leprosis, & proprie cum lacte, hecticis nullum huic æquipollens medicamen, & ictericis, & super calefactis hepate, & malitia fellis non ex coniunctione complexionis, & substantiæ, quamuis aliquis

Nota de spongia marina.

Nota laudes hepatica herb.

De floribus tamarisci.

Nota laudes carniũ serpentum, & qualiter debent præparari.

Hepar hædi calidum supra hepar positũ ipsum confortat.

aliquis ad bene esse secundum hanc faciant, nec substantia, nec complexione, scriptum est enim quia est talis, & non quare, muniuit medicinam largitor bonorum, vel naturali, & supernaturali virtute vtraque cœlesti, & elemẽtari, sicut Deus creauit, quędam est nobilissima in rebus virtus, non natura hac, sed altera natura in vita, non de naturis eorum, quæ sunt sub sole, sed alterius nostro intellectui ignotæ. Quintam rem complent mundificatio putridorum humorum, rectificatio membri. immo sit prima intentio alterare malam complexionem, adæquare materiam ad expulsionem, expellere, & confortare stomachum, & hepar. & hoc complet omnem rem huius curæ, sequestrare humores nociuos, ponere eos in necessitate, vt facile sine turbatione naturæ expellantur. trahere materiam ad oppositum per conuenientes regiones, & maxime per eam partem qua natura vtebatur ante rebellationem huius humoris. facimus hoc eum vrinam prouocantibus, & clysteribus, phlebotomijs venarum manuum in extremis, subtractione sanguinis à concauitatibus pedum, cum sanguisugis, ventosis, sequestramus, & digerimus oppilationes, sedamus cum syrupis, emplastris, diæta laudabili in quanto, & quali, proprietate; & gaudiũ hilaritatis iniungimus omnino. Galeni electarium valens ad debilitatem hepatis, mundificat canales hepatis, fellis, & subtiliat humorem, prouocat vrinam, confortat hepar cõfortatione magna. ℞. ligni aloes, ros. spicæ nardi, cinnam. rheub. ana. drac. ij. laccæ, garyoph. ana. drach. s. asari, anisi, maioranæ, mastiches, granorum. bals. ana drachm. iij. menth. squinan. spod. ana. drach. i. Confice cum aqua decoctionis ligni aloes, & spicæ. dosis. drach. i. vsque ad iiij. Syrupus ex inuentione nostra adequans materiam nociuam, vt expellatur mũdificans hepar, & malitiam fellis per veficam; extinguit audaciam cholerę, fugat febrem omnino, rectificat effigiem, eo quod membra harum ægritudinum rectificat (si Deus uoluerit.) Non redarguatur à stolidis medicis hoc verbum (si Deus voluerit) læpe repetendo. omnia enim velut fumus deficiente igne deficerent, & velut pluuia recedentibus nubibus euanescerent, si modicum sua quiescere influentia. ℞. scariolæ, saluiæ, portul. capil. ve. scolop. eupatorij, lupini, saxifragiæ, hepaticę, radicum foliorum, & florum cichoreæ, radicis apij, fœniculi, bruscі, semperuiuæ, tamarindorum, & vuarũ cum teneritate sua. ℞. ros. quæ habent folliculum cum pomo intrinsecus rub. ad modum cerasi. Quidam tradũt eam genus solatri. habent ramuli sui prærogatiuam super omnes medicinas de mundo in prouocando vrinam, & lapidem ex vesica repellunt. ℞. solatri domestici, foliorum salicis; ana. M. s. se. communium, portul. apij. fœnicu. anisi, subtil. puluerizatorum; ana drach. iij. florum boraginis, psyllij præparati, tamarisci. viol. ros. ana. drach. s. sanda al. & rub. berbenæ, bdellij, calami aromatici, spodij, mastiches; ana drach. i succi plantaginis despumati, succi fumiterræ, succi thymi, succi apij, succi pomi acerosi, succi scariolæ, & pomi terranei, perfecte despumatorum ana. drach. iiij. rheupontici. drach. iiij. rheubarba. præparati, & electi secundum doctrinam meam. vnc. i. s. camphoræ. drach. i. zucchari boni, lib. iiij. in fine sui aromatizetur syrupus. ℞. ligni aloes, spicæ, garyoph. cinna. ana. drach s. aceti infecti muscho. drach. iiij. Dosis. vnc. i. vsque ad ij. cum aqua cichoreę, vel aqua lactis caprarum de mane ante lucem, emittantur si possibile prius fuerit superflua primæ, & secundæ digestionis, vt naturam inueniant exoneratam, & excitatam. Syrupus in materia hepatis calida simpliciter refrigerans membra supercalefacta, & hepar, audaciam fellis, & cholerę extinguit, & est mors febrium, & renelat infirmum ab hectica, & ictericia (si Deus voluerit sanator cũctorum morborũ.) ℞. berberis, florum boraginis, florum, & foliorum cichoreæ, foliorum, & seminum scariolæ, & portulacarum, psyllij conquassati in aqua frig. hepaticæ ana. vnc. i. plantaginis, pimpinellæ, semperuiuæ, solatri; ana. M. s. succi hepaticæ, succi cichoreæ, succi scariolæ syluestris, & domesticæ, succi semperuiuæ, succi apij depurati; ana. vnc.

Elect. ad debilitatẽ hepatis.

Syrupus ad idem.

Vrina defiluo vesicam.

Syrupus ad caliditatẽ hepatis.

E iij. spodii. sanda. sem. communium mundatorum, ana. drach. iiij. camphoræ. drachm. i. s. aceti. vnc. iiij. viol. ros. ana. vnc. i. zucchari lib. ij. Dosis. drach. ij. in aurora cum aqua frigi. & caue ne sit infirmus cum oppilatione splenis, vel hepatis, nec sit senex assumens eum. febricitantibus sola colatura detur de mane, sicut dictum est, & modicum ante accessionem febris si volueris eam abbreuiare, & in fine paroxysmi potui. iij. vnc. da, cum frigida; extinguit tertianam duplicem, & febrem incendosam (si Deus uoluerit.) Dixit Agazo experimentator magnus de ciuitate Athenarum, lacca remouet omnes oppilationes hepatis, & decoctio gasid cum lacca, & spodio curat in paucis diebus omnino oppilationes hepatis, & maximũ iuuamentũ affert habentibus hydropisim. Electarium cõtra omnes oppilationes hepatis antiquas ex grossa materia, confert cerebro, & stomacho, & omnibus membris interioribus, aperit venas meseraicas, & est potens prouocare vrinam, in educendo proprie materias contentas in hepate, & regionibus suis curat hydropisim. ℞. radicum lilij cœlestis, agarici, ammoniaci, calami aromatici, laccæ, asari, rosarum, spicæ nardi, cinnamomi, ligni aloes; ana. drach. viij. gasid, fistucorum, gummi hederæ, aristolochiæ. ana. drach. iiij. mastiches. drach. ij. florum chamæm. vnc. s. seminis endiuiæ, spodij; ana. drac. iij. puluerizentur, & conficiantur cum vino, & melle. dosis huius magni antidoti sit drach. iij. cum decoctione rádicum lilij cęlestis, & gasid. remouet oppilationem omnium nutritiuorum membrorum, & maxime hepatis, & fellis, & remouet fortes dolores heparis, & iuuat hydropicos; immo sanat eos adiutorio Dei. Dixit Galen. phu. meũ, lacca, subtilissime puluerizata cum decoctione hyssopi, & saturęiæ. dosi. drach. i. est summa medicinarum in prouocando subito vrinam, & expellit aquositates grossas contentas in hepate, & renibus, & proprie materiam diuturnam grossam, & sine feb. Succus gasid, & lupulorum cum bono, & electo agarico, est medicina magna in remouendo oppilationes quaslibet hepatis, & maxime ex frigida causa, & antiqua, omnis enim materia longo tempore diuturna tanquam frigida calido medicamine curatur remouet magnos dolores, & sanat hepar à languoribus suis (si Deo placet.) Alexander. syrupus vtilis habentibus hepar supercalefactum, & choleram exuberantem in chylum fellis extinguit acumen eius, & mundificat. ℞. succi endiuiæ, succi plantaginis, lupuli, fumiterræ; ana. lib. iij depurentur, & bulliant cum lib. ij. aquæ frigidissimæ, in qua fuerit quantitas rheubarbari boni, & modicum spicæ nardi, diebus. ij. & vas huius aquæ cum rheubarbaro sit nouum, & mittatur suspẽsum in puteũ aquę frigidissimæ; bulliat in hac aqua vsq; ad cõsumptionẽ li iiij. aquæ colatę à rheubarbaro, & zucchar. lib. i. dosis. drach. ij. cum aqua frigida ieiuno. Potio nobilissima ex inuentione nostra purgat quamcumque heparis, & chylis contentam, & adhærentem materiam, membrum rectificat, canales eius abstergit, oppilationes eius rapit, & opponit se medicinæ frigidæ, & calidæ compositæ. ℞. rheubarbari recentis sine adulteratione. vnc. iiij. pone ex ipso in syrupo viola. vn. v. per. iij dies, & cum eo spicæ. drach. s. colato syrupo figillata est anima in eo, & relicta anima rheubarbari, subiunge cum syrupo, pulpæ bonæ casiæ magnæ electæ, tamarindorũ recentium, zucchari puri; ana. drach. ij. informa trochis. drach. i. s. & fit dosis. drach. iij trochi. vsque ad v. & poteris colare syrupum à substantia omnium medicinarũ. Syrupi huius nobilissimi. unc. iij. da cum aqua lactis caprarum in matutinis primis, & custodi potionatum tuum solicite, liberatur data potione (si Deus voluerit.) In senectute, heparis ægritudine, & omnium principalium, & maxime sorensium membrorum à vijs primæ expulsionis danda est medicina, quando itur dormitum, prima digestione completa. vt dicta medicina cum cibi anima, & subtili substantia ad membra remota portetur; & detur in pilulis. quarum est hæc compositio. ℞. rheub. boni. vnc. vj. mannæ electæ. vnc. i. & pulpæ tamarindo. & casiæ; ana. drach. ij. omnium generum myrobalan. recentium sine ossibus.

Elect. ad oppilationẽ hepatis.

Sanat hydropicos.

Syrupus ad hepar supercalefactũ.

Potio vtilissima luxatiua.

Pilule nobiles.

ossibus. drach. iiij. spicæ nardi karat. i. laccæ. drach. i. cófice cum succo thymi. Dosis eorum est pilulæ. xj. vsque ad xvij. post cibum hora dormitionis. attrahunt, & eradicant materiam à gibbo hepatis ad intestina, & est medicina propria in omni ægritudine hepatis, fellis, & omni materia, & proprietas quidem eius opponitur choleræ in substantia intolerabili, complexioni substantiali phlegmati in substantia naturali, & omni materiæ mistæ. confidas in huiusmodi potionis virtute, sanat cunctos hepatis languores, (si Deo placuerit,) quando ex grossa ventositate propter perfidam oppilationem retentam dolores generantur terribiles. & timens debellationem virtutis, acumine doloris, non tardes balneare infirmum nudum febre, & apostemate, placat enim dolores caliditas dulcis balnei, poros aperiendo, ventositatis affectus, & oppilationes, causamque doloris remouet, & effugat; non tamen assiduandum est balneum, nisi in tali necessitate, ex folijs ros fit balneum aquæ dulcis, & chamæmeli infrigidatum. Clyster conferens ægritudinibus hepatis. ℞. lupulorũ, violarũ, fellicinei, sambucorum; an. M. i. casiæ, zucchari vio. an. vn j. olei vio. dra. iij. butyri recẽtis. vn. j. salis indi. vnc. j. & associet in calida materia. Clyster ex aqua lactis caprarũ cocta modico anisо pulueriza to, olei vio. vnc. ij. est sublime in ,puocãdo vrinã; & dolores, quorum mater est vẽtositas, & oppilationem remouet. Clyster in materia diuturna & maxime frigida ℞. lupulorum, ebulorũ, foliorũ sambuci, viol. ana. M. j. agar. drac. iij. hierę Gale. anisi puluerizati. an. vn. j. beẽ. vnc. ij. salis, mellis, & olei ad sufficientiã. Hippo. Syrupus vtilis hepati inflãmato, & passioni oppilationis venarum. ℞. florum tamarisci, berberis, ana. drac. ij. endiuiæ, hepaticæ, scolop. apij, lupulorũ, ana. vnc. j. gyrosolis. M. j. sanda. alb. & rub. unc. j. zucchari lib. ij. Dosis est, vn. ij. ieiuno stomacho quoties sitiuerit, sitim extinguit, hepar rectificat, & confortat, datur cum aqua cocta. Pilulæ Hippo. contra oppilationes hepatis, & ægritudines inueteratas. ℞. aga. dra. ij. sene. drac. j. aloes. bonæ opti. & lotæ. drac. iij. laccæ, florũ tamarisci, an. drac. j. masti. zinzib. ana. drac. i. rheubar. spicę, an. dra. iij. cóficiat cũ succo fumiterræ. Dosis ab vnc. ij. vsq; ad iij. Filij Zachariæ Modus emplastri refrigerãtis hepar inflãmatũ, & fel. co. ℞. sand. dra. iiij. masti. drac. ij. semperuiuæ tritę. unc. j. farinę hordei, interiora triũ ouorũ, cãphoræ. unc. s. olei. ro. aq̃ ro. succi solatri, succi uerbenæ. ana. dra. ij. aceti vnc. j. vtãtur hoc liquore sup hepar à tertijs vsq; ad vesperas. Hiera ex descriptione Cõstãtini, medicina benedicta, & maximeĩ acutis febrib⁹ multæ caliditatis, sitim extinguit, ebullitionẽ sanguinis, inflãmationem hepatis, fellis, corporis stomachi, & oẽm inflãmationẽ sedat, cuius hæc est permistio. ℞. rasuræ costi boni. drac. iiij. tamarisci. drac. v. medullæ cassiæ. unc. iiij. zuc. vnc. v. succi endiuiæ, succi apij, succi malorũ dulciũ acetosorũ, succi acetositatis citri; an. vnc. iij. foliorũ lupini, capillorũ veneris, an. vnc. ij. pruna ficca numero. c. myroo. rosa. ana. vnc. j. spicę. vnc. iij. decoquantur in lib. iij. aquæ fontium vsq; ad lib. j. s. & proijce zucchari lib. ij. aceti boni lib. j. & coque bullitione vna, & demerge super illud, & coque cum melle ad spissitudinem. Vltimo proijce in medicamine sand. rub. spodij, charabę, berberis, sem. portul. sem. acetosæ. ana. drach. iiij. ligni aloes. drach. ij. cubebæ. drach. iij. camphoræ. drach. j. repone in vase vitri. est medicamen nobile. Dosis ab vnc. i. vsque ad ij. cum frigida, & hoc in æstate. Dixit Auemus de simplici aqua decoctionis corticis exterioris fistici. mundificat canales hepatis, & maxime confortat stomachum. Medicamen magnum, & maxime in ægritudinibus diuturnis hepatis, & salso phlegmati, & lepræ. ℞. fumiterræ, seminis laparthi, seminum absynthij, scabiosæ, ana. drach. viij. omnium myrobalanorum sine ossibus. ana. drach. v. hieræ picræ Gal. succi. ros. ana. vnc. thymi, epithymi, macis, & senæ. ana. drac. vj. rheupontici. vnc. i. mãnæ, pulpæ casiæ, tamari. ana. drach. iiij. rheu. boni. vnc. ij. conficiatur syrupus. ℞. lactis, spodij, ana. drach. iij. sparta-

Clyster ad ægritudines hepaticas.

Clyster ad melancholica vtile.

Clyster ad materiã frigidam.

Syrupus ad inflammationem hepatis vtilis.

Pilulæ ad oppilationes hepatis vtiles.

Emplastrum in frigid. hepar. Descrip. hiera Constantini.

Medicamen ad diuturnas ægritudines hepatis.

næ. drac. i. polypodij, anisi ana. vnc. i. eupatorij, hepaticæ, ana. vnc. i. miscentur. Dosis. vnc. s. cũ aqua lactis caprarum. Vnguentum refrigerans hepar, acumen fellis, & febrem caliditatis magnæ. Accipe axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam volueris: lauetur cum aqua calida decies, & toties cum frig. postea teratur cum eo, & incorporetur ros. rheub. secundũ mediam quantitatem. sandali, boli, spodij, camphoræ partes. x. ceræ al. drach. ij. olei ros. succi semperuiuæ, ana. drac. iiij. coquantur cum maxima facilitate, & coletur, est mirabile vbi oportet. Inquit experimentator, succus hepaticæ cum albo ouorum agitatus mistus per decem dies, ieiuno assumptus curat malitiã hepatis, & fellis, est. n. efficax, & probatum in icteritia, (si Deus voluerit.) Inquit thesaurus, succi semperuiuæ pars. x. mellis pars vna, aceri pars. s. bullitis ad partem mellis. s. est medicamen efficax in calida & frigida causa. Item syrupus, quo vtuntur nobiles remouens oppilationes, & cachexiam, & icteritiam, extinguit febres magnæ inflammationis. ℞. succi endiuiæ, cichoreæ, pomi terranei, succi semperuiuæ, apij, hepaticæ. ana. lib. i. depurentur succi cum suauitate, & fiat syrupus cum aceto, zucchаro albo duro, & aromatizentur cum drach. i. garyophylorum, zinzib. Karat. s. cinnamomi. drac ij Dosis. vnc. ij. cum frigida, extinguit acumen, & audaciam fellis, sitim validam, & obuiat omnibus accidentibus choleræ, & effectibus, si Deus voluerit. Pilulæ de rheubarbaro contra omnes hepatis ægritudines magnificę, & sufficientes in omni, quo hoc membrum indiget. ℞ pulpæ cassiæ fistulæ recentis, pulpæ electæ tamarindorum, mãnæ probatissimæ, spodij, ana. drach. ij. mastiches drach. i. seminum plantaginis, sem. absynthij, florum nucum caducorum, spicæ nardi ana. vnc. i. s rheubarbari recentis ad pondus singularum rerum. Rheubarbarum ponatur in aqua lactis puluerizatum cum spica, & confice pilulas. Dosis est a drach. iij. vsque ad iiij.

Vnguentum infrigidans hepar mirabile.

Syrupus vtilis ad oppilationes hepatis.

Pilulæ de rheubar. ad omnes hepatis ægritudines.

De ægritudinibus, & oppilationibus splenis. Cap. 11.

CVra harum ægritudinum sunt quatuor res. Prima est solicitudo, vt mundificetur corruptio eius. Secunda est, vt cõfortetur, & rectificetur hoc membrum, & fiat minera mere laudabilis, & non recipiat corruptum, immo repellat. Tertia res est regimen contra adæquationem causæ eius, quod est in eo corruptum, & dilatare vias circumadiacentes ei, & ponere materiam in necessitate facillimæ expulsionis, & mollificare faciem membris extrinsecam. Quarta res est, vt sit persona parcissima auaritiæ cibi, & potus, & maxime omnium liquidorum, vt vaporosæ substantiæ, immo sit tua magnifica intentio, & prima in ordinando diætã parcissimam, laudabilem in quanto, & quali, & proprietate. Primum modum complet subtractio materię ad diuersum, & mũdificatio stomachi, & uerificatio hepatis est huius materiæ scopa, & receptaculum melãcholici humoris, & maxime omnium superfluitatum hepatis grossarũ. & ideo prima intentio est mundificare hepar, confortare virtutes sanguinis gelidi, vt secundum exigentiam membrorum humores assimilet: rectificare primã digestionem, secundam, & tertiam, & quartam, & hoc membrum in sua innata complexione, vt sua virtute impugnet humoribus concurrentibus ad membra debilia, & accipiat, quod auarissimæ naturæ sufficiat, & quod assimilare potest præter læsionem. facimus hoc cum auxilio Dei, cum phlebotomia saluatellæ vtriusque manus, & venæ pedis finistri posita iuxta minimum digitum, & rectificantibus complexionem hepatis, quorum memoria est in tractatu de passionibus hepatis, & maxime, quæ habent a proprietate conferre cõplexionibus diuersorum mẽbrorum, vt coriandrum, portulaca, scolopendria, bucea, cortex, & fructus tamarisci, grana, hæderæ, dictamnum, endiuia. Secundam, & tertiam, & quartam rem complent adæquando materiam, & rectificando membrum cibis

Phlebotomia.

medicina-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0551-5

medicinalibus,& medicinis cibalibus:regantur cibo expoliato ab humiditate, & omni viſcoſo, non appropinquent pani azymo frixo,& quicquid eſt de paſta, triticũ coquinatum, & quicquid eſt crudum, & fugiant omnia poma,& carnes porcellorum iuuenum, agnorũ, habeat odio nocturnam cœnam,& piſces,& carnes;& maxime ex ſale induratas, & repentina cum feſtinantia cibi maſticatio eſt materia cauſarum oppilationum: maſticatio in partes ſubtiliſſimas cibi, & potus ſuauiſſima gurgitatio in lambendo eſt cauſa velocioris digeſtionis, & longioris vitæ. Dormire ſtatim poſt crapulam multum nocet; deligant vinum ſubtile odoriferum, nihil vel parum miſtum aquæ magnetis,vel ferro alteratæ ignito; nihil bibat inter prandium, & cœnam, panes ſint optime fermentati,& parum ſaliti; carnes animalium,& auium degentium in aquis eſſent contrariæ. & peruerſum hoc membrũ rectificare, & alia quibus inimica huius amica ſunt cõmittere nobiliora oblitum laudabilius eſt diuturnare qnàm perdere.carnes perdicũ, agnorum,auium paruarum multarum, faſianorum,gallinarum,& pullorum; aqua lactis caprarum cum hepatica, epithymo, & ſana eſt medicina benedicta adęquans materiam oppilantem, repellens eam, quamquam paulatim ſit eius operatio in purgando, ineſt ei proprietas, & complexio purgare choleram nigram,& generat mineram gaudij, & non facit ſcandalum alicui membrorum, & in complendo rem primam balneamus corpus, & euacuamus cum medicinis euacuantibus choleram nigram, & medicinis proprietate dotatis. Et forte in fine rei mandamus cauterizare; necnon vſque ad proprium mẽbrum. Mundificato corpore deuenimus cum ventoſis, & ſanguiſugis. Prouocatio fluxus ſanguinis menſtruorum, & hæmorrhoidum eſt de intentione rei primæ. & quia de ocioſis membrorum eſt, bene ſe habet ad diſtemperata magis, quam ad temperata.temperatæ complexioni, tẽperatum mittimus nutrimentum, calida calidis gubernantur, ficca ſiccis, frigida frigidis. nocentur vero immoderato vſu valde, affinis humanæ naturæ calidis gubernantur, nec nocentur a frigidis, vſu raro, & moderato,frigida quidem complexio, & ficca,quia calidioribus extranea rectificantur, frigidis gubernatur, & nocetur ab eis vſu continuo. Ad remotionem oppilationis eſt primum vias aperire, & ampliare, & habilius dura labitur materia. facit autem hoc omne quod generat gaudium, & lætitiam cordis, haſce, & ſiler montanum, antimonium, magnes, lapis lazuli præparatus eſt ex maxime remouentibus oppilationem, exercitium moderatum delectabile eſt. de intentione primi modi huius curæ. Dixit Gal ægritudines melancholicæ non niſi forti medicina remouentur, velut neruorum materia hoc pondus cibi, & potus, quod aſſumunt hodie, aſſumant cras. Dixit Affrani, aqua in qua decocta ſit radix iridis remouet oppilationes omnino antiquas, & eſt fortis operationi. Dixit Gal.decoctio abſynthij, & centaureæ minoris eſt medicina maxima in remouendo oppilationes ſplenis, educit vtramq; choleram, & maxime aduſtam, aperit vias,adæquat materias ad expellendum,& fortaſſe confortat membra mittentia materiam in valorem oppilationis, & eſt de intentione rei ſecundæ ad ſtomachum, & hepar. Medicamen magnum diſſoluens ſplenem durum,attenuans eius magnitudinem. ℞.aromatici drach.iiij.florum chamæmeli, florum anethi, florum tamarindi, ana drachm.i.radicis capparorum,carui,granorum balſami, granorum tamariſci, rubeæ; ana drachm.ij. ſquillæ aſſatæ.drach.iij.ſcolopendriæ, ariſto. rotundæ. ana.drachm.ij.conficiantur cum melle, & dentur ex eis.drachm.iij.cum aceto ſic præparato. ſpartanę. drachm.ij. mittantur in vij. vnc.aceti boni, & bulliant vſque ad iiij.vnc.ſit doſis in medicinis.drach.ij.vſque ad ij.cum ij. vnc.huius aceti in hora dormiendi.ingredi tur virtus huius medicaminis vſque ad profundum, & abſconſas materias huius membri melancholicas, aperit,attenuat,& conſumit materiam rebellem,& ſepultã. Syrupus ex inuentione noſtra,violans,& debellans perfidas oppilationes,& antiquas ponẽs materiam matrem oppilationum in viam expulſionis, immo ex pellit eam, membra rectificat, & eſt potens in omni oppilatione nutritiuorum mẽbrorum.cuius hæc eſt deſcrip.℞.abſynthij, radicis iridis, centaureæ minoris, ſcolopendriæ,radicis capp.& fructus eius, & fructus tamariſci, eupatorij,haſce, hyſſopi montani:ana.drach.ij.ariſto.longæ, & rotundæ, corticum praſſij dictãni, florum chamæmeli, aniſi ana.drach.i.ellebori nigri.drach.i.s.maſtiches, ſerapini, galbani,opopanacis,lapidis lazuli præparati,ſquamæ ferri,myrrhæ electæ,gummi hederæ,ladani,ana.vn.i.garyophyllorum,cubebæ,macis;galangæ,cinnamomi. ana.vnc.iiij. cum quibus aromatizetur ſyrupus in fine ſui,epithymi, ſenæ agarici:ana.drach.s.ſucci radicum ebulorum, ſucci cucumeris.an.lib.i.magnetis.vnc.i.aceti.drach.iiij. zucchari, lib.iiij. Doſis.vnc.ij. vſque ad iij. cum aqua ſcolopendriæ in ſtomacho vacuo, quando itur dormitum, & maxime ſi oppilatio fuerit cum diuturnitate temporis filtrata in membro, ſanat hæc medicina,(ſi Deus voluerit.) Democritus dixit, fructus hederæ,folia, & gummi eius a proprietate remouent oppilationes hepatis,& ſplenis antiquas, & fit ex puluere foliorum tragea laudabilis, quæ aſſumitur in cibo omni hora.℞.puluerisprædicti.vnc.ij.aniſi.drach.i.limaturæ argenti.vnc.s.auri boni, vnc.iij. ambræ.vnc.i.magnetis ſubtiliſſime puluerizati.drach ij, garyophyllorum, cubebæ,macis,zinzi.gummi hederæ,ana.drach.i.zuccha. boni, lib.ij. & bibatur poſt immediate parum boni vini vetuſtiſſimi, eſt medicamen regum, & magnorum dominorum, reſpicit cor, & membra principalia generat gaudium, & eſt medicamen diuinum in remouendo oppilationes cum gaudio naturæ.

Pilulæ reſoluentes oppilationes hepatis, & ſplenis, & hydropiſis circa principium.℞.rhauedſceni drachm.v. ammoniaci, ſerapini, bdellij,ana.vnc.viij.laccæ.drach.i. opp. drach.iiij.mezereon.drach.v.turbith. ſpicæ, polij, aloes, ana.drach.v.maſtiches drach.iij.omnium myrobalanorum,ana.drach iiij.lapidis lazuli abluti, epithymi,ellebori nigri,ſalis indi,ana.drach.ij.hieræ picræ.drach.x.diſſolue gummas cum vino,& forma pilulas. Doſis drach.ij.cum aqua caſei. Vnguentum expertum ad dolores,& oppilationes ſplenis, & duritiem in eo,& dolorem matricis.℞.bdellij,maſtiches,galangę,ammoniaci, aloes, colophoniæ, mellis.ana.vnc.iij.terebinthinæ. vnc.ij.ſerapini,ſtyracis liquidæ.ana.drach.viij.ceræ citrinæ.vnc.iij.ſucci cyclaminis,ſucci abſynthij,ana.li i.olei chamæmelini.lib.i.butyri, lib.s.terenda terantur, & liquefiant liquefacienda, & incorporetur vnguentum, quo vnguatur ſplen continuis diebus. mollificat ipſum, & rectificat, & reducit complexionẽ eius, & conficitur cerotum, & remouetur a membro diebus multis. Dixit Dioſcorides. cyclamen ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius ſuper membrum eſt medicina probatiſſima,& experta in ſedando oppilationes,& mollificat, & attenuat ſplenem inter omnia medicamina: ſuccus eius cum tantundem aceti, mellis, & ceræ partes. iiij.ad ſpiſſitudinem mellis, & ceræ bullitum, eſt medicamen probatum in oppilationib. antiquis ſplenis.

Necessitas male maſticantium.

Medicamẽ ad duritiẽ ſplenis.

Syrupus de oppilatiõe.

Pilulæ ad oppilationes veteres.

Vnguẽtum ad duritiem ſplenis.

Nota de cyclamine, q̃ eſt panis porcinus.

De hydropiſi, & eius ſpeciebus. Cap. 12.

HYdrops, & ſpecies eius dixit Gal. omnes vniuerſaliter generãtur errore virtutis ſanguinis generatiuæ, cum ceſſauit ab actione propria, & deeſt ei complementum eius. velut enim nocumentum in virtute accidit ſtomachi digeſtiua fortaſſe paruum, fortaſſe magnum ſimul,etiam eſt in hepate. & nocumentum accidens in hepate eſt ex cauſa in eo etiam, & in ſtomacho, hæc enim duo membra cum aliquod accidẽs recipiunt, quia naturæ inſtrumenta, vt nutriant complexionem corporis,& curſum mutant naturæ.

Et dixit Hippo.hydopiſis naſcitur ex illis, & [illegible] lumbis, & eſt eius proprium accidens fluxus ventris, neque per hunc fluxum detumeſcit venter, nec dolores ſedantur illum

Quõ nãmodo hydrops.

tur ilium, & lumborum, & hæc est fallacia venerum guedegui, cum enim nõ seruiunt hepati more solito propter debilitatem, & oppillationem acquisitam, remanet cibus in ieiuno, & minutis intestinis, quæ cum grauantur cibo, expellere ipsum molliũtur penitus ad inferiora, quare fit vt accidat fluxus ventris, & corrũpitur cibus, & conuertitur in choleram malitia membrorum apostematorum apostemate calido habentibus hãc dispositionem, & fit mordicatio vehemens mordicans eam continue ad expellendum retentum in eis, & venter illorum totus est apostematus, & est dolor fixus eorum propter apostema calidum, ventris inflatio propter vẽtositatem retentam, & est causa horum accidentium doloris, & ventositatis, inflammationis error, & debilitas virtutis digestiuæ, & expulsiuæ. Gal. hydropisim simpliciter hepaticã hæc accidentia non sequuntur, nec attrahitur fluxus, sed fortasse accidit in fine, cum sex cibi moratur in corpore eius; cuius ratione inflatur vẽter eorũ multum, propterea, quia pars eius resoluitur, & respirat propter decoctionem tantæ adustionis. Et dixit Gal. seipsum prouocet ad tussim habens hydropsim hepatis, & cum non iuuatur, abstineat à tussi. Et dixit Hip. Hydropicus cui accidit tussis propter exuberantiam multæ materiæ nutritiuorum vsq; ad spiritualia, & canales pulmonis, propinquus est morti. hydrops cum febre, & febris cum ea multum facit ad maiorem errorem virtutis, sanguinis generatiuæ. Et sunt tres hydropisis species proprijs nominibus à medicis appellatæ, ascites, tympanites, & hyposarca, & quarumlibet specierum causa est defectus, & malitia virtutis hepatis, sanguinis generatiuæ, quamquam hoc, à splene magis quam ab hepate causetur; & hoc ab alijs magis quàm ab hepate. Ad hydropisis consumationem hepar, stomachus, splen, & alia adulterantur, & consumunt eius vltimum gradum, & consumuntur ipsa malitia hepatis, stomachi, guedegui; & splenis omnino *concomittatur in onere phlegmatis, & contrarij *continuantur ad seinuicem hæc membra in eadem regione cum ipsarum virturum digestiuarum stomachi, & hepatis correlatiua *perditio; & hoc accidens fluxus sequitur quasi quamlibet specierum hydropisis maxime in fine. illa autem *prius ex ilijs falsitate guedegui; & virtutis sanguinis generatiuæ non attrahentis nutrimentum ab eis secundum præteritam consuetudinem. Et sequitur hanc speciem vsque ad mortem velut vmbra corpus. Scripsimus autem in tractatu hepatis, & splenis magnam partem huius ægritudinis curæ, maxime circa principium: quorum iam *consumatus est hydrops, cum diuturnitate temporum in corpore infiguratus, animæ grauat officia; spiritus extinguit ardorem; & debellatur natura regens; cuius custodiæ corpus relinquimus. neque onus illorũ curæ suscipiendum est, maxime cum spiritualia læsa non dubitas; quorum se. non separatur; & mala accidẽtia iam inualuerunt: & inimicatur cibus, & virtus appetitiua, & cõtinue languent, bibere aquam frigidam est res non recipiens curam.

Cura huius ægritudinis est. Primum in vita laudabili. Secunda coarctat materiam. Tertia abscindit eam. Quarta rectificat membra mandantia materiam, & maxime virtutem sanguinis generatiuam: quorum malitia coacta fuit ægrotare. Quinta corrigit accidentia; & est hoc aliquando, propterea, vt obuietur periculo accidentium. Primum autem esse complent administrationes regiminum in sex generibus rerum; de quibus est elegantior cibus ficcus vino calido affinis; & contrarius compositus febricitantibus, & aer sine paludibus, & aquis, & cadaueribus mortuorum. Cibus considerandus est in quanto, & quali proprietate; sicut proprie cibus boni nutrimenti, & permutabilis non generatiuus ventositatum, nec sumatur secũdum appetitum. Inquit Dioscorides puluis hyssopi attenuat ventrem hydropici. pisces, & omnia liquidorum genera sunt eis molesta, & diligant corporis exercitium; & carnes vulpinæ, & castratinæ, perdicum, & caponum dilectę, & quæ hoc cursu procedunt, panis cum aqua pluuiali confectus salita.

A Inquit Macer galista, est efficax. vinum impermistum subtile, odoriferum, & stypticitatis, & põticitatis parum habens, & esset elegantius vinum ebularum, & vinum cum sene secũdum doctrinã nostram: dulce, & grossum est malum, & si debet permisceri, associetur aqua mellis, vitent autem potum super repletionem, & potum omnem aquæ, & fugiant aquam tanquam basiliscum, & elegantius eis ieiunium repletione, & abstinere super sitim, & famem est bonum primũ, & nocet quies ante, & post cibum, & mandatum est secundum legem cibum, & potum certo pondere eis propinari, angustia, tristitia, dolor, & sollicitudo laboriosa vitetur. eupatorium, & ruta est eis cibus medicinalis. Secundam rem complent, quæ materiam complexione, & proprietate adaptant, vt eius facilis fiat expulsio, qualia sunt oxymel squilliticũ, aqua lactis bullita cum epithymo, & sene, succus se. maturorum ebulorum resolutus cum pulpa casiæ, & proprie hydropisi ex causa hepatis, & syrupus eius, cuius hæc B est confectio. ℞. succi sem. ebulorum, sem. maturorum sambucorum, ana lib. iiij. succi eupatorij, succi endiuiæ, ana. lib. ij. pulpæ casiæ, tamarindorum recentium, ana. vnc. iiij. zucchari lib. iiij. aromatizentur in fine sui cum hoc quod ℞. galangæ. garyophyl. zedoariæ, masti. croci. ana. drach. iiij. Dosis est. ij. vel iij. vnc. cum aqua mellis squillitici in matutinis, vel oxymellite de polypodio, anisõ, & agarico, & est efficax medicamen, & ponens materiam in necessitate expellendi, & similia. Tertiam rem complent euacuationes decentes, habentes prærogatiuam proprietatis maioris educendi hanc materiam, quarum fama, & memoria rememoratur. Clysteres leues, & acuti, suppositoria, & emplastra supra vmbilicum, & balnea laudabilia salita, & sulphurea, & cauteria, prouocatio hæmor. & menstruorum. Euitent omne genus phlebotomiæ, & forte in fine purgato corpore, & posito in via salutis aperitur saluatella. Cauterium non appropriatur speciei tympanitis, nec ascitis penitus. nam illud est mortales. quando tu iam medicatus es hanc speciem hydropisis tympanitis cum medicinis rememoratis, & non consequeris curationis effectum, tunc considera, si infirmum consecuta est debilitas; aut est cum eo infirmitas aliqua præter hydropisim, aut si sit cum eo tussis, aut ventris solutio, aut similia illis. tunc caue ne mediceris ei cum ferro. quoniam illud est timor, si autem est in via salutis, aperiatur saluatella, & si caret omni ægritudine præter solam hydropisin, si autem non est puer neque senex, tunc modus cauterij est dilectus, & elongari cum sectione ab vmbilico, si hydropisis fuerit ex parte intestinorum quantitate iij. digitorum ad inferiora in directo eius super pectinem. Si propter ægritudinem hepatis, fit sectio tua sinistra ab vmbilico iij. digitorum, si propter ægritudinem splenis, fit sectio in latere dextro eadem quantitate, nec iaceat super locum sectionis infirmus, ne currat humiditas plurima ad locum debilem, & perfora cutem, & euacua ex aqua in hora quantitatem mediam, quoniam D si maiorem partem euacuares in hora fortasse moreretur infirmus propter resolutionem sui spiritus animalis, aut accidit syncopis vicina morti, veruntamen euacua ex aqua secundum quod significabit tibi dispositio infirmi ex virtute pulsus eius, & ex bonitate fortitudinis corporis, tunc extrahe instrumentum, & retine aquam; & itera cum instrumento die altera. si vides infirmum tolerantem, extrahe quantitatem partiam, & fac diebus aliquot, tamen propter timorem, si times super infirmum, vt dimittat ex aqua quantitatem magnam, cura ipsum cum sepultura in arena calida, & sudore multo, balneo, sole, & spectet super sitim, & cura ipsum cum medicinis exiccatiuis, donec sanetur, & cauteriza, si expedit super stomachum, hepar, & splenem non curatiue, sed adustiue. Quartam rem complent stomachi, & hepatis, virtutum rectificatio digestiuarum, & retentiuarum, & mundificatio venarum guedegui, vt seruiant hepati, & hepar attrahat ab eis, & assimilet. Nec prætermittas confortare cor, & spi-

Cassiæ. Panis. Vinum.

Fugiat aquam tanquam basiliscum.

De phlebotomia. De cauterio.

De quantitate aquæ extrahendi.

in 8. aphorism. 35.

Hydropisis species 3.

Aer.

*communicatur. *contrariatur. *perditione. *proprius. *Confirmatus. Documentũ ad medicos.

Nota de mastiche. ritualia, vt repellant nociuum nutritiuorum materiæ, & respicias matricem secundum omnem viam ... sui adiutorij, & viam viuificationis, & rectificationis stomachi, & hepatis, sicut scire te fecimus, confortamus stomachum cum mastiche secundum omnem modum administrationis eius, & est medicamen directum stomacho cum oleo mastichino superaspergendo puluerē masticheș, & myrrhæ, & alijs, secundum quòd diuersę sunt ventris naturæ, sic diuersa ... sunt genera medicaminum dilecta, super quibus euigilantissime tua euigilet solertia ... . Medicamen, quòd hunc morbum destruit, alteri similiter vires addit, & fortasse quædam virtus continuo curat, & in diuersis naturis lætificare hæpar, clarificare sanguinem est potentissimum. in cura huius ægritudinis subtile, & maxime odoriferum vinum bibere, est ex maxime facientibus hilaritatem cordis, & hepatis, & mundificat sanguinem à cholera, & fortasse facit sanguinem furiosum, & cholericum, & facit etiam mineram spirituum, reddit irradiosum cor, vt influat, & irradiet calorem per membra, & paulum cōplexionis, qua vita consistit, & corrigitur pane assato posito in eo, cuius poros vaporosum ingreditur. Vinum autem subtile, & auara manu bibitum confortat virtutem animalem, & spiritualem; & illuminat potentias, sensitiuas, & omnia instrumenta animæ & cordis: qui primus vinum de vitibus molitus fuit educere, inter sapientissimos est computandus. nam sicut lupinorum amaritudo aqua iniecta tollitur, sic animæ nostræ asperitas vino ebibito in dulcedines est mutata, & facit contrariū eius plus, & est valde dilectum in malitia guedegui.

Nota de vino subtili & odorifero.

Inter sapiētissimos est computandus qui primus de vitibus molitus est.

Quintam tem complet sitis tolerantia; non quia frigida valde; & aqua lactis caprarum est dilecta in hoc, & quęcunque in proprietate, & natura spirituali respiciunt & repellunt accidentia; & mitigantia dolorem hepatis, & splenis, & ventris accidentia cum emplastris, & clysteribus, & fortasse cū balneis valde stypticis, & cōsumptiuis corpore mundificato. Dixit Dioscorides, balneū de semine, & folijs iuniperi est efficax. Theriaca magna cum vino decoctionis betonicæ est medicamen benedictum in fine rei: & post exitum balnei intestina, & hepar calida omnium mitigant dolores iliorum, hepatis, & ventris, & hydropisis. Oleum de chamæmelo coctum cum cymino, & ruta, clysterizatum mitigat omnes dolores ventris ex ventositate, & grosso phlegmate creatos Succus plantaginis est medicina magna, & efficacissima hydropicorum: sedat in eis magnum fluxū, & remouet febrem, extinguit apostemata intestinorum; attenuat ventrem, sitim mendosam: delinit, & confert hydropisi causa hepatis, propria natura, & alijs specieb⁹ hydropisis. nam & à proprietate nobili habet spirare bonum aerem, & est ex maxime iuuantibus in cùra huius ægritudinis. Medicamen orzelei magnum contra hydropisim; & respicit spiritualia. ℞. iridis, succi marrubij, aristol. rot. & longat, laccę, pondus æquale. conficiantur cū aqua decoctionis iridis, & melle: & detur cum aqua decoctionis gentianæ. Inquit. Gal. electarium iridis est multarum vtilitatum, & est efficax, et mirabile supra hydropisim, & debilitatem hepatis, prouocat vrinam, & humores diuersos, & laxat intestina. ℞. aristolochiæ longæ, & rotundæ, laccæ, squinanthi, marrubij; ana drach. iij. ligni alo. spicæ, ana drach. iiij. turbith. dra. v. zinzi. dra. i. agari. dr. viij. senæ. drach. ij. iridis. drach. iij. conficiantur cum melle bono, & detur secundum virtutem cum aqua calida decoctionis spartanæ, & saturciæ. Agretius, electarium contra hydropisim, & frigiditatem hepatis, & est efficax citrino colori, & rectificat digestionem hepatis, & stomachi. ℞. aga. radicum lilij cælestis, laccæ, arist. lon. & rotun. succi stœchados, succi marrubij, olibani, succi chamædryos, chamæpi. cinna. ana drach. ij. folij; garyoph. ana. drach. iiij. rhabar. anisi: an. drac. v. ligni aloes ad pondus omnium. Dosis est, drac. iij. sanat, si Deus voluerit. Syrupus ex inuentione nostra adæquans materiam, & ponens eam in necessitate ad expulsionem facilem; & respicit hepar, & stomachū

Medicamen ad hydropisim.

Electariū ad hydropisim.

Aliud ad idem.

Syrupus valde vtilis.

de Balneo.

E & spiritualia, & est efficax in omni materia. ℞. scolopendriæ, capillorum vene. asparagi, bruscі, apij, vel hasce, hyssopi, epithymi, radicis cucu. afinini, eupatorij, iuæ, marrubij, asari, stęchados; ana. vnc. ij. tamarisci, capar. gummi hęderæ, squinanthi, ellebori nigri, radicum ebulorum, gentianæ, dictamni; ana drach. iiij. anisi, polypodij, aga. aro. masti. galangæ, serapini, mezereon; ana drach. ij. violarum, rosarum, seminum communium, endiuiæ, portulacæ, coriandri, florum boraginis, semi. absynthij, lapathij, fumiterræ; ana drach. ij. ace. drach. v. mellis quod sufficit. dosis drach. ij. cum aqua iuę. in matutinis est virtuosus (si Deus voluerit.) Dioscorides dixit, magnetis drac. ij. cum mulsa propinatum attenuat ventrem hydro. & educit humiditates mucilaginosas: & ponit concordiam membrorum dilectam. Gummi hederæ cum mulsa datum remouet oppilationes: sedat dolores, & maxime affert iuuamentum hydropisi, si Deus voluerit, Continuata super vm- *Vnctio fortis.*
bilico butyri vnctio fortis est medicina, benedicta, F laxans ventrem sine turbatione naturæ, & maxime si iungatur cum eo aliquid colocynthidos, rapit proprium humorem. Clyster efficax educens materiam globosam. ℞. radicū cucu. afinini, ebul. ana drach. ij. vio. lupulorū, rutæ fœtidæ, centaureæ minoris, ana M. s. butyri. vnc. iij. aceti vnc. i. salis vnc. ij. mellis. vnc. ij. olei violarum. vnc. iij. præcedāt hæc leuiora. Succus verbenæ bibitus cū aqua lactis caprarū est vltimum medicamen in prouocando vrinam, & sedat tortuositatem vētris dextri. Cerotum attenuans ventrem grossum, & tu- *Cerotum ventrem attenuans.*
mefactum. ℞. salis gemmæ, sulphuris viui, butyri; ana drach. ij. ceræ, terebinthinæ; ana vnc. i. rutæ, absynthij cineris quercus, myrrhæ, mastiches, olibani. ana. vnc. s. vrinæ vaccinæ, olei communis, ana drach. iij. est vtile, si Deus voluerit, Pilulæ maiores de mezereon pur- *Pilula de mezereon.*
gantes omnes hydropicos, ducunt phlegma grossum, choleram hanc, & illam, euacuant aquam citrinam, & corrigunt accidentia, expugnant effectiuam causam, G omnino extirpant, iuuant membra mandantia iuuamento magno; quarum vsus restituit sanitati (si Deus voluerit) Confectio. ℞. myrob. in genere, ablynt. aga. *Pilula vtilis.*
electi. drach. iij. rhabar. drach. ij. spicæ nar. dra. i. mezereōn triduo in aceto correcti drach. viij. serapini. opopa. masti. laccæ; ana drach. i. myrrhæ electæ, sang. dra. ana drach. s. aloes bonæ hepaticæ ad pondus omnium, quædam gummi dissoluantur cum vino, & informentur pilulæ paruæ: dosis est pilulæ. xi. in matutinis magnis. Syrupus magnæ prærogatiuę proprietate, & con- *Syrupus valde vtilis ad hydropisim.*
plexione contra hydropisim: & confert paralysi, si Deus voluerit. ℞. sem. rutæ domesticę, origani, hyssopi. epithymi, macis, pentaphylli, zedoariæ, acori, folior salicū, herbę paralysis: ana. M. i. chelidoniæ, myrrhæ, thymi, fumiterræ, eupa. lapathij. cichoreę, portul. coriandri, gētianæ, altiliæ, euphragiæ, dictamni, rad. ebulorum, cucumeris agrestis, brioniæ, ellebori nigri; ana vnc. i. bugloss æ, verbenæ, arnogloss æ, ana M. s. sem. apij, sem. cōmunium, sambucorum, tamari. mezereon, ebulorum, H omnium ana drach. s. macis, myrrhæ, magnetis, serapini, ammo. laccæ, spicæ, gummi hædere, garyophyl. galangæ: ana drach. iiij. tamarisci lib. s. aceti. vnc. iiij. zucchari lib. iiij. Dosis est vnc. ij in matutinis cum aqua eupatorij. & mastiches. educit humores diuersos viscosos, & compositos, est sicut bezohar huius ægritudinis, & aliarum, vt eius compositio ostendit. Balneum lau- *Balneum vtile ad hydropisim.*
dabile. ℞. aquæ currentis, olei oliuarum æquo pondere, arenę, gypsi, salis ana lib. s. sulphuris, lib. s. baccarum lauri, viol. ros. florum rorismarini; ana lib. s. magis consumit quam dissoluat. dissoluit, & resoluit ventositatem supercalefactionem refrigerat, infrigidata calefacit rarefacit phlema imbibitum in neruis, confortat substantiam eorum, hydropicos omnino extenuat, considere- v
tur virtus morbi, & est vtils ieiuno stomacho.

De doloribus, ventris & intestinorum. Cap. 13.

CVra huius ægritudinis in duas partes sufficienter diuisa est. Prima est solicitudo festina circa accidē-

tia.

ria. Secunda res est mundificare materiam. si humoralis est cum adequatione, si possibile fuerit, q̃ fugat dolorem, & causam, & e cõtra maxime cum humoralis est, illico facienda sunt genera medicaminum, cum tarditatẽ non recipiant longam. Regimen credo non scripsimus iã; & fortasse aliquid medicinale recipiũt. Regimen erit subtile, & facilius permutabilis absq; ventositate, immo mordicans, & mouẽs ventositatẽ oppilantem, ex grosso phlegmate natã incidens, & scordeon est de elegantiori, & incolumioti medicamine medicaminum in alijs laboratoribus, & alijs cõplexione grossis. Primam rem cõsummant balnea, appositiones ventosarũ super loco doloris, & clysteres acuti secundũ partem cathartici laxantis cõplexione, & proprietate humores phlegmaticos, vt agaricus, cui zinzi. est associatum, est medicamen sublime, & efficax. Theriaca magna cum optimo vino est satis dilecta. Inquit Hipp. bacca lauri puluerizata cum æquo anisо est medicamens remouens omnem colicam. Et alibi scripsit, & laudauit flores nucum caducos contra colicam, & omnes dolores interiorum vẽtriculorum propinari cum vino calido parum misto in colica, aut cum causa simpliciter. Clyster educens phlegma crudum, & grossum, expellens ventositatem extẽdentẽ intestinũ, & sanat, si Deo placuerit. ℞. rutæ. M. i. scordeon. vnc. ij. cymini, anisi. ana vn. i. baccarum lauri. drach. s. assæ fętidę. drach. ij. mellis salis ind. ana. vnc. i. bulliant in oleo oliuarum, & paretur clyster. Et vomitus non est res extrinseca à cura huius ægritudinis cum aqua raphani, & raparum semine, & est medicamẽ, quod colicis occurrit. Balneum aũt, si non times naufragiũ virtutis, præcedit clysterem. ponatur in balneum scordeon, anisum, bacca, lauri, chamæmelum, spica nardi, & quæ hoc cursu procedunt. Confectio mirabilis contra colicam, & abscindit materam, & remouet accidentia (si Deus sublimis voluerit.) ℞. anisi, cymini, zinzib. fœniculi, galangæ, scordeon, asparagi. ana drac. ij. assæ fœtidæ drach. i. pyrethri vltramarini. drach. ij. aristrot. drach. ij. dictamni. drac. i. myrrhæ, masticheς, olibani, sang. dra. ana. drach. s. opij thebaici gra. i. balsami. drach. s. agarici. drach. ij. mezereon. dra. vj. ellebori nigri. drach ij. turbith. drach. iiij. diagri. dissoluti cum masticheς, & repressi in pomo. drac. iij. aloes boni. vnc. 2. s. zucchari sufficienter. Dosis à drach. i. vsque ad iij. Vnctio sæpius repetita butyri associati cum colocynthide super vmbilico, soluit ventrem, & remouet colicam (si Deo placuerit.) Clyster benedictus pro nobilibus complexione, cum suauitate educens phlegma, & melancholicum humorem: remouet omnem ventositatem, & sanat colicam (si Deo placet.) ℞. anisi, croci, polypodij triti; ana. vnc. ij. bulliant cum aqua lactis caprarum lib. v. & dissolue hieræ picræ. vnc. i. mellis. vnc. ij. salis. vnc. i. olei. vio. vnc. ij. fac vnum post aliud, quoniam non est res turbans naturam. Exulet à cura huius omnis phlebotomia. & omne frigidum narcoticum assumptum. Sit regimen confortans, & dilatans animam, ne tabescat virtus in extremis propter caloris reuocationem, & accessum ad locum doloris. Gal. dixit. aqua chamæmeli calida bibita remouet omnes dolores stomachi fortes intestinorum, & tenum. Gal. aqua calida cũ aloe sanat omnes languores corporis (si Deus voluerit.) Spongia marina magna submersa in vinum bullitum cum chamæmelo, & lauro calida quantum sufferri potes apposita super locum doloris magnifice auxiliatur. Submersa in aceto, & bullita cum sale calida appositа mirifice operatur. ebulliens diaphorat, & egreditur vsque ad profundum eius virtus, annihilat, & expurgat quam inuenit materiam omnino. Pilulæ efficacissimæ contra omnia genera dolorum frigidorum; siue sit materia in vijs expulsionis proprie, siue in mesaraicis; aut in protelatione venarum membrorum; & à neruis, & iũcturis attrahit, & sanat languores eorum (si Deus voluerit.) educunt phlegma, & choleram vtramque; & sunt bonę contra podagram, & huiusmodi ægritudines concomitantes hanc. ℞. colocynt. electæ, ladani boni; ana drach. vj. aristol. rot. aga. electi. ana. drachm. ij. succi rosar. vnc. s. diag-

Not. defect deen. *Puluerez.* *Clyster.* *De vomitu.* *De balneo.* *Confectio mirabilis ad colicam.* *Clyster benedictus.* *De phlebotomia.* *Fomentationis.* *Pilule vtiles contra omnia genera dolorum.*

masti. ana drach. iiij. diagridium, & masticheς redigantur in corpus vnum, cola, & laua cum oleo rosaceo in corpus vnum. conficiantur pilulæ magnę cum vna stilla vini pontici. Dosis, quando itur dormitum, contra ægritudines, quarum mater est humor compositus, & infiltratus cũ diuturnitate in altissimis membris, & iuncturis, & catenationibus, pondus. drach. iij. vsque ad iiij. incolumior vsus est in habẽtib. podagram arthreticã, & cerebri ęgritudines ij. vel iii. pilular. continuatio de tertio in tertium, quando itur dormitum, & post cibum, & cũ dolosa colica colaphizat. non est hora distincta, sed cum necessitas clamat. pollẽt inter alias prærogatiua proprietatis nobilis, & complexione earum aspectus, & dãdum est ad ægritudines simplices, & compositas diuturnas, & sepultas in mineris occultis membrorũ frigidorum; facit contra pessimas matricis ægritudines, & vulnera corporum fraudolenta.

Not. laudat vsarum pilularum.

De fluxu ventris. Cap. 14.

IN tertia nostra intentione sectio irreprehensibiliter implicita est cuiuslibet fluxus cura per electariũ. nam hunc spontaneũ, natura inuitat, immo vim patitur, sine lege, humore fraudolento pungente, & mordicante humore; namque fortassis non egrediente nequissime excoriat sanguinosa intestina. dicimus si quidem in hepaticos flueret canales, vulnerans, faciens emanare humores sanguini mistos. murmurat anima, & tristatur natura, cum videt se violenter deprædari, est huiusmodi materia actio furiosa, velut gladius in manu sanguine inebriati furiosi. terrens naturam, extinguit spiritus ardorẽ continua euacuatione. Cura huius ægritudinis sunt tres res. Intentio. Prima præcipua omnium intentionum sit cura regimen ordinandum laudabile hilaritate circumspecta secundum omnem administrationem vi. rerum quas scis, dilatans animã, confortans cor, omnes partes membrorum, & virtutes, vt fortiores existant. Secunda res est solicitudo perspicacissima, vtq; repellant hanc lachrymosam, & fallacem materiã causam fluxus, præcedente adæquatione, & blandimento huius materiæ. Tertia res ventrem stringit, membris auaritiã præstat retentiuam, releuat arterias, & ponit materiam vt restaurentur perdita; claudit ostia aperta venarũ minerarum, offuscat turpitudinẽ naturæ lætificans eã. Quarta corrigit accidentia. Quinta rectificat membra mandantia. Sexta sedat fluctuationem, & agitationem, in corpore eorum, ponit silentium membris, & prodest naturæ animæ; & est præcipua, & vltima hæc intentio in sedando omnem fluxum. Primum complet diminutio ciborum, & maxime difficile permutabilium absque ventositate, & mordicatione prohibenda calidorum actu, & frigidorum vltra secundum gradum narcoticorũ, maxime in principio, est sepelire mortẽ sub vmbra mẽbrorum fallacem, est cura sophistica, & mendosa: proprie in multa materia non abscissa, simul priuat, & accelerat mortem, & non in nulla necessitate vti multum potest naturaliter quasi amor debellari, q̃ ipsa sua virtute priuari si videris necessitate te cogente narcotico vtendum magnam tibi cautelam adhibeas cum timore, maturando ea, corrigendo complexionem suam incompletam. est elegantius, & tutius vti eis in emplastris quam in potione; & operetur cibi effectus prohibentes sedationem secundũ somnum. Somnus quidẽ cum quiete; quies dulcis cum suauitate animæ, delectatione naturæ, est cura prima huius ægritudinis. Sensitiuorum quidem medicorum cibãt hos, & illos cibo grossissimo, & impermutabili, ignorantes, quoniam hæc sanis indigestionem faciunt, & indigestio mater est ventris fluxus, & morbus diuersæ naturæ: nec proportionatur agenti hoc obiectum. certi magni folles super paruum ignem non liquefaciũt massam ferream excedentem virtutem ignis neque parati sunt ad fundendam violentiam quidem ignis liquefaciendo, consumit si passiue nihil restiterit, aut multum. digestio namque completur: & si minus aut plus similiter agentis, & obiecti, secundum legem non excedit vir-

De somno.

tus modũ virtutis contrarij: nec econtra faciunt,& diuer tũt materiã ab actione fluxus,immo obliti huius propter quod ſufficiens eſſet hoc,ſi naturę motus hic eſſet. Scriptum eſt ea in vita.quid n.idem in eodem ſubiecto inuicẽ obuiarunt ſicut agens patiens oĩno diſtincta in ſitu ab ſurdũ eſt poſſe aliquem morbum curari abſq; operę naturæ. quapropter vtamur amicitia naturæ regimine pleno delectatione, cib.eſt eis dilectus ſtypticus,& odoriferus, facimus hoc cum ſocietate aliarũ rerum habẽtium ſibi hoc innatum,& ſedamus putredinẽ,acumen, & audaciã humorũ natura egrediente ſub aduſtione, & furia doloſa,& cõplent hoc.vtent calida,frigida,cruda,& impermiſta vino potenter ſtyptico, & odoriſero, & continuo pane aſſato ei aſſociato,miſtaque aqua maſtiches cibo,& potu,quia fluctuationẽ,& motũ naturę agẽtis prohibere non poſſumus pp caſum virtutis,& defectũ calo-
De Maſtiche. ris influentis illico operatur.abſtinentia ſecurius prolongare,quam periculum fortaſſe irreuocabile incurrere. Et ſcriptũ eſt minus malum eſſe repletionem,quã inanitionem magnam incurrere morbos. maſtiche ſecundũ omnem modum adminiſtrationis eſt vtile medicamen. fru-
a Buza. ctus* buccæ in cibo, & potu propinari optime cũ ſalute poteſt. Nullũ eorũ regimen ab hac ſpecie ſumach expoliandũ.adulteretur ex eo cibus,& potus medicaminum: aqua pluuialis eſt melior omnibus aquis, & cocta eſt magis obediens maxime aliquo ſtyptico, & odorifero aſſociata, & regimen conſolidatiuum, & faciens adhærentiam, & vnionem partium, & membrorum eſt elegantius, & magis reſpondet. & poſt abſciſſionem huius materiæ ſciſſiuæ,vlceratiuæ,& excoriatiuæ,ſit hoc præ-
Carniũ pra parans. cipuum adæquare, & blandiri, vt facilius ei committatur ad expellendum, ne oriatur error maior.non præſumetur abſque aliquali blandimento expellere hunc humorem latronem. ciba eos delitioſe. Vtantur aſtantes cum eo ſermonibus rerum delectabilium, cantationibus, melodijs dulciſſimis, vt obliuiſcantur aſſella, delectatio, & ſocietas, ſecutior exiſtit,ſomnum quemcunque ei non prohibeas. carnes aſſatæ maioris nutrimenti,& confortationis exiſtunt. Vitelli ouorum molles in aceto miſti, & decocti conferunt ex parte naturæ. Vir-
De motu. tus aceti inanitum replet, & repletum inanit. & iam nota eſt ab experimentatore magno. Non prolongetur ab eis locus aſſellationis: motus enim fluxum augmentat; & ſalutiferum,nihil moueri.adhibe eis omnem delectationẽ,quam noueris eos delectaſſe. ſi inhoneſtum, promitte.& ea ſpe nutriatur. Secundam rem complent adæquatio quædam cum blandimento; & feſtina ante vllum defectum naturæ, malæ materiæ expulſionem; quod omniporentis, & ſummi Dei facimus adiutorio, cum medicus habeat complexionem innatam artificio acquiſitam, à Deo mutuatam. Sunt hæc medicamina
Soluti. glorioſa. Myrobalanorum genera conditorum, & aſſociatorum rhabarbaro. ℞. aſſum pſyllium cõquaſſatum. rheuponticum.caſia cum rhabar. aſſo aſſociata blanditur hunc latronem apparens eum aſſociare,eſſe aſſociata rapiens ipſum ſimul cum hoc, & expellens: ſedans, per hanc viam accidentia dolorum.Myrobalanicum medicamen ſecundum legem eſt magnificum. educit materiam hanc relinquẽs veſtigia conſtipationis in membris poſt expulſionem doloſi latronis. rhabarbaro magis ineſt proprietas, & natura, ſedare. omnem igitur fluxum ſanguinis per quamlibet partem proprie ſpuri conferre dolorem pungitiuum; & habet hoc credo denotatione cœleſti, vt ſit medicina dyſenteriæ. & eius prouocatio cum ſucco plantaginis modico: & petito modo non;
De pſyllio. aſſum cum caſia protendit natura adhuc forti, præcedit aſſum hoc. Pſyllium frixum,& conquaſſatum cum oleo
Clyſter. eſt medicina omnium ventris fluxuum cum tenaſmo humore periclitantium ſymptomati non naturali. Clyſter hordeaceus cum oleo roſaceo, & melle eſt magni iuuamenti, circa principium blandiens; abſtergit viſcera à malitia vlcerante ea, & confortat,& relinquit aliquale conſtipationis veſtigium. ſed tua intereſt bene ſcire,quando clyſter eſt neceſſarius poſitione,& compleE xione, & quando vtrumque cognoſcas ſi inferioribus medijs, aut ſupetioribus inteſtinis eſt excoriatio; vbi maior; & vbi ſitus fraudulentæ materiæ; & ſcirur hoc per differentias ſitus dolorum,& puncturæ,& incenſionis: & per differentias ſcientiæ proceſſus præcedentes ſanguinem, vel ſequentes, vel miſtæ ſimul egredientes; & per alia omnia, quæ ſapientes ſcripſerunt ſigna & excoriationis veræ tradiderunt, qualiter ſuperiori, & inferiori conuenit: & te quidem oportet ſcire illud: aut ſi extenuetur eueſtigio medico derelicto nulla accidere cura; tunc eſt cum his, quæ proprietate, & complexione virtutem materiæ frangunt, & expellunt à corpore, Poſt illud autem, quæ virtutem incarnandi, & conſolidandi habent innatã, & acquiſitam artificio ſociali electione, & paucitate eorum quietis, gaudio, aere temperato, delitioſo,& omni tali regimine. Et ſcito quòd balneum eſt *De balneo.* ex eis,quæ magis lædunt poſt pharmaciam, faciens mala multa,niſi forte dum quis immoderare ſubijcitur. tũc
F enim balnea eſſe neceſſaria dicimus.dilatanda, & aperienda poſt illud ſtyptica. ſi à materia excoriate, cura eſt adæquatio illius,& blandiri ei poſt illud,vt facilius expel latur. Clyſter tunc magis rectificans eſt cũ inteſtinis inferiorib.eſt excoriatio. Potio myrobalanica cũ ſuperioribus vtraque in medijs. & vomitus facit ad oẽ genus fluxus,cũ premiſione tñ ſpiritualiũ.diuertẽs materiã,quę in preiudiciũ ipſorum erat, necnon balnea, & ventoſæ neceſſaria dicimus,maxime ad ſedationẽ doloris. Aloe aũt niſi quia ei ineſt, vt aperiat orificia venarũ, eſt medicamen nobile preſeruans à putrefactione, remouens dolores,ducẽs ſecundũ exigentiam educendi hæc. & ſi aſſocietur ei lotæ tertia pars ſan. draconis;quarta gũmi quercini.& pilulæ cum ſucco plantaginis, erit inde capax ad quamlibet rem huius curæ, adminiſtrentur hic primitus educentia. Cum autem nouetis materiam abſciſſam per ceſſationem doloris, & gurgulationis, & aduentus quietis, vtaris tantum ſigillatiuis, & vnientibus partes membrorum,& conſolidantibus ea adinuicem. Cõfice *Electuarium vtile ad fluxum ventris Trochiſci vtiles ad idẽ.*
G hoc electarium,propina cum adiutorio immenſi, & excelſi creatoris,ſatisfaciet tibi in educendo materias cauſantes fluxus (ſi Deo placuerit.) ℞.myrob.citri.aſſatorũ, & non infuſorum.drach.viij. pſyllij conquaſſati cum oleo.ro.drac.iij.pulpæ caſiæ.dra.iij. rheupontici.drach.ij. rheubar.mediocriter aſſati.vnc.s.maſti.dra.ij.ſpodij,ſandali, ana.drac.i.s.fiat electarium cum ſucco plantaginis, & cinnamomo,doſis à drac.ij.vſque ad iij.cum aqua pluuiali cocta: poſt illud propina hoc. ℞.ſumac.drac.ij.ſan. drac. vnc.s.mumiæ,ſe.plantaginis, ana. drach.i. acaciæ, hipocyſti.balauſtiæ,ana.drac.i.gummi quercini. dra.iij, ſpodij, antheræ,ana.drach.iiij.boli, anniſi,hyoſcya.croci, opij thebaici,ſtyracis an drach.s.muſchi. gra.iij fac trochiſcos.drach.i. doſis vnius cũ aqua roſ. hæc adhibenda ſunt ſecundũ magis,& minus; & fluxuum genera diuerſorum. Ad dyſenteriam periculoſam; & omnẽ fluxum quorum cauſa eſt matera ſciſſiua,& dura,diariæ autem, & indigeſtioni, & huiuſmodi fluxibus hoc curſu procedentibus ſufficiat confortatio naturæ, & ſigillatio mem
H brorum. Plantago inter omnes habetur. complexione, *Nota de plãtagine.* & proprietate circa dyſenteriam pollet; ſanat apoſtemata: eſt mors choleræ rubeæ.& manifeſtum iuuamentum inteſtinis confert. confortat ea ſuper omne medicamen. ſecundum omnem modum exhibe, in ſyrupo, electarijs groſſis,& cibis,ſi poſſibile tibi fuerit. Tertiam rem conſummant ſtyptica medicamina: & quæcunque preprietate ventrem ſtringunt;& virtutem habent incarnandi, & conſolidandi; confert membris proſtratis, & deperditis refugium,& nouam reſtituunt viam virtuti membrorum; orificia venarum claudunt, mineras membrorum reparant. & da eis in ſalſamentis præſtantibus verbis,ſuccum mentæ,ſumach fructus: myrrhæ.non vides quòd cocta inſpiſſantur, & fortificantur per oppoſitionem gallarum?quanto magis in quibus natura operatur viuentium? & ne prætermittas quin cadat in cibo,& potu aliquid maſtiches. Hypericon eſt medicamen ſimplex habens cœleſti virtute cohibere fluxum,& ita,quòd *Nota de hypericone.*

lotis

lotis pedibus in fero ſedatur fluxus. Acrimonia in cibis confert iuuamentum magnum. Dyſenteriæ, conſolidarum ſpecies omnes dilectæ, & maxime mumia, & exhibitio minimæ conſolidæ cum drac. i. quarta radicis mandragoræ, ſubtilis farinæ, & vitellis ouorum ad inuicem commiſtorum ſic propinata ieiuno ſuper linitum medicamen confectum modicum theriacæ compeſcit (ſi Deo placet) omnem fluxum. Theriaca cum vino miſta aqua pluuiali decoctionis mandragoræ de fero in hora dormiendi propinata eſt verax, ſatis experta inſedando fluxum, & quicquid ſtypticum in cibum conſuescere poteris, proſperum inueniens. Succus plantaginis cum æqua parte ſuccimyrti, & conſolidæ.iij. cymarum rubi. & iiij. aceti bulliri ad conſumptionem dimidiæ partis poſt illud cum melle ad mellis ſpiſſitudinem adde in fine maſtiches, balauſtiæ ſumach. hypocyſtidos; acatiæ, ana. drach. iiij. opij grana. ij. citri. i. mandragoræ. drach. ſ. gummi quercini, arabici, vernicis, antheræ ana. dra chm. iij. muſchi grana iij. fiant. trochiſ. drachm. i. & da cum vino ſtyptico de fero, & mane. Sunt enim (ſi Deo placet) efficaciſſimi, ſufficientes in ſedando fluxum, & accidentia. Ventoſæ magnæ ſæpe repetitæ in concauitatibus manuum, & pedum conferunt ad hoc. Vrtica græca cum aqua pluuiali cocta mixta cum farina hordei, & ſucco mentæ cataplaſmata ſtringit ventrē, & cum balneis ſi videris expedire habentibus virtute incarnandi; & ſtringendi ventrē proprietate, & omni virtute rememorationē dicemus. Trochiſcos expertos in omni fluxu dyſenterico ſcire te fecimus. Quartam rē complēt ſedantia dolores, & omnem mendoſam delectationē aſſellādi, vt balnea ad hoc vtilia, emplaſtra ad hoc proprie appoſitioni vētoſarū, regimen inde neceſſitatis. Quintā rem cōplent cōfortantia hepar, & ſtomachū, & alia mēbra mineroſa, & maxime propinqua vijs propriæ expulſionis euacuantis vētres. Circa primā expulſionem fit attractio ab alijs longinquis, & lōginquioribus, & ipſa qui dē membra in prēiudiciū ipſorum mittere coguntur per mineras apertas propter attractionē euacuitatis humorū ipſorum naturam fortaſſe minime egredientem. ſtyptica, & odorifera medicina hoc complent; & quæ cum ipſorum membrorum naturis affinitate habent propinquam, & ſimilem, & quæ ad oppoſitum eis viam ponūt expellendi, & attrahendi. Sextam rem cōplent ſomnus, & quies: narcotica, quamquā mendoſam virtutē habeāt in operatione eorū, iuuant, & cōfectiones diuerſę quarū notitiā trademus in hoc canone. Confectio pilularū filij Zacharię cohibentiū fluxū membrorū, & confortātium iuuamento magno (ſi Deo placet.) ℞. aniſi. drach. i. maſti. ſumach, pilorum leporis, balauſt. ſang. dra ſem. cytoniorum, ana. drach. ij. ligni aloes. drach. ij. leuiſtici, olibani, mandragoræ, terebin. roſ. ana drachm. i. confice cum ſucco arnogloſſæ. doſis eſt pilularum. iiij. Pilulæ conſtipantes naturam, & ventrem: maxime quando fluxus ex debilitate virtutis retentiuæ eſt, confortant inteſtina, & membra interiora. ℞. roſa. pulueris granorum myrti, ſumach, luti armeni æqualiter. confice cum ſucco plātagi. Et da cum aqua decoctionis granat. Medicina magna ſedans fluxum ventris proprie qui ſequitur cauſam frigiditatis membrorum; & iſte modus quando accidit, vix ſeparatur. ℞. cinnam. ligni aloes, garyoph. aniſi, carui, chamædryos, ariſt. ro. aſparagi, ana. vnc. i. conficiantur cum ſucco althęæ, & ligni aloes. Doſis. drach. i. Syrupus ex arte noſtra conſtipans naturā, cōfortās inteſtina, facit appetitum, ſed ſitim, & febres eorum (ſi Deo placet.) ℞. ſuc. pulegij. ſuc. mentæ, ſuc. malorum lunatico rum, ſucci conſolidæ, ſuc. cytonio. ana. lib. iij. depurantur, poſt illud in bullitione ponantur balauſtiæ, ſumach, berberis, aniſi, ſem. cytonio. ana. drach. i. zucchari ſufficienter. in fine, aromatizetur cum cinnam. drac. iij. muſ. grana. iij. & camph. drach. ſ. aloes. drach. iiij. doſis. vnc. i ieiuno da mane, in veſperis, & in media nocte, cum aqua plu. decoctionis hypericon. Electariū de materia repercuſſiua viuificat naturam, lætificat cor, & omnia membra, & eſt bezohar extenuatiuum fluxus dyſenterici; & quorum via ſubiugata eſt morti, defendit eos (ſi Deo placet.) ℞. pulpæ cytoniorum, pulpæ panis poſitæ in aqua pluuiali, corticis citri, ana. vn. i. ſ. ſapphyri, & hyacinthi, ſardonij, granatorum, & fœnugræc. an. drac. ij. zedoariæ. drac. i. drag. maſt. coral. rub. berb. ligni al. aniſi, cinnamo. limaturę eboris, calami aro. maſt. ſang. dra. gummi quercus. an. drac. ij. ſ. ambræ. vnc. ſ. auri cocti. drac. iiij. argenti meri drach. v. muſchi. gran. iiij. granatorum myrti. dra ch. v. confice cum zucch. & aqua zedoariæ. Doſis. q. ſ. cū vino valde odoriſero; potus eſt ille expertorum iuuamentorum, quorum natura proſtrata eſt propter inopiam humorum calidorum (ſi Deus voluerit.) Filius Zachariæ. Confectio conſtringens ventrem, ſedans omnem fluxū. ℞. pilorum leporis. ſem. vrticæ, ſem. plātagi. ſem. ro. ſem. balauſtiarum. ſem. perforatæ, an. dra. i. ſan. dra. maſti. an. drac. iiij. tereb. drac. ij. confice cum ſucco plant. Dixit Inain, quòd carnes pauonis comeſtæ ſtringunt ventrem, & inter alias carnes expertæ morbis laudabiliores dyſentericis exiſtunt. Confectio trochiſcorum ex intentione noſtra. & ſunt vltimi inter cæteros. cōpellunt omnes rheumatizantes mineras viſcerum, extinguunt dolores fortes, cholericos remouent, confortantes animam, facientes ſomnum, & ſtringunt omne genus fluxus (ſi Deo placet.) ℞. bdellij, ſandarachæ, coaguli, gallarum, ſumach, rhab. aſari, fructus tamariſci, corticum granatorum; myrti, ſpicæ, ſpodij, ana. drach. iij. hyoſcyam. opij, croci, caſtorei, myrrhæ, olibani, mandragoræ, ana. drac. ſ. ſem. ro. acaciæ, hypocyſtidos. balauſtiarum, ſan. drag. gallarum, citri, aniſi, boli, ana. drach. i. gummi quercus, ſem. cytoniorum, ſem. pyrorum ana. drach. i. ſ. cōficiantur cum ſyrupo. ℞. mandragorę. drach. iij. balauſtia. vnc. ij. conſolidæ, zedoariæ, plantag. ana. M. i. aromatizetur cum cinnamomo. & garyoph. drach. i. fit trochiſco. doſis cum aqua roſ. Balneum expertorum iuuamentorum in fluxu ventris confortans naturā, ſedans accidentia mala. ℞. foliorum pini, zedoariæ, balau. folio. ficus, corticis quercus, ſorbarum acerbarum, myrrhæ, lapidū ignitorū omnium poſitorum in aceto, poſt illud ſufficienter cum aqua pluuia ſufficienti bulliāt, vt balneetur ſecundū poſſe virtutis, die ac nocte; ſedat cito fluxum (ſi Deo placet.) Et iam verificatum eſt, quod ventoſæ poſt balneū eſſent ſublime iuuamentū proprie ſub vmbilico. hinc, inde, & in medio aſſiduitas. Filius Zachariæ. Fumigium cōſtipatiuum. ℞. acaciæ, balau. ana. vnc. ij. corticum ſorbarum. M. i. foliorum pini. M. iij. lapidum ignitorum in hoc aceto multum cū ſupradictis bullito extinctorū, cuius ebullitionis vapores per partem inferiorē recipiantur; & proprie ſuis aſſellationibus valet, optime ingrediuntur in loca emanantia aperta. Clyſter ad fluxum ventris. Accipe aquæ ciſternæ. lib. iiij. ſucci. plāta. vnc. v. in qua bulliant, lib. ij. liquefacturæ adipis hirci, rizi. vnc. ij. adipis anſerini, adipis pauonum, ana. vnc. ij. corroborat, & confortat, & ſuperaſpergatur ſang. dra. maſti. ſubtiliter pulueriza torum, ana. dra. viij. & ſit tepidum ſaginoſum, vt ventrem ingrediatur; quod ſi aſſiduatur, & repetatur ſæpe in die, & nocte, eſt efficax, & probatum. & proprie ſubuenit vlcerationib. viſcerum; & defendit ſubſtantiā viſcerum, ne violentur; & ſeparat inter mortem, & vitā (ſi Deo placebit.) Confortat viſcera valde laxa adhærens eis in loco, in quo educitur ſubſtātia inteſtinorū: ꝙ interdū ſtringitur acumen, & vitium ſciſſuræ materiæ fluxū facientis. ꝙ ſi fuerit ex mala complexione inteſtinorū, fluxus, ſtatim ſedat. & remouet eum (ſi Deo pla.) Inquit Hip. poſita ſitia magna in prora capitis ſæpe in fluxu vētris maxime cholerico, & ſm poſſe cōpletum cōfortat ſtomachum, & hepar. Emplaſtrum cōſtringens ventrē. ℞. ſucci mentę, balau. albu. ouorum, ſa. hor. ſang. dra. apij. ſm coniecturam tuam, terebin. boli ar. aceti, campho. maſti. olib. picis liquidæ. pone talē confectionē frigidam ſuper totum ventrem; & maxime ſuper locū, vbi exiſtimas primo moueri dolorem, & gurgulationē. Dixit Hip. ℞. omni mane ieiuno ſtō, maſti. drac. iij. cū aqua pluuia. confortat ſtomachū, & viſcera, & omnes partes mēbrorum adinuicem, & ſigillant, & ſang. dra. eo modo acceptus; & eſt exper-

Trochiſcitiles ad fluxū ventris.

Nota de vētoſis.

Tilulæ reſtrictiuæ.

Alia pilula eadem.

Medicina fluxus ventris ſedatiua.

Syrupus reſtrictiuus.

Electarium reſtrictiuū & confortatiuum.

Confectio reſtringēs vētrem.

Nota de cæ tibus pauonis. Trochiſci reſtrictiui.

Balneum reſtrictiuum.

Fumigium reſtrict.

Clyſter ad fluxum ventris vtilis.

Emplaſtrū reſtrictiuū.

torum iuuamentorum, & maxime cum succo plantaginis. Hactenus Petrus Apponus in supplementum Mesuę. Reliqua prosequitur Franciscus Pedamontanus. quę his subiungimus. Reliqua desiderantur.

Oratio ad memoriam impetrandum.

O Domine Deus rex angelorum, inuoco te per sanctissimam Mariam matrem tuam, matrem misericordiæ, & pietatis, per angelos, & archangelos tuos, per xij. Apostolos, per Martyres, per Cófessores, per cxlv. millia Innocentium, & per omnes Sanctos tuos; vt tua gratia mediante, & matris tuæ subuctione auxiliante, proficiam ad laudem, & gloriam nominis tuis, omniumque sanctorum. Muni domine conscientiam meam splendore luminis tui, & confirma intellectum meũ odore suauitatis spiritus tui. Adorna domine animam meam, vt intelligam, & intellecta memoriter teneam. Reforma Deus cor meum. Restaura Deus sensum meum. Placa pijssime viscera mea. Aperi mitissime os meum. Tempera benignissime linguam meam, per glorioſum, & ineffabile nomen tuum, qui es fons bonitatis, & pietatis origo; patiẽtiam habe in me; & da mihi memoriam tuam, & quod à te petij in hac oratione sancta largire mihi; & qui peccantem non statim iudicas, sed pœnitentem miserator expectas; te quæso indignus peccator, vt facinorum, & scelerum, & peccatorum, & dilectorum meorum squalores abstergas. Et me petitione tanta per Angelos, & Archangelos tuos, de quibus præfatus sum dignum, & efficacem efficias. per Christum Dominũ nostrum amen. Et per gloriosam maiestatem tuam; qui es trinus, & vnus Deus Amen.

FRANCISCI DE PEDEMONTIVM

Supplementum in secundum librum secretorum remediorum Ioannis Mesuæ, quæ vocant De appropriatis.

De omnib. passionibus cordis in generali. Cap. 1. fol. 11
De medicinis simplicibus, & compositis ad omnes passiones cordis. Cap. 2. fol. 13
De cura titillationis pulsus, & tremoris cordis. Cap. 3. fol. 14
De cura passionis cordis per compassionem ad cerebrum. Cap. 4. fol. 14
De cura passionum cordis per compassionem ad stomachum. Cap. 5. fol. 14
De cura passionis cordis per compassionem ad hepar. Cap. 6. fol. 14
De cura passionum cordis per compassionem ad splenem. Cap. 7. fol. 15
De cura passionum cordis per cõpassionem ad intestina. Cap. 8. fol. 15
De cura passionum cordis per compassionem ad intestina, & ad os stomachi. Cap. 9. fol. 15
De cura passionum cordis ex fluxu sanguinis menstruorum, & hæmorrhoidum. Cap. 10. fol. 15
De cura passionum cordis ex retentione mẽstruorum in prægnantibus. Cap. 11. fol. 15
De cura passionũ cordis ex rarefactione pororum cutis ex sudore diaphoretico per se, vel balneo, vel ex exercitio. Cap. 12. fol. 15
De cura passionum cordis ex aere pestilentiali. Cap. 13. fol. 15
De cura passionum cordis ex fœtore contingentium. Cap. 14. fol. 15
De cura passionum cordis ex morsu venenorum, & assumptione veneni. Cap. 15. fol. 15
De cura passionum cordis ex timore contingentium. Cap. 16. fol. 15
De cura passionum cordis ex labore, & accidentibus animæ. Cap. 17. fol. 15

De omnibus passionibus cordis in generali. Cap. 1.

ADVERTENDVM autem, quòd dictæ cordis ægritudines habent indicia; inquantũ enim sequuntur causas ex enumeratis, quæ sunt per se morbus, ægritudines propriæ nõ dicuntur; sed accidentia, de genere actionis læsæ ipsius, quorum significationibus secundum Galen. oportet cognoscere ipsum pati, prout infra dicetur. Inquantum vero sequuntur ex eis causæ, quæ per se morbus non sunt, ægritudines dici possunt, prout Abuhali dixit. Et tamen hic cum vtraque sequuntur, magis dicimus eas ægritudines quam accidentia, eo quòd ægritudinibus, quæ sequuntur in percepris extrahentibus ab infirmo ipso, solæ, vt ægritudines sentiuntur, non enim sentit patiens cordis dyscrasiã: sed solummodo nocumentum actionum eius, scilicet debilitatem corporis, pulsum cordis, tremorem, vel syncopim, quibus æstimat se infirmum, at quia sua magnitudine lædendo virtutem, assumentes naturam causæ, præiudicant sibi curam, quæ proprie non causæ, nec accidenti, nec ægritudini factæ debetur, prout Gal. monstrauit, quod in ægritudinibus dictorum membrorum, & dicendorũ, idem est intelligendum. Sciendum quoq; quòd tremor *hic* non proprie accipitur, sed improprie: proprie enim est accidens, in actione voluntarie mobili, sicut Gal. ostendit. Actio vero motiua cordis est naturalis; sed improprie pro agitatione quadam, & motu inordinato cordis dilatationis impetuosæ ad repellendũ nocentia, vt ex superius dictis apparet. Ponit ipse cordis ægritudines, cum fortes sint, & continuæ, vel frequentes præ magnitudine causæ, & maxime propriæ, secundum quam differunt quantitate, vt supra est dictũ inter se habitudinem habent, vna enim minatur aliam, seu protendit, vt debilitas pulsuũ, pulsus tremorem, tremor syncopim, syncopis repentinam mortem, prout Hipp. monstrauit in aphorismis, cum inquit: Qui exoluuntur fortiter, & frequenter absq; manifesta occasione repente moriuntur. Positis autem ægritudinibus cordis, & assignata conuenientia, & essentiali differentia inter eas, per quas distinguere, & cognoscere te oportet; necnon enumeratis eorum causis, sine quarum cognitione, perfecta eorum scientia nõ habetur. assignatisq; earũ indicijs, expedit ex imperio quãplurimum reuerendi domini, domini mei, domini Ruberti Dei gratia Hierusalem, & Siciliæ regis summi, quia genere præclarissimi omnibus virtutibus, moribus bonis, scientijs cunctis maxime theologica, pp animam: & medicinali scientia propter corpus, ad cõplemẽta doctrinæ presentis therapeutici operis prosequendi; vt accidentia essentialia subiungamus. quorum significationibus causas ipsas cognoscere valeas, etiamsi quæ sint aliquæ ipsarum occultæ. Hac. n. duplici cognitione præmissa mẽbri iam habita ad generalem curationem necessariã, tute curam poteris aggredi (propitiante Deo.) *Tertio. Techni.* Inquit enim Hal. oportet autẽ, vt primo cognoscamus ægritudinem quæ sit. Deinde procedamus ad ipsam medicandam, & alibi. Cura confestim sequitur cognitionẽ facientis causæ, & etiam substantiæ .s. membri cordis, quòd ostendit cum ait. Ex quibus duobus. s. cognoscere membrum, & morbum, poteris cognoscere generalem eius curationem, quæ à morbo est aliqua, plurima vero à patiente particula, scilicet corde. Quod equidem pati cognoscere poteris ex ægritudinibus dictis inquantum sunt accidentia læsæ actionis ipsius, à qua signum sumptum in significado supra membrum patiens certum est, & perdurans. cum enim debilitas corporis adest, cor pati agnoscas; cum vero additur pulsus, vel tremor, cognitio tua completur: cum vero perducit ad syncopem, cognitio est confirmata, prout dixit Abuhali. *Ægritudinis causa duplex.* Cum itaque ipsarum ægritudinum causa duplex sit, intrinseca, corporea, scilicet, & extrinseca extra corpus insurgẽs. Et corporea, aut in ipso corde, aut membris vicinis ipsi,

nis ipſi, aut in membris communicantibus ei communi tate propinqua, vel remota. Tunc ſi quidem primo modo cor pati contingat, ipſæ dictæ ægritudines fortes erũt, & continuæ, vel frequentes. Si vero ſecundo modo patitur, debiles erunt, & diſcontinuæ, recipientes variationem per abſentiam, & præſentiam; augmentum, & diminutionem ſecũdum abſentiam; & præſentiam; intentionem, & remiſſionem diſpoſitionũ illorum mẽbrorũ ſũ inuẽtarũ, quorũ vicinitate, aut cõitate patiatur. Sed ſi quidem à cauſa extrinſeca patiatur cor prædictę paſſiones debiles erunt, cito, & facile tranſeuntes, vt Hip. voluit; & cũ inuentione cauſarum extrinſecarũ nulla pręcedente apparitione interioris cauſæ. Si vero ab vtriuſque, ſigna erunt ex vtriuſq; confuſa. Et hæc ſunt ſigna, ſeu accidentia cauſarũ generalium ipſarum, ſumpta à loci varietate. Præter quæ alia ſunt accidentia cauſarum ægritudinũ ipſarum cordis intrinſecarũ ſpiritualium ab earum ſumpta eſſentia, quas ſecũdario te ſcire oportet. Sunt autem quadruplicis generis. Tria ſimplicia ſm triplicem A natura eius ſingulariter permutata; & quarum eſt cõpoſitum ſignificãs ſuper oẽs inſimul permutatas. Inquit. n. Gal. ſed propria paſſio cordis eſt plurimum mala cõplexio, aut æqualis, aut inæqualis, ſingularis, vel cõmiſta; pura, vel cum materia; aut mala compoſitio. puta inanitio, vel repletio receptaculorum, aut oppilatio in venis eius, & vijs ſpirituum, ac coarctatio corporis eius propter coarctationẽ ſpatij capſulæ, in qua mouetur ex repletione ſanguinis, & humiditatũ ibi facta, vt in ſuo ſimio per anotomiam inuenit: & per groſſitiẽ præter naturam ibi ẽt coniunctam, prout in ſuo gallo reperit manifeſte; aut eſt ſolutio continuitatis, quã ipſum non pati cum ſalute poſſibile. Abuhali dixit, aut apa, confirmatio cuius nulla tenus expectabitur, cum morte præueniatur. Sic ægritudinũ eius, eſt plurimũ mala cõplexio; quia frequentius contingens alijs, & cũ poſſibili ſalute; & ſi cum impoſſibili, tarde, nõ ſubito, vel cito mortẽ inducit; vt, & cõpoſitio mala, ſolutio continui, vel apoſtema. Idcirco eius ſigna erunt bene, ac ſubtiliter conſideranda. Sed ipſa mala cõplexio, ſi quidem ſit æqualis, eius ſigna omittantur ad præſens, cum ſit manifeſta valde, ſicut voluit Gal. cũ inquit. Morbi vero, qui nõ ſunt niſi in mala complexione, difficile cognoſcuntur, niſi cum mutatio vltima ſit extra naturã, cumq; plurimum ſalutis ſit impoſſibile, magis ad prognoſticum, quàm ad curatiuum medicum ſpectat. Solutiones quoq; continui, & apoſtematis ſigna, cũ priuſquàm appareant, vel ſimul, & antequàm cõfirmentur, ſint, mortem ſubito, vel paulatim finaliter inducentia, omittuntur. Si vero ſit inæqualis, ſiue diuerſa; quia vt plurimum eſt poſſibilis curationis, ei ſigna propria adaptemus: quia eſt noſtræ vtilis cõſiderationis. Si ergo mala complexio diuerſa ſit in corde, ſiquidem ſit calida ſimplex, & pura, erit cum ea debilitas corporis minor, pulſus cordis, tremor, & ſyncopis cum agitatione, & motu corporis inordinato, ſeu anguſtioſo, & pulſus arteriarũ, mutatio præter naturam: quia ad debilitatẽ, & frequentiam cum inæqualitate, & quandoque ad velocitatẽ. Et B ſimiliter anhelitus, & eius expiratio cũ exuſtione calida valde, & inſpiratio vehementior, & inflammatio totius corporis, & plurimũ febris cum ſiti, & appetitu frigidi, quo iuuat, & aeris frigidi inſpiratione magis, quam frigidi cibi, & potus aſſumptione. Et lęditur calido quocunq; cum ſimilitudine circunſtantiarum, & conſuetudine facile inflammandi. In genere n. proportionali facilis eſt tranſitus, dixit Abuhali. Si vero frigida fuerit, contraria erunt ſigna. Si autẽ ſicca, duritiẽs apparebit in pulſu arteriarum, & per conſequens in corpore toto, ac conſumptio, & arefactio multa. Cum. n. conſumptio corporis cõmune ſit ſignum omni dyſcraciæ cordis, & paſſionis, cum ſanguis eius ſit formalis in alimento; & dixit Auerrois. In ſicca eius dyſcraſia erit maior debilitas quo que pulſus, tremor, & ſyncopis tardius veniens, & tardius recedens, aut difficilius. Si quoque humida fuerit, ſigna erunt cõtraria. Et ſi cõmiſta ſit, ſigna erunt cõmiſta. Et quia ſi eſt pura, erit in ea inuẽtio proca tarctarũ cauſarum cum antecedentis priuatione. ſ. humoralis, eiuſq; alteratio, & reductio erit leuior. Sed ſi cum materia fuerit, erũt cum prædictis ſignis ſigna dominantis humoris, quæ Hip. in ſuis innuit aphoriſmis. cũ dixit. Contemplari aũt oportet ægritudinẽ, complexionem, ætatẽ, conſuetudinẽ, artẽ, tẽpus, regimen, & regionẽ, ac ſigna repletionis, vel cacochymiæ. hæc. n. dominantiam humorum oſtendunt, qui etiam in exiſtentibus apparebunt, & quod erit difficilius alterabile. Si vero cor patiatur oppilationem in ſuis poris, aut repletionem, vel inanitionem, prædictæ cordis ægritudines erunt fortes, & frequentes cum ſignis plurimæ plethoriæ, & cacochymiæ, vel alicuius euacuationis notabilis ſanguinis propriæ, vel ſudoris. Quod ſi patiatur coarctationem propter vicinitatem, vel cõitatem, aut colligantiã, ſigna repletionis, & plurimum ſanguinis apparebunt, & pręcedens illorum paſſio cũ ſequela ægritudinum cordis dictarum debilium tamen, & variationem habentium, vt dictum eſt ſupra. His ergo erunt ægritudinum cordis cauſarum ipſarum, in ipſius natura ſpecialiter manifeſta. Ex quib. ſecundum Gal. curationis ipſarum intentio eſt ſumẽda. Cura paſſionum cordis duplex eſt. ſ. generalis, & ſpecialis; generalis autem eſt quinq; res. Quarum prima dirigitur ad membrum patiens, quod eſt cor. Et eſt, vt ſolicite ſtudeamus confortare ipſum, eiuſq; virtutem debilẽ, & vbi cadens eſt, vt in ſyncopi, expergefacere, & viuificare; deinde vbi expedit, eam reſumere, & nutrire. Eſt. n. cor fundamentum animę; omniumq; virtutũ prima radix, quarum aggregatione natura conſiſtit. Cuius quidẽ naturæ, vt Hip. dixit, eſt curare, non medici. Medici vero porrigere naturæ. Fons quoq; ſpiritus, qui eſt radix, & ſubſtantia, vitæ organum, & vehiculum virtutum, & caloris innati, cuius vigore complexio conſiſtit in eſſe, & corpus, & omnia membra in eſſe, & vigore viuifico conſeruantur, & eius extinctio mors eſt. Hic cauſa eſt oĩum operationum naturalium, vnde ipſe eſt, quem noſtram naturam dicimus. Ipſum quoque cor baſis eſt vitæ, ſeu C vitalis virtutis, per quam membra recipiunt animã primum, & deinde virtutes reliquas ſenſus, motus, & operationis vitæ, nec mors accidit, niſi propter intemperamentum complexionis ſuæ. Merito igitur, prius, & ſollicite ſtudendum eſt circa ipſius confortationem, eiuſque virtutis cum his, quæ confortare habent interius, & exterius, & per omnem modum approximationis. Secunda vero res nitit circa cauſas intrinſecas, & extrinſecas, proprias, & communes talium ægritudinum, & eſt, vt auferatur extrinſeca. Interior propria abſcinditur vicina, & quæ communitatis eſt, corrigitur. Inquit. n. Gal. non eſt poſſibile vllam diſpoſitionem curare finaliter adhuc manente cauſa faciente eam. Tertia vero vertitur ad modum curandi prædictas ægritudines à cauſis prædictis. Cauſæ enim ſuperius enumeratæ, aut cauſant tales ęgritudines per modum aggrauationis, & conculcationis, coarctationis, & ſuffocationis ſpirituum, & caloris innati in ſua radice, receptaculis atque vijs: Necnon per D modum furioſitatis morbi, vi doloris, vel cuiuslibet alterius accidentis impugnantis, contra naturam, aut per modum reſolutionis, & euacuationis ipſius. Quorum modorum diuerſitas auxilia variat, & differenter informat; regimen quoque, ſiue eius debitum ignoratur. Inquit. n. Hipp. nec quiſquam medicorum mihi inuentus eſt, ſi ægrorũ habitudinem cognoſcere queat, ſicut oportet, ſi defectionem patiatur, an ipſa ſit ex venarum euacuatione, an ex alia furia, vel labore corporis, vel acciden te, alio naturam afficiente, puta repletione ſuffocante, & proinde ignorans cibum dare eis an expediat vel negare. Quarta ponit ſtudium in regimine cum rectificatione aeris, & aliarum rerum non naturalium miniſtratione debita, prout intentiones exigunt ſupradictæ. Quinta conuertitur ad accidentium correctionem, quæ ſunt plura ſecundum pluralitatem membrorum compatientium cordi, & ſi non propria ſint. Si enim ipſum alijs compatitur propter colligantiam, & vicinitatem, vt dictum eſt: quanto magis alia membra com-

In prima aphoris. 2.

Natura quid ſit.

patientur eidem? cum ipsum cor omnibus tribuat virtutem, calorem, & spiritum, & à nullo recipiat, Inquit enim. Hipp. Totum corpus est vna substantia, & ipsum totum est confluxibile, & compassibile. Dictæ autem, sunt hæ res quinq; generales, quæ omnes generaliter omnibus cordis ægritudinibus congruunt, ac vniuscuiusque causam generaliter comprehendunt, sed primæ tres sunt principales, & essentiales in cura ipsorum complentes: verum duæ primæ sunt materiales, & tertia est formalis. Non enim sufficit ad veram curam confortare cor debile, eiusque virtutem, nec causam passionis abscindere, nisi sciatur modus qualiter, & cũ quibus quodammodo causandi nobis proprie demonstratur, vt infra patebit. At ipsarum, vt materialium, prima est, vt in qua, & generalior in alijs attendenda generalibus: & specialibus etiam obseruanda. Omnes enim debent esse confortatiuæ, vel confortatiuis admistæ. Secunda vero est, vt ex qua, causam ex qua ægritudo prouenit, auferens, & abscindens. Quarta res est disponens, & quandoque sola sufficiens. Vltima est complens, quia rerum præter naturam omnium causam expellens, est quoque coadiuuans: corrigendo enim accidentia, quæ causam impediunt, coadiuuant ipsam. Specialis autem intentio est, quam ex diuisione generalium accipiẽtes in operationem perducimus, vt circa singulas earum species medicinas ponamus, atque auxilia, quibus prædictæ compleantur res generalis intentionis: necnon qualitatem, & apertum modum vtendi eis. Medicina enim à modo dicta est, vt Isido. ait. Et primo circa cordis confortationem. Completur autem cum his, quæ habẽt ipsum tripliciter confortare. f. substantialiter, accidentaliter, & vtroq; modo. Substantialiter cum his, quæ restaurant eius substantiam, & spiritum eius, quę calorem multiplicant; quibus restauratis, vt organis virtutis, & substantijs proprijs, ac propinquis; virtus restauratur, & confortatur; & tales sunt cibi, & potus, cordi appropriati. Appropriati cibi quidem sunt, qui sunt placidi in odore, delectabiles in sapore. qui etsi naturaliter non sunt tales, artificialiter cum aromatibus, & sapidis condiantur. & sint facilis digestionis, paucarum superfluitatũ, multi, & boni nutrimẽti, quales sunt carnes fasianorum. perdicum, pullorum. gallinarum, auicularum paruarum, & montanarum; & aqua carnium ipsarum, seu succus ipsarum per decoctionem in duplici vase tractus; hędorum, & biennis arietis, seu annualis agni, & castrati. Hepata gallinarum pinguium, & iuuenum; vitelli ouorum recẽtium, gallinarum, perdicum, & fasianorum sorbiles, vel serosi, Et panis mundus, qui bonum generat sanguinem. Inquit enim Ioannitius, bonus cibus est qui bonum generat sanguinem opere, & commistione, qualis est panis mundus. caro annualis agni, & piscium mediocriũ magis mobilium, & minus pinguium, & squamosorum, proprie marinorum, & petrinorum. Porus quoque vini subtilis clari in substantia, incolore rubei, vel subrubei, aromatici, mediocrem habentis stypticitatem, & placide in sapore. Inquit. n. Hip. in apho. facilius est repleri potu. s. tali quàm cibo. Accidẽtaliter vero ipsum cõfortant odores, & medicinæ, quæ contemperant eius complexionem, & substantiam vniunt, & sicut virtutem eius confortant, quæ expellunt nocentia, & corpus in vita conseruant. Inquit enim Hipp. virtutis vitæ est contraria repellere; & non recipere. Harum quædam sunt illud agentes à proprietate, vt est terra sigillata, charabæ, myrobalani, & similia. Quædam à complexione, quarum quædam sunt calidæ, quædam frigidæ. quędam siccæ, quædam humidæ, & quædã temperatæ, & quædam vtroque modo, vt infra dicetur. Et ex illis est rosa, & oleum eius. Inquit enim Gal. oleum ros. confortat. calefacta enim infrigidat: & infrigidata calefacit modo vtroque. quia substantialiter, & accidentaliter ipsum confortant cibi medicinales, & medicinæ cibales simplices, & compositæ. Simplices sunt, caro serpentis, lingua bouina, borago, endiuia, acetosa, & similes, quas infra sufficienter enumerabimus. Compositæ sunt, quæ ex prędictis componuntur cum aliquibus ex medicinis simplicibus infra enumeratis decoctis; & paratis, acquirentibus eis virtutem intentioni habitæ conuenientem. Virtutem autem cadentem subito, vt in syncopi expergefacerent irroratio, & aspersio cum forti impulsione, & iactu subito aquæ frigidæ actu, & proprie rosatę super faciem, & membra: & si fiet mistio muschi cum eo, quandoque confert. & quandoque confer miscere camphoram, sandalos, & similia secundum diuersitatem causæ, & modi. frictiones asperæ, ligaturæ dolorosæ, aurium tractiones, & euulsiones pilorum, strepitus, & clamores. Expergefactum autem viuificat offa ex pane calefacto in vino prędicto lymphato, cum aqua ro. vel bugloss̃e, de stillata prout exigit dispositio. Inquit. n. Gal. talis cibus etiam facit redditionem, & redditur cito; quia actu frigidum, & antequam calefaciat actu à proprietate cito in spirituum substantiam permutatur. membra quoque velociter nutrit. Omnium enim velociter, & multum nutrientium est maxime vinum. & dixit Gal. hoc virtutę viuificat, & confortat. Sed miscuit panem calefactum, panem quidem, vt eius nutrimentum, quod est facilis resolutionis firmum sit, & perdurans quandiu auferatur dispositio causans casum. Inquit enim Gal. quæcunque humidam. & liquidam consistentiam habẽt, nutrimentum dant cito dissolubile, vt in breui tempore alio opus sit; quæ autem duram, & solidam habent, multum tribuunt, & perdurant. Talem autem virtutem expergefactam, & viuificatam restaurant cibi, & potus prædicti; vbi hæc expediant. Talis autem expedientia à diuersitate causarum, & modorum causandi dependet, vt infra patebit. Secundo consistit specialis intentio circa abscissionem causarum specialium ægritudinum superius distinctarum. Exterior ergo auferatur, & permutetur. Interior. quę propria est eius ægritudinis abscindatur. Et si quidem sit mala complexio pura, alteretur. Si cum materia replente, oppilante, vel coarctante, euacuetur, deinde si aliquid remanserit, alteretur. Inquit enim Galen. Manifestum est autem quòd facientium causarum dyscrasiam per euacuationem est sanatio; ipsarum vero dyscrasiarum, alterario sanatio est. Sic quidem intentio præmitteda esset primæ intentioni, vel rei, quæ circa cordis confortationem vertebatur eiusq; virtutis. Dixit enim Gal. oportet vnius cuiusque ægritudinis causam abscindere prius, deinde ad eam, quæ ab ea facta est ægritudinem peruenire, sed cum virtus, quæ in curatione principalis exitit, non subsistit, immo deficit, & cum deficit, oportet primo cor, & virtutem eius confortare tanquam in cura priorem. Et si non totaliter, propter præsentiam causæ, quoquo modo possibili iuuet. ab ea enim omnis prima intentio sumitur. nocumentum quoque est periculosius, & ad infetendam mortẽ promptius. Deinde oportet debilitatis causam abscindere, vel simul permisthione auxiliorum vtramque rem prosequi, vel vicissim agere. Est autem ipsorum auxiliorum permistio triplex, partialis, localis, & temporalis, vt supra monstraui. Hanc autem rem, seu intentionem complent medicinæ, & proprie cordiales, cibi quoque medicinales. Medicinarum autem cordialium, quędam sunt simplices, & quædam compositæ. Et simplicium, quædam sunt ex animalibus sumptæ, quędam ex terra nascentibus, quædam ex mineralibus; & ex istarum quibuslibet; quædam sunt frigidæ, quędam calidę, quedam siccę, quędam humidę, & quędam temperatę, & quędam solutiuę. Sciuisti enim supra, cum de consolatione medicinarum soluentium loquebamur, quòd medicinarum, quędam confortant tantum, quędam confortant alterando, & quędam soluendo. Frigidę ex animalibus sunt, os de corde cerui, & ebur. Calidę ex eis sunt corda, & proprię porci propter conuenientiam nimiam, caro serpentis, muschus, seta, & proprie cruda. Ex terrę nascentibus frigida sunt rosa, myrta; acetosa, coriandrum, acetositas citri, granata, & proprie acetosa, nenuphar, endiuia, sandalus, spodium, fex non adusta, matiana, & camphora. Calida ex eis sunt

Cordis confortatio triplex.

Cibi.

Potus.

Nota de oleo ros.

Aspersio aquæ rosatæ facta in facie releuat à syncopi.

Offa ex pane calefacto in vino lymphato expergefactã viuificat.

Nota de vino.

Diuisio medicinarum cordialiũ.

eis sunt doronigi, zedoaria, cyminum, zurumbeth, crocus, vterque been, xyloaloe, garyoph. enula, & ambo sunt mirabiles, melissa, & semen eius, macis, hasce, scebran, & semen eius, cubebe, acetosa, & semen eius, & cardamomum, quod n. heterogeneæ est naturæ, potest dici calidum. Frigida sunt folium, & cortex citri, spica, cinnamomum indum, damascenum, & garyoph. magnum, & calamenthum, iris, lilium, menta, ozymum, vtraque stœchas, sandaracha, lingua auis, magaleph, odor galliæ, & in summa omnia odorifera. Temperata ex eis sunt lingua bouina, & aqua eius. in cuius datione, vel decoctione sis audax cum cibis, & potibus, borago, charabæ, lacca, vsnea, & poma dulcia, & odorifera, & granata dulcia, & muza. Ex mineralibus vero frigida sunt corallus, margaritæ, lutum sigillatim, & armenum. Calida est ambra. Temperatæ sunt aurum, argentum, lapides pretiosi, & proprie hyacinthus. Siccæ sunt omnes præter lac, poma granata dulcia, endiuiam, linguam bouinam, boraginem, & nenupharem, quæ sunt humida. Ex resolutiuis vero quædam soluunt choleram, vt myrobalanus citrinus, tamarindi, & pruna muza, ex eis sunt violæ, succus rosarum, & aqua infusionis earum recentium. quædam phlegma, vt agaricum, myrobalani, chebulus, & emblicus, quædam melancholiam, vt epithymum, lapis armenus, lapis lazuli, myrob. indi, & bellirici, quædam phlegma, & melancholiam, vt stœchas, & polypodium, quędam humores adustos, vt myrob. nigri, & indi, senæ, fumiterræ. quem diximus esse de numero pretiosarum medicinarum. quædam fumum mũdificant à sanguine, & spiritu, vt melissa. quædam mundificant sanguinem, vt lupulus, capil. ven. endiuia, & similia. Hæc sunt simplicia ex quibus eligere habes, quæ tuæ intentioni sunt conformia siue alterare, siue digerere, siue soluere, siue vtrumque simul intendas. Etiam si aliquam ex quatuor ægritudinibus specialiter inspicias. Omnes namque conueniunt insimul; & in confortatione debilitatis, proprie: sed aliter vna, quàm altera: & vna est vni dispositioni, seu accidenti cordis proportionata, alia vero alteri. Debilitati namque appropriatus est crocus, spica, ambra, poma redolentia, & omnia temperata. Tremori vero bene; myrrha, vsnea, sandaracha, charabæ, doronigi valde, myrob. bibiti. Tremori vero à causa extrinseca, scilicet ex tristitia, & timore, endiuia, spodium, & emblici, calido. Et coriandrum, lacca, & cyminum, frigido. Lingua auis, & lac sicco. mumia, ameos, carui, muscus, ozymum, garyoph. conferunt tremori ex melancholia, & phlegmate cõmista. Calamenthũ iris, & sandali, conferunt tremori accidenti in febre; & aurum bibitum, & linitum. endiuia vero syncopi. Spodium ei; & proprie factæ ex effusione choleræ ad stomachum, vel à stomacho, bibitum, & linitum; lingua bouis, & magalef cum aqua mellis bibitum doloribus cordis, & melancholiæ animi, & ei qui loquitur solus aurum, & spodium melancholiæ, & timori de præteritis, & timori de futuris. Muschus melancholię ex solitudine. xyloaloes etiam, quia lætificat, ozymum, garyoph. enula, omnia poma, & acetosa, & omnia aromatica omnibus maxime si fiat ex angustia; & omnia aromatica proprie, vt est odor galliæ, & calamenthum, ireos, & ozymum super asperso aceto, & odoratum, excitat syncopatum, & sanat eum. Compositæ sunt, quæ ex his componuntur. Et similiter si ægritudo sit instrumentalis, vt aperire, ẽuacuare plethoriam, & sanguinis abundantiam, quæ esse causa eius plurimum consueuit, intendas; vtere phlebotomia basilicæ dextræ. Et si repletionem vaporosam, & fumosam, quam tibi fumosa multum expiratio cum mentis turbatione ostendit, Complexio, ætas, & habitudo, & regimen præcedens; phlebotomiam sinistræ basilicæ celebrabis. Sed prædicta auxilia variabis, varietate ægritudinum, & causarum efficientium ipsas in fortitudine, & debilitate. In debilitate namque cordis approximabis leuia, in pulsu fortia, in tremore fortiora, & in syncopi fortissima adhuc si earũ causa est debilis, leuia; si fortis, fortiora; necnon si sit ex propria cordis passione, fortiora; si ex compassione, leuiora. Et tamen considerata materia, & dignitate particulari, quæ cordi est, omnia approximabis cum modo; & non subito, fortia, neque pura. Ait enim. Hippocr. multum & repente, calefacere, aut infrigidare, replere, aut euacuare, vel quomodolibet corpus mouere non oportet. Fallax enim est, & euacuatio naturæ insuaue. maxime vero debiliter, vt hic supponitur. Cum ergo in talibus ægritudinibus repletio ad euacuandum inuitet; quia debilitas virtutis prohibeat. partiatur phlebotomia tenendo medium. hęc enim Gal. edocuit, nec omittatur omnino, maxime cum repletio debilitatis causa existat. Item ait Aboal. amplius ea dare pura, quæ alterant; & maxime frigida; & quæ laxa faciunt, principalibus membris timorosum est in re vitæ. Ages enim cum simplicibus leuibus, & maxime in principio; & paulatim deuenies ad composita, & fortiora, vbi propria non sufficiant, vt excessus auxiliorum non sit succedens, auxiliorum effectiua paulatim proportio cum salute. hæc enim est operatio secundum sapientiam, præstat enim iuuamentum præter aliquid læsionis. & frigidis admiscebis calida, vt crocum, & garyophyll. propter calorem naturalem, & spiritum. Et calidis laxatiuis odorifera styptica, vt spicam, & mastichen, charabæ, rosam, & myrrham, quibus prohibeas confortando à facili resolutione, cui sunt parati, calorem, & spiritum. Si vero patiatur propter vicinitatem, vel communitatẽ membrorum, corrigatur dispositio membrorum vicinantium, & communicantium superiorum, prout superius diximus, & inferiorum, prout infra dicemus cum auxilio Dei, & si aliquid mittant, euacuetur, & quod remanserit, vel regenerabitur, deriuetur, & per interualla modici temporis expurgetur, deinde confortetur. Et ductus eorum, quibus superflua eorum consueta sunt expurgari aperiantur. Ipsumque cor recipiens confortetur, ne recipientes viæ stringantur; & quod influit repellatur, & si quid influxum est, resoluatur prout in cura catarrhi te scire fecimus; quorum auxilio talia complentur. Electarium seu medicinam huius superius habuisti. Tertio consistit specialis intentio circa considerationem modi causandi, qui cum sit duplex; vt dictum est, & diuersus, secundum eius diuersitatem, diuersis auxilijs est vtendum; oportet enim variare, & eligere omnia auxilia, tam confortantia, quàm abscindentia causam, & alterãtia; & vniuersale regimẽ; & ea adaptare vnicuique modorum, prout ratio exigit. Si ergo causentur tales cordis ægritudines primo duorum modorum dictorũ, omnia confortantia interius, & exterius approximãda, abscindentes causæ, & etiam alterantes debent declinare ad calefactionem, & humorum subtiliationem, rarefactionem corporis, & resolutionem, & attractionem materiæ caloris, & spiritus de centro ad circumferentiam corporis. Adhuc. si causa eius sit debilis, leuia, si fortis, fortiora: necnon si sint ex propria passione cordis, fortiora: si ex compassione leuiora. Regimen quoque in omnibus non naturalibus rebus, quod est quartæ intentionis, generaliter sit tale. Locetur autem patiens in domo, cuius aer sit temperate calidus naturaliter, aut artificialiter, cum ignis temperati accensione, suffumigijs ex spica, ligno aloes, gallia, & similibus, in qua etiam sternantur folia, & rami plantarum calidarum, & redolentium, vt citri, aranciorum, rorismarini, calamenthi, & aliarum superius nominatarum medicinarum. In cibis confortantibus ex prædictis sint medicinæ talis calidæ subtiliatiuæ, & aperitiuæ, mistæ, vel associatæ. Et sit eorum quantitas pauca sustentatiua, non resumptiua: vel solum viuificatiua concedas, & proprie vbi repletio ad syncopim perducat, quo casu oportet tantum viuificare virtutem, deinde ad remedia repletionis redire. Similiter & potus sit vini talis, quia subtilis, & clari, magis virtuosi parce exhibiti. Exercitia vbi sint possibilia temperata, & frictiones asperæ à superioribus ad inferiora extremitatum trahentes à corde, & spiritualibus ad circumferentiam corporis, atque cutem. Somnus & vigi-

Diuisio media. fol.

Medicina cordis debilitati appropriare.

De phlebotomia.

In secunda aphoris. 11.

In passionibus cordis ex repletione contingentibus.

De aere.

Potus.

lia

lia sint temperati, viciſſimque conceſſi, vt quod digerit somnus, euaporent vigiliæ. Inanitio fit correſpondens virtuti. licet enim repletio inanitionem ſortem requirat, virtus tamen quæ tolerare, habet, & regulare, non aſſentit. vnde paulatim oportet agere, & illud cum frictionibus dictis reſpicientibus repletionem tertiæ digeſtionis, & ſecundarum venarum, & abſtinentia cibi, & potus repletionem reſpicientes primę digeſtionis, maxime ſi in humoribus non ſit putredo, qua exiſtente deſperandum eſt de infirmo, & proprie ſi in viſceribus eſt apoſtema, quæ ſufficiant, donec apparet robur in pulſu. Et tunc oportet clyſteribus vti reſpicientibus repletionem inteſtinorum, & primarum venarum. repletio enim locum non habet, ſed contentetur cibis, & potibus paucis, & ſubtilis ac reſolubilis nutrimenti in medio temporis, qualis diætat extenuariua diæta infra in primo de cura oppilationis hepatis, & quarto de regimine ſanitatis. Et *De anima accidentibus.* cum ſubtiliãtibus, incidentibus, & diureticis notis propriatis, & in pauca quantitate oblatis, prout conueniunt ad ſuſtentandum, donec repletio educatur, non ad reſumendũ, & hora ſyncopis omnino ſint cibo priuati præter panem ex modo, vt ſuperius iam eſt dictum. nam vitificata virtute per illam ſtatim redire oportet ad diſpoſitionis, & repletionis curam cum euacuatione, nõ cum nutritione, vt in animæ accidentibus ſic regatur, vt ad iram, indignationem, & ſolicitudinem prouocetur. Si vero cauſentur per modum reſolutionis, & euacuationis, omnia prædicta in oppoſitum conuerrantur, ac *In paſſionibus cordis ex reſolutione contingentibus.* etiam regimen, in omnibus quæ dicta ſunt. Alteretur ergo primo aer cum redolentibus ex herbis, plantis, foliis, & floribus frigidis, & ſtypticis, & proprie cum myrto, ſalicibus, cytonijs, & roſis, & ſpeciebus ſuperius nominatis, vt ſandalis, camphora, & irrorationibus aquarum frigidarum, vt aqua roſarum frigida, pluuiali, & odoribus frigidis ex aceto cum aqua roſ. miſtis, ſandalis, & camphora, & flabellationibus, & ventis. Exercitia, frictiones, calefactiones penitus omittantur. Iniungatur quies corporis, & animi. Cibus ſit ex prædictis, & electus ex ſolidis, & viſcoſis, mediocriter tamen, vt ex eis poſſit præualere virtus; vt eſt panis, & ſorbitiones factæ ex chondro, oua tenera, & teſticuli gallorum nutritorum ex lacte, cerebra porcorum ſufficienter decocta ex albo iure cum puluere coriandri, condita. Fructus ſtyptici, & pontici, vt cytonia, pyra, ſorba, meſpila, & ſimilia, non multæ quantitatis, cum noceant ſtomacho. licet humores inſpiſſent. Potus autem ſit vini aquoſi infrigidati, & cum aqua lymphati in principio cibi acceptum. & hoc propter dyſcraſiam; propter ſyncopim autem ſit calidum, ſubtile, & aromaticum, calefactum cum pane, vt citò reddatur propter materiam. & ſit vinum nigrũ groſſum, & ſtypticum, & breuiter quæcunque habent inſpiſſare. ita tamen quòd alterabilia ſint per naturam. *Modus cibandi.* Cum vero natura ſit debilis in alterando, & qualitas corporis minorata, ex prædictis cibis dare oportet parũ, & ſæpe. ſicut enim in prædicto modo caliditatis iplarum paulatim eſt digerendum, & euacuandum; ita in præſenti paulatim eſt renutriendum, & reſtaurandum. Vigiliæ ſint temperatæ. Somnus leuis, non profundus. Inanitio ſuperfluorum, & humidorum ſecundum quãtitatem aſſumptorum eſt vtilis, & prouocanda cum lenitiuis, & lubricantibus ante cibum exhibitis, & ponticis, poſt hanc, cum collyrio, & clyſteribus leuibus. Sed humorum, & humiditatum euacuatio, ſeu reſolutio eſt prohibenda omnino. Inducatur ad gaudium temperatum, vel remiſſum, & lætitiam, & ſpem futuræ ſalutis. Conuertitur vlterius ſpecialis ad accidẽtium correctionem, quæ ſunt plura ſecundum pluralitatem membrorum compatientium cordi, vt dictum eſt. Primo vicinorum ex propinquo, vt ſpiritalium, & ſuperiorum animalium colligatorum eis; quorum curam ſuperius habuiſti; & inferiorum naturalium vicinorum ex longinquo, quorum paſſionum (Chriſto duce) infra ponemus auxilia. Deinceps rememorabimur compoſitas medicinas proprias, & expertas ad ægritudines cordis dictas ſecundum vnamquamque cauſarum ipſarum ſuperius dictarum, incipientes à confortantibus, & primo ab odoramentis, eo quòd refocillando ſpiritus confortantur citius. Inquit enim Gal. qui celerius vult reintegrari, reintegratur odoribus.

De medicinis ſimplicibus, & compoſitis ad omnes paſſiones cordis. Cap. 2.

GAlenus ait. ad primam autem omnium reddamus nunc ſermonem ægritudinum, qui ſimilibus innaſcitur. Eſt autem mala hæc cordis complexio talis. Et ſubdit. oſtenſum eſt enim in ſecundo huius libri, ſ. therapeutices, q̃ neceſſarium eſt genus ægritudinis huius, videlicet medico ad ſciendum. Et illud quidẽ, quod plurimũ eſt contingens, vt ſuperius dictum eſt, plerunque lædit. Cum enim non ſit bene terminabilis in corde ipſo, ſed plurimum extenſibilis cum calore, & ſpiritu ad totum corpus; omnia membra lædit læſione principij, ac euerſione eucraſiæ propriæ cuiuſlibet membri. Proinde neceſſarium eſt inueſtigari nunc, vt opportune ſanetur, & methodo: quæ eſt iam dicta à medicinis ſimplicibus dictis, & compoſitis, quæ ſequuntur incipiens. Odoramentum calidum conferens paſſionibus cordis à mala complexione frigida cauſatis. ℞. balſami tam, vel maioranam, folia citri, & pomum eius, & irrora vino, & ſuperaſperge puluerem gar. aut inuolue burſam ſcarlati in eis, & odorentur. Aliud frigidum conferens paſſionibus cordis à calida dyſcraſia cauſatis. Rec. roſarum, ſandalorum, margaritarum, cymarum myrti. irrorentur aceto, & camphora; & quandoque irroratur parum vini odoriferi. Et ex ſimilibus eſt aqua roſ. ſola. Aliud calidum fit ex garyoph. nuce muſc. cypero, thure, folijs lauri, & gallia muſ. cuius odore epilepſici excitantur, calamenthum, treos, & alharam, quæ cum irrorantur aceto, & odorat ſyncopizatus, ſanatur. Et ex illis eſt pomum confectum ex eis, & ambra, & muſcho, prout in ſoda dictum eſt. Et gallina aſſa cum illis frixa, & odorata. Et aqua florum aranciorum, & citrorum. Suffumigationes fiant in frigida cauſa ipſarum, ex confectione hieræ, quàm Nicolaus in antidotario ſuo deſcripſit. Aliud ad idem fiat ſuffumigium ex auiculis cyprianis, quæ ſunt. Rec. ambræ, drach. i. ligni aloes, vnc. ij. muſchi drach. j. carbonum de palmitibus vitis, gummi arabici, an. drach. ij. gallia muſc. & lignum aloes conuertatur in carbones, & cum aqua roſ. diſſoluantur omnia ſimul & glutinentur, & informentur auiculæ; quarum vna ſuper prunas ponatur, & ſuffumigetur camera. Et ſunt qui ſuffumigant ex ligno aloes, madefacto in vino ſolũ, & eſt bonũ, & ſuaue, cuius odorem diligunt principalia, ſicut dixit Abuhali. Aliæ fieri poſſunt ex prædictis frigidæ ad eas ex cauſa calida. Sunt autem non frequenter approximandæ, & propriæ ſuffumigia; immo raro ſicut ſupra in ſoda te fecimus ſcire. ſuffumigia. n. replent, & diſſoluunt cerebrum inflammando ipſum, & ſpiritualia omnia cum ſuperfluunt. Inquit Heben Meſ. ſyrupi ex inuentione noſtra de ſucco acetoſæ, & ſucco macianorum, & de ſucco alleluiæ conferunt pulſui, & tremori, & omnibus paſſionibus cordis calidis, & proprijs. Et ex illis eſt ſyrupus acetoſus diarhodon. Paſſionibus vero eius frigidis, & cauſatis ab oppilatione, ſeu repletione receptaculorum ab humoribus groſſis, & viſcoſis difficilis eradicationis, oxymel ſimplex, & ſquilliticum. Item trochiſci de camphora ad pulſum cordis, & tremorem calidum, & febrem extinguunt, & confortant deſcriptione Almanſoris. Rec. ſpodij, ſeminis cucumeris, & citruli, ſcariolæ, portulacæ, roſ. ſandali albi, ana partes æquales, & pro vnoquoque pondus ex quibus cum ſucco macianorum conſperſis, & croci drach. j. fiant trochiſci aur. s. de quibus quaque die tribuatur vnus vſque ad duas hebdomadas. Item lac, de quo extractum eſt butyrum eſt fortius. Item pruna nutrita aceto, vel agreſta, ſunt cibus conueniens. Item trochiſci de ſpodio ad pulſum, tremorem, & ſyncopim ex caliditate

Odoramentum calidũ.

Aliud frigidum.

Aliud calidum.

Auicula cyprianæ fiũt hoc modo.

Documentum.

Syrupi cordiales.

Trochiſ. de camphora.

Trochi. de ſpodio.

tate fluxuum,& choliricam paſſionem,melancholiam, & tremorem ſecundum diem. ℞. ſpodij drach.x. roſatũ albarum drach.iij.ſeminis acetoſæ,portu granorum coriandri infuſorum in aceto, & torrefactorum, myrtillorum,ana drach.vj.pulpæ ſumach drach.ij.ſ. amyli,aſſæ, berberis, galangæ, ana drach.ij. margaritarum, corallo. rub.ana drach.j.oſſis de corde cerui drach.ij.ſandali albi drach.j.gummi arabici drach j.ſ. confice cũ ſucco agreſtæ, & da cum aliquo rob. ſtyptico, & ſucco bugloſſæ.

Trochiſ. muſchati. Item myrob.conditi ſecundum modum noſtrum. Item trochiſci muſchati, & de xyloaloe conferunt eis ex cauſa frigida, quorum confectio eſt ſecundum eundem. Rec.maſtich.ſpicæ,xyloal. cinnam gary. gallæ muſch. cubebæ,cardamomi maioris, & minoris, corticis citri, omnium pondus,aur.j ex his omnibus cum vino odorifero aſperſo fiant trochiſci. Conferunt etiam ſyncopi magnæ,& paruæ.

Potio confortans cor. Potio confortans cor,& tremori,& ſyncopi calidæ,& frigidæ. Rec.bugloſſæ puluerizatæ,aur.j. diſtempera ad frigidam cum vino, & ad calidam cum aqua roſ. & da hora ſomni noctibus continuis. Item garyoph. maſculorum, puluerizatorum drach.j. ſumach. diſſoluta in xij aur. lactis dulcis in ieiunio,valet ad frigidam. Item theriaca,mithridatum,confectio de muſcho dulcis,& amara,emẽdant cordis frigiditatem, & humiditatem cerebri, & ſtomachi,& conferunt paſſionibus eorum frigidis. Diambra quoque electarium de gẽmis, confectio de xyloaloes, confectio quoque alchermes,& electarium Sabor Reg. quorum deſcriprionem in antidotario noſtro poſuimus.

Nota iſtud experimentum de corde porci. Et ex expertis ſecundum nos eſt, vt aſſumatur cor porci, ſicut aſſumitur de thorace eius cum ſanguine ſuo, & ex gar. maſculis pomocetur, & aſſetur ſufficienter lento igne. deinde comedatur,& ſuperbibatur vinum ſubrubeum clarum, odoriferum, temperatum, & lymphatum cum aqua bugloſſæ, valet autem ad paſſiones cordis frigidas,& calidas cum aromatibus frigidis,vt ſunt roſæ ſandali, magazire, & vino albo ſuperbibito cum aqua roſata lymphato. Et confortat cor,à proprietate,nutrit. Dixit Abuhali. Cerebrum hominis,cerebrum galli,pulmonem pulmo vulpis. Stomachum, ventres gallinarum, & pelles interiores ipſarum. Hepar.hepar adip Renes,renes hædi. Veſicam,veſica muſtellæ. Neruos,nerui nutriunt, & confortant,& ſic de alijs. Nutricatio enim,& confortatio fit à ſimili,vt dixit Gal. cum ait,vnaquæque ſpecies animalis ſimili totius ſubſtantijs, & proprietatibus alimento nutritur: vt homo ex pane,& carnibus,canes ex oſſibus. Equi ex paleis, Turdi ex hyoſciamo, Coturnices ex elleboro,& ſic vnaquæque ſpecies proprium alimentum, vel cibum,& vnumquodque indiuiduum, atque membrum propriũ cibũ habebit,quod videtur innuere, & approbare Abuha. cum dixit, ꝙ vnicuique corporum, & vnicuique membro ineſt proprietas, vt ab vna medicina patiatur, & non ab alia.

Epithema cordiale. Epithema confortans cor debile,& corpus ex malitia complexionis calidæ: conferens tremori calido cum febre,quod dixit Archige. ℞. ſandali,magaziri,ſpodij,ana drach.ſ. ſummitatum myrti, coriandri ana drach.iij.roſ.ſeminis endiuiæ,& acetoſæ,ana drach. iij. macis.ſcrup.j.croci.ſcrup.ſ.aquæ roſ.quod ſufficit. Et quandoque additur camphoræ. ſcrup.j. cum diſpoſitio exigit, & exceſſus caloris in ea,non veri frigoris,intinge pannum lineum ſimplicem, vel de ſerico albo,& ſupra cor frequenter appone. Et ſi apparuerit ſiccitatis exceſſus,adde parum ſucci pomorum dulcium, vel bugloſſæ, vel lactis.

Aliud conferens tremori. Aliud conferens tremori ex frigida cauſa. Rec. macis.garyoph.vſneæ,charabæ,ana drach ſ.ameos,cardi,aniſi,ana vnc j tertiam partem,xyloaloes,ambræ,muſchi,an.ſcrup.j. croci.ſcrup.ſ.ſucci bugloſſæ,aquæ roſ.& vini odoriferi,ana vnc.ij. Tepefiant, & infundatur tela ſerici rubei duplex, & ſuper cor apponatur ſæpe.

Aliud ex inuentione propria. Item aliud ex inuentione noſtra conferens omnibus diſpoſitionibus eius frigidis. ℞. ligni aloes,ſem.ozymi,garyo. ſe.meliſſæ,ſem.linguæ bouinæ,ana drach.ij. florum citri,ſampſuchi,ana drach.j. garyo.charabæ, corallo.rub. an.drach.j.ſuc.linguæ bouinæ,vel aquę eius,& vini odoriferi,ana quod ſufficit. Terãtur omnia,& conficiantur, & miniſtrentur modo prædicto: ſunt enim ſana,& experta etiam ſi per modum ſacellationis approximentur. Ioannitius. emplaſtrum conferens tremori,& ſyncopi calidis. ℞. ſpodij, ſandali, ana drach.ij. calamenti, ireos, endiuiæ,ana vnc.j.coriandri drach.ij.croci. ſcrup.j. farihor.vnc.j. confice cum ſucco acetoſellæ, & aqua roſ. & modico vini odoriferi. & confert etiam febri,& miniſtretur ſæpe innouando. *Emplaſtrũ conferẽs tremori.* Aliud ad frigidum ſm eundem. ℞. caſtorei drach.j. macis,xyloaloes,ameos,cubebarum, ana drach.ij.cymini,linguæ auis, ana drach.ſ. charabæ, doronigi,ana drach.j. croc.garyo. ana drach.ſ. Confice cum ſucco ozymi,garyo. & vino odorifero,& emplaſtra ſuper pectus,& eſt ſanum. Linimentum Andromachi ad idem. Rec.ſandali,calamen. ireos,ambræ,ana. Et tere ſubtiliter.confice cum aqua bugloſſæ,& pomorum,& oleo roſ. & cera,& lini ſuper pectus. Confert debilitati, & tremori calido, & frigido, propriæ ſi conficiantur cum oleo nardino, & ſanabitur,(ſi Deus voluerit.)

De cura titillationis pulſus,& tremoris cordis. Cap. 3.

GAlenus ait. titillationem vero cordis,ideſt pulſum, & tremorem plurimum ſanis iuuenibus reperi euenire. & hoc abſque manifeſtis accidentibus. ſed cum hęc quibuſlibet contigerint,ſanguinis detractione iuuãtur, maxime ſi ſubtilibus diætis aſſueſcentur. hæc enim duo ſanguinis multitudinem replentem,& oppilantem, & coarctantem educunt. Atque ſi cacochymia,quæ ægritudinem operatur cum multitudine fuerit, facienda eſt minutio de baſilica. hac autem non potente fieri,illi proportionale aliquid, puta prouocatio menſtruorum mulieribus, & prouocatio hæmorrhoidum in viris. Neutra vero fieri potente, fiat ſcarificatio crurium, & ventoſatio. Si vero non fuerit cum multitudine,purgandi ſunt cum pharmacia humorem contriſtantem educente. hæc enim propria eſt cacochymiæ. & ſubdit,multitudo extenuatiua corrigitur, ſed in longiori tempore, quàm euacuatione manifeſta iam dicta. Decoctio ſoluens humorem calidum,& choleram de corde, & vicinis membris, & confortans ipſum in omnibus diſpoſitionibus ſuis. ℞. aquæ fructuum,lib.ſ. bulliant in ea pulpæ tamarindorum,cheiron vnc.j.pulpæ myrob.citrinorum vnc.ſ.croci, grana v. macis drach.j. & dimittantur vſque mane. tunc vero colentur, & colaturæ rhabarb. drach.j.addatur,quod puluerizatũ reſideat prius in ſucci roſarum vnc.ſ. & detur vbi oportet,& eſt archidia. Alia ſoluens humorem phlegmaticum, conferens paſſionibus eius,& eſt Serap. ℞. hyſſopi, mentæ,calamenti,meliſſæ, ana drach.j. radicum lilij vnc.ſ. linguæ auis vnc.ſ. ſpicæ,cinnam.ana drach.j.acetoſæ vnc.ſ.polypodij vnc. ij. Bulliant in aqua boraginis,vel bugloſſæ quãtitate ſufficienti. Deinde colentur,& in parte ſufficienti bulliant pulpæ myrob.chebu drac.j.& ſuperaddatur aga. puluerizati drach.ſ.zucch.roſ. noui,vel reſidentiæ eius,vel geleniabin vnc.j.& detur in aurora. Decoctio de epithymo ſecundum inuentionem noſtram confert prædictis paſſionibus,ſoluendo humorem melancholicum, dicta in antidotario. Item decoctio de fumoterræ etiam prædictis paſſionibus confert cauſatis ab humoribus, & fumis aduſtis, & oppilationibus proprijs cordis, & aliorum viſcerum, educens cum facilitate ipſos.

De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad cerebrum. Cap. 4.

GAlenus ait. diſcretæ naturæ cerebri facile multas generant ſuperfluitates, ex quibus nocumenta fiunt ſubiectis organis ad quodcunque ipſorum vertitur ſuperfluitas. Iudæi decoctio educens choleram,phlegma,& melancholiam, cum facilitate confortans cor,& omnia viſcera, & conferens prædictis paſſionibus cordis ex cõitate ad cerebrum patiens,ex frigiditate,oppreſſum

sum epilepsia, melancholia, vel mania, vel catarrho frigido. Rec. stœchados, melissæ, hyssopi ana drach.j. ireos vnc.j coriandri præparati vnc.s. cubebarum drach.j. spicæ drach.s. Bulliant in aqua cicerum: deinde colentur, & in colatura bulliant polypodij drach.ij. Et dissoluantur aga. puluerizati drach.j. pulpæ myrob. citri, chebulorum, & indorum, & iterum colentur, & colaturæ addatur rhaued sceni drach.j. & detur mane, est enim sana, & experta, & neminem decipit vnquam. Et sunt aliqui, qui addunt hieram, & proprie cum ex communitate seu compassione ad inferiora membra nutritiua, vt est stomachus, hepar, & splen, & viarum ipsarum ad cor: & ad putrefactionem ipsorum, & vlcera, & etiam expulsiones, vt renes, vesica, & matrix, quorum prædicta compassione, cor passiones incurrit. Abuha. lutum sigillatũ sumptum, & retentum in ore prohibet catarrhum calidum ad spiritualia, & spica frigidum; & etiam linitum extra cum oleo ros. Item grana papaue. albi, cõtrita cum zucch. al. & retenta in ore, & retinent catarrhum acutũ, & salsum. Et diacodion, & loch eius, simile operantur, & thus album retẽtum in ore, frigidum. Sacculus confortans cerebrum, & retinens catarrhum frigidum—. Rec. sandarachæ, thuris, pulegij, spicæ, & salis communis, ana vnc.s. spicæ drach.j. si calidum sit loco pulegij, ponatur myrtus, & sandali.

Sacculus.

De cura passionum cordis per compassionem ad stomachum. Cap. 5.

INquit Gal. antiqui os stomachi, cor, semper appellare consueuerunt. Compatitur enim patienti cor valde, & principalia reliqua, et totum corpus cor, quod propter alligantiam eius ad ipsum in arterijs cerebrum in duabus neruorum partibus, & propter alligantiam in venis, & neruo subtili, & proinde totum corpus, & maxime cum ei ministret in re nutrimenti. Inquit proinde Abuhali. stomachus est membrum, cuius cõitate patitur totum corpus. Modus saccellorum, quibus vsi sunt antiqui, & habentur nunc in vsu confortatium stomachum, & infrigidantium, & prohibentium effusionem humorum calidorum ad stomachũ; ac mordicationem inducẽtium, à qua cõpatitur cor cũ incurrit cardiacam, est talis. ℞. cymarum rubi, foliorum vitis syluestris, rosarum cum stypitibus cymarum, myrrhæ humidæ, ana vnc.j. sandali, spodij, ana drach.ij. bulliant in aqua ros. & succo cytoniorum, cum modico vino pontico, & tepidi applicentur frequenter super ipsum. Emplastrũ ad idem. ℞. sandali alb. ros. spodij, lenticularum aquæ, ana vnc.j. terantur, & conficiantur cum oleo ros. & cera, & aqua fabrorum, & emplastretur. Receptio saccellorum confortantium stomachum, alterantium dyscrasiam eius frigidam, & prohibentium effusionem humorum ad ipsum, & conferentium nauseæ, vomitui phlegmatico, singultui, & oxyrecmiæ, ventositati, & cardiacæ, & syncopi vitio stomachi. ℞. mentæ siccæ, absinthij, sampsuchi ana vnc j. spicæ drach.ij. mastich. galangę, macis, garyoph. galliæ musch. nucis musch. cardamomi vtriusque ana drach j. corticum citri sicci vnc.s. corticum thuris, ana drach. j. s. bulliant in vino pontico cum succo cytoniorum, & calidi sufficienter applicentur sępe super ipsum. Idem operatur cerotum stomachicum. Gal. Emplastrũ de mastiche liquefacto simplici ad idem, aggregat enim in se proprietates quatuor in cura stomachi plurimum necessarias. s. aromaticitatem, stypticitatem, & temperatam caliditatem, & liquefaciens phlegma in ipso. Et modus est, quem Rabi designauit. accipe masti. albam, & grossam pinguem, & dissolue eam in lamina ferri supercalefacta, & malaxa manibus, & extende in forma manus, & applica. Dixit quoque, q; succus maioranæ, & buglossæ, cum gar. tritis, vt alcohol, multum valet in tremore, saltu, cardiaca, quod cafatan dicitur. Et si quidem causa prædictarum passionum cordis sint vlcera stomachi, & bothor; curentur cura propria, quæ infra dicetur. Gal. ait. vinum cum pane stomacho ieiuno

Saccellus ad stoma.

Emplastrũ.

Saccellus ad varias stom passiones.

Emplastrũ mobile, & facile.

E sumptum prohibet cursum humorum ad stomachum. Sed si quidem sint cholerici, sit vinum debile stypticũ, & lymphatũ: Si vero frigidi, & phlegmatici, sit vinum stypticum, & aromaticum, purum, non fumosum, vt vernacia, & græcum, & vinum pissotiæ: & vina quoque aromatica, & acetosa in calidis operantur idem. Et syrupus de menta in frigido, & syrupus de agresta in calido, & diacytonitem in vtroque, & melicratum conditũ nostrum, & tragea ex aniso, carui, gar. mace, galãga, cardamomo, & zucch. Et decoctio hasce fin nostram inuentionem confert prædictis passionibus cordis causatis vitio stomachi ex indigestione, educens humorẽ phlegmaticum, & ventositatem hypochon. dissoluit. Puluis Serapionis ad stomachi, & hypochondriorum ventositatem. ℞. ameos, sem. apij, ana drach.v. gar. mastic. thuris mas. ana drachm. vij. radicum squinanthi, costi, ana drach.iij. nasturcij torrefacti drach.xxx. extenuat, & confortat. Idem operantur commouentia eructationẽ, ex quibus sunt origanum, folia mentæ, anisum, carui, calamenthum, mẽta, ameos, galanga, mastiche, & gar. qui sunt proprij in hoc casu. prout dixit Abuha. Rasis. Emplastrum ad apostema stomachi, & hepatis, cuius communitate patitur cor, cum est antiquum, & vbi non est caliditas. ℞. fęnugræci, sem. lini, caul. & carpobalsami, ana drac.v. cordumenti, ireos, amygdalarum costi, myrtæ, spicæ, cyperi, ana drach.v. bdellij, subalbidi drach.vij. styracis liquidæ drach. iij. nasturtij drach.ij. aromatici, ceræ citrinæ, adipis anatis, omnium, ana drachm.iij. olei chamæmelini drach.xx. deinde aggregentur, & emplastrẽtur cum eo. Aliud ad apostema stomachi, & hepatis cum non est antiquum. Rec. fęnugræci, sem. lini, anethi ficci, violarum siccarum, chamæmilæ ficcæ, althææ ficcæ, mastich. ana drach.v. spicæ, cyperi, squinanthi, calami aromatici, ana drach.vj. ceræ drach.vj. olei chamæmeli. drach.xv. omnia aggregentur, & fiat emplastrum. Arist. grana granarorum muzorum, & acetosorum in cibo, & post, sumpta; vel succus eorum in cibis, & salsamentis; aut syrupus ex eo factus prohibet corruptionem fumosam in stomacho ciborum, & potuum, quæ causa est cardiacæ passionis. Nicolaus. diacinnamomum, & diacyminum, prohibent corruptionem acidam cibi, & potus, quæ causa est passionum dictarum cordis. Dixit Gal. hiera picra confortat stomachum, cor, & cerebrũ, & hepar, & putrefactionem in eis corrigit, quæ passionum dictarum potest esse causa. Etiam si ex xyloaloe sumatur drach.j.s. puluerizato cũ vino aromatico lymphato cum aqua ferri, remouet humiditatem putrefactam stomachi, & confortat ipsum hepar, & cor, generat lætitiam, & prohibet iram. Dixit Abuha. Et darsesecham lætificat putrefactionem, & emblici conditi. Et nasturtium putrefactionem vacuitatis ventris, & cinnamomum, in alijs partibus existentem. Idem operatur oxymel squilliticum, & acetum eius, & aqua mellis, & geleniabin, & solus aloes. Trazea confortans stomachũ: & prohibens ascensum vaporum, & fumorum, ad cor, & cerebrum, secundum intentionem nostram. Rec. coriandri præparati vnc.ij. seminis melissæ vnc.s. cinnamomi electi vnc.j. zucchari tabarzet vnc. iiij. puluerizentur, & misceantur. Dosis cochlear vnum post cibum non sequente potu. & sana, experta. Idem tryphera sarracenica Nicolai, & nostra operatur. & electarium nostrum lætificans, & confortans capitulo de melancholia dictum. Et omnia ex cibis, & fructibus ponticis post cibum sumpta—.

Prohibentia cursum humoris ad stomachum.

De cura passionum cordis per compassionem ad hepar. Cap. 6.

DIxit Gal. hepar vnum ex principalibus membris existit. Est enim fons, & minera naturalis virtutis sanguinem generantis, a quo venæ originem habẽt, quibus sanguis ad totũ corpus distribuit, & singula membra renutricationis gratia, & generationis spirituum—. Quapropter sapiẽs natura ab ipso venam magnã chylis

Quo nãmo dicebat.

vocatam

non corpus nutriat.

vocatam extraxit, quæ tranſiens per ſubteriora aſcendendo dorſi imbibitur in dextrum ventriculum cordis, à quo pro parte tranſiens tranſcolatur, & purus in ſiniſtrum ventriculum eius conuertit in ſpiritum. Et reliquum eius informationem recipiens ibidem nutrit corpus eius, ac tranſiens per venam de dextro cordis aſcendens ad corporis ſuperiora, vt caput nutriat. Et ipſa proinde nil mirum, ſi illi grauiter patienti compatiatur cor. Alligatur enim vena ipſi, & ea mediante ab ea recipit ſanguinem pro alimenti materia ſui, & generationis ſpirituum, quibus virtus eius, & aliorum membrorum irradiantur: cum quo etiam mittit quandoque melãcholiam, & fumum cordi, paſſiones inferentem prædictas propter communitatem remotam. Syrupus de endiuia, remittit hepatis inflammationem, & oppilationem corrigit. Et trochiſci de berberis, & remittunt hepatis inflammationem eius multiplicantem fumum, & vaporem petentem cor, & cerebrum, & confortant ipſum. Et triaſandali, & cerotum de ſandalis, & rhabarb. cum ſucco roſ. & aqua lactis, decoctionis ſenæ, mundificat ab ipſo choleram, & vſtiones: phlebotomia ex baſilica dextra minuit repletionem eius, quia paſſiones cor prædictas pati contingit.

De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad ſplenem. Cap. 7.

Splenis vſus eius.

INquit Gal. ſplen eſt membrum ad hoc generatum, vt ſemper fœces ſanguinis attrahat, & de eis hepar mundificet, quibus non mundificatis ſanguis infectus melancholicis humoribus tranſit ad cor, & cerebrum, & tales paſſiones cauſabunt, atque timorem, maniam, & melancholiam. His autem, quæ rectificant ipſum, confortant, vt ſanguinem à ſuis mundificet fœcibus eſt vtendum. Dicetur autem in capitulo de cura ſplenis, (ſi Deus voluerit,) qui ſit benedictus.

De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad inteſtina. Cap. 8.

AIt Gal. Repletio ſecundum ventrem ſuperiorem ad vomitum, euacuetur. Quæcunque vero ſecũdum partem inferiorem, eius ſubductione, proprie collyrio, vel clyſteri. Inteſtinorum quoque repletio, & ſi ex vẽtoſitate fuerit, curetur cura inflationis, & colicæ, quæ infra dicetur. Et ſi ex fecibus ſiccis, humidis, lubricis, & mucilaginoſis. Similiter, ſi ex vermibus, cura propria, quæ dicetur. plurimũ enim prouocant ſyncopim, & tremorem, epilepſiam quoque, & ſubeth, & ſtuporem fumum mittendo venenoſum ad cor, & ad cerebrũ, mordicando inteſtina, & ſtomachum. Abuha. dixit hora comedendi eſt cum aderit fames. cum vero aderit, non toleres eam, quoniam tolerare famem ſtomachum putridis replet humoribus. Gal. ait, illud eſt, ſi hepar de bono ſanguine minus, quam ſibi expediat, habet, & de malo plurimum, & quandoque choleram ſuperfluentem immittit, quæ eſt cauſa morſus eius, ex quo paſſiones cordis prædictæ ſequuntur. Et quandoque eſt phlegma mittens frigidum vaporem ad ipſum plurimum, à cerebro miſſum, vel in ſtomacho concretum. Quod ſi plus non habeat de bono, nec de malo, nihil illi remittit: quia in famem ſyncopalem deuenit. Cibus ergo illico eſt cum aderis, exhibendus. Et vbi non habeatur, & ſyncopis timeatur, panis infuſus in vino puro eſt tribuendus in frigido, & phlegmatico, & [illegible] in cholerico; miſto, ſeu lymphato; vel aliquod rob. ſtypticorum, puta granatorum, cytoniorum, vel agreſtæ: & vbi iam cucurrit humor repletus eſt ſtomachus ante cibum, vomitu educatur vel aliquo ventris ſubductiuo, & lubricum faciente præmiſſo, ſicut Gal. oſtendit, & Abuhali.

Nimia fames nat.

De cura paſſionum cordis per compaſſionem ad inteſtina, & ad os ſtõmachi. Cap. 9.

AVerrois ait. theriaca, & philonium ſunt conuenientes in ſedatione doloris ſtomachi, colicæ; & reliquorum membrorum. ex quo poſſunt euenire ægritudines cordis prædictæ, & propriẽ vbi cauſam eius imprimentẽ non poſſumus præauferre. Conueniunt enim vtrique cauſæ imprimẽti, & percipienti, ac cõfortat cor. ſed theriaca reſpicit cauſam imprimentem magis, philonium vero percipientem. Et ſi quidem earum cauſa ſit vomitus, & cholyrica paſſio, curetur primo. prout Hipp. dixit. Inquit enim vomitus vomitu: fluxus fluxu: vomitus fluxu: fluxus vomitu, & vterque ſudore curantur. Secundo confortantia cordis miniſtrentur quæ dicta ſunt.

De cura paſſionum cordis, ex fluxu ſanguinis mẽſtruorum, & hæmorrhoidarum. Cap. 10.

HIppocrates ait. in fluxu muliebri ſpaſmus, & animi defectio malum. Quod approbans comment. ait. In fluxu ſanguinis plurimum deficere conſueuerunt. Ait quoque Abuha. ꝙ ex matrice accidit præfocatio, quæ eſt quidam ſpaſmus cum ſyncopi; & illud apud retentionem menſtrui, vel etiam ſpermatis. quibus volens curam apponere. Hipp. ait in apho. Mulieri menſtrua ſi voluerit retinere, fitiam maiorem mammillis appone. Abuha. autem ſecutus eſt eum dicens. Phlebotomiam de ſuperioribus partibus deriuabis euacuando, ipſamque inſtitis fortiter ſtringas. Ingroſſantibus, & ſtypticis cibabis demum, & fomentabis, emplaſtrabis, epithemabis, applicabis, & impones collyria ex ſtypticis, & ponticis conglutinantibus, ac quæ dicuntur appropriatis; vt eſt ſcoria ferri ſumpta cum aqua arnogloſſæ, vel emplaſtrata; licet conceptioni præſtet impedimentum. Et ſolatrum hortulanum ſuppoſitum ſtatim ſtringit, & ſimiliter hæmorrhoidarum fluxum. Ex his autem, quæ in ſtringendo fluxum menſtruorum, & hæmorrhoidum ſunt efficacia, & experta, ſunt trochiſci noſtri de charabæ, de terra ſigillata. Paulus quoque dixit lutum ſigillatum non eſt medicina magis abſcindens ſanguinem, vndecunque fluat. Inquit quoque Hipp. in aph. Muliebria educit ex aromatibus calefactio. Qualia ſunt ſpica, gallia, folium, crocus, & herbarum aliquæ, vt calamẽthum, pulegium, ruta, marrubium, abſinthium, ſauina, & huiuſmodi. Abuhali autem phlebotomia ſaphenæ, vel venæ, quæ ſub poplite eſt, ac ventoſatio inguinum prouocat menſtrua, & fluxum hæmorrhoidum; & appoſitio ſanguiſugarum in pudico eſt conueniens. Abuhali ait. collyria ex bryonia, pane porcino, elleb. pulpæ colocynthidos, felle taurino inuenta; & collyria ex opopanace, ſerapino, ammoniaco, vel puluere euphorbij cum ſucco rutæ coto infuſo prouocat menſtrua, & ſanguinem ex hæmorrhoidibus; & leuiora eis ſunt radix althææ, fẽniculi, ſiſamum, & fẽnugræcum. Et ex mediocribus vrticæ folia, & mercurialis, & herbæ confortatæ, & aloe ſuppoſita, abſinthium, & nigella, & rubea tinctorum bibita, & ſuperpoſita. acquirunt enim hæc omnia ſanitatem in paſſionibus cordis, & aliorum membrorum, quæ ex retentione menſtruorum, aut hæmorrhoidum, vel ſuperfluo fluxu proueniunt, ſubſequentibus aromatibus notis, & cordialibus (ſi Chriſtus voluerit.) Philonium Perſicum deſcriptione filij Serapionis valet ad ſanguinis eruptionem ex menſtruis, & hæmorrhoidibus, & prægnantibus, quibus deſcendunt menſtrua; & ventoſitatibus, quæ in matricibus fiunt; & cõſeruat embryonem in ventre matricis, ſed eſt ex vltimis, quia opiatum. Rec. pip. alb. ſem. hyoſciami al. ana drach. xij. opij, terræ ſigillatæ, ana drach. x. croci drach. viij. vel v. euphorbij, ſpicæ, pyrethri, myrrhæ, ana drach. ij. caſto. drach. j. zedoariæ, & doronigi, margaritarum non perforatarum, & muſchi, ana drach. s. mellis colati, & ſpumati

in 5. aphoriſ. xxix.

mati quantum neceſſe eſt. potio ſit pondus drach.j.cum eo quod conuenit ex potibus. ſumma medicinarum eſt quindecim.

E

De cura paſſionum cordis ex retentione menſtruorum prægnantibus. Cap. 11.

DIxit quoque Gal. In conceptu os ſtomachi nocetur,nec mirum cum purgationes non exeant,quæ ſecundùm ſuperabundantiam redundant ad ſtomachum,& conſequenter fumum mittunt ad cor,& cauſa eſt paſſionum dictarum, quæ rectificatione regiminis, & vſu rerum confortantium ſtomachum, & cor emendantur.

De cura paſſionum cordis ex rarefactione pororum cutis ex ſua re diaphoretica per ſe, vel ex balneo, vel exercitio. Cap. 12.

ABuhali dixit,oleum myrtinum,ſuccus cytoniorũ, oleum omphacinum, de balauſtijs, & roſaceum inunctum exterius ſtypticitatem, ad denſitatem corporis poris acquirit rarefactis ſuperfluè. Et quibus reſolutio corporis occulta ſenſui manifeſta cum ſudore diaphoretico per ſe, vel balneo exercitio ſuperfluo euenire contingit, ex quibus paſſiones cordis dictas quandoque euenire vidiſti. Oleum ex inuentione noſtra ad ſudorẽ diaphoreticum. Rec.roſ cum ſtipitibus immaturarum drach.xx ſanda.balauſtiarum,ana drach.x.gallarũ drac. iij.cymarum myrtæ drach.j. Oia coquantur in aqua pluuiali;lib.ij.quouſque ad iij.partem reducantur,deinde colentur,& colaturæ addatur olei roſ. lib.s. Et iterũ vſque ad aquæ conſumptionem. Poſt vero oleum ſeruetur,& eo vngatur cum opus fuerit,ſpina, pectus, pulſus, hypochondria. Et emplaſtretur ſuper extrema, raſura cucurbitæ,vel mittantur in aquam frigidam, & da zucch.roſ. cum aqua frigida,vel aqua ſeminum cõium. Sed vbi frigiditas extremorum apparet perdurans, & pulſus debilitas,& corporis vniuerſi,à fortibus infrigidantibus abſtinendum eſt. Fortis enim diſtinctio dejcit virtutem. Dixit Abuhali. ſed ſuper poros cutis pulueremſpicæ ſuperaſpergas; ſuperaſperges quoque puluerem maſt. thuris,charabæ,gummi arabici,quæ conglutinando abſque infrigidatione conſtipant poros,& venarum orificia,humiditates,& ſpiritus congregant, & à reſolutione facili vetant,& viuificata virtute cum pane,& vino; demum cum cibis inſpiſſantibus,& ſtypticis nutriatur;prout infra dicetur,& ſupradictum eſt. Nicolaus dixit roſ.nouella ſudorem diaphoreticum retinet. cuius recepta eſt. ℞.ro liquiritiæ,zucch.ana vnc.j. drach.j.ſcrup.ij.ſ cinnamomi drach.ij.ſcrup.ij.& gra.ij. garyoph. ſpicæ nardi,galangæ,zingib. nucis muſch. zedoariæ, ſtyracis,cardamomi,apij,ana ſcrup j. & grana viij. mellis quod ſufficit. loco autem mellis ponatur zuccharum in hoc loco,& loco zucch. mel.ſuperius.

Oleum.

Recepta nouella compoſitio.

De cura paſſionum cordis ex aere peſtilentiali. Cap. 13.

SI ex aere peſtilentiali contingant,docuit Abuhali patientem ex aere in aerem bonum mutari, & de regione in regionem. quod ſi non valeat, mutet habitaculum ſuum. Sed ſi quidem accidat ex cauſa ſuperceleſti peſtilentia,habitet in ſubterraneis locis. Si vero ex cauſa terreſtri,habitet in domibus altis, & rectificet aerem cũ aromaticis frigidis, vel calidis, prout eius expetit qualitas. Nutriatur acetoſis,& aromaticis, ac in cibis vtatur aceto,& potibus ét. Inquit enim Gal. aceto autem in cibo,& potu vti,eſt à nocumento eius aſſecurario. Dixit quoque plures iam ſanati ſunt ex peſtilentia magna propter conſuetudinem bibendi lutum armenum cum vino ſubtili permiſtũ cum aqua roſ. vt perducat id ad cor. Gal. quoque ait. Tria ſunt,quæ hominem a peſtilentia præſeruant,ſeu impreſſione ipſius,vt ꝙ corpus ſit mundum, & bene tranſpirabile: Et ꝙ aer rectificetur,& alteretur. Pilulæ præſeruantes ab impreſſione aeris peſtilentis ſecundũ deſcriptionem Abuhali. Rec. aloes, croci,ana partes æquales,myrrhæ partis i. mediam confice cum aceto.& da oi die,drac j.ſunt enim expertę,& ſanę.

F

De cura paſſionum cordis ex fętore contingentis. Cap. 14.

ISaac ait. Si ex fętore quis tales paſſiones incurrat,abijciantur putrida,& mundentur fœtida,aer fiat euentabilis, & odoriferus. Miniſtrentur calida, vel frigida prout inuitat neceſſitas, ſicut te ſcire fecimus ſupra de cura vertiginis ex vapore fœtido.

De cura paſſionum cordis ex morſu venenoſorum, & aſſumptione veneni. Cap. 15.

INquit Abuhali. Morſis ab animalibus venenoſis: & eis qui ſumpſerunt venenum ſubuenies cum vomitu feſtinanter: deinde lac,vel butyrum ſi calidum ſit venenum,da. Si vero frigidum,aſſam ſeu confectionem eius diamuſchum, vel alia miniſtrabis. Et ſi contrarium à ſubſtantia. mithridatum,vel theriacam, & lutum ſigillatum: prohibet penetrationem eius ad cor:& extra corpus expellit,cor confortando. Deinde conſideretur cuius generis ſit: & ei propria medicina curetur. Serapionis vomituum ad eos qui ſumpſerunt venenũ, & morſi ſunt ab animalibus venenoſis. Rec.ſalis indi, charabæ,baurach,ana partem s.terantur,& dentur cum aqua mellis. Modus gargariſmatis quod experius ſum. dixit, Gal. In lepore marino;& cantharidibus ſumptis educes ea vomitu ſtatim; & iam expertus ſum ipſum morſu canis rabidi cum vino, & liniui cum ipſo morſum viperæ cum aceto, & poſui ſuper ipſum poſt linimentum folia ſcordeon,vel centaureæ. Pilulæ contra omne venenum ſumptum,& contra morſum cuiuſlibet animalis venenoſi. Rec. terræ ſigillatæ,luti armeni,ana drach.s. Confice cum ſucco cyperi,& vtere cum oportet.

G

De cura paſſionum cordis ex timore contingentis. Cap. 16.

SI ex timore perterriti,tales paſſiones incurrant,inducantur ad ſecuritatem,& gaudium cum ampliatione aeris,& claritate, & aſpectu viridium,& picturarum placibilium,& cum fabulis,& cãtilenis placidis,& ſuauibus,ac læta ſociorum, & amicorum ſocietate,ac delectabilium perſonarum. vigilent. quæ læta ſunt narrent, & blandiantur atque mulceantur. Fricentur,& potẽtur vino,& cibentur electario de muſcho dulci,& gemmis; & aliud addit exoluris ex gaudio,frigidis,& ſtypticis mitigantur, & cordialibus cibis frigidis nutriantur, & viſcoſis cum mixtione xyloaloes,& occupentur ſomno.

De cura paſſionum cordis ex labore; & accidentibus animæ. Cap. 17.

H HIppocrates inquit in apho. In omni motione corporis cum cœperit quis dolere, ſtatim quieſcere remedium eſt. Quod generalizans Gal. ait in motione animæ etiam locum habet.

In ſecunda aphoriſ. 48.

SVMMA IIII.

Sectionis primæ, ſecundæ particulæ, continens capitula quatuor.

PROLOGVS.

HÆc omnia,quæ ſunt dicta, & ſimplicia, & compoſita ſunt de genere medicinarum,quibus ſanabuntur cordis ægritudines omnes,(ſi Chriſtus voluerit.) Subſequenter ſecundum præmiſſum ordinem procedere expedit ad medicinas ægritudinum partium forinſecarum pectoris,quæ mãmillę dicuntur;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0566-0 DFG

cuntur; quarum ſubſtantia glandoſa eſt, alba, & ſpongioſa, in ſe plures continens arterias, & venas, ipſas cum matrice continuantes. Iuuamentum quarum, ad quod eas in maribus ſapientia generauit, eſt ad perfectionem decoris, vt aliqui dicunt. Et tamen non ſunt in maribus veræ mãmillæ, ſicut nec mulieri ſunt, veri teſticuli. Sed æſtimo ad hoc factas fore, vt ſua ſpongioſitate colligant humiditatem lacti conſimilem; non tamen verum lac, ſicut in hirco qui lactauit, inuentum eſt. prout Ariſtot. inde hiſtorijs animalium dixit; & hodie in viris humiditate abundantibus eſt videre. ac cordi propinqua ad contemperandam eius ſiccitatem, ad quod forte humiditas hepatis, & cerebri propter eorum diſtantiam non ſufficit; nec etiam humiditas aeris inſpirati; ſicut eorum frigiditas ad contemperandam caliditatem ipſius, nec etiam humiditas ſanguinis, & tempus generati in ipſo, & ſi ſint ei magis propinqui eo, quòd ſiccitas eſſentialis in ipſo à calore ſuo motu effectiue ſemper excreſcit, vt proinde multiplicatis humectantibus egeat, quibus prout vitę conuenit, cuius eſt principium, valeat temperari. Cum enim vita per calidum, & humidum conſtet, indiguit cor vitæ principium calidum, & ſiccum exiſtens propter motum neceſſarium vitæ contemperantibus pluribus ſuæ ſiccitatis exceſſum, quàm caliditatis, licet hæc in eo ſit maior, & etiam eſſentialis, tum quia humiditas eſt minus actiua, quàm frigiditas, tum quia multa remiſſio ſiccitatis in corde eſt magis conueniens vitæ, vt conſiſtant in ea, quàm ſit multa remiſſio caliditatis, cum ſit formalis in ea, & proinde magis præiudicialis eſt vitæ. Abſque enim caliditate multa ipſius vita eſſe non poteſt, abſque ſiccitate vero multa, & cum temperantia in paſſiuis cor eſſe poſſibile eſt. Iuuamentum vero, ad quod illas in fœminis generauit, exiſtit ad lactis generationem, quo nutriatur infans de vtero prodiens, vſque ad tempus productorum iam dẽtium, in quo mandere dura poſſit, ex menſtruis nutrientibus ipſum in vtero, quibus cum careat mas, lac non generat, quamquam mammillas videatur habere, habet enim ſed non ſic, ſicut mulier. Cui iuuamento quandoque accidit nocumentum, quod tripliciter fieri contingit. Diminuitur enim, aut aufertur, aut corrumpitur, & hoc propter reſpectum ad ſpeciem, & infantem, pro cuius alimento lac generatur. Sed per reſpectum ad matrem nocumentum talis actionis exuberantia lactis eſſe dignoſcitur, vt infra patebit, cuius quidem nocumentum euentus eſt, ex ægritudine earum propria, vel ex communitate propria ſimplici, & compoſita, & ſimplici complexionali primum cum materia, cum ſanguinis ſuperfluitatem recipiant ad lactis generationem, vt dictum eſt, quia debiles ſunt, raræ, & frigidæ; ac menſtruali, & communi, & compoſita. vt apoſtemate. Ex communitate autem ad alia membra corporis, & proprie nutritiua. & maxime ad matricem, aut ad corpus totum. & ſecundum hoc iſta quinta ſumma ſecundæ particulæ continebit quatuor capitula.

De diminutione lactis. Cap. 1. 16
De exuberantia, & de caſeatione lactis, & de corruptione eius. Cap. 2. 17
De apoſtemate mammillarum, & de earum vlceratione. Cap. 3. 17
De earum magnitudine. Cap. 4. 18

De diminutione lactis. Cap. 1.

DIminutio lactis, & eius exuberantia notæ ſunt, eſt autem lactis diminutio contraria exuberationi eius, non ſolum in ſpecie, ſed etiam in effectu. Nam prima nocet fœtui, & non matri, ſecunda vero matri, & non fœtui, vtraque igitur eſt corrigenda, & cum contrariorum contrariæ ſint cauſæ, & cõtrariarum cauſarum contraria ſunt ſigna, & curæ. Proinde correctio vnius erit per correctionem alterius declarata. Et quia diminutio ablationi conuenit in genere cauſæ, & differt in quanto ipſius. ideo per cauſam diminutionis curam ablationis comprehendere habes. Cum ergo lac ex ſanguine alterato in mammillis ad ſuam naturam propriã generetur, cum vides lactis diminutionem, inſpicias ſanguinem: quia non euacuabitur ab altero duorum, puta quia aut eſt diminutus in quanto, aut mutatus in ſubſtantia, & qualitate generationi lactis inconuenienti, quia ſuperflue calidum, frigidum, ſiccum, vel humidum, & maxime frigidus, & ſiccus, aut groſſus, vel ſubtilis, & aquoſus. Diminutio autem talis ſanguinis, aut eſt in corpore toto, aut in mammillis, & ſi in toto, aut ex parte cauſæ materialis eius. ſ. cibi, & potus: quia ſit diminutæ quantitatis, & inconuenientis; aut qualitatis ex parte cauſæ efficientis, ſ. complexionis corporis habentis ſanguinem generare: quia ſit malitia complexionis in toto qualiſcunque, & proprie frigida, & ſicca pura, vel cum humoris vitio mixto in ſanguine, vel dominãte in mammillis: quia ſanguis declinet ad illam partem, & matricem maxime, qui ad mammillas venire cõſueuit: ex quibus cauſas exuberationis colligere poteris. Signa quorum omnium diſtincta ſunt: hæc ſi quidem ſit ex diminutione ſanguinis in quanto, erit priuatio ſignorum dominij ſanguinis in toto corpore in qualibet parte. Si ex peccato eius in quali, videbis ſanguinem ſupercale factum, vel infrigidatum, liquidum, vel ſpiſſum. & in eo dominari alterum trium humorum, cum extraxeris de corpore per phlebotomiam, & poſueris ipſum in catino ex diſpoſitione corporis, & regimine præcedente inueſtigare poteris. Et ſi quidem diminutio in quanto, & eius mutatio in quali ſit ex parte ſuæ materiæ. ſ. cibi, & potus, tibi ſenſus declarat. Si vero ex parte ſuæ cauſæ efficientis, ſ. malitiæ complexionis in toto corpore, cognoſces id per ſigna malæ qualitatis calidæ, frigidæ, ſiccæ, vel humidæ; & calidæ ſi ſit pura ſecundum inflammationem corporis, & feb. quandoque ſitim, appetitum frigidorum, per quæ iuuatur, & læditur per contraria. & ſi cum humoris vitio, perpendens per exeuntia, & proprie ex eis, vt eſt lac, per qualitatem mutatam, & colorẽ corporis, per regimen præcedens, per complexionem, ætatem, artem, tempus, regionem, & ſimiles circumſtãtias. & ſic de alijs qualitatibus tribus. Diminutionem vero ſanguinis in mmamillis; & quia declinat ad aliam partem perpendes ex venarum, & arteriarum occultationem in mammillis, & ex fluxu eius, & ex alijs partibus corporis, ex quibus fluere conſueuit, vt ſunt nares, hæmorrhoides, & propria menſtrua. Inquit enim Hippocr. Si mulier, quæ nec prægnans eſt, neque generauit, lac habet, huic mẽſtrua defecerunt. ex quibus ſigna exuberationis tibi ſunt per contrarium manifeſta. Cura diminutionis lactis, vt ex prædictis colligitur, eſt iij. res. Prima conſiſtit in ſanguinis adæquatione, vt ſit ſufficiẽtis quantitatis, & conuenientis qualitatis ad lactis generationem, & multiplicationem. Secunda conſiſtit in attractione ipſius ſanguinis generati, & multiplicati ad mammillas. Tertia conſiſtit in conſortatione ipſarum ad ipſius ſanguinis conuerſionem in earum propriam naturam, qua lac generatur. Primam rem complent cibi, & medicinæ, & illa, quæ ſunt, & cibi, & medicinæ. Inquit Gal. illa, quæ multiplicant ſperma, ſunt multiplicantia lac, & ſimilis virtutis, & ſpeciei, præter agnum caſtum; de quo dicit Abuhali, quòd multiplicat lac minorando ſperma, quod quidem æſtimo à proprietate habere. Galeni vero ſermo verificatur in operãtibus complexione cibi, & proprie vbi peccatum diminutionis ſanguinis eſt ex parte materiæ, ſ. cibi in quantitate diminuti, & ſi cum additione cibi, qui à tota ſubſtantia habet generare, & multiplicare ſanguinem bonum, & vniuerſaliter declinantem ad caliditatem, & humiditatem tepidam, ſimilem & æqualem caliditati ſanguinis, ex quo habet generari lac, vt ſunt panis, lac mundum recens, caro annalis agni, vitulorum, gallinarum iuuenum, & pinguium, & hædorum, & oua ſorbilia decocta non aſſa, & proprie multum lac, & butyrum vaccinum cum vino ſumptum, & ſiſamum molitum cum vino ſumptum.

Modus tenandi cauſam diminutionis lactis.

Cura diminut. lactis.

Oĩa multiplicantia ſperma multiplicãt lac præter agnũ caſtum.

ptum. Cicera, frumentum, ſęnũgræcum, vbera ouium, E & caprarum cum lacte, &c. ea, quæ in eis continentur, propter ſimilitudinem, & proprietatem in membris, & humiditatibus eorum. Et vinum album, & rubeum, & conuerſio regiminis in omnibus alijs rebus non naturalibus ad caliditatem æqualem abſque ficcitate. Et Medicinæ propriæ vbi peccatum diminutionis ſanguinis eſt ex inconuenienti qualitate, ſiue propter incõuenientiam qualitatis cibi, ſiue propter inconuenientiam malitiæ complexionis in toto corpore, & mammillis, ſunt contrariæ qualitatis qualitati prædictorum, puta, ſi fuerit illorum malitia complexionis calidæ, danda eſt aqua hordei, aqua cucumeris, & ſeminum communium, papauer, lactucæ, ſpinachia, atriplices, & ſimilia, puta granata muza. Si vero fuerit frigida, ei dãda ſunt aqua anethi, ſęniculi, erucæ, apij, & electaria calida, vt diacalamẽthum, diacinnamomũ, ſpica nardi, & ieiunet. Et ſi fuerit ficca, dandæ ſunt humidæ prædictæ, & recentes non ficcæ. & multiplicentur, potus, iura, quies, & ſomnus; & F diminuatur exercitium. & ſi fuerit humida prædictæ dandæ ſunt ficcæ non recentes. & diminuatur potus, iura, & fructus; & augeatur exercitium, & vigiliæ. Et ſi quidem ſanguis fuerit groſſus, detur oxymel cum aqua ſubtiliantium, vt eſt mentaſtrum, hyſſopus, ameos, haſce, calamenthum, & origanum montanum. & cibetur ex charabe. & in cibo eius ſit parum croci, & vinum ſubtile, & vtatur exercitio tẽperato, & vigilet. Et ſi ſanguis ſubtilis fuerit, vtatur inſpiſſantibus; vt eſt aqua iuiubarum, & aqua frumenti decocti, & chondrum, & lenticularum excorticatarum, & caulium, Secunda; & ſi in ſanguine dominetur cholera, vtatur mundificantibus ſanguinem, alterantibus, & ſoluentibus choleram; qualia ſunt endiuia, lupulus, aqua lactis, borrago, bugloſſa, ſuccus roſ. mel, caſia fiſtula, tamarindi, firacoſt, & ſimilia; cum epithymo, ſena, myrobalanis belliricis, & nigris. Et ſi phlegma, vtatur his, quæ phlegma in ſanguinem conuertunt, vt ſunt medicinæ calidæ in primo, vel G in ſecundo gradu, vt zingiber, macis. Cibi, & medicinæ vbi peccatum diminutionis ſanguinis eſt ex parte materiæ, &c. efficientis cauſæ, ſunt eruca, bauciæ, id eſt daucus, ſęniculus, anethum, & apium ſylueſtre, & nigella, quæ phlegma conuertunt in ſanguinem. Et operatio cum eis in hoc eſt melior, quam cum his, quæ ſunt medicinæ tantum. Et ſi ſanguis mali fuerit odoris, dabis cibum boni odoris; & vinum ſimiliter, & epithymabis mammillas cum alterantibus prædictis, & his quæ in decoratione dicentur, (ſi Chriſtus voluerit.) Secundam rem complent fricationes mammillarum manibus blandis multum, & partium adiacentium, vt pectoris, & ſpatularum cum melle, & puluere calamenthi, Epithemata, emplaſtra, & vnguenta ex calidis, quæ trahant ſanguinem à profundo cum melle, & aqua ipſorum epithematum calida, vel aqua ſimplici; & ſi quidem fuerit oppillatio in venis eius, aut debilitas virtutis attractione earum; augmentabitur nutriens ſubtile ad caliditatem decliue. &c. conferunt valde ad hæc ipſæ H bauciæ, & ſemen ipſarum, & ſub mammillis ventoſæ ponuntur magnæ, & cum multa compaſſione tractabuntur, & emplaſtrabuntur cum nigella, rubea tinctorum, calamentho, & melle, & ficubus, quæ trahunt ſanguinem à profundo. Tertiam rem complent emplaſtra, & vnctiones mammillis applicata ex rebus tepidæ caliditatis, & humiditatis iuuantibus digeſtiuam, &c. nutritiuam virtutem, & etiam cum appropriatis, qualia ſunt emplaſtrum factum ex ſiſamo bullito in vino; & prædicta ſunt ad cauſam diminutionis lactis; ex quibus curam exuberationis comprehendere per contrarium poteris, &c. ad actum reducere (ſi ſancti ſpiritus gratia tibi adſit.) Inquit Abuhali quidam experti ſunt elixaturam capitum falſorum piſcium in aqua. i. ſucco anethi bibitã. Et æſtimo valere propter proprietatem, vbi cauſa diminutionis ſit ex humida, & frigida cauſa. Et ex eis, quæ lac multiplicant, eſt butyrum vaccinum vnc. j. cum vino bibitum, & ſimiliter ſiſamum molli-

tum. Item ex expertis per me eſt, vt fiat panis ex farina *Panis.* tritici cum ſemine iuriuleæ, & eo vtatur. Et ex ſtercore *Emplaſtrũ.* turdorũ cum lacte aſinæ, & oleo, more emplaſtri liniantur mammillæ; & eſt ſatis temperatum, confortans naturam mammillarum, & omni dyſcraſiæ conferens. Item Rec. amygdalarum dulcium, pinearum, & fiſti- *Placentula.* corum, farinæ granorum viridium iuriuleæ, & ſecacul, ana partes æquales: terantur & conficiantur cum butyro, & fiant placentulæ: de quibus omni die mane, & ſero ſumat vnam, quæ ſit quantitatis oui vnius. Sorbitio fa- *Sorbitio.* cta ex ſucco feſtiræ cum frumento decocto, & melle facit exuberare lac ſecundum inuentionem noſtram. Me- *Mixtura.* dicamen valde bonum faciens exuberare lac. ℞. ſeminis anethi vnc. iij. ſeminis mandragoræ, ſem. porri, an. drac. j. ſem. ſęnugræci, &c. ſem. eſulæ, ana drach. ij. Totum cum ſucco ſęniculi, & melle, & butyro miſceatur, & in potu ſumatur. Æſtimo valere vbi cauſa diminutionis ſit ex peccato ſanguinis in quanto, & qualitate frigida. Item alia confectio impinguatiua, noſtra, faciens *Confectio.* lac, & ſperma exuberare. ℞. mugracij, nucis neridem, & been, & doronigi, & dragacanthi. ſem. papaueris, charabæ, ana drach. iij, tere, & pulueriza, & frige cum butyro frixione leui cum duabus heminis paruis ſauich tritici, & mina vna zucchari menſura, & mina vna parua, de ea ſumatur omni die drach. xx. & decoquatur cum duabus lib. lactis. & proijce deſuper de butyro quantum neceſſe eſt: & ſorbeatur, quoniam bonum, & rationabile eſt: & eſt expertum in complenda tua intentione, (ſi confidis in Deo.) Sufuf. ad impinguandum, fa- *Pulue.* ciens exuberare lac, & ſperma. ℞. ciceris infuſi in lacte vaccino, aut ouis, exiccati drach. l. riſi quod ablutum eſt multoties, & exiccatum drach. xx. tritici, & hordei tritorum, & excorticatorum, ana drach. xxx. amygdalarũ dulcium excorticatarum drach. j. papaueris drach. ij. panis de ſiſamo triti, & exiccati drach. xl. zucchari tabar. lib. j. terantur & dentur omni die ad ſorbendum drach. xxx. poſtquam decoquitur cum lacte, aut aqua furfuris, vel amyli, & proijciatur in ea quãdo decoquitur drach j. cymini. Electarium quod auget ſperma, & lac. ℞. ſem. *Electariũ.* luriæ, id eſt arboris, quæ dicitur liburnus. ſem. naponũ, ceparum, radicis aſparagi, ſecacul, pinearum mundatarum, fiſticorum, amygdalarum dulcium, auellanarum zingib. piperis albi, ana partes æquales. Terantur, &c. conficiantur cum melle, & butyro, & cum lacte nouter mulſo; ſumatur omni die quantitas drach. iij. Abuhali dicit, agnus caſtus eſt de eis, quæ multiplicant lac, & minuunt ſperma a proprietate. Item confectio medi- *Confectio Auicen.* caminis multiplicantis lac. ℞. ſeminis napi, eſulæ, raphani, porri, ceparum, fœniculi, farinæ ciceris, ana partes æquales. Sumatur ex eis puluis mane, & ſero, & comedatur poſt ipſum cicer infuſum in lacte. & ſuperbibatur lac ipſum. Nocumentum diminutionis lactis, quod infanti prouenit, eſt diminutio alimenti. Cuius augmentum dupliciter ſibi neceſſarium exiſtit. corrigitur & emendatur, aut per inuentionem alterius nutricis ſufficientis, quæ eligenda eſt conditionibus debitis, quas ſciuiſti. quod ſi inueniri non poſſit, animal magis ſimile homini loco eius inueniatur, ex quibus eſſet ſus, cuius ſanguis eſt ſanguini hominis magis proportionalis, & caro magis ſimilis ſecundum Gal. ſed quia indocilis eſt, & immunda, abijciatur. Eligatur ergo, quæ mitis eſt, & munda, docilis, & ſuauis, ſcilicet capra, cuius lac eſt mediocris conſiſtentiæ, & nutriatur bonis paſcuis, & lacterur ex ea; quòd ſi ipſa non poſſit haberi, habeatur lac eius, & eo immiſſo in ore ſuauiter nutriatur. Item adminiſtrabis ex iuſculis, ex vitellis ouorum cum mica panis, & iure carnium, lacte amygdal. amylo, & pulmentis ex farina tritici, vel ſimila bene abluti, vel fabarum, vel cicerum; aut ex carnibus bene tritis ciberur. Et potetur vino bene lymphato, in quo mica panis reſederit. His enim ad ætatem dẽtium plantariuam, in qua dura mandere poteſt conuenienter perduces cum auxilio eius, cuius diſpoſitione omnia vegetantur, & vermis interclu-ſus in lapide recipit nutrimentum.

De

De exaberatione lactis,& eius caseatione,& corruptione. Cap. 2.

EXuberationis lactis nocumentum matri prouenis est multiplex.s.caseatio,seu coagulatio lactis in mãmillis,apostematio,& vlceratio. Caseationis,seu coagulationis lactis in mammillis duplex est causa, materialis.s. & efficiens. Materialis est lactis exuberatio in eis. Efficiens autem est caliditas mammillarum siccitate coagulans,& condensans,aut frigiditas spissitudine congelans non coagulans proprie secundum sententiã Abuha. Primam causam concomitantur inflammatio caliditatis mammillarum,& plurimum febris, grauitas, & dolor capitis cum turbatione mentis,quãdo corrũpitur. Inquit Hipp. mulieribus,quibus ad mammillas sanguis conuertitur,maniam significat, grossities, seu tumor,& grauedo mãmillarum,& partium circũstantium,quam dispositionem vocant mulieres cõiter pilum descendisse ad mammillas; quod declarat exitus eius apparentis ad sensum,qui sanationis est causa,quod nõ impossibile videtur,cũ dicat Arist. in degeneratione animalium; ꝙ in sanguine pilus est; vel res sicut pilus,quo ablato sanguis non congelatur,sicut restantur coci. Secundam causam concomitatur grauedo, frigiditas mãmillarum, & partium circunstantium cum pigritia,& lassitudine. Cura huius ægritudinis est duæ res. prima respicit causam,secunda effectum. prima est duplex. vna respicit causam materialem,alia efficientẽ. Prima est,phibere lactis exuberantiam. cuius curã superius cõprehendere habuisti. *Ingenia sanguinẽ à mammillis diuertentia.* Exempli gratia sit cum diminuentibus sanguinem, & deriuantibus à mammillis, vt est phlebotomia saphenæ primo,& ventosario crurium, & phlebotomia basilicæ secundo; & cum diminutione cibi in qualitate,& quantitate,& naturæ frigidæ, & siccæ, vt sunt milium,panicum,lentes, & caules, & herbæ cum aceto,vel acetosis decoctæ,& semen cãnabis,& breuiter cum conuersione omnis regiminis ad frigiditatem, & siccitatem, & cum exterius applicatis repellẽtibus sanguinem à mammillis; non tamen excedentibus,in frigiditate,& stypticitate multa,ne repellãt ad cor,quod propinquum est. Qua propter in eis debent esse remissa, vel temperatæ caliditatis mixta. Apocrustica.n. pectori approximari prohi- *Epithema.* buit Gal.licet in ægritudinali dispositione loquatur; & ex illis est epithematio partium pectoris circũstantium mammillis cum oleo ros. conquassato cum aceto, sandalo,spodio,coriandro,vel myrrha. Emplastratio cum planta cicutæ cõtrita cũ suo semine prohibet lactis exuberantiam,& mammillarum augmentum. Quæ vero respicit causam efficientem, & effectum, qui est inspissatio,& coagulatio lactis in mãmillis, vt dissoluatur,& educatur ab eis,conueniunt. simul enim alterantia causam efficientem lac inspissatum dissoluunt, & educunt. Inquit n. Abuha. Quæ coagulantur à calido,dissoluuntur à frigido; & quæ congelantur à frigido, dissoluuntur à calido. Si ergo inspexeris caseationem a calido: mini- *Oxyrhodinum in materia calida.* strabis primo super mammillis oxyrhodinum simplex; vel mixtum cum succo solatri,vel aqua coriandri in modum epithematis. deinde lenticulas in aceto decoctas emplastrabis. Et res manifesti iuuamenti,quam multoties sum expertus,est,emplastrare mammillas cum portulacis contritis,sicut accipiũtur,& multoties innouare; prohibet enim caseationem,& putrefactionem, *Emplastrũ.* quæ timetur ex ea. Si vero a frigido epithemabis mammillas primo cũ aqua calida decoctionis meliloti. quoniam liquefacit ipsum,vel cum vino,quod coagulata dis- *Epithema in causa frigida.* soluit interius,& exterius approximatum. Deinde cum suctione facta ore mulieris, infantis, seu catuli,vel ventosa, seu expressione, vel resolutione, vt dissolutum lac *Oleum experti.* educatur. Et ex eis,quæ ad hæc experta sunt,est oleum oliuarum epithematum; ita quòd non tangat papillam. facit enim egredi totum lac, quod descendit in mammillas; & non facit amplius descendere secũdum Arist. Et ex eis, quæ resoluunt ipsum lac,est epithematio cum succo mentæ,& aceto, & salisgemmæ addatur drach.j. & ex eis expertis,est epithema, & emplastrum cum succo apij,& mica panis, cymino nabati, quoniã dissoluit omnem tumorem mammillarum. Et ex eis,quæ prohibent saniositatem, & putredinem lactis, est assiduatio *Lactis saniositatem prohibentia.* embrochationis cum aqua decoctionis rerum habentium temperatam caliditatem, & confortantium calorẽ naturalem in eis,vt fœniculi, anethi, chamæmeli, balsamitæ, fœnugræci. Et si expedit,abrotani,castorei, salis, myrrhæ,aloes: accipe partes æquales,contere; & confice cum oleo,& melle. prohibent enim putredinẽ,& resoluũt caseationem. Et ex oleis est oleum de *lilio* narcissi,& de costo inunctum. Itẽ emplastrũ de menta prohibet caseationem. Linimentum aperiens oppilationẽ venarũ mãmillarum ex lactis coagulatione in mãmillis. ℞. lũbricos terrestres; contere,& lini,cum oleo de lilio. Item aliud. ℞.myrrhæ quantum vis,& tere, dissolue in aqua calamenthi, aut farinæ cicetis, foliorũ lauri, apij, cymini,nabati,& aquæ virgę pastoris,& epithema. Coa- *Problemata de coagulo.* gulum, & proprie leporis sumptum cum vino lac coagulatũ dissoluit,& liquefacit. Sal & mel intus,& extra approximata prohibent,& dissoluũt coagulationem lactis vbique. Sed dices. Filiq̃d est coagulum? & nũquid, omnia animalia coagulum habent, nunquid coagulum stypticum sit;& quare contraria agit. Ad primum dico auctoritatem Elabin Abuha. in suo libro,quod coagulũ est arabice appellatum amphaha. & est superior venter animalium paruorum lactantium. Et est substantia alba inuenta in ipso ventre,qua coagulatur lac, & notum est. Et secundum Papiam dicitur a cogo cogis,eo,quod cogit lac coagulari. Et secundum Arist. coagulum est substantia,in qua est calor spiritualis adiuuans, & confortans lac. Lac enim est vna de rebus maxime alterabilibus,sicut ponit Gal. & propter heterogeneitatem substantiæ suæ,& sui caloris paucitatem. Vnde ponit Gal. quod oportet; aut in primo loco esse scilicet mammillarum, aut in corpore animalis ipsum recipere debentis sine intermedio temporis esse,sicut semen, & pro tanto indigebat aliquo,quod ipsum iuuaret,& confortaret. & in corpore animalis,quod ipsum recipit. & extra corpus cum ad vsum animalium recipitur,& mulgetur. In corpore animalis quidẽ recipientis ipsum. Nã infantis corpus proprie,& naturaliter recipientis,dum lacte nutritur,primo recipit ipsum in stomacho, qui est substantiæ neruosæ frigidæ,& contentiuæ debilis propter humiditatem ætatis,sicut ponit Gal. Et ipsum lac,quo nutritur frigidæ est substantiæ,fluidæ,& liquidæ; & ꝑ tanto nõ potuit in eius stomacho bene,& sufficienter retineri,donec digeratur,& nutriat: ꝓpter quod natura nostri corporis magis operatiua,& summa ars, quæ videtur semper vniuscuiusque energiarum corporis vtilitatẽ vndique expellere,sicut ponit Gal.in frigidiori stomacho talis animalis,quod est lacte nutritum, dum lacte alitur ordinauit talem substantiam coaguli,quæ est,vt patet ad sensum,ad spissitudinem,& albedinem caseitatis accedens; & quæ sua desiccatione confortat retentiuam stomachi,& villos eius; & sua coagulatione appropriat,& ingrossat substantiam suã liquidam fluidam lactis,quatenus possit sufficiẽter teneri ibidem, donec perfecte digeratur,& sua caliditate ignea forti calefaciendo substantiam adiuuet digestiuam, necnon sua operatione liquefactiua,& dissolutiua complexione nocumentum,quod ex lactis coagulatione,& conuersione in stomacho prouenit in via prouisionis prohibeatur; & hoc, vt dictum est,in corpore animalis, quod ipsum naturaliter recipit ad sui nutrimentũ:etiam causa extra corpus ad vsum aliquem recipit,& mulgetur coagulatione,confortante; & conseruante suum debilem calorem, & suam substantiam heterogeneam. vnde facile permutabitur, vt non facile permutetur,& corrumpatur. Talis declaratio potest haberi,& eligi ex dictis Abuhali secundo cano. cap. j.& Auerr.colliget in v. Et ex his potest patere ad secundum,tertium,& quartum quæsitum. Ad secundum quæsitum dico, quod qui lacte nutriuntur, dum lacte

antur, & ſunt parua, habent prædictam cauſam; qui vero non nutriuntur non habent; quia natura eorum eſt minus humida, vnde retentiua eorum eſt fortior, & eius digeſtiua: & quia cibis ſolidioribus, & ſtypticioribus, ſeu ſpiſſioribus vtuntur, & crudis, vnde non indigent coagulatione, & per hæc poteſt patere ad tertium quæſitum. Ad tertium dico, quod proprie ſtypticum eſt frigidum, & ſiccum, ſicut dicitur quarto de ſimplici medicina. licet aliqua calida ſtyptica ſint, vt infra patebit, dicitur enim a pontico, ſed magis & minus, vt ibi Gal. & Abuha. in ſecundo; ſic coagulum cum ſit calidum, & ſiccum igneum non poteſt proprie dici ſtypticum. vnde dicit Elabin, quod non eſt de eius intentione, quod ſtypticum ſit calidum proprie intelligendo virtualiter, & potentialiter: licet ſit habens in ſe qualitatem paſſiuam ſtyptici, ſcilicet ſiccitatem; ſed accipiendo ſtypticum effectiue, prout ſtypticum habet retinere fluxibilia, & coadunare, vel conſtringere laxa. dico quod coagulum poteſt dici ſtypticum. Nam fluida inſpiſſat, & ſubtilia ingroſſat, & laxa membra conſtringit, & hoc a ſua proprietate; ſicut ponit Abuha. & Auerr. in v. vbi ponunt quod fluxibus conuenit ventris, quorum cauſæ ſunt ignotæ; & hoc eſt a proprietate. Inde eſt quod poſitum ſupra ventrem puerorum a proprietate retinet fluxum ventris ipſorum faciendo operationem inſpiſſandi, & ingroſſandi humores ipſorum. Sed à complexione calida, & ſicca ignea habet ſubtiliare, ſpiſſa liquefacere, & diſſoluere congelata, & ſic contraria operatur propter quod patet ad vltimum. Sed videtur, quod non omne ſit igneum; quia ſic eſſet omne acutum, quod Abuha. videtur ibidem innuere cum inquit. Non adminiſtretur, quod ex coagulo eſt acutum; vbi neceſſaria eſt conſtrictio. Sic per hoc videtur velle Gal. quod aliquod coagulum non ſit acutum, quod eſt contra. Abuha. ibidem cum dicit. Omnia coagula calida, & ſicca ignea ſunt. Ad quartum dico, quod omnia coagula inquantum talia ſunt calida, & ſicca ignea; ſed prout poſſunt differre ſecundum differentiam animalium; quorum ſunt ſpecie, & ætate, ſeu tempore, vnum eſt minus calidum acutum alio, ſicut leonis, vrſi, & antiquum dici poteſt acutum reſpectu coaguli agni, & hædi nouiter accepti; & id non eſt acutum.

In fluxu ventris pueroru.

De apoſtematibus mammillarum; & earum vlceratione. Cap. 3.

APoſtema mammillarũ eſt notum. Et eſt aut ex infuſione rheumatis; aut ex impotentia conuerſionis proprij nutrimenti; quorum duorum modorum cauſæ ſunt generaliter notæ; propter id, quod in cura apoſtematis in generali infra dicemus. Specialiter autem eſt, vt plurimum ex ſuperfluitate ipſius, vt ex lactis exuberantia, ſicut monſtrauimus in capitulo de cura peripneumonię. Conueniunt enim hæc duo mẽbra pulmo, & mammilla nutrimenti ſpecie; quia ex ſanguine nutriuntur, & in raritate, & ſpongioſitate ſubſtãtiæ nutrimẽtum ſuperfluitatum ipſius, & humiditatem tranſmiſſa colligunt. ex quibus ea apoſtemari contingit, & in tumorem extolli. Eſt enim lac ſuperfluitas nutrimenti mammillarum. Ordinauit n. ſapientia, quòd ſanguis tranſmittatur ad ipſas plurimus, quam ſit eis pro alimento neceſſarius, quem conuerterent in proprium alimentum, & quod ſupereſt pro fœtus nutrimento, reſeruaretur conuertendum in lac; quod eſt magis ſibi propriũ propter conuenientiam in materiam eius. ſ. ſanguinem menſtruum, quo nutriebatur in vtero. Inquit Gal. omne membrum generatum humiditatẽ habet ſuperfluam, quam ſibi ad alimentum ſufficiat, propter neceſſitatem aliorum membrorũ generandorũ, vel nutriendorum ab ea, quod quare magis, quam aliud habeat, ſoli Deo eſt ratio reſeruãda. Cum ergo ſuperfluus ſanguis ad mammillas tranſmiſſus, & in lac conuerſus non mulgetur ad nutriendum fœtum: vel aliter non educitur, remanens in eis calefactis, vel algoratis, caſeatur; & mammillas in tumorem eleuat, & generatur apoſtema. quod quidem ad ſenſum cognoſces per ſuam eſſentiam, quam tibi ſua notificatio manifeſtat. Eſt autem ſecundũ Gal. apoſtema tumor præter naturam, quo membra magnitudine deficiunt ab eo, quod eſt ſecundum naturam. Et ſi quidem ſunt ex rheumatis influxione, ſignis cognoſces huiuſmodi: ex diſpoſitione ſcilicet mittentis, & recipientis. Mittentis, ſi ſit totum corpus ex paſſione eius ſ. ſe. repletionis, ipſius ſignis plethoriæ: vel cacochymiæ, quæ ſunt nota, vel ſi ſit aliquod ex membris principalibus, cerebrum maxime, cor, hepar & matrix ex particulari ægritudine ipſius. Et ſignis repletionis ipſius recipientis, ſcilicet mãmillarum, quia ſint debiles, quod ex defectione operationum ipſarum cognoſces, Et quia frequenter pati conſueuerunt, & ex caliditate, & dolore ipſarum trahente. Si vero ſit ex impotentia conuerſionis, cognoſces ex mutata qualitate ipſarum, quam tibi malitia oſtendit complexionis; quæ in eſſentia virtutis efficit nocumentum cum priuatione ſignorum repletionis totius, & partis; & abſque exuberantia lactis, aut ex ſignis repletionis, vel cacochymiæ, aut ex vtriſque, ſed ſi quidem exuberantia lactis fiat, cauſa eſt tibi manifeſta. Curatio autem apoſtematis huius completur, vt in cura catarrhi diximus, cum euacuatione extenuatiua dicta; & conuerſione regiminis ad exiccationem, & cum dyſcraſia membri, & humoris peccantis correctione. Et eſt duplex; vna eſt dum eſt in fieri; alia dum iam factum eſt apoſtema. Prima eſt compoſita ex præſeruatiua, & curatiua, & eſt vt prohibeatur materia colligi in ipſis: & quod collectum eſt, reſoluatur. Primum completur cum euacuationibus repletionis totius, & partis mittentis, & cum deriuatione eius, quod ſupereſt, & confortatione ipſius, vt non regeneretur, & cum apertione ductuum, vt ſi quid regeneretur per ductus conſuetos expellatur; & cum conſtrictione viarum, per quas fluere conſueuit, ſi eſt poſſibile, & cum confortatione membri recipientis, ſcilicet mammillarum, vt non recipiant, ſed repellant, nec trahant, & generent; & hæc cum alterantibus malitiam complexionis earum, & ſubſtantiã minuentibus. Et illud fit cum medicinis contrarijs dyſcraſiæ ipſarum, & ſtypticis habẽtibus miſtionem aliorum ſubtiliantium, vt eſt epithema ex aceto, & oleo roſ. vel ex melle cum aqua rolarum, & myrti, & cũ prohibentibus exuberantiam, & caſeationem lactis, quæ hic habuiſti. Quod autem collectum eſt deinde reſoluatur, & fit cum temperate calidis anodynis notis, cum ſtypticis miſtis. Eſt enim vt ſupra dictum eſt membrum humidum multam recipiens humiditatẽ, & ſuperfluitatem, quæ ſi non repellantur, vel etiam reſoluantur cito perducunt, & frequenter ad cancrum. Et ex conuenientibus eſt, vt radix aſphodeli emplaſtrata cum fœce vini. Cum vero iam factum eſt, cura eſt, vt pro poſſe ſtudeas ipſum ſoluere cũ prædictis calidis anodynis, quæ hic ſuperius habuiſti. Quod ſi non ſit tibi poſſibile, & veniat ad bubelati, vacare te oportet in ſaniãdo, & ſaniatum aperiendo, & apertum mundificando cito, & exiccando, & vltimo conſolidãdo. Quæ omnia ſupra de cura pleureſis, & peripneumoniæ tibi ſpecificauimus, quæ per chirurgum miniſtrata ſanabunt ab apoſtemate, & vlcere (ſi Chriſtus voluerit.) Sequuntur medicinæ compoſitæ. Medicina prohibẽs fluxum rheumatis ad mammillam, & apoſtema calidum; & ſedans dolorem apoſtematis ipſius. ℞. ſandali, ſpodij, acaciæ, luti armeni nil. ana tere ſubtiliter, & diſtempera in aqua roſa. & myrto, aceto, & ſucco ſolatri, & epithema mammillam, eſt enim ex inuentione noſtra. Emplaſtrum. ℞. panis hordei cũ ſurſure, & diſſolue in oleo roſ. & emplaſtra. prohibet enim apoſtema mammillarum. Item ſurſur emplaſtratum cum vino madefactum, cõfert phlegmatico, & vẽtoſo; rarefacit enim & reſoluit. Emplaſtrum reſoluens apoſtemata mammillarum. ℞. farinæ fabarum, meliloti contriti, ana partes æquales. confice cum oleo fiſamino, & emplaſtra, calefactione præcedente cum aqua calida. Item ex ſemine lini, & aceto fiat emplaſtrum. Item

Conuenientia pulm. & mãmillæ.

Apoſtema ſecundum Gal.

aliud

aliud vltime resoluens ipsum. Rec panis contriti,farinæ hordei,& fabarum, fœnugræci, assæ fętidæ,& vici,ana vnc.j. vitellos ouorum numero quatuor,myrtæ,vnc.s. croci drach.j. Confice cum melle,& emplastra. Abuhali inquit. Ex omnibus speciebus nucum fit emplastrum apostemati mammillarũ in resolutionis via. Item emplastrum prohibens caseationem,& apostemata. ℞. mẽtam,& contere, & emplastra, prohibet enim caseationem,& lactis sedat apostema. Ad idẽ. Portulaca emplastrata prohibet caseationẽ calidam, & apostema,in quo timetur putrefactio. Idem linimentum resoluens caseationem,& apostemata. Rec.aquæ ficlæ; farinæ tritici,nigellæ, salis, ana partes æquales terantur, & dissoluantur in aqua calamenthi, & foliorum lauri,& apij. Et oleo de lilio ex inuentione. Item aliud resoluens apostemata a caseatione lactis. ℞. hyssopi.radicum apij,lenticularũ integrarũ,foliorum althæę,asphodelorum ana quantum vis,decocta in aqua mellis albi,& aqua,vino albo ęqualium partium, deinde confice cum melle, fęce vini,ana partes æquales, & adde mentam tritam recentem,& in modum emplastri,mãmillæ apostemosæ,appone. Emplastrum maturans, & insanians apostemata mammillarum. ℞.semi.lini,fęnugręæ. radicis althææ, & lilij,ana partem.i. gummi pini, stercoris caprę,ana drach.j. Confice cum axungia porcina veteri,& medullis cruris vaccæ,& appone. Emplastrum aperiẽs apostema saniatum. ℞. stercoris columbini, fermenti, & confice cum succo flammulæ,& puluere cantharidarum,& vtere. Item cõtere limacias cum corticibus, & appone. Item emplastrum ex vrtica contrita. Item granum.i. arsenici sublimati cera cauata impone,& applica desuper. Item folium vnũ herbæ alcanæ, coque sub cinere cum puluere cymini,& deinde ipsum aperi,& emplastra. Itẽ ex melle,anetho,& pice liquida fiat vnguentum in catia,& vnge. Vnguentum ceruseos,& vnguentum ægyptiacum sunt mundificantia saniem,& putredinẽ apostematum, & vlcerum mammillarum. Medicamẽ expertum exiccans vlcęra mammillarum. Recip.vini pontici,lib.xx.& confice in eo sumach,lib.j. gallarum immaturarũ,lib.s. casiæ ligneæ lib.s. vel gallarum cypressi,lib.j. Et dimittatur diebus xx. deinde coquantur, & commoueantur cum ligno cypressi, donec minuatur medietas; deinde commoueantur fortiter,& reducant ad ignẽ;& calescat, sitq; leuis ignis. Et conseruetur in vase vitreato;est enim bonum omnibus vlceribus, quæ accidunt in membris mollibus,sicut os,lingua,mammilla, testiculi,& emunctoria, & alia, exiccat, & consolidat, & prohibet corrosionem. Emplastrum ex farina ciceris cum aceto confert vlceribus cancrosis. Et infusio decoctionis lupinorum confert corruptioni. Lutum armenum cum aceto prohibet ablutionem putredinis membrorum. Et virga pastoris confert apostematibus calidis vlceratiuis,excoriationi,& vlceribus papillarum. Auellana assa masticata,& inuncta est sufficiens, & experta. Quod si apostema non debelletur, sed lapideatur; emplastrũ de mucilaginibus de meliloto appone, vel diachylon magnũ, & paruum, vel cerotum hyssopi, & cerotum diapente secundum nostram inuentionẽ inunge.mollificat enim, & resoluit,& confert nodis,& glandulis. Si vero apostema sit frigidum,phlegmaticum, cõtere apij folia,& emplastra. similiter & chamæmelum per se, vel vtraque misce. Cicer emplastratum cõfert apostematibus glandulosis. Filius Serapionis. diamach ad dubelet,& apostemata dura, & resoluit vtraque. & est valde magnum iuuamentum. Recip. tarasacon tritam,siccam,& cribellatam vnc.iiij. fęnugræci contriti,& cribellati vnc.ij. marathri cribellati vnc.j. misceantur, & conficiantur cum lacte recenter mulcto, & oleo de lilio, & emplastrentur cum eo,& sanum est cum Christi auxilio.

A B C D

De magnitudine mammillarum. Cap. 4.

DE magnitudine autem mammillarum,& aliorum membrorum dicere postponemus vsque ad sectionem tertiam, vbi de medicinis, quæ sunt ad decorem de ea generale capitulum faciemus (si Deus voluerit.) Hic enim specialiter dicemus.s. quòd magnitudo ipsarum non est ægritudo; sed inter ægritudines numeratur; & proinde indigens medicina, qua conseruentur in paruitate, & prohibeantur a magnitudine. Curatio in duobus consistit. In quiete primo, & abstinentia ab oĩbus dilatantibus,& extendentibus ac trahentibus sanguinẽ ad ipsas,vt est motus,fricatio,balneatio. Secundo in constrictione cum aquis frigidis epithematibus, vnguentis,& emplastris, & stypticis, & ponticis prædictis hic,& ligaturis;cũ vero magnificatæ fuerint,minui non possunt,sed abscondi,& cęlari, & illud cum diffusione, & dilatione earum in partibus subaxillarum; & hypochondriorum,& constrictione cum camisia chordelata stricta super eas quantum expedire videtur. Et ex his, quæ proprietate operantur, est oleum vespertilionum inunctum,prohibet enim augmentum earũ in puellis; & fricatio lapidis,cum quo acuitur. Et idem ex curantibus est testiculorum augmentum, seu magnitudinem. Cataplasma vtile resoluens tumorem mammillarum, & corruptionem lactis. Rec.farinæ,sem.lini,farinæ lentium,ana partes æquales tempera cum oleo ros. & croco. Aliud Humayn Recip. marrubij,ebulorum,foliorũ papaueris albi,absinthij,rutæ,cuscutæ,ana partes æquales, misce tepida,& appone. Dioscorides ad idem. Reci. olibani, mastiches, sem. absinthij, farinæ lentium, ana drach iij.cerę drach.iiij. olei ros. drach.vj. fiat vnguentum,& inunge. Linimentum extinguẽs ardorem mammillarum,& tumorem delens. Rec.succi semperuiuæ, succi solatri;albuminis ouorum, & olei ros. ana partes æquales;quod nunc frigidum, nunc tepidum appone. Quod si deueniat ad vlcerationem, chirurgi tunc auxilium inuocabis. Si autem tumor cum inflatione fuerit, tunc oua cum oleo ros.& aceto appone. Quòd si ex retentione sanguinis menstrualis accidit, phlebotometur ex saphena, deinde si expedit ex basilica, & pharmacia detur. Ad tumorem in mammillis ex frigidis humoribus,adhibe farinam fœnugræci,cum succo apij, & ebulorum commistis. Aliud Recip. simi bouini recentis,& caprini, ana vnc.ij. succi marrubij, succi ebulorum,fœcis aceti, ana vnc.j. misce, & suppone calidum. Aliud contra viuos ardores, & rubicundos; temperat enim eos,& obtundit audaciam eorum. Recip. mucilaginis psyllij, aceti, olei rosati, & olei viola. ana pondus.i.opij, camphoræ,ana scrup.j. fiat omnium mixtio cum farina hord.& albo ouorum,& emplastra. Caue tamen a superfluo, ne impellat ad antrum.

Mãmillarũ augmẽtum prohibẽtia.

PARTICVLA TERTIA sectionis primæ, quæ est de ægritudinibus membrorum nutritionis.

PROLOGVS.

PRotulimus hucusque sermonem nostræ mentis explicantem conceptum in medicatione ægritudinum membrorum deseruientiũ spiritui. In quo intẽtiones, & modos curationis summauimus debite ordinando, necnon inseruimus medicinas simplices, & compositas proprias,& expertas,quas primo philosophi ratione & methodo inuenerunt; & antiqui medici iudicio,& experimento approbauerunt; & quas secundũ intentionem nostram efficaces vidimus opere, in effectu,prout Dei gratia inspirauit, qui illuminat philosophos, & medicos suos ministros,quos de cælo creauit. Medicinam quoque in terra de sua largitate produxit; per quos visitaret, & redimeret plebem suam. Et quia

secundum præmissum ordinem procedendo, sequitur, vt deinde aggrediamur curam ægritudinum membrorum nutricationis, scilicet stomachi, & hepatis,& aliorum seruientium eis,ex quibus cætera nutriũtur membra. Quod est tertiæ particulæ sectionis primæ. Imploremus ergo auxilium ab eo per quem omnia facta sunt, & sine ipso nihil. Suppliciter exorantes,quatenus mittere dignetur spiritum sanctum suum, spiritum veritatis,qui nos doceat, & suggerat nobis omnia, quæ ad recuperandam sanitatem prædictorum celerem sint efficaciter iuuatiua. & quod bene incepimus sui gratia prosequi, & mediare melius possimus suo auxilio influente,& optime explere sua potentia confirmante.

Continet autem hæc particula tertia sectionis primæ summas quatuor.

Summa Prima est de medicinis ægritudinum meri,qui stomacho transglutiendo ministrat. folio 18
Secunda de medicinis ægritudinum stomachi. 20
Tertia de medicinis ægritudinũ hepatis,& venarũ. 40
Quarta est de medicinis ægritudinum splenis. 50

Summa I.continet. Cap. VI.

Generalis sermo in meri,& ægritudinibus eius, causis & signis, & cura secundum modum vniuersalem. Cap. 1. folio 18
De mala complexione meri,& cura eius. Cap. 2. 18
De instrumentalibus ægritudinibus eius, vel mala compositione eius,& cura. Cap. 3. 19
De solutionibus continuitatis eius, & eorum,quæ ex illis accidunt,vt est fluxus sanguinis, & eruptio eius ex ore,& cura. Cap. 4. 19
De apostematibus eius,& cura. Cap. 5. 20
De nocumentis transglutitionis,& cura. Cap. 6. 20

Est generalis sermo in meri, & ægritudinibus eius,& causis, & signis, & cura secundum modum vniuersalem. Cap. VI.

Quid sit meri.

SCiendum autem, ꝙ meri est membrum ad formam intestini existens, concauum, & oblõgum,ex duabus tunicis compositum, continuatum cum orificio stomachi, & perforãs diaphragma,& procedens superius inter cannam pulmonis,& spondyles colli cum suis lacertis transiens terminatur in guttur. Quo mediante transglutiẽdo recipit cibum ab ore. Potest autem pari omne genus ęgritudinum,sicut alia membra habentia regimen, ex quibus necessario operationi eius ad quam principaliter constituit ipsum sapientia, prouenit nocumentum,quod est trãsglutire cibum,& potum, qui sunt materia nutrimẽti,ad quorum transglutitionem ordinate stomacho desiderãte,& trahente mouetur tanquam sibi seruiens delatorie. Et ambabus suis tunicis,ex quibus cõponitur operatur interiori attrahente naturali virtute,cum villis in longitudine situatis in ea, & exteriori exprimente aliter cum villis latitudinaliter, seu lacertis in ea positis, recipientibus neruum a nucha, mediantibus spondylibus colli,qua in vomitu solum operatur. Inquit enim Gal. transglutitio stomacho desiderante, & trahente fit, sed vomitus nulla oris stomachi desiderante particula, & trahente,sed sola exteriori tunica exprimente cum villo latitudinali in ea situato. Adiuuat autem transglutitionem grauitas,& lubricitas substantiæ ipsorum, qua petunt descensum; & proinde difficilior trãsglutitione vomitus esse comprobatur,& etiam fluxu ventris.inquit.n. Gal. vomitus omnibus difficilis est plurimum,inferior autẽ purgatio facilis. Signa ex quibus relinquitur,quòd nocumẽtum transglutitionis, ꝙ plurimum est difficultas ipsius,commune est signum omnium generum prędictarum ægritudinum possibilium fieri in ipso meri,& etiam ægritudinum aliorum membrorum,quorum vicinitate poterit pati,vt est epiglottis,vel cãna pulmonis, & eius laceri; & spondyles dorsi,inter quæ situatur,& stomachus,& totum corpus,& cerebrum,cui supponitur. Sed præter hæc, alia sunt signa propria, alia magis propria considerandа, quæ ad cognitionem perfectam veræ curæ debitam,sunt necessario opportuna. Propria autem sunt signa quibus distinguũtur genera ægritudinum propriarum prædictarum, & ægritudinum membrorum,quorum communitate pati potest. Et sunt nam illam,cuius causa est malitia complexionis debilitas significat, ꝙ in longo temporis spatio transglutitur quod sumitur,& cũ tepiditate,& paucitate festinationis in toto spatio meri, & sine dolore: nisi figatur in parte meri visibiliter, & constringatur illic siue extendat,& sentiatur dolor cum rerentione eius quod transglutietur. Illã vero,cuius causa est mala compositio, & oppilatio,ostẽdit impotentia transglutitionis etiã rei paruæ liquidæ,& porus: & cum conatur transglutire,egreditur per nares, Et illam cuius causa est solutio continuitatis,manifestat sanguinis exitus ab ore; & humiditas naturalis,& proprie cum in suprema eius parte fuerit,& ardor,vel punctio percepta in collo, & inter duas spatulas, & proprie apud transglutitionẽ, & vomitum, & eructationem rei acutæ qualitatis magis,quam excedentis quãtitatis. Sed illam,cuius causa est apostema, declarat tumor,& proprie si sit magnum,& quandoque febris, & dolor in illa parte acutus,& grauatiuus, & compressiuus, & proprie in loco priori,qui inter spatulas existit,maxime si in superiori parte meri sit vlcus,vel apostema;& ꝛ. magis in parte correspondente, loco, vel parte meri vlcerata,vel apostemata: & magis apud trãsglutitionem,vomitum: & eructationẽ rei magnæ quantitatis magis,quam acutæ qualitatis. Et difficultas transgluriendi est in vna parte meri magis,quam in alia nõ in toto spario eius. Illam etiam,cuius causa est compassio mẽbri vicini insinuat præcedens passio, membri ipsius, quæ suis proprijs est consideranda signis. Nec inuenit ibi tactus dolorem, nec aliquam passionem,nisi nocumentum actionis tantum. Magis propria signa sunt,quæ specialium ægritudinum,& causarum sunt demonstratiua;& sunt,quę infra in specialibus dicentur capitulis. Cura. Indicatio curæ meri ægritudinũ duplex est, generalis scilicet, & specialis; generalis est duplex, vna quæ indicat locũ,in quo medicinæ exterius sunt applicandæ; & est vt in collo,& loco qui est inter duas spatulas, applicentur,vt iuxta, G. Alia insinuat modum secundum quem medicinæ interius sunt sumendæ. Et est,vt medicinæ nõ subito deglutiãtur,prout in ægritudinibus stomachi oportet fieri: sed in ore retineãtur,& lambẽdo transglutiantur,vt trahendo moram in transitu; licet declini impressionẽ faciant earum proprię qualitatis. Specialis est,quæ docet specialem talem ægritudinẽ;& causam, corrigere,accidentia, & regimen ordinare; necnon speciales medicinas,cum quibus insinuat; & describit,quæ in sequentibus capitulis seriosius ponemus,nomen Domini inuocando.

Indicatio in curandis ęgritudinibus meri duplex.

De mala complexione meri, & cura eius. Cap. 2.

MAla complexio meri,aut est pura,aut cũ materia. Pura,aut est simplex,aut composita: & simplex, aut calida,aut frigida,aut sicca,aut humida;& causa eius est procatarctica,si pura sit; causa vero humoralis cuiuslibet generis esse potest. Et signa eius sunt alteratio percepta in loco cum difficultate transglutiendi absque tumore,vel vlcere in eo existente. Et si quidem fuerit pura causa,est procatarctica,vt plurimum absque inuctione antecedentis causæ,& infectione oris,& linguæ ex humore,& fluore humiditatum. Si vero sit cum materia,erit ibi inuentio antecedentis causæ cum infectione oris,& linguæ ex humore; cuius speciem tibi calor,& sapor ostẽdit,& fluor humiditatis,si adsit. & si quidem

sit

sit calida, erit ibi sensus inflammationis; & cóbustionis, & caliditas in superficie oris, & linguæ, & sitis. Si vero sit frigida, & est illa, quæ superius sit, signa sunt contraria. Sed si sit humida mollis, signum est humiditas oris, & linguę, & priuatio sitis. Si vero sicca, signa erunt contraria. Cura malæ cõplexionis meri ex cura malæ cõplexionis stomachi potest haberi. Inquit enim Abuhali. In pluribus dispositionibus meri, sequuntur stomachi dispositiones. Est enim via ad ipsum contigua, cõsimilis in natura, & proinde cura vtrorumq; erit eadẽ, vt multum.

De ægritudinibus instrumẽtalibus meri, vel mala compositione eius, & cura ipsius. Cap. 3.

MAla compositio meri, ex qua plurimũ est oppilatio in via eius, tripliciter esse cõtingit. s. coarctatoria, & attenuatoria, & carnosa. Attenuatoria autẽ est ex compressione, & coangustatione parietum ipsius meri. & est aut ex causa intrinseca, quæ compressit, & remãsit compressio, vt est laqueus, vel manus, & huiusmodi. Aut est frigiditas multa congelans, aut est a causa interiori, aut in se, aut a vicinitate. In se, a caliditate, & siccitate adurente, vt in febribus acutis, vel ex spasmo, & alchuzez propinquo lacertorum meri, & villorum; & proprie latitudinalium, ex quorum contractione contrahuntur latera ipsius; & via coarctatur; vel ex ventositate coarctata inter duas eius tunicas: et intercluſa in lacertis eius constringente, & impellente parietes eius intus, vt coarcterur via. Et causa vicinitatis est, vt ab apostemate in lacertis epiglottidis versus meri a parte interiori, vt in squinanticis contingit, aut in lacertis colli, respicientibus eum a parte posteriori: aut a declinatione spondylis dislocati ad anteriora versus meri. Coarctatoria est, qua cadit in eius via aliqua res exterior ibi adhærens, sicut spina, vt accidit in præfocatione, vel humor viscosus ibi coarctatus, & adherens, vt in apoplecticis, & epilepticis, & rheumatismis euenire contingit, aut sanguis congelatus, qui ad illud consueuit descendere in fluxu sanguinis narium aliqua parte eius regurgitante per foramina palati ad os, & deuenientę ad ipsum, vel quæ in vomitu sanguinis in eo remãsit, aut vermes, & lumbrici in eius cõcauo multiplicati, siue infixi, vt asserit Abusa. se vidisse in quodam notorum suorum: ex quibus accidit & difficultas transglutiendi. Carnosa vero est ex apostemate existente in lacertis, & tunicis ipsius œsophagi græce dicti, quod arabice meri nuncupatur, vel verruca, vel cicatrix, in eo facta, qui passus fuit vulnus; seu vlcus in persona, & liberatus fuit; cuius causa extitit ætas, sicut recitat Gal. Signa quas per causas oportet cognoscere, & distinguere, hoc modo sunt. Nam si quidem attenuatoria sit, fiatque a causa exteriori, sensu manifeste cognosces per eius vestigia, & relatu infirmi; & astantium ei, tibi indicabitur; & nocumentum transglutitionis, vt puta difficultas; & minus si quoque ex frigore congelante accidit, præsentia frigoris; & eius anteceſſio indicabit. Si vero a causa interiori in ipso existente, & siccitate per inspectionem acutæ feb. illud euenire videbis, & nocumentum transglutitionis maius erit. Si vero ex spasmo, & alchuzez ex propinquo accidit ex cognitione ipsius; & causarum præcedentium scire poteris etiam si accidat ex ventositate, præcedens regimen multiplicans causam sonitus, & motus, & dolor extensiuus, & cõstrictiuus indicat illud. Cumque causa vicinitatis accidat, & ab apostemate in lacertis epiglottidis dolor in epiglotto erit cum spiritus malitia. & quãdoque cum orthopnæę, & tumore, & rubore ibi apparente, scilicet in gutture, & in collo, & febris. Si vero ex apostemate lacertorum colli recipientibus eum, apparebit dolor colli a parte interiori cum difficultate mouendi, & inclinandi collum, & proprie ad posteriora. Si quoque ex declinatione spondylis ad interiora, ex concauitate in collo apparente percipies, vt cum inclinatur collum ad posteriora difficilior transglutitio erit. Sed si quidem sit coarctatoria; eritque a causa exteriori cadente, & infixa, vt spina, punctio proprie admodum ibi percepta, & relatio infirmi, tibi insinuat. Sed si sit ab humore viscoso regimẽ declarat, & præsentia ægritudinum prędictarum. Si vero sanguis congelatus fuerit, fluxus sanguinis ab ore, vel ex naribus, qui regurgitauit ad os, & guttur tibi ostẽdit. Si vero vermes, & lumbrici, & nausea, mordicatio, & vomitus, & syncopis tibi ostendunt. Et si quidem sit carnosa ex apostemate, signa apostematis dicta superius tibi indicant, & quæ infra in capitulo proprio tibi ponemus in speciali. Si vero sit verruca, est impedimentum partium transglutitionis in loco, vbi est, in toto vero meri non, nec est dolor, & est priuatio signorum aliarum causarũ. Si vero sit ex cicatrice, tibi præceſſio vlceris ipsius indicabit. Cura est duplex; generalis scilicet, & specialis. Generalis est duæ res; vna est ablatio causæ, alia est remotio impressionis factæ, si quæ remansit. Specialis consistit in ablatione specialis causæ, & in administratione medicinarum propriarum ad illam. Si ergo fuerit ex exteriori causa, a qua remansit impressio, & constrictio; amota illa approximentur balnea; & fomentationes circa guttur, & collum, & spatulas ex aquis calidis, & simplicibus, vel cum decoctione medicinarum dilatantium, & confortantium, vt meliloti, maluarum, fęnugræci, apij, & similium. Et frictiones suaues cum oleis temperate calidis reddentibus tractabile membrum; vt est oleum de fisticis, de amygdalis dulcibus, & de pineis, & de meliloto, & chamæ. & similibus. Et cerota ex eis ex butyro; & mucilaginibus notis, hyssopo humida, & dialthęa, & similibus. Et cibi interius sumendi sint ex calefacientibus; & humectantibus supradictis. Ita q9 boli sint magni, in quorum transglutitione conetur, & cum retẽtione anhelitus. Si vero sit ex caliditate adurente in febre acuta; primo oportet febrem curare: vt infra dicetur. deinde siccitatem, & adustionẽ ibi impressam remouere; & hoc cum interius, & exterius, approximãdis. Interius sicut cum mucilagine dragacanthi, semine cytoniorũ, psyllij, & pulpa tamarindorum, & tereniabin, & lacte seminum communium, & seminis papa. & succo liquiritiæ, & cum carnibus prunorum, & aquis fructuum, vt iuiubarum, granatorum, lactucarum, violarum, hordei. & cum syrupo viola. & rosato bibitis sorbendo, & retentis in ore, & gargarizatis, & cum caudis eorum; & cum cibis ex amylo, de cucurbita, & pulmento, & attriplicibus, spinachijs, & lactucis, & similibus. Exterius cum inunctionibus; & oleis violatis, de cucurbitis, & similibus: prout in cura febrium faciemus te scire. Si vero fiat a frigore congelante, interius administrabis diacalamenthum: & diacyminum, diatrionpip. syrupum de hasce, theriacam, mithridatum, & oleum balsami cum vino; & cibos, & potus calidos notos. Exterius vero calefactiones ex aquis calidis paulatim superius dictis. Et vnctiones ex oleo anethino, de lilio, & est proprium, & de castoreo, costo, vel alijs calidis superius dictis. Et calefactiones ex floribus chamæ. calamentho, pulegio, floribus lauri, abrotano, & similibus, & cum pannis calidis, & calefactis, & stuppa lini, vel cãnabis, vel lana succida. Si vero fiat ex spasmo, si quidem humido, facies vnctiones de oleo de euphorbio, de piperibus. Et si expediat, euacuetur totum corpus cum clysterijs, & collyrijs, dabisque ad bibendum assam con aqua granatorum, vel cum vino, pipere, ruta, & similibus. Si vero sit siccus, administrabis regimen humectantium ex cibis, & potibus. Cibis vt aqua gallinarum pinguium, & iuuenum. Et carnes hædorum, & agnorum, & vitulorum lactantium, ptisana, pulmenta ex amylo, & alæ pullorum, & testiculi gallorum in lacte nutritorum, & pisces parui, & petrini, & oua forbilia, lac, butyrum, medullæ, & similia. Olera sunt, vt boragines, bugloſſæ spinachia, attriplices, & similia. Fructus sunt in poma dulcia, pineæ, fistici, amygdalæ, sisamus, & similia. Potus vt vinum lymphatum, aqua cum zucch. vel iuleb violatum. & electaria humectantia sunt diacodium; diadragacanthum: diaboraginatum: & diabugloſſatum. Et electarium ad reſtaurationem;

Meri quid sit.

rationem; & impinguationem ſuperius dictum. & panis,aloe,& ſimilia. Exterius vero cum embrochis, vel epithematibus, & fomentis ex aquis dulcibus enarratis; & fricationibus, & balneis, & inunctionibus,& oleis,& cerotis,& humectantibus, vt eſt oleum amygdalarum dulcium,pinearum,ficticorum, violarum,ſuccus maluarum, cucurbitæ, melonis, cucumeris. Et ſemina, & aquæ ipſorum, & ſorbitio facta ex eis,& graſſulis, & pinguedinibus, gallinæ, porci, anatis, & medullis vitulorum, & lacte. In domo & aere locetur,& in quiete, & ſomno ſeruetur. Et ſi quidem remanſerit impreſſio conſtrictionis operaberis ad eam; vt hic ſuperius habuiſti. Si autem a ventoſitate ſit, dabis interius oleum de Kerua, dianiſum, diagalangam, diacyminum, confectiones de ſeminibus, & commouentia eructationem, vt aniſum, cyminum, rutam ſiccam, erucam,carui,ameos,maſtichem, & thus maſticata,vel hauſta,& in cibis; & in potibus miſta. Exterius pones ventoſam, & vnges ex oleo nardino, de enula, rutaceo, de aſſa,& ſimilibus ſuperius enarratis. Si vero ſit a vicinitate apoſtematis gutturis, lacertorum, vel colli, curabis curatione ſquinantiæ, quam ſuperius habuiſti. Sed ſi fuerit a diſſolutione ſpondylis colli; cura propria poſita eſt infra. Similiter ſi ſit coarctatoria, quia cadit in eius via aliquid extraneum adhærens, vt ſpina,& ſimilia; curabis cura præfocationis ſuperius poſita.

Et ſi ſit humor viſcoſus ibi deſcendens, & adhærens curabis ipſum expurgatione cum inciſiuis, & abſtergentibus pharmacis. puta cum gargariſmatibus, ex ſyrupo acetoſo ſimplici,vel oxymelle ſquillitico, vel aceto eius cum melle roſato, & aqua mellis, hyſſopi, vel ſtaphidis agriæ, vel ſinapis,pyrethri, vel calamenthi, origani, & pulegij, paſſularum, ficuum ſiccarum, & cum prouocatione vomitus cum prædictis, & clyſteribus acutis notis ſupra. Necnon ſi expedit ægritudines capitis, à quo prouenit rheumatiſmus, oportet curare, vt ſuperius dictum eſt. Etiam ſi fuerit ſanguis congelatus, duæ res conueniunt in cura eius. Prima eſt ipſum liquefacere, ſecunda eſt ipſum educere, prout infra de cura congelationis ſanguinis in ſtomacho: & ventre dicemus, & hoc cum ſimplicibus, & compoſitis. Simplicia ſunt coagulum, bitumen, bdellium, & huchuen, cum aqua cineris ligni ficus, & quercus, ſumpta,& gargarizata. Secunda eſt ipſum educere,cum vomitus prouocatione, cum melle & ſucco apij, & terra ſigillata diſſoluta in aqua; & farina tartari diſſoluta in ea calida,vel vino. Inquit, enim Gal. vinum coagulata diſſoluit, & ſuo motu citius extra pellit, vel fluxu ventris. & hoc cum clyſteri ex ſucco apij, opopanace diſſoluto in eo cum ſalgemma; & melle; vel reſolutione ipſarum cum emplaſtro facto exhaſce, ſalgemma,opopanace,cum melle confectis: & approximato gutturi. Si vero ſit ex lumbricis, & vermibus ibi coadunatis,& infixis. Cura eſt duæ res, ſcilicet interficere,& educere ſicut ſupra, de ægritudinum cordis cura, diximus. Et hic breuiter dicamus, quæ illis duobus ſunt propria; & ex illis eſt baurach, Kebuli, myrrha decocta in oleo, centonica, & centaurea ſumpta. Et poſtquam prouocatur vomitus,& emplaſtrata Kitram, & petrolæon inunctum, aloe,& hiera interficiunt,& educunt illos. Si vero ſit carnoſa, & ex apoſtemate in lacertis, & tunicis ipſius meri. Cura eſt quam infra dicemus. Si vero ſit ex verruca, vel cicatrice. Curabis cum abſterſiuis ſtypticis, vel ſubtiliatiuis, vt eſt aqua mellis cum virtute radicis capparis, & paſſulis, & floribus abſinthij, ſquinantho,& cappares cum aceto boni vini. Et ficus ſiccæ cum granis myrti, & aqua caulium reſeruata, per tres dies bibita, & piſtici, & amygdalæ, pineæ, ſumptæ, & oleum earum ſumptum; & exterius inunctum, & aqua nucum cypreſſi, calami aromatici, aniſi, meliloti embrochata,& ſimilia prout tibi ſapientia monſtrabit; & quandoque eſt incurabilis. Medicamen diſſoluens ſanguinem congelatum in ſtomacho,& meri. Rec.coaguli leporis drach.xxxvj. coaguli gazeli drac.xxxij. gentia.ana drach.iiij. Conficiantur cum melle. Et ſit doſis eius ſicut vis in aqua calida,aut in ſyrupo acetoſo.

Sanguinem coagulatũ liquefacientia.

De ſolutione continuitatis meri, & eorum, quæ ex illis accidunt, vt eſt fluxus ſanguinis,& eruptio eius ex ore, & cura eius. Cap. 4.

SOlutio continui meri eueniens, duplex eſſe contingit ſimplex, vt eſt plaga, punctio, ſciſſio, & ſimilia, aut compoſita,vt eſt vlceratio eueniens ipſi,& quandoque aut eſt ſuperficialis ſicut eſt excoriatio: aut profunda penetrans tunicam,vel pelliculam vnam, vel ambas. Simplicis cauſa eſt interior,& exterior. Interior eſt humiditas in ſui ſubſtantia aggregat, & pelliculis eius penetrãs, & perforans ſui acuitate, aut ſua quantitate replente; aut ſua ventoſitate extendente ſcindens ipſum profunde,& quandoque totaliter. Exterior eſt,vel tranſglutitio rei ſcindentis,vel pũgentis,vt oſſis acuti,vel ſpinæ,vel vitri,vel percuſſio cum re incidente,pungente,& perforante. Et ſuperficialis cauſa interior eſt cibus acutus,vel medicina,aut humor tranſiens acutus cum vomitu,de ſtomacho ſaliens,aut deſcendens intrans ad ipſum,aut eſt malitia complexionis calidæ,& ſiccæ exiccantis ipſum,quare ſuperficies eius aduritur,& cadit,ſicut in febribus adurentibus contingit frequenter. Cauſa vero compoſitæ, ſcilicet vlcerationis eſt duplex, ſcilicet interior,& exterior. Interior autem eſt apertio apoſtematis, aut plaga, quæ facit ſanguinem, aut humor corroſiuus tranſiens, & in catarrhis deſcẽdens ad eum, vel alias ibi imbibitus, corruptus, & putrefactus, corrodens ipſum. Exterior eſt,quæ partem de eius ſubſtantia ſcindendo aſportauit, & eſt nota. Signa vlcerum eius dicta ſunt ſupra. Sed diſtinguentia inter vlcera meri,& ſtomachi a tribus ſumuntur,ſcilicet a loco,a tempore,& ab accidentibus concomitantibus. A loco nam in vlceribus meri,dolor, punctio, & ardor ſentitur in collo vſque ad oſſa dorſi; & furculam ſuperiorem pectoris; & illud quod eſt inter duas ſpatulas. In vlceribus vero ſtomachi, dolor, punctio, & ardor ſentitur in interioribus oſſibus pectoris puta furcula inferiori pectoris infra. A tempore, nam in vlceribus meri ſentitur dum tranſglutitio fit,vomitus,vel eructatio rei acutæ qualitatis.in vlceribus vero ſtomachi ſentitur poſtquam tranſglutitus eſt. Ab accidentibus concomitantibus, quando vlcera ſtomachi plurimum, & proprie ſunt in ſuperiori parte ſtomachi; perducunt ad minorationem,vel ablationem anhelitus, & prouocationem, ſtidoris frigidi,& ſyncopim,& infrigidationem extremitatum. Sed ſimplicis ſolutionis cauſæ interioris humoralis, ſignum eſt, inuentio ſignorum antecedentis cauſæ,& regimen præcedens multiplicans talem humorem, & infectio partium oris ex humore acuto, quem dolor,& ſapor oſtendit,& conſuetudo paſſionis illius. Si vero ſit a cauſa exteriori,eſt manifeſta ex ſe,vel relatu infirmi. Sed ſi ſit ſuperficialis,ardor,& punctio eſt parua, cito tranſiens. Et egreditur quandoque ſicut cruſcula, & pellicula adufta. Si vero profunda,dolor eſt fortior,& diutius durans,& egreditur ſanguis, & humiditas naturalis, & inuentio cauſarum interiorum,& exteriorum ipſas inſinuat. Signum autem vlceris ipſius,fœtor eſt in ore perceptus,& exitus per os puris, & ſanei, & quandoque aſſociantur ei pellicularum fruſta. Cura ſolutionis continui meri difficilis,vel impoſſibilis eſſe dignoſcitur, ſicut cura ſolutionis continui cuiuſlibet membri, quod eſt via,per quam aliquid extraneum tranſit,trahitur,vel expellitur; vt ſunt meri,inteſtina, renes, pori vritides, & veſica, & maxime cum eſt intrinſeca, compoſita, & profunda,& penetratiua; non enim poteſt bene medicina apponi,& ſi apponatur,non tandiu permanet, vt ſuam impreſſionem faciat, quin cibi,& potus tranſglutitione abſtergatur,& aſportetur,qui etiam ampliati quantitate maioris bucellæ,& ſua qualitate acuta, ſi quam habent, pungũt; & dolorem faciunt, qui eſt prouocatiuus reumatis, & ſic vlceris augmentationis.

Signa vlcerum ſtomachi, & meri diſſimilia.

Si

Si ergo sit simplex, & recens plaga, & superficialis; cura eius est tres res. Prima aufert causam exteriorem, & interiorem abscindit; secunda solutionem vnit; tertia corrigit accidentia.

Primam rem complent phlebotomiæ de cephalica, vel magis clysteres, & pharmaciæ solutiuæ ventris non vomitiuæ, cum proprijs stomachi dictis, cum etiam cerebro si expediat, & consequenter cum confortantibus ipsum, & retinentibus ipsum catarrhum, & ablatione omnis rei exterioris infixæ, aut teli prout infra de solutione continui dicetur, (si annuat omnipotens.)

Rem vero secundam complent stiptica, & conglutinatiua, interius, & exterius approximata. Interius gargarizata, & retenta, in ore, & lambita, simplicia, & composita. Simplicia, sunt vt grana, & cymæ myrtorum, lentisci, oliuarum, & rubi, & grana granatorum, & cytonia, & corticis balaustiarum ipsarum, & rosæ immaturæ masticatæ, & transglutiatur succus eorum sicut resudat, & gargarizatio cum aquis ipsarum, & cum rob ipsarum, & rob mori gummi, dragacanthi, lutum armenum, & lutum sigillatum, & thus, albumen ouorum, & similia. Composita ad alchola dicta sunt supra, & quæ inferius tibi traduntur ad vlcera, quæ etiam exterius per omnem modum administrare poteris, & proprie circa collum, & guttur, & locum qui inter spatulas existit.

Tertiam vero rem complent, quæ dolorem, & punctiones corrigunt, quæ ipsam alcholam sequuntur.

Si vero sit profunda penetratiua, eius cura est tres res.

Prima est, vt sanguinem fluentem restringas, & dolorem sedes, & illud cum approximatione, & epithematione albuminis ouorum, & alijs quæ dicemus in capite suo sequenti.

Secunda est, vt sicca stypticantia, & conglutinantia, & consolidantia prædicta interius, & exterius applicentur.

Tertia est, vt regimen adæquetur in sex rebus non naturalibus proprie in cibo, & potu. Seruetur ergo in quiete, & ab omnibus dilacerantibus, & aperientibus vomitiuis, & prouocantibus rheuma. Custodiatur à cibis calidis, & a potibus, & acutæ qualitatis; sed sint ex lenientibus, glutinosis, & stypticis; vt sunt oua sorbilia, pulmentum ex riso, vel amylo cum iure carnium præparatum, vt vinum stypticum, & similia, & buccellæ sint paruæ, & repletio pauca. Si autem sit vlceratio in eo facta, curabis cura vlcerum. quam tibi inferius subiungemus. Fiant formulæ in modum lupinorum, quarum vna retenta in ore, & sicut dissoluitur, deglutiatur, remouet enim solutionem continui, & vlcera meri, & consolidat, & incarnat, & lenit. Recipe gummi dragacanthi, mastiches, thuris albi, ana drach. j ireos, drach. s. liquiritiæ, drach j. hypocistidos, granorum myrtæ, & cymarum eius, & oliuarum, ana drach. s. seminis cytoniorum, scrup. ij. luti sigillati, & luti armeni, ana drach. j. contere, & conficiantur cum rob myrtæ, vel lentisci, & est ex inuentione nostra.

Formulæ, vt lupini tenēda in ore.

Vnguentū expertū ad vulnera, & vlcera.

Vnguentum aliud expertum, & efficacissimum ad vulnera, & vlcera in quacunque parte corporis sunt, & proprie capitis cum fractura cranei, & est Romanorum. Recip terebinthinæ, vnc. viij. succi betonicæ, vnc. v. & substantiam eius, misceantur simul. Et stent per duos dies; deinde ponantur super ignem leuem, & calefiant, donec liquefiat terebinthina: deinde colentur per stamineam, & colatura iterum ponatur super ignē, & bulliat vsque ad consumptionem succi. postea addatur gummi abietis, vnc. s. olei ros. vnc. s. ceræ, vnc. iiij. & vtere.

Eruptio fluxus sanguinis ex meri, ex vena aperta, & incisa, fracta, vel corrosa, prouenit. cuius causa interior; & exterior esse potest, sicut supra de sputo sanguinis habuisti; & infra cum de stomacho inuenies loquemur. In proposito est ipsius meri vlceratio ex vena corrosa. Eius autem signum est, exitus eius cum fastidio; & quodam vomendi motu minore, quam si a stomacho proueniret; & si est vena fracta, incisa, vel corrosa dolor est in collo, & loco, qui est inter duas spatulas proprie si sit magna incisio, fractura, vel corrosio, & maxime apud sumptionem rei acutæ. Si vero sit a vena aperta, non est dolor, & facilius retinetur; si vero sit a vena corrosa ab vlcere, eius signa sunt, signa vlceris ipsius prædicta, & emissio saniei, & puris. & difficultas retentionis. Cura eius est quam superius de sputo sanguinis habuisti, & de fluxu sanguinis narium, & infra in cap. de stomacho; cuius meri est instrumentum ad attrahendum: quæ sibi sunt iuuatiua: sufficienter loquemur.

De apostematibus meri, & cura eius. Cap. 5.

APostematis meri, signa superius habuisti singularia, & propria, quibus subiungenda sunt magis propria. Et sunt; nam si quidem apostema eius calidum sit, cum prædictis, erit fortitudo doloris, inflammatio, caliditas, & proprie in partibus oris, & colli percepta. Et quandoque est febris parua, quandoque magna, hora, post horam. Et quandoque est horripilatio, & est cum siti vehementi. Cum ergo naturaliter cessat horripilatio, & cum aperitur, egreditur pus, & horripilatio reddit. Cum autem est apostema frigidum, signa sunt contraria, cuius curam habere poteris, si eorum memor eris, quæ in cura phrenesis, lethargiæ, & mammillarum diximus, & magis si inspexeris, quæ dicemus in cura apostematum stomachi.

De nocumentis transglutitionis, & cura. Cap. 6.

Transglutitionis nocumentū triplex.

NOcumentum transglutitionis est triplex, scilicet corruptio, vt si cum tremore perficiatur. diminutio, seu difficultas, cum fit, cum labore, & conamine, & eius ablatio cum nullo modo fieri queat. Et plurimus est difficultas transglutiendi, quæ nota est superius per eius signa distinctiua causarum in primo capitulo huius posita; Est autem periculosa, & vitæ animalis contraria; cum enim vita animalis non persistat, nisi per nutriens, quod restaurat illud, quod ex corpore eius dissoluitur, talem autem restaurationem facere nequeat, nisi intra corpus sumatur, & illud est per transglutitionem, ea ergo facta difficili, & diminuta verendum est, ne totaliter auferatur, & pereat animal, & proinde insistendum est circa correctionem eius attente, tanquam circa accidens, quod præ cæteris ægritudinibus ipsius plerunque curam sibi præuindicat, seu correctionem. Cura. Res prima, & certa est abscissio eius causæ, scilicet ægritudinis proprie, quam comitatur, quæ omnis generis esse potest, de qua infra dicemus, vel alterius membri, cuius communitate patitur epiglottis, videlicet associati, vel stomachi, cerebri, nuchę, contiguorum, quo lacerti epiglottis mouentur, & meri spasmantur, vel mollificantur, & trāsglutitio fit difficilis, vel aufertur, & spondyles dorsi diflocati, & interius conuersi comprimendo viam claudentes ipsius, vel totum corpus, vt in febricitantibus, vel morti propinquis, in quibus virtutes, sicut in toto deficiunt, ita & in parte, de quibus etiā dictum est, & de stomacho infra dicetur. Secunda est stomachi regimen, vt mundificetur, & alteretur, nam in pluribus dispositionibus sequitur, meri oris stomachi, complexionem, & illud cum his, quæ infra in cura dispositionum eius dicentur, (duce Deo) complebitur. Tertia est ipsius confortatio. Fiat autem cum temperantibus complexionem eius, dyscrasiam alterando cuiuscunque generis fuerit, & proprie frigidæ, & siccæ, quæ plurimum est in causa, vt supra dictum est. Et ex compositis conuenientibus frigidæ, est balsamum transglutitum, theriaca, diacalamentum, & aqua raphani, & vinum cum eis, Et ex his, quæ inun-

guntur exterius est oleum anethinum,& de lilio,de narciſſo,de croco, nardinum, muſcelinum, & de balſamo, quoniam confortant lacertum tranſglutiendi,& cerebrum,quod eſt neruorum principium,quare oportet,vt ex eis inungatur caput,& nucha colli,a qua neruus tali lacerto procedit. Et confortetur omnibus modis cum emplaſtris,faccellis cerotis, fomentationibus ex aromatibus calidis, & ſtypticis, vt caſtoreo, myrrha, ammoniaco,ruta,praſſio,abrotano,lauro, & ſimilibus. Et ex conuenientibus ſiccæ dyſcraſiæ eius,eſt regimen humectatiuum. Et ex exterius inungẽdis eſt butyrum,oleum amygdalarum dulcium, pinguedo gallinæ, porci, & ſimilia. Et ex ſimplicibus conuenientibus humidæ,ſunt aniſum,vtrumque been,ſpica celtica, & folium indum, thus, & minutum eius, & cortex ipſius, & myrrha, & ſandaracha, & ſimilia. Et quandoque oportet ipſis admiſcere frigida temperantia eorum calorem. Sint autem ex ſtypticis confortantibus,vt ſunt roſæ, ſandali,myrta, & ſimilia. Ex quibus faccellationes fiant ſupra caput, & nucham.

Et cum ex humiditate ſunt, eſt ex expertis,(ſecundum magiſtrum Arnaldum,) vt ſumantur mane quolibet tres caricæ cum intercluſo in eis puluere pumicis, & ſandarachæ; puluis eſt proprius.

Et cum ex ventoſitate groſſa intercluſa fuerit repellente,& propellente ſuperius cibum,& potum,in quam talis humiditas fuerit conuerſa,quam eructuatio manifeſtat: curetur cura inflationis ſtomachi,& ventoſitatis ipſius,quam infra dicemus.

SVMMA II.

Particulæ tertiæ, ſectionis primæ de medicinis ægritudinum ſtomachi.

EST autem ſecundũ Gal. ſtomachus miniſter viſcerum. Cibaria enim & potus per meri exterius ſibi tranſducta recipit tanquam lebes,& a virtute,& proprietate, qua eũ vniuerſalis dotauit natura, illa alterat, coquit,& digerit, & alijs membris in re nutrimenti operationem facientibus apta reddit. Et ſi de ſe ſuiipſius gratia digerit cibum,non vt membris alijs aptũ reddat,ſicut dixit Gal. vnde G. dixit. Stomachus miniſter eſt viſcerum; de ſtomacho enim cętera nutriuntur membra. nimirum igitur ſi in eius conſtructione ſumma ſapientia ſubtiliſſime tanquam in eo,qui eſt paterfamilias,laborauit. Formauit ipſum namque concauum, vt ad continendum,quod recipit ex cibis, & potibus,eſſet aptus, & quaſi rotundum, vt eſſet capaciſſimus non ſolum cibi, & potus proprij, ſed membrorũ etiam aliorum, & vt caliditatis alterantis ipſius, & decoquentis circa cibum totum ex qualibet ſui parte influentia eſſet calidi. Et ſibi ſubſtantiam dedit panniculoſam, & neruoſam,vt in recipiendo cibum, & potum pro toto ſufficientem, poſſet recipere extenſionem, nec non vt tempore digeſtionis eſſet totaliter contrahibile ſuperipſum. Ipſum etiam ex duplici compoſuit tunica, exteriori.ſ. magis neruoſa,vt res ſibi occurrentes ſentiret melius, & diſcernendo eligeret,quod bonum eſt,& reprobaret malum,& interiori magis carnoſa calida,cuius caliditas cũ meditatione, attingendo cibum, melius alteret, decoquat,& tranſmutet, ſicut ignis mediante olla melius cibaria decoquit. In quibus villos triplicis generis ordinauit,quorum conſideratione Auerr.dixit. ipſum ex triplici tunica compoſitum eſſe. quemadmodum G.ęcontra aſſeruit de vtraque veſica,fellis.ſ. & vrinæ,quibus virtutes operantes in ipſo vterentur, ſicut proprijs organis,vt in eo,quod intendunt,habilius operentur. Quibus multis,& varijs ipſum fulciuit, & adornauit ſapientia ſumma. Et proinde membris ipſum principalibus alligauit neruis mediãtibus, cerebro, quemadmodum partem eius ſuperiorem, vt eſſet multi ſenſus in ſentiendo E ſuam inanitionem,& complendo deſiderium ſui ipſius, & membrorum omnium arterijs cordi, & venis hepati. Ipſum quoque membris calidis circundedit, quæ in alteratione illorum ſuæ caliditati debili ſuggerant ſupplementum, a quo protraxit duo membra continuata, vt duæ viæ ductiles, ſcilicet meri a parte ſuperiori officij ſui deſeruiens,tranſglutiendo,deferendo cibum,& inteſtinum duodenum inferius a portonario ſibi deſeruiens delatorie, vt infra dicetur. Si ergo ſequentes naturam ſapientiſſimam, (vt Hippocr. iuſſit) in cura ægritudinũ eius adeo ſolicite procedamus, vt nomen domini inuocando,vt ingenium,& modum curationis inueniamus, atque medicinas ſimplices, & compoſitas, & expertas, cum omni diligentia perquiramus, quibus ſanitatem amiſſam recuperare valeat,& in temperando alimẽtum quo corpus ſubſiſtat perdurare, omni propulſo errore; Error enim in eo nocumentum generat,quod commune exiſtit toti corpori, & principalibus membris,quibus F notabiliter alligatur.

Continet autem hæc ſumma capitula triginta ſecundum pluralitatem ægritudinum, quas ſtomachus pati poteſt.

De cura ægritudinum ſtomachi ſecundũ modum vniuerſalem. Cap. 1. folio 21
De cura malæ complexionis calidæ ſtomachi ſimplicis,& puræ. Cap. 2. 21
De cura malæ complexionis frigidæ. Cap. 3. 21
De cura malæ complexionis ſiccæ. Cap. 4. 21
De cura malæ complexionis humidæ. Cap. 5. 22
De cura malæ cõplexionis compoſitæ puræ. Cap. 6. 22
De cura malæ complexionis cum materia ſimplicis,& compoſitæ. Cap 7. 22
De cura ægritudinum in plaſmate,& primo de regimine eius,cuius ſtomachus eſt rotundus, paruus,& prorenſus,vel magnus. Cap 8. 24
G De cura ægritudinum accidentium eis in vijs,ſcilicet oppilationum eius. Cap. 9. 24
De cura repletionis eius, ſcilicet nauſeatiuæ, ſatietatis,& inanitionis ipſius. Cap. 10. 24
De cura inflationis ſtomachi, & rugitus, tortionis & gurgulationis ipſius. Cap. 11. 24
De percuſſione, obuiatione, & caſu ſupra ſtomachum, & cura. Cap. 12. 25
De ſolutione continui, vlcere, & ruptura ſtomachi,& cura eius. Cap. 13. 25
De medicinis apoſtematum eius. Cap. 14. 26
De correctione accidentium ſequentium ægritudines dictas, & primo de debilitate ſtomachi. Cap. 15. 27
De medicinis doloris ſtomachi. Cap. 16. 28
De nocumentis appetitus, ex quibus eſt debilitas, ſeu diminutio, deſtructio, ſeu ablatio,& corruptio. Cap. 17. 31
H De medicinis appetitus canini, famis ſyncopalis, & bulimi. Cap. 18. 31
De medicinis appetitus corrupti. Cap. 19. 32
De ſiti,& medicinis eius. Cap. 20. 33
De nocumentis digeſtionis,ex quibus eſt debilitas, deſtructio,& corruptio,& cura earum. Cap. 21. 33
De nocumentis retentionis,ex quibus eſt tarditas, & velox deſcenſus cibi digeſti de ſtomacho in ventrem, & cura eius. Cap. 22. 35
De lenitate ſtomachi, ſiue lubricitate, ſiue lienteria. Cap. 23. 35
De nocumentis expulſionis, & primo de eructatione,& cura eius. Cap. 24. 36
De ſingultu. Cap. 25. 36
De ſubuerſione,nauſea,faſtidio,vomitu,& eructatione, ſeu anxietate cum turbatione ſtomachi, & cura. Cap. 26. 38
De vomitu. Et primo de phlegmatico, & cura eius. Cap. 27. 38

De

De cura vomitus cholerici. Cap. 28. fol. 39
De cura vomitus melancholici. Cap. 29. 39
De cura vomitus sanguinei. Cap. 30. 39

De cura ægritudinum stomachi secundum modum vniuersalem. Cap. 1.

CVra ægritudinum stomachi proportionalis est curę aliorum membrorum pro toto operantium, vel præstantium iuuamentum. Correctio enim omnis immoderaminis per contrariam immoderationem est fieri. Dixit Galen. Intantum autem differens a cura ægritudinum aliorum membrorum, inquantum eius natura propria, & operatio a natura, & operatione aliarum diuersa existit, quæ auxiliorum species eligit, quantitates eorum determinat, & vsum ac modum eius aptum ostendit. Est autem, vt dictum est natura stomachi propria, & prima frigida; quia pauci sanguinis, & neruosa, proinde sensibilis valde. Qua propter expedit, vt auxilia immoderationes eius corrigentia sint non excedentia valde, quamquam lapsus, & immoderatio exigat, maxime cum non sit valde positus in profundo. Si enim sint frigida valde, eius paucam caliditatem extinguent forte. Quapropter Hippo. in apho. ait, frigidum inimicum neruis; & forasse contrariam dispositionem adducent, quæ periculosioris curæ, & difficilioris esse comprobatur, prout Galen. dixit. Si vero calida, eius tepidam caliditatem resoluent, & si acuta, mordebunt, & in spasmum, aut cordis morsum adducent. Si lapsum facientia est, nisi correcta, & repressa, vel ex benedictis electa nocumẽtum imprimẽt, & substantiam eius dissoluent, cum ad ipsum primo perueniant. Oportet ergo esse temperata, & infra gradum dyscrasiæ, vt paulatim, & in longo tempore intentum tuum compleant potius quàm subito, & in breui. Est enim hæc secundum sapientiam operatio. Est enim panniculosus, & villis contextus habens vias amplas, quarum auxilia non oportet esse valde humida, & liquida cum mollificent, & villos eius relaxent. fluantque de facili. Et ad alia membra transeat plusquam ibi imprimant, sed oportet esse grossæ, vel solidæ, vt in eo permaneant donec imprimant, quod oportet, aut quia pellicula eius os, & lingua exiftit vestitum, & proinde quid virtutis percipientis habet saporem: debet esse saporis non mali, ne nauseent, sed delectabilis illis, & proprie pharmacosa inquantum potest. Inquit enim Gal. quòd vna quidem communis debet esse intentio, facere pharmacum delectabilissimum, inquãtum possumus, dummodo eius ad vltimitatem custodiatur virtus; non enim hæc est dissoluenda gratia delectationis. Et quia eius officium, & operatio est digerere cibum pro toto, & digestio fit per decoctionem. decoctio vero per calorem. oportet esse temperate calida, caliditatis enim temperatæ est digerere, vt ait Galen. Et si frigida sint, non oportet esse penitus a caliditate denudata; at quia digestio retentione indiget, oportet ea esse styptica, vel moderatam stypticitatem habentia. Et cum digestio quoque fiat per virtutem spiritus, qui odoribus gaudet: oportet ea esse ex aromatibus electa, vel eis admista. Verum quia ex decoctione cibi, in eo relinquitur superfluitas ei inhærens sicut in olla ciborum. vt Galen dixit; oportet esse talia absterfiua, vt est absynthium proprie, & spica, & similia. Porro cum ex natura sua stomachus sit principalibus alligatus, oportet ea omni carere malitia, & qualitate praua, ne ad illa per compassionem impressa perueniant nocumenta. Et quia diaphragmati suppositus, & vicinus, oportet quæ extrorsum supponuntur ei frigida, à costis secedere; ne infrigidando diaphragma. ad difficultatem anhelitus patientem adducant.

Stomachi complexio qualis.

De cura malæ complexionis calidæ stomachi simplicis, & puræ, &c. Cap. 2.

MAla complexio stomachi est secundum alterum octo modorum. ex quib. est calida simplex pura, & est ægritudo quædam ipsius immediate lædens actiones eius sensibiliter in dyscrasia qualitatum primarũ elementorum vincente calida; fiens causa eius est omnis causa procatarctica exterius aduenies, & calefaciens ipsum immediate, vel mediante aliquo vicinorum membrorum propinquo, vel remoto, quæ est multiplex. Gal. vero medicorum princeps omnes ad quinq; genera causarum reducit. Primum genus est, intromissio rei calidæ non superfluæ. Secundum est, contactus rei calidæ non superfluæ exterius aduenientis, & contangentis mediante exteriori cute. Tertium est, motus animalis, & corporeus fortis non superfluens, quòd ad resolutionem perducat, & proprie quum circa digestionem alicuius cibi duræ digestionis, & calidi passus fuit: vt est raphanus, & similes. Quartum est, spissitudo pororum eius non nimia perducens ad extinctionem. Quintum est putrefactio cibi in eo sufficiens ad inflammandum, & calefaciendum ipsum præter naturã. Quæ vero est mediante vicino aliquo membro, est vt a corde febriẽte, vel hepate inflãmato, & quandoque a cerebro; quæ si pura sit, sine humoris vitio generati, causata ab illis causis erit procatharcticis, & plurimum est diuersa. Signa eius cõplexionis essentialia sunt æstuatio stomachi, ardor perceptus in eo; in ore etiam non sumpto cibo, vel potu calido, & qñq; corporis totius inflãmatio, & febris cũ fuerit vehemens cum nocumento proprię actionis: vt sitis magna, parua fames, & cito cessat, & proprie cum non datur cito cibus, & qñq; tunc accidit syncopis, & dicitur fames syncopalis. Et appetitus erit frigidus, & iuuatur ab eo; & lęditur a simili, & cibaria subtilia aduruntur, grossa vero in eo, & dura melius, & sine corruptione alterantur, & eructatio erit fumosa, & superflua in vomitu & egõne, apparebunt adusta, vel sicca, & corporis calor erit mutatus; quia ad citrinũ tendẽs, & ẽt habitudo; quia erit corpus siccum, & paucæ carnis, qm̃ sanguis eius erit paucus, malus, fœtidus, & acutus; quem abhorrẽt membra diuersa ei in cõplexione, & venæ eorũ sunt apparentes; qm̃ sanguis eorum reclusus est in venis, quo natura nõ vtitur. Concurruntq; cum similitudine circũstantiarũ, & cũ assuetudine similiter patiendi. Et ex consequẽti corpus erit debile cũ cutis infectione, & carbunculis, scabie, morphęa, & similibus. Sed signum eius quod est sine humoris vitio est inuentio prædictarum procatarcticarum causarum cum priuatione signorum antecedẽtis causæ, scilicet repletionis humorum. Et si quidem sit ab intromissione rei calidæ: ardor perceptus erit in stomacho, & in exeuntibus alteratis percipitur. Et si ab eius contactu exterius facta sit, vel motu superfluo, antecessio earum, & notificatio ab infirmo facta, vel ab astantibus, tibi declarat. Si vero a spissitudine pororum, eius frigidæ, & stypticæ causæ inuentio interius vel exterius approximatæ insinuat. Et cutis tensio, & duricies. Sed si a putredine cibi existat fumosa, & fœtente eructatione cognosces, quòd in vomitu, & egestione perpendes præcessione cibi corruptibilis, vt est lac, & oua in patella decocta. Et si a vicinitate cordis, vel hepatis existat calefactio per omnem modum illorum præcedens inflammatio demonstrabit. Cura eius est alteratio. Completur autem cum medicinis, cibis, aut potibus, interius, aut exterius approximatis. Cibi ergo conuenientes sunt ex granis, ptisana hordeacea, lentes cum aceto decoctæ, pulmentum ex chondro cum aceto pauco, vel agresta condito, & sumach. Et ex carnibus carnes perdicum, & myrticorũ turdorum, & auium paruarũ cum aceto, agresta, vel succo granatorum decoctæ. Oua decocta in aceto cũ totalitate sumpta. Ex herbis vero lactuca, cum aceto proprie, & excitat appetitum, spinachia, endiuia, portulaca, coriandrum, & similia. Et ex fructibus cytonia, pyra, chrysomella, persica, pruna damascena, cerasa, acria, cucumeres, cituli, & cucurbita, batecha, & granata; quòd si non perduxit ad debilitatem, ciba eos cum grossis, quales sunt carnes vaccinæ præparatę cum aceto, & coriandro, & ventres ipsarum, & pisces recentes cum aceto, vel agresta, vel succo granatorum decocti, &

cti,& actualiter sint frigidi,non tamen multũ,vtquia nõ veri frigoris sint.Et omnia in quibus frigiditas cum stypticitate existit,quæ si nõ naturaliter,artificialiter acquiratur, cum condimentis ex coriandro, agresta, sandalis, & similibus. Potus autem sit aquæ frigidæ fere, non excedẽtis qualitatis nec quantitatis, ne in trasgluticndi difficultatem deueniat ex ipsius frigiditate, curato ab inualetudine sua stomacho, vt Galen.ait, vel succus agrestæ, vel granatorum acrium, vel aceti odoriferi misti aquæ, quod locum magis haberet, vbi esset profunda, & in remotis posita. Sed quia est in propinquo,prædicta frigida stiptica sunt magis efficacia, cum diu in eo sint permanentia; & hoc si tolerat stomachus. quòd si non, sit potus vini odoriferi albi,moderate stiptici,& pauciferi,lac acetosum vaccinum,& similes.Medicinæ approximandæ proprie sunt simplices,& compositæ. Et simplices, quæ exterius,& interius exhibentur,sunt sandali, rosa.. myrta, folia vitis, & salicis, acetosa,rubus, spodium,coralli, coriandrum, psyllium, camphora, maciana, aqua, & succus eorum, & semina herbarum, & fructuũ frigidorum, & succi ipsorum dictorum,& aliorum. Compositæ vero sunt, quæ ex prædictis componuntur;& quę administrantur interius sunt,vt syrupus de papauere,iulep.de succo cucurbitæ,& succo acetosę,& acetositatis citri; & trochis.de camphora,& spodio,vbi venter soluatur superflue. Et quæ administrantur exterius sunt,cerotum sandalorum,in antidotario nostro scriptum. Et epithema ex sandalis.oleo ros.& prædictis,& euaporatio ex aquis ipsorum cum aceto. Et vitreum vas,vel vesica plena frigida aqua supra stomachum retenta, vel per embrochationem superinfusa. Et emplastrum ex folijs vitis, cum sauich hordei,quod est proprium. Ex quibus si leuis est dyscrasia, leuia approximabis, si fortis vero fortia. Inquit enim Gal.proportionale medicamen magnitudini dyscrasiæ, ad illam conueniens inuenire oportet. Et tibi sit generalis regula in alteratione cuiuslibet dyscasiæ simplici stomachi,& cuiuscunque alterius membri, vt contrarium alterans sit in qualitate expediente, excedens vnius oppositionis, in oppositione alia qualitatem mediam teneat, vel ab eo parum recedat, ne ad dyscasiæ compositionem perducat, quæ maioris nocumenti est, & difficilioris curæ, vt Gal.ait.

De cura malæ complexionis frigidæ stomachi, &c. Cap. 5.

MAla complexio frigida stomachi.Causa eius,& signa, ex contrario ad malam complexionem calidam supradictam,sunt intelligenda.Cura autem eius cura illius minoris considerationis, & attentionis est, quia minoris timoris, licet tẽpus alterationis sit æquale, quia alterans medicinale, & instrumentale, quod est calidum,naturæ amicum est,vtile, confortans, licet ipsa natura,quæ est principale operans sit magis læsa ratione dyscrasiæ, & proinde magis periculosa. Sicque in cura eius, duæ res seu intentiones concurrunt, generalis scilicet, & specialis. Generalis est sublatio ipsius. Specialis docet copiam auxiliorum, & aptum vsum ipsorum ostendit. Et sunt talia auxilia seu contraria calida a natura,& qualitate ægritudinis,sumpta ex cibis,et potibus, & medicinis simplicibus, & compositis interius, & exterius approximandis. Et sunt verbi gratia, ex cibis, ex granis,vt panis de frumento furfuris,habens multum salis,& fermẽtatus bene,cicera,& similia.Et ex carnibus, carnes columbarum, & proprie sylueſtrium, & anatum siccarum,carnes salitæ porcorum,& aliorum, præparatæ,& conditæ cum speciebus infrascriptis. Quorum vitelli cocti cum herbis,& speciebus calidis,vt saluia,menta,sęniculũ,maiorana,& similibus. Ex oleribus sunt, vt sinapis,eruca,nasturcium,rapistæ,piper,aqua,raphanus, & similes. Ex fructibus sunt ficus,passulæ.amygdalæ,nuces,dactyli,auellanæ,pineæ,fistici. Et pisces saliti cũ sinapi,vel eruca. Potus autẽ sit vinum antiquum vinosum, vt grecũ,flauum,& rubeum,& calabrense,& puteolanũ purum,vel parum lymphatum,prout tolerat cerebrum.

Panis. *Carnes.* *Olera.* *Potus.*

Ex medicinis simplicib. sunt ex speciebus,quæ sunt proprie stomachi,vt cinnamomum, garyophyllum,crocus, spica,mastiches, thus, nux muse. galanga, zedoaria,cardamomum,zingiber,macis,galia muscha.grana paradisi,amomum,squinanthum,xyloaloe,assarum, & piperũ grana,quæ sunt fortiora,& magni iuuamenti in hac ęgritudine.Confortant enim omnes eius virtutes stomachi, cum sint defectæ in omni eius dyscrasia maxime in ista. Inquit enim Gal. omne membrum complexionis frigidæ, actiones defectas habet ex necessitate, & si naturaliter tales habeat, quantum magis ægritudinaliter? Et enula, & raphanus, & pyrethrum, & cyperus, costus amara, muschus, & balsamus, & succus eius, xylobalsamus, carpobalsamus; alia sunt etiam valde iuuatiua. Ex herbis chamæmelum,absynthium.menta.proprie,sęniculus,anethum,marrubium,sampsuchus,id est maiorana, ruta,mentastrum, origanum,ozymũ,petroselinum. Ex seminibus anisum,cyminum,fœniculum,apium,carui,& similia. Ex gummis styrax liquida, & sicca, bdellium,& similia,quæ interius,vel exterius,& per omnem modum approximabis. Ex compositis interius approximãdis,sunt zingiber conditũ cum zucch. rubeo. & proprie cum melle despumato. Ipsum enim in cibo, potu, & medicinis sumptum optimum est frigido ventri, nocibilissimum verum calido, vt Gal.ait,diacinnamomũ, diaga.syrupus de menta, quæ sunt leuia. Et ex fortioribus sunt diatrionpipereon, diacyminum, theriaca magna,mithridatum,sagzenea,omorusia,diamusc.& diambra,tryphera magna,& consimilia. Ex his aũt,quæ exterius approximanda, sunt propria, oleum anethinum, de lilio,de alchanna,mastichinum,& nardinum. Et fortiora illis sunt oleum costinum, oleũ de been,& sambuchinum,& de piperibus,& oleum de terebinthina, de balsamo,& oleum apostolorum supponatur lana calida,& proprie si aer fuerit frigidus. Et si ceram adiunxeris ei, & confeceris cerotum, diutius adhærebit, sed epithema citius penetrabit, & emplastra fortius imprimunt, virtute in sua propria substantia inhærente, & membro diutius adhærendo,quòd si pręcalefeceris ipsum stomachũ habilius,adhuc subintrabit. Et in delicatis,propriũ est; pannus lineus duplicatus, & suffumigatus cum ligno aloes infuso in vino, spica,mastiche, squinãtho,& thure, & proprie si stomachus fuerit humidus. Et embrochatio cũ aqua calida est mirabilis; & proprie si fuerit siccus. Et ex eis est emplastrum antidotarij nostri calefaciens,& confortans. Et appositio ventosæ supra stomachum, est maxime iuuas, trahit enim illuc calorem,& sanguinem,& calefacit. Et scias quòd calefactio extremitatum, perducit ad calefactionem stomachi ex proximo.Totius autem corporis calefactio, cum balneo ex aquis thermarum calidis, & aliarum medicinarum habentium virtutem calidam stypticam, prædictarum confert, dummodo non superfluat, & perducat ad resolutionem;tunc enim maxime nocet. Inquit enim Hippoc. quæcunque infrigidata sunt calefacere oportet, & similiter si solum stomachũ, & epigastrium calefeceris, & pyriam feceris ex prædictis aquis, vel embrochationes,vel epithemaueris infusa spongia in eis, vel filtro cũ frequenti innouatione,antequam infrigidentur,aut cum vase vitreo, vel vesica ex eis plena,vel ex rebus alijs prædictis calidis, vtile quidem operaberis, & in nullo falleris. Vsus autem,& modus vtendi est,vt si leuis sit dyscrasia leuibus contenteris, & si fortis fortioribus,& per omnem modum ipsum stomachum sic dyscrasiatum, studeas calefacere, habet enim suas virtutes maxime refectas. Inquit enim Hippoc. frigidum inimicum est naturæ impediens, & ab omnibus prohibens operationibus, & paralyticum faciens, & mortificans.

De cura malæ complexionis siccæ stomachi. Cap. 4.

MAla cõplexio ficca stomachi simplex, & pura est nota ex notificatione calida. Calida autem eius est vna,

est vna, vel plures extrinsecæ, & est breuiter enarrando, diminutio cibi & potus in quantitate & qualitate, ac siccæ complexionis, & medicina sicca ex simplicibus, vt sandaracha, sal, baurach, cyperum, sulphur, acetum, & proprie squilliticum, & labor nimius corporis & animæ, vt ira, angustia, tristitia, & etiam proprius labor stomachi, quem patitur in tolerando famem, & sitim, & vigiliæ multæ, & ex eis est aer siccus, & ventus borealis, balneum aluminosum, salium, sulphureũ, & piceũ, & medicinæ siccæ prædictæ exterius applicatæ. Signa autem ipsarum cognitio est manifesta, per præsentiam enim ipsarum quamlibet cognosces, & per priuationem signorum antecedentis causæ humoralis, vel per infirmum, si fagax sit, vel per astantium relationem. Cura huius est ex humectantibus temperatis, vel parum excedentibus in actiuis qualitatibus intrinsecus, & extrinsecus approximatis, & maxime cum regimine humectatiuo superius posito, cum de cura malæ complexionis meri siccæ diximus, illuc ergo redeas. Memorare tamen nocentium tali dyscrasiæ valde, à quibus nisi quis diligenter abstineat, iuuatiua conferre non poterunt, & sunt styptica, & pontica. Ex cibis, vt mespila, sorbæ, zarur, atrineæ, cornula, pyra, cytonia, & maciana immatura. Et ex potibus, vt est vinum calabrense, & aqua aluminosa, & similia. Cõsumunt enim omne, quod innatæ humiditatis in eo remansit, hęc quidem extrahendo, hæc quidem comprimendo in ventris concauitatem, vel in circunadiacentes particulas, & venas & poros, & orificia, per quas alimentum humectatiuum consueuit recipere. Inquit enim Abuha, nihil est quod tantum humectet, quantum vinum temperatum, & balneum in tina aquarum eucratarum dulcium.

De cura malæ complexionis humidæ stomachi. Cap. 5.

MAla cõplexio stomachi humida simplex, & pura, Causa eius & signa e cõtrario intelligẽda sunt malę cõplexionis siccæ superius dictæ, necnõ, & cura. Quæ enim causæ sunt vnius cura sunt alterius, & e conuerso. Et quod vni nocet, alteri prodest, & e cõuerso. Est autem facile sanabilissima aliarũ omnium, siue sola consistat, siue alijs qualitatibus complicetur. Et quia minus excedens est, & magis naturã in talibus principaliter operantẽ conseruat quam alię res. Et quia contrarium curans ipsum fortius habet, quã sua opposita, sic tempus exiccãdi, & humectandi non est æquale. Studendũ autẽ, ne sicca, & styptica approximanda in substantia liquida ministrentur, sed in solida magis, lædunturenim à prædictis, & à plurimo potu.

De cura malæ complexionis stomachi compositæ, & puræ. Cap. 6.

COmpositarum vero dyscrasiarum purarum modi sunt quatuor, sicca complicata frigidę, vel calidę, humida complicata calidæ, vel frigidæ, qui & eorum causæ, & curæ, & signa, vno generali comprehendendo capitulo, ex præmissis possunt haberi, inuicem simplicibus complicatis. Inquit enim Gal. Composita ex simplicium cognitione habentur. Et iterum simplices simplicibus, & cõpositæ cõpositis curantur medicaminibus, equalia æqualibus, & inæqualia vno plus altero minus &c. Speciali vero capitulo ad cutam frigidæ & siccæ conueniunt calida, & humida, & temperate calida interius, & exterius per omnem modum approximata. Et quæcunque sanguinem, & alimentum trahunt ad ipsum absque euaporando, vt est frictio temperata, balneum, calefactio partis & epithematio secundum mensuram facta, & quæ calorem naturalẽ in substantia, & quanto augent, eius seruata eucrasia, quæ iuuat digestionem, vt est amplexus pueri tota nocte nudi, ita ꝙ totum tangat epigastrium. Et loco eorũ aliqui applicant catulos pingues. Et alij volam manus & vtrumque est bonum. Nocibilissima vero sunt stipantia, & acuta nisi aliquibus humidis misceantur. Siccæ vero, & calidæ conueniunt humida & frigida temperate. Nocibilissima vero sunt pontica, & acria. Humidæ vero, & frigidæ actia sunt conuenientia. Nociua vero pontica nisi aliquibus acribus sint commista. Humidæ vero, & calidæ ipsa pontica sunt propria. Nociua vero pontica, acria, nisi aliquibus ponticis sint commista, quorum copiam habes ex prædictis simplicibus, quibus simplicibus, vel inuicem commistis ex eis vti, modo competenti, poteris, vt dictum est.

De cura malæ complexionis stomachi cum materia simplicis, & compositæ, &c. Cap. 7.

MAla complexio stomachi cum materia, est, eius dyscrasia vitio humoris facta, & in principio est diuersa, sed cum perdurat fit mansiua. Humor autem hic est dupliciter, aut in eo generatus, aut ei influxus; generatus autem in eo, nõ est verus humor, cum illius generatio siue sit naturalis, siue innaturalis, siue digestº, siue indigestus, soli digestioni secundæ scilicet hepatis, vt venarum sit propria, & conueniat non primæ secundũ ventrẽ tantũ, verũ si has duas effugiat, nequaquam sit generatus humor. Si ergo sit humor hic generatus in stomacho, non erit verus, sed est similis humori, & maxime cum non sit ex digestione, sed indigestione potius generatus. Inquit enim Gal. Cũ cibus nõ digeritur, procul dubio in phlegma conuertitur. Vnde Gal. phlegma appellauit. Et quandoque est de genere cholerę præstinæ ex adustione causatę, quam superflua stomachi caliditas, & cibi etiam operatur. Influxus autem est, qui à toto corpore, vel qui ab aliqua particula corporis ei influat fortiore, illi debili, propter causam aliquam extraneam, maxime si aliquam causam trahentẽ in se habuerit, puta calorem, dolorem, vel inanitionem, puta à cerebro, hepate, vel splene, quod est plurimum eis. Et si à cerebro, vt plurimũ erit phlegmaticus, si ab hepate vt plurimum erit cholericus, si à splene, erit vt plurimum melancholicus, qui ad excitandum appetitum, ei solet immitti. Et qualitercunque fit, tripliciter in eo existit, aut in concauo eius natans, aut tunicis eius inuiscatus, aut intercluſus, & imbibitus. Signa talem autem dyscrasiam eius cum materia ex prædictis signis iunctis cũ grauedine, satietate, & eius motibus ad expellendũ scilicet nausea, vomitu, & singultu, & regimine antecedente, perpies, & etiã in exeuntibus, videbis humorem. Signa vero humoris generati in eo est ex dyscrasia ipsius, vel regimine cibi, & potus, & alijs. potest haberi cũ priuatione signorũ plethoriæ, vel cacochymiæ corporis vniuersi, vel particulæ alicuiº & passionis eiusdẽ. Sed signum ꝙ influat à toto corpore, est signũ plethoriæ, vel signum cacochymiæ, seu abundantiæ alicuius quattuor humorũ. Et sumitur ex regimine ipsius, quia fuit vsus delitiosa vita, & quiete, & dimisso exercitio consueto, non habuerit solitas euacuationes spontaneas, per fluxum sanguinis, narium, per hæmorrhoidas, vel menstrua, si sit mulier, per fluxum ventris, vel vomitus, & similia, vel quia solitas artificiales omisit, vel quia fuit eius membrum aliquod mutilatum, cuius nutrimentum in corpus superfluat, vel quia dolores periodicos pati consueuit in aliqua particula corporis: puta arthreticam, vel podagram; nunc vero non patiatur. Signum autem quòd ab aliqua particula corporis influat, puta cerebro, haberi poterit ex consuetudine patiendi aliquam ægritudinem isto tempore: puta cephalæam, hemicraniam, & huiusmodi; nunc vero patiatur, vel quia consueuit catarrhizare ad oculos, nares, aures, vel fauces, & pectus; nunc vero non, sed immittat stomacho, & plurimum est phlegmaticum mucosum, & in fine digestionis magis. Signum vero quòd ex hepate influat: est præcedens eius passio; puta inflammatio multiplicans choleram, quam mittere consueuit illi, ad adiuuandum digestiuam, hora digestionis, vel oppilatio, quæ nunc aperta est, & materiam immittit retentam, & consuetudo mittendi ad illum, quia debilis est, & potus, per quem immittere consueuit illi choleram, fit amplius; vnde sequitur

vomitus

vomitus cholericus quaque die. Sed quòd ex ſplene influat, ſimiliter ſignum eſt, præcedens eius paſſio; puta oppilatio, & eius groſſities, quæ aperta immittit melancholiam ſtomacho, vt conſueuit, & eſt hora vacuitatis magis, & oppilatio eius ceſſauit, atque groſſities, non apparente aliqua manifeſta eius euacuatione; ſed materiam in vacuitate eius natantem, oſtendit eius fluctuatio in ieiunio apud motum, & ſumpto cibo, vel potu ſubleuatur, & ſupernatat, & facit nauſeam, & ſi multa ſit, ſemper nauſeam facit, ſi vero pauca, non ſine ſumpto cibo, & facili egreditur vomitu, vel fluxu ventris dato aliquo ſubductiuo. Sed inuiſcatam adhærentem ſignificat nauſea, nec facile educitur vomitu, vel ſeceſſu, & etiam dato aliquo abſterſiuo, ſi multũ ſit adhærens, nec fluctuat in motu corporis. Imbibitam autem, ſingultus proprie tibi demonſtrat, nec eſt aliquod prædictorũ. Signum autem diſtinctiuum cuius ſpeciei humor ſit, colligere potes hoc modo. Nam ſi quidem materia ſit calida, ex cordis morſu, tenebroſitate, & faſtidio, vt dixit Hipp. ſcies ex ſiti, & oris amaritudine, vel ſalſedine, ſi ſit phlegma ſalſum, & eius ſitis ceſſat, cum calido ſcilicet vino, & aceto. Choleræ vero cum frigido, ſcilicet aqua cum ſucco granatorum, vel aceto cum aqua miſto. Si vero ſit humor ſanguineus, ex dulcedine, & priuatione ſolitæ euacuationis, naturalis ſanguinis, vel omiſſione artificialis; necnõ, & membri mutilatione, & coniecturari poterit, & quæcunque ſit, manifeſte in exeuntib. apparebit. Si vero materia ſit frigida, ex faſtidio, & paucitate ſenſus apud rei acutæ receptionem, & defectu appetitus, niſi ſit phlegma acetoſum, vel melancholia, inter quæ diſtinguit, melancholica imaginatio, timor, & puſillanimitas in domino, vel muliere contingens complexio corporis, & regimen, & apparitio cuiuslibet, in exeuntibus, ipſum manifeſtat. Et quandoque plures cauſæ ſimul conueniunt, quas commiſtio, & confuſio ſignorum tibi oſtendit. Et ſi quidem ſit diuerſa, erit cum dolore, cum vero perdurat, & tranſit in manſiuam, ſedatur dolor, & calefactio creſcit. Cura vero eius eſt quatuor res. prima educit materiam in ſtomacho exiſtentem, & aggregatam, ſiue generata ſit, ſiue influxa, quia non poſſibile eſt vllam diſpoſitionem curare finaliter, adhuc manente cauſa faciente eam, vt ait Gal. Et ſi quidem ſit in concauo ſtomachi natans, & impetum faciens ad os ſtomachi, quod per nauſeam ſcies, vomitu cum aqua tepida, pura, vel pauco aceto permiſta prouocato educatur. Et ſi ſemel non ſufficiat, reiteretur, non quòd ſuperfluat. vltimo cum aqua multum calida lauetur, & melle roſ quoniam aut expellet eam, cum vomitu, aut ſoluet ventrem, & confortabit. Si vero inferiora petat, quod per grauedinem in fundo ſtomachi perceptam cognoſces. collyrijs, clyſteribus, vel proprijs pharmacis ventris ſubductiuis, quæ infra, Chriſto duce dicentur, educatur. Et ex proprijs eſt turbith non confortatũ, quoniam trahit humorem ſubtilem, & groſſum a ſtomacho, non trahendo a remotis ad ipſum. Si vero ſit adhærens, & inuiſcata cum incitiuis, & abſterſiuis vomitum prouocato, vt puta cum ptiſana, vel aqua mellis expurgetur, vel cum oxymellite ſimplici, vel ſquillitico miſto cum aqua raphani, ſi multum ſit inuiſcata, & expulſioni inobediens, vel cum ſolutione ventris cum prędictis modis, & appropriatis, vt turbith, & hiera. Si vero ſit imbibita: & eſt plurimum cholera, vel phlegma ſalſum, cum hiera Gal. euellatur, & mundificetur, quæ eſt communis in omni materia, etſi propria ignoretur, & ſuperfluitates educit, abſque humiditatibus innatis, ac mundificentur etiam humiditates putrefactabiles, ſeu putrefactiones a circunadicentibus particulis, & ad ipſum non trahit, & confortat, vt non regeneret, nec recipiat. Et ſi quidem cacochymia generata, ſeu influxa a longo tempore in ipſo permanſerit ob penuriam, vel inſcitiam, vel negligentiam medicorum, vel infirmi inobedientiam, ſeu delictum aſſantium miniſtrorum, & aliquod impreſſerit, vt prędictum eſt, alteretur cum prænarratis. Secunda res rectificat E membrum; puta ſtomachum, ſi generans ſoluis ſit, vel corpus, membra alia, & ſtomachum, ſi materia ſit eis ab illis influxa. Et ſi quidem ſit ſtomachus ſolus generans, duo requiruntur. Primum eſt mundificationem eius, vt dictum eſt, facere. Secundum eſt dyſcraſiam, quæ cauſa efficiens eſt prout ſupra dictum eſt, cum contrarijs confortantibus, alterare, & regimen, vt non regeneretur materia, digerere, & adæquare, quod tibi qualiter fiat, conſequenter adijcemus. Si vero ſit influxa materia, oportet duo agere, primo prouidentiam mittenti, vel influenti præmittere, quod velut fons eſt, vt non mittat, ſecundum autem ſtomacho curam ſubiungere, vt non recipiat. Circa primum tria ſunt etiam opportuna, primum eſt præmittere eius euacuationes, & ſi quidem totum corpus mittat, quia plethoricum ſit, phlebotomia præmittatur de nigra, vel proportionale illi, vt ſcarificatio crurũ, ſpatularũ, & ventoſitatio, prouocatio hęmorrhoidarũ, vel mẽſtruorum, ieiunium, exercitium, F frictio, purgatio, diuretica, & balneum, omnia temperata. Si vero quia cacochymum primo digeratur humor, Deinde proprijs pharmacis expurgetur. Nam ſiquidem ſit cholera. Oxyſacchara, vel ſyrupo acetoſo ſimplici, vel cum leuiori, ſcilicet ſucco granatorum muzorum, & acetoſorum, vel arancio loro cum zuccha. maturabis; deinde cum rhabar. myroba. citrinis, tamarindis, ſucco roſatum, & alijs ſolutiuis ventris non vomitiuis, & leuibus expurgabis, & ſtypticitatem habentibus, quæ ſtomachum confortent, non debilitent, nec ad ipſum trahant. Et hoc eſt commune præceptum attendendum, in purgationibus materierũ ægritudinum ſtomachi omnium, ſiue generatarum ſiue influxarum. Si vero ſit phlegmatica, cum ſyrupo acetoſo ſimplici, vel compoſito, vel oxymellite ſimplici, cum geleniabin, vel ſquillitico, prout materia exigit, maturabis, & cum aqua hyſſopi, origani, calamenthi, & ameos, ſi ſit groſſa valde. deinde cum agarico, colocynthide, ſtęchados, & myrobolanis chebulis: aſſociata ſpica, vel maſtiche, vel rhabarbaro, vel aloe, G vel turbith confortato, cum zingibere, vel hieris magnis, Vt hiera Hermetis, Logodionis, & colocynthide expurgabis. Et pilulis de quinque generibus, & rhabarbaro. Si vero materia ſit melancholica, digeres cum ſyrupo acetoſo, de bugloſſa, de boragine; diaboraginato, & ſucco pomorum dulcium, & diabugloſſato cũ regimine humectatiuo ſuperius dicto; deinde expurgabis cũ decoctione epithymi, & myrobolanis indis, emblicis, belliricis, hiera Archigenis, & pilulis de lapide lazuli, & de lapide arme. Si vero ſit aduſta, cum regimine humectatiuo, & cum zuccharo violato, cuſcuta, lupulo, & calendula: deinde purgabis cum aqua lactis decoctione folliculorum ſenæ, & fumiter. diaſena, & ſimilibus. Si vero ſit aliqua particula, puta cerebrum mittens præparetur, & purgetur materia eius, ſi non ſit ſanguis cum appropriatis, qualia ſunt in præparãdo eius materiam, quæ plurimum eſt phlegma, ſyrupi acetoſi prędicti habentes virtutes meliſſę, hyſſopi, ſtæchados, acori, & ſimilium cum H geleniabin. Et in expurgando cum agarico, colocynthide, hieris magnis, pilulis cocchijs, & de hiera. Et deinde cum gargariſmis, & caput purgijs, ex ſucco ireos proprie, & ſternutationem prouocantibus notis, ac maſticationibus, & proprie de maſtiche factis, deponit enim phlegma de capite, quod plurimum ibi abundat, & ſtomachum ipſum confortat, vt non recipiat itetum. Et ſi quid in eo poſt eius mundificationem remanſit, liquefaciendo, facit deſcendere, quod ſi groſſum fuerit, & cõpactum miſceatur cum eo aliquid piperis, vel radicis ſtaphidiſagriæ, aut fiant cum pyrethro, & caricis. Si vero ſit hepar, eius materiam cholericam pręparabis, vt ſupra dictum eſt, & cum ſyrupo aceto. ſimplici, vel violaceo, aut de endiuia, & expurgabis deinde, cum prædictis ſolutiuis ventris, ſi materia ſit in concauo hepatis, vel cum diureticis frigidis, ſi ſit in gibbo. Si vero ſit ſplen, eius materiam digeres, cum oxymellite habente virtutem corticis tamariſci, & capparorum, ſcolopendtiæ, & corticum ſalicis, deinde expurgabis cum prædictis miſtis cum appropriatis

propriatis ſpleni nunc numeratis. *Si* vero materia ſit ſanguinea, euacuetur phlebotomia appropriata illi, ſecundum eſt ſubiungere deriuationes eius, quod derelictum eſt poſt euacuationes, vel regeneratum, ne influat, donec rectificatio fiat. Et illud ingroſſare, quietare, vel compingere; & ductus per quos fluit, ſi poſſibile eſt, coanguſtare. Sed deriuationes fiant, cum frictionibus ſiccis, & duris, extremitatum compreſſionibus, & ligaturis dolorosis, & alijs, in cura phreneſis, ſuperius enarratis, vt replicabilibus, euacuationum conſuetarum naturaliter, ac artificialiter factarum. Tertium eſt cõfortare, & rectificare ipſum corpus, vel membrum mittens, & etiam regimen, vt non regeneret materiam, & ductus eius naturales expurgare, vt ſi qua regeneretur, exinde per naturam educatur, vel per artem cum aliquo pharmaco appropriato ex prædictis, & per interualla modici temporis exhibito. Confortatio corporis, vel membri mittentis, per contemperantia ſuam complexionem, & ſubſtantiam eius vnientia, vt ſunt alterantia ſtyptica, & aromatica ex cibis, & potibus habet fieri, & medicinis, quæ ſupra in conſolatione medicinarum diximus, cum, de cura ægritudinum, quas hæreditare faciunt ſolutiuæ medicinæ in ſtomacho, loquebamur. Regiminis rectificatio ſtatim ſubiungetur. Expurgatio corporis ductuum cum vomitibus, clyſteribus, diureticis, & rarefactiuis pororum, quæ frictionibus cum oleo chamæmelino, vino, & aqua tepida completur. Heparis, & ſplenis, & cerebri, cum gargariſmis, & caputpurgijs antedictis. Quæ autem materiam ingroſſent, & compingant, ac ductus, & orificia anguſtent, & quietent humores corporis in conſolatione medicinarum, diximus, & alijs etiam de rebus. Secundo poſt prouidentiam exhibitam membro mittenti, vel corpori oportebit curam ſtomacho adhibere. Fit autem hoc dupliciter vno modo, vt quod fluxum eſt, educatur, vt ſupra dictum eſt. Et ſi quidem fuerit cholera proprie, vomitus prouocatione cum aqua tepida cum pauco aceto, vel cum ſolutione ventris cum hiera, cum aqua abſynthij, quòd ſi fuerit cum multa inflãmatione, melius eſt ipſam dare cum aqua lactis, vel roſis, vel lacte acetoſo, vel aqua prunorum, & tamarindorum, & myroba. citrinis, cum aqua roſa. endiuiæ, & ſimilibus. Si vero ſit phlegmatica groſſa vomitu, cum aqua raphani, ſinapis, narciſſi, aceto, & porro cum aceto, vel ſolutione ventris cum hieris, & proprie magnis propter illud, quod eſt in ipſis de medicinis calidis, & fortis reſolutionis, & abſterſionis. Et præmittes oxymel ſquilliticum, diatrionpiper, & diacyminũ, & cibabis eos aqua cicerum, & carnibus leporũ, cum ſpeciebus calidis, & columbarum, & vino vinoſo non ſtyptico, quia in eo eſt error, & etiã in medicinis ſtypticis, maxime ante mundificationem perfectã. Et ſi fuerit phlegma humidum, & aquoſum, dabis zingib. corticem thuris, balſami, cinnamomi, myrobalanorum, ſtyracis ſiccæ, xyloaloes, ameos, ſcoriam ferri, & muri, & caricas cum eo. Et vteris aqua ferrea minerali, vel in aqua ſit extinctum ferrum ignitum, & oxymelle ſquillitico; quoniam ſunt exiccatiua omnium humiditatum ſtomachi. Et Galen. commendauit ferratum per ſuccum cytoniorum, coaceruantibus cacochymiam phlegmaticam, vel cholericam, vel vtrumque, quod infra (Chriſto duce) dicetur. Et ſi fuerit melancholia, educatur cum decoctione epithymi; & calamenthi campeſtris, cum melle, & hiera Archigenis, vt ſupra ſtomachum in hora infuſionis, apponatur ſpongia in aceto calido valde, vel ſaeculus ex lenticulis in aceto decoctionis cum integritate ſua. Et ſi ſit ſanguis etiam vomitu, vel ſolutione ventris cum melle, caſia, aqua lupuli, capillis veneris, & lentibus ſylueſtribus, cum drachm. i. thuris. Et ſuccus porri, educit ſanguinem, & cucumer aſininus, & quædam ſpecies volubilis mala, & cabem, & allium ſylueſtre cum ſuperfluit in ſolutione, ſed nocet ſtomacho; ideo non conueniunt niſi apud neceſſitatem. Et in vltimo approximentur balnea, quia reſoluunt materiam, & deriuant.

A Alio modo fit, vt quod mundificatum eſt confortetur, & quod influit nõ recipiat, ſed repellat, maxime ſi quod influit non ſit principale. Et per medicinas, quæ contemperant ſuam complexionem, & eius ſubſtantiam aggregant, quæ ſunt contrariæ ſuæ dyſcraſiæ, a rheumate, ſibi illatæ, & ſtypticæ aromaticæ ſimul approximatæ. Harum autem quædam ſunt interius approximãdę, quędã exterius. Et harum quædam ſunt calidæ, quædam frigidæ, & quædam ſunt ſimplices, & quædam compoſitæ, quæ infra (duce Chriſto) dicentur. Simplices nunc dicamus. Frigidæ, & ſtypticæ interius approximandæ ſunt. Cytonia, ſumach, & granata cum granis bene contrita. dulcia, muza, vel acria, flos eorum, & etiam cum pulpis eorũ expreſſa, pyra, maciana, zarur, ribes, coriandrum, ſpodium, roſæ, ſandali, vua, & agreſta, aquæ, & ſuccus eorum, ſex vini, & charabe, & barba hircina, & proprie ſuccus eius, & myrobalani conditi, & ſimilia. Calida, xyloaloe, maſtiche, ſpica, thus, & cortex eius, gallia muſchata, pœonia, nux muſch. & proprie decocta in

B ſyrupis, galanga, macis, cinnamomum; menta, abſynthium, ſampſuchus, vinum ſtypticum, & vinoſum, & crocus, capillus vene. & omnia breuiter calida, aromatica, ſtyptica, quorum mentionem fecimus ſupra in cura meri. Exterius approximanda frigida ſunt prædicta omnia, & cymæ, fructus rubi, folia vitis, & ſalicis, & cytoniorum, acacia, hypocyſtis, lentes, & ſimilia. Et calida ſunt prædicta omnia, & fructus vitis ſylueſtris, qui dicitur raſpa; myrrha, aloe, & ſimilia. Si ergo ſit eius dyſcraſia debilitans ipſum frigida, adminiſtrabis calida. Et ſi ſit calida frigida. Et quædam confortant ipſum a proprietate, vt corallus ſuſpenſus ad collum, ita quod tangat ſtomachum, vel ſumptus interius in quantitate, drachm. i. Cura malæ complexionis compoſitæ. Sed ſi contingit, quòd plures cauſæ ſimul conueniant in tali dyſcraſia, puta duæ, vel tres, vt quia ſit materia in concauo adhærens tunicis, & villis imbibita, vel quia ſit cacochymia in ſtomacho generata, & a cerebro etiã

C illi influxa; certe huiuſmodi cura in duabus rebus conſiſtit, ſcilicet in copia medicinarum habentium virtutem curatiuam, & proprietatem ad illam quam iam hic ſupra habuiſti. Et in apto vſu earum, qui in ordine curationis conſiſtit, & eſt vt ab eo prius curam incipias, quod periculoſius videbis, & maius ſecundum magnitudinem diſpoſitionis, vel dignitatem virtutis, quia nobilius ſit, vt eſt dyſcaſia cerebri, vel hepatis, vel magis lædens virtutem, vt eſt cacochymia in tunicis adhærẽs, vel imbibita villis. Quæ magis perducit ad virtutis diſſolutionem, & ſyncopim, vel ſubuerſionem. Item conſiderabis ſi æqualia ſint: quæ ſit inter illa, & quæ ſit alterius cauſa. Nam ab eo quod eſt vt cauſa, incipies prius, & eam amouebis ante; deinde quod eſt, vt cauſatum, vt quia, a cura cacochymiæ incipiendum, deinde ad curam dyſcraſiæ procedendum eſt. Et ſi quidem illa ſimul poſſis curare, vt quia dyſcraſia ſtomachi cacochymia aggregata, & influxa ſit frigida, optimum erit, &

D breue. Attende quoque, & inſpice ſi aliud ſit, ſine quo aliud curari non poſſit, vt puta quia cacochymia ſtomachi, ſine cura influentis non poteſt fieri. a cura ergo influentis incipere debes; deinde ad curam cacochymiæ ſtomachi generatæ, vel aggregatæ, & vltimo ad curam dyſcraſiæ ſtomachi peruenire, niſi paruæ ſint eius cacochymia, & dyſcraſia, & dent ſpacia. Tertia res principalis ponit curam in ordinatione regiminis in omnibus rebus non naturalibus. Regatur igitur in aere temperato, & exercitetur ante cibum temperate, & ad conſuetum gymnaſium redeat, ſi omiſit; quieſcat poſt cibum, donec digeſtionem compleat. Cibetur leuibus, facile digeſtibilibus. Inquit enim Galen. venter infirmus non bene digerit, & paucarum ſuperfluitatum, & laudabilem chymum vt ſunt cibaria, & potus ſuperius dicta in cura ægritudinis cordis. Potetur vino electo in virtute, ætate, & miſto, prout exigit diſpoſitio prædictorum, & proprie ſtomachi. Sit autem eorum quantitas parua, quæ non repleat, ſed ſuſtentet tantum, & non deficiat,

deficiat, & qualitas, prout dyſcraſiæ conuenit ſtomachi, & aliorum membrorum. Tempus vt cibetur hora alleuiationis, & maxime ſi ſit hora conſueta. Ordo, vt cum diuerſa oporteat miniſtrare propter appetitus defectum, lubrica, & ſubtilia præmittantur, ſtyptica, & groſſa poſtponantur. Modus prout digeſtioni complendæ conueniens eſt. Inanitio fiat ſuperfluitatum quotidianarum quaque die arte, ſi non ſponte ſua quoque, bono exitu egerant. Et ſiquidem euacuatio naturalis omiſſa fuerit conſueta, vel artificialis, ad eam redeat. Et materia, ſi qua in corpore ſuperfluat, quæ membrum conſueuit mutilatum nutrire, vel periodicum dolorem inferre, arthreticum, ſcilicet podagricum, vel alium, expurgetur, vel euacuetur. dormiat die poſt cibum, vt iuuet ſtomachum in digerendo, ſed de nocte in ſero bene vigilet, & proprie ſi influat materia a cerebro. ſi vero ab hepate, & ſplene influat, ei melius eſt dormire hora conſueta, ſed non profunde. animæ accidentibus diſponatur, quæ iuuant digeſtionem, vt eſt gaudium, & lætitia temperata. Quarta res principalis ponit ſtudium in correctione accidentium, quæ curã morbi, ſcilicet dyſcraſiæ impediunt, & ipſius cauſæ abſciſſionẽ, quæ plurimũ eſt dolor ſtomachi, morſus cordis, & oris eius faſtidium, & debilitas digeſtionis, vel nocumentum, lienteria, vel conſtipatio, vomitus, ſpaſmus, ſingultus, ſyncopis, & ſiccitas, & conſumptio habitus totius corporis, & proprie cum perdurant, & ſit manſiua, de quibus infra dicemus (cum auxilio Chriſti,) cum de corde, de ſpaſmo, & ſyncopi ſupra diximus, vbi cardiacam curare oſtendimus. Siccitas autem, & conſumptio habitus totius corporis ſimili cura indiget ſupradictæ, ſiue accidens ſit dyſcraſiæ ſtomachi, ſiue ſit per ſe morbus, vel quia longitudinem febris ſequatur. Differt autem, quia quæ accidens eſt ſtomachi, indicationem habet a particula patiente, alia vero nonnulla exiſtente in ea particula principaliter patiente. Hæc eſt cura malæ complexionis ſtomachi cum materia in generali, & ſpeciali. Ex quibus poteris, ad cuiuslibet particularis curationem, accedere; ratione manuductus ſi natura ſapiens, & mente fueris exercitatus. Deinceps medicinas compoſitas ſubiungemus ad illas rationabiles, & expertas. Vomitiuum Hippo. quod facit facile vomere, & abſtergit viſcoſam cacochymiam tunicis ſtomachi inhærentem. In principio comeſtionis ſuæ comedat duas cœpas, vel quatuor, & accipiat ex cœpis narciſſi, pondus aureorum quatuor, aut quinque, & poſt cibum ſuum incidantur, & elixentur cum aceto, & ex illa aqua bibat qui vult vomere. Ipſum enim bonum facit vomitum eijcere quod eſt, quia in cœpe narciſſi, eſt virtus attractiua qua abſtergit, Gal. dixit. Aliud filij Serapionis, teratur ſinapis, & proijciantur ſuper ipſum capita raphani, & comedatur, & bibatur ſuper ipſum aqua calida, & mel, & immiſſa pẽna vomat. Confectio collyrij, & clyſteris poſita eſt ſupra in cura malitiæ complexionis meri, & eſt filij Serapionis. eſt enim valde conueniens in educendo materiam in fundo ſtomachi ſituatam, & eſt fortis attractionis. Aliud collyrium trahens materiam a ſuperioribus. Et eſt ſecundum inuentionem noſtram. Recipe pulpæ colocynthidos puluerizatæ, vnc. s. ſalis gemmæ, drachm. ij. ſtercoris muris, & baurach, ana. drach. iij. ſerapini, ammoniaci, ana drach. i. conficiantur cum melle, & decoquantur, & informetur ad modum dactyli, & immittatur vnum ex eis. Confectio clyſteris attractiui ſecundum inuentionem noſtram, in aqua decoctionis polypodij, foliorum mercurialis, centaureæ, aſari, aniſi, & fœniculi, ana. vnc. i. furfuri, M. i. bulliant pulpæ colocynthidos, tertia pars. vnc. ſerapini, ammoniaci, ana, vnc. quatuor, & diſſoluantur mellis communis vnc. ij. ſucci blitis, vnc. iij. hieræ picræ, laxatiuæ. vnc. iiij. olei cucumeris aſinini. vnc. s. ſalis gemmæ. vnc. s. & immitte. Confectio hieræ picræ. Galen. ℞. cinnamomi, xyloballſami, aſari, ſpicæ, croci, maſticis, ana. drach. i. aloes. drach. vi. Si vero lotus non fuerit aloe ſufficienter euacuat, lotus vero minus purgat, corroborat autem magis ventrem. Quidam autem hoc pharmacum miſcent cum ſpumato melle, vt melius conſeruetur, & edatur. Quidam vero ſiccum dant, & melius, magis enim ſubducit, & magis roborat ventrem. Doſis vero communis eſt duorum cochleariorum mediocrium, magna vero duorum magnorum, minor vero vnius cochlearis cum aqua tepida tribus cyathis, vacuo ventre. Hoc enim pharmacum abſtergit optime cacochymias tunicarum ventris, & confortat ipſum, ne regeneret, & minus quod influere conſueuit, recipiat. Quidam vero ſunt, qui dant in aqua abſynthij, quando in ſtomacho eſt materia calida. Inquit Galen. Eupatorium, & abſynthium virtutem habent, & proprietatem confortandi hepar frigidum, aperiendi ſuos ductus, & abſtergendi, & ſpica, caſia, & iſticum, & ſimiliter endiuia frigidum, vt dicit Abuha. Et illud idem operantur confectiones earum, vt ſyrupi, trochiſci, decoctiones, epithemata, & emplaſtra. Inquit quoque Gal. ſcolopendria, & cortex capparorum virtutem, & proprietatem habẽt confortandi ſplenem, aperiendi, & abſtergendi ductus eius. Et illud idem operantur confectiones eorum, vt ſyrupi, trochi. decoctiones, epithemata, & emplaſtra. Et diximus in libro conſolationis, vbi de virtute ſimplicium, te ſcire fecimus, quod ſtœchados, & hyſſopus hortenſis virtutem, & proprietatem habẽt confortandi cerebrum, & mundificandi, & aperiendi, & abſtergendi ductus eius. Similiter, & confectiones eorum, vt ſyrupi, decoctiones, epithemata, & emplaſtra. & caputpurgium etiam factum ex ſucco ireos, commouet ſternutationem, ducit per viam naſi ſuperfluitates ex cerebro plurimas pronas fluere corporis ad partes occultas, ex quibus eſt ſtomachus: & caputpurgium ex ſemine vrticæ, vel nigellæ cum aceto, euaporatio cum aceto aperit oppilationes colatorij, & ozymum garyophyllatum comeſtum, & odoratum, & calamenthum, & ſimilia. Inquit Abuha. carnes vaccinæ cum aceto, coriandro, & croco confortant ſtomachum, prohibent effuſionem materierum calidarũ ad ipſum, & illud idem etiã operatur emplaſtrum ex folijs rubi cum ſauich hordei. Itẽ facculi ex inuentione noſtra ad idem. ℞. granorum myrti, ſumach, ana dra. ij. roſarum immaturarũ cum ſtipitibus. drachm. s. abſynthij loti in aqua roſ. vn. s. coriandri, ana. drach. s. ſpodij, ſandali rubei, ana. drachm. iii. bulliant in aqua roſ. cum ſucco cytoniorum, & quandoque additur parum aceti calidi, & ſunt experti. Et ſi ex prædictis feceris emplaſtrum eſt proprium. Item oleum omphacinum roſatum de cytonijs, & balauſtijs, operatur idem.

Confectio de cytonijs, confortans ſtomachũ, & prohibẽs ipſum recipere humores calidos, & eſt Abuha. ℞. cydoniorũ affatorum in maſſa quantitatẽ. vnc. iij. croci, abſynthij. ana drach. ij. & s. olei maſtiches arboris, & olei de cytonijs ana. vnc. iiij. Conficiantur cum vino odorifero. Et epithemetur ſtomachus. Syrupus de agreſta cõferens ad ſtomachũ calidũ, & ſolutionẽ naturæ ex chole ra citrina, & ægritudines accidẽtes ex corruptione aeris, & abſcindit ſitim, & ſtringit ſtomachum prægnantis, do nec non recipiat humores melancholicos, & cholericos, & confortat embryonẽ, & ſtringit ipſum, cuius permixtio eſt. ℞. ſucci agreſtæ. lib. ij. & coquatur donec cõſumetur medietas, & coletur, & dimittatur vna die. Deinde reducatur ad ollam in ſecunda die, & decoquatur cum pondere. drachm. ij. de garyophyl. donec conſumetur grauis odor eius, & donec fiat ei ſpiſſitudo ſubſtãtiæ vt rob, & coletur, & reponatur, & adminiſtretur. Et ſi vis adde zucchari quantitatem quamuis, ſecundum quantitatẽ ſubtilitatis agreſtæ, & ſpiſſitudinis eius, & eſt Serapionis. Confectio miuæ acetoſæ noſtra, illud idem operatur. Et etiam trochiſci de ſpodio, & de roſis, & rob myrtæ, & rob de ſucco granatorum dulciũ, acetoſorum, & muzorum, & rob de ribes. Sed miua aromatica confortat ſtomachum frigidũ, vt non recipiat ſuperfluitates phlegmaticas decurrentes ad ipſum. Item facculi, & emplaſtra ex prædictis calidis ſimul commixtis, & electis idem operantur. Et experti ſunt. ℞. mentæ ſiccæ ſubſtantiæ

Vomitiuum Hippoc.

Aliud Serapio.

Collyrium trahes in ſuperioribus.

Clyſter attractiuus.

Hiera picra ſimplex Galen.

Sacculi.

Diacydonites confortatiua.

Syrupus de agreſta quã deſcribit.

Sacculi ſtomachales boni.

ſtãtiæ abſynthij loti in aqua roſa.donec remouearur malitia odoris,ſampſuchi.ana.vnc.i.myrtillorum,balauſtiarum ana.drach.i.ſpicæ,drach.i.galliæ muſchatæ,cyperi, myrrhę ana.drach i.s.maſtic.thuris maſculi ana.drac.ij. Conterantur,& recludantur in ſaccu|is,bulliant in vino ſtyptico, & applicetur, & ſi emplaſtra conficere velis, addas maſtiches duplum,& ladani,medietatem olei nardini, & ceræ quantum ſufficit, & vtere.

Electarium probatum.

Item electarium ex inuentione noſtra ad hoc probatum,& expertum. ℞.carnium cytoniorum decoctorum in aqua, & in vino ſtyptico. vnc.v.cinnamomi.drach.ij. ſpicæ.drach.s. macis,galliæ muſchatę ana.ſcrup.ij.nucis muſch.drach.i galangæ. drach.s.piperis albi.drachm.i. zinziberis.drach.s.corticum citri, roſarũ immaturarum ana. drach ij.xyloaloes.drach.s.gummi arabici, & dragaganthi ana drach.i.ſyrupi roſati de cortice citri, & melliſę, quod ſufficit.

Electarium de ſcoria ferri.

Item confectio noſtra de cytonijs cũ ſpeciebus,& aromatibus,in antidotario noſtro deſcripta,idem operatur, & quidam maſtichen, vel tantum amomũ addunt. Item electariũ de ſcoria ferri ad humoroſitatẽ ſtomachi cum caliditate, & eſt filij Serapionis. Rec.ſcoriæ ferri infuſæ in aceto vij.diebus,& coletur, & frigatur in patella.& terantur.drach.v.myrobalanorum chebulorum, emblicorum,belliricorum, radicum liquiritiæ,roſ.ſquinanti ana. drach. x. & confice cum zuccharo tabarzeth, & dentur ex eo.drach.iiij cum aqua malorum.Item aliud confortans ſtomachum,& exiccans humiditatem eius cum frigiditate. Rec.trium myrobalanorum prædictorum, radicum liquiritiæ,zinzibe.xyloaloes crudi,nucis muſchatæ, galliæ,roſarum, ſpicæ,ſquinanthi,maſtiches,omniũ, ana.drach.x.muſchi.drach.i.limaturæ acuum ſecũdum pondus medicinarũ,quę infundantur in vino odorifero. vij.diebus, deinde frigantur in ſartagine, & terantur, & liniantur cum oleo de amygdalis dulcibus,& conficiantur cum melle, & dentur ex eo aur.ij.cum vino odorifero antiquo,aut miua aromatica.Et ſi quidem detineatur propter ſtypticitatem eius in ſtomacho poſt ipſum ſumatur mane. drach.i. cum geleniabin, vel caſia fiſtula, quoniam educit abſtergendo,& confortat.Tryphera, mundificans ſtomachũ mollificatum ab humiditate, & reſoluens ventoſitatem,& calefacit ipſum.Recip.myrobalanorum citrinorum.drach. xx.myrobalanorũ nigrorum emblicorum, & belliricorum, ana.drac.x.radicum liquiritiæ, paſſularum mundatarum ab interioribus ſuis ana.drach.v.maſtiches,cinnamomi,ana.drac.ij.terãtur, & cribellentur,& liniantur cum butyro vaccino.Et conficiantur cum melle deſpumato,& adminiſtretur põdus drac. ij.cum aqua tepida. Electariũ ad humiditatem ſtomachi, cuius permixtio eſt Recci. myroba. emblicorum zinzibe.ana.drac.ij.heil, aniſi, maſtiches, ana.drach.iij. terantur,& cribellẽtur; Et cõfice cũ melle,& detur ex eo põdus.drach.ij.cũ aqua calida,vel vino,& eſt expertum. Item aliud de nerſinthia, & accipe ante cibum, & poſt, & confert ei, in cuius ſtomacho eſt humiditas mucillaginoſa. ℞.heil pondus.drach.i.cardamomi,cinnamomi ana.drach.i.muſchi. ſcrup.iij.zinziberis.drac.vj. macropiperis. ſcrup.v. garyoph.cinnamo.ana.drac.ij. zuccharitabarzet.drach.xxx.terantur, & conficiantur, & dentur.drach.ij.Confectio pharmaci de ſucco cytoniorum, quam poſuit Galen.ad illos qui dyſcraſiam frigidam, & humidam ſtomachi habẽt, & cacochymiam aggregant phlegmaticã, & quæ a capite influxam, vel cholericam, vel vtrãque, & confortat, & prohibet, ne recipiat ſuperfluitates influxas, & reſoluens, & exiccans, quæ influxa eſt, & generata, prouocat appetitum, & iuuat eos, qui non bene digerunt. ℞. ſucci cytoniorum nouorum, & ſtiſantium.i.pontꝭcorum ſextaria.ij.romanorum,mellis electi,& deſpumati tantundem,aceti ſextarium.i.s.decoquantur ſuper carbones moderate, & miſceãtur zinzib. vnc.iiij.piperis. albi vnc.ij.& ita inſimul ardentibus carbonibus coq; quouſq; ad mediam conſiſtentiã in qualitate ſtomachica pharmacorũ cõſtruantur. Hoc etiã pharmacum confert his, qui imbecille habent hepar, doſis eſt cochlear.i.commẽſuratũ in ieiunio ante cibum per ii. vel iij.horas. neq; nocet etiam ſi poſt cibũ accipiat quis. Sed ita confectum confert his, qui dyſcraſiatum ſm frigiditatem habent ſtomachum, & cacochymiam phlegmaticam aggregant. Illis autem qui dyſcraſiatũ habent ſm caliditatem, & plenũ cholera,auferatur zinziber, & piper. Sed illis qui medij ſunt, dimidium prædictæ commoderationis zinzib.immitte. Aromaticum roſ.deſcriptione Gabriel. & elefanginæ boni ſaporis, eſt conueniẽs in hoc caſu, vbi adſint diſpoſitiones, in quibus eum laudauimus.

Aliud electarium ſtomachi confortatiuum.

Thryphera ſtomachi mundificatiua.

Electarium ad humiditatem ſtomachi.

Aliud electarium cõtra humiditatem mucilaginoſam ſtomachi.

Pharmacũ de ſucco cytoniorum.

De cura ægritudinum in plaſmate, & primo de regimine eius, cuius ſtomachus eſt rotundus, & paruus, & protenſus, vel magnus. Cap. 8.

STomacho etiam quandoq; accidit ægritudo inſtrumentalis in figura, quia cum debeat naturaliter eſſe oblongus, ſit rotundus, & in quantitate,quia ſit paruus per comparationem ad corpus, pro quo coquere cibum habet,ac in ſitu,qua ſit ſuperius nimis, & iuxta diaphragma propẽ|us, & quãdoq; tales ægritudines ei ſimul contingere poſſunt,& quandoq; vnaquæq; per ſe. Vnde Gal. ait manifeſtum, quoniam duo, & tria peccata ſimul ineſſe poſſunt,vt ꝙ ſtomachus ſit rotundus,paruus, & propenſus iuxta diaphragma. Cuius cauſa eſt interior tantũ,quia error naturę ſolum, quãtũ ad figuram, & ſitum, & eius cauſæ,& materiæ,quantum ad paruitatem. Et cognoſcitur ex tumore rotundo, tenſione,& malitia anhelitus apud cibi repletionem apparente in ſuperiori ventre, & eructatio proprie abſq; quòd tactus inueniat dolorem in eo,& priuatione eius apud inanitionẽ. Et tamen curari non poteſt ſecundum Gal.in techni. ſicut nec mala figura, & ſitus aliorum membrorum interiorum; Et proprie in procedentibus multum vltra natiuitatem, & maxime poſt augmentum. Poteſt autem alleuiari & remediari a paruitate, & nocumento ipſius cum regimine conueniente,& proprie cibi, & potus. Et eſt vt cib.detur facilis digeſtionis, & potus parũ,& ſæpe,prout Gal.edocuit. Et in alijs regatur non naturalibus,prout digeſtioni cõplendæ conueniunt,quod infra dicemus, diuino auxilio confidentes. Paruitas vero eius curari poterit per additionem cibi,& potus calidi, et humidi paulatine factã, & per frictionem,cataplaſmata, & emplaſtra ex rubificantibus trahentibus ſanguinem ad ipſum,donec magnitudinem ſufficientẽ accipiat, conuenientem corpori infra adoleſcentiam,donec corpus ſit in augmento. Et eſt talis paruitas toti corpori nociua, ſicut ſuperflua eſt magnitudo,in quo ſunt corrigibiles magis,quã in alijs membris interioribus,tum propter poſitionem eius, cũ iuxta exteriora magis alijs membris ſit ſituatus,ita ꝙ abſque multo medio poteſt extingui, tum etiã, quia eius officiũ eſt,primo recipere cibum, & potũ ab exteriori, & medicinas,quibus argumentari poterit infra adoleſcentiã, & poſt ipſam naturali complero augmento, dilatari, & extendi, vt dictum eſt, non tamen augmentari vere, cum verum augmentũ a natura ſit ſola,& terminus eius præfixus. Inquit enim Gal.ſolius igitur naturæ eſt diſtrahere vndique facere continuum ſibi manens, & principalẽ cuſtodiens ſpeciem corpus adhuc. Et hæc eſt augmentatio ſine influẽti,& applicato cibo non potens fieri. Ariſt. quoque ait. omnium enim natura conſtantium terminus eſt ei ratio magnitudinis, & augmenti. quia ad xxv. annum. vel xxx.vt Ioannitius dicit. Magnitudo quoque cum faſcia cincta, & ſtricte ſuper ligata, & cum paucitate cibi, & potus, & quiete curatur.

Regimẽ ob ſeruandũ ab habentib. ſtomachũ paruum rotundum, & ſm penſum.

In 1. Phyſ.

De cura ægritudinum ſtomachi in vijs ſcilicet oppilationibus eius. Cap. 9.

ACcidit etiam ſtomacho ægritudo inſtrumentalis, in poris, & ductibus,& vijs eius,quæ oppilatio eſt prohibens tranſitum eius, quod venire ab alijs membris ad eum ordinauit natura, eiuſque quod ab eo impellitur ad alia inſtituit, & expellit. Poteſt autem eſſe multiplex.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0583-4 DFG

plex. Vna, quæ eſt in neruis, qui ſunt, inter cerebrũ, & os eius continuantes, prohibens tranſitum ſpiritus ſenſibilis ad ipſum. Secũda eſſe pôt in poro, qui eſt inter ſplenẽ, & ipſum prohibens tranſitum melancholiæ, quã trãſmitti ordinauit natura, ad eius excitandum appetitum.

Tertia eſſe poteſt in via, quæ eſt inter os, & ipſum prohibens tranſitum cibi, vt eſt oppilatio meri, de qua ſupra diximus. Quarta poteſt eſſe oppilatio, quę eſt in venis, quæ ſunt inter hepar, & ipſum, per quas conſueuit illi hepar mittere ſanguinem ad nutriendum ipſum. Quinta poteſt eſſe in via, quæ eſt inter ipſum, & anũ, ſeu rectum inteſtinum, prohibens tranſitum ſuperfluitatum ipſius, quas expellere cõſueuit ad ipſum, vt eſt oppilatio inteſtinorum. Sexta eſt, quę eſt in venis meſaraicis, prohibens tranſitum chyli generati in eo, quem impellere conſueuit ad hepar. Harum omnium cauſa eſt duplex; exterior, ſ. vt frigiditas aeris, & conſtrictio adueniens, & plurimũ eſt, ſcilicet interior aliqua. ſ. ex illis, quas in oppilationib. meri nominauimus, & plurimũ humeralis. Et ex illis eſt catarrhus deſcendens ad ipſum, & malitia digeſtionis, quæ eſt cauſa generalis. Signa primæ ſunt paruitas appetitus, abſque quòd inueniatur in ſtomacho malitia complexionis, ſeu alia ægritudo cum perſeuerantia digeſtionis in diſpoſitione ſua, niſi aliud ſit quod impediat, & paruitas ſenſus apud deglutitionem vti acutæ pungentis, vel mordicantis, nec accidit ſingultus, etiam ſi in ieiunio ſumatur. Secundæ, ſignum eſt paruus appetitus, cũ groſſitie ſplenis. Tertiæ ſignum, ſuperius habuiſti. Quartę ſignum, eſt ſitis intenſa in principio, in proceſſu vero ipſius minor accidit, & defectio omnium operationum eius, & conſumptio, & arefactio totius corporis, ex arefactione ipſius priuato ſibi ſolito ſanguinis alimento, abſq; cauſa aliqua apparente illius.

Quintæ vero ſigna ſunt accidentia ileos, & colicę. Sextæ ſignum eſt multitudo egeſtionis, & humiditas ipſius, & proprie chyloſæ, & ſitis, & paruitas ſanguinis, & per conſequens alteratio coloris ad pallorem, & cõſumptio, vel extenuatio corporis, & defectio. Sed ſigna cauſarum ipſarum, tam exteriorum, quã interiorum ex ſignis cauſarum oppilationum meri comprehendere poteris, & generaliter etiam curã, ſi prudens natura fueris, & mente exercitatus. Cura eſt autem cura eius duplex, generalis ſcilicet, & ſpecialis. Generalis eſt, apertio eius ex medicinis aperitiuis, & generalibus omnibus oppilationibus talibus. Et ex ſimplicibus eſt ſpica. Et ex compoſitis hiera, & proprie cum aqua abſynthij parua, & magna. Ex cibis aqua cicerum cum decoctione ſpicę, vel radicũ communium. Et ex potibus vinum clarum, ſubtile, purum, vel mixtum, prout diſpoſitio exigit, & proprie cum aqua ferrea. Et breuiter, omne regimen aperitiuum, & curatiuum nocumentorum, exteriorum cauſarum, quod ex prædictis, & dicendis eſt manifeſtum. Sed cura ſpecialis, eſt abſciſſio ſpecialium cauſarum, ſicut abſciſſio primæ eſt cura catarrhi, quam ſuperius diximus, & malitiæ digeſtionis ſtomachi, quam ſubiungemus. Et ex conuenientibus huic oppilationi eſt coſtus, oleum eius, & ſpica; vehementer enim in neruorum oppilationibus commendantur, & iſtorum maxime cum aſſumptione eorum immediatius attingantur. Secundę cura eſt cum incidentibus, & abſtergentibus, vt eſt hiera, & aqua abſynthij, & corticum capparis, & ſyrupus ex eis. Sed tertiæ cura, eſt diæta. Quartæ cura, eſt cum hiera, & abſynthij, cuſcutæ, & eupatorij decoctione proprie. Sed cura quintæ, eſt cura iliacæ, & colicæ, quam infra ponemus. Sed ſextæ, & vltimæ, cura, eſt cum clyſteribus ex aqua mellis, & hiera, & cum bibitione ipſius. Et breuiter eius cura, eſt cura fluxus chyloſi, quã inferius ſubiungemus, (ſi ſuccedat nobis pietas trinitatis.) Inſuper te ſcire volumus, quòd largitas dictorum ductuum porotum, ſiue viarum ęgritudinalis maxime accidit, quod ſi contingat per curam oppilationis cõtrariam, cõtrariam exercebis curam eius. Inquit Abuha cuſcuta aperit oppilationes ſtomachi, & calamus aromaticus cum ſemine apij, & melle, & marmacur aperit oppilationes viſcerum.

Cauſa.

E De cura repletionis ſtomachi ſiue nauſeatiuæ ſatietatis, & inanitionis ipſius, &c. Cap. 10.

REpletio, ſeu ſatietas nauſeatiua, eſt ęgritudo inſtrumentalis, eueniens ſtomacho in eius concauitate receptionis cibi, & potus a natura ordinata. Eſt autem repletio ipſius ſuperflua, plurium ciborum, & potuum crapuloſa, & quandoque humeroſa, phlegmatica obtundẽs ſenſum ſtomachi, quare nec fameſcit, ſed potius nauſeatur deſiderans eam expellere, & non valet propter adhærentiam, & viſcoſitatem eius in tunicis, & villis eius. Et cauſa huius eſt duplex, aut exterior, & materialis, vt cibus, & potus; aut interior efficiẽs, vt eſt mala complexio in ſtomacho acquiſita, in eo materiam generans, aut ei a toto corpore, vel alijs membris influxa. (Signa) & eius ſigna ſunt grauedo in ſtomacho cum nauſea. Et quadoque eſt ſingultus, & dolor ſtomachi, ructatio acetoſa, vel fumoſa, fœtida, inflatio in ventre, & hypochondrijs, & F conſtipatio, quandoque lubricitas; & inflatio faciei, & proprie in conchis oculorum, malitia anhelitus, & pigritia, & tarditas motuum, & coloris albedo, vel citrinitas quandoque. Sed ſigna generationis cauſæ eius ſcilicet, humoralis in ſtomacho, vel quia ſit influxa ex his, quæ diximus ſupra, de ſignis malæ complexionis cum materia, poſſunt haberi etiam, ſi ſit phlegmatica, vel cholerica mixta, & ſi ſit exterior eſt manifeſta; (Cura) & ſimiliter cura eius, eſt cura illius, nam conſiſtit in quatuor ſicut illa. In euacuando repletionem. Inquit enim Hipp. ex plenitudine quæcumque ægritudines fuerint euacuatio ſanat, &c. Et ſi quidem ſit ex cibis, & potibus altero complebitur ipſa. Aut vomitu, ſi recens ſit, & non incepta digeri ſecundum Gal. aut ſi in via digeſtionis ſit, cũ his, quæ iuuando egeſtionem, citum deſcẽſum eius de ſtomacho operantur: qualia ſunt piper longum, & diatrionpip. & ſemen raphani præmiſſum, & cum deſcenderit ad inteſtina, cum enemate antequam tranſeat ad ſecundam, quòd ſi tranſierit, cũ phlebotomia, vel pharmacia complebitur, proprie; ſi fuerit ex humoribus, vomitu, aut ſolutione ventris. Et abſtinentia eſt communis in rectificando membrorum diſpoſitionem, & confortando, ſcilicet generantium, mittentium, & recipientium in rectificando regimen. Et in accidentia, quæ ex ſignis hic poſitis colligere poteris, & copiam eorum, quæ illa complent, & etiam modum eorum, apertum eorum vſum tibi tradidimus ſerioſe.

1. Aph. 22.

De cura inflationis ſtomachi, rugitus, tremoris, & gurgulationis ipſius. Cap. 11.

INflatio ſtomachi, eſt etiam ægritudo inſtrumẽtalis ipſius concauitatis eius. Cuius cauſa eſt duplex intrinſeca. ſ. & extrinſeca. Intrinſeca duplex, immediata, & mediata. Et immediata eſt ventoſitas groſſa, multa, quieta, incluſa in concauo ſtomachi, replens concauum ipſius, & extendens tunicas eius. Sed cauſa mediata eſt, aut ex parte ſtomachi & cõplexionis eius, & eſt efficiens, aut ex parte cibi, & potus, vel humoris; & eſt materialis. Ex parte autem complexionis, & caloris ſtomachi, quæ in generando ventoſitatem cauſa efficiens eſt, vt quia ſit caliditas ſtomachi alterans, pauca, debilis; quæ cum agit in cibum temperatum ſtomacho aduenientem, vel in humorem in eo contentum, non perfecte coquit, & digerit. Sed eius partem ſubtilem humidam, aut aquoſam diſſoluit, & in ventum conuertit, temperata autem caliditas illam conſumit, niſi ſit multa, quam conſumere nequeat. Frigiditas vehemens congelat, non diſſoluit ſic ventoſitatem, nec generat, proinde æſtatis tempore, propter caliditatem eius acutam, nõ conuertuntur in ventum, vel nubem, & hyeme propter frigiditatem intenſam, emanationes, & vapores prouenientes ex terra, & aqua non conuertuntur, in ventum, vel nubem, ſicut ventus, vel nubes conſumptis, vel congelatis illis prædictis temporibus non apparent, ſed vere, & autumno propter tepiditatem caliditatis, per modum diſſolutionis agentis.

Inflationis cauſa.

H

Ex parte

Ex parte vero cibi, & potus, vel humorum, qui sunt in generatione eius, vt materialis est; vel quia in seipso habet humiditatem extraneam, cibus, vt sunt legumina, & alia similia ex herbis, & fructibus, & potus, vt vina grossa, & dulcia, multæ commixtionis, & aqua grossa, melles crudi, & similia. Et humor, qui sit phlegmaticus, grossus, viscosus, frigidus, et humidus, vel succus melancholicus multiplicatus in eo propter ægritudinē splenis, in quos calor stomachi alterans cum agit, licet sit temperatus, & æqualis, vt in sano corpore extrahit illam humiditatem extraneam, non potest coquere, & commassare bene, sed dissoluit in vaporem, & ventum, sicuti si temperato igni grossa ligna viridia, vel aquosam superponantur, est videre, quòd multum fumum generant, antequam superet, & comburat ea. Si vero igni fortiori, vel fortissimo immittantur, statim consumit, & superat, & comburit ea, nulla, vel pauca effumatione resultante ex ipsis. Sic quoque si calor stomachi sit fortis, prædictos cibos, & potus, & humores præsentes coquit, & digerit nulla, vel pauca ventositate resultante ex eis, nisi forte non sit tam fortis, quòd possit superualere eis, vel quia forte quantitatem excedant, quam nequeat superare. Et illud innuit Gal. cum multum calida, & in dolore colico, inhibuit ministrari. Si vero ex vtriusq; parte contingat, vtroque dicto erit modo.

Extrinseca vero causa est, quælibet res debilitans calorem stomachi in actu digestionis super insurgens exterius, sicut si aeri multum calido resoluenti, vel frigido exponantur, & similiter balneo, vel forti exercitio, sumpto cibo, exponantur corpora, vel frigida potetur aqua. & breuiter si illis adueniat, quæcumq; sint ex causis debilitantibus digestiuam, quas infra sufficienter (Christo propitio) intendimus numerare.

Et signa, & causæ eius immediatę sunt, tēsio cum dolore, quandoq; absq; grauitate multa, qualis in nauseatiua satietate existit, nisi sit propter multitudinem cibi, & potus, vel humorum, & absq; sonitu in rugitu, vel gurgulatione contingit, quia in hac ventositas est quieta, & compressione sedatur. In illis vero, nō est commota simpliciter, vt in rugitu, vel humidati aquosæ cōmista, vt in gurgulatione. Nisi sumpto potu, quoniam tunc etiam si temperatus, vel modicus existit, sonitum commotionis eius; & fluctuationes, in vacuo apud cōmotionem corporis, percipies manifeste.

Sed signum causæ efficiētis est, ex rememoratione debilitatis digestionis stomachi, quæ præterijt, & frequēter accidit, & qñ bonitas regiminis in omnibus aderit, cum priuatione signorum repletionis, vel cacochymię humoris phlegmatici, vel melancholici; nulla apparēte ex interioribus causis. Sed signum ꝙ sit ex cibis, in substantia, qualitate, vel quantitate, vel alijs operantibus, in ventositatis generatione; est inuentio ipsorum cum priuatione prædictorum, & cum permutatione ipsorum cessat.

Signum vero, ꝙ sit ex humoribus, est signum abundātis cachochymię ipsorum, in toto corpore, & proprie in stomacho, cū prędictorum priuatione. Sed signū qd sit ex humore phlegmatico, est, quòd est sine siti, & cum humiditate oris, ac linguæ, ac infectione eius in illo.

Sed si sit ex melancholico, siccitas erit oris, & linguæ. Et signum vtriusque erit ex vtrisque confusum, & poteris generale signum super omnes causas comprehendere, ex totius corporis complexione, habitudine, cōsuetudine, ętate, regimine, & alijs circūstantijs. Signum vero exterioris causæ, est eius inuentio, quæ tibi, vel ex relatione infirmi, vel astantium est manifesta.

Cura inflationis stomachi est, dum res prima respicit causam immediatam scilicet ventositatem magis lædentem stomachum resoluendam; secunda dirigitur ad causam mediatam abscindendam. Prima est generalis in alijs subsequentibus obseruanda. Omnes enim, vel debent esse ventositatis resolutiuæ, vel resolutiuis admixtæ, confortatiuæ quoque, vel confortati stomachi mixtæ, & ex conuenientibus stomacho, & grossæ, ventositati est andachocha cum vino sumpta. Secunda est triplex; prima dirigitur ad causam materialem extrinsecam, cibi, & potus. Secunda vertitur ad causam materialem intrinsecam, humorosam; sed tertia ad causam efficientem. s. digestiuæ stomachi debilitatiuam. Primam complent carminantia, extenuatiua, & resoluentia ventositatem, quæ in cura meri superius habuisti. Secūdam complent mutatio cibi, & potus ventosi ad cibū, & potum facilis digestionis, paucarum superfluitatum; quam superius habuisti, habentem in se virtutem resolutiuam ventositatis admixtam. Et conuersio vniuersalis regiminis, ad regimen resolutiuū ventositatis: & confortatiuū, quod in proprio loco dicemus. Tertiam vero complent incidentia, & abstergentia materiam humorosam, & educentia per vomitum, vel per secessum absque stomachi læsione; quæ superius habuisti. Sed quartam, & vltimam rem complent, quæ digestionem stomachi debilem habent confortare; quorum infra (Christo duce) faciemus capitulum speciale. Rugitus, ex prædictis patet, ꝙ est præco, seu sonus ventositatis non multæ, simplici, vel paucæ humiditati commixtæ in concauo stomachi, impetuose commotę in rectum, ex arcto loco in amplū; & quandoq; versus inferiorem partem intestinorum, vel superiorem, vt in eructatione contingit, differens ab inflatione, in qua ventositas erat multa extendens, & quieta sine sono, vt superi⁹ habuisti, & a gurgulatione, in qua humiditas est commota sola, vel paucæ ventositati admixta, proinde est cum sono obtuso non claro, vt est rugitus, sicut voluit Gal. Et à tortione, in qua est paulatim cōmote in gyrum acuta humiditas, vel ventositas, vel vtraq; æqualiter iuncta absq; sono. Quorum causæ, & signa ex prædictis sunt manifesta. Et cura similis est curæ inflationis, facilior tamen, in quantum eorum causa, seu materia nō est quieta inclusa, sed commota expulsioni per superius, aut inferius prompta: Cuius expulsionē complent simplicia, & cōposita ex medicinis cōmunia, quæ superius habuisti, & proprie, quæ sequuntur.

Ex simplicib. appropriatis inflationi stomachi sunt, daraśce ficca, & myrrha pura, iuniperus, & fœniculus bibitus cum aqua meu. Et ex communibus, virtutis fortis est; castoreum, cyperum, nigella. spica, ameos, semen coriandri, macis, cyminum, garyoph. & commouentia eructationem superius in cura meri narrata sunt, per os sumpta ꝑm omnem modum, & cum clysteribus immissa, & emplastrata, euaporata, & vncta. Et ex compositis est suffuf, quod sit ex semine anisi, ameos, rutæ, calamentho sicco, & castoreo, & spica nardi. Euaporatio iuuans illos, quibus accidit inflatio ex cholera nigra. ℞. polij, chamæmeli, florum sampsuchi, seminis rutæ, & baccarum lauri, ana partes æquales, & bulliant, & decoquantur in aceto, deinde infusa spōgia, vel filtro in eo, fiat euaporatio. *Euaporatio.*

Vnguentum dissoluens ventositatem, & inflationem stomachi. ℞. nigellæ, granorum lauri, rutæ siccę, ana partem vnam, infundantur in aqua, & coquantur in ea. in oleo veteri, ana partes æquales. Item oleum nardinum cum puluere castorei est vltimum, & est Inaim. *Vnguentum dissolutiū ventositatū.*

Item clyster ad idem. ℞. prędicta, & adde seminis anisi, fęniculi, carui, apij, ana. drach. s. rutæ, aristolochiæ rotundæ, ana drach. ij. coquantur in vino veteri, & aqua, & addito melle, & sale communi sufficientis quantitatis, fiat clyster. *Clyster ad idem.*

Puluis ad confortandum digestionem, & expellēdam ventositatem, conferens inflationi, & rugitui, & tympaniti. ℞. cinnamo electi. drac. iiij. nucis muschatæ, macis, garyoph. zinzib. zedoariæ. doronigi, galangæ, cardamomi, ana dra. i. spicæ. dr. i. anisi, fœniculi, cymini ana dra. s. croci. drac. ij. vtatur in cibis, & salsamentis, & clareto. *Puluis ad idem.*

De stomachi percussione, & obuiatione, & casu supra stomachum, & cura. Cap. 12.

DE lenitate stomachi omittentes hic eo ꝙ infra vsq; ad capitulum de lienteria reseruamus; de solutionibus cōtinuitatis stomachi, nunc dicamus, & quę illius sunt generis. Sciendum igitur, ꝙ contingit vt homo percutiatur

eutiatur ſupra ſtomachum, vel obuiet alicui rei duræ, vel E cadat ſupra eum, ex quo ſubſtantia eius contunditur, vel relaxatur, diſgregatur, & debilitatur; maxime ſi cibo repletus fuerit. Et cauſa, quia exterior eſt, eſt manifeſta. Et eius ſignum, eſt cauſæ inuentio, dolor, & nauſea.

CVRA eius eſt quinque res. Prima eſt euacuatio repletionis, ſi quia fuerit in ſtomacho, & toto corpore. Secunda eſt confortatio ſtomachi; & reunitio eius ſubſtantiæ diſgregatæ, vt non recipiatur, ſi quod mittit. Tertia eſt reſolutio eius, quod recipit, vel tractum fuit. Quarta eſt regimen. Quinta eſt accidentium correctio. Primam rem complent, vomitus, ſi cibo fuerit repletus, deinde phlebotomia de nigra, vt corporis repletio, euacuetur, ſi adſit; vel ſi non ſit, membra corporis reddantur auara in mittendo ad ipſum doloroſum, & debilitatum. Inquit enim Gal. phlebotomamus non ſolum in multitudine, ſed etiam in magnitudine ægritudinis cum moderatione humorum exiſtente.

Secundam, & tertiam complent medicinæ ſtypticæ, F aromaticæ, & odoriferæ, & reſolutiuæ ſimul, quas enumerauimus ſupra de cura meri, exterius; & interius approximatæ. Et ex his quæ in principio approximanda ſunt, eſt ſubſtantia abſynthij decocti in oleo roſ. & cataplaſmati de ſuper conforrat enim, & prohibet fluxum humorum, & dolorem ſedat trahẽtem. Deinde vero fiat emplaſtrum quod eſt. ℞. pomorum de sceni decoctorum in vino ſtyptico, & aromatico, vſque ad diſſolutionem; deinde terantur, & ſumantur ex eis. drach. i. ladani. drach. x. roſ. drach. viij. aloes. drach. vj. abſyn. drac. v. mumiæ. drac. iiij. aggregentur omnia trita cum ſucco arnogloſſæ, & foliorum cypreſſi, & oleo de lilio, & maſtichino, & emplaſtrẽtur, & ſtringantur ſupra ſtomachum tepida, & teneantur per dies ix. Ex his autem, quæ interius apponuntur ad has intentionis, eſt medicamen noſtrum dictum in antidotario noſtro cap. de rhabarbaro, quod conficitur ex mumia, rubea tinctorum, & vino ſtyptico. & iterum medicamen ex granis naſturcij nutritis in ſuco cyroniorum; quod in loco conſolationis medicinarum ſcripſimus.

Cataplaſma. Emplaſtrũ.

Diæta. Quartam rem complent adminiſtratio cibi, & potus facilis digeſtionis, boni chymi, & paucarum ſuperfluitatum ſtyptici, & aromatici; vt ſunt carnes perdicum, arcearum, turdorũ de myrta, turturum, & capreolorum, & ſimilium. vinum ſtypticum, & aromaticum, & rubeum lymphatum mediocriter cum aqua pluuiali, vel ferrata. Et oportet vt ſint paucæ quantitatis, & quies, ſomnus, & lætitia, & gaudium ſint temperata, & omnia in loco aeris temperati.

Quintam rem complent, quæ dolorem, & nauſeam ſedant, quæ omnia infra dicentur, (ſi Chriſtus voluerit,) qui ſit benedictus. Abuha. mumia cum aqua cymini ad debilitatem ſtomachi, & caſum ſupra pectus, ſtomachum, & hepar cum duobus dauich de luto armeno appoſita, eſt efficax, & experta.

De ſolutione continuitatis ſtomachi, & vlceribus, & ruptura, & eius cura. Cap. 13.

ACcidit, & ſtomach ægritudo communis ſuæ vnitatis, ſubſtantiam ſoluens, ſicut eſt ſolutio continui ſimplex, vt plaga, punctura, inciſio, & huiuſmodi, aut compoſita, vt eſt, exulceratio. Eſt autem aut ſuperficialis, vt excoriatio. vel medium tunicæ ſcindens tãtum, aut profunda penetrans tunicam; ſeu pelliculam, aut ambas, vt ruptura. Et ſimplicis cauſa, eſt duplex; interior, & exterior. Interior eſt humor in ſui ſubſtantiam perforãs, & penetrans ſua acuitate, aut ſua quantitate repellendo, & extendendo ſcindens, aut ventoſitas intercluſa petens exitum. Exterior eſt duplex. intus ſumpta, vel exterius adueniens: intus ſumpta eſt res acuta, vt os acutum, ſpina, vel vitrum. Exterius adueniens eſt ſicut percuſſio cum cultello incidente, vel cultello pungente. Et ſuperficialis cauſa exterior eſt, cibus, vel medicinæ acutæ, aut humor deſcendens in eum acutus, vt in catarrhis contingit abſque perſeuerantia.

Profunda vero cauſa eſt humor acutus ibi deſcendẽs cum perdurantia, quamdiù perueniat ad fundum tunicarum alterius, vel ambarum.

Cauſa vero cõpoſitæ ſcilicet vlcerationis, eſt duplex; interior, & exterior. Interior eſt apertio apoſtematis, vel bothor, aut plaga faciens ſaniem, aut humor corroſiuus, aduſtus deſcendens in eum, vt in catarrhis cõtingit, aut imbibitus, corruptus, & putrefactus propter quod acquiſiuit virtutem corroſiuam, quæ vlcerauit ipſum. Exterior eſt res, quæ partem de ſua ſubſtantia ſcindendo aſportauit, & eſt manifeſta.

Signa ſimplicis ſolutionis ſunt, dolor, & ardor proprie. ſcilicet poſt tranſglutitionẽ rei acutę; vt eſt acetum, & ſinapis, & exitus quandoque ſanguinis, & aperitio in vomitu, vel feceſſu. Et ſi ſit ab humore acuto oſtẽdit linguæ infectio ex eo, & ſapor amarus, & acutus, & ardor, & fumoſa eructatio, & acuta, & ſtomachi inflatio, & anguſtia, & ſitis abſq; qui ſumatur res acuta. & ipſius apertio in vomitu, vel feceſſu. Si vero ſit ab extrinſeca cauſa, oſtendit eius inuentio, quæ præceſſit. Et ſuperficiale ſignum eſt, exitus corticis quandoque. Et ſi eſt à cibo acuto, vel medicina, oſtendit eius inuentio, quę præceſſit. Et ſi eſt a catarrho incipiente etiam, oſtendit inuentio eius; & quòd non eſt diu, quòd incepit. Et ſi eſt profunda ſignum eſt catarrhus acutus inuentus, qui diu fluxit, ſi eſt à cauſa intrinſeca. Signum vero vlcerationis ſtomachi eſt dolor, & proprie eo modo, vt dictum eſt contingens, & fœtor in eructatione, cum eleuatione vaporis facientis incurrere ficcitatem linguæ, & oris, & ſi ſit penetratiua, eſt incontinentia cibi, & potus, quare egreditur, & colligitur in vacuum ventris, & quandoque fœtor, & apparitio ſaniei, & corrupti humoris, & corroſiui in vomitu, vel feceſſu. Et ſi ſit ſuperficialis declarat eam exitus corticis, & apparitio ipſius in vomitu, vel feceſſu, abſque quòd ſit excoriatio, vel vlceratio in meri; cuius ſigna diſtinctiua ſuperius diximus, vel in inteſtinis, cuius ſigna diſtinctiua hic ſubiungemus. Si vero ſit profunda, & ſit cauſa extrinſeca, oſtendit eam inuentio eius, & partis ablatæ, & incontinentia cibi, & potus, & exitus eius ad exteriora. Sed Signum diſtinctiuum, quod ſit in orificio ſtomachi, vel in fundo eius, ſumitur à tempore doloris, & à loco doloris, quantitate ipſius, & ab accidentibus, & à concomitantibus. A tempore doloris, nam ſi ſit in ore ſtomachi, dolor eſt ſtatim poſt tranſglutitionem rei acutæ, ſi in fundo, dolor eſt poſt quietem cibi in eo. A loco, nam ſi ſit in ore, dolor eſt in inferiori ventre, circa ſureulam pectoris inferiorem. Si in fundo dolor eſt circa vmblicum declinans ad partem dextram ventris, ſeu hypochondrium dextrum. A quantitate, nam ſi ſit in ore, eſt dolor fortior, quàm ſi fuerit in fundo. Ab exeuntibus, nam ſi ſit in ore, cortex, & ſanies magis exibunt cum vomitu. Si in fundo, magis cum feceſſu. A concomitantibus. Nam ſi ſit in ore, minutio anhelitus, apparitio ſudoris frigidi, & extremorum frigiditas, & ſyncopis eſt magis, quam ſi ſit in fundo. Signa H vero diſtinguentia, inter vlcerationem meri, & ſolutionem eius, & ſtomachi, quæ communicare videntur ſimul ſuperius in cura meri habuiſti. Sed ſigna diſtinguẽtia inter ſolutionem, vlcerationem ſtomachi, & proprie fundi eius, & inteſtinorum gracilium ſuperiorum, ſunt valde difficilia propter propinquitatem, vel colligantiam: quare oportet vt ſubtiliter inueſtiges, & proprie ſciri poterunt ex quantitate doloris, loco, exeuntibus, & concomitantibns. Et quantitate doloris, quia fortior, vel acutior eſt, ſi in fundo ſtomachi fuerit. Ex loco etiam, quia ſi ſit in inteſtinis, eſt locus doloris magis infra ad vmbiticum declinans. Ex exeuntibus, quia cortex ex inteſtinis gracilibus eſt magis ſubtilis, & frequentior, quam ſi ſit ex ſtomacho. Ex concomitantibus, nam ſudoris, & extremitatum frigiditatis, & ſyncopis erit minor ſi ſit in inteſtinis gracilibus, quam ſi fuerit in ſtomacho. Si vero ſit in groſſis inteſtinis, dolore declaratur, & diſtinguit locus doloris, quia inferior ſub vmblico, & quantitas, quia minor; & exeuntia non ſunt permixta vt

ta vt in alijs, & concomitantia ſunt minus contingentia in eis. Inquit Hip. ſolutio continuitatis ſtomachi, & inciſio eſt mortalis, Subdit Gal. verum eſt, ſi ſit profunda, concaua, & penetratiua. Si vero, non ſit profunda, concaua, & penetratiua, eſt curabilis. Et addit ſi ſit ſuperficialis, facile curatur, ſi ſit profunda, & penetratiua, difficile.

4. aphor. 21.

CVRA, & duplex eſt in cura eius intentio, vniuerſalis ſcilicet, & particularis. Vniuerſalis reſpicit totũ corpus, & eſt quadruplex, prima eſt rectificatio totius corporis, & ẽt membri catarrhizantis, ſi quod ſit: ſecunda eſt diuerſio humoris, vbi mittatur, vel trahat ad ſtomachũ læſum, & paſſum. Tertia eſt regiminis debiti, & confortatiui ordinatio. quarta eſt accidentium correctio. Primã rem complent euacuantia, & alterantia dyſcraſiam corporis, & membri. Euacuantia ſunt phlebotomia, ſi peccatum eſt in ſanguine, vel pharmacia, ſit peccatũ ſit humoris alterius, cum præmiſſione digeſtionis ipſius, quæ ſunt nota. Alteratio ſit cum frigidis obtundentibus acuitatem humoris, & humidis inſpiſſantibus ſubtilitatem humorum, vt non valeant perforare, & etiam alterantibus dyſcraſiã corporis calidi, & membri catarrhizãtis, vel cũ calidis temperatis, ſi fuerit humor ventoſus. Secundam rem complent frictiones extremitatum, compreſſiones doloroſæ, & fomentationes mordaces, & alia ſuperius narrata in cura catarrhi, & alijs locis. Tertiam rem complent, habitare in locis temperati aeris, decliuis ad ſiccitatem, & quies, & ſommus, & cibus paucus, facilis digeſtionis, boni chymi, & ſtyptici, quem diximus in primo cap. & potus ſimiliter, ſit vini rubei, & ſtyptici, lymphati cum aqua ferri, & pauci, vt non repleat, & extendat, & mollificet ſua ſubſtantia, & animæ accidentia temperata. Quartam rem complent, anodyna mitigãtia dolorem, & quę curant ſyncopim, & ſudorem diaphoreticum, quæ ſuperius habuiſti in cura cordis: & calefacientia extrema frigida, vt ſunt fomenta, & calefactoria nota.

Particularis vero reſpicit membrum patiẽs, & paſſionem eius: ſcilicet ſolutionem continui. Et ſi quidem ſit ſimplex, non profunda, vnica erit intentio ſcilicet reunitio, & conglutinatio, & ſolidatio. Sed ſi ſit ſuperficialis, illam complent ſtyptica ex cibis, & potibus, & medicinis, quæ ſuperius fuerunt enarrata. Si vero profunda, illã cõplent pontica ex medicinis interius, approximatis. Tales autem medicinæ ſunt ſimplices, & compoſitæ, quas infra (Ieſu Chriſti gratia mediante) dicemus, nunc vero ſimplices, & ſunt balauſtia, granatum, tribuli, alcanna, alumẽ, & pyra ſicca, & proprie ſylueſtria Magis ſtyptica vt barba hircina, lingua arietis, & in antiqua non eſt melior ea, cauda equina, hypocyſtidos.

Vulnera ſtomachi glutinantia.

Et glutinantia, vt lutum armenum; quod mirabile eſt in re vulnerum, & prohibet ambulationem putredinis, & lutum ſigillatum, & thus, & cortex eius, & maſtix, gummi, dragacanthi, & arabici, et zarur; & quę ſigillant, vt ſunt gallæ, & ſimilia; & omnia, quæ diximus in cura fluxus ſanguinis narium, & in de conſolidatione medicinarum, ad fluxum catarrhi; ex quibus aliqua ſunt approximanda interius; aliqua exterius, quæ ſunt nota. Si vero fuerit compoſita, & vlceroſa, duplex erit intentio ſcilicet munditicatio prima: ſecunda conſolidatio. Primam rem complent abſtergentia non fortia, & acuta, quæ addant in vlcere, ſed ſuauia, vt eſt iuleb, vel aqua mel lis; vel geleniabin, vel aqua paſſularum, quæ ſunt conuenientes ſtomacho. Et quandoque caſia fiſtula, vbi eſt neceſſaria ventris ſolutio. Nam cum hoc, quod mũdificat, facit ſolutionem facilem, nec trahit ad ſtomachum aliquid. Et ſi materia fuerit viſcoſa, & adhærens, quia fuerit falſa, fiant cum aqua caulium, vel oliuarum ſalitarũ, quæ etiam confortare habet ipſum, vbi aqua paſſularum, vel caſia fiſtula nõ ſufficeret. Inquit Gal. vulnera non ſanantur, niſi perfecte exiccentur, & mundificatio eorum, exiccatio eſt, quòd ſi fuerit illic corroſio, & caro mortua, oportet, quòd mundificetur cum medicamine proprio ad huc incarnatiuo, quale eſt aloe ſola, vel hiera picra Gal. ſimplex, quæ mundificat, & abſtergit, & confortat, vt nõ reſpiciat, nec trahat ab alijs membris; non autem hiera picra magnæ deſcriptionis, vt eſt hiera colocynthidos, lõgodionis, & ſimiles, quoniã habent in ſe res acutas mordicantes, vlcerantes, & trahentes ab alijs membris ad ſtomachum, & deinde detur lac acetoſum vaccinũ, quia lauat, & ſtypticat, vel ſyrupus de abſynthio, & de eupatorio, quia mundi ſiccant, & ſtypticant. Et vltimo adminiſtres rob de fructibus ſtypticis ſuperius nominatis, & cũ eis oportet, vt adminiſtres incarnantia, vt eſt iris, thus album, maſtix, & ſimilia. Et cum vlcera ſint in orificio eius, adminiſtres conglutinantia, quę teneãt medicamen ſuperius, & non permittant ipſum deſcendere ab eo, ad eius fundum cito: vt eſt gummi, dragacanthum, cũ pauco ſeminis raphani, & lutum ſigillatum, & armenum, & proprie cum fuerit ibi exitus ſanguinis. Et fortiores ſunt trochiſci, de terra ſigillata, & de Karabe in noſtro antidotario tibi traditi. Et cum fuerit ibi dolor fortis, oportet vt miſceas aliquid philonij, vel ſeminis papaueris, & portulacæ, quia ſedant ſtypticando.

Emplaſtrum Oribaſij conferens rupturis intrinſecis, & ſolutionibus continuitatis expertum, & efficax, (ſi Chriſtus volerit. ℞. lithargyrij, opij, lapidis hæmatitis, ſanguinis draconis, & hominis recentis, galbani, maſtich. thuris, coſti, boli armeni, lumbricorum terreſtrium, mumiæ, ammoniaci, ana. drach. quartam. picis nauatis, & græcæ, ceræ albę, & rubeæ, ana. vnc. v. roſarum, myrtæ, cardamomi. aloes, ana. drach. v. colocynthidos, palmæ marinæ aduſtæ, gallæ, balauſtiarum, ariſtolo. long. reſinæ conſolidæ mediæ, & minoris ana. drac. i. viſci quercini. vnc. v. fiat ſic, decoque pellem hædinam in aqua, donec tota diſſoluatur, & ipſa aqua coletur, & fortiter prematur, & omnia alia terenda terantur, & liquefacienda liquefiant, & lumbrici bene contriti cum aqua prædicta, & viſcus fortius miſceantur, & incorporentur omnia bene, donec veniant ad ſpiſſitudinem emplaſtri, & applicetur.

Item emplaſtrum, in primo capitulo poſitum, eſt ſanum, & expertum. Et vnguenta poſita ſupra capitulo de cura ſolutionis continuitatis meri. Abuhali ſyrupus de vua conferẽs ad ægritudines gutturis, & apoſtema quod fit in eo, & vlceribus factis in ſtomacho, ſumantur ſucci vuæ ponticæ lib. vj. & decoquatur vſque ad tertiam, & fundatur ſuper ipſum mellis li. i. & ſumach, & radicum liquiritię, gallarum balau. ſuperioris roſ. ana ſextarium. i. croci. drach. ij. myrtæ, aluminis iameni, ana. drach. i. decoquantur, & colentur, & vſui reſeruetur.

De medicinis apoſtematum ſtomachi. Cap. 14.

CIrca apoſtema ſtomachi, ſciendũ eſt, apoſtematum ſtomachi; quoddam fieri contingit in ſuperiori parte. ſ. circa orificium eius, quoddã in inferiori. ſ. circa fundum, quoddã in pariete, ſeu tunica eius intrinſeca, quoddam in exteriori, & quoddam in parte poſteriori, quæ reſpicit dorſum, quoddam in anteriori, quæ reſpicit ventrem, & lacertos eius, quoddã in toto, & raro contingit, & plurimum eſt mortale. Et ex cauſis ipſius ſpecialibus, eſt dolor antiquatus in ſtomacho, & motus fortis adueniens ei ex pharmaco ſolutiuo malitioſo, quod trahendo ad ipſum ex partibus corporis humores, & debilitando ipſum in eo retineri, & colligi operatur, & vomitus frequens, & difficilis, & maxime intemperate factus, vt puta in principio morbi alicuius, puta febris, factus, in quo materia indigeſta groſſa, & viſcoſa cum difficultate vomendi ad ſtomachum trahitur, & præ ſui viſcoſitate, & adhærentia ſtomachi præ debilitate non poteſt expelli, vnde corpus eius apoſtematur, ſicut dixit Abuhali. Signa generum eius, ſi ſit calidum, vel frigidũ, ex generalibus habentur, quia ſi ſit calidum, dolor erit acutior, & febris, & ſitis, ſi frigidũ, e contra. Sed ſigna ſpecierum eius ex parte materiæ, ex qua, in ſecunda ſectione poſtponimus dicere. Signa vero ſpecialia ex parte materiæ, in qua, ſiue localia ex parte apoſtematis ſcilicet exiſtentis in ſuperiori parte ſtomachi, circa orificium ſunt propria, vel dolor magnus, & proprie poſt aſſum-

ptionem cibi ſtatim,& tumor circa furculam,nocumentum deſiderij, & appetitus, & ex concomitantibus ſunt ſpaſmus cum alienatione,ſi ſit calidum,vel cum ſubeth, & ſtupore, ſi ſit frigidum, & pulſus cordis,frigiditas extremitatum, ſudor frigidus, & ſyncopis magis veniens, & eſt malum ſignum. Si vero ſit in fundo, dolor minor, & proprie poſt aſſumptum cibum per horam, tumor verſus hypochondrium,malitia digeſtionis,& cum aliorum accidentium apparitione minori. Et ſi eſt circa interiorem tunicam, dolor erit maior, & apud aſſumptionem ſibi augetur, magis quam ſi fuerit in exteriori, & tumor minus apparens tactui. Si vero in exterori fiat, econtra erunt ſigna. ſimiliter ſi parte poſteriori verſus dorſum,tumor non erit perceptus ſenſu,& dolor in dorſo,& verſus eum. Si vero in parte anteriori,quæ reſpicit ventrem, eſſet magis exterius appareus, & dolor in furcula, & verſus lacertos ventris ſuperioris.

CVRA eius eſt quatuor res. prima eſt euacuatio repletionis corporis, vel membri mittentis, ſi adſit; vel etiam ſi non adſit, etiam quocunque prædictorum modorum fiat.ſecunda eſt euacuatio partis apoſtematæ,ſeu materiæ apoſtemantis, tertia eſt regimen: quarta eſt accidentium correctio puta doloris, & ſimilium; qui ſi ſit fortis, & acutus, curam impediret, & ordinem eius peruerteret.

Primam rem complent phlebotomia de ſaphena, ſi multa fuerit plethoria totius: vel de baſilica, ſi non fuerit multa, vel de nigra. Et ſi fuerit cacochymia totius pharmacia ventris ſolutiua, non vomitiua educi poterit, vt ſuperius fuit inuentum, cum talis euacuatio debeat anticipando fieri, vt ſuperius dictum eſt. Talis autem pharmacia ad ſtomachum apoſtematum trahit,& magis replet quam euacuet. Vt ergo cacochymia totius expurgetur, anticipando minoretur, expedit enim medicinis ventris ſolutiuis ſtypticis, vel diureticis leuibus educentibus per vias vrinæ vti; vt ſunt diuretica calida;ſicut radix apij,& ſemē petroſelini, & dauci,aſparagi;& ſimilia,& frigida,vt ſunt ſemina communia dicta,& nota; vel prouocantibus euacuationem ſenſibilem,per cutis poros,vt ſunt,ſudorem prouocantia leuia;qualia ſunt apium,anethum,calamenthum,aquæ,& olera eorum,& aſſarum, cū oleo de ſpica ſuper vnctum, & cyclamen cum melle emplaſtratum. Et frigida, vt aqua hordei,& melonis indi;ſi calida fuerit,& cum febre, & vinum, quod vniuerſas mouet excreationes. Siue inſenſibilem, vt ſunt frictiones multæ, & ſuaues, & ieiunia, & abſtinentia, & clyſteres cum medicinis habentibus virturem educendi leuiter cacochymiam, quæ ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem cacochymiæ, quæ ſuperius habuiſti. Et ſi ſit in vētris vacuo cacochymia,pharmacis illis appropriatis ducetur leuibus, & ſtypticitatē habentibus,quæ mundificent,& confortent;quas etiam ibi habuiſti,vt ſunt hiera,caſia fiſtula,aloe,allubleth,turbith non confortatum, & ſimilia, quæ leuitate ſoluunt, & non inquietāt,nec impediunt diſſoluendo, & trahēdo ab alijs. Et ſimiliter ſi repletio ſit alicuius membri,phlebotomia de vena reſpiciente illud membrum;& ſi fuerit cacochymia, pharmacia appropriata illi, quæ ſit ex leuibus, ducet eam. Item tractio ad longinqua,& derivatio ad propinqua cum ventoſationibus, frictionibus duris, ligaturis, & compreſſionibus doloroſis, & alijs,quæ ſupra de cura phreneſis habuiſti.

Secundam rem complent, euacuatio per recurſum tantum;ſi tota materia ſit recurribilis, vel per recurſum & extractum ſimul,ſi tota materia non ſit recurribilis, & ſi per modum influxionis ſit fiens, vel per extractum tantum, aut pulſum, ſi ſit per modum cōgeſtionis fiens. Recurſus autem fit triplex per pulſum, tractum, & tranſmiſſum, per hæc omnia, vel aliquod ex eis, vel plura, pulſum complent in ſtomacho apoſtemato, ſi quidem ſit calidum, quod indicat dolor acutus, & feb. & ſitis. frigida ſtyptica aromatica ſtomacho approximata interius, & exterius in principio apoſtematis,& vſque ad ſeptimum,& quandoque magis interius, & quandoque magis exterius, quandoque in ſuperiori parte ventris, quandoq; inferius,quandoq; verſus mediū, & quandoq; verſus dextrum, ſecundum diuerſitatem ſitus apoſtematis miniſtrata, qualia ſunt, quæ tibi narrauimus ſupra de cura malę cōplexionis eius cum materia. talia enim pellendo materiam ſedant dolorē,& inflammationem,quę hanc intentionem complentia impediunt,& retardāt,q; ſi nō ſufficiant, quia apoſtema calidum ſit cholericū, vel aduſtum, approximabis fortiora,vt portulacam,ſemper uiuam, virgam paſto.lactucam, & ſuccum earum, ſandalum, & mucilagines pſyllij cum modico camphoræ dabis, & ſi expediat etiam ſuccum papaueris,& ſeminis hyoſcyami, vel parum thebaici opij,immiſcebis, & exterius emplaſtrabis etiam lenticulas aquæ ſuper eis aliquid calidum,& aromaticum admiſcendo,& proprium quale eſt ſpica,maſtix,mēta, & ſimilia. Tractum autem complent euacuatio partium longinquarum cum ventoſis, exercitio, vel frictione; puta cruris, vel brahij, vel inteſtinorum,vel hepatis propinquorum illi. Tranſmiſſum complent confortatio ſtomachi, cum ſtypticis ibi numeratis, in capitulo de cura ſolutionis continui eius. Et ſi quidem tota recurrit materia,ſanus remanebit ſtomachus,& ſub eſt excuſatio tranſeundi ad aliud. Si vero non tota, ſed aliquid derelictum ſit in apoſtemate; erat illud viſcoſum, & groſſum, compactum, & indiſſolubile, & proinde, nequit recurrere. Expedit ergo vt educatur, per extractum à parte patiente, ſcilicet parte apoſtematis,& hanc complent diaphoretica appropriata,vt eſt calamenthum, apium, ſpica, menta,abſynthium, & ſimilia illi appropriata tali ordine, & modo,vt quòd talibus frigidis, & ſtypticis approximatis vſque ad ſeptimum,donec fuit in principio, deinceps dum fuerit in augmento miſcebis diaphoreticorū aliquod prædictorum equaliter,& proprie quod virtutem habet maturatiuam parumper,& abſterſiuam virulentiæ reſudātis qualis eſt bleta, & alubeth.

Quod ſi doloris augmentatio inflammationis, & febris,quæ augmentum apoſtematis ſequuntur,diaphoreſim prohibent,approximabis, quod cum frigiditate ſtupefacit, & reſoluit cum complexione, quale eſt coriandrum,& violæ ſiccæ, vel cum proprietate,vt eſt ſolatrū, & aqua eōrum intus, & exterius, vel quod cum mollificatione reſoluit, vt eſt malua,& biſmalua,ſemen lini, & fœnug. cataplaſmata, vel prædictis calidis diaphoreticis admiſcebis, quæ infrigidando abſtergunt,vt eſt ſyrupus acetoſus, aqua ſem.citruli, melo, & cucurbitæ, aquam hor.& mucilaginem pſyllij,& mel caſiæ fiſtulæ cum aqua endiuiæ.hæc enim dolorem molliunt,& febrem remittunt. Sedatis vero inflammatione,& dolore, & cum iam peruenerit ad ſtatum,& xiiij.diem,tempus erit diaphoreticis calidis vti, quibus etiam admiſcens aliquod ex ſtypticis, & aromaticis appropriatis, quales eſt maſtix, & abſynthium, ſpica, & croceus, vt robur conſeruet in eo; quæ etiam in declinatione ſimiliter exercebis. Et ſi quidem totaliter reſoluatur, bene ſe habebit ſtomachus. Si vero non reſoluatur, ſed tranſeat in dubellati, quod eſt plurimum propter diſpoſitionem materiæ, & membri, tunc oportet, vt ad ſtatum perducas,incolumen ſtudium tuum de cura maturationem exerceas, ſecundum regulas ſex, quas ſupra de cura pleureſis numerando declarauimus,illuc ergo recurre. Tertiā rem complent debita ſex rerum non naturalium ordinatio, quæ ſupponendo regimen ſupradictum diuerſificatur ſecundum diuerſitatem intentionum, ſeu rerum intentarum, quas proſequimur, quæ ſunt iam declaratæ, & etiam accidentium,quorum correctionem intendimus,quę qualis eſſet debeat,intentio tibi declarat, & vt ſi natura prudens fueris, & mente exercitatus, ſcies hæc conuenientia,& propria inuenire.

Quartam rem complent auxilia plura, & diuerſa ſecundum quod plura, & diuerſa ſunt talia accidentia, apoſtemata calida conſequentia, vt ſunt eius eſſentialia, & propria, ſicut dolor, & inflamatio, quorum correctionem iam ſupra fecimus, nocumentum deſiderij, & digeſtionis:

digestionis: quorum correctionem (Christi misericordis auxilio) inferius subiungemus. Et accidentium, quæ ex communitate insurgunt cerebri, s. vt spasmi, alienationis, stuporis, & subeth, quorum correctionem supra de cura capitis præmisimus, vel ex communitate cordis, vt est pulsus cordis, syncopis, sudor frigidus, & frigiditas extremorum, quorum correctionem etiam ante diximus in cura cordis, ad illa ergo loca recurre. Quod si apostema frigidum fuerit, e contrario sunt intelligẽda omnia, idest, & cura, quæ ex dictis in apostemate aliorũ membrorum sunt nota, & cura bothor in stomacho, est cura apostematis, prædicta, quare oportet, vt mollificantibus vtaris, deinde abstergentibus, & resolutiuis, vel aperientibus, & vltimo stypticis in cura vlceris prænarratis. Et si frigidum fuerit, nasturtium sumptum, ac exterius emplastratum, aut resoluit sua complexione, aut maturat, & rumpit proprietate tua. Sacculi in principio apostematis calidi stomachi approximati, & præcedẽte phlebotomia de basilica. Recip. vtriusque sandali, ros. ana. drach. s. camphoræ. drach. i. infundantur in aqua ros. & succo cydoniorum; nutriantur sola aqua hordei; custodiantur à carnibus, & vino, & confectionibus, quæ cum melle fiunt, & bibant succum granatorum, & rob de fructibus frigidis. Et sedata doloris vehementia, detur casia fistula dissoluta in aqua endiuiæ bullita, & despumata.

Sacculi in prine. apostematis applicandi.

Emplastrũ eisdem.

Si autem dies ægritudinis elongati fuerint, & calor non quieuerit, sed remanserit apostema cum duritie, ex hoc emplastro epithemetur locus, cuius confectio est. ℞. violarum siccarum. drach. x. ros. rub. drac. v. spicæ indę, mastic. ana. drac. ij. cyperi, squinanthi, calami aromatici ana. drach. iij. farinæ fœnugræci. drach. xx. chamæmeli seminis maluauisci albi, fari. hordei ana. drach. x. Conspergantur omnia cum mucilagine seminis lini, deinde locus ex oleo de netidem calefacto inungatur, & emplastretur ex prædicto, per quatuor horas, antequam comedat.

Et post digestionem cum stomachus fuerit a cibo euacuatus, vngatur cum oleo prædicto de neriden. i. spica calido, & superponatur lana.

Trochisci de berberis.

Trochisci de berberis Abuhali. ℞. berberis, succi liquiritiæ, ros. seminis cucumeris, seminis melonis excorticati, contriti, & cribellati. ana. drachm. iij. mastic. spicæ odoriferæ, succi eupatorij. ana. drachm. ij. rubeæ, rhaued sceni, croci ana. drac. i. sem. cuscutæ, & semi. endiuiæ. ana drach. iij. spodij. drach. i. s. tereniabin, drach. v. Tere, & confice cum aqua tereniabin, & informa trochiscos, aure. i. potetur.

Si vero apostema stomachi, per viam influxionis sit frigidum, fiens, aut fit, per modum cõgestionis, vel factũ; quod plurimum est phlegmaticum factum, vel melancholicũ; aut enim fit ex via indigestionis cibi, qui ex indigestione in phlegma conuertitur, aut ex impotentia conuertendi proprium nutrimentum, vel ex superfluitate ipsius retenta, non expulsa, quæ est melancholia; cum stomachi substantia sit neruosa melancholicæ naturæ, vt superius habuisti. Cuius signa sunt prædicta calidi apostematis præter dolorẽ feb. sitim, & ęstuationẽ, & quæ comitantur ipsum apostema calidum. Et si sit per viã influxionis, vel congestionis superius habuisti signa, ibi quęre, & etiã locorum in quib. fuerit situatum, signa habuisti ibidem. Et cura eius est, vt post euacuationem, vel purgationem vniuersalẽ, quæ præmittenda est, si plethoria, vel cacochymia adsit, quæ est prima quatuor rerum in cura communi, & etiam speciali, vt est repletio particularis scilicet apostemati membri scilicet stomachi, & materiæ in apostemate collectæ euacuetur secundo, & hoc per extractum plurimum, qui per diaphoretica habet compleri, & resolutiua calida stypticitatem habentia, vel stypticis mixta, & maxime cum per modum influxionis fuerit fiens, vt non solũ robur virtutis in membro custodiat, vt oportet in eo per viam congestionis facto, sed etiam membrum confortat: & confortato repellat, quod influit ei, quorum caliditas debet esse temperata, quæ non trahat, sed maturando, & subtiliando materiam, & poros rarificando diaphoresi, & resolutioni debitæ prout materia, & membrum exigit: cum materia à fluxu cessauerit, apte disponat. Horum autem quædam sunt simplicia, & quædam composita, quæ inferius subiungemus. Simplicia diaphoretica fortis stypticitatis sunt quædam interius approximanda, quędam exterius applicanda; interius sunt, vt cinnamomum, casia, calamus aromaticus, spica celtica, & alia, quæ superius in cura malæ complexionis meri distinximus. Quæ vero minoris stypticitatis sunt, sunt veluti menta, absynthium, fœniculus, anethum, chamæmelum, melilotum, cappar. apium, & similia. Quæ vero exterius applicanda sunt, sunt hæc, & alia, vt succi, & olea prædictorum, & sicut cortex cypressi, & aristo. vtraque, si quidem totum resoluatur, bene se habebit stomachus, si vero non, sed transeat in scirrhum quod est, vt plurimum per materiam eius, & materiæ eius, tunc eius cura est duæ res, prima vt studeas mollificare, deinde resoluere, & vtraque simul agere.

Primam rem complent mollificantia interius, & exrius approximata; simplicia, vt adipes, butyrum, mucilagines. Et composita, vt emplastrum de mucilaginibus, oleum amygdalarum dulcium, & sisaminum, & similia simul commista.

Secundam rem cõplent diaphoretica temperata proportionata membro, & materiæ prędicta. Vtrumque simul complent emplastrum de meliloto, diachylon, & cerotum hyssopi, & alia simplicia, quorum copiam superius in cura pleuresis scire te fecimus. Illic ergo perquire, quę propria, & proportionata sunt illi in vsum deduc, cum diligentia opportuna. Et si Deum timebis omnia experta tibi succedent ad votum. Si quoque transeat in dubellati, cura eius est, quam diximus in pleuresi, & peripneumonia, illuc ergo recurre.

Emplastrũ pro apostemate stomachi.

Emplastrum Rasis ad apostema stomachi, & hepatis durum, dum non fuerit antiquatum. ℞. seminis lini, anethi ficci, violarum siccarum, althææ, chamæmeli, siccarum, maluæ ana. drach. v. spicæ, cyperi, squinanthi, calami aromatici, ana. drac. vi. croci drach. iij. olei chamæmeli. drach. xv. aggregentur cum eo.

Aliud emplastrum ad idem.

Confectio emplastri eiusdem fortiter resoluentis apostema durum stomachi, & hepatis, et administratur, vbi non est caliditas, & apostema est antiquum. ℞. fœnugręci, seminis lini, sem. caulis, carpobalsami, ana. drac. v. cordumeni, ireos, amygdalatum amararũ, costi, myrrhæ, spicæ, cyperi ana. drach. v. bdellij subalbidi. drach. vij. styracis liquidæ. drach. iij. mastic. drac. ij. liquiritiæ. drach. iij. ammoniaci, ceræ citrinę, adipis anatis, ana. drach. iij. olei chamæmelini. drach. xx. gummi dissoluantur in pondere vini. drach. xxi. deinde aggregentur omnia, & fiat emplastrum cum eo, vel vnguentum diachylon. Abuhali.

Trochisci de spica.

Confectio trochis. de spica ad apostema durum in stomacho iuuatiua valde. Recip. florum squinanthi, tapsiæ, ligni aloes, cinnamomi, rhabarbar. ana drachm. iij. croci, myrrhæ, apij, anisi, piperis, costi ana. drach. i. seminis calami, spicæ nardi ana. drachm. iij. bdellij subalbidi. drach. ij. mastiches, styracis liquidæ, ana. drachm. i. ammoniaci. drach. s. trochisci informentur in pondere ana. drach. i. de quibus detur vnus cum syrupo acetoso, & proprie quando antiquatum est.

Solutiuũ stomachũ mundificans.

Confectio solutiui mundificatis stomachum, & expellentis superfluitates humiditatum remanentium in eo ex fructibus humidis, & cibis grossis valde. ℞. turbith albi, & mundi. drach. xx. zucchari albi. drach. v. garyoph. zinziberis, florum chamæmeli ana. drach. ij. pulueriz entur, & dentur in modum trazeæ, cochlear vnum magnum, vel paruum, prout naturæ conuenit, & necessitas exigit. Et est proprium in debilitate stomachi: de qua immediate dicetur. Si autem non, confortetur turbith, educet supfluitates grossas, & subtiles, simul; nec trahet ab alijs partibus corporis ad ipsum; & est melius post quod detur zingib. non conditũ; & quoniam exugat consumit illas, præ alijs melius est, & est proprium.

De correctione accidentium sequentium ægritudines dictas, & primo de debilitate stomachi. Cap. 15.

DIximus supra in primo libro, cũ posuimus curam ægritudinum, quæ post purgationem solutiui eradicant, quia debilitas stomachi nomẽ est commune, sed quandoque cadit in toto corpore eius, & sequitur ipsius debilitas omnium eius virtutum innatæ scilicet, & influentis, & quandoq; in superiori parte eius; & sequitur ipsam debilitas apperitus, & quandoque cadit in inferiori parte, & sequitur ipsam debilitas digestiuę, & quandoque cadit in fundo ipsius, & villis retentionis ipsius, & sequitur illam debilitas retentiuæ. Verum tamen est, quia simpliciter, & indefinite sumpta sua significatione comprehendit defectionem omnium virtutum, quarum est instrumentum. Sed secundum communem acceptionem, eius significatio supra defectionem digestiuæ proprie cadit. Est enim eius operatio principalis, ad quam ordinatur principaliter à natura virtutibus ministrantibus, alijs deseruientibus illi.

Ait enim Gal. nomen simpliciter prolatum, si eius significatio sit, in bonum, debet intelligi in meliori suo esse; & à contrario sensu in deteriori suo, si enim eius significatio protendatur in malum, & proprie in his, quibus natura compugnat morbo totaliter, vt ipsum expellat, vt in crisibus, & similibus; vbi vero non totaliter, sed potius in se confortatur, vel debilitatur; non est confortari mente; et bene se habere ad oblationes. Vnde Gal. ait bonum, vel malum non certum signum dant, ad salutem, vel mortem; vt in cura læuitatis supra dictum est. Et proinde quemadmodum fortitudo virtutis corporis, seu membri simpliciter dicta, virtutum omnium denotat complementum; similiter & debilitas simpliciter prolata ipsarum virtutum, vniuersaliter omniũ includit defectionem, secundum quam equidem hic sumimus, cum nocumentum virtutum eius singularium infra (annuente Dei filio) singularia capitula subiungemus. Signa autem ipsius debilitatis existentis in ipso absque, eo, quod sit ex parte cibi, & potus, & aliarum rerum nostrũ corpus ingredientium, nec non etiam ex parte regiminis aliarum rerum extrinsecarum accidentium, ex quibus frequenter accidere consueuit; sunt omnes ægritudines euenientes ei prædictæ, ex quibus potissima est complexionis æqualis, vel diuersæ malitia in se principaliter eueniens; aut ex vicinitate aliorum membrorum propinquorum, seu remotorum, prout supra in mala complexione stomachi dictum est, cum sit in toto corpore eius extensibilis maxime; & secundum Gal. in essentia virtutum efficiat nocumentum, cum enim virtutes operantur in eo per qualitatiuam crasim, quę est ex quatuor qualitatibus sub alteratione facta ipsarum per dyscrasiam accidentẽ, non poterunt ipsas qualitates eligere debitas, & vt quod vnicuique proprium est, agant conuenienter. Talis autem malitia cõplexionis diuersæ est omnis generis simplex, & composita pura, vel impura, & maxime frigida, & ficca, quæ cum sit dyscrasiarum pessima, & vitæ contraria, ex ea virtutes deficiunt omnes, vel humida, quæ villorum eius texturam rarificat, & relaxat, & maxime si eius materia sit imbibita; sicut aqua in charta madefacta; ex quo necessarium est virtutes eius valde debilitari omnes, & maxime retentiuã sicut frigida digestiuã, & attractiuam; sicca vero expulsiuã cum enim omnium operatio fit per villos, vt organa eius; eis debilitatis, necesse est ipsas debilitari maxime; virtutes enim naturales nõ deficiunt, nisi defectione organi.

Frigida, & ficca est dyscrasiarum pessima.

Signa eius sunt duplicia, quædam sunt immediata, & quædam mediata, & consecutiua, consecutiua prima sunt signa defectionum virtutum, eius quæ ex defectu operationum colligimus.

Inquit enim Abuhali virtutum, & operationum adinuicem aliæ ex alijs cognoscuntur; & primo appetitiuę, & attractiuæ, puta, quia stomachus non appetit, vel diminute appetit, nec trahit, nisi cum pœna, aut est attractio varia quasi tremula, & sicut spasmosa. Item in retentiua, pura quia, non contrahitur supra cibum omnine, nec comprehendit ipsum, aut debiliter, & mala comprehensione retinet, quia tremula, & cum tremore. verum quandoq; non percipitur illud, sed sentitur labor stomachi cum desiderio deponendi cibum à seipso. Et ad illud sunt vocantes; rugitus, tensio, & inflatio.

Et signum debilitatis digestiuæ, est tardatio cibi in eo, & multiplicatio inflammationis, & ventositatis rugitus, & eructationis, inflatio palpebrarum, & multiplicatio phlegmatis, & plurimum si perdurat, perducet ad cachexiam, & hydropem carnosam. Signa vero debilitatis expulsiuæ sunt, quia tarde descendit de stomacho cibus, & grauitas superioris ventris perdurat diu. & tarditas exitus fœcum, & cum ægreditur exit cum dolore, tortione, & tenasmone.

Inquit Hip. Eorum, quæ nutriunt velociter, & copiose veloces secessus fiunt, & e conuerso; quæ tarde, tarde exeunt, quæ omnia infra in specialibus capitulis (Christo suggerente) distincte ponemus. Secunda sunt ex facili passione assumpta. facile enim ex qualibet re nocumentum in suis actionibus manifestum fit, & augetur. Et si multa sit defectio, à similibus, & contrarijs patietur. Sed signa prædictarum ægritudinum, quæ causæ sunt ipsius, sunt signa ipsarum prædicta superius; quæ debent esse recondita menti tuæ. 2. aphor. 18.

Curam eius properare oportet, cum sit ipsa omnium ægritudinum corporis causa; ipse quoque stomachus sit membrum, cuius debilitate, totum corpus debilitatur. Et breuiter, sicut supra de consolatione medicinarum diximus, est tres res. Prima est remotio ægritudinum prædictarum, quæ causa sunt eius, quam superius habuisti. Secunda est confortatio eius, quam complent cibi, & potus, & medicinæ stypticæ, & contrariæ dyscrasiæ ipsum ad cõmoderationẽ adducente, quæ secundum naturã simplices, & compositæ interius approximatæ; & exterius secundũ omnem modum, quas omnes superius habuisti, quæ diligenti tuo iudicio, prout dispositio exigit, discernentur (suadente gratia Saluatoris.) Tertia est regimen, quod consistit, primo in prohibitione rerũ, ex quarum vsu nocetur stomachus, secundo in approximatione iuuantium, sicut enim in moralibus, vel spiritualibus primo extirpanda sunt vitia, deinde inserendæ virtutes, ita in naturalibus, & corporalibus, primo prohibenda sunt nocentia, deinde ministranda vtilia.

Inquit Gal. & animæ igitur, quæ sunt immundæ, cum tu erudies eas per sermonẽ, qui erudit animas, cum hoc quòd non iuuatur per illud aliquo iuuamento, lædunt̃ per vsum maiori nocumento. Hipp. quoque sequens Platonem in hoc illud testatur in naturalibus. d. Non pura corpora quantuncunque nutries tanto magis lædes. 2. aphor. 16.

Aduertendum tamen illud verum esse, vbi causa debilitatis est multa eo, quòd ipsa confortationem fieri impedit, sed vbi pauca sit, potest præcedere confortatio, vel simul fieri, eo quòd causa confortationis potest esse causa ablationis causæ debilitatis, sed de hoc supra in cura cordis est dictum, Res autem in quarum vsu nocetur stomachus, sunt, verbi gratia aer malus. In cuius substantia sunt vapores mali admisti humidi, ex aquis stantibus stagnorum, lacuum, gurgitum, & paludum resultantes, & malę qualitatis. Ex herbis, & fructibus venenosis, vt est colocynthis, laureola, anabula, oleandrum, & similia. Et ex terris, in quibus serpentes, & reptilia venenosa inhabitant. Et ex ipsis sunt ædificia noua, & multum antiqua, & etiam aeres corrupti, vt sunt pestilentiales, & aer intolerabilis, qualitatis calidæ, vel frigidæ proprie, & valde variabilis in ea: omnis enim talis aer lędẽdo corpus vniuersum, impedit stomachi digestionem, & ex cõsequẽti vniuersas eius actiones perturbat. Nimia quoque quies, quoniam ipsum mollit, & frigidar, exercitium diminutum, & superfluum resoluit, & proprie post cibum. Cibus quoque malæ substantię; quia grossę, viscosę, heterogeneę, durus, non bene masticatus. Nutriẽs enim masticatione aliquam recipit digestionem,

geſtionem, vel corruptibiles, vt ſunt piſces magni, malathia, enthoma, & male caſtrata, et oſtraca dirimia, carnes bubalinæ, equinæ, ſalitæ, vetuſtæ, & nouiter natæ, panis opirus, cucumeres, perſica, pyra, poma immatura, lac, res brodiales, & etiam vnctuoſæ, vt ſunt olea, medullę, pinguedines, & ſimilia. Et ſemina vnctuoſa, vt ſiſamus, & ſimilia, & cibus ſuperfluæ quantitatis præſtantis ſatietatem nauſeatiuam, & grauedinem. Inquit. n. Abuha. nihil eſt deterius nauſea, & diſcretæ quantitatis, quia nõ ſit ex diuerſis. Vnde Abuhali nihil eſt deterius, q̃ diuerſa cibaria ſimul cõdere, & longũ tempus in menſa prolongare. Malę qualitatis, & diuerſę quia frigidę, vt ſunt fructus valde frigidi, ſicut de genere aranciorum, & barhecha, cucurbita, lactuca, & papauer, & acuta, vt ſunt eruca, naſturciũ, ſinapis, & ſimilia, & diuerſæ qualitatis, vt ſunt caules, lentes, & ſimilia, & ſubleuantis cibũ ad os ſtomachi, vt raphan. Et abominabilis, & fœtidus, & venenoſus, vt fungi, et extremitates caudæ cerui. Et ex fructibus, vt grana pini, non abluta, & ſimilia. Et ex herbis, vt olera mollia: vt malua, & ſimilia, attriplices, & bleta, niſi cũ almuri, & aceto, & oleo, & porro ſint cõdita. Et ex ſeminibus, vt fœnũgræcum, ſemẽ canabis, iuniperi, & agni caſti, & ſimilia. Et ex radicibus, vt raphanus, napi, non in decoctione diſſoluti, & ſimilia. Intemporanee aſſumptus; vt puta cum non fuerit præaſſumptus ia digeſtus nec cum fames aderit, & cum aderit ſuſtinuerit. Vnde Abuhali nihil eſt deterius, quam nutriens ſupra nutriens, quod nondum digeſtum eſt mittere. Et ſubdit ſubſtinere famẽ, ſtomachum putridis replet humoribus. Et tunc non permiſſo, quòd illos putridos deponat etiam comedere. Item inordinatus; vt ſubtilis, facilis digeſtionis poſtponatur groſſo. Et præter modum, vt ſubito multum repleat, quoad virtutẽ. Inquit Hip. vbicunq; cibus præter naturam intrat, illic ægritudinẽ facit: manifeſtat vero ſanatio. Et potus nociuus, eſt potus vini groſſi, & turbidi, dulcis, & diuerſi, & nimis antiqui, & malæ qualitatis venenoſæ, quia ſit illud in quo ceciderit, & mortuũ fuerit aliquod ex reptilibus venenoſis, vt ſcorpio, qui ſui natura petit illud: & ſuperfluæ quantitatis, vt fluctuantis, intemporanee ſumptus, vt ieiuno ſtomacho, & poſt cibum, ſiente digeſtione (niſi ſit aſſuetus.) Inquit enim Abuhali ſuper cibum tamen duas phialas, aut tres bibere non nocet ei, qui conſueuit, & aquæ prædictæ groſſæ, & valde frigidæ, & tepidæ. Et vigiliæ ſuperfluæ, quæ prohibent ipſum à digeſtione, & ſuperfluus ſomnus, & infuerus qui eſt ſecundum Hipp. ſtomachum mollit, & laſſum reddit, vel diminutus intemporaneus malo modo, & figura factus. Inanitio cum forti medicina violenta, & malitioſa, vt ſupra diximus. Et vomitus frequens difficilis, & violentus, qui ſtomachum facit lacunam ſuperfluitatum, ipſum debilitando, & ſuperfluitates corporis ad ipſum currere prouocando. Repletio ſuperflua cibi, & potus, & humorũ, quę ſuperius dicta ſunt, nec nõ, & ſuperfluitatum fęcalium, & ventoſitatis in inteſtinis, & ipſius retentio. Nam regurgitando per ſui naturã ſuperius circulariter reddit, & aſcẽdit ad ſtomachũ, & caput ipſum debilitat, & perturbat. Et dimiſſio conſuetæ euacuationis. Omnia animæ accidentia naturã extenuantia ab ea, quæ fm naturam eſt exiſtentia, vt triſtitia, iracundia, timor, & gaudium immoderatum. Coitus quoq; plurimus, & ꝑprie poſt cibũ. & balneum ſuperfluum, et reſolutiuũ. Omnia prædicta ſunt, in quorũ vſu nocetur ſtomachus ſani corporis, & multo magis laſſi, & debilitatus, & cõtrarijs iuuatur, & confortatur, quę per te eligere potes, ſi prudẽs natuta, mẽte exercitat⁹ fueris, Vt oportet in ſciendo naturam ſtomachi, & propriorum, & memoriis eorum, quæ natura ipſius exigit, quæ in cura ægritudinum eius, & malitia complexionis; ſecũdum modum vniuerſalem tibi nota fecimus, & capitulo de cura ægritudinis inſtrumẽtalis, in quantitate. Medicamẽ expertũ Archidiaconi confortans ſtõm debilem. ℞. miuæ aromaticæ drach. i. theriacæ bonę drach i. miſceantur, & dentur cum vino aromatico decoctionis mentę, ſic cõfortat etiã totum corpus. Pilulæ Abbatis. ℞. lada. maſtic. ana. drach. iij. Informentur pilulæ, & dentur. iij. mane, & ſero quotidie ante cibum, ſunt expertæ. Pilulæ ad idem confortant ſtomachum, & omnia viſcera debilia, & mollificata. ℞. maſtic. aloes. drach. i. mentæ ſic. ſcrup. ij. macis, galãgæ, garyoph. cinnamo. ligni aloes, ana drac. ſ. aſſæ odoriferæ, corticum thuris, ana drach. ſ. ſquinant. ſcrup. i. ſpicæ. ſcrup. ſ. ſi eſt nauſea, adde ameos, & cardamo. & corticum citri. ana. drach. i. puluerizentur, & conficiantur, cum miua aromatica, & dentur mane, & ſero tres ante cibũ. Pilulę Andromachi ſapientis, & ſumũtur omni hora, mundificant ſtomachum, & confortãt. ℞. aloes, turbith, myrob. citrinorum. an. drach. iij. roſ. maſtiches, ſalis indi, croci, aniſi. ana. drach. i. Confice pilulas cum oxyellite, doſis eſt v. vel. vij.

Vomitus frequẽtis nomenta.

Medicamẽ expertũ. & ſtomachi cõfortatiuum. Pilula ſtomachi confortatiua.

Pilula alia ad idem.

De debilitate ſtomachi cum ſiti. Cap. 14.

Trochiſci de roſis.

CVm ſtomachi debilitas cũ ſiti, & tarda deſcenſione cibi de ſtomacho fuerit, & acido ructu, fuerintque prædicta parua, neq; vetuſta, ſtomachus cum trochiſcis de roſis eſt curandus, qui. ℞. puluer. roſarum rube. drach. iij. xyloaloes, ſpicæ, maſtiches, caſiæ ligneæ, ſquinanthi, cinnamomi, abſynthij. ana. drach. i. aſpergantur cum vino veteri, & informentur trochiſ. aur. i. & ſ. & detur in mane i. cum. drach. i. potionis de ſeminib. quotidie, quæ eſt. Rec. cymini, ameos, ana. drach. i. & bulliãt in mina vna aquæ, donec aqua ſit rubea, de qua ſumantur cum eo. nutriantur vero cum his, quæ ſunt facilis digeſtionis, & paucarum ſuperfluitatum, quæ cum redolentibus ſpeciebus, & ſeminibus ſint condita, & potentur vino veteri. Si autem prædicta accidentia vetuſta fuerint, ſumatur diacymini, & diaolibani, aur. i. cum vino veteri puro, vel diacyminum ſolum detur, ſi venter ſtrictus fuerit, ſi autem ſolutus, detur diaolibanum, horum autem confectiones ſunt notæ. ſi autẽ hæc non ſufficerint, ſquãma ferri cum vino danda erit. Cuius confectio eſt. ℞. Seminis aniſi, fœnic. apij, cymini, ameos, amudem, origani, cheſim, carui, ſeminis coriandri, piperis longi, melanopiperis, cinnamomi, thuris, ſpicę, gary. nucis muſc. cyperi, zingi. ana. aur. v. ſcoriæ ferri, aure. x. his omnibus ſextuplum vini addatur, & coquantur donec ad medietatem redeant, & coletur; deinde æger quotidie de hoc drach. xxx. ſumat, & nutricationes alleuiet, & abſtineat à fructibus, & herbis, & cibis, & potibus frigidis, & aqua ſpãliter frigida, licet eam appetat valde. Emplaſtrum Ibernici confortans ſtomachũ, & eſt temperatum ſanum, & expertum. ℞. foliorum roſ. ſandalorum rubeorum, & alborum, pulpæ ſumach, an. drac. ij. ſpicæ, ſquinanthi, ſtyracis, calamitæ, ana drach. iij. abſynthij. loti in aqua roſa. mentæ ſiccæ, ana. vnc. ſ. ladani, cymini, torrefacti. ana. drac. ij. olei roſ. & ceræ quod ſufficit, maſtiches, vnc. ſ. Emplaſtrum aliud, quod ſtomachum reddit robuſtum, & calefacit. ℞. ſtyracis, ſpicæ, ſquinãthi, abſynthij calami aromatici, maſtiches ana. drach. ij. Et his cum vino veteri, & ſucco cytoniorũ aſperſis fiat emplaſtrum, & ſuperponatur ſtomacho. Item emplaſtrũ noſtrũ ſupra in antidotario noſtro poſitum calefaciens, & confortãs. Et ſtomachicon Galeni in delicatis, vel pannus ſuffumigatus cum ligno aloes madefacto in vino odorif. ſuppoſitus calefactus ſufficienter, & diu retentus prodeſt.

Emplaſtrũ ſtomachi confortatiuum.

Aliud emplaſtrum ad idem.

Potio de ſeminibus.

Pilulæ magiſtri Ioannis Caſamizulę contra ſtomachi debilitatem, & purgant. ℞. roſ. maſtic. rhabarbari, an. dr. v. aloes. optimi ad pondus omnium, ſalis gemmæ, pulpæ myrabolanorum chebulorum, & cytoniorum, ana. ſcrupul. i. conficiantur cum ſucco mentæ, & informentur pilulæ, de quibus ſumantur v. vel vij. ante cibum, & poſt cibum. Pilulæ Pauli facientes ad defectionem ſtomachi, & debilitatem appetitiuæ virtutis, & vomitũ, & defectionẽ virtutis digeſtiuæ, quæ eſt ex fortitudine ſenſus ſtomachi, quam patiunt aliqui poſt pharmaciã, vel ebrietatẽ, vel ingluuiẽ. ℞. roſa. maſtiches, gallæ, ana. drach. i. ſ. ligni aloes, charabe, ſeminis berberis, ſumach, ana. drach. ij. garyoph. maſtiches, cubeb. cardamomi, ana. drach. v. ſ. ligni aloes. charabe, ſem. acide,

Pilulæ ſtomachi cõfortatiuæ, & purgatiuæ.

Pilula Pauli facientes ad ſtomachi defectiones.

corallo, incensi, boli armeni, ana. drach. i. spicæ; cinnamomi, alochin, asari, ana. drac. i. fac puluerem,& frica cũ oleo rosato: deinde adde zucchari. drac. xx. da bibere. drac. iij. cum aqua fructuũ, vel cum syrupo rosato si vis eos cõtemperare. Oleũ mastichinũ valet ad stomachi debilitatem. Electarium de cinnamomo secundum Abuhali, & de xyloaloe ad frigidã. Et ad calidã syrupus de agresta Abuhali ait. Corallus rubeus, suspensus ad collum, ita quod tangat stomachum confortat ipsum, & præseruat à dolore eius, de quo sequitur dicere.

Nota de corallo.

De medicinis doloris stomachi, &c. Cap. 16.

SEquitur de dolore stomachi. Circa quem sciendũ est, quòd dolor stomachi in speciebus, causis, & signis, intentionibus curatiuis conuenit cum sola, & dolore aliorum membrorum, quantũ ad generalia; differt vero quantum ad specialia, quæ variantur in membri natura scilicet stomachi, in quo est dolor. Vnde aduertendum quod dolor stomachi est sensus nociuus accidens ei, & distinguitur plurimum ratione suæ essentiæ, & ratione loci. ratione suæ essentiæ, quia est acutus, extensiuus, vel grauatiuus: ratione loci, quia aut est in toto, aut in parte, vt in orificio eius, vel in fundo. Et post causas communes, & generales enumeratas supra. Causa specialis in eo est multiplex secundum multiformem ipsius euentum. Ex hominibus namq; sunt, quibus aduenit dolor ante comestionem, & cum comedũt, sedatur. Et ex eis sunt, quibus accidit dolor post comestionem, & post compressionẽ cibi, quod est post quartã horam, & siente digestione cessat. Et ex his sunt quibus perdurat, et non sedatur, nisi euomant quoddam quod est sicut acetum; quod proiectũ in terra ebullit. Et ex eis sunt, in quibus non sedatur dolor, nisi cũ descensione cibi ab eo; & egestio apparet cholerica. Ex eis vero sunt, in quibus perducat longo tempore, nec sedatur aliquo prædictorũ modorum. Et ex omnibus est cui accidit dolor facta digestione, vel circa finem eius, & vomitu liberatur. Et ex eis est cui accidit dolor propter multitudinem comestionis eius in fame mendosa, & canino appetitu. Et ex eis sunt quibus accidit propter iterationem comestionis, & inordicationem ipsius. Et ex eis sunt quibus accidit à re calida adustiua. Et ex eis sunt quibus accidit dolor propter potum aquæ frigidæ. Et ex eis est cui accidit dolor extensiuus, percussiuus, vel grauatiuus, Et ex eis sunt quibus accidit dolor extensiuus, pungitiuus, vel grauatiuus continuus. Et quandoque est periodicus. Et ex eis sunt in quibus permutatur, & ad cerebrum ascendit, & ad cor, & ad neruos. Et ex eis sunt in quibus permutatur ad intestina. Et causa cuiuslibet est, aut in se, aut ex communitate, aut vtraque.

Causa.

Primi autem causa, & in se est, si fit ex cibo, vel alijs superuenientibus debilitas eius, & caloris ipsius multiplicantis ventositatem aliquam; quæ est cã doloris. Ex cõitate causæ, est multa effusio melancholiæ, de splene ad stomachum ad excitandum appetitum cum superfluit, aut concursus superfluitatum ad ipsum apud tolerãtiam famis. Inquit enim Abuhali. Tolerare famem putridis stomachum replet humoribus. Causa autem secundi est effusio cholerę de hepate ad stomachum, iuuandæ digestionis gratia: quę ambę non lædunt in principio, quoniam ambæ cadunt in profundum; cumq; cibus sumptus permiscet eas, mouentur cum cibo, & faciunt dolorem; & quod currit, & ascendit ad eos stomachi, educitur vomitu; & quod ad fundum descendit, educitur egestione, & quiescit dolor. Tertij vero causa est imbibitio prædicti humoris, vel collectio apostemosa in ipso; quare nec supernatat, vt vomitum faciat, nec descendit, vt cum secessu egrediatur. Quarti causa, est effusio catarrhosæ materiæ ad ipsum de cerebro, in quo multiplicata, extitit hora digestionis, & factæ in somno maxime, nec ex tunc descendit, & infert dolorem, & cũ vomitu educitur, cessat. Quinti causa, est repletio extensiua ipsius, quo ad vasa. Sexti causa est disturbatio digestionis, quæ ventositatem multiplicat. Septimi causa est diuersitas, rei assumptæ. Octaui causa, est frigiditas aquæ, quæ indigestibilis, & naturæ contraria est. Noni causa, est ventositas in eo. Decimi causa, est phlegma multiplicatũ in stomacho. Vndecimi causa, est materia prædicta in stomacho generata, & facta mansiua. Et si est periodicus causa est dispositio particularum mittentium aliquarum, & ipsius recipientis & generantis. Inquit enim Gal. quæcunq; in periodis exacerbantur febres, particularum innascuntur dispositionibus mittentium, recipientium, atrahentium, & generantium. Vltimi vero causa est motus humoris naturalis, vel symptomaticus. Signa autẽ doloris, sunt sensus corruptus, quia nociuæ rei præsentis perceptio, quæ si fortiter imprimat, & dolor nõ sentiat, mẽs ęgrotat, vt voluit Hip. cũ ait. Quicunq; dolentes aliqd corporis plurimũ doloris nõ sentiunt, his mens ægrotat. Et signa spẽrum eius, sunt nota ex earũ proprietate vocabulorũ. Et signa causarũ specialium, & ptincipaliter primæ, sũt signa debilitatis superius dictæ. Signa vero secundæ, sunt exeũtia prædicta post dolorẽ, ad quæ sequit quies ipsius. Signa igitur tertiæ, sunt singultus, vel apostematis signa. Quartæ signũ, est descensus catarrhi, cũ dictorum priuatione exeuntium, ac signorũ apostematis dicti. Quintæ, signum est manifestũ. Sextæ causæ, signũ est manifestum, & tumor circa stõm cũ grauedine. Et etiã signa septimæ causæ sunt manifesta. Et similiter octauæ. Et nonæ causæ signũ, est repletio extensiua cũ impetu supueniens, ac si ictu pcutiatur. Deinde est sensus grauitatis.

2. apho. 6.

Vndecimæ vero causæ signum, est dolor continuus cum malitia complexionis stomachi, & dispositionis ipsius, ab eo, quod inueniatur in alijs membris. Et causæ vltimæ signum, est dispositio particularum prædictarum apparens. Signa permutationis eius sunt. Nam si p mutatur ad cor, & est cum materia, & est calida, & effumans, accidit debilitas pulsus, tremor cordis, syncopis, & sudor frigidus, & extremitatũ frigiditas, & dyspnæa seu spiritus offensio non continua; quæ sunt mali signa, & quandoque mortis. Et signa permutationis ad cerebrum, & neruos, est paralysis; & antecessit eam congelatio, stupor, scotomia, & vertigo. Et signa permutationis eius ad intestina, & cum materia, est frigiditas grossa, & ventosa, sunt ileon, & colica, & dolor arthreticus ex permutatione ad iuncturas.

CVRA. In cura doloris stomachi, duplex est intentio, generalis. s. & specialis. Generalis, est quæ causas imprimentes ipsum generales, quæ sunt tres. s. mala cõplexio diuersa, solutio continui, & vtrumq; complectens. s. vt apostema considerat remouendas, & est eadem ei, quam supra in cura sodæ diximus. Specialis est, quæ speciales causas hic enumeratas, & alias consimiles est abscindens. prout membri natura. s. stomachi innuit, quæ auxilia elegit sibi conuenientia, & sunt propria.

Præsupposita ergo generali, vt ex præmissis ibidem, & in hac particula nota; specialem prosequamur attente, sine dilatione, est enim talis dolor fortis, etiam si ex leui sit causa. Imprimit enim in stomachum, quod mẽbrum cæteris membris sensibilius est, secundũ Gal. & sic magis est perceptiu⁹ ipsius, & proinde maioris nocumenti impressio eius, ac nocumẽtum ad principalia, & vniuersum corpus extendit, quibus alligatur, vnde accidentia insurgũt plurima, & verenda. Sic equidẽ raro est adeo paruus, quin fortis sit. Et raro fortis, quin resoluẽdo spiritus virtutem prosternat. Ob quod frequenter mortis est prouocatiuus, cum superexcedat modũ, quo casu mitigare oportet eum primo; deinde causam eius imprimentẽ quæcũq; sit auferre. Si vero sit suauis naturę tolerabilis, tantũ cãm eius oportet abscindere. Auferẽdo enim eam simul, & dolorem auferimus. Ait enim Gal. mitigatiua doloris super excessum, vt infra de cura dicemus arthreticę, sunt duplicia, quædam respiciunt, & pertractãt causã imprimentẽ, & percipientẽ simul, & quædam solũ causam percipientẽ, non imprimentẽ nisi calida fuerit, & subtilis. Prima sunt duplicia frigida apocru-

apocruſtica, qualia ſunt roſæ, myrta, rubus, folia vitis, ſalicis, cytonia, ſumach, ſpodium, ſandali, & ſimilia. Et alia ſunt calida temperata primum gradum non excedentia, ſtomacho conuenientia communia, & propria, qualia ſunt chamæmilla, melilotũ, anarhetum, aniſum, apium, ſemen caulis napi, amomum, abſynthium, ſquinanthum, amygdalæ, fœnugræcum, ſemen lini, radix althææ, malua, hyſſopus humida, & cerotum eius, & ſimilia in primo gradu calida, & proprie quando cum eo fuerit conſolidandi potentia, ſicut gummi prunorum, & ceraſorum, terebinthina, amylum, crocus, & ladanum, hæc & ipſorum olea, fœces, & aquæ exterius applicatæ ſecundum omnem modum, ſcilicet embrochationis, infuſionis, epithematis cum ſpongijs, filtro, panis, lana, ſtuppa, in veſica vitrea, balneo, in ſaccellis inclusis, cataplaſmata, emplaſtrata, & cerotis inuncta. Et quædã ex eis interius ſumpta, & compoſita per modum apozematis. Et ex eis eſt ſomnus, qui retrahendo ſenſum & calorem materiam digerit. Prouocantium autem ſomnum quædam ſunt frigida, & ſtupefactiua, quæ infra ſpecificantur, quædam calida, vt anethum, & oleum eius, vinea, myrrha, crocus, flos amygdalarum, & ſimilia. Et inebriantia, vt vinum purum, & fumoſum non antiquum: quoniam ſecundum Gal. vigilias gignit. Et gallia, & crocus in vino, xizania, amomum, armel, & marmacur. attalis permiſta cum vino inebriat magnifice. Et agrimonia ſub capite poſita à proprietate facit dormire. Prouocetur ergo ſomnus ſi frigida fuerit cauſa doloris cum calidis prædictis, & proprie ſi per interius approximanda prouocare intendas. Si vero fuerit calida cum frigidis. Si veto per approximanda exterius cum quolibet poteris prouocare, & cum eo quod a proprietate habet prouocare intus, & extra. Secunda vero ſunt narcotica ſtupefacientia, quorum multæ ſunt ſpecies in fortitudine, & debilitate ſtupefactionis differentes: eorũ enim fortius eſt opium. Vnde Abuha. ex opio cum caſtoreo iuuatur, quandoque ſtomachus lapſus ex dolore. deinde poma mandragoræ, ſemen eius, & cortex radicis eius. Deinde papauer, & hyoſcyamus; deinde ſolatrum, deinde coriandrum, & mucilago pylij, deinde nix, & vltimo aqua frigida.

Stomachi dolorem mitigatio.

Somnum prouocantia.

Inquit enim Hipp. dolores, & tumores, & podagra, ſi in rubeum fuerint tendentes, aquæ frigidæ infuſio refrigerat, & attenuat, ſtupor enim mediocris, quem inducit, ſoluit dolorem. Alia vero ſunt ex his compoſita, vt theriaca, phylonium, tryphera magna, athanaſia. Et alia antidota magna, Quæ omnia ſecundum ordines approximabis, & prout ſuperius in libro conſolationis diximus: quæ cum te habente virtutem, & proprietatem cõfortandi, & defendendi ſtomachum, miniſtrabis, vt eſt menta, maſtiche, ſpica, & caſtoreũ. Et ex eis eſt dolor inductus in aliquo extremorum vehementior, qui denigrat ipſum, ſicut Hip. dixit in aphor. ex eo ꝙ trahendo virtutem ſenſibilem ad remota, ſenſum minuit in ſtomacho. Et ex eis ſunt cibi, & potus groſſum generantes ſanguinẽ, vt lentes, frumentum coctum, carnes bouinę, extrema, & viſcera animaliũ, & piſces magni, & vinum magnum, nigrum, ſpiſſum, & ponticũ, qui ſenſum operãtur obtuſum, & acutũ inſpiſſant, & obtundunt humorẽ. Quę vero cauſam ſpecialem abſcindunt imprimentem, ſunt diuerſa, ſecundum diuerſitatem ipſius ſuperius numerata. Aut ergo cauſa eſt debilitas ſtomachi, & caloris digerentis ipſius, & huius cura eſt duæ res. ſ. confortare, & reſoluere ventoſitatem, & tradidimus hæc ſupra, quæ ſunt illa complentia, & per quẽ modum, Et ſi quidẽ ſit per cõitatis viam, & ex effluxione materiæ melancholicæ de ſplene ad ipſum, cura eſt quattuor res. prima eſt ſplenis euacuatio. ſecũda eſt materię melãcholicę ad contrariũ tractio, vel ad aliud deriuatio. tertia eſt ipſi⁹ cõfortatio, & ductuũ ipſius apertio, vt ad exterius expellat, & nõ ad ſtomachũ. quarta eſt ſtomachi cõfortatio, & viarũ conſtrictio, vt ipſam repellat fluẽtẽ, & nõ recipiat.

Primã rem cõplent euacuantia ipſum proprie, vt eſt epithymũ, polypodiũ, lapis lazuli, armeni, myrobalani, indi, emblici, bellirici, & ſimilia. Et ſi fuerit cum peccato ſanguinis, phleborotoma de baſilica ſiniſtra, vel de ſeylem ſiniſtræ manus, vel hæmorrhoidũ apertio. Inquit enim Gal. in maximo enim dolore, & in acutiſſimo apoſtemate nulla melior mediciua hac eſſe poteſt.

Secundam rem complent ventoſarum proiectio in hypochondrio ſiniſtro, vel in alio loco ſtomachi oppoſito, & ſpleni, vt in renibus, vel inguinibus.

Tertiam rem cõplent, capparus, ſcolopendria, tamariſcus, intus, & extra, & per omnẽ modũ approximata.

Quartam rem cõplent calida ſtyptica ſtomacho approximata intus, & extra, intus, vt myrobalani cõditi, cytonia condita, xyloaloe, cinnamomum, ſpica, macis, & aliæ ſpecies appropriatę, & cibus præparatus cũ eis, & aceto, & potus vini puri, in quo decocta ſit pæonia, miniſtratus. Extra, vt ſpongia madefacta in aceto calido, cum ſpica, menta, & maſtiche. Si autem ex tractu ſuperfluitatum ad ſtomachum tempore famis, cura eſt altero duorum modorum, ſicut docuit Abuha. quia, aut cum euacuatione ante cibum per vomitum, aut cum aſſumptione alicuius lubrificatiui ante cibum, quod ipſum deponat de ſtomacho, & eſt notum.

Secundi cura, eſt ſimpliciter quattuor res. Prima eſt mittentis hepatis euacuatio, quã complẽt abſynthij ſuccus, & vinum eius, rhabarba. caſſia fiſ. tamarindi, manna, & myrobo. citrini. Secunda eſt materiæ deriuatio, quam ventoſatio in dextro hypochondrio complet, vel in dorſo renibus, & inguinibus. Tertia eſt confortatio hepatis, quam complent abſynthium, eupatiorum in decoctione ſeri caprini, vel aqua fructuum, vel ſuccus roſarum, & endiuiæ, & ſimilia intus, & extra approximata ſecundum omnem modum. Quarta eſt confortatio ſtomachi, & viarum conſtrictio, ne recipiat influentem choleram, quam complent, cytonia, pira, ſorba, meſpila, ſumach, granata muza, interius exhibita, & rob ipſorum, panis cum vino, & extra, cymę, rubi ſpodium, & folia vitis, cum ſauich, & agreſta emplaſtrata, & alia quæ ſuperius diximus in prima particula. Tertij curam habuiſti hic ſupra de cura malæ complexionis cum materia, & de cura apoſtematis. Quarti cura eſt, ſicut catarrhi. Quinti cura, eſt vomitus, & abſtinentia. Sexti cura, eſt vomitus, & ordinata comeſtio, & bibitio. Septimi cura, eſt vomitus, miniſtratio rei frigidæ temperatæ, vt ſunt granata, perſicaparum muza, & acria. Et ſi cum mordicatione ipſum ſedant magis frigida, vt lac acetoſum, ſuccus macianorum, aqua frigida, & ſimilia, & ſuccus foliorum vitis, exterius applicatus cum ſauich hordei. Octaui cura, eſt vomitus ipſius, & miniſtratio rei calidæ intus, vt zingi. gar. cinnamomi, galangæ, diacalamenti, & diatrion pi. theriacæ, & ſimilium. Extra, vt eſt abſynthium emplaſtratum cum vino, aut melle, panni celafacti, & fumigati cum ſpica, & ligno alo. & vnctio cum oleis calidis ſupradictis, ſcilicet de lilio, anetho, nardino, maſtichino, & de piperibus, & balneum in delicatis proprie, & in robuſtis, emplaſtro calefacto, & confortato, in antidotario noſtro dicto.

Noni cura eſt, cura ventoſitatis, & inflationis, & ex appropriatis eſt ius galli antiqui, & darſeſehã, andacocha, & ſal gemma, ſpica, caſtoreum, galanga, & confectio eius. Decimi cura, eſt ventoſitatis ſtomachi cura ſupra in cura ventoſitatis ſtomachi dicta. Vndecimi cura, eſt cura malitiæ complexionis ſtomachi cum materia phlegmatica, quam hic diximus. Et proprium eſt agaricus tranſglutitus, Et ſi eſt manſiua, eſt eadem cura, ſed fortior. Si vero ſit periodica, & permutabilis diſpoſitionum particularum, correctio ipſius eſt curatio, quæ ex cura ſecundæ, & tertiæ cauſæ tibi eſt manifeſta (ſi Chriſtus tua illuminatio ſit) quem timebis.

Pilulæ Hipp. quas Nican ſuo antidotario ponit expertæ ſunt, & de vltimis ad dolorem ſtomachi ex quacunq; cauſa, ſi dent tres, vel quinq; põderis, drac. i. pcedẽte digeſtione, cũ oxymelite ſquillitico, & geleniabin, & aqua decoctionis mentæ ſiccæ, & aniſi, & ſęniculi, & ameos, ſi materia fuerit groſſa, viſcoſa, & difficilis eradicationis

rionis,vel cum ſyrupo acetoſo, & prædictis ſi facilis, & nos infra ponemus capitulo de cura ſcrophularum.

Abuhali ſi dolor ſtomachi ex ventoſitate fuerit præſo cata in ſtomacho,aut in eis, quæ ſequuntur eum,conferũt ei grana lauri, & cyminum aſſatum cum melle confecta, ſtomacho applicata per modũ emplaſtri,vel euaporata cum vino. Et ſi eſt dolor ex melancholia inflatiua,tunc oportet,vt euaporatio fiat cũ alumine,& dragacantho cõtritis, cum acetoſo acero additis ramis anethi contritis. Dolor aũt,qui fit poſt cibũ,& non ſedatur niſi vomitu, malus eſt, & rectius,vt ſumat aliquid * melius ante cibum. Et vt conſideres cauſam illius ex capitulo vomitus, & euacues illud,quod oportet euacuare ex infuſione aloes,& ſimilib⁹. Deinde adminiſtra trochiſcos de ſtella,qui valẽt ad dolorem ſtomachi,& ipſi recipienti ſuperfluitates expulſas ex reliquis membris. Et ex eis, quæ conferũt ad hoc eſt, vt ſumatur olibani, maſtiches, nigellæ, ameos, corticũ fiſticorũ viridium,& xyloaloes crudi,omnium,ana partes æquales, terantur, & cribellentur,& conficiantur cum melle emblicorum. Et ſumatur ex eis omni die ante cibum quantitas drach.ij.vſque ad aur. ij. Et confert etiam miniſtratio coriandri, & ſyrupus granatorum cum menta. Et ex eis,quæ conferunt doloribus ſtomachi cum proprietate ſecundum quòd teſtatur Abuha. ſunt pelles intrinſecæ ſtomachorũ auium,& proprie gallinarum exiccatæ, & puluerizatæ, & bibitæ cũ vino,& carnes oſtracorum,neque decoctæ, neque aſſatę. Et radix pæonię,& ſemẽ eius. Et etiã dra ij. ex ſuccuti bibuntur cum hydromelle ad dolorem,& ⁊, mordicationem, & ⁊, corallus ſuſpenſus ad collum,ita quòd tangat os ſtomachi.

Confectio trochiſcorũ ſtellæ,qui in potu dãtur ad dolores ſtomachi valde profundos. Rec. ſpicæ,maſtiches, cinnamomi,thuris,ſquinãthi,caſtorei,myrrhæ, piperis, mandragoræ, ſeminis hyoſciami, abſinthij, opij, aloes, ana drach. x. *informentur trochiſci*, & dentur in potu drach.ij.cũ vino,& ſunt de vltimis,& ſunt Almanſoris.

Item confectio trochi. de roſis maior conferẽs ad dolorem ſtomachi, & malitiam digeſtionis, inflationi, & inceptioni hydropiſis, & febribus antiquis. Rec. roſa. drach.iij. xyloaloes,ſpicæ,maſtiches,caſiæ ligneæ,ſtorum ſquinanthi,cinnamomi,abſinthij romani,ana dra. j.informentur trochiſci cum vino veteri,& dentur in potu cum aqua radicis,quorum doſis ſit,drach.ij.

Confectio alia trochi. de roſis minor ad dolorem ſtomachi phlegmaticum, cũ quo eſt humor cholericus,& ad inflammationem anhelitus,& malitiam digeſtionis. ℞.roſarum rubearum tritarum drach.x. ſpicæ aromaticæ,maſtiches, ana drach j. ſ. informentur trochiſ. cum vino,quorum doſis ſit drach.ij.

Trochiſci Andromachi facientes ad dolorem ſtomachi,& difficultatem ventris, & difficultatem vrinæ.℞. ſem.apij drach.viij. feminis aniſi drach iij. rheuſeni,piperis albi,florũ ſquinanthi, caſtorei, ſpicæ,cinnam opij, ana drach.j.& ſ.aloes ſuccotrinæ,maſt.croci,ana drac.j. abſinthij drach.iij tere,& cribella, & confice cum ſucco mentæ,& informa trochi. & vtere.

Hipp.medicamẽ confortãs ſtomachum, & virtutem eius,fugans dolores, & faciens accelerare digeſtionem. ℞.galangæ, maſtiches, ligni aloes,cinnamomi, feminis myrrhæ,an.drac.iij euphragiæ, aniſi,an.vnc.v. zing.dr. j.cortic. fiſticorum exteriorum ; olibani,roſ. ana drach. ij.ſpicæ drach j ſalisgemmę drach.iij zucchari adminiſtrati,vel ſyrupati cum aqua ro.lib.ij. doſ.eſt a drach.vſque ad drach j.& ſ.ante cibũ,& poſt. Aliud quoad dolores eius,ex groſſis,& viſcoſis humoribus ſepultis in ſtomacho,& eius villis, & eſt conueniens ſenibus proprie, & in hyeme. ℞.baccarũ lauri,aniſi,an.dra.j.pyrethri,vltra marini,zing.galangæ,ana dr.iij. maſſi.myrrhæ,ana drach.ij. mellis lib ij. aceti lib j. doſis eſt ab vnc.v. vſq; ad,j. Gal. medicamen valens ad infirmitates ſtomachi frigidas,& dolores fortes. ℞.trium piperum, ſpicæ nardi,zingib.roſarum,florum chamæmillæ,ſquinanthi,cẽtaureæ,ariſtolochiæ rotundæ,an.drac.vj. ligni aloes dra.

E ij. Conficiantur cum melle, in quo cocta ſit maſtiche, & gar. doſis eſt vnc.v. cum aqua calida.

Aliud medicamen conferens ad dolorem ſtomachi, & hepatis,remouens putredinem ab eis ex caliditate,& acuitate choleræ citrinę,faciens digerere cibum,& confortans ea.Rec.roſarum ru drach.x. trochiſcorum, diarhodon,liquiritiæ,ana drach. iiij. garyo. calami aromatici,ſpodij,maſtiches,ligni aloes,ana drach.ij.trium ſandarum.drach iij. ſeminis portulacæ, lactucæ, ſcariolæ, ſem. communium mũdatorum, albarum margaritarum cũ ſengetaſe, raſuræ eboris, dragacanthi, gummi arabici, ana drach.j.ſ.camphoræ drac.ſ. cõfice cum ſyrupo acetoſo,& doſis eſt drach.ſ.cum aqua calida,vel frigida.

Medicamen ex inuentione noſtra, ſanans vniuerſos languores ſtomachi,(ſi Ieſus Chriſtus voluerit,)oẽs virtutes eius confortat,& vomitum ſiſtit,& ipſum proprie naturæ reſtaurat,quo nullum eſt melius. ℞. maſtiches, ligni aloes,myrrhæ, cinnamomi,ana drach.v. corti. exterioris fiſti.gar.ſpicæ,ana drach.v.euphragiæ vnc.ſ.coralli albi,& rubei partes miſcendo æquales ad pondus omniũ rerum,ſyrupi ro.quod ſufficit. Pilulæ purgantes ſtomachum ab omni ſuperfluitate humorum,& cerebrum,& remouent dolorem. Rec.abſinthij, maſtiches, agarici,ana drach.ij.trium myro.drach.iiij. turbith dra. x.æpithymi hortenſis: ſalis indi,an.dra.ij.penidiarũ dra. iiij.hierę picræ drach.v.ſucci roſ.drac.iiij. diagr.reprelli drach.j.fac pilulas cum ſucco ſcariolæ doſis eſt drach.ij.

Confectio anacardina, diacyminũ, & diatrion pipereon ſunt conueniẽtia, dixit Abuh. Pilulæ quæ cõferunt ad dolorem ſtomachi,& ſingultum,& ſunt Serapionis. ℞.aloes abluti drach.j.ſ.muſchi,piperis,ana dra.j. Conficiãtur cum vino puro, & aliqui addunt ſpicæ,drach.ſ. Pilulæ ad dolorem ſtomachi,& tuſſim,& eos qui pauſare nequeunt. Rec.aloes drach.vj. abſinthij, enulæ ana vnc.vj.maſtiches,mentæ ſaracenicæ,ana vnc.ſ. Confice cum melle,doſis eſt v.ante cibum,vel poſt.

Deinceps ſcribam⁹ medicinas, quæ adminiſtrant exterius ex emplaſtris,linimẽtis,vnctionibus ſuper ſtomacho,& modos eorũ,& ſunt ex neceſſitate curæ lãguoris ſtomachi,aggregãt enim,& coadiuuãt partes eius,& virtutes,& calorẽ,ne reſoluatur, & exhalet indebite,& deſtruunt in eo dolores,& conferunt eius vitæ. Emplaſtrũ Philagrij ad dolorem ſtomachi, hepatis,& matricis,& apoſtema cum linitur exterius, & adminiſtratur mulieribus in lana,linita cum ea matrice.℞.croci dr.ij.bdellij, maſtiches,cal.aroma.aloes,ſtyra.humidæ,an.drac.viij. ſerę drach.iij. adipis anſeris dra.xij.hyſſopi,ſic.& humidæ drach xxx.olei nardini quantum ſufficit.

Calefactorium ad dolorem ſtomachi frigidum.℞.cinerem calidum,& imple paraplidẽ quamuis,& deſuper aſperge cymas,origani, & muolue in panno lineo,& ⁊, ſuperpone cum compreſſione.

Idem operatur, tegula ignita extincta in vino græco, & ſuperpoſita ſtomacho. Sunt etiã experta calefactoria ſicca ex ſale,& milio,vel furfure ſecundum Hipp.& humida ex ſpongia madefacta in vino decoctionis aniſi, fœniculi,abſinthij,& chamæmillæ.

Vnguentum ad ꝑdicta. ℞.aloes, maſtiches, olibani, myrrhæ,ana drac.ſ.corticum granatorum,roſarũ,aniſi, galangæ,gar.ana dra.iij.olei ro.chamæmillæ an.lib.j.cerę vnc.iij.bulliti oleis,aceto, & cera poſt perfectam decoctionem ſuperaſperge in fine ſpes prædictas puluerizatas bene agitando,donec fiat vnguentum,de quo pertuncto ſtomacho ſuperaſperge myrrham, & maſtichen, linetum pannum, & lanam tutcidam calidã ſuperpone.

Linimentũ aliud nõm confortãs ſtom,& oẽs eius operationes,& remouẽs oppilationes,dolores, & ventoſitates. ℞.olei nardini, lib.j. & fac bullire cũ ſapſucho trito, bullitione vna; poſtea pone ceræ vnc.iij. & fiat vnguẽtũ cũ maſtiches,myrrhæ,terebinthinę,ladani, an.vnc.j. & vnge,& ſuperaſperge puluerem aniſi,& roſarum.

Aliud ad eadem in febricitante. Rec. olei myrtini, & roſ.ana drach.ij.& bulliant cũ maſtiche, & olibano, & vnge ſtomachũ ex eo, & ſuperaſperge puluerem roſ. &

gla-

granatorum,& remouet, vel arcet nauſeam. Adidem. ℞. ſucci ſolatri,& ſucci abſinthij,aniſi, ana drach iij. farinæ hordei vnc.iij.maſtiches vnc j.roſarum rubearum puluerizatarum drac.ij.fiat commiſtio,& vnge. Aliud quod adminiſtratur,quando omnia alia non cõtulerint, & ſedando dolorem,arcet vomitum,& nauſeam,& fluxũ. ℞.colophoniæ,terebinthinæ, olibani,an.vnc.j.ſang. drac.mumiæ,myrrhæ,ſarcocollæ,ana vnc.s. roſ.corticũ grana.ana vnc.j.infunde ſtuppam,& ſuperpone.

De nocumentis appetitus, ex quibus eſt debilitas, ſeu diminutio, deſtructio, ſeu ablatio, & corruptio. Cap. 17.

DEſtructio, ſeu ablatio appetitus, eiuſq; diminutio, ſeu famis,quæ eſt ſecundum Gal. cibi indigentia, ſeu deſiderium calidi,& ſicci; ſicut ſitis eſt indigentia, potus,& deſiderium frigidi,& humidi, cuius organum os ſtomachi natura inſtituit, ſunt notæ, ſunt enim ſpecies nocumenti appetitiuæ actionis, quod eſt triplex ſecundum Gal.ſ. ablatio eius,& eſt cum ſtomachus nihil appetit,& diminutio eius,& eſt cum appetit parum reſpectu conſueti,& eius corruptio, quæ eſt cum appetit inconuenientia,ſed de hac infra diſtincte dicetur (Patris ſapientia ſuccurrente.) Cauſæ autem eius ex notitia cauſarum naturaliter perficientium ipſum poſſunt haberi. Inquit enim Gal.contrariorum contrariæ,ſunt cauſæ.

Cauſæ autem perficientes ipſum appetitum naturalem ſecundum Gal. ſunt quinque ſ. inanitio membrorum, naturale deſiderium eorum trahens, ſuctio venarum, ſtomachi ſenſus, & deſiderũ animatum cõplens. Si vero auferatur,aut deſtruatur, illud erit,aut quia mẽbrorum inanitio non ꝓceſſit, aut quia naturale deſideriũ fuit deſtructum,aut quia venarum ſuctio non interuenit; quibus mediantibus mẽbra trahunt à ſtomacho, & inteſtinis,ſicut radices arborũ à terra; aut qa organũ appetitus.i.ſtomachus ſuã inanitionẽ nõ ſentit,vt in boliſmo,vnde aiatum deſideriũ.i. voluntas replẽdi non ſequatur,quæ fames eſſe dignoſcitur,aut quia nulla affuit.

Primi cauſa eſt, repletio mẽbrorũ, & proprie ex humoribus crudis; conſtipatio pororũ,& caloris naturalis debilitas, & occupatio ipſius in rectificando humores crudos,& groſſos,& digerẽdo, & adminiſtrando ipſum loco eius,quod diſſoluitur: vt in aialibus accũbentibus in cauernis ſanis hyeme eſt videre; & in valde pinguibus,& in febrientibus feb.phlegmatica. Secundi cauſa eſt,quia licet prꝫceſſerit inanitio ſenſibilis,vel inſenſibilis,tñ quia fuit vltima,& ſuperflua: & ſic naturale deſiderium,& naturã deſtruxit;quia à venis trahere non potuit,vt in vlceratiuo fluxu, & proprie ſanguineo; & febribus acutis, & proprie peſtilentialibus, & hecticis eſt manifeſtum: & etiam in conualeſcentibus,& ſuperfluo exercitio, & reſolutiuo, & diaphoretico ſudore,& fame diuturna,& ſimilibus. Tertij cauſa eſt, venarum,& hepatis debilitas, ſeu oppilatio ſicut in apoſtemate hepatis,& febribus peracutis,& fluxu hepatico eſt apparens. Quarti cauſa eſt,quæ eſt in organo.ſ. ſtomacho,& eſt multiplex cauſa.ſ. interior,& exterior. Et interior,aut eſt propria ſtomachi,aut ex cõitate. Et ſtomachi propria eſt quælibet ꝫgritudo deſtruens ſenſum eius aiatum ſibi vltra naturalem, & cõem additũ, vt trahat nõ ſolũ pro ſe, ſed pro toto,qd deſideriũ aiatum cõplet: & tñ hepar,licet pro toto trahat illud, tñ non haber,vt ſtomachus eo, ꝙ trahit ab intus,& à proximo, ſed infra de hoc ſummæ tertiæ cap. 1. dicetur,(ſi Chriſtus annuerit.) Et plurimũ eueniẽs,eſt mala cõplexio, pura,vel cũ materia, & pura, vel calida,& ſicca,per ſe,vel per accidens illud operans. Per ſe,quia auferens cauſam appetitus cibi, qui eſt calidus,& ſiccus, quæ cauſa eſt frigiditas, & humiditas inducens in eo cauſam appetitus potus,qui eſt frigidus,& humidus;ſic priuat famẽ, & inducit ſitim,ꝙ aũt ita ſit, patet in iter agentibus in aere calido,& æſtatis tempore, & in exercitantibus, & balneantibus in aqua calida, in quibus eſt videre,ꝙ deficit fames,& ſitis augetur. In cõtrarijs aũt creſcit fames,& diminuit ſitis. Per accidens, autẽ,quia non ſit caliditas reſoluens,& inaniens ſtomachum,vt in canino appetitu,licet raro,ſed diſſoluens villum longitudinalem trahentem,& eius humiditatem, & trahens ex alijs partibus circumiacentibus ad ipſum, & repellendo ſtupefaciens: vel frigiditas,vel humiditas, quia non ſit temperata, vt prædicta cooperans ad naturalem,nec ſuperfluens parum,vt in canino appetitu: ſed valde adeo, vt paralyticum faciat: quare deſtruit ſimul ſenſum,& attractiuam eius,& naturalem virtutẽ,vt inboliſmo. Vel cũ materia,aut generata,aut influxa. Et generata,vel calida,diſſoluente,& replente, & calefaciente,& vel frigida viſcoſa,groſſa adhærente,& ſenſum obtundente. Influxa plurimum eſt,aut à cerebro,vt in catarrhis; aut ab hepate, vt in ſuſtinentia famis,quæ ſtomachum putridis replet humoribus,hepate nõ habente de bono ſanguine,niſi quantũ ſibi ſufficiat,vel nõ putridis,ſed bonis hepate de bono habẽte pluſq; ſibi ſufficiat,vt innuit Gal.vt ſupra dictum eſt. Aut etiam a ſplene,cũ multam melancholiam mittat illi,quæ repleant: vel melancholiã aduſtam, quæ caleſaciat locũ appetendi,aut à toto corpore,vt cũ præceſſit vomitus violentus, & frequẽs,qui debilitauit ſtomachũ, & prouocauit curſum ſuperfluum à toto corpore ad ipſum; vnde factus ſit lacuna ſuperfluitatum. Ex cõitate vero cauſa,aut eſt abſoluta,vt plurimum; vt in ægritudinibus cerebri ſ.foda,lethargia,ſtupore,& ſimilibus: aut qñq; eſt cũ cõitate nerui,vt viæ intermediæ inter cerebrum, & ſtomachi orificium,quia paralyticus; aut in ægritudinibus hepatis dictis, in quibus debilitatur naturalis virtus omnis, non ſolum appetitiua in radice; verum etiam ex conſequenti in ſtomacho,& in toto corpore. Aut in ægritudinibus ſplenis,qa non mittat melancholiã. Aut in ægritudinibus inteſtinorum,vt in dyſſenteria; vel in vermibus exiſtẽtibus in eis, & pungentibus ea,qbus cõicat ſtomachus;licet qñque cibũ præaccipiendo, de eo cauſa ſit appetitus caninus,vt ait Abuha.ſed illud cõſideratione indiget,& alia debilitãtia dicta cap. 1. quæ mouent ipſum ad expellendũ,ſeu vomendũ,& nõ appetendũ; aut propter matricẽ,vt accidit in retentione menſtruorum,& in principio impꝫgnationis, licet ſibi accidat tunc corruptio appetitus magis,nec ſit vere cõitas abſoluta. Exterior vero cauſa; eſt cauſa primitiua ex aere calido reſoluente virtutẽ ſuo exceſſu, vel diſſoluente humiditate,& replente, non conſumente: aut frigido ſuo exceſſu ſtupefaciente,& prohibente reſolutionẽ,vt in debilibus natura; vel ſolum recludente calorem ad interiora & calefaciente ſtomachum, vt in robuſtis natura,& exercitũ ſuperfluum reſolutiuũ,& quies nimia. Inquit.n. Hipp. derelinquẽtes exercitium frequenter hecticã incurrunt; vigiliæ ſuperfluæ,& ſomnus ſuperfluus, & ꝓprie inſuetus,q ſtomachũ mollit,& coctũ reddit, vt ait Hipp. cibus ſuperflue calidus,vel frigidus,& hmõi;vt ſupra cap. de debilitate dictum fuit. Potus aquæ frigidæ plurimæ, & proprie in ieiuno. Inquit.n. Hipp. qui aquã frigidam ventre biberint inanito, eorũ corpora in defectionẽ adducit. Potus quoq; vini antiqui,qui eſt cauſa ſitis,nõ famis,vt ait Gal licet per accidens poſſit eſſe cauſa appetitus,qa ſit inebrians,& aceſcat. Dimiſſio ẽt potus delatiui in hñtibus meatus hepatis anguſtos, ſuperflua repletio,& inanitio prædicta; & aiæ accidentia, vt triſtitia,timor,ira,imaginatio rei abominabilis, & præſentia eius, & ſimilia: & deſtructio, ſeu caſus appetitus in ægritudinibus chronicis eſt malum,per viã ſigni, & cauſæ,vt ait Hipp. in aphor. Sed ſcias,ꝙ cauſæ deſtructionis appetitus ſunt ipſæ eædem cauſæ debilitatis ipſius cum ſunt,& ipſa facta a frigiditate, eſt deterior facta a caliditate, eo quòd frigiditas eſt acuens appetitum non deſtruens. Signa vero,quibus habent cognoſci, ſunt ſenſus, qui operantur in eis; & inuentio,quia nihil,vel parum inueniatur appetere reſpectu eius,quod conſueuit appetere. Cauſarum vero ſigna,& primo primæ cauſæ habentur ex diæta præcedẽte,quæ tales crudos humores habuit multiplicare,& ex habitudine groſſa, & pingui,colore liuido,&

do,& plumbeo. Inquit Gal.color enim corporis humorum dominium ostendit,cum priuatione omnis insensibilis,vel sensibilis euacuationis, & proprie per poros. Ex complexione,ætate,tempore, regione,arte,& alijs similibus circumstantijs. Inquit enim Hipp. contemplari autem oportet tempus, ætatem,&c. Et quia ex iuncta abstinentia longa nō minuitur corpus, neque ex feb. longa. Inquit enim Hipp. febricitantibus non omnino in superficie permanere, neque corpus minuere magis
2. apho. 2. eo,quod secūdum naturam, longitudinem morbi significat: quia humorum cruditatem pororum constipationem ostendit, & ex pigritia corporis, & desidia animæ, tarditate motus, turgiditate, & hypochondriorum suspensione,& exeuntium cruditate. Secundæ autē causæ signa sunt, signorum prædictorum contraria, cum inuentione euacuationum sensibilium, vel insensibilium vlceratarum enarratarum hic in adductis exemplis, & proprium signū est debilitas appetitiuæ virtutis, & est, vt præparentur infirmo cibi,quos desiderat,& cum ministrantur cibi,& gustat, vituperat illos. Tertiæ etiam causæ signa ex his,quæ in exemplo adducuntur,sunt manifesta. Quartæ vero causæ in organo consistebant,scilicet stomacho; signa sunt quia sit inanitionem suam nō percipiens; & apud transglutitionem rei acutæ,puta piperis,non sentietur ardor,nec sequetur singultus. Et si quidem sit eius causa interior, & sic mala cōplexio eius propria,puta calida,vel frigida; signa superius habuisti. Ex eius signis est,si sit calida,sitis, & iuuatur potu aquæ frigidæ,vel cibi frigidi actu, nam alterando dyscrasiam eius excitat appetitum ablatum. Sic enim est videre,q̄ febricitanti redit appetitus cum receptione panis infusi in aqua. Si vero sit frigida,signa erunt contraria. Si vero sit mala complexio cum materia generata in eo, signa stomachi sunt,debilitas, & dyscrasia præcedēs cum malitia regiminis. Si sit calida,erit sitis, amaritudo oris,& eructatio fumosa,& exeuntia cholerica,& ex assumptione cibi,& potus frigidi,& absterfiui,appetitus excitatur. Si vero sit frigida, signa erunt contraria, & cum incipit comedere cibum, & potum calidum, & absterfiuum, excitatur appetitus; materia enim, quæ inhærebat sua viscositate,& sensum stomachi obtundebat; cū ex cibo, vel potu tali abstergatur,sensus stomachi redditur,&c. appetitus. Signa vero materiæ influxæ sunt,præcedens mala dispositio prædictorum membrorum,cum inuentione catarrhi consueti,vel cum præcedente abstinentia inueniatur,vel cum vomitu frequentato. Si vero causa debilitatis,& destructionis sensus animati desiderij stomachi sit,ex causa communitatis aliorum membrorū, signa erunt inuentio, seu præcessio dispositionum, seu ægritudinum ipsorum membrorum, quibus dictum est compati. Signa vero causarum extrinsecarum,sunt sensus,& inuentio prædictarum ex te,vel relatu infirmi,vel astantium ministrorum,& facilis euentus eius,& facilis cessatio,quia in die,vel nocte subeunte,vt ait Gal.

CVRA. Curationis intentio est duplex, generalis scilicet,& specialis. Generalis est tres res. prima est ablatio causæ, secunda confortatio stomachi, & proprie superioris partis eius, sensus, & appetitus viuificatio, & exiccatio,iādiu existentis destructi,vel sopiti, & confortatio ipsius debilitatis, tertia est accidentium correctio, vt est debilitas, syncopis, & similia. Specialis est,quam ex diuisione generis, scilicet appetitus destructionis, & debilitatis in suas speciales causas accipimus:& in actū, vel operationem vnicuique speciali causæ conuenientes adducimus medicinas, &c. propria auxilia demonstramus.

Si ergo causa destructionis appetitus,fuit defectus inanitionis membrorum, & ipsius causa specialis fuit repletio ipsorum ex humoribus crudis,cum pororum cōstipatione,& caloris naturalis debilitas,nihil,vel parum resoluentis, cura erit quatuor res. prima est humorum ipsorum digestio, seu adæquatio; secunda est pororum rarefactio. tertia est ipsorum euacuatio, & resolutio. quarta est caloris naturalis confortatio.

Primam rem complent vsus ciborum, potuum, & aliarum rerum non naturalium calefacientium temperatæ,& extenuantium, prout in cura cordis specificauimus, necnon & medicinarum eādem virtutem habentium,quas in cura malæ complexionis stomachi frigidæ cum materia curauimus. Ex quibus est syrupus acetosus melinus cum seminibus, & radicibus, & de hyssopo,calamentho,origano,ameos, & similibus,& oxymel squilliticum, & diatrium pip. & diacalamenthum proprie,& diacyminum,& similia. Secundam rē complent frictiones temperatæ in vniuerso corpore, & multæ cum blandis manibus calefactis cum oleis rarefaciētibus,& subtiliantibus ibi superius enarratis. Et ex illis est oleum chamæmeli, anethinum, de amygdalis amaris,de meliloto, & similia: & balnea temperata naturalia,vt thermarum, vel artificialia ex aquis habentibus virtutem florum,herbarum prædictarum, quæ etiā primæ rei sunt conuenientia. Inquit Abuha.est autem cum hoc balneum, quod cibum indigestum digerit, & humorē crudum maturat. Tertiam rem complent frictiones fortes prolongatæ,& longa mora in balneo resolutiuo,vt est thermarū sulphurearū,& salsarum,& vnctiones cum resolutiuis oleis, vt oleo de croco, de spica,de costo,de iride,& similibus:vel prouocantibus sudorem, vt de apio,de calamētho,& pyrethro, si nō fuerint multi. Si vero fuerint multi, q̄ in venis abundent,præcedat purgatio cum prædictis laxatiuis ibi superius dictis. Et ex proprijs est agaricus,quoniam, virtus eius adducit ex venis,& extenditur vsque ad extrema corporis, & perducit virtutes aliarum medicinarum tales humores educentium,vel alios vsque ad e,& cum sit incolumis,non offendit valde stomachum, & ex illis est electus,sed abhorreo hic,quoniam de malitiosis valde nocentibus stomacho existit.Quartam rem complent prędicta omnia, & ieiuniū,& abstinentia, donec calor igniatur,& à grauamine releuetur. Et ex appropriatis est theriaca antiqua,& ministrata post digestionē, & purgationem humorum talium: consumit enim reliquias,& naturalem calorem a tota substantia confortat,vt ait Abuha.

Si vero causa destructionis appetitus fuerit, defectus naturæ,& desiderij naturalis ex aliqua prędictarum euacuationū vltimarum, licet præcesserit membrorum inanitio. Cura erit duæ res. prima est euacuationem illam si adhuc perduret,retinere. secunda est naturam paulatim resumere,& confortare. Primam rem complēt,quæ sunt illus causæ inanientis correctiua,vel fluxus proprie retentiua,quæ supra in cura fluxus sanguinis ex naribus diximus,& in cura cordis de sudore diaphoretico,& infra (Christo Iesu concedente) dicemus in alijs,& ex alijs partibus corporis procedentibus. Et ex communibus omnibus sunt myrrha, charabe, lutum sigillatum,trochisci de charabe, & de terra sigillata, & succus, & rob myrrhæ, & similia. Et ex expertis per nos, est theriaca in hoc casu.s. vlceratiuo fluxu sanguinis deijciente virtutem,noua cum aqua sumat eam, vt ponit Abuha.

Secundam rem complent cibi, & potus facilis digestionis,paucarum superfluitatum, multi, & boni nutrimenti,& cordialis,& etiam medicinæ,vt electaria,& similia, in quibus gradatim procedatur, parum & sæpe ministrando,vt supra in cura cordis diximus,quibus aliqua aperitiua parumper admisceantur, vt vias alimenti aperiant, quæ à stypticis, & ponticis fluxum retinentibus fuerunt præclusę.Inquit enim Gal.apertos fore eos, qui secundum hepar exitus alimenti, non solum in sanis,sed etiam ægris est securissimum. Et ex proprijs est cinnamomum, calamus aromaticus, cum semine apij, crocus, casia lignea, spica, & similia, apium,marathrū, petroselinum, & proprie fisticum,quod mundificat stomachum,& hepar, & aperit nutrimenti meatus, &c. etiam ficus siccæ cum amygdalis,vel nucibus, quæ aperiunt oppilationem in extremitatibus venarum, & etiā quies,& somnus in loco temperati aeris,& animæ accidentia naturam debilitantia,& confortantia, vt lætitia, & gaudium temperatum.

Si

Si autem deſtructio, & defectus appetitus fuerit, ob defectum ſuctionis venarum, licet fuerint inanitæ, & hoc quia fuerint debilitatæ, vel ex mala complexione feb. peracutarum, vel etiam ex qualitate pharmaci alicuius acuti, vel ex frigiditate alicuius rei aſſumptæ, vt aquæ apij, & ſimilium, vel fluxu hepatico, vel oppilante. Cura eſt duæ res. prima eſt, cauſæ (quæcunque ſit) abſciſſio cum his. quæ in proprijs capitulis deſcribentur. ſecunda eſt ipſarum venarum, & hepatis, à quo ſumunt principium, & etiam virtutem attrahendi, confortatio, prout in cura debilitatis hepatis te faciemus ſcire, (ſi annuerit gratia Saluatoris.

Sed ſi quidem deſtructio, & defectio appetitus fuerit, ob cauſam in organo. ſ. ſtomacho, quia ſuam inanitionē non ſentiat, quam venarum ſuctio præcauſauit, fueritque eius inſenſibilitas, ob cauſam interiorem in ſeipſo propriam, quæ ſenſum obtundit, ac eius deſiderium animatum. cura eſt cauſæ ablatio, ſcilicet ægritudinis cuiuſliber, quam in proprio perquires cap. Et ſi quidem ſit mala complexio pura, vel cum materia generata, vel influxa, curam eius ſuperius habuiſti. Si autem inſenſibilitatis, & defectus deſiderij cauſa fuerit, ex communitate ad principium, ſcilicet cerebrū, à quo recipit ſenſum, vt in lethargia, & ſtupore deſtruente, vel debilitante cerebrum, & virtutem eius, cura eſt duę res, ſcilicet ægritudinem cerebri corrigere, ſi poſſibile ſit: ſi vero non ſit poſſibile, ſignis prognoſticis derelinque; ſecunda eſt ipſum cerebrum confortare.

Primam rem complentia tibi ſupra diximus ſerioſe, & etiam ſecundam. Et ex illis ſunt medicinæ ſimplices, & compoſitæ, Cibi ſunt auellana, caro gallinarum, & cerebrum earum, caro, & ius ſerpentis; confortant ſenſum, & vinum temperate ſumptum contemperat calorem eius, & ſua temperata caliditate dilatat animam; & ſpiritum multiplicat, & ipſum clarum reddit, vt ait Abuhali. Medicinæ ſimplices ſunt olibanum, & cortices eius, ſcoria ferri, ſal gemma, myrobalani chebuli conditi. aloe, ambra, xyloaloe, confortant ſenſum infrigiditatum, & muſchum, & oleum ro. & camphora confortant ipſum calefactum, & lac muliebre. Compoſita vero ſunt diambra, diaolibanum, diamuſchum, aromaticum roſatum, & mithridatum, & ſimilia communiter omnia principalia, & virtutes eorum confortant. Et ſi quidem ſi ex communitate nerui exiſtentis, vt via intermedia inter cerebrum, & ſtomachi orificium, quia paralyticatus cura eius eſt cura paralyſis, quam ſuperius habuiſti, & etiam cura catarrhi, oppilationis ſtomachi in poro, & via, quam diximus.

Si vero ſit ex communitate ad hepar paſſum in prædictis ægritudinibus, cura eſt tres res. prima eſt ægritudinem, quæuis ſit, curare, quæ in proprijs dicetur capitulis (Chriſto duce) ſecūdā eſt ipſum confortare, vt in proprio cap. infra dicetur. Et ex illis, quæ confortant hepar, & etiam ſtomachum ſimul, vt in hoc caſu expedit; ſunt cibi, & medicinæ ſimplices, & compoſitę; cibi vero ſunt endiuia, acetoſa, almuri, & lac ſętarum nouiter camelarum. & excitat appetitum, roſa, & aqua eius, lactuca. ſ. coriand. cucumer, cucurbita, & ſemen eorum, & aqua frigida, quantitate, quæ non ſuperet calorem, & extinguat innatum. moderate. n. ſumpta omnes eius virtutes confortat. Et itius, & caro eius ad calidos, ad frigidos vero, naſturcium, menta, allia, cępe, apium, cappares cōditi, paſſulæ, & vinū ſtypticum, piper, & aromaticū, & fiſticum ad vtroſque. Medicinæ vero ſimplices ad ipſos frigidos confortatiuæ ſunt, ameos, helbuch, acorus, galanga, & vinū purū, & melicratū conditum, & zingib. & digerit materias vtraſq; ſummitates ſquinanthi, zarabanū, piper, cuſcuta, & cyperū, foliū, abſinthū, origanum, zucchārū albū, caſia, garyoph. rhabar. à cōpletione, ſpica, & confortat ea, & aperit, & ſedat mordicationem ſtomachi, ſicut paſſulæ, balſamus, calamus aro. eupatoriū, ad calidos vero ſpodiū ſanda. rhabar. per accidens reſoluendo choleram; & breuiter omnia abſterſiua, ſtyptica, & aromatica. Compoſitæ vero, ſunt, quæ infra dicentur (ſuadente gratia Trinitatis.) Et ex illis eſt, ſyrupus de abſinthio, de cuſcuta, de eupatorio, trochiſci, de roſis, de endiuia, de eupatorio, de abſinthio, de capil. vene. aqua fructuum, & ſimilia electaria, vt aromaticum roſatum, & diambra, & diacinnamomum, & ſimilia. Tertia res eſt paulatim naturam corporis reſumere, vt ſuperius dictum eſt. Et ſi quidem ſit ex communitate ad ſplenem melancholiam ſolitam non mittentem, quia fuit oppilatus, cura eſt aperire, & confortare, quæ illam cōpleant infra dicentur. Et ex illis, quæ ambo hæc inſimul complent, & cum hoc ſtomachum confortant, & ſunt medicinæ ſimplices, & compoſitæ, quæ infra proprio capitulo dicentur. Et breuiter in ſumma omnia, quæ aperiunt oppilationes pulmonis, & hepatis, aperiunt oppilationes ſplenis, & viarū eius: quando ſplenis oppilatio non eſt fortis, quoniam quando fortis eſt, vt aſſerit Gal. neceſſarię ſunt medicinæ fortiores iſtis, quales ſunt cappararum cortex, cortex tamariſci. & ſcolopendria, agnus caſtus, ſquilla, & herba nominata græce aſſeliz, id eſt mū dificatiua ſplenis, & eſt cortex ſalicis, & fraxinus, de quibus in antidotario noſtro fecimus mentionem, capitulo de trochiſcis, de cappariibus; interpretatur autem fraxinus, id eſt frangens ſexum, & habet mirabilem proprietatem contra duritiem ſplenis, & lapidem renum, & veſicæ; ſed folia, & lignum decoquantur in aqua ferrea; & de ea quolibet die ſumatur ſcyphus vnus in ieiunio ſimplex, vel cum oxymellite ſquillitico, & fiant ex ligno eius vaſa, in quibus comedatur, & bibatur. ſunt enim efficacia, & experta. Si vero fiat ex communitate ad inteſtina patientia, vt dyſſenteria ex vermibus, cura eius, eſt cura paſſionis inteſtinorum, ſcilicet dyſſenteriæ vermium, quæ infra dicetur. Et ſi quidem etiam ſit ex communitate ad alia membra, ex quibus prouenit debilitatio ſtomachi, de quibus ſupra in cap. debilitatis fecimus mentionem: cura eſt illorum rectificatio, vt ibi prædiximus. Etiam ſi ex communitate ad matricem: cura eſt duæ res. prima eſt eius, ſcilicet matricis rectificatio. ſecunda eſt ſtomachum confortare, ne recipiat fumum, vel materiam. Primum infra demonſtrabitur. Secundum iam ſupra eſt præmiſſum. Et ex illis, quæ à proprietate habent ſtomachum confortare, ne recipiat fluxum menſtruorum ad ipſum, eſt emplaſtratio ipſius cum fęce vini non adusta. Et meliſſa, & acetoſitas citri, prohibet fumos à corde, & ſtomacho, & cerebro, aſcendentes à matrice, quocunque modo ſumatur. Si vero à cauſa extrinſeca primitiuarum aliqua prouenerit; ablatio illius erit facilis reditionis ad ſenſum, & deſiderium animatum, & appetitum. Secundam rem generalem complēt confortantia prædicta in cap. debilitatis, & alijs capitulis. Et ex his, quæ confortant os, ſunt cibi, & medicinæ ſimplices, & compoſitæ. Cibi vero ſunt, & quæ comedunrur, & bibuntur; vt extrema animalium, lac camelarum nouiter fętarum, oliuæ ſalitæ, cappares conditi cū aceto, apium, trifolium cum aceto, lactuca, & petroſelinum, lupini non amari, menta comeſta cum cibo, & ſalſamento, cytonium, ſecundum omnem modum adminiſtrationis excitat appetitum mortuum. Et proprie ſyrupus eius, fructus vitis ſylueſtris, naſturcium cum aceto, vinum acerbum, aqua mellis, & aqua extinctionis ferri virtutes deſideratiuas erigit omnes, calamenthum, fiſticum, perſica recentia non ſicca, granata acetoſa, morum de ſcemi acre. Horum, vero, quædam ſunt confortatiua, & excitantia appetitum in calido, quædam vero in frigido; & quædam in vtroque, quas per te diſcerans, ſi ſapiens fuerit. Medicinæ vero ſimplices confortantes, & excitantes appetitum in frigido, ſunt habaſce, & ſyrupus eius, maſtiche, xyloaloe, piper, ruta, abſinthium, ſemen raphani, radix ſquinanthi, & aloe. In calido vero, ſumach, morum de ſcemi, ribes, & alij cibi frigidi ſuperius ſerioſe numerati. Compoſitæ vero infra dicentur.

Tertiam rem complent, quæ obuiant debilitati, & ſyncopi, quæ ſuperius in cura cordis diximus. Et ex appropriatis, quæ in hoc conueniunt; confortant enim, & excitant appetituum, eſt approximatio odoramētorum dele-

delectabilium,& ex cibis ipſi infirmo,ſicut eſt hędus lactans, & gallina aſſata cum odoramentis intercluſis in ipſis,ſicut eſt folium, cinnamomum,garyoph. & alij ex herbis, vt origano, roſmarino, & ſatureia, & ſpeciebus confortantibus, & excitantibus appetitum,& ſumptio ſorbitionum velociter nutritiuarum, & panis infuſus in vino frigido,& in aqua frigida,etiam calido. Confectio diaolibani boni ad frigus ſtomachi, & ad deſtructionē appetitus,& feſtinandum penetrationem cibi in corpore,& retinet fluxum ventris prouenientem ex frigore ſtomachi, & hepatis. Rec. piperis, calamenthi, ſpicæ, macis, cardamomi, reſinæ, ameos, aniſi, nigellæ, omnium,an.partes æquales,thuris, balauſtiarum,an.partes ij. Conficiantur cum melle deſpumato,& ſit doſis,drach.iij. Confectio epithematis ad idem. ℞.abſinthij romani,coſti,piperis albi, zingib. cyperi, ana drach.v.olibani drachm.iij. maſtiches drach.v. calami aromatici, galliæ,ſquinanthi,garyoph.cinnamomi, ana drachm.ij. immitte. miuæ factæ ex vino veteri,& aqua cytoniorum,quæ aggregentur poſt horum contritionem,& liniantur. Electarium cum aqua cytoniorum, quod facit appetere cibum. ℞.aquæ cytoniorum lib.iij. mellis lib. iij aceti fortis lib.iij. decoquantur ſuper prunas, & accipe ſpumam eius: deinde ſumantur zingib. drach.v. triū piperum,ana drach.iiij. terantur cum prædictis,& decoquatur donec fiat ſicut ſubſtantia mellis,& detur ex eo cochlear vnum,& eſt aur.j. & detur mane in ieiuno ante prandium per duas horas.

Diaolibanū bonum ad frigus.

Electariū, quod facit cibum appetere.

Tryphera mundificat ſtomachū.

Tryphera mundificans ſtomachum à cholera,& phlegmate,& ſoluit ventrem cum facilitate, & facit appetere cibum. ℞. myrobalanorum citrinorum, chebulorum,emblicorum,& belliricorum, ana drach.x. radi. liqui drachm.v. turbith albi mundati drach.vij.zingib. drach.v. cinnamo. heil,ana drach.ij. terantur,& cribellentur,& liniantur cum oleo de amygdalis dulcibus,& confice cum melle, & detur ex ea potio integra drach. iiij.cum aqua calida.

Compoſita bona ad appetitum incitandum.

Compoſita bona ad excitandū appetitum mortuum. ℞.cytoniorum, pomorum pyrorū mundatorum à corticibus,& granis, fruſtatim inciſorum, radicū fęniculi, apij,petroſelini, capparorum ablutorum à ſale, bulliant in aceto,& aqua,& vino,ana partibus æqualibus, & addatur cinnamomi puluerizati, & ſemi. ſinapis puluerizati,ana quod ſufficiat,& adde daucos,& rapas.

Salſamentum.

Salſamentum ex inuentione noſtra, ℞. mentæ ſiccæ, pulpæ ſumach, panis aſſi, ana vnc.j. infuſi in aceto, vel ſucco cytoniorum acetoſorum, cinnamo. drachm.ij. terantur, & colentur, & colaturæ addatur parum ipſius aceti,vel ſucci,& vtatur.

Gelea bona ad idem.

Gelea ex inuentione noſtra. ℞. extremitatum pullorum zabrelorum,& porcellorum,ana lib.j. faſianorum, perdicum,& auicularum paruarum,ana lib.s.decoquātur in ſucco cytoniorum acerborum, & ſucco granatorum, & vino acerbo,ana æqualium partium, pulueris cinnamo.vnc.s. & parum croci, ad colorandum tantū, decoquantur donec inſpiſſentur ſucci, & minuantur,ita quòd carnes non operiantur ex eis, deinde deponantur ab igne,& permittantur congelari in puteo,vel in ciſterna. Et ſi non congeletur, reſideat in eo pſyllij vnc.s. ligata in pecia. Pilulæ,quæ ſumptæ poſt cibum, & ante, tollunt ventris conſtipationem, faſtidium auferunt. hepatis,& ſpleneticis conferunt,& hypochondriorum inflationem tollunt. Rec.maſtich. zingib. cymini (in alio thymi) garyoph. ſem.baſiliconis, piperis longi,ana drach.j. piperis,aniſi, marathri, ſeminis, apij,& ameos,ana vnc.s.turbith albi, & mundi drachm. vj. Confice cum ſucco abſinthij drach.vij. antę cibum. Pilulæ de abſinthio, & aromaticum roſatum noſtrum in antidotario ſcriptum, & ſyrupus de agreſta. Confectio alcagiri,& de cytonijs ad idem conferunt. Medicamen expellens appetitum boliſmi. ℞.cardamomi maioris,cubebe,ana partem j. zucchari albi, partes iij. doſis ſi aur.j. poſt vinum cum aqua tepida ieiuno ſtomacho ex frigiditate, cum humoris vitio acerbi.

Pilulæ bonę.

Medicamē ad boliſmū.

De medicinis appetitus canini, famis ſyncopalis, & boliſmi. Cap. 18.

CAninus appetitus deſtructioni eius noſcitur eſſe contrarius. In ea enim nihil appetitur. In iſto autem ſuperfluum in quantitate continua, & diſcreta ex aſſumptione eius facta non ſatiatur, & proinde caninus dictus eſt appetitus. Canis enim de ſui natura multa,& diuerſa appetens, quærit; & inueniens intantum repletur ex eis,quòd eius ſtomachus non potens quandoque continere; compellitur illud expellere ante digeſtionem vomitu, & quandoque ſeceſſu: vnde membrorum inanitio non ceſſat, neque deſiderium naturale,nec venarum ſuctio,nec etiam ſtomachi inanitio, & ſenſus eius. quinimo frigiditas ſuperfluens parum exterior,vel interior, pura,vel cum materia phlegmatica generata,vel ca tarrhoſa in ſtomacho regnans os ſtomachi exprimendo inanitionem,ac ipſum inſpiſſatum tenens, pungens,cōmotionem in eo generat, quæ eſt ſimilis ſuctioni venarum,quæ excitat deſiderium, velut fames naturalis, ſic ſemper appetit, non enim quod recipitur membris appetentibus ſatisfacit,quia prius fluit,quam venarum ſuctio aſſequatur. Et ſiquid ſugatur, membro nutrimentum non eſt conueniens, Inquit enim Gal. nō ex transglutitis,ſed ex bene digeſtis nutritur corpus,& ſic membra remanent inanita,& arefacta ſupra apperentia. Sic enim in coruo eſt videre,qui cum vnum inteſtinum, & rectum habeat,propter quod cibum aſſumptum tandiu continere non poſſit, quādiu digeratur, & membris diſtribuatur trahentibus,immo fluat illis remanētibus inanitis,eſt in continuo appetitu. Aliquando autem quod recipit naturaliter ſtomachus continet, & membris attrahentibus deſtinatur ſugentibus venis, ſed ad ea non peruenit,quia vermes multi exiſtentes in inteſtinis præ accipiunt; vel tranſit ad membra, ſed in eis non remanet,immo reſoluitur à forti caliditate ipſorum non circunſcripta ori ſtomachi,ſed extenſa in corpore toto: vnde remanent inanita, & ſemper naturaliter deſiderant, & etiam ſtomachus: & tunc eſt conſtipatio ventris,& retentio vomitus. In proceſſu autem temporis eſt videre,quod vbi aliud non interueniat accidēs periculoſum, & mortale,vt ſubeth, ſtupor, & ſimilia, plurimum permutatur in boliſmum: cum enim cibus non digeratur, proculdubio conuerteretur in phlegma ſecundum Gal. & multiplicatum ſua groſſitie, & viſcoſitate ori ſtomachi adhærendo occupat ipſum, & eius ſenſum obtundit,& ſua frigiditate ſuperante valde,eius virtutem ſenſibilem ſtupefacit, adeo quod liceat membra ſint inanita manifeſte,& trahant,& venarum ſuctio interueniat: ſtomachus tamen ſuam inanitionem non ſentiat, non ſuccederet deſiderium animatum,id eſt voluntas replendi; vnde ſequitur, deſtructio appetitus quædam, quæ dicta eſt boliſmus, in qua non eſt deſtructus appetitus,vt ſupra, cum ibi ſit poſſibile, quòd nulla cauſa canini appetitus adſit, nec eius quælibet cauſa interueniat, vt in canino appetitu plurimum,ſed quædam fic,quòd membrorum inanitio, & eorum deſiderium naturale, venarumque ſuctio adſit,ſed deficit ſenſus ſtomachi in ſentiendo ſuā inanitionem, vnde animatum deſiderium nō ſucceſſit, ſed dicitur boliſmus.i. magnus appetitus membrorum inanitorum cum facietate ſtomachi, non q̄ ſit ſatiatus, ſed quia ſuam inanitionem non ſentiat, ac ſi fuerit ſatiatus, vel quia ſic parum ſentiat,q̄ ſolo boſo ſatiatur,cuius contrarium eſt in ſyncopali fame. In ea enim caliditate reſoluente in vniuerſo extenſa corpore, vel circūſcripta ſtomacho multum reſoluēte accidit inanitio membrorū,ſuctio venarū,& ſenſus inanitionis ſtomachi non tēperata,vt in naturalis fame,nec ſuperflua valde,vt in canino,ſed multa,vnde ſequit̄ fames non fitis cū eius debilitate,ita q̄ niſi cibo ei cito ſuccurrat̄,deducet̄ ad reſolutionē,& ſyncopim. Ex quibus abundantibus in intellectu,manifeſta apparet differentia inter deſtructionē appetitus; debilitatē, & ſuperfluitatē eius,quæ eſt caninus

Appetitus caninus vnde.

Trapoſitio aurea.

appe-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0598-3
DFG

Cura appetitus canini.

appetitus,& boliſmũ, atque ſyncopalẽ famẽ, quo adeſſentiam,cauſas, & ẽt accidentia,quibus habẽt cognoſci. Et ex dictis etiam præcedẽtibus capitulis,cura vniuſcuiuſque in generali poterit comprehendi: in ſpeciali autẽ, & proprie cura appetitus canini, ſi fuerit a frigiditate oris ſtomachi pure,vel cum acetoſa materia,eſt duę res. Prima cauſam tollit. Secunda ſedat appetitus exceſſum. Prima completur cum calefacientibus, abſtergentibus, reſoluentibus,& exiccantibus prędictis numeratis in capitulo antecedente,quæ materiam alterant frigidam,& illam materiam acetoſam abſtergunt. Ex quibus conferens maxime eſt vinum, vnde Hipp. potus indigentiam ſoluit. Talis autem potus debet ſecundum Gal. eſſe vini antiqui, vinoſi, puri, multi, calefacti, in ieiunio ſumpti, in quo non ſit ponticitas; nec acredo, niſi adſit fluxus,ſeu vomitus,quod eſt plurimũ. Tunc enim oportet,vel ꝙ omne vinum auferatur, nam ponticũ augmẽtum efficit in canino, acetoſum,& amarum in fluxu, vel ꝙ ſit vinoſum moderatum, habens ſtypticitatem non amarum,hoc enim reſpicit vtrumque, & eſt cura cauſæ primæ. Secunda cõpletur cum vnctuoſis, & pinguibus, & his,quæ ſupernatando,& replendo ſua viſcoſitate,ori ſtomachi adhęrendo nauſeent,& appetitũ tollant. Si vero caninus ſit ex caliditate reſoluẽte, curabis, cum his,q̃ dicta ſunt in cura ſyncopis reſolutionis, & cura boliſmi.

3. aphor. 22.

Cura deſtructi,& canini,ex vtraque cauſa,eſt tres res: oportet enim primo ſtomachi prouidentiã facere,cũ calidis calefaciẽtibus,& abſtergẽtibus p̃dictis. Secũdo vero membris occurrere; quare ipſorum reſolutionem,& inanitionem prohibere. Tertio ſyncopi ſubuenire,& cibare cum redolentibus ex cibis, & potibus,& pane cum vino,& cęteris cordialibus,& ſtomachalibus. Cura vero ſyncopalis famis,eſt cura canini, ex caliditate facti, & iam dicta eſt ſupra plurima pars regiminis eius in cura doloris ſtomachi,& eſt tres res. Prima eſt ſyncopi ſubuenire,vt ſuperius dictum eſt. Secunda eſt poſtquam euaſit ab ea obuiare, & prouidere,ne reincidat,& illud fit cum exhibitione panis in vino frigido infuſi,& in rob de granatis,& cytonijs,& ſimilibus,quãdo tardatur cibus: & cum alijs confortantibus ſtomachum interius,& exterius approximatis. Tertia eſt ſenſum obtundere, & humores, & poros corporis inſpiſſare, & illud cum cibis groſſis,& frigidis ſtypticis. Pilulæ educentes phlegma acetoſum de ſtomacho cõuenientes appetitui canino ex frigiditate cum humoris vitio acetoſi. ℞. turbith albi,& mundi,agarici,an. vnc. j. ſpicæ. ſcrup. j. Confice cum oxymellite ſquillitico, & dentur, deinde detur diatrionpipereon,diacyminum, quod digerit, & conſumit humorem acetoſum, & alterat dyſcraſiam ſtomachi frigidam. Cum vero adeſt fluxus, quod eſt plurimum, tunc conueniens eſt confectio electarij. alephanginæ, quod fit in tempore æſtatis poſitum in antidotario noſtro. Cibus autem expertus eſt ex taphano, vitellis ouorum,& vnctuoſis, & pinguedinibus multis. conſumit humores, aufert dyſcraſiam frigidam, & ſenſum obtundit, ſeu appetitum.

Pilulæ phlegma. acetoſum à ſtomacho educentes.

Cauſæ.

De medicinis appetitus corrupti. Cap. 19.

CORruptio appetitus,eſt appetitus inſolitæ,& nutrimento hominis inconuenientis rei. Eſt autem vt plurimum ad acuta, & ſalſa, quæ ſunt nota, quandoque ad ſtyptica,& pontica, & ſicca, vt ſunt teſtæ,lateres,lutum,terra, carbones, & ſimilia,& eſt mala: quandoque ad acria,& acetoſa, vt ſunt fructus acres, immaturi, & limones, perſica, pruna, acetum, agreſta,pyra, meſpila, coctana,& maciana,quandoque ad vnctuoſa,& dulcia, & quandoque ad fętida, vt ſunt cimices, ſcarabęi, & ſimilia, & eſt deterior corruptio. Contingent autem ex humoribus malis in qualitate plurimum frigidis,& humidis,vel calidis, vel in ſubſtantia corruptis etiam,vermes generantibus,in ſtomacho aggregatis,& generatis, vel ab alijs membris influxis, ad quorum correctionem natura appetit aliqua illis contraria,vt rectificet illos,ſicut in mariũ corporibus naturaliter, vel accidentaliter diſcretis,& proprie mulieribus,ſeu defectis; & maxime prægnantibus in primis menſibus tribus: & alijs, in quibus menſtrua intemporanee retinẽtur, eſt videre,quòd appetunt talia. Cum enim natura moleſtetur ex illis os ſtomachi pungentibus, vel grauantibus, vel afficientibus quoquo modo, appetit illis contraria, quibus corrigantur,& conſumantur,vt ab eorũ moleſtia,& a grauedine releuetur. Inquit enim Gal. dyſcraſia naturalis ſtomachi appetit ſimilia,accidentalis vero contraria. Nec mirum ſi eſt natura, quæ noſtra diſpenſat corpora indefecte,& ordinanter,quia ſapientiſſima,vt ait Gal. In inteſtinis ad conſumptionem phlegmatis congregati, ordinauit lumbricos generari, multo magis ſtatuit,vt natura ſtomachi,quæ nobilis eſt, moleſtata,vel grauata ab illis humoribus, appetat talia; quibus illis cõſumptis releuetur,& ad appetendum ſolitum,& cõueniens redeat alimentum,ſicut appetit acuta, acrimonialia,& ſalita quibus frigidus humor,& humidus conſumatur; quia eius cauſa eſt: vel frigida,& ſicca,& acetoſa, quibus humor calidus,& humidus excitetur, & exuccetur,a quo cauſatur appetitus talis. Et quandoque,licet raro,ſętida; non quia ſimpliciter ſętida,ſed quia eorum fœtori,& naturæ contraria,& eorum materiam conſumentia,& educentia,vt ſunt acrimonialia,cimices,& ſcarabæi, qui virtute diuretica extra corpus ipſam expellunt. dictum eſt enim ſupra, quòd appetitus eſt à contrario ad contraria ſeſe fugantia. Talium enim humorum in ſtomacho aggregatorum generatio eſt a corrupta eius digeſtione,quæ qualiter fiat,& a quibus cauſis infra dicetur, & latius capitulo proprio (prout Chriſtus annuens nobis erit.) Nunc autem ſcias, quòd fit a calido inflammante,vel a frigido extinguente calorem naturalem ſtomachi,& debilitante ipſum: quare cibus non digeritur, vt oportet, nec in benignum conuertitur, ſed in acetoſum potius, vel fumoſum. Et ſi calor extraneus dominetur, & humidæ ſit ſubſtantiæ, tranſmutabitur in putredinem, & fœtorem; ipſorum vero influxio, aut eſt a toto corpore,vt in febrientibus febre putrida,vel in non febrientibus,ſed ſcabioſis arthreticis,& leproſis, vel aliquo membro,puta hepate,vel ſplene. Et in mulieribus a matrice non munda, & maxime ſtomacho exiſtente debili,& famelico diu. Inquit enim Abuha. ſuſtinere famem,ſtomachum putridis replet humoribus.

Signa corruptionis appetitus, & ſpecierum eius nota ſunt; quia ſenſus infirmi ſtomachi,& inuentio per medicum illud oſtendunt. Sed,ſi quidem ſit ex humoribus aggregatis calidis in ſtomacho,ſigna ſunt ſitis, & æſtuatio,& eructatio fumoſa,& iuuantur frigidis,calidis vero lædentur. Si vero ex frigidis, ſigna erunt è contra,quia ſine ſiti, & æſtuatione, & cum oxyregmia erunt, & iuuantur calidis,a frigidis vero læduntur. Si autem ſint in eo generati,ſigna erunt,prędcedens regimen cibi,& potus aliarum rerum non naturalium, & dyſcraſia ſtomachi manifeſta,& apparens abſque læſione; immo cum ſanitate totius corporis, & membrorum. Sed ſi ſint ex influxu, ſigna erunt prædcedens diſpoſitio corporis, vel membrorum inualida,& diſcreta, ſeu morboſa; ad quã ſequitur talis appetitus corruptio,eiuſque variatio, quia intentio, & remiſſio penes variationem per intenſionem,& remiſſionem ipſius tibi indicat,& declarat.

CVRA corruptionis appetitus eſt duplex, eſt enim generalis, & ſpecialis. Generalis eſt tres res. Prima eſt humoris corrupti in ſtomacho congregati euacuatio, quam complent vomitus, & ſolutio ventris. Secunda eſt diſpoſitionis ſtomachi illum humorem generantis correctio, quam complent regimen, & medicinæ eius dyſcraſiam alterantes,& ipſum confortantes. Tertia eſt corporis, vel membri (ſi quod mittens, ſeu influens ſit) rectificatio, quam complent illa quinque, vel quatuor, quæ in cura dyſcraſiæ eius cum materia influxa recolimus ordinaſſe. Specialis eſt multiplex, ſecundum multiplicem eius ſpeciem, in quarum vnaquaque prædicta ſunt attendenda. Si ergo appetitus ſit ad acuta acrimonialia,

nialia, & ſalita, quem efficit humor frigidus, & humidus, ſtudebis primo ipſum educere vomitu poſt piſcium ſalitorum comeſtionem cum raphano, & oxymellite, prouocatio cum aqua decoctionis raphani, anethi, ſem. erucæ, naſturcij. & ſimilium cum aceto ſquillitico, aut oxymellite eius, ſi expediet. & hoc conuenientius, &c proprius, quia talis humor in ſuperiori parte ſtomachi dignoſcitur abundare; ꝙ ſi ſua grauedine fundum petat, purgabis cum clyſteri, vel pharmaco, vt cum turbith non confortato, ſi in ſtomacho ſit generatus; vel cum confortato, ſi aliunde influat, vel agarico ſi à toto corpore. Et ſi quidem ſit imbibitus cum hiera aliqua ex magnis, vt ſupra de cura malitiæ complexionis ſtomachi cum materia tibi, oſtendimus de omnibus ſerioſe, & cõplete. Secundam rem complentia ibidem oſtendimus, & precedenti capitulo immediate, ac etiam tertiam rem complentia. Et ex conuenientibus talis appetitus corruptioni eſt, poſt purgationem, vt exiccantibus, & abſtergentibus ventris putredinem; ex quibus ſunt medicinæ, & cibi appropriati. Cibi ſunt, vt carnes leporis, cappares conditi cum aceto in principio cibi; naſturcium in prima menſa, & etiam potus aquæ ferreæ; & in ſecunda menſa fiſticum, & paſſulę. Sunt etiam medicinæ ſimplices, & compoſitæ. Simplices ſunt cyminum, carmenũ, & ameos ante cibum, & cardamomum poſt; & ex illis ſunt xyloaloe bibitum, & ſtæchas, & balſamum, ſal napticus, & ſquilla, & acetum eius, & cinnamomum, ſpica, myrrha, & alia, quæ ſupra in cura cordis enumerauimus. Compoſitæ vero ſunt confectio de ſcoria ferri aromaticum roſatum, & ſimiles.

Si vero talis appetitus ſit ad pontica, & ſicca, & lutũ, primo humidum humorẽ, qui eius eſt cauſa euacuabis cum prędictis vomitum prouocantibus, & vẽtrem exoluentibus cum exiccatione, vt turbith, polypodium, hiera, tartarum, & chebuli: deinde ſtomachi dyſcraſiam humidam alterabis cum ſiccis cibis, & medicinis, & põtibus exiccantibus, & cum regimine exiccatiuo, macrefactiuo noto infra cũ de decoctione loquemur (ſi Chriſtus voluerit.) Et quandoque iuuantur ex acutis, ſicut ſinapi, & ſimilibus, ipſum enim malum abſcindit humorem, & excitat appetitum, & eſt vltimum in reducẽdo appetitũ mulierum luti. Et tertio ad ꝙ influit, qđ ſit membrũ, vel corpus prędictis modis habebis reſpectũ.

Sed ſi ſit ad acria, vel acetoſa. Primo humorem calidum cholericum, vel ſalſum, qui eum efficit curabis, vel euacuabis vomitu cum aqua tepida, & aceto, vel aqua ptiſanæ, vel aqua decoctionis ſeminis atriplicis; aut clyſteri, ſi petat deorſum, quod ex punctura, & ardore in ſtomachi fundo facto percipies, aut cum aloe, quæ confortat ſtomachum, & mundificat à cholera, & phlegmate, & etigit appetitum corruptum, & ſalſum, qui eſt a ſalſo humore: ex hiera Gal. & infuſione decoctionis abſinthij, & fumiterræ. Secundo alterabis ſtomachi dyſcraſiam calidam cum frigidis notis ſupra abſterſiuis capitulo præcedenti, & cum regimine infrigidatiuo, & humectatiuo. Et ex illis eſt aquam frigidam bibere in ieiunio, & aquam lactis, & lac acetoſum, & ſuctio acetoſitatis citri, & proprie ſi à matrice propter retentionẽ menſtruorum cauſatus fuerit, & ſuccum granatorum muzorum proprie. Si vero talis humor in ſtomacho fuerit generatus, & ingroſſatus, vt puta cum cibis groſſis, lacte, & amylo, & vino groſſo, & cucumeribus immaturis, frumento, lactucis, & granis granatorum. Et tertio influenti, ſi quod ſit, puta hepati, prędictis remedijs obuiabis.

Quod ſi ſit talis appetitus ad vnctuoſa, & dulcia. Primo euacuabis humorem ſiccum melancholicum, qui eius eſt cauſa cum decoctione epithymi, & myrobalanis nigris, & ſucco granatorum dulcium expreſſorum cum pulpis eorum, & ſimilibus, & clyſteribus ex appropriatis notis ſuperius nominatis in cura malæ complexionis cum materia; vomitu vero non tentabis euacuare. Inquit enim Hipp. in aph. Melancholicos vero inferius & vehementius eadem ratione contraria apponentes. Secundo dyſcraſiam ſtomachi corriges, & confortabis cum contrarijs alterantibus, & regimine humectatiuo, quod ſuperius diximus, & etiam infra dicemus; & ex cõuenientibus eis eſt zuccharum, bugloſſa, meliſſa ſecundum oẽm modum approximata, & vinum aromaticum ſubtile, & clarum, & maturum, granata dulcia, & poma dulcia redolentia, & ſimilia. Et vltimo ipſi ſpleni ſi mittens fuerit, vt dictum eſt de alijs curam approximabis.

Si autem fuerit ad fœtida, primo humorem corruptum, & fœtidum, qui eſt ipſius cauſa expurgabis; quem qualis fuerit, poteris cognoſcere ex fętidis, quæ appetuntur, nam illis ſunt contraria. Et tunc expurgatiuum appropriabis ei. Quod ſi ignoretur qualis, vel cuius fuerit ſpeciei, vomitu cum aqua mellis, vel geleniabin, vel aqua naſturcij educetur. Et etiam cum hiera picta, quæ mundificat ventris putredinem, & omnem materiam putridam, vel putreſcibilem etiam ſi propria ignoretur, vt prædictum eſt, & etiam ſi fuerint ibi lũbrici, & ipſos necabit, & ipſos educet, & alia, quæ in ſuo dicentur capitulo. Secundo caliditatem præter naturam ſtomachi alterabis cum medicinis frigidis mundificantibus, & abſtergentibus, & regimine cum frigidis, & ſiccis abſtergentibus ſuperius enarratis. Et tertio ad matricem apponeſ ſi expediat, remedium prælibatum ſuo capitulo.

Nota de hiera picra.

Decoctio utilis contra bolum malum comeſtum.

Decoctio valens ad eum, qui comedit bolum, & corruptus eſt ſtomachus, quare timetur ne corrumpatur eius complexio. ℞. cupularum glandium drachm. viij. aloes drach. vj. pulicariæ drach. vj. radicis ſquinanthi drach. iiij. myrrhæ drach. ij. frangantur, & coquantur in rotulis duobus aquæ, donec perueniat ad medium, recipiatur tertia pars qualibet die per triduum, & reiteretur cura deinde. Modus decoctionis ad eum, qui comedit lutum, & eius corrumpitur ſtomachus, & citrinatur color, & timetur ſuper eum ex hydropiſi, & eſt alfuſe. ℞. cupularum glandium drach. ij. paſſulatum enucleatarũ drach. vij. aniſi drach. iij. myrob. nigrorum bellitricorum, & emblicorum ana drach. v. ſcoriæ ferri contritæ, infuſæ in aceto acuto, & exiccatę, & torrefactæ ſuper patella drach. iij. ſumach drach. vij. decoquantur cum vini pontici vnc. viij. tãdiu donec remaneat medietas, & coletur, & detur in ieiunio vij. diebus. Medicamen deijciens lutum ℞. cymini carmeni, vel cardam. marathri, ameos, vel cubebarum, ana partem vnam, detur ex eo in ieiunio vnc. j. & maſticetur maſticatione bona, & deglutiatur aqua eius in veſperis. Electarium bonum ex inuentione noſtra curans caninum appetitum, & corruptum deſiderium. ℞. paſſularum enucleatarum drach. v. cupularum glandiũ dr. j. aniſi dr. iij. myrrhæ myrob. nig. emblicorũ, & bellitricorum, ana drac. vij. ſcoriæ ferri infuſæ in aceto exiccatæ, & torrefactæ drach. viij. cardamomi maioris, cubebe, ana drachm. iij. zucchari tabarzet, quod ſufficit. doſis eſt drachm. j. cum aqua anthos ſtomacho ieiuno. Electarium bonum, & expertum contra putrefactiones in ſtomacho, & ſubuenit apoſtematibus ſtomachi, & ei, cuius ſtomachus reſiduum cibi, & potus propter caloris inopiam, aut melancholiæ male gubernat, nec patitur aliquam putrefactionem in eo generari: confortat cor, cerebrum, & totum corpus prouocat menſtrua, & rectificat malitias matricis. ℞. trium pipereon, an. drach. j. garyoph. drach. ij. ariſtoloc hiæ longæ, zedoariæ, violarũ, betonicæ, an. drach. iij. ſalisgemmæ drach. ij. myrrhe electæ ad pondus omnium. Confice cum ſyrupo de ſpica, doſis eſt à drach. ſ. vſque drach. j. ſ. Pilulæ præſeruantes ſtomachum ab omni læſione intrinſeca, nec permittunt humores putrefieri in eo, immo abſtergunt, & mundificant rugas, & parietes. Et qui aſſiduat vſum earum diebus ſingulis permanebit illæſus à doloribus ſtomachi, nec à doloribus capitis vexabitur vnquam. Et nihil eſt oculis (mihi crede) ſalubrius iſtis, & eis, qui triſtantur ſubuenit. Et eſt medicina matricis vitioſæ, viſcerum interiorum, quarum permixtio eſt. ℞. maſtiches drac. iiij. aloes electæ drach. x. agarici boni drach. iij. conficiantur cum ſucco altiliæ. Doſis eſt ij. pilulæ, vel iij. quando itur dormitum. Et poſſunt recipi ſecundum modum voluntarium vſque ad xv. vel xxv.

Decoctio ad eum qui comedit lutũ.

Medicamẽ deijciens lutum.

Electariũ bonum ad caninum appetitum.

Electarium aliud bonũ.

Pilula ſtomachũ præſeruãtes ab omni læſione.

Eadem infra habẽtur.

De

De siti, & medicinis eius. Cap. 20.

SItis, vt superius habuisti est appetitus frigidi, & humidi, quod est potus. Causam autem eius, quædam est interior: quædam exterior. Et interior, quædam est propria ori stomachi, cuius est propria passio, quædam ex vicinitate, vel communitate, propinqua, vel remota. Et causa immediata, & coniuncta est mala complexio rei desideratæ contraria, quia calida ipsius oris stomachi, vel sicca, vel vtraque pura, vel cum materia in stomacho congregata, & rugis eius, scilicet cholerica, salsa, & ebulliens, seu corrupta, eo generata, vel influxa. Ex vicinitate autem seu communitate propinqua, & est causa antecedens ex mala complexione ventris, meri, intestini ieiuni, cordis, & pulmonis. Cum enim inflammantur, & excitantur calidis, vt sua caliditate, & siccitate eorum calefiat, & exiccetur os stomachi, algmasat, & glandulæ in radice linguæ positæ: quare exiccantur in eis humiditates, & minuuntur, quæ humectare linguam, & os naturaliter habēt, aut communitate ad meseraicas, cum oppillantur; quare quod bibitur non penetrat de stomacho ad hepar; quare remanent semper membra exiccata desiderantia irrorati, licet plurimum bibatur, sicut accidit in hydrophisi, & colica. Ex communitate longinqua sicut cum accidit propter hepar supercalefactum, vel apostematum calido apostemate calefaciente, & exiccante humiditatem corporis omnem, vel infrigiditatum; quare non attrahit potum. vnde membra remanent exiccata, & desiderantia irrorari, aut propter ægritudines cerebri, vt est phrenesis, mania, & melancholia, aut propter ægritudines, vt diabete, aut ex communitate ad totum corpus, vt in febris sudore diaphoretico, crisi, hectica, phthisi, & similibus. Causa autem exterior est causa primitiua, & res necessariæ, & non necessarię indebite approximatę, & necessariæ sunt, causæ non naturales, vt aer calidus, & siccus, qualis est sub cane, & ante canem, & post canem naturaliter existit; vel artificialiter, vt in balneis, & stuphis, & similibus, & exercitium laboriosum, & proprie locutio muta, & cibus valde calidus actu vel potentia, vt sunt allia, sinapis, & similia, aut siccus, & salitus, & grossus, vt sunt carnes bubulinæ, equinæ, vaccinæ antiquæ, & similes; & viscosus, vt sunt carnes porcinæ, piscium magnorum, non squamosorum, malatium, & ostracorum, & similium, aut multus, & diuersus, in cuius digestione stomachus laborando valde inflammatur, & exiccatur, quare sitis sequitur sicut accidit homini, quando multum laborat. Et potus vini vinosi, antiqui, plurimi, & noui bullientis non depurati, aut habentis malitiam acquisitam venenosam. Aut quia vespæ mortuæ fuerunt in eo, vel quia fuerit spaciatum superflue, aut aquæ malæ qualitatis, necessitatis tempore; vt salsæ, sulphureæ, aut nitrosæ, paucitas propter abstinentiam à cibo, & potu ieiunantibus volūtarie, vel de necessitate, & somnus plurimus, & profundus, in complexione calida, & sicca; in ieiunio frigidus, vel super cibum calidum, & siccum, vel medicinam. Et etiam vigiliæ superfluentes, & exiccantes. Et etiam animæ accidentia, vt fortis ira, indignatio, timor, & imaginatio mortis festinę, vt in ductis ad mortem apparet, & gaudium superfluum, & similia. Non necessariæ vero sunt puncturæ animalium venenosorum, vt serpentium, apum, vesparum, & similium. Et medicinæ calidæ, & siccæ, vel laxatiuæ in solutione superfluentes, vel sufficienter soluentes, quæ inducere habent sitim à complexione, & ab effectu, quia educunt à corpore humidum, quæ si in principio solutionis non appareat, sed in processu, & fit moderata, significat sufficientem purgationem. Vnde Hippocr. ait quicunque in pharmacijs non sitiunt, cum purgantur, non quiescent, donec sitiant. Signa sitis sunt, sensus, & molestia; sed facta à causa interiori, & propria, sunt signa malitiæ complexionis calidæ, & siccæ stomachi, quam superius habuisti; & sitis continua, & æqualis. Sed factæ à vicinitate, & communitate, est antecessio dispositionis illorum membrorum, quorum communitate patitur, & variatio sitis in augmento, & diminutione secundum varietatem dispositionis illorum. Factę vero à causis exterioribus signa sunt inuentio, & antecessio illarum exteriorum, quæuis fuerit.

CVRA sitis est generaliter nota ex his, quæ dicta sunt in cura malæ complexionis stomachi calidæ, & siccæ, vel vtriusque puræ cum materia generata, vel influxa. In speciali aūt est duæ res. s. auferre causam, & sedare ea, sed si quidem est tolerabilis, tunc oportet primo causam abscindere, deinde accidens, vel ipsam, si impressio facta fuerit, mitigare. Si vero sit intolerabilis, tunc oportet primo eā mitigare, deinde causam auferre. Primum proprie cōplent potus, et cibi frigidi, vel humidi, vel vtrique, & declinatio vniuersalis regiminis, & in alijs ad frigidum, & humidum. Et si à propria passione fuerit, & à sola pura qualitate, quales sunt chist hordei, amylum, cucurbita, medulla citruli, melones, pruna, persica, granata, chrysomela, & olera, vt spinachia, atriplices, lactucæ, panis mundus, carnes hædinæ, vitulinæ, & oua cum totalitate eorum. Potus autem sit ex aqua frigida, quæ, de stomacho transire moratur. secūdum Hipp. vel aqua hordei, in qua resident rosæ, cū stipitibus si sint maturæ, vel sine, si fuerint immaturæ, vel iuiubæ, & aqua ferrea, & coriandri, & cum alijs succis, qui stypticitatem habeant, & aliquam grossitiē substantiæ, vel aliquam rem admixtā, quæ teneat ipsum in stomacho, nec suæ veloci penetrationi consentiat, sed resistat; quales sunt vinum acerbum, & lymphatum cum aqua frigida; succus granatorum, agresta, succus macianorum, & cytoniorum cū frigida aqua, in quibus sit panis infusus, qui præmittatur, vel cibus alius, deinde potetur. Cibus enim & proprie panis, cū sit spongiosus potum in stomacho retinet diu, qui impressionem faciet, & eius complexionem propriam alterabit, nisi causa fuerit in membris remotis; tunc enim frigida, & humida subtilis substantiæ, & facilis penetrationis sunt conuenientia; vnde si aquæ admisceatur vini modicum, vel aceti, optimum est secundum Gal. ꝙ si alteratur aer cū frigidis, & humidis, vt infirmi quiescant, & dormiant, replcantur, non abstineant à prædictis, & gaudeant, & lætentur citius, curabuntur, & potissime vbi à medicinis sument auxilium, quæ sunt simplices, & compositæ. Et simplices exterius existunt, vt rasura cucurbitæ, & succus eius, solatri, lactucæ, portulacæ, flores rosarum, violarum, nenupharis aqua ros. agresta, succus cytoniorum cum aceto, & folia talicum, & similia ori stomachi applicata: sandali quoque, camphora, & spodium, vbi materia cholerica influat ei. Interius autem vt lac acetosum, succus macianorum, mucilago psyllij: aqua melonis indi, & aqua seminum communium, aqua prunorum, sebesten, iuiubarum, & lactucarum, & liquiritiæ, & similium. Infrigidatio quoque pedum cum aqua frigida caliditatem stomachi extinguit, in debilibus proprie, nō robustis, sicut calefactio eorum frigiditatem alterat, calefacit, & confortat, & proprie si sit temperata. medicinæ cōpositę infra subiungentur. Quod si fuerit a mala cōplexione stomachi cū materia cholerica, cōplēt ipsius ablationem aqua prunorū, aqua absynthij, cū rosis, & sebestē, succus ros. violarum, & syrupus earum, & pulpa tamarindorum, & mel casiæ fistulæ: & ex cōpositis aqua fructuum. Si vero sit amara salsa, cōplent succus, & aqua fumiterrę, & syrupus eius, & aqua lactis, & hiera. G. cum aliquo prędictorū frigidorū exhibita, & aloe cū aqua lactis, & similiter si fuerit a materia putrefacta, necnō, & quę stomachi putrefactionē habēt mundificare, quorū cogitionem prędecedenti capitulo habuisti. Sitis autem mitigatur cum prædictis, & proprie potu alicuius prędictorū, & frequenti absolutione, & proprie cū aqua pura, vel permixta succo granatorū acetosorum, si fuerit a sola, & pura cōplexionis malitia proprie, vel cum materia cholerica, conferunt enim causæ, & accidenti, & syrupus acetosus facit illud. Quod si fuerit a salsa, & baurachia, acetum lymphatum, ma-

De raphanis. xime confert, ait Gal. Sed, vt non cito penetret de ſtomacho, ſit in eo virtus raphani, à proprietate enim habet vt medicinas retrahat ad os ſtomachi, & teneat in eo, vt non cito penetrent, & materiam digerat groſſam, quæ eſt pars eius, aniſum quoque proprietatem habet ad illud. Inquit Abuha. Si vero fuerit à putrefacta materia, mitigabunt granata acria, & muza. Et ſi ſit influxa, membro influenti curam adhibebis, ſtomachum mundificabis, & conſortabis. Quod ſi ex communitate propinquorum, & vicinorum membrorum fiat, duæ res ſunt neceſſariæ primo enim illa rectificabis cum proprijs, quæ ex prædictis ſunt tibi nota, ſecundo ſi impreſſio dyſcraſiæ in ore ſtomachi facta fuerit, & remanſerit, alterabis cum prædictis. Et ſi quidem fuerit in meri, cum his, quæ in ore tenentur, vt cum carne prunorum, pulpa tamarindorum, liquiri. melonis indi, ſeu aliquo prædictorum frigidorum, & humidorum, & chryſtalli, paleæ, hordei, quæ reſedit in aqua frigida, & maſticatio ramorum portulacarum, & præputiorum vitis, & cum potu aquæ frigidæ ſugendo ſumpto in vaſe ſtricti orificij, vt ait Abuha. Et ſimiliter ſi fuerit ab algamaſat ſtomachi, & ieiuni. Si vero fuerit ex pulmone, & corde cum inſpiratione aeris frigidi, & cum cibis, & potibus frigidis, & cordialibus, & medicinis interius, & exterius approximatis, quæ in cura cordis diximus; in quibus ſit aliquid leptomeris ſubſtantiæ mixtum; vel virtus eius deferens ad ipſum, vt crocus. Et ſi ex vicinitate ad meſeraicas cum apeririuis, quæ diximus ſupra in cura ægritudinis in via, & poro ipſius.

Similiter ſi ſit ex hepate cum endiuia, cum aceto, & ſyrupo eius, & aqua ſeminum communium, triaſandalis, & diarhodon, & * frigido genonis, & ceroto de ſandalis, quod in noſtro poſuimus antidotario, ſi fuerit ſupercalefactum: ſi vero infrigidatum, cum dialt hæa, diacurcuma, & abſinthio, & ſyrupus eorum, & eupatorio, & alijs, quæ in proprio eius loco dicemus, ſumma Trinitate fauente. Et ſi ex cerebro, cum his, quæ in cura paſſionum eius diximus. Et ſi ex renibus, cum his, quæ in cura diabetis dicemus. Et ſimiliter ſi ex communitate ad totum corpus, fiat, cum his, quæ curant febrem hecticam, & phthiſim, quæ dicemus in proprijs capitulis, & aqua frigida cũ vino mixta, vel aceto, quod ſufficiat, eſt propria, dicit Gal. Et ſi ex ſudore diaphoretico, cum eis, quæ diximus in cura cordis. Et ſi ex criſi cum tolerantia eius, ſi poſſibile eſt. Inquit enim Hipp. ea quorum criſis fit, aut facta eſt nihil dare oportet, ſi autem non ſit poſſibile, mitigetur cum aliquo, quod criſim, & euacuationem cretica, quam ex proprijs ſignis præcognoſcendo expectas, habeat prouocare, non impedire; vt eſt aqua hordei, & melonis indi, quæ à proprietate habent ſudorem prouocare, & ſemina communia, quæ habent prouocare euacuationem, per vrinam, & aqua fructuum, quæ prouocare habet euacuationem, & criſim per fluxum ventris, & ſimilia. Si vero ſitis ſit ex cauſa exteriori, & primitiua cauſa, quæcunque fuerit auferatur, deinde eis impreſſio, ſi remanſerit in ore ſtomachi corrigatur, & alteretur, vt eſt prædictum. Et ſi quidem ſit ex cibis groſſis, & viſcoſis, multis, & diuerſis, in quorum digeſtione laborando ſtomachus inflammatur, & ſic ſitit valde, cura eſt ſomnus, non potus. Inquit enim Hipp. Quibus nocte bibere deſiderium eſt valde, his ſi ſuper dormierint bonum, ait Gal. intellige, & hoc ſi ſitis ſit tolerabilis, & fuerit proportio cibi, & potus præaſſumpti. Quod ſi non fuerit tolerabilis, nec fuerit proportio inter cibum, & potum, bibere aliquid ad mitigationem ſitis eſt vtile, deinde ſuperdormire; nihil autem bibere, pœna eſt ſine iuuamine. quaſi dicat, tunc bibere iuuat, & non nocet, nõ bibere autem eſt pœna, nec inde ſequitur iuuamentum, immo potius nocumentum. Inquit enim Gal. igitur nullus prudens illud dabit, vel faciet, quod nullam afferat vtilitatem, nocumentum vero ſecum habeat immenſum, quare bibere oportet parum vini puri, quod iuuat ſecundum Hipp. digeſtionem proprie in conſueto bibere poſt cibum. In non conſueto E bibere vinũ detur ad mitigationem ſitis parum aquæ frigidę, & proprie ſi cibus calidus fuerit; & ſiccus; vel vini lymphati, ſi ſtomachus non tolerat aquam in vaſe ſtricti orificij ſugendo, & quanto frigidior fuerit, minus ſufficit ex ea. ait Abuha. Si vero ex cibis ſalſis, & aqua ſalſa cum potu aquæ maris fuerit ſuccurratur ei cum xylocrate, granis muzorum, & pomis dictis zarur, & cum vnctuoſis. vt eſt butyrum, & proprie ius, & brodium carnium. Et ſi fuerit ex potu aquæ vitioſæ, & ſulphureæ, ſuccurratur cum lacte, lactuca, cibis groſſis, & amylo, & vino ſubtili odorifero, & vtriſque cum aceto lymphato. Quod ſi fuerit ex punctura animalium, & reptilium calidorum, primo curetur cum eo, quod generaliter reſpicit venenum ipſorum, vt puta cum frigidis, qualia ſunt coriandrum, lac vaccinum acetoſum infrigidatum in niue, & aqua camphoræ, & ſimilia, vel aqua frigida cum puluere terræ ſigillatæ, quæ, extinguit inflammationem, & eius educit ſubſtantiam, deinde cum F cognoueris ſpeciem animalis, adminiſtrabis, quæ ſunt propria, quæ infra dicemus. Si autem ex medicina ſoluente ſufficienter, aut ſuperflue fuerit, ſuccurrendum erit prout te ſcire fecimus cum de conſolatione medicinarum locuti fuimus in accidentibus, quæ hæreditare faciunt medicinæ ſolutiuæ. Sitis autem ex qualibet aliarum cauſarum procatarcticarũ cura eſt ipſarum amotio, & priuatio cum regimine ſupradicto de ablatione ſitis. Ablatio ſitis, & diminutio ex contrarijs erit cauſis, & cura erit etiam contraria. corruptio vero ſitis ex ſimilibus cauſis corruptionis appetitus prouenit, & ſimilis erit cura. Syrupus extinguens ſitim ex cauſa calida, & ſicca propria vel coniuncta. ℞. endiuiæ, cichoreæ, hepaticæ, lupuli, boraginis, acetoſellæ, aleluię, an. vnc. j. violarum, roſ. florum nenupharis, & cucurbitæ, lenticularũ, aquæ florum vuę, ana vnc. j. hordei mundi partem. i. prunorum, ſebeſten, iuiubarum, ana numero xxv. ſeminum frigidorum, ana vnc. j. ſeminum communium vnc. ij. pſyllij integri, ſem. cytoniorum, ana vnc. j. zucchari albi, G lib. j. ſucci granatorum muzorum, lib. ſ. aromatizentur cum ſandalis albis, & rubeis, & ſpodij, ana dra. j. cãphoræ. ſcrup. j. croci grana. v. fumatur cum aqua frigida, & teneat in ore cryſtallum. Item fiat iuleb de ſucco limonum, vel de cucurbita; quod poſuimus in antidotario noſtro, & trochiſci de camphora, & electarium triaſandalorum. Item epithemetur ſtomachus cor, & hepar ex puluere camphoræ, ſandalorum cum ſucco raſuræ cucurbitæ, aqua roſa. & pauco aceto, & cataplaſmetur cũ folijs ſalicis vitis in aqua roſata. Medicamen Gal. quod magiſter Ioannes de Procida fecit Imperatori in ſiti vehementi. ℞. aquam frigidam, & irrora deſuper acetum album purum quantum tolerare poterit bono modo, & da bibere ſtomacho ieiuno quantum eſt cupa, ſanabitur, ſtatim ſecundum Gal. ſi Chriſtus voluerit.

Syru. vtilis ad ſitim.

De nocumẽtis digeſtionis ex quibus eſt debilitas, & deſtructio, & corruptio, & cura eius. Cap. 21.

H DEbilitas digeſtionis eſt nocumentũ actionis digeſtiuæ ſtomachi, & fundi eius, cui propria eſt. Cum enim nocumentũ ipſius ſit triplex tantum. ſ. diminutio, deſtructio, & corruptio, nec ſit in ſuperfluitate, vt aliarum miniſtrantium, debilitas digeſtionis, erit nocumẽtum diminutionis ipſius, & eſt cũ minus digerit, quam conſueuit, & in longiori tempore. Sed deſtructio eſt cum nihil penitus digerat, vel aliquid de quo non ſit curandum, ſed derelinquit crudum reliquum. Et corruptio eſt, cum in malam conuertat qualitatem ſcilicet aduſtam, ſeu fumoſam, aut acidam, vel corruptam, putridã, & fœtentem, & naturæ odioſam, non autem conſiſtit eius nocumẽtum in ſuperfluitate, vt aliarum. Cum enim omnis actionis virtus exiſtat initium, actio quæcunq; erit principaliter à virtute, ſed mediante organo, vt ſi quidem nocumentũ ſiat in ea, non erit ex parte virtutis proprie, ſed ex parte organi, vel obiecti, vt ait Gal. & hoc in alia ſcientia eſt mõſtratum. Cum enim afferat, quòd

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0602-7 DFG

quòd ſingulum membrum operetur propriam actionem per propriam qualitatiuam criſim, quæ ex quatuor eſt qualitatibus, ſtomachuſque organum exiſtat primæ digeſtionis, hepar ſecundæ, & alia membra tertiæ, tunc proprie virtus digeſtiua perfectè operabitur cum eo, cũ ipſe qualificatus, ſeu complexionatus exiſtat, prout ipſa virtus, & eius operatio exigit. Cum autẽ digeſtio, ſit alteratio, fiatque per decoctionẽ, indiget virtus organi ipſius calore: & cũ ſit eius alteratio q̃dam adæquatio virtuti nutritiuæ, indigebit calore temperato in ſua qualitate, non diſtemperato. Tẽperati enim caloris eſt æqualiter agere in omnem partem decoquibilis rei temperatæ, ſeu æqualis elixabilis, & etiam aſſabilis, vt ſuperius eſt monſtratum in cura melancholiæ. Et proinde Gal. ait. Et non oportet, vt ſit in membro, quod indiget digeſtione, niſi ſpiritus vaporoſus multæ quantitatis. Et ſic ſecundum finem æqualitatis in qualitate, ita quòd quanto maior erit digeſtio tanto maior erit æqualitas, & è conuerſo. Et quia quanto maior erit digeſtio, erit magis naturalis, nec eius maioritas generabit peccatũ, vel nocumentum in operationibus alijs, ſicut maioritas aliarum cum omnes aliæ ordinentur ad ipſam, non è conuerſo. Si vero diminuitur, obtunditur, & debilitatur. Aut adeo diminuitur, & debilitatur, q̃ nihil tentat alterare. & coquere, de quo ſit curandum, & ſit indigeſtio, ſeu digeſtionis ablatio. Aut adeo diminuitur, quòd incipit alterare, & coquere, nec deficit in alteratione, ſed vigoroſe non agit, immo tepide paulatim, & ſic in longo tempore deuenit ad decoctionis perfectionem, & qualitatem, & tunc ſit digeſtionis debilitas. Aut deficit via non potens venire ad terminũ æqualitatis in alteratione, & tunc ſit corruptio in acidã qualitatem. Cum vero ſuperfluit, conuertit in fumũ, & maxime ſi obiectum ſubtile exiſtat; vel etiam corrumpit, cum calor non ſtet cum natura, ſed ſit ita debilis ex ſuperfluitate factus, adeo quòd non regat, & extraneus dominetur ſuperfluens, Talis autem in fumum conuerſio, ſeu aduſtio non facit ſuperfluitatem in digeſtione, cum ſuperfluum dicat additionem quãti, quod præſupponit ſpeciem, & non mutationem eius. Conuerſio autem in aduſtionem, vel fumum non ſeruat ſpeciem adæquationis, quam intendit digeſtio, immo de æquatione alterat, & tranſmutat in ſpeciem diuerſam ſcilicet aduſtionis, & fumi, nec reducibilem etiam, cum ſit crudum, & in acidum mutatio. Nam ſecundum Auerr. quod ſuperexcoctum eſt incrudari non poteſt. Quod autem crudum, & ſemicoctum eſt, poteſt in omnem adæquationis perfectionem adduci. Inquit Gal. manet autem quod corruptum, & ſecundum ventrem, & hepar, ſed tempore præcedenti paulatim digeritur, & fit benignum, quod prius habuit indignum, & illud per naturam enumerandis digeſtionem fouentibus, quo ad vitam. Talis autem mutatio dicitur corruptio à medico, ſicut in acidum mutatio, licet non proprie, quia non eſt obiecti derelictio a regimine naturalis caloris, ſed tamen large, vt ſuæ eſt conſiderationis ad veram, & non veram. Et inquantum talis alteratio non eſt ad generationem, quæ eſt æquatio intenta a digeſtione, conuerſio erit in contrarium, talis autem eſt corruptio, nec poteſt eſſe aliud, cum generatio & corruptio ſint immediate contraria, non ſic alię miniſtrantes. cum enim earum actio non ſit per motum alterationis, vt digeſtio, ſed potius per motum localem, qui non diuerſificat ſpeciem ſuperfluitatis qualitatis organicæ ipſarum, non mutabit, nec alterabit in diuerſam ſpeciem, quam ſua intendat virtus in actione, ſed in ſpecie actionis preſuppoſita addet, quantum ſic poſſunt ſuperfluere, ſicut diminui ſecundum intentionem, & remiſſionem propriæ qualitatis agẽtis, hoc quoque declarat ipſarum corruptio, quæ in malo conſiſtit motu.

Ex quibus abundantibus intelliguntur ſpecies nocumenti digeſtionis, quot ſunt, & quæ, & quomodo conueniant; propter quod in vno redigemus capitulo, & quomodo differunt inter ſe, innoteſcet, & etiam cauſæ eorum in generali, aut enim ſunt ex parte organi, & agentis inſtrumentalis, aut ex parte obiecti ſcilicet cibi, & potus, aut ex parte extrinſecus ſuperuenientium habentium indiſpoſitionem ipſam. Ex parte autem ſtomachi dupliciter, aut quia patiatur in ſe principaliter, aut propter communitatem, & obligantiam. In ſe principaliter, vt quia patiatur quamlibet ægritudinem, vel quia ſit dyſcraſiatus, quod eſt plurimum, & tunc aut eſt dyſcraſiatus dyſcraſia digeſtioni principaliter nociua, vt dyſcraſia nociua alijs operationibus deſeruientibus digeſtioni. Primo modo quia ſit dyſcraſiatus ſtomachus, & fundus eius dyſcraſia frigida, & ſicca: puta vel cum materia, quod eſt plurimum, aut parum excedente, & tunc accidit debilitas, aut valde, & tunc accidit deſtructio, vt cum eſt confirmata, aut mediocriter, & tunc accidit corruptio. itaque frigiditas omnis nocumenti poteſt eſſe cauſa, caliditas autem ſolius corruptionis niſi tantum ſuperfluat, quod deſtruat actum virtutis, & tunc cauſabit deſtructionem, non debilitatem. Secundo modo quia ſit dyſcraſiatus ſtomachus, quantum ad os eius dyſcraſia frigida, quæ dum ſuperfluit, attractiua trahit plus, quam digeſtiua digerere poſſit, vel quia ſit dyſcraſiatus quantum ad fundum, & concauum eius dyſcraſia frigida, & humida, vnde contentiua deficit, nec poterit continere, quandiu operata fuerit digeſtiua. Aut quia ſit dyſcraſiatus quantum ad os, aut inferiorem eius partem, quæ portanarium dicitur dyſcraſia calida acuta, & pungitiua, puta vel cum materia magis moleſtante expulſiuam ad expulſionem cibi, vel potius antequàm digeſtiua ſuam compleat actionem, ſic digeſtiua deficiat nõ propter ſe, ſed propter defectum aliarum miniſtrantium ordinatarum ei, vt dixit Gal. parum vel multum. Propter colligantiam vero & communitatem, quia aut ad totum eorum, vt in febrientibus, vel algoratis, aut aliquid aliorum membrorum, maxime principalium, quibus alligatur. & tunc aut propter communitatem abſolutam; & eſt cum nihil corporeum aduenit ſtomacho ex illis, vt eſt in forti dolore capitis, vel neruorum, vel in ſpaſmo, vel dolore arthretico, vnde ſtomachus debilitatur, vel in fluxu ſuperfluo ſanguinis hepatico, vnde compatitur, & debilitatur ſtomachus. Aut non abſoluta, & eſt vt cum aduenit ex alijs membris ad ipſum humor, puta cholericus ab hepate, & à ſplene melancholicus, vel corruptus à matrice corrumpens cibum ad fumoſum vel acidum, vel quia ad eum vapor emittatur, vt ſuperius habuiſti. Ex parte autem obiecti cibi, & potus, & ex parte extrinſecus ſuperuenientium qualiter contingat, ſuperius in cauſis debilitatis ſtomachi extitit declaratum, tedi ergo ad illud, ibique conſidera.

Signa autem, quæ hic oportet conſiderare, ſigna ſunt, quæ demonſtrant digeſtionem deficere ex ſe principaliter, & deficere propter defectum aliarum miniſtrantium, & ſunt, nam cum digeſtiua deficit ex ſe, aufertur vel tardatur digeſtio, nulla apparente cauſa manifeſta, & nocumento, in alijs etiam cibi facilis digeſtionis, vel conſueti plus ſolito. Quandoque vero eſt ex defectu appetitiuæ, & attractiuæ, & tunc præcedit læſio in ea, quæ eſt manifeſta. Quandoque vero retentiuæ eſt retentio mala, & citius egreditur ſolito, non præcedente nocumẽto in appetitu. Sed ſignum diſtinctiuum, quando talis exitus ſit velox ex defectu contentiuæ, & quando ex ſuperfluitate expulſiuæ, eſt, quia cum eſt ex defectu contentiuæ egreditur præter voluntatem, & quod egreditur maioris eſt quantitatis, nec apparet in eo aliquid acutum, & eſt velocioris exitus; quando vero eſt ex ſuperfluitate expulſiuæ, eſt è contra. Et attende antequam ad curam peruenias, quod cum digeſtio introducens ſpeciem in obiecto ſit triplex, ſcilicet ſtomachi, hepatis, & membrorum, in quibus quod dictum eſt in ſtomacho, & in alijs verum habet, licet addatur quãdoque quarta, quæ eſt depurationis non ſpeciei generatio, vt eſt venarum inter ſe, quæ ordinem habent, & habitudinem, nam digeſtio ſtomachi eſt præuia, & diſpoſitiua ad ſecundã, & licet ſtomachus ſuipſius gratia appetat,

petat,& digerat cibum,vt ait Gal. illud totum de intentione ſuæ naturæ particularis eſt, ſed de ordine vniuerſalis naturæ omnia diſpenſantis, quæ regulariter digerit pro toto. & in digeſtione efficit iuuamentum digeſtioni hepatis diſponendo. Secunda eſt hepatis, & operatiua chyli fons,& principium vegetatiuæ virtutis. Tertia eſt membrorum, & completiua. Ad hæc enim digeſtio alteratur vtraque, vt in alijs membris, vt nutricationi ipſorum digeſtibilia apta reddat, & proinde nocumẽtum vnius in aliam extenditur,& è conuerſo,& proprie cum nocumentum diminutionis aderit,quod in generatione ſpecierum hydropiſis eſt manifeſte videre.vnde Gal.inquit,quòd ſicut cibaria deficienter cocta, vel aſſata exterius venter non poteſt digerere bene, ſicque ſecundum ventrẽ male digeruntur, & in ſecunda coctione, quæ in venis eſt ſimiliter,& contingit ſuperfluitates in corpore generari,ex quibus ægritudines generari reliquas in vniuerſo corpore eſt videre,& maiores,quanto nocumentũ maius exiſtet,cum mater ſit omnium indigeſtio ægritudinum,ſic quaſcunq; adducit paſſiones,vel ægritudines non ſolũ proprias,vt ſunt ſpecies hydropiſis,quę propter infortunium digeſtionis eius eſt fiens,vt ait Gal.ſed etiã ex colligantia, & vicinitate alterius compatientis ad ea, vt ſcilicet cerebro ad ipſum , cuius plurimæ diſpoſitiones ſunt propter diſpoſitiones membrorum digeſtionis, & proprie ſtomachi,licet conuertere illud ſit perparum, vt dixit Abuha ſic adducit epilepſiam indigeſtio,& corruptio melancholiam, myrachiam, vel etiam cordi,cui adduxit ægritudines proprias. Vel etiam totius corporis,cui adduxit indigeſtio conſumptionem, & hecticam ſenectutis , & debilitas eius extenuationem, & macredinem, corruptio vero febrem, & in cute pruritum,ſcabiem, morpheam, & ſimilia ſecundum diuerſitatem * digeſtionum, & nocumentorum ipſarum. Et proinde etiam nocumentum ipſarum ægritudinum eſt prognoſticum ſignum in diſpoſitione ægra , quare eructatio acetoſa, & fumoſa magis in conualeſcentibus ex febre prognoſticatur recidiuationem.

* indigeſtionum.

Cura eius non erit ſtolidi medici, ſed ſolertis,ſoliciti, memorantis, & experti , quem vt perfectum approbat Gal. Sciendum igitur quòd cura nocumentorum digeſtionis eſt duplex, quædam deſtructionis, & debilitatis, quædam corruptionis. prima eſt illis communis cum non differant in ſpecie,nec in cauſa, ſed in quanto,cauſa enim cum maior eſt,& valde lædens facit deſtructionẽ, cum vero parua lædens parum generat debilitatem: vt ſuperius dictum eſt. Talium autem cura eſt quatuor eſt. Prima abſcindit cauſas, & aufert. ſecunda ordine digeſtionis confortat ſtomachum,hepar,& membra; tertia corpus, vel membrum ſi quod ſit, cuius communitate proueniat nocumentum, rectificat,vt dictum eſt,& dicetur in loco ſuo. quarta accidentia conſurgentia mitigat,quæ ſunt inflatio, rugitus, anguſtia, dolor,& arſura, quorum cauſam iam diximus. Abſciſſionem autem cauſæ interioris complent curæ ægritudinum prædictarum complexionalium putarũ, vel cum materia diuerſarum, vel æqualium,vel complexionalium ſimpliciũ, & compoſitarum ſtomachi, quas ſuperius habuiſti hepatis,& membrorum habentium debilitare ipſa, quas infra dicemus propitiante Chriſto. Ablationem vero cauſarum extrinſecarũ complent priuationes, & mutationes ipſarum ad rectum,& debitum digeſtionis,prout in cura debilitatis ſtomachi extitit intimatum. Secundam rem complent adminiſtratio rerum confortare habentium ipſa organa digeſtionum, cum qualitate contraria cauſæ debilitanti,vel cũ proprietate, vel vtroque, quas in debilitate ſtomachi habuiſti , & in cura hepatis dicentur, & cura cuiuſlibet membrorum corporis, quæ ſequetur. Ex his enim,quæ confortare habent corpus,& omnia membra, quædam ſunt communia,quædam vnicuique propria. Cõmunia ſunt,quæ eius,& ipſorum dyſcraſiam alterant,& ad temperamẽtum complexionis adducunt,& ſubſtãtiam vniunt,aut complexionem,vt oleum roſ. quod calefacta,infrigidat, & infrigidata calefacit ſecundum Gal. Aut à proprietate vt lutũ ſigillatum. Et quædã ſunt,quæ à cõplexione ſimul & proprietate habent confortare corpus,& membra,vt eſt acetum ſquillæ, ſtœchas, omnes ſpecies olei,ſandaracha, lac, caro , granum pini, manna, dactyli immaturi, myrtus,glans,lubem cordumenum , xyloaloe, chamæmelum,& folia citri,vua paſſa,myrrha,& gallia. Et balnea, vnctiones , & olea cum prædictis diuerſificatis ſecũdum diuerſitatem dyſcraſiæ corporis,& membrorũ. Et ex confortantibus corpus, & omnia membra in digeſtione ſunt exercitium moderatum. Inquit enim Gal. exercitium vtile eſt. nam commouet calorem naturalem,& validas facit virtutes vitales,& animales ad ſuas peragendas actiones. Cibi calidi,& humidi complexione ſubſtantiæ ſubtilis,& frangibilis,digeſtio enim vt Gal. ait per calidum, & humidum fit,quies, & ſomnus digeſtioni complendæ proportionatus, vt primo ſuper dextrum fiat, ſecundo ſuper ſiniſtrum, & tertio redeat ſuper dextrum, & ſit continuus, ſufficiens ſine interruptione,quamuis aliqui dicere velint,quòd digeſtio tertia melius in vigilijs compleatur, cum enim cauſa eius calor naturalis ſit,& in vigilijs ad regionem ipſius redeat digeſtionis, & ad interiora reuocetur in ſomno, vt dixit Gal.cum ait, ſomnus, & vigiliæ reuocatione naturalis caloris interius, & exterius fiunt, igitur in vigilijs confortãs ex reuocatione in ea digeſtionem complebit melius, quam in ſomno. Cuius contrarium Ariſtot. in de ſomno dicit,& Galen. in de accidenti,& ſi reuocetur in ſomno ad interius, non tamen derelinquet exteriora, quin ſufficiat ad digeſtionem ipſorum maxime cum nõ ſolum in eis per calorem naturalem digeſtio compleatur,ſed etiam per complexionem propriam vniuſcuiuſque temporum fouentibus conſeruatam. Et ex illis eſt amplexus infantis carnoſi,vel catuli ſecundum Gal. & humiditas ventris temperata. Inquit enim Hipp.in aph. Quicunque ventres habent humidos, iuuenes quidem exiſtentes,melius commutant ſiccos habentibus. Et vinum bonum temperate ſumptum, per omnia enim digeſtionem adiuuat, dicit Gal. & pauca comeſtio,& potatio,vel abſtinentia,quod dicit Iſaac ſummam medicinam omnium aliarum,& gaudium temperatum. Et ex eis ſunt medicinæ ſimplices , & compoſitæ, quæ infra dicentur,ſi Trinitas annuet. Et ſimplices quidem ſunt proprie ſicut piper,zingib.galanga,nux maſc.garyo. herime crocus,habaſce,& ſyrupus eius,naſturtium,cuſcuta,maſtiche,menta, cortex olibani arbor ſyracis, radix ſiſeleos,ruta,raphanum,& ſimilia,& acetum excitat appetitum,& digerit.propria vnicuique in cura ipſius propria dicentur cum aderit locus, & tempus, & breuiter, vt vnum quodque membrorum ad ſuam naturam propriam reducatur,per quam operatur propriam actionẽ, vt ſuperius dictum eſt, quæ in alio eſſe non poſſunt,differunt enim operationes in mẽbris ſecundum diuerſitatem complexionum in eis,& è conuerſo,vt dicit Gal.

t.aph.53.

Cura vero corruptionis digeſtionis eſt tres res conſimiles illis, quas in cura corruptionis appetitus diximus,prima eſt humoris corrupti in locis,& organis digeſtionis mundificatio. ſecunda eſt abſciſſio cauſarum diſpoſitionũ,à quibus procedit corruptio. tertia eſt corporis, vel membri(ſi quod ſit communitate,cuius prouenit) mundificatio. Primam rem complent mundificantia ſtomachi putredinem, quæ ſupra in cura corruptionis appetitus poſuimus, & abſtergentia putredinem,& corruptionem hepatis, quæ infra proprio dicemus capitulo. Et ex illis eſt etiam cinnamomum, caſia,& crocus,ſpica,enditia,abſinthium,& eupatorium. & etiam abſtergentia putredinem à membris, quorum quædam propria,& communia ſunt ſimplicia,& compoſita. ſimplicia ſunt, cinnamomum, crocus, & breuiter omnia mundificantia ſanguinem, quorum ſummã poſuimus in conſolatione medicinarum; & [illegible] vinum, vniuerſas enim mouet excreationes,vt ait Gal. compoſita ſunt, quæ componuntur ex eis, quæ in antidotario noſtro ſunt dicta, & propria vnicuique in ſuis capitulis

lis quæres. Secundam rem complent administratio medicinarum alterantium dyscrasiam membrorum,& ciborum corruptibilium, quarum in præcedentibus capitulis præcessit rememoratio. Tertiã rem complent curæ ipsorum membrorum quorundam, quæ dictæ sunt, & in suis aliquorum dicentur capitulis, illuc perge. Et aliqui addunt quartam; quæ accidentium est correctio, si quæ insurgant, vt sunt corruptio appetitus, seu debilitas ardoris, seu frigiditas sensus in ore stomachi, & eructatio acida. fumosa, & fœtens, quam nausea sequitur, quorum curam aliquorum diximus supra, & infra ponemus in parte (Spiritu sancto annuente) qui sit benedictus. Electarium nobile confortans stomachum, & digestionem eius. Rec. galangæ, nuc. musch. cardamomi, ana drach. ij. anthos drach. iiij. mentæ, hahasce, ana drach. iij. syrupi de zuccharo quantum sufficit. Electarium descriptione Nicodemi contra vitia stomachi ex frigida causa, & confortat ipsum cor, cerebrum, & hepar, & subuenit epilepticis, & vertiginosis, quod Rec. anisi drach. s. coralli, spicæ, ligni aloes, ro. garyoph. gallię, galangæ, zedoariæ, ana drach. iij. pęoniæ drach. ij. myrrhæ drachm. iij. margaritarum drach. vj. ambræ crudæ drach. ij. muschi dra. j. masti. drach. ij. Confice cum syrupo corticum citri. Filius Zachariæ. Cerotum confortans stomachum, & retinens calorem eius. Recip. cerę mundæ vnc. iij. terebinthinę vnc. iij. olei nardini vnc. ij. liquefac eas, & superasperge puluerem. Rec myrrhę mastich. aloes, ana vnc. j. ro drach. vj. pęoniæ, caflorei, ana drach. ij. anisi drach. vj. calamenthi drach. vij. garyo. nuc. musc. cardamomi, calami aro. rheupontici, ana drach. iiij. Cõfice, vt bene stomacho adhæreant. Vnctio. stomachum confortans, & digestionem eius, & vniuersas operationes eius. Rec. olei ros. myrtini, olei nardini, ana drach. iij. ceræ vnc. j. mastich. myrrhæ, aloes, mumiæ, ana dra. iiij. ammonia. dra. ij. nu. musc. dra. j. Confice & inũge. & superasperge puluerẽ cinnamomi, anisi, corticum granatorum, ana pondus aur. j. aromatiza vnguentum cum xyloaloe, & muscho. Hipp. quoq; dixit aloen hepaticam cum aqua arthemisiæ, seu absinthij propinatam ieiuno stomacho sanat stomachũ ab omni languore educendo ab eo materias fraudolentas, cõfortat cerebrum, & viscera mũdificat, vermes occidit, & repellit, & sanat apostemata stomachi, & viscerum, & hepar mundificat. Pilulæ confortantes stomachum in omni eius languore, & læsione intrinseca, nec permittunt humorẽ in eo putrefieri, sed abstergunt, & qui vtitur eis diebus singulis illæsus permanebit à dolore stomachi, & capitis, & sunt salubres oculis, & ei qui tristatur, & est medicina matricis vitiosæ, & aliorum viscerum. ℞. mastich. drac. iiij. aloes electæ drach. x. agarici boni dra. iij. confice cum succo altiliæ, dosis est pilulæ ij. vel iij. quando itur dormitum, & possunt capi secundum numerum voluntatis.

Electarium nobile stomachi confortatiuum. *Aliud electarium ad idem.* *Cerotum stomachi confortatiuum.* *Vnguentum stomachi cõfortatiuum.* *Remedium Hipp.* *Pilulæ valde nobiles ad dolores stomachi. Eadem supra habentur.*

De nocumentis retentionis ex quibus est tarditas, & velox descensus cibi digesti de stomacho in ventrem, & cura eius. Cap. 22.

EX quo diximus de nocumentis attractionis, vel appetitus, & digestionis stomachi; sequitur de nocumentis retentionis. Ad quod sciendũ est, q, retentio stomachi ordinatur digestioni eius principaliter, quia est proprie inuatiui cibi, & potus, vt superius dictum est; digestio enim retentione indiget, cum fiat in quiete, vt ait Gal. retentio enim secundum naturã præcedens, tandiu retinet, quandiu digestio fit: cum autẽ digestio completa fuerit, retentio ex harmonia naturæ cedit expulsioni, quæ donec fiebat, retentio quiescebat. Primo enim digerit stomachus cibum suiipsius gratia, & dum digerit retinet, cum autẽ digesserit, quod est benignum suis tunicis opponit. Reliquum vero, aperto portonario ad intestina impellit, vt ait Gal. Si ergo retineatur cibus in stomacho quandiu digeratur, descendatque ad intestina digestus vsque ad horam statutam, seu tempus commune, quod est latitudinem habens maiorem, quanta est infra xij. horas, vel quanta in vnoquoque corpore consueuit naturaliter esse, retentio erit conueniens, & naturalis. Si vero vlterius pro longetur, quantum est à xij horis vsque ad xxij. secundum plus, & minus, & illud propter multitudinem diuersarum habitudinum existentium inter agentia, seu digestionem, & digestibilia arguet super intemperantiam, & peccatum retentionis, vel digestionis ipsius, quemadmodum si infra subsistat, vt quia cibus descendat digestus, & tempestiuus; syllogizabit super digestionem fortem, cuius seruitio ordinatur: deinde super retentionem, à qua etiam mediate procedit, aut super vtrumque.

Tempus cõmune digestionis.

Causa ergo descensionis cibi de stomacho longæ, & breuis erit, aut propter digestionem fortem, vel debilem cui ordinatur; aut propter peccatum retentiuæ principaliter, & in se deseruiens ei. Peccatum autem digestiuæ, aut est propter se principaliter, aut propter peccatum aliarum ministrantium ei, principaliter autem peccare potest in se retentio, vt superius dictum fuit in alijs operationibus ministrantium quadrupliciter; aut enim nihil retinet, quia non circuntrahitur cibo, nec aliquo modo tenet; ita vt cibus indigestus descendat inferius, sicut est videre in lienteria manifeste, vel vomitu illico post cibum facto, de quibus dicetur; aut parum retinet, quia non vsque ad perfectam digestionem, licet contrahitur cibo bene, vt in fluxu, & vomitu semidigestorum facto post cibum per aliquod tempus sumptum; aut corrupte retinet, vt quia non circuntrahitur cibo recte, & perfecte, sed cũ tremore; quare accidit rugitus, & inflatio, aut superfluit, vt quia digestũ vltra tempus constitutum teneat. Ex causa in se scilicet propter cõplexionis stomachi malitiam, non propter cibi, vel viæ oppilationẽ inter stomachum, & intestina, vt superius dictum est; sed qualitercunque contingat nocumento expulsionis aliqualiter commiscetur, si enim debilitetur retentio superfluet expulsio; & si superfluat retentio, expulsio deficiet, & si corrumpatur expulsioni disponatur, & præparetur, & è conuerso. Et aliquando male retinet retẽtiua, & male expellit expulsiua, vt in singultu contingit, sicut ait. G. Et qđ diximus in stomacho, etiam in alijs intelligas mẽbris proportionalibus ei. Causa autẽ nocumenti retentionis est diuersa secundũ diuersitatẽ specierũ eius, si enim auferatur, vt nihil retineatur, de quo sit curandum causa est, quam in lienteria dicemus, & vomitu. Si vero sit debilis, nõ vsque ad completam digestionem tenens, causa eadem est, sed minor; quia plurimũ cholera missa est ad stomachũ fiente digestione, excitans expulsiuã, & faciens deficere cõtentiuam, quod significat mixtio ipsius choleræ cum cibo egestione inuentę, vel vomitu. Et quandoque est causa extrinseca superueniẽs hora digestionis, vt est motus fortis, & violentus deponens cibũ, faciẽdo deficere contentiuã, antequã digestio compleatur. Si vero corrupte teneat; causa erit mala complexio frigida humida non permittẽs bene circũtrahi cibo, & perfecte ita vt nullũ relinquat vacuũ. Si vero superfluat, causa erit complexio ficca stomachi, vel cibi natura, vel oppilatio viæ, quã in ileo dicemus. Signa quoque eadẽ erunt, quæ ibi dicta sunt, & dicentur. Et cura similiter, & si quidem longa retentio cibi in stomacho iam digesti, & tardus descẽsus ad intestina, ex debilitate proueniat digestionis, cõfortatio digestionis iam dicta erit curatio eius. Si vero propter superfluitatem retentiuæ, duo oportet agere; mollificare scilicet, & lenire ante cibũ, & post comprimere cum notis, & cum cibis facientibus ipsos descendere in viscera, vt est piper longum, diatrion pip. triasandali semen præmissum. Et post digestionem, quæ faciunt descendere, & penetrare, vt est exercitium, vinum, calamenthum, & diacalamenthum, theriaca, zingiber conditum, balneum aquæ calidæ, & frictio, ficus, nuces, vel amygdalæ, fisticũ, & similia vias nutrimenti aperientia. Si vero breuis retentio fit, & velox descensus ad intestina propter digestionis fortitudinem, curationem non habet; quia fiat cum natura. Si vero propter aliquam causam debilitantem contenti-

uam, quam in lienteria dicemus, cura erit, quam dicemus ibi. Medicamen expertum ei, à cuius ſtomacho deſcenſus cibi feſtinat. Sumatur vitellus oui aſſati, & cochlear vnum mellis, & maſtiches contritæ, danich. ij. & iungãtur omnia in cortice oui, & aſſentur ſuper cinerem calidum, & ſine intermiſſione moueantur, donec parata ſint, & comedatur hoc, & adminiſtretur tribus diebus, & oportet, vt adminiſtretur aliquid ante cibum, ex ſtypticis frigidis, ſiue calidis, prout diſpoſitio requirit, quæ te ſcire ſuperius fecimus. Et etiam emplaſtra galliæ noſtra, quæ in antidotario noſtro diximus, miniſtrentur ſecundum neceſſitatem, & dormiat ſupra cibum, & quieſcat, neque exercitetur omnino. Emplaſtrum de mucilaginibus expertum ei à cuius ſtomacho tardatur deſcenſus cibi propter ſuperfluitatem retentiuæ, & oportet, vt præmittantur lubrica ante cibum calida, vel frigida, prout notat neceſſitas; & poſt cibum ſumantur ſtyptica, vt ait Gal. lubrica frigida, ſunt, fructus recentes æſtate, vt pruna, perſica, vuæ, & ſimilia, & hyeme pruna ſicca. Et vtroque tempore caſia fiſtula, tamarindi, violæ, & ſyrupus earum, & ſuccus, roſarum. Calida ſunt ficus recentes, & caricæ, mucilago fœnugræci, & ſeminis lini, oleum ſorbitum, & huiuſmodi.

Medicamẽ contra deſcenſum vt locum cibi à ſtomacho.

Emplaſtrum

De lenitate ſtomachi, ſiue lubricitate, ſiue lienteria. Cap. 23.

IVuamentum ſtomachi, & miniſterium ad quod ipſum natura inſtituit principaliter, vt ex dictis habetur, eſt cibi exterius attracti ab ore per meri alteratio, & digeſtio cum virtute, & proprietate, quia ipſum dotauit natura, ſed vt alteret, neceſſe eſt, vt detineat, ſi autem detinet inſtrumentaliter ex aſperitate detinet. Eſt autem aſperitas inæqualitas quædam ſecundũ durum corpus in ſtomacho naturaliter fiens ex corrugatione, aut contractione tunicarum eius cum villis earum ſupra cibum clauſo portonario, vt nullum inter eos vacuum relinquatur, ad quod diſponit eius neruoſa ſubſtantia, & natura, vt ſuperius monſtratum eſt. Si ergo ſtomachus digeſtionis organum debet, vt detineat, naturaliter eſſe aſper, & ſi fiat lenis, lædetur principaliter retentio, & digeſtio, conſequenter ægrotabit ægritudine, quæ ſecundũ eſſentiam ſuam dicitur lenitas ex nominis ſignificatione, vt heleni poſuerunt, ſed ſecundum accidens immediatum dicetur lubricitas, & ſecundum mediatum lienteria, id eſt cibi indigeſtio, vel velox exitus cibi indigeſti ſicut voluit Gal. primo enim lenitur ſtomachi interioris ſuperficies; deinde ex ea deficit cõtentiua, & lubricat cibus: ex quo conſequenter deficit digeſtiua, & vltimo cibus egreditur indigeſtus.

Cauſa autem eius eſt duplex, interior, & exterior. Interior eſt principalis, & eſſentialis, & eſt duplex. quædam per ſe, quædam per accidens. Per ſe eſt mala complexio humida pura, vel cum materia phlegmatica, vel mucilaginoſa lubricum faciente, in ſtomacho aggregata, & adhærens; vel à cerebro, vel à toto corpore illi influxa, cibum, & potum ſecum aſportans, vel faciens lubricare. Per accidens eſt duplex, vna eſt mala complexio frigida paralyticum faciens, & prohibens ſtomachum, & villos eius agere ſupra cibum, calida vero ſiccam eam non efficit, niſi adeo vltimetur, vt deſtruat actum propriæ virtutis, ſicut in propinquis morti accidere conſueuit. Materia quoque calida, & cholerica per ſe exaſperando contrarium operatur, per accidens autem efficit eam mordicando, & vlcerando. Alia eius cauſa eſt vlcera, & in interiori ſuperficie ſtomachi, quibus cibus, & potus adueniens ſtomacho mordicationem, & punctionem infert, atque moleſtiam: vnde virtus expulſiua eius ad eorum expulſionem mouetur, antequam operationem ſuam exerceat retẽtiua. Cauſa vero exterior eſt, vt coadiuuans ad depoſitionem cibi, & potus ante digeſtionem, & eſt cibi diſpoſitio, & natura; quia fit ſubſtantiæ grauis, & groſſæ; aut ſubtilis, quæ aduritur, & pungit, & moleſtat naturam: aut liquidæ fluxibilis; aut mucilaginoſæ lubricantis; aut eterogeneæ, vt eſt lac, quòd corrumpitur, vel moleſtatur; vel ſit qualitatis acutæ, vt piper, vel ſinapis, & eruca, vel venenoſæ virtutis, vt ſpecies fungorum malæ; vel quantitatis reſpectu retentiuæ, non reſpectu expulſiuæ: hoc enim ſtringit ventrem ſecundum Gal. prima laxat ſecundum Hipp. & Gal. in aph. vel quia ſit multarum ſuperfluitatum, aut inordinate ſumptus, vt quia præcedit lubricus, & acutus, & ſequitur ſtypticus, qualem dictat Alexandrina diæta; aut quia præcedit groſſus, & ſequitur ſubtilis facilis digeſtionis, qui corrumpitur, & corrumpit reliquos præcedentes; quare vocat naturam ad expellendum: aut intemporanee ſumptus, vt quia ſumatur ſecundus cibus ſupra primum adhuc crudum, quare vterque corrumpitur, & grauat naturam, atque moleſtat ad expellendum: aut quia ſit ſumptus non hora famis, ſed poſt tolerantiam eius, cum iam ſtomachus repletus fuerit malis humoribus, non prius eductis, quàm natura incitat ad expulſionem. Aut quia ſumpſit ſupra cibum aquam frigidam multam, quę ſubito ipſum deponit, aut quia fortem corporis, & animæ ſupra cibum exercuit motum, equitando, peditando, vel ſaltando, coeundo, & aſcendo. Aduertendum autem, quòd non eſt inconueniens, eandem paſſionem membrorum eſſe diuerſorum, vt lienteriam eſſe ſtomachi, & inteſtinorum; de qua infra dicetur (duce Creatore ſummo.) Nam ſtomachi eſt principaliter, inteſtinorum eſt conſequenter proprie ſuperiorum, quorũ actio in cibo prædigeſto in ſtomacho deſcendẽte ad ipſa etiam digeſtio eſt, vt ait Abu. Ipſorumque inteſtinorum retentio, non per virtutem fit, ſed per circũuolutionem magis, vt dixit Gal. Signum lenitatis eſt lienteria, cibi ſcilicet, & potus indigeſti exitus velox: & quaſi in eidẽ quantitatibus, quibus aſſumpti fuerint. Signa cauſæ eius intrinſecæ, & malæ complexionis frigidæ, & humidæ, puræ & cum materia ſuperius in huius ſummæ principio habuiſti; ex quib⁹ eſt oxyregmia ſemper, vel in principio exiſtens cum difficultate curæ; quòd ſi non fuerit in principio, ſed ſuperuenerit, erit ſignum bonum, ſicut Hipp. dixit in aph. Signa vero vlcerum infra ſubiungemus, ex quibus eſt ardor, & fumoſa eructatio; ſed oxyregmia nunquam cum facilitate curæ reſpectu complexionis malæ. Exterior vero cauſa tibi prompte eſt manifeſta. Et cura eius eſt, cura malæ complexionis ſtomachi, quam diximus, vel etiam cura vlcerum, quam infra in proprio capitulo ſubiungemus. Eſt autem ſolicite agenda, vt non perdurет, quoniam perdurans, ad raſuram inteſtinorum, vel hydropẽ perducet ſm diuerſitatem ſuæ cauſæ, vt Serap dixit. Et ipſa breuiter eſt, duæ res. prima adæquat materiam, & euacuat, & cõplexionis malitiam alterat, ſi oportet. ſecunda mẽbri exaſperat ſuperficiem, & confortat ipſum. Primam rem cõplent digerentia, & euacuantia, phlegma, & materiam cholericã, quæ cauſa eſt vlcerũ, alterantia, quæ ſunt nota; circa quæ Hipp. locutus eſt in ſuis aphoriſ. dicẽs. Quibus lienterici ventres fiunt, hyeme ſuperius medicari malum eſt: ergo inferius bonum, & æſtate ſuperius bonum. Abu. quoque dixit lienteriam habenti, facere, vt vomat eſt difficile, ſed præmiſit, cuius humor eſt deſcendens, vt in ea, q̃ ex mala complexione humida eſt, cum materia phlegmatica, quæ de ſe eſt deſcendẽs; quòd ſi materia impetum faceret ad os ſtomachi, vel ex ſe, quia ſit cholerica, vt ea, quæ eſt ex vlceribus, vomitus non eſſet difficilis, ſed prouocandus, & permittendus, & ſolutio vẽtris difficilis, quia etſi non deriuat, euacuat. præcipit enim Hipp. in apho. materiam eſſe purgãdam per locum, ad quem declinat, conuenientem, vt declinando ad regionem aliquam, ad quam fluat, & ſuperfluat, vnde inquit vomitus fluxu, fluxus vomitu, & vterque ſudore curatur. Secundam rem cõplent ſtyptica, ſimplicia, & compoſita frigida, & proprie in ea, quæ eſt ex vlceribus interius, & exterius approximata, quæ in cura malæ complexionis ſunt dicta. Et ex ſimplicibus proprijs in ea ſunt coriandrum, ſumach, roſæ, cytonium, zarur, morum immaturum, & ſummitates eius, & litium, & nabat. Et ex compoſitis

1. aphor. 5.

1. aphor. 21.

ſunt

sunt medicinæ,& cibi. Medicinæ sunt rob de agresta,de zarur, de ribes, de cytonio,de myrta. & trochisci,de spodio,de balaustia, & de charabe. In ea autem, quæ est ex mala complexione cum phlegmate. styptica calida, scilicet amara,& aromatica sine mordicatione, & acuitate sunt conuenientia,vt est aloe, & substantia absinthij,nó succus,quoniam est superatus a stypticitate, & acutus nocens ei, & ex eis sunt passulæ in secunda mensa,quæ absterſione sua moderata absterſunt, & sedant mordicationem,si modica sit,& spica si sit multa,& proprie in ea,quæ est ex vlceribus,& ex eis est enula,& menta. Inquit Humain. Caue ne in ægritudinibus stomachi prætermittas mentam,quoniam menta,& proprie hortulana confortat stomachum plus ceteris herbis. Castoreum ceteris carnibus,mastiche ceteris gummis. Galãga plus aromatibus omnibus,& enula magis radicibus singulis, & cappares cõditi plus omnibus floribus. Et ex compositis conuenientibus est miua aromatica,syrupus de méta,diaolibanum,diacytonites cum mastiche, & similia. Et electarium nostrum,alephanginæ boni saporis,quod fit tempore æstatis. Et zingiber conditum,retinet enim fluxum ex indigestione,& lubricitate stomachi. Emplastrum efficax,& expertum ad stomachi frigiditatem,& humiditatem. fluxum phlegmaticum, & lienteriam,& digestionis defectionem. ℞. ligni aloes absinthij.gummi arab.mastich.cyperi,costi,zingib.ana vnc.s. calami aro. olibani,aloes,ana drachm.iij. cymarum sambuci vnc.j. mentæ siccæ,cymini torrefacti, rasæ liquidæ, ladani,terebinthinæ,ana vnc.j.garyo.macis,cinnam.spicæ,nucis muſc. galangæ,squinanthi, ana drach.s.ceræ albæ vnc.j. spodij,balaustiæ,sandalorum alborum,& rub.gallarum, ana drach. iij. Confice simul cum puluere capillorum ven. & incorpora cum miua aromatica. Trochisci valentes ad omnem solutionem ventris lienteriam,& lenitatem stomachi,& inteſtinorum. Rec.ros.spodij,ana drachm.iij. berberis sem. acidæ hypocystidos, gummi arabici,thuris,sem.myrtæ,ana drach.vj. coriandri infusi in aceto die,& nocte drach.j. Omnia assentur,& fac puluerem,& tempera cum succo cytoniorum,& fac trochiscos,& da bibere cum syrupo cytoniorum. Paulus dixit similiter hos trochiscos valere.Rec.corticis malorum granatorum,gallarum,ana drach.viij. sem. myrtæ drach iij. sumach drach.xiiij. fac puluerem , & tempera cum vino odorifero,& fac trochiscos drac.ij. da cũ aqua frigida,& proprie in ea,quæ est ex vlceribus. Abu. syrupus valens ad stomachi defectionem, ardorem, & vomitum,& lienteriam . ℞. sumach,corticum granatorum.sem. myrtæ,ana drac.viij. omnia coquãtur in li.iij. aquæ donec rediganť in vnam, & colent; deinde succus pyrorum,melpilorum,& citoniorũ;misceantur cum eis æquali pondere, & adde zucchari, lib j. & s. & fac syrupum,& da bibere cum aqua frigida in cholera.

Nota, quæ magis afflictiuũ stomachi appropriant.

Emplastrũ bonũ ad stomachi frigiditatem.

Trochiſ. ad omnem ſolutionẽ ventris.

Alij trochi. ad idem.

Syrupus ad idem.

De nocumentis expulsionis stomachi, & primo de eructatione, & cura eius. Cap. 24.

DIximus de nocumẽtis actionum trium stomachi. restat dicere de nocumentis expulsionis ipsius. Circa quod sciendum, prout Gal. ait, quòd stomachus secundum naturam se habens, cum duo orificia habeat per supremum cibum,& potum recipit a meri: & quod superfluum est in eo per inferius tantum aperto porronario, cum suis villis latitudinalibus circumtractus expellit, & impellit ad inteſtina. Cum autem egreditur à natura superfluum in eo contentum, quantum,vel quale,vel vtrumque grauans, vel moleſtans cogitur expellere,aliquando per inferiora, vt in lubricitate stomachi, vt superius dictum fuit, aliquãdo violenter per superius, vt per vomitum. vnde Gal. ait,vomitus omnibus,difficilis esse patet.Huius autem diuersitatis causa quantum est ex diuersitate stomachi, expellentis est,cum enim superior stomachi pars fortior fuerit, & inferior debilis, sequitur expulsio per inferius. Si vero è contra fiet expulsio per superius, vt voluit Gal. In tali autem motu per inferius, vel superius expulsio quandoque omnino prohibetur, aliquando debilitatur, & diminuitur; aliquando superfluit secũdum maiorem, & minorem fortitudinem suarum partium prædictarum ; aliquando malo motu mouetur. In tali quoque motu violento expulsionis per superius multas malas species motus euenire contingit,vt sunt videlicet eructatio, singultus; aliquando turbatio,æstuatio, nausea, & vomitus. Horum autem diuersitas ex diuersitate materiæ expellibilis in eo contentæ, & dispositionis membri expellentis, & virtutis,ac motus eius cum cõsecutione,vel sine consecutione intenti in tali motu contingit. Aut enim materia in eo contenta expellibilis est, ventosa, sursum petens,non intercluſa,vt in inflatione, sed natãs,vt in concauo,cum virtute existente forti,subito expellitur; & tunc accidit eructatio faciens sonitum. quia est ei in amplum exitus per angustum , vt ait Hipp. sicut impulsa interius tranſiens de gracilibus in amplitudinem Colon facit tugitum. Si vero materia expellibilis sit humoralis,seu ventosa,nec apta expelli,quia imbibita in tunicis, rugis,& villis eius, cum sit difficilis expulsionis, stomachus in suis partibus corrugatur, & contrahitur: sicut vermis,seu lacertus,in spasmo,vt fortiori, & impetuoso motu moueatur ad expellendum eam, nec consequitur intentum ; & tunc accidit singultus: propter quod motus stomachi dictus est in singultu esse minor,quam in vomitu, cum in vomitu plurimum natura expellat,licet ratione rei expellibilis, & essentiæ motus, motus eius in singultu sit fortior. Similiter accidit etiam si nó sit materialis, quia sit mala complexio frigida sine humoris vitio, quemadmodum ex mala cõplexione frigida pulmonis ex aere accidit tussis, nec aliquid cum ea expellitur cum non sit apta ; aut sit materialis, sed non sit apta expelli,quia sit adhærens,& inuiscata, & tunc facit nauseam ; aut sit apta expelli, quia sit in concauo eius natans,& tunc cum mouetur ad vomitum facit turbationem,seu subuersionem: deinde veniens ad os stomachi facit vomitum,sicut plurimum consequitur stomachus in suo motu intentum,quia materiæ extra expulsionem. Sed quandoque talis materia est sanguinea, & vomitus erit sanguineus,aliquando phlegmatica, aliquando cholerica,& aliquando melancholica ; & talis erit vomitus: sed quæuis fuerit, aliquando erit à stomacho,aliquando ei ex alijs influit partibus, & tanquam nociuam expellit,vt infra dicetur. Quod si expellere non valeat,sintque nocentia multa, & fortiora, manentia in stomacho, commota triſtitiam,& anguſtiam gignunt,anxietatem, & æstuationem , dolorem quoque, & tortionem, cum cordis tremore, vertigine, & scotomia quandoque,& similia . causam autem inflationis , & rugitus,& curam, & quid sint, habuisti ; eructatio quoque, de qua hic est sermo,quid sit, & eius causa immediata ex dictis ibi,& hic, & eius signum patet, quia est manifesta sensui. Causa vero eius immediata duplex est, secundum duplicem speciem eius,aut enim acida,quæ oxyregmia dicitur ab oxy græce,acetum latine, aut fumosa; Acetosæ autem causa secundum Auerr. est duplex,frigiditas per se, seu dimissa caliditas crudum faciens, & indigestum relinquens, quemadmodum in fructibus immaturis est videre, & proprie in vuis, quæ antequam matureſcant, prius sunt stypticitatem ligni, & ponticitatẽ,à quo oriũtur,seruantes; deinde parum adaucta caliditate propria, & per auxilium caliditatis aeris fiunt acres, vlterius vero adaucta,vt maturationem in eis acquirunt,fiunt dulces,prout Gal. 3. de simplici medicina,auctoritate Theophrasti ostendit. Per accidens vero caliditas superaddita multa, caliditatem naturalem resoluit, quia res dulcis redit ad suam primam naturam, & acidam ; vt in vino, & lacte,cũ acescunt,est manifeste videre. Fumosæ vero caliditas sola est multa: sicut enim diminuta caliditas materiam temperate agens,est causa acetositatis,& ventositatis propter impotentiam suam,qua non digerit,sed dissoluit, & non consumit; & sic conuertit in ventum, quæ acidę eructationis materia existit; ita fortis,& mul-

2. aphor. Coli.

ta caliditas in materiam disposita conata agere sua qualitate, vel quantitate, vel quia sit in omnibus illis disproportionata, vt est phlegma dulce, subtilis, cibus calidus, & quantitatis mediocris ipsum in fumum cõburendo conuertit, quæ causa est eructationis fumosæ.

CVRA eius est, quia si quidem sit difficilis eructatio, quæ non sit diffusa, & subtilis ventositas, sed grossa, in ore stomachi intercluſa, iuuetur cum extenuantibus, & commouentibus eructationem a proprietate, vt est coriandrum, & a complexione, quæ tibi superius sunt mõstrata. Si vero sit facilis, & moderata, dimittatur quousque ad perfectum ventositas expellatur. Si autem superflua sit, atque tędiosa, molesta, & turpis, corrigenda est, quemadmodum in alijs naturæ motibus ad expellẽdum nocentia, est agendum, vt in sternutatione, oscitatione, tussi, alicibus, vomitu, singultu, ventositate per inferius, & alijs consimilibus. Cum enim sunt moderati, naturales sunt, & boni, cum vero infra subsistunt, vel superfluunt præter naturam, sunt dolorem, & naturæ angustiam inferentes, & verecundiam, & alias operationes naturales membri eius sunt impedientes, & proinde malæ in via signi, & causæ.

CVRA est tres res. primaest causa eius abscindens, secunda est ventositatem generatam extenuans, & cum euacuatione diminuens. tertia est stomachum confortans, ne vlterius grauetur. Primam rem complent, regiminis rectificatio, cum abstinentia a ventosis, & indigestibilibus, & cum adæquatione humoris ventosi, phlegmatici, vel melancholici, & expulsionis ipsius cum his, quæ superius habuisti in cura inflationis. Secũdam rem complent clysteres, & collyria generãtia ventositatem, extenuantia, trahentia, & educentia per inferius, ipsamque impellentia, vt sunt sternutationes, retentiones anhelitus, & similia, calefactoria, & emplastra, euaporationes, & ventosæ, quæ superius habuisti. Tertiam rem complent, quæ stomachi dyscrasiam contemperando confortant, & eam regenerare vetant. Et si quidem fuerit acetosa, talia complentia sunt medicinæ calidæ ventositatem carminantes, & digestionem complentes, simplices, & compositæ. Simplices, vt est anisum, & fęniculum, apium, carui, cyminum, zingib. galanga, piper longum, & aliæ eructationem commouentes superius dictæ. Compositæ sunt, vt diacyminum proprie, & diatrion pip. Si vero fuerit fumosa cum frigidis extenuare habentibus, & calorem remittere simplicibus, & compositis: simplicibus, vt est coriandrum proprie. Compositis, vt est rob fructuum frigidorum, cibis, & potibus temperate extenuantibus mistis, qualia sunt anisum, semen apij, carui, & similia.

De singultu. Cap. 25.

INquit Gal. singultus est spasmus, quẽ stomachus patitur, & meri. Fit enim in stomacho, sicut spasmus in neruo, cuius specialem causam, cum capere volueris nõ proprie spasmus, sed quidem in ore stomachi ad vomendum motus, fortior tamen, quàm in vomitu. Non est ergo spasmus essentialiter, eo quòd spasmus est motus præter naturam tantum, singultus vero à natura coacta, & quia esse eius est inesse stomacho; spasmus est in lacerto, vel neruo, singultus vero in membro neruoso, & villis ipsius, & sic est spasmus quãtum ad causam efficientem, quæ est repletio, vel inanitio tantum, essentialiter autem, & quo ad subiectum non est proprie spasmus, sed quidam ad vomendum motus; fortior tamen, quàm in vomitu, quod qualiter sit supra præcedenti capitulo dictum est.

Spasmus, et non:

Causa ergo eius est duplex scilicet generalis, & specialis. Generalis, est immediata, & est inanitio, aut repletio. Inquit. Hipp. spasmus fit ex inanitione, & repletione, similiter, & singultus. Specialis est mediata, & est duplex; aut in se, aut per communitatem. In se quælibet causa inaniens, aut replens ipsum. Inaniens, sicut feb. incensiua non dissoluens tantum, ex qua accidit spasmus de repletione maxime in pueris, vt ait Hipp. sed dissoluens, & consumens subito, vt causon, non paulatine, vt hectica, in qua, sicut paulatine consumitur, ita paulatine ex cibo resumptiuo, qui ei competit, humectantur, & irrorantur nerui, & lacerti. quare hectici, licet sint consumpti non spasmantur. In incensiua est consumptio humiditatis subita, licet per respectum ad infusionem materiæ facientis spasmum de repletione sit paulatiua, vt ait Gal. nec succedat restauratio cum cibus nõ competat; immo diæta vltime tenuis, secundum Hipp. Euacuatio etiam spontanea, vel artificialis nimia, & proprie sanguinis, fames, & similia. Et siquidem non sit confirmatus, quia siccitas, & consumptio corporum solidorum substantiã non tangat, curatur cum qualibet re humectãte. Quando vero confirmatus fuerit, vt quòd non solum humiditates, sed substantiam tunicarum stomachi tetigerit est mortalis, vt ait Hipp. in aph. *1. aph. 5.*

Causa replens est multiplex, scilicet res nocens sua qualitate frigida: & est, aut exterior primitiua, aut interior accidens. Exterior est replens p accidens, vt est aer frigidus, aqua frigida, nix sumpta, & res frigida subtilis penetratiua, vt acetũ. Et frigiditas, triplex facit singultũ, & spasmum repletioni, quia inspissans poros: quare retinet qđ consueuit resolui ex tunicis, & villis stomachi, replens, & grauando nocens. Et quãdoque per viam indigestionis est materiam multiplicans, & suo excessu vltra equalitatem lædens. Inquit enim Hipp. Frigidum vero spasmos, quia inimicum neruis, licet aliquando faciat de inanitione exprimendo, & nutrimento neruos priuando, sicut Gal. ostendit. Interior causa est humor frigidus in ore stomachi, & tunicis eius abundans, & replens, & sua frigiditate nocens, aut ventositas nocens sua extensione generata à caliditate vaporosa retenta in villis, & tunicis eius, quæ non potest resolui, & res nocens sua qualitate calida inflante, pungente, & mordicãte, quæ etiam est duplex interior, & exterior. Exterior, vt potus sinapis, trium piperũ, & medicinarum acutarum mordicantiũ, vt est euphorbium, diagridium, & similes. Et potus diatriumpipereon cum vino, & proprie in habente os stomachi sensibile, vel cibus corruptus conuersus ad qualitatem mordicatiuã, sicut accidit proprie pueris cum lacte nutritis calidis naturaliter, vel accidentaliter apud productionem dentium propter eorum gulositatem, sicut dixit Hipp. & decrepitis propter dispositionem stomachi sui, qa debilis est indigerendo. Interior est multiplicatio choleræ, & humorum omnium, & vermium in stomacho generatorum sua qualitate mordicantium, & pungentium ipsum, quare corrugatur, & contrahitur in seipso ad expellendum ipsum, & facit singultum. Aut per viam crisis, sicut accidit in crisibus per vomitum factis, in quibus cholera missa ad stomachum, vt expellatur, pungit, & singultum facit, deinde sequitur vomitus, & cessat singultus, aut res nocens sua qualitate grauante, vt accidit in repletione humorũ, cibi, & potus superflua, aut quantitate, & qualitate simul, vt in repletione humorum carniũ cũ piperata, & vini antiqui vinosi, vel cibi dicta gelea, & nimio potu aquæ, ad cuius expulsionem stomachus forti motu singultus mouetur. *1. aph. 18.*

Factus autem à communitate, aut est ex communitate alicuius membri: aut totius; alicuius, vt est singultus factus propter hepatis apostema, & proprie in ephimera. cuius causa est choleræ effusio, de hepate, ad ieiunum, & de ieiuno, ad os stomachi pungens, & mordẽs, & sic singultum repletionis inducens, vt ait Gal. Licet alij dicant, quòd illud fit propter continuitatem existentem inter stomachum, & hepar in neruo minuto, sed prima est potior, vt innuit Abuhali de apostematibus eius loquendo. Aut propter apostema in intestinis, aut in velaminibus cerebri, in capitis percussione, & cranei fractura contingere consueuit, & est malum signum, si cum rubedine oculorum fuerit, vt dicit Hipp. Ex communitate totius corporis accidit singultus ex effusione choleræ, & humorum frigidorum, vel mordacium ad stomachum, quod contingit, aut in dispositione sanitatis,

tis, ſicut accidit pluries, aut tolerantia famis, &c. proprie cholericis, aut in diſpoſitione ægritudinali, ſicut accidit in feb. aut per viam ſymptomatis, vt in principijs paroxyſmorum, aut per viam criſis per vomitum expectatæ in quibus cholera emiſſa ad ſtomachum, vt expellatur pungit, & ſingultum facit repletionis per ſe, deinde ſequitur vomitus, & ceſſat ſingultus. Quod ſi præceſſerit vomitus, deinde veniat ſingultus eſt malum ſignum, maxime ſi rubei fiant oculi, vt dixit Hippoc. Et factus in criſibus quandoque eſt bonum ſignum, quandoque malum. Cum enim præceſſit digeſtio, fueritque in die critica, & leuis cum leuitate accidentium aliorum, &c. cum virtutis valeſcentia, eſt ſignum bonæ criſis, e contra vero malę. Et dicitur eſſe in libro mortis velocis. Si habenti ſingultum accidit apoſtema in latere dextro egrediens à natura abſque cauſa cognita, & eſt ſingultus vehemens, egredietur anima eius, & ſingultum ante ortum ſolis. Et ex illo eſt ille, qui habet cum ſingultu punctionem, & vomitũ, & cuzez, & permiſtionem rationis, quoniã moritur. Et ſi ſingultui ſuperueniat vomitus, eſt bonum. Et ſi per eum non ceſſat ſingultus, oſtendi materiam valde imbibitam. Quod ſi cum rubedine oculorũ fuerit, oſtendit apoſtema, aut in ſtomacho, aut in neruo deſcendente ad ipſum ex cerebro, inter quæ ſigna apoſtematis ſtomachi prædicta diſtinguunt. Et ſi ſingultũ patienti ſuperueniat ſitis, eſt bonum ſignum, & cauſa, quia reſoluitur cauſa eius; ſimiliter ſi ſingultui ſuperueniat ſternutatio, eſt cauſa ſalubris, & ceſſare faciens ſtatim; vt ait Gal. & infra (ſummi Luminis pietate) dicetur.

SIGNA. ſingultus notus eſt tãquã ſenſui manifeſtus; in quo ſentitur contrahi ſtomachus in ſe, & ad ſuperiora impelli, cũ quodam ſonitu aeris ſuperimpulſi. Et ſi quidem ſit ex inanitione factus, cognoſcitur ex cauſis inanitionis præcedentibus, & ex euacuationibus læditur, & non iuuatur. Si vero ex repletione, ex cauſis repletionis præeuntibus: quarum ſigna ſingulariter ſubiungentur, & a vomitu, & euacuationibus ſedatur. Et ſi aduertis; ſi cauſa inanitionis fuerit febris inflammatio conſumens nõ diſſoluens, tantũ videbis præcedere fortẽ febrẽ in corpore ſicco cũ circunſtantib. diſpoſitionibus ſiccitati, quæ ſi tangat ſubſtantiam ſtomachi ſolidam, cognoſcetur ex fortitudine, & continuitate, & frequentia eius, nec ſolentia iuuare, iuuant. Si vero non tangat, minor erit ſingultus non frequens, nec ita continuus, & iuuare ſolentia, iuuant. Si vero cauſa inanitionis fuerit euacuatio naturalis, vel artificialis ſuperfluens, ſubito ex reliquijs euacuationis, & pulſu duro ait Gal. vel ſaltem ex infirmi, ſeu aſtantium relatione cognoſces ipſam præceſſiſſe. Similiter, & ſi fames, ex tornatilitate faciei, & oris ſiccitate, & ſimilibus. E conuerſo, vero, ſi cauſa repletionis fuerit frigiditas exterior, cauſa tibi erat ſenſui manifeſta, & ſaltem ex infirmi, vel aſtantium relatione, & ſiquidem frigiditas impreſſionẽ facit minorem, cognoſces frigiditatem; ſi vero per viam indigeſtionis materiam replentem multiplicem, videbis eam fortiorẽ magis, & manſiuam. Etiã ſi ſuæ qualitatis exceſſu offendat neruoſum ſtomachũ, ſenties eam mediocrem, & minus durantẽ. Et ſi quidẽ cauſa interior fuerit, humor frigidus abundans, ſua frigiditate nocens, ſenſus frigoris in ſtomacho cum grauedine, & cum præcedenti regimine multiplicatiuo frigidorum humorum, & phlegmatis, & ſimilibus circunſtantijs cognoſcetur. Et ſi vomitus ſubſequitur, apparebit in ipſo. Si vero replens apoſtemauerit per ſigna apoſtematis prædicta cognoſces. Si vero ventoſitas fuerit, ſigna habuiſti, capitulo de inflatione, & rugitu. Si vero nocẽte ſua qualitate, calida, pura, a re aſſumpta acuta, pungente, & mordente; ſciatur ex præaſſumptione ipſius ſtomachi ſenſibilitate multa, quam punctio percepta ex acutis aſſumptis prompte inſinuat, & declarat, vt ſuperius habuiſti. Etiam ſi ex cibo corrupto acciderit mordicatio, ſignum erit corruptionis cibi in ſtomacho, quod eſt proprie eructatio acetoſa, vel famoſa cum circunſtantijs conſimilibus ſibi. Si vero cauſa interior fuerit cauſa cõtractionis, & etiam repletionis fuerit multitudo cholerę, & humorum dominium aggregatorum in ipſo, ſenſus caloris, & punctionis, amaritudinis ſapor, acuitatis, vel ſalſedinis, ſic & regimen præcedens cum circunſtantijs ſimilibus tibi declarat. dixit Hippoc. & in exeuntibus apparebit. Si vero fuerit cauſa repletionis cibus, & potus, quare grauando tantum, vel pungendo impellit ſtomachum ad ſingultum, crapula præcedens tibi indicat, & demonſtrat. Si vero cauſa communitatis fuerit, quæ eſt hepatis apoſtema, præceſſio ſignorum apoſtematis calidi hepatis in ſima facti, tibi oſtendit; quæ infra dicentur (auxiliante Chriſto Ieſu.) & ſenſus mordicationis in hora augmenti apoſtematis, & influxionis materiæ in ipſum, & apud ſtomachi inanitionẽ in illis, & in fundo ſtomachi. Si vero apoſtema in inteſtinis fuerit, ſigna quæ dicentur apoſtematis eorum videbis præire. Et ſi ex apoſtemate in velaminibus cerebri, ſignis ipſius, quæ dicta ſunt prægnoſces. Si vero fuerit ex communitate ad totum corpus in diſpoſitione ſanitatis, cognoſcetur, ex diſpoſitione cholerica corporis, ſiue febriendo ſtomachi debilitate, & quòd conſueuit incurrere in ſyncopim, debilitatem, faſtidium, & ſtomachi morſum apud tolerantiam famis, & oris amaritudinem, vertiginem, & ſcotomiam vt ait Hippo. Si vero in diſpoſitione ægritudinali acciderit, quia ſymptomatice euentus eius in principijs paroxyſmorum, & proprie in principio vniuerſali, ſeu augmento indicabit. Si vero per viam criſis accidat, concurret cum alijs accidentibus, & ſi bonus fuerit, vel malus cognoſces, vt ſuperius dictum eſt.

CVRA eius, quæ ex inanitione fuerit, perfectam ſubſtantiam villorum, & tunicarum ſtomachi tangens, non ſeparatur; ſi vero non tangens fuerit, curatur regimine humectatiuo in cura ſiccitatis ſtomachi ſuperius dicto. Et ſi quidẽ cauſa ſiccitatis, & inanitionis fuerit feb. humectatiua tendat ad frigiditatem, ſi euacuatio declinet ad ſtypticitatem. Si vero fames ad temperiem, vel caliditatem, quorum copiam ſupra in cura malæ complexionis ſtomachi, habuiſti. Cura eius, quæ ex repletione, cuius cauſa frigiditas fuerit aeris, ſeu alterius rei aſſumptæ, eſt calefactio cum rebus calidis aſſumptis approximatis, interius, & exterius in furcula ſtomachi, vſque ad vmbilicum, pectore, & collo, & iuncturis quibuſcunque, & per omnem modum, quorum ſummam tradidimus in cura malæ complexionis ſtomatichæ frigidæ, & puræ, quas variabis ſecundum plus, & minus, prout exigit gradus frigiditatis. Et cum fuerit fortis non excuſatur, quin ponantur ventoſæ ſupra ſtomachum ſine inciſione, & conſequenter medicinæ rubificantes. Eius autem cuius cauſa eſt humor frigidus generatus in eo nocens ſua qualitate, vel quantitate, vel vtroque abſque eo quòd ſit apoſtemãs. Cura eſt quatuor res, prima eſt ipſius adæquatio, ſecunda eſt euacuatio. tertia eſt ipſius deriuatio, ſeu tractio, ſeu impulſio ad loca euacuationis oppoſita ori ſtomachi, diſtractio naturę ad intentionem oppoſitam. quarta eſt ſtomachi confortatio. primam rem complent incidẽtia ſuam viſcoſitatem qua adhærent ſtomacho, & villis eius, quibus eſt imbibitus, & calefacientia, vt eſt oxymel, & proprie ſquillitticum, cum aqua calamenthi, ruræ, abrotani, maſtic. cinnamomi, & ſimilium; zingib. conditum, diatrionpip. & diacyminum, & ſomnus longus. Secundam rem complent vomitus per potum prædicti ſyrupi præcedente cibo ex acutis, & ſalſis, & acribus, & purgatio cum hieris magnis, & ſalis indi, duorum danich, & pilulis ſtomachicis, & de opopanace, quinque generibus, & expectatio ſuper ſitim, & famem conſumet materiam. Tertiam rem complent clyſteres acuti noti ſuperius, conſtrictio extremitatum dolorosa, frictio aſpera extremorum, & fomentatio, & balneatio mordentis aquæ, & poſitio ventoſarum ſine ſcarificatione ſupra ſtomachum, & inter ſpatulas vtraſque, & applicatio medicinarum, & rubificantium in cruribus, & brachijs: motus, & exercitium laborioſum, & equitatio fortis impulſionem materiæ ad inferius complent ſecundum Gal. ſternutatio vehemens comprehendendo nares, & os, vt dixit Hipp. & voci-

& vociferatio, & retentio anhelitus multa poſt tractionem aeris fortem, & expectatio in tuſſi. Inquit enim Gal. in retentione ſpiritus ſi ſimpliciter tendantur epigaſtrini muſculi, & diaphragma, inferiora viſcera purgabuntur: ſpiritus enim retentus vndique impellitur, & intrare cogit ſubtiles poros; & ſi magis conſtringatur, & impellatur, omnes ſubtiles poros pertranſit. & defert ſecum aliquid ſubtiliatarum ſuperfluitatum. diſtractionem naturæ ad contrariam operãtur intentionem terrefacientia, vt combuſtio ignis, ruina, inſultus latronum, & inimicorum, & tonitrua, fulgura, tempeſtates, & ſoni fortiſſimi, & ſubiti, vt eſt cãpanæ, & aliorum, & imaginatio mortis ſubita, & aſperſio feſtina aquæ frigidæ, vel aceti ſuper faciem, ira, timor, gaudium, triſtitia ſuperfluа, & ſuctio alicuius liquoris, vini clareti, vel aquæ delectabilis. Quartam rem complent myrob. conditi, electaria, & emplaſtra confortantia, ſupra capitulo de debilitate dicta. Et hæ duæ cauſæ vltimæ ſunt communes generales omni ſingultui, & ex quacunque cauſa. Ille etiam cuius cauſa eſt generata in eo ventoſitas, extendendo nocens, ſimiliter curetur; vt dictum eſt ſupra capitulo de cura inflationis, & eructationis cum regimine, & adæquatione humoris ventoſi, & euacuatione ipſius: quòd ſi euacuatio fieri non poteſt, aliqua impediente cauſa, approximentur medicinæ, quæ habent materiam humoralem, & ventoſam carminare, & reſoluere, & conſumere, ſimplices, & compoſitæ, ſimplices interius ſumptæ ſunt, ruta ſicca, & nitrum, potata cum aqua mellis, vel cum vino vinoſo antiquo. Et ſum expertus acetum ſquilliticum, aquam apij, baſiliconis, aſſarum, neriden, maioranam, aniuden, & eſt radix herbæ, vnde fit aſſa fœtida, quod olfactu ſedat ſingultum, ariſtolochia, daucus, aniſum, zingiber, enula ſicca, ſuccus eupatorij, folium, acorus, & abrotanum, galanga, & eſt mirabilis. Et compoſitæ ex eis in modum electarij, ſunt diatrionpip. diacyminum, zingib. diagalanga theriaca antiqua; & ſimilia groſſæ ſubſtantiæ: quoniam magis remanent in ſtomacho, & ore eius, quam ea, quæ ſubito deſcendunt, vt ſyrupi, & alia ſubſtantiæ liquidæ. Et iuuat quandoq; has medicinas adminiſtratio rerum ſternutare faciẽtium. Exterius vero approximandę ſunt ventoſæ magnæ, & emplaſtra ex prædictis, vnctiones, olea, & vnguenta, balnea calida actu, & potentia, naturalia, vel artificialia. Et ex prædictis eſt caſtoreum puluerizatum, diſolutum in ſucco rutæ, & mentę, ſufficienter calidum epithematum ſupra ſtomachum: pertranſit enim ſua caliditate, & ſubtilitate conſumit humorem, & ventrem reſoluit. Eius vero cuius cauſa eſt res mordicatiua ſumpta in potu: cura eſt duæ res. prima eſt eius euacuatio cum vomitu prouocato cum aqua frigida, ſeu tepida miſta aceto, & oleo violato, vel amygdalarum dulcium, vel butyro cum lacte nouiter mulſo, aqua cucurbitæ, & cytoniorum, & mucilaginibus frigidis, & glutinoſis, & gummi dragachãthi, ſem. cytoniorum, & huiuſmodi. Secunda eſt ſtomachum confortare cum frigidis ſtypticitatem habentibus moderatam, vt ſunt myrobalani conditi, cytonia, & ſimilia, quorum copiam ſuperius habuiſti. Si vero eius cauſa fuerit humor interior, qui mordicationem fecit, quatuor ſunt neceſſaria. primum eſt ipſius adæquatio. ſecundũ eſt ſenſus ſtomachi obtuſio. tertium eſt ipſius humoris euacuatio. quartum eſt ſtomachi, & membrorum confortatio. Primum completur cum exhibitione ſucci granatorum acetoſorum, vel muzorum, agreſtæ, aquæ frigidæ, aquæ lactis acetoſi, aceti, lymphati, & ſimilium. Secundũ complent ſtupefacientia exhibita ſimplicia, & compoſita. Simplicia, vt eſt aquæ coriandri, & ſolatri, & alchechengi, mucilago ptyllij, & cibaria groſſa, vt frumentum coctum, & extrema animalium, lactucæ, papauer, & ſimilia. Compoſita ſunt philonium, theriaca noua, & alia infraſcripta, & occupari ſomno longo. Tertium complent vomitus prouocatus cum prædictis, & aqua hordei, & vẽtris ſolutio cum hieris, & ſyrupus de ſucco abſynthij, & aqua granatorum dulcium expreſſorum cum pulpis, vel muzorum declinatiuum ad dulcedinem, & roſis. Quartum complerur cum myrobalanis conditis, & rob, ſuccis fructuum ſtypticorum, vt miua, ſyrupus de agreſta, de ribes, de myrta, de ſumach, & aqua acetoſæ, quoniam ſimul mundificat, & confortat, & balneatio in tina, & vnctiones ſtomachi, & iuncturarum cum oleo roſ. & cucurbita, & ſimilibus. Si autem mordicationis cauſa fuerit cibus corruptus in ſtomacho, curam habuiſti ſupra de cura corruptæ digeſtionis. Sed ſiquidẽ fuerit nocens ſua grauitate, & fuerit frigidus humor, cura eſt, quam hic ſupra in humore frigido diximus. Si vero ſit apoſtematus, cura erit, cura apoſtematis ſuperius dicta. Si vero ſit cibus, & potus, cura eſt duæ res. prima eſt euacuatio, & hoc completur vomitu. ſecunda eſt alteratio, & hoc complerur cum adminiſtratione ciborum, potuum, & medicinarum calidarum, vel frigidarum, dictarum, prout dyſcraſia exigit.

Facti autem à communitate alicuius membri apoſtemati, cuiuſcunque cura eſt tres res. Prima eſt cura illius apoſtematis, quæ in ſuo loco dicetur (auxiliante Chriſto) Secunda eſt humoris influentis ad ſtomachum, euacuatio, & deriuatio, ſeu ad oppoſitum tractio. Ea autem quibus fieri debet ſuperius dicta ſunt in particula iſta. Tertia eſt ipſius ſtomachi confortatio, vt non recipiat cum prædictis. Sed ſi quidem ex communitate totius fuerit, & in diſpoſitione ſanitatis propter tolerantiam famis; cura eſt duæ res. prima eſt humorum effuſorum cholericorum, euacuatio cum vomitu, vel aſſumptione alicuius deponentis ipſum, vt ſunt pruna, ſebeſten, tamarindi, & caſia fiſtula. Secunda eſt confortatio cum aliquo ex rob ſtypticis, & cibis, & potibus. Si vero in diſpoſitione ægritudinali, ſiue fuerit ſymptomaticus, ſiue creticus, cura eſt duæ res, ſcilicet vomitus prouocatio, donec perfecte euacuetur, deinde ſtomachi confortatio: horum complentia habuiſti. Quod ſi ſuperfluat, nec vomitu ſedetur ſingultus, redire, oportet ad ea, quæ adequare habent materiam, & ipſius imbibitionem auferre, & adhærentiam educere, & expurgare, impellere trahere, & deriuare, & naturã diſtrahere, vt ſuperius dictum eſt.

Ciſoſtio vel lis ad ſingultum.

Confectio Hippo. rectificans malam complexionem ſtomachi frigidam expellens ventoſitatem, & liberans à ſingultu (ſi Chriſto placet.) Recip. corticum fiſtic. exteriorum, coſti amari, caſtorei, petroſelini, ana. drach. i. balſamitæ, calamenthi, aniſi maſtiches, ſpicæ ana. drach. vj. ariſtolochiæ drach iij. Confice cum oxymellite ſquillitico, & da. drach. i. cum aqua ſiſymbrij. Alia decoctio ſquinanthi, & corticum fiſti. cum qualitate liberat ab eo. Et ſemen rutæ, cum nitro, & aqua mellis curat ſingultum, ex ventoſitatibus groſſis, quæ ſunt ex multitudine guloſitatis. Inquit filius Serap. Squilla quando ſumitur cum vino, curat à ſingultu ex humoribus groſſis annexis in rugis ſtomachi. Et etiam turbith educit illos, & mundificat ſtomachum à putrefactione humorum. Dixit Hipp. ellebori albi. drach. s. cum drach. i. caſtorei, & duab. zucch. roſ. eſt medicina experta, quę curat omnes paſſiones ſtomachi ex groſſis, & viſcoſis humoribus natas, & expellit humores compactos in villis per vomitum, & curat vertiginem, & lethargiam. Sed cum cautela præſume propinare, ne dederis corpori extenuato.

Pilule ad ſingultum.

Pilulę ad ſingultum natum ex groſſis humoribus. ℞. caſtorei, myrrhæ, ana. dra. ij agarici. dra. iij. ſalis gemmæ. drac. i. diagridij correcti. dra. ij. maſtic. drac. i. s. aloes bonæ ad pondus omnium. Confice cum ſucco mentę doſis eſt. iij in tero. Pilulæ glorioſiſſimę ex inuentione noſtra, contra ſingultum calidum, & humores acutos aſcendentes ad ſtomachum ex hepate, & malitiam eius calidam, & ſiccam, & febres. ℞. ſpodij, endiuiæ, portulacæ, ligni aloes, ana. drac. s. pulpę tamarindorum, drac. iiij. rhaued. electi. vn. Conficiantur cum aceto.

Pilula alia ad ſingultũ calidum.

Emplaſtrũ ad idem.

Emplaſtrum ad idẽ. ℞. trium ſandalorum, farinæ hordei, ſpodij ana partes ęquales. Confice cum ſucco ſemperuiuæ.

Emplaſtrũ aliud ad ſingultum ex groſſis ventoſitatibus.

Emplaſtrũ contra ſingultum ex groſſis humoribus, & delet dolorem eius. ℞. ariſt. rotundæ, galangæ, aniſi, baccarum lauri, gentianæ,

gentianæ,rutæ,ana.drach. iij. caſtorei, myrrhæ, ana.drac. ij.garyoph. drach.v.roſarum.drach.ij.maſtic.drach.iiij. Confice cum aqua mellis, & ſampſuchi.

De nauſea, ſubuerſione, faſtidio, vomitu,& æſtuatione, ſeu anxietate, & conturbatione ſtomachi, & cura eius. Cap. 26.

NAuſea,ſeu ſubuerſio ſtomachi,quid ſint,& ex quibus cauſentur, & ſigna quibus cognoſcantur; & cura ex prædictis capitulo de nauſeatiua ſarietate ſunt manifeſta. Eſt enim motus malus,ſeu inclinatio virtutis expulſiuæ ſtomachi ad expellendũ nocentia,per os abſq; hoc, quod conſequatur interitum niſi ſequatur vomitus, quod ſi non ſequatur, nocentia, quæ cum ſint multa, & fortia in ſtomacho retenta, commota inducunt ægritudinis æſtuationem,aut ſiccitatem,triſtitiã,& anguſtiam, ita vt permutentur de figura in figuram: & ex communitate quandoq; cardiacam, ſeu cordis tremorem abque cognita cauſa. Quandoque ſequitur vertigo,& ſcotomia & mutatio coloris, ſudor frigidus, & extremitatum frigiditas fere perducens ad ſyncopim.

Et cauſa in hoc eſt duplex interior, & exterior. Interior eſt humor generatus, vel influxus ſtomachi adhęrens,grauans,& moleſtans:qui dum mouetur in concauo ſtomachi facit cõturbationem, dum inclinatur ad os ſtomachi facit nauſeam, cum non poſſit expelli, inducit triſtitiam ſua grauedine, & acuitate, & fumatione ad cor,& cerebrum, necnon inducit cordis tremorem, vertiginem,& ſcotomiam, & per conſequens ſudorem, & extremitatum frigiditatem. Et quandoque eſt eius cauſa vapor ex humoribus commotis ex medicinis vomitus. Exterior eſt omne, quod feruet in ſtomacho ex cibis, & fructibus,& ſuccis dulcibus, vt eſt vinum nouũ ex vuis, & pomis: & quod corrumpitur in ſtomacho, vt lac, & ſimilia;& aqua frigida bibita in hora non conſueta conturbat, & ſit cauſa additionis feb. in debili ſtomacho, quare currunt humores ad ipſum, vt adminetam putredinis,innouantes paroxyſmum,vt accidit in phlegmaticis; quare non oportet, vt bibatur in feb.tali niſi aqua calida. Et quandoque eſt in cauſa melancholia,& ventoſitas pharmaci aſſumpti, vt fœniculi, & electarij ſine admiſtione aniſi, dauci, & aſcæ, vt dixit Hipp. Et coadiuuat aſpectus, & imaginatio rei abominabilis, & ſimiliter fœtor.

SIGNA æſtuationis, & anxietatis ſtomaticæ nota ſunt ex prædictis hic,& in notificatione ipſarum cum de nocumentis expulſionis ſtomacho generaliter loquebamur. Et ſiquidem ſit à cauſa interiori, vt a malo humore mordificatiuo retento, & commoto à ſua grauedine, & acuitate, & fumatione nocente, & cognoſcitur apud ægrum natura prudentem, & ſenſatum,apud vulgũ quandoque ſtolidum cauſa non cognoſcitur etiam ſi ſit cauſa exterior, quæ ſenſui eſt manifeſta.

CVRA eius eſt duplex generalis, ſcilicet, & ſpecialis. Generalis conſiſtit in quatuor rebus, quas ſupra de cura repletionis, & ſatietatis nauſeatiuæ diximus. Specialis conſiſtit in correctione accidentium, ſcilicet tremoris cordis, triſtitiæ, & anguſtiæ, vertiginis, & ſcotomiæ, quorum cura ſpecialiter dicta eſt. Et tamen attendendum, nam ſi cauſa parua eſt, & tunc ſufficiens eſt ſola frictio, & exhibitio eius, quod humores habet quietare, & mundificare. Et ſiquidem ſint frigidi, detur vinum miſtũ; vel aqua mellis, vel rob granatorum, ſi ſit calida, vel miſta,aqua mellis roſati: ſi influxa ſit,& calida, da cum ſpodio, ſi frigida, da cum maſtiche, ſeu cardamomo. Si vero cauſa fuerit plurima, redi ad curam ſuperius dictam. Et ſi quidem ſit ſimplex in lacte, ſeu ſanguinis congelatione,eius cura dicetur infra in proprijs capitulis. Si vero ſit ex malitia pharmaci, ſupra de cõſolatione medicinarum diximus, cum docuimus, qualiter ſuccurrendum ſit accidentibus, quæ medicinæ laxatiuæ hæreditare faciunt.

De vomitu, & primo de phlegmatico,& cura eius. Cap. 27.

VOmitus, vt ex prædictis poteſt haberi eſt violentus motus naturæ,ſeu virtutis expulſiuę ſtomachi ad expellendum nocentia. Variatur autem, & ſpecificatur variatione ſuarum cauſarum communium quatuor, materialis ſcilicet formalis, efficientis, & finalis.quę in dicta notificatione per ordinem inueniuntur. Materialis namque, aut erit exterior, vt cibi, & potus, vel medicinæ, aut interior, quæ plurimum eſt humor, aut phlegmaticus,aut cholericus,aut melancholicus,aut ſanguineus, &c; hic, aut purus, aut miſtus, aut corruptus, &c; hic, aut ex ſtomacho procedens, aut ex alijs membris ſibi influxus, vel toto corpore, vt ſuperius dictum eſt capitulo de cura malitiæ cõplexionis ſtomachi cum materia. Formalis, quia, aut erit facilis,& temperatus, aut difficilis, diminutus, ſuperfluus, & aſſiduus. Efficiens namque aut erit naturalis, & criticus, aut vi morbi, & ſymptomaticus. Finalis,quia ad expellendum nocentia ſaltem ſibi, quorum omnium conſideratione, generalem recipit diuiſionem. Aut enim eſt laudabilis, aut illaudabilis, laudabilis enim eſt ſecũdum Hip.cum phlegma choleris eſt admiſtum, facilis enim, & temperatus,quia repletioni proportionatus, vnde Gal.vltima tæ repletioni vltimata deberur euacuatio, moderatæ vero moderata, non frequens,& continuus. Hic enim debilitat ſtomachum, & facit eum lacunam ſuperfluitatum. Caput, & inſtrumenta ſenſuum, os,& dentes, pectus, & pulmonem lædit, & venas eius aperit, & hepar debilitat,& totum corpus extenuat & conſumit. Sed per interualla ſic factus ſemel in mẽſe, hic enim primo purgat ſtomachum,& corporis ſuperiora, ex conſequenti vero ipſius inferiora. Quapropter Hipp. vt Abuha. dixit commendauit ad regimen ſanitatis fieri vomitum. quolibet menſe duobus diebus continuis, vt prima die quod in ſtomacho, & ſuperioribus exiſtit membris eradicetur, ſecunda die quod fuit tunc tractum ab inferioribus ad ipſum etiam expellatur, vomitus enim à ſuperioribus eradicat, & ab inferioribus trahit. E contra fluxus ſic quandoq; liberat à ſpaſmo,ſubeth,lamentatione repletionis cibi,ſingultu clamoſo,& eruptione venarum,ægritudinibus renum,& pedum, & breuiter omnibus materialibus totius corporis ægritudinibus. Naturalis, ſeu ſpontaneus ad expellendum nocentia cũ conuenientia conſimilium circũſtantiarum. ſ.ægritudinis cõplexionis cholericæ,ætatis iuuenilis, compoſitionis pectoris, latæ habitudinis, gracilis,conſuetudinis vomendi,artis fabrilis, æſtatis temporis,horæ, regionis.aeris, calidorum,& ſiccorum. Illaudabilis autem eſt contrarius. Laudabilis,& critici cauſæ, eſt fortitudo virtutis expulſiuæ,obedientia materię,& aptitudo viarum. Illaudabilis,& ſymptomatici cauſa eſt virtutis debilitas retentiuę,& quantitas,vel qualitas, vel vtraque cauſæ materialis facientis deficere virtutem contentiuam, & quandoque eſt mala complexio interior membri ſcilicet ſtomachi ſine materia incitans ad vomitum,& maxime calida,& ſicca;ſicut erat in ſingultu,& quandoque eſt coadiuuans malitia regiminis, & proprie motus corporeus, & animalis fortis, & agitans ſupra cibum, imaginatio aſpectus, & fœtor rei abominabilis, & diſpoſitio aeris.

Vomitus quid.

Cauſa materialis.

Formalis.

Vomitus ille eſt laudabilis cum phlegma choleris ad mixtum ſecantur.

SIGNA eius ſunt duplicia,quædam.n.ipſius generaliter, & abſolute cõſiderati ſunt ſigna remota, quædã propinqua. Remota ſunt dolor frontis, & ſcotomia.i.rerum nigrarum apparitio, vt muſcarũ volãtiũ,frigiditas extremorum,& in hypochondrijs. Et os amaricatũ cordis.i. oris ſtomachi, morſus, nauſea, ſubuerſio, & rectigatio inferioris labij ſignificant ipſum propinquum. Signa vero ipſius ſpecialiter conſiderati, puta ſpecierum ipſius formalium, vt laudabilis vomitus, quædam ſumuntur ex antecedentibus, quędam ex cõcomitantibus,quędam ex ſubſequentibus. Ex antecedentibus,quia præceſſerunt ſigna digeſtionis imaleſcente virtute ſupra morbum.s. leuitas accidentium protendentium ipſum quod eſt ſignum

gnum leuis pugnæ. Et ex concomitantibus, quia eſt facilis temperatus in proceſſu morbi, expellens nociua, & qualia oportet, quia choleram phlegmati miſtam,& bene toleratur. Et ex ſubſequentibus, quia confert, & alleuiat patientem. Inquit Hippo.ſi qualia oportet purgari purgentur,confert,& bene ferunt. Signa illaudabilis vomitus e contra intelliguntur,nam fit, ſignis decoctionis non apparentibus, & in morbi principio vniuerſali. Inquit enim Hip. ægritudinibus quibuſq; incipientibus, ſi fel nigrum ſurſum,aut deorſum exierit,mortale, & Gal. dum inquit morb. in principio eſt cum nulla ſecundum viam naturæ fit euacuatio, Signa enim critica non oportet eſſe ſubita, fit enim nulla apparente victoria,& inualeſcentia naturæ ſupra morbum, & cum accidentium ipſum protendentium dictorum ſupra fortitudine, & auſteritate eſt difficilis,malus,intolerabilis,& anguſtioſus, expellens non quale oportet, quia iuuatiuum non nociuum,& nociuum,non coctum,neque miſtũ,ſed purum, aut cholericum, aut phlegmaticũ,aut ſanguineum. Inquit enim Hippo. ſanguis ſurſum qualiſcunq; egrediens malum,aut melancholicum. Inquit Hipp. melancholicos vero inferius, neq; confert, quia nec ægrum alleuiat, nec morbum minuit, immo ægrum in defectionem adducit. Signa ſpecierum ipſius materialium,ex exeuntib. colliguntur, & ſimiliter ſi ſint ex ſtomacho, vel ex alijs ei influxis, ex dictis de mala complexione nota ſunt. Earum autem cauſę infra ſpecificabuntur. Vomitus laudabilis, & criticus eſt permittendus;quòd ſi diminutus fuerit,& difficilis,coadiuuandus eſt,& facilitandus,vt infra (Chriſto Ieſu duce) dicetur, deinde permittendus quandiu fuerit ſufficiens, & tẽperatus,& cognoſcitur,quia cõfert,& bene ferunt. Tunc tamen confortatiuis ſtomachi,temperate ſtypticis eſt vrendum,quæ habent retinere, ne materia effrenitet, & ſuperfluat, nec eſt retinendus niſi ſuperfluat, quo caſu effectus illaudabilis eſt retinendus, & cognoſcitur, quia incipit fieri intolerabilis, anguſtioſus,& debilitans corpus, vnde Hipp.in aphor. iam dicto. Si vero non,contrarium. Si autem fit illaudabilis,& ſymptomaticus,aut eſt cũ naturæ regulatione,vt ſupra diximus de fluxu vẽtris in cura pleureſis, & tũc eſt permittendus,eſt enim bonus per viam cauſę quam minuit,& quam eradicat, & per conſequens morbum vniuerſalem, & particularem curat. Inquit enim Abuhali vomitus in principio paroxyſmi,aut minorat,aut eradicat paroxyſmum, naturam quoque alleuiat, & ſupra reſiduum potentem reddit. Vnde Hip.inchoantibus morbis ſi quid videtur mouendum,moue. Aut eſt ſine regulatione naturæ, & tunc cum ſit malus per viam ſigni,& cauſæ, eſt retinendus.

Veritas vomitus falli in principio paroxyſmi.

CVRA. in retentione autem eius duplex eſt regimen, commune.ſ.& proprium. Commune in ſex rebus plurimum conſiſtit. Prima eſt materiæ, ſeu cauſæ ad eius exceſſum incitantis mundificatio,vel ablatio. Secunda eſt ipſius ſtomachi confortatio, & etiam totius corporis, vt ſubſiſtat,et toleret. Tertia eſt membri,ſi quod ſit mittẽs, rectificatio. Quarta eſt materiæ influentis interim, donec illius rectificatio fiat, quietatio, ingroſſatio, & deriuatio, & ductuum anguſtatio. Quinta eſt regiminis rectificatio. Sexta eſt accidentium, ſi qua ſint, quæ inſurgant, correctio. Sic ergo congregabis omnem curatiuam intentionem in retentione vomitus, & euacuationis cuiuslibet, de qua infra dicetur. Primam rem complent vomitus reiteratus, donec, materia ſi humoralis ſit,eradicetur, qui ſi non ſit facilis,& ſufficiens propter eius adhærentiam facilitetur, & hoc cum cibis multis in quantitate continua, & diſcreta, ſcilicet potibus, & medicinis, quæ ſunt triplicis generis, vt ſupra in de conſolatione medicinarum diximus; in quarum vſu ordinate procedas, incipiendo à debilibus, & procedendo ad fortia, deinde ad fortiora ſequens naturam ſapientiſſimam, vt iuſſit Hipp. Inquit Gal.natura eſt ſapientiſſima, cuius ſapientiæ non eſt finis; adhæret enim vt viæ vni, & ordini vni. Si vero non ſit humoralis, quæ incitat cauſa, ſed complexionalis, alterantia ſunt ipſum complentia, quæ ſunt ſuperius tibi nota; ſi etiam exterior ſit, auferatur. Secundam rem complent ſtyptica aromatica calida, vel frigida prout diſpoſitio ſtomachi exigit; quæ ſuperius tibi fuerunt tradita in cura malæ complexionis, & retentione ſolutiui cum ſuperfluit. Terciam rem complent illa tria, quæ ſupra in cura malæ complexionis ſtomachi cum materia diximus. Quartam rem complent ſomnus, & quies corporea, & animalis motiuam materiam quietantes. Inquit enim Hippo. Cum nolueris elleborum ducere, ſomnum fac, & noli mouere. Imaginatio rei delectabilis, & odores boni,confortant enim cerebrum,& ſtomachum; nauſeã ſedant, & vomitum,vt ſupra de conſolatione medicinarum dictum eſt. Ibique medicinas ingroſſantes, & coanguſtantes ductus, & orificia, notas fecimus, calidas, & frigidas prout diſpoſitio exigit. Eius autem derivationes complent frictiones duræ, & aſperæ, fomentationes mordaces, compreſſiones extremitatum doloroſæ. Inquit enim Galen. dolor prouocat rheuma, & ligaturæ, ventoſationes cum ſcarificatione,vel ſine,ſanguiſugationes, phlebotomiæ, cicatrizationes in eis, & euacuatio per fluxum ventris,cum clyſteribus trahentibus,& medicinis ſolutiuis ventris,collyrijs,& ſudorem prouocantibus, vt ſunt balnea, vnctiones, rarefactiones, quæ ſuperius dictæ ſunt. Inquit enim Hippo.vomitus vomitu, fluxus fluxu, & vomitus fluxu, & fluxus vomitu, & vterque ſudore curatur. Quintam rem complent debita ſex rerum non naturalium ordinatio,locetur ergo in aere temperato, vt ſuperfluo calore materia non diſſoluatur,nec frigore interius comprimatur, & declinet ad frigidum temperate, & ſiccum. Quieſcat, & dormiat. Cibus ſit ſpiſſæ ſubſtantiæ, & ſtypticæ, qualitatis calidæ, vel frigidæ ſecundum neceſſitatem, paucus in quantitate continua, & diſcreta, facilis digeſtionis, & boni chymi, quem ſuperius habuiſti:in quo ſis parcus,licet multum appetat, vnde repletio eſt fugienda, & proprie ſubita. Inquit enim Hipp.ſecundum multum, & repente replere,&c. Et alibi.non plenitudo, non indigentia, nec aliquod quicquam bonum,quod magis naturæ fuerit,& maxime niſi præceſſerit inanitio debilitans. Inquit enim Abuha. nihil eſt deterius ſaturitate in tempore ſterilitatis, quam præceſſit inanitio in tempore ſterilitatis. Alienenturque cibaria liquida, niſi ſint ſtypticis confecta, & tunc minorentur. Sextam autem rem complent, quæ accidentibus ſuperuenientibus congruunt, quæ ſunt diuerſa ſecundum eorum diuerſitatem, vt infra patebit (nutu Creatoris.) Proprium vero regimen in retentione vomitus cuiuſcunque eſt varium, & diuerſum varietate cauſarum ipſius materialium, & proprie intrinſecarum prædictas res communes generalis intentionis diuerſificantium, prout exigit vnaquæque.

Quarta alia.

Cibus.

2. aphe. 51.

Secunda aphe. 4.

Si ergo ſit cauſa vomitus cauſa extrinſeca, eius remotio erit cura, contrariæ introductio,ipſiuſque ſtomachi confortatio. Si vero intrinſeca, & phlegmatica, cuius cauſa eſt mala complexio frigida, & humida cũ malitia regiminis precedentis multiplicantis phlegma in ſtomacho, ſeu in eo, & toto corpore, vel cerebro, ex quibus influxit ei plurimum, pura quia fuit cauſa indigeſtionis in eo cerebro,& toto corpore, vt ſupra capite de debilitate ſtomachi diximus, cum conuenientia circũſtantiarum ex quibus omnibus, & exeuntibus cognoſcetur, Cura erit in ſex rebus prædictis, tali ordine, & modo, vt vomitus primo fiat prouocatio cũ vomitiuis phlegmatis, quæ ſupra capitulo de cura malitiæ complexionis cum materia dicta ſunt. Et ex eis eſt aquá tepida decoctionis raphani, vel ſeminis geneſtræ. Et fortior eſt aqua nucis vomitæ, vel aſcæ.vel cœpe narciſſi, cum ſecaniabin, ſquillitico, talis enim vomitus cauſam incitantem ad eius exceſſum educit, ſi materialis ſit, & alterat, ſi fuerit cõplexionalis frigida,& humida. Quod ſi vomitu non ceſſet vomitus,ſed adhuc redit,licet quieſcat aliquãdiu quod eſt, quia ab alio ſibi.ſ.ſtomacho influat, quod plurimum eſt à cerebro, vel toto corpore, membro mittenti auxilium prius oportet adhiberi, & alijs prout ſupra de

pra de cura malæ complexionis cum materia diximus. Quod si adhuc perduret, quietetur, ingrossetur, & deriuetur materia, prout hic,& superius dictum est. Et proprie cum rubificatibus,qualia sunt vrtica,squilla,tapsia, & similia, ventosis cum multa flamma, & fomentationibus ex aqua decoctionis vrticæ, foliorum lauri, calamenthi,parietarię,abrotani,& similiũ, ligaturis pedum, & manuum dolorosis,cauterizationibus,& fine scarificatione,& cum phlebotomijs,si phlegma naturæ sanguinis sit propinquum,de cephalica,vel nigra,cum educant de membro mittente, & etiam deriuent a stomacho:clysteribus acutis extrahentibus proprie, qualia sunt agaricum,colocynthis,species gummorũ, centaurea,asarum, polypodium, hieræ magnæ, species salis, & huiusmodi. Etiam cũ medicinis solutiuis phlegmatis, quas superius explanauimus. Et stomachus confortetur cum his, quæ à proprietate materiam effusam prohibere habent, & retinere nauseam,& phlegmaticum vomitum. Ex quibus sunt simplicia, & composita,quæ infra dicentur(duce Christo.) Simplicia sunt myrti,mastiche, olibanum, vinum ponticum nigrum, apium crudum, aqua aluminis,mumia,sambucus syluestris, ameos,& menta,cytonium, calamentum, iteos, quæ interius, & exterius approximabis,& per omnem modum, prout discretio proui debit. Et ex illis est fisticum vtrumque, & cortex eius: garyoph. cardamomum, cum aqua mastiches. Composita sunt miua aromatica,syrupus de absynthio, de menta, diamuschum amarum, melicratum conditum, electarium de cytonijs, rob citri cum xyloaloe. Confectio de cytonijs nostra, & vltimo theriaca antiqua, & plura alia, quæ supra de cura malæ complexionis cum materia sunt enumerata. Regimen autem proprium declinet ad calidum, & siccum, & si cum prædictis omnibus non sedatur, oportet vt iterentur, donec Saluator gratiam monstrabit.

De phlebotomia.

De vomitu cholerico. Cap. 28.

SI autem vomitus sit cholericus,eius causa erit malitia regiminis multiplicantis choleram plurimum in hepate,& toto corpore, & quandoq; in stomacho,vt supra dictum est capitulo de mala complexione cum materia, & malitia complexionis ipsorum membrorũ cum circumstantijs consimilibus coadunantibus. quibus, & exeuntibus cognoscetur, quo casu prædicta ordine quo supra tentabis materiam, & causam incitantẽ ad ipsum, abscindere prius, & quia est humoralis vomitum cum aqua simplici tepida. Quod si sit in villis stomachi adhærens, & nauseans, cum aqua decoctionis seminis atriplicis, & pauco aceti, vel aquæ batecæ cucurbitæ, cucumeris,& citruli,& cum alijs consimilibus frigidis:& humidis. his enim materia, si qua sit in stomacho generata cholerica,quæ est rarius,vel influxa:quæ est plurimum, educitur; & mala complexio stomachi generans, & trahens influxam alterabitur. Quod si vomitus omnino non cesser, sed aliquandiu stans redeat: quod est quia ab hepate, seu toto corpore influat illi; oportet vt prædictum est, mittenti auxilium apponatur, materia quietetur cum quiete,& somno non profundo, & longo,& cum inspissantibus,& congelantibus frigidis potentialibus,& actualibus sumptis, & stupefacientibus, si oportet,vias etiam constipantibus. Et deriuetur cum frictionibus exteriorum minus asperis, fomentationibus, & balneis dulcium aquarum sudorem prouocantibus, ligaturis minus dolorosis, quam in phlegmatico,phlebotomia basilicæ, donec extinguatur inflammatio choleræ, & ebullitio eius, vbi peccatum sanguinis apparebit, & virtus tolerans, ventosis absque scarificatione in opposita parte, nisi coassocietur sanguis; clysteribus lenientibus, & habentibus virtutem hieræ ex aloe, & cum medicinis alijs cholagogis,quas in nostro antidotario,& hic supra ennumerauimus, & proprie lenitiuis, vt casia fist. tamarindi, tereniabin, & aqua fructuum materiam blandientibus, & alterantibus, non fortibus, &

A acutis, cum materiam agitent, inflamment, at motum incitent. Stomachus quoq; confortetur, vt non recipiat cum his, quæ à proprietate habent nauseam, & cholericum vomitum retinere. Ex quibus sunt simplicia,& cõposita: simplicia sunt duplicia,quædam interius approximanda, vt granata vtraque,fructus vitis syluestris,myrtha,sumach,coriandrum per se;& in cibis,succus acetosus citri,& rob eius,vel agresta,& succus eius,fœniculus bibitus cum aqua frigida,spodium, charabe, lupinus nõ habens amaritudinem, & cãphora sumpta in potu cum aliquo rob, & olfacta atque inuncta supra stomachum, & fructus pontici, vt pyra, sorba, mespila, ribes, zarur, glandes, & proprie cupulę eius,& castanearum,& fabę, cum corticibus suis, & lentes in aceto decoctæ. Composita sunt, vt rob de granatis, de agresta, de ribes, de cytonijs,& syrupus acetosus,& oxyzacchara,& alia,quę in cura malæ complexionis cum materia diximus, quæ interius, & exterius, & per omnem modum approximantur. Quòd si prædictis omnibus non sedetur, in- B teresst tua, vt reiteres ea, donec cum Christo consequeris intentum.

De vomitu melancholico. Cap. 29.

SI vero melancholicus fuerit, cuius causa est malitia regiminis declinans ad frigiditatem, & siccitatem, vel caliditatem,& siccitatem,malitia complexionis cõsimilis hepatis,& totius, & malitia compositionis scilicet oppilatio, & proprie splenis, cum circumstantijs consimilibus,quibus exeuntibus cognoscantur. Aduerte quòd humor melancholicus, cum sit secundum Gal. naturæ cæteris humoribus odibilior, exiens de corpore vndecunque, non est retinendus,inquantum possibile est, sed inquantum superiori regioni cęteris est incõuenientior; est diuertendus ad contrariam regionem, scilicet inferiorem conuenientem sibi, & inde mundificandus maxime,cum talis humor in stomacho nullatenus generetur, C sed influat ei plurimum, à splene vel hepate, vel corpore toto, & proinde prædictas res sistentes ministrabis modo,& ordine tali. Primo enim spleni, hepati, vel toti corpori mittenti curam adhibebis, prout superius dictum est,& proprie cum purgationibus eorum ab humore melancholico,quæ sunt notæ cum phlebotomijs basilicæ sinistræ, vel dextræ saphenæ, & apertione venarum hæmoroidarum,habentiũ educere,& diuertere sanguinem melancholicum, siquis peccet rectificatione prædictorum membrorum, nec non, & deriuationibus iam dictis, si expediat, & quietationibus etiam. Secundo stomachum confortare, vt non recipiat, cum approximatis interius, & exterius. Exterius cum spongia infusa in aceto tepido, vel lenticulas in aceto decoctas superponens,& hoc si melancholia sit adusta, quam ex luciditate eius, & ebullitione eius supra terram cognosces. Si vero sit melancholia naturalis, vel congelatione causata, quam ex eius fuscitate, & opacitate coloris nigri, & D quiete cognosces,spongiam infusam in vino stiptico calido stomacho superpones,in quo aliquid xyloaloes,fuerit permistum. Interius vero cum syrupo de granatis, & xyloaloes, si humor fuerit adustus, vel cum syrupo de menta, cuius in nostro antidotario, descriptionem fecimus,si adustus nõ fuerit, & sorbeatur mel emblicorum, & vinum aromaticum, & stypticum cum aqua buglossæ,& borraginis,& senæ in vtroque. Cum sedatus fuerit fluxus talis humoris ad stomachum, quod ex eo influxum est studeas educere, & hoc cum clysteribus, in quibus sit acuitas aliqua assumpta ex polypodio, carthamo, tribulis, epithymo, sene, alhasce, chamæ. vsnea cum oleo sisamino, & melle, & cum medicinis solutiuis ventris ex prædictis,vt agarico,lapide lazuli,armeno,& myroba. nigris. Et compositis in antidotario nostro dictis, prout tibi videbitur expedire materiæ, virtuti, & membro. Regimen quoque proprium, ad humidum temperatum, vel frigidum parum, vel declinet secundum humoris diuersitatem.

De

De vomitu sanguineo. Cap. 30.

VOmitus sanguinis à stomacho solo, prouenit. Inquit enim Gal. nihil vomitu exit, nisi quod in stomacho solo erat, qui autem est exiens ab eo quandoque est ex eo. quandoque ex alio, sed missus ab eo cum sangnis locus sit in venis secundum Gal. aut erit ex venis ipsius apertis, aut scissis, aut fractis, aut corrosis ab alio in stomachum missus, aut est à meri, qui cum sit via ad ipsum, exiens sanguis ab eo cadit in stomachum, & facit nauseam, & vomitum consequenter, aut est ab hepate, & est plurimum, aut splene, aut capite, aut à toto corpore, & illud est per vias occultas, vt dixit Abuhali. Intellige occultas nostro sensui quandoque, non naturæ, & intelligentiæ nostræ, naturam omniũ intelligimus virtutum aggregationem, vt dixit Gal.

Sanguinis autem vomitus venientis ad stomachum, & meri ex seipsis, causa duplex est, intrinseca, & extrinseca. Intrinseca est causa venarum debilis cõpositio, & sanguinis peccatum in quantitate superflua, in substantia subtili, & qualitate calida acuta, corrosiua, quia sit adustus, & saltus. Extrinseca est casus, percussio, obuiatio lædẽtis rei, catarrhus, apertio apostematis, aut fistulę in stomacho, & meri. aut assumptio sanguisugę, aut assumptio medicinæ acutæ, vt euphorbij, & corrosiuæ, vt calamenthi, cantharidis, & similium. Vomitus vero sanguinis venientis sibi ex alio causa est, quæ refunditur de prædictis membris ad stomachum, & est multitudo, aut malitia sanguinis, aut in se, cum est acutus, aut propter oppilationem retinẽtem, quia fuit corruptus, & malam acquisiuit qualitatem ex fortitudine virtutis expulsiuæ prædictorum membrorum, oppilatio viæ, qua consueuit expelli, debilitas stomachi cum amplitudine viarum, quib. sibi refunditur, prout supra de sputo sanguinis dictũ est. Debilis autem compositio venarum habentium continere sanguinem, aut est à natura, aut à tempore, quia pręcessit regimen, quod rarefacit, aperuit, scidit, rupit, vel corrosit, & secura fuit consolidatio debilis. Sanguis autem in quãtitate multus, & superfluus est à vita delitiosa, & vsu plurimum carniũ, & vini rubei, & aliorum habentium multiplicare sanguinem. Et etiam à retentione sanguinis, consueti, euacuari sponte, vel ab arte: & à dimissione exercitij, & à membri putrilagine. Subtilis autem, et acutus est vsu rerum acutarum, vt specierum calidarum, acrimonialium, & vinorum calidorum, antiquorum, purorum, & subtilium, & similium rerum nõ naturalium habentium subtiliare, & inflammare, quæ sunt notæ. Fortitudo virtutis expulsiuæ est plurimum à natura, cui nihil est impossibile in expellendis nocentibus, secundum Gal. Oppilatio viarum, & sunt meseraicæ, quibus consueuit expellere, est triplex, & ex prędictis est nota. Causa debilitatis stomachi superius nota, est accidentalis, licet etiam possit esse naturalis secundum Hip. & Galen. Amplitudo viarum est amplitudo venarũ, per quas nutrimentũ sanguinis mittit hepar stomacho, per quas ipsum sanguine à se, vel per regurgitationẽ à toto corpore sibi meseraicarum inteſtinorum via clausa immittit, nec mirum si in concauum stomachi tales venæ sanguinem infundant in ipsius substantiam, & porositates naturaliter imbibantur earum orificia, cum naturę forti nihil sit impossibile, in expellendis humoribus, & trahat sanguinem per medium ossis, vt dicit Galenus, licet in substantiam, & porositates eius venarum orificia imbibantur, natura fortis malum sanguinem in illis venis cõtentum subtiliat, & poros tunicæ interioris rarefacit, quibus rarefactis infundit sanguinem ipsum in stomachi concauum, a quo vomitu educitur tanquam nociuum. Inquit enim Hippoc. si sanguis in ventrem effundatur

Aphor. 22.

præter naturam, necesse est in saniem conuerti, omnis enim humor in loco suo non existens putrescit, & in malam conuertitur qualitatem, vt Gal. ait. Signa sanguinis venientis à stomacho, & meri, ab eo, qui ab alijs subinfluit plurimum, quantitate distinguitur, quia est paucus cũ stomachus sit neruosus, & etiam colore, quia subruE beus, & clarus, & assiduitate, quia continuus; & dolore, quia veniens ab eo, est cum dolore; nisi à venis rarefactis eorum egrediatur, quas non consequitur dolor nisi sumptione rei acutæ; quæ si sumpta trahatur, & in transglutitione dolorem præstat aliquem, rarefactio venarum in meri esse mõstratur, si vero post transglutitionem, in stomacho esse percipias. Item ex meri venis egrediens, est quandoque cum saliua, & rascatione educitur: ex stomacho vero non nisi vomitu, vel fastidio impellente. Inquit enim Galen. nihil ex stomaeho egreditur nisi vomitu, vel fastidio impellente. alijs quoque distinguitur signis, prout supra est dictum. Si vero à venis rarefactis eorum egrediatur, distinguitur ab operatione alia, quæcunque fuerit, dolore, quia in rarefactis nõ est dolor; & si est, paruus est, & apud rei acetosissimæ sumptionẽ, vt superius dictum est. Etiam paucus * est subulis, & aquosus, ab operatione alia veniens e contra se habet. Et siquidem sit a corrosione earum, indicant ipsa vlceris signa, puta exitus sanguinis præcedens diu, qui in principio fuit paucus, deinde plurimus, & consequenter sanioſus: & quandoque sibi associata pellicula, seu caro putrefacta, & fœtens. Signa autem sanguinis venientis ab hepate sunt multitudo ipsius, & caliditas, & color, quia citrinus plurimum, præcedens ipsius passio, apostema, seu oppillatio etiam, & similia. Venientis autem a splene, signa sunt color, quia plurimum niger: odorque põticus, eiusq; ebullitio superius terram, & odor acris si sit adustus, & passio præcedens splenis. Venientis vero a capite plurimũ est albus, & est cum trãsglutitione apud descensum, & est viscosus, & quantitatis mediocris cum præcedente grauedine dolore, vel eius alia passione. A toto vero corpore venientis cognitionem habebis, quia præcessit dolor, & grauitas dorsi, & lassitudo extensiua totius, & est maioris quantitatis cæteris, coloris, & substantiæ plurimum boni, & hæc sunt signa locorum a quibus egreditur.

Signa vero causarum, a quibus efficitur, hoc modo considerabis: si enim a stomacho, & meri, egrediens, a causa intrinseca fuerit, quæ est debilis venarum naturalis compositio, a difformitate omnium membrorum cognoscere poteris, & malitia complexionis ipsorum: si vero accidentalis ex memoria causæ: peccato etiam sanguinis in quanto, vel quali, vel vtroq; ex regimine etiam antecedente percipies, & signis repletionis à cõcomitantibus, seu cacochymia, & retentione euacuationum, & anteceſsione aliarum causarum prædictarum. Et etiam si est a causa extrinseca sensus declarat, & intentio. Et si quidem fuerit sanguisuga, declaratur ex eo, quod iam bibitur ex aqua, in qua habitent sanguisugæ, & quia sanguis ex ea veniẽs subtilis, & sanioſus. Signũ fortitudinis expulsiuæ, & quod ex ea processit est alleuatio, quæ sequitur euacuationem, natura deponẽte, quod velut onus aggrauabat. Quæ enim a debilitate contentiuæ procedit alleuationem subsequentem non habet. Signum oppilationis viarum, per quas expellere consueuit, & amplitudinis aliarum cum stomachi debilitate recipientis est ex hoc, quòd non egreditur per viam, per quam expellere consueuit, sed per stomachum violenter.

CVRA eius non est stolidi medici, neque pigri, sed solerris, & solliciti; ait enim Gale. de fluxu sanguinis spiritus deficere consueuit, qui vitæ vniuscuiusque membri substantia existit, vnde mors sequitur, quod aduertens. Terxias animam hominis sanguinem ęstimauit. Proinde ergo in cura eius prompte, ac diligenter est procedendum. Consistit autem in rebus prænarratis, quas tali modo, & ordine ministrabis. primo enim festinabis ex venis sanguinis exhuberantiam educere, anticipando quatenus tolerat virtus, & hoc cum phlebotomia de nigra, seu saphena secundum diuersitatem, suæ exuberantiæ, & excessus in loco; ipsum etiam trahes ad opposita, & longinqua; & hoc cum ligaturis dolorosis extremorum, cum ventosis in cruribus, brachijs, spatulis, cum scarificatione, vel sine, prout tolerat virtus, & dispositio repletionis requirit. Secundo ipsum inspissabis, &

Quidã sanguinem animam hominis æstimauerunt.

alterabis,

alterabis, aut pharmacabis, vel quod prius expedit ages, prout supra de cura fluxus sanguinis narium dictum est. Quæ autem sunt illud complentia, ibi de cura sputi sanguinis superius habuisti. Tertio stomacho, eiusque venarum debili cõpositioni, quia rarefactus, apertus, vel quoquo modo solutus prouidebis cum stypticantibus, & infrigidantibus. Inquit enim Hipp. Quicunque sponte sanguinem vomunt, si quidem sine febre, salutare; curare vero stypticis, & infrigidantibus, quę autem sint illa dictum est supra ibidem, & ꝙ sint quintuplicis generis. Elige ergo ad hoc tibi magis propria. Et ex appropriatis in retinendo sanguinem est iaspis, & menta. Quarto regimen proprium ad frigidum, & humidũ conuertes quod est ex præcedentibus notum. Si vero sanguinis vomitus ex alijs membris fuerit illi influentibus, cura est cum eisdem. Sed adde quintum. s. membri mittentis rectificationem. quæ prædictis est præferenda. ait enim Galen. mittenti tamquam fonti prius est prouidendum. Qualiter autem illud agere oporteat, & cum quibus, supra de cura malæ cõplexionis cum materia, dictum est, quæ omnia supra de sputo sanguinis incidẽter tetigimus succincte. causis quoque mediatis cum notis contrarijs, & proprijs obuiabis; & manifestas, seu extrinsecas amouebis. Sed ad perfectionem curæ vomitus superfluentis, & symptomatici restat, sexto accidentibus superuenientibus instare. Sunt autem diuersa, vt puta dolor capitis, obscuritas visus, & dolor pectoris, & malitia anhelitus, intersectio vocis, tensio, & dolor sub hypochondrijs, debilitas, mordicatio; & dolor stomachi, singultus, & alcuzez, detentio sanguinis, & congelatio in stomacho, debilitatio, & syncopis; quorum correctioni attende. Et primo dolorem capitis corriges, prout supra de cura sodæ, ex vaporibus acutis caulatæ prouenientibus à toto corpore; aut à membro aliquo, dictum est. Obscuritate quoque oculorum, & visus, prout supra de cura ægritudinum oculorum dictum est. Abuh. autem volens ex vomitu nocumento oculorum prouenienti occurere, ne subleuet materiam, & vapores conuertat ad caput, & oculos docuit in hora vomendi, vt oculi ligentur superpositis * pilis duabus. & primo vt facies lauetur aceto cum aqua temperato, quæ si sit rosacea, melior est, resoluit enim, & repercutit vapores.

* Pilulis.

Dolorem etiam pectoris, & malitiã anhelitus cũ frictione suaui ex oleo amygdalarum dulcium, chamæmilæ, & de lilio amouebis. Intersectioni vocis, cum sit ex perducentibus ad mortem facilem, oportet succurrere. Abuhali autem ei, & prædictis accidentibus subuenire monstrauit, cum enemate temperato. Et vt detur dosis mellis cum aqua calida, & oleum, in quo virtus theriacæ existit, vt est oleum de lilio; deinde laboret vt euomat, quòd si euomat, non suffocabitur, si vero nequiuerit euomere, studeas materiam diuertere, & trahere ad extrema cum frictionibus, calefactionibus, & constrictionibus dolorosis, atque ventosis, & confortes stomachum cum calidis, & stypticis, & proprie cũ panno suppositio ei infuso in oleo, in quo cocta fuerit ruta, & succidit. Tensioni quoque, & dolori stomachi, & hypochondrijs subuenire monstrauit. cum pannis madefactis in aqua calida superpositis, & oleis tepidis lenificãtibus, vt voluit Galen. & ventosis inflammatis debilitati, & dolori subuenire, prout superius dictum est capitulo proprio. Eius etiam mordicatio cum iuribus vnctuosis, quæ facile digerantur, vt sunt iura carnium gallinarum, & pullorum, & vnctione ex oleo de lilio, & violato, vt docuit Abuha. cum pauca cera. Singultui etiam prouidebis cum his, quæ supra capitulo proprio dicta sunt. Alcuzez quoque docuit princeps Abuhali subuenire cum ligatura, & strictura extremorum, & alijs, quæ intersectioni vocis voluit ministrari. Sanguinis autem retentioni, & congelationi in stomacho, quæ in sanguinis vomitu plerumque accidere consueuit, festine oportet succurrere, cum causa sit passionum cordis superius prædictarum, & hoc cum vomitu prouocato cum aqua calida mellis, succo apij, & farina cartami, & cum clysteribus ex his, quæ habent sanguinem congelatum liquefacere, & educere. Ex quibus est aqua cineris ligni ficus, vehuen, opopanax, & bdellium, mel, sal, assa, & alhasce, & menta decocta in aqua, & coagulum leporis, vel hædi sumptum in potu cum aqua prædictorum alicuius, & proprie alhasce, quia liquefacit, deinde sumatur ellebori albi. drach. i. fabarum. drach. iij. cum aqua tepida, & mele, vt liquefactus educatur. Ex his, quæ conferunt liquefaciendo, & resoluẽdo, & proprie vbi educi non poterit, est euaporatio, & emplastratio stomachi, & vẽtris cum decoctione anisi, hypericon, pyrethri, mastiches, xyloaloes, salis, alhasce, & mentę, Debilitati, & syncopi, qualiter subueniatur, superius dictum est. Syrupus confortãs stomachum, & vomitum arcens. ℞. succi vuarum acerbarum, succi mentæ, diamoron, aquæ ros. ana. lib. i. zucchari. lib. ij. & syrupentur, & aromatizentur cum garyo. drach. ij. Electarium ex nostra inuentione, in retinendo sanguinis vomitum; vltimum, confortans stomachum, & alterans malitiam complexionis calidam. ℞. coralli rub. drac. v. mastiches. drac. s. rosarum. drach. iiij. acatiæ, sumach, ana drach. ij. antheræ, sandarachæ. ana. drach. ij. garyoph. scrup. ij. castorei scrup. i. muschi gra. i. sanguinis draco. luti sigillati, ana. drach. ij. confice cum hoc syrupo. ℞. succi pyrorum, & pomorum syluestrium, & cytoniorum, agrestæ, mentæ. ana. lib. s. zucch. lib. ij.

Sanguinem in stomacho coagulatum liquefaciens.

Syrupus ad vomitũ vtilis.

Electarium ad vomitũ sanguinis vtile.

Pilulæ restringentes vomitum. ℞. mastiches, myrrhę, sanguinis draco. ana. drach. ij. antherę. drach. i. Confice cum succo mentæ, & da mane, & sero. Confectio syrupi de berberis conueniens ad prædicta. ℞. spodij. drachm. iiij, berberis. vnc. iiij. vuæ acerbæ. vnc. ij. cichoreæ. M. s. zucch. lib. ij. & da ieiuno stomacho cum aqua mastiches. Linimentum Serap. retinens vomitum cholericum. Recip. balaustiæ. vnc. iiij. foliorum oliuæ. vnc. ij. folio. rubi. vnc. i. romani himuscie. vnc. i. pissa, & distempera cum albumine ouorum, & farina hordei, & stomacho superpone, stringit omnem vomitum, (si Christo placet.) Aliud ad hoc sublime, & vltimum. ℞. succi plantag. linguæ canis, pentaphyllon ana. drach. ij. aceti. vnc. i. olei omphacini. vnc. iiij. bulliant vsque ad consumptionem duarum partium, & adde ceræ, olibani, ana. drac. v. cãphoræ drac. ij. croci. drach. i. mastiches drach. iiij. sang. drac. drach. iiij. superinunge, & superaspergе puluerem corticum granatorum, & sumach. Item recipe aquam aluminis, vini pontici, succi mentæ, puluerис mastiches, & rosarum cum stipitibus, & fac bullire, & infunde filtrum, spongiam, vel birram scarlati, & superpone de super pannum fumigatum ex xyloaloe thure, spica, & mastiches. expertum est.

Pilulæ vomitum restringentes.

Syrupus de berberis ad idem conueniens.

Vnguẽtum Serapionis vomitũ restringens.

Aliud ad idem.

Ad vomitum infantium. ℞. succi mentæ, cytoniorũ, vini põtici, ana æquales partes. fac bullire, & misce in eis mastiches, corticum thuris, ana. vnc. s. spicæ, cinnamomi, garyoph. nucis musc. galliæ musc. ana. dr. ij. & infusa birra scarlati bene calida applicetur. Aliud ad vomitum sang. ℞. sang. draco. vernicis, lapidis hæmatitis, ana, dr. ij. boli armeni, terræ sigil. ana. drac. i. puluerizentur subtiliter, & recipe succi arnoglossę. vnc. vj. aquæ decoctionis radicum arundinis. vnc. iiij. & misce bene, & da vnc. ij.

Ad vomitum infantium.

Aliud ad vomitum.

SVMMA III.

Particulæ tertiæ sectionis primæ de cura, & medicinis ægritudinum hepatis, & venarum.

PROLOGVS.

SCiendum est autem, ꝙ hepar vnum ex principalibus membris existit, est enim basis, & fons naturalis virtutis, quæ ad conseruationem individui, & speciei quodammodo, necessaria compropatur, Cuius operatio est primo naturaliter generare sanguinem, qui vltimus est in alimento, quo corpus perdurat in esse. Et proinde sapientissima, &

ma,& ſumme artificialis natura,vt dixit Hip.ipſius ſub ſtantiam procreauit ſanguineam ad modũ coagulati ſanguinis,licet ex ſpermate mulieris ſit factum,vt chylũ futurũ nutrimentum à ſtomacho ab eo ſuſceptũ transformet in ſanguinem, qui in naturam aliti, per virtutẽ eius, aptus eſt alterari. Quapropter.iiij.virtutibus dotauit ipſum natura,ad hoc neceſſarijs in venas ab eo ortas, & fines ramorum ipſarũ protenſis etiã quibus res nutrimenti in membro vnoquoq; completur, appetitiua.ſ.retentiua,digeſtiua,& expulſiua; appetitiua quidem naturali ſola, non commixta ex ea, & animali, vt ſtomachus; licet pro toto appetat, ſicut ſtomachus hepar, & illud eſt ſicut Lilium dicit, quoniam hepar ab intra trahit, quod appetit à proximo, ſtomachus vero ab extra, & longinquo. Nos aũt facientes doctrinam diſciplinatiuã non improbatiuam; dicimus illud eſſe,eo q̃ talis virtus in hepate eſt,ſicut in radice;in qua eſt formalior,quam in ramo, qualis eſt ſtomachus. Et proinde in eo trahere pro ſe potuit,& pro toto exiſtens ſola. In ſtomacho vero indiguit auxilio appetitus animalis, vt ſenſu fortior ſentiat inanitionẽ ſui, hepatis,venarum,& aliorum viſcerũ;quorum miniſter eſt,vt ſupra dictum eſt. Et quia coagulatio eius non fuit ſolida,vt carnis,ſed tenera circundedit eũ panni culo ſubtili ex neruo aduenienti ſibi à cerebro procreato,& ſiphac, vt eo mediante ſenſum quo ex ſe carebat haberet, & ſua ſubſtantia, atq; forma in ſe diſtincta ab alijs permaneret,alijſq; viſceribus nec̃teretur,plaſmauitq; illud forma lunari, & in homine maius, quam in cæteris animalibus eiuſdem quantitatis, vt ſanguinis generatio præ cæteris abundaret in homine, propter labores corporeos, & animales plurimos ipſum reſoluentes, cum ſit maxime reſolubilis, & cum additionibus ſeu pennulis. iiij. vel v. diſtinctum, & in domeſtica parte concauum, vt eius reflexu circa ſtomachum in amplectendo coadiuuante eius digeſtionis gratia ſufficiens eſſet, & aptum, & à dextera parte corporis iuxta coſtas falſas ſituatum, quibus alligatur in quibuſdam, vt eis adhærendo melius ſuſtentetur, & vt inſpiceret ſtomachi fundum, cuius ratio eſt, quoniam iuuatur digeſtio eius propria, & à ſylueſtri gibboſum, ne diaphragmatis locum in ſuo laborioſo motu, quod attingit in punctto,ſuam amplitudine coarctaret. In quo venas implantauit in villos, atq; poros. vnam quidem magnam in parte concaua, quæ hepatis porta vocatur,per eam enim ſub intrat chylus, quem ab inteſtinis meſeraicis ramificatis ab illa, vt ſuis manibus ſugat cum ſua virtute attractiua vna ex quatuor ſupradictis, & per eas redditur inteſtinis, ſi qua ſit in ſima eius, ſeu toto corpore groſſa, alteret naturam aggregata materia, vt per ſeceſſum proprie, vel vomitum virtute ipſius expulſiua operante expurgetur. Ipſumque in ramos quinque ipſius tendentes ad quinque eius pennulas, & ramos alios eorum diffuſos, in hepatis ſubſtantiam, cum ſecundà virute retentiua continet, donec in ſanguinem alteret, & humores villis circuntractis, ſic autem diffuſus ſua virtute melius alteret digeſtiua. cum enim totũ corpus agens attingit patiens, aptior, & perfectior operatio fiet. Aliam autem implantauit venam magnam in parte gibboſa venam chylis vocatam per quam progredientem ex eo ſanguinem, ſua virtute impellente cordi tranſmittat, & per ſitos ramos corpori toti à membris virtute cooperante attractiua corporis, & membrorum. Et quia in alteratione chyli in ſanguinem tria ſuperfluitatum genera inſurgebant, ſicut in vino nouo bullientre apparet, ſcilicet fœculenta, melancholica,ſpumoſa,cholerica, & aquoſa, quæ in trãſitu ſtricto meſeraicarum opitulabatur chylo, explantauit ex porta ſeu lactea poros, quibus ipſa ſuperfluitates ſequeſtret à ſanguine, & proprijs receptaculis, & expurgatorijs deſtinaret melancholicam fecem,per porum explantatum ex ea in parte cõcaua, in qua generatio ſanguinis, & humorum potiſſima in ſplene tranſmittat ab eius ſubſtantia ſeparatum, vt melancholiam, & cholerã nigram naturæ maxime odioſas, & in actione digeſtionis impedientes in membrum à ſe diſtinctum ſubſtantialiret ſequeſtraret. Choleram aũt per porum inde etiam ortum in cyſtim fellis tranſmittit, quæ ſuæ hepatis.ſ.ſubſtantiæ manet affixa, vt ſuo calore, ſicut accenſio ignis ſub vaſe digeſtionis coctionẽ vigorando, ipſum in ſua coagulatione conſeruet. Si enim ab eo auferatur,ſtatim ſubſtantia eius diſſoluitur,& corrumpitur,ſicut experientia dictat. His enim duabus ſuperfluitatib. ſanguinem oportet eſſe purgatum,antequam ad chylum perueniat,per quam in alimentũ ad corpus,& cætera membra deſtinetur: cum non ſint aptæ per vlteriorem decoctionem conuerſioni in ſanguinem, & ad nutrimentum membrorum,ſcilicet melancholia propter cõplexionem, & ſuperfluam groſſitiem, & terreſtreitatem, cholera rubea, & nigra propter malam morigerationẽ, & quia ſanguis redditur per eas naturæ horribilis,non ſic phlegma,& aquoſitas, cũ phlegma naturale per vlteriorem decoctionem conuertatur in ſanguinem,& aquoſitas ipſa etiam iuuet ſanguinẽ per ramos ſubtiliſſimos chylis tranſire. Et quia ſuperexcreſcentia factus ſanguis fluidus membris non debite vniretur, procreauit natura renes, in quos vena illa chylis inferius protenſa infigitur, vt aqua per ipſos ab illis virtutibus membri impellentis, & attrahentis ad ſanguinem tranſcoletur, & diſcernatur, non virtute per ſe diſtincta ab illis prædictis,& per vritides poros in veſicam tranſmiſſa extra corpus finaliter excludatur,necnon propria materia, ſi qua accidentaliter in eius gibbo fuerit aggregata. Continuauit ipſum per dictas venas cordi,cerebro,teſticulis,corpori toti,& omnibus membris,& inteſtinis, etiam ſtomacho per ſubtilem neruum, cordi quoque per alteram cõcauam venientem ab illo portantem ſpiritum, & calorem, & ſanguinem, quibus ſua innata caliditas conſeruatur, & temperatur eius pulſu, ac diaphragmatis motu. Ex quibus enarratis,& ſic ex anatomia collectis ſcire,& intelligere poſſumus hepatis naturam, qualeſque, & quantæ ſint ægritudines euenire poſſibiles. Eas enim ignotas, nec cognitas ſaltem quodam vicino veritatis arbitrio curari nullatenus eſt poſſibile. Inquit enim Gal. Qualiter autem dignoſcituros modus curatiuus ægritudinum erit, quis, ignorans eas quales, quantæ, & quæ ſunt; quaſi dicat nullatenus. Loca quoque ægritudinum, cauſas, & accidentia propria, & modus, vtrum ſcilicet ex ſe proprie, vel ex vicinitate ſeu colligantia accidant, quæ omnia ſecundum Gal. in cura ægritudinum membrorum ſunt neceſſario prænoſcenda. Sciendum ergo, q̃ hepati accidunt ægritudines in ſe, & ex colligantia, & vicinitate. In ſe quidem,& in eius ſubſtantia carnoſa, ſimplices triplicis generis, ſcilicet mala complexio, mala compoſitio, & ſolutio continui. Et compoſita ex omnibus puta apoſtema, accidit quoque in ſuis poris, & venis. Et primo prædictæ ægritudines ſimplices, & plurimum oppilatio, & ſuo etiam panniculo,ſcilicet ſolutio continui,& plerumque apoſtema,ſeu veſica,quæ cum ſcinditur egreditur aqua, & currit in ventrem. Ex colligantia vero, & vicinitate ad prædicta, pati poteſt prædicta maxime in ſuis actionibus nocumentum. Ad quarum cognitionem certam,& poſſibilem, inuocato Chriſti auxilio, qui ſolus intuens cuncta reuelat, prout poſſibile eſt, arbitrandum eſt, ſeu coniecturaliter veniendum ex his,videlicet nocumento operationum, dolore, excuntibus, tumore eius,diſpoſitione totius corporis, & membrorum vicinorum ortorum ab eo, eique colligatorum ſibi compatientium, ſiti, alijs accidentibus notis,& comparatis,videlicet regimine, circumſtantijs, ſimilibus iuuantibus,& nocentibus, & conſuetudine patiendi, quæ exercitatis, & abundantibus intellectu ſunt nota,& infra ſpecialiter Spirituſancto annuente)declarata ponemus.

Hepatis virtutes quatuor.

Hepar in quo differat à ſtomacho.

Nota hanc ſimilitudinem.

de vic. cau. com. 3.

1. de loc. aff. 2. & 3.

Continet autem hæc ſumma capitula. 15.

De genarali modo curationis diſpoſitionum hepatis. Cap. 1. fol. 41
De cura malæ complexionis eius ſimplicis, & compoſitæ, quæ ſunt octo. Cap. 2. 41

De paruitate hepatis, & cura eius. Cap. 3. fol. 42.
De cura oppilationum eius. Cap. 4. 42
De percussione casu, & obuiatione super ipsum, & cura eius. Cap. 5. 44
De fixura, & incisione hepatis, & cura eius. Cap. 6. 44
De apostemate hepatis, & cura eius. Cap. 7. 44
De apostemate meseraicarum, & lacertorum vētris, & cura eius. Cap. 8. 46
De hepatis inflammatione. Cap. 9. 46
De dolore hepatis, & est actio læsa, & hypochondriorum. Cap. 10. 46
De debilitate hepatis. Cap. 11. 46
De cachexia, & est qualitas mutata. Cap. 12. 47
De hydropisi. Cap. 13. 47
De egestionibus, quę sunt ab hepate, seu fluxibus eius, & est exiens à corpore. Cap. 14. 50
De ictericia citrina. Cap. 15. 50

De generali modo curationis dispositionum hepatis. Cap. 1.

SPecificatis ægritudinibus hepatis per capitula, & distinctiones, ad curam ipsarum secundum generalem modum veniendum est prius, & secundum specialem deinceps. Inquit enim Gal. vniuersalia, & generalia præcedunt specialia artificialiter, & naturaliter. Talis autem modus generalis, ex natura membri colligitur prænarrata, si enim secundum Gal. in cura, non solum, quod præter naturam est contrario sit remouendum, immo etiam, quod naturale est suo simili conseruandum, sicut in morbis singulis est facere, maxime in cura principalium, & virtutem influentem habentium, quibus totius machina gubernatur, illud est aduertendum. Et quia contrarium illud rebus conseruantibus est plerumque oppositum, & naturalibus inimicum, & vtrumque simul oportet agere, ideoque contrarium, quod ad remotionem rei præter naturam hepati contingenter approximandum est, sic modificandum est, appropriatumque eligendum, quia remouendo illam naturalia non offendat, sed conseruet, nocumentum enim eorum extensibile est in venas, alia principia, & etiam totum corpus. Per conseruationem autem eorum ad temperamentum, & naturam reducetur, quod est pretiosissima rerum sanitas, desiderantibus viuere secundum naturam, vt ait Gal. Talis autem modus, seu modificatio, & approximatio, vt dictum est, à natura membri ipsius exigitur, sicut ab ægritudinibus variatur contrarium curatiuum; & quia natura hepatis consistit in hoc, quòd principalis est, alijsque principalibus alligatum, in quibus virtus existens, & spiritus gaudent aromaticis medicinis, & stypticis confortantur, & conseruantur, non debet esse puris contrarium, sed naturaliter insitas tales habens in se proprietates, & virtutes, vel alijs habentibus tales artificialiter mixtum. Inquit enim Galen. Tale, melius est si idem pharmacum simul stypticum sit, & aromaticum; insitas enim virtutes habens melius operabitur; etiam si aperitiuum sit, in oppilationibus eius datum, illius mixtione non careat, talique confortet, & à resolutione ipsorum prohibeat, & non noceat oppilando; nec propterea debet esse excedentis virtutis, vel qualitatis, & maxime cum virtus ipsius, & spiritus fundata in substantia teneræ consolidationis ac calidæ, & humidæ complexionis existat, quæ frigido superfluo congelatur, & induratur, virtus, spiritus, & calor extinguitur calido excedenti resoluitur, & humido aquoso relaxatur, styptico superfluo in suis venis, & poris a pontico oppilatur, quare superflua in generatione sanguinis necessario insurgentia à sanguine non sequestrantur, quæ omnia multa sequuntur incommoda, quæ dicentur, sanguinis alimenti exitus obstruuntur, quod est valde malum, & arefactionis causa. Proinde Galen. ait apertos esse eos, qui secundum hepar exitus alimenti non solum in sanis, sed etiam in ægris est securissimum. Item lapsum facien-

3. in primū prog. cō. 31.

Documētū Gal. in cura. obseruandū. 1. de San. tuen. cap. 1.

2. San. tuen. cap. 1.

De fact. hō. v. vit. ca. 2.

A

B

C

D

te dissoluitur, debet ergo esse approximandum ipsi suæ ægritudinis contrarium temperatum, seu excedens modicum, & si non sit illis in neruis proportionatum, in quantitate multa frequenti, multisque partibus, & per omnem modum approximatum ei saltem proportionabiliter effectiue, debetque esse aperitiuum, & absterssiuum, quod quia acuit sanguinem, generatque humores diuersos, & inæquales, vt est aqua radicum, oportet, vt cum dederis eam duobus, vel tribus diebus, consequenter naturam soluas cum aliquo lenitiuo, & alteratiuo, vt sunt tamarindi, casia, & manna, & cum sit in profundo positum, non debet esse substantiæ pachymeris, sed leptomeris, vt ante virtutis eius resolutionē ad eum perueniat, & ne sua vehementi subtilitate, & virtute, subito de hepate transfundatur ad vlteriora membra, misceatur ei aliquid raphani, vel seminis eius, quod trahendo ipsum ad stomachum in medio. s. hepate remaneat diu: & ne impediatur in via, fit hora inanitionis stomachi, vel completæ digestionis eius ablatum, & infra de cura splenis dicetur ad plenum de facile, & difficile transeuntibus, si Spiritus sancti gratia sim imbutus. Etiam cum sit à sima, intestinis, & stomacho associatum, vicinum, & alligatū venis, & poris, & zirbo, renibus, & vijs vrinæ, ac venis superioribus basilicæ. s. & cephalicæ tendenti ad caput, & nares; materia, si qua educenda de ipso fuerit, euacuatiuum quodcunque debet esse tale, quod per illas, & vicinas partes expellat; natura enim quam iussit Hippoc. medicum in omnibus semper sequi, per propinqua, & latiora semper expellit, & per longinqua qñque, quia per poros in sudorem materiam vtriusq; partis expurgat, quandoq; materiam vnius partis in aliam detiuando expellit, sicut testatur Hippo. cum dicit Vrina multa noctu facta modicum secessum significat, & e conuerso. Etiam cum diaphragma attingat, frigidum ei approximandum exterius à falsis secedat costis, ne indurando illud, ad spiritus difficultatem adducat. debet quoque esse non solum virtute elementaria morbo oppositum, sed etiam proprietate, vel saltem morbo à complexione contrarium. A proprietate vero conueniens morbo, sic enim supra de medicinis ægritudinum cordis recolimus fore dictum. Stude ergo eligere medicamen, quod conueniat hepati à proprietate, & complexione in conditionibus dictis: contrarietur autem ægritudini, & cōplexione & à proprietate etiam, si possibile fuerit naturaliter inueniri, vt est absynthium, & eupatorium in phlegmone, sclirosi, & oppilatione eius, prout Galen. edocuit, & sicut contingit reperiri in coriandro, cuius complexio cum proprietate est in prohibēdo fumos, & vapores a capite, quare commendant ipsum in dolore capitis calido pulsatiuo, vbi vero non conuenit vt in solatro, quod proprietatem habet ad resoluendum apostema cerebri, & quia frigidum natura, & stupefactiuum resolutionem vetat, & in Scorpione frigido, qui sua proprietate lapides renum comminuit, & resoluit, certe præeligendum est, quod à proprietate contra operatur morbo ei, quod contra agit à complexione: andacocha ergo in cura feb. phlegmaticæ præeligenda est hyssopo. Et oleum de Scorpionibus in lapide renum, præeligendum est oleo de piperibus; quod est quia proprietas est potentior, & efficacior complexione, ac generalior in operatione, ita vt præueniat operationi illius. At quia proprietas respicere potest ægritudinem, & mēbrum, cuius est, sed complexio in medicinis curatiuis ægritudinem respicit, & non membrum, etiam operatio à proprietate est appropriatio, & magis articulata dispositioni, cui conuenit, quam operatio à complexione. Primum patet, quia complexioni, quæ contrariatur proprietati, potest melius obuiari, quam proprietati contrarianti complexioni, vt patet infra, est efficacior in operatione, quia aer frigidus quantumcunque complexione, virtute solis, & stellarum corpora nostra resoluit, vt ait Abuha. & magnes cum frigida, trahit ferrum a proprietate non obstante frigiditate sua. Est quoque generalior cum respiciat membrum, & ægritudinem

4. apho. vltimo.

13. methe. med. ca. 17.

omni diſpoſitione ſua, vt proinde eius operatio ſit certior, & ab errore remotior. complexio vero reſpicit ipſum in altera tãtum, vt infra de medicinis iuncturarum (Chriſto duce) dicetur. Secundum eſt manifeſtum, quia endiuia reſpicit inflammationem hepatis, vt hepar, lactuca inflammationem eius, nõ vt hepatis, ſed vt inflammationem. Sed tertium etiam liquet, qua complexio operatur idem in pluribus differentibus ſpecie, & numero, ſed proprietas idẽ operatur in omnibus, vel pluribus differentibus numero ſub vna ſpecie cõcentis; vnde operatio a proprietate, a tota ſpecie dicta eſt ſeu forma ſpecifica, vt ait Auer. Primum quoq; pater, quia cõplexioni contrarianti proprietati obuiari poteſt miſcendo ei contrarium, ſicut endiuiæ albæ in hepatis algore miſcemus mel, quod contrariatur ſuæ frigiditati. Et in oppilatione eius eligimus endiuiam rubeam, vt docet Abuhali. Sed proprietati ſic non poteſt obuiari, cum non ſit illi contrarium in operatione ipſius, non enim ſic aperte inuenitur, quòd ſolatri a proprietate operationem impediat, ſicut quòd eius frigiditatem a complexione alteret ſeu remittat, eo, quòd multo plura ſunt, quæ complexioni contrariantur, quàm quæ proprietati ſaltem cognita, quo ad nos; & dato, quòd inuentiantur, vt eſt in napello, cuius proprietati ſola obuiatione interficienti natura aſſociauit contrarium ſcilicet murem in eo inuentum, & alijs venenoſis alia theriacalia, generalia, & ſpecialia procrauit, & hoc, quia nihil fecit, cui contrarium non oppoſuit, vt Ariſt. dicit: ſicut iuxta fabam, barbam hircinam procreauit naturæ ipſius contrariam, & lino, cuſcutam; non tamen eſt ſic mutabile, & variabile per gradus, & manſiones, ſicut alterans complexionem; quare non ſic apte obuiari poteſt. Vt igitur electio talium contrariorum curantium, & conſeruantium ſimul, & confortantium a natura prædictas conditiones habentium ac proprio-
Quæ hepatica ſint quo modoçũque & qualitercunque.
rum, quibus in cura diſpoſitionum hepatis indigemus, tibi ſit facilis, anteponemus aream eorum, de quibus eligere valeas, quæ ſunt tuæ intentioni conformes. Scien dum eſt ergo quòd rerum conuenientium hepati, & diſpoſitionibus eius: quædam ſunt ſimplices, & quædam compoſitæ, & ſimplicium, quædam ſunt conuenientes a complexione, quædam a proprietate, quædam vtroque modo conferunt. A complexione autem quædam ſunt, quæ in temperamento ipſum conſeruant, vel ad aliud reducunt, & ſubſtantiam vniunt, & harum quædam ſunt calidæ, quædam frigidæ, quædam ſiccæ, quædam humidæ, & quædam temperatæ. Calidæ ſunt elbub, acorus, zinziber, hyſſopus humida bibita, & linita, coſtum, gallia, amomum, crocus, cinnamomum, caſia lignea, ſummitates ſquinanthi, myrta, aranabum, naſturcium, apium, maſtiche, ameos, cyperum, folium, origanum, ſpica, xyloaloe, garyoph. mumia, & ſimilia. Frigidæ vero ſunt ſandali, ſpodium, violæ, nenuphar, camphora, aqua hordei, acetum, vngula caballina, roſæ, & aqua earum, ſolatrum polytricum, coriandrum proprie, adiantos, aqua lactis proprie capræ, & lac acetoſum, granata, acetoſa, & muza, pruna acria, & cæteri fructus frigidi inſipidi. Si vero ſint ſtyptici, ſint pauci, & poſt cibum ſumpti; ne veſtigium oppilationis dimittant; ſemina communia, & ſemina frigidorum acetoſa, & aqua hordei, acetum ex vngula caballina, ſiccæ, & humidæ colliguntur ex eis. Temperatæ ſunt zuccharum, & proprie albuſac, & cuſcura, & lacca. A proprietate conuenientes ſunt, quæ ſunt cibi, & medicinæ; vt eſt endiuia, vtraque cichorea, & hepatica, & ſpinachia, batheca, melon indus, citruli, cucumeres, lactuca, portulaca, & proprie muza, & abſynthium, & eupatorium ſecundum Gal.

Et, quæ ſunt cibi abſolute, vt hepata animalium boni chymi, & proprie hepar adib; carnes limaciarum, & ericij, perdicum, turturum, gallinarum, piſcium petrinorum, & ficus, auellanæ, fiſtici, amygdalæ, fructus ſerbin, vua paſſa, & potus vini odoriferi ſubtilis, & dulcia ſubſtantiam eius impinguantia, quæ ſi ſint groſſæ ſubſtantiæ oppilant, ſi ſubtilis inflammantur facile, niſi cum ſubtilibus, & acidis miſceantur, & breuiter omnia boni chymi non groſſa nec viſcoſa cibaria. Vtroque modo conueniunt vtraque, & quæ ipſum mundificant, & ab eo materias euacuant, & purgant. quarum quædã ſunt euacuantes materias gibbi, quædam ſimæ eius, & quædam vtriuſque. Gibbi. vt eſt phlebotomia baſilicæ dextræ, & prouocatio fluxus ſanguinis ex naribus, & vrinã proucantia, quorum quędam ſunt calida, quędam frigida, quædam temperata. Temperata ſunt capil. ven. ſquinanthum, infuſio fiſami. decoctio. v. radicum communium, & ſemẽ ipſarum. fenugræcũ, & aqua althęæ, & ſimilia; quædam calidæ, & fortiores, vt daucus, acorus, ameos, ſpica, crocus, vrtica, chamępitys, alhaſce, ariſtolochia, & ſimilia; quædam fortiſſimæ, vt cantharides, rubea, maſtrameſis, & ſimilia. Frigida ſunt ſemina cõmunia, & fructus eorum harhag, & ſimilia. Purgantium vero materiam ſimæ, quædam ſunt purgantes per vomitum, & inteſtina, & horum quędã purgant choleram, vt tamarindi, rhabarb. aloe rectificata, myroba. citrini, & diagridiũ in robuſtis corporibus ad ſoluẽdum duris. Eſt enim de furioſe ſoluentibus, quare rectificationis indiget. Quædam phlegma, vt agaricum, quædã melãcholiã, vt epithymum, myrob. nigri indi, quędam humores aduſtos, vt aqua lactis, & quædam vtroſque, vt ſenę; quædam aquam citrinam, vt cyclamẽ, et iris, ſerapinũ, euphorbiũ, cucumer aſininus, laureola, aſcebram, nocent tñ hepati; quare oportet rectificare, quæ educunt materiã vtriuſq; eius partis ſunt, ſudorem prouocantia, quæ dicta ſunt ſupra in cura apoſtematum cerebri. Compoſitæ ſunt, quæ ex his cõponuntur, & in noſtro antidotario dicta ſunt, & ab alijs ſumpta, infra (Spiritus ſancti gratia) ponemus.

Nota tamen, quòd prædictorum omnium quædam ſunt, quæ conferunt eius dyſcraſijs, quædam ipſius oppilationibus, quędã icteritiæ, quædam cachexię, & hydropiſi, quædam percuſſionibus, & vulnerib. eius, quędam apoſtemati, quædam inflationi, quędam doloribus eius, quędam debilitati, & quędam fluxibus, qui ab eo procedunt, quorum ſummam ſigillatim ponemus in capitulis proprijs, quibus infra dicetur de eis. Et ex his ſunt, qui cum ſtypticitate temperata cõfortant, & maturant, vt crocus, & darſeſaha. Et ex his ſunt, quę exiccando mundificant virus malum, & contrariantur putrefactioni, & expellunt cauſam corrumpentem, & reſiſtunt medicinis mortiferis, & veneno, vt cinnamomum, & caſia, quę ſunt fortiores in his omnibus aromaticis; & vt eſt ſpica, & allia, & vinum etiam odoriferum contrariatur putrefactioni. Et quędam vni conferunt, ſed alteri diſpoſitioni nocent, & proprie vbi ſunt diſpoſitiones eius contrarię; vnde Gal. ait. Itaque difficillimum eſt inuenire, quod multum proſit, obſit autem nihil, & quędã diſpoſitioni conferunt, hepati vero nocent, & e conuerſo, quę doctrinę ſimplicium relinquantur propter breuitatem. Mirabile autem eſt, quòd proprietas a complexione in aliquibus, vt prędiſtinctis diſcreper, cum ſemper ei debeat conuenire, complexio enim diſponit ad proprietatem ſemper, vt ponit Abuhali, & ea corrupta, non remanet proprietas; quare diſcrepare non debent ſaltem in operatione. Et ſecundum Gal. plurima, quę ſimplicia videntur ad ſenſum, compoſita ſunt ſecundum virtutem. itaque ex tali compoſitione acquiritur alia complexio, quam ſequitur proprietas diuerſa a prima complexione, a qua principaliter dependet actio, ſicut in prędiſtinctis ſcilicet ſolatro, & ſcorpine eſt videre. In prima enim earum ſubſtantia dominatur frigiditas ſtupefactiua. In ſecunda verò ſubſtantia ſuperficiali pauca caliditas, quam ſequitur caliditas reſolutiua, quæ in operatione reſoluendi conueniunt ſemper.

De cura malę complexionis hepatis, ſimplicis, & compoſitę. Cap. 2.

MAla complexio hepatis, eſt dyſcraſia qualitatum, quatuor primarum, & elementorum eius, cõmunis exiſtens ei, & alijs conſimilibus, inquantum conſimilia

milia ſunt: habet autẽ ſuas diuiſiones, & ſubdiuiſiones, vt ait Gal. aut cõmixta, & hoc plurimũ eſt, & vnaquæq; eſt quadruplex, & eſt, aut pura, aut impura, & eſt plurimum, & quælibet, aut diuerſa, aut æqualis, & eſt raro. Et cauſa eiꝰ eſt duplex, interior, & exterior exterior eſt vna, vel plures ex procatarcticis cauſis ſupra in mala cõplexione ſtomachi dictis. interior, aut eſt propria, aut ex cõmunitate propria eſt malæ qualitatis humoris generati in eo, & mala cõpoſitio, ſolutio, vel apoſtema. Ex communitate eſt, vt mala cõplexio cordis ſtomachi, & cerebri, & totius corporis, vt feb. quibus non poteſt contradicere hepar. Variantur autem illæ cauſæ, & ſpecificãtur ſecundum varietatem ſpecierum eius præmiſſam; nam quælibet ipſarum propriam habet cauſam, propria ſigna, & propriã curam. Si ſit mala complexio hepatis calida, & ſit pura, & diuerſa, apparebit vna vel plures ex procatarcticis cauſis ſupra in mala complexione ſtomachi dictis abſque ſignificatione aliqua antecedentium cauſarũ interiorum, & contriſtationis ſenſu, & nocumento generationis ſanguinis, & humorum. Et eius ſigna eſſentialia ſunt qualitas mutata ad tactum, & ad viſum, puta calor in totum corpus extenſus, & maxime in hypochondrio dextro perceptus, ſi nihil aliud contradicit. Et cum augetur, vt non ſolũ contriſter, ſed vniuerſas lædat actiones, & paſſiones, fit febrilis, & color citrinus, & actio læſa, quia ſitis magna, appetitus cibi, vel fames nulla, vel modica; quare egeſtio modica, & ſicca, deſiderium frigidi, quo iuuatur, & læditur contrario, multiplicatio choleræ in ſanguinis generatione, etiam ex frigidis cibis, vt ẽt augeantur humores adufti, quibus ſanguis paucus fit, & naturæ horribilis, quare mẽbra ex eo nõ nutriuntur, ſed fiunt macilẽta, vt ſimiliter in mala cõplexione ſtomachi calida dictũ eſt, retentio debilis, & expulſio fortis, quare multiplicatur vrina, & fit tincta, concurritq; cum circũſtantijs conſimilibus, & conſuetudine inflammandi. *1. aphor. 1.*

Cura malæ complexionis calidæ eius eſt, tres res: quarum vna eſt cauſæ exterioris, & procatarcticæ remotio. ſecunda eſt alteratio dyſcraſiæ. tertia eſt accidentium correctio.

Primam rem complent, ab eis abſtinentia, & permutatio vbi obediat, vbi vero non, abſtinere ab eorum intemperantia, vbi vero neutrum poſſibile ſit, cura eſt nulla. Inquit enim Hipp. in aphoriſmis. Oportet autẽ non ſolum ſe præbere, quæ oportet facientem, ſed & ægrotantem. & Galen. Non eſt poſſibile vllam diſpoſitionem curare finaliter, adhuc manente eam faciente cauſa. Secundam rem complent adminiſtratio frigidorum ciborum potuum, & medicinarum habentium temperamẽtum, paſſiuarum ſimplicium prædictorum, & compoſitorum ex eis aggregantium in ſe conditiones prædictas, & proprietates, quæ tua intereſt, vt eligas, prout exigit diſpoſitio, & approximes interius cum modo ordinate incipiendo a leuioribus, & ſimplicibus, & gradatim; vbi non ſufficient, ad fortiora, & compoſita tendas, & maxime vbi membri vicini, & proprie ſtomachi diſpoſitio te inuitat. Si ergo ſtomachus non toleret frigida ex cibis, & potibus, & medicinis, oportet vt eis calida, & propria illi admiſceas, & calidis actu illis vtaris. Sitque illorum caliditas talis, vt non extendatur ad hepar. Si dabis quoque calida propter illud, ſint groſſæ ſubſtantiæ, & vinum leue, paucæ ſtypticitatis, vel approximabis exterius calida ſtomacho, & hepati frigida, vel dabis modo calida propter ſtomachum, modo frigida propter hepar. Tertiam rem complent, quæ infra dicentur de cura feb. debilitatis hepatis, & nocumenti, & actionum eius, ad ea ergo procedas. Si vero fuerit mala complexio hepatis frigida, pura, & ſimplex, cauſas, ſigna, & curam e contrario intelligas ſupradictis. Inquit enim Galen. vnum contrariorum per aliud intelligitur. Sed ſi ſit humida, pura, ſimplex licet ſit raro, tum quia membrum generatiuum, humorum cuius dyſcraſia ſit, humorẽ non habeat, generat ſtatim ex cibis, potib. quotidie præaſſumptis, tum quia humidus naturaliter, & principium exiſtens venarum confluentiam habet humorum prægenitorum contentorum in eis. Cauſa eius erit vna, vel plures ex procatarcticis cauſis humectantib. ſupra in mala complexione humida ſtomachi dictis. Et eius ſigna ſunt albedo coloris, inflatio faciei, & oculorum, mollities carnis, & laxitas corporis, quia cordis ſiccitas non reſiſtit, paucitas ſitis, & faſtidium, attractio, & retentio debilis, quare ergo mollis, & aquoſitas in ſanguinis generatione, quare vnitur membris; vrina eſt multa ſpiſſa, niſi aliud contradicat contrarium, cum circumſtantijs conſimilibus, & conſuetudine humefiendi. Cura malæ complexionis frigidæ humidæ eius, ſimiliter eſt tres, prima aufert cauſam, ſecunda introducit contraria ipſius dyſcraſiæ, tertia corrigit accidentia. Prima cum notis. Secunda cum adminiſtratione rerum exiccãtiũ completur habentium temperiem actiuarum, vel declinantium ad caliditatem parumper generalium, quas ſupra de cura malæ complexionis humidæ ſtomachi habuiſti, & ſpecialium propriarum, quas tibi hic ſupra narrauimus, necnon cum aliquibus euacuantibus humorem prægeneratum, vel generandum deinceps, debilibus tamen, ne ſuo exceſſu ad rarefactionem perducant. Tertiam rem complent, quæ corporis habitũ confortant exiccando; vt eſt ſtœchas, myrtus, chamæmelũ, glans, myrrha, gallia, xyloaloe, lupini, cordumeni, olea ipſorum, folia pomi citrini, ſandaracha, ſquilla, & ſimilia. Si autem mala complexio hepatis ſicca fuerit pura, & ſimplex. cauſa, ſigna, & cura erunt illis contraria, & eius, quib. cura fieri habet ex dictis hic ſupra in cura malæ complexionis ſtomachi ſiccæ colligere poteris. Si ergo ſit commixta commixtæ erunt cauſæ, prædictæ, ſigna, & curæ, differentes tamen ſecundum diuerſitatem commixtionis, quæ eſt quadruplex, quarum cognitiones ex ſimplicium cognitione præmiſſæ ſunt ſupra hic, & in cura malitiæ complexionis ſtomachi commixtæ habuiſti. Et ſi quidem ſit mala complexio hepatis, impura, ſiue ſimplex, ſiue commixta, ſimiles prædictis habet cauſas, & ſigna, & curam; addit tamen cauſam interiorem humoralem, & ſigna eius, & euacuationem ipſius, cuius euacuatione ſi recens fuerit nec impreſſa mala complexio ceſſat. Si vero impreſſa fuerit poſt euacuationem digeſtione præmiſſa ſi expedit alterabis cum contrarijs ex prædictis electis, prout diſpoſitioni conuenit ſecundum conditiones prędictas.

Syrupus de endiuia compoſitus. Syrupus de endiuia ad hepatis calefactionem, & debilitatem mirabilis. ℞. endiuię vtriuſque, an. M.i. ſeminũ communium recentium, vnc.ij. aceti albi, vnc.ij. zuccharí tabarzet lib.i. & ſyrupentur cum aqua hordei, & aromatizentur cum ſandalis vtriuſque, & ſpodij. an. dr.i. Itẽ

Syrupus de hepatica. ſyrupus de hepatica ad idem. ℞. hepaticę. M.i. lenticularum aquæ. M.i, florum cucurbitæ, violarum, roſarum, ana vnc.i. cymarum ſquinanthi. drac.i. zucchari tabarzet lib.i. irroretur cum ſucci granatorum. vnc.iiij. & aromatizetur cum ſandali, & ſpodij, ana. drach.i.

Syrupus de nenuphare compoſitus. Item ſyrupus de nenuphare efficaciſſimus, & vniuerſalis. ℞. florum nenupharis. vnc.ij. vngulæ caballinę aquaticæ, pſyllij integri, acetoſę ana. vnc.i. ſeminum communium. vnc.ij. ſeminum frigidorum. vnc.s. radicum ſęniculi. vnc.i. bulliant in aqua hordeĩ, & addatur zucchari lib.i. aceti albi, & ſucci granatorũ, an. vnc.ij. & aromatizetur, vt ſupra, & addatur parum ſpicæ, ne frigiditate oppilationem inducat.

Syrupus alius ad caliditatem hepatis. Alius ſyrupus. ℞. ſucci. endiuię al. ſucci ſolatri, ſucci cucurbitę, ana, lib.i. ſucci granatorum muzorum lib.s. zucchari lib.i. & aromatiza, vt ſupra, da vnc.ij. cum aqua roſtri porcini, & vno trochiſ. de camphora.

Diacaſia fiſtula. Diacaſia fiſtulatum educens choleram, refrigerans hepar. ℞. mellis caſię fiſtu. lib.ij. penidiarum. vnc.iiij. ſucci violarum. vnc.iiij. cãdi. roſ. vnc.iij. tamarindi. vnc.iiij, ſyrupi viol. vnc.s. fiat cum decoctione herbarum frigidarum, & quatuor ſem. vſualiũ, & prunorum, quod ſufficit, & rhabar. vnc.i. & ſunt qui addunt mannę. vn.iiij. Idem operatur electarium diaprunis ſine diagri.

Maran. ſiue emplaſtrũ ad calefactionem hepatis. Maran. ad calefactionem hepatis, & proprie iter agentibus conuenit, qui epithemata, & cerata non valent expectare. ℞. vtriuſque ſanda. ſpod. ana. vnc.iij. foliorum roſ. &

rof.& foliorum nenupha.an.vnc.s.camphoræ.dr.ij.ſem. frigidorum. iiij.ana.dr.ij.puluerizentur, & conficiantur cum cera al.& malaxentur cum ace.& oleo roſ. bene, & adde florum abſyn.dr.ij.& extendatur ſuper hepar appli cetur, & feratur iter agendo. Epithema ad hepar ſupercalefactum: ℞.vtriuſque ſanda.ſpod.ana.dra.ij roſarum. vnc.i.farinæ hordei pugillum.i. capitum viol. lenticularũ aquæ, an.dr.ij.ſucci endiuiæ depurati.vnc.ij.ſummitatũ ſquinan.drac.i.aceti vnc.i.olei roſ.vnc.ij. aquæ roſ. al. lib.i. Tepida fiãt, & intinctis petijs ſucceſſiue applicẽtur ſuper hepar hora meridiana, Aliud maran. Ariſt. ℞.ſucci grana.muzorum,aceti leuis,& aquæ roſ.ana, lib.s.infundantur petiæ,& ſuperponantur. Item aliud. ℞.ſucci ſola, vel cucurbitæ.lib.ij.ace.vnc.ij.caleſiant ſuauiter,& infundantur petiæ,& ſuperponantur.valet pauperibus,quibus ſuccus ſola. vel endiuiæ,vel lactucæ,vel lactis acetoſi, ſerum,vel ſuc.macia.cũ pauco aceto, vel ſuccus roſtri porcini, vel ſuccus lupuli, vel plantag.vel ſemperuiuæ, cucurbitæ cum pauco aceto idem operatur.

Epithema ad idem.

Trochiſci ad idem.

Troch. Hipp. ℞.ſem. citru. melonis, vtriuſq; cucurb. an.dr.i.ſem.lactucę, ſcariolarum, portula.papaueris al.li quiri an.dra.vij.ſpodij, ſand.rub.an.dra.i.ſpicæ grana.v. confice cũ mucila.pſyllij,& fiant troch.dr.i.dabis.i.cum aqua lactis caprini, vel ſecaniabin mane ieiuno ſtomacho,vel cum aqua hordei. Syrupus ex noſtra inuentione contra omnes ægritudines hepatis calidas valens etiam potenter ad febres omnes,& hecticas,audaciam fellis,& choleræ extinguit, & relleuat infirmum ab icteritia, ſi Chriſtus voluerit. Recipiberb.florum borag.cichoreæ, ſcariolę, portula. pſyllij conquaſſati in aqua frigida; hepaticę, ana vnc i plantag.pimpinellæ, ſemperuiuę, ſolatri,nenupha. an. M.s.ſucci hepaticæ, ſucci cichoreæ, ſuc.ſcariolæ ſyl. & domeſticæ, ſuc.ſemperuiuæ, ſuc.apij depuratorum an.vnc.iij.ſpodij,ſandali,ſeminum cõmunium mundatorum, an.vn.iiij.camphoræ.vnc.i.s.aceti. vnc.iiij.viol.roſ an.vnc.s.lenticularum aquæ.dra.i.zucchari.lib.ij.ſucci granatorum.vnc.iiij.& fiat ſyrupus. Dofis eſt vnc.ij. in aurora cum frigida, ſi non ſit oppilatio, vel ſenectus, febricitantibus ſolũ de mane ſi ex pura cholera patiantur, & modicum ante acceſſionem febris. Si volueris eam prohibere, vel abbreuiare, & in fine paroxyſmi;potus.vnc.iij. cum aqua frigida extinguit tertianã duplicem,& cauſonem, (ſi Chriſtus annuat.) Auer.dixit nenuphar, & ſyrupus eius, ac vſus eius ſecundũ omnem adminiſtrationis modum eripit cholericos a febre. Alias quæras infra de cura icteritiæ citrinæ.

Syrupus ad omnes ægritudines hepatis calidas.

De paruitate hepatis. Cap. 3.

DE ægritudinibus compoſitionalibus hepatis, quid dici oporteat,ſiue in figura,ſiue in quãtitate,ſiue in ſuis ſitibus exiſtant ; ſupra de ægritudine ſtomachi in quantitate habuiſti,illuc ergo recurre. Et ſecundum modum illum hic cum proprijs hepati operare, quæ ex dictis, & dicendis intelligere te oportet.

De oppilatione hepatis. Cap. 4.

OPpilatio heparis eſt morbus in vijs eius prohibens tranſitum eius ex humoribus bonis, & ſuperfluis, quod per ipſum tranſire naturaliter cõſueuit. Eſt autem duplex;quædam in venis,& quædã in poris eius,& vtraque eſt duplex. Quæ.n.in venis eſt, aut in paruis, aut in magnis. In magnis,vt quę accidit in porta,& in ramis eius groſſis,& eſt plurimum,& in chyli,& eſt rara. In paruis vero,vt in ramis earum ſubtilibus,& proprie in capitib. ipſarum ſibijnuicem occurrẽtibus, & infra hepar, &c. hoc eſt frequentius propter earum ſtricturam, & luuoſam eius ſubſtantiam non propter materiæ delictũ,ſicut in ſplene conuenit, vt Gal.diſtinxit. Et ſequitur plerumq; eam fluxus, primo ventris, & poſtea hepatis. Quę aũt in poris contigit duplex eſt,aut.n.eſt in poris excretionis ſuperfluitatum, & eſt plurimum, & ſequitur eã primo citrinum, icteritiũ, vel nigrum ex ſyſpelas, vel cancer. aut eſt in poris ſubſtantię eius,per quos trãſit de parte in partem ipſius nutrimẽtum ſanguinis, & hoc eſt rarius, & ſequitur eam groſſities ſubſtantiæ cum duritie, & extenuatio corporis totius, quod eſt commune ſignum omnium, poteſt eam quælibet ęgritudo alia comitari, cum oppilatio hepatis mater ſit ægritudinum omnium. Et vnaquęque aut eſt antiquata,aut noua, aut ſimplex,aut compoſita. Cauſa, & modus cauſarum eius ſecundum Gal eſt triplex,aut enim eſt coarctatoria corporea, puta humor groſſus multus, & viſcoſus coarctatus in eis,& eius cauſa eſt malitia regiminis, & debilitas digeſtionis tibi nota ſuperius. Aut incorporea, puta res groſſæ ſubſtantiæ, vt aqua turbida lacunalis, & ſtagni, & dulcis aſſumpta, & chylus groſſus, & viſcoſus, & eſt frequẽtius eueniens. Aut eſt attenuatoria;quę eſt duplex, interior,aut exterior. Interior etiã eſt duplex diſponens, & perficiens. Diſponens eſt,quia ſit naturaliter creatum anguſtum in exitibus ſuis; ex quo ſecuta eſt fortitudo attractiuæ, & debilitas expulſiuæ. Et perficiens eſt compreſſio apoſtematis adiacentis partibus: & mala complexio ex re ſumpta malæ qualitatis frigidæ, aut aqua frigoris vehementis,& ſiccæ ponticæ,ſeu ſtypticæ aggregantis partes viarum, vt aquæ aluminoſæ, ſeu groſſæ, & proprie poſt exercitium, balneum calidum, luti ſigillati, armeni, gypſi, & aliorum ſimilium, quæ in corrupto appetitu aſſumi conſueuerunt,vt ſupra in ægritudinibus ſtomachi habuiſti. Exterior eſt conſtrictio vehemens, caſus,& percuſſio ſupra ipſum; & eſt frequenter contingens. Aut cauſa eſt carnoſa, vt puſtulæ, in lateribus, & parietibus viarum, ſeu bothor, caro cicatricis addita, ſeu verruca nata,quę tamen non eſt generalis in omnibus vijs, ſed in aliqua potius contingens, & raro. *g. meth. med. c.1.*

Signa oppilationis hepatis inquantum huiuſmodi ſunt;mutata qualitas,puta quo ad viſum, color citrinus, vel pallidus in toto corpore diffuſus; quoniam ſanguis cum totalitate ſua propter ſtricturam viarum ad cutis,ſuperficiem non accedit; ſed ſubtile eius potius aquoſitate, vel cholera mixtum trahentibus membris exinanitis, vt donec ceſſet oppilatio iuuat. actio læſa, quia grauitas in hypochondrio dextro circumſcripta vniuerſaliter in toto, quæ ſequitur plethoriam, tum propter materiam oppilantem, tum propter ex oppilatione retentam, & impedimentum anhelitus in motu, & proprie in aſcenſu propter phrenon inferius tractionem, & compreſſionem,vel lacertum. Et licet in his communicet apoſtemati duro, tamen hæc in apoſtemate duro.exiſtunt maiora, & plurimum abſque febre, quoniam talis oppilatio humoribus retentis, & ſuperfluitatibus euentationem, quæ per venarum, & arteriarum orificia poris occurentia, fieri habet, non vetat, exiens etiam a corpore, quæ fluxus ventris ex materiæ groſſæ regurgitatione oppilatione ſibi tranſitum prohibente,& vrinæ multitudo, & ſubtilitas propter ſubtile aqueum multiplicatum ex indigeſtione penetrans:ſi aliud ſcilicet hepatis,et totius ariditas ẽcorporis non obſiſtat.

Sed ſignum diſtinctiuum inter oppilationrm venarum, & pororum eius, eſt, quia oppilationem venarum prædicta ſigna ſequuntur a principio, & corporis conſumptio, ſed in oppilatione pororum eius illa non ſunt a principio, immo multitudo ſanguinis, quæ ad nutrimentum eius non acceſſit. apparet in venis, ſi oppilatio fuerit in poris ſubſtantiæ eius, & tranſitus nutrimenti, & color rubeus in cute.

Si vero fuerit in poris excretionis ſuperfluitatum, apparebit in ſanguine multiplicatio choleræ, ſeu melãcholię,cũ colore citrino,vel nigro in cute, & hoc eſt ſignum diſtinctiuum in oppilatione pororũ. In proceſſu autem debilitato hepate,non nutrito,apparet in venis ipſius diminatio, & per cõſequens in toto corpore conſumptio, & ariditas, & ſi quidem nocumentum extendatur ad venas, prædicta ſequentur ſigna. Signũ vero diſtinctiuum inter oppilationem venarum magnarum, & paruarum eſt, quia prędicta ſigna in oppilationibus maguarũ ſunt fortiora, in paruarum vero debiliora.

Sed

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0620-7 DFG

Sed ſignum diſtinctiuum inter oppilationem venę portę,ramorum eius,& venę chylis.eſt quia oppilatione venę portę ſequitur fluxus chyloſus niſi ſit propter debilitatē attractiuę ipſius, cuius ſigna diſtinctiua infra ponemus;chylo nequeūte penetrare ad hepar,ſiue propter oppilationem antecedētem meſeraicarum, quæ manus hepatis ſunt,quibus trahit. Exiſtente enim oppilatione in porta,& ramis eius, vel meſeraicis, totus chylus non poteſt recipi,nec comprehēdi in ea,& ramis eius,vt virtute ſubſtantię carnoſæ hepatis conuertatur in ſanguinem,& humores;quare redit ad inteſtina, nulla alteratione apparente in eo,& cito egreditur,ſi oppilatio præcedat in meſeraicis,vel pauca, & tardius egreditur ſi oppilatio ſit in porta, & ramis eius & ſenſus tactus nec groſſitiem,nec duritiem cōprehendit in hypochondrio dextro. Oppilationem autem chylis,& ramorum eius ſequitur fluxus ventris ſanguinis & humorum iam generatorum in hepate,& eius ſima, non potentium penetrare ad membra,oppilatione chylis tranſitum prohibēte ad totus ambitum, & proprie inquantum ad partem eorum groſſam, quare regurgitant ad portam,& deinde per meſeraicas ad inteſtina. Et vrinæ ſubtilis multitudo, & tinctura propter debilitatem digeſtionis multiplicantis aquoſitatem,& propter tranſitum ſubtilis partis ſanguinis,& aquoſitatis,membris trahentib.inanitis. Groſſities quoque, & durities hypochondrij dextri ſenſui eſt manifeſta. Et ſi quidem ſit oppilatio ex cauſa coarctatoria corporea, ſunt ſigna plethoriæ prædictis generalibus addita, ſi multitudo humorum fuerit in ea. Vel ſigna cacochymiæ, ſi groſſities, & viſcoſitas, & regimen præcedēs cum malitia digeſtionis; quæ ſi multiplicet ventoſitatem, apparebit groſſities, & durities augeri, & diminui ſubito, vel in breui. ſi vero non permanebit de ſe ſemper æqualis durities. ad quod iuuabit regiminis variatio debiti, & mixtio humorum in egeſtionibus, vel vrina, erit apparens. Si vero incorporea ſit præſſumptio alicuius ex extrinſecis reb. prenarratis, & memoria eius. Sed ſi cauſa eius fuerit attenuatoria interior, & diſponens, ſignum eſt diuturnitas paſſionis a principio generationis apparens cum fortitudine retentiuæ, & debilitate virtutis heparis expulſiuæ. Sed ſi ſit perficiens, ſigna erunt apoſtematis hepatis, quæ dominantur, vel præſſumptio alicuius ex prænarratis aggregantibus, & conſtringentib. materiā eius ſi vero fuerit exterior comprimens, eſt manifeſta.

Porrò ſi cauſa eius fuerit carnoſa, puta puſtula, ſeu borhor, ſigna apparebunt apoſtematis,& borhor. Si autem ſit carnis additæ,ſeu verrucæ narę,ſignum eſt, quòd oppilatio non eſt vniuerſalis in omnibus vijs hepatis, ſed partialis in aliqua ſui via, vel poro, propter quod oppilatio non erit multa, & magna, & per conſequens ſigna oppilationis debilia, & cum hoc erit paruitas iuuamenti aperitiuorum approximatorum illi.

14. meth. med. c. 6. CVRA oppilatio hepatis, quæ cum naturali diſpoſitione antiqua eſt, & ad ſclirofim reducta, curam non habet, vel difficilem, maxime ſi compoſita eſt. Quæ vero eſt accidentalis, & ſimplex, & noua, eſt curabilis. Inquit enim Galen.quod natura eſt, ſemper eſt, maxime ſi nec efficiens, & conſeruans forte exiſtat, quæ accidentalis eſt nec firmatam cauſam accepit, curabilis eſt. In cuius cura duplex eſt intentio generalis, & ſpecialis. Generalis eſt tres res.prima eſt oppilationis apertio. conſiſtit autem in abſciſſione cauſæ: ſic enim fiens, & factum in oppilatione ſunt ſibi inuicem cohærentes,quòd ceſſante cauſa ſimiliter ceſſat fiens, & factum. Secunda eſt membri confortatio ex eo, quòd principaliter eſt ex ægritudine debilitatum. Tertia eſt accidentium correctio quorumlibet paroxyſmaliter contingentium, eo, quòd oppilatio mater eſt ægritudinum omnium; quapropter eſt diligenter, & ſolicite medicanda. Specialis in ſpecialis trium dictorum conſideratione, & auxiliorum inuentione, quibus prædictæ tres compleantur intentiones. Et primo in abſciſſione ſpecialis cauſæ ipſius. Si ergo ſpecialis cauſa ipſius ſit coarctatoria, cura ſpecialis eſt quinque res. Primaerit abſciſſio cauſæ,completur autem cum adminiſtratione euacuationis, & particularis cauſæ, & proprie ſi fuerit in cauſa multitudo, prius cum phlebotomia de communi, ſi adſit repletio vniuerſalis, deinde de baſilica, ſi remaneat particularis: & ſi particularis ſola de baſilica, tamen virtute tolerante, & ætate concedente; vel cum proportionali phlebotomiæ, vt eſt hæmorrhoidas præclauſas aperire,vel mulieribus per matricem menſtrua promouere, velquibus nihil horum poſſibile fuerit, ſcarificare crura, quibus non conuenientibus ei euacuatio facienda erit cum exercitijs temperatis: non tolerantibus illa frictionibus,euaporationibus, pharmacijs, & ieiunijs. ſic enim voluit Gal.hæc enim euacuant, deriuant, vel completur cum purgatione ex pharmacis proprijs prænarratis in canone curationis eius ſecundum modum vniuerſalem. ſi in cauſa fuerit humoris groſſities,& viſcoſitas,quibus præmittenda ſunt pharmaca, & ſyptica, vt eſt oxymel ſimplex, vel ſecaniabim ſimplex, vel compoſitus cum radicibus,& ſeminibus,vel oxymel ſquilliticum,& aliæ aperitiuæ medicinæ ſimplices, & compoſitæ, quæ dicentur infra,Chriſti auxilio.)Et eſt ſciendū,quòd ſimpliciū quę dam ſunt frigidæ,quædam calidæ,& aliæ ſunt ęqualitati vicinę.Frigidę ſunt ſicut endiuia hortulana,& capeſtris, & taraxacon, & aqua plantaginis cum ſolijs, & radicib. ſuis, & omnia prouocantia cum frigidatione, vt ſemina communia,& aliqua ex appropriatis,& confortantibus, dictis ſupra; quibus vtendum eſt in oppilatione cum caliditate. Calidæ vero ſunt diuretica fortia,vt aſarum,caſia,petroſelinū, arift.ro.rub.tinćto.iris,fifticus,agaricus, epithymum,ſquilla, polium, ſpica, centaurea minor; & ſuccus eius,& gentiana; ſyrupus acetoſus factus cum rubea,& melle,& ſyrupus ſquilliticus,& ficus ſiccæ infuſę in oleo amygdalino, & ſunt fortes in prouocatione menſtruorum,& ſimiles,quæ dictæ ſunt in proprijs cap. quibus vti oportet in frigidis, & antiquis oppilationibus. Æqualitati autem vicinæ ſunt lupuli, & cuſcuta, & lacca, & capil. vene. ſunt enim ambo aperitiua valde cum æqualitate, & meliora in oppilatione cum caliditate, vel frigiditate. proprijſſimæ autem ei ſunt rhaba. abſynthium, & eupatorium cymę ſqinanthi, amygdalæ amarę,& ſuccus ſęniculi humidi,& chamępithys;& proprie quādo oppilatio eſt in vijs ſtrictis, acetum ſquilliticum, aſparagi,radix lilij, & ſimiles;& iſta potenter ſecundum neceſſitatem in frigida cum vino, vel aqua. ſe.calidorum, vel lupinorum, cicerum,vel abſynthij,& ſimiliū. Et etiam exterius ſecundum omnem modum approximentur in calida oppilatione cum aqua endiuiæ, & cuſcutæ,licet cōueniat hoc vtrique,& proprie cū oppilatio eſt in felle, aperit enim oppilationem hepatis, & ſellis, vel coriandri, vel ſeminum frigidorum communium, vel ſine his,& proprie,ſi frigidæ nō ſufficiunt, nec curandum de inflammatione cum iuuamentum aperitionis infrigidando prævaleat nocumento, quod efficiat calor earum inflammando, eo, ꝙ ad extinguendum facilis eſt poſt aperitionem. Et ex compoſitis ſunt, quæ ex prædictis componūtur ſecundum triplicem modum dictum, & in noſtro antidotario diximus plura ex his, ſm omnē ſpeciem.ſ.ſyrupos, trochiſcos,decoctiones, iuleb,electariorū, pilularum, ceratorum,emplaſtrorum,& oleorum,quibus etiam vti oportet ſecundum neceſſitatē prædictam;& alia ſunt,quæ infra(Chriſto duce)dicentur.

In humore groſſo. & nō ſpeſſo.

Secunda res ſpecialis in cura eſt membri confortatio, completur autem cum exhibitione aliquorum confortantium prædictorum ſupra, debent ergo aperitiua, aut ex prædictis confortantibus ſumpta, aut alicui ex eis admiſta, & proprie eſt athanaſia, propter illud quod recipit ab hepate adib.

Tertia res eſt ſitus, ſeu partis oppilatæ conſideratio, aut enim eſt oppilatio in ſima, & tunc aperientia oportet eſſe minus fortia abſterſiua, & ventris ſolutiua ſimplicia, quæ ſuperius nota ſunt. Et compoſita, vt hiera picra, hieralogodion, theodoricon, & ſimilla. Aut eſt in gibbo, & vijs nutrimenti, & tunc debent eſſe fortia,

prouocantia, quæ ſuperius dicta ſunt, quibus parum ſeminis raphani, vel radicis eſt admiſcendum, quod dictorum aperientium virtutem trahentium ad ſtomachum, prohibearur velox eius tranſitus ad vrinalia membra, ſicque diu in medio remaneat quod eſt hepar.

Quarta res ponit ſtudium in via, cum ordinatione regiminis in omnibus ſex rebus non naturalibus. Viuat ergo in aere ſubtili ſicco, & tẽperato inter actiuas. Exercitetur temperate, non dormiat in die, vtatur diæta cibi, & potus extenuatiua. Eſt autem ſecundum Galen. leguminum aptiſſima ptiſana, olerum vero lactuca; piſcium vero petrini; panis clibanacei, & fermentati, & puri moderate: auium, montanæ; potuum oxymel, melicratum, vinum ſubtile album: ſimiliter vero dicẽdum, quæcumque euehyma ſunt purgatiua ideſt abſterſiua non viſcoſa, nec groſſa, & humoris vretica ideſt generatiua, vitet repletionem, temperatis, & opportunis vtatur euacuationibus; & gaudio temperato; & breuiter omnibus operantibus ad digeſtionis perfectionem. Quinta res corrigit accidentia proprie, vt eſt fluxus ventris hepaticus, ícteritia, arefactio, & alia, de quibus dicetur. Si vero cauſa ſpecialis ſit cauſa attenuatoria, & proprie, & particularis ſit interior. ſ. apoſtematis adiacẽtis partis, cura, eſt cura apoſtematis illius, de qua infra dicetur. Si autem ſit exterior, cura eſt duæ res. ſ. amotio cauſæ exterioris illius, & vſus aperitiuorum temperatæ caliditatis, & humiditatis alterantium malam complexionem impreſſam, quæ ex prędictis ſimplicibus eligas, vel ex eis cõmiſceas, ex quibus eſt lac camelarum fœtarum paſtarum fęniculo, apio, hordeo, boragine, & ſimilibus, & ſerum lactis caprinũ cum decoctione abſynthij, & eupatorij, & vinum prędictum, aqua cicerum, & decoctio radicum communium cum florib. boraginis, & bugloſſæ, lupuli, cuſcutæ, & fiſtici. Et ſimiliter regimen in omnibus ad caliditatem, & humiditatem temperatam declinet. Sed ſiquidem cauſa ſpecialis ſit carnoſa, & proprie puſtula ſeu bothor in lateribus viarũ, cura eſt reſolutio, vel eius ſanatio, & eruptio. Inquit enim Hipp. Quibus in vrinali via puſtulę naſcuntur, ſanie facta, & erupta, ſolutio; ſimiliter in propoſito. quibus autem hæc cõpleantur, in cura apoſtematis dicetur. Si vero fuerit carnoſa, & neruoſa, incurabilis eſt, vt dicit Abuhali, tentãdum autem eſt eam extenuare; quod ſiccantibus, ſubtiliantibus, & abſtergentibus, & reſoluentibus ſit aperitiuis, quæ ex prædictis enumeratis eligere oportet, vel ex illis componere, vel mollificatiuis ex balneis calidis, ceratis, & emplaſtris lenientibus, quoquo modo materiam habilitantibus, & membrum diſponentibus dilatationi per quàm materia tranſire conſueta virtute impellente valeat penetrare, vt infra in cura ſtranguriæ dicetur (Duce Chriſto.) Solutiuum bonum filij Serapionis, ad oppilationem heparis ex groſſis, & viſcoſis humoribus. ℞. hierę picræ ſimplicis. drac. i agarici pulueriżati. drach. i. da cum aqua polypodij, abſynthij, apij, aniſi, aſſari, & maſtiches, ana. vnc i. Aliud medicamen factum cum chamępity, & ſpica romana ad idem, & maxime quando oppilatio eſt in venis, & poris ſtrictis. ℞. ſpicæ romanæ partes tres, abſynthij partem. i. chamæpityos partes. ij. Terantur, cribellentur, & cõficiantur cum melle diſpumato; & adminiſtrentur.

Syrupus Vrſonis contra oppilationem hepatis, & ſplenis. bonam digeſtionem operatur, diſſoluit vẽroſitatem, colorem reparat, renes, & veſicã aperiẽdo mũdificat. ℞. maſtiches, cinnamomi, garyoph. croci, nucis muſc. zinzib. galangæ. an. drac. i. aniſi, apij, carui, fęniculi, petroſelini, capparis. an. drac. iij. ſaxifragiæ, flœchados, folliculorum ſenæ, rhymi, epithymi, ana drac. iiij zucchari, quod ſufficit. Syrupus expertus ad oppilationes hepatis, ſplenis, & matricis, in muliere, quę non habet menſtrua, prouocat præcedente phleboromia ſaphenarum. ℞. eupatorij, lupuli, hepaticæ, ſcolopendriæ cum radice, ana M. i calamenthi fluuialis, & campeſtris, rubeæ tinctorum maioris, & minoris, pulegij, ana. M. i. corticum ſummitatum tamariſci. dra. i. corticum radicum capparis, & ſalicis, ana. vnc. i. quinque radicum cõmunium, ana. vnc. i. laccæ lotę, vnc. s. feminis bruſci, aſparagi, ana vnc. i. paſſularum enucleatarum. vnc. i. ariſto. longæ, & rotundæ, rubeæ tinctorum, abſynthij, ſeminis apij, aniſi, fœniculi, ameos, nigellæ, dauci, acori, an. drach. iij. cichoreæ. M. i. ſeminum communium. vnc. ij. zucchari lib. iij. ſucci lupuli depurati, apij, fœniculi, endiuiæ depuratorum ana lib. s. Radices vero ſtent in aceto per diem, & noctem, deinde purgetur cum pilulis infraſcriptis.

Pilulæ rhabarbaratæ expertę ad omnẽ oppilationem viſcerum antiquam, caput, ſtomachum, articulos, viſcera, & cutem mundificant, & pectus, hydropiſim curant, aſcitem, & hypoſarcam, quartanam, & icteritiam. ℞. ſuci abſynthij, ſuci eupatorij, cuſcutæ, ſeminis fumiterrę, epithymi, folliculorum ſenæ, ana. dra. s. agarici, rhabarb. hieræ picræ, laxatiuæ, an. drac. ij. foliorum roſarum, capitum violarum, ſeminis portulacæ, ana. dra. s. ſpicæ, ligni aloes, ſquinanthi, zinzib. garyoph. aniſi, ſeminis apij, an. ſcrup. i. pulpæ colocynthidos, ſerapini, ammoniaci, laccæ lotæ, opopanacis, lapidis lazuli loti pluribus vicibus cum ſucco bugloſſæ, foliorum mezereon repreſſorum in aceto, ſalis gemmæ, polij. an. dra. ij. turbith, pulpæ myrob. citrin. an. drac. ij. diſſoluantur gummi in vino odorifero, & cum ſucco fumiterræ, vel endiuiæ informentur pilulæ. doſis eſt drach ij. Decoctiõ conferens ad oppilationẽ hepatis, & ſplenis. ℞. ſquillæ capil. vene. amygdalarum amararum, fœnugræci, extremitatum abſynthij ana partes æquales, ſeminis raphani. dra. i. decoquantur, & ſumatur decoctio eorum cum melle. Et eſt valẽs ad eam, quæ eſt longi temporis.

Pilulæ de rhabarbaro experta ad oppilationem hepatis.

Decoctio ad oppilationes hepatis, & ſplenis, ſi ſeſe ultra ad tale.

Confectio valens ad oppilationẽ hepatis, quæ eſt propinqui temporis. ℞. piperis vnc. i. s. ſpicæ aromaticæ, carmet. vi. fœnugræci, coſti, aſari, ana carmet. vi. mellis lib. j. s. Confice cum eo. Et ſit doſis cochlear vnum cum aliquibus ſyrupis conuenientibus ad hãc cauſam, vt ſyrupus acetoſus de zucchаro cum ſeminibus, & fortior illo eſt mellinus cum ſimilibus, & ſquilliticus, & aqua mellis, in qua fortiter decoctæ ſint ſpecies aromaticæ, in quibus eſt ſtypticitas, & decoctio lupinorum amarorum, in qua poſitus eſt ſuccus eupatorij. Et ex aperientibus etiam oppilationem ſunt trochiſci de lacca, de abſynthio, de eupatorio, de ſcolopendria, & aniſo.

Solutiua autẽ conuenientia ad hoc capitulum, vbi oportet, vt ſolutio ventris fiat, non oportet, vt adminiſtrentur fortia, niſi cum vehemẽs fuerit neceſſitas, vt quia ſit antiquata, & indurata paruper: quoniam materia, quæ eſt in eo, eſt proxima medicinæ, & quoniam membrum cum virtuoſum ſit, ſufficit quodlibet adiutorium ad expellendum ipſam. Et medicinæ bonæ ad hanc rem ſunt hierapicra, polypodium, agaricum, abſynthiũ, turbith, & polium. Et detur in potu de hiera picra forti vſque ad aur. i. s. & debili vſque ad aure. ij.

Solutiua.

Et pilulæ ſtomachicæ, & de ſerapino; & ea, quæ ſunt ſicut theodoricon, & hiera logodion. Inquit enim princeps Abuhali. deinde facta ſolutione cum prædictis neceſſe eſt, vt des diacurcuma, dialacca, omoruſiam, & athanaſiam, & ſimilia.

Ex his, quę exterius approximãtur ſunt emplaſtra, ex quib. eſt emplaſtrũ factum ex polio, et farina lupinorum, & ſeminibus diureticis confectis cum melle, & aceto.

Item emplaſtrum factum ex fęnugræco, ammoniaco, abſynthio, ameos, maſti. croco, oleo de neriden, & cera.

Item ex prædictis cataplaſma facere poteris. Et ex ſuccis, & aquis eorum epithemata, & infuſiones, quæ celerius penetrabunt. Medicamen factum cum ſpica romana eſt valde iuuatiuum ſecundum Serapionem. ℞. ſpicæ romanæ partes. iij. abſynthij partem. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato, & adminiſtretur, ſpicæ enim virtus eſt fortis in huiuſmodi ægritudinibus, immo poſſibile eſt, vt curetur cum eo hepar, quod infrigidatum eſt, & induratum, & non eſt iuuamentum trochiſcorum dictorum in hoc parum.

Medicamẽ ad oppilationes hepatis.

Medicamen laudabile, & expertum ex inuentione noſtra. ℞. carnes ſerpentis albi, non antiquati, nec montani abſciſſis menſura digitorum. vij. a capite, & cauda.

Medicamẽ aliud expertum ad hoc.

Et mo-

De ſuccis lo. & vii. c. 9.

Solutiuũ ad oppilationẽ hepatis.

Medicamẽ ad oppilationẽ hepatis.

Syrupus ad oppilationẽ hepatis, & ſplenis.

Syrupus aliꝰ expertus ad oppilationes hepatis, & ſplenis.

4. aph. 82.

Et moriatur, & bulliat in aqua, & prima aqua proijciatur, deinde bulliat cum ciceribus, & floribus rorismarini, & parum croci, & dictamni, & bibatur aqua. Mire valet ad oppilationem eius. Carnes etiam eius corrigũt quodlibet, quod corrigibile est. Et valet diuturnis eius ægritudinibus, quarũ mater fuit cholera, & maxime adusta, et humorum omnium adustionem, aut sanguinis infectionem corrigunt, & est propria medicina leprosis, & hecticis, proprie cum lacte, & ictericis, & supercalefactis in hepate, & felle.

Dixit Agaz experimentator magnus de Athenarum ciuitate, Lacca remouet omnes hepatis oppilationes, & affert iuuamentum magnum hydropicis ex calida causa. Dixit Græcus, phu, meu, & lacca subtilissime pulueriza cum decoctione hyssopi, & satureiæ est magni iuuamenti. Dosis est vnc. iij.

Syrupus ad oppilationes hepatis. Syrupus Hip. vtilis hepati inflammato, & possessori oppilationum venarum. ℞. foliorum tamarisci, berberis ana vnc. ij. endiuiæ, hepaticæ, scolopendriæ, apij, lupulorum ana vnc. i. mirasolis. M. i sandali albi, & rubei ana. vnc. ij. zucchari fi. ij. dosis. vnc. ij. da ieiuno stomacho cum aqua tepida, vel frigida nõ veri frigoris. Dixit Amenius de simplicibus, aqua decoctionis exterioris corticis fisticorum data, mundificat canales hepatis, & maxime confortat stomachum.

Pilula ad idem. Pilulæ Hipp. contra oppilationem hepatis, & ægritudines inueteratas. ℞. agarici. drac. ij. scoriæ. drach. i. aloes optimæ, & lotæ drach. iij. laccæ, florum tamarisci ana. drach. i. masti. zinzib. ana drach. i. rhab. spicæ ana. vn. iij. confice cum succo fumiterræ. Dosis est à dra. ij. vsque ad iij. Lotura vero aloes cum aqua decoctionis specierum alephanginæ boni odoris est facienda; rectificat enim aloen, & bonificat operationem eius. Sunt enim ex his, quæ confectionem hierępicræ ingrediuntur, quæ illud habent operari, prout docuit Galen. septimo therapeutices, & Abhuali quinto canone assignauit causam.

De percussione, casu, & obuiatione super hepar, & cura eius. Cap. 5.

7. therap. et 9. 11. PErcussio, casus, & obuiatio rei duræ super hepar, nõ est ægritudo, sed eius ægritudinum exterior causa, puta solutionis, & apostematis plurimum, & aliarum, puta complexionis, & compositionis, & est manifesta.

Curam eius in cura ægritudinum hepatis, quarum causa est primitiua, & exterior, inuenies; sed in quid, & in quibus consistit, ex his, quæ dicta sunt supra in passione stomachi disces. illuc ergo recurre; & alias intentiones, & res hic prosequaris cum hepati appropriatis, quorum aliqua ex narratis hic, & ibi sunt communia, quę ex te videas, & ex appropriatis in hoc loco, sunt simplicia, & composita. *Simplicia.* Simplicia quædam sunt frigida, stiptica; repercussiua humorum fluentium, ex quibus timetur apostema, & retinentia, seu prohibentia fluxum sanguinis, qui timetur, vt spodium, corallus, sandali, & species non aromaticæ, camphora, terra sigillata, lutum armenum, lutum scenium, & aliæ species luti, hæmatites, marchasita, sanguis draconis, herba, & succus corrigiolæ, succus consolidæ vtriusque, lingua ceruina, cauda equina, cytonium, myrta, rosa, mespila, sorba, albumen ouorum, gummi, dragacanthum, & gummi arabicum cum farina siliginis, panici, & milij, rizi, & hordei, myrobalanorum: acacia; hypocystidos, & acetum paruæ acredinis, & agrestæ, & alia, quæ in cura fluxus dicentur, quibus oportet vti in principio. Quædam sunt stiptica temperata, vel parũ calida, vt charabe, lacca, alumen, mastiche, thus, & cortex eius, cypressus, & nux eius, & substantia thabarbari, quibus vtaris in processu, cum repercutere, & retinere volueris, & resoluere. Et ex proprijs in hoc casu est plantago, coriãdrum extra approximatum, & mumia rubea, & vinum nigrum stipticum, vt calabrense. Et quædam sunt dolorem mitigantia, vt est absynthium, & proprie cum oleo de alcanna facto ceroto, lacca, acorus, & similia, quæ in cura doloris eius dicentur, si sancti Spiritus gratia nobis adsit. Et quædã sunt calida resolutiua paucæ stypticitatis, quibus vtendum est in fine cum resolutionem materiæ intendis, vt est crocus, sampsuchus, eupatorium, absynthium, spica, flos squinanthi, arsenicum citrinũ, in parua quantitate; quoniam est mirabilis virtutis in repercussione, & resolutione sanguinis, apium, calamenthum; & calamus aromaticus, hyssopus sicca, cyminum, & huiusmodi, quæ interius, & exterius per omnem modum approximabis.

Medicamẽ conferẽs pet cussioni hepatis cum caliditate maxime in principio. Et ex compositis est medicamen conferens ad illud in principio cum est caliditas, & inflammatio, & timetur de cursu sanguinis. ℞. substantiæ rhabarbari, balaustiarum, sanguinis draconis, aluminis iameni, ana partes æquales, pulueriza. Et dosis eius sit aur. i. cum zuccharo ros. antiquo; & proprie ex rosis albis cum aqua cytoniorum. Et ex vltimis in hoc casu sunt trochisci nostri, quos in antidotario nostro diximus de terra sigillata.

Aliud ad idem. Aliud medicamen quando fuerit illic caliditas plurima, & volueris repercutere, resoluere, & confortare. ℞. charab. dra. x. rosa. rubearum. dr. v. acaciæ. drac. iiij. spicæ indæ, croci amborum ana. dra. vi. masti. corticum cappa ris ana. drac. iiij luti armeni. dra. vij. nucum cypressi. dra. viij. Conficiantur cum aqua arnoglossæ, & fiant indetro chisci, vsque ad aur. i. Et ex vltimis in casu sunt trochisci de charabe, quos in antidotario nostro diximus.

Aliud medicamen ad idẽ. ℞. aquę neridẽ. drac. x. laccæ ablutę. dr. vij. rhauedsceni. dr. iiij. croci. dr. iij. & s. assę. dr. iij. cicerum nigrorum. dra. vij. luti armeni. drach. x. Conficiantur cum oleo de lilio, in quo dissoluta sit mumia. Et fiant ex eis trochisci, drach. i. dosis sit. i. ij. iij. cum aqua ros. & syrupo myrtino. Et ex expertis est rauedsceni, lutum sigillatum, & grana myrti, ana drach. i. pulueriza ti, & sumpta cum succo caudæ equinæ, linguæ ceruinæ, vel consolidæ.

Trochisci experti ad sanguinem cum gelatum. Aliud medicamen, quo vtendum est in fine, cum sanguinem mortuum, & congelatum resoluere intendis.

Vnguentum ad idem. Recipe rhauedsceni, laccæ, zingib. ana. vnc. s. fiant ex eis trochisci. drach. i. cum vino prædicto, & adde parum arsenici citrini, da cum vino vnum. Item linimẽtum ad hoc. ℞. xyloaloes, croci, & fac lauari, & bdellij, & calami aromatici, mastic. ana. drach. ij. mumiæ, drach. iij. Confice cum oleo zarachi, & almeirus, & cera, & superponatur. Item aliud est sola mumia cum isto oleo, & non est ei simile.

Emplastrum conferens ei, quod ex percussione incipit apostemari, & indurari, est emplastrum rosaceum cum scebra.

De scissura, & incisione hepatis, & cura. Cap. 6.

SCissura, seu incisio accidens in hepate, est solutio continui in eo eueniens, aut in panniculo eius tantum, aut in substantia eius, & hoc, aut est in carne, pennulis, & venis eius subtilibus, disseminatis in eis, aut in profunda eius substantia, & est perueniens ad magnas venas, & vbicunque sit, aut est simplex, aut composita. Et causa est duplex, interior, & exterior; interior est multitudo, & acuitas sanguinis, & est incipiens a venis, & procedit ad carnem, vt apostema, & proprie dubelatum, & vlceratiuum, & est incipiens e conuerso, scilicet a substantia carnosa, & procedit ad venas. Exterior est percussio ensis, vel gladij, & similium.

SIGNA. nam siquidem sit in panniculo eius, tantum dolor, & punctio in hypochondrio dextro sentitur, & quod currit ex eo descendit in ventrem; & tunc grauitas super pectinem percipietur ex illius aggregatione ibidem cum tumore si fuerit, multum. Quod si sit in substantia, & venis eius, signa erunt dolor grauatiuus in hypochondrio dextro, & fluxus sanguinis per vrinam, si sit in parte gibbosa, vel per secessum si fuerit in concaua parte, & si fuerit in paruis paruus erit, & si in magnis magnus erit fluxus; nec aliquid descendet ex eo in ventrem, & proprie cum fuerit extrinseca, nec tangat panniculum, & est palledo coloris, & defectio naturalium virturum omnium, & in stomacho, & to-

to corpore. Et ſiquidem à cauſa interiori, puta multitudine ſanguinis fuerit, ſigna apparebũt plethoriæ præuia. Si vero eius acuitas, ſigna cacochymiæ calidæ, quæ ſunt nota. Si vero apoſtema, ſigna præcedentis apoſtematis illius dubelati, & aperti, ſeu vlcerati, quæ infra dicentur. Si vero fuerit à cauſa exteriori, ſigna ex præceſſione eius manifeſta.

CVRAM eius dupliciter conſiderabis, generaliter, & ſpecialiter generaliter autem ex cura ſolutionis ſtomachi dicta ſuperius comprehendes. Conſiſtebat enim in quatuor rebus, quas te oportet hic ſimiliter proſequi, & complere cum adminiſtratione medicinarum appropriatarum hepati; ex quibus ſunt ſtyptica, & cõglutinantia, quæ ſunt leptomeris ſubſtantiæ, vel aliquibus aperitiuis, & diureticis admiſta, & ꝓprie ſi inciſio ſit in gibbo; ſic.n. in cura oppillationum eius aperitiuis, & diureticis, & proprie fortib. oportet admiſceri aliquod detẽtiuum, quod retrahendo ipſa ad ſtomachum prohibeat eorum velocem penetrationem ad vrinalia membra. Ita in cura ſolutionis continui ipſius, ſtypticis, & conglutinantibus oportet admiſceri, quæ eorum virtutem difficilem pertranſibilem ad ipſum hepar adiuuent penetrare. Talia autem ſtyptica conglutinantia, tam ſimplicia, quã compoſita ex his, quæ dicta ſunt ſupra in cura ſolutionis ſtomachi, & fluxus ſanguinis narium, atq; ſpuri, & ex his, quæ in cura fluxus hepatis dicentur eligere poteris, & ſimiliter coadiuuantia pertranſire ex cura oppilationis iã dicta. Specialiter autem conſiderabis: nam ſi ſit in panniculo eius tantum, & ſimplex cum prædictis ſtypticis, & conglutinantibus curabis interius approximatis, & exterius magis. Si vero ſit in ſubſtantia, pennulis, & venis paruis, & ſimplex, curabis cum prædictis exterius approximatis, & interius magis.

Si vero ſit cum diminutione partis magnæ, vel pennulæ maxime, & proprie cum cibis multum ſanguinem generantibus, quæ partem ſanguineam habeant generare, licet ſpermaticã ſemper regenerare non poſſint, nec omnem niſi capita paruarum venarum tantum, & in circumſtantijs calidis, & humidis. Et ſi cum vlcere cõpoſita eſt, munditicabis prius, deinde conſolidabis. Si ex plethoria euacuabis; ſi ex cacochymia expurgabis; ſi ex apoſtemate dubelato, & vlcerato, cura eſt cura illius, quę infra (Chriſto duce) dicetur. Quod ſi inciſio peruenerit ad magnas venas, eſt curabilis, & proprie ſi cum deperditio
4. aphor. 11. ne ſubſtantiæ fuerit. Inquit enim Hipp. veſica inciſa, aut hepar, mortale eſt. Ait enim Gal. verum eſt cum inciſio ad concauam veniat venam; & quia inde multus ſanguinis fluxus prouenit; & quia non poteſt apponi medicina,
Trochiſcidarhaued. quare infirmus moritur antequam conſolidatio fiat. Trochiſci de rhaued ſceni conferentes ad grauitatem in hepate, & ſplene, & apoſtemate in eis, & percuſſionem cadentem in hepate. ℞. rauedſceni, drach. viij. tubeæ, laccę, ana drac. iiij. ſeminis apij, ſucci eupatorij, aniſi, ana drac. ij. terantur, & cribellentur, & fiant trochiſci. dra. i. & detur. i. cum eo, quod cõuenit, materiæ, ſunt enim efficaciſſimi, dixit filius Serapionis. Et ex expertis eſt medicamẽ secundum intentionem noſtram, quod diximus in antidotario, capitulo de rhabarbaro, & rheupontico, eſt propriũ cum ſucco caudę equinę puluerizare ſimptum.

De apoſtemate hepatis, & cura eius. Cap. 7.

APoſtema hepatis eſt tumor præter naturam eueniens ei, aut in velamine eius, aut in ſubſtantia; & hoc, aut in parte gibboſa, aut in concaua, in aliqua pennularum ſuarum, aut in toto, & illud eſt rarum, & mortale plurimum. Cauſa autem eius omnis ex cauſis apoſtematum infra ſectione ſecunda numeratis, vbi de cura apoſtematum ſecundum vniuerſalem modum locuti erimus (duce ſacro Flamine) erit manifeſta. Et ex cauſis materialibus eius, quod in velamine prouenit plurimum eſt aquoſa, vel ventoſa, prout anatomia declarat. Et quia inuentio eius in animalibus degentibus in locis aquoſis, & paludoſis eſt magna, cuius cauſa eſt E vapor ex eis digeſtionis malitia reſultans petens circumferentias, ſed propter denſitatem velaminis non reſoluitur. Sed eius quod in ſubſtantia euenit plurimum, eſt humoroſa, ſanguinea, vel cholerica, raro phlegmatica, vel melancholica, non ventoſa, cum ſit ventoſitas in ramos, & venas expanſibilis non colligibilis in vnum cuppum; immo in eis retenta propter oppilationem, vel vſque ad velamen expulſa coadiuuante calditate, & raritate ſubſtantiæ membri ibidem propter ſoliditatem velaminis congregatur. Et ſecundum diuerſitatem cauſarum ipſarum materialium diuerſæ erunt ſpecies apoſtematis eius, quia calidum, & frigidum, & calidum plurimum ſanguineum, & frigidum phlegmaticum, melancholicum, & aquoſum. Et ex cauſis effectiuis eius plurimum eſt oppilatio; prohibet enim nutrimentum in ipſius ſubſtantiam diffundi, & ſuperfluitates ex eo expelli; immo eas, quas conſueuit, interdum recipere ab omnibus membris, ad inteſtina, F & ſtomachum non tranſmittit, vt Galen dixit, cum ait. Egeſtio autem egrediens a natura, fortaſſe ſignificat, q membra, quæ ſunt in ventre ſunt tantum infra, & fortaſſe ſignificat, quod effunditur ad hæc membra, quæ ſunt ſuper ea humiditas, quod eſt, quia ſtomachus continuatur omnibus membris mediante hepate, & recipit ſuperfluitates omnium membrorum mediante ipſo. Et fortaſſe, quod effunditur ad ipſum, expellitur a natura, cum vult mundificare totum corpus, aut aliquod ex mẽbris eius, aut duo membra aut multa, & multoties eſt illud ſecundum viam accidens; quare remanentes in eo neceſſarium eſt venas eius replere magnas, & paruas vſque ad minimas; & ex eis prꝫter naturã effundi aliquid reſudans in vacuas regiones ſubſtantiæ eius. Etiam chylus, vel nutrimentum ſi quod diffunditur imprimendo, vel propter malam complexionem, nec conuertitur nec expellitur, quare ſuperfluens neceſſe eſt ipſum aggregari; & vtroque modo neceſſarium eſt ipſum oppilari, ac etiam apoſtemari, nec etiam inconueniens G cum chylus ſimilis ſit phlegmati, vt dixit Abuhali, vel in ipſum conuertatur, ſi per indigeſtionem non in ſanguinem, & humores alios conuertatur, licet illud ſit raro. Sed ipſius prꝫterea apoſtema conuenit terminari, vel ad bonum, quia ad reſolutionem, & euacuationem per fluxum ſanguinis narium; vrinam, & ſudorem, ſi fuerit in gibbo; vel per vomitum, fluxum, & ſudorem ſi fuerit in ſima: vel ſaniationem, vel permutationem ad minus periculoſum membrum, puta renes, inteſtina, vel ſplenem, aut ad malum: quia ad ſuffocationem, & permutationem ad nobilius membrum, puta cor, & cerebrum, putrefactionem, vel ſclirofim; & quandoque perducit ad hydropem.

SIGNA apoſtematis eius, quædam ſunt communia, & quædam propria. Communia ſunt inuentio doloris, & grauedinis in hypochõdrio dextro maioris, quam ſint in oppilatione, inſeparabilis etiam abſque vehementia anhelandi inuentæ; cum extenſione vſque ad H furculam, & attractio furculæ ad inferiora propter attractionem ad inferius ſuſpenſorium; quare accidit duricies in anhelitu, & magis ſi fuerit in gibbo. Et quandoq; accidit in apoſtematibus hepatis, quod non poſſunt dormire ſuper latus dextrum propter cõpreſſionem, & grauat eos dormire ſuper ſiniſtrum, propter tenſionem ſuſpenſorij ad inferius: immo plurimum inclinantur dormire ſupine; & accidit alteratio in forma, & colore, quia *Vrina.* inflatio in facie, & membris, & colore ad citrinum tendens, vel pallidum, & vrina in colore vergens in oppos. in ſubſtantia ſpiſſa obumbrata in ſuperficie confuſa, manifeſta, liuens, ſuperius cum ſpuma cirrina, rubea, vel alba; & egeſtio chyloſa, & virulenta. Propria vero ſunt *Egeſtio* duplicia, quædam quæ indicant locum, quædam naturam apoſtematis: Locum; nam ſi in velamine fuerit, ſigna erunt grauedo cum dolore acuto, licet minor, & proprie apud compreſſionem tactus, febris prꝫmittitur, & proprie ſi fuerit cholericũ, pulſus quaſi ferinus: quoniam arteriæ eius ſunt diffuſæ in panniculo eius;

& cum

& cum rumpitur currit in ventrem; & cũ fuerit aquosum, seu ventosum, toleratur absque impedimento multo, nisi sit valde magnum. Si vero in eius gibbo, signa propria erunt durities, & tumor in dextro hypochondrio, tactu perceptus, si corpus non sit pingue; & in hoc licet communicet apostema lacertorum ventris, tamen differt ab eo in figura tumoris, quoniam apostematis hepatis tumor est figuræ rotundæ lunaris, sed apostematis lacertorum tumor est oblongus, procedẽs secundum situm lacertorum ad modum caudæ muris. Et differunt in accidentibus alijs proprijs, quæ sunt apostemati hepatis; & etiam communibus hepati, & alijs interioribus membris. Et ex eis est; nam cum vides mirach declinare ad tenebrositatem, & tenuitatem, tunc æstima quod non est apostema lacertorum, sed hepatis. Etiam accidit tussis sicca, constrictio, sed durities in anhelitu propter tractionem, & compressionem diaphragmatis proprie cum adest vehementia anhelandi, & minoratione naturæ. Et quandoque retinetur omnino propter oppilationem gibbi, & proprie cum apostema est magnum, & vrina cum rubore cœperit in febre acuta, & cum rubedine fuerit turbida, & taliter permanserit, apostema significat in hepate. Et vt dixit Abuhali, quoniã caliditas apostematis ipsam rubeam reddit, & ebullitionem faciens dissoluit materiam, quamquam oppilatio sit, quare redditur spissa cum perseuerantia, maxime cũ humores concurrunt ad ipsum, & fit liuescens propter caloris suffocationem à materia collecta, & concurrente simul. Et cum apostema est magnum, egestio est chylosa, virulenta; & retinetur humorosa. Et cum ei associatur ventris solutio humorosa, mortalis est, ait Gal. si hoc apostema sine hepatis defectione fuerit, egestionem prohibebit, & maxime si fuerit in sima, & calidum. Item prædicta accidentia, cum est in gibbo non erunt; vel siquidem sint, propter hepatis partium * continuantium minorantur, & sunt debilia. Et plurimum sequetur hydropisis propter nocumentum digestionis, quæ celebratur in ea. Signa vero eius, quod est in pennulis, sunt proportionalia illis, sed sunt debiliora. Si vero sit adeo magnum, quòd comprehendat totum, & omnes partes eius, signa prædicta concurrent omnia.

* continuitatem.

Quæ vero indicant naturam ipsius, & materiã sunt: nam si apostema fuerit calidum, illic erit febris acuta, & proprie si fuerit in carnosa parte, & si vehemens ablatio desiderij, nausea, vomitus, singultus, rubedo linguæ deinde nigredo, frigus extremorum, & syncopis, & totum cum est in sima. Cum vero est in gibbo, accidit cũ febre malitia anhelitus, & dolor extensus à dorso vsque ad furculam, & tussis, & communicat in his accidentibus cum pleuresi, verum differt ab ea, quoniam in pleuresi feb. est acutior, dolor lateris est acutus, malitia anhelitus maior, tussis est semper, & primo sicca, & secundo humida, cum maturatur pulsus serrinus. In apostematibus vero hepatis, dolor est grauatiuus sub costis semper incipiens. Et tussis semper sicca, & pulsus est vndosus. Et si est phlegmaticum, apparent signa dominij sanguinis. Si vero cholericum prædicta erunt signa acutiora, & cum signis dominij choleræ, & cum resoluitur, cessant accidentia. Si vero collectionem fecerit, accidentia intenduntur, cum facta est, sedantur, & augetur grauitas in loco. Et cum rumpitur accidit horripilatio, & exitus puris, & saniei per egestionem si fuerit in sima, vel per vrinam, si fuerit in gibbo. Et cum fuerit alba, & sequitur alleuiatio, est bona, si vero cœnosa, vel sicut amurca, & fœtens, & sequitur debilitas, est mala, vt Hippocr. ait in apho. Si vero frigidum, signa erunt contraria, vel mitiora, quam quæ sunt cum signis dominij phlegmatis, vel melancholiæ, vel ventositatis, de qua infra dicetur. Et cum induratur quod est plurimum propter inobedientiam materiæ, & excessum diaphoreticarum, & administrationem ingrossantium apocrusticorum, signa sunt grauitas multa, tumor sine dolore, & febre, & commnnicat in his cum oppilatione: sed differt propter reliqua, quæ sunt dicta, & sequitur illud hydropisis. Et egestio conturbata nigra in principio ægritudinis acutæ significat, apostema esse calidum, magnum in hepate, & in processu est virulenta, deinde saniosa, cum peruenerit ad dubelati, grauitas quoque in ipso maior est ea, quæ fit cum apostema est in sima, quoniam pars simæ sustentatur super stomachum, gibbosa vero non sustentatur supra aliquod nisi in eo, quod est vehementer adhærens, & continuatum costis falsis. Sed eius quod est in sima, signa sunt priuatio duritiei, & tumoris in dextro hypochondrio, nisi sit magnum, & proprie in pingui grauitas minor, propter dictam causam, & dolor vehementior propter compressionem. Et in hoc licet communicet apostemati meseraicarum, tamẽ differt ab illo, quoniam grauitas in apostemate meseraicarum est minor, & est cum tensione magna, & profunda versus stomachum, & ventrem, & egestio est chylosa propter oppilationem, & debilitatem ipsarum, & subtilis, propter stomachi debilitatem in digestione, & si quidem sit febris propter eius caliditatem, erit leuior quàm in eo, quod est in hepate. In apostemate autem hepatis est è contra. Item ex subsequentibus; nam si egrediatur aliquod spumosum post dies aliquos, siquidem sit illud ad rubedinem, & citrinitatem declinans, erit ab hepate, et vomitus, abominatio, defiderij ablatio, atque singultus, propter illud, quod effunditur de hepate ad stomachum propter vicinitatem, & propter colligantiam inter hepar, & ipsum in neruo subtili, & proprie cum apostema est magnum, & calidum; & secundum Hipp. cum ait. in hepate phlegmonem patienti, singultus superuenit; ait Galen. non superuenit apostemati hepatis singultus, nisi apostema sit magnum, & proprie calidum. 7. aph. 17.

7. aph. 47.

Signa frigid.

CVRA apostematum hepatis calidorum, duplex est intentio: generalis, scilicet & specialis. Generalis consistit in quatuor rebus, scilicet in euacuatione vniuersali totius corporis, in euacuatione partis, seu materiæ apostematis: in regimine, & quarto in accidentium correctione. Specialis autem consistit in consideratione speciali apostematis, scilicet causæ eius materialis proprie; naturæ loci, scilicet membri, vt hepatis, & partium eius, de quibus dictum est supra, ac inuentione auxiliorum propriorum, quibus prædictæ quatuor compleantur res, generalis intentionis; necnon, & apti modi vtendi eis.

Si ergo apostema hepatis sit phlegmonicum, vt primam rem compleas generalis intentionis; phlebotomiam de saphena, vel de basilica partis contrariæ, vel eiusdem, præmittes; prout exigit dispositio, scilicet vsque ad defectionem. Inquit enim Hipp. Et vbi vsque ad defectionem ducere, & hoc facere si sufficiat ægrotans. Quod approbans Gal. ait. In acutissimo enim apostemate, maximo dolore, & , in febribus peracutis nulla medicina melior hac esse potest; educit enim materiam generatam, & influentem, & fortasse influxam, sed oportet eam præmittere: ait enim Gal. quòd ante eam omne aliud auxilium per recursum, scilicet, & per extractum est inefficax, & periculosum. Quòd si virtus non permiserit, partiri oportet eam cum reiteratione, non omittere, ætate vero non concedente, aliquid proportionale illi præmittes: vt est prouocatio sanguinis narium cum instrumento ex setis porcorum facto, quod est notum, & cum fuso intromisso in nares, vel cum vnguibus, vel saltem cum sanguisugis appositis naribus; si apostema fuerit in gibbo, vel apertione hæmorrhoidarum, cum frictione ex folijs parietariæ, vel ficus, vel cum nassali ex pane porcino, seu bryonia; & scarificatio cruris, & proprie si fuerit in sima. Deinde præmissa euacuatione vniuersali: ad secundam rem scilicet euacuationem partis, seu materiæ apostematis veniendum. Oportet autem, vt eam compleas cum administratione eorum, quæ materiam recurrere faciunt, repellunt, & transmittunt; & si quid influat, trahunt, & deriuant; & quæ fluxa est, nec recurrere poterit, euacuant; & etiam quæ per modum congestionis fuerint aggregata. 7. aph. 23.

gata. recurſum, vel repulſum, & tranſmiſſum complent frigida, & ſtyptica interius, vel exterius approximata ſecundum omnem modum, ſimplicia, & compoſita, quæ infra dicentur, hæc enim non ſolum influentem repellunt materiam, ſed confortant hepar, ne tranſmittat, necnon ea, quæ per modum congeſtionis aggregantur, prohibent generari.

Simplicia propria, quæ interius ſunt approximanda in principio; ſunt aqua endiuiæ cum ſyrupo acetoſo de zuccharo, aqua portulacæ, virgæ paſtoris, aqua granatorum acrium, & muzorum, aqua cucumeris, & cucurbitæ, aqua hordei habens virtutem cuſcutæ, calami aromatici, abſinthij, & ſimilium. Exterius approximanda in ipſo initio, ſunt ſucci ſtyptici, frigidi, ſicut aqua myrtæ, de folijs malorum, & cytoniorum, & ſpongia infuſa in aceto, & aqua frigida, ſuccus portulacæ, ſemperuiuæ, aqua roſa. ſandali, præputia vitium contrita, & emplaſtrata cum roſis immaturis, vel ſuccis maturis, huiuſmodi temperatis in ſtypticitate, & frigiditate. Excedentia enim in eis, apoſtema indurant; & conſtipando retinent choleram. quare addunt in apoſtematis magnitudinem, & magis ſi ſit in ſima, quam ſi fuerit in gibbo, quoniam ad gibbum non perueniunt cum virtute integra, ſed cum ipſa confracta. Et quandoque accidit ex eis vehementia doloris propter ſuffocationem materiæ, & ſoliditatem membri: quare tardatur reſolutio, & accidit mortificatio membris. Oportet ergo propterea, vt eis ſi illis cares, admiſceas aliqua ſubtiliatia, & aperitiua, & quæ ſuperius nota fecimus; nec oportet, vt ea adminiſtres actu frigida, etiam ſi ſit apoſtema calidum, ſed tepida, aut non veri frigoris.

Cum vero verificatum fuerit, quòd iam ſit apoſtema, quòd materia nõ ceſſet aggregari, immo ſit in fine principij, & principio augmenti, oportet, vt tu adminiſtres tunc emplaſtra facta de cytonijs, & aceto, & aqua roſ. quia ſunt meliora, & de illis eſt, vt terantur cytonia, cũ farina hordei, & aqua roſa. & emplaſtrentur, aut cytonia decocta in aceto, & aqua roſa. donec bis cocta ſint, vel miſceantur cum ſandalis, & oleo roſa. Et ex illis eſt, vt decoquantur cytonia, cum vino odorifero, in quo ſit ſtypticitas, addatur eis virga paſtoris, vel plantago, & ſauich hordei; & confortetur cum abſinthio, vel ſpica, vel cypero, & adminiſtretur. Et quandoque fit ex cytonijs decoctis cum abſinthio. Et ex illis eſt oleum de cytonijs, & maſtich. &c. ſimilia cum præceſſerit in augmento.

Emplaſtra.

Tractionem autem, & deriuationem complebis cum frictionibus, fomentis mordacibus, ventoſis cruribus, coſtis, brachijs, anchis, & dorſo: necnon emplaſtris calefactiuis in eis applicatis ex flammula, tapſia, ſquilla, cantharidibus, calce non extincta, & ſimilibus factis. Cum vero iam fuerit in fine augmenti à principio ſtatus, adde prædictis maſtichen, chamæmillam, melilotum, fœnugræcum, ſemen lini, & ſimilia. Procedente vero ſtatu cum iam tota fluxerit materia, ad euacuationem phlebotomabis baſilicam dextram; & ſi quidem reſoluatur, bene quidem, ſi autem non, ſtudebis euacuare materiam in apoſtemate contentam, & virulentam, & reſudatam ab eo. Et ſi quidem fuerit in gibbo, cum diureticis, quæ ſunt ſupra, ſi vero in ſima cum ſoluentibus ventrem, & trahentibus ad inteſtina; qualia ſunt quæ docuit Galen. clyſteria proprie ex ſale nitro, & melicrato, quæ omni tempore competunt, & proprie lenitiua, vt naturam leuem teneat, & materiam ſimæ ad regionem conuenientem ſuæ expulſioni inclinent, vt vrticam, ſcabioſam, mercurialem, epithymum, & polypodium; & quæcunque moderate ducunt cõmiſcendo, ſeu coquendo cibarijs, & proprie ptiſanam; & etiam fortiora illis, vt cortices nigri ellebori, parum adminiſtrabis, & magis cum fuerit in declinatione. Exterius vero ſuperpones cataplaſmata, & emplaſtra ex diaphoreticis qualia ſunt, eupatorium, chamæmilla, melilotum, flores abſinthij, ſpica, crocus, caſia lignea, calamus aromaticus, & alia conſimilia debilia non fortiora, cum indurent apoſtema reſoluendo ſubtile; & dimittendo groſſum naturam debilitent, ſuperflue reſoluendo. Quare oportet ſtyptica illis fortibus cum expedit admiſceri, quæ virtutem detineant, & conſeruent robur ipſius, & ſine acuitate, ne mordicent, & commouendo materiam apoſtematis, atque rheuma prouocando, apoſtema augmentent. Quòd ſi apoſtema cholericum fuerit, phlebotomiam minoratiuam miniſtrabis de baſilica in principio, cum propter naturam membri raro ſit ſine peccato ſanguinis, deinde minorabis choleram influentem, & generatam cum adminiſtratione cholagogi ex aqua fructuum, tamarindis, melle, caſia, manna, aqua hordei, & zuccharo violato, ſucco roſarum, & rhabarbaro, & aloe rectificato, &c. ſimilibus leuiter educentibus ſine agitatione, & confortantibus. Et clyſteres ex lenientibus, ſi apoſtema fuerit in ſima, vel diuretica frigida nota, ſi fuerit in gibbo, deinde calida gradatim perueniendo ad fortiora: & deinde apocruſtica interius fortiora, qualia ſunt coriandrum, aqua melonis indi, & ſimiliter nenupharis, alchechengi, iuiubarum, & aqua pſyllij, & ſyruporum cum endiuia, cuſcuta, vel ſpica; & exterius emplaſtrum ex prædictis, & epithemata cum camphora, ſandalis, & lenticulis aquæ actu frigidis parum, diaphoretica debiliora, vel miſta, vel pura ſuis temporibus, qualia ſunt cuſcuta, lacca, abſinthium, eupatorium, ſpica, & ſimilia, & zuccharum, intus ſumpta, & exterius approximata per omnem modum ſimplicia, & compoſita. Et ſiquidem totum reſoluatur ſana remanebit particula; ſi vero non, ſed tranſeat in dubelati, & ſuppurationem propter materiæ diſpoſitionem, quod oſtendit prolongatio eius vſque in diem quadrageſimum ſine defectu feb. & doloris, vt dixit Hipp. tunc oportet, vt maturationem eius ad ſtatum perducas incolumen, & quod ſtudium tuum exerceas ſecundum regulas ſex, quas ſupra in cura pleureſis diximus; illuc ergo recurre, & eas cum proprijs medicinis compleas. Et licet quæ ibi dicta ſunt, hepati non ſunt propria, tamen ſecunda virtute in his intentionibus complendis operationem habent propter propinquitatem. Sicut enim quæ frangunt lapidem in veſica, frangunt, & in renibus, Ita quæ maturant, aperiunt, & mundificant, & incarnant, &c. conſolidant, in pleura, illa agent, ſin hepate multo magis; ſicut etiam aperitiua oppillationum ſplenis ſunt aperitiua earum hepatis. Et ex medicinis appropriatis adiuuantibus in maturatione apoſtematis hepatis ſunt lac aſininum, cum zuccharo albo, aut zuccharum almuſcet, & ſicut aqua de radicibus cum paſſis ficubus, dactylis, & alijs ſimilibus communibus, &c. decoctio polij in ieiunio. Et ex illis ſunt emplaſtra ex farina hordei, calamentho, cœpe aſſato, radice lilij, farina fœnugræci, & radice althææ. Et potus aquæ mellis cum aqua hordei, & de taraxacon ſicco, drach. j. & cum lacte aſinæ. Et ex medicinis iuuantibus ad eruptionem apoſtemati hepatis appropriatis, in quibus etiam cum ſubtiliatione eſt conforiatio, eſt ſcabioſa, & ſuccus eius, naſturcium: & ſic abſinthium, crocus, & ſpica, radix pœoniæ, & radix alhaſce, & radix rubeæ, & grana alfagredi, & ſuccus eupatorij, & radix centaureæ, & oleum de nenuphar, & oleum de arbore maſtiches, & de lilio. Et ex illis eſt emplaſtrum de farina hordei baurach, ſimo columbino, calamenthum, glutine albotin, & pice, & ſimilibus. Et ex illis eſt balneationis aſſiduatio, & dormire ſupra hepar, & exercitari, & deambulare quantum poſſibile eſt. Facta eruptione oportet, vt adminiſtres mundificantia, & abſtergentia ex parte declinationis materiæ. Et ſiquidem declinet ad vias inteſtinorum ſanies, dabis aquam mellis ſimplicem cum ſucco ſcabioſæ, vel cum diureticis, ſi declinet ad vias vrinæ, ſed oportet, vt diuretica non ſint fortia, quæ lædant, & vigerent ſimul cum ſanie meatus vrinæ, quod ſi accidat, tũc rectius eſt, vt ſit aqua mellis decocta cum æqualitate, & permiſta cum aliquo glutinatio pauco, ſcilicet amylo, ouo & oleo roſato. Et cibetur cum candarufio, & maluis. Et potetur cum aqua hordei, cum gumma tragacanthi.

In cholerica.

Apoſtema hepatis maturantia.

Apoſtema hepatis mundificantia.

13. meth. med. cap. 13

Cum

Cibi.

Cum aũt fuerit mundificatio facta perfecte, oportet vt ſumat in ieiunio incarnatiua,& conglutinantia. Et ex proprijs eſt,vt ſumatur thuris, ſanguinis draconis, ana aur.j. ſeminis endiuiæ,ſem.apij,maſtiches,ana aur.j. Et ſumatur in potu cũ aqua mellis, vel iulep, & poſt illud ciberur cum ſtypticis,vt confortetur.

Quod ſi materia,ſeu ſanies erupta effundatur ad ſpatium ventris, tunc neceſſarium eſt, vt incidatur cutis apud inguina, & diſcooperiatur lacertus adeo,vt appareat ſiphac nominatus biteron; deinde fiat in eo foramen,& ponatur in eo cãnella,per quam currat pus paulatim;deinde cum emplaſtris appropriatis cõſolidabis, & totum hoc ſi per materiam non reſoluatur,quod plerunque fieri conſueuit per ipſam trahentem ſaniem per medium oſſis. Tertiam rem principij complet debita ſex rerum nõ naturalium adminiſtratio. Et etiam quartam rem complent auxilia pura,& diuerſa,& vnicuique propria ſecundum pluralitatem, & diuerſitatem accidẽtium,quæ dicta ſunt, & aliorum, quæ dicta ſunt ſecundum modum ſupra in cura apoſtematis ſtomachi declaratum;illuc ergo redi.

In phlegmatico, & melancholico.

Quod ſi apoſtema frigidum fuerit phlegmaticũ, vel melancholicum, quod eſt raro, econtra in pluribus eſt procedendum. Primo enim facta phleborotmia de baſilica propter cauſam iam dictam in minori quantitate tanquam in præcedenti, & loco cholagogi adminiſtrabis phlegmagoga in via minoris cauſæ leuia, vt eſt aqua albulet,geleniabin,vel & melanagogum,vt aqua ſenę,boraginis,& bugloſſæ,& polypodium. Et prius clyſteres ex abſtergentibus,& aperientibus, miſti cum aromatibus in principio ſimplices,& compoſiti, qui ſupra dicti ſunt in cura oppilationis. Et ex proprijs eſt oleũ de cherua,& de genſeminis,quod de zambrica nuncupatur, & ſambuchinum. Et ex emplaſtris proprijs melius eſt emplaſtrum ſtomachicũ, ſeu cerotum ſtomachicum Gal. & de ſeminibus. Et ex electarijs diacurcuma,dialacca,et ſimilia,& trochiſ. de ſpica,& tiſtici,ſunt magni iuuamẽti. Et ſyrupus de ſeminibus cũ chamædryos,polypodio, & ſimilibus. Et diaphoretica fortia illis miſta, vel pura temporibus ſuis,qualia ſunt,quæ ſuperius dicta ſunt.

Quod ſi perueniat ad ſclirоſim, quod eſt plurimum propter indiſpoſitionem materię ad reſolutionem,& ceſſum diaphoreticum,& malitiã regiminis,tunc ſi confirmatum ſit,& quietum,non curatur. Si vero fuerit in principio ſui curatur. Et quandoque perdurat cum vita; & quandoque tranſit in hydropem ſecundum Gal. Et ſi ſequitur fluxus,moritur.

2. ad Glauc. cap. 3.

Cura apoſtematum frigidorum eſt duæ res, vt ſupra in cura ſtomachi dictum eſt,ſcilicet mollificare,& reſoluere, quas complere oportet cum ijs, quæ dicta ſunt ibi, & cum proprijs hepati,quæ hic dicentur,ſimplicibus,et compoſitis intus,& extra approximatis. Simplices ad has intentiones ſunt grana pini maioris,medullæ,& adipes temperatæ,calidæ, ſemen lini;ſęnugræcum,althæa, gluten albotin, & potus apozematis,coſti, & eupatorij, ſœnugræci,& paſſularum;& oleum amygdalarum dulcium,& de nucibus recentibus. Et ex eis,quæ valde conferunt ad reſolutionem, poſtquam tres regulas attendiſti in ea,quarum prima eſt,vt aperias cum ſubtilibus rebus,vt virtus reſoluentium, & mundificantium ſubintret. Secunda eſt, vt pręmittas calefacientia,ſubtiliantia, & incidentia humorem groſſum,& frigidum atque viſcoſum,quę eſt materia eius. Tertia eſt, vt pręmittas mollificantia, vel admiſceas ea cum eis, vt eſt ſomnus ſuperlatas dextrum. Et coſtus eſt vehemẽtis iuuamenti cum ex eo ſumitur in potu,ana.dra.s. vſque ad aur.j. cũ aqua mellis,aut vino. Et quandoque confert ſumere in potu oleum coſtinum,aut de neriden,de cherua,aut de balſamo,cum aqua decoctionis rutæ, & anethi; & ſit quantitas olei de neridẽ,dra.iiij.& adminiſtretur per hebdomadam,& confert maxime. Et ex illis eſt ſemen agni caſti, in ſyrupo de eupatorio,& de arnogloſſa ſicca,cum aqua fœniculi,apij,endiuiæ. Et decoctio lupinorum cum ſpica aromatica,& amygdalis amar.in vino. Et baccæ lauri,& radix phu,& cicer nigrũ,& poliũ,& chamædryos & porrum. Et ex compoſitis confectionibus conferentibus ad illud eſt diacurcuma,athanaſia,theriaca, diateſſaron,dialacca,diacoſtum,& ſagena. Et ex trochiſcis, trochiſci de ſpica. Et ex emplaſtris bonis ad illud,eſt emplaſtrum de meliloto in antidotario dictum;aut de diamoron decocto cum vino pontico,aut ſpica,& oleo de fiſticis,& de praſſio, & de anetho decocto. Et ex ceroris,cerotum hyſſopi,& diapente. Et ex medicinis bonis eſt ſecundum Gal.vt ponantur ſupra membrum ventoſæ calefactæ ſine ſcarificatione;deinde adminiſtrentur medicinæ fortiores in ſubtiliatione,& reſolutione, & fac adhærere ea loco,quæ ſunt ſicut nitrum, & ſulphur citrinum hebdomadam vel mediam,deinde adminiſtra epithemata cum ſinapi ſingulis decem diebus; poſtea fac vomere ægrum cum raphano. Quod ſi inobediens fuerit apoſtema,adminiſtra elleborum album. Et quandoque deuenit ad cancrum,& non eſt ſpes in eo. Inquit enim Hipp.quibuſcunque cancri abſconditi fiunt,non curari eſt melius: curati enim citius pereunt,non curati longius tempus proficiunt. *6. aphor. 38.*

De apoſtemate meſaraicarum,& lacertorum ventris,& cura eius. Cap. 8.

ET cum apoſtema fuerit in meſaraicis cura eſt, cura apoſtematis concauitatis hepatis. Et cum apoſtema eſt in lacertis almirach,curatur cum apocruſticis,et reſoluentibus fortioribus, quoniam intentio,quæ ſumitur a particula in illis eſt nulla,vel modica,in hepate magna.Qua propter oportet,ꝙ repercutias in hepate,& reſoluas cautius,& cum minori audacia,quam in illis. Cõpoſitæ ſunt medicinæ,quæ ex prædictis componuntur, ad vnamquamq; intentionem proprijs,quæ ſequuntur. Deſcriptio emplaſtri reſoluẽtis apoſtemata hepatis: laudabile,& expertũ. Rec. ſtyracis,ceræ,danich.iiij.vini,co *Emplaſtrũ reſoluẽs apoſtemata epatis.*
trylas.ij.s.liquefiat cera,& oleum,& miſceãtur cum eis;
Aliud ad idem. ℞. lilij,amomi,folij, ana danich.j. ſtyracis, ceræ. ana danich j.olei de arbore maſtic. quantũ neceſſe eſt.Aliud. ℞. aloes,vnc.iij.maſtic.vnc.j chamæmilę,& meliloti,ana vnc.vj.olei de lilio, quantum ſufficit. *Aliud ad idem.*
Aliud reſolutiuum,& confortatiuum. ℞. croci. vnc.iij. bdellij,vnc.vij.ſordes vrceoli;vnc.iiij.amomi, ſpicæ romanę,carpobalſami,ana vnc.vj.olei de lilio,quantũ ſufficit,Aliud reſolutiuum,& proprie ei quod indurationi eſt proximum & confert in doloribus ſplenis,& renum ℞.ſquillæ aſſatę,lilij cęleſtis,aſari,dauci,ſeminis apij,anisi,ſpicæ aromaticæ,caſſiæ, caſtorei, calamenthi montani,& fluuialis,cymini,acori,pyrethri,piperis lõgi,nucis muſc.amomi,apij,euphorbij,ſeminis althęæ,ſtęchados, polij,ſiſeleos ſeminis rutæ,ſem. fœnic. corticum radicis cappar.ariſtol.rot.cinnamomi groſſi,zingib. baccarum lauri,ſeminis hyoſciami albi,coſti,ameos,ſeminis carui, omnium,ana partem vnam. Conficiãtur cum melle deſpumato,& applicetur,poſtquam applicatum fuerit ſufficienter emplaſtrum de mucilaginibus. *Aliud emplaſtrum reſolutiuum.*

Medicamen aliud factum ex allijs campeſtribus. ℞. alliorum,gentianæ albæ,eupatorij,coſti,ariſtol. cheiſin. ſiſeleos,piperis longi,ana danich,iiij.ſeminis apij,aſari, meu,phu,nucis muſca.ameos, aniuden nigræ, ana danich.xv. caſtorei,& aquę roſa.ana danich. xij. ſoluantur omnia iſta cum vino,& allia terantur,& immiſceantur cum melle, & approximentur in modum cataplaſmatis. Inquit Iſaac, ſi apoſtema fuerit ex percuſſione,vel caſu,vel collifione,prędcedente phlebotomia, dentur rhabarbari,dra.ij.cum vino,vel ſero caprino. Et rubęę dra.j.cum vino & ariſtolo.rot. dra.j. cum aqua calida. Et ſi infirmus patiatur in hepate calorem, damus, balauſtiã, bolum armenum,cum aqua arnogloſſę, vel ſucco ſolatri. Puluis valens ad percuſſionẽ hepatis,& caſum. ℞. balauſtiarũ,violarũ,myrtę,boli,amydi, ana drach.iij. ſanguinis draconis,laccę,ana dra.j.s.doſis,dra.j.cum apozemate de roſis,maſtic.& arnogloſſę. Medicamẽ Aſclepiadis factum cũ melle, ipſum namq; expertum eſt conferre pro *Medicamẽ aliud ad idẽ*

Puluis ad percuſſionẽ hepatis vel. lis.

Medicamẽ ad idem.

se propter illud,quod in ipso est de speciebus medicinarum valentium ad illud, secundum conditiones suas, quas diximus. Rec. chamæpityos,& prassij,seminis apij montani,gentianæ,seminis agni casti,fellis vrsi,seminis cucumeris, scolopendriæ, radicis opopanacis, amylorum,lilij, rubeæ, seminis caulis, aristo. piperis, spicæ indæ,costi,seminis apij hortulani,& erucæ,herbę iudaicæ, polij, apij, eupatorij, granorum iuniperi, ana partes æquales, terantur, & conficiantur cum melle,dosis pondus auellanæ cum vino.

De inflatione hepatis. Cap. 9.

INflationis hepatis modum,causam,& locum,habuisti in præcedenti cap. Et generaliter causas, & signa eius,atque curam ex dictis supra in cura inflationis stomachi poteris comprehendere. Illuc ergo recurre,& cum proprijs intentionem complentibus operare,quæ tibi narrata sunt superius. Et siquidem fuerit in fimo cum clysteribus,cibis, & potibus operari magis. Si vero in gibbo, cum diureticis,intus, & cataplasmatibus exterius magis. Si in vtraque parte cum vtrisque, & febris superueniens est cura vtriusque, cum coniumat inflationis causam.

De dolore hepatis, & hypochondriorum. Cap. 10.

Capi. 10. INquit Hipp.quibuscunque dolor fit circa hypochondria sine phlegmone,febris his superuenięs soluit dolorem,qui est antecedens actionis læsæ ipsius sequens ꝑdictas ægritudines eius. Et est grauatiuus,sed non fit vehemens,nisi cum apostemate calido,aut ventositate,& similatur dolori hypochondriorũ; differt tamen ab illo, vt superius dictum est. Qui cum fuerit in hypochondrijs quandoque ex proprijs,quandoque ex communitate hepatis,cum est in dextro, quandoque ex communitate splenis cũ est in sinistro, quandoque ex cõmunitate diaphragmatis,& est in vtroque: & quandoque ex communitate ad costas apostematis in lacertis,& quandoque ex communitate totius, vt cum accidit in febribus, & cum tensione multiplicatus in pestilentialibus,& quandoque accidit propter apostemata intrinseca alia, & quandoque accidit in crisibus cum materia tendat ad inferiora, vt egrediatur per ea. Et quandoque accidit etiam propter tensiones spasmosas sequentes malitiam complexionis. Causas,& signa eius,locum,& curam ex iam dictis in hac summa,& supra in dolore stomachi poteris comprehendere. Illuc ergo recurre,& canones illos istuc reducas,et compleas cum administratione propriarum medicinarum hepati, quæ superius hic sunt narrata,naturam hepatis in omnibus attendendo.

Et ex medicinis specialibus in dolore hepatis,in quibus ĩducia est habenda sunt simplices,& cõpositæ. Ex simplicibus vero,est absinthiũ emplastratũ cum oleo de alchanna, vel decoctũ in oleo simplici secundũ Gal. & cum oleo chamęmelino in hypochondrijs. Trochisei de rhabar.cũ descriptionibus prędictis diuersis in antidotario nostro. Confectio de rhabar.& diacurcuma. Confectio meu, solutiua de cordumeni,& de cæsare, athanasia minor. Et cõfectio Asclepiadis dicta supra. Ex expertis est succi foliorum psici,vnc.ij. cũ syrupo acetoso,aut decoctio eorũ cũ rhabar.drac.s. croci. scrup.j. & seminis apij,& fęnic.ana drach.s. Et Gal.vidit in somno,ꝙ phloboromia arteriæ inter policem, & indicẽ existentis curat doloręẽ eius. Confectio medicaminis ad dolorem hepatis experti. ℞. ros.dra.iiij.spicæ,mastic. ana dra.ij. succi eupatorij,absinthij, laccæ, rhabar. croci, superiorum corticum squinanthi, rubeæ tinctorum, asari, trium seminum,xyloaloes crudi,ana dra.j.xylobal.drach.s.

Confectio medicaminis ad doloręẽ cũ solutione ventris. ℞. fęcis vini decocti, laccæ, spicæ, rhabarb.ana aur.j. scoriæ ferri drach.viij. bibantur de eis puluerizatis permistis,drach.ij. cum vnc.ij. aquæ coriandri. Et ex emplastris est emplastrum de cordumeni, de meliloto, de euphorbio,& similia sunt meliora. Et regimen,& dieta sunt extenuatiua. Confectio trochiscorum Azensis frigidorum ad dolorem hepatis. ℞. foliorum mezereon tritorum, agarici, myrob. cytrinorum, serapini, ana drach.v. ireos drach.iij. succi eupatorij, spicæ,ana aur.ij. Conficiantur cum melle. dosis,à drach.iij. vsque ad iiij. Confectio trochisci Azensis calidorum ad dolorem hepatis fortem. Rec. mezereon, chalcucecaumenon, stercoris columbini, ana æqualiter, & quarta pars harum euphorbij. Conficiantur cum iuleb, dosis drachm.ij.s. Aut cum syrupo violato informentur pilulæ de quibus in potu tribuantur cum aqua passularum decorascenti. Sitque cibus eius esca, aut cibus cum sumach. aut acetum cum oleo,aut syrupus acetosus. Confectio ad dolorem hepatis calidum. Rec.azensich drach.v. seminis citri,endiuiæ, portulacæ, fœnic. ana drach ij.s. succi liquiritiæ,drach j s.rosarum, drach.j. fiant trochisci cum aqua rosata,& dentur in potu cum syrupo acetoso,aqua endiuiæ, & aqua solatri,vel absinthij. Serapio. Confectio pilularum de eupatorio ad dolorem hepatis, ictteritiam, & feb. iuuatiuarum. Rec. aloes, succi eupatorij, myrob.cytrinorum, ana partes æquales. confice cum aqua apij. Iudæus. quando ex grossa ventositate fuerit dolor hepatis intrare tinam decoctionis absinthij, florum chamæmillæ, & squinanthi est vtile valde, si feb. & apostema non adsint. Et ex proprijs ad idem est spongia infusa in aqua decoctionis absinthij, eupatorij, squinanthi, anisi, acori, & spicæ. Et emplastrum ex absinthio,& oleo ros. in principio,& proprie vbi timetur apostema,& in principio cum cerato facto ex eo,& oleo de alchanna, vel stercore caprarum montanarum,& oleo facto emplastro secundum Abuhali.

Trochiscꝰ ad dolorem hepatis.
Alij trochisci calidi ad dolorem hepatis fortẽ.
Cõfectio ad dolorem hepatis calidum.
Pilule de eupatorio ad dolorem hepatis,& ictteritiam.

De debilitate hepatis. Cap. 11.

DEbilitas hepatis est læsio virtutis,& actionis naturalis ipsius, sicut dolor est læsio virtutis,& actionis eius sensibilis. Simpliciter autem, & specialiter sumi potest; & quid sit vtroque modo sumpta, & causæ eius,quæ sint extrinsecæ, & intrinsecæ, & quæ propriæ sunt ei, & ex communitate aliorum membrorum vicinorum,vt fellis,& splenis; & remotorum,vt stomachi, intestinorum,tenum, veficæ,& spiritualium, vt cordis, pulmonis,& diaphragmatis: & animalium,vt cerebri; & totius corporis,vt in febricitantibus,& algoratis,& resolutis corporibus, & etiam membris currentibus ex eis ad ipsum, & quibus maxime, & plurimum contingat ex causis supra capitulo de debilitate stomachi habes,& specialiter sumpta poteris colligere ex generali.

SED SIGNA ipsius habes sumpta, vel simul,necnon,& causarum eius in speciali, prout ea variat ipsius natura, à natura stomachi diuersa inuestigando sic vnicuique applicabis. Nam si quidem debilitatem hepatis quis absolute,& simpliciter patiatur,quem Galen.hepaticum appellauit, signa erunt mutata qualitas ad citrinum,vel albedinem, vel viriditatem, & quandoque ad fusciditatem, prout supra in signis complexionum stomachi,& hepatis fuit dictum. Cum enim color corporis ex rubeo,& albo fuerit admistus,sanitatem eius significat. Et excuntia,scilicet vrinæ,& egestio mutata secundum plurimum propter illud, quod supra dictum est,& naturalis in colore citrino, vel pallido,rubeo,vel glauco in substantia subtili,grossa, & aquosa,& sedimine multo, vel pauco secundum diuersitatem facientis causæ,& etiam actio læsa,nam plurimos eorum,qui debilitatem habent in suo hepate, concomitatur, & proprie,cum penetrat cibus,dolor leuis extensus vsque ad crura. Si vero debilitatem patiatur specialiter, & principaliter digestionis ipsius,signa erunt,quoniam sanguis egrediens in phlebotomia erit aquosius,quoniam membris non vnitur,nec assimilatur; quare inflammatur,& propriæ facies, & oculi. Etiam vrina, & egestio secundum plurimum est,sicut lotura carnis, quoniam non separatur aquositas à sanguine, sed transit sanguis cum ea,

Hepatici pa. ęna. 3. de loc. affec. cap. 7.

Medicamẽ experti ad dolorem hepatis.

Confectio ad idem.

Cõfectio medicaminis ad dolorem hepatis cum solutione ventris.

vel

vel ſubtile eius,niſi illud ex debilitate retentiuæ ſit,quæ tandiu non retinuit,donec digeſtiua perfecte cibum in ſanguinem alteraret. Et ſigna debilitatis digeſtionis quando eſt principalis, & quando eſt ex peccato adminiſtrantium,ſupra de debilitate ſtomachi habuiſti,aut quia generatum ſanguinem totum continere non poteſt,ſed pars aliqua egreditur non retenta,cum vrina,vel egeſtione,vnde ſequitur, ſicut dixit Gal. fluxus ſanguinis,& proprie vrina ſanguinea. Inquit Abuhali,& eſt præterea cum ægritudinibus acutis ſanguineis,vrina ſicut ſanguis ipſe emittitur apertione venæ in ea non exiſtente, ſignificat repletionem ſanguinis ſuperfluam,& talis fluxus longus in proceſſu non mutatur,& fit in habente complexionem calidam cholericus, virulentus: deinde ſicut fex, & ſicut ſanguis nigrefactus,aduſtus. & in habente complexionem frigidam fit ſi eſt ſanguis nigreſcens congelatus,differens ab aduſto in multitudine, opacitate, & obſcuritate nigredinis, & doloris priuatione, & perueniunt ambo ſimul ad fluxum diuerſorum colorum in fine, & illud oſtendit,quòd digeſtio ſit mutata ad corruptionem. Quod ſi egeſtio fuerit alba,& vrina proprie alba tranſlucens,erit ſignum,quòd eius digeſtio omnimode ſit ablata, vnde debilitas corporis ſequitur multa,nec erunt ſigna ſuperfluitatis.cum nó ſuperfluere poſſit,vt ſupra de debilitate ſtomachi eſt oſtẽſum.

Debilitatem autem attractiuæ ſpecialiter, & principaliter ſignificat egeſtio chyloſa, niſi ſit propter oppilationem meſaraicarum, cuius ſignum diſtinctiuum eſt, quoniam in oppilatione earum citius egrediatur chyloſa egeſtio,& eſt groſſior propter ſubtile chyli,quod tractum fuit ad hepar, groſſo nequeunte penetrare, & eſt minoris quantitatis propter hoc. Et quando cum hoc fuerit vrina tincta, ſignificat quod nocumentum eſt in attractiua tantum,non in digeſtiua: vrina enim eſt magis ſignificatiua debilitatis digeſtiuæ; egeſtio autem magis attractiuæ. Et certificat debilitatem digeſtiuæ,debilitas corporis; debilitatem vero retentiuæ ipſius ſpecialiter,& proprie ſignificat, quam ab hepate feſtinat expulſio cibi,quoniam ad debilitatem vnius ſequitur fortitudo alterius,& è conuerſo,vt ait Gal.quo expulſo,antequam fiat humorum generatio, ſequitur ſuperfluitatum trium minoratio non tantum humorum, & etiam vrinæ,& tinctuæ eius, & etiam tinctura egeſtionis minoratur,quoniam cholera non generatur, quæ tingat,& minoratur etiam neceſſitas ſurgendi ad ſellam, cum cholera non tranſmittatur ad inteſtina, quare perducit quandoque ad colicam, & melancholia cum non generetur,ad ſplenem non tranſmittitur,nec ad os ſtomachi, vt excitet appetitum,quare minoratur. Et apparent ſigna debilitatis digeſtiuę ex debilitate ipſius,& ſunt quia nutrimentum perueniens ad membra eſt illaudabile, imperfecte digeſtum,& aquoſum,quare non bene vnitur,nec conuertitur in membra, ſed ſuperfluens in eis cauſat inflationem cum mollitie, & calore ſubalbido. Et quandoque perducit ad hydropiſim. Sed ſigna cauſarum debilitatis abſolutæ,& ſpecialiter ſumptæ extrinſecarum, & intrinſecarum, & propriarum, & ex communitate exiſtentium,ex ſignis prædictarum cauſarum eius cognoſcere poteris,necnon,& curam.

CVRA. Ergo intuere illic,& illa reducas in hunc locum, & prout oportet curam cum proprijs operare prædictis ſimplicibus,& compoſitis,& quæ hic ſubiungemus cum auxilio Ieſu Chriſti omnipotentis,cuius nomen ſit per infinita ſecula benedictum. Medicamen bonum ad debilitatem hepatis. Abuh. Rec.laccæ ablutæ,ariſtolochiæ,aloes,ana drac.iij. ſucci eupatorij, ſeminis,fenic. & atriplicis, ana drachm.v. abſinthij romani, drach.vij.ſeminis endiuiæ,& anethi, ana drach.v. ſemi. apij,drach.iiij.fiant ex eis trochiſci,aut ſuffuſ. Aliud medicamen Gal.expertum. Recipe paſſularum enucleatarum aur.xxv.croci,aur.j. & s.calami arom.aur.ij.bdellij iudaici,drach.ij.s. cinnamomi aur.j. caſiæ, aur.s. ſpicæ, aure.ij. ſquinanthi aur.ij.s. myrrhæ aur.iiij. gummi albotin, aure. iiij. darfeſahan, aur.ij. mellis, aur. xvj. vini quantum ſufficit. Et quandoque imponitur in ipſo opium,& ſemen hyoſciami, cum aſſociata eſt debilitas caliditati,& propter hoc philonium conuenit. Et æſtimauit Gal. quòd hoc medicamen eſt ex conuenientibus ei cum ſuis proprietatibus. Euaporatio conferens valde. Recip. cinnamomi, caſiæ, ana vnc.s. ſpicæ,drach.j. ſubſtantiæ abſinthij,eupatorij,ana drach.v.bulliant in vino odorifero,ſtyptico,in quo ſint commiſtæ tortellæ,& addatur olei de neriden,vnc.j. & infuſa lana, fiat euaporatio ſi debilitas ex cauſa fuerit frigida. *Si* vero ex calida, fiat hoc. Rec.endiuiæ cum radicibus. M.j ſandali vtriuſque,ſpodij,ana drach.ij. cuſcutæ, florum abſinthij, ana drachm.vj.bulliant in aqua roſ. cum ſucco granatorum muzorum,vel parum aceti, & prædicto modo fiat euaporatio, Emplaſtrum bonum ad idem,in cauſa calida. Rec.roſa. præputiorum vitis albæ, cymarum rubi, ana M.j.violarum,vnc.s. ſpodij, ſandali, endiuiæ, florum ſquinanthi,ana drach.ij.& confice cum oleo roſa. & cera. Emplaſtrum bonum in cauſa frigida. Rec.cyper. maſtiches,ſpicæ,thuris,galliæ, nucis cupreſſi,ana vnc.s.cymarum ſquinanthi, aniſi, fœniculi, apij ſeminis,ana vnc.iij.muſchi drach.j.aceti vnc.j.ſucci eupatorij vnc.ij. olei de rhabarb. & ceræ quod ſufficit, & quandoque additur aloes. Inquit Abuha.cum vides impreſſionem debilitatis hepatis peruenientem ad digeſtionem,conforta cum his,in quibus eſt ſtypticitas, & caliditas cum menſura,& aromaticitas. Et ſi in eis maturatio ſit,ſicut ſunt medicinæ compoſitæ ex his, vt ſpica, folium, nux muſchata,coriandrũ,vel cardamomum, maſtiche,calamus aroma. cyperi, & ſimilia. Et ſi fuerit perueniens ad retentiuam,adde in ſtypticitate,& minue de calefactione, aut cõforta huiuſmodi medicinas cum medicinis compoſitis ex eis, cum infrigidatione, ſicut ſunt balauſtiæ, roſæ,hypocyſtis,& ſimiles. Et ſi peruenerit ad attractiuam,conforta cum eis, in quibus eſt parua ſtypticitas ea menſura,quæ conſeruet virtutem hepatis,& ſit in eis caliditas, & aromaticitas, quæ ex prædictis eligere debes ſimplices, & compoſitas ſecundum modum approximatas ſtudendo in apertione oppilationum. Et ſi peruenerit ad expulſiuam confortabis cum calefacientibus aromaticis,& humectãtibus. Et calefac renes,ſplenem, & viſcera, & aperi oppilationes; his prædictis medicinis obuiabis malitiæ complexionis,à qua plurimum debilitas abſoluta, & ſpecialis prouenit. Et quia ex omni malitia complexionis prouenire poterit,ſtudebis ipſam cognitam cum prædictis alterare, & cum diæta extenuatiua,vel reſumptiua ſibi, prout oportet, & ibi proſpera inuenies, ſi Chriſtus voluerit. Galen. electarium valens ad debilitatem hepatis, mundificat canales eius, & fellis,& ſubtiliat humores; prouocat vrinam,confortat hepar confortatione magna. Recipe ligni aloes,roſarum,ſpicæ nardi,cinnamomi,ana drach.ij. laccæ,rhabar.garyoph.ana drachm.s. aſari,ani. maioranæ,maſtiches,granorum balſami,ana drachm.iij. phu,meu,ſquinanthi,ſpodij,ana drach.j. chamæpithyos, cuſcutæ,ana drach.j.s. Conficiantur cum aqua, ſyrupo de ligno alo. aqua roſa,& zucch. Doſis,à drach.j.vſque ad ij.

Euaporatio bona ad idem.

Alia ad idē cum ſi ex calida cauſa.

Emplaſtrū ad idem.

Electarium ad debilitatem hepatis.

Medicamē ad debilitatem.

3.ſicul. naturalium.

De cachexia,& eſt qualitas mutata. Cap. 11.

CAchexia ſecũdum Ariſt. generaliter ſumpta eſt mala corporis diſpoſitio, quam ſequitur ægritudo. Specialiter autem eſt mutata qualitas,ſeu habitudo corporis antecedens hydropiſim. Cuius cauſa mediata eſt debilitas hepatis, & proprie digeſtiuæ eius,cuius cauſas immediate præmiſimus. Cum enim debilitatur ipſius digeſtiua,ſanguinis generatio fit phlegmatici,& aquoſi; cum digeſtio ſecundum Galenum inſpiſſando procedat,qui membris non vnitur,vt ait. Gal. quare remanet in facie ipſorum,& ſuperfluens habitudinem ipſorum immediate naturalem permutat, alterat, inflat,& tunc dicitur cachexia. Et cum ſuperfluit, ita quòd phlegma, vel aqua,adeo vincat in ſanguine,quòd natura ſegregare nequeat,ſed tranſeat cum ſanguine ad membra,& in eorum

Cachexia quid.

4.deter. cap. in acu. cõ.4.

rum vacuitatibus aggregetur, sequitur hydrops, differens à cachexia in quanto eius, quod est ex toto genere præter naturam. Et cognoscitur ex permutatione coloris corporis, & faciei ad albedinem, & citrinitatem, & apparet inflatio in palpebris, & extremitatibus manuũ, & pedum, & quandoque spargitur in totum corpus, ita, vt fiat sicut massa, in qua impressiones dimittunt vestigia, & concauitates. Et quandoque appetitus multiplicatur propter phlegmatis acris multiplicationem ex debilitate digestionis. Et quandoque debilitatur appetitus, & crescit sitis, cum digestio corrumpitur in processu, & serosæ, & nitrosę superfluitates veniunt ad stomachum, & accidunt tunc vigiliæ, & in commissuris, & in gingiuis caliditas, & pruritus propter vaporem corruptum ascendentem, & minoratur vrina, & sudor, & multiplicatur ventositas, ex qua accidit inflatio in mirach, & descendit, & inflatur bursa testiculorum, & cum accidit in eorum corporibus vlcus, fit difficilis consolidationis propter complexionis corruptionem, & humiditatis abundantiam.

CVRA Cachexiæ, est duæ res. Vna est hepatis confortatio, & digestiuæ eius proprie, necnon, & aliorum, scilicet stomachi, & membrorum, vt materiæ non generentur. Alia est exiccatio generatæ humiditatis multiplicatæ in sanguine. Primam rem complent, quæ in præcedenti cap. habuisti, & in cura debilitatis stomachi, & digestiuæ eius, illa ergo per te videas. Secundam rem complebis cum his, quæ in cura malæ complexionis stomachi humidæ, meri, & hepatis diximus, & specialiter, & proprie cum euacuationibus humiditatum per omnem regionem conuenientem ei, puta per secessum, & hoc cum clysteribus, & absterſiuis, cum aperitiuis, subtiliantibus, & incidentibus, & confortantibus, & soluentibus in principio cum facilitate, Deinde cum fortioribus, quæ sunt ex prædictis nota, cum pharmacijs, & proprie ex hiera Gal. factis, si caliditas fuerit mista, vel cum hieris magnis, scilicet colocynthidis, propter phlegma, & hieralogodion, ruffina, & alijs. Mundificant enim hæc sanguinem, & membra prædicta à superfluitatibus absque humiditatibus inanitis. Phlebotomia in hoc locum non habet, nisi raro, scilicet cum debilitas fuerit ex repletione sanguinis, vel retentione, & proprie menstrualis in mulieribus, & hæmorrhoidalis in viris, & tunc in principio locum habet, antequam debilitas crescat, & in pauca quantitate, & dispartita, donec compleatur indigentia, & virtus melius toleret, & cum vomitu prouocato cum his, quæ materiam respiciunt propriam, quæ superius in cura stomachi dicta sunt. Et cum prouocantibus vrinam hic supra in cura oppilationis, & apostematis hepatis dictis, & sudorem prouocantibus, vt sunt vnctiones, potiones, & balnea naturalia thermarum, & artificialia sicca non humida, frictiones, & exercitia, supra in cura stomachi dicta, & cum regimine exiccatiuo in omnibus non naturalibus rebus superius declarato, quæ omnia infra in cura hydropisis, serosæ specificata subiungemus duce Christo.

De hydropisi. Cap. 13.

Varia hydropisis nominationes.

HYdropisis vario modo notificatur. à Ioannitio enim quod sit mala complexio humida, materialis: ab Abuhali apostema aquosum, vel ægritudo malæ compositionis in quantitate superfluitatis magnitudinis membrorum: à Galen. quòd est dispositio, vel mala qualitas, seu habitudo corporis sequens peccatum digestionis, & vnionis actus nutritiuæ virtutis. Nec mirum, cum secundum eum nihil mirandum: eadem signa tres habere rationes in differentibus habitudinibus, & sana, & ægra, & neutra dici. Similiter eandem ægritudinem diuersis considerationibus in diuersis generibus ægritudinum, & diuersis præter naturam rebus reponi non est mirabile. Cuiuscunque autem generis sit, tres sunt eius species, scilicet ascites, hyposarca, & tympanites; hyposarca vero, anasarca, & leucophlegmatia synonyma sunt

Hydropisis species 3.

E speciei secundæ. Eius autem causa duplex est, communis, & propria vnicuique speciei. Communis est quincuplex materialis, localis, efficiens, formalis, & finalis. Materialis est materia frigida de genere phlegmatis, aquosa, vel ventosa. Localis est vacuum ventris inter zirbum, & siphac, in quo materia prædicta colligitur, aut spongiositas membrorum corporis vniuersi. Efficiens est triplex coniuncta, antecedens, & primitiua. Coniuncta est duplex, vere, & quasi. vere, coniuncta est materia ipsa frigida membra alterans, & in tumorem eleuans, quasi coniuncta est debilitas hepatis, & digestionis eius continue istam materiam regenerans; dicente Gal. omnis hydropisis causa propter infortunium sanguificationis est fiens. Antecedens est mala dispositio hepatis, & aliorum membrorum digestionis de genere malæ complexionis puræ, vel humoralis ex se, vel vicinitate: solutio continui, & apostema habens efficere nocumentum in digestione. Primitiua est omnis causa exterior nocumentum in digestione imprimens, & debilitatem maiorem, quam in cachexia prædicta, quæ superius dictæ sunt hic, & supra de cura debilitatis stomachi, & digestionis eius. Causa autem formalis, est sua essentia habita per notificationem ipsius, Causa finalis est, vt destruat totaliter digestiuam hepatis, & ad interitum perducat, & plurimum ita est cum fuerit antiquata, & confirmata, & proprie asclites, deinde tympanites, deinde hyposarca, vt infra. Causa autem propria vnicuique speciei rum eius ex varietate causarum prædictarum potest assumi. Cum enim hepar, & digestiua eius fuerit debilitata principaliter, non tamen multum, quia generat sanguinem, sed phlegmaticum, qui transiens ad membra digestionis tertiæ infrigidata, non perfecte coquitur, nec in sanguinem conuertitur purum, sed in phlegmaticum potius, quare eis non vnitus, sed superfluens, eorum spongiositates replet, & cum non possit resolui, & multiplicatur, & ea eleuat in tumorem, & tunc efficit hyposarcam, quæ cum à debilitate digestionis minori procedat, & causam coniunctam, & diffusam habeat in omnibus membris, minoris periculi erit. Et licet aquositas, & ventositas sint diffusibiles magis, quam phlegma per omnia membra, tamen quia sunt faciliter solubiles, ita diffusæ, & non permanent, hyposarcam generare non valebunt, sicut phlegmaticitas ipsa. Cum vero hepar, & digestiua ipsius fuerit debilitata principaliter, & in se, & fuerit augmentata valde, & perfecte, adeo quòd non generet sanguinem phlegmaticum, vt prius, sed omnino eius contrarium, quod est aquositas quædam superabundans multum in sanguine pauco, nec possit sequestrari ab eo, & expelli, & ad consuetas regiones, aut propter debilitatem expulsiuæ hepatis, & attractiuæ renum, aut propter multitudinem, & abundãtiam eius, aut propter viarum obstructionem, nec membra illam trahant, cum abhorreant, remanens in hepate, cum natura sibi illam nequeat sustinere per resudationẽ quandam per poros velaminis eius transit in vacuum ventris, & ibi colligitur, & tunc efficitur vera, & propria hydropisis, quæ asclites dicitur, quæ est aquositatis collectio. Et quia materia eius, quæ est causa coniuncta simul collecta est, & à causa maiori, & quasi perfecta debilitate procedens, ideo magis periculosa dignoscitur, ex eo quoque quia spiritualibus est magis coniuncta. Cum vero debilitas digestionis incipit in stomacho, & propter aliquam suarum causarum, fueritque caliditas stomachi, & inteſtinorum debilis in se, vel licet in se fortis, debilis tamen respectu cibi, quia fuerit grossus, viscosus, vel naturaliter ventosus, multiplicabitur ventositas in eis cum aliquali humiditate propter diminutam decoctionem cibi, quæ transiens ad hepar non corrigitur in eo propter debilitatem ipsius ex compassione grandi ad stomachum, sicut supra de debilitate stomachi auctoritate Gal. est dictum. Et cum hoc non possit expelli aliqua prohibẽte causa, nec natura valeat tolerare ibidem, subtilitate sua penetrabit per poros velaminis in vacuũ ventris, & ibi faciet inflationem, quæ improprie, & abu-

Causæ communes.

5. de loc. affl. cap. 7.

Propriæ.

siue

siue dicta est hydropisis ad similitudinem tumentis ventris in hydropisi; proprie tamen à modernis dicitur tympanites à proprietate tympani, quod percussum resonat propter repercussionem aeris per pellis extensionem; ab antiquis vero sicca dicitur hydropisis, cum vētri non insit aquositas aliqua, de qua sit curandum, immo ventositas sicca, quæ à caliditate processit, & hydropisis vera à frigiditate procedat, vnde Hipp. ipsam hydropem nominauit siccam, quæ cum à debilitate minori digestionis procedat, & caliditate minus deficiente, quam ascites, & maiori, quam hyposarca, & causa eius cõiuncta sit magis resolubilis, tenebit mediũ in inferendo periculum, & mortem inter prædictas species eius.

Signa. hydropisis quoque signa habet communia, & propria, Communia vero sunt duplicia, quædam sunt communia speciebus, inquantum huiusmodi, & quædam sunt communia eis, inquantum ex communibus causis procedunt. Prima sunt ex parte qualitatis mutatæ, quia coloris alteratio ad citrinum, pallidum, viride, seu nigrum, & inflatio palpebrarum, & oculorum propter causam superius dictam, inflatio extremorum, & proprie pedum propter elongationem à fonte caloris propter motum, & situm eorum infimum, & propter materiæ grauitatem, & seb. tepida plurimum. Et sunt alia ex actione læsa, vt finis clamosa, à qua non euacuantur, cuius causa est triplex. Prima est propria passio stomachi, & nutritiuorum ex qualitate nitrosa, & acuta aquositatis collectæ in eis, quæ inflat, & exiccat ea. Secunda est compassio eorum ad spiritualia, & est constrictio anhelitus, & inflammatio spiritualium ex vaporibus ascendentibus, vt in ascite, & tympanite, sicut dixit Gal. vel propter materiam crudam in spiritualibus aggregatam, sicut in hyposarca. Et tertia est, quia potus aquæ non penetrat ad membra exiccata, vt ponit Abuha. propter oppilationem, quæ præcedit, vel concomitatur plurimum, vel sequitur necessario. Et paucitas appetitus cibi, nisi accidat à frigiditate hepatis, vt cum prouenit ex potu aquæ frigidæ superfluo, in hora non sua. Et alia sunt ex exeũtibus à corpore. Nam in omnibus speciebus, & proprie in ascite minoratur vrina, & in pluribus dispositionibus rubet propter impotentiam sequestrationis ipsius à sanguine, & cholera rubra. non ergo oportet, vt iudicetur per tincturam vrinæ, & rubedinem eius, caliditas hydropisis frigidæ; nec cholericæ frigidæ, nec oppilationis ex frigidis humoribus, sicut nec per eius albedinem frigiditas febris acutæ, & phrenesis, vt ait Abuha. Et multoties accidit eis bothor, quæ eruptæ emittunt aquam citrinam, & multiplicatio egestionis sanguinolentæ, & proprie in hyposarca, & tympanite. Et breuiter signa communia speciebus hydropisis sunt communia signis cachexiæ, & eadem specie secundum plurimum: differentes tamen in quanto, sicut & causæ; si enim sint paruæ, demonstrant cachexiam præsentem, & prognosticantur futuram hydropisim: si vero augeantur, demonstrant hydropisim præsentem tantum. Communia vero si inquantum ex causis omnibus procedunt, sunt. Nam si fuerint ex propria hepatis passione debilitate ipsum, & digestiuam eius, signa sunt in eo incipientia, & perdurantia. Et si quidem sit mala complexio calida, & ægritudo acuta debilitans ipsam, signa sunt inflammatio, & febris plurimum tepida, quia ephimera propter dictam causam, sitis, amaritudo oris, citrinitas coloris, casus appetitus, vomitus cholericus, viridis, & citrinus, vrina citrina, non necessario propter causam dictam. Et si sit caliditas liquefaciens, signa erunt liquefactiones in vrina, & egestione, & anteceſſio vrinæ, & egestiones lauatiuæ, & virulentæ. Si vero mala complexio fuerit frigida, signa erunt contraria. Et si quidem causa debilitatis fuerit mala compositio, puta oppilatio, signa præcedent oppilationis prædicta. Si vero solutio continui, signa solutionis præibunt. Si etiam apostema, signa apostematis eius, iam dicta, & tussis. Si vero debilitas causa sit ex compassione ad aliud membrum, signa passionis membri illius præcedent, & debilitas erit variationem recipiens secundum intentionem, & remissionem illius passionis, &c. si quidem fuerit ex compassione ad animalia, & spiritualia, signa ægritudinum illorum præcedent. Si vero ad nutritiua, & alia, præcedent signa ægritudinum intestinorum, quia colica, & ileon. & si ex compassione ad renes præcedent signa ægritudinum renum diuersarum. Et si ex compassione ad splenem, præcedent signa ægritudinis splenis, scilicet debilitatis, & oppilationis plurimum, & color decliuis ad viriditatem.

Signa propria sunt etiam duplicia, quædam sunt propria vnicuique speciei, & quædam vnicuique speciali causæ. Prima sunt. nam in ascite sunt grauitas sensibilis cum tumore magno in vētre, & cum percutitur, non sonat, sed cum commouetur, auditur sonitus aquæ commotæ, & tactus eius est tactus vtris pleni aqua non inflati, & membra, & extrema in eo non fiunt grauia, & tumida sicut in hyposarca, immo si inflantur in principio eius in fine arescunt, & inflatur virga, & testes, & est paucitas vrinæ, & pulsus est paruus, frequens, tendens ad mollitiem propter humiditatem. Et quando ascites est eueniens subito post lapidem renum exeuntē absque causis in hepate manifestis, & alijs membris, & tunc scias, quòd vna duarum viarum, seu pororum vritidum est disrupta. In hyposarca autem apparet inflatio in corpore toto, & in extremis membris, & facie, & proprie oculis, & pressio cum digitis relinquit foueam in eis. Neque est de intentione in ventre eius, & fumine illud, quod est in ascite, & tympanite. Et secundum plurimum sequitur eam fluxus sanguinolentus, & lenitas naturæ tendens ad albedinem, & pulsus est magis mollis, quam in alijs propter diffusam humiditatem in membris, & brachijs. Sed in tympanite egreditur fumen, & vmbilicus multum, & tensio sine grauitate, & cum percutitur sonat, vt tympanum, non gurgulat, & membra extrema non sunt inflata; immo tendunt ad rarefactionem, vt est appetens eructationem, quæ iuuatur ex exitu vētositatis, & pulsus est longior, & durior, quam in alijs; immo est sicut spasmosus. Signa propria vniuscuiusque causæ, ex prædictis sunt manifesta, quæ per te discernas. Hydropisis quoque significationes, & iudicia habet propria, & communia. Communia, & ex parte antecedentium, & ex parte concomitantium, vel comitantium, & ex parte consequentium. Antecedentium scilicet causarum. Nam, quæ accidit à causa propria hepati, quæ plurimum est mala complexio, deterior est ea, quæ accidit ex cõmunitate, & compassione, & quæ ex compassione est, plurimum est ex lumbis, ilijs, renibus, &c. quæ accidit in ægritudine acuta deterior est, vnde Hipp. omnis hydrops in acuta ægritudine malum, infestatur enim febre grauedine, &c. dolore; consurgit autem ex lumbis, & ilijs, & etiam ab hepate. Ex parte comitantium scilicet circumstantiarum, nam, quæ cum similibus accidit leuior est in via generationis, periculosior vero via curationis. At, quæ ex causa calida prouenit periculosior est via vtraque scilicet generationis, eo quòd frigidus morbus existens à cõtraria causa procedit, & in membro calido scilicet hepate fit. Et via curationis cũ materia hydropisis, seu causæ coniunctæ exigat calida, & cura causæ quasi coniunctæ, scilicet caliditas contraria requirat, & frigida, & contraria est, & composita cura. Ex parte vero consequentium. Nam si superueniat fluxus, vel vrina educens materiam hydropisis de loco suo; bonum erit per viam signi, & cautæ. Si vero non, sed ex compassione aliorum membrorum fuerit, malum est. Item si tussis superueniat, malum signum. vnde Hipp. hydropicus si tussim habeat, desperatus est. Gal. enim ostendit compassionem spiritualiũ ad membra nutritiua ex materiæ exuberantia, & translatione ad spiritualia. Prima autem indicia sunt duplicia, scilicet comparationis, & absoluta. Comparationis sunt; nam ascites periculosior est, deinde hyposarca propter dictam superius causam. Absoluta vero sunt; nam si aqua conuersa in vaporem per vritides translata fuerit in vesicam,

Causa sitis hydropicorũ triplex.

Notandum.

In tertio prognosticorũ.

7. aph. 37.

ficam,vt multiplicetur vrina,vel per inteſtina in concauum eorum,&c. extra ducatur, ſolutio ſequitur ipſius
7.aph.54. aſcitis. Vnde Hipp. quibuſcunque inter renes,& ventrem phlegma concluditur, & dolorem præſtans, non habens exitum in ventre, his ſecundum venas in veſicam conuerſo phlegmate,id eſt aqua,ſolutio fit morbi. Et dicitur,quòd quandoque accidit habenti vlcera inteſtinorum,vt venter eius infletur, ſicut aſciti,propter effuſionem egeſtionis ad ventrem eius,& non moritur niſi in longinquo. Sed experientia dictat non eſſe verum cum illud mors antecedat,& proprie cum vlcus,& eruptio fuerint in ſuperioribus. Et multoties hepar impletur aqua, & fiunt in panniculo eius veſicæ, & cum rumpuntur currit aqua ad panniculum intrinſecum ſiphac,& venter impletur aqua, &c. moritur,ſicut dixit
7.aph.11. Hipp. in apho. & proprie ſi non fuerit educta. Et cauſa eſt,quam Gal. dicit,quod eſt: quia hæc aqua deterior eſt in ſua ſubſtantia aqua aſcitis,quare corrumpitur in ſpatio,& inficit vapore ſuo. Et,quoniam hepatis tunica ipſum cõtinens eſt corrupta. In hypoſarca ſi quidem diarrhæa ſuperuenerit fortis, ſoluit ægritudinem. vt dixit
7.aph.39. Hipp. In tympanite ſiquidem percutiatur venter manu, & reſonat ſicut tympanũ,eſt ſignum malum,& eruptio ventoſitatis per os,& anũ,ſi fit continua,& multa,bonũ.

Regimen ſiue cura hydropiſis duplex eſt, commune ſcilicet,& proprium. Commune autem communicat in re ei,quod conuenit cachexiæ,ſicut enim communicant in cauſa efficiente ſecundum rem,ſolum autem differebant in quanto; ita & in cura,quæ plurimum vertitur ad partem cauſæ,differunt tamen in quanto,Erit ergo regimen eius tres res. prima erit confortare digeſtionem,& membra eius debilitata,vt materiam non regeneret. ſecunda eſt materiam generatam euacuare,& tertia eſt corrigere accidentia. Primam complent res duæ ſcilicet adminiſtratio rerum abſcindentium cauſas debilitatis,& res,quæ confortare debent proprie membra digeſtionis,& totum corpus. Et quibus ſunt cibi,& medicinæ ſimplices, & compoſitæ ad ficcitatem decliues proprie,dicit enim Gal. Mala complexio humida præcedit,& ſequitur hydropiſis,ſicca autem præcedit,& ſequitur conſumptio,& macies,quorum omnium tibi ſuperius notitiam fecimus. Secundam rem complent duę res. prima eſt, quæ materiam illam habet educere per omnem euacuationis modum, qui eſt quadruplex ſecũdum Iſaac. primus eſt per reſoluiua ventris clyſterizata,& ſuperpoſita,& ſumpta, & prouocantia vomitum. ſecundus eſt per diuretica. tertius eſt per ſudorem prouocantia,reſoluentia,& euaporantia,exiccantia:quartus eſt per cauteria,& inciſiones,& phlebotomiam. Soluiua ventris, prouocantia vomitus ſunt, quæ educere habent phlegma,& aquoſitatem, ventoſitatem quoque extenuare,& reſoluere, quæ in noſtro antidotario ſunt deſcripta,& ſimplicia,& compoſita, vt ſupra in ſumma ſecunda huius. diuretica,& ſupra hoc capitulo de cura ſecundum vniuerſalem modum,& de cura oppilationis etiam dicta ſunt. Sudorem prouocantia ſunt frictiones, & vnctiones cum aquis,& oleis decoctionis rerum ſiue medicinarum proprietatem in hoc habentium. quas ſupra præcedenti ſumma cap. de cura apoſtemaris ſtomachi diximus. Et balnea ſicca aerea nõ aquoſa,niſi aquarum ſalſarum, ſulphurearum, aluminoſarum, & ſimilium: vt ſunt thermarum, & artificialiter conſtructa. Reſoluentia euaporantia ſunt frictiones multæ, & aſperæ,& cum exiccantibus,vt eſt baurach,ſal,nitrum,ſpuma maris,ſulphur,ſpõgia,& ſimilia. Et cum tubificantibus; vt tapſia,vrtica,ſtaphidiſagria,& ſimilibus. Emplaſtra,vnctiones,euaporationes ex rebus prædictis,& reſoluere habẽtibus,vt ſunt chamæmelum, melilotum, fœniculus,anethum, calamenthum, laurus,& alia ſimplicia ſuperius dicta,& compoſita in antidotario dicta, & ex eis eſt ſtercus vaccarum,& caprarũ montanarum, & limaciæ combuſtæ cum corticibus ſuis linitæ, & ſuperaſperſæ. Sepeliri in arena,& reuolui in ea,& ſub ſole ſtare,& iuxta ignem,ſeu olibanum intrare calidum ſufficienter,& exercitia temperata prout poterit ſuſtinere, & exiccantia,vt famis tolerantia, & ieiunia,abſtinentia à cibo brodiali,& humido,& potu proprie. Cauteria autem,& inciſiones ſunt de vltimis,& inciſiones ſunt proprie aſciti, & cauterizationes ei, & hypoſarcæ. In quibus omnibus ſic ſecundum ſpeciem diſtinctis,attendenda ſunt hæc, ſcilicet locus, quantitas, tempus, ordo, & modus,vt Ioannitius dixit.

In ſoluiuis enim eſt,vt incipias adminiſtrare ea poſt digeſtiuorum præmiſſionem, quæ eductiua ſunt phlegmatis,& aquoſitatis, & ventoſitatis; quæ ſupra in cura malæ complexionis hepatis,& ſtomachi cap.dicta ſunt: incipiendo à leuioribus in quanto, & virtute, & ſimilibus, & ſi expediat procedere gradatim ad fortiora, & cõpoſita,prout natura tolerare voluerit, & primo cum collyrijs,& clyſteribus,deinde dare per os, Et ſit eis admixtum ſtypticum aromaticum, vt eſt xyloaloes crudum,quod confert ad robur ſtomachi,& membrorum, quæ ſunt minera virtutum,& à malitia talium pharmacorum defendat, propter quod debent rectificata adminiſtrari,prout in proprio loco diximus,ſitque hora quietis,& non febris, & damus per interualla, & in medio tempore aliquod digeſtiuum, & aperitiuum detur. In prouocatiuis autem vomitus oportet, vt fiat cum proprijs educentibus phlegma,& aquoſitatem eius cum aqua raphani primo, deinde cum elleboro,& alijs; quæ ſupra diximus in libro,& antidotario noſtro,& ſit leuiter prouocatus ante cibum proprie, vel poſt,prout melius videbitur expedire. In diureticis vero oportet,quod incipiatur à debilibus, & ſimplicibus, & deinde procedatur ad fortiora, & compoſita, & ſint vehementer in trituratione ſubtiliata, vt facile perueniant ad gibbum eius,& membra vrinæ,poſt quæ oportet,vt adminiſtres aliquod de iuribus pinguibus, & proprie gallinæ, ne à fortitudine virtutis diureticorum, & proprie cantharidum vlcerentur membra, quod etiam dabis in die ſolutionis,vt incitatio multiplicata mitigetur,& omnia iura prohibentur niſi cicerum, galli antiqui, & gallinæ in hoc caſu. In prouocãtibus ſudorem oportet,vt poſt euacuationem cum ſolutiuis prædictis ſint approximata,& forti virtute exiſtente,vt ait Hipp. & proprie in balneo; ſimiliter autem & in reſoluentibus, & euaporantibus. Inquit enim Gal. euaporantia pharmaca multitudine exiſtente in toto corpore, particulis quibuſdam allata replent magis,quam euacuent,& vniuerſe corpori diſſoluendo magis, quam reſoluendo nocumentum præſtant,& ex eis exercitium eſt, quod magis conuenit hypoſarcæ; ſepeliri quoque in arena,& ſub ſole ſtare; vel circa ignem; & clibanum introire. Sed oportet,vt ſit illud in loco,in quo non ſit ventus, nec caput ſit diſcoopertum ſoli. In rubificantibus quoque oportet,vt in extremis applicentur,& coxis, & anchis,ſed parum eſt iuuamenti in eis. In emplaſtris autem, vnctionibus, & conſimilibus oportet,quòd attendatur proprietas,& locus,vbi apponantur. In hypoſarca enim in membris vniuerſi corporis. In tympania,& aſcite in ventre,& in omnibus in hepate,quæ alterent,& confortent. In cauterijs autem ſciendum,quæ communia ſint hypoſarcæ, & aſciti, ſed oportet,vt fiant poſt ſolutionem per tres dies,vel quatuor,& poſt abſtinentiam. Et fiat ſex cauteria. tria in latitudine, & tria in longitudine incipiendo à caſſo vſque ad fœmur. Inciſio. Sciendum eſt,quòd proprie eſt aſciti,ſed parum proficit,niſi in corpore valde forti,quod potens eſt tolerare exercitium temperatum,famem,& ſitim. Et fac vltimo cum alia non contulerint. & cum fit,non oportet,vt multum de aqua ſubito educatur, ne cadat virtus,ſed paulatim. Inquit Hippocr. Quicunque empyici,aut hydropici vruntur, aut inciduntur, ſanie, aut aqua multa, & ſubito educta repente moriuntur. Modus autem inciſionis ad extrahendum aquam; vt Aſirnius ait, eſt vt erigat ſe æger æqualiter ſi poteſt,vel ſedeat æquali ſitu,& comprimant ſeruientes latera eius, vt expellant aquam ad inferiora ſuminis, deinde adminiſtretur inciſio, ita vt menſuret

De cauteri-zandi modo & tempore.

6.aph.27. & 2.apho. 33.

Inciſionis modus.

inferiora

inferiora ſuminis, quantitatis trium digitorum coniunctorum, deinde incide ſi fuerit initium hydropiſis ab inteſtinis. Et ſi fuerit a parte hepatis fac inciſionem a latere ſiniſtro ſuminis. Et ſi fuerit à ſplene, incide à latere dextro ſuminis, & ſubleua ipſum, vt ſcindat ſiphac, deinde excorietur mirach vſque ad ſiphac parumper ad inferiora lateris ſciſſionis mirach inferius ſub foramine ſiphac, quatenus cum extrahitur canna, cooperiatur illud, & retineatur aqua propter diuerſitatem duorum foraminum, deinde intromitte in ipſam cánulam ęream. Cumque acceperis, fac ipſum iacere reſupinum. Et oportet, vt conſideres pulſum, & cum incæperit debilitari parumper, retine ipſam aquam. Cumque aquam extraxeris, & in fine extractionis remanſerit aliquid, tunc iam ſufficiet, vt laborent in ea medicinæ ſolutiuæ. Et quãdoque fiunt poſt inciſionem cauteria, quę diximus. Et quandoque fiunt in ſtomacho hepate, & ſplene, & in inferioribus ſuminis cauteria minuta. Et quandoque ſubtiliantur quædam, & faciũt currere aquoſitatem ad ſiphac, & veſicam quam faciunt cauteria, & incidũt illam, & faciunt currere aquam illam paulatim. Et eſt conueniens regimen ad illud, & adiuuat ad illud ſternutatio, & quod facit currere aquoſitatem ad inferiora. Et oportet, vt caueatur, ne veniat res cum ruptura. Et quandoque pungimus inflaturam teſticulorum cum acubus multis, vt aqua reſudationes habeat plurimas, & cũ ſolutionem ſuccedit dolor, & punctura, oportet vt adminiſtretur effuſio olei anethini, vel chamæmelini, & oleorum vicinorum. Et emplaſtra facta ex fœnugræco, ſemine lini, & althææ. Et effuſio, aquæ calidę, & olei ſufficit quandoque. In phlebotomia vero quæ inciſionis eſt ſpecies, ſciendum, quòd ipſa non cõuenit, niſi cum fuerit ex cauſa calida, & ex retentione ſanguinis conſueti euacuari, & cum ſignis repletionis, & proprie tunc conuenit in principio, dum virtus eſt fortis, & phlegma, & aquoſitas non vincunt in ſanguine multum, & proinde oportet gradatim, & cum trepiditate procedere in eo. In fine vero cum ſit econtra, negetur, ne ſubtrahat nutrimentum, & faciat excreſcere aquoſitatem, vẽtoſitatem, vel phlegma. Et eius competentia in hypoſarca eſt magis, in aſcite minus, in tympanite mediocriter, ſolutionis vero competentia magis in hypoſarca, & aſcite, minus in tympanite. Ait enim Galen. cum humor parum eſt a natura ſanguinis diſtans, phlebotoma audacter, cũ vero plus, verenter: cum vero plurimum, nequaquam. Manifeſtum autem, quòd phlegma eſt a natura ſanguinis parum diſtans, aqua vero plurimum, ventoſitas mediocriter, eum ex phlegmate generetur. Res corrigens accidentia eſt, quæ inſtat, & mitigat ea diuerſimode ſecundum eorum diuerſitatem, & pluritatem. Et eſt per antecedentia, & ſequentia nota. Proprium autem regimen eſt, quod cuilibet ſpeciei ipſius debetur cauſa ſi vniuſcuiuſque gerat auxilia propria, quibus prædictæ res communis regiminis in quolibet obſeruandi habent compleri.

De phlebotomia.

In hypoſarca ex cauſa calida.

Si ergo ſit eius ſpecies hypoſarca, & cauſa eius efficiens ſit calida cum ſignis prædictis repletionis, præmittatur phlebotomia ſecundum prædictũ modum, deinde ſequatur liberabit a præfocatione multitudinis, deinde ſequatur euacuatio minoratiua phlegmatis ex collyrijs, & clyſteribus, & vomitibus, digeſtiua ipſius ex ſyrupis de endiuia, & abſynthio, roſ. & alijs aperitiuis calidis mixtis cum frigidis ſupra in cura ſecundum modum vniuerſalem dictis, & trochiſcis, ſicut ſunt trochiſ. de roſis ſiccis, de alchechengi, de lacca, & de ſpodio, & ſimiles. Et alteretur hepar cum temperatis, vel frigidis parum excedentibus, vt ſandalis propter caliditatem eius. Deinde ſequatur purgatio cum rhabarbaro, & pilulis eius, aloe rectificata, ſucco roſ. & aqua myrob. citrinorum, & chebu. & agarico. Deinde reſoluatur, & euaporetur reſiduũ modis prædictis proprie cum balneo, & vnctionibus membrorum digeſtionis tertię, ex rebus habentibus cõfortare illa, & digeſtionem eorum, vt ſunt chamæmelum, melilotum, lupini, & folia citri, & alia calida temperate. Si vero cauſa eius ſit frigida, poſtponatur phlebotomia, & minoretur materia cum vomitibus, clyſteribus, & collyrijs proprie, quæ infra in colica (Spiritus ſancti auxilio,) dicturi ſumus. Digerat quoq; phlegma cum ſyrupo ſcilicet de eupatorio, de hyſſopo, de calamẽtho, & trochiſcis de rhabarbaro, de eupatorio cum aqua iuniperi, quod eſt proprium, & aqua radicum, & electarijs, vt eſt dialacca, diacurcuma proprie, & confortetur hepar cum temperate calidis ſuperius dictis, vt eſt oleum nardinum, de cinnamomo, xyloaloe, & compoſitis. Deinde purgetur cum agarico, elleboro albo, quibus ineſt virtus attractiua humorum ab extremitatibus corporis, & ſerapino, & proprie cum pilulis eius, & pilul. de rhaued. cum gummis, quas in antidotario noſtro deſcripſimus, deinde reſiduum reſoluatur, & euaporetur modis prædictis, ſi expediat; gradatim de ſpeciei leuiori ad fortiorem tranſeundo, & proprie cum balneis, & vnctionibus membrorum tertiæ digeſtionis ex rebus habentibus confortare illa, & digeſtionem eorum cum caliditate manifeſta, vt ſunt ſtœchas, amomum, ſandaracha, cordumeni, laurus, & ſimilia. Et diætentur ſubtiliter in vtraque cauſa, & cum ſiccis ad caliditatem declinantibus, vel frigiditatem, prout exigit diſpoſitio cauſæ. Si vero ſit ſpecies aſcitis, et conueniens regimen, eſt regimen exiccatiuum, & eductiuum aquæ citrinæ, quæ eſt cauſa coniuncta, & materialis ipſius ſecundum omnem modum dictum in communi regimine, & ſunt ea, quæ in noſtro antidotario enumerauimus, quæ ſunt de genere lacticiniorum, & aperientium vrinatiuorum. Et ſiquidem a cauſa frigida hepatis caliditatem naturalem extinguente fuerit facta, digeres primo cum ſyrupo de eupatorio, de iride, calamentho, ſyrupo acetoſo ſquillitico, & cum aqua ſquinanthi, amomi, ſpicæ, & aliorum ſubtiliantium, & minorabis cum clyſteribus, & collyrijs proprie; deinde dabis digeſtione apparente aliquod ex prædictis pharmacis ſimplicibus, quod fuerit leuius, & ſalubrius, vt eſt iris, ſemen vtricæ excorticatum, & confectum cum melle, & aqua foliorum raphani, & ammoniacum, vel ſerapinum, aſcebram, & euphorbium cum vitello ouorum, & vinum infuſionis pul. æ colocynthidos, vel æris vſti, & tubel æris, in quantitate drachm. j. deinde ſuccum ebuli, vel medianæ corticis ſambuci, & pulueris carnis ericij exiccatæ in hypoſarca. Et caricas cum lacte tithymali dra. j. cum guttis drac. j. cocondij, ſtercus columbinum in ſyrupo, deinde ſuceum cucumeris aſinini, vel radicem eius cum ſyrupo acetoſo, deinde ſyrupum de folijs mezereon, deinde folia mezereon rectificata contrita, & confecta cum melle, vel puluerizata in ſyrupo, & eſt de vltimis, vel compoſitis ex eis, quæ infra (duce Chriſto) dicentur, ſint autem ſucceſſiue adminiſtrata. Inquit. n. Gal. varie oportet vti pharmacis. Et ſint cum interpolatione exhibita, vt quiete, & cibo reſumatur natura in medio tempore. Inquit enim Hippo. cum pharmacaueris, ſorbitionibus vtere. Et reſumpta digeſtione intendat, propter quod vtile erit in medio tempore aliquod digeſtiuum aperitiuum, & ſubtiliatiuum dare, vt eſt diacurcuma proprie, & theriaca, & trochiſcus amygdalarum amararum, de eupatorio, de eſcebram, & alia ſimilia in antidotario notata.

A cauſa frigida.

Syrupi.

Trochiſci.

Solutiua.

Diæta.

Deinceps vero dabis diuretica, & vrinam prouocantia calida prædicta in capitulo vniuerſalis curæ, incipiẽdo a leuioribus; & ex appropriatis eſt lac camelarum fœtarum, ſerum eius, & vrina ipſarum, & proprie arabicarum purum, bibitum, vel mixtum cũ his, quæ prouocant vt ſcea, ſpica, amomum, abrotanum, & ſimilia. Nec attendenda ſunt ſophiſtarum verba ſcilicet, quod natura lactis ſimilis eſt hydropiſis. Nam eſt ei contraria propter illud, quod in ipſo eſt de abſterſione, & proprietate ſua, qua educere habet aquam citrinam, propter ſimilitudinem; ſicut endiuia in ægritudinibus calidis hepatis. Et experientia confirmat hoc, quia plurimi ex ea ſani facti ſunt, ſed melius, vt tribuatur per hebdomadam, aut trochiſci de aloe cum drac. s. ſpodij,

Diuretica conuenientia.

Contra ſophiſtas.

ſpodij,& cum nõ ſubſtineat fortes in ſyrupo,niſi in exic-
catis, & conſumptis corporibus ; quibus detur hic pro-
prie lac. Sed attendendum in quantitate eius, & natura
corporis. In quantitate, vt ſit eius quantitas quem bene
digerere poſſit,non aceſcat,nec caſeetur. In natura cor-
poris, vt ſi ſit mollis natura,& tunc oportet,vt rectifice-
tur, & modus eius eſt notus ex præcedentibus in ſum-
ma ſecunda. Deinde frigidos fortes purga cũ mezereon,
& ſimilibus,deinde procedas ad reſolutionem cum bal-
neis thermarum ſiccis,nitroſis,& ſalſis,vel artificialiter
conſtructis cum ſumis ex aquis ſubtiliantibus reſoluen-
tibus prædictis ſupra in hypoſarca. Et ſit appropriata,
& circumſcripta regioni ventris, ſicut in hypoſarca in
corpore vniuerſo,& proinde per modum embrochæ,&
infuſionis prædicta approximentur. Vnctiones, quo-
que, & emplaſtra ſuper regionem ventris ex reſoluenti-
bus, & euaporantibus ſunt vtilia. Et ſupra hepar ap-
proximabis ſtyptica aromatica virtutem, & robur eius
ſeruantia, deinde ad cauteria, & vltimo ad inciſiones ſi
expedit, eſt veniendum. Si vero fuerit ex cauſa calida
facta aſcitis, calorem naturalem hepatis reſoluendo de-
bilitatem cum aqua, eſt plurimum feb. & inflatio; regi-
men prædictum exiccatiuum, & euacuatiuum cauſæ
ipſius eſt cum contrarijs quodammodo complendum,
puta cum frigidis competenter. Nec attendat verba
ſophiſtæ dicentis, quod hydropiſis non curatur, niſi eo
modo, quo omnis ægritudo curatur, & illud eſt cum
contrarijs, ſicque cum hydropiſis ſit ægritudo frigida,
curatur cum calidis. Cum enim ſua cura proprie ver-
tatur ad partem cauſæ, vt ſuperius dictum eſt. ſi quidem
cauſa efficiens ſit calida, niſi illa alteretur,prius ſemper
cauſa coniuncta, & materialis regenerabitur, & multi-
plicabitur, qua multiplicata hydropiſis augebitur; vnde
Gal. Qui curat morbum, auget cauſam, qui auget cau-
ſam, auget morbum, ergo qui curat morbum, auget
morbum. Oportet ergo, vt principalis cauſa, & effi-
ciens antecedens, quæ eſt mala complexio hepatis
calida debilitans hepar, & digeſtiuam eius, primitus in
euacuatione, & exiccatione inſpiciatur, & auferatur,
qua inſpecta,& ablata,exiccatio,& euacuatio cauſæ ma-
terialis coniunctæ cum calidis erit facilis. Alteratio au-
tem ipſius erit cum regimine frigido competenter, puta
compoſitio, & mixto calido ſecundum variam compo-
ſitionem contrariorum morborum, hydropiſis ſcilicet,
& febris per æqualitatem eorum. Vnde Galen. ſinguli
morbi ſimplices, ſimplici medicina medicabuntur, cõ-
poſiti cõpoſitis, æquales æqualibus, vel vno plus, altero
minus. Hydropici quoque cum febre ſic medicandi in-
telliguntur, vt pleuretici, & ſanguinem ſcreantes, &
phthiſici. Hippo enim: morbi,qui ſunt contrarij medi-
caminibus, indigent contrarijs, æqualibus, ſi æquales
ſint. Si vero inæquales, oportet, vt fortior medicetur
prius,alter vero non negligatur. Intelligas quoque com-
poſitionem nõ ſolum temporalem, ſed partialem, & lo-
calem,vt docuit Galen. Si ergo præceſſerit retentio ſan-
guinis,& ſigna repletionis apparent, phlebotomabis in
principio, & minus, quam in alijs; deinde minorabis
materiam cum clyſteribus, & collyrijs proprijs ad hæc.
Et digere cum ſyrupo de endiuia, de alchechengi, de
ſucco ſolatri, ſucco granatorum muzorum, & ſyrupo
acetoſo ſimplici. Deinde facta digeſtione aliquali dabis
aliquod ex pharmacis prædictis eductiuis aquæ. Alte-
rabis cum aqua lactis caprini, aſinini, vel ſucco endiuiæ,
roſarum, vel aqua ſeminum communium frigidorum
vel ſucco prædictorum aliquo. Sintque in liquida,
ſubſtantia,& aquea, bibita propter dictam ſuperius cau-
ſam; & ordinate per interualla exhibita, & potata.
Et in medio tempore detur aliquod alteratiuum, &
confortatiuum, vt trochiſcus de berberis, vel de ſpo-
dio, vel myrobal.citri. ſi venter ſit ſolutiuus, vel aqua
fructuum, ſi ſit conſtipatus. Deinde dabis diuretica,
& vrinam prouocantia, ſicut eſt aqua ſeminum com-
munium frigidorum confortata cum aliquo diuretico-
rum calidorum, quæ ſuperius ſunt narrata. Et exil-

lis eſt aqua lactis caprini,vel aſinini, vel etiam lac came-
larum, ſi cauſa non fuerit multum calida, vel ſi fuerit,
ſit cum decoctione endiuiæ, & ſeminum communium
exhibita. Deinde procedas ad balnea, vnctiones, &
emplaſtra, embrochationes, & epithemata ex reſoluen-
tibus temperatis, & parum ſtypticis habentibus conſer-
uare virtutem mirach, non reſolutionem impedire, &
deinde ſi expediat ad inciſiones. Cauteria autem in hoc,
locum non habent, cum ſint vehementis inflammatio-
nis, & alia, quæ ſuperius tradita ſunt. Regimen autem *Dieta.*
in omnibus alijs non naturalibus rebus ſit exicatiuum,
ſitque cibus facilis digeſtionis, laudabilis chymi,& pau- *Carnes.*
carum ſuperfluitatum, vt ſunt carnes pullorum, perdi-
cum, faſianorum, & auicularum paruarum montana-
rum non pinguium, capreolorum aſſatæ, non * coctæ, * *elixata.*
ſed exiccatæ; ſumantur ſine brodio, vt in caſu prædicto; * *quando-*
& * quando cum ſubtiliatiuis, & aperitiuis fuerint co- *que Tanil.*
ctæ. Et panis ſit aliquid furfuris habens, & ſalis; bene
fermentatus, clibanaceus, & biſcoctus, & ſit calidis, &
frigidis mixtus, prout cauſa requirit. Et potus in facta
ex calida ſit aqua habentis virtutem diureticorum, vel
vini albi multum lymphati cum aqua ferri. In facta
ex frigida ſit potus ex vino albo lymphato competenter,
ſubtili, vel paruo. Si vero fuerit ſpecies tympanitis, re-
gimen proprium ei conueniens eſt regimen dictum in-
flationis ſtomachi, & hepatis. Et oportet, vt minu-
antur ſolutiua, niſi quantum conueniunt humori
phlegmatico, qui poteſt eſſe materia ventoſitatis, &
etiam diuretica; ſuperfluitas enim in eis, & proprie cali-
dis perducit ad generationem vaporem plurimorum.
Et multiplicentur reſoluentia ventoſitatem, & eructa-
tionem commouentia prædicta ibi ſupra, & frictiones
cum alijs, & cum ſemine rutæ, gentianæ, & ſimilium,
& euaporationes cum milio, & ſale, & alijs proprijs,&
ventoſis, & ſimilia ex emplaſtris, & cataplaſmatibus,
& ſpongijs, & balneis, & embrochis, cum ſiccis, &
extenuantibus dictis. Et ſi fuerit ex calida cauſa, reſol-
uentia ventoſitatem; ſint ex temperate calidis, vt eſt
fœnic. apium, aniſum, carui, melilotum, anethum,
tribuli, & ſimilia. Si vero ex cauſa frigida ſit ex cale- *Totus.*
facientibus manifeſte, vt eſt cyminum, ſpica, ameos,
ruta, caſtor, iuniperum, & ſalis ſpecies, & cortex thu-
ris, & ex compoſitis confectio de acoro cum nigella, &
collyrium ex baurach, cymino, ex folijs rutæ cum mel-
le, & oleum rutæ, & nardi clyſterizatum, & oportet,
quod omnia olea,& vnctuoſa alienẽtur; oppilant enim,
& prohibent reſolutionem inuncta exterius. Diæta au-
tem cibi, & potus ſit qualis in prædictis, vt eſt diæta,&
hic ſupra in cura inflationis. Deinceps ad medicinas
compoſitas deueniendum, quarum multarum deſcri-
ptionem fecimus in antidotario noſtro ſecundum om-
nem modum ex ſyrupis,decoctionibus, confectionibus
& electarijs, trochiſcis, pilulis, vnctionibus, empla-
ſtris, & oleis appropriatis, quæ per te inuenies, & ap-
proximabis, prout oportet, & te ſcire ſuperius admo-
nuimus. Iſaac quoque deſcriptionem omnium ſerioſam
fecit. Galen. quoque, & Abu.in antidotarijs ſuis, quæ
omiſſa propter breuitatem, per te inuenies, ſi oportet. *Syrupus ad*
Syrupus contra hydropiſim ex frigida cauſa. Recip.ori *hydropiſim*
gani, chamędryos, chamępityos, ſpinæ albæ,ficlæ, ca- *ex frigida*
lamenthi fluuialis, & campeſtris, hyſſopi, ana. M.ſ. *cauſa.*
cappar. ſcolopendriæ, cupatorij, lupuli, capil.vene.en-
diuiæ, ana M.i.aſari, folij, ana drachm.ij. quinque ra-
dicum communium, phu, meu, paſſularum enuclea-
tarum, corticum capp. ana vnc. i. ſquinanthi, abſyn-
thij, thymi, epithymi, ariſto. rot. ana drachm.ſ.ſemi.
aniſi fœniculi, cinnamomi.ana vnc.iiij. ſeminum com-
munium vnc.ij. zuccha. lib.ij. aromatizentur cum his.
Recip. ſpicæ, aſari, croci, folij, carpobalſami, cyperi,
gallię muſcatæ, ana drachm.i.doſ.vnc.ij. cum aqua fer-
rea repida donec digeſta ſit materia. Pilulæ contra om- *Pilula ad*
nem hydropiſim. Recip. foliorum mezereon infuſorum *omnem hy-*
in aceto, vel oxyſacchara drachm.v. myrobal. citrino- *dropiſim.*
rum drachm.iiij.rhabar.drachm.iij. Confice cum ſuc-

co

co apij,& aniſi,aut fœniculi ſylueſtris,doſis,à drachm.i. A vſque ad.i & s. Et ex illis fiunt pilulæ rhabarbaratæ poſitæ ſupra capitulo de cura oppilationis hepatis. Inquit Ariſtot. radix fœniculi ſylueſtris miniſtrata ſecundum omnem modum curat hydropiſim ex oppilatione. Medicamen vtile hydropicis in quibus non eſt caliditas ad educendum aquam in paucis diebus per vrinam. Recip. ameos,fructus ſauinæ,cymini, ſalis albi,ana partes æquales,terantur, & ſumantur cum vino.

Medicamen vtile hydropicis.

Pilula ad idem.

Pilulæ valde vtiles hydropicis. Recip æris vſti, ſtercoris columbini,rutæ ſiccæ,ana drachm.iiij. euphorbij, drachm.ij. fiant pilulæ cum ſucco apij. Dioſc.drachm. ij. Emplaſtrum ad ventris inflationem hydropicorum. Recip. ſtercoris bouini, vel caprini montani exiccati. lib.i. ſucci paſſu.lib.ij. olei communis lib.iiij. ſulphuris rubei vnc.ij. cum vitellis ouorum. Confice, & emplaſtra. Idem operatur ſtercus caprinum cum vrina mixtum, ſi ſuperponatur. Emplaſtrum bonum, & forte. Recip. calcis viuæ, nitri, ireos, cordumeni, B ſulphuris, ammoniaci, baccarum lauri, ſtaphidis agriæ, ſtercoris columbini. Terantur, & diſtemperentur cum vrina,reſoluit enim aquam mirabiliter ſuperinunctum. Vnguentum magiſtri Archidis. Recip.ſanguiſugas curatas triginta, & pone in phyala vitri plena oleo chamęmelino, minus tertia parte, & dimitte donec ibi moriãtur. Deinde reple eam vino græco, & o, pila eam bene, & fac bullire eam in vaſe aquæ dulcis pleno vſque ad conſumptionem totius. Deinde auferas, & reponas,fiet enim ſicut vnguentum ,quo liniatur venter aſcitici mane, & ſero. Et detur quolibet mane vitellus vnus oui cũ limatura chalybis.

Emplaſt. ad inflationem hydropicorum.

Vnguentum ad idem.

Emplaſt. ad ſcitem.

Confectio emplaſtri ad hydropiſim aſcitem,& quandoque emplaſtrentur ex eo aquam habentes, & eſt expertum.Recip. farinæ hordei, cyperi, ſtyracis, origani ficci, nitri, cymini, baurach, boli armeni, ana partes æquales. Conficiantur cum melle, quoniam exiccant aquam virtute ſorti. Confectio Raſis de alchechengi ad hydropiſim, in qua non eſt caliditas, nec ſolutio ventris valde. ℞. foliorum mezereon infuſorum in aceto exiccatorum, & tritorum drach.v. agarici,turbith, ana drachm.v.ſucci abſynthij, drachm.iiij. myrobal.drach. v.roſarum rubearum, endiuiæ, ana drachm.iij.tereniabin.drachm.x.ſucci liquiri. drach.ij.decoquatur terenia bin,donec fiat ſicut mel, & conficiantur cum eo, & detur ex eo in potu,à drac.ij. vſque ad iij. Pilulæ conferentes ad febres antiquas ex humoribus diuerſis,& dolorẽ hepatis, & inceptionem hydropiſis iuuatiuæ valde. Recip. abſynthij, & ſucci eius, ſucci eupatorij, myrobalanorum citrinorum, aloes, maſtiche, croci, ladani, laccæ ablutæ, aniſi, aſari, ſceitaragi ficci, hieræ picræ, ana partem.i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua ſolatri. Doſis drachm.ij. cum aqua tepida in nocte. Et ſi eſt tuſſis adde ucci liquiritiæ medietatem medicinarum ponderis. Pilulæ Xyraſi regis Medorum conferentes hydropicis. Recip. lactis tithymali, ſerapini, ana partes æquales, decoquantur cum vino, & fiant pilulæ ſicut cicer, & ſit potio ex eis duæ, aut tres plurimum eius cum vino permixta ante cibum, & poſt cibum. Syrupus expertus ad hydropiſim ex cauſa calida. Recip. endiuiæ cum radice, lupu. cum radice,capil.ue.cichoreæ, hepaticæ,ana. M.j.s. abſynthij pulicariæ minoris, cuſcutæ, ſcolopendriæ cum radice bletæ, bedeguar. ana.M.s. radicis fœniculi ſylueſtris, radicis apij, radicis aſparagi reſidentium in aceto, ana vnc.j. ſquinanthi drachm.j. rhabar.drachm.iij. ſpicæ drachm. i.ſemi.communium vnc.j.roſ. myrobal. citri.ana vnc.i. zucchari lib.ij. ſucci endiuiæ, ſucci eupatorij depuratorum. ana vnc.v. aceti, prædictarum radicum, & ſucci granatorum.ana vnc.ij. In petia rara bulliant, ſandali, ſpodij, ana drachm. ij. Syrupus ad hydropiſim ex cauſa vtraque. Recip. hyſſopi, abſynthij, cuſcutæ, roſ. endiuiæ cum radice, capil. vene. bedeguar, bletæ, pulicariæ minoris, ana vnc.ij. ſquinanthi, liquiri. radicis fœniculi ſylueſtris, radicis apij, & ſeminis eius, ana vnc.i.s. aniſi, fœniculi,meu,phu,ameos, ana vnc.s.florũ buglo-ſæ,& rob.eius,ana drachm.j.ſpicæ,folij, ana drachm.iij. rhabarbari,maſtiches, ana drachm.ij.omnia bulliant in aquæ lib.x. vſque ad tertiam partem. Deinde colentur dum expreſſione, & colaturæ addantur zucchari lib.ij. ſucci endiuiæ depurati, ſucci pulicariæ minoris, & ſucci apij deputati, ana lib. s. vel ſucci fœniculi, & abſynthij, & ſyrupentur cum decoctione ſandali, & ſpodij. Et in proceſſu ſi vis facere laxatiuum, adde ſecundum indigentiam cauſæ, vt tympania, polypodium, in hypoſarca,rhabarbarum,vel agaricum, in aſcite mezereon.

Syrupus expertus ad hydropiſim ex cauſa calida.

Syrupus ad hydropiſim ex vtraque cauſa.

Filij Serapionis. Pilulæ ad hydropicos, & dolorẽ ſplenis.Rec.mezereõ infuſi in aceto,& exiccati,colocynthidos,ſauich hordei, ana partes æquales, terantur,& cõficiantur cũ melle,& dent omni homini ſm quantitatem virtutis,ſoluunt enim aquam valde. Dioſcorides inquit. Quando ſumitur de radice cucumeris aſinini ad quantitatem anoloſath ad minus, & de radice eius quantitatis. iiij. Chiſt. laxat choleram,& phlegma,& proprie in corporibus hydropicorum, & abſque, ꝙ nocumentum inferat ſtomacho, & accipiatur ex radice eius lib.s.& teratur cum duobus Kiſt. vini, & maxime babylonici, & miſcetur bene, & teratur cum eo. Et dentur ex eo hydropico.iij. anoloſath in ieiuno quolibet die, donec diminuatur tumor ventris diminutione completa excludendo aquam,quæ eſt in ventre eius.

Pilula ad hydropiſim.

Pilulæ de ſpica aperiẽtes oppilationes hepatis,& ſplenis,conferentes hydropiſi, & ſoluunt naturam. Rec.ſpicæ dra.iiij.agarici,amomi,rhaued,epithymi,maſtiches, coſti,chamædryos,ana dra.iij.myrrhę,cinnamomi.ſquinanthi,garyoph.ana drac.i.aloes dra.viij.fiant pilulæ cũ vino antiquo doſis dra.ij. cum vino commixto, ante, & poſt cibum. Pilulæ ad hydropicos, & rympaniticos,reſoluunt enim ventoſitates groſſas,& vaporoſas. Recipe ſem.apij, aniſi maſtiches, ana danich.ij.ariſtolochiæ rotundæ,acori. gentianæ, ana danich.i. ſalis indi,ſerapini, C ana danich.i. aloes drachm.vj. terantur,& fiant pilulæ, doſis drac.ij.cum aqua calida. Et aliqui addunt galangę, zedoariæ,ana,&c. Decoctio Serapionis ad hydropicos, quãdo nõ eſt febris. Rec. chamædryos,chamæpityos,petroſelini, hyſſopi ſiccæ, ſquinanthi, ſpicæ romanæ,delegenſiter,& eſt ſanguaſſera,ſiſeleos, ana vnc.i.myrrhæ,gẽtianæ,epithymi,dauci,ana vnc.s.aloes ſuccotrenſis vnc. iij.decoquantur cum lib.x. aquæ donec remaneat tertia. Colentur,& dentur in potu ex ea ab vnc.ij.vſque ad v.ſecundum quantitatem virtutis vnicuiuſque. Alia cũ ſerapino, & ſoluit cum virtute. Recipe ſerapini ſextaria.ij. opopanacis,ammoniaci,ariſtolochię longæ,ana dra.iiij. turbith,mezereon,ana dra.ij.eupatorij, aſſæ,fumiterræ, colocynthidos interioris,calamenthi,ireos,myrobalanorum citrinorum, radicum lilij cœleſtis,ana dra.i.cępæ ſquillæ dra.ij.terantur omnia, & infundantur cum zucchаro, & ponantur ad ſolem vij.diebus,deinde colẽtur, & dentur ex eo omni die drac.ij.vel dra.iij.conferunt.n. D valde. Emplaſtrum contra omnem ſpeciem hydropiſis. Rec.farinæ hordei, & cõfice cum ſucco ebuli.ana & emplaſtra. Balnea thermarum, & proprie ſicca,& fumoſa, & quę ex aquis ſalſis nitroſis ſunt hydropicos iuuant. Et ſunt de vltimis,prout tolerat virtus. Quod ſi non inueniantur in regione,artificialiter conſtruantur ſic. In tina clauſa ſit tabula vna perforata in medio eius pluribus foraminibus, in qua ſtet patiens, & in fundo ſit aqua falſa decoctionis calamenthi,origani,rutæ,ſauinæ,hyſſopi,& in illam proijciantur lapides molares igniti, & recipiat fumum,tina exiſtente bene clauſa,& cooperta,donec ſudet. Alij faciunt bullire prædicta in caldaria bene cooperta,vt nihil expiret, & habente concauam, per quam fumus,& vapor perueniat ad tinam bene coopertam,in qua patiens ſtet, & ſudet ibi fortiter,quantum vult, & toleret, vt ſuperius dictum eſt. Emplaſtrum contra inflationem tibiarum, & etiam ventris hydropicorum,folia vrticæ conterantur, & tepefacta emplaſtrentur, prodeſt. Item fomententur tibiæ, & euaporentur cum aqua

Pilula ad hydropicos, & tympanicos.

Decoctio ad hydropicos, quando non eſt feb.

Aliud ad idem.

Emplaſt. ad omnem hydropiſim.

Balnea artificialia.

maris, vel salita decoctionis tribulorum marinorum, chamæmeli, & radice ebuli.

Dioscorides narrat de quodam, qui crura habuit inflata, cui fecit emplastrũ de fimo columbino, farina hordei, & aceto, & liberatus est. Adde sandaracham si vis, & si rubor ibi appareat, sem. communia vetera cum oleo rosato commixta, prosunt, & adde si volueris, memithæ.

De fluxu hepatico. Cap. 14.

Quomodo fiat per corpus nostrum quotuplex.

QVoniam fluxus hepaticus est ex exeuntibus à corpore, & quod ab hepate fluit, & exit de corpore, vt est superius dictum, aut per nares, sanguinis fluxu, aut per os vomitu, aut per poros sudore, aut per renes, & vesicam vrina, aut per intestina exit, per quæ exiens vltra modum consuetum proprie dicitur fluxus ventris: ideo vsque ad summam de medicinis ægritudinum intestinorum, cum de medicinis fluxus ventris loquemur (Christo præstante) dicere postponimus.

De icteritia citrina. Cap. 15.

DE icteritia cittina, & medicinis eius vsque ad summam quartam, cum de medicinis ægritudinum splenis sermonem afferemus, dicere reseruamus.

SVMMA QVARTA ET VLTIMA particulæ tertiæ, primæ sectionis de ægritudinibus splenis.

Continet autem hæc summa, capitula quatuor.

Primum capitulum est proœmiale, & est sermo generalis in splene, & ęgritudinibus eius. Cap. 1. fol. 50
De oppilatione splenis. Cap. 2. 51
De apostematibus splenis. Cap. 3. 52
De speciebus icteritiæ. Cap. 4. 52

De ægritudinibus splenis, in generali. Cap. 1.

lib. 4. de vsu part. c. 3. Exemplo Musi quid sit, atque quomodo fiat sang. eiusque excretio.

GAlenus inquit, commentari, & exponenere quid circa generationem humorum in hepate contingere dicant antiqui, per exempla licet addiscere. Vinũ, vtique nouiter intelligere expressum ab vuis non colatum, & bulliens, & alteratum calore, qui in ipso est, demum secundum sui transmutationem, duas generatas superfluitates in eo esse apparebit, hanc quidem leuiorem, & meliorem; hanc autem terrestrem, & grauiorem, quarum hanc quidem florem, hanc vero fœcem vocant, quod ex eis depuratũ in medio existit, vinum. Similiter, & in generatione sanguinis in hepate alterato chylo, & tranmutato a calore hepatis est videre in eo duas generari superfluitates: vnã supernatantem vocatam choleram spumæ assimilatam; alteram descendentem grauem assimilatam fœci, vocatam melancholiam, & quod depuratum est eis medium sanguinem, assimilatum vino depurato ab illis, à quibus depuratum oportet esse sanguinem naturalibus existentibus pro parte, & etiam factis in naturalibus per adustionẽ, propter dictam superius causam in capitulo primo huius, antequam in alimentum tranſeat ipsorum membrorum. Ad huiusmodi autem mundificationem artificialis natura duo creauit membra, vnum, quod propter amaritudinem xanthæ choleræ naturalem sibi admixtam trahat scilicet veficam fellis, cystim ab antiquis vocatam, quæ duas tunicas habet contextas ex triplici genere neruorum ad modum tunicæ vnius ortorũ a venis heparis, ad quam veniunt ex neruo, & vena pulsatili, duo rami parui à cerebo, & corde quæ per porum explantatum ab eis ipsam choleram ab hepate sibi impulsam trahit cum virtute propria, vt ex ea nutriatur, & quod supereſt expellat per porum alium, qui in pluribus hominum est vnus mittens choleram ad gracilia intestina ad expurgandum ea, non ad stomachum cum lædatur per eam, nauseetur, & eius digestio corrumpatur. In quibusdam etiam duplex est, siue bifurcatus, & per vnum mittit choleram ad intestina, & per alium ad stomachum non in vacuum eius propter dictam causam, sed inter duas tunicas eius ad faciendum, & adiuuãdum digestiuam. Et in quibusdam est amplior primus, vt in Audino philosopho, & in quibusdam secundus, vt in Sabino sacerdote, vt recitat Galen. At quoque creauit membrum, quod proprie trahit fęces eius splenem, quod adhuc est, vt fęcem sanguinis naturalem, & innaturalem semper trahet cum virtute propria per porum coniunctum hepati, venis à parte concaua, qui in venis pulsantibus in eo digeritur, vt ex ea nutriatur, & sanguine, & suæ substantiæ raritate recipiat, cum fit grossa, & retineat donec digerat, & quod supereſt ei remandet per alium porum ad stomachum, vt cum alijs suis superfluitatibus expellat, qui in homine figuræ est clypealis sicut in porco linguosæ, & est coopertus pellicula orta à siphac, & diaphragmate, & suspensus panniculis costarum quasi ligamentis à parte sinistra ad cõtemperandum caliditatem cordis sui frigiditate. Si ergo deficiat mundificatio sanguinis ab illis superfluitatibus totaliter, vel pro parte, siue propter causam mẽbrorum scilicet debilitatem hepatis expellentis, & ipsorum scilicet fellis, & splenis trahentium; siue propter causam in poris, per quos ab hepate trahunt. Oppilationem, siue propter causam superfluitatum, quia sit amplior, quã trahere possint remanens cholera xantha cum sanguine in hepate, facit apostema euenire in eo, vt superius dictũ est, vel transiens de eo cum sanguine: per venas facta occasione aliqua intranspirabilis putrefit, & accendit feb. tertianam continuam, vel causonem: veniens ad lacertos, & subcutaneas partes putrefacta accendit feb. tertianam interpolatam: vadens ad cutim diffusa in ea, cum ibi transpirabilis sit per poros eius, facit icteritiam cittinam. Collecta in aliqua sui parte facit erysipilam: si adusta facit erysipelam vulneratiuam, seu carbunculum, sicut in cerebro charabitum. Similiter intelligas si melancholia cum sanguine, permanserit mixta, facit enim ægritudines simili modo secundum genus suum. In hepate permanens facit sclirosim, vel oppilationes in torum corpus, vel habitudinem lacertorum diffusa: si fuerit adusta facit leprã: si in cute sit diffusa, facit icteritiam nigram: si in vno membro collecta non adusta, facit duritiem: si adusta quantum ad partem grossam facit cancrum, quantum ad subtilem anthracem. Si vero trahat perfecte, non tamen ex eis, quod supereſt possint expellere ad stomachum, & intestina, siue propter causam existentem in membris scilicet felle, & splene, & hepate scilicet debilitatem accidentem eis, siue propter causam existentem in poris, per quos excernunt, & mandant illas, puta oppilationem, siue causam existentem in superfluitate, quia sit amplior, quàm expellere possunt, remanente in eis necesse est ipsa membra ingrossari, si in vacuum sit collectum, & apostemati si colligatur in porositate ipsorum, & cupum. Et cum conuertatur in ventum necesse ipsum inflari, & cum splen ingrossatur, corpus necesse est subtiliari, & econuerso, vt ait Hipp. Et illud ex triplici causa, Vna, quoniam destruitur virtus hepatis vehementer cum contrarietate humoris, quare minoratur generatio sanguinis. Secunda est, quia cum hoc, quod attrahit de sanguine bono, corporis illius inferunt rem plurimam propter magnitudinem suam. Tertia causa est quia ex multiplicatione melancholiæ sanguis remanens, fit infectus quem abhorrent membra, sic non nutriuntur, & extenuantur, cum ergo splen extenuatur, accidit ex contrarijs causis, ex quibus corpus impinguatur, & ingrossat. Si vero tractas superfluitates perfecte nequeant sustine-

Quomodo cho. rub. atque nig. diuersorũ sint aliquando causa morborum.

re

re propter defectum contentiuæ illorum membrorum, A vel amplitudinem pororum, vel propter multitudinem, & malitiam superfluitatum, transiens cholera vltra modum ad stomachum, & similiter melancholia, faciunt nauseam, & corrumpunt digestionem: si ad intestina, faciunt multum fluendo dysenteriam. Inquit enim Gal. aph.22. plurimũ dysenteria ex cholera rub. fit. Et si à cholera nigra, & felle inceperit, est mortalis, ait Hipp. Si vero transeat cholera ad vias vrinæ, & quæ sunt eius euacuatoriũ proprium secundum Gal. facit ardorem vrinæ, & deinde vlcera eorundem. Quod autem ex prædictis colligere oportet, est scire naturam prędictorum membrorũ. s. cystis fellis, & splenis operationes, & iuuamenta, necnõ, & ægritudines eis euenire possibile, causas quoq; quarũ quædam sunt proprię, & in se, & quædam ex colligantia, & vicinitate, & illud est ad hepar plurimum, & sunt ois generis, s. mala complexio debilitans suas naturales operationes, mala compositio. s. oppilatio impediens debitã operationem eorum, ad quam ordinauit ipsa natura, & B solutio continui, & apostemata, seu grossities præter naturam, ad quas sequitur plurimum accidens fœdatiuum coloris naturalis, & qui facit ad pulchritudinis bene esse, quod ictericia dicitur, de quibus dicetur per ordinem, Christo Iesu auxiliante, qui sit benedictus. Et quia prædictæ ægritudines cystis possibiliter cõtingentes, & ęgritudines hepatis, cui affixus est, in cura nõ differunt, ideo omittantur, est enim eadem vtraque cura. Sed de ægritudinibus splenis plurimum contingentibus, & cum sit membrum ab hepate distinctum, specialiter dicere est, in hac quarta summa necesse.

De oppilatione splenis. Cap. 2.

Oppilatio splenis triplex. OPpilatio splenis est ægritudo officialis veniens in vijs, & poris eius, p quos trahere, & excernere habet ſęcem sanguinis ab hepate, quatenus mundificetur, & conueniens fiat alimentum membrorum. Et est tri-

Causa. plicis speciei, aut enim est in poro, qui est inter ipsum, & hepar, per quem habet trahere sanguinis feces ab ipso, C aut est in poro, qui est inter ipsum, & stomachũ per quẽ, quod sibi supereſt, mandat illi, aut in vtroq; Causa autẽ ipsius ex causis oppilationis hepatis est manifesta, & plurimum est coarctatoria. Cuius causa, & vt præcedenti capitulo dictum fuit, est humor melancholicus fęculentus, & luruosus, quem trahere habet, & excernere sua multitudine, & grossitie non potens transire per poros illos, sed remanet obstructus in eis. Et quandoque est attenuatoria ex siccitate, & punctione choleræ, vel ventositate vicinorum, vel apostemate comprimente. Et

Signa diuersa. raro est carnosa, & cum est, non separatur cura. Signa vero oppilationis pororum distincta sunt; nam siquidẽ oppilatio sit in poro, per quem trahit, extenuatio erit in splene. Et etiam si sit in vtroque magis; nec pro tanto corpus erit pingue, sed extenuatum magis propter sanguinis impuritatem, & maiorem infectionem, & prędicta actidentia apparebunt in alijs membris, & vniuerso corpore, & cute. Si vero sit in poro, per quem illam ex- D cernit, & mittit ad stomachum, grossities, & duricies cũ grauedine apparebit in splene, non ex natura, & dispositione membri, quia sit strictorum pororum, vt hepar, cũ splen rarę, & mollis substãtiæ existat; sed ex natura substantiæ humoris obstruentis, & detenti, qui grossus est, & terreus, sicuti Gal. dixit. Et in vtraque est defectio appetitus, & vrina magis secundum plurimum, & egestio quasi consueta minus secũdum diuersitatem pororum. Si enim in primo poro, per quem trahit, sit oppilatio; omnia erunt minora. Et signa causarum, & modorum aliorum ex dictis in oppilatione hepatis sunt nota. Signa vero ventositatis, & apostematis infra dicentur.

Cura oppilationis splenis, sicut cura aliarum ægritudinum eius, generaliter ex cura oppilationis hepatis superius dicta, est manifesta. Eadem enim vtriusque est in re, & intentione. Complementum tamen eius seu prosecutio fiet quandoq; cũ eisdem, quãdoq; cum fortioribus proprijs, & diuersimode ministratis. Inquit. n. Gal. nos non inuenimus medicinas alias, quæ sint magis incisiuæ, & subtiliatiuæ humorum crassorum, & viscosorum, qui sunt in pectore, & pulmone, & saniei existentis in pectore, nec melioris aptitudinis, & conuenientiæ ad maturandum, & iuuamenti ad spuendũ illud qd oportet, quã prædictas. Et de proprietate earum est huius, vt aperiant oppilationẽ hepatis, & mundificent venas eius, & faciãt simile illi in splene, quando oppilatio nõ est vehemens, qm̃ oppilatio, quãdo est in splene vehemens, indiget medicinis fortioribus istis, sicut radix, & cortex capparis, & radix tamarisci, & medicina nominata græce scolopendria, & squilla, & herba nominata, asceleni, cuius expositio est mundificatiua sanguinis, & æstimo, q̃ sit cortex salicis, vel fraxini. & cõuenit tibi, vt fit vsus vniuscuiusq; earum diuersus. Medicinæ. n. splenis approximandę sunt cum aceto. Hepatis cum syrupo acetoso, & aqua hordei. In pectore, & pulmone cum aqua mellis, & chist hordei, sed oportet, q̃ sint medicinæ materierum resolutiuę, splenis magis stypticæ medicinis hepatis, propter substãtiæ raritatem splenis, vt dicit Gal. Specialiter, quoniam plurimum coarctatoria est. Cura ergo eius est quatuor *Curatio.* res, prima est euacuatio, secunda pori expurgatio, tertia ponit studium in vita, quarta est accidentium correctio. Euacuatio est duplex, prima est causæ retentæ in hepate, & venis, secunda causæ oppilantis, & retentæ in splene.

Primam complent, si cũ melancholico humore peccare sanguis apparet, quod tumor uenarum illarũ par- *6. aph. 11.* tium proprie indicat, phlebotomia de basilica primo, deinde de saluatella finistræ manus, quæ tandiu fluat, quãdiu restringitur per se, si natura corporis tolerabit: uel phlebotomia de saphena loco eius; uel apertio venarum hæmorrhoidarum, proprium si retentio sanguinis menstrualis, uel hæmorrhoidarum præcesserit. Inquit enim Gal. melancholicis hæmorrhoides innatæ bonum. Et quandoque tibi necessarium est, ut phlebotomes quidem finistram, deinde cum euacuatione ipsius melancholię per fluxum uentris proprie, dicente. Hip. Spleneticis dysenteria superueniens bonum. Quæ si p- *6. aph. 43.* longetur, accidit ei hydrops, aut lienteria, & pereunt splenetici. Spleneticus autem est, qui duritiem, & grossitiem habet in splene.

Dicit Abuha. Secundam euacuationem causæ oppilantis complent, euacuationes cum medicinis educere habentibus humorem melancholicum à splene proprie, simplicibus, & compositis, quæ infra dicentur cum præmissione medicinarum maturantium, & aperientium humorem, & membrum, quas dicemus. *Medicina præparatiua.* Et vltimo cum medicinis resoluentibus ipsum de loco, quibus mollificantia sunt præmittenda, vel permiscenda, vt infra dicetur. Medicinæ vero simplices, quibus est maturatio, & apertio, sunt aperitiuæ, incisiuæ, subtiliatiuæ, & absterſiuæ. Et harum quædam sunt tales à complexione, quia sunt temperate calidæ, & amaræ, stypticę, & confortatiuæ; quædam à proprietate confortatiuę. Quæ vero sunt tales à complexione, sunt duplices, quædam leues, & quædam fortes virtute. Leues chamædryos, chamæpityos, cicera, succus caulium domesticorum, acorus, anisum, agnus castus, scolopendria, cannabis, polium, asparagus, nil, acetosa, anethum, eupatorium, bedeguar, fœniculus, hasce, spica, calamenthum, & similes. Fortes sunt nasturtium, volubilis, semen raphani, & sinapis, prassium, lupini, iuniperus, fructus rubeę tinctorum, qui aperit, & mundificat à proprietate, squilla, oxymel eius est & vltima. Leuibus ergo vtere in oppilationibus leuibus, & fortibus, & compositis in fortibus. Inquit enim *In Ar. med. cap. 19. 1. aphor. 6. Pharmacũ purgans.* Galen. forti infirmitati fortis medicina occurrat. Cum ergo in materia apparuit digestio, euacuabis cum epithymo, à drachm. iij. vsque ad. v. cum syrupo acetoso, & cum reiteratione, educit enim id quod est in splene, & detumescere facit illum, vel ammoniacum cum syrupo acetoso, & decoctione lupinorum, & capparorum, vel succus eius, educit enim materiam grossam, & sequitur sanitas; & radice lilij, vel vrina, & la-

ćte camelarum nutritarum ex ſcea, aniſo, & fœniculo. Secundam rem complent confortantia ex cibis,& potibus, qui infra dicentur. Et medicinæ operantes illud à proprietate ſunt tales,Sumach,ſeminis portulacæ drac. ij.cum aceto,aut coralli valde decocti aut.i. cum ſyrupo acetoſo. Et emplaſtrum de cucurbita tenera,aut cucurbita ipſa teratur poſt exiccationem, & bibantur ex ea drachm. ij.cum ſyrupo acetoſo, & ſemen cannæ, & ſemen cuſcutæ, & folia ſalicis, & ſemen acetoſæ, & atriplicis, & fructus tamariſci, & folia eius, & pulmo vulpis, & ſplen aſini ſylueſtris, & pulli equini exiccati, & hepar ipſius exiccatum drachm.ij.cum ſyrupo acetoſo. Medicinæ reſoluentes ſimplices ſunt prædictæ operantes à complexione, quas per te eligas, & ex eis componas,prout te inuitat neceſſitas, & alia infra dicemus,& etiam mollificantes. Secunda res completur cum euacuatione partis, ſeu expurgatione pori oppilati, ſi enim ſit in poro,qui eſt inter ipſum, & hepar,completur apertione cum leuioribus, ſed in poro, qui eſt inter ipſum, & ſtomachum, ſeu in vtroque, completur cum fortioribus prædictis, ſimiliter, & in cyſti. Tertia res, quæ ponit ſtudium in vita completur, cum ordinatione regiminis in cibo, & potu. Et eſt, vt cibi ſint leues pingues, ex iuribus, & carnibus præparatis cum ſubtiliantibus, & calefacientibus cum æqualitate, vt cappares cum aceto, & reliqua, quæ ſciuiſti ſupra. Et potus ſit ſicut aqua,in qua extinctum ſit ferrum ignitum multoties, & vinum ſubtile. Et breuiter in alijs rebus appropinquans regimini oppilationis hepatis. Quarta res, ſcilicet accidentium correctio, & proprie duritiei, ac ſplenis doloris, quæ nunc dicentur. Aliorum vero accidentium, quæ in membris, & toto corpore contingunt ex ea, infra ſectione ſecunda, & tertia dicetur, vbi de vnoquoque emplaſtrum faciemus appropriatum.

Diæta.

Sciendum ergo, quòd duritiei ſplenis conuenientia, quædam ſunt ſimplicia, & quædam cõpoſita. Et primorum quædam ſunt operantia à complexione, quædam à proprietate. A complexione ſunt mollificantia humida, & temperate calida, & vnctuoſa, vt fœnugrecum, ſemen lini,caricæ, althæa, & mucilago earum, & radi.filicum, & radix lilij, oleum amygdalarum dulcium, & amararum,de lilio, hyſſopus humida, & ſimilia. Vnctuoſa, & pinguedines, adipes omnes,& proprie gallinæ, anatis, anſeris, porci, & vituli, & medullæ ipſorum, & alia ſupra in cura apoſtematis dicta,hęc enim inuncta mollificant, & reſoluendo extenuant.

Operantia a proprietate ſunt,vrina ſplenetici,quę bibita eſt mirabilis, decoctio nucis communis, vel cypreſſi cum aqua, & aceto ſumpta valet duritiei, & ſuccus caulis cum ſucco de paſſis, & decoctio foliorum ſcetaragi cum aceto bibita confert valde. Et ſcolopendria confert magnifice ſumpta cum oxymellite, & facta decoctione foliorum eius diebus.xv. Spica cum vino bibita, oſtracum purum cum aceto bibitum, been, quando bibitur cum aceto mixtum in pondere.drach.ij. acorus confert groſſitiei, & extenuat ipſum ammoniacum, & opopanax cum aceto more emplaſtri ſuperponitur,& bibitum cum aceto, viſcus cum calce extenuat ſplenem.hyſſopus humida cũ caricis, & baurach cõfert duritiei.ariſto.cũ melle ſuperinuncta reſoluit duritiem, & emplaſtrum ex naſturtio cum melle. Et fœnugręcum emplaſtratum cum nitro, granum viride, & proprie albotin cum des reſoluit duritiem. Cortex raphani cum oxymelite emplaſtratus, ſi ſit emplaſtrum ex accalo cẽtaurea valet duritiei bibita, & emplaſtrata, ſcetaragi, ideſt thapſia linita ſuper ſplenem extenuat,ſinapis extenuat, lactuca aſinina cum aceto comeſta, & emplaſtrata,ſtercus caprarum montanarum proprie emplaſtratũ, ſuccus etiam, ſyrupus, & rhabarbarum emplaſtratum, & ſimiles. Dolori autem eius conuenientia ſunt hæc,& betonica cum ex ea ſumuntur, drachm.iiij.cum melle, & aceto, & ſimilia. Attendere autem oportet, & naturam ſplenis propter iuuamentum eius in cura, & medicinæ dictæ,& quæ ſplenis in paſſionibus miniſtrantur, in virtutis vehemẽtia ſint illis proportionatæ. Ait enim Gal. nigra cholera potioni non obedit, & in oppilationibus eius maxime non facile pertranſibilis, duplici.n. interueniente alteratione, ac mora in tranſitu per arctos, & coarctatos meatus periculum eſt earum exolui virtutem, antequam ad profundum eius deueniat, quæ ex naturali complexione ſubſtantiæ, ac proprietate ſubſtantiæ, inueſtigari oportet. Quę enim calida ſunt complexione, & ſimilia proprietate ſe inuicem trahunt, & trahuntur, & ſic velociter penetrabiles fiunt proprie ſi adſit ſubſtantiæ diſpoſitio, & ſubtilitas, quæ vero econtra contrarium. Cooperatur autem ars,vt inquit Heben Meſ. cum tritura, permiſtione, & corporis præparatione, tritura,vt ſi ſint groſſæ, & ſolidæ ſubſtantiæ terantur ſubtiliter, ſicut alchohol, permiſtione ſcilicet cum aceto, vel ſyrupo acetoſo, quod facile eſt pertranſibile ſubtilitate ſubſtantiæ ſuæ, & virtute groſſitiem ſubtiliat,humorum viſcoſitatem incidit,& poros rapticando exfractat. Corporis præparatione, vt non pleno corpore, ſed ieiuno, vel appetenti exhibeantur, & poſt fricti̊onem, vel exercitium, ſeu balneum, vt membris inanitis, & calefactis velociter attrahantur. Syrupus extenuans ſplenem, & aperiens oppilationes eius.Recip.epithymi, corticum radicis capparis ſcolopendriæ, & fructus tamariſci,corticis ſalicis,rubeæ, ireos, aſari,acori,ana partes æquales, decoquantur cum aceto forti, deinde coletur,& cum zuccharo fiat ſyrupus acetoſus zuccharinus, vel mellinus,& bibatur. Doſis drachm.ij.& in qualibet doſi ſit drachm.j. ammoniaci. Eſt enim mirabilis adeo, quòd ſi prædictæ medicinæ dentur aliquibus diebus bibere porcellis,non reperitur in eis ſplen. Trochiſci experimentorum iuuamentorum in oppilationibus ſplenis. ℞. rubeæ drac.ij. corticum radicis capparis,ariſtol.lon.ireos, ana drachm.ij.terantur valde,& conficiantur cum oxymelite acetoſo, & fiant trochiſci aure.j. & dentur cum aqua abſynthij, & corticum radicis capparis.Dixit Almanſor ſi cum duritie ſplenis fuerit caliditas, da trochiſcos de agno caſto, ſi frigiditas, da trochiſc.de cappare. Confectio trochiſcorũ de agno caſto. Recipit ſem.agni caſti,ſem.tamariſci, ſcariolæ, & portulacæ ana drach.v. fiant trochiſci drac.iij. cum aceto,de quibus detur vnus cum ſyrupo acetoſo. Alij Recī.foliorum raphani recentium,& corticũ radicis capparis, fructus tamariſci,ſcolopendriæ,ſquillæ aſſatæ,piperis albi ana partes æquales, informentur ex eis trochi.aure ij.doſis.i.cum ſyrupo acetoſo. Syrupus ex inuentione noſtra contra antiquas oppilationes omnium viſcerum, & ſplenis,rectificans ea. Recipit abſynthij,radicis ireos,centaureæ minoris, ſcolopendriæ, radicis capparis, & fructus eius, fructus tamariſci, eupatorij,haſce, hyſſopi montani,ana drach.ij. ariſto. lon.& rot.corticum fraxini, dictani, florum chamæmeli,ana vnc.j.ellebori nig. drach.j.ſemis,maſticis, ſerapini, galbani, opopanacis, lapidis lazuli præparati, ſquamæ ferri, mirrhæ electæ, gummi hederæ, ladani, ana vnc.j.garyoph. cubebæ, macis, galangæ,cinnamomi,ana dra.iiij. cum quibus aromatizetur ſyrupus. In fine decoctionis ſuæ adde epithymi, ſenę, agarici,ana vnc.ſemis,ſucci radicum ebuloru, ſucci cucumeris aſinini,ana lib.j. magnetis vnc.j. acet.drach.iiij.zucchari. lib.iiij.doſis ab vnc.ij. vſq; ad iiij.cum aqua ſcolopẽdrię in ſtomacho vacuo,quãdo itur dormitũ, & maxime qñ oppilatio fuerit infixa cũ diuturnitate temporum in mẽbro,ſanat enim hęc medicina,ſi Chriſtus voluerit.

Syrupus extenuans ſplenem.

Trochi. experti ad oppilationem ſplenis.

Trochiſ. de agno caſto.

Alij trochi. ad idem.

Syrupus ad antiquas opp. ſplenis, & viſcerũ.

Pilulę reſoluentes oppilationes hepatis, ſplenis, & ad principium hydropiſis. Recip.rhauedſceni.drach.v. ammoniaci, ſerapini, bdellij,ana drach.viij. laccę vnc.j.opopanacis.dra.iiij. mezereon drach.v.turbith, ſpicę, polij,aloes,ana drach.v.maſt. drac.ij.omnium myroba. ana drach.ij. lapidis lazuli abluti, epithymi, ellebo. ni. ſalis indi, ana drachm.ij picrę drachm.x.diſſolue gummas in vino,& informa pilulas. Doſis drac.ij.cum ſero. Et hi pondus cibi, quod ſumunt hodie ſumant cras. Dixit Galen. ęgritudines melancholicę non niſi forti medicina curantur, quoniam melancholia non obedit ei.

Pilulę oppilat hepatis, & Splenis reſoluentes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0638-0
DFG

ei. Dixit Afraym, aqua in qua decocta est radix iris remouet oppilationes omnino antiquas, & est fortis operationis. Dixit Abu. decoctio absynthij, centaureæ minoris est medicina maxima in remouendo oppilationes splenis. Educit enim vtramque choleram, & maxime adustam, aperit vias, adæquat materiam ad expellendũ, & fortasse confortat membra mittentia materiam in valorem oppilationis. Et est de intentione rei secundæ, vt stomacho, & hepati conferat. Dixit Democritus, fructus hederæ, folia, & gummi eius à proprietate remouent oppilationes hepatis, & splenis antiquas. Et fit ex puluere sceitaragi puluis laudabilis, qui assumitur in cibis omni hora. Rec. pulueris prædicti vnc.ij. anisi vnc. j. limaturæ argenti vnc.s. auri boni drachm.iij. limaturæ æris albi drach. j. magnetis drachm.ij. garyoph. cubebæ, macis, zinzibe. gummi hederæ, ana drac. j. zuccha lib.ij. Et superbibatur parum post parum vini antiqui. Et est medicamen regum, & magnorum dominorum. Respicit enim cor, & membra principalia, & generat gaudium, & est medicamen diuinum in remouendo oppilationes. Medicamen magnum resoluens splenem durum, & attenuans eius magnitudinem, & grossitiem. ℞. ammoniaci drachm.iiij. florum chamæmeli, anethi, tamarisci, ana drachm j. radicum capparis, carui, granorum balsami, tamarisci, rubeæ, ana drach.ij. squillæ assatæ drach.iij. scolopendriæ. aristo. rot. ana dra. ij. Conficiantur cum melle, & dentur ex eo drachm.iij. cum aceto sic temperato, spartanæ drachm.ij. mittantur in vnc.vij. aceti boni, & bulliant vsque ad quartam, sit dosis mediocris, drachm.ij. vsque ad iij. cum vnc.ij. ipsius aceti in hora dormiendi. Egreditur virtus huius medicaminis vsque ad profundissimas, & absconsas materias huius membri melancholicas, & violenter operatur, attenuat, & consumit materias rebelles, & sepultas.

Puluis laudabilis.

Medi. resoluens splenẽ durum.

Dixit Abuha. accipe vespertilionem, & decolla, & exicca ipsum, & contere, & accipe ex eo quantum tolerant tres digiti, aut accipe septem vespertiliones pingues, & decolla eos, & exicca ipsos, & pone eos in vase vitreato submersos cum aceto forti, & luta, & dimitte in furno clauso. Cum ergo decocti sunt, depone vas extractum donec infrigidetur. Et deinde extrahe eum, & dissolue digitis in aceto, & sumatur ex eo omni die in potu pondus drachm.ij. & est sana, & experta medicina. Inquit Abuha. emplastra vnguenta, & olea sunt ex conuenientibus medicinis ęgritudinibus splenis prædictis. Medicina vero, & electarium illorum est, quoniam quandoque quidem sumitur ex simplicibus prænarratis, puta quia fit emplastrum de stercore ouium cum aceto, vel stercoee caprarum montanarum cum aceto, & quandoque ex fœce ipsius aceti, quandoque fit euaporatio cum ipso. Et quandoque fit cataplasmatio cum filtro infuso in aceto tepido. Et quandoque sumitur stercus vaccarum herbas pascentium, & exiccatur, deinde coquitur cum aceto, & fit emplastrum bonum. Et quandoque puluerizatur super ipsum sulphur citrinum. Et emplastrum cum flore æris est mirabile. Et ex eis, quæ propinqua sunt æqualitati est ficla decocta cum aceto, & similiter radices althææ. Et quandoque fiunt vnguenta ex ammoniaco, & stercore ouium, & aceto, & oleo rutaceo.

Et olea sunt de amygdalis amaris, de sem. agni casti, de granis narcissi, aut alchannæ, aut fraxini, & quandoque fiunt composita ex prædictis, vt est maram basiliconis, & maram Gale. & maram factum de radice cappa. infusa in aceto diebus tot, donec lenificetur, deinde exiccetur, & fiat maram ex ea cum cera, & oleo de alchanna, aut assumatur nigredo vasis de ære, & fiat ex ea cum farina hord. & aceto, & syrupo acetoso emplastrũ quoniam est vltimum.

Euaporatio experta secundum Alchindum. ℞. mitæ, corticum radicum cappa. absynthij, calamenti, origani, ana partes æquales, decoquatur in aceto, & infundantur frusta, filtri, & exprimantur, & applicentur xx. vicibus, & cum infrigidantur auferantur. Item si dominatur caliditas, euaporetur splen cum vapore aceti in lapide crudo, & ipsum filtrum infusum in aceto calido applicetur super splenem. Et proprie si decocta sit salicis cortex, vel ruta, & proprie in balneo.

Euaporatio ad ventositatem, & inflationem splenis, & etiam apostematem, in aceto bulliant cortex capparis radicis, ruta, agnus castus, calamenthum, ammoniacum, & spica, & infusum filtrum frequenter applicetur, & est Rasis.

Trochisc. ad splenem. Empla. ad duritiẽ splenis.

Confectio ad trochisc. ad splenem cum caliditate. ℞. razic. dra. v. laccæ, rheub. succi euphorij, anisi, spicę, mastic. ana drach. j. detur cum decoctione radicum, & sunt Rasis. Confectio emplastri ad splenem cum caliditate. ℞. ligni salicis, & folia eius, tamarisci extremitates, myrti, & cypressi, & contere, & misce cum aceto vini, & est Rasis.

Emplastrum ad duritiem splenis, & ventositatem. ℞. foliorum ru. dra. x. nitri, mentastri sicci, ana drac. iiij. ammoniaci dra. vij. ammoniacum dissoluatur in aceto, vel vino, & cum cera conspersa fiat emplastrum, & superponatur, & est Almansoris. Decoctio Serapionis ad splenem experta. Recip. foliorum capparis, & terantur cum aceto, exprimatur ex eis quantitas vnc. ij, quæ bibãtur, & dentur tribus diebus. Sed pueri sumant ex eo postquam expressum fuerit sine aceto. Alia sagassara, & est alfelesif æqualis ei, teratur, & exprimatur, & detur ex succo eius æquale ei, & detur in potu etiam drach. v. aromatici cum aqua raphani, & misceantur cum aqua raphani, qui expressus fuit, quod sit æquale ei de sisamo, et terantur, & fiat emplastrum ex eis super splenem tribus diebus, expertum enim est. Dimach. Serapionis valens ad duritiem splenis, & stomachi, & confert ad reliquas exituras, & apostemata calida in eis. ℞. bdellij, ammoniaci, an. vnc. j. caricarum. v. fabarum, passularũ, enucleatarum, cicerum, & meliloti, fœnugræci, & seminis lini, chamæmillæ, aluminis, farinæ lupinorum, ana vnc. ς. olei rutæ, & chamæmillæ quantum necesse est. Infunde ficus in meibutegi, & aceto die ac nocte, & terantur valde, & milceantur cum medicinis, soluantur, quæ soluuntur cum meibutegi, in quo infundisti ficus, & rectifica illud, & administra ipsum. Aliud, ammoniacum soluatur cum aceto forti, donec fiat sicut alcach, line ipsum super pannũ, & epithema. Aliud sumatur myrrha, bdellium, ammoniacũ, thus, æquali pondere, & soluantur cum aceto forti epithementur. Similiter abscindatur charta secundum quantitatem splenis, & liniatur super ipsam fauus mellis, & puluerizetur super ipsum sinapi humectatum non tritum, & epithemetur cum eo nocte vna.

Decoctio ex pta ad splenem. Pro pueris. Empla. ad splen.

Vnguentum expertum ad dolorem, & oppilationem splenis, & duritiem eius, & dolorem matricis. Rec. bdellij; mastricis, galangæ, ammoniaci, aloes, colophoniæ, mellis communis, ana vnc. j. terebinthinæ, vnc. ij. sagapeni, styracis liquidæ, ana drach. viij. ceræ citrinæ, vnc. iij. succi cyclaminis, & absynthij, ana lib. j. olei chamæmelini, lib. j. butyri lib. ς. terantur terenda, & conficiantur, & emplastrentur continue: mollificat enim, & resoluit, & rectificat complexionem eius.

Vnguentum expertũ ad dolorẽ splenis, & matricis.

Dixit Dioscorides cyclamen secundum omnem modum administrationis est medicina probatissima in soluendo oppillationem splenis, & mollificat, & resoluit, & attenuat. Et succus eius cum tantundem aceti mollis, & ceræ partes iiij. bullitis vsque ad spissitudinem est medicamen expertum valde in antiquis oppilationibus eius.

Antidotum ad splenem probatissimum. Recipe radi cum enulæ cãpanæ, raphani maioris, ana vnc. ij. medianæ corticis tamarisci, vnc. jj. florum eiusdem, vnc. ς. betonicę, sisymbrij, ana vnc. ς. limaturæ ferri, vnc. iij. mellis quod sufficit, sumantur bis, vel ter in die: adde spicæ, vnc. i. neminem fefellit vnquam, & puluis tamarisci cum spica, & cinnamomo proprius est.

Electarium expertũ ad splen.

De apoſtematibus ſplenis, & tumore eius. Cap. 3.

Apoſtema ſplenis qua dupliciter fieri poteſt.

APoſtema ſplenis eſt tumor præter naturã eueniens ei. Eius autem ſpecies ſequuntur numerũ materie rum ad modũ apoſtematũ contingentium in hepate, & ſimilibus membris, ſed plurimũ eſt melãcholicum durũ, propter cauſam ſuperius in principio dictam. Et quãdoq; eſt phlegmonicum, quod eſt, quia in eo ſunt arterię, & venæ continentes ſanguinẽ, qui præter naturã influẽs, & in ſubſtantiam ſplenis collectus, phlegmonem fecit. Et aliquando eſt phlegmaticum molle, ſed raro propter phlegma craſſum aggregatum in hepate ex indigeſtione, vel membro catarrhizante illi per poros occultos; ad eius mollitiem adiuuat ſubſtantia eius mollis, & cum ca leſiat ſimul cum melancholia à tepida caliditate accidẽte ei fit ventoſum, ſi colligatur. Si vero in vacuo ſit diffu ſa, vel intercluſa facit inflationem. Cholericum vero rariſſime accidit, cholera enim ſi ſuperexcreſcat in hepate, tranſmittitur ad cyſtim, non ſplenem. Oppilatione vero in poro cyſtis contingente, vt non poſſit tranſmitti, habilius tranſit cum ſanguine per venas, quàm in ſplene mittatur, ſplene repugnante illi, & natura ſui ignea, quæ de centro ad circumferetiam ſemper mouetur. Et ſi per venas, & arterias tranſeat, in illis obtunditur, & alteratur, inſpiſſaturque ſplenis frigiditate, & humoris melan cholici in eo contenti, quare non remanet cholericum, ſed tranſmutatur in durum.

Cauſe.

Cauſæ eius ſunt notæ ex dictis hic, & ſupra de apoſtemate hepatis, cui delatorie ſeruit. Et ex cauſis eius eſt phlebotomia plurima, & conuenientia circunſtantiarũ eſt cauſa exterior. Et quandoq; fit permutatione apoſtematis hepatis: cũ eius materia transfertur in ſplenem, & eſt melius quàm ſi e conuerſo fiat. Et quandoq; conforta tur ſplen. ſubito, & educit eius materiam fœculentam, et euadit infirmus. Et eius eductio eſt quãdoq; per fluxum ſanguinis naris ſiniſtræ, quandoque per vomitum, quandoque licet raro per vrinam, & quãdoque per ſeceſſum.

Signa.

Et ſigna eius abſolue, ſunt ſigna oppilationis ſuperius numerata, ſed ſunt cum dolore grauatiuo propter tenſio nẽ ſuſpenſorij, quare extenditur vſq; ad furculã, & compatitur diaphragma, ex quo ſequtur malitia in anhelitu; & fit velox, frequens, & interceptus, ſicut accidit pueris quando plorant, & eſt cum melãcholia, & quãdoq; cum riſu. Et cum eſt phlegmonicum, eſt minus durũ, cum in flammatione, & febri, & maiori dolore. Et magis cũ eſt cholericum, & eſt cum alienatione, eius autem, quod eſt phlegmaticum, ſigna ſunt prædictis oppoſita. Ventoſi vero, ſigna ſunt abſque grauitate, & cum premitur, tactu reſiſtit illi, & ſonat.

Cura.

Cura apoſtematum ſplenis ex cura oppilationum ipſius, & apoſtematũ hepatis innoteſcit. Curã ergo illorũ proſequere ſm illorum intentiones, & modos. Et cõpleas cum appropriatis ſimplicibus, & cõpoſitis, q̃ ſunt deſcripta ibidem. Et ex appropriatis in apoſtemate calido eſt alumẽ, in eo enim eſt inciſio aliqua cũ qualitate equali, & ſtypticitas, & virtus frigiditatis, quare oportet, vt miſceatur cũ medicinis eius apocruſticis, & reſolutiuis. Et acetum etiam eſt ex illis, & aqua foliorum ſalicis, & foliorũ algarab, & aqua portulacæ, & cap. ven. humidi.

Et ſumere in potu de ſemine portulacæ, dr. j. cũ aceto, arnogloſſæ exiccatę, & puluerizatę omni die cochlear. j. et alia q̃ à ꝓprietate operant frigida ſuperius numerata.

De ſpeciebus icteritiæ. Cap. 4.

Icteritia triplex. Cauſa.

ICteritia, vt dicit Abu. eſt alteratio coloris corporis ſę da. Eſt aũt triplex, citrina, nigra, mixta, ſeu viridis. Et cauſa eius eſt quadruplex, ſecũdũ quatuor actus interuenientes ad eius cauſalitatem ſeinuicem ordinate habentes, ſicut cauſa ad cauſam, & ſunt immediata, mediata, magis mediata, & remota. Immediata ſecundũ Gal. eſt effuſio choleræ in toto corpore, & proprie in cute, nec mirum, cum cutis ſecundum eum ſit membrum ordi-

9. de cauſis ſympto. cap. 2. 4. aph. 82.

natum ad receemptionem ſuperfluitatũ corporis totius.

Viridis coloris quomodo fiat.

Eſt quoq; illius effuſio, quandoq; critica, quandoq; ſymptomatica, & ſi quidem ſit choleræ citrinæ, facit citrinã, ſi vero nigræ, facit nigram, ſi vero vtriuſque mixtam, ſeu viridem operatur. Cum enim miſcentur duo humores, citrini coloris, & nigri, viridis reſultabit color, vt dixit Abuhali. Nec erit tertia ſpecies ſimplicis icțericiæ, licet ſit tertius humor, qui naturaliter per venas vadit cũ ſanguine, phlegma. ſ. album colore, dicente Hippo. in apho. *Quare non ſit à phlegmate.* Si albo phlegmate. Tale enim phlegma eſt naturale, qđ a ſanguine non ſequeſtratur, nec ſub propria forma inalteratum tranſeat in cutem, vt proprium imprimat colorem in ea, ſicut color vterque facit. Et ſi phlegma innaturale à ſanguine ſeparetur quandoque illud tamen propter ſui viſcoſitatem, & craſſitiem non bene eſt effuſibile per vniuerſa corporis membra, & cutem, ſine ſanguine, quare totam cutim dealbare non poteſt, licet interdũ diuerſus, & circumſcriptus in aliqua parte cutis illam dealbet, & morpheam albam operatur, ſicut melancholia, nigram, quæ differt præter hoc ab icțeritia, quoniam morphea ex errore tertię digeſtionis fit, & membrorum eius, icțeritia vero ex errore ſecundæ, & membrorum ipſius. Et ſi quandoque colorem pallidum, & plumbeũ in vniuerſo corpore imprimat innaturale, facit ſuperexcrețſcens in ſanguine, & effuſum cũ eo in totum, & cutem, illud eſt, quia, in ſua ſuperexcreſcentia non ſeparatur a ſanguine, vt trãſiens in cutem, proprium, & per ſe colorem imprimat in ea, ſed mixtus cum eo ipſius calorem obtundit, ita quod alteratum cum eo in natura membrorum, cuius colorem pallidum, & plumbeum reddit, qui etſi non ſit naturalis, tamen non eſt fœdus, vt color icțeritiæ, cum non tantum à naturali recedat, quare icțeritiã facere non eſt dictum. Et in ſumma phlegma quodcũque non efficit icțeritiam albam, licet ſit album; cum icțeritia, vt dictum eſt, ſit alteratio coloris corporis, & cutis totius fœda, ipſum phlegma, corpus totum, & cutem alterare non poteſt; & ſi alterat totam, ipſius alteratio non eſt fœda. i. multum recedens à naturali, ſicut eſt citrina, & nigra, vt poſſit icțeritia dici.

Morphea, & Icteritia quę ſunt.

Cauſa.

Cauſa mediata eius eſt effectus mundificationis illorum humorum à ſanguine in venis, & hepate, vt ſuperius dictum eſt. Cauſa magis mediata eſt debilitas in membris, & oppilatio in vijs, & in materia choleræ multitudo in membris, ſcilicet cyſti, quantum ad citrinam; & in ſplene quantum ad nigram, & in vtriſque quantum ad viridem. Remota cauſa eſt quælibet ęgritudo debilitans ipſam in attractione, & hepar in expulſione, & proprie mala complexio quælibet, vt ſuperius dictum eſt in hepatis debilitate, & apoſtemate. In poris oppilationis cauſa eſt nota ex cauſis prædictis, in materiæ quantitate multa, ſeu illotum humorem; & magis quam per illa membra mundificari poſſit. Talis ſecundum Galen. eſt duplex, interior, ſ. & exterior. Interior eſt duplex, materialis, ſ. cibi, & potus, quia ſunt acuti, vnctuoſi, & dulces in vtraque, vel melancholici, & craſſi, & terreſtres in nigra. Et efficiens, vt complexio calida multum hepatis, multiplicans choleram citrinam, in citrina: vel calida multum adurens valde, & choleram nigram multiplicans in nigra: vel complexio totius corporis, & membrorum calida, multum ſanguinem in choleram citrinam permutans, in citrina; vel in nigrum per aduſtionem ſuo ſuperexceſſu in nigra icțeritia: vel frigida valde totius, & hepatis, ipſum ſanguinem congelans, & denigrans; qui veniens ad cutem nigram icțeritiam operatur, licet cauſa hæc ſit rariſſima; & cum adſit in hepate potius, egeſtionem nigram, qualis eſt ſanguis nigreſcens, quam icțeritiam operatur, propter craſſitiem ſui non bene effuſibilem in circumferentias cutis; ſed petętem potius centrum, & inteſtinorum intimum propter grauitatem. Et cum acciderit, non reſoluitur eius materia cito, & eſt morioſa. Exterior eſt coadiuans, & eſt per ſe, & per accidens; per ſe omnis circumſtantia conſimilis calida; vel frigida cooperans ad generationem illorum humorum:

motum: per accidens est dispositio temporis, aeris, regionis,& similium,frigida,& sicca, quæ calorem remittunt,& fortificant in interioribus igniendo, vnde humorum prædictorum sequitur ex prædictis cibis generatio, & poros cutis constipant,non tantum, quod per hoc intranspirabiles illos reddat humores, quia sic febrem accenderet; sed quod ad eorum retentionem in cutis substantia operetur,vt in hyeme,& borea, & in regionibus similibus est videre. Vel est sumptio veneni, seu morsus animalis venenosi, & proprie thyri sanguinem, & humores corporis & membrorum corrumpentis, & in citrinum colorem,& viridem conuertentis;qui perueniés ad cutim,citrinam operatur,vel viridem,icteritiam;vnde Gal. ait. Redeamus igitur ad hepar, & videamus an in omni tempore hepar, icteritia existente, patiatur: & an sit ad hoc accidens operans. Dico ergo, quòd multoties hepate salubri existente,videmus choleram rubeam diuidi, & extra cutim exire hoc est secundum crisim. Item sine crisi sanguinem conspicimus in cholerā mutari, cū ex pessima,& aliena corruptione corrumpitur, sicut ex morsu reptilium venenosorum, quemadmodū vbi Regis ministrum, cuius,officiū erat thyros capere, quodam tēpore à thyro morsum fuisse,qui tardās sumere medicinam solutiuam, mutatus est in colorē prasij.

3. de In. aff. cap.7.

Historia de seruo Regis anguib⁹ venatore 4. de In. aff cap.7

Signa speciei icteritiæ, vnaquæque per se visui nota est, cum sit membri exterioribus coloratio fœda, cuius visus est iudex proprius. Causarum vero signa,quæ sunt occulta oportet subiungere distincte, & proprie remotarum, interiorum, quæ licet sint posteriores in ipsius impressione,priores tamen sunt in curatione. Eis enim ablatis prompte fit mundificatio sanguinis,cessatque effusio choleræ, & fœda cutis coloratio fiens, necnon, & facta cessabit facile. Inquit enim Gal. Quod prius est in intentione, posterius est in operis executione. & econuerso,recto curationis ordine procedendo. Hoc autem dixit, quia inutiliter quis prouidebit febribus, & etiam alijs dispositionibus, nisi prius meminerit causæ, cuius cognitionem cura confestim sequitur,vt dictum est. Si igitur causa eius sit ægritudo quælibet, & maxime oppilatio quæcunque mala,& debilitas, & frigida,& humida, & attractiua cystis, & etiam splenis coniecturando cognosces ex signis prædictis dispositiones hepatis,quas plurimum sequitur cystis,propter affixionem: & splen. propter colligantiam: & vtraq; propter seruitium ægritudinis debilitantis hepatis expulsiuam. Signa ibidem habuisti. Ipsius ergo præsentia,cum priuatione signorū subsequentium causarum indicant illam.

Signa.

31. metho. cap.22.

Signa vero distinguentia, inter debilitatem attractiuæ ipsorum, & sequestrationem hepatis sunt, nam debilitatem attractiuæ illorum absque debilitate expulsiuæ, hepatis, significant pauca tinctura egestionis, & minor solita naturali, & minor tinctura vrinæ cum præcessione ægritudinum cystis, & splenis, & absque ægritudine hepatis. Debilem sequestratiuā hepatis absque debilitate attractiuæ illorum membrorum, significat antecessio ægritudinum hepatis, cum lęsione in alijs operationibus eius, & tinctura in egestione, & vrina minor solita. Et quandoque sunt sanguinolentæ, sicut lotura carnis, & sequitur cachexia, deinde hydropisis. Si vero fit causa eius oppilatio in poris,per quos trahūr, & transmittunt superfluitates, signa erunt egestio alba, & constricta in citrina, non necessario in nigra, & vrina citrina,vel nigra, & color obtusus in icteritia, & subito eueniens. Signa vero specierum, & modorum oppilationis ex prædictis in hepate, & splene sunt manifesta. Signa quoque distinctiua oppilationis pororum, ex dictis in oppilatione hepatis sunt manifesta, cum prædictis in oppilationis ipsorum signis;quę percipies absq; signis præcedentium, & sequentium causarum. Si vero in causa sit materia, & multa quantitas choleræ, cuius causa materialis sit cibus,& potus, scies ex relatione infirmi,& astantium. Si vero in causa efficiente sit culpa, quæ est alia complexio calida multum hepatis multiplicans choleram citrinam,vel nigram,signa erunt,quæ superius dicta sunt,in mala complexione hepatis calida, & est paulatim eueniens, & cum hoc videbis in citrina citrinitatem maiorem, & in nigra maiorem nigredinē, vrinam quoque rubeam vehementis rubedinis, donec ad rubedinem trahat,& pannum taliter tingat,vt vix remoueri possit,& similiter egestionem. Et omnia exeuntia per nares, & sudores quasi citrina, in citrina, vel nigra in nigra,vel mixta ex vtriusque seu viridis, in viridi, & commixta. Et siquidem sit ex mala complexione multum calida totius corporis,& membrorum,ex tactu membrorum corporis, & cutis calido inflammato, & venarum rubore,& pruritu, & erunt in calore icteritiæ, & modo veniendi,mediocres,tunc, & vrina, & egestio naturales, vel quales in principio. Cholera enim multiplicata in membris tendit de sui natura ad circumferentias cutis, * non regurgitat ad interiora,cum hepar cum suis emunctorijs saluum existens egestionem, & vrinam naturales tunc operetur, licet in processu contingat mutari,& est significatio bona, quia hepatis sanitatem ostendit,quare hydrops non timetur. Vnde Hip. Icteri non valde inflati sunt. Et ex his, specierum causarum ipsius icteritię nigrę,& citrinæ sunt notæ. Et erunt cum priuatione signorum prȩcedentium causarum. Et similiter si sit causa mala complexio hepatis frigida, vel totius corporis,& membrorum,ex signis contrarijs prędictis cognosces. Causarum vero exteriorum, quæ per se sunt,sunt manifestæ,cognitis eis etiam,quę per accidens causæ fiunt. Et si quidem sit venenosa, si ab animali est morsus,ostendit punctio,si vero à sumptione veneni, significat ipsum prȩterita suspicio, & sanitas, & bonitas humorum, & aduentus illius subito, cum priuatione prędictarum causarum, atque egestionis, & cum vrina fisticali, sicut ireos proprie, vel in colore simili ærugini æris,vel succo porri secundum diuersitatem complexionis ipsius veneni,& specierum icteritiæ.

* nam.

Quinta aphor. 72.

Signa vero ipsarum ex critica vel symptomatica effusione choleræ prouenientium, sumi possunt ex prȩcedentibus,concomitantibus,& sequentibus. Ex prȩcedētibus quidem, nam criticam prȩcedit ægritudo acuta hepatis, vel splenis apta terminari per eam, nec fit subito,sed prȩcedentibus signis digestionis,& alijs signis bonæ crisis. Ex concomitantibus, quia est cum bona tolerantia,cum non sit ante statum,sed in statu,& in die critica,quæ est post vij. non ante,nisi in corpore calido, & regione calida,vt est regio Auer. Et non cum duritie hypochondrij dextri,immo cum bona dispositione ipsius, vnde Hip. Icteritia ante. vij. mala,in vij. vero,& xi. bona si dextrum hypochondrium non durum fiat. Ex consequentibus, quia cesset ęgritudo, & virtus conforretur. Inquit Hipp. Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt; si vero non,contrarium. Sed symptomaticam contraria prædictis signa ostendunt.

Quarta aphor. 62. & 64.

1. aphor. vltimo & 4. aphor. 3.

Cura icteritiæ symptomaticę, vt ex prędictis est habitum, est duæ res,prima est causarum ablatio. secunda est ipsius alterationis cutis fœdæ factæ ad naturalem permutatio. Primam rem complent proprie, quæ causas debilitatis cystis, & splenis attractiuæ auferunt. causas quoque debilitatis sequestratiuę hepatis,& venarum, siue sint de genere malę complexionis, compositionis, solutionis, vel apostematis, quæ omnia in cura hepatis, & splenis tradita sunt. Inquit autem Abuha. si fuerit causa icteritiæ in hepate, & felle, curetur cum regimine prędicto in debilitate hepatis: nam cura ipsius fellis est illa,quę oppilationes pororum cystis fellis aperiunt, causas earum auferendo quęcunque sunt, quæ omnia superius in cura oppilationis hepatis,& splenis tibi nota fecimus. Et ex proprijs est cuscuta, quæ fellis oppilationem aperit, & hepatis, & etiam omnia amara, quæ quoniam aperiunt, & absterguntur, curant ictericiam. Dixit Abu. ex conuenientibus attenuatorię ex siccitate, quam significat corporis ariditas, est administratio lenificantium,& subalterantium choleram, sicut mucilagines frigidę,& sicut sebesten, & similia cum oleo de amygdalis. Si vero fuerit ex nascentia rei ali-

Cura.

Diata.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0641-5

rei alicuius, non æſtimo quòd ſit cura, ſi vero fuerit ex apoſtemate, cura eſt cura illius. In coarctatoria azmiar eſt ex melioribus medicinis icteritiæ. Et debilior iſta eſt, in qua oppilatio eſt in meatu choleræ. Et quando cum oppilatione eſt feb. tunc attriplices ſunt boni valde, quoniam ſunt aperitiui, & extenſiui, & ſimiliter radix lactucæ, de qua ſumantur drac.ij. cum melle, & ſimiliter aqua cuſcutæ, endiuiæ, lactucæ, & myrti, cum rotulo caffiæ ſi. & oleo amygdalarum dulcium, & amararum. Et ex appropriatis in oppilatione eius, eſt rhabarbarum, hypericon, capil. vene. olibanum, rubea tinctorum, ana partes æquales, de quibus detur, dra.i. cum aqua fœnicu. gentianæ, ariſtolochiæ, coſti, polij, centaureæ, & ſimilium, ſi non ſit feb. Serapio, ait, & confert in hac ſpecie icteritiæ vomitus, fortaſſe enim aperitur oppilatio propter motum eius impetuoſum. Clyſteria quoque ex polypodio, epithymo, & thymo in nigra, & abſynthio, endiuia, malua, & violis, in citrina, vel ea, quæ malam hepatis complexionem calidam vel frigidam valde alterant, & permutant, quæ etiam ſupra in cura ipſius diximus, vel totius corporis, & membrorum complexionem malam calidam adurentem, quæ ibidem etiam tetigimus. Et ex eis proprie eſt balneum vniuerſi corporis cum aquis dulcibus, ex frigidis mollificantibus, & rarefacientibus, non ſtypticis, quæ denſando poros inflammant, qualia ſunt violæ, maluæ, lactucæ, attriplices, melilotum, coriandrum, ſolatrum, acetoſa, & ſimilia. Ex eis eſt alterare hepar cum cerato, vel epithemate de ſandalis. Et cum ſyrupo de endiuia, trochiſcis de camphora, de ſeminibus communibus, & frigidis. Ex electarijs, diarhodon, & triaſandali, & cum ſeminibus, & ſucco frigidarum herbarum, & alijs frigidis aperitiuis appropriatis, quę ſuperius dicta ſunt, & alterare etiam cum frigidis appropriatis ſupra in cura ipſius enarratis, ait enim Gale. cum cor, & hepar eſt frigidum, totum corpus frigidum erit. Et vrina rectificabitur, & icteritia ceſſat, vel quæ frigidam complexionem totius corporis mortificantem alterant, & calefaciunt, & etiã hepatis, quæ ſunt ex calidis numeratis ibi in cura hepatis interius, & exterius approximandis. Oportet autem ne ſubito approximentur, ſed paulatim, & cum caliditate non ſuperflua, aduſtiua, nam taliter approximata calorem naturalem debilem exiſtentem in eis reſoluunt.

Regimen. Regiminis quoque rectificatio in cibis, & potibus, & alijs non naturalibus rebus ſit ita, quod in contrarium vertatur diſpoſitioni materiæ, & membrorum habentium ipſam generare. Et caro eritij eſt inuatiua valde, propter fortitudinem prouocationis, mundificationis, & conuenientiæ ſuæ ad hepar. Et ex regimine iuuante fel, & remouente putrefactionem eius, & incraſſante illud, quod eſt in eo, eſt, vt cibetur frigidis, pane non azimo, ſale trito, & endiuia plurima ſeptem diebus. Et ſi quidem ſit à cauſa venenoſa, cura eſt ea, & cum his, quæ ſupra in cura ægritudinum cordis ex ſimili cauſa diximus. Galen. autem dixit, cum autem ad me veniret, qui punctus fuit à thyro, & cauſam paſſionis narraret, iuſſi eum theriacam aſſumere, qua ſumpta in pauco tempore in naturalem redijt colorem. Poſt ipſam autem dixit Abuhali, bibat patiens aquam malorum macianorum, granatorum, ſuccum endiuiæ, portulacæ, mucilaginum berberis, & omnia in quibus eſt infrigidatio cum virtute theriacæ, & cordiali. Et in ipſa iam expertus ſum cum accidit in principio, & proprie cum venenum eſt imbibitum, & bibat lac aſſidue cum oleo amygdalino. Et ex regimine conueniente, & communi ſymptomatica quacunque, cuius præmiſſa eſt cura. Et eſt, vt iuuetur cum prouocatione fluxus ventris, & ſudoris, & conſortatione naturæ. Inquit Galen. icteritia ante vij. mala, niſi cum de ventre nimia humiditas exierit. Abuha. quoque dixit, icteritia ante. vij. mala, niſi ſuccuratur fluxu ventris, aut ſudore naturali, & natura ſit fortis, illud tamen conſideratione indiget, quemadmodum de fluxu ventris in pleureſi, & vomitu in principio diximus. Si vero critica ſit, dimittatur naturæ. Inquit enim Hippo. ea quorum criſis ſit, aut facta eſt, non mouere oportet, neque nouum facere, ſed ſinere. Secundam rem complent, quæ materiã cholericam in poris, & ſubſtantia cutis imbibitam reſoluunt, & abſtergunt, & lauant, & ſic ipſum ſecundum naturalem colorem dimittunt. Quorum quædam ſunt illam cõplentia à proprietate, quędam à cõplexione. à complexione reſolutionem complent exercitia temperata, frictiones & proprie cũ aquis, & oleis ex reſoluentibus materiam ſubcutaneam, vt eſt chamæmilla, ireos, & proprie anethum, & ſudorẽ prouocantia, quę in cura hepatis in vniuerſali dicta ſunt. Abſterſionem complent vnctiones cum frictione, proprie ex acetoſitate citri, aqua acetoſellæ, ſem. melonis, & aqua cucunieris, & aqua, & aceto, & aliorum abſtergentium frigidorum, ſi adſit febris, vel calidorum, ſi non adſit, quorum ſummã in de decoratione infra faciemus, annuente Chriſto. Lauationem complent balnea naturalia, & artificialia ex aquis dulcibus, & decoctione attriplicis, ſiclæ, tribuli, endiuiæ, capil. vene. cuſcutæ, anethi, & ſimilium in citrina. In nigra vero cũ epithymo, thymo, boragine, & bugloſſa, ſene, & ſimilibus. in mixta cum, vtriuſque, veruntamen ante introitum balnei oportet, vt ſumatur aqua decoctionis aſparagi, cicerum, ana. M. i. quæ decocta ſit in vaſe vitreato cum v. veſij, aquæ, & ſit cum vino mixta, ſi non ſit feb. ſi vero adſit, ſola bibatur. Et ſimiliter aqua cuſcutæ cum ſemi. apij, & zuccharo tabarzeth, & ſi bibatur, ex ea ſacraial. i. eſſiuuatua valde. Verum particularia balnea, ſeu lauationes ſunt conuenientia oculis, & citrinitati ipſorũ cum ſuperfluit, cũ ſit eis nociua. Et ſunt cũ aqua ſeni. chelidoniæ, vineæ, rutę, vel cum aqua tribulorum, & memithæ, ſolatri, coriandri, & fructuum frigidorum, habentium virtutem abſterſiuam iam dictorum, ſubmerguntur etiam oculi in ea. Et ex conuenientibus eis, eſt ſternutatio prouocata ſecundum diuerſitatem diſpoſitionis cum calidis, vt eſt ſuccus foliorum naſturtij, praſſij, aut ciclaminis, ſicut eſt vel coctum vel infuſum in lacte mulieris, deinde in mane expreſſum; aut ſuccus radicis raphani, vel foliorum eius, vel cum parum calidis, vt eſt ſuccus ſiclæ, vel cum ſuccis frigidis, vt eſt ſuccus ſemperuiuæ, & acetum ipſum quãdo ſugitur naribus, & tenetur hora vna. Et ſtet infirmus in pila balnei, quoniam eſt bona curatio, motu enim choleram de oculo excutit, & per nares deriuando educit.

Dicit Gal. Complentia vero à proprietate ſunt, vt ſumantur nucis cupreſſi, drac.i. caſſiæ ligneæ, drac. iiij. & bibantur cum vino antiquo, & deinde abluatur, quoniã minget icteritiam. Item ſumatur fel vrſi cum vino, aut de cornu cerui, drach.i. aut pulueris ſulphuris, drach.ij. Et ex eis, quæ laudantur eſt, vt ſumatur in potu cum vino de lumbricis terrenis exiccatis, quoniam ipſum mũdificant ſtatim. Et ex expertis eſt vt dentur radices acetoſæ, & ſtet patiens in ſole, & ambulet in ipſo hora vna donec caleſiat, & ſitiat: deinde ſumat in potu decoctionem capillor. veneris, rubeæ tinctorum, & mentæ. Et ſimiliter ſi bibatur poſt balneum confert valde. Et ex ſolutiuis proprijs eſt, vt perforetur colocynthis, & expellatur illud quod eſt in ea, & repleatur vino & bulliat ſuper prunas, deinde coletur, & bibatur.

Syrupus in materia hepatis calida, ſiue refrigerans hepar, & membra ſupercalefacta, audaciã fellis, & acumen choleræ extinguit, & omnes morbos febriles. Et releuat infirmum ab hectica, & icteritia citrina, ſi Chriſtus voluerit ſanator omnium languorum. ℞. berberis, florum boraginis, cichoreæ, ſeminis portulacæ, ſcariolæ, lactucarum, papaueris, pſyllij conquaſſati in aqua frigida, hepaticæ, ana. vnc.i. plantaginis, pimpinellę, ſemperuiuæ, ſolatri, an. M.s. ſucci hepaticæ, ſucci cichoreæ, ſcariolæ ſylueſtris, & domeſticæ, ſucci ſemperuiuæ, ſucci apij, depuratorum, ana. vnc. iii. ſpodij, ſandal. ana. vn. iiij. ſeminum communium mundatorum. vnc.ii. camphoræ. dr.i. zucchari. lib.ii. aceti. vnc. iiii. doſis vnc.ii. in aurora cum aqua frigida, caue ne ſit infirmus cum oppilatione hepatis, & ſplenis, & ſenex, & debilis ſtomachi.

Alexan-

Cura 1ller. cum febre.
Vomitus.
Clyſteria.
Debalneo.
Ceratum. Syrupus. Trochiſci Electuaria.
Cũ cor. & Hepar ſunt frigida, totum & corpus frigidum erit.
Ar. med. c. ſua ac cap. etiam 50.
Regimen.
Qualiter curetur ictericia ex morſu animalis venenoſi. 1. de lo. aff. cap. 7.
Qualiter nõ oes ictericia ante vij. eſt mala. aph. 62.
1. aphor. 22. Curationis principalis ſecũda pars. A Complexione q̃ ſint bona. Frictio.
Balneum.
Cura coloris oculorũ ictericia.
De ſternutatione.
A proprietate qua.
Syrupus optimus ad ictericiã & ad multa alia vtilis.

Alius syrupus ad idē. Alexander, syrupus vtilis habentibus hepar supercalefactum, & choleram exuberantem in felle extinguit, & mundificat. Reci. succi endiuię, succi plantaginis, lupuli, fumiterrę, ana lib.iij. depurentur, & bulliant aquę fontis in quibus resideant, rhabarba. drach. x. spicę nardi. scrup. i. s. per duos dies, & bulliant deinde vsq; ad cōsummationem, lib. iiij. deinde coletur, & aqua zucchari, lib. j, & syrupentur, dosis, vnc. ij. cum aqua frigida. Syrupus ex inuentione nostra ad hepatis materiam nociuā vt expellatur, mundificans hepar, & malitiam fellis per vesicam, extinguit audaciam cholerę, fugat febres omnino, rectificat effigiem, citrinitatem oculorum, & ictericiam ex caliditate inflammante, & vrente, eo quod mēbra, quę sunt radix ęgritudinū rectificat, si Christus voluerit. Omnia enim velut deficiente igne deficerent, & velut pluuia deficientibus nubibus euanescerent, si modicum sua quiescęret influentia. ℞. capillorū veneris, scariolę sylueſtris, portulacarum, scolopendrię, eupatorij, lupul. saxifragię, hepaticę, radicis, & foliorum cichoreę, & florum, radicis apij, fęniculi, bruſci, asparagi, semperuiuæ, tamarindorum, rubi, vuarum cum sua teneritate, alchechengi, vel nenupharis, solatri domestici, ana. M. i. seminis coriandri, portulacę, apij, fęniculi, anisi, subtilissime puluerizatorum, ana dr. iiij. florum boraginis, violarum, psyllij præparati, rosarum, ana drach. iiij. sandali vtriusque, calami aromatici spodij, mastichis, ana dra. i. succi plantaginis depurati, succi fumiterræ, succi apij, succi arthemisiæ, succi pomi acetosi, succi scariolę, &c. pomi terranei perfecte depuratorum, ana dr. iiij. rheupontici, drach. iiij. rhabarba. electi drach. s. camphoræ, drach. i. spicæ, drach. s. zucch. lib. iiii. aceti infecti in musco. vnc. iiii. Dosis, vnc. i. vsque ad ii. cum aqua cichoreæ, vel lactis caprini in mane. Hippo. syrupus vltimus hepati inflammato, & possessori oppilationum venarum. ℞. florum tamarisci, chamæpityos, berberis, an. vnc. i. atisto. M. i. sandal. albi & rubei, ana vnc. i. zuccha. libr. ii. cusçutæ, absynthij, ana vnc. i. Filius Zachariæ. modus emplastri refrigerantis hepar inflammatum, & fel, & choleram. ℞. sandali, drach. iiii. semperuiuæ tritę. vnc. ii. farinæ hordei, vnc. s. mastichis, drach. i. albuminis ouorum trium, camphoræ, drach. s. olei ros. & aquę ros. succi solatri, succi verbenæ, ana. drach. ii. aceti, vnc. i. applicentur permixta benè à tertijs vsque ad vesperas. Syrupus ludæi. ℞. succi endiuiæ, succi absynthij, succi eupatorij, ana lib. i. depurentur, & addatur zuccha. lib. i. aceti, radicum. vnc. ij. Et aromatizentur cum vtriusque sandali, spodij, ana drach. ij. spicæ, drach. s. valet ictericiæ citrinæ, & nigræ ex aduſtione, & oppilatione, expertum est. Similiter si fiat ex succo rostri porcini, & si præmittatur cum aceto albo, est efficax, & expertum. Græcus, medicamen magnum in ægritudinibus diuturnis hepatis, ictericia nigra, & ægritudinibus diuturnis hepatis, ictericia nigra, & ægritudinibus phlegmatis salsi, & lepręr. fumiterrę, sem. lapatij. sem. absynthij, scabiosę ana drach. ix. omnium myrob. sine ossibus, ana drach. v. hieralogodion, suc. ros. an. vnc. i. thymi, epithymi, senæ, ana drach. vj. rheupontici. vnc. i. mannæ, pulpæ casiæ, tamarindorum, ana drach. iiij. rhabarba. boni, & rhauedsceni, ana vnc. j. conficiantur. Syrupus. Recip. laccæ, spodij, ana drach. i. spartanæ. drac. i. polypodij, anisi, ana vnc. i. eupatorij, hepaticæ, ana. M. s. dosis. vnc. s. cum aqua lactis caprini.

Emplastrum refrigerans hepar.

Syrupus bonus.

Medicamen bonum ad ictericia nigram.

Syrupus ad idem.

Vnguentum refrigerans hepar. Vnguentum refrigerans hepar, acumen fellis, & feb. calidas magnas. ℞. axungiæ porcinæ recentis quantitatem quam volueris, laua eam cum aqua calida decies, & octies cum frigida, postea pistetur, &c. cum ea incorporetur rosa. vnc. i. sandali vtriusque, spodij, ana drach. iij. rhabar. drach. iij. spicæ, drach. i. camphoræ, drach. i. ceræ albæ, drachm. iiij. olei rosati, succi semperuiuæ, ana vnc. iij. coquantur cum facilitate, deinde coletur, & permitte congelari, est maximæ efficaciæ vbi oportet. Inquit experimentator magnus. Succus hepaticæ cum albumine ouorum agitato mixtus, per decem dies cum ieiunio assumptus curat dyscrasiam hepatis, & fellis,

Optimum experimentum.

A calidam, & est efficax, & appropiatum in ictericia, si Christus voluerit. Inquit Thesaurus. ℞. succi semperuiuæ depurati partes decem, mellis partem vnam aceti, partem. s. & bulliant ad partem mellis. Ius serpentis, vt supra de cura oppilationum hepatis positum est, est expertum in vtraque ictericia, & supercalefactis in hepate, & malitia fellis, necnon, & coniunctione complexionis, & substantiæ, quamuis ad bene esse secundum aliquid faciant nec substantia, nec complexione. Scriptum est enim, quod tale ex non quali muniuit medicinā largitor bonorum naturali, sed supernaturali virtute vtraq; cœlesti, & elementaria, sicut Deus creauit, sicut quędam est nobilissima in rebus virtus non natura hac, sed altera natura, natura ignota non de naturis, quæ sunt sub Sole, sed alterius naturæ nostro intellectui ignotæ. Abuha. syrupus de absynthio, curat ictericiam citrinam, & confortat stomachum, & chamæmilla, & alchechēgi, aqua decoctionis cusçutæ, lacca, & syrupus de menta, lactuca cum aceto, casia fist. acetositas citri, & succus ros. curat eam: & albaras, rhabarbarum, & aloes, cum aqua lactis capratum, vel camelarum. Idem, decoctio polij cum aceto curat ictericiam nigram, litium indum bibitum, & linitum prohibet ictericiam nigra, & splenem. Et asa administrata cum ficubus, & decoctio cicerum, & chamædryos, chamæpithyos, confert ictericiæ nigræ. Succus caulis cum vino de passis, succus radicis pentaphyllij, calamentum sylueſtre, &c. radix pęoniæ, & syrupus ex eis cōpositus, est efficax, & expertus, si Christus voluerit, scolopendriæ, * os sepiæ, &c. * venæ tinctorum conferunt ictericiæ ex oppillatione, & proprie cum aniso, & vino albo.

Alius ad idem.

** ōis ſpica.*

** rubia.*

Aqua foliorum raphani aperit oppilationes hepatis, &c. remouet ictericiam, rhabarbarum, agaricum, & aloes. Filius Serapionis, medicina solutiua, quæ abstergit ictericiam. ℞. scamno, aloes, sitacost, seminis atriplicis, ana partes æquales, terantur, & detur in potu ex eis. drachm. i. cum aqua bulliente. Idem medicina solutiua ad ictericiam valde mirabilis. ℞. cammo. drac. iiij. myrobal. citrino. drachm. vj. succi eupatorij, drach. i. terantur, & cribellentur, & detur potio. drach. ij ex ea cū aqua, & zucch. Serapio. medicina solutiua ad ictericiam nigram experta, &c. ℞. succi cyclaminis, vnc. iiij: alias vnc. i. & solue, in iij. lib. zucch. & decoque quousque remaneant duæ, & detur in mane. Item alia ad ictericiam, & incœptionem hydropisis, & datur cum lacte camelarum, vel aqua casei, & si illic est caliditas, cum aqua solatri, & endiuiæ, & volubilis. Recip. succi eupatorij, rhaued. croci, ana drach. i. s. laccæ, seminis cusçutæ, ana drach. ij. cymarum schænanthi, semi. citruli, sem. cucumeris, sem. portulacæ, scammoneæ antiochenę affatæ in cytonio, ana vnc. i. terantur, & cribellentur, & detur potio ex ea, aure. i. cum eo, quod videtur ex rebus prædictis. Syrupus ex inuentione nostra, ad hepatis inflammationem, choleram reprimit, & eius furorem in cysti extinguit, membra totius calefacta infrigidat, febres alterat, & diuturnas abbreuiat, & ictericiam citrinam sanat, si Deus voluerit. ℞. succi apij, succi absynthij, & eupatorij, succi boraginis depuratorum, ana lib. s. bulliant in eis permixtis v. radices, communes ros. in aceto, ana vnc. i. lactucarum portul. papaueris, endiuiæ, ana vnc. s. eupatorij. M. i. coquantur, & colentur cum expressione, & colaturæ addatur, zuccha. lib. ij. aceti, prędictarum radicum, & succi granatorum muzorum, ana vnc. iij. & in pecia rara bulliant sandali vtriusque, spodij, ana drachm. ij. & quidam addunt camphoræ, drachm. s. dosis, vnc. ij. cum tepida, in aurora; & premittatur phlebotomia, si expedit. Deinde finito syrupo ministretur infusio rheub. drac. ij. s. in aqua casei fructuum, vel succi ros. & alteretur hepar cum sandalis cōmunibus, & succo endiuiæ, deinde balneum temperatum dulcis aquæ intret, & seruato bono regimine liberabitur, si Christus voluerit; quia cum tali regimine liberaui multos, & est expertum.

Medicina ſolutiua ad ictericiam.

Alia mirabilis.

Syrupus val de vtilis.

PAR-

PARTICVLA QVARTA

sectionis primæ, quæ est de medicinis ægritudinum membrorum expulsionis.

PROLOGVS.

EXplicauimus hucusque sermonem in medicinis ægritudinum membrorum nutritionis, quæ ad tertiam spectabant particulam sectionis primæ; tempus est, vt afferamus illum ad eius particulam quartam, quæ erit de medicinis ægritudinum membrorum expulsionis. Sciendum prout retulit Falco, quod expulsio superfluitatibus proprie debetur, tanquam corpori inutilibus. Circa quam Galen. summus medicorum inquit. Et quia ex necessitate cibarijs superfluitas insequitur, organa ad euacuandum eam natura constituit, eisque virtutes imposuit, quibus mota alia quidem attrahunt, alia nutriuntur, alia vero expellunt superfluitates. Attrahũt splen, cystis fellis, & renes, vt in primo capitulo summæ tertiæ, & quartæ, præcedentis tertiæ particulæ dictum est. Nutriuntur vero splen, & cystis fellis, sicut dictum est in summa præcedenti, vbi de eis diximus. Expellunt superfluitates intestina, vesica, & viæ vrinales. Triplici autem existente digestione, a triplici superfluitate, quæ illi insequitur necessario, ficca scilicet, humida, & vaporosa, ad expulsionem ficcæ taliter à prædominio nominatæ, quæ digestioni primæ stomachi insequitur: constituit proprie, & principaliter natura intestina sex numero, tria gracilia, & tria crassa continua in seipsa, incipientia à fundo stomachi, protensa vsque postremum sphincterim, longa, circumuoluta inuolutionibus pluribus, ligata dorso ligamentis stringentibus ea, quibus aduenunt arteriæ, venæ, & nerui plurimi tanquam sensu plurimo indigentes. Composita ex duplici tunica neruosa, solida, ne rumpantur a superfluitatibus transeuntibus, habente tria in se villorum genera, quorum latitudinales in interiori tunica sunt situati in exteriori alijs situatis. Inquit enim Galen. & omnia, scilicet organa videbis secundum villos mota. Et propterea vnicuique quidem intestinorum rotundi.i latitudinales secundum alterutrum tunicarum inuoluti sunt, qui circumtrahuntur solum, attrahunt nihil, & sua circumuolutione retinent magis quàm propria virtute, quorum tria superiora gracilia intrinseca superficie sunt fulcita humiditate mucilaginosa, tria crassa inferiora pinguedine, ne à motis, & discurrentibus superfluis offendantur. Primum ipsorum vocatum est duodenum, quia longitudinis xii. digitorum, in rectum exiens à stomachi fundo, cui continuatur; cuius officium, & iuuamentum est, vt sit porta inferioris meatus stomachi, & eo clauso teneatur cibus in stomacho, donec digeratur perfecte, & sicut cibus per meri in stomachum aperto trahitur, ita eo aperto expellatur per eum de stomacho ad intestina illa gracilia continua ipsi, scilicet ieiunum, & ileon, quibus multipliciter inuolutis teneatur, donec mesaraicæ eis affixæ multæ traxerint ex eis succum ad hepar, cuius sunt manus (aliter autem corpus semper appereret, vt gulosum) donecque, si quid diminutum à digestione in stomacho habuerit, complearur per virtutem eius mediantibus mesaraicis ab hepate venientem, & sua propria complexione, quæ est similis complexionis substantiæ stomachi. Et quia maxime tales venæ sunt affixæ ieiuno, à quo maxime attrahendo ipsum inanitum a viscositate cibi dimittunt, & a crasso fœculento inaniente ipsum cholera rubea, illi transmissa per felleum porum à cysti, quæ excitat expulsiuam, dictum est ieiunum. Ileon autem iuuamentum est idem, licet ab eo minus trahatur quàm a ieiuno; plus tamen digestio fit in eo quàm fiat in inferioribus crassis, quæ ab ea etiam non euacuantur, sicut nec venis hepati venientibus ad ea propter sectionem, licet modicum fugant, & ab eo passio iliaca dicta est. Inquit Gale. Ægritudines multis modis sortiuntur nomina, vt a membro, & huiusmodi. Intestinis vero ileon continuantur alia tria crassa, quorum officium generale est præparare fæces, cõpellere, & exiccare, sicut trium gracilium generale officium est cibum a stomacho missum continere, donec mesaraicæ traxerint eius succum, diminutum digestionis supplẽdo. Horum primum dictum est monoculus, quia vnum habẽs orificium, per quod cibum a superioribus gracilibus recipit, & siquid in eo sit indispositum suctioni, propter indigestionem stomachi, & superiorum, detinendo ipsum quietum in eius concauo, tanquam in burſa decoquẽdo perfectius, vt aptum faciat suctioni mesaraicarũ in alijs intestinis crassis inferioribus affixarum, licet illa sit pauca, quarum proportio eius ad intestina alia crassa est, sicut proportio stomachi ad superiora gracilia. Et propterea situs eius est ad posteriora, & declinans ad partem dextram, vt virtutis hepatis opportune recipiat influentiam, quod vero omnino indispositum est, illi præparat, vt conuertat in fœcem; quam postmodum per idem orificium expellit ad inferiora, & plurimum ad consumptionem phlegmatis in eo aggregati per indigestionis modum, lumbricos, & serpentes ex ipso corrupto generat: paucos tamen numero, & quantitate: sic enim iuuãt ad ipsius consumptionem, nec nocent, quare corpus raro est fine eis. Et ex eius iuuamentis est, vt colligat fæces, & paulatim subsequenti ipsum, s. colo amittat, vt exiccentur, & compleantur in eo, atque aggregentur, donec expellantur à natura grauata; & melius comprehendẽte totum coniunctum, quam dispartitum; si enim simul expelleretur ad intestinum coloni, & simul venirẽt omnes, timeretur euentus colicę propter multitudinem oppilantem. Et hoc intestinum dignius est, vt descendat in burſam testiculorum alijs propter rupturam inguinis, seu siphac, cum non sit alligatum mesenterio per mesaraicas, vt alia intestina; immo pendens ab alijs, sicut burſa oblonga. Huic enim ab inferiori parte continuatur aliud crassum intestinum, vocatum colon. Cuius iuuamentum est fæces exiccare, & complere, & aggregare, vt dictum est, & ab eo dicta est colica, sicut iliaca ab ileon; & hoc intestinum cum elongatur a monoculo declinat ad partem dextram propinquam hepati; deinde ad partem finistram descendit, & pertransiens splenem coarctatur; quapropter in crassitie splenis, ventositatis exitus prohibetur: dum vero comprimitur super ipsum, deinde redit, & declinat ad partem dextram propinquam hepati descendens ad posteriora, & tunc communicat renibus, & vijs vrinæ; quare in lapide renum cum aggregatur, & descendit cum vrina, accidentia accidunt colicæ propter compassionem ex colligantia, & vicinitate. Et illic continuatur cum recto, quod est postremum intestinorum, in rectum procedens, vsque ad sphincterim, cui sui extremitas ampla continuatur; & in suo processu sustẽtatur propter dorsum alchatim. Cuius iuuamentum, vt dictum est, est fęcis expulsio ad exteriora; vt sit facilis, fuit in rectum positum; ad cuius expulsionem adiuuant lacerti vẽtris almirach, octo numero secundum Galen. Et lacerti, qui sunt in ipsis, præter quasdam extremitates ipsorum, & aliorum, quæ sunt via cibi, vt est guttur, & caput, & extremitas, quæ est in sphincteri, quæ iuuantur lacerto latitudinali, illa ad attrahendum, hæc vero ad retinendum. Ex quibus sic per anatomiam collectis scire, & comprehendere poteris eorum naturam, & quales, & quantę sint ęgritudines eis accidere possibiles; loca quoque ægritudinũ, causas, & modos, necnon propria, & communia accidentia insurgentia, quæ omnia sunt in cura ægritudinũ necessario præscienda. Scire ergo oportet quod intestinis accidere possunt morbi cuiuslibet generis, scilicet malæ complexionis, compositionis, solutionis continui, & apostematis; verum quia infirmo, cum sint intestina in profundo posita, ipsorum morbi sensu non sunt perceptı,

1. fan. num. c. 3. & 12.

Triplex digestio, triplex excrementum.

3. fac. nat. cap. 1.

Intestinorũ numeral ordo, & iuuamen alij ne minis ratio. Duodenũ.

Ieiunum.

Mesaraica vena sunt manus hepatis.

Ileon.

Qualiter ægritudines sortiuntur nomina. 2. meth. me. ca. 2.

Colon.

Rectum.

5. de lo. aff. c. 7. in prin.

cepti, nec medico, nisi specie alterius duorum symptomatum communium omnibus, doloris scilicet, & fluxus, quæ secundum Gale. suo excessu imprimunt in naturam, substantiam ipsius resoluendo, & euacuãdo, quare medicum cogunt desistere a cura prædictorum morborum, & vehementiæ ipsorum instare, ac fixioni, & permanentiæ eorundem, quibus ægritudinis naturam assumunt, ægroris illud idem petentibus præ molestia, & defectione, quam sentiunt; vt supra in stomacho diximus, & etiam in corde. Ideoq; antiqui de ægritudinũ intestinorum cura agentes, moti sunt curam illorũ duorum symptomatum tantũ pertractare, cura enim illorũ vera, est cura prædictorum, quos sequitur, morborum.

1. meth. med. ca. 1.

Continet igitur secundum hoc, hæc quarta particula summas quinque.

Prima erit de medicinis ægritudinum membrorum deseruientium expulsioni su, erfluitatis siccæ, vt intestinorum, & ani fol. 55.

Secunda de medicinis ægritudinum membrorum deseruientium expulsioni superfluitatis aquosæ, vt renum vesicæ, & aliorum. fol. 72.

Tertia de medicinis ægritudinum testiculorum, & virgæ. fol. 83.

Quarta de medicinis ægritudinum matricis, quæ generationi deseruit, & expulsioni seminis, atque fœtus, de genere superfluorum secundum ϕ existentium indiuiduo expellenti. fol. 89.

Quinta de ægritudinibus membrorum, & partiũ ventris, ex quibus sunt lacerti ventris, & aliæ cooperantes prædictorum membrorũ expulsioni, vt Galen. dixit.

S V M M A I.

Continet capitula decem.

De dolore intestinorũ, & medicinis eius. Cap. 1. fol. 55.
De cura vermium, & medicinis eorum. Cap. 2. fol. 59.
De fluxu ventris omnium modorum, & medicinis eius. Cap. 3. fol. 61.
De tenasmone, & medicinis eius. Cap. 4. fol. 67.
De hæmorrhoidibus, & medicinis earum. Cap. 5. fol. 69.
De apostematibus ani, & medicinis eius. Cap. 6. fol. 71.
De medicinis ragadiarum ani. Cap. 7. fol. 71.
De medicinis fistularum ani. Cap. 8. fol. 71.
De pruritu ani. Cap. 9. fol. 71.
De medicinis mollificationis ani, & exitus eius. Cap. 10. fol. 72.

De dolore intestinorum, & medicinis eius. Cap. 1.

Species.

Tertio, & dolor intestinorũ quid.

DOlor intestinorũ est sensus nociuus eorum, & est diuisionem recipiẽs. Nam aut est in omnibus, aut in aliquibus. Si in omnibus, vt totum comprehendat ventrem, hypochondria scilicet supra, & infra vmbilicum: & hic, aut est in motu, & dicitur tortio, aut quietus, & dicitur proprie dolor ventris: qui si mediocres sint, indicãt dispositionem neutralem, & futuram portendunt ægritudinem; si vero fortes, vt actionem lædant, sunt ægritudo. Inquit Galen. tortio quidem in ventre, aut aliquis mediocris dolor, aut secundum stomachum, aut secundum intestinorum aliquod, de genere sunt eorum, quæ sunt præter naturam, & hæc sunt ægritudinum signa, quandiu fuerint parui, non dum vero ægrotare ita habentes dicuntur, quando nondum propter hoc a consueta operatione impediuntur, & ęgritudines eius, ista est in talibus dispositionibus, & propterea in ad aliquid, eandem dispositionem, & neutrã, et ęgram diximus. Si in aliquibus, aut est circumscriptus in aliquo particulari loco, alicuius quatuor partium ventris, est tamen paruus, & dicitur punctio, & est de genere neutrorum, aut est magnus, fixus, & perdurans, ac opera consueta impediens, & tunc aut est in crassis, & dicitur colica proprie a colon, aut est in gracilibus, et dicitur

Mala affectio parua dimee sibi-tas operatio nes non impedit, signũ parui quã morbus dicitur.

Colica, & illiaca vnde dicta.

A iliaca ab intestino ileon proprie, horum autem nominũ impositio, a nomine ipsorum duorum intestinorum sumpsit originem, propter eorum aptitudinem, & proprietatem inter alia ad hunc incurrendum dolorẽ: sunt enim strictiora alijs, & circunuoluta circunuolutionibus pluribus, quibus apta sunt repleri, & oppilari, maxime superfluitatibus, quæ sunt causa doloris, non sic duodenum, propter eius situs rectitudinem, & breuitatem, orificium largum. Non etiam sic rectum, propter eius rectitudinem, curtitatem, oris largitatem, & propinquitatem ad extra: & hæc est diuisio quam dolor recipit a locis, sine causæ percipientis varietate. Alia est diuisio, quam dolor recipit ratione suæ essentiæ, & imprimentis causæ, & est quia, aut est pungitiuus, aut grauatiuus, aut extensiuus, aut corrosiuus, aut perforatiuus. Causa enim interior ipsum dolorem imprimens, aut est calida, & acuta, & subtilis, ipsorum separans continuitatem, licet sit raro, & tunc facit pungitiuum, aut est frigida, crassa, viscosa, alterans, & tunc facit grauatiuum, aut est ventosa, & vtraque est plurimum causa eius, & tunc facit extensiuum, & dolorem ventris comprehendere totum, licet hic quandoq; a frigiditate exteriori procedat, aut est discurrens cum adhęrentia cum circũuolutionibus intestinorum, & tunc facit tortuosum, seu tortionem, aut penetrans inter duas laminas intestinorum, & separans inter eas, & tunc facit perforatiuũ, ac si viscera perforarentur terebello, sicut in seipso patiente colicam Galen. sensit, quæ si fit debilis, facit dolorem, primum de neutralitatis genere, si fortis, colicum & iliacum. Et siquidẽ suæ impressionis fortitudine multum debilitauerit intestina alterando, soluendo, oppilando perfecte; vt quia fuerit ventositas contorquens ea crassa, & fixa, quemadmodum apostema iam factum, & confirmatum in eis, cum confirmatum relinquet, si vero non multum debilitauerit intestina, erit in fieri non confirmatum. Et generaliter, aut causa eius erit interior, aut exterior. Et interior, aut est in ipsis intestinis, aut in alijs perueniens ad ipsa, propter colligantiam, & communitatem propinquam absolutam, & non absolutam. in ipsis existens est ægritudo quęlibet debilitans eorum expulsiuam, scilicet mala complexio, mala compositio, solutio continui, & apostema. Mala complexio diuersa subito alterando ipsorum naturam, dolorem facit quælibet, & materialis, vt plurimum frigida, propter proportionem in natura, minus vero humida de se, propter debilitatem impressionis. Mala compositio, est ipsius causa per accidens, non per se, cum enim dolor sit sensus nociuus, non fiet nisi ex permutatione grandi, fiente a re præter naturam imprimente in organum virtutis sensibilis, & in naturam eius, quæ est complexio, & vnitas, seu continuitas, cuius fit permutatio, & alteratio in dolore: est enim virtutis sensibilis tactiuæ, cuius, dolor est passio, organum principale, & completissimum, consimile membrum, puta neruus secundum Galen. non officiale, cuius natura est compositio, & continuitas proprie, & non vnitas, vel continuitas proprie, vt Auer. ponit. Ad hoc autem compositio ipsa mala non est imprimens, & permutans naturam organi sensus tactus iam dictam, cum non sit illi contraria, sicut mala complexio, & solutio, quibus mediantibus res alterans, & soluens imprimũt in illam, & si res imprimens malã compositionem in membro cõposito soluat eius compositionem, & sic inducat dolorẽ, illud tamen non erit, quia compositionem soluat, quæ est eius natura propria, sed vnitatem, & continuitatem, quæ secundum Auer. est propria natura membri consimilis, quod est organum sensus, & sic per accidẽs faciet. Ex quibus concludendum, quòd mala compositio per se non sit causa doloris, tum quia permutatio dolorem non causat, tum quia ipsa non imprimit, nec permutat naturam organi sensus per se, cuius permutatio doloris est causa. Per accidens autem mala compositio fit causa eius dupliciter, puta quia fit in eis oppilatio. primo ratione suæ causę replentis, & oppilantis eius receptaculum, atque viam prohibentis expulsionem, prout spectat ad

Cauſa.

Cauſæ generales.

1. de lo. affect. cap. 2. & 1. de cauſ. ſympt. ca. 4.

Auer. loco infra citato.

prȩsens

præsens, quæ potest multipliciter præstare dolorem. Aut quia sit stercus durum, siccum, crassum, & multũ, quod extendendo dolorem imprimit, aut humor crassus, viscosus, qui multipliciter, infrigidando, & extendendo inducat dolorem, Aut lapis, aut vermes multi, crassi, & conglobati, qui extendendo, & pungendo, dolorem inducunt, aut apostema, quod alterando, & soluendo dolorem præstat; & sic coarctatoria fit non carnosa, nec verrucosa, aut attenuatoria, & eorum partes constringendo, ac comprimendo dolorem præstans, vt est adiacentia membrorum vicinorum comprimentiũ, vt splenis, proprie apostemati, & indurati similiter hepatis, & lacertorum almirach, aut ventositas circunuoluendo, & torquendo oppilans, & per consequens replendo, & extendendo ipsa, faciens dolorem consideratione aliarum superfluitatum ex ea retentarum, quæ causa doloris esse possunt. Solutio continui eorum naturam mu-
3. Colleg. cap. 13. tans soluendo, dolorem facit per se, licet Auer. ostendat contrarium dicens, quod cum dolor sit sensus nociuus à contrario impressore, non sentitur, nisi per complexionem membri naturalem, non integre permutatam, si enim esset integre permutata, non sentiretur. Impressor autem contrarius complexioni naturali, erit mala complexio alterans naturalem, vt est mala complexio, seu qualitas, non solutio continui, vt dixit Galen. & errans Auic. confirmauit. Cui Falco respondit, dicens quod si solutio continui, seu soluens cõtinuitatem, inquantum huiusmodi non sit contrarium imprimens in naturalem complexionem membri, est tamen imprimens in vnitatem ipsi etiam naturalem, ambæ sunt enim naturales ei secundum eum, & proprie vnitas, & complexio, licet secundum Gale. vna sit communis, & alia propria, & ambæ à se luent, quasi insimul permutatæ, sic enim inuicem in membr consimili sunt coniunctæ, quod mutata vnitate, seu continuitate, statim inducitur mala cõplexio, licet non econuerso sequatur, & illud quoniam solutionem euacuatio communicat, sequi turq; occursus alterius caloris, & spiritus, qui malę complexionis est causa, quare solutio continui, causa per se erit doloris, & maioris, quam mala complexio, quod etiã
9. de fac. symp. mor. t. 18. & 8. physic. tex. 22 De caus. morb ca. vl. & de lo. aff. lib. 2 cap. 5. Qualiter in tardũ in intestinis generatur lapis, quem tamẽ Gale. ait se vnquã nec vidisse nec ab alio, qui id viderit audiuisse. 6. de lo. aff. 2 sensus declarat, contra quem nulla ratio valet, sicut Gal. & Arist. dixit. Et causa soluens eorum continuum est aliqua ex prædictis, puta humor acutus, vel multus, ventositas, vermes, & lapis in intestinis generatus, vt recitat Gal. & vidimus nos quendam puerum emittentem plures lapides crassos, sicut nux, & plus, per anum, non tam magnos per virgam, cui contulerunt valde melones, & mirum, quia sine dolore, licet in lapide intestinorum minor dolor sit, sicut etiam generatio minor, & illud propter complexionem, amplitudinem membri, & vacuitates eius. Apostematis autem causæ, & modi superius dicta sunt. Causa autem eius ab alijs prouenientis ad ipsa, & influens cum communitate non absoluta, & propinqua, est, vt cum à superioribus intestinis, & stomacho aliqua prædictarum causarum ad ea peruenit, seu mittitur. Aut remota, cum ab hepate, vel splene, aliqua ex illis immittantur eis, vt est plurimum cho. rub. vel nig. Aut à spiritualibus, vt cum hic sanies mittitur ab vlceribus pectoris, & pulmonis, per venam magnam extensam supra dorsum mediante hepate, licet illud fit raro. Aut a cerebro, vt in catarrhis. Aut a toto corpore, vt in diarrhæa, & fluxu liquefactiuo, & febris dissolutiua. Aut propter communitatem absolutam, & est ipsorum compassio ad renes, & vias vrinę habentes lapides, & stranguriam, aut neruos, vt in spasmo, & tetano, aut ad siphac rupturam cum discedunt in bursam testiculorum. Exterior vero causa, est aer frigidus, vel pestilentialis, &c. ventus septentrionalis, balneatio in aqua frigida, sessio in lapide frigido, & potus aquæ frigidæ, vel veneni alterantis, & corrumpentis, & proprie in ileo, & cibus, & potus, qui sua proprietate habent facere colicam, vt cucur. vua, pyra immatura, fructus pontici, & alij recẽtes. Et potus aquæ frigidæ super ipsos, & cibi ex ponticis, &c. stypticis, & casus super ventrem, percussio contundens, & scindens. Sed specialiter inquirendo, ipsius causa est quę vniuscuiusque speciei eius generalem causam subdiuidit, & specificat præ distinctam, pungitui enim doloris causa cum sit calida, & acuta, & subtilis, aut erit humor cholericus, aut salsus sua viscositate eis adhærens, & sua bauracitate mordens, aut sanguis corruptus, aut vermes suis capitibus, aut aculeis ea perforantes, & pungentes, aut vlcus apostematis, aut ventositas coarctata, quæ petendo exitum, perforat, & pungit. Et omnium causa quo ad quædam, dicta est, quo ad aliqua, dicetur infra. Et grauatiui causa, cum eius causa sit frigida, crassa, & viscosa, in eis aggregata, aut erit humor phlegmaticus, aut sanguis congelatus, aut melancholia, quæ de se dolorem talem faciunt suauem, qui conuersi in ventum exacuunt, & intendunt secundum Galen. Extensiui, tortiui, & perforatiui cum eius causa sit ventositas, aut erit ex parte causæ efficientis, aut materialis, aut vtriusque, vt supra de inflatione stomachi dictum est. Et causa materialis, aut est humor crassus, & humidus ex gulositate, & indigestione causatus, aut cibus, qui sua natura multiplicat phlegma, & ventositatem, quare colicam facit, qui tibi supra notus est; & similiter potus, & siccitas fæcoris, aut crassitiei causa est, aut ex parte cibi, aut ex parte corporis. Cibi, quia fuerit siccus, & paucus. Si ex parte corporis, aut ex causa in intestinis, aut in reliquo corpore. In intestinis, per se, & per accidens, per se, quia sint calida, & sicca naturaliter, vel ex frigiditate extrinseca aeris constringente caliditatem interius, quæ habet fæces exiccare, & phlegma crassum condensare in lapidem. Per accidens autem, quia longo tempore eam retinuerit, & causa est, quia sint fortis retentionis, & debilis expulsionis naturaliter, aut ex tempore, aut quia sint debilis sensus, aut ex ægritudine, vt paralysis aut ex medicina narcotica sumpta. Si in reliquo corpore, aut in aliquibus membris, aut in totius habitudine. primo modo, vt cũ fuerit in lacertis ventris debilitas in complexione, aut quia non fuerit missa cholera excitans ipsa ad expulsionem propter peccatum in hepate, cysti, & vijs choleræ ad intestina, aut quia multa vrina fuerit prouocata. Inquit enim Hippocr. in aphor. multa vrina noctu facta modicum secessum significat. Si in habitudine totius, vt quia fuerit corpus inanitum, vel multæ resolutionis manifestæ cum sudore, vel occultæ quia fuerit ratæ compositionis, aer calidus, & resoluens, ars coadiuuans vt laboriosa in aere calido, vt fabrilis, vitrealis, & seruientium in balneo, & in Sole, vt cursorum, ligonizantium, & remigantium, murantium, & aratorum. Et modus communis in euentu colicæ est, vt repleatur primo monoculum intestinum fœce, &c. phlegmate crasso, & oppileatur, quod calefactum, a circũstantium membrorum caliditate, vel approximatione auxiliorum, & conuersum in ventum, & extensum ad inferiora, colicam, & dolorem fortem faciat. Et dum non euacuatur monoculum non sanatur perfecte, immo tunc accidit, vt si fiat clyster, aut euaporatio, agitetur materia in monoculo aggregata, quare duplicatur dolor, sicut accidit etiam in iliaca maxime. Cum enim clyster immittitur, materia in gracilibus contenta, ad quæ non peruenit enema substantialiter, vt dicit Galen. sed secundum virtutem, agitatur & commouetur, quare dolor augetur. Et quandoque clyster, & materia mota per ipsum, non habens exitum per inferiora, superius expellitur, & cum stercore simul per os emittitur, & est mortale, vt dixit Gale. Et quandoque in stomachi ore imbibita manet, & facit singultum. Et quem admodum colica, &c. iliaca ex alijs membris patientibus accidit propter colligantiam, vicinitatem, ac communitatem, ita ex eo passio, & nocumentum alijs prouenit membris, propter communitatem nõ absoluram, & permutationem materiæ ipsius ad stomachum, &c. proprie iliacæ. Et quandoque accidit singultus, & vomitus, vt dictum est, quandoque ad iuncturas dorsi, & aliorum membrorum articulos, ex quibus dolor in eis debilis offuscatus, propter colicæ vehementiam, vt dixit Hippo.

Causa exterior.

Modus communis euentus colicæ.

4. aph. vltimo.

6. de lo. aff. cap. 2. & 3. meth. med. c. 13. ac 3. eiusdẽ c. 7. 3. de symp. cau. cap. 8.

4. apho. 46. xit Hippo. quæ si sit ex materiæ ipsius multa extensione, malum est, si vero ex permutatione, est bona. Et quãdoq; fit translatio materiæ, & permutatio ad neruos, & accidit paralysis, & quandoque ad cerebrum, & accidit epilepsia, vel melancholia, & tunc proprie cum balneũ approximatur ante euacuationem. Et quandoque propter communitatem absolutam corrumpit hepatis cõplexionem, & accidit hydropisis, & quandoque cordis, propter vtramq; communitatem, & accidit tremor eius, & malitia anhelitus, & sudor frigidus, & syncopis, & est malum signum totum. Et ex colica, & iliaca deterior est, cuius causa est oppilatio perfecta ex apostemate. Deinde ex ventositate torquente, deinde ex humore, deinde ex fæce.

De ægris doloris ventris. Signa doloris ventris, & intestinorum, quædam sunt rememoratiua, quædam demonstratiua, & quædam prognostica. Rememoratiua sunt, quæ rememorant causas eius primitiuas extra corpus, & corpus intrantes ex potibus, & cibis, qui per naturam, & proprietatem habent commouere ipsum, & consuetudo etiam eueniẽdi. Inquit enim Abuha. causa est, quæ prima est, ex qua prouenit inuentio dispositionis in corpore humano, quæ ex medici rememoratione, ac infirmi relatione, & astantium assertione habetur. Demonstratiua sunt, quæ præsentem dolorem, & species eius declarant, & causas: & generaliter colliguntur ex sensu, qui cõtrarium impressorem subito percipit in varijs partibus ventris, vario modo, secundum diuersitatem causarum imprimentiũ ipsum, vt superius dictum est. Specialiter autem, ex signis proprijs distinctionis inter eas, & proprie inter colicam, & iliacam, oportet colligere illa propter conuenientiam earum, quia error potest accidere inducens periculum, ex resolutione virtutis, quam important, & proprie iliaca. Vnde dicta est ab antiquis, Domine miserere.

Iliaca ab antiquis miserere nominabat. Inquit Abuha. dolor fortis resoluit virtutem, & mẽbra a suis operationibus prohibet. Circa quod sciendum, quòd colica quanquam in causis generalibus conueniant prænarratis, distinguũtur tamen, & differunt in specialitate ipsarum, ac ex eis plurima cõtingentia, necnon, & in specie doloris, in quantitate ipsius, in loco eius, in permutatione illius, in exeũtium diuersitate, ac remediorum iuuamento. In specialitate causarum, nam iliaca, plus accidit ex causis primitiuis, & extrinsecis, & mala cõplexione stomachi, & frigida, & a potu aquæ frigidæ non secundum necessitatẽ, & hoc quia gracilia sunt stomacho magis propinqua, & etiam ab apostemate accidenti magis, & ab aere pestilente, propter propinquitatem ad cor, & ad stomachum, quare permutatur de regione, in regionem, & de corpore in corpus, ad modũ pestilentis morbi a tota specie venenorum sumptorum, propter vicinitatem gracilium ad stomachũ, & propter vehementiam virtutis retẽtiuæ, quia strictiora, & quia ad retentionem gracilia sunt generata potius, quam ad expulsionem. In specie doloris, nã in iliaca dolor est magis oppilatiuus, & tortuosus, propter eius strictũram, et pungitiuus, propter

2. de lo. aff. cap. 1. & 4. missẽ ca. 2. cholerã missam ad ea. In quantitate doloris, nam in iliaca dolor est maior secundum Gal. id est acutior. Intestinum enim ileon est magis neruosum secundum Gal. & magis principalibus propinquum, quare magis percipitur, & magis virtutem resoluit, quare interpretatus est ab antiquis, Domine miserere, a quo nos tueatur Christus, qui omnium est protector. In loco, nam in iliaca dolor est supra vmbelicum, & in hypochondrijs proprie. In permutatione illius, nã eius materia est maioris permutationis ad membra prædicta, propter maiorem vicinitatem ileon ad ipsa, & colligantiam, vnde prædicta sequuntur incommoda. In exeuntium diuersitate, nam in iliaca egreditur per anum parum, vel nihil, vnde Gal. ileon est cum nihil egreditur, etiam si acutius clysterizetur, sed per vomitum, & illud est phlegmaticum, quandoq; cholericum rubeum, & quandoq; viride, æruginosum, vel prasinum magis, & quandoq; nigrum, & intẽsum, & plurimum ventosum cum eructatione, & raro fœtidũ, & sterquilinosum, quod si accidat, vt emittatur

A tale per vomitum nominatur scrophus, alias fœtidus, nã os, eructatio, anus, & totum fœtet corpus, est mortale secundum Gale. sed illud tamen non est semper, vidimus enim & aliquos sanari. Item in iliaca vrina est colorata multum, propter dolorem inflammãtem acutiorem, & quandoq; propter retentionẽ choleræ non missæ ad gracilia, propter oppilationem accidentem in ipsis, quare redit ad canales, & vias vrinæ, & tingit. Sudor quoque in iliaca magis contingit, propter doloris vehementiam in spiritualibus angustiam imprimentem, & est frigidior. In iuuamento remediorum, nam in iliaca cum vomitu magis fit iuuamentum, cum clysteribus, minus. In colica vero cæteris æqualiter. Considerabis alia signa: vel accidentia; nam plus accidit ex causa antecedente, & interiori phlegmatica, & ventosa propter frigiditatem crassorum aggregantium illam, & stercore crasso, sicco, & multo, quod in eis generatur, & aggregatur, quod expellere nequeunt, ad quod sunt ordinata magis, & dolor

B est magis grauatiuus, extensiuus, & perforatiuus, ac pungitiuus, ex vermibus ibidem generatis, & multiplicatis, & est maior, quia magis perdurans per longam materiæ retentionem, ex ipsorum spissitudine, & carnositate. & sensus eius est infra vmbilicum, & circa pectinem, & est minoris præstationis nocumentorum ad superiora principalia, licet sit maioris permutationis ad iliacam quàm econuerso. Et hoc propter naturam compositionis ipsorum. s. situs, & viarum aptitudinem, atq; materiæ. colon enim cum sit inferius positum, oppilatione aduenient in eo, materia superfluitatis existens in morbo, quæ a superioribus prouenit ei, non potens inferius transire, regurgitat superius ad gracilia, quæ cũ sint stricta, apte retinetur in eis, sicq; oppilatur, & iliacam causat. Ileon vero cum sit strictum, quod recipit a superioribus, licet nõ possit infra expellere, illud tamen regurgitando, superius emittitur per os, cum nulla inter ipsum, & stomachum incidat oppilatio. Et, siquidem emittatur inferius cum

C sit subtile, & transeat de strictis ad larga, non potest retinere in eo, vt faciat oppilationem, & colicam, & cũ clysteri, & collyrio in ea egreditur per anum mucilaginosum, & scybalosum mucilagine inuolutũ, seu infectum, & sicut vitrum liquefactum, cum ventositate egrediens multa, sonante, quod est actu frigidum secundum Gal. & tamen in principio paucum est, deinde multiplicatur, nec vomitu egreditur aliquid, nisi propter communitatem ad intestina, & compassionem gracilium ad ea, & stomachi ad gracilia. Et vrina in colica est rubea propter dolorem inflammantem magis, quam propter choleræ regurgitationem ad vias vrinæ, & etiam propter compassionem renum in dolore, quare vrina retinetur diu, & tingitur. Et in colica iuuamentum ex clysteri, & collyrio maius est, quam in iliaca. Causas vero doloris interiores occultas, per indicantia signa per ordinem percontaberis. Nam, siquidem causa eius fuerit mala complexio frigida intestinorum, patiens sentiet frigiditatem in visceribus, & iuuatur calidis,

D frigidis vero tristatur, dolor erit minor, exeuntia quoque erunt indigesta, alba, phlegmatica, vel melancholica, & vento admixta. Si vero sit mala compositio, puta repletio, oppilatio, retentio fœcum, ventositatis, & aliarum superfluitatum egredi consuetarum, id declarat. Et, siquidem oppilatio sit, ex tortione intestinorum, significat ipsam, eius euentus subitus post motum laboriosum, aut saltum vehementem, aut casum, aut percussionem, aut luctam, aut tolerantiam ponderis, aut multam ventositatem retentam rumpentem, & separantem intestinum a mesenterio, & circunuoluentem ipsum, sicut etiam circumuoluitur in creparura. Solutio vero continui, si causa fuerit doloris, & ea fuerit exterior, sensus, & inuentio demonstrat. Et si sit interior, & sit tumor acutus, dolor acutus declarat; regimen quoque præcedens, grauedo, pauca sitis, & inflammatio, exeuntia citrina, vel nigra, similitudo circumstantiarum; & iuuatur frigidis, & [illegible]onticis, calidis vero læditur, & tristatur. Si vero fuerit ventosi-

tas, de-

Vrina in iliaca.

6. de lo. aff. cap. 1.

Causa interiores.

tas, demonſtant ipſam præcedens regimen, tenſio, & inflatio, rugitus, & perforatiuus erit dolor, ac ſi terebello perforarentur inteſtina. Ex excuntia erunt inflata, ſpumoſa, & ſuper natantia, & iuuantur compreſſione, & calefactorio, & proprie ſicco, cum cauſa ventoſitatis humida fuerit, & non ſicca. Si vero fuerit eius cauſa lapis acutus pungens, & ſcindens, erit ibi grauedo, & punctio, & rememoratio eius præcedenti tempore, & alias generati, & educti. Si vero fuerit vlcus apoſtematis, præcedere videbis apoſtema, deinde exitum puris, & ſaniei. Si vero fuerint lumbrici, ſigna lumbricorum inferius poſita tibi demonſtrabunt, & dolor erit pungitiuus. Si vero fuerit apoſtema, ſigna erunt dolor fixus in vno loco cum grauedine plurimum, & inflatio, & tumor ibidem. ſiquidem fuerit calidum, dolor erit acutior cum febri acuta, & pulſatione, & ſiti vehementi: inflammatio erit & rubedo in toto corpore, & oculis, licet quandoque appareat frigiditas extremitatum, & arſura inteſtinorum, adeo quod operimenta pati nequeant, & illud proprie cum eſt apoſtema magnum in eis, & eſt malum
9. apho. 1. ſignum, & mortale. Inquit enim Hippocr. in acutis morbis frigiditas extremitatum malum. Et, ſiquidem fuerit cholericum, erit grauitas, & pulſatio minor; ſi febris inflammatio, & mordicatio vehementior; & regimen præcedens decliue ad calidum magis. Si vero fuerit phlegmaticum, contraria ſunt ſigna, & ſi non ſpecie, ſaltem gradu, & frigiditati atteſtantia. Inquit enim Abuha. minus calidum reſpectu magis calidi di-
Si per eum ſinſum. citur eſſe frigidum. Si autem dolor fuerit propter compaſſionem, & communitatem abſolutam & propinquã, puta ad ſtomachum, erit apparens repletio, & grauedo in ſtomacho, & nauſeatiua ſatietas cum eructatione, & ſingultu, atque impotentia euomendi eam. Si vero ad hepar, vel ſplenem, vel immittentia choleram, vel melancholicam ſuperfluam, præcedens inflammatio hepatis, vel oppilatio ipſius, & ſplenis craſſities, cum circũſtantijs multiplicantibus illos humores, tibi indicat, & declarat, & dolor ſecundum periodos exacerbatur. Similiter & ſi a toto corpore, quod feratur ad regionem, quæ ſecundum ventrem. Et ſi cholera fuerit, calidis læduntur, frigidis vero, & ponticis iuuantur valde, vt Gal. ait, & expertus ſum, & proprie cum educentibus choleram, vel ſanguinem, ad ſanitatem priſtinam reducantur. Si autem ad ſpiritualia, præceſſio ſitis, phthiſis, & vlcerum partium pectoris, quorum ſigna præmiſſa ſunt ſupra, vbi de eis locuti ſumus, tibi oſtendunt. Similiter ſi ad cerebrum, catarrhus antecedens oſtendit. Et ſi ad totum corpus, diarrhæa, & fluxus liquefactiuus antecedet. Sed, ſiquidem fuerit propter compaſſionem, & communitatem abſolutam, vt ad hepar, ſplenem, vel mirach, apoſtematos ſua craſſitie, & grauedine comprimẽtes inteſtina, & oppilantes, ſigna apoſtematum illorum membrorum percipies antecedere. Et ſiquidem ad renes, & vias vrinæ patientis ſtranguriam propter humorem craſſum viſcoſum aggregatum, aut apoſtema, vel lapidem comprimentem, & oppilantem inteſtinum colon, dolor inteſtinorum, ſeu colica fuerit, ſigna erunt humoris calidi dominantis, ex regimine, circũſtantijs, & exeuntibus, collecta, & calidis, & diureticis iuuantur, & febri ſuperueniente. Inquit enim Hippocra. Quibuſ-
6. aph. 44. cunque ex ſtranguria ileos innaſcitur in vij. diebus pereunt, ſi non febri ſuperueniente multa vrina fluxerit. Si vero propter apoſtema, ſigna videbis apoſtematis ipſorum, quæ infra dicentur, auxilio Saluatoris. Si autem propter lapidem, quem patiuntur renes, ad quos compatientia inteſtina craſſa doleant, & colicam patiantur, quod frequenter accidit, ad veram curam expedit ſigna diſtintiua habere, & propria, quando ipſa colica vera eſt, quia ex inteſtinorum propria paſſione, accidat, & quando eſt non vera, quia ex compaſſione, aut communitate ad renes lapidem habentes proueniat, & proprie in principio, cum tunc ſint occulta, niſi enim habeant, ſtolidus quidem medicus cum curare voluerit, non curabit, ſed magis augebit dolorem.

Materia & differentia inter colicam. & nephriſim. 6. de in. affec. cap. 1.

Eſt ergo aduertendum ſecundum Galen. quod inter colicam veram, & nephriticam, grandis eſt differentia, quam pertractans Abuha. eius interpres ait, quod differentia talis ex ſex rerum conſideratione accipitur, ex diſpoſitione ſcilicet doloris, ex vicinantium proprietate, & ex eo, quod conuenit, & confert, & quod non conuenit, neque confert, & ex diſpoſitione exeuntium, & ex parte vltimæ conſecutionis accidentium, & ex parte cauſarum antecedentium, & ſignificationum. Ex diſpoſitione autem doloris, quia diſpoſitio doloris diuerſificatur in eius quantitate, loco, & tempore, & motu. Quantitate vero, quoniam ille, qui eſt lapidis, eſt paruus, quaſi ſit acus, & colicus eſt magnus. Loco autem, quia colicus incipit ab inferiori parte dextri lateris, & tendit ad ſuperiorem ſiniſtri propter ſitum colon, & ſplenis, & quando dilatatur, confirmatur in dextro, & ſiniſtro. Et ſecundum quoſdam non incipit colica, niſi a ſiniſtra, ſed illud non eſt verum, nam licet propter eius frigiditatem poſſit eſſe, nos tamen contrarium experti ſumus, præterea eſt ad anteriora, & verſus pectinem decliuior, quam ad poſteriora, & renalis incipit a ſuperioribus, & deſcendit paulatim vſque ad locum vbi confirmatur, & eſt decliuior ad poſteriora. Tempore vero, quoniam renalis ſit fortis hora vacuitatis, colicus vero alleuiatur in ea, & ſit fortis in fine ſuo & antecedit ipſum, cum ſumitur aliquid, & colicus incipit ſubito, & in tempore breui, & lapidoſus paulatim, & ſit fortis in fine ſuo, & antecedit ipſum dolor dorſi, & difficultates vrinæ. deinde apparent ſigna, & dolor in colon. Motus, autem, quoniam colicus ad partes mouetur plures, renalis vero figitur. Ex parte autem vicinantium proprio-
rum, quoniam tremor multiplicatur in renibus ambobus, & non partium colon.

Differentia vero accepta ex eo, quod conuenit, & non conuenit eſt, quoniam clyſteria, & exitus ventoſitatis, & fœcis alleuiant dolorem colicæ, & non alleuiant dolorem renum, alleuiatione, de qua ſit curandum in pluribus diſpoſitionibus, & medicinæ lapidem frangentes alleuiant dolorem renum, & non dolorem colicæ. Ex parte autem eius, quod egreditur, eſt quoniam in renali non eſt retentio fæcum, ventoſitatis, & rugitus ſicut in colica. Ex parte autem vltimæ conſecutionis accidentium, eſt, quoniam dolor crurium, & dorſi, & tremor in renali eſt plus, & caius apperitus, vomitus conſequens phlegmaticus, & parutitas digeſtionis, & vehementia doloris, & perductio ad ſyncopim, & ſudor frigidus, & iuuamentum cum vomitu, in renali eſt minus. Ex parte autem cauſarum, & ſignificationum antecedentium, eſt, quoniam aſſumptio ciborum malorum, & aſſiduatio nauſeatiuæ ſatietatis, & retentio fœcis, & ventoſitatis, rugitus, & punctio eſt magis præcedens in colica, & vrina arenoſa, & filoſa eſt præcedens in renali. Et cum accidit dolor renum, ſit primo ſubtilis, & cum apparet in conſuete pati, indicat renalem, deinde ſit filoſa, ſeu aſpera, in vltimo eſt arenoſa, & eſt bona. Et ſiquidem colica fuerit per compaſſionem ad cerebrum apoſtematũ, priuans, & auferens ſenſum inteſtinorum, quo minus expellant, ſigna apoſtematis cerebri antecedunt, & appoſito collyrio ex acutis non ſentietur, & nec clyſter impoſitus, nec per os ſumptum aliquod acutum faciet declinare fœces, vt neque porrum, cœpe, & piper in aſſelatione ſentiatur. Et quandoque accidit, vt ſit illic fiſtula corrumpens ſenſum. Similiter ſi propter compaſſionem ad neruos ſpaſmatos, quare muſculus contrahitur fortiter, & retinet ſuperflua, videbis ſpaſmum, & tetanum in alijs membris manifeſtis. Si vero accidat colica propter rupturam, videbis apparentem rupturam, vel herniam.

Prognoſtica Reſtant ſigna ad præſciendum futurum bonum, vel malum euacuare. Scias ergo, quod cum in eo non eſt retentio, ſeu conſtipatio multa, nec dolor vehemens, & alleuiatur plurimum, quamuis redeat, & inuenit æger remedium per exitum ventoſitatis, & remedia iuuare ſolentia, iuuant; eſt ſignificatio bona, & incolumis, &

proprie

proprie ſi ſpiritus bonus exiſtat. Contraria vero ſunt
2. aph. 22. 1. mala. Inquit enim Gal. ſolentia iuuare ſuo tempore, ſi non iuuent, cum debeant iuuare; eorum ſignificatio protenditur in malum, proculdubio; quòd ſi cum eis accidat vomitus conſequens, & ſingultus, frigiditas ſudoris, & extremorum, perturbatio rationis, & ſubeth, ſpaſmus, & ſyncopis, eſt mortale.

Curatio. Cura doloris inteſtinorum ſimilis eſt curæ aliorum membrorum, quam ſupra in dolore ſtomachi generaliter pertractauimus; differt vero ab alijs, quo ad naturam membri auxilia variantem, & modum vtendi eis. Eſt autem in ea intentio duplex, generalis ſcilicet, & ſpecialis. Generalis ordinem ponit, & modum, & eſt. Nam, ſiquidem paruus, & mediocris dolor ſit, vt ſunt ſpecies eius de genere neutralitatis ſuperius enarratæ, eius ſanatio eſt vna res tantum; nam ad cauſæ ablationem oportet agere tantum, ſimul enim cauſam, & ſymptomata tollemus: non autem à ſymptomate, ſic enim agendo non intendimus ſanitatem, ſed delectationem potius. Inquit enim Gal. Adulatoris eſt largiri ægrotanti intentionem quorum gerit, ponentis delectationem, non ſanitatem. Si vero eorum dolor fortis ſit, & magnus, conſuetas operationes impediens, vt eſt colicus, & iliacus; eius cura erit quatuor res. Primo enim oportet ad eius mitigationem inflare, deinde ad cauſæ ablationem. Secundo procedere non è conuerſo, ſi enim è conuerſo procedamus, vita ſimul cum ægritudine priuabimus hominem, vnde Galen. ait Siniſtri quidem viri opera eſt ſimul cum ægritudine vita priuare hominem. Tertio oportet regimen ordinare. Et quarto accidentium inſurgere poſſibilium correctionem ſubiungere. Quæ autem ſint dolorem mitigantia, & quæ dolorem auferentia, generaliter fuerunt tibi ſupra tradita. Vt autem ad ſpecificationem eorum deuenias, ac propriorum, quæ ad dolorem talem inteſtinorum notitiam præſcire oportet, quòd colica, & iliaca in tali cura conueniunt, & differunt, ſic in cura, ipſarum intentio poteſt eſſe communis, & propria. Communis quidem inquantum in cauſis conueniunt pluribus; accidere enim poteſt iliaca, ex eiſdem cauſis omnibus, ex quibus colica generatur, & proinde medicinas, & regimen in vtraque oportet eſſe eaſdem. Propria vero eſt in eis diuerſa, inquantum ipſa iliaca ex certis proprijs cauſis accidere poteſt, vel magis à communibus ſibi, & colicæ diuerſis ſuperius numeratis. dolor etiam in ea eſt fortior: natura quoque gracilium inteſtinorum à natura craſſorum varia eſt, & diuerſa, necnon & accidentia inſurgentia, vt ſuperius eſt monſtratum, & proinde ſpeciem medicinarum, quantitatem, ſeu virtutem locum, & modum vtendi eis à medicinis communibus
De mitigãtibus dolorem. variare oportet. Sciendum ergo, quòd mitigantia dolorem primam rem complentia communia colicæ, & iliacæ quædam ſunt, quæ tantum imprimentem cauſam, quædam ſunt, quæ vtramque cauſam, ſcilicet imprimentem, & percipientem reſpiciunt, & quædam, quæ percipientem tantum. Et prima quidem in ordine ſunt priora, & quædam ſunt ſimplicia, & quædam
Simplicia compoſita. compoſita. Simplicia ſunt ſupra in dolore ſtomachi numerata. Compoſita vero hic inferius ſubiungentur, auxilio Creatoris, propria vero colicæ, & iliacæ, ac eis ex certa cauſa, cum de ablatione cauſæ vniuſcuiuſque loquemur. & non omittemus mitigantia, quæ percipientem cauſam reſpiciunt; ibi etiam ſupra in dolore ſtomachi habuiſti, & infra in dolore iuncturarum habebis, & ſimplicia, & compoſita, & etiam, quæ vtraque, tempus quoque, modum, & locum vtendi eis, quod proprie ſecundum Galen. eſt, cum dolorоſa, aut calida ſint virtutibus, & ſubtilia conſiſtentijs: tunc enim non ſolum percipientem cauſa ſtupefaciendo auferunt, verum etiam imprimentem obtundendo, & inſpiſſando adæquant; eius quoque dyſcraſiam calidam alterant, & ad temperamentum adducunt. In alijs vero doloroſis frigidis non conueniunt, cum dolorem fortem talia expectantem non cauſent, & ſi per conuerſionem in ventoſitatem talem cauſent dolorem, iuuamentum imprimunt non ſine nocumento magno, vſus enim, ait Galen. talium pharmacorum non eſt niſi inſtare ad ſymptoma, augent enim hæc diſpoſitionem hanc, & etiam difficile ſolubilem operantur, virtutem debilitando, calorem, & ſpiritum obtundendo, & ſuffocando, vel extinguendo, maxime ſi recentia ſunt narcotica, & multa, & poros membrorum, & inteſtinorum inſpiſſando, proinde rem magni erroris componunt, qui talibus pharmacis in talibus vtuntur, vt in ſeipſo Cæſar medicus ipſe fecit, niſi caſu, quo euitari non poſſunt, vt puta cum talia frigida doloroſa ventoſa fuerint, & perforando fortem inducant dolorem, ad cuius mitigationem cum alia mitigantia anodyna non contulerunt, nec euacuantia, propter reſolutionem, vtendum eſt eis, ſed cum modo, vt ſuperius monſtratum eſt. *12. meth. med. cap. 8.*

Specialis autem intentio in cauſæ cuiuſlibet imprimentis dolorem abſciſſione verſatur, quæ recta eſt cura, & ad perfectionem eius neceſſario comprobata, circa quam deinceps ſigillatim per ordinem procedemus, incipientes ab inferioribus cauſis, & proprijs inteſtinis ipſis exiſtentibus. Si quidem ergo cauſa earum ſit materia frigida phlegmatica, alterans, replens, & oppilans inteſtina, cura eſt duæ res, digeſtio, & euacuatio. Digeſtio autem fit cum ſubtiliantibus, & incidentibus, & poros dilatantibus. Inquit enim Gal. Secant enim ambo humorum craſſitiem, acetoſa, & pontica, hæc cum frigiditate, hæc vero cum caliditate. Talia autem ſunt ſimplicia, & compoſita, quæ infra dicentur (opitulante Chriſto.) Simplicia vero ſunt anodyna, ſupra in dolore ſtomachi numerata, & alia magis calida non multum excedentia, & proprie in principio, cum materia fuerit multum abundans, cum enim eam non poſſunt conſumere, ſeu reſoluere diſſoluendo; in vaporem, & ventum conuertunt, & ſic dolorem augent immiſſa, & euaporata, vt ſupra in cura inflationis ſtomachi dictum fuit. Talia ſunt origanum, calamẽthum, pulegium, hyſſopus hortenſis, ameos, maiorana, ſicla, nemen, meu, enula, gallia, radix pęoniæ, ſtercus columbinum, & adib, ſel tauri, abrotanũ, aſphaltum, myrrha, ſcordeon, & aſa fętida, ſeſelis, iris, andacocha, laurus, & baccæ eius, anethum, tribuli, naſturcium, muri, ruta, galanga, crocus, & vinum antiquum, aſparagi, & ſimilia, clyſterizata, & ſumpta, ſimplicia, & compoſita ſecundum omnem modum, etiam exterius applicata per modum emplaſtri, & alium. *Digeſtio. De pontico non eſt verum, & per hoc vide. Gal. lib. de oculis, cap. 1. partic. 1.* *Digerentia ſimplicia.*

In proceſſu vero cũ materia fuerit diminuta, & euacuata, calidiora poteris miniſtrare ad reſolutionem, & conſummationem reliquiæ, qualia ſunt, piper, allium, ſinapis, zingib. & ſimilia, abſtergentia, & riptica, id eſt radentia, & euaporantia. Abſtergentia ſunt, centaurea minor, vrtica, ſemen eius, aſarum, ſuccus blitis, ſalis ſpecies, & baurach, ſulphur, mercurialis, & ſuccus eius, ius gallorum antiquorum, cartamus, & ſtercus canis, caricæ, & ſimilia, clyſterizata, & ſumpta, & fortiora illis ſunt hiera Gal. aloe, polypodium, ſagapenum, & alia laxatiua leuia, quæ non agitant, & commouent materiam, phlegma trahunt ab alijs membris ad inteſtina, trahendo enim ad ea, dolorem augent. Et ex eis ſunt vomitiua, quæ phlegma vomitu ſoluunt, & ſic trahunt ad ſtomachum, non ad inteſtina, quæ ſupra in cura ſtomachi habuiſti, & in libro conſolationis medicinarum. Euaporantia ſunt interius, & exterius approximanda. Et ex eis eſt balneum thermarum, & ex aqua, marina, vel dulcis habens virtutem prædictarum, poſt prædicta approximatam, & proprie cum prædicta dolorem non ſedant; quandoque vero oportet ante approximare, ſedat enim dolorem, prouocat vrinam, & ſomnum, & cauſam maturat, ſi cibus ſit, ſiue humor. Inquit Abuha. eſt autem cum balneum cibum indigeſtum digerit, & humorem crudum maturat, etiam acutum, ſi ex aqua dulci, & tepida fiat, ſimplici ſecundum Gal. Ex proprijs eſt, petroleum inunctum, vel ceratum, quod ſcripſimus *Solutiua leuiora.* *Vomitiua.* *Euaporãtia. Balneum.* *lib. 1. fen 3. doct. 2. cap. 3.*

capitulo de cyclamine, & fricțio cum manu vncta ex oleis calidis, ſicut anethino, de lilio, de ſpica, de caſtoreo, & alijs ſupra in ſtomacho dictis, & dolore iuncturarum, ſi ſuperponantur, quæ caliditatem conſeruent, & augeant, vt eſt pellis vulpis, & proprie facculi ex pulueribus, ſpongia, & * ſubarum eſt bonum in ventre, & ſapo, ſemen raphani, & aqua multum calida etiam ſumpta, quæ colicam reſoluit, & ſplenem. Sed oportet, quòd ſint multoties hæc, & prædicta reiterata, donec multitudo materiæ tota ſit euacuata, ſint cum intermiſſione ſpatij, donec natura conforretur, & materia digeratur per approximata euacuantia. Quod ſi prædicta euacuantia non ſuffecerint pręmultitudine craſſitiei, & viſcoſitatis materiæ, non eſt malum ſi confortetur cum alijs, quæ materiam educant cum virtute, & proprie in iliaca, & ſi trahant ab alijs ad inteſtina cito, & non retineant cum ſua tarda, & debili operatione in eis, vt eſt agaricum in frigida, & aloe in calida. Confortetur ergo cum colocynthide, & ſpeciebus gummorum, & in calida cum diagridio rectificato, & alijs facile, & cito ſoluentibus, appropriatis, quæ in libro conſolationis medicinarum ſufficientius habuiſti. Sint tamen, ſi ſufficit, quantitatis paucæ, ſic enim ſoluendo, ſi quod nocumentum ex tractione humorum ad ipſa afferant, non durabit, ſed cito tranſeundo iuuamentum ilico maius ſequetur. Et proinde talia, per inferius poſita, & clyſterizata in colico ſunt meliora, quam per os ſumpta, & proprie ſi aliquam antiquam, vel nouam ægritudinem patiantur. Euacuant enim à craſſis proprie inteſtinis, nec à toto corpore trahunt ad eam, rem, de qua fit curandum, nec debilitant ſicut illa. Ideoque in clyſteribus ſtandum, nec per os aliquid ex illis ſumendum, niſi ab alijs membris, & toto corpore aliquid influat ipſis, vt infra dicetur, auxilio Saluatoris, quo caſu ad cautelam fęcum, & ſcybalorum, euacuationem oportet præmittere, vt infra dicetur. Vomitus quoque, & vomentia, locum in ea non habent, niſi cum à ſtomacho, & à ſuperioribus inteſtinis aliquid ad ipſa craſſa mittatur, quod declarat grauitas ſupra vmbilicum, & nauſea, aliter autem non, cum à viſibus traherentur ad nobilia, quod eſt maxime vetitum. In iliaca vero ægros oportet, quòd talia ſumant per os, & proprie vomitiua, primo enim educunt à gracilibus, cum ſint ſtomacho aſſociata, deinde clyſteres imponantur ad fęcum eductionem, & humorum inferius tractionem, quamuis commode non educantur; quòd ſi nõ ſufficiat, per os, & fortiora ſumantur ſimplicia, & compoſita, quæ infra ponemus, & proprie cum ab alijs inſluat illis, vt dictum eſt. Tempus autem clyſterizandi, & propinandi ſolutiua ventris eſt, cum cibus iam digeſtus in ſtomacho fuerit, ne aliquid crudum trahatur ad inteſtina per clyſteria, ne quoque medicina ſolutiua ventris efficiatur vomitiua, natura enim ſtomachi grauata cibo, ſuperueniente pharmaco ſolutiuo magis grauatur, & moleſtatur; quare ad vtriuſque euacuationem antequam deſcendat, vomitu incitatur, ex quo ipſa valde deijcitur à dolore præcedente defecta, quod in re vitæ valde timoroſum eſt. Et quia prædicta ſunt acuta, & inflammantia maxime cum corpora ex dolore ſunt caleſacta, ne læſio eorum ad principalia tranſeat, & fumus proprie, cum clyſterizata, ſeu bibita non ſoluant, vel ſi ſoluant, non inferius, ſed per os, & ileon proprie, oportet, vt principalia cuſtodiantur cum frigidis, & ſtypticis aromaticis, puta cerebrum cum oxyrhodino, cor cum roſis, ſandalis, ſpodio, & camphora epithematis. Hepar cum eiſdem, & ſtomachus cum oleo maſticino, vel de cydonio, vel myrtino, & pauca maſtiche ſuperaſperſa. Quod, ſi ſitim patiantur, melius eſt tolerare, ſi poſſibile eſt, quod ſi non, parum dabis ex granatis dulcibus, vel iuleb cum aqua calida, iuuat enim talis potus cum cito penetret, & humectet. Quod ſi clyſterizata non ſoluant, iuuentur per inferius cum collyrijs, & per ſuperius cum humidis mollificantibus, maturantibus, & abſtergentibus, vt eſt ius galli ſimplex, vel compoſitum, & deinde cum ſtypticis, & ponticis parum ſumptis, & etiam

u ſuber.

Soluio repetenda.

Soluitiua formata.

Clyſteres quando.

Vomitus quando.

Documentum.

Tempus aptius, clyſterizandi, atque pharmacandi, quando.

Documentum.

Si Clyſteria non educãt, quid agen.

E calida proprie. Si vero cauſa eius fuerit ſtercus craſſum, durum, & ſiccum inteſtinis intercluſum, cura eſt duæ res. Prima eſt mollificatio duritiei, & ſiccitatis ipſius. Secunda ipſius mollificati euacuatio. *Cura colicæ ex facculenta.*

Primam rem complent mollificantia interius, & exterius approximata. Interius autem per os, ſumendo iura pinguia carnium, & proprie gallinarum, ſiue gallorum. ſimplicia, & compoſita, vt ſupra in antidotario noſtro diximus ſpecies oleorum ſunt ſcilicet ſiſaminum, violarum, & amygdalarum, niſi adſit febris, tunc enim loco eius dabis in potu aquam hordei, vel prunorum, ſebeſten, & iuiubarum, tamarindorum, & lenientium, & aliorum fructuum frigidorum, & herbarum, vt maluæ, violæ, ſiclæ, atriplicis, & ſpinachiarum; mucilagines fœnugræci, pſyllij, & dactylorum, ſecundum quòd neceſſitas te vocabit. Et ex proprijs, & expertis eſt mel caſiæ fiſtulæ ſumptum, & clyſterizatum, complet enim vtramque, ſed oportet, vt poſt horum ſumptionem moueantur fortiter, vt deſcendant detenta, & fęces faciant F deſcendere detinentes, & clyſteres, ſi oportet, deinde cum prædictis. Exterius emplaſtra, & vnctiones, & fomentationes ex prædictis. & fricțio tractatiua ventris cum manibus, & oleis prænarratis. Secundam rem complent prædicta drymia, riptica, & ſoluriua, clyſterizata proprie, vel per os ſumpta, prout diſpoſitio exigit, ſed ad perfectam curam, & in via præuiſionis à recidiua oportet, vt cauſa ſiccitatis, & indurationis fœcum auferatur omnino. Si ergo cauſa ſiccitatis eius fuerit cibus ſiccus, & paucus, cibetur cum prædictis herbis, cum carnibus coctis pinguibus, & iuribus ipſarum. Aut ante cibum pręmittantur fructus maturi, lubrici, non ventoſi, vt cariæ, pruna, & perſica ſicca, deinde multiplicentur cibi, nutrimenti multi noti. Si vero multa caliditas ſtomachi, & inteſtinorum deſiccans, & condenſans ſit, prædictis oportet vtaris recentibus, & frigidioribus, & lactucis, ſpinachijs, atriplicibus, blitis, ſolatro, portulacis, mucilagine, pſyllij, & melone indo. Et cibos G cum gelea, & aqua hordei potabis eum infrigidata, vino lymphato cum ipſa. Si autem cauſa fuerit fortitudo retentionis, & debilitas expulſionis inteſtinorum: miniſtrabis prædicta lubrica, quibus admiſcebis aliqua acuta moleſtantia, vt porrum, cępas, ſiclam, & allia cum multo ſale. Et ſi cum debilitate ſenſus fuerit, miniſtretur in ſolutione eius hiera, & agaricus, hiera Hermetis, & pilulæ de ſagapeno. Et confortabis deinde naturam, & ſpiritum cum theriaca, & mithridato, diamarte, theodoricon, & ſagenea. Et cibabis eos carnibus laudabilibus. Si fuerit ex debilitate in lacertis ventris. Si autem illud fit, quia cholera, vt conſueuit, non mittatur ad inteſtina, corrigatur oppilatio hepatis, & pori cyſtis, vt ſuperius in hepate dictum eſt.

Si vero ſiccitas fœcum, ex multa prouocata vrina fuerit, extrahe fœces cum prædictis, deinde miniſtra ea, quæ minorant vrinam, non cum retentione ventris, vt ſunt zarur, bdellium mechium, excorticatæ lentes, H & pontica, quæ per ſe faciunt, ſed quæ minorando vrinam, leniunt naturam, vt ſunt dactyli, paſſulæ dulces, penidij, caſia, & ſimilia, quæ illud per accidens operantur. Si quoque ex raritate, & reſolutione corporis illud accidat, prohibeatur reſolutio, & ſudor, prout ſupra in cura cordis diximus. Et cibetur craſſis, & viſcoſis, quantum poterit tolerare, & exponatur ventis, & irrorationibus frigidis, & quietibus, & ab artibus laborioſis abſtineat conſuetis. Similiter autem ſi ex lapide fuerit dolor cauſatus, prædictis humidis, & lubricis, ac abſtergentibus corrigatur, & educatur, quibus admiſcenda ſunt aliqua ex fragentibus lapidem in renibus, & veſica, ſi enim in remotioribus lapidem frangunt, multo magis in propinquioribus inteſtinis. Sed ſi ex vermibus, cum interficientibus, & educentibus, prout infra in cura eorum dicemus. Porro ſi ex ventoſitate intercluſa, & perforante, cum extenuantibus interius, & exterius approximatis procedes, prout ſupra in cura inflationis ſtomachi, heparis, atque

Cura colicæ ſi ex lapide ſit.

Si ex vermibus.

Si ventoſa.

atque ſplenis, plenius dictum eſt. Si vero ex ventoſitate torquente inteſtinum, cura erit, vt ſituentur ſuperius in loco temperato, & manibus inunctis cum oleo de enula, vel nardino, vel caſtoreo, fricetur venter leuiter, & cum tactu ſubtili adæquante inteſtina, & reducente ipſa ad ſitum, & ſtatum priſtinum, deinde extenuantia, & reſoluentia miniſtrentur prædicta ſuperius, & inferius cum clyſteri, quod cruribus eleuatis, & compreſſione ſuaui manus repellatur ad ſuperiora, vt perueniat ad gracilia inteſtina, deinde ventoſetur locus, & propinetur oleum de cherua cum vino albo, vel rutaceum, loco eius, vt vngatur ex eis dorſum, & reſtringantur crura fortiter valde. *In materia melancholica.* Quod ſi cauſa fuerit humor melancholicus, licet raro contingat, educatur cum proprijs clyſterizatis, vt ſunt ſtæchas, polypodium, epithymum, cortices radicum mori, borago, bugloſſa, & ſuccus eorum, cum diaboraginato, diabugloſſato, & diaſene. *Clyſteria.* Et ſumptis, vt eſt decoctio epithymi, pilulæ de lapide lazuli, & lapide armeno, & collyrijs factis ex eis, iuuetur venter quoque, & ſplen euaporetur, ex armel, ſtæchade, origano, & chamæmila in aceto decoctis, & proprie cum à ſplene influit iſtis. *Medicina.* Et ſiquidem ſanguis congelatus fuerit, euacuetur cum diſſoluentibus, & educentibus, prout in ſtomacho diximus. Si autem ſit apoſtema cauſa eius, ſtudebis curare apoſtema ſecundum diuerſitatem ſpecierum eius, prout ſupra in ſtomacho diximus, & ſi contingit plurimum, quòd prædictæ cauſæ ſimul conueniant in *caliditate doloris. Quare oportet, vt prædictis ſimul medicinas commiſceas, vel nunc vnam, nunc aliam miniſtrabis. *Causalitate.* Et quoque, ſi ex ruptura, & deſcenſu inteſtinorum in oſchum dolor cauſetur, cura erit duæ res. *Si ex hernia.* Prima eſt inteſtina ad locum proprium reducere. Fit autem cum molliticantibus cataplaſmatibus, deinde cum eleuatione crurium, ac manuum compreſſione ſuaui repellente ſuperius. Secunda eſt ruptura regere cum ligaturis, & conſolidantibus emplaſtris, & per os etiam miniſtratis. *Si ex ſolutione continui.* Et ſiquidem cauſa eius fuerit ſolutio continui inteſtinorum, & fuerit ex cauſa exteriori, puta vulnere, & percuſſione ſcindente, ſi penetret vſque ad vacuum ipſorum eſt mortale. Et maxime ſi in gracilibus fuerit. *4. aph. 24.* Inquit enim Hippocr. Si inteſtinorum incidatur aliquod gracilium, non conglutinatur, nec conſolidatur, ſi vero non pertranſeat in profundum, cum ſtypticis, & conglutinantibus regatur, quæ infra dicentur ſectione ſecunda. *Si ex humore acuto.* Et ſi fuerit vlcus, mundificare oportet primum, deinde conſolidare. Si autem à cauſa interiori fuerit, puta ab humore acuto pungente actu, & ſoluente, affuſo, & collecto in inteſtinis, tunc dolor erit non de genere colicæ, vel iliacæ veræ, ied meridpſæ, & proprie eſt de genere punctionis, & erit dolor pungens, in cuius cura excitatur, ex eo ſcilicet, quod ipſorum inteſtinorum dolor plurimum ex cauſa frigida prouenit humoroſa, & ventoſa, ac fœcum conſtipatione, quibus calida approximata, vt prædictum eſt, iuuamentum præſtare conſueuerunt, & frigida nocumentum. Proinde procedunt ad eius curam communiter ſtolidi, & improuidi medici cum calidis, & aperientibus ex quibus dolor exaſperatur, & acuitur, cum ex eis talis humor ſubtilietur, & inflammetur ac bulliat, curratque ad inteſtina effrænus, & trahatur, & proprie cum ab hepate, & cyſti fellis, vel toto corpore influat illis. Recta itaque cura eſt, vt talis humoris complexio adæquetur, & obtundatur eius acuitas, & ſubtilitas inſpiſſetur, & conſtipentur viæ, per quas influit. Confortentur inteſtina, & educatur, quod fluxit; & hoc primum cum rectificatione regiminis, & conuerſione ipſius ad frigidum, & humidum, quod eſt notum. *Clyſteres. Lenitiua.* Et cum frigidis humidis lenientibus etiam clyſterizatis prius, & ſumptis deinde. Et proprie in colicea, qualia ſunt violæ, maluæ, iuiubæ, pruna, ſebeſten, ſurſur, fœnugræcum, & ficla clyſterizata cum oleo violato, & zuccharo violato, & caſia fiſtula. Et ſumantur pruna perforata cum acu, & infuſa cum iuleb, chryſomila, & perſica, caſia fiſtula. tamarindi, tereniabin, aqua ſtructuum, & ſyrupus violatus, vel de ſucco roſa. cum aqua hordei, & granatorum muzorum. Deinde pontica nota, quæ comprimendo effuſam humiditatem exprimant, & educant, & influentem ab hepate, cyſti, vel toto corpore compeſcendo retineant, quo caſu hepar, cyſtis, & totum corpus rectificentur, prout in cura icteritiæ diximus. Clyſteribus quoque addantur oleum omphacinum, vel roſa. ſuccus portulacæ, aqua ſumach, virgæ paſtoris, ſpodium, & adeps hirci, & ſimilium, vt anatis, & gallinæ. Et ſi materia imbibita fuerit, adminiſtrabis cum eis hieram, & ſcammoneam cum pilulis de aloe. Et ſi expediat admiſcebis illis ſtupefacientia, & proprie theriacem nouam, quoniam confert cauſæ imprimenti, & percipienti, vt ſupra dictum eſt. Et ſiquidem ſuperius petens, impetum faciat ad os ſtomachi, vomitus prouocetur, ſi facile ſit, ſi vero non, inferius trahatur clyſteribus, frictionibus extremorum, & ligaturis dolorioſis, fomentis mordentibus, & ventoſis.

Siquidem humor talis ſalſus fuerit, miniſtrabis cum illis ſubtilitantia, & abſtergentia, qualia ſunt cartamus, ſuccus alubleb, & ſiclæ, & baurach, & ſal in quantitate, ſuperius vero ſiclam decoctam, & almuri, cappares quoque conditos cum ſale, & aceto, & hieræ admiſcebis agaricum, & colocynthidem, & ſimilia. Stercus quoque adib dabis, quod eſt huic ægritudini proprium, ſit autem in vino diſſolutum, & inunctum cum oleo nardino, & ſuſpenſum in collo etiam cum filo de lana animalis, quod lupus comedit, & ſit illud quando comedit oſſa, & illud eſt album, & in rubis inuenitur ſuſpenſum. Ex eis eſt cornu cerui aduſtum cum vino in potu ſumptum, quoniam ſedat ſtatim. Si vero cauſa eius fuerit acutus cibus, vel potus, prouocetur vomitus cum aqua tepida, & oleo ſiſamino, vel butyro, & propinetur lac, conuertatur quoque regimè ad frigidum, & vnctuoſum. *Vomitus. Diuerſione. Si ex humore ſalſo.*

Quod ſi cauſa eius fuerit ſanies, à ſpiritualium vlceribus miſſa, cura eſt duæ res. Prima eſt mundificatio ſaniei cum clyſteribus prædictis abſterſiuis proprie. Secunda eſt, vt vlcera ſpiritualium medicentur, prout ſupra in prima ſectione dictum eſt. Si vero ſit humor à cerebro miſſus, cura eius erit cura catarrhi, quam ſuperius diximus. Si vero à toto corpore, vt in diarrhæa, & ſimilibus, cura erit cura diarrhææ, & fluxus liquefactiui, de quibus ſubſequenter dicemus auxilio Spiritus ſancti. Si vero compreſſio ex vicinis apoſtematis, vt heparis, ſplenis, & lacertorum almirach, cura eſt cura apoſtematis illorum membrorum, quæ ſuperius dicta eſt. Secunda mundificatio, & confortatio inteſtinorum. Si vero cauſa doloris fuerit compaſſio ad renes lapidem habentes, cura erit duæ res. Prima erit cura lapidis renum, quam infra ponemus. Secunda eſt mundificare inteſtina à ſuperfluis, & confortare, ne debilitata retineant ſuperflua, & colicam veram, & propriam incurrant. Si vero paſſio eius ſit compaſſio ad cerebrum apoſtematum, & neruos patientes ſpaſmum, vel tetanum, cura erit cura apoſtematis cerebri, quam præmiſimus, & etiam ſpaſmi. Si vero à cauſa exteriori accidat, quæ plurimum eſt iliacæ, vt puta mala complexione frigida, & pura, impreſſa à potu, vel balneo aquæ frigidæ, vento ſeptentrionali, vel ſeſſione in lapide frigido, cura erit duæ res. Prima eſt, vt auferatur cauſa. Secunda eſt, vt calefiant inteſtina per cibos, & medicinas calidas intus, & extra, & per omnem modum approximatas, prout in cura malæ complexionis frigidæ ſtomachi diximus. Si vero ab aere peſtilente accidit. Cura eius eſt, quam ſupra in cura ægritudinum cordis diximus. Similiter ſi à veneno ſumpto, cura eſt, quam ibidem prædiximus. Si vero fiat à cibis ſtypticis, & ponticis proprie tamen habentibus colicam commouere, aut cauſare, cura erit illos educere cum lubricis, & prouocatione vomitus, & proprie in iliaca. Regimen autem ordinandum eſt duplex. vnum eſt curatiuum, aliud præſeruatiuum. Curatiuum eſt, vt regantur in aere temperate calido, ne fortitudine doloris, & calore aeris reſoluantur. Exercitentur pedibus, vel *Si ex lapidere.* *Si ab aere peſtilenti, aut veneno.* *Si a cibis aſtringentibus. Regimè curationum.*

manibus, vel reuolutionibus in ſtratu, quantum poſſibile eſt, & dormiant deinde quantum oportet, proprie poſt ſolutionem ventris, & ſupra manitionem, niſi à cauſa calida fuerit: abſtineant vero, & ſitiant, quantum tolerare valent, donec repletio corrigatur, & proprie ſi à frigida cauſa fuerit, & ventoſa, & tunc ſufficit eis ius cicerum, & gallorum antiquorum, & panis furfuraceus ſiccus cum alijs, & vinum antiquum, & aliquod ex extenuantibus ventoſitatem. Gal. vero ait, quòd operationū quidam cum ſentiebat colicum dolorem, cingebat ſe non prius cinctus. Comedebat autem cum pane allia, nullam derelinquens conſuetam geſtionem, bibebat autem per totum diem nihil, ad veſpertum vero meracius, deinde dormiebat per totam noctem, mane vero ſurgebat omnino indolorabilis. Sic ergo alendi ſunt niſi ad reſolutionem perducantur propter doloris vehementiam, & euacuationem, & proprie in iliaca. Tunc enim oportet, vt cibus ſit facilis digeſtionis, & boni nutrimenti, lenitiuus, lubricus, & abſterſiuus, ſicut eſt carnis diſſolutæ, vel deſtillatæ, & colatæ, & proprie columborum iuuenum non pinguium, & gallorum iuuenum, vitelli ouorum ſorbilium, medullæ diſſolutæ in iure, vel vino, & quandoque oportet in iure eorum, vt ponatur cartamus, & alubleb, ſemen vrticæ, & polypodium, turbith, vel ſcammonea diſſoluta, prout inuitat neceſſitas. Et, condire cibaria cum porro, allio, & ſale, & ſpeciebus, puta cinnamomo, zingib. origano, pipere, cymino, & aniſo, & ex fructibus concedantur caricæ, paſſæ dulces, & cappares conditi cum aceto. Et ex oleribus, ſicla, ſinapis, vitent vero craſſa, viſcoſa, frigida, ſtyptica, conſtipantia, & ventoſa. Si vero à cauſa calida fuerit, quies eſt magis conueniens, & ſomnus ſupra repletionem, nec non plurima abſtinentia, & cibus humidus leniens, & lubricus, frigidus, vt eſt ius herbarum, & fructuum prædictorum ſupra in cura pungitiui doloris, & potus aquæ hordei, Vitent vero ſtyptica, & pontica, niſi cum cauſa illa influat inteſtinis ex alio, tunc enim ibi competunt, vt ſuperius dictum eſt. Et cibus difficile corruptibilis, vt factus ex chondro in aqua decocto immiſſis granis malorum granatorum, ſicut Galen. oſtendit. Et potus etiam frigidus non veri frigoris, ſi ſiticuloſus, & horæ ætatis fuerit. Sed ius galli decrepiti negatur omnino. Inanitio eſt communis, & quotidiana cum proprijs: repletio eſt nociua, & retentuo fœcis, & ventoſitatis petentium exitum. Animæ vero accidentia per ſe nocent generaliter omni ex omni cauſa, in quantum naturam exterminant, & debilitant. Per accidens autem conferunt, inquantum naturam inflammant, & infrigidant, & diſtrahunt à dolore. Specialiter autem conferunt, vt ira, & indignatio, in eo, qui eſt ex cauſa frigida, gaudium vel triſtitia, & timor in eo, qui eſt ex calida. Si vero ab hepate fuerit, regatur ſicut in apoſtemate ſtomachi dictum fuit. Regimen vero præuiſiuum infra ponemus, auxiliante Chriſto. Circa correctionem vltimo accidentium inſurgentium eſt inſtandum, ſecundum diuerſitatem ipſorum, quorum vniuſcuiuſque quæres curationes in proprijs capitulis, vbi de eis dictum eſt, vel infra dicetur.

Poſtis ingenijs curationis, ad dolorem ventris, & ſpeciebus eius, atque numeratis ſimplicibus medicinis, quibus compleri habent, & debent, ad ſubiunctionem medicinarum compoſitarum deueniemus, quibus valeant, vbi ſimplices non ſufficerent, per ſe compleri. Sciendum ergo, quòd ex eis, quædam ſunt enemata, quædam collyria, quædam vomitiuæ, quædam ſyrupi, quædam electaria, quædam trochiſci, quædam potiones, quædam pilulæ, quædam emplaſtra, quædam euaporationes, quædam vnctiones, quædam balnea, quædam olea, & quædam ventoſæ. Et ex enematibus, quædam ſunt ad frigidum, phlegmaticam: ex quibus eſt, quod digerit, & eſt. Recip. florum chamæmeli, meliloti, abſinthij, parietariæ, calamenthi, origani, maluæ, ana M.j. ſenugræci, ſeminis lini, ana vnc.j. caricarum x. hyſſopi vnc j. cymini, anith, fœniculi, ana vnc. s. furfuris par-

rr. meth. med. cap. vltimo.

Cibus.

potus.

Animæ accidentia.

Eugenia medicinalia.

Clyſteres ad colicam.

tem j. bulliant in aqua fontis, & in tribus particularibus diſſoluantur mellis communis vnc.ij. olei anethini vnc. ij. ſalis communis, quod ſufficit. Oportet autem, vt forma clyſteris ſit ſecundum meliorem modum, & eſt, vt foramen eius cannæ ſit ita largum, vt cito injiciatur, & quantitas eius ſecundum quantitatem corporis, & ætatis, ſimiliter, & enema, & ſit calidum in hoc caſu, tepidum in alio, non frigidum. Tempus eſt dictum ſuperius, vt cum iam digeſtus fuerit cibus, & pertranſierit, & eſt ſecundum Galen. poſt ſex horas ſumptionis ipſius, & plus. Sitque modus iniectionis ſuauis. Ad hoc igitur cannella clyſteris inungatur oleo dulci, & impellatur enema cum expreſſione continua, vt aer non ſimul impellatur cum eo, & ſuaui in colica, forti, in iliaca. Sitque corpus ſupra genua, & inclinato capite ſituatum; Et quandoque oportet eleuare crura, vt ad ſuperiora melius impellatur. Sitque ſituatus infirmus ſupra ventrem in colica vera, & iliaca, ſupra renes, & dorſum in colica non vera, & nephritica, vel ſupra latus patiens. Deinde venter manibus fricetur, & moueatur, & quandiutius poteſt toleretur, deinde vero emittatur, quòd non exeat, collyrio iuuetur, quòd ſi non ſuffert, repetatur clyſter, cui addatur plus ſalis, vt excitet expulſiuam. Et quandoque oportet admiſcere calidiora aliqua ex prædictis, quæ magis expediunt. Aliud ſolutiuum ex intentione noſtra. ℞. mercurialis, aſari, ſtæchadis, maluæ, chamæmeli, abſinthij, & naſturcij, vrticæ, parietariæ, centaureæ minoris, rutę ſiccæ, ana M.j. polypodij drach. ij. aniſi, ſeminis anethi, ana vnc.s. cartami, colocynthidis, panis porcini, ana vnc.j. bulliant in aqua fontis, & in partes diſſoluantur mellis communis vnc.ij. caſiæ ſiſtulæ vnc.j. hieræ picræ * vnc.iij. baurach drachm.j. olei de been vnc.j. educit enim phlegma, & ventoſitatem, & ſedat doloré colicæ, & iliacę, & ſanat ſi Chriſtus voluerit.

Aliud ℞. baurach vnc.j. tere, & diſſolue in aqua rutæ, vel oleo eius, & clyſterizetur. Aliud ℞. aſari centaureæ, rutæ ſiccæ, & ſeminis eius, ana M.j. bulliant in oleo antiquo cum colocynthidis pulpa vnc.s. & clyſterizetur. Et quandoque additur hiera, quando materia eſt in rugis inteſtinorū, & tunicis intercluſa, & inuiſcata, educit enim eam facile. Aliud Gal. ad colicam ventoſam. ℞. ſemi. apij, anethi, dauci, rutæ, & cyperi, ana vnc.j. bulliant in oleo antiquo, vel ſubtilis ſubſtantiæ. Deinde colentur, in colatura diſſoluatur adipis anatis, vel anſeris, vel gallinæ liquefactæ vnc.ij. & immitte: ſedat enim dolorem, quòd ſi non ſedauerit, rurſus immittendum eſt idem, & ſi non ſederit, iterum adde illi caſtorei pulueriżati drac.j. Et ſi cum hoc non ſederit, adde opij drach.s. Et quãdoque admiſcetur baccæ lauri vnc.j.

Aliud Serapionis laxatiuum humoris phlegmatici. ℞. chamæmeli, haſce, violarum ſiccarum, ſebeſten, ficuum, ſeminis lini, althææ, ana partem j. decoquantur in lib.iij. aquæ donec remanent lib j. & s. & coletur. Et ſundantur ſuper eam olei myrtini vnc.ij. ſalis drach.iij. baurach vnc.s. muri, & zucchari, ana vnc.ij. & clyſterizetur cum eo tepido. valet ad colicam cum febre acuta, cuius natura eſt ſicca. Et cum phlegma ex alijs influit, illis adde macem.

Aliud ad dolorem colicæ frigidum, abſque febre, miſceatur colocynthidis cum prædictis rebus vnc.s. Deinde decoquantur, & colentur, deinde ſumatur caſtorei aur.s. & colocynthidis tritæ drac.j. & quarta, centaureæ dra.ij. mellis dra.ij. ſalis triti dra.ij. baurach dr.s. clyſterizetur cum oleo tepido. Et ex hominibus ſunt qui addunt ſagapenum, bdellium, ammoniacum, & opopanacum. Aliud ad colicam ex vermibus. Rec. centaureę minoris, agarici, abſinthij, carui, granorum lupinorum in quantitate conuenienti, diſſoluãtur, ſellis taurini vnc.s. olei amygdalarum amararum, & baurach, quod ſufficit. Et clyſterizetur præcedente clyſteri ex lacte, vel ex hydromeſte, & aliqui addunt hieram.

Aliud ad colicam phlegmaticam ex retentione fœcis. Rec. origani, ſtæchadis, aſari, centaureæ, maluæ, althææ, ſeminis lini, ana partem j. aniſi, fœniculi, carui, ſeminis

rutæ,

rutæ,ana vnc.s. olei amygdalarum dulcium,baurach,& salis communis,quod sufficit,mellis violati vnc.j.& clysterizetur. Et sunt aliqui, qui addunt succum ficlæ,& proprie cum phlegma à capite profluit intestinis. Et deinde,si oportet,supponatur cum collyrio de pane porcino. Aliud absterſiuum. in aqua maris bulliant furfuris frumenti pars.i. ireos,aristolochiæ rotundæ, caricarum, ana vnc.j. stercoris columborum, stercoris canis comedentis ossa,ana drach ij.dissoluatur in aqua prædictorũ, & baurach, ana vnc. ij. mellis rubei,vnc.j. olei de been vnc.j.& fiat clyster,deinde,si expediat, supponatur cum radice bryoniæ.

Aliud ad frigidam colicam absque materia. Rec. olei antiqui simplicis secundum Gal. & eo temperato cum adipe anatis fiat clyster,calefacit enim,& non trahit. Et quandoque misceatur cum alchitram drach.ij. Et quandoque bulliant in eo abrotani, calamenthi, pulegij,sambuci,anethi,radicis lilij, ana vnc.j. & clysterizetur. Et aliqui faciunt prædicta in vino vinoso antiquo bullire. Aliqui clysterizant solum cum oleo sambucino, vel de raphano. Et calefiat sępe venter cum panno calido. Et quãdoque clysterizatur simus columbinus, & proprius canis cum succo chamæmeli. Aliud ad colicam ex siccitate. Rec. extrema animalium humidorum,vt capita, & pedes agnorum, hædorum, & arietum iuuenum,& bulliant in aqua, & in parte dissoluantur olei sesamini, vel amygdalarum dulcium,& clysterizentur. Et aliqui cum iure gallinarum pinguium, aliqui cum lacte asinæ clysterizant,humectant,& impinguant. Aliud Rasis ad colicam calidam ex infusione choleræ ad intestina. Rec. olei rosa.vnc.ij. & dissoluantur in aqua decoctionis violarum, & clysteriza. Et accipe oleum cytoniorum,& cum aqua violarum,& sumach misce, & superadde spodij drach.ij. clysteriza, & si quod influit fuerit phlegmaticum,superadde macęm, myrrham, & charabe loco illorum. Aliud ad colicam ex apostemate frigido. Recip. olei laurini vnc.j. olei de oliuis partes ij. adipis anseris partem j. clysteriza. Est enim mirabile secundum Abuhali. Et consequenter adhibe emplastra facta ex abrotano, & anetho,schænãtho,& meliloto, & reliquis,quibus curatur tale apostema. Aliud Isaac ad frigidam phlegmaticam, & ventosam. Recip. chamæmeli,anethi,ana vnc.j.s. centaureæ, liquiritiæ, seminis lini, & fœnugræci, ana drachm. x. apij, ameos, calamenthi, meu; croci hortensis, ana drachm. iij. caricarum octo, coquantur in aqua, & in partes tres mittes mellis vnc.j. obsomogarum, olei oliuarum, sisameleon, ana drach.j. sambucini,lenticuleon, ana drach. s. nitri drachm.j. Et fiat clyster.

Et ex eis, quæ valde conferunt, est emplastrum de abrotano factum de granis lauri. Ad colicam autem melancholicam clysterizatur polypodium, cum sale indo,& epithymo,boragine,bugloſſa,& melle. Et ex collyrijs est collyrium Almansoris. Recip. salis drachm.ij. colocynthidis, scammoneæ, ana drachm.j. & s. mellis, quod sufficit, decoquantur vsque ad spissitudinem decentem. & fiant inde collyria.

Aliud ex radice bryoniæ, & radice panis porcini inunctis cum oleo anethino. Et valet ad frigidam phlegmaticam ex fęce. Aliud ex litio. ℞. litij drach.j. myrrhæ, storacis,calamitæ,opij,thuris,ana drach.j.croci.scrup.s. Confice cũ succo arnoglossæ,& impositum teneatur per horam,sedat dolorẽ,stringit materiam,& dormire facit.

Aliud quod dissoluit ventositatem. ℞. cymini,fóliorum viridis rutæ, ana M.j.burchormarien, & est radix pyrethri, vel mali terræ drach ij. nitri drach.v. puluerizentur,& conficiantur cum melle,& coquantur ad spissitudinem. Et fiant collyria,& vngãtur oleo de ruta,vel nardino,vel de cherua,& immittantur cum oportet.

Aliud Abuha. Rec. stercoris porcini, salis gemmæ,& baurach,ana drach.v. terantur, & misceantur cum melle vnc.ij. & coquantur ad spissitudinem, & inungantur oleo,& immittantur. Confectio suppositorij, quæ soluit ventrem: conteritur enim, & proijcitur in clysteri

A solutiuo, & nominatur suppositorium album à Rhasi. Recip. baccarum drach.x. colocynthidis, nitri, bdellij, sagapeni, ana drachm.v. scammoneæ drach.ij.s. & fiat collyrium ex eis.

Aliud Abuha. Conteratur ruta cum aqua mellis,donec fiat sicut illud,de quo fit linimentum, & ponatur medietas ipsius de cymino, & quarta pars de nitro, & sumatur glans longitudinis vij. digitorum, vel fiat ex oleo rutaceo cum castoreo, & melle,felle vaccino,& baurach, ana aur.s. sagapeni, bdellij, colocynthidis, & althææ, ana drach.iij.& fiat ex eis glans, valet ad phlegmaticam,& ventosam.

Vomitiuum ad colicam.

Vomitiuum bonum ad iliacam frigidam, vinum Græcum simplex, vel flauum simplex, vel sclauum sicut est, vel calidum, vel aqua cępæ narcissi, seminis raparum, vel raphani ma. simplex, vel cum aceto scillæ, & vinum infusionis asari per noctem ante, & aqua nucis vomicæ,vel infusionis ellebori albi. Aliud ad colicam. sumatur aqua decoctionis atriplicis. Et bibatur sola,vel cum aceto,& oleo violato. Aliud ad ventosam. Recip. carui, seminis anethi, & rutæ, bulliant in aqua, & tepida cum oleo de neriden, vel de enula sumatur. Aliud vomitiuum, & est Rasis, & est forte. ℞. tartari, nucis vomicæ, nigellæ, semi. raphani, & anethi, ana æqualiter,salis indi,baurach,ana partem s.dosis drach.iiij. cum tepida. Et quandoque additur in ea drach.iiij. de condisi. Syrupus conferens colicæ, & iliacæ phlegmaticæ,& ventosæ. ℞.calamenthi,origani,hyssopi hortensis,sampsuchi, ana M.j. siseleos, anisi, fœniculi,carui,seminis apij, raphani,ana drachm.v. radicis enulæ vnc.v. ireos vnc.s. meu,phu,anisi,acori, ana vnc.s. schænanthi, sem.vrticæ, ana vnc.s. florum roristarini, boraginis, & bugloſſæ,ana scrup.j.mellis communis despumati lib.ij. aceti scillitici,vnc.iiij.in pecia bulliant zingib. galangæ, garyoph.ana drach.ij. spicæ drach.j. Et quandoque sufficit syrup.ex melle scillitico cum geleniabin, ana vnc.j. cum aqua anisi, & fœniculi. Idem operatur syrupus de hyssopo, & calamentho, quorum descriptiones posuimus in antidotario nostro. Syrupus conferens cholericæ,& iliacæ calidis. ℞. endiuiæ lupu. lactucarum, portulacarum trifolij, cymarum rubi, chrysolocannæ,acetosellæ, ana M.j. prunorum, sebesten, iuiubarum, ana xxx. liquiritiæ, violarum, & rosa. ana vnc.j. zucchari lib.j. succi cytoniorum, & aquæ ros. ana vnc.iij. pecia rara bulliant, spodij, sandali vtriusque, ana drach. ij. succi granatorum muzorum drach. iij. Et quandoque sufficit syrupus violatus simplex,vel de succo violarum, & proprie cum volueris soluere materiã iam collectam. Syrupus ad colicam non veram, quæ est ex lapide renum. Recip. chamædryos, chamæpithyos, senetionum, & cretanorum marinorum, parietariæ, capil. ven.os mundi,calendulæ, scolopendriæ, cum radice endiuiæ, cum radice cichoreæ, hepaticæ, bugloſſæ, agrimoniæ,ficlæ,& pentaphylli, filipendulæ, ana M.j.quinque radicum communium ana drach.j. liquiritiæ, maluarum,seminis violarum, florum boraginis,acori,enulæ,radicum iridis, radicum cardonis, & arundinis, saxifragiæ,milij, folij, ana vnc.j. fileris, anisi, fœniculi, sem. apij, ameos cordumeni, petroselini macedonici, asari, meu,schænanthi, ana drach.s. caricas x. seminis vrticæ, radicis raphani,ana vnc.j. sem. asparagi, bruſci,casiæ ligneæ,ana vnc.s.prunorum, sebesten, ana xxx. seminum communium cicerum nigrorum ana vnc.iiij.seminum lactucarum,portulacæ,scariolæ,ana vnc.s. hordei mun. partem j.gummi,tragacanthi,lapidis iudaici,lapidis,qui inuenitur in spongia marina,ana vnc.j. medullæ ossium ceraforum, betonicæ, ana vnc.j. aristolochiæ longæ, & rotundæ,ana drachm.ij. alchechengi vnc.s. passularum enucleatarum, zucch. ana lib.ij. mellis rosati lib.s. succi capil.ven.succi scabiosæ, succi vrticarum paruarum depuratorum,ana lib.s.aceti vnc.iiij.& fit scillitieum. Et quandoque additur,cum volueris,quod laxet,hermodactylorũ,& corti. radicis celsi, ana vnc.ij. polypodij vnc. iiij. Et aromatizetur cum cinnamo cubebe,& spica.

Syrupus ad colicam ex nephritide.

Collyrium ad colicã.

Electaria. Electaria,ad colicam frigidam,diacalamẽtum,diambra. Et fortius eſt diatrionpip. Et ad ventoſam diagalanga,confectio de ſeminibus. Et fortius eſt diacyminum, & theriaca antiqua,& ſimilia. Ad eam,quæ eſt ex comſtipatione facit diacaſia fiſtulatum, & diaprunis,& valent etiam ad colicam calidam, & diarhodon,& triſandalum,quorum deſcriptionem ſupra habuiſti in antidotario noſtro.

Trochiſti. Trochiſcos ex prædictis ſimplicibus poſſes etiam conficere eligendo propria tuæ intentionis. Similiter, & potiones ad maturationem, & reſolutionem naturæ per vomitum,vel feceſſum, & plures in antidotario noſtro eligere poteris ad hanc ægritudinem, ſi volueris.

Pilule ad colicam. Ex pilulis ad colicam frigidam phlegmaticam ſunt pilulæ de ſagapeno, de ſarcocolla; de opopanaco, pilulæ fœtidæ noſtræ, pilulæ de euphorbio, de colocynthide.

Pilule de 4. rebus. Pilulæ de quatuor rebus expertiſſimæ. Rec. colocynthidis, ſagapeni, ſalis gemmæ, diagridij cocti, ana partes æquales, terantur, & conficiantur cum ſucco porri, à drach j vſque ad ij.

Ad idem Rec. hieræ magnæ,& proprie Logodion,& colocynthidis, & benedicta,& iuſtinum ad nephriticã philanthropos. Ad colicam calidam, & cholericam, pilulæ de hiera Gal. de rhabarbaro. Rec. pulueris hierę Gal. drach. ij agarici, rhabarbari, ana ſcrup ij. vel diagridij cocti. Informentur pilulæ cum ſucco roſarum. Et pilulæ noſtræ, quas in noſtro poſuimus antidotario, quæ valent ad febres cholericas, ægritudines de genere choleræ citrinæ,& ſanguinis ad melancholiam. Pilulę de colocynthide, de lapide armeno,& de lapide lazuli.

Emplaſt. Et ex emplaſtris ad colicam, & iliacam frigidam eſt emplaſtrum de granis lauri,& de alijs, & relatum ad Andromachum,& relatum ad Eraſiſtratum,& ſinapiſmum, & relatum ad Andromachum cauterizans vbi oportet. Et Emplaſtrum ad cholericam eligas ex eis, quæ dictæ ſunt in cura ictericiæ. Et ex prædictis ſimplicibus componere poteris, prout oportet. Et ſimiliter vnctiones,& cerata. Et ex euaporationibus, quæ ſunt humidæ, vt ſunt ex ſpongijs, filtro, cotto, vel lana,& infuſis in aqua decoctionis prædictorũ anodynorum. Et quandoque impletur ea vas æneum, vter, vel veſica, & applicantur ventri,& hypochondrijs. Et quãdoque bulliunt extenuantia ventoſitatem. Et quãdoque ſunt ſaccelli, ex quibus quidam ſunt ſicci, quidam ex ſale,& milio, vel panico ſunt, nec valent niſi in materia humida, ventoſa, & quandoque ex parietaria in vino cocta. Et quidam ſunt temperati, vt qui ſiunt ex chamæmelo, abſinthio,& ſem. lini,& quidam ex alijs, puta ſem. lini, fœnugræco, radice althææ, violarum, malua, chamæmelo, meliloto,& proprie in colica nephritica cum bullierint in aqua, vino,& applicentur ſupra renes. Et balnea quoque,& olea, quæ ad frigidam, ſunt oleum anethinum, de abrotano, de lilio, quod habet virtutem theriacæ, oleum omphacinum,& vltimum eſt oleum apoſtolorum. Et ad ventoſam oleum rutaceum, nardinum, & de enula, & de cherua, ad vtramque. Ad calidam oleum roſ. & violarum, & de ſem. melonum, & de ſcorpionibus ad nephriticam inunctum ſupra renes. Et ad vtramque ſcilicet veram,& nephriticam, & oleum de piperibus.

Euaporationes. *Saccoli.* *Balneum, & olea.* *Ventoſa.* *Clyſter ad colicam.* *Aliud clyſter nobilis.*

Ventoſa. Ventoſæ quoque debent eſſe magnæ cum multa flamma,& ſint de vitro, vel cornu, vel de argilla.

Clyſter ad colicam. Clyſter educens phlegma craſſum, & ventoſitatem, ſi Chriſto placuerit. ℞. rubeæ. M. j. ſcordeon vnc. ij. cymini, aniſi, ana vnc. j baccarum lauri, vnc. ſ. aſæ fœtidæ drach. ij mellis,& ſalis, ana drach. j. bulliant in oleo antiquo, vel vino veteri, & fiat clyſter. Vnctio ex butyro confecto cum puluere colocynthidis ſupra vmblicum ſoluit ventrem,& curat colicam, ſi Deo placuerit. Clyſter benedictus pro nobilibus cum ſuauitate educens phlegma, & melancholicum humorem, reſoluit omnẽ ventoſitatem, & ſanat colicam. ℞. aniſi triti, polypodij triti, ana vnc. ij. bulliant cum aqua lactis caprarum lib. v.& diſſolue hieræ picræ vnc. j. mellis vnc. ij. ſalis vnc. j. olei viol. fac cum reiteratione ſi oportet. Regimen præſeruatiuum à colica,& ileon, cum apparent ſigna repletionis, & inceptionis ex tortione, dolore leuioribus, & punctione, oportet vt interdicatur repletio, & iniungatur abſtinentia,& euacuatio cum vomitu,& fluxu ventris, cum clyſteribus prædiſtinctis; deinde cum aliquo ſolutiuo leui, deinde ſi expediat cum forti, præmiſſa digeſtione cum appropriatis vnicuique cauſæ replenti. Et ex digeſtiuis bonis in via præſeruationis ad colicam veram,& iliacam, & etiam non veram, ſeu nephriticam eſt ſecundum Iudæum belzamen de thymo, vt ſumatur quolibet mane cochlear vnum huius pulueris cum vino albo ſubtili. Rec. ſem. anethi, fœniculi, apij, fœnugræci, ana drach. j. ſ. ſchęnanthi drach. v. Itẽ aliud, fiat vinum ex trifolio, vel pentaphylon, vel betonica, & gramine contritis, & poſitis in vegete, cum vinum in vindemijs ebullit; de quo ſumatur medius cyathus ante cibũ cum puluere zedoariæ. Et ex ſolutiuis leuibus eſt talis tragea experta, etiam ſi ſit cum febre vera, & mendoſa. educit eum humores craſſos, qui ſunt cauſæ vtriuſque, & etiã calculos. ℞. turbith boni, hermodactyli, ana vnc. j. eſulæ vnc. ſ. piperis longi, zingib. ſpicæ, ana drach. j. macropiperis drach. j. croci drach. ſ. ſeminis leuiſtici, granorum ſolis, ſeminis geniſtæ, ſaxifragiæ, ana drach. ij. medullæ carrami vnc. j. zucchari, quantũ ſufficit, de qua ſumatur cochlear vnũ in menſe,& deſuper bibatur parũ aquæ tepidæ. Et ſunt qui addunt caudas grillorũ, cicadarum,& cineres ſcorpionũ,& cantharidarũ in hyeme,& in frigidis circumſtantijs, Æſtate vero,& in calidis non addantur: ſed ſumantur loco eius mel caſiæ fiſtulæ cum aqua liquiritiæ, ſeruato bono regimine. Et eſt vt in principio cibi, vel parum ante ſumat aquam cicerum nigrorum cum ſemine melonis: deinde ſumat ſubtiliantia,& incidentia,& à contrarijs abſtineat. Item ſumat poſt cibum tragean confortatiuam digeſtionis,& reſolutiuam ventoſitatis, quæ ℞. garyoph. inciſorum vnc. v. galangæ vnc. v. zingib. vnc. j. granorum paradiſi, vnc. iiij. aniſi, fęniculi, ana drach. iij. liquiritiæ drach. ij. ſeminum melonum mundatorum drach. iiij. vinum ſit ſubtile vinoſum.

Reg. præſeruans in colica,& ileo.

Digeſtiuũ. Pulus bonus ad colicam.

Solutiua bona pro præſeruatione colica.

De cura vermium,& medicinis eorum. Cap. 2.

QVia curam vermium exiſtentium veluti vna ex cauſis colicæ, vt patuit præcedenti capitulo, reſeruauimus, vt loqueremur de ea latius, eorum genera, cauſas, ſigna,& medicinas inueſtigandum proprias, cum ſint accidentium plurium horrendorum, & mortiferorum: ideo de ea ad præſens loquemur, prout miniſtrabit gratia Saluatoris. Sciendum igitur, quòd ſecũdum Gal. vermium tria ſunt genera, ſcilicet lumbrici rotũdi, aſcarides, ſubtiles parui; & tertium genus eſt eorum, qui lati vocantur,& cucurbitini, producẽtes ſemina ad modum ſeminis cucurbitæ cæteris longiores, vtpote alternatim ſibi continuantes ad modum chordellæ, ſeu zagarellæ, ſicut ſenſus declarat. Cauſa autem in generatione ipſorum triplex eſt, materialis, localis,& efficiens. Materialis eſt humiditas inſipida alba, & viſcoſa in vnum condenſabilis,& compactilis, & talis eſt phlegma, non cholera rubea, nec nigra, licet effundantur ad inteſtina, cum ſint ſiccæ, diſpartibilis ſubſtantiæ, non condenſabilis bene,& nimis calidæ, vel frigidæ, ſaporis contrarij generationi,& conſeruationi ipſorum, vt quia amari, vel acetoſi valde, quibus necantur, coloris diſſimilis, quia citrini, vel nigri, non etiam ſanguinis licet ſit conueniens propter ſaporem, quia dulcis eſt, ad inteſtinorum tamen vacuum non effunditur, ſed à natura ſtricte in venis, vt theſaurus conſeruatur, exiſtens proportionalis, & neceſſarius generationi, nutrimento, & augumẽto membrorum radicalium, & carniformium quibus in colore eſt ſimilis non ſicut vermibus. Localis eſt inteſtinorum vacuitas, in qua ipſa materia phlegmatis, vt ſuperflua: quia ex digeſtione, & ciborum malitia, & regiminis in alijs aggregatur, cuius conſideratione, eorum generatio in ætatibus omnibus eſt communis; & in tempore proportionali eſt magis; in qua qui manet, & conſeruatur

Vermium gene. triplex 3. aph. 26.

Cauſa generationis vermiũ triplex.

Locus generationis vermium.

ptæ

ſtæ frigiditate, & circumuolutione ipſorum ab eius adhærente viſcoſitate,& prædebilitate coloris ipſorum ibi manens non regulata corrumpitur,& putreſcit,& ſic colorem accendit: quia cum nequeat eam conſumere,eius humiditatem reſoluit,& craſſum,condenſatũ dimittit: nec rectificat, ſicut ignis materiã luti putridi ſibi ſubiectam,quam conſumere nequit,rectificat conſumẽdo humiditatem,vel minuendo,& craſſum relinquendo lapideum,ſic ipſam rectificat condenſando,& cum influentia conſtellationis, cooperãte natura corporis,formam, & figuram vermium imprimit in illam ad hunc finem, vt materiam putreſcibilem in id, quod minus malũ eſt conuertat,& reſiduum putredinis naturaliter in inteſtinis aggregandæ conſumat ſe paſcẽdo ex illa, cuius caloris conſideratione,vt diſponentis ipſi efficienti cauſę.dixit Hipp.in aph. Eos maxime in ſenioribus,ideſt in procedentibus vltra ætatem dentium plantatiuam generari. Ex quibus iam cauſa efficiens nota eſt, & eſt triplex diſponens,vt eſt calor putredinalis, operans vt natura, perficiens,vt ſupra cęleſtis influentia,prout Ariſt. dixit. ſic enim eſt videre in animalibus exterioribus mundi, quæ non generantur ex ſemine, vt ſunt muſcæ, crabrones,qui ex ſtercore bouis,& veſpæ, quæ ex carnibus generantur equorum corruptis, cum etiam calefiunt à calore ſolari in ipſas agente,& nequeat ipſas conſumere, depurantur,& condenſantur in vnum,& natura ſupra cęleſtis corporis ſcilicet cõſtellatio, formam,& figuram talium vermium diuerſorum ſecundum diuerſitatem materię,& aptitudinis eius ad eos imprimit.vnde Ariſt. dixit propter melius. quòd enim ex putrida tali materia generentur tales vermes, ſiue talia animalia, melius eſt quam dimittantur ſecũdum ſuam putredinem puram, & vt reſiduum eius,& aliæ congregandæ putredines cõſumantur,ſumptæ,& cõuerſæ in nutrimentum eorum, exiſtentes in aere,terra,& aquis, multiſque modis nociuæ hominibus,melius eſt, quàm permaneant ſic. Sed contra hoc eſt,quod ſequitur. Natura enim ſi quod melius eſt agit,& minus malũ aget, ſed minus malum eſt, quòd tale phlegma putrefactum in concauo inteſtinorũ remanear, quæ ſunt vt dictum eſt, deputata collectioni putredinis,& expulſioni ipſius,cholera rub. coadiuuante,& ex ordinatione naturæ, infuſa in ea ad illud, quam quod talia vermium genera prõcreentur: Et cum ſuperius dictum ſit, quòd plurimum, & horrendorum accidentium frequenter ſint cauſa,& mortis, quod equidem non ſunt cum in quantitate fuerit moderata, tunc enim ſolum iuuamentum, quod poſitum eſt, faciunt abſque nocumento, vt ſupra de anatomia inteſtinorum eſt dictum. Sed ſi quantitate ſuperfluant continua,vel diſcreta,accidentia inducent plura,& etiam mortem frequenter vt ſtatim dicetur. Nec obſtat, quod ibi dictum eſt, quod cholera inteſtina habeat expurgare; quia illud eſt non ſemper, & tunc quando generantur ipſi, cum tunc occultetur cholera, & phlegma abundet in eis,quo etiã porus obſtruitur mittens cholcram ad inteſtina. Et ex accidentibus eorum horrẽdis eſt,quod eſt,quia in loco, in quo generantur ipſi,cum tunc occultetur cholera,ſcilicet in inteſtinis, faciunt accidere colicam,& iliacã, vt ſupra dictum eſt; & ſic locum generationis eorũ nutrimenti,& augumẽti conſeruationis principaliter pungẽdo contra naturam offendunt,& tunc maxime cũ febris aderit,cum enim cõſumat eorum materiam nutrimenti,inflammat eos,& choleram ſuper eos effundat,ad furiam, & motum in quęrendo cibum incitat,& circumuoluti in inteſtinis, & acuiliter pungant, & quandoque profundius tendunt ſugendo, donec inteſtina, mirach ventris perforent, & cutem,vt exeant inde ſicuti multi dixerunt, licet ſit raro, vel incredibile, & conſequenter ſubrapiendo cibũ fames generatur canina,et quandoque boliſmus, & caſus virtutis ori ſtomachi, propter aſcenſum eorum ad ipſum,& tunc quandoque vomitu expelluntur,quod eſt abominabile valde,& quandoque infrigidantur extrema,& quandoque per compaſſionẽ,& ꝓpter vtraſque diſpoſitiones prædictis tremor cordis magnus. Et propter eleuationem fumorũ ad caput,generatur ex eis epilepſia,& ſtupor,quæ maxime in hora commotionis inſurgunt,quæ eſt de ſero,& hora ſomni,tunc enim quærendo cibum ſtomachũ aſcendunt,& ſuperiora,& ſic talia accidentia cauſant,quorũ generũ diuerſitas,à diuerſitate cauſę materialis,& localis procedit Materia.n. ipſorum phlegmatica,aut eſt viſcoſa valde inſeparabilis,aut parũ,aut mediocriter,aut prima exiſtẽte in ſuperioribus inteſtinis.ſ. gracilibus, ſeu ileo, & ieiuno, quandoque generantur longiſſimi dicti cucurbitini ex ea,quæ eſt parũ viſcoſa adhærente recto,& fęcibus corruptis,& ſcybalatis commixta, generãtur rotundi aſcarides ſubtiles, & parui, ex media generantur lumbrici de genere longorum exiſtẽtes, quia quandoque ſecundũ palmum,vel cubitũ prolongati apparent in medijs inteſtinis ſcilicet,colo,& orbo. Et eorũ deteriores ſunt lati, alijs longiores, cum ex materia putrida vehementioris adhærentię generentur. Et in loco ſuperioribus principalibus ſituẽtur magis propinquo. Et minus nocui ſunt parui,aſcarides,vt ſubtiles ad modum ariſtę cum à ſuperioribus principalibus ſint magis remoti, ꝓpinquiano, vt facilius expellantur,licet ex materia magis corrupta. Qua propter ſi dimittantur diutius,vt augumententur, & aſcendant ſuperius,magis fient nociui,cum ex magis putrida materia procreentur. Sed lumbrici, medij ſunt in' malitia, & cum diu retineantur omnes febrem pro eorum corruptione accendunt, & augent.

Et vermes quidem ſua habent iudicia. Cum enim exeũt antequam morbidi fiant,vel cum in febribus acutis exeunt vermes viui,ſignificãt virtutis expulſiuæ potentiam, & eſt ſignum bonum: cum vero mortui,malum; quoniam ibi multam caliditatem mortificantem eos demonſtrant, & ſiquidem puri exeãt mali ſunt,cum materiæ putrefactæ inobedientis multiplicationẽ oſtendãt. Sed cum fuerint permiſti fęcibus,boni ſunt,& proprie cum in declinatione emittantur,vel fine ſtatus non in temporibus * præſentibus morbi. vnde Hippocr. inquit, bonum eſt ſi lumbricos admixtos habuit, ſcilicet ſtercus,inteſtinis, ſtomacho, & corpori manifeſtant, à quo ſtomacho ſi vomitu exeant, horribilis eſt,& malus cum malos humores in ſtomacho eſſe portendant,ſi generentur ibidem,vel ſi cauſa quærendi cibum aſcendat, naturam impotentem repellere eos demonſtrant.

Signa vermium, quædam ſunt communia omni eorum generi,quædam ſunt vnicuique propria. Communium autem, quædam ſunt ſigna ſumpta ex his,quæ ſequuntur accidentibus immediate ipſos generatos,vt eſt mordicatio,punctio inteſtinorũ,& grauitas percepta,& cõmotio,quæ immediate eos generatos ſequuntur,vt dictum eſt.verum non ſunt certa, ex eo,quod talia ex humoribus cholericis ibi retentis fieri poſſunt,vt ſupra de dolore inteſtinorum dictum eſt. Quædam ſunt ſumpta ex his,quæ mediate ſequuntur, cum nocumentum eorũ extenditur ad ſuperiora membra, ſcilicet ſtomachum, cor,& cerebrum. Et illa ſunt,quæ dicta ſunt ſupra. Ex quibus ſunt,quòd ſtrident dentes, & abſtergunt labia ſemper. Et cum dormiunt,accidit eis maſticatio habẽs viciſſitudines,ex eo, quòd comeſtio eorum illa hora cõmouet imaginatiuam, quæ imperat motiuæ,vt moueat genas ad maſticandum,ac ſi comederet ſimili modo. Et hæc minus ſunt certa,cum ex alijs cauſis poſſint accidere, quæ ſunt notæ. Quædam ſunt talia ſigna ex antecedentibus ipſorum generationem ſumpta, & talia ſunt, quoniam præceſſerit paucitas,& corruptio digeſtionis, guloſitas,& appetitus multus,& aſſiduatio ciborum phlegmaticorũ,& corruptibilium habentium generare ipſos proprie,vt lac, caſeus, frumentum, & ſimilia. Et hæc etiam non ſunt neceſſaria: non enim neceſſarium eſt, quòd ex prædictis lumbrici generentur,& vermes. Alia vero ſunt ex eſſentialibus ſumpta,quæ cõcomitantia dici poſſunt,vt ſunt ipſorum euacuatio,& apparitio exitus eorum,per vomitum,vel ſeceſſum; veruntamen eorum euacuatio non eſt ſemper, ſed cum iam quaſi victi ſunt à natura, vt critice,vel ſymptomatice expellan-

Quomodo epilepſia, & ſtupor.

Deteriores vermes qui.

Minus nocent qui.

Medij ſunt malitia.

Prognoſtica.

** præſentibus.*

In prognoſticis.

Signa communia.

Cur maſticent in ſomnu pueri ꝓpter vermes.

Exuſa vermium effectiua triplex.

Accidentia vermes in ſequentia.

tur,quare oportet alia certiora quærere,quibus à principio cognoscantur, & certa,vel prædicta certificare.

Certificantur autem, si omnia simul coniungantur, vel saltem fient vnitati magis propinqua, impossibilis enim est certa interiorum quorundam cognitio,vt Gal. ait, sed coniecturalis, possibilis. Cum ergo considerabimus,quòd escæ facientes ad eorum generationem præcesserunt,& antecedentia, & sequentia sensibilia accidentia,quæ sunt dicta,eos coniecturabis adesse. Et cum in excrementis apparebunt vermes,per vomitum,vel secessum,eorum certificabis cognitionem. Hæc enim est doctrina medicorum principis Gal. seruanda,in dictis,& dicendis omnibus causis, & ægritudinibus cognoscendis occultis, quorum signa non sunt inseperabilia, non perdurantia,neque certa per seipsa distincta.

Signa demonstrativa quomodo. 3. de loc. aff. cap. 1.

Signa propria.

Signorum vero propriorum, quædam sunt longis propria magis,vt sunt commotio oris stomachi,morditatio ipsius cum punctione, & grauedine, & humore ibi percepto, quandoque casus appetitus, & difficultas transglutitionis, nocumentum ex cibo,& lubricitas,& fluxus saliuæ: & quandoque nocent pulmoni, & cordi propter vicinitatem suam,vnde accidit tussis, & tremor cordis, & diuersitates pulsus, & somnus, & excitatio non secundum ordinem,& cum pigritia,& accidit pruritus,& intuitus,& palpitatio,& apertio oculorum cum declinatione ad clausionem, & accidit eis,vt nunc rubeant,nunc vero offuscentur; & quandoque tenduntur eorum ventres, & fiunt hydropici: & quandoque superueniunt fluxus ventris. Lumbricis vero,& rotundis appetitus secundum plurimum multiplicatur,quoniam elongantur a stomacho, quare non nocent ipsi. Et rapiunt cibum, & commouentur in tempore famis motu forti nocente, & debilitante virtutem: & sunt cum punctione, & grauedine incidente in eo, quod sequitur vmblicum. Paruos autem significat pruritus ani,& inseparabilitas commotionis apud ipsum. Et inuenit habens eos grauitatem sub hypochondrijs suis,& dorso. Et exitus vniuscuiusque generis rectificat cognitionem cuiusque.

Cura.

Cura vermium est quatuor res. Prima est regimen. Si enim causa prima generationis ipsorum est malitia regiminis in cibis, & in potibus, & in alijs: diminuendo, & corrumpendo digestionem, multiplicans phlegma,quod est crassum, frigidum,humidum,& viscosum, ergo si cura ordinata est,quòd primo oportet causam abscindere,primum erit in cura reginen emendare. Secunda est ipsorum interfectio, vt facile educantur, nisi enim interficiantur, euacuationi non obedient: viui enim retinentur in intestinis,& adhærent,secundum dispositionem,cuius dissolutio est difficilis. Tertia est eorum euacuatio,si neque eos mortuos,neque viuos natura expellat: non enim oportet, vt eorum prolongetur statio in ventre post mortem,ne inferat vapor eorum nocumentum venenosum principalibus membris. Quarta est accidentium correctio.

Dieta.

Primam rem complent rectificatio regiminis in cibis,& potibus sumptis secundum contrarietatem escæ, & prout digestioni complendæ oportet, vt sint cibi subtiles,facilis digestionis,& boni chymi, qui non corrumpantur,calidi,& sicci,nec viscosi, immo sit in eis absterssio,qua educantur, & interficiens natura vel proprietate,vel sint ex interficientibus, & absterssiuis, vel eis admisti,quales sunt aquæ cicerum,& cicera comesta,infusa in aceto, postquam abstinuerunt per medium diem, folia caulium, oliuæ salitæ ante cibum cum ruta comestæ,panes furfuracei; cum carui confecti, anisio, vel fœniculo, vel cymino, carnes columborum, passerum, & aliarum cum decoctione mentæ, vel sallamento facto ex ea,pane asso,& aceto forti,& potus sit aquæ sallæ simplicis,vel comministæ vino austero, vel forti aceto, vel aquæ dulcis cum cymino in ea decocto,anisio,vel fœniculo,vel gramine,& alijs. sit ordinatio congruens confortationi digestionis,& perfectionis ipsius, prout supra in cura stomachi dictum est.

Cibi.

Interficientia vermes.

potus.

Secundam rem complent medicinæ interficientes vermes,quarum quædam sunt communes omnibus generibus,quædam sunt propriæ. Et communium quædã sunt simplices, quædam compositæ. Et ex simplicibus quædam sunt calidæ,quædam frigidæ,quædam proprię.

Vermes necantia.

Communes omnibus, simplices, & calidæ sunt peruenientes ad gradum tertium, nisi sit cum eis febris vel apostema, & sunt amari saporis, acuti, & contrariantes qualitate,& sapore illis,quę magis diligunt ipsi,quę sunt dulcia,& vnctuosa, qualia sunt macis in multo vsu,nux indica antiquata, & comesta, & nasturcium,& semen apij; sunt ambæ fortes in interficiẽdo omnem vermem, & sisymbrium,hasce,carui, cappares, aqua lupinorum, & ipsi amari,chalcanthum,drach. j. cum melle sumptũ, ziniar,lactuca,anisi,& nigella, & si super sumen vnguatur radix enulæ exiccata,& sumpta,aur. ij persica,& folia eorum emplastrata sumini,& oleum eorum,& menta,petroleon cum licinio immixtum, & proprie ascaridibus. Farach,cum syrupo de melle,myrrha decocta in oleo bibitur ad omnes, Calamentum syluestre, chitran,& costus cum ponuntur in clysteri,scea,radix chamæleon interficit vermes, & proprie albos; prassium, cordumeni,grana ademesiæ: Et credo quod sunt grana, quæ non est diu, quod habita sunt in vsu, anisum,fœniculum, cyminum, asarum, chamæpithyos, pulegium, origanum, abrotanum, sicut & absinthium. Hæ Medicinæ interficiunt omnes acuitate, & sua qualitate,& amaritudine,& à proprietate longos,& ascarides aliquæ eis, vt polium, allium, proprię chitran ministratum in clysteribus, & epithematum, costus amarus, & lancis mirabilis est, asimar,& succus persici. Communes simplices frigidæ,& paucæ caliditatis interficientes,sunt semen coriandri bibitum tribus diebus cum rob, & lac acetosum cum semine apij bibitum, vel syrupo acetoso, & decoctio fausel,& spina ęgyptiaca,& sunt absque plurima caliditate,& semen atriplicis, cortex radicis mori, & rubus,decoctio arborum granati acetosi, & muzi,& aqua decoctionis radicum eius, & succus arnoglossæ, aut ipsa sicca, & sumach dissolutum in aqua,est mirabile,si cum eis sit fluxus,& hypocistis,& lutum sigillatum cum vino, est mirabile; vel indicum, vt dicetur, & est magis mirabile semen portulacæ,cum multum sumitur in interficiendo vermes. Endiuia amara,tribuli vermicularis,myrtus,& apium aceto conditum,& acetum ipsum in hora somni secundum aliquam sui quantitatem sumptum est conueniens.

Calida.

Frigida.

Quæ enim sunt non qualitatis, & saporis excedentis à proprietate sunt non interficientes illos, cum non illud agant à qualitate. Et aliquæ ex ipsis frigidis sunt interficientes latos, vt est serratura salicis, coriandrum, endiua amara cum bibitur cum lacte acetoso,aut syrupo acetoso,aut aqua calida.

& autem

A proprietate.

Compositæ vero interficientes omnes sunt,sicut theriaca magna,& confectio de centonica. Hæ sunt medicinæ,quibus te oportet interficere vermes.

Compositæ.

Sed in earum administratione oportet te attendere earum speciem,potẽtiam, seu virtutem, tempus,locum, & modum. Speciem,vt proprias, prout dictum est administres. Potentiam seu virtutem,vt in occidẽdo ascarides ex eis eligas fortiores: in lumbricis,& rotundis,& laris fortes: in longis debiliores,& maxime cum sint ex ijs,quæ bibuntur,a quibus remotiores sunt ascarides,deinde lumbrici lati,& longi sunt propinquiores. Tempus, vt administres illa vacuitatis tempore: medicinæ enim tunc nullo modo impediuntur ad eos peruenire, & ipsi famelcentes magis trahuntur ad ipsa. Locum,vt interius approximanda approximes,non approximanda deneges,ne maius nocumentum adducas, sed potius exterius administres, & proprie vmblico, & infra,vbi sunt crassa intestina in quibus generantur, & proprie monoculus: supra enim applicata stomacho nocent plurima. Et aliqui applicant super ilia, & renes illa: immo cum interius ministrabis tales medicinas interficientes, & proprie calidas, tunc oportet, vt stringantur nares, ne aliquid

Documentũ in præcedẽtia.

aliquid ex vapore earum malo perueniat ad caput, & multiplicetur expiratio, ne aliquid ex eo perueniat ad cor, quare oportet, vt os teneatur apertum. Et etiam melius est, vt tunc liniantur stomachus cum stypticis confortantibus, ne lædatur ab earum malitia. Et sint ex interficientibus, qualia sunt sumach, hypocystis, & acatia dissoluta in vino, & in longis præpriè, per ebibita, & quouis modo meliori, sumpta: dummodo sint superioribus minus nociuæ in ascaridibus, clysteribus, vel collyrijs immissis, in lumbricis, & medijs per vtrasque, & in omnibus, per extrinsecus applicata, secundum omnem modum emplastri, scilicet epithematis, cataplasmatis, & vnguenti.

Qualiter præmittēda sunt dulcia vt interficiant vermes.

Modus, vt præmittas eis delectabilia, scilicet dulcia, & vnctuosa, quæ sunt eis, vt esca, ad quam curtant; & hoc per horas diei vnam, vel duas, deinde medicinas interficientes, & propria illis subiungas, vel vtraque simul misceas; cum enim currunt ad escam inuenient inuoluta venena, quibus occiduntur, sicut pisces in proprijs escis hamis, quibus capiuntur, & hoc siue interius approximes, siue exterius, & per omnem modum illud agas.

Educentia.

Tertiam rem complent medicinæ ventrem soluentes, solutione eos educentes; quarum quædam sunt di-

Dispositiua.

sponentes, quædam complentes. Et disponentes sunt duplices, quædam occidentes, vt prædictum est, quædam inferius ad loca propinqua sphincteri, puta intestinis inferioribus illos trahentes, qualia sunt dulcia, & vnctuosa, vt mel, lac, & similia clysteribus immissa, vel collyrijs suppositа, vel peritonæo, ano, & alijs partibus ei accidentibus inuncta trahentia illos, quæ adiuuant amara, acuta, salsa, & acetosa, illos fugantia per os sumpta, & supra stomachum, & vmbilicum

Repletiua.

approximata. Et eductionem complentes, quædam sunt tantum educentes, quædam interficientes. Et educentes, quæ educunt tantum; sunt illæ, quæ non interficiunt, sed delectant, vt lac, mel, & aqua mellis, & similes simplices, vel mixtæ in suppositorijs immissæ, & sphincteri inunctæ, sicut baurach, chebuli, hyssopus ficca, quæ soluunt phlegma, vermes, & ascarides, semen coriandri cum rob, educit serpentes, verum extrahit vermes, & ascarides origanum, etiam polypodium. Et tales sunt proprie habentes locum in superioribus, & medijs, non inferioribus, vt sunt ascarides subtiles, & minuti, quibus meliores sunt interficientes, & soluendo educentes modo infra dicto, approximatæ, quarum,

Simplicia. Soluētia, at que educentia.

quædam sunt simplices, quædam compositæ. Et simplices sunt colocynthis, fel tauri, absynthium, epithymum, cartamus, allium, centaurea, nigella, & semen atriplicis. Solutione educentes omnes, & mortificatione, & breuiter omnes solutiuæ medicinæ, quas in antidotario nostro seriatim diximus, & maxime laboriosè educentes. Sed melior est aloe omnibus, quoniam mortificando educit omnes, & oleum bibitum in quantitate interficit cum sua amaritudine, & viscositate educit. Et oleum omphacinum laxos interficit sua amaritudine, & & educit sua viscositate: quare, si non potest multum semel bibi, bibatur ter. Et grana nil interficiunt serpentes, & extrahunt eos.

Nota de Aloe.

Medicina ad vermes compositа.

Compositæ sunt hiera picra, etiam si sumatur scea, & absynthij, ana scrupul.iiij. pulpæ colocynthidis, drachm.ij. & quarta, salis indi danich.i & sumatur in potu cum aqua mellis. Et nitrum, & cyminum, & fœnugræcum, ana aurei duo. Item nigri piperis, cordumeni, ana partes æquales, cuius dosis sit vsque ad drachmam vnam, & mediam. Item cyminum indum, mastix, grana lauri, ana, conficiantur cum melle, & sit dosis in mane cochlear.i. & tantumdem in sero, & quando quē additur enula. Et pilulæ de absynthio, educunt longos. Et aliæ, quæ sunt compositæ ex prædictis secundum diuersas intentiones eligentis, non solum interius per sub, & supra, sed etiam exterius secundum omnem modum approximandæ. Modus autem, & regimen ascaridum, & paruorum est, vt interficiantur, & educantur cum suppositorijs ex prædictis, & sale, & clysteribus ex aqua calida, quæ eradicant materiam eorum. Et fortius est, in quo recipitur centaurea, cartamus, hyssopus ficca, pulpa colocythidis, & baurach. Et fortius illo est collyrium alchitram, & clyster cum eo, & petroleo, & proprie cum oleo de chrysomilis, aut medullis perficorum, amarorum, & arthanita, vel buchormariem, & cortex radicis hasce. Et ex eis, quæ colligunt ipsos in ano, est caro pinguis, solida, & lardum, fit autem ligatum cum fimbria lini, vt post horam cum fuerint collecti, extrahantur, & iteretur donec mundificentur.

Si fcb.adsit, vel aliquod accidens talē quæ sint bona.

Quartam rem complent medicinæ diuersæ, secundum diuersitatem accidentiū concomitantium, ex quibus est febris: quare oportet, ut administres frigida, ex quibus sunt semen portulacæ intus, & *granata vermicularis extra, & acetum intus, & extra, & similiter coriandrum, atriplex, & similia non calida, nisi moderate calida vel frigidæ ex cibis, & potibus, prout exigit dispositio, & cum debilitat fluxus ventris, necessaria sunt quæ nutriunt cum fortitudine, vt est aqua carnis, & carnes, & alia, quæ sunt boni chymi, & velocis digestionis, & maxime in paruis; nam virtus eorum per se in causa operationis non peruenit ad eos omnino. Et si sunt boni chymi, minoratur chymus corruptus, qui est materia eorum, quare indigent etiam eis, & vermes, cum enim fluxus minuat, vel auferat nutrimentum, mordicant acriter stomachum, & faciunt magis cadere virtutem; quare cibentur ante motum eorum, hora quietis, & somni. Et separetur cibus eorum, vt sit paucus, & permistus aliquibus ex interficientibus stypticis, & confortantibus. Ex quibus proprie est sumach, & myrtus, & coriandrū, & similia, quæ stringunt, & confortant stomachum, & excitant appetitum; qui si timetur ne cadat, confortabis stomachum cum epithemantibus, & emplastris, in quibus stypticitas, interfectio, & eductio suauis, non deficiens virtutem, & confortatio, & ereptio appetitus.

**grana.*

Et proprium est, quod sit ex aloe, & absynthio. Et pilulæ factæ ex eis cum succo cytoniorum, vel mentæ. Medicinas compositas ad eos, aliquas supra in cura ægritudinum cordis diximus. Et nunc addemus alias expertas. Ex quibus est. Recipe foliorum persici, granorum lupinorum, absynthij, ana M.ij. tere crasso modo, & fac bullire in aqua, & aceto, ana partes æquales. Et super vmbilicum, & tenes cum fascia liga, statim educit viuos, mortuos, expertum est. Item. Recip. succi mentæ, panis assi, aceti fortissimi, ana partes æquales, misce in modum salsamenti, de quo dabis ante cibum, & ligabis in pulsibus brachiorum, probatū est, & si oderetur etiam. Item grana vermium, quæ sunt grana centonicæ de romania* fricata, & exhibita cum zucch. vel melle ros. in omni ęrate sunt experta, & omni dispositione, & in cautsone cum granis aranciorum. Item acetum fortissimum hausturn de sero cū vadit dormitum est expertum. Item centaurea decocta in oleo de perficis, & inuncta super vmbilicum, experta est. Emplastrum Archidia. confortans stomachum, interficiens, & expellens lumbricos, valet ad fluxum. Recip. absynthij, mentæ siccæ, rosarum cum stipitibus, centonicæ, ana vnc.i farinæ lupinorum. vnc.i. panis assi infusi in aceto forti. vnc.s. fellis tauri. vnc.iij. aloes. vnc.s. cornu ceruini vsti. vnc.iiij. spicæ, macis, galliæ muscha. gar. calami aroma. macis, nucis muscha. galangæ, carui. ana vnc.i.s. hypocystidos, acatiæ, sumach. berber. ana vnc. tertiam. Confice cum oleo myrtino, succo mentæ, & cera quod sufficit. Item vngatur venter melle, si sine febri fuerit, vel lacte si fuerit cum feb. post horam puluerizа desuper puluerem aloes caballini mirabiliter interficit. Item fiat embrocha super stomachum, & ventrem contra lumbricos. Recip. panem assum in aceto forti bene mollificatum, & exprime per peciam, & cum liquore misce succum absynthij, sisymbrij hortensis, succi foliorum persici, persicariæ, & *vniuscuiusque mentæ, & marrubij cum oleo modico, & aceto. Et omnia ponantur in olla vna, &

**frigida.*

Alia medicina ad vermes composita, & experta.

Empla ad vermes, & fluxum.

Vnctiones.

Embrocha ad vermes.

**vtriusque.*

vna, & fac bullire, postea aſperge puluerem aloes caballini, & colocynthidis, ana drach. ij. fellis tauri. drach. i. Et peciam infuſam in eo tepidam ſupra ventrem appone, & adde puluerem lupinorum. Adde cingulum, qui ex longioribus vermibus cauſatur, cura ex inuentione antiquorum medicorum efficax eſt. Recip. granorum piperis 300. & ij. radices rapiſtæ, & duas radices antiquæ fabæ lupinæ maioris, & radices granati acetoſi, tere, & coque cum quinque cyathis albi vini, donec tertia pars remaneat, de quo vino detur ad menſuram trium digitorum, & in tertia vice emittet totum. Pilulæ optimæ ad vermes. Pilulæ ad interficiendum ſingultum, & omnes vermes: Recipe ſuccum aſphodeli, & ſuccum abſynthij, & centonicæ, & ſiſymbrij, fabæ lupinæ, ana, & decoquantur, donec inſpiſſentur aliquãtulum, & addito aloe fiant pilulæ, & dentur. iij. vel. v. mire operantur. Puluis ad vermes. Puluis ad idem. Recip. cornu ceruini vſti, centaureæ, mentæ, pulegij, ſiſymbrij, abſynthij centonicæ, lupinorum amarorum, ana drachm. iij. s. vtatur hoc puluere cum lacte, vel aceto, vel vino calido, vel quocunque modo accipere poteſt. Electarium ad lumbricos omnes ſecundum Nicolaum, &c.

De fluxu ventris omnium modorum, & curis eius. Cap. 3.

Fluxus ventris quid ſit. vt prædicit. com. 36.

FLuxus ventris ſecundum Galen. generaliter eſt accidens exeuntis materialis à corpore per inteſtina. Specialiter autem eſt motus naturæ, ſeu virtutis expulſiuæ inteſtinorum ad expellendum nocentia ſaltem ſibi. Diuiditur autem, & ſpecificatur quincupliciter, ſecundum quinque genera cauſarum, quæ Galen. ponit communia omnibus; ſine quorum cognitione cuiuſque ſcientia non habetur, vt ponit Abuha. quæ. ſ. in hac notificatione tanguntur, ſcilicet, Formalis, cum dicit, eſt motus. Efficientis, cum dicit, naturæ, ſeu virtutis expulſiuæ. Materialis ſubiectiuæ, ſiue inſtrumentalis, cum dicit, inteſtinorum. Finalis, cum dicit, ad expellendum. Et materialis obiectiuæ, cum dicit, nocentia. Et ex parte quidem cauſæ formalis, quia aut eſt temperatus, & ſuauis, quia repletioni proportionatur, & virtuti, aut eſt difficilis, & diminutus, vel ſuperfluus. De cura cuius hic intendimus ſpecialiter. Ex parte cauſæ materialis ſubiectiuæ, ſiue inſtrumentalis, aut enim eſt ab inteſtinis, quia in eis materia ſit aggregata paulatim, & eſt multipliciter, quia aut lubricitas, & dicitur lubricitas inteſtinorum, aut dyſentericus, & eſt triplicis ſpeciei, ſeu gradus, vt Hippocra. dixit. Et eſt, aut à ſuperioribus, aut ab inferioribus, aut à recto: & quandoque eſt ab ipſo, quandoque ab extremitate eius, & ſphincteri, aut eſt ab alijs membris influentibus materiam illis. Et hæc, aut eſt à cerebro, & vocatur fluxus cerebralis, aut à ſtomacho, & vocatur lientericus, ſeu lubricitas ſtomachi; aut eſt ab hepate, & cyſti fellis, & vocatur fluxus hepaticus, & eſt multipliciter, ut infra dicetur: aut propter peccatum hepatis, vel meſeraicarum abſq; influxione materiæ ad illa, & vocatur chyloſus, aut eſt à ſplene, & vocatur ſpleneticus, & melancholicus, aut à toto corpore, & eſt diarrhæa, & fluxus liquefactiuus, vel ſanguineus, vel paſſio cholirica. Ex parte vero cauſæ materialis obiectiuæ, quæ in fluxu expellitur ſic: nam aut eſt exterior corporea, vt cibus, & potus, & medicina, & comprehenditur ſub lubricatiuo, & ex eo eſt fœculentus multi ſtercoris. Aut interior, & corporea, & hæc aut eſt ex continentibus, vt membrum, pars membri, ſeu fruſtum, & pellicula; aut ex contentis, & hæc, aut erit ex naturalibus humoribus, puta ſanguine, phlegmate, cholera, & melãcholia; & ab humore proprio generaliter nuncupatur, quia ſanguineus, phlegmaticus, cholericus, & melãcholicus, & ſpecialiter à ſpecie vniuſcuiuſque ipſius. Aut erit ex non naturalibus, vt eſt fluxus corruptis prædictis humoribus, quia fœtidus, æruginoſus, virulentus, lotiuus, ſicut lotura carnis, aquoſus, fœculentus, niger ſicut ſanguis, vel craſſi vini fex, & feleus niger, & niger malancholicus, & ſanguinis puri, & diuerſorum colorum, & ſunt ſpecies hepatici. Et quandoque eſt ex vermibus, quotidie, & frequenter expulſis, ſicut accidit infantibus, qui lacte nutriuntur, & quandoq; eſt ex lapidibus, licet raro. Et viſum eſt à pluribus in vno clerico Neapolitano, cuius cognomen erat Medicus. Et ſeruaui duos ex lapidibus, quos emiſit cõtinue per menſem, per virgam, & anum, & erant plures, & magni, ſed emiſſus per anum fere ſicut ouum: per virgam, ſicut nuclea, & cum melonum comeſtione liberatus finaliter extitit. Ex parte efficientis cauſæ dupliciter, ſcilicet naturæ, ſeu virtutis principaliter operantis, & aeris coadiuuantis, & ſimilium, vt venti, balnei, & ſimilium: primo modo, ſcilicet ex parte virtutis; aut expulſiuæ, principaliter mouentis ipſam ad expulſionem; aut contentiuæ principaliter deficientis, & per cõſequens expulſiuæ. Primo modo, vt cum erit à natura factus naturaliter operante, & quia primo digeſſerit, deinde diuiſit, & finaliter expulit, & dicitur criticus. Secundo modo, vt non naturaliter operante à natura factus, & vocatur ſymptomaticus. Ex parte coadiuuantium, vt aeris, & ſimilium, nam aut ſua caliditate erit diſſolutiuus, aut ſua frigiditate compreſſiuus. ex parte autem finalis, quia ad expellendum nociua, aut iuuatiua corpori, nociua tamen ſibi. Ex quarum combinatione generalem poteris recipere diuiſionem, nam aut erit fluxus laudabilis, aut illaudabilis, & hæc eſt cauſa fluxus ventris generalis, & communis; attribuitur autem potiſſime, vt efficienti; cum enim in eo præſtantior ſit materia, nititur enim cauſa vniuſcuiuſque ad debilitatem, vel fortitudinem ipſius, vt dixit Abuha. debilitas ſcilicet contentiuæ, & fortitudo expulſiuæ virtutis, talem habitudinem inter ſe habent hæ duæ virtutes diſpenſantes natura, cum ſit commune in eorũ proprio actu, quod niſi vna cedat alteri, vel deficiat reliqua ſuũ non exercebit actum, nec fortificabitur, vt dixit Gal. ſic eſt inquam in retentione, quod nec cedat, quieſcat, vel deficiat, at contentiua non retinebit. Sic quoq; in expulſione, & fluxu niſi cedat, vel deficiat contentiua, expulſiua expellere, & fortificari non valebit. Verum quandoq; præcedit debilitas incontentiua, & ſequitur operatio, vel fortitudo expulſiuæ, & eſt plurimum, vt eſt in fluxu ſymptomatico, qui cum procedat a multitudine, quam continentia inteſtinorum cum ſuis villis bona comprehenſione capere nequit, & continere, nec etiam muſculus ani ſine mala qualitate pungente illa, neceſſe eſt illam deficere, & de inde expulſio ſequitur. quandoque eſt e conuerſo, vt quia præcedit, & incipit expulſiua expellere, & tunc cedit contentiua, & illud eſt proprie in fluxu critico digeſtam enim materiam, & diuiſam contentiua retinet quamdiu agat expulſiua, & tunc ſicut expulſiua expellit, ita paulatim, & ordinate contentiua dimittit. Similiter accidit in apertione oppilationum, & apoſtematis dubelati, in qua ſicut expulſiua aperit, ita contentiua cedit.

Alia eſt cauſa ſpecialis vnicuique propria ſpeciei dictæ poſt generales in vnaquaque ſeruanda.

Et quidem primi cauſa eſt obedientia materiæ membrorum, & viarum aptitudo, & naturæ fortitudo, cui nihil eſt impoſſibile in expellẽdis nocentibus, ex ſua ſapientia ordinata, & infinita, vt dixit Gal. Contrarij vero contraria eſt cauſa; quia debilitas naturæ noſtri corporis oppreſſæ a natura elementari taliter, quod à natura cæleſti regulante, & gubernante noſtra corpora, & alia ſemper, vt Gal. ait, ſubleuari non poſſit membrorum debilitas, viarum oppilatio, vel largitas, & materiæ inobedientia, quia craſſa ſit, viſcoſa, vel ſubtilis imbibita in diminuto, vel eius effrenitas, & furia, & grauedo in ſuperfluo.

Et cauſa inteſtinalis, & lubricitatiui, eſt, quam ſupra in lubricitate ſtomachi diximus.

Et cauſa dyſenterici eſt plurimum cholera rubea in inteſtinis collecta, vel influxa ſecundum Gal. & quandoque eſt fel nigrum, quandoque phlegma ſaltum, & ſanguis acutus, & quandoque ſanies ex apoſtemate in eis acuto, & aperto.

Et

Species particulares fluxus ſunt hæ. Diarrhœa. Dyſenteria. Tinaſmus. Ter conſenſum ſunt. Cerebralis. Lienterica.

Hepaticus. Chyloſus. Splenetieus. Diarrhœus. Cætera ſpeciei hic infra habẽtur.

Natura in expellendis nocentib. nihil impoſſibile.

Dyſenteriæ cauſa. 3. aphor. 22. & 4. de loc. aff. cap. 2.

* ab intestio recto.

Et causa eius, qui est a* recto est interior, & exterior, interior est multiplex, sed plurimum est phlegma nitrosum putridum, quod acquisiuit acuitatem, quare abradit intestina, adhærendo sua viscositate illis, deinde vlcerat, & egreditur sicut punctura sanguinis, & æstimat æger quod in suo ano sit sal puluerizatum propter bauracitatem suam, & est cum dolore, & grauedine. Et ex illis est hæmorrhois intrinseca, fistulæ, & ragadiæ. Exterior est frigus aduenies ano, & sessio super duro.

Et causa eius, qui est ab extremitate eius est sanguis, quẽ natura expellit sine dolore, & per venas hæmorrhoidales, quæ sunt in sphincteri critice, vel symptomatice.

Causa fluxus qui per eiusdem ab alijs membris existit hic infra habetur per capita.

Et causa illius, qui ab alijs membris existit, & cerebralis, est causa catarrhi, quam supra in cura hepatis diximus, & est breuiter mala cõplexio cerebri, & plurimum frigida, impediens, & corrumpens nutrimentum eius, qua multiplicatur in eo superfluitas, & est plurimum phlegmatica, quam coadiuuat dispositio membrorum inferiorum, & maxime stomachi, & totius corporis repletio, in eo multiplicans vapores, & fumos, porosque cutis oppilans, & ductus eius, per quos superfluitates cõsueuit naturaliter expurgare, & expirare, quare regurgitant ad alios canales occultos, & fluunt inferius ad stomachum, sicut in cura stomachi diximus, & ad intestina propter eorum debilitatem.

Causa aũt eius, qui est à stomacho, dicta est supra ibidẽ.

Et causa eius, qui est ab hepate, & cysti fellis, est vt plurimum cholericus, radens, excorians, & vlcerans intestina; quare sanguis profluit ab eis, & pinguedo, vel pelliculæ, vel frusta ipsorum educuntur, & fit dysentericus, aut sanguineus, & quandoque est aliarum specierum superius prædictarum.

Sed causa cholerici est multitudo choleræ, & acuitas ipsius propter dyscrasiam calidam ipsius hepatis, & mẽbrorum cum regimine calido, vel propter oppilationem in poris cystis cum fortitudine expulsiuæ.

Sed sanguinei ab hepate, causa est oppilatio venarum chylis, & ramorum eius ad mẽbra procedẽtiũ, quare sanguis in hepate generatus ad mẽbra nutriẽda trãsire non valet, sed remanens in hepate tanquam superfluus ab eo ad intestina trãsmittitur, & per ea expellitur, vt nociuus. Aut ruptura venæ portæ, hæc. n. causa est egestionis sanguinis, sicut ruptura chylis, causa est vrinæ sanguineæ.

Et causa fœtidi est corruptio materiæ, & quandoque à longa retentione in eis procedit.

Et causa æruginosi, est adustio sanguinis, & humorum inspissatio, & qñque perducit ad adustionem corporis hepatis, vt supra in causis caliditatis hepatis dictum est.

Et causa virulenti est liquefactio sanguinis, & humorũ vel resudatio apostematis calidi in eis, & sæpe fit resudatio ex apostemate hepatis calido. Inquit n. Gal. In omni apostemate sub cute celato solet virulentus exire liquor, Abu. vero æruginosum, quem Gal. sub virulento cõprehendit, dicit tamen, q &c. Et sanioſi causa est apostematis dubelati apertio, vel vlcus sanioſum in eis, vel superioribus membris, vt in præcedenti capitulo habuisti.

Totius vero causa, est debilitas virtutis alteratiuæ hepatis, aut ex se, aut ex defectu contentiuæ ei deseruientis, aut debilitas sequestratiuæ aquositatis a sanguine propter debilitatem hepatis, & renum. Et aquosi est maior debilitas alteratiuæ hepatis, quam sit in totuo, immo quasi destructio multiplicans aquositatem, quam coadiuuant multus potus aquæ, & potentia virtutis expulsiuæ hepatis expellentis per meseraicas ad intestina: quæ si deficeret, esset causa ascitis, vt supradictum est, aut conuersio aquæ asciticorum per venas in vacuum intestinorum, quam natura expulsiua ipsorum expellit, & soluitur ascites, sicut Hipp. dixit.

Et causa in nigro sęculento, sicut est sanguis, vel grossi vini fęx, est secundum Gal. caliditas hepatis adurens, vel frigiditas eius massam sanguineam congelans proueniẽs ex melancholia non mundificata ab hepate, quæ superfluens in eo putrefecit, & accendit calorem, & febrem, vel manet sicut est, & infrigidatur, si sponte, & in principio appareant cum febre, vel sine febre sunt pessimæ, & mortales. Si vero in processu sponte, vel cum pharmaco sunt meliores, vt dixit Hipp. Et quandoque est nigredo a longa mora in trãsitu ab hepate ad intestina, sed illa est parua, nec est propter causam ab hepate.

Et causa nigri fellei est adustio choleræ rubræ in hepate, vel multæ, & proprie subtilis partis eius.

Et causa nigri melancholici, qui est ab hepate, est debilitas splenis, vel oppilatio eius, quare non mundificatur melancholia ab hepate, sed superfluit, & expellit hepar ad intestina.

Et causa eius, qui est diuersorum colorum, est diuersitas humorum confluentium ab hepate ad intestina, critice, vel symptomatice, cuius causa est diuersa, & inæqualis hepatis, & stomachi, & venarum dyscrasia, & diuersitas regiminis.

Et eius, qui ex vermibus causa est, quam supra in præcedenti capitulo diximus.

Et chylosi, causa est debilitas attractiuæ hepatis, vel oppilatio meseraicarum, vel multitudo cibi chylim augens supra potentiam hepatis attractiuæ, vt Gal. dixit.

Et causa splenetici, & melancholici est multiplicatio humoris melancholici in hepate, & membris absque oppilatione, & debilitate splenis, quare splen multam melancholiam trahit, quam mittit ad intestina virtus eius expulsiua, vel apertio oppilationis ipsius.

Et causa facti a materia influxa à toto corpore, & diarthici proprie est fm Serap. multitudo humoris in corpore, & venis, & nõ mali, quia cib. non digeritur, nec cõuertitur in membris, nec resoluitur propter cutis densitatẽ, sed tanquam grauans a natura per intestina expellitur.

Et causa liquefactiui est caliditas dissoluens, & liquefaciens humiditates membrorum, quas natura, vt nocius expellit qñque per vrinam, & fit vrina oleaginosa, vel vnctuosa, sicut sperma in superiore habens, sicut telam araneam, & quandoque per intestina, & facit fluxum ventris vnctuosum, sicut in hectica contingit, & phthisi.

Et causa fluxus sanguinis, qui est a toto corpore, est superflua repulsio venarum ex sanguine, quam multitudo cibi, & ꝓprie carniũ, & potus, & proprie vini rubei spissi effecit, vel mẽbri mutilatio aggregauit, vel dimissio exercitij consueti non resoluit, nec solitæ euacuationes naturales, vel artificiales eduxerunt, sicut Gal. dixit, sed natura grauata ad intestina, apertis venis hepatis, trans mittit, quem intestina expellunt, & fit egestio sanguinis. Et interdum ad renes, & vesicam, venis renes imbibentibus, non apertis, sed solum rarefactis, ipsam trãsmittit, & vrina sicut sanguis ipse emittitur, vt contingit in ægritudinibus acutis sanguineis, sicut dixit Abuhali.

4 sim. tract. cap. 4.

Et causa fluxus, qui cholirica passio dicitur, est multiplicatio malorũ humorum in corpore ex indigestione, & corruptione ciborum, propter malitiam ipsorum regiminis, & dyscrasiam membrorum, & proprie corrũpentem digestionem, & multiplicantem humores ipsos malos, sicut accidit infantibus, & gulosis, & proprie in æstate, & autumno, in quibus est digestio debilis, & proprie ciborum habentium proprietatem in commouendo, quos natura non conuertit, sed abhorret; quare mouetur ad expellendum, & reddit eos ad intestina, & fit fluxus ventris cholericus, aquosus, & æruginosus, & reddit etiam eos ad stomachum, et accidit vomitus cholericus, & virulentus, viridis, vel aquosus, & secundũ plurimum fit fluxus ventris, & vomitus simul, natura enim valde ab eorum corruptione, & malitia molestata, toto conamine mouetur ad eorum expulsionem, & sic simul per vomitum, & secessum expellit.

Cholerica passionis causa.

Et facti a cibo, & potu causa est manifesta.

Et fluxus multi stercoris causa, est quantitas, & qualitas cibi, & paucitas eius, quod ad hepar, & membra trahit ex eo, & multitudo eius, quod ex eo, & vtraque cholera ab eo mediante cysti fellis, & splene redditur ad intestina, vt Gal. ait.

Et causa eius, in quo membrum, pars, seu frustũ eius vt pellicula emittitur, & vocatur excoriatiuus Vlcerosus, est

sus, est causa dysenterici, & cholerici, & eius qui choliti- E ca passio nuncupatur, quam supra diximus. Cum n. humor acutus in intestinis colligit, aut diu per ea fluxerit, ipsa vlcerat, vel abradit, & excoriat, & pinguedinem eorum, sanguinẽ, ac pelliculas educit: demũ vlcerat, & frusta eorum expellit. Et quandoq; est ex superioribus, quãdoq; ex inferioribus, & quandoque ex veneno, & quandoque ex acumine medicinæ. Sed species excoriationis sunt, sanguinea, virulenta, saniosa, & tyriaca corticalis, et habentes cõparationem adinuicem, prima est saluior, & erit quandoque ex ægritudinibus acutis, & febribus adurentibus, & vnaquæque ex exeuntibus est manifesta.

Et causa eius, qui est ex sanguine, vel phlegmate, vel cholera, vel melancholia contenta in intestinis, est multitudo eius proueniens a superioribus ad ea paulatim in eis aggregata propter constipationem ventris, donec superfluat, & lædat sua quantitate, vel qualitate, vel vtraq; expulsiuam; quare mouetur ad expellendum ipsam, quam adiuuat quandoque humiditas, & lubricitas materiæ, & humores, & proprie cum fuerit ex phlegmate aquosus, vel mucilaginosus. Et causa vniuscuiusque speciei ipsius ex præcedentibus est nota.

Et causa naturalis, critici, laudabilis, & qui est ad expellendum nocentia ex dictis causis temperati nota est, & contrarij causa ex contrarijs causis.

De signis fluxus ventris, ac modo ea noscendi.

SIGNA. Signorum, quædam sunt communia, quædam propria. Communia ex præcedentibus, comitantibus, & sequentib. assumuntur. fuut.n. communia tempe rato, critico, & laudabili, qui est ad expellendum nocentia, & eius contrario, vt supra in vomitu dictum est.

Et signa facti a fortitudine expulsiuæ sunt, alleuiatio, quæ sequitur, & facilitas eius cum bona tolerantia.

Sed facti defectione contentiuæ, signa sunt communia, quia nec conferunt, nec bene ferunt.

Signa fluxus lubrificatiui.

Signa vero specialia vniuscuiusq; sunt. Et quidem lubrificatiui sunt signa malæ complexionis stomachi cum materia frigida, vel calida, & vlcerum eius superius dicta. Differunt tamen lubricitas intestinorum, & stomachi, quoniam in lubricitate intestinorum cibaria, & potus sunt magis digesta, quam in lubricitate stomachi. G

Signa dysenterici.

Signa vero dysenterici sunt apparitio prædictorum humorum in exeuntibus acutorum, & ipsorum exitus cum dolore, tortione, & punctione, & plurimũ est cum seb. & deinde permiscetur ei sanguis paucus, & pinguedo, deinceps si perdurat, pelliculæ, & si vlcera intendatur, frusta intestinorum apparebunt. Et per ea distinguuntur tres species notæ dysenteriæ, prima, in qua educuntur sanguis, & pinguedo; secunda in qua educuntur pelliculæ, & tertia in qua educuntur intestinorum frusta, sicut. Hippoc. & Galen. in aphor. ostendunt. Et si quidem tales humores ab intestinis fuerunt, in quibus aggregati paulatim fuerint, prædicta erunt quasi continua. Si vero ab alijs membris influxa eis, prædicta exeuntia, & dolor erunt periodica, & membrum a quo fluxerunt, per præcedentem eius dispositionem, vel passionem cognoscere poteris, si quod est. Et siquidem fiunt ex intestinis superioribus, cognosces per dolores supra vmbilicum, & cum rasura apparente in eo, & exitum egestionis post longum tempus doloris, & per quantitatem sanguinis, qui est plus, & per quantitatem pelliculorum, quia sunt minores, & tenuiores, & per mistionem ipsorum cum fœce maiorem. Si vero in inferioribus e contra perpendes omnia, & loca rasuræ pinguedinem, & dolorem sub vmbilico. Et si quidem talis fluxus incæperit a cholera, vel phlegmate salso, vel ab alijs acutis collectis, vel infusis, est curabilis, si conueniant necessaria ex parte medici, infirmi, astantium, & necessariorum. Quod si a felle nigro incæperit est mortale, vt dixit Hipp. Et tamen si mutantur in bonum, & naturales superfluitates admixtas habuerint est bonum, vt Hipp. idem dixit in aphor.

4. aphor. 26. & 1. de loc. affect. 2.

5. aphor. 24.

Signa cerebralis.

Signa cerebralis, sunt, signa corruptionis complexionis cerebri, scilicet frigiditatis eius, & humiditatis, & est, vt plurimum, vel caliditatis, & humiditatis, &

est rarius, quæ supra in cura ægritudinum hepatis diximus.

Signa catarrhi, siue a catarrho.

Signa catarrhi sunt, quòd est seruans periodos, vt quia de nocte mouetur, & post somnum magis eo, quod illa hora generatur, & retenta aggregatur materia, & post somnum aggregata fluit ad intestina, & apud descensum, cum transit per meri transglutiet infirmus, & cum peruenit ad stomachum sentiet quandoque grauedinem, vel dolorem, & transiens per eum educit ab eo indigestum cibum secum, si inuenit ipsum in eo, & apparebit sicut lubricitas intestinorum. Differt autem ab illa, quoniam lubricitas de se horas non habet distinctas, in quib. crescit, & minuitur, sicut cerebralis, sed secundum regimen tantum, quare non accidit nisi sumpto cibo, & cerebralis etiam apparet absque cibi assumptione, nec signa cerebri corruptæ complexionis in ea apparent, nec repletionis, nec alia accidentia, quæ apud descensum materia in cerebrali contingit, & hæc est in ea, F quæ est ex malitia complexionis. Sed si sit lubricitas ex vlceribus, in ea apparent cortices, & sanies, quæ non apparent in cerebrali.

Signa qui a stomacho.

Et signa eius, qui est a stomacho, sunt signa lubricitatis ibidem dicta.

Signa quã ab hepate.

Et signa eius, qui est ab hepate, & cysti, sunt signa inflammationis hepatis, & regimen præcedens multiplicans choleram absque signis oppilationis, & debilitatis cystis, & hepatis cum circumstantijs similibus, & apparitione choleræ in egestionibus, & vrina alba, & cum consuetudine patiendi, quæ in icteritia diximus, & si sit cholera prasina, est magis in stomacho.

Signa sanguinei.

Et signa sanguinei, qui est ab hepate, sunt signa oppilationum venarum, & ramorum portę, vel ruptura eius, quæ supra in hepate diximus. Et est sine dolore ventris, & est differens a lotiuo, quia hic est sanguis purus, ibi sicut lotura carnis recentis. Et ab eo, qui est ab intestinis, quia hic est sine dolore, & apparens subito multus, & interpolatur duobus, vel tribus diebus, habens intermissionem, donec materia aggregetur; deinde fluit, & deinde fit æruginosus, subtilis, deinde passione augmentata fit crassus, sicut fex. Et est cum rasura, & diuersitate colorum a principio, propter dissolutionem substantiæ hepatis, quam cum natura diu pati non possit, signum est citæ mortis, & est ille paulatim, & post exitum choleræ, & humoris acuti cum dolore quasi continuo. Et si est a recto, est, sicut guttæ * fila, & sputum sanguinis paucæ quantitatis, non commixtum, sed circumuolutum stercori, vel humori mucoso, & etiam cum expressione, & quandoque est cum dolore; & vocauit Abuha. ipsum azait. Et si est ab hæmorrhoidibus manifestis sensus declarat; si intrinsecis, occultis, dolor est sine expressione; & sanguis est niger in principio, & per se emissus, vel valde distinctus. Et est etiam differens ab eo, qui est ex toto corpore, quod est, quia, qui est ex toto corpore, est cum causis suis, quæ sunt manifestæ; ab hepate vero veniens non est.

* fila.

Signa virulenti.

Et signa fętidi, sunt fętor cũ præcessione causæ corruptionis, vt est putredo humoris vlceris, & apostematis. H

Et signa æruginosi sunt viriditas, sicut æris ærugo in egestione apparens, & signum multæ inflammationis hepatis, & corporis totius adurentis, & regimen præcedens calidum. Et cum perducit ad hepatis adustionem apparet quandoque vtinæ hypostasis orobina, & orobus est fragilis, & rubeus tendens ad nigredinem ad differentiam eius, qui est ex renibus; & est mortalis.

Et signa virulenti, est inflammatio apparens non adustiua, sed liquefactiua, vel signa apostematis calidi sub cute subtili cęlati, vt est apostema hepatis, & quandoque stomachi, & intestinorum.

Et signa sanioſi sunt ex præcedenti capitulo nota, & sunt signa vlcerũ, & apostematis dubelati, & aperti. Et quandoq; est vlcus sordidum, & quandoq; corrosiuum. Et distinguitur, quoniã corrosiuũ est cũ maiori dolore, et fętet etiam, & quod egreditur est decliue ad nigredinem.

Et signa lotui, sunt signa debilitatis alteratiuæ hepatis, dicta

tis,dicta supra;tam si ex se defecta sit principaliter,quàm etiam si deficiat ex contentiua deficiente,prius,quæ omnia posuimus in debilitate digestionis stomachi, & hepatis dicta supra ibidem,& est cum paucitate vrinæ, & proprie quando est ex defectione sequestratiuæ renum.

Et signa aquosi, sunt signa eadem, sed fortiora, & regimen præcedens,sicut comestio fructuũ,& potus aquę, & paucitas vrinæ, & priuatio sudoris, vel ascitis præcedens cum confortatione virtutis, & aqua tunc est citrina,ex præcedenti vero causa est alba.

Signa fæculenti. Et signa nigri fęculenti,sicut est fex sanguinis,& crassi vini,sunt signa debilitatis,& oppilationis splenis,& regimen præcedens multiplicans melancholiam in hepate,& sanguine cum corruptione,& inflammatione hepatis,& febris pestilens,multiplicans, vel signa frigiditatis, & regimen præcedens melancholiam in hepate, & sanguine, cum corruptione, & inflammatione hepatis, & febris pestilẽs; vel signa frigiditatis, & algoris ipsius absque corruptione,& febres. Et quę est a frigiditate,est pauca nigredinis, & sine odore, & crassioris substantiæ,quæ est a caliditate,est e contra;& precedunt eũ egestiones,& vrinæ cholericæ,& virides,& mixtæ. Quæ est a longa retentione,est minoris nigredinis, & procedens absq; omni nocumento hepatis, immo causa est in intestinis.

Et signa nigri fellei sunt caliditas,& inflammatio fortis in hepate, cum signis debilitatis splenis,& oppilationis eius: & regimen præcedens calidum, vel melancholicum. Et quod egreditur super terram effusum ebullit, sicut acetum, à quo fugiunt muschæ, & est valde nigrum, lucidum, & acris odoris: præcedens autem nihil ex his tribus habet.

Signa melãcholia atræ. Et signa nigri,melãcholici,hepatici:sunt debilitas, & oppilatio splenis,præcedentes cũ dominio melancholię, in hepate,& sanguine. Et est minor duabus nigris prędictis sine comparatione, & sine odore. Et est differens a splenetico melancholico, quoniam in illo nó est apparẽs debilitas,& oppilatio splenis saltem in poro;& per quem trahit,sed sola malitia regiminis multiplicans melancholiam,& cum circumstantijs similibus. Et quandoq; oppilatio in poro expulsionis est retinens melancholiam, quã traxit splen ab hepate, & cum aperitur, sequitur fluxus melancholicus;& quandoq; vomitus;& est tunc maioris nigredinis propter moram in longa retentione.

Et signa eius, qui diuersorum colorum est, sunt apparitio ipsorum in egestione, & regimen præcedens diuersum,cum inæqualis dyscrasię corporis signis.

Signa chylosi. Et signa chylosi,sunt apparens chylus in egestione,& signum frigiditatis hepatis, vel oppilationis eius, vel signa oppilationis mesaraicarum. Sed differt,qui est ex oppilatione mesaraicarum ab eo,qui est propter oppilationem in venis hepatis; nam cum est ex oppilatione venarum hepatis,est chylus tendens ad rubedinem aliqualem propter alterationem aliquam, quam recipit in mesaraicis, sed cum est in mesaraicis oppilatio, & orificijs earum, est chylus albus, & citius egrediens, vel est præcedens regimen multæ quantitatis,& qualitatis absque aliquo prædictorum.

Signa splenetici. Et signa splenetici,sunt,qui est, vt plurimum, melancholicus,& iam dicta sunt.

Et signa diarrhici, cuius materia fluit à toto corpore ad intestina, sunt signa expulsionis naturalis, & plethoriæ, vel cacochymiæ cum forti virtute absque passione alicuius membrorum ad differentiam cholericæ passionis, quæ semper est symptomatica.

Et signa crisis,vel melancholicæ materiæ,& symptomaticæ compellentis naturam.

Signa fluxus emetici. Et signa liquefactiui, sunt signa phthisis, & hecticæ præcedentis cum teneritate membrorum, vt est puerorum, & infantium, & eorum proprie, quorum lacerti sunt molles, & humidi, & exeuntia sunt,sicut humiditas liquefactiua, alba,viscosa, & proprie cum procedat a substantia radicalium membrorum, quandoque enim est ex liquefactione adipis membrorum, differt tamen ab illa, quia hæc non est viscosa, sicut illa, nec cum tanA ta defectione, & arefactione, & cum est alba est adipis recentis. Si vero est citrina, est adipis antiquæ. Et cum expellitur per vias vrinæ, vrina est alba similis spermati, vel lacti. Et ita vidimus in fratre nostro,cuius corpus *Historia.* totum fuit ex feb.longa consumptum,& dissolutum per talem vrinam, & mortuus est; cuius animam Christus recipiat benedictus. Et cum est ex liquefactione adipis vrina est oleagina per totum admixta, & proprie cum est ex liquefactione superiorum membrorum, sed cum est ex liquefactione adipis renum, pinguedo est conglobata, & superata, supernarans, vnde Hippoc.in aphoris. Quibus vero pinguis hypostasis, & conglobata nephriticam significat.

Et signa fluxus sanguinis,qui procedit a toto corpore *Signa fluxus sanguinis.* sunt signa plethoriæ dimissio exercitij consueti, & quies,& multus vsus carnium, & vini, mutilatio membri præcedentis, & retentio euacuationis consuetæ,absq; oppilatione, & ægritudine alicuius membri.

B Et signa cholericæ passionis, sunt signa digestionis *Sig.choler. passionis.* diminutæ, & corruptæ, & malitia regiminis particularis multiplicantis humores diuersos, & calidos magis. Et simul apparet fluxus, & vomitus,& est cum angustia sticulosa,vigilijs,& dolore ventris;& quandoque deducit ad rasuram, & excoriationem intestinorum, & meri, & gutturis debilitatem, sudorem frigidum, & extremorum frigiditatem, & syncopim, & spasmum, & est malum signum. Et cum materia conuertitur ad vias vrinę, est bonum; sed cum superfluit inde,perducit ad excoriationem, & vlcus, & accidit ardor vrinæ intestinis perducens ad resolutionem.

Et signa facta a cibo, potu, & medicina, sunt manifesta, & etiam signa stercoris apparentis.

Et signa excoriatiui, abrasiui, & vlcerosi, ex exeuntibus patent, ex regimine præcedente, & fluxu humorum acutorum longo, qui ipsum minantur, & portedunt.

C Et signa eius, qui est ex sanguine, cholera, vel phlegmate,& melancholia cõtenta, & aggregata in intestinis, & grauedo, & punctio perseuerans absque nocumento, & passione manifesta in superioribus membris: est regimen præcedens multiplicans humores corporis,& stringens ventrem, ex quibus in intestinis materierum illarum aliqua coadunatur.

CVRA fluxus est multiplex, nam si sit laudabilis, *De cura fluxus in vniuersali.* & criticus permittatur; quia si sit difficilis, & diminutus, est coadiuuandus, & facilitandus, vt dixit Hippo. Et qualiter fiat illud, infra dicetur; deinde permittendus, donec ad perfectionem veniat; & cognoscitur,quia confert, & bene ferunt, & cum confortatiuis membrorum temperate stypticis est vtendum, quæ sint sicut habenæ materiæ, ne effrenitet, vt non superfluat fluxus, quòd si superfluat, ex tunc fluxus est illaudabilis, & est restringendus. Et cognoscitur vt Hippoc. dixit. Nam *1.apho.2.& 28.* quamdiu confert, & bene ferunt, est, vt laudabilis, permittendus. Cum autem nec conferre incipit, nec to-
D leratur bene, quia natura debilitari appareat, est, vt illaudabilis retinendus. Si vero fit illaudabilis,est symptomaticus, aut est cum naturæ regulatione, vt supra in cura pleuresis habuisti, & tunc est permittendus. Est enim *Nota.* saltem per viam causæ bonus, quam minuit, & per consequens morbum dependentem ex ea, & naturam supra residuum materiæ potentem facit, vt Gal.dixit. Aut *2.apho.29.* sine regulatione naturæ, & tunc cum sit toto genere præter naturam, & malus,est retinendus. In retentione autem eius, duplex est intentio, generalis scilicet, & specialis. Generalis est generalem causam inspiciendo, & immediatam, res vna scilicet confortare semper retentiuam, & per consequens debilitare expulsiuam, siue quiescere facere, quæ est in omnibus specialibus etiam attendenda. Si enim specialis causa quælibet non nisi debilitando contentiuam, & confortando expulsiuam fluxum gignit: ergo quælibet cura specialis sit, quia causæ specialis fluxus cuiuslibet debet esse ablatiua; quod confortet retentiuam, & debilitet expulsiuam, vel quiescere faciat.

faciat. Completur autem inquantum huiuſmodi ſtypticis, frigidis, vel calidis prout diſpoſitio exigit, quæ infra dicentur (Trinitatis auxilio. Sed cõſiderando omnes cauſas eius mediatas, & materiales, eſt duplex; quia ſex res, quibus omnibus, vel plurib. oportet, vt cõpleas, præter regimen cõmune, quod quamquã præmittendum ſit hic, vt commune, & principale in cura, poſtponemus tamen vſq; in finẽ, vt illud ex proprijs melius colligamus, quas res ſupra diximus in conſolatione medicinarum, vbi ſolutionem medicinæ cum ſuperfluitate docuimus retinere, & in cura vomitus, & quibus complentur: illuc ergo recurras, & inſpicias diligenter. Et adapta vnicuique ſpeciei res prædictas ſibi conuenientes, ſiue omnes, ſiue plures expediant. Specialis intentio varia eſt, & diuerſa, ſecundum varietatem ſpecierũ eius, atque cauſarum proprie materialium, & interiorum maxime.

Curatio fluxus inteſtinalis.

Si ergo fluxus ſit inteſtinalis, & lubrificatiuus, curandus eſt, prout ſupra in lubricitate ſtomachi dictum eſt. Et eſt breuiter cura eius ſex res.

Prima eſt mundificare, & alterare.

Secunda eſt ſtypticare, & confortare cum his, quæ dicentur infra, & proprie in hoc caſu mũdificantia ſunt ſolutiua vẽtris bibita, ſi cauſa ſit in ſuperioribus: vel clyſterizata, ſi ſit in inferioribus maxime, vel vtraq; ſi ſit in vtriſque, ſicut in hiéteria cũ eſt in ſtomacho vomitiua. Inquit enim Gal. vomitu vero non educitur niſi, quod in ſtomacho ſolo erit. Maxime cum clyſter non tranſcẽdat ieiunum, vbi mundificando deriuare intendas, quo caſu vtraq; in vtraq; lienteria congruunt, & vomitus, & clyſter, & in vlceroſa magis. Et ſumpta ẽt omni eius cauſa ex lauantibus, & lubrificantibus, ſeu lenificãtibus, & abſtergentibus, proprie eſt aqua furfuris, vel hordei, mellis, vel paſſularũ, vel aqua lactis, & aqua oliuarum ſalitarũ calida, & ſalitorum piſcium, mucilagines, caſia fiſtula, mel, & zuccharum rubeum ſimplex, & compoſitum cum roſis confortantibus, quod confortat, & ſoluit, vt eſt geleniabin, & zuccharum roſ. olea, puta roſatum. chamæmelinum, amygdalarum amararum, nardinum, & irinum, baurach, & alia abſterſiua, calida, & frigida, quæ oportet eligere ſecundum neceſſitatem, puta. Nam ſi inteſtinorum lubricitas fuerit ex viceribus, eligas immordacia, cum quib. aliqua immiſceebis ſtyptica confortantia inteſtina, vt repellant, ſi adſit, materiam fluentem, & clyſterizabis, donec mundificatio vlcerum facta ſit plene; deinde clyſterizabis cum ſtypticis conglutinantibus, & ex proprijs eſt terra ſigillata, & ſanguis draconis, & ſuccus rubi immaturi, & caſeus vetus aſſatus, vt infra dicetur cum aqua ſumach, quoniam ſunt bene propria in conſolidatione vlcerum eorum, & præter hæc ſumach, quia reprimit tales humores rheumatizantes, a ſuperioribus membris ad inteſtina. Et cum datur aqua eius cum theriaca noua, eſt vltima. In ea vero, quæ eſt ex materia frigida, & humida eligas acuta per ſe ſine ſtypticitate multa, deinde confortabis.

Clyſteres ſtyptici.

Tertio, autem, ſi aliquod membrum aliquid influat, rectificabis, & ſpica eſt propria, & alumen, & macis, & pęonia in ſyrupis: prohibet enim curſum talium membrorum ad ea.

Et quarto materiam deriuabis, & exiccabis, & in hoc zingiber eſt proprium, & cinnamomum.

Quinto regimen ordinabis cum ſtypticis conglutinantibus.

Cura diſenteria.

Sexto accidentia corriges, vt ibi ſupra dictum eſt.

Sed ſi ſit fluxus dyſentericus, cum ſtypticis, & glutinantibus ex materia aggregata paulatim in inteſtinis nõ fluente ab alijs, cura erit quatuor res tantum, prima eſt mundificare materiam; ſecunda eſt confortare, congregare, & vnire inteſtina debilitata, & relaxata, vel reſoluta per fluxum: tertia eſt regimen; & quarta eſt accidentium correctio, quæ dimittatur ad præſens, cum non ſit de eſſentialibus curationibus, ſed accidentalibus, & ideo in fine capituli reſeruetur.

Mundificatio.

Mundificationem complent, clyſteres ex abraſinis, lauantib. dictis frigidis, aliquam ſtypticitatẽ habentibus, vt aqua hordei, zuccharum roſatũ, oleo roſ. & ſuccus portulacæ, cum materia fuerit calida, & ſubtilis. Et ſi plus fuerit calida, & adusta addes mucilaginem pſyllij, cucurbitæ, & melonis, vel ex ea cum aqua lactis clyſterizabis oleo roſ. & aqua ſeminum communium, vel caſiæ fiſtulæ. Si vero viſcoſa, quale eſt phlegma ſalſum, fiat ex aqua furfuris, melle communi, vel roſato, oleo amygdalarum amararum, & ſale, vel ex alijs fortioribus abſterſiuis, in vnoquoque ſequantur compreſſiuæ ex ſpeciebus myrobalanorum electis, prout requirit materiæ diſpoſitio, quę aggregant virtutem in ſe mundificatiuam non aſſarę, vel parum cõfortatiuam. Et ex illis eſt rhabarba parum aſſum, & alia conſimilia, rheuponticum, & etiam vomitiua, & proprie cum materia in ſuperioribus eſt inteſtinis, quas ſuperius in cura ſtomachi habuiſti.

Confortationem autem, & vnionem complent inteſtinorum medicinæ ſtypticæ habentes in ſe aggregatiuã virtutem confortationis, quatenus effuſam, ſi quam materiam propter debilitatem eorum non recipiant, ſed repellant, coadunationis, & vntionis partium eorum, & retentionis materię calidę, & frigidę, prout qualitati ipſius materiæ congruit, & dyſcraſiæ inteſtinorum, quas ibi ſupra in conſolatione medicinarum enarrauimus ſimplices, & compoſitas, quarum aliquas (Chriſto duce) infra ponemus, prout diſpoſitio exigit, illas miniſtrabis interius, & exterius per omnem modum.

Corroboratio.

Corroboratio ſimplicia ſra.

Et ex illis eſt hypocyſtis, lutum armenum, gallæ puluerizatæ, charabæ, cortex ſorbium, papauer album. Et ſi cum ſyrupo violato ſumatur, ſoluit. Et ex illis eſt cãphora, ſandali al. ſemen acetoſæ, alumen, & ſucci prædictorũ exiccati, & rob ipſorũ, & ramich, & roſtrum porcinum. Et ex herbis conſolida, virga paſtoris, & burſa, corigiolus, phaſolaria, cauda equina, portulaca, daraſceni, diurdea, endiuia decocta cũ aceto, & proprie ſylueſtris. Omnia diuretica, & calida, vt aſparagus ſtringunt ventrem, quia vrinam multiplicant. Et fructus ſtyptici alij non, vt matiana, pyra, & cydonia, ſorba, meſpila, ribes, zarur, & lac, & acetoſum decoctum cum lapidibus molaribus, vel ferro. Et eſt melius ſecundum Abuha. à quo eſt penitus abſtractum butyrum, & per decoctionem eſt ſeroſitas minorata; & frigida ſtypticæ virtutis, vitellus oui elixatus in aceto, & alia frigida, & ſicca conſimilia. Et ex eis calidis eſt ſandaracha, ameos, radix fœnic. cum ſemi. ſuo, pulmo, & viſcera animalium vſta, & puluerizata, & xyloaloe, macis, gallia muſchata, maſtix, ſtyrax ſicca, quę dicitur calamita, ſanguis hirci, darſcelam. Et temperatum eſt cera, ſuccus foliorum coti.

Calida.

Temperata.

Et ex proprijs ſolutioni puerorum eſt ladanum, & capillus veneris exiccatus, cui ineſt proprietas, vt confortet ſtomachum, & ventrem, ne recipiant ſuperfluitates, ſicut ſumach. Et ex eis, eſt coagulum hœdi, & pulli equi, quando datur in potu infanti pondus quartum drachmi vnius in aqua frigida, & magno ſupra illum. drach i. ſicut ex coagulo leporis, quoniam coagulando materiam liquefactam retinet ventrem ſtatim, vt dixit Abuha. Et addit, & oportet, vt incipiat, qui ad potandum dat coagula a danich. i. ſi vero non ſufficiat, vel confert, addat in eo vſque ad illud, quod non pertranſeat in pondere drachm. i. quoniam eſt vehementis caliditatis, & valet in fluxu, cuius cauſa ignoratur, vt ait Auer. ex omni proprietate, & in frigido plus, quoniam in eo iungitur proprietas cum complexione. Et caſeus quidem vetus; cum primo fuerit ablatus cum aqua, & ſale pluries, & decoquatur bene, vt egrediatur ab eo ſal: deinde exiccatus, vel aſſatus; cum ex eo datur in potu pondus drach. i. eſt minoris nocumenti, & fortioris conſtrictionis quàm coagulum.

Tro puerit.

Modus ſumendi coagulum.

Caſeus eſt coagulo fortior, &c.

Et alia ſunt ex eis compoſita ad frigiditatem declinantia, alia ad caliditatẽ, quæ infra Chriſto duce ponemus. Et ſiquidem ſiſtatur fluxus ex his, nec facta remanſit aliqua læſio inteſtinorum ſubſtantia, ad alia procedere non oportet. Quod ſi facta ſit, oportet ad alia procedere auxilia, vt ſequetur.

Quod ſi talis dyſentericus fuxus a materia acuta ab alijs

Si per cõſn

fluxus ab aliis membris. vel medicina.

alijs membris influxa fuerit, vel etiam medicina, prædictis rebus præmittes res alias ad curę eius perfectionem, quæ membrum respiciunt; si quod mittit, rectificádum, viam coãgustandum. per quam mittitur, materiam quietandam, inspissandam, compingendam, & repellendam, deriuandam, quas prædictæ medicinæ, & in cura vomitus, & supra in cura accidentium medicinarum, habent complere. Cum ergo abscinditur, quæ currebat tota, tũc oportet, vt redeamus ad intestina; & curemus impressionem factam in eis cum primis duabus rebus.

Si dysent. sit prima speciei, curatio.

Si ergo fuerit primæ speciei talis fluxus, in quo pingue do intestinorum crassorum, vel mucilaginositas, & rasura gracilium apparet in exeuntibus, præmissa mundificatione, ex prædictis sufficiunt leuiora, styptica, & forte simplicia.

Si sit secunda species curatio.

Quod si ad excoriationem, & sanguinẽ, & corticum emissionem deuenerit; oportet vt eligas fortiora, et stypti ca, semper proprietatem habentia; in prohibendo materię acutæ effusionem ad ea, qualia sunt cytonium, succus mori immaturi, & succus cheil, qui prohibet materię attractionem; sumach, adeps ericij, & hepar eius.

Si vt tertia species curat.

Et si ad vlcerationem, fortissima conglutinantia, incarnantia, & proprietate consolidantia, & sigillantia, & sanguinem restringentia, quæ infra, omniptentis gratia annuente dicentur, & non solum simplicia, sed etiam composita, & fortasse non sufficiunt; quare oportet procedere ad cauterizantia, & vltimo ad narcotica; quorum omnium per ordinem recolimus nos sufficientiam posuisse supra in cura fluxus sanguinis narium, & in cura phthisis plurima: illuc ergo recurre, & ministra, quę sunt huic conuenientia, & propria, quæ per te eligas.

Conglutinãtia simplicia.

Et vt abundantior sit tibi electio, ponam ante te aream medicinarum propriarum aliarum, ad hæc scilicet, dysenteriam, & rasuram intestinorum, excoriationem, & vlcera ad fluxum sanguinis, & dolorem, ex quibus eligas prout diligentia te inuitat. Ex quibus est glans, semen lini assatum, cum ex eo, & oleo rosa. fiat clyster, stringit; & iuuamentum eius est magnum in vlceribus intestinorum. Et sumitur ex myrrha quantitas fabæ ad omnia. Fabæ decoctæ in aceto cum corticibus suis, & sauich ex eis, quam non approbamus, quia ventosa est, & dilatat vlcera. Et sic per accidens nocet magis quàm per se conferat. Sanguis capræ, vel hirci bibitus cum melle confert dysenteriæ, & acuto quoque dolori, & rasuræ eorum. Stercus canis comedentis ossa clysterizatum, & bibitum in lacte, in quo extinctum sit ferrum, confert solutioni, & vlceribus intestinorum, & solutioni antiquæ. Semen acetosæ confert fluxui, & rasuræ fœnugræcum per omnem modum confert dolori, & vlceribus; item vinum, in quo extinctum sit ferrum, vel stypticum, vel aliud non dulce, cum aqua extinctionis ferri confert. Taratit bibitum in lacte caprino decocto retinet fluxum, & descensionem sanguinis in egestione, & dysenteria; & talibus taliaphar. i. cortex citri omnibus confert. Camphora, & succus vitis, est conueniens dysenteriæ calidæ. Barba hircina, & flos eius, & succus, qui est hypocystis bibita, est fortior medicina ad vlcera intestinorum. Et cum hoc stringit membra, & eorum ductus infundentes materiam ad ipsas, & stomachum, & ad omnia membra, & potus seminis eius, & clysterizatio succi linguæ arietis vlceribus confert. Carnes vaccinæ, & proprie cum coriandro. Caro leporis assata bona est vlceribus eorum. Merdasengi datur in potu ad fluxum ventris, & vlcera intestinorum; Et cum aqua minuit nocumentum. Muri in sorbitionibus ex milio, & panico, & riso sumptum videlicet ad vlcera. Sal est vltimum ad dysenteriam, quoniam mundificat, constringit, & confortat. Radix nenupharis, succus portulacæ solutioni choleræ, & dysenteriæ confert, & dissolutioni antiquæ, & vlceribus eorum. Et vitellus oui elixati in aceto, est proprius intestinali non hepatico, nec stomatico: lacrecentur mulsum clysterizatur ad vlcera. Succuturi confert omnibus, cornu Acerui adustum, poma pontica ad dysenteriam, & dulcia, & acetosa retinent ventrem, si inueniant vacuum, & si cum humore, soluunt; Cinis lignificus valet ad dysenteriam, papauer album, & nigrum stringit, & compingit materiam, & prouocat somnum. Grana althęæ retinent ventrem; Et decoctio radicis eius confert ardori intestinorum, & solutioni malæ. Carub alneabut bona est dolori ventris pungitiuo, & solutioni malæ. Et clyster ex aceto, & sale ad vlcera ambulatiua intestinorum post lenitiuum, & absterssiuum. Eupatorium datur in potu cum vino, & confert vlceribus intestinorum. Omnes species luti sunt propriæ in sanguine retinendo, & lapis hæmatitis, & sanguis draconis, myrrha, & succus plantaginis, acacia, consolida, & similia. Rhabarbarum retinet sanguinem stringit, & omnibus confert. Composita sunt quæ ex his componuntur. Et experta infra ponemus ad vlcera annuente Christo, sed aduerte, ne dictum hic ordinem in eorum administratione prætereas, vt qui a posteriorib. vltimis incipias, & fortioribus, & cõpositis. Est. n. causa magni erroris incipere a stypticis, & constringentibus, vt Serapio dixit. Cuius causam inferius subiungemus, & multo magis ab vltimis, quæ sunt cauterizantia, & narcotica. Cauterizantia etiam fortasse indigentiam excoriantionis transcendunt, quibus styptica conglutinantia, incarnantia, & sigillantia sufficerent, quæ cum prætermittantur, & cauterizantia ministrentur excoriationem augent, & vlcera; ex eo, quod crustam, & escaram in facie vlcerum generant, quæ cum facile cadant, materia acuta fluente, & educente ipsam, relinquit excoriationem, & vlcera dilatata, & augmentata. Etiam narcotica materiam non mundificant, cum retineant ipsam, congelando, & ingrossando, & vias constringendo pororum, & venarum orificia; virtutem sensibilem stupefaciendo, ne sentiat nocumentum materiæ: quare non mouebitur expulsiua debilitando virtutem, calorem naturalem extinguendo: & spiritum congelando, contentiuam post paucum tempus ad defectionem adducunt, quare redibit fluxus fortior, quam fuerit prius, ideo secundum sapientiam operare. Et præmissis, mundificatiuis proprijs quantum oportet, procedas ad styptica leuiora, deinde ad fortiora. deinde ad conglutinantia, & incarnantia, & sigillantia, & cum hæc non suffecerint, procedas ad cauterizantia, & vltimo ad stupefacientia, nisi in casu, puta cum vlcera fuerint ex materia corrosiua, quam prædicta in vlceribus detinent, & ea augent, quare post absterssionem oportet, vt incipias a cauterizantibus, quæ consumunt materiam illam, & crustam in facie vlcerum gignunt. Et vbi dolor fuerit grandior, quam oporteat, tunc prius narcoticis sedare, deinde stypticare, & conglutinare, semper cauendo ne cadat escara, & ne narcotica ad vltimam infrigidationem perducant, & mortem: quare eligas ex eis composita magis, quàm simplicia, qualia sunt trochisci de charabe, arsenico, & stella, & philonium. Commixtione enim eorum extrema caliditas, vel frigiditas remittitur, & malitia: & naturæ sic fit tolerabilis magis. Nec propterea cum oportet retardes, vel * præmittas illa, vt puta postquam vulnera, siue vlcera videas augmẽtari, & infirmum debilitari valde. Tunc enim si paras medicinas tales, facies, vt dicit prouerbium. Cõsilium bonum post consummationem litis, vt serapio dixit. Quare soliciter, & cum continuitate, & ordine, vt dictum est, oportet, vt dispositio exigit, approximare illa. Et cum materia est acuta, corrosiua, & dolor, & mordicatio fortis in vlceribus, non est malum clysterizare cum vnctuosis, & pinguedinibus, qualia sunt pinguedo gallinæ, & proprie porci, & anatis, & propria magis est pinguedo renum hirci, vel capræ; cum fuerit dolor cũ vlceribus, sua enim facili cõgelatione obtundit acuitatem materiæ adhærentis in vlceribus, & in eorũ facie adhærentes tuentur ea, ne ab acuitate transeunte vlterius augmẽtentur vlcera, & doleant magis; & sua stypticitate consolidant ea, vt ait Gal. Et ex illis est roseum ceratũ cicatrizans, & prassij succus, & passę cum interioribus

Conglutinãtia cõposita.

Documentũ circa ordinẽ vtendi prædicta.

Nota.

Corde versus vten. prædicta.

Curatio doloris in dysenteria.

** prætermittas. Nota. Prouerb.*

ribus ſuis ſumptæ,dolori ſunt propriæ, vt eſt ſpodium.

Cura fluxus inteſtinis recti.

Et cura eius, qui eſt a recto, eſt tres res, vt dicentur infra in cura, auxiliante Chriſto. Et ſi eſt ab extremitate eius, & ſphyncteri,cura eſt duæ res. Prima eſt, vt præcedat mundificatio, & ablutio cum aqua fœnugræci, & ſeminis lini, & ſiſami, vel cum vino decoctionis illorum, & deinde ſequentur ſtyptica, conglutinantia, & ſigillantia, qualia ſunt merdaſengi, balauſtiæ, ceruſſa plumbi, & oſtraca aſſata, & ſanguine draconis puluerizata deſuper; & emplaſtrata. Et oleum vetus permixtum cum aqua acreſtæ confert, cum ex eo fit clyſtere vlceribus ani intrinſecis,& eſt proprium. Et ſi eſt a medicina acuta, cura eſt ſupra in conſolatione medicinarum poſita. Et ipſius regimẽ proprium ad frigiditatem, & ſiccitatem tendat.

Cura fluxus cerebralis.

Quod ſi fluxus ventris ſit ab alijs membris, vt puta ex cerebro, qui dictus eſt cerebralis, & plurimũ eſt phlegmaticus, cura eius eſt cura catarrhi, quam ſupra diximus, & breuiter eſt duæ res, vna, quæ debetur cerebro mittenti primo, alia vero, quæ debetur ſtomacho, & inteſtinis recipientibus,a quibus fluit.

Quæ debetur primo cerebro mittenti duplex eſt. Prima, quæ debetur ipſi cerebro. Secunda, quæ debetur vijs, & ductibus,per quos mittit. Tertia eſt,quæ debetur tranſmiſſæ materiæ.

Curatio mẽbri mãdantis.

Prima eſt,vt cerebrum,ſi quidem repletio in eo appareat,euacuetur,& mundificetur a cacochymia, & demũ eius complexio temperetur,& confortetur,ne materiam regeneret. Secũda eſt vt ductus, & viæ,per quos naturaliter eius ſuperfluitates conſueuerunt emitti, puta nares,& palatum, aperti teneantur, vt natura apte per illos poſſit eas more conueniente, & ſolito expurgare,& proinde,vt currant ad ipſos, ſituetur vt iaceat, & dormiat cum inclinatione capitis verſus anteriorem partem, non ſupra collum;quoniam diuertit eas ab illis ad vias occultas poſterioris partis capitis,per quas fluunt ad vias. Ipſę quoq; viæ occultæ debite conſtringantur, vt infra dicetur propitiante Chriſto. Tertia, quæ debetur materiæ fluenti, donec euacuatio cerebri fiat, vel ex quo facta eſt ei,quod ſupereſt, aut regeneratur,donec complexio cerebri adæquetur,eſt,vt exiccetur,vel deriuetur. Ex quibus quomodo hæ omnes compleantur res dictæ,ſupra in cura catarrhi ſeriosius habuiſti. Ordinem quoque,modũ,& vſum aptum vtendi eis. Et ex appropriatis in eius retentione, & exiccatione,eſt ſacculus, ſupra coronalem commiſſuram, compoſitus ex ſale pauco,ſandaraca,ſpica, & myrrha, & radice nenupharis,quæ eſt propria:& vltima cauterizatio ſupra in primo cap.dicta.

Curatio mẽbrorum recipientium.

Secunda res principalis, quæ debetur ſtomacho, & inteſtinis recipientibus,eſt duplex. Prima eſt mundificatio eorum ab humore,qui fluit cum vomitu,& hoc cum peruenit ad ſtomachum, & antequam deſcendat ad inteſtina, vel cum clyſteribus ſaltem,ex quo fluxit ad ipſa: raro enim materia inteſtinorum educitur vomitu, vel poſtponit tempus. Secunda eſt confortatio ſtomachi, & inteſtinorum cum ſtypticis aromaticis prohibentibus effuſionem materiæ talis ad ipſa. Ex quibus proprie eſt thus, ſpica, capillus veneris, macis, & alia dicta hic, & ſupra. Et inde cum calidis valde conſumentibus materiæ reliquias, & alterantibus dyſcraſiam impreſſam in eis frigidam, & humidam; ſimplicibus, qualia ſunt proprie cortex citri,zingiber, ameos, cortex thuris, & ſimilia dicta ſupra in mala complexione ſtomachi,& ex compoſitis intus, & extra, & per omnem modum approximatis, & habentibus confortare naturam, & ſpiritum, qualia ſunt diambra, mithridatum, morufia, & theriaca. Et ſi eſt phlegma ſalſum ſint minus calida, vel frigida ſtyptica, & ex eis appropriatis, eſt ſemen papaueris albi, & diacodion retentum in ore maſticatum,& tranſglutitum, terra ſigillata, & lutum armenum eſt efficax in retinendo ipſum, ne fluat,tentum in ore,& ſum expertus in ſubtili calido proprie; ſicut ſpica, & thus in frigido proprie, & ipſius regimen ad ſiccitatem, & caliditatem, vel frigiditatem declinet proprie, & quandoque oportet, vt miniſtres narcotica compoſita, quæ ſunt res magni iuuamenti, & cura ſtomachi eſt cura lubricitatis ſtomachi, quam ſupra in cura ægritudinum ſtomochi tibi tradidimus, illuc ergo accede. Et cum fuerit ex cholera praſina, cura eſt mundificatio cum frigidatiuis, lenitiuis,& lubricatiuis.ſecundo confortatio ſtomachi cum ſtypticis frigidis notis ſupra.

Cura fluxus hepatici.

Cura hepatici ſanguinei eſt eadem, quæ cerebralis, & conſiſtit in duabus rebus ſimilibus illis. Prima, quæ debetur hepati mittenti,quæ triplex eſt, & ea quibus compleri habet,ſupra in cura hepatis,& icteritiæ habuiſti. Et quæ debetur inteſtinis recipientibus, quæ eſt triplex, & ea quibus habet compleri, hic, & in cura malæ cõplexionis ſtomachi cum materia tibi tradidimus ſufficienter, & bene & in ſumma non oportet,vt curam incipias cum ſtypticis, & oppilatiuis ſuperius, vel deſubtus miniſtratis,perducunt enim ad ægritudines fraudolentas, & difficilis eradicationis, vt dicit Abuh.immo incipias cum euacuantibus, & expurgantibus operationem, & repletionem eius, ſiue ſit apoſtemans,ſiue nõ,& cum diminutione cibi multæ qualitatis,vt carnis, panis,& vini, ſed ſit contentus in principio patiens potu aquæ, vel ſauich hordei,& paſſulis pinguibus,& ex medicinis conferentibus ipſi, cum ſint apoſtemata,eſt corallus.

Si'en vena Hep. rupta.

Et ſi eſt ex ruptura venæ portæ, vel ramorum eius, præcedente phlebotomia,ſi toleret, de baſilica, ſtyptica, conglutinantia, & ſanguinem retinentia, ac ipſum deriuantia ſunt conuenientia: & ex appropriatis eſt ſuccus plantaginis cum lapide hæmatiti.

Et ſimiliter ſi ſit ex vlcere, cura eſt cura vlceris cum proprij, hepati, & cum aperitiuis ſi oppilatio ſit ex facientibus penetrare ſanguinem, & in hoc proprium eſt diacalamentum, theriace, & vinum ſubtile, fricti0, & balneum, piceatio, & huiuſmodi; & cum temperantibus eius complexionem, non multum frigidis, ne materiam retineant in eo, & inclinentur, nec multum calidis, ne diſſoluant, & cum confortantibus, ſi debilis exiſtat; & qualia ſint hæc complentia, ſupra in cura eius ſunt dicta.mundificantia, & materiam ab inteſtinis diuerſam, ſecundum diuerſitatem ſpeciei eius, ibi etiam habuiſti, & in cura doloris ſtomachi, & iam confortantia,& hæc ſtypticantia hic ſupra.

Si ex vlcere.

Et cura aquoſi eſt eadem, quæ & lotiui; quia mundificatio, * & digeſtiuæ hepatis confortatio. Sed oportet, vt illas cum fortioribus compleant, & ex proprijs ei eſt potus feminis, & clyſteria ſucci linguæ arietis, & ladanum cum vino, & omnia prouocantia calida, confortant enim digeſtiuam hepatis, & educunt aquoſitatem a ſanguine, & ſic retinent, & ex illis eſt proprie, ſpica, caſia lignea, & huiuſmodi; & ſi eſt ex conuerſione aquæ aſciticorum in venis illis iuuatur, & regimen ad ſiccitatem tendat.

Cura aquoſi, & lotiui.

** eſt.*

Et cura ſanguinei, nigri, & fęculenti, eſt duæ res;mũdificatio inteſtinorum, & hepatis ab humore tali, proprie cum rhabarbaro;& clyſteribus, & deoppilatio ſplenis, & eius confortatio, atque hepatis, & ipſius infrigidatio, vel calefactio, prout exigit diſpoſitio. ſimiliter regimen, vt ſupra in cura ſplenis, & hepatis habuiſti, & ſi eſt a longa mora in inteſtinis,confortetur expulſiua ipſorum, & debilitetur contentiua. Compleantur autẽ cum humidis, lenientibus, vel lubricantibus notis.

Curatio ſanguinei fęculenti.

Et eadẽ eſt cura nigri melancholici, qui ex hepate eſt.

Curatio felis nigri.

Et cura nigri fellei eſt feſtina mundificatio eius, ne ſua malitia moram trahendo vlceret inteſtina, & hæc cum bibitis, & clyſterizatis, notis ſupra in cura hepatis, & ſplenis; & hepatis, & totius corporis etiam confortatio, & alteratio cum regimine declinante ad frigidum ſtypticum moderate.

Et cura eius, quæ eſt diuerſorum colorum, eſt æquatio complexionis membrorum nutritiuorum; & etiam regiminis, & illorum humorũ mundificatio precedens.

Curatio diuerſorum colorum.

Et cura chyloſi eſt cõfortatio attractiuæ hepatis cum calidis proprijs emplaſtris,& ventoſis,aperitio oppilationis viarum, & meſaraicarum, & diminutio cibi cum tẽpe-

temperamento, & porus, & omnia hęc cõplentia supra in cura hepatis dicta sunt.

Cura fluxus splenetici.

Et cura splenetici, qui vt plurimũ est melancholicus, est tres res. Prima est conuersio regiminis ad humoris boni, & sanguinis generationem. Secunda est splenis rectificatio cum purgatione, & euacuatione humoris melancholici, & cum deriuatione eius, proprie cũ ventosis positis supra splenẽ, cũ aperitione oppilationis splenis, et eius confortatione. Tertia est mundificatio stomachi, ad quem plus melancholicus humor peruenit, & deinde intestinorum, ad quæ duo maxime tendit humor melancholicus, & ipsorum confortatio. Et ea, quibus hęc compleantur supra in cura splenis, & hic dicta sunt. Et ex appropriatis huic fluxui est rhaedisceni, & rheuponticum, nigrum, aggregat enim in se virtutem in communi conuenientem. Et ex compositis est diacene. Et ex appropriatis ta replerione ipsius, ex simplicibus est aqua myrrhæ, & xyloaloes. Et ex compositis miclerum. Et ex confortantibus est diamuschum dulce, & similia.

Cura fluxus diarrhici.

B Cura fluxus diarrhici, ex prędictis in principio, vbi de regimine cretici, & symptomatici dictum fuit, est generaliter nota. Specialiter autem vbi oporteat ipsum retinere, est duę res. Prima debetur toti, & completur tribus modis scilicet cum euacuatione totius, & hoc cum phlebotomia, vel pharmacia, si toleret virtus, et cum deriuatione materiæ, & hoc cum vomitu. Inquit enim Hip. A diarrhæa habito diuturna, spontaneus superueniens vomitus, soluit ægritudinem; & etiam artificialis, ars enim est imago naturæ, & sequela ipsius secundum Hipp. Et similiter cum frictione proprie vniuersaliter totam cutim, quę calefaciat, & poros aperiat & resoluat, vel inspissatione ipsius, & coangustatione viarum, & pororum, per quos fluere habent, & cum diæta extenuatiua declinante ad stypticitatem. Secunda res debetur intestinis, si in eis aliqua impressio facta sit, quę ex prædictis patet; & ex appropriatis est, vt sumatur venter struthij, sed oportet quòd limetur cum lima, & detur in potu ex eo quantitas drach. iij. in rob myrti, aut in rob de cydonijs secun C dum declinationem complexionis.

4. aphor. 25.

2. in prin. epid. co. 51. & 4 aph.

Cura flu. liquefactiui.

Cura liquefactiui fluxus generaliter est cura phthisis, & hectiæ, & specialiter est duæ res. Prima est, quæ recipit causam, & est alteratio, & infrigidatio corporis, & membrorum principalium. Et complentia sunt frigida moderatæ stypticitatis, & frigiditatis non vehementis, quæ extinguant caliditatem naturalem, & subito retinentia, sua enim forti stypticitate oppilando prohibent transitum nutrimenti, simplicia, et composita ex medicinis, cibis, & potibus actu frigidis, nutritiuis, & restaurantibus; quales sunt ex carnibus perdicum, & gallinarum præparatis in gelatina, ouis sorbilibus, & sorbitionibus ex lacte, in quo extinctum sit ferrũ. Et melius est lac muliebre, deinde asinæ, & deinde capræ, deinde bouinum. Et ex farina hordei, & semine acetosæ, quoniã est proprie. Et quandoque inspissatur cum gummi tragacanthi, & puluere coriandri, quod est proprium. Inspissat enim humiditates, & eas reddit viscosas, & adhærentes membris, & proinde minus liquefactibiles. Et ex illis est charabe, & puluis coriandri, & hyoscyami, & folia sursęæ sunt propria in inspissando, & prohibendo liquefactionem, & resolutionem. Et alia, quæ non subito, sed paulatim retineant, & constringant, quæ oportet eligere ex prædictis simplicibus, & compositis infra dicentur duce Christo. Secunda est confortatio membrorum digestionis, & ministratio ciborum, & potuum restaurantium humiditates dissolutas. Et complentia talia, supra in cura stomachi, & hepatis, & cura phthisis copiosę habuisti. Et si est a radicalibus membris, oportet, quod tu procedas cum fortioribus. Si vero a carniformibus, sufficiunt leuiora.

De cura fluxus sanguinis a toto corpore.

Et cura fluxus sanguinis, qui procedit a toto corpore, generaliter cum cura fluxus sanguinis procedente ab hepate, & diarrhici. Specialiter autem vbi ipsum oporteat retinere, est duæ res. Prima auferre causam, & debetur toti corpori, fit autem tribus modis. Primo cũ euacuatione plethoriæ, & illud est phlebotomia venę nigrę, vel basilicæ, vel proportionabilis sibi, quę scitisti supra, & proprie si sint ei consueta, quia consueuit habere fluxum sanguinis ex naribus, hæmorrhoidibus vel menstruis, quibus fuit priuatus, quare reiteratio & prouocatio illi⁹, cũ hoc, quod proportionalis phlebotomiæ cura est eius, & cum extenuatiua diæta, reiteratiua vero exercitij consueti, quod vltra solitum excedere debet, si cum membri mutilatione fit; licet euacuet, & deriuet plenitudinem, quia tamen corpora turbat, in cura cuius locum non habet, sed in processu magis, quare vice huius vniuersalis frictio ordinetur, euacuat enim per poros insensibiliter sicut illud, & deriuat sine turbatione. Secundo cum deriuatione, & inspissatione sanguinis, & eius infrigidatione. Tertio cum viarum coangustatione, ex quibus breuiter compleantur, nota sunt ex prędictis. Secunda est, vt si facta sit impressio aliqua in intestinis, procedatur ad alia, quæ mundificant, stypticant, & confortant, & retinent. Et ad hæc propria est acacia cum sanguine draconis, & charabe, & species luti, & lapis hæmatitis cum succo plantaginis, vel consolidæ, vel caudæ equinæ sumpta, & clysterizata, prout regio exigit.

De cura cholericæ passionis.

Et cura cholericę passionis est difficilis, & maxime in processu, est enim acuta, & sine intermissione, & prauorum accidentium, & plurimorum terrentium: quare in diget medico constanti, & prudenti, quem non terreant accidentia. Et generaliter est cura vomitus, & fluxus dicta superius. Specialiter autem est quatuor res. Prima debetur membris nutritiuis secundæ, & tertiæ digestionis, malos humores, quos generant mittentibus ad intestina, & stomachum. Secunda, quæ debetur intestinis, & stomacho recipiẽtibus, & expellentibus illos. Tertia est, quæ debetur virtuti, & est regiminis rectificatio in cibis, & potibus, & vniuersaliter etiam in omnibus sex rebus non naturalibus. Quarta est, quæ debetur accidentibus paruis insurgentibus, & est ipsorum correctio, quæ infra dicetur in fine, si Christus adiuuerit.

Mẽbr. mittentium curatio.

Prima est triplex. Vna est ipsorum membrorum scilicet hepatis, & venarum, & aliorum membrorum mittentium euacuatio; quare oportet, vt fluxus, & vomitus non constringatur, sed dimittatur, donec repletio, seu cacochymia sit expurgata perfecte, & illud est, cum in egestione egreditur chylus, vel aliquid homogeneum perducens ad defectum, & si quidem non procedat ad sufficientia, iuuetur cum leuibus & vomitu. Inquit n. Hipp. vomitus vomitu, & fluxus fluxu, & fluxus vomitu, &c. ecõuerso curatur. Iuuetur itaq; vomitu, & proprie cum aderit nausea, cum aqua simplici tepida, vel cum pauco aceto, a plurimo. n. mordentur stomachus, & intestina: vel cum aqua mellis, & oxymellis acetositatis paucę, vel aqua calida cum pauco baurach, aut cum sale naprico, aut pauco cymino, quod in hoc est iuuatiuũ valde secundum diuersitatem materiæ, non cum oleis, & vnctuosis: quoniam mollificant, & debilitant. Et iuuetur fluxus cũ clysteribus lenitiuis, vel absterſiuis. s. ex aqua ciclæ, pauco baurach, zuccharo rub. & oleo ros. vel sesamino. Et D cum collyrijs ex melle, seu zuccharo, & manna, vel cum aliquo ex lenitiuis, quod deponat suauiter, & proprie, cũ humor est descendens quod ex grauedine, & punctione ventris percipies, sic enim oportet iuuare illos, vt modo vnum, modo alium secundum declinationem materiæ, quomodocunq; enim iuues curabis illum, & alium; illũ euacuando, & alium deriuando. Simul autem eos artificialiter iuuare non oportet; sequeretur enim contrarius motus materiæ perducens ad resistentiam, vt ait Abuh. Secunda est materiæ seu humoris deriuatio, quietatio, incrassatio, vel compositio, si propter eius effrænitatem alia non sufferrent, & complentia superius nota sunt. Terria est viarum, & ductuum coangustatio, & proprie cum succo barbæ hircinæ, luto armeno, & alijs, quæ superius habuisti in consolatione medicinarum.

Mẽb. recipientiũ curatio.

Secunda principalis, quæ debetur stomacho; & intestinis est duplex. Vna, vt si quę materia adhęserit eis, mũdificetur, & cum prædictis modis. Secunda est, vt con-

fortetur ſtypticis; & alterantibus, & retentiuis; quatenus influxas materias, ſi adhuc fluant, non ſuſcipiant, & ad priſtinam diſpoſitionem bonam adducatur, ac æqualitatem complexionis, & ſubſtantiæ, quæ complentia, ex prædictis ſunt nota, quę eligas prout oportet. Et ſunt ex ſpeciebus rob, ſyrupis, trochiſcis, & puluerib⁹ intus; & extra emplaſtris, & ceratis notis ibi ſuper calidis, & frigidis, prout diſpoſitio exigit, & ex appropriatis eſt aqua andacochæ, quoniam confert ei ſtringendo vētrem. Et ſiquidem nulla facta ſit in eis impreſſio, non oportet ad alia procedere, ſed regere tantum.

ꝛ ꝙ tertia. Diæta in cal. dyſen.

Regimen ergo, *quod quarta res erat, eſt, vt nullo modo cibetur, nec potum ſumat, donec fameſcat, ſi virtus eius tolerat tandiu. Et tunc balneetur prius, deinde contenterur patiens aliquo cibo leui boni chymi, ſicut eſt ſauich hordei, vel amyli, vel ex granis granatorum cōtritorum cum pulpis eorum, & ſumach in principio. Et cibetur deinde cum carnibus perdicum, & auium paruarum, & proprie montanarum vel minutarum, & piſcium cum agreſta, vel ſucco granatorum cōditorum, & decoctorum cum coriandro præparato. Et poterur aqua granatorum muzorum, & aliorum fructuum ponticorum, & aqua frigida habente virtutem florum vuæ.

Diæta in fri. dyſen.

Et quandoque iuuatur calida, quia ſpargit materiam, & facit ſudare: quod ſi non toleret ſtomachus aquam, poterur odorifero vino pontico bene lymphato, cum aqua ferrea, vel pluuiali, & hoc in diſpoſitione calida. In frigida vero cibetur, cum pane diſſoluto in vino pontico, & rubeo: & ouis ſerotis in princi|io, deinde cum carnibus columborum paruulorum non pinguium, vel gallinarum cum ſpeciebus, & vino paſſo, rubeo parum lymphato. Et paulatim addatur, donec confortetur, et redeat ad diſpoſitionem ſanitatis. Quod ſi virtus non toleret, vſq; ad perfectam purgationē, & cadit in medio, & ſyncopizet, viuificetur cum pane ſimilagineo calefacto in vino, deinde cibetur colaticio, vel aqua gallinarum iuuenum deſtillata, quæ ex proprijs carnibus earum, vel perdicum cōtritis, decoctis in duplici vaſe, & expreſſis colligitur, vt docuit Abu. in qua ſit virtus ſandali, magazir, & ſpodij, in diſpoſitione calida, & fiat acetoſa cum acreſtæ ſucco, vel granatorum acetoſorum, vel cydoniorum, vel macianorum. In frigida vero ſit habens ſimiliter virtutem xyloaloes, mentæ, vel galliæ. Et ſi diſſoluatur panis ſimilagineus in ea eſt virtuoſior, de qua detur paulatim. Quod ſi non toleret ſtomachus cibos, & abhorreat, donec non accipiat, oportet, vt ei tribuas fructus ponticos, quos maſticet, & vngat proiecta ſubſtantia, donec viuificetur. Ex quibus ſunt fructus delectabiles. Et ex illis eſt vua paſſula maſticata cum contritione ſuorum granorum: deinde viuificato, & roborato ſtomacho, cibetur ex prædictis cibis, & ſuperdormiat, quoniam ſomnus eſt cura eius, & miniſtrentur odorifera, quoniam confortant cor, & cerebrum, & generant gaudium, & ſedant nauſeam, & vomitum, vt ſuperius habuiſti. Quod ſit tardet diu in ſtomacho eius cibus, iuuetur cum digerere facientibus, & facientibus penetrare. ſ. vino, diatrion pip. dicalamētho, & theriaca, & trahatur cum impoſitione extremorum in aqua calida, compreſſione, & frictione, & cum ventoſis in vmbilico, & hepate, & cum fortificatus fuerit, redeas ad mundificationem corruptionis, & indigeſtionis, & cacochymiæ, donec ſit expurgata perfecte, deinde etiam de ſtomacho ad membrum. balnea etiam poſt tertium, & cibа paulatim, donec ad diſpoſitionem redeat ſanitatis. Regimen autem in alijs rebus in omni regimine reſeruetur infra.

Accidētiū correctio.

Correctio quoq; accidentium, cum infra de eis, dicetur ad plenum propitiante Chriſto.

Cura flu. a cibo falſi.

Cura eius, qui factus eſt a cibo, eſt breuiter tres res, prima eſt mutatio regiminis in contrarium, quod eſt cauſa eius. Secunda eſt, vt dimittatur fluere, donec corruptus, & indigeſtus cibus totaliter exeat, et interim abſtineat; proprie ſi quantitas ſuperflua fuerit retentio, aut ipſius cauſa eſt coliæ paſſionis. Tertia eſt, vt ſtomachus, &

ꝛ necessi.

inteſtina relaxata a multitudine *nocita, a qualitate acuta, & ſubſtantia ſubtili leui, vt in ſuperioribus dictum eſt, reaggregentur, & contemperentur, exaſperentur, & confortetur etiam totum corpus, quod fuit nutrimento priuatum, & extenuarum, & debilitatum, bonis cibis, & humectantibus reſtauretur.

Cu. flu. ſtoma coroſi.

Et ſtercoroſi regimē eſt tres res. Prima eſt, vt cibetur cibis multæ quantitatis, & paucarum ſuperfluitatum & ſint moderatæ quantitatis donec ſufficiat. Secunda eſt, vt aperiantur viæ alimenti cum ficubus, & fiſticis, cum amygdalis, nucibus, & alijs aperitiuis, & facientibus penetrare cibum prædictis. Tertia eſt, vt confricentur mēbra, vniuerſaliter, & balneentur, donec trahant multum ex cibo, & per poros, ſiquidem eis ſuperfluat, reſoluatur, ne reddatur ſtomacho, & inteſtinis.

Cura flu. ex med. falſus.

Et cura eius, qui factus eſt a medicina, dicta eſt ſupra in conſolatione medicinarū. Ex his autem, quæ abrasionem prohibent inteſtinorum ab acumine medicinæ, eſt bdelliū, licet in via præuiſionis, non curationis ſit illud.

Cura fluxus falſi ab aere.

Et cura facti ab aere eſt quatuor res. Prima eſt contēperare aerem, vt ſupra in cura cordis, & alijs dictum eſt. Secunda eſt corporis euacuatio, ſi aliqua ſit repletio diſſolubilis, vel compreſſibilis, & hæc cum phlebotomia, vel pharmacia, prout repletio requirit, abſtinentia, ieiunio, & fame.

Tertia eſt materię inſpiſſatio, & incraſſatio, ſi a caliditate eius diſſoluente fuerit, & hoc cum cibis craſſis, ex carnibus bouinis, et extremis animaliū, decoctis in lacte, & frumēto, riſo, & ſimilibus, & iuiubis, coriandro, & papauere, & alijs frigidis; vel ipſius retractio ad mēbra, quibus comprimūtur, ſi a frigiditate eius fuerit, & hoc cum frictione vniuerſali cum manibus, & pannis calidis, & ſiccis, & ſimiliter balnei. Quarta eſt inteſtinorum mundificatio, & confortatio cum his, quæ nota ſunt ſupra, vt folijs barbæ hircinę, vel eius ſemine. Et cura excoriatiui, & vlceroſi eſt cura dyſenterici dicta ſuperius.

Cura fluxus excoriatiui.

Et cura humoris phlegmatici, cholerici, & melācholici, eſt cura diarrhici, & eſt nota.

Regimen vniuerſale.

Sequitur Quinta res communis curatiua fluxus, & eſt regimen ſcilicet commune conueniens, & vniuerſas res non naturales rectificans, debito modo inſinuans, & demonſtrans.

Aer.

Locetur ergo primo patiens in domo temperati aeris inter actiuas, declinantis ad ficcitatem: & ſi non ſit naturaliter, fiat artificialiter cum his, quæ ſciuiſti ſupra in cura cordis, & lucidi, non tenebroſi, quia recludit vires, & ſpiritus ad interiora, & clari nō turbati, quia aer turbatus triſtificat animam, & permiſcet humores ſecundum Abu. Qui ſi turbatus exiſtat, clauſis portis, fiat cum luminaribus lucidus.

Motus, & quies.

Et quieſcat in lecto mollis culcitræ; durus enim confrangit, & debilitat, & frequēti reuolutione in eo mouet humores. Inquit Gal. Motus nobis mouentur, & ea quæ ſunt in nobis; quare non oportet, vt moueatur, immo ingenietur cū excitatur ad ſellam, vt in lecto, vel iuxta ipſum ſituetur ſella, vt ceſſet a motu. Inquit Hipp. in aph. manifeſtat nauigatio, quoniam motus corpora turbat.

Nota de Motu.

Cibus.

In cibis autē regimen eſt, vt non ſit in eis acuitas, non dulcedo, non ſalſedo, nec acetoſitas multa, ne ſua mordicatione iugulet expulſiuam, & proprie cum peruenit ad vlcera, quæ dilatet, non vnctuoſitas multa, nec humiditas, nec liquiditas; ne debilitent cōtentuam, & fluāt, ſed ſint inſipida, & tēperati ſaporis, ac delectabilis; vt acris, & ſtyptici, vel acreſtis, quoniā appetitum excitat; & reſtringit, & ſubſtantiæ ſpiſſæ, & ſolidæ & qualitatis ſiccę, calidæ, vel frigidæ actu, vel potentia, prout exigit diſpoſitio, & ſtypticæ parum in principio, donec fiat materiæ euacuatio, & mundificatio; licet. n. humidi plures conueniat euacuationi, & mūdificationi; tamen parum ſtyptici conferunt, confortant. n. membra, & materiā effrenitare non pmittunt, nec mundificationem impediunt; quales ſunt lac decoctum cū lapidibus fluuiorū ignitis, vel ferro, & eſt melius pp ſtypticitatē ſuā, & panis infuſus in eo adhuc, aut euacuat humiditates corruptas, & cholericas corrumpentes, & qđ remanet in corpore temperatur,

peratur,& reſtænatur. Sed oportet, vt lac ſit quantitatis conueniẽtis,quam digerere poſſit,vel ſit infuſum in ſucco granatorum;& ſorbitio ex hordeo aſſato, & riſo cum lacte cocto,frigida, & amylo. Deinceps vero materia adhuc fluente ſint electi ſecundum alteram trium virtutum, vel quia ſint ſtyptici plures, vt conſtringant ductus, & retineant, quales ſunt ſorbitiones factæ ex milio, panico, vel riſo torrefacto,vel ſumach, vel lentibus excorticatis cum amylo decoctis cum aqua pluuiali, vel ferrea, & conditi cum pauca pinguedine gallinæ, hædi, vel capræ, vel hirci, & cum pauco ſale torrefacto, oleo omphacino,vt ſint ſapidæ. Et ſi vis, vt ſint magis ſtyptici,tunc decoqui cum eis aliquid ex fructibus ponticis, & ſi vis calidos expetente diſpoſitione condias cum cinna. pontico,xyloaloe, cymino, vel aniſo torrefactis, ameos, & ſimilibus, vt caſeo aſſato, vel coagulo, vel ſint ſpiſſæ, vel viſcoſæ ſubſtantiæ, vt materiam incraſſent,quales ſunt ſorbitio facta ex candarufio, quæ ſtringit, & incraſſat, & maxime ſi addatur gummi, tragacanthum torrefactum,& ex tri.& riſo decoctis cum pedibus animalium, & lacte bouino. Et lentes excorticatæ,vel decoctæ, cum corticibus bis, & illud mutatum. Et etiam caules bis cocti,& portulaca,& acetoſa,& plantago, & ſimilia.

Et carnes bouinę cum puluere coriandri, ſi virtus digeſtiua toleret,iuuetur cum ſeminibus,& ſpeciebus calefacientibus, & ſubtiliantibus, vel ſint ex compingentibus materiam,vt eſt ſorbitio facta ex amylo cum ſemine papaue.albi,& coriandro viridi, & lactuca factis acetoſis cum granis granatorum, vel acreſtæ; & tãdiu miniſtrentur donec ſiſtatur materia ab effluxione, & fluxu.

Nota de carnibus. In carnibus autem non eſt iuuamentum magnum cum ſint multi nutrimenti,valde addentes ad materiam, niſi apud neceſſitatem, & tunc eligantur volantia ſuper pedeſtria,& pedeſtria ſuper aquatilia. Et ex volatilibus eligantur,quæ ſint frigidæ,& ſtypticæ;velocis digeſtionis, vt ſunt pernices, coturnices, turtures, turdi, nutriti ex myrtillis. Vel ſtypticę calidę,vt ſunt columborum ſylueſtrium,pulli non pingues,paſſerum,& qualearum. Et ex pedeſtribus,quales ſunt capreoli,lepores,cuniculi,gazeli,& arietum caſtratorum,& campeſtrium: & ſint præparatæ,quia aſſæ,vel frixæ,vel decoctæ in aqua pluuiali, vel ferrea,cum fructuum aliquo ponticorũ, vt cydoniorum,ſorborum,meſpilorum,vel ſumach. Et ex aquatilibus ſunt piſces petrini,parui, ſquamoſi, quales ſunt triliæ,lucij,fragilia,gammari,& ſimilia. Et ſint aſſati, vel decocti in acreſta,vel aceto lymphato, vel vino pontico, conditis cum ſpeciebus ſm diſpoſitionem. Et cum materiam volum⁹ incraſſare,& humectare, ſint ex aqua dulci,quales ſunt caneri,trutæ paruę,& ſimiliter præparati. Hora autẽ cibandi eſt,vt in principio abſtineant,ab omni cibo vſque ad duos dies, donec materia minoretur,& natura reddatur auara in tranſmittendo materiã, ſi qua fluat,deinde cibẽtur cibis paucæ ſtypticitatis,donec euacuetur,& mundificetur materia, deinde alijs ſecundum intentionem quã habes,vt ſint paucę quantitatis, & numeri non multi niſi faſtidiat. Faſtidientis enim ſtomachi,eſt multa deguſtare.Seneca dixit. Et cum ſapit alijs, contentetur eo,& oportet,vt præmittatur ſtypticus, vel alijs ex fructibus ponticis, cuius ſubſtantia nõ trahatur, *ſuccoſitas. ſed *viſcoſitas tantum;& ſumpto cibo premantur extrema,& proprie ſuperiora;quod ſi non ſufficiant cibi prædicti,quia prolongetur fluxus,& debiliteur virtus,oportet,vt concedas cibos ex carnibus prædictis, & eligas cibaria paucæ quantitatis,& multæ qualitatis, qualia ſunt hepata gallinarum iuuenum,& pinguium, teſticuli gallorum nondum coeuntium aſſati, & vitelli ouorum ſeroſi,& ſimilia,quæ in cura phthiſis habuiſti.

Potus. In potibus vero regimen commune eſt, vt abſtineat omnino ſi poſſibile fuerit,eſt enim cura per ſe,& abſolute ipſius,quod ſi ſitiat vehementer,nec toleret, potus ſit aqua pluuialis,vel ferrea pauca, ſimplex, vel commixta alicui ex ſuccis, vt granatorum, acreſtæ, cydoniorum, vel robub ſtypticorum, vel zuccha. antiquo, vel ſit habens virtutem maſticis,& cinnamomi,ſecundum diuerſitatem diſpoſitionis,& proprie in principio,cum materia eſt multa,& calida. Et interdicatur ei vinum,quoniã inflammat, & diſſoluit, effumat, & repere facit ſubtile eius ad ſuperiora;quare dolor capitis,& mẽtis percuſſio valde timetur,quod ſi ſtomachus aquam non toleret,& virtus ſit requirens,quia debilis,vt reuiuiſcat,& confortetur,detur ei vinum maxime ſi appetat tunc,et maxime in proceſſu,ſit autem nigrum,palmeum, & ponticum, purum, vel lymphatum ſm diuerſitatem diſpoſitionis materiæ,& membrorum ſuperiorum animalium,& inferiorum nutritiuorum,requirit,vt Hipp.dixit; vel ſubtile,ſi oppilatiuus fuerit fluxus,& oportet,vt ſit actu frigidum,quia reſtringit,& tepidum reſoluit,niſi in eo,qui eſt a debilitate digeſtionis,oppilatione, cholerica paſſione,& apoſtemoſo,vt ait Abuha.

Somnus, & vigilia. In ſomno regimen eſt,vt dormiat omni hora, & maxime ſumpto cibo poſt parum;quoniam tunc confortat, ſomnus, & quietat humores moros prius, licet reuocet intus virtutem ſenſibilẽ,quare quieſcit expulſiua inteſtinorum,& contentiua confortatur, & ſic fluxus ſiſtitur. vnde Hipp dixit in apho.Cum volueris elleborum magis educere;moue corpus:cum vero ſtare, ſomnum fac, & noli mouere. Et ſi non potes per ſe,vel impediatur,artificialiter procuretur in calida diſpoſitione cum narcoticis,in frigida cum calidis ſomnifieris ordinate approximatis,quæ in cura doloris ſtomachi habuiſti. *4. apho. 17.*

Repletio. & Inanitio. In repletione vero, & inanitione, eſt regimen, vt inaniatur corpus in principio,ſi repletum fuerit, inaniantur inteſtina ex materia infuſa, deinde confortentur. Et finaliter corpore, & inteſtinis mundificatis, & confortatis; replerio ſubſequatur paulatim ex laudabilibus cibis prædictis.

Animi accidentia. Accidẽtiũ correctio. In accidentibus animæ regimen eſt, vt omnia lætificantia, & dilatantia animam per omnes ſenſus approximentur.

Finalis,& vltima res curam fluxus complens, & impedientia remouens, quæ erat ſexta, ſubiungitur, & eſt accidentium correctio inſurgentium ex ſpeciebus eius, ſunt autem plura,& diuerſa,quæ ſuperius tacta fuerunt impoſitione ſignotum. Et breuiter quædam ſunt propria, & eſſentialia,vt eſt punctio,dolor, & grauedo, ſeu mordicatio viſcerum,excoriatio,vlceratio, & tenaſmõ. Quædam ex communitate, aut propinqua ad ſtomachum, vt ſitis, nauſea, faſtidium,& vomitus, & dolor eius. Quædam ad hepar,vt eſt debilitas,hydropiſis, cachexia,dolor in eo,& grauedo,& illud propter duo,ſ. propter colligantiam, & vicinitatem ad inteſtina ſolum;ſecundo,quia ſtomachus continuatur omnibus membris mediante hepate, & recipit ſuperfluitates omnium membrorum mediante ipſo. Gale. dixit,& quandoq; in ſplene, & illis. Quædam ex communitate remota, puta ad cor,vt eſt debilitas,& extremitatum frigiditas, & ſudores,& ſyncopis,& febris. Quędam magis remota,puta ad cerebrum, vt ſunt vigiliæ, ſpaſmus ſiccus vniuerſalis, qui incipit primo in maxillibularum neruis,quibus mouentur, propterea quod ex membris mobilibus ſunt propinquiora cerebro, & ſicciora, præter cutim frontis, & palpebras, quæ cum moueantur lacertis, & neruis dilatatis ad modum panniculorum,et ad cerebrũ non habentium rectitudinem, non ſpaſmantur; vt illi, & oculi, quia ſunt de ſe humidi non ſpaſmantur prius. Aut ad renes, vt eſt dolor, grauedo in eis,& veſica,& quandoq; ardor, quæ omnia imprimunt in naturam, & debilitant virtutem,& ſic curam impediunt; quare correctione,& remedio indigent. Et,quia quorumdam dicta ſunt remedia, & quorumdam dicentur, in proprijs capitulis requirantur, & reſeruentur ibi; ſolum autem hic de eſſentialibus dicemus. Et proprie de teneſmo cũ citet,& trahat inferius materiam ad fluendũ, & de alijs ſit dictum ſupra in cura dyſenterici, necnon, & de tebre,cum ſit addens ad cauſam humoris, diſſoluendo,& acuendo,vias aperiendo,& dilatando, ac membra debilitando omnia miſcentia,& ſuſcipiẽtia, ſic ſit fluxũ ſeruans,

uans, & augens. Et quia modis pluribus est nociua, ideo de ea quantum ad hanc materiam pertinet prius dicamus, deinde de tenesmo.

Si Febris. Sciendum igitur, quod febris, quandoque antecedit fluxum, & fluxus sequitur ipsam, vt causam eo modo, vt dictum est: quandoque superuenit feb. illi, & comitatur illum, quandoque sequitur fluxum, qui præterijt, & cessauit. Primo modo non est præsentis considerationis, & de eius regimine supra in principio cum de fluxu liquefactiuo, & symptomatico loqueremur, dictum fuit. Etiam modo non est præsentis intentionis, cum illa non sit eius accidens, sed morbus alius factus ei succedens. Solum ergo secundo modo generata est præsentis nostræ propositionis, cum tunc solum sit fluxus accidens, & non causa, nec per consequens morbus. Scire ergo te oportet, quod feb. accidere, & superuenire fluxui potest dupliciter. vno modo ex commotione humorum spiritus inflammante, & est ephemera; alio modo ex putrescentia ipsorum commotorum, quia in motu non regulantur, vel retinentur, intranspirabiles fiunt, vt in eo, qui est oppilatiuus, & apostemosus, & est putrida. secunda simpliciter est mala, quia facit morbi compositionē, & additionem, cuius cura periculosa est; fortasse enim quod vni nocet, alteri confert, & econuerso. prima non est simpliciter bona, sed plurimum mala. Sed circa secundam correctionem est magnum studium adhibendum, vt dicit Abuha. Cum. n. sit causa fluxus conseruās, & augens, & econuerso, & sint conuenientia indicantia, quia feb. inquantum huiusmodi, semper frigida, & humida, fluxus vero inquantum huiusmodi, semper sicca, & quandoque frigida, & quandoque calida, vt superius habuisti. Et inquātum in medicatione passiuatum saltem conueniunt, diligenter oportet aduertere ordinē, vt Gal. docet in cōpositis corrigendis, &c. vt prius inspiciatur, & corrigatur instantius, quod in magnitudine; molestia, seu læsione superet, & aliud nō negligatur, miscendo illius correctioni aliqua, quæ alterius correctionem respiciunt ex his, quæ dicta sunt, & his, quæ dicentur, duce Christo. Quod si in magnitudine sint æquales fluxus, & feb. rectus ordo curationis est, vt incipiatur a fluxu, cum sit principalior in causando, & febris posterior, & cum non sit solum causa conseruans, & augmentans, sicut feb. sed efficiens quoque, & proinde sit etiam illud, sine quo feb. curari non possit. Inquit enim Galen. Inutiliter quis prouidebit febribus, nisi prius meminerit causæ, quoniam nullatenus est possibile curare dispositionem aliquam penitus adhuc manente causa faciente eam, cum plurimum etiam in magnitudine sui; eret, sic ea correcta feb. cessabit. Et si remanet post, propter correctionem fluxus eius detenta putredine, atque causa sine impedimento exierit, putredo feb. melius digeretur, & expurgabitur, ac humectabitur feb. & frigidis extinguetur, & proprie vbi fluxus indicet calida. Si ergo fluxum prius prædicto modo præmissis mundificantibus, quantum virtus tolerare potest, cum siccis curabis, & stypticis fluxum sistentibus quæ, respiciant membrum mittens, & recipiens viam, atque materiam; ad cuius mundificationem, propter eius putredinem, ne detineatur simpliciter stypticis, sicut quandoque aliqua ex stypticis comprimendo soluentibus notis superius, quę per interualla, prout virtus tolerat, & dispositio exigit, miniſtrabis, & cum virtutem confortantibus cum cordialibus ex cibis, & potibus, & medicinis superius demonstratis; quibus alternatim, ratione febrilis siccitatis, admiscenda sunt humida temperate ex medicinis, cibis, & potibus, in cura malæ complexionis siccæ stomachi superius numeratis. & hoc vbi fluxus indigeat frigidis. Vbi vero calidis admiscēda sunt humida, qualia sunt ex medicinis aquæ cucumeris, cucurbitæ, & melonis indi, & herbę, vt chrysolocanna, lactuca, blitæ, spinachia, semperuiua, solatrum, & composita ex eis. Et ex cibis, vt sauich hordei, & amyli, & sorbitio facta ex prædictis herbis, & fructibus, iura gallinarum, aquæ, & collaticia eorundem, atq; hædorum, granata, & poma. Et ex potibus, aqua zucchari, vel cum iuleb, & similibus præter lac, quæ si sint alicuius solutionis, abstergentia, & lenientia, conferent, propter putredinis abstersionem; tamen fortiter soluant, & ea mixta tripliciter, vt Gal. docuit ministrabis. Vno modo particulariter, vt simul siccas, & humidas, frigidas, & calidas, in eadem medicina cibo, & potu æqualiter permiscendo. quod est non omnino laudabile, licet ab auctoribus sit omnino concessum, saltem respectu aliquorum modorum, cum sint aduersantium virtutum, & impedientium operationum, vt dixit Abuha. stomachum aggrauantes, & naturam inquietantes, ac reddentes solicitam circa distinctionem ipsarum, & in appropriatione impedientes, & disturbantes, cum non sit tota soli rei intenta, vt innuit Hippo. Alio modo temporaliter, vt nunc stypticа propter fluxum, nunc humida propter feb. & nunc stypticа in medicinis ministrabis interius propter fluxum: nunc in cibis, & potibus humida propter feb. Tertio modo localiter, vt interius sicca propter fluxum, & exterius humida propter feb. & interius calida, dicta superius propter fluxum; quandoq; & exterius frigida, propter feb. Sic epithemabis cor, cum frigidis superius dictis in cura cordis. Hepar cum cerato de sandalis. Et spinam dorsi cum cerato Galen. quorum descriptionem in nostro antidot. habes etiam, quæ propter fluxum, stomachum, & intestina, & membrum, si quod sit mittēs, stypticis emplastrabis, & quandoq; calidis; prædicta vero membra cum frigidis, & humidis prædictis, vel alijs propter febrem.

Febris dupliciter fluxui superuenire potest.

3. Meth. med. c. 9. & lib. 7. eiusdē cap. 12.

Circa correctionem feb. secundo modo insurgentis, quæ est ephemera: sciendum, quod licet in aliquo fluxu, puta lubricatiuo phlegmatico, vel ex frigore feb. competat alterando, & materiam consumendo; studendum tamen cum hoc, ne illam aliquandiu dimittas: propterea quoquo modo augmentes. Est. n. molesta naturæ ipsas actiones vniuersaliter lædens, & passiones, vt ait Isaac, impediens curam, atque componens: & tunc, maxime cum in aliud genus mutetur. Ipsa enim de se paucam, vel debilem indicationem, vt Gal. dicit, immo semper cum aliquo frigido remittas, & cum tibi sufficerit, debito modo extinguas, prout in secunda sectione, si Christus annuat, describemus.

De tenesmo, & medicinis eius. Cap. 4.

7. metho. med. c. 12.

SEquitur de tenesmo deinceps dicere, sicut proposuimus in c. præcedenti. Est autē tenesmus secūdū Gal. expressio recti intestini, cuius causa est res molestās, vel grauans, ipsi intestino adhærens, & infixa, ad cuius expulsionem mouetur natura cum conamine, & expressione propter eius adhærentiam, & fixionem.

Tenesmus quid. 3. an 3 spēc. cū. 13. 7. & Fernel. de acci. Medicu. c. 13. & 8. de la. aff. c. 2. Causa.

Est autem talis res duplex interior. s. & exterior. Interior duplex est, propria in eo existens, & a superioribus ei effusa. Propria, est materia cholerica in eo imbibita pungens, vel phlegmatica adhærens, quæ a putre actione acquisiuit saltedinem, & bauracitatem, naturam grauans, & corrodens, vel apostema durum, aut calidum, quod est propter putrefactionem quam acquisiuit, & sua virulentia egrediente molestans, aut vlcera, & corrosio in eo, fistulæ, hæmorrhoides occultæ, & ragadiæ. A superioribus effusa est duplex, aut acuta materia fluens per intestina, vt in præcedenti capite dictum est, aut earum fœce ficca exalperante, & sua viscositate in suo transitu adhærente ipsi, ad cuius expulsionem natura cum conamine mouetur, & talis dicitur mendosus tenesmus. Exterior res, est frigiditas ad ipsum per anum magis aduenies, & impressa; aut ex aere frigido, cum exponuntur; aut aqua cum balneantur; aut ex lapide duro frigido, cum sederint in eo sua compressione concussante, & sua frigiditate lædente: ad cuius expulsionem natura mouetur violento motu expressionis, ac si esset corporea, sicut in singultu, & tussi est videre, ex aeris, vel aquæ, vel alterius frigidi attractione causatis, vt superius dictum est in proprijs locis eorum. Et quia natura ad talis frigiditatis expulsionem expressæ decipitur

pitur cum mouetur, credens eam expellibilem, vt corpoream, cum non sit expellibilis, sed alterabilis proprie, licet vt plurimum ex eo causetur propter proportionem in natura membri. In genere proportionabili facilior est transitus, dicit Abuha. merito talis tenesmus proprius potest dici mendosus.

Signa. Et signa ipsius sunt, quia cum accidit homini, subito ei inest desiderium egerendi valde cum conamine, donec tendatur intestinum rectum, & anus extensione vehementi; & quod egreditur in principio est paruum ad modum stercoris gallinæ, pingue, viscosum, & vnctuosum: deinde apparent vt plurimum in fæce puncta sanguinis parua, deinde sanguis maior non valde permixtus, tunc ægritudo est in intestino recto, & vocatur tenesmus.

Nota. Et signa causarum eius ex quatuor sunt sumenda, ex causis procatarcticis, & antecedentibus, ex accidẽtibus, & concomitantibus, & exeuntibus, & iuuantibus, & nocentibus; verbi gratia.

B Si sit ex cholera imbibita pungente, cognoscetur ex præcedenti regimine multiplicante choleram, cum circũstantijs similibus, & ex signis dominij choleræ ipsius in corpore, & ex punctione perfecta in recto; & exeuntia sunt cirrina parũ, vel citrinitati admixta; & ♑ ex eo, quod alterantibus, & mundificantibus choleram iuuantur, & a multum calidis læduntur manifeste.

Et si ex phlegmate falso processerit, ex precedẽte regimine multiplicanti phlegmata, prædominio, & colore manifestabitur, cum circũstantijs similibus. Et ex signis abundantiã ipsius significantibus, phlegmaticã. cacohymiam demõstrantibus cum cholera mixtam; & ex corrosione, & pruritu percepto in loco. Et ex exeuntibus phlegmaticis, & corruptis. Et ex eo, quòd iuuantur calidis, anodynis, & humidis abstergentibus, quæ, Christo duce, dicentur; & contrarijs læduntur manifeste.

Et si ex apostemate fit, præcesserunt causæ multiplicantes humorem, & signa ipsius dominantis, & sentitur grauedo, vel dolor in loco continuus, & magis apud C emissionem stercoris, & calor. Et quandoq; est febris, & exeuntia difficile emittuntur; & sunt cum virulentia, quandoque distincta, non permixta, & alia apostematis signa, & iuuantur mollificantibus anodynis, & contrarijs offenduntur.

Et si sit ex vlceribus, & corrosione, & rhagadijs, præcesserunt causę vlcerantes, & humores acutos multiplicantes: vel apostema, quod fuit ibi apertũ: vel dysenteria & fluxus eruginosus, cholericus, niger, felleus, vel phlegmatis salsi: vel medicina vlceratiua, vt euphorbium, & similes: vel sumptio alicuius rei duræ, acutæ indigestibilis, vt vitrum & similium; vel mala immissio clysteris, cuius cannula fuit acuta: vel collyrij. & sentitur ardor in loco assiduus, & sanies & putredo in exeuntibus apparebunt, & iuuantur lauantibus, & acuris mordentibus.

Et similiter si ex hęmorrhoidibus occultis, & intrinsecis; & sanguis niger apparebit in exeũtib⁹, & distinctus.

D Et si quidem ex fluxu præcedente fuerit, & significabunt ipsum eius pręceilio, & reliquiæ eius, quæ remanserunt, & pulsus erit chordosus.

Et si ex fęce sicca, egressio eius cũ cibis precedentibus cõstipãtibus, labor, & regimen, & oẽ exiccans fęces in cura colicę dictum: & exasperatio percepta in loco, & humidis, & lubricis iuuantur, & lęduntur contrarijs.

Et si sit ex frigiditate, anteceſſit expositio in aere frigido, & iteretur in eo balneatio in aqua frigida, & potus eius post laborem, vel balneum, & sessio super marmora, & proprie in mensibus erratis, & sensus obtusus, & congelatio in loco, nec est in exeuntibus aliquid nociuũ ex prædictis apparens, & calidis valde iuuantur, & læduntur contrarijs.

Cura tenesmi. Cura vero eius generalis, est quatuor res: prima est mundificare, seu resoluere materiam imbibitam, & affixam. secunda est retinere fluentem, si adsit. tertia alterare complexionis malitiam, confortare membrum, & passam particulam, eius mitigando dolorem. quarta est regimen ordinare. his enim rebus omnibus, vel pluribus tota eius cura completur.

Specialiter autem singulas causas inspiciẽdo est talis. Vt siquidem fuerit ex cholera imbibita in recto, Cura eius est quatuor res. Prima est alterare, & inspissare ipsam. Secunda est mundificare, & soluere. Tertia est confortare, sedare dolorem, & punctionem, & hoc complebis clysteribus, collyrijs, euaporationibus & emplastris. Primo clysterizabis cum aqua hordei tepida, oleo violato, succo liquiritiæ, iuiubis, & mucila. tragacanthi: deinde addas mel violatum, & medullam cassiæ fistu. & vltimo hieram simplicem, vt imbibitam materiam, & maturata euellas, vel pilulas, seu collyria ex cassia fistu. succo liquiri. & tragacantho primo; deinde ex melle, & aloe immittes; deinde euaporabis anum, & emplastrabis ex fenugræco, semine lini, maluis, meliloto, radice althææ, fisamo, caulibus chamæme. & similibus mollificantibus anodynis decoctis in aqua, & emplastratis cũ vitellis oui, & oleo rosato, vel impositis faccellis, in quorum aqua fedeant: vel spongia, filtro, lana, vel coto infuso tepido cataplasmentur, & euaporetur, aggregant enim in se hæc virtutem maturandi, resoluendi, confortandi, ac sedandi dolorem. Et proprium est fisamum clysterizatum, & oleum eius.

Regimen. Regimen quoque, quod est quarta res, sit declinans ad frigidum, & stypticũ moderate confortatiuũ stomachi, cum defectionẽ patitur ex compassione, quod hic etiam dictum est. Si vero ex phlegmate putrefacto, & humiditatibus baurachijs adhęrentibus fuerit, primo mundificabis cum clysteribus ex aqua oliuarum salitarum, deinde cum succo foliorum ficię cũ virtute turbith, vel bdellio cum aqua mellis, & alijs, quæ supra in cura fluxus ex salso phlegmate dicta sunt; deinde mitigabis dolorem cũ euaporationibus ex prædictis, additis fumo terrę, parietaria, scabiosa, & absynthio. Deinde immittes collyrium ex bdellio, croco, adipe gallinæ, & cera, & ladano, hoc enim sedat, dolorem lenit, maturat, & resoluit, & est rationale, & expertum. Regimen autem ad calidum tẽperatum declinet, & stypticum, & confortatiuum.

Si ex phlegmate putrefacto.

Si ex apostemate calido cruento. Quod si fuerit ex apostemate, & fuerit calidum, rege ipsum, vt superius dictum est; sicq; eius regimẽ in tribus rebus consistit, in retinendo illud, quod currit ad apostemata, si per modum influxionis fuerit causatum, intemperando humores, & in regendo ipsum apostema.

Phlebotomia. Pharmacia. Ieunium per biduum. Prima res completur mutatione sui cũ phlebotomia, si necessarium fuerit: vel pharmacia cholagoga, & minoratione cibi multa; immo fac eũ ieiunare, si possibile sit, duobus diebus, vt natura in transmittẽdo reddatur auara, & materia in ieiunio consumetur. Deinde da post illud prius parum cibi. Sit autem panis infusus in lacte multum decocto, quoniam est melior; euacuat enim superfluitates cholericas corrumpentes, quod remanet in corpore temperat, & retinet, ne fluat ad apostema, deinde dabis sorbitionem de rizo, cadarusio, & milio.

Digestiua. Secunda completur cum exhibitione alicuius frigidi, & inspissantis materiam, & alterantis caliditatem eius; sicut est succus granatorum, & macianorum, aqua lupuli, endiuiæ, lactucæ, cucumeris, cucurbitæ, hordei, coriandri, & similium. Et ex compositis est oxysaccharum, iuleb ros. violatum, & similium, potio de iuiubis, & similia.

Localia. Tertiam rem complent medicinę particulares approximandæ loco apostemato, quæ sunt secundum diuersitatem temporum apostematis, ex quibus sunt stypticæ aliqualiter frigidæ. Et cum hoc mollificantes approximandæ in principio, prohibentes, & repellentes illud quod effunditur ad apostema, clysteribus immissæ, & collyrijs, & linitæ, & epithematæ exterius: quale est clyster ex aqua hordei, aqua coriandri, rosarum, oleo ros. & myrtino clysterizata, & collyrio ex licinio inuncto in oleis ipsis, & albumine oui, & alchanna, & inunctio renũ, sphyncteris, pectinis, inguinum, & peritonei cum eis, & filtrum infusum in aqua myrti, coriandri, ros. cum pauca alchanna epithematum sphyncteri, & alijs

Clyster. *Inunctio. Fomentum.*

adiacentibus membris. procedente vero administrabis prædictis modis omnibus resolutiuorum aliquod prędictorum;deinde procedente confortabis, & multiplicabis illa,& sic admiscebis ei bdellium,quoniam lenit,maturat, & resoluit. Et ex illis cæpe album assatum cum butyro,vel hyssopo humida, & ladanum, & anethum siccum; emplastra,& similia. Et similiter in declinatione balneabis cum resoluentibus prædictis parum stypticis decoctis in aqua,in qua facies ægrum sedere, & inunges locum cum oleo lilij, amygdalino, anethino, irino,vel nardino,modis prædictis.

Balneum.

Si ex apostemate. frig curatio

Quod si apostema fuerit frigidum phlegmaticum, in principio ministrabis prædicta anodyna stiptica temperate. Et siquidem aliquid virulentũ currat ex eo,mundificetur,& abstergatur cum clysteribus, & collyrijs ex prædictis,& saccellis ex malua,radice altheæ, semine lini,& fœnugroco;deinde permiscebis resolutiua, & chamæmelum, & melilotum,& deinde augebis ipsa.

Si Melancholicũ sit apostema.

Quod si apostema fuerit durum melancholicũ,mollificabis,& resolues, sicut in cura colicæ apostematæ est dictum, in qua de omnibus est dictum.

F

Si ex vlceribus.

Si vero ex vlceribus & corrosione extrema in parte eius,quę percipies apud exitũ ani,in expressione, curabis cum mollificantibus,& deinde conglutinantibus,& cõsolidantibus,vt supra in cura vlcerum intestinorum sufficienter dictum est. Etiam si sint vlcera in interiori parte eius,& occulta sensui, vt dictum est: ibi oleum vetus clysterizatum cum acresta est proprium, & aleosol ex merdasengi,& alijs, quæ immitti possunt cum cannella immissa ano repleta puluere, & insufflatione sequente.

Diæta.

Regimen quoque in cibis sit ex mollificantibus, si fæces generent humidas,non siccas;quoniam exasperant dolores,& vlcera, & corrosiones augmentat, & ex insipidis non fortis saporis,quia nec acuti,nec salsi,nec amari,nec acerositatis multæ, quoniam fæces reddunt acutas omnia talia saporis fortis,quę vlcera mordent,& augent.

Et si fuerit a fistulis, hæmorrhoidibus & rhagadijs, curabis cura ipsarum, quã in cura sphyncteris, Christo duce dicemus.

G

Si ex fluentibus humoribus.

Et si quidem fuerit ex humoribus effusis a superioribus,facientibus ventris fluxum,in quo est fermo prępositus, curabis cura fluxus ventris prędicta, in quo sunt mixta,quę fluentẽ compescunt acutam materiam ad intestina,vt est sumach,morum immaturum,cydonium, vitellus oui decocti in aceto,& succus portulacæ.

Si ex fæce sicca.

Si enim ex fęce sicca fuerit exasperante, curabis cura colicæ ex fęce sicca, superius dicta; deinde si aliquod viscosum,quod adhęreat,sit in ea,miscebis in enemate aliquod absterssiuum acutum;vt baurach,mel,sal, & similia,& collyrium ex melle,& sale,& bdellio.

Si ex frigore.

Sed si fuerit ex frigiditate ab exterioribus adueniente ano, quare fit tinesmus difficilis cum eleuatione ad sellam frequenti,& non egreditur aliquid,sicut etiam accidit,cum est ex apostemate duro, eius cura præcessit. Et

Oleum appropriatũ.

proprium est ei oleum sisaminum calefactum clysterizatum cum aqua althææ,vel dulci vino, & diu retentũ.

Clyster.

H

Sitque cura eius alteratio cum calido, omnibus modis prædictis, approximatis cum clysteribus & chamęmelo,anetho,calamentho,oleo nardino; vel costino, rutaceo,vel bdellio,& pauco vino decoctis; vel cum abrotano,ruta,lauro,& origano,quod est proprium: vel oleis eorum, in quibus sit lana infusa; vel spongia, & est melior,quia conseruat caliditatem magis applicata ano. Et

Fomentum cum lana, sed cũ spongia est melius.

Inunctio.

cum vnctionibus ex eisdem ani,& partium adiacentiũ,

Sessio super tabulã, &c.

& cum sessionibus super milium,& sal calefacta, & super lapidem marmoreum calidum,vel lateres, vel super tabulam cypressi, vel pineæ, vel saltem populi, super quam fuerit vinum calidum superaspersum, & quidam

Suffumigiũ

inungunt eam cum adipe capræ. Et cum suffumigationibus ex sulphure,aut myrrha,cortice thuris, vel styracis; quare oportet, vt infirmus sedeat super sedem perforatam vndique tabulis, vel emboto circundatam, & ponat anum super foramen, & sit tectum ignitum, vel prunæ,super quod puluerizetur sulphur, vel aliquod ex aliis,donec calefiat anus, & intestinum; quare percipiatur,vt ingrediatur balneum, & sedeat super solium eius, & cum egreditur,defendatur totum corpus, & proprie pedes,& membra a frigore;frigus enim nocet neruis,& ano & pudendo, vt Hipp. dixit, & eo mediante intestinum rectum; ideo, nocet tinesmo in pluribus horis, & proinde calefactio eorum est vtilis,& conueniẽs. Deinceps medicinas compositas subiungemus ad fluxus species cum feb. vel tenesmo. Electarium conferens ad fluxum stomaticum,lientericum ex phlegmate lubricãte; cuius descriptio est Democriti. ℞. seminis arnoglossæ, anisi torre acti,ana dra.i. corticum granatorum,coriandri præparati,an.dra.s.cinnam.dra.ij.zinzib.ameos,ana scrup.i.s. bibatur cum vino pontico in quantitate. dra.i. si non est feb.& si est feb.cum aqua pluuiali.

5. aphor. 23.

Electarium ad fluxũ ex phlegmate lubricante.

Aliud ad idẽ ex vlceribus. ℞. seminis arnoglossę, acetosellę;anisi torrefacti ana scrup.ij.corticum granatorũ, sang.dra.thuris albi,ana scrup.i. puluerizẽtur,& misceãtur, & sumantur sicut prius. Aui. fiat ad idem de gallis electarium,de thure, electarium de filiquis. Et emplastrum de fausel,cum fuerit caliditas. Ex emplastris fiat tale. ℞. sem. lini torrefacti, dactylorum immaturorum an.vnc.s. masti.vnc.s.aluminis,hypocystidos,acaciæ,balaustiarum,ana vnc.iiij.rosarum rubearum, myrti,rubi, ana partes æquales, fiat emplastrum cum oleo masticino, & cera. Serapio inquit si sit lubricitas intestinorum ex vlceribus,omne quod confert ad excoriationem,confert huic ægritudini. Item linimentum secundum eum ad diarthæam,& lienteriam ex de electione virtutis retentiuę. ℞. absynthij roma. vnc. i.infundatur in vino pontico nocte vna,& misceatur cum eo succus foliorum myrti,ladanum,& ramich, & submergatur in eo pannus lini,& suffumigetur cum xyloaloe, & ponatur super stomachum,et viscera,postquam illinieris,cum linimento, quod est. ℞. olibani,masti.acacię, aluminis, aloes, apij, corticum radicis mandra. seminis hyoscyami, ana dra. iiij. sauich hordei,ros. siccarum, sumach, gallarum viridium,balaustiarum,succi barbæ hircinæ,galliæ,ramich, litij,ana dra.ii.terantur bene,& conficiantur cum aceto, & aqua myrti recentis. Et si non est caliditas prohibens, line mirach cum vino,& meisusen,& line mirach totũ, & retro supra strictura dorsi, & dimitte, donec cadat per seipsum emplastrum. Et, quæ ex eis conferunt est emplastrum factum de fundo arboris. Confectio puluerisa uminis lenis, qui in ore projcitur ad solutionem ventris cum tussi. ℞. granorum myrti tritorum. dra.i. castanearum,papaueris sicut alcohol,siliquarum,sc spodij,ana dra.s. terantur omnia, & misceantur, & dentur in potu. drach.ij.cum aqua frigida,& præcipiatur, vt in mane comedat vitellos duos ouorum bene elixatorum, & sumat in his puluerem de papauere.

Aliud ad idem ex vlceribus.

Palsit ad fluxum.

Confectio trochiscorum de siliquis fortium, valde constringentium ventrem,qui administrantur cum vehemens est necessitas. ℞. gallarum, siliquarum nabati, fructus tamarisci,thuris,balaustiæ, ana partes æquales, gummi,opij,ana partem.s. fiant trochisci ponderis.vnc. ij. s. dosis fit.i. cum aqua pluuiali, vel vino pontico. Trochisci quos Paulus dixit valere ad lienteriam, & lenitatem intestinorum. ℞. corticem mali granati,gal.ana dra.viij.myrrhæ.dra.iij. sumach,dra.iiij. fac puluerem, & tempera cum vino acido, & fac trochiscos. dra.ij.& da.i.cum aqua simplici.

Trochis.de siliquis.

Troch.Pau.

Syrupus valens ad stomachi defectionẽ, lienteriam, vomitum, & ardorem. ℞. sumach, corticum mali granati vel myrti ana.drach.xx.omnia decoquantur in li.v. aquæ,donec redigatur in vnam,deinde colentur, & succus pyrorum,metpilorum, & cydoniorum æquali pondere,& zucchari lib.i.s.& syrupentur,de quo dabis vn.i. cum aqua frigida.

Syrupus vtilis.

Alius valẽs ad ea ex frigido humore phlegmatico, vel melancholico,& est Isaac. ℞. succi mali granati acidi cũ pulpa interiori,li.v. succi calamenthi,li.iij. vini odoriferi,lib.iiij. omnia coquantur vsque ad mediũ diem, deinde colentur,adde zucchari,lib.i. sapæ.lib.s. postea coque

donec

donec syrupetur,da vnc.ii.vel i.cum aqua calida.

Clysteres. Clyster mundificatiuus in dysenteria cholerica. ℞. aquæ hordei,lib.i.dissolue zucch.ros.vnc.ii. succi portulacę.vnc.ii.quod si materia fuerit valde acuta,fiat ex succo cucurbitæ,vel melonis indi cum prædictis.

Si ex materia adusta. Si vero fuerit ex materia adusta, fiat cum aqua lactis, succo portulacarum,& oleo rosa.vel cum aqua violarú, boraginis,& buglossæ,oleo ros.& zuccharo.

Si ex phlegmate sal. Quod si fuerit ex phlegmate salso, fiat ex aqua hordei dissolutio in ea furfure,& fœnugræco,& colentur,& dissoluantur mel rosa.& oleum rosa. & si oportet ad datur parum salis,vel aquæ piscium, vel oliuarum salitarum, & toties repetatur quoties oportet, vt materia perfecte mundificata appareat,quod si fuerit medicina acuta vel superfluit, fiat ex mucilagine psyllij, cum zuccharo, & oleo ros.quod si sit ibi dolor & punctio, & mordicatio, dissoluatur pinguedo gallinæ,vel anatis,& proprie porci recentis, & puluis spodij superaspergatur, vel ceratum roseum. ℘ si dolor est fortior perducens ad syncopim, sedeat in aqua calida decoctionis fœnugræci, seminis lini,chamęmeli,meliloti,& myrtæ. Et si non sufficiat,addantur narcotica prius extra, deinde in collyrio, deinde in clysteribus,& deinde per os,quod si peruenerit ad rasuram, addas semen acetosæ puluerizatum. Et si sit ex phlegmate salso,decoquatur acorus, & capillus veneris siccus,& fœnugręcum, & spina ægyptiaca in aqua hordei,& cum alijs clysterizetur, ℘ si ad sanguinem venerit,addas acaciam,sanguinem draconis,lutum sigillatú, & succum plantaginis,vel consolidæ,quod si peruenerit ad vlcerationem,adde adipem hircinum cum luto sigillato. Si vero ad corrosionem, addas trochiscum de arsenico,vel de stella, vel de charta. Vel clyster fiat ex luto sigillato, & succo arnoglossæ,quoniam est proprium,& securius,vel succus mori immaturi, & ipsum lutum cũ succo prædicto post mundificationem detur. Et fiat clyster constrictiuus aliquis ex his,quæ sequuntur.

Clyster ad dysenteriã, & vlcera intestinorum. Clyster conferens dysenteriæ, & vlceribus intestinorum confortans intestina,ne recipiant effusionem super fluitatum acutarum a superioribus membris rheumatizantium,& ductus constringens & conglutinans vlcera,& cõsolidans. ℞. sumach vnc. ii.rizi torrefacti vnc.i. bulliant in aqua pluuiali,deinde colẽtur,& colaturæ sufficienti addantur succi mori immaturi, succi barbę hircinæ,& succi teil, & portulacæ,ana vnc. ii. casei antiqui præparati,vnc.s. vitellorum ouorum elixatorum in aceto.ii.terræ sigillatæ,sanguinis draco puluerizatorũ, ana, vnc.i. & est propriũ, & mirabile,& est Ioannitij. Quod si ex materia phlegmatica effusa fuerit, decoquatur in aqua capi.veneris,macis,spicæ,charabæ, & acori.

Alius clyster cõpressiui. Descriptio compressiui, quod ante hoc oportet præmitti, confert ad omnia prædicta, & mundificat materiam & confert ad eam. ℞. pulpę myrob. citri. vnc. s. & rhabar. assati. drach.i.s.gummi arabi. assi, lutisigillati, sang.dra.ana.dra.i torrenant,myrobolani,& rhabar.parum,& dissoluantur in aqua decoctionis se ro. & galãgę, & alia addantur,& succus plantaginis,in quo ductus sit lapis hęmatitis.vnc.ii. Si autem phlegma sit salsum loco citrinorum ponantur chebũli,si melancholicus humor, ponantur nigri emblici,& bellirici.

Clyster ad dysenteriã, & excoriationem. Clyster conferens dysenteriæ,& excoriationi. ℞. cortices fisti.granorum granatorũ,gallarum, granorũ sumach,foliorum leuistici,& radicum leuistici, & radicũ aloes,ana partes æquales. Coquantur in vino styptico,donec inspissentur, deinde colentur, & terantur aliqui ex trochiscis scilicet de arsenico,vel de charta,vel stellæ, & cum oleo myrtino immittatur,& est Abuhali.

Trochisci de charta. Confectio trochisci de charta secundũ cum ℞.chartæ combustæ,dra.x.arsenici adusti,& corticũ,ęris,aluminis iameni,gallarum,calcis non extinctæ,ana, drac. xii.fiant ex eis trochisci cum succo arnoglossæ ponderis, dra.iiij. ex qua administretur pondus. dra.i.

Alij trochisci fortiores. Alius trochiscus fortior secundum eum. ℞. calcis, & alchali,acacię,gallarum,& arsenici,ana,& terantur cum aceto, & dimittantur aliquibus diebus, & informentur

A trochis. & clysterizetur vnus ex eis. vnc.i. cum aqua arnoglossæ,precedente clysteri ex sale, & aceto, quod prohibet ambulationem vlcerum.

Clyster ad vlcera intestinorũ fluorum. Clyster alius secundum eũ ad vlcera intestinorũ cum dolore vehementi adeo, ℘ perducit ad syncopim, & vbi alia p̃dicta clysteria non contulerint. ℞. aquæ chist, hordei,& rizi,adipis renum caprarum,olei ros. gummi arabi.& cerussæ, & vitellus oui, conquassentur alia in luto vno,& si expedit, adde parum opij,& administra.

Collyriũ ad idem. Collyrium ad idem, quod præcedere debet clysterem prædictum secundũ eundem, & valet ad tenesmum. ℞. myrrhæ,croci,thuris,opij,an.partes æquales,castorei partem.s. conficiantur cum succo arnoglossæ, & albumine oui,& si vis addas cerussæ partẽ tertiam;liga cum filo,& dimissum per horam extrahe suauiter, ne si dormiat expergefiat. Et dixit medicinæ,quæ sunt materia collyriorum,sunt myrrha,thus,crocus, sandaracha, alumen, litium,styrax,castoreum,cum adest opium,lutum omne, & charta combusta,sanguis draconis, cornu cerui adustum,& chimolea,cadmia,& ladanũ,merdasengi, & similia. Quandoq; sunt necessaria atramenta, & arsenica.

B

Clyster alius ampl. Clyster alius ad idem retentiuus Archidiaconi. ℞. panicis excorticati,risi, lentium excorticatarum, rosarum siccarum,balaustiæ,cupularum glandium,ana M.j.omnia in lib.iij.aquæ coquantur,donec ad tertiam redeant, & colentur;deinde sumatur cerussæ, cineris papyri, aut iunci,ana dra.i.boli arme. drach ii. vitelli ouorum assatorum.ij.olei ros.dra.j.omnibus his in apozemate dissolutis,clysterizetur æger semel,vel bis;& valet fluxui ventris,rasuræ,& excoriationi intestinorum,& ; tenesmo. Item clyster expertus ex suc. oliuarum immaturarum, vel succo mori immaturi.

Clyster restrictiuus. Clyster secundum intentionem nostram, conferens fluxui ventris vitio intestinorum facto, & optime stringit,& vulnera intestinorum consolidat. ℞. boli arm. hordei excorticati,& torrefacti,sang.dra.cerussæ,ana drach. iiij.ros.integrarum,papyri combusti,acaciæ,ana dra.iiij. tragacanthi,gummi arabici,maluauisci, an. drac.i.succi portulacæ,succi plantaginis,vitelli ouorum, olei ros.an. dra.j.s.fiat puluis,& clysteriza.

C

Pulnis ampliꝰ. Suffuf,micletæ, & bibungizir cõferens ad fluxũ ventris diarrhicũ,& cholericã passionẽ,& tenesmũ, & egestionẽ sanguinolentã,ad rasurã, excoriationẽ, & vlcerationẽ intestinorũ,anũ confortat secundũ oẽm modũ administrationis. ℞.myrob.chebu.& indorum,an.dra.vij. belliricorũ, emblicorum, ana dra. iiij.crasse terantur, & cum oleo ros.liniantur,vel leuiter approximentur,deinde sumatur nasturtij,costi,ana dra.v.cymini,seminis fęnic.anisi,ameos, carui,ana dra.ij.omnia in aceto per diẽ, & noctem infundantur,et postea in patella frigantur;deinde puluerizentur, & cũ prædictis misceantur; deinde sumantur ramich,spodij,balaustię,masticis, boli ar. costi,sumach,gummi arab.ana aure.i.terantur,& cribellẽtur,& cum prædictis incorporentur,& totum cum oleo liniatur.deinde cum rob de cytonijs conficiantur, & in olla viridi reponantur.dosis ab aure.ij.vsque ad.iij. cum aqua decoctionis myrtę, & boni temperamenti probauimus,& laudauimus.

D

Pilula ad idem. Item pilulæ ante cibum. ℞.arillorum vuarum, corticum thuris,masticis,hypocystidos,acaciæ, macis,gummi arabi. boli,& ; sanguinis draco. ana partes æquales. Confice cum albumine ouorum. Informentur pilulæ, sicut cicer cum succo cytoniorum da.iij. ante cibum.

Alia pilula ad idem. Item alia cõfectio. ℞. litij,opij.styra.thuris albi, myrtæ cro. ana partes æquales. Confice cum albumine oui, & informentur pilulę sicut prædictæ, de quibus dentur. iij.ante cibum,proprie cum passio est in superioribus. Et fiant collyria,& post horam extrahantur, vt dictum est supra,& proprie cum passio est in inferioribus.

Suppositoriũ ad idẽ. Item suppositorium ad sistendum fluxum vẽtris sanguineum,& humoralem. ℞.aca.bedeguar.ana drach.x. chartarum cõbus.dra.vij.sang.draco. cerussæ.merdasen. ana dra. iij. cupularum gland. balaust.ana drac.iiij. litij drac.v.myrrhæ.dra.iiij. s.alchannæ. drach.ii.adde si vis

opij.dra.iij.succi barbæ hircinæ.dra.iij.terantur, & cribellentur,deinde sumantur gummi,& thus. Et confice cum aqua spinarum humidarum,& fiat sief longum, & inungatur cum oleo ros. antiquo,& ponatur in anum.

Emplastrū ad idem. Item fiat emplastrum ad dysenteriam,& fluxum sanguinis. ℞.gummi ara.assi, myrtillorum paruorum assatorum,cornu cerui assi,mastices,terebynthinæ, styracis liquidæ,an.vnc.s cymarum leuisti.pulpæ cytoniorū malorum sylvestrium,mespilorum, sorbarum,& pyrorum decoctorum in aqua ros.an. vnc.s.thuris,myrræ, hypocystidos,acaciæ,seminis arnoglossæ,ana.dra.iiij.boli arme.sang.drac.terræ sigillatæ,lapidis hæmatitis.ana.dra.ij.s. pulueris turturis assæ cum pluma in cacabo. vnc.i. olei myrtini,styracis calamitæ,& cerę,ana.quod sufficit. Et si vis adde medicinas confortantes stomachum,& emplastra totum ventrem,& renes, & est expertum.

Fomentum ad idem. Item fomentum ad eos. ℞. radicis vlmi,filicum, mespilorum,sorbarum,myrtæ,cytoniorum,lentisci,& castanearum,& pyrorum, ana, bulliant in aqua pluuiali, & sedeant in ea. Ad fluxum hepaticum calidum,& cholericum ęruginosum,virulentum,& felleum,fiat epithe

Epithema. ma supra hepar. ℞. vtriusque sandali, spodij,ros.an.vnc. ß.succi endi. succi cytoniorum, ana. vnc. iiij. aquæ ros. aquæ portulacæ,ana quod sufficit, fiat per modū epithematis,vel cerati,& est Democriti. Si tamen fit oppilatio in eius causa,ponantur succus absynthij,vel cymæ eius, aut flores schænanthi,& spica,loco cytoniorum,& proprium est,rhabarbari succus residentis in vino, vel succus ros.vel aqua lactis,secundum necessitatem.

Item compretiuum ex rhabarbaro assо, succo cytoniorum,& succo arnoglossæ cum aqua myrobolanorū, & ros.& si non fit oppilatio in eius causa.

Syrupus ad idem. Item syrupus. ℞.succi endi.aquę ros.ana.lib.ij.bulliāt in eis granorū sumach,seminis ros. ribes, zarur,an. vnc. s.zucchari,lib.j.& aromatizetur cū sandalis, spodij,ana. drach.j.& aliqui addunt succum granatorum, & coriandrum,est sanus & expertus,datus cum aqua pluuiali.

Alius expertus. Ad fluxum ventris hepaticum ex ruptura venæ portæ. ℞. succi consolidæ, succi plantaginis, succi caudæ equinæ,barbæ hircinæ,linguæ arietis,& portulacæ, deputatorum,ana.lib s.zucch.ros lib.i.spodij sang. drach. terræ sigillatæ,lapidis hæmatitis,ana.dra.j. syrupentur, & colentur,& reseruentur, & dentur cum aqua pluuiali frigida in quantitate.vnc.j.s.& Et est Gualterij, & sum expertus ipsum.

Alius fortior. Alius fortior secundū eū, & valet proprie ad fluxum sanguinis per vrinam ex ruptura venæ portæ, vel fluxū sanguinis per vrinam ex ruptura venæ chylis ℞. succi planta. succi radicis barbæ hircinæ, ana lib.j. consolidæ maioris,& minoris,& mediæ,pimpinellæ, virgæ pastoris,& bursæ,plantaginis,lenticularum, aquæ rostri porcini,linguæ arietis,hepaticæ, herbæ viol. ana. M.i.succi portulacæ,lib.s florum boraginis,nenupharis, ana.vnc. i. omnium sandal.sem.arnoglossæ,myrtillorum, coralli albi,& rub.boli arme.tragacanthi,gummi ara.sem.portulacarum,foliorum rosa.al.charabæ,ana.dra. s.iuiubarum.xx.coriandri.vnc.s.pulueris hæmatitis,spodij, sangui.drac. ana.drach ii. hordei mundi excorticati, lib.i. zucch.lib.iij. Fiat syrupus cum aqua pluuiali, & clarificetur bene,de quo sumatur mane, & sero cum aqua frigi. prædicta. Quod si fluxus non cesset, clysterizetur cū eo; & deinde applicetur ventosa supra hepar; & deinde

Ventosa. hoc emplastrum. ℞.omnium sandalorum,ana.drach.i. charabæ,boli ar. lapidis hæmatitis, terræ sigillatæ, ana.

Emplastrū ad idem. vnc.i.sang.drac.gummi ara. tragacanthi, semi.portulacæ.plantaginis,& cum succo sanguinariæ,& succo barbæ hircinæ,& aqua ros.ana. lib.s. conficiatur emplastrū & ponatur actu frigidum. Et detur patienti ad bibendū ter in hebdomada,succi plantaginis.vnc.ii. in quo fit lapis hæmatitis ductus in core.

Syrupus ad fluxum hepaticum. Syrupus ad fluxum hepaticum ex oppilatione,siue fit sanguineus,siue chylosus,siue cum apostemate,siue absque. ℞.endiuiæ cū radice chamępityros,eupatorij, calamenthi,& polij.an. M.i.quinq; radicum cōlum,an.vnc. s.fistici,cymarum schænāthi,ireos;florū absynthij, ana. vnc.v.cuscutæ, lupu. ana.vnc.i.laccæ lotæ.vnc.iiij.zucchari,li.i.aceti scilitici. vnc.ii.& est Philagrij.& valet ēt si sit ex splenis,et aliorū viscerū oppilatione,et si sit diuersorum colorum. Expertus est,et sanus.syrupus noster de absynthio,de eupatorio,de succo herbarum, & syrupus diathodon, athanasia, & similia,vt theriaca, & mithridatum. Confectio trochi.retinentium diarrhæā. ℞. gra

Trochi. ad diarrhæam. norum vuarum,myrtillorum, granorum granatorū, et cytoniorū.ana.vnc.v.balaustiæ,charabę, ana.vnc.ii.cupularū glandiū.drac.i.masti.corticis thuris, ameos,cinnamomi pontici,xyloaloes,macis,an.drac.i.ß.coriandri præparati.dra.i.gūmi arabi.assi,drac.ii.confice cum miua aromatica,des drachmam vnam cum syrupo myrtino,vel vino pontico secundum necessitatem.

Alij troch. ad idem. Ad idē, ppria est cōfectio nostra de cytonijs. Cōfectio troch.de balaustijs,nimis cōferentiū diarrhęæ, cū multū superfluit, siue sit sanguini admixta, siue non; secūdū descriptionē Almās. ℞.gallarū sylvestriū,se tamarisci,olibani,balaustiarū ana partes æquales, opij, gummi arab. ana partem.s.in ormentur trochisci ponderis.drac.ij.cū succo cytoniorum. da i. cum vino, si neq; calor affuerit, neq; feb.ℊ si feb. affuerit,dabis cum rob de cytonijs acetosis. Dixit Archidiaconus, pone fitias magnas in prota

Sitia. capitis sæpe in fluxu cerebrali,& confortat stomachum, & hepar. Item dixit,recipiat omni mane in ieiuno, mastices. drach.j. cum aqua pluuiali in fluxu stomatico, & lienterico, intestinorum,& stomachi. Item sanguis draco. cum succo plantaginis in fluxu sanguineo, vel mumia cum succo consolidæ,vel caudæ equinæ.

**granatum. *Pilulæ ad fluxū ventris ex debilitate retentiuæ stomachi.* Pilulæ valentes cōtra fluxū ex debilitate retētiuæ stomachi,& intestinorū. ℞.ros. *granatorum myrti,sumach,luti ar.an partes æquales,conficiantur cū succo plantaginis,& da cum aqua decoctionis granatorū. Item dixit Abuha.theriacæ nouę,aur.s cum aqua sumach, valet ad hepaticum,& lotiuum. Confectio pilularum filij Zachariæ cohibentium fluxum membrorum, & confortantium iuuamento magno,si Deus voluerit. ℞.anisi assati.dra.j.masticis,sumach, pilorum leporis combustorum,balaustiarum,sanguinis.dra.seminis cytoniorum, ana drac.ii.ligni aloes,drac.iij.leuistici,olibani,mandragoræ,terebinthinæ,rosarum,ana. drac.j. cōfice cum succo arnoglossæ dosis est.drac.iiij.

Medicina ad fluxum ventris ex causa frigiditatis membrorum. Suffumigium. Gal.medicina magna sedans fluxū proprie, qui sequitur cām frigiditatis membrorum. Et hic modus quando accidit vix separatur. ℞. cinnamo. ligni aloes, asari,macis,garyoph.anisi,carui,ameos,chamędryos, aristo.rot. asparagi,an.cōfice cum syrupo de ligno aloes. Filius Zacharię. fumigium restrictiuum. ℞.acatię,balaustiarum, an.dra.ij.corticum sorbarū. M.ij.foliorū prunorū. M.iij. lapidū molariū, vel laterum ignitorū extinctorū in aceto,in quo prædicta bullierint, & fumum per inferiorem

Balneū restrictiuum. partem recipiat. Item. ℞.aluminis,masti. gummi. arab. tarcocollæ,styracis,an.& ponat super prunas,& recipiat fumum. Balneum expertorum iuuamentorum in fluxu ventris,& confortans naturam,& sedans accidentia mala. ℞.foliorum pruni,cetrariæ, balaustiarum, & foliorū ficus,& quercus,& corticis eius, sorbarum acerbarum, myrtæ,lapidum ignitorum; omnium positorum in aceto;post quod cum aqua pluuiali sufficienter bulliant, in quo balneent se, secundum posse virtutis, die & nocte; sedat enim cito fluxum, si Deo placet.

Ventosæ. Nota de carnibus pauonis. Coagulum leporis stringit. Etiam verificatum est,ꝙ ventosę post balneum supra vmbilicum sunt sublimes,& hinc inde etiam applicatæ. Dixit Imahim,ꝙ carnes pauonis assatæ stringunt,vel non assatæ, & inter alias carnes laudabiles dysenterici existent. Dixit Auer. carnes perdicum assæ & elixę stringunt ventrem. Dixit quoque coagulum leporis stringit fluxum,cuius causa ignoratur.

Syrupus expertus. Syrupus expertus. ℞.succi plantaginis, suc.corigiolæ, consolidæ,& virgæ pastoris,sumach barbæ hirci.balaustiarum.ros.antheræ,foliorū myrthę,ana.vnc.j bulliant in aqua pluuiali,& cum zucch. fiat syrupus. Et in pecia rara si vis,bulliant masti.terræ sigillatæ,ana. dra.ij.

Gual-

Ad fluxum sine excoriatione. Gualterius inquit si fluxus fuerit sine excoriatione, fiat talis syrupus. ℞. rosarum veterum siccarũ. vnc.iiij. viola balaust.myrtillorum,ana vnc.i.zucchari,lib.s.fiat syrupus; de quo bibat bis,vel ter in die,cum aqua pluuia li,cum adest sitis.

Decoctio bona ad idem. Deinde dabis istam decoctionẽ ℞. omnium myroba. ana vnc.j. puluerizentur,& ponantur in lib.s.aquæ rosa. & stent sub dio per vnam noctem; & summo mane colentur,& detur colatura; & regatur vt potionatus.

Puluis ad fluxũ cũ excoriatione. Si vero fuerit cum excoriatione assentur myrob.cum ossibus suis,& vtatur isto puluere ℞. boli.ar.gũmi arab. assi tragacanthi assa. ana vnc.i. spodij, sang. draco.ana. vnc.iij. puluerizentur, & misceantur, da.vnc.s.cum sauich hordei omni die.

Si vero fluxus fuerit sine calore,vtatur isto puluere. ℞. garyoph.vnc.s.cinna. galangæ, mac. mentæ siccæ. ana vnc.s.xyloaloes, drach.iij.Fiat puluis, de quo recipiat in principio comestionis in vino.Si vero fuerit cum calore,da istum puluerem. ℞.omnium sandal.myrtillorum, & sumach,ana vnc.s.boli armeni.vnc.i.sang. draco.spodij,psyllij,assari,ana vnc.s.Fiat puluis,de quo recipiat cũ syrupo myrtino,et in cibis.Si vero fluxus accidet pueris, & sine seb.ponatur spongia in aceto calido, & abstergatur isto puluere. ℞. boli armenæ,mastiches, thuris al.ana vnc.j. spodii,sangui.drachm.ana drach.ij.actualiter calida applicetur super stomachum.

Puluis ad idẽ cũ puero.

Aliud optimum. Secundum Ioannem Causamizulam.R.caseum veterem,vitellum oui elixatum,florum tapsi barbassi,fricentur omnia simul supra testum, & comedat patiens addito semine myrtillorum, & plantagine,de quo semine cũ vitellis ouorum sumat puer.

Clyster ad tenesmum. Si autem fluxus cum tussi fuerit calida,tunc dabis syrupũ de granis myrti maturis secũdum Abuha. cũ aqua tragacanthi,vel diacodion, & coriandri. Si vero tussi frigida,dabis syrupũ de capil.vene.siccis,ameos, anisi assato,gummi,tragacanthi,& candis, cinnamomo pontico, macis,rosa cum zuccha.& cum aqua masticis detur.

Medicinæ compositæ ad tenesmum. Fiat secundum Ricchardum clyster,in aqua hordei,bulliant fænugræci, seminis maluæ, ana vnc.ij. deinde dissoluantur mellis ros.vnc.ij & olei ros. quod sufficit,& fiat clyster,si materia fuerit caliditati attinens. Si vero fuerit attinens frigiditati,fiat clyster ex aqua furfuris bulliti cum fenugræco,floribus chamæmeli, & meliloti,in qua dissoluantur mellis ros.vnc.ij & cum oleo chamæmelino, sesamino, vel itino, vel nardino clysterizetur. Et si materia valde viscosa fuerit,addatur parum sal. & est Rabi Moysi.

Potio ad tenesmum. Potio conferens tenesmo. Recipe micleti,vnc.i.dissolue in aqua pluuiali, in qua resederint myroba. electi in specie eorum,prout necessitas requirit,& da cum zuccharo rosato,lib.s. Et cũ volueris magis retinere materiam, sint assari myrobalani,& si adhuc magis, sint assati,cum nucleis interioribus.Græcus,fomentum ad sedandam gra-

Fomentatio ad idem. uedinem,& dolorem,& fluxum retinẽdum. Bulliant in aqua pluuiali florum chamæmillæ, meliloti, radicis althææ,fœnugræci,seminis maluæ,althææ,seminis lini,nu cum cypressi,ana vnc.j.gallarum vnc.s.in qua aqua calida sedeat,& euaporetur cum ea.Cum vero exierit prędicta in sacellis recluſa applicentur ano: mundificabunt enim,& sedabunt dolorem, & retinebunt fluentem materiam confortando,et est Gualterij.Dixit,circa instans, fac saccellũ ex thymo, & origano, & bulliat in vino calabrensi,vel alio styptico, & bene calidum quantum tolerat applica ano, tollit statim tenesmum ex frigiditate factum,probatum est.Et si ex caliditate fuerit,fiat ex sumach,myrto,malua,et bismalua decoctũ in aqua rosata.

Saccelli ad idem.

Troch. ad tenesmum. Confectio trochis. ad tenesmum,qui dandi sunt cum caloris absentia fuerit, & ventositas nociua secundum Almansorem. ℞. seminis hyoscyami al. semi anethi,fœnugræci, ana drach.v.ameos, drachm.ij.& s. opij,scrup. ij.seminis apij,drachm.x. fiant trochis. aute.j. de quibus sumatur cum vino.

Electar. de styrace conferens fluxui. Confectio electarij de styrace secundum eundem cõferens fluxui ventris.& tenesmo; cum neque febris,neq; calor affuerit, sed aderit ventrositas magna.℞. castorei, opij assati, styracis liquidæ, myrtæ, seminis hyoscyami ru.thuris,ana partes æquales,mellis,quod sufficiat ad specierum consperſionem,dosis est a dra.ij.vsque ad iiij.

Item confectio emplastri ad hoc de styrace.℞. cymini assati.dra.ij.teratur,& confice cum styrace liquida,& applica sup ventre:sedat dolorem,stringit,& resoluit vẽtositatem. Clyster constrictiuus valde fm eundem.℞. panici excorticati, lentium, & risi excorticatorum,rosarum siccarum,balaustiarum,cupularum glandium, ana M.j.omnia in lib.iij. aquæ pluuialis bulliat,donec ad tertiã redeãt,colent,deinde sumat ceruſſæ,cineris chartæ, papyri,balaustiarum, ana dr.j. boli armenæ,dra.j. vitelli oui assati.j. olei rosa.vnc.j. Ex his omnibus in prædicto apozemate fricando dissoluantur, & clysterizetur æger, bis vel ter. Modus licinij fm Alexandrum, quo vtitur, quando dolor sit fortis, & vigilię,& est mirabilis,Recip. croci, myrrhæ,litij,olibani, ana partem vnam,opij, partes ij.fiat licinium de panno nouo,& torqueatur bene,& dissoluatur opium in vino. Et cum eo confice alias medicinas, & inuoluatur licinium medicamine, & ponatur,& clysterizetur cũ eo in vulua ad fluxũ sanguinis.

Emplastrum ad idem.

Clyster constrictiuum.

Licinium ad idem.

Trochisc. de alumine. Confectio trochisci de alumine.℞.gallarum, alumenis,acaciæ,balaustię,corticis granati,succi hypocystidos ana partes æquales,terantur,& clysterizẽtur cũ decoctione medianæ corticis glãdium,balaustiarũ,& rosarum.

Fomentatio ad tenasmum. Itẽ recipe tapsi barbassi,& adde parũ piperis,& coque in optimo vino acetoso, & calidum, quantum tolerare poterit applicetur ano, valet tenesmo,& egressioni ani.

De hæmorrhoidibus,& medicinis eius. Cap. 5.

Hæmorrhoides vnde. HAemorrhoides ab hæmorrhagia dictæ sunt, eo ꝙ ab eis plurimũ sanguinis fluit, vnde Gal ait. Hæmorrhoides sunt fluxus sanguinis ex ano, quẽ impossibile est esse sine apertione venarum, quæ sunt in eo. Est.n. anus foramen inferius positum sub cauda expulsioni superfluitatum siccarum deseruiens,cui coniungitur extremitas intestini recti,in quo est lacertus vnus latitudinalis,sua contractione retinens ipsas pro velle, & prohibẽs egressionem hora inconuenienti, & extẽditur in egestione, necnon, & capita venarum quinq; hæmorrhoidarũ sunt in eius circuitu posita. Aegritudines ergo euenire possibiles sunt plures secundum pluralitatem eorũ, quæ conueniunt in ipso. Et sunt hæmorrhoides,apostemata, rhagadiæ,fistulæ,vlcera,& mollificatio, quare egreditur intestinum rectum; quæ omnes sunt difficiles ad sanandum,propterea,quòd aggregantur in eo superflua,quorũ est via penetrans ad inferius,in quo est situatus vsque superius, & est fortis sensus,quare,quod descendit ad ipsũ, dolorem adauget, & diminuit ipsum a quiete, cum qua completur receptio iuuamenti medicinarum.

Quid sit anus.

Aegritudines sue que.

Hæmorrhoides sunt quinq.

De diuisione hæmorrhoidarum. Diuiduntur autẽ hæmorrhoides dupliciter, ex parte eius, quod Gal. dixit apertionem oris venarum, quæ in ano sunt, quod denotat membrum, & a parte eius, qd dixit est fluxus sanguinis, qui est accidens,scilicet a corpore exeuntis.Primo modo quadrupliciter. A parte speciei loci dispositionis, & finis, seu malitiæ. A parte speciei,nam sunt eius tres species, scilicet verrucales; morales,& vuales,seu veſicales. Verrucales sunt, quæ sunt similes verrucis paruis. Vuales sunt laræ,rotundæ, purpurei coloris,aut ad purpureitatem decliues, vel sicut veſicæ, & Morales sunt molles, sanguineæ. A parte loci, quædam sunt extra manifestæ, quadam intus occultæ. A parte dispositionis; nam quædam sunt apertæ, quædam cæcæ. A parte finis, & malitiæ; nam deteriores, & nociuæ magis sunt verrucales, & occultæ, & cæcæ, & proprie,quæ propinquiores sunt in suo situ cannæ veretri,quod est,quia quando hæmorrhoides apostemantur, oppilant cursum vrinæ. Et quæ sunt retro non nocent multum. Et a parte, si moderate mittant,vel minus debito,sunt minus malæ cæteris, si vero superfluæ, magis malæ. A parte eius, quod sunt fluxus sanguinis, triplex. s.materiæ,qualitatis,& quãtitatis, & temporis, nam aut fluunt,

Hæmorrhoidarum species. & sufficientia.

fluunt, seu emittunt moderatum sanguinem in quantitate, secundum eius abundantiam in corpore apparentē ad eius expurgandas superfluitates secundum Hippo. & conuenienti qualitate, quia nigrum, & tempore, quia in consueto periodo. Aut econtra in omnibus, aut eorum aliquo, scilicet quantitate, vel qualitate, vel tempore. Primo modo talis fluxus dictus est a Gale. naturalis secundum formam quidem, scilicet, consuetum, eo quòd consuetudo est altera natura secundum Hip. Nec dicit ipsū simpliciter naturalem propter causam inferius assignandam. Secundo modo innaturalis.

Galen. 2. de mo. muscu. ca. 7. Sanguis frequentissime de corpore humano fluens triplex. 4. aph. 81. De differentijs sympto. cap. vlt. 3. de cau. sympto. 2. in medio cap.

Propter, quod aduertendum, quòd fluxus sanguinis, qui de corpore hominis procedere consueuit, vt plurimū est triplex. Menstrualis, De Naribus, & hęmorrhoidalis, per virgam, & intestina malus est, & per os etiam qualiscunque sit, vt dixit Hip. Menstrualem vero Galen. inter alios dixit naturalē absolute, de naribus similiter Isaac: de hæmorrhoidibus Hip. bonum, & naturalem dixit cū cōditione, si videlicet exierit. Propter quod sciendum, ꝙ fluxus hæmorrhoidalis in homine naturaliter esse non debet, sed præter naturam, & accidentaliter tantum; homo. n. cum sit naturaliter sanus, suasque perfectas operationes habeat, in ætate, in qua ad finē peruenit augmenti existens, si debite regulatur, sanguinem talem aggregare nō debet, maxime si sexus fuerit masculini, q̄ inter sexus magis existit perfectus. Vnde nec hæmorrhoidarum fluxum, nec aliquam aliam secundum eundem manifestā superfluitatem tertiæ, & quartæ digestionis debet habere, vnde etiam sudor in eo præter naturam est, vt Theophilus inquit. In sexu autem fœminino, qui est imperfectus, cum fœmina sit masculus occasionatus ſm Philosophum, quantumcunq; sanus, debet habere euacuationem sanguinis ex sui lapsu multiplicati, sicut habent naturaliter menstrua ad expellendum crassum sanguinis. Et quia contingit aliquando licet raro subtilem sanguinem abundare in ea, superiora petens, statuit natura fluxum sanguinis narium, vt eo educeretur, vel vt illo deficiente expellatur per nares, vt Hip. dixit, cū ait in aphoris. Mulieri menstruis deficientibus sanguinem ex naribus fluere, bonum. Proinde Isaac dixit, omnem fluxus sanguinis esse præter naturam, præter fluxum sanguinis narium, & menstruorum. Nō ergo hæmorrhoidalis fuit necessarius ei, cum sanguis crassus ipse melancholicus, menstruis educatur, sicut quandoq; econuerso cōtingit; igitur talis fluxus naturaliter in eo esse non potest, sed præter naturam, & accidentaliter tantum, in quantum puta contingit a generatione, tempore, vel ætate hominem in sua individuitate labi a sanitate, & non fœminā tantū, quæ ex suo sexu lapsa extiterit. Quapropter contingit ipsum sanguinem in corpore melancholicum aggregari, quem naturam impellere est necessariū, ad id compulsam; & ad illas partes ani, ad quas sua grauedine tendit, vt inde extra corpus expellat. Sicut. n. fœmina licet in suo sexu lapsa sit; potest tamē in sua individuitate habere aliquam perfectionē, propter quam carebit mēstruis, vt nihil, vel parum habeat, sicut est virago, vt Aristo. ponit, & Abuh. si mas perfectus in se a sua perfectione, & generatione, tempore, vel ętate labi poterit, vt per eius hæmorrhoides fluat sanguis, & etiam mulier multo magis, cum sit in suo sexu lapsa; quare tantum in ea abundabit tunc melancholicus sanguis, ꝙ ad eius completam mundificationem menstrua non sufficiunt, si fluant, sed hæmorrhoidibus etiam suppleri oportet. Sic accidentaliter talis fluxus sanguinis hæmorrhoidalis, & præter naturam in homine, & non naturaliter, esse potest. Considerandus aūt ex se talis fluxus, vt consuetus factus, quantū ad suas conditiones variantes ipsum, potest esse naturalis, & præter naturam, vt superius dictum est, sicut etiā fluxus sanguinis narium, & menstruorum, sicut, & voluit Gal. cum. n. sint temperati in quantitate non superflua, vel diminuta, & in qualitate bona. & tempore suo, quia in consueto eorum periodo, tunc siquidem sunt naturales, cum vero intemperati in quantitate superflua, vel diminuta, aut tempore, nō suo, quia. f. cōtinuatio nō fuerit, iuxta consuetum, tunc proculdubio erit, præter naturā. Sic fluxus menstruorum etiam ad intra, qui dictus est a Gal. solus naturalis, cum profit speciei, & individuo, ſm tales cōditiones dici pōt naturalis, & præter naturam. Ex quibus cōcludendū est fluxū sanguinis, menstruorū esse naturalem, & hęmorrhoidarū præter naturā, & ex naribus mediū inter illos cōparatione habita respectu corporis, cui debentur, & insunt. Sed inquantū facti sunt consueti, & sic naturaliter, vniusquisq; naturalis, & præter naturam dici poterit conditionibus variatis, ex quibus effectus vtilis, & inutilis pōt sequi. Et quamuis solutionem cōtinui corpori inesse præsupponant semper, dum tamē consuetā sint formā cōseruantes; illā paruā, & innocuā sensibiliter præsupponunt, quæ corpori perfectē sano ſm Gal. potest inesse, dūmodo non illam præsupponit grandem, & nocuam sensibiliter: quia virtutes, & operationes, debilitant manifeste, & proinde a Gal. hūc dictę sunt præter naturam tantū, eo modo qui est dictus est supra.

est naturalis, & hęmorrhoidalis non naturalis.

Isan tu. ca.

Causa hæmorrhoidarum materialis, diuersa est secundum diuersitatem specierum. Nam est melancholia, & sanguis melancholicus, vt plurimum: quoniam melancholia, est verrucalium causa; melancholicus vero sanguis moralium. Phlegma autem raro causa earum existit, & cholera rarissime, sursum petens propter leuitatē. Et dignius est, vt a phlegmate vesicales fiant, ad modum vesicarum ventrium pilcium, & vuales medio modo inter has, & illas existerēt. Causa vero efficiens duplex est, principaliter operans, & coadiuuans. Prima est natura crisice, vel symptomatice materiam illam ad partes inferiores trasmittens. Coadiuuans est grauitas humoris inclinans ipsum ad partes inferiores, membri debilitas recipientis, quia vilis, & ealiditas eius, & dolor trahens, si adsit; his enim in venis ani materia multa aggregatur, quare necesse est eas repleri, & extendi, & dolere, & proprie cum earum orificia præ fortitudine occæcentur, & quandoque aperiuntur, non tamen complete, quare partum sanguinis, vel subtilis, & non perfectē fluit. Quando que aperiuntur quantum oportet, vt tantum quantum abundat, euacuetur, quandoque plus quam oportet, vt superfluum effundatur. Causa formalis, & finalis est nota, quia vt expellantur nociua.

De causa earum materiali.

Efficiens.

Formalis, efficiens.

Signa hæmorrhoidarum, quæ extra sunt, sensui in suis speciebus, & dispositionibus sunt manifesta. Quæ vero intra parum, per ex resionem manifestantur. Quæ vero multum, & grauedine, & dolore intus in ano percepto, maxime apud immisionem clysteris, & emissionem fęcum, & proprie scybalarum, & ex materia illarum proprie infectarum, & exitu eius post illas si apertæ fuerint. Si vero cæcæ, infectio nulla erit; nec etiam materiæ exitus post eas, nisi forte alicuius maioris, & dolor fortior similis ei, qui est vlceribus ani, quare credunt multi habentes vlcera, hæmorrhoides habere, cum non habeant, sed vlcera tantum, & econuerso. Quæ distinguit ab illis, exitus tanies, & puris, & mordicatio percepta in vlcere apud emissionem fęcum etiam liquidarum. Et dum emittitur sanguis malus, corporis color melioratur, & pulchrior magis fit. Cum vero retinetur, & bonus emittitur, mutatur color habentiū hæmorrhoidas ad subrusedinem, & viriditatem, vt ponit Abuha. Cum vero malus emittitur, & deinde bonus, mutatur color ad citrinitatem, & deinde ad pallorem. Et cum retinetur, & nihil emittunt, dolor in dorso erit, & grauitas in coxis, & cruribus, & inflammatio in lateribus, & gurgulatio in ventre.

De signis hęmorrhoidarum.

In cura hæmorrhoidarum duplex est regimen, propriū, & cōmune. Cōmune quidē corpori toti debetur, & speciebus earum communiter confert. Et est quinq; res.

De cura hęmorrhoidarum.

Prima est humoris, & sanguinis adæquatio, & est vt sanguis melancholicus, & melancholia, & etiam phlegma abundans in vniuerso, euacuetur, & purgetur tempore apertionis earum: vel ante euacuationem sanguinis melancholici. Hanc complent phleboromia de saphena, proprie cum de interiori parte calcanei, & venæ alinabil, id est curuaturæ poplitis; purgatio humoris melan-

Phlebotomia. Pharmacia

Galen. 2. de gen. animal. ca. 3. & Auic. 21. fen. lib. 3 tra. 3. ca. 25.

2. aph. 32.

Loco supra citato Qualiter fluxus sanguinis accidentalis

Digestio. melancholici,& etiam phlegmatis detinẽtis sanguinem ne fluat ad extra,vel etiam cholerici vincentis in sangui ne,quare superflue fiunt. Complent præcedentia digestiua,& subsequentia pharmaca ipsorũ expurgantia proprie,supra in cura icteritiæ nota. Fit autem in retentis, & cæcis cum aliquo acutorum, vt sunt gummarum species, & similia. In fluentibus vero cum aliquo pharmaco stypticorum, vt sunt myrobalani citrini, myrobala. bellirici, & similia.

Iterata purgatio.

Deriuatio. De ventosis. Secunda res est deriuatio, quæ completur cum ventosis inter spatulas, quæ ad omnem materiam deriuandam simul conueniunt. Et siquidem virtus debilis sit, sine scarificatione fiant; Si vero fortis cum scarificatione. Similiter quoq;,& aliæ euacuationes antipassiuæ,etiã cum phleboromia de basilica sinistra,vel dextra facta,& aliæ species deriuationis notæ, vel ad membrum, vel ad cutem communiter deriuantes, vel trahentes ad locum materiam in retentis, & cæcis.

Alteratio. Reg. rectificatio. Alterãtia. Diæta. Tertia res est cõplexionis totius alteratio,sanguinis, & humoris,ac hepatis,& splenis, quæ talem habent generare,& multiplicare humorem. Regiminis quoque rectificatio,vt talis materia in sanguine non vlterius aggregetur. Alterantia complexionem totius hepatis, & splenis supra vbi de cura earum dictum est habuisti.

Rectificatio autem regiminis est,vt omnia melancholica etiam sanguinem adurentia ex cibis, & potibus omittantur, ministrentur ea proprie, quæ habent bonum sanguinem generare,ipsumque mundificare,quales sunt cibi ex panibus mundis, & recentibus; & carnibus gallinarum proprie,& agnorum annualium,& hœdorum, vitulorum lactantium, ouorum, & hepatum gallinarũ, & piscium petrinorum, & squamosorum,mediocrium, paruorum. Et ex herbis est borago,buglossa, & endiuia proprie; & alijs mundificantibus sanguinem, & potus boni vini albi,clari, odoriferi, maturi,mediocriter lymphati, & similia. Ex fructibus poma, & granata dulcia, amygdalæ,vua,ficus bene maturæ,& similia,nisi solutio ventris, & fluxus plurimus adsit, quo casu stiptica in quam huius locum habent, vel prædicta eis admixta.

Quarta res est viarum, & ductuum, per quos sanguis a superioribus currit ad eas,coarctatio,vel apertio,completur autem cum stypticis emplastratis in dorso,& renibus,& aperitiuis notis.

Nota. Quinta est naturæ lenificatio, vt fæces anum sua duritie non offendant, & doleant, quàm complent cibi, & potus lenificantes, & medicinæ, quas supra in cura colicæ ex fæce sicca seriosius numerauimus in cura vlcerum intestinorum.

Cura cæcatum repletarum. Proprium autem vnicuique specierum debetur,quod consistit in localibus remedijs, quæ circa ipsas species, & dispositiones ipsarum ministrare oportet, quæ sunt multæ, & diuersæ, vt superius dictum est.

Aut enim sunt repletæ, & cæcæ,quas oportet festinãter aperire,ac ingeniari,vt ex eius apertione retentus paulatim effluat sanguis, quantum possibile est,donec debilitatus appareat: & ex nigredine mutetur in colorem rubeum clarum; in sanguine enim fluente tali ex ano,& ex hæmorrhoidibus, est iuuamentum; sedatur enim in eis mox dolor, & fit securitas ab herpete esthiomeno, epilepsia, melancholia, & mania,erysipelate miliari,excoriatione,cancro,lepra,phrenesi, pleuresi,& peripneumonia. Et quando retinetur sanguis ex eis currere consuetus, timetur aliqua earum ægritudinum, & hydropisis. Et propter corruptionem complexionis, & multitudinem, & malitiam sanguinis, timetur etiam phthisis, & dolor pulmonis, propter expulsionem sanguinis mali ad ipsum, cum repletione extendente,& frangente venas sua multitudine, & sua acuitate vlcerantis. Aut sunt apertæ nimis, quas ne multus, & superfluus exeat sanguis ad irreparabilem defectionem adducens, oportet claudere, & sanguinem restringere, & retinere; & hoc cum defectio incæperit apparere; est enim commune signum nos ad restrictionem inuitans in omni fluxu, non solum critico, sed etiam symptomatico, vt Abuha. dixit. In superfluo enim sanguinis fluxu spiritus deficere consueuerunt, dixit Galen. calor naturalis diminui, & etiam resumptionibus humectari, digestio hepatis, & aliorum membrorum debilitari, quare sanguis minuitur, & aquositas augmentatur, & sic hydropem fieri est necesse, & vt plurimum sequi mors.

Nimis apertarum.

Eminentiũ. Aut sunt emnentes, & apparentes extra, atque pendentes, & plures, quas incidere oportet,vt cadant,& deinde cauterizare ad retentionem sanguinis incisionis.

Dolentium. Aut sunt dolentes, quarum oportet sedare dolorem, ne ad resolutionem adducant, & materiam magis prouocent ad currendum, & apostemandum, quæ omnia complere oportet cum medicinis simplicibus,& compositis proprijs,& expertis, intus,& extra approximatis, & per omnem modum cum proprio ingenio, quod subiungemus statim.

Si ergo plenæ sunt, tumentes, & cæcæ in aperiendo eas, dupliciter ingeniari oportet. Primo vt leniantur cum balneis, fomentis,& sessionibus in aquis dulcibus, decoctionis maluarum, mercurialis, branchæ vrsinæ, meliloti, radicis althææ, & aliorum habentium virtutem subtiliatiuam cutis, vt sunt ruta, & vechuem. Et ex illis sunt pinguedines gibbi cameli, & adipis anatis,galli,vulpis,lupi,leonis, & vrsi, quæ mollificando, & resoluendo attenuant,& medullæ cerui, & olea,vt est oleum nucum amygdalarum amararũ, de persicis, & de chrysomilis, & bdellium dissolutum in eorum aliquo, vel vino. Secundo oportet,vt cutis subtiliata, & mollificata aperiatur, primo cum frictione cum foliis parietariæ, fici, vel panno aspero, si fuerint apparentes, suauiter aperit, & occultas ad propatulum trahit, ad quod adiuuat fitia magna applicata ano, & cum inunctione ex felle bouino,vel succo atthalei, & foliorum ficus, & melle anacardino, cum emplastris ex cepe contrito, sicut est extra emplastratum, vel cum aliquo lacticiniorum, vt est bryonia, anabula, & similia. Et cum staphisagra, & stercore columbino, & cantharidibus, cum succo flammulæ, quoniam est præstantis iuuamenti. Et emplastrum de asphalto, & galbano est proprium; & expertũ est sicut granum arsenici sublimati superligatum. Cauetamẽ, quia est vehementis acuitatis, & profundationis, ne diutius immoretur. Et cerotum balneantium, quod gallicatum dicitur, quod fit ex calce, arsenico, & alijs, quæ diximus in apertione apostematum mamillarum; & vbi patiens non abhorret, magis proprie,& secure, tolerabilior fit earum apertio cum appositione sanguilugarum, quæ sint totidem numero,quot sunt apparentes, vel cum phleboromi incisione. Quod si occultæ fuerint, nec possint trahi extra,cum ebibitis aperiantur,& collyrijs longis. Cum ebibitis quidem, vt sunt pilulæ de aloe proprie,& radix ireos, & cum collyrijs confectis ex pulpa colocynthidis,drach. iij.& oleo amygdalarum amarum,drach.iiij.ex quibus fiunt,licinia longa,donec locum earum attingant,& similiter collyrium factum ex pane porcino, & radice bryoniæ, & alfcebram, & felle bouino, & cum dolor ex eis fortior fit,extrahantur, & licinium oleo rosaceo inuncto mittatur.

De medicinis claudentibus hæmorrhoidas. Si vero apertæ sint minus debito, supplebimus cum prædictis aperitiuis, vel cum phleboromia saphenæ educente,quantum sufficiens fuerit. Si autem nimis apertæ, ingeniabimus ipsas claudere, & sanguinem retinere cum ebibitis pluribus, collyrijs, & emplastris, fomentationibus, fumigijs, ligaturis, & cauterijs. Cum ebibitis quidem, dando tauich hordei cum spodio, & alias species luti, sanguinem dracon. & alia restringentia sanguinem, ex his, quæ dicta sunt supra in cura intestinorum, & scoria ferri sumpta cum antiquo vino est propria, & pilulæ de bdellio, quorum iuuamentum in hæmorrhoidibus habẽtibus periodum est manifestum, & maius quam in non habentibus illas, & cum puluere ex prædictis, & puluere dicto supra in cura fluxus sanguinis ex sphyncteri, & similibus, & collyrijs factis ex his, quæ dicta fuerunt in teneſmi cura.

Et

De emplastris ad idē.

Et ex emplastris, emplastrum est de tapso barbasso in vino pontico, & contrito, & mixto cum albumine oui, & gallarum puluere, & alijs glutinantibus notis, & generantibus carnem, vt est mastix, thus album cum cerussa, & similia, vt radix pentaphyllō, decocta, & emplastrata. Et ex fomentationibus, in quibus sedere oportet, est fomentum cum aqua ferri, vel aluminis, in qua sunt decoctæ gallæ, balaustię, & similia: & quandoque decoquātur in aceto puro, vel mixto illis. Et ex fumigijs exiccantibus, & claudentibus eas, est, fumigium ex pice, & puluere thuris, quod est fortis exiccationis, ex sandaraca, styrace ficca, sulphure, & colophonia, & solatro. Et propria est fumigatio cum oleo calciamenti siccati, sed oportet, vt addatur cortex thuris, ipsum thus, vt mitiget fœtorem, & ex illis est baurach, tamariscus, semen eius, nigella, & myrrha, flores carubarum, & similia. Et ingenia in occultis cum traiectorio immisso in ano, vt fumus perueniat ad eas, vel cum vase perforato, super quo sedeat, & recipiat fumum in ano. Et ligaturæ quidem oportet, vt fiant cū filo de serico, vel lini, vel pilis capitis, vel caudæ equi, & dimittantur, donec per se cadant.

Fomenta. Fumigium. Ligaturæ.

Cauteria autem, oportet, quod cum * candela approximentur, & meliora sunt potentialia, quam actualia propter membri sensibilitatem, & illa proprie, quæ sunt ex pharmacis causticis, qualia sunt calcanthum, æs vstum, arsenicum, calx, & similia, & quæ a proprietate operantur, quę supra in cura fluxus narium habui sti; licet actualia sint aliter meliora, vt in cura dicetur arthreticæ, ex eo proprie, quia possunt applicari, ita quod aliqua dimittatur aperta. Et si cum hoc plures numero fuerint, & eminentes extra, atque pendentes, ingeniari oportet, vt exiccentur prædicto modo, & trahantur per se, aut oportet illas incidere, & cauterizare, vt cadant, vel corrodere, deinde sanguinem retinere. In incisione, & cauterizatione oportet primum attendere Hipp. præceptum; vt si incidantur, vel cauterizentur, quòd altera sit derelicta aperta, vel apertioni apta: incisæ enim, & cauterizatæ per naturam non sunt post consolidationem aptæ apertioni; quare sanguis, qui effluere consueuit, fluere solito more non potest, ex cuius retentione timendum est hydropē fieri, aut maniam, aut phthisim: expedit ergo, vt sic incidas, vel cauterizes, quòd vnam dimittas apertam, per quam sanguis exire temperate solitus, educatur.

* cautela. Decauterio. 6. apho. 22. Probae vide etiam. Matthaeum de Gradi, in 9. ad Almans. hoc eodem cap.

Ingenium autem incisionis, est, vt vna post aliam incidatur, & non simul omnes, & leuius est, & securius cum ligatura ex prædictis cadente in radice earum, dimissa donec per se cadet, quæ si non ceciderit, abscindatur cum acutissimo ferro, vel corrodant: vel * vt abscindatur prius, deinde cauterizetur, & exiccetur, vt sanguis restringantur, cauterizatio cum medicinis causticis est securior, & hoc in apparentibus erit facile: In occultis interius valde, oportet vt extrahantur (si est possibile,) deinde ligatur, & post ligamentum abscindatur, sed si p̄mittatur phlebotomia basilicę, inter ligaturam, & incisionem, erit optimum; & hoc cum ventosis magnis cū igne appositis super anum, & dimissis vna hora, donec tumescant, & non redeant, & tunc retinetur cum instrumento extractionis, vt non redeat, deinde ligetur velociter, & dimittatur exterius. Et quandoque fit cum medicinis extrahentibus, sicut si sumatur succus centaureę, & anethi humidi, & staphisagriæ; & liniatur anus, vel administretur nitrum, & fel tauri, vel piper, & nitrum, & buccbormariem cum staphisagria. Et corrosio quidē fit si liniatur cum myrrha cōfecta cum aqua siliquę humidæ, in qua fit lana infusa, & superposita ano, etiam si fricetur ex ea, quandoq; destruit eas, & proprie verrucales, & fit cum alijs corrodentibus multis, quæ nota sunt.

De ingenio incisionis hemorrhoidarum. * aut. De phlebotomia. Ventosa. Exiccatio. Sanguinem constringentia.

De his, autem, quæ retinent fluentem sanguinem meliora sunt styptica conglutinantia, & figillantia, quàm cauterizantia. Et cauterizantia potentialia sunt actualibus meliora, licet in alijs exterioribus membris sunt actualia meliora, vt dixit Alchindus, ex quibus est atramentum, & similia, & puluis ex aloe, thure, sanguine draco, balaustijs, & sief mentithæ; puluerizatis, & ligaris ligatura forti; & de illis est tela aranei cum albumine oui, quoniam retinet cursum sanguinis, & prohibet apostemari vulnera, & puluis Galen. superaspersus, & positus super vulnera, qui Recip. pilos leporis, & pulueris thuris, sanguinis draconis ana partes æquales, vitrioli, floris æris ana partem s. ligentur fortiter donec cadant per se, & figilletur, & alia restrictiua styptica leuiora. Quod si nihil confert, coquantur cum cotto submersō in oleo calido feruente, deinde puluerizentur, & retinebitur sanguis, & ex illis sunt aquæ styptice, vel vinum, in quibus decocta sunt styptica prædicta. Et ex eis, quæ bibuntur ad illud sunt tryphera minor, in qua mista est scoria ferri, infusa in aceto, per hebdomadam; aqua coletur acetum, & frigatur in sartagine, deinde teratur, sicut alchohol, & bibatur, est confectio de scoria ferri nota, & confert micletum, & hic modus est securus.

6. meth. med. cap. 4. in prin.

Si vero doleant fortiter, ex medicinarum acumine, vel incisione, vel ligatura embrochentur, sedeant in aquis, seminis lini, fœnugræci, althęæ, melliloti, & chamæmeli, & euaporetur cum spongia infusa in aceto, & emplastretur cum eorum substantia, & vitello oui, deinde vngatur cum oleo lini, vel de nucleis cerasorum, persicorum, vel chrysomillorum, vel cerato ex cancro fluuiali, hyssopo humida, adipe renum caprarum, & cerato albo. Et vbi ex dolore timetur apostema, succurrendum est cum cæpa, aut porro elixato, & confecto cum butyro in aqua decoctionis rerum styptycarum cum aceto, deinde ligentur cum incarnatiuis fortiter, ita vt apostementur. Et ex sedantibus dolorem est, vt sumatur sagapenum, & bdellium subalbidum, castoreum, & opium, & crocum: facto ex eis licinio, & licinium fit ex radice nenupharis, & cum vides anum apostematum, & dolere fortiter ex huiusmodi medicinis, tunc necessarium est vt sumantur chamæmeli, melilotum, & parum croci, & terantur, & conficiantur cum mucilagine seminis lini triplicato, & emplastra encatissima, & ex eis deinde emplastrabis cum pane, vitello oui, & oleo prius suffumigato cum bdellio, & adipe gibbi cameli. Et cum fuerint hæmorrhoides absque dolore, tumore, apostemate, & multa apertione, non erit tunc multa necessitas curationis, earum enim curatio quandoque perducit ad fistulas, apostemata, & rhagadias.

Dolorem mitigantia varia. vbi timetur apostema. Nota.

Medicamen Gabr. quo suffumigatio fit ad hæmorrhoidas. ℞. radicis capparis, olcandri, radicis appij, & alba mali aniudem, hilij, fructus tamarisci, ana partes æquales, terantur, & conficiantur cum oleo sesami & fiant trochisci, drachm. i. fumatur stercus cameli, & comburatur, & ponatur super ipsum rotellus perforatus, & sedeat super ipsum infirmus mane, & vespere, donec exiccentur, & cadant.

Suffumigatio ad hæmorrhoidas exiccandas.

Aliud suffumigium, ad habentes exituram in hæmorrhoidibus, secundum Alexandrum ℞. sinapis albi, * ve narum tinctorum, radicis capparis, radicum colocynthidis, radicis armel, calcis tinctorum, vineæ, seminis marathri, sarcocollæ, ana partes æquales, terantur, & colentur cum eis.

* rubea.

Ad hæmorrhoidas, cum affellat sanguinem semper secundum filium Serapionis fiat potio. ℞. tabel terri, seminis porri, seminis ameos, ana drachm. ij. fructus capparis ficci drachm. iij. terantur, & cribellentur, & fit potio eius pondus drach. ij. cum aqua porri quantitatis, vnc. j. & aquæ calidæ pondus, drachm. ij. & confert in aquis, in quibus decocta sunt styptica, & pilulæ de quinq; generibus, & myroba drac. x. limaciarum combustarū, & charabæ, ana drac. iij. giezi. drac. iij. bdellij, dra. xx. Cōfice cum vino, dra. vii. Confectio Rasis ad hęmorrhoidas, & vulnera magna intestinorum. ℞. sem. lini. drac. x. granorum nigellæ, drac. v. in al. xv. bdellij, drac. iij. thuris mas. cyperi, ameos, ana drac. ij. s. sandarach. de chei. dr. ij. s terantur, & dentur in potu dr. iij. cum aqua. Confectio medicaminis fm eum sedantis dolorem. ℞. olei nucleorū chrysomilorum, drac. x. styracis liquidæ, drac. j. bdellij, dr. ij. dissoluantur in eo, & vngantur. Cōfectio emplastri

Potio ad fluxum hæmorrhoidarum. Confectio ad hæmorrhoidas.

Empla. sistri sedantis dolorē hæmorrhoidarum.

stri sedantis dolorem hæmorrhoidarum apostematarū, & apostema ani. Elixentur cæpe, & conficiantur cū butyro vaccino, & emplastretur cū eo: est enim valde vtile, & sic cæpe album. Clyster fiat de succo porri, & butyro secundum Isaac. Secundum Hibernicum, gummi hę deræ distemperatum cum succo tapsi barbatsi, & inunctum exiccat hæmorrhoidas, & suffumigatur cum spongia marina. Et cinis factus de radice cucumeris agrestis, & filicum, & acori, suppositus exiccat eas precedente lotione cum vino styptico, & ceratum ex ceruſſa cum oleo rosato, & litio: sedat dolorem, & consolidat. Ad idem: concaua panem porcinum, & reple ipsum oleo, fac bullire bene, deinde inunge, vel emplastra cum eo, retinet statim sanguinem, & sedat dolorem.

Exiccantia ham.

Antidotum valens ad interiores.

Antidotum valens ad interiores de frigido humore secundum Isaac. ℞. carui, lib. j. anisi, asari ana drach. vj. costi, cinnamomi, galangæ, zingib. ana drac. v. pyrethri, polypodij, acori, ana drach. ij. fac puluerem, adde mel, & da bis bis in die in modum auellanæ.

Ceratum ad dolorem hæmorrhoidarum, tumorem, & duritiem. Recip succi radicis serpentariæ, olei persicorum, vel chrysomilorum, vel lini, axungiæ gallinæ, vel anatis, & parum ceræ, & subunge. Descriptio pilularum de sandaracha secundum Abuha. retinentium sanguinē hæmorrhoidarum superfluentium. ℞. sandarachæ, corticum ouorum vstorum, fumiterræ, seminis porri, ana partes æquales, salis ammoniaci partem s. scoriæ ferri, partes. iij. fiant ex eis pilulæ sicut nabac. dosis earum est in mane a v. vsque ad vij. & commouent coitum.

Pilula de sandara.

De apostematibus ani, & medicinis eorundem. Cap. 6.

Apostematum ani diuisio.

APostemata ani sunt nota, distinguuntur vero quātum ad fiendi modum, & quantum ad causas materiales. Primo modo; nam de eis sunt quædam per se incipientia, quędam facta propter dolorem hæmorrhoidarum, aut propter incisiones ipsarum, & acuitates medicinarum approximatarum illis. Secundo modo, nam ex illis, quædam sunt phlegmatica, vel melancholica, sine dolore acuto, quædam phlegmonica, & * erysipelata cum dolore acuto, & sunt plurimum propter choleram, quæ apta est trahi ad ipsum, & cum consueta egestione descendente, & hæc omnia sunt manifesta.

** erysipelacea.*

De cura apostematis ani vniuersalis.

Cura eorum duplex est, generalis, & specialis. Generalis est duæ res; euacuatio scilicet totius, & partis. Euacuatio vero totius completur cum phlebotomijs, vel pharmacijs cum præcessione digestiuorum. Sint autem pharmaca ex leuibus, quæ materiam non agitent, & vehementer attrahant ad passionis locum. Et cum regimine subtiliatiuo diminuente materiā, ne fluat superfluēs, & replear magis, & lenitio adsit naturæ: & breuiter vniuersale regimen, quod præcessit in cura hæmorrhoidarum, ipsum complet. Euacuatio partis tripliciter fit, per pulsum, tractum, & transmissum.

Euacuatio partis quotupl.

Cura Specialis.

Specialis est secundum diuersas species ipsorum varia, & diuersa, siquidem apostema fuerit phlegmonicū, siue incipiens, siue factum, præmittatur phlebotomia basilicæ, deinde saphenæ. Corpus totum, & hepar cum frigidis alteretur notis. Et regimen subtile sit ad frigiditatem, & lenitatem decliue, deinde circa apostema particulariter operare. Et primo styptica ministrentur, & frigidissima, si materia adhuc fluit; qualia sunt albumen oui conquassatum cum oleo rosato, quod cum lenitate sedat dolorem, qui eius est causa fortissis, & repellit materiam; aut ex vitello ouorum tritorum cum memithe, deinde cum pertransierit principium, administrentur sedantia dolorem, lenientia, & resoluentia temperata, qualia sunt chamæmelum, melilotum, fœnugræcum, semen lini, cerebrum anatis cum eis, & alia superius dicta in præcedenti capitulo, & Emplastrum de cæpe, vel porro decocto, & contrito cum butyro, & si quidem resoluantur perfecte, bene quidem. Si vero maneat adhuc repletio, applicentur sanguisugæ, quoniam eradicabunt A eam, quod si non eradicetur, & venerit ad exituram, oportet perforare, & aperire, saltem phlebotomo ante maturationem, ne putredo extendatur versus profundum, & fistulam faciat, vt Hippoc. dixit. Et si quidem fuerit cholericum, addes fortiora, non tamen multum, quia inimicantur, vt Hipp. dixit. Et si quidem sit phlegmaticum, vel melancholicum, curetur, prout dictum est supra cap. de tenesmo, & ex expertis, est succus scabiosæ sumptus, & ipsa emplastrata frangit, & sanat, & nasturtium aperit, & maturat.

De medicinis rhagadiarum ani. Cap. 7.

Rhagadia quid sint.

RHagadiæ sunt fissuræ euenientes ano: & sunt plurimum longitudinales in circuitu eius currentes, prout musculus latitudinalis procedit, propter eius dilatationem. Et causa earum est duplex, interior, & exterior. Interior est mala complexio sicca contrahens partes eius, quare separantur. & quandoq; caliditati, quandoq; B frigiditati est iuncta cum materia, & plurimū. Et quandoque sunt a fęce erasa, & sicca, & quandoque propter aliam causam (puta) & apostemata calida, & sicca; & quandoque propter hæmorrhoidas, quæ scinduntur naturaliter propter fortitudinem expulsionis sanguinis in orificijs venarum ani. Exterior est multiplex, & plurimum est propter absterſionem ani in secessibus cum dere dura, puta lapide acuto, aut rescindente hæmorrhoidas, & apostema eius, vt est phlebotomus, pharmaca, cauſtica, & similia.

Causa.

De cura ragadiarum.

Cura ragadiarum est tres res. Prima est causæ absciſsio. Secunda partium scissarum conglutinatio. Tertia est regimen, & cibatio.

Causæ ablatio.

Primam rem complent diuersa medicamina secundum diuersitatem causarum. Si ergo causa sit mala cō plexio sicca, alteretur cum humidis lenitiuis, & lubrificantibus temperatis, sumptis, & inunctis proprie, qualia sunt aquæ, & iura carnium temperatuum, & foliorum, C vt maluarum, boraginum, & bugloſſarum, & pinguedines gallinæ, anatis, & medullæ, vt crurium asini, & vituli, & mucilagines, vt fœnugræci, seminis lini, frumenti, scilicet amyli, & olea, vt amygdalarum dulcium, & sesaminum, & hyssopus humida, vel calida, vt est ius galli antiqui, ius serpentis, anatis, & anseris, & medullæ lupi, canis, leonis, capri, vrsi, lupi, & vulpis, & pinguedines ipsorum, & mucilago radicis ireos, & scabiosę contritæ, & expressæ, & similium, & oleū de lilio, de nuce Indica, & vulpinum. Vel frigidis, vt est ius, & aqua atriplicis, spinachiarum, lactucæ, violarum, & similium, & carnium hœdorum, & vitulorum, & mucilago psyllij, & althęæ, & seminum cytoniorum, & lac mulieris, & papaueris albi, & seminum melonum, & cucurbitæ, & pinguedo porci, capræ, & medullæ eorum, & olea de violis, rosarum, nenupharis, & alchechengi, & prout causa requirit. Et similiter si sint ex fæce crassa, & sicca, & si sint cū materia mala complexio, quæ fit veniens desuper; purD getur cum aloe totum, vel *pilulis* eius, & regimen corrigatur. Et si fuerit retenta ibi, fixuris ani sanguisugę applicentur, vt materiam iam fluxam educant, & sunt efficaciſſimę in fixuris omnibus ani, & labiorum, & si sint ab apostematibus, curētur prius apostemata, vt dictum est. Similiter si sint propter hæmorrhoidas, curentur hę morrhoides, & euacuetur repletio corporis, & dolor, & caliditas ani sedetur: vt corpus, & membra non sint in mittendo auida, & trahendo; nec sub dominio materiæ facientis ægritudinem in illo membro, scilicet ano posita, & si causa exterior sit, auferatur.

Rhagadiarum conglutinatio.

Secundam rem complent duæ res. Prima est frictiones asperę, donec partium scissarum, & labiorum earum superficies excorientur, & sanguinolentur, & fit cum aspera frictione prædictorum multa, & proprie cum folijs ficorum. Secunda est post ipsarum abrasionem, & sanguinolentationem, vt conglutinantia ministrentur, & incarnantia, nota, & vltimo sigillamus; ex appropriatis, & ex expertis sunt fęx atramenti, & alia, quæ in cura

vlce-

vlcerum dicemus (prout miniſtrabit pius, & miſericors Dominus.)

Dieta. Tertia res completur,& per abſtinentiam a ſyrupticis, ſiceis,& acetoſis,& acutis, & ſalſis,& vſum in principio omnium lenientium dictorum, & lubricantium ex cibis,ex quibus ſunt vitella ouorum,& amylum,& auellanæ,penidij,& ſimilia,& potibus vini albi dulcis maturi, & aquæ hordei,& iuiubarum,& granatorum dulcium, & pomorum, & ſimilium. Et ex medicinis, ex quibus fortis eſt confectio de vitellis ouorũ, cæpe,butyro vaccino,& oleo,& vltimo cũ cõglutinantibus,quæ ſunt nota.

De medicinis fiſtularum ani. Cap. 8.

Fiſtula quid ac eius ſpecies. FIſtulæ in ano ſunt vlcera profunda,oblonga,& concaua,ſtricta,in eo emittentia putredinem quaſi continue, ad quod adiuuat ſuperfluitatum corporis miſſio ad ipſum ordinata. Et earum, quædam ſunt non penetrantes, & ſunt incolumiores, & quædam penetrantes, vſque ad inteſtinum rectum, & ſunt deteriores;& quandoq; habent orificium vnum,quandoq; plura: & illæ, q̃ ſunt propinquæ concauitati introitus, & remotæ a lacerto latitudinali, ſunt incolumiores, quoniam lacertus eſt ſaluus a nocumento pro maiori parte; nec in cura oportet, vt lædatur inciſione, vel corroſione medicinarũ expedientium,& deſtruatur tota retentio eius, & perducat ad egreſſionem ſtercoris præter voluntatem: & quia eſt continuus cum venis, inde fit in eis timor. Et cauſa,ex qua generantur eſt quandoq; ab apoſtemate ani dubelari diu permanente non perforato,ſicut prædictum eſt: q̃nque ab hæmorrhoidibus inciſis, & corroſis, quandoque ab vlceribus prolongatis, & profundatis.

Dicamẽtũ.

Cauſa.

Signa. Signa fiſtularum ſunt prolongatio vlcerum, & longitudo temporis ipſorum cum impoſſibilitate deſiccandi, & conglutinandi ea, & ſi conſolidari videntur non permaneant,ſed potius poſt iij vel viij dies,vel menſem redeunt. Et penetrantes a non penetrantibus diſtinguuntur,vt immiſſis digito intus in anum, & tenta per orificium vlceris: & ſiquidem ad digitum perueniat,vt eum tangat,erit penetrans, ſi vero non tangat digitum immediate,erit non penetrans. Præterea ſi penetrans ſit,fæcis aliquod in ſeceſſu emittet per vleus; ſi vero nihil, non penetrans erit, & ſi declinent concauitati introitus, vel ad lacertum ſenſu dignoſcuntur.

De cura fiſtularũ ani præſtruatio. Cura fiſtularum ani eſt talis; nam ſi non penetrantes ſint, & curſus putredinis non fuerit plurimus, neq; fœtor fortis,dimittantur: ſolum autem commotum fieri neceſſarium eſt.i. mundificationem ipſarum cum abluẽtibus,abſtergentibus,& mundificantibus vlcera,quæ nota ſunt in ſuperioribus, vbi de cura vlcerum actum eſt, & infra ſectione ſecunda; hic enim eſt cura ipſarum, & præuiſio;preſeruatur.n.ne profundentur,& lædantur interiora nobilia,& circunſtantia membra. Earum reſtrictio cauſa eſt plurimarum ægritudinum,& mortis quandoque ſi materia, quæ inde fluere conſueuit non prohibeatur debito regimine multiplicari, vel multiplicata non aliter expurgetur. Si vero curſus putredinis, & fœtor fuerint tædiantes; illas curare oportet.

Prognoſticum.

Curatio. Et cura eorum eſt quinq; res. Prima eſt corporis totius euacuatio,& rectificatio,prout in præcedentibus capitulis dictũ eſt. Secunda eſt remotio corruptionis, & putredinis,nõ ſolum humiditatis,ſed etiam carnis mortuæ in eis apparentis,vſq; ad radicem,& carnem viuam. Tertia eſt carnem bonam loco remotæ,& inciſæ,regenerare, & indurare,ſeu figillare,& calloſam reddere. Quarta eſt dolorem interuenientem ſedare. Quinta eſt regimen debitũ ordinare. Primã rem cõplentia ex præcedẽtibus nota ſunt. Secundã rẽ cõplent, q̃ humiditatem mũdificãt,& abſtergũt putridã, vt eſt aqua mellis,vel vinũ, in quo mel roſatũ eſt diſſolurũ, immiſſum cũ tenta, vel clyſteri,ſi fuerint penetrantes,ſint aũt tepida;quia,abſtergũt melius, & ſunt ano amica. Et poſt hoc acuta pharmaca, & corroſiua puluerizata,vel cũ tenta immiſſa, q̃ carnem mortuam corrodunt, vt eſt puluis aſphodelorum, ariſtolochiæ, & vnguentum viride,& nigrum.

Mundificatio.

Tertiam rem cõplent incarnantia, & cõglutinãtia nota ſupra ex quibus efficacisſima, & experta eſt cauda equina. Et deinde ſicca fortia,& ſigillantia, & cicatrizantia, vt eſt puluis gallę,& corticis thuris,& ſimilia, Et ex proprijs eſt aloes puluerizatus ſimplex, vel cum prædictis mixtus; mundificat enim, & conſolidat vlcera difficilis conſolidationis, vt fiſtulas proprie in ano,virga,naſo,& labijs,ſeu ore.

Incarnatio.

Quartam rem complent vnctuoſa acuitatem pharmacorum,& etiam tranſeuntium ſtercorum corrodentium temitteñtia, & ſedantia, vt eſt butyrum,& oleum roſatum immiſſum cum tenta,vel clyſteri,& ſimilia; & quandoque narcotica ſunt opportuna.

Dolo. Mitigatio.

Quintã rem complent abſtinentia ab acutis,ſalſis, & acetoſis, quæ ſuperfluitates tranſeuntes reddunt acutas, & vſus ſuccorum exiccantium frigidorum; quibus præmittantur lenientia, & lubricantia nota ſupra, quæ ſeruant naturam lenitam.

Dieta.

Si vero fuerint penetrantes eiſdem rebus curam complebis, ſed oportet, vt medicamina ſint fortiora, & immiſſa cũ licinio,vt tenta lõga,& ſubtili inuncta ex eis, & proprie ex atramento, vt perueniant vſq; ad profundũ, & cũ pila comprimatur, vt maneat in loco,ſed q̃q; perducit ad dolorem vehementem, & proprie cum fuerint corroſiua,& acuta valde;quare timetur ex neruis,ne accidat ſpaſmus,& ſyncopis,& tractus materiæ,& additio vlceris,& profundationis ipſius. Quapropter dixit Hip. Quibuſcunq; caneri abſcõditi fiunt, nõ curare melius eſt; curati enim citius pereunt, non curati longius tempus perficiũt. Quare ſit ligata tenta filo,& cũ dolor intẽditur,& intolerabilis ſit, extrahatur; adminiſtrentur ſedantia dolorem,& prohibeant fluxũ materiæ deſcendentis ad illũ. Ex quibus eſt illud, quod reſoluitur ex pitello,& tabula facta ex plũbo fricatis cũ oleo roſato,deinde reiterentur donec ſufficiat,& vltimo ſiccantia,carnẽ generantia,& cicatrizãtia miniſtrẽtur,quæ fortiores ſunt, & ex proprijs eſt lapis filagius,& medicinas cõpoſitas, quas experti ſumus ſubiungemus inſtanter.

Si fiſt. penetret curatio.

VLCERA ani ſunt nota non.n. ſunt profunda,& cõcaua,& ſtricta ſicut fiſtulæ, ſed ſuperficialia tm̃. Et cura eorũ, eſt cura fiſtularum non penetrantium,& cum leuioribus habent compleri,& ex appropriatis,eſt aloe.

De vlceribus ani, ac eorum cura.

De pruritu ani. Cap. 9.

PRuritus ani notus eſt.

Cauſa pruritus. Et cauſa eius ſunt vermes, & aſcarides exiſtentes in extremo recti inteſtini, ac humores ſalſi venientes ad ipſum,aut vlcera ſanioſa prædicta.

De cura pruritus ani. Et cura eius eſt. Nam ſi ſit a vermibus curetur cura prædicta vermium.

Et ſi ſit ab vlceribus,curetur cura vlcerum.

Si vero ab humoribus ſalſis conſiderandum. Nam ſiquidẽ ſunt tales humores a ſuperioribus miſſi, duæ res in cura ſunt neceſſariæ. Prima eſt corporis euacuatio ab eis, & rectificatio regiminis, vt non regenerentur, ſed adæquentur generari. Secunda eſt eorum,qui miſſi ſunt reſolutio,& abſterſio.

Pharmacia. Primam rem complent purgantia pharmaca appropriata tali humori, cũ præceſſione digeſtiuorum appropriatorum; qualia ſunt ſyrupus de fumo terræ,& pilulæ eius; Et cõuerſio regiminis ad cõtrarium naturæ humoris,& fit cum cibis, & potibus generantibus ſanguinem bonum,abſtinendo a ſalſis, & acutis. Et deriuatiua, vt ſunt ventoſæ ſuper anchas poſitæ, & rentæ.

Dieta.

Deriuatio. Inſeſſio. Secũdam rem complent ſeſſiones in aquis decoctionis vio.maluarũ,meliloti,acetoſæ, & granorũ lupinorũ, & fumiterræ, & abſterſio cum eo, & deinde cũ ceratis appropriatis munctis,quæ dicentur in cura ſcabiei.

Si adſit humorum curatio. Si vero fuerint retenti tales humores in partibus ani, nõ de nouo miſſi,curent,vt ſupra in tenetimo dictum eſt reſoluantur,& abſtergantur cũ lamina æris,& ſuppoſitorijs temperatis, q̃q; narcoticis, & rob ex aceto vini,iuuamen-

uamentum est valde, & inunctio iuxta ignem ex sale, & aceto, & oleo, & ventosæ, super alchasos positæ, quę mũdificant partes cutis, & attrahunt subtile cholericũ, quod humorem efficit salsum. Bibenda ſm Procidanium experta ad fistulas, deficcans, & cõsolidans. ℞. pedis colum bini, cardi benedicti, ana lib j. cymarũ rubi. vnc. vij. saluiæ, betonicæ, ana vnc. iij. hæc cõtrita bulliãt in vini, li. v. vsq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & adde quartam partem mellis, & coque patũ, & cola, & vsui reserua, de qua sumat mane, & sero in ieiunio cyathũ vnũ, & quidam addunt calendulam. Cauda equina sæpe sumpta in vino; & emplastrata curat fistulam inter omnia, & est experta. Puluis ad fistulam, & cancrũ, & scrophulas aperras. Rec. arseni. vitrioli, aluminis zuccharini, nitri ana vnc. ij. puluerizentur cũ aceto fortissimo in modũ oxymellis, ponant in olla, cooperiantur, & circũuoluant bono luto, vt fumus inde non exeat, & bulliant lento igne a mane vsq; ad tertiam, & remoto vase, qđ inuenit, cooperculo colligat, & seruet; & tenta in ipso puluere inuoluat, & stet ibi per diẽ, & noctẽ; deinde remoueatur; deinde curetur ad modum alterius vulneris.

De potione experta ad fistulas.

De cauda equina. Puluis ad fistulam, & cancrum, atque scrophulas.

De mollificatione ani, & egressione eius. Cap. 10.

Mollificatio ani quomodo, &c.

Mollificatio ani, & egressio eius est nota. Et est, aut a natura, seu infantia, vel præter naturam dilatatus, & egressus non congregatur, & retrahitur naturaliter, & debito suo modo, sed remanet extra, & caput, seu extremitas recti intestini cũ eo, & qñq; parũ, qñq; in quãtitate palmi vnius, & plus prout in quodam vidimus Ianuense. Et qñq; egressio eius est cũ voluntate, & est minus malũ, & qñq; est præter volũtatem, & est magis malum; & qñq; est cũ sensu, & est melius; & qñq; pter sensum, & est peius, & qñq; est egressio sęcũ inuoluntaria, & est pessimũ. Et causa eius est, vt mala cõplexio paralytica ta frigida, & humida interiorũ, cũ materia subtili imbibita in neruo latitudinali cõgregante, & neruis lõgitudinalibus retrahentibus ipsum, & intestinum cũ eo, qñq; est mixta cũ caliditate iuuante ipsum ad penetrandum, & imbibendũ. Et qñq; est apostema in ano, sua grauedine trahendo inferius, coadiuuans. Et quandoq; est exterius veniens, puta ex aqua frigida, cũ balneatur, vt fullonibus, & nauigantibus, sæpe accidit vel aere frigido, cũ ei coacti exponũtur aliq. Et qñq; est pp hęmorrhoidarũ ligationẽ, incisionem, vel corrosionem in medicinis cadentem supra neruos, seu lacertos prædictos, quare abscindimus, & eius cura erit impossibilis. Aut propter casum supra dorsum, aut percussionem dislocantem spõdyles, a quibus nerui prædictorum lacertorum egrediuntur, quare nerui comprimuntur, & disrumpuntur.

Causæ.

De signis.

Signa eius, quæ a complexione mala paralyticata est, sunt, quod est, quia paulatim accidit, & præcessit regimen multiplicans talem materiam, & est sine sensu, vt plurimum, & accidit, vt egrediatur egestio inuolũtaria, & si est cum caliditate, sensus declarat, & tactus: & si est a causa exteriori, & frigore, similiter. Quæ vero, propter alias cautas, est subito veniẽs, & est causa manifesta absque aliquo modo regimine præcedente, & accidit dolor propter illud, quod accidit in neruo constringente, vel retrahente, de læsione.

De cura.

Cura eius, quæ est a mala complexione paralyticata interiori cum materia frigida, vel caliditati coniuncta, est similis curæ pruritus ani ab humore facti. Cum ergo præcesserit corporis purgatio ab humoribus prædictis venientibus, cum præcessione digestionis cum proprijs, & regimen fuerit declinans ad calidum, & siccum, necesse est, vt humorem illic imbibitum resoluas, abstergas, & exicces, & hoc cũ clysteribus, lauacris, collyrijs, emplastris, vnctionibus, & cum pulueribus. Clysteribus quidem ex aqua marina, & euphorbio, vel sagapeno, vel hieris magnis, vel agarico, & oleo rutaceo. Lauacris cũ aqua maris, sulphuris, baurach, felle, nitro, & aquis thermarum. Collyrijs ex melle, aloe, & colocynthide. Vnctionibus ex oleo nardino, costino, & laurino, vel ceratis, vel vnguentis appropriatis: quæ in antidotario nostro diximus. Emplastris ex ammoniaco, sagapeno, staphisagria, aceto, scilla, & cera, & melle. Deinde si quidẽ retrahatur, & reducatur, vtaris stypticis lauacris prædictis in tenesmo, quòd si non retrahatur, & reducatur per se, oportet, vt lauetur cum vino nigro pontico, vel aqua aluminis decoctionis gallarum, quercus, & cypressi, & cupularum glandium, myrtæ, & balaustiæ, & ddeine aspergatur puluere thuris, merdasenghi, cerussæ, & plumbi, gallarum, & antimonij, & deinde reducatur, & restringatur, & quiescat, & ventosa supra alchatin reducit ipsum.

Si fit apta apostema.

Quod si anus non reducatur propter tumorẽ, & apostema in ipso; tunc oportet, vt mollificetur sedendo in aquis calidis, decoctionis mollificantium, prædictorum in tenesmi cura; cum oleo chamæmelino, bdellio. quoniam reduceret. *deinde curetur cum eis, quæ dicta sunt in cura apostematis; deinde cum resoluentibus, & stypticis constringatur, quòd si non reducatur adhuc, supra caudam a duobus lateribus eius, cauteria applicentur.

** reducetur.*

Si a frigore.

Et si est a frigiditate exterius procedẽte, curetur cum calidis, prout in tenesmo dictum est.

Si ex percussione. & casu.

Et si est a casu, vel percussione supra dorsum, curetur dislocatio, si possibile est, vt in secunda sectione (Deo duce) dicemus. Puluis cornu cerui superaspersus post ablutionem cum vino ad reductionem confert.

Emplastrũ expertũ ad exitũ ani.

Medicamen expertum Hybernici ad exitum ani. ℞. charabæ, cornu cerui usti, balaustiæ, thuris, antimonij, acaciæ, thuris, minutim; terãtur, & puluerizentur super anum & vmbilicum, & renes, cum petroleo, & vitello oui assa. Aliud medicamẽ in exitum ani, & hæmorrhoidas. super lapidem molarem calidum folia porri contrita impone, & acetum superaspergе, & fac patientem sedere super eum; & anchæ eius, & renes inungantur melle, & puluere seminis nasturcij, & superliga. Item aliud.

Suffumigiũ optimum.

Recipe absynthium, parietariam, & mentastrum sine aliquo liquore calefactum, & superpositum, multum valet. Item spongia marina calefacta in aceto, in quo coctæ sint radices granatorum, & myrtus, superponantur. Itẽ muscelæon calidum sumptum, multum valet; & quando vadit ad sellam, & surgit ab ea recipiat fumum colophoniæ, thuris, & pinearum. Et ad dolorem ani, parietaria bene decocta, & permixta oleo, & deinde cocta, applicetur. Item aliud ad dolorem, & inflammationẽ. ℞. stercus gallinæ siccum, vel recens, dissolue cum oleo in testa calida, & super peciam extende, & loco dolenti appone, & oleum decoctionis scarabeorum, & balnei cum cimbalaria facit idem.

Aliud medicamen ad mollificationem ani.

Medicamen Gal. conferens ad mollificationem ani, & exitum eius. ℞. fructus, qui dicitur arabugi, gallarũ, cerussæ de plumbo, acaciæ, barbæ hircinæ, corticis pini, quæ dicitur santis, thuris, & myrrhæ, omnium, ana aure. iiij. puluerizentur, sicca, & postquam abluitur anus cum vino pontico, superaspergе.

SVMMA II.

Quartæ particulæ sectionis primæ, & est de medicinis ægritudinum instrumentorum vrinæ.

PROLOGVS.

Anatomia rerum.

SVblimis Deus renes creauit, eosq; dotauit virtute specifica, qua superfluitatem aquosam traheret ex venis, vt virtute hepatis impellentis insimul a sanguine sequestretur, ex quo iumamentum mixtionis ipsius extitit præfinitũ. Et coagulauit eos in substantia dura, ex sanguine, ne ab eius acuitate mordicanti quasi continue grauiter læderentur. Et combinauit eos, vt si vni accideret nocumentũ, alius in operatione complenda subsistat, fecitq; proinde vnumquodq; plurimarũ diuisionum, sicut in boue, non vnius

continuæ

continuæ ſubſtantiæ ſicut in porco, vt cũ nocumentum alicui ex partibus eius accideret, ſtaret in operatione tam neceſſaria cum plurimo eius ab illa parte diſtincto; incubit enim naturæ tam grandis neceſſitas tranſcolationis aquoſitatis ex venis a ſanguine, vt nõ minor ſit neceſſitas mixtionis ipſius cũ eo; quemadmodum enim nutrimentũ tranſire ad mẽbra ſine aquoſitate non poteſt, nec eis diſtribui, & apponi, ita ſine eius ſequeſtratione non valet illis diſtributum vniri, & ſicut ex primo defectu accidit atrophia, ita ex ſecundo prouenit hydrops, vel cachexia. Hanc autem neceſſitatẽ natura præcognoſcẽs, illos alligauit dorſo, neruis, ac ligamentis explantatis ab eo, & iuxta venam ſupra ipſum extenſam hinc inde lateraliter collocauit, vt a vena ipſa emulgenti vocata, habilius traherent illam. Collocauit illos ſeorſum in homine, dextrum quidem ſuperius propinquũ hepati, donec pennulam eius tangat, & hoc, vt habilius ab eo illam traheret, quantum poſſibile eſt. Siniſtrum vero inferius, vt quia, quod trahitur ex illa non attrahit ex primo foramine, quod habet ad venam immoa dextro, vt attrahatur, & quod propinquius primo ad longinquius ſecũdo; ſicque tranſcolatio melius compleatur, ob quam poſita eſt in inferiori, ſeu intrinſeca eorum parte, concauitas, ad quam traſmittitur primo, & aqua impellitur inferius ad veſicam, & in medio corpore renes, quod de ſanguine aſſociatur aquoſitati trahendo, purificant meliori modo, quo poſſunt ab ea, vt nutriatur ab eo, & aquoſitatem, tamquam inutilem ad veſicam impellant. Aquoſitas. n. natura ordinante nõ fic a ſanguine purificata de hepate transfertur ad renes, quin ad ſanguinis miſti, ad modum lotutæ carnis recentis, hanc quo nutriantur renes, quam ſi in ſequeſtrando, nec nutriantur ex illo deficeret, vrina redderetur, ſicut lotura carnis recẽtis, eodẽ quaſi modo, quo ſi hepar debile nõ diſcernat, quam impellit eis aquoſitatẽ a ſanguine, prout oportet. Et renibus aduenit neruus paruus, quo excreatur panniculi, ipſos a mẽbris alijs diſtinguentes, & circa venam flectentes, & dorſum. Aduenitq; eis vena illa magna ab hepate, & arteria ex arterijs, quæ aduenium hepati. Poſt quorum creationẽ creauit veſicam. Quemadmodum. n. Deus ad expulſionem ſiccæ ſuperfluitatis, quæ digeſtioni primæ inſequitur, ordinauit quædam mẽbra ad ſequeſtrandum ipſum a chylo, vt ſuperiora inteſtina graciliamaxime, quædã ad colligendum, vt monoculum, & quædam ad complendum vt colon, quædam ad extraducendum vt inteſtinũ rectũ propter cauſam ſuperius aſſignatã, Eodẽ modo ad expulſionem ſuperfluitatis aquoſæ, quæ ſecundę in ſequitur digeſtioni, Deus membra inſtituit quædam, hæc vero ad ſequeſtrandum, vt renes: quędam ad colligendum & cõplendum, vt veſicam; quædam ad producendum ipſam extra, vt virgam; propter eãdem ſimiliter cauſam, & vritides, vt viam per quam tranſiret de renibus ad veſicam. Sicq; creauit eam, & neruoſam, & panniculoſam, vt eſſet ſuſceptiua exiẽſionis in colligendo illam, & duorum panniculorum, ſeu tunicarũ, vt fortis eſſet in continendo, proinde fuerunt panniculi ipſi ex ligamentalibus neruis contexti, quorũ interior eſt duplo craſſior exteriori, ne ab acuitate vrinę, cui obuiat, offendatur. Et vt colligatur in ea ſubtiliter ingeniatus eſt, vt ſic eã intraret, quod per viam introitus quoquo modo nullatenus retrocedere poſſit: ꝙ ſi poſſit, naturæ periculum atq; faſtidium parerer, ſicut ſcrophus, proinde vritides poros protenſos a renibus ad ipſam diſpenſauit, vt attjngentes eam in concauo eius, & iuxta collum incederent inter duos panniculos eius, exteriorem tunicam perforando prius & hoc per ſpacium habens quantitatem, deinde diſtumpent interiorem panniculum, vt aquoſitatem in eius concauitatem transfundar, & cum impleta fuerit a comprimente interiorem panniculum eius exteriorem ſubintrãtes, inter eos vritides clauderent compreſſi, quo minus ex eis regrediatur vrina quantũcumque etiam exterius comprimant. Ait. n. Galẽ. ſi. n. ad quam partem clauditur feneſtra, eam impellendo ſtudeas aperire, magis eam firmabis. Et vt collecta in ea teneretur pro voluntate, nec exiret per eius collum, quod ad eius ordinauit expulſionem inuoluntarie, ſicut in patientibus vrinæ deſtillationem contingit, procreauit ipſum carnoſum, plurimorum anfractuum, & in eo lacertum latitudinalem inuoluit, contractione cuius præcluſum, ad modum marſupij, vt vrinam retineret pro velle; & tandiu quod vnctuoſitatem ſanguinis, qua inficitur trahar, qua nutriatur, deinde eo mollificato, vrina procedit ad virgam, vt extra progrediatur per circumtractionem, et compreſſionem villorum eius ſubſtantię, ſi multa exiſtat vrina, & ſi pauca exiſtat in ea per circũtractionem, & compreſſionem lacertorum etiam ventris ordinatorum ad coadiuuandam etiam talium ſuperfluitatum expulſionem. Et cõnuatur vnicuiq; laterum eius neruus quãtitatem habẽs, & venæ quietę & pulſatiles, & multiplicati ſunt in ea, vt ſentiatur cui innititur, & ad quæ extenditur.

Ex quibus manifeſte colligitur, quot ſint ægritudines eis poſſibiles rpaliter euenire, atq; curabiles proprie, & ex cõmunitate. Et proprie ſunt gnis malitiæ cõplexionis ſimpl. & cõmiſtæ, vt plurimũ, & puræ, & cũ materia, vt plurimũ; propter illud, quod de humore aduenit eis cum ſuperfluitate aquoſa, & generis malę compoſitionis, vt oppilatio in eorum venis, & poris, ac repletio in concauitabus eorundem ex ſanguine, humore, vel lapide: & generis ſolutionis continui, vt ſunt vlcera, & corroſio in eorum ſubſtantia, & abſciſſio venarum, & apertio earũ; & generis apoſtematis, ex quibus debilitantur accidenta iter veſica, & renes in eorum operatione prædicta communi, & cum multiplicatur, debilitatur hepar, donec perueniat res ad hydropiſim, ſi non aliter reſiſtatur, dolent quoque, & alia ſymptomata patiuntur. *Quibus nã ægritudinibus ſubiacent.*

Et ſignificatio ſupra tales habetur proprie, & potiſſime ex proprio dolore, & tactu, & diſpoſitione membrorum vicinorum compatientiũ eis immediate, vt eſt dorſum, & alia vrinalia membra immediate, vt eſt hepar, ſtomachus, cor, cerebrum, et etiam totum corpus. Vnde Abu. membrum compatitur alteri, membro, quia tertio membro aſſociatur ſicut cerebrum aſſociatur reni propterea quia vnũquodq; aſſociatur hepati; & exeuntibus cum vrina, quæ ſi ſana ſint, & appetitus non ſit læſus, ſitque cum alijs contentis præter naturam, ſanitatem hepatis indicat & ægritudinem renum, ſi dolor in lumbis exiſtat, vt Abu. dixit, & per ipſam non ſanam puta craſſam, & reſidentem, multam, eorum ęgritudines ſoluuntur, quibus plurimum paucitas vrinæ aſſociatur. *Signa.* *compatitur.*

Et ſecundum, hęc ſumma ſecunda, quartæ particulæ, ſectionis primæ, quę eſt de medicinis ægritudinũ inſtrumentorum vrinæ, capitula cõtinet xiiij. Et quia renes, & veſica in cauſis, ęgritudinibus & accidẽtibus, conueniũt plurimis, quemadmodum & in actu, vt ex prædictis apparet, plurimum & in cura cõuenient, & medicinis quibus habet compleri, differentibus & tamen in virtute, potentia elementali & ſpecifica, propter differentiam in natura, pro tanto de cura ægritudinum plurimarum ipſorum ſimul loquemur cauſa breuitatis, (cum Dei nominis inuocatione, qui ſit benedictus.

Continet autem hæc ſumma ſecunda capitula xiiij.

De mala complexione renum, & veſicæ: de Oppilatione eorum, ex ſanguine vel alio humore; & de medicinis eorum. Cap. 1. 72
De Oppilatione renum, & veſicæ ex lapide; & medicinis eius. Cap. 2. 75
De dislocatione renũ, & veſicæ, & medicinis. Ca. 5. 75
De ſolutione continui in renibus, & uenis eorum, & eorum vlceribus, & ſcabie, ac reliquorũ membrorum vrinæ, & medicinis eorum. Cap. 4. 75
De apoſtematib⁹ renũ, & veſicæ, & medicinis. Ca. 5. 76
De dolore renum, & veſicæ, proueniente ex eo; & medicinis eorum. Cap. 6. 77
De debilitate renũ, & veſicæ, & diſtinctione nocumentorũ contingentiũ in actione vrinãdi. Cap. 7. 78

De

De diminutione, seu paucitate vrinæ, ablatione, & priuatione ipsius. Cap. 8. fol.78
De diabete. Cap. 9. 79
De fœtore vrinæ. Cap. 10. 80
De dysuria, & inuoluntatio exitu, & destillatione vrinæ. Cap. 11. 80
De stranguria, & difficultate vrinæ. Cap. 12. 80
De ardore vrinæ. Cap. 13. 82
De multitudine, & mictu in lecto. Cap. 14. 82

De mala complexione renum, & vesicæ; de oppilatione eorum ex sanguine, vel alio humore; & de medicinis eorum. Cap. 1.

Oppilatio Renum. MAla complexio renum, & vesicæ, & species eius, causæ, signa, & cura ex his, quæ dicta sunt in hepate sunt manifesta, & infra ca. de debilitate dicemus.

Causa. Oppilatio in renibus, & vesica, & alijs instrumentis vrinæ, vt plurimum est coarctatoria, propter illud, quod descendit ad ea, de superfluitatibus, cum vrina; & si ex humore est implente, & oppilante, aut erit ex multitudine sanguinis, & signa eius sunt sanguinea, vrina cum dolore grauatiuo in eis, & dorso. Vnde Abuha ait, est autem cum in ægritudinibus acutis sanguineis vrina, sicut sanguis ipse emittitur, apertione venæ non existēte in renibus, & significat repletionem superfluam in venis, quam contrahit, & ostendit in renibus esse dolor grauatiuus partium prædictarum adiunctus illi, & significat eam tactus caliditatem inueniens supra renes, & dorsum, & sitis quandoque, & regimen vniuersale, & aliæ consimiles circumstantiæ inuentæ in eo, cum iuuamento a frigidis; & quandoq; erit ex congelato sanguine in vesica, de qua infra de solutione dicetur. Aut erit ex alijs humoribus, crassis, & viscosis.

Signa. Et signa eius, sunt, vrina cum hypostasi crassa, & conglobata, & cum ampullis supernantibus, vt Hippocra. dixit in aphoris. Cum maioris grauedine, seu doloris grauatiui renum additione, non solum propter id, quod oppilat, sed etiam propter id, quod ex oppilatione retinetur, & aggregatur. Et est in ea retentio vrinæ quandoque, vt infra dicetur; & tactus inueniens frigiditatem supra renes, & regimen præcedens multiplicans tales humores, & aliæ consimiles circumstantiæ cum iuuamento ex calidis. Et quandoq; est, cum ventositate crassa coarctata, in eis generata ex prædictis humoribus calefactis, vel cibis. Et signa eius sunt signa prædicta cū extensione percepta, seu tensione proprie cum mouetur, & inclinatur. Et quandoq; est ex humorib. mediocriter alteratis, puta sanie crassa, & viscosa coarctata in eorum concauitate, & poris, quam natura expellit per venam aorti maiorem, a superioribus membris, ad membra vrinæ, sicut Galen. & Abuha. dixit. Et signa sunt, antecessio apostematis dubelati in superioribus membris, vel vlcera, & proprie in hepate, & spiritualibus membris, vrina saniosa, & ardor. Et signum commune in omni causa, est stupor inferiorum membrorum, eo quòd spiritus sensibilis ad ea bono modo transire non valet, cum quibusdam prædictorum signorum, scilicet dolore grauatiuo, & sensu caliditatis supra renes, aut erit ex lapide, de quo statim dicetur.

4. aphor. 71.

4. de lo. affec. cap. 4. & 4. aph. tex. 79. Signum cōmune in omni causa. Stupor est inferior.

Cura si oppilatio sit ex sani. Cura eius, quæ est ex sanguine, est euacuatio cū phlebotomia ex basilica vsque ad lipothymiam: deinde si expedit cum phlebotomia saphenę, vel apertione venarum hæmorrhoidalium, & cum regimine extenuatiuo, vel infrigidatiuo ex diureticis frigidis.

Cura oppi. ex humore crasso. Phlegmagoga simpl. Et cura eius, qui est ex humore crasso, & viscoso, est cura oppilationis hepatis ex humoribus crassis talibus. Et est in summa tres res. Prima est regiminis subtiliatio. Secunda est adequatio materiæ. Tertia est euacuatio ipsius. Prima res nota est. Secunda etiam. Tertia ex præmissis ibidem completur; tamen quandoque cum soluentibus cum deriuatione, vt sunt vomitus, clysteres, & pharmaca ventris solutiua, ex quibus proprium, & simplex est agaricus, & galbanum, semen vrticæ, itis, assarum, sagapenum, cum hydromelle, & vterque elleborus. Et compositum est hiera, oportet autem ne fit solutio laborioſa, ne humores effundantur ad renes, quādoq; cum soluentibus a deriuatione, vt cum diureticis calidis, ex quib. propria sunt spica, folium, casia lignea, phu sicca, aqua cicerum nigrorum, & capil. ven. meu, & vinum, in quo resederit spica, soluunt enim vrinam in humoribus crassis, & alia, quæ prouocant cum virtute, & extrahunt superfluitates crassas, quas infra dicemus in cura oppilationis eorum, ex lapide, & difficultate vrinæ, nisi rheumaticus fuerit; quo casu diuretica fortia non conueniūt, nisi prius purgato corpore, materia cessauerit fluere. Vnctionibus ex oleis resolutiuis, & ceratis, & emplastris, & balneis resoluentibus naturaliter, vel artificialiter ordinatis. Et si quidem sit cum ventositate, cura est inflationis stomachi, hepatis, & splenis superius dicta.

Phlegmag. compos. *Diuretica.*

Si oppilat. sit ex sanie curatio. Si vero eorum oppilatio sit, ex sanie eius. cura est duplex regimen. Primum est regimen apostematis dubelati, & aperti, seu vlcerum superiorum membrorum. Secundum est saniei mundificatio, vt non noceat. primum habitum est superius. secundum etiam vbi de cura apostematum dictum fuit.

De oppilatione renum, & vesicæ, ex lapide, & medicinis eius. Cap. 2.

In quinque partib. corporis lapis generatur. LApis in quinque partibus corporis secundum Galen. generari potest. In pulmone. s. & intestinis, de quibus supra dictum est, & illud est raro, & in renibus, & vesica, de quibus nunc dicendum est, & est, vt plurimum, & etiam in iuncturis, de quo dicetur infra, & & est mediocriter se habens, & vbicunque generatur, communem in genere habet causam. Et hi, de quib. est sermo, in causa conueniunt, sed in eius quanto differunt. Conueniunt inquam in causa, scilicet materiali, & efficiente. Materialis quidem est, vt plurimum humor crassus, & viscosus in corpore generatus translatus ad illas partes renum, & vesicæ, ibique retentus, & quandoque apostemans. Hic autem humor, vt plurimum est phlegmaticus, cum sit proprie condensabilis; non sic sanguis, licet quandoque ad illas perueniat, quia nec crassus est, nec viscosus, sed consistentia temperatus: & cum peruenit ad illa, conuersus in malam qualitatem venenosam, quemadmodum Hippoc. dixit, non poterit ibi contineri, sed extra pellitur a natura. Nec melancholia, quia propter siccitatem eius partes non adhærent, vt condentur, sed incinerantur potius, nec choleta, quia non crassa, viscosa. Et causa generationis talis humoris phlegmatici, est debilitas digestionis, aut ex parte virtutis caloris innati, quia debilis, vt contingit in senioribus. Aut ex parte cibi, quia crassus, & viscosus de genere panis, & pastæ azimæ; & carnium crassarum, vt animalium magni corporis, vt boum, bubalorum, ceruorum, & porcorum, & syluestrium, & antiquorum, & nimis iuuenum salitarum, & auium paludestrium, & piscium magnorum, & lacticiniētium, & lacticiniorum, & leguminum, & aliorum similium. Aut potus aquæ turbidæ, & proprie lacunalis, & stagni, & vini crassi, & turbidi. At ex parte mali regiminis in alijs attendendis conditionibus circa digestionis perfectionem, vt in pueris, & gulosis adolescentibus, de quibus supradictum est in capitulo debilitatis digestionis. Causa vero translationis, est virtus expulsiua superiorum membrorum, fortis; hepatis, scilicet, & venarū, proprie cum amplitudine viarum ipsarum, & debilitas renum. Causa vero retentionis illius in ipsis est debilitas virtutis expulsiuæ ipsorum in ipsis naturaliter, vel ex ægritudine cum strictura viarum expulsionis, & crassitie humoris, & concauitatis aptitudine in colligendo, & retinendo quamdiu condensetur; quare extra corpus expellere illum humorem non valet, sed tardatur tempore longo, & euacuatur, quod subtile est, & clarum cum vrina paularim, & crassum, & terrestre remanet in eis, & condensatur. Isaac enim dixit, per canalem stri-

Causa materialis.

ctum non transit liquor crassus. Si enim virtus fortis exi
steret,& via apta totum humorem paulatim, sicut aggre
gantur,cum sui crassitie expelleret, cum vrina crassa vn
ctuosa, & turbida; quare generatio lapidis non sequere-
tur, sicut in pluribus talem vrinam mingentibus sæpe vi
demus. *Effectus.* Causa vero efficiens lapidis est caliditas ab æqua
litate egressa illorum membrorum agens in talem hu
morem retentum ibi, & condensans ipsum,quandoq; in
pilos rubeos longitudinis vnius palmi, vel brachij secun
dum Hipp. & Gal. quandoq; in lapidem quēadmodum
est videre in balneis thermarum,& vasis,in quibus aqua
calefieri consueuit; in quibus crassum aquæ in lapidem
durissimum propter agentem calorem densatur.

Vnde caliditas tāta mēbrie lapidē generantib. emanat. Aduenit autem illis membris talis caliditas, aut a cau
sa intrinseca,aut extrinseca,& intrinseca,aut propria,aut
ex vicinitate. propria autem naturaliter,aut accidentali-
ter ex humore cholerico ad illa translato a superioribus
membris,hepate,scilicet cysti,venis,apostemate,vel non
apostemate,ex vicinitate, & proprie ad hepar super cale-
factum. Et extrinseca per se, & per accidens calfaciente,
per se quidem, vt cibis, & potibus calidis, forti motu,pe
ditando, vel equitando in aere calido, balneis calidis, &
forti stricture lumborum, & alijs. Per accidens, vt ex
frigore aeris, vel balnei cōstringente poros, & inflam-
mante caliditatem ipsorum: nec est frigiditas per se cau-
sa eius, cum talis frigiditas congelans in corpore stante
vita non possit esse. Et si generatio phlegmatis vitrei sit
in ventre,dicendum ꝙ est minor ea, quæ condensat in la
pidem, & tamen dicitur congelans respectu causæ alia-
rum specierum phlegmatis. Hæ autem causæ licet com-
munes sint eis ambobus, in lapide tamen vesicæ sunt for
tiores,propter ipsius naturam. Et.n. membrum inferius
positum, ad quod humor, qui est materia lapidis perue-
nit, transcolatus, & subtiliatus per vritidum,transeundo
strictura, quare non est aptus condensari, ut crassus,qui
peruenit prius ad renes cum sua viscositate, & grossitie
propria. Est etiam membrū neruosum pauci sanguinis,
& frigidum,quare ipsius caliditas non est potens cōden-
sare, sicut in renib. sanguineis,& naturaliter calidis. Ad-
huc locus retentionis in vesica est amplior. Et via expul-
sionis apertior propter largitatē colli eius,& breuitatem,
& in mulierib. maxime,quare lapidis generatio in ea est
difficilior, & proinde minor, & cum generetur propter
fortitudinem causarum, maior erit, ad curandum rebel-
lior, & secundum Hip.in apho.periculosior. Generatio
quoq; ipsorum,conuenientia, & disconuenientia prædi-
ctorum,causarum diuersarum aptitudinem habet in ęta
tibus diuersis, vt Hipp dixit in apho.in sexibus quoq; &
naturis diuersis corporum, & membrum in quibus ge-
nerari habent,& habitudinem etiam.Nam in prima ęta
te, quæ protenditur vsque ad dentium plantatiuam non
est generatio lapidum apta,cum humores subtiles nō vi-
scosos habeant,nec crassis vtantur rebus,non calorem a-
cutum,non stricturam viarum,& si habeant propter par
uitatem, tamen propter humiditatem complexionis re-
cipiunt extensionem, quare non retinetur,vt in lapidem
condenserur. In ætate autem, quæ est dentium planta-
tiua, quæ est vsque ad vij.annos completos, & vsque ad
xiiij. in quo inchoatur pubertas, quia materialis causa
deficit, naturaliter generatio talium lapidum inepta vi-
detur propter materiales humores, cum in eis adhuc
sunt subtiles, nec sunt crassi, & viscosi propter debili-
Qualiter lapis secundū diuersas ætates in diuersis locis ḡneratur. tatem digestionis,cum habeant illam fortem. Acciden-
taliter autem cum materiam habeant propter ipsorum
gulositatem, & malitiam regiminis in alijs debilitan-
tes digestionem, quare tales multiplicentur humores,
adsitque causa in ea efficiens, quia calor iam factus po-
tens non obtusus,permanens in prædicta ætate,fit etiam
viarum conuenientia, quia membra duriora facta non
sic fuerint extensibilia, quare in ea ipsius lapidis genera-
tio apta est, in vesica tamen secundum Hipp. quoniam
fortitudo superiorum expellit ad illam, quam colligit ip-
sa, & retinet, & non expellit propter frigiditatem. Om-
ne enim membrum frigidum complexionis frigidæ,

actiones defectas habet ex necessitate, dixit Gal. In pu-
bertate, adolescentia, & iuuentute, hic nec ibi generatio
lapidis apta est propter defectum materiæ, quia humo-
res habent subtiles, nec sunt gulosi, vt priores, & eligere
incipiunt diætam bonam,quare humores tales non gene
rantur;nec transferuntur ad inferiora,ibique retinentur,
sed propter virtutis pororum, & viarum largitatem ex-
pelluntur extra, licet causa efficiens sit in eis intenta. In
senectute vero licet fit materia, vt humores propter dige
stionis debilitatem multiplicati in eis,& viarum stricture
propter siccitatem corrugātem, & in vltima proprie,
quia tamen deficit in ea causa efficiens, quæ est in gene-
ratione potissima lapidis generatio, non existit in vesica,
sed in renibus tantum propter eorum caliditatem. Et in
mulieribus non in vesica,quia ibi deficit caliditas, nō sic
autem in renibus, deficit quoque viarum strictura, quia
vias habent amplas, quia collum vesicæ in eis amplum
est, & curtum, non sic autem in renibus, vt Hippoc.in
principio libri, de aere,& aqua locutus est, materia quo-
que ad renes peruenit plus non transcolata, sicut ad vesi-
cam descendit.

In naturis quoque diuersis vniuscuiusque generatione diuersa, & in habitudinibus quoque. In humida enim natura; & habitudine pingui fit generatio ipsius in renibus peremptore: & in sicca,in vesica,propter cau-
sam prædictam. Licet autem hæc diuersitas perueniat ratione aptitudinis ad causas eius, congregandas,vel nō, in naturali complexione ætate, sexu, habitudine, & di-
spositione membrorum; accidentaliter tamen potest vtrobique lapis in omni ætate, complexione, & sexu, & habitudine generari. Cumque antiquatur generatio lapidis,vt eius causæ perdurent, & habituentur, nō pro-
hibetur, nec sanatur licet remedium habeat quoquo mo
do,& proprie in senioribus. Vnde Hip.in apho. Nephre- *4.apho.8.*
tici,& circa vesicā dolores laboriose sanantur in senibus,
nec post.l.annos.vt. iiij. epidemiarum dixit, sed conti-
nuantur,& transit ad hæredes. Et cum non est habitua-
ta, sed dispositia, & noua secundum augmentum, & di-
minutionem causarum fit seruans quandoque periodos
mensis vnius,vel plurimum.

Signa oppilationis renum, & vesicæ ex lapidibus, & *Signa.*
aliorum membrorum vrinalium distinguentia ipsam
ab humorosa, sunt signa lapidis, quæ in humorosa nota
sunt; & signorum lapidum, quædam sunt communia,
quædam propria. Communia quidem ex vrina sumun- *Communia.*
tur, dolore, & exeuntibus cum vrina. Et sunt, nam *Vrina.*
cum videbis vrinam, quam consueuit mingere patiens
turbidam, & crassam clarificari, & attenuari,tunc æsti-
mabis lapidis generationem, & cum additur dolor, vt
quia sentiat patiens dolorem in partibus vrinæ mem-
brorum, tunc certificata erit æstimatio tua, quia mate-
ria iam aggregata est in membris illis ad lapidis genera-
tionem: deinde si vides aliquid arenæ residentis ei asso-
ciari, tunc tua æstimatio erit completa, & maxime si
materiam videas retineri. Notandum autem, quòd *Notam.*
lapis si mediocris sit, retinet vrinam totaliter, quia po-
test subintrare meatum vrinæ, & occupare; magnus
autem subintrare non valet, & si opponat se orificio
meatus de facili remouetur, paruus vero si subintrat,
non occupat totum, vt possit totaliter retinere. Et
cum tanges illas, & inuenies molles, lapis est in fieri,
si vero duras lapis iam factus est. Propria vero ex qua- *Propria.*
litate naturæ doloris, & exeuntium, cum ipsa sumun-
tur hoc modo. Nam in lapide renum vrina est cum
rubedine, dolor est in lumbis, & fortis adeo, quòd fit
quandoque similis colico, & intenditur tempore ina-
nitionis, sumpto cibo remittitur, & est cum quiete, do-
lor est ibi fixus, & cum mutantur ad vesicam interpol-
lātur, & minuitur,& in alijs augetur,& proprie apud re-
pletionem intestinorum propter coarctationē pororum
vritidum, & cum peruenit vsque ad inguina, & emun-
ctoria; tunc iam peruenit ad vesicā, vt superius dictum
est; & arenosa residentia sunt rubea cum consuetudine
procreationis eius. In lapide vero vesicæ urina est al-
ba, &

4. aphr. 29. ba,& arenoſa ſimiliter alba,vel cinericia, vnde Hip. Qui bus in vrina arenoſa, & alba ſedimina ſubſtant, his veſica,aut renes lithiaſim habent. dolor quoq; accidit in pectine,& peritoneo minor,& quandoq; lapis veſicæ tenetur in loco amplo,& ſpacioſo,ſed in renib. eſt coarctatus in ſtricto, & plurimũ retinet vrinam. Et eſt maior quàm lapis renum propter maiorẽ extẽſionem,quam recipere poteſt in veſica, & durior,propter longiorẽ moram, quã trahit in ea,quã in renibus faciat. cum ergo cadat ſui grauitate in collum veſicæ,quod inferius tendit ſua magnitudine,integre oppilabit,& retinetur vrina,& eſt ſignificatio fortis ſuper lapidem confirmatum, & tunc cũ hoc eſt pruritus continuus in pectine,& in canali,quare confricat eam continue, & proprie ſi eſt puer,& accidit erectio aſſidua, & quandoq; mollificatio vltra modum, & perducit ad exitum ani. Et cauſa in pruritu eſt exaſperatio veſicæ ex lapide duro, & commoto in ſpacio veſicæ, & maxime cum ſunt plures, ſiue ſint in ea generati, ſiue a renibus deſcenderint ad ipſam,quare exaſperant, & inducunt pruritum, & cum vrina tunc emittuntur furfures, & quandoque ſanguis propter abraſionem.

Prognoſt. Et accidit lapis veſicę in regionibus ſeptentrionalibus magis,conſuetis,& in infantibus, & corpora illorũ pluri mum ſunt extenuata,quod eſt e contra in lapide renum.

De curá lapidis. Cura lapidis eſt quatuor res. Prima eſt abſciſſio cauſę. Secunda eſt ipſius eductio. Tertia eſt regimen.

Quarta eſt correctio accidẽtium, ex quibus eſt dolor, vrinæ retentio, & vlcerum impreſſio, quæ quandoq; eſt prior, præ magnitudine enim accidentium interdum oportet peruertere ordinem curæ.

Præſtrauatio. Prima eſt cauſæ abſciſſio. In abſciſſione namque eius conſiſtit præuiſio, qua lapidis generatio prohibetur, & qui eſt in fieri,impeditur, & qui factus eſt,non augetur, ſed educitur,& proprie ſi ſit paruus,& completur tribus

Diæta. modis. Primo cum prohibitione generationis materię, ſcilicet humoris craſſi, & viſcoſi, & illud cum ordinatione regiminis in cibis, & potib. ſubtilibus, & euchymis,

Pharmac. & in alijs debite digeſtionem complendo. Secundo,cum euacuatione ipſius humoris iam generati, ex hepate, & venis, ſi adſit; & etiam cum deriuatione a partibus illis, puta, cum vomitu,clyſteribus,& alijs ſolutiuis pharmacis ſumptis,& in euacuatione eius de partibus renum,& veſicæ, ſi ſit ibi detentus, & coarctatus, vt in lapidem condẽſetur, & hoc cum diureticis temperatæ caliditatis,

** caliditatem Lapidis generationem prohibentia.* quæ cauſam efficientem ſcilicet ipſorum * caliditatis, non augeant, & intendant, qualia ſunt ex cibis. Vt ſunt

Cibus. carnes auium montanarum paruarum, paucæ pinguedinis, & caliditatis, & herbæ diureticæ, vt bauciæ recentes, & apium; petroſelinum,fœniculus,endiuia,& aſparagus. Ex leguminibus, vt chiſt hordei, & aqua ciceri nigrorum, & ex fructibus, vt ficus humidæ,& ficæ, & amygdala, & vua alba. Et ex poribus, vt eſt vi-

Potus. num ſubtile clarum, album, cum aqua dulci, & clara lymphatum parum. Et ex medicinis,vt eſt decoctio polij, quinque radicum communium, capilven & radicis althæę,ſchænanthi,& ſcolopendriæ,& ſimilium:omnia enim hæc prohibent generationem lapidis, & paruum frangunt,& educunt, & ſecaniabin cum aceto ſcillæ. Et

Lenitiua. inunctio illarum partium cum oleis mundificantibus, & abſtergentibus illas partes, vt eſt oleum de amygdalis amaris, de lilio, & de apio. Et cum ceratis vel emplaſtris ex abrotano, fœce combuſta, & nitro. Tertio

Curatio Caliditatis materiæ. abſque matu. cum alterantibus ipſorum qualitatem membrorum, quæ eſt cauſa efficiens, & illud cum diureticis frigidis, qualia ſunt bathecæ, & ſemen eius, & ſemen citruli, cucurbitarum, & cucumerum, & aqua lactis, aqua melonis indi, & vnctiones ex ſuccis,& oleis ipſorum, & cum alienatione omnis calidi inflammantis, interius, & ex-

Curatio eiusdem cum eſt materialis. terius miniſtrandi. Et ſi ſit cum effuſione humoris cholerici,purgetur cũ proprijs, ex quibus eſt aqua lactis,ſeminum communium,liquiritiæ,mellis, caſiæ fiſtulæ, & ſolatrum hortulanum eſt proprium omni cauſæ, & ſyrupus de ſucco viol. & ſimilia, & ſi fuerit cum inflammatione,vel eryſipelate, ſeu apoſtemate duro.

Eductio eius tripliciter fieri habet. Vno modo, cum dilatantibus membra, & ductus, ac etiam lenientib. ductuum ſuperficiem,atque lapidis, & proprie cum eſt paruus,& cõpletur cum adminiſtratione balnei,ſeu ſomentis ex aqua dulci, decoctionis meliloti, calamenthi, althæę, maluarum,chamæmeli, ireos,radicum fœnugræci, ſeminis lini, anethi, & ſimilium. Et cum vnctionibus illarum partium ſ.alchatin ilium, inguinum, pectinis, & peritonei,ex oleo de althæa, de ſęnugræco,de anetho, de alchanna, de lilio, amygdalarum dulcium, & amararum, & de lino. Et cum ebibitis in lapide renum, vel iniectis in lapide veſicæ,ex iuribus carnium vnctuoſis, & mucilaginis, caſiæ fiſt.tragacanthi.pſyllij, & olei amygdalarum, & vio.gummi, fœni, azarur; & decoctio maluæ campeſtris cum butyro, & melle, de qua ſumatur res plurima,& grana pini,& ſimilium. Secũdo cum comminuentibus lapidem, & educentibus, & proprie cum eſt magnus,& durus,qui calidis,& humidis nõ diſ-

B ſoluitur,quo rũquędam ſimplicia ſunt,quędam compoſita. Et ſimplicia quædam conuenientia a cõplexione,quædam a proprietate, & quædã vtroq; modo. Et a complexione comminuentium, quædam ſunt debilia, tantum in renum lapidibus imprimentia,qualia ſunt amara abſterſiua,quæ ſunt fortis inciſionis, & temperatæ caliditatis, vt eſt radix ſpinæ, quæ græce nominatur ſpergos, & radices ſenticæ, herba caſtracan, & polium, lapides nominati græcę adhata, & acetum ſcillæ;& reliquæ medicinæ ſimiles iſtis,vt betonica pentaphyllõ,& capil.ven.grana ſolis,ſaxifragia, & folia ſaxifragiæ, quæ frangens lapidem interpretatur, & radix ſcolopendriæ, & aquã ficlæ, harum autem impreſſio non eſt niſi in lapide renum, & pertranſeuntia vſq; ad lapidem veſicæ, qualia ſunt, cicer nigrum, & aqua eius, radix coſti, bdelium, & ſimilia. Quædam fortiora impreſſionem facientia in lapidẽ veſicæ, tanquam in duriori obiecto; lapis enim veſicæ difficilior eſt ad comminuendum, propter eius magnitudinem,propter duriciem maiorem, ac longinquitatem; &

C propterea comminuentia oportet eſſe fortia, & non tantum ſimplicia,immo compoſita, & propterea ſi comminuunt lapidem veſicæ, comminuunt lapidem quoq; renum, ſaltem cum ad illa perueniant prius, & non e conuerſo, vt dicit Abuha. Compoſita vero infra dicentur. Sed talia ſimplicia ſunt radix ſcillæ, allia, & tribuli, & grani nucum, apium montanum, calamenthum. pulegium hirci, vel cerui, radix citruli campeſtris, & eſt cucumer aſininus, radix balſami, & partes eius, ſemen raphani, & aqua radicum eius, ſemen cyperi ægyptiaci, ſcordeon, radix lauri, & præputia vitis albæ, ruta agreſtis, baurach, atramentum, piper puluerizatum, ex quo factus ſit trochiſcus, & daucus cum aqua fiſtici facit deſcendere lapidem, & oleum eius, ſęx aduſta, & nitrum aduſtum. Et eſt ſanguis hirci ſecũdum artem collectus, & * reſeruatus in trochiſcis, de quibus in hora doloris detur vnus cum vino aceti,aut aqua opij montani,& eſt mirabile. A proprietate vero comminuentia ſunt,vt

D puluis ſcorpionum,& oleũ eius, ſolatrum hortulanum; & lapis, qui inuenitur in ſpongia marina, & iudaicus, & cinis leporis decollati, & lumbrici terreſtres exiccati, cinis hepatis aſini in lapide renum, & gramen vtrumque. Quædam comminuunt vtroque modo, vt eſt nitrum album, & clarum aduſtum, & puluerizatum, & ſęx aduſta, & cinis corticum ouorum, & ſcarabei,& ſemen geniſtæ, quod frangit, & educit, & prohibet generari,& auis parua, quæ vocatur græce troglodites, & ſuper alas eius ſunt pennæ aureæ, & ſuper cauda eius ſunt puncta alba, & francigenæ nominant eam ſafuriengi, aduſta, & cinis eius cum aqua mellis extrahit præ cæteris lapidem magis, & fimus columbinus, & fimus galli. Et modus vtendi talibus eſt, vt medicinæ quędam permiſceantur iſtis medicinis comminuentibus lapidẽ, quarum aliæ ſunt iuuantes ad penetrationem velocem, vt piper,calamenthum,& cinnamomum,& cum hoc operantur ad cõminuendum lapidem. Et aliæ ſunt,quę prouocant cum virtute, & extrahere habent ſuperfluitates

Eductio lapidis fit tribus modis.

Lap. comminuentia atque educentia.

Simplicia a complexione debilia.

Fortiora.

** reformatur.*

A proprietate.

Vtroque modo. Semen geniſtæ frangit, & educit lapidem.

Modus vtendi præditis.

craſſas, vt ſemina nota, & proprie fœnugræcum rubeæ radix, daucus, meu, phu, aſarum, acorus, & ameos, cheiſin, ſiſelis, ſemen agni caſtis, ſchænanthum, & cordumeni, & cantharides ſunt in hoc potentiſſimæ cum impreſſione in lapidem. Sed oportet miniſtrare cum cautela, ne vlcerent veſicam, vt Galen. dixit, niſi cum rectificantibus in quantitate temperata ſumantur, ſicut ſtaphiſagria. Aliæ vero ſunt alteratiuæ digeſtionem facientes eius, quod aliæ mouent, & facientes morari, donec illæ operationem ſuam perficiant cum pinguedine, & viſcoſitate ſua, vt gummi fœni. & aliæ ſunt cum aromaticitate confortantes membrum apud diuerſitatem impreſſionis; & modum ſuper ipſum, & ſunt medicinæ aromaticæ, vt ſpica, caſia, & ſimilia, & aliæ ſunt confortantes, in quibus eſt ſubtilitas cum ſtypticitate, vt eſt radix rubi, & rob fructuum, vt conſeruent membrum a nocumento illorum, & eſt virga paſtoris. Et ex illis eſt been, ariſto. lilium ſiccum, ſemen agni caſti, & roſæ, balauſtias, ſchęnanthum, & ſandali, & medicinæ ſedantes dolorem cum proprietate, vt ſunt anodynæ, nuces, & auellanæ, quæ ſedando dolorem retardant: cum permiſcentur iſtæ medicinæ ex eis vna compoſita fiat; natura enim ſapientiſſima inter eas diſcernit, & vtitur eis, prout oportet ordinate; & hi duo prædicti modi ſunt communes ambobus lapidibus. Tertius modus eſt cum inciſione, & aſtractione ſi prima non ſufficiant, qui in lapide renum eſt inconueniens, & mortalis propter profunditatem lacertorum, & oſſium, magnarum venarum, & arteriarum. Sed in lapide veſicæ poſſibilis, ſed timoroſus propter circumiacentiam lacertorum venarum, & arteriarum, & neruorum, quorum inciſionem dolor fortis ſequitur, & ſpaſmus, & ſyncopis, & apoſtema, & mors plurimum, & quandoque foramen conuertitur in fiſtulam, & currit inde continue vrina; Sunt tamen aliqui, qui præſumunt ſuper illam: Caueant tamen, vt non niſi magna neceſſitate cogente ex dolore, & retentione vrinæ infeſtantibus valde infirmum; nec in quolibet corpore illam agant, niſi in forti, & conſtanti, & præeuacuato, & cum cautela ab errore. Quod ſi tales non ſint, dimittant illam, & ad remedium, currant, vt docet Galen. ſcilicet tranſpoſitionem lapidis, vel ſanguinis cõgelati ex lapide pungẽte, fluentis ab orificio, & collo veſicæ, vt vrina libere effundatur, eius enim retentio eſt periculoſa, & mortalis. Fit autem tribus modis, vt infra dicetur in lapide renum quoquo modo ſimiliter, puta vomitu violento, & forti, quo lapis ſuperius trahitur, atque ventoſa ſuper lumbos poſita ſic, vt e conuerſo trahatur inferius forti motu, agitatione, & ſaltu', & anhelitus retentione, ac compreſſione, & frictione renum, & ilium trahentium ad inferiora, & ventoſa paulatim mutata, a renibus ad inferiora, & illis ſunt clamores, & clyſteres conuenientes, & inferiorum calefactio cum fomentis, & alijs calefactorijs. hæc enim trahunt lapidem renum vſque ad veſicam paulatim, & quandoque extra de veſicæ collo per virgam expellunt, vel mulierum naturam.

Incipit tractatus quartus de cura lapidis.

Incipit tractatus quartus de cura lapidis.

Incipit tractatus quartus de cura lapidis

lificantibus, & cum compreſſionibus ilium, & renum cum manibus oleo de lilio inunctis, vel pinguedine anatis, trahentibus inferius cum retentione anhelitus, ſternutatione, & applicatione ventoſæ in ilibus infra renes, & inguina paulatim mutata inferius, & clyſteribus conuenientibus, & motu ferri, & ſalru, & calefactione inferiorum partium. Si autem ſic oppoſitus lapis orificio colli veſicæ, ingeniamus, vt in ipſum inde amoueamus, & hoc cum compreſſione pectinis ſuperius, vel vt reſupine tur lapidoſus, & eleuentur anchæ eius, & concutiantur bene, vt lapis remoueatur inde, & redeat ad concauum veſicæ, ad quod compreſſio pectinis verſus ſuperius confert valde, & tunc vrina egreditur. Et quandoque alleuiat illud, ſi incurretur ſuper genua ſua, & commoueat ſua membra adinuicem. Et quandoque remouetur inde, per intromiſſionem digiti in anum, vel in vuluam deuirginatæ; & quandoque per alias figuras, quas experimentum, & ratio adinuenit. Cumque illa non conferant, adminiſtretur inſtrumentum ſcilicet ſyringa, quæ linita, & inuncta immittatur, vt lapis inde amoueatur, & vrina egrediatur. Et ſiquidem ſit in collo veſicæ, vel in meatu virgæ, cum balneo, & expreſſione cum manu inuncta oleis, & iniectis exterius producatur.

Si vero ex lapide pungente commoto exaſperante vlcera proueniant in renibus, & membris vrinæ, regatur regimine vlcerum, & ſolutionis continuitatis renum, quod infra Deo propitiante dicemus.

Medicamẽ frangens lapidem compoſitum.

Sequuntur compoſitæ medicinæ. Medicamen frangens lapidem renum ſublime, & expertum valde ſecundum Serapionem. Recip ſem batechæ excorticati, milij ſolis, nitri adufti, dauci, ana partes æquales, terantur, & cribellentur, & dentur ex eis drach iij. cum aqua decoctionis ciceris nigri.

Aliud ſecundum eundem ad lapidem veſicæ. Recip. condiſi. vnc. i. fimi columbini, drach i & s. ſcarabeorum danich i. & eſt drach s. terantur, & dentur cum calido.

5. in 6. cõ. 3.

Aliud ad lapidem veſicæ ſecundum Humain. Rec. fimi columbini. ſtercoris galli, condiſi. omnium partes æquales, terantur, & cribellentur, & dentur in potu cum aqua raphani, aut calida. Aliud ad lapidem renum, & veſicæ ſecundum Conſtantinum, & eſt ſublime. Rec. ſeminis batechæ, citruli, cucumeris, excorticatorum, an. drach. v. & s. raphani, & apij, & napi ſylueſtris, & dauci, & petroſelini, ana drachm. ij. ſeminis fœniculi. drach. iij. granorum nenæ. i. ceraſorum ſylueſtrium. drachm. iiij. ſtercoris vaccæ paſcentis inuoluti cum oleo ſambucino drach. v. & cribellentur, & dentur ex eo pondus. drac. iij. cum aqua apij, & raphani.

Decoctio ad idem.

Decoctio ſecundum filium Serapionis ad dolorem renum, & difficultatem vrinę. ℞. cymini, ani. radicis liquiritiæ, ſeminis citruli, ſeminis bathecæ, an. dr. iij. pſyllij, ſeminis maluæ, an. dra. ij. & in deſcriptione alia, loco aniſi, abſinthium. & loco pſyllij, alchechengi; decoquantur in duab. libris aquę, donec remaneat medietas, & dentur in potu ex ea. vn. ij. Aliud ad renes, & lapidem ſecundũ eundem, cuius permixtio eſt, ℞. ſęnugręc ameos, ſeminis bauciæ, ſeminis apij, ana partes æquales, decoquantur, & detur in potu cum zuccharo, & eſt ſana, ſi Deus voluerit.

Aliud medicamen ſecundum Alchindum ad lapidem vtrumque. ℞. fimi columbini, ſtercoris galli ana. drac ij. origani. drach. s. zucchari tabarzet, quantum omnium, & cum aqua raphani extrahit omnem lapidem, & quandoque imponitur cum eis piper, & ſal, & proprie decoctione pulegij. Aliud Raſis ad lapidem veſicę puerorum, balneetur puer quotidie in aqua calida, & dabis iſtud medicamen. Rec. olibani mirthæ, (radix eſt cuiuſdam herbæ,) ana, confice cum melle, & detur ad modum auellanæ, mane, & ſero.

Remedium vltimum.

Vltimum ſedans dolorem, & extrahens lapidem ſm Ioannitiũ. ℞. apij campeſtris, quæ dicitur ſarturion. vnc. i. cyperi ægyptiaci, ſpicæ aromaticæ, ſeminis papaueris albi, cinnamomi, caſiæ, piperis albi, ſeminis bauciæ, acori, ſeminis vrticæ, & caulis, & cardonis, ana vnc s. Conficiantur trita cum melle, de quo ſumatur ad modum auellanæ cum vino decoctionis capil. veneris. Ruſus inquit, plurima balneatio in tinis ſulphureis frangit lapidem, & hæc fortaſſe facit peruenire ad hoc, quod quandoque vlcerant cutem, & ſi infundatur in eis pannus calidus, & applicetur loco lapidis, operatur ad exitum eius, cum facilitate, lubricitate; & ſimiliter ſi olea miſceantur mollificantia; & abſq; nocumento vllo. Inquit Galen. Scio plures de illis, quorum renes ægri medicati, cum hoc medicamine, ſanati ſunt a ſuis ægritudinibus, & oportet, vt aſſiduentur huiuſmodi medicinæ pluribus diebus. Eſt enim medicina ſanans illum, qui habet lapidem, & qui habet ægritudinem colicæ, & ægritudinem veſicæ, & modus eſt. Recip. auellanarum excorticatarum, & nucum, ſeminis cucumeris hortulani excorticati, & ſeminis carui mundi, ana aur. iij. ſeminis hyoſciami nigri, croci, ſeminis citruli, abion, ana, aur. vj. ſeminis hyoſciami albi, ſeminis apij, ana aur. xij. Conficiantur cum melle; & fiant trochiſci, de quibus detur in potu aure. s. cum aqua mellis tepida, in quãtitate cyathorum trium, & in alia deſcriptione ponitur armel aur. s. Item teſtificatus eſt, ꝙ lepus cõburitur, ſicut ſcis, & conſeruatur puluis eius, & ſumitur in potu de eo diebus aliquot ad pondus dra. ij. cum aqua tepida, & frangit lapidem veſicæ, & renum. Ait Abuhadico, quod ſi frangit lapidem veſicæ non eſt dubium, ꝙ frangit etiam lapidem renum; ſed non conuertitur, niſi alterutrum communiter habeat reſpectum. Confectio ſecundum eum conferens illi, qui habet lapidem, & prohibet generationem eius poſt ipſum. ℞. caſiæ aur. ij. ſeminis apij aur. iij. lapidis fœnu maſculi aure. i. ſeminis bauciæ, aniſi, ana aure ij. ſtyracis. drac. iij radicis lilij, alozauchi, aur. ij ſeminis papaueris albi, aure. ij. ſpicæ tãtundem, amygdalarum amararum, acori. ana aure. iij. mellis boni, quantum ſufficit, ſumantur de ea in potu omni die in vino. drach ij vel aure. ij.

Dixit quoque medicinæ compoſitæ ad lapidem ſunt, mithridatum, ipſum namque fortis operationis eſt in lapide renum, ſicut ſagenea, & ſicut confectio de ſcorpionibus cognita ad renes, et veſicam, & medicamẽ factum de ſanguine hirci, quod nominatur Manus Dei propter ſuam nobilitatem, & medicamen theſaurizatum dictũ, factum cum oleo balſami, quod eſt mirabile. Puluis ex inuentione noſtra frangens, & educens lapidem de renibus, & prohibens eum generari. Recip. ſeminis geniſtæ. drach. iij. ſeminis ſtaphiſagriæ. drach. ij. granorum ſolis. drach i. ſpicę. drac. s. doſis. drach ij. cum aqua fraxi.

Puluis frangens lapidẽ.

Alius ad idem educens arenulas. Recip. granorum ſolis bene puluerizatorum. vnc. i. ſeminũ communium. vnc. s. zucchari albi. vnc. i. doſis cochlear vnum in vino. Medicamen expertum ſecundum Abuh. Rec. cineris vitis, cineris ſcorpionum, cineris radicis caulis, & nabatij, cineris leporis, & lapidis ſpongiæ, ſanguinis hirci exiccati, & contriti, cineris corticum oui, de quo pullus egreſſus eſt, & lapidis iudaici, gummi nucis, acori, ana partes æquales, petroſelini, dauci, pulegij, gummi arameni. althæę; piperis omnium, ana partes xv. conficiantur cum melle, & conſeruentur, doſis ſit vſque ad aur. ij. & ſupra cum aqua tribulorum decoctorum cum ciceribus nigris. Syrupus ſecundum intentionem noſtram, quem ſupra in cura colicæ nephriticæ diximus eſt proprius, & ſecundum Nicolaum, Iuſtinum, & Philantropos. Confectio trochiſcorum ſecundum Abu. ex appropriatis, quæ frangit lapidem in renibus, & veſica. Recip. ſeminis bauciæ ſylueſtris, ſeminis cucumeris, berberis, aniſi, myrtæ, ſeminis apij montani, & hortulani, caſiæ, cinnamomi, ſpicæ, ana partes. I. tere, & cicotriniza, & confice cum aqua ponderis. dr. i. aut aur. i & da primum cum calida. Syrupus diureticus aperiens renum oppilationem ex humoribus craſſis, & educens eos, & prohibens ipſos condenſari in lapidem, & eſt ex inuentione noſtra. Recip. capil. veneris, caſiæ, lig. ſpicæ, folij, meu, phu, ſiccorum, ameos, acori, radi. rubeæ, nigellæ, aſari, dauci, cheriſim, ſiſeleos, ſeminis agni caſti, ſchænanthi, cordumeni, granorum pini, & ſeminis ſolatri, & fœni.

Ruf. ap.

Troch. Gal. apti. ad lithiaſim atque colicam etiam.

Nota de lepore.

& enulæ, ana partes æquales bulliant in aquę, lib.v.vſq; ad medietatem, deinde adde zucchari, lib.ij gelenſabin, lib.ſ.aceti ſcillitici.drac.iij.& ſyrupentur, doſis.drach.ij. cum tepida in aurora decotionis radicum graminis. Dixit Abuh.ſtercus muris cum thure, & aqua mellis calida frangit lapidem, & nigella aliquantulis diebus miniſtrata cum aqua mellis calida frangit vtrumque. Et lac ficus cum lacte mori cũ ramo ipſius, educit arenulas de renibus,& veſica. Et ſemen centrumgalli puluerizatum cum vino ſubtili,educit arenulas de renibus tantum.

De dislocatione renum, & veſicæ, & medicinis eius. Cap. 3.

Dislocatio quid. DIſlocatio accidit quandoque in renibus, & veſica plurimum, & eſt, vt a proprio remoueatur loco, & declinet ad dextrum, vel ſiniſtrum quod inferius tendit magis; quare vrinandi actio multipliciter impeditur.

Cauſa. Et cauſa eius immediata eſt ſuorum ligamentorum, & F ſuſpenſoriorum relaxatio,vel ruptura, cuius cauſa eſt duplex intrinſeca, & extrinſeca. Intrinſeca eſt humiditas cum frigiditate paralyticans, & mollificans ipſa, quare membra prædicta in loco proprio non regunt. Extrinſeca vero eſt caſus, & percuſſio relaxans, vel rumpens, & balneatio in aqua frigida multa, quo interiorem cauſam coadiuuat ſaltem.

Signa. Signa. ſi quidem ſit a percuſſione, vel caſu rumpente, præceſſio ipſum, cum ſanguinis mictu declarat, ſi vero non rumpente, ſed relaxante tantum,præceſſio illorum, cum impedimẽto vrinandi ſola ſufficit ad cognitionem eius. Si vero nulla præcedente percuſſione, vel caſu acciderit diſlocatio,cauſam intrinſecam coniecturabis,mollificationem ſcilicet paralyſim, quam confirmat præcedens regimen illi proportionabile, & aquæ frigidæ balneatio,cum priuatione ſignorum aliarum ægritudinum in eis poſſibiliter contingentium,& quæ poſſunt in actione vrinandi nocumentum præſtare, quorum priuatio diſſolutionem ab alijs paſſionibus diſtinguit,& quando- G que vrina involuntarie emittitur,propter cõmunitatem colli veſicæ in mollificatione, & quandoque retinetur propter oppilationem,expreſſione,& tortura, propter declinationem vritidum, & colli eius.

De curatione. Cura. ſiquidem eius, quæ a percuſſione, vel caſu eſt rumpente, forte non curatur, iuuatur tamen cum reductione, & ſtrictura cum medicinis ſyptticis, & conglutinantibus ſumptis, & emplaſtratis, quæ dicemus cum de diſlocationum medicinis loquemur, ſi Deus annuerit, cuius nomen ſit benedictum. Et ſimiliter ſi ex eis relaxantibus abſque ruptura fuerit. Et ſiquidem a materia humida facta paralyticante, vel mollificante cauſetur, cura eius breuiter erit cura paralyſis,& complentur euacuationibus,& purgationibus,deriuantibus proprie, & trahentibus ſurſum cum vomitu, & compreſſione, digeſtionis materiæ cum oxymelle ſcillitico, & alijs medicinis proprijs. *Pharmacia.* Et ex purgationibus proprijs eſt, quæ fit cum elleboro, cuius virtus eſt tranſiens vſque ad corporis extrema, & trahens, & expellens cum vomitu, & exiccans valde; vel agarico,cuius virtus etiam tranſit vſque ad corporis extrema,& confortat neruos calefaciendo, & purgando. Et cum ſpeciebus gummorum, quæ a profundo attrahunt,& neruis,& vomitum prouocando educunt. Completur quoque cum reſoluentibus,& exiccantibus interius ſumptus ex electarijs, & confectionibus,vt theriaca, mithridato,& ſimilibus. *Localia.* Et exterius applicatis ex ceratis,emplaſtris,cataplaſmatibus,euaporantibus, & balneis thermarum ſiccis, & alijs. *Dieta.* Et regimine exiccatiuo, & calefactiuo noto.

De ſolutione continui in renibus, & venis eorum, & vlceribus, & ſcabie,ac reliquorum membrorum vrinæ, & medicinis eius. Cap. 4.

Vlcus quid ac eius ſpecies ſeu differentiæ. VLcus renum,& aliorum mẽbrorum vrinalium eſt ſolutio continuitatis eueniens,cũ deperditione ſubſtantię;cum enim ſoluitur quandoque continuitas in eis primo eſt ſimplex, deinde cum perdurat,generatur in eo ſanies, quæ corrodit, & perducit ad ſubſtantiæ deperditionem, vrinæ tranſitu coadiuuante propter eius acuitatem,& fit vlcus. Et quando à principio eſt cum ſubſtantiæ deperditione, & abſciſſione, dicitur vlcus cõcauum; cum vero ad ſaniem deuenit dicitur vlcus ſanioſum, & cum corrodit, dicitur corroſiuum, & cum dilatatur, & ambulat,dicitur ambulatiuum,& non ſanatur. Et in renibus exiſtens, eſt in corporę renum, aut in concauitate ipſorum,& venis,& meatibus eorum,aut in ſuſpenſorijs eorum,aut in panniculo tegente ipſos. Et quandoq; eſt in poris vritidibus, & quandoque eſt in veſica,quandoq; in vrina,& ſi in veſica,aut in concauo,aut in collo,& eſt ſanabilis,etiam ſi ſit in virga,& ſi ſit in concauo;aut penetrans vſque in vacuum,& non ſanatur, vt dicit Hippoc. *6. apho. 19.* in aphoriſm. aut non penetrans, ſed vnum panniculum tantum,& eſt difficile ſanabilis,& quod eſt in veſica magis quàm in renibus, quia neruoſa,ſubtilis ſubſtantię,ſanguinis pauci, ſimiliter in vritidibus.

Cauſa. Et cauſa eius,quæ eſt in corpore renum duplex eſt interior,& eſt apoſtema, aut exterior ex inciſione, percuſſione, vel caſu,& eſt vt plurimum,& ſiquidem perducat ad diſtruptionem,mortalis eſt,vt Abuha.dixit,& ſimilis ei,quæ eſt in ſuſpenſorio, & panniculo cauſa eſt.

Eius vero,quæ in concauo eorum,meatibus,& venis, cauſa duplex eſt, interior, & exterior. Interior eſt plurimum, & eſt aut humor plurimus, & acutus de genere ſanguinis ſcindens venas,vel cholerę,aut phlegmatis ſal ſi tranſiens cum vrina per eos, & ſoluens, & ſua adhærentia corrodens, vlcerans,aut apoſtema dubelatum, & apertum,aut lapis acutus tranſiens, & ſcindẽs,& aliquid de ſubſtantia eorum portans.

Exterior eſt inciſio,& percuſſio, vel caſus diſrumpẽs, & vſque in concauum eorum pertranſiens.

Et ſimiliter cauſa eius, quæ eſt in vritidibus, poris, & veſica exiſtit,& etiam in virga,& cum extalibus humoribus fiant in prædictis membris,& eorum ſuperficie pu G ſtulæ,& deinde vlcerantur, accidit ſcabies in eis.

Signa ſolutionis continuitatis. Signa ſolutionis continuitatis, & vlcerum in renibus, & alijs membris vrinæ, anteceſſio cauſarum eius oſtendit. Inquit enim Abuha. cauſa in libris medicorum, quæ primo eſt, ex qua prouenit inuentio alicuius diſpoſitionis, vel fixionis in humano corpore. Et ſiquidem ſimplex ſit ſolutio, vrina ſanguinea indicabit illam, & dolor in partibus illis. Et ſiquidem in hac parte, vel illa fuerit,diſtinguetur:nam ſi ſit cum vrina ſanguis miſſus, ſubito,multus,cum dolore in eis, & defectione virtutis, ſignificat rupturam venæ emulgentis in renibus,vt Hippocr. dixit in aphoriſ. Et quandoq; eſt ex apertione, vel ra- *4. aphor. 78.* refactione venæ illius,& eſt ſine dolore, & tunc eſt ſubtilior, & quandoque ſymptomaticus,quandoque criticus, & cum eſt in renum ſubſtantia, ſanguis eſt minor. Si vero paulatim, paucus, & trumboſus, & ſtranguriam habeant, in alijs illam eſſe ſignificabis, ſed in quo ipſorum, ex doloris loco perpendes. Nam ſi dolor ſit ſub vehitre, H & ilijs, ſolutio in vritidibus erit, ſi in pectine, in ueſica: ſi in peritoneo, in collo ueſicæ erit; ſi in uirga,ibi percipietur. Et quandoque cum urina quaſi carnium truſta apparebunt,cum in renibus eſt,uel petala cũ eſt in alijs,uel ſquammæ, ſi ſit in ueſica, uel pelliculæ paruæ, ſi in vritidibus eſt, & uirga. Et ſi quidem ad ulcus peruenerit, ſanies cum urina egredietur, & ſiquidem poſt ſaniem ſanguis egrediatur, uel ſanguis cum ea ulcus corroſiuum, & profundum ſignificabit, uel ſi malitioſum fuerit, curæ parum proderunt, & damnum fiet. Sed in qua par- *Sig. diſtinctiua.* te fuerit cognoſcetur ex doloris loco, ut prædictum eſt, & ex eius ſpecie, nam ſi ſit dolor in renibus, erit grauatiuus, propter ſaniei aggregationem, & ſuperfluitatum. Sed in alijs erit intenſiuus ardor,& proprie apud aduentum urinæ, & etiam ex exeuntibus cum urina, ſcilicet fruſtis, & ſanie;fruſtis, ut ſupra dictum eſt,ſanie uero,ut ex colore,quantitate,permixtione ipſius,& fœtore. Colorę, & quantitate, nam ueniens ex renibus erit minus alba, & quantitatis maioris, quam ex alijs membris,

propter

propter eorum naturam humidam, & ſanguineam. A Etiam a veſica veniens, eſt maioris quantitatis, quam ab alijs, permixtione, nam quanto magis a ſuperioribus prouenit, magis erit permixta ſanies, & ſanguis etiam cum vrina, & veniens a veſica eſt grauioris odoris, propter eius frigiditatem, & longiorem moram in eius receptaculo, & concauitate. veniens a virga, antecedit vrinam. Et ſi quidem a ſuperioribus vltra renes ſanies venit, & alia fruſta, vrina non erit mediocris, & ſana. Sed ſi a renibus, & a partibus, quæ ſunt infra,
6 aph. 76. vrina plurimum erit ſana, vt Hippocr. innuit di. Quibus in vrina pingui exiſtente quaſi carnium fruſta, vel ſicut pili, his de renibus exeunt, & quandoque ſana non erit, cum hepar, & venæ compatientur grauiter patientibus illis.

Signa vero ſcabiei ipſorum, ſunt ſigna puſtularum
6 aph. 77. antecedentium ex retentione vrinæ, vt Hippo. dixit ex exitus puris pauci, & furfuris, ardore, & pruritu in partibus renum, vel circa partes veſicæ cum ipſa ſcabie, & B tunc eſt fœtor vrinæ grauior.

Curatio. Cura ſolutionis cõtinuitatis in renibus, & alijs inſtrumentis vrinæ, ſi ſimplex ſit, ex quo ſanguinis mictus apparet, & ſimilis curæ fluxus ſanguinis ex naribus. ſputi, & vomitus ſanguinis, de quibus ſupra eſt dictum, licet hæc fortioribus ſit complenda. quam illa, & proprie vomitus, ſimiliter ſi vlcus ſit concauum. Si vero fiat ſanioſum, curabitur cura phthiſis, recurre ergo ad illa, & quæ fortiora ſunt, elige tam ſimplicia, quam cõpoſita, & miniſtrabis hic, & variabis in fortitudine maiori, & minori, ſecundum diuerſitatem longitudinis membri, atque malitiam vlceris ſemper, quæ his membris ſunt propria, & leptomeris ſubſtantiæ colligendo, & ſecundum omnem modũ intus, & extra approximando, prout eorum
Phlebotomia. dictat natura, ſicut in cura innuimus lapidis. Et ex appropriatis medicinis talibus, & ex ſimplicibus ſunt, ex euacuatiuis phlebotomia ſuperiorum partium, & quæ
Vomitus. eſt de baſilica magis; & vomitus ſuauis quandoque euacuat, deriuando, a renibus omne, quod poteſt vlcerare, ſanguinem, & vrinam acuere; quod eſt quandoque ſufficiens tantum, & clyſter ex lenientibus: & medicinæ laxantes ſuauiter, & leniendo, vt eſt caſia, tamarindi, manna, ſuccus viol. aqua fructuum in cholerico; & aqua la-
Lenitiua ſolutiua. ctis, & ſenæ in aduſto; caueat autem a fortibus diſſolutiuis, ſua enim acuitate dilatant vlcus, materiam acuunt,
Alteratio. & etiam exaſperant ſuperficiem membri. Et exalteratiuis remittentibus acuitatem ſanguinis, & choleræ, & temperantibus ipſos in hac paſſione eſt ſumere aquam
Sãg. inſpiſſantia. melonis indi alchechengi, lactucę, citruli, cucumeris, cucurbitæ, & lac ſem. eorum, papaueris albi, aqua hordei, lactis, & ſyrupus viol. Et ex inſpiſſantib. ipſum eſt amy-
Fluxum ſiſtentia vrinam prouocant. lum, coriandrum, aqua iuiubarum, ſebeſten, dactylorũ, & lenticularum excorticatarum, riſum, & frumentum, & fructus ſtyptici: quoniam ſtringendo ventrem multiplicant vrinam, vt eſt cydonium, pęonia, ſumach, glans, & zarur; vel quæ omnem fluxum retinent, vt myrrha, hienim temperando humores, & inſpiſſando vrinam D prouocant, & lauant a ſanguine, & ſanie, ſolutiones, & vlcera; & ſua ſtypticitate conſolidant ipſa, & ſigillando membra confortant. Et ex mundificantibus lenibus
Mundificantia lenia. ſunt ſem. alchechengi, & aquę vuæ * vulpis proprie montanæ, & althęæ vſque ad fœniculi acceptiones: & in leui
Abſtergentia. ſunt capil. veneris, quia eſt temperatus, & iris, & granum pini, & fortaſſe in ea conferunt hyſſopus, & ruta, & ſimilia. Et ex abſtergentibus aqua zucchari, & aqua lactis, & mellis cum quibuſdam ſeminibus ex prædictis.
Exiccãtia. Et ex exiccatiuis eſt farina orobi, lenticularum, alumen, ſtyrax, ſandaracha, aloe, & ſimilia.

Conſolidantia. Et ex conſolidantibus ſunt fructus prædicti, & ex herbis cauda equina, barba hircina, ſuccus acatiæ, ſu-
Glutinãtia. mach, & ſimilia. Et ex conglutinantib. ſunt amylum, tragacanthum, gummæ frigidæ, & proprie prunorum, & ceraſorum, & pſyllij, ſemi. cydoniorum mucilago, & cibi viſcoſi infra poſiti, & proprie anguillæ recentes, glutinatio enim eſt ex eis, quę faciunt vlcera diminuta a corroſione, & excoriatione eorum, quæ ſuper ea tranſeunt acutorum, & ex eis eſt bolus armena, & terra ſigillata, & ſimilia, & quoniam conglutinant, & ſigillant; & in lacte eſt abſterſio, & conglutinatio, ſed oportet, quod eli- *De laſſe. & glycyrriza.* gatur ſubtile, vt aſininum, equinum, & caprinum, & radici liquiritiæ ineſt exiccatio, maturatio, mundificatio, & conglutinatio, ſedatio ardoris vrinæ; & ſimiliter flos tabazæ, ideſt maluæ, lenit eorum vlcera, & ardorem: & radix althæę, & adeps anatis, & etiam in ſemine lini torrefacto, & bdellio mechio. Et ex facientib. naſci carnem ſunt vnctuoſa, vt lacca, maſtix, thus, iris, & ſimilia. Oportet autem, vt talibus glutinantibus, *Carnem ſigruentia.* & ſigillantibus miſceantur diuretica; & ſubtiliantia, vt faciant peruenire ipſa ad loca deſtinata, licet de ſe ſint nociua. oportet ergo quòd ſint ex leuioribus, quæ ſunt iuua- *Diuretica leuia quæ.* tiua in hoc, & non nocent; ex quibus eſt radix liquiri. capil. vene. ſchænanthum, & ſimilia. Et quandoque oportet, vt miſceãtur eis narcotica ad mitigationem doloris; *Narcotic.* dolor enim conſolidationem prohibet: inflammando enim dilatat, & prouocando rheuma, ſordiciem auget. *Lac.* Et lac quidem eſt boni chymi, faciens exuberare ſanguinem nutritiuum, æquans chymos, ſi ſtomachus ſumentis ſit temperatus; & confortat corpus, & abluit; quando bibitur cum melle, mundificat vlcera interiora ab humoribus craſſis, & maturat ea, & abſtergit, & ſua caſeitate conſolidat, & incarnat ſanguinis exuberantiam, & ſedat dolorem ſumptum, & iniunctum in vlceribus, & ſcabie veſicæ, & virgæ. Et ex appropriatis vlceribus veſicæ *Nota de Mumia.* tantũ eſt mumia, ſi ex ea quantitas Kiratis ſumatur cum lacte, & ſimiliter decoctio cheil, quod prohibet etiam tractio materierum ad locum vlceris deorſum.

Et ſi fuerint fraudolenta, & ambulatiua, glans, rubus, *Curatio vlc. fraudolenti.* decoctio radicis pentaphyllon, papyrus, & lupinus confert omnibus, & ſedat dolorem ipſorum cum farina hordei, vrina hominis antiqui, & aſini, vermiculoſus, & teſticulus canis incarnat illa, opopanax, litium, olibanum, alumen cum fęce vini, & omnia pontica, in quibus eſt C mundificatio, & abſterſio ſine mordicatione. Et cauteri-zantia, vt colcothar, zimar, & ſimilia, prohibent corroſionem, & ſi fiant; non curantur, ſed prohibent à corroſione cum mundificantibus, & exiccantibus.

Et cura ſcabiei iſtorum membrorum, eſt cura vlce- *Cu. ſcab. Iſtorum memb.* rum; leuior tamen euacuatione, & adæquatione humorum corporis cum regimine, & medicinis, & cum mundificantibus, & abſtergentibus, deinde exiccantibus abſque mordicatione, & vltimo glutinantibus, & conſolidantibus medicinis; ex quibus eſt bolus armena cum ſucco liquiritiæ æqualium partium in renibus, & ſicut mucila. ſeminis cytoniorum, & pſyllij cũ oleo roſ. cum eſt in veſica, & ex cibis dulcibus viſcoſis, ſicut ſunt pedes animalium, & res pingues prædictæ cũ oleo amygdalarum, & frumentum coctum cum carne auium, & genera lactis dicta, & piſces dulcium aquarum, vt anguillæ, & ſimiles, & ſint in veſica fortiora quàm in renibus, & ſint ebibita, inuncta cum exiccantibus, & D emplaſtrata in renibus, & in vritidibus, in veſica verò etiam iniecta.

Et ex compoſitis appropriatis ſunt trochiſci noſtri al- *Troch. ad vlcera veſicæ.* chechengi, & trochiſci Aſclepiadis, & Dioſcor. & ſuffuf. Raſis. Confectio trochiſcorum Alſclepiadis ad vlcera, quæ fiunt in inſtrumentis vrinæ. ℞. granorũ pini torrefactorum numero. xxij. papaueris albi, tragacanthi, ana drach. ij. croci, ſpicæ, aluminis iameni, & in deſcriptione alia loco ſpicæ, galiæ, dauci, ana drach. i. coſti, drach. v. fiant trochiſci cum rob permixto. Confectio trochiſcorum Dioſcori. ad illum, qui mingit ſanguinem de renibus, & veſica. Reci. aluminis iameni, drach. i. tragacanthi. drach. ij. terræ ſigilla. ſeminis portulacæ, balauſtiæ, ana vnc. iij. terantur, & conficiantur cum rob myrtæ, & adminiſtrentur.

Confectio trochiſcorum Raſis vtiliſſimorum ad vlcera in renibus, & veſica: in quibus eſt confortatio, & lenitas, & incarnatio vlceris, & ſedatio doloris, & ſunt trochi. alchechengi. ℞. citruli. drac. x. boli armenæ, gummi

arabi.thuris, ſan.draconis.ſem.papa.albi,amygdalarum excorticatarum,ſucci liquiri.tragacanthi, amyli.an.dra. ij grano. ſolatri hortulani.cuius, ſ.grana ſunt rubea, alchechengi,ana drach.iij.opij,drach.i.fiant trochiſci.x.& dentur in potu, quando non eſt acuitas huiuſmodi cum vrina,& quando eſt acuitas cum ſyrupo vio.aut in iuleb, fiantque troch.drach.iij.

Medicam. Medicamen Abu.ad vlcera renum.℞.granorum pini num.xx. cucumeris.xl.polypodij drac.i.s.terantur,& bibantur cum aquę lib.i.s. in qua bullita ſint ſpicæ celticæ, ſeminis apij,an.drach.viij.vſque quo redeat ad quartam.

Aliud.℞.terræ ſigillatæ, ſang.draconis,caſtorei, ſeminis meliſſę,cucumeris,& apij,cucurbitæ,ſucci liquiritię, laccæ,ariſtol. amygdalarum,pini magnę,papaueris,ſeminis hyoſciami albi,ana partes æquales.dętur in potu cum

Emplaſtr. rob prour exigitur. Cõfectio emplaſtri, quod ponitur ſupra dorſum,& apud ſtricturam medij, & alia loca.℞. farinæ hordei,& confice cum vino, & melle, iterum fit de roſis ſiccis, lentibus, & melle, & granis myrti quoniam prohibet dilatationem, & vngatur cũ oleo de alchanna, de maſtice, de cytonijs, & ſtyrace quia exiccat, & adeps anatis lenit illa. Cõfectio vnguenti boni ad vlcus veſicæ.

Vnguẽt. ℞.ſtyracis liquidæ drac.i pinguedinis anſeris ex.drac.ij. vſq; ad iiij.cerę, albæ ſatyriorum.ij. & vngatur comprimendo, & proprie cum eſt corroſio. Aliud. ℞.dactylos, gallas,paſſulas,& acatiam,alumen,hypocyſtim,& hyſſopum, & ſtyracem. valet vt primum.Aliud,cum non eſt, corroſio,& debet præcedere illud.℞.cerę,adipis anſeris, vel anatis, olei roſ.& adminiſtrentur; exiccatiua potando,& injciendo;& cum nõ eſt corroſio,incarnatiua lacca iniecta,de quibus ſumma ſunt troch.de charta,& trochiſci de andrulis,cũ aliquantulo merdaſengi, ceruſſæ a-

Medicam. myli,& calcis ablutæ. Deſcriptio medicaminis cõpetentis ſecundum Andromachum. Rec.terræ.ſigillatæ, chimoleæ, cornu cerui vſti,ana partes æquales,ſem.cãnabis tertiã partẽ vnius, opij partem.ſextã, vnguenti de ceruſſa partes tres,ſarcocollæ partẽ.s.myrrhæ, thuris duæ tertiæ partes,aggregentur cum aliquantulo oleo roſ. & line cum eo. Et leuius illo eſt illud, quòd fit ex ſarcocolla,amylo, & ceruſſa, & injciatur cum lacte,& confortetur cum plumbo adusto,& thure, eſt fortius; & quando dolor fit vehemens ſufficit potus lactis, & ſyrupus violatus cum aqua hordei, & ad hæc faciunt, quæ infra capitulo de ardore dicemus. Si autem mictus ſanguinis affuerit, ex appropriatis, & proprie cum fuerit ex ruptura venæ chylis, & eſt ſubitus, & multus, eſt ſyrupus, quem ſupra

Trochiſ. noſter. diximus de ſuccis in cura fluxus vętris ſanguinei. Et trochiſcus noſter de terra ſigillata cum ſucco plantaginis, linguæ ceruinæ,conſolidæ, & ſimilia.

Sang.grumoſi ſig. atque Curatio. Quod ſi ſanguis præ ſui frigiditate appareat congelatus,ex anguſtia,frigiditate extremitatum, malitia anhelitus, pulſus inæqualitate, ſudore frigido, & rigore, cum præcedentibus cauſis ſolutionis,& mictus ſanguinis:tũc cura eſt cura, quam diximus de congelatione in ſtomacho, licet raro ſit euaſio ſecundum Abuha. ex conuenientibus in hac eſt, vt ſedeant in tina decoctionis herbarum, quæ ſunt ad lapidem, & ſumant in potu de carpobalſamo drachm.ij.aut tantumdem ligni pęoniæ, vel granatorum eius, & zuchuẽ; & proprie cum aqua eius, vel tantumdem blactæ bizantiæ, aut cordumeni.i. cum aqua calida, aut cum aceto, vino, & oleo omphacino, &

A proprietate valentia qua. oxymelle ſcillitico. Et ex habentibus proprietatem eſt herba aſini, fel teſtudinis, & coagulum leporis, & lignum vitis, & abrotanum, & lac ficus exiccatum iniectum eſt proprium, & bibitum in quantitate drac.s. cum aliqua ex aquis, quæ in hac bibuntur, vt cum aqua ciceris nigri, aut alhaſech id eſt raphani,ligni ficus,& abrotani,& decoctionis eius cum vino.

De apoſtematibus renum, & veſicæ, & medicinis earum. Cap. 5.

Apoſtematum ſpecies ſiu modi. APoſtemata renum, & veſicæ ſunt nota ex prædictis,Fiunt autem in eis,prout in alijs membris,ſecundum duplicem modum; per modum congeſtionis ſcilicet,atque influxionis,& hoc eſt, vt plurimum;plurimi enim patiuntur, propter humorem, qui influit cum ſuperfluitate aquoſa; & ſecundum hoc differunt in materia,ſeu cauſa materiali. Si enim primo modo fiant,plurimum erunt renum apoſtemata ex ſanguine craſſo, vt veſicæ ex melãcholico,& vnctuoſo. Si vero ſecundo modo,erunt ipſorum apoſtemata ex cholera, ſeu cholerico ſanguine plurimum.humor enim, qui cum vrina euacuatur, vt plurimum cholera eſt, vt Gal.& Abu. vidętur innuere, quod acutus eius odor affirmat, & quandoque ſunt aquoſa,quandoq; phlegmatica, & quãdoq; ſunt ventoſa. Et cauſa ipſorum efficiens duplex eſt:interior,& exterior. Interior,eſt mẽbrorum,ſeu particularum diſpoſitio generantium,mittentium,recipientium caliditate ſuperflua,propter ſtricturam chylarem, vel alia:vel dolore ex vrinæ acumine, vel lapide pungente, & quaſſante, ſi per modum fiant influxionis; & generantium tantum,ſi ad modũ congeſtionis procedant. Exterior vero eſt,ſicut caſus, & percuſſio,ſaltus,labor plurimus,ambulatio,ſtatio in pedibus, & tolerantia ſeu ſubleuantia oneris. Et ſunt habentia indicia, nam apoſtemata renũ calida plurimũ accidunt iuuenibus,& cholerica, & pueris,& adoleſcentibus ſanguineis;& ſi frigida ſint,ſenibus,& mulieribus. Apoſtemata vero veſicæ plurimũ accidunt infantib cauſa lapidis. Et diuerſificantur in ſitu eorum;nã quæ renibus accidunt, ſi quidem magna ſint, totalitatem eorum continent, ſi vero parua quædam fient in corpore renum, quædam vero ad latus concauitatis eorum tendunt, & quædam ad latus declinant ad ſuperius, verſus venam emulgentem infixam eis,quædam ad partem inferiorem verſus vritides emulgentes quædam ad partem interiorem inteſtinorum; & quædam ad poſteriorẽ dorſi; quædam in vno rene; quædam in ambobus: quædam in ſuſpenſorio; quædam in panniculo, vel ante eos; & hæc ſunt diſtincta ſecundum conſiderationem, quam facit ratio, non tamen ſunt propter membri paruitatem, & partium eius propinquitatem dignoſcibilia bene ſignis proprijs diſtinctis. Quæ etiam in veſica eueniunt, aut tendunt ad partem concauam, & fundum, aut partem colli eius inferiorem, & quandoque ſunt magna totalitatem eius occupantia, & quandoq; in vritidibus tantum eueniunt. Et diuerſificantur in terminatione eorum, nam quandoq; reſoluuntur, quandoque collectionem faciunt, & rumpuntur, & plurimum lapidantur. Aut enim Abuha.quo enim modo non lapidantur etiam ſi calida ſunt, cum ipſa ſint cauſa lapidis? Et cum rumpuntur apoſtemata renum, aut rumpentur à parte vritidum, & veſicæ, & eſt melius omnibus, aut à parte ſuperiori per modum reditionis ad venam magnam chylim deſcendentem ad hepar. deinde ab hepate ad metaraicas, & ad inteſtina, & qualitercumque fiat,niſi ſit per modum criſis eſt mala, quia non per conuenientia loca, & apte licet fiat a natura, aut rumpuntur in vacuum ventris, quare indiget perforatione,vt extrahatur per ventrem, & quandoque collectionem faciunt, ſed non rumpuntur,& hoccum diureticis oportet, vt curentur, & cum apertione ex medicinis; cum ferro autem eſt periculoſum, & mortale, vt ſupra in lapide dictum eſt, & quandoque communicant apoſtemati calido in renibus apoſtemata, quæ in veſica,nam quandoq; rumpuntur ad partem colli eius,& virgæ,& eſt bonum, quandoque ad vacuum ventris,& eſt malum,ad partem vritidum, vt recedant erumpi non poſſunt,propter cauſam iam dictam. Et cum apoſtemata renum; & veſicæ ſunt calida, & magna:communicant ei ſuperiora principalia, ſcilicet diaphragma, cor, hepar, & ſtomachus: quare accidit malitia anhelitus, febris, caſus appetitus, nauſea,& deinde accidit commotio rationis, eo quòd cerebrũ compatitur renibus,& veſicę,propterea,quia vtra que alligantur hepati,& etiam diaphragmati.

De ſignis apoſtematum renum. Signa apoſtematum in renibus ſunt,dolor grauatiuus inſeparabilis extenſus ad ſuperiora, & inferiora; vrina clara perdurans, & ſubtilis; & quandoq; retinetur propric ſi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0688-9 DFG

prie ſi eſt tendens verſus concauum, & conſtrictio ventris, quia coarctant inteſtina, proprie ſi magna fuerint,
Si calida. & alteratio coloris faciei, & oculorum. Et ſiquidem fuerint calida, aſſociatur febris, & tactus loci calidus, &
Si choler. ſitis, abominatio, & vomitus choleræ, malitia anhelitus, & alienatio per compaſſionem ſuperiorum. Et ſi cholerica feb. erit intenſa, vrina fit ignea, & perſeuerat cum ſubtilitate, & acredine; color faciei, & oculorum tendit
Si ſangu. ad citrinitatem. Et quando ſanguinea ſunt, cognoſcentur, quia feb. eſt mitior, & vomitus eſt cholericus, & vrina ad rubedinem tendit, & minus eſt ſubtilis, & alienatio minor, & læduntur à diureticis calidis, acutis, acetoſis, & ſalſis; & cum reſoluuntur prædicta accidentia, dolores, & feb. remittuntur, & vrina inſpiſſatur, deinde fundus apparet. Similiter autem, & cum conuertitur in lapidem, & tunc vrina mutatur in albedinem claram, & ſubtilem; dolor tamen non minuitur: & extenuantur membra inferiora, & aliquando non curatur, & quando eſt in via faciendi collectionẽ, ſimilis eſt vrina, & dolor augetur, & feb. ſed non grauitas, cumque rumpantur, vrina fit ſpiſſa, ſanioſa, & accidentia ſunt debilia, & procedunt minorando, ſi bona ſit eruptio, ſi vero non, è contra venire videbis. Si vero apoſtemata ſint
Si frigida. frigida, ſigna apparebunt prædictis contraria. & ſiquidẽ
Si Melancholica. ſint melãcholica, vrina erit glauca, & inferiorum membrorum extenuatio, atque ſtupor cum conuenientia ſimilium circunſtantiarum in multiplicando melancholicum humorem. Si vero phlegmatica, vrina erit alba
Si phlegmatica. ſpiſſitudinis paucæ cum ſignis dominij phlegmatis ex pallore, & inflatione membrorum ſimili cachexiæ, & alijs circumſtantijs conuenientibus ad digeſtionis malitiam multiplicantis phlegma. Et per modum influxio-
Si per influxionem. nis ſi facta ſint, apparebunt ſigna repletionis in toto, vel parte, & caliditas, & dolor partis apoſtemoſæ antecedẽs,
Si per congeſtionem. & eorum factio erit ſubita. Si per modum congeſtionis, fiet paulatim, non præcedentibus ſignis repletionis totius, ſed debilitate partis tantum.

Si in renib. Et ſiquidem ſit in altero renum dextro, vel ſiniſtro cognoſcetur, quia iacere ſuper latus eſt facilius, quam iacere ſupra oppoſitum. Et ſi dolor extenditur ad Partem veſicæ, tunc apoſtema eſt in ſiniſtro, & ſi aſcendit verſus hepar, eſt in dextro; & ſi omnia conueniunt, tunc apoſtema eſt in ambobus. Cumque apoſtema fuerit in ſuſpenſorio, & panniculo velãte, dolor ſit acutus, & augetur grauedo prohibens reiectionem, & ſternutationem, & quando reſupinatur, ſit dolor leuior, & cum iacet ſupra ventrem, augetur, propterea, quia ſuſpendit renem.

Si in veſica. Apoſtematum autem ſigna veſicæ, ſunt eadem, quæ renum propria, & ex communitate, vel cõpaſſione, propria tamen differentia ſunt tantum in ſpecie doloris, quia in veſica eſt acutior propter neruoſitatem ſui, & in loco, quia eſt in partibus pectinis, & inguinũ, & virgæ, & proprie cum declinet ad collum eius, quod coniungitur ei, & eſt cum inflammatione ipſius, & retentione vrinæ, aut deſtillatione, nec poſſunt iacendo eam mittere, niſi ſurgant, & ſtent. Et ſigna ſpecialium ipſorum ſunt ſimilia illis, quæ de renibus dicta ſunt. Et ſigna terminationum ipſorum, & etiam eruptionis, quæ eſt vt plurimum ad meatum colli ipſius. Et ſi in vritidibus fuerit, parua ad modum puſtularum erunt, & dolor in ilijs erit, & in inguinibus, & vrinæ retentio abſque ſignis prædictis apparentibus in membris prædictis renum, & veſicæ.

De cura apoſtematum renum. Cura eorum ſimilis eſt curæ apoſtematum illorum membrorum, de qua ſuperius dictũ eſt, & proprie pulmonis, ſtomachi, & ſplenis, virtutem innatam, & influentem habentium, ſicut renes ipſi, & veſicæ. Conſiſtunt autem in quatuor rebus. In euacuatione totius, in euacuatione partis, in regimine, & accidentium correctione. ſimiliter & cura apoſtematum horum membrorum, in illis quatuor rebus conſiſtit diuerſificatis tamẽ, tantum quantum natura illorum, à natura eorum diuerſa exiſtit. Primam rem complent phlebotomia de baſilica dextra, vel ſiniſtra, ſi ſanguineum ſit, vel ſi alius humor cum ſanguinis peccato ſit; deinde phlebotomia de curuatura poplitis. Quod ſi non apparet, vel timeatur propter eius inſuetudinem, aperiatur ſaphena. Et ſi ſine ſanguinis peccato euacuatio cum vomitu, & magis ſi cholericus fuerit, & cum nauſea eſt facienda, & ſolutione ventris cum clyſteribus, vel cũ pharmacijs ſumptis appropriatis notis, & præmiſſio digeſtionis, hæc enim à toto euacuant, & à mẽbro apoſtemoſo deriuant. Oportet autem ne ſolutio ſit laborioſa, & fortis commouens materiam, ne magnificetur nocumentum propter rem plurimã effuſam ad inteſtina vicina renibus, ſcilicet in ſubiecto, & in inteſtinis, & ano, vt hic ſupra eſt dictum. Et in caſia fiſt. eſt maturatio, & ſolutio cũ facilitate, & in alijs dictis ſupra in cura oppilationis, q̃ licet ſint fortia, tamen in quãtitate diminuta fiunt leuia. Inquit enim Abuha. Et ſcias, q̃ multoties indigetur medicina forti, & debili, fortis eſt ex hoc, q̃ ſoluit humorem viſcoſum, & ipſius quidem debilitas eſt ex eo, quòd facit aſſellare ſemel, aut bis, ſed quomodo humorẽ viſcoſum mouet, niſi virtutis fortitudine? & ſi talis eſt, quo vtique modo ſemel ſoluet, vel bis, de ſe niſi diminuta ſit quantitate? & ſi quidem in cauſa fuerit lapis, vel acuitas vrinæ dolorẽ inducens, vel alia, proprijs remedijs auferantur, & aliæ cauſæ extrinſecæ interdicantur, & corrigantur.

Pharmacia. *Documentum.*

Materiam à parte repellentia. Secundã cõplent medicinæ frigidæ, & ſtypticæ, q̃ repellant influentem materiam, & fluxam tranſmittant, quales ſunt interius approximatæ, vt aqua hordei cũ decoctione roſarum, vel cydoniorum, & ſucci frigidi noti. Et approximandæ exterius, ſicut farina hordei cum roſis. Cauendum autem à multum frigidis, & ſtypticis, ne materiã indurent, & cõuertant in lapidem, ad quod ſunt apta, coadiuuant talem euacuationem, trahentia ad diuerſum apoſtemoſæ partis, ſi nobilius illa nõ ſit; ſicut ſũt ventoſæ illi applicatæ, & ſimilia euacuantia in membro alteri oppoſito, & remoto poſt illud, quæ ſunt nota.

Documentum. *Diuerſa.*

Materia iã fluxa euacuatio. Deinde ex quo materia iam ceſſauit à fluxu, iam fluxam, & collectã in eis ſtudebis euacuare de eis, per propinquam partem ipſis, vel propriam extrahere, per propinquam partem dupliciter, ſenſibiliter euacuando, vel inſenſibiliter. Senſibiliter, vt per apertionem venæ curuaturæ poplitis, ſi ſanguinea fuerit; quæ ſi non appareat, aperiantur ſaphena, vel ſchiatica. ſi illa etiam non videatur per apertionem hæmorrhoidarum ſaltẽ cũ ſanguiſugis, quæ euacuant de propinquo magis. Sed ſi alius humor ſit, cum diureticis frigidis, ſi ſit cholericus, vt eſt aqua lactis, & ſeminum communium, vel temperate calidis, vel caſia fiſt. cum aqua capil. ven. & liquiritiæ, quæ maturant, & faciunt ſolutionẽ facilem, & vijs vrinæ eſt propria; vel cũ calidis, ſi materia fuerit frigida, hæc enim nõ ſolũ influxã euacuãt, ſed p viã congeſtionis aggregatam etiã, & virulẽtam abſtergũt, & lauant. Cauendũ autem, ne ante euacuationẽ corporis illa miniſtres, conuertunt enim materiam ad renes, & veſicam, & magis replent inſenſibiliter, vt per contractionem eius lacertos exteriores renum, & cutem, & vẽtoſa ſupra renes applicata, vel emplaſtris, & rubificantibus quidem in veſica nõ eſt bene poſſibile, adeo, cũ à partibus circumſtantibus corporis ſit diſtincta; nõ eis, ſicut renes affixa; & ſi quidẽ euacuatæ perfectæ, bene ſe habebunt. Si autem aliquid remanet, cum ſit cõpacta, et craſſa, oportet, vt extrahatur per ea, & primo cum diureticis liquefaciẽtibus, & ſubtiliantibus, & cum ſtypticitate, quæ confortant, interius, & exterius miniſtratis, notis, vt eſt fœnugræcum, cinnamomum, aniſum, hypericon, melilotum, anethum, crocus, liquiritia, & huiuſmodi, quæ ſubtiliant, & ſoluunt, & ex eis eſt chamæmelum, vel fortioribus, vt ſunt ſpica, caſia lignea, ameos, & alia diuretica fortiora, & euaporantia, ſi craſſior ſit materia. Si vero totaliter ſit reſoluta, ſana remanebunt membra prædicta.

Si ſuppurãtur curatio. Si vero ad ſuppurationem deueniat reſolutio inobediens facta, maturentur, & matura rumpantur. & mundificentur, deinde conſolidetur vlcus, vt ſupra dictum eſt cum conuenientibus, quæ ſunt nota ſuperius.

Phlebotomia. Et ſimiliter ſi in lapidem conuertantur, molliantur, & reſol-

Si lapide ædificatur curatio.

& resoluantur cum omnibus, quæ superius nota sunt in cura apostematum prædictorum membrorum, quæ in istis membris, sunt proprie cum permixtione diureticorum.

Item si aquosa, aut ventosa, aut in vritidibus.

Sed si aquosæ fuerint, curentur eodem modo cum diureticis calidis, vt phlegmatica.

Si ventosa cum eis, & extenuantibus, quæ etiam in cura hydropisis sunt dicta.

Et si in vritidibus fuerit, eodem modo curentur.

Tertiam rem complent retum non naturalium debita ordinatio, cum diminutione cibi, & potus contrariæ qualitatis humori, qui est materia eius. *Dieta.* Quiete corporis, & motu membrorum superiorum. Somno, & vigilijs temperatis, prout causa, & accidentia exigunt, & vera inanitione superfluorum digestionum omnium, non repletione, & omnia quieta, & hæc omnia in aere temperato.

Quartam rem complent, quæ accidentia propria remediant, vt est dolor, qui est causa, & accidens grauedo, de quibus supra dictum est sufficienter, & vrinæ retentio, de qua infra dicetur, & ventris constrictio, quæ cum lenitiuis sumptis clysterizatis, vnctis, & emplastris exterius corrigatur, vt supra in cura doloris intestinorum est dictum sufficienter, etiam cum feb. de qua infra (Deo coadiuuante) dicetur, & vomitus, de quo supra est dictum ad plenum, & etiam de malitia anhelitus, & aliis accidentibus prouenientibus per compassionis viam, de quibus est supra dictum in quam pluribus locis.

Medicinæ compositæ dicentur deinceps.

Clyster conueniens.

Inquit Serapio ad vltimum huius perueniunt, aut ad collectionem virtus, aut ad lapideitatem. Clyster Gualterij faciendus in principio apostematis. ℞. aquæ hordei lib. j. & in ea dissolue olei rosati, vnc. ij. & immitte.

Si vero apostema sit frigidum adde in decoctione flores chamæmeli. Si vero apostema fuerit in augmento, fiat clyster ex decoctione althææ, lilij, & florum maluæ, ana M. j. seminis lini, vnc. j. olei rosati, olei de lilio, ana vnc. j. & in parte dissoluantur olea, & injciantur. Apostemate vero perueniente ad statum, fortiora diaphoretica misceantur, qualia sunt flores chamæm. anethi, patietaria, sambucus, & benedicta, & iustinum, oleum irinum, nardinum. Emplastrum ad apostemata renum in principio. ℞. olei ro. olei maluæ, aceti parum, farinæ hordei, & emplastra. Cum vero peruenerit ad augumentum adde flores chamæmeli, & oleum eius, vel irinum, tale epithimabis cum filtro imbibito in prædicta decoctione. Et similiter cum peruenerit ad statum, studebis pro posse resoluere addendo diuretica fortiora, quod si non resoluatur, sed peruenerit ad maturationem, & saniem, applicetur quod sequitur maturatiuum. ℞. farinæ fœnugræci, vel triti lib. ß. radicis althææ, chamæmeli, radicis lilij, ana M. j. radices coquantur in aqua, & in illa aqua colata dissoluantur adipes anseris, & gallinæ, olei de lilio, ana vnc. j. ex his fiat emplastrum, & actualiter calidum apponatur. Aliud Isaac ℞. caricarum albarum, dactylorum pinguium, & passularum enucleatarum, radicum althææ, fœnugræci, & seminis lini, ana vnc. j. decoquantur in aqua, & cum axungia gallinæ terantur, & emplastrentur. Cum vero saniatum fuerit apostema, fiat clyster ex his, quæ habent ipsum aperire. ℞. aquæ decoctionis caulium, & limaciarum cum corticibus, & dissolue in ea, mellis vnc. ij. sagapeni vnc. iiij. fœnugræci vnc. j. succi parietariæ vnc. j. olei irini vnc. j. & immitte, & vtere sternutationibus. Facto vero, & aperto, mundificatiuum appone ex aqua hordei cum melle, vel zuccha secundum exigentiam materiæ, vel cum lacte, quod etiam ministrabis in potu. Deinde facta mundificatione exhibebis conglutinatiuum de trochiscis, de charabe, de luto armeno, cum lacte bouino extincto in eo ferro, & emplastrabis ex ipsis.

Curatio per emplastra, quãdo apostema est in principio, in augumẽto, statu, vel declinatione.

Clyster apertiuus.

Sternutatio. Mundificatiuum.

Conglutinant.

Curatio apostematis lapidificati. Digestiu.

Si vero ad lapideitatẽ peruenerit, fiat syrupus ex diureticis notis supra, mixtis cum mollificantibus, hic superius prænarratis, & casia fistu. donec materia maturetur, deinde ea maturata, quod cognosces p vrinæ multitudinem cum substantia crassa; purgabis cum pilulis infrascriptis. Pilulæ. Rec. benedictæ laxatiuæ drach. iiij. casiæ fistu. vnc. v. esulæ scrup. ij. turbith scrup. ij. zingib. scrup. j. omnia incorporentur cum vino, & fiant pilulæ. Balneum post purgationem ministrandũ Rec. branchæ vrsinæ, radicis apij, & folij eius, & radicis iringiorum, & ireos, foliorum maluæ, florum meliloti, chamæmeli, seminis lini, ana vnc. ij. bulliant in aqua, & adde olei de amygda. vnc. iij & ingrediatur vsque ad vmbilicum, deinde fiat post tertium diẽ phleborotomia de alia saphena sub cauilla: deinde emplastretur cum hoc emplastro. ℞. foliorum parietariæ quantũ vis, & torrefiant in sartagine cum oleis his. Rec. olei anethini, chamæmelini, de lilio, de pulegio, olei viol. an. vnc. ß. & inunctis renibus cum prædictis oleis prius emplastretur cum ipsa.

Purgatio ex pilu.

Ve. sectio.

Emplastra.

Emplastrũ de mucilaginibus quandoq; per interualla applicatum est optimũ, cui succedat emplastrum de meliloto nostrũ, in antidotario traditum; & hyssopi ceratũ; & ceratum diapẽte, & alia consimilia ibidem notata.

De dolore renum, & vesicæ proueniente ex eo, & medicinis eorum. Cap. 6.

Differentia apostem. Renum atque vesicæ.

DOlor renum, & vesicæ notus est. Et quemadmodũ differt loco, & specie, quibus dignoscitur: ita in causa conuenit, cuius ablatione curatur. Loco quidem differt, nam dolor renum circa lũbos percipitur, & vesicæ circa pectinem. Specie differt, nam renum est grauatiuus, vesicæ vero est acutus, pp neruositatem. In causa conuenit, nam causa eius est aliqua ægritudinum prædictarum, & mala complexio diuersa cuiuslibet generis, de qua infra dicetur, vel ventositas; & quandoque est antecedens crisim per vrinam, & concomitans eam. Et signa earum, & cura ex prædictis sunt manifesta, & ex dicendis in capitulo subsequenti. Et cum non inuenis sedationem doloris cũ anodynis exterius, vnctionibus, & emplastris, clysteribus, & ventosis; oportet, vt narcotica administres, deinde ad causæ ablationem deuenias, cum administratione diureticorum, sed in administratione narcoticorum est timor magnus, debilitant enim ea in actione propria, ex qua sequitur grande malum, abstinere ergo oportet inquantum possibile est, & vti cum cautela, maxime vbi excusatio non habetur. Similiter autem in diureticorum administratione est error, & maxime calidorum, & fortium; propter illud, quod de humoribus ad illa conuertuntur, & maxime vlcera, quæ mordent. oportet ergo, vt non nisi post euacuationem sufficientem corporis ministrentur, & in dispositione vlcerum cum remittetur eorum acumen, mixtione, vt sunt diuretica frigida, prout dictum est supra. Et ex appropriatis simplicibus in dolore ipsorum sunt, siseleos semina; cum enim sunt recentia, & bibuntur ex eis tres amilusech cum rob. x. diebus, sanant dolorem renũ, & sunt iuuatiua penitus renum, & galanga, & spica, amomum est proprium cum sedetur in decoctione eius. Casia confert doloribus renum, & vesicæ, & iuuabæ: quantitas auellanæ de radice pæoniæ confert doloribus renum, & vesicæ, Caro eritij terreni salita cum oxymelle confert dolori renum, zinziar, quæ nominatur acuchia confert dolori renum, & annucuben domesticæ, leniendo naturam conferunt dolori renum, & aqua decoctionis eius, & syrupus, & agaricum purgãdo, & calefaciendo. Gutta alhusar confert, & ficus humida, & ficca, si ab vlcere non procedat. Et ex cõpositis ad dolores renum. Confectio Hermetis diacurcuma, & confectio de alchechẽgi, nux condita, & oleum de styrace, & de pineis, & de filiciis, lentiscis, de nuce indica, vulpinum, laurinum, benedictum est vltimum, & mithridatum, theriaca veldre, & Abu. picra, & alia, quæ sequuntur. Syrupus expertus secundum Ioan. casamizulam ad dolorem renum, ex causa frigida, vel calida, cholera, vel phlegmate. Rec. capil. ven. buglossæ, senetionũ scolopen. tũj en. chamædry. chamæpi. acori, scariolæ cum radice, cichoreæ, hepaticæ, ana M. j. radicum fœniculi, asparagi, & bruscj,

Sic. & curatio. Dolorũ sedatiu.

Nota de narcoticis.

Nota de diureticis.

Simpl. conferentia.

Composita.

Syrupus ad dolorem renũ ex quacunque causa.

ana

ana vnc.ij. corticum radicis celsi vnc.iij. polypodij vnc. A
ſiij. aniſi, fœniculi, ameos, ſeſeleos, amomi, dauci, ſemi.
apij, aſari, meu, phu, epithymi, folliculorum ſenę, zingib.
ana vnc.s. liquiritiæ, viola. florum boraginis, paſſularum
enucleatarum, ana vnc.j. prunorum, ſebeſten, ana xl. tur-
bith, hermodactylorum, ana vnc.j. piperis longi drac.ij.
ſemi. communium, cicerum nigrorum, ana vnc.ij. hor-
dei. P.j. zucch. lib j. zucch. vio. reſidentiæ, zucch. roſa. no
ui, ana vnc.iij ſtecci roſa. lib.s. aceti vnc.ij.

Trochiſci. Confectio trochiſcorum ad dolorē renum. ℞. ſeminis apij dra.iiij. cymini, ſeminis myrtæ. radicis caſtorei, ana dra.vj. fiant trochiſci granorū quinque, & dent vnus, vel duo cum vino ſubtili; ſi non febriat, & ſi febrit cū tepida.

Vnguentū vtile ad multa. Vnguentū ad dolorem renum, & neruorum contractionē, contuſionem, & punctura, & valet ad omnes articulorum, dolores. ℞. olei maſticini, fœnugræci, ceræ citrinæ, ana dra.ij. Cōfice cum mumia diſſoluta in vino.

Emplaſt. Emplaſtrū ad idem ſecundū Archi. ℞. maluarum, mar-
rubij, apij, farinæ hordei, & ſalis, & calidum ſuperpone. B

Pilula. Pilulæ expertæ ad dolorē renū. Rec. ſeminis ceparum albarū, ſeminis apij, ana conficiantur, cum ſucco fœni-
culi. Pilulæ laxatiuæ ad purgādum renes ab humoribus
craſſis. Rec. benedictæ laxatiuę, iuſtini, ana drach.ij. her-
mo. ſarcocollæ, interiorū colocynthidis, ana vnc.ij. tur-
bith drac.j. & s. cathartici imperialis dra.ij. zingib. aniſi,
fœniculi, ana ſcrup.j. ſaxifragiæ, milij, ſalis, ana drach.j.
ſalis gemmæ, diagridij, ſagapeni, ammoniaci, opopana-
cis, ana dra.ij. Conficiantur cum ſucco apij, doſis drac.j.
& s. Et ſi fuerit durus drac.ij. poſt præparationem cum
prædicto ſyrupo, & abſtinentia à craſſis, & viſcoſis. Poſt
purgationem intret balneum aquæ marinæ miſtæ cum
dulci æqualium partium, in qua bulliant chamæmeli, flo
res foliorum lauri, rutæ, calamenthi pulegij, omnium,

Vnguentū ad dolorem renum. ana. Deinde poſt exitū vngatur hoc vnguēto. ℞. olei cha-
mæmeli, & ſeminis lini, ana vnc.ij. butyri ſine ſale, dial-
thææ, agrippæ, an. vnc.j. ſpicæ dra.ij. ceræ, quod ſufficit.

De debilitate renum, & veſicæ: & diſtinctione nocumentorum contingentium in actione vrinandi. Cap. 7.

Debilitas ren. & veſicæ. DEbilitas renum, & veſicæ eſt nocumētum actionis ipſorum; vel propria, quæ eſt circa nutrimentum proprium; vel communis, quæ eſt circa expulſionem ſuperfluitatis aquoſæ, & dicitur actio vrinandi, de qua intendimus, quàm Gal. dixit compoſitam ſicut primam naturalē, in qua quidem actione naturaliter ſe habente, tres actus ſimul dicebat concurrere neceſſarios, & ordi-

1. de loc. aff. cap. 1. & 3. eiuſdem ca. 4 ac 3. de vſu part. c. vltimo. natos. Primus eſt ipſius ſanguinis ſequeſtratio. Secundus eſt ipſius collectio, & retentio. Tertius eius expulſio vnica, & voluntaria, primus eſt renum. ſecundus veſicæ, & colli eius, cum lacerto latitudinali circumuoluto in ipſo. tertius eſt concaui eius, & virgæ exiſtentis, vt viæ ad extra: ſicut vritidum de renibus ad veſicam. Ægritudine adueniente talibus membris, & proprie renibus, vel veſicæ, quæ ſunt principalia in actione, neceſſarium D eſt actum eorum lædi, & per conſequens actionem vri-

Actionis læſio triplicitèr ęris patet. nandi. Talis enim læſio multiplex, & diuerſa. Et diuerſa ſequuntur ſymptomata ſecundū diuerſitatem membrorum ſuorum, & nocumentorum actuum eorundem.

Nam ſiquidē nocitus ſit actus renū attrahendi, & ſequeſtrandi, tunc aut erit debilitatus, & diminutus, vt parum attrahant, & ſequeſtrent; ex quo in actione vrinandi prouenit nocumentum, qd dicitur vrinæ paucitas, & ſequitur cachexia. Aut erit ablatus, vt nihil attrahatur; vel aliquid, de quo non ſit curandum, & accidit vrinæ ſtillatio, ſeu priuatio, & quandoq; hydropiſis, de quibus ſuperius dictū eſt. Aut erit ſuperfluens, quia ſuperflue tra
hant, ex quo accidit Diabetes, q̄ multitudo, ſeu lienteria eſt vrinæ, & ſequitur ex ea corporis deſiccatio. Aut erit corruptus, & tūc dupliciter, aut quia corruptiuū tribuat, & tunc accidit fœtor vrinæ, aut quia corruptū trahit, & tunc accidit in renibus tremor, & ſequit' tarda miſtura.

Sed ſi in veſica, & eius collo nocitus eſt actus colligē-
di, & retinendi; aut erit ablatus, & tunc fit incontinentia vrinæ, & inuoluntarius exitus, & mictus in lecto, vel dyſſuria, quæ vrinæ diarrhæa dicitur, in qua Galen. dixit ablationem actionis eſſe animalis, quia lacerti colli veſicæ, quæ eſt ipſius virtutis organum. In ſtranguria vero *6. de loc' Aff. cap. 3.* ablationem naturalis, non animalis. nam in eo lacertus iſte ſuam actionē agit, ſed veſicæ concauū non valet cōprimi, qd naturalis virtutis eſt inſtrumentū, colligit. n. veſica, & retinet dilatato eius concauo, & oppilato collo eius per contractionem lacerti exiſtentis in eo, quo laxato, vt aperiatur eius collum, & concauo eius circumtracto, vrina ex eo egreditur naturaliter, & quandoque non circumtracto, egreditur etiam, & accidit mictus in lecto, Aut erit diminutus, & tunc erit deſtillatio vrinæ, & paucitas etiam eius ſequitur. Aut corrupte fiet, & male, quia cum dolore, & ardore, & tunc accidit ſtranguria proprie, quæ eſt retentio, & ſtrangulatio, ex quo ſequitur dolor in pectine, inflatio, & cita mors, & frequenter. Si vero ſit actus nocitus in concauo veſicæ, qui eſt compreſſiuus larerum eius vndique, vt expellatur vrina, tunc accidit difficultas vrinæ, & ſequitur vrinæ retentio. Sic *Cauſa.* itaque determinatis nocumentis, quę in actione vrinandi poſſunt contingere, de vnoquoque, Dei implorato auxilio, eſt dicendum.

Sic ergo debilitas renum, & veſicæ, & earū defectio *2. ſan. tu. c. 3. & de diff. ſentijs morb. ca. 3. & 1. de tra. ſag. expl. cap. 4. & 4. meth. med. ca. 2. & 3. de loc. aff. ca. vltimo.* in actione vrinandi, &c. cauſa immediata eius, aut eſt propria, & eſt aut imprimens in corpore ipſorum membrorum, vt eſt aliqua ægritudinum prędictarum, de quibus ſufficienter eſt dictum. aut mala ipſorum complexio diuerſa, vel æqualis, de qua nunc dicendum; & eſt vt plurimum in renibus calida, in veſica, & in alijs, frigida. Singulum enim membrorum ſecundum Gal. operatur per qualitatiuam eius craſim, quæ ex quatuor eſt qualitatibus, quamdiu ſcilicet eucrata fuerit certa, prout membri illius actio expetit. Cum vero fuerit dyſcraſiata, & ægra, neceſſarium eſt ipſam lædi, efficit enim ſecundum Gal. in virtutis eſſentia, & in ſubiecto ipſius, quæ in actione penetrabilis exiſtit, cuiuſcunque generis fuerit; maxime frigida, diuerſa, vel æqualis; ex ea enim non tantum debilitas, vel diminutio accidit ſecundum diuerſitatem eius in ſpecie, vel in gradu quælibet alia prouenit in actione vrinandi læſio, & ſequuntur ſymptomatica ſupradicta.

Nam ſiquidem in renibus fuerit complexio mala, & frigida valde excedens; attrahendi, & ſequeſtrandi auferetur ipſorum actio; ex quo accidit vrinæ retentio, aut non erit valde excedens, & tunc accidit debilitas eius, & minorabitur; & ſequitur paucitas vrinæ. Aut erit calida valde excedens, & tunc ſuperflue trahet, & accidit diabetes; & ſequitur corporis exiccatio. Aut erit ſicca, & eos extenuabit, & debilitabit. Aut valde humida ſimplex, vel caliditati parum ad mixta, quæ ſubſtantiam renum mollificet, & eorum meatus dilatet, & aperiat; accidit debilitas renum deterior, quàm ſit.

Si etiam ſit in veſica, & collo eius complexio mala, & *Si veſica, & collum quid.* dyſcraſiata humida cum caliditate, & frigiditate, magiſque mollificent lacertum circumuolutum in eo, vt nullo modo poſſit contrahi, & collum eius conſtringere, tunc accidit inuoluntariæ vrinæ exitus, & dyſſuria, & ſequitur multitudo vrinæ, & mictus in lecto. Si vero non ſit valde excedens, vt parum mollificet, & non conſtringit perfecte, tunc accidit deſtillatio vrinæ, & ſequitur paucitas eius. Aut erit multum humida cum pauca caliditate, quæ textulam villorum veſicæ rarificat, & relaxat, debilitatem in eis feram, & peſſimam generabit. Aut erit ſicca cum frigiditate, vt vrinam acuat, & tunc accidit ardor vrinæ, & ſequitur reſolutio, & debilitas. Aut ſicca cum frigiditate; & tunc accidit ſtranguria, & ſequitur dolor in pectione, & inflatio, & mors quandoque.

Si etiam ſit in veſicæ concauitate mala complexio, *Si veſica in ſua concauitate, quid.* & dyſcraſia frigida, & humida, quæ prohibeat conſtrictionem ipſorum larerum vndique, & vrina non queat exprimi, accidit difficultas vrinæ. Etiam ſi fuerit ſicca,

vel

vel humida in collo eius, quæ spasmet lacertum, & teneat circumtractum. Sicque expeditis ægritudinibus variatis secundum plus, & minus, maior, & minor accidit in prædictis membris debilitas, ex qua diuersa possunt in actione vrinandi prouenire nocumenta. Aut erit cadens supra substantiam spiritus, vt quia sit euacuans ipsum, vt est euacuatio multa humorum, & proprie sanguinis ex eis, vel coitus multus, vel resoluens ipsum, vt mala complexio eius calida. Aut suffocans, vt multa repletio ex humoribus, lapide, sanie, vel vrina. Aut extinguens, vt narcoticorum approximatio. Aut cadens supra virtutem, vt multus labor reiteratus ipsorum membrorum, & proprie renum, vt in longa statione in pedibus, & ambulatione multa, & equitatione subita sine consuetudine, & intermissione, dolore, & percussione, & in vesica multa vrinæ retentione, ardore, & dolore, quæ etiam spiritum resoluendo debilitant virtutem, accidit membris prædictis debilitas secundum plus, & minus, ex quo eorum actio diminuitur, vel aufertur in expulsione vrinæ.

Si per consensum. Et quandoque causa debilitatis ipsorum est, ex communitate ad superiora membra nobilia, scilicet hepar, & cor, & cerebrum; cum enim hæc patiantur, prædicta debilitantur membra, ex quo nocumentum proueniet in actione ipsorum prædicta, & diuersa, vt dictum est, accidentia insequentur. Et causę ipsarum ægritudinum, signa, & curæ superius dictæ sunt.

Causa vero malæ complexionis ipsorum simplicis, & commixtæ, puræ vel impuræ, diuersæ, vel æqualis, quæ in debilitando est pessima, seu plurima, duplex est; interior, & exterior, & vtraque ex dictis in lapide, & vlcere, & in mala complexione hepatis est manifesta, & signa eius etiam licet loco, & proprietate actionis læsæ, & exeuntium quorundam ab eis sint differentia, per te ergo considera, & appropria illa renibus, prout oportet.

Signa debilitatis renū. Signa vero debilitatis ipsius, scilicet renum sunt, vrinæ paucitas, & in substantia, & colore, sicut lotura carnis; & quandoque residet cum venæ sunt saluæ, & quandoque remanet sicut mingitur, nec residet, cum non sunt saluæ. Et extenuatio renum, licet non sit manifesta debilitas, instando, & impotentia tolerandi anhelitum, defectus in coitu, debilitas visus, & dolor capitis.

Signa debilitatis vesicæ. Sed vesicæ debilitatis signa sunt defectus in continendo, vel expellendo vrinam, & grauitas in pectine, & peritoneo, & sensus acuitatis, & ardoris, lenitas, & asperitas in loco, & apud emissionem vrinæ maxime, & vrina erit spissa, & turbida propter illud, quod descendit cum ea, quod non digeritur, nec conuertitur; & non expellitur, nisi adiuncta compressione, & hæc de istis signis.

De cura. Cura malæ complexionis talium membrorum, si pura est simplex, vel commixta, & diuersa, facile curatur, licet difficilius cognoscatur, si vero æqualis, & fixa, difficilius curatur, licet facilius cognoscatur, quemadmodum in alijs membris existens, vt Gal. dixit. Et eius sanatio est tres res.

1. ar. cu. ad Glau. ca. 1. & de differ. morb. cap. 3. & 1. de differ. feb. ca. 2. & 3. Prima est remotio exterioris causæ. Secunda alteratio. Tertia ipsorum confortatio. Si vero impura fuerit, & cum materia commixta, eius sanatio est tres res. Prima est materiæ euacuatio. Secunda alteratio dyscrasiæ; si remanserit impressa. Tertia ipsorum confortatio.

Euacuatio. Euacuatio completur cum phlebotomijs præenumeratis, vel medicinis solutiuis, prout materia exigit, & sumptis, & clysterizatis, & vomitibus, & diaphoreticis exterius approximatis per omnem modum, prout in cura oppilationis eorum diximus.

Alteratio. Alteratio vero completur cum administratione diureticorum calidorum frigidorum, & exiccantium, & humectantium, prout dyscrasia expetit, quæ omnia in cura oppilationis ex lapide, vel humore, & viscerum sunt numerata.

Confortatio vero cibis. Confortatio vero completur cum cibis, medicinis, & cibis facilis digestionis boni nutrimenti, & dyscrasiæ contrarijs. Et

E à proprietate conuenientes sunt renes animalium, & proprie hœdorum, & porcorum. Et vesica donulæ exiccata, & carnes eritij salitæ cum oxymelle, ficus humidæ, & siccæ, sed nocens eis vlceratis, & zuccharum alhusar, & lac camelarum, & ouium. Et ex potibus vinum odoriferum paucæ stypticitatis, puri, vel mixti, prout stomachus, & dyscrasia requirit, & in hu. valde mollificante, & relaxante vinum passum. Et ex medicinis sim- *Totæ.*
plicibus, & commixtis, interius, & exterius approximatis, per omnem modum, &c. Et ex appropriatis sim- *Medic. simpl.*
plicibus, sunt grana sileleos sumpta in quantitate duorum almulusech cum rob, decem diebus, cyperum, bolum armenum, sed cum lacte ouino, oportet vt sumatur, & ex eis sunt, quæ dicta sunt supra in cura lapidis. Et ex compositis sunt trochisci alchechengi, & oleum *Compositæ.*
de cherua, rosatum, de mastiche, cytonio, & alchanna. *Mundifi-*
Et ex mundificantibus eos sunt, theodoricum, mithri- *ficantia.*
datum, anacardinum, hiera Abuha. & oleum de ambra,
F ad frigus eorum, ad mollificationem eorum hiera Gal. tryphera de scoria ferri, & aliæ tripheræ.

De diminutione, seu paucitate vrinæ, ablatione, & priuatione ipsius. Cap. 8.

DIminutio vrinæ, vel paucitas, seu priuatio eius ex prædictis sunt notæ, & in specie causarum conueniunt, sed differunt in quanto eorum, quemadmodum & ipsæ. Est enim causa eius, aut ex parte cibi, & potus, *Causa.*
vt materiæ, aut ex parte corporis, vt efficientis, aut ex parte extrinsecus aduenientium, vt cooperantium. Et parte cibi, quia sit naturaliter siccans corporis humiditates, & exiccans, vt est panis miliaceus, vel panici, & furfuraceus. Sorbitio ex orobo, & lenticula, & Fructus pontici, nati ex se, corporis humiditates exiccantes, vel accidentaliter, velut carnes salitæ, vel alij cibi multum salis habentes, panis biscoctus, vel temporaliter, vt antiquus, aut opitus. Ex parte potus, quia sit paucus, &
G crassæ aquæ, vel vini similiter, & aliorum similium. Ex parte corporis, aut totius, aut membrorum operantium in vrinam. Ex parte corporis totius, quia sit rarum, resolubile, vel multi sudoris, vel lubricum, vt fluxibile vētris ad quem humiditas corporis tendens, & fluens per eum, * in vijs vrinæ * deriuant, vnde Hipp. vrina multa ** deuiatur.* ** 4. aph. vlt.*
noctu facta, modicum secessum significat, & è conuerso. Vel quia sit multi vomitus, qui eradicando à superioribus, & ab inferioribus retrahendo, vt Abuha dixit diminuere potest vrinam. vel quia aliam similem euacuationem manifestam patiatur, vt fluxum sanguinis narium, & similia. Ex parte membrorum operantium in vrina, aut per modum generationis, vt heparis debilis non impellentis ad renes aquositatem, generauit, vnde remanet in venis cum sanguine; nec transit in vrinam, aut per modum tractionis, & sequestrationis, vt renum debilitatorum, vt in præcedenti cap. dictum est. Aut ex parte deferentium, & colligentium, vt vritidum, vel vesicæ,
H quia sint oppilati, vel vlcerati, & perforati, quare vrina licet plus trahatur cum ad corpus vacuum tendit, non extra vadit. Ex parte autem extrinsecus accidentium puta aeris, quia tempus, vel aeris constitutio fuerit sicca, inaquosa, vel borealis, quæ corporis humiditates, & superfluitates exiccauerit, licet per accidens, scilicet stringendo ventrem, vrinam prouocet, & multiplicet, vt Hipp. dixit, vel motus resoluendo exiccans, vt inanitio, fames, & abstinentia, quæ exiccant per accidens secundum Gal. & vigiliæ, quę sunt vehementis motus, similes motui, vt Abuha. dixit. Et euaporantes, vt Gal. ait, & ani- *11. meth. med. cap. 3.*
mæ accidentia immoderata, quæ corpus exiccant, vt Gal. in techni descripsit, quæ omnes, si debiles sint, mi- *Techni, seu ar. med. ca. 86.*
norant vrinam, & eam paucam reddunt, si vero fortes, auferunt eam, & priuant.

Signa. Signa earum sunt talia. nam siquidem processerint à cibo, & potu, sunt manifesta ex eorum assumptione præmissa; si vero à causa in corpore toto, quia sit rarum, & resolubile, duobus declarabitur signis potissime. s. signo raritatis,

1. aph. 69. talitatis,quod est pilositas corporis, sicut Hipp. docuit cum dixit, cutem raram declarat pilus. & signo resolutionis,quod est duplex. Vnum quod Gal. posuit,& est quia in multa sumptione cum priuatione euacuationis sensibilis,& egestionis paucitate corpus non impinguatur,sed remanet extenuatum. Aliud est,quia in laboribus non subsistit,sed cito deficit. Si vero quia sit fluxibile,vel alias sensibiles euacuationes habuerit,præcessio illarum,& reliquæ ipsarum remanentes ostendunt, sicut Gal. dixit. Signa debilitatis eius in suo loco dicta perpendes,cachexiam,vel etiam ascitem. Similiter si ex renum debilitate,signa debilitatis eorum in præcedenti capitulo dicta videbis. Similiter quoque si ex parte deferentium vritidum,& vesicæ,vel etiam virgæ,quia oppilentur; ex signis dictis oppilationis ex humore,vel lapide cognoscere potes. Et stranguria,& etiam spasmi, ac etiam ex signis dictis in capitulo solutionis, vel vlcerum,si soluti fuerint,vel vlcerati, quod ventris inflatio ex aquositate replente confirmat,& ardor vrinæ.

Cura diminutionis vrinæ. Cura diminutionis vrinæ,& ablationis eius sunt tres res. Prima est regiminis permutatio. Secunda est euacuationis retentio. Tertia vrinalium membrorum rectificatio, & confortatio.

Alteratio. Permutatio regiminis est,vt alteretur,& permutetur secundum quantum,& quale; de exiccatiuo,quod eius erat causa ad humectatiuum,in cibo,& potu,& in alijs rebus non naturalibus,de quo etiam supra in cura meri,& stomachi diximus,& etiam impinguatiuum, de quo, Deo dante, dicemus infra; hoc enim regimen primam causam,quæ vt materia erit abscindit; & etiam tertiam extrinsecus subaufert,alterat,& emendat.

Euacuationis retentio. Secunda est euacuationis retentio occultæ,& manifestę,occultæ,& insensibilis retentio completur cum cibis,& potibus humores inspissantibus,& cum medicinis condensantibus poros, de quibus supra in syncopis cura diximus,& hoc supra in cura doloris,& fluxus.

Si vero sensibilis fuerit,& per sudorẽ, cum remittentibus ipsum,de quibus ibidem diximus.

Si vero lubricitas ventris fuerit,& naturalis quia humiditas, & mollities in expulsione superfluitatum naturalium consuetarum cum stypticis cibis, vel potibus præmissis notis supra, corrigatur; & cum frictionibus, & balneis, & alijs diuertentibus ad hepar, & venas humiditates ipsas, & trahentibus ad membra vrinæ,vt sunt diuretica.

Si vero fuerit lubricitas præter naturam, medicetur prout de ea superius dictum est in cura fluxus ventris.

Similiter & si multus vomitus adsit. Necnon,& si fluxus sanguinis narium,curetur prout supra in proprijs diximus locis. Et de alijs euacuationibus similiter quoque intelligas.

Membrorũ rectificatio. Tertia est membrorum rectificatio, & confortatio, & hepatis, prout supra in cura debilitatis hepatis est dictum,vel renum,sicut in præcedenti capitulo habuisti, vel etiam vritidum,& vesicæ,& cum diureticis,vt ibidem est dictum, quæ omnia in fortitudine,& debilitate,diuersa eligenda sunt, prout diminutio vrinæ,& eius ablatio,& earum causa variantur in quanto.

De diabete. Cap. 9.

Diabetes quid. 6. de loc. aff. ca. 3. Diabetes secundum Gal. est propria passio renum, raro contingens, in qua potus citius trahitur quã oportet ad eos, sicut cibus in appetitu canino, & cito egreditur cum vrina, sicut cibus, & potus in lienteria cum egestione.

Causa. Et causa eius est superfluitas. Primo desideratiuæ, Secundo contentiuæ ipsorum defectus; nisi enim foret superfluitas desideratiuæ ipsorũ nõ sic velociter traheretur: nisi quoque deficeret contentiua ipsorum, non sic cito egrederetur. Superfluitatis desideratiuæ ipsorum,& attractiuæ virtutis causa est ipsorum caliditas vehemẽs, eum materia,vel pura magis,quam sunt vltra debitum, in continua tractione,& forti à venis emulgentibus,& de eis ad hepar extenditur,& de hepate ad stomachũ,& ad omnia membra; vnde humiditas ipsorum irrorans ea attrahitur,& exiccatur,& sequitur sitis vehemẽs; quę potu non sedatur, quia ea non remanet, quare siticulosa ab aliquibus appellatur. Defectio contentiuæ non est in eis principalis propter complexionis malitiã calidæ,quę est causa superfluitatis attractiuæ, qua non deficit contentiua,sed frigiditate proprie,& humiditate; sed plurimum accidentalis secundum Gal. consequens superfluitati attractiuæ; cum enim superfluit eorum attractiuæ, vrinæ plus trahitur,quam renes aliquandiu continere possint,& ipsa vesica,quare deficiente cõtentiua ipsorũ, cito profluit inalteratus per vritides ad vesicam; & inualescente expulsiua eius ingreditur cum vrina,sicut in lienteria cibus,& potus cum egestione. Et aliquando est principalis,& essentialis in ea,vt dixit Abu. propter malitiam complexionis puræ, frigidæ,vel impuræ ab intra, vel exterius venientis,quam sequitur superfluitas attractiuæ ipsorum non essentialiter,propter contrarietatem complexionis in causando,sed accidentaliter,& ex consequenti: cum enim in renibus vrina non figitur tracta naturaliter, renes ex sanguine cum aquositate veniente nutriri non possunt; quare remanentes inaniti auidius trahunt, & tunc magis contentiua eorum deficit, & quanto plus deficit,magis trahunt, sicut est deuenire ad circuitionem, quemadmodum in lienteria est videre. Causa vero ipsius caliditatis renum duplex est, scilicet interior,& exterior,vt in lapide dictum est, & similiter frigiditatis causas per contrarium comprehendes. *Incipratitato.* *Cauſæ.*

Signa ſi ex caliditate. Signa siquidem sit ex caliditate faciente superfluere attractiuã, sensus erit, & inuentio caliditatis in lumbis, & vrina multa;& in principio, sicut lotura carnis recentis secundum Gal. minus tamen tincta,& rubea,quam si procedat ex defectione discretiuæ hepatis, & proprie cum amplitudo meatuum emulgentis venę in ea inuenta fuerit, & sanguinis abundantia in venis, quæ quanto maiora sunt, tanto plus sanguinis cum aquositate transibit, ad renes. Vnde vrina ex defectione contentiuæ virtutis superfluens plus rubebit; procedẽte vero tempore, diminuto sanguine ex venis, & proinde restrictis membrorum meatibus, & exiccatis vrina egreditur in qualitate,seu colore potus,quia aqua subtilis,& alba: si aqua sola bibatur,quæ magis desideratur in ea,vel sicut alius potus, vel vini simplicis, vel cocti, vel aquæ commistæ,vel etiam syrupus. Et forte erit alba,& spissa propter humiditatem membrorum, vltima extractione, vnde vrina redditur sicut lac: & proinde membrorum consumptio sequitur,& mors vt plurimũ. Si vero ex frigiditate faciente deficere contentiuam causatur, sensus, & inuentio frigoris erit in lumbis,& vrina erit in principio non multitudinis magnæ, sed consuetæ, deinde multiplicatur,& erit sicut lotura carnis, minus tamen tincta,quam in præcedenti, in qua fortitudo attractiuæ præcessit,in processu vero temporis sociata fortitudine attractiuæ mutabitur,sicut prima. *Loco citato.* *Si ex frig.*

De cura diabetis. Cura diabetis in generali, & speciali,est quatuor res. Prima est omnis causæ ablatio,& exterius proueniẽtis; & interius existentis. Interius,vt siquidem ex caliditate renum processerit; fiet subtractio subtilium,& calidorũ ciborum,& potuum,& diureticorum calidorum,& talium prouententiũ. Exterius,vt labor corporis,& proprie renum; strictura lumborum; balneatio in calida aqua actu,vel potẽtia;mora in sole;decubitus super renes; & somnus profũdus,& vnctiones calidæ,& emplastrorum,& aliorum talium, quæ renes habeant calefacere, hepar,humores,& membra,& accidentis, * siue fuerit humoralis,cum phlebotomia si fuerit sanguis: cum clystere,pharmacia appropriata leni. Si autem humor calidus sit,id est cum vomitu, qui in euacuando est potissimus,quoniam euacuat deriuando ab eis. * siue sit complexionalis, * quia oppilatio sit in eis, cum aperitiuis superius notis; necnon & causæ coniunctæ,quę est renum dyscrasia calida. Alteretur ergo;fit enim talis dyscrasia ægritudo,vlterius augumentata;quam talis sequitur passio,ut superius dictum est,& ea mediante orta alia concomitan- ** Si vero.* ** vel.*

comitantur ſymptomata,& ſitis,& conſumptio corporis,de quorum correctione infra dicetur. Inquit enim Gal. Palam eſt morbum eſſe cauſam omnium accidentium,accidentia tamen alia ſequuntur. Secundum enim ſequitur primum,& tertium ſecundum.

De Simpt. differentijs cap.4. & 6. Alteratio.

Complebitur vero eius alteratio cum frigidis, quæ non tantum illam alterent,ſed etiam hepatis, & membrorum complexionem contẽperent,& humores adæquent; hepar enim & corporis membra,ſi calida ſint, eorum caliditate vſque ad renes extenſa, eorum dyſcraſiam intendunt,humores acuros etiam gignunt,qui vrinam acuunt, vt ipſa tranſeundo ad renes eorum caliditatem inflammat,ſic ergo debent eſſe talia frigida vehementer,& illa proprie, quæ non prouocent,nec iſtis admixta,ſed leniant,ita quòd ſoluendo non prouocent,ſed minorent vrinam, qualia ſunt ex oleribus, lactuca,ſpinachia,atriplices, & ſimilia, & ex fructibus iuiubæ,ſebeſten, pruna, chryſomila, perſica, cucumeres, citruli, & melones, cucurbitæ; & proprie carnes ipſarum,non ſemina,qui aquoſitatem,& vrinam multiplicant,& fructus,moræ maturæ,& grana acetoſa, & muza,& ex aquis: aqua vehementis frigoris, & aqua cucurbitæ, & aqua hordei cum decoctione iuiubarum, & lac acetoſum,à quo extractum eſt butyrum, & melius eſt ex eo, quod ſpiſſius,& craſſius,& ouium,& aqua lactis bouini ſubtracto butyro; Et ex medicinis ſimplicibus eſt ad hanc intentionem mucilago pſyllij, & ſuccus roſarum, & malorum. Et ex appropriatis in prohibendo vrinam, eſt merdaſengi bibitum, & ſcoria ferri eſt optima, vel proiectum in aqua eris,quod minorat; & alia,quæ in cura multitudinis eius dicentur. Et exterius approximandum eſt, ſedere in ſemicupio aqua frigida pleno, & renes,& hepar vngere,epithemare, & emplaſtrare ex frigidis dictis,& ſuccis, & eorum oleis, & proprie oleo de alchechengi, & ſcorpionibus, de cucurbita, de ſemine melonis, ſi dilatatio ductuum non exiſtat in ea, donec eorum caliditas extinguatur, & ſitis. Et ex medicinis compoſitis ſunt trochiſci de camphora,de ſpodio,de balauſtia, cum aqua cucurbitæ, vel mucilagine pſyllij,vel dragacanthi,vel citruli, prunorum,& ſebeſten,vt leniãt non conſtipent: plurimum enim cum conſtipatione ventris ſunt tales. Et exterius approximanda ſunt ea,in quibus cum infrigidatione eſt ſtypticitas,quæ ductuum dilatationem,& emplaſtratione coanguſtent, & retentiuam renum confortent, ſicut emplaſtrum de hypocyſtide,de capreolis vitis,virga paſto. & balauſtiæ,ſem.papaue. albi, lactucarum, ſcariolarum, portulacarum, & ſpodij, ribes cum aqua acreſtæ,vel myrtæ, & ſimilium. Et ſicut ceratum noſtrum Galen. & oleum de cytonijs, de zarur,& balauſtijs,& ſimilia.

Simpl. medic. per os aſſumenda.

Ab extra.

Simp. medi. interna.

Ab extra.

Si ex frig. curatio.

Sed ſi ex frigiditate renum contingat paſſio talis,quæ pro tanto non euacuatur à ſiti,& membrorum conſumptione,licet ſit minor paſſio,quemadmodum paſſio minor eſt,cura eius in eiſdem rebus conſiſtit,& complebitur cum prædictis è contrario ſumptis,& quæ renes,& totum corpus calefacere habeant, non infrigidare. Et ex calefacientibus conuenientibus illi eſt frictio extremitatum,& totius corporis cum rubificantibus,motus, ventoſatio,& balneum,& ſumptio antidoti,quod craſſæ ſubſtantiæ ſit, vt non cito penetret, ſicut ſyrupus, & alia liquida,quale eſt diacalamentum,diatrion pip. theriaca antiqua,& mithridatum,& vina craſſa,vel ſtyptica,vt calabrenſia. Sic ergo cauſis ablatis,& abſciſſis,carebit paſſio talis,ſcilicet velox exitus potus.

Vri. diminuentia, atque retardantia in calida.

Item in frigid. que.

Secunda res,eſt vrinæ diminutio, & retardatio,& ex his,quæ maxime retinent ipſam, ac retardant ab exitu, & minuunt eam,eſt,vt non tantum poſt ipſa trahentia, deriuantia miniſtrentur,qualia ſunt, quæ præmiſſa fuerunt,ſed etiam,quæ cum retentione,& deriuatione euacuant ipſam,vt eſt vomitus prędictus,& ſudoris prouocatio cum frigidis appropriatis in cauſa calida, vt aqua hordei,& melonis. Indiget vnctione cutis corporis,& proprie ſpinæ cum temperatis, vt oleo chamæmelino, anethino,vel vino albo cũ aqua calida. Et in frigida cum calidis,vt eſt potus calidæ aquę,& proprie apij,aniſi, calaméti,vel pyrethri,& vnctione corporis cutis,& proprie ſpinæ cũ aſaro,& oleo de ſpica,vel cyclamine cũ melle.

Diæta.

Tertia res eſt regimen, & eſt conſeruatio corporis in aere frigido,ſtyptico,cum quiete, & ſomno temperato, & cibis frigidis,& craſſis plurimis, difficilis inflammationis,conuerſionis in choleram, & aduſtionem,generãtibus humores craſſos,& ſpiſſos, quales ſunt ſorbitiones de chiſt hordei, de candaruſio,ſeu chõdro,cum lacte acri,vel lentium,vel carnis bouinæ;et pedes ipſorum,& piſces recentes magni cum aceto, quoniam ſitim mitigant,ventrem ſoluunt,& ſic vrinã minuunt,& lac ouiũ coctum cum aqua,donec cum illa conſumatur,& aliqua talia,quæ ſupra in dolore ſtomachi diximus, quibus præmittenda ſunt lenientia,ne craſſitie ſua conſtipent, vt pruna, perſica, & proprie dactyli pingues, & paſſulæ, quæ leniendo vrinam minorãt, & poſtponẽda ſunt ſtyptica,ſeu pontica,quæ comprimendo leniant, vt fructus ſtyptici,ſicut pyra, ribes: & cytonia non præmittenda, ne conſtipando prouocent vrinam; & miſcenda ſunt vnctuoſa lubricum facientia, & pinguedines gallinæ,& porci,caprę,& huiuſmodi. Et cum potibus vini acerbi, cum multa frigidæ aquæ permiſtione,ſi aquam ſolã non toleret,vel alicuius ex robub ſtypticis,vt granatorum,ribes,de cytonijs,vel macianis,& ſimilia cum clyſteribus lenientibus fœces, quas habent plurimum conſtipatas. Et cũ lætitia animæ,& promiſſione ſalutis,cum auxilio. ſpiritus omnipotentis Dei, qui ſolus ſanat languores.

Accidentiũ correctio.

Quarta res eſt accidentium ſequẽtium paſſionem talem correctio,vt ſitis,& membrorum conſumptio,quæ multum, & velocem vrinæ exitum huius paſſionis ſequuntur. Obuiandum ergo eſt primo ſiti cum potu cõſueto maiori, propter illud, quod ex membrorum humiditatibus conſumitur, caliditate, & ficcitate trahente. Et in cauſa calida ex aliqua prædictarum aquarum, & proprie frigida pura,quã deſiderat: quæ tranſire moratur,vt Hippocr. dixit. vel permixta cum aceto, quod radendo inteſtina naturam ſoluit, & cum aliquo ex rob ſtypticis,quod ipſam retinet,nec cito tranſeat ad vrinam.

Sitis.

Vlceratio. Si cauſa frig.

Obuiandum etiam eſt vlcerationi ipſorum membrorũ, ſcilicet renum, hepatis,ſtomachi,& reliquorum. Et in cauſa frigida,cum potibus vini puri craſſi,& alijs calefacientibus membra prædicta,quæ ſunt nota: Mẽbrorum autem conſumptioni obuiabimus deinde cum cibis laudabilis nutrimenti,& facilis digeſtionis,& potibus vini rubei lymphati competenter, cum omni regimine reſumptiuo, ſicut Galen. docet. Et ex his, quæ ſunt laudabilia,& experta conferentia tali paſſioni, & alijs,ſtantibus accidentibus,eſt, vt ſumat patiens ex aqua frigida in ea,quæ ex caliditate eſt: & in ea,quæ ex frigiditate eſt, vinum multum, & poſt horam euomat, vt ex quo extinguit membrorum inflãmationem, retrahitur ad ſtomachum, & educatur vomitu,ne tranſeat in vrinã,aggregat enim in ſe virtutem digerendi,& euacuandi cauſam calidam,ſi qua ſit,& cauſis extrinſecis reſiſtendi; & alterando dyſcraſiam renum hepatis, & membrorum, & contemperandi humorem, necnon mitigandi ſitim, minuendi vrinæ multitudinem, & prohibendi etiam diſſolutionem membrorum. Abuh. præcipit trochiſcos ad diabetem ex caliditate,cum dilatatione meatuum renum,& venæ emulgentis. Rec.ſpodij,terræ ſigillatæ,cãcrorum fluuialium combuſtorum,ana partem vnam, lactis partes tres,ſem.papaueris,& ſem.lactucæ,ana partem j.s.& aggregentur omnia cũ mucila.pſyllij,& informentur trochiſci,& doſis eorum ſit,ſicut videbitur tibi.

Exercitio.

Troch. ad diabetem.

Ceratũ pro renibus.

Ceratum ex inuentione noſtra,quo vngũtur renes,& hepar eius,qui diabeticam paſſionem patitur à caliditate. Rec. vtriuſque ſandali, ſpodij, ana drach.ij.ſeminum frigidorum, ana drach.j. camphoræ drach.j. lactis mulieris lactantis puellam drach.j. ſuc.ſempernuæ,ſuc.ſolatri,ana vnc.j.aceti drac.j. olei de cucurbita,& olei roſ. quod ſufficit. vngantur ex eo prædicta membra cum innouatione ſæpiſſima. Et quandoque fit per modum emplaſtri, cum eorum ſubſtantia. Et quandoque per mo-

dum

dum infusionis, & epithematis, vt facilius penetrent, per tantos lacertos, & ossa, inter medios vsque ad renes, & sic est finis huius capituli.

De fœtor vrinæ. Cap. 10.

Fœtor vri. quid. FOetor vrinæ est mala qualitas ipsius mutata in sensu odoratus, & est vt odor eius sit debito horribilior, & quæ non est ad imprimendum secundum Gal. sicut alia duo symptomatum genera, vt curam conuertat ad se, & medicum cogat desistere à cura dispositionis, & causæ suæ, sicut illa tanquam illam præcipuam sanationem habens, cessans simul cum facilitate dispositionis. Sed est potius ad significandum signum existens dispositionis, vel causæ, quam oportet curare eo modo, sicut Abuha. dixit, cum inquit. Cum autem vrinam odorem habet fœtidum, & maturatio in ea fuerit, erit ipsius causa scabies, aut vlcera in instrumentis vrinæ, quæ suis cognoscuntur signis, scilicet dolore percepto in eis, vt in aphor. docuit Hipp. Quod si maturatio in ea non fuerit, possibile est, quod fit ex hoc, & possibile est, quod fit ex putrefactione in superioribus membris. cumque hic in febribus fuerit acutis, & causa membrorum vrinæ non fuerit signum malum. Cumque vrina fœtidi odoris in sanis perseuerat, significat febres, quæ ex putrefactione accidunt, aut minorationem putrefactionis, quæ in ipsis est retenta, & hoc quidem demonstrabit, si illico *Causæ.* alleuiationem habuerit. Ex quibus colligitur eius causa, & signum. Est enim causa, à qua procedit duplex, aut interior corporea, aut exterior incorporea. Interior est humor corruptus, aut putrefactus, aut in venis, vt accidit in febribus febre putrida, aut in membris corruptis corruptione fœtente, aut quia fit ex toto genere præter naturam, vt in cadaueribus mortuorum, aut non toto, sed partim, vt in apostematibus, & vlceribus, quod est plurimum in homine viuente, & hoc aut in superioribus mẽbris, vel specialibus, vel in vlceribus pectoris, & pulmonis, aut nutritiuis, vt hepatis vlceribus, aut in inferioribus, vt in ipsis vrinę mẽbris. Exterior, & incorporea est cibus, vt asparagus, qui sumptus, & comestus facit fœtere vrinam, & similia, vt attonalia. Et signa causarum *Signa.* ex pdictis sunt manifesta, & interior est maioris fœtoris.

De cura. Et cura eius est duæ res. Prima est ablatio causæ exterioris, & abscissio interioris, quæ ex prædictis supra, & dicendis in cura febrium putridarum est manifesta. Secunda est aromaticorum administratio, quæ ex diureticis, sicut est spica, galanga, gallia muscata, cinnamomũ; & consimilia scitur.

De dysuria, & inuoluntario exitu vrinæ, & destillatione. Cap. 11.

Dysuria quid. DYsuria, & destillatio vrinæ, est fluxus, seu inuolũtarius exitus vrinæ, cum impotentia continendi, & in hoc conueniunt in genere, sed differunt in cura, & etiam modo. In cura quidem differunt non in eius spe- *Causa immediata.* cie, sed in quanto: vtrique enim immediata causa est defectio contentiuæ virtutis in vesica, quæ in dysuria maior est, quam in destillatione vrinæ. In dysuria enim, vt dictum est, est ablatio contentiuæ, sed diminutio eius in destillatione, licet quandoque possit eius causa esse debilitas expulsiuæ, vt in sequenti capitulo patebit, sed illud est improprie, & ex consequenti; ex debilitate enim expulsiuæ prouenit difficultas vrinandi, quam sequitur destillatio; vt scilicet eodem capitulo dicetur. Sed ex debilitate contentiuæ virtutis destillatio proprie, & immediate, procedit, vt supra capitulo generali dictum est; & sic ipsæ non differunt in specie causæ, sed in quantitate tantum. In modo vero differunt: nam fluxus vrinæ in dysuria est multus, & subitus. In destillatione autem est paulatim, & paucus ad destillationis aquæ modum. Et quia in causa conueniunt, & specie, cõuenient in signis, & cura, in quibus differunt solum in quanto, proinde simul de his vnum capitulum faciemus. Et causa media- *Causa mediata.*

ta, qua contentiua deficit in vesica est, aut interior corporea, aut exterior incorporea. Interior, & corporea, aut *Interior.* est in membro continente, quod est collum vesicæ, aut in contento cum lacerto eius, aut quia læsio fit in eo, quia deficit contentiua ipsius, & tunc aut læsio in collo, & eius lacerto est principalis in se, quia fit * mollificans ** mollificans.* ex humore currente ad ipsum, vel eius compressus neruus, sicut in dislocatione spõdylium contingit: aut propter communitatem ad principium, scilicet cerebrum, vel nucham, apostemata, vel percussa, & soluta; aut vicina membra; aut scilicet concauum ipsius, vt quia sunt in concauo eius vlcera, tunc enim adueniente vrina ad ipsam sentit ardorem, & stringit, & sicut vrina exprimitur, & mollificato lacerto colli propter obedientiam motiuæ, cuius organum ad sensibilem extra inuoluntarie fluit. Sic ex vlceribus concaui generatur dysuria, seu destillatio quemadmodum ex vlceribus colli stranguria procreatur, vt infra patebit sequenti capitulo. * cum ad ** aut.* matricem, cum repleta est fœtu magno, quasi comprimit vesicam, vt expellat vrinam præter voluntatem, & faciat deficere contentiuam; sicut in prægnantibus sæpe contingit, & vidimus multas conquerentes. Aut ad intestina repleta fęcibus. aut ad ipsa apostemata, pectiné, & anum, & alia membra adiacentia ipsi, & ea simili mo do comprimentes. Sed recte contenti in ipso membro scilicet vesica; vt vrinæ recte; aut quantitatis, & multitudinis eius, sicut contingebat in diabete, in qua defectio contentiuæ vesicæ non erat ex se, sed ex multitudine vrinæ, propter fortitudinem attractiuę renum; aut erit qualitatis, & acuitatis ipsius molestantis expulsiuam. Sicut enim multa grauedo facit principaliter deficere contentiuam, vnde ex consequenti superfluit expulsiua; sic acuta molestando expulsiuam incitat, vt ex consequenti faciat deficere contentiuam cedentem sibi, vt supra in intestinis, & stomacho dictum est. Causa vero exterior est, *Exterior.* vt frigiditas maxime, & humiditas exterius contingens membra vrinæ, vt aer frigidus, & balneatio in frigida aqua, casus, & percussio, & similia; quæ quidem causæ si fortes sint dysuriam generabunt, si debiles, destillationem vrinæ. Quarum signa ex prædictis sunt nota, & etiam signa causarum interiorum, quæ est alicuius earum præcessio, vel inuentio cum aliarum priuatione, exterioris vero sunt manifestæ.

Cura eius sunt duæ res. Prima est abscissio causæ in- *De cura.* terioris, & ablatio exterioris, si adsit. Secunda est membri confortatio. Causæ interioris debilitatem in contentiua imprimentis complent abscissionem, medicamina vnicuique causarum conuenientia: vt scilicet siquidem causa sit mollificatio nerui, & lacerti, & propria; complebunt illam medicinæ superius habitæ. Si vero ex cõmunitate ad dislocationem spondylium complet ipsorum reductio, si possibile sit. Si ex communitate ad prin- *Si ex consensu.* cipium, curatio causæ erit ablatio; similiter si ex vicinorum, puta dispositione, quoniam illorum rectificatio, causæ erit abscissio; quæ omnia ex dictis, & dicendis sunt manifesta. Si quoque ex multitudine vrinæ fit, cum medicinis diabetis complebitur cura ipsius. Si etiam in acuitate constat vrinæ, medicinæ ardoris erunt expletiuę. Et ex proprijs est mucilago psyllij cum camphora sumpta continue, secundum Ioannem Serapionem. Ablationem vero causæ exterioris, complent, si adsit ipsarum mutatio. In contrarium autem oportet, vt præcedant curationem interioris abscissionis, tanquam illud, sine quo non valet illius abscissio fieri, eo quòd eius causa existit efficiens, & conseruans. Et siquidem remãserit impres- *Si impressio mala remissa.* sio, quia mala complexio; cum tinis, & ex calidis vnctionibus, & theriaca curetur: vel quia fuerit casus, aut percussio: medicinas casus, & percussionis præcedere oportet, de quibus infra dicetur; deinde ad membri correctionem deuenire. Confortationem vero compler, mi- *Confortatio.* nistratio medicinarum habentium confortare neruos mollificatos, & proprie inferiorum partium, & vesicæ; appropriatæ reuere vrinam. & sunt, quæ dictæ sunt in cura paralysis, simplices, & compositæ. Et ex simplicibus

Complexio. cibus appropriatis veſicæ, & collo eius, in hoc caſu ſunt calidæ, ſiccæ, ſtypticæ, vt plurimum, ex eo, quòd plurimum eſt cauſa frigida, & humida, talis mollificatio lacerti in ſe prouenit, & ſunt cyperum, ſandaracha, & thus maſculum, & cortex eius, myrrha, & ſtyrax ſicca, pyrethrum, & enula ſicca alchanna mahael. & alhaſce, ſem. vrticæ, aſarum, mac. anacardus, nux muſch. cyminum, origanum, cinnamomum ponticum, gallæ cypreſſi, ſtęchados, acorus, & ſimilia aſſata, ne prouocent; ſed ſtypticando confortent, & retineant confortando. Sunt autem cum melle confecta cocta, & ſumpta, vel cum melle emblicorum, vel mellicrato bibita, quod ſit ex vino pontico factum. Et ex compoſitis eſt theriaca, & mithridatum, confectio anacardi, tryphera maior, & tryphera minor confortata cum anacardo, vel ſagenea miſta aliquibus ſtypticantibus, & ponticis, vt granis myrti, & cupulis glandium, balauſtijs, & ſimilibus. Et expertæ ſunt, pilulę de alchaſce, pyrethro, & diacyminum, quando eius ſemina valde teruntur, ſumptum, & inunctum, eſt iuuatiuum frigori membrorum vrinalium, & retinet inuoluntarium exitum.

Compoſita.

Pilulæ.

Et cum deſtillatio ex impotentia, & defectu expulſiuæ procedit, miniſtranda ſunt prouocantia cum confortatione, & pauca ſtypticitate, qualia ſunt, quæ infra dicentur. Et de exterius inungendis in hoc caſu eſt oleum de alchanna, de maſtice, de thure, & de cherua, & ſimilia olea, vt coſtinum, nardinum, rutaceum, de ſtœchade, de rhabarbaro; diſruptis in eis muſcho, caſtoreo, vel euphorbio, & oleum de been eſt fortaſſe valde bonum. In ea vero, quæ ex humiditate cum caliditate eſt, licet raro, conuenientes medicinæ in confortando ſunt ſtypticæ, & frigidæ, ſimplices, & compoſitæ. Simplices vero, vt coriandrum ſiccum, roſa, & fructus, ſtipites eius, ſemen portulacæ proprie, grana myrobalanorum, coralli, camphora, bolus ar. ſint autem ſumpta cum zucharo, vel bibita cum aqua granatorum, ſumach, cydoniorum, & aliorum fructuum ponticorum, miſto aliquo diuretico calido. Et compoſita ſunt, quæ ex his, quæ componuntur, & infra dicentur. Et ex vnguentis exterius eſt oleum roſ. & proprie omphacinum, myrtinum, de balauſtijs, & ſimilia.

Si ex cal. & humiditate. Simpl. frig. confortantia.

Compoſita.

Localia.

Med. appropriata. Medicinæ appropriatæ in reſtringendo, & retinendo vrinam ſunt, zarur, aquæ aluminoſæ, & aquæ frigidæ omnes, merdaſengi, ſi bibatur, vel projciatur in aqua, quæ bibitur, retinet vrinam. Fungi faciunt poſſidere difficultatem vrinæ. Vſus comeſtionis carnium ericij facit, vt vrina cum difficultate egrediatur. Et qui aſſuete vtitur enula, non indigebit, vt mingat omni hora. Cortex ſcetbin bibita conſtringit vrinam. & ſcoria ferri, & eſt vltima in retinendo. Mumia mixta cum farina, & ſuppoſita, vel diſſoluta in ſambucina, et deſtillata in virgam confert paucitati tolerantiæ vrinæ. lutum ar. bibitum in ouo retinet vrinam. Et omnia pontica de ſe ſunt communia diureticis, cum ſanguinem incraſſent; ſicut lentes, & licet per accidens contrarium operantur, quia prouocant reſtringendo; illud tamen per eorum poſtpoſitionem cibi, vel præmiſſionem alterius lenitiui tollitur, vt ſupra in diabete eſt dictum. Inquit princeps Abuha. omnis qui deficit in tolerantia vrinæ, iuuatur à medicinis deſiderium coeundi prouocantibus, quæ dicentur infra. Confectio medicaminis experti ſecũdum Abuha. in frigida. Rec. myroba. chebu. torrefactorum multum, ſandarachæ, myrrhæ, olibani, cyperi, ana partes tres garyoph. partem s. enulæ aduſtæ, granorum macaleb. ana partes ij. Conficiantur cum melle emblicorum, & reſeruentur, & bibantur. doſis drach. ij. Aliud ad frigidum, ℞. Caſtorei, myrrhæ, alhaſce, cupularum glandium, pyrethri, ana partes æquales. Conficiantur cum aqua myrtæ humidæ, & fit doſ. drac. j. Confectio medicaminis ad calidam Rec. coriandri ſicci, roſarum rub. ana dra. ij. ſpodij, dra. x. ſem. lactucæ, portulacæ, ana dra. xv. boli armeni dra. v. camphoræ drach. s. gummi pondus dra. ij. conficiantur cum aqua granati acetoſi. Aliud ℞. charabæ, boli ar. myrobalanorum nigrorum, medul-

Confectio ad dyſuriam.

læ glandium, & lentium excorticatarum, ana drac. ij. coriandri torrefacti in aceto poſiti drach. j. doſ. drach. j. & omnia poſt præmiſſionem lenificantium alicuius miniſtrentur. Aliud Io. Serapionis conferens iuuamentum manifeſtum. ℞. granorum myrti, glandium, corticum thuris, cymini, carmeni, & cyperi, ana partes æquales, terantur, & fit doſ. drach. iij. cum vino antiquo.

Aliud ℞. extremitatum myrti ſiccę, aluminis, foliorum alchannæ, thuris, myrrhæ, balauſtiæ glandium, ana partem j. Coquantur in vino, & detur ex eo drach. j. in mane, & eſt iuuamentum valde ad ſanguinem, qui currit ex renibus, & veſica. Dixit Vmain, qui non poſſunt continere vrinam, vtantur menta hortulana, quoniam confortat plus omnibus herbis, & proprie ſtomachum, & caſtoreum magis cæteris carnibus, & maſtix cęteris gummis, & galanga omnibus aromatibus, & Abu. trochiſcus conferens ad deſtillationem, & diarrhæam vrinæ ℞. caſtorei drach. ij. ſampſuchi, rutæ, ſem. hyoſciami albi, ana drachm. ij granorum granatorum grana xl. terantur, & fiant trochiſci, & ſit doſis drach j. de granis cucumeris mundi, & cum albumine oui.

Nota de menta.

Troch. ad diarrhœam vrinæ.

De ſtranguria, & difficultate vrinæ. Cap. 12.

STranguria, & difficultas vrinæ in genere ſimul conueniunt, vtraque enim eſt vrinæ retentio, cum incõſiderata potentia expellendi: è contra dyſuria, quæ eſt vrinæ egreſſio cum impotentia retinendi, & tamẽ communiter ab antiquis vna pro alia ſumitur indifferenter, differunt vero in quanto, & ſpecie, cauſa, & loco. Differunt in quanto, & ſpecie, eſt enim in ſtranguria vrinæ retentio maior, quam in difficultate, quod eſt quia in ſtranguria vrinæ retentio præſupponit virtutis potentiam contentiuæ exiſtentis in collo, quam arguit ſuperfluitatis retentio, à qua procedit cum poſitione oppilationis cauſæ. In difficultate vero retentio præſupponit virtutis expulſiuę defectum in veſica, & lacertis coadiuuantibus ventris, quam arguit dura expulſio, & difficilis, cum priuatione omnis cauſæ impedientis, exiſtentis in collo eius, & via, quæ ſtatim dicetur. In ſpecie vero differunt proprie, & eſſentialiter, ſtranguria enim eſt omnis, & abſoluta impotentia expellendi vrinam. difficultas vero eſt impotentia facilis expulſionis vrinæ, ſeu potentia debilis, dura, & cum conamine ad modum deſtillationis vrinæ, quæ ſicut prouenichat, vt ſupra ex debili retentione, ita etiam accidere poſſit ex debili expulſione, inter quæ diſtinguit voluntas in emiſſione. Et tum accidit ex debili expulſione, & abſtinentia eius; tum ex debili retentione. In cauſa vero differunt, & loco, nam ſtranguria prouenit ex peccato, & ſuperfluitate contentiuæ. propter læſionem exiſtentem in collo veſicæ, & eius lacerto, vel quia ſit ſpaſmatus ex humore currente, vel frigore, vel propter communitatem ad ſuperiora, vt in carabito, vel apoſtemate nuchæ, vel in via eius; quia ſit oppilata attenuatione, & caliditate, & ſiccitate, vt in febribus adurentibus, vel in frigiditate, vt algoratis ex aere, & aqua; vel medicinis expreſſione vicinorum tumeſcentium, quia repletorum, vel apoſtematorum, vt matricis, recti inteſtini, pectinis, peritonei, teſticulorum, vel ani. Etiam quia patiatur teneſmum, rhagadias, vel hæmorrhoidas doloroſas, vel carnoſe, vel coarctatorie, quod eſt plurimum ex humore craſſo, & viſcoſo, ſanguine cõgelato, ſanie craſſa, vel lapide, vel ventoſitate torquente, & repugnante. Difficultas autem eſt ex debilitate, & peccato expulſiuæ, propter læſionem exiſtentem in collo veſicæ, vel propriam quia alteratum, & alligatum plurimum, vel vlceratum, aut apoſtematũ, vel propter communitatem ad principium ſcilicet hepar lęſum, vel lacertis ventris coadiuuantibus ipſam in expulſione; & magis cum vrina eſt pauca, vt Gal. dixit, patientibus vel in ſe, quia ſint debilitati aliqua prædictarum cauſarum, aut mollificati in ſe, propter communitatem ad ſuperiora, vt cerebrum in ſtupore, vel lithargia, & nucham apoſtemata, vel compreſſam in diſſolutione ſpondylium;

Stranguria quid.

Strangu. & dyſuria differentia.

Strangu. cauſa.

Dyſuria cauſa.

4. de loc. affect. cap. 4.

vnde

vnde lacerti illi mollificati existant. Et quandoque ambæ conueniunt in loco, vt est in virga, & via eius. Vel in vritidibus est oppilatio aliquo trium modorum. & fit difficultas etiam non propter causam existentem in mẽbro tantum, vel loco, sed etiam propter causam existentem in locato, vt vrina, quia fuerit pauca, à cuius compressione deficit virtus expulsiua, aut quia multa, supra quam non valet, quæ diu collecta, & retenta exiit, ex du ritie sensus, propter somnum sopientem virtutem in nocte, vel occupationem in die distrahentẽ ipsam, vel verecundiam compescentem; quare villi eius diu remanẽtes extensi debilitantur in contractione necessaria expulsioni, sicut Gal. dixit. Aut quia fuerit acuta faciẽs dolorem, cum transit per vritides, & proprie per collum vesicæ, & virgam, maxime, si non fuerint vlcera; cum enim sentiant ardorem, tunc refugit vesica à compressione, & stringitur lacertus colli, & etiam lacerti ventris propter dolorem cessant à constrictione; quare retinetur vrina, & difficilis fit exitus vrinæ. Et cum stridet patiens, & in se stringitur, mingit vrinam, & cessat dolor, & ardor. Et causa earum exterior, in qua ambæ conueniunt, est sicut percussio, casus, aeri expositio frigida, & ventus Septentrionalis, si enim valde fortis sit per egestionem retinet, & vrinam, constringendo membra; & vrinam consumendo profundatione sua.

9. de loc. aff. ca. præcẽd.

Causa exterior.

Nota. Si vero paruus sit, stringendo ventrẽ prouocat vrinã.

Sig. diffinctiua. Et sic per accidens illud facit, & balneatio in frigida aqua. Ex quibus signa distinctiua ipsarum sunt manifesta. Cum enim retẽtio vrinæ, propter strangurtam sit, & causas eius, retentio, & multiplicatio vrinæ in vesica, maior erit; & sic tumor maior apparens in pectine, cũ omni impotentia expellendi, quantumcunque exprimatur pecten, & patiens exprimat. Cum vero propter deficultatem, & causas ipsius, è contra. Et siquidem cõtingat retẽtio vrinæ in strangutia, seu difficultate communiter sumptis, ex oppilatione in collo, vel multitudine vrinæ, propter duritiem sensus, secundum Gal. difficilis est cognitio eius. Cognoscitur tamen ex prædictis causis, & eo scilicet, q̃ per compressionem pectinis si retentio fuerit, & multitudo, propter duritiem sensus vrina emittitur; si vero propter oppilationem, nequaquam, sicut alibi ipse ponit, & maxime si sit dura.

9. de loc. aff. ca. præcẽd.

Sig. causarum. Et etiam signa causarum sunt, nam siquidem retentio vrinæ; cum impotentia expellendi prouenit, ex causis strãguriæ, vt puta ex causa in lacerto colli vesicæ, vt quia fuerit spasmatus, & ex spasmo, attenuatoria in eo peruenit oppilatio. Signa distinctiua inter talem oppilationẽ, & alias oppilationis species, sunt: nam in attenuatoria est præcessio, & inuentio causæ cuiuslibet, & inuentio iuuamenti cum medicinis conuenientibus vnicuique illarum, quæ dicẽtur, & in coarctatione etiam similiter, sed differunt in grauedine, quod est commune, & generale signum in omni specie eius, quia in attenuatoria, vt plurimum grauedo nõ inuenitur semper rõne oppilantis causæ, differũt etiam in tempore euentus, nam coarctatoria est quasi coarctatorie, & subito euenit semper, sed attenuatoria quandoque subito, & quandoq; paulatim. Et similiter in exeuntibus, q̃d est, quia in coarctatoria cum vrina egreditur aliquid mixtum, quia humor crassius, vel aliquid sanguinis, vel aliquid sanies, vel arenula, quæ etiam forte præcedere conuenit. In attenuatoria vero nihil erit, nec in carnosa, nisi ex apostemate fuerit; nam tunc cũ vrina quandoque egreditur aliquid secundum quod ab alijs distinguitur, quia quod egreditur virulentum est, cum est in principio, & postmodum fit sanioſum, & dolor est vehementior. Et propterea iuuamentum à medicinis in carnosa est inuentum nequaquam, & proprie cum ex verruca, vel cicatrice fuerit, & fortasse non curatur, & quandoque est præcessio causæ, vel inuentio, vt cum ex cicatrice præcesserit, & quandoque non est, vt cũ ex verruca fuerit Gal. vero dixit, q̃ inter tales species oppilationis, & etiã causas earum immissio argaliæ distinguit: nam immissio eius inuenit resistentiam in carnosa absque dolore, nisi ex apostemate fuerit; in alijs vero cessionem, & cum dolore, maxime si attenuatoria ex spasmo fuerit, vel apostemate, vel vlcere partium vicinarum, & coarctatoria ex sanguine procedente ab vlcere concreato ibidem. Præterea in coarctatoria cessio maior est, quam in illa, & est cum minori dolore, nisi causa lapidis fuerit. Et causas etiam ipsarũ distinguit, & proprie coarctatoriæ, & carnosæ: nam cum extrahitur ex eius infectione, quandoq; virulentia infecta apparent, quandoque humore mucoso, quandoque sanguine, quandoque sanie, ex quibus causas distinguimus, & quandoque munda, per quod distinguimus attenuatoriam à prædictis.

Sig. diffinguentia oppila. hanc ab alijs.

Signum generale.

Et inter causas attenuatorias, hoc modo distinguendum: quæ sunt in collo vesicæ, nã siquidem fuerit spasmatum spasmo humido ex humore currente, tunc, præcedens regimen indicabit, & eius euentus subitus; & siccãtibus, & resoluẽtibus iuuatur, & diutius manet. Si vero à siccitate, præcedens inanitio, & febris absentia illam faciẽt manifestam, & paulatinus eueniẽs cũ maiori perdurantia, & fortasse iuuabitur humidis. Similiter si ex frigore, p̃cedens causa, & sensus frigoris, iuuamentũ à calidis cum vrina in colore remissa, & pallida. Similiter si ex communitate ad cerebrum, vt in carabito, vel ad nucham apostematam; præcedens illorũ passio hoc monstrabit, vel illius præsentia. & si est à cerebro spasmus erit vniuersalis. Similiter, & si talis oppilatio in collo vesicæ attenuatoriam ex quacunque speciali fit causa, eam ostendet, præcessio causæ, cum iuuamẽto à suo cõtrario, & nocumento à simili. Vel etiam si fuerit à repletione interiorum, inuentio repletionis ipsorum ostendit, & iuuamentum euacuationis illorum etiã si apostemosa repletio fuerit, vel alia passio eorũ occulta, vel manifesta.

Si ex siccitate.

Si ex frigore.

Si per consensum.

Si ex oppilatione.

Et similiter inter causas carnosæ oppilationis est distinguendũ, & causas quoque coarctatoriæ, vt ex prædictis est notũ. Si vero vrinæ retentio cum impotentia expellendi, ex causis de difficultate processerit vesicæ, debilitantibus expulsiuã, concauo eius proprijs, quia fuerit alteratum, vel algoratum, q̃d est plurimum, tunc signa considerabis cum prædictis similis causæ in eius peruenientis collo, q̃ est dicta. & si fuerit solutum, vlceratum, vel apostematum, signa solutionis vlcerum, vel apostematum prænarrata superius, demonstrabunt.

Differentia inter causas oppilationis, & coarctationis.

Si vero non ex causa propria in concauo existente, sed ex compassione, & communitate ad eius principia, vt est hepar patiens, & debile, signa debilitatio heparis, vt cachexia, & hydrops. vel mittentia, vt sunt renes, signa debilitatis ipsarum videbis præcedere, quæ sunt dicta. Et si causa fuerit in lacertis ventris coadiuuantibus ad expulsionem, & in ipsis signa debilitatis ipsorũ sunt de genere malæ complexionis, solutionis, & eorum apostematis, quæ infra dicetur adesse, prima æstimabis. etiã debilitas expulsionis erit proprie cum vrina pauca: cum verò multa est vrina, non erit manifesta.

Si per consensum.

Si ex multitudine primæ causæ.

Si autem nihil in se, & in communitate ad principia superiora, vt cerebrum, vel nucham patientia, vt est dictum, in passionibus illorum, vel intentio demõstrabit. Similiter si ex causa in meatibus existat, vt oppilatione in vritidibus, vel virga, signa erunt paucitas vrinæ, vel eius priuatio in vesica. Si ex oppilatione fuerit in vritidibus, vel eius multitudo, & abundantia in vesica, quã tumor ostendit, & inflatio pectinis, si fuerit in collo vesicæ, vel virga, & etiam cum frictione, & in nutritione educetur fortasse, nisi carnosa extiterit oppilatio.

Si per consensum.

Si ex obstructione.

Cura stranguriæ, & difficultatis vrinæ est duæ res, est vna communis ei, & dysuriæ, ac destillationi, & est causæ abscissio, seu ablatio. Alia est communis stranguriæ, & difficultati, & est vrinæ prouocatio contraria existens accidenti; quod est vrinæ retentio, siue stranguria, & curæ dysuriæ, & destillationis, scilicet oppositæ: quemadmodum, & in illis cura est vrinæ retentio, sic è contra in istis, cura est vrinæ prouocatio. Inquit enim Hippocr. in apho. Contraria contrarijs sanantur. Propria cura est vrinæ prouocatio in stranguria, cum mollificatione. & prouocatio, cum siccitate, & mode-

De cura.

2. aph. 22.

rata ſtypticitate in difficultate. Cõſtrictio enim & coarctatio membri in oppilatione ſtrangurię indiget mollificatione, debilitas vero in difficultate, ſtypticorum confortatione. Sed ne retineant debent eſſe temperata. Abſciſſio autem interioris cauſæ, exterioris ablatio, ex dictis ſupra. iã eſt manifeſta, & repetemus, vt aliqua huic diſpoſitioni propria adiungamus.

In lacerti ſpaſmati. Si igit' cauſa ſit in lacerto, quia fuit in ſe ſpaſmatus, cura eſt ſpaſmi in ſuo dicto capitulo; cõmixtis ei aliquibus diureticis, & proprijs membro, quæ contrahant medicaminum virtutem ad membrum; prout in cura vlcerum recolimus.

Si eiſdem ex conſenſu. Si vero ſpaſmatus fuerit, non in ſe, ſed ex cõmunitate ad ſuperiora, vt ad cerebrũ patiens carabitum cura illius erit iſtius cauſæ abſciſſio. & ſic', ſi ex apoſtemate nuchæ.

Si ex oppilat. cal. Cum ſiquidem in cauſa fuerit oppilatio ex caliditate, & ſiccitate feb. abſcindetur, & curabitur cura febris. Et ex proprijs ſunt ſemina communia frigida, vt eſt ſemen lactucæ cum vino ſubtili permixto cum aqua granati acetoſi, & regimen humectatiuum.

Si oppilatio ex frig. Et ſi in cauſa fuerit oppilatio frigiditate extrinſeca, coanguſtante, & congelante, quod intuſcatum eſt, oppilans meatum colli ipſius, abſcindere; & curabitur cum oleis calidis, & confectionibus, quæ ſuperius habuiſti, & breuiter cura complexionis frigidæ, etiam ſi ſit à cauſa interiori. Et ex conuenientibus illi, & appropriatis eſt, vt ſumatur ſimi columbini ſylueſtris dra. j. & bibatur cũ vrina pueri, quoniam cũ hoc, quòd calefacit, etiam prouocat; & ſtercus muris aur. j. in pondere cum aqua decoctionis anethi, & quãdoque ſumitur cum mumia, aut ventris arahamati, pondus drac. ij. cum ea menſura ſalis indi, aqua calida, & tertia ẽt aſæ in lacte aſinino. & hoc confert ei, qui eſt ex humore craſſo, & etiam in paralyſi.

Si oppilatio ex compreſſione. Si etiam ſit in cauſa oppilatio ex compreſſione facta in collo veſicæ, à repletione partium vicinarum earum, curatio cauſæ erit abſciſſio.

Sicut apoſtemate. Si vero ab apoſtemate ipſorum ad cauſæ abſciſſionẽ præmittere oportet phlebotomiam baſilicæ, deinde phlebotomiam ſaphenæ, quoniam prouocatur cum ea vrina: & iniungatur ei abſtinentia duobus diebus, deinde curetur apoſtema ſecundum ſua tempora, & mollificetur, & liniatur cum adminiſtratione theriacæ in balneo calidæ aquę, & cũ oleis calidis inunctis notis, & emplaſtris, & ex lenientibus, & clyſteribus, ſimiliter in ano immiſſis, & virga; quales ſunt caules, althea, fęnug. & ſemen lini, cępæ, & porri decocti, & elixari: qm̃ cum lenificatũ fuerit apoſtema, tunc deſcendet vrina cũ cõpreſſione. & minoret aquæ frigidæ potus, dimittat ſtyptica.

Si in dolore. Et ſiquidem in cauſa fuerit dolor ex ipſorum ægritudine, puta vlceribus, hęmorrhoidibus, ragadijs, teneſmo, curetur cura illorum, cum præmiſſione mitigatiuorum doloris, vt ſuperius dictum eſt, in proprio loco de eis.

Si ex verruca. Si vero in cauſa eius oppilatio fuerit à verruca, vel carne calloſa in collo veſicæ, tunc cura eius erit in tinis ex herbis, & ſeminibus mollificãtibus, & oleis lenificãtibus ſcriptis ſupra hoc; & in cura oppilationis hepatis, & cum frictione in loco, & abſtinentia ab acetoſis, & ſtypticis, & forſtaſſe proderit, & forſtaſſe non; vt ſupra in cura oppilationis hepatis dictum eſt.

Si carno. ex apoſtemate. Si etiam oppilatio carnoſa talis ſit ex apoſtemate in collo veſicæ, curabit cura prædicta apoſtematum partium vicinarum.

Si ex mar-ſtatione. Sed ſi in eius cauſa fuerit oppilatio coarctatoria ex quacunque fuerit cauſa curabitur, & curetur cura oppilationis renum, & veſicæ ſupra in principio tradita, & cura congelationis ſanguinis in veſica, & breuiter cum diureticis calidis, fortibus, ſimplicibus, abſcindetur, & compoſitis, quæ ſupra in lapidis cura ſunt dicta, & infra ſubiungetur huic propria.

Si cauſa ſit in veſica. Porro ſi cauſa ſit in veſica debilitans expulſiuam, & ſit propria, quæ ſit alterata, & infrigidata, quod plurimum, auferetur, & curabitur cura oppilationis frigidę hic ſuperius enarratæ. Et ſi ſit vlcus debilitans, cura vlcerũ abſcindetur ſupra iam dicta. Vel quia ſit apoſtema, E cura apoſtematis abſcindetur, & curabitur, quæ eſt dicta. Et ſi ſit non propria, ſed ex communitate ad principium ſcilicet hepar, aut renes, cura debilitatis ipſorum abſcindetur in proprijs dicta capitulis.

Si vlcus, apoſtema, vel per conſenſum. Quod ſi cauſa debilitatis expulſiuæ ſit' in lacertis coadiuuantibus ventris, curabitur, & abſcindetur cura illorum, quæ dicentur. & ſi mollificati fuerint, cura paralyſis abſcindetur. Si etiam ex communitate ſit ad cerebrum, vel nucham, vel ſpondyles diſlocatos. cura illarum ægritudinem, abſcindetur.

Si ex urina.

Si ex debil. ſenſus veſicæ in ſe, aut in cerebro, &c. Et ſi contentũ fuerit in cã, vt paucitas, vel multitudo vrinæ, vel eius acuitas inducẽs ardorẽ, abſcindatur cura paucitatis multitudinis, & ardoris vrinæ. Qđ ſi cã fuerit debilitas ſenſus, abſcindat' & curet' eius principiũ, q̃ ſi cauſa fuerit in principio, ſ. in cerebro, vel nucha, aut ipſe lacertus, & collum veſicæ cum medicinis habentibus acutum. obezez, vt eſt theriaca, mithridatũ, & inunctiones cum oleo ſambucino, de lilio, narciſſino, de croco, de balſamo. Et adminiſtrẽtur emplaſtra ex folijs arborum fructuum, & olerum dilectorum ſpiritui animali, vt aliorum, menræ, & rutæ: & miſceantur cum eis medicinæ exſpergefacientes valde, ſicut eſt ſemen armelis, rutæ montanæ, deinde emplaſtretur cum eis pecten.

Si ex nimia retentione. Et ſi in cauſa fuerit longa retentio, cura eſt cum tinis mollificantibus, deinde cum ſtypticantibus ſupradictis, & cũ cartamo, & ſimilibus, & emplaſtris factis ex illis, deinde vtere eis, q̃ ſunt vehemẽtis ,puocationis, vt ſyringa, & oleum balſami eſt maximi iuuamenti in hoc caſu.

Et ſi cauſa fuerit caſus, & percuſſio apoſtemationis, & non apoſtemationis, ſed remanet aliquid, tunc præmittenda eſt phlebotomia, deinde tinæ, & mollificantia temperate, & ſtude, vt mingat, quod ſi minxerit ſanguinem plurimum, retinebis cum trochiſcis de charabe, & de terra ſigillata. Prouocatio vrinæ, quæ eſt accidenti contraria, ex quo cauſæ præceſſit ablatio oppilantis, fit facilius, & ſequitur ſtatim ſi ſola cauſa retentionis oppilatio ſit in collo. Ceſſante enim cauſa oppilante, ceſſat oppilatio omnis, cum fiens, & factum in oppilatione, taliter ſint connexa, quòd ceſſante fiente, ceſſat & factum, vt ſupra in apoſtemate dictum eſt, & ceſſante oppilatione, & ſtatim tale accidens ceſſat, cum ex ea dependeat velut vmbra, & maxime cum remaneat veſicæ potentia in compreſſione.

Quod ſi cauſa retentionis ſit debilitas in veſica, cauſa abſciſſa, prouocatio non ſtatim fiet, niſi veſicæ confortatio ſubſequatur; ceſſante enim cauſa defectionis, adhuc debilitas remanet confortatione indigens, vt prouocetur vrina. Sic quoque prouocantia cum confortatione, potius abſcindentia cauſam ſunt adminiſtranda. Similiter ſi in cauſa retentionis vtraque cauſa concurrat, ceſſante enim altera, retentio remanebit.

Et quandoque vrina præ ſui multitudine in retentione, minando periculum doloris, & grauedinis, & crepationis proſternentis virtutem abſque eo, quòd det ſpacium ad cauſæ ablationem; adhuc eo manente, cuiuſcunque generis fuerit, prouocatione indiget. Sicque in omni cauſa retentionis vrinæ eſt neceſſaria prouocatio, fiet autem manente cauſa retentionis, non certe, nec penitus, ſed adulatorie: & ad præſens cum his, quæ naturam alliciendo prouocant ad expulſionem vrinæ, vt eſt intromiſſio pediculi, vel feſcellis in capite virgæ, vel orificio vuluæ, & ex illis eſt immiſſio naſalis in ano de ſale tabarzet, quoniam reſoluendo ventrem prouocabit vrinam ad emiſſionem vrinæ. Et etiã linitio allij, vel cępæ, vel alterius rei acutæ ſuper virgam, pectinem, & peritoneum, quoniam trahendo calorem, & naturam ad locum, & diſſoluendo, & reſoluendo oppilationis cauſam, prouocabunt vrinam. Et ex illis eſt adminiſtratio diureticorum mollificantium, vt ſupra hoc dictum eſt, cum lenificata fuerit cauſa oppilans, cuiuſuis fuerit generis, & membrum conſtrictum, & coarctatum in ea mollificatum, & relaxatum, & mitigatus dolor quaſi in modum adulationis cedent vrinæ egredienti, cum compreſſione virtutis potentiæ vi-

Communis intentio curatiua.

caria

caria in expulsione,talia sunt autem supradicta. Sunt,& alia leuem virtutem habentia,ne sua fortitudine faciant distendere materiam plurimam,quæ magis debilitet,& oppilet. Et ex rebus magis conuenientibus eis, est lac calefactum,cum non est febriens, per omnem administrationis modum. Et ex illis est immissio argaliæ simpliciter immissæ, vel cum prædictis mollificantibus,& lenientibus medicinis,per eam iniectis; vel alijs,causæ cuiuslibet appropriatis,quæ dicta sunt in capitulo oppilationis,& lapidis: quoniam cum comprimat mẽbrum, & causam dissoluat,seu repellat,prouocat vrinam,& hoc in mare, in muliere vero vice ipsius supponatur cũ radice dauci,iuniperi,vel narcissi,cum oleo sambucino, vel laurino inuncta,postquam sederit in aqua decoctionis raphani, cicerum nigrorum, foliorum dauci syluestris. Cauendum autem, ne argaliæ immissio inferat dolorem,vel nocumentum, vel ex sua inepritudine,vel ex malo immissionis modo, quæ qualiter debeat esse,& quomodo immittenda sit, docet princeps Abu. in difficultate vrinæ capi. *Documentum.*

Si quoque in causa debilitas expulsionis veficæ assistat,causa ablata ipsius, vel in manente fuit vrinæ prouocatio cum diureticis, siccis, & moderate stypticis, quæ prouocando confortent,& non retineant; qualia sunt,quæ supradicta sunt in cura lapidis, & oppilationis,& infra dicentur; vel saltem cum compressione pectinis, cum manu ducta à superioribus ad inferiora trahendo,corpore stante,vel situato recte, talis enim compressio vicaria, & proportionabilis existit naturali veficæ compressioni in producendo vrinam,vt Gal. ait. Et ex prouocantibus expertis in oppilatione ex humoribus crassis est,oleum de anetho, vel de lilio,& decoctionis fabasularum, scarabeorum, cimicum,vel cantharidis, pectini applicatum. Et ex illis est si fumantur folia hederæ,vel succus eorum cum vino, vel aqua decoctionis agrimoniæ, vel abrotani. Et ex exterius applicandis sunt, folia sambuci, parietariæ, & petroselini, & dauci decocta in aqua,& cataplasmata pectini. Et ex expertis est,quod circa instans posuit, est, vt terantur folia parietariæ,& bulliant in oleo antiquo, vel chamæmel. in frixorio,& cataplasmetur pectini. Et ex illis est,vt sumatur massa vna filati crudi,& bulliat cum cinere,& calida sufficienter pectini applicetur. Et aqua tribulorum marinorum destillata est experta. Et aqua cicerum nigrorum in oppilatione ex humoribus,vel lapide. Et omnes medicinæ,quæ ad lapidem sunt conuenientes,& potentes,valent in hoc casu. Confectio electarij contra retentionem vrinæ,ex oppilatione viarum vrinæ ab humoribus crassis, vel lapide. ℞. ani. fœnic.sem. apij,vrticæ,saxifragiæ,ana drach.ij. sem.asparagi, bruscі,milij solis,petroselini,macis, sem. genistæ, sem.lini, spinachiæ, meu,phu,asati,ana drach.j.liquiritiæ drac.iij. sem.communium mundatorum vnc.j. pulueris capil. ven.dra.j. terantur,& cribellentur, & fiat electarium cum melle, vel zucch. Et si vis laxatiuum facere,addas turbith,hermodactylorum,ana drach.j. cum calida. Confectio diuretica fortis ad idem secundũ Abu.℞.sauich asari,amomi,ameos,petrosel.sem.apij,rubeæ tinctorum,amygdalarum amararum,spicę,ana drach.xxx.sem.melo.dra.x. corporum cantharidarum abscissis capitibus,& alis drach.j.ammoniaci dra.iij.resoluatur ammoniacũ cum triplicato vino subtili,& fiant ex eis auellanæ,vel pilulę, de quibus sumantur vsq; ad iij. Confectio alia fm eundem.℞.castorei,euphorbij,zingib.pip.lon.olei balsami, quod sufficit,& quãdo adduntur opij,sem.hyosciami albi causa doloris. sem.vrticæ puluerizati dra.j. cum vino subtili statim prouocat. Puluis educẽs lapides,& humores crassos de renibus,& vesica. ℞. anisi,apij,sem.fęnugræ. ana drac.ij.schænanthi dra.j.nigellæ,rubeæ tinctorum,ana scrup.ij.dosis cochlear.i.cum vino subtili. *Confectio ad retentionem vrinæ.*

De ardore vrinæ. Cap. 13.

Ardor vrinæ quid.

ARdor vrinæ est notus, quia est nociuus sensui ipsius vrinæ,vel sensus ardoris apud emissionem vrinæ. Et causa eius ex prædictis est manifesta, aut ex parte vrinę,aut ex parte membrorum vrinalium,& proprie colli veficæ, & virgæ; in quibus percipitur vt plurimum. Et apud emissionem magis ex parte vrinæ,non autem ex se, quia sit acuta ratione materiæ acutæ ciborum,scilicet & potuum. Et caliditatis membrorum generantium,& trahentium, vt hepatis, & renum,vel aliorum influentium illis aliquid accidentium, vt humorem,vel saniem, aut ex defectu humiditatis aptæ ad temperandum ipsam, & currendũ super meatus,vt eos leniat,& glutinosos reddat, quæ generantur,& procedit à carnibus glandulosis,quæ naturaliter sunt illic. Cũ ergo deficit,remanet ibi vrina acuta naturalis,& in membris deficit lenificatio,& glutinositas, quare mordet,& vrit mẽbra illa neruosa,& discooperta,& ,puenit dolor. *Causa.*

Et causa ardoris, & defectus eius,est ieiuniũ,& abstinentia, coitus diminuens humiditates, & ægritudines eliquantes,& labor plurimus,& similia.

Ex complexione, ætate,& humiditate, & alijs circumstantijs.

Ex parte vero membrorum vrinalium,quia differentium,& producentium,acuitas prouenit,quia sint vlcerata,vel scabiosa, quæ cũ attingat vrina de se naturaliter acuta,& propter colamentum humorum,& cholera cũ ea est apta transire,mordet,& accidit ardor.

Causa vero eius est ex parte vrinæ, præcessio regiminis acuentis vrinam.

Ex parte materiæ cibi,& potus acutorum,& efficientis,vt inflammationis hepatis renum,& aliorum membrorum,vel corporis vniuersi,& sensus acuitatis ipsius.

Ex colore,qa citrina fuerit valde,& ex mordicatione causatur apud egressionem absque signis vlcerum, & scabiei, & præcessione ieiunij, plurimi laboris,& etiam cuiuslibet ægritudinis eliquantis corpus.

Eius vero,qui est ex parte defectus humiditatis contẽperantis cum lenitate, est pcessio causarum ipsius cum macredine corporis præcedenti, & sensus asperitatis in loco ante horam vnctionis,& iuuantur humidis.

Sed eius,quæ est ex parte membrorum vrinalium,vel quia vlceratorum,vel scabiosorum, signa sunt præcessio signorum vlcerum,vel causarum eius; & signa vlcerũ præsentium, & scabiei ipsorum dicta, quia sanioſa fuerit vrina,vel furfuracea. & dixit Abu. multoties primũ perducit ad secundũ, & non è conuerso, sicut ergo egestio cholerica ad vlcerationem intestinorum, & tunc antecedunt signa acuitatis,& sequuntur signa vlcerum, quod te scire oportet ne deuenias in errotem.

Cura eius, quæ est ex parte vrinæ, est duæ res,prima est humorum corporis, & membrorum adæquatio. secũda est glandularũ circa collum veficæ,& radicẽ virgæ existentium humectatio. Prima est humorum corporis, & membrorũ adæquatio in complexione. Cum enim vrina secundum Gal. sit colamentum sanguinis,& humorum de hepate,per renes,& vritides veniens,& veficam,adæquatis humoribus,& mẽbris, vrina colata redditur innocua,& suauis, maxime si humiditatẽ habuerit permixtam obtundentem eius naturale acumen, & lenientem superficiem viæ. Sicque secunda res erit ipsarum glandularum humectatio,& restauratio. *De cura.* *4. aph.2.*

Primam complet regimen. Regimen autem est,vt fiat eius conuersio ad contrarium dispositionis præcedentis cum prætermissione omnis cibi, & potus acuti, & salsi,amari,dulcis valde,& acetosi, & diuretici, & lacticinosi,& laboris, & coitus, & ministratione frigidi, & humidi,atque insipidi,ex quo insipidi generantur humores,& inspissantes sanguinem, & minorantes vrinã, quorum mentionem iam fecimus in cura vlcerum, & lapidis. Medicinæ autem sunt, quæ sunt alicuius humoris super excrescentiam educentis, si adsit; quales sunt lenientes, & suauiter educentes, vt mel,casia, tamarindi,manna,succus violarum, & aqua lactis,& folliculorum sennæ in adustis. Caueat autem ab attractiuis, & dissolutiuis, sua enim acuitate vrinam acuunt, & membra exasperant. Quædam vero sunt alterantes in- *Dieta.* *Medicina.* *Documentum.*

frigidantes,& humectantes,ſimplices,& compoſitę,intus,& extra,& per omnẽ modum adminiſtrationis,quæ corporis, & membrorum, & proprie hepatis,& renum caliditatem,& inflammationem remittãt, de quibus eſt dictum ſupra in ſtomacho,hepate,& renib. ſufficienter.

Secundam rẽ complent ẽt regimen,& medicinæ. Regimen inquantum,ſ. humectatiuum cum cibis, & potibus,& alijs neceſſarijs rebus,& dimiſſione exiccãtium, quod ſupra in cura meri ſtomachi eſt prædictũ. Medicinæ vero ſunt inunctæ,& iniectæ ex humectantibus, quales ſunt mucilago pſyllij, ſemen cydoniorum,tragacanthi, albuminis oui, lactis mulieris,vel aſinæ,vel capræ,oleum roſ. & viol.amygdalarũ dulcium, de cucurbita,& melonum, iniectis, ſingulariter, vel commixtæ, & approximatæ, tepidæ aquæ. Et quandoque debet ei miſceri aliquid ſtupefactiuũ, & proprie cum dolor,vel ardor eſt vehemens, vt eſt ſemen hyoſciami albi,vel lac ſem. papaueris, vel etiam opij.

Eius vero, qui eſt ex vlcere, vel ſcabię vulnerum, membrorũ cura,eſt cura vlcerum,& ſcabiei antedictæ,

Nota de liquiritia.

Et ex appropriatis medicinis eius ſimplicibus, eſt liquiri. per omnem adminiſtrationis modum: & aſſumpta proprie, & iniecta, valet enim ardori vrinæ, vlceribus renum,& veſicæ ſcabiei ipſius,& myrta,& cytonium proprie,& ſuccus eius,aut oleum cum deſtillatur in virgam,& grana pini, & ſemina communia, & ius gallinę mediocriter pinguis,& lactis grana prædicta. Et ex compoſitis eſt ſyrupus expertus ad ardorem vrinę ex vlcere viarum vrinæ, vel ſcabiei veſicæ remittens ardorem,& conſolidans vlcera. ℞. vngulæ caballinæ, virgæ paſtoris,conſolidæ mi.pimpinellæ,graſſulæ,capillorum veneris,bugloſſæ,ana M.j liquiri. violarum,maluæ,ana vnc.j. iuiubarum,ſebeſten,ana xj. papaueris,vel ſeminis lactucarum, portulacæ, ana vnc. s. ſeminum communium,hordei,ana drach.iiij. zucchari libras ij. zucchari violati vnc.iij. Trochiſci proprie ad idem ſunt, noſtri alchechengi; & alij experti,quorum deſcriptio eſt. ℞. ſeminum communium purgatorum,papa.amygda.amyli,tragacanthi, ſem.althææ, portulacæ, laccæ lutæ, rubi. ana ſcrup.ij. & s. terræ ſigillatæ drach.s. pinearum purgatarum, alchechengi, macis, ana drach.iij. ſucci liquiritiæ,pſyllij integri,ana drach.x. Conficiantur cum lacte aſinæ,& fiant trochiſci drach.j. doſis eorum drach.iiij. cum ſyrupo. Prius tamen præmittitur mundificatio vlcerum cum ſtypticis, & vnctis, ſicut ſunt proprie aqua mellis,vel zucchari cum aqua cicerum, & deinde lac, quia mundificat,& incarnat. Cauendum autem,ne ſtomachus ſit intemperatus, vel adſit feb. deinde vtatur prædictis,deinde incarnabis,& ſigillabis, ſicut ſunt trochiſci de charabe ſupradicti, & vncti cum lacte,& trochiſci de * cera,& ſicut ſunt tales,quorum confectio eſt. ℞. ſarcocollæ,amyli,ceruſſę,thuris albi,ana. Conficiantur cum lacte,& miſceantur cum eo; & adde ſi vis lutũ ſigillatum,& bdellium mechium,quia leniendo prohibet exaſperationem, & minorat vrinam, & lapidem frangit. Emplaſtrum conſolidatiuum, quo deinde emplaſtretur virga, & peritoneon acuunt. ℞. dactylorum, paſſulatum, gallarum,acaciæ, aluminis, hypocyſtidos, hyſſopi,ſtyracis,merdaſengi,ceruſſæ. Confice cum oleo roſ. & ſucco caudæ equinæ,& emplaſtretur cum eo corroſio. Si vero non tunc,ſufficit, vt fiat ceratum ex cera, & adipe gallinæ, vel capræ, & oleo roſarum, ſeſamino recente,& vngatur,& injiciatur.

Syrupus expertus ad ardorẽ vrinę.

Decumentum.

** charta.*

Emplaſtrũ conſolidantium.

Trochiſci experti ℞. hypocyſtidos,terræ ſigillatę,charabæ,coralli, amyli,ſemi. cydoniorum. ſeminis althææ, ſem.melonis indi,apij,dauci,ana. Conficiantur cum lacte aſinæ,dentur drach.ij. vel iij. cum aqua frigida.

Tragea Almanſoris ad mitigandũ ardorem,& dolorem,cui oportet inſtare prius. ℞. papaueris,ſem.melonis indi,liqui.ſem.cydoniorum mundatorum, ana drach.j. pinearum,fiſticorum, ana vnc.ij. pſyllij integri,vel hyoſciami,quod eſt ſecurius,eius enim ſubſtantia non vrit, ſicut ſubſtantia, pſyllij, niſi ſumatur mucilaginis ipſius drach.iij. aniſi drach.ij. zucchari tabarzet, quod ſufficit. E Puluis ad idem ℞. caudæ equinæ, ſiccetur,& puluerizetur,& da.drach.ij.in mane cum ſyrupo myrtino,& mucilaginis pſyllij drach.j. cum aqua liquiri. Et ſi videbis ibi lapidem adde bdellium mechium. Item ſi dolor intolerabilis ſit perducens ad reſolutionem, fiat encathiſma. ℞. ſem.maluæ,& foliorum eius ſem. lini viol. meliloti roſ.craſſulæ,ana, florum chamæmeli,& fœnugræc. parum bulliant in aqua fontis, & ſedeat in tepida,dum mingit,& poſt emiſſionem infundantur filtrũ,vel ſpongia,ſeu conum,& applicentur pectini, virgæ,& peritoneo;deinde etiam injciatur in virgam lac mulieris nutritæ ex frigidis, & humidis, in quo ſit diſſolutũ aliquid opij,& ex eo vngatur virga cum oleo roſ. Potus extinctiuus ſitis eorum. potetur hora ſitis de ſyrupo viol. vel myrtino cum aqua hordei ſimplici,vel dilatatis in ea ſeminibus communibus,& melonis indi; & poſt cibũ digeſto cibo in meridie, vel nocte mane poterunt etiã ſumere de lacte caprino,mulieris,vel aſinæ,& eſt bonum, F caueat autem, ne habeat ſtomachũ intemperatum,abſtineat à vino omnino. Item inungatur hepar cum cerato de ſandalis noſtro,& etiam renes,& vtatur frigidis, & humidis herbis, & fructibus ſtypticis, & per interualla, ſi conſtipatus ſit quidem plurimum, clyſteribus lenitiuis cum frigidis prædictis,& iuuetur natura.

Contingit plurimum,quòd compoſitio fiat ex ardore vrinæ,vlcere,lapide. Ex alijs itaque difficile eſt inuenire, quod multum profit, obſit autem nihil, quo caſu cum ardorem habeat actu moleſtantem, alia in potentia,& non ſentiatur,alia continuę, ſicut ardor, immo non niſi per ipſum, ardori plus continue attendendum, alijs per interualla, & localiter, & ſi non ſimul,quandoque vni, quandoque alteri eſt inſtandum. Iniectio magnæ efficaciæ ad ardorem vrinæ,& eſt Gualterij. ℞. pſyllij partem, ideſt decoquatur in aqua,& accipiatur etiam mucilago, & decoquatur,& in oleo viol. diſſoluantur,& cum lacte mulieris puellam nutrientis,& adde pulueris camphoræ vnc.j.& injciatur totum per ſyringam, & ſi ſumatur G mucilago cum camphora eſt propria,vt dixit Serap.

Iniectio utilis ad ardorem vrinæ.

De multitudine vrinæ, & mictu in lecto. Cap. 14.

MVltitudo vrinæ,aut eſt cum quanto continuo,aut diſcreto. Si quidem cum quanto continuo,quandoque eſt ſola, & cauſæ ipſius contrariæ ſunt cauſis diminutionis ipſius prædictis,& quãdoque eſt cum dyſuria,vel diabete, & prouenit ex cauſis ipſarum ſuperius enarraris. Si vero ſit cum quanto diſcreto,erit per modum deſtillationis,& ex defectu contentiuæ accidit,vel expulſiuæ, vel cauſa in vrina, vel alijs in cauſa deſtillationis prædiſtinctis, & ipſa quidem eſt cauſa mictus in lecto,& etiam debilitas colli veſicæ,& lacertorum eius, necnon reuocatio virtutis ſenſibilis cum quiete à partibus veſicæ,vt non ſentiat membrum, vel grauedinem, quæ in pueris, vel infantibus conueniunt ſimul. Cum enim in guloſitate,& multa cibi,& potus aſſumptione perſiſtant,vrina in eis multiplicabitur; & cum debilem habeant contentiuam omnem,propter compoſitionis humiditatem,et proinde ſunt profundiſſimi ſomni,certe grauata contentiua veſicæ, & vrinæ multitudine,tunc vt virtus ſenſibilis reuocata ad principium, & ſopita,non ſentiet, vt imperet motiuæ,& reuneat,deficit contentiua cum lacertus mollificatur,nec vrina egre ditur. Et quãdoque coadiuuat acuitas eius,cum ex guloſitate aliquam rem acutam ſumpſerit acutentem vrinã, quæ etiam in maioribus crapularis,quandoque concurrunt,vt vrinam in lecto mingant, brutorum naturã, & infectionem ſui corporis fœtidam,etiam nociuam,prætermittendo verecundiã,attingentes. Cauſæ vero multitudinis vrinæ ſunt notæ.

Multitudo vrinæ quatu. Cauſa.

Et cura etiam ex his, quæ dicta ſunt in capitulis prædictis,& cura diminutionis ipſius. Inquit Hipp.contraria contrarijs curantur. Et ex ſimplicibus medicinis ſunt,quæ à proprietate habent minorare vrinam,vt lentes,

2.ap.22. 2. de nat hum.1.

tes,& alia, quæ à complexione, vt sunt bdellium mechium,dactyli, passulæ pingues, penidij, & alia lenientia,quæ leniendo ventrem mimorant vrinam. Et caro eticij terreni confert puero, qui mingit in lecto,& renes leporis exiccati,& cerebrum eius; & enula,cum quis assuete vtitur ea; & excusabitur à frequenti mictura; & oleum de been inunctum est vltimum,& thus est conueniens,myrob. cyperum, coriandrum, gallia,myrrha, & alia pontica, & proprie si præmittantur eis aliqua lubrica,vt supra in dysuria dictum est. Et oportet,vt ante introitum lecti commoueat se ad mingendũ,& imaginetur in lecto sito esse aliquod sanctum,& in camera, in qua sit oratorium aliquod, nam cum talis imaginatio remanet in somno retinebitur fortasis vrina, & si verberetur, tunc timendo retinebit.

Clysteꝛ ad multitudinẽ vrinæ.

Et de medicinis compositis sunt, quæ ex prædictis componuntur, & quæ sequuntur. Confectio medicaminis ad multitudinem vrinæ conueniens. ℞. Castorei, myrrhæ, alhasce, cupularum glandium, pyrethri, ana partes æquales,fiant ex illis pilulæ,cum aqua myrtæ humidæ. dẽ quibus sumatur ad mensionem scrup.j. Clyster ad illud bonum,& confortat renes. ℞. succum alhasce decoctum,donec inspissetur, & vitellum oui,& adipem rennm capratum, colentur, & reseruentur, omnia illa æqualiter aggregentur,& assumatur de lacte recenter mulso,& butyri,& adipis gibbi cameli, & olei alhasce,alchanna,partes æquales,dosis similis primæ,& conquassentur inuicem,& fiat ex eis clyster.

Confectio cum vino iuuatiua eius,qui mingit patum, frequenter in modum destillationis. ℞. vniuscuiusque myrob. ana drach. x. glandium infusarum in aceto die, ac nocte torrefactorũ;sãdarachæ,cyperi,thuris mas.enulæ siccæ,styracis siccæ,corall. omnium,ana drac.s. myrrhæ drac.iiij. Conficiantur cum melle,dos. vnc.cũ vino.

Aliud experium ℞. glandium, thuris, myrrhæ, ana partes æquales,decoquantur omnia in vino quantitatis, vnc.j. colentur,& ponantur cum vnc.j.olei,& dentur,& conferunt. Trochisci confecti ex massa,in qua posita est vritus simi columbini cum aqua frigida,sunt enim vltimi. Et clyster cum medicinis retinentibus vrinam,& iniectio earum,quas supra diximus. Aliud Serap.sumantur glandes,& infundantur in aceto die,& nocte: deinde fugantur in patella,& terantur,& sumantur ex eis drach.x. myrob. embhcorum,& belliricorum torrefactorum,ana drachm.vij.croci,thuris,ana drach.vij.gra. myrri drach.x.terantur,& cribellentur,& dentur ex eis drach iij.in aqua,in qua submergitur ferrum ignitum.

Remedium pro illu, qui mingunt in lecto.

Remedium ad mictum in lecto, vbi prohiberi non possit ℞. veficam,& immitte in ea oleum,et dimitte per horam, vt madefiat eo bene, deinde immitte virgam in ea, euacuato oleo,& parum dimisso in ea,& liga eam ad caput virgæ,& anchas, & dormiat cum ea,si enim minget, non minget in lecto, sed in ea, & remanebit in lecto.

SVMMA III.

Quartæ particulæ sectionis primæ, de ægritudinibus testiculorum, & virgæ.

PROLOGVS.

PRinceps medicorum Gal.inquit, quã multis.n. existẽtibus dogmatibus naturalibus, Et propter generationẽ,& corruptionem animaliũ sanitates, & ægritudines, & cura in ea solũ vnum inuenitur,id Erasistrato, & vitis huiusmodi,i. alicuius gratia omnia facere naturã,inaniter nihil. Et quia illud cuius gratia oia facit natura, homo esse dignoscitur, qui cum sit periculo necessariæ resolutionis suppositus,non stat semper,sed deficit in termino ei naturali constituto,& plurimũ infra abbreuiato: præuidit, ne deficiẽte eo,& sic oia inaniter egerit; vt semper

Genesis primo. Auic.i.primi Doctr. 3.cap. 3.

permaneret in vita, quod,vel quamdiu disponit diuina sapiẽtia quoquo modo. Et proinde in corpore hominis, vltra nutritiua membra,ad conseruationem sic præfinẽti ex esse ipsius necessaria procreauit alia,eisque virtutes imposuit desideratiuas cum delectatione grandi,qua inclinaretur,& prouocaretur homo plurimũ ad coitum, & effectiuas ad sui similis generationem, per quod successiue perduret in vita, quod ex seipso semper nõ valuit permanere,quod Auerr. & Arist.voluit cum dixit. Omnia enim illud appetunt,propter illud esse agũt. Et quia generatio hominis fit immisso spermate in matricem, velut semen plantarum in terra,& aliqua procreauit membra,quę ad spermatis generationem etiam faciunt, & in maribus, & in fœminis, testes.s. & seminaria vasa, & in seminantibus maribus ad emittendum virgam,& ad receptionem ipsius,ex quo emissum est,scilicet matricem in fœminis,tanquam locum proprium conseruationis,ne pereat,& in quo suam facit actionem. Necnon generationi longius prouidendo,in eis vbera procreauit, continuata matrici per quasdam intermedias venas,per quas sanguinem ad matricem immissum tempore conceptionis, post partum reassumerent vbera,ipsa retrahente natura,vt sua virtute conuersus in lac, valeat nutrimentum idoneum præstare fœtui,donec mandere dura possit. Sublimis itaque Deus in maribus, & fœminis creauit testiculos,generationis principalia instrumenta, in maribus manifestos,pendentes in bursa: in fœminis vero occultos, in duobus matricis cornibus collocatos; ex carne glandosa alba, inter membra principalia numeratos ad generandum sperma;quod generationis existit principium effectiuum ex mare, & materiale ex fœmina,ex humiditate delata ad eos in venis; quæ est quasi superfluitas quarti cibi in corpore toto. Et est sanguis magis digestus,& magis subtilis, quem alterant propria complexione,& conuertunt in albedinem, & similitudinem suam; ad quod adiuuat commotio aereitatis in ipso per spiritum,& formantem ipsum,sicut mammille sanguinem venientem ad eas ex venis,& quemadmodũ è contra, hepar, chylum album ad se tractum conuertit in rubedinem sanguinis,vis enim agentis est assimilare sibi patientem. Creauit quoque duos propter causam dictam supra in renibus,& rotundos, vt essent salui à nocumento: & à siphac maiore protendunt duo meatus vocati didymi,venientes ad testiculos,quos comprehendunt, & aperiunt. vt duo folliculi intra bursam cũ meatibus illis, Venit quoque ad duos testes de venis pulsatilibus,& quietis plurimũ ramificatis ex vena pulsatili,& vena quieta,quæ illarũ sunt radices ramificationes plurimorum,& inuolutionis cum anfractibus multis deferentibus humiditatem illam sanguineam,quæ est materia spermatis,in quibus aliquam recipit alterationem virtute carnis glandosæ,in qua inuolutæ sunt iuxta testes, ex quibus infunditur in testes,& ibi fit sperma completum. Etiam ibi generantur duo foramina,quæ ad virgam vadunt,cuius euacuatio fit cum illa replentur ventositate crassa, & venæ arteriæ eius sanguinem,& spiritũ,& calorem. Cum enim virtus imaginatiua imaginatur coitum ex se principaliter, vel ex sensibili, à natura apperente commota, cum sit vna de virtutibus superioribus,præcipit concupiscibili,quæ est in corde,vt mittat spiritum,& calorem ad genitalia membra, & calor illi fortiter veniens, dissoluit humiditates contentas in venis, & arterijs in motu, quo erigitur virga ad iectionem seminis in matricis concauum,aliter enim nõ posset immitti,sicut Gal.declarat. Et tunc non quiescit ab æstimatione sua virga, quamdiu vasa spermatis tensa fuerint, quæ quod in eis est expellere appetunt, siue sit sperma multũ, siue acutũ,ad quod adiuuat caput virgæ cum fricatum fuerit: quare à vasis illis attrahitur,& effunditur sperma,& ex ea mittitur in matricem. Et in coitu naturali,cui obuiat matrix cum orificio suo aperto,& trahit illud desiderans sua propria virtute valde. Et ex testiculis suis,præ delectatione etiã procedit sperma, quod generatur in eis ad matricis concauum,cum

2. de anima tex. 32.

Quare creauit duos testiculos.

4. de loc. aff. cap. 6.

ergo concurrunt ambo, & omnia sibiinuicem permiscentur,& temperantur; generatio procedit. Vasa vero spermatis dicta, sunt velut duo meatus procedentes ab vnoquoque ouo nõ generati ab eis,sed contigui eis apud ipsa oua,seu testes,dilatati manifesta dilatatione, deinde cum procedant ad virgam stringuntur,constrictione lacertorum generatorum super ea,& in mulieribus.ramificantur iterum apud statum suum. Et in processu sunt ascendentes versus inguina post principium,deinde descendentes vsque ad collum veficæ sub meatu virgæ,vt etiam,& quod est inter ipsa digestio spermatis compleatur,donec redeat ad meatum, & expellatur in virgam, donec oportet ipsum perfici illo tẽpore breui,cum coitus celebratur. *De virga.* Virga vero est membrum viri,tale generatum,& insitum ex carne ligamenti orta ex carne pectinis,plurimæ concauitatis, & neruis ortis à spondylibus caudæ, & sunt ligamentales non priuati sensu submersi in ea. Et nerui, cum quibus erigitur,sunt alij secũdum Gal. à neruis,cum quibus mollificatur, ex quibus cum carne conficiuntur lacerti proprij ipsi virgæ, quod Gal.in lib.de anatomia dixit. In virga quoque sunt meatus tres; meatus vrinæ; meatus spermatis; & meatus humoris, qui egreditur cum aliquis tangit mulierem. Et scias,quod virgę aduenit virtus erectionis à corde,& desideratiua ipsius, à quo prouenit ei spiritus per arterias, & aduenit sensus à cerebro, & nucha per neruos, & ab hepate per venas sanguinis, & ventositas crassa,& ventosus spiritus. Ex quibus per anatomiam collectis circa medicinas tam necessarias ægritudinum membrorum generationis in maribus ponẽdas per ordinem,est considerare primo dispositiones testiculorum, tanquam principalium inter ea. secundo ductuum canalium,seu didymorum a siphac,à quo procedunt. tertio oschei,seu bursæ,in qua continentur. quarto vasorum spermatis. quinto virgæ, vt instrumentalium. Et quia ex talibus ægritudinibus enumerandis membrorum talium, lædunter actus vnius communis talibus necessarius generationi, scilicet coitus,læsionum ipsius oportet subiungere medicinas, quas scire nequibimus,nisi ipsum prænoscimus actum secundum Gal. Et quia talis actus fit cum erectione virgæ, ideo oportet de nocumento ipsius actus,& medicinis ipsius tractantes, simul perquirere causam erectionis,& coitus, vt per eas scitas,nocumentum, & causas ipsarum medicinarum valeamus vnicuique distincte subiungere proprias.

Qualiter in virga sunt tres meatus. *Qualiter fit erectio virgæ.* *Conclusio Auctoris.*

Continet autem, secundum hoc, summa tertia, capitula specialia. xxi.

De mala complexione testium. Cap. 1. fol.83
De mala complexione ipsorum, & de magnitudine,& paruitate eorum,& malo situ, ac eleuatione ipsorum. Cap. 2. 84
De eleuatione testium, & de vlceribus ipsorum. Cap. 3. 84
De apostematibus, & quia omnem lædunt eorum propriã actionem,quæ est generare sperma; necnon,& dolorem inducunt. Cap. 4. 84
De spermate,& nocumentis accidentibus in generatione ipsius. Cap. 5. 84
De dolore testiculorum. Cap. 6. 85
De ægritudinibus didymorum,ex quibus plurimũ contingit dilatatio, & ruptura; de qua in quinta summa dicemus. Cap. 7. 85
De mollificatione oschei. Cap. 8. 85
De varicibus,& duritie oschei. Cap. 9. 85
De gonorrhœa. Cap. 10. 85
De pollutione. Cap. 11. 85
De pruritu,& dolore virgæ. Cap. 12. 86
De paruitate eius,& magnificatione ipsius. Cap. 13. 86
De apostematibus virgæ,& corrosione eius. Cap. 14 86
De apostematibus,& medicinis eorum. Cap. 15. 86
De coitu naturali,& præter naturam,ac signis eius. Cap. 16. 86
De erectione virgæ,& nocumento ipsius,ac diminutione eius. & multitudine. Cap. 17. 87
De nocumentis, & iuuamentis prouenientibus ex coitu. Cap. 18. 87
De regimine eius, quem lædit dimissio coitus. Cap. 19. 89
De regimine eius, quem lædit superfluus coitus. Cap. 20. 89
De his, quæ delectationem faciunt in maribus,& fœminis in coitu,de quibus per ordinem exequamur;nomen Domini inuocando,qui sit benedictus in secula. Amen. Cap. 21. 89

De mala complexione testium. Cap. 1.

MAla complexio testium inuestiganda est solicite, vt sanetur, generationem enim, circa quam exequendam sic natura ingeniata est, studiosius lædit,cum in essentiam virtutis, quæ est ipsius initium, maxime inferat læsionem, ac procreationis spermatis, siue naturalis, siue præter naturam sic ipsum reddendo, sicut Hippocra.dixit in aphorism. generationi ineptum,cuius principium est, & esse potest omnis generis : sed frigidum plurimum,& sicca pura, vel impura, & est plurimum præter naturam, & substantiam spongiosiorem ipsorum humiditatem, & materiam colligentem ; ad quam societas eorum ad membrum superfluitatum adiuuat.& situs eorum cuiusque inuestigatio est ex causis, & signis. Et causa eius est, aut interior, aut exterior. Interior autem est propria, & naturalis lapsus eius adeo vltimatus, vt noceat actui generatiuæ proprio virtutis in animali ; aut humor, & cibus, & potus. Et ea, quæ accidentalis est, & est præter naturam, aut est ex communitate ad superiora, vt hepar, cerebrum, & cor. Exterior vero, vt est aer, aqua, & consimilia. *Causa.*

De signis complexionis testiculorum. Signa complexionis testium generationis nociuæ, si naturalis sit, & à principio generationis proueniens, sunt signa generationis eorum, siue ægrorum in natura consimili, quæ Galen. ponit. sed in quanto tamen differentia ab illis, quæ sunt vltimata,seu magna excedentia. Sicut cuius sunt complexio naturaliter lapsa,quandiu lapsa fuerit, quòd flet cum natura, actioni non nocet sensibiliter. Cum vero modum excesserit, vt vltimetur, lædit manifeste actum propriæ virtutis, quemadmodum ea, quæ præter naturam,sicut Galen. dixit. Et proinde signa vtriusque erunt similia specie,à signis naturaliter lapsæ,in quanto differentia est intra se, vt infra dicetur. Cum ergo venæ,quæ in oscheo,& virga sunt, fuerint valde latæ, eminentes, & manifestæ, & raritas cutis eorum multa, & pili etiam pectinis multi, & spissi fuerint in eis, anchis, & coxis, appetens, & multum desiderium coitus, & velocis coitus consecutionis in emissione spermatis, ipsumque sperma album fuerit ad citrinum, vel fuscum tendens rectificato regimine, complexionem ipsorum cognosces naturaliter calidam, vltra quam generationi expediat. Si vero illis contrarium, frigidam iudicabis. Si autem in prædictis membris sentiat asperitatem in tactu, & in pilis crispitudinem non propter formam pororum,& in spermate paucitatem, & siccitatem, dicas complexionem esse siccam eorum. Si vero contraria, vt sperma multum humidum, & fluxum, humida erit complexio. Et omnis coitus, signum intemperantiæ sumitur ab effectu, quia sperma dimissum, ab eis generatum, omnino erit, vt Hippocr. dixit. Et signa complexionis commixtæ, ex permixtione prædictorum signorum colligi habent. Signa vero complexionis præter naturam ipsorum, sunt similia signa naturalis complexionis, quæ prius non fuerunt inuenta, nec percepta: & quandoque sunt cum dolore, quandoque cum pruritu, quandoque cum mollitie, & paruo sensu, quæ in naturali non sentiuntur.

Curatio. Cura eius,est cura malæ complexionis,in alijs membris

bris dicta,& proprie in renibus,hepate,& vesica. Et si- A quidem fuerit naturalis,incurabilis. Inquit enim Gal. alterare enim vtique alicubi, & transmutare possibiles sumus, & vertere semper in melius malas constitutiones corporis,& sic est curabilis,sed difficilis. quod enim naturale est, semper est, aut secundum plurimum, aut Auicen. dicit. Si vero sit accidentalis,& noua,facilis. Si vero habituata,difficilis. Inquit Galen. mala complexio si perfecte membro dominetur,dure sanatur. Et si fuerit sine pruritu,cura infra dicetur. & si cum pruritu,erit cura pruritus virgæ.

1. de differentijs feb. cap. 1.

De mala complexione,& magnitudine,& paruitate eorum, & malo situ,ac eleuatione ipsorum. Cap. 2.

Causa. MAgnitudo testium nota est'. Fit enim,aut præter naturam per modum apostematis, vel elephantiæ,de quibus infra dicetur. Aut est naturalis fm semitam augmenti, & ẽ impinguationis: sicut mammillis contingit. Et signa distinctiua sunt manifesta,quæ licet non sit ægritudo,tamen ei cura debetur; quia inter ægritudines nominatur,vt ait Abu.quę ad particulam decorationis,& ornationis pertinet,hic gratia ordinis seruãdi locata. sic etiam mammillarum cura, est enim simul in vtrisque,& infra tempus naturalis augmenti possibilis commode. Et est tres res. prima debilitat nutritiuam virtutem,vt augmentatiuæ non ministret materiam.secunda partes eorum coadunat,coarctat,& constringit: vt extensionem non suscipiant, & augmentum, sed diminutionem. tertia subtrahit materiam augmenti, & *Nota.* impinguationis. Prima, & secunda complentur cum frigidis,& stypticis; quibus curantur mammillæ virginum stantes,vt nõ cadant, sicut est ceratum ex hyosciamo albo, epithymo, & cera. Et emplastrum de herba cicutæ,cum suo semine superpositum; quod mammillarum in puellis,& testium in pueris,est commune: vel fractura plumbi confracti adinuicem;cum aqua coriandri humidi;vel confracti cotis,& lapidis molendini. Et de appropriatis contemperantibus illos, & virgam, est inunctio olei sambucini. Tertia res completur cum subtractione cibi; sicut enim secundum Gal. augmentum sine fluente,& applicato cibo non potens est fieri; ita eo abstracto,& diminuto est æqualitas. Et deinde cum applicatione resoluentium supra, & circa testes;vt nutritiuus cibus tractus ad eos non permaneat, sed resoluatur. resoluentia tamen nota sunt ex dictis, & dicendis proprie in cura egritudinum iuncturarum. Post tempus vero augmenti est impossibilis,nisi per modum impinguationis existat; de cuius medicina infra in decoratione dicetur,sed remedio eget,quo toleret, & melius deferat,& absque impedimento motus.

B

Paruitas vero eorũ ex contrarijs causis existit,magnitudini,aut.n. est naturalis,aut præter naturam; & tunc aut est secundum semitã phthisis,& hecticæ, de quibus dictum est; & dicetur,aut est ex causis exterioribus,frigidis, & stypticis, corrugantibus,& constringentibus ipsos,& suspensoria eorum. Quare retrahuntur,& eleuantur ad mirach ventris, & inguina,& occultãtur ibi- *Malus situs testiũ fitis.* dem,& constringunt collum vesicæ,vel vesicam; adeo vt difficultas accidat vrinæ,& destillatio, & dolor cum mingitur. Et signa eius ex præsentia,vel præcessione causarum habentur. Cura eius non est necessaria cum naturalis est, ad pulchritudinem enim spectat eorum paruitas,vt paruitas mammillarum; nisi tantæ diminutionis fuerit,quòd actionem propriam lædat; tunc enim cura est necessaria quemadmodum, & si præter naturam sit. Est tamen possibilis infra tempus naturalis augmenti,post vero impossibilis,nisi per modum impinguationis procedat,quæ augmentũ non est proprie. Impinguari enim post macredinẽ, de qua in decoratione dicetur, non est augmentum. Et cura quidem est quatuor res. Prima aufert causam præter naturã, si adsit,vt possibile *De cura.* est; & ex dictis,& dicendis est nota. Secunda dilatat co- C arctata,& contracta. Tertia confortat virtutem nutritiuam,& augmentatiuam,& præbet materiam. Quarta trahit illas ad proprium locum. Secundam rem complẽt fomentationes,balnea calida,quæ virtutem mollificantium,& dilatantium habent,vt sunt flores meliloti,chamæmeli,fęnugræci,& althææ,& calamenthi. Tertiam rem complent calida,& humida ex cibis, & potibus,& medicinis interius, & exterius per omnem modum approximatis; quas supra diximus in cura stomachi,& in cura impinguationis dicemus. Quartam rem complent compressiones desuper,& frictiones de subtus trahentes inferius cum adipe anatis, vel oleo masticino, & piceatione perdurans, deinde cum myrtino, rosa. & de cytonijs,vt tractus cibi remaneat in eis,& non resoluatur.

De vlceribus testium,& eleuatione ipsorum. Cap. 3.

Causa. SEd sciendum quod eleuationis, & contractionis testium ad superiora præter dicta, est alia causa,s. virtutis debilitas,& est ex signis mortis in acutis ægritudinibus,prout Hipp. dixit prognosticorum secundo.

Vlcus quale. Vlcera testium sunt multæ putredinis;trahũt.n. multam materiam propter dolorem à membris superfluitatum eius vicinis vltra illam, quam præ debilitate illorũ generauit,& influit à supremis,quam propter infimum situm recipiunt,& propter raritatẽ colligunt, ac propter eorum complexionem calidam, & humidam, & coarctationẽ in loco occulto,priuato aere. Quare non tran- *Prognostic.* spiratur,corrumpitur, & expanditur multitudine sua ad vicinas partes; & fiunt vlcera ambulatiua, & corrosiua difficilis curationis,sicut vlcera membrorum superfluitatum. Et multoties corroditur testiculus, & indiget,vt *Curatio.* castretur,ne corrosio ambulet, & multoties corrosio in oscheo incipit principaliter, & cadit, & incarnatur,& causatur cystis dura adhærens testiculo non subtili distincta,vt prius. Et multoties procedit à cysti ad testiculum,& sunt nota. & curantur cura vlcerum virgæ,de quibus infra dicetur hic,& in sectione secunda.

D

De apostematibus testiculorum, & quia omnes lædunt eorum propriam actionem, quæ est generare sperma, necnon, & dolorem in eo inducit. Cap. 4.

Apostema quandoq. APostema quandoque fit in testiculis, quandoque *Causa.* in oscheo,& quandoque in vtrisque,& oĩs generis esse potest. Et causa eius, vt plurimum est per modũ *Signa.* influxionis fiens, quam prouocat plurimum causa exterior,vt compressio,& percussio,& casus. Et quandoque est interior causans dolorem. Et quod est in oscheo,visu cognoscitur,& colore, & tactu, & factum in testiculis difficile cognoscitur,& est q, oscheum est subtilius,tractabilius,& extensum,subtiliatum,non incrassatum,sed cum eo est quãdoque febris,quia est nobile membrum, arterijs continuatum cum corde. Et si est in vtroque est *Prognostic.* difficilius. Sed febris difficilior erit distinctiua si calidũ fuerit,& grauedo,& dolor fortior. Et quandoque delitescit apostema testiculi, & cum fuerit calidum, & magnum permutatur ad partes pectoris,& cordis hepatis, & cerebri, propter continuitatem cum eis, &c. est signum mortis.

De cura. Cura apostematis calidi testiũ in quatuor rebus consistit,sicut cura apostematum renum,s. in euacuatione totius; & in euacuatione partis; in regimine,& in sedatione accidentium. Euacuatio aũt totius est facienda eodem modo,sicut in apostemate renum. Euacuatio autẽ *Euacuatio. Localia.* partis cum particularibus remedijs applicandis in testibus,& repercussiuis,& stypticis, & resolutiuis,& vtrisque permixtis,prout temporibus eius congruunt,& debentur ex appropriatis ipsis testibus apostematis. Qua- *In principio.* lia sunt ex repercussiuis simplicibus approximandis in principio,oleum ros. aqua ros. acetum,mucilago psyllij, aqua & succus endiuiæ,succ. solatri,& aqua cucurbitæ, aqua *caruæ humidæ, *positione farinæ hordei, farinæ **canna.* lentium excorticatarum, alchechengi,&c. similia epi- **propria.* themata,& emplastrata, singularia, vel permixta. Et

si fuerit caliditas multa,& dolor; addantur ꝑdictis semẽ hyosciami albi,& cãphoræ parũ. Cumque pertransierit principiũ manifeste,tũc oportet,vt eis admisceantur resolutiua,vt est proprie farina fabarũ, cicerũ nigrorum, flores chamæmillæ, & melilotũ cũ melle,vel caricis,& bdellio,vel berbena,& folia caulis,& vitella ouorum. Et procedente tẽpore addantur prædictis cyminũ,& passæ emundatæ,pingues,coctæ,& aggregatæ cũ vino,& emplastrentur. Cum aũt peruenerit ad statũ administrabis ꝑdicta resoluentia simpliciter,& per se,& emplastrabis cũ stercore vaccino cũ pauco aceto,& cinere caulis cum vitello oui,& radice cucumeris agrestis,cũ vino,& fœce vini antiqui,vel melle,lilij,hyssopi. Quod si non resoluatur,& maturetur,ministrentur maturatiua, qualia sunt folia maluarũ,radix lilij albi,radix althææ,& mucilago,fœnugræ. & sem. lini cum axungia porcina corrupta;& cẽpe album decoctum cum butyro ad frigidum. Deinde cum fuerit dubelatũ,fiat apertio cum medicinis super oscheum applicatis,quæ aperiendi habent virtutẽ, quales supertus habuisti. Caue tamen ne occultetur,vt sequatur anum,& ibi aperiatur,quoniam sequetur fistula mala; immo cum illud accidit oportet, vt assiduetur positio farinæ tisi,cum aqua ros.vel myrtæ,vt prohibeat ibi eruptionem,resoluat,& exiccet,& mẽbrum dimittat innocuum. Ex his,quæ expertus sum est,vt primo emplastretur,ex myrta,balaustijs,rosis,chamæmilla,& galla decoctis in vino, quoniam resoluit, exiccat,& prohibet eruptionem,deinde cum emplastro diachylon,deinde facta apertione mundificetur vlcus, exiccetur,& consolidetur cum medicinis simplicibus,& compositis, quales infra dicemus.

Regimen aũt oportet,ꝙ sit subtile cum vino,rõne cibi,& potus,& subtractione carnium,& vini. Et cũ quiete,& alijs consimilibus. Accidẽtium correctio sicut doloris facienda est,vt in præmissis dictum est,& ẽt in proprio est dicendum cap. & cõfortatio principalium cum frigidis stypticis, & aromatibus, vt non recipiantur,si materia delitescat, & ad ipsa superiora eorum propellatur,& cum trahentibus,ad ipsos testes,emplastris.

Et siquidẽ fuerit frigidum, in principio ex prædictis resoluentibus,cũ stypticis calidis,aliquid ministrabis,vt est farina fabarum cum chamæmelo blactæ bizantię,& schænanthi,passulæ cum nucleis,myrrha,& thus,& similia simplicia,vel commixta. Deinde cum processit ad augmentum, calida, resoluentia minorabis, & augebis calida. Et procedente ad statum multo magis augmentabis calida resoluentia cum processit,& minorabis stypticа,quæ eliges ex prædictis. In declinatione fortiora, qualia sunt rubea tinctorum addita prædictis, & olei nardini parum per virgam.

Et si fuerit ventosum, emplastretur cũ farina fabarũ, thymo,oleo nardino,& melle. Et injciatur aliquid olei de enula,vel sambucini cũ musto in virgam,vel de cherua,quę sunt vltima;prius tamen fomentatione præmissa cum aqua decoctionis sem.apij,rutæ, spicæ,anisi, fœnugræci,& carui,& aliorũ exterminantiũ ventositatem. Et cũ est in oscheo apertio cũ phlebotomo resoluet eã. Et siquidẽ fuerit aquosum similiter. Similiter primo cum tentabis ipsam materiã aquosam resoluere, & exiccare cum fomentis ex aqua maris, vel salsa, seu sulphurea,& aluminosa; & ex emplastris ex resoluentibus,& exiccãtibus dictis in cura hæmorrhoidarum exiccandarũ. Et furfur emplastratum cum vino,& sale est efficax.

Si vero peruenerit ad sclirosim,aut quia tale à principio fuerit,mollificetur,& resoluatur, distincte vel commixte,vt supertus est in alijs dictum. Deinde addamus compositas medicinas.

Emplastrum resoluẽs apostemata testiculorum,& ẽt oschei calidum,& frigidũ. ℞. granorum viridium elixatorũ vnc.j.s. passularũ enucleatarũ vnc.v. cymini dra.j. caulis vnc.s. glutinis pini vnc.iij. Conficiantur cũ melle,& emplastrentur. Emplastrum aliud ad frigidum,& ventosum. ℞. ciceris m.staphisagriæ, ana vnc.j. cineris scorpionis partem s. Conficiantur cum melle,& emplastrentur,& adde olei sambucini cũ myrtino,& cũ nardino,& injciantur in virgam. Emplastrum efficax ad resoluendum sclirotizatũ. ℞. ficuum, adipis anatis,ana vnc.j. foliorum oliuarũ, & cypressi,ana partes æquales, aggregentur cum vino,& butyro vaccino, & hyssopo. Ceratum nostrum ex diapente est solenne ceratum ad apostemata cum vlcerib. ℞. scoriã argenti, decoquatur cum oleo rosa. donec fiat sicut spissitudo; deinde addatur ceræ,& gummi pini,& reponatur. Abuh.fiat emplastrum ex ruta,& folijs lauri supra apostema testiculorum, vel cum altero eorum aliud conficiatur.

De spermate, & nocumentis accidentibus in generatione ipsius. Cap. 5.

SPermatis quatuor sunt causæ materialis, formalis, efficiens,& finalis. Materialis est,vt iam dictum est, humoralis humiditas,seu sanguinea delata per venas ad testes ex corpore toto,quia ex oĩ mẽbro per resudationis modum;& ex principalibus proprie, & ex cerebro plurimum fm Hipp. non conuersa adhuc,sed apta conuerti. Est.n. superfluitas quantitatiua digestionis quartæ, multæ aereitatis, & paucæ terrestreitatis, quæ fit cum dispartitur in membris resudando de venis, tertia digestione iam completa in eis, & digesto sanguine,& subtiliato, & recipit alterationẽ in ipsis membris, & fit propinquus alterationi, & assimilationi membrorum spermaticorum,quia iam iunctus est ipsis, & actu nutriens venas,& arterias, & reliqua membra dura, cum carent cibo, alteratione non interueniente multa, sed sola assimiliatione succedente, digestio erit perfecta, & de suaui illius, & proprie,qui vnitus est principalibus membris pars separatur quædã, & mittitur per venas ad testes,vt ibi spermatis naturam assumat. Causa formalis,seu forma eius duplex est,s. substantialis, & accidentalis, substantialis est gonimum esse,i. generationem faciens,& hoc per spiritum gignitiuum receptũ in spumoso eius, habente potentiam trium virtutum vnitatum in ipso; quas defert ad testes à triplici principio, & spiritus triplex ab eo procedens vnitus in spiritu ipso,qui recipit alterationem in testibus,& compositionẽ aptam ad exercendũ actus generatiuæ virtutis, qui in esse nostro sunt priores,alterandi,f. & informandi, quos non ex materia deducit,sed circa materiã principaliter ostẽdit generando ex ea triplex membrũ, in quo quod virtutum de virtutibus erit in spiritu gignitiuo, & in eo disgregatur, discernitur,& appropriatur fm exigentiam virtutis cuius liber inhærentis illi, cuius apud medicum basis, fons,& principium dicit. & Accidentalis est albedo,quam recipit virtute complexionis elementaris ipsorum testium. Efficiens est virtus generatiua cum complexione testiũ, quæ duplex est; vna immutatiua, & alia informatiua. Immutatiua est vna, quæ ex humoribus corporis sperma generat in corporibus generantibus masculos,f. & fœminas, primum de qua primus sermo præponitur. Alia quæ virtutes diuertit,quæ sunt in spermate,& permiscet temperando, fm quòd vnicuiq; conuenit membro,dans parti conuertendæ in neruum,complexionem neruo propriam: & parti conuertendæ in arterias,complexionẽ propriam arterijs;& sic de alijs,& illud secũdo, postquam spermata vtraq; concepta fuerint in matrice, & permixta simul in ea. Informatiua est,quæ præcepto sui Creatoris vnumquodque membrum informat secundum diuisiones conuenientes illi. Finalis est ad conseruandã speciem perindiuidui generationẽ,procedentem ex commixtione duorum seminum receptorum simul in matricis concauo seipsa contemperantium. Masculini se habentis,vt principium intrinsecum effectiuũ in generatione cum fit calidũ, digestum, & spissum,velut grãdo.& fẽminini se habẽtis,vt materiale principiũ, cũ sit frigidũ,indigestũ, & aquosum ad modum sanguinis menstrui,& proinde debile,& passiuum fm proportionem mixtionis coagŭli, & lactis in generatione casei. Coagulum enim cum calidum fit,digestum,& spissum,

Argumentum. *Status.* *Si non maturetur.* *Si maturũ fit apostema. Documentum.* *Empl. expertum.* *Diæta.* *Principium memb. confortatio.* *Si apostema frig. Quid in princ. agẽ.* *Quid in augmentum.* *Si in statu.* *In declinatione.* *Si tumor sit ventosus, vel aquosus curatio quæ.* *Si in oscheo quid agen.* *Si sclirrho. sui tumor.* *Emplast. ad apostemata testiculorũ.* *Aliud ad frig. & ventosum.* *Aliud ad sclirrhum.* *Ceratũ diapente ad apostemata cũ vlcere.* *Aliud Amec.* *Causa.* *Et de aq. & loc. ca.2. Sperma g.d.* *De causa formali.* *De cura efficienti.* *Informatiua.* *De causa finali.* *Comparatiõ.*

fhiſſium, ſua virtute intrinſeca agit in lac frigidum, indige A
ſtũ, & aquoſum, & coagulando conuertit in caſeum, vtiu
pra in mammillis dictum eſt. Et quemadmodum coagu
lum non ingreditur in ſubſtantiam, & corporeitatẽ ca-
ſei, ſed virtualiter tantum. Et carpentarius agens in li-
gnum efficit ſcamnum, ita q; non ingreditur ſubſtantiali
ter, ſed corporaliter eſt diſtinctus ab eo; eodẽ modo ſper-
ma virile ſubſtantialiter, & corporaliter in embryonis
ſubſtantiam nullatenus intrat, Sed in generatione em-
bryonis eſt, ſicut actor, & gubernator in naui, qui in na-
uis ſubſtantiam nullatenus corporaliter, & materialiter intrat, ſed ligna, cuius materiam in ſeipſo nõ habuit,
ſed ab extrinſecus procurauit, nec in ſe procuratiua con-
uertit in corporeitatem, & ſubſtantiam nauis; quoniam
ſimul in ea contentus nihil exiſtens de ſubſtantia eius ef-
ficit, & gubernat. Vnumquodq; autem exercere facit cõ-
plexio eius calida, & humida. Cibus, & potus, calidus, &
humidus multiplicans ſanguinem cum ſimilibus circũ-
ſtantijs, & eius contrarium facit decreſcere, cuius natu- B
ram, & proprietatem ſeruat. Et cum fuerit perfectũ, ſuis
prænarratis cauſis, generabit quale ipſum eſt, id eſt, a quo
procedit; cui mater pro poſſe aſſimilare maſculinũ actiue, fœmininum vero diſpoſitiue, niſi aliud contradicat;
quia conſtellatio, & imaginatio, quæ in generatione ha-
bent impreſſionem, licet extrinſecus, principij effectiui,
Spermaquã de perfectũ, & quib. de cauſis. & matricis indiſpoſitio receptantis. Si vero imperfectio
nem in ſe habeat aliquam prædictarum cauſarum om-
nium, vel plurimum, ſeu à corpore toto, a quo procedit;
vel ratione ætatis, quia procedit a decrepito, vel infante.
Vide pro his omnib. Auic. lib. 3. fol. 2. tract. 1. c. 1. Inquit. n. Gal. Infantes non emittunt ſemen fęcundum:
decrepiti vero male fęcundum emittũt, vel propter ratio-
nem regiminis, quia proceſſit ab ebrio, & patiẽte nauſea-
tiuam ſatietatem; vel ab eo, qui multum coiuit: vel ratio-
ne prauæ diſpoſitionis, quia ab ægro, & habente membra
debilitata, quod raro generat maxime ſi principalia fue-
rint; vel ratione ineptitudinis viæ, & inſtrumenti, quia
ab habente virgam longam, nam prolongato ſpatio mo-
tus eius ad matricẽ venit ad eam colore eius iam fracto, C
& ſpiritu exhalato, quare non generat, ſicut Hipp. dixit.
Et ſimiliter ſi nimis breuem habuerit. Inquit. n. Gal. &
enim hoc, ſ. ſperma tempore nullo oportet permanere ex
tra propria organa, ſi debeat ſuã cuſtodire virtutem, ſed
aut in particulis eſſe viri, vel in particulis fęminæ copu-
lari: quare ad matricis concauum non poteſt, peruenire,
ſed alteratur, & corrũpitur prius. A tempore vero, quia
paruo, vel longo tempore fuerit retentum fuit imper-
fectum. Vel naturam veneni aſſumpſit: vel a materia, quia
a cibo proceſſit complexionabiliter, vel a proprietate ge-
Cur. pradicta enumerata ſint. nerationi contraria. Hæc ſunt præmiſſa, vt eis ſcitis, quę
ex parte ſpermatis vtriuſque, impedimenta in generatio-
nẽ tã ſolicite a natura intẽta euenire ſunt poſſibilia, digno
ſcantur, & meliori modo poſſibili fugatione fugentur, &
corrigantur. Quatenus generatio fiat, vſque ad ſteriliſ
tatis capitulum poſtponatur.

De dolore teſtium. Cap. 6.

Dolor teſtiũ quotuplex. DOlor teſticulorum eſt ex malitia cõpoſitionis di-
uerſę, & vniuſcuiuſq; ſimplicis, vel cõmiſtæ, purę,
vel cũ materia, vt plurimũ, & quandoq; ventoſa, & ſolu-
tione continuitatis, vel vtraque ex apoſtemate eſt, ſicut
Cauſa. in ſoda diximus, & alijs membris. Et cauſa eius eſt, aut
interior, aut exterior. Interior eſt humoralis. Exterior,
eſt aeris qualitas, percuſſio, caſus, & compreſſio. Et
Signa & cura. breuiter cauſa ægritudinum prædictarum ipſarum. Et
ſigna ſunt ſigna prædictarum ægritudinum, & cura eſt
cura earum.

De ægritudinibns didymorum. Cap. 7.

DE qualitate, & ruptura didymorum dicere reſerua
mus vſq; ad curam ramicis, & rupturæ ſiphac.

De mollificatione oſchei. Cap. 8.

Mollificatio oſchei quale. OScheum in aliquibus mollificatur, & prolongatur
prolongatione fęda, & nociua teſtibus. Facile enim
comprimitur cum percutiũtur, quare incurrit dolorem,
tumorem, & apoſtema. Et cauſa eſt humiditas humora-
Cauſa. lis, frigida, & humida, mollificans texturam villorum
eius. Cum ergo ponderent teſtes, ſua grauedine tendunt
deorſum, & trahunt oſcheum inferius, & prolongatur,
& eſt nota.

De varicibus, & duritie oſchei. Cap. 9.

Curatio varicum ſcroti duplex. CVra eius eſt duplex, leuis, & prima, alia eſt fortis,
& vltima. Leuis quidem eſt cum infrigidantibus,
& ſtypticis, & emplaſtratis, & ſumptis, & omittuntur
tactus, & frictio, & motus ipſorum, & coitus fortis, & vl
tima eſt, vt ſi prima non ſufficiat. incidatur deinde ſua-
Documentum. tur. Cauendum autem, ne ex neruis, venis, & arterijs te-
ſtiũ aliquid abſcindatur. Et proinde tutius eſt, vt ſuatur
prius, ſuperius eleuatis cum incluſione illorum in eo,
quod remanet in eo tanquam vtile cõſeruandum, dein-
de quod extra futurum remanſit, vt ſuperfluum incida-
tur, deinde conſolidatio fiat. De oſcheo, & varicib. infra
dicetur capitulo de ramice. & de duritie fiat prout ſupra
dictũ eſt de apoſtemate duro teſtium, quorum eſt burſa.

De Gonorrhœa. Cap. 10.

Gonorrhœa quid, et vnde dicta d. de lu. af. c. 1. GOnorrhęa ſm Gal. nomen Græcum eſt compoſi-
tũ ex gono Greçe, Latine, germen, & rhęa Græce,
Latine fluxus. vnde gonorrhæa Græce, Latine inuolun-
tarius fluxus cum eſt abſq; veretri erectione. Sed exitus
ſpermatis multus, duob. modis fit, aut quia in membro,
in quo eſt expellitur multum, & voluntarie, vt in coi-
tu naturali, & pollutio multa, aut quia per ſe exiuit inuo-
luntarie, cum contineri ab ea non poſſit, vt contingit in
Cauſa. gonorrhœa. Et primi cauſa eſt, ſuperexcreſcentia ſper-
matis, & ſubtilitas, aut ipſius acuitas, aut vtriuſq; exce-
ſſus in virtute expulſiua imprimens nocumentum, quare
mouetur natura, & virtus expulſiua vaſorum ad expellẽ-
Cauſa interior duplex. dum ipſum frequentius ſolito. Et ſecundi cauſa exiſtit du
plex, interior, & exterior. Et interior duplex eſt, aut defe-
ctio contentiuę vaſorum ſpermatis, quare inanitio fit ip-
ſius, intantum enim ſm Gal. euacuatio ſecundum natu-
ram procedens ab eo, quod eſt extra naturam differt, ſi-
militer, & retentio, q; ſemper a fortitudine ſunt virtutis
procedẽtis; a defectione vero ſi extra naturam mutatur.
Vnaquæq; enim virtus ſm naturam ſe habens opus qui-
dem quod ſuum eſt perficit, expulſiua euacuationem, &
retentiua retentionem. Cum vero extra naturam muten
tur, & debilitentur contrarium operãtur; defectio enim
contentiuæ operabitur euacuationem, & defectio expul-
ſiuæ retentionem, non quòd virtus expulſiua, & retenti-
tiua, aliquid ibi operentur, licet euacuatio, & retẽtio fiat,
ſicut nec cum naturaliter procedunt contentiua, vel ex-
pulſiua deficit, ſed quieſcit potius, vbi ſua contraria ope-
Cauſa defectionis contentiuæ. rantur, & e conuerſo natura ſic ordinante. Et cauſa de-
fectionis contentiuæ ipſorum, aut eſt eſſentialis, & in ſe,
& eſt mollificatio ipſorum vaſorum propter malitiam
D complexionis frigidæ, & humidæ cooperante ei exceſſu
ſpermatis prædiſtincto, aut cauſa eius erit ipſorum con-
tentiuæ defectionũm non in ſe, ſed propter vehemẽtiam
expreſſiuæ lacertorum ipſorum vaſorum ſpermatis, cu-
ius cauſa eſt ſpaſmus contrahens vehementer lacertos
ipſos ſupra ipſa vaſa; quare comprimũtur, & quod in eis
eſt ſperma contentum exprimitur, & educitur, ſicut in
ſpaſmo contingit, & epilepſia, in qua retentio fit ſtercо-
ris, & vrinæ, & euacuatio ſpermatis, cuius rei cauſa eſt,
nã cum epilepſia ſit quidam ſpaſmus corpori contingẽs
toti ſubito vniuerſaliter, quo contrahuntur nerui, & la-
certi corporis totius in ea, & tamẽ lacerti, ani, & colli ve
ſicæ creati ſint ad continendum ſuperfluа inteſtinorum,
& veſicæ, lacerti vero vaſorum ſpermatis ad exprimen-
dũ, quod in eis contentum eſt, quemadmodũ lacerti me
ri in exterioreeius tunica ſituati, & ventris, & omnis a-
ctio fit per contractionẽ, quæ in ſpaſmo erit neceſſaria,
non eſt inconueniens, vt illorũ retentio fiat, ſpermatis ve
ro euacuatio in epilepſia, vel ſpaſmo vniuerſali. Exterior

vero

Causa vitiosa. vero causa coadiuuans, & est sicut visio, vel auditus coitus, vel cogitatio vehemés in ipso, vt desidertur coitus valde, quare moueantur ad operationes suas vasa spermatis motu forti, & descendat sperma, sicut cú mouentur motu debili, & mittant humorem paucũ per se, vel ante vrinã, quod in mulieribus accidit propter eandem causam.

De signis. Signa primi modi, cuius causa est sperma, sunt, quia egreditur cum erectione. Sed signa secũdi modi, cuius est causa defectio contentiuæ, sunt, quia egreditur absq; erectione, & inuoluntarie, & cũ signis multiplicationis præter eam. cuius causa est spasmus lacertorũ vasorũ spermatis, quoniam illa est etiam cum erectione. Sed differt à prima quoniã licet fit cũ erectione, non tamen fit cum voluptate, & sensu, vt illa, sicut nec pollutio: etiã est cum spasmo vniuersali manifeste, illa vero sine. Sed signa eius, cuius causa eius multitudo spermatis, sunt, quoniã ad expulsionem eius non sequitur debilitas etiam cũ multũ fit, nisi sit corpus debile. Et signa eius, cuius causa est ipsius tenuitas, est exitus eius cum tenuitate, & aquositate. Et signa eius, cuius causa est acuitas spermatis, sunt, quia sentitur in egressione mordicatio, & ardor vrinæ sequitur, & color corporis ad citrinitatem tendit, & significãt ipsum causæ præteritæ ex cibis, & potibus, complexione corporis, & circumstantijs consimilibus.

De cura. Cura gonorrhęæ, quę est fluxus spermatis præter naturam est quatuor res. Prima mollificationẽ vasorũ tollit, & virtutẽ contentiuam confortat. Secunda intemperantiam spermatis adæquat. Tertia spasmũ lacertorũ soluit.

Pharmacia. Quarta accidentia consequentia corrigit. Primã rem cõplent siccarum, & stypticarũ medicinarũ, simplicium, et compositarum, calidarũ, resoluẽtium ministratio, intus & extra, f m omnem modum; quales sunt, quę dictæ sunt in cura dysuriæ, & male complexionis testium frigidę, &

Dicta. humidæ, puræ, & cum materia, & cum paralysi. Secundam rem complent vitæ ordinatio in cibis, & potib. maxime, & in alijs rebus consimilib. eis, vt siquidem superexcrescat quãtitate sperma, minoretur cibus, & potus, calidus, & humidus; auferatur, necnon, quæ habent a proprietate sperma multiplicare; frigidus, & siccus, vel calidus, & siccus multiplicetur, indicetur etiã ille, qui a proprietate sperma habet multiplicare, & exiccare multiplicantia sperma, vt Gal. ait. sunt etiam multiplicãtia lac, præter agnum castum, qui multiplicat lac, & minorat sperma, & ex eis quædam sunt cibi, vt cœpę dulces, cicera, fabæ, & grana pini, & piscis nominatus multorum pedum. Quædam sunt medicinæ, vt scinchus, & testiculi vulpis, quædam faciunt illud, & sunt cibi, & semen lini, vt medicinæ, & eruca, & alia quæ infra in cura diminutionis coitus dicemus. Minorantia, & exiccantia sperma

Minorantia sperma. sunt contraria multiplicantibus ipsum, vt frigida, ficca, siue sint cibi, vt lentes, & acetosa, & stiptica, vt sumach, siue medicinę sint calidę, & siccę, vt menta, quę cõtrariatur spermati a proprietate, vt agnus castus, calamenthũ montanum, & sylueſtre, ruta, & similes, siue frigidę sint, & siccæ, vt semen lactucæ, coriandrum, radix, & semen nenupharis, camphora, opium, hyosciamus, solatrum, & similes, quæ a proprietate non tantum à complexione habent sperma minuere, & exiccare. Et in hæmatite est proprietas rectificandi gonorrhœam, & ireos auferendi eam, & in menta cum contrarietur spermati a proprie-

Phlebotomia. Vomitus. Documẽtũ. Si fit sperma subtile euratio. Sperma inspissantia. tate, vt nenuphar. Et si corpus toleret, & regimen nõ sufficiat, minoretur sanguis a temperantia, vel superfluitate sua, vt prouocetur vomitus, si necessitas vocat; non autem est conueniens euacuatio per solutionem naturæ, nec per diuretica cum talis attrahat materiam propter propinquitatem, & vicinitatem, vt exercitetur multum, & vigilet æger. Si vero peccet in subtilitate substantiæ, cibetur cibis stypticis, & crassis inspissantibus sang. qualia sunt, quæ dicta sunt in cura doloris stomachi, & ardoris vrinæ, & approximentur, quæ ipsum inspissando, habent confortare a proprietate, vt coriandrum, & menta, quæ cum hoc, quòd incrassat confortat a proprietate vasa spermatis. Si vero peccet qualitate acuta stimulare naturam, cibetur frigidis, & humidis; quales sunt, qui

Inunctio in cura ardoris, & vlceris dicti sunt. Et vngat dorsum, renes, & inguina vsq; ad alchatin ex frigidis, sicut oleo ros. aqua coriandri humidi, & solatri, lactucæ, & portulacæ, & iaceat supra stratum frigidũ, & super latus dextrũ, & illis cibetur, & similibus. Tertiam rem complent in cura spasmi superius dicta. Quartam rem complent, quæ in virtute releuant siccitatem corporis, extenuationem, & inanitionem; humectant, restaurant, & replent, vt est resumptiua dicta. Exitum vero naturalem spermatis, quãdiu ad defectionem adduxerit, non oportet retinere. Inquit Gal. sperma diu retentum in corpore efficitur venenum. Cum vero ad defectionem, & corporis, consumptionem adducere incipiat, obuietur, & curetur cura, eius, quem lędit superfluus coitus, de quo dicetur infra, Deus annuat qui sit benedictus.

Stratũ frigidum.

Accidẽtia curatio.

6 de loc. affe. cap. 6.

De pollutione. Cap. 11.

Pollutio quid. F POllutio est expulsio spermatis in somno, proprie hora noctis, in ætate adolescẽtiæ sentitur; quæ maxime superabundat, quæ autem erit contingens, & per interualla temporis facta. Et causa eius erit motus naturæ, & *Causa.* virtutis expulsiuæ solius naturalis vasorum spermatis, tunc confortatæ ad expellendum nocumentum superfluum tertiæ, vel quartæ digestionis; scilicet spermatis quantitate, vel qualitate, vel vtraque, quod plurimum fit in somno, & e contra expulsione superfluorũ primæ, & secundæ digestionis, quę in vigilijs viget magis cum sit cõposita ex naturali, & animali, & illud propter occupationem naturæ in digerendo tunc cibum, quare multiplicat semen, & maxime si supra dorsum, & ceruicem fiat somnus, quoniam calefiunt, & dilatantur partes illæ: quare facilius expellunt multiplicatam in eis materiam, ad quod adiuuant fumi soluti ab ea petentes cerebrum, quos imaginatiua componit ad mulieris formam, secundum naturæ necessitatem, ad quod mouetur, ac si in ea ageret, vt expelleret, nec est morbus, sed accidens signum.

Prognost. G Quod si in principio morbi materialis fuerit, longum significat morbum, & multam materiam. Si vero in fine, vel declinatione morbi, digestã materiam. Si vero fuerit multa, & frequens, & quasi quotidie, erit morbus in vasis spermatis ad modum gonorrhœæ, ex contentiuæ ipsorum defectione, & signa, & cura erunt quæ illius.

Curatio. Ex conuenienti cura est dormire supra solatrum, folia salicis, & agni casti, super quæ sedent mulieres Athenienses secundum Auer. in diebus festiuis, quoniam reddunt eas castas, & semen lactucæ, & iris sumptum, exiccant enim sperma, & prohibent pollutionem. Et Galen. *9. san. tu. ca 11. 16.* laudauit laminam plumbi, supra dorsum applicatam, & ligatam, quoniam eius est in hoc impressio magna, prohibet enim pollutionem, & sedat desiderium coitus, sed nocet renibus propter frigiditatem, quare oportet, vt hic attendatur, & proinde melius est cum stipitibus agni casti sternatur supra dorsum, quoniam prohibet pollutionem, & virgæ erectionem absque nocumento, proprie-

H tate sua. Et inungere membra spermatis ex althæa, & semine eius, vel emplastrare.

Medicina ad gonorrhœam. Medicina. Io. Serapio. ad gonorrhęã, & pollutionem. ℞. radi. cannæ perficæ sic. calamenthi montani, & hyosciami, sem. rutæ, sem agni casti, rosarum rubearum, ana drac. ij. terantur, & cribellentur, & detur in potu ex ea cũ aqua frigida, & cum aceto permixto. Dosis drac. ij.

Aliud Ioannitij. ℞. sem. rutę, ani. dr. ij. castorei, ſc. hyosciami albi, ana vnc. ij. rosarum rubea, balaustiarum ana drach. iij. s. terantur, & cribellentur, & dentur ex eo in potu cum aqua frigida. Dosis eius. drach. ij.

Aliud Gal. ℞. sem. lactucæ drac. ij. sem. ru. drach. i. sedenegi. drac. iij. s. terantur, & cribellentur. Dosis est drac. ij. cum secanjabin.

Aliud Hebręi. ℞. sem. agni casti, rutę. an. dr. i. terantur, & conficiantur cũ aceto permixto, & post illud vtantur ęgri exercitio donec astringatur corpus eius, & locis eius fit virtus. Isaac. Accipiatur ex farina glădium, cũ acerbo vino omni die, et similiter semen lactucę cum suc. portu.

Item

Emplastr. Item fiat emplastrum. ℞. farinæ glandium, & distem pera cum albumine oui, & pone super pectinem. Item fiat electarium. ℞. balaustiarum, sem. portulacæ, an. dra. iij. anethi, sem. rutæ, sem. arnoglossæ, an. drac. ij. fac puluerem, de quo stomacho ieiuno da bibere cum aqua frigida. Ruta, & hyosciamus cum syrupo de myrto, & aceto prosunt spermati. Et agni casti, rutæ, ana dra. i. balaustiarũ, dra. i. da bibere cum aqua frigida, & a cibis calidis, & potibus se abstineat. Rasis confectio ad diminuendum sperma, & destruendam erectionem. ℞. sem. agni casti. drach x. sem. portulacæ tantundem foliorum calamenthi exiccatorum, foliorum rutæ, ana drach. v. cymini, cyperi, balaustiarum, ana drach. ij. sumantur in puluerem drach. iij. & nominatur sodograna corporis.

Pulus ep.

De pruritu, & dolore virgæ. Cap. 12.

Pruritus quando. PRuritus in virga accidit ex materia acuta, salsa, & baurachia descendenti a superioribus partibus vicinis ad ipsam, & refusa ad partes cutis ipsius, quandoque tendit per canalem eius, & tunc accidit titillatio in virga, fit erectio eius ad modum pruritus matricis, ex quo mulieribus accidit priapismus, & immoderati coitus desiderium. Et plurimum est causa doloris cum valde acuta fuerit, & pungens, & vlcerans; & fit dolor in ea, & ex ventositate intercluſa in cõcauitate neruorum, venarum, & arteriarũ, & carnis eius, vel apostemate, vel ex retentione vrinæ multæ, vel acutæ, vel vtriusque. Et quandoq; ex causa extrinseca, vt compressione, casu, & percussione.

Causa.

De signis pruritus, & doloris virgæ. Signa pruritus acutæ materiæ, salsæ, & baurachiæ nota sunt ex præcedenti regimine, & ex præcedenti pruritu, & dispositione membri; quia rubet cum siccitate, & adustione, & resoluuntur quasi furfures, cum fricatur, & scalpitur. Et quandoque est cum virulentia, & humiditate, cum est phlegmatica salsa materia, & est sine erectione, & titillatione cum resudat ad cutem. Cum vero tendit per canalem cum titillatione, & erectione fit, sequitur dolor. Et cum fuerit dolor eius ex ventositate, est tensio, & inflatio virgæ, & sine grauedine, si sit pura, vel cum grauedine, si sit ibi humorum permixtio. Et si sit ex apostemate, signa apparebunt ipsius, similiter si ex vrinæ retentione, & acuitate processerit retentio vrinæ, & sequitur punctio, vel ardor in emissione. Et si ex causa extrinseca fiat dolor, est manifesta quidem.

Si dolor ex ventosit.

De cura Pharmac. In cura eius est duplex regimen. s. vniuersale, & particulare, vniuersale est tres res. Prima est materiæ euacuatio, & est vt corpus euacuetur, & purgetur, si expediat, vt materia ab ipso non influat, nec descendat ad illam. Et illud complent phlebotomiæ, & purgationes appropriatæ humori adusto, & salso cum præmissione digestionis ipsius, quæ sunt iam notæ. Secunda est diuersio ipsius, & est vt facta euacuatione, si expediat, fiat ventosatio ab interiori parte iuxta radicem virgæ, aut ponantur ibi sanguisugæ. Tertia est regiminis, & vitæ ordinatio; & est vt abstineant ab acutis salsis, & baurachijs, & vtantur regimine humectatiuo prædicto, alterando. Particulare, est vt balneetur virga, & adiacentes partes sedẽdo in semicupio aquæ dulcis, decoctionis violatũ, acerosæ, meliloti, & fumiterræ, in qua sit aspersum oleum ros. & acetum, vt materia fluxa obtundatur, & resoluatur; deinde fugantur, & vngantur ex oleis soluentibus, & notis vnguentis desiccantibus ad scabiem, & prutitum. Et ex illis proprium est hoc. ℞. acaciæ, memithæ, ana drach. i. salis ammoniaci, aloes, ana drach. vij. croci. xij. par. drach. vnius, vinæ quantum omnia sunt, terantur, & cribellentur, & conficiantur cum oleo sambucino. Et similiter in vngatur donec in balneo stat ex albumine oui, & melle cum oleo ros. & aceto. Et si materia sit phlegmatica addatur alumen, & staphisagriæ parum, & sal cum terebinthina, & abluantur cum aqua maris prius. Et siquidem fuerit ibi corrosio, lenificetur virga cũ lenitiuis ex oleis, vt sisamino, & adipe gallinæ, & anatis, & medullis cruum vituli, & cerui, & cera, & resina, in balneo. Et cura doloris eius, est curę doloris testium proxima, et proportionabilis, & cura vniuscuiusq; causa est nota. Et quidẽ si pruritus sit ex materia tendente per canalem eius, puluerizetur camphora, & croci parum, & distemperetur cum aqua ros. vel lacte, & cum syringa eijciantur, & titillationes, quæ accident, sicut in mulieribus contingit, & matricibus earum. Cura dicta in apostematibus calidis, & gonorrhœa calida, & priapismo calido est conueniens. Et oportet vt frigida supra dorsum, & membra coitus applicentur. Et ex appropriatis est radix nenuphar is, & radix lilij, & injciantur, & æquentur.

Diuersio.

Dieta.

Vnguentum ad illud.

Inunctio.

Si materia phlegmati.

Si corros.

De cura doloris virgæ.

Localia.

De magnificatione virgæ, & paruitate ipsius. Cap. 13.

DE magnificatione autem virgæ, dicere postponemus vsque ad capitulum eorum, quæ delectationem faciunt in coitu, & ibi patebit ad plenum.

De apostematibus virgæ, & corrosione eius. Cap. 14.

VLcera virgæ, & apostemata sunt proportionabilia vlceribus, & apostematibus testium, sunt enim ex humoribus descendentibus a corpore, & superioribus membris. Et deteriora sunt, quæ fiunt in lacerto, qui est in radice virgę, et ano, eo, quod fit in capite, quod est, quia indiget exiccatione forti, & dolor cum hoc est vehemẽs, plurimum veniunt ad corrosionem, & putrefactionem. & minus malum est, quod fit in pelle. Et si quidem sunt in parte exteriori, sunt nota, & sensui. Si vero in via, & ductu vrinæ, cognoscuntur ex dolore magis in vrinæ egressione, & sanie egrediente ante vrinam. Et si fit apostema in via, & ductu vrinę, & dolor erit cum stranguria prius, deinde facta sanie, & erupta soluitur pustula, & stranguria sicut Hipp. dixit in aphorismis.

De cura vlcerũ virgæ. Cura vlcerum virgæ, si sunt intrinseca, est cura vlcerum vesicæ. Et ex appropriatis eis sunt trochisci, de charis papyri, & de panno combusto, alumine adusto, & chimolea abluta post eius adustionem, cortices arboris pini, merdasengi, & thuris ministrati, in traiectorio. Si vero sunt extrinsecus, aut sunt recentia, aut antiqua. Ex recentibus sunt medicinę proprię, simplices, et cõpositę. Et ex simplicibus, melior est aloe puluerizatus super ea, & folia glădis puluerizata, & ligata, folia rorismarini puluerizata, plumbum vstum, cadmia abluta cũ vino, tutia, & margaritæ nouæ, & adustæ sunt mirabiles, & cineres ouorum, & epithemata cum aqua frigida. Si autẽ humidiora illis ministrẽtur ficciora, vt est os vstum, cinis corticis pini habentis grana parua adusta. Et si indiget generatiuis carnis, misceantur eis thus, sarcocolla, & mastix.

Curatio vlceris corrosiui, & sordium.

Medicamẽ expertum. Et ex compositis est, medicamen expertum ad ea, quę indigent exiccatione vehementi cum incarnatione. ℞. tutiæ, sarco. aloes, thuris corticis Indiani, algarab adusti, gallarum, balaustiarum, acaciæ, an. partes æquales, floris æris partem vnam. s. Et capitum granatorum acerosorũ partem vnam, & fiat ex eis vnguẽtum ex oleo rosarum.

Descriptio alia Galen. ℞. scoriæ ferri, plumbi vsti, sandrac. chartę combustę, aluminis adusti, ana partes æquales, terantur, & misceantur cum oleo ros. & fiat emplastrum, vel vnguentum.

Vnguentum expertum. Vnguentum expertum ad virgã vlceratam. ℞. mellis quantum vis, & vnge ferrum ignitum in eo toties, q̃ deducatur ad spissitudinem sapæ, & conserua eum, & vtere ponendo super vlcera; quoniã expertum est. Vel siquidem fuerint antiqua, addatur prędictis minutum thuris, & corticis eius, & aloes, ana æqualium partium, prius tamen abluantur vlcera cum aqua cineris ligni ficus.

Quod si illic fuerit corrosio, & ambulantia fiant, tunc oportet, vt prohibeatur corrosio, & ambulatio cum proprijs, & sunt, vt abluantur, & epithementur, & fricentur cum vrina hominis antiqui proprij, vel asini, vel aceto: deinde cum succo rubi, deinde superaspergatur puluis glandium, & rubi sicci, deinde emplastrentur cum radice pentaphyllon, & sumach decoctionis, vel cum alumine, &

ne,& fęce vini,& ſalis gẽmæ,vel ex aſphodylo,cum face vini. Et ſi fiat ex eis dolor, emplaſtretur cum emplaſtro facto ex farina lupinorum,& hordei,cum oleo oliuarum ſylueſtrium,vel ſaltem omphacino. Et ex expertis eſt, vt ſumatur cinis capillorum hominis aniuden , & lentes montanæ,& fiat emplaſtrum, & iupponatur. Et vltimũ eſt,vt ſumatur de vnoquoq; arſenicorũ,drac.vij.calcis non extinctæ lapides.xx.& acaciæ.xij. conficiantur cum aceto , & ſucco alexius humidi,& fiant trochiſci in vmbra,& adminiſtrentur. Eſt enim cauterizatiuum,& prohibens ambulationem vlcerum,& corruptionem cũ potentia, actualis autem propter neruoſitatem membri eſt inconueniens. Receptio alia fortior.℞.vtrumq; arſenicũ, & calamenthũ, ſtaphiſagriã, & cineres anethi , & piper, de quib. fiant trochiſci. Si autem ceſſent a corroſione, & ambulatione,tunc emplaſtrẽtur cum allio ſylueſtri,quia facit ea coharere , & cum teſticulo vulpis , quia incarnat ipſa. Si autẽ fuerint fraudolenta,& maligna,& denigrentur , tunc melius eſt ſecundum pręceptum Hippocratis, vt abſcindatur totum nigrum , & deinde curentur cum vnguento carnis generatiuo, & conſolidatiuo. Et ad rhagadias virgæ, cura eſt cura rhagadiarum ani. Et ex proprijs eſt , vt ſumatur tutia , chimolea , & alchanna contrita, & tragacanthum, & cum vitello ouorum, & cera, fiat vnguentum .

De apoſtematibus virgæ,& medicinis eorum. Cap. 15.

Curatio quælis.

ET cura apoſtematum eius eſt propinqua curę apoſtematum teſticulorum , magis tamen tolerantia ſunt ſtyptica in principio propter naturam propriam , propter humiditatum decurſum. Et ex appropriatis apoſtematibus calidis eius eſt vnguentum : quod Rec. corticum granatorum,roſ.ſiccarum,lentium,ana partes ęquales, & decoquantur in aqua , & crocus in decoctione ſoluatur,& terantur cum oleo roſ.& adminiſtrentur.

Vnguentum ad apoſtemata virgæ.

Aliud expertum , & fortius. ℞.chimoleam cum aqua ſolarti,vel bolum armenũ, lentes, & alchechengi, terantur,& fiat,vt ſupra. Aliud Iſaac. Rec cadmiæ,argenti,ceruſæ,lithargyrij, memithæ, an.dra i. & s.cero acaciæ, balauſtiarum,ana drach.i.fac puluerem,& vnge cum oleo, roſ.& aceto. Aliud Rec.frondium viris,thuris,ana dra.i. ceruſſæ,drach.iiij. tempera cum aqua,vel albumine oui, oleo roſ.& croco, & myrrha fac vnguentum.

Aliud . ℞. cinerem frondium vicis , myrrham , tempera cum aqua roſ.& inunge, Aliud expertum ad apoſtema frigidum , & eſt proprium. Rec oſſium dactylorum partes.ij. althęæ pattem.i.conterantur cum aceto , & emplaſtrentur .

Aliud cum eſt ibi apoſtema durum. Rec.furfuris partem.i.ammoniaci.vnc.i. & eſt dictũ ſupra in apoſtemate teſticulorum , ſed hoc eſt magis conueniens ad verrucas virgæ , & eradicat eas ſcilla linita cum oleo & gumma pini , elleborus cum acero , lac ficus ſylueſtris lacticinium acutum, cantharides linitæ cum acero; aut incidatur , & ponatur ſuper medicina retinens ſanguinem, deinde liniatur cum aliquo prædictorum. Et ſi fuerit ibi morum, ſumatur baurach aduſtum, & cinis ligni ficus, & miſceantur cum aqua, & ponatur ſuper morum . Aut decoctio ficus,alumen,aut fel aſini,quoniam eradicat ipſum , & ſimiliter capita ſardellarum aduſta , aut lacticinia,quoniam delet ipſum. Et ex expertis, & probatis eſt, vt puluerizetur cortex granati acroſi , & ponatur deſuper, & ligetur, quoniam infra diem conſumit . Et quando non ſufficiũt incidatur, & puluerizetur de ſuper atramentum, & arſenicum, & ſimiliter ſi fuerit deterius illo non erit excuſatio quin cauterizetur.

De coitu naturali, & præter naturam , & ſignis eius. Cap. 16.

Coitus quid.

COitus notus eſt. Et enim actus naturæ ad expulſionem ſpermatis, ad quem ex ſeipſis animalia furioſe mouentur , & agunt abique doctrina . Et quidem duplex eſt,ſcilicet naturalis,& innaturalis;& vterque a fine de nominationis aſſumit exordium ; ſi enim ad generationem,quam intendit natura,ſit naturalis, dicetur ſimpliciter, ſi quoque ad euitanda nocumenta,quæ ex ſeminis retentione proueniunt , naturalis dicetur ſecundum quid, cum profit individuo , & non ſpeciei . Si vero ad aliud , vt delectationem, vel opprobrium Dei , & naturæ, non ſolum innaturalis, ſed omnino præter naturam, & ſimpliciter deteſtandus merito comprobatur . Et tamen naturalis ſua habet indicia ad differẽtiã eius, qui eſt præter naturam , quorũ quædã ſunt ex parte coeuntium ſubiectorum quædam ex parte cauſarum,quædã ex parte fiendi temporis, atq; horæ , quædam ex parte qualitatis,quædam ex parte quantitatis, quędam ex parte modi, quædam ex parte ordinis. *Coitus naturalis,& innaturalis qualiter et quomodo.*

Ex parte quidẽ ſubiectorum coeuntium, vt puta quia ſit maſculi agentis,& fœminæ patientis,ſanorum,& boni regiminis eiuſdem ſpeciei,perfectorum in ætate , vt adoleſcentiæ proprie, ex ſexu, vt quia habeant propria inſtrumenta ſexus diſtincta,non confuſa,ſeu permixta, vel debilia,vt habent hermaphrodiri.

Ex parte cauſarũ, vt fiat a deſiderio ſano, ſcilicet multitudine ſpermatis commouentis naturam ; quam non excitat imaginatio: non commouet aſpectus; non ventoſitas ; non ſtimulat pruritus fluentis alicuius humiditatis,vel ſeminis ardor;non multitudo fæcis concitat,nõ mora mingendi .

Ex parte temporis , vt fiat tempore maioris appetitus ipſius , qui eſt in mare, tempore hyemis, & veris , & in mulieribus æſtate , quia ſperma earum frigidum æſtate acuitur , & digeſtio fortificatur in hyeme , & vere, vt in apho. dixit Hip.multiplicans ſperma, & vt ex tantis interuallis ; quod ſperma ſit generatum , & in vaſis ſpermatis aggregatum : nec ſit tanto tempore retentum , vt frigiditate corrumpatur. *De tempore coeundi.*

Ex parte horæ,vt non hora repletionis ſtomachi, nec inanitionis membrorum fiat; quoniam vtroq; modo eſt valde nociuus,ſed prima digeſtione ſtomachi; & ſecũda hepatis completa : & tertia mediata membrorum , quæ eſt poſt ſomnum,quia ſit cibus miſſus appoſitus, & vnitus membris , ipſis vero non coagulatus , & aſſimilatus perfecte,ſitq; ſperma ſic iam generatum,& hora ſic propinqua , quod ſuperfluitatem digeſtionis tertiæ ſequatur euacuatio, ſitq; hora temperata, & temperatum corpus. Et Gal.determinare interualla temporum docuit per effectum,dicens,dummodo ex tantis interuallis fieret , vt neque diſſolutionem ſentiat,& ſeipſo leuior factus ſit, & melius dormiens , ſalubrior erit venereorum vſus. *De hora conuenienti ad hoc.* *Ar.med. cap.16.*

Ex parte qualitatis,vt commiſceantur proprijs inſtrumentis prout natura inſtituit,vt virga immittatur in vulnam, tanquam in vas proprium , & concutiendo fricentur, & delectetur,donec perficiatur coitus , & emittatur ſemen ad generationem .

Ex parte quantitatis,vt fiat non multum,nec frequenter,ſed per interualla, ſicut dictum eſt, & roties,vt complexio tolerer , & habitudo, & ætas quoque , & regimen ſupperit, atque vſus , & intentio regulat.

Ex parte modi fiendi , vt maſculus ſupra fœminam , non e conuerſo . In tali enim modo timetur ex labore in emittendo ſperma , & ne aliquid curat in virgam de ſpermate mulieris.

Ex parte ordinis,vt non ſubito miſceantur,ſed præcedente delectationis actu,ex amplexibus,oſculis,tactibus vterum ac genitalium; quamdiu agens, & patiens , auida videantur , & ſe mutuo prouocent ex delectatione ad coitum. In quo igitur hæc cõtinentur indicia,& proprietates,naturalis ſimpliciter eſt dicendus. Innaturalis vero eſt cum omnia,vel plura deficiunt. *De ordine.*

Signa coitus in ſe, & abſolute conſiderati ſunt , quoniam in vrina coeũtis iam apparent , ſicut fila permixta, ex reliquia ſeminis remanente in virgæ meatu , & in expulſione quidẽ ſpermatis , quæ in coitu maior delicia ſequitur, quam in expulſione aliarum ſuperfluitatũ ex duplici cauſa . Prima eſt diuina ordinatio ad genealogiam ſeruan- *De ſignis.*

seruandam. Secunda est spermatis materia, quæ est tem- A perata, suauis, bona, non mala, & acuta, vt aliarū. Scien-
Nullū animal post cōceptionē appetit coitum præter mulierem, & cur id fit. dum quoq; quòd animalia post conceptum non appetunt coitum, præter mulierem, eo quòd apperunt propter naturam, non propter voluptatem, & delectationē, vt mulier, ac etiam, quia nō abundant spermate, & menstruo, quod molester, sicut mulier, eo quod transit in eorum additamenta, si superfluat.

De erectione virgæ, & nocumento eius, & de diminutione eius, & multitudine ipsius. Cap. 17.

VIrgæ erectio est propria actio eius cum animal mouetur ad coitum. Fit autem propter plenitudinem cauernosi nerui ipsius paulatim factam, quo pleno pentus erigitur virga, tenditur, & dilatatur, & firmatur. Et causa eius, est coitus causa: licet possit esse erectio absque
Causa efficiens erectionis. coitu, & non e conuerso. Et est materialis, & efficiens; & B vtraque est duplex mediata, & immediata. Materialis immediata, est ventositas crassa: quam impellit causa efficiens immediata, quę est natura, & spiritus libidinis missus a virtute concupiscibili deferens sanguinem, & spititum crassum, transeundo ad virgam, vt erigatur ad coitum, quod efficit absq; doctrina, sicut cætera mēbra propriam actionem, ad quam exercendam ordinauit ea na-
4. de lo. aff. cap. 4. tura, sicut matrix, & vbera sua, & stomachus, & alia. Et plurimū fit post somnum, & in supine iacentibus, quorum fœmora calefiunt, vt Gal. ait; calefactis enim eis, & arterijs calefiunt magis, & earum ora magis largiora efficiuntur, quibus sic existentibus non minimum concitatur ventosa substātia, & ad neruū dirigitur, vt impleat ipsum, & erigat. Mediata, & materialis est causa ex cibis, & potibus calefaciens, & humectans, in qua est humiditas extranea apta ad ventositatem cōuerti, in qua prima, & secunda digestio agendæ, & conuertendæ nequit finire velociter, immo figitur, & transit vsq; ad digestionem C tertiam, & illic inflatur, vt sunt cicera, fabæ, & vuæ. Mediata, & efficiens est omne, quod mouet naturam, & spiritum desideratiuum ad coitus actū, & illud est; aut quantitas spermatis grauans sua multitudine naturam; aut acuitas qualitatis illius, & mordacitas naturam molestās: quare mouetur ad eius expulsionem, & erigit virgam ad coitum, & tunc est coitus conueniens: aut est ventositas existens in sanguine, quo nutritur virga, testes, & seminaria vasa; aut mordicatio materiæ stantis in glandulis positis in duobus lacertis orificij vesicæ, vel materiæ subtilis venientis ad virgam de renibus; aut imaginatio, vel aspectus coitus, vel mulieris, quæ mouet concupiscibilem existentem in corde, vt mittat spiritum, & calorē ad virgam, qui impellit spiritum ventosum ad ipsam, quo erigitur, & tunc coitus non est conueniens. Inquit. n. Abu. nam plus obedit animæ, quā contrarijs qualitatibus in ipsam, aut alibi agētibus. Et alibi mouet enim sanguinem res intueri rubeas. Et siquidem vsus coitus cōfortat hoc membrum, & ipsum reddit lacertosum, & crassum, & D ad exercendum ipsum potens, & forte, & dimissio eius
Notand. optimum Platonis. extenuat, & debilitat. Inquit enim Plato, quies cum defecerit labor, et exercitiū proprie actoris eius virtutem, & sanitatem augmentat; quod etiam in vberibus est videre manifeste, cumq; superfluat secundum naturā non est nocumentum, sed potius virtus, nec est superfluitas, sed fortitudo magis. Nocumentum ergo si quod accidat in erectione, ex quo coitus læditur, dimittitur, vel aufertur; necnon generatio quoque ex diminutione, seu defectu, vel ablatione alicuius prædictarum causarū eius, vel omnium procedit necessario, si debilis sit, vel auferatur, vel ex superfluitate alicuius ipsarum, vel plurimum præter naturam si superfluat, vt in priapismo.

De signis. Signa causarum immediatarū sunt, nam si nocumentum in erectione sit ex defectu materiæ, scilicet ventositatis in membris inferioribus, cognoscitur ex complexione generalium; quia frigida nimis, vel nimis calida, & sic ea fit. Et regimen similiter, & circumstantiæ cōmunes, & ars, & exercitium, vt longa equitatio calefaciens, & ars fullonū infrigidans illa. Si vero ex defectu eius in superioribus, ex fortitudine digestionis primæ, & secundæ, quā robusta dispositio superiorum ostendit, & datis inflatiuis inuantur. Si vero sit ex defectione sanguinis, & spiritus generati, ex debilitate corporis, & ariditate scietur. Si vero in causa efficiente, scilicet in spiritu desideratiuo non mouente, & in natura non impellente, aut erit ex causa in principijs superioribus; aut in via: aut in virga, & genitalibus: aut in adiacentibus membris. Et causa in principijs, aut erit in corde, & vt plurimum est, quia sit siccæ, & gelidæ naturæ: vel aliquā ægritudinē passum, cuius signa superius habuisti, quare abscinditur desideriū, & desideratiuus spiritus non procedit. aut erit in hepate, quia fuerit frigidæ, & siccæ complexionis, & pauci sanguinis, & spiritus, quare materia spermatis abscinditur, vel quia passum aliquam ægritudinem fuerit. aut erit in cerebro: quia sit naturaliter dyscrasiatum, frigidum, & B humidum; vel quia fuerit aliquam passum ægritudinem abscindentem virtutem sensibilem, vt stuporem, vel lethargiam, aut compressionem propter casum, & percussionem, vnde commotio confricatiua, vt descensus spermatis, non sentiatur, & horum omnium dicta sunt signa. Aut quia immediatiua causa fuerit occasio, vt cum vere cundus fuerit, vel ratio, & intellectus retraxit spiritū desideratiuum causa seruandi castitatem, vel metus pœnæ propter peccare, aut quia meditatus est fęditatem, & immunditiam aliquam mulieris, seu turpitudinem; quare natura retrahit spiritum, & non impellit. Et causa in via est oppilatio, aut in uenis, quæ sunt post aures, & neruis, quia sunt abscissæ vel etiam oppilatæ, aut in arterijs, vt in oppilationibus cordis ex syncopi, aut in venis; vt in oppilationibus hepatis. Et causa in virga est mollificatio eius, propter malitiam complexionis frigidę, & humidę, cuius signum est, quia posita in aqua frigida non contrahitur, aut erit in testibus, & vasis spermatis, & difficilis sensus ipsius, & eius defectus, vel aliam ægritudinem fuerint passi; quorum signa sunt præmissa, & causa in vicinis erit, aut propinquis: vt accidit ei, cui hæmorrhoides inciduntur; aut habentibus anum dolorosum, & vesicā, quæ sunt manifesta. Nocent enim illa neruis communibus inter anum, & lacertos virgæ. Aut remotis, vt habēt renes frigidos, vel ægrotantes, aut totum similiter corpus, signa cuius habita sunt in præmissis.

Sig. causarum mediatarum, & occultarū. Et signa causarum mediatarum, & occultarum sunt hæc, nam si fit ex paucitate spermatis, vel eius obtusione qualitatis, & cum mordicatione ipsius habentium inducere motus in spermate commouendo naturam ad eius expulsionem, signa erunt contraria illis, quæ dicta sunt in gonorrhœa.

Si est propter sperma. Cuius causa existit in spermate, & ex illis est, quia egreditur apud coitum res pauca, & illud est plurimum propter cōplexionem frigidam, & siccam. Et cōtingit quòd sperma sit plurimum, sed sit quietum cōgelatum, & post coitum descendit, qui calefacit, & tribuit ei motum dissolutionis, & fluxus; & signa defectus ventositatis in sanguine nutriente virgam sunt, quia non sentitur ibi tēsio, nec iectigatio. Et signa defectus materiæ mordicantis, quæ circa glandulas existit sunt, quia ibi nec punctio, nec mordicatio, nec pruritus, adest. Meditatiua causa est nota, & similiter mediata materialis, quia mediatio, nec est cibi, & potus sumptio inflatiui.

De nocumentis, & iuuamentis prouenientibus ex coitu. Cap. 18.

Priapismus quid. MVltitudo vero desiderij, quædā est naturalis, quædam præter naturam. Naturalis est ex abundantia causarum prædictarum, naturaliter tamen. Præter naturam est ex abundantia, vel superfluitate ipsarum. Et dicitur priapismus, & priapismus quidem secudū Gal. est propria passio virgæ. Et sicut gonorrhœa vasorū spermatis, & est tensionis ipsius erectio, & in rotunditate & longitudine magnificatio, nulla existente coitus concupiscen-

cupiſcentia; hoc enim ſumptum eſt a quodã Græco, qui Priapus vocabatur, pictus autem erat in muro cum veretro ad eundem modum quem habebat.

Cuius cauſa eſt duplex, dilatatio, & apertio arteriarũ de ventoſa ſubſtantia, vel de craſſa in neruo veretri generata, vel deſuper influxa, vel vtrumque, vt ſupra in cura erectionis virgæ dictus eſt modus, qui primum adiuuat, vel plurimum fiat ex prima, facilius enim eſt vt aperiatur os venarum, & arteriarum, quam ventoſitas generetur in neruo.

Cauſa. Cauſa autẽ ventoſitatis materialis, & efficientis dicta eſt hic, & ſupra de ſtomachi inflatione. Dilatationis venarum genitalium cauſa, eſt equitatio, & coitus multus, & vſus rerum ex cibis, & potibus multiplicantiũ, & acuentium ſperma, & aquoſitatẽ, vt ſunt cicera, eruca, & vinũ nouũ, & ſtrictura arteriarum, & ſomnus ſupinus, quare calefiunt partes illæ, & aperiuntur orificia venarum, & arteriarum. Et fortaſſis ambæ cauſæ in hoc concurrunt, & ſe iuuant, vt ſupra in cauſa erectionis eſt dictum.

Signa. Signa vero vniuſcuiuſq; ex accidentibus proprijs, & iuuantibus medicinis poſſunt haberi. Nam cuius cauſa eſt vẽtoſitas, ſigna ſunt titillatio, ac iectigationis in virga perceptio, & cito venit, et cito recedit, quod curatur, quia approximatis medicinis ventoſitatem reſoluentibus, vt ſupra virgam, & inter eam, & anum, & ſuper femora, & diſſoluta ventoſitate diſſoluetur priapiſmus. Sed in ea cuius cauſa eſt orificiorum arteriarum, & venarũ dilatatio, titillatio, & iectigatio non ſentitur, & non cito venit, nec recedit, ſed grauedo, ſi diu ſe a coitu conſueto patiens abſtinuerit, vnde ſperma fit multiplicatum in vaſis maxime ſi cibos, multi ſpermatis ſumpſerit, & quiete vtatur, & ocio, & imaginetur coitũ, vel mordicatio, ſi cibos coruptos, & acutos comederit, & præceſſerit equitatio longa, calefaciens inferiora, & proinde aperiens ora venarũ, & approximata medicina frigida iuuetur, & prohibitiua generationis ſpermatis, calida vero lædatur.

De cura nocumenti coitus. Cura nocumenti coitus, & erectionis ſi diminuatur, vel auferatur cum generationem impediant, vel prohibeant auide a natura intenta, oportet diligenter perquirere, & ſollicite partractare. Et ſunt quinq; res. Prima, ſuperiora membra, a quib. virtutes procedunt, & ſpiritus, & rectificat, & confortat. Secunda, vias tranſitus præparat. Tertia genitalia membra, vt virgam, teſtes, burſam ſpermatis, & alia vicinantia membra ſubalterat, & ad coitus actum confortando diſponit. Quarta, præbet ſanguinem, ſ. ſpiritum craſſum, & ventoſitatem, & ſperma. Omnis enim virtus obtuſa, eſt indigens materia propria, vt Gal. ait. Quinta cauſas exteriores ad coitum incitat, & prouocantes procurat.

Memb. principaliũ mãdatum curatis. Primam rem complent adminiſtratio medicinarum, quas ad curam prędictorum principaliũ diximus ſupra. Et ex conuenientib. eis in hoc caſu ſunt; nam ſiquidem videris cauſam in eis eſſe frigidam plurimũ propter cor, miniſtrabis, vt theriacam veterẽ, & mithridatum, propter cerebrum vero, diambram, et diamuſchum; propter hepar autem diacurcuma, & horomoſiam, & ſageneam, & mithridatum etiam propter omnia. Eſt enim fortis medicina in omni defectu coitus, propter frigus in omni membro, vt ait Abuh. Cum vero perceperis eſſe, propter malitiam digeſtionis ſtomachi, curam conuenientẽ miniſtrabis, & ea proprie, quæ digeſtionem reddunt perfectam, quorum cognitionem habuiſti ſuperius. Stomachus enim inter principalia operatione ſuæ digeſtionis, meruit computari, & ſiquidem fortis caloris, & digeſtionis fuerit, & ſimiliter hepar, quod ventoſitatem prohibet generare, infrigidabis, & æquabis cum frigidis cibis, inflatiuis, ſicut ſunt pyra, cytonia, mora, lac, fabæ, & ſimiles, & cum medicinis ſuperius dictis, vel ſi fuerit fortis frigoris, quod etiam ventum generari prohibet, calefacies cum cibis calidis inflatiuis, vt ſunt, cicera, phaſeoli, cum ſale, in quo ſit aliquid altiliæ, & plurimum cinnamomi, & potibus vini rubei ſpiſſi, & turbidi, cum frictionibus, balneis, vnctionibus, & emplaſtris calidis, ſupra in cura eorum dictis.

Secundam rem complent ea, quę in cura oppilationis neruorum, & paralyſi arteriarum cordis, vt in ſyncopi, & venarum, vt in oppilationibus hepatis dicta ſunt.

Cordis mẽ. virtutẽ deferentium. Tertiam rem complent, ſiquidem cauſa iſt virga fuerit vt mollificatio, ea quæ ſunt dicta in cura paralyſis, & cura virgæ dicta fuerunt. ſi vero in teſtibus, & vaſis ſpermatis cauſa ſit, curam propriam dictã ſuperius miniſtrabis eorum dyſcraſiæ, vel alteri ægritudini eorundem. Et ſiquidem eorum dyſcraſia fuerit talis, quæ inflationem in eis reſoluat vt caliditas ſuperflua, vel congelet, vt frigiditas in eis, alterabis eorum caliditatem cum diureticis frigidis, & fomentationibus, epithematibus, & vnguẽtis frigidis, & cibis, & potibus frigidis. Et eorom frigiditatem cum diureticis calidis, cibis, & potibus, & alijs medicinis calidis, exterius applicatis, notis ſupra in cura renum, & veſicæ, & cura teſtium: & cum his, quæ infra dicentur. Si autem in vicinantibus membris ſit cauſa, vt in partibus ani, hæmorrhoidarum, & veſica, curam vniuſcuiuſque propriam miniſtrabis. Si vero in renibus, quia fuerunt frigidi, curabis, & calefacies eos. Calefactio ergo renum, & dorſi eſt quid iuuatiuum in erectione, & coitu. Et etiam ſi cauſa fuerit in toto corpore, quia ſit debile, ſiccum, & gelidum, calidis, & humidis confortetur medicinis, electarijs, balneis, vnctionibus, & emplaſtris, & regimine humectatiuis, & cibis, & potibus reſumptiuis huic actui proprijs, quæ dicentur.

Cum mãb. ſuſcipientium.

Dieta. Quartam rem complent, quæ ſanguinem ſpiſſum, craſſum, ſperma, & ventoſitatem multiplicant, ſic materiam erectioni, & coitui prębent, naturam, & virtutem, ac ſpiritum confortant, & incitant ad ipſum, & ſic adiuuant, quorum quædam ſunt, vt cibi, & potus, & medicinæ, & quædam a proprietate ipſum iuuant. Et ex illis eſt in reliquis conueniens regimen; vt cibi, qui ſunt calidum, & humidũ generantes ſanguinem, vt ſunt calidi, et humidi humiditate quaſi ſuperflua apta conuerti in ventum craſſum aptũ non cito conſumi, & finiri; quales hepar, pannicus, panis ſimilę proprie cum granis ſeſami. Et ex carnibus volatilibus carnes gallinarum, & gallorũ pinguium, iuuenum pullorum, columborum pinguium, carnes anatum, & paſſerum, & cerebra ipſorum. Et ex quadrupedibus, carnes ouium, vitulorum, & porcorum nutritorum in domo, & medullę animalium ipſorum. Et ex aquaticis, carnes piſcium paruorum, & cancri fluuiales, & piſces fluuiales exiccati. Sint autem elixæ, aſſæ, & non frixæ. Frixura enim minuit nutrimentũ ſecundum Abu. Et ea quæ ab illis procedunt, vt eſt lac proprie bouinum, camelarum, & ouium, butyrum, & oua gallinarum, anſerũ, columbarum, & anatum, & piſcium. Et ex herbis, caules, bauciæ, borago, bugloſſa, menta, & andacocha, & capita cardonum. Et ex granis, vt eſt frumentum coctum, riſum cum lacte amygdalarum, vel ouis, cicera, fabæ, phaſeoli, piſa, & fœnugræcum. Et ex nucleis fructuum, ſicut ſunt amygdalæ, pineæ, fiſtici, & auellanę, nuces, & nucleæ nucis indæ, & nuces recentes. Et ex ſtypticantibus, aſparagi, præputia vitis albæ. Et ex radicibus, ſecacul, napi, cœpæ, albi porri, & alia parum cocta, vbera, radices iringiorum recentes. Potus autem ſit vinum rubeum, ſpiſſum, vel turbidum, dulce, nouũ, vel temporis medij, & odoriferum. aqua ſit ferea non ſola, cum ſit nocibilior, & maxime frigida valde. Et ſiquidem ibi fuerit frigus manifeſtum, confortabis caliditatem eorum cum zingibe. cinnamomo, mace, & pipere. Quod ſi caliditas ſuperabundat, cum frigidis, quales ſunt lac acetoſum, melones, cituli, cucurbita, cucumeres, & fructus olera multa, & ſpinachia chryſolocanna, lactuca, & portulaca, & ſimiliter albumen ouorum.

Cibus.

Potus.

Medicinalia qua. & quæplicia. Vt medicinæ vero, quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ, quæ infra dicentur. Et ſimplices, quædam ſunt calidæ, quædam frigidæ, & quædam temperatæ. Et ex eis, quędam ſunt ex terra naſcentibus, & plantis, quædam ex animalibus; quædam ex mineralibus, & ex plantis, quæ calidæ ſunt; quædam ſunt ſemina, vt ſemen napi, vt vrticæ, & ſemen arreticæ, lupini, & alcherua, & mentaſtrum hortulanum, quod eſt mẽta; & ſemen aſparagi, &

ragi, & semen raphani, lingua auis, & semen apij, & petroselini, & cordumeni. piper longum, & macispiper; & quædam sunt ex fructibus, vt grana ben, & oleum eius. Et quædam sunt ex radicibus, vt radix alub, ben, zedoariæ, costi dulcis; testiculus vulpis, qui fortis est in coitu, & erectione, & radix cardi, cœpe assatum, & scillæ, parum secacul, & zingib. & proprie amno condita, galangæ, pyrethrum, assarum, hermodactyli, & napi de barbaria, ipsi enim commouent, sicut caliditas vini in toto corpore. Quædam sunt gummæ, & eorum procedentia a lignis, vt sunt tragacanthum, & allia, quoniam inflant valde virgam, & ad coitum incitant, & proprie infrigidatos; cum ex eo aur.i. bibitur cum vino, succi eius caliditas est superans caliditatem euphorbij; & quandoque cum humiditate iuncta, quam in frigiditate plurimum inuenit, inflationem præstat, quæ ad genitalia membra sua potentia prodiens, facit erectionem, & ad coitum incitat. Quædam vero frigidæ sunt, vt semen portulacæ, lactucæ, & sem. melonis, & sem. caul. quæ vero sunt temperatæ, sunt vt fœnugræcum, sisamũ, dactyli, quæ vero ex animalibus, sunt sicut vermis multorum pedum, stellio, lacertus, & proprie extremitas caudæ eius, vt fumen eius, & renes ipsius, & sal ipsius, hoc modo factus. Sumatur lacertus in diebus æstatis, & decolletur, & mundentur viscera eius, & impleatur sale, & suspendatur in vmbra donec exiccetur. Cum autem feceris illud, tunc accipe sal, & proijce corpus eius: de quo sale sufficiet tibi modicum minus, quàm seinci.

Nota de aliis.

De mineralibus vero sunt, quæ confortant principalia, & quædam cor, vt hyacinthus, quędam cerebrum, vt lapis qui inuenitur in capite animalis, vt serpentis, piscis, vel galli; & quædam hepar, vt lupus, & quæ currũt cursu proprietatis. Et ex eis est, vt sumatur vererum tauri, & exiccentur, & puluerizetur, & eius modicum proijciatur super oua sorbilia, & sorbeantur. Et iterum res mirabilis, sumatur coagulum cameli masculi exiccatum, & sumitur apud necessitatem quantitatis ciceris in duabus libris aquæ, & bibatur ante per duodecim horas, quòd si læderetur, abluatur in aqua frigida, & aqua mellis bibita cum oleis, & pauco croci.

Med. compo.

Compositæ sunt, quæ ex eis componuntur, & quædam vt cibi sunt ex his, & quædam, vt medicinæ; secundum quod indigentia te inuitat. Et ex eis est, quod conuenit in frigiditate, & est vt sumantur virella ouorum, & puluerizentur de supra althit. i. asa & sal seinci, & sumantur post balneum, sunt enim fortiores, & fiat fricțio cum oleo sambucino, & de lilio. Et iterum oua integra quindecim; & sumatur quinta pars eorum de succo cœpę, & fiat sorbitio, quæ sumatur cum aliquo de salibus, & seminibus prædictis.

Aliud. sumatur bauciæ, & cœpe, & napi, & minuti decoquantur cũ fabis, ciceribus, & phaseolis, cum melle, & carne ouina; & desuper aliquid de seminibus calidis puluerizetur, parum altiliæ, cinnamomi, garyoph. & zingiber. Et quod conuenit calefactis, est, vt sumiatur lactis lib. i, & proijciantur super ipsum tereniabin. drac. xl. decoquatur donec in spissetur; & bibatur omni die ex eo quantitas cadi vnius. Et potus calefactorum sit lac loco vini, infrigidatorũ vero sit potus vini prædicti, vel passularum dulcium naturæ, & fiat potus. Alius, sumatur eruca, napi, & ficus, & passularum, & decoquantur in aqua, & colentur, & colatura sumatur.

Aliud medicamen ad eunuc.

Alius potus secundum Abuha. sumatur alhasce, bauciæ, eruca, & napi, & decoquantur in aqua vehementer, & colentur ex aqua eorum, & ponatur in vnaquaq; partes aquæ vi. pars ficuũ, & medietas dictæ partis, passularum rubearum bonæ dulcedinis, vij. nuces Indicæ. Et fiat inde vinum de passis. Alius secundum eum. Rec. succi vuæ, & ponatur in omni parte. x. minarum eius, tertia mina de hac medicina. ℞. bauciæ, sem. erucæ, naporum, & bauciæ; sem. asparagi, linguæ auis, granorum alchilaz naporum barbarorum, & vtriusque ben omnium ana partes æquales, terantur, & ponantur in panno, & ligentur in eo molliter, & ponantur cum succo in vase, & moueantur omni hora, vsus autem talium sit cõueniens, quia moderatus quantitate, & qualitate. tempore, modo, & ordine, & etiã non declinet ad cibos prius: ex eis enim prouenit exuberatio materierum, & confortatio virturis, deinde ad medicinas, in quibus virturis vnificatio est absque præstatione materiæ.

Caueat autem ne sit ex eis a quibus proueniat ad inflammationem, & febrem, & exiccationem, quare interpolent, & contemperent naturam, deinde redeant ad ea, quæ sunt coitus, & post cibos, & medicinas plurimum vinum odoriferum bibant. Deuitent autem omnes ex cibis, & medicinis, quę ventositatem resoluunt, vel generari vetant sua caliditate, vel frigiditate, vel etiam sperma, qtæ dicta sunt supra de cura gonorrhœæ. In alijs vero regimen est, vt vtatur rebus non naturalibus iuuatiuis, & abstineat a nociuis, & est vt degat in aere temperato, non calido resolutiuo, nec frigido congelante. Exercitentur delectabiliter, ꝙ sufficiat ad superfluitatum primarum expulsionem, & vitẽt exercitium resolutiuum. deinde quiescãt. Et dormiant ad perfectionem digestionis. Non vigilent multum, corrumpunt enim vigiliæ multæ complexionem cerebri, & corporis aliquo siccitatis modo, vt dixit Abuha. Euitet euacuationes, & proprie phlebotomiam, & sudorem, & repletionem nauseatiuam, & ebrietatem. Lætentur, & gaudeant, & omnino omissa curiositate: vitent tristitiam, dolorẽ, timorem, sollicitudinem, & cogitationem in alijs.

Decumentum.

Quintam rem complent, fabulationes narratæ, cantusq; qui ad amorem sunt, & coitus aspectus, & imaginatio eius, & pulchrarũ mulierum, cum dimissione coitus, donec confortetur; deinde procedat ad coitum cum placida, & amęna, dicta in talibus. Et caueat turpem, implacidam, & antiquam, & eam quæ nondum peruenit ad ætatem, & virginem menstruatam, & fœtidam, & quæ cum alio coiuit. Omnia enim talia debilitant virtutem membrorum coitus, sed gradatim perueniant ad ipsam, sed prius calefacti, & inuncti cum his, quæ infra dicentur, coeant, & non multum, multitudo namq; coitus quandoque abscindit ipsum.

Iuuantia coitum pro infrigidatis.

Ex medicinis iuuantibus coitum, quædam sunt interius approximandæ, quædam exterius. Et ex exterius approximandis, quæda sunt linimenta, quædam collyria, quędã clysteria. Ex linimentis, quæ coitũ adiuuant, sunt; quędam simplicia, quędã composita. Simplicia vero propria, & potissima sunt, quæ fiunt ex oleo de nuce indica, oleo de granis cotti, oleo sambucino, & quandoq; miscetur parum pyrethri, & asa, cum oleo sambucino, & cypero, oleo de styrace, & adeps leonis, quia est vehementis virtutis in hoc, si liniatur ex eis virga, pectẽ, peritoneon, femora, anchæ, & renes cũ fricțione faciente subintrare.

Vnguentum vtile ad iuuandum.

Et ex compositis est vnguentum Rufi, forte valde; quod est. ℞. myrrhæ, sulphuris non extincti, granorum cartami, ana drac. ij pyrethri. scrup. ij. piperis nigri gran. xxx. cordumeni grana. xx. terantur cum drach. ij. cœpæ optimæ; & si terantur vnaquæq; per se est melius, deinde misceantur cum croco, & terantur donec fiant in spissitudine mellis, & inungantur cum melle alchatim. Et asa, in virga erectionem facit, & stimulat, quod si timeatur in ea caliditas vehemens, misceatur cum oleo rosa. Et ex suppositorijs sunt, quæ sunt facta ex granis cotti, & de adipe anatis, & de pyrethro cum nuce indica. Item fiat vnguentum, quo inungantur partes prædictæ. Rec. cœpæ albæ. vnc. ij. caudarum scinci. vnc. s. farynon, drac. i. sem. sinapis, sem. cœpæ, & apij, ana drac. ij. muschi, ambræ, ana. drach. i. confice cum oleo de scinco, vel de cypero. Ex clysteribus vero est hoc. ℞. capitum arietum, & testiculorum eius, lib. iiij. scinci. drach. i. carnis anatis, lib. i. cicerum, lib. s. decoquantur in aqua vsque ad dissolutionem. Deinde sumatur ex aqua, & adipe ipsius, lib. i. & ponatur supra illam olei, muschi, vel de granis viridibus, vel adipe scinci, & clysterizetur, & hoc ad infrigidationem. Ad calefactionem vero linimenta fiant ex oleo de papauere, ex oleo de granis portulacæ, & succo

ipsius.

ipſius. Sed ex interius approximandis, quędam ſunt iuſcula, vt quæ fiunt ex iure capitum pullorum columborum, cum vitellis ouorum, & pulmenta ex ſiſamo cum butyro vaccino, cum teſticulis arietum. Quædam rob; quod. Rec. ſucci cœpæ albæ, mellis deſpumati, ana lib.i. ambræ, muſchi, ana drach.s. olei muſcelli. vnc.ij. decoquantur vſque ad ſpiſſitudinem, & quolibet ſero vtatur vno cochleari, & ſuperbibat vinum calidum. Et ſunt qui addunt ſemen erucæ agreſtis, caudarum ſcinci, ſatyrionum, ana vnc.iiij. piperis longi. vn.ij. fiſticorum mundatorum. vnc.i. zingib. galangæ, been albi, & rubei, ana drach.ij. dactylorum, pinearum purgatarum, ana vnc.i. quædam electaria, vt diaſatyrion, confectio teſticulorum vulpis, quam in antido. noſtro diximus.

Multitudo deſiderij coitus nota eſt, ſigna cauſarum eius, & exceſſus earum ex oppoſito ſumenda ſunt ex ſignis cauſarum diminutionis ipſius, quæ ſuperius ſunt narrata.

De cura. multitu. coitus.

CVRA. multitudo deſiderij coitus, quãdo eſt cum fortitudine corporis, ſanguineitate, ſanitate complexionis, & adoleſcentiæ ætatis, & potentia ſupra coitum abſque ſucceſſione debilitatis, non eſt neceſſarium, vt occupatio ſit in regimine eius, & in fractione ipſius: fractio enim eius corrumpit complexionem, & deſtruit virtutẽ, propter vehementiam ſui nocumenti. Et ſciat quod generatio ſpermatis confortat corpus, & cor, & paruitas generationis eius corrumpit calorem, debilitat materiam, & intellectum, quòd ſi euenit ei ex illo infrigidatio, debilitas, atque raritas corporis, & facilitas ſudoris, vtantur exercitio prępparationis, & balneari in aqua frigida ſi poſſibile eſt: confert enim, & non oportet, vt frangatur de deſiderio aliquid, niſi de illo, qui eſt propter ſuperfluitatem replctionis ex caliditate, aut humiditate operationũ eius in ea cum euacuatione. In illo autem cuius cauſa eſt acuitas ſpermatis, vel alterius humiditatis, vel alia cauſa ſtimulans, ſicut dictum eſt ſupra in cura gonorrhęæ, procedatur curatione priapiſmi, quæ niſi acceleretur, extenſione virgæ peruenirct æger ad teranum, & quandoq; ad apoſtema vaſorum, propter tractionem materiæ, extẽſionis dolore; atque calore, & moreretur. Gal. vero talẽ docuit curari paſſionem cum v. primum euacuatio, ſecundum infrigidatio, tertium calfactio, quartum regimen, & diæta, quintum correctio accidentium, vel præſeruatio ab eis; Primũ reſpicit correctionem accidentium, vel præſeruationem ab eis, quibus propter periculum inflandum eſt prius. Et cum hoc cauſam materialem inflationis, ſeu generandæ ventoſitatis abſcindit, completur autẽ cum phlebotomia, virtute, & ætate conſentiente. ſ. iuuentute, in qua maxime conuenit, euacuando enim materiã, quæ poſſet attrahi, & infrigidando caliditatem trahentem, a tetano prędeſeruat, & apoſtemate etiam, purgationem cum vomitu abſq; ſolutione ventris, ne faciat materiam currere ad inferiora, & inflet magis: quare coire dimittant, ſuperiora vero exercitent. Secundum reſpicit dilatationem venarum, & cauſam eius, & etiã ventoſitatis deficiẽtem ſubalterat, & rectificat; completur autem cum frigidis, proportionatis calori, interius, & exterius approximatis. Interius, vt lactuca, coriandrum, nenuphar, camphora, & ſimilia frigida, & ſicca, habentia virtutẽ cõſeruandi ſpermatis materiam, papauer: ſua enim ventoſitate fortaſſe iuuaret ventoſitatem, & cum frigidę aquæ potu. Et exterius cum balneo frigidæ aquæ approximatæ genitalibus, vel toti corpori, & renibus. Et cum emplaſtris, & ceratis frigidis, vel lamina plumbi ſuper pectinem ligata, & ſuper renes ſi non nocet, & ſtratis, factis ex folijs roſ. ſalicum, & myrtorum, &c. Tertium reſpicit ventoſitatem iam generatam, & inflationem reſoluendam. completur autem cum vnctionibus ex calidis temperatis, vt eſt oleum chamæmillæ, & emplaſtrũ ex agno caſto. Quartum eſt regimen, & diæta, & eſt vt abſtineat ab inflatiuis, & vtatur extenuantibus, vt ruta, agno caſto in ſtomachi inflationibus dictis. Quintũ patet per primum. Coitus, ſiquidẽ naturalis ſit, iuuamentum præſtat indiuiduo, & ſpeciei. Indiuiduo quidem, nam virtutes corporis validas reddit, cor, & cętera mẽbra alleuiat, & confortat, euacuatione autem ſpermatis calorem naturalem ſuffocantis ſua multitudine calor ipſe alleuiatur erigitur, & confortatur, cuius confortatione cætere virtutes validæ fiunt, naturales, vitales, & animales ad peragendas actiones. Ipſe enim calor naturalis cum ſit cauſa omnis actionis naturalis, tanquã ſol naturalis in animali exiſtens, ſicut Hip. dixit, animal ab initio conficit; apperitum facit, conuenientẽ digeſtionem, & cuilibet membro aſſimilationem, ſuperfluitates expellit, humiditates dilatat, & ex extendit, ſicut corpora ad augumentum perducit, & complet, fumoſitatibus venenoſis ad retentionem ſpermatis aggregatis, propter eius euacuationem ceſſantibus. Cerebriq; liberatur ſpiritus, & animal dilatatur ad gaudium, ſicq; membrum viuificat, & vigorat; cerebrũ quoq; ab impreſſionibus melancholicis eripit. Caput a grauedine, & dolore oculi, & tenebroſitate, & omnes ſenſus perfectiores reddũtur, & clari: doloręquoq; renũ, & emunctoriorũ, qui a repletione ſunt, ſanat, & materias apoſtematum accidentium in partibus inguinum, & teſticulorum abſcindit. Speciei vero iuuamentum præſtat in eius conſeruatione. Hæc ſunt iuuamenta coitus naturalis tẽperati, innaturalis vero iuuamentũ nõ præſtat ſpeciei, nec indiuiduo, nec quo ad animã, nec quo ad corpus, vt plurimum dictum eſt. Intemperatus autem cũ ſit duplex, ſ diminutus, ſeu miſſus penitus, & ſuperfluus, & dimiſſionis ipſius, nocumenta perueniunt contraria iuuamentis ipſius temperati exiſtentis, prædicta maxime in derelinquentibus exercitium; retentum enim longo tempore ſperma aggregatur, & naturã venenoſam acquirit, ex quo fumus reſoluitur frigidus, & ventoſus, qui petens cor conſtringit calorem naturalem, & ſpiritum conculcãdo ſuffocat, & extinguit, ſicq; corpus totum infrigidat, & omnes actiones naturales debilitat, & petens caput de ſui natura cerebrum perturbat. Et ſenſus hebetes, & tenebroſos, interiores, & exteriores reddit, & ſpaſmũ inducit; & anhelitum aufert, prout mulieribus accidit in ſuffocatione matricis, licet rarius quam in illis, vt in ſuffocatione matricis dicetur. Ex ſuperfluitate aũt ipſius nocumenta eueniunt generalia, & ſpecialia. Generalia ſunt quæ ponit cum dicit, quoniam ex venere fit corpus frigidius, rarius, debilius, & ſiccius. Specialia ſunt quę ex illis ſequuntur, vel cauſæ iſtorum fiunt, quæ calida exiſtunt in ſuperfluo coitu de ſubſtantia cibi, ſeu humiditatum naturalium membrorum, & principalium magis, ac ſpiritus multum educitur, propter delectationem, & ſic calor diminuitur naturalis valde, & reſoluitur, quare corpus infrigidatur, ſoluuntur virtutes, & partes membrorum corporis non reguntur, ſicq; corporis inſequitur raritas, & quanto plus homo coit, tanto plus delectatur, & tanto plus debilitatur.

Nota.

Curatio Galeni. 14. meth. cap. 4. 5.

Coitus temperati iuuamentum in indiuiduo.

Nocumẽta quæ accidũt ex intemperato coitu.

Nocumenta vero ſpecialia ſunt, quę ex illis ſequũtur, & ex eis ſunt, quæ calorem, vel diminutionem, vel reſolutionẽ ſequuntur, & infrigidationẽ, vt eſt tepor, rigor, & horripilatio, & proprie in corporib. in quibus mali humores exiſtunt. Et quandoq; ſequuntur febris acutæ, & ſuperat ſ ipſis nigredo, & citrinitas coloris. Et ex eis ſunt, quæ accidunt ex debilitate virtutum, vt quæ ex debilitate naturali hepatis, & ſtomachi. Vnde eſt caſus appetitus, debilitas ſtomachi, rugitus, & digeſtionis debilitas, & extenuatio membrorũ & caſus capillorum, & fętet eo tum anhelitus, & ſtringitur natura, & accidit dolor colicus, & pollutio eius multiplicatur, & proprie in quãtitate, & regimine calidis, & humidis. Et ex eis ſunt, quę accidunt ex debilitate virtutis vitalis, & cordis, vt eſt pulſus cordis malitia anhelitus, rixa, & triſtitia, & proprie in illis, qui habẽt cõplexionis malitiam. Et ex eis ſunt quæ accidunt a debilitate virtutis animalis, & cerebri, & in ſenſitiua, vt eſt viſus obſcuritas, & debilitas in auditu, vel tinnitus, & aliorum ſenſuũ hebetudo, & ſtupor adeo, vt ſentiatur formicarum inceſſus a capite vſq; ad finem dorſi, & dolorem quoq; renum, & veſicæ, & laſſitudinis ſpeciem atefactam, quæ cum materiam attraxit a membris vicinis, & ſtringitur eorum natura, & accidit quoq;

debilitas

debilitas in motu, & neruis motiuis, adeo vt sẽtiat onus sui corporis, ex eo, quòd virtus debilis illud tolerare nequit. Inquit enim Diophilus, corpus componitur ex deferente, & delato, deferens est virtus, delatum est corpus, vigiliæ, & egressio oculorum, sicut in strangulatis; & ex eis, quæ accidunt ex corporis raritate, vt sudor resolutiuus virtutum omnium coadiuuante debilitate. Et de hominibus, sunt, in quibus est superfluus coitus magis nociuus, & in quibus minus, & in quibus mediocriter secundum diuersitatem eorum in potentia tolerãdi magis, minus, vel mediocriter. Magis vt homines calidi, & humidi complexione, ætate, & habitudine, & vitę delicatæ. Minus vero contrarij his. Mediocriter vero medio modo se habentes, & cum accidunt nocumenta sunt magis periculosa. Et similiter dimissio coitus, non tamẽ tantum quantum superfluitas nocet. In his enim, in q̃bus iuuatiuum secundum, quod educitur, non est simile his, in quibus superfluum, & absolute nociuum. In illis enim nocumentum magis præstat, quod est plus eo, quod est minus; nocumenta enim plura in extenso tempore ex eius superfluitate accidunt, & corrigibilia minus; nocumenta enim prænarrata superfluitatis plura sunt, & difficilius corrigibilia nocumentis omissionis, hæc enim inanitione corriguntur, vel exercitio, vel abscissione, & abstinentia sola; illa vero rehumectatione, quæ difficilior est. Inquit enim Gal. replere difficilius est quam inanire. Et si in mulieribus accidat ex dimissione coitus accidens, scilicet præfocatio matricis, quæ est periculosior, & difficilius corrigibilis, illud est tantum ex repletione etiam atque rarius, & accidit in mulieribus tantum, & non in viris, in quibus est grauis nocumenti superfluitas cum continue, vel quolibet actu emittant, & ad illud conentur, fœminæ vero rarissime, & si delectentur magis secundum Gal. non est illud propter emittere solum, sed propter recipere quoque, eo quòd æque secundum sententiam eius. Et breuiter dimissio in mulieribus consuetis plerunq; nocibilior est superfluitate coitus. Superfluus vero nocibilior maribus etiam consuetis propter causam iam dictam. In istis autem secundũ Gal. idem facit plus, quod minus. Inquit Hippoc. menstruis plurimis venientibus accidunt ægritudines, & nõ venientibus a matrice accidunt ægritudines: quæ ergo corpora a superfluitate læduntur, dignius est, vt coitum minorent, non tamen totaliter dimittant, omnibus. n. complexionibus, & hominibus etiam dyscrasiatis conuenit moderatus, vt Gal. ait. Et sciendum, quòd retentio spermatis in coitu est mala, quoniam quandoque perducit ad contritionem duorũ ouorũ vnius, vt dixit Abuha. nocumẽta vero supfluitatis, & dimissionis coitus dicta, sunt manifesta, quibus oportet deinceps subiungere curas, & regiminia vnicuique propria, quæ sequuntur.

1. de sympt. min. cap. 6.

4. de le. aff. cap. 5.

3. aphe. 57. Retẽtio spermatis mala.

De regimine eius, quem lædit dimissio coitus. Cap. 19.

REgimen vero eorum, qui coitum dimittũt est tres res. Prima materiam ad coitum incitantem abscindit. Secunda membrorum genitalium alterat dyscrasiã, & eorum furiam subalternando refrenat. Tertia mẽbra læsa rectificat, & confortando a læsione, & nocumento vlteriori præseruat. Primã rem complent euacuationes cum phlebotomia, sudore, & exercitio superfluo, & deriuantes cum vomitu. Et minorationes ciborum, & potuum multiplicantium sanguinem, & sperma, & ventositatem. Et vsus ciborum, & medicinarũ habẽtiũ minorare sperma, & reddere castũ, quæ sunt dictæ supra in cura gonorrhœæ. Secundã rem complent fomenta, vnctiones, & emplastra infrigidantia cor, genitalibus applicata, quæ dicta sunt in priapismo, & diuersio animi ad alia curiosa. Tertiam rem complent ea, quæ stomachum, & cerebrum, & corpus mundificant, & in mulieribus matricẽ, & quæ illa confortant, & confortãdo fumos a cõplexione, vel ꝓprietate ab eis expellũt, qualia sunt simplicia vt coriandrum, proprie præparatũ in aceto, sandalis, spodium, & alia composita, quæ dicta sunt in capitulis proprijs, oportet tamen, vt non subito, sed paulatim ministrentur, & perueniatur paulatim ad diminutionem coitus cum interpolatione opportuna.

De regimine eius, quem lædit superfluus coitus. Cap. 20.

EOrũ vero, quos superfluus coitus lędit regimen duplex est, generale, & speciale, generale est duplex, vnũ coitũ, qui læsionis est causã, abscindit, & diminuit: Aliud nocumento generali prouenientis ex eo proportionali apponit. Speciale, nocumentis specialibus correspõdet; primum in cura priapismi est dictum, secundum innuit Gal. cum dixit, quia enim ex venere rarius, frigidius, imbecillius, siccius redditur corpus, oportet, quæ inspissãt, calefaciunt, & roborant virtutem afferre, hæc vero cũ regimine complentur humectatiuo, prædicto in cura diminutionis ipsius. Sed vnicuique nocumentorum specialium remedia dispensat, quæ quia sunt plura, & diuersa, quibus in proprijs capitulis est prouisum omittamus, & prouidenti animo, & iudicio eligantur.

3. san. tu. cap. 2.

De his, quæ delectationem faciunt in maribus, & fœminis in coitu. Cap. 12.

INquit princeps Abuh. non est turpe medico si loquatur de magnitudine virgæ, & coangustatione vuluæ, delectationem præstantibus coeuntibus ipsis; sunt enim causæ, quibus venitur ad generationem, & speciei salutẽ, necnon cõiungunt amorem inseparabiliter perdurantẽ, prout Diuina sapientia ordinauit. Cum enim virga parua existit, mulier non delectatur, & cum vulua largior, neque vir, quia sperma non emittitur, & si emittatur cũ paruitate; quare anxiantur corpora, & resoluuntur, & spermata debilitantur, & sic generatio non procedit, nec species conseruatur, & cum non inueniant delectationem adinuicem diuiduntur vnusquisq; quoties sibi comparem inueniat, cui adhæreat, vt delectetur.

20. fe. lib. 3. tract. 2. cap. 44.

Conescio lib. cap. 2.

Expedit ergo regimẽ pertractare magnificationis virgæ, & vuluæ coangustationis, & alia delectationem pręstantia quoquo modo. Et ex magnificantibus virgam etiam adhuc augmentatam, est frictio, exercitium, & cibus multiplicans sanguinem, & etiam potus, in augmẽtatis iam est regimẽ impinguatiuum, quod infra Christo dante, dicemus in decoratione. Et ex proprijs est frictio cũ sanguisugis, & lumbricis terrestribus exiccatis ex alhalalebleth, & sumantur, sanguisugæ, & ponantur in vase, in quo est aqua earum, & dimittantur hebdomada vna, & vltra donec exiccentur; deinde terantur, & liniatur virga cum eis.

De his quæ magnificãt virgam.

Et ex coangustantibus vuluam sunt quædam, quæ illud faciunt constringendo partes vuluæ, & collum matricis coadiuuando, vt styptica, & pontica per modum encathismatis, suffumigij, epithematis, & collyrij, approximata circa vuluam, quæ sunt nota supra in cura fluxus. Et ex illis sunt gallæ immaturæ, & * myrrha, balaustiæ, mespila, & similia contrita, & decocta cum vino pontico, cum cypero, aogallia ad redolendum. Et ex illis sunt corticis pini, drac. iiij. aluminis, partes. ij. cyperi, partem. i. decoquantur in vino pontico, & odorifero, & madefiat in ipso pannus lini, & superponatur vice post vicem, & est bonum medicamen faciens acquirere virginitatem. Et quædam illud agunt conglutinando, & sunt nota supra in cura fluxus sanguinis narium, vomitus sanguinis, vlcerum renum, vesicæ.

Stringentia vuluam.

** myrta.*

Quædam illud faciunt trahendo humores ad labia, & ad parietes vuluæ, & repellendo, quare tument labia, & via media coarctatur, & sunt medicinæ rubificantes, & calefacientes, & ex eis propriũ cordumeni, & si bulliat cum gallia, & musco cum vino, & epithemetur.

Ex præstantibus delectationem vtrisq; est retentio in ore cum melle emblicorum, cubebarum, & * hascæ, & zingib. & piper cum melle multiplicat saliuã, quæ præstat vtrisq; delectationem, ex qua etiam si inungatur ca-

De his quæ præstant delectationẽ.

** assa.*

put virgæ non est malum, cum prima delectatio coitus in frictione existat, secunda in emissione spermatis, & quia mulier emittit sperma, & recipit, maiorem delectationem recipit, cum emittit viro emittēte cum ea, vnde Gal. dixit: in sensu vero genitalium membrorum, quædam virtus est propria fortis, scilicet existens, quæ in viris est expulsiua, in fœminis in testiculis, & vasis spermatis: in vulua enim fortis est virtus appetitiua, quia natura fortitudinem habet virtutis in ejciendo, & suscipiendo sperma cum nimio desiderio, & delectatione.

SVMMA IIII.

Quartę particulæ sectionis primæ, de cura ægritudinum membrorum generationis in mulieribus.

PROLOGVS.

Duo membra organa generationis in mulieribus.

ATtulimus hucusque sermonem in mēbris in generatione in maribus vt scitis naturis, iuuamentis, & actionibus naturalibus eorum, ac dispositionibus præter naturam eisdem cōringere possibilibus medicinas adducamus salubres; deinde afferemus sermonem in instrumentis generationis in mulieribus similem; ex conuenientia enim vtrorumque proprijssimis instrumentis habet generatio proprie fieri, & eis mutatis a sanitate quomodolibet impediri. Sunt autem duo membra organa generationis in mulieribus naturaliter creata, scilicet Matrix, quæ facit ad esse, & vbera quæ ad permanentiam faciunt generati post ortum.

Quid sit matrix.

Est autem matrix mēbrum figuræ concauæ receptionis eius, & conseruationis gratia, ex substantia neruosa, non quia ex neruis a cerebro procedentibus sit contexta, sed potius eius substantia similis est neruis, quia alba, viscosa, extēsa, panniculosa; licet nerui aliquid aduenial,

De compositione matricis.

ex quibus sentit. Et composita ex duobus panniculis, seu tunicis ad melius conseruandum; quarum interior est aspera ad modum linguæ bouis, ad melius continendū, & venosa habens plures venas quietas, & pulsatiles ramificatas ex venis portæ, quibus continuatur cum hepate, mammillis, & corde, quarum orificia figuntur in ipsa, & vocātur foramina matricis, siue cotyledones, quibus continuantur panniculi embryonis, vt ex sanguine currente in eis embryo nutriatur, & eius spiritus, & calor euentetur frigiditate eius, & tunica exterior plurimū est neruosa, & non sunt tales nisi, vt dilatentur apud conceptum, & magnificationem embryonis, & apud partum constringuntur ad expressionem ipsius. Et quantitas matricis sequitur corporis quantitatem, sicut sunt mammillæ. In puellis enim minor est vesica earum plurimum. In augmentatis vero, eius quantitas est completa, sicut vbera occupans sua magnitudine omne id, quod est inter propinquitatem vmbilici vsque ad meatum vuluæ postremum, ad quam peruenit collum eius. Et figura eius est extensa arcuata, in cuius extremitatibus habet duo ouа similia testibus viri nuda, non cooperta, vt illi, & quemadmodum viri habent vasa spermatis inter duos testiculos, & expulsorium radicis virgæ, sic mulieres habent vasa spermatis inter duos testiculos, & expulsorium ad concauitates matricis; habet enim duas concauitates matrix ipsa in hominibus, & in alijs animalibus secundum numerum papillarum, non quod sit numerus embryonum secundum numerum concauitatum tātum, vt asserunt quidam. In ipsa enim matrice in concauitatibus eius generantur quandoque quinque, & est maior numerus, ad quem perueniūt nati prout Albucasis, & Ioan. Serapionis, & Arist. ix. de animalibus ait. Et quia duas habet, quandoq; plures generātur, & plurimū duo sunt, & si earū numero consequantur, & ipsa apud retentionem menstruorum incrassatur, & cum mēstruatur, extenuatur, & munda remanet, vt exinde melius cōceptioni fiat apta. Et est posita inter vesicam a parte anteriori, & intestina a posteriori, vt sit ei a duobus lateribus obstaculum, & status eius sit in tutela simul in embryone; & ligatur mater cum dorso ligamentis pluribus fortibus, & ad partes fuminis, & vesicæ, & ossilago pectinis, existentibus de genere neruorum; venarum, & arteriarum. Et collum eius est neruosum, & lacertosum, rugosum, frictioni aptum, quod coitu incrassatur, & impinguatur. Et eius lōgitudo æqualis est inter vj. digitos vsq; ad ix. & quod est inter illud. Et quandoq; elongatur, & abbreuiat per vsum coitus, & dimissionem ipsius. Et qñ que assimilatur in quanto in figura virgæ cum qua coire consueuit, & est habens meatus duos. Vnum in extrinseco, in quo sunt panniculi contexti ex venis, & ligamētis subtilibus valde, ortis ex omnibus partibus eius, quod destruit violatio, & currit, quod in eis est de sanguine. Et cum coit matrix vsq; ad illud os trahitur, quasi procedens ad illud desiderando attrahere sperma, per suam naturam, & formam. Et meatus colli vesicæ, per quem extra vrina educitur, est iuxta ipsam a parte suprema, vt alia membra transeundo per ea, non lædat. Et in aliquibus mulieribus collum cadit ad sinistrum, & in aliquibus earum ad dextrum. Aliud in profundo iuxta os matricis ex quo deglutit sperma, & cum deglutiuit concluditur, quod puncta acus non posset ingredi, & eo aperto Dei præcepto pariet fœtum. Et in collo iuxta os ipsius sunt orificia venarum, per quę menstrua exterius expelluntur, quibus super fluitates corporis totius purgantur, non venientes ad eius concauum, ne inficiatur concauū continens, & contentum. Ex quibus manifeste colligi possunt actiones vniuersales, siue naturales cau ę, & ęgritudines matrici euenire possibiles, causæ. f. earum, & loca, & nocumenta actionis ipsius. Actiones vero naturales sunt menstruare, concipere, imprægnari, & parere.

Ægritudines possibiles matrici euenire.

Ægritudines autem possibiles euenire, sunt propriæ, & ex cōmunitate. Et proprię sunt simplices, & compositę. Simplices, vt mala complexio simplex, & commixta, pura, vel impura, mala compositio, & solutio continui. Et compositæ, vt apostematum genera. Ex communitate vero sunt, vt communiter ipsa compatiatur membris alijs, & maxime superioribus principalibus, sicut alia cōpatiuntur eidem, prout accidit in suffocatione matricis, & multiplicatis ægritudinibus in matrice debilitatur hepar; & disponitur, vt fiat hydropisis. Nocumenta actionum sunt plura, secundum pluralitatem eorum, quæ infra ponētur. Ex quarum consideratione peruenire oportet ad cognitionem ægritudinū prædictarum, & ex exeū tibus menstruis, & alijs, qualitate mutata, dolore, & tumore circa ventrem apparente.

Continebit igitur secundum hæc, hæc summa quarta, capitula. 19.

De menstruis, & eorum iudicijs. Cap. 1. fol. 90
De conceptione, seu imprægnatione naturali. Cap. 2. 90
De regimine prægnantis, & fœtus, & concipientis masculum, & gemellos. Cap. 3. 91
De partu naturali, de quibus tantum solummodo procedemus, quantum spectat ad indigestionem eorum, vt per eorum notitias, causas conseruatiuas, & nocumenta ipsorum (si quæ eueniant) cognoscamus, & eius prouidentiam, vel curam faciamus. Cap. 4. 92
De mala complexione matricis, & cura eius. Cap. 5. 92
De ægritudinibus eius, ex q bus est oppilatio. Cap. 6. 92
De suspensione matricis, & de ascensu eius, & de declinatione ipsius, & descensu seu precipitatione. Cap. 7. 93
De præfocatione matricis, & medicinis eius. Cap. 8. 93
De speciebus solutionis continui matricis, ex quibus sunt vulnera, corrosiones, & putrefactiones, rhagadiæ, & fistulæ. Cap. 9. 94
De apostematibus humoralibus matricis. Cap. 10. 94
De nocumentis in actione menstruandi, & primo de cura fluxus menstruorum. Cap. 11. 95

De

De curſu matricis, ſeu fluxu, & aqua. Cap. 12. 96
De cura retentionis menſtruorum. Cap. 13. 96
De nocumentis in actione concipiendi, & impræ-
gnandi, & primo de ſterilitate, et difficultate im-
prægnationis. Cap. 14. 97
De mola matricis. Cap. 15. 97
De nocumento partus, ex quibus eſt difficultas.
Cap. 16 101
De cura accidentium, quæ ſequuntur partum.
Cap. 17. 101
De retentione, & extractione ſecundæ. Cap 18 101
De abortu, & accidentibus, quæ ſequuntur. Ca. 19. 101

De menſtruis, & eorum indicijs. Cap. 1.

Menſtruum quid.

MEnſtrua ſunt a ſanguine ſuperfluente in mulieribus, ſicut ſperma ex ſuperfluo eius in viris, aliter tamen, & aliter, prout Ariſt. ix de animalibus dixit, talis
2. de gen. animal. c. 3. enim ſanguis in mulierum corporibus aggregatur quotidie per indigeſtionis modum, propter lapſum naturæ ipſarum ad frigidum, & humidum ex decidentia ſexus, cum ſit fœmina maſculus occaſionatus, hoc tamen eſt Diuina ſapientia ordinante, cuius gratia earum illuſtrata natura emittit talem ſanguinem in matricis concauũ, vltra illum, quem in ſubſtantia eius emittit pro nutrimẽto ipſius, gratia genealogiæ ſeruandæ, vt ſi quidem purũ in eo ſit, cedat in nutrimentum, & augmentum corporis embryonis tam ex ſemine mulieris ipſius materialiter generati, quod vero impurum, aut ſuperfluum, de corpore expellitur, quemadmodum eſt videre in plantis humidis, ex quibus ſpecies gũmorum emanat, quod menſtruum dicitur, ſeu flos mulieris. Et quia corpus ipſius generationi eſt aptum, cum completum fuerit, & perfectum, dicente philoſopho, tunc vnumquodque perfectum eſt, cum tale quale ipſum eſt, generare poteſt, ſanguis ille ad matricem non mittetur, nec menſtrua apparebunt donec completum, & augumentatum fuerit, cũ
C prius in nutrimentum, & augmentum matricis tranſeat omnis ſanguis, qui generationi ſit aptus: hoc autem tẽpus fixit natura in xiij. annis, cũ in maribus in xiiij. limitaſſet, & hoc propter defectum naturæ mulieris, quia in vtero tardius cõpletur, & citius perficitur extra ipſum; quod enim debile, & frigidum eſt, tarde venit ad terminum, & cum peruenit, parum durat; ſicque mora, & ſtatus in complemento eſt breuis, & ex tunc menſtrua completa priuantur ex ſiccitate corporis cooperante ratione ætatis. In illo autem intermedio, generatione fiente, ille ſanguis totus retinetur, & purum eius propter nutrimentum embryonis, atque augmẽtum, & carnis generationem immittitur in matricem, pro parte ad vbera, vt lac fiat nutritioni eius opportunum poſt eius ortũ; impurum vero partim reſeruetur in venis ſecundinæ, & vacuo eius. Et tunc auxiliatur ſua lubricitate, vt facilis fiat exitus embryonis. Et proinde cum ante partum menſtrua ſuperueniant in quantitate conſueta, fœtum ſignificat ægrum vel debilem, vt dixit Hipp. niſi in mu-
D *6. aphor. 40.* liere ſanguinea valde, in quantitate minori conſueta. Generatione vero non fiente in muliere ſana, purum eius retinetur in membris, & eam impinguat, vt eſt manifeſtum, quod vero impurum eſt, ad matricem tanquam totius ſentinam impellitur, vi ab ea extra corpus, vt ſuperfluũ educatur, quemadmodũ per hæmorrhoidas exiens: qui tamen alijs animalibus reſeruatur, vt in additamentum ſui corporis conuertatur, nec tamen quotidie educitur, licet quotidie aggregetur, ne quotidie abominabilis Infectio eius, & derurpatio inſequatur, immo paulatim aggregetur, quandiu ſuperfluentis fuerit quantitatis, quã natura expulſiua ſui corporis nequeat tolerare, & proinde ad eius moueat expulſionem. Hæc autem tempora, vera Dei ſapientia compenſauit, vt tempus aggregationis eius æquale eſſet menſis vnius, & plus, & minus, ſecundum naturæ temporis, & regiminis varietatem, & dicitur tempus interpolationis ipſorum. Et ſimiliter tempus aperitionis ipſorum in fine menſis coadiuuatur in-
A fluentia Lunæ, & perdurationis ipſorum, vt æquale ſit illud, quod inter vnum diem eſt, & ſeptimanam, & eſt tempus dierum trium, licet in aliquibus ſit latius, & in aliquibus breuius, propter cauſas prædictas, & ſimiliter quantitas, & qualitas; cum enim per indigeſtionis modum aggregatur talis ſanguis in corpore mulieris, in qua digeſtio fortior eſt, vt in muliere virgine, pauci cibi, & maioris exercitij, concurrentibus alijs circumſtantijs ſimilibus, quantitas minor erit. In qua vero digeſtio debilior, vt in lapſa, & molli, & multi cibi, & ocij, circumſtantijs etiam ſimilibus concurrentibus, maior erit, propter eandem cauſam. Color communis in pluribus ipſarum erit ſubrubeus, ad albedinem tendens ad modum ſanguinis arietis nouiter iugulati. In puellis ſanguineus in principio. In melancholicis vero rubeus, obſcurus; in cholericis autem rubeus clarus: in ſanguineis rubeus roſeus: in phlegmaticis ad albedinem multum tendens. Cum ergo menſtrua ſunt temperata in quantitate, qualitate, & tempore ſuo concurrente ſecundum conſuetudinem ſuam naturalem in omni ſpacio, ſunt cauſa ſanitatis mulieris, & mundificationis corporis eius, in omni nociuo in quanto, & quali, & faciunt ipſam acquirere caſtitatem, & paucitatem deſiderij, & euentus ipſorum erit ſuauis cum bona tolerantia, & abſque aliquo accidente paruo; natura enim mulierum diſpenſans corpora earum, per matricem ex menſtruis, velut per renes ex vrina ſtatim videtur expurgari, vt Galen. ait. Cum ergo alterantur a diſpoſitione ſua naturali, veniunt cum prauis accidentibus, ſcilicet dolore capitis, faſtidio, caſu appetitus, debilitate cordis, dolore dorſi, renum, lumborum, & ancharum grauedine, quæ euentus ipſorum ſunt ſigna, & ſunt cauſa ægritudinum plurimarum. Et *5. aphor. 36.* ſiquidem alteretur in colore, vel tempore, cauſa ęgritudinis indicat neceſſariam præuiſionem, dicente Hippo. *5. aph. 37.* in apho. Mulieri menſtrua ſine colore, aut non ſecũdum ſe ſemper facta, purgatione indigere ſignificant. Si vero in quantitate, fiunt ægritudinum cauſæ, vel morbi. Inquit enim Gal. ſanitatem eſſe temperamentum, & æqualitatem exiens, aut temperamentum proculdubio venit in infirmitatem, & ſi parum; cauſa morbi fit; ſi vero multum, morbus appellatur, vnde Hippoc. Menſtruis plurimis venientibus, & non venientibus a matrice accidunt ægritudines, accidentes, ex ſuperfluitate ipſorum ſunt ægritudines inanitionis principaliter, & per ſe, quæ ſunt notæ, per accidens vero, & conſequenter ſunt ægritudines repletionis, ex quibus hydrops eſt plurimum. Ægritudines vero accidentes ex retentione ipſorum ſimpliciter, vel in parte, ſunt repletionales, & per ſe proprie, & quædam harum ſunt propriæ corpori, quædam matrici, & quædam communes vtrique. Corpori autem propriæ ægritudines fiunt, cum antequam impellatur ad matricem generatus ſanguis ex quo menſtrua fieri deberent, corrumparur in venis, & feb. accendat, & colligatur in aliquo membro ad apoſtemata, vel ad præter naturam aliter diſponatur. Matrici proprie fiunt, ex quo ad matricem miſſus eſt, vt retineatur ibidem, nec extra expellatur: vtriq; autem cum ſuffocatio matricis fiat ex eo, & hæ, & aliæ ægritudines omnis generis differentes inter ſe ſecundum diuerſitatem complexionis, nam ſi fuerit cholerica generantur in ea ægritudines cholericæ; ſi melancholica, melancholicæ; & ſi phlegmatica, phlegmaticæ; & ſi ſanguinea, ſanguineæ. Per accidens vero, & ſecundario fiunt ægritudines inanitionis, vt fluxus ventris, fluxus ſanguinis narium; vomitus ſanguinis, hæmorrhoides, & ſimilia, eius materiam deriuante natura, vt Hippocra. ait in aphor. mulie- *5. aph. 32.* ri menſtruis deficientibus ſanguinem ex naribus fluere bonum.

De caloris menſtruum.

De conceptione, ſeu imprægnatione naturali. Cap. 2.

COnceptio, generatio, & imprægnatio, conſignificant idem generaliter ſumptæ: ſpecialiter autem *Definitio et optimum.*

conceptio est feminis a matrice appræhensio, & prior generatio est embryonis, & consequens. Imprægnatio vero est mulieris, & vltimo apparens, quasi vna alteri sit dispositа, immisso enim semine in matrice, vtroque existente generationi apto, & bene disposito, vt quia semen viri, & mulieris non sit alteratum, nec corruptum, nec aliquo modo notabiliter infectum, seu debilitatum, immo perfectum, & sanum, vt supra de spermate est dictū; in matrice etiam temperata, quod Hipp. ait, cum dixit, 5. aphor. 62. Quæcumque frigidas, & densas matrices habent non cō cipiunt. Similiter, & in maribus habens generatio spermatum, maxime concurrente interiori impressione superiorum principalium, vt quia in eo sit desiderium, hilaritas, voluptas. Et exteriorum supercœlestium corporum influentia, & aliarum rerum regimine condecenti. Sicut enim videre est in semine proiecto in terram, quòd tunc temperatur germinatio, cum prædictis consimilia adsint, cum vero indispositio sit ex parte eorum alterius, vel amborum, germinatio impeditur, vel annullatur; F susceptо enim semine in matrice non adhuc generatio erit certa, nisi semen viri mixtum fuerit cum semine mulieris, quatenus contemperentur, & inuicem agant conuenienter in materia generationis, dicente philosopho, Semen enim nisi mixtum fuerit ex duobus, non generabitur animal; sicut nec caseus, nisi commisceatur coagulum lacti. Vnde generationis virtus otiosa est carens materia propria, quam attingat, tunc autem bene mixtum erit ex duobus seminum, cum in coitu simul ambo sperмata emittentur conuenientibus voluptatibus, & appetitibus, qui eas impellant ad inuicem inter se; materialis enim cum appetit formalem, & econuerso sibi occurrunt impulsa adinuicem, & melius commiscētur, & temperantur. Cumque tale sperma mixtum fuerit matrice tali, nec aliud impediens superueniat ex parte regiminis, & causarum, quæ sūnt causæ abortus, de quo infra, Christo dante, dicemus, & matrix colligetur super ipsum totaliter, vt nullum interueniat ibi vacuum, & os suū intrinsecū etiam taliter clauder, vt nec G
8. dela aff. 6. & 3. de caus. sympt. cap. 3. punctа styli, vel acus ingredi possit, vt Galen. dixit, conceptio tunc facta esse dicitur, & ex tunc sperma manet in forma lactis per sex dies; deinde alteratur potentia virtutis generatiuæ existentis in spermate viri, quæ alterat, & permiscet partes spermatis mulieris, donans vnicuique membro generando complexionem propriam, & tunc prima dispositio, quæ accidit, est duplex. Prima est spumatio spermatis ex operatione virtutis informatiuæ ex viri semine procedentis. Alia est compositio subtilis cuiusdam membri ex superflua parte ipsius ex virtute spermatis viri secundum Galen. vel ex calore matricis, vel vtriusque spermatis mulieris magis, & viri minus secundum alios. Circa primam, naturæ intentio est, vt generet tres vesicas, quæ sint minetæ spiritus viralis, naturalis, & animalis in virili spermate contenti, in quibus figantur, & exerceant, quod vnicuique proprium est. Et proinde prima vesica fit profunda in medio humiditatis, vt detur locus cordi; deinde fiunt ex latere H eius supremo, & dextro duæ vesicæ ramificatæ ab illa, confusæ inter se non bene distinctæ statim; deinde separantur abinuicem post horam, & discernuntur, & fit supremus locus id, ex quo creatur cerebrum, & dextrum, id ex quo creatur hepar. Et impletur illa dextra sanguine ad albedinem decliui, & penetrat ad exteriorem partem humiditatis post duas vesicas ventositas mandans, & extendens, vt recipiat restaurationem a matrice, & spiritum, ex sanguine tracto virtute virilis seminis ab ipsa, vt creetur vmbilicus. Et deinde fiunt lineationes operatione virtutis illius, & informantur reliqua membra radicalia ex reliquo semine mulieris, ordine, & certorum dierum spatio infra distinctorum. Et circa dispositionem alteram naturæ intentio est, vt generet panniculum, quo inuoluatur embryo, & a matrice distinguatur, quemadmodum crusta in pane ex calore assante clibani generatur, in quem panniculum penetrent, & figantur orificia venarum matricis, ex quibus virtu-

Quāliter remanet sperma in matrice per sex dies, & embryo fiat.

te virilis seminis, sanguis trahitur ad matricem, & ad locum concauum generationis, vt ex eo embryo nutriatur, & membra eius, tam modica, cum sint ex modico semine procreata, debitum recipiant nutrimentum, & membra sanguinea generentur, & tunc proprie, cum membra eius creata sunt, multo indigent nutrimēto, & induratus est panniculus ille, qui post spatium diuidiur in panniculos tres propter causam inferius assignatam, cum ante generationem panniculi paruo indigente embryone nutrimento, non nutriatur ab illo, nec foraminibus. Inquit enim Gal. generatur vero, quod est. 3. fac. nat. cap. 3. Ordo autem, & spatium temporis in generatione membrorum, prout rationabilis antiquorum coniectura insinuat, & experientia antiqua talis est, nam in primis sex diebus, qui sunt a principio conceptionis format virtus informatiua embryonem, non petendo aliud ex matrice. Et post illud apperit, & fit incæptio alarum in pectore in alijs duobus diebus post illud, & sunt dies octo a principio: deinde in alijs quinq; diebus, & sunt xiij. a cōceptione, penetrat sanguis a toto, & fit illud vnde creatur complete. Et deinde nouem alijs diebus post illos fit humiditas sanguinea, caro; & iam discernuntur frusta carnis, & discernuntur membra principalia tria manifeste, & iam separantur alia a contactu aliorum, & extenditur humiditas nuchæ; & deinde post in alijs nouē diebus separatur caput ab humeris, & extremitatibus, et lateribus, & ventre. Et discernuntur sensus organa ita, vt sentiat post illud in quatuor diebus completis. xxxv. diebus a principio conceptionis, quod patet in embryone aborso, & in aqua posito secundum distinctos dies, in quibus manifeste adsunt prædistincta membra, & omnia in xl. diebus aborso, & in aqua posito. Hoc enim est tempus æquale, & medium ad informationem, & breuius est. xxx. secundum aliquos, & longinquius, & magis extensum est. xlv. nam, vt quidam dicunt, non inuenitur in aborso masculus completus ante xxx. dies, cū eius compositio sit velocior quàm fœminæ, vt Aristot. dixit. Et causam superius assignauimus. Et generatio embryonis tunc facta dignoscitur, & tunc apparet imprægnatio, idest ventris plenitudo. Et cum peruenit ad informationem per duplum temporis, in quo informatur embryo mouetur, & cum superuenit motui duplum eius, in quo mouetur peruenit ad augmentum eius, & nascitur, si impediens non interueniat, aut ex parte matricis, aut ex parte embryonis, quia infirmi fuerint, & ex parte regiminis, ita quod informatio fiet in xxx. diebus secundum illos, nascetur in sex mensibus; & est rarum, nec est verum, quia si esset natus in sex, viueret, quod est falsum; si vero in xxxv. & diebus informatio compleatur, nascetur in vij. mensibus, & est plurimum; si vero in xl. diebus informatio compleatur, nascetur in mensibus ix. & est frequenter. Et causa triplicationis panniculi, in quo voluitur fœtus, quam natura intendit, est, vt in primo panniculo exterius posito secundina vocato terminentur venæ pulsatiles ex transuerso, a quibus per vmbilicum euentationē spiritus recipit embryo, & non per os, quæ diuiditur in duas, & aliam quintam venam, & vocatur biles, & est inuolutus embryo ibi, vt effundatur ex eo sanguis, & colligatur ad ipsum fœtus vrina ex effusorio vmbilici, non ex virga vsque ad horam partus, & dicitur Alchas, & est vt retineant sudorem. Tertius est panniculus subtilior alijs, vt aggreget humiditatem limosam ex embryone, & non lædat cum sui subtilitate, & duritie, & quemadmodum lædit secundina, cum sit superficies tenera embryonis, sicut vlcera consolidata, quæ non sunt firma. Iuuamentum autem in retentione illarum superfluitatum est, vt separet inter ipsum embryonem, & matricem, & superfluitates, & humiditates; & hoc ne sua acuitate, & mordicatione vrinæ, & sudor læderent embryonem: & quartum vas in colligendo superfluitatem siccam egestionis non fuit in eis necessarium, cum in eo, qui nutritur non sit crassa superfluitas, neque sæx, cum subtile

Secundina ac aliarum particularis generatio, & vsus.

existat.

De cauſis maſcu. ad ſuta exitus, & cauſis iſtidem ſœtus.

exiſtat. Cumq; ſperma uiri calidum fuerit, digeſtum, & ſpiſſum, & grandinoſum, & abundans, & potens ſuper frigiditatem, & indigeſtionem ſpermatis mulieris, & cum hoc proceſſit a dextro teſticulo, ſiimaturque, & trā ſeat ex rene altiore, propinquiori hepati, & proinde calidiori, ſuntque conuenientia coitus poſt mundificationē matricis, & ceciderit in dextrum matricis. Et ſimiliter ſperma mulieris cum proprietatibus conſimilibus, generabit, vt plurimum maſculos, ad quod adiuuat aer, regio, tempus frigidum, & ventus ſeptentrionalis, & ſimiliter ætas, adoleſcentia, non pueritia, propter incomplementum, non ſenectus, propter defectum. Et contraria ſi adſint, generabitur vt plurimum fœmina. Et dicunt quidam prudentes, ſi currat ex dextro in dextrum matricis, maſculinat; ſi vero ex ſiniſtro in ſiniſtrum, fœmininat. Et ſi currat ex ſiniſtro ad dextrum eius erit fœmina maſculina, ſeu virago, & ſi ex dextro in ſiniſtrum erit maſculus fœmineus. Porro cum ſperma commixtum abundans fuerit in quantitate, vt diuiſum in partes incidat in duas concauitates matricis cum potentia virtutis reſeruandæ in vnaquaque fiet generatio gemellorum diuerſi ſexus plurimum, & quandoque eiuſdem, & parum ſaluantur, nec eſt inconueniens cū in qualibet parte eius generatiuæ potentia integre reſeruetur, quemadmodum in vnaquaque parte diuerſi ſpeculi vis eſt repræſentatiua imaginis, & illud eſt plurimum. Et quandoque eorum generatio a duobus ſpermatibus in duobus procedit ita, vt ſit imprægnatio ſuper imprægnationem, inter quas non multum interſecat tempus, & tunc raro ſaluantur in reſpectu generationis vnius: nam cum accidit in mulieribus fortibus multæ caliditatis, & ſanguinis, & multorum pilorum, in quibus matrices ſunt fortes, nec abortiunt cum menſtruis ſemel aduenientibus, neque bis; tunc caſus litigij, & contentionis ſuper ambos, quod plurimum perducit ad febrem, & alias ægritudines euenientes, eſt vt alter abortiatur ipſorum, quod ſi cadat imprægnatio ſuper imprægnationem non in valde forti, & in ea, quæ non concipit niſi propter apertionem ſuæ matricis, non propter fortitudinem eius, timetur: quod filius primus ſit debilitatus, quare concipitur ſecundus, & cauſa debilitatis eſt, quia defectus eſt ſanguinei nutrimenti. Quibuſdam vero viſum eſt, quod imprægnatio ſuper imprægnationem fieri non poſſit, & quod poſt imprægnationem concluditur os matricis, ſicut Hippoc. dicit, necnon cum ex matrice ſperma non currat, ex quo habuit, quod optauit, propter, quod ſperma currit. Sed ſecundum veritatem apud imprægnationem concluditur os ipſius, non tamen in recipiendo, ſed in cuſtodiendo bene, quod auide concepit ne perdat, & ſi ſperma a matrice etiam tunc non currat, verum eſt exemplum, ſed nihil prohibet ipſum currere intra, cum menſtrua illic currant, & ſi delectatio adeſt in ſecundo coitu, non erit magis ad recipiendum quam immittendum, nam ſi recipit, quod formale, vt generet iterum, immittet etiam materiale, vt compleat cum abundat. Et dum imprægnatur puella, quæ non eſt conſueta, quod eſt in duodecimo anno completo, licet ſit raro, timetur eius mors propter paruitatem matricis. Et cum mater eſt ſana, & boni regiminis, embrio vt plurimum ſanus eſt, cum ergo infirmabitur mater in toto corpore, quia febriat, vel in aliquo membro, & proprie in matrice, neceſſe eſt ipſum pati, & magis ſi mali regiminis fuerit, vel apoſtema calidum in matrice, mortale, eſt, vt dixit Hippocr.

Os matricis claudatur in imprægnando.

1. aph. 30. & 93.

De ſignis cō ceptionis.

Signa conceptionis, & imprægnationis ſunt plura, & ipſorum quædam ſunt ſigna conceptionis, quædam maſculinæ, quædam fœmininę, quædam gemellorum, quędam ſingularis, & quædam ſanæ, & quædam ægræ, & ex conceptionis ſignis, quædam ſunt ſumpta ex diſpoſitionibus perceptis a muliere in ſeipſa, quædam ex perceptis, & conſideratis a medico circa ipſam, quædam inueſtigata ex experimentatis in ipſa. Priora vero ſunt perceptio conuenientiæ emiſſionis duorum ſpermatum, & cum velocitate, in qua caput virgæ ſiccum ſit, & cum ſuctione adunationis oris matricis clauſæ abſq; duritie, vt ipſum ingredi non poſſit ſtylus ſecundum Hippocra. & Galen. in aphor. & hoc propter ſiccitatem ex ſuctione auida, & forti, vt non inueniatur humectatio loci poſt coitum, & cum eleuatione eius ad ſuperiora, & anteriora, & retinentur menſtrua vſque ad tempus partus, & poſt menſem, aut menſtruatur parum, & accidit dolor paruus in eo, quod eſt inter vmbilicum, & receptionem, & quandoque fit difficultas vrinæ, & accidit, vt abhorreat coitum, licet prægnans maſculi magis abhorreat, & ſi coitur cum ea non emittit ſperma, immo dolet ſub vmbilico poſt ipſum, & anxietates inſunt, nauſea, & abominatio, vt Hippoc. dicit in aphoriſ. quod eſt, quia in conceptu ori ſtomachi nocetur, ſecundum quòd Galen. ſubiungit, & ex illis eſt vertigo, dolor capitis, tenebroſitas oculorum, & pulſus cordis. Quæ autem a medico inſpiciuntur circa ipſam, ſunt commotio appetitus mali: & illud poſt menſem, aut duos, vt ſupra in ſtomacho dictum eſt, & citrinatur albedo oculorum eius, & profundatio palpebrarum, mollificatio ipſarum quandoque, & acuitur aſpectus eius, & minorantur eius pupillæ, & incraſſatur eorum albedo, & non citrinatur ſecundum multitudinem, & neceſſaria eſt alteratio coloris, & euentus impreſſionum egredientium a natura, quamuis ſint in prægnante ex maſculo minus, quandoque imprægnatio ſedat dolores dorſi, & ancharum, propter, quod calefacit ea matrix, & proprie cum conceperit maſculum, & cum parit, redeunt. & quandoque alteratur corpus eius ab eo, quod fuit; quare dilatantur, & citrinantur venæ eius ſuper ipſum, & virides fiunt, & in pluribus prægnantibus accidit, vt in mollificatione earum corpora in principio retentionis menſtruorum, & ex ſuperfluitate eius, quod reſtat ex cibatione ipſius cum pauco indigeat propter debilitatem, & paruitatem ſui, deinde cum magnificatur embryo, totum tranſit in magnificationem eius, quare redeunt ad naturalitatem ſuam.

1. aph. 120

1. aph. 121

Qualiū ſit prægnantis Vrina.

Quæ vero inſpecta ſunt extra ipſam, ſunt ſigna, quæ inſpiciuntur in exeuntibus ab ea, & proprie in vrina: in principio enim imprægnationis vrina eſt claræ ſubſtantiæ, & coloris irini. i. varij, quia citrini ad ſubalbedinem tendentis, & ſuper ipſius ſuperficie ſubſtantiæ, & coloris irini eſt ſicut nebula, vt in medio eius ſit ſicut cortum carminatum, vel diſperſum, propter diſpoſitiones alias digeſtionem materiæ procedentis a membris, quorum calor confortans eſt ex imprægnatione, & proprie ſi maſculus fuerit conceptus, & in ea ſunt velut grana, quæ deſcendunt, & aſcendunt, & cum mouetur non turbatur. In fine vero imprægnationis loco eius, quod apparuit in principio ſubalbedinis apparebit rubedo, & turbedo; quia eſt ſicut malum vinum rubeum, id eſt corruptum, & aqua cicerum, & cum mouetur turbatur. Patientis vero ſecundum plurimum nigra eſt, & in fundo eius eſt ſicut atramentum, & ſordes.

Experimentum Hippo. ad cognoſcē dum de imprægnatione.

1. aph. 59.

Quæ vero ſumuntur ex experimentatis in ipſa ſunt, vt puta ſecundum, quòd Hippocra. dixit in aphor. Mulierem ſi vis ſcire ſi conceperit, quando dormitura eſt mellicratum da bibere, id eſt hydromel, quod fit ex mellis drachm. ij. tantummodo, & aqua pluuiali tantundem, & cum expergefit ſupinetur. Et ſiquidem tortiones habuerit, concepit; ſi vero non minime. Et eſt experimentum certum, niſi in conſuetis bibere illud. Et iterum in alio dixit aphor. mulier ſi non conceperit in vtero, velis autem ſcire, ſi concipiet, id eſt ſi concipere apta ſit, ſupp. & laboret in die ieiuno, conteges eam veſtibus ſcilicet in ſero: & ſuffumiga eam deorſum aromatibus per traiectorium ſcilicet, & ſiquidē odor videtur tranſire per corpus ad os, & nares, cognoſce, quoniam ipſa ex ſe non generat; eſt autem culpa viri, quod licet in cognoſcendo mulieris aptitudinem ad conceptum, & ineptitudinem ab Hippocrat. ſit introductum, tamen eadem ratione ad cognoſcendam conceptionem ſiſtentem, vel non, poteſt aſſumi. ſimiliter

liter experitur ſupponendo allium, & ſuper dormiendo, & conſiderando ſi ſapor, & odor aſcenderit ad os, & nares, & ſupponitur ariſtolochia cum melle, vt infra dicemus.

De ſignis conceptionis maſculi.

Et ex ſignis conceptionis maſculinæ, quædam ſumũtur ex parte diſpoſitionum vtrorumq; generantium, & quædam ex parte diſpoſitionis prẽgnantis tãtum, ex parte generantium maſculi ſcilicet, & fœminæ diſpoſitionũ, maris quidem, quia cuius vis eſt fortis corporis, æqualis carnis in duritie, & mollitie, & multi ſpermatis, & calidi; & quia eſt magnorum teſtium, & magnarum venarum; fortis deſiderij, quem nõ debilitat coitus, ex cuius dextro excidat ſperma. Et modus eſt, vt reſtringatur teſticulus ſiniſter apud emiſſionem ſpermatis, & effundatur ex dextro, ſicut ruſtici faciunt, cumq; adoleſcentis prius inflatur teſticulus dexter, tunc ipſe erit maſculinans, & ſi ſiniſter, tunc erit fœmininans. Et ſimiliter ille ad quem cito feſtinat pollutio non a nocumento, ſed a ſpermate, eſt faciens maſculum, & ex experimẽtis eſt, vt colligatur ſperma, & ſi eſt ſpiſſum, & proiectum in aqua rotundetur, & deſcendat, eſt generatiuum maſculi.

De ſignis conceptio mulieris.

Et ex ſignis mulieris eſt, vt mulier ſit æqualis formæ, & corporis, ſolidæ carnis, non mollis, & menſtrua eius ſint digeſta, & ſpiſſa, & non cruda, & ſubtilia, nec aquoſa, nec adufta, nec debilia in ſe, ſed reſpectu ſpermatis viri; & cuius os matricis vulue oppoſitum eſt; cuius digeſtio fortis eſt: & cuius venæ ſunt apparentes, & manifeſtæ, & cuius ſenſus, & motus ſecundum, quòd oportet exiſtunt; nec habet ventris ſolutionem, nec conſtrictionem aſſiduam; & oculi eius ſunt decliues ad fuſcedinẽ abſque ſubalbedine, & eſt gaudens, & animæ lætæ. Et puellæ viri potentes in principio cũ coeũt ſunt velocis impregnationis, pp fortitudinẽ caliditatis earũ, & paruitatem adipis matricum ipſarum, & humiditatum earũ. Et illę quibus velociter eueniunt menſtrua digniores ſunt vt concipiant maſculos, & ſpacium mũdificationis eſt breue, quia vſq; ad xxxij. dies non vſque ad xl. quibus vero ecõtra iueniuntur, vt plurimum ſunt generantes fẽminas.

Signa vero ſumpta ex concipiente, & prægnante tantum ſunt: nam prægnans in maſculo eſt bene colorata, & mundioris faciei, vt Hip. dixit. Et plurimæ leuitatis, & agilitatis, & ſanioris appetitus, & quietiorum accidẽtium, & ſenrit grauedinem in latere dextro, vnde Hipp. mares quidem in dextro, fœminæ vero in ſiniſtro generantur, & proinde cum mouetur fœtus, ſentit motũ in latere dextro, & cum mammilla incipit augmentari, augumentat dextra, & alteratur pupilla dextra in albedinem, vel in rubedinem, nõ in nigredinem, vel fuſcedinem; & ab ipſa currit lac prius, & quod currit ex ea eſt craſſum, viſcoſum, non tenue, & aquoſum, ita quod deſtillatũ ſup ſpeculum, & expoſitum Soli remaneat ſicut fruſtum grani, vel margaritæ, & ſi trahatur gutta lactis ex dextra parte eius, & cadit in aqua deſcẽdit pp eandem cauſam, fit pulſus dexter vehementior, plenus, & frequens. Et dixerunt quidam, quòd cum ipſa mouetur a ſtatione ſua, mouet prius pedẽ dextrum, & oculus eius dexter leuior eſt, motus etiam leuiores, & ſi mouet* poſt menſes tres, erit mas, fœmina vero * poſt quatuor. Quibus vero ſunt contraria, portant fẽminas ſecundum plurimum. Et ex experimentis eſt, vt ſumatur ariſtolochiæ, aur. i. teratur, & conficiatur cum melle, & ſupponatur cum lana viridi de mane vſq; ad meridiem in ieiuno, tunc ſi dulceſcat ſaliua eius, eſt concipiens maſculum, & ſi eſt amara, tũc eſt fœmina, & ſi nullo modo alteretur, non eſt prægnãs, & hoc indiget perſcrutatione.

De ſignis gemellorum.

Et ſignum gemellorum eſt, vt conſideretur prægnantis venter, & ſiquidẽ nõ inueniat in eo ruga, neq; nodus, tunc embryo erit vnus. Si autẽ inueniantur rugæ, & nodi, tunc numerus fœtuum erit ſm numerum rugarum, & proprie cum in vno latere ſentitur motus abſque altero, & econuerſo. Et ſigna ſanitatis fœtus ſunt ſanitas matricis in toto, & parte, & proprie in matrice, & bonitas matricis, & q̃ mouetur fœtus debito modo, & conſueto. Et ſigna ægritudinis eius ſunt ecõtra, & cũ accidit fluxus vẽtris, vel mẽſtrua ſupuenerint modo inconſueto, eſt impoſſibile fœtum eſſe ſanum, vt Hippo. dixit. Et apparitio lactis mammillę in primo menſe, & cum exprimitur, & emulgetur, fœtum ſignificat debilem, & temporum diuerſitas, ſeu mutatio indicat fœtus ægritudinem, quemadmodum Hip. in apho. iij particula dixit. 5. aph. 60. aph. 22.

De regimine prægnantis, & ſętus concipientis maſculos, & gemellos. Cap. 3.

REgimen prægnantis, & ſętus eſt duplex, generale. ſ. & ſpeciale. Generale eſt tres res. Prima ſanitatem eorum conſeruat, & completur adminiſtratione rerum non naturalium debita, & eſt vt degat in aere temperato, & occupetur exercitio temperato, & moru ſuaui, & delectabili. Et cibus ſit panis mundus, & carnes facilis digeſtionis, & boni nutrimẽti, quæ notę ſunt, & vinum ſit ſubtile, & odoriferum, & vetus, nigrum, mediocriter ſtypticum, & lymphatum aqua ferrea. Et in ſecunda menſa ſumat paſſulas, cytonia dulcia, & pyra excitantia appetitũ, & mala muza, & granata. Et ſomnus eius, & quies temperatus, & vigiliæ ſimiliter, & aſſiduet lenificantia ſuam naturam, maxime ſi conſtringatur valde, ſint autem ex lenificantibus cũ equalitate, ſicut ſunt fructus lubrici, & herbæ, quæ ex * ætate vegetantur, vt pruna damaſcena exiccata, ceraſa, & ſimilia, & tamarindi, manna, & herbæ molles: hyeme vero carieæ. Repletionem temperatam cibi, & potus aſſuefcat, & gaudijs temperatis, & lenificantibus injiciatur. Et acribus alterantibus, & aborſum ꝓuocantibus, & hoc omiſſione, & vitatione omnis rei pmutãtis ſanitatem eorũ, & q̃ aborſum inducere poſſunt, q̃ infra dicentur. Et vſus medicinarũ cõfortantiũ mẽbra principalia, & ſtomachi, & matricis; ex quibus ſunt electaria, vnctiones, & emplaſtra, q̃ hic infra dicentur. Secũda res eſt, q̃ accidentia ſuperuenientia impgnationi corrigit, & emẽdat, quæ ad aborſum pducere poſſunt. Ex qbus ſunt dolores vẽtris, difficultas vrinæ, & abominatio, & deſtillatio, & nauſea, corruptio appetitus, dolor ſtomachi, & vomitus, dolor capitis, & vertigo, & tenebroſitas oculorum, et pulſus, ſeu tremor cordis, inflatio pedũ, mollificatio, apertio menſtruorũ; de qbus omnibus ſuperius dicta eſt cura, ꝓter curſum menſtruorum, & hæc regula in ea obſeruãda tacite ſubiũget, & eſt vt cũ leuioribus ſi poſſibile eſt, & exterius applicãdis ꝓcedamus, in primis maxime tribus mẽſibus, & vltimis. Inqt. Hipp. pgnantes ſi purgare cõuenit a quatuor vſq; ad ſeptẽ, minus vero has. Et in curſu menſtruorum cõmendatũ eſt philoniũ perſicũ valde: & exptum eſt, vt bibat vinũ ponticũ cũ aqua aluminis nigrum, qm̃ prohibet vomitũ, & cõſeruat ſętum in matrice, & ſedeat in aqua decoctionis gallarũ, balauſtiarum, corticum granatorum, gallarum cyꝑſli, myrtillorum, & huiuſmodi tepida. Et ſumat mane vnũ trochiſcorũ de terra ſigillata cũ ſucco myrthino, ſub mãmillis abſq; ſcarificatione, prius omnibus, apponantur ventoſæ, & vngatur venter, & renes, cũ hac vnctione. ℞. boli, maſticis, ſang. dracon. terræ ſigil. thuris, ana dr. ij. ſumach, berberis, nucũ cypreſſi, hypocyſtidos, acaciæ, ana dr. ij. colophoniæ, farinę ſiliginis, ana dr. i. cõfice cũ ſucco plãtaginis, & virgæ paſtoris. Ad vomitum exptus eſt ſyrupus de acreſta, acetoſitas citri. Ad mollificationem experta eſt theriaca Andromachi cũ vino decoctionis ſaluiæ; hoc. n. mollificationem, & obdormitationem tollit mẽbrorũ, humiditatẽ matricis exiccat, & cõſumit, & cõſeruat ſętum, vt ait Abuhali.

4. aph. 1. *Contra curſum mẽſtruum prægnãtis.*

Vnguentum ad idem.

Ad pedum inflationes, diminutio potus, & ſubtractio iurium, & fomentatio in ſalſa, vel maris, & emplaſtrum de ſolijs caulium aſſorum, & commixtio eorundẽ. Electarium Gal. expertum ad confortationem ſętus, & confortationem ipſius, & matricis. ℞. doronici, zedoariæ, margaritarum, vtriuſque corallij, vtriuſque been, al. & ru. gallarum, ſpodij, aſſæ odoriferæ, gal. muſcatæ, cardamomi minoris, cinnamomi pontici, ana drachm. j. bo li armenæ, terræ ſigillatæ, dra. s. ſyrupi roſ. & ſucci virgæ paſtoris, quod ſufficit, doſis, vnc. s. hoc enim rectificat diſpoſi-

Ad inflationem pedum prægnantis.

dispositionem matricis earum, & stomachi, & intestino A intentionis finem adepta, velit in manifestum ducere,
tum, & cordis, & cerebri. Et diambrę cōfectio facit ad il quod patrauit, & proinde mater naturę organum in hoc
lud subtractis musco, & spica, & cinnamomum sit ponti actu mouet ipsum, desiderans expellere nociuum. Et ip- Causa.
cum, & addat hypocystidem, & spodium, & fructus ru sius causa est coarctatio eius, & defectus sanguinis, & ae
bi cum sumach perficit intentionem. Emplastrum ex ris, sibi prouenientis a matrice ad eius alimentum, &
pertum ad confortationem stomachi ipsarum, & reten spiritus eius ad euentationem, quare recalcitrando mo
tionem vomitus, & fluxus ventris, est emplastrum no uetur, quærens exire locum suæ coarctationis, vt quod
strum de gallia intentionis caliditatis contra frigiditatē sibi deficit, suppleatur post partum. Et tunc matrix sus
& si mundificatione indiget, mundificetur, cum geleniabin cum aqua polypodij ficci. Inunctio bona confortans ligamenta. ℞. olei myrtini. dr. iij. dissoluatur in eo thuris albi, & mastichana serup. j. & inūgantur renes, vel ex oleo mast. cum puluere terræ sigillatæ.

Dieta prægnantis speciale. Speciale regimen prægnantis est triplex, vnū, quod cōpetit habenti masculum, aliud, quod cōpetit habenti gemellos, et aliud, qđ cōuenit habenti debilem, & infirmū. Primū est duplex, vnū est dispositiuū, aliud cōseruatiuū. Et dispositiuum est, qđ disponit marem, & fœminam ad masculi procreationem, & impregnationem, & est vt ambo calefiant cū cibis, & potibus, & sumptione mithridati, & cū suffumigationibus aromaticorum, pessarijs, clysteribus, vnctionibus, & proprie cū aromatibus calidis, & cōfortantibus matrem, & disponentibus conceptum, & proprie cum museo, croco, xyloaloe mūdo, & crudo, atque camphora, & cum cōfortatione veretri, & gallia musc. et studeant, vt vtriusq; digestio sit perfecta, & deuitent oia actu frigida, vt poma, & potum aquę, & vt dimittant coitū ad tempus non omnino, qa corrumpit sperma, vt diximus, viuant in gaudio, & decubēt in domo læta, in qua sint picturæ masculorum, & cogitent in masculis, & firment meditationem suam in masculis fortibus, & melioris formæ, & pulchrioris figuræ, & coeant. Conseruatiuum vero est triplex. Primum, vt habenti masculum prædicta exhibita declinent ad calidum parum cum intermissione frigidorum. Secūdum, vt cibus, & potus sit multę qualitatis. Tertium est, quod infra specificabimus in aborsu, si Christus voluerit, qui sit benedictus, & habenti gemellos similia competunt ex cibis. Ex his autem, quæ cum proprietate operantur, hoc est lutum creticum suspensum super prægnantem, præseruat enim eas ab aborsu, & alleuiat partum.

Electarium ad ventositates prægnantium. Electarium ad ventositates, q̄ fiunt pręgnantibus, & solutiones naturæ, & nominat conseruans fm Io. Serapionis. ℞. castorei, nucis musc. zedoarię, doronici, oium, ana dra. v. ameos, semi. apij, ana dra. j. semi. hyoscyami al. margaritarum non peforatarum, ana drac. s. zuc. duplum omnium, misceant, & fit potio. dr. j. cum vino. Aliud prę gnantibus, & ventositatibus matricis, & cōseruat embryonem. ℞. zedoariæ, doronici, ana dr. ij. margaritarum non perforatarum, bdellij, coralij, charabæ, & ietæ coctæ, & crudæ, ana dr. ij. castorei, dr. j. s. vsneæ, spicæ, ana dr. s. cheil, croci, gario. ana dr. j. mellis, quantum necesse est, dosis sit dr. j. cum vino permixto, aut misceatur cum zuccharo, & detur. Inquit Abu. ad prægnantes, & conseruationem fœtus, theriaca conseruat fœtum. f. Gal. & Andromachi; quæ diatessaron vero dicitur facit aborsum; hoc Serapionis filius dixit. Iuuant ad apostemata accidentia in pedibus prægnantium, sunt papyrus, quando infunditur cum aceto, & ponitur super ipsos, & oleum rosatum, qñ misceatur cum aceto, & concutitur, & inungatur cum eo pes. Et sal tritum etiam cum aceto, & chimolea, & est marmor inuentum in luto viridi, quando ponitur cū aceto, & linitur, & cinis, & sal frixum, quando teritur cū oleo, & linitur tritum in aqua caulis, & aloe, & fausel, & sandalus rubeus, quando linitur cum aqua solatri.

Nota.

B

C

D

De partu naturali, de quibus solummodo procedamus, quantum spectat ad indaginem eorum, & pro ipsorum notitia, causis conseruatiuas, & nocumenta ipsorum, siquæ eueniant cognoscamus, vt eis prouidentiam faciamus, & curam. Cap. 4.

Partus naturalis quid. PArtus naturalis est, cum fœtus mouetur ad exitum, qui iam completus in vtero fuerit. Sicq; natura ceu

Causa.

Signa.

2. de caus. symp. c. 3.

Et si accidat in vere, melius est, quia natura est fortior, & dispositio membrorum ad dilatationem aptior. Et proinde tempus naturale partus duplex erit, vt plurimum contingens. Primum erit mensiū nouem cōpletorum, vel diminutorum in septimana vna, sicut in muliere quadam vidimus ex experto, licet illud raro accidat. Aliud tēpus, & raro cōtingens, est septem mensiū cōpletorū, in octauo vero mense rarius est: & cū est, minus saluat natus. In decimo vero rarissime, licet vt plurimū saluet respectu illius, qđ est, quia natus in octauo, aut nō est cōpletus, quare moritur, aut si est cōpletus, quia creatus in * xx die fuerit, & tunc cum petierit exitū in septimo mense, & laborauit, & quia non exiuit, remāsit debilitatus, cum ergo in octauo mēse exit, iterum debilitatur, quare morit, nisi in locis meridionalibus alias septentrionalibus, in quibus sunt mulieres viragines. Secundum Arī. & Auer. in partibus suis hispaniæ. Quod si pertranseat octo, tardat exitum vsque ad nouem, quia quieuit in octauo mense, & resumens vires egreditur confortans. Viuet similiter si natus in decimo mense completus fuerit in nono, sed tunc tractans exitum, & non potuit: si exeat in decimo; accidit, sicut accidit nato in octauo, quod si complementum habuerit in octauo mense; accidit ei sicut nato in nono, cuius complementum extitit in septimo mense, licet parum accidat, vt tantum tardent, & virtutis debilitatem significant.

Ex parte autem figuræ partus est naturalis, si egrediat fœtus supra caput suum, fm rectitudinem oris matricis, absq; inclinatione, manibus eius extensis super coxas, & econtra est non naturalis, & quis sit infra dicetur.

Ex parte vero modi, vt sit velox, facilis, & quia absq; accidentibus fortibus, & tunc vt plurimum exit.

Signa naturalis partus sunt, vt cū peruenit prægnans ad mensem vltimum, fm suam coniecturam, & sentiat grauedinem sub vmbilico, & dolorem in dorso, & in inguine, & caliditatem in ventre, inflationem in ore matricis magnam, & humectationem eius, tunc iam apparent signa partus propinqui. Cūq; mollificatur eius cauda, & inflantur inguina eius, & impletio eorum fit fortior, tunc partus erit starim, & proprie si aquam emittat.

* 35. De signis naturalis partus.

Et signa facilis partus sunt, vt sentiat dolorē ante partum in anterioribus, & declinet ad pectinem, cum vero ad posteriora declinat, est debilis. Et regimen eius est, vt dimittat naturæ obstetrix, & nihil agat, sed confortet parientem cibis bonis donec pariat; deinde cibet eam cibis facilis digestionis, boni nutrimenti, multæ qualitatis, & paucæ quantitatis, & vinum sit odoriferū. Et studeat in mundificatione eius perfecta, quæ in masculo primo tenditur vsq; ad xxx. in fœmina vero vsq; ad xl. dies. Imperfecta enim mundificatio est causa omnis prauę dispositionis, quæ ei accidere possit, quæ multiplex est, sed, quę in difficili partu plurimum accidere consueuit, dicere differemus de causis ad cap. illud, vbi de omni praua dispositione ipsarum intendimus latius dicere dante Deo.

De mala complexione matricis,& cura eius. Cap. 5.

Mala complex. Matricis duplex.

MAla complexio matricis,eſt ſimplex,& compoſita,& vnaquæque,aut eſt pura,aut impura, & cuiuslibet quidem cauſa, aut per vicinitatem, & proprie eius curæ,& cauſæ procatarcticæ aliqua cauſarum, quæ ſunt notæ,& cauſæ per communitatem eius ad hepar,et renes calidos,vel frigidos,vel totum corpus. Cauſa vero impuræ,& eſt plurimum, aut eſt propria, & eſt humor coadunatus,& collectus,aut a ſuperioribus miſſus, vt a toto corpore,vel dictis membris.

Cauſa.

De ſignis mala complexionis. 5. apho. 62.

Signa malæ cõplexionis matricis,quædam ſunt communia omni malæ cõplexioni eius,et ſunt defectio actionis propriæ,ſcilicet cõceptus,& ſterilitas. Inquit.n. Hip. quęcũq; frigidas,& denſas habẽt matrices, & calidas ardẽtes,vel ſiccas,vel humidas valde, nõ cõcipiunt. Quædam vero ſunt propria calidæ, & ſunt inflatio percepta in partibus vuluæ,& membris adiacentibus,& communicãtibus illi,pruritus,& punctio, & deſiderium coitus forte,velut priapiſmus, & fortis attractio ſpermatis,& vlcera matricis,multitudo pilorũ pectinis, & diſpoſitio menſtruorũ,quia paucitas,quoniã ipſum cõſumpſit adu ſtio, & calor ipſorum, qui in panno in nocte ſuppoſito poteſt cognoſci, & proprie cum exiccari permittatur in vmbra,nã color apparet vehementis rubedinis,& nigredinis,& citrinitatis,& odor eorum grauis,& acutus, & anticipatio temporis. Et tinctura aquæ,& ſiccitas oris,et velocitas pulſus,& regimen præcedens calidum. Et frigidæ ſigna ſunt prædictis contraria,& conceptio difficilis. Et ſigna humidæ ſunt tenuitas menſtruorum, & cauſa ſuæ humiditatis eſt aborſus facilis. Et ſiccę ſunt illis contraria,& difficilis partus.

Curatio.

Cura eius,ex dictis in cura malæ cõplexionis renum, & veſicæ,& teſtium,eſt manifeſta, & eſt tres res. Prima abſcindit cauſam,ſi adſit,ſecunda alterat dyſcraſiam,tertia corrigit accidentia,vt debilitatem, & dolorem eius, de qua infra dicetur.

Peſſarium ad calefaciendũ matricem.

Confectio peſſarij ſm Raſ. ad calefaciendum matricẽ,& adiuuat ad impręgnandũ. ℞. caſtorei,ſtyracis, galbani, euphorbij,opopanacis, carpobalſami, granorum been,coſti,bdellij,ſpicæ.ana partes æquales, reſoluantur cum vino,& fiat peſſarium noctibus pluribus, & ſumatur in potu omni die de diamarte. deinde ſuffumigetur cum eis,& approximetur ſocio.

De ægritudinibus matricis,ex quibus eſt oppilatio. Cap. 6.

Oppilatio quotup.

OPpilatio matricis, aut eſt in collo, aut in concauo eius. quæ vero eſt in collo, aut in orificio eius eſt exteriore occurrente vuluæ,aut in meatu, aut in orificio interiore, concurrente matricis concauo, quod os matricis intrinſecum dictum eſt; aut eſt in orificijs venarũ menſtrualium. Quæ vero eſt in concauo eius, aut eſt in meatu vaſorum ſpermatis,aut in orificijs cotyledonum. Etiam eius,quæ eſt in orificio exteriori,aut eſt ſoliditas panniculi, qualis eſt in virginibus, aut res carnoſa ibi, velut virga naturaliter concreata, aut apoſtema durum ibidem prẽter naturam eueniens,aut incarnatio vlceris, hæmorrhoides inflatæ,morum,claui,verrucæ,& quælibet eſt carnoſa.

Cauſa.

Cauſa eius,quæ in meatu cõtingit,vt plurimũ eſt carnoſa. Cauſa vero eius, q̃ eſt in orificio interiori, quod os matricis dictũ eſt,ſimiliter eſt carnoſa, vel pinguoſa in præter naturã craſſis,& cauſa eius,quæ eſt in orificio venarũ menſtrualium,vt plurimũ eſt coarctatoria, & raro eſt attenuatoria, rarius carnoſa.& cauſa eius, quæ eſt in meatu vaſorũ,& orificijs cotyledonum ſimiliter exiſtit.

Signa quædã ſunt cõia,quædam propria. Communia ſunt,nam quęlibet ipſorum ſi fortis eſt, fit cauſa ſterilitatis, ſi vero debilis, cauſa erit difficilis imprægnationis, & partus. Cum enim panniculus ille naturalis procreatus non ſit ſolidus,licet non ruptus,ſed foramina habeat plura,per quæ matrix poſſit de ſpermate etiam proijcere extra ipſam,& in faciem eius,vel in exteriori loco calido temperato,puta balneo,in quo ſua caliditas conſeruetur ſuo orificio occurrente,et trahetur aliquid deſiderio ſui, cum ſit parum,& conceptio fiet,& tamen cum difficultate,vt Philoſophus ponit,licet ſupra in cap.de ſpermate a Gal.aliter ſit dictum. Sed ſigna propria diſtinctiua ſpecierum,& cauſarum ipſarum ſunt.nam quæ eſt in orificio exteriori, eſt manifeſta, quia ſubiacet ſenſui, & eſt prohibens,vel impediens coitũ. Ea vero,quæ eſt in meatu,& orificio interiori,eſt occulta,& cognoſcitur per ſterilitatem. Alijs vero cauſis exiſtentibus ex his,quæ infra dicere debet. Sed inter eas diſtinguit poſitio, vel intromiſſio digiti obſtetricis.cum enim non inueniat duritiẽ coarctantem meatum,oppilatio erit in orificio interiori. Si vero inueniat ibidem, oppilatio erit in meatu exteriori. Et ſi ſine dolore,eſt carnoſa. Si vero cum dolore, erit apoſtemoſa,& æſtate prolongatur,hyeme abbreuiatur,& fortaſſe erit vtrobiq;. Ea vero, quæ in meatu eſt, cum carnoſa exiſtit,ſimiliter digiti impoſitio illud oſtendit,& dolor perceptus in coitu. Signa vero eius, quæ in orificijs venarum menſtrualium ſunt retentio,& priuatio menſtruorum,cum ſignis dominij humoris craſſi,et viſcoſi. Sed ſiquidem ſit in concauo, & in meatu vaſorum ſpermatis,ſunt matricis præfocatio, niſi aliud contradicat. Et eius,quę eſt in orificijs cotyledonum,& poſt impręgnationem,aborſus velox,deficiente fœtui ſanguinis alimento, licet illud quandoque ex totius corporis communitate contingat,quia ſiccum, & tenue ſit prout Hippoc. dixit in aphor.

De cura oppilationis matricu.

Cura eius,quæ eſt interioris orificij,poſſibilis eſt,& facilis. Et ſiquidem ſit carnoſa,cura eſt duæ res. Prima eſt abſciſſio carnis additę. ſecũda eſt regnationis phibitio.

Prima completur dupliciter. ſ. cum corporis diſpoſitione,& modo. Et eſt,vt ſedeat coram lumine cum pauco ſubſtentaculo ad poſteriora, & eleuatis coxis crura faciat adhærere eis,& brachia ligentur fortiter ſuper eis, & in curuatura ſuorum poplitum; deinde cum ſciſſione auferantur,& ſit illud,aut cum ligatura ſtricta.donec putreſiat,& cadat,vt non accidat fluxus ſanguinis,vt dictum eſt in hæmorrhoidibus; aut cum corroſiuis pharmacis, aut cum inſtrumento ferreo acuto taliter, vt de addita non remaneat aliquid,nec aliquid de radicali tangatur. Deinde regatur cum ſtypticis exiccantibus medicinis. Et quandoque in * accidentibus medicinis,quæ notæ ſunt, & quandoq; cum corroſiuis.

** incidentibus.*

Si vero fuerit panniculoſa, cura erit etiã duæ res. Prima eſt apertio. Secũda apertionis cõſeruatio. Prima cõpletur cum ſciſſura primo modo. Secunda cõpletur dupliciter,primo modo cum interpoſitione pilæ ex lana in ſuſa in oleo,& vino. Secunda cũ conſolidatione labiorũ ſciſſurarũ. Fit autem cũ ſtypticis,& cicatrizantibus medicinis,quæ notæ ſunt,quas ſequatur cõcubitus freq̃s.

Documentum.

Sed ſiquidem ſit interioris meatus, & carnoſa, cura eſt quatuor res. Prima eſt extractio cauſæ, ſi poſſibile eſt,cum vncinis. Secunda eſt abſciſſio eius cum inſtrumento,ſed fiat cum cautela, vt paulatim incidatur, non ſubito, & in multa quantitate; ne frangatur veſica, vel aliquid de matrice,& incurrat ſpaſmum & cuzez. Tertia erit, vt inciſio tegatur in principio, cum lana infuſa in vino pontico adhærenti inciſioni. ſecundo cum vnguentis lenitiuis conſolidantibus vlcera ventris, & ſuppoſitis cum naſali, & ſint actu omnia calida, & a frigore preſeruentur. Quarta eſt accidentium correctio; vt eſt dolor,qui oportet, vt ſedetur cum medicinis mollificantibus dictis ſupra in teneſmo, & fluxu ſanguinis: cuius regimen ſuperius habuiſti.

Accidẽtiũ correctio.

Eius vero quę in orificio interiori exiſtit, cum carnoſa,cura eſt impoſſibilis. Sed eius, quæ eſt in orificijs venarum menſtrualium,& vaſorum ſpermatis,& cotyledonum ſi coarctatoria ſit,cura eſt impoſſibilis. Fiat autem cum incidentibus,& ſtypticis pharmacis, prout in cura retentionis menſtruorum dicemus. Quòd ſi fuerit carnoſa,eſt etiam impoſſibilis. Si vero attenuatoria fuerit hæc,

rit hæc, vt in ipsa accidit in consumptis, curabitur rehumectatione vniuersali totius, cum regimine humectatiuo, & particulari partium ipsorum, cum balneis, & sessionibus in eis, & vnctionibus, & humectantium rerũ, quæ notæ sunt. Et ex appropriatis sunt medullæ laudabiles positæ, & carnobite, & myrrha lenit duritiem coarctantem, & oleum de lilio, & vinum & bdellium est cõueniens. Si vero apostemosa fuerit, quæcumque sit iuuabitur cum mollificantibus, & resoluentibus temperatis in modum encatiusmatis approximatis cum iniectionibus vnguentorum, pessarijs ex eisdem inunctis. reliquas particulares operationes chirugico dimittendo. Et in cura hæmorrhoidarum, & mori, aliorum, cura ipsorum in virga, & ano superius dicta, est nota. Et ex appropriatis simplicibus in apertione oppilationum matricis est vchuen, & bdellium vtrumque, spodium aperit os matricis, mundificat eam, & prouocat mẽstrua, oleum maioranæ calefaciendo, & subtiliando confert coarctationi oris matricis perducentis ad præfocationem, & oleum narcissi aperit coarctationem, & confert doloribus eius, & oleum abrotani, semen vrticæ cum vino bibitum aperit os matricis, & gallia, & medicamina composita sunt, quæ ex his componuntur.

De suspensione matricis, & ascensu eius, & declinatione ipsius, & descensu, seu præcipitatione. Cap. 7.

Matrix vt mouetur. MAtrix mouetur de proprio loco, & quandoq; subleuatur, & suspenditur: & quãdoq; declinat ad alterum laterum, dextrum. s. vel sinistrum. Et quandoque descendit, & præcipitatur adeo, vt quandoq; extra egrediatur, & quandoque vtrisque motibus simul mouetur.

Causa. Causa autem est duplex. vna præter naturam, & alia naturalis. Præter naturam causa est ipsius motus distincti. & plurimus secundum Gale. est spasmosa contractio concatenationum ipsius, propter repletionem venarum ipsius, orificijs venarum abstractis: cum enim concatenationes superiores repleantur apostemosæ, vel non apostemosæ, eis contractis subleuatur matrix, & suspẽditur. Quandoq; causa illius est ventositas subleuans. cum vero lateralis, declinabis ad alteram partem, cuius concatenatio est contracta; reliqua. s. extensa, seu mollificata. Et quandoque causa in ea, sunt humores crassi, & viscosi collecti in ea. Sed si concatenationes vtrasque non spasmari, sed & mollificari contingat, & extendi; necesse est descendere ipsam. Causa autem mollificationis est accidens, & est humiditas viscosa, mucilaginosa, aggregata in eis. Et quandoque est primitiua, vt frigiditas subintrans ex aere frigido, balneo frigido, & sessione super lapidem frigidum. Causa vero extensionis earum primitiua; vt casus, & percussio, cursus fortis: aut tussis, & vociferatio; aut sternutatio vehemens; aut terrefactio ex strepitu, non inquantum retrahit, sed inquantum tractũ calorem, & spiritum subito extinguit, & infrigidat, & sic paralyticum facit aut difficultas partus, & grauitas, aut magnitudo virilis virgæ, aut labor obstetricis in extrahendo fœtum, & secundinam; aut exitus eius subito: aut putrefactio concatenationum, & ligamentorum. Causa autem naturalis, est causa vtriusq; motus ipsius, & simultanei cum successione, modo supra, modo lateraliter, modo infra, et est, vt existimo, quam Gal. asseruit, affirmans Platonem, cum inquit. vẽtriculi, qui in vulua dicuntur, cum sint quasi animati, concupiscunt filios procreare, si diu permanserint, q; fructum non afferant, angustiantur, & nequeunt vno loco manere; per corpus enim moti vias spiritus oppilant, anhelitum etiam corrumpunt, quare diuersa, & magna accidentia in mulieribus fiunt.

a. de lo. aff. cap. 1.

a. de lo. aff. cap. 1.

Signa. Signa quidem, & accidentia, quæ ex subleuatione eius contingunt, sunt dolor, & grauedo super vmbilicum, & sensus rei rotundæ: vel sicut manus apprehendens ibidem, anhelitus corruptus: timor & tristitia, abominatio, fastidium, dolor capitis, vertigo, scotomia, & discreta mulier sentit illam, & eructatio, si cum ventositate fuerit. Declinationem eius, & accidentia comitantur. s. dolor, grauedo, alteratio laterum, remotio oris matricis ab oppositione recta, per quam in ipsam immittitur sperma, quare conceptio impeditur, & obstetrices cognoscunt per tactum cum digitis partem declinationis, & cognoscunt, an sit a repletione, apostemate; aut per duritiem in constrictione inuentam, & quandoque accidit præfocatiua, & proprie cum declinat ad sinistrum, & hydrops, & mola proprie, & cum declinat ad dextrum. Descensum vero eius comitantur accidentia, & dolor renum, & laterum, & inguinum, tensiuus, & in pectine grauatiuus, spasmus, & tremor, & sensus rei rotundæ in pectine, in egestione vrinæ difficultas, ex eo quod matrix descendens, comprimit meatus fecis, & vrinæ, quæ erit alba in colore, & spissa in substantia, liuens superius cum resolutionis crinoidalibus, flaui coloris, & nigri, multæ adhærentiæ residẽtis in fundo. & apud vluam sentit rem descendentem leuis tactus, propter eius connexionem, & cum egreditur magis, est a manifesta. Et siquidem in causa sit res præter naturam, puta repletio venarum, cum obstructione orificiorum ipsorum, indicat eam retentio menstruorum. Si vero sit causa mollificans, antecedens regimen, & exitus mucilaginis appositione collyrij, & humiditatis multiplicatio in natura cum alijs circumstantijs consimilibus. & si ventositas, est ibi sonitus, & rugitus. Si vero sit primitiua est manifesta. Si vero causa fuerit naturalis indicat eam consuetus conceptus, nec priuatus cum sanitate, fortitudine, & hilaritate corporis, & bonitate regiminis.

Cura. Cura eius, quæ præter naturã est ex repletione, est quinque res. Prima est euacuatio. Secunda est ipsius matricis reductio. tertia est ipsius reductæ conseruatio. quarta cõueniens regimen. quinta correctio accidentium. & similiter quæ mollificatione procedit. Euacuatio vero est duplex. vna repletionis venarum, alia humoris crassi, & viscosi, earum orificia obstruentis, vel mollificantis concatenationes, & ligamenta. Primam rem cõplent phlebotomia saphenæ in ascendente, & in declinante ex opposito pede, & in descẽdente ex basilica. Secundam rem cõplent pharmaca propria, præmissa præparatione, educẽtia toto corpore, si cacochymia sit in eo influens illi; * & contraria parte * mota eius. & fomentationes, sessiones, unctiones, & nasalia appropriata, in educendo illos ex matricis partibus; quæ infra in cura retentionis mẽstruorum dicentur. Secundum est retractio eius ad oppositũ, & reductio ad medium loci, & æqualitatem. Completur autem in subleuata eius tractio ad infra cum sternutatione ex obtetanico, retentione anhelitus, & uentosis in ambobus inguinibus, & pectine, & coxis, applicatis. & dolorosis ligaturis in cruribus, & pedibus. Et in declinatione ad alterum, cum earum appositione in oppositis tantum. & similiter ligatura, cubitus super oppositam partem. Et in * descendendo cum appositione earum, supra dorsum, & renes, supra umbilicum, & latera. & ligaturis manuum. & cum applicatione odorabilium, uel fœtidorum circa nares, os, & uuluam. delectatur enim matrix, quasi animata existens, odoribus, & tristatur fœtoribus, ut currat ad illos, fugiat uero fœtidos; non quia mentem, & intellectum habeat, ut animal; sed a sui proprietate; qua dotauit ipsam natura. Et proinde in subleuata, fœtida naribus, & ori applicentur; odorabilia uuluæ. ex quibus proprie est gallia suffumigata; hoc enim descendere facit matricem præfocatam; & declinantem ad alterum latus. Similiter econtra in descensu, eius reductionem adiuuabit obstetrix post balneum, uentrem manibus fecernendo, & cum intromissione digitorum in uuluam inunctorum adipe gallinæ, uel anatis. & ad proprium locum subleuando, & coæquando, & ad rectitudinem reducendo, cum appositione uentosæ magnæ in medio fumimis, in umbilico, in medio dorsi. Tertia est conseruatio ipsius iam reductæ, quod remissione accidentium, & relatione obstetricis cognoscere poteris, & illud cum quiete, & decubitu

De phlebotomia.

* ex
* mota

* fui.

cubitu supino,& stypticis applicatis intus, & extra, cum embrochis ex vino stryptico decoctionis, vnctionibus,& emplastris, & per omnem modum approximatis, ex quibus sunt propria experta simplicia,& composita, quæ infra dicentur. Simplicia sunt myrtus, acacia, cortices granatorum, & rosæ, schænanthus herba, quæ oritur super lapides, cum sunt in aqua, & faciunt lubricare pedes,& lentes, & breuiter omnia stryptica odorifera. Quarta res est regimen conueniens, & est, vt regatur in aere temperato declinante ad frigidum. Hippocr. inquit motus a caliditate est, e cõtra frigidum paralyticum faciens. virtet omnem motum animæ, & corporis, & omnes superiores nominatos. Repletionem ciborum, proprie viscolorum, crassorum, frigidorum, ventosorum, & salsorum: vtatur vero bonis, & stypticis. Et potus sit frigidæ aquæ,& stypticæ, crassæ, & aluminosæ diuersorum. Et inaniatur clysteribus, vel vomitibus, vt supertius dictum est. Vtatur quiete, & somno. Quinta res,& vltima, est accidentium correctio. & ex medicinis accidentia prædicta corrigentibus, quædam sunt communia,& illa sunt balneum ex aqua dulci, decoctionis anodynorum mollificantium. Quædam sunt propria, quæ ex dictis,& dicendis in proprijs capitulis colligere potest prudens.

Si vero causa fuerit naturalis, cura erit altera duarum rerum, vel conceptionis, & generationis procuratio, si possibile est: vel cum suo viro si honesta, vel cum alio, si inhonesta, vel libidinis extinctio, si vidua sit, vel virgo, vel virum absentem habeat. & hanc complent sperma exiccantia, quæ dicta sunt in cura gonorrhœæ, pollutionis,& coitus exuberationis. Abuhæ dixit in descendente resupinetur mulier, et aperiat quod est inter crura sua,& assume lanam ex lenibus velleribus,& madefactã adhærere fac matrici. Deinde accipe lanam aliam, & infunde eam in acaciæ succo, aut in vino, in quo dissolutum sit aliquid stypticum.& pone super os matricis, & redit cũ facilitate ad interiora, deinde accipe aliam lanã, & eã cũ aceto pone super vulnam. & præcipe mulieri, vt iaceat super latus, vel dorsum,& aduncet crura sua, & ferinet lanam, vt est, temperata in ea, ne cadat. Et pone ventosas super radicem suminis eius, & super dorsum, & faciam odorare odores bonos valde.

In declinante detur in potu oleum de chetua,& similia educentia phlegmaticos chymos:& ventosas, & encathisma cũ decoctione spicæ, confert lubricitati matricis. Abu.etiam dixit folia vuicæ recentia,* reddunt matricẽ exeuntem, loco emplastri contrita,& superpositæ, & bouinum stercus suffumigatum. Gal. dicit, cum mater egreditur, ammoniacum distemperatur cum succo absynthij, & inde inungatur venter cum penna; postea accipe castoreum, rutã, artemisiam æqualiter, in vino coquantur cum consumptione duarũ partium, & tertiã da in potu. Et in summa cõuenit cura eius,cũ cura mollificationis,& exitus ani.& dixit, si mater lateraliter moueatur, vt tortionem, & rugitum sentiat, quod indicat ventositatem interclusam, apiũ, fœnugrecum, & ruta, in vino dabitur, vel coctum cum melle, vel doronigi, & schænantham,& aristolochia rotunda. Item accipe agaricum, asphaltum, semẽ plantaginis,& laureæ,& pulueriza cum vino cocto. Item aristolochia,& propter coctã cum oxymelle stryptica, ventositati matricis est propria,& stomachi, arq; splenis. Itẽ intromitte in balneũ, & post ipsum fac emplastrum de succo rapistri,& farina hordei;& appone ventri,& vulvæ.

Item ad exitum matricis causa virilis virgæ, fœtuationis, vel alterius causæ primitus, linc pannum lini cum pice, vel aliquo oleo pulegino, vel muscelino, & imprime vulvæ;& liga, quou q; mater per se resideat, & calida facta sit. Si vero frigiditatem receperit, balneetur in aqua decoctionis foliorum lauri, pulegij, abrotani, & cnulæ,& artemisiæ; deinde suffumigetur cum musco, ambra, & gallia.

In ascendente, balneetur cum aqua cicerũ; quã sublenat,& sedat dolorem. & suffumigetur cum capillis, vel scarpis, vel ala. & inungatur venter cum oleo sambucino, vel de enula, vel nardino, anethino, de lilio, & rutaceo. Syrupus ad digestionem humorum phlegmaticorum, & mollificantium ligamẽta matricis; aut si descendat,& obstruantur orificia venarum; quare retinentur, & contrahuntur,& fiunt causa suspensionis,& declinationis. Recipe artemisiæ, radicũ ireos, enulę, radicis lilij, chamędryos, chamæpityos, thymi, iringiorum, rorismarini, radicum ireos, & buglossæ, radicum capil. veneris, adiãtos, aã. M.j. anisi, marathri, epithymi, florũ vtriusq; stœchados, petroselini, seminum asparagi, spicæ celticæ, schænãthi, liquiritiæ mundæ, ana vnc.i. zucchari lib. ij. vini mali granati, li. s. fiat syrupus, de quo vtatur mane, & sero cum aqua pluuiali. Digesta materia purgetur cũ his pilulis. ℞. theodoricon anacardinum, benedictæ, ana vnc.i.s. agari scrup.i. esulæ. scrup.ij. fiant pilulæ.

Et post tertium, intret balneum istarum herbarũ ℞. artemisiæ, radicis ireos, lilij, althęę, buglossæ, ana M.i. omnia bulliant in aqua,& fiat balneum per duos dies,& tertia die post balneum phlebotometur de basilica. quibus expeditis fiat hæc suffumigatio prædicta, & erit efficax, si Christus voluerit. Et cum matrix ad proprium locum redierit, apponatur hoc emplastrum super sumen, & renes. ℞. masticis, thuris albi, opopanacis, terebinthinæ, galbani, serapini, resinæ, styracis liquidæ, colophoniæ, ana vnc.i. ceræ rubeæ, drach.ij. fiat ceratum.

De præfocatione matricis, & medicinis eius. Cap. 8.

PRæfocatio matricis, siue suffocatio, siue anhelitus abstentio dicatur, in præsenti capitulo hæc ostẽdere est intentio, passionẽ enim matricis significant quædam, quæ a suis accidentibus sortita est nomen, commixtus ex spasmo,& syncopi. quare Abu. eam dixit modum esse quendam epilepsiæ,& syncopis. & ex sensus, & motus ablatione, atque anhelitus, quare Gal. eam suffocationem dixit. Causa vero ipsarum est passio, scilicet cordis, cerebri,& aliorum principalium, non propria tamen, sed ex colligantia ad matricem principaliter patientem, mediatione velaminis,& venarum pulsatilium,& quietarum. ex menstrui, vel spermatis diuturna retentione. quare matricis suffocatio dicta. Et modus est, cum enim menstrua retinentur, matricem necesse est pati multipliciter, prius Hippo. dicente in apho. Menstruis pluribus venientibus, accidunt ægritudines, & non venientibus a matrice accidunt ægritudines. tales autem constat omnis generis esse malæ complexionis, & repletionis receptaculorum,& venarum ipsius, extensionis, & solutionis continui. Malæ complexionis frigidæ pluris, cum materia frigida sit,& multa,& quandoque calidę sit, putrefiat; augmentum etiam si ex nutrimento calido fiat infrigidato.& non sequitur, nisi ex eo accidat putrefactio; quemadmodum enim putrefactio ex caliditate, ita ex putrefactione caliditas accidit, ait princeps Abu necnon, & quandoque *apostematum, eius natura non potente materiam extra ducere, propter obstructionem meatuũ. quare spargitur in substantiam matricis, et apostematis, cooperante dolore, prouocante alia menstrua superipia; necnon,& materiam aptam trahi, si quæ in corpore sunt: aut quia ab ęgritudinibus propria proueniũt accidentia. & propter colligãriam ad principalia, insurgunt alia totum corpus vexantia. Proinde ex replerione prędictorũ, matricis motus præter naturam prædictis accidit, cum suis proprijs accidentibus supernus distinctis. Extensiones vero eius dolores fortes adeo, vt mulierem torquere faciant vndique,& caput genibus implicari, vt resolutionis, syncopis prouenit malitia frigidæ complexionis. obstructione meatuum,& pororum ipsius: quare materia coarctatur,& coarctata infrigidabitur,& putrefier,& fumum emittet, propter sui malitiam venenosum naturæ mulieris,& calori eius innato a specie tota contrarium, & cum non habeat spiracula, quibus extra corpus possit excludi; est necesse sursum ascendere ad stomachum,& cum

Vteri præfocatio 3.d.

3.dcb. af.1

3.apho. 22.

*apostemator.

cum eo peruenerit,ibi nauſeam gignit,vomitum,& om A nem eius actum perturbat, & diaphragma infrigidando,prohibet eius motum.quare anhelitum corrumpit, vel tollit aſcenſum,licet aliquis ſit neceſſarius,quamdiu viua exiſtat. Et maxime quia vlterius aſcendẽdo ad cor, calorem naturalem in eo tanquam in ſuo principio ſic debilitat extinguendo, quod magna ſenſibili euẽtatione non eget. ſicq; igitur neceſſitate diminuta,& organo impedito anhelitus adeo ſenſu priuatus exiſtit, quòd ablatus totaliter videtur.ad cuius indagationem lanam ſubtilem carminatam bene inter nares, & os, talibus antiqui mandauerunt apponi,vel cyphum plenum aqua,ſupra ſtomachi orificium. Exiſtente enim anhelitu quantum libet diminuto eo mouentur,& eis non commotis, priuato anhelitu,mortua iudicatur:proprie cum ex tali fumo cor ſic etiam conſtringatur,vt neque ſpiritum per arterias emittat.quare pulſus ibi aufertur, neque calor, nec ſanguis apparet p venas, vnde corpus infrigidatur, & pallidus color apparet,viuido occultato,mortalis. Et B etiam ſyncopis accidit,vlterius aſcendendo, & cerebrũ attingendo ſpaſmum gignit,* & eius contractione in ſe, quare contrahetur vniuerſaliter prius. Et deinde ſuper occupato cerebro,ſenſus,& motus auferetur in toto;qui bus ablatis ſecundum actum, & habitum includitur vera mors. Quæ accidentia ex retentione ſpermatis magna,ac fortiora & terrenda eueniant neceſſe eſt. Res tamen quanto purior eſt,& magis naturæ conformis,maioris eſt iuuamẽti, quamdiu cum natura cõſiſtit, ſcilicet quod naturale, & peioris conuerſionis, atque malitiæ, cum in contrarium ſuæ naturæ vertatur magis, circa naturæ vigorem perdendo. Et proinde licet ex ſanguine ſperma ſit generatum, quia eſt ex eo per alterationem depuratum, & coagulationi propinquum,per naturam ad conſeruationem ſpeciei ſolicite reſeruatur menſtruũ ex eo,vt ſuperfluum ſequeſtratur, cum, in contrarium ſuæ naturæ vertatur deterioris conuerſionis: quia per congelationem, vel putrefactionem malitiam Veneni acquirat,maxime ſi ex mala materia fuerit,& C peioris impreſſionis,quã accidentium terrendorum,quàm ſanguis cum deſierit eſſe ſanguis,quod clare pater in lacte, quod cum ex ſanguine generetur ſic maioris erit iuuamenti,quàm ſanguis,cum in propria natura exiſtat,pro pter eandem aſſignatam cauſam,& cum in contrarium naturæ vertatur,vt per congelationem, vel corruptionẽ in ſtomacho,fit peioris conuerſionis, quàm in naturam veneni,& maioris impreſſionis atque malitiæ,quã ſanguis,ſi a ſua natura propria permutetur; prout ſupra in ſtomacho eſt mõſtratum. Quamobrẽm arbitramur Serapionem exiſtimaſſe ex ſolo ſpermate debere cauſari. quod quidem arguit.quia viduatis mẽſtruatis etiam accidit, & coniugatis, etiam illis retentis non contingit, quaſi voluerit dicere ex menſtruorum retentione non contingat,quandiu ex ſpermatis retentione,uec ita prava. Qua propter eius euentus licet ſit rarus, plurimũ tamen accidit in ſanguineis mulieribus,viripotentibus,& adoleſcentibus,& ſpermate abundantibus, libidinoſiſq; D coire conſuetis,non viduatis, & conſeruantibus caſtitatem,& quibus menſtrua retinentur, & autumni tẽpore.

Verum quandoque accidunt huic ægritudini periodi ſicut in epilepſia. Et cum appropinquat periodus accidit debilitas conſilij, & pigrities cogitationis, debilitas crurum,& citrinitas faciei,* diſnia,pulſus cordis,& dolor capitis,& quandoque ſitis. Cum ergo firmatur accidit ſubet,vel permixtio rationis,deſtructio ſenſuum, & deſtructio vocis,et ſpaſmus,cum rubedine maxillarum, ſyncopis & ſtridor dentium. Et cum appropinquat hora reſolutionis eius incipit apparere humiditas quædam ad partem receptricis,quæ ad tactum ſentitur, & redeũt ſenſus earum,& intellectus,& quod ex matrice ſit cum retentione menſtrui,vel ſpermatis,ſignum eſt,quod eſt, quia accidit in muliere ſana boni regiminis,vidua,cuius menſtrua non defecerunt.

Sed ſigna eius, quæ eſt ex menſtruis,ſunt; quia præceſſit retentio menſtruorum, quam indicat quandoque generatio lactis im mammillis. Hipp. dicente in aphor. Si mulier,quæ neque prægnans eſt,neque generauit, lac habet, eius menſtrua defecerunt, grauedo corporis,debilitas ſenſuum, & alia ſigna retentionis ipſorum, quæ capitulo ſuo dicentur. Et ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem humoris vincentis in ſanguine, quem color menſtruorum oſtendit. Cum ergo in eo vincit melancholicus, accidit melancholia, & mania, & loquetur ſola, propter cerebri communitatem, & ſyncopis fortis,propter communitatem cordis,& deſtructio anhelitus propter communitatem amborum,& diaphragmatis. Quod ſi phlegmaticus erit, grauiora, & quietiora habebit accidentia. Et ſi cholericus erit acutus,& incolumis. Signa eius, quæ eſt ex ſpermate, ſunt, nam incipit cum nocumento anhelitus, & magnificatur timor, cum emiſſione coitus conſueti,menſtruis non retentis. Et accidit multoties, quòd cum obſtetrix tangit matricem,eius ſpaſmoſa accidit commotio,& deſiderium; * qualiter deſcendit ſperma groſſum,& ſanatur. & quandoque deſcendit illud ex contractu ſuipſius, & inuenit requiem. Sed numquid accidat ſeruantibus caſtitatem præfocatio,ſicut mulieribus; quæ cum nõ accidat, videtur arguere,quòd non ex ſpermate,ſed ex menſtruis accidat ſolum:cuius contrarium Serapio dixit. cui Gal. reſpondit, quod viris in retentione ſpermatis longa accidentia accidunt, multa praua, quæ ſupra cap. de illo, quem dimiſſio coitus lædit,habuiſti. non tamen ſic frequenter,eo quod laboribus reſoluitur,& non congregatur; nec tam grauia, moleſta, & terenda, cum non ſit ex tam mala materia in viris, ſicut in fœminis. Eſt enim in eis ex generatione ſanguinis mẽſtrui,quod melancholicum eſt, & ſuperfluum, niſi ſit coarctatum in profundo corporis, ſicut in muliere: Quare ſimiliter principalia non lædunrur,quod declarat, quia mulier in tali paſſione mortem frequenter incurrit,maſculus vero nunquam. Et qualiter non accidit in prægnantibus, in quibus menſtrua diutius retinentur. quod quidem contingit; quia licet in eis menſtrua retinentur, ex puriori tamen eorum parte embryo nutritur,& augmentatur; & quod ſuperfluit ex eis vtiliter, à natura partui reſeruatur, ſicque ne putrefiat, vel congeletur, ſtudioſe intercluſum in ſecundine panniculo conſeruatur. ex quo matrix non patitur; & fumus etiam ad ſuperiora principalia non aſcendit,niſi grandis ſit cauſa; & illud eſt raro. Præterea cur ſenſu ablato ſpaſmus contingit,cum dicat Philoſ. quòd ſenſus,& motus adæquãtur. vt etiam Gal. quod ſentire pari eſt,quod eſt minus; moueri vero agere,quod eſt maius. Item ſi ablato ſenſu, motus remanere non debeat,quomodo ablato ſenſu, & motu ſpaſmus,qui eſt motus,ſequeretur? Quibus dicendum, quod ſpaſmus motus eſt præter naturam; nec etiam inconueniens eſt ſenſum, & motum naturalem amitti actualiter; & eum, qui præter naturam eſt, accidere. dicente Hipp. in aphoriſ. Si inebriatus quis repente ſine voce fiat: ſpaſmo innato moritur. Et ſiquidem ſenſu,& motu naturali omiſſo, præter naturam motus qui ſpaſmus eſt accidat; multo magis,ſolo ſenſu ablato,talis motus præter naturam contingere poterit. Et quod dicit Gal. veritatem habet in ſenſu,& motu naturali; vel vbi per eundem ſunt neruum: Præterea ſi ſimilis eſt epilepſiæ,ſpaſmo,& ſyncopi,apoplexiæ,& lethargo,eo quod omnibus in ſupradictis accidentibus conuenit, in quo à ſingulis differt? Differentia vero eſt duplex inter eam, & prædictas; vna eſt ſpecialis: alia generalis. Generalis eſt namque:quia licet in ea ſint accidentia prædictarum, ſunt tamen in ea non ſingularia, & diſtincta, ſed omnia confuſa & mixta. Specialis eſt, quia epilepſia fit abſque menſtruorum retentione,& in coeuntibus magis, & os ſpermatis in ea, quæ difficilis eſt: & ex cerebro. nec narrat,quę acta ſunt epileptica,cum euadit a paroxyſmo,ſicut iacit præfocata;niſi præfocatio maxima ſit,& immoderata;nec ſentit aliquid eleuari ſurſum, vſque ad os ſtomachi & deponi. nec non,& in alijs, quæ dicta ſunt accidentibus epilepſiæ. Præterea in epilepſia ſenſus,& motus

Viri præfocatio ex ſpermate eſt peior.

Sera. opinio.

** ſigna.*

De ſignis præfocationis matricis 1. aphor. 39.

** quam de ſem.*

1. de in. aff. cap. 6. & 4. eiuſdẽ ca. 4. Reſponſio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0723-1 DFG

tus integre eſt ablatus; in hac vero non integre. Præterea inter ipſam, & lethargum diſtinguit febris continua, quæ lethargum concomitatur; & pulſus vndoſus, plenus, & principium doloris in capite in præfocatione
Solutio. diuerſus. Sed inter eam, & ſpaſmum diſtinguitur ſecundum Galenum, quod eſt; quia ſpaſmus ex repletione accidit, & inanitione paulatim; præfocatio ſubito, & ex repletione ſola.

De cura. Cura huius paſſionis eſt tres res. Prima matricis ægritudinem tollit, quæ ipſius eſt cauſa. Secunda ordinat regimen. Tertia corrigit accidentia, quæ licet tertia ſit in numero, propter errorem tamen aliquorum, & pericula patientis fiet prior in ordine. Prima conſiſtit in duobus ſimpliciter, ſcilicet in cauſæ abſciſſione, & in morbi, ſi quis factus ſit, curatione. Cauſæ vero abſciſſio cõpletur cum prouocatione ſanguinis menſtruorum, vel ſpermatis præter naturam retenti. Inquit enim Abuha. Cumque ventris conſtrictio, qui fluere ſolebat, aliquam ægritudinem poſſidere fecerit, ipſius
F euacuationis reuerſio ſecundum plurimum ipſam medicabitur. dixit ſecundum plurimum, vt quandiu retentioni proportionata fuerit: nam ſi ſuperflua, poteſt eſſe mortis cauſa, ſicut alibi poſuit, cum dixit. Cum retentio ſolutionis conturbat, & eius ſolutio facit acquirere tranquillitatem ..., eſt mortale. hoc autem eſt per eius abundantiam, & exceſſum, etiam ſi febris ſit eradicata, prout dixit in alio quodam loco; quæ vero minor fit, non illico medicabitur. Fiat autem talis prouocatio cum his, quæ euacuando trahunt ſanguinem a matrice, vt eſt phlebotomia ſaphenæ; & proprie, quæ eſt ſub poplite. Et in pinguibus cum ventoſis ſuper loco ſaphenæ, ſcarificatione præcedente, vel cum ſanguiſugis, propter occultationem venæ. Deinde cum purgatione humiditatis viſcoſæ, quæ oppilando venas, reten-
Præparatio. tionis eſt cauſa. Et cum hiera picra, & hiera colocynthidis, & ruffina. Et pilulis de thapſia, & fœtidis: præparatione præcedente, cum oxymelle ſcillitico & aqua
G diureticorum calidorum, & proprie rubeæ tinctorum, nigellæ, quinque radicum, enulæ, & ſimilium. quibus ſecundum omnem modum vtendum eſt ſimplicibus & compoſitis, in via medicinæ, & cibi, & ſeminibus ex aperitiuis, & diureticis, vt eſt fœnugræcum, anethum, ſemen lini, & ſampſuchus, & abrotanum, ſiſymbrium, ſatina, ruta, vrtica, & alia, quæ ſubtiliando ſanguinem, reddunt ipſum acutum, & aperiunt. Et cum balneis thermarum proprijs, & collyrijs; & prouocantibus menſtrua, quæ ſtatim dicentur in ſuo capite, & proprie ex cordumeni, pipere, & euphorbio; quod eſt forte faciens deſcendere menſtrua ſtatim. & cum ſuffumigijs ex cypero, ſtyrace liquida, ſpica, & nigella, & cum commotione oris matricis, & partium eius, appoſitis digitis obſtetricis inunctis cum axungia gallinæ, & oleo de lilio, vel de been, nardino, vel anethino; ipſa enim conferunt, ſiue retentio ſit menſtruorum, ſiue ſpermatis, faciunt enim declinare matricem præfocatam ad inferiora, & redire ad æqualitatem; & pa-
H Potus Medicata. rant menſtrua ad prouocationem. Et cum exhibitione in potu, caſtorei, & myrrhæ cum aqua mellis, & ſagenea: diacymino, & ſagapenum, cum aqua cicerum, aut phaſeolorum rubeorum; & caſtoreo, & nigella cum rub. tinctorum in oxymelle ſcillitico puluerizata ſunt vltima. aut acetum ſcilliticum, & oxymel eius, & opopanaci ſcrup. j. Et Almanſor. cum ex eo ſumitur in potu, eſt in eo ſanitas. Et ex his, quæ trahere habent ſanguinem ad matricem; eſt oppoſitio ventoſarum ſuper renes, deinde ſuper coxas, & inguina, genua, & crura, & clauiculas pedum. & fricti̇o ipſorum; & ligatura cum inſtitis dolorosa per horam dimiſſa... Calefactio cum fomentis feruentibus; & cum clyſteribus acutis, vnctionibus, & emplaſtris ex rebus rubificantibus notis, quæ ſanguinem ſubtilient, atque trahant. & omnibus alijs prouocantibus menſtrua, quæ in ſuo loco dicentur.

Si vero retentum fuerit ſperma, tunc oportet, vt impetu * tribuatur: & vſque ad illam horam vtatur exer- * extrahatur.
E citio, & exiccatiuis ſpermatis, vt eſt agnus caſtus, ruta, calamentum, ſicla, ſemen almarij, & dyaciminum, cum diureticis; vt eſt decoctio de radicibus. Et oportet, vt intromittat obſtetrix manum inunctam, vt prædictum eſt, vt faciat commotionem delectabilem, ita quod cum commotione accidat dolor; ipſa enim fortaſſe expellet fœtidum, & ſaluabitur. & ſimiliter cum ſupponuntur res mordicatiuæ commotionem facientes, ſicut ſal gemma, cum oleo laurino; & ſicut zingiber & piper, atque cordumenum, ſunt enim mirabiles in hoc. Et caue in hac diſpoſitione phlebotomiam, quoniam infrigidat: immo admiſceas ea, quæ excitant caliditatem. & ſunt mulieres, quæ ingeniantur coire cum eis cum inſtrumento in modum virgæ virilis, ex quo delectantur, & confert. Morbi vero curatio facti ex retentione * illorum, vt eſt mala complexio frigida, & huius * illius.
curatio, ex dictis, & dicendis eſt manifeſta. Secunda
F res, quæ eſt regiminis ordinatio, eſt; vt abſtineat ab omnibus multiplicantibus ſperma, ſicut eſt vinum, licet ſyncopis illud peteret, & carnes. & vtatur exiccantibus ſperma, quæ ſupra in cura pollutionis dicta ſunt. Tertia res, ſcilicet correctio accidentium, quæ verenda ſunt; vt eſt ſyncopis, alteratio ſenſus, & motus, atque anhelitus, dolor fortis ex ſpaſmo, & huiuſmodi præmittenda eſt, fiat autem cum expergefacientibus primo, puta fumigatione ex fœtidis approximatis naribus, & ori; quales ſunt petiæ conbuſtæ, pili, & pennæ combuſtæ, & cornu, aſa fœtida, caſtoreum, ruta, harmel, & huiuſmodi ophtalnicha, & vigilantia, & conſimilia. & cum ligaturis in extremis, frictionibus, compreſſionibus doloroſis, contractu capillorum, & aurium, & narium: & clamoribus, & vocationibus, & alijs, quæ dicta ſunt in cura lethargi, apoplexiæ, & epilepſiæ, & ſyncopis. & fac eam ſternutare, tenendo os, & nares, vt Hippoc. dicit in aphor. Et applica ventoſas anchis, inguinibus, & coxis.
G & fomenta cum rubificantibus; & emplaſtra cum eis, & euphorbio inguina; & ſuppone collyria prædicta ex acutis, & odoriferis, vt eſt gallia, folium garyophyl. & cyperum, & laurus, & clyſteres ducentes veniſitatem ex aniſo, fœniculo, ariſtolochia, ſpica, & ſimilibus; donec redeat. quod ſi in prædictis ſenſus, & motus non redeant, nec anhelitus, tunc neceſſarium eſt, vt fundatur oleum feruens ſuper caput eius. Sit autem aliquid ex aromatibus confortantibus cerebrum, & calefacientibus valde; quale eſt nardinum, de balſamo, & de been. aut cauterizetur ſinciput eius, ſi non eſt excuſatio inde. Et quandoque euadit cum phlebotomia, & redit. cum ergo redierit anhelitus, tunc curabis ſyncopim cum his, quæ cor, & cerebrum confortant; & conferunt ad huiuſmodi, & alia accidentia. Et ex ſimplicibus eſt ſagapenum, Syncopis curatio.
garyophyl. & ex compoſitis confectio nominata confectio iuuamenti: & eſt mirabilis ſagenea, mithridatum, medicamen de muſco, & theriaca. Et ſi times ex mithridato, ex diamuſco de commotione ſpermatis, confortatio tamen naturæ, & cordis ex eis implendo illud, & reſiſtendo illi, eſt maioris iuuamenti; & cum alijs ſupra in cap. enarratis, intus, & extra, & per omnem modum adminiſtratis, quæ habent cerebrum, cor, & totum corpus confortare. Deinde oportet redire ad prædicta; ex adminiſtratione enim prædictorum ceſſant ægritudines, & alia accidentia leuiora, niſi ſit ſolutio continui, vel apoſtema. Cum ergo accidit illud, oportet; vt cure- Peſſarium.
tur cura ſolutionis apoſtematis, cum his, quæ conueniũt eius præfocationi, qualiter in apoſtemate. Recipe pinguedinis anatis, & gallinæ, ana drac. iij. ceræ bonæ; cro. myrrhæ, amomi, maſticis. ana dra. j. olei balſami, olei lilij cœleſtis, ana dra. iij. terantur ſicca, & liquefiant humida, & adminiſtrentur in peſſario.

Aliud iuuatiuum & expertũ. ℞. ſtyracis. unc. iij. thuris, piperis, ana vnc. i. & s. ceræ albæ drach. vij. pinguedinis anatis, & anſeris, ana vnc. iiij. pinguedinis gallinæ, vnc. iiij. olei balſami, olei lilij albi, & lilij cœleſtis, & olei de ſpica, ana ſecundum quantitatem neceſſitatis.

Si au-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0724-6 DFG

Si autem vis vt sit fortius tunc adde in eo drach. iij. cordumeni semi. vrticæ, aure. iij. misceantur, & administrentur.

Oleum ad dolorem, & prefocationē matricis.

Oleum quod lenit, & calefacit, & conuenit ad dolorem matricis, & prefocationem. ℞. helcha libat, olei masticis, & spicæ, olei laurini, ana vnc. s. olei lilij cælestis, & anethi, ana lib. i. sedenegi, & bdellij, & pyrethri ana vnc. iiij. meliloti, casiæ fist. & nigellæ, & calamenthi campestris aut fluuialis, ana vnc j. terantur medicinæ siccæ sicut puluis, & liquefac alchechengi cum oleis, & misceantur omnia. & vngatur cum eis, quod est sub vmbilico, &

Cu pregnãtio.

pectine: anchæ, & pedes. Inquit filius Serap. Si euenit ægritudo, scilicet hæc mulieri, quæ est prægnans; tunc non oportet, vt administretur phleboromia; aut ventris solutio. immo contenti sumus vnctione cum oleo, excepto ex oleis calefacientibus & resoluentibus, sicut est o-

Nota.

leum de lilio, & de been, & quæ sunt similia. Et aduertēdum quod dixit, si euenerit, quasi dicat, quòd raro accidit, propter causam superius assignatam.

Item inquit, & ad vltimum dico sermonem abscindentem, quia oporter; vt curentur mulieres, quibus accidit hæc ægritudo, & non sunt prægnantes: secundum quantitatem complexionis earum, & humiditatem corporis earum, & siccitatem earum. nam illam ex eis, quarum corpus est leue, album, humidum; curamus cũ medicinis debilibus. Et ex illis, quæ sunt secundũ contrariũ illius, donec sit earum corpus siccum, neruosum, curan-

Cu Vetulorum.

tur cum medicinis fortibus. & secundum hunc modũ, curantur vetulæ. & illæ, quæ sentiunt inflationem ex ventrositatibus inflatiuis, cum his, quæ resoluunt ventositates. & illis, quæ sentiunt grauedinem, dantur ea, quæ incidunt, & subtiliant. & illæ, quæ sentiunt acuitatem,

Suppo. apt.

curantur cum his, in quibus est virtus extinctiua. Suppositorium Abuha. educens sanguinem menstruum. ℞. styracis liquidæ. vnc. iij. piperis, thuris, ana vnc. i. adipis anatis. vn. iiij. se. vrticæ. vnc. iiij. fiat ex eis lyciniũ, & supponatur.

De speciebus solutionis continui matricis, ex quibus sunt vlcera, corrosiones, & putrefactiones, rhagadiæ, & fistulæ. Cap. 9.

Vlcera Matri. qualia, quotuplex.

VLcera matricis, quędam sunt simplicia, & munda; quędam composita, & cum putredine, & quandoque sunt corrosiua: & quandoque cum apostemate. & quandoq; cum profundatione. & qñque non profundæ, & quandoque perueniunt ad fistulam. & quædam sunt in collo, & quædam in eius concauo. Et causa vlceris,

Causa.

quædam est interior, & quædam exterior. Interior est cursus humorum acutorum, qui si paulatim congregati sunt in ea, erit propria. Si subito confluant, ex toto, aut aliquo membro, erit ex communitate, aut dubelati vlcerarum, aut plaga vlcerata, & est propria. Exterior est casus, vel percussio; aut difficilis partꝰ, aut vulnus instrumenti incidentis; aut ex medicamine acuto superpositio: aut crassities virgæ deuirginantis. & illud est non profundum, sed in collo eius tantum, & similia. Et causa putredinis est, quia vlcera sunt profunda, quæ non euacuantur ab humiditatibus plurimis egredientibus ad profundum eius, in quo retinentur, & non mundificantur. Et ex eis est quandoque corruptio embryonis multiplicantis putredinem. Corrosionis ipsorum causa est acuitas, & adustio humiditatis & putredinis eorum, quare corrodit velut cancer. Et causa fistulationis ipsorum, est prolongatio ipsorum, quia cum proprijs non recipiunt curam. quare prolongatur cum putredine multa corrosiua, & concauantur.

Signa vlcerum eius sunt, exitus puris, & saniei, & sanguinis corrupti, & virulenti; & humoris diuersi coloris, & odoris; & nocumentum ex medicinis mollificantibus, & iuuamentum ex medicinis mundificantibus, & stypticantibus.

De signis vlcerū matricis.

Et signa putredinis eorum, & sorditiei, & tabiditatis, est multitudo humiditatum corruptarum, fœtentium, & est sicut aqua carnis. Et si est cum corrosione, illud quod egreditur est nigrum, cum ardore vehementi, & pulsatione, & circumfluitione pilorum, vt dixit Hipp. in aph. Et differentia inter corrosionem, & cancrum est, *6. aph. 4.* quoniam cum corrosione non est grauitas, nec durities: & sequeretur eam quies in horis quibusdam, & proprie post exitum eius, quod egreditur, & non est plurima longitudo corporis in curatione. Cancer vero est assidui doloris, si in principio sit. Si vero in processu, erit cum punctione sensus, & est cum pulsatione longi spatij. Et signum mundificationis vlcerum præcedens * sanitatem est, quia quod egreditur est ad crassitiem, & albedinem decliue, & leue, absque dolore vehementi, fętore, seu ardore, seu mordicatione. Et quæ non sunt profunda, sunt sensui manifesta, profunda vero sunt occulta sensui. Et cum sunt cum apostemate, sunt cum prædictis signis apostematis, ex quibus est horripilatio, & febris. Cumq; vlcera matricis sua putredine, & corrosione pertranseũt carnem, & profundantur, ita quod vicinum aliquod ex membris vlceretur, & corrumpatur os pectinis, & collum matricis putrefiat adeo quòd quandoque perueniat ad radendum pilos pectinis, & incidit vique ad partes ani & laeertorum eius: Quædam sunt in parte manifesta, & quędam in parte occulta. & declinantia ad latera eis sunt similia. Et rhagadiæ matricis sunt ex genere so- *Rhagadia.*

lutionis ad modum scissurarum contingentium ex siccitate eius, quare non possunt recipere debitum apud coitum, vel apud partum, extensionem, absque scissura. Et quandoque causa abscindens est magnitudo apostematis. quare apparent rhagadiæ, & proprie cum tangit, & quandoq; crassantur valde, quandoq; fiunt sicut verrucæ, & incrassatur locus. Et si sunt in collo eius, aut in concauo eius, intuitu sensus, vel cum obstetricis digitis cognoscetur. Et si * gratia fistularum sunt anteceſſio vlcerum, quæ non sanantur cum curationibus proprijs, & prolongatur spatium eorum cum putredine multa, & cursu virus, & doloris attrahentia: deinde dolores illi fiunt sicut dolores cancri; cognoscitur locus eius, vbi peruenitur cum eo, & scitur status eius * vt sit cum carne adhuc, aut pertranseat vsque ad os, per id, quod sentit extremitatis radij, de lenitate, & mollitie, asperitate, & duritie. Et rhagadiarum signa, sunt dolor apud coitum, & exitus virgæ sanguinolentæ; & possibile est, vt perueniatur ad considerationem ipsarum per positionem speculi sub muliere, & apertione vuluæ super ipsum.

** sanitas.*

** fistula.*

** an.*

Cura vlcerum simplicium, & putrorum est consoli- *De cu. vlcerum. 6. de li. ęg. ca. 5.*

datio; tamen difficilis. Inquit Gale. incisio enim vuluæ difficulter consolidatur; ipsorum vero compositorum cum putredine, sordicie: & si cum corrosione fuerit, vel apostemate, mundificatio, cõsolidatio, accidentium correctio, & conueniens regimen. Mundificationem complent aquæ mellis, vel passularum iniectio cum instrumento, vel aquæ decoctio, cum itide, & hordeo, vel cum aliquo ex mundificantibus vnguentis, habentibus mundificare sorditiem, & putredinem, vel habentibus mundificare corrosionem, & rectificare ipsam, aut cum sanatiuis apostematum, vt dicturi sumus. Cum ergo mũdificata fuerint vlcera, curentur cum consolidatiuis, ex quibus sunt vnguenta, pulueres, & similia. Et ex vn- *Vnguen. ad vlcera matricis.*

guentis, quędam sunt, quæ conferunt in principio rei, cũ nondum nascitur caro, Recipe lithargyrij, ceruſſæ, sarcocollæ, ana partes æquales. fiat ex eis ceratum cum oleo ros. Et si fuerint in illis sordes, misceatur cum eis parum mellis. Cum autem caro incipit nasci estimatione debita curetur cũ hoc vnguento. ℞. tutiæ ablutę partes ij. cadmiæ argenti, ceruſæ, sarcocollæ omnium, ana partem j. fiat ex eis ceratum cum oleo ros. & cera, & administrentur cum tenta, aut ex eis fiat puluis. Et siquidem sit profunda, & in collo eius, sicut in deuirginata a crassitie virilis membri, oportet vt fortes dolores, qui adsunt mitigentur secundo in vino decoctionis stypticorum. & administrentur cerata lenientia consolidationem prohibẽtia, alienentur concubitus, deinde redeant ad ipsum paulatim, & in tempore medio regatur cum ceratis prædictis, &

ctis,& admiſceatur cũ eis terra ſigillata,& ſimilia. Correctio accidentium eſt, vt ſiquidem ardor adſit, vlcera curentur cum his,quæ ardorem mitigant, & calorem * mitigantia ſint,ſicut mucilago pſyllij,ſemen cytoniorũ, & aqua iuiubarum.& ſebeſten,& aqua hordei. Si vero * conſolidantia,ſint,ſicut ſuccus ſolatri,arnogloſſę,oleum roſ.albarum,albumen oui,lac, ſuccus portulacæ, tragacanthi.& demus ad bibendum catarcticum de iuiubis ſemen papa. & myrtæ, & dolores fortes mitigentur ſeſſionibus in aquis,et vinis eſt ſtypticis,& anodynis,vt eſt fœnugrecum,balauſtia,lentes,& ſimilia.

*mitigãdo. *conſolidãdo.

Regimen conueniens eſt, vt tempore mundificationis vtatur ptiſana hordeacea,aqua cicerum, hædorum, gallinarum,& lacte aquoſo. Tempore autem conſolidationis generantibus ſanguinem craſſum,& viſcoſum,vt ſunt extrema animalium,milium,riſum,panicum,& ſumat lac,& ſimilia craſſa,& ſtyptica omnia.

Illa occulta fiſtula,quæ ex eis eſt in occulto,& profundo,non curatur,& proprie ſi venitur ad veſicam,reliqua vero ab ea curantur,etiam ſi difficiles ſint,& peruenerint ad abradendum oſs, & perforauerit os foramine paruo. Et ſi quidem curatur,cura duplex eſt,vera & poſſibilis. Vera cura per abſciſſionem,& perforationem fit,quę periculoſa eſt propter neruoſitatem membri, timetur enim ex eo ſpaſmus,permixtio rationis,& permixtio vocis,& mors, quia non eſt poſſibilis niſi in ea, quæ eſt in manifeſto,& cuius carnem mortuam oportet incidere. Cura vero poſſibilis eſt,vt mundificetur corpus, & matrix exiccetur,& confortetur. Inquit enim Hipp. in aph. Si matrix in vertebro poſita, fecerit ſaniem, neceſſe eſt commotum fieri,& hoc quia vera cura eſt impoſſibilis, iuxta mandatum eius in alio aph. Quibuſcunque cancri abſconditi fiunt.& ex eis quæ conferunt valde,eſt cauda equina ſecundum omnem modum adminiſtrata.

3. aphor. 47. *6. aphor. 31.*

Rhagadiarum vero matricis cura intrinſecarum eſt duæ res, mitigatio accidentium, & conſolidatio rhagadiarum. Completur autem cum ſuppoſitorijs penetrantibus,& deſtillationibus iniectis, ex aquis ſtypticis permixtis cum vnguentis rectificantibus;ſicut vnguentum factum ex cadmia,& plumbo adusto;& vnguentis rhagadiarum ani. Accidentium correctio eſt:vt ſi cum cura tione ſentiat mordicationem, miſceatur cum eis, ſicut vnguentum baſilicon cum adipibus; & proprie ſi indiget maturatione. Et ſiquidem cũ rhagadijs fuerit craſſities, quam ſignificat longitudo ſpatij, & paruitas receptionis curationis,adminiſtretur vnguentum de chartis cum oleo roſ. ſi vero non tolerat illud, ponatur cũ oleo de lilio,& gluten halimbach. Cum autem hæc quieuerit,curentur cura rhagadiarum purarum, &c. proprie quando vlcerantur.& quandoque indigetur eis,quę ſunt ſicut cortex æris, aut tragacanthum opime tritum, aut gallæ,aut illius aggregatis. Intrinſecus vero ſufficiet puluis tutiæ cum vitellis ouorum, & vnguentum de ceruſſa,& ſimilia. Clyſter. ℞.aquæ paſſularum lib.j. diſſoluantur in ea mellis roſ.vnc.iij.& coletur,& adde olei amygdalarum amararum.vnc.j.Iſaac inquit. Si venæ ſint vt corroſę;demus ſanguinem dra.myrtam,thus,bolum arde quibus omnibus fiat clyſter; vel cum licinio apponãtur puluerizata intincta in aqua arnogloſſæ, vel acaciæ. Licinium valens ad pruritiem vuluæ, & priapiſmum mulieris,et purgat putredinem,corroſionem,et ſaniem. ℞.crocum,camphoram,lithargyrium,baccarum lauri, albumen ouorum,oleum roſ. fiat naſale, vel clyſter. Et ſanguis drac.cum ſucco plantaginis iniectus valet. Dioſcor. dixit farina fœnugræci cum ſanguine anſeris valet ad duritiem matricis. Valet etiam lac ficcum cum vitellis ouorum,ſi fiat inde naſale.

De apoſtematibus matricis humoralibus. Cap. 10.

Apoſtema matricis quotuplex. Cauſa.

APoſtemata accidunt matrici,ſicut in prædictis membris ſecundũ duplicem modum, per vnam congeſtionis,& fluxionis. Et cauſa eatum ſufficiens eſt duplex, interior,& eſt ipſius diſpoſitio, vt debilitas, & retentio menſtruorum in ipſa materiam aggregans. Et exterior duplex imprimens,vt caſus,percuſſio,& multitudo coitus;& proprie habentis virgam craſſam:aut diſruptio ſæta ab obſtetrice cum recepit fœtum;aut inciſio cum inſtrumento prouocans rheuma,& faciens ipſum in regiones eius intermedias,& vacuas ſubintrare;& coadiuuãs eſt frigiditas aeris prohibens reſolui materiam. Cauſa vero materialis,& ex qua,eſt antecedens repletio vniuerſalis totius;vt humores quatuor, ventoſitas,aquoſitas,& viſcoſitas. Penes quos ſpecificantur, & ab inuicem differunt curatione, & particulis ipſius matricis. Materia propria eſt ex ſanguine menſtruo non ex ſpermate; licet ad illam immittatur & aggregetur in vaſis ſeminarijs eius;ſed in concauum immittitur, aggregatum quoque in vaſis ipſius proprijs non in eorum ſubſtantiam penetrat,ſed in concauo continetur;ſanguine vero menſtruo in venis eius exiſtente diffuſo,ex quibus poſſibile eſt ſubintrare reſũdans in vacuas regiones ipſius, vt faciat apoſtema. Cauſa vero materialis ſubiectiua, eſt ipſa matrix ſuſcipiens ſecundum aliquam ſui partium; quandoque enim fiunt in ore eius;quandoque in concauitate: quandoque in altero laterum ante, & retro, & deterius eſt, quod per plures eius occuparur partes. Cauſa finalis,eſt: vt materia expellatur,& ſi non extra,ſaltem ad ipſam deriuetur:& deinde extra ducatur prout poſſibile eſt. quare quandoque reſoluitur,quandoq; ſaniatur, & dubelatur;& quandoq; cõuertitur per reſolutionem partis ſubtilis ad duritiem. Et cum adurituri ad cancrum,& quandoq; ad fiſtulam, & quandoque interficit.

Prognoſtic. cum.

Signa, quædam ſunt communia omni ſpeciei, quædam cuilibet propria. Ex communibus quædam ſumuntur a natura membri ſcilicet matricis patientis, quędam ab aliis membris communicantibus ipſi. Ex natura membri,vt eſt dolor, grauedo in vtero, craſſities, & coarctatio; ita vt non fit exitus ventoſitatis, & inflatio pectinis,& almirach. Quæ vero ab aliis per communitatem ſumuntur,ſunt vt dolor ſtomachi,ſubuerſio, nauſea,ſingultus,& defectio operationum eius; dolor capitis, & ceruicis propter cerebri communitatem, proprie in ſincipite,radicibus oculorum,& colli eius extenſio in dorſo,toto corpore,& vſq; ad extrema.mollificatio crurium,& manuum,debilitas pulſus;& ſimilia totum corpus vexãtia. Propria vero animalis cuilibet ſpeciei ſuptnam cum apoſtema fuerit calidum, dolor erit acutus cum pulſatione;horripilatio,& febris inflammata,& ſiccitas,& linguæ nigredo.Cum vero eſt frigidum,ſigna erunt contraria.Et ſiquidem ſit aquoſum,vel vẽtoſum, alia habet propria ſigna, quæ infrà dicentur capitulo de curſu, & mola. Et ſiquidem apoſtema ſit in aliqua ſui parte,dolor indicat partis illius. Nam ſi eſt in parte poſtrema,dolor erit in dorſo, & retinetur ſtercus, propter coarctationem inteſtini recti. Et ſi in parte anteriori,dolor erit in illis, & ſequitur deſtillatio vrinæ, vel difficultas;quoniam veſica, vel collum eius coarctatur ex apoſtemate. Quando apoſtemantur latera matricis, extenduntur, & dolent inguina, & grauantur coxæ, & dolet vertebrum partis apoſtematis lateris. Sed cum apoſtematur concauitas,dolor eſt in vmbilico. Et quando apoſtematur os eius; tunc partes anteriores dolent, & illæ quæ ſunt ſtrictæ, & quando tanguntur cum digitis obſtetricis,inuenitur durum,& clauſum.Cumque minorantur accidentia,& dolor deletur, reſoluetur apoſtema. Cum autem tumor remanet durus,& grauedo;tunc cõuertitur in duritiem ſine dolore,& ſi eſt magnum comprehenditur tactu.Cum vero augeantur ſeb.& dolor,ſignificat conuerſionem in ſaniem: & cum minoratur, dubelatur.Cum vero accidentia fortificantur prædicta; & accidit ſudor frigidus;ablatio vocis:ſyncopis;& inflatio almirach,ſignificant augmentum apoſtematis, & interficit;& cum euadit,prolongatur, & cum rodere incipit, in cancrum conuertitur, & proprie cum apoſtema durum non eſt æqualis figuræ,a quo procedunt,ſicut varices; &c. mali coloris deciiuis ad rubedinem ſuſcitati

De ſignis.

com-

commixtus,& plumbeitatem si subiacet sensui; quòd si non,significat ipsam grauitas,& sessio placida, & dolor, & communicat pecten, renes, dorsum, & inguina. Et cum vlceratur, cutrit humiditas acuta, virulenta declinans ad viriditatem;& quandoque sanguis purus propter corrosionem venæ.

De cura apostematis matricis.

Cura apostematis matricis est tres res; euacuatio, accidentium mitigatio,regiminis rectificatio. Euacuatio duplex est,vniuersalis,& particularis. Vniuersalis totius corporis membri mittentis. quia fit repletum. Completur autem cum præmissione phlebotomiæ de basilica, vt fluens materia per antiparistasim educatur,deinde cũ consecutione phlebotomiæ de vena saphena vsque ad defectionem,sicut iussit Hippo. vt quæ fluxa est expellatur; & prouocatio menstruorum, maxime si præcessit eorum retentio,est conueniens;& fortassis resoluit. Vel quia sit cacochymum. Completur autem cum pharmacia vomitiua appropriatum humorem educente,ac præmissione debiti digestiui,quod est notum. Vel fecessiua, sicut ex lenibus,quæ non inquietent naturam, dissoluãt, & prouocent ad cursum super apostematum locum, quemadmodum supra in cura stomachi diximus. Euacuatio autem particularis consistit in particularibus operationibus exercẽdis circa apostematum locum; quas diuersitas temporum morbi variat,& disponit,atque distinguit. Si ergo apostema sit calidum, in principio eius operabis cum administratione repercutientium materiam;qualia sunt ex simplicibus rosæ,lentes excorticatę, cortices granatorum, balaustiarum, cymæ vitis; arnoglossa,solatrum,endiuia,& virga pastoris, succus portulacæ,& psyllium,quod extinguit inflammationem,semperuiua.rasura cucurbitæ, farina hordei, & similia; sit autem eorum ministratio cum sessione in aquis dulcibus decoctionis ipsarum,& embrochatis, & epithematis,emplastratis,clysterizatis,inunctis,& suppositis. Emplastrum de papauere dissolutum in decoctione cum oleo omphacino, vel ros. aut de pomis in hac hora conueniens est. Cum vero peruenit ad augmentum, admiscebis prædictis;quæ mollificant, & resoluunt; sicut fœnugræcum, althæam, melilotum, chamæmelum,anethum,crocum,maluam,puluerem molendini, & similia. Et in statu augebis quæ resoluunt. In declinatione vero ministrentur,quæ resoluunt tantum, vt est aqua fisymbrij,sampsuchi, laurus, polypodium. & similia: & ladanum suppositum resoluit ipsum,& proprie ea, quæ cõueniunt apostematibus frigidis, sicut ammoniacum, bdellium,styrax,galbanum,& cera:& medullæ omnes: & pinguedines omnes;& olea,quæ resoluunt,& proprie oleum de enula. Quòd si apostema non resoluatur, & perueniat ad aggregationem saniei,ministrabis maturãtia quæ dicta sunt, quibus admiscebis,quæ sunt fortiora caliditatis quam ipsa. Cum ergo prolongabitur maturatio saniei confert in velocitate maturationis eius emplastrum de fœnugræco, farina hordei decocta cum aqua ficuum,mixto cum ea aliquo de fimo columbino,& fermento ad aperiendum ipsum,vel emplastrum de hyssopo,adipe anatis,& anseris,& vaccæ;& medulla cerui, ac butyro, & similibus. & ex eis pessarium factum continuo administretur. Cum autem dubitatum fuerit propinquum ori matricis,possibilis erit sectio secundum debitum modum. Si vero in interiori parte eius fuerit, oportet quod eruptio ex ipsomet fiat; vel ex arte cum nasturtio;vel succo scabiosæ sumpto,& iniecto in his, quæ supra in hepate dicta sunt. Cum vero apertum fuerit, tunc plurimum egredietur pus eius ex vulua, quare oportet vt mundificantia ministrentur,qualia sunt, quæ dicta sunt in præcedenti cap. iniecta. Et vnguenti basilicon minus cum oleo ros.clysterizatum est cõueniens; & cum butyro vaccino recenti,et proprie cum spissa est. & si subtilis fuerit fœdi odoris,clysterizabis cum his, in quibus est stypticitatis plus. Et quandoque egreditur per vesicam: quare oportet, vt administres potum lactis, & psyllium, semen melonis cum syrupo ros.quoniam prohibent vlcerationem vesicæ. Et quandoque erumpit ex intestinis; quare oportet, vt clysterizetur cum aqua hordei,balaustijs decoctis in ea,& oleo ros.& zuccharo ros. deinde curatur perfecta mundificatione cum medicamine incarnatiuo iniecto per clysterem. & dentur in potu trochisci de charabe,& ponatur vnguentum incarnatiuum, cuius virtus profundetur super locum, in quo sit dolor, quod si fistuletur, curetur prout supra dictum est.

1. aphor. 67.

Si vero frigidum fuerit, & phlegmaticum curetur cum resolutiuis, exiccantibus,& stypticis; quæ in cura apostematum aliorum membrorum numerauimus. Si vero in duritiem conuertatur, euacuatione melancholiæ naturalis, & phlegmatis crassi curabitur: deinde cum localibus & mollificantibus, resoluentibus, notis supra in cura splenis,& renum. Et cum in cancrum mutatur, non curatur,vt Hippo. in apho. & proprie si fuerit vlceratum, sed commotum oportet tãtum fieri cum mundificantibus virulentiam, & putredinem corrosiuam,& soluentibus choleram nigram per conuenientia exhibitis intertualla.

Si apostema calidum.

Accidentium vero mitigatio completur cum his,quę dolorem,& ardorem mitigant: ex quibus sunt sessiones in aquis,& iniectiones, nasalia,& embrochæ,& emplastra ex anodynis.quorum quædam sunt calida; quædam frigida, quibus vti oportet secundum necessitatem. Calida sunt, vt fœnugræcum, semen lini, melilotum, chamæmelum,althæa,vitellum oui, malua, & similia. Compositum,vt ceratum factum ex fæce olei dimissi in vase æris cum cera citrina, inunctum exterius. Frigida vero sunt emplastra facta de papauere cum coriandro, solatro,& oleo ros.& albumine oui,& illud, quod resoluitur ex plumbo adinuicem fricato, aqua coriandri; & iterum decoctio lentium clysterizata,& lac asinæ,& succus arnoglossæ,coniunctim,vel sigillatim. Et siquidem ex vlcere fluat sanguis,ministrentur quæ sanguinem fluentem detinent,& simplicia & composita superius nominata. Et similiter si debilitas stomachi mitigetur cũ proprijs. Et cordis compassio perducens ad syncopim, sudorem frigidum, & vocis ablationem cum confortantibus cor,& cerebrum,regatur.

Dieta.

Regimen conueniens est, vt regatur in domo boni, & temperati aeris, redolentis. & quiescat & vigilet. & prohibeatur, vel minoretur cibus in diebus suis primis vsque ad tres dies; & prohibeatur aqua penitus. in die primo vtatur vomitu, & resolutione facili.Confectio suppositorij ad apostema durum matricis, & dolorem frigidum. ℞. thuris,been, lilij, iudaici, galbani, ana vnc.ij ceræ,opopanacis,ammoniaci, ana drac.j.masticis, castorei, styracis liquidæ; olei de bdellio: adipis anatis, olei chamomillæ,ana drach. iij.gummi cum vino, & melle. & eliquentur adipes, & aggregentur omnia;& fiat suppositorium;& administretur. & est Rasis.

Suppositorij ad apostema durũ.

Confectio decoctionis qua sedatur dolor matricis. ℞. sampsuchi, balsamitæ, semina abrotani, caulis, fœnugræ.semen lini,chamæmeli, melilori, ana partes æquales,& sedeatur in eis,& est Rasis. Confectio ad dolorem matricis ex apostemate. ℞. seminis lini contriti cum drach.s.vitelli oui elixati,croci ana dra.ij.opij, sem. hyoscyami,ana drach.j.

Confectio suppositorij sedantis dolorem matricis ℞. ceræ, chamæmeli, adipis anatis, opij; ana æqualiter,& supponatur cum lana, & est filij Serapionis. Confectio suppositorij sedantis dolorem matricis calidum. ℞. rosarum siccarum drach.iiij.seminis lactucæ,& amyli,an. dra.i.terantur,& cribellentur,& confice cum violis,& oleo ros.& lacte mulieris, vel asinino, cum lacte ministretur. Item ait.& oportet,vt caueas,& obserues,quando perueniunt apostemata ad statũ, ministrare aliquid ex eis, quæ excitant & prouocant sanguinem menstruũ. In hora vero declinationis,postquam sedantur apostemata parum,si indiges, vt prouoces, sanguinem menstruorum; tunc oportet vt fiat illud.

Suppositorij sedantis dolorem matricis.

De

De nocumentis in actione menstruali, & primo de cura fluxus menstruorum. Cap. 11.

E

1. aphr. 11. INquit Hippo. menstruis plurimis euenientibus accidunt ægritudines, & non euenientibus a matrice accidunt ægritudines; ex quibus innuit sana esse si fuerint moderata, vt superius de menstruis dictum est, vt ergo ad moderantiam reducantur, si immoderata sint, causas immoderantiæ inuestigare oportet, & earum signa; quæ scilicet sunt occulta; quas inuestigans Galen. ait plurima venire, vel non venire totaliter, vel in parte, cum sint contraria, & ex contrarijs causis fiunt; plurima enim sunt, aut ex apertione superflua oris venarum, aut ex peccato sanguinis in quali, in substantia, & quanto; quia calidus subtilis, vel multus existat, quibus contentiua deficit; & expulsiua iuuatur. quare plurima erunt, & superfluent. Et hoc aut in matrice, aut hepate, vel corpore toto, communitate matricis ad illa, a quibus superfluitates sanguineas per menstrua ex matrice natura instituit expurgari. sicut alibi dixit. Econtrario autem oppilatione matricis, aut frigiditate, aut crassitie, aut paucitate sanguinis detinentur totaliter, vel in parte, quibus confortatur retentiua, & deficit expulsiua; secundum varietatem ipsarum in quanto.

Causa omnium duplex est. interior, & exterior. Interior in aperitione oris venarum matricis, hepatis, & totius corporis, sanguinis inflammatione, & subtiliatione. plurimum est mala complexio calida, & humida dilatans. & quandoque sunt vlcera, corrosiones, rhagadiæ, fissuræ, fractura venarum matricis, & menstrualium; & proprie apertio apostematis, & similia quare contentiuam deficere est necesse vbique. Exterior autē duplex est, aut aliqua rerum necessariarum, aut non necessaria accidentalis. Necessariarum quidem; vt aer calidus, & humidus, motus fortis inflammans, & non resoluens, corporis, vel matricis venas aperiens; inflammans, & subtilians sanguinem in matrice, & corpore toto. cibus multus, & potus, calidus, & humidus generans sanguinem subtilians, & inflammans, vel multiplicans in eo humorem acutum. debilitans naturam corporis in digerendo, conuertendo cibum, & expellendo superfluitates eius via alia consueta; quare materia fuit educēda. inde vigiliæ multæ, somnus diminutus. repletio, & proprie ex calidis humoribus subtilibus, inanitio frigidorum crassorum, atque inanitionis, seu euacuationis sanguinis consuetæ retentio. & sanguinis fluxus ex naribus, hæmorrhoidibus, per vomitum, secessum, vel vrinam. priuatio consueti sudoris, pustularum, vlcerum, scabiei, apostematum, & similium; quorum materiam natura consueuit per prædictas regiones expellere, nunc vero retentam conatur ad matricem expellere, exinde expellendam. ira, solicitudo, & gaudium immoderatum aperiens ora venarum, inflammans, & subtilians sanguinem, ac disponens ad motum de hepate, vel de toto corpore ad matricem, & de matrice ad fluxum immo- H
5. aphr. 13. deratum ad extra. Causa vero non necessaria est balneū calidum, & humidum, vt Hipp. ait. quecunque infrigidata sunt, calefacere oportet, exceptis his, quibus sanguis emanare futurus est. frictio multa inflammans non resoluens. Accidentalis, est artificialis euacuationis consuetæ omissio, & proprie sanguinis, sudoris, vomitus, & fluxus ventris, pustularum, vlcerum, scabiei, vel apostematum, & similium priuatio: quorum materiam natura consueuit per prædictas regiones expellere, nunc vero retentam ad matricem conatur impellere, vt exinde extra ducat. Et in oppilatione venarum, & sanguinis supra dictæ dispositioni contraria tam interior, quam exterior e contrario est sumenda. Interior namq; est mala complexio sicca, vel frigida, vel calida superfluens: simplex, vel commixta, pura; constringens, attenuans ora venarum: vel cum materia coarctans est, vt plurimum. quare confortatur contentiua, & expulsiua debilitatur matrice; hepate, & corpore toto, & sanguinis dispositio obtun-

E ditur, inspissatur, ac minuitur, * licet dispositio aliqua carnosa, licet raro eueniat, vel apostemosa. Exterior ex necessarijs est, aer frigidus, siccus; vel calidus superfluēs: quies multa infrigidās, & inspissans, * scilicet motus paucus, & cibus paucus, & potus frigidus, atque siccus, sanguinem minutum, frigidum, atq; spissum generans: ac crassum, & viscosum humorem in eo multiplicans, vel etiam si fit multus, natura tamen corporis mulieris fortis existit in digerendo, plurimum cōuertendo, & superfluum expellēdo in via occulta, vel sensibili ad modum virorum: vel conuertendo incrassitiem, atque pilos, sicut animalia bruta in eis, & additamentis eorum. quemadmodum est videre in mulieribus viraginibus, quæ neruosæ sunt, & lacertosæ, quòd earum anchæ sunt fortiores pectoribus, & pilosæ, & exercitij multi, vel in crassis valde. quare ex cibo, vel potu nihil, vel parum superfluit expellendum. somnus multus, vigiliæ paucæ. repletio frigidorum, & crassorum humorum, inanitio acutorum, F pigritia mentis, tristitia, timor, gemitus, omnifariam desses, ideſt pigritia. Ex non necessarijs vero, causa erit balneum frigidum, & siccum; naturale, vel artificiale; frictio multa resoluens, & exiccans totum corpus, vel matricem. Accidentales sunt, sicut euacuationes inconsuetæ artificiales, educentes ex corpore materiam, quæ consueuit per menstrua ex matrice excludi, vel superaduentus alicuius euacuationis non solitæ, vel deriuantis materiam ad aliam regionem, & exinde educentis.

Signa, menstruorum fluxus plurimus licet mulieri sit notus, & similiter retentio, & priuatio; medico tamen sufficienti ex se, & absque mulieris relatu, debet esse proprijs signis notus. Sunt autem signa ipsorum ægritudines, quæ ex ipsis accidunt, quas supra de menstruis, & præfocatione diximus. quarum quadam matrici sunt proprię, quædam alijs membris naturalibus, & vitalibus, & animatis per communitatem accidentes, & alia toti corpori, quæ omittantur hic. Idem enim quolibet loco repetere non nisi alienatio est secundum Gal. Sunt G
quoque, & accidentia alia quæ sequuntur, vnde Galen. ait. Si menstrua cessauerint, alia accidentia sequuntur scilicet dolor in femoribus, colle, capite, & carne, & oculorum vasis, & acuta febris; vrina nigra, viridis, & æruginosa, similis loturæ carnis, & carbonum, & nonnullis natura constringitur. Accidunt quoque pluries accidentia ante productionem ipsorum, cum duriter prouocantur. Quod si fluxus vltra modum extiterit, sequetur corruptio coloris, tumor pedum, & totius corporis, indigestio, & desiderium, & omnia accidentia fluxui communicantia apparent.

Signa vero causarum, quæ occulta sunt, hæc sunt. In fluxu enim malæ complexionis calidæ, & humidę simplicis, & commixtæ, puræ, vel impuræ matricis, hic supra habuisti. & hepatis, & totius corporis. supra vbi de hepate dictum fuit. Signa inflationis, subtilitatis, & multitudinis sanguinis in matrice, ex qualitate, & quantitate menstruorum, percipies, & ex signis repletionis venarum, & partium adiacentium, vt ventris, pectinis, renum, & coxarum. Et similiter in hepate, & corpore toto, ex signis repletionis vniuersalis, quæ nota sunt. Signa quoque vlcerum, corrosionis, rhagadiarum, fissurę, fractutarum, venarum matricis apertionis, apostematum, & similium supra sunt dicta. In priuatione quoque signa econtrario colligenda, ex prædictis sunt nota capitulis; ex eo videlicet, de oppilatione matricis propriè illuc ergo redi.

Cura plurimi fluxus, & priuationis menstruorum, ex cura fluxus sanguinis ex naribus, & hæmorrhoidarum generaliter nota est. In ea enim duplex erat intentio, generalis, siue vniuersalis, & particularis. Vniuersalis quidem in quinque consistebat rebus, quarum quatuor primæ fluxui conueniunt huic plurimo, quas ex illis colliges, & ad propositum reduces, cum intuitabit necessitas restringendi. & est cum defectio incipit apparere, vt supra de hæmorrhoidibus fuit dictum. In priuatione vero, & retentione, tres ex eis sunt opportuna, sed tertia

dimitta-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0728-0 DFG

dimittatur, & quarta, & earum contraria procuretur, & A
eſt, vt ſanguis recentus, qui ad matricem conſtituit trãſmitti non deriuetur, ſed ad ipſum, quoquo modo conuenienti trahatur, niſi aliud contradicat, viæ non conſtipentur, ſed dilatentur. Tractionem vero complent ea, quæ ſupra in cura præfocationis ex menſtruorum retentione ſunt dicta. Dilatationem vero diureticæ medicinæ, calidæ, & compoſitæ interius, & exterius, & per omnem modum approximatæ complent, quæ infra dicentur, & ſuperius ibidem aliqua nota ſunt. Particularis porro intentio verſatur circa particulares intentiones in matrice contra diſpoſitiones earum cum localibus exercẽdas. Eſt autem triplex earum diſpoſitio, aut enim fluebant ſuperflue, aut diminuebantur in toto, aut in parte, & ſic incomplete fluebant, & addebant ſupra capitulo de menſtruis: quarta, quia cum prauis accidentibus ibi enumeratis retenta * vniuerſali fluentia erant. Sic equidem in duobus talis conſiſtit ad præſens intentio. in rectificanda diſpoſitione, & accidentium correctione. B
Et quia natura membri licet non variet locaba rem; dia hic, & ibi, ſed diuerſa diſpoſitio tantum, oportet hic alia remedia, quæ matrici in hac ſua diſpoſitione ſunt propria, licet aliqua ſint eis communia, quæ ibidem ſunt dicta, enarrare ſimplicia, deinde compoſita.

In plurimis itaque, &c. ſuperfluentibus menſtruis qualitercumque, ſiue reſpectu complexionis proprij corporis, ætatis, regiminis, & habitudinis, diſpoſitionis, ſiue conſuetudinis ſymptomaticæ, ſiue criticæ non reſpectu temperati, reſpectu cuius huiuſmodi ſuperfluitatem habet. Si cum non diminuta, & pauca, cum defectio incipiens apparuerit aliqua forte præmiſſio phlebotomiæ baſilicæ, aut nigræ, vel purgatio humoris ſanguinei acuentis præſeruat, ea præmiſſa, & deriuationes ſanguinis cum deriuantibus notis, & proprie cum Sitijs magnis appoſitis ſub mammillis abſque igne cum fuctione forti, vel etiam cum ſufficienti flamma, vt iuſſit
3. aphe. 30. Hippoc. & ſupra dorſum, & inter anchas, & ſpatulas. C
Rectificatio quoque regiminis cum his, quæ cum ſtypticitate ſanguinem laudabilẽ gignunt, quia craſſum, & frigidum, & præcedente alteratione corporis hepatis, & humorum cum frigidis ſtypticantibus, necnon coarctatione viarum, & ductuum, quæ inter renes, pectinem, & inguina ſunt, & vltra, per quas ad matricem de ſuperioribus ſanguis fluit cum frigidis ſtypticis, conglutinantibus, notis ſupra de conſolatione medicinarum, cũ ſuperfluens catarcticum docuimus retinere, in canonibus vniuerſalis intentionis contentis, ingeniabimur apertionem venarum matricis, vel ſciſſuram, vel fracturam præcludere, & ſuperfluentem ſanguinem retinere, & ebibitis pulueribus, & iniectionibus, encathiſmis, collyrijs, & emplaſtris, & vnctionibus ex eis, quæ illud habent efficere complexione, vt frigiditate, & ſtypticitate, conglutinatione, cauſticitate, vel a proprietate, quorum quædam ſimplicia, & compoſita ſunt communia hic, & ibi in prædictis cap. enarrata, & in cura fluxus ventris. Quædam huic ſpecialiter ſubuenientia ex ſimplici- D
bus, aut apertione ſciſſuræ, & fracturæ. Quædam communia ſunt ſicut arnogloſſa, cui nulla herbarum eſt par in cura fluxus ſanguinis acuti, cõfert enim bibita, & iniecta, & chronico, & non chronico, & alhaſce ſumpta in potu, & camphora, lac enim coctum cum ferro ignito, & ſcoria ferri bibita, & iniecta cum ſyrupo myrtino, vel aliquo ſtypticorum, vt eſt ſuccus glandium, & corticum granatorum, cauda equina, conſolida, lingua hircina, & cauda pecorina, ſemen, & radix nenupharis, herba coriandri, roſ. & ſemen eius. Et planta cicutæ cum ſuo ſemine ſuppoſita, & emplaſtrata, quæ retinet, & confert doloribus matricis, & althæa, & ſolatrum ſuppoſitum, & emplaſtratum, & eſt expertũ, virga paſtoris, ſumach, viola ſaracenica, corrigiola qualibet die ſumpta in quantitate drach. iij. Et ſcoria ferri ſumpta cum rob, & ſuppoſita, eſt enim vltima, licet prohibeat impræ gnationẽ, gummi arabici, & tragacanthus. Et ſemen lini torrefactum cum aqua calida ferrea, aluminoſa, & proprie bibita, & enchathiſmata, & aqua pluuialis, acetum, epithematum cum panno ſupra pectinem, inguina, & renes, retinent ipſum potenter, nabac, grana pini, charab nabatia comeſta, & ſuppoſita, & miſta, & fructus eius, acetoſitas citri proprietate ſua, cytonia, zarur, & omnes fructus pontici.

Et ſiquidem propter vlcera matricis, apertio venarum talis exiſtat, miniſtrabis ea, quæ mundificando conſolidant vlcera, & ſunt gallæ aduſtæ exiccatæ in aceto, chartæ combuſtæ, oſtraca combuſta, & cornu cerui aduſtum, & aliæ medicinæ ſimiles illis, etiam, ſi ex apertione apoſtematis fuerint. Si vero ex corroſione facta in matrice miniſtrabis medicinas alias; ſicut thus, proprie corticem eius, & aloem, ſan. drac. & corallum, myrrhã, charabæ, & lutum, memithe, amylum, & ceruſſam, &c. merdaſen acorum, colcothar, terram ſigillatam, bolum armenam, & quæ illis ſunt ſimiles. Oportet tamen, vt prędictorum quolibet puluerizato ſicut alchohol diureticum aliquod admiſceatur, cuius virtute ad profundũ matricis cito valeat penetrare. Et ſiquidem ſuperfluat, propter tenuitatem ſanguinis curabitur cum aquoſitatis euacuatione, vt cum procurantibus ſudorem proprie, & alijs, quæ infra in cura curſus matricis dicemus. Ex compoſitis vero proprijs ſunt trochiſci de ſpodio cum camphora, trochiſci cum terra ſigillata; noſtri trochiſci de camphora, trochiſci de charabe. Si proprie ſit ex acuitate ſanguinis, & coriandrum, & alia ſanguinem incraſſantia, & obtundentia. Et ſimiliter trochiſci de ſcoria ferri, electarium eius, & tryphera, philonium perſicum eſt vltimum, & alia opiata; vt eſt confectio arthemiſiæ, theriaca noua, diaolibanum, & ſimilia; oportet autem, vt ſumantur cum aliquo ſtypticorum, vt aqua granorum myrtæ, & aqua roſ. Et ſiquidem fluant, ſine interpolatione continue, adminiſtentur cum reiteratione. Si vero adſunt periodi, in hora periodi ſtudeas ad ſedandum, obſeruetur tamen hora quietis, ne tunc aliquid prouocatiuum ſumatur. Sed quando eſt neceſſarium periodum præuenire: & illud eſt ante tempus periodi, prædicta euacuentur, & mundificantia miniſtrentur. Sint tamen leuia, quæ non agitent, trahant, & prouocent, ſed mundificando retineant, & confortando membra ſuperiora ductibus, & vijs coangunſtationem acquirant, qualia ſunt ex myrobalanis, rhabarbaro, ſumo terræ, ſucco barbæ hircinæ, roſ. vel agari. & cuſcutæ, educunt enim choleram, vel aquoſitatem ex ſanguine cum retentione, & mundificant matricem, & ſimilibus. Deinde matrix mundificetur, & confortetur, vt non recipiat ſuperfluitates egredientes a neceſſitate. Et illud etiam cum temperatis, qualia ſunt ex mundificantibus, fœniculum, ſiſamũ, fœnugræcum, & althæę folia, & radix decocta in aqua, & bibita cum melle, & ſuppoſita. Et ſimiliter ladanum in forma glandis: amygdala ſuppoſita, & lac ficuũ cum vitello oui, & ſuffumigium cum ameos, grana pini, & ſeſſio in decoctione ſua: & ſuppoſitio cum galla ad confortandum matricem, ne recipiat ſuperfluitates, & menſtrua, & ſunt ſumach, naboli, ſpica, rubus, & flos eius proprie, gallæ, & decoctio fructus myrtæ ſecundum omnem modum adminiſtrationis exhibita omnia ſupradicta. Compoſita alia infra dicentur. In priuatione vero, & retentione ipſorum omnimoda, vel in parte; e contrario eſt agendum, præmiſſis enim rebus trahentibus, & mouentibus ſanguinem ad matricem, & alijs prout vniuerſalis intentio indicabit: elaborabimus circa apertionem orificiorum ipſarum venarum menſtrualium ab his, quæ aperiunt ſanguinem, & acuunt, &c. reddendo ſubtilem faciunt poros facile penetrare. Ex quibus ſunt bibita, & puluerizata in aqua mellis ſumpta, & ſuppoſita, & iniecta, ſeu enchatiſmata, ſuffumigata, & emplaſtrata, & inuncta, prout in cura ſuffocationis eſt dictum. Et ſunt ſimplicia, & compoſita. Et ſimplicia in oppilatione, ſiquidem coarctatoria fuerint, ſunt triplicia, quędam leuia, vt abſynthium, mercurialis, flos ſchenanthi, marrubium, arthemiſia; ladanum, amygdalę, & nuces; aloe, & enula, & decoctio

Vlcerum matr. cura.

Corroſio.

Documenta.

eius, radix iuniperi, itis. decoctio phaseolorum rubeorũ, semen anisi, fœniculi, petroselini, & sampsuchi, & casiæ
* finestes. lignea, agni casti, * sebesten, & est coriandrum putei, vel capillus veneris, batheca, acorus, asparagus, andacocha, fœnugræcum, sisamum, granum viride, amygdalæ, radix althææ, & proprie vbi fuerit attenuatoria, quo casu suppositæ inungantur cum adipe gallinæ, anseris, vel anatis, & oleo de lilio, vel amygdalino, & ex illis est carica inuersa, in hydromelle infusa, & suppositæ: cuscutæ, cuspides herbarum caulis, meri, & mel. Quædam sunt mediocria, vt chamædrys, chamæpitys, ballamum sumptum, & suppositum cum costo, styrax, asarum, gentiana, polium vtrumque, cinnamomum, daucus, hypericon, diacapparis, apium, lubne, angul, pulegium, vrtica, ruta, piper, fauina, sagapenum, opopanax, asa, vtrumque castoreum, cordumeni, rubea tinctorum sunt fortia. Et ex illis, quæ supponuntur est opopanacum, & fructus eius, & radix bryoniæ, & cyclaminis, & serpentariæ, & pœoniæ, & costi, succus cucumeris asinini, centaurea, pulpa colocynthidis; elleborus, gummi oliuæ sylueſtris, cordumeni, & cum supponitur euphorbium super costum, fiatim prouocat, & myrrha, & petroleum suffumigarum, & species gummorum; & pulpa colocynthidis sola. Si vero fuerit carnosa, curam non habet. quod si compelleris ad curandum eam, tunc oportet, vt cum lenientibus, & aperientibus in ea procedas; prout supra in oppilatione hepatis est dictum. Si vero apostemosa, curabitur cura apostematis dicta. Ex compositis sunt trochisci myrtę, diacurcuma, sagenea, dialthea, dialacca, diacalamenthum, hiera picra, & similia.

Nota. Accidentium vero correctio, quæ ex retentione proueniunt, iam superius in cura suffocationis sunt nota, plurimorum. Vniuersaliter autem cura vniuscuiusque est vna cum his, quæ sanguinem prouocant, & oppilationem aperiunt secundum omnem administrationis supra dictum modum. Eorum vero, quæ ex superfluentibus immediate accidunt, cura vniuersaliter est cum his, quæ retinent, & confortant. Eorum vero, quæ consequenter, & mediate, cum alijs, quæ in proprijs dicta sunt, & dicentur capitulis. Confectio medicinæ vltimi iuuamenti ad superflua menstrua. ℞. terræ sigillatæ, boli armenæ, aluminis, gallarum, sanguinis draco. ana partes æquales. fiat pulus, de quo recipiatur drac. i. camphoræ, drach. ij. & gallæ sextam drach. i. & totũ dissoluatur in syrupo myrtino, & detur, & est Abuh. Item experta est spongiola quædam alba marina in litoribus maris inuẽta, & minutim exhibita, & scissa, & commixta cum zucch. ros. & est ex inuentione nostra, & viola
Mira. saracenica. Confectio clysteris ad fluxum excoriationum matricis. ℞. colcothar, tragacanthi, acaciæ, corti-
Medi. ad superflua menstrua. cum thuris, antimonij, ana. partes æquales, & fiat ex eis trochiscus aur. i. & boli armenæ, gummi arabi, carabæ. ana drach. i. ponatur in drach. ij. succi styptici, aut aqua aluminis, & clysterizetur in ea matrix. Et si fuerit ibi dolor fortis adde hyosciami, & opij, aut seminum cicutæ, quod sufficit, & est Abuha. Suppositorium bonum, & proprie ad corrosiones, & vlcera. Recipe testas furni, & succum barbæ hircinæ, grana acrestæ, chartam de panno combustam, sandalum album, corticum thuris, terram sigillaram, capita granatorum, vel folium, scoriam ferri, coriandrum siccum, & supponatur ex eis puluerizatis drach. iij. cum his imbibita aqua myrti, & teneat tota nocte. Et de tinis conferentibus ei est enchatisma in decoctione ros. cum stipitibus myrtæ, & corticibus granatorum viridibus, gallis, & gallarum, cypressi, balaustiarum, & barbæ hircinæ; & quidam addunt radicem vlmi, filicum, & fructuum ponticorum. Item de epithematibus eius, est alchanna inuncta super sumen, & partem matricis cum oleo styptico fortis styptitatis. Ex nastalibus, & suppositorijs proprijs est lana, vel coctum intinctum in succo consolidæ, vel gallæ viridis, cui sit superaspersus pulus trochisci de balaustijs, vel de terra sigillata descriptionis nostræ. Et ex vltimis est nastale quod. ℞. coliophoniæ, camphoræ, scoriæ ferri. confice cum succo solatri hortulani, & suppone cum coto. Filius Serapionis. Confectio medicaminis retinentis sanguinem. ℞. Sedenegi. sang. drach. tragacanthi, charabæ, coralli, aluminis iameni, balaustiarum, boli ar. terræ sigillatæ, sem. portu. ana partes æquales terantur, & cribellentur; & dentur ex ea drag. iij. cum aqua sumach, & sem. apij, aut cum aqua antimonij contriti, quod sit infusum die ac nocte in aqua arnoglossæ. Clyster. ℞. succi virgæ pastoris, vnc. ij. decoctionis corticum granatorum, extremitatis myrti, nucis cypressi, gallarum, ros. & balaustiarum an. vnc. ij. misceatur, & injiciatur cum clysteri. Galenus vero ait cum curasset talem fluxum cum medicinis interius, & exterius approximatis eum non contulisset cum succo solo arnoglossæ clysterizaui, & dedi illud per os, & sanata extitit. Et si talibus succis aliquid ex retinentibus sanguinem conglutinatione sua misceamus, opportunum est, & proprie si cum solutione, vel vlcere fuerit. Pessarium. Recip. gallarum immaturarum, aluminis iameni; acatiæ, farinæ, thuris ana partes æquales; tere, & cribella, & confice cum myrta humida, & suppone cum coto. Aliud retinens sang. valde. Rec. cornu cerui combusti, chartæ combustæ, gallarum siccarum, ramich, trochis. de lacca. fandal. al. aluminis iam. ostracorum figuli, & ouorum, litij, gallarum adustarum extinctarum in ace. sang. drac. calcadis, chalcanthum viride, nam quando antiquatur fit calcadis, colcothar, antimonij frixi cum oleo, sumach sedenegi, spongiæ combustæ extinctæ in aceto, ostracorum adustorũ, corticum thuris; omnium ana partes æquales; tere, & confice cum aqua sumach, aut arnoglo. aut virgæ pastoris. Suffumigium retinens sang. menstruum effluentem superfluę. ℞. mastic. colophoniæ; boli, sang. drac. ana, argilla sicca bis ponatur supra prunas, & recipiat fumum per embotum. Syrupus ad idem. ℞. succi plantaginis, phaseolariæ, corrigiolę, pentaphyllon, vio. saracenicæ. ana vnc. vi. his succis depuratis, & colatis addatur lib. v. syrupi ros. & zucchari alb. lib. i. in fine decoctionis irrorentur aqua ros. vel nenupharis lib. i. in qua ductus sit lapis hæmatitis, & in pecia rara bulliant, sang. drac. boli ar. terræ sigil. ana vnc. j. dosis vnc. vna. cum aqua mittæ, & est ex inuentione nostra.

Confectio syrupi prouocantis retenta menstrua. ℞. calamenthi agrestis, & calamenthi pulegij, radi. enulæ campanæ, & ireos, matricariæ, radi. iuniperi, hypericon. ana. M. i. rubeæ tinctorum nigellæ, zedoariæ, & doronigi. rad. dauci, spodij, prassij, schenanthi, ana vnc. iij. omnia coque in lib. vj. aquæ vsque ad medium, & cola, & pone feces in lib. iiij. aquæ, & coque vsque ad medium, & cola. Et aduna vtraque colamenta, & pone mellis lib. ij. & coque, & initio cectionis pone spicæ, casiæ, garyophyllorum, asari, cinnamomi, mastices, croci, ana vnc. v. subtiliter puluerizata in panno lini, & mitte aceti scillitici. vnc. ij. si non prohibeant alia, educit enim menstrua, ex causa frigida, & coarctatoria retenta, & est sanum, & expertum, dosis. vnc. ij. in aurora cum calida.

Pilulæ post prędictam prępparationem educentes humores oppilantes, & aperientes obstructionem venarum menstrualium sunt pilulę de hiera picra, pilulę fœtidæ, & de gummis, & de thapsia, & aliæ superius dictæ. Encathisma prouocans menstrua, aperiendo ora venarum matricis: sanguinem trahens ad inferiora ipsius, subtilians, & aperiens, vt facilius egrediatur. ℞. sabinæ, pulegij, calamenthi, apij, fœniculi, agrimoniæ, filipendiæ, parietariæ, absynthij, rutæ, matricariæ, ana partes æquales. bulliant in aqua dulci, & sedeatur in calida. Item suffumigatio posi prædictum encathisma. ℞. gallię mus asari, gummi hederæ, spicæ, croci, muschi, ambrę, centaurcę, puluerizentur, & ponantur super prunas; & cum embotto suffumigetur pannus tegendo dorsum, prouocant enim hęc menstrua, vt ait Hippo. cum Inquit. Mulierbria educit ex aromatibus calefactio; si non capitis grauedinem facerent. Et ex eis sunt suffumigatio cum altero horum scilicet colocynthide, asa, sagapeno,

Syrupus prouocans retenta menstrua.

Pilulæ.

2. aphor. 28.

gapeno, opopanace, & cordumeni, & etiam commixta. Confectio suppositorij efficacis. ℞. * myrti, calamenthi. amborum ana vnc. iiij. sampsuchi, vnc. viij. rutæ siccæ vnc. x. passularum enucleatarũ vnc. xx. cõficiantur cum felle taurino, & fiant pessaria. Oleum de spica, sambucinum, de lilio, iridis, amygdal. amararum, oleum de narcisso, de iunipero, prouocat suppositũ. Aliud pessarium. ℞. castorei, muschi, ambræ, myrrhæ, croci, ana partes æquales. Confice cum oleo de been, & fiant pessaria.

* myrrhæ.

Aliud pessarium.

Item succus papaueris rufi, succus matricariæ, absynthij, dauci, radicum apij, & petroselini, parietariæ, prouocat. Aloes sumptus, & suppositus prouocat menstrua.

Ex proprijs; & expertis medicaminibus ad accidentia prædicta, ex retentione menstruorum insurgentia. cum accidunt mulieri ante prorupționem ipsorum, est vt per tres dies ante tempus consuetum ipsorum comedat mulier matricem ceruæ, & capræ elixatam quolibet trium dierum mane, & in ieiunio de vtraque comedendo.

De cursũ matricis, seu fluxu aquæ. Cap. 12.

COntingit quibusdam mulieribus, quòd currant ex earum matricibus, non menstrua, de quibus dictum est; sed humiditates aliæ alterius generis. Ex eis enim sunt aquosæ, æruginosæ, rubeæ, vel citrinæ, proprijs coloribus, & substantijs designatæ, sicut ex earum relatione habuimus, & inspeximus in pannis, & vasis collectas. Quarum euentus est ex superioribus corporis, in quibus talis materia generatur, quam natura ex eis immittit periodice ad matricem, tanquam nauis ad sentinam, per quam totum corpus in mulieribus statuit expurgari, illa nullum malum habente. Sicut innuit Galen. cum dixit. Item contingit fluxus sanguinis, vulua nihil infirmitatis habente. Causa, quia natura totum corpus per vuluam, sicut per renes, vel nares mundificat, quod plurimum est phlegmaticum, & tenerum. Porro quod egreditur est æruginosum, rubeum, citrinum, vel aquosum, quæ omnia à menstruis differunt, quia veniunt à remotis, in quibus dispotionem aliquam præter naturam percipiunt, vt grauedinem, & tumorem, malitiam an helitus, & digestionis sub alia specie, quàm adueniat menstruis: sunt enim de collo matricis, sicut de phlebotomia exiens sanguis menstrualis. Sed, quod aquosum est in debilitatis, quietis, teneris, & phlegmaticis, currere est conueniens, vel dicamus à natura permoti. In contrarijs vero æruginosum, rubeum, & citrinum, peccato existente vtrobique digestionis hepatis, & venarum, exfrigiditate ea maiori, quæ menstruis causa est, vel caliditate superflua generantibus tales superfluitates in eis. Cuius signa supra in hepate sunt monstrata; vel cum febre acuta, vlcere, seu apostemate in membris, quorum materias natura per matricem expurgat.

3. de caus. sympt. ca. 4. & 6. de loc. aff. cap. 5.

Signa.

De cura retentionis menstruorum. Cap. 13.

Decumentum.

HÆc non oportet retinere, cum natura repellat illat per conuenientem regionem, & idoneam (nisi symptomatice, & dummodo non regulet illa) sed naturæ prouidentiæ dimittere, si critice, vel quandoque symptomatice, nec valens ea continere dimittit exinde prorumpentia. Sed vt ex matrice periodice educant, studiosius operare, ita quidem, vt competenti quantitate non deficiant, neque fluant, cum in superioribus magnum, quia symptoma, & naturæ defectionem. Quo casu sunt retinenda, vt infra dicetur, sed sufficiant, & earum proportionentur generationi. Verum quia tales humiditates prodeuntes, licet mulieribus talibus in se sint vtiles, etsi immoderatæ sint, tamen sunt ex eisdem in sua dignitate, & indiuiduitate, & quolibet modo turpes, fastidium generantes ipsis, & viris, facientes semen lubricare, vel corrumpentes, & proinde genealogiam, & generationem, quam naturaliter appetunt prohibentes, A expedit quoquo modo prohibere eas, ne generentur, cũ naturaliter in corpore sano generari non debeant idonee regulato, & quod de eis iam generatum est à membris corporis debite expurgari; & ne ad matricem veniant, conuenientibus auxilijs deriuari.

Cura siquidem est tres res. Prima est prohibitio generationis ipsarum. Secunda est eius, quod generatum est, & quotidie generabitur, donec prohibitio fiat, expurgatio, & ne ad matricem fluat, deriuatio. Tertia est accidentium correctio. Primam rem complent rerum non naturalium debita ordinatio ad siccitatem tendens, & medicinarum conueniẽs exhibitio malitiam complexionis hepatis, & venarum alterantium, prout digestioni complendæ hepatis, & ipsarum expedit, quæ supra in hepate sunt monstratæ; hæc enim non sunt solum præseruatiuæ, sed etiam curatiuæ. Secundam rem complent, quæ superfluitates aquosas, & cholericas habent educere per poros sensibiliter, & proprie per sudorem, vt sudorem prouocantia. Inquit enim Auic. Sudor est aquositas sanguinis, cui cholericum est admixtum. Aut per vrinam, vt diuretica, & chemesir, quod est species opopanacis, sed dicit Auer. quod est fortius; & non habet partem in resoluẽndo saniem, & aquositatem, vel insensibiliter, vt exercitium, & sepelitio in arena, fames, sitis, & abstinentia ab humidis, & brodialibus, & alijs in cura hydropisis denotatis, vel fluxu ventris, si quidem æruginosæ fuerint; vel phlebotomia de basilica, vel nigra, si rubeæ fuerint; vel vomitu si cholericæ, de quibus omnibus in cura fluxus ventris plene dictum est. Et si ex materia febris acutæ, apostematis, vel vlceris exeant, curæ illarum proprie ipsarum est cura, quæ in suo quæratur loco. Et siquidem superfluant cum prædictorum reiteratione agendum est, & etiam cum his, in superfluentibus menstruis dicta sunt supra. Inquit Hippoc. Omnia secundum rationem facienti, & non euenientibus ilico secundum rationem, non transire ad aliud oportet; manente eo quod vsum est à principio. Agens enim etsi non in breui propter indispositionem subiecti imprimit, in longo tamen tempore imprimendo procedens perficiet, & manifestam faciet actionem.

De cura.

2. apho. 52.

Tertia res, scilicet correctio accidentium est, vt mitigentur dolores, alleuientur grauedines, & punctiones; vt supra in menstruis est notatum. Ordinatio artificialis balnei exiccatiui aquositatum post naturale, sicut est thermarum; & proprie sudatorium, est multiplex. Vno modo sicut semicupium fiat bene coopertum, vt non expiret vapor, vel fumus, & sit in medio eius tabula perforata in multis locis, & de subtus ponatur aqua maris calida simplex, vel decoctionis exiccantium medicinarum, vt baurach. spumæ maris, nitri, sulphuris. Et herbarum, vt stœchados, foliorum chamæmeli, rorismarini, & foliorum, prout necessitati tibi videbitur expedire. Et desuper situetur corpus, vt fumus ipsum bene attingat. Et cum tepescere incipit, habeantur lapides molares igniti, vel lateres, & proijciantur in aqua, etiam iterum fumum recipiat, quoniam multum exiccat. Alij vero aliter faciunt, caldariam magnam de ære bene coopertam, vt ex ea nullus fumus expiret, construunt supra ignem, in qua prædicta imponunt, & faciunt ea bulliri, & per manicam quandam, seu canale de ea in tinam protensam, in qua bene cooperta stet corpus, & fumum recipiat, donec bene sudatum fuerit. Et ex tunc egrediatur, & quiescens in lecto iterum sudet, & reiteret, quantum fuerit necesse. Hoc enim balneum non solum superfluitates tales deriuando educit, & exiccat; sed etiam dyscrasiam frigidam, & humidam corporis, & membrorum ipsas generantium alterat, & emendat, vt cum bono præmisso regimine, non vlterius generentur digestione confortata, cuius generantur debilitate, & quod est in matrice iam fluxum, & contentum consumit. Et balsamus bibitus, & euaporatus exiccat humiditates eius. Et vt consumantur, & vlterius matrix non recipiat eas; sedeat in aqua aluminis, vel granorum ru-

Balneum.

bi,& myrtæ. Et iterum poterunt ſuffumigari, & ſupponi ex eis, qualia ſunt ſandaracha, ſpongia maris,alumen, ſpica, ſcoria, ſal nitrum, ſpuma maris, baurach,ſulphur, ſtyrax ſicca,ſuligo furni; tela aranęæ,ſcarpa,alchanna,& ſimilia. Et clyſterizentur ſtyptica ex aquis, & ſuccis iam dictis in menſtruis ſupra.

De ſterilitate, & difficultate imprægnationis. Cap. 14.

STerilitas, & imprægnationis difficultas differunt,ſicut ablatio, & diminutio. Conueniunt enim in ſpecie,ſed in quanto differunt;, & ſimiliter in ſpeciebuscauſarum,ſed in quanto ipſarum; cum enim ſunt fortes cauſa ſunt ſterilitatis, ſi vero debiles fuerit, ſunt cauſa difficultatis. Et ſi quidem cauſæ ipſarum contrariæ ſunt cauſis conceptionis ſuperius prædiſtinctis, quæ ſunt ex propinquis, & immediate operantibus, vt vno comprehendatur capitulo ordinate. Dicimus autem, quòd in corpore integro ſuis membris,ætate perfecta,& apparente in ſe ſano:aut ſunt ex cauſis interioribus principaliter, aut ſunt ex cauſis exterius imprimentibus.primo modo, aut ſunt ex parte viri,aut mulieris,aut vtriuſque. Ex parte ſeminis, aut ex ſe, quia ſit ex aliqua mala materia generatum, quæ a proprietate habet, vt ſperma generet infœcundum, vt dixit Egidius, & Archidiacon.vel qualitate diſtinctum, vel infectum aliquo malo humore, vel corruptum longa retentione,& debilitatum,ſiue imperfectum in principalibus,vel læſum aliorum communitate membrorum, vel totius corporis, quia febriens, aut tempore diminutum, vel ſua proprietate,ſicut diſpoſitio arboris non fructificantis, vt dixit Almanſor. aut alijs accidentibus cauſis,vel qualitercumque ineptum fuerit, vt ſupra de ſpermate dictum eſt. Ex parte vero inſtrumenti, ſeu virgæ, quia fuerit nimis longa, vel breuis, recipienti non proportionata, vel debilis mollificata, vel in erectione deficiens, vel modo quolibet læſa in cauſa nocumenti erectionis, & in ſpermate ſuperius prædiſtincto. Ex parte mulieris, cauſa eſt multiplex,aut enim in eius ſpermate, aut in loco à natura generationi eius deputato, vt in matrice. Cauſa vero in ſpermate eius ſimilis eſt cauſæ eius in ſpermate viri iam dictæ. Cauſa vero in matrice ; aut erit in orificio eius, & collo, quia ſit totum, vel oppilatum, vt ſupra in proprio capitulo eſt dictum. Quare ſemen trahere non valebit, nec concipiet ſicut Hippoc.in aphoriſ. dixit, cum inquit. Quæcumque vero præter naturam craſſæ non concipiunt, his pinguedo os matricum obturat, aut in matricis concauo, & tunc, aut quia ſit a dyſcraſia debilitata : quare ſemen non attrahit, ſi frigida fuerit ; aut non retinet, ſi fuerit humectata, vel madefacta, lubrica, & egreditur ſemen; aut quia ſit fæda, & immunda ipſum corrumpens, aut congelans ipſum. ſi frigida fuerit, quod eſt plurimum : vel nimis calida ipſum adurens, & conſumens; aut ſicca,vt terra arida, & arena : & eſt, quæ non ſolum ſemen exiccat; ſed etiam alimentum ſanguinis immiſſum in toro corpore conſumit, vel quia ſit in vijs eius, vel ipſorum vaſorum ſpermatis denſata, & oppilata; quare ſperma in eius concauum non diffunditur; nec ſanguis ad alimentum immittitur;vel ſi immittitur, non eſt bonus.quare non trahitur ad matricem, nec nutrit. Inquit Galen. cibus nutritiuus omnis qualitatis exceſſu, vel fortitudine debet carere, quam ſi habeat ipſum alteret natura, vt ſupra in ſuo capitulo dictum eſt. Vnde Hippoc. dixit in aphoriſ. Quæcumque frigidas, & denſas habent matrices non concipiunt. & ſimiliter, & in maribus ſubiungendo. Aut quia ſit aliqua prædictarum ægritudinum generata, vel accidente quolibet læſa in ſe; vel communitate ad membrum aliquod propinquum,vel remotum; vel totum corpus, quia fuerit febriens.

Ex parte vero vtriuſque multipliciter, aut quia non fuerint cũ amore, & deſiderio debite copulati, aut quia coeuntes non conuenerunt in emiſſione ſpermatis, vt debita ſemina recipiant mixtionem, vel ſi conuenerunt, ventoſitas ſeparauit ea, vt non permiſcerentur adinuicem,aut quia permixta non fuerint contemperata,& diſtemperata, nec inter ſe inuicem, vel cum matrice contemperantiã receperunt, quod declaratur, quia facto diuortio, & copulatione cum alijs generabit vterque per contrariam cauſam.

Cauſæ vero exterius imprimentes, quædam ſunt ex neceſſarijs, quædam ex non neceſſarijs. Ex neceſſarijs ſunt quędam,vt aer,& hoc aut ſua virtute manifeſta,quia fuerit peſtilens, & reſoluat, vt congelet ſemina, vel corrumpat virtute occulta, vt quia à conſtellatione influente in corpora alicuius regionis ſterilitas eius accidit,quod eſt manifeſtum. Videmus enim aliquas regiones bene producentes male conſeruantes, & aliquas ſolum conſeruantes bene, & aliquas in vtroque, nulla cauſa manifeſta, in terra, vel aere, vel regimine, & exercitium laborioſum ſubitum, & cum ſaltu plurimo ad poſteriora, quoniam facſet deſcendere ſperma, & cum ſternutatione maxime, & proprie immediate poſt coitum. Quies multiplicans ſuperfluitates inficiens, & corrumpens ſemina. Cibus, & potus ſuperfluus malus, & inordinatus, multiplicans mucilagines facientes lubricare ſemen, & præſtantes alia nocumenta. Similer ſuperfluus ſomnus, & vigiliæ, ſunt enim motui ſimiles, & quieti, vt dixit Abuha. Superflua inanitio, ſcilicet ſanguinis, & aliorum ſuperfluorum humorum, naturalis, vel accidentalis occulta ; vel manifeſta, vomitu, vel fluxu perducens ad diminutionem materiæ ſeminis, vel ſanguinis menſtrui. Et ſuperflua repletio ſuffocatiua ſeminum; & animæ accidentia,vt gaudium ſubitum immoderatum : timor eueniens, ſubitus dolor, & triſtitia. & ex non neceſſarijs ſunt, vt balneum frigidum, vel calidum reſolutiuum omni tempore : ſumptio rei prohibentis conceptionem;vt bibitio multa camphoræ,& emplaſtratio teſtium cum hyoſciamo nigro, & ſimilia,quæ infra in difficili partu dicemus.

De ſignis ſterilitatis.

Signa, ſterilis cognoſcitur mulier per effectum, omni ſcilicet præmiſſa cura, & ingenio numquam tamen imprægnatur cum proprio, vel alio, vel ſi viro generanti cum alia copuletur. Et ſigna, & proprietas viraginis ſunt in ipſa. Et ſimiliter vir ſterilis cognoſcitur per effectum. Et ſigna: quia ſpanus ideſt ſine pilis in barba. Difficultas vero imprægnationis cognoſcitur, quia tarde, & raro imprægnatur ; & non niſi cum aliquibus curis præmiſſis, & ingenijs, quæ infra dicemus ſecundum Ariſtot. in de generatione animalium. Quædam habent à diſpoſitione naturali mulieris, vt prima ætate non concipiant,ſed ſecunda, & tertia, ſic quædam in prima, nec ſecunda, ſed tertia ſic. Vidimus enim quandam dominam medici filiam, quæ nunquam concipere potuit niſi ad quinquageſimum annum, & primo rempore fuit paſſa molam, deinde anno ſequenti fuit imprægnata vere. Quædam prima ſic, & ſecunda, & tertia non; aquiritur enim quædam diſpoſitio, vel indiſpoſitio ipſius ad imprægnationem mutatione ætatis, cum proportionatur ſuo campari, vel diſproportionatur vere. Et ſigna cauſarum ſunt, quæ indicant, an cauſa ſit ex parte viri, aut mulieris; ſicut ea quæ Hippoc.in ſuis apho.cum dixit. Mulier ſi non conceperit in vtero, velis autem ſcire ſi concipiet, tege eam veſtimentis,& ſuffumiga eam deorſum aromatibus. Et ſiquidem odor per corpus ad nares, & os peruenerit, cognoſce quoniam ipſa non ex ſe non concipit ; eſt autem culpa viri. Alij autem dixerunt. Supponatur allium, conſideret ſi peruenit odor ad os, aut nares, aut non. Si enim non peruenerit,oppilatio in poris,& ductibus matricis oſtenditur, quæ prohibet imprægnationem ; vel mala complexio eius conſumens vapores calida, & ſicca; vel congelans, & inſpiſſans, vt non penetrent, ſi frigida, & humida fuerit, ſed hoc ſignum eſt ſuper particularem cauſam ſterilitatis, non ſuper omnem, cum aliæ cauſæ eius ſint multæ, præter oppilationem, & malitiam qualitatis ipſius. Alij vero alia dixerunt, quæ in aliquo

5. aphor. 40.
4. aphor. com. 15. & 2. de alimen. facul. cap 18.
5. aphor. 62.
5. aphor. 18.

aliquo non verificatur, nisi signa inuestigentur propria. Signa defectus in materia seminis sunt, cibi mali, & potus, vel pauci præassumptio; vel ipsius assiduatio, & digestionis malitia. Signa vero malitiæ qualitatis, & vasorum sunt, quoniam si calidum sit, cito emittitur, & sentit mulier apud emissionem eius acuitatem, & ardorem, & cum recipitur extra, apparet color decliuis ad rubedinem, vel citrinitatem, & odoris acuti, & substantiæ tenuis, vel spissæ, si adustio non peruenit in genitalibus, signa caliditatis percipies, & similiter vrinæ tincturam. si vero frigida contraria apparebunt; si vero sicca paucum erit crassum, & corpus erit similiter siccum, si vero humidum, contraria apparebunt. Signa imperfectionis ipsius sunt, quia sit aquosum, & indigestum: & est cũ passione testium, vel alicuius membrorum principalium. Signa vero ineptitudinis ipsius ex parte totius corporis, vel aliarum causarum sensui nota sunt, & manifesta, in viro communiter, & muliere sperma quidem perfectum, tenum, & generatiuum, est album, splendidum, viscosum, & vnitur sicut grando, & odoris paleæ, vel floris sambuci, & positum in aqua descendit, sicut in de generatione animalium dixit Aristo.

Signa vero causarum procedentium ex matrice, vt quia in orificio sit oppilata, vel collo, aut tortuosa in ipso, ex capitulo oppilationis ipsius sunt manifesta, si sit in via vasorum spermatis; vel sanguinis ad alimentum immixtio. Et si quidem defectus sanguinei alimenti communitate totius corporis fuerit, ariditas, & subtilitas corporis demonstrabit. si vero ipsius malitia qualitatis ipsius, & substantia præcollectæ. Sed signa malæ qualitatis concauꝰ ipsius matricis habentur ex tactu, quem percipit apud coitum virga viri, vt, si quidem calida fuerint, perueniunt ad caput eius sensus tactus caliditatis: si frigida sensus frigiditatis, si humida humiditas abundãs, deturpans, ac coitum indelectabilem operans, & cursum matricis. Si siccus e contra habentur etiã ex dispositione genitalium apparentium membrorum, & alijs exeuntibus in vrina, & totius communitate. Si vero sit aliqua prædictarum ægritudinum grauata, præsentia illius ostendit, & similiter si alicuius membri communitate, vel totius corporis. Si etiam plenitudo ex mucilaginibus cotylodonum, ex regimine, & corporis intemperamento percipies, & grauedinis sensu circa renes, & inguina. Signa causarum ex parte vtriusque existentiũ, experimento sunt manifesta, & proprie mulieris relatione. Et signa intemperantiæ ipsorum inter se, & ipsorum causa matricis, sunt defectus aliarum causarum, & quia facto diuortio, & complexione, cum alio generabit vterque, vel alter. Causæ vero aliæ exterius imprimentes sunt sensui manifestæ.

Cura. in cura sterilitatis duplex, est intentio. generalis scilicet, & specialis. Generalis est adæquatio maris ad mulierem. sic quidem quòd omnibus, quæ ad generationem pertinent maximè, & mediate ex propinquo, quæ sunt dicta, inter eos fiat proportio, & temperies. ex contemperantia enim eorum inter se generatio prouenit, vt habuisti. Verum talis apud medicum difficilis est, & quasi impossibilis, & penitus ignota, vel difficilis, & laboriosa cognitio æquabilium, maximè si inæqualitas naturaliter adsit. Et proinde si agamus aliquid ad ipsum procurandum inter eos, attentius perquiramus, siue sterilitas sit ex naturali dispositione siue accidentali. Et si ex dispositione naturali, aut erit perpetua, aut tẽporalis secundum variam dispositionẽ ætatis, vt dixit philosophus. si primo modo dimittenda est, vel alteri socianda, & sic e conuerso, natura ei contra operante vana sunt omnia, dixit Hippoc. si vero secundo modo similiter dimittenda, vel cum leuibus disponentibus, & confortantibus, & curis secundum sapientiam procedendum, quæ si non conferant, quia non bene approprientur propter difficultatem cognitionis, non nocent propter generandi malitiam, & naturalem dispositionem permutent. ex hoc enim, quæ aliqua ætate disposita erat, fiet indisposita semper. Si vero accidentalis fuerit, agendum est caute similiter, ne cum fortibus, & periculosis, ac irrationabilibus fiat, vt stolidi agunt, & imperiti, cum quibus non æquant, sed diuersificant. non contemperant, sed distemperant magis, & in prauas dispositiones adueniunt, & sic generationem non procurant, sed interemptionem magis.

Vt ergo caute, & tute agamus, specialem in adæquando eos sic prosequamur intentionem. Consistit autem in tribus rebus, in causæ sterilitatis abscissione, in seminum vtriusque confortatione, & in apti modi coeundi ad generationem oppertuni inuentione. Specialis intentio est, quam ex dimissione generalis accipientes in actum deducimus, cum specialibus, & proprijs medicinis, & est, vt si quidem sterilitatis causa in semini viri adfuerit, vt abscindatur varijs auxilijs secundum varietatem causarum, vt quia si fuerit ex mala materia procreatum abscindamus iuuando digestionem, ministrando cibaria, & potus, & similiter calida, & humida, quæ bonum faciunt sanguinem, & sperma superexcrescere, vt est supra de spermate dictum. Si vero quia fuerit imperfectum in testibus, & alijs principalibus superioribus, studebimus ipsa principalia corrigere, & confortare, cum alterantibus eorum dyscrasiam aromaticis, eorum spiritus confortantibus, & multiplicantibus, vt supra in cura nocumenti erectionis est dictum, necnon, & ipsum tempore competenti mandabimus retineri, & raro coire, vel alias eorum passiones auferre. cum his, quæ supra in proprijs capitulis ipsarum sunt serioſe descripta. Similiter si aliqua praua affectum fuerit qualitate, alteratione prædictorum amborum studebimus illam cum diureticis notis calidis, vel frigidis alterare. Si quoque est aliquo malo humore infectum, cum mundificantibus sanguinem, & purgantibus abscindemus. Similiter si corruptum fuerit ex longa retentione, mandabimus coire frequentius; necnon si ex communitate alicuius membrorum vicinorum testibus, & vasis contigerit, vel corporis totius, procuratione, & rectificatione illorum corrigetur, & in rectificatione regiminis, necnon accidentium exteriorum, & causarum amotione, si ex illis contingit. Sed si ex parte instrumenti causa sterilitatis contingat, quia virga fuerit longa, vel breuis, curam non habet, & proprie nimis longa; breuis enim vt dictum est supra, occurit vsque ad vuluæ orificium matrix; & cum desiderio naturali trahit sperma, sicut trahit ipsum per * rectum ibidem in non violatis, vt supra dictum fuit, in oppilatione matricis, & quandoque trahitur cum assuefactione proiectionis ventosarum in inguinibus, & alijs, nisi breuis sit adeo, quod delectationem aliquam non inducat, quæ tamen in augmastica ætate correctionem habet. Si vero quia mollificata sit, cura paralysis corrigetur, quam supra diximus in cura neruorum. Porro si causa fuerit in matrice, quia eius collum fuerit tortuosum, vel eius orificium est strictum administrentur continue radij de stanno, qui in crassentur paulatim, & inungantur adipibus lenitiuis, & oleis, & intret balneum humectatiuum, & confert in hoc casu comestio caulium, cymini, anisi, apij, & similium. Et si fuerit carnosa, non curatur. Et si causa oppilationis fuerit humor, euacuatione cum hieris, clysteribus, & collyrijs, & particularibus, & proprijs educetur. Sed si quidem fuerit ex multitudine adipis, curabitur exercitio resolutiuo, & cum extenuatiua, & exiccatiua dicta. balneum quoque exiccatiuum est conueniens, & post ipsum antidota calida exiccatiua, vt theriaca, & theodoricon, clysteres, & suppositoria exiccatiua, & vnctiones ex melle albo, & oleo de spica, & lilio. Et si fuerit mala complexio in eius concauo frigida, vel calida, sicca, vel humida; vel qualitercumque commixta; cura malitiæ complexionis ipsius dicta in capitulo proprio. Et illud cum dictis balneis encathismatibus, clysteribus, suffumigationibus, & suppositorijs, declinantibus ad qualitatem, quam dyscrasia exigit. Quod si causa eius fuerit humor coadunatus in eo præcedente diæta, purgabitur cum purgatione cor-

* serium.

poris præcedente, cum clysteribus, & suppositorijs, quę infra dicentur. Etiam si ventositas in eo collecta fuerit, prohibēs à debita spermatum mixtione, curabitur cum educentibus materiam eius,& extenuantibus ventositatem, vel educentibus eam ex proprio loco, & regimine extenuatiuo. Et ex illis sunt ea, quæ infra dicentur in mola,& ventositate. Et ex proprijs,vt ariſtoto. Et si oppilatio fuerit in vijs vaforum spermatis, vel alimenti,curabitur, prout supra in cura oppillationis est dictum. Quod si causa fuerit ex parte malitiæ alimenti quia sanguis malus rectificatione curabitur,& diæta.

Et si defectus fuerit ex parte corporis mulieris, quia præter naturam tenuis fuerit; regimine humectatiuo prædicto emendabitur, & impinguatiuo; quod suo loco (Christo propitiante) dicetur. Necnon, & si aliqua ægritudinum, vel accidente aliquo fuerit grauata; cura illius propria medicabitur,quæ ex dictis, vel dicendis est colligenda. Si autem ex malitia regiminis cotyledones pleni mucilagine fuerint, & grauati; & rectificatione regiminis ad calidum, & siccum permutatione curabitur; aut eductione ipsorum cum collyrijs, & similibus.

Sem. exsfor tatiu. Conforatio vero feminum, quæ est secunda specialis, completur cum his quæcumque digestiones habent perfectas, & sanguinem gignunt æqualem, quæ superius in cura stomachi habuisti: & membra generationis principalia, maxima in sua solita, & debita æqualitate conseruant, quæ in proprijs sunt dicta capitulis. Sic ergo cauam abstindes, & cum talibus, & spermata confortantibus, quod in vno quoque acquiratur temperies, & ex mixtione temperatorum, maior temperies fiet. Vel si non possibile fuerit, propter indispositionem naturarum, sexuum, vel ætatum,temperies fieri in eorum quolibet: sit diuersitas in eis, & inæqualitas reseruetur, quod ex emissione vtriusque adinuicem resultat æqualitas, quæ generationis est causa. Et quia vt plurimum dispositio frigida in viris, & in mulieribus humida, vel vtraque, sterilitatis est causa, & plurimum recipiens curam abscindentia ipsa proinde calida erunt, & sicca, quæ dicentur infra simplicia, & composita. Confortantia quoque semen talia erunt, quæ sua caliditate frigiditatem alterent, & sua virtute etiam humiditatem expurgent, & siccent, & quæ sua proprietate confortando instrumenta generationis, & spermatis, conceptum, & imprægnationem procurent. Et ex compositis, quæ sine nocumento expurgant, sunt hieræ exhibitæ, clysterizatæ, & suppositæ. Et ex confortantibus sunt antidota, & confectiones magnæ, & mithridatum, diamuschum, theriaca non omnis, vt Serapio inquit, quia diatessaron, vt Abuha.inquit de abortus regimine, sed Gal. vel Andromachi, quæ communiter habentur in vsu; quæ non solum imprægnationem procurant, sed etiam fœtum in matrice conseruant, vt ponit Abuh.de medicinis appropriatis loquendo. Et ex illis est theodoricum,& medicamen alchechengi,vt supra in cura nocumenti erectionis est dictum.

Et ex appropriatis simplicibus sunt, vt mulieri detur vrina elephantis; nam est mirabilis apud propinquitatem coitus, & hora eius; & rasura eboris bibita est præsentis iuuamenti, cum osse de corde cerui; & semen seseleos expertum est, & datur pecudibus fœminis de eo, vt multiplicetur earum generatio; & oleum de balsamo bibitum, euaporatum, & suppositum; vel de been in pessario suppositum; & oleum de lilio; & pessarium de napta nigra, costo; & adeps anseris in lana, & cum singulis aromaticis, scilicet muscho, spica,cypero,anetho,origano, ameos, hyssopo, bdellio, & testiculis vulpis, & darsesebram est mirabilis, & nux cypressi, & bacæ lauri, gallia, amomum, cordumeni. Et ex omni calefactiuo, & styptico proprie, & suppositio coagulorum, & propria coaguli leporis cum oleo viol. post mundificationem adiuuat ad imprægnandum, aut suppositio stercoris, & proprie gazelli masculi: & proprie si ponatur cum eo aliquid testiculi vulpis, & suppositio simi eius, vel fellis adhib, vel leporis; vel leonis in pondere scrup. 1. Et ex compositis sunt, quæ infra dicentur.

Sequitur specificatio, & ad actum deductio tertiæ rei, quæ est inuentio modi coeundi ad concipiendum apti. Fiet autem, & complebitur taliter, vt eligatur aptior hora; & est post mundificationem menstruorum, & tamdiu stent separati, quod generatio seminum facta sit bona,& perfecta, vt præfertur; nec tamen tantum, quod corrumpatur à frigido propter longam retentionem. in quo casu oportet coire, & iterum abstinere moderate. Cum ergo æstimatum est, quòd ipsa generatio facta sit, vt oportet, foueant se ambo cum vsu confortantium prædictorum; & mulier apud introitum loci, post fomentationem loci cum aqua calida decoctionis matricariæ, foliorum citri, chamæmeli, & ros. fumigetur per traiectorium, cum aromaticis non valde calidis, & est gallia proprie, & confectio ueræ. Et vir ablutis pedibus cum calida prædicta aromatica; & inuncta virga cum his; quæ delectationem habent inducere supradictis deueniant ad verba venerea, & cogitando in actu venereo cum desiderio mutuo intret lectum, & cum oculis, & amplexibus adhæreant inter se, tangendo mutuo vbera, & pectinem, peritoneum, atque virgam. Cum ergo desiderium commune coeundi vtrique procedit valde, permisceant se permixtione non vera, & completa deinde se retrahant, & tangant quod est inter anum desuper, & vuluam. Est enim ille locus delectationis prouocans ipsam, & alliciens in oculis placidis non cesset requirere eam. Cum ergo aduenit hora desiderij, & vehementia adhærentis vtriusque, & incipiunt oculi mutari in rubedinem.anhelitus eleuari, in verbis balbutire, & tangendo vuluam inuenies os asperum ex concursu matricis ad ipsam desiderando sperma; tunc immittat virgam eleuatis coxis compleat immittendo sperma oppositum ori matricis, quia aliter perderet. Studeat autem quod in emissione spermatis ambo simul eueniant in hora. Sit autem immissio eius, non cum multa dilatatione oris ipsius,ne aer ingrediatur,quia corrumperet ipsum. Et proinde fugantur ambo instrumenta ante; vt stringantur,& adhæreant melius inter se. Et in emissione, inter se adhæreāt fortiter, ne simul cum sperma ingrediatur aer. Et si apud emissionem ipsius sentiat vir matricem concurrere ad caput virgæ, & ipsam stringendo fugere, est maximum signum conceptionis secundum Gal. Quare tunc oportet, vt non extrahat eam, sed eam intus dimittat,donec cessat anhelitus inspissatio:deinde le paulatim retrahat ab ea, & mulier stringendo crura leniter in vuluam dimittit;deinde dormiat cruribus strictis,& odoramentis positis naribus,quamdiu est possibile, quod natura consueuit appetere,vt iaceat,& cum expergefacta fuerit,si adhuc appetat,super cocat,& quiescat. Deinde surgat suauiter,abstineatq; ab omnibus, quæ procurant abortum,quæ infra dicemus.

Coeundi modus.

g. de natu. fac.cap. 4.

Ex compositis vero medicinis, & expertis, est confectio syrupi præparatiui materiæ frigidæ impedientis conceptum ad purgationem. Recipe matricariæ, pulegij, calamenthi, radicum enulæ, acori, althææ, fœni. & dandani, ana vnc.ij.cuscutæ, vnc.s.meliſſæ, prassij, ameos, ana vnc.s.corticum citri, vnc.i.passularum enucleatarum, liqui.ana vnc.i.cicerum partem, i.zucch.lib. i.aceti scillitici.vnc.i.mellis ros.vnc.iiij.in pecia tara belliant galliæ drach.i.spicæ drac.s. Dosis mane vnc.ij.cum aqua garyophyllorum. Deinde purgetur vterq; si indigeat cum hiera,& agarico; vel cum pilulis fœtidis,& benedicta, & terebinthina. si materia fuerit crassa valde, post purgationem balneetur in aqua decoctionis foliorum lauri, mentastri, saluiæ, origani, pulegij, & præmisso sufficienti exercitio, exercitetur,& præmissa mundificatione corporis vniuersi, matricis fiat expurgatio, siue mundificatio, calefactio, exiccatio, atque confortatio, & mundificetur si expediat, sed fiat primo clyster, deinde suppositorium.

Syrupus valens ad conceptionem.

Clyster pro matrice.

Clyster sit tale. ℞.pulpæ colocynthidis.drach.ij.bulliant

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0734-2

fiant in aqua masti.& in eius quantitate. dra.iij.dissoluãtur hierę Gal.drac.ij.vel colocynthidis,& injciatur pessarium. ℞.macis, bdellij,galliæ muscha.ana drach.ij.pulpæ colocynthidis,drach.i.pule.hieræ,drach i.confice cũ ladano; & fiat pessarium longum, ita quòd perueniat ad matricis concauum,& aliqui addunt euphorbium. Calefactio, exiccatio fiet cum vnctionibus, pessarijs, atque suffumigijs,& confectionibus.

Fœtum. efficax. Vnctio talis sit, & est efficax, & experta. ℞. radicis enulæ campanæ,& mundæ, & tritæ,lib.i.radicibus branchæ vrsinæ, lib.v.similiter rasæ, & tritæ;quæ bulliant in lib.vij. vini odoriferi albi sufficienter, cum lardi veteris contriti, lib.iij matricariæ vnc.i.deinde coletur, & colatura ponatur in olla noua: & fac bullire, & mitte thuris albi,mastices,ana vnc.v.ceræ nouæ.vn.vi. Et ex quo prædicta sunt liquefacta depone de igne, & immitte puluerem harum specierum. ℞.cinnamomi, galliæ, garyoph. fusticelli, nucis musc.macis, galangæ, spicæ, zingib.ana drach.iij.croci drach.i. & aggrega bene cum spatula; deinde fac coagulare,& tũc videbis quod supernatabit vnctuosum coagulum; & residebunt species, & in medio erit vinum. Vtatur ergo eis sic,& inter balneum,& balneet totum corpus suum, cũ aqua decoctionis foliorum lauri,& inungat totum corpus de parte illius vini,& ventrem ex speciebus,& induat se, & recedat. Sequentibus autẽ diebus donec durabit,intret balneum similiter, nec lauet se, sed superungat crura, & brachia, & coxas, & nates ex vino: dorsum vero,& pectus ex vnctuoso: totũ vero epigastrion ex speciebus, nec coeat cum ea vir omnibus diebus, sed qualibet die cum egreditur de balneo. Ad calfaciendum vero, & confortandum sumat de tryphera hac cum vino drach.ij. ℞.garyoph.vnc.i.seseleos, drach.v.rasuræ ebotis,zingib.nasturtij,asari,ana drac.iij. anisi,ameos,baucię,carui,ana drach.iiij.mellis emblicorum, succi humani generis, & matricariæ, ambræ, ana drach.i muschi drach.v. Ex his fiat tryphera, vel vtatur confectione diambræ. Calefactio,exiccatio,& confortatio etiam fiat cum suffumigatione tali.Recip.ligni aloes, castorei, casiæ lignæ.styra.calami aro.galliæ, ana drach.ij.muschi,ambræ,ana drachm.v.confice cum succo cymarum lauri, & suffumigetur cum eo. Deinde vero abluat se bene, & coeat vir cum ea modo prædicto; sed vtatur quolibet die interim electario tali. Recipe secacul albi, mundi, & exiccati,in aqua satyrionum, quorum aqua sit lib.i. testiculorum vulpis drach. viij. radicum raphani, drach.iij.bauciæ vnc ij. pinearum purgatarum vnc.i.tusticorum vnc.iiij.granorum sisami, drac. iij. zingib.been albi,& rubei, ana drachm ij. nasturcij, cinnamomi, piperis,scheille longi,ana drach.v.zuccha. lib.v.olei sesamini, drachm.ij. oleum balsami bibitum, & euaporatum, & gallia facit descendere præfocatam, mellinatam,& confert frigori, & mundificat,& exiccat humiditatem matricis, iuuat ad imprægnandum secundum Abuhali.

Suffumig. *Electarium ad idem.* *Pessarium.* Pessarium Abuha. educens humiditates matricis, calefaciens,& exiccans. Recipe allium ficcũ,& humidum, & fundatur,quantum ipsa sunt, de oleo ros.decoquatur, donec in eo dissoluatur, & recedat aquositas ab eis, & supponatur cum lana,& est mirabile. Suffumigatio secundum eum ad idem fiat ex trochiscis myrrhæ, styracis, baccarum lauri; & omni die suffumigetur. Aliud Serapionis. Sumatur medicina vomitus, & æstimo ꝙ fit nux vomica; & inuoluatur in lana, & comburatur, & supponatur. Ipsa enim abscinditur humiditatem matricis existentem in tota matrice,& mundificatur valde. Item clyster ad mulierem,quæ humectatur ab concubitum,& non imprægnatur, mundificat matricem,& confortat confortatione bona. Recipe corticum thuris, cyperi contriti, ana drach.xxx.myrrhæ bonæ, drach.x.decoquãtur in lib.iij.aquæ vsque ad vnam,& colentur,& clysterizentur ex ea omni die lib.vnius tertia diebus tribus continuis. Si vero sterilitas, ex alia causa, quàm ex humiditate,& frigiditate fuerit,curetur cum contrarijs, quæ ex dictis sunt eligenda.

De mola matricis. Cap. 15.

Mola quid. MOla a molõ Persice, vel Græce dicta est, quod est multæ carnis parturitio; Latine vero imprægnatio est mendosa, in qua accidunt, licet raro, mulieris dispositiones similes dispositionib. veræ imprægnationis, quas Hipp.in suis retulit aphor.*in* retentione menstruorum,scilicet ex alteratione corporis, & casu appetitus ex conclusione oris matricis; deinde inflatione mammillarum ambarum: & tumore ventris, qui augetur quotidie vsque ad quantitatem embryonis,velut hydrops; in quo sentit motum similẽ motui embryonis, & mouetur per compressionẽ ad dextram, & sinistram; & remanet vsq; ad tempus naturalis partus,& tunc accidit dolor partus, & angustia, & non parit: immo extenditur vltra vsque ad annos quatuor, vel quinque, & quandoque vsq; ad finem vitæ.nec recipit curationem, & quandoq; emittit, ac si pareret aliquid quod est diuersarum substãtiarum: quandoque est sicut frustum carnis, cui est forma multarum specierum inanimati corporis, & quandoque est ventositas tantum, & quandoque sunt superfluitates aggregatæ aquosæ, & mixtæ cum sanguine plurimo, & detumescit venter. *5. apho. 61. & 52.*

Causa. Et causa in generatione harũ substantiarũ est duplex, vna existens in materia,alia vero in efficiente. *in* materia quidẽ est multitudo materiei sanguineæ effusæ,& tractæ a multa caliditate, & siccitate matricis post coitũ,in qua matrix comprehendit sperma mulieris tantum. In efficiente vero est duplex vna per modum priuationis,& est defectus virtutis virilis spermatis;quare non generat,vel concipit hominem. Et causa defectus est,quia aut non interuenit sperma virile, nec fuerat admissum in coitu, vt comprehenderet ipsum matrix: sicut comprehendit fœmininum.sicut accidit in ouis venti,quorum generatio est absque coitu, ex caliditate matricis trahentis ad se sperma mulieris cum menstruo quod comprehendit, & simul extendendo generat oua venti, aut quia interuenit, vt emissum in coitu, & comprehendit ipsum matrix cum spermate mulieris; sed fuit inefficax, & imperfectum; vel ex se, vel ex parte temporis,quia non simul incidit in matricem, nec fuit simul comprehensum, vt esset ex duobus spermatis mixtum, nec fuit defectus ipsius ratione obiecti, & materiæ;quia sic monstruosum generasset animal, nec ratione matricis, quia sic sperma muliebre non comprehendisset. Alia est per mo- *Mola.* dum positionis,& est multa matricis caliditas,quæ sperma mulieris comprehendens excedit cum materia illa, & deficiente dicta virtute informatiua virilis seminis, non informat hominem: sed densat in carnis frustum sua fortitudine durum, adeo, vt ferro non leuiter diuidatur, sicut caliditas ignis suo excessu conuertit argillam, in laterem, ita vterus naturali sua æqualitate coagulat sanguinem in carnem bonam teneram, & tunc quod egreditur est simile frusto carnis, nullam animalis habens similitudinem. Contingit tamen in meridionalibus, & australibus regionibus in mulieribus multi, & praui sanguinis; ex malitia nutrimenti, supra conceptũ verum, quoddam frustum carnis a prædicta materia generari: portans, & habens speciem animalis, scilicet bubonis, vel harpyæ viuentis, quod mulieres feram appellant, quæ quandoque embryonem opprimit, perimit,& interimit; & quandoque cum eo in partu emittitur, &, vt asserunt,tantæ proprietatis existit; & malitiæ, quòd si cadens in terram hora partus mordeat embryonem,statim moritur fœtus. Cuius animalis forma, & vita non existit a virtute spermatis viri primi: sed errore ipsius, cum iam animal, & hominem informauerit: sed secundi in coitu secundo emissi. cuius error procedit ab influentia constellationis, seu virtutis cœlestis, vt Arist. xviij. de animalibus dixit, & quandoque accidit, ꝙ illa caliditas illam materiam non condensat in sanguinem præ multitudine sui;sed illam natura cooperante digerendo dissoluat, cõuertat in aquositatem,vel ventum; quod

emissum cum egredietur, erit sicut aquositas sanguinis mixta,vel ventus, vt dixit Auer.

De signis distinguentibus inter molã, & impregnationem.

Signa. Ex signis autem,quædam sunt distinguẽtia inter molam, & veram imprægnationem; & quædam inter eam, & hydropem; & quædam inter species molæ. Distinguentia vero inter molã, & veram imprægnationem sunt manifesta; licet errent in eis prudentes in aliquibus, & proprie in magnatibus; quoniam in mola res illa non mouetur hora, in qua debet moueri; imo non mouetur omnino nisi hora quadam, & vno tactu, & proprie per compressionem, & motum corporis; & aliter non mouetur. In vera vero imprægnatione post tres menses mouetur fœtus motibus diuersis, & pluribus, absque compressione, & motu corporis. Præterea duricies ventris in mola vehementior est duritie verę impręgnationis, propter causam prædictam; sed nec sentitur corpus formatum in matrice. Et sentitur multoties dolor in mola similis colicę,et apostemati matricis propter constrictionem orobi. Et sunt mulieris pedes molles val F de cum minoratione.

De signis distin. iter molam, & hydropisim.

Signa vero distinguentia inter hydropem, & molam, sunt, quoniam duricies in mola est maior vsque ad tempus: cum vero conuertitur in aquositatem, vel ventum illa materia,sensus commotionis ventositatis,& aquositatis, est minor in mola, quam in ascite. Et venter per cussus non resonat, sicut in tympanite; quoniam aqua, & ventositas in matricis concauo existit recluſa, & stricta; & tument pedes in hydrope generaliter, sed in mola morantur. Distinguentia vero inter species molæ sunt. Nam in mola cuius materia est carnis fructum, est duricies maior quam in alijs, & grauedo. Et similiter grauedo maior in ea,cuius materia est aquositas;in ea vero cuius materia est ventositas, minor, & timor maior.

Cura molæ, est duæ res. Prima est perfecta euacuatio eius,quod prẽter naturam in matricis concauo continetur,cum magis molestet. Secũda est *dyscrasiæ* matricis, quæ ipsius causa est alteratio. Inquit enim Gal. Non est possibile aliquam *dispositionem* curare finaliter, adhuc manente faciente eam causa. Primam rem cõplent duo; primum est,quod materiam ad euacuationem adæquat, & disponit, secundum, quod ipsam educit. Disponentia sunt regimen cũ dimissione exercitij, & proprie inferio- * *alienatio.* rum partium, & resupinatio in dormiendo,& * eleuatio inferiorum cum euacuationibus, *s.*phlebotomia, & vomitu, & solutione cum pilulis fœtidis, & proprie cum sumptione aquæ decoctionis fœnugræci, dactylorum,& similium, & cum hiera logodion.& euaporatione cum pannis, vel spongijs infusis in aqua virtutem habente aperiendi, & mollificandi supra ventrem applicatis. Tinæ, emplastra,embrochæ,& vnctiones ex illis,& breuiter cum his,quæ partum facilitant,quę sunt nota.& dicẽtur suo loco; hæc enim non solum euacuationem disponunt,sed etiam accidentia mitigant.educunt vero ipsam quæcunque fortiter menstrua prouocantia dicta sunt, & quæ procurant, dicenda in aborsu. Ex quibus sunt antidota magna, vt diamarte, diacurcuma, magna theriaca, & diatessaron,& similia. Quod si contentũ fuerit aquosum,educetur cum diureticis, & vrinam proucantibus, notis, & cum regimine exiccatiuo iam noto in cura hydropis,& cursus matricis,& hamescir non parum habẽt in resoluẽdo aquositatem, & euacuando ipsam, & saniẽ, & educendo fœtum mortuum,vel fructum carnis. Si vero ventosum, cum regimine extenuante, & educentibus ventositatem : & proprie ex matrice, vt est aristol.ro. & proprie oleum de cherua, & dacty.indi;qui cum hoc, quod trahunt molam,dolorem sedant cholericum. Secundam rem complent, quæ malam complexionẽ matricis calidam, & siccam alterant,in proprio capitulo dicta. Ex quibus sunt regimen infrigidatiuum notum,diuretica frigida, Tinæ, euaporationes,& emplastra,cũ vnctionib. ex frigidis, & humidis : nasalia ex mucilaginib. frigidis, & ex pinguedinibus,& oleis frigidis, & proprie quale est oleum alchechengi; est enim hoc vehementis iuuamẽti,& expertum ad educendum fœtum, est, come- E stio radicis porrorum cum placentulis, & succus radicum rapistæ bibitus, & radices.

De nocumentis partus, ex quibus est difficultas. Cap. 16.

Fœtum educentia.

QVid sit partus naturalis superius habuisti,& quidẽ ipse plurimũ est facilis, & quãdoq; difficilis. Factilis est,qui citus est,& cum leuibus accidentibus:difficilis vero est illi contrarius. Et est,aut ex causis intrinsecis,& essentialibus;aut extrinsecis, & accidentalibus.

Causa.

Primo modo est duplex, aut ex parte parientis, aut ex parte embryonis. Ex parte pariẽtis multipliciter. Aut.n. erit ex parte matricis in se, aut vicinantiũ membrorum cõmunitate,aut corporis totius. Ex parte matricis,quia sit parua;quia concepit ante duodecimum annum,vt dixit Abuh.licet illud rarissime sit. Aut quia est constricta in collo, & orificijs eius naturaliter, vel accidentaliter; quia interuenit aliqua causarum oppilationis eius,nõ recipiens curam. Et ex his,quæ suo loco sunt dicta,vel siccitas,vel apostema;vel sunt vlcera procreata,rhagadię,& hæmorrhoides;coanguſtationes colli,& * orificia,vt non * *orificiorũ.* recipiant dilatationem absq; dolore graui. Ex parte vicinantium membrorum,vt quia fuerit vesica apostemata, vlcerata, vel scissa:cuius cõpassione non valet matrix suã operationem complere, vel etiam intestina sint similiter passa; aut quia fuerint in ano vlcera, rhagadiæ, & hæmorrhoides, quibus matrix compatitur; vel repletio intestinorum ex fęce sicca comprimente: aut quia sint lacerti ventris tenues, & debiles in iuuando fœtus ex matrice expulsionem, sicut iuuant expulsiones,fœcum, & vrinæ, maxime cum sint paucæ, vt Gal. ait in interioribus. Ex parte autem totius corporis, vt quia sit debilis; vel ratione complexionis, quia sit naturæ frigidæ, quæ habet defectus operationis ex necessitate, vt Gal dixit. Vel *a.de loc.aff. cap.4.* ratione ætatis,quia puella multum; vel antiqua, & dura; vel habitudinis, quia sit tenuis, ficca valde: vel pinguis, G vel ratione consuetudinis, quia fuerit insueta, & primo pariens, & timida, & paruæ tolerantiæ, quare est inquieta,& vehemẽtis permutationis perducentis ad alterationẽ figuræ infantis ad inconuenientiam expulsionis ipsius. Sed si ex parte embryonis, hoc erit dupliciter, aut ipsius in se,aut propter secundinam. In se aut propter sexum,quia fuerit fœmineus, vel propter quantitatem,aut cõtinuam,quia fuerit magnus valde.vel paruus carens bona cõplexione,aut discretam, quia fuerint multi numero distincti; vel quia vnus plura membra habeat, & proprie capita, vt monstruosus; vel propter qualitatem, quia fuerit lenis valde, quare effugit a compressione: vel per modum, & ineptam figuram egrediendi, vt cum egreditur super pedes suos,nec manus eius sunt plicatæ super coxas, & iunctæ, aut super vnum pedem,aut super latus, & est deterior modus. Vel propter inconuenientiam temporis, vt quia intempestiue moueatur ad exitum; vel ante tempus determinatum, & proprie in H tribus menſibus medijs, quibus ligamenta sunt fortiora secundum Gal. aliqua causa cogente ex his quæ abor- *4.aphor.2.* sum faciunt: vel post tempus, vt quia accidat ei aliqua ex debilitantibus causis,vel mors, quare deficit alter mouentium. Propter secundinam vero,aut est,quia sit dura, & crassa, non recipiens fœtus; aut quia sit tenera cito disruptionem patiens, quare egrediantur humiditates, & aqua antequam fœtus egrediatur; quare humiditate lubricante carebit. Porro qui est ex parte extrinsecus accidentium erit ex parte regiminis in sex rebus non naturalibus. Ex quibus est multa frigiditas, & siccitas ãeris constringentis membra partus, & accidit in regionibus, & ventis septemtrionalibus, temporibus,& constellationibus, vt Hippo. dixit in suis aphor.cum inquit. Et multa caliditas resoluens vtriusque virtutem,& consuetudo ciborum ponticorum, & porruum stypticorum, & balneatio in aquis aluminosis,& frigidis. Et accidentia animæ, tristitia, dolor, vel ægritudo virtutem debilitans, fames, & sitis, & inanitio, vigiliæ superfluæ deij-

cientes

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0736-4
DFG

cientes virtutem,& similia. Et ex illis obstetricis error in procurando. Et ex horum contrarijs prouenit facilis partus. Et quidem cum causæ sunt fortes in prohibendo partum,& corpus debile in sustinendo,moritur partus,& pariens,licet,vt quidam dicunt,possit viuere partus, si statim mater in vtero incidatur,& extrahatur, cum adhuc possit habere spiritum euentatum aliquandiu, quod innuit Galen. de interioribus vj. loquens de hœdo tracto ex vtero matris præaccipiente lac,viuo à natura promoto non docto. Et quandoque viuit partus,& moritur mater, vt plurimum tamen moritur partus,& viuit mater; quoniam multoties difficultas partus perducit ad rupturam venæ in matrice, quare accidit sanguinis fluxus. Et quãdoque in pectore,& pulmone,vnde fit sputum sanguinis,& phthisis. Et quandoque ad incisionem neruorum,& lacertorum, propter vehemẽtiam tensionis; quare accidit spasmus. Et quandoque ad fissionem mirach ventris, & proprie in paruis,& teneris; quare accidit ruptura. & quandoque bocium propter retentionem anhelitus, non exprimendo inflationẽ inflammantem,& trahendo materiam cum condensatione eius in gulam. Ob quam rem aliqui præuisione vtentes conati sunt prohibere prægnationẽ in talibus,& proprie paruis,& antiquis debilibus; cõiecturantes melius fore perdere filium procreandum, quam procreatũ simul,& matrẽ. Et hoc cũ omissione formæ imprægnationis in cap. de cura sterilitatis dictæ, & ministratione omnis causæ sterilitatis, cuius impressio sit emendabilis in tempore consecutionis augmenti, & fortificationis adeptæ,& hoc ne omni tempore sterilis perseueret.

Et de prohibentibus,à proprietate,quædam sunt,quæ approximata ante coitum illud faciunt,vt camphora sumpta plurima, & emplastratio testium cum hyosciamo nigro,& suppositio alchitram, & inunctio virgæ cũ eo. Suffumigatio cum corticibus hederę post menstrua, & oleum balsami cum cerussa,& menta,& scoria ferri. Quædam sunt quæ post coitum approximata illud agunt, vt piper suppositum, & stercus elephantis suffumigatum,aqua albedarogi sumpta, & proprie in debili. Quædam ante,& post menstrua illud operantur,vt pulpa granati,alumen,summitas caulis,& semen eius apud mundificationem. Et post coitum est in hoc fortis,& proprie,quoniam ponitur in alchitram,& submergitur in calamentho. Et suppositio foliorum alburab post mundificationem. & proprie quando sunt submersi in aqua eorum. Et similiter pulpa colocynthidis, & albegueften,scoria ferri, caulis,& semen eius, scammoneæ, ana æqualium partium, & aggregatarum in chitram,& supposita. Et multoties partus difficultas perducit eas ad alias dispositiones, & accidentia; quorum in fine faciemus hic sermonem. Et multoties partum naturalem sequitur fluxus sanguinis, & retentio eius, quæ illius est causa.

Nota. cap. vlt.

Signa.

Signa, ex his sunt signa difficultatis ipsius, & signa facilitatis. Et ex signis difficultatis, quædam sunt bona, quædam mala. Signa vero difficultatis ex causis prædictis percipies,ex angustia, & anxietate. & si dolor fortis sit ante partum, non declinans inferius; & si declinat, eius declinatio est ad posteriora. Et si difficulter parere sit consueta. Signa facilitatis sunt contraria; & sunt,vt apud partum sentiatur dolor paruus, & declinet inferius ad anteriora,& consueta fuerit faciliter parere,&c. Signa quoque bona in difficili partu,quæ faciũt acquirere securitatem, sunt inquietudo, & motus fœtus,dolor declinans ad inferiora,& anhelitus bonus cum virtutis potentia. Signa vero mala è contra sunt intelligenda. Et cum perducunt ad sudorem frigidum, pulsus frequentiam,debilitatem,& syncopiam, sunt pessima,& mortis festinæ præuia. Signa vero causarum sunt nota ex præsentia,seu anteceſſione ipsorum, & regiminis procreantis ipsas. Signa gemellorum habuisti.

Signa vero mortis ipsius sunt, priuatio motus consueti, nec ex se mouetur, sed motu prægnantis, & est sicut lapis, qui mouetur de latere in latus apud decubitũ, & infrigidatur semen existens ante calidum. Et detumescunt mammillæ,sicut Hipp.dixit.& quãdoque currunt humiditates viruléte fœtidæ ex matrice,& profundantur oculi prægnantis, & eorum albedo fit fusca. Et fit infrigidatio extremorum,& dispositio hypofatcica. *5. aph. 53.*

De cura.

Cura, in difficili partu duplex est regimen necessarium. Vnum ante horam ipsius,aliud in hora. Ante horam quidem, est omnis causæ exterioris ablatio, & interioris,ex parte patientis, quæ præter naturam est impediens ipsum, ablatio, (si quæ possibilis est) si non sit possibilis,vt quia naturalis dispositio, habilitatio ipsius quoquo modo, vt partus facilis subsequatur. Absciſſio quidem causarum completur cum contrarijs, quæ in proprijs dicta sunt capitulis, de cura matricis, vesicæ, & inteſtinorum, & ani,debilitatis neruorum, & totius corporis. Dispositio vero, & habilitatio omni causæ conueniens,& communis. Completur autem cum aperientibus,& mollificantibus reddentibus membra tractabilia,& ad extensionem, & compressionem apta, & proprie in parua,antiqua,& nouiter patiẽte. qualia sunt calida, & humida, & lenientia, & lubricantia sumpta interius,& iniecta, & exterius per omnem modum approximata. vt sunt iura pinguia carnium, & proprie gallinarum iuuenum,& pinguium, & olea lenientia sumpta, & mucilagines seminum cytoniorum, & lini, dactylorum, & similium. Et vina matura, lymphata, non frigida valde,& omne regimẽ humectatiuum præter quod impinguat valde. Et interdicantur styptica,& pontica,& hoc per mensem ante. Cum vero appropinquat hora, quia incipiat sentire aliquas grauedines, & dolores,approximentur tinæ,sessiones,& euaporationes cum spongijs,pannis, & alijs approximatis frequenter, & aquis decoctionis althææ, & maluæ foliorũ,fœnugræci,chamæmeli,coronæ regis,& capil.ven. balnea autem vniuersalia raro,sunt enim ex resoluentibus,& debilitãtibus frequenter approximata. Et post ipsa,vnctiones de pinguedinibus,& oleis, & mucillaginibus,& medullæ; & cerataria,& ex illis circa dorsum, ventrẽ,ilia,renes,& coxas. Et iniectiones cum clysteribus eorundem cum resupinatione,& deiectione capitis,& crurium; & proprie vbi siccitas matricis sit causa, & etiam corporis vniuersi ex illis est coitus frequens,& suffumigatio cum aromaticis,vt muscho,ambra,& gallia,vt vulua descendat,& mundificatis inteſtinis, confortetur cibis bonis, multæ qualitatis, & paucæ quantitatis, & potibus vini odori,& exercitetur plus solito; hæc enim addunt in necessitatem attrahendi aerem, & diminutionem nutrimenti embryonis,& descensum ipsius,quare ad exitum præparatur.

Regimen duplex.

Regimen vero hora partus, & est cum sentiat grauedines,& dolores,& humiditates aliquæ incipiunt apparere, est duplex, vnum est ingeniatiuum ad descensum facilem,& egressum, causarumque ex parte embryonis abscindens. Aliud est mitigatiuum accidentium. Primum est,vt cum talia appareant,præcipiatur mulieri,vt sedeat hora vna, deinde surgat, & ambulet saltando,& ascendat gradus, & descendat grauando,& clamet,vel teneat anhelitum fortiter,& premat ilia sua,& des lentem ad bibendum amaram, quoniam facit descendere ipsum. deinde cum sentit os matricis aperiri. & humiditates amplius emanare,sedeat in sella perforata,posito puluinari post ipsam,obstetrixque stet coram ipsa,& inspiciat diligenter embryonis motum,& patientis actus, quos regulet suis manibus vnctis oleo sesamino,de lilio, vel amygdalis dulcibus, intus in vuluam intromittẽdo, & tangẽdo suauiter, prout sua docuit experientia longa, parietemq; dirigat,& cibis,& potibus, ac verbis persuasiuis, & de cito partu, salubri, & masculino confortet. Quod si mulier fuerit pinguis, non sedeat, sed iat eat supra ventrẽ suũ,& ponat caput suum super petram,& genua sua curuata sub ventre, vt comprimatur matrix,& pinguedo ascendat, & non descendat ad os matricis, & comprimat os eius, & pariat in forma quadrupedum. Cum aũt non pariant, & accidentia intendantur,& sic

partus

partus fiat difficilis, oportet vt reiteretur regimen primum, qm̃ facilitabit, & mitigabit accidentia, & dolorẽ.
2. aph. 39. & fac eã fortiter sternutare, vt Hipp. dixit ore, & natibus cõprehensis, fortasse. n. pariet quæ si non sufficiant, tunc succurre cum instrumento, quo os matricis aperitur, & suppositorijs, & suffumigijs, & medicinis, ex pilulis, & alijs alleuiantibus partum, quæ infra dicemus. Cumque apertum est os eius, & apparet secundina, scitur q̃ fœtus exitus appropinquat. quod si tardat. s. causa secundinæ.
* vt. * quia cito scindatur, comprimat se patiens, vt simul cũ exitu aquositatis, exeat fœtus, quod si non prius linitionibus, & iniectionibus ex lenientibus, & lubricitantibus adiuuetur, & alijs. quod si non scinditur, propter crassitiem suam, oportet quod scindatur vnguibus obstetricis, vel forficibus, assumpta ex ea in digitis aliqua
Nota. parte eius, ne fœtum attingat, & lædat, quia si fœtus non est cõplerus, & tunc sua fortitudine non egrediatur scissio nocebit, quoniã exitu aquositatis siccabitur matrix, quare fœtus non poterit lubricare; sicque elongabitur partus, & embryo non curabitur, & peribit; nec iuccurrere poterunt inunctiones, & cerata supradicta. Porro si causa tarditatis fuerit embryo sua quantitate, quia fuerit magnus, & proprie caput suũ, iuuet obstetrix in dilatatione vuluæ colli matricis, & oris eius, imponendo manum suam suauiter oleis, & ceratis dictis, & dicendis calefactis inũctam. Et similiter si fœmina fuerit, & gemelli. Quod si propter ineptum modum, & figuram ineptã egrediendi, puta quia egrediatur supra pedes eius, manibus, & brachijs non adhærentibus coxis, quo casu habilitandæ sunt manus, & brachia embryonis cum vnctionibus. & ceratis, & suaui obstetricis tractatione, & parientis forti expressione. Sed si supra alterum pedẽ egrediat, oportet, vt non sedeat, sed iaceat crutibus eleuatis, & detecto capite, obstetrixque manu sua reponat pedes suauiter, deinde reuoluatur pariens reuolutionibus plurimis, donec embryo reuoluendo se, caput suũ inclinet inferius ad portam egressionis, & ex tunc sedeat. Quod si non fit illud possibile, subtili ingenio pedem intromissum iuuet cum alteratione, si possibile est, & vtrumque simul apprehensum, manu inuncta cum oleo irino, trahat subito, semper parientem consortando per omnem modum. Quod si non sit possibile, quòd præmoriatur, extrahatur prout infra dicetur in mortuo. Et similiter ingeniandum si super latus ipsum egredi contingat. Quòd si difficultas accidat causa mortis, præmissis prædictis facilitabimus. si non egrediatur, suspendatur, & cum vncinis extrahatur. & festina in hoc antequam infletur, & pariens debilitetur, & syncopizet. q̃ si integre trahi non possit, incidatur si possibile est, & fruſtratim extrahatur. q̃ si non fit incisio possibilis, conquassetur manu, & rumpatur, vt facile extrahatur. Et antiquorum quidam ingeniati fuerunt ad inueniendum regimen in extrahendo illum alio modo, cuius nos relationem dimisimus propter paruitatem fiduciæ in ipso, & nititur ad medicinas, quarum vsus salubrior est.

Fœtũ educentia simp. Et ex medicinis trahentibus fœtum mortuum, quædam sunt simplices, quędam compositę. Ex simplicibus vero sunt chremesis, qđ eijcit fœtum virtuose, nec habet parem in hoc, sicut, & in educendo aquam, & semen thymi, quod eijcit fœtum mortuum; ammoniacum, balsamum, opopanacum, castoreum, gentianæ radix, darsefehan suppositũ, & gũmi oliuæ. aristolochia vtraq; bibita cũ myrrha, & pipere; extrahit embryonem. & nasturtium, & totum, qđ est ciceris medietas. lachryma almusech supposita extrahit fœtũ. chamædryos, & thurides, & ladanũ suppositũ in pessario extrahit fœtũ mortuum. mescatrameſit suffumigatũ, & bibitum, & myrrha. Et
* narciss. cum ex* narcisso bibunt drach. iij. cum aqua mellis, eijcitur fœtus mortuus, & viuus. oleum irinum, arthanita rubea, piper; radix similiter cum bibitur drach. j. & supponitur extrahit fœtum. Centaurea, costus, & galbanum suppositum, & cussus suppositus, abrotanum, roba supposita. ablutio cum athaleo, & inunctio ventris, & ilij ex eo, & succus eius, quando ex cortice ferbim fit suffumigatio, extrahit fœtum. lactuca asini bibita, & supposita. ablutio cum athaleo, inunctio ventris. & ilij ex eo, & succo eius eijcit fœtum fortiter. Et hermodactylus, vt in præcedenti cap. dictum est, non habet parem in educendo ipsum fœtum mortuum, & menstruum.

Partũ facilitantia cõposita. Composita sunt, quę ex his cõponuntur; & in summa omnes medicinæ educentes vermes, ascarides superius numeratæ, fœtum extrahunt, & educunt. Ex facilitantibus vero partum, quædam sunt simplicia, quędam composita. Et ex simplicibus, quædam sunt talia natura, & à proprietate, quædam à proprietate solum. Prima sunt, vt cortices cassiæ fist. puluerizatæ datæ cum vino, & est expertum bonum, & efficax. & sumere in poru asam, & casiam, & est bonum, & vltimũ. & similiter cinnamomum, quoniam alleuiat partum, & accidentia. Et iterũ decoctio foliorum althææ romanæ in aqua, & sessio in ea facit illa. Et aquæ fœnugræci, phaseolorum, & capil. ven. contritorum, & dissolutorum in syrupo ros. & aliquando oleo irino. & datum in poru, crocus. s. & seselis facilem faciunt partum in omnibus animalibus. Secunda sunt ærugo ferri, lutum creticum suspensum super prægnantes, conseruat prægnantes. Et tenere in manu sinistra magnetem, & linitio eius cum cinere vngulæ asini, & equi est vltimum, & suffumigatio cum ea, & suffumigatio cum oculo piscis saliti, & suspensio lapidis aquilæ super coxam eius, aut matricariæ aphricanæ facilem efficit partum, & sine dolore. Et ex his sunt verba
Verba sancta. sancta, & sunt ex his, quæ procurant ipsum scitum, & illud, vt in vino cypho de vitro scribatur exterius psalmus, Miserere mei Deus, à principio vsque ad versum. Domine labia mea aperies, exclusiue, cũ penna, & atramento; deinde lauetur cum aqua ita, quòd omnes literæ sint ablutæ cum ea, & datur ad potandum ei tota. Item in aure dextra ipsius dicant hæc verba. Memor esto Domine filiorum Edom in Ierusalem, qui dicunt exinanite, cũ Pater noster ter. Et sunt alia, q̃ faciunt facilẽ ipsum, & securum, & illud est, vt scribatur. Dixit Dominus Domino meo, vsque ad Tecum principium, inclusiue in charta non nata, & cum filo de lana per virginem filato, cum ter Pater noster, suspendatur ad collum parientis.

Encathis. ma ad dis. partu. Ex compositis vero, quædam sunt encathismata, quędam suppositoria, quædam pilulæ, quædam suffumigationes aliæ. Encathisma, in quo sedetur ad difficilem partum. ℞. pulegij, foliorum althææ, maluarum, fœnugræci, sem. lini, lenticularum amararum, vel herbæ ipsarũ, capil. ve. ana M. j bulliant in aqua, & sedeat in eat Suppositorium ad idem. ℞. succi mentæ. in quo bulliat pulpa colocynthidis, & infusa lana supponantur. Aliud ℞. aristolo. cum buchormariem, aut staphisagria, & ministretur. Aliud, fiat cum elleboro, opopanaco, & felle taurino cum melle: facit enim descendere viuum, & mortuum.

Suffumigatio bona. ℞. myrrhæ solius, vel ipsius cum galbano, & castoreo, confectorum cum felle taurino, & suffumigetur aur. j. Aliud Rec. sulphu. citrini, myrrhæ, rub. fellis vaccini, opop. galba. an. suffumigetur cum eis, et fumigatio cum spolijs serpentis, & stercore accipitris.

Pilulæ facilitantes partum. ℞. sabinæ partes ij. hasceæ, ammo. rub. ana drac. s. confice cum suc. vitis, & drac. ij. Aliæ ℞. arist. lõg. piperis, * myrtę, ana partes æquales, cõfice cum succo ysimbrij, & drach. iiij omni die, cum aqua lupinorum, sunt enim aborsum facientes, partum alleuiantes, & mundificantes matricem fortiter, si Christus voluerit. Aliæ idem operantes. ℞. bdellij subalbidi, myrrhæ, sabinæ, & fiant pilulæ cum casia fistu. & melle, & da v. Confectio ad idem, cui non adæquatur. Rec. myrrhæ, styra. castorei, ana drach. j. cinnamo. sabinæ, ana aur. s. conficiantur cum melle, da aur. ij. cum vino. Et est emplastrum, & ceratum, & epithema, quod recipit pulpæ colocynthidis, succi eius, quæ humida est, & misce cum succo rutæ, adde myrrhæ, & inungatur pecten vsque ad vmbilicum. Regimẽ autem correctiuum accidentium prædictorum, & aliorum, quæ contingere possunt ex dictis, & dicendis in proprijs capitulis, est manifestum.

Pilula facilitantes partum. * myrtha.

Confectio ad idem pertinens.

De

De cura accidentium, quæ sequuntur partum. Cap. 17.

ALiquorum tamen, quæ vt plurimũ insequũtur partum, sanationem afferamus hic specialiter, ex quibus est febris, inflatio ventris, & dolor eius, & matricis, & motus eius. Quorum causa plurimum est imperfecta sanguinis mundificatio post partum, vt supra de naturali partu est dictum. & de illis est debilitas, & casus virtutis, cuius causa est sanguinis fluxus plurimus, vlceratio, & ruptura matricis, vel venæ eius, dolorani, & exitus eius. Sanatio eius imperfectæ mundificationis est sanatio, dicta supra capitulo de retentione menstruorũ, & hic quantum necesse dicemus. Et est, ꝙ studeamus in prouocatione, & perfecta eius mundificatione cum diureticis calidis, quæ sanguinẽ acuant, & attenuẽt, ductus, & vias aperiant, quæ superius nota sunt, & cum impellentibus materiam ad inferiora. Ex quibus est sternutatio, & retentio anhelitus, & cum trahentibus ad infima, vt cum ventosis, & cum trahentibus, & elcuantibus simul, vt sunt suppositoria, & suffumigationes supradictæ. Et suffumigatio cum oculo piscis saliti cum cinere vngulæ asini. Quod si hæc non excusant, & debilitas nõ prohibeat, phlebotomia saphenæ est necessaria, qm̃ educit, & prouocat. Fluxus etiam sanguinis plurimi sanatio superius dicta est, in de cura superfluentium menstruorum. hic autem addidimus, ꝙ cũ apparet, oportet, ꝙ extrema vltis ligentur, & proprie manus, & brachia, & non pedes. Et sub mammillis ventosæ, & panni infusi in aceto superponantur ventri. Et supponantur collyria ex ponticis, vt balaustijs, charabe, ros. thure, gallis, & vino pontico. Et suspensio stercoris vaccini in lana, in coxa eius, & cortex citri retinet ipsum. Sanatio eius est duplex, euacuatio eius, quo retinetur sanguis. & hoc cum prædictis, & proprie phlebotomia venæ, quæ est sub poplite, vel saphenæ, & est alteratio febris. Et ad illud quidẽ conueniens est aqua hordei alterans, & mundificans, vel aqua cicerum cum ea, vel semina cõmunia dissolura. Et granata dulcia. & muza, & potus aquæ lactis, & tamarindorum, & mannæ, quoniam alterando leniunt ventrem, qui in eis plurimum constipatur. Et iura gallinarum, & prunorum decoctio idem operantur, & nutriunt. Sanationem vero inflationis ventris, facimus cum aqua cicerum, puluere cymini, & vini puri, cum diamentha, vel alchechengi, vel sagapeno, & origano cum mastice. Et clyster ex attennantibus, vel nasale est conueniens ex aristolochia rotunda, schænãtho, & styrace liquida, cum doronigi, & zedoaria sumpta. Dolorem ventris, & matricis cum encathismatibus ex anodynis, maluis, & fœnugræco, sem. cymini sisamo, radice althææ, floribus chamæmeli, meliloti, & cicuta. Et vnctione cum oleo sisamo. amygdal. & viol. & cum comestione theriacæ, & trypheræ magnæ cũ vino, matricariæ, vel foliorum resinæ. Et suffumigetur cũ thure, styrace, & sem. racemorum rubi, ana super carbones. & motus eius sanatio supradicta est. Vlceribus vero prouidemus cum his primo, quæ mundificant, & sedãt dolores, vt est succus morellæ, & plantaginis cum oleo ros. iecti, vel suppositi, vel albumen oui cum lacte mulieris, & succo portulacæ. sedeat in aqua stypticorum, & ponticorum prædictorum. deinde vnganrur cum vnguento albo, & alijs, quæ in vlceribus neruorum laudantur. Et cum exhibitione in potu boli armenæ, terræ sigillatæ, & sang drac. succo plantaginis. & * inijciatur. Dolorem ani similiter curamus, vt supra. & exitum eius similiter. Et ex proprijs est, vt abluatur in vino decoctionis ponticorum, & superaspergatur puluis cornu cerui vsti, & reponatur. & quiescat, & vtatur stypticis, deinde lenientibus. Sed si sunt vlceratæ, & putrefactæ, notandum, ꝙ quibusdam fit vnum foramen ex ano, & vulua parientibus, & matrix progreditur foras. Cuius causa est partuitas membrorum, & teneritas, magnitudo fœtus, & obstetricis defectus. & hoc mulieribus est occultũ, quibus sic subuenimus. Ab experto consulimus, vt vino calido

Causa. *Curatio.* *a accipiat.*

A abluatur matrix, in quo butyrum sit dissolutum, & fomentetur diligenter, donec mollificetur. & ex tunc suauiter reponatur, deinde ruptura suatur in quatuor locis filo serico, deinde pannus lineus imponatur ad vuluæ quantitatem, deinde pice liquida liniatur. hoc autem facit matricem recreari, & * teneri propter sui rupturam, & mundificando consolidat. Et collocata stet in lecto p xl. dies, taliter, vt pedes sint altiores, & abstineat ab omni motu corporis, & animæ, & balneo. Et ꝙ ne talis ruptura cõtingat partui, sic prouideamus. Pannum in modũ pilulæ oblongę poni facimus sub ano ad hoc, vt quolibet conatu expellendo puerum, firmetur in illo; & illud comprimat, vt non fiat in peritoneo solutio talis.

a retineri.

De retentione secundinæ, vel extractione eius. Cap. 18.

SEcundina quia vt plurimum secundo loco post partum exeat dicta est. & quandoque simul cum fœtu, & quandoque inuoluta, qñque expoliata, & qñque post partum retinet. Et causa est aut in virtute parientis, quæ remãsit post partum debilis, aut in secundina, quia sit in profundo matricis fortiter alligata, & fixa, coadunata in modum spheræ, ac cotyledonibus fortiter alligata, vel emissa aquositate sicca in matricis angulo remansit, lubricitate priuata, aut in ore matricis, quia post partum adunatum, & humoribus concurrentibus præ dolore concluſum, & fortasse omnes causæ simul concurrunt.

Secundina vnde dicta.

Signa causarum ipsarum sunt manifesta, * vbi causa secundinæ cuius signa sunt, quia difficilis partus præcessit, & grauedo in superioribus, & digitorum motio nihil attingit ex ea.

a cum

Cura extractionis secundinæ, ad * ipsius extractionẽ est festinandũ, perducit. n. retenta ad ꝓcipitationem enixã, vt Hipp. dixit. & hoc quia retenta corrumpitur facile, de sui natura non hñs regimen. & vapores ex ea mali ascendunt ad stomachũ, cor, & cerebrũ. quare accidẽtia præfocationis matricis eã incurrere est necesse. In extractione aũt eius est duplex regimẽ necessariũ. vnũ ad habilitandũ extractionẽ, quã sola natura facit. aliud ad accidẽtiũ correctionẽ. Regimen ad habilitandũ, est qđ superius est dictũ in cura difficultatis partus. Et cõpletur cũ cibis, & potibus ex cõfortantibus, ex iuribus carnium cordialium colati, & non colati; vitellis ouorum; & vino odorifero: & medicinis, quæ sunt dicta ibidẽ, & in causa aborsus, vbi de alijs extrahentibus dicimus; quorum rememorationem faciemus, vt simpliciũ, & compositorũ. Quædã os matricis aperiunt; quædam secundinã leniunt, & matricẽ; quædã ligamenta corrũpunt, & frangunt; quædã secundinam descendere faciunt, & ad canale dirigunt, & ad os matricis educunt, vt exinde cadat. Ex aperientibus prout supra de oppilatione matricis est dictum, sunt vchuem suppositum, & suffumigatũ; oleũ lilij, & maiorana confert ad coarctationẽ matricis perducentis ad præfocationẽ; oleum de narcisso, & irinum. Secundario valet præfocationi oris matricis, iuniperus, & sit galbanum cum vino bibitum calefactum, cottũ, sinapis, & agaricus, gagates, & semen vrticæ, cum vino bibitum, & oleũ abrotani calefactum aperit os matricis, & omnia diurerica calida. Et ex expertis, quæ aperiunt, & descendere faciunt, est vinum decoctionis pulegij bibitum, encathismatum, & encathisma factum ex aqua decoctionis fœniculi, & vsneæ, & prædictorũ, & ex illis est instrumentũ apertionis oris matricis. Ex lenientibus vero bdellium vtrumque, suppositũ, & suffumigatum, et myrrha, & medullæ gallinę, anseris, & anatis; & medullæ canabiti; oleũ de lilio, supposita, & inũcta exterius, & interius iniecta, & encathisma cum folijs maluæ, & althææ, branchæ vrsinæ, furfuris, & similiũ. Et ex corrumpẽtibus, & frangentibus ligamenta sunt suffumigia cum sulphure, vel arsenico, & gũmi, & folijs hederæ, vel nasturtij, & concharũ. Et ex facientibus descendere secundinam est lens amara cum vino bibita, gallia suppositа, odorata, & euaporata; fœtida naribus applicata, retentio anhelitus, sternutatio vehemens, compressio iliorũ.

Vinum expertum.

Et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0739-4 DFG

Et ex dirigentibus ad canale,& trahentibus ad os matricis,& facientibus eam cadere,est vnguentum basilicum immissum,post illud administratur oleum ros. puluerizata desuper althæa,& sumptio stercoris accipitris in potu. Ex illis est manus obstetricis prudentis,& expertæ ex aliquo lubricantium inuncta, & imposita, ita vt inuncta ipsam trahat,si per se non apparear. Cumque ęperit apparere,tunc * tendatur faciliter,sine labore,vt nō scindatur,& abscindatur,& stringatur, quod tactum est coxę mulieris,& conetur in sternutatione,& deinde cōmoueatur leuiter,vt separetur à profundo, & cadat, & succurre cum facientibus abortire ex suppositorijs, & fumigationibus,quæ dicemus ibidē. Et quidā antiquorū locutus est de extractione secundinæ sermonē, vt dixit Abu.quē omittamus gratia breuitatis. Regimen autem ad accidentiū correctionē subscribemus deinceps, & est,vt stomachus,cor,& cerebrū,cum confortantibus defendantur, & proprietatem habentibus in obtusione sensuū,quę supra in cura ipsorū sunt narrata,sicut quoq; ad oppositum,& circumferentias,prout oportet trahātur,& illud cum frictionibus extremorum, fomentationibus eorundē,quæ sunt ex genere acutarū. Cum his ergo præmissis non cadat, elaborare cum talibus nō oportet,quoniam talia aromatica frequenter approximata grauedinem, & dolorem capitis faciunt secundū Hipp. & angustiam cordis, & stomachi defectionem; sed dimittatur, quoniam post paucos dies soluetur corrupta, & lubricabit in modum aquositatis,vel cadet.

b trahatur

5.aph. 21.

De abortu, & accidentibus,quæ sequuntur eum. Cap. 19.

ABortus est, concepti embryonis præter naturā,& ante debitū tps,ortus. Et illud qdem,quia qñque tpe informationis, qñque post,sed ante motum,& ante cōplemētū: & qñq; post cōplementū contra naturæ debitū est emissus; & qñque vitus,& vt plurimū mortuus. Et causa eius,aut est interior,aut exterior. Interior quidē,aut est in matrice,aut est in cōceptu,& si in matrice, aut in se,aut ex cōitate. Et causa in matrice,aut est in orificio sui,cū fuerit naturaliter amplū, non valens debite coarctari; aut accidentaliter ex humiditatibus matricis concurrentibus;& mollificantibus illud;aut in concauo eius,quia sit districtū aliqua mala cōplexione,& humiditate repletum,& relaxatū, non valēs colligi supra embryonem ad eius retentionē debitam,vel quia sit aliqua ægritudinum priorū specie granatorū,vel quia in venis, & cotyledonibus sint mucilagines aggregatę,ora earum oppilantes,quibus sanguis ad alimentum mittit, vel sua grauedine illos rūpens, vel quia sit vētositate repletum, illos ex sua extensione frangente, quæ ex mucilaginibus illis plurimū generatur, quare abortus secundo, vel tertio mense sequuntur. Inquit.n. Hipp. in apho. Quęcunq; corpora moderate habentes concipiunt,& abortiunt secūdo,aut tertio mēse,his cotyledones mucilagine pleni sunt, quapropter non possunt præ grauedine continere fœtum,& abortiunt. Ex cōitate vero,aut ad aliquod mēbrum grauiter passum vicinum est,quibus est anus,cum patiatur tenesmum. Vnde Hipp.in apho.suis. Mulieri in vtero habēti tenesmus superueniēs abortire facit,vel remotus,proprie principale existat,qd catarizās, & tussim inducat,aut etiam totū corpus, quia ꝑgnātis corpus valde fuerit conceptu consumptum, & attenuatum, vnde Hipp.in aph. Quecunque præter naturā tenues existētes concipiunt,abortiunt priusq̄ crassę fiant,aut euacuatione aliqua inanitū,& proprie sanguinis,vel spontanea,puta cū mēstruis vnde Hipp.in aph. Si mulieri in vtero habēti menstrua supueneriut,impossibile est fętū esse sanū, & ideo sequi abortum est possibile,vel artificiali, & proprie cū phlebotomia. vnde Hipp.in aph. Mulier phlebotomata abortit,& magis cuius fętus maior est. Vel vlterius humoris cū fluxu vētris.vnde Hipp.in aph. Mulieri in vtero habēti,si vēter multum fluat,est suspectio abortiendi,ne à defectu nutrimēti fœtū adducat. Vel vomitu.

5.aph. 43.

3.aph. 22.

5.aph. 36.

5.aph. 33.

4.aph. 61.

6.aph. 34.

E vnde Abu.Amplius faciēdū est ne prægnans vomat,qm̄ superfluitates cum eo egrediuntur. Et vomitus,& labor eā ad extenuationē pducūt,fortasse ad ruptura ligamentorū,& cum superfluit,ad inanitionem. Aut vehemēti fame debilitatū, vel aliqua acutarū ægritudinū captum. vnde Hipp.in vtero habēti ab aliqua ęgritudinū acutarū corripi mortale,aut vehementi repletione,& nauseatiua satietate grauatū suffocatiua fętus,& alimēti ipsius corruptiua. Sed cā in cōceptu,aut est in ipso,aut in pāniculo secūdinæ. In ipso,quia fuerit grauiter infirmatus,vel debilitatus aliqua cārum debilitantiū intrinsecarū,vel extrinsecus accidentiū, vel qa ex ipsis fuerit ad mortē adductus,quare natura expellere nitet eū, grauata,& quia humiditate currente ex ea virulenta mordetur,& molestatur. Et quādoque ex labore in exitu resolutus moritur, & qñque suffocatur: quibus non existentibus emittitur viuus. In pānniculo vero,vt quia fuerit fractus;vel debilis fuerit creatus propter tenuitatem spermatis in sua radice;aut quia aliqua cā ruptus. Et effusa humiditas lambendo,& lubricando matricē incitat, & iuuat ad fœtus expulsionē. Et cā exterior est ex primitiuis aliqua,vt est frigiditas multa aeris,mortificando,quare in regionibus valde frigidis,& septētrionalibus multiplicatur abortus. aut multa caliditas resoluēdo, sicut cōtingit in meridionalibus. Et ex his est balneatio multa in frigida,vel calida aqua,pducit enim ad resolutionē virtutis vtriusque, mollificationem ligamentorum, apertionem ductus,& receptaculi dilatationem. & necessitate augmentata fętum facit properare ad exitum, aerem frigidum appetendo. Et ex illis est mutatio temporis præter naturam, vt cum præcesserit hyems australis,& subsequatur verborealis,vt Hipp.dicit in apho. Et ex illis est motus corporeus vehemens, & exercitium laboriosum, & saltus vehemens, & proprie ad posteriora post coitum, quoniam facit descendere sperma, & fœtum. Aut casus,& percussio,aut coitus superfluus. & ex illis motus à pharmaco perducens ad ligamentorum rupturam proprie mensibus tribus primis. Aut animalis. vt ira fortis,timor,& tristitia,gaudium magnum,& subitum.

3.aph. 19.

Et accidentia quidem abortus sunt dolores fortiores, quā in naturali partu. quoniam hic violentus,& ille naturalis existit. vt ex illis est fluxus sanguinis immoderatus,ex quo spiritus deficere est necesse, & exinde matrem simul cum fœtu perire.

De signis abortus.

Signa abortus, quædam sunt suspicantia ipsum futurum,quædam indicantia ipsum propinquum,& promptum. Prima ex consuetudine, & habitudine corporis totius sumitur: vt quia fuerit valde gracile, vel pinguosum,& abortire consueuit. Et ex dispositione mammillarum,vel ipsarum qualitate; vt cum fuerint prius tumescentes,& solidæ,subito molles fiant, graciles, prout Hipp.dixit in apho. Et ex quātitate causarum prædictarum. Cum enim non fuerint valde fortes,illum suspicandū,& verendū portendunt. Cumque fortes valde illum promptum demonstrant. Cumq; dolores fortes accidunt in matrice, & lassitudo; rubet facies,& accidit rigor; & proprie in febre; & dolor in capite,& in radicibus oculorum; tunc indicant ipsum promptum,& præsentem,& proprie cum menstrua prorumpant. Et signa quidem causarum intrinsecarum, q̄ occultæ sunt, ex dictis sunt nota,& plurimæ ipsarum sunt manifestæ medico,vel prægnanti ex relatione ipsius. Cumque causæ,& signa apparent ipsius abortus,alterum duorum ingenū est sumendum. Aut enim sunt debiles abortum portendentes,& tunc,vt prouideatur, cautela, & præuisione vtendum. Aut sunt fortes ipsum fœtum promptū monstrantes,& ineuitabilem, & tunc auxilium,quo fiat tolerabilius est ministrandum. Inquit enim Hipp. Non.n. illius est,vt futurum periculum, vel omnino prohibeat, vel saltē competenti adminiculo tolerabilius fiat. Præuisio consistit in abscissione causarum. Cautela vero in conseruatione prægnantis,& fœtus. Abscissio causarum completur cum contrarijs vnicuique earum proprijs,vt siquidē os matricis fuerit naturaliter amplum,contrin-

5.aph. 37.

De præuisione.

gatur

gatur ſtypticis pharmacis illinitis, emplaſtratis, & ſuppoſitis, & ſuffumigatis, quæ ſupra in retentione menſtruorum ſunt dicta. Sic̃t ſi accidentaliter ex humiditatibus in profundo curr̃ibus, cura curſus matricis tollatur. Sic quoq; ſi ſit humectata matrix, & humiditate repleta, vel menſtruis retentis ante imprægnationis tempus, quæ poſſent præ longa retentione corrupta lædere fœtum, cum mundificantibus omni mõ, & exiccãtibus notis ibidem leuioribus, necnon & ſi ſit vento repleta etiam cum extenuantibus in mola matricis ſuperius dictis. etiã ſi aliqua prædictarũ ægritudinum ſpecie ſit grauata, cura ipſarum propria medicetur, ſic̃t ſi patiatur ex cõitate ad aliqđ membrorum, vel corporis totius. Quòd ſi præ ſui macredine fiat abortus, regimine humectatiuo, & impinguatiuo vtendum, quod dicemus (annuente Chriſto.) Et ſi inanitum fuerit cum fluxu, quæ ſuperius habuiſti, vel quia aliqua ægritudinum acutarum ſit captum, cura propria vnicuique, quæ ex dictis, & dicendis eſt nota. Et ſi fame, reſumptione cum tẽperamẽto. Et ſi repletum vehementer, euacuatione paulatina, & abſtinentia corrigatur, Inquit Hipp. Multũ, & repẽte euacuare, vel replere, aut quomodolibet corpus mouere fallax, & naturæ inſuaue; paulatim vero melius. Complebitur autẽ repletionis euacuatio ſiquidem ſi ſanguis phlebotomia moderata, quæ embryonem ad nutrimẽti defectum non adducat; ſed tantum ſuperfluum ſuffocatiuum, vel malum ſanguinem eius corruptum. Si vero alij humores, cholagogo leuiori mundificetur, vt eſt rhabarbarũ, myrob. citrini, & chebuli, indi, & menſibus medijs primos, & vltimos tres verendo, vt Hippocr. docuit, aut cum ſena, ſi humor replens fuerit aduſtus, non pilulis, & hieris, vt aliqui præſumpſerunt, necnon cum lenientibus, & ſanguinem mundificantibus, vt melle, caſia, tamarindis, & manna. ſuc. roſ. lupuli, boraginis, & bugloſſæ: & floribus earundem, fumiterræ, & aqua lactis, & ſimilibus quibus in tribus primis menſibus, & vltimis vti poteſt. Et ſi cauſa fuerit in conceptu, auferatur, & cõfortetur, prout infra dicetur, & ſi mortuus fuerit, extrahatur, prout ſupra in difficili partu dictum eſt, & ingenio, quod dicemus. Si vero fuerit in panniculo, quo inuoluitur auxilio ſuccurratur, quod infra dicemus. Et ſi cauſa exterior apparuerit, amoueatur, & in contrariam diſpoſitionem adducatur. Inquit enim Gal. correctio immoderationis per contrariam immoderationem eſt fiens. Cautela vero conſiſtit in confortatione mulieris prægnãtis, & fœtus. Et completur cum regimine ipſorũ ſuperius prænominato; & medicinis proprijs, quæ narrabimus. Auxilium vero, vbi cauſæ prævaleſcendo ipſum promptum demonſtrant, & ineuitabilem, eſt duplex. vnum conſiſtit in habilitando, vt facile, & cito embryo expellat̃; retentio n. ipſius periculoſa eſt, & matricis * eſt cã. Aliud conſiſtit in accidentis correctione, ne mortis periculo adducatur. Habilitatio eius cõpletur cũ illis, quæ difficili partui ſuccurrendo facilitant ipſum, quæ ſunt ſupradicta. Correctio vero accidentiũ ibidem extitit nota, quoniam ad doloré remittendum. Et retentionem ſuperfluitatis ſanguinis ẽt colligere potui ex dictis in retentione ſuperfluitatum menſtruorum. Amen.

a. aph 31.

2. aph. 1.

S V M M A V.

Et vltima particulæ quartæ, Sectionis primæ, quæ eſt de ægritudinibus membrorum apparentium, & partium ventris.

SEquitur ſumma quinta, quartæ particulæ, ſectionis primæ finalis, & vltima: quæ eſt de medicinis ægritudinũ membrorũ apparentiũ, & partiũ ventris, q̃ in ſuperfluorũ expulſione ſunt adiuuantes. Sciẽdum tñ eſt, ꝙ primũ, quod nobis de ventre occurrit, eſt cutis; deinde ſub ipſa eſt panniculus primus, & nominauit ipſum Gal. membranam, & eorum duorum aggregatio eſt mirach, cuius iuuamentum eſt ſimile iuuamẽto lacertorũ, q ſequũtur. inde ſunt lacerti viij. duo primi occurrentes longitudinales, protenſi ab oſſibus pectoris vſque ad oſſa pectinis, exiſtẽtes de genere carnoſorum. Et ſub eis ſunt quatuor tranſuerſales, quorum vnus protenditur ad extra coſtarum falſarum, ſupra extremitatem earum, ad ſiniſtrum inferius circa fœmur, & ancham: & alius à ſiniſtra parte coſtarũ falſarum, & extremitate earum, ad dextrum inferius circa fœmur, & ancham: q̃ multa protenſione de carnoſa ſubſtantia deſinente in medio, in carnoſam; deinde in paniculoſam ſubſtantiam deuenerint extrema, ſub quibus duo alij latitudinales exiſtunt, panniculum ventris, qui ſiphac dr̃ immediate tangentes, carnoſæ ſubſtantiæ; protenſi de ilijs partis ſiniſtræ ad ilia partis dextræ, quorum iuuamentum conſiſtit ad continendum, & calefaciendum inteſtina, & ſtomachũ: ad expellendũ, quod in matrice, & veſica expellẽdum exiſtit, vt eorum compreſſionis auxilio facile expellatur, & ad ſuſtinendũ diaphragma, cum adeſt exufflatio, quod etiam ſua conſtrictione adiuuant. Deinde eſt adeps, q̃ pinguedo lacertorum dr̃, q̃ ex frigiditate neruoſitatis, & carnoſitatis ipſorum, & ipſius ſiphac, ibidẽ ex vnctuoſitate ſanguinis generata multiplicatur. Iuuamentũ eius eſt, vt ſua rarita-te colligat caliditatem, & ſua viſcoſitate confortet eam, quæ reflectitur ad inteſtina, & ſtomachum iuuandæ digeſtionis gratia. Deinde eſt ſiphac, pãniculus vocatus beriteron, cui adhæret pinguedo valde. Cuius iuuamentũ eſt, vt cõtineat oĩa inteſtina, & viſcera, & liget cum dorſo, ſuo proprio loco conſeruet ea tenẽdo firma, & iuncta. Et eorũ ſit tutamen, & diſtinctio inter lacertos, & alia viſcera, ne turbentur operationes ex eorum motu. Et ad exprimẽdum ſuperfluitates, cum lacertis, & mirach cõcurrendo. Et ipſe eſt principium, à quo omnis panniculus corporis habet ortum. Cum. n. aſcendit continuatur velamen, & fit eius inferior tunica vna trium ipſius. Et ex ea cum penetrat, oritur panniculus tegens pectus. Cũ vero deſcendit, & continuatur duobus ilijs, aduenĩunt ibi ei duæ viæ vocatæ didymi, in quibus penetrãt venæ; & ſuſpenſoria teſtium. Ex qbus fiunt duæ cyſtes, & folliculi teſticulorũ. Deinde eſt zirbus adipinus, qui eſt pãniculus ſubtilis, ex eo qui ſuperfluit à duobus lateribus ſiphac: & ex eo, quod deſcendit apud ſtomachum, & duodenum, & ex eo, quod deſcendit apud pectinem eſt ramus duarum venarum pulſatilis, & non pulſatilis, extenſus, ſupra ſtomachum contextus. Et ſuſpenſio eius eſt ex ſtomacho; & continuatur pectini, & eſt compoſitus ex duobus panniculus, quorum vnus capit alium, inter quos ſunt acies pinguedinis plurimæ; & venæ pauciores in eis ad modum retis, & eſt ſicut cyſtis, vel ſaccus, in quo aliquid retinetur, ſi apponatur: & eſt interius; ſicut interior pãnus ſiphac, & ſicut exterior ſtomachi, & eſt additus ab interiori parte, extenſus ſuper omnia viſcera in homine, quoniam eſt magis indigens auxilio, in digeſtione per comparationem ad aliam; ſua enim ſpiſſitudine comprehendit caliditatem, & ſua viſcoſitate pinguedinem illam conſeruat, quam reflectit continue. ſuper hoc, & hoc eſt iuuamentum ſui. In ſumma iuuamentum omnium, & commune in continendo viſcera, defendendo, & exprimendo, & calefaciendo. Et in medio ventris eſt ſumẽ, qui eſt locus vmbilici cuius forma eſt ad modum inteſtini, quo trahit infans ſanguinem à concauo ſecundinæ ad ſui nutrimentũ, & mediantibus venis, quarum orificio in ea concurrunt diſtributione cõporis totius. Deinde ſunt inteſtina, & alia viſcera, quorum anatomiã præmiſimus, (Chriſti omnipotentis gratia) qui ſit per cuncta ſecula benedictus. Ex quibus ægritudines ei euenire poſſibiles cõprehendere poteris generaliter, & eſt dolor, & ruptura, quo omnes operationes, iuuamenta lædũtur, & dicitur ruptura, quam tamen, hernia, & ſpecies eius ſequuntur; & quandoque eminentia vmbilici, ſuis capitulis prædiſtincta. Cauſas quoque extrinſecas, & interiores earum proprias, & communes, & ſigna earum.

Et

Et secundum hoc ista quinta summa, tria capitula continebit.

De crepatura; & speciebus herniæ,& medicinis eius. Cap. 1. fol. 103
De augmento vmbilici. Cap. 2. 104
De dolore ventris,& iliorum. Cap. 3. 105

De crepatura; & speciebus herniæ,& medicinis eius. Cap. 1.

Ruptura gñ. & quæ-plex.

RVptura est solutio continui membro pãniculo adueniens,eius diuisiones vniuersaliter comprehendens; quæ si panniculo continenti intestina, qui dicitur siphac,accidat, vocatur proprie crepatura. Accidit autem ei,in loco iuxta sumen,& raro; quoniam ille locus sustentatus est lacertis, & cum accidit minoris est eminentiæ,eo quòd grauantia intestina inferius tendunt,& est deteriorum accidentium, licet in principio dolorem non faciat: quoniam egressa in ea sunt intestina minuta, quæ egressa coarctantur: quibus coarctatis coarctant sęcem,& vomunt eam. Et quandoque accidit in sumine, quare sequitur eius augmentum, & vmbilici, & quandoque sub eo,& circa ipsum, & est paruæ additionis,& quandoque accidit inferius circa inguina,& est vt plurimum; qua pars illa grauedine intestinorum magis extenditur,nisi sustentetur lacertis,vt superior pars,sed extremitatibus lacertorum. & est maioris doloris,propter magnitudinem eius, quod extitit comprehensum,& maioris additionis, quam sequitur descensus eius,quod extitit comprehensum ante illius rupturam, vt intestinorum,& proprie monoculi; quoniam non est circumuolutum, & ligatum vt alia, aut zirbi, aut vtrorumque, cum est magna in bursam intestinorum,quare tumet,& inflatur,& vocatur proprie hernia,seu ramex. Et in mulieribus tument inguina ad modum tumoris oschei. Et tamen,vt præter rupturam eius descensus talium accidat,vt cum peruenit dilatatio in vijs inferioribus partis eius absque ruptura. Et dilatationis causa est effusio humiditatum glutinosarum aquosarum, collectarum in spatio ventris ad modum aquę hydropicorum. Et quandoque tumet oscheum, & inflatur, propter effusionem humiditatum præter naturam in ipsum,aut aggregationem ipsarum in ipso,propter frigiditatem,& conuersionem ipsarum in aquositatem,quare replentur aquositate. Et quandoque inflatur propter conuersionem ipsarum humiditatum in ventositatem, aut casum ventositatis ĩ illud. Et accidit species herniæ improprie,& abusiue dictæ,s. aquosa,& ventosa. Et qñque tumescit,& incrassatur oscheum, propter humiditatem sanguineam, sęculentam descendentem ad ipsum; aut ex apostemate duro,aut pinguedine ita,vt assimiletur ramici, & vocat hernia carnosa. Et qñque inflantur tm̃ venæ eius ex illa, & vocatur hernia varicosa. Et quãdoque mollificatione vehementi absque ruptura, quare prolongatur,& similatur herniæ. Et harum deterior,& difficilior est vtraq; varicalis.s. intestinalis,& zirbosa,qm̃ est cum ruptura, vel dilatatione. Aliarũ vero deterior est carnosa,& varicosa,qm̃ materia est fixa; leuior vero aquosa,& ventosa, qm̃ perforatione sola euacuatur materia, & detumescit oscheum. Et cãrum rupturæ siphac,quædã sunt intrinsecæ,& quædam extrinsecæ. Intrinsecæ sunt humorum corrosio,& replerio tendens, ventositas extendens,& motus super repletione,vox fortis,& sternutatio,expressio partis,& apostematis apertio. Extrinsecæ sunt,vt ignis adurens, percussio, ensis penetrans, aut animalis morsus,& similia. Causa vero dilatationis viatũ est debilitas ipsarum,& effusio humiditarũ mollificantium, & relaxantiũ ad ipsas; coadiuuãte motu forti,percussione,& casu: aut retentio spermatis moti, & prohibiti ab expulsione,aut ascensio mulieris supra virum,aut labor in coitu supra repletionem,aut satietatem, & aggregatio ventositatis, & egestionis in ventre, labor, & anhelitus in ipso,qui etiam possunt esse causa rupturæ ipsarum.

Signa ruptura.

Ex signis, quædam sunt rupturæ conuenientia, quædam dilatationi viarum,quædam herniæ. Signa conuenientia rupturæ, quibus ipsa cognoscitur,sunt apparens additio sub mirach subita,cum dolore, & tumore; qui additur apud motum,retentionem anhelitus,& expressionem, distinguitur diuersitate locorum, & si sit inferius circa inguina tumore bursæ fit hernia eius,nec cõfert exiccatio,nec stypticitas. Et dilatationis quidẽ signũ est tumor,& additio in oscheo paulatim apparẽs absque dolore,& præter motum subitum, & laborioſum,vociferationem,& alia,quæ sunt causa rupturæ percepta. Et est hernia folliculi testiculorum, non bursæ, & oschei immediate,& confert exiccatio,& stypticitas. Signorũ vero conuenientium herniæ, quædam sunt herniæ propter descensum intestini, & sunt magnitudo eius,& reditio eius velox cum resupinatione, & sensibilitas rugitus cum premitur proprie. Quædam sunt conuenientia herniæ propter descẽsum zirbi ad ipsam, & sunt tumor minor in comparatione ad illud, & euentus paulatim, licet minus quam in dilatatione, nec sentitur rugitus in illa, licet sit similis illi in tactu molli, & difficultate curationis,& facili reductione. Et ramex quidem aquosa cognoscitur per tensionem oschei cum splendore, & tactus mollicie,& lenitate. Et quidem ipsa non redit,nec ingreditur, & proprie si ibidem sit aquositas generata, non infusa materia. Et ventosa cognoscitur in inflatione oschei absque grauitate, & dolore, cum tensione, & resistentia impressionis,& est facilis ingressus,& reditus in omni situ. Et quãdoque accidunt in ea dolores fortes, quoniam extendit oscheum,& testiculos comprimit. Et carnosæ signum,est quòd non est materia intus oscheũ, vt in prædictis,sed in eius substantia diffusa inuisceata,& adhærens,& est cum crassitie,& duritie,& inæqualitate. Et si est ex apostemate duro cognoscitur per præcessionem signorum eius,& dicitur buris. Hernia vero varicosa, ex venis repletis cognoscitur tendentibus ad nigredinem contortis,& complicatis,& mollificatione testiculorum,& prohibitione ipsorum à cursu,& motu. Et si est in attenjs oschei, tactu comprehendit ipsa, si vero in venis nutrientibus illa membra,cum sint profundæ, tactus non comprehendit illas.

Curatio.

In cura rupturæ intentio patientis, licet prius inspiciat accidens, videlicet herniam, quia ab eo perceptam magis molestantem,& in actionibus impedientem, attrahentem impudicitiam ipsius operantis medicantis,executio tamen vertitur ad eius causæ ablationem prius. Est autem causæ ipsius ablatio duplex; vna causa est communis omnibus herniæ speciebus, alia vnicuique speciei propria. Communis causæ ipsius ablatio,completur regimine,quod in sex rerum non naturalium debita ministratione cõsistit,& est vt degat in aere temperate calido,& frigido,declinante ad siccitatem,vitet extremitates qualitatũ eius,& proprie humiditatis. Vtatur cibis siccis,& vitet humidos,& brodiales, & vẽtosos,ac repletionem,& potum multum,& proprie aquæ. Quiescat,& dormiat temperate. Vitet omnem motum corporis, & animæ, vniuersalem, & partialem quo totum moueatur corpus, vt est sternutatio, tussis, compressio, retentio anhelitus,atque singultus,vomitus,& coitus,et balneatio,& proprie post repletionem; nec fletus,nec ambulet supra cibum valde, & breuiter fugiat omnes causas rupturæ,delationis, & effusionis medicinarum prædictas,in quarum contraria innitatur. Propria vero ex speciebus herniæ, & ablationi causæ quædam est, quæ appropriatur veris, quædam non veris. Abscissio veræ causæ verarum specierum herniæ,vt intestinalis, & zirbalis immediate rupturam siphac,vel dilatationem viarum eius respicit; ablatio ergo eius est,vt hæc vniantur, & consolidentur; illa vero coangustentur, neutra vero ipsarum fieri potest medio stante, quod descẽdat in bursam,vt ergo hæc fiant, expedit prius, descendat intestinum scilicet, aut zirbum ad locum proprium reducere, deinde rupturam vnire,& consolidare,vel dilatationem

viarum

Species herniæ.

Causa.

Dieta.

viarum debite anguſtare. Reductio autem eius completur cum balneis,& cataplaſmatibus, & infuſionibus rerum mollificantium, & dolorem ſedantium, decoctarum in aqua, quales ſunt maluæ folia, & biſmaluæ, & branchæ vrſinæ, viol. ſemen lini, &c. fœnugræcum, in quarum aqua ſit pannus, vel ſpongia infuſa, & ſupra locum immiſſa, donec locus mollescat, & dilatetur, deinde reſupinatione corporis facta, & cruribus eleuatis cũ compreſſione tendente ſuperius, reducantur inteſtina, vel zirbus, vtraque poſt quam ſequi debet rupturæ vnio, & conſolidatio, vel dilatationis coagulatio. Vnio autem, & per interius conſolidatio ſumpta potiones, & diætam, & exterius approximata, & emplaſtrata, & non poteſt fieri quantumcunque ſit in conglutinatione, & ſtypticitate fortiſſima, niſi etiam infrigidantibus tantum, cum partes ruptæ non poſſint vniri, & ad debitum ſitum reduci; arte, vel ingenio, propter magnitudinem vulneris, ineptitudinem, & compreſſionem membri, quod ſubtile, & inſanguineum eſt. Expedit ergo ad B aliquid proportionabile illi confugere; ſaltem, vt illam prohibeat ab augmento, & proprie apud corporis motum, donec tempus adſit miniſtrãdi chirurgicum opus, quod in conſolidatione ipſius efficaciſſimum eſt, & probatum. Proportionale vero eſt ligatura, cum brachiali habente eminentiam perpendicularem ad clypei formam, in loco reſpiciente inguina, vbi ruptura exiſtit, & faſcia deſcendente ſub coxa; cum qua in locum poſterum ligata ſtringatur, & eſt nota. Et modus operationis chirurgici eſt, vt prius obſeruato prædicto regimine corpora purgentur, ſi cacochymia ſit apparens; vel phlebotomentur, ſi replerionis ſunt ſigna, & ſit multa, vt natura in mittendo humores ad locum magni doloris reddatur auara, deinde ſupra locum inguinis recipientem rupturam, quam ex tranſitu inteſtini, vel zirbi deſcendentis, & redeuntis cognoſces, & percipies: cum impoſitis digitis apponatur ruptorium, & euitetur ferrum omnino, ſit autem primum leue, & non faciat ſubitam commotionem, & dolorem fortem; ſed facile toleretur, C quales ex nitro cum calce abluta, vel ex arſenico cum calce mixto, & ſimilibus, deinde apponatur fortius, vt arſenicum, ſublimatum, & tandiu immoretur in loco, donec rumpendo, & corrodendo perueniat vſque ad didymum. Caueat tamen ne tangat inteſtina, vel ad ea perueniat virtus eius, quoniam vlcerabit nec conſolidabuntur, & proprie ſi gracilia fuerint, & morietur æger, vt in quodam notabili vidimus ab experto. Et ad hoc euitandum ſtatim expedit, vt toto tempore curæ rupturæ faciendæ, iaceat ſupinus in lecto anchis, & cruribus eleuatis, & à parte ſuperiori vbi ſunt inteſtina interponatur aliquod, quod defendat ea, vt peciola, oleo roſ. intincta, & vitet repletionem, & inflationem, & locus quotidie requiratur, & pluries. Caueat etiam ne chorda ligans eius cum oſſe pectinis, quæ ſub vlceris loco exiſtit, attingat, quoniam ſequeretur contractio, & ſpaſmus, & vt plurimum mors. Et modus cautelæ eſt, qui eſt dictus. Cum ergo perueniunt ad didy- D mum, tunc inſpiciatur vlcus ſubtiliter, & inquiratur, vtrum didymus ſit dilatatus, vel ruptus. Si vero dilatatus ſit, comprehendatur acu, & fortiter cum filo ſerico reſtringatur, & deinde vlcus conſolidetur. Si vero ſit ruptus, nec comprehendi valeat, vt ligetur ruptorium, repetatur cum mora donec pertranſierit ipſum vſque ad os; tunc vero auferatur, & applicentur ſigillantia, & incarnantia cum ſtypticitate, deinde repleto carne vlcere applicentur ſigillantia, & incarnantia, quæ ſunt pontica, & exiccantia fortia, quale eſt puluis gallæ, cortex thuris, ſandaracha, & ſimilia, & patiens nutriatur viſcoſis, & duris. Conſolidatio in infantibus, & coanguſtatio dilatatorum ductuum, & viarum, qui didymi nominantur; completur cum conſolidantibus interius ſumptis, & exterius applicatis ſtypticis, ex balneis, & emplaſtris; & ſunt glutinoſa, & viſcoſa, quales ſunt ſpecies conſolidæ, corrigiola, mumia, terra ſigillata, grana naſturtij, milleſolium, decoctio nucis cypreſſi, & hypo-

Documentum.

Documentum aliud.

A cyſtis proprie cum balauſtia, & ſimilia ex cibis, & potibus, & ex decoctione eius ſumptis, & exterius approximatis, & emplaſtratis ſimplicibus dictis, & alijs, vt eſt centaurea cui ineſt proprietas vniendi fruſta carnium, quando cum eis ſimul decoquitur. Et ex eis ſunt confectiones, & emplaſtra compoſita, quæ infra dicentur cum ligatura, & ſtrictione forti. Et quandoque ſufficit ſola ligatura in dilatatione infantium. Quod ſi ruptura ſupra, vel circa vmbilicum affuerit, reductio fiat inteſtinorum, vel zirbi fiat facile, quia ſola reſupinatione infirmi, & manus compreſſione, quod ſi addatur in ruptura, incipiatur in deſiccando illud, quod dilatatum eſt, propter humiditatem, adunando quod fixum eſt, & ingenietur in conſolidatione eius, & regatur vt ſupra. Et quidam nituntur in hoc dilatando fimbrias ſuas, & eorum efficaciſſima cura generalizando ſuperius in ſuperioribus omnibus, cum non videatur poſſibile, niſi in cura infantium exiſtente parua. Et illud eſt apponere ſupra in loco rupturæ emplaſtrum ex rubificantibus, & trahentibus ſanguinem ad locum primum. Quale eſt proprie, quod fit ex paſſulis nigris enucleatis, caricis, & vino nigro pontico, ana &c. bullitorum ſimul in olla ad inſpiſſationem; deinde cum adminiſtratione emplaſtrorum ex ſtypticis, & ponticis ſanguinem illum tractum inſpiſſantibus, & ſclirotizantibus, quæ ſua craſſitie, & duritie obturabunt. Quale eſt proprie factum ex gypſo, & lapide marmoreo, ceruſſa, gallis, luto ſigillato, & ſimilia, & quod ſcribitur infra.

No. de centaurea.

In abſciſſione vero cauſæ proprie ramicis aquoſæ, aut ventoſæ, duæ res ſunt neceſſariæ ſcilicet extractio eius, quod in oſcheo eſt contentum, & materiei prohibitio regenerationis, & multiplicationis eius. Extractio autem fiet cum reſolutione, vel inciſione, vel perforatione eius, cum ferro, vel cauterio, ad modum extractionis aquæ, aut ventoſitatis hydropicorum, talem autem complentia ſunt dicta ſupra in cura hydropiſis, & ſunt ex emplaſtris, ſuffumigijs, & balneis ſiccis, & vnctionibus reſoluentibus. Inciſio autem completur cum ferro, & cum medicinis acutis adurentibus, & exiccantibus, & conſtringentibus illud, quod ruptum, vel dilatatum eſt ex ſiphac, & foraminibus eius, ne vlterius deſcendat, & tranſeat. Et modus perforationis vel inciſionis cum ferro eſt, vt reſupinetur patiens in lecto, vel ſcamno, & ſedeat poſt ipſum aliquis, qui extendat virgam eius ad ſuperiora, & eleuentur teſticuli ad ſuperiora pectinis, & elongentur ab oſcheo, & perforetur cum phlebotomo oſcheum à parte dextra, vel ſiniſtra, recedendo à commiſſura, deinde ſtude in euacuatione totius aquoſitatis, & egreſſione ventoſitatis. Et modus apertionis cum cauterio eſt, vt ſumas ferrum ſubtile, in quo ſint vncini, & igniatur, ſicut ignitur cauterium, & ſepara teſticulos, quantum poſſibile eſt à loco cauterizationis, & reuolue cauterium ab oſcheo, ita vt non inueniat teſticulum, & inueniat oſcheum, & alberiteron, & conſtringat, & calefaciat ipſum, vt non egrediatur poſt ipſum aqua poſt illud, eſt melius quòd conſtringas meatum, deinde incidas cruſtam, & conſolida. Et fortaſſe incides ex alberiteron aliquid, & cauteriza, & pone ſupra ſciſſuram ſtyptica. & prohibe ægrum potare aquam. Prohibitio generationis materiæ multiplicantis eam ſit cum euacuatione, & æquatione cibi, & potus. Et regimen in ventoſa, eſt regimen inflationis ſtomachi, vel tympanitis, quod ſuperius dictum eſt.

Regimen vero carnoſæ, & varicoſæ, eſt regimen durorum apoſtematum, & illud eſt cum mollificantibus, & reſoluentibus alternatim approximatis. Mollificantia ſunt pinguedines, medullæ, olea, mucilagines. Reſoluentia ſunt granorum ſpecies, vt refina, terebinthina, bdellium, aloe, ſtyrax liquida, ammoniacum, & ſimilia, iris, crocus, & chamæmelum, ſpica, &c. Compoſita ſunt, & ex eis eſt emplaſtrum baſilicon, ceratum hyſſopi, & ſimilia. Emplaſtrum leue ad crepaturas infantium ſecundum Græcum. Recip. corticum thuris, maſticis, ſarcocollæ, tragacanthi, ana terantur, & aggregen-

Emplaſtrũ ad crepaturas infantium.

tur

tur cum vino de passis; dissoluta in eo mumia, & aliqui addunt aloe,& gluten piscium. & aliqui solum faciunt ex balaustijs,psyllio,& radice lilij syluestris,& lenticulis aquæ, & fortassis sufficit, vt liniatur locus cum bdellio dissoluto in vino, thure, & colophonia. Aliud fortius Oribasij. Recip.balaustiarum,granorum nasturtij,granorum granatorum,gallarum immaturarum,ana drac. decoquantur cum vini styptici vnc. viij. decoctione vehementi. Et reductis intestinis ad superiora embrochetur locus cum frigido,& apponatur emplastrum,nec remoueatur donec per se cadat. Aliud efficax secundum Ioannitium. Rec. aloen, dissoluatur gluten in aceto vini,& aggregetur medicina cum eo,& fiat ex eis emplastrum. Emplastrum Papæ Ioannis ad crepaturam expertum. Rec. lithargyrij, opij, lapidis hæmatitis,sang. dra.sang hominis recentis,galbani, masticis, thuris,costi,boli armeni,isculi,mumiæ,ammoniaci, ana drac.iiij. picis naualis,colophoniæ,ceræ albæ,& rubeæ,ana vnc.s. myrrhæ,cardamomi, aloes, ana scrup.v. colocynthidæ, palmæ marinæ adustæ,gallarum,balaustiarum,aristolo. long.radicum consolidę minoris,ana drach.j.visci quercini vnc.j. fac decoqui pellem hœdinam in aqua, donec tota pellis dissoluatur, deinde colerur cum expressione. Et cum colatura illa tere, quæ sunt terenda, & liquefac, quæ sunt liquefacienda: incorporentur isculi, & bene contriti in visco fortiter misceantur cum prædictis,donec mixtum reducatur ad modum emplastri,& præcedente balneo cum aqua pluuiali decoctionis balaustiæ, myrtæ, corrigiolæ, consolidæ, & radicum lini,apponatur,& superligetur brachiale, & hoc oportet per tres menses, seruato prædicto regimine.

Puluis ad idem.

Puluis quo vtatur cum cibis. Rec.nucis muse.vnc.s. gatyoph.vnc iiij.cinnamomi dulcis vnc s. boli armenæ vnc.ij.semin. nasturcij. Item aliud emplastrum secundum Iudeum. Rec.picis,hieræ,ceræ rubeæ,ana vnc.s.lithargyrij, ammoniaci, galbani, masticis, terebinthinæ, consolidæ maioris, & minoris, ana vnciam vnam, visci quercini,gypsi.& myrrhæ, olibani, ana vnc.j. aloes,aristolo.long.& rotundæ,isculi ana vnc.j. boli armeni vnc. j.pilorum leporis minutim incisorum tantundem; conficiantur cum melle, & applicetur. trahit enim sanguinem ad locum, & cum styptricis consecutiue appositis condensetur in lapidem, & oppileur ruptura. Aliud ad idem Rec. picis naualis lib.j. colophoniæ lib.s. galbani, sagapeni, ammoniaci, opopana. ana vnc.s. ceræ vnc iij. aceti lib.s. fiat autem ex eis ceratum in stagnata liquefactis,& quæ liquefacta fuerint parum de ipsa in aqua frigida imponatur,& cum se tenuerit pix græca puluerizata,cum masticbe,& thure, cum prædictis incorporetur in stagnata,& cum spatula semper agitando bene incorporetur in stagnata, & cum cocta fuerint, adde terebinthinæ vnc.j. deinde super aquam frigidam cola, & manibus inunctis oleo laurino collige, & fortiter malaxa, vt aqua inde exeat,& fac magdaleones, & cum vino eorum emplastra. Linimentum ad crepaturam aquosam, & ventosam, dissoluatur bdellium in oleo sambucino, apostolorum,vel nardino,& vino antiquo,& addito castorei puluere,& hordei puluere,vel milij; fiat.

Linimentū ad crepaturam aquosam. & ventosam.

De augmento vmbilici. Cap. 2.

COntingit vt egrediatur vmbilicus, & emineat extra,& illud est in infantibus proprie. Et causa eius est, aut propter rupturam in ipso nato superius prouenientem,videlicet ex planta,vel ortu,quia egreditur zirbus,vel intestinum,& inflatur, sicut etiam contingit in oscheo,aut ex causa hydropisis, ita vt mollificetur,& aggregetur in eo aquositas,vel ventositas contenta in concauo ventris replens,et extendēs ipsum,aut propter cursum superfluentis sanguinis ad ipsum ex apertione venæ,& arteriæ ipsius,quare cutis eleuatur in altum. Signa causæ primæ sunt,quoniam calor naturalis non mutatur. Et est locus diuersitatis alicuius,& proprie vbi egrediuntur intestina; & est cum dolore aliquo,& tumor cum mollitie, & occultatur cum premitur. Et quandoque in occultatione rugitus percipitur,& administratione mollificantium ex balneis,& vnctionibus, & motus augmentatur.

De signis.

Signa eius,quæ est ex aggregatione humiditatis sunt, quod cum compressione cedit,& est leue, respectu præcedentis; colore cutis non mutato,& etiam si ex ventositate fiat,& est leuius, & magis resistens compressioni, & sonitus in eo, & vox existit,si percutiatur. Signa vero tertij,sunt mutatio coloris cutis ad colorem sanguineum, & nigrescentem. Et signum est, quòd ex additione carnis natæ,aut apostematis,est,quia est graue,durum,quod compressio sicut alia non occultat.

Cura autem eius est proxima curæ rupturæ, & specierum herniæ supradictæ. Et modus eius in prouenientе ex ruptura est duplex. Vnus cum glutinantibus styptricis,interius, & exterius, ex emplastris approximatis, possibilis in infantibus, & egredienribus post partum, cum ligarura, quam faciunt obstetrices, in quibus ex apertione venarum, & arteriarum contingit. Alius est incisione,futura,& consolidatione chirurgica in corporibus duris augmentatis. Conglutinantia, & styptica, quibus primus completur modus, sunt charabæ, thus, balaustiæ,glans,galla,antimonium,acatia,alumen,terebinthina,terra sigill.& similia simul confecta, vel diuisim applicata, cum ligarura stricta, & quandoque additur cerussa secundum mensuram vnius illorum. Et simile est,si sumatur tenta, & inuoluatur supra ipsum pannus,& accipiatur minutum thuris, & conficiatur cum albumine oui,& liniatur cum eo super vmbilicum, & repleatur eo. Modus vero incisionis est talis. præcipiat infirmo,vt stet,& tendat ventrem suum, & contineat anhelitum, donec appareat,quantum possibile est ipsius augmentum. Et tunc fac in circuitu huius cum atramento signum distinctiuum; deinde comprehende quod ejciatur, cum vncino supra myrach solum, ita quòd non accipias, quod est sub eo de zirbo,vel intestino,deinde fac resupinare eum supra collum; & deinde liga cum filo sub vncino, ita quod cadat ligatura in signo,nec comprehendat aliquid ex eo, quod est sub mirach, sed solum ipsum,ex tunc vero incide cutem,& sue locum descriptum cum filis duris, extensis adinuicem, & stringe ipsum supra ventrem, & dimitte cutem, & consolida prius lacertos,deinde consue cutem,& consolida sicut oportet. Reliquarum vero cura cum exiccantibus,& lenientibus,ac resoluentibus notis completur.

Emplastrū ad exitum vmbilici.

Ad exitum vmbilici fiat emplastrum probatū infantibus,quibus accidit magis. ℞. granorum lupinorum M.j. petiam vnam panni linei combure, qua conficies cum vino nigro, & pontico, bulliant donec inspissetur, & intinctam spongiam liga supra locum postea in aceto, & aqua ros. & in eo inuolue stupas, & applica supra vmbilicum,& est Rasis. Aliud fortius ℞. Aluminis aur. xv.gallarum aur.iij. terantur, & conficiantur cum vino calabrensi nigro, donec inspissentur; & infundatur spongia post in aceto, & aqua rosata. Item ponatur super aliquem pannum gluten de corijs, & tepidum vmbilico applicetur, & superponatur puluinar de bombice, & panno lineo, & ligetur cum fascia. Item aliud. Rec. aquam aluminis, vinum calabrense,ana,in quibus bulliant rosæ, & spongia intincta supponatur, & si vis efficacius,bulliant cum gallæ, masticbe, & thus, & infascia. Item ad eius exitum, aquosum vinum in cinere refunde,& ex eo super emplastra. valet etiam ad ventosum,& confrictio cum compressione ex saliua ieiuni, & famelici curat eam,si ex leui fuerit causa.

De dolore ventris,& iliorum. Cap. 3.

Causa.

DOlor ventris,& iliorum ex dictis in dolore intestinorum in parte notus est; quoniam accidit ex causa existente intus mirach,lacertis,& panniculis ventris. Et quandoque ex communitate superiorum, vt diaphragmatis, pleuræ, pulmonis, & aliorum vel subteriorum membrorum, vt intestinorum; vel aliorum membrorum

brorum profundorum correſpondentium illis, vt ſtomachi, hepatis, ſplenis, renum, & ſimilium. A

Signum diſtinctiuum eſt quoniam cum paſſio eſt propria in mirach, dolet continue apud tactum, & quandoque alteratur color, & tumor (ſi adſit) & ſequitur lacertorum figuram. Cum autem paſſio eſt ex communitate interiorum, dolent propter tactum, nec ſemper apparet tumor, niſi cum apoſtema in eis fuerit, magnũ, & eſt præter lacertorum figuram; nec color cutis mutatur, & additur, & diminuitur additione, & diminutione paſſionis illorum, quæ præceſſit.

Curatio. Cura eſt, nam ſiquidem ex propria paſſione fuerit, & ex malitia complexionis frigidæ, quæ eſt plurimum ex cauſa exterius accidente; aut ex ventoſitate interclusa cum calefactorijs, balneis, & electarijs ex diacymino, diatrion pip. & alijs calidis, & proprie ſtœchade medicetur. Et ex medicinis appropriatis ei ſimplicibus eſt ammoniacum bibitum, vel epithematum cum melle, aut aqua hordei, & alhaſee cocta, & tranſglutita cum melle, & mahaleb, & cyperum, & fœnugræcum, & ſemen lini, & ſtœchas, & abſynthium, & reliqua anodyna. Hipp. vero dixit. Quibuſcunque dolor circa hypochondria ſine phlegmone fuerit, febris ſuperueniens curat ægritudinem. Attendendum tamen, quia dicit ſuperueniens; vt quia ſponte, vel caſualiter prouocata ſit; veniens vero artificialiter prouocata non ſemper, niſi corpore mundo, & conſumptioni inepto. Aliter autem diſpoſitio ſi procurabis forſaſſe accidet tibi, ac ſi nequam, & te fortiorem introduxeris in domum tuam hominẽ te adiuuandi gratia, qui cum inuenerit aliquid ex continentibus, vel contentis, cui innitatur, firmabitur in eodem; nec poteris ipſum expellere cum volueris; ſed fortior exiſtens expellet te, ita vt, quod vocaſti in auxilium, in non auxilium conuerteretur. Sed ſi fuerit ex ſolutione continui cum exhibitione mumiæ ſumptæ, & cum compreſſione inunctæ præcedente phlebotomia curetur, & granis naſturcij, & ſucco cytoniorum prænutritis, non fractis, & cum emplaſtro ex conſolidantibus notis, & conuenienti regimine. Et ſiquidem ex apoſtemate fuerit, curetur cura reliquorum apoſtematum, quæ indicationem a patiente particula non ſuſcipiunt. Et ſiquidem ex communitate ad ſuperiora fuerit, vel ſubteriora membra, & profunda, curetur cura doloris pectoris, & pleureſis; vel cura doloris hepatis, vel ſplenis, & inteſtinorum dicta. Et ex ſimplicibus medicinis conuenientes, & expertum eſt betonica, cum teritur ſicut eſt, & emplaſtratur, aufert enim dolorem, & inflationem ventris. Et ſumptæ ex ea. drach. iiij. cum aqua dolorem hepatis, & cum melle, & aceto dolorem ſplenis ſedat. Et abſynthium emplaſtratum cum oleo de alchanna facto cerato, aufert dolorem ſtomachi, hepatis, &c. iliorum. Ex compoſitis eſt hoc, quod ſedat dolorem ventris, & iliorum in infantibus, & pr̃batis. Recip. ſucci parietariæ, ſucci herbæ fœniculi ana, guttas. iij. & cum lacte in cochleari da ei poſt balneum, in aqua decoctionis ipſius parietariæ. Aliud. Recip. fœni. granorum naſtur. ſemi. apij, ameos, zingib. cinna. ana partes æquales, ſagapeni, ad pondus omnium, fiant ex eis pillulæ, vt auellanæ, & miniſtrentur.

6. aphor. 40.

Ne. de abſynthio.

PARTICVLA QVINTA ſectionis primæ, finalis, & vltima, quę eſt de medicinis ægritudinum iuncturarum.

Vbſequitur particula quinta ſectionis primæ, finalis ipſius, & vltima de medicinis ægritudinum iuncturarum, continens ſummas quatuor. Quarum Prima eſt de medicinis doloris ipſarum. Secunda de medicinis diſlocationis. Tertia de medicinis ſolutionis, & ſeparationis. Quarta de medicina apoſtematum earumdem.

SVMMA VERO 1. eſt præſentis conſiderationis, continens capitula decem.

Sermo generalis in iuncturis, & diſpoſitionibus, & doloribus earum; cauſisq; & ſignis ipſarum, & eſt proœmialis. Cap. 1. fol. 105
De medicinis iũcturarum, & cura dolorum ipſarum in generali, vt arthreticæ commune. Cap. 2. 106
De dolore ipſarum in ſpeciali, & primo de dolore humeri, & ſpatulæ, & medicinis eius in ſpeciali. Cap. 3. 107
De dolore dorſi. Cap. 4. 110
De dolore anchæ, & iſchiatico, & medic. eius. Cap. 5. 111
De dolore podagrico, & medic. eius in ſpeciali. Cap. 6. 112
B De medicinis diſpoſitionis, & accidentium, quæ doloribus iuncturarum inſurgere conſueuerunt. Cap. 7. 112
De his, quæ præſeruãt, & doloribus iuncturarum. Cap. 8. 113
De varicibus, & de medicinis earum. Cap. 9. 113
De elephantia, & medicinis eius. Cap. 10. 113

Sermo generalis in iuncturis, & diſpoſitionibus earum & doloribus, cauſis, & ſignis earum: & eſt proœmialis. Cap. 1.

TE ſcire oportet, quòd dolor iuncturarũ eſt nociuus ſenſus ipſarum, & eſt recipiens diuiſiones penes ſuas cauſas eſſentiales ipſarum, atq; accidentales, quibus variatur ſua diſpoſitio atque cura. Cauſæ vero eſſentiales doloris ſunt duplices, res percipiens, & res imprimẽs, nihil enim aliud eſt dolor, quam contrarium impreſſorem ſubito ſentire, vt dixit Abuh. Penes cauſam percipientem, quæ eſt membrum, a iuncturis ſpecificationem recipit, & diuiſionem hoc modo. Sciendum primo, quòd iuncturæ paſſiuæ ſumptæ oſſium membrorum corporis extremitates alteratim adinuicem ſunt coniunctæ. Actiuæ vero partes extrema ipſorum contiguatorum ad ſeinuicem contingentes, & ex ligamentis de extremis ad extrema oſſium protenſis, & chordis lacertorum in eorum circuitu alligantibus compoſitæ, & commiſtæ venis, & arterijs ſupercurrentibus, atque cute a natura ordinatis. Et vt per eas membra, & flexionem, & reflexionem recipiant eorum operationibus, & motibus opportuna. Quæ omnes ſenſibiles valde ſunt, quia nerueſæ, durę: ne in motu eorum quaſi continuo rumpantur, & ne calefiant, frigidæ, & proinde debiles vtræque ipſarum, quia a primo principio ſunt remotæ inter ſe, concauitatem, & cauernoſitatem habentes, vt colligant, & conſeruent humiditatem, nec exiccentur in motu, qui ſi non contingat in quanto, vel in quali excedere eas, exiccari, & calefieri eſſe neceſſe, ac debilitari magis; venas quoq; & vias ad ipſas ex membris, & corpore dilatari, quapropter ſuperfluitates, & humores corporis trahere ad ſeipſas influxas recipere, illas conſeruare propter ſpiſſitudinem, &c. frigiditatem. Et proinde ægritudines omnis generis incurrere, & plurium rheumaticas, & dolorem, propter cauſam inferius aſſignandam, quibus ægritudinibus nunc prætermiſſis, tanquam ad ſectionem ſecundam pertinentibus, quæ de medicinis ægritudinum vniuerſalium tractat, tantum de medicinis dolorum ipſarum hic dicendum, qui in generalibus omnibus ægritudinibus eſt ſymptoma ſibi præiudicans ſanationem ſua fortitudine inter omnes, & curam ipſarum vniuerſaliter comprehendens, necnon a membro, ſeu iuncturis denominationem recipiens in genus, & ſpeciẽ variato. Dolor. n. iuncturarum, aut eſt vniuerſalis omnib. iũcturis, & ſic arthretica nũcupatur, ab articulis dicta, qui generaliter iũcturæ dicũtur,

Doleriũ iuncturarũ quid.

Cauſæ.

Arthretica quid.

aut aliquibus proprijs,& hic ſecundum varietatem iun-
ctuarum varie nominatur, quia variam ab eis proprie-
tatē aſſumit,vt infra patebit; iunctuæ.n.in ventre ſunt
corporis,& tales ſpondylium dorſi eſſe noſcuntur, ꝙ ba
De anatomia iunctu-rarum, & dolorum. ſis eſt corporis vniuerſi, ſicut carina nauis. Quædā ſunt
membrorum extremorum de corpore prodeuntium, &
hæc diſtinguuntur dupliciter quædam enim ſunt ſuperi-
orū extremorum, vt manuū generaliter acceptarū,quę
dā inferiorū,vt pedū ſimiliter generali modo ſumptorū.
Et vnaquæq; ipſarum totidē recipit ſectiones, quot in ſe
continet iuncturas, a quarum qualibet propriam deno-
minationem recipit, quæ generaliter iūcturarum dolor
dicitur,& propter naturam earum, variam,& diuerſam
curationem. Denominationem vero recipit,nam ex eis
eſt dolor,qui dicitur humeri,& ſpatulæ.Humero.n.ſpa-
tula,& adiutorium cū furcula coniunguntur, alius cubi
ti, alius raſcetæ manus,& cæterarum iuncturarū ipſius,
quē chiragrā Ioannitius appellauit.a chir Græce, Latine
manus. Alterius vero, qui eſt pedis quidā dictus eſt do-
lor anchæ,vel iſchiaticus,alius poplitis,alius raſcetæ pe-
dis.& aliarū iuncturarū eius,podagricus nominatus,sēſu doloris,quilibet in loco, vel iūctura propria pceptus,
atq; diſtinctus. Curationem quoque diuerſam, de qua
infra dicetur, recipit a varia natura ipſarum. Aliquæ.n.
ipſarum ſunt magis vicinæ principio,vt humeri,ſpatulę,
aliquæ profundæ lacertis craſſis,& pellibus inuolutæ,vt
iſchiæ,& anchæ,aliquæ vero magis diſcoopertæ, a prin-
cipalibuſque remotę; vt manus,& pedes,cętere ſm ma-
gis,& minus proinde ipſarum dolores in corpus diuer-
ſimode imprimentes,& cauſas ſalubres curatiuas pluri-
Cauſa que. mum variantes. Penes cauſam vero imprimentem ſe-
cipit dolor iuncturarum notificationem, & diuiſionem
ſic. Cauſa vero ipſam imprimens, quædam eſt interior,
& quędam exterior. Interior eſt in ſe,& ex cōitate ad mit
tentia mēbra. Et materialis plurimū, q̄ phlegmatica pp
earum naturā,& digeſtionis defectum. Omne autē mē-
brum cōplexionis frigidę actiones defectas haber ex ne-
ceſſitate dixit Gal. In ſe quidem mala cōplexio quælibet
plurimū frigida. In genere.n. ꝓportionabili facilior eſt
tranſitus,dixit Abu. Ex cōitate vero eſt quilibet humor
eſſentiam doloris varians ſeu ſpeciem, & eſt plurimum
phlegma cum choleta,deinde phlegma crudum, deinde
ſanguis,deinde cholera,& rarius melancholia. Et quan-
doque ventoſitas operans ipſum acutum, vel obtuſum,
continuum,vel interpolatum,a corpore toto,vel hepate,
& cerebro,& quandoque inteſtinis patientibus, propter
propinquitatem miſſus,& influens per modum rheuma
tiſmi ad ipſa,vel permutationem. In dolore vero ipſarū
rheumatis cauſæ omnes frequenter concurrunt, quarū
quædam eſt generalis,& immediata; aliæ ſunt ſpeciales,
& mediatæ. Generalis eſt,quam Gal. in ſuo lib de virtu
tibus dixit, cum ait, quemadmodum enim membra ad
ſe inuicem trahunt eſcam, ita ad ſeinuicem deponūt ſu-
perfluitates, & hæc cauſa vocatur rheumatum. Specia-
les vero ſunt,quas Ioānitius in ſuo introductorio nume-
Specialis cauſa ſit quatuor modo. rauit, cum inquit. Modi vero morborum ex innaturali
malitia cum aliquo humore decurrente ad infirma mē-
bra quatuor ſunt. Primus eſt virtus membri impellen-
tis,& debilitas recipientis. Secundus eſt multitudo hu-
Nota hec omnia. morum dictorum. Tertius eſt debilitas virtutis nutriti-
uæ. Quartus eſt largitas viæ pororum. Fortitudinis to-
tius corporis,& hepatis reſpectu iuncturarum cauſa ſa-
tis eſt nota. Debilitatis iuncturarum duplex eſt cauſa,na
turalis, quæ ſuperius eſt narrata, & accidentalis ex tem-
pore,vt caſus, & percuſſio,vel aliqua ægritudo. Acciden
talis debilitatis nutritiuæ cauſam ſuperius in ſtomacho
habuiſti. Ex qua principaliter cum malitia regiminis
humorum multitudo procedit, errat enim inter alias
plurimum mala nutritiuorum membrorum cōplexio,
& corporis vniuerſi,intantum, quòd exaucta tempore
procedente quandoque malos, & ſuperfluos humores
gignit ad iuncturas currentes, dolorem præſtantes, quā
tumcunque bonitas regiminis ſubſequatur,coadiuuan-
te largitate ductuum, & viarum, quæ ab humiditate
E cum caliditate humorum frequenter currentium pro-
creantur, & motu; ſicque deinceps ſibi viuere ſi velit
ſaluus a doloribus tunc non poſſit, quod equidem ver-
bum ab admiratione multos eripiet conſuera,hi.n. hu-
mores rheumatizantes taliter ad iuncturas doloris ea-
rum multiplicati cauſæ fiunt, alterando quidem ſubito
malam complexionem diuerſam inducunt, & replendo
concauitates earum, chordas, neruos, & lacertos exten-
dunt, & illorum quaſi continuitatem ſoluunt, totamq;
iuncturam eleuant in tumorem. Et quandoque apoſte-
mando vtrumque inducunt, licet raro propter ſoliditā-
tem, & duritiem ſubſtantiæ partium,ob quam humo-
ralis materia collecta, vel fluens de facili non ſubintrāt,
ſed interiectas vacuitates aptius, & multiplicata in eis
parte alterat, & extendit. Cum ergo dolores iuncturarū
pertractamus, & eius curam,arthreticum chiragricum,
& podagricum dictum ſic creatum intelligamus. Cau-
ſa vero exterior eſt ex primitiuis, eſt vt plurimum aeris
F frigiditas cōgelās,& ſiccitas indurans priuando humidi
tatem eius naturaliter ordinatam, ſiue ſit temporis, ſiue
ſit conſtitutionis Borealis, vel calida diſſoluens, & hu-
mectans,vt temporis, vel conſtitutionis Auſtralis, ſicut
Hippo.in ſuis apho.nobis retulit. Aut eſt caſus, vel per- *3. aphu. 18. 20. & 4. aph.33.*
cuſſio extendens, vel ſcindens, vel diſlocans partes vni-
uerſaliter iuncturarum; & ſimilia, quæ inter cauſas ac-
cidentales ſerioſius numerantur. Penes cauſas quoque
accidentales, ſeu diſpoſitiones diuiſionem recipit iun-
cturarum dolor; videlicet penes naturam corporis, con
ſuetudinem, ſexum, ætatem, tempus,conſtitutionem,
attem, & diætam. Hæ.n.ſunt cauſæ doloris accidenta-
les, & circumſtantiæ corporis diſpoſitionem variantes
ipſius; atque euentum, curam quoque determinantes, *3. aph. 21. & 4 aph. 29 & 30.*
& auxilia, vt ſequetur. In corporibus enim complexio-
nis debilis, naturaliter lapſis, vt frigidis, & ſiccis; vel ex
ætate, vt ſenibus, quia pueri non podagrizant,vt dixit
Hipp.niſi ei menſtrua deficiant, licet maſculus ex lapſu
ſexus magis illud incurrat, quàm fœmina: ſed quia ex
G malitia regiminis,quemadmodum pueri ex immodera-
ta diæta,vel accidētaliter ex malitia regiminis frigidi di-
ſcretis, vel ex ægritudine aliqua maxime chronica debi-
litatis,vel conſuetudine patiendi dolores ipſos, vel quo-
rum parentes pati conſueuerunt, cum fit ex morbis,
qui hæreditantur in ſemine, tempore autumnali,ac ve-
ris, & conſtitutione conſimili, dicente Hippocrat. in
apho. Podagra,& maniaca vere,& autumno mouen-
tur. Et pluribus arte laborioſi motus, & exercitij, vt
viatorum, & portantium onera. Et diſſolutis cibi, &
potus, maxime vini puri in ieiunio ſumpti, & proprie
circa venerea dicente. Hippoc.in apho. Eunuchi poda-
grici non fiunt, neque calui. Prædicti iuncturarum
multiplicantur dolores, & diſpoſitiones propter natu-
ræ defectionem, & digeſtionis corruptionem, & in
eorum contrarijs minuuntur; vel nullatenus fiunt pro-
pter contrarias cauſas. In primis quoque dictis corpo-
ribus dolores accidentales curantur tardius, & ab auxi-
lijs minus recipiunt iuuamenta, & citius redeunt: licet
H periculi ſint minoris. Et in eorum contrarijs ſunt
econtra, & in iuncturis eorum remanet ſicut gypſum,
cum eorum materiæ ſint crudæ, ſuper quorum iuncturis
oritur etiam multoties caro, quare torquentur digi-
ti, & confranguntur, & dolor fortis, cum materiæ ipſo-
rum ſint calidæ, & humidæ. Signa cauſarum impri- *De ſignis cauſarum.*
mentium interiorum hic oportet ſubiungere tantum,
cum dolor, & locus eius, ſcilicet iuncturæ, ſint mani-
feſti ex dictis. Si quidem eius cauſa doloris ſit mala
complexio pura ex quacumque manifeſta cauſa, dolor
erit in iuncturis abſque tumore, grauedine, & coloris
mutatione. Si vero fuerit cum materia, quod eſt vt
plurimum, econtra ſe habebit. Et ſiquidem fuerit
phlegmatica, vt eſt plurimum dolor erit grauatiuus
paruus, locus albus, tumor magnus, & mollis, tactu
frigidus abſque pulſatione. Si vero cholerica fuerit,
econtra ſe habebit, licet tumor in ea quandoque ſit
maior, & grauedo, ex eo, quod eſt plurimæ effuſio-

nis

nis vice vna, & iuuatur frigidis, læditur vero calidis; licet in tali ex iuuantibus, & nocentibus sumpto, ex seipso vero, & certo supra cognitionem habendam causæ, & morbi, cum sit ex posterioribus sumptum, & effectu, a quo omnis actio comprobatur, possit accidere error; qui nisi sciatur qualiter accidat, non poterit euitari; malum enim nisi cognitum non euitatur, vt Boetius ait. Accidit quidem dupliciter, & ex parte doloris, & parte rei approximandæ. Ex parte autem doloris, quia, aut dolor est tantum inflammans, & non resoluens, aut ad resolutionem perducens. Primo enim modo res frigida ministrata dolori, etiam si ex frigida causa accidat, conferre videtur, calida vero nocere. Secundo modo res calida applicata dolori, etiam si ex causa prouenerit, conferre videtur, frigida vero nocere. Ex parte rei ministrandæ, aut ratione proprietatis, aut complexionis. proprietatis, quia non fuerit propria dolori, & membro, cuius est; quare non imprimet iuuamentum, sed nocumentum propter complexionem potius; est enim vnicuique corpori, & membro, vt ab vna medicina patiatur non ab alia, vt dicit Abuha. ratione contrarij, aut enim est calida, aut frigida. si calida, vel trahendo, & replendo, auget dolorem; & sic videtur nocere. Et si ex frigida causa accidat, vel resoluendo minuit dolorem, & sic videtur conferre, etiam si ex calida causa accidat. Si vero sit frigida, aut stupefacit, & sic minuit dolorem, & in hoc iuuare videtur, etiam si ex frigida causa accidat, aut claudendo poros retinet materiam, maxime si styptica fuerit, & sic dolorem auget; quare videtur nocere, etiam si ex calida causa fiat, & sic calida æstimabitur frigida, & frigida calida, quod etiam accidere potest ex qualitate accidentali, vel impressione accidentali, vt ponit Abuha. ad hunc autem euitandum errorem, non oportet hoc signum considerare tantum in cognitione morbi: sed ipsum cum alijs coniungere signis, quibus est deuenire in cognitionem illorum; circa quæ posuit proprie Hippocra. in aphor. cum dicit. Contemplari autem oportet naturam, ætatem, consuetudinem, diætam, tempus, regionem, & artem. Hæc enim est doctrina Galen. quam docuit ad talem euitandum errorem. Si vero materia sit sanguinea, color erit rubeus, & dolor medius inter prædictos, & cum pulsatione, & duritie mediocri, & caliditas tactus. Si vero melancholica, dolor erit minor, & tumor cum duritie, ac liuiditate, Si vero materia sit ventosa, tensio erit absque grauedine, & dolor cum vnctione. Et si mixta erit materia, erunt signa confusa. Et siquidem sit paulatim aggregata, tunc dolor minor cum incipit, & paulatim augetur. Si vero subito influxa, dolor maior erit, & repentinus, & siquidem a cerebro sit influxa præcedens passio ipsius iudicabitur, & catarrhus, & materia ipsa erit vt plurimum frigida, & quandoque acuta, & falsa in sapore ipso percepta. Et incipit a spondylibus colli, & procedit inferius per humeros ad membra, manus, & per anchas ad iuncturas pedum. Si vero ab hepate eius ægritudo sit procedens; demonstratur cum signis repletionis ipsius, & venarum materia est calida plurimum. Similiter si a stomacho, aut intestinis, aut corpore. Fortitudo autem membri impellentis ex natura sui, & ex transmissione superfluorum cognoscitur, & alleuiatione sui, debilitas recipientis. s. iuncturarū ex natura ipsa colligitur supradicta. Et si est naturalis ex mala figura, & compositione, quæ complexionem sequuntur malam debilitatem ex parte parentum, qui similiter passi fuerunt. Si vero accidentalis, ex antecedēte casu, & percussione, aut aliqua ægritudine, quā sunt passæ. Multitudo humorum ex signis repletionis notis, vel cacochymiæ debilitatis nutritiuæ, ex mala dispositione membrorum nutritiuorum omnium, & proprie pro toto operantium, largitas viarum ex amplitudine venarū accipitur, crassitie, inflatione ipsarum, si manifestæ sunt. Si vero occultæ ex frequenti passione potest coniecturari. Si vero materia doloris in iuncturis fuerit profundis immanifestis, vt sunt anchæ, & ischiæ, atque geniculis alijs dignoscetur signis, quæ in proprio dicentur capitulo, coadiuuante Christo.

Malum nisi cognitum nō euitatur.

Nota.

4. aphor.

De medicinis iuncturarum, & cura dolorum ipsarum in generali. Cap. 2.

SErmo noster erit deinceps de medicinis dolorū iuncturarum in generali, quæ arthretica dicitur. Sunt autem secundum alterum trium modorum. Quædā enim sunt conseruatiuæ, quædam præseruatiuæ, & quædam curatiuæ. Conseruatiuæ autem ipsārum sunt ex similibus, & ex iuuantibus proprijs sumptę, quę in medicinis neruorum supra sunt dictæ, & dicentur aliæ infra, simplices, & commixtæ.

Medic. arti. triplices.

Præseruatiuæ vero causis, & accidentibus debentur, abscindendis, & euacuandis, si humorales existant, vel alterandis, si complexionales. Compositio enim corporis cum sit triplex secundum Gale. prima est consimilium ex humoribus, vt materia, & complexione simul cum virtute, vt efficiente procedant. Secunda est officialium, & ex prima vel tertia fit secunda, quæ est totius. vnde Galen. compositio sequitur complexionem, & rem diuinam.

De differentijs Morbi, cap. 3.

Nota.

Cura proprie ęgritudinibus soluendis cōuenit, aut accidētibus ex se imprimentibus vt dolori, & similibus sequentibus illas; & causis coniunctis abscindēdis, inquātum ægritudines dependent ex eis, & conseruantur.

Primis itaque prętermissis vt superius notis, et in ambabus sequentibus necessario attendendis, de præseruatiuis, & curatiuis dolorum ipsarum dicendum, ars enim secundum Gale. prius insurgit in causam, quę magis vrget. Est autem in eis triplex intentio, vt supra in cura sodæ, doloris stomachi, & intestinorum est dictum. s. causæ abscisio, doloris sedatio, & simul persecutio vtriusque. Verum quia secundum rectum curæ ordinem procedendo, cura circa causæ abscissionem primo vertitur doloris ipsius, cum sit communis, & generalis in omni: ipsius vero doloris sedatio non semper sit præferenda, nisi in casu, prout supra in dolore intestinorum est dictum, pro tanto in hoc cap. de cura, quæ est ipsius causæ abscissiua in generali dicemus. Est autem triplex, mala complexio diuersa, solutio continui, & vtraque in apostemate similis consistens; plurimum tamen mala complexio diuersa est cum materia, proinde secunda, & vltima prætermissa. de prima hic tantum est dicendum, quæ causæ imprimentis huius sit abscissiua. Si ergo sit mala complexio pura ex quacumque causa alteretur cū proprijs iuncturis, & communibus eis omnibus in arthretica comprehensis. Cuius curam hic prosequimur proprie. & siquidem sit frigida, quæ est vt plurimum, alteretur cum calidis temperatis semper styptricis, quæ in dolore dorsi non competunt, nisi debilia sint, sed potius aperitiua, cum materiam propter vicinitatem ad principalia non oporteat retinere, nec repellere, sed vt fluant inferius operari, attrahi exterius, & resolui. Qualia sunt ex communibus omnibus stœchas, sampsuchus, betonica, hyssopus, chamædrys, chamępitys, herba dicta arthretica, pes coruinus, saluia, zarur, acorus, origanum, sandaracha, alumen, myrrha, sulphur, & sal, grana pini, nux Indica, & ipsorum olea, & vinum scillæ, acetum eius, & oxymel interius, & exterius per omnem modum approximata. Si vero calida alteretur cum frigidis temperatis, & styptricis, interius, & exterius per omnem modum approximatis, quæ alterando dyscrasiam iuuant partium, & iuncturarum substantiam, & vias constringunt, ne recipiant superfluitates, Qualia sunt rosæ, cytonia, sumach, mirrha, folia cannarum, lenticula aquæ, rubus, virga pastoris, & memithæ, tribuli, earum aquæ, olea, lutum sigillatum, & armenum; & similes, simplices, & compositæ ex eis, quæ in nostro antidotario sunt descriptæ. Si vero sit sicca, altereretur cum oleis. s. viol. amygdala. dulcium, sesamino, de sœnugræco, & sem. lini, de pineis, nucis Indicæ, vel violarum,

qua ſimplici tepida, epithemata, vel maluarum,& ſimilium. Si vero humida, & vt plurimum cum materia, quæ alterando,& replendo,& extendendo partes iunctu rarum dolores inducunt. Et ſi quidem paulatim ſit aggregata, tres res expediunt. ſ. alteratio, & conſortatio, euacuatio, & regiminis ordinatio. Euacuatio completur dupliciter. modo primo cum phlebotomia de nigra oppoſitę partis,deinde vena reſpiciente proprium membrum iuncturæ, vel cum ſanguiſugis per iuncturam poſitis ſi ſanguinea fuerit materia, & ex toto ceſſauerit à fluxu. ſi vero humor alius à ſanguine fuerit, purgetur pharmacia proprium humorem educente de iuncturis,ſimplici,vel compoſita,quas in antidotario diximus præcedente digeſtione. Et in medio rempore ſi oportet, dolorem ſedantia miniſtrentur, quæ narrabimus infra. Secunda vero, & vltimo cum reſolutiuis iuncturis applicatis, quæ etiam inferius deſcribemus. Et ſi ventoſa, cum eis,& extenuantibus. Alteratio vero,& conſortatio ſequatur, cum prædictis calidis, vel frigidis ſtypticitatem habentibus.

Euacuatio.

Alteratio & conſortatio.

Regiminis autem ordinatio ſit ad tenuitatem, & ſicitatem tendens plurimum, & contrarium materiæ generatæ,& generandę,quod ſeriouſius in præſeruationis capitulo deſcribemus. Si vero ab alijs influxus, & ſubito, cum fortem, & repentinum proinde intolerabilem præſtendo dolorem,tres res ſunt neceſſariæ. Primo enim oportet dolorem ſedare,prout infra cap. de diſſoluentibus dolorem dicemus. Secundo oportet fluxum curare, ſeu prohibere. Tertio ægritudini iunctuarum per eum impreſſæ prouidere, vt ſupra autoritate Alexandri in cura tuſſis diximus. Supra quoque oſtendimus etiam ex dicto Galen. quòd ad curam fluxus tria concurrunt. Oportet enim primo prouidere membris mittentibus, vt fonti, non vijs, nec recipientibus membris. Membris autem mittentibus multipliciter prouidemus cum confortantibus non cum debilitantibus, licet enim propter fortitudinem mittant, non eſt prouidendum cum debilitantibus tantum; Virtus enim membrorum non eſt debilitanda, & cum ſint mittentia maxime principalia, potius confortanda, vt cum præfortitudine ſua diminuta mittant per poros occultos ad iuncturas, & membra debilia intra corpus, fortia ſufficienter facta per poros conſuetos, & amplos extra corpus ſuperfluitates excludant, quam adiuuant ſi confortantibus cibis, vel medicinis poros illos expurgantia miſceantur, & naturam iuuantia ad expellendum per eos; qualia ſunt mercurialis folia, polypodium, tartarum, infrigidantia, pruna, & tamarindi, & violæ in materia calida cibis mixta, vel præſſumpta, & ſimilia ex medicinis,& clyſteribus ad expurgationem inteſtinorum adiuncta, & alia abſtertiua, vt caricæ, mellis, ſpeciesque ſalis notæ, & diuretica calida, vel frigida ſecundum neceſſitatem materiæ ad expurgationem viarum vrinalium, & frictio rarefaciens poros, proprium cum oleo chamæmeli, deapio, calamentho. Et ſudorem prouocantibus, vt aqua hordei, & ſimilia intus ſumpta,& balneũ ſiccũ ad expurgationẽ pororum cutis, & prouocationẽ naturæ ad materiam expellendam per dictarum regionum alteram, ad quam magis apparent inclinari, quæ etſi non confortanda ſint, neque diminuenda in ſe, diminuentur tamen per confortationem patiẽtis particulę cum ſtypticis miniſtratis. Cum enim virtus fortis ſit reſpectu membri recipientis,quia debilis fortificato membro recipiente, virtus mittens reſpectu eius non remanebit fortis,quare non mittet vlterius illi. Secundo vero cum euacuationibus, & purgationibus minoratiuis in principio, & cum eradicatiuis præcedente digeſtione, & tertio cum extenuatiua diæta,& abſtinentia, & purgationibus, vt non habeant, quod immittant, ſed mantia facta potius trahant. talia autem confortantia, & purgantia in capitulis de cura vniuſcuiu que ſunt dicta, ſiue cerebrum. ſiue hepar, ſiue venæ,ſiue ſtomachus,ſiue immittentia, ſiue inteſtina, vel alia. Et extenuatiua diæta, & cura ſtomachi eſt narrata.

De regiminis ordinatione.

Decum.

Quarto cum alterantibus inſpiſſantibus materiam, ne fui acuitate, & ſubtilitate fluat, qualia ſunt, quæ ſupra in cura catarrhi diximus. Et proprium eſt coriandrum, & ex illis eſt balneum dulcium aquarum eucratarum, quod Galen. commendauit in ſua therapeutica, vbi cerebrum mittat:quod equat dyſcraſiam capitis, materiam per poros reſoluit, & reliquum eius inſpiſſat. Et vltimo cum deriuationibus ad oppoſitum partis patientis, & ſiquidem vltra regeneretur per magnitudinem dyſcraſiæ ipſius mittentis,quæ ſunt multa ſuperius enarrata. Ex quibus eſt in frigida materia mittente cerebro emplaſtrum ex ſinapi,& thapſia, & maxime ſupra commiſſuram coronalem capitis, vt ibidem docuit Galen. vel cauterium actuale in commiſſura oppoſitum, quod in vltimis oportet quòd fiat; & conditionibus obſeruatis,quę requiruntur,licet parum prodeſſe appareat; & ſi actiones in eo conueniant.

Lib. 12. ca. 10 & li. 11. cap. 9. 20.

Et ex eis,quæ maxime ſumus experti ſunt duo.vnum interius ſumptum, aliud exterius applicatum in hoc materia frigida fluente de capite retinenda. Primum eſt diaptaſſium ſecundum Nicolaum in ſuo antidotario, vbi ſuas laudes enumerat. Secundum eſt tractio fortis vnius capillorum exiſtentium ſupra commiſſuram tam fortiter ſuperius, vt cutis ſeparatio ſonet, ſicut ſupra in cura vueæ docuimus. Et expertum eſt facellum ſupra commiſſuram capitis, ex exiccantibus in calida materia, vt panico, milio, roſa, myrto, & radice ſolatri proprie. In frigida, ex pulegio, origano, & ſerpyllo, pipere, ſpica, cubebis, & ſale, ſtercore columbino, & granis lauri, & myrrha, quæ confortando habent fortiter deficcare, & in vtraque ex illis commixta cum ſandaracha. In eo quoque, vt in alijs mittentibus membris, deriuamus cum ventoſis applicatis membris extremis oppoſitis, frictionibus, compreſſionibus, & ligaturis doloroſis, fomentis ex rubificantibus, qualia ſunt vrtica, thapſia, calamenthum, & ſimilia decocta in aqua feruenti; & cauteria actualia, & potentiala, cantharidibus, arſenico, & calce; & ſimilibus cum ſucco flammulæ confectis; & ſimilibus, quæ fluentem materiam trahendo ad oppoſitum a particula, vel iunctura patiente diuertunt. Vijs vero per quas fluit materia varie prouidemus. aut enim ſunt manifeſtæ venæ apparentes tendentes ad iuncturas, & tunc tripliciter prouidemus. Primo cum ſtypticantibus, & conſtringentibus ſuperius appoſitis, qualia unt myrrha, alumen, gallæ, gypſum, cytonium, teria ſigillata, cum ouorum albumine emplaſtrata, & ſimilia. Et cum coadiuuantibus ductus, & venas ſumptis, qualia ſunt, quæ deſcripſimus in libro conſolationis medicinarum cum ſuperfluit inanitio. Secundo cum ligaturis ipſarum cum filo, vel pilo, præcedente cutis aperitione,quatenus valeat apprehendi, cum inſtrumẽto æneo, & vncino, & vltimo cum cauterizatione ipſarum,vt per calloſam carnem, & porum generatum in loco cauterizationis oppilentur, & claudantur viæ ipſarum; non tamen omnium,ſed earum, quæ plus videntur influere,ne nutrimentum ſubiectum particulis ſubtrahatur. Et ideo in ea eſt regimen neceſſarium, quod infra dicemus; vbi de cauterizatione loquemur. Aut ſunt viæ occultæ, & profundę a ſenſu remotæ, & tunc coadiuuantibus, & confortantibus dictis ibique narratis ſolummodo procedemus. Membris vero recipientibus,& iuncturis, ac impreſſioni factæ in eis ex fluente materia prouidebimus, cum particularibus remedijs applicatis exterius, ſecundum diuerſitatem temporis, varietatum & diſpoſitionum. In principio quidem, dum fluit materia, cum materiam repellentibus,defendentibus iuncturas,& confortantibus ne recipiant, & ſedantibus, a complexione vel proprietate operantibus illud, præterquam in iuncturis iſchiæ, & anchæ; propter cauſam,quam in ſuo capitulo reſeruamus. A complexione qualia ſunt ſtyptica, calida, frigida, vel commixta ſecundum partes,vel tempora, ſecundum exigentiam diſpoſitionis, & cauſæ, ſeu materia ſumpta ex his, quæ

Decum.

quæ ſuperius ſunt narrata,& alijs quæ infra dicemus. A proprietate vero, vt bolum armenum, ſanguis drac. & lutum figillatum cum aceto ſuperinunctum, quod ſua proprietate conſeruat membra in caſu, & prohibet effuſionem materietum ad manus, & pedes, & ſedat dolorem. Nec eſt dubitandum in approximatione dictorum, vel eis etiam fortiorum de recurſu materiæ ad interiora,& membra principalia,propter quatuor, principaliter autem, & maxime,propter euacuationem prius ſubtrahentem materiam propter fortitudinem principalium repellentem ipſa, propter extenuationem dictam denegantem, & propter recurrendi modum, non enim recurrit vnita ex iuncturis ad ea, quemadmodum ex emunctorijs ad eoſdem, ſed diſpartita in partibus adiacentibus,quæ debiliora ſunt illis.

Feſtinandum ergo ad euacuationem, & minorationem materiæ in principio,cum phlebotomia partis oppoſitæ, ſi materia ſit ſanguinea: & in alia cum vomitu in dolore iuncturarum inferiorum,& pedis: & clyſteri in dolore ſuperiori,& manus; vel cum vtriſque in vtraque earum;vel cum pharmacia leui,antequam ad applicationem viæ,& iuncturæ procedas ſtypticorum,& diætam ſubtiliſſimam iniungens, & abſtinentiam, ſine eorum præceſſione repellendo ad principalia; perduceret enim ad pernitiem,vel ſi ad alia in tumorem. Et interius donec exerceas talia ad mitigandum doloris acumen, cui prius oportet intendere, contentus quoque eris in adminiſtratione ſedantium anodynorum, vel frigidorũ leuium,& effuſionis aquę ipſorum ſuper iuncturas temperatæ caliditatis,vel frigiditatis,ſi expediat; quæ feruorem obtundat,& contemperet,& non repellat (niſi acumen doloris perducat ad intolerantiam, & debilitatem) quo caſu oportet tranſire ad fortiora,& narcotica ſecundum regulam ſuperius aſſignatam. Eſt enim minus malum corpus prohibere reſolui,& materiam repellere ad principalia,quam eius contrarium, cum illud citius inferat mortem,& aliud poſſit habere remedium,& proinde illud eſt eligendum magis. Remedium autem eſt, vt illis applicatis fortibus frigidis, ſtatim recurras ad derivantia trahentia à principijs,& ad oppoſitum cum euacuatione,& ſine,& cum confortantibus ipſa,& repellẽtibus ab eiſdem,quæ ſuo loco ſunt nota. Et quandoque in adminiſtratione dolorum in oppoſitis membris. Inquit enim Hipp.duorum dolorum qui ſimul fiunt, non ſecundum eundem locum, vehementior denigrat alterum. Et in prouocatione cum ſomniferis capiti applicatis,& frictione iuncturarum, & membrorum patientiũ cum tactu ſuaui. Et in exhibitione inſpiſſantium, acumen compinguentium,atque infrigidantium, quæ ſenſum reddat obtuſum,deinde redi ad ſtypticorum fortiorum applicationem,ſi materia ſit perdurãtis effuſionis: ſitque frigida,vel calida,prout diſpoſitio exigit ex materia,quæ dicemus. Caue tamen,ne ſine cautela miniſtres, quoniam valde frigida incrudant;& materiam ſubtilem ad principalia pelluntː& reſolutionem congelando reddunt ineptam;& iuncturas debilitant,indurant, & reddunt nodoſas. Valde etiam calida ſubtile reſoluunt,craſſum dimittunt lapideum,& plus attrahunt,quam reſolvant;ſicque ægritudinem ambo prolongant. Et quidem cautela eſt, vt valde frigidis aliqua ex calefacientibus proprijs; calidis vero valde aliquid ex mollificantibus miſceatur, vt infra dicetur. Et cum ceperit dolor alleuiari,& apparet iuuamentum,auferatur. Si vero materia non ſit multa, nec vehementis effuſionis continuę, ſed periodice inducens dolorem,iuſſit Galen confortari patientem particulam cum frictione ſicca: dixit enim, quod frictio maxime ſicca prohibet dolores,qui per periodos in quibuſdam generãtur membris, in medio tempore aſſumpta,& maxime ante per duas horas paroxyſmi; confortantur enim cum eis membra,& minus ſuſcipiunt ea,quæ aſſuete influunt rheumata,& hoc commune omnium eſt ætatum. Procedente vero tempore oportet, vt occuperis circa reſiduum materiæ cum maturatione,& eradicatione cum pharmacis educentibus: A dimittentibus partibus, & extrahentibus a iuncturis, qualia ſunt ex ſimplicibus turbith confortatum,hermodactyli, granorum ſpecies, & alia. Et ex eis compoſita, quæ in noſtro antidotario ſufficienter enumerauimus. Deinde vtamur diureticis,quoniam deficcant materiam iuncturarum doloris, cum ſit ex ſuperfluitate digeſtionis hepatis, & venarum: ſit autem ex lenibus, fortia enim humores adurunt. Oportet etiam,vt ſtypticis applicandis iunctuæ admiſceatur, quæ temperate reſoluunt. Ceſſante vero fluxu, & declinante dolore ſtudeas materiei reſiduum reſoluere ex iuncturis cũ temperatis. primo ex fomentis, ceratis,epithematibus, vnctionibus,oleis,& emplaſtris,quæ in antidotario ſcripta ſunt; cum eis enim reſoluta tota materia, quæ fluebat,ceſſabit mala complexio, & extenſio iuncturarum ab illa impreſſa;ſicque finaliter ad confortationem ipſarum oportet inſiſtere. Et ad correctiones accidentium, quæ talibus ęgritudinibus conſueuerunt inſequi,de quibus ſpeciale capitulum infra faciemus (annuente Chriſto)qui ſit benedictus,tantum hic medicinas ad arthreticam adiungemus,ſimplices,& compoſitas; quas per capitula ponemus diſtincta proprias, & expertas. Et aliquas ſimplices, ex quibus ſunt dolores ſedantes arthreticam,digerentes materiã,euacuantes, reſoluentes, & cauterizantes.

De dolore ipſarum in ſpeciali, & primo de dolore humeri, & ſpatulæ,& medicinis eius in ſpeciali. Cap. 3.

Anodyna leuant, non autem auferunt dolo.

DOlorem ſedantia iuncturarum, vt plurimum dolorem non tollunt, cum cauſam eius alterutram totaliter non abſcindant, ſed minuant, & pertractent, quatenus commode toleratur vſque ad omnimodã eius abſciſſionem. Ex quibus ſunt quædam talia per ſe,quædam per accidens,& eorum,quę per ſe;quædam ſunt tales à complexione; quædam à proprietate; & quædam vtroque modo. Et quæ à complexione,quædam ſunt calidæ, & quędam frigidæ; & inter eas eſt gradus diuerſi reſpectus,ſicut ſupra in cura doloris ſtomachi diximus. Ibi enim oſtendimus, quòd ex calidis. quædam erant temperatæ caliditatis omni dolori conuenientia, & vtramque cauſam eius reſpicientia,malitiam enim complexionis omnem,propter eorum temperiem alterant, & remittunt, & materiam eius temperata caliditate reſoluunt,in parte membri partes molliunt,& tractabiles reddunt, maxime ſi lenientia ſunt, quare extenſionem melius tolerant,& dolorem. Et ſi ex exiccantibus ſunt, extenſionem earum congregant & remittunt calorem, & ſenſum in membro confortant. Et erãt quædam ſimplicia,ibi enumerata,& quędam compoſita,et ſunt hęc. Sumatur ſęnugræcum,& teratur cum aceto bene, deinde fundatur ſuper ipſum mel,& coquatur,donec coaguletur,& liniatur,vel emplaſtretur cum panno lini,& dimittatur duobus,aut tribus diebus, & ſuccurratur exiccationi ipſius cum oleo roſ.eſt enim conueniens in principio doloris,& aſcenſione eius. & ex illis eſt ſem. lini, cum fœnugræ. conquaſſatum cum oleo ſiſamino, & ex eis, quędam ſunt fortioris caliditatis cõuenientes in dolore facto ex materia frigida,& ſunt vt emplaſtrẽtur, cum caulib.recentibus,& apio,et ſi adhuc fortior fuerit, emplaſtretur cum oleo irino,farina ſęnugræci, farina ciceris,melle,et pauco vino ſtyptico,cum aliquantulo olei de alchanna,& cõmuni. Et iterum cinis lignorum caulium conquaſſatus cũ oleo chamęmeli, quia conueniens eſt,& expertũ. Et ex expertis,& temperatis eſt epithema ex vitello ouorum cum floribus chamæmeli pulueriza-tis cum oleo roſato commixtum. Et ex illis eſt althæa cum adipe,& terebinthina toties abluta cum frigida, donec albeſcit, & deinde inuncta cum reiteratione. Et cũ volueris eam abſtergere inunge manus oleo, & frica locum, quoniam abſtergetur. Et ex illis eſt abſynthium, & ſtęchas ſecũdum omnem adminiſtrationis modum. Et ex illis eſt emplaſtrum factum ex chamæmelo,meli-

loto,fœnugræco,ſemine lini,folijs lauri,& harmel.i. herba fœtida, folijs caulium, radice aligath.i. herba de qua fit aſa,& eſt aniudem,gummi alborin, & oleo nardino, & oleum maſticinum,de ſtyrace,de fiſticis, & vulpinũ, & taurinum,de ceraſis,& granis citri,citrangulorum & alia in antidotario dicta. Et ex frigidis, quædam ſunt ſimplicia,ex quibus erant quædam frigida ſtyptica apocruſtica,& quędam narcotica in gradu diuerſa, ſecundũ plus, & minus, & in dolore calido conuenientia, hæc enim materiam calidam pellunt, alterant membri dyſcraſiam, extenſionem congregant & ſenſum ipſius obtundunt,& mediocriter ſtupidum reddunt,ſi mediocriter ſint narcotica,ſic vtramque cauſam minuunt,'niſi frigida fuerit in materia, quo caſu præcedentem tantum minuit. Et quędam ſunt cum frigiditate lenientia in materia ſicca,propria,vt ſemina communia,lac,oleum vio. de cucurbita,de nenuphare,de melonibus, & aqua ipſarum,mucilago pſyllij,& oleum ablutum,& ſimilia,quæ ibi ſupra ſpecificauimus. Et quædam ſunt compoſita,& ſunt,vt ſumãtur oua cum integritate ſua præter teſtam, & miſceantur cum oleo roſ. ſaluiæ. & modico aceto, plurimum.n. nocet neruoſis,& vngantur, vel epithementur. ſi dolor ſit acutior, fiat epithema cum ſucco cannæ humidæ,cum oleo roſ. & aceto;vel lenticularum aqua,vel ſi adhuc intendatur;fiat vt ponãtur iuncturę in aqua tepida,deinde fundatur ſuper eas frigida,vel epithementur ex pſyllij mucilagine, oleo roſato, & aceto, vel ex ſucco ſolatri; vel virgæ paſtoris, vel ſemperuiuæ, vel coriandri humidi,vel endiuiæ,vel bletæ, vel cucumeris, vel cucurbitæ,melonis,& ſimilium,vel ſucci, aut ſeminis hyoſcyami vtriuſque,& poma mandragoræ, in aceto bullita, vel ſucco eius cum butyro vaccino, quod infrigidat, & lenit. Ex vltimis autem eſt opium cum lacte hominis diſſolutum, & oleo de cera,ita tamen quòd ſit paucæ quantitatis, multum enim eius eſt cura mendoſa ipſius, & mortificantium non ſedantium, ſintque permixta ei, quæ membra a nocumento eorum defendunt,ipſorum frangendo malitiam,vt eſt crocus, thus, & myrrha,ſtyrax,& caſtoreum. poſt quæ ſequentur nocumentum eorum corrigẽtia,vt eſt fomentatio, & embrochatio cum aqua chamæmeli, vel ceratum ex oleo eius, quoniam frangit, & corrigit narcoticorum nocumentum impreſſum generaliter in omnibus membris. Et interius miniſtrentur diuretica frigida,& ſimplicia, vel ſolutiuis mixta; quoniam conſumunt, & exiccant materiam. Et præter has ſunt alia permiſta virtutem habentia calidam,& frigidam,quorum quædam ſunt ſimplicia,vt plãtago,quæ facit penetrare medicinarum virtutem, myrrha, roſa ipſa matura, & oleum eius quod ſecundum Gale. calefacta infrigidat, & infrigidata calefacit. Solatrum, endiuia, rubus, caulis rubeus proprie acetoſus, & aqua maris actu frigida, & ſimilia. Et quędam ſunt compoſita ex prædictis. Et ex expertis eſt cataplaſma ex mica panis,vitellis ouorum,lacte mulieris, & oleo roſ.& conquaſſatis in modum ceræ. Earum vero, quæ a proprietate iuncturarum dolores ſunt ſedantia,ſunt lutum ſigillatum, & bolum cum aceto,vel oleo roſ. inunctum, quod etiam malam complexionem calidam alterat, & ſolutionem vnit,quæ eſt cauſa doloris, ſicque plaſma iuncturarum conſeruat, atque confortat. Et ex ſedantibus ſimplicibus vtroque modo, eſt infrigidatio,cum aumeli, quod eſt oleum dulce valde ſpiſſum ablutum. aniudem quando miſcetur cum oleo irino,vel de alchanna confert dolori iuncturarum proprie, & ſter eus cameli,opopanacum, hermodactylus more emplaſtri ſuperpoſitus eſt conferens.

Remedium vltimum.

Theriaca omnibus doloribus dorſi, & proprie in hora fluxus, mehezechenegi confert omnibus doloribus dorſi & anchæ, ius gallorum confert. folia dulb ſunt vtilia eis, & proprie dolori geniculi. ſtercus columborum deſuper inunctum eſt conueniens, & ſtercus vaccarum emplaſtratum cum melle, & pulueribus alijs. harmel linitum eſt bonum dolori iuncturarum, altit,& andacocha eſt bona doloribus iuncturarum ex ventoſitate, & apud timorem contractionis. & iam ſanati ex eo. Et ſemen raphani, & gentiana expellunt pulſationem, & conferunt dolori earum, & ſimiliter enula. Inquit Dioſcorides. Emplaſtrum ex folijs chaunen.i. arboris charabæ confert pulſationi podagræ. Meu confert bibitum, & linitum, aqua marina, & ſulphurea confert embrochata, vel fomentatione facta. Et ſcammonea cum aceto inuncta, tura bibita, & emplaſtrata, fraragi. i. thapſia bibitur ad dolorem iuncturarum,& confert, & ſimiliter decoctio ſpinæ albæ theſillæ, inungitur & fel ſuper iuncturas frigidas, aqua decoctionis vulpis embrochatur, & oleum eius inungitur ſuper dolores iuncturarum, & ſinapis. Et in calida oleum ablutum cum frigida, vel pſyllium emplaſtratum cum oleo roſ. & aceto, & oua vel hordeum cum ſucco cytoniorum, & aceto emplaſtratum. ſedat enim & prohibet fluxum ſuperfluitatum ad iuncturas. hyoſcyamus etiam, & radix zabroc.i. mandragoræ emplaſtrata, & muſcum embrochatum ſuper dolores calidos, & caſſia fiſtu. linita. Et alia ſunt compoſita ex prædictis. Quæ vero per accidens ſedant,quædam ſedant ſenſum, reuocando ad principium vt ſomnus,quædam deriuando, & trahendo ad oppoſitum, vt dolor factus in parte oppoſita, & remouet. vnde Hippocra. duorum dolorum, qui ſimul fiunt non ſecundum eundem locum, vehementior denigrat alterum. quædam ſenſum obtuſum, & cauſam imprimentem reddendo,vt cibaria craſſa, & potus, qualia ſunt, quæ ſupra in dolore ſtomachi diximus,& ſunt prouocantia ſomnum, Et ex illis eſt cimbalaria ſub ceruicali poſita,quæ eſt propria. in quibus omnibus doloris ordo eſt ſeruandus,& modus. Et ordo eſt, vt ſedando dolorem fortem, aut cauſæ ablationem imprimentis ipſius cum finaliter auferri non poſſit ea manente,primo miniſtrentur a proprietate ſedantia cũ ſint efficaciora, & prima, & prævaleant in virtute his, quæ a complexione illud agant, vt ſupra in cura hepatis dictum eſt. & nocumentum non inferant etiam ſi in cognitione cauſæ doloris proueniat error. cum enim conueniat,nec timor repellendi ad principalia,nec replendi iuncturas magis, dummodo in complexione ſit temperata; deinde ea,quæ à cõplexione, vt anodyna,& temperata,& parum excedentia, cum timor prædictus ex eis non accidat; & in omni dolore valeãt. ſicut illa; deinde temperata, parum excedentia, calida in frigidis, frigida in calidis,& mixta in mixto,ęqualiter, vel vno plus altero minus,aut nunc vno, nunc altero ſecundum exigentiam prędominantis materiæ,quę ſi frigida ſit,dolentes iuncturas defendunt, nec repellunt ad principalia, ſed tantum ad partes conuicinas, propter paruitatem exceſſus,quę & ſi nõ ſufficiant propter doloris fortitudinem, facta euacuatione in medio tempore, in vltimo miniſtres fortiora cum ſedent,& non replendi veniat timor, vt ſuperius dictum eſt. Et modus eſt vt exterius approximentur per inunctiones,vel cerata,vel epithemata, embrochas,emplaſtra,euaporationes,& faccellationes. Et per interius,vt per clyſterium iniectiones, ſed varię. Inquit.i. Galen. quòd varie oportet vti pharmacis,natura enim aſſueta longo tempore vni negligit illud &c.

1. ſan. tuen. cap. 9.

In digeſtione materierum dolorum arthreticorũ tres res oportet attendere. Prima humorem digerendum euacuationis gratia, quæ in cura huius ęgritudinis eſt neceſſaria,vt infra patebit. Et locum ſeu membrum ſituationis ipſius. Et viam.per quam habet tranſire ad locum euacuationum,per quem habent extra duci. Eſt.n. materia humoralis ipſorum in locis remotis a vijs euacuationum,poſitaque ibi plurimum inuiſcata, quæ non poteſt niſi cum forti medicina iterata educi, vt dixit Abuh. maxime cum per ſtrictos canales habeat pertranſire. quapropter ipſam oportet adæquare, & vias aperire. Vnde Hipp.digeſta medicari. Et alibi Aph.ij. Oportet chymos nociuos non alios purgari. Gale. quoque ait purgatio de loco morbi procedens melior eſt. & alibi. Corpora vbi vult quis purgare oportet fluida facere. Humorum digeſtio completur, cum adæquantia expulſiuæ

1. aphe. 18.

2. aphe. 2.

pulsiuæ virtuti desponentibus, quorum, quædam sunt A subtiliatiua humorum crassitiei; quædam incidentia eius viscositatem, vt quæ plurimum est in causa; & quædam inspissantia subtilem de se ad iuncturas fluere aptã. Locus est, & membrum generans, & mittens, vt hepar, & venæ, vel cerebrum, stomachus, & splen, & corpus totum. Et membrum recipiens patiens, quod iuncturæ existunt, quorum inspectio completur cum aperitiuis. Et quia apertio vijs, per quas materia habet transire ad loca euacuationum, & ad iuncturas plurimum est communis, sique non possit, proinde hanc iuuare, quin noceat illis, complenda est cum aperitiuis lenibus moderate styptícis, vel eis admixtis, & inclinãtibus eas ad vias euacuationum. Materiam autem auxiliorum prædicta complentium, aut aliquibus insitas virtutes ad illam habentibus oportet sumi, aut ex diuersis colligi, vt insitas virtutes habentibus quidem. dixit enim Gale. Insitas virtutes habens fortius operabitur. Et sunt hæc quæ supra in alteranda mala complexione diximus iuncturarum, B quæ doloris est causa, quorum quædam erant ad frigidã, & quædam ad calidam. Et ad frigidam stœchas, & sequentia alia ibidem numerata, sunt enim propria cerebro plerunque mittenti, & neruis frigidis, hepati, atque venis, & membris alijs, & toti corpori algoratis, ad quæ eorum virtutem dirigunt, & confortant. Et quia calida ebrum dyscrasiæ alteratiua, crassorum humorum subtiliatiua, & viscositatis riptica, incisiua. Inquit enim Gale. secant enim ambo humorum crassitiem, & viscositatẽ acetosa, & drymia. hæc cum frigiditate, alia vero cum caliditate, suntque viarum aperitiua leniter, quia mediocriter styptica, tunc materias ad vias euacuationũ inclinantia eorum plurima, vt est stœchas, hyssopus, pes coruinus, & scilla, polium, anethum, Kerua, rubea, garyoph pęonia, arist. semẽ rutæ, & gentiana. In ventosa vt cyminum, folium, cinnamomum, acorus, & os humanum vstum sumptum in potu, & saluia sicca, acetum eius, & oxymel, quæ inclinant ad intestina, & diuretica frigida, vel calida secundum materiæ exigentiam, C quæ ad vias urinę: & quædam ipsorum decoquenda sunt in aqua cicerum, & apostematis cum melle despumato in modum syrupi conficienda, quibus aliqua ex alterantibus dyscrasiam calidam superius numeratis sunt addenda, vt sunt rosæ, endiuia, coriandrum, vel aqua lenticulæ, lactucæ, & similia, frigida, & styptica, quæ inspissant choleram, quæ præ illis inflammata, & subtiliata fluere posset, & ad fluxum alia incitare, quibus frigidis prædictis etiam in alteratione membrorum a digestione choleræ, quæ doloris potest esse causa, confectis, aliqua sunt admiscenda ex prædictis calidis, quæ dirigant virtutes ipsorum ad membra prędicta, & naturam conseruent eorum, & materiam crassam in fine, in cuius mixtione est, vt raro valeant adæquare. Ex diuersis oportet quandoque colligere, quæ ad has complendas intentiones, & ad alias possibiliter contingentes oportet componere: quæ ex dictis, & dicendis sunt notæ, & talia sunt in modum syrupi confecta. ex quibus est syrupus secundum inuentionem nostram ad frigidum, oxymel simplex, vel scillíticum, secundum dispositionem materię cum melle ros. & aqua ferrea decoctionis stœchadis arabici. Item syrupus de stœchade, cuius descriptionem in nostro antidotario scripsimus. Alius expertus. Recip. acori, radicum, arthreticæ, betonicæ, ziniar, capil. ven. endiuiæ, lupuli, meliss. pedis coruini, stœchadis arabici, ana vnc. s. rosa. drachm. i. zuccha. quantum sufficiat. Oxymel conueniens ad arthreticam. Recipe os, betonicæ cum radice saluiæ domesticæ, chamædryos, chamæpityos, & pedis coruini, eupatorij, valerianæ, pentaphylon. ana M.i. radicum fœnic. asparagi, & bruscí, graminis ana vnci.i. semi. fœnicu. pęoniæ, anethi, ana vnc. s. polypodij. vnc. ij. hæc omnia resideant in aceto per diem, & noctem; deinde coquantur in aqua, & addantur mellis despumati libr ij. aceti scillitici. vnc. iij. & detur. Item aliud. Recip. radicum fœnicu. vnc. i. anisi, fœni. ana drachm. iij. saluiæ siccæ drachm. v. foliorum rosa. drachm. vij. stœchadis ara. drachm. vj. polypodij drachm. ij. mellis despumati lib. ij. aceti scillitici. vnci. iij. fiat oxymel cum aqua passularum lib. i. mellis rosa. lib. semis. aceti scillitici vnc. ii. Et condias cum cinnamomo, nuce muse. & cortice citri, ana, quod sufficit. Aliud ad calidum. Recip. endiuiæ, lactucæ, lupulorum, lenticularum, aquæ coriandri ana vnc. i. rosa. vnc. i. stœchadis, vnc. s. radicum fœni. vnc. s. zinir, & pedis coruini ana vnc. s. memithæ, sumach, ana vnc. i. zuccha. lib. i. succi endiuiæ, succi cydoniorum, & granatorum acetosorum, ana vncias duas. Et condias cum spodio, & sandalis, & da cum aqua ferrea simplici. Verum quia arthretica morbus mirabilis totum corpus liquans, doloribus membra continuando debilitat, neruosumque stomachum subuertendo neruosis comparientem cibos consuetos delectabiles, atque potus abominabiles reddit, & medicinales multo magis, cum sint aspectus horribilis, odoris, atque saporis; & maxime si talia non toleret per naturam, ingeniari oportet antidota sic confícere, digestiua, atque multo magis pharmaca solutiua, vt commodius possit, quod iussit equidem Galen. dicens, quod vna communis debet intentio facere pharmacum delectabilissimum in quantum possumus, dummodo eius quantum ad vltimitatem custodiatur virtus, non enim hæc dissoluenda gratia delectationis. Sic equidem ad digestionem ordinabimus non syrupos tantum, sed electaria, trageas, mellicrata, condita, & similia ex delectabilibus, & proprijs, quæ si ex longo vsu etiam sint conuersa in tædium, dimissis eis, cum diæta, cibis, & potibus medicinalibus ad hoc virtutem habẽtibus cum delectatione studiosius prodemus, hoc enim Gal. præceptum. Præcepit enim extenuatiua diæta ad digestionem crudorum humorum vti, & cibis; & potibus extenuantibus, vt capparibus in aceto de capparibus, & vino mediocriter acido, & mellicrato condito. Item zingib. & piper in cibis, & salsamentis admixtis, & porro, & aceto, & chondro. Et porro cum aceto, & sinapi cum melle, & salsamento facto ex eis, vt porro, sale, & anetho, quibus conficiantur album ius, & composita Lombardorum, Tuscanorum, & alijs varijs secundum varietatem membri, & causæ. In humoribus vero calibis subtilibus, & acutis econtrario cum diæta crassa ex cibis crassis, & potibus inspissantibus est procedendum, quæ sunt nota, & sumuntur etiam ex fructibus acetosis & muzis, qualia sunt granata, arancia, pruna, mora celsi, acetosæ, acetum & similia, & ad solutionem ipsorum eis admiscerí mercurialem, polypodium, & oleum, qui & si non proponeretur causæ, & ægritudinis excessui præ debilitate virtutis earum, & proinde nequeant magnum iuuamentum, & cito impendere, vt aliæ medicinæ illi æquipollentes virtute in processu tamen temporis ad sanitatem perducent optimam. Inquit enim Gale. quod agens forte, facit breui, debile vero in longo, non tamen hi multum. Et quia naturam medicinis purius magis conseruant, & quia in quantitate maiori quotidie ministrentur. Serapio dixit Euacuatio, ex medicinis ad curam doloris iuncturarum, seu arthreticæ est necessaria. Est enim, vt superius habuisti ęgritudo repletionalis vacuitatis iuncturarum, & partium adiacentium ex materia humorali proprie, quam euacuatio sanat, vt Hippoc. dixit. Euacuationis autem intentio à duobus sumitur principaliter, a virtute. s. vt fit sustinens, & à repletione, ob quam fit corpus, vel membrum indigens, prout in aphor. Hippo. dixit. sunt autem euacuationis species duę generales cum phlebotomia scilicet & pharmacia secundum Gal. quarum vnaquæque suas vicarias habet, quæ specialiter a specie repletionis sumũtur, et loco: aut enim repletio est cum multitudine sanguinis, et tunc est phlebotomia vtendum, in qua attendendæ sunt, propter locum cõditiones hic supra in capitulo generalis curę narratæ, vel si hoc non possit fieri, aliqua ministretur, prædictis attentis, ei vicaria, vel proportionalis, vt puta scarificatio circa crura, vel spatulas, quæ apud Galen. est consueta, apertio hęmorrhoidarum pręclusarum, &

Syrupus expertus ad diuersas iuncturarum.

2. Aphor. 22.

Euacuationis species duæ.

De cu. re. p. sanę ma. c. 8

menſtruorum in mulieribus prouocatio, ieiunij impoſitio, fricti̊o, balneatio in fine, quæ non ſubito minuunt, & euacuant, vt prædicta, ſed paulatim, & proinde a virtute melius tolerantur. Si vero cum multitudine cacochymia alicuius humoris exiſtat, pharmacia purgandum. In qua ſunt conſideranda principaliter ſeptem, ſcilicet, proprietas, qualitas, quantitas, ſeu virtutis potentia, tempus, hora, modus, & ordo. Proprietas quidem, vt ſit talis, quæ a proprietate euacuet replentem, educat ſubtilem calidum, vel craſſum, & frigidum, peccantem,
1. aphor. 21. vt plurimum. vnde Hipp. Siquidem qualia oportet purgari purgentur, &c. nec ſi craſſum educat, quinetiam de ſubtili cum eo ſimul, omne enim pharmacum primo choleram mouet, dixit Gale quæ commota, & non educta prompte fluit ad patientes iuncturas, & craſſam magis habilitat: & cum ſit fortioris impreſſionis, maiorem prióre inducet dolorem, ſic equidem dolorem non curaſti, ſed potius augmentaſti, ſicut in cura feb. retulit Galen. necnon quæ ipſum a membro patiente extrahant, & a mittente educant, ſi aliquod mittens ſit, vt iuſſit Hipp.
Simplicia arthretica, conuenientia. in libro de chymis, tales autem ſimplices & compoſitas in noſtro antidotario quæras. Et ſi vis in ſumma tibi deſcribemus hic ſimplices. Ex quibus ſunt conuenientes ad arthreticã. Et ſunt hermodactyli triti cum pipere, vel aniſo, vel cymino, quia de ſe nocent ſtomacho, & pes coruinus non nocet, ſicut Paulus dixit. Et quandoque admiſcetur ei aloe, vel ſcammonea, vt confortetur eorum ſolutio, lapis armenus, granum nil, granum regis, & in iure gallorum antiquorum, centaurea, colocynthis, turbith confortatum, pyrethrum, ſpecies gummorum omnes, & bdellium, & ſarcocolla, & vitis alba, & aſarum, & ius galli antiqui, cum ſale gemma, & dauco, ſcilla, iride, ſucco cucumeris aſinini, aſcebram, & feſera. Et ex eis ſunt, quæ conferunt choleticæ, vt aloe, & ſcammonea, & quædam vtrique, vt agaricus, quædam melancholicæ, vt lapis armenus, & epithymus, & quædam ex aduſtione vt ſena, fumus terræ. & quædam ad phlegmaticum, & melancholicum, vt ſtœchas, & polypodium, quibus genera myrobalanorum adminiſtrentur, ſeu aſſocientur in diuerſitate intentionum. Et hic aliquas ex compoſitis ſubiungemus expertas.

Qualitas autem, vt non ſint caliditates fortes diſſolutiuæ, quæ humores quietos, & coagulatos diſſoluant, viaſq;, & venas aperiant, & fluere faciant ad iuncturas, ſi in ſe virtutem ſtypticam inſitam habeãt, vel alterius rei admixtam, quæ membra confortent, humores refrenẽt, & ductus, ſeu vias ſtypticando coanguſtent. In qua proprie commendatur hermodactylus ab antiquis inter cętera ſoluriua, licet ſtomacho noceat, quod eſt commune pluribus ſolutiuis. Sed illud cum rectificatione ipſius cauetur, vt cum mixtione longi piperis, vel aloes, quæ omnia ſi in eodẽ pharmaco ſimplici ſint inſita, & inuenta, vt in agarico, proprie eſt optimũ. Si vero deficiũt aliqua per admixtionem alterius procurentur, vt eſt myrobalanus, rhabarbarum, aloe, & ſimilia, talia autẽ pharmaca ſimplicia, & compoſita in antidotario noſtro dicta ſunt.

Quantitas vero, vt non ſit quantitatis excedentis, vel ſuperfluentis virtutis, quæ humores præcipitet, ſpiritus reſoluat, virtutes & membra debilitet, nec deficientis, quæ diſſoluendo, & non educendo incitat ad fluxum humores, ſed ſit cum bono arbitrio virtuti, & humori proportionata, in principio leuior & minoratiua, in proceſſu poſt digeſtionem fortior, & eradicatiua, & in hoc conſideratio temporis eſt contenta. Hora enim matutinalis, & vacuitatis ſtomachi; cum plurimum ſolutiuum talium ſit ſtomachi ſubuerſiuum.

Modus autem, vt cum potione, pilulis, & electarijs, trageis, vel cum vomitiuis ſumatur, vel cum cibali aliquo miſceatur, ſi abominabiles facti ſunt, vt docet Gale. & ſic dant quidam lac tithymalli cum caricis, vel ſuccũ cucumeris aſinini cum placentulis, vel ius galli antiqui, in quo decoquitur granum longum, vel piper longum, ſimilia mellicrata condita cum ſolutiuis conficiunt, & Vina vindemiarum tempore cum ſolutiuis iniectis ebullire permittunt; qualia ſunt turbith, hermodactyli, & polypodium, hęc enim ſumpta cum delectatione educunt ſuperfluitates ex corpore, & iuncturis abſq; nocumento magno, ſi correcta ſint per interualla temporis ſumpta præſeruant, non ſolum curant, vel cum clyſteribus incijciantur, vel cum collyrio imponantur.

Ordo quoque, vt prẽmittantur in clyſteribus; deinde vomitus, vel e conuerſo conſideratione patientis partis, vt ſuperius dictũ eſt, deinde in potionibus, vel alijs, quæ habilius poſſunt aſſumi, deinde ſolutiua ſecundum alios compoſita ſubiungemus.

Clyſter ad arteticam frigidam. ℞. centaureæ. vnc. i. po- *Clyſter ad arthreticã.*
lypodij, vnc. duas, aniſi, fęni. ana vnc. s. aſari. vnc. s. mercurialis. M. i furfu. P. i. ireos. vnc. s. bulliãt in aqua dulci. deinde colentur, & colaturę addantur mellis cõmunis. vnc. ij. ſalis cõmunis quod ſufficit, olei rutacei, vel ſucci rutæ. vnc. ij. & olei anethi, quod ſufficit, & alij faciunt cũ aqua marina, & aliqui addunt colocynthidem, & agaricum, & aliqui diſſoluunt ſpecies gummorũ, vt ſagapeni, opopanacis, & euphorbij in ea, et eſt fortẽ, & efficacius.

Clyſter ad calidam. Recip. aquam maluæ, violarum, prunorum, ſebeſten, & hordei, diſſoluatur mel vio. caſſia hiera. Vomitus fiat cum aqua decoctionis raphani ſuperaſperſo baurach, & aceto, & quidam faciunt cum ſafaro condito reſidente per noctem in vino, deinde colato, bibito, & alijs cum alijs vomitiuis ſupra in antidotario noſtro notis.

Tragea ſolutiua ad arthreticam frigidam experta. ℞. *Tragea ſolutiua ad arthreticã.*
turbith al. gummoſi & mundi, ana vnc. i zingi. drach. i. hermodactylorum electarum. vnc. i. piperis lon. drach. i. aniſi. dra. i. garyo. dr. ii. puluꝛis oſſis humani drachmas duas, tribulorum marmorum puluerizatorum, drach. vnam, & s. roſ. drac. i. myrob. citrinorum. dra. i. zucchari ad pondus omniũ. doſis cochleat. i. in aurora, poſt quod ſumatur hauſtus tepidæ aquæ. Et quidam addunt eſulã, & quidam reſidere faciunt turbith in ſucco cucumeris aſinini, & eſt fortior.

Electarium ſolutiuum ad arthreticam frigidã, & eſt ſecundum Morangium. Recip. turbith albi, & gummoſi, & mundi. drach. i. eſulæ. * vnc. i. pulpæ myrob. citrino. & chebulorum contritæ, & reſidentis in lacte per dies tres, ſalis gemmæ. ana drachm. vnam garyo. drachm. i. Conficiantur cum ſyrupo acetoſo de zuccha. & ſucco roſa. Collyriũ ad arthreticam. Recipe melhs libr. ſem. ſalis gemmæ, ſalis communis, & baurach, an. vnc. s. ſtercoris foricini. vnc. i. pulpæ colocynthidis, ſagapeni, opopanacis, ana drach. vnam, bulliant vſque ad coagulationem. deinde informentur collyria ad modum digiti. imponantur cum fuerit neceſſe. * *drach.*

Pilulæ ad dolorem iunctũrarum calidũ, & ſunt Ioan nitij. ℞. aloes ſuccotrini. dr. i. myrob. citrinorum. drac. i. ſcammoneæ, dr. s. eſulę, grana. iij. maſtic. ſcrup. i. confice cum ſucco cytoniorum, vel macianorum. *Pilulæ ad dolorem iuncturarum.*

Item potio ad idem. Rec. ſucci granatorum dul. expreſſorum cum pulpis, lib. s. reſideant in eo per diem, & noctem myrob. citri. drac. s. deinde coletur, & colaturæ addatur mucilaginis pſyllij. vnc. i. tamarindorum. vnc. i. & detur, aliqui addunt ſcãmoneæ. ſcrup. s. Item ad arthreticã ex materia phlegmatica cũ cholera mixta. Recipe turbith mundi. dra. vij. & s. contritis cum zingib. dra. s. piperis longi. dra. iiij. eſulæ contritæ cum pilis, ſpicæ. dr. ij. & s. zuccha. albiſſimi. vnc. x carnium cytoniorum, vel diacytonitem de zucch. vnc. iiij diagridij, dr. v. coquatur zuccha. ad perfectionem, & poſtea diſſoluantur carnes prædictæ, & deinde addantur electarij de ſucco roſ laxatiui. vnc. ij. & vltimo alij pulueres, & ſic fiat electarium. doſis. vnc. s. & eſt Rogerij. *Potio ad idem.* *Electarium ad idem.*

Potio ad frigidam arthreticã experta, & eſt Hyberonti. Recip. betonicæ, pedis coruini, chamædryos, chamæpityos, arthreticæ, capil. ven. ana M. i. aſſari, ſchænanthi, ana vnc. s. paſſularum enucleatarum drach. i. corticum citri, myro. citrinorum, & chebulorum, ana vnc. s. polypodij, turbith contriti cum ſuc. hermodacty. contritorum cum pipe. al. ana vnc. i. bulliant in aqua cartami, *Potio ad frigidã arthreticam.*

mercuria-

mercurialis,deinde colentur,& colaturæ addatur agarici puluerizati,dra j.& diſſoluatur electarij de ſucco.roſa. dr.iiij.& detur in aurora, & aliqui faciunt bullire agaricum,& aliqui addunt mel.roſ.& eſt bonum valde,mundificat enim ſtomachum,& alia viſcera confortat,& valet in omni materia.

Pilula expertæ ad arthreticã cholericam.

Pilulæ expertæ ad arthreticã cholericam,& phlegmaticam. Rec.pulpæ,myrob.citrinorum,dr.iiij.rhabarbari, dr.j.agarici,drac.j.& s.electari. de ſucco roſ.laxatiui.dra. iiij.diagridij. repreſſi.drach.j. maſti. garyoph.ana ſcrup. j.turbith drach.j.arteticæ, ſtœchados arabi.ana drach.s. puluerizentur,& conficiantur cum ſuc.roſ.Item aliæ appropriatæ expertæ ad ægritudines iuncturarum mixta, & ſunt ſudæi.Rec.turbith.alb.& mundi, aloes,ſuccotrini,cotti.myrob.citri.ana vnc.iij. roſ.aniſi,zingib.ana dr. j.pipe.longi drac.s.croci,garyoph.ana grana.xv.conficiãtur cum ſucc.reſolutiuo.doſis.drach.ij.

Syrupus ad arthreticã.

Syrupus ad arthreticã educens materiã phlegmaticã, & cholericã aduſtã,& melãcholicã.℞.pedis corui,arthreticæ vuæ,paralyſis,betonicæ,hyſſopi,ſtęchados,meliſſæ, chamædryos,chamæpytios,lu uli,endiuiæ,hepaticæ,buglоſſæ,boraginis,capil.ve.ana M.i.radicum fęniculi,aſparagi,bruſci,reſidentium in aceto paſſulato,liquiritiæ,flotum roriſmarini, roſ.ana vnc.j.dauci, carui,aniſi, cymini,cartami,aſſari, ſchænanthi, radicum acori,ana vnc.s. caſiæ ligneæ vnc.s zucchari,lib.j. & s.mellis roſ.lib.s.aceti prædictarum radicum.vnc.iij. & in fine aromatizet cum cinnamomi dr.ij. cubebarum.drac.j. zingib.i.ligni aloes,piperis longi,ſpicæ, ana drac.s. Et ſunt qui faciunt illud laxatiuum, & addunt in eius decoctione polypodium,epithymum,agaricum,& turbith,hermodacty.et carramum ſecundum diuerſas intẽtiones,quas proſequũtur. Et aliqui myrob genera,quæ ſtypticant,& confortãt ſoluendo,& aliqui addunt frangentia, & educentia ex renibus lapides,vel de veſica, quos plurimum patiũtur arthretici. Et ſemen geniſtę,grana ſolis,ſaxifragia,& fraxinum,& eſt efficax,& expertus in præſeruatione,& cura. Item fiat decoctio talis.℞.in ſero caprino depurgato bulliant,ſem.fumiterræ,dr.iij. myrob.citrino. & indorum, ana dr.v.epithymi,folliculorum ſenę,ana dr.vj.tamarindorum,vio. ana dr.vij.tereniabin.v.caſiæ,dra.vij.paſſul. enucleæ dr.x.& in parte diſſoluatur de hiera logodion. drac.iij.& ſumatur, & purgat melancholiam,& humores aduſtos, & hiera Ruſſini eſt propria, & lapis armenus cum ſero caprino eſt proprius.

Decoctio ad idem.

Reſolutiua materiã ægritudinũ iuncturarũ reſolutiuis materierum aliorum membrorũ apparẽtiũ fortiora merito eſſe debẽt,cũ natura earũ ſit frigida, & a fonte caloris remota,& ſubſtãtia ſolida, quia neruoſa ligamentalis,& oſſioſa. Et proinde plurimũ materia earũ in craſſata,congelata, frigida,viſcoſa,quæ liquefactioni reſiſtit, tarde reſoluitur, & in vaporẽ,& fumum cõuertit, necnõ quia in vacuo earum intrinſece poſita ad exteriora cutis difficile trahitur, & tanto plus,quanto magis in corporis profundo fuerit ſituata,vt iunt iũcturæ,anchæ,& iſchię, deinde genu,deinde ſpãrulæ, quapropter medicina reſolutiua ſimplex ſine actione aliqua, vt eſt chamæmelum proprie propter inſitam ſtypticitatem, quam habere meruit per cœleſtem virtutem,per ſe parum conferre videtur; niſi virtutem habeant reſolutionis fortem, & attractiuam de profundo earũ ſic, quia materia apta eſt conuerti in lapidem; propter quod prædicta lenitiua ipſis debent præmitti, vel eis aſſociari. Sunt enim hæ duplices communes omnibus membris.ſiuncturis appropriatę, ac differentes in fortitudine,& debilitate,diuerſimode approximandæ ſm diuerſitatem materiæ temporũ,atq; ſituum, vt quia in ſubtili materia leuiores approximandę ſunt,& in principio,ac in iũcturis poſitis in ꝓpatulo.

Documẽtũ.

In earũ vero contrarijs applicandæ ſunt fortes, & tamen lenitiuis mixta, ne reſoluendo ſubtile craſſum induratum dimittatur. Quarum quædam ſunt ſimplices, & quædam compoſitæ,quas inferius ſubiungemus. Et ſimplices iuncturis aptæ reſolutione materierũ ipſarũ cõiter,quædam reſoluunt liquefaciendo ipſas coagulatas,vt crocus,melilotum,aniſum,aloe,maſtix,phlegma,ſubtile debilium. Et ſunt ex debilibus ſal craſſum congelatum, ſal ammoniacũ,& ſal gemma,praſſiũ,iris,ſtœchas,& ſimilia,& ſunt fortes. Quædam vero ipſarum reſoluũt earum craſſitiem ſubtiliando, & attrahendo ex profundo ipſarum ad exteriora cutis, vt caricæ,mel apũ,lentiſcus, abrotanum, apium ſylueſtre, calamenthum,ariſt.ruta cum melle,& ſunt ex debilibus,vrtica, naſturcium,gummi,ruta ſylueſtris,& aliæ gummorum ſpecies,vt ammoniacum,galbanum, euphorbium,reſina terebinthina,& alia ex eis,chitram,coſtum,& caſtoreum,& ſunt ex fortibus. Et ipſarum quædam reſoluunt attrahendo,& ficcãdo,vt cępe,allium,lac ficuum, mel anacardi,ſapo,& cortex nucis,atramentum,& fermentum. Et quædam adurendo,& vlcerando, vt ſtaphiſagria,colcothar,atramentum,ſcilla,vermis pini,& fortiores eis ſunt thapſia,& cãthарides. Oportet tamen, vt vlcera ſeruentur aperta cũ cępe contrito,vt tracta materia per ea valeant exiccari.

Et quædam earum reſoluunt penetrando in profundum ipſarum, vt aqua vitæ,& eſt experta,& oleum apoſtolorum, & terebintinæ. Et quædam earum reſoluunt leniendo,& mollificãdo, vt adeps anatis,anſeris,vulpis, vrſi,& animalium rapacium. Et medullæ cruris vituli, cerui,& aſini,hyſſopus hunida,mucilago ſeminis lini,ſę nugræcum,althęæ,& olea ex appropriatis, vt oleum de ſem.lini,de pineis, vulpinum, de colocynthide factũ ex decoctione eius cum oleo roſ. donec aſſumatur aqua de caſtoreo,de ſinapi,de cherua, de nuce romana, quando aſſatur,& oleum de coſto eſt vltimum,& proprie cũ ſtyrace, & de coſto, cum aſſa de centaurea,de maſtice, & rhabarbaro,de fiſticis,& de nuce indica, de raſis,de granis citri,& citrangulorum. Et eorum coagulatio eſt cũcera, quæ reſoluit faciendo ea perdurare in membro. In quibus tamen ordo ſeruandus eſt,vt præcedente euacuatione,a ſimplicibus incipiamus,& leuioribus, deinde ad fortiora,& compoſita. Attendendum tamen, quòd ſi ex eis applicatis ſecundum ordinem tumor; & dolor non reſoluatur, ſed potius augeatur,oportet vt eis dimiſſis ad euacuationem mittentium redeamus, eſt enim ſignum regeneratæ materiæ, quam trahunt, & non reſoluunt. Vnde oportet reiterare, deinde fluxam reſoluere, vel ſupra locum iuncturæ contiguum ſtypticorum aliquod applicare, quod talem materiam trahi prohibeat, vbi locus euacuationi non adſit.

Nota.

Compoſitæ vero ſunt,quæ ex his cõponuntur,& alijs, quarũ quaſdã in antidotario nro poſuimus, & alias ſm alios hic deſcribemus, quarum quædam ſunt balnea,ſeu euaporationes,& fomẽtationes,quædã embrochę,quędã vnctiones, quædam emplaſtra; quas nunc per ordinem deſcribemus. Balneorum quædam ſunt naturalia,vt thermarum,& quędam artificialia. Et thermarum quędam ſunt ex aquis ſalſis ſulphureis,vel ſulphuraria, & balnea murtellæ aluminoſę, vt eſt balneum bullæ, quædã ſunt ex ferreis, vt ferrorum balneum, & aquæ ſanctæ Luciæ Neapol. Et plura ſunt ex fumis,vt eſt ſudatorium. Artificialia ſunt plura,quædam enim ſunt ex aqua marina ſola,vbi inueniatur, aqua ſalſifica ex ſale communi, vbi mare non adſit. Aliqua ſunt ex dulci aqua ſimplici in materia calida, vel non ſimplici, ſed in qua prædecoctę ſunt aliquæ ex medicinis iuncturis appropriatis,& materiam reſoluentibus, vt eſt ſtœchas, ſaluia, chamæmelũ. Et in frigida pes coruinus, iris,praſſium, abrotanũ,apiũ ſylueſtre,origanum,vrtica, folia ſambuci, radices ebuli, ruta,anethum,maiorana, folia lauri,cyminum,& ſimilia. Et alia ex prædictis ſecundum intentiones ſuas. Et aliqui miſcent vinum,& aliqui ex vino ſolo cum ſale, & eſt expertum, & aliqui embrochando approximant, & aliqui embrochant cum muſto,aliqui cum aqua lupinorum, aliqui cum decoctione ſpinæ albæ in calido, & frigido,aliqui cum decoctione caulium. Omnia vero ſunt miniſtranda ſecundum proprietates, & exigentiam diſpoſitionis,& cauſæ, aliqui cum ſpongijs, & aliqui cum ſtupis, vel lana, aliqui cum filtro madefacto in aliquo prædictorum, & in iuncturis inuoluto,& aliqui recipiũt va-

Medicamenta.

Balneorum diuiſio.

* reſtitet. vapores * reſiſtentes ex aqua, prius bene feruenti circunuoluris pannis, donec ſudet membrum, deinde cum repe
fit aqua abluunt, & per ſe fugi permittunt, & aliqui lapides molares, vel lateres ignitos in aquam proijciunt, &
fumum ex eis reſolutum in iuncturis recipiunt ad reſoluendum, & exiccandum. Et aliqui recipiunt in toto corpore ad deriuandum, & euacuandum ſuperfluitates, &
exiccandum, & proprie impotentes ad exercitium, & ad
euacuationes inepti; præſeruat enim eos, & curat, & pro
prie vbi præceſſerit vomitus, vel ſaltem enema, vel extenuatiua diæta, & abſtinentia, inferius denotata in ca. prę
ſeruationis, & ex illis eſt fricțio cum nitro, & ſale, non ſo
lum iũcturarum, ſed corporis vniuerſi, & ſepeliri in arena calida donec ſudet, vel in lixiuio, ſed caput oporter, ꝙ
ſit coopertum a ſole, & aliqui euaporant cum aceto calido ſimplici materia calida, aliqui addunt ſal in vtraque,
omnia enim hæc prædicta reſoluendo tollunt dolorem,
& confortant. Vnctiones, & emplaſtra plura ad hanc intentionem poſuimus in noſtro antidotario conuenientia, & experta, & hic aliqua ſecundum aliquos ſubiunge
mus expertos medicos, & famoſos.

Vnguentum bonum magni iuuamenti. ℞. olei antiqui quantitatem, lib. j. & coquatur in eo vipera cum ruta, & vngatur, ſanat enim ſanatione integra, & eſt Abu.
Aliud reſoluens reſiduum dolorem iuncturarum calidũ in fine. Rec. aloes, croci, myrrhæ, ana partes æquales, liniatur cum aqua caulis, atque endiuiæ, & oleo chamæmillæ, vel ceratum ex eo, & diachylon diſſolutũ in oleo chamæmeli, & maxime poſt balneum aquæ calidæ dulcis,
quod in frigidis non conuenit cum dilatet, & humectet.

Aliud ad idem. Rec. veſpertilionum decollatorum numero xij. ſucci almatinatorũ, olei antiqui, ana lib. ſ. ariſt. drach. iij. decoquantur omnia ſimul, donec conſumatur aqua, & remaneat oleum, eſt enim ſanum, & expertum.

Vnguentum reſoluens materiam iuncturarum craſſam, & frigidam. ℞. caſtorei, myrrhæ, coſti, puluerizentur, & miſceantur cum oleo antiquo. Aliud. ℞. ſtyracis liquidæ, & ammoniaci, & miſce cum oleo iridis, & ſuper inunge.

Aliud. ℞. ceram, & diſſolue in oleo antiquo, & oleo iris, ana vnc. j. adde pul. euphorbij vnc. j. & vtere, accidit enim ſtatim calor in membro. Aliud calefaciens membrum. Rec. pipe. caſto. euphor. ana aur. j. pyrethri, aur. ij. viol. aur. i. & adde vnc. j. olei coſtini, & vnge locũ, & eſt Raſis, ſed addit, quòd præmolliantur iuncturæ, & alia in materia ſubtili, & calida non ſunt conuenientia. Cum enim per ſe ſit reſolubilis, paucæ reſolutionis indiget medicinis, qualia ſunt calida anodyna ſuperius numerata. Et ante applicationem medicinarum præcaleſiat membrum cum calida, donec rubeſiat, deinde applicentur cũ reiteratione.

Aliud vnguentum mollificans, & reſoluens ſimul. ℞. ceræ, drach. v. olei irini. drac. j. medullæ cruris vituli, ammoniaci, ſtyracis, bdellij, galbani, ana dr. x. liquefiat cera cum oleo irino, & aliæ medicinæ puluerizatæ conficiantur cum eis.

Emplaſtra ad idem. Ex emplaſtris ad reſolutionem materierum iunctura rum quædam ſunt leuia, quædam mediocria, quędã fortia. Ex leuibus eſt emplaſtrum de ſtercore vaccino calido, ſicut emittitur, vel calefacto, & eſt melius puluerib̃ alijs, vel de ſtercore columbarum, vel caprarum cũ oleo chamæmelino. Emplaſtrum, quod cauillata dicit, & fit ex furfure cocto in aceto cum modico croco, vel mixto cum aqua coſtin calida cauſa, vel cum vino in frigida. Aliud reſolutiuum. ℞. ammoniaci, litij, ana æquales partes, terantur cum vino antiquo, & oleo omphacino, & farina fabarum, & emplaſtretur calidum. Aliud ex cinere cyclaminis cum aceto, & melle, & eſt mirabile valde. Aliud mediocre. ℞. cineris caulium in quantitate qua vis, ſęnugræci decocti in vino, florum chamæmeli, ana vnc. j. ammoniaci diſſoluti in ſucco rutæ, dr. ſ. conficiantur cum melle, & emplaſtrentur.

Aliud. ℞. furfuris partes. ij. florum chamęmeli partẽ. i. puluerizata, & confice cum oleo lauri. & operare. Aliud.

E ℞. ammonia. vnc. ij. diſſoluatur cum fęce vini, quod ſufficit emplaſtretur. Aliud forte. Recip. olei antiqui lib. j. ſ. nitri Alexandrini, glutinis albotin, ana lib. i. euphorbij, vnc. j. ireos, vnc. ij. farinę fœnugrę. lib. j. & fiat ex eis emplaſtrum.

Aliud. Recip. bdellij, opopanaci, liquefiant cum adipe anſeris, vel anatis, & emplaſtra. ſunt. n. iuuatiua valde doloribus factis ex humore crudo. Aliud fugitiuum reſolutiuum. Rec. nitri danich. ij. & fiat ex eis emplaſtrum.

Item ſumatur euphorbium, & miſceatur cum oleo de lilio, & liniatur cũ eo, & eſt ex mediocribus. Aliud forte. Rec. baurach, gallię, pyrethri, ſtaphiſagrię. & calcis, ana miſceantur omnia cum melle, & aceto, & emplaſtretur, & eſt Auic. Aliud. Raſis leue. Rec. farinæ fęnugrę ci cum aqua mellis. Et calcis cum pinguedine antiqua, & ſtercus caprarum cum oxymelle, cineres caulium cũ ammoniaco, & ammoniacum cum oleo antiquo, & aceto. Aliud. Recip. farinæ lupinorum, ſtercoris columbini, fęnugræci, ana partes æquales, confice cum oxymelle, & ſuperpone.

F Aliud. ℞. radicum ireos, ariſto. ellebori al. cõficiantur cum oleo. Aliud forte ſecundum Raſim. Rec. ariſt. pyrethri, radicum capparis, lupinorum, ireos, ſtercoris columborum, calcis, ana partes æquales, de ficubus ficcis quantum de omnibus contere, & confice cum oleo antiquo. Aliud emplaſtrum mollificans, & diſſoluens. Recip. ammoniaci, bdellij, ſtyracis, liquidæ, ana dra. x. oleum irinis quantum ſufficit ad mollificandum, & conficiatur cum ficubus nigris.

Qualiter miniſtrãda ſit cauterizatio in dolore iuncturarũ. In cauterizatione miniſtranda in dolore iuncturarũ plura ſunt attendenda. Cauſa incitans ſ. inſtrumentum, ſeu cauterium, tempus, hora, locus, modus cauterizandi, & ordo. Primo quidem conſideranda eſt cauſa, quæ nos incitat, & inuitat ad adminiſtrandum ipſam, quę eſt duplex. ſ. cauſa neceſſitatis, & cauſa vtilitatis, quæ a patienti loco ſumuntur. Cauſa neceſſitatis nos inuitans ad eam eſt, quia prędicta medicamina non ſufficiunt, quare ad
G ipſum tanquam ad remedium chirurgicum; & vltimũ recurrendũ, cum ſit cauſa vtilitatis, & iuuamenti, vt infra ſequetur. Non ſufficiunt autem prædicta ex eo, quòd membra corporis nutritiua adeo ſunt ex diuturna paſſione defecta, & habituata dyſcraſia, ꝙ materiã regenerãdo aſſidue multiplicant, & phlegmaticã ex ſe etiam bono ſeruato regimine. Et multo magis cũ ex prægenerato faſtidio nequeant ipſum ſeruare debite, vt ſuperius dictum eſt, iuncturæ fiunt debilitatæ, & ſub dominio ipſorum poſitæ in recipiendo, viæ quoq; ſunt dilatatæ, & lapſæ, vt cõtinue ad ipſas refundant materiã, quæ non ceſſet liquentibus doloribus moleſtare, nec valeat per prędicta educi, quæ fluit à nutritiuis quotidie generata, ꝓpter inobedientiam, & laſciuiam; vel propter impotentia capiendi ea, nec quæ fluit bono modo reſolui, propter ſuæ congelationis craſſitiem, & viſcoſitatis ineptitudinem, & ſoliditatem partium iuncturarum, maxime ſi ſint iũcturæ poſitæ in profundo, ſicut ſunt iuncturæ anchę, iſchię, genu, & ſpatulæ, vt ſuperius habuiſti, ex qua timetur ne multiplicata vlterius ſua lubrica humiditate iuncturarum anchę, & iſchię ad diſſolutionẽ producat, vel congelata, & indurata ad contractionem, & nodoſitatẽ ipſam, & alias, & membrorum impotentiam in operationibus alijs neceſſarijs exercendis. Sicque indigeat patiens alio ad delectationem corporis ad boli immiſſionem, ac ani abſterſionem in feceſſibus, de quo Galen. dixit. Quicunq; non mollis fuerit naturæ, debet vtiq; magis eligere centies mori, quam talem ſuſtinere vitam, miniſtranda eſt itaque cauterizatio neceſſaria. Cauſa vtilitatis, quam ex ea conſequitur patiens, eſt multiplex; introducit enim iuuamenta, & prę ſeruat à ſymptomatibus, & periculis prænarratis. Iuuamenta introducit; nã ſuo calore membra confortantur, & confortata cum eis calor materiam iam fluxã ſubtiliat, poros aperit, & prõpte reſoluit, atque conſumit, ſi frigida ſit, & humida, cũ non ſit contraria, non calidam ſibi ſimilem, cum eã augeat, ſubtiliet, & inflammet, & faciat furere, vt inquit

Gal.

Gal. vbi sit pauca. Præseruat etiam a symptomatibus,& periculis prenarratis, cum vias, et ductus refundentes ad iuncturas regeneratam materiam rarificet: atque materiam ad cutem fluxam subtiliet, & liquefaciat, & attrahat de profundo ad cutis exteriora, quatenus per apertionem eorum commode, quæ fluxa est, & quæ fluxura est, antequam ad iuncturas perueniat, extra corpus valeat expurgari. Tempus electum ætatis scilicet vt post 14. annos,& ipsius anni scilicet temperatum, vt veris proprie, & autumni. Hora ministrandi est cum corpus, vel purgatum existit, stomachus est inanitus,& aer temperatus, de mane scilicet infra tertiam. Instrumentū vero, quod est cauterium duplex est, actuale, & potentiale: actuale est, quod per ignem fit, seu instrumentum ferreum, vel aureum ignitum. Potentiale vero, quod fit, permedicinas comburentes, & vlcerantes, vt cantharides, allium, & alia superius enumerata. Earum autem est melius actuale, sicut testatur in lib. de cauterijs, cap. j. Albucasis dicens, q̄ ignis est simplex, cuius operatio non peruenit nisi ad membrum, quod cauterizatur, nec nocet alijs mēbris coniunctis nisi nocumento paruo. Actio vero medicinæ comburētis peruenit ad id, quod elongatur ex mēbris,& forte facit accidere in membro ægritudinem difficilioris sanationis, & forte interficit, sed ignis non facit illud propter subtilitatem, & bonitatem suæ naturæ: nisi superfluat. Locus est vt in dolore humerorum, vel spatularum apponatur cauterium tribus digitis sub humero inferius à iunctura, non in ipsa; tunc enim causa erit, si in ipsa iunctura ponatur, contractionis, & spasmi. Et si accidat, vt dislocetur humerus propter humiditatem lubricantem, prout contingit in ischia, & non figillat' in hora reductionis suæ, sed iterum resiliat foris, apponatur cauterium subtiliatum cum instrumēto triangulato donec penetret cutem vsque ad latus aliud. Et si ponatur in foramine, laqueus erit bonum, prius tamen dislocatio ad suum reducatur locum, & prout poterit melius conseruetur. In dolore vero dorsi, & lumborum fiat cauterium digitis tribus sub ipsis,& fontanella. In dolore vero iuncturarum manus,& brachij, fiat cauterium tribus digitis à nodo. Item in passione ischiatica, & dolore ponatur cauterium triangularum super ischiam, & cum accidit, vt dislocetur ex humiditate lubricum faciente eū, tunc reducatur ad locum suum, & bono modo seruetur ibidem, deinde cauteriza super pyxidē anchæ cum cauterio circulari, postquam signasti cum atramento in circuitu pyxidis,& sic resoluatur, vt cadat ipsa pyxis in medio circulari. Alius modus est, & est Rasis. Accipiatur instrumentum ad modum cochlearis factum de ferro, & sit diametrū eius, sicut medietas palmi, & sint in circuitu duæ eminentię ad modum ostium dactylorum,& ignias,& iaceat ęger super latus suum, & super pyxidem anchę, signa circulum,& suppone.

Cauterium actuale, & potentiale.

In ischiadicos.

In arthretica vero,& dolore subteriorū membrorum ponatur cauterium supra nodum in pede à parte exteriori, & aliud similiter in fontanella trib. digitis sub genu. Studeas quoque locum particularem eligere, vbi cauterium fiat, & est fontanella illarum partium prędictarū inter duos lacertos, & chordas inuenta, per quam venæ, & ductus sunt naturaliter transeuntes. Sic ergo illud ibidem imprimas, vt aperta cute virtute cauterij rarefiant, & aperiantur sic, vt materia eorum fluere consueta expiret, non autem totaliter incidatur, ne nutrimentum subiectis particulis auferatur, nec vt lacertum neruum, vel chordam attingat, ne spasmus subsequatur.

In arthritico.

Modus est, vt iaceat infirmus secundum figuram magis aptam appositioni ipsius. Est vt prohibeatur ei motus, & * conseruetur eius circuitus doloris, & tunc impleatur medium eius sale, & ponatur desuper parum olei,& ponatur desuper pannis. Et igniatur cauterium aureum, vel ferreum iusto modo; & inter locum,& ipsum instrumentum mittatur, quod profundationem cauterij regulet sic; vt cutem totam perforet, transeatq; vsque ad carnem,& ad vias perueniat, vel earum superficiem, & non vltra: deinde repleatur impressio adipe, & superposita lana ligetur: sitque super caput infirmi vas aqua ros. plenum, qua irroretur facies cum sudat,& anxiatur.

Modus iacēdi.

** obseruetur.*

Ordo quoque est, vt precedat debilis impressio cauterij, deinde sequatur fortis,& sufficiens,& si precedat stupefactio membri, quo minus sentiatur est laudabilis, & hoc qualiter fiat infra dicemus tertia sectione. Impressio vero cauterij aperta reseruetur, quatenus materia illa fluat, quæ ad iuncturas fluere consueuit,& quę fluxa est tracta expiret, si enim claudatur cum via solita præ cauterio ibi generata cicatrice totaliter obstruatur, & materia regeneretur non seruato regimine debito, & euacuatione non facta (vt oportet) per interualla multiplicata non valens currere ad iuncturas, vt consueuit, regurgitabit ad interiora principalia, & ad mortem perducet, & erit error nouissimus peior priore, nisi per interualla modici temporis quoquo modo purgetur. Ex his autem, quę aperram seruant impressionem, est cerea sphæra, intus imposita, & folium hederę superpositum vel cæpe tritum cum melle. Dolor colli est dolor iuncturarū eius lacertorum, & chordarum circunstantiū. Et causa eius est similis causæ doloris dorsi,& est à cerebro plus. Et signa eius sunt manifesta, quod est quia non potest patiens voluere caput suum, immo stat ac si patiatur tetanum, & apud motum eius sentit dolorem fortem. Et cura est consimilis dolori dorsi,& ex conuenientib.& appropriatis est emplastrum ex folijs suche.i. cypressi; vel vngere cum oleo de chamęmelo, & de amygdalis dulcibus, & inuolutio cum panno calido sussimigato cum ligno aloes,& thure. Dolor humeri est dolor iuncturę, qua adiuto rium cum furcula, & spatula alligatur,& quandoq; est fixus in ea, quandoque ad spatulas extenditur, propter infimum situm,& motum. Et quandoque vsque ad manus,& digitorum extremitates velut in ischiatico fit. Et causa eius est consimilis causę doloris aliarum iunctura rum, propria,& ex communitate, plurimum ad cerebrū superius situatum,& ad nutritiua propellentia sursum, maxime si sit ventosa. Et signa earum sunt in genere cōsimilia signis aliarum. Cura quoque consimilis, differēs tamen in membri natura, quæ est suppositio supra vitæ principiū,& vicinitatis ad ipsum quapropter est necessarium, vt apocrustica dimittantur omnia cum materiam aptam descendere ad illud propter grauitatem facile impellant, propter situ,& vicinitatē, sed oportet vt extrahatur ad extra quoquo modo, vt superius dictū,& cum prijs dolor sedetur, quorū quædā sunt simplicia, quædā cōposita. Et ex simplicibus, est in frigido, oleū masticinum,& costinum,& aqua ardens, iunctura est efficax, et experta. In calido vero, oleū ros.& oleum chamęmeli simul mixta,& alia cōmunia oībus superius numerata.

Quid sit dolor colli, & eius curatio.

Quid sit dolor lumberi, & eius curatio.

De dolore dorsi. Cap. 4.

DOlor dorsi est sensus rei nociuæ imprimentis malitia complexionis, vel continui solutione, vel vtraq; in concatenationibus spondylium dorsi, & est vt plurimum grauatiuus,& extensiuus. Et quandoque est in collo tantum,& quandoque in dorso, & spondylib. eius, & est, aut à causis intrinsecis, aut extrinsecis. Si ab intrinsecis, aut à proprietate, aut à cōmunitate, propria sunt mala complexio quæcumque, plurimum frigida, pura, vel cum humoris vitio, & plurimum frigido phlegmatico intercluso in lacertis, & chordis intermedijs spondylibus, & inuolutis dorso; aut replente illos, & trahente, seu extendente: vt in dolore iuncturarum contingit, aut molliēcante,& lubricum faciente. Vnde accidit dislocatio non confirmata ad alteram quatuor partium, quare accidit gibbositas, concauitas, arcuatio, torsio, et asthma, sicut innuit Gal. aut ventositas intercluſa in osse frangēs ipsum non complete, nec frictione magna, quia tunc esset mortale, aut apostema. Factus autem à communitate, aut est propter repletionem venæ magnæ extensæ supra dorsum, aut propter apostemata, vel vlcus pulmonis, & cannæ eius, vel propter asthma, ex quo accidit dislocatio,& gibbus, vt dixit Hippoc. aut propter cōmunitatem

Dolor dorsi quid.

Causa.

6. aphor. 46.

Locus prędictę.

nitatem matricis cum patitur ſuffocationem, aut cũ appropinquat paroxyſmus menſtruorum, aut cum appropinquat tempus partus, aut cum appropinquat hora criſis ex materia declinante, vt euacuetur critice per regiones inferiores, cuius ſignificatio dolor dorſi eſt factus. Aut à cauſa extrinſeca eſt, vt à labore nimio, & ex illa eſt factus à nimio coitu, & ab onere rei grauantis, & à percuſſione, & à caſu facientibus diſlocationem, vel ſeparatione, vel fractura, vel apoſtemate.

Signa. Si ergo ſit à cauſa propria manus innuit doloré in eo. Et ſi ſit a mala complexione pura, qualitas actu calida, vel frigida indicat, & ſenſus infirmi ſine grauedine ſentiens illam, & iuuatur à contrario, læditur vero à ſimili, & eius inceptio eſt paulatim, & ſi eſt humida non exiccabit oleum, quo inungetur, ſi ſicca eſt, exiccabit illud, & præceſſit febris, fames, & fluxus, & vigiliæ, laborioſus motus, nec cauſarum antecedentium, ſigna erunt. Si vero cum humore fuerint, ſigna cauſarum antecedentiũ; ſcilicet repletionis cacochymiæ oſtendent regimen præcedens, excuntia, & circumſtantię ſimiles, necnon, & grauitas loci quandoque paulatim incipiens, vel extenſio, ſi fuerit ventoſus, vel diſlocatio iuncturarum fiens, vel ſequens. Si vero ſit ab apoſtemate eſt dolor aggrauatiuus maior, & febris quandoque, & malitia anhelitus, & pulſus frequens, & velox. In facto autem à communitate, non inuenit manus in loco dolorem, & hoc ſi à communitate ſit abſolutus. Et ſi ſit à repletione venæ magnæ, ſignificat repletio corporis, & venarum, & extenſio doloris in toto corpore, & dorſo cum caliditate, & inflatione, & pulſatione in loco. Factum autem à communitate aliorum membrorum diſpoſitio illorum membrorũ oſtendit, & ſimiliter factum à labore, & onere, præceſſio ipſum indicat. Et factum cauſa caſus, & percuſſionis, & gibboſitatis, præceſſio eorum per infirmum tibi indicata manifeſtat, & ſenſus viſus, & tactus tibi fracturam, & ſeparationem, & diſlocationem ab illis introductam indicant, & demonſtrant.

Cura. Cura doloris dorſi ex ſumma doloris curæ iuncturarum exiſtens, cum ſit ſpecies eius, eſt duæ res, ſcilicet cauſæ imprimentis abſciſſio, & doloris ſedatio, ſi quidẽ fortis ſit, & intolerabilis, quod eſt raro, nam ſi paruus exiſtat, ſola eſt abſciſſio cauſæ, auferendo enim eam ſimul, & dolorem auferemus, & non econuerſo ſemper. In cura ergo doloris quandoque ad ſympcoma, & dolorem prius inſtamus cũ ſedantibus, & plurimum ad cauſam intendimus cum abſcindentib. quandoque vtrunq; agimus, prout ſupra in cura ſodæ, eſt dictum. Sedãtia dolorem vehementem ſunt duplicia à complexione, & proprietate; a complexione ſunt duplicia, ſcilicet calida temperate, & anodyna, frigida, apocruſtica, & narcotica, ſicut ſupra in cura arthreticæ dictũ eſt. Prima ſunt in mitigatione doloris conuenientia. Secunda ſunt vitanda, et maximè ſi ſint fortiter ſtyptica, & exterius applicata, maxime cum inimica ſint neruis, & oſſibus, materiam repellant ad interiora, & principalia. Tertia non ſunt concedenda cum plurimum cauſam imprimentem non auferant, ſed detineant, & naturam mortificando dolorem ſedent, vel mitigent, vnde mendoſa dicuntur, vnde non competent niſi in caſu, vt cum prima non ſufficiant, & doloris potentia ad intolerabilitatem perducant, licet illud ſit raro, ſed oportet, quod miniſtrentur cum modo ſuperius dicto. Quæ à proprietate ſunt ſedantia ſuperius diximus, ſimplicia, & compoſita, abſcindentia cauſam ſunt. Nam ſi dolor ſit à mala complexione contraria alterabunt. Et quia, vt plurimum frigida, ambulatio, & exercitium curat, & regimen calidum in alijs rebus non naturalibus, & proprie in cibis, & potibus; cibentur ergo aqua cicerum nigrorum; & aſparagis cum acoro, & vitello ouorum, & carnibus columborum, & iure gallorum, & potentur vino ſubtili vinoſo parum lymphato. Et exterius calefactoria approximentur ex frictionibus cum manibus calefactis, & faccellationibus ex chamæmelo, pulegio, origano, calamentho, ſale, & ſeſeli; eſt enim proprium, & oleis, ſcilicet rutaceo, coſtino, laurino, nardino, vel de lilio, quod eſt mirabile, vel de anheto, vel de ſtyrace. Et proprie ſi ſit ex communitate doloris, & renum. Et ex ceratis ex prædictis cum oleis, & ſuccis prædictarum herbarum, & torrefactis cum cõpreſſione inunctis, & balneis calidis. & emplaſtris ex prædictis, & ammoniaco, opopanaco, ſagapeno, & bdellio.

De ſedantibus dolorẽ.

In materia ſanguinea. Et ſi fuerit cum humore, ſi quidem fuerit ſanguis replens venam illam ſupra dorſum extenſam, phlebotomia de nigra, vel de ſaphena eſt conueniens, vel iſchiatica, vel quæ ſub poplite eſt, vel de hæmorrhoidibus. Et ſubſequenter vnctio cum aliquo leui frigido, vel oleo roſato, & balneo frigido potentia, & non actu. Et potus aquæ granatorum, & ſimilium.

In cholerica. Si vero alius humor, ſi quidem cholericus hiera Gal. confortata cum diagridio bene repreſſo præcedente digeſtione cum oxyſacchara.

In phlegmatica. Si vero fuerit phlegmatica, hieræ magnæ proprie, vt eſt hiera colocynthidis, hiera Logodion, & pilulę fætidę, & de ſagapeno, & de thapſia, præcedente digeſtione cum ſyrupo acetoſo, & compoſito, vel ſcillitico, vel gẽeniabin, vel oxymelle ſimplici.

In melãcholica. Si vero melancholicus, quod eſt raro, pilulæ de lapide lazuli ſunt conuenientes, præcedente digeſtione cum ſyrupo ex acetoſa, de bugloſſa, & boragine, clyſteria trahentia, quæ ex aſſaro, centaurea, polypodio, agarico, colocynthide, & hieris, & deriuatio, & euacuatio cum vomitu, deinde calefactoria prædicta, & balnea thermarum ex ſumis, aquis ſalſis, & ſulphureis, & cum potione ex theriaca diateſſeron, & diatrion pipereon, & cum inunctionibus de euphorbio, & de terebinthina, & oleo apoſtolorum cum emplaſtro de granis lauri.

Et ſi quidem ſit ex vento poſt prædicta detur oleũ de cheruа, & ventoſa applicetur loco, & ſacculi ex milio, & ſale, vel ſulphure. Et fiat vnctio ex oleo nardino, & rutaceo. Rubificantia quoque applicabis, aut enim reſoluẽt ipſam, aut ad cutem dorſi ducent eam.

Et ſi quideth ſit humor lubricans, & mollificans, faciens diſſolutionem, poſt purgationem, & euacuationẽ applicentur epithemata, & emplaſtra exiccantia, ſicut eſt ſpongia marina recens infuſa in aqua aluminis cum ſale, baurach, ſale nitro, cinere, ſpuma maris, myrrha, ſandaracha, ſulphure, diſſolutis in eo, vel in lixinio, vel aqua marina, & vino, & emplaſtra facta ex eis cum calamenthis, baccis lauri, cypero, & ſtyrace ſicca. Et ſiquidẽ materia ex aliquo membro refundatur, illam ex illo euacuare, & deriuare, confortare, & eius vias aperire, & expurgare oportet, necnon, & dorſum confortare, ne recipiat, vt ſuperius dictum, & hoc cum frictione ſicca, vnde Galen ait, quod frictio, & maxime ſicca, prohibet periodos doloribus quibuſdam, qui in membris generantur, & generari ſolent medio tempore aſſumpta, & maxime ante duas horas paroxyſmi. Confortantur enim ab ea membra, vt minus ſuſcipiant ea, quæ aſſueta influunt rheumata, & hoc commune omnium eſt ætatum. Si vero ſit ab apoſtemate in lacertis, & chordis ipſius; cura eſt, cura apoſtematis, vt ſuperius habuiſti. Et ſi eſt ex propinquitate termini menſtruorum partus, vel criſis, cum temperatis, & anodynis ſedantibus dolorem, & iuuantibus motum materiæ abſque eo, quòd inducant ebullitionem in ea, & motum ſortem, quæ ſunt nota.

De frictione ſicca 1. ſen. tex. 3.

In mala complexione frigida.

Et ſi quidem factus fuerit à nimio onere, & motu rei grauantis, & percuſſionem inducentis, & diſlocatione, ac percuſſione, vel fractura, cura eius eſt tres res. Prima eſt ceſſatio à motu oneris ex delatione, ac percuſſione, & inunctione quietis. Inquit enim Hippo. in omni motione corporis cum cœperit quis dolere, quieſcere ſtatim, remedium eſt. Secunda eſt nutritio cum cibis, & potibus nutrimenti, & ſimiliter ſi fiat à coitu. Tertia eſt cura diſlocationis, & fracturæ, quam dicemus, (ſi Chriſtus voluerit) qui ſit benedictus. Et ex conuenientibus cum proprietate in ſedando dolorem dorſi, ſunt ſimplicia, & compoſita. Et ex ſimplicibus eſt oleum veteris naragilis, ideſt nucis indicæ: confert enim dolori dorſi, & geniculi, & ſpinachia doloribus dorſi ſanguineis, & pro-

6. aphoſ.

prie

prie geniculi calido. Oleander dolori dorsi valet,& geniculi antiquo more emplastri superpositum. Et decoctio asparagi bibitur propter dolorem dorsi, cicer confert dolori dorsi maiorana si ponatur in ceratis, & liniatur super eum, & inguina, magaleb est bonus doloribus dorsi, cyperus confert, & stringit dorsum, & neruos, seselis confert, roha.i. auellana indica dissumpit ventositates in dorso, & ex succo fit ceratum ad dolorem dorsi.

Medicamē ad dolorem dorsi.

Composita deinceps sequuntur, receptio pilularū de thapsia descriptione Democriti conferentium ad paralysim, dolorem dorsi, genuum, & ancharum, iuncturarum, & podagrę Rec. aloes, turbith, hermoda. ana vnc. x. thapsiæ, acori, salis naptici, pulpæ colocynthidis, agarici, granorum hermel, bdellij, sagapeni, ana drach. ij. zingib. macropi. masti. sinapis, anisi, costi, anethi, ana drachm. i. epithy. myrobala. amborum, ana drach. v. conficiantur cum aqua caulium, & alchechen. ana drach. iij. dosis est, drach. ij. cum calida.

Confectio pilularum de dende, & est species graminis, vel carapucia, conferentium ad torturam, colicam, dolores dorsi, & genuum, & omnem dolorem, cuius causa est phlegma crassum, viscosum, & vētositas crassa. &c. cinnamomi excorticati a cortice suo superiori, de quo proijciantur linguæ repertæ inter duo frusta, & granorum, addendo succi liqui. agarici, alchechengi, & herbæ eupatorij, absynthij, ana partes æquales, tere, & confice cum aqua, & informentur pilulæ paruæ, & ille qui de eis facit pilulas, inungat suas manus ex oleo de balsamo, & odorifero, dosis earum est, a drach. j. vsque ad ij. & sit super eas cibus zarabegici, & sunt alchingi.

Pilulæ de opopanaco lisalemoni, conuenientes ad dolorem genuum, & dorsi, & paralysim, & torturam. &c. zingib. macropi. thapsiæ indę, myrob. cittrino. embli. & beli. myrrhæ, turbith, scammoneæ, croci, casto. ana vnc. ij. opopanaci, hermodacty. sagapeni, bdel. ammoniaci, pulpæ colocynthidis, ana drachm. x. aloes drach. xx. Infundantur gummæ in aqua caulium, & conficiantur cū eis medicinæ, & informentur pilulæ, dosis est, drac. ij.

Pilulæ de euphorbio cōferentes ad paralysim, & mollificationem, & humores crudos descendentes ad neruos, & membra. Recipe agar. pulpæ colocynthidis, euphorbij, sagapeni, ana drach v. aloes, drac. ij conficiantur pilulæ cum succo saluiæ, dosis, drach j. & sem.

Clyster anthus.

Filij Serapio. Clyster conferens ad dolorem dorsi, & colicam: & soluit humores crassos, & intestinis inferioribus confert, & ischiaticæ, & dolori ancharum. &. sem. lini, fœnugræ. centaureæ maioris, & minoris, ana P. j. medullæ carta. vnc. ij. bassach vnc. j. & sem. ficus numero x. furfuris, salis indi, ana vnc. ij. chamæmeli vnc. j. sem. cheruæ contritæ vnc j. sagapeni, opopa. bdellij, colocynthidis, nasturtij, amygda. amararum contritarum, ana drachmas decem, & ex virgis masculinis numero v. caulis, ficlæ ru. ana vnc. j coquantur cum vj. lib aquæ, donec remaneant duæ, & colentur, dentur ex ea P. ij. Et in descriptione alia duæ tertiæ. lib. j. baurach tertij. ij & olei sisamini, olei oliuæ, ana vnc. j. olei de been vnc. sem. olei de spica, vnc. sem. misceantur, & clysterizentur ex ea tepida, & quandoq; sit sine gummi. Aliud. &. ammoniaci, sagapeni, opopanaci, sarcocollæ, ana vnc. sem. fundantur cum vrina tauri tribus diebus, & clysterizetur cum eis in quantitate vnc. iiij. & omni die quinq; vicibus, alias, diebus. Abuha confectio nominata imperialis, conferēs ad difficultatem vrinæ, & dolorem dorsi, & debilitatem renum. &. & dimitte spacio trium, vel quatuor regulorum, vel lunarum.

De dolore anchæ, & ischiatico, & medicinis eius.
Cap. 5.

DOlorem anchæ quandoque antiqui ischiaticū appellarunt, quod est, quia conueniunt in essentialibus, licet in accidentalibus differant earundem. Conueniunt quidem in essentialibus, scilicet in membro, seu loco principaliter patiente, qui iunctura anchæ esse dignoscitur, cum sit ex summa iuncturarum doloris, ambo enim in eo incipiendo conueniunt, & in causis imprimentibus, quæ vtrobique sunt eędem, & sunt intrinsecæ, & extrinsecæ. Et intrinsecæ sunt propriæ, & ex cōmunitate. Propriæ sunt vt plurimum materiales, & humores alterantes iuncturæ ipsius partes, & extendentes replendo, & secundum plurimum sunt phlegmaticæ, & ventosæ; deinde sanguineæ, deinde melancholicæ: deinde cholericæ; & quandoque mixtæ. Ex communitate vero sunt plurimum matricis ceruicis, & ex permutatione materiæ passionum eius ad ancham cui appodiatur. Et quandoque propter vicinitatem. Inquit Hippo. si matrix in vertebro posita fecerit saniem, necesse est commotum fieri. Et extrinsecæ sunt plurimum casus, percussio, & debilitas sequens sessionem super rēduram, & assiduitatem equitandi insuetam, saltum, & ambulationem fortem. *3. apho. 48.*

In accidentibus vero eorum differunt, licet enim in membro, seu iunctura anchæ conueniant principaliter, differunt tamen quantum ad circūscriptionem, seu firmitatem eius in ea, & extensionem, si enim dolor ipsius est fixus, & permaneat in iunctura, & circūscriptus dicitur dolor anchæ. Cum vero extenditur per lacertum, & neruum latum retro per coxam inferius, ischiaticus proprie nuncupatur a schia, quod coxa est nuncupatū. Sic quoque licet in causis conueniant quantum ad earum speciem, differunt tamen quantum ad quantitatem ipsarum. Cum enim causa est stabilis, & firma in loco minoris quantitatis esse dignoscitur, quam cum extenditur per neruum idem præstando nocumentum in toto, non enim nisi sua multitudine ampliatur tantum, & ad tam remotas extenditur partes prima non dimissa. Quandoque enim, vt dictum est, ad coxam extenditur per neruum latum, sicut Abuha. dixit per venam venientem ad vtrumque pedem, ex parte inferiori duarum partium venæ orientis à gibbo hepatis, sicut dixit Rasis. Credo enim, quòd materia illa fit in vena, quam replet, & transfunditur ab ea ad illum neruum, & impedit motum. Et quandoque permutatur de iunctura, & est in neruo lato, & quandoque vsque ad genu, & impedit inclinationem, & erectionem. Et quandoq; vsque ad crus, & pedem, & impedit stationem; quandoque finaliter vsque ad digitos, & impedit firmitatem, & quandoque sua multitudine phlegma mucilaginosum lubrificando, & mollificando ligamenta, producit, vt vertebrum de pyxide anchæ resiliat fortis, & reintegratur, et accidit dislocatio, & claudicāt modo (nisi vsque ad sanantur,) vnde Hippo. in aph. ait. Quibuscunque ab ischiatica molestatis vertebrum resilit foras, & iterum reuertitur in locum suum, his tabescit crus, & claudicant, si non vrantur. Conueniunt quoque in fortitudine cutationis, fortioris, difficilioris enim, quæ sunt, quā dolores aliarum iuncturarum propter loci profunditatem, licet dolor humeri, & spatulæ sint periculosiores, propter propinquitatem ad principalia, licet quoque curentur difficilius. Cum vero curati sunt, & eradicantur earum materiæ, redeunt facile qualibet ex causa. Similiter, & podagra propter situm membri, & longinquitatem; dolores vero iuncturarum superiorum manus tardius, propter situm, & propinquitatem ad principalia. *6. aphor. 39. & 40.*

Signa.

Signa causarum eius ex generalibus signis sunt in proœmiali capitulo nota, licet difficilioris inuestigationis sint propter materiæ profunditatem, & distantiam sensu maiorem, & ipsarum cognitio potest arbitrari ex specie, & quantitate doloris circunstantijs, iuuantibus, & nocentibus, & exeuntibus; licet ex alijs minus quam dolor iuncturarum aliarum, propter prædictam profunditatis causam.

Cura.

Cura eius consimilis curæ generali doloris aliarum iuncturarum, quia arthretica dicitur intārum ab eo differens, inquantum naturæ membri propria medicamina, & remedia localia apocrustica, & diaphoretica suis approximando partibus variat propter situm, cum materia in ipso sit posita in profundo, & ad locum profundum currat, & proinde extrahētibus, & resoluentibus egeat

egeat fortibus,apocruſtica exterius applicanda, & interius, cum clyſteri ipſum recludent ibidē, maxime ſi ſint fortia,& ſtyptica,ibique retinebunt, & multiplicabunt, & multiplicata nocumentum diſſolutionis, quod in pſſura eſt ex ſe imprimēt magis,& condenſabunt, quare difficilius,& tardius reſoluetur,licet rariſſime lapideſcat propter amplitudinem vacuitatis iuncturæ, & eius ſitū profundum. Quapropter caloris influentiam plus recipit alijs exterius tituatis. Et fortaſſe ipſam ad principalia repellent propter propinquitatem, cum plurima vis fuerit,& fortis effuſionis,ſicut in dolore humeri,& ſpatulæ ſuperius dictum eſt. Quare oportet,vt cum materiam in principio fluentem ad ipſam retinere volueris, & dolorē impreſſum ab illa ſedare,approximes illa debilia, quæ defendunt membrum vel locum,materiam fluentem re frænent, non repellant; & indent, vt ſunt fortiter ſtyptica,quæ materiam ibidem retinēdo multiplicent, immo ſint debilia, ſi materia ſit calida, & ſubtilis, vel ſint aliqua calida eis mixta, quæ exceſſum frigiditatis contemperent, & iuuent in penetrando, ſintque ex lenientibus ſumpta,quæ mollificando ſedant dolorem, & materiam reſolutioni adæquant. Vel ſaltem illa dimittas, & fiat occupatio in euacuatione cum phlebotomia venæ magnæ,quæ reſpiciat membrum, ſi quod mittens ſit,& à recipiente deriuet cum tractione eius ad contrarium cum ventoſis,& emplaſtris,& alijs doloroſis, & cum phlebotomia venæ iſchiaticæ in ſtatu, & ex quo declinauit, & ceſſauit fluxu,vel ſaphenæ, ſi dolor ſit leuior non extenſus in ſylueſtri, ſed in domeſtica parte, & cur natura poplitis,& proprie cum materia eſt in ſupremo,quam(quoniam ex propinquiori educit) præ illis eam Galen. commendauit,& ex venis, quæ phlebotomantur eſt vena inter minimum,& ſecundum pedis, ſi materia in inferioribus iam exiſtit; phlebotomia enim huius venæ eſt maius iuuamentum,quàm iſchiaticæ,& ſaphenę in hoc caſu, ſicut phlebotomia ſaluatellæ manus eſt maius iuuamentum approbatum in ægritudinibus hepatis, & ſplenis,in hoc caſu prędicto,& in quibuſdam ſanguiſugę loco phlebotomiæ applicantur. In reliquis autem membrorum cum euacuatione ex vomitu primo, deinde cū clyſteri,& pharmacia leui,deinde cum forti,& eradicati ua præcedente digeſtione, vt ſuperius dictum eſt(niſi doloris fortitudo ad reſolutionem perducat,) licet illud ſit rarius,quod ſi accidat,apocruſticis fortioribus, & narcoticis vtendum,melius enim eſt augmentum materiæ, quam corpus ad reſolutionem perduci. In ſtatu vero, & declinatione oportet, vt occuperis circa materiam iam fluxam cum reſolutione,ſint autem reſoluentia, ſicut,& omnia alia medicamina in ea, quàm in iuncturis reliqs fortiora, & leptomeris ſubſtantiæ propter ſitum,& profunditatem, virtutem habentia attractiuam ad exteriora de profundo, & manifeſta,qualia ſunt ventoſæ cum igne,vel ſuctione,& ſcarificatione, vel rubificātia, vt vrtica, calamenthum, & ſimilia,vt ſinapis,gummi, ruta agreſtis,ſtaphiſagria, pyrethrum,naſturtium, & gumma pini, & pici commixta,attrahit enim, & reſoluit cū perduratione,& veſicantia,vt ſunt thapſia, mel, anacardi, cæpe,allia emplaſtrata, lac ficus,& tithymalli,quibus miſcenda ſunt aliqua lenientia,ne ſua forti reſolutione craſſum dimittant lapideum, qualia ſunt adipes, & medullæ. Et ſi ventoſa materia fuerit cum ventoſitatē extrahentibus, & reſoluentibus ex habitis exterius applicatis,qualia ſunt, quæ in inflatione ſtomachi, & cura tympanitis ſunt dicta.

Medicamina propria ad iſchiaticum dolorem ſimplicia,& compoſita nunc dicemus, ventoſationis modum ad ea præmittentes,& eſt vt accipiatur ventoſa duorum orificiorum,vnius autem orificij ſecundum magnitudinem anchæ, alterius ſtricti, cum quo aer fugi poſſit, & ſtrictū claudatur bene, & in amplo mittat ſtuppa ignita ſufficientis quantitatis, deinde applicetur ſuper ancham, deinde ſtrictum os deoppiletur, & fugatur bene per ipſum, quantum poſſibile eſt, & dimittatur duabus horis,deinde auferatur, & tergatur locus,deinde veſicatoria miniſtrentur, ſi expediat. Et ex medicinis ſimplicibus,& proprijs ei, & frigidæ eſt aſſarum ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius, & proprie infuſio eius, quod confert iſchiaticis, & dolori ancharum antiquis. Cinis adme cum aceto ſuperpoſitus confert iſchiaticis,ireos clyſterizatum, & cortex capparorum confert ei, & balſamum confert iſchiaticis bibitum. Et hypericonis decoctio cum vino bibita quadraginta diebus cōfert dolori anchæ, & iſchiaticæ, & ſanat eum, decoctio aſparagi bibitur ad iſchiaticam, naſturcium confert, & ebibitum, & clyſterizatum, & emplaſtratum cum aceto, & ſauich hordei,& cum inungitur locus melle,& ſuperaſpergitur puluis eius ſedat dolorem. Sordicies caprarum lactantium vtilis eſt iſchiaticis emplaſtrata deſup, & attramentum Aſſyriæ clyſterizatum cum vino confert. Ex ſtercore caprarum, & vaccarum montanarum fit emplaſtrum ad iſchiaticam, & aqua oliuarum ſalitarum clyſterizatur ad iſchiaticam ex aqua piſcium ſalitorum, & ſucco alhaſce, ſauich, & vino fit emplaſtrum ad iſchiaticam, harmel linitum eſt bonum. Colocynthidis aure. confert, & fructus arboris lauri confert iſchiaticæ.

Chamępityos cum melle bibitum quadraginta diebus ſanat iſchiaticam. Omnes partes apij ſumeron ſunt conuenientes iſchiaticæ. Muri confert dolori anchæ,& iſchiaticis * eſt, & proprie album confert doloribus vtriuſque anchæ, & iuncturarum, & petroleum, & proprie album,pentaphyllon confert doloribus vtriuſq; anchæ, origanum confert doloribus vtriuſque anchæ, ſcammonea cum ſauich, & aceto ſuper dolorem anchę more emplaſtri ſuperponitur,ruta confert iſchiaticis bibita, & more emplaſtri ſuperpoſita cum melle. Rubea tinctorum datur in potu cum mellierato, & confert iſchiaticis. Ex calamentho quandoque fit emplaſtrum ad iſchiaticam. Cordumeni confert dolori anchæ phlegmatico. Coſtus eſt bonus iſchiaticis ſuperpoſitus,vt emplaſtrum. Abrotani decoctio confert iſchiaticę antiquę difficili. Et enula ſulen decoquitur cum mellierato, & fiat emplaſtrum iſchiaticæ. Ex lupino fit emplaſtrum ſuper iſchiaticam, ſinapis confert, fructus lupi confert ei. Calidæ vero oleum ablutum, & althæa cum adipe anteris,decoctio radicum papaueris campeſtris in aqua, data in potu confert iſchiaticæ calidæ.

* etiam

Ex ſolutiuis ſagapenum ſoluit materias phlegmaticas, quę ſunt in vtriſque anchis,bibitum,& clyſterizatū, euphorbium cum ſpeciebus mixtum, ſcilicet pipere,cinnamomo,& ſimilibus confert iſchiaticæ; & educit materias frigidas ex vacuitatibus anchæ. Ammoniacū confert dolori iſchiatico bibitum cum melle, aut aqua hordei, & educit materiam ancharum.

Clyſter ex cē taurea.

Clyſter ex centaurea confert iſchiaticis, & educit phlegma ex anchis,& ſimiliter ſuccus,& decoctio cucumeris aſini.clyſterizatus, & decoctio alliorum,quoniam educit phlegma ex anchis, & ſanguinem. Agaricum cū ſyrupo acetoſo datur in potu ad iſchiaticam. Turbith etiā confortat; & colocynthis, ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius. Radix cucumeris aſinini clyſterizata epithemata, & emplaſtrata confert iuuamentum magnum iſchiaticæ. Sarcocolla educit humores craſſos ab anchis. Et grana regum trita,& cocta in iure galli antiqui. Et ſcammonea educit ex eis materiam calidam.

Compoſita ad dolorem anchæ.

Compoſitæ vero ſunt,quæ componuntur ex eis ſecūdum diuerſas intentiones generales ſuperius habitas,& ſpeciales,hic attendendas. Ex quibus eſt medicamē Hermetis, quod eſt proprium digerens, & adæquans materiam frigidam, & eſt mirabile,quod Recip. chamædryos,gentianæ,ana vnc.viij. Ariſto.ro.vnc.ij. ſem. rutę ſicæ,lib.j. terantur, & cribellentur cribello ſubtili, doſis cochlear, ideſt cū aqua mellis,vel oxymelle ſcillitico loco eius; deinde purgetur cum vomitiuis fortibus, deinde cum ſolutiuis ventris.

Ex vomitiuis ſecundum nos eſt,quod fit ex flore cum ſem.geniſtæ, cum aqua calida. Aliud Scrapionis. Reci. ſinapis vnc.ij. baurach. vnc.j. condyſi, danich.ij. terantur, &

tur, & cribellentur, & dentur in potu cũ aqua anethi. A
Aliud Hippo. & fit cum comestione carpę narcissi.

Ex solutiuis ad materiam frigidam proprie, sunt pilulæ de serapino, de hermodacty. pilulæ fœtidæ, pilulæ de thapsia, pilulæ de styrace, & pilulæ iuuamenti. Et hiera hermetis ad prȩseruationem sumpta in vere est iuuatio, & est expertum. Pilulæ expertæ ad dolorem anchę, & ischiaticum, laxatiuæ; & proprie rheumatizante materia a capite Rec. turbith vnc. iij. zingib. dra. semis cẽtaureę, colocynthidis, ana dr. ij. & semis. fagapeni, dr. s. aloes succotrini. vnc iiij. ros sagenæ, masticis, ana dra. s diagridij repressi dra. i. & s. Conficiantur cum succo raphani, dosis drac. s.

Potio optima ad dolorem anchæ. Medicina optima ad dolorem anchæ. recip. pulpę colocynthidis, drac. v. passularum sine granis. P. j. bulliãt in iij. sib. aquę donec remaneat tertia pars, da tertiam partẽ, educit enim xx. vicibus ex phlegmate, et humore crudo.

Diuersum. Aduertendum, quòd quia solutiua, & euacuatiua in tali passione sunt fortiora, & cum materia non possit nisi B reiterata euacuatione eradicari, oportet vt talia cum interpolatione ministres; & in medio temporis naturã cum cibis, & potibus, seu sorbitionibus confortes. Medicus enim sicut Galen. dixit, est naturæ adiutor, tunc autem perfecte adiutor naturæ est, cum eius cõtrarium destruit, & ipsam fortificat, & sustentat, quod Hippocr. in *Comm. 2. lib. 12.* suo regimine actiuorum docuit, cum inquit. Cum pharmacauerit sorbitionibus vtere. In quo quidem tempore si indigeat minorabis cum collyrijs, & digeres, si quid residium est digerendum cum antidotis, quare alia composita medicamina sunt subiungenda.

Embrochatio. Inquit Abu. ex embrochis post purgationẽ medicinę conuenientibus ad ischiaticam resoluentib. residuũ materiæ est, vt sumatur olei de alchanna, lib. i. aceti, lib. semis. nitri. lib. iiij. cardamomi. vnc. semis. hyssopi vnc. semis, & bulliant simul, et in eis submergatur lana, & euaporetur ex ea locus.

Balnea. Ex balneis sunt balnea thermarum prædicta secundũ C materiæ exigentiam, vel artificialiter constituta ex aqs, & medicinis simplicibus resoluentibus prædictarũ proprie. *Vnctiones.* Vnctiones ad idem post prædicta applicanda conuenientes sunt, quæ fiunt ex oleo de pyrethro, de euphorbio, vel castoreo. Cerata conuenientia sunt, quæ ex aliquo prædictorum oleorum conficiuntur, & cera, quoniã facit perdurare in loco oleum cui ad miscetur. Ex emplastris resoluentibus illud, quod in profundo remansit, est emplastrum factum ex stercore caprino, & aceto forti. *Emplastra.* Est enim sicut emplastrum de sinapi, & eo melius ac iuuatiuum magis.

Aliud Andromachi. ℞. picis. P. j. sulphuris viui. P. j. contriti, sicut alcohol. misceantur, & liniantur super ancham, & ponatur super charta quousque cadat per se. Et aliqui faciunt ex duabus partibus picis, & est debilis.

Aliud expertum valde. Recip. radicum thapsiæ in ęsta te dum est viridis, & contere, & confice cum cera, & inuisca eam ad ancham, & dorsum, & liga, & dimitte à quatuor horis vsque ad sex, deinde ingrediatur balneum D aereum, cumque rorare incœperit, ingrediatur aquam, & tollatur emplastrum, & ponatur super locum lana cum tragacantho hebdomada vna, & iteretur, quoniam sanabit.

Cura. Si vero fuerit sanguis in eo mortificatus, cauterizetur cum aureo rubeo locus sanguinis, cauterizatione vehementi, vt currat ex eo sanguis, deinde emplastretur desuper ex farina confecta cum oleo, quoniam liquefacit sanguinem.

Emplastrum Rasis, quod extrahit materiam de profundo iuncturarum anchæ vrendo. Recipe nasturtij, pyrethri, capparis ana, confice cum aqua cicerum, cinerum ligni ficus, & confice, & liga donec comburat, deinde solue, & si nigrescat locus, bonum, si autem non, iterum appone, donec appareant ampullæ, deinde laua locum cum aqua calida, vt cesset dolor, & inunge locum butyro, & non consolidentur vlcera, & quanto plus steterint aperta, tanto melius.

Aliud. Recipe fœcis vini adustæ, catapuciæ, cantharides, & nasturtij, ana confice cum succo scillæ. Aliud simplex inunge cum melle anacardi, donec ampulletur locus, & modus extrahendi mel ex eo, est, vt bulliat anacardus in forti aceto ad ignem, & permittatur diu bullire, donec exeat mel, & tunc illud ex aceto, & accipiatur, & vsui reseruetur.

Aliud Galen. quod est efficax nulla alia cura indigens post ipsum, sacragnidi, vel setaragi. i. thapsiæ viridis in ęstate decoque bene cum sepo, & applica super dolorem anchę, vel arthreticę, & dimitte p duas horas, & cum sudauerit patiens intret balneum, & auferat emplastrum, & si oportet reitera. Et quia talia sunt fortis attractionis, locum habent post perfectam corporis euacuationem, seu mundificationem, non autem ante, quoniã plus trahunt, quam resoluant. Inquit Gal. meminisse oportet, *13. meth. cap. 18.* quod euaporantia pharmaca corpori pleno approximata plus replent, quam euacuent, & magis cum fuerint fortiora. Clyster conueniens post purgationem cum vomitu, & solutione ventris, cum prolongatur ęgritudo proprie, decoquantur colocynthis, nasturtium, & radix capparis, centaurea, & cucumer asininus, thapsia, & rubea, in aqua, & fiat ex ea clyster. Collyrium fiat ex medicinis excoriationem facientibus, & sanguinem educentibus, vt est decoctio cucume. asinini, colocynthidis, pyrethri, fellis tauri, centaureę, nastur. allij, thapsiæ, & fit cum mele, & sale, fortasse autem talia sanant.

De dolore podagræ. Cap. 6.

Podagra quid. POdagra est dolor iuncturarum pedis, incipiens à digitis, & pollice, quandoque à latere, quandoque à calcaneo, & quandoque eleuatur ad genu, & ad coxam, & est vt plurimum quandoque dolor ischiaticus, & aliarũ iuncturarum eueniens propter tria, propter situm infimum, propter remotionem à principal. & propter motum, & laborem in sustinendo corpus. Et causa eius est *Causa.* consimilis causis doloris aliarum iuncturarum. Et videtur Gal. quod non fit in ea, nec iuncturarum aliarum dolor in chordis, & neruis, sed in lacertis venis, & cute exterius circundantibus prius, & deinde ligamentis, & vacuitatibus iuncturarum, ad quæ ex venis transeuntibus per illos effunditur, quibus repletis, loca concatenationum, scilicet nerui, & chordæ extenduntur, & sic dolẽt, & non replentur in substantia sua, quod si replentur, spasmarentur podagrici, & arthretici, cũ spasmus ex eorum replerione procedat, sed constat, quod non spasmat, ergo materia non est in eis, sed in vacuitatibus iuncturarum, quapropter Hipp. in aph. ad doloris residentiam, et *6. aph. 49.* materiæ ipsius in loco frigido situatæ resolutionem; cũ dolor podagricꝰ, et arthreticus generaliter sit acutus, qa trahit mortem etiam, si cholericus sit, & proprie cum regimine prauo, terminum statuit dierum xl. non. xiiij. dixit enim. Quibuscunque podagrici rumores fiunt his dolore detumescente in xl. diebus residet. Et signa causarum specialium, ex signis causarum generalium possunt haberi supra in capitulo generali enumeratis.

Cura eius est similis curæ generali differens ab ea in *In materia calida.* specialib. medicinis, & proprijs: sicut propria membri natura requirit, simplicibus, & commistis, & ex simplicibus sunt quædam conuenientia in eius sedatione, cũ est calidus, vt sanguis menstruus, & sperma hominis superius iunctus, & lac eius cum opio, oleo, & cera, & axungia cum farina hordei superposita. Ex psyllio cum oleo ros. & aceto fit linimentum podagræ, & dolori iuncturarum calido. Et ex endiuia, spuma maris rosea valet podagræ cum cera, & proprie cum adipe anseris, & casia fistula. lenitur podagra, & iuuatur lactuca asini, acetum cũ sulphure linitum confert, licet per se noceat neruis. Gagates etiam confert podagræ. Althit herba nitri cum cerato ponitur supra podagram. Aerugo ferri cum vino si superponitur cum auro ex fructu lauri, & solijs rorisina. mixti cum aceto confert. Muscus confert podagræ calidæ, lutum suaue in principio podagræ linitum confert,

fert, & lutum ſigillatum, & armenum cum aceto prohibent fluxum ad pedes, & manus, & ex hordeo fit emplaſtrum cum cytonijs, et aceto ſuper podagram, & prohibet fluxum ſuperfluitatum ad iuncturas. Et ſuccum delinitum cum aceto. Et decoctio ſpinæ al. ex lente, cum ſauich ponitur * emplaſtrum ſuper podagram calidam, ſuccuram linitur ad calidam emplaſtrum ex mugal.

Emplaſtra rum. In frigida.

Ad frigidam vero ſtercus caprarum montanarũ cum adipe porci eſt conueniens, oleum vetus, & ariſtolochia bibitur, & epithematur ſuper ea, & proprie roſa. Et ex folijs arboris chitrabæ, quæ dicitur chaurum fit emplaſtrum pulſationi podagræ, & oleo plumbi, & iuuantur qui bibunt ea, decoctio amomi bibitur ad eam, & ſedet in ea. Chamæpitys, ſulphur cum nitro, & aqua eſt bonũ linimentum ſuper podagram: caulis ſuper podagrã ponitur cum fœnugræ. & embrochatur ſuper dolorem iuncturarum decoctio eius. Radix lauri ſub cum ſtercore vaccino valet ſuper podagram. Emplaſtrum ex ſale cum farina, & melle, hermodactyli more emplaſtri ſuppoſiti cum farina hordei, aut mica panis pinguis, & vitello oui confert podagræ, & ſedat dolorem ſtatim, & eſt conueniens theriaca omnibus doloribus iuncturarũ, & proprie in hora fluxuum.

Solutiua.

Ex ſolutiuis eſt colocynthis, mel, & ſua ſolutione confert ei, & doloribus iuncturarum hermodactyli. Grana regum contrita, & cocta in iure gallorum antiquorum educit materiam à iuncturis, & confert podagræ, & turbith confortatum; prædictæ enim conferunt dolori genuum chiragrico, & cubiti, quod enim confert iuncturis à principio, remotis, multo magis hic confert, q̃ propinquæ ſunt ipſi, niſi ſint ex prohibitis; natura enim in omnibus operatrix eſt, medicus vero miniſter. Ex appropriatis ſimplicibus, & conuenientibus dolori geniculi ſunt, oleum veteris nucis Indicæ, oleander more emplaſtri ſuperpoſitum videlicet dolori geniculi. Et ſtercus vaccarum eſt melius partibus alijs. Ad calidam ſpinachia emplaſtrata, & dulb.

Cõpoſita ad podagrã ex materia frigida.

Ex compoſitis ad podagram conuenientibus eſt, ſyrupus ſecundum inuentionem noſtram adæquans materiam frigidam, qui ℞. pedis coruini, pedis columbini, iuę arthreticæ, chamæpityos, ſaluiæ, herbæ nitri, origani, ſtęchadis, ſpinæ al. ana vnc. j. radicum fœnicu. aſparagi, bruſci, reſidentium in aceto ſcillæ, ana vnc. j. paſſularum enucleatarũ vnc. j. amomi, acori, ana vnc. s. Ariſtol. vnc. s. corticum citri vnc. j. florum rorifm. roſ. ana vnc. j. hordei. P. i. cicerum. P. j. zucch. geleniabin, ana lib. s. vel mellis deſpumati, ſi materia fuerit valde frigida, craſſa, viſcoſa, aceti prædicti vnc. ij. Alius ad calidam. ℞. endiuiæ, lactucæ, virgæ pa. lupulorum, coriandri, barbæ hircinæ, plantag. pedis cor. ana vnc. j. radicum aſparagi vnc. j. reſidentis in aceto, paſſularũ, hordei, ana P. i. roſ. vnc. i. ſem. papa. & portula. lactucæ, & endiuiæ, ana vnc. s. zucchari lib. j. mellis roſ. vnc. iij. aceti prædicti. vnc. iiij. iroratur aqua roſ. mugar: vnc. iiij. & detur mane cum calida.

Medicamẽ laxatiuum ad podagram.

Medicamen laxatiuum ad podagram frigidam, & eſt Raſis. ℞. zururgę i. hermo. olibani, & cymini, ana drac. xx. confice cum ſucco ſaluiæ in modum pilularũm, doſis drac. ij. cõfice cum aqua mellis, vel geleniabin. Aliud. ℞. turbith. al. & gummoſi drac. j. pulpæ colocynthidis, dra. ii. zingib. ſcrup. j. maſti. ſcrup. j. ſtæcadis ara. hyſſopi, ana dra. j. origani. ſcrup. s. confice in modum pilularum, vel oxymellis, vel puluerem cum hydromelle. Aliud ad calidam. ℞. myrob. citr. drac. j. aloes dra. ij. tragacanthi, maſti. ana drac. s. Confice cum ſucco ſaluiæ in modũ pilularum, vel da cum aqua hordei in modũ potionis.

Pilulæ valentes ad podagram calidam. ℞. colocynthidis, maſti. aloes, abſynthij, ſcammoneæ, ana vnc. j. & terãtur, & cribellentur cum ſucco ſolatri. conficiantur, & informentur pilulæ.

Clyſter ad podagram. Emplaſtr.

Clyſter ad podagram. ℞. aſari, mercurialis, maluę, cẽtaureæ minoris, ana vnc. iij. polypodij, agarici. ana vnc. ſs. ſal. gemmæ P. i. mellis communis vnc. j. hieræ pi. ſimplicis vnc. s. olei ſambucini vnc. ij. & immittatur, ſoluit cõuenienter. Emplaſtrum emendans nocumentum frigidorum, & narcoticorum inductum in iuncturis ex multa mora, & longo vſu, & eſt ſtupor, & difficultas motus, diſſoluantur fella cum oleo chamæmeli, & applicentur; hoc enim acquirit iuuamentum, & maturat, & facit redire caliditatem innatam ad membra, quæ infrigidata ſunt ex vſu medicinarum ſtupefacientium, non ſecundum, quod neceſſe eſt.

Aliud. ℞. ziniar M. i. farinę hordei vnc. ij. confice cum melle, & emplaſtra. probatum eſt, vt dictum eſt ſupra in medicinis neruorum.

De medicinis diſpoſitionum, & accidentium, quæ doloribus iuncturarum inſurgere conſueuerunt, vel inſequi. Cap. 7.

Diſpoſitiones, & accidentia, quæ dolores iuncturarũ conſueuerunt inſequi: ſunt debilitas, & * laxitudo, ipſarum diſlocatio, duricies, nodatio, conuerſio collecti humoris in lapidem; apoſtematio, & contractio; vlceratio, & apertio, vt egrediatur aliquid groſſum in modum calcis, vel gypſi; & quandoque aliquid virulentum. Iuncturis itaque remanentibus debilibus prouidemus cum confortantibus fortibus, ſimplicibus, & cõpoſitis. Quorum ex ſimplicibus, quædam ſunt talis à complexione, vt ſunt reducentia ad temperiem, & adiuuantia partes ipſarum, quædam à proprietate, vt ſunt, quæ ſupra in generali cura ſunt inducta, cum quibus recipientibus prouidebamus iũcturis. Et ex compoſitis ſunt theriaca antiqua, mithridatum, & omorufia; confortant enim iuncturas, & c. membra, & reliquam materiam reſoluendo conſumunt. Et ex expertis ſunt ea, quæ in noſtro antidotario ſunt ſcripta, & ex illis eſt aqua, qua iuncturę debiles euaporantur, & fomentantur, & embrochantur, & epithemantur, niſi quid ex frigida cauſa fuerint paſſæ, in aqua ſalſa naturaliter, vel aluminoſa, vel ſulphurea bulliant ſtœchas, & ſaluia, & ſuper aſperſa vini boni tertia parte, vel quarta, & euporentur, deinde fomententur, vel epithementur. Et quandoque in ſolo vino bulliant, vel in ſimplici aqua, & proprie pluuiali, & euaporentur, deinde per ſe, ipſis ſiccis, fiat iunctio cum oleo maſticino, de ſtyrace, de rhabarbaro, & cẽraurea. Si verò paſſę fuerint ex aqua calida, in aqua ferrea, vel ænea, naturaliter, vel artificialiter; cum ferri igniti extinctione, aut ęris bulliant grana, vel folia myrtæ, roſ. ſiccæ, vel glandes, & ſaluiæ parum, & prædicto approximentur, & eis per ſe ſiccis fiat iunctio cum ol. roſ. vel myrtino, vel lentiſcino, & ſimilibus. Si verò cum debilitate ſint laſſæ, & mollificatæ, prędictis addimus oleum de ſtęchados, de chamęmelo, & de ſcincio proprie. Et linitum emplaſtrarum, vel grana myrtæ, & ſtringunt, & confortat iuncturas laſſas ex calida cauſa, & lutum ſigillatum, & armenum cum ol. roſ. ſuperinunctum eſt proprium, confortat. n. earũ oẽm naturam, cauſam doloris tollit quancũq; & fluxũ prohibet, & dolorẽ ſedat eſi ,pprietate, & ſi quidẽ ſit diſlocatio facta, reducãtur, & cõueruent cũ emplaſtro facto ex ſtypticis cõglutinantib. notis ſuperpoſitis, & ligatura cõuenienti. Ex emplaſtris eſt emplaſtrum ex mugar, & cõmune eſt oxycroceũ Nicolai. Porro duritiei, & lapideitati ipſarũ prouidemus cũ aqua decoctionis radicũ althęæ, ſem. lini, melilot, ſiſami, & abſynthij, deinde inũges cũ oleo amygd. dulciũ, de lilio, nucis Indicæ, pinearũ, & piſticorũ, vel ſiſamino, & cataplaſmatibus ex althæa, & adipe anſeris. Et ſi cũ duritie fuerint craſſæ ſubtiliari oportet, ideo emplaſtre cum ſiſamino, & bdellio, quod proprium eſt ipſarum congelationi, & ſinapis, & reſina emplaſtrata, & inunge cum oleo de ireos, de been, de euphorbio, & oleum de iunipero ſanat integre. Et decoctio caſei antiqui cum cruce porci ſaliti, facta confectione vnguenti in dolore cum duritie, & applicata efficitur, vt ſcindatur caro per ſe, & egrediatur virulentia, & aquoſitas multa, ſicut Galen. expertus eſt, & alijs multi, & ſequitur alleuiatio. Et ex expertis, & vltimis eſt, vt fomententur cum aqua althęæ prædicta, addita ſaluia, & pauco vino, dein-

** laſſitudo.*

deinde vngatur cũ oleo apostolorũ, vel terebinthina; extenuat enim neruos incrassatos, congelatas iuncturas ex oppilatione aperit, quod oleũ costumũ ẽt operatur, si ex ligatura longi temporis fuerint oppilatæ, & congelatæ. Sed nodationi ipsarũ, & contritioni, & conuersioni humoris collecti in lapidẽ prouidemus cum mollificantibus, & resoluentibus succedentibus, vel vtrique mixtis, qualia sunt ex simplicibus ammoniacum, bdelliũ dissolutum in succo ruræ cum axungia anseris. Ex cõpositis est hyssopi ceratũ ſm oẽs descriptiones eius, & ceratum diapente, & simulia, & alijs medicinis compositis, & andacocha, & oleũ eius sunt propria, præseruant enim à timore contractionis, & resoluit eas, etiã sanati sunt quidã ex ea. Ipsis vero apostematibus prouidemus cũ his, quæ dicemus in cura apostematũ, licet iuncturis accidat raro, si potens permittat. Ex proprijs est emplastrũ ex lapide asio cũ farina fabarum, & ex cheyri, cum apostema ipsum induratur, & stercus cameli emplastratum. Et folia dulb, & proprie geniculorum. Sed ipsis vlceratis, cũ oleo prouidebimus, & proprie cum quod egreditur est virulentũ, si vero sit calx, & gypsum, cum cypero, & axũgia anseris emplastrata fit prouisio. Omnia tamen actu calida ministrentur, frigidum.n. neruis, & ossibus, & spinali medullæ est inimicum dixit Hipp. Deinde medicinas compositas subiungamus expertas. Emplastrũ bonũ ad confortandum membrum, seu iuncturas, & resoluendum materiæ residuum, & non indigetur eo nisi post euacuationẽ integrã, dixit Abu. ℞. sauinæ, nucũ cypressi, ossium humanorũ aduſtorũ, ana partes æquales, aluminis partem j. tragacanthi sextam.i. glutinis piciũ quantum sufficit ad aggregandum. Aliud ſm eundẽ cõferẽs, vt primũ, & confert mollificationi ipsarum iuuamẽtum manifestũ, & extrahit spinas, & ossa putrida de profundo. Rec. sem. vrticæ mundati, spumæ, baurach, salis ammoniaci, aristo.ro. radicum colocynthidis, glutinis albo. ana aur. xx fenugræ. piperis, macropi. ana aur. x. ammoniaci aur. xij. cordumeni, xylobalsa. thuris, myrrhæ, adipis capræ, gummi pini, ana aur. x. ceræ, lib. iiij. mellis, lib. viij. lactis fici syluestris, aur. viij. olei de lilio, quantum suff. ad conficiendum siccas medicinas, cõficiantur omnia, & fricentur, & administrentur. Ex conuenientibus duritiei, & lapideitati est euaporatio iuncturarum, & genuum, cum fœce aceti, & in omni parte eius ponitur sexta pars harmel contriti, super quã proijciuntur lapides igniti, & fiat suffumigium, & viscus cũ aqua sui põderis resinæ lenit duritiẽ iuncturarum. Et ex conuenientibus est, vt sedeat in decoctione afini syluestris, in qua ponuntur omnia membra eius cum sale, & anetho. Et rectificatur cum seminibus, & porris, & similibus. Et ex illis est decoctio hordei, vel vulpis, aut dabach, & modum ponit Abuhali.

Emplastrum præseruãs à lapideitate iuncturas.

Et ex eis, quæ præseruare habẽt à lapideitate sunt emplastra, ex quibus est hoc. ℞. farinæ orobi, & lupinorum aniuden, ana P.j. confice cum oxymelle, vel ex vite alba, cum parte litij, vel ex ammoniaco cũ vino albo, & oleo omphacino, & posita desuper farina fabarum. Et emplastrari cum bulbo dissoluto in aqua prohibet lapideitatem. Et ex emplastris, quæ conferunt iuncturis conuersis in lapideitatem, est farina lupinorum cum oxymelle vel aceto mixta. Et ex eis sũt embrochæ, & vnctiones dictæ supra, & similiter embrochæ ex aquis, in q bus decocta sunt calamenthum, alhasęę cum aceto, aut decoctione, in qua caseus antiquus decoctus est, proprie in iure cafiæ fist. & myrob. & euphorbij, & aqua cinerum cauliũ combustorum. Rasis inquit ad lapideitatis curam, ablue membrum cum aqua, in qua decoctæ sunt radices malauisci, anethi, & chamæmeli, donec rubeat, quod est in circuitu lapideitatis, quoniam quando est fortis lapideitatis, locus ille non rubet; deinde ponẽdæ sunt pinguedines, & medullæ die, ac nocte, postea accipe lapidem magnetem, & pone in igne, donec rubeat; postea irrora, & pone membrum desuper, & vaporetur hora vna. postea laua cum forti aceto calido, & fiat vniuersaliter per aliquot dies. postea reitera mollificantia, donec resoluat.

9. aph. 18. Emplastrum bonum ad confortandum membrum.

A Emplastrum proprium ad dissoluendum lapideitatẽ. ℞. ammo. opo bdell. galbani, nitri, sulphuris, ana de lithargyro quantum de omnibus, & coquatur lithargyrũ donec fiat spissum. deinde conficiatur cum alijs medicinis, & pone desuper. Aliud ℞. caseum longi temporis, & nasturtium, ana & pulueriza insimul, & postea accipe pedes porci antiqui salsi, & coque cum aqua illa coque nasturtium, & caseum, & fac emplastrum desuper lapidem iuncturarum. vnde rumpetur curis, & exibũt ventositates omnes ante, & sum expertus illud sæpe. Ex cõferentib. contractioni ipsarum est oleum de andacocha potatum, & inunctum. est enim res magis conferens, & præseruans. Modus faciendi est, vt decoquatur andacocha cum seminibus in vino bono, & oleo donec consumatur aquositas. cuius dosis sit vsque ad vnc. iij. & minus. Et ex illis, quæ experta sunt ad contractum, sunt, vt sumatur pellis ouis hora, qua excorticatur, & ponatur super ipsum, & liniatur lacte vaccino dulci, & iuuabitur eo. Et administratio balnei statim sicci, & sudoris in furno, aut fouea ignita, est iuuatiuum.

B

De his, quæ præseruant à doloribus iuncturarum. Cap. 8.

GAlenus inquit de melioribus rebus est, vt medicus vtatur præuisione confert enim medico, & etiam infirmo, ac vtrique, & facilius est, quam vti curatione. Medico intantum confert. nam cum ostendit excellentem in sua scientia, & perfectum, & vtendo præuisione agit, quod sibi proprium est, vnde Hippo. nonne illius est, vt futurum periculum, vel omnino prohibeat, vel saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat? Et proinde infirmo etiam confert, necnon quia ex futuri præscientia confidet in ipso, de quo enim plures confidunt, ei plures se committunt, ille plures sanat. Vtique quoque præuisione vti facilius est, quam vti curatione. Est enim medico facilius causam tantum auferre, quam causam, morbum, & accidentia simul, ac infirmus ipsius oblationem facilius tolerabit ante, super aduentũ morbi, & doloris. Et euacuationem feret modestius, seipsa ante doloris aduentum in suo robore perueniente. vnde Abuh. dum inquam istæ ægritudines curantur, facilius conceditur phlebotomia, quam cum in eis ceciderit quis.

Documentum 1. Prognost. septimo.

Circa præseruationẽ à doloribus iũcturarũ est sciẽdũ, quòd talis præseruatio duplicem viam habet. Vna conseruat, & confortat naturam iuncturarum, quæ doloris est perceptiua. Altera obuiat alterantibus, & ipsam naturam permutare habentibus, quæ doloris sunt impressiua. Natura enim confortata minime patitur ab extrinsecis alterantibus. Et siquidem alterantia fortia sint, possibile est ipsum pati, saltem in longitudine temporis, nisi ipsis quomodolibet obuietur. vtramque igitur viã oportet simul prosequi, vel prius vnam, secundo alteram. In casu enim præseruationis cum naturale permaneat immutatum, & alterantia nihil impresserint adhuc manifesti, sed tantum constituerint causam eius, oportet ſm Gal. & debemus, quod naturale est conseruare, & confortare, atque simul permutare cum habentibus obuiare; ne causam ad sufficientiam, & excessum læsionis adducant. In casu vero curationis cum alterantia impresserint, atque quod naturale est permutauerint, nisi præcedat impressionis ablatio, & doloris, non poterit cõseruatio fieri, sicut supra in debilitate stomachi dictum est, quod diuinus Hippocr. in suis innuit apho. cum inquit. Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt, maxime vero pueris, & alijs omnibus sic assuetis refici. Et alibi. Non pura corpora quanto magis nutries, tãto magis lædes. Est tamen cum simul vtrumque agimus, vt supra de sedantibus dolorem est dictum.

1. aph. 18.

2. aph. 20.

Completur autem prima cum conuenienti administratione regiminis sex rerum non naturalium, ac vsu medicinarum iuuantium, & in omissione nocentium. Iuuatiua quidem generaliter sunt, quæcunque ex eis tẽperatæ sunt ad caliditatem, & siccitatem declinantes.

Cum enim iuncturæ frigidæ sint, & humidæ iuuantia sunt contraria moderate, nocentia sunt similia. Inquit Galen commune est omni dyscrasiæ iuuari à contrarijs moderato vsu, à similibus vero lædi. Specialiter autem conuenientia regiminis in aere est, vt degat in temperate calido, & sicco, & si non naturaliter inueniatur, artificialiter disponatur, prout supra in cura cordis diximus. Exercitetur tẽperate mane, & fero ante cibũ. post exercitium vero fricentur iuncturæ temperate cum sale nitro aut baurach, aut fomententur cum aqua marina, vel aluminosa, vel ferrea, deinde quiescat. In cibis vero, & potibus, vt sint in substantia, & specie facilis digestionis, & boni nutrimenti, & paucarum superfluitatum, qualis sunt panis mundus furfuris modicum habens, carnes siccæ, & ex quadrupedibus, & volatilibus, & alijs consimilibus, quibus aliqua ex appropriatis iuncturalibus membris sunt mixta. Membrum enim suum simile nutrit, sed cum difficile digestibilia sint, bene excocta, aut in pauca quantitate, & per interualla concessa, in qualitate contraria humori peccanti generato, vel generando. In quantitate continua sit temperatus, & ad diminutionem, & tenuitatem tendat, quod humores nõ multiplicet, sed minuendo exiccet. sic quoque famem, & sitim toleret, & proprie si pati consueuerit phlegmatica causa, fames enim exiccat corpora dixit Hipp. In tempore, vt post purgationem superfluitatum quotidianarum primæ digestionis, & si non sponte, artificialiter cũ collyrio procuretur, & secũdæ, & tertiæ cum exercitio prælibato, si exiccati poterit, vel cum dilatatione, & frictione corporis vniuersi. Ordinem etiam, vt præmissis lubricantibus cibum sumant conuenientem. Et modus etiam est, vt non subito repleantur, & multum. Potus sit vini suauis maturi, mediocriter styptici, cum aqua pluuiali, vel ferrea, prout stomachus tolerat. Tempore vero pastionis loco vini sit aqua prædicta; nõ pura, sed mixta cum zuccharo in calida, vel meile in frigida, & quandoque componitur hydromel cum cinnamomo, post horam vero dormiat de nocte tãtum, de die non, vel somnum vnum continuum si fuerit consuetus. Tẽperate se cibo, & potu repleat sic, vt orexis proportionetur digestioni semper, & accidentia animæ sint temperata: Intemperata enim naturam sunt exterminantia, & digestionem corrumpunt. corruptio autem digestionis est mater omnium ægritudinũ, & arthreticæ maxime: hæc enim iuncturas, & totum corpus in sua natura bona consimili seruant. Et cum medicinis appropriatis in confortando, prædistinctis supra in capitulo præcedenti, debite ministratis, si earum plasma substantiam, & vnitatem confortant, vt nullatenus dolorem incurrant, maxime si abstineant à nociuis. Abstinentia enim summa medicinarum existit, vt Gal. asseruit respondendo ad quæstionem, quæ summa medicinarum erat ficut retulit Isaac.

Abstinentia, summa medicinarum.

Nociua autem sunt maxime, quæ specialiter subiungentur. Et breuiter, aer frigidus, humidus, paludosus, lacunalis iuxta flumina, & constitutio eius australis, superfluum exercitium, & proprie supra repletionem, & equitando, atque ocium, cibi, seu ferculum de pasta azima, frixa, vel subcineritia, carnes crassæ antiquæ, & valde iuuenes, & proprie si ex humida matre sint natæ, vt agnorum, aut porcorum, & animalium in aqua degentium, & salitæ valde, lacticinia, pisces recẽtes, magni proprie, non squammosi, ostraca, malagia, & male castrata, omnia genera fungorum, substantia leguminũ, & proprie lentium. Inquit Gal. Hellenes enim cum propter indigentiam legumina comederent; sequitur eos pedum debilitatio, omnia acria, fructus aquosi, vt melones. Et herbæ similiter, vt bleta, & atriplices; multiplicant enim in sanguine humorem aquosum fluere aptum, & superfluum, nisi conferant prouocãdo. Et breuiter omnes fructus præter ficus, & vuas bene maturas, & passulas, carycas, & dactylos, & baucias in frigida, & mala granata, pruna, & pyra, in aqua calida aqua frigida sumpta, & ẽt applicata; frigidum enim inimicum est neruis, & ossibus, vt Hipp. dixit in aph. Et vinũ plurimum etiam vinosum, & purum subtile, & proprie in ieiuno, loco cuius vino de melle cum diureticis, & aromaticis, & aqua prędicta bibere poterit, si stomachus toleret, & natura. Repletio quoque multa, & diuersorum ciborum, ac inordinata, & tempore non suo assumpta, vt pro tempore non famis, nec consueto, quare semel in die comedere vtile est, & maxime dissolutis. Coitus quoque multus, & supra repletionem, imò si possibile est, ab eo abstineatur, licet arthretici plurimũ appetãt: est. n. causa maximę pcurationis doloris arthretici, & podagrici maxime. vnde Hipp. in aph. eunuchi non podagrizant neque calui fiũt. 6. aph. 21. dormitatio diurna cũ laxet iuncturas, & neruos. balneatio in aqua dulci, & longa mora in balneo etiam condecenti cõsuetudine. Et ars nociua, vt fullonum, & viatorum, & operantium stando, & breuiter omnia digestionem indignantia, cum materiam regenerẽt, & superfluitates multiplicent. Et iuncturas debilitantia, calefacientia, cum dolores attrahant, quod si error accidit, corrigat cũ vomitu, si repletio, & indigestio loca primæ digestionis non transeat, vel clysteri, si descendat ad intestina; vel cum phleboromia: vel pharmacia; vel cum diureticis si trãsierit ad secundam: vel cũ frictione, exercitio, vel balneo sicco, & fame, si ad regionem tertiæ digestionis peruenerit. Abstineãt ergo ab eis omnibus, & singulis alijs, sed minus nociuis, si possibile est. Intellige tñ sane, quod diximus, abstineant, à nociuis omnibus, vt non subito si consueta sit, sed paulatim. Inquit enim Hipp. Præternaturam diæta cibi, & potus, quæ secundum similitudinẽ fit, potior est ad tuendam sanitatem, quam bona, si ad eam mutatio subita fiat, abstineatque ab eius multa, & notabili quantitate. Inquit Hipp. vbi cibus præter natu- 2. aph. 17. ram intrat, illic ægritudinem facit. Abstineantque à frequenti, & continuo vsu. Inquit enim Galen. non enim oportet negligere, puta facere omnia ad esum præparanda semina cognoscentes quæque, quam id, quod per singulos dies generatur nocumentum non faciat, propter paruitatem, tamen aggregatur ex ipsis tempore multo, & manifestũ fit quandoque. detur ergo in pauca quantitate, & per interualla; maxime si appetat valde, & in alijs fit fastidium. Vnde Hipp. Parum deterior cibus, & 2. aph. 42. potus, & detestabilis, magis apprendus, ideſt appetitui concedendus, maxime si cum aliquo rectificante sumatur, vt in libro consolidationis diximus. Attendant quoque consulimus documenta prædicta Hipp. & Galen. studiosius obseruare, cũ certe arthreticam, & ægritudines alias faciant euitare omnes ad aliam dispositi; & maxime, qui guttauerunt cum inter morbos omnes maxime perdant, eos prohibendo ab operationibus consuetis, etiam morbo declinante, ac cessante totaliter, quod aduertens Gal. exclamauit mirifice contra eos maxime medicos existentes, dicens. 1. san. tu. cap. 1.

Qualiter igitur non turpe est optima natura formatũ hũc quidem portari ab alijs propter podagrã; liquari vero doloribus lapidẽ habentem, & *anum dolentem, & secundum veficam vlcus, & cacochymiam habentem? qualiter non turpe est propter *mirabilẽ arthreticam, & podagram impotentem vti suis manibus alio indigere? qui afferat cibum ori, & anum abstergat in secessibus? Melius est quicunque non fuerit naturæ mollis eligere vtique centies mori, quam hanc talem sustinere vitam, & si medici sint, reprehendentur in illo poetico, & aliorum, Medicus ipse vlceribus manans. * celle * detestabilem.

Secunda via complebitur cũ obuiantibus causis antecedentibus doloris impressuis dictis, antequã ad augmentum nocentem inducant dolorẽ. Quales sunt, si intrinsecæ causæ dictæ sint de genere complexionis malæ alterantis, vel de genere humoris extendentis, & replentis tres res. Alteratio. i. euacuatio, & regiminis ordinatio iam prædicti. Euacuatio autẽ facienda ex corpore est, vel membris, ex quibus plurimum humor ad iuncturas fluere consuetit, vel ex ipsis cum ex eis generatus aggregetur paulatim, quale est hepar, venæ, & cerebrum. Complebitur autem euacuatio talis cum his, quæ in curis superius dicta sunt eorum, leuonibus tamen. Et ex ma-

ex maxime præseruantibus, sunt, vomitus, clysteres, & pharmaca propriorum humorum peccantium eductiua, styptica virtute participantia, qualia sunt myrob. genera, agaricum, rhabarbarũ, hermodactyli, absinthium, & species hieræ notæ, & proprie Hermetis, præcedente digestione, maxime vere, & autumno, quibus maxime commouentur, & in temporibus mediis per interualla modici temporis. Alteratio malæ complexionis ex quacunque causa fuerit intrinseca, vel extrinseca frigida, quæ est plurimum, vel calida sit: cum appropriatis medicinis, similiter frigidis, vel calidis fiet, quæ supra in capitulo generalis curæ sunt dictæ, deinde compositas subiungemus. *Medicamen vtile ad p̃seruationem vnctuarũ.* Medicamen Hermetis, quod est proprium, & mirabile valde in præseruando à doloribus iuncturarũ, & administratur post euacuationem, & est ex diureticis, ebibitis iuuantibus, quæ diximus. ℞. chamædryos, gentianæ, ana vnc. ix. aristol. ro. vnc. ij. sem. rutæ siccæ, vnc. j. terantur, & cribellentur cribello subtili, & administretur cochlear. i. Vomitiuum conueniens. ℞. aquæ tepidæ, in qua baurach. puluerizatum fuerit, & admisce cũ aceto quantitatem decentem, & bibatur ad satietatem.

Aliud forte eradicans materiã phlegmaticã, & melãcholicã. ℞. aloes, sem. ellebori nigri, scamoneę, ana vnc. j. euphor. nitri, ana drach. s. conficiantur cum succo caulium. Clyster primus fit ex adæquãtibus, vt malua, mercuriali, floribus chamæ. furfure, mel. oleo, & sale. secundo succedat acutus ex decoctione prædictorum approbatorum soluentium.

Syrupus laxatiuus ad idem. Syrupus laxatiuus expertus. ℞. iuæ, betonicæ, stæchados, pedis coruini, arthreticę, plantaginis, an. M j. liquirit. passulatũ, ana dra. j. polypodij vnc. iiij. asari, carrami, ana vnc. s. mellis apum, vel cãnæ, lib. j. aceti scillitici, vel simplicis vnc. ij. in pelia rara bulliant agarici dra. iij. hermodactyli, turbith, ana dra. j. piperis long. zingib. ana dra. j. cubebarum dra. ij. Inquit Abuha ex medicinis maxime præseruantibus à dolore iuncturarum compositis, sunt, hiera Hermetis, hiera Ruffini, & hiera logodiõ sumptæ in Vere diebus aliquot. Confortant enim iuncturas, & extrahũt superfluitates, & plurimũ per sudorem, & prouocationem, & conferunt arthreticę cũ chronica fuerit.

Electarium ad purgandum crassum phlegma de stomacho, & iuncturis, & crassis, & superfluis cibis multiplicatũ, & præseruat ab arthretica, & podagra. ℞. pulpæ cytoniorum decoctorum in aqua simplici, lib. j. zucch. lib. j. turbith. al. gummosi, & mundi vnc. j. zingib. piperis long. ana vnc. ij. spicæ dra. j. cinnamo. electi drach. j. tertiã garyoph. dr. j. Et si vis vt aliquid educatur de cholera fac bullire cytonium in lib j. succi ros. Et si vis adde drach. j. diagridij bene repressi, & conferebat bene Duci Calabriæ. *Nota.* Ego autem adderem loco diagridij hermodactylos. Franciscus de Pedemonte. Tragea ad idem Rasis Recip. turbith drachm. ij. zingib. dra. j. zucchari drach. iiij. ludæus electarium laxatiuum phlegmatis, & cholericæ arthreticorũ cum suauitate. Recip cinnamo. electi drach. ij. garyoph. nucis muscat. galan. folij, ana dra. j. semis. turbith. al. & gummosi dra. vj. & electarij de succo ros. dra. j. zucch. albi lib. j. polypodij lib. j. Pilulæ præseruantes ab arthretica, & podagra, quibus vtebat tribus numero quolibet mense Comes terræ nouæ absque præparatione Syrupi, & erant efficaces cum sola diætæ rectificatione, euacuabant enim vicibus x. & viuebat cum appetitu. Rec. agarici, absinthij, corticum myrobalanorum, citri, & chebu. colocynthidis rectificatæ, hieralogodion, vel Hermetis, et est proprior, ana dra. j. & semis. terantur, & conficiantur cum succo cytoniorum, & betonicæ. Et deinde informentur pilulæ in forma communi, & recipiantur iij. vt est dictum. Tryphera vt electarium elephangi. boni saporis, quod sit tempore æstatis est expertum.

De varicibus, & medicinis earum. Cap. 9.

Varices q.d. Causa. VArices sunt dilatationes venarum cruris, & pedis. Et quandoque est in vno pede, et quãdoque in ambobus. Et causa est descensus humoris ad ipsas, vt putæ sanguinis melancholici, deinde puri, deinde phlegmatici crassi, & grauis non putrefacti. quia si putrefactus esset, non seruaretur à maligno vlcere. Et causa in descensu eius est triplex, quemadmodũ dictum est in arthretica; quare post eam de cura ipsarum subiunximus. Et est dispositio membrorum superiorum humores generantium, sicut hepatis propter eius dyscrasiam, seu malam habitudinem, & regiminis malitiam multiplicantis superfluitates eius, & splenis propter eorum ęgritudinem, & proprie oppilationem immittentium, vt eorum, & aliorum percipientium nocumẽtum à multitudine, vel mala qualitate humorum prędictorum. Secunda est largitas venarum. Tertia est debilitas inferiorum naturalis, vel accidentalis, vt per cussione, ęgritudine, vel alio casu, aut statione super pedes longa, vt astrictẽtibus, regibus, & magnatibus, accidit, & magna portantibus onera, aut nimio motu, vt accidit cursoribus, & iter agentibus longũ. quare debilitantur pedes, & calefiunt, & venæ dilatãtur, & trahuntur humores ad inferiora. Et quidem talium humorum descensus quandoque est criticus ęgritudines superiorum sequens, vt accidit in fine ægritudinum acutarum synochæ, amphimerinæ, & quartanæ; in apertione oppilationũ hepatis, & venarũ, & splenis. Et in ægritudinibus melãcholicis. Vnde Hipp. Caluis varices non innascuntur, ꝙ si nascantur rursus capillati fiunt. Et alibi maniacis, & melancholicis hæmorrhoidas habentibus, varices innasci bonum. Quandoque vero symptomaticus, vt factus in principio ægritudinum prædictarum, vel cum incipiendo accidant nulla ægritudine precedente. sicut dolor iuncturarum proueniunt, & tales non curantur, & proprie durante ægritudine superiorũ, vt hepatis, & splenis dicta vniuscuiusque causarum. *6. aph. 34.* *6. aph. 12.*

Signa, ex signis causarum arthreticæ nota sunt. Signa vero distinguentia inter earum euentum criticum, vel symptomaticum sunt qualia Hippocrates suis aph. retulit, cum dixit. Si qualia oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt, si vero non, contrarium. *Signa: 1. aph. 21.*

Cura varicũ est similis curæ arthreticæ. Est autẽ breuiter quatuor res. Prima respicit superiora mẽbra, generãtia, multiplicãtia, & mittẽtia euacuanda, & in suis prauis dispositionibus emendanda. Secunda rectificat regimen. Tertia respicit pedes, vt confortandos, & crura. Quarta respicit venas, vt coarctandas. Et ea complentia ex prædictis supra sunt nota. at vero sunt, qui eas incidunt, ligant, & cauterizant, ex quo accidit membris superiorib. nocumentum dictum supra in cauterizatione arthreticę, (nisi succurratur aliter, vt dictum est ibi. Et ex illis est nocumentum, quod accidit melancholiam, vel maniam pati consuetis. vnde sicut illarum apertio est cura illarum, & præseruatio, ita ipsarũ incisio, & eradicatio illarũ est causa. Inquit enim Abuha. Cum retentio euacuationis, quæ fluere solebat, aliquam ægritudinem possidere facit, eius prouocatio illius erit cura. Nocumentum quoque fit in inferiorib. accidit. n. in incisione earum extenuatio cruris, & pedis, priuatis eis sanguinis alimento, proprie si sanguis descendens fuerit purus. *Curatio.*

Et medicinæ conuenientes varicibus sunt ex simplicib. post curã superiorum. Cinis caulium epithematus pedib. & venis eorum, aut oleum de oliuis puluerizata desuper tamarice, & emplastro cum lupinis decoctis, & embrochatio cum aqua eius, & fimus caprarum epithematus, & farina fęnugr. farina raphani, & semen erucæ, & similia, & epithymi cum aqua casei, lapis lazuli, & armenus, & proprie in causa melancholica. Et ex compositis sunt hieræ magnæ virtutem ipsarum habentes.

De elephantia, & medicinis eius. Cap. 10.

ELephantia est ægritudo faciens augmentum præter naturã in mẽbris, & qñque est in vno mẽbro, vt puta in cruribus, & pedibus; & dicitur proprie elephantia quandoque in virga, vel in lingua, & dicitur trismus, & quandoque est in pluribus membris sicut accidit Nicomacho; de quo dixit Galen. ꝙ eius membra creuerunt *Elephã. ḡd.*

adeo, vt vix mouere se posset, &qñ. in toto corpore erit æqualiter, tunc erit secũda species leprę: est enim cũ melancholia in cute tota diffusa, vt in muliere nobili vidicum illud fuerit post tempus naturalis augmenti.

Et quidẽ causa est multitudo sanguinis crassi phlegmatici, vel melancholici ad pedes, quo nutriuntur, & superfluit ex eo multum, vltra illud, quod est necessarium nutrimento eorum debito, nec resoluitur; sed retinetur in eis propter suam crassitiem, quare incrassantur pedes cũ qualitate, plurimũ fine æqualitate, eo q̃ præter naturam existat. Et quandoque euentus eius ex causis est ipsarum varicum, & est, aut ex sanguine puro, aut phlegmatico, aut melancholico replente, & dilatante venas membri alicuius: vel omnium, in quib. non remanet, vt varicosæ fiant, sed transit ad membrum; vel vniformiter disseminatur in semita alimenti, & naturaliter effusi, vel symptomatice in omnibus partibus eius.

Distinguitur autẽ inter eas ex regimine antecedente, & membri colore. In sanguine.n. præcessit regimẽ multiplicans sanguinem ex pane mundo, carnib. bonis, vino rubeo, quiete, & similib. & color pedis est rubeus, & est incolumior. In phlegmatica autem præcessit regimen phlegma multiplicans ex fructibus herbis, & carnibus innatis, & piscibus in aqua, & alijs indigestibilibus, & color membri est declinans cum liuiditate ad albedinẽ, & plumbeitatem. In melancholica ẽt præcessit regimen multiplicans melancholiã ex pane opiro, carnibus antiquis, caseis antiquis, & carnibus salitis, & vino acido, & similib. Et color membri declinat cũ duritie ad nigredinem, vel est sicut color melongianæ. Et quando peruenit ad vlcerationem, ex qua timetur membri corrosio, & tunc proprie cum coarctatur in membro melancholicus sanguis, corrumpitur, & aduritur, & acquisiuit acuitatem, atque malitiam.

Cura elephantiæ, siue proprie, siue eius, quæ est species lepræ quandoque est possibilis, q̃nque impossibilis. Possibilis quidem est in suo principio, & antequã mala dispositio frigidorũ membrorũ habituata fuerit, & mala habitudo membrorũ patientiũ cõfirmata. Consistit autẽ in trib. In rectificatione membrorũ superiorũ, quo completur proprie vomitu laborioso prouocato cũ educẽtib. phlegma; vel melancholiã, cũ reiteratione ipsius. Et cũ phlebotomia ex venis partis oppositæ, vt venis manus. s. basilicæ dextræ, vel sinistræ, ac rectificatione prauæ dispositionis ipsorum. Secundo consistit in rectificatione regiminis, & completur breuiter cũ regimine extenuatiuo, quod in secunda sectione dicemus (Christo dante) Et tertio cum resolutione materiæ, & confortatione membri patientis.

Completur cum administratione stypticantium super pedem. Et ex appropriatis est lingua arietis emplastrata: prohibet enim augmentum elephantiæ, & ipsam detumescere facit. Et similiter lutum sigillatum, cũ aceto inunctum in modum cerati super membrum. Cõfortat enim à proprietate membrũ, & materiã resoluit effusam in membrũ, & prohibet materiarũ effusionẽ, vlcerationem, & corrosionem, & coarctando venas retinet sanguinẽ in eis, nec permittet eum exire. Et stæchas fm oẽm modũ administrationis, & ꝑprie in materia phlegmatica, & melãcholica, & colocynthis est mirabilis fricata, & sumpta, facit enim consistere ægritudines, & vlterius non augeri. Calamenthum quoque ipsi, & varicibus sua resolutione, subtiliatione, & incisione, & proprie si post ipsum comestum bibatur aqua casei diebus continuis, & confert varicibus, & sulphur cum resina pini, & aceto curat eam. Arbitror aũt fm hunc modum Asclepiadem curasse Nicomachum de elephãtia, vt Gal. dixit. Impossibilis autem est sanatio, vel parum cũ peruenit ad augmentum, & complementum sui, propter habituatam dispositionem prauam superiorum, & confirmatam malam habitudinem membrorum. tunc enim non speratur salus, vel parum speratur, & cum speratur, illud, quo potissime confiditur est, cura varicum, & administratio resoluentium fortium, & alchitram confert ministratum, & linitum. Cum vero speratur, vt quis non obstante cura prædicta semper augetur, melius est, vt dimittatur, & prohibeatur putrefactio, & corrosio membri cum bolo armena, & terra sigillata cũ aceto linitis. Quod si peruenerit ad vlcerationem, & timeatur corrosio, & est tunc de genere lepræ, cura non est alia nisi, vt incidatur radicitus, & proprie cum particulis colli, deinde cauterizetur, & regatur regimine proprio consolidatiuo, de ea in sectione secunda dicetur in particula apostematum (si annuat Christus) qui sit per infinita secula benedictus. Amen.

SECTIO II. DE MEDICINIS ægritudinum vniuersalium.

PARTICVLA I. & est ad omnes febres.

Sermo generalis, & proœmialis de febribus. Cap. 1.

Feb. quid. 1. aphoris. com. 16.

Galenus summus medicorum, & princeps inquit. Febris est calor naturalis mutatus in igneum, &c. Diuiditur autem in genera, & species, & hoc penes diuisionem ipsius in suas causas generales, quæ sunt fm Gal. quatuor, materialis, formalis, efficiens, & finalis. Causa materialis in qua prius apprehẽditur, & fundatur est triplex. s. membra, humores, spiritus, quod voluit Hipp. in epidemijs, cum inquit. Quæ continent, & quæ continentur, & quæ impetu fluunt, & refluunt; penes quæ in genera diuiditur, & ipsorum diuisionum species, vt infra patebit. Causa formalis, seu essentialis est calor præter naturam in ipsa notificatione expressus dicente Gal. Substantia n. febriũ in genere est calor is, qui est præter naturam; penes quem diuiditur, quia cum sit fm eum acutus, & mordax, aut erit valde, vt genus hecticæ; aut minus, vt genus ephemeræ, aut mediocriter, vt genus putridæ, quæ diuisio, et si sit fm feb. essentiã. s. calorem in seipsum contractum, à natura tñ, & dispositione sui subiecti, seu materialis causæ dependet proprie. Eadem enim caliditas fm essentiam, prout Gal. voluit in diuersis apprehensa substantijs differentibus duritie, & mollitie, seu humiditate, & siccitate diuersa, in diuersis sensibiliter apparebit. In duro.n. & sicco, acuta. In molli vero, & humido, suauis. Et si mediocris in mediocri; licet Auerr. in suis qdliber, secundo videatur sentire contrariũ, adducẽs dictũ philosophi dicentis, q̃ propria forma propriam requirit materiam, & è contrario, quod si in substãtialibus verũ sit, in accidentalibus non, in quibus prius sermo proponitur, est sentire, vt Gal. retulit esse verum. nec dubitandũ quin febris essentialiter in genere siccitatis, licet Gal. vt dictum est, innuerit, q̃ tantum in genere sit caloris, qui est præter naturã, quã quoque in genere siccitatis ostendit esse cum prædixit, q̃ est calor mutatus in igneũ, qui non solum calidus, sed etiam siccus comprobatur, quod alibi voluit, cum dixit, q̃ febris est mala complexio calida, & sicca, nam cum in genere sit vtriusque dr̃ tamen in genere caliditatis existere potius, quam siccitatis. Eoque calor qualitas actiua in eo est prior, & potior siccitate passiua, & proinde formalior, & ab eo denominatio, & ratio est sumenda. Præterea si siccitas in ea, non est perceptibilis bene respectu caliditatis, quia minus lumen iuxta maius positum offuscatur, & quia cum sit non solum febris essentialis, sed & effectiua dicente Abuha. q̃ caliditas excedẽs, & si cum temperie sit passinarum, diu durare non possit, quin in processu temporis siccius reddatur corpus, non semper à principio percipiatur, & appareat, sicut caliditas, & proprie cum in corpore humido fuerit apprehensa.

De causis in generali.

1. de differentijs ca. 1.

Causa effi. eius triplex.

Causa efficiens triplex est, primitiua, antecedens, & coniunctiua, prout Ioannitius inquit, penes quas diuiditur, vt infra patebit. Causa finalis est contrariare homini, & vniuersas eius lædere actiones, dicente Gal. vna quædam

2. aph. 18.

quædam ægritudinum, quæ ſm dyſcraſiam, eſt feb. in tantam iimoderationem erecto calore, vt & contriſtet hominem,& actioni noceat,vt & ſi neutrum habeat, & ſi quam maxime calidior ſeipſo factus fuerit, nondum febrire eum dicemus, ſm quam non differt, cum in ea omnes conueniant,& quoque ſi differant non in ſpecie, ſed in quanto,cum vna poſſit magis contriſtare alia, & nocere. qualiter autem hæc ſint infra patebit.

De cognitione feb. qualiter eſt duplex.

Verum quia febris non curatur niſi cognita, vt dixit Abuha. princeps cum ait. Et ſcias quia non eſt poſſibile, vt cures feb. niſi poſtquam cognoueris eam. Proinde ſciendũ, quod cognitio feb. eſt duplex.ſ. ſubſtantialis, & accidentalis. Subſtantialis eſt vera,perfecta,& ad curam neceſſaria,vera eſt perfecta,& certa,quia naturalibus,& ſubſtantialibus,vel eſſentialibus omnibus ſumpta eſt effectibus,& proprijs,quæ ſunt ſemper & non fallunt, quod enim naturale eſt,eſſentiale,aut proprium ſemper eſt,aut ſm plurimũ,vt dixit Abuh. Effectus quoque ſeu finis,& ſi ſubſtantialis non ſit,à ſubſtantialibus tamen immediate procedit,& eorũ virtus,& potentia demonſtratur,quod voluit Gal. & Abuh. quoque,cum ait. Virtutum autem,& operationũ adinuicem aliæ ex alijs cognoſcuntur. Omnis operationis virtus exiſtit initium, nec aliqua operatio, niſi à virtute procedit, & eſt ad curam neceſſaria, vt Galen. ait, cum inquit. Quo enim vtique ad hæc modo ſanationis copioſi erimus, ſubſtantiam vniuſcuiuſque ægritudinis ignorantes,quaſi dicat nullo modo. Qualiter autem ſit talis febris cognitio,à natura ipſa ſupra dicta dicitur, quia ab intrinſecis cauſis,quibus ſcire contingit vere,& intelligere,vt à cognitione ſuæ formæ,vel eſſentiæ, & à cognitione materialis cauſæ,in quibus ſua natura à quolibet ſuũ eſſe conſiſtit. Accidentis enim cauſa erit duplex ſcilicet ſuæ eſſentiæ in ſubiecto,vt Ariſt. dixit. A cognitione quidem formæ,vel ſubſtantiæ principalis,vel immediate. Vnde ait. Primi,& principaliſſimi generis differẽtiarũ febriũ eſt,quod ſumitur à ſubſtantia rei diuiſæ. Eſt autem vt dictum eſt eius ſubſtantia in genere caloris, qui eſt præter naturã. Ab eo enim febris eſt principaliter cognoſcenda, cuius iudex proprius tactus eſt ipſum ſentiens acutum atque mordacẽ. Conſiſtit autẽ ẽt in ſuæ cauſæ materialis ſecundaria cognitione,& mediate. Si.n.feb.eſt,in ſubiecto eſt corpore,cum accidentis eſſe ſit in ſubiecto,& ſua exiſtentia ſit in ſubiecto,prout Ariſt.dixit. Cauſa materialis,ſeu ſubiectum, ſeu ſubiectiua,in qua eſt feb. pars corporis eſt, in qua principaliter apprehenditur,& corpus vniuerſum,in quo menſuratur, extenditur,& manifeſte ſentitur(niſi quod impediat adſit,)& eſt vt ſupra dictum eſt, ſecundum quod genus eius tripliciter diſtinguitur, ſcilicet membra, humores, ſpiritus,prout dixit Hipp. in epidemijs. His enim feb.cognoſcitur,& cognita etiam per ea curatur. Cognoſcitur quidem,quia per ea notificatur,ac eſſentialiter diuiditur,& à morbis alijs ſeparatur,ſic ſubſtantialiter,& vere cognoſcitur. Notificatur quidem penes ea in ſe generaliſſime ſcilicet ſubſtantia eius tantum cum præponitur,feb. eſt calor naturalis mutatus in igneum penes ſubſtantiam ſimul,& cauſam materialem eius, ſeu ſubiectiuam, cum inquit Ioannitius,febris eſt calor præter naturam procedens de corde per arterias in totum corpus. Diuiditur quoque penes ea proprie,& ſubſtantialiter. Penes eſſentiam quidẽ. nam febris quædam eſt ſuauis caloris,vt ephemera,quędam acuti,vt hectica,quædam mediocris,vt putrida.

1. de differentijs feb. cap. 1.

Penes cauſam quoque ſubiectiuam diuiditur principaliter in genera,& ſecundo in ſpecies. In genera quidẽ. Nam quoddam genus eius principaliter in ſolidis apprehenditur,vt hectica nominatum;quia eſt multæ inflammationis,& conſumptionis. Quoddam vero principaliter apprehenditur in humoribus,febris putrida nominatum,quia multæ inflammationis, putredinis,reſolutionis,& incinerationis. Tertium vero principaliter in ſpiritibus imprimẽs,ephemera nominatum,inflammationis tantum exiſtens.

Penes quoque diuiſionem horum trium generum, quodlibet in ſpecies ſuas ſecũdo diuiditur. Hectica quidem non penes diuiſionem membrorum; quia principaliter,& proprie eſt ſolidorum tantum. Sed penes humiditates tantum eorum, diuiditur enim in primã ſpeciem,cum calor præter naturam humiditatem primam conſumpſit,& inflãmauit,ſecundum quã hecticam ſm Gal.vocauit,& vocauit ſanabilẽ. In ſecundã ſpẽm,cum calor ſecundam conſumpſit, & tertiam inflammauit,q̃ maraſmum incipiẽtem,& difficile ſanabilem Gal.dixit. Et in ſpeciem tertiam,cum iam tertiam conſumpſit,& inflammatio peruenit ad quartam,quam Gal.appellauit maraſmum completum,& impoſſibile ſanabilem.

1. de differentijs cap. 1. & 2.

Etiam putrida in ſuas diuiditur ſpecies, penes ſui diuiſionem humorum. Nam alia eſt in ſanguine,dupliciter,vel putreſcente magis,propter complexionis aptitudinem, & ſubſtantiam, & tranſpirationem difficilem, ſynocha proprie nominata de genere putridæ,vel inflãmato ſecundum modum ephemeræ non vere, de vtroque exiſtens genere febris,humoralis,& putridæ, prout eſt in humore,& ephemeræ, prout eſt ipſius inflammationis. Et quia ſanguis calidus,& humidus eſt,& omne tale apte putreſcit inflammatũ exiſtens maxime ſi à debita tranſpiratione priuetur, media talis eſt dicta inter ephemerã,& putredinalẽ. Inflammatione.n. ephemerali ex ſpeciebus,caliditate ad ſanguinẽ,& humores extenſa,& in eo impreſſa, & fit ſynocha, facile in eius putredinem deuenitur. Alia etiã putredo eſt in cholera magis apta putredinem retinere,propter caliditatem,dicta tertiana. Proinde,& ex eo,q̃ per tertium exacerbabit. Alia in phlegmate apta propter humiditatem, dicta amphimerina,vel quotidiana, proinde & ex eo,q̃ exacerbatur quotidie. Et altera in melancholia apta propter humiditatem ſubſtantialem non complexionalem, ſi fuerit naturalis, putredo enim eſt tranſmutatio humidæ ſubſtantię à nõ naturali calore. Oẽm.n. humorũ ſubſtãtiam humidã conſtat eſſe,cũ dñetur in ea aqueũ elementũ. Et ſi ſit innaturalis ex aduſtione propter humiditatẽ ſubſtantialẽ,& caliditatẽ,quam reſeruauit in ſe ex aduſtione ſm Gal.ſicut cinis caliditatẽ ignis, & eſt quartana. proinde,& quia exacerbatur per quartum,qd quare ſit non ſm aliũ modũ ſoli Deo ratio eſt ſeruanda. Sed quare hæc tardat plus,illa vero citius,& illa mediocriter diſpoſitio facit humoris, & aptitudo ad putredinem ſuæ ſubſtantiæ,& complexionis, & etiã quantitatis,vt in quintana, & ſextana apparet,à cõi talia infra dicentur. Et quidem quæ in ſanguine eſt ſynocha tm̃,& proprie eſt,cũ nullus locus ſit in ea p̃cipuus,ſeu particularis, & ſolus ſanguis ſit in venis,& ꝓinde cõcluſa eſt dicta; per eas.n. putrida fuligo cõtinue ſoluta à ſanguine cõtinue putreſcente,& non reſoluta, propter concluſionem eius in ipſis ad cor tranſit,propter continuitatem. Alię vero quia in eis cum intermiſſione propter diſpoſitionem particularum,quæ innaſcuntur; generãtium,ſ. mittentium,& recipientiũ, & attrahentium,non ſynochæ, nec concluſæ, ſed periodicæ dictæ ſunt, cum in periodis quibuſdam exacerbantur, quotidie, quarum quælibet poteſt eſſe continua,ex corruptione ſui humoris in venis proprie, & interpolata cum corrumpitur extra venas. Ex eis enim cito,& facile reſoluitur antequam particulæ aliam remittant, & regenerent ad mineram, qui in putrefactione ſuccedat,ſic quod perfecte quieſcat,& calor eius interpolatur quiete,quandiu ſuccedat alius loco ſui.

Et vnaquæque poteſt eſſe pura, & impura. Impura vero dicitur, quia ex humoribus plurimis eſt commixta; vel ſecundum partes,cuius denominatio à prædominante humore dicetur, vel ſecundum vicinitatem ipſorum ad putredinem concurrentium, & tunc erit compoſita. eius autem compoſitio,vel erit generum,vel ſpecierum,& hæc plurimum putridarum. Et erit aut ex interpolatis,aut continuis, aut vtriſque in hæmitritæo. Porro ſi putredo ab epidemia, ſeu peſtilenti aere ſit impreſſa, peſtilentia dicetur. Et ephemera quoque in ſpecies diuiditur penes diuiſionem ſpirituum. Alia enim eſt in ſpiritu vitali, alia in naturali, alia in animali. Pe-

nes causas quoque efficientes diuiditur febris, non substantialiter, sed accidentaliter magis; nec proinde notificatur, cum sint extrinsecæ, & alijs morbis cõmunes, non sibi propriæ. Hectica quidem penes primitiuam corpoream, & incorpoream. Nam alia est, quæ fit à causa procatarctica, & exteriori. Alia à causonibus multum prolongatis. Putrida etiam penes interiorem, & antecedentem, & coniunctam. Nam alia est, quæ fit à causa antecedente, vel coniuncta: quæ causa est tantum, & nõ morbus, & putredo humorum est. Alia est, quæ fit à causa, quæ est per se morbus, vt quæ sequitur aperta, vel vlcus. Penes causam primitiuã quoque, & proprie ephemera febris diuiditur, cum variet eius essentiam, & curam in specie, vel in quanto, vt infra in speciali prosecutione patebit, plurimum tñ primitiua mouet antecedentem, & qñque coniunctam, in corpore antecedente non existente. Et adhuc diuiditur febris penes eius accidentia, & naturam causæ scilicet morbi habentia, & proprie, propter eandem causam. Alia enim est cũ syncopi, alia cum stupore, alia cum fluxu, alia cũ dolore, & alia præter illa.

Curatio generalis.

Cognita ergo febre etiã per ea curetur, quia cura eius per tria generaliter indicatur, per locum, morbũ, & causam, vt in corde superius dictũ est. Vnde Gal. ait. Ex quibus duobus. s. cognoscere membrũ infirmum, & morbum, poteris cognoscere generalem eius curationem, & alibi, inutiliter quis prouidebit febribus, nisi, prius meminerit causæ. Cognita enim febris essentia, quia fit dyscrasia * iudicat eius alterationem, & quia fit calida, & sicca, * iudicatur cum frigidis, & humidis esse complẽdam, quæ infra dicentur. Et quia fit corporis vniuersi, cum pluribus, & fortioribus, quam si esset mẽbri vnius. Et quia eius calor est principaliter apprehensius in humoribus, & consequẽter in hepate, cum sit eorum principium, vt in putrida, vel in spiritibus, & consequenter in corde, cum sit eorum principium, fons, & minera, vt in ephemera, vel principaliter in cordis corpore, vt in hectica, & in eo formatur, vt in omni, tñ non dicitur febris, nisi cum caleat cor, indicat cum talibus frigidis, & humidis esse complenda, quæ spiritus, cor, & hepar, rectificent, & confortent. quapropter dixit Abu. embrochare hepar cum infrigidantibus est res maxima, & magis iuuans; nam cum æquatur, est in eo res maior, & fortasse rectificat aquam, & certe cordis æquatio multo magis propter causam iam dictam ipsius erit rectificatio. Quantitatem quorum determinat corporis naturalis complexionis cognitio, licet sit difficilis, ipsamque limitat ætas, consuetudo, tempus, regio, & aliæ circumstãtiæ, vt ait Gal. His ergo ignoratis nescimus quantum debemus infrigidare, & humectare, nec quando debemus ab eis desistere, & sic aut non curabimus, aut in contrariam dispositionem adducemus. Ad hæc quoque cum ipsa putrida ex efficiente causa humorali dependeat, & quandoque ex ea generetur hectica, & ephemera, & cõseruetur, indicabit euacuationem. Inquit enim Gal. Manifestum vero, quoniam causarum facientium dyscrasiam per euacuationem est sanatio, ipsarum vero dyscrasiarum alteratio sanatio. Et iterum ait, Facta iam ægritudo curabitur, dispositione à qua principaliter, quæ fm naturã est operatio læditur, soluta; quam & ipsam dicimus ægritudinis cãm. Attamen cũ sit talis humor in aliquo membro locatus, hepate. s. & venis, vt in cholericis, & acutis plurimũ, vel in stomacho, vt est in amphimerinis, vel splene, vt quartanis, indicat euacuationem ipsius in talibus faciendã, quæ illa respicit, rectificet, & cõfortet. Vnde Gal. Intentio sanandorũ. fm partẽ, est aliquã ex ipsa dispositione: plurima vero ex patiẽtibus particularis. Sicq; principalissimã intẽtionem cõplebis, quæ sumitur à virtute in triplici prædicta substantia existente ex similibus vnicuique conseruata. Febris ergo vere, & generaliter per illa cognoscitur, & per illa cognita medicatur. Vnde Gal. Medicina est scientia sanorũ, ægrorum, & neutrorũ scilicet signorum corporũ, & causatũ. cognoscitur quoque vere, & generaliter, propter eius causam extrinsecam, & efficientem, quæ triplex est. Primitiua, antecedens, & coniuncta, quibus omnibus habet cognosci. Quod ostendit Abuh. cum ait. Causa vero in libris medicorum est, quæ primo est, ex qua prouenit inuentio alicuius dispositionis, & fixionis in corpore humano. Finaliter quoque cognoscitur febris propter sui effectum, & proprietatem, & in vnoquoque suo genere propter eosdem. Generalissime autem natura effectus eius est, vt inquit Isaac, læsio vniuersæ læsionis corporis, & passionis, exiccatio corporis, & consumptio, ac contristare vt à Gal. dictum est, quod in vnoquoque suo genere est commune, vt superius dictũ est. Effectus enim ephemerarum est lædere sensum minus alijs. Proprietas vero est, quæ sequitur inflammationẽ suauem, & æqualem solam absque omni putredine, cum sit à sola procatarctica causa. Et incipit absque horripilatione. Et vrinæ digestio in prima dierum apparet. magnitudo, & velocitas in pulsu, & in ea nunquam velocitatem superaddere systolen, & declinatio cum vapore sudorali, & humiditate, & benigna, & suaui infrigidatione succedente illi. Generis vero febrium putridarum effectus est idem. Sed proprietas est contraria propter admixtam putredinem. Et proinde videbis eã magis lædere, & fieri à causa antecedente, & ab ea immediate incipere. Cum rigore vero, & horripilatione, & calore, mordacitas, & inæqualitas secundum diuersa tempora, & secundum primam manus immissionem, & perdurantiam eius. Et similiter in pulsibus in velocitate superaddere systolem, & cum vrinæ indigestio, & aliquod symptoma apparet secundum statum, proprium est generis putridarum, nõ tamen separabili, vt Gal. ait. Generis quoque hecticarũ effectus est maior læsio, & ariditatem videbis eã reddere corpori, & habere caliditatem extensam, & mordacem sine inæqualitate de se, addi vero & inæqualẽ fieri, sumpto cibo, post primam horã, vel secundã, & ascẽsum fieri in contritũ non contritũ, vt in putridis, & pulsum fieri durũ simul, & paruũ, & debilẽ, propriũ est hecticarũ, ex eo, quòd caliditas est acuta, in duro subiecto infixa, & absque putredine. Cognitio vero essentiæ febris est per corporis contactũ, & qualitatẽ eius mutatã in caliditatẽ, quã percipit tactus, vt dictũ est, non tẽperatã, & suauẽ, vt corporis sani, sed acutam, insuauẽ, mordacem, & pungitiuã, qualiter in febricitantibus est, vt Gal. asseruit. Et si simplex est, facilis, & cõmixta difficilis propter confusionem signorũ adinuicem earundẽ. Cognitio vero causæ materialis, vel subiectiuæ scilicet membri, si sit hepar, cor, vel splen, stomachus, vel etiam aliud ex occultis, scitur per ea quæ Gal. docuit, cum dixit. Non apparentia bona vero vniuersaliter quidem discere oportet ex læsionibus operationum, aut egestionibus, aut doloribus, aut ex tumoribus præter naturam, aut ex quibusdam horum, aut omnibus. Cognitio vero spiritus generaliter est ex pulsu, & anhelitu, quibus principaliter dispositio cordis cognoscitur, in quo omnis spiritus generatur, & ex viuacitate, & pigritia in actionibus corporis, & membrorũ, ad quæ impetu fluunt, & specialiter, ex actionibus sensus, & motus in neruis spiritus animalis causa cognoscitur. ex passionibus, & actionibus animæ. in corde, & arterijs spiritus vitalis. ex actionibus naturalibus in venis causæ naturalis spiritus demõstrantur. Cognitio quoque efficientis causæ interioris. s. humoris, ex præcedenti dicta, consuetudine, & ætate, tempore, regione, arte, & ægritudine, vt Hippo. in apho. docuit. Et exeuntibus per vrinã proprie, egestiones, & sudores, & alias regiones corporis particulares. Inquit. n. Gal. Color. n. corporis humorũ abundantiã ostẽdit. Est enim color humorũ, & nõ membrorũ, nisi forte humores concurrerint in profundũ. Et ideo significatio ex eo tantũ, non certa, sed fallax est. Cognitio vero primitiuæ est manifesta sicut proprietas, & effectus. Cognitio vero accidentalis ipsius febris non est certa, quia fallit, cum non sit ex substantialibus eius effectus, & proprijs, quæ sunt semper, sed ex accidentalibus, & casibus, qui qñque apparent, & qñque non. Et tñ apparẽt qñq; in principio, qñque in medio, qñq; in fine. Sed est cõferens coadiuuãs

ad

*indicat. indicatur.

3. methap. cap. 13.

A. med. cap. 2.

1. aph. 2.

ad cognoſcendum,& quod eſt proprie,cum ex eo fuerit, quid occultum,vt Abuh. & Ariſt.dixit. Et ſunt color rubeus pallidus,citrinus,longitudo,& breuitas, magnitudo,& paruitas febrium,& ipſorum analogia paroxyſmorum. Dolor alicuius membri,laſſitudo,eruor. ſigna eruditatis,& digeſtionis. ſigna ſaluris, & mortis, & huiuſmodi,quę ſunt accidentalis non propria,ſicut in pleureſi dolor lateris pungitiuus,tuſis, & malitia anhelitus, & pulſus ſerrinus. Specialis cognitio febris,eſt vniuſcuiuſque febris, quam oportet particulariter curare,& diſtincte cognoſcere ſecundum ſuam ſpeciem,prout Gal. dixit,cū inquit. Quæ igitur dicta ſunt mihi,& per alios multoties dicentur. Et nota,q; non oportet periodos.1. circuitiones,& analogias paroxyſmorum ſcrutari ſolū, ſed multo magis ipſam ſpeciem febris,& ex hac cognoſcere eam, quēadmodum hominem per propriam formam, talis autē ſpecies,ex qua oportet diſtincte vnamquamque febrem cognoſcere, ſumi habet ex diſtinctione generis vniuſcuiuſque prædictorum. Et ſm dictum generalem modum cognitionem vniuſcuiuſque procedere. Inquit enim Gal. In ſpecialibus contineri vniuerſalis oportet. Duci vero in vniuerſales ſpecialiores ex diuiſione generaliū inuentas, quæ autem ſint in proſecutione patebit ſm ordinem prædiſtinctū ipſarum ſpecierum febrium ephemerarum. Quarum curam aggrediamur ſecundum modum generalem,& ſpecialem ſuperius prædiſtinctum, ex quo quod inter alia genera facilius accidit,corrigitur. Omnis enim leptomera ſubſtantia facilius eſt alterabilis, vt ait Gal.

Diuinum. 1. de vſ. c.1.

De medicinis ad febres ephemeras generale. Cap. 2.

Curatio generalis feb. ephe.

PRæmiſſa cognitione generaliſſima, & curatione febrium ſecundum Serapium,ac generali cognitione vniuſcuiuſque generis eius,ſequitur cura generalis ſecundum vnumquodque genus eius. Et primo cura generalis generis ephemerarum. Conſiſtit autē ſm prætactum modum in duabus rebus. in ablatione exterioris cauſæ, & primitiua,vel interioris,& antecedentis abſciſſione. ſecundum,q; vera eſt,& non vera,& in febrilis dyſcraſiæ alteratione. In cauſæ quidem ablatione,vel abſciſſione. Inquit Gal. quia vera eſt cauſa,quæ febrem facit,inutiliter quis prouidebit febri, niſi prius meminerit cauſæ. Completur aūt cauſæ primitiuæ ablatio,cum priuatione ipſius,& euentatione,ac ſui contrarij introductione. Interioris abſciſſio,cum euacuatione primo, Deinde cum rarefactione cutis, vel obſtructionis apertione, & cum quibus infra in ſpecialium cura dicetur. Alteratio febris cum frigidis, & humidis interius ſumptis, & exterius approximatis non in totum corpus, cū oppilando inflamment,& detineant ſuperfluitates quocunque modo approximatæ, ſiue embrochando, infundendo, ſiue liniendo. Tantum circa ſpiritualia applicentur;ibi enim approximata tantum cuiuſlibet febris dyſcraſiam,ac exceſſum extinguunt, & ſi vapores fumoſi ex poris partiū illarum,oppilando,prohibeant reſpirare, non tollitur ex poris aliarum partium, & per pulmonis tracheam in anhelitu,quin commode expurgentur, quod contradictum aliquorum eſt. Sint autem quæ ſpiritus rectificent, virtutes confortent,& cor alterent,& totum corpus. Et cum inſpiratione aereæ ſubſtantiæ bonæ, & frigidæ naturaliter, vel artificialiter procuratæ,ac quiete corporis, & animæ. Inanitione ſuperfluorum pharmacalium fumantium,& calefacientium,vt cum ſomno ſuo tempore,aut cū his,ex cibis,& potib. quæ vaporoſum ſanguinē gignunt,bonum,& frigidum, aromaticis,vel odorabilibus mixtis: hæc enim ſpiritus multiplicant,alterant cor,& cito virtutes confortant. Vnde Gal. Qui celerius vult reintegrari reintegretur odoribus, quæ qualia ſint, in ſpecialium cura dicentur. Et ſi quam maxime virtus ſecundum naturam ſe habens cibum dare non indiget in hac febre: non enim conuenit in prima, vel ſecunda dierum extenſam febrem fieri imbecillem,illum tamen poterit indicare, ſecundum accidens imbecillis effecta,

Eleid. que.

2. aph. 11.

vt propter malam habitudinem laborantem, & propter ſenectutem, vel quia in laborib. ſimul cum intentione ſolis,& ieiunio per totam diem fuerit,& vigilijs, & circa veſperam antequam cibetur homo inuaſus fuerit à febre,& ſic exoluta virtute. Sic equidem cibum,& potum indicat dandum, non in declinatione vniuerſali completa,ſed etiam particulari. Sed etiam ſtante febre quandoque. Inquit enim Hipp. *Accidentibus ſuperuenientibus virtutem diſſoluentibus,ilico cibus eſt dādus,* ſed ſuis conditionibus omnibus prędiſcuſſis ſcilicet ſubſtantia,vt ſit euchymus,ideſt bonorum chymorum generatiuus;ſitque facile digeſtibilis,propter membrorum nutritiuorum diſtemperiem, & infirmitatem. Inquit enim Gal. venter infirmus non bene digerit, qualitate ſcilicet elementari, quia frigidus, & humidus, propter febris dyſcraſiam. Et ſimiliter potus,vt eſt aqua frigida cum virtus ſit fortis,niſi aliud quid obſtet. Sitque cibus multi nutrimēti abſque multa ſuperfluitate,ne tranſeat in putredinem. Et ſit pauce quantitatis,cum pauco indigeat corpus in tali febre,cito vt infra tres dies plurimum ad terminum venientem,licet non ſit acuta,quæ quia licet ſit breuis, non tamen periculoſa. tempore, vt detur cibus generaliter in declinatione perfecta,vt dictum eſt, omnis ephemeræ,& ſi conuenerit in hora conſueta, eſt melius. Hæc enim hora communis eſt eis, & putridis, niſi in quibuſdam ex eis,vt prouenientibus ex labore,vel anguſtia,vel ieiunio,vel fame,vel vigilijs,vt dictum eſt proprie in corporibus,quibus in talibus diſpoſitionibus cholera ad ſtomachum currere conſueuit, & inducere ſyncopim,præcepit enim Galen. hos cibari in principijs paroxyſmorum,& ante; ſic enim cibus datus ſtomachū roborat,vt currentes ad eum humores repellat. Et ſyncopim,ſeu cardiacam proinde ſuſpectam, vel cōſuetam fieri vetat,& à febre multorum dierum preſeruat. Si autem talis cibus non quilibet, nec reſumptiuus, qualis in declinatione ſolum conuenit; ſed ſit tantum panis infuſus in ſucco granatorum muzorum,quoniam opportunus cibus eſt ſtomacho laboranti cholerico,vel in vino lymphato,vt multiplicet ſpiritus,& velociter penetrando ad cor virtuti ſuccurrat, ſi expetat. Citam enim talis cibus facit reductionem ſecundum Gal. & quandoque oportet prius eos facere vomere cum aqua, & aceto,ſed ſuperueniente febre poſt horripilationem, præcedente vero detur vſque ad declinationem paroxyſmi, cum humores tunc currere non prohibeant, ſed ad grauedinem,& anguſtiam addant. Declinatione vero ſuccedente detur eis perfectione non expectata. Cum enim hi ſiccum habitum habeant, & exoluram virtutem,niſi prius humectentur,ac confortentur cibo,& potu, febris perfecte non poterit declinare.

Et modus dandi cibum, & potum talibus eſt,vt concedantur delitiari,in veris,& non veris maxime; vt puta patientibus ex oppilatione, apoſtemate, & nauſeatiua ſatietate nequaquam. Sed in declinatione perfecta cum diminutione,ſeu ſubtiliatione detur. Porro in talibus febribus quibuſcunq; vel plurimis cōmunis ordo eſt, vt cibus,& potus detur in declinatione incipiente,vel perfecta,vt dictum eſt. Et poſt balneum aquæ dulcis tepidæ caliditatis præmiſſum. Tale enim balneum cōmune exiſtit officium ephemerarum febrium; rarefacit enim poros denſatos venarum,& arteriarum ductus, & orificia. aperit oppilationes, ſudorem prouocat, & ſumoſas ſuperfluitates multiplicatas ex febre reſoluit, & ſpiritus reddit claros,humores purificat, & membra infrigidat, & humectat, & in quietam diſpoſitionem totum corpus adducit,ſi in declinatione fuerit miniſtratum;etiam catarrhum ſedat,ſi patiatur aduſtum. Quapropter oportet,vt primo in aere aliqualiter moram trahat. Deinde in aquam calidam intret, & ibi diutius immoretur; ante enim,ſi miniſtratum fuerit ſpiritus inflammat; alias vero inflammat,horripilat,& ad putredines febres trāſmutat: In corporibus enim immundis rigorem ex putredine gignit. Quapropter in declinatione perfecta febrium talium, & in fine tertij, vel quarti paroxyſmi ſecurius

cur ius conceditur balneum,atque cibus,cum omnis superfluitas euacuata sit,& consumpta, & sedata caliditas in declinatione primi paroxysmi,vel secundi, non, nisi repletio fuerit euacuata, & alia materia, si quæ sit digesta. Talibus enim febribus tantum euacuatio competit,vt innuit Gal. commune quoque auxilium est frictio. In oppilatione enim,vel soliditate tacta,poros rarefacit, & aperit,& superfluitatibus obuiat;& liquidem multæ sint dissoluit, & ad loca oppilationum trahit magis; & incuneat: quod etiam aperitiua interius ministrata magis efficiunt. Si vero pauce,resoluit,& consumat. Non ergo oportet,vt frictio ministretur, nec aperitiuum aliquod,nisi euacuatione præmissa,& maxime si forte existat. Videtur autem,& tertia res in cura ephemerarum deficere necessaria, quæ scilicet corrigit accidentia,non autem deficit; quia dictæ duæ res communiter in omnibus sunt necessariæ, hæc autem tertia non in omnibus. In veris enim ephemeris magnitudine febris necessaria non existit, cum causam incorpoream non antecedentem habeant; in cuius digestione, diuisione,ac repulsione natura instat;non magnitudine febris,ex quibus consueuerunt insurgere accidentia,vt in putridis,prout Gal. dixit. Sed in non veris habentibus illam tantum,quod ostendit cum inquit. Proprium est putridarum secundum ascesum caloris,& statum fieri aliquod symptoma. Ephemerarum vero proprium signũ sit caloris a qualitas,& suauitas; & secundum ascesum,& statum,in quibus augentur,& sunt fortiores, nullum fieri symptoma, non tamen est inseparabile,cum non à veris appareat separari,& illud propter causam prædictam.

No. de fri-ctione.

De febre ephemera, quæ fit ex accidentibus animæ. Cap. 3.

Causa.

FEbrem ephemeram fieri ex animæ accidentibus,& alijs causis,quæ sequuntur,dixerunt antiqui. Videndus autem est modus, & qualiter fiant cum ex eo curationis ingenium habeatur. Modus ergo qualiter fiant ex animæ accidentibus est. Quoniam,vt inquit Abuh. Omnia animæ accidentia sequuntur,aut eis associantur motiones spiritus,aut interius, aut exterius,aut vtroque modo,& illud erit, aut subito, aut paulatim, vt ex hoc motiones intelligat non naturales, & naturales excludat,quæ sunt ordinatæ, licet impetu quodam veræ fiant Hipp. dicente. Quæ impetu fluunt, ac refluunt; ac in eis,quæ præter naturam, quæ subito tantum sunt,vt in dolore,dicente Hipp. in apho. Quæcunque corruptiuæ sunt fœtus,his verba gracilia fiunt,scilicet subito. Cum enim paulatim spiritus ad alteram duarum mouentur partium,sequentur,seu associabuntur animæ accidentia, vt gaudium, & tristitia temperatæ stantes cum natura, nec sequitur febris. Cum vero subito moueantur,& fortiter,animæ accidentia proueniunt intemperata,naturam exterminantia; vt est ira, gaudium superfluum,& timor; non tamen tantum,vt perducant ad mortem, sicut accidit pusillanimis, & febris in dispositis corporibus,quia calidis, & siccis magis, deinde calidis, deinde siccis vndecunque. In talibus enim corporibus sic dispositis prædictis motus in spiritibus naturam,id est calorem naturalem exterminat, quia extra naturales terminos ponit,& immutat,& etiam immoderatiam tantum exauget, quòd pertransiens ad substantialia corporis scilicet humores contentos, & continentia membra, lædat vniuersas actiones, & passiones, atque contristet, & sic febrire hominem est necesse. Et quia naturales motiones spirituum sunt, primo de principijs ad extra,vt patet de vigilijs,deinde de exterioribus ad principia,vt patet de somno. Ira vero,& gaudium primam motionem sequuntur, Ideo de febribus causatis ab eis primum dicere proposuimus. Est autem ira secundum Gal. non audacia,sed velut feruor quidam eius, qui circa cor est sanguinis,in quo prius,simulq; feruere necesse est spiritum. Cum autem feruescentia sanguinis moueatur, & simul cum eo feruear, & magis, tanquam magis aptus impellatur ad extra,vt compellat iram. Quapropter febris ex ira proueniens ephemera dicta non est humoralis.

p. aph. 33.

Signa.

Signa vero ipsius ephemeræ proueuientis ex ira sunt signa rememorationis iræ præteritæ,& demonstratiua præsentis febris: vt caliditas corporis, & effiatio,& rubedo faciei,nisi admisceatur timor,ex eo,quem forte offendit tempore iræ. Nam ex hoc remittetur rubedo faciei,& oculorum,ita vt sint rubei præeminétes exterius, vt terrentis; & hoc propter vehementiam motus spiritus ad extra. Et quandoque accidit quibusdam eorum tremor,vt quibus cholera dominatur, & natura est debilis,& resolubilis valde. In eis enim cholera simul feruens cum sanguine mouetur per sensibilia membra;quã cum natura regulare non possit,tremorem ea pungendo per modum rigoris inducit,eisque in ira præcedente tremore absque signo rigoris prouenit apparenter,cum spiritus vehementer moti exterius natura contentiua existente debili resoluantur,quare membra in suo situ non valent naturali,& debito conseruari, & vrina est rubea, mordax in emissione propter choleram dissolutam ei admixtam. Et quandoque est in eo aliqua claritas,cum ex ea non accidit perturbatio in digestione, quod est, quia calor naturalis extra egrediens ira præsente loca digestionis omisit. Et post iram quoque cum remanet resolutus digestionem complere non potest. Et pulsus est magnus,velox,plenus, & frequens propter cursum sanguinis,& spiritus ad exteriora arteriarum.

Curatio.

Cura eius est duæ res. Ablatio causæ,& alteratio febrilis dyscrasiæ. Primam rem complent sedantia ira,vt sunt inductiones, & promissiones inductæ tempore futuro,& magis apta. Et admonitiones rationabiles; quæ refrænent motum spirituum,& conuertant eos ad contrarium; scilicet interiora corporis cũ suauitate,& paulatim;quæ ostendendo mala,quę proeuerunt ex consecutione ipsius aliquem timorem incutiunt. Et occupatio in lætificantibus ex fabulis, ac cantilenis placidis,atque ludis,& mirabilibus, quæ spiritus reddunt in actione claros, & quietos.

Secundam rem complent quæcunque ex medicinis exterius omni tempore applicatis infrigidando,& humectando spiritum conuertunt interius versus cor alteratum detinent,& confortant, & ex magis proprijs ad hæc complenda est oleum rosatum à Galen. inter cętera commendatum. sua enim frigiditate, & humiditate febris dyscrasiam alterat exterius inuẽtum, cum innouatione,& maxime circa spiritualia membra,& subtili substantia penetrando in profundum corporis humectãdo infrigidat magis spiritus, & membra; ad quod adiuuat sua moderata styptica itas impellendo ipsam interius,quæ etiam spiritum impellit interius, & inspissando,& stypticando retinet,& sua aromaticitate confortat ipsam virtutem,& cor. Et quæcunque ex cibis,& potibus, & medicinis interius sumptis infrigidant, & humectant. qualia sunt ex cibis hordeaceum, & cibus factus ex cucurbita, & ex fructibus citruli, & melones,& ex herbis,portulaca,lactuca,chrysolocanna, & similes. Et ex fructibus pyra,sebesten,& similia. Alterant enim dyscrasiam,& obtũdunt choleram, & vrinæ acuitatem, & naturam leniunt,quæ in eis est plurimum constipata. Et ex potib. quales sunt, aqua hordei,& frigida (nisi fuerit quod prohibeat.) & interdicatur vinum omnino,donec sedetur caliditas. quoniam inflammat spiritum,agitat choleram,& impetum eis præstat ad motum,nisi ad resolutionem deuenerit,quo casu lymphatum bene est concedendum. Et ex medicinis,semina communia,quæ alterando prouocant choleram,& commotam cum vrina educunt. Et ex illis est mel,casia fistula,siracost,& tereniabin,& similia,quę leniendo eorum constipant materiam,& lubrificando ipsam educunt. Hora autem ministrandi prædicta est declinante ira, & febris paroxysmo, nec oportet quod interueniat balneatio cum aqua calida, quoniam inflammat spiritus, & eos ad exterius magis trahit; nec etiam cum frigida, quoniam fumos cholericos retinet, nec resolui permittit; sed cum spiritibus

tibus intra conuertit. Et cum corpora sint nuda carne radicalia membra nocent, & maxime si sint ex resolutione debilitata. Post quę concedatur per horam somnus, quoniam calorem, & spiritum reuocat, & intus tenet humectando, inspissat, resoluit, & confortat, non tamē sit multus, & profundus, ne ad inflammationem perducat.

De febre ephemera, quæ fit ex gaudio. Cap. 4.

Causa. FEbris ex gaudio prouenit sicut ex ira, quia spiritus, & calor mouentur ad exteriora subito, & fortiter si superfluum fuerit, vt superius dictum est, differenter tamē. In gaudio enim virtus in corpore manens ante ipsum mollificatur: deinde cum spiritibus ad exteriora progreditur corporis, & cum valde superfluum fuerit, resoluitur, & sequitur mors. Cum verò non multum excesserit, quia eius causa non fuerit multum ardua, & excedens, nō resoluitur; sed in motum inflammatur, & febrem accendit. Quemadmodum, & in ira, in qua si multum excedens fuerit, & superflua, virtus corporis non dissoluitur, aut vt egrediens resoluatur, sicut in superfluo gaudio; immo retinetur aliqualiter intra, cum timor sit permixtus in eo, vt Serapio dicit, quare non sequitur mors, sicut in illo, & tamen febris ex eo proueniens erit sicut febris *Signa.* causata ex ira. Signa eius sunt proxima illis signis, quia in specie similia, non tamen in gradu æqualiter excedentia, præterquam in signo oculorum, & pulsus; non enim *Cura.* est forma eorum terrentium, sed gaudentium. In pulsu quoque est sequentia minor quàm in febre ex ira. Et proinde cura illius similiter proxima erit.

De febre ephemera, quæ fit ex tristitia. Cap. 5.

Causa. TRistitia, & cogitatio, quia motionem spirituū paulatim ad interiora sequuntur, vt plurimum febres non faciunt, nisi cum magis plurimum sit perdurans, tunc enim licet motio spirituum sit ad interiora, paulatim tamen associantur motiones ipsorum cum eis ma- C gnæ, plurimæ, & perdurantes, agitante spiritus intra, & commotiones de corde ad cerebrum, & e conuerso; quia inflammantur, & febres facit, & maxime si accidat motus laboriosus, in quærendo rem perditam contristantem, quæ inueniri non potest.

Signa eius sunt color pallidus faciei, igneitas vrinę, & acuitas eius in emissione percepta, propter dominiū caliditatis, & siccitatis in interioribus corporis, & motum cholerę multiplicantem ex inflamatione caloris sequentis motum sanguinis, & spiritus ad interiora. Et propterea etiam oculi sunt submersi cum quiete, & subclusione, ad quod adiuuat resolutio superueniens. Deinde accidit illis contrarium. Et pulsus debilis ad paruitatem, & depressionem tendens non valde, & etiam in eo saltus ex subita reditione spiritus ad exteriora, & proprie cum solicitudo inquirendi perditam rem insurgit.

Cura eius est duę res, sicut cura febrium prędictarum, scilicet ablatio causæ, & alteratio febrilis dyscrasiæ. In- D tentio tamen communis in eis contraria est eis, quæ in illis. Prima autem est ablatio cogitationis, & tristitiæ, quam complent dimissio studij; & prudentiæ, & conuersio ad solatia plura, & diuersa, quæ spiritum retrahant de interioribus ad exteriora, ipsumque reddant hilarem, & iocundum, & spes inueniendi rem perditam contristantem, vel aliam meliorem. Secundam rem complent quę cumq; ex medicinis stante paroxysmo exterius approximaris, & circa cor maxime infrigidando, & humectando, spiritus de interiorib. trahunt ad exteriora, vt est fricctio cum aliquo oleorum infrigidantium, & humectantium absq; flypticitate, vt est oleum violatū, de cucurbita, de nenupharе, & similia. Et epithemata supra pectus ex mucilagine tragacanthi, psyllij, aquæ endiuiæ, ros. & nenupharis, portulacæ, & melonis indi, & modico croco, & balneatio in tinis declinante paroxysmo, in qua sit aqua temperatæ caliditatis, & decoctionis alicuius prædictarum medicinarum plurima, in qua sit introitus fre-

A quens. Post quod vngatur cum aliquo prædictorum, & mulgeatur lac mulieris. Complentq; eam quæcumq; ex cibis, & potibus infrigidant, & humectant, nutriūt cum aromaticitate, leniuntque naturam, quales sunt, quæ superius dicta sunt. Et iura pullorum, & gallinarum, & potus temperati vini. Nihil enim secundum Abuha. est, quod tantum humecter, quantum balneum in tinis, & vinum temperatum, quod exiccando calorem naturalem, spiritum mouet ad exteriora. Inquit enim Galen. Vinum temperatum totum corpus calefacit, membra perforat, calorem naturalem excitat, & humores cōtemperat, humectando remouet vigilias, & attrahit somnū, quoniam spiritus, & virtutes animales quiescere facit, ac prohibendo resolutionem restaurat.

De febre ephemera, quæ fit propter angustiam. Cap. 6.

B ISaac inquit interest inter tristitiam, & angustiam. Li- *Nota.* cet conueniant in motu spirituum ad interiora. Nam tristitia ad rationalem pertinet virtutem in cerebro existentem. Angustia vero ad spiritualem in corde permanentem. Ideoque angustia est plus causa phthisis quam tristitia. Est autem angustia motus spiritus, & caloris ad interiora spiritalium cum reclusione ibidem, & impotentia extensionis eius propter debilitatem, & prohibitionem. Cum enim interius recluduntur in sanis ex aliqua causa procatarctica, vt est amor rei, quæ haberi non possit, timor perditionis honoris, & sensus, licet tamen paulatim reducti in seipsis agitentur, & comoueantur interius, propter sanguinem currentem cum spiritibus intra, & fumum coarctatum ibidem, vel propter pœnitentiam causæ nequeunt extra exire quærentes viam solicite, quæ primam consequi, & secundam valeat euitare. quare inflammantur, & accidit inquietudo in membris cum in ordinato motu, & si inflammantur in corpore toto, non in spiritualibus tantum, febrem accendunt.

Signa eius sunt similia signis eius, quæ proueniunt ex tristitia, sed sunt magis intensa, propter maiorē motum caloris, & spirituum ad interiora. Et quia est cū reclusione, & impotentia extensionis ad exteriora, pulsus erit in hac minor, debilior densus, & sine saltu. Et signa angustiæ prouenientis ex amore sunt, macrescentia corporis, citrinitas corporis, inquietudo membrorū, & quandoq; febris. Quæ considerauit Gal. in Regis filio, qui passus extitit ex mulieris amore, qui heros dicitur, i. solicitudo melancholica quędam ex amore ad mulierem, qualis est dicta. In qua cum audit patiens, aut videt mulierē, quam diligit, pulsus eius manifestabitur saltu, & inæqualitate, & fit diuersus, & corrumpitur sermo eius, & cessante, vel non apparente illa, redit ad illud quod fuerat prius.

Cura eius est cura illius, fortior tamen propter causam prædictam, sintque frigida exterius applicanda magis remissa, interius vero minus, & magis intensa.

De febre ephemera, quæ fit ex timore. Cap. 7.

EX timore qualiter ,pueniat febris, & qualiter mors, *Causa.* supra capitulo de febre ex ira conueniente dictū est, proprie quidem quemadmodum ex angustia. In vtraque enim motus spiritus est idem, quia ad interiora: motus vero diuersus. Nam in angustia paulatim, in timore verò subito ad interiora mouetur, & commotus manet, & ibidem reclusus, propter præsentiam causæ ibidem; & agitatur, & commouetur, & inflammatur: & deinceps propter contiguitatem, quæ ad spiritus corporis, & membrorum ēt in vniuerso corpore inflammatur, & accenditur febris. Et quandoque adeo ad interiora cum subitaneitate mouetur, q̄ suffocatur ibidem, & sequitur mors.

Signa eius sunt proxima signis illius, quia in specie, conuenientia, differentia in excessu. Et propterea diuersitas, & tremor in pulsu est in hac maior, præter quā in forma oculi; in hac enim forma oculi est forma territi: in illa vero quasi suffocati.

Cura

Cura eius est proxima illi, quare oportet, vt primo auferatur causa timoris, & adducatur causa securitatis. Deinde ministrentur infrigidantia, & humectantia ex cibis, & potibus, & medicinis interius, & exterius, & principaliter supra cor, quæ virtutem habent trahendi spiritum, & calorem ad exteriora, confortandi, & præstandi gaudium, & iucunditatem, quæ ibi sunt dicta.

De febre ephemera, quæ fit ex syncopi. Cap. 8.

Cauſa. SYncopis ex ephemera proprie non contingit. Et si ephemera contingat ex syncopi raro est, & non proprie, cum ex defectu spiritus, & caloris contingat, qui non febris, sed infrigidationis est causa, nisi cum ex aliqua prædictarum proueniat causa, vt puta timore, vel angustia, vel tristitia magis, ex quibus remansit superueniẽte syncopi in spiritibus aliqua calefactio, quæ propter diuersum motum, qui in syncopi accidit in spiritibus, de intus ad extra tractus beneficio medicinæ inflammatur quandoque, & expanditur ad vniuersum corpus, & sic febrem accendit, quæ à syncopi, cuius gratia caliditas ad terminum febris accrescit, fortita est nomen.

Signa eius sunt antecessio syncopis ex aliqua exteriori causa, & præsentia debilitatis virtutis cum debilitate motus, & pulsus in diuersitate ipsius. nam est cum primo cadit, & occultatur, cum vincit frigus in timore, angustia, & tristitia; & deinde fit velox, & manifestatur, cum expanditur calor, & spiritus ad exteriora.

Cura eius est tres res. Prima succurrit syncopi, vel virtutis debilitati, quæ suo loco superius dicta est. Secunda causam syncopis, & debilitatis aufert, quæ his similiter est narrata. Tertia febrilem dyscrasiam aufert, & extinguit, quæ etiam ex prædictis est nota.

De febre ephemera, quæ fit ex labore. Cap. 9.

Cauſ. NOmen laboris hic nimium motum ostendit, qui causa febris ephemeræ potest esse. Si enim motus quilibet calorem corporis efficit fortem, ipsum flabellando, & excitando cum frictione membrorum, qua partes in eis igneæ reducuntur ad actum commouendo humores, & spiritus (mouentibus enim nobis, mouentur ea quæ sunt in nobis) nimius motus incendet illum, & inflammabit, & ad alia subiecta corporis excedendo faciet peruenire, & si insuetus sit in lædendo, & molestando, febrem accendit, maximè si in sole, vel circa calidam exerceat materiam, in ieiunijs, atque extensis vigilijs occupantibus horam somni. Inquit enim Abuh. Multæ vigiliæ corrumpunt complexionem cerebri aliquo siccitatis modo, quorum vnus est, vt calor in animali spiritu facile accendatur, & inflammetur in cerebro, & vniuerso corpore dilatetur, & lædat.

Signa eius sunt signa rememoratiua præteriti motus, & exercitij laborioſi, & demonstratiua præsentis, vt magnitudo, & necessitas in anhelitu, calefactio corporis totius in iuncturis vero addita super reliquas partes extremorũ, & lassitudo, & pulsus magnus, & velox absque duritie, nisi ad resolutionem perduxerit; tunc. n. erit durus, & tussis ficca sequetur, & vrina est citrina, & substantiæ mediocis, nisi ex resolutione facta sit subtilis, & pallida.

2. aphor. 41. Cura eius est duæ res. Ablatio causæ, quæ est laboris priuatio. Completur autem quiete. Inquit enim Hippo. In omni motione corporis cum cœperit quis dolere, quiescere statim remedium est. Secunda est alteratio febrilis dyscrasiæ. Completur autem cum his, quæ ex medicinis exterius applicatis infrigidando, & humectando lassitudinem prouenientem ex exercitio tollunt; quales sunt declinante paroxysmo, balneatio in tina aquæ dulcis, & temperatæ caliditatis, & effusio eius super iuncturas, & musculos multa. Inquit enim Gal. Quoniam *2. de simpl. med. fac. 22 cap. 11.* lassitudo ex exercitio facit accidere in corpore duas causas, quarum vna est, quia corpora similium partium exiccantur, & altera est, quia loca vacua, quæ sunt inter ista membra replentur humiditate, quę non est bona iuuatiua naturalis; si non est illud, non est repletio humida, immo est subtilis mordicatiua, calida. Balneum quidẽ cum aqua dulci est de reb. magis cõferentib. vtrisque; & illud, quia aqua dulcis temperata caliditate sui resoluit acquisitam caliditatem, & superfluitatem caliditatis subtilis, & sui humiditate rectificat, quod iam accidit corporis intestinis. Et propter illud, quod effunditur de ea super corpus, deforis occurrit; & effunditur facilliorib. modis, quod egreditur de ea in poris egreditur ab ea in velocioribus horis, præter quòd sit hic retinens eam penitus, permisceat oleum cum hac aqua, & præcipue quando inungitur homo cum eis vtrisque simul humectatione multa. Tale autem oleum erit, vel simplex, & dulce, vel violatum, vel rosarum proprie, de quo dictum est supra; & in iuncturis cũ eo sit permixtum aliquid ex oleis, vt de semine lini, vel oleum chamæmeli, quæ sunt propria. Nam quod est ex semine lini sua temperata caliditate confortat, lenit duritiem iuncturarum principaliter patientiũ, & ab alterius olei frigiditate defendit. Oleum verò chamæmeli vltra hoc, & iuncturarum, & lacertorum remouet lassitudinem, plusquam reliquę medicinæ; quoniam caliditas est similis caliditati animalis, vt dixit Abuh. Completur vero cum his, quæ ex cibis, & potibus, & medicinis interius sumptis nutriunt euchymæ, infrigidant, & humectant, quales sunt cibi, quorum paucitas nutrit plurimum propter debilitatem digestionis. Et etiam ex carnibus, dictis, iuribus earum; & vitellis ouorum, & potus vini temperati, fructus, & alij dicti superius. Et somno, qui, & si defectus associetur stomacho, ad quem humores omnes consueuerunt concurrere, ante paroxysmum, parum, vel in ipsius principio concedatur, vel non expectata declinatione perfecta. Nisi enim talia corpora rehumectentur cibo, febris perfecte nullatenus declinabit, vt ait Gal.

De febre ephemera, quæ fit à calore exteriori. Cap. 10.

CAlor exterior, ex quo prouenire potest febris ephemera, est duplex. Aut enim est ex his, quæ exterius tangũt corpus, vt sole, igne, balneo. Aut ex his, quę ipsum ingrediuntur, vt cibis, potibus, & medicinis. Calor solis in spiritũ magis imprimit animalẽ principaliter, & immediate caput attingit, & spiritum eius inflammat, quia pertransiens ad alia principalia, & corpus totũ lędendo, & molestando febrem accendit. Calor ignis, & balnei in vitalem spiritũ imprimit magis, quia aer immutatus ab eo p̃ primum ad cor trahitur per inspirationem, vt cum fuerit superflue calefactum, vel moram nimiã traxerit, qui in eo inflammat spiritum, & totum corpus, & lędendo febrem accendit, qua vitalis spiritus in corde, & alijs mẽbris corporis euentatur. Calor vero cibi, & potus imprimit magis spiritum naturalem; quoniam cibus, & potus ad hepar peruenit prius cum eius calore, & si prius peruenerit ad stomachum, ibiq; alteretur antequam alteretur cum calore immutato, ad hepar etiam peruenit, & priusquam ad alia principalia, dicente Galen. cum inquit. Cibus in stomacho est quid habentis, ad hepar de stomacho trahitur; & dum alterantur naturalis calor, & spiritus alterans inflammatur ex ipsius caliditate, prout Gal. dixit. Quapropter febris ex calore solis proueniens appropriata, seu comparata exstitit spiritui animali. Proueniens ex igne, seu balneo comparata est spiritui vitali. Et quæ prouenit ex cibo, vel potu calido, vel ex medicina, spiritui naturali. *Gal. de cau. morb. ca. 2.*

Signa febris, quæ est à calore solis sunt signa rememoratiua præcedentis causæ, scilicet moræ sub solari radio, & demõstratiua febris, vt est caliditas vehementior in exterioribus corporis apparens, quam in interioribus, & magis in capite cum ariditate, & si corpus fuerit immundum, & caput calidius, & graue propter repletionẽ, quam traxit ad ipsum caliditas ex corpore toto. Et proinde oculi calidiores, & rubicundiores apparet cum ariditate, & venarum repletio in eius temporibus, & vniuerso

uerſo capite, & ſitis, quæ in hac febre, magis quàm febre ex denſitate frigoris, color corporis, & aduſtiuus, & fuſcus. Et * impulſio arteriarum minor velocitas, & frequentia, reſpectu caliditatis cutis, & ſimiliter in anhelitu, quia principalis impreſſio non peruenit ad cor, ſed ad cutem. Et vrina eſt tincta, & rubea parum.

* in pulſu.

Et ſigna eius, quæ fit à caliditate ignis, & balnei ſunt duplicia communia, & propria. Communia ſunt rememoratio præcedentis cauſę. Sed propria ſunt, nam quę accidunt ex calore balnei ſunt ſimilia illis, niſi quia exteriora corporis cum caliditate vehementiori non arida, ſed mollia ſentiuntur. Et ſi corpus ſit molle humoribꝫ. plenũ, quandoq; deueniet ad rigorem, & febrem multorũ dierum, & aere frigido magis iuuatur quàm potu.

Et ſigna eius, quæ fit ex cibo calido actualiter, & potentialiter, vel potu vini, vel medicinæ, vt nectaris ex calidis ſpeciebus valde, ſunt ex ſignis illis contraria, quia caliditas in interioribus maior, ſenſus ardoris in ſtomacho, ſumoſa eructatio, & ſitis, & iuuatur potu frigido, & magis quàm aeris frigidi inſpiratione, & pulſus, & anhelitus maior, & ſuperflua primæ, & ſecundæ digeſtionis ſunt colorata valde.

Curatio. Et cura eius, quæ fit à calore exteriori eſt duplex, ſcilicet generalis, & ſpecialis. Generalis eſt communis ei, ex quacumq; prouenerit cauſa, & eſt duæ res. Ablatio cauſæ, & alteratio febrilis dyſcraſiæ. Specialis eſt diuerſa. Cum enim ex prima cauſa prouenerit, cauſæ ipſius ablatione cõplebitur. Si ex Sole prouenerit, cum mora in aere frigido per ſe cooperto, & Sole, & igne priuato: vel vmbra, & artificialiter infrigidato, vt ſupra, & infra dicetur. Si vero cibo calido, complebitur vomitu, vel ventris ſolutione cum enemate ex aqua hordei, oleo violato, & zucchato violato, & infrigidant humectando. Cum vero ex potu, cum his, quæ curare habent ebrietatem, quæ infra in ephemera ex repletione dicentur: ex quibus proprie eſt crocus cum rob bibitus, & proprie granatorum, & coriandrum. Alteratio quoq; febris in primis completur, cum his quæ ex medicinis exterius approximatis infrigidare habent, cerebrum principaliter, & conuenienter, cor, & hepar; quales ſunt infuſiones, & embrochationes ex frigidis, & aqua frigida ſupra caput raſum. Et conueniens eſt effuſio, quæ fit cum vrinali pleno aqua frigida ſumitati capitis applicato, & diu retento. Et ſaccellationes, & epithemata ſupra pectus, & hypochondriũ, quæ ſuperius in cura cordis, & hepatis ſunt dicta, quæ communia ſunt in ambabus. Et in ea, quæ eſt ex tertia cauſa, pura ex igne, vel balneo, cum his quæ potibus, & medicinis exterius ſumptis habent infrigidare, & humectare, vt aquæ frigidæ puræ, vel cum iuleb violato denuphare, & ſimilibus, vt diuretica frigida, & declinante paroxyſmo cum balneo aquæ tepidæ caliditatis. Cuius eſt effuſio, vt ſit multa ſuper membrum principaliter paſſum, quoniam etiam ſoluit febrem, & humectat.

2. aphor. 41. Inquit enim Hip. Si febris non à cholera habeatur, aqua calida multa capiti infuſa ſoluuio ſit febris. Et deinde cum frictione alicuius olei prædictorum. Et deinde cum cibis frigidis, & humidis dictis, & potu vini bene lymphati, quæ communia ſunt ei ex quacumque cauſa prouenienti, & ſi quandoque coryza accidat, & catarrhus, deinde iuleb cum aqua tragacanthi tribuas. Poſtea balneabis in aqua dulci eucrata, quæ inſpiſſat materiam. Et deinde tragacanthum in ore teneat, & ſi expedit, quia ſit acutus, diapapauer, & quæ eius ebrietatem corrigunt, & quæ dicentur infra.

De febre ephemera, quæ fit ex dolore. Cap. 11.

Cauſa. DOlor quandoq; ephemeram febrem accẽdit. Cum enim fit diſpoſitio, quæ ſenſibilibus membris innaſcitur, ſecundum quam contriſtatur animal ſecũdum Galen. ſpiritus ſenſibilis in eis exiſtens contriſtationem percipiens ſubito ad principium virtutis animalis ex harmonia naturæ retrahitur, vt referat illam ipſi, & tũc natura ſolicita circa regimen corporis ſe munit, & præparat ad loca dolentia defendenda: trahitque ad ſe ex aliis partibus corporis ſpiritum, carnem, & ſanguinem, ceu propria inſtrumenta; vt tranſmittat ad illa, dicente Hippo. in apho. Duorum dolorum, qui ſimul fiunt non ſecundum eumdem locum, vehementior denigrat alterum. Si ergo ex locis, in quibus eſt neceſſarius concurſus, & ipſorum potentia valde retrahit, vt ſubueniant apparenti neceſſitati maiori; * quanto magis retrahit ex illis, in quibus neceſſitas nulla concurſus exiſtit, quatenus ſuccurrat nouo dolori ſymptomatis, quæ tacta impetu quodam tranſmittit, & ſubito, vt ſuperius dictũ eſt, ad defendendum illam. Ex quo neceſſarium eſt illam inflammari, & durante dolore in loco illo ferueſcere, & maxime ſi acutus exiſtit. Et exinde ad naturæ principium iterum redire, & alia corporis ſubiecta extendi, & lædentem, & contriſtantem, & ſuperaccendere febrẽ, & cum ſuperfluit corpus in contrariam diſpoſitionem infrigidationis, ex ipſius caloris reſolutione reducere. Signa eius ſunt, quæ præſentem febrem demonſtrant, atque dolorem. Et ſunt tactus corporis calidi præter naturam, & ſenſus doloris acuti apud infirmum, in aliquo membro ſenſibili ſui corporis valde; vt in lacertis, ſtomacho, villis, iuncturis, & capite proprie; & partibus eius, vt oculis, & dentibus, & auribus cum calore augmentato in eo protrahente dolorem. vnde Abuh. Dolor capitis febrem declinatã facit redire ad augmentum; quę ambo abſque infirmi relatione medico poſſunt eſſe nota, ex frequentia anhelitus, iuncta modo cum paruitate, & raritate, modo vero cum velocitate, & magnitudine. Vnde Hipp. in prognoſticis dicit, Spiritus, ſi quidem frequens ſit, dolorem, & ſucceſſionem ſignificat, ſuper his, quæ ſunt ſupra diaphragma; quæ ſimilis pulſus etiam indicat. In talibus diſpoſitionibus cum ſpiritu pulſus concurrit, & eſt cum duritie, & ſerrinus; quoniam acutus dolor proprie in neruoſis exiſtit. Et vigiliæ, ſitis, & exeuntia colorata, quamdiu ad reſolutionem caloris, & ſpiritus non perducat.

1. aphor. 48.

Et cura eius eſt duæ res. Prima eſt doloris ſedatio, quæ ſupra in ſoda, pleureſi, ſtomacho, & colica, & iuncturis eſt dicta. Secunda eſt alteratio febrilis dyſcraſiæ. Completur autem cum his, quæ in cura ephemeræ ex labore ſunt dicta. Et cum vini prohibitione omnimoda, & proprie ſi ex dolore capitis ſit cauſata. Vnde Hippo. cum vero capitis dolorem timeas, aut mentis percuſſionem, ab vſu vini ſummopere eſt cauendum; diſſoluendo enim humores, ebullitionem præſtãdo eis, & impetum, vel effundendo, commouendo, dolorem auget ſimul, & febrem (niſi dolor ipſe a crapula ſit cauſatus.) Vnde Hippo. in lib. de crapula, talem poſuiſſe aphor. inuenies. Quem heſterna laborem infert thorexis, i. vini potatio, diluculo craſtina rebibitio reſoluit, nec mirum, cum ex crapula multiplicatos vini vapores, qui magis quam ceterorum membrorum capitis doloris ſunt cauſa, vel alterius conſimilis eius ſymptomatis nocte intermedia prædigeſtos in ſomno, calor naturalis vini moderata rebibitione diluculo conſortatus diſſoluat, & perforando membra extra corpus ſtatim excernat, ſoluit dolorem; concedendum eſt enim talibus vinum hoc modo, niſi febris obſiſtat, vel aliud accidens contradicat, quod non contingit in ephemera ex ſeipſa, cum eius calor magnus non ſit, nec attrahens ſymptomata, vt eſt dictum. Calor quoque vini ſit debilis, & remiſſus reſpectu eius, quod eſt temperatum, quod Gal. oſtendit cum inquit, Vinum cognoſces vtique alibi dantem me, his vniuerſis, ſ. ephemeram patientibus, quod aquoſum viſu, & virtute; melius enim eſt aqua * hic vinum, per omnia digeſtioni coadiuuans, vrinam, & ſudorem prouocans, & vniuerſas excreationes. Vinum enim temperatum totum corpus calefacit, membra perforat, humores contemperat, calorem naturalem excitat, & vt digeſta materia, & apertis vijs vniuerſas excreationes vtiliter moueat, ſicut ipſe in commento apho. oſtendit.

3. prog. 37.

Nota.

De

De febre ephemera, quæ fit ex vigilijs. Cap. 12.

Causa. VIgiliæ nimiæ febrem accendunt ephemerā in ſpiritu animali generaliter. quemadmodum, & nimius motus. cui valde ſunt ſimiles aliter tamen, & aliter. Exiccando enim cōplexionem cerebri, & ipſum animalem ſpiritum circa actionem ſenſus, & motus, commouendo, & agitando efficiunt, vt in ea calor prius, & facile igniat, de cerebro ipſo ad corpus tranſiens, & mēbra alia contriſtans, quoniam febrem accendit. In motu vero calor eſt incipiens ex lacertis, & iuncturis, & de eis tranſit ad totum corpus.

Signa eius ſunt ſigna rememoratiua vigiliarum antecedentium, ſicut eſt palpebrarum grauitas, vt difficulter aperiantur, & inflatio earum, & faciei, & cibi indigeſtio multiplicans vapores, & citrinitas, & profundatio oculorum propter ſiccitatem, & reſolutionem. Et pulſus ſpaſmoſus, durus, & tenſus, ſicut chorda corrigiarum tenſa, vel contracta, & debilis propter eandem cauſam. Et vrina ſubtilis proinde, & alba, niſi propter febrem inflammantem. Vrinæ enim vigilantium, vt plurimum ſunt albæ. Et demonſtratiua etiam ſigna, vt caliditas præter naturam in corpore vniuerſo, cum ſiti, & priuatione, ſeu impotentia dormiendi. Inquit Galen. Siquis certa ora dormire conſueuerit, & ea hora tranſierit ſuper vigilias, cum deinceps velit dormire, nō poteſt; quoniam vaporem, qui cauſa eſt ſomni, vigiliæ præcedētes reſoluerunt omnino.

Et cura eius eſt generalis, & ſpecialis. Generalis eſt cura ephemeræ ex labore, & nimio motu. Specialis autem eſt duæ res. Ablatio cauſæ, & prouocatio ſomni. Completur autem cum his, quæ exterius, & interius approximandæ ſupra in cura phreneſis, doloris ſtomachi, & iuncturarum ſunt dicta. Ex quibus eſt balneum, & poſt ipſum vinum lymphatum, & multum; quia magis inebriat, & humectat, & dormire facit. Et cibus frigidus, & humidus, non expectata perfecta declinatione conceſſus. Secunda eſt alteratio febrilis dyſcraſiæ, cum his, quæ ſupra in nimio motu ſunt dicta, & principaliter ſupra cerebrum applicata.

De febre ephemera, quæ fit ex quiete. Cap. 13.

Cauſa. SOmnus, & quies febrem ephemeram debent accendere e contrario motui, & vigilijs, cum ſint illis contrarij, & inter ſe ſimiles, dicente Abu. Somnus quieti vehementer ſimilis exiſtit. Vigilia vero motui. Sed cū per ſe tantū non accendat, quinimo diſpoſitio corporis operetur, quaſi in accendendo ipſam conueniunt. Et licet quies de ſe ſit infrigidans, & humectans per accidēs erit inflāmans, & febrem accendens, ſimilis cum ſomno. Et ſi perdurauerit tempus eius, calefaciet corpus caliditate extranea: quoniam diſſoluit humores per corpus, & in calidos vapores cōuertit, maxime ſi cholerici ſint humores; nec reſoluuntur, maxime ſi quies ſuccedat, quia retinentur, & retenti inflammant per ſpiritum naturalem, & alios; & ex eis tranſit inflammatio ſubiecta corpori reliqua, & lædendo, & contriſtando febrem accendit.

Signa eius ſunt ſigna rememoratiua ſomni præcedentis, & demonſtratiua ipſius, & febris præſentis; qualia habentur ex relatione infirmi, & inuentione caliditatis præter naturam in corpore, & præter hanc ex diſpoſitione oculorum, vt ſuccluſione palpebrarum; & lippitudine, & habitudine corporis humida, & pinguoſa plurimum, & turgiditate membrorum, & pigritia animæ, & corporis, & decoloratione, & frequenter ex denutricatione ac macreſcentia corporis, Inquit enim Hippoc. Derelinquentes exercitium hecticam frequenter incurrunt. Et pulſus repletio vaporoſa, & mobilis, & vrina ſpiſſa cum ſedimine multo, & crudo.

Et cura eius eſt duæ res. Ablatio cauſæ, & alteratio febrilis dyſcraſiæ. Prima contrariatur primæ, quæ in cura febr. vigiliarum eſt dicta. Et cum contrarijs habet E compleri. Secunda eſt ſimilis ſecundæ, quæ in cura illius eſt opportuna. Differunt tamen in gradu, quia debet minus ad frigiditatem, & humiditatem accedere. Et balneum magis reſolutiuum, & minus humectatiuum eſt conueniens. Exercitium temperatum, & diminutio cibi, & ſubtractio vini.

De febre ephemera, qnæ fit ex fame. Cap. 14.

FAmes ephemeram febrem quandoq; accendit, Quo Cauſa. niam vt Gal. ait, Fames corpora exiccat per accidēs. In tolerantia. n. eius, calori naturali, ſubtracto pabulo alimenti calor ipſe in humores corporis, agit, couſq; depaſcit, & conſumit, & ſic corpus exiccat, & agendo intendi tur, nec obtunditur, ſed inflammatur in naturali ſpiritu primo, deinde in alijs, & ex eis ad reliqua corporis ſubiecta pertranſit, & lædendo, & conſtringendo febrem accendit. Similique modo, & ſitis ſuper accendit illam. In tolerantia enim eius, potu, & frigida irrōratione priuatæ particulæ areſcunt, in quas agens naturalis calor incenditur. Nec obtunditur cum deficiat humidum. Sed potius inflammatur in ſpiritu naturali primo, deinde in alijs. Et de eis ad alias corporis partes tranſit, & lædendo, & contriſtando febrem accendit.

Signa eius ſunt eſuries, & ſitis præſens, vel earum reliquiæ remanentes, defectio corporis, pulſus debilis ad duritiem tendens cum frequentia, priuatio ſomni. Vrina xantha, & pauca, & ſimiliter egeſtio adusta, & ſcybaloſa, cum caliditate præter naturam acuta in corpore vniuerſo extenſa.

Et cura eius eſt cum his, quæ humectare habent ex cibis, & potibus, quæ ex præmiſſis ſunt nota, declinatione non expectata perfecta, paulatim exhibita, & gradatim multiplicata, a multis enim ſubito extinguitur. Vnde Abu. nihil deterius eſt fame in tempore ſterilitatis, quam præceſſit facietas in tempore fertilitatis. Sed illud vertere eſt per peius. Eſt enim eorum natura ſecundum Gal. ſicut lucerna extinctioni parata, quæ cum oleo non redūdat, quodam ſui pabulo recreatur, cum vero modum exceſſerit, neceſſe eſt eam extingui. Et cum his, quæ habent humectare ſufficienter, & parū infrigidare, ex medicinis interius, & exterius miniſtratis: quales ſunt iuleb viol. ro. aquæ hordei, & ſyrupus de cucurbita, & ſimilia. Balnea dulcium aquarum tepidarum, vel non veri frigoris, & oleum viol. frequenter inunctum, & roſa. ſi inuenientur, quòd ſi non ſimplex, & dulce abluatur cum frigida, & inungatur. De ephemera ex cibo, & potu, cap. de epheme. ex calore iam ſuperius dictum eſt.

De febre ephemera, quæ fit ex inanitione. Cap. 15.

EVacuatio quandoq; febrem accendit ephemeram. Cauſa. Si .n. fiat cum pharmaco duplicitet febrem facit, per ſe naturalem caloré, et ſpiritus primo inflammando: omne enim pharmacum calidum, & ſiccum eſt ſecundum ſe, vt Galen. ait. Et per accidens, commouendo, & 1. aph. 24. diſſoluendo humores, & in hoc vim inferendo, & ſoluendo ſuperflue; nec minus incirando, vt frequenter ſurgant ad ſellam, ex quibus fumi calidi diſſoluuntur, proprie ſi calidi ſint humores, & multi, in cholericis corporibus præſubiectis, & denſæ cutis, ex quibus non euaporant, ſed retinentur, & calorem, & ſpiritum inflammant prius. Ex quibus deinceps inflammatio penetrat ad reliqua corporis ſubiecta, & lædendo, & contriſtando, febrem accēdunt ephemeram. Si vero cum phlebotomia, per accidens illam accendit dupliciter, vel commouendo humores, & proprie ſi calidi ſint, & multi, vt prædictum eſt. Phlebotomia vero pauca, vel multa, euacuatione multa, & eradicatiua ſanguinis, qui frænum eſt choleræ ante ipſius digeſtionem, eam reddēdo effrenem, quia ebullit, & febrem accendit in ſpiritib. & corpore toto ephemeram, ſi non corrumpatur; vel putridam, ſi ipſa, vel alius humor aptus ebulliendo putreſcat. Vnde Abu. phlebotomia multoties reſoluit febres, & multoties commouet ipſas. Gal. quoque. Infelices ex cholera non ſunt phlebo-

phlebotomãdi; Caue n. ne eos ad humorũ ebullitionem perducas. Si vero cum abis lenitius compressiuis, vel phlebotomiæ proportionalibus, raro, & non nisi per accidens, altero prædictorum modorum febrem accendet.

Signa eius sunt reliquiæ præcedentis purgationis, & sitis vehemens, & caliditas corporis vniuersi acuta, vel phlebotomia præcedens cum amaritudine oris: præcedente fastidio, & cordis morsu, & figura cholericæ complexionis, & pulsus debilis, & frequens, & vrina cincta, & xantha, quæ choleram dominantem ostendit.

Et cura eius, quæ est ex pharmacia est tres res. Ablatio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, & correctio accidentium, quæ in solutione eueniunt, vel sequuntur. Primam rem complent quæcumque infrigidant, & humectant, & humores commotos quietant, vt est somnus, & quies. Inquit enim Hippoc. in apho. Cum vero elleborum dare volueris somnum fac, & noli mouere.* Sint autem ante ipsum pontica exhibita, & inspissantia cum frigiditate, vel proprietate, vt est coriandrum; hæc enim humores commotos ex medicina reddunt quietos, & retinent, fumos reddunt obtusos, & malam qualitatem impressam a pharmaco alterant simul, & febrem, ac dissolutos educunt, & medicinam cum superfluit in soluendo, sua refrænant audacia, & sistunt solutionem: qualia sunt, quæ supra in consolatione medicinarum, cum accidentibus, quæ faciunt regimina resolutione medicinæ obuiare docuimus sunt dicta.

Secundam vero rem complent, quæcumque ex cibis, & potibus, & medicinis interius, & exterius ministrandis confortant, & infrigidant, & humectant stypticando, vel leniendo; prout exigit dispositio, quæ ex dictis, & dicendis sunt nota. Sint autem cibi magnæ qualitatis, substantiæ euchymæ, sed paucæ quantitatis, quam digerere possit. Eius vero, quæ accidit ex phlebotomia minoratiua commouente humores calidos, & multos, vt sunt sanguinei, cura est, cum secundatione phlebotomiæ, eradicatione, vt euacuatur, quod de humoribus est commotum. Inquit enim Abuh. phlebotomia quidem multoties resoluit feb. Et si effrænitatione, & ebullitione choleræ accidat, propter multam euacuationẽ sanguinis ex phlebotomia in principio, quia sit eradicatiua, cura est, quæ choleram commotam ebullientem sistunt, infrigidant, & obtundunt: vt frigida, & styptica, sicut granata muza, & acria, maciana, & rob de ribes, & de acresta, de myrto, & de pyris, & de cytonijs, cũ aqua frigida. Et deinde, quæ leniendo educunt, vt frigida lenitiua, & aqua hordei, prunorum, & fructuum, siracost, tereniabin, casia fist. & similia. Et lambificando mucilago psyllij proprie. Deinde cum his, quæ ex cibis, & potibus ex medicinis exterius cum moderamine ministrandis infrigidant, & cum styptication confortant, quæ superius nota sunt. Tertiam rem complent quæcumq; in consolatione medicinarum docuimus serioſe.

De febre ephemera, quæ fit ex repletione. Cap. 16.

REpletio si ex multis (licet temperatis) sit cibarijs, & potibus crapulantibus ex vinis, (licet non vinosis, & antiquis, ac mellicratibus conditis; & pluribus adeo, vt ad satietatem nauseatiuam perducat, et indigestionem ipsorum, & corruptionem, quæ accendit, vapores omnes multiplicat, & fumosos inficientes spiritum, & calorem inflammantes in hepate. Qui perueniens ad alios, & de eis ad alia corporis subiecta peruenit lædendo, & contristando febres accendit, non veram ephemeram, maxime in corporibus subiectis, & densæ cutis, quæ non se fouent, nec sibi subueniunt cum opportunis remedijs. immo supra repletionem exponuntur laboriosis gymnasijs sub solis æstu, balneant se, & alia illicita celebrant indistincte, nutriens supra nutriens, quod nõdum digestum est, immittendo, & ex eo indigestio generatur, & corrumpuntur, & ventositas, & quæ non resoluuntur, sed retinentur, ex quibus febris accenditur, ebrietas generetur, & in visceribus calor, grauedo, & mordicatio apparet, oxyregmia in prædictis corporibus ex seipsis raro, & non nisi per indigestionis modum ex malitia regiminis fiet; & cum fit numquam, vel raro, febrem accendit: & cum accendit debilis est, & parua.

Signa eius sunt, signa rememoratiua præcedentis repletionis, & ipsius demonstratiua præsentis febris. Qualia sunt stomachi grauedo, cordis morsus, satietas, & nauseatio remanens, eructatio fumosa: quam ante feb. aduentũ eructatio acetosa præcessit, vt superius dictum est. Et proprie cum mouentur ad exitum per superius. Vnde vomitus sequitur emittens vapores fumosos, ardentes oculos, & nares infirmi, & aliorum astantium. Et cũ iuuantur diarrhæa, quæ fm Gal. sola est indigestionis remedium, emittunt indigesta, & corrupta, fumantia, & accẽditur grauedo, & dolor pungitiuus in visceribus, & ardor, & punctio in pudico, inflammatio faciei, & oculorum, atque rubedo terrens, sicut in irascentib. cum anxietate spiritus. Pulsus tremens, frequens, tremulus, cum caliditate in corpore toto extensa mordaci. Et vrina turbida indigesta, quã præcessit subtilis, & alba valde multa, & subito emissa; quæ repletionem, & crapulam significat. Et* accendit ei periodi ex innouatione fumorum, quamdiu euacuetur repletio tota; Emendetur indigestio, & rectificetur corruptio, atque crapula. Et plurimum illud est vsque ad tres dies. Licet quandoq; extendatur vsque ad septimum, vel quartum diem periodizãs. quare additur, & minuitur quaque die pauco sudore, propter cutis densitatem. Et tamen est ephemera non vera. Ephemera enim vera febris est diei, quæ nomen accepit (vt retulit Isaac) à pisce quodam, cuius vita diei vnius existit, & hoc quia non habet in corpore causam conseruantem, quemadmodum habet non vera, sed ipsius essentia in qualitate caloris, & in ipsius intentione sola consistit, ex quo ad summum suæ inflãmationis peruenit paulatim, deinceps deficiet, & dimittet subiectum proprium cum vapore sudorali, & corpus in infebricitationem, seu infrigidationem deueniet, quemadmodum lapis, & vel lignum, cum calefactum est, tamdiu remanet, quãdiu per se infrigidatur, & paulatim, quòd ad tardius est infra diem in ephemera, cuius calor est accensus in spiritibus primum ab extrinseca causa, quæ est facilis. sicut alterabilis, & leptomeris substantiæ existens, facile, & cito calorem suscipiunt, & facile perdunt, nisi aliud sit impediens, vt causa interior, sicut in non vera, * vt error medicorum venerantium diem tertiam in omni.

Pulsus, & vrina crapulantium. accenditur.

Febris ephemera a pisce nomen accepit.

* cau.

Cura eius est tres res. Ablatio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, & correctio accidentium. Prima est repletionis sanatio, indigestionis emendatio, & corruptionis rectificatio. Completur autem prima fame, & euacuatione, vt in suis Hippo. retulit aphor. Quæ autem est per se veniens, aut non quia materia sit detenta, aut virtute deficiente, natura fit restricta. Alterum. n. horum necessarium est inesse. Primo quidem modo euacuatio superfluens, siue spontanea, siue symptomatica, siue superius per vomitum, siue inferius per secessum. Aut est vtilis, quia indigesta, & corrupta tantum mutatur, donec perfecte euacuentur replentia indigesta, & corrupta, & interim abstineat, si toleret: si non, ciba illum cum his, quæ facile digeruntur, & parum eorum multum nutrit absq; stypticatione, declinante quolibet paroxysmo. In declinatione vero vltimi paroxysmi præbalneabis, vt resoluãtur fumosa, quæ ad venas, & membra transierunt, & cibabis vlterius cum prædictis stypticitatem habentibus quæ stomachum roborent. Cui quoq; ministrabis confortantia interius, & exterius secundum communem modum, prout supra in cura debilitatis eius est dictum, & sic facies eum dormire. Si vero sit efficiens, iuuetur donec compleatur cum vomitiuis, vel secessiuis, & suppositorijs, & clysteribus notis, prout euacuationes regioni conueniunt præinceptæ. Et abstineat quãtum possibile est, cum non fiat, vt est prædictum. Si vero superflua, quia non solum indigesta, & corrupta, sed etiam vtilia emittantur, vt molestè feratur, nec conferat, sed deferat, retineatur cum his, quæ dicta sunt supra

* 2. apho. 22.

in cura

in cura fluxu lienterici lubricatiui, & diarrhici, vel alterius, quam vtilia emissa specificant, & ostendunt, & confortetur cum cibis prædictis stypticis. Et siquidem abscindatur, vel deficiat appetitus, quod est plurimum, vel necessarium, tum quia stomachus est principaliter passus, tũ influxit, & recipit plurimum stomachus superfluitates, quæ euacuantur, vt dixit Galen. Stomachus continuatur omnibus membris, mediante hepate, recipit superfluitates omnium membrorum mediante ipso, & etiam, quia virtus ex fluxu cœpit deficere absolute, quare confortetur, & erigatur cum his, quæ supra in destructione appetitus sunt dicta, & proprie cum cytonijs, & succo eorum, & his, quæ ex his conficiuntur, & cum emplastris ex his, quæ confortant frigidum, & absq; caliditate multa aperiunt oppilationes inter ipsum hepar, & cerebrum si quæ sunt, quæ ibi sunt supra notata. Secundo vero modo, quia non fit superfluus per se veniẽs, sed restricta natura, tunc proculdubio necesse habes resoluere eam, & educere, quod si adhuc cibus, & potus est in stomacho indigestus, & corruptus, prouocabis vomitum, donec perfecte euacuetur, si possibile est. Deinde confortabis, balneabis, & cibabis, vt superius dictum est, quod si non sit possibilis vomitus, vel sit difficilis valde, administrentur per os, quæ ipsum inferius faciunt lubricare ex mucilaginosis, lenientibus, & lubricantibus, & labificantibus notis. post quæ sequantur abstergentia ex aqua hordei, vel passularum, cum melle, vel zuccharo rubeo propter febrem. Et inmittantur clysteria, & collyria naturam compellentia, vt illam transmittat inferius, & si proprie fuerit corruptus, quod ex fumosa eructatione cognoscitur. Quòd si non corruptus fuerit, sed tantum indigestus, administrabis tunc interius, & exterius supra stomachum, quæ digestionem eius confortant, & complent absque stypticitate, & caliditate multa, quæ supra in cura debilitatis digestionis sunt dicta, & in iungas abstinentiam, donec digestio sit completa, & superfluum consumatur. Deinde balneabis, & cibabis, vt dictum est. Si autem non sit in stomacho, sed subito descendit in ventrem, oportet vt solutione ventris educas, aut cum his, quæ ministrantur inferius ex collyrijs, & clysteribus, aut cum his, quæ sumuntur, & deponunt aut digerant, quòd equidẽ facere scies, si ventris regionem ad quã subijt bene cognosces, & dispositiones eius, super quam significare, & distinguere docuit Gal. per eructationẽ, mordificationẽ, & grauedinem circa regionem ventris perceptam.

8. fen. tr. 2. cap. vlt.

Ar. med. cap. 79.

Si enim circa regionem stomachi leuitas, & grauedo, & mordicatio in sublimi parte ventris, iuxta stomachi fundum, & supra vmbilicum percipiantur, adhuc eructatio aliqua habens odorem, & saporem cibi, & potus scies cibum in intestina subtilia descendisse, & tunc si sit indigestus vel corruptus, ex qualitate eructationis percipies. nam si acida sit, illum indigestum esse cognosces, & tunc fouebis hypochondria, & vniuersum ventrem, & ministrabis, quæ digerunt magis, & abstergunt, vt est pipereon simplex, vel diatrion pip. vel aliud leuius, propter febrem; postquam aqua hordei detur. Si vero fumosa, & fœtida, vt oua corrupta, scies illum esse corruptum, & tunc, quæ deponunt ipsum, & lubricando, & abstergendo subducunt, superius ministrabis; qualia sunt, quæ hic supra sunt dicta. Quod si sub vmbilico grauedo, & mordicatio sentiatur, & fortis rugitus, & eructatio nulla, vel quæ non afferat cibi, vel potus ardorem, neq; saporem, cognoscescibum ad colon, & crassa intestina subijsse, & tunc cooperari oportet, vel per collyria, vel per clysteres mites, vt expellatur. Secundam rem complent quæcumquæ ex cibis, & potibus, & medicinis interius sumptis, & exterius applicatis, & supra principalia, & supra cor magis infrigidant, & humectant, quæ ex dictis in alijs nota sunt supra. Tertiam rem complent quæcumque accidentia interuenientia sedant, & siquidem extitetit mordicatio, grauedo, & ventositas modica, ex melle ros. aqua hordei, decoctione anisi, olei simplicis compositum clysterem impone. Si vero mordicatio fortior in eo fuerit, in eo liquefacies adipes anseris, galli, vel capræ. Non inuentis autem his, cæpe parum immitte, & olei ros. sint autem lota. Si vero ventositas fuerit vehementior, loco ros. rutaceum, vel nardinum ministrabis, & semina destruentia ventositatem, vt apij, & fœniculi. Si vero ebrietas, curetur propria cura. Si vero defectus stomachi, & oris eius deficiat appetitus, mastichem in nardino terentes, vt glutinosum fiat, & deinde in eo positam spongiam infundentes applicabimus ori ventris. hæc autem stypticitatem habet, & concauitates, in quibus virtus medicaminis conseruatur. Sit autem oleum sufficienter calefactum secundum primam immissionẽ, exoluunt enim omnia tepida robur ventris, sitque in vase duplici calefactum, secundum primã immissionem, cuius alterum plenum sit aqua feruenti, sicut consuetudo extitit Gal. Corrumpitur. n. virtus eius aliter calefacti. Quod si febs. caliditas ardens appareat, melius est ob hoc ceratum, quod per violarum, & per cytoniorum oleum fit ex cæra, sit autem tepidum, & non frigidum actu, oxyregmiæ vero, eructationi fumosæ, vt prædictum est, instabis, & cum rectificabitur, bonum, & signum salutis.

Nota.

De febre ephemera, quæ fit ex oppilatione. Cap. 17.

Causa.

OPpilatio faciens febres, quædam præbet causam materialem, vt est oppilatio viscerum, hepatis, & cystis fellis, & splenis, & proprie aggregat superfluitatem humorificans inflammationem, & putrefactionem parans. Quædam præbet causam efficientem, vt est oppilatio pororum capitum paruarum venarum, & arteriarum, & earum meatuum contiguatorum simul: prohibent enim transpirationem. calor enim naturalis, spiritus, & humores inflammantur, & a natura, proinde quasi derelicti quandoque putrescunt, cum immediata causa putredinis sit prohibita transpiratio, vt Galenit, & sic diuersorum generum febrium erit causa: est enim secundum eum multiplex, quia aut in poris cutis tãtum ex se, propter cutis terreitatem naturalem, vel ex causa exteriori dentante ipsas, vt propter frigiditatem aeris, vel aquæ, vel propter caliditatem solis, vel ignis adurentis, vel propter stypticitatem aquæ, vel medicinæ stypticæ in corpore toto inunctæ, & tunc facit species ephemeræ, de quibus subsequenter dicetur. Aut ex causa interius sumpta ex multis cibis calidis, & superfluis, multiplicantibus vapores crassos, & fumosos, oppilantes poros ipsos, & tunc facit ephemeram ex repletione nauseatiua superius dictam, aut in capitibus dictarum venarum, & arteriarum, & earum ductibus, & est ex causa interiori humorali, quæ autem est fortis in illis tantum existens, & multa, vt ad poros cutis extendatur, & tunc facit putridam, maxime in corporibus sanguineis, calidis, & humidis, quæ multa indigent transpiratione, propter multas superfluitates, in quibus abundant a caliditate facile putrefcibili. vnde eorum corpora fœtent, sicut hirci. Aut est mediocris, & sic facit synocham inflammatiuam, eo quòd sanguis non perfecte * transpiratur. quare inflammatur, no corrumpitur, quia cum non sit magna aliqua, licet insufficientem transpirationẽ accipiat, vt cum adhuc fiet cum natura, aut est debilis, & modica, vt in capitibus illarum tantum, existens, & tunc facit ephemeram ex oppilatione, cui nunc insistimus, eo quod retinẽtur fumositates, & vapores, & calor naturalis, & omnes spiritus inflãmantur; quia non sufficiẽter transpirantur, licet magis, quã synocha dicta, & proinde minus caloris accendit, quã illa, & minus durat, eo quòd causa oppilationis in eo est minor, & in leptomera substantia spiritus, proinde inflammatio est minor. Et est in substantia spiritus, quæ est facile alterabilis, accensa. Et istud est vsque ad tertium vt plurimum, & quandoque extenditur vsque ad quartum, & breuiatur in eo quod est infra tertium, secundum varietatem oppilationis prædictam. Et secundum vnamquamque dierum extenditur, & remittitur per modum

periodi,

periodi, propter innouationem fumorũ oppilatione durante. quapropter accenditur cum rigore præcedente in ſtomacho putridę,& cum remittitur quieſcit inuocatione ſudoris propter oppilationem detinentem. Ceſſante vero oppilatione declinat ex toto cum abundanti ſudore. Et quia generatus ſit ex calidis ceſſat, ita vt ad infrigidationem deueniat corpus. Et cum perſeuerat eius inflãmatio in ſpiritu,feb. manet,& ephemera;ſed cum inflammatur in ſanguine propter aptitudinem ſui, vel auctam oppilationem, vel mixtionem cum cholera,tranſit in ſpeciem ſynochæ inflammatiuæ; & eſt illa, quam diximus mediam inter ephemeram, & putridam, eo quod vtriuſque naturam ſapit; eo etiam, quia ephemera tranſit in putridam mediante ipſa: ſi enim aucta oppilatione ephemeræ inflammatur ſanguis, & ſi ephemera tranſit in ſynocham dictam exaucta magis oppilatione, vt ſanguis inflammatus nullatenus tranſpiretur; vel ſi non adeo, de quo ſit curandum, neceſſe eſt ipſum ſanguinem putrefieri, & febrem accendere putridam: & ſi ephemera tranſit in putridam, ſynocha mediante. quapropter ſit difficilis cognitionis, ſecundum Gal. hæc febris.

De ſignis oppilatis. Signa ſunt ſigna eius cauſæ: ſcilicet oppilationis, & febris. Signa oppilationis, non ſunt ſigna oppilationis viſcerum, quæ in prima ſectione ſunt dicta; ſed oppilationis habitus corporis vniuerſi, ſecundũ quem diffuſa ſunt capita, & orificia venarum, & arteriarum dictarum, quę ſigna plethoriæ eſſe noſcuntur vniuerſalis in toto, vel cacochymiæ humorum ſua viſcoſitate, vel craſſitie habentium oppilare, quę ſunt nota. Inquit Galen. Nequaquam igitur mirabile eſt cum plethoras ſequuntur febres. etenim oppilationes multæ, & difficile eſt tranſpirabile totum corpus ſecundum tales diſpoſitiones, quemadmodum, & alteram multitudinem, quæ eſt ſecundum virtutem imbecillem, in corruptionem cito deueniunt humores non vltra poſſeſſi; & priuatio ſudoris, & ſordicici veſtigium, & quod ex oppilatione,& nõ alia cauſa ephemerarum ſit febris ipſa, ſicq; diſtinguitur ab alijs ſpecie-- bus ephemeræ. ſigna ſunt, quia non ab exteriori cauſa fit feb. vt vera fuerit, quia ſit periodicãs,& remittitur quaq; die ſine humectatione ſudoris vaporalis, quod illud non veris alijs non conuenit, quod etiam ipſam diſtinguit a ſynocha, quæ vnus eſt paroxyſmus; his enim coniecturabis feb. ex oppilatione procedere, maxime prædictis concurentibus ſignis, quod eſt, quia illa omnia in alijs non concurrunt ephemeris, nec ſynochis, & diſtinguit a putrida, quia in eo non apparent ſigna putredinis propria, quæ intra dicentur duce Chriſtø, licet aliqua communia videantur: periodicat. n. quaq; cum frigore, caliditas tamen eius non eſt mordax, ſicut in putrida ſic indigeſta, nec in pulſu velocitas ſyſtolis, quę proprie ſunt putridarũ.

De ſignis ſe quentibus. Signa vero febrium fiunt proportionalia ſignis febr. apoſtematum, ex qualitate caloris in vniuerſo extẽſa corpore non mordaci, inflammatione faciei maiori, & rubedine, cum magnitudine, & frequentia pulſus abſq; alijs.

Curatio. Et cura eius eſt tres res. Abſciſſio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium. Abſciſſio cauſæ completur cũ phlebotomia, & purgatione, vt ſi quidem in cauſa oppilationis ſit plethoria, & multitudo, miniſtretur phlebotomia eradicatiua totius ducens ad lipothymiam; hæc enim phlebotomia cauſam abſcindit, & corpus in contrariam diſpoſitionem febrilem adducit, nullo auxilio mediante. Si vero cauſa fuerit cacochymia craſſorum humorum, & viſcoſorum, aut erit cum peccato ſanguinis, aut ſine. ſi cum peccato ſanguinis, phlebotomia præcedat minoratiua, deinde ſequantur pharmaca aperientia, quæ ſubtilient, & rectificent humorum craſſitiem, & viſcoſitatem abſque multa caliditate. quale ſyrupus acetoſus ſimplex cum aqua endiuiæ, & fœniculi, apij, & ſimilium æqualitatem habentium. Et deinde apparente digeſtione pharmaca ſolutiua ipſis appropriata, quæ in noſtro antidotario ſeriosius ſunt monſtrata: aliter autem aperitiua aperiendo venarum ductus, & diſſoluendo humores ſumpta interius tranſeundo ad locũ oppilationis, eorum abundantiam trahent in ipſam, & in eis aggregant, & incuneant, ſic oppilationem augent, non aperiunt. Si vero abſq; ſanguinis peccato miniſtrabis a principio enemata, et vomitus, ipſorum abundantiam minorantes, & deinde prædicta pharmaca interius, quæ ſubtiliant, incidunt, & abſtergunt, & euacuant, & diætam extenuatiuam iniunges. Et deinde ad loca oppilationum deueniens cum approximatis medicinis exterius, quæ rarificent humores oppilantes, ſubtilient, reſoluant. qualia ſunt frictiones temperatæ cum oleis temperatis rarificantibus, & reſoluentibus, & ſudorem prouocãtibus, quæ ſuperius nota ſunt. Et cum alijs medicinis temperatæ caliditatis, & eorum pluribus, qui abſtergant, vt eſt farina cicerum, & fabarũ, vel hordei, & radicum lilij, & amygdalarum amararum, & ſimilium. Et ſi indiget fortiori, ſi non obſtet caliditas feb. & cum eis miſcebis, quæ cum infrigidatione abſtergant; vt ſemina communia puluerizata, & farina hordei, & melonis indi, & ſimilia, & balnea aquarum dulcium eucratarum, quæ aperiunt poros, & humores in orificijs capitum venarum, & arteriarum cõtiguarum poris obſtruentes, & obſtructos in vaporem diſſoluunt, & fumum; eoſque ad ſe attrahunt. & reſoluunt. Inquit enim Gal. Reſolutio eſt, cũ humores corporis fumi facti, per poros dilatati egrediuntur. Et hoc in fine totius ægritudinis, & declinatione vltimi paroxyſmi, cum materia eſt tota digeſta perfecte, ac radicata, quæ ſi perfecte digeſta, & poſt primum paroxyſmum adſit, balneare tunc in declinatione ipſius, non timebis, & poſt ſecundum, quòd ſi affuerint nequaquam balneabis. Accidit enim rigor ex diſſoluta materia, & indigeſta, & ex caliditate cum humiditate præter naturam corpori acquiſita tranſpiratione prohibita putrefiet; & in febrem putredinis conuerteretur.

De febre ephemera, quæ fit a caliditate ignis, vel ſolis. Cap. 18.

Cauſa. Accidit in corporibus laborãtibus circa ignem, vel ſub ſole, vt quaſi areſcat', & induretur cutis eorũ, adeo, vt teſta fiant: ſicut bruta animalia quædam habent, maxime ſi complexionis exiſtant aduſtæ. quare pori eorum attenuantur, & conſtringuntur, vt ſuperfluitates fumoſæ generatæ in eis, maxime ex calidis cibis aſſumptis nõ reſoluantur, ſed retinentur, & non reſoluũtur magis tranſpiratione prohibita, quæ ſpiritus inflammat, & de eis ad ſubiecta alia tranſeunt, & lædentem, & contriſtantem febrem accendunt. *Signa.* Signa eius ſunt, ſigna cõplexionis naturalis, diſpoſitio cutis, aer, & regimen, quæ indicant cauſam eius, & caliditas acuta in toto extenſa corpore, vniuerſas actiones, & paſſiones lædens, ſitis, & anguſtia, & alia, quæ in ephemera ex calore ſolis, & cibis dicta ſunt.

Curatio. Cura eius eſt tres res. Ablatio cauſæ, alterario febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium. Prima completur cum correctione omnis calidi extrinſecus, & intrinſecus propinanda; & cum ſituatione corporis in aere parum calido, & humido magis, cum miniſtratione balnei aquæ dulcis, eucratæ, & multæ; quæ mollificent cutem, & rarificent poros eius, & fumoſas ſuperfluitates reſoluant, & cum frictione ſuccedẽte cum oleis frigidis humidis, vt eſt violatum proprie. Secundam rem complent quæcumque infrigidant, & humectant ex cibis, & potibus, & medicinis; interius, & exterius miniſtratis, quæ ſpiritus alterent, multiplicent, & confortent, & cor infrigident, & humectent ipſum, & totum corpus. Tertiam rem complent, quæ ſitim mitigant ex proprijs frigidis, & aeris inſpiratione, & quæcumque anguſtiam curant, quæ ex dictis ſunt manifeſta.

De febre ephemera, quæ fit a frigore. Cap. 19.

Cauſa. Accidit quoque ſimiliter, vt prædictis, fumoſorum vaporum retentio in corporibus calidis, cum aeri frigido exponuntur, & ſub Dio dormiunt, & maxime hyeme;

hyeme; & balneantur in frigida aqua niuea, vel ſtyptica, vel aluminoſa, vel gypſea, propter conſtipationem pororum accidentem illis ex tranſpiratione prohibita, & inflammatur cum eis calor, & accenditur in ſpiritibus primum, deinde tranſiens ad alia corporis ſubiecta, lædentem, & contriſtantē ſe accendit. Signa ſunt præceſſio cauſę, & catarrhus, & coryza ex expreſſione accidens ſicut illis, qui extaſim ſunt paſſi ex diſſolutione, differentes tamen ſignis, quia calor pallidus, & pulſus durus, paucæ velocitatis, & frequens difficultas anhelitus, & grauedo capitis propter fumos retentos. Vrina tincta, & caliditas in toto corpore extenſa parua. Et cura eius eſt tres res. ablatio cauſæ. alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium in prima immiſſione, & acuta cum retinetur. Primam rem complent, quæ primam rem compleuerūt in prædicta. Oportet tamen, vt ad caliditatem magis accendat, ſicut ibi ad frigiditatem, vel ſtypticam caliditatem: ſintque paulatim non ſubito approximata. quare oportet vt loco olei vio. miniſtretur rinum, vel loco chamæmelini, ſambucinum, & amygd. dulcium, anethinum, & de lilio; per ſe, vel mixta, vel narciſſi, quæ algoratis ſunt propria, & ſtypticitatem cutis, ac duritiem molliunt, & aperiunt poros, vt vapores expirent; & oleū de apio, quod prouocando ſudorem illos educat, & difficultatem anhelitus auferat. Secundam rem complent, quæ ſecundam rem compleuerunt, & ibi prædicta ſunt, aut frigida minus, vel temperata.

Tertiam rem complent quæcumque aſſumpta ex medicinis curant catarrhum frigidum, quę ſuperius ſerioſe, & complete ſunt dicta ca. proprio, & pulmonem diiatāt & anhelitum reddunt facilem. Ex quibus quædam ſunt, ſimplicia, quædam compoſita. Simplicia ſunt, vt arthemiſia, & decoctio eius ſumpta, radix, & ſemen ſeſeleos cum aqua mellis, iris, & oleum eius inunctum, & oleum balſami: hyſſopus ſicca, & decoctio eius cum caricis gargarizata, & bibita in aqua cicerum, ariſt. ro. & naſturtiū, cyminum, galbanum, & ſimilia, quæ quidem ſunt calida valde, miſceantur cum frigidis dilatantibus, qualia ſunt ſpinachia, aqua hordei, & ſimilia. ob quam rem decoquuntur in aqua hordei, vel comminiſtrentur cum aqua ſpinachiarum, & cyminum cum aqua bibitum, ſi non prohibeat tuſſis, apium, & ſęniculum, & ſimilia, quę cauſa breuitatis tacentur. Compoſita ſunt djairis, diacalamenthum, & ſimilia, vt ſyrupus de praſſio, theriaca, & ſimilia, & quæ grauedinem capitis ſedant, & tollunt, quę ſupra in cura ſodæ ſunt ſufficienter monſtrata. ideo non hic amplius repetantur. Idem enim in omni loco repetere alienatio eſt dixit Gal.

De febre ephemera, quæ ſit ex apoſtemate. Cap. 20.

Cauſe. CVm accidunt apoſtemata in membris apparentibus, vt emunctorijs principalium, quæ bubones Hipp. appellauit ex ſuperfluitatibus proprijs, quas principalia ad illa mittere conſueuerunt, & mittunt commota vero ab aliqua procatarctica rum cauſarum, vt eſt cib. plurimus, aut caſus, & percuſſio in aliquo principalium, tales multiplicans ſuperfluitates in eis, quas confortata mittunt poſt modum in emunctoria ipſa aut ſcabies, ſeu vlcus innaſcens eis, ex quibus prouenit dolor in illis contrahens, & prouocans per principalia ad tranſmittendū eis ſuperfluitates, & rheumata, vel in aliquod aliud membrum, ad quod via ſit per emunctoria ipſa tranſire, ſeu eis aſſociata, vt in pedem, manum, vel collum. ita ſuperfluitas tranſmiſſa ad illum paſſum dolens, tranſiens per emunctoria, in eorum ſpongioſitates colligitur, & ſic cōparantur emunctoria illi, quia ſit illa via, vt dixit Abu. Et manens ſecundum locum bubonis, ſeu in emunctorium collecta, & circumſcripta, intranſpirabilis putreſcit, ſecundum primum, vel duos dies continuos tota ſimul, abſq; intermiſſione propter concluſionem, & continuitatis partium eius in illo eodem quoque loco, maxime cum plurimum ſit ſanguinea, ex cuius putrefactione prouenit caliditas. Inquit enim Abuh. Augmentum autem in quantitate plurimum eſt infrigidans, niſi cum ex eo accidit putrefactio; quemadmodum enim putrefactio ex caliditate, ita ex putrefactione prouenit caliditas, quæ ſecundum plurimum de loco bubonis tranſit ſecundum cōtinuitatem intermediorum membrorum ad cor abſq; putredine, ſeu fumo putrido aliquo; propter circūſcriptionem, & incluſionem ipſius, & in loco bubonis, a quo nihil reſpirat: ex quo ſupercalefieri cor eſt neceſſe, & primo ſpiritus exiſtentes in eo cum ſint magis alterabiles, vt ſuperius dictum eſt; & eis deinde tranſeundo ad reliqua corporis ſubiecta lædendo, & contriſtando, febrem accendunt vnius, vel duorum dierū, vt plurimum; ſecundū quod materia poteſt plurimam effuſionem habere. Et deinde paulatim deficit, & ceſſat, vt in febriens remaneat corpus, quę ephemera erit non putrida, licet ex putredine fiat. Eo videlicet, quia ſi putredo caliditatis accenſæ illius ſit cauſa, vnde ephemera non vera dicatur; ipſa tamen non plurimum cum caliditate ad cor nō accedit, ſed caliditatis qualitas ſola abſq; infectione putredinis aliqua, quod ſi tranſiret, non ephemera ſola maneret, ſed etiam heret putrida, vt dicetur, & licet caliditas in ſpiritibus prius ſit ſola acenſa, inquantum ephemera, tamen putredo ſuperueniens caliditatem prælentis, ſi ſola accenſa perturbat, ephemeræ, eiuſq; ſigna confundit, & obtenebrat tanquam leuia, vt nō dignoſcantur bene, ſed ſigna putredinis magis. ob quam cauſam dixit Gal. Ephemeram ſuperueniēte putrida quieſcere, non autem ceſſare. quod quidem contingit, & raro, & cum contingit eſt malum ſignum. Oſtendit enim non ſolum ſuperfluitatis in bubone collectæ putredinem, ſed etiam alterius antecedentis cauſæ exiſtentis in venis, vel viſceribus compurreſcentibus illi, ex qua putrida fuligo ad cor vadens, putridam caliditatem accendit, & febrem. Vnde Hipp. In bubonibus omnes feb. malæ, exceptis ephemeris. Signa ſunt ſigna demonſtratiua ipſorum apoſtematum, & febr. & ſunt ex relatione infirmi, vel aſtantium cognita. Et abſque relatione ipſorum ab experto medico, & famoſo, quod eſt; quia videt dolere infirmum circa regionem emunctorionum, cum impedimento motus manus, vel pedis; & faciem eius inflammatam, & rubeam vltra diſpoſitionem ſanitatis. Et proprie cū fuerint apoſtemata magna, & ſentit caliditatem febrilem in toto corpore extenſam paucæ mordacitatis, quoniam eorum materia plurimum eſt ſanguinea, & raro cholerica faciens eryſipelam. Cui accidunt ſecundum materiam, quæ effunditur ad ipſa, & ſuccedit ei humectatio vaporoſi ſudoris, & abundantis propter repletionem corporis, nō propter materiam in apoſtemate intercluſam. Et pulſus in eis frequens, magnus, velox, & vndoſus, vel mollis, propter repletionem ſanguinis in corpore, & in membro carnoſo. Et vrina clara, & alba propter tranſitum materiæ calidæ ad loca apoſtemata.

4. aphor. 55. Signa.

Et cura eius eſt tres res, ablatio cauſæ, alteratio febrilis dyſcraſiæ, & correctio accidentium. Prima completur cum his, quæ curant apoſtemata, quæ ſupra ſunt dicta, & infra dicentur propria ſectione (Chriſto duce.) Secunda quoniam oportet, vt in principio apponas remedium membris mittentibus principalibus cum phlebotomia ex parte, qua reſpicit membrum mittens, & a membro patiente deriuat. Et deinde cum ſolutione, ſi materia alia ſanguini ſit admixta, ita, quòd per antiperiſtaſim fiat. In proceſſu vero cum iam tota fluxit materia, per eandem, vel propinquam partē. Et ſubtilia regimen, nec cibes niſi declinatione completa; (ſi poterit tamen tolerare) nec vinum des omnino, quòd ſi tolerare nequeat parum in qualitate, & quantitate dabis, vt hordeaceam ptiſanam. Et pones remedium in via, quæ inter principalia exiſtit, & emunctorium, cum ſtypticatibus, & contringentibus ſupra notis. Deinde circa membrorum apoſtematum particulares operationes in apoſtemate neceſſarias exercebis, cum calidis temperatis, & parum ſtypticis in principio, vt cum chamæmelo, & oleo eius, non frigida, nec apocruſtica, cum repellant ad principalia, a quibus oportet trahere magis, quam repelere.

Cura.

lere. Deinde cũ reſolutiuis, ſi reſolutio ſit poſſibilis, quã- A pio nulla expectata digeſtione, vel hora, imo quacunque
lia ſunt emplaſtra ex fenugræco, ſe lini, fiorum chamæ- die, vel hora ingreſſus fuerit ad infirmum. Inquit enim
meli, radicum althęę, irreos, & ſimilib quæ ſupra ſunt di- Abu. cunq; phlebotomia ſit retentio ſanguinis, non ex-
cta in apoſtematum cura, quod ſi nõ ſit poſſibile, matu- pectatur digeſtio, ſed facienda eſt vſque ad defectionem,
retur, incidatur, mundificetur, & conſolidetur deinde. & ſyncopim, ſeu lipothymiam, quæ eſt defectio repara-
Secundam rem complent quæcunq; infrigidant, & bilis. Inquit enim Hippoc. in apho. Et vbi oportet vſq; *1. aph. 23.*
humectant ex medicinis, interius, & exterius approxi- ad defectionem euacuationem oportet ducere. In maxi-
matis non ſupra membrum apoſtematũ, ſed ſupra prin- mo enim dolore, & in acutiſſimo apoſtemate, & in fe-
cipale, quod mittit, & etiam ſupra cor, quæ ipſorum alte- bribus peracutis nulla melior medicina hac eſſe poteſt.
rent ſpiritum, & virtutem eius confortent; quæ ſupra in Gal. ait. Eſt enim maximũ eis auxilium cum ſit eis ſua-
cura cordis ſerioſius ſunt narrata. Tertiam rem cõplẽt, uius, & cum lipothymia corpus ſtatim in contrarium
quæ dolorẽ, ſitim, vigilias, & alia accidentia habent cor- diſpoſitionem adducat. Educendo enim totam ſanguinis
rigere, quæ ex dicendis infra ſectione ſecunda ſunt no- multitudinem, oppilationem, ac febres dependentes
ta, vbi de cura bubonum agemus proprie, (ſi Chriſtus ex ea tollit, & etiam accidẽtia, ſi quæ comitentur, vt an-
annuerit) qui ſit per infinita ſecula benedictus. xietas, ſitis, & vigiliæ, & ſic omnem diſpoſitionem tol-
let præter naturam, & maxime ſi tantum quantum ſu-
perabundat, euacuet. Et aliqua requirendarum intentio
num non contradicat, ſeu intrinſecarum, ſeu extrinſeca-
rum. Et ea dimiſſa in periculum multitudinis putrefa-
ctionis ipſius, vel ſuffocationis perducent infirmum, ni-
ſi virtutis potentia hæmorrhoſagia, vel ſudore copioſo
iuuetur, poſtquam dabis lipothymiæ gratia iuleb. roſ. cũ
frigida, & poſt vnam horam cibabis ptiſanæ ſucco. in
craſtinum vero fricabis, vt aperias, & rarifices poros, de-
inde balneabis, & cibabis vberius.

De ſynocha inflatiua. Cap. 21.

Cauſa. ET quia ſynocha inflammatiua media eſt, per quam B tranſitur de ephemeris ad putridas, & vtriſq; com-
municans in natura, vt eſt dictum, ideo completo ſer-
mone de medicinis ephemerarum, antequam de medi-
cinis putridarum ad ſermonem deueniamus, prius de
medicinis ipſius dicamus, vt melius ſit ſermo de ipſa.
Fit enim ex inflammato ſanguine abſque putredine, in
modo non veræ ephemeræ, propter oppilationem acci-
dentem mediocrem ex multitudine eius in locis prohi-
Signa. bentem eius tranſpirationem, & multiplicantem eius
vapores in corpore. Quapropter accidentia, & ſigna
eius, licet propter cõuenientiam eius cum extremis ſint
dignoſci difficilia, erunt tamen ſigna complexionis ſan-
guineæ, plethoria, cum via delitioſa, ac cutis ſuauis ad
modum corporis balneati, extẽſa in vniuerſum corpus,
vt plurimum protenſa vſq; ad quartum diem, & quando
que vſque ad ſeptimũ periodizans in aliquo, quia vnus
eſt paroxyſmus tota, vt ſuperius dictum eſt, per, quod
ab vtroque extremorum diſtinguitur generum, in quo
procedit augmentando ſemper, vel minuendo, vel ali- C
qualiter inflammando, ſecundum diuerſitatem genera-
torum vaporũ in ſanguine, quia aliquando magis multi-
plicantur, quàm reſoluantur, & caliditas inflãmatur op-
Tres huius feb. ſpecies. pilatione magis aucta, aliquando econuerſo oppilatione
minorata, quam hora, & tunc fit pteraugmaſtica. Et ali-
quando multiplicantur, & euaporantur æqualiter per-
manente oppilatione in prima diſpoſitione, & tunc fit
homogenea. Et neq; in pulſu, neque in vrina ſignum exi-
ſtit putredinis, ſed eſt magis velox, & ſpiſſus. Et vrina
digeſta, rubea, roſea in colore, ſubſtantia ſpiſſa, cum cir-
cumſtantijs ſimilibus ſibi.

Curatio. Et cura eius eſt tres res. Abſciſſio cauſæ, alteratio fe-
bris dyſcraſię, & correctio accidentium, parua de virtu-
te ex ſe conſideratione habita, eo q; non ſe committit, ni-
ſi forti virtuti, quæ vſque ad terminum præſignatum
abſque cibo tolerare ſecure poteſt, niſi complexio natu-
ralis, & potentia corporis, & rara ſtomachi diſpoſitio, &
alia exterius contingentia contradicant. Inquit enim D
Abu. Quædam corpora ſunt, quæ niſi cibentur in prin-
cipio primo, & in deteriori hora eius conſumuntur, &
debilitantur, vel in ſyncopim deueniunt, & moriuntur,
vt cholerica, & ſunt de hominibus quidam, qui ſunt
exuberantis carnis, qui cum abſcinditur eis cibus, debi-
litantur, & extenuantur, quia non tolerant prohibitio-
nem. Et omnis eius calor innatus eſt fortis valde, aut
debilis, vt non poſſit dimittere cibum, niſi enim eſſet
virtus fortis in ea, tanta multitudo ſanguinis, in tranſpi-
ratione prohibita, non poſſet gubernari, & regi, quin in
putredinẽ deueniat. Vltima enim cauſa putredinis hu-
morum perfectiue, & per modum priuationis eſt dere-
lictio a natura, licet prima cauſa putredinis ſit ipſius, &
per modum paſſionis oppilatio prohibens tranſpiratio-
nẽ, qua acquiritur calor, & fumus extraneus in humore,
q cauſa eſt, vt a natura derelinquat, & putrefiat humor.
Primam rem complent phlebotomia facta in princi-

Regimen phlebotomati.

Quod quidem dictum impugnat Auerroes tribus ra-
tionibus talibus, quarum prima eſt talis, quòd eſt, quia
medicus debet ſequi naturã, & natura nullam facit eua-
cuationem ſanguinis ducentem ad ſyncopim, ergo nec
medicus talem facere debet. Secunda eſt, quia cum in
euacuatione oporteat vt ſolum, quod nociuum eſt * per- *educatur.*
pendatur, & naturale non, immo dimittatur, vt ſyncо-
pis non ſequatur euacuationem, niſi quatenus, quod nã-
turale eſt educatur, propterea in euacuatione ad eã nulla
tenus veniendum eſt. Tertia ratio quod eſt, quia in tali
corpore eſt aptus aliquis humor putreſcere, ſi euacuatio
perducat ad ſyncopim, virtus cadens nõ poterit reſiſte-
re, quin corrumpatur humor ille, cum non reguletur, &
eius corruptionem, ſi ſequatur, nõ erit quod emendet.

Syncopis duplex.

Quibus rationibus ſolutio patet ſi diſtinctio præ mit-
tatur ſcilicet, q; duplex eſt ſyncopis, reparabilis, & nõ re-
parabilis. Secundo ſi ſciatur quod caſus virtutis, & ſyn-
copis reparabilis, de qua hic intelliget Gal. accidat, nõ ſo
lum in euacuatione iuuatiui, & eius, quod naturale eſt,
ſed etiam in euacuatione nociui, dummodo ſubito, &
ſimul fiat, ſicut in phlebotomia præſenti. Tertio ſi ſcia-
tur, quod facta reſumptione cum cibo, vel aliquo nutri-
tiuo virtus, quæ cecidit, reſumatur ſtatim, eo ilico poſt
euacuationem dato. Nam cum ſit ſyncopis leuis, quæ
proprie lipothymia i. apparẽs caſus eſt dicta, ex cibo re-
ſumpta virtus, vel reparata poterit regulare humores, ne
in putrefactionem eueniant, & etiam corrigere putrefa-
ctionem, ſi forſan conſequatur.

*Nota. *præſens.*

Secundum rem, ſi neceſſaria ſit, vt puta, quia phlebo-
mia ſit omiſſa, vel quia facta, non totum quod ſuper-
abundat ſanguinem eduxit, vt infrigidet corpus, com-
plet aquæ frigidæ potus vſque ad caloris permutatio-
nem ſcilicet vt fiat pallidus, & tremat. Et illud eſt, vt
detur ex ea vſque ad minam vnam, & eſt pondus lib.
iiij. Inuenit enim in tali corpore * præſubito omne,
conditiones in eius adminiſtratione ſeruandas, & ſan-
guinem inflammatum, & ſubtiliatum a febr. in frigi-
dando inſpiſſat, vt ad principalia non diſcurrat, & fe-
brilem inflammationem ſtatim extinguat; niſi corpus
ſit accidentaliter immutatum, quo caſu ab eius datio-
ne oportet deſiſtere, & alijs vti medicinis, quæ obſtru-
ctiones aperiant, multitudinem euacuent, & febrem
extinguant, quæ ſunt notæ infra. Et quod tantæ vir-
tutis in cura huius febr. exiſtit, quod ſi phlebotomia
celebrari aliquo modo non poſſit, vel propter medici
tardum aduentum, ſeu eius inſcitiam, aut laborantis de-
litiam, ſeu inobedientiam, ſuſpitionem, vel timorem, vel
aſtantium proteruiam, & excitationem, quam medicus

euitare debet, ipſa ſola ſufficiens eſt ad curam, maxime vbi ſigna digeſtionis humorum obruentium, ſi alij ſint a ſanguine videantur. Confortata enim virtus ex temperantia ſubiectorum eius ſcilicet ſpirituum, & humorum, & membrorum radicularum propter frigiditatem aquæ humoribus obſtruentibus prę ſubtilitate obuiat: vt quouſq; benignos iuueniat, ad ſe trahat, inutiles vero, per ventrem, vel ſudorem excernat, & plethoriam ſanguinis per hæmorroſagiam in regionem aptam magis expellat, anxietatem auferat, ſitim extinguat, & prouocet ſomnũ. Ita hæc duæ ipſius ſynochæ ſint maximæ ſanationes, ſcilicet phlebotomia omni tempore, & frigidæ aquæ potatio apparente digeſtione, ſiue ſibi inuicem ſuccedẽtes, ſiue miniſtratæ diſtinctim. Completur quoq; cum alijs medicinis interius, & exterius miniſtratis ſuper ſpiritualia proprie, maxime vbi conditiones phlebotomandi, ac exhibendi frigidam aquam, deſint; vel plures obſiſtentes inueniantur, quæ ex dictis, & dicendis ſunt notæ. Et deinde cum balneis dulcium eucratarum aquarum, quæ aperiant poros, ſubtilient humores craſſos obſtruentes, & eorum viſcoſitatem abſtergant, multoties replentem in vapores conuerſam, & ſudorem euacuant, & reſoluunt. Completur cum cibis, & potibus frigidis, & humidis, quæ alterando dyſcraſiam febr. potentem in ſe virtutem, ſcilicet exolutam ex corporis diſpoſitione, vel aeris exterioris, ſiue extenſione dierum maiori propter magnitudinem oppillationis, aut inſcitiam medicorum confortent. Sintque talia, qualia ſupra hic in cura ephemerarum ſunt dicta. Correctio vero accidentium ex dictis eſt manifeſta.

SVMMA II.

Particulæ primæ ſectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis febrium putridarum.

SEquitur ſumma ſecunda particulæ primæ ſectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis febrium putridarum.

Continet autem capitula octo.

De ordine curationum, ſeu medicationis ipſarum, & medicatione eorum ſecundum modum vniuerſalem. Cap. 1. fol. 121
De med. feb. in ſpeciali, & primo ſimplicium, & inter eas primo ſynocharũ in putredine ſanguinis fientium. Cap. 2. 127
De medicinis feb. pulegmaticarum, & primo de quotid. Cap. 3. 127
De med. feb. choleric. & primo de tertiana. Cap. 4. 130
De medicinis feb. melancholicarum. Cap. 5. 133
De med. feb. peſtilentioſarum, & earum, quę de genere ſunt illarum. Cap. 6. 136
De medic. feb. apoſtematum. Cap. 7. 139
De med. feb. compoſitarum ex eis. Cap. 8. 140

De ordine curationum, ſeu medicationis ipſarum, & medicatione eorum, ſecundum modum vniuerſalem. Cap. 1.

QVoniam contingit ephemeram tranſire in putridam per ſynocham mediam, cum non contingat tranſire de extremo ad extremum, niſi per medium, vt eſt dictum. Ideo poſt curam ephemerarum primam, & ſynochæ mediam, dicendum eſt de cura putridarum in ordine exemplificatorum. Et primo in generali, Secundo in ſpeciali: præcedit. n. generalis ſpecialem artificialiter, & naturaliter; Verum quia febri putredinis accidit, vt ſit morbus in ſe, aut accidens, * & ſimplicem, & compoſitam faciens varietatem; ideoq; in cura præcedunt putridæ illis, quæ ſunt accidens, ſicut ſubſtantia accidens, & ſimplices compoſitas, & elementa elementata. Primo igitur de medicinis putridarum ſimplicium eſt agendum, ſecundo de medicinis compoſitarum, & ſimplicium. primo de medicinis feb. quæ ſunt accidens, & de earum, quæ ſunt per ſe morbus. Primo de medicinis ſynocharum factarum ex putredine ſanguinis, eo quòd de ſynocha inflammatiua media facilius deuenitur. ſ. in putredinem ſanguinis, quàm aliorum humorum. facilius. n. eſt vt caliditas inflammata in ſanguine imprimat putredinem in ſeipſo, quam tranſeat in alium humorem, cum in eodem ſubiecto exiſtat, & magis putredini apto; & propter complexionem eius, & ſubſtantiam quidem, & ſitum. Inquit n. Galen. illa ſolum. i. maxime putreſiunt corpora, quæ calida ſunt, & humida intranſpirabilia, & inflabellabilia in calido, & humido manent. Sic alijs humoribus citius putreſcit, & maxime ſi aquoſitate generata ex fructibus ſit infecta eius ſubſtantia, & crudo humore reddente ipſum intranſpirabilẽ. Et quia inter humores omnes ſuperexcreſcens it regulabilis ſit a natura, factus inobediens febrem accendit ſynocham. i. continuam proprie; & maxime propter eandem cauſam, vt ſuperius eſt expreſſum in tractatus huius principio, licet raro talis febr. fiat, vt Gal. ait. Cuſtodit enim ipſum naturam tanquam theſaurum, & filium, & vſque in poſtremum, nec deſerit ipſum, niſi coacta, vt ſuperius in conſolatione medicinarum diximus, & tardius putreſcit, licet ex ſui diſpoſitione ſit magis aptus. Secundo de medicinis phlegmaticarum fientium in putredine eius. Citius enim putreſcit, & ad putrefactionem accedit, quam cholera, ſapiens de natura ſanguinis, & proinde quaque die febrem accendit, non per tertium, nec per quartum, quemadmodum alij. Et ſi cholerica propter ſui caliditatem igneam apta inflammari ſit magis, quam phlegma, & putrefieri quod eſt aqueum, frigidum, humidum; cum caliditas, vt efficiens in putrefactione magis, quàm humiditas, vt materia operetur. Ipſa quoque cholera, licet finaliter non ſit, tamen humida ſubſtantia aliter ſemper eſt, quamdiu in ſpecie humoris exiſtit, dicente Galen. In omnis humoris ſubſtantia aqueum dominatur elementum, phlegma... tamen a ſua craſſitie, aut viſcoſitate ſubſtantiæ; necnon ſua multitudine excreſentiam eius compeſcit, vltra vtramque choleram, vt ſuperius diximus in conſolatione medicinarum, multarum oppilationum eſt cauſa. Et proinde tranſpirationis prohibitæ, quæ eſt cauſa inflammationis caloris præter naturam in eo, quæ putrefactionis cauſa exiſtit maioris, & citioris, quam caliditas choleræ, quæ naturaliter eſt, licet ſit ignea. ad quod adiuuat complexio humida, ſupra humiditatem ſubſtantię in eo additam, aqueam, & putreſcibilem magis. Situatio quoque eius, quia in profundo corporis eſt poſita, & iuxta ſanguinem propter ſui naturam, non in circumferentijs, vt cholera, quæ de natura ignis exiſtens de centro ad circumferentias ſemper mouetur ex ſe, in quibus refrigerium euacuationis requiritur. Opitulantur quoque ad id ſemina ſuæ putredinis, quę in loco ſuæ mineræ, ſeu putrefactionis reliquit. Quapropter intermiſſio eſt impurior, & ſecundi paroxyſmi tempeſtiuior inuaſio, ſunt enim cauſa, vt regeneratus humor ex diſpoſitione particularum citius ad putredinem inciteretur, & ſic faciat paroxyſmum, ſecundum ſingulos dies non ceſſans periodizare, donec particularum diſpoſitio corrigatur. Tertio de medicinis cholericarum in putredine exiſtentis choleræ, quæ tardius mouetur, quàm phlegma; licet frequentius accidat propter caliditatem ſuam mouetur, & furit, vt non reguletur, & putrefiat, & febr. accendat coadiuuantibus ſimilibus circumſtantijs, ætate ſcilicet, conſuetudine, & tempore calidis, & regimine. Simile enim auget ſuum ſimile, & facit ipſum furere, frigida ipſarum exiſtens contraria remittit, & refrenat. vnde Gal. tempus eſt augmentatio ægritudinis ſibi ſimilantis. Quarto de medicinis melancholicarum feb. fientium in putredine melancholiæ, quæ tardius ad putredinem præ ceteris mouetur humoribus, propter contrarias ſuperius aſſignatas cauſas. Quinto de medicinis feb. pe-

*Ratio ordinis dicendorum. * aut.*

1. meth. ca. 7. & 1. de differentijs feb. c. 3.

Qualiter natura cuſtodit ſanguinem tanquã theſaurum.

feb. peſtilentioſarum,& earum, quæ ex genere febris peſtilentis ſunt. Quæ, etſi a cauſa exteriori & procatarctica ſumant generationis exordium, vt ephemeræ; non tamen per modum inflammationis tántum, vt ille in ſynocha, imo in putredine humorum,& cordis ſpiritibus earum eſt complementum, à quo earum denominatio ſumitur, & proinde inter putridarum genera ſunt computandæ. Et vltimo de medicinis compoſitis;& primo ex generibus, vt putridæ, & hectícæ, non ephemeræ, quia non facit compoſitionem in cura cuicunque illarum ſit complicata. ſecundo de compoſitis ex ſpeciebus putridarum, non ephemerarum nec hectícarum cum, non faciat compoſitionem in cura. quemadmodum cõpoſitæ ex ſpeciebus generis putridarum, cum ex cauſa ſint putridæ, non habent dependentiam.

Curatio generalis. Harum omnium medicatio generalis, ſequens generalẽ cognitionem ipſarum in principio huius cap. prænotatam, eſt quatuor res; quarum tres reſpiciunt res præter naturam; quarta vero naturales, & virtutes, Prima enim abſcindit cauſam. ſecunda ſubalterat febris dyſcraſiam. Tertia ponit ſtudium in virtute, & vita cum dieta cibi,& potus, & regimene debito in alijs non naturalibus rebus. Quarta corrigit accidentia. Hæ enim res in medicatione earum omnem neceſſariam cõplent intentionem, ex parte rerum non naturalium conſeruandarum comprehenſarum ſub virtute, & ex parte rerum præter naturam remouendarum. Quæ ſi quidem in vnum conueniant omnes, vt in feb. cholerica, & pura, ſimplici, vna cómunis erit indicatio, vno quoque communi complenda auxilio; infrigidationem demonſtrans. Fiet autem cum his, quæ ex medicinis frigidis, & humidis interius approximatis ſm omnẽ adminiſtrationis modum, & exterius, qui, & prout oportet in ſpecialium cura dicetur, (ſi Chriſtus annuat.) Et ex illis eſt potus aquæ frigidæ. alterat.n. & digerit, cholerã euacuat per fluxum ventris, & vrinam, vel vomitum, vel ſudorem; & quandoq; per omnia ſimul. & cum virtus eſt potens, feb. extinguit,& ſitim,& ſic cauſæ cõfert, morbo,& accidenti,(niſi fuerint, quę prohibeant aliquę ex conditionibus, quæ ſequuntur,) vt materiæ craſſæ, cruditatis non febrilis, vel cholericæ. cuius digeſtio eſt, vt remota a ſui ſubtilitate fiat ſpiſſa, & aqua frigida facit illud, & ſtomachi frigiditas, debilitans; vel hepatis, vel alicuius alterius ex viſceribus: vel dolor in eis, aut apoſtema, ſeu oppilatio, vel quia complexio naturalis ſit pauci ſanguinis, & caliditas innata debilis, habitudo extenuata, non carnoſa, aut inconſuetudo bibendi eam. Nocumẽtum.n. his ex aquæ frigidæ potu generatur maius, quam ſit iuuamẽtum eius in feb. extinctione,& ſitis. quare oportet, vt dimittatur,& recurratur ad auxilium, quod his conferat; illis vero non noceat; quamuis ſit difficile inuenire dicente Gal. Itaque in contrarijs diſpoſitionibus difficile ſit inuenire, quod proſit multum, obſit autem nihil, quod inter cætera ſyrupus acetoſus comprehenditur eſſe talis; digerit enim crudos humores obſtruentes, & obſtructos incidendo,& ſubtiliando aperit oppilationem. Et proinde prohibita tranſpiratio ceſſat,& euacuat illos ſtypticando; alterat feb. & per cõſequens ſitim ſedat. ſic equidem omnia, quæ præter naturam ſunt, in cura feb. putridæ conſideranda reſpicit indefecte, & eius nocumentum in apoſtematibus viſcerum, & alijs diſpoſitionibus prædiſtinctis corporis non eſt ſicut nocumentum frigidæ aquæ. Verum quandoque feb. intenſio, & ſitis eſt tanta, vt ægrum ad eſtuationem, & reſolutionem perducat; nec proinde ſit excuſatio ab exhibitione aquæ frigidæ, vel alterius extinctiui valde, vt melonis indi, ſyrupi de nenuphare, de melonibus, & ſimilium. Augmentum enim in prædictis, & materiæ incrudatio melius eſt, quam corpus ad arefactionem perduci. In quibus verbis quis mirabitur forte dicens. Quæ cruditas in febre cholerica dicta ex pura cholera eſt, cum Gale. dicat, quod crudus humor in ſpecie phlegmatis eſt? ac etiam quæ feb. intenſio, atque ſitis in phlegmatica eſſe poterit, cum ipſe dicat calorem humoris phlegmatici putrefacti aſſimilabis vtique igni fumoſo in viridibus lignis accenſo, adeo vt ſubmergat dicens maxima dominatio humoris accendentis febr. qualitas eſt caloris: Cui reſpondet Falco dicens. Scite autem te oportet circa primum, quod cruditas in humore craſſo eſt, vt in melancholia, & phlegmate proprie, cum ſit ſanguis diminute decoctus, in quo dominatur, ſicut, & melancholia terrea. quia frigida eſt, & indigeſtibilis, & tranſire moratur, ſicut Hippocrates dixit,nõ in humore ſubtili cholerico puro; adeo quod ſi oppilatio ſit in febr. creata ex eo, non erit a craſſitie, & viſcoſitate ſubſtantiæ ſuæ: licet quandoque poſſit eſſe ex alia, non tamen in propoſita feb. ſed ab eius multitudine ſola: licet ipſe humor cholericus purus in ſua ſubſtantia crudus humor, reſpectu naturæ ſit indigeſtus prius, quia virtuti expulſiuæ non adæquantur propter ſubtilitatem imbibitam, ob quam eius expulſio fit difficilis, ſicut melancholiæ propter eius craſſitiem in ſtrictos meatus non penetrantis. Et phlegmatis propter adhærentem ipſius viſcoſitatem in illis membris, ſubtilitatem poſt modum affert frigida aqua potata, quod oſtendit Abuha. dicens. Vbi autem materia calida indigeſta, aut craſſa, digeſta eſt concurrentibus alijs, tunc frigida aqua eſt melior res: Sit ergo verbum de cruditate dictum humor ad craſſum frigidum, & viſcoſum digeritur non ad calidum, & ſubtilẽ.

De potu aquæ frigidæ.

Obiectio.

Circa ſecundũ ſcire te volumus, quòd ſi intenſio feb. & ſitis in phlegmatica feb. contingat, non erit à parte humoris phlegmatici in ſe conſiderati tantum, ſed etiã ex parte aliquorum concurrentium, quæ quatuor rationabiliter æſtimantur. Primum eſt mixtio choleræ, vt in phlegmate falſo. non enim eſt dare purum humorem in corpore,& ſi humor cholericus dictus ſit purus, illud eſt, quia ſi mixtionem aliquam habeat, non tamen de qua ſit curandum, vt variet ſpeciem. quemadmodum cholera humori phlegmatico miſta, quæ ſua ponticitate phlegma facit ponticum. Secundũ eſt poſitio ipſius, & corruptio in partibus cordis magis vicinis, vt in non vero cauſone patet. Tertium eſt oppilatio multa exiſtẽs in ea, quæ prohibendo tranſpirare fumos reſultantes ex corruptione ipſius, multos ad cor conuertit,& alia principalia, quia calida ſunt, & perdurantes ſiue adhærentes, propter viſcoſitatem inflammant fortiter illa,& per conſequens totũ corpus, atq; exiccant, vnde feb. intenditur, atq; ſitis: ad quod adiuuat quartum. Et eſt cordis complexio ſicca, & calida corporis, atquè eius habitus ſiccus, in quo calor phlegmati, licet ſit obtuſus, multũ intenditur,& ignitur.

Porro ſi adinuicem res præter naturam diſcrepent, vt quia ea, quæ cauſam abſcindant digerendo, & euacuando cum oportet calidam, & ſiccam irritent febr. quod eſt plurimum, & ſimiliter accidens dictum, ſicut in febre phlegmatica proprie, & melancholica eſt videre, tunc conſiderãdum. Nam ſi quidem cauſa, morbus, & accidens ſint æquales in fortitudine, & in lædendi malitia, tunc cura ordinata locum habet. Et eſt ſecundũ Gal. vt quia primo abſcindere cauſam oportet cum remiſſe calidis propter febr. deinde ad eam, quæ ab illa facta eſt ægritudinem deuenire; deinde ad accidens,ſi quod perduret inflare, vel ſimul omnes inſpicere, quæ eis ſunt congrua componendo, vel diſtinctis locis vnicuique propria applicando, vel nunc ad vnum, nunc ad aliud intendendo. Si vero fuerint inæquales, vt quia intentio, quæ ad cauſam, intentionem ſuperet, quæ ad febr. aut eam, quæ ad accidens, vel e conuerſo, tunc fortiori intendendum, alterum vero non negligendum, ſed alterum trium dictorum modorum vtramque incipiendo vno plus, altero minus. Si enim magnitudo febr. ſuperet, eamque omittes totaliter, intendendo ad cauſam, ſimul febris cum febricitante peribit, & e conuerſo. Si cruditas cauſæ ſit multa,& feb. parua, vt accidit in phlegmatica, plurimum intenderiſq; ad feb. totaliter derelinquendo cauſam, augmentabis cauſam, & cruditatem ipſius, & ex conſequenti febrem quidem

Reſpon.

10. Meth. cap. 1.

curando, feb. augmentabis ipsam, vt Galen. dixit.

In abscissione autem causæ duæ res sunt necessariæ. Alteratio, & euacuatio. Inquit enim Gal. Ferunt enim si contingat in humoribus putrefactis accendi febr. demonstratio in talibus est alteratio, & euacuatio; ipsa vero alteratio digestio est. Completur autem cum duobus, scilicet cum minoratiuis in principio, si multa sit causa grauans virtutem. *Cauſæ feb. minorantia.* Eius enim minoratio pars digestionis existit, vt infra patebit, quæ sunt ex medicinis, & vomitibus, & clysteribus præmissis secundum inclinationē materiæ ad superius, vel inferius, quam ex nausea, vel rugitu ventris percipies, & etiam cum succedentibus, phlebotomia, aut pharmacia secundum speciem dominantis materiæ, & situationem eius; siue situata sit in venis, siue in primis, siue in secundis, & maxime; siue alijs extremorum, siue extra, vt in stomacho, & intestinis, siue in hepate, siue in splene, siue in partibus cordi propinquis, siue in carnosis, & subcutaneis eius per apriorem regionem fiat. Et prout eis correspondet, & conuenit, vel proportionalibus eis, vt sunt venarum hæmorrhoidarum apertio, menstruorum prouocatio, & sanguinis ex naribus, & scarificatio in dorso, & cruribus. Et vrinæ, & sudoris prouocatio cum temperatis in caliditate, quæ est pharmaciæ proportionalis; & vtriusque abstinentia, & fames, quæ minuit, & exiccat per accidens omnes humores. Sed cum phlebotomia quidem, si signa repletionis, vel peccatum sanguinis appareant, & vrina rubea, & spissa, & virtus, & ætas corporis consenserit. Nam ex quo deuenit in putredinem humor, virtus, quæ prius fuerat fortis, facta est debilis. *In omni purgatione vir tus est custodienda.* Ideoque aduertendum si toleret. Inquit enim Hippocrates. Acutas passiones phlebotomabis, si robur virtutis fuerit, & æger iuueneſcat ætate, & in euacuatione cum pharmacia etiam, & alijs. Inquit enim Gal. In omni autem purgatione virtus considerandа est, & tandem pro suo posse purgetur. Si enim virtus deficiat, cohibenda est euacuatio, & si non tota exierit abundantia, nec in ea sis audax, imo postponas inquantum possibile est sequens naturam, quæ ipsum vsque in posterum reseruat, nec deserit nisi coacta, & ex se sanguinis peccatum corrigit, & frequenter emendat. Cum vero cogeris illam celebrare, quia multitudo grauando superat, & tendit ad putredinem magis, quod ostendit, quia vrina cum rubedine magis, tunc phlebotomabis, nec multum simul educens, quanquam multum abundet. Multum enim, & repente euacuare fallax est, & ‿ naturæ *2. apho. 11.* insuaue, dixit Hippocra in apho. Et si oppilatio, & putredo non cessat, per eam euacuet de bono etiam naturam in defectionem adducet, vt non fiat potens in crisibus expectandis. Quare oportet intemporaneę cibare, & ‿ berius, & sic distrahendo a digestione naturam, & addendo in causam prolongabitur morbus, vt ergo dimittas aliquid sanguinis in cibum naturæ parum educes, & si oporteat secundabis, & interim cibabis, vt *1. de diebus iſ feb. ca. 4.* loco mali euacuati bonum restauretur. Ait enim Gal. corruptioni necessaria est restauratio cum temperamentō, propter quod secundatio est melior multitudine. Et cum pharmacia quidem, si cacochymiæ signa videbis, & vrinam a prædicta diuersam, sit autem appropriata humori peccanti; nec sit ex fortibus, quæ agitēt, & inquietent humores, & sic in digestione ipsos impediant, & quandoque ad periodum ipsos incitant, & feb. inflammant. Sed ex lenibus, quæ cum frigiditate non stypticent, vt myrobalani, qui oppilando impediunt digestionem intentam, liniendo, & lubrificando naturam ad fluxum disponant, vt est mel, casia fistula, manna, siracost, & succus duorum granatorum expressorum cum pulpis suis, qui sua temperata stypticitate nō debilitant stomachum relaxando, vt casia, sed confortat suauiter, & laxat, vt decet. Et ex illis est aloe ablutus tantum cum aqua cordumeni, vel solarri fructuum aqua, & similia, cum caliditate temperata, vt alubleb idest mercurialis, & medulla cartami, & similia, sic multitudinem minuant, & naturam alleuient, vt in digestione residui potentior fiat. Inquit enim Hippocrates Inchoantibus morbis si quid videtur mouere, moue, quod Gal. confirmat dicens. Alleuiata enim, quæ *2. apho. 26.* dispensat nostra natura corporea, & deponens, quod aggrauat velut onus alienum, dominantur reliquiæ facile. Tunc enim digerit, quod digerendum est, & ‿ expellit, quod expellendum, recolens propriarum actionum, nisi materia mobilis fuerit de membro ad membrum, & furiosa. Inquit enim Hippocr. Digesta me- *1. apho. 22.* dicari, & mouere non cruda, neque in principio, nisi expediat. Aduertendum autem, vt eius euacuatio commode fiat, ne sit in corpore aliquid, quod illam impediat, vt viarum oppilatio. Si enim non sit iuuamentum in eductione ipsius erit magis, quam a periculo maximo liberans, quàm sit nocumentum ex febris intensione, quam natura pharmaci facit, maxime cum sit euacuationi parata non resistens materia, quia subtilis non imbibita. Quia mobilis, & quia mala, & naturæ multum odiosa in euacuatione ipsius per artem iuuabit natura, quæ si adsit, nec possit statim, & in breui corrigi, dimittatur; nocumentum enim in eius commotione, iuuamento, si quod possibile sit, est similiter maius. Et ideo ad aliquod remedium si quod possibile est, recurratur, vt sunt valde inspissantia, & congelantia, & stupefacientia, oppilantia, & confortantia principalia. Ex quibus sunt theriacalia simplicia, & composita nota, quæ iuuāt in liberando à mortis periculo, quod omni nocumento est maius. Nec moueas eam eis in die periodi, nisi apud necessitatem. Inquit enim Hippocrates, Medicari in *4. apho. 11.* valde acutis eadem die, si expedierit, differre enim in talibus malum est, deinde aliqua digestione ex his præmissa dabis aliquod ex solutiuis, vel prouocantibus vrinam ex temperatis, deinde sudorem. Completur quoque digestio, cum digestiuis ex propriis simplicibus, & compositis medicinis; & cibis, & potibus, non subtiliantibus, nec inspissantibus absolute, vt quidam arbitrantur, & male inhærentes dictis Gal. in. ij. regiminis, & ij. progno *2. reg. 44. 2. prog. 13.* sticorum, vbi inquit, quòd digestio procedit in omnibus inspissando; sed respectiue, vt quæ inspissando humores subtiles imbibitos, crassos subtiliando, & viscosos incidendo eorum substantiam virtuti expulsiuæ adæquāt, ita vt ad expulsionem facilem sint parati non solum obstructi, sed etiam obstruentes, qui causa oppilationis; & prohibitæ traspirationis existunt; quæ scilicet, & qualia sunt; in specialium cura dicetur (Christo duce.) Et ex cōpositis est syrupus acetosus maxime, qui commune est digestiuum omnibus humoribus, sicut supra in suo capitulo diximus. Et sumatur cum aqua calida simplici in humoribus crassis hyeme, cum frigida in calidis subtilibus æstate, vt est hordeacea. Corrumpitur enim plu- *Nota.* rimum hordeacea illi mixta aqua, & ‿ acescit in stomacho si parum de nocte detur ante accipiendum ius, vel post cibum. Caue tamen ne ad raturam perducat, quod contingit cum intestina sint nuda, & vacua, quod est in acutis pessimum ‿. Et cum somno in declinatione vel fine flatus facto. Et hic intendatur digestio, & quies, quæ magis est digerens. Quod si in cura istarum febrium vtaris aliquo ex his, quæ putredinem prohibent, & rectificant, res erit iuuamenti magni, & magnæ confidentiæ in sanatione corporum; habent enim humoris putredinem aptam per contactum transire in alios, non solum humores, sed etiam cibos; maxime si cacochymi sint. Inquit enim Galen. Cibi subeuntes corpora non prius mundificata a malis humoribus corrumpuntur, quorum quantitas augmentatur, & qualitas non mutatur. Et illud est, quia quod tangitur a putrido putrefit. Res autem tales quædam ‿ sunt simplices, quædam compositæ, & simplices prohibentes putredinem, & corruptionem sunt, quæ illud agunt a complexione, vt frigidæ, & siccæ, sicut acetum, aqua ferrea, & granata nuza. Et ex illis est camphora, sandalus, & similes. Et ex his sunt, quæ id agunt ex proprietate, vt eupatorij, iris, cortex citri, carduus benedictus, & *Ciborum pu trefactiuē prohibentia.* venenum idest fisymbrium, & stœchas. Et ex eis est cinnamomum

momum xyloaloe, quæ mundificant putredinem vbicunque, & aqua ferrea,& naſturcium, quæ exiccant putredinem vacuitatis ventris. Compoſita vero ſunt rob de ribes,& theriaca.

Euacuatio. Euacuatio vero prædigeſtæ materiæ cum perfectione debet inſequi ſecundum ſemitam eradicationis ipſius. Inquit enim Hippocrates digeſta medicari. Completur autem cum phlebotomia, aut pharmacia, vel proportionalibus illis, quæ totam ex corpore educant materiam ſecundum exigentiam cauſæ. Sic ergo eradicabis materiam poſt eius completam digeſtionem, & hoc vbi natura ex ſe talem euacuationem non faciat, prout eſt conſueta. Inquit enim Galenus Natura primo digerit, deinde diuidit, deinde expellit, niſi debilitata fuerit in prædictis, vel ab aliquo impedita,prout ante digeſtionem euacuet moleſtata. Quare expectabis motum eius ad euacuationem prædictam, quòd ſi mouerit ipſa,ſinere oportet,& ſecundum Hippocratem habere ſilentium *1. aphor. 20.* tunc melius eſt,quòd ſi non mouerit, moue tu hora poſt B horam motus eius, quæ proprie eſt in ſtatu. In fine ergo eius,aut declinatione mouebis, vt quod de ſuo minuitur compleas prout oportet. Et vndecunque natura repit,ſi per conuenientem regionem, moue tu: non tamen hora motus ægritudinis,vt periodo,inquantum plus poſſibile eſt,ſed oportet, vt tunc horam eligas frigidiorem, vt in ſynochis, & concluſis, quæ eſt hora matutinalis, quæ ſua frigiditate caliditatem ſynochæ febris ipſius in tota ſui duratione conſeruatam contemperet, & ab extrinſeco acquirat, quod ab intrinſeco, vel ex ſe habere nequiuit, aut hora temporis in continuis proportionalibus; aut hora interpolationis, ſeu quietis, vt in periodicis,& interpolatis vera quiete.

Documitū. Caue tamen vt in talibus febribus, & maxime peracutis hora æſtiua, & conſtitutione conſimili; qualis eſt caniculatis, & auſtrina, moueas cum pharmacis valde calidis,& ſiccis,etiam ſi materiam ex venis in partes ſub *20. aphor. 3.* cutaneas oportet trahere. Inquit enim Hippocrates in aphor. Sub cane, & ante canem, & poſt canem,moleſtę C ſunt purgationes. Anguſtiant enim ægrum,& ad reſolutionem perducunt, maxime ſi reſolubilis ſit caliditate propria,& malitia addita caliditatis febrilis,& aeris cõrinentis ſupra reſolutionem,& pereunt plurimi,prout vidimus ab experto, quare oportet, quòd cum benedictis pharmacijs moueas ſtypticitatem habentibus, quale eſt rhabarbarum,& ſimilia,quibus ad euitandum reſolutionem miſcebimus aliquod ex myroba- generibus, prout oportet, & ſuccum roſarum, & tamarindorum,quæ ſua frigiditate caliditatem illorum reſoluentem,& anguſtiãtem remittant,humorem inſpiſſent, & poros ſua ſtypticitate condenſent, & ſic reſoluentem vocent. Et ex illis eſt charabe, quod ſua proprietate illud auget, ſicut dicit Abuh.

Alteratio. Secundam rem, quæ alterat febris dyſcraſiam, complent duo; ſcilicet quæcunque ex medicinis frigidis per ſe,vel per accidẽs actu, vel potentia,immediate,vel mediate,interius,& exterius approximatæ,vt ſupra corpus, D & proprie ſupra hepar, & cor ſecundum omnem adminiſtrationis modum alterando confortant,quæ in ſpecialium cura(duce Chriſto dicentur,)& ex cura ephemerarum ſunt notæ. *2. Alterum.* * Tertiũ eſt conuerſio regiminis ad frigidum,& humidum in omnibus rebus nõ naturalibus. Medicinæ autem frigidæ interius adminiſtrandæ in talibus putridis debent eſſe humidæ, abſterſiuæ,lenitiuæ, ſeu mundificatiuæ, quæ alterando putredinem mundificent, & abſtergant, non ſtypticæ, quia ſtypticando reducunt,& indigeſtũ reddunt, niſi natura lenificata fuerit vltra modum,quo caſu debent eſſe ſtypticę mediocriter,qualia ſunt ex lenitiuis,quæ ex dictis ſuperius habuiſtis in cura ægritudinum cordis. Et ex illis, quæ his ſunt propria,quædam ſunt ſimplicia,quædam compoſita. Et ſimplicia ſunt aqua cucurbitę,citruli, cucumeris,& melonis indi,aqua hordei,lactuca cum aceto; a quo acquirit abſterſionem,inciſionem, & apertionem,endiuia,lupulus, iuiubæ, ſebeſten, lac acetoſum a quo extractum eſt butyrum,& colatum bene,& aqua frigida cum zuccharo, & ſimilia.

Quidam tamen ſtolidorum medicorum,hanc intentionem ſequentes cõcedunt febricitantibus talibus prædictorum fructuum, non ſolum aquam, ſed ſubſtantiã, & carnem, & aliorum fructuum frigidorum, & humidorum, & ſimilium ſtypticorum etiam indiſtincte conſiderantes ſolam contrarietatem qualitatis in eis ad febeorum ſubſtantiam, & proprietatem non aduertentes, quia indigeſtibilis eſt, & corruptibilis in ſtomacho,humore crudo,& aquoſo venas replet, qui ſanguinem inficit, & corrumpit, & ſic putredinem auget, & febrem, maxime ſi a proprietate id habent,vt ſunt poma,perſica, acida,immatura,& humida. Vnde Gal. ait. Sed illud memorare,ſemper,quòd ſi indigeſtibilium aliquod digerat quis, qui ex eis diſtribuitur chymus eandem naturã habet. Oportet ergo vt hanc intentionem compleas non cum indigeſtilibus, & corruptibilibus, quanquam frigidi ſint, fructibus; ſed cum his, quæ ex fructibus,herbis,vel alijs, quæ indigeſtionem, ac corruptionem quoquo modo non habeant generare, vt granata,pyra ficca, mora immatura,ſebeſten,& ſimilia. *Contra medicos concedentes frigus.*

Quæ vero inſtigidant cum ſtypticitate moderata,his conuenientia in prædictis caſibus ſunt,ſuccus granatorum muzorum, & acetoſorum, aqua limonum, ſeu acetoſitatis eius,& citri,& aqua acetoſæ,& alleluię,acreſtæ ſuccus,aqua mori, berberis,roſa ſumach,& ſimiliũ, & ſandali,quæ infrigidant, & confortant complexionẽ, & a proprietate cor, & hepar, & per conſequens totum corpus. Et ex illis eſt gargarizare aquam frigidam,& tenere in ore aliquod infrigidans,vt cryſtallum,& niuem, & trahere naribus odores frigidos, vt roſarum,ſandalorum,camphoræ, & aceti, & ſimilium,& inſpirare eos, & aerem infrigidatum ab aqua: necnon, & clyſterizari cum aquis fructuum prædictorum, & oleo roſa.& quãdoque cum camphoræ pauco,& per omnes meatus corporis immittatur frequẽter, propter vrinæ ardorem, qui in acutis feb.contingit frequenter. Et quidem compoſita ſunt,quæ ex his componuntur in modum ſyrupi,iuleb, trochiſcorum,& decoctionum,& aqua fructuum,quam in noſtro antidotario poſuimus, & electariorum,quorũ deſcriptiones ibidem fecimus ſerioſe.

Medicinæ vero exterius approximandæ frigidę,& humidæ ſunt,quæ per poros habendo ingreſſum,& per cõtactum infrigidant, & humectant. Ex quibus ſunt quoque ſimplices, & compoſitæ. Simplices ſunt expoſitio ad aerem frigidum, ſed ſub dio, maxime ſi ſit conſuetus, balneatio in frigida aqua, digeſta materia, concurrentibus alijs conditionibus,nam ſtatim venter erũpet cholerica, vel vomitus, aut prouocabitur ſudor vniuerſalis, & curabitur ſtatim. Et oleo inuncta,vt roſ. de violis,de cucurbita,& nenupharis, & irroratio aquę roſ. in facie,pulſibus, & ſimilibus,vt poſitio pedum in frigida aqua, hæc autem non ſolum infrigidant, & humectant, ſed etiam naturam a reſolutione præſeruant,maxime ſi ſubito fiat, retrahitur enim per ea natura, & ſic ad centrum attrahitur reſiduum,diſgregatio caloris propter febris exceſſum, ſicut dixit Abuh. Compoſita ſint emplaſtra, & epithemata, & cerata ex dictis, & maxime ex roſis ſandal.camphora, & acetoſa, croco pauco cum aqua roſata, coriandro, endiuia, vel mucilagine pſyllij cum aceto, & aqua roſata applicata cordi, & hepati; eis enim infrigiditatis totum corpus frigidum fiet. Inquit enim Gal. Si cor,hepar,& cerebrum ſint frigida, totum corpus erit frigidum. Et proinde ſi applicentur capiti bonum erit, & vtile,extinguendo enim prohibent aſcenſum fumorum, & raptum materiæ; qui eſt promptus in putridis, & maxime in acutis, quarum caliditas materiam ſubleuat, & aſcendere facit, vt dixit Gal.ſedat dolorem, & prouocat ſomnum, qui materiam diſgregatam a feb. reuocat, & vniendo confortat, & digerit cõfortando, ac humectat, niſi grauitas in eo ſit catarrhus, & tuſſis, quo caſu nocent magis quàm conferant extinguendo, cum poros conſtipent, & colatoria cere-

bri vapores multos, & craſſos in capite aggregatos; quas grauitas ipſius oſtendit, profunditas ſomni, & humiditas narium, congelant, retinent, & comprimendo ipſos ad ſpiritualia exprimunt, & ſic ruſſim augent. Quare oportet vt prædicta prohibeantur, & ea, quæ repletionem capitis augent, vt eſt mulſio lactis ſuper caput, & ſtare in lumine Lunæ. Tunc enim his prætermiſſis occupatio fiat in his, quæ poros, & colatoria dilatent, & vapores maturent, ſubtilient, & reſoluant, vt eſt inclinatio capitis ſuper vaporem aquæ calidæ temperatæ decoctionis meliloti, & chamæmeli, & tractio ipſorum ad inferiora cum fricti*onibus, fomentis, mordicationibus, ventoſis in cruribus, & brachijs; clyſteribus, & collyrijs, niſi vapor fuerit cholericus ſubtilis, & acutus, quem cõtraria ſigna illa demonſtrant, quare prædicta infrigidantia ſupra caput applicata conferunt inſpiſſando, in quo ſumptio papaueris albi præſtat iuuamentum mirabile, & prouocat ſomnum. Et ex his, quæ per accidens infrigidant, eſt phlebotomia, & cholagogum; educendo enim humorem calidum infrigidant. Et balneum dulcium aquarum calidarum in declinatione. Et diaphoretica ex vnctionibus, epithmatibus, cataplaſmatibus, & emplaſtris, concurrentibus tribus conditionibus, quas Gal. adiunxit. Ad cuius enim eſſe ſequitur caleſactio, ad eius abeſſe ſequitur infrigidatio.

Diæta. Aer. Conuerſio autem regiminis ad frigidum, & humidum eſt alteratio rerum non naturalium omnium ad illud, ex quibus maxime alterans, infrigidans, & humectans eſt aer. Cum ergo non eſt talis ex tempore, vel conſtitutione, aut regione, vel vicinitate fluminis, & aliarum aquarum, eligas terraneum, & alterabis illud ad frigidum, & humidum ex prohibitione ingreſſus multorum hominum in thalamum infirmorum, & fumoſitates eius expirare ex eis, quæ per anhelitum, & per poros inficiunt aerem, & inflammant. Sitque thalamus habens feneſtras apertas, per quas innouationem aer recipiat, & ingrediatur ventus, & proprie borealis; aut flabelletur, & effundatur aqua frigida, qua ſint etiam vaſa diuerſa repleta, ex quorum vno decurrat ad aliud, & per modum tranſmutationis, & embrochationis. Inquit enim Abuha. Cum in aliqua æſtate venerit pluuia tempore quo eleuatur, cui poſtea ſuperuenerit ventus ſeptemtrionalis, boni fiducia habetur, & reſoluentur ægritudines. Sintque in eo folia arborum frigidarum ſtrata, & ſuſpenſa; & herbarum boni odoris, vt ſalicis, vitis, myrtæ, & nenupharis, & aliorum, non quæ ex aquis ſtantibus colligantur. Sintque vaſa plena folijs, & floribus redolentibus, vt ſunt roſæ, *Somnus.* violæ, nenuphar, & myrta, & ſimilia. Et irroratione ex aquis ipſorum, & ſandalorum, & camphoræ, in quibus aliquid ſit mixtum vini odoriferi, vel aceti, & in eo ſtratus eius ordinatus, non ſuper plumam, & paleas, ſed matararium de lana, vel coto ordinato in lecteria, ** reti* de *reti. vt mos erat decumbere antiquorum, & ſuper matararium, & deſuper opertorium de corio, ſicut Arabes iacent, & cooperiantur coopertorio, quod non valde adhæreat corpori, dormiantque ſub hora in eo, quoniam ſomnus infrigidat eos exterius, & humectat eos interius, nec profundetur in eo valde, quoniam inflamat, vt ſuperius dictum eſt. Quieſcant, non moueantur; quoniam quies eſt infrigidans, & humectans; motus vero calefaciens, & exiccans. *Motus.* Eſt tamen cum motus nocet febricitantibus talibus, vt cum eſt fortis in principio factus exiſtente plethoria, & cacochymia non digeſta, quoniam eo non euacuatur plethoria, & cacochymiæ digeſtio impeditur, & ad putrefactionem commouetur, & ad periodum incitatur, euacuatur indigeſta, dyſcraſia febrilis augetur, & virtus corporis debilitatur, & membra. Et etiam conſert, vt cum plethoria non adſit, ſed cacochymia ſola digeſta, vel etiam non digeſta. Sitque ſuauis in lecto de latere in latus mouendo ſe; quoniam eſt conueniens ei qui habet hæmitritæum, & febres compoſitas, & phlegmaticas. Et cum eſt debile corpus, fit reſolutio intima. Illis enim eſt conueniens, quos feb. debilitauerunt conualeſcentibus, quoniam facit dormire, & ventoſitates diſſoluit. Et confert reliquis ægritudinibus capitis, ſicut ſtupori, & obliuioni, & commouet deſideria, & naturam excitabit. Dixit Galen. & Abu. Cibus, & potus ſit frigidus, & humidus potentialiter, vel accidentaliter; ex ſe, vel admixtione, de quo infra (Chriſto duce) dicetur. Minuatur minoratiue vſque ad ſtatum; tunc digeſtione perfecta eradicatiue; & repleatur prout virtus in tolerando vſque ad ſtatum morbi requirit, ac exigit corporis diſpoſitio. Seruetur iucundus, prout melius poterit, & cum promiſſione citæ ſalutis. Cum autem infrigidatur de his febribus, caue ne infrigidatio ad exceſſum perueniat. Eſt enim cauſa tunc indigeſtionis materiæ, oppilationis, & deiectionis virtutis. Inquit enim Abuha. Amplius acutorum morborum digeſtio virtutem extinguendi prohibet; licet aliqui procurent ad deſtruendam hanc ſententiam; & ignorent, quod fortis extinctio deijcit virtutem, quapropter oportet, vt paulatim procedas ad ſufficientiam, quam naturalis complexio tibi inſinuat, vt ſuperius dictum eſt, & caloris quantitas, ſeu caliditas, in forti enim calore febriũ vt acutarum, omnia prædicta, vel plura, & fortia miniſtrabis; in remiſſione vero aliarum aliqua ex eis, & leuia erunt ſufficientia. Et caue ne infrigidatio cadat in hora principali paroxyſmi, ſed parum ante; nec in declinatione, cum ſit hora obſeſſionis naturæ, & reſolutionis materiæ, & ſudoris; ſed in hora feruoris, & ſtatus, ſed nec fugias ipſum paroxyſmum cum narcoticis, quæ conſtipando meatus, repellendo materiam, & congelando, virtutem quoque ſenſibilem ſtupidam in faciendo periodum prohibent, & retardant. Et quoniam talia deſtruunt naturam, quæ ad medicum ſpectant. Dicit nanque Galen. Medicus eſt adiutor naturæ, non deſtructor. *Medicus adiutor naturæ non deſtructor.* Sed frigida exterius miniſtrantur ſupra principalia. ſ. hepar, & cor, & ſtomachum, & etiam dorſum, propter dicenda inferius in capitulo de hecticæ cauſa. Cumque principalibus frigida miniſtrabis, non expolia bis ea ab aliquo calido appropriato, & aromatico, quod calorem, & ſpiritum in ſua radice cõfortando defendat a nocumento ipſorum. Et propterea cum applicabis eis illa exterius, oportet, vt locum circunſcribas applicationis ipſorum ne frigiditas extendatur ad intima, & lędat. Cum ergo applicabis in dexтro hypochõdrio ſupra hepar, ſecedes falſis coſtis, ne infrigidando ad diaphragma perueniat, & anhelitum reddat difficilem. Quo caſu docuit Gal. auferre illud, & calefacere locum cum aqua calida chamæmeli, vel abſynthij, & oleo eius, niſi enim ita emendetur, perducet frequenter ad mortem. Nec ſint ita applicata exterius, aut frigida valde: tenetur. n. ex eis natura in ſuis principijs, & denſando poros prohibent virtutis ingreſſum. Sint ergo tepida, & cum eis aliqua ſubtilia facientia ſubintrare admixta. *Cibus.* *Dubium.* Sed dices ob quid frigida ſupra totum corpus exterius applicati docuiſti, non ſuper principalia tantum, & per aerem infrigidatum, qui non interius tantum, ſed etiam totum corpus exterius tangit, cum conſtipent poros, & ſic tranſpirationem prohibeant, quæ eſt cauſa accenſionis febris caloris magis, quàm extinctionis, ſicut ſupra in cura ephemerarum in generali monſtraſti.

Cui Falco reſpondit, quòd caliditas febrilis parificat *Reſponſio.* in potentia aperiendo, poros potentiæ frigidorum, & proprie aeris in conſtipando eos, & ſuperat, quod patet, quia reſoluit corpus, non obſtante illa. Calor quoque confortatur naturalis ex contemperantia, quam recipit ab iſto, etiam parificatur, & ſuperat *omnibus, & ſuperfluitates reſoluit, & ſi non ſenſibiliter ſemper, occulte tamen, quanquam reſponſionem dederit. Abu. dicentibus, quòd mulieres habitãtes in ſeptemtrionalibus ſunt ſteriles, quoniam earum matrices propter loci frigiditatem, & ſiccitatem ſunt immundæ, dicens ille. Ego autẽ dico, quod caloris innati earum fortitudo, parificatur ei, quod minuitur ex cauſis, quæ fluere faciunt, & laxant exterioribus. ** omnia.* *Cibus, & potus.* Tertia res, quæ ſtudium ponit in vita, & virtute,

virtute, cum diæta cibi, & potus, & aliarum rerum regimine debito, vt est dictum, completur cum vsu ipsorum competenti virtuti, & febribus. Sumitur enim cibum, & potum dandi intentio secundum Gal. principaliter a virtute consequenter a morbo; sicut e conuerso intentio medicandi; consistit autem talis competentia in conditionibus obseruandis debite prout conueniunt virtuti, & febri. Inquit enim Gale. hæc igitur omnia nunc dicta genera salubrium causarum, materiæ quædam sunt, & cum competenti vsu causæ fiunt; & seruantes, & saluté præstantes; tales autem conditiones, licet plures sint, quas Hippocr. in suis apho. posuit attendendas, scilicet qualitas, quantitas, tempus, modus, & artificium, quod addit Iouinitius, potissimę tamen, & principales secundum Gale. sunt duæ scilicet quantitas, & qualitas eius, quod offertur indigenti. Quantitas vero attendenda in febre, sicut in cæteris materialibus morbis secundum Hippocr. duplex est scilicet continua, & discreta. Continua est multum dare, vel crassum cibum, parum, vel subtilem, discreta est frequenter, seu pluries dare; vel raro, & semel, vsus vero quantitatis competenter talis cõtinue in talibus feb. sicut in alijs materialibus morbis a tolerantia virtutis respectu status earum est assumẽdus, secundum enim, quòd virtus est potens tolerare vsque ad statum earum, ita dandus est cibus, vt si quidem tolerare posit completa absque cibo nullus cibus, seu diæta vltime tenuis esset dandus, vt circa digestionem materiæ diuisionem, & euacuationem natura nullatenus impediatur discreta cibo delectabili vsque ad perfectionem ipsius, quod Hippocrates in suo aphoris. ostendit dicẽs. Contemplari autem oportet, & ægrotantis virtutem, vtrum sufficiat diæta vsque ad statum ægritudinis, aut illa prius deficiat, & obtundatur. Et quia virtus est multiplex in tolerantia, & diuersa: status etiam multiplex in longitudine, & breuitate, ac diuersus. Cibus quoque, qui proprie ad confortandum virtutem, non morbum, est ordinatus, & sic ostendit Gal. dicens. Vt ergo virtus nutriatur, & non morbus, diætantur infirmi, erit crassitie, & subtilitate multiplex, & diuersa secundum tenorem, aut tolerantiam virtutis diuersam, respectu diuersorum statuum febr. cibus subtilis, vel crassus diuersimode concedatur. Quæ Hippo. in suo apho. monstrauit di. Quibus ergo continuo est status, continuo, & tenuiter reficere oportet; quibus vero longius ad illud, & ante illud parum est auferendus; prius vero vberius reficere, vt sufficiat ægrotans, quod etiam ostendit in alio aphor. di. Quibus ergo secundum acumen ægritudo cõtinuos, & vltimos labores habet, continuo reficere oportet; vbi vero melius, vberius reficere, & tantum subcondescendere, quantum ægritudo melior vltimis fuerit. Et Galen. status est cum labores, & accidentia vltimantur, quo diæta subtilissima est vtendum, licet Hippocrat. videatur contrarium alibi dicere. Accidentibus virtutem dissoluentibus ilico cibus est dandus, secundum suum sermonem direxit ad accidentia, naturam causæ habentia, non per modum furiæ molestantia. Sciendum est ergo, quòd virtutis tenor in tolerantia absque cibo est diuersus, secundum diuersitatem corporum infirmorum. In robustis enim corporibus, in quibus crudi sunt humores crassi, & viscosi, & multi humoris congelatio solida, & pori densati in febribus, virtus est diutius tolerans absque cibo; maxime si ætas, & consuetudo in hoc concurrunt, & aliæ similes circumstantiæ. In contrarijs enim breuius, & maxime si stomachus sit debilis, recipiens choleram, & in mediocribus mediocriter: quod secundum magis, & minus multipliciter variatur. Inquit enim Gal. in eo, quòd secundum magis, & minus est variabile, innumerabiles differentiæ sunt.

Item febrium, sicut aliarum ægritudinum materialium, quædam sunt acutæ, quarum terminus est in xl. diebus, quædam chronicæ, quæ vlterius prolongantur. Item acutarum, quædam sunt acutæ absoluræ, quæ in xiiij. diebus terminantur, quædam valde acutæ, quæ in vij. quædam valde peracutæ, quæ in iij. vel prima, & quædam sunt acutæ, propinquę chronicis, dictæ cõuersiuæ, quæ a xiiij. vsq; ad xx. prolongantur, & ibi terminantur, & in eo, quod est infra eos, & quædam sunt chronicæ, quæ a xx. vsque ad xl prolongantur, & terminãtur, & in eo, quod est infra illos, & chronicæ sunt, quæ prolõgantur vltra xl. vt ad temporis mutationem, vel annum, vel vltra terminantur secũdum ætates, vt in mulieribus apud eruptionem menstruorum, vel epilepsia puerorũ, vel infantium, quæ mutatur a iuuentute, & infra tẽpus illud, secundum magis, & minus. Cibus ergo, seu regimen, seu diæta; quidam est tenuis, quidam crassus, quidam vero mediocris. Mediocris absolute est chist hordei. Subtilis, quidam subtilis vltime, quidam non vltime, quidam est inter mediocrem vltime subtilem, & est multiplex; secundum, quòd magis, & minus accedat ad naturam illorum alterius. Quidam enim accedit ad naturam vltime tenuis, vt est granata, hydromel simplex plurimæ commixtionis, quidam accedit ad naturam absolute mediocris, vt qui est ex oleribus frigidis, & humidis, vt atriplicibus, spinachijs, betis, blitis, borragine, & similibus; quidam inter illos stant in medio, vt est aqua hordei in sua latitudine. Crassus quoque cibus sanorum istis non conueniens; quidam non absolute, & hic etiam est multiplex secundum, quòd magis accedit ad naturam crassi ad æqualitatem, & vere mediocris æqualitatę. Quidam enim ipsius est, qui accedit ad naturam crassi absolute, vt sunt gallinæ; & quidam accedit ad naturam mediocris absolute, vt est panis similæ, solutus in aqua frigida bene, vt caliditas frumenti, & fermenti etiam extinguatur. Et quidam est medius inter illos adhuc latitudinem habens, quidam accedit ad latus gallinarum, vt sunt extrema ipsarum, & pulli; & quidam ad latus panis, vt sunt pisces parui; & quidam vere stat in medio omnium, vt perdices, & oua forbilia, & pauca, quos cibos varie ministrabis febrientibus secundum tenorem, & tolerantiam virtutis febrientium vsq; ad statum ipsarum febrium, diuersum, & completum, vt in valde peracutis des eis vltime subtilem, vt nihil, & proprie in hora crisis. Et ad cautelam dare oportet aliquid succi granatorum, vel iuleb, & non aliud, nisi accidentia superuenerint virtutem dissoluentia. In peracutis febr. des aquam hordei, & iuleb commixtionis paucæ, in acutis absolute chist hordei, & in alijs alios, secundũ diuersitatem ipsorum in acuitate, & longitudine, vt appropiatis singulos singulis, quibus conueniunt, aliter autem sunt difficiles, vt Hippoc. in suo apho. ostendit cum dixit. Tenues, & certæ diętæ in diuturnis quidem passionibus, & in acutis, quibus non conueniunt difficiles. Et cum ambigua sit tibi virtutis potentia, & tempus status, adeo, quòd quantitatem cibi limitare non possis, oportet vt declinatio tua ad diminutionem fit magis, si virtus tolerare queat, & ægritudo sit in statu. aliter autẽ increscere est tutius, inquit enim Hippoc. In tenuissimis diætis peccant ægrotantes.

Quantitatis vero discretæ competens vsus assumitur ex tenore virtutis in robore, ac qualitate corporis, ac etiã morbi, necnon ex consuetudine, ætate, tempore, & similibus, prout Hippocrates in suo aphorismo docet cum dicit. Et quibus semel, aut bis, aut amplius dandum est aliquid, &c. quod Galenus pertractans specialiter declarauit. Qualitas etiam cibi competens omnibus febricitantibus est humida, maxime vero si pueri sint, & in humidis assueti, sicut Hippocrates in suo aphorismo monstrauit. Quam humiditatem in cibis Hippocrates inter alias qualitates maxime commendauit, cum naturalia simul conseruet, & quod præter naturam est subalteret; & ad id quod est secundum naturam adducat. Et si frigiditas illud idem faciat in febricitantib. frigidis natura, ætate, & cõsuetudine; non tamen in omnibus, nec effectui feb. qui est consumptio contradicet: nec restaurabitur humiditas, quæ materialis est qualitas, & substãtialis cibi; siccitas quoque, etsi materialis est qualitas, & substantialis, & naturalem siccitatem valeat conseruare; feb. tamen nõ subalterat, nec eius impressioni

Dieta latitudo.

Ciborum quantitas duplex.

2. apho. 9.

Ægritudinum acutarum latitudo.

1. apho. 2.

2. apho. 16.

3. apho. 4.

1. apho. 2.

preſſioni reſiſtit,nec in omnibus,ſed in ſiccis tantum; ſicut nec caliditas, quapropter, & humidi, & frigidi cibi erunt ei magis conuenientes,& magis in acutis; & inter eos magis chiſt hordei, ſeu priſana hordeacea, quã Hip. in ſuo yperiton interiore de grano cibarium maxime commendauit.

De potu febricitantiũ ante digeſtionem.

Potus vero ſit hydromel plurimæ commiſtionis ex melle cannæ in acutis,& calidis,& ex melle apũ in chronicis,& phlegmaticis, & mixtis; vel ex aqua hordei ſubtilis, vel ſucco granatorum muzorũ cum frigida in acutis cholericis, ſi ſtomachus toleret: vel in aqua ſit virtus ſubtiliantium, & abſtergentium,vt radi.fœni,& apij,vel cicerum,in cholericis phlegmaticis,vel miſtis,& melancholicis, & ante digeſtionem, & maxime ſi aceſcat in ſtomacho,quia ſit frigidus; poſt digeſtionem vero ſit,vt potus vini, niſi fuerit aliquid quod prohibeat, ſicut capitis dolor, turbatio mentis, quod ſi excuſari poſſit,quia appetat, & delectetur, dabis vinum palearis coloris,& album acetoſum virtute, & coloris ſine odore; & a nocumento aquæ,vel vini priuatum extitit pluſquam lymphatum, poſt quod parum aquæ dabis, quæ eius virtutem in capite minuit, & mentem confortat, prout Hippocr. dixit.

De tempore cibandi vniuerſali.

Tempus autem competens ad cibandum eſt duplex, vniuerſale,& particulare. Vniuerſale,quod in tota duratione morbi conſiſtit, in quatuor diuiſum tẽpora in omni morbo ſalubri.ſ.principium, augmentum,ſtatum, & declinationem; penes,quæ prædictam cibi quantitatem cõtinuam variabis, vt a morbi principio,in quo dare expediat,des quãque die; & toties, quoties aſſuetus fuerit, niſi potionis,vel clyſteris fuerit neceſſe; tunc enim præmiſſis illis completa operatione earum priſana danda erit. Inquit.n. Hipp. Tempore quoq; ſolutionis nullum ius conuenit propinari; ſolutione vero ceſſante,de priſana eſt dandum; minus vero, quam conſueuerit; deinde ſemper addendo procedas,donec plus detur,& hoc ſi dolor quieuerit, & nullum accidens obſtiterit. Nec venas eximaniri prius permittas tribus diebus, vel quatuor,vel plus; deinde des, vt mos erit antiquis, cum ſit valde nociuum, & naturæ intolerabile, quæ repentinas mutationes non patitur; ſed des vberius, vt natura tunc occupata in pugna confortetur habilius, & confortata in hora pugnæ;quæ ſuccedentibus eſt temporibus,cum diminutione cibi aliqua,vel omnimoda valeat ſuſtentari,& incitata ad pugnam nequeat quomodolibet impediri, quæ oportet omnia,ſcilicet cibũ,& medicamina prætermittere, ſic ergo in augmento ſubtiliabis, & parum dabis, & ſubtrahes omnino in ſtatu; & dimiſſo cibo intendes ad morbum cum medicamine. Inquit enim Hippoc. Huiuſmodi enim ægritudinibus in ſtatu poſitis, ſi priſana detur illico, morbus periculo ſubiungitur: & maxime hora criſis, & hoc eſt ſi ſtatus, & hora criſis ſit breuis,vt infra dies tres vſq; ad quem in abſtinendo conueniunt plura corpora; niſi in febribus apoſtematum, in quibus a principio oportet ſubtiliare,& parum,vel nihil dare;& quanto procedit digeſtio, & expulſio magis, quæ in ſputo oris humori facto apparet, tanto magis incraſſabis, vel priſanã augmentabis. Status enim in eis quo ad accidentia eſt in earum principijs; & quod ad digeſtionem dicerem, & expulſionem in proceſſu, in quo non oportet abſtinere toto; cum tempus durationis eius ſit longum,ex eo,quòd paulatim ſit digeſtio, & expulſio,& nõ ſubitõ, vel in breui; ita quòd natura in eo toto ſine cibo tolerare non poteſt,immo, ſicut digeritur, & expellitur, paulatim cibare oportet magis, & magis; prout digeſtio, & expulſio procedit. In declinatione vero incraſſare,vt natura debilitata in pugna decoctionis,& digeſtionis, & euacuationis,reſumatur cibo,circa cuius digeſtionem nequaquam impediatur.

Tempus particulare.

Tempus vero particulare eſt tempus cibandi ſecundum vnam quamq; diem,quòd a circuitu,& hora periodi, ſeu exacerbationis aſſumitur,quia ſi certe prænoſcees,quod ſit feb.ex ſeruantibus ordinem,ante eius aduẽtum,per tantum dabis, quòd poſſit eſſe digeſtus, & hoc ſecundum diuerſitatem febris eſt diuerſum, ita quod nõ ſuperueniat paroxyſmus, niſi tanquam ventrem a cibo habuerit vacuum,nec in principio eius,& cibum,& potum,& eius medicinas,niſi aliud obſtet,quod infra in vltima re cum loquemur de regimine regionis(Chriſto duce)dicemus; & ſupra in cura generali ephemerarum eſt dictum. Et ſi dederis aliquid,quod in ventre tunc remãſerit,aut humor ibi fuerit, vel cucurrerit,prouocatione vomitus ſubtrahes,& maxime ſi facilis fuerit,& humor impetum fecerit ad os ſtomachi. Inquit.n.Hippo.in parox.cibum ſubtrahere oportet. *1.aph. 11.* Nec etiam dabis in tota duratione vſque ad quietem, poſt declinationem perfectam,niſi aliud impediat ex his,quæ dicemus ſtatim. Inquit.n. Hipp.in ſuo regimine acutorum. Cum pharmacaueris,ſorbitionibus vtere, attẽdes paroxyſmis febriũ, vt ne des eis incipientibus nec præſentibus, nec ad capiendum appropinquantibus, ſed eis deſinentibus, vel quieſcentibus,vel abſentibus, nec etiam tunc des,niſi fæces primi cibi fuerint expulſæ. Quod ſi quietis tẽpus ſit latũ,vt ante ſupaduẽtũ paroxyſmi ſecundi cibus, & potus poſſit eſſe digeſtus,vt in interpolatione vera,& ampla qete,ſicut quartanis,et tertianis,cibabis vtiliter,& abſq; nocumẽto. Si vero non ſit amplũ,vt nequeat digeri infra illud tẽpus,& ante ſuperaduentũ paroxyſmi ſecundi,ſicut interpolatio,ſicut i phlegmaticis,et alijs paroxyſmis ſubintrationes habẽtibus,vel in cõtinuis ,pportionatis,ſimplicibus,vel cõpoſitis,ita qđ oporteat accipere de declinatione ipſius paroxyſmi antecedentis, nec incidat in hora principaliter ſubſequẽtis, cibabis in declinatione. Quod ſi in declinatione adhuc nõ ſufficiat,ita qđ oporteat accipere de hora ſtatus præcedẽtis,& principij ſubſequentis, tunc conſideratione indiget, vtraque enim hora eſt ad cibandum negata, & mala,vt ſuperius dictum eſt. Nam ſi quidem intentio, quæ a principio ſuperet intentionem etiam, quæ a ſtatu ſumitur in prohibendo, vt quia accidentia aggrauationis naturæ, & ſuffocationis, quę apparent in principio de infrigidatione forti ſubeth,& ſtupore ſunt fortia,& ſuperant accidentia ſtatus eſt ex inflammatione,anguſtatione, & reſolutione,vt quia inflammatio feb.eſt in ſtatu debilis, & corpus aridum,tunc oportet ſumere de ſtatu præcedentis periodi, vt cibatio non contingat in hora principalis ſubſequentis. Si vero econtra,contrarium, & maxime ſi cum phlegmone fuerit. Quod ſi vtriuſque intentio ſit æqualis in prohibendo,de hora ſtatus tutius eſt capere hoc de hora principali propter duo. Primum eſt, quia periculum ſuffocationis in principio ex cibo eſt maius, quàm retentionis a pugna in ſtatu, quinimo cum periculum ſtatus ſit reſolutionis, propter acumen morbi, & moleſtia accidentia per cibum, tali periculo ſubuenitur,vt non fiat,ſi fieri debeat, quia inualeſcat morbus propter retentionem naturæ a pugna, & reſiſtentia, & reſoluat virtutem, & corpora, quàm periculo ſuffocationis in principio. Secundum eſt, quia nocumentum factum ex cibo dato in principio extenditur ad omnia alia tempora a paroxyſmi, nocumentum vero ex cibo dato in ſtatu hon tranſit ad aliud, cum declinatio ſola ſuccedit.

2. de vic. ac. tex. 12.

Queſtio.

Sed quid, ſi oportet cibare in augmento, vel ſtatu? Nam in principio non potes,propter cauſam iam dictũ, in declinatione, vel tempore etiam non, quia ſuperueniat paroxyſmus alterius febris, cum compoſita febris ſit, & hora quietis *primæ febris, cum concurrat cum augmento, & ſtatu ſequentis febris, & ſubintrantis in declinatione ſuperueniat paroxyſmus primæ febris redeuntis, ita quod in declinatione non potes cibare; cum ſemper occurrat in principio, & virtus eam longo tempore non valeat ſuſtentare. Certe hoc caſu cibabis in augmento; & ſi non innocue, minus tamen quàm in principio,& ſtatu, cuius eius ſit medium inter alia, & ſapiat de natura illorum, & malitia; minus tamen, eo quòd non totalem illorum malitiam habet; quia tunc eſſet eorum alterum, ſed eorum malitia contemperatur in ipſo, tanquam in medio extremorum. Quod ſi paroxyſmi horam cognoſcere non poſſis certam, quia ſit ex inor-

** propria.*

Soluti.

1. aph. 9. & 19.

inordinate vagantibus, iuxta Hippocra. in aphoriſ. Ni- A
hil des niſi cum quadam coniectura. Et ſi ſupereueniat
Conſiſtentes ægritudines quæ. paroxyſmus, auferex appoſitis ante criſes. Vnde Hipp.
in ſecundo regiminis acutorum inquit. Ægritudines cõ-
ſiſtentes debent ſeruari, donec ſtent. conſiſtentes appel-
lauit determinatum tempus afflictionis, paroxyſmos nõ
ſeruantes, debent ſeruari, vt quia diæta certa ordinari nõ
poteſt, donec hæc ad determinatum, & certum tempus
affligendi deuenerint. Sed cum coniectura veritati pro-
pinqua oportet, vt prius des. Modus vero competens in
talibus cibationis febribus, ſicut in alijs ægritudinibus
materialibus, a diſpoſitione virtutis, & corporis habet
ſumi; vt ab intrinſecis cauſis, & extrinſecis, vt puta tem-
poris, & ætatis. Si enim virtus ſit fortis, & reſolutio pau-
ci corporis in febre; ſitque hyems, & in ætate iuuentutis,
multum cibum ſimul datum poterit ſuſtinere, & dige-
rere, & quod neceſſarium eſt conuertere: ſuperfluum
vero expellere; nec permittet in morbi materiam cade-
re. Si vero econtra, licet multo egeat, tamen ſimul to- B
lerare non poteſt, quare ipſum multum diuidat, & plu-
ries detur; maxime ſi ſtomachi natura organica, & con-
ſimilis concurrat cum illis; vt quia tale corpus habuit
ſtomachum calidum, rotundum, paruum, & propen-
ſum ſuperius, & frigidum, vt Gale. monſtrauit. Et in
medijs diſpoſitionibus mediocriter. Artificium quidẽ,
quod Ioannitius poſuit, debet eſſe tale; vt cibum ſapi-
dum, & delectabilem reddat, & bene digeſtibilem. In-
quit. n. Hippocr. Parum deterior cibus, & potus. & dele-
ctabilior quidẽ, melioribus magis appetendus. Gal. quo-
que dixit, q̃ delectatio corrigit malitiam, & magnã par-
tem confert ad digeſtionem. Conuenitatque feb. cauſæ
quoque, & accidenti.

Regimen vero in alijs rebus non naturalibus vt breui
ter tranſeamus, ſi prout conuenit feb. & accidentibus:
vel æqualiter, ſi æqualiter earum intentio inſter, vel in-
æqualiter, ſi vnius intentio alterius intẽtionem excedit.
Complebitur autem prout ſupra in re ſecunda dictũ eſt.
Et cum eorum contrarijs, quæ ex illis ſunt nota; potẽs. n. C
eſt altera pars contrarietatis declinare ſeipſam, & oppo-
ſitam. Ariſt. dixit, maxime ſolerti medico, & experto.

Quarta res, & vltima eſt illa, quæ corrigit accidentia
feb. putridis contingentia. Sciendum autem, quòd euen-
tus talium accidentium eis contingit; & propter feb. ma
litiam, & exceſſum propter putredinẽ, & propter actio-
nem, & pugnam naturæ contra materiam febr. in digerẽ
do, diuidendo, & expellendo; tamen omnia indigẽt cor-
rectione, nec ſemper exiſtentibus eis triplicis generis.
Aliud enim qualitas mutata eſt, aliud actio læſa, & aliud
exiens a corpore, & conuenientibus his omnibus in hoc
genere, quod eſt accidens, in quantum enim accidentia
ſunt, & morbum ſequuntur, ſicut vmbra corpus, nullã
in ſe habent curatiuam intentionem, ſed ſolum intentio
nem curatiuam, morbo remanente proprie, ſicut præ
cuſtodia cauſæ, ſecundum accidens vero curam indica-
re poteſt, inquantum ſua magnitudine excedendo lædũt
magis virtutem, & diſpoſitionem, nec ceſſant ſimul cũ D
diſpoſitione naturam cauſæ habentia, & ſic cogunt me-
dicum derelinquere curam morbi, & intendere ad cor-
rectionem ipſorum, & proprie actio læſa, exiens a cor-
pore. Qualitas vero mutata cum non excedat, & lædat
virtutem, & diſpoſitionem, ſicut illa, ſed ſit ſignum di-
ſpoſitionis ceſſans ſimul cũ diſpoſitione, q̃ curatur, nul-
latenus indicabit curam, & licet ſiccitas oris, ariditas lin
guæ, & ſuffocatio eius correctionem habeant, cum ſint
qualitates mutatæ, illud tamen eſt inquantum actionem
oris, & linguæ impediunt, & alijs membris nocumenta
inferunt, quibus miniſtrant, vaporeſque trahunt ad ca-
put, qui cauſa ſunt, quandoque firſen. Sciendum præte-
rea, quod accidentium talium indigentium correctione,
quia magna ſunt, & difficilia, quædam antecedunt quã-
doque febrem, vel cum ea incipiunt, vt rigor, horripila-
tio, & frigus, anomalia fixa, & breuiter mutata, & ſi ſe-
qui debent, vt vmbra ſequitur corpus, tamen antecedere
videmus, ex eo, quod non febr. accidentia proprie ſunt,
ſed alterius morbi, vt ſolutionis continuitatis, & ſubitæ
alterationis inductæ, non a febr. ſed a ſui materia apud
motum eius de venis ad mineram putredinis. Et ſi di-
cantur eſſe accidentia feb. dicuntur tamen large, inquan
tum feb. attribuuntur, quæ principalis eſt morbus. Et
tunc ſi antecedit, non tempore, ſed proprietate naturæ
inhærente humori apud motum eius, in faciendo perio-
dicam feb. ſicut rumor inimici inſultantis, quædam ſe-
quuntur feb. immediate vt actio læſa, ſicut dolor capitis
vehemens, vel alterius membri; vigiliæ fortes, & inſtan-
tiæ ipſarum, alienatio, profunditas ſomni multa, ſubeth,
quæ non proprie feb. ſequuntur, ſicut prædicta, ſed ma-
lam complexionem materiæ vaporalis multiplicatæ in
cerebro, propter feb. quæ fumos ex putredine reſoluta
ſubleuat ad caput, & ibi propter naturam cerebri cõge-
lantur: & proprie in principio paroxyſmi, & ſubeth fa-
ciunt, ſicut ante congelationem, & vigilias, & ex illis eſt
ſternutatio continua, tuſſis, caſus appetitus, boliſmus, ap
petitus caninus, ſingultus. Et quædam mediate, vt exeũ
tia a corpore ſicca, fluxus ſanguinis narium, vomitus la-
borioſus, fluxus ventris, & vrinæ, & ardor ipſius, fluxus
menſtruorum, & hæmorrhoidarum, & ſudor pruritus,
& diaphoreticus. Hæc omnia actione læſa mediante
morbum ſequuntur, cum omnia ad fortitudinem virtu-
tis, & debilitatem nitantur, ſicut Abuha. dixit. Et cum
de plurimorũ correctione in prima, & hac ſectione ſuffi-
cienter ſit dictum, hic pertranſibimus ſuccinctè, de qui-
bus vero non dictum eſt, amplius, & ſufficienter dica-
mus, & ex illis eſt rigor, & horripilatio, & ſimiliter
frigus, &c.

Sciendum autem, quod rigor eſt impotentia continẽ- *Derigore.*
di membra a ſua commotione. Eſt autem in talibus fe-
bribus multiplex, antecedens febrem, qui in interpolatis
eſt plurimum, & quandoque in continuis. Alius eſt in-
tercidens, alius eſt ſequens, & hic eſt triplex, ante criſim,
in criſi, & poſt criſim contingens. Primorum trium cau
ſa potentia virtutis expulſiuæ lacertorum in membris
commouentis ipſa ad excutiendum humores ſua mul-
titudine, & acuitate nocente pungente lacertorum pan-
niculos, quibus effunduntur apud ſubitum motum eo-
rum de venis ad extra, quare ſanguis, calor, & ſpiritus ad
interiora verſus pectus, & cor tanquam ad principium
retrahitur, & coadunatur, & infrigidant extrema, & tre-
munt non ſubſtentata. Aliorum duorum cauſa eſt di-
uerſa. Et intercidentis quidem cauſa eſt terror naturæ a
malitia, & cauſa materiæ cum fuga ipſius. Tertij vero,
& eius qui antecedit criſim cauſa eſt, quæ primi acciden
tis in criſi, vt puta in ſudore cauſa eſt eadem, quæ ſecun-
di, & eſt malum ſignum, vnde Hippocrates in aphoriſ. *6. aph. 4.*
ait. In ſudore rigor malum, ſed eius, quę ſequitur criſim,
quæ eſt de natura frigoris, vel horripilationis, magis cau
ſa eſt frigiditas ſuccedens calori reſoluto febris, & eua-
cuationis eius materiæ calidæ cum natura debili rema-
nente. Et quidem cauſa eius eſt quandoque exteriorum,
vt ſubita effuſio aquæ feruentis, vel alterius cõſimilium
ſupra cutem. Et illud in ſanis plurimum accidit, ſed an-
tecedens criſim correctionem habet, dicente Hippocr. *2. aphor. 22.*
in aphoriſ. Ea quorum criſis fit, & facta eſt æqualiter,
non mouere oportet, neque nouũ facere, niſi ſuperfluat,
quo caſu frictiones, & calefactoria poſſunt concedi, quæ
materiam de interioribus ad exteriora trahant, & iuuẽt
naturam in criſi, ſuperueniente criſi, quia ſignum mor-
tis eſt, vel diſtrictæ criſis, quare prognoſticis ſunt dimit-
tendi ſignis infirmi. Sequens criſim per ſudorem etiam,
non cum de ſe ceſſet, & facilis, & tanquam ex leui con-
tingens cauſa, vt cum calefactorijs ſimplicibus, & cibis,
potibus calidis reſumentibus. Intercidens quoque non,
quia raro eſt, & cum accidit, eodem modo ſuus exceſſus
corrigitur, ſicut antecedentis febr. Cuius correctio eſt
quinque res, ſuis cauſis, quæ ſecundum Galen. ſunt cor- *Minoratio.*
reſpondentes effectui. Prima eſt humoris multitudi-
nis minoratio, quæ ipſius eſt cauſa. Completur autem
cum vomitu eius præſentiam cum calida aqua; quoniã
minorat, atque eradicat materiam paroxymi, vt dixit
Abuh.

Abu.& calefacit. Completur quoq; purgatione ante eius aduentum, vel declinante paroxysmo, cum rhabarbar. myroba.citrinis, hietis compositis,& alijs leuibus,cum suauitate resoluentibus absque commotione humoris, & cum euacuantibus per horam præmissis habentibus humorem proprium diminuere; & proprie vbi vomitus non sit possibilis,& rigoris vehementia sit multa. Et proinde cogimur dare diagridium,& agaricum,vbi materia sit mixta, & vbi frigida opopanacum, sagapenum, diaphœnicon,& pilulas fœtidas, si non prohibeat febris. Secunda res est molestantis acuitatis ipsius, & pungentis obtusio. Completur autem cum cibis, & potibus, & medicinis infrigidantibus, & inspissantibus,in hora qetis ante rigorem exhibitis; vt sunt frumentum coctum, vel chondron,lentes,& phaseoli rub.extrema, & viscera animalium, & vina parum aceti habentia,vel cum eo præparata aqua frigida, & vinum spissum stypticum, si non prohibeat febris, lactuca, coriandrum siccum, & humidum,portulaca; iuiubæ, & similia, & pruna,siracost,casia fi.& similia, quæ remittunt feruorem sanguinis, & choleræ, educendo eam. Tertia est, quæ subitum humoris motum, & deliberationem sistit. Completur autem quiete corporis, adeo, quòd si quiescant non rigent,nisi moueantur, & stypticis,& ponticis, & ingrossantibus dictis. Quarta est quæ sensum membrorũ reddit obtusum. Completur autem cum prædictis inspissantibus, & infrigidantibus, & cum narcoticis, & cum opiatis, vbi fortis sit,& multiplicetur rigor, vt est theriaca diatesseron, & philonium, & pilulæ ex opiatis, quæ infra (Christo mediante) dicentur, & proprie vbi digestio, & euacuatio materiæ præcessit, quoniam theriaca tunc resoluit residuum, confortat, & calefacit temperate, ante vero componit seb.

Auxilia frigoris.

Quinta res est membrorum infrigidatorum, & cõtractorum calefactio,& confortatio,vt lumborum,coxarũ, & dorsi,à quibus rigor incipit,& procedit, vt in aphoris. Hippo.dixit. Completur autem cum inunctionibus ex medicinis calefacientibus simplicibus, & compositis, quæ infra dicentur. Et simplices quidem sunt sicut oleũ antiquum simplex, chamæmelinum, anethinum, de lilio, de iride. Et fortius eo est oleum costinum, balsami, nardinum, & de abrotano, sambucinum, de enula. Et fortius est oleum de asa.de been,& de saha,laurinum,de stœchade,de myrrha,& de piperibus, & de euphorbio, & proprie in frigore. Et aliqui confortant olea prædicta debilia, cum succis herbarum propriarũ, vt sampsuchi, calamenthi, absynthij,rutæ,artemisiæ, & erucæ, cũ speciebus ex pipere,pyrethro,aristolochia,myrto,castoreo, & similibus calidis proprijs, vt sinapi,staphisagriæ, & erucæ,nasturcij, & similibus. Cõpletur quoq; cum his, quæ calefaciendo trahunt calorem in pectore, & spiritalibus,coadiuuantib.ad ipsum; qualia sunt ligaturę dolorosæ,frictiones asperæ, si tolerat,fomentationes ex aqs calidis mediocriter habentibus virturem medicinarum calefacientium prædictarum, & cum calefactorijs alijs ex pannis, lateribus, lapidibus calefactis, & pomis plenis prunis retentis in manibus,artificialiter factis, & cũ calefacientibus totum corpus, vt sunt operimenta multa calida. Et quandoq; oportet, vt immittatur in balneũ aquæ prædictarum medicinarum.

De horripilatione.

Horripilatio vero est dispositio,in qua sentit eger inęqualitatem frigoris, & punctionis in corpore suo, & proprie in dorso, cute, & lacertis; & frictio est ex genere eius. Et frigus est, vt sentiat frigus purum in eis. Et causa exterior est, & interior. Exterior vt aeris frigiditas, aquæ, & pannorum lecti, & similium. Interior est in sanis, & ægris. In sanis vt reuocatio caloris causa cibi ad loca digestionis extrinseca, & ex illis est humor phlegmaticus intrans, abundans corpore ex regiminis malitia cum calefit, & vapor eius effunditur ad corporis exteriora. In ægris non est retentio caloris ad loca apostemata, & viscera; vel debilitas caloris nequeuntis se extendere ad corporis extrema, vt in propinquis morti; vel quia eius extensio impeditur, vt in liparia cõtingit; vel eius frictio, propter humorem frigidũ phlegmaticum,vel melancholicum subito effusum per sensibilia membra corporis prænarrata, sicut in principijs quotidianæ, & quartanæ contingit,ad quem præsens sermo dirigitur. Correctio rigoris est cum medicinis calefacientibus fortiter prænarratis,internis, & exterius approximatis; calefacientibus, & soluentibus : simplicibus, & compositis, quæ Omnipotentis auxilio dicẽtur.

Et cura horripilationis est medicina ex vtrique mixta. Et ex compositis appropiatis frigori sumendis interius est diacalamenthum, & etiam exterius inuncta spina,diapipereon,mithridatum,musa,confectio de asa,cũ vino tepido. Syrupus de mentha, & hyssopo,diacyminum ad eius præfocationem, & inunctum in spina,& in quartanis propriæ; & quotidianis, & rubea trochiscata in quantitate auellanæ, & cum rhodostomate sumpta ante paroxysmum per horam, & requies in omnibus,& theriaca antiqua. Et quandoque expedit dare cibos, & potus calidos,propter syncopim, & casum virtutis. Inquit enim Gal. Accidentibus virtutem dissoluẽtibus illico cious est dandus. Et tunc diamuscum est proprium. Accidit enim syncopis in febribus putridis, propter humorem frigidum effusum ad stomachũ in principio paroxysmi. Et quandoq; propter choleram effusam ad ipsum. Quo casu expedit ante paroxysmum panis aliquid dare cum succo granatorũ,vel acretiã; hora vero syncopis cum vino odorifero: & fricentur extrema,& caletiãr, deinde vomitus prouocetur,vel liniatur venter declinante paroxysmo cum clysteri vel tamarindis,deinde cibet cum sauich chordei, cum granis granatorum,& interdicatur phlebotomia. Et quandoq; accidit hora febris, pp caliditatem resoluentẽ spiritus, quibus virtus deficit.

11. Meth. 12. & 3.

Et cura supra in corde dicta est. Et in cura febris syncopalis dicetur proprius, cuius accidens est,quanquam Auer. voluerit in suo colliget,quòd syncopis ex resolutione non sit accidens; sed alterius ęgritudinis febri contrariæ scilicet frigidæ, quæ ex inanitione causatur spirituũ, & contrarijs alijs indigetur quam febris, quia calidis. Sed secundum Gal.non est inconueniens, quod aliquod accidens morbum,mediante alio sequatur,& tamẽ quia morbus est principalis,attribuendus est morbo. Sic quidem,licet syncopis talis ex inanitione spirituum immediate fiat, quàm frigiditas sequitur, tamen, quia eius febris est principalis causa inde, ideo febris accidens esse dicetur, & medicabitur frigidis,sicut febris.

Ceratum efficax,& expertum ad rigores inúctum inspina per horam ante paroxysmum Recipe olei antiqui, succi artemisiæ,cęræ parum, & frictione forti vngatur, donec calefiat locus, & imbibatur ceratum.

Pulus ante paroxysmum ter datur. Recipe zedoarię, vnc j.baccarum lauri,seminis rapæ,ana P.j.puluerizentur,& misceantur,dosis ante paroxysmum per horam,& detur,drach.j.cum tepida.

Pilulæ expertæ ad rigores. ℞. styra.myrrhæ,opij,opopanacis,omnium, ana partem.i. Conficiantur cum butyro,& fit dosis earum.v. ante paroxysmum per horam, infirmo bene se fouenti in camera sua.

Item confectio bona,& experta. ℞. opopanacis, sagapeni,aniudę,cymini,carmeni, sem.apij,piperis,ana aur. i.s.se.hyoscyami albi, croci,aristo. euphorbij, myrrhæ, zingib. ana drach.j tertiam, pyrethri, seminis harmel, ana aur.i. Conficiantur cum melle. Dosis, auellana vna cum aqua calida.

De dolore capitis.

Dolor capitis in febribus putridis est accidens nõ parum lædens virtutem, prosternendo sua fortitudine ipsam, & augens febrem sua inflammatione, adeo vt declinatam redire faciat ad augmentum, sicut dixit Abu. & causa fit collectionis materiæ partibus capitis rheuma prouocando, & si perdurer, fit morbus faciens compositionem. Vnde Abuha. & est cum vna res compositione sui, & rei, quæ est ante ipsam, & rei, quæ est post ipsam,est ægritudo, causa, & accidens, sicut dolor capitis,qui accidit ex seb. non immerito, ergo ipsa seb. maiori indigebit prouidentia, & correctione. Et siquidem pro-

prõprie accidit ex calore febris plurimum, & ex fumis resoluentibus à putredine earum sursum, prout de natura est eorum ascendẽtibus ad caput, & ex vaporibus dissolutis ex materia ipsius carminata apud digestionem, diuisionem, ac eius expulsionem, quos ad caput subleuat feb. & quandoque ex ipsa materia, & humoribus corporis ascendentibus ad caput per eam, quia sua multitudine replendo, & extendendo * myringas cerebri, & inflãmando sui acuitate dolorem inducunt. Quos dolor perceptus in radicibus oculorum demonstrat. Et quandoq; aggregantur in partibus exterioribus subcutaneis, quos dolor cutis capitis apud tactũ exterius magis perceptus ostendit. Et siquidem fuerint crassi, capitis grauedinem totam habent. Et quia cura eius in soda absoluta generaliter dicta est, hic in speciali correctionem eius breuiter transeamus. Et eius correctio breuiter est tres res. Prima materiam ascendentem trahit inferius, & deriuat. Secũda reprimit ipsam, & obtundit, ad dyscrasiam alterat calidam, & permutat. Tertia materiã eleuatam euacuat. Prima stante feb. permutatur, & completur cum frictionibus asperis manuum, & pedum; incipiendo à superioribus, & trahendo ad eorum inferiora, & cum effusione aquæ mordaciter calidæ super extremitates, & assiduatione: trahitur enim dolor sensibiliter per eam ad inferiora, & cum ligaturis dolorosis, & quandoque cum vẽtosis. Et declinante feb. si dolor det spacium, cum clysterijs, & collyrijs trahentibus, proprijs: vel cum pharmacijs ex aloe, & hieris, si vapores cholerici fuerint, vel colocynthide, si phlegmatici, vel epithymo, si melancholici; vel polypodio, si phlegmatici simul, & melancholici: vel cum sena, & fumoterræ, & aqua lactis, si adusti. Et generaliter, quicunque sint cum agarico, & apertione venarum hæmorrhoidalium cum sanguisugis, & proprie prouocatione menstruorum, maxime si materia sanguinea fuerit, vel cum peccato sanguinis; quoniam trahunt, & euacuant, vel cum phlebotomia cephalicæ manus, loco doloris oppositæ, quoniam deriuat, & euacuat. Et quandoque confert vomitus, cum materia est in stomacho, & est facilis. Secundam rem complent epithemata ex frigidis, & stypticis confortantibus, supra frontem, & tempora applicatis. Et caput si expediat præabrasum, deinde temperate fricatum, si non prohibeant catarrhi grauedo tussis frigidi. Qualia sunt ex aquis, vt ros. coriandri, semperuiuæ, filicum, solatri, & similium cum aceto pauco, rasura curcurbitæ, sandalis, camphoræ, & similibus, & proprie oxyrhodino. Et exhibitio granatorum acetosorum, & muzorum, & rob de succis ipsorum de acetosa, & de acresta, & cytoniorum, & coriandri, & aqua eius proprie si pulsatiuus sit dolor. Tertiam rem complent fomenta, & embrochæ ex aqua decoctionis anodynorum temperate calida, quales sunt flores chamæmeli, melilotum, & similia, quæ poros aperiant, quæ præmasticata, apocrusticata cõstiparunt, quæ causa multiplicationis sodæ ex feb. quandoque existit. Inquit enim Abuha. Et sodam quidem calidam in febribus multiplicat vsus epithematum, vapores exire nõ pmittentium, sic ergo applicanda subsequenter sunt ibidem cum poros aperiant, & collectos ibidem vapores resoluant ea. Et siquidem fuerit materia humoralis causa, & multa, præaperiatur vena narium, vel frontis, vel quæ post aures est, quæ parti repletæ melius correspondet, si cum peccato sanguinis fuerit; vel cum pharmacis proprijs educatur, si sine eius peccato existat: deinde prædicta fomenta, & embrochæ prædictis partibus capitis applicentur.

Et expertus est sacculus repletus ex prędictis floribus cum folijs maturarum ros. parum bullitis in aqua, & supra frontem, & tempora ligatis. Et cum fuerit grauedo prima remissa, si expedit, & prætermissa secunda, contẽtatur præmissione capitis supra vaporem aquæ decoctionis florum chamæmeli, & meliloti, & furfuris, & violarum propter febrem, & embrocationem ex ipsa, sanabitur enim ex his (si Christus voluerit.

De dolore ventris. De dolore ventris eius antecedente supra sectione prima suo loco est dictum. Et plurimum accidit ex humore cholerico concurrente ad stomachum, & intestina. Et quandoq; ex ventositate. Et quandoq; ex vermibus. Et signa quærantur supra, & etiam correctio eius.

De vigilijs & alienatione. Vigiliarum instantia contingit eis plurimũ apud statum, et similiter alienatio. Et causa est communis vtriq;. Et est quam Gal. dixit, cum ait. Alienatio, quæ fit in statu febrium ex fumis caput petentibus. Cum ergo perueniunt ad oculos in humiditate albuginea, vel cerebrum ascendunt, in phantasia, & imaginatiua impressionẽ formarum diuersarum faciunt, & intellectum turbant, & rationem, quare mouentur irrationabiliter, & loquunt infirmi, ac si viderent aliquid exterius, quod est intus; & cum exiccent simul cum feb. cellulam anteriorem cerebri inducunt vigilias, & priuant somno. Correctio eius est similis illi, q̃ in dolore est dicta, & supra in phrenesi.

De profunditate somni. Correctio vero profunditatis somni, & subeth, quæ plurimum apud principium paroxysmi contingunt ecõtra est faciẽda, scilicet cum clamoribus, et locutionibus, strepitu, & alijs expergefacientibus, trahentibus materiam, & deriuantibus vapores, sicut supra in lethargo dictum. Et cum frictionibus asperis, & odoribus ex ruta agresti, & harmel, quæ calefaciunt cerebrum, confortãt, & expergefaciunt.

De subeth. Et ad subeth cum ligaturis extremorum dolorosis, & fomentis cum calidis aquis mordentibus, in quibus decocta sunt ex calefacientibus aliqua dictis in rigore, & ex rubificantibus; sicut vrtica, calamenthum, & similia. Et cum collyrijs acutis, maxime si fuerit stricta natura, & cum ventosis inter spatulas, & spondyles, & declinante paroxysmo cum clysteribus acutis, & deinde sternutatorijs ex pipere, elleboro, & condysi, & cum epithematibus supra caput, & ex oxhirodino in principio: deinde cum additione calefacientium cerebrum, & ex serpyllo; & deinde castoreo proprie, & deinde cum epithematibus, vnctionibus, & proprie ex oleo nardino, sambucino, sampsucho, & succo rutæ, quæ est cõueniens spiritui animali. Et cum vno trochiscorũ de scammonea, succo sisymbrij, & aceto; & loco opij ponatur castoreũ, & fiat inunctio in superiori parte capitis, & vltimo emplastretur cum sinapismo. Caue tamen ne alia approximentur à principio corpore replero, quia trahunt magis cum repletione. Et cum prædicta non suffecerint, ministrentur pharmaca ex hieris magnis, & proprie hiera logodion, agarico, & castoreo pauco cum decoctione stœchadis, hyssopi, & similium.

Dochmus.

De sternutatione. Sternutatio cõtingit eis ex fumis, & vaporibus caput petentibus; eius vacuum replentibus, & humectãtibus. Et proprie in principio paroxysmi suffumigante materia accensa feb. calefacit, & dissoluit, & virtus expulsiua percipiens nocumentum impetu quodam mouetur ad expulsionem, adiuta intus ab aere per nares tracto, qui extra effusus cum materia, cum impetu exiens per angustum sonat, & sternutationem facit, sicut Hippocrates in aphoris. Quæ si immoderata, & superflua fuerit, nocumentum præstat. Debilitat enim virtutem, & replet caput trahendo, propter nimium motum accendit febrem. Et fortassis propterea aperit venas, & prouocabit ex naribus sanguinem, qui in debilitate prędstat augmentum, & in materia cruditatem. Correctio eius est tres res, deriuatio, & attractio vaporum, repletio, & resolutio ipsorum. Primam rem complent compressiones extremorum, & frictiones ipsorum asperæ, & partiũ dorsi, pectoris, & colli. Represionem complent odoramenta ex luto armeno, spongia marina cum aceto lymphato, & oleo ros. Resolutionem complent motus capitis, frictio frontis eius cum suauitate, & iniectio olei chamæmelini in aures, calefactoria capitis cum pannis suffumigatis cum xyloaloe, & thure, & spica. Et somnus tẽperatus. Et post, vigilia superflua interdicatur quandoque, quoniam replet magis, & calefacit. Et omne repletiuum ex cibis, & potibus, & odoribus. 7. apho. 43

De tussi. Tussis accidit ex febre eis exiccando exasperante tracheam gutturis, & alias pectoris partes, & quandoque dissol-

dissoluente materiam in cerebro, & acuente ipsam, quæ catarrhizans ad partes prædictas, tussim facit eo, quod natura ipsam ibi non patitur, immo ad eius expulsionē motu impetuoso mouetur, qui tussis dicitur. Et signum distinctiuum est, quia rem sentit medicus transglutire ęgrotum, & est cum sputo humido, subtili, & pauco, & salso, & quandoque acuto, & pauca siti. Inquit enim Hippocrat. Quibus tusses ſiccæ, & modicæ prouocatæ in febribus vrentibus, hi non valde sitientes fiunt. Prima vero est ſicca, & cum siti multa, & sine sputo. Cura tussis ex feb. & correctio eius est duæ res, Prima est, vt interdicantur nociua. Secunda est, vt ministrentur iuuatiua. Primam rem complent inhibitio acutorum fumantium, & salsorum, & acetosorum, & aliorum extrinsecus aduenientium nociuorum, dissoluentium, vel comprimentium cerebrum, quæ ex prædictis sunt nota. Secundam rem complent humectantia ex cibis, & potibus, vt pulmenta ex amylo, succo hordei cum iuiubis, de coctio medullarum, seminum frigidorum, et fructuum, & cucurbita, & similia, & aqua hordei, decoctionis iuiubarum; vel simplex cum penidijs bibita, & iuleb vio. & cucurbita, & syrupus iniubinus, & detentio in ore penidiorum, & proprie tragacanthi cum seminibus communibus; & inunctio exterius supra pectus ex oleo violato, & amygdalarū dulcium, vel ex cerato frigido ex succo maluæ, tragacantho, oleo violato, & cera. Et in frigida catarrhizante materia etiam cum cerato frigido, ex oleo ros. puro, vel misto cum mucilagine psyllij, & succo portulacæ, & similibus, & cum sacculo retento supra commissuram capitis coronalem, ex milio, panico, ros. sandalis, myrto, & radice solatri, quæ est propria, & alijs frigidis exiccantibus, & confortantibus. Et cum retentione in ore pilularum bechichiarum, quas supra in tussi diximus, sem. papau. albi, & confectionis ipsorum, vt diacodion, diapapaueris, & cū suffumigatione ex sandaracha, & odoramentis ex camphora, & aceto lympha to. Superius præmissa summa ostendimus, qualiter ex

De angustia. angustia ephemera feb. proueniet. Hic autem dicemus qualiter angustia, & inquietudo in putrida febre contingat. Et quod angustia contingit ex fumis calidis circa spiritalia coadunatis, coangustantibus spiritus, & virtutem in eis, cum debilitate, adeo, vt expandi ad exteriora non possit, quare natura mouet hinc inde corpora, & membra sine ordine, & quiete, quatenus possit ab angustia, & carcere deliberari, ad quod caliditas febr. adiuuat spiritus inflammando. Et correctio eius est duæ res, derivatio fumorum, & attractio ad extrema, scilicet prout in dolore dictum est; & alteratio spiritalium cum confortantibus notis supra in complentibus rem secundam, quæ in cura putridarum est principalis.

De difficultate anhelitus. Difficultas anhelitus, & transglutiendi accidit in febr. aut propter febrem exiccantem, & spasmantem lacertos anhelitus, qui sunt in pectore, vel transglutiendi, qui sunt in gutture, & meri. Et illud est malum, vt *5. aphor. 28.* dixit Hippocr. in suo aphoris. cum ait. In febribus spiritus offendens malum, aut propter materiam dissolutam à febre catarrhizantem à capite ad guttur, & ibidem collectam, aut propter virtutis motiuæ debilitatem in suo principio. Et signa distinctiua sunt manifesta. Et correctio primæ causæ est cum humectantibus frigidis, virtutem, & proprietatem in dilatādo habentibus, interius, & exterius approximandis, notis supra in cura ephemeræ ex frigiditate, vel densitate. Secundæ vero est, vt cum his, quæ tussim catarrhalem corrigunt, strangulationem, & synachen; & cum confortantibus cerebrum, neruos, stomachum, & meri, quæ supra sunt nota, & interdicantur vomitus, & omnia clysteria, & collyria sunt meliora pharmacis per os sumptis.

De siti. Sitis in talibus accidit ex calore febris, inflammante, & exiccante spiritalia, & etiam nutritiua. Et quandoque est ex materia baurachia salsa ori stomachi adhærente, vel cholera in partibus stomachi superioribus effusa, quæ sitim, & tristitiam infert, atque cordis morsum, fastidium, appetitus casum, & similia. Et signa harum causarum ex prædictis sunt manifesta. Et correctio primo fit cum infrigidantibus, & humectantibus, sumptis, & bibitis in quanto sufficienti per interualla, notis supra in sectione prima. Oportet autem vt sint quantitatis sufficientis magnæ; pauca enim sitim magis accendunt, dixit Abuha. quoniam excitat caliditatem, sed fit sumptio suis horis, & per interualla, continue vero frigidis aquis gargarizatis, & lauationibus, & masticationibus ex ramis portulacarum, & præputiorum vitis, tamarindorum, & similium, & retentis in ore, vt mucilaginibus, tragacanthi, psyllij, seminum cytoniorum, & melonum, & proprie indorum, & prunis, infusis, & sebesten. Et medullis seminum communium frigidorum, radicum liquiritię, & zucchari candi, in quantitate fabæ, carnium melonis indi, limonum, & similium, vel crystallo infrigidata in aqua, & aliis compositis, quæ (Christo duce dicentur.) Et oleis frigidis infusis super caput, si non sit prohibens. Et frigidis epithematibus supra pectus, hepar, & stomachum, & ex prędictis, & proprijs, & cum vigilijs, quoniam si ex siccitate vel frigiditate esset, somno corrigeretur. Correctio vero secundæ causę est cum incisiuis, & absterſiuis, & proprie cum aceto lympharo, gargarizato, & bibito, & appropriatis, vt anisо, masticato, & transglutio, & similibus compositis, dictis supra in tussi. Et tertiæ causæ correctio est cum vomitu, & sumptione aceti, & medicinarum acetosorum, & prunorum, tamarindorum, & succo duorum granatorum expressorum, cum pulpis eorum, quæ choleram reprimunt, & educunt, stomachum confortando, & excitando appetitum. Et siccitas linguę ac oris ex illis est, quæ febris caliditatem causat, & corrigitur, sicut prima sitis.

De siccitate & asperitate linguæ. Asperitas vero linguæ duplex est, quædam est cum superficie eius clara, & munda, & talis est ex caliditate, & siccitate febris, ex asperitate, & remanet in calore suo, quædam est cum superfluitate viscosa adhærente, cuius causa materialis est quandoque catarrhus phlegmaticus cum signis suis, & tunc primo est alba, & quandoque est vapor cholericus eleuatus à spiritalibus, & nutritiuis, & tunc est primo citrina, quos cum aduret febris caliditas, deinceps conuertetur in nigram.

Cura eius, & correctio eius, quæ munda est, est correctio siccitatis dicta, & sitis primæ. Eius vero, quæ est cum viscositate correctio, est sicut secunda. Et oportet, vt abſterſio fiat præcedente ablutione, cum aceto, & aqua, cum instrumento ex canna, vel salice facto, vel cochleari ex aliquo metallorum: deinde, cū panno aspero madefacto cum aqua zucchari; deinde humectetur cum pipatella ex seminibus cytoniorum vel melonis recentis interclusis, quoniam prohibent offuscationem, & humectant, ex quo valde alleuiantur infirmi. Oportet autem, vt non dormiat supine, neque super cervical ex plumis mollibus, quoniā sunt ex his, quæ calefaciunt, & exiccant, & exasperant, & denigrant.

Pilulæ. Recip. medullæ seminum cytoniorum, sem. communium, ana vnc. ij. tragacanthi vnc. j. confice cum carne prunorum, & mucilagine psyllij, & teneantur sub lingua succeſſiue.

De fudore. Sudor symptomaticus, & criticus, superfluus, vel diaphoreticus accidit eis secundum Gale. ex feb. subtiliante humores, & ratefaciente poros, quare deficit contentiua, & contineri non possunt, quinimmo cum humoribus superfluis, quos quandoque virtus euacuat expulsiua, egrediuntur etiam boni deficiente contentiua. Et signa sunt, quia non confert, neque bene fertur, sed eorum virtutes deficiunt, & obtenduntur. Et correctio eius, licet supra in cura cordis sit dicta; tamen, quia cum febr. accidit, hic in fine pro tanto sciendum est, quod est tres res. Prima inspissat, & adæquat humores. Secunda inspissat poros intropellendo humores. Tertia deriuat ipsos ad aliam regionem. Primam rem complent omnia ex cibis habentibus inspiraſſe humores ex leguminibus, chondro, lentibus excorticatis, & phaseolis albis, qui dicuntur meleroio, & frumento de

cocto,

cocto, parum aceti habentibus: pane similagineo, & albo, & ex amylo, & panico, carnibus porcinis, & viscosis, & proprie extremorum ipsorum, & cerebri, viscerũ, & testiculorum galli. Et ex fructibus, cytonijs, pyris, sorbis, mespilis, castaneis, zatur, dactylis, & iuiubis, & similibus. Et potibus frigidæ aquæ, & stypticis si toleret stomachus, & natura. Si vero non, cum vino crasso, & styptico, & ex medicinis, vt charabe, coriandro, tragacantho, myrob. penidijs, & similibus, quę supra dictæ sunt, & infra suis locis (Christo propitiante) dicentur.

Secundam rem complent frigida, stiptica proprie, & exterius approximata ex aeris infrigidatione, vt supra præfertur in alteratione febrilis dyscrasiæ, & proprie cum aspersione aceti, sandalorum, & camphorę, & myrtorum ministratione, aut euentatione, & flabellatione corporis, adeo vt quandoq; ducatur in cunis, & sine motu per se ad aerem frigidum immutetur, & cum irroratione aquæ frigidæ per se stypticæ supra faciem, & caput, & pulsus, & proprie ros. Et cum epithematione hepatis, & pectoris ex sandalis, spodio, & camphora, & aqua rosa. & madefactione corporis etiam, si expediat, & toleretur ex ea, vel aquis decoctionis stypticorum, & ponticorum, & proprie cytoniorum immaturorum, & macianorum ros. balaustiarum, myrtillorum, gallarum, & similium, vel succis, vt aceto mixto aquæ niuali, & est fortis impressionis, succo acrestæ, myrtę, & summitate salicum, virgæ pastoris, & etiam semperuiuæ, si toleretur. Quæ si non sufficiant, liniantur ex mucilaginibus psyllij, & tragacanti, & sem. cyto. & similium, superaspergatur puluis subtilissimus charabe, & spicæ, & super pulsus extremorum ponatur nix, vel rasura cucurbitæ, & balneentur in frigida, si toleretur. Oportet autem, vt alia minorentur quandiu expediat, deinde auferatur absque abstersione. Abstersio enim rarefacit, & prouocat, quare oportet, vt camisia, & linteamina ex sudore madefacta, non nisi cum cessauerit, immutentur. Et deinde gradatim calefiat, & nutriantur vt sanguinem, spiritum, & calorem, quem perdidit, resumat, & confortetur, vt vlterius sufficiat ad pugnandum, si expediat, morbo. Tertiam rem complent diuretica frigida, & aquæ ipsorum cum zucch. ros. mista, quæ deriuent humores subtiles ex poris ad vias vrinæ, & prouocando, confortant. Et quia de reliquis accidentibus in sectione prima sufficienter est dictum, hic dimittantur gratia breuitatis. Correctionem aliorum accidentium, quæ consueuerunt insurgere, talibus febribus, quæres infra in cura pestilentialium.

De medicinis feb. in speciali, & primo simplicium, & inter eas primo synocharum in putredine. Cap. 2.

Controuersia inter G. & Auic. de sch. san.

GAlenus inquit. Sanguis cum superexcoquitur, vel putrefit, subtile eius trasmutatur in choleram, crassum vero in melancholiam. Quod quidem verbum mouit Abuhali eius interpres ad dicendum Galeviisum febrem ex sanguine putrescente, vel inflammato non esse, quod enim conuertitur, & transit in aliud, desinit esse, quod est, quapropter feb. non erit sanguis, sed aliorum humorum alterius in quo transmutatur. Cuius contrarium in de crisi, & therapeutica euidenter apparet. Et quidem verbum hoc trasmutatur cum dicat quid in fieri, & in eo quod in fieri est, sit dare aliquid factum, aliquid vero quod restat ad fiendum, vt Galen. alibi dixit. In putrescente sanguine, & existente in conuersione actu, seu trasmutationis, erit dare aliquid eius conuersum in prædictos humores, & aliquid non; sed adhuc sub specie sanguinis permanebit. Siquidem ergo, quod de eo remansit adhuc sub specie sanguinis superet, quod de ipso conuersum est, febris dicetur esse sanguinis. Si vero econtra feb. non dicetur esse sanguinis, sed secundum speciem in quos conuersio facta est prædominantis semper nomine præseruato, quod innuit Auer. in suo vij. col. Et hoc secundo modo interpretatus

Cuiçillatio.

A fuit, vt æstimo verbum illud Abuha. Et, quod talis febris mordacis est caloris respectu inflammatiuæ, minus vero quam causon, propter accensionem ipsius in stomacho humido putrescentis in omnibus venis corporis, vel maximis titillico vsque ad inguina protensis valde in proprio loco eius. Et proinde continua existit, & concluſa, nullam intermissionem quietis ex se habens, sed vnum paroxysmum à principio incontritum, & continuum, & absque sudore interueniente vsque ad finem accedens varium habente calorem, quia aliquando augmasticum, aliquando paraugmasticum, & aliquando homotonum, secundum de eius putredine plus, vel minus, vel æqualiter resoluitur ei, quod de ipso putrefactioni succedit, propter quod dictum est tres habere species, quarum prima est deterior, minus mala est secunda, & tertia est media inter eas. Quarum terminus est, vt plurimum, vsque ad septimum diem. Et quandoque in *Tres luium feb. ij. esse.*
B quarto cum euacuatione manifesta per fluxum sanguinis, vel eruptionem choleræ ex ventre, vel sudorem, vel deriuationẽ ad cutem, quare fiunt phlegmones in emunctorijs, vel variolæ, vel morbilli, aut pasticium, & illud est plurimum, bona terminatio, quando antecedunt signa digestionis. Et quandoque terminatur male, vt quia permutatur in causonem, & quartanam, & phrenesim, vel lethargum, & profunditatem somni aduenientem ei; vel hydropem siccam, quòd prædicta euacuatio non resoluit, & permutationis signa præcedunt in quolibet apparentia membro, ad quod permutatio fiet.

Et causa eius duplex est, interior, & exterior. Interior *Causa.*
est quam supra in principio summæ huius ostendimus, & est sanguis propter oppilationem intranspirabilis, putrescens propter sui aptitudinem à complexione, substãtia, quantitate, & loco: licet raro accidat talis febr. propter causam in principio huius capituli assignatam. Exterior vero est duplex, vna est dispositionis, alia est complexionis. Dispositionis est vsus fructuum in substantia sanguinis multiplicantium humorem aquosum, cru-
C dum, quod ad putredinem præparatur, vt sunt fructus aquosi, styptici, & pontici, noti, & proprie persica, & poma immatura, & pyra. Complexionis est motus corporis laboriosus, & animæ, vt ira, & similia, subito commouens, & inordinate ipsum ad loca oppilationum inflammans, & perturbans, & calor aeris inducens ebullitionem in eo, quare putrescit à naturæ regimine destitutus, & feb. accendit.

Signa, sunt signa repletionis sanguinis, & qualitas *De signis.*
corporis mutata ex inflammatione faciei, oculorum, & venarum cum rubore, & pruritu in collo, facie, & naso. Et quandoque fluit sanguis ab eo, grauedo capitis, & pectoris, & dolor grauatiuus inter spatulas extensus in dorso, angustia anhelitus cum multa fumorum emissione, & odore graui, & cordis tremore, & quãdoque cum syncopi. Pulsus plenus, velox, & spissus, non fortis, vt erat inflammatiua. Illa enim non committebat se nisi forti virtuti, in hac vero ex quo sanguis putrescit, facta
D est imbecillis, non valens sanguinem gubernare. Vrina vero est rubea, obscura, * puluerulenta, & spissa, & febris *pulueru.*
disposito est, vt est dicta cum circumstantijs consimilibus ei.

Et cura huius feb. speciali iudicio generalis curatio- *De cura.*
nis prædictæ est adaptanda. Cum enim secundum Gal. generalia in specialibus contineantur, in eis erunt seruanda. Et proinde cura huius est quatuor res, proportionabiles illis supra scilicet. Abscissio causæ, febris alteratio, regiminis ordinatio, & correctio accidentium.

Prima est euacuatio sanguinis putrescentis, quæ dupliciter est complenda: minoratione scilicet, & mundificatione. Minoratio fiet eius non expectata, nec præmissa digestione cum phlebotomia de venis manus magis, q̃ cum re alia, etiam dierum numero non attento; sed fiat quacunque die peruueneris ad infirmum: siue sit par, siue impar, & quacunque hora maxime prima, & cum illis proportionabilibus, vt ventosatione cum scarificatione in cruribus, pulpis tibiarum; & dorso, apertione venarum

narum hæmorrhoidalium,vel menſtrualium, ſi phlebo tomiam non tolerat,propter cauſam ſuperius dictam in inflammatiua,deinde in apertione venarum narium,& frontis mediæ,& propter repletionem facientem magnã indigentiam,debet eſſe multa; ſed propter putredinem, & oppilationem,quæ non tolluntur ex ea, & virtus debilitatem,quæ non tolerat,oportet eam partiri. Si ergo fiat aliqua,ſeruetur aliquid ſanguinis in cibum naturæ, quæ fiat potens in alijs,& criſibus expectatis, nec oportet intemporanee vlterius præcibare, propter cauſam iam iã ſuperius dictam, ſed fiat ſequenter, vt paulatim educatur putredo cum totalitate, & virtutis conſeruatione.

Mundificatio putrefactionis ſanguinis completur dupliciter. Vno modo cum his, quæ ab eo ſuauiter mundificant fumoſitates,quibus ad inflammationem perducitur,clarificant ipſum, & purificant ſequeſtrando ab ipſo ſuperfluitates aquoſas, quibus ad putrefactionẽ diſponitur, quare ipſum febrem accendere Gal. dixit. Qualia ſunt cuſcuta, abſynthium, & capilli veneris,& tamarindi,quæ aquoſas ſuperfluitates educunt. Et diuretica calida proprie leuia; & alia ex mundificantibus ſanguinem, quæ in antidotario diximus, & quia ſunt hyſſopus,aſphodelus,& haſce,quæ mundificant ipſum ab humore crudo,qui cauſa oppilationis exiſtit,quæ cauſa eſt immediata putredinis eius,digerendo illum. Alio modo cum his, quæ ſubſtantialiter,& notabiliter purgant,& ſoluunt humorem corruptum, ſanguini mixtum, vel generatum ex corruptione ipſius, vt cholericum,vel melancholicũ, vel aduenientem ſibi, & inficientẽ ipſum,ſiue ſit phlegma,ſiue melancholia. Nihil enim aliud eſt purgare ſecũdum Gal.quam purum ſanguinem derelinquere,vtroq; modo intelligendum eſt hic, cũ corruptum ſanguinem mundificandum dicamus. Comprehenditur enim effectus putrefactionis ipſius,à quibus purgatum eſſe oportet, ſi mundificatus, & purus debeat ſanguis permanere. Qualia autẽ ſint hæc, omnia ſupra in antidotario dicta ſunt. Sunt enim ex eis ſimplicia,& compoſita,& ſimplicia ſunt, quæ ibidem ſunt numerata,& compoſita ex quibus eſt hiera picra proprie,& decoctio capil.ven.quæ ſimul omnem reſpiciunt. Et alię medicinę ex illis compoſitæ,talia vero mundificantia vltimo modo dicta digerentia præcedere debent, eo quod mundificant attrahendo fortiter plurima; aliæ vero ſimul digerentia, & mundificantia ſunt abſque attractione forti. Et digerentium quædam ſunt,quæ ſubtiliant, cum in ſanguine humor crudus mixtus fuerit, & craſſus, quæ ſunt iam nota ſupra. Et ex illis ſunt ſyrupus de hyſſopo, ſyrupus,& trochiſci proprie de roſ. de haſce, & ſimilia. Quædam,quæ inſpiſſant,cum fuerit in ſanguine humor ſubtilis, vt eſt rob iuiubarum,aqua lẽtium, dactylorum, tragacanthi, & ſimilium. Et quandoque oportet præmittere aliqua, quæ naturam leniant,ſicut eſt herba acetoſa recens, quæ laxat,ad differentiam ſeminis ſui,quod ſtringit,ſpecialiter ſi ſit ſiccum, vt dixit Abutha. Et ſuccus duorum granatorum expreſſorum cum pulpis ſuis, granis eorũ non cõtritis in quantitate, vnc.vj. ſiracoſt,tamarindi, pruna, & ſimilia,q̃ feruorem ſanguinis reprimunt,& reſoluunt ſubtilitatem cholericam, leniendo naturã. Alteratio ſeb.dyſcraſię fiat cum illis,quę ex medicinis interius approximatis infrigidant,& humectant,& cum aqua hordei,lactucæ,& aqua caſiæ fiſt.coriandri humidi,& aqua lentium,& ſimilium,& aqua frigida, ſi non fuerit quod prohibeat, & breuiter cum his,quæ ſupra in cura generali ſunt dicta, quę hic etiam ſunt obſeruanda,& prout diſpoſitio exigit,eligenda,& miniſtranda abſque ſuperfluitate, vel paruitate. Sicut enim talia, quæ infrigidando ſedant ebullitionem ſanguinis, incidant humorem crudũ oppilantem, & aperiant oppilationem, qualia ſunt ex ſimplicibus acetoſa proprie, & compoſita ex illis ſunt nota,& ex illis eſt ſyrupus acetoſus,oxyſacchara, ſuccus granatorum muzorum,& aranciorũ cũ zucchаro, pruna,et ſimilia,nõ valde ſtyptica. Et ex appropriatis eſt chryſolochana,& pes locuſtę, & decoctio eius,& cõſimiles.

Diæta. Regimen vero ipſius fit cum cibis, & potibus virtutẽ conſeruantibus, non multum nutrientibus,euchymis, frigidis,& humidis,vt eſt ſauic hordei cum granis granatorũ, & iuiubis; aqua hordei, & alijs inſpiſſantibus ſanguinem abſque ſtypticitate multa,propter oppilationẽ, quæ in putrefactione eſt prima. Et ideo cauſa augmenta ta,augebitur feb.ipſa,vt eſt ſumach,& amylum,ex mundificantibus,vt endiuia, boragine,& bugloſſa,bleta,portulaca,lupulis, lactuca, & ſimilibus,& quandoque cum ſubtiliantibus, vt aqua cicerum, capparibus cum aceto, & aqua caulium,& ſimilibus. Sint autem in quantitate pauca,& ſæpe data, vt reſumptio euacuationi correſpondeat. Et ſicut paulatim corruptus ſanguis educitur, ita paulatim reſtauretur bonus. Corruptioni enim eſt neceſſaria reſtauratio cum temperamento,dixit Gal. in hora matutinali, in qua refrigerium ab aere recipit, quod a ſe habere nequiuit.

Sanguinem mundificans.

Accidentis correctio.

Correctio accidentium eſt: pruritui accidenti:in naſo, & collo, ſuccurratur cum poſitione ventoſæ in eo,& prouocatione ſanguinis ex eis, tremori vero cordis, & pulſui anguſtiæ anhelitus, & dolori capitis grauatiuo, & dorſi, ſubuenietur eis cum phlebotomia,& reiteratione eius,& ſyncopi,cum pane,& ſucco acreſtæ,vel granatorum ante ipſam,& cum vino lymphato,cum aqua roſ. in hora ſyncopis. Fluxui vero ſanguinis ventris, & ſudori non obuietur, niſi cum ſuperfluxerit, de quibus dictum eſt ſuperius.

Deſcriptio ſyrupi mundificantis ſanguinem. Rec.boraginis,bugloſſæ,lupulorũ, capil.ven.endiuiæ,cichoreæ, ana.M.i.radicum quinque communium,ana vnc.s.cuſcutæ,florũ abſynthij, eupatorij,ana vnc.s. zucc.lib.i.ſuc. roſ.drac.iij.doſis,drac.i.cum drachm.s. tamarindorum, pulpæ tereniabin, & aquę paſſularum,quod ſufficit.

Deſcriptio potionis ad idem cum ſolutione. Rec.mellis,caſiæ tiſt.drac.ij. diſſoluantur in aqua endiuiæ,& ſumatur per interualla hebdomadæ. Et aliqui addunt rhabarbarum, cum in ſanguine cholera dominatur, & aliqui agaricum, cum dominatur phlegma, & aliqui aquã epythimi,cum admixta eſt ei melancholia.

Deſcriptio aquæ inſpiſſantis ſanguinem. Rec.i.dactylorum immaturorum, iuiubarum,numero xv. lenticularum terræ excorticatarũ,aquæ, ſem. vtriuſque,ana dr.i. gummi tragacan.drac.i. coriandri, drac.s.decoquantur, & addantur penidiorum. drac.iij. zuccha.tabarzet.dr.i. Doſis,quolibet mane vnc.ij.

Deſcriptio trochiſcorum propriorum ad ſeb.ſanguinis. Rec.ſpodij,drach.ij.ſem. portulacæ,drac.vj.ſem.cucumeris,drach iij. gummi tragacanthi, amyli,ana drac. iij.ſuc.liquiri.drac. viij. fiant ex eis trochi. drach i.detur, drac.s.vel.i.cum aqua cuſcutæ; inſpiſſat enim ſanguinẽ, & confortat hepar.

Deſcriptio aliorum Reci.roſ.dra.iij.berberis, drach. ij.ſem.cucumeris, citruli, melonis; ſpo.ſem.portulacæ, ana dra.j. gummi,tragacan.amyli,ana dra.s.rhab.ſem. croci, camphoræ, ana * pondus granorum.xx. & informentur in quantitate, drachm.i. & detur vnus cũ aqua coriandri ad idem.

* *ſcrup.*

De medicinis febr. phlegmaticarum, & primo de quotidiana. Cap. 3.

Feb. quotidiana quid.

FEbris quotidiana eſt febr. accenſa in phlegmate putreſcente, quæ quidem quia æqualiter exacerbatur quotidie, eſt quotidiana, licet accidentaliter, vt infra dicetur,erat autem, vt prædictum eſt in principio ipſa duplex interpolata,& continua illa proportionata. Exacerbari enim videtur in periodis quibuſdam quotidie ipſius continua, ſicut interpolata: non tamen incipit cum rigore, nec eradicatur plene, ſicut illa. Siquidem dicta eſt proportionalis, quia conuenit interpolatę ex eodem humore in ſpecie facta; non tamen totaliter, quia conuenit ei, & differt ab ea. Conuenit ei certe in quotidiana exacerbatione, prout eſt dictum, & in materia, quia vtraque eſt ex phlegmate putreſcente ſecundum quamlibet ſui ſpeciem. Separatur autem in diſtinctam, & in longitudi-

longitudinem durationis totalis, seu vniuersalis morbi, & particularis paroxysmi respectu tertianæ; sunt enim de genere chronicorum, vt Gal. dixit, quorum vniuersalis terminus est in 64. diebus, et particularis paroxysmus in 18. horis secundum plurimum. Variantur autem secundum plus, & minus, ratione varietatis humorum in quantitate, & qualitate, & ratione varietatis corporis in virtute, & cõpositione, & in temporibus vniuersalibus, quia status, & declinatio prolõgatur in eis, & in hora exacerbationis, quia secundum vnumquemque diem ad vesperam, & noctem magis. Et in partibus, seu horis exacerbationis ipsius paroxysmi, quia principium, & declinatio prolongatur in eis. In essentia feb. quia vtriusq; calor obtusus est, & inæqualis, seu dispartitus, & hoc totũ propter humoris naturam, quia frigidus, crassus, & viscosus est vniuersaliter; differunt tamen secundũ plus, vel minus, secundum vniuersitatem specierum eius, vt infra dicetur (propitiante Christo.) Porro in alijs accidẽtibus essentialiter distinctis, vt in qualitate mutata corporis, vt quia faciei color, & vniuersi corporis ad pallorem, & plumbeitatem cum inflatione tendit, licet vapor ex putredine ascendens quãdoque ipsum ad rubedinem mutet. Et actione læsa, quia est cum stomachi læsione; vt plurimum, propter causam inferius assignandam, & cum dolore ipsius atque crassitie, et aliorum viscerũ propter oppilationes multiplicatas i eis. Et pulsus est paruꝰ, demissus, debilis in primis: deinde fit frequẽs in processu, propter eius paruitatem, & frequentiam. Et eius paruitas vehementior est quam frequentia quartanæ, & tertianæ, verum non est velocior pulsu quartanæ, quandoque est tardior eo, aut similis illi; in primis est vehementis diuersitatis cum priuatione ordinis, & diuersitas magis est in paruitate, & debilitate ipsius, & significationes pulsus super eas sunt de certioribus signis. Et vt vrina quidem in eis in primis est alba, & subtilis, propter frigiditatem humoris, & complexionis, deinde fit rubea, propter putredinem, & quandoque permutatur, econuerso propter humorem, qui indigestionem incurrit, & iterũ rubet, & inspissatur propter digestionem, & expulsionẽ, oppilatione aperta, & egestio est mollis, alba, & inflata phlegmatica. Et in circumstantijs, vel ętate, nam plurimum accidunt humidis natura, quietis, vel ætate infantibus, & senibus; in tempore hyemis; in regione humida; gulosis, patientibus nauseatiuam satietatem, exercitantibus, & balneantibus se post repletionem, & nauseam, & habentibus oxyregmiam, & descensum humoris phlegmatici ad stomachum, in quo putrefit plurimũ, tanquã in minera generationis suæ, propter malitiã regiminis. Et proinde non excusatur à defectione stomachi cũ casu appetitus, & malitiæ digestionis, quæ est causa dolorum, & syncopis, defectus virtutis, & prauorum accidentium aliorum, & proprie in interpolata. Et sunt absque siti, propter phlegmatis naturam abundantis in ipso, quæ si accidit, fit propter putredinem eius, & salsedinem ductã ex ea, & tamen minor erit, quàm in alijs: licet sit magis perdurans. Quibus omnibus accidentibus, vel pluribus dictis cognoscitur feb. phlegmatica, seu quotidiana, interpolata etiam, & continua in seipsa, vt proprijs signis, & distinguitur ab alijs generibus putridarum feb.

Signa differentiæ. Differt vero ab ea, in modo exacerbandi, & declinandi, in fortitudine, vt dictum est, & debilitate caloris, & interpolatione, ac continuitate ipsius. Et quidem, quę interpolata est cum exacerbatur, vel mouetur ad afflictionem, & paroxysmum inuadit cum frigore manifesto, primum tamen paruo, deinde magno, & vtroque prius puro, deinde cum horripilatione propter calorem, quem acquisiuit phlegma cum ad putredinem successiue, secũdum partes suas deuenerit propter sui crassitiẽ, & quia frigiditas ab eo, & fumus calidus resolutus simul p sensibilia membra corporis subito diffunditur, & sic frigiditas simul, & calor percipitur. Cum vero totus sit putrescens, calorem accendit minorem, quia transpirabilẽ ad exteriora. Deinde resoluitur, & declinat omnino, quandoque plurimum absque manifesta euacuatione, & plurimum non omnino, & tũc quies succedens erit impurior, & propter debilitatẽ virtutis, & humoris viscositatem, qui semina putredinis derelinquit, & aliquando cum vomitu, & ventris fluxu, & rarius cum sudore pauco, propter naturam humoris, qui si fiat, subtilitatẽ ostendit magis, & morbi proinde breuitatem. Continua vero cum ad exacerbationem venit, absque frigore inuadit, vel cum frigore pauco non valde manifesto, propter ventrem apud præsentiam frigoris humoris commoti, quod inimicum est eius. Et licet tarde ad augmentum perueniat, sicut illa, tamen ex quo putrefit, calorem fortẽ accẽdit, & contiuum, qui non declinat omnino. Et hoc totũ propter humoris positionem, & situm, vt superius dictũ est. Differt quoque ab illa in pulsu, & natura, quoad qd, nam pulsus cõtinue est inæqualis, & natura turbata, interpolatæ vero non, & in periculositate: continua enim periculosior est respectu interpolatæ sibi proportionatæ. Inquit enim Hipp. in aph. Febres quæcunque non desicientes, in diatricis fiunt fortiores, sunt, & periculosę. Qđ generalizans Gal. ait. Feb. illa non molesta est, quæ de se corpus mundificat, quæ vero non mundificat, respectu eius esse molesta dignoscitur. His enim accidẽtibus quotidiana interpolata distinguitur à continua sibi proportionata. Et cõueniunt ambę cum alijs generibus putridarum proportionaliũ, de quibus infra dice (duce Christo.) *7. aph. 46.*

Adsunt ergo ipsi quotidianæ species plures, & diuersæ, & differentiæ substantiales secundum pluralitatem specierum phlegmatis, in quibus accenditur. Alia enim est in phlegmate acetoso. Alia in phlegmate salso, alia in dulci, raro vero in vitreo: plurimũ enim rigorem facit absque febre cum putrefactioni sit ineptum, ratione cõplexionis, & substantiæ. Accedunt quoque species aliæ, vel differentiæ accidentales, seu modi, ratione loci, temporis, seu horæ, & ratione symptomatis ei associati. Cũ enim frigore, & calore consistat, aut præcedit frigus, & sequitur calor, vt dictum est, quod est plurimum, & tũc fiet quotidiana vera; aut simul est frigus, & calor, quod est rarius, & tunc aut sunt in diuersis partibus corporis, aut in eisdem, si in diuersis, aut quia extra sentiatur calor, & intra frigus, & sic erit quotidiana epiala nominata de genere quotidianæ, & putridæ, licet Serapio dicat tunc ephemeram fieri feb. per quam tamen interpolatã dedit intelligi, aut econtra, & sic erit quotidiana nominata lypiria. Si vero in eisdem omnibusque corporis partibus in quo fit frigus, & calor sentiatur in eis, & tunc erit tertiana nominata, in qua simul vtraque existit, à proprietate rei denominatione assumpta. Et secundum horam exacerbationis: aut enim exacerbabitur in hora phlegmatis vesperarum scilicet, & noctis, quod est magis, vt dictum est, & tunc fiet quotidiana dicta nocturna, aut secundum horam diei, licet illud sit raro, & tunc fiet quotidiana dicta diurna. Et etiam secundum associationem accidentis syncopis, & tunc fiet quotidiana dicta syncopalis humorosa, ad differentiam humoralis subtilis, quæ est humorosa cholerica semper à proprietate rei nomen sumendo. Et quidem causę specierũ primarum, vel verarum, & essentialium ex prædictis sunt notæ. Omnes autem sunt chronicæ, & proprie, ac magis, cuius causa est phlegma purũ, vt infra ex vitreo, nisi eius paucitas cõtradicat. Cuius vero causa est phlegma mixtum, si cum cholera, vt est phlegma salsum, est minus longa, si vero cum melancholia, vt est acidum, & ponticum, magis longa. Mixtio enim si sit, & partialis, & vera, abbreuiat, vel prolongat secundum diuersitatem miscibilium, vt est dictum. Si vero sit secundum vicinitatem, vt est in hemitritęa, licet ratione contrarietatis vnius humoris ad alterum abbreuiet, vel prolonget, tamen ratione diuersitatis semper prolongat. Inquit Gale. vel Hippoc. in apho. morbus habens multam, & diuersam materiam, longior est habente vnam similem. *Febr. quotidiana. Species.* *Prognostica.* *4 aph. 90.*

Signa eius sunt eadem, quæ dicta sunt superius in generali; variata tamen, secũdum intensum, & remissum, longum, & breue. Nam, quæ in acetoso, & pontico accenditur, prædicta accidentia pura habet, atque intensa,

&

& etiam frigus longum,& calorem quoque tarde accendibilem,minorem, & lõgiorem. Et in diebus primis calor ipſius eſt paruus. In ſubſequentibus vero fit fortior, propter calefactionem, & ſubtiliationem humorum. Et vrina eſt pallida, remiſſa in colore,& ſubtenuis in ſubſtãtia.obumbrata in ſuperficie,& nebuloſa. Quæ vero in phlegmate falſo,cõfuſa, & obtuſa, propter choleræ mixtionem, vnde minus frigus, rigorem vero magis habet, & calorem acutiorem, ac breuiorem. Et erit in primis diebus fortior. In ſequentibus vero minor, & vrina eſt rufa in colore, confuſa in ſubſtantia, obumbrata in ſuperficie, liuens ſuperius. Quæ vero in phlegmate dulci, medio modo ſe habent.

Cauſa. Epiala. Specierum vero accidentalium, ſeu modorum cauſæ ſunt. Et eius, quæ epiala eſt cum eſt phlegma vitreum, comprehenſum in occulto corporis, non tamen in venis, ne continuam faciat,ſed extra,vt in ſtomacho, & in teſtinis,& hoc propter ſuam frigiditatem intenſam, quia non poteſt aggregari in venis, ſed in illis tantum, in cuius parte accidit iam putrefactio, ex qua vapor inflammatus ſpargitur ad exteriora corporis, & inflammat ea inflammatione debili, lenta. Quapropter dixit Serapio eam ephemera, ſicut Abuha. quotidianam continuam conſimilem hecticæ. Et pars eius, quæ remanſit in putrefacta, propter præſentiam caloris alterius partis putrefactione in ſuo frigore roboratur, vnum enim contrariorum per præſentiam alterius confortatur, vt Ariſto. dixit, & ſic magis frigiditatẽ in interioribus imprimit, & magis ſentitur quam prius. Sed ad exteriora corporis non peruenit,propterea quia caliditate alterius partis putrefactæ ſunt in phlegmate, & non eſt continua, ſed interpolata durans tribus, aut quatuor periodis. Et ſigna eius ſunt ea,quę dicta ſunt,ſuam cauſam demonſtrantia.

Signa. Et tarius eſt euentus eius propter cauſam ſuperius dictam. Et plurimum cum accidit exacerbatur omni die, verum quandoque permutatur ſua exacerbatio quotidiana in tertianam, vel quartanam, cum difficile, & tarde veniat in putredinem propter compoſitionem, ſubſtantiam, & quantitatẽ puram, & complexionem frigidam, potentialem, & actualem,quam in corpore ſeruat, vt Galen. dixit, ob quam rem periodica ſolum eſt, non continua. Non enim poſſibile eſt tantam frigiditatem eſſe in venis ſanguine repletis, quam etiam natura non tolerat, nec pro tanto non dicetur quotidiana ex phlegmate ſubſtantialiter, & proprie. Accidentaliter vero à paroxyſmorum circuitione facta,quod quare fit infra de quintana(propitiante Chriſto)dicetur. Et ſpacium paroxyſmi eius eſt vſque ad quatuor horas, & plurimum cõſumitur ante, propter materiæ paucitatem. Et vrina eius alba eſt, & cruda, & valde modicæ colorationis, &

Cauſa lipyria. pulſus eius eſt tardus,& rarus. Et cauſa lypariæ dicta eſt phlegma plurimum, & per ſe, quandoque vero, & per accidens cholera. Et modus quidẽ,quo phlegma ipſius cauſa exiſtit eſt. Nam cum interius, & in corporis profundo eſt, vt de ſui natura exiſtit, putrefit, & inflammatur,interiora calefacit, & vapor ex eo reſolutus,ad exteriora venire nõ poteſt, vt calefaciat propter phlegma vitreum, quod exiſtit in eis, prohibens eius extenſionem, & calefactionem, vel ſua frigiditate, à qua non alteratur propter illos, vt calefiat, vel ſi calefit,non putreſcit propter ineptitudinem ſuam, ſed calefit calefactione aquæ calefactæ. Cum ergo reſoluitur ab eo caliditas, ſicut calidus vapor ab aqua,redit ad ſuam naturã, & infrigidat, infrigidando etiam illum, qui prius fuerat putredine reſolutus, quo etiam erat calefactus, & ſic magis infrigidat, & maxime cum calor naturalis attrahatur ad interiora ſuper calefacta, impulſus etiam à frigiditate exteriori. Modus vero ſecundum quem cauſa eius cholera exiſtit,eſt,nam cum eſt pauca, & putrefit, calefacit interiora tantum calore febrili, vt vapor, & fumus ex ea reſolutus ad exteriora, propter ſui paucitatem peruenire non potens,non calefacit,verũ,quia calor naturalis ipſorum ad interiora trahitur, calefacta remanente depauperata calore, & plus ſolito frigida. * Liparia enim no-

men eſt generis omnis febris, in qua calent interiora, & exteriora frigeſcunt, quod ſi contra feb. omnem exiſtit cum calor ſit innaturalis in totum corpus extẽſus, illud tamen non eſt ex ſe,ſed per accidens, quia eius extenſionem prohibuit phlegma vitreum ſcilicet defectus caloris inextenſibilis, vt eſt dictum, quemadmodum apparet in ſimili,prunæ enim poſitæ ſupra manum cum non vrant, & de earum natura eſt illud, non per ſe eſt, ſed propter aliquid aliud impediens,quemadmodum etiam in eius contrario eſt videre, videmus enim aquam frigidam infrigidare, & humectare, ſi non fuerit quod prohibeat, vt eſt qualitas mineralis.

De ſignis diſtinctiuis. Signa diſtinctiua inter phlegmaticam, & cholericam nota ſunt ex prædictis, & maxime ex frigore in exterioribus percepto. In phlegmatica enim maius eſt, quam in cholerica: & exeuntibus, & præcedenti regimine, & alijs circunſtantijs, quæ in corpore abundantem humorem oſtendũt. Eius vero,in qua calor, & frigus ſimul exiſtit in vtriſq; partibus,cauſa eſt non vna materia in parte putreſcens,& in parte non,ſicut in epiala,nec duę materiæ,vna quarum putreſcit intra,altera vero extra exiſtẽs, ſicut in * lyparia. Sed duæ materiæ ſimul ambæ putreſcentes in periodo,quarum vna eſt in interioribus, quæ quandiu quietæ exiſtunt, ſuam malitiam non oſtendũt, ſed cum ambæ earũ incipiunt putrefieri, mittit vnaquæquæ alteri fumum ſuum antequam totaliter putrefiat ad locum, in quo eſt,& tunc eſt pars nõ putrefcens, propter præſentiam eius in ſua frigiditate roboratur, & manifeſtat eam. Sic equidẽ in interioribus,& exterioribus ſimul caliditas, & frigiditas ſentietur,vt Gal. dixit. Et,qđ plus eſt,in eodem loco,non tamen punctuali, & ſtricto, ſed habente latitudinem,vt conſideratione medici Gale. intellexit, quod innuit, cum dixit. Non eſt dare partem in corpore frigidam,ad cuius latus non ſit caliditas. * Lipyria.

Et ſigna eius ſunt nota ex ſui eſſentia,& alijs,quæ cauſam eius oſtẽdunt. Cauſa nocturnæ eſt ſimilitudo inter horam veſperarum noctis, & ipſum phlegma in ſua natura propria, qua augmentatur phlegma, & mouetur ad putredinem illa hora. Inquit enim Gale.ſimile auget ſuum ſimile, & facit ipſum furere. Et cauſa diurnæ eſt fortitudo, & multitudo materiæ, quæ in in hora ſuæ naturæ contrarię diei ſcilicet ad putredinem mouetur,non compellitur, neque retinetur. Inquit enim Galen. Fortis eſt ignis,qui in aqua non extinguitur, & fortis aqua, quæ igne non calefit. Et proinde periculoſior eſt diurna. Inquit enim Hippocrat. In morbis minus perichitantur ægrotantes, quibus propriæ naturæ temporis, & horæ, ægritudo ineſt,quam quibus non propria ſecundum aliquid horum ineſt. Et licet aphor. loquatur non in cautis, & proinde nocturna periculoſior ſit cenſenda. Et cum eadem ſit ratio vtriuſque,hic morbus pro cauſa ſumatur, & hoc quia curatiua intentio, quæ à cauſa eam ſeparat, quæ à morbo, in hac febre, niſi in caſibus. v. exceptis ſupra capitulo generalis curationis dictis. Coadiuuant quoque ad periculum, quia eſt ex maiori, & fortiori materia coniunctio caloris diei cum calore febrili; & longitudo eius cooperantes ſimul in reſolutione virtutis, & corporis, qui perduxit ad hecticam. Inquit enim Gale. feb. cum prolongantur,minantur hecticam; licet nocturna ſit moleſtior, eo quòd hora quietis, & ſomni affligat, qua percipitur magis afflictio. Inquit enim Galen. Hora quietis facilius apparent pericula, & ſigna ipſarum in motu paroxyſmi in horis prędictis habentur. Et feb. ſyncopalis humoreſa,eſt feb. cui aſſociatur ſyncopis frequenter, & multum,& à qua non excuſatur,& proprie apud motum corporis, & erectionem. Et cauſa eius eſt proportionalis cauſæ ſui corporis. Quandoq; accidens in feb. ſuperius aſſignata, & eſt plurimum phlegma crudum replens ſua multitudine venas, & grauans naturam plurimum ibidem. Et cum mouetur ad paroxyſmum, currit ad os ſtomachi diſponente caliditate eius, quod ſua multitudine, & frigiditate debilitat, ſuffocando, & extinguendo caliditatem ipſius, & cordis compatientis illi, propter ligamen in ar-

2. aph. 36.

1. de differẽ. feb. c. 8.

seriis, & vaporem frigidum per illas peruenientem ad ipsum, & cerebri, propter ligamen in partibus neruorum, quare virtutes omnes deficiunt. Quandoque putrefit, deinceps facit febrem dispartitam facientem eam excitare. Quare prædebilitata magis cadit, & sic syncopizat eger frequenter omni hora deteriori paroxysmi. Et maxime cum mouetur, & surgit propter commotionem humoris, & emissionem factam ad cor, & cerebrum, & tunc magis; & proinde quandoque fit alienus.

Dignis. Signa eius sunt signa repletionis phlegmatis crudi, quæ sunt nota. Et febris ex qualitate vniuersalis caloris obtusa, & periodicatione quotidiana; licet plurimum quotidiana, propter primam abundantiam humoris, & putrescentiam in venis, & syncopis associata febr. frequenter, & multum, quia calor facici non remanet secundum dispositionem vnam: imo quandoque est plúbeus, quandoque citrinus, quandoque cineritius, propter fumos corruptos; & quandoque niger, & color labiorum est, sicut comedentis mora. Similiter exeuntis valde apud commotionem ęgritudinis, quasi fuerint suffocati. Et hypochondria sunt suspensa vehementis inflationis, & oculi; similiter eorum viscera, & pulsus minoratur, & tardatur, & rarificatur, & maxime in principio motus eius. Cum ergo calefit materia subtiliatur, & pulsus putrefit, & pullus fit non magnus; sed velox in systole, & spissus propter defectionem virtutis, quam nis illud quod in eo vincit fit paruitas, tarditas, & raritas, & vomitus est acetosus, & globosus, & licet quandoque fit cholericus, propter adustionem cholerę, a qua quandoque fit in viceribus, propter caliditatem apostematis veniens in illis, cum quo non separatur ad apostema. Inquit enim Galenus, apostema interiorum cum debili virtute, mortale. Si enim cibetur, additur ad apostema. Si vero non, cadit virtus, & maxime si putredo in humoribus corporis fit extensa, & vrina est sicut vrina phlegmaticæ veræ superius dictæ. Et quandoque est cholera valde acuta, subtilis substantiæ, & venenosæ, in suo motu furiosa, quæ discurrendo venit ad stomachum, & ad principalia. quare virtus cadit in paroxysmo frequenter, & multum, propter vehementem malitiam causæ, & feb. acuitatem resoluentem corpus, & attenuantem. quare dicta est subtilis adeo, vt quandoque non sufficiat vsq; ad quartum diem, nisi succurratur opportuno consilio, quod infra (Deo duce) dicetur.

De cura. Cura eius est duplex, communis, & propria. Communis est, quæ in qualibet sui specie communiter conuenit. Et est quatuor res. Prima abscindit causam. Secũda feb. dyscrasiã quandoq; subalterat; raro tamen intendit ad eã, vt alteratione indigeat, sicut est dictũ, sed ex se plurimũ defici, causa cessante. Tertia ponit studium in virtute, & vita, cum cibis, & potibus & regimine debito in alijs reb. non naturalibus. Quarta corrigit accidẽtia.

Causæ abscisio in duobus existit, in alteratione, & euacuatione. Alteratio vero completur cum minorantibus, & leuibus in principio, si multitudo in materia videatur, quam natura vsque ad perfectam digestionem non valeat tolerare. Aliter enim minuenda non est. Destruit enim loca sana resistentia ægritudini, vt Hippoc. dixit. Et proprie si fortibus moueatur, ex quibus sunt clysteres, vomitus, & solutio leuis, secundum declinationem materiæ (variata tamen, secundum varietatem

Nota. specierum phlegmatis, vt dicetur, sicut est zuccharum rosa. ex rosa. rub. & nouum, quoniam est lenitiuum, & confortatiuum cum melle, casia fistu. & aqua hordei, vel iuleb, & hoc in materia mixta ex cholera, vel geleniabin cum aqua alubleb, & melle, tereniabin, & hoc in materia frigida pura, vel mista, vt in phlegmate dulci, & parum salso, deinde cum pharmacis, & leuibus secundum hoc post tres dies, ex quo subtiliatio aliqua facta est in materia propter feb. Materia enim inobediens valde, leui non educetur pharmacia, nisi fit disposita quoquo modo. Et quandoque phlebotomia cum materia fuerit admixta sanguini, vel naturæ eius propinqua, vt est phlegma dulce, si vrina fuerit rubea; oportet autem, vt post ponatur in principio, non tamen multum vt Galen. docuit, & Abubali.

Sed dices quo die fienda est phlebotomia in die pari, *Quæsitum.* vel impari. Die pari magis, vt seruant moderni quam impari, ex quo omni die exacerbabitur qualiter, vt est dictum in ptincipio supra. Dixit Falco, non video causam quare magis in pari fiat, vt eruatur, quam in impari. nisi quia cum contingit associatum, & ponitur peccatum esse humoris calidi, & sanguinei proprię, quia vt supra calefactus à se. naturam talem consueuit assumere, licet Galen. videtur, quæ impetum præstat humori phlegmatico magis, quam in diebus imparibus, licet paruus, & insensibilis, propter quod dicta est feb. huius semper exacerbari, æqualiter quoque die.

Deinde completur cum digestiuis, subtiliantibus, incidentibus, abstergentibus, & aperientibus cum caliditate temperata, propter febr. & maxime si continua fit, & habentibus stomachum confortare, & prouocantibus vrinam, & sudorem, quæ infra dicentur simplicibus, & compositis. Et ex simplicibus sunt radices communes, & semina anisi, fœni. apij, ameos, grana passu. & acetum ipsarum, & capil. ve. schænanthus, endiuia cum radice eupatorij, hyssopo, hasce, & bedeguar, & proprie si cum debilitate stomachi fuerit, & similia, & eis *Digestiua.* fortiora secundum exigentiam materiæ. Et ex compositis in principio ministrandis sunt geleniabin cum aqua endiuiæ, & proprie in mixta ex cholera, vel anisi, apij, & fœni. in pura. Et syrupus acetosus simplex, vel de radicibus, & seminum dictorum, & aqua mellis cum hyssopo secundum diuetsitatem materiæ. Et proprie cum syrupus acetosus acescit in stomacho, post quam si non acescat per duas horas detur aqua hordei decocta cum radicibus apij, & fœ. vt etiam non acescat, sed subtiliet, & aperiat. Et cum electarijs subtiliantibus, & incidentibus, cum acredine, & caliditate acuta, & proprie cum phlegma crudum, seu vitreum fuerit, vel mixtum melancholiæ, quia fuerit ponticum, seu acetosum, vt est diacyminum, diasulphur. Et comestio salsorum, & proprie oliuarum solitarum, & capparorum, & potus oximellis scillitici cum aqua endiuiæ, & rosa. & alia, quæ (Christo annuente) dicentur infra. Deinde cum aperitiuis ęquaueris, & vsque ad vij. dies, oportet vt redeas ad solutiuum dictum confortatiuum, deinde ad digestiuum. Melius enim est, vt euacuetur ex materia ali- *Documen.* quid, & expectetur in reliquo donec digeratur paulatim, quam quod expectetur vsque ad digestionem perfectam, quoniã quotidiana maioris materiæ inter alias periodicas est, & peioris terminationis, vt Rasis dixit. Et terminus expectationis digestionis paulatim in ea est vij. dierum dictus, ergo sicut singulis hebdomadis paulatim digeritur cum prædictis, ita paulatim euacuetur. Sed oportet, vt solutiuum prædictum confortetur cum medulla carthami, vel turbith, vel agarico, si materia fuerit declinans ad additionem frigoris. Si vero ad cholerã addantur violæ siccæ contritæ, & syrupus earum. Si vero ad melancholiam, cum polypodio, & epithymo.

Deinde administrentur diuretica, & troch. de rosis. de eupatorio, vel absynthio, cum aqua fœniculi, vsque ad digestionem perfectam: post ipsa vero ministrentur, quæ euacuant cum eradicatione. Et quidem euacuationem complentia sunt pharmaca dicta, simplicia, & compositа: verum oportet, vt addatur dosis simplicibus dictis, quibus etiam aliquid colocynthidis ministretur. Et ex compositis est melior hiera electa in specie sua, secundum materiei speciem, post quam balneabis eum, & post dabis theriacam veterem cum vino, quoniam resoluit reliquias, & confortat. si expedit dabis cum miua acetosa, vel aromatica, secundum mẽbri, & materiei *Clysteres.* exigentiam. Et quidem clysteres sunt ex aqua siclæ, melle, & sale, cum oleo sesamino in principio. Deinde digestione apparente cum fortioribus, & vomitus fiat cum aqua raphani, raphano infuso in syrupo acetoso, cum

aqua anisi, & atriplicis, & semine raphani bibita vsque ad nauseam, & hoc si fit facile, & materia impetum ad os stomachi faciat: tunc enim conueniens est omni tempore, & proprie in principio paroxysmi cum aqua calida, quoniam resistit rigori, & frigori, extinguit sitim, quãuis sit cum hoc æstuosa, cum multũ sit calida, quare sit in caliditate temperata, quo tempore non retineatur nisi debilitet, & tunc retineatur cum mixta, & syrupo de menta, quæ in nostro sunt antidotario scripta. Quod si grauis sit, & difficilis, non prouoces quoquomodo, quoniam licet sit magni iuuamenti in hac feb. tamen si difficilis est, stomachum debilem debilitabit magis, attrahendo materiam, cum non possit præ stomachi debilitate educi, remanebit in stomacho faciens in corpore eius apostema, vel in vacuo repletionem perducentem ad syncopim, vt dixit Abuh. Oportet ergo, vt expectetur in ipso vsque ad dies vij. donec materia disponatur, & stomachus faciliter ad ipsum cum nauseantibus prædictis.

Documen. Alteratio dyscrasiæ proprie locum habet in quotidiana ex phleginate salso, & in continua magis. Completur autem prout supra in capit. generalis curationis est dictum, Cauendum autem in hac feb. à forti alteratione, seu infrigidatione; incrudat enim materiam, & ad congelationem perducit, & consequenter ad subeth. ad stuporem, & oppilationis augmentum, & morbi prolongationem. Et ex appropriatis conferentibus febr. quotidianæ est bedeguar, quia confert eis cum defectione stomachi, & folia pentaphyllon cum augmeli. & est oleum dulce, & suaue, aut vino bibita. Conferunt enim ei, & tollunt eam, & fumus experti, & nigella, quæ prohibet, & resoluit febres phlegmaticas. Cyperum similiter, & aqua hordei decocta cum ficubus, & cum mellicrato, & cum apio, & fœniculo, & sumptio de corticibus tesiliæ aur. iij. & succo eius iij. almisuseth, & de lachryma eius aur. i. & sumptio olibani cum vino, verum non oportet, vt multiplicetur vsus eorum, quoniam nocet.

Tertiam rem complent debita cibi, & potus ordinatio, & est, vt non sint subtiles, vt in tertiana, nec adeo crassi, vt in quartana, sed mediocres inter illos, prout morbo composito conueniant, vel mediocriter longo, quales sunt carnes, vt extrema pullorum, auiculæ paruæ, perdices, & pulli fasianorum, panis similaginis aliquid furfuris habens, præterquam in phlegmate salso, & dulci. *Carnes.* Et alia, quæ inter mediocrem sunt dicta crassa propinqua superius demonstrata. Et aqua hordei potus simplicis, vel decoctionis in radicibus, vel seminibus, *Potus.* & proprie si acescat in stomacho, aut aqua cicerum. Est enim de melioribus, cum sit potus, & cibus, omnes præ dictas in se complectens intentiones, vel hydromele in crudo, & vitreo, vel acetoso, vel simplex conditum cum speciebus subtiliantibus, incidentibus, abstergentibus, aperientibus, & confortantibus stomachum, vt cum cinnamomo, spica, & anisso, & mastiche, menta, & similibus. Et cum apparuerint signa manifestiæ digestionis, quod est post. xiiij. vinum subtile est eis conueniens, confortat enim choleram naturalem, digerit semi crudos humores prouocando vniuersas excreationes, ipsos expellit. Et quandoque ante digestionem conuenit propter stomachi digestionem, frigiditatem humorum, & cruditatem; & proprie cum est paucus, vt quia vitreus fuerit, vt est dictum. Oportet autem vt his, & consimilibus ex pulmentis, herbis, confectis ex sicla, anetho, bedeguar, asparagis, & similibus in principio vberius reficiantur. Deinde gradatim quantitas minuatur, vt in augmento parum, in statu multum. Et in crisi magis, nisi debilitas, & accidentia contradicant, in declinatione vero *remittantur vberius. Et hora cibi est in quiete paroxysmi, vel tempore, aut declinatione; ita, vt sit ante paroxysmum futurum per quatuor horas ad minus, quòd si æstimaueris ipsius statum propinquum, vt vsq; ad vij. diem, propter subtilitatem, & paucitatẽ ma-

** reflriant. Hora cibandi.*

teriæ eius subtilietur cibus, & potus, & cõtententur aqua hordei, & sauich eius, quod si æstimatio iusta non fuerit, & rationabilis, nullo modo subtilies, quamuis diætam extenuatiuam melius tolerant, atque famem nutriti a corporis humoribus, paulatim digerendo eos, vt Ga- *Aer.* len. dixit: tamen quia putridi sunt, nutrire non possunt. Regatur quoque in aere temperato, declinante ad caliditatem maxime, præterquam in salso exerciterur suauiter in lecto de latere in latus voluendo, prout supra dictum est, & digesta materia magis, quam in salso. Et fricetur frictionibus extremorum, trahendo à superioribus ad inferiora, & proprie ante cibum donec calefiant. deinde dimissis extremis perueniatur ad dorsum, dormiat temperate, & æqualiter vigilet, vt quod digerit somnus, euaporent vigiliæ. Et si phlegma fuerit ad frigiditatem decliue, dormiant supra famem, quoniam confert. Inaniatur superfluis, & repleatur vtilibus, prout superius dictum est. Et viatur temperamẽto in accidentibus animę calefacientibus, vt ira, & gaudijs. Si ergo perducatur ad iram, confert, præterquam in salso.

Correctio autem accidentium completur cum his, quæ sequuntur, si enim frigus sit vehemens, & rigor in paroxysmorum principio, & ægritudo sit in principio, da in potu aquam calidam decoctionis ani. apij, & fem. ozimi. & euaporabis cũ ea. Et dabis theriacam, si phlegma valde fit frigidum; vel hanc confectionem, quæ infra dicetur, etiam si ægritudo processerit vltra defectionem stomachi, succures cum vomitu (si possibile est,) vel cum vino vinoso, & asso pane, cum menta, & mastice, & similibus, & confectionibus eorumdem. Et eum ceratis, & emplastris habentibus stomachum confortare in nostro antidotario prędescriptis, & cum masticationibus mentæ, ac masticis, & odoribus, & cibis redolentibus, atque potibus ex vino, ac hydromelle conditis. Et si defectus proinde ac petitus absit, præmisso vomitu, si expediat, dentur pilulæ de aloe, cum sal gemma, ana æqualium partium, quorum duorum quodlibet sit ponderis drach. i. ad minus; & fint confectæ cum succo mentæ. Et in cibis ministrentur, gellea, oliuæ salitæ, & capparus cum aceto, & folijs mentæ hortulanæ odoriferæ, & omnia odorifera modo quolibet ministrentur, virtutem enim animalem cerebri, & cordis spiritualem cõfortant, atque hepatis, & stomochi sedant nauseam, & confortando sensibilitatem oris stomachi, excitant appetitum. Ad quod expertum est garyophyllum cum aceto ante cibum sumptum, post quæ sumpta ministrabis digestionẽ iuuantia, vt electaria sumpta, & inunctiones, & emplastra, & alia localia remedia in hoc propria. Et si accidat syncopis, vel dolor stomachi, seu capitis, corriges illos, prout superius dictum est. Similiter si subeth, & fluxus ventris contingat, & superfluus vomitus. Et ad breuiationem eius cum peruenerit vltra quadragesimũ diem, qui est verarum chronicarum, vel proprium eius teminum superius præfixum, idest quadragesimum diem appareat prolongari, quadrupliciter inttabis, secundum quadruplicem causam prolongationis ipsius, quæ secun- *Art. Med. cap. 17.* dum Galenũ, est quadruplex, duplex ex parte corporis, vt virtutis debilitas, & densitas compositionis, ac viscerum oppilatio. Et duplex ex parte materiæ humoralis scilicet multitudo, & frigida qualitas; scilicet crassa, & viscosa ipsius. Cibabis ergo propter primam vberius cum cibis, & potibus temperatis, & cordialibus, quæ virtutes in suis mineris confortant; virtus enim est curans, & medicus minister. dixit Galenus. Confortatio igitur contra morbum inualescit. Ministrabis quoque propter secũdam appropriatas medicinas oppilationum viscerum, quæ supra in hepate, & splene sunt dictæ. Et hic supra, ex quibus propria est ameos confectum melli e drach. ani. fœnic. & asarum, Et semin. & aqua cuscutæ, quæ propria est feb. infantium, & rarefacientes pororum constipationem. ex quibus proprium est oleum anethinum in duplici vase calefactum, & chamæmelinum, & cum debita frictione inunctum. Et calidas,

subtilia-

subtiliatiuas; & incisiuas medicinas simplices, & compositas dictas, prædictorum humorum adæquatiuas resolutioni habili, & euacuationi, post quas euacuatiuas ipsorum multitudinis, propter tertiam causam subiungemus paulatim, & per interualla purgantes, & præferunt proprias. Ex quibus sunt simplices, & compositæ. Et ex simplicibus est agaricus, quem præcepit Abuhali. dari quotidie à drach.i. vsque ad drach.i.& tertiam cum puluerizatis, & cum melle mixtis sumitur, & semen vrticæ post digestionem dixit esse mirabile valde sumptum, in puluere melli admixtum. Verum si accidit ei modus solutionis ventris aliquis cum noceat, & debilitet viscera propter hepar, miscebis ei semen cuscutæ propter stomachum, masticem, & anisum propter splenem, & eius crassitiem; radicem apij, & scolopendriæ, & forsasse oportet, vt addatur vltra hoc cyperum cum aqua de been; resoluit enim febres phlegmaticas. si vero accidat inde inflammatio, febres compositæ, infra (Christo propitiante) dicentur.

De cura quotidiana febris.

Cura quotidianæ febris propria est, quæ proprie speciei, & modo proprio ipsius debetur. Et licet aliqua superius narratiue sint dicta, hic tamen eam specialiter efferamus. Et est vt in eius continua abscindentia causam cum adæquatione, & solutiua cum maiori temperie ministrentur. Et frigida alterantia intendantur magis, quam interpolata, & in frigida ex phlegmate falso. in frigido vero ex acetoso vitreo, vt in epiala, & *lyparia, quæ est, vt plurimum ex vtriusque admixta e contra, & in facta ex dulci mediocriter. Et diætæ cibi, & potus subtiliatio fiat similiter illis. Sit ergo contentus in primis syrupo acetoso zuccharino, & geleniabin cum aqua fœni. apij, & trium radicum, & iuleb de zuccharo, & succo granatorum muzorum, & solutione de aloe, hiera, & similibus. In reliquis vero incipiatur à syrupo acetoso mellino cum aqua zucchari, anisi, fœniculi, hyssopi, hasce, & procedatur ad calamenthum, & origanum, & similium, & ad oxymel scilliticum, & ad fortiora solutiua cum colocynthide, & hieris magnis, & similibus, habentib. mixtionem myrobalanorum chebulo. spicæ, & masticis; ad confortationem stomachi. Et clysteres cum eis ex asaro, centaurea, & gumorum speciebus notis; & similibus. Et ex his, quæ curant cum proprietate epialam, est sumptio trium, vel quatuor granorum hyosciami cum vino.

*Lippria.

In febre autem syncopali humorosa, licet cura sit difficilis, & propter virtutis succumbentiam morbo, quæ est principaliter curans, & propter contradictionem, & repugnationem earum in auxilijs, virtus enim, quia cadit, indicat cibum dandum; licet humorum crudorum & venarum repletio contradicat, quia per ipsum additio fit in causa, repletio quoque, quæ præter naturam est, indicat euacuationem fiendam, cum contradicit virtus, quia præ debilitate non tolerat, ad cutam ergo eius medicina est eligenda, & est breuiter duæ res. Prima est, vt venarum repletio, atque stomachi euacuentur, vt toleret virtus. Secunda est, vt cibus, & potus propter virtutis causam necessariam sic detur, vt confortet, & magis non repleat. Et tertia additur, vt si quod sit accidens interueniens, corrigatur.

Primam rem complent clysteres lenes absterſiui, & parum attrahentes, & suauiter, cum ordine ministrati, ex venis primis humorem crudum, & intestinis paulatim educant, & vomitus similiter cum ipsum educit, de stomacho; & maxime si cholera sit admixta, & facile prouocetur. Et digestiua in reliquo abundante in eis, & alijs adæquationem facientia, vt est syrupus mellinus cum virtute hyssopi, & hasce, & semi. apij mane, parum de nocte, & aquæ mellis potus. Et alia ex electarijs, & trochiscis subtiliantibus absq; multa calefactione, vt est syrupus acetosus mellinus, & somnus temperatus supra ipsum; & frictiones. deinde ad euacuationem ipsius paulatim cum tolerantia, & suauitate de venis secundis: quamquam Auer. illam deneget. Et quia dissoluendo nocent, quia tales humores ex venis non educunt, imo medicinæ laxatiuæ sunt necessariæ; quod quidem verum est si sint tolerabiles, & quia non sunt, & frictiones faciendæ sunt, licet immediate non euacuent, sicut illæ, & tamen, si nocer, iuuamentum est maius, vt pater, & melior modus in fricando est, vt incipiatur à coxis, & brachijs, trahendo à superioribus ad inferiora; & illud cum manibus asperis, vt mantili abradente curem, donec calefiat cutis, & membra, & eis dimissis tunc redeatur ad dorsum, & pectus: deinde redeatur ad crura, secundum ordinem primum; & vigiliæ ita, quod æquales sint somno, vt quod digessit somnus supra digestiua factus, resoluant frictiones, ac euaporent vigiliæ. *Modus fricandi.*

Secundam rem complent panis calefactus in vino vinoso, & odorifero, temperato, tempore casus virtutis, syncopis datus in quantitate temperatus, vt spiritus, & virtutes restauret, in repletione non addat supra quam alius potus, & cibus non conuenit vsque ad declinationem: nisi aqua hordei, vel panis infusus in iuleb, aut aqua mellis, maximè cum crudis humorib. nutriantur, paulatim digerendo eos, vt Galenus dixit. nisi sint putrefacti, quo casu est desperandum, & maxime si in eorum visceribus apostema existat, atque casus virtutis maxime est nociuus. Necessarium est, vt consideres diligenter pulsum habentis ægritudinem hanc semper. Et cum videris debilitari, ciba eum pane infuso in vino commixto, antequam cadat in syncopim, quod si in eam incidat, eris maxime inculpandus. Cum enim adiutor naturæ sis, & tua interfit, vt futurum periculum omnino prohibeas; vel saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat, expedit necessario, vt iam ante præcognoscas, & bene virtutis casum, quatenus possis eius periculoso casui præuenire. *Hæc enim sunt Hippoc. præcepta, quæ maxime tanquam diuina sunt studiosius obseruanda.* Accidentia vero, quæ superuenire consueuerunt, sunt fluxus ventris, sitis, grauis dolor capitis, subeth, & similia, propter primum mel quo conficitur hydromel, tantumdem amplius decoquatur; & venter cum stypticis emplastretur, sitis extinguatur cum syrupo proprie acetoso simplici, cum aqua tepida omni tempore, & vt Galenus iniunxit, cum frigida in æstate, tamen tutius est cum tepida. Alijs vero prouisum est supra.

De cura feb. syncopali.

Cura febris syncopalis dictæ subtilis, est tres res. prima abscindit causam. secunda subalterat febr. dyscrasiã, & residuum omne adæquat. tertia virtutem cadentem exigit, & confortat. Primam rem complent pharmaca solutiua, & medicinæ; mox cum æger videatur anguſtiari, & debilitari, antequam per eius casum in syncopim ad eorum tolerantiam perducatur. Inquit enim Hip. me dicari in valde acutis eadem die expedit; differre. n. in talibus malum est. Sint autem pharmaca, quæ suauiter soluant infrigidãdo, & stypticando, quatenus resolutionem prohibeant, atque syncopim, & confortent, qualia sunt ex speciebus myrob. electario de succo ros tamarindis, rhabarbaro, & succo granatorum expressorum cum pulpis eorum, & psyllij mucilaginibus, & similibus. Secundam rem complent frigidæ medicinæ, & stypticæ cum proprietate confortantes principalia membra, interius, & exterius ministratæ. Interius, vt est syrupus de nenuphare, trochisci de camphora cum aqua coriandri, & similia. Et ex electarijs, vt est electarium de gemmis, calidis medicinis subtractis, triasandalis, diarhodon frigidum Genonis, & similia. Et medicinæ tales bezoarticę, vt est terra sigillata cum aqua coriandri, quæ ventositati eius resistit, & theriaca proprie cum iuleb ros. Exterius vero, vt quia pectus, seu cor, & hepar epithemetur cum sandalis, spodio; & camphora cum aqua rosata. Et cerebrum cum oxythodino, vt nèocumtum venenositatis à se repellant, febris inflammatione extincta. *Aphor. 20.*

Tertiam rem complent cibus, & potus; cibus ex pane cum vino temperato cum aqua rosa. hora syncopis. Et vberior cibatio ante, & post, cum cibis frigidis, ex carnibus cordialibus, vt perdicum, fasianorum, & auium præparatis in gelea, vel cum aceto, acresta, &

ſucco granatorum, cum prunis, & ſimilibus. Et ex illis E eſt ferculum nominatum romana, ſiue limonia. Et potus vini ſubtilis lymphati cum frigida, & infrigidati cum vino. Et conuerſio regiminis in alijs ad ſimilia. Deinde ſubiũgemus medicinas, & proprias, & expertas.

Syrupus digerens phlegma. Syrupus digeſtiuus phlegmatis. Recip. capil. ven. hyſſopi, haſce, meliſſæ, bugloſſæ, boraginis, endi. bedeguar. ana M. i. trium radicum reſidentium in aceto ana. vnc. i. liqui. thymi. ana. vnc. ſemis, paſſ. enucleacor. radi. capparo. radicum ſcolopendriæ ana M. i. cicerum rub. M. i. florum boraginis, & bugloſſæ, roſa. vio. ana vnc. i. cyperi. drach. iij. hordei. P. ſchænanthi. vnc. ij. zucchari lib. i. geleniabin vnc. iij. diaboraginati, diabugloſſati, ana drach. ij. aceti, prædictarum radicum. vnc. iij. Et aromatizetur cum ligno aloes, cinnamom. ana drach. ij. ſpicę. ſcrup. s. Doſis. vnc. ij. in aurora cum tepida. Materia enim ſimplex ſimplici indiget digeſtiuo; compoſita vero compoſito.

Syrupus ad phlegma ſalſum. Syrupus ad phlegma ſalſum ex infectione choleræ. F Recip. fumiter. enduiæ, cuſcutæ, abſynthij, thymi, agrimoniæ, ſcabioſæ, bedeguar, lupulorum vio. roſ. ana. vn. i. hordei, cicerum ana. P. i. corticum myroba. citri. vnc. i. ſucci boraginis, & granatorum muzorum ana vnc. ij. zucchari. lib. i. zucchari viol. vnc. iij. aceti, prædictarum radicum. vnc. ij. aromatizentur cum ſandalis, ſpodij ana drach. vna. cinnamomi. drach. ij. Et ſyrupus de fumoterræ noſter eſt proprius. Et de epythimo, cum eſt ex aduſtione cauſatum, cum ſucco fumiterræ.

Syrupus ad phlegma dulce. Syrupus ad phlegma dulce digeſtiuus. Recip. hyſſopi, meliſſæ, capil. ve. boraginis, & bugloſſæ ana M. i. liqui. vnc. i. paſſularum, hordei, cicerum, ana partem i. lupulorum cichoreæ ana. M. i. ſchænanthi. vnc. ij. florum ronſmarini. vnc. ſemis. ani. fœni. acori. eupatorij. ana vnc. s. radicum quinque communium in aceto. an. vnc. i. zucchari, geleniabin ana lib. s. radicum acetoſæ. vnc. ij. atomatizentur cum cinnamo. vnc. ij.

Syrupus ad vitreum phlegma. Syrupus ad vitreum phlegma. Recip. hyſſopi, calamenthi, origani, haſce, ſtœchadis arabici, meliſſæ ana. G M. i. florum roriſmarini, bedeguar ana vnc. i. carui, aſari, ameos, cinnamo. ana vnc. i. radicum. v. communium corticum capparorum ana vnc. i. nigellæ, cyperi, ana vnc. s. mellis deſpumati lib. s. geleniabin lib. s. aceti ſcilitici ana vnc. iij. & aromatizentur. Reci. cinnamo, galangæ. ziugib. piperis albi ana vnc. ij. ſpicæ. drach. ſem. ſandalorum. vnc. i. Et conueniens eſt ſyrupus noſter de ſtœchade, ſi non prohibeat febris. Et trochiſcorum ſpecies, ſecundum diuerſitatem ſpecierum, ſunt conuenientes in adęquatione materiæ, quas in antidotario diximus. Et hieræ Ruſin. Galen. hiera Logodionis.

Ad purgationem autem iſtorum proceſes cum decoctione haſce, & epithymi ad phlegma acetoſum, & ponticum, cum puluere agarici, & turbith, & polypodij ad phlegma ſalſum, cum decoctione fumiterræ, puluere agarici, & myrob. citri. & hiera Gale. & Ruſi. Ad phlegma dulce cum decoctione ſucci herbarum cum rhabar. & agarico, & decoctione eupatorij, aqua ſtu- H ctuum, & ſimilibus. Ad phlegma vitreum cum decoctione ſtęchadis, & haſce cum agarico, colocynthide, & ſpeciebus gummorum. Et hiera colocynthidis, hiera Logodionis, & Hermetis. Et pilulæ ſunt conuenientes huic intentioni, quas in noſtro antidotario diximus. Ex quibus eliges ſecundum ſpeciei exigentiam, ſpeciales Heben. Meſue.

Diæta ad frigus. Medicina conferens infantibus febrientibus cum ſiti. Recip. fermenti piſtorum infuſi in aqua, & colati poſt duas horas. vnc. i. ſpodij. ſcrup s. & quartum. ſcru i. de croco, & zucch. tabarzet ana ſcrup. i. Conficiantur, & dentur in potu cum vnc. iij. aquæ, quoniam ſedat febres eorum, & aufert ſitim.

Decoctio conferens frigori, & rigori cum ſolutione materiæ facientis ipſum. Recip. hieræ. drac. i. turbith. drac. x. myrob. nigrorum, eupatorij, ana drac. v. ſalis indi. drach. iij. bedeguar, ſuchaha aua drac. iiij. aniſi drac. iij. terantur, & decoquantur cum aqua apij, & ſumatur de ea in potu in quantitate, ſecundum neceſſitatem, & aliqui addunt prædictis ſpicæ drac. i. mentę ſiccæ. drac. iij. radicum lilij. drac. vi. & informa trochiſcos cum ſucco eupatorij.

Emplaſtrum conferens ad debilitatem ſecundum Abuha. ℞. chamæmeli. vnc. ij. maſti. vnc. s. mellis. vnc. ij. decoquantur cum vino. vnc. ij. Et ſi ceciderit appetitus, melius eſt, vt adminiſtretur vinum, in quo decocta ſunt chamæmelum, dactyli, melilotum, & abſynthium, & ſi non interius, ſed exterius ſupra os ſtomachi applicentur cum ſpongia.

Trochiſci de abſyn. conferentes quotidianæ inſeparabili. Recip. aſari, ſem. apij, amygd. ama. ſuchaha, bedeguar. ſucci eupa. ſpicæ, maſti. ana. vnc. ij. florum abſyn. drac. iiij. Conficiantur cum ſucco abſyn. & informentur in pondere. drac. i. Doſis. drac. i. cum ſyrupo ace. & aqua geleniabin.

Medicamen de turbith. Deſcriptio medicinæ de turbith conferens ei in principi. ℞. zingib. maſti. ana drachm. ij. turbith ſicut alcohol puluerizati. vnc. x. zuccha. tabarzet, quantum omnia. detur de eo in nocte qualibet aur. i. quando natura non eſt lenis. Cum enim fuerit lenis ſaltem in diebus non indigebit eo, & eſt Abuhali.

Decoctio ad phlegma ſalſum. Decoctio bona ad phlegma ſalſum, in quo vincit cholera. Recip. eupatorij, drach v. radicum lilij, radicum liquiritiæ, ameos, ana drac. iij. ſem. apij, & fœn. drach. iiij. ſem. communium. vnc. ij. roſ. vnc. v. decoquantur in aqua, & ſi vis ſyrupentur cum additione zucch. tabarzet. doſis omni die vnc. iij. Et aliqui addunt bedeguar, ad ſuchaha, abſynthij, & paſſularum ana. vnc. v. Et etiã aliqui addunt ſucci granatorũ muzorum lib. s. & eſt vtile.

Confectio trochiſcorum ad prolongationem eius. Recip. roſ. drac. x. maſti. fœn. ſem. apij ſem. endi. ſucci abſynth. ſucci eupato. omnium ana dra. iij. ſpodij. drac. v. & ſit doſis. an. dra. iij. vſq; ad v. geleniabin cum decoctione fe.

Confectio alia trochiſcorum laxatiuorum ad idem. ℞. hierę ſucci eupatorij, abſynthij, ſuchaha, bedeguar ana vnc. v. ſem. fœni. apij, ana vnc. iij. ſalis naptici, ſem. cuſcutę, berberis ana drac x agarici drach. xv. trochiſc. de roſ. drac xx. turbith. drac. xxx. fiant ex eis trochiſci. drac. i. & 5. & da. i. per tertium. Serapio inquit drac. i. ſemi. hyoſcyami data cum vino curat febrem epialam.

Confectio aliorum troch. ad idem. Rec. aloes. myro. citrin. rhabar. maſti. ſuc. eupatarij, abſynthij ana P. i. cro. P. i. & 5. Conficiantur, & adminiſtrentur.

Syrupus ad feb. chronicas. Syrupus ex inuentione noſtra conferens ad feb. chronicas phlegmaticas, cholericas, & melancholicas; quarum difficilis eſt eradicatio, cum debilitate ſtomachi, & oppilationibus. Recip. Succi bletę mi. ſucci endi. aceti, paſſularum ana lib. i. ſucci mentę, ſucci buglo. ana lib. 5. aquæ fontis. lib. ij. in his reſideant. 5. radicum communium ana vnc. i. radi. ſcolo. & lupulorum ana vnc. i. capil. vene. bedeguar, corticum capparis, cymarũ & corticum tamariſci ana vnc. i. ani. fœni. aſari, cuſcutę, altheę, ameos, andacochę, linguę arietis, pentaphylli ana vnc. ſemis. cymarum ſchęnanthi, cinnamo. ana. vnc. ſemis. ſem. communium; corticum citri, ana vnc. ij. hordei, cicerum. ana P. i. folliculorum ſenę fumiterræ, ana vnc. ſemis. Deinde decoquantur vſque ad conſumptionem medietatis poſtea colentur cum expreſſione, & colaturæ addantur puluerís zuccha. lib. ij. geleniabin ſpice, ligni aloes, garyophyl. an. vnc. v. folij nucis muſ. ana ſcrup. ij. cubebarum, ſandalorum, citri, ſpodij ana vnc. ij. Doſis vnc. ij. cum calida in aurora. Et eſt efficax, & expertus, liberans (ſi Chriſtus voluerit.)

De med. feb. cholericarum, & primo de tertiana pura. Cap. 4.

TErtiana eſt febris accenſa in cholera putreſcente, quapropter, & quia exacerbatur per tertium, dicta eſt tertiana, prout dictum eſt ſupra. Recipit autem diſtinctionem duplicem, eſſentialem ſcilicet & accidentalem Eſſentialem primo ratione ſuæ cauſæ, ſeu materiæ di-

riæ diuersificantis eius speciem, eo quod diuersificat eius essentiam, & accidentia, atque causam, vt infra patebit. Cum enim causa eius interior, & immediata in qua accenditur, sit cholera putrescens; aut est pura, ratione cuius pura dicetur; aut non pura, à qua dicetur impura, quam Hippo. vocauit adulterinam in suo regimine acutorum, vt quia fit in putredine choleræ mixtæ phlegmati, subtili, vel crasso, commixtione partiali, & vera; ex qua vnus humor in specie resultauit, vt est cholera citrina, & vitellina, vnum paroxysmum faciens essentia, calore, & rigore non diuersum, vt hemitritæo. Cuius causæ sunt duæ materiæ, & diuersæ in specie, vt plurimum cholera, & phlegma, separatæ secundum locum. Et si dicantur commistæ sunt secundum vicinitatem commixtæ, non secundum partes materiæ; & proinde duos diuersos paroxysmos sunt facientes, vt infra capitulo suo dicetur. Cum autem choleram puram dicemus, rubeam intelligimus, non nigram. Cum fit causa febris quartanæ, vt infra patebit, non viridem vt prasinam, & æruginosam, cum feb. non facit, vt Hippoc. dixit. Et si facit, mortalem facit propter suã naturam venenosam, corrumpentem naturam nostri corporis, & proprie si natura non sit æquiuoca, vt dixit Auerrois.

Accidentalem autem recipit distinctionem ratione sui motus ad afflictionem continui, vel interpolati, vnde est duplex, interpolata scilicet, & continua. Interpolata est, quia in suo motu ad afflictionem, et exacerbationem partium interpolantur exacerbationes ipsius quiete vera cadente in medio earum. Continua vero eius est duplex, quædam proportionalis illi, quæ in quibusdam periodis partium, licet fortius exacerbari manifeste appareat; tamen in exacerbationibus non deficit, donec totaliter consumatur; licet in exacerbationibus suis tepescat, conueniens, & differens ab interpolata, vt in præcedenti capitulo dictum est; cuius nomen est tertiana continua, Alia est, quæ proportionatur magis synochæ, eo quod, & si de cholera fit, & plurimum per tertium exacerbatur, tamen quia exacerbatio, seu accensio caloris eius, & tepor, & etiam manifesta mediante artifice medico sensitiuo, iudicabitur esse de genere synochæ veræ, ab aliquibus, & male. Non enim feb. à circuitione paroxysmorum in genere, sed in specie ponitur; sed potius à materia, & essentia, vt dictum est supra: per quam etiam est cognoscenda, sicut homo per propriam formam, sicut docuit Galen. & etiam est curanda, vt infra patebit. Hæc autem est causon verus de genere tertianę dicendus, non de genere synochæ; valde enim ambo differunt, vt in materia, & essentia, qua est etiam differens à prædictis positione materiæ principaliter, vt in principio dictum est. Interpolata enim est in cholera putrescente extra venas, vt in carne, & poris cutis. Continua vero proportionalis est principaliter in cholera putrescente in venis diffusis per corpus à corde remotis. Causon vero est in cholera putrescente, & multa in venis partium vicinantium cordi, vt in venis pulmonis, capsula cordis, ore stomachi; & in partibus hepatis proprie; aut quia talis choleræ positio accidit tertianæ non diuersificans essentiam eius, aut accidentia, neque curam in specie, sed solum in quanto, talis diuisio accidentalis est dicta. Et cum causa eius interior ex iam dictis sit nota, exterius causa eius sciendum est, quòd est conuersio regiminis in omnibus non naturalibus rebus ad calidum, & siccum.

Desigis. Signa. cognitio tertianæ simpliciter, & absolute, ex iam dictis eius causis assumitur ex sui essentia, & accidentibus proprijs, & circumstantijs consimilibus. Causa vero exterior est manifesta, saltem ex relatione astantium, vel infirmi. Interior, quia cholera generata ex præcedenti regimine accipitur, & ex de corpore exeuntibus, sua essentia quoque cognoscitur à qualitate caloris. qui acutus, & mordax. Et proprijs accidentibus, quę sunt *Accidẽtia.* actiones læsæ, & qualitates mutatæ, vt est dolor capitis plerumque, & quandoque alienatio, vigiliæ, siccitas labiorum, cum bothor apparentibus, & fissura in eis, & oris amaritudo, & siccitas eius, & sitis vehemens, angustia, & inquietudo, & nausea, & in pluribus siccitas ventris, quoniam superius cholera tẽdit ad subcutaneas partes ex circumstantijs quoque consimilibus, & pari etiam illis, quia fit in complexione cholerica ætate iuuentutis, forma corporis tenui, consuetis in calidis, & siccis, & in diæta consimili tempore ætatis constitutione, & aere, calidis, & siccis, & multiplicatio eius tunc temporis quando accidit. Hæc autem signa dicta tertianam febrem indicant esse puram, & veram; adeo vt intantum à veritate secedat, inquantum aliquid eorum deficit, vel aliquid admisceatur eis.

Cognitio autem tertianæ purę, & non purę ex signis *Sign. pure.* distinguentibus inter eas habetur; quæ sunt, quoniam in pura signa sunt puræ cholerę in exeuntibus apparentia, vt quia vomitus est cholericus, & citrinus, incensus, & spumosus, & similiter egestio, & vrina est ignea, & subtilis. Et incipit paroxysmus eius cum rigore parum durante, & cum vomitu cholerico plurimum, & calor cito extenditur a corpore ad extrema adhuc frigida, & augmentatur cito, quia venit ad statum, & est acutus, mordax, citoq; resoluitur, & declinat cum sudore plurimum, vel tepescit absq; manifesta euacuatione, vt quia consumatur in horis quatuor paroxysmus, qui minor est, & in duodecim, qui est maior, quod si addat, eius additio secundum plurimum perueniens est ad horas vij. Et pulsus est velox, & frequens valde licet in principio fuerit coarctatus, & incrementa circuitus ipsorum, paroxysmorum seruantes secundum ordinem. Tempus dura- *Pulsus.* tionis vniuersalis morbi non extenditur vltra paroxysmos. vij. cum non interueniat error; imo quandoq; consumitur totum in vno paroxysmo, & facit. Et quandoq; *Vrina.* complet primum suum augmentum, & statum in primo paroxysmo, alium declinando propter subtilitatem, & paucitatem materiæ. Et in vrina eius cito apparet digestio, vel in quarta, vel tertia, & accidentia superius dicta sunt multum intensa, nec aliquod signum prolongationis ex his, quæ dicta sunt supra existit.

In non pura vero egestio apparet, quod est, quia in ex- *Signa impu re.* euntibus phlegma choleræ inuenitur permixtum valde. Et vrina citrinitatis remissæ, spissæ substantiæ, nisi oppilatio contradicat. Et paroxysmus eius incipit cum horripilatione durante multum, & calor tarde extenditur, vt perueniat ad augmẽtum, & ad statum, nec cum equalitate venit, & est obtusus, vel minus acutus habens diuersitates, & tardius resoluitur, & declinat cum pauco sudore, vel tepescit, vt quia consumatur fm plurimum in horis. xiiij. & secundum plus in xxx. nisi addat supra illas, ꝙ si addat, eius additio erit vsq; ad horam suam, quæ est 36. vt Gal. dixit. Et ex tũc quiescit, vel tepescit, donec compleantur horæ 48. in duobus diebus comprehensæ, post quos incipiente secunda die ad secundam exacerbationem mouetur, & quanto magis prolongantur ipsa, etiam eius exacerbatio longior erit propter subtilis partis materiæ resolutionem velocem; & proinde vniuersalis durationis tempus erit longius, vt extendatur vltra vij. periodum, plus, & minus secundũ permixtionem phlegmatis diuersam. Et plus est minoris velocitatis, & frequentiæ. Incremẽta quoq; circuituum inuasionis ordinẽ non sunt seruantes, imo quandoq; anticipant, quandoq; postponunt, quandoq; æqualiter inuadunt, etiam in tempore vniuersalium vno. Et in vrina tarde apparet digestio. Et accidentia superius dicta erunt remissa, & inuenitur grauitas capitis multa, & subeth cum omnibus signis pluribus prolongationis dictis.

Cognitio vero ipsius interpolatæ, & continuæ ex signis superius distinctis inter eas sumitur, quæ possunt colligi ex præcedenti capit. Et breuiter sunt quod est, quia interpolata incipit cum rigore, & punctione in cute in primis diebus. In processu vero cum horripilatione, secundum contrarium quotidianæ, & quartanæ. Et declinat cum sudore copioso, & vomitu, & quandoque cum fluxu ventris, & vrina subtilis substantiæ, & claræ tincturæ. Pulsus vero est velox absque inæqua-

Notandum.

2. de Crisi cap. 2.

litate. Contiuna vero proportionalis ei non incipit cum rigore, nec horripilatione, sed cum tempore quodam extremorũ, & pulsus coarctatione, & eius calor acutior est. Et accidentia dicta tertianæ vehemẽtiora sunt quam in prima: nec tepescit cum aliqua manifesta euacuatione. Et vrina turbida, & pulsus diuersus, & inæqualis, & *6. apho. 43.* est periculosior, quam interpolata, vt in apho. Hippo. dixit, licet minus, quam causon propter intentionem caloris in interioribus magis, & accidentium austeritate ex *Causon duplex.* malitia suæ causæ, & vicinitate eius ad cor. Qui cum sit duplex verus, & non verus. Verus quidem à phlegmate falso fit in prædictis partibus putrescente. De vero, qui de cholera putrescente in prædictis partibus fit, prius signa ponamus summatim, quia superius posita sunt disperssim, quamquam Auer. velit ipsum ex putrefactione non fieri, quod arbitratus est propter aptitudinem choleræ ad inflammandum, ratione suæ complexionis, & ratione loci, seu positionis in locis inflammabilibus valde; si enim sanguis id efficit, multo magis cholera cum possit multa in corpore abundare prout in causone ponitur, & temporis sufficientia adsit ad inflammandum. Et licet esse possit, non tamen erit inflammatio correspondens suæ naturę intensiuæ; quemadmodum si ex ipsius putredine fiat, & sunt talia signa, quia choleræ drymis ideſt acris, & multæ.

De signis causonis veri. Signa in exeuntibus sunt apparentia, & vrina eius ad vltimũ gradum citrinitatis peruenit, vt color capillorũ croci. Et regimen præcedens in acutis, & motus eius ad afflictionem, & ascensionem caloris, & repor est insensatus calor acutior cæteris crescens apud moram manus, cũ in prædictis diminuatur. Accidentia tertianæ sunt vehementiora in eo, quam in tertiana continua. Ex quibus est siccitas linguæ, & nigredo subsequens, & multa sitis, *4. apho. 14.* nisi tussis modice prouocata, vt Hippo. dixit in apho. Et pulsus erit maioris velocitatis, frequentiæ, & inæqualitatis in diuersitate. Et est periculosior, maxime si in circumstantijs contrarijs fiat, vt in complexione frigida, & humida, in pueritia, & in infantia. In senectute magis propter defectum naturæ, & elongationem magnã ab *2. apho. 18. 2. apho. 39.* ipsa. Vnde Hippoc. in apho. paruus est calor, & propter hoc senibus febres non sunt acutæ, frigidum enim habẽt corpus. Et alibi. Senes plerumque iuuenibus minus ęgrotant. Si vero eis aliquæ ægritudines acutæ fiunt, moriuntur propter naturæ defectum non valentis pugnare cum ægritudine, nec tolerare auxilia excedentia conuenientia illi. Et crisis eius est cum tremore, cui alienatio succedit, & hoc propter motum choleræ de venis ad extra, & expansionem eius ad sensibilia membra, vt expellatur, quã tremor sequitur, & quia in motu fumi resoluuntur perentes cerebrum, alienatio fit; quæ soluere dicitur ipsum, eo quod cum alienatione fit expulsio materiæ eius, aut cum vomitu, aut fluxu ventris, aut sudore, aut fluxu sanguinis narium, cum eis fuerit associatum peccatum sanguinis, cui impetum cholera præstet simul cum febre.

De signis causonis nõ veri. Signa vero causonis non veri, quæ Hippoc. dixit, sunt signa phlegmatis salsi in præcedenti cap. dicta. Et magnitudo febris, sitis, & aliorum accidentium plusquam conueniunt phlegmati tali in locis alijs putrescenti, prout supra in capit. generalis curationis est dictum; minus tamen, quam ex facto ex cholera. Ita vt solutio ventris, & casus appetitus, minus in eo accidant quàm in cholerico. Ita, quòd si infantibus accidat, abhorreant mãmillam. Et si quid de lacte sumant, in stomacho eorum acescat. Et quandoque erysipelas in facie accidit habentis ipsum, quæ est commune signum vtriusque. Et cum addit fortior est in cholerico, & in phlegmatico magis perdurans.

De cura tertianæ. In cura tertianæ duplex est intentio, seu iudicium, seu regimen, commune, & proprium. Commune, quod omni suæ speciei communiter conuenit, & est quatuor res. Abscissio causæ, alteratio febr. diætæ ordinatio, & accidentium correctio. Causæ abscissio in duobus consistit in digestione, seu adæquatione, & ipsius euacuatione. Adæquationem cõplent medicinæ minoratiuæ, si in materia sit multitudo, & alteratiuæ residui. Minoratiuæ sunt proprie vomitus quotiescumque cholera ad os stomachi fecerit impetum, nauseam prouocando, & maxime in principio paroxysmi. *De minoratiuis.* Et si declinauerit ad intestina. quia mordicationem in eis fecerint clysteres, & pharmacia lenitiua suauiter soluentia absque motu, & caliditate inducente ebullitionem in ipsa, & absque ponticitate, vt myrob. sunt, quoniam impediũt digestionem in residuo. Ex clysteribus sunt, quæ fiunt ex malua, althæa, iuiubis, radicibus lilij, prunis, sebesten, & oleo viola. succo ficlæ, & parum salis.

Ex lenitiuis pharmacis sunt simplicia, & composita. *Lenitiua simplicia.* Et simplicia sunt, aqua hordei, syrupus violatus, & violæ conditæ cum zuccharo, tamarindi infusi in aqua de nocte, & de mane colentur, & dissoluantur in eis siracost, aut tereniabin, aut aqua duorum granatorum, & mellis casiæ fist. cum aqua hordei, & infusio prunorum cum aliquo prædictorum, & mucilagine psyllij. Auicen. docuit in eis administrari aliquid rhabar. ad confortationem stomachi, quem prædicta habent debilitare. nec est curandum, si non præcesserit digestio, cum calida sit de se subtilis, naturæ obediens, & secundo sit paucæ quantitatis. Decoctio alubleb cum tereniabin, & passulis enucleatis, & similibus. Et composita sunt, quæ componuntur ex prædictis, vt aqua fructuum, quamquam Abuh. illam doceat postponendã esse vsque ad hebdomadam, quod est, quia ibi loquitur in feb. cuius materiæ digestio, & minoratio differet ab intentione feb. & infrigidando, cuius contrarium est hic. Et licet generaliter dicendo omnino oporteat, vt postponatur, vsque ad hebdomadam; illud est, quia cum soluet, & infrigidet simul, & humor soluendus sit frigidus, non poterit aliquo modo esse digerens, vt apte minui possit ante hebdomadã per illam, imo cum sit frigidus, incrudabitur, & non minuetur, licet infrigidet feb. post hebdomadam vero data feb. infrigidat, & materiam si non minuat, saltem leniendo ad minorationem disponit. *Phleb.* Et ex illis est phlebotomia, si cum peccato sanguinis fuerit cholera, & vrina rubea fuerit, & spissa, & virtus, & ætas consenserint; vel alia illi proportionalia. Sed oportet, vt prætermittatur in principio vsque ad tres paroxys. donec aliqua digestio in humoribus facta fuerit à debita permixtione; quamquam enim sit minoratiua, & proinde licet in principio possit concedi; tamen propter peccatum, & dominium choleræ, ne effrenitet propter euacuationem sanguinis voluit Gal. vt in principio dimittatur, donec inspissetur, & permixtionem cum sanguine recipiat cholera, vt simul euacuetur cum illo.

Compositæ.

Nec oportet vt moueas in die periodi aliquid, nisi propter necessitatem, deinde prouoces naturam cum diureticis frigidis, & ratifica poros cum oleo chamæmelino, & aqua calida, quæ sunt alteratiuæ.

De digestiuis. In residuo adæquationem facientes sunt simplices, & compositæ, & simplices sunt granata muza, & acetosa, & arancia, & succi ipsorum cum zuccharo. Ex compositis autem est oxysacchara, & syrupus acetosus simplex omni mane cum frigida sumptus, si aliud non prohibeat, ante paroxysmum per tres horas, vel quatuor, & in processu cum emulsione seminum frigidorum, & diureticorum si inflammatio intendatur, & post ipsum per duas horas aqua hordei sumpta, nam quod inficit illud hoc abstergit, & lauat, quare post paroxysmum etiam detur, vel in ipso syrupus acetosus de radicibus cum geleniabin secundum exigentiam causæ, & breuiter omnia acetosa. Inquit enim Hippoc. Vniuersaliter autem aceti actedo eos iuuat, qui choleram habent amaram, non autem nigram. Cholera autem euanescendo in naturam phlegmatis transfertur cum ab aceto retrahitur, & altera adæquata materia eius euacuationem plurimum complent medicinæ, quæ cum eradicatione illam euacuant, quales sunt medicinæ lenitiuæ prædictæ, in quantitate augmentatæ, & *De solutiuis.* pharmaca absque multa caliditate soluentia, vt rhabarba. maxime myroba. citri. chebuli, agaricus, & aliud secundum

cundum mixtionem materiæ, & quandoque expedit illis associare diagtidium in robustis corporibus, sit tamen rectificatum, & mixtum cum syrupo de nenuphare, de pomis ad frangendum caliditatem eius: deinde dabis diu rerica frigida, & calida temperate.

Alteratio. Alterationem feb. complent frigida, & humida, interius, & exterius, & per omnem modum approximata, prout supra in cap. generalis curationis est dictum. sunt enim in hac febre maxime necessaria, cum calorem naturalem, & spiritus disgregent, & resoluant furiam caliditatis ipsius, & inquietudinem corporis, & alijs accidentibus, quos reducunt, & congregant. Quapropter Abuh. iussit post paroxysmum pedes in aquam frigidam mitti, ad quod etiam somnus adiuuat post cibū concessus; sint tamen calida administrata secundum cano. prænotatos. Et ex appropriatis est andacocha cum patiēs tertianam sumit tria ex solijs eius, aut granis ipsius, quia alterabitur circuitus eius feb. & linguæ arietis, & plantaginis radices tres cum vini vnc. iij. vel iiij. bibantur feb. triangulæ. i. tertiana, & sandali conferunt ei, & causonj, & proprie albi. Et cucurbita, & aqua hordei infrigidatiua, & humectatiua est febrium. Et datur in calidis pura, & in frigidis cum apio, & sœ panis abultus est infrigidatiuus, & conuenit calefactis, neque calefacit, neque oppilat, & nenuphar eripit caliditates a se. Et ex illis est vngula caballina, & proprie aquatica. Et succus plantaginis depuratæ in quantitate. vnc iij. ante paroxysmum per horam, sicut dixit Dioscorides. Et tres pedes pentaphylli cum tribus verbenæ contriti, & residentes in vino Græco antiquo per noctem, & colati * mane, & sumpta colatura ante paroxysmum per horam. Et sum expertus multoties in simplici, & simplici, & duplici.

* cum matutina.

Diæta. Diætæ autem ordinatio completur cum cibis, & potibus proprie, qui in qualitate sunt frigidi, & humidi, insipidi, vel acetosi, quales sunt ex granis collectis, vt hordeo, & succus eius, & ex pane abluto cum frigida pluries prout consuetum est Gallicis, vel decoctio in aqua cum zuccharo, prout consuetum Lombardis, & hoc vt frumenti, & fermenti, & etiam salis, si sit ibi caliditas, extinguatur. Et ex chondro, vel liri, prout cōsuetum est Ianuensibus, & maxime in acutis, & incensiuis, in quibus subtilia aduruntur. quapropter aliqui far etiam minis trant, quod reprobamus, cum enim oppilationē non digerat, nec abstergat, sed potius augeat, cuius contrarium debet cibus febricitantium agere, sicut Hippoc. & Gal. monstrauit, & ex fructu, vt sunt cucur. cucum. citruli, pruna matura proprie, iuiubæ, sebesten, mora celsi, & accitæ, granata acetosa, & muza, limones, arācia, & melon Indus quandoque. Et enim maximi iuuamenti in extinctione incesionis. Et cum hoc quod parum nutrit, & soluit, & prouocat, & facit sudare adæquando materiam, & alleuiando naturam à caloris incendio, quare confortatur, & corporis superfluitates alteratas vniuersas extractione mouendo expellit. Et breuiter omnes insipidi, & acres non dulces, quoniam in choleram conuertuntur; vt sunt ficus, vuæ, melones dulces, & similes non vnctuosi, quia sunt etiam inflammabiles, & veræ choleræ; vt sunt amygdalæ duces. Et carnes nisi rectificatæ, cum mixtione granorum, acresta, succo limonum, & similium. Et ex herbis, vt sunt lactuca, portu. endi. atriplices, spinachia, bletæ, & similes. Sint quoque in quantitate pauca datæ, prout conuenit morbo. Tertiana enim se breuem ostendit, dixit Gal. Et proinde ad tenuitatem cibus eius tendat secundum magis, & minus; prout eins conuenit speciebus virtuti, & statui eorūdem. Cum enim statum arbitrantis propinquum, vt in secundo, vel tertio paroxysmo, seu die, vt quia in vrina nebula alba appareat prima, vel secunda die; sufficiant eis granata, lactuca, pruna, & similia, & potus aquæ hordei subtilis, & succus granatorum, & vinum aquosum, plurimumque lymphatum post digestionem. Si vero remanet vsque ad periodum, vel diem quartum, quintum, sextum, vel septimum dabis chist hordei, vel succum eius, & aquam hordei spissam cum zuccha. & cibum ex prædictis fructibus, & herbis, & similia. Si vero vltra prolongabitur, procedas ad latus eius crassioris diætæ secundum plus, & minus, prout fuerit expediens illis. Et proinde dabis auiculas paruas, extrema pullorum, testiculos gallorum nouorum nondum coeuntium. Coeuntium enim testes acquisierunt infectionem, & malum odorem à spermate, & si sint perfectiores, verum est in sua propria actione generationis, quamdiu sunt viui, non tamen in nutricationis virtute, & cerebrum ipsarum, si nausea non sit. Et vitella ouorum recentium alterata in decoctione eorum in aqua hordei, vel alia cum prunis, acresta, vel granis granatorum, & similibus, & cum humectatione ipsarum.

Modus. Oportet autem, vt in exhibitione prædictorum cum gradatione procedas, vt in principio tenuiter, & in augmento tenuius, & in statu remisse cibes. In declinatione vero vberius. Et discreta quantitas sit, prout superius dictum est, numerus quoque cibationis sit, prout consuetudini conuenit, nisi obuiet paroxysmus, prout infra in cura feb. propria tertianæ non puræ dicetur.

Tie tempora cibationis. Tempus autem cibationis sit ex quo fæces primi scilicet cibi fuerint euacuatæ, & hora quietis, cum qua consuetus continet, melius est, sit autem ante paroxysmi horam per tres, vel quatuor horas ad minus, vt ante super ventum eius sit prædigestus, quod si non, docuit Hip. ipsum vomitum cum tepida, & aceto prouoca.

Documentum notabile. Ordo autem sit vt lubrica premittantur. Et modus præparationis, vt sint decocta cum rectificantibus, & alterantibus; vt est dictum, non sint assa, neque frixa, quoniam constipant, nisi expediant, & corrumpantur, si in patella sint frixa, & cū hoc nutrimentum quartū impendant. In alijs autem rebus non naturalibus conuenientia.

Declinante vero ipsa, & euacuata materia digesta, balneabis in semicupio dulcium aquarum, & eucratarum, quoniam resoluit reliquias, cum prouocatione sudoris, & infrigidat, & humectat. Ad quod post sudorē vngantur cum oleo vio. & ros. & proinde nō intret ipsum cum labore, ne multis horam prolonget, imo egrediatur velociter, deinde si expediet reiterent. Melius enim est reiteratio quam prolongatio moræ. Post quod cibabis cibis prædictis, nutrientibus, & humectantibus, & potabis vino aquoso valde, permixto aquæ plurimæ, quoniam vinum temperatum humores contemperat, si quid residui fuerit, membra perforat, calorem naturalem excitat, vt choleram per sudorem, & vrinam expellat, & cū hoc membra arefacta infrigidat, & humectat, faciendo aquam frigidam penetrare.

Cum post crisim, & euacuationem remāserit aliquid caloris inseparabilis, vel difficile alterabilis, superest tibi, vt administres syrupum acetosum, cum succis diureticis, in quo est decoctio seminum, & radicum diureti. qui materiam inobedientem, & corporis viam disponit ad resolutionem, & euacuationem facilem. Quartā rem complent prædicta in suis capitulis enumerata.

Iudicium proprium in cura tertianæ, est! quod proprie vnicuique ex speciebus eius debetur. Aliud enim debetur puræ aliud impuræ, aliud interpolatæ, & aliud continuæ inter se; sunt enim adinuicem differentia, quo ad alias res quatuor prędistinctas in cura communi, non in specie, cum cholera sit peccans, vel in prædominio vtriusque, sed in quanto propter additam materiam frigidam phlegmatis mixti illi. Quapropter prædictis magis, vel minus excedentibus in frigiditate, & humiditate; addita virtute alia super illis propter substantiam phlegmatis viscosam, & crassam. Sic pura equidem ex *Curatur. pura.* exscindentibus causam eam euacuando, & digerendo de prædictis indiget frigidis, & humidis, puris; vel parum in caliditate, & siccitate excedentibus, saltem propter oppilationem; & purgationem materiæ cum attractione, euacuatione, & eradicatione, & ex alterantibus feb. similiter frigidis, & humidis puris, & balneo, prædicto, quod vtrique causæ scilicet, & feb. est conueniens sua hora, vt post completam digestionem, & ante digestionem perfectam, cuius materias digerat inspissando,

t. ad Glau. cap. 8.

& sudorem prouocando, ipsam totam propter dyscrasiæ homogeneitatem resoluat, ac alteret feb. dyscrasiam. Et multa ex eius accidentibus corrigat, & emendet. Et dieta ex cibis, & potibus prædictis frigidis, & humidis puris, cum maiori subtilitate propter acumen, & breuitatem ipsius, quãto enim magis cholera denominatur, tanto magis acumen morbi significatur, Gal. ait. & numerum cibationum inter paroxysmum, & paroxysmum sit triplex, si consueuit. *1. progn. 46.*

Non pura vero illis frigidis, & humidis indiget propter dominium choleræ, sed minus propter additionem, & permixtionem phlegmatis ipsi choleræ. Et cum addita virtute incidentium, abstergentium, subtiliantium, aperientium, & soluentium cum caliditate, & siccitate temperata, & etiam manifesta; qualia sunt radices cõmunes, succi, & semina diureticorum, & agaricus, turbith, polypodium, cartamus, & semina vrticæ, asarum, stœchas, centaurea, & similia phlegmatis solutiua, & alterantibus feb. frigidis, & humidis minus, & balneo indiget post digestionẽ perfectam, & declinationem ipsius. Ante enim dissoluit crudum humorem, & imbibitum totius corporis reddit. Et cum putrido imputridum miscet, subtile resoluit, & crassum dimittit.

Et diæta ex cibis, & potibus frigidis, & humidis minus cũ additione subtiliantium, & aperientium cũ caliditate pauca, & minori subtiliatione. Oportet autem, vt consideres propinquitatem non puræ ad purã, & elongationem eius ab ea; & secundum illud diuersifica magis, & minus excessum illorum. Oportet ergo vt regimen, & cura tertianę puræ fit cum prædictis, & eorum plurimis.

De cura tertiana nõ pura.

Non puræ vero cura fit cum minorantibus prouocatiuis cum aqua calida decoctionis anisi, & aceto permixto ante cibum, & post magis, & in principio paroxysmi, & clysteribus cum aqua stœchados arabici, caricarum, centaurea, succo ficlæ, melle violato, sale, & oleo chamæmelino, furfure, & sale baurach. Et quandoque additur casia fist. & turbith, & hiera picra, & agaricus, cum materia cæperit digeri. Et ex solutiuis est aqua alubleb proprie, cum residentia geleniabin, cum casia fist. & cartamo. Et quandoque confortamus ea cum decoctione turbith, & ex phlebotomia, si cum peccato sit sanguinis, & minoratiua. Et cum digestiuis ex syrupo acetoso simplici permixto cum geleniabin, aut composito cum radicibus, & post hebdomadam cum virtute aliorum subtiliantium, sicut ex aqua fœni. apij, anisi, & decoctio absynthij, quod subtiliat materiam, & confortat stomachum. Etsi transierit hebdomadas duas, non est malum dare trochiscos de rosis minores. Si autem prolongabitur vltra, non excusaberis à datione trochiscorum de eupatorio, & decoctionis eius. Et syrupi de succis herbarum, & syrupi acetosi, diacorcotio, diacurcuma, quorũ in antidotario nostro descriptiones inuenies. Et cum calefactorijs, & cataplasmatibus, vnctionibus, & emplastris, cum aperientibus fortibus nisi cholera vitellina ex actione fuerit generata. Quo casu cũ frigidioribus, quam in cholera pura est procedendum, subtiliantibus tamen mixtis, propter humorum crassitiem, & mollificantibus etiam, propter viscerum tensionem, quæ supra in cura eorum nota sunt. Cum ergo digestio appareat complete euacuabis cum eradicatione, & hoc cum decoctione eupatorij, & endi. cum rhabarbaro, & agarico puluerizatis, & alijs compositis pharmacis, quæ infra (duce Christo) dicentur. Et Abuh. dixit. Fortasse erit necessaria medicina fortis vno modo, & debilis modo alio; fortitudo namque est in eo, quod euacuat humorem viscosum, debilitas vero est in eo, quod non euacuat plurimum vice vna, & illud est, quia virtus multa simul non tolerat, sed deficit. Quare oportet, quod fiat gradatio in ea, prout supra in phlegmatica diximus. Talis autem medicina solutionem aggregat, & digestionem, & à virtute melius toleratur.

Et est. ʒ. turbith. vnc. s. & plus secundum necessitatem, & scamm. proprie alcusugi, lib. i. & supra illud. Conficiantur cum geleniabin, & bibatur. Aut sumatur de agarico, & scammonea secũdum hanc comparationem, vt conficiantur cum geleniabin prædicto. Et bibatur, & ponatur in succo ros. recentium, cuius quantitas sit dr. i. & s. aut syrupo ros. & bibatur, & hoc quia remittit calorem scammoneæ, & confortat principalia, & stomachũ, quem habent offendere, ne lædatur.

Et diæta ex cibis, & potibus humidis, & frigidis dictis, non tamen puris, sed mixtis subtiliantibus, & abstergentibus notis. Quare oportet, vt cibus sit panis cum cinnamomo, & aqua hordei sit spissa cum decoctione radicum, & proprie cum acescit in stomacho. Et quandoque cum decoctione piperis, vel hyssopi, vel calamenthi, vel origani, & spicæ secundum necessitatem: aut aqua cicerum permixta, & cum minori subtilatione, quare oportet, vt cibetur cibis ex carnibus cum oleribus, & fructibus dictis, cum fœ. anetho, & petros. & similibus gradatim ministratis in quantitate continua secundum diuersitatem ipsorum. *Diæta.*

Sitque numerus cibationum secundũ longitudinem, & breuitatem paroxysmi: si. n. sit longior puta 48. horarum comprehensarum in duabus diebus, nõ poteris habere quolibet die innocue: quia oportet, vt in duobus diebus semel cibes, & cibatio fiat in 37. hora a principio paroxysmi, quæ est prima hora declinationis ipsius perdurans vsque ad complementum. 48. horarum, quod est xij. horæ. Et hoc si toleret virtus. Si vero non, oportet vt redeas ad capitulum dictum in cap. generalis curationis. Si vero sit breuior, poteris cibare pluries secundum diuersitatem alleuiationis ipsius, & longitudinem quietis.

Et cura quidem feb. cõtinuæ est cura interpolatæ iam dictæ in iudicio communi, & absolute. Cum enim Gal. dixit tertianam, vel triteam feb. intellexit interpolatam. Et cum Hippo. veram dixit in aphor. interpolatam maxime intellexit. Dixit enim tertiana vera, in vij. periodis iudicatur longissima: periodus autem maxime, & proprie debetur interpolatę: consequenter, & improprie cõtinuæ, vnde commentator subiunxit, quod illud facit dies in continuis, quod periodus in interpolatis; quasi dicat continua tertiana facit, seu complet vij. periodos suos in septem diebus, sicut interpolata suos in xiiij. Si veræ sint ambæ; differunt tamen in quanto, quemadmodum est dictum in continua supra. Quod est, quia in cura continuæ tertianæ procedere oportet cum illis tribus communibus prædictis ex abscindentibus causam in digerẽdo, & euacuando fortioribus; & ex alterantibus feb. cum minori frigiditate, & extinctione; & cum dietis cibi, & potus similiter maiori subtiliatione, & cum abstersiuis, subtiliatiuis, & aperitiuis, cum minoris caliditate, si necessaria fuerit propter impuritatem, quam in interpolata. Et in causone multo magis, nisi in non vero; in nõ vero enim oportet, vt procedas cum euacuatione in principio, cum illis, quæ dicta sunt, & proprie mucilagine psyllij. Festinatio enim in ea melior est, quàm expectare coplementum digestionis: proper periculum acuitatis, & mobilitatis materiæ, & positionem sui, cũ materia eius sit dispositа, quia subtilis peccans in caliditate superflua. Quare oportet, vt cum phlebotomia si in vrina fuerit spissitudo, turbiditas, & rubedo. Si vero igneitas prætermittatur omnino; non enim infrigidabit, sed potius inflammabit. Et cum digestiuis ex syrupo acetoso proprie cum emulsione seminum communium, & seminum frigidorum ex lactucis, endiuia, & portulacis, & interius, & exterius, & per omnem modum, & papauere albo, & cum alterantibus feb. dyscrasiam cum infrigidatione potenti, approximatis interius, & exterius per omnem modum, & interius solutiua, si calidum fit administrare aliquod frigidum, vt syrupum viola. de nenuphare, de pomis, & aquam seminum frigidorum. Aut cum frigidæ aquæ potu vsque ad satietatem, & pluries, si non fuerit, qd prohibeat, et proprie cum nigredo appareat in lingua. si vero fit quod prohibeat, detur syrupus acetosus, vt supra in capitulo generalis curationis est dictum, & cum syrupo de nenuphare, de papauere, & de limonibus, & de melone indo sufficientis quantitatis. In pauca enim

Decura tertiana continuæ.

4. apho. 33.

De cura tertiæ.

quantitate

quantitate conuertitur in choleram, dixit Auerr. Et finaliter cum trochiſcis de camphora vel de ſpodio non ſolutiuis, ſi ſuperfluat venter.

Caueas tamen à ſuperfluitate, quoniam infrigidabit hepar, & perducet ad cachexiam, & hydropiſim.

Exterius vero cum epithematibus ſupra hepar, & cor, & ex ſandalis, roſa, camphora, & ſimilibus, cum aqua coriandri, & roſa. Et ſupra caput cum embrochis, ex frigidis, & ſomniferis epithematibus, ex oxyrhodino cum lacte papau. Etenim eius materia eſt valde apta ad raptum. quare oportet, vt ſolicitudo habeatur de capite magis, attendendum autem in his multum ad naturam corporis, & ætatem.

In virtute enim forti, & iuuentute ſunt concedenda. In debili vero, & in ſenectute, nequaquam, quoniam ſunt cauſa extinctionis febris, & caloris innati.

1. Collig. c. 2 Sed contra, eſt quod Auerr. ponit. Inquit enim contra Galen. cum inquit, & cauſon in ſene maioris receſſus eſt à natura, quam in iuuene. Quod dictum impugnando dicit. Si ita eſt, ergo fortiora conueniunt ei in cura: ſi cura per contrarium in æquali gradu dyſcraſiæ fieri debet, vt ipſe oſtendit, ſed hoc eſt falſum ſecundum hoc, ergo, & primum.

Et Falco reſpondit, quòd non meminerit diſtinguere tanquam inexpertus Auer. inter contrarium ſecundum exceſſum, ſeu gradum, et ſecundum effectum contrariũ.

In ſene enim patiente cauſonem comparato ad iuuenem maior eſt exceſſus caloris febrilis. & proinde frigida maioris exceſſus conueniunt illi, quam iuueni: non tamen ſecundum gradum, & exceſſum, ſed ſecundum effectum; hæc enim ſeruant naturam, paulatim extinguendo feb. ſuper exceſſum, illa vero extinguendo vtrũque ſimul humorem, & feb. occidũt. Et cum correctione accidentium eius diligenti cum fortioribus dictis ſuperius in cap generalibus curationis. Et caueatur in eo ſuperfluitas ſanguinis nariũ cum his, quæ oportet, quæ dicta ſunt, & infra (Chriſto dante) dicentur; perducunt enim ad defectionem, & inflãmationem maiorẽ, & obſeruatur anhelitus eorum cum oleis, & ceratis. Ex oleis viol ro. & amyg dul. cũ ſucco maluæ, & attriplicis, graſſularum, & ſpinachiarũ, & cera; nec partes pectoris permittantur ſpaſmari. Et regas eos cum dieta vehementer ſubtili ex cibis, & potibus extinctiuis, dictis hic ſupra, ſi toleret virtus, cum ſtatus eius ſit citus. Quod ſi timeas caſum virtutis ex eo quòd patiens ex æſtuatione reſoluitur plurimum; ex hoc tunc oportet, vt cibes vlterius cũ eis, quæ dicta ſunt in cura febris ſyncopalis ſubtilis.

Document. *Dieta:*

Et ſi cadat appetitus propter intenſionem dyſcraſiæ calidæ lædentis virtutem ſenſibilem, nõ ſolum in ore ſtomachi, ſed in principio, vt in cerebro. ob quam non ſentiat ſtomachus, quod ſibi neceſſariũ ſit, vt petat cibum, & turbato cerebro non patiatur cibari, oportet iuuari auxilio ibi tacto ab antiquis, & à modernis ignoto; licet poſſibile, quia rationabile, & expertũ eſt. Et eſt vt fiat colatium bonum ex gallia electa, & ponatur in clyſteri, & injiciatur per anum; trahetur enim per naturam, & nutrit. Iuuatur eo modo, quo eſt poſſibile, & cõueniens ad refocillationem virtutis, & ſubſiſtentiam eius, donec reſumatur, & redeat ſenſus, vt cibum ſumat, quo confortetur, & vincat finaliter morbum, & curabilis eſt: quod poſſibile eſt, & rationi cõforme. Ordinauit enim natura in inteſtinis omnibus meſaraicas venas, etiam & in recto, vt manus hepatis, quibus ſuccum prædecocti cibi in ſtomacho traheret ad ſeipſum hepar, & conuerteret in ſanguinem nutritionis ſui gratia, & corporis vniuerſi, quod ipſi ſua inanitione trahendi illius neceſſitatem imponit. Si ergo illũ trahit indiſpoſitio naturaliter, in quo multa inanitio non exiſtit, vt non trahat ſuccum colatũ ex inteſtinis in corpore patiente cauſonem: in quo non ſolum attrahens eſt inanitio, ſed etiam calor fortis, & ſic etiam neceſſitas maior, & maxime cum ſuccus talis ſit mulcebris, naturæ amicabilis, & quaſi digeſtus, ſi etiam in exiccatis venulis hora æſtiua emulſerint à ſe humores de genere choleræ attrahant quoque ſuccum, factæ per phlebotomiam inanitæ. Ob quod Gal. præcepit in repletione inteſtinorum ex ſęcibus, non debere fieri phlebotomiam, niſi prius illis euacuatis: multo magis attrahent ſuccum colatum, mulcebrẽ, in tam grandi neceſſitate adauctæ; niſi natura ponatur habere mentem, vel non, & intellectum. Cum ergo traxerit hepar per illas ſuccum eius, refocillatur. Et refocillabit natura admodum ſtomachi. Et ſi vero nutriatur ex eo tanquam in digeſtione prima à natura prædigeſto, licet multum alteratus, & quaſi digeſtus ſit per artem, quæ ſequitur naturam, & perficit eam, exiſtens eius imago, donec redeat, cibumque ſumat, vt confortetur, & vincat, ſi curabilis morbus ſit, quod equidem experti ſumus in regina Siciliæ diſpoſita dicto modo, in quam iniectum colatiuum per clyſterem natura retinuit. Et poſt tres horas ſcybala emiſit, nulla infectione ipſius apparente in ipſis; deinde humores cholericos ardentes, & fœtidos. Et ſic reducta ad ſenſum, petijt potum, à quo confortata eſt, & facta ſana (gratia Saluatoris) qui ſit benedictus. In non vero extinctiua, minoret, & remittatur, & inciſiua, & abſterſiua multiplicentur, & intendantur, & regimen minus ſubtilietur. Deinceps medicinas cõpoſitas ſubiũgamus.

9. meth. cap. 5. & 6. & compo. med. ſecundũ loc. cap. 2.

Hiſtoria pulchra.

Confectio ſyrupi ad febr. tertianam puram. ℞. endi. cum radice, lupulorum, hepaticæ, cichoreæ, trifolij, linguſæ arietis, acetoſæ, lactucarum, ramorum portulacarum, lenticularum aquæ, ana vnc. j. ſemis. commu. hordei mundi, ana P. j. viol. roſ. florum cucurbitæ acetoſæ, ana vnc. j. radicis fœn. vnc. j. ſemis endiuiæ, portulacæ, ana vnc. ſem. corticum citri. vnc. ſem. prunorum, iuiubarum, ſebeſten, ana numero xv. zucch. lib. j. & fit tabarzet, ſucci granatorum muzorum, vnc. ij. aceti albi. vnc. ij. Et aromatizetur cum ſandalis albis, ſpodio, & aqua roſa. Doſis eſt vnc. ij in mane cum frigida in æſtate, & calida in hyeme. Et ad continuam addatur nenuphar, & ad cauſonidem camphora, & ſuccus limonum.

Syrupus ad tertianam feb.

Confectio ſyrupi ad tertianam impuram. ℞. radicum quatuor cõium reſidentium in aceto, ana vnc. j. capilli ven. ſchænanthi, ana vnc. ſemis. endiuiæ cum radice lupuli, boraginis, & bugloſſæ, cichoreæ, hepaticæ, meliſſæ, ana vnc. j. hordei, ciceris, an. P. j. liqui. vnc. ſemis. vio. roſ. acetoſæ, ana vnc. j. prunorum numero xx. zucch. lib. j. geleniabin vnc. iiij. aceti, prędictarum radicum vnc. iij. aromatizentur cum ſandalis, cinnamomi, ſpodij, & corticũ citri. ana vnc. ij. Doſis vnc. ij. in mane cum calida.

Confectio ſolutiui ℞. ſcãmoneæ ſextã vnc. j. in iuleb, & eſt conueniens puræ. Decoctio faciens ad ſoluendam non puram. ℞. myrob. citrino. & chebul. tamarindorũ, ana vnc. v. paſſularum enucleatarum, hordei, an. P. j. radicum quatuor, caſiæ fiſt. ana vnc. j. fumi terræ, folliculorum ſenæ, ana vnc. v. bulliant in lib. j. aquę vſque ad medietatem, & calidam ad bibendum in mane.

Solutiuũ ad idem.

Curatio retanda.

Confectio electarij triapharmaci faciens ad choleram, & phlegma, & humores commiſtos ex eis. ℞. electarij, caſiæ fiſtu lib. j. agarici, & rhabarba. puluerizatorum, ana lib. ſ. Confice ſimul, & da ab vnc. ſ. vſque ad j. in aurora cum calida.

Confectio electarij de ſucco roſa. & diaprunis eſt faciens ad ſolutionem cholerę poſt digeſtionem, & diacatholicon. Rubea trochiſcata ſecundum Nicolaum valet tertianarijs, & quotidianarijs cum * rhodoſtomacho, in quantitate auellanæ ante horam paroxyſmi data.

** rhodoſtomach.*

Confectio trochis. de ſpodio ſolutiuorum cõferentiũ patientibus tertianam. Recipe medullę granorũ citrino. enucleatorum drach. iiij. zucch. tabarzet drac. xx. ſcammo. drach. j. ſextam. bibantur, drach. ij. cum frigida. Et poſt illud curetur cum prouocatione, & emulſione ſem. communium frigidorum, & ſi fuerit ſuperflua inflammatio maxima, vt in cõtinua, & cauſone, cum iam euacuaueris, nõ eſt malum dare aliquid de extinguentibus fortibus, vt ſunt trochis. de camphora, mucilago pſyllij, aqua melonis indi, & ſyrupus de limonibus, & ſimilia.

Document.

Alexander dixit ſuccus plantaginis depuratus in quãtitate vnc. iij. ante paroxyſmum tribus vicibus ſumptus liberat à tritæo, & ſum expertus.

Nota.

De

De medicinis feb. melancholicarum. Cap. 5.

Quartana vnde. FEbris quartana eſt feb. accenſa in melancholia putreſcente. Quæ quia exacerbatur per quartum dicta eſt, quartana, vt in principio dictum eſt. quemadmodũ ſi per quintum,& ſextum, dicta eſt quintana,& ſextana, de melancholicarum genere exiſtentium,ſaltem quintana. Et quod quædam ex ea erat interpolata,& quædam continua illi proportionalis, & qualiter differãt,dictum

Cauſa. fuit ſuperius. Et quæ erat etiam eius cauſa. erat enim interior etiam cauſa,& immediata,melancholia putreſcẽs extra venas,vel intra. naturalis,vel innaturalis, ex aduſtione generata non ex congelatione, cum rariſſime fiat illa,nec apta ſit inflammari,& putrefieri, vt febrem accendat. Cumque melancholia innaturalis ſit ex ſe magis apta putredini, quàm naturalis, eo quod caliditatem innaturalem in ſe ſeruauerit ex aduſtione, vel putrefactione,febrem aliquam accendere acquiſitam,quemadmodum cinis caliditatem ignis. Et Galen. dixit. Sitque maioris quantitatis,ac malitiæ,quã natura regulare non poſſit,putrefieri poteſt aptius, ideo raro fit incipiens,& plurimum alium morbum ſequens,ac propter ſui malitiam natura inter venas ipſam ſuſtinere non poteſt (& ſi naturalis ſit)cum ſua ineptitudine ad putredinem in venis exiſtens contrarietatem habeat à ſanguine ne putreſcat,& à natura in melius reguletur, quã extra,ideo plurimum interpolata eſt,& raro continua,vt Gal.dixit,& quidem alius morbus,quem plurimum ſequitur. Eſt autem feb. putrida maxime multum prolongata,quæ non ſolum in humoribus impreſſionem impreſſit humidis, ſed etiam in membris ſolidis inflammationem,& conſumptionem. Quapropter Gal.dixit febres cum prolon-

1. de differentijs feb. cap.8. gantur,minantur hecticam,vel feb. multæ, & diuerſæ, vt ſunt inordinatæ, vagantes propriæ. in quarum materierum euacuatione natura redditur negligens propter diuerſitatem ipſorum diſturbantiũ ipſam. Intenta enim pluribus fit minor ad ſingula; quare remanent aduſtæ, & incineratæ. Et ſic melancholia innaturalis multiplicatur quadruplicis ſpeciei ſecũdum ſpeciem poſſibilem quatuor humorum aduſtionem.

Alia igitur erit ſanguinea, alia cholerica,& eſt plurimum,alia phlegmatica,& alia melancholica,& eſt minus, quæ cum exacta occaſione in putredinem venerit, feb. accendit quartanam diuerſam in ſpecie, ſecundum diuerſitatem ſpecierum melancholiæ. Alia enim eſt in melancholia naturali putreſcente,& alia melancholia innaturali, quæ eſt quadruplex,& ſunt omnes inter ſe inuicem differentes in eſſe eſſentiali, accidentibus,atque

3. Prog.23. cura,vt infra patebit.vnde Hippocr.in prognoſticis.Febribus inordinate vagantibus, quartanæ ſunt futuræ: Aut oppilatio,& craſſities ſplenis colligens,& multiplicans melancholiam vtramque, cui putreſcenti ſuccedit quartana. licet ipſa quartana raro euacuetur à ſplenis craſſitie,& oppilatione, plurimum enim ſuccedit ei,vel communicatur,vel ſequitur oppilatio.

Quandoque eſt ab apoſtemate eius, vel cum eo,& eſt malignior; perducit enim frequenter ad hydropem,& pernicie. Et ex naturalib. diſpoſitionibus ad ipſam cum alijs ſimilibus circumſtantijs eſt complexio naturalis corporis,vel innaturalis habitudo,ſeu forma extenuata, ſeu ſicca,ætas ſenectutis,conſuetudo in frigidis,vel calidis,ficcis tempus aptum, Vere, vel Æſtate, regio conſimilis illis, ars fabrilis, vel laborioſa, vita timida, ſeu timor perdurãs diu,ac etiam puſillanimitas. Inquit enim

6.aph.23. Hippocr. Timor, & puſillanimitas ſi diu ſteterint ad diſcendendum,humores melancholicos faciunt.

Cauſa. Et cauſa exterior mediata eſt in non naturalibus rebus,& cibis,& potibus multiplicare habentibus melancholiam naturalem, & innaturalem, vt eſt proprie panis opitus, lens, caulis, caro bouina, hircina, equina, & arietina, & vaccina, antiqua, & ſylueſtrium antiquorum magis,piſcium,& auium magnarum, caſeus antiquus,& caro ſalita, & piſces ſaliti, & ſimilia. Et aquæ E craſſæ,& turbidæ,lutoſæ,& ſulphureæ,æneæ,& ſimiles ſumptæ,& potatæ,& acetum. Inquit enim Hipp. acetum choleram nigram adiuuat,& procurat. Quales etiã ſunt acuti,ſubtiles,aduſtibiles,qui melancholiæ ſunt cauſæ. Et quia in ea accenſa eſt,quæ teneræ naturæ exiſtit, non obediens corporis noſtri naturæ,quam calorem naturalem eſſe dicimus cum ſit illi omnino contraria. Inquit enim Gal. calor naturalis calidus eſt,& humidus, nec etiam poſitioni vt Hipp.& Gal.dixit in aphor. Ter- *1.aph.14.*
minus vniuerſalis ipſius, ſi error non interuenerit,erit anni vnius, ſi vero interuenerit, erit annorum duodecim,vt dixit Abuhali. Et ea ratione particularis paroxyſmus eius prolõgabitur xxiij. horis,in quibus erit addens,& diminuens ſecundum diuerſitatem melancholiæ in quanto,& ſpecie, & mixtione cum cholera,& phlegmate, & aliarum cauſarum corporalium in hoc cooperantium,dictarum ſupra,& etiam extrinſecarum. Et communiter ſalubrior eſt quotidiana propter quietis longitudinem,& accidentium priuationem,& leuitatẽ, minus vero quam tertiana propter aptitudinem cholerę ad reſolutionem,propter quod longior eſt quam illa. Et quæ ex ea ſalua eſt, vt quia ſine oppilationibus magis,& apoſtematibus fuerit,& breuis præſeruat ab ægritudinibus melancholicis,vt epilepſia,& melancholia,& etiam liberat,cum terminentur in quartanam,vt dicit Abuhali,& à ſpaſmo de repletione. Inquit enim Hipp. in aph. *3.aph.70.*
A quartanis habiti non valde ſpaſmantur. Et cum fuerit talis, terminatur plurimum per reſolutionem,& ſudorem naturaliter. Et in particulari paroxyſmo,& maxime cum innaturalis, & calida fuerit melancholia. Et quandoque per varices, & hæmorrhoidas, & maxime cum melancholia fuerit naturalis. vnde Hippocr. *6. aph. 11. & 21.*
melancholicis varicibus,aut hæmorrhoidibus innatis, bonum. Et quandoque per dyſenteriam maxime cum innaturalis fuerit melancholia, vnde Hippocr. melan- *6.aph.28.*
cholicis dyſenteria ſuperueniens bonum. Et quandoque per ſcabiem, cum natura non poſſit melancholiam innaturalem extra corpus expellere, ſed deriuat, & tranſmittit ad cutem,quæ eſt membrum ordinatum per eam ad receptionem ſuperfluitatum corporis totius, vt ait Galenus. Quæ vero eſt longa, & cum oppilationibus *De morb. ca.8.can.*
magis perducet frequenter ad ſtomachi defectionem,& hepatis,& caſum appetitus, & hydropem,& perniciem magis,ſi cum apoſtemate fuerit,vt dictum eſt: & quandoque ad lepram propter diffuſionem abundantius melancholiæ innaturalis in habitu vniuerſo.

Signa quartanæ interpolatæ prius dicemus. Signifi- *De ſignis quartanæ interpolatæ.*
cant autem ipſam inuentio cauſarum antecedentium prædictarum, & concomitantia accidentia. Quod eſt quia precedente regimine melancholico,& circumſtantijs dictis,inuenies egreſſionem melancholicam,& vrinam glaucam in principio, & augmento, niſi apud ſtatum; tunc enim propter digeſtionem acquirit rubedinem,& ſpiſſitudinem,& in declinatione fit nigra. Et cum mouetur ad exacerbationem inuadit cum frigore, *Nota.*
ſed in primis diebus paruo,& in ſubſequentibus magno, propter humoris craſſitiem, qui non poteſt moueri ſtatim,vt ſubito deferatur per ſenſibilia membra,niſi caliditate febris ſubtilietur in duobus diebus accenſis, ſicut dictum eſt in phlegmatica; deinde calor eius extenditur tarde,vt perueniat ad augmẽtum,& ſtatum propter humorum craſſitiem, ſuper quem calor de facili comprehẽdit; ſicut nec ignis ſupra ligna craſſa,licet citius,quàm phlegmatica, & tardius quàm in cholera pura, proinde calor dum extenditur, vt totum comprehendat corpus cum horripilatione procedit,& eſt frigori miſtus,prout in quotidiana eſt dictum, vt ex eo quidem dyſcraſia inæqualis,& diuerſa in membris proueniat, quæ eſt cauſa doloris,& confractionis magnæ, adeo,vt videantur oſſa frangi. Ad quod adiuuat in illo fortis membrorum commotio, adeo, vt ſtridore frendeant dentes propter contractionem naturæ ad principia, & motum ipſius ad expellendum nocentia, non tamen ſicut in phlegmatica. Et perducit illud ad viſus debilitatem propter multam

tam euaporationem fumorum ad caput, ſicut accidit in accéſione lignorum viridium, & craſſorum perturbantium ſpiritum animalem in cerebro, & ſentibilem, & motum: quare etiam motus ſit debilis propter fatigationem ipſius in expellendo illos commotione membrorum. Cum ergo peruenit ad ſtatum, calor eius acutior eſt, quam in phlegmatica, minus tamen quam in cholerica, (niſi in melancholia innaturali accenſus exiſtat.) Et deinde declinat cum ſudore plurimum, & proprie ſi melancholia innaturalis ſit, vt eſt ſuperius dictum. Ita, vt in xiiij. horis in febriendo deficiat, & perfecte quieſcat, & hoc in quartana interpolata ex melancholia naturali. Et pulſus eſt parum durus, & diuerſus magnus, velox, & ſpiſſus, licèſih principio coarctatus, & in velocitate, & in ſpiſſitudine non diuerſus, ſicut in quotidiana. Et ſyſtoles velocior diaſtole propter putredinem, quæ mundificatur apud declinationem. Et eſt ſignum perfecte diſtinctiuum inter quotidianam, & ipſam.

Si vero ſit continua, ſigna cauſarum antecedentium ex ſignis, & circumſtantijs inuenies fortiora. Exacerbabitur continue, & de quarto in quartum magis, & exacerbatio fortioris eſt caloris, nec incipit cum frigore, ſeu horripilatione, nec declinabit, ſeu tepeſcet cum ſudore, aut alia manifeſta euacuatione, & accidentia eius alia ſunt fortiora.

Signa vero quartanæ ex melancholia innaturali, & phlegmatica ſunt anteceſſio phlegmaticarum febrium, & cum incipit frigus antecedit maius, & calor eſt obtuſior, quàm aliarum innaturalium. Et ſudor in declinatione tardior, & minor quam in naturalibus. Et vrina craſſior, & duricies pullus minor, & ſignificant eam etiam conſimiles circumſtantiæ.

Signa vero quartanæ ex melancholia ſanguinea ſunt anteceſſio ſignorum ſanguinis, & febrium ſanguinearum. Et incipit cum minori frigore, & calor eius eſt mediocris, & declinat cum fluxu ſanguinis, vel ſudore, & vrina eſt rubea ſpiſſa, & etiam ſignificant ipſam conſimiles circumſtantiæ.

Et ſigna melancholiæ cholericæ ex aduſtione choleræ ſunt anteceſſio ſignorum dominij choleræ rubeæ, & febrium eius. Et cum inuadit, incipit cum minori frigore, & horripilatione maiori, & calor cito aſcendit, & eſt acutior, & cito declinat cum ſudore copioſo. Et vrina eſt cholerica valde, ſubtilis; & pulſus velocior, & frequentior, cum minori diuerſitate, & inæqualitate aſcendit, & concurrunt cum ea circumſtantiæ conſimiles.

Et ſigna quartanæ ex melancholia naturali aduſta ſunt, ſignorum præceſſio dominij melancholiæ ægritudinum melancholicarum. Et cum mouetur ad paroxyſmum incipit cum minori frigore: & calor citius aſcendit, & magis æqualiter, & eſt acutior quam in melancholia naturali non aduſta, & citius declinat, & cum completiõi ſudore. Et vrina eſt magis tincta, & ſubtilis in principio. Et pulſus eſt velocior, & ſpiſſior cum minori diuerſitate, & inæqualitate exiſtens, & concurrunt cum ea circumſtantiæ ſimiles.

Cura. In cura quartanæ duplex eſt regimen, commune, & proprium: Commune eſt quod ei in vnaquaque ſua ſpecie, & materia communiter cõuenit. Et eſt quatuor res. Prima abſcindit cauſam. Secũda ſubalterat feb. dyſcraſiam. Tertia ponit ſtudium in virtute, & vita, cum regimine cibi, & potus, & aliarum non naturalium rerum. Quarta corrigit accidentia. Prima res completur dupliciter, digeſtione. ſ. & euacuatione. Digeſtionem vero cõplent medicinæ minoratiuæ, ſi in materia appareat multitudo, & alteratiuæ reſidui. Prima ſunt elyſteres ex lenientibus, & abſtergentibus notis in principio, & deinde cum ſolutiuo aliquo educente de melancholia abſolute, quod infra Saluatoris dicetur præſidio. Et ex communibus melancholiæ abſolute eſt agaricus, ſed illud poſt digeſtionem; ante enim eſt præſumptio, & introductio erroris, & proprie in quantitate multa miniſtratus. ergo addatur quod ſit paucę quantitatis. Conſideretur tamen *Phlebotomia.* ſi ſanguis ſit abundans in eis, & proprie ſi melancholia naturalis, & ſanguinea; tunc enim phlebotometur, & extrahatur ſanguis ſecundum neceſſitatem, aliter autem phlebotomia nocet, cum debiliter, et incrudet, cum euacuet contrarium melancholiæ, & diſſoluat humores, & trahat illos ad exteriora. Et vomitus leuis in principio, *Vomitus.* & fortior in proceſſu, factus ante, & poſt cibum ſubtiliatiuum, & abſterſiuum ex acetoſis, & acutis quacunque die, & maxime in die paroxyſmi, & in principio eius, vt eſt aqua decoctionis ſemi. raphani, & ſyrupus acetoſus poratus ante paroxyſmum per horas duas, vel vnam. Et deinde cũ aqua multa calida, quæ ſecuritatem facit à nocumento rigoris, & frigoris, & à nocumento acuitatis rerum premiſſarum propter febrem. Talis autem vomitus ante paroxyſmum factus, vt dixit Abuh. quicunque humor ſit, alleuiat paroxyſmum, aut eradicat, quaſi dicat, dato q̃ humor peccãs, vt ineptus ad vomitum, quia melancholicus, quare iuſſit Hipp. in aphor. educendum *4. aphor. 4.* eſſe inferius non ſuperius, tanta tamen eſt vomitus talis virtus in euacuatione ipſius, quòd ſi aſſiduetur, aut minorat ſi multus eſt, & indigeſtus, aut eradicat ipſum, ſi paucus eſt, & digeſtus; aſſiduatione enim ipſius humor melancholicus ineptus diſponetur, & trahetur ſuperius, vt educatur per ipſum. Et cibaria lenificantia ante cibũ ſumptum ex fructibus, & herbis, vt ficus, & caricæ, pruna cum endiuia proprie, & alijs oleribus lenificantibus proprie, vt borago, buglоſſa, lupuli, fumus terræ, & ſicla, hæc enim in leniendo naturam, & minorando materiã melancholicam abſolute conuenientiora ſunt potionibus. Quod ſi oportet vti eis eligas leuiora, quæ cum lenificatione ſoluant, & humectent abſque caliditate, & ſiccitate multa, & conſortent ſtomachum, vt eſt manna, & ſuccus granatorum dulciũ expreſſorum, cum pulpis caſiæ fiſt. cum aqua liquiri. cicerum, & alubleb, & geleniabin, diaboraginatum, & diabugloſſarum, & diaſena, & ſimilia. Si autem indigeat attractiuis miniſtrentur in quantitate pauca. Et cum eis miſce liquiri. viola. & paſſulas ad refrænandum ſiccitatem, & iuuant cum hoc euacuationem. Et diuretica, & prouocantia ſudorem abſque fortitudine, vt ſunt ſemina communia cum aniſo, ſęniculo, & aqua ipſorũ, & radicum cõmunium, fortia, & calida nocent exiccando; educunt enim ſubtile, & craſſum exiccatum dimittunt. Alteratiuæ, & digeſtiuæ deinceps miniſtrandæ in adæquatione reſidui ſunt medicinæ ſimplices, & compoſitæ. Et ex ſimplicibus ſunt prædictæ, & conſimiles aquæ prædictarum ipſarum, & aqua geleniabin, & ſyrupus acetoſus ſimplex cum ea. Et ex compoſitis ſunt compoſitæ ex eis, & aliæ quæ infra (Deo duce) dicentur. Quæ ſint daræ ante paroxyſmũ per tres, vel quatuor horas, digeſta materia per duas, vel tres hebdomadas, ipſam oportet euacuare prędictis medicinis lenitiuis attractiuis ſimplicibus, & compoſitis in quantitate augmentantes abſque multa caliditate, & ſuperfluitate virtutis, & attractionis; quoniam reſoluit ſubtile, & prætergreditur craſſum, vt ſupra capitulo de melancholia eſt dictum. melior eſt ergo ſecũdatio multitudine; vt cum digeſſeris per duas, vel tres hebdomadas, des ſolutiuum prædictum moderatum in quantitate, & qualitate; deinde redeas ſi oportet ad digeſtionem per illud tempus, & deinde ad euacuatiuum. Et hoc quia quamquam ſit ſalutifera, nec pernitioſa, vt quotidiana; tamen quia longa propter humoris craſſitiem, oportet per interualla purgari; perfecta digeſtione non expectata, vt vnica in forti digeſtione purgetur propter cauſam prædictam. Et quia à natura melius toleratur, vt ſupra in tertiana non pura, & quotidiana eſt dictum. Cumque appareat prolongari vltra hebdomadas quatuor docuit Raſ. dari trochi. de abſinthio, cum ſyrupo acetoſo. vel aqua cicerum. Sed dices quare citius docuit miniſtrari trochiſcum in quartana, quàm in quotidiana, propter prolongationem, & abbreuiationis gratia? cum longior ſit quartana, vt ex iam dictis apparet. Et proinde ſi tranſierit vltra quatuor hebdomadas, non dici poterit prolongari, vt proinde expediat miniſtrari trochiſcos. Præterea vt quid trochiſ. & non alias medicinas? Reſpondit

ſpondit Falco ad primum dicens, quod terminus dandi trochiſcos eſt terminus, ſeu tempus prolongationis ipſarum propter cauſam inferius aſſignandam: vt quia ex quo incipit prolongari ſint dandi. Talis autem eſt duplex, quidam communis, & quidam proprius. Communis eſt duplex, quidã in acutis, & eſt xl. dierum; eſt enim xl. finis acutarum, & principium chronicarum, prout dixit Hipp. Alius eſt in chronicis, & eſt poſt anni complementum. Eſt enim eis terminus ſecundum motum, & influentiam ſolis, qui in anno vno finitur, vt dixit Gal. Terminus proprius eſt diuerſus ſecundum diuerſitates febrium in ſeipſis. Talis autem eſt duplex, vnus eſt terminus temporis ſtatuti ſecundum plurimũ vnicuique earum, vt in acutis abſolute terminus dandi ſit poſt xiiij.
4. aph. 23. dies. Inquit enim Hipp. in aphor. Acutæ ægritudines in xiiij. dieb. iudicantur. in quotidiana poſt lxx. dies, & in quartana poſt annum, vt ſupra eſt dictum. Alius eſt terminus regularis ſecundũ ϕ feb. tam acuta, quàm chronica poteſt minus, vel amplius prolongari; & illud propter diuerſitatem cauſarum habentium prolongare, quę cum eis poſſunt cõuenire, vel non. Et hoc modo in tertiana pura terminus dandi eos, eſt poſt duas hebdomadas; i quartana poſt quatuor, & in quotidiana poſt quinque, vel ſex, vel quatuor. & illud per reſpectum ad naturam habentem tolerare ipſam, ſeu longitudinem eius, ſicque in longis, vt quotidiana, & quartana dicente Gal. Rari ſunt diuturni morbi de genere phlegmatis, vt melancholiæ, &c. datur quãdoque infra terminum ſtaturũ ſecundum plurimum eis, vt non prolongentur cum de ſe naturaliter longæ ſint, ſed vt infra illud terminentur, ſeu à longitudine iuuentur. Ad ſecundum dixit, quòd tales morbi, ſeu febres ſunt duri ad digerẽdum; quòd prolongatio eorum demonſtrat. & proinde medicina debilis monſtrãda non eſt in eis cum in virtute non proportionetur eis, immo fortis virtutis, vt forti infirmitati
1. aph. 1. fortis medicina occurrat. vt Hipp. dixit in aph. & Gal. Talis autem trochiſcata, vel in electario confecta, cum in ea ingrediantur medicinæ fortis virtutis, & ſubſtantialiter nõ virtualiter tantum, quemadmodum in ſyrupis, & decoctionibus, in quibus virtus in proprio ſubiecto exiſtens fortior eſt, quàm in tranſlata in aliud per decoctionem; & deinde trochiſci, & electaria ſunt miniſtrandi cum termino, & tempore, ex quo febres incipiãt prolongari. Finaliter autem, perfecte digeſta materia, eradicabis, cum pharmacis appropriatis, ſimplicibus, &
Et balnee. compoſitis, quæ infra dicentur. Finaliter balneabis in dulci, eucrata, quoniam reſoluit reſiduum, dyſcraſiam alterat, & humectat: & proinde non ſudet multum, poſt quod dabis aſam, vel theriacam cum vino; & magis in
& quidem in melancholica, * & phlegmatica. quoniam reſoluit, & confortat, aut mithridatum; medicinæ de aſa, de ſulphure, diapipereon, & ſimilia; de electarijs non aſſidue, ſed in ſingulis diebus trib. vel quinque. nec feſtines cum
Documentum. eorum aliquo digeſtionem, quoniam ſi dederis theriacã, aut aliquod eorum ante digeſtionem, compones quartanam cũ quartana, & fortaſſe attrahes ægritudines alias, & proprie in hyeme. Et illud, quoniam tunc diſſoluit, & non reſoluit, ad quod adiuuat diſpoſitio hyemis, quæ ſuperfluitates multiplicat, & ſua frigiditate vetat ſolui. Cum igitur diſſoluit, mouet humores per corpus, vt Se-
Nota. rapio dixit, & Abuha. & per corpus fluere facit. Et bonis humoribus illum permiſcet parum, qui eo mutat in ſuam naturam. & ſi remanet in vno loco parit febrem magnam vehementem plus quam oporter, & ſi remanet in duobus locis, acquirit duas feb. melancholicas, & ſi ſit in tribus locis, tunc forte facit tres, & tunc ſollici-
Queſt. tudo tua ſit de hepate, & ſplene. Sed dices, conceſſiſti theriacam in ægritudinibus neruorum frigidis, & humidis ante digeſtionem; quare vero in quartana vetas, cum ſit ex materia frigida, & ſicca, & ſit minus diſſolutiua? Reſpondit Falco. d. quòd ægritudines neruorum paucæ ſunt materiæ, & eſſentialiter frigidæ, & humidæ quam theriaca diſponit, & conſumit, nec diſſoluit, & ægritudines alterat, non autem intendit. Quartana ve-

E ro è contra ſe habet, quia non frigida eſt, vt illa; & ſi frigida eius materia ſit, cum hæc magis eſt coadunata: in quartana vero non diffuſa ſicut illa. Et propterea magis eſt apta diſſolui ex calore theriacæ, & febris ignitione; illa vero diffuſa magis digeri; & conſumi apta. Et vomitus fortis, & clyſteres acuti cum prædictis, & alijs in eradicatione ipſius conuenientes, & prouocantes temperati; fortes enim nocent excitando materiam, & corpus. Alterationem febrilis dyſcraſię complent temperate frigida, & humida ex medicinis, interius, & exterius ſecundum omnem modum approximatis. quales ſunt ex herbis, ſicut endiuia proprie, & chryſolochana, andacocha, & ſimilia, quæ cum ſua temperie conferunt febrili dyſcraſiæ ex quacunque ſit materia. Et interdicantur valde frigida, vt ex herbis lactuca, quoniam timetur ex ea infrigidatio nimia, quod non eſt inuentum in endiuia. Et ex fructibus, ſicut melon indus, quoniam timetur ex eo propter vehemẽtiam prouocationis, incraſſatio ſanguinis, & incrudatio humorum, quod non eſt inuentum
F in melone dulci. Et ſicut perſica, quoniam timetur permiſtio putredinis; & illud non eſt inuentum in pomis maturis granatis, & alijs. Quod ſi timeantur prædicta propter exceſſum caliditatis, vel accidentia, excuſatio non fit ab eis, miſceantur eis calidæ temperate, quæ ſunt liquiri. capil. ven. paſſul. zuccharum album, & rubeum, & quoniam licet conferant febri, inquantum febris eſt calida, & ſicca, nocent tamen melancholiæ, quia frigida eſt, & proinde alienantur, ac etiam omnia exiccantia, cum noceant feb. & cauſæ. Quod ſi ſiccis oporteat ad digeſtionem materiæ, & diuiſionem, ac apertionem oppilationum vti, vt ſyrupus acetoſus, miſceantur eis humectantia, vt aqua bugloſſæ, boraginis, liqui. paſſula, & huiuſmodi. Et ex conferentibus ex proprietate eſt calendula, lauendula, & pes locuſtæ. Et decoctio eius, aſſa, andacocha, cum ex eis bibuntur quatuor folia, ſeu grana alteratur periodus eius, & linguæ arietis radices quatuor cum bibuntur cum vini vncijs quatuor, & ſemis.
G ſemen raphani cum vino curat eam, & cancer marinus curat eam. Rocha confert febribus quartanis, nigella reſoluit, & prohibet feb. phlegmaticas, & melancholicas proprie.

Regimen vero commune in cibis, & potibus, & in *De regimine quartanæ.* alijs ſit ad caliditatem tendens, & humiditatem. Æqualitas autem, & temperies omni lapſui conuenit, & materiæ cuiuſcunque ſint ſpeciei, vt Gal. oſtendit, qualis eſt in cibis, & potibus euchymis ſuperius dictis, quæ maxime in ſe has quatuor aggreget proprietates. Prima vt non incrudet, immo ſit cruditatem reſoluens, quæ prouenit ex melancholia; & proinde debet eſſe ex facile digeſtibilibus. Secunda eſt, vt non ſit incraſſans, immo ſubtilians craſſum eius, & proinde ſubtiliatiuam habẽs virtutem. Et tertia eſt, vt non ſit ventris, & viſcerum conſtrictiua, & oppilatiua, ſed ſolutiua, & aperitiua; & proinde præmittantur cariæ cum endiuia, vel cappares cum aqua cicerum, & ſemina lenitiua. Et quarta eſt, vt *De cibis.*
H ſit boni ſanguinis generatiua, & proinde dicta eſt euchyma. Vel breuiter cibus eius ſit panis, perdices, phaſiani, caro annualis agni, hędina, columborũ nouorum, non valde pinguium, & oua recentia. & ſorbilia, & piſces petrini parui, & mediocres, ſquamoſi, & marini. Et ex herbis, borago, & bugloſſa, & endiuia. Et ex granis hordeum, & amylum, & farina cicerum, & ſimilia. Et ex fructibus cappares, poma dulcia, & odorifera, granata dulcia, & muza, caricæ, vuæ paſſulę, & paſſatæ, amygdalæ, pineæ ablutæ, & fiſtici, & conſimiles.

Et potus ſit vinum album, vel rubeum maturum, *De potu.* competenter lymphatum, & proprie cum aqua bugloſſæ, boraginis, vel ferrea, quia ſplenem reſoluit; & quandoque mellicratum conditum proprer debilitatem ſtomachi, hepatis, ac faſtidium, ac debilitatem digeſtiuæ, quæ eſt accidens commune febribus iſtis. Aer quoque *Aer &c.* ſit temperatus, in quo locentur iſti, & quieſcant, non moueantur niſi delectabiliter, & ſuauiter in die quietis. Exercitium, & proprie laborioſum maxime quartanarijs

ris nocet, & corporis, animæ, si vero imbecillis fuerit, nil prohibet diebus intermedijs ad exercitia consueta transire. Somnus quoque superexcedat vigilias. inaniantur superflua, & introducátur cibi, & potus iuuatiui prędicti, quantitate, tempore, & ordine. modo, & artificio limitatis. Et est quoniam vt Galen. dixit, quartana se longam ostendit alijs magis, diætæ ordinatio in substantia, quãtitate continua, cibi, & potus debent esse ad crassitiẽ tendentes, quatenus valeant ægrotum sustinere vsque ad statum; sicque debent vberius nutriri. Et ex nutribilioribus dictis in principio, deinde gradatim minuere secundum successionem augmenti, & status. Et in declinatione vberrime, vt impressa siccitas, & consumptio humectetur, & resumatur. verum quia contingit melãcholiam paucam esse, & subtilem quandoque, & proinde ipsam quartanam abbreuiari infra mensem, vt in tribus hebdomadis, quæ sunt dierum xx. Qui periodus est secundum Hippocr. completus, licet in acutis temperate, oportet procedere etiam & subtiliare ipsam; quatenus natura innitatur magis contra ipsam, & eius materiam, vt cito digerat, & resoluat, & fit breuis; & à superius dicto prolongationis periculo eximatur, vt superius etiam in quotidiana est dictum. Sed hoc vsque ad prædictum terminum septimanarum trium. quòd si vllo adueniente non cesset, redire oportet ad incrassationem propter causam iam dictam, nec proinde sequetur nocumentum venerantium diatritum, cum adhuc sit quartana vsque ad tunc, & à sui principio constituta, in quo augmentum cibi non fallax est; sicut in augmento, vel statu ægritudinum acutarum. Et nihilominus reductio fit paulatim facta. Et quantitas discreta fit, secundum naturam infirmi, & qualitatem morbi, vt sit parum, & frequenter datus cibus, indigente multo propter siccitatem morbi. Sed quia debiliter digerit, oportet illum parcite multum, & frequenter date, nisi obuiet superueniens paroxysmus.

Sit quoque secundum ætatem, tempus, regionem, & consuetudinem, & similiter modum, sicut Hippocrates in suis aphor. ostendit. Et ordo est, vt præmittantur lubricantia ventrem, vt supra ibidem dictum est, tempus autem dandi cibum est, vt in die paroxysmi abstineat à cibo per diem, & per diem horam lucis intelligamus duodecimam, si toleret virtus. cum enim digestio in talibus sit debilis magis, quàm in alijs febribus, eo quòd à calido, humido fiat, præcibare oportet ante paroxysmũ diutius, quàm in alijs quatenus in longiori valeat esse digestus, vt superueniente paroxysmo ventrem inueniat vacuum. sic in quartana debet esse longius, in tertiana breuius, in quotidiana mediocre, vt est dictum. Si enim vacuum non inuenitur iuxta Hippocratem in aphoris. subtrahere oportet ipsum, nisi enim subtrahatur natura præsocata sub materia, præsocabitur magis sub cibo delectabili sibi. Et conuersa ad eum delectabilem sibi, dimittet pugnam, & tamen non digeretur vt conferat, sed corrumpetur, & addet ad paroxysmum; & accidentia eius praua efficientur intendendo. postponatur ergo ex tunc, & hoc vsque ad quietem, vel declinationem, si vsque tunc valeat tolerare. Quod si virtus non tolerer, vt quia cholericus, sufficit tunc parum de cibo ante paroxysmum tantum, vt digeri possit, in diebus autem quietis intermedijs cibetur tunc, & toties, quoties fuerit consuetus. & artificium præparationis sit, vt præseruet humiditatem naturalem, eamque non minuat, vt superflua * assatione. * assatio, & frixura.

Accidentia vero corrigenda in ipsa, quæ ad quartam rem pertinent, sunt splenis dispositiones, maxime cum principaliter patiatur in ea, & proinde principaliter est obseruandum, & procurandum cum rebus ipsius euacuationem, duritiem, & oppilationem remouentibus confortando, quemadmodum in cholericis studiosius procurandum est hepar, & maxime in acutis, & in phlegmaticis stomachus, vt Auerr. in suo col. dixit. Et quia ad oppilationem splenis sequitur quartanæ prolongatio, & maxime quia ad eam augmentatam debilitas A heparis, & stomachi sequitur, qua appetitus deficit, & digestiõ. vnde cibum bonum, & potum prædictum non valens sumere, cogitur malum recipere augmẽtatiuum oppilationis ipsius. Et propter eius malitiam, & indigestionem expedit non solum splenem, sed etiam hepar, & stomachum procurare, & aperiendo, & confortando, ne superfluitates abundantes in corpore recipiant in seipsis, quibus in operationibus, & appetitu eorum vltra modum deficiant, quod in longis morbis est valde verendum, vt Hippocrates in suis retulit aphorism. qualiter autem fiant hæc, superius in prima sectione est dictum.

Regimẽ vero proprium quartanæ debitum est, quod proprie vnicuique speciei eius, & materiæ conuenit, post commune enim aliud debetur quartanæ proprium ex melancholia naturali factæ, aliud ei, quæ facta est ex melancholia. Et cura huiusmodi sit quadruplex. Aliud enim quod debetur vni, & aliud quod debetur alteri, B & aliud interpolatæ, & aliud continuæ. Et est quod proprium à communi non differt in specie, sed in quanto. Sit itaque cura, seu regimen dictum, licet in omnibus sit commune; proprium erit vel conueniens magis quartanæ, ex naturali melancholia, cum ei æqualia proprie, vel temperate calida debeantur, & humida, eo quòd à sanguine fit decisa, sicut crassum, & fœculentum ipsius. Et proinde est quod est sapiens de natura temperamenti, & æqualiter ipsius, sanguis enim inter humores est temperatior, & conuenientior. Gal. ait. Et magis proprium ei est vt, præparatio, seu naturæ lenificatio fiat primitus cum aqua iuleb, & penidijs, & cum administratione geleniabin, & zucch. ros. nouo, & consimilibus. Et in fine duarum septimanarum minoretur cum decoctione fu. terræ passul. epithymi, deinde digeratur materia cum geleniabin in syrupo ace. cum aqua boraginis, bugloss æ, & passularum. Cum ergo dicta est ægritudo, bonum erit phlebotomate de basilica, prout est dictum, & administretur vomitus supra cibum in fortitudine; & clysteres, &c. Et medicinæ euacuantes cum eradicatione, vt sunt epithymum, & agaricum, stæchas, lapis armenus, & lapis lazuli ablutus, myrobalani nigri, & pilulæ eorum, & succus florum centaureæ cum syrupo mellino, & fortassis est necessarius elleborus niger. & alterantia remisse ministrabis, & diæta magis crassa cum prædictis sit diuturnior. Quartanæ vero ex melancholia innaturali cum sit magis calida propter caliditatem reseruatam ex adustione, regimẽ proprium debitum, ab æqualitate declinare oportet à caliditate ad frigiditatem temperatam, differenter tamen secundum diuersitatem speciei melancholiæ. *De cura quartanæ innaturalis.*

Si ergo fuerit ex adustione naturalis melancholiæ regimen eius proprium propinquum est illi. sed si fuerit cum sanguinis adustione, minuetur cum phlebotomia ex basilica. Et cum euacuatione, deinde subtilia cum eo in quo ponuntur mundificantia sanguinem cum temperamento, & frigiditate pauca, vt est fucaha, bedeguar, D borago, bugloss a, fumus terræ, & myrob. chebuli, & alterantia sint minus frigida.

Et quia hæc cito recipit curam, tenuior fit diæta.

Et si ex adustione choleræ erit melancholia, regimen eius est propinquum, vt in primis lenificatio fiat cum viol. aqua lactis, syrupo ros. iuleb, & casia fist. & tamarindis, deinde procedatur ad digestionem cum his, quæ subtiliant, & incidunt, vt est syrupus acetosus cum aqua fumi terræ, endiuiæ, chrysolocannæ, & andacochæ. digesta vero materia post vnam hebdomadam purgetur cum decoctione de epithymo, fumo terræ, cum myrobala. citri. & nigris, & sena cum aqua lactis, lapide lazulo, armeno. & alterantia fint ad frigiditatem magis declinantia. Et diæta cibi, & potus magis attenuatiua, & magis frigida, & humectatiua. Et balneum aqua dulcis temperate calidæ est ei conueniens in fine, & sessio in ea.

Et si ex adustione phlegmatis fuerit necessaria lenificatio, lenificetur in primis cum decoctione polypo-

dij,

dij,& turbith. deinde addatur parum agarici,& digeratur residuum cum syrupo acetoso de seminibus,& geleniabin, donec manifeste digeratur materia, & deinde euacuetur post tres hebdomadas cum prędictis in quantitate maiori, & cum myrob. cheb. embli. & bellitricis, cum confortent stomachum,& cum oleis mundificetur vt oportet, & prouocetur (si oportet) vomitus cum syrupo acetoso, in quo sit virtus sinapis, & electarij albi. immo erit necessarium, vt in potu detur elleborus niger, non albus, quoniam in ætate nostra est præfocatiuus, vt prædiximus in suo capitulo, aut virtus ellebori in raphano,aut raphanus cum dispositione, si nõ timeatur virtutis debilitas, & in fine balneabis, vt superius dictum est.

De cura quartanæ continuæ.

Et cura propria quartanæ continuę est cura ipsius interpolatæ iam dicta differens ab ea in quanto, non in specie,vt supra in quotidiana est dictum. Et est in ea declinatio ab æqualitate ad infrigidationem, in illis quatuor debet esse magis propter fortitudinem, & adhærentiam febris. Sic in digestione eius ministretur syrupus acetosus cum seminibus, & geleniabin cum aquæ de radicibus æquali. Et in minoratione materiæ,ipsius cum propijs miscentur violæ,tamarindi, & similia. Et phlebotomia in hac est magis conueniens propter comprehensionem materiæ eius in venis. Et subtilsatio regiminis maior cum minori licentia in carnibus propter breuitatem.

Nota.

Syrupus ex inuentione nostra efficax, & expertus ad quartanam cholericam,quo curauimus plures,& vnum quinquaginta annorũ, qui passus fuerat eam annis quatuor. Recipe calendulæ, lauendulæ, pimpinellæ, lupul. quinque solij, trifolij,linguæ arietis, capil. ven. enduiæ cum radicibus,boraginis, fumiterræ, radicum buglossæ vtriusque,& florũ earum,cichoreæ,hepaticæ, bedeguar, querculæ maioris,& minoris, capparorum recentium, radicum eorum, & corticum seminis tamarisci, scolopendriæ cum radice,ana M.j. vio.florum boraginis, ana vnc.ij. prunorum, sebesten ana xxv. senæ, cuscutæ,thymi,epithymi,ani.fœni. ana vnc.s.liqui. passularum,stæchados, ana vnc. semis. hordei mundisi. P.j. seminum communium, corticum citri. ana vnc. ij. schænanthi drachm.ij.quinque radicum communium residentium in aceto vnc.ij. prædicta bulliant in aquæ lib. vj. vsque ad medium,deinde colentur, & colaturæ addatur succi buglossæ,succi pomorum dulcium,ana lib.j. & s. Et dissoluantur in eis zucchari lib.ij. & mellis ros.aceti prædictarum radicum vnc.iiij.& aromatizetur cum sandalis, drac.j.garyoph.ligni aloes,ana dra.s.dosis est vnc.ij.mane cum tepida. Et seruato prædicto regimine,cum digesta materia apparuerit, purgetur cum pilulis de lapide lazuli, & de epithymo, & fumi terræ, & est efficax, (si Christus voluerit)

Alius syrupus generalis ad quartanam,oppilationem splenis,& omnes ægritudines melancholicas, quem supra capitulo de soda descripsimus. Et pilulas efficaces, capitulo de ellebo.

Syrupus laxatiuus ad quartanam secundum descriptionem Andromachi in antidotario suo magno cõueueniens post digestionem materiæ. Curat enim in bina assumptione, & sumus experti ipsum. Recj. calendulæ, lauendulæ, pimpinellæ, buglossæ domesticæ, & syluestris, lupulorum, borag. scariolæ, cum radice calamenthi,cichoreæ,hepaticæ,bedeguar,chamædryos,chamæpithyos,capparorum recentium cũ radice, ana M.j.agarici vnc.j. polypodij vnc.iij. anisi, fœnicu. ana vnc.s. sebesten, prunorum, ana xl. papaueris albi, viola. florum boraginis,liquiri. stæchados,ana vnc.semis. passularum enucl. lib.j. & s. hordei mundi. P.ij. sem. communium drach.ij.radicum fœn. asparagi,& brusci.ana vnc.j.succi buglossæ domesticæ, & syluestris depuratorum, ana lib.j.sem.acetosæ, portulacæ, ana vnc.s.aceti fortis,lib.s. succi pomorum dulcium,lib.j. aquæ lib.iij. fient omnia ista in aqua, & succis prædictis simul per diem,& noctem. deinde coquantur cum facilitate vsque ad consumptionem medietatis.postea colentur,& colaturę addantur mellis despumati,lib.iij.diaboraginati lib.semis. Et in decoctione eius bulliant in pecia rara, epithymi, folliculorum senæ, ana vnc.semis. ellebori nigri repressi cum aceto,aur. iij. lapidis lazuli loti cum aqua buglossæ vicibus xv.aur.j.cro.drac.j. lapi.arme. repressi secũdum artem drach.j.& semis. ligni aloes, garyoph. ana drach. semis.sandali citri.spo.ana drach.ij.galliæ musc.corallorum,ana scrup.ij.dosis vnc.iiij.cum calida in aurora. Est enim efficax in quartana melancholica. Si vero fuerit cholerica,loco mellis ponatur zuccha.lib.j. zucch. viol. lib.ʒ. succi endiuiæ depurati vnc.viij. & in decoctione addatur myrob.citri. & nigrorum, ana drach j. Gal. inquit sanaui plurimam gentem à quartana, dedi enim eis in potu post digestionem solutiuum, deinde dedi in potu succum absinthij, deinde theriacam. Et dico asa,& piper sumpta cum aqua calida singula sunt iuuatiua valde,quando apparet digestio,& peruenit status.

De ther. ad Pisa. ca. 11.

Pilula.

Item pilulæ expertæ secundum Iudæum ad ipsam. Recipe theriacæ nouæ, & myrrhæ electæ quantum sufficit ad confectionem theriacæ, & informa pilulas, de quibus sumat patiens v. ieiuno stomacho, & post vini hausturn boni, omni die ante paroxysmum sumat.i. cum incipit frigere,& aliqui addunt nigellam.& atam.

Potio.

Potio experta ad quartanam,& est Archig.Rec.fœni. liquiri.zingib.ana vnciam vnam,bulliant in optimo vino vsque ad tertiam, de quo sumat patiens omni mane cyathum.i. Et ex expertis est vinum decoctionis dictãni. Et ex electarijs expertis secundum Nicolaum est diacyminum,mithridatum, & musa, & requies, & confectio de muscho dulci.

Electarium.

Confectio electarij ex inuentione nostra conferens feb. quartanæ,& omnibus ægritudinibus melancholicis. Rec.doronici,macis, been albi, & rub. cymini curati,cinnamomi,ana drac.ij. spicæ, garyoph.ana drach.iij. sem. acetosæ, buglossæ, & melissæ,sem.tamarisci,ana scrup.ij. foliorum rosarum, sandalorum, magazit,ligni aloes,ana drach.s.margaritarum, corallorum al. ana dr. sem.florum boraginis,& buglossę,ana drach.duas,croc. drach.sem.ossium de corde cerui,drachmas duas. Confice cum syrupo de cortice citri,radi. fęn. decoctionis in aqua destillata, scolopendriæ, & succo pomorum dulcium,ana æqualium partium, zucchari tabarzet, quod sufficit. Et adde ambræ crudæ drachmam semis. foliorum auri numero x. Et expertum per Christi gratiam.

De feb. quintana. 3. in 1. epidem. 3.

Galenus ait. Si deinde quintana aliqua est febris ,p Hut Hipp. dixit in epidemijs cum ait, quòd septena est prolixa, & non est mortifera, & nonana est longior ea, & non est mortifera, supple quia est longioris quietis. Quartana est deterior febrium,eo quòd sit ante phthisim,& hecticam, & post ipsam,& illud,quia cum feb.prolongantur minantur hecticam. Et in hac febris quartana præcedens multũ prolongata fuit, quæ humorem diminuit,& sic facta fuit quintana,& eam sequitur hectica. Et quia hæc consumit etiam ex se humores,ideo eam sequitur in quintana. Ait inquam Gal. Ego nõdum manifeste vidi circuitionem hanc, scilicet quintanam, neq; aliam quidem vlterius quartanã. Si ergo nondum vidit eam,manifeste nõ vidit. Et quia Hipp.eam posuit, non negauit. sed potius affirmauit,cum positio eius sit certa,quia Hipp.diuinus.dicendum est ergo,nec prætermittendum de eius causis,ipsarum signis, & medicinis.

2. de differentijs feb. cap.5.

Aduerte.

Febris ergo quæ exacerbatur per quintam diem,dicta est per Hippocr.quintana, & quæ per sextam,sextana,& quæ per septimam, septena, & quæ per nonam, nonana. Accidentaliter tamen sicut de quotidiana, tertiana, & quartana est dictum,non essentialiter, & illud quia causa eius, & proprie quartanæ interior humoralis, & immediata,à qua essentiam sumit, & speciem, non est in natura quinta,seu in humore quinto à materia quartanę, specie distinctis,cum non sit dare illum in corpore. Omnes enim humores naturales,siue innaturales ad species quatuor reducuntur iam dictas. Sed est materia melancholica ex adustione creata plurimũ phlegmatis vitrei crassioris

Causa.

crassioris inter humores, quæ non efficit ipsam propter A
sui speciẽ, & inquantum melancholica, sed per suam
quantitatem, & substantiam magis. Cum enim secun-
dum suam speciem febrem facit cum quantitate sua suf-
ficienti, sine qua nihil efficitur secundum Gal. quarta-
nam febrem accendet, sed cum ex adustione consumen-
te, & exiccante facta fuerit pauca, & crassa, propter quar-
tanæ longitudinem, transiet in quintanam, quemadmo-
dum phlegma vitreum faciens est quotidianam cum
deuenerit, vt sit paucum, & crassum, vt est crudum, qui
est crathior eius pars, paroxysmum faciebat tertianum,
vel quartanum, vt supra in quotidiana est dictum. Et
quoque si contingat ipsam melancholicam materiam ex
aliqua causa superexcrescere, & abundare, redibit ad
circuitionem quartanam, quemadmodum cholera cum
abundat facit paroxysinum quotidianum, omni die
inuadendo, & exacerbando, & paroxysmum tertianum
vna die exacerbando, & alia non, vt quia sit duplex, &
triplex; motus enim talis, & circuitio non inest huic fe-
bri ab humore, à quo substantiam, & speciem habent, B
cum sit subiectum, & materia eius, ideo cum sit acci-
dentalis, oportet ꝙ ab aliquo accidente insit sibi; & hæc
quantitas est, & crassities eius, & proinde raro est, & ra-
ro visa non frequenter, sicut circumitio aliarum.

Quæstio. Sed dices quare pauca cholera, & crassa suam circui-
tionem per tertium non dimittit, vt transeat in quarta-
nam? quemadmodum phlegma, & melancholia? & cũ
etiam sanguis sit paucus, sic motum synochum non per-
mutat in periodicis interpolatis?

Solutio. Respondet Falco, illud equidem conuenit choleræ
propter aptitudinem eius ad motum maiorem, quàm in
alijs humoribus sit. Et illud à caliditate, cui quantitas
modica non contradicit in retardãdo, nisi multum, ad-
eo quòd si mixtionem recipiat etiam in seipsa humoris
alterius crassi, & frigidi, vt est in cittina, & vitellina: vel
ex adustione crassitiem, vt est in aliqua vitellina, prassi-
na, & æruginosa, suum motum proprium non dimittit.
Caliditas enim vincit in ea, & prævalet incitando, & cõ-
mouendo eam, cuius ad motum proprium paucitati, &
crassitiei, quam acquirit ex illis in retardando ipsam ex
illo, & in sanguine illud conuenit, eo ꝙ locus sanguinis
est in venis. Si vero contingat in eis corrumpi illud, non
est nisi, quia multæ quantitatis existit, quam natura re-
gulare non valet. quod ostendit quia in venis magnis est
corruptio eius, cum synochã facit; si enim paucus sit, na-
tura bene regulabit, et corriget tanquam silium: sed cum
fit multus, & in loco cordi propinquo synocham faciet
febrem, nõ periodicã, nec interpolatam; & proprie cum
v derelict. totum in simul corrumpitur à natura simul totaliter *v di-
rectus. ob quam causam etiam si extra venas contingat
præter naturam effundi, vel corrumpi, & in alijs paruis
extremorum, vnam continuam etiam à principio vsque
ad finem febrem accendit. Et quidem cum fiet quinta-
na ex melancholia, quia materia fuit quartanæ, donec
sufficientis fuerit quantitatis, nunc facta pauca, & crassa
propter longam putredinem, & adustionem ipsius, quia D
raro est humor paucus crassus, quem natura non regu-
let, nec deueniet in putredinem, propterea raro fit, & ra-
rius alijs. Ob quam causam non inconuenienter Gal.
dixit seipsum non vidisse manifeste i. frequenter, nec
alia, vel quarum causa interior humoralis non est putri-
da materia melancholica quintanæ diminuta magis, &
incrassata propter adustionem putredinis in quintana.
Sed Gal. cum eas inordinare vagantes comprehenderit,
propter tarditatem motus, & contingentiæ raritatem, il-
larum causam duplicem assignauit scilicet transitionem
humoris in alium per adustionem, vt dictum est, quem-
admodum sanguis putrescens in melancholiã, & chole-
ram transit; & diætæ delictum transitionis humoris in
Sextana. alium, causam propriam dare oportet quintanæ. Delictũ
vero diætæ sextanæ, ex alijs subsequentibus assignare: nõ
enim hæc ex humore generato ex transitione fieri pos-
sunt, quòd natura humorem ad tantam paruitatem re-
ductum, atque crassitiem regulare consueuit taliter, ne
in putredinem incidat; quinimmo prius resoluit ipsum
ex corpore, vel digeret, vel manifeste expellet.

Signa sunt omnium aliarum præcedens quartana, & *Signa.*
aliæ feb. longæ, & motus, & circumitiones dictæ.

Et cura quintanæ in epidemijs est propinqua curæ *De cura*
quartanæ ex phlegmatis adustione, differens tamen ab *quintana.*
ea, quoniam in hac indigemus rectificatione regiminis,
& subtiliatione diætæ cibi, & potus maiori; & quia bre-
uis est propter paucitatem materiæ. Et quia oportet in-
citare naturam cõtra ipsam digerendam, & resoluendã,
licet propter crassitiem prolongãtem oportere videatur
regimen incrassare, ne deficiat virtus. Et quidem cum
sit contrarietas inter hoc, docuit Abuha. hanc viam, &
diætam esse tenendam, nec cum alteratiuis frigidis esse
curandam ipsam, & alias, ne resolutionem impediat. Et
est, quia cum febris ipsa nocumenta non faciat accidere
in virtute, subtiliemus regimen, & faciamus aliquandiu
abstinere infirmum, & vti ieiunio ad incitandum natu-
ram ad materiam digerendam, & resoluẽdam. Et si vir-
tus debilitatur ex eo, alio tempore succurramus cum ci-
batione ita, vt cibemus cum eo, cuius nutrimentum est
bonum, facilis digestionis, nec est in eo additio materiæ,
nec incrassatio. Et de curationibus conferentibus ad re-
solutionem materię ipsius, est vomitus cum elleboro, se-
mine atriplicis, & nuce vomica. & digestione cum oxy-
melle scillitico. & euacuatio deinde cum hieris; & post
ipsam cum balneo; & ministratio theriacæ, & aliorum
similium supradictorum. Et tunc confert sudare super
medicinas, & balneum absque administratione hume-
ctantium prædictorum. His ergo præmissis per ordi-
nem, vt est, dictum sanabitur patiens, (si Christus vo-
luerit,) qui sit benedictus.

De medicinis feb. pestilentiosarum, & earum quæ ex genere sunt illarum. Cap. 6.

C SVperius dictum est, quòd si putredo ab epidemia, seu
pestilente aere in humoribus corporis sit impressa,
febris in putredine talis existens pestilẽtia dicetur. Cum
enim triplex sit morborum genus, scilicet diuersus, en-
dimialis, & epidemialis; vt commentator innuit Gal. &
Alexandrinus. Diuersus morbus est, qui ex malitia regi-
minis prouenit, qui cum in diuersas res non naturales,
& cibos, & potus, magis diuersos generabit morbos in
eis: quales sunt febres dictæ iam superius, & aliæ ægri-
tudines multæ. Endimialis est qui ex aliquibus dispo-
sitionibus aquæ, vel terræ generatur, & gentibus commo-
rantibus ibidem sunt proprię, vt dixit Abuh. sicut Nea-
politanis plurimis podagra, propter humiditatem terræ,
& austeritatem ipsius. Et eorum quibusdam nigredo
dentium propter aquam salmastram. Et sicut Ianuensi-
bus tusses, & catarrhi, & Messanensibus etiam propter
borealitatem terræ ipsorum. quare in via prævisionis Ia-
nuenses circumdant veste eorum colla, & guttura, &
vtuntur papauere: & Messanenses coriandro, & sesamo.
Epidemialis est qui à mutatione, qualitate, vel substan- *Quid mor-*
tia generatur. Quem sic notificat Cõstantinus. Morbus *bus epide-*
epidemialis est morbus subito multis simul eodemque *mialis.*
tempore ingruens humoribus. Ex quo inter eos differẽ-
tia notatur, dixit enim quòd est morbus ingruens subi-
to, ad differentiam endemialis, qui pluribus simul ve-
nit, non tamen subito, sed paulatim, & hoc propter de-
bilitatem imprimentis causæ; fortioris enim impressio-
nis constat esse aerem, quàm terram, & aquam; dixit
enim Galen. maxime alterans aer est. dixit quoque mul-
tis simul, eodemque tempore ingruens, ad differentiam
morbi diuersi, qui non est multis simul, neque in eodem
tempore accidit, sed diuersus in diuersis hominibus,
& temporibus.

Talis autem mutatio in aere epidemicum faciens ip-
sum, vel pestilentiam tripliciter accidit. Vno modo à cau-
sa manifesta, vt à mutatione temporum plurium, vel
vnius, & magna, vt Hipp. in 3. apho. ostẽdit cum secun- *apho. 2.*
dum ipsum annus sanus sit, cum tẽpora sunt moderata,
& tem-

& temporaliter reddita, vt quia ver sit temperatum, ad caliditatem tamen subtilem parumper declinans sopitam, & humiditatem, & quia sint pluuiæ temperatæ, æstas, calida non valde, neque omnino absque pluuia, & autumnus temperatus inter actiuas, & pluuiosas. Multæ enim pluuiæ securos nos reddunt ab ægritudinibus autumnalibus dixit Abuha. & hyems frigida; non tamen plurimum, & in pluuia temperata, si propter ventos, & pluuias mutetur à sui natura, propter aliquam constitutionem siccam, vel aliam ad contrariam nó emendans, perturbans, & distemperans magis, vel quia sit vnum tempus inæquale, vt autumnus. generabuntur ægritudines pestilentiales, vel epidemicę, quas Hipp. in 3. aph. dixit, vt sunt seb. acutæ dysenteriæ, ophthalmiæ, apostemata, morbilli, variolæ, desudationes, pasticia, vlcera, ileon, & similes aliæ, quas narrauit ibidem. *3. aph. 22.*

Secundo modo accidit à causa occulta, vt ex coniunctione stellarum imprimentium in aere qualitates mortiferas, quia caliditatem superfluam resoluentem; vel frigidam congelantem, & humidam suffocantem; vel siccam consumentem naturam nostri corporis. Quapropter deficiunt à regimine nostri corporis humores, quare putrescũt, & febres accendunt plurimũ, & alias ægritudines. Et quia nostris sensib⁹ talis cognitio est ignota, dixit Abuh. Pestilentia in aere accidit quãdoque ex formis cęli, quarum euentus ignoratur; cognoscitur vero, quia volatilia cadunt subito mortua super terram.

Tertio modo accidit talis mutatio epidemialis, seu pestilens in aere ex quibusdam dispositionibus terræ, vna manifesta, alia vero occulta. manifesta, quia sit terra profunda, lacunalis, lutosa, & fœtida; quia sint ibi gurgites, & stagna, & herbarum venenosarum productiua, vel in cuius superficie remanserunt funera mortuorum multa in prælio non combusta, nec tumulata. Occulta vero, quia cauernositatibus eius lateant mineræ, malæ putredines, & animalia venenosa, quæ nostris sensibus sunt occulta. Quare dixit Abuha. quòd accidunt in aere quandoque putredines, & pestilentiæ ex causis terræ, quarum euẽtus ignoratur. Cuius cognitio est, quia aquæ sunt *infectæ*, & animalia in eis habitantia, & sub cauernis, fugiunt supra terram, & inueniuntur mortua hic & ibi. Ex quibus omnibus fumi, & vapores putridi resoluti aerem ascendunt, tracti à caliditate Solis. Vel à distantibus partibus aliquando ventus portat ad ipsum, vt à partibus Æthiopiæ vsque ad terram Gal. tepiditate eius corrupti, & misti aeri ex sua natura imputrescibili propter simplicitatem, ipsum inficiunt, & reddunt corruptum ad modum corruptionis aquæ remollitionis fœtidæ, vt est aqua, in qua remolliuntur ad maturationem cãnabes, & lina, vt dixit Abuha. & quòd istis duobus vltimis causis accidit aeri dispositio epidemia, seu pestilẽs, ait Galenus. Quas Constantinus aduertens notificauit epidemiam sic. Epidemia est mutatio aeris in putredinem, vel in pessimam qualitatem, maxime vero propter vltimam causam, & corruptionem substantię, vt innuere videtur Abuha. cum dicit pestilentia est corruptio adueniens, seu accidens aeri, similis corruptioni aquæ remollitionis fœtidæ, quod equidem confirmauit cum dixit, quòd febris pestilentialis plurimum est perdens, si non sit confirmata putredo, quia si confirmata fuerit, est mortalis omnino. Quod etiam cõfirmare videtur commentator Ioan. Alexandrinus, cum distinxit morbum epidemicum in non mortificantem, & in mortificantem, & causa est, quia talis aer corruptus substantia non solum corrumpit animalia, sed etiam vegetabilia. Calefactus vero, & infrigidatus plurimum non corrumpit, sed alterat, & immutat, quare sapit de natura * endimici, non epidemialis, sed pestilentis. sunt enim hæc synonyma, inter se differentia sicut genus, & species. Quod innuit commentator Io. epidemiarum cum diuidit epidemicum morbum dicens. Morbus, epidemicus alius est salubris, alius pestilens corpora nostra contingit, infra omnia, quæ dispositia inueniuntur eius impressioni, quia sint debilitata ex multo coitu proprie, & malis plena humoribus non bene transpirabilia, quia densorum pororũ, dilatatorum multæ dilatationis, & exercitij, addentium ad necessitatem, & ad attractionem multam aeris propius in dispositia permittens, & peruenit inspiratus per anhelitum, & per poros attractus ad cor, & primo complexionem spiritus, qui est in ipso inficit, & putrescit sanguis, & spiritus qui est circũdans ipsum, vt qui est in arterijs, & venis circundans ipsum propter dispositionem suam. Inquit enim Gal. nulla causarum actiuarum agere apta nata est sine patientis aptitudine, & aptitudo eius est, vt quia ex malis sit generatus cibarijs. Ait enim ipse, nulli dubium est, malum cibum malum generare sanguinem, & malum sanguinem malum generare morbum, & cibarijs cacochymis in eo multiplicantibus aquositatem, & humorem crudum. vnde Gal. dixit abstinere aũt oportet à cacochymis edulijs; manet aũt in venis diu ex eis aggregatus humor, qui cum aliqua occasione in putredinem venerit febres operatur mali * humoris, qui proprie sunt pestilentes: & accenditur caliditas egressa à natura, & spargitur in corpore toto cum continuitate absque intermissione. Si enim putredo, quę in venis, & apostematibus continuam febrem accendit, quia continue putridam fuliginem mittit ad cor, multo magis hæc continuam faciet, cum sit fundata in spiritu cordis in corpore eius, quod circundando semper attingit, & sic fiet febris pestilentialis tali complemento inter putridas numerata, licet prima causa sit ephemeralis, & procatarctica, vt est dictũ superius, & transit de corpore in corpus dispositũ, maxime si in loco alto, vel sub vento locetur, sicut & alij morbi contagiosi, vnde Gal. ait, demum vicinari his, qui pestilentiam patiuntur, fallax est. *Definitio epidemiæ.* *endemici* *De signis pestilentialis seb.*

Signa seb. pestilentialis sunt eius causæ, quæ sunt signa ipsius seb. Signorum autem pestilentiæ, quædam sumuntur à causa, quædam ab effectu. A causa, nam à causa prouenit intentio dispositionis, & febris, vt dixit Abuh. Et sunt nam si quidem causa pestilentiæ sit manifesta, & temporalis, videbis tempora mutata valde à natura sua, & inæqualia fieri, & autumnalia, quod est quia multiplicantur in principio autumni vsque ad eius plurimum, & videbis cursum stellarum, & flammas ignis multas in aere cum multa inæqualitate, consequenter in æstate, & in postremo eius magis. Et videbis paucitatem pluuiæ in vere, præcedente, & frigore; deinde multiplicabitur auster, & turbabitur aer aliquot diebus; deinde clarificabitur, & accidet in die caliditas multa, & in nocte frigus, vel etiam si non sit multæ caliditatis, sed est multæ inæqualitatis, & turbationis ex nebulis exiccatis, ita vt expectetur pluuia, & non pluit, & in aeris velaminibus fiunt pluuiæ, sicut puluis, & pruina: tunc enim iudica pestilentiam. Et cum hyeme accidet, licet raro, videbis multiplicare austrum, & subsolanum diebus aliquot, & turbinem magnum, donec expectetur pluuia, & non pluit, tunc enim complexio aeris erit corrupta. Et cum accidit in vere, licet rarissime, quoniam est sanissimum de se, & minime mortiferum, vt dixit Hippocr. tempus erit australe, & multæ caliditatis, vel frigiditatis, & siccitatis, multiplicantur variolæ, & morbilli, & raro seb & cum fit, erit paruissima, vt Hippocr. dixit. Si etiã sit putredo, & corruptio terræ in ea cum fœtore, videbis putredines dictas supra, & erit in eis seb. apprehensa. Sed si quidem causa pestilentiæ sit occulta, signa ipsius ab effectu sunt sumenda, & sunt quia videbis animalia generata ex corruptione multiplicari in terra, vt vermes, ranæ, & muscæ. & si fit à causa subterranea videbis reptilia habitantia in cauernis exire ad superficiem terræ, & dimittere oua sua, & aliquando mori. Et si est à causa cęlesti, similiter volatilia. *4. aphor. 3.*

Signa vero ipsius seb. prima sunt, quæ ab essentia, à qualitate mutata ad tactum sumuntur. Et sunt quoniam, vt dixit Abuhal. caliditas eius est vehemens interius, perturbans, & inflammans, exterius vero suauis, eo quòd suam radicem habet intra cor, vt in spiritibus eius, & extra ipsum, vt in humoribus circumdantibus ipsum. & proinde perturbatum est, & perdens plurimum, & *De signis seb. pestil.*

proprie

proprie cum putredo eius fuerit confirmata, quæ ex fœtore anhelitus habet cognosci; tunc enim cum deijciat virtutem vitæ, spiritum & calorem innatum, ad exteriora feb. expandi non valet, vt ea inflammet valde. Et proinde exterius est suauis adeo, vt quandoque de febribus pestilentialibus sit à causa, in qua non percipit æger, nec tangens propinquus multitudinem caloris. Et non alteratur pulsus, nec vrina alteratione; immo quandoque est vrina sana, & infirmus ad mortem velocem tendit. Et hæsitant medici in esse eius, quod quidem contingit propter debilitatem caloris, & spiritus in radice, non potentis se extendere ad exteriora, in quibus percipi habet calor, & pulsus; & propterea non apparet multum alteratus, quia velox, & spissus, licet caliditas interius multa sit aqua plurimum pulsus procedit. Sed quare vrina in eo sana sit Abuha. euidenter ostendit, cum dixit. Et impares non est virtus nutriendi tantum, ita vt dicamus quandiu virtus nutriendi affuerit, erit viuum, & cum destruetur, erit mortuum, quoniam hoc ipsum verbum si virtuti afferemus nutritiuæ; fortasse enim plerunque remanebit eius operatio in hepate, & venis, & membrum scilicet cor tendit ad mortem. Et quidem vehementia eius interius cum impotentia expandendi ad extra cognoscitur cum respiratione grãdi, & caliditate percepta in ea cum inquietudine, & angustia. Quod est quia magnitudo anhelitus, & latitudo pectoris minoratur, & coarctatur, & est siccitas, & siccitas linguæ cum nigredine multa, cum pustulis in labijs, & alchola in eis, & lingua.

Pulsus, & vrina.

Impares.

Et ex signis eius duo sunt, quæ ex actione læsa sumãtur cordis principaliter patientis in ipsa, vt est debilitas, tremor cordis, & pulsus: & anhelitus secundum plurimum fit frequens, & paruus, & fit vehemens in nocte, & augmentatur cum sua magnitudine febris huius; & incensione suorum accidentium perducit ad syncopim, frigiditatem extremorum, spasmum, & alcuzez. Et ex læsione accidentium aliorum membrorum compatientium illi ex vicinitate propinqua; quod est, quia accidit tussis sicca, fortis malitia anhelitus propter compassionem pectoris, & pulmonis, & siccitatem. Et accidit dolor oris stomachi, nausea, & casus appetitus, propter compassionem stomachi, & permistio rationis, vigiliæ, vel subet propter vicinitatem, & colligantiam cerebri, & magnitudo splenis, & quandoque accidit dispositio, sicut hydropisis, propter compositionem splenis, & hepatis colligantiam ex vicinitate longinqua, quod est, quia antecedit corporis mollificatio, tepor, & debilitas ipsius, in qua stat, vt non loquatur, nec sentiat, & accidit, vt plurimum pasticia. Et aliquando bothor subalbida, & rubea, & liuida, quas papulas vocat vulgus, si in toto corpore sit diffusa & apostemata mala, & fraudolenta; & quandoque est velocis apparitionis, & velocis occultationis. Et ex signis eius tria sunt, quæ sumuntur ex exeuntibus, quod est, quia egestio est lenis, non naturalis, quia spumosa, fœtida, & liquefacta, & vnctuosa, & quandoque est melancholica, & accidit quandoque fluxus ventris cholericus, & aliorum humorum, & multoties euomit patiens melancholiam, & choleram post illam. Et vrina est aquosa, vel cholerica, vel melancholica in principio, & in processu sana, & sudor si adsit, est fœtidus. Et sunt plurimum, quæ emittuntur fœtida, & corrupta.

De cura.

Cura. Medicatio conueniens huic feb. sicut, & alijs pestilentialibus morbis est secundum duplicem modũ scilicet præseruatiuum, & curatiuum. Cum enim earũ dispositio duobus modis existat, quia aut putredo eius existit confirmata in corde, & tunc simpliciter est mortalis, aut nondum est confirmata, sed est in via, vt confirmetur, & proprie, quia pestilentia non cessat imprimere, & dispositio corporis sit apta recipere, quo casu est possibilis cura, vt superius dictum est. Et quidem cura conueniens morbo existente in fieri dicitur esse commista ex causa curatiua, & præseruatiua. Et Gal. ostendit pro tanto, quòd medicatio conueniens, & completa huic feb. oportet, quòd sit secundum duplicem modum curatiuum, & præseruatiuum, maxime cum malitia pestilentiæ tam grandis sit vehementis impressionis, quòd dominij rerum necessariarum superexcedit impressionem, vt Galen. dixit, Oportet ergo curando impressionem eius, seu morbum impressum ab ea, insimul prẽuidere periculum impressionis ipsius, ne ad terminum confirmationis attingat. Inquit enim Hippocr. nonne illius est, vt futurum periculum omnino prohibeat, vel vt saltem competenti adminiculo tolerabilius fiat?

1. de diff. feb. cap. 4.

Vt ergo vtrumque modum comprehẽdamus simul, scias, quòd medicatio talium febrium in quatuor rebus cõsistit. In abscissione causæ, alteratione febrilis dyscrasiæ, in regimine cibi, & potus, & aliarum rerum non naturalium, & in accidentium correctione. Abscissio causæ est primitiuæ, antecedentis, & coniunctæ. Primitiuæ abscissio, & antecedentis ad modum præuisionis pertingit. Completur autem dupliciter cum his, quæ auferunt causam primitiuam, & aerem pestilentem primo, secundo vero cum his, quæ abscindunt causam antecedẽtem, & corporis dispositionem. Causæ primitiuæ aeris pestilentis dupliciter fit ablatio. Vno modo mutatione patientis de regione in regionem, vel de ciuitate in ciuitatem (si possibile est) & proprie si ex formis cœli proueniat pestilentia, cum non commode possibile sit aliter remediatio eius, nisi rectificatione corporis, & dispositionis eius amotione, ob quam non euadit omnino, cum fortis impressionis est, vel saltem vbi possibile non sit, fiat de loco in locum. Et si quidem ex causa cęlesti euenerit, mutetur à loco ad locum infirmum ciuitatis, vel domus, si vero ex causa terrestri manifesta, vel occulta, mutetur in altum. Et cum non sufficiat ad cautelam, est necessarius modus secundus. Et esi, vt corrigatur aer, & mundificetur, si est corruptus, & altererur quoque, si in qualitatem pessimam sit mutatus.

Mundificationis correctio habet compleri cum his, quæ à complexione eius habent substantiam rectificare, & depurare, & quæ à proprietate simul, & complexione. A complexione sunt solis ingressio in domum, & ignis accensio. Inquit enim Abu. ipse scilicet Sol solus est, qui rectificat aerem calefactione, & exiccatione, hoc facit multo magis ignis. Et ex illis est vinum vinosum antiquum odoriferum, cum ex eo nares, os, manus, & facies abluitur, & aliquid sorbeatur; purificat enim animam, & spiritus confortat, & contraria fugiant. Sunt quoque frigida, & ficca omnia, quæ corruptioni resistunt asperſa, vallata, & suspensa in camera, & quoquo modo locata, vt est acetum, & proptie acetosa omnia, & proprie cum aqua ros. mixta. & omnia exiccantia aeris humiditatem, atque putredinẽ. A proprietate vero sunt odorifera omnia, & aromatica similiter situata per eundem modum, & suffumigata, & odorata, bibita, & comesta. si enim corruptio vaporem emittat fętidum, qui spiritus inficiendo contristat, & deijcit, & mortificat, odorifera cum sint contraria illi, viuificant, & confortant. Sintque cordialia proportionata spiritibus virtutes nostras, & calorem innatum, qui eius est instrumentum, cõfortantibus, cuius est superflua mundificare, & aduenientẽ pestẽ, & qualitatis eius nocumentum repellere, vaporem resoluere, atque consumere materiã eius, vt Gal. dixit maxime conuenientia erunt, & propria. Et ex illis sunt frigida exiccantia, & proprie cum mutatio eius fit in pessimam qualitatẽ calidam, siue ex putredine, siue absque, vt sunt rosæ, myrti folia, sandali, & camphora. Et irrorationes cum aquis eorum mixtis cum aceto proprie, & emanationes ipsarum, & aliarum, & coriãdri, nenupharis, corticum granatorũ, pyrorum redolentium, & pomorum, cyroniorũ, & ebani. Et alchechengi, tamarisci, ribes, & similium, & hoc in sanis, & febriẽtibus proprie. Et ex illis sunt calida, & ficca, & proprie cũ alteratio sit in pessimam qualitatem frigidam, vt sunt ex simplicibus, xyloaloes crudum, thus, ambra, muscus, costum dulce, styrax, & sandaracha. asa. garyo. mastix, & gluten albotin, ladanũ, mel, & crocus, iunipẽrus, & cypressus, cyperum,

& schænanthus,fauina,acorus, & gallia, amygda. amaræ,pulegium,origanum,& laurus proprie. Et ex appropriatis sunt poma, citri flores,& folia eius, & quæ illius sunt generis,vt limones magni,& parui,quoniam rectificare habent corruptionem aeris,sicut dixit Abu. Et ex illis sunt composita ex istis, & similia,& hoc in sanis,& algoratis non calefactis,& febrientibus.

Secunda completur cum his,quæ abscindunt causam antecedentem, & corporis dispositionem. Causam antecedentem, vt humorum est repletio cacochymorum, sicut euacuatio cum phlebotomia, si cum peccato sanguinis fuerit, vel pharmacia si absque. Et cum clysteribus vomitiuis, & digestiuis, proprie cum syrupo acetoso, & euacuationibus cum medicinis alijs sudorem,ac vrinam prouocantibus. Et diæta sicca,& extenuatiua in omnibus, quam infra Christo duce dicemus. Corporis dispositionem abscindunt rarefactiua, & aperitiua maxime,quæ reddunt corpus bene transpirabile,spiritus, & humores, ne incidant in putredinem ab intranspiratione venti, quæ est maxime causa putredinis secundum Gal. Et ex illis est vsus acetosorum in cibis, & potibus, quæ infra dicentur, & aceti proprie, cum resistant proprie corruptioni. Inquit enim Abuh. acero autem in cibo,& potu vti, est à nocumento ipsius assicuratio, & hoc in sanis, & ægris, & febrientibus, ac patientibus ex corruptione proprie, præseruat enim sanos à pestilentia omni, & ægros, qui ab ea sunt capti, ne procedat vlterius impressio eius. Et ex illis sunt composita,quæ habent prohibere putredinem,vt est mithridatum, theriaca. Et ex parte confectio ex aloe, croco, & myrrha,ana æqualium partium, cum ex ea sumatur quaque die circiter drach.j. & salis vsus commendatur, quod sitim non prouocet,& hoc in sanis,& patientibus ex frigida qualitate, & corruptione quandoque. Abscissio causæ coniunctæ, & humorum putredinis pertinet ad modum curationis, eo quod pestilentia iam impressit,& corrupit humores corporis, à quibus morbus pestilens,& feb. dependet. cui proprie curatio competit. Completur autem cum prædictis reddentibus corpus, & humores bene transpirabiles. Et cum his,quæ corruptionem, seu putredinem habent mundificare à complexione,& à proprietate. Ex quibus sunt simplicia,& composita,dicta supra in cura feb. sanguinis ex putredine,vt cinnamomum,xyloaloe,& similia. Et ex compositis mel ros. & hiera picra proprie,quæ ex sanguine ducere habet humores putrescibiles,& alia similia superius dicta ex digestiuis,& solutiuis, vt syrupo acetoso, agarico,& huiusmodi. Alteratio febrilis dyscrasiæ completur cum rectificantibus aeris putredinem,& caliditatem,& cum medicinis frigidis cordialibus, cum principaliter cor patiatur ministratis interius, & exterius secundum omnem modum,qui ex dictis in cura generali febrium, & causonis possunt assumi. Et ex appropriatis simplicibus his febribus, est lutum armenum, plures enim iam sanati sunt ex pestilentia magna propter consuetudinem bibendi ipsum in vino subtili, vt deferat ipsum ad cor, sed sit mixtum cum aqua ros. propter febrem.

Maximum aceti inuasitum.

Diæta. Carnes.

Regiminis,& diætæ ordinatio in cibis, & potibus, & alijs est,vt cibus eorum sit exiccatiuus in sanis,& ægris omnibus. Qualia sunt ex granis hordeaceum,& ex carnibus perdicum, & auium paruarum montanarum,præparatis cum aceto,& cappares cum eo,& similes. Et si

1.apho.5. Hippocr. in aphorism. dixit. Humidæ diætæ omnibus febricitantibus conferunt,& non siccæ,dic quòd hoc intelligere oportet gratia exiccationis humiditatis superfluæ,& aquosæ humorum putrefieri aptæ,non naturalis ipsorum spirituum,& membrorum, quã oportet diæta cibi,& potus humida naturaliter conseruare, & restaurare ex eis virtutem. Inquit enim Gal. vt virtus,& non morbus nutriatur, diætantur infirmi. Præmittantur autem lenientia. fiant vero ex acetosis in febrientibus,& sanis etiam, & proprie vbi mutatio sit aeris in putredinẽ, vel in pessimam qualitatem calidam: qualia sunt ex herbis,vt acetosa, alleluia, andacocha, chrysolocanna, atriplices,bliti,portulaca,& betæ. Et ex fructibus,vt limones,& citri,acetositas acrestæ,pruna, ribes,acraneæ, zarur,poma acria, & maciana,mora mediocriter matura, sumach,granata, acria, & muza, & similia. sint autem in pauca quantitate sumpta, & sæpe, nisi aliquod impediat accidens. Corruptioni autem necessaria est restauratio cum temperamento dixit Galen: Sintque rectificata cum aromatibus,& cordialibus dictis supra in corde, quoniam ex pestilentia sunt infecta. sint quoque alijs conditionibus,vt supra dictum est, discussa,& electa. Potus similiter ex frigidis,& acetosis dictis, & proprie ex aqua hordei frigida cum succis acrium prædictorum, & proprie granatorum,vel aceto simplici: sint autem in quantitate multa,ne sua paucitate inflamment,& sitim augeant. quare attrahendi aerem necessitas augmentetur,si non fuerit quod prohibeat. Et si indigeat vino,sit album, acerbum, & conuenienter mixtum, prout exigit,& tolerat dispositio stomachi. Quiescant vero in firmi, & dormiant,& non moueantur omnino, neque sani nisi temperate non superflue, nec attrahendi aerem necessitas augeatur,& dormiant parum.& vigilent magis, vt caliditas interius extrahatur, non intus inflammata longitudine somni amplius intendatur, inaniantur superflua,& exiccentur humida,& aquosa,& cruda, quæ inficiendo sanguinem ad putrefactionem disponũt, & impleantur iuuantibus, prout virtus, & dispositio corporis exigit,atque morbi. Et cõfortetur verbis,& cõfortantibus citæ liberationis, & sonis,cãtilenis, & ludis, quibus animus suus lętetur. Inquit enim Abu. Ex cognitis medicaminibus est stare cũ his,à quibus delectatur.

Fructus.

Potus.

Motus.

2.apho.10.

1.de diff. feb.8.

Correctio vero accidentium completur cum his,quę vnicuique ipsorum conueniunt,vt inquietudo, & angustia corrigatur cum fricationibus, fomentis, & calefactionibus extremorum, & maxime si frigida sint, & ex alijs dictis supra in ephemeris, quæ ad exteriora trahunt calorem. Siccitas vero oris,& linguę,atque nigredo corrigatur, vt supra in capitulo generalis curationis est dictum. Et bothor eius cum aqua maluæ, lilij, & inunctione ex axungia gallinæ, vel oleo amygdalino. & Alchola eius corrigatur cum ablutione ex aceto, vel cum aqua geleniabin,vel foliorum linguę arietis,deinde cum rob mori, myrtæ, lentisci, & masticatione. & similiter Debilitas, Tremor,& Pulsus cordis,& syncopis cum cibus corrigatur potibus, & medicinis hic supradictis,& in cura cordis. Nausea vero,& casus appetitus,cum medicinis confortantibus stomachum intus, & extra, & per omnem modum supra in cura stomachi dictis,& cum cibatione, & confortatione illorum supra cibum. Et causam dixit Abuh. quoniam plurimi eorum,qui viriliter agunt,comeduntque violenter,saluantur,et viuũt, vt intelligat viriliter secundum virtutis potentiam digerentis,& violenter secundum corporis indigentiam vt quia parum,& sæpe comedant, vt est dictum: & sic sustenteretur non refocillerut. non pura enim corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes pura. Hipp. Oportet autem cibum esse delectabilem, restauratiuum spirituum proprie,& confortatiuum cordis, alterando,& confortando complexionem eorum, quæ principaliter fuit corrupta, non substantia, quia tunc non remaneret vita. vita enim est in spiritu, vt in radice, dixit Abuh. qua destructa per corruptionem vita cessabit, & proprie si corrupta sit totaliter. Dixit enim Gal Mors non accidit nisi per intemperamentum complexionis cordis,talis autem est ex prædictis carnibus, & vinis, & alijs cordialibus supradictis in corde. Spasmatis vero,& alcuzez cum inunctionibus ex oleis humectantibus,vt ex vio. & amygdal. dulc. Et similiter tussis sicca,& malitia anhelitus cum retentione in ore humectantium, vt diadragacan. cum seminibus communibus,penidijs,rob viola, cum aqua iuiubarum,hordeacea, & similibus. Permistio vero rationis,vigilię,et iubeth,sicut in capitulis proprijs dictum est. Et similiter magnitudo splenis,& debilitas,in qua stat, nec loquitur, nec mouetur, nec sentit, corrigatur vt stupor; congelationis enim accidentia,

Stupor 3.c. tia, & ſtuporis eadem fiunt, vnde Galenus, ſtupor eſt cum æger nõ ſentit, nec mouetur, nec loquitur, ſed oculis apertis tanquam timidus tacet. Papulæ vero cum rectificatione putredinis corrigantur, prout eſt dictum. Et ſimiliter vomitus, & fluxus, prout ſuperius eſt dictũ.

Ciuiſti quod variolæ, paſticium, & morbilli, ex genere ſunt peſtilentioſorum morborum, & apoſtematum *paruorum, quia bothor. Et quod eorum cauſa exterior, ſeu euentus eſt plurimum in temporibus humidis, & calidis valde, & proprie in vere, & autumno, cum natura eorum in auſtrinam fuerit permutata, & in alijs conſimilibus circumſtãtijs, in contrarijs quoque ratius.

*paruorũ.

Cauſa. Et cauſa interior eſt duplex, materialis, & efficiens. Materialis eſt repletio ſanguinis, ſeu corporis plethoria. Efficiens eſt mutatio aeris non in putredinem ſuæ ſubſtantiæ magnam, ſed potius in qualitatem peſſimam calidã valde, ac humidam ſupradictam. Cum enim aer, & proprie ſupradictorum temporum fuerit, ſic mutatus, attingatque corpus repletum ſanguine, in eo ebullitionem, & turbationem inducit, & quandoque putredinẽ accendentem ſynocham plurimum inflammatiuam, quãdoque putredinem, in qua craſſum, & ſubtile; quod cum exiſtit in eo, ſiue ſit à generatione ex menſtruis reſeruatis in venis, & poris, ſiue ex malis nutrientibus prouocatum, ſequeſtratur à puro eius. Quemadmodum eſt videre in vinis nouis ebulliẽtibus ex caliditate proprtia, & maxime exteriori, reſeruata in eis, in quibus fex, & ſpuma ſequeſtratur ab eis, vt ſuperflua illis remanentibus depurentur. Cumque talia ſequeſtrata naturæ beneficio quodammodo critico expellantur de venis, & ſanguine, effundẽtur per vniuerſa conſimilia membra corporis occulta, & manifeſta, & pro parte ad cutem, auxilio qualitatis aeris attrahentis ad ipſam, & ex craſſo ſanguinis in ea ſecundum vniuerſum eius diffuſo, & in illis etiam membris ex eo, vt in velaminibus, & neruis collectio fiat, generabuntur in eis variolæ, & ex ſubtili cholerico, & ſpumoſo morbilli, & ex parte alia, ſi quæ corrupta ſit in cute paſticium. Et quod nutrientia, quæ talem ſanguinem generare habent, & facere incidere in variolas, ſunt generaliter calida, & humida, & proprie vuæ rarificant ſubſtantiam ſanguinis, & eum faciunt ebullire, & proprie cum adminiſtrantur ſupra ea cibi, & medicinæ calefacientes, ficut lac camelarum, & equarum, & proprie cum multum ex eo ſumptum fuerit, & inſuetum, & ſuper ipſum bibunt vinum plurimum, & medicinas calidas ex ſpeciebus, vt electaria, tragena, & ſimilia.

Et quidem diuerſificantur variolæ, ratione ſubſtantiæ, ratione coloris, ratione quantitatis, ratione loci, ratione exitus, ratione finis, & terminationis. Ratione ſubſtantiæ, nam quædam ſunt duræ, & viſcoſæ: quædam teneræ, & molles. Ratione coloris, nam quædam ſunt de eis rubeæ, citrinæ, albæ, & de eis ſunt virides, & de eis ſunt violatæ, & de eis ſunt declinantes ad rubedinem. Ratione quantitatis continuæ, ſcilicet & diſcretæ. Continuæ, nam de eis quædam ſunt magnæ, latæ, & coniunctæ, ita quod vna ingrediatur aliam, & de eis ſunt paruæ rotundæ, & diſtinctæ. Diſcretæ, nã de eis ſunt multæ, & paucæ. Ratione loci, nam de eis ſunt, quæ ſunt plus in capite, facie, pectore, & ventre, & de eis ſunt, quæ fiunt in extremitatibus magis. Ratione exitus, nam de eis ſunt, quæ ſunt velocis *apertionis, & exitus, & de eis ſunt, quæ tardæ, & de eis ſunt, quę ſunt diuerſæ, nam nunc apparent, nunc occultantur, nunc ſunt vnius coloris, nunc apparent alterius. Et de eis ſunt, quæ ſemel exeunt, & apparent, & quæ apparent bis, & de eis ſunt, quæ apparent, & exeunt in prima ætate, quædam in ſecunda, vt in iuuentute; quædam in prima ſenectute, licet parum. Ratione accidentium, nam de eis, & morbillis ſunt, quæ ſunt cum leui febre, & quæ cum forti. Et de eis ſunt quas feb. antecedit, & de eis ſunt, quas feb. ſequitur. Et de eis ſunt, quæ ſunt cum accidentibus bonis, & fortitudine virtutis, & appetitus bonitate, & anhelitus facilitate, & vocis, & abſque ſiti magna, & anguſta, & continua. Et cum pulſu forti, & vrina ſanguinea, etiam rubea, & abſque dolore gutturis. Et de eis ſunt, quæ ſunt cum accidentibus prauis, contrarijs dictis, & proprie, & maxime ſi fuerint cum malitia anhelitus, & anguſtia, raucedine vocis, & ſyncopi, & extremorum frigiditate, qm̃ ſunt ex deteriorib. ſignis. Ratione finis, & terminationis, nam quædam ſunt, quæ reſoluuntur, quædam quæ maturantur, & emittunt ſanie, & faciunt cruſtam, & cadunt, & de eis ſunt, quæ vlcerant, de eis ſunt, quæ dimittunt concauitates vlcerũ, & veſtigia, & quædam cito, & quædam tarde. Et ex eis ſunt, quæ deliteſcunt, & occultantur. Et quædam permutantur ad phlegmonem, & ſare. Ex quibus omnibus iudicia habes, nam quæ in principio ſunt molles, & teneræ, & in principio apparitionis ſunt rubei coloris ad modum phlegmonis, deinde dealbantur, & ſaniantur nec variantur in colore. Et quæ ſunt paruæ, & rotundæ diſtinctæ, non multæ. Et quæ ex eis ſunt in extremitatib. magis, & paucæ in facie, nec in oculis, naribus, ore, & gutture. Et quæ ſunt velocis apertionis, exituſque continui, nec occultantur. Et quę ſemel apparent, & in prima ætate infantiæ, vel pueritiæ. Et quæ ſunt non cum prauis accidentibus, ſimiliter morbilli. Et quę cum leui febre, & antecedit feb. eos, & cum apertione ipſorum minuitur, & ſunt cum virtutis conſtantia, & bonitate appetitus, & cum bonitate anhelitus, & facilitate vocis, abſque ſiti, & anguſtia, vel magna, & continua; & pulſu, & vrina dictis; & abſque aliquo alio accidente malo. ſunt bonæ, in quibus ſalutis fiducia expectatur. Significant enim materiæ bonitatem cum ſubtilitate, & obedientia ad naturam, & naturæ ipſius potentiã innocentibus expellendis. Quæ vero ex eis fuerint cum contrarijs, vt quia ſunt puræ, & viſcoſæ, & citrini coloris, vel violacei, vel declinantis ad nigredinem, vel varij coloris, & ſunt magis latæ, & coniunctæ, quarum vna ingreditur alteram, multæque ſunt in capite, facie, & proprie in oculis, naribus, & gutture. Et quæ ſunt tardæ *apertionis, & exitus, & diuerſi; quia nunc apparent, nũc deliteſcunt, & occultantur. quæ pluries eueniunt in ſecunda, vel tertia ætate, ſunt malæ omnes; Oſtendunt enim materiam malam, craſſam, viſcoſam, diuerſam, & multum naturę rebellem, & ipſam defectam, ſi ſint cum accidentibus malis, quia feb. ex eis non minuitur, immo augetur, & quandoque ſuccedit. Et quæ ſunt cum malitia anhelitus, & anguſtia eius, & vocis aſperitate, grauedine multa, & cum ſiti, & anguſtia eius magna, & continua inquietudine, cum debilitate virtutis proprie, caſu appetitus, quia cum ſyncopi, & frigiditate extremorum, & pulſu interfecto, & vrina quaſi nigra, & fluxu ventris cum raſura, ſanguineo, vel lotiuo, ſiue variolæ ſint, ſiue morbilli, peſſimæ ſunt, & mortis ſignificatiuæ ſecundum magis, & minus propinquæ.

Prognoſti. ca.

*apparitionis.

Signa earum variolarum, quædam ſunt communia eis, et morbillis, quorum quædam ſunt prognoſtica, quędam demonſtratiua, & quædam rememoratiua, quædam vero diſtinctiua inter variolas, & morbillos. Prognoſtica antecedentia illos, & morbillos præcedẽtia eos, ſunt ſigna plethoriæ, & ſanguinis repletionis conturbati non minoratæ more ſolito ſuperius dicto in ſynocha. Et ſunt dolor dorſi, pruritus in naſo cum rubore, & in facie, & in oculis, & lachrymæ cum inflatione, & timor in ſomno, & phantaſiarum rubearum viſio, grauitas cum punctione in membris corporis, multitudo alicum, & ſaltuum cum conſtrictione anhelitus, raucedo vocis, & craſſities ſputi, & grauitas capitis cum dolore, & calefactio oris cum exiccatione, & ſiti; anguſtia, & inquietudo, dolor in gutture, & tremor pedum apud reſupinationem, & declinationem ad ipſam, & cum his febris concluſa.

Signa vero demonſtratiua, & oſtendentia ipſas, & in præſenti apparentia ſunt, quoniam cum incipiunt apparere, faciunt accidere pruritum, deinde apparent res ficut capita acuum in cute, & deinde ficut mordicationes pulicum; deinde augentur, & fiunt ſimiles milio, egrediuntur cum totalitate ſua, deinde replentur ſanie,

& proprie variolæ, deinde exiccantur,& cadunt. Morbilli vero resoluuntur,& euanescũt Rememoratiua sunt concatitates remanẽtes in membris,& eorum vestigia, & proprie variolarum, & quandoque dimittunt cęcitatem,& in naribus vlcera. Morbilli vero non dimittunt infectiones,neque vestigia,cum materia eorũ sit apta resolui,& proinde non sunt eorum signa rememoratiua.

Signa vero distinctiua inter variolas, & morbillos multipliciter sumi habent,ex materia,& ex parte* apertionis ex forma,& quantitate,ex situ,& cum communicantibus eorundem. Ex materia quidem,nam generatio variolarum est propter multitudinem sanguinis crassi, & corrupti,& proinde dolor,& grauedo in dorso maior propter venam magnam exinde tensam in eo, quam replet sanguinis multitudo. Generatio vero morbillorum est propter vehementem malitiam sanguinis corrupti, vel non corrupti,quia cholerici subtilis, & acuti,& pauci; & proinde inflammatio,& feb. æstuatio est in eis. Ex parte* apertionis,& exitus,nam morbillus egreditur subito secundum plurimum; variolæ vero aliquid post aliquid,vt est dictum. Ex forma,& quantitate. nam variolæ sunt eminentes,rotundæ,vel latæ,& magnæ in quantitate, Morbilli vero sunt non eminentes,vt pertranseãt cutem, & in ea faciant eminentiam; sed sunt diffusi in cute,& sunt sicut puncturæ,& paruę quantitatis. Et situ, nam sunt in superioribus membris magis morbilli,quã variolæ,licet in oculis accidant minus,& tamen lachrymæ sunt eis plures. Ex accidentibus,quoniam angustia, inquietudo,& inflammatio fortior est,quam in variolis in ipsis morbillis,vt dictum est.

a apparitionũ.

b apparitionũ.

De cura variolarum.

In cura variolarum,& morbillorum duplex est regimen,commune scilicet,& proprium. Cõmune vtriusq; in tribus rebus consistit. In abscissione causæ, in ordinatione regiminis, & accidentium correctione. Causæ abscissio completur cum eius minoratione, adæquatione,& habilitatione ipsius ad expulsionem velocem, & facilem, cuius minoratio locum habet, cum incipiunt apparere. & fit phlebotomia de vena magna, & nigra in variolis,& basilica in morbillis, si virtus ætasque consenserit: si vero non,aperiantur venæ nasi, quæ proportionatur fluxui sanguinis narium,quo iuuantur. prouocetur ergo si natura ipsum non fecerit post phlebotomiã basilicæ si expediet,& virtus toleret, vt quia sanguis narium,quo iuuantur prouocatus ad partes superiores appareat rapi ex dolore capitis;grauedine gutturis,& similibus; præseruat enim eos à nocumento ipsorum diminuendo,& euacuando materiam: fiat autem donec perfecte euacuetur quod abundat. Quod si non fiat complete euacuatio,præmittatque phlebotomia,cum sit maximum auxilium proprium,& necessarium timetur supra infirmum corruptio extremitatum,forte suffocatio,nisi natura aliqua sanguinis euacuatione succurrat. Tempus autem phlebotomiæ est vsque ad quartam,vel infra. In quarta enim natura talem materiam sanguineam synochæ complete consueuit ad cutem expellere. Si ergo prędictis phlebotomijs materiam ipsarum educentibus nõ cessant variolæ,& morbilli procedere, sed stãt,& exeunt magis,phlebotomia vlterius non intendetur, nisi repletionis magnæ signa perdurent. Conuertit enim materiã ad cutem,quam natura reddere videtur intenta,ideoque non est impedienda. Quod equidem innuit Hipp.& hoc maxime cum conuertit de exterioribus,& vilibus ad interiora,& nobilia membra.

Documentum.

In sanguine subtili.

Adæquatio ipsius sit in principio, quia subtilis sit,& cholericus sanguis, vel quia cholera dominatur in eo, et proprie in morbillis cum stypticis infrigidantibus,& inspissantibus ipsum prohibentibus ebullitionem. qualia sunt simplicia,& compositа ex medicinis. Et ex simplicibus sunt iuiubæ,dactyli immaturi,lentes excorticatæ, vel in duplici aqua coctæ integræ, acrestа, lacca ablura,ribes,tragacãthi,sorba, & dactyli sylueſtres immaturi,pyra,& rob ipsorum, & aqua fructuum frigidorũ, vt aranciorum,limonum,pomorum acetosorum, chrysomilla immatura,& mora celsi,manna,& similia supra in synocha dicta,& composita ex eis,quæ (Deo dante) dicentur. Deinde cum lenificantibus, & educentibus eam cum lenificatione subtili, vt sunt tamarindi proprie, & cum additione siracost, si fuerit inobediens; aut infusio prunorum,& aliorum absque omni attractione,& compressione,ne ad interiora conuertant* naturam. Et proinde clysteres prohibentur,cum conuertant interius materiam inquantum tales, nisi fuerint lenitiui valde, & natura multum fuerit constipata.

** materiã.*

Si vero sanguis fuerit crassus,& in variolis proprie, adæquatio fieri cum subtiliantibus, & aperientibus oppilationes,& facientibus ebullitionẽ in sanguine absque multa caliditate,vt semen anisi,fœniculi,ana cum zuccharo aut aqua eorum, & decoctio radicum eorum, & odoratio croci est de illis.

In sanguinẽ.

Si vero aliquo humore infectus sit scilicet phlegmatico,vel melancholico mundificetur ab eo. Et si turbidus clarificetur cum medicinis lenientibus, dictis supra in cura synochæ de putredine, & in antidotario nostro; hæc enim adæquando materiam incitant ad egressionẽ ad exteriora. Et cum prætierit principium* aperitionis,& prodierit, & præcesserit euacuatio multitudinis, vt post septimum, maxime competunt. Quo tempore prætermissis omnibus euacuantibus adæquantibus, inspissantibus,stypticis,interius, & exterius approximandis,ne detineant,& conuertant materiam intus,oportet habilitare naturam,& incitare ad exitum, & trahere ad exteriora. Fiat autem illud cum calefactione aeris, cum coopertura ex indumentis,& proprie rubeis. Et his quæ faciunt sudare cum caliditate,vbi cum exitu eorum non inueniatur* alienatio,immo caliditas remaneat inflammata, & lingua fortiter nigra; tunc enim caue ne calefacias; fortasis enim ex ea accidet angustia,& syncopis. nam tunc erit necessarium redire ad odorandum rosas, sandalos, camphoram. Et si ex his non fiet excusatio, quin apponatur aeri frigido,& vento, ne propter angustiam extinguatur, fiat illud paulatim. Et similiter quando iuuatur cum calefactione, & dimiseris frigida,& cum habentibus proprietatem ad expellendum materiam,sanguinem ad cutem, vt sunt caricæ,& proprie albæ,citrinæ,& decoctiones earum. Et cum eo quod habet sanguinem mouere ad exteriora, vt aspectus rerum rubearum. Vnde Abuhali ait. Mouet enim sanguinem res intueri rubeas. Oportet quoque vt alienentur omnia soluentia ventrem, nisi prædicta, quia de consuetudine huius ægritudinis est,vt in processu faciat accidere* diariam; & proprie cum materia retinet vt,& non egreditur. & proinde dandum est excorticatas lentes,& alienanda sunt omnia frigida interius,vt aqua frigida,& huiusmodi exterius ex aere,& vento, & proprie in hyeme, & omnia olea cum sint viscosa, & poros oppilent. Et omnia ex emplastris, ceratis, & epithematibus supra ventrem. Est enim ex eis timor constrictionis materiæ, & ne accidat fluxus ventris malus, & sanguinis mictus.

** apparitionis.*

** alienatio.*

** diarrhœã.*

Documentum.

Ordinatio vero regiminis cibi, & potus,sit in principio* apertionis cum his, quæ confortare habent cum extinctione absque constrictione naturæ, quæ supra in pestilentiali feb. sunt dicta. Et cum inspissantibus sanguinem ex iuiubis,& cum lenientibus ventrem,ex prunis,chrysomillis,& moris mediocriter maturis,& cibo facto ex cucurbita,citrulis, & melonibus,& succo ptisanæ,& amylo. Et potu aquæ ptisanæ, vel aquæ frigidæ cum iuleb violato,& similibus. Et in processu cum procedere, & exire non cessant. & minuitur feb. cum confortantibus,ex carnibus,& ouis,& alijs,quæ sunt in cura pestilentiali dicta supra. Et ex fructibus, & proprie ex caricis,passulis,enucleatis, & dactylis maturis,& huiusmodi,& cum vino rubeo competenter lymphato, proprie cum febrem apparet lentescere.

** apparitionis.*

Correctio autem accidentium in duobus consistit, in remediatione accidentium prauorum prædictorum, & in præseruatione quorundam membrorum, in quibus consueuerunt imprimere maxime talia nocumenta,&

ra,& proprie vlcera; quæ cum impressa fuerint,nec sint A media remediabilia,timorem mortis portendunt. Si ergo feb. in earum apertione in processu non minuatur, sed augeatur magis, extinctiua ministrentur, paulatim dimittis calidis,vt est dictum, & interius, & non exterius,& magis apud eorum processum ad extra. Et si quidem cessauerit ab egressione eorum, redieritque, oportet vt redeas ad euacuationem sanguinis, & adæquationem ipsius cum frigidis extinguentibus supra. Est enim signum regenerationis calidi, & acuti,qui nisi euacuetur,& obtundatur cum hoc,quòd feb. accendit,rapi cõsueuit ad caput, & facere phlegmonem; & quandoque declinare ad spiritualia, & subito suffocare infirmos, *Attendũ.* quorum aliquos vidimus liberatos. Et Ducissam Calabriæ, quibus phlebotomia ex venis hæmorrhoidalibus magna fuit illico ministrata. Et aliquos mortuos,quibus ipsa fuit omissa, vel tardius celebrata. tali etiã phlebotomia cum mundificationibus humorum in sanguine dominantium,& calefactionibus corrigetur magni- *& calorum.* tudo, & multitudo ipsarum, varietas & calorum, & exitus,atque tarditas.Reliquis vero accidentibus alijs prouidendum,sicut supra in cap.generalis curationis est dictum de ephemeris,& de pestilentiali. In quorum omnium curatione nocumenta impressa in membris,quorum sunt,vt puta inflammationem multam siccitatem exasperantem, & proprie vlcera oportet attendere, & cum mundificantibus primo, & deinde cum glutinatiuis illis appropriatis simul cum alterantibus,& alijs ibi dictis; oportet ergo corrigere. Membra vero quæ à nocumento earum præseruare oportet,sunt oculi,superiores partes narium,guttur,pulmo,& inteſtina; hæc enim membra ex euentu earum in eis plurimum grauius vlcerantur,ex quo oculus fortasse destruitur, & accidit in eis albugo. Et gutturi accidit prefocatio. Et si in meri euenerit, accidet transglutiendi difficultas, & fortassis accidet illic corrosio pernitiosa. Et si in superioribus partibus narium, accidet constrictio meatus odoratus. Et si in pulmone, accidet cõstrictio anhelitus vehemẽs. C Et cum vlceratur, fortasse facit deuenire in phthisim. Et si in inteſtinis, faciet accidere dysenteriã, & egestionem sanguineam: quibus succurrere est difficile,& forte impossibile. Præuidendum ergo est,ne illis accidat, *Defensiua oculorum & aliorum membr.* seu eueniat. Oculis quidem in prima die cum alchohol facto ex almuri solo, quod est proprium; secunda vero cum eo nutrito in aqua coriandri,vel aqua ros. in qua resederint sumach,& camphora, aqua sumach posita in ea camphora; & succus pulpæ granatorũ est bonus etiam in principio,& aqua ros.cum antimonio. Si vero appareant non obstantibus illis, tunc facere alchohol ex naphtha alba bonum est valde, & similiter collyrium album. Et si vlcera fiant in eis, sarcocollam nutritam in lacte apponas. Et succum radicum chelidoniæ rubeæ cum lapide hæmatitis,quod est proprium, & expertum per nos. Oleum vero de fisticis, & non de oliuis, cum mordeat oculos,sicut dixit Gal. est de his,quibus vtũtur mulieres in regione nostra post variolas, ostendit euen- D tum nocumenti in oculo;eradicat enim caliginem si remanserit,& rectificat oculum. & similiter memithe,& succus eius,cum antimonio. Sed superiores partes nariũ cum epithemate,& memithe,sandalis,& rob acrestæ,& aceto. Et odorare acetum solũ est vehemẽtis iuuamenti. Guttur vero cum suctione granatorum in eius principio,suctione mororum,& gargarizatione cum rob eorum; & proprie quando conqueritur de dolore in eis. & tunc oportet vt lambat de rob earum aliquid post aliqd. Pulmonem cum rob ex lẽtibus, leue cum semine papaueris,& diadragacanthi. Et inteſtina oportet,vt præserueris post inceptionem cum stypticis dictis sumptis, & iniectis. Et cum incipit solutio ventris,curetur cum troch.de spodio,& ribes,& troch.de semine acetosæ.

Regimen proprium variolarum,& morbillorum est, quod vnicuique eorum proprie conuenit. Et est,quòd cum communicent in prædicto,inter se differunt quantum ad duo. Primo quantum ad prædictum regimen non in specie, sed potius in quanto. Euacuatio enim cum phlebotomia maior, & citior variolis est conueniens,extinctio minor,& diæta tenuior. Morbillis vero adæquatio cum frigidis extinctiuis, & inspissantibus,& mundificantibus choleram,& sanguinem,& dieta tenui minus. Secundo quantum ad particulares operationes exercendas,quæ sunt variolis opportunæ,& nõ morbillis. Et sunt quod est,quia cum egressæ fuerint cum complemento variolæ,& appareat in eis maturatio perfecta. Aut enim est perfecta causa doloris, & apostematis,vt quia pertranſierint septimum,nec exiccentur,nec resoluantur: tunc necessarium est, vt aperiantur cum acu de auro,& auferatur earum humiditas cum coto, & proprie cum sunt magnæ. Quod si tardetur earum maturatio,quia non sit facta in septimo, & completa in nono: tunc oportet, vt iuuetur cum exhibitione dactylorum pinguium,passularum, & caricarum in aqua ipsarum cum euaporatione vaporis aquæ decoctionis fœnugræ, semin.lini,maluæ,bismaluæ,& radice lilij.

B Cum autem apertæ fuerint,& remaneat in eis humiditas multa, oportet vt saliantur, & fumigentur, & etiã cum non apertæ sint, nec patiatur ægrotans aperiri,& eas volueris resoluere, & exiccare. fit autem salitio cum aqua salis,in qua virtus croci est,*linita* super eas,desuper aspergatur sal puluerizatum cum camphora. Suffumigatio fit cum tamarisco,& sandaracha,& cortice thuris, non cum frigidis, ne recludant materiam. Et similiter cum myrta suffumigatio est conueniens,& proprie cum sit vehementis humiditatis. Et dormire,& iacere in lecto,in quo sit aspersa farina hordei, milij, panici,vel fabarum,& culcitra cum folijs cypressi est bona.

Cum ergo incipiunt exiccari, oportet vt linias super eas ex medicinis prædictis cum virtute croci. Et cum vlcerant variolæ profunditate, & acuitate suæ materiæ, confert vnguẽtum album,& proprie commixtum cum aliquantulo camphoræ, rasura radicis cannæ cum aqua ros.venarum arboris salicis,aut arboris azarur. Et quan- C doque confert vnguẽtum de ceruſa, lithargyrum,& vnguentum rubeum. Et cum aperiuntur,& faciunt crustã in cute,vel naso,confert vnguentum factum ex oleo duro ros.& virtute ceruſæ,& cadmiæ, & ceratum ex adipe gallinæ cum cera. Et cum ceciderit crusta,liniantur vestigia cum aliquo oleo,vt de lentisco proprie. Et si quidem remanserint ipsa vestigia, & decolorationes, vlcerum ipsorum, cum in tertia sectione de cura vestigiorum,vlcerum loqui oporteat, hic tamen proprie loquamur de cura vestigiorum ex vlceribus variolarum.

Scias ergo,quod de eis, quæ eradicant talia vestigia, *Vestigia variolarũ eradicantia.* sunt oĩa abstersiua,vt radix arundinum, sarcocolla,semẽ melonis,& cortices eius siccati, risum ablutũ,aqua hordei,albumen oui,creta, & lutum, lithargyrum,zuccharum tabarzet,milium,& panicum,amygdalæ dul. & amaræ. Et de oleis oleum de lilijs,& de fisticis,& adeps asini,cum oleo ros. Et de illis,quæ sunt fortiora, est spuma maris,& lapis piperis, cosſus, ammoniacus,thus,& sapo cum baurach,& ossa antiqua adusta, semẽ raphani exiccatum,arist.lupini; hæc enim abstergunt nigredinẽ, & obscuritatem coloris cutis. Et ex rectificãtibus colorem plumbeum sunt ex oleribus, & granatis dulcibus, vitellis ouorũ sorbilium, iura galli, & phasianorum,& perdicũ impinguatis,& vinũ rubeum,& assiduatio balneationis. Et de compositis sunt (duce Christo,) quæ in- *Nota.* fra dicentur. Quod si concauitates remanserint,non replebuntur;vlcerauerunt enim interiorum cutem,& mirach,quod cum sit ex radicalibus,non restauratur.

Medicina conueniens in principio apparitionis ipsarum repercutiens, & inspissans sanguinem. ℞ lentium excorticatarum, dactylorum immaturorum, gummi, tragacanthi, bulliant in aqua pluuiali,vel rõ. & da cum vino trochiscorum cum camphora.

Confectio medicaminis facientis variolas apparentes exire, & morbillos, & alia de genere eorum exeuntiũ,& occultorum. ℞ ficuum citrinarum vnc.vij. laccæ ablutæ drach.v.lentium cum corticibus drach.iij. semi.

ani. ſęniculi, tragac. ana drach. iij. decoquantur in aqua, lib. j. s. donec remaneat pars tertia: deinde coletur, & detur ex ea; expellit enim caliditatem à partibus cordis, & prohibet pulſum eius.

Deſcriptio medicaminis cõferentis ad veſtigia variolarum, & colorem malum derelictum. ℞. oſſium aduſtorum, ſtercoris ouini antiqui, oſtracorum nouorum, amyli, ſem. meliſſæ, rizi abluti, cicerum, ana part. x. granorum * albem, lupinorum, coſti, ariſtolo. rotun. ana partes v. radicum arundinis ſiccæ partes xx. Fiat ex eis epithema cum aqua melonis, aut cum ſucc. cucumeris ſylueſtris, aut panis porcini, aut radice ireos, aqua hordei, vel fabarum, vel lupinorum, & liniantur ex eis membra ſero. Et abluantur mane cum aqua violata, vel hordei.

Alberi.

De medicinis feb. apoſtematum. Cap. 7.

SVperius te ſcire fecimus, quod febrium quædam erãt morbus, quædam accidentia ſequentia apoſtemata vel vlcera, quę ſunt per ſe morbus. Hic etiam ſcias, quòd tales etiam febres omnis generis eſſe poſſunt. Si enim apoſtemata fiat exteriorum membrorũ, vt aſſellarum, febres fiunt ephemeræ, vt plurimum; raro vero putridę, & qualiter, & quare ſuperius dictum eſt. Si vero apoſtemata ſint interiorum membrorum, vt poſitorum in profundo, & cõcauo corporis, & maxime principalium, vel aliorum vicinorum cordi, vt pleuræ, pulmoni, & huiuſmodi è conuerſo fiet. Nam plurimum fiunt putridæ: ephemerę vero raro, & quandoque vel conſequenter hectícæ. Et cauſa eſt quoniam caliditas præter naturam procedens ab apoſtemate, vel vlcere talium membrorum vadit ad cor plurimum cum fumo putrido ab eo reſoluto, cum nõ ſit circumſcripta putredo in loco apoſtemato, ſicut in bubonibus; & non ſola, niſi raro. Quare febrem accendit, quæ diuerſificatur in continuitate, & interpolatione, ſpecie, & qualitate ſuæ eſſentiæ. In continuitate, & interpolatione quidem, ratione quantitatis cauſę, & poſitionis; cum enim apoſtema vlcus tale, quod eſt eius cauſa, ſit magnum, & propinquum cordi, vt in pleureſi, & peripneumonia, faciet febrem putridam, & continuam, eo quòd continue fumum putridum ad inflammandum mittit cordi. Nec obſtat ſi poſitio putredinis eſt extra venas, cum collectio eius in loco apoſtematis ad emittendum continue fumum ęquipolleat poſitioni in venis, cum ſit magnum, non propinquum; vt eſt apoſtema renum, vel matricis vlcus, vel veſicæ, vel propinquius non magnum, vel capſulæ cordis, vel pleuræ, & pulmonis. Sed ſi ſit cholericus facit interpolatam, eo quòd etſi talem fumum cordi emittet; non continue tamen propter diſtantiam, & paucitatem, cum conueniat quandoque reſolui in via. Si vero ſit parum, & longinquum, faciet ephemeram quandoque. Cum enim fumus ſua quantitate, licet parua, poſſit peruenire vſque ad locum cordi propinquum, licet cor non attingat caliditatem in loco illo tantam imprimere poterit, quæ cum calefaciendo attinget ſecundum continuum cor, feb. ephemeram generabit. Cumque tale apoſtema cum ſua feb. & proprie putrida prolongatur, minabitur hecticam, & ipſam accendet. Et proprie ſi membrum fuerit diſpoſitum, & apoſtema in aliquo nutritiuorum membrorum, vt in hepate, vel ſtomacho. Inquit enim Abuha. Amplius omnia apoſtemata interiorum membrorum in mirach, ventris tenuitatem efficiunt, & macredinem, cum collectionem fecerint. Efficit enim tale apoſtema tam grandem impreſſionem in diſpoſito corpore conſumendo, quòd eo reſoluto remanet exiccatio, & hectica, maxime cum pręciſione membrorum nutritiuorum, in quibus eſt, cum nequeat remitti, reſumi, & humectari. Et quod amplius eſt contingit ipſo reſoluto putridam remanere febrem propter impreſſionem putredinis in humore venarum. quare remanente cauſa conſumente procedit hecticalis conſumptio, licet cauſa primi, ſeu febris apoſtematis ſit remota, & quanto magis ſi remota non ſit, quia ſtat per apoſtema. Et enim feb. tunc erit duplex, & commixta eſt febr. quæ eſt morbus, & febr. quæ eſt accidens. In ſpecie autem ratione cauſæ apoſtematis, & materiæ, quæ cum ſit calida, erit cholerica, vel ſanguinea, vel ex eis commixta. Et ſimiliter feb. aut erit cholerica, aut ſanguinea; materia vero frigida non, niſi faciat collectionem. In qualitate vero eſſentiæ ſuæ ſcilicet caloris ratione ſuæ cauſæ, ratione membri in quo eſt, & ratione vicinitatis ad cor. Cum enim materia ſit cholerica, vel cholericæ admixta, caloris febr. acuitas eſt, vel erit maior quàm ſit ſanguinea, cumque etiam in membris ſanguineis, & arterijs vicinis, feb. fortior erit: cum vero in neruoſis, panniculoſis, & venis vicinis, erit debilior, niſi dolor exiſtat. Et quidem non enumerantur iſtæ feb. à periodis proprie vnicuique materierum, quæ effunduntur ad apoſtemata earum, vel vlcera; periodi namque earum ſecundum generationem earum in mittentibus membris propter debilitatem nutritiuæ, & fortitudinem expulſiuæ, & ſecundum attractionem ipſarum ad membra, ad quæ effunduntur materiæ per caliditatem, vel dolorem, & ſecundum receptionem earum in illis propter defectionem. Cum ergo effunduntur materiæ, accidit rigor, & deinde additur grauedo, dolor, inflammatio in loco apoſtemato, vel vlcere, & de vlceribus idem eſt iudicium cum aggregent putredinem, & proprie quæ apoſtemata dicta ſequuntur.

Sed dices numquid feb. vlcerum, putrida ſit, vel hectica, cum dicat Gal. ℣ omnis phthiſicus hecticus, & nõ putridus ſit. Reſpõdit Falco, vtraque feb. eſt cum phthiſi cum vtriuſque cauſa ſimul in ea aſſiſtat: putredo. ſ. vlceris, quæ eſt cauſa putridæ. Et ipſa feb. cum impedita euentatione ſimul inflammando conſumens roriformem humiditatẽ cordis, quæ eſt cauſa hecticæ, quæ quia in phthiſi prævalet putridæ omnibus cauſis concurrentibus ad generationem ipſius magis, quam putridæ, dictum eſt à Gal. ipſam pati phthiſicum, quàm pati putridam feb. quàm in alijs vlceribus.

Cauſa.

Signa cauſarum ſunt ſigna apoſtematis interiorum membrorũ præcedentium, quæ ſuperius in ſectione prima ſunt dicta. Et etiam ſunt ſigna vlcerationum ipſorum, & ẽt apoſtematum ſunt ſigna propria, quæ ſupra in capitulis ſuis ſunt dicta, v. g. In pleureſi, quorum quædam indicant locum, vt pulſus ſerrinus cum dolore pectoris pungitiuo; quædam cauſam, ſeu materiam, vt feb. acuitas, quæ indicat choleram. Quædam ſunt ſigna digeſtionis, & indigeſtionis materiæ apoſtematis, quæ ſumunt à ſputo proprie; quædam ſunt ſigna digeſtionis, & indigeſtionis non materiæ apoſtematis, vt prædicta, ſed materiæ compatientis in venis, quæ ſumuntur ab vrina. Et quædam ſunt ſigna ſaluris, & mortis, & quędam ſunt ſigna criſis, quæ prædictis variatis ſecundum ſpeciem ſumentur, ſicut Hippocr. in apho. & Gal. oſtendunt.

De ſignis cauſarum.

2. aphoriſ.

Cura febrium apoſtematũ eſt quatuor res. Prima eſt cura apoſtematũ, & vlcerum, quæ ſequunt, quæ dicta eſt ſpecialiter ſupra in locis ſuis. Secunda eſt alteratio febr. Completur autem cum frigidis humidis, ſiue hectica ſit, quæ ex dictis ſupra in cap. generalis curationis poſſunt haberi; ſint autem frigida temperate, ne incrudent apoſtemata, & proprie ſi interius aſſumatur; ſint autem ſumpta ex mollificantibus, & lenientibus, qualis eſt aqua hordei, cucumeris, & cucurbitæ, ſyrupus viol. & ſimilia; non autem ſtyptica, cũ detineant, & prohibeant reſolutionem, proinde potus aquæ frigidæ inhibendus; niſi magnitudo feb. & eius exauctio intentionem maturationis, & reſolutionis apoſtematis ſuperexcedat. Quo caſu inquit Gal. Melius eſt augmẽtum. i. incrudatio apoſtematis, quàm perducere ad arefactionem infirmum; aliter autem infrigidantia, & extinguentia fortia erunt valde nociua, etiam ſi cholericum ſit apoſtema; & proinde ſecurius exterius cum expedierit miniſtrantur. Si ergo ſit apoſtema eryſipelatum febris vehementiam extinguemus cum ſuccis lactucæ, ſempetuiuæ, & portulacæ, & aqua cucurbitæ, nenupharis, & oleo viol. cum fauich hordei, vel farina eius, exterius applicatis ſuper

De cura.

locum

locum apoſtematis, & cum ſanda. roſ. ſpodio, & aqua roſ. ſuper principalia, & oxyrhodino capiti: quæ etiam ſi oportet infrigidentur in niue. Tertia eſt regimen cibi, & potus, & eſt diæta extenuatiua cum lactucis, ſauich hordei, & aqua eius. Inctaſſatio enim eſt cauſa apoſtematis, & mortis etiam, ſi ſit virtus defecta. Quarta eſt correctio accidentium, quam requiras ſupra in ſectione prima, & infra, vbi de apoſtematibus dictum eſt.

De medicinis febrium compoſitarum. Cap. 8.

EX quo de febribus ſimplicibus diximus ſecundum præmiſſum ordinem, dicendum eſt de compoſitis. Sciendum eſt autem, ꝙ compoſitionis ipſarum ſpecies ſunt, & modi. Species quidem ſecundum compoſitionem feb. ſimplicium, quarum eſt compoſitio earũ. Modi vero tripliciter, & ſecundum compoſitionem materiarum ipſarum ſimplicium febrium, à quibus ipſe dependentiam habent. Et ratione loci, ſeu putrefactionis in loco. Et ſecundum compoſitionem motuum, ſeu circuitionis, contritionis, ſeu inuaſionis ipſarum poſſunt haberi, quæ multiplex eſt.

Prima enim diuiſio eſt in genere, & remota ratione eſſentiæ ipſorum. Et eſt natura ſeb. quædam eſt genus ephemerarum, quædam hecticarum, & quædam putridarum, ſecundum quam componetur putrida cum hectica quamquam plurimum ſit eius cauſa, & non cum ephemera. Et licet poſſit componi, tamen nõ facit compoſitionem in cura eius additio ad putridam, nec eſt diſtinguibilis ab ea cum eius ſigna debilitate ſua cum fortitudine ſignorum putridæ offuſcentur. Quapropter dixit Gal. Superueniẽte putrida ephemeræ, quieſcit ephemera, nec etiam hectica cum ephemera propter eandem cauſam. Verum quia ipſorum trium generum duo, vt hectiæ, & ephemeræ non ſunt diuiſibilia in genere propinquiora, ſed in ſpecies magis, & proprius hectica, quarum ſpecies non ſunt bene componibiles, eo quòd hecticæ ſpecies inter ſe ordinem habent ita, ꝙ vna præcedit, & alia ſequitur, vel ſuccedit, & deinde alia prima ceſſante propter conſumptionem humiditatis, & ſuæ materiæ ſubiectiuæ, in qua accenditur etiam ephemeræ ſpecies, & ſigna ſint in ea, licet ſint cõponibiles, tamen non ſunt in compoſitione diſtinguibiles bene, nec compoſitio cauſat varietatem magnam in cura. Solum autem genus putridæ diuiſibile eſt in alia genera propinqua, & ſpecies habentes ſigna diſtinctiua, & manifeſta facientia compoſitionem in cura, & pro tanto compoſitio febrium attendenda magis exiſtit in eo. ſ. genere putridarum. Et prima ſpecies compoſitionis erit ſm primam diuiſionẽ eius, quæ ſecundùm Gal. eſt ratione eſſentiæ ipſius feb. Et ex natura febrium putridarum, quædam ſunt febres per ſe morbi ex humorum in vaſis putredine dependentis, quædam ſunt apoſtemoſæ. Sic quidem prima compoſitio feb. putridarum erit feb. compoſita ex feb. dependente ex apoſtemate, cuius eſt accidens, & ex feb. dependente ex humoribus putrefactis in vaſis, in quibus apoſtematis putredo impreſſit, vel è conuerſo, vt dictum eſt ſupra in febre apoſtematum, ſicut eſt proprie in pleureſi, peripneumonia, & apoſtemate hepatis.

Secunda ſpecies eſt ratione compoſitionis materiæ, ſeu humoris à quo dependent. Et eſt natura febrium putridarum dictarum quælibet, aut eſt ſanguinea, aut cholerica, aut melancholica, aut phlegmatica, eo quòd à talium humorum putrefactione dependent, quorum cõpoſitio eſt ſecundum modum prædictum materiæ, qui eſt duplex, vnus ſecundum mixtionem, alius ſecundum vicinitatem. Et quidem ſecundum mixtionem, qui ſupra dictus fuit in tertiana non pura, & in quotidiana ex phlegmate ſalſo, & cauſone, & phlegmone eryſipelatode. Secundum vicinitatem vero eſt multiplex, cui nunc inſiſtimus, & erit quia cum quatuor ſint humores in ſua putreſcentia febres accendentes ſeruantes ſpeciẽ, vt dictum eſt ſupra in feb. ſanguinis, ex quatuor humoribus ſimplicibus commixtis ad inuicem cõpaſſibilibus maxime, quia in diuerſis locis corporis ſituatis intra venas, vel extra, ſicut etiam apoſtemata diuerſa in diuerſis membris corporis ſituata, octo proueniẽt cõbinationes, ſic erit vna cõpoſitio febris ſanguinis cũ feb. phlegmatis. ſecunda feb. ſanguinis cum febri choleræ. tertia feb. ſanguinis cum feb. melancholiæ. quarta feb. phlegmatis cum feb. choleræ. quinta feb. phlegmatis cum feb. melancholica. ſexta feb. cholericæ cum feb. melancholica. ſeptima triũ ex his inter ſe. Et octaua omnium feb. quatuor humorum ſimul, quæ, vt plurimũ eſt mortalis.

Tertia ſpecies compoſitionis ipſarum putridarum eſt ratione non eſſentiæ, nec materiæ, ſed ratione *loci*, vel putrefactionis in loco, à quo procedit diuiſio ſecũdum continuitatem, & interpolationem ipſarum febrium. Et eſt quia cum ſint quatuor continuæ, & tres interpolatæ, ſpecies ipſarum compoſitionum erunt multæ. Nam componi poteſt ſynocha cum vnaquaque aliarum trium cõtinuarum, & cum duabus, vel pluribus ipſarum, aut diuerſi generis propinqui, ex qua prouenient complicationes octo, aut diuerſi generis, ex qua prouenient complicationes plures. Similiter poteſt componi vna interpolata cum alia, vel diuerſi generis, ex qua proueniũt complicationes quatuor, vel eiuſdem generis, ex qua prouenire poſſunt complicationes plures, ſecũdum quod poſſunt componi duæ tertianæ, & tres tertianæ, & ſimiliter tres quartanæ interpolatæ, & etiam quotidianæ ſimiliter poſſunt componi continuę ipſæ cum interpolatis diuerſi generis, vel eiuſdem, ex qua complicatione ſpecies erunt plures, quandoque fientes in prima die, quãdoque in ſecunda, & illa eſt mali moris. Eſt enim habens motum per poros, qui cõtra naturã eſt morbi acuti, vel medij. Et quidem cum deberet *in die* ſecunda quieſcere, vel tepeſcere, & dare naturæ ſpacia, ſi moueatur, ſignum eſt ſuæ malitiæ, & grãdis læſionis eſt cauſa. Ex quibus complicationibus omnibus illam, quæ ex quotidiana continua, & tertia interpolata componitur, Hippocrates ſpecialiter notauit, cum plurimum accidat inter compoſitas ex interpolatis ſimul, & cõtinuis, & ex continuis tantum hemitritæam proprie nominans, quam horridam, & continuam, mediam tritęam eſſe ſpecificauit. Et quia vnicuique ſpecierum modus ſecundum inuaſiones poteſt eſſe triplex, ſcilicet coinuadens, ſubintrans, & coalterans, Et hemitritæam voluit eſſe compoſitam ex quotidiana continua, & interpolata ſecundum inuaſionis modum; non enim omnis compoſitionis modus horridum facit, ſed coinuadens ſolus, etiam cum non faciat horridam, cum inuaſiones ipſorum niſi ſint pares non vna prædominans alteri, vel ſuperans, ſicut eſſe poteſt. ideo tria ad hemitritæam veram, & propriam concurrunt. quòd ſit continua quotidiana: eſt enim de genere continuarum febrium, & ꝙ ſit complicata tertianæ interpolatæ; eſt enim hemitritæa, i. media tertia, vel tertiana. Cum enim Hipp. tertianam veram, & putã in apho. dixit, interpolatam intellexit, & motus maxime ſuæ materiæ ſit de centro ad circumferentias, ſicut Gal. dixit. Si mota ad putredinem mouetur ad extra de venis potius, quam putrefiat in illis. Et ga debet eſſe horrida, oportet quod ambæ ſint compares, & coinuadentes: largo modo hemitritæa poteſt dici quælibet putridarum compoſitio dicta vicinitatis, & continuarum cum interpolatis, magis ex ea, quæ componitur ex tertiana continua, & quotidiana interpolata. Alia vero genere nominis erunt potientes, quia dicentur compoſitæ, nomen proprium non habentes. Et hoc modo compoſitionis dixit Gal. morbum compoſitum puta febrem in qualitatibus ſuis, & etiam cum ſua cauſa, & quidem cum hemitritæa continua, & interpolata diuerſi generis ſit complicata; quarum continua, quia phlegmatica prolongat non ſolum paroxyſmos, ſed etiam morbum totũ, & interpolata, ga cholerica abbreuiat, ſicut illa prolongat, & hemitritæa inquantũ huiuſmodi media erit inter chronicam, et acutã. Sed quia diuerſitas eius diſturbat in actione naturam, ideoque fiet chronicus, & extendetur fortaſſe vſque ad ſeptem menſes. Inquit enim Gal. morbus habens multam, & diuerſam materiam, longior eſt habente vnam,

1. de diff. feb. 7.

2. de diff. feb. 1.

2 ſpecies.

3 ſpecies.

Hemitritæa.

4. aph. 18.

4. aph. 40.

& si multam, illud si virtus sit fortis in tolerando. Et quandoque fiet acutus, & breuis, vt quia finitur in septimo, & illud propter magnitudinem sui, & molestiam accidentium. quare necesse est materiam subito vincere, vel vinci. Et quandoque extenditur vsque ad xiiij. vel xx. & vt plurimum est de febribus interficientibus. Si enim sola eius continua periculosa est, nulli dubium est, quòd si superaddatur alia feb. cum natura non possit sufficere, nisi raro, quòd plurimum sit interficiens, & mortalis. Et quandoque perducit ad hecticam, & alias difficiles ægritudines, vt est hydropisis, syncopis, mania, melancholia, & epilepsia. & illud propter impressionem in principalibus, & etiam cum illis plurimum euadit infirmus ab eo. Inquit enim Abuhali non est euadere ab ægritudinibus interficientibus absque cõtractione membri. Quod Gal. affirmat dicens. Raro sunt diuturni morbi de genere phlegmatis, vel melancholiæ, qui non imprimant lasionem alicui membro.

Dubiũ sanguis in venis est omnis humor.

Sed dubitaret vtique socius, quomodo possibile est feb. sanguinis complicari alijs, cum dictum sit supra auctoritate Galeni, quòd sanguis putrescens suam speciem non obseruat, sed definit esse sanguis, quia in alterius humoris speciem transit. Adhuc videtur quòd sanguis putrescens in venis, non febrem accẽdit, quin complicetur non tantum vni, sed omnibus putridarum continuis simul; sanguis enim in venis est omnis humor, vt Gal. & Abuh. loquens in humoribus dixit. si ergo putrescit sanguis, etiam omnis humor contentus in eo.

Responsio Falconis.

Respondit Falco, & quidem dicens ad primum sicut supra in feb. de putredine sanguinis dictum est. Ad secundum vero dicemus, quod sanguis vere est omnis humor in potentia, sub forma tamẽ sanguinis nobis apparens, sub qua est contentus, vt quia adinuicem vnit sunt vera mixtione quo ad nos, licet actu sint inter se diuisibiles per naturam. quod patet. Si enim cum phlebotomia euacuatur, quæ immediate, & directe educit ex venis, & receptis vase aliquo per seipsos distingui videmus, quanto magis per naturam *distinguuntur* in venis, & vnus, vel duo intranspirabiles facti derelinquantur à natura, & putrefiant alijs remanentibus cum natura.

Dessgnis.

Signa compositarum febrium ex signis simplicium sunt confusa. Et proinde cognosci difficilia, & magis si compositio sit ex his, quæ eiusdem sunt generis, vt tertianarum, & continuarum, quotidianarum, & quartanarum simul, vel interpolatarum ipsarum. Et etiam synochæ cum tertianarum aliqua, vel continuarum, & interpolatarum eiusdem generis; & est tertiana continua, & interpolata simul complicata, & sic de alijs. Inquit enim Arist. propinquorum difficilis est cognitio, & electio: & maxime si secũdum modum coinuasionis compositio sit earum: est enim difficilis cognitionis modus talis magis, deinde modus subintraneus, & deinde modus coalterationis. Sed si quidem sit compositio ex febribus diuersi generis remoti, vt putridæ, & hecticæ: vel propinqui, vt est compositio quotidianæ, & tertianæ, vel quartanæ inter se, & synochæ cum quotidiana, vel tertiana, vel quartana, eius cognitio est minus difficilis; & proprie si per modum coalternationis existit, deinde subintrationis, deinde coinuasionis, qui difficilior est inter omnes, & proprie in hemitritæa. Inquit enim Arist. In longe distantibus distinctio facilis est, & electio. Et quidem ex eis sunt quædam communia, & quædã propria. Et communium quædam sunt, quæ sunt communia speciebus coimpositionis febrium, quæ diuersi sunt generis, vt putridæ, & hecticæ. Et sunt quia cum videris febrem putridam sumpto cibo fieri incontinenti ascensum caloris, vel feb. continuam habere incontinenti ascensum caloris post cibum, cum duritie, paruitate, & inæqualitate pulsus, & superaddi rigorem, vel frigus aliqua horarum, & deinde calorem declinare cum humectatione, remanente pulsus duritie cum febre, & tunc iudica compositionem hecticæ cum putrida febrem præcedente, vel sequente. Et quædam eorum sunt, quæ sunt communia speciebus compositionis febrium eiusdem generis propinqui, vel speciei. Et sunt quæ Abuh. posuit, cum ait. Et est videre febrem concluſam, & in ea rigor & non sudor. & fortasse accidit in rigoribus pluribus sudor vnus, tunc testifica in ea compositionem febrium eiusdem generis, supple ex continua, & interpolata. Et similiter cum videris inconclusam superfluitatem in frigore, & rigore, sed pro quia fortasse parum est de ea inclusa. Inquit enim Galenus, Omnis feb. continua secundum rationem suiipsius cum certa fuerit, nullum horrorem habet, neque rigorem, neque quæ composita est ex eis erit horrida simul composita. Et similiter cum videris addi febres, & extendi vltra debitum, & non etiam deficere calorem, tũc iudica compositionem continuarum. Et similiter cum feb. videris incipere cum horrore, & addi cum calore eius ascendente vltra debitum eius, vel incipere cum rigore, aut frigore, & ascendente calore superaddi rigorem, aut frigus, & extendi calorem, & in calore sudorem, & post sudorem remanere calorem, & deinde declinare cum sudore, vel absque, vel declinare, tunc iudica compositionem ex interpolatis. *2. de Crisi. 12.*

Signa vero propria sunt signa, quæ vnicuique speciei compositionis conueniunt, quæ per te poteris arbitrari, cum hic ponere omnia sit difficile, & longinquum. Solius autem illius compositionis, quam Hipp. proprie hemitritæum nominauit, signa ponemus. Et sunt, nam incipit in prima die compositionis cum horrore: ascensus caloris est inæqualis, & dispartitus propter materiæ diuersitatem, & pugnam earum inter se perterrentem naturam. quare retrahitur natura, & multiplicabitur horripilatio bis, & ter, vel amplius. & proprie apud ascensum caloris, etiam illo die febris minoris acuitatis erit, quam expediat tertianę, & minoris obtusionis, quam cõuenia quotidianæ, & eius status est longior, quam tertianæ conueniat, & breuior quam quotidianæ; & cum pluribus accidentibus, & intensis magis, & cum repellit tepescit plurimum absque sudore, & quandoque cum sudore propter declinationem tertianæ, nec cessat ex toto, quia cessante tertiana remanet calor quotidianæ continuæ. Et in principio commotionis, & inuasionis est plurimum subeth, & stupore euigilatiuo, & in statu cum alienatione propter intẽsionem febrium duarum adinuicem coniunctarum inflammantium cerebrum valde.

Et propter repletionem eius ex vaporibus diuersis, & multis, & cum inquietudine, & angustia multa. Et pulsus est velox, & frequens, inordinatus, & inæqualis propter diuersarum materierum pugnam cum natura, & grauamine ipsius. Et exeuntia per vomitum, & per secessum sunt ex cholera, & phlegmate æqualiter mixta, vel coniuncta. Et vrina est mediocris in substantia, & colore, inter vrinam continuæ, & vrinam tertianæ, & plurimum ei distans, nec phlegmatica, nec cholerica. Sequenti vero die stabit febris, & superaccendetur cum frigore pauco absque horrore, & calor est minor, & etiam accidentia, deinde tepescit. Sed in tertia redibit aliquid quod fuit in prima die compositionis propter complicationem, tunc tertianæ cum quotidiana, & commotionẽ materierum earum simul, & concurrent confimiles circunstantiæ ex complexionis, & consuetudinis mutatione, & aliarum operationum ad generationem diuersorum humorum, & phlegmatici, & cholerici.

Cum vero compositio quotidianæ continuæ, & tertianæ interpolatæ naturam certam non seruauerit hemitritæi, neque modum. vt quia materiæ vtriusque non sint pares, dominantis signa dominabuntur. Et si cholera dominabitur, erit horripilatio magis ad rigorem tendens si phlegma minus, & magis ad frigus, & dominante phlegmate puro incipiet cum stupore, cholera vero dominante cum alienatione erit in augmento, & statu, & sic de alijs. Et si secundum modum subintrationis existat apud statum, & augmẽtum caloris videbis superaddi rigorem, continua sit precedens, vel frigus, & paruum typum, si tertiana precessit, & extendit calorem vltra debitum præcedentis febris. Et quandoque in declinatione

tertianæ

tertianæ sequi sudorem, quandoq; vero non, & maxime quando cõtinua superuenerit tertianæ, quoniam humores eius restringit sua frigiditate, & sua superaddita caliditate consumit. Si vero secundum modũ coalternationis existat compositis in mixtis, & continuis, & interpolatis, vel ex solis continuis, talis cognitio locum non habet, sed in interpolatis solum. Et quidem cum compositio fiet ex tertiana continua, & quotidiana interpolata, quam Serapio purum hemitritæum dixit, quoniã si sint coinuadentes, non coinuadunt cum horrore, sed cum tepore magis, vel frigore pauco, & alia succedit, sicut est in commixtione præcedenti, si vero sint subintrantes, similiter. Sed si sit compositio duarum continuarum, etiam si sint diuersi generis, vel speciei, omnino non erit horrida, sed calor fortior, inquietudo, & angustia maior, & accidentium vehementia. Sed si quidem sit duarum interpolatarum, & sint eiusdem generis, vel speciei, vt plurimum sunt subintrantes, vel coalternantes, & tunc videbis, si subintrantes sint prolongatos paroxysmos febris. Et quandoq; stante vna feb. secunda, declinare ipsius primam cum sudore, & quandoque sine, & non deficere in febricitatione, & quandoq; deficere. Si vero coalternannantes sint, vt quia quælibet suum diem occupat, signa erunt distincta, & manifesta. Et siquidem sint tres interpolatæ quartanæ complicatæ, quælibet suum diem occupabit in affligendo. Si vero tres tertianæ, vna die erunt duo paroxysmi, altera vnus. Et si duæ quotidianæ quolibet die duo secundum alterum trium modorum, vel prima die erit vnus, alijs duobus, duo.

De cura. Et cura compositarum febrium duplex est, generalis, & specialis. Generalis est, quam Gal. demonstrauit dicens. Singuli morbi simplices simplici medicina medicabuntur, compositi composita; & si æquales sint æqualibus; & si inæquales inæqualibus, vno plus, altero minus. Specialis quæ vnicuique speciei compositarum conuenit, quæ ex cura simplicium prædictarum potest haberi. Inquit enim Galen. Nos enim non possumus vti medicinis compositis secũdum canonem, & viam rectam, nisi quando sciuerimus virtutes medicinarum simplicium, & in hoc est necessarium ingenium, & vsus lõgus. Et est duplex, vna quæ debetur compositis, & diuersis generibus remotis, vt ex putrida, & hectica. Alia quæ debetur compositæ ex generibus propinquis, vel speciebus eorumdem. Prima prætermissa vsque ad accidentium correctionem tanquam ea, quæ est composita ex causa, & effectu (dictum enim est supra, quod vt plurimum ad hecticam perducit causon, & aliæ putridæ, quæ multum prolongantur) de secunda cõpositione, quæ ex generibus, & specieb. fit putridarum, dicendum, & de specieb. eius. Et quidem de omnibus difficile, & quasi incomprehensibile esset dicere, & proinde de cura eius, quam Hippo. veram hemitritæam appellauit, dicamus tantum, vt per eam manuductus ad alias possis curam vnicuique, prout competit, ministrare.

Hemitritæi puri cura est quatuor res. Est ergo sciendum quod hemitritæi puri, & certi, seu veri, cura specialis est quatuor res, quæ ex cura simplicium sunt collectæ, scilicet abscissio causæ, alteratio febrilis dyscrasiæ, & regimen in diæta, cibis, & potibus, & correctio accidentium. Causæ abscissio prior est alteratione febrilis dyscrasiæ, curationis enim intentio magis vertitur in hoc morbo supra causam quã supra febrem, eo quòd causa eius multa est, & diuersa materiam aggrauans, & sua inæqualitate dyscrasiæ molestans, & perturbans, & terrens. Inquit enim Abuhali. Mala complexio diuersa, deterius in corpore efficit nocumentum, quam consimilis, & æqualis, licet sit mala, febr. vero in acuitate est propter phlegmatis mistionem remissa. Completur autem ipsius abscissio alteratione, & euacuatione. Alteratio vero minoratione, qua in materia multitudo est, & diuersitas, & adæquatione in residuo. Minoratio vero habet compleri cum clysteribus leuibus, & vomitibus in principio, quæ mundificant intestina, & stomachum, & educunt minorando ex primis venis, vt supra in quotidiana est dictum. Et deinde ex minorantibus ex aliis venis, & partibus subcutaneis, vt cum prouocantibus vrinam, & sudorem cum leuitate si peccatum sit in sanguine cum phlebotomia minoratiua, si virtus, ætasque consenserint, vel cum proportionalibus eis, & alijs solutiuis absque stypticitate multa, vt sunt myroba. & eis similes. Ex quibus proprium est absynthium quod subtiliat, & abstergit phlegma, & choleram educit. Si peccatum in sanguine non apparet, sed oportet quòd postponantur talia solutiua vsque post septimum, vel octauam, donec sit facta aliqua digestio in materia, cum ex se indispositа sit materia valde, & minoratione cũ eis, vt supra in quotidiana est dictum, quasi materia dissoluetur, & non educetur ex illis, nisi ex eis, quæ naturam leniendo soluunt, non inquietant, & cõmouent, & sic digestioni resistunt, vt sunt aqua alubleb, geleniabin, & medulla cartami, propter phlegma. Et cum tereniabin, & siracost, aqua porrorum, & hodei cum syrupo violato, & melle, casia fist. propter cholerã. Oportet autem vt talia sint æqualiter mixta secundum partes, vel tempora, cum hæ ambæ materiæ sint æqualiter superantes, quòd si inæquales sint, prædominanti attendatur in commistione earum magis, talia n. mundificant sanguinem, ab eo phlegma, & choleram minorando, dimittunt naturam lenificatam, & materiam, & deinde residuum ipsius digestioni completæ dispositum, & eradicationi. Oportet quoq; vt clysteres, & vomitus sint cũ his, quæ materiam vtramque recipiunt, qualia sunt clysteres ex aqua decoctionis maluarum, violarum, mercurialis, & furfure, cum casia, & melle viol. & succo betæ cum oleo violato, & amygdalarum amararum, & sale. Et qualia sunt ex vomitiuis, syrupus acetosus cum aqua raphani propter phlegma, & aqua tepida decoctionis seminum artiplicis cum aceto propter choleram. Sint autem æqualiter mixta, vel inæqualiter, si inæqualiter, sunt materiæ abundantes, & similiter prouocatiuæ vrinæ ex calidis diureticis, & frigidis mixta, quæ sunt nota, & etiam sudoris; vt est vinum, vel oleum anethinum cum aqua tepida, quæ illorum remittit caliditatem, deinde supra residuum materiæ oportet procedere cum adæquatione ipsius, & maturatione, quæ via est perueniendi ad statum salutis, & dominetur supra materiam morbi, donec diuidat, & complete expellat, aut ex se critice, aut medici artificio coadiura. Completur autem eius adequatio cum his, quæ ex simplicibus, & compositis dicta sunt supra in cura quotidianæ, & tertianæ, in simul mistæ secundum materierum necessitatem. Et cum alijs simplicibus, & compositis appropriatis. Et ex simplicibus, vt aqua hordei cum virtute piperis, qua Hippoc. & Gal. curauerunt hemitritæum. Et est vt in lib. ij. aquæ ipsius bulliant grana piperis nigri contriti quadraginta, & in pecia rara ligata sufficienter, deinde coletur, & reseruetur, detur cum fuerit opportuna non in potu cum cibo, vel sine; sed in ieiuno cum melle ro. vel post syrupum acerosum per duas horas, quoniam abstergit quod digestum est per syrupum, & fert maturationem in reliquo vtriusque materiæ; natura enim sapientissima, nostra dispensans corpora, in tali medicina composita ex eis, & alijs similibus sunt, ex quo permistionem illorum confrangi eorum adinuicem sunt excessus, & reducta est ad temperiem cum temperamento eius existente in composito, resistit, & alterat materiam calidam, arq; frigidam, & febris excessum, & cordis inflammationem remittit. Et deinde si expediat ad digestionem illarum complendam magis segregat inter ea, & ponit virtutem calidam piperis ad partem phlegmatis digerendam, qua corpora febris, & cor non inflammantur, cum à virtute aquæ hordei sit confracta, sed sit aqua hordei cum sua virtute adiutrix virtute piperis ad penetrandum in venas, in quib. phlegma peccans exit. Et eius virtutem ponit ad partem choleræ, & cordis, ne inflammetur, sicut princeps Abu. contradictioni Galeni respondit, quòd Galenus confirmauit, cum dixit omnium natura operatrix, medicus vero minister. potest nãque operator magister, ex ministratis sibi discipulum instrumentum vnum, quod est necessarium

1. de facul. simpl. med. cap. 24.

Armed. cap. 31.

eſſarium ſibi eligere,ad hoc,aliud vero in alio,& vnum recipere, & aliud prætermittere.

Aliter enim nec vnius ſimplicis medicinæ operatio erit in corpore, nec compoſitæ:operatio.n.medicinæ non niſi diſcretionibus,& regulationibus fit naturæ, vt dictũ eſt ſupra. Compoſita propria ſunt,quæ infra dicentur:digeſtione vero perfecta ſi natura critice, ſicut conſueuit expellat. ſilentium habendum. Si vero non; oportet, vt eradicetur cum prædictis omnibus,vel prioribus fortificatis in virtute,& augmentatis in quanto. Et cum ſolutiuis proprie, quæ habent educere à remotis,& vehementius,prout conuenit eradicationi,qualia ſunt,quæ in cura quotidianæ,& tertianæ,ſunt dicta. Alterationem febrilis dyſcraſiæ complent, quæ cum temperamento infrigidãt, & confortando omnia principalia ſic febrem remittant, & choleram alterent,vt non rapiatur ad caput, & alienationem vel phreneſim faciat, & quòd phlegma non incrudent, nec coagulent, ne ad ſtuporem, vel lethargiam perducant. Et proinde exterius applicantur tutius,quàm interius miniſtrentur,ſi bono modo ſufficiant,qualia autem ſint, ex prædictis eſt notum.

Diæta. Regiminis vero ordinatio,& diæta cibi,& potus, eſt, vt regatur cum cibis,& potibus ſubtiliantibus cum caliditate temperata; vt eſt aqua hordei,cicerũ,ficla,& aſparagus,borago,fœniculus,capparus,& conſimiles. Et cũ alterantibus,vt chiſt hordei,vel endiuia, lupuli,& ſimiles.

Et ex carnibus, & alijs virtutem nutrientibus,& magis confortantibus indigentiam eius ibi dictis,quandoq; in ſimul mixtis; vel nunc cum his, nunc cum illis.quales ſunt, quos etiam ſupra diximus in cura quotidianæ, & tertianæ. Sit autem craſſus mediocris,vel ſubtilis ſecundam quod arbitrari poteris longitudinem eius,& in alijs conditionibus ſit, prout in ſuperioribus dictum eſt. Accidentium vero correctio eius, eſt accidẽtium prædictorum in cura quotidianæ,tertianæ,& quartanæ, vt ſtuporis,& alienationis,& vigiliarum,lethargiæ,ac phreneſis, quorum ex cõmuni ſuperius eſt nota correctio. Et etiam hydropiſis, melancholiæ, epilepſiæ, & maniæ, ad quas perducet quãdoque,& apud receſſum eius. Et ex illis eſt hectica, ad quam frequenter perducit propter multiplicationem febrium in ea, & prolongationem ipſius, de qua ſtatim ſubiungemus capitulum ſpeciale duplex, primum de ea, & cura eius, ſecundum eſt compoſitionis eius cum putrida.

Syrupus ad feb. compoſitas. Deinceps medicinis ſubiungemus compoſitas, & expertas. Syrupus valens ad febres compoſitas, & permixtas eſt ſyrupus acetoſus diarhodon, & ſyrupus acetoſus de ſuccis herbarum; quorum deſcriptionem poſuimus in antidotario noſtro. Et ex appropriatis huius ſunt trochiſ.de abſynthio,& trochiſ.de roſ. Et ex appropriatis hemitritæo puro ſunt trochiſ. Abuh. qui Recipiunt roſ.radicum liquir. ana drach.iiij.tereniabin. drach.iij. ſpicæ, ſuccí abſynthij,ſpodij, ana drach.ij. Fiant trochiſ.drac.i. cum ſyrupo acetoſo.

Pilulæ bonæ ad eam, & proprie quando prolongatur, & lædit ſtomachum, & viſcera; & valent ad alias etiam compoſitas huiuſmodi malitiæ. ℞.alo.maſt.ſuc.eupatorij,myrob.rheu.ſuc.roſ.ru.ana partes æquales,croci,partem ſ.fiant pilulæ cum aqua endiuiæ,ſit doſ.drach ij.

Decoctio bona conferens proprie digeſtioni, ℞.aloes, maſt.ſuc.abſynthij; roſ.ana partes æquales,croci drac.ſ. Informentur pilulæ,& doſ.drach.ſ.mane.

Syrupus valens ad feb.compoſitas, quem compoſuit Abuha.eſt ſatis bonus.

Syrupus ad hemitritæũ. Syrupus ex inuentione noſtra efficax, & expertus ad hemitritæum verum. Recip. bedeguar, hyſſopi, haſce, lupulorum, graminis,endiuiæ,eupatorij,abſynthij,capiven.cuſcutæ ana vnc.i.ſem.cucurbitæ, citrulorum, melonis, & cucu.ana vnc.ii.ſchænanthi,drach.i.hordei,cicerũ.P.i.liquir.viol.roſ.ana vn i.zuccha.lib.i aceti.v. radicum communium vnc.ij. in pecia rara bulliant.corticum citri,ſandal.ſpodij, ana drach.i.cinnamomi,ligni aloes, ana.drach.v.doſ.vnc.ij.in aurora cum tepida.

Si vero continua ſit tertiana, & quotidiana ſit interpolata,multiplicentur frigida, & minorentur calida. Et illud ſi inæqualiter dominentur humores ambo, ſi vero æqualiter,etiam, ſed minus propter febris cõtinuitatem, ob quam vincit intentio choleræ.

Syrupus ex inuentione noſtra efficax,& expertus com poſitæ ex colera, & melancholia; Recipe radicum fœni. endiuiæ, ſcolopendriæ,petroſelini reſidentium in aceto, ana vnc.i.thymi,epithymi.ana vnc.ij.calendulæ,lauendulæ,capil.ven.lupulorum, ana vnc.i.liquir.paſſularum enucleatarum, ana vnc.i.lenticularum,aquæ, nenupharis,ana vnc.i.ſemi.communium,corticum capparis,ana vnc.i.hordei cicerum,ana P.i.ſucci boraginis,& bugloſſæ depurati.ana drach.vi.zucch.lib.i.geleniabin. vnc.iij. aceti.radicum prædictarum,drac.iij.Aromatizetur cum cortice citri, ſanda.ſpodij, & roſ. Doſ.in aurora ad digeſtionem procurandam.vnc.ij.cum tepida. *Syrupus ad feb. compoſitam.*

Syrupus alius ex inuentione noſtra ad compoſitam ex phlegmate,& melancholia, vt eſt quotidiana, & quartana. ℞.bedeguar,gummi,abſynthij,cuſ.thy.corticum cappa.orgigani,ſcolopendrię,cum radice eupatorij,endiuię, ana vnc. ſ. radicum quinque communium ſeruatarum in aceto, ana vnc.i.zuccha.lib.i. geleniabin lib. ſ. ſucci granatorum muzorum,& pomorum dulcium,an.vn.ſ. aceti prædicti. vnc.ij.in pecia rara bulliant, ligni aloes, cinnamomi ana vnc.i.

SVMMA III.

Particulæ primæ ſectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis febrium hecticarum.

SEquitur ſumma tertia,Particulæ primæ,Sectionis ſecundæ, quæ eſt de medicinis febrium hecticarum continens capitula iiij.

Generalis ſermo de febr.hecticis, & ſignis earum omnium in communi. Cap. 1. fol. 141
De cura hecticæ febris. Cap. 2. 142
De cura hecticæ ſenectutis. Cap. 3. 143
De cura,vel medicinis hecticæ compoſitę cum putridã. Cap.4. 144

De febribus hecticis, & ſignis earum omnium in communi, & eſt generale. Cap. 1.

HEctica corporis eſt exiccatio,et conſumptio. Et eſt duplex, quædam quæ eſt febris, & quædam, quæ non eſt feb.& nominatur hectica ſenectutis;de qua infra dicetur; licet ad ſectionem tertiam ſpectet, vbi de cura mœredinis (Chriſto duce) dicemus. Quæ vero eſt calor præter naturam acutus, & fortis in humiditatibus notis quatuor membrorum radicaliũ fundatur,& proprie cordis; cuius propria paſſio eſt omnis febris. Inquit enim Gal. non dicitur febris, niſi cum caleat cor. Cuius ſunt duæ ſpecies ſecundum Gal. ſcilicet hectica abſolute, & maraſmus incipiens,& completus;& ſunt ſecundum ſemitam inflammationis tantum,prout Haliab.voluit. Fit autem ſecundum duplicem modũ, quia aut eſt incipiẽs, aut alium morbum ſequens,& ſecundum cauſæ diuerſitatem. Cum enim incipiens eſt,eius cauſa interior eſt,& eſt caliditas aeris, motus corporei, & animalis, & aliarũ procatarcticatum cauſarum perueniens ad cor principaliter,& de eo ad radicalia mẽbra,vel e conuerſo,vel vtraque ſimul:& eſt plus inflammans, & ſua fixione in eis taliter, vt ſit calefacta, conſumens humiditates eorum ordinate ſecundum ſuperius dictum modũ,& eſt raro.Raro enim caliditas exterior peruenit ad cor, & radicalia membra, cum frigida ſint, & dura, quod inflammet ea vſque ad terminum,quin prius perueniat ad inflammandum ſpiritus, & humores ſua caliditate paratos, & ſubtilitate, & raritate ſubſtantiæ, niſi cum tantæ ſit acuitatis,& potentiæ,quod prætergrediatur illos tanquam ſubiecto indiſpoſita ad retinendum impreſſionem ipſius, & perueniat ad imprimendũ in ſolidis membris tanquam *Hectica duplex.* *1. de diff. feb.3. lib.cc.cap. 1.& 3.*

potentiæ

potentiæ ſuæ proportionatis, vt ſigatur in ipſis propter ſo A dum compaſſionis ex vicinitate vnius ad alterum, quare
liditatem ipſorum, & illud eſt raro, tamen poſſibile eſt. nutrimentum ſufficiens ad reſtaurandum, quod contin-
Similmodo pulchra. Inquit. n. Algagel, vidimus enim quod fulgur ferrea in- nue diſſoluitur digerere nequeat. Et proinde mẽbra cor-
ſtrumenta combuſſit, quæ in penariolo chirurgici conti- poris quotidie exiccantur magis, & magis, & hoc aut e-
nebantur, & penariolum dimiſit illæſum. Cum autẽ eſt rit naturaliter procreata in eis, vt eſt videre in melancho
ſequens alium morbum, cauſa eius eſt interior, & calor licis, aut accidentaliter acquiſita, vt ex aliqua ægritudine
eſt febrilis, ephemerarum minus propter debilitatem ip frigida, vel malo regimine, & proprie ex potu aquæ frigi-
ſarum, & durationis breuitatem, licet illum quandoque dæ hora non ſua tempore ſanitatis, vt * ſucceſſione exer- * ſucceſſio-
adiuuet membrorum diſpoſitio maior ad imprimendũ, citij inflammantis, & reſoluentis virturem, & aperientis ni.
vel putridarum magis, vt hemitritęarum, & proprie cau corporis poros, & meatus membrorum, ac prouocantis
ſonidum prolongatorum valde propter vicinitatem pu- vt aqua frigida ſubito trahatur ad viſcera, & debilitet; &
tredinis ad cor ipſum diſpoſitum, & alia radicalia mem- quaſi caliditatem naturalem extinguat, vel ex ſtolida cu-
bra. Et apoſtematum, & vlcerum magnorũ vicinorum ra, ex ſuperflua extinctione tempore ægritudinis, & fe-
membrorum propter vicinitatem propinquam, vt pul- bri, cum quis quæ aſſumuntur, & emplaſtrantur: aut ex
monis, pleuræ, diaphragmatis; licet apoſtemata talium vaporibus malis, & frigidis, qui eleuantur ad cor ab ali-
mẽbrorum citius mortem inducant, quàm ad hectícam quo membro, debilitãtibus eius calorem, & ſanguinem,
completam perducant, vel vicinitatem remotam, vt he- quare nutrimentum in corpore non completur, ſicut ac
patis, ſtomachi, renum, marricis, veſicę, viſcerum, & ani; cidit in ſimia Gal. Et hanc vocauit Philippus ex ægritu-
& proprie cum in cura ipſorum interueniat error. B dine ſenectutem, quæ eum confirmata fuerit, vt quia ſo-
Quãdo nõ debet hectica putrida ſe. contingat. Cum enim tales febres putridę accidentes prolongen- lida membra tetigerit valde, non curatur, & ſi eſſet cu-
tur, primum corrumpunt humiditatem corporis; poſtea rationis ingenium, vtique eſſet morbi, vt rex Abuhali
ipſum reſoluunt ſua vehementia, & rem ſiccam dimit- dixit, & Galenus.
tunt cineritiã, vnde dixit Abu. deinde procedit ad mem- Ex ſignis hectícæ quædam ſunt ſigna permutationis *De ſignis.*
bra ſanguinea, & ea exiccat, ac liqueſaciendo conſumit, aliarum febrium in ipſam, quæ *ipſam* minãtur: quædam
nec tamen adhuc erit hectica, licet ad eam ſit diſpoſitio ſigna ſunt ipſius per ſe incipientis, vel poſt receſſum alia-
magna. Deinde cum ad exiccandum, & conſumendum rum, quas ſequitur, & quædam ſunt ſigna ipſius compli-
humiditates ſolidorum peruenerit, & proprie cordis, he cantis cum putrida, à qua cauſatur. Prima ſunt progno-
ctícam facit certam. Et maxime cum in cura earum in- ſtica, & ſunt duplicia, quædam ſunt oſtendentia permu-
terueniat error, & ephemerarum ſimiliter, vt quia omit- tationem ephemeræ in hectícam, & quædam permuta-
tantur neceſſaria. Ex contingentibus interius approxi- tionem putridæ *in* eam. Prima ſunt, quoniam cum vides
mandis, vt eſt aquæ frigidæ potus, & exterius ſuper cor, vehementiam, & fortitudinem caliditatis in principio,
& hepar. Et extra miniſtrẽtur ex nociuis, & inflamman- pluſquam conueniat naturæ ephemeræ, & prolongatio-
tibus cum ſuperfluitate, vt emplaſtrum ex artomellis, & nem eius vltra tempus, quo declinare cõſueuit, quod eſt
intus, vt cibus carnium, & aquæ earum, & potus vini, & tempus horarum. xij. vt plurimum cum continuitate, &
electaria calida, vt diamuſchum, & ſimilia propter ca- fortitudine; & eſt multa corporis diſpoſitio in ariditate,
ſum virtutis, & frequentiam ſyncopis. Et quia in illis, & macredine, tunc timebis permutationem eius in he-
& ephemeris diatritum ieiunium obſeruetur in infirmo ctícam. Secunda vero eſt febris putrida principalis, & re
cholerico in ieiunijs laborantium corporis ficcitate, talis C mittitur, fitq; lenta cum continuitate æqualis, nec haber
enim error non prohibebit ab illis hectícam generari, periodos conſuetas cum rigore, vel typo aliquo, ſeu con-
ſed vt generetur auxiliabitur magis, ita, vt illis complice- trítione, cum pulſus coarctatione, quemadmodum pu-
Hect. ſenectutis quid. tur, vel illis recedentibus remaneat, & procedat. Hectica tridis, & natura ipſarum conuenit cum corporis ariditate incipiente, & vrina eſt digeſta, & vnctuoſa; tunc ſuſpi-
vero, quæ non eſt febris nominata hectica ſenectutis, eſt caberis putridam permutari in hectícam.
conſumptio, & exiccatio corporis, & membrorum om- Signa vero ipſius hectícæ per ſe venientis, vel exiſten- *Demonſtrat. & hec ſigna.*
nium abſq; feb. Et quidẽ vocata eſt hectica propter con- tis poſt permutationem illarum in ipſam ſunt demõſtra
uenientiam cum prædicta hectica certa, & vera, ſed com tiua ipſius. Et ſunt duplicia. quædam ſunt ſigna demon-
poſitio nomine ſenectutis propter differentiam, quam ſtratiua hectícæ febrilis, quædam vero hectícæ ſenectu-
habet ad illam. Conuenientiam enim habet cum illa in tis. Demonſtratiua hectícæ febrilis ſunt duplicia ſecun-
effectu ficcitatis, & conſumptionis, vtrobique enim eſt dum duplicem eius ſpeciem. Circa quod ſciẽdum, quod
ficcitas, & cõſumptio. Differentiam vero habet ad illam hectica in principio ſui, ſeu in prima ſpecie eſt difficilis
in cauſa, nam in prædicta cauſa ficcitatis caliditas infla- cognitionis, & facilis curationis, in fine vero, vel proceſ-
matiua, & febrilis exiſtit. In hac vero caliditas non eſt in- ſu, vt cum deuenerit in maraſmum, eſt facilis cognitio-
flammatiua, vt conſumat, ſed deficiens potius, & quaſi nis, & difficilis curationis, & hoc dum eſt incipiens in ſe
mortifera, vt nequeat nutrimentum alterare, quod reſtau cundo gradu, at impoſſibilis cum completus eſt maraſ-
ret membra corporis conſumpta, & exiccata humectet, mus, & factus eſt adubul; ſunt enim radicalia membra
& hoc propter defectum humidi radicalis, in quo funda- D ad tantam ariditatem ducta, conſumpta eorum radicali
tur. Quod contingere poteſt dupliciter. Vno modo na- influente humiditate triplicis generis, adeo quod quan-
turaliter, vt ex defectu caloris prouenientе in decurſu ęta tumcumq; nutrimenti apponatur, præ defectu radicalis
tum, & depaſcentia humidi ab eodem coadiuuantibus humidi, calor in eis, vt remaneat tecreari, ſeu viuificari
exterioribus cauſis in reſolutione ipſius, & hæc proprie non poteſt, quemadmodum in carbone licinij licet addi-
1. de differ. feb. 1. dicta eſt à Gal. hectica ſenectutis ab ætate. Eſt enim in ea ſcere; qui cum ad vltimam ariditatem deuenerit non po-
dominium ficcitatis cum frigiditate; ſenectus enim ſemi terit flammam ſeruare, nec vlterius ſuperaccenſionẽ re-
ta eſt ad mortem, quæ per frigidum, & ſiccum accidit ſe- cipere quantumcumq; ſuperinfundas oleum, ſed circum
1. de temp. cap. 3. cundum Gal. Et propterea talis hectica frequentius ſe- palpitat, & ſemp fit minor, donec toraliter extinguatur.
1. de diffe. feb. 8. nibus accidit, rarius iuuenibus, & rariſſime pueris, quam Hectícæ autem ſimplicis, & abſolutæ ſigna ſunt, nam *De ſignis hectica ſimplici.*
ſequitur contriſtabilis, mors vt Gal. dixit. Alio aũt modo ſiquidem incipiens ſit ſcias ipſam immediate fieri à ſo-
accidentaliter, vt quia fiat ab ægritudine aliqua conſu- lis procatarcticis præcedentibus cauſis, vt ab aeris æſtu,
mente; vt eſt hectica prædicta febrilis, vel alia ex prædi- ira, & labore nimio, fame, & ieiunio facto. Cum vero fa-
ctis, quę ficcitatem impreſſit, & cum extincta fuerit cali- cta eſt ſeu alium morbum ſequens, præcedere febres pu-
ditas exuperans inflammans, & exiccans, & remanſit ſic tridas dicas, nulla præcedente procatarcticarum cauſa-
citas cum æqualitate in calore ſcilicet, & frigore, licet ra- rum, quamdiu hectica ſola ſit videbis calorem ſuauem
ro contingat. Quandoq; vt plurimum ſuccedit cum fic- ſecundum primam immiſſionem manus; in moranti ve
citate, & conſumptione frigiditas membrorum, ſtoma- ro fieri mordicantem ſimul, & ardentem, & eſſe contri-
chi, & hepatis proprie ab ipſa complexione mala frigida nuum, & æqualem per ſe ſemper. Sed ſumpto cibo poſt
nutritiuorum ſimul prouenientе, vel ſucceſſiue per mo-

vnam

vnam horam, vel duas habere ſenſum incontritum, & & pulſum in magnitudine addere, cum in natura ipſius ſit, & omnium hecticarum ſemper debilem eſſe pulſum ſpiſſum, & paruũ. Cum vero pulſus talis cum prædictis ſignis ſic permanſerit, hectica ſola erit, & abſoluta. Cum vero mutabitur, quia debilis, ſpiſſus, immaturus, & durus appareat, tunc hecticam ipſam ſimplicem etiam marasmum noueris eſſe. Cuius quidem ſigna prompte apparebunt tanquam manifeſta valde; & ſunt, nam tunc pulſus erit paruus, debilis, ſpiſſus, & durus ad modũ caudæ ſoricinæ permanſiuæ, & vrina erit vnctuoſa magis, & petalas habens, & profundatio oculorum augetur, & corporis ariditas magna, & coloris mutatio verſus nigredinem faciei, ita vt incipiat fieri viſui verſutus, & ægrotans, & hoc quamdiu incipiens fuerit marasmus.

Pulſus.

Vrina.

Cum vero ad complementum deuenerit, pulſus prædictæ differentiæ augebuntur, & fient in modum caudæ ſoricinæ finitiuæ, & oculorum profundatio augmentabitur, vt oſſa palpebrarum appareant eminentia, & palpebræ remanent apertæ, & limpitudo in eis ſicca; licet ſomnus eius non proprie ſomnus ſit, ſed potius impotentia vigilandi; tempora applanantur valde, narium extremitates acuuntur multum, & oſſa maxillarum, & menti acuuntur; & in omnibus membris, & facie color mutatur ad nigredinem, & pulchritudo faciei perit omnino, adeo vt fiat tornatilis, & horribilis valde, & cutis totius corporis, & faciei arida valde, & puluerulenta, vt neque extendantur valde, & cum extenditur fiat ſuſpenſa, & pili elongantur in ea, & apparent pediculi, & oſſa pectoris valde eminentia, & diſtincta, & venter adhæret dorſo, ac ſi viſcera eſſent quaſi euacuata, & finaliter vngues curuantur. Cum ergo curuantur, & acuuntur, tunc incipit tendere ad occaſum, & liquefiunt chartilagines, & ſequitur mors incontriſtabilis ſicut in hectica ſenectutis. Cuius vera ſunt ſigna marasmi, & conſumptionis. neque apparet in corpore calor, & inflammatio, ſed frigiditas plurimum tactu perceptibilis, & eorum pulſus non eſt ſpiſſus, ſicut pulſus hecticæ febrilis, ſed debilis, tardus, & paruus, niſi fortis debilitas inſit, quoniam tunc incipiet fieri frequens ad modum formicantis, & proprie in illis, in quibus hoc accidit ex potu aquę. Et vrina erit alba ſubtilis, aquoſa, & in reliquis diſpoſitionibus eſt ſicut ſenex.

Signa mortis.

Signa vero hecticæ complicatæ cum putrida cognoſci ſunt difficilia, cum non ſint diſtincta, ſed adinuicem valde confuſa. Et ſunt, nam in calore lento, & continuo fieri videbis aſcenſum caloris contritum aliquãdo cum rigore manifeſto, vel aliquo alio typo, vel aliquando ſine manifeſto, ſed cũ pulſus coarctatione declinante eo cum ſudore, vel ſiti, aut cum euaporatione cum balneo remaneat caliditas, & ſiccitas in arterijs, & venis maior, quam in circumſtantibus partibus, cum velocitate, & ſpiritudine motus non diſoluti in eis. Et ſumpto tunc cibo iterum fieri eius aſcenſum in contritum, & iterum redire ad primum, & ariditas, & conſumptio maior, quàm conueniat putridę. Et vrina rubea, & vnctuoſa, & ſimiliter egeſtio vnctuoſa, & humoroſa, & quandoq; turbida.

Deſcribit hecticę complicatæ cũ putrida.

De cura hecticæ febris. Cap. 2.

CVra hecticæ febris, ſi ſimplex ſit, & ſola, vt quia, incipiens ſit, vel alium morbum ſequens, vt putridam febr. abſolute, vel cum apoſtemate, quod ceſſauit euacuatione putredinis. Cura deberur proprie cum morbus factus ſit, & non à cauſa dependens, licet dici poſſet incipiens, quia per ſuos gradus præcedens, & ſimplex, quia nulli alteri eſt permixta. Si vero applicata ſit alteri ægritudini, vt febri putridæ, à qua vt plurimum eſt cauſata; ſi enim putredo adhuc manet in corpore, cura ipſi debita erit, compoſita ex præuiſione, & cura, vt infra (Deo dante) dicetur. Et cura quidem vera, & ſimplex, quæ deberur hecticæ ſoli conſiſtit in duobus, in remotione nocentium, & in miniſtratione curantium. Nocentia autem ſunt omnia ex vi. rebus, calida, & ſicca E auferantur ergo omnia. Curatiua vero ſunt tres res, alteratio febrilis dyſcraſiæ, regiminis ordinatio, correctio accidentium. Intentiones, quæ à cauſa ceſſante, vt quia interiorem efficientem non habeant, quæ tranſiuit, vt putrida, licet conſeruantem habere poſſit, cui iam immediate eſt præuiſum.

Alterationem complent frigida minus, & humida magis; frigida enim cum fortia ſint, fortioris impreſſionis erunt quam natura membrorum in talibus facta valeat tolerare. Et proinde lædunt, & ſi dyſcraſiam calidam alterant, non tamen ſiccam, quinimmo cum naturam debilitent, ipſam à nutritione cum cibo deficere faciunt, quare feb. augebitur, & ſiccitas, & effectus eius, qui eſt conſumptio membrorum, maxime ſi ſint talia; quæ ſiccitati ſunt iuncta, vt trochiſ. camphoræ, & ſimilia. Sic ergo non debent eſſe intenſa, & dyſcraſiæ proportionalia, ſed remiſſa potius cum ſufficiunt ad infrigidandum. Et ſi non per quantitatẽ, & multitudinem, per F iterationem, & vices, vt compleant in longo tempore, quod oportet abſque nocumento, quod potuerunt, ſi fortia fuiſſent in breui complere cum nocumento. Humida vero cum non ſint vehementis impreſſionis, vt in naturam nocumentum imprimant, atque deſectionẽ; ſintque contraria vtique dyſcraſię calidę obtundendo, & ſiccæ alterando, vt earum conſumptionis reſtaurando, vel ſaltem made aciendo non ſint talia, quæ caliditati ſint iuncta, vt vinum, & carnes, poſſunt eſſe fortiora frigidis, & magis excedentia; ſi non eſſentialiter, & in gradu, effectualiter tamen, quia multiplicata in quantitate, & tempore, non tamen tantum, quòd naturam ſuffocent, vel ſaltem oppilent. Quod ſi neceſſitas vti fortioribus extinctius contingat, & frigidis, quæ ſint non cum humiditate, vel temperamento paſſiuarum, ſed ſiccitati cõiuncta, vt ſunt ex ſimplicib. camphora, ſandali, ſyrupus limonum & alia plurima; & ex compoſitis trochiſ. de camphora, oportet attendere illud conſeruare, ſic vt ante, vel poſt, G vel ſimul cum talibus frigidis humida miniſtrentur, & etiam aliquid calidi humidi quod dyſcraſiæ intentionem obtundat, & ſiccitatem medicinæ contemperet; calidum vero contemperet medicinæ frigiditatis exceſſum, ne membra percutiat, & in contrariam diſpoſitionem adducat, quę incorrigibilior eſſet prima. Et ad illud vitandum periculum intus frigida remiſſa immittantur, quæ humiditati ſint iuncta, vt iuleb viol. roſ. ſuccus hordei, & aqua ptiſanæ, & ſimilia, quæ ſi ſuperfluant, nõ multum nocere poſſunt. Et ſi conceditur interius aliquid eius calidi, miſceatur quod contemperet, ne noceat valde, vt dictum eſt ſupra. Et ſimiliter ſi humida, caliditati erunt permixta: talia autem frigida ſunt, quæ ſupra in cura generali ſunt dicta putridarum. Et ea, quæ in alteratione huius feb. ſunt propria ſecundum Galenũ ſunt duplicia, vt quæ intus aſſumuntur, vt medicinæ potabiles, & comeſtibiles, & qui inſpiratur aer; quæ quales oporteat eſſe ſubiungemus. Et quæ extrorſum applicentur, vt continens nos aer, cerata, & ſimilia; vt emplaſtra, H & balnea. Medicinarum potabilium, & edibilium quędam ſunt frigidæ, & ſiccæ, & earum quædam ſunt ſimplices, & quædam compoſitæ. Et ex ſimplicibus humidis potabilibus eſt aqua hordei ſimplex, vel cum calidis, aqua lactucarum, ſeminum communiũ, & omnium ſenſibilium, aqua lactis vaccini, à quo extractum eſt butyrum, & lac mucilago plyllij, & ſimilia. Et ex comeſtilibus ſunt prædictæ cum ſubſtantia propria, & ex frigidis, & ſiccis, roſ. ſandali, ſpodium, camphora, & ſimilia. Et ex compoſitis ſyrupus, & iuleb viola de cucurbitis, roſa & ribes, & trochi. & dactyli, de camphora, & electaria, quæ dicentur. Aer autem inſpiratus, & nos continens, debet eſſe alteratus frigidis, & humidis, vt ſupra ibidem dictum eſt; talis enim inſpiratus, & tractus per cutis poros, cordis dyſcraſiam alterat, & omnium membrorum, & proinde hyeme non calefiat cum igne, ne poros oppiler, & febrem inflammet, defendatur indumentis, ne fit congelatus, quo caſu accendatur in camera paruus, & leuis ignis.

10 meth. cap. 7.

Aer qualis.

1.

Cerata

Cerata. Cerata autem sunt secundum duplicem modum, scilicet simplicem, & compositum. simplex vt ex cera, & oleo ana compositum, vt est ex eis pigmentis siccis, adipe, & speciebus, quæ infra dicetur. Talia autem cerataria cum frigiditate, & humiditate, & permanentia multa in membris eorum dyscrasiam alterant. Sed vt illud agatur suis sint conditionibus prælectæ, quæ sunt ex parte suæ materiæ, & formæ, & conseruationis eiusdem modi, loci, & tẽporis, vsus ipsius. Ex parte quidẽ materiæ, vt sit oleum electũ, & est de cucurbita, salicibus, violatum, de seminibus melonum, & ros. quod suam frigiditatem impellendo stypticitatem moderatam suam magis humectat, quam oleum simplex, vt Gal. ostendit, non veniũt, sicut Galen. dixit. Sitque eorum cera alba, & munda, paucæ quantitatis, ne illud reddat spissum valde, & solidum, sit enim ex hoc difficile valde penetrabile ad profundum, maxime cum sit frigidum, & oleum sit vi-
Nota. scosum, cera spissa, & stiptica, & proinde si ex aliquo frigido valde subtili fieri posset, optimum esset, & efficacissimum, sed tale difficile est inuenire, vel impossibile. Et si acetum sit tale non simplex frigidum est, sed aliquid habens calidi, & ficci. Et proinde non ex eo fiat, sed ex eo aliquid illi admisceatur. Sitque oleum ablatum cum frigida aqua, vt sua caliditas (si quam habere possit) auferatur, & frigidum fiat, & humidum. Et proinde ex quo coagulatum est ceratum, abluatur cum frigida aqua pluries, & resideat in ea, vt conseruetur eius natura. Et vngatur frequẽter, ne calefiat, & vt alteret magis, sit eius inunctio supra membra principaliter passa, ex quibus caliditas inflammans ad omnia corporis membra procedit, vt est cor, hepar, & stomachus, & dorsum, sub quo vena magna existit extensa, multum sanguinem continens calidum inflammantem dorsum, & totum corpus, ad quod procedit. Alteretur ergo cum inunctione eiusdem cerati, vt ad omnia membra transeat alteratus, vt supra in generali cura putridarum est dictum. Et si totum corpus inungas est bonum, sed post balneum, vt apertis poris subintret amplius. Emplastra etiam, sicut in cura putridarum est dictum, sunt supra stomachum, cor, & hepar applicanda.

Balnea quoque debent esse suis opportunis conditionibus, prælecta scilicet materia, quantitate, & qualitate eius, loco, tempore ingressus, & egressus ab eis, & hora standi in eis, & alijs, quæ sequuntur ad ipsum, vt sunt aquarum dulcium calida, & frigida, calida oportet præcedere debent autem esse euacuata, vt rarificent non cõstipent, & resoluant, & semicupio facta pleno, abundanti aqua, vt totum corpus attingat, in qua sint cocta frigida, & humida ex herbis, & floribus, & fructibus, vt lactuca, semperuiua, melilotum, vio. & hordeum, & superaspersum oleum aliquod ex prędictis in domo locato, & iuxta lectum infirmi, vt in eis facilis sit ingressus, sitq; gradatus, & paulatinus, & post complementũ digestionis primæ, & antequam fiat vacuitas, & fęcibus euacuatis.

Sed ante sumatur aquæ hordei duabus horis cyphus vnus, in quo stet quo ad delectationem, & membra corporis, & cutis videantur in tumorem eleuari, nec sudet aliquo modo, tunc statim egrediatur, ne tracta humiditas nutrimenti ad membra resoluatur, & debilitetur ægrotans. Est enim tempus humectandi, & faciendi carnem acutam euaporandi locum secundum Gal. Et cum egressus fuerit, sequi oportet balneum frigidæ aquæ. Sit autem paucæ frigiditatis, & quasi tepida, & super corpus præbalneatum in calida subito effundatur, vt tracto calore ad ipsam, non effundatur a frigiditate illius, sed propterea debet esse paucę, vt calor retrahatur in membris, atque humiditas tacta retineatur, & non permittatur resolui, sed infrigidet, & humectet. Et proinde in lecto de
Nota de lecto. corio aqua pleno, vel vento hora æstatis proprie ex tunc locetur, vt quiescat, nec cooperiatur, vt sudet, nec quoque vt rigeat. Tale enim balneum per se, & per accidens talibus confert. Alterat enim caliditatem resoluendo humiditates corporis inflammantes illam sua caliditate temperata acquisita, & sua naturali humiditate subintrante poros siccitatem membrorum, & ariditatem madefaciendo, & irrorando humectat, & sua frigiditate naturali, ad quam redire est apta, inflammationem extinguit, quod in alio euenire auxilio ex prædictis difficile est, si enim per se conferat, per accidens nocet, & e conuerso, & ex tunc detur illico lac.

Si vero contingat ex tali frigido balneo naturam terreri quandoque, eo dimisso docuit Gal. post exitum corporis à balneo calido, oleis prædictis, & ceratis inungi propter eandẽ causam, quod melius est cum non terreat, & magis humectet cum magis permaneat, vt supra auctoritate. Gal. dictum est. *10 auctio 10.*

Et deinde lac dare, & dimittere infirmum quiescere, donec lac digeratur vsque ad horam diei tertiam prandij. Et post digestionem fricare manibus mollibus, donec rubeat cutis, vt nutrimentum lactis trahatur ad mẽbra. deinde hora tertia cibare, & quiescere vsque ad cœnam, & tunc ante cœnam fricare iterum, deinde cibare, & permitte quiescere, & dormire vsque ad secundum balneum in mane sequenti. deinde similiter agere, licet non sit malum bis, vel ter in die ingredi balneum, maxime si delectet.

Sed lactis conditiones oportet hic attendere, quæ sunt plures, ex parte animalis scilicet, à quo accipitur, & regiminis eius, à tempore sumendi, & à modo, à quantitate, & mixtione. Animal autem sit mulier, seu fœmina iuuenis, & sana. Est enim melius lac mulieris, & proprie naturæ ætatis cæteris propter conformitatem, si non abhorreat æger; vel asinæ similiter, vel capræ iuuenis, & pinguis, & sit earum regimen in frigidis, & humidis cibis, & potibus. *De conditionibus lactis exibendi.*

Tempus autem sit post balneum illico, & si præmittatur emulsio eius supra dorsum ante ingressum balnei bonum erit. Modus autem sumẽdi est, vt fugat patiens de papillis, ne alteretur ab aere antequam sumatur, & hoc si tolerat, quod si nõ statim cum nullum fuerit cum naturali caliditate propinetur. Quantitas autem eius quam digerere bene possit. Et proinde primo parum detur in quantitate vnc. iij. quam si bene digerit, addatur ad eam paulatim, donec ad sufficiẽtem peruenerit quantitatem, si vero male, minuatur ex illa, sed mixtum sit illi parum mellis, vel zucchari, aut salis, vt prohibeat eius casationem in stomacho, quæ penetrationem eius à membro prohibendo fit causam prauorum symptomatum, sicut supra in stomacho est dictum. Et canon dandi in potu lac acetosum, à quo extractum est butyrum, est proximus illi.

Regimen autem cibi, & potus, & aliarum rerum non naturalium completur. Nam oportet, vt eligantur ex cibis, & potibus frigidi parum, & humidi plus, & facilis digestionis, boni, & multi nutrimenti, quales sunt facti ex granis, & panis tritici ablutis in frigida, succus ptisanæ, aut hordei, coriandrum præparatum in pulmento habens aceti parum, & ex animalibus sumpti, & proprie lac vaccinum, à quo extractum est butyrum, quoniã est multi nutrimenti. Et aquæ carnis pullorum, gallinarũ, perdicum, phasianorum, ardearum, & hædorum, decoctæ cum coriandro, vel lactucis, carnes ipsæ, & testudinum, & limaciarum purgatarum, & cancrorum fluuialium, & serpentis albi, vel gallinæ nutritæ ex eo cum frumento decocto quando indiget præ debilitate. Et hepata gallinarum, testiculi gallorum, & oua sorbilia, & caseus recens pinguis non salitus, si appetit. Sint autem carnes decoctæ in aqua hordei cum lactucis, vel assæ parum, vt humiditatem naturalem conseruent, & prępparatæ in gelea acetosa parum. Et ex fructibus recentibus, cucurbitę, citruli, melones dulces, & indi, in quantitate pauca, & granata dulcia, & poma. Et ex siccis amygd. pineæ, fisticij, & auellanę. Et ex potib. sunt aqua hordeacea, & aqua frigida, si non fuerit, quod prohibeat; non tamen sit multa, & fortis frigoris, ne extinguẽdo caliditatem subito ad mortem, vel saltem ad hecticam senectutis adducat, quę difficilioris curationis existit, sed longioris vitæ. Et forte esset melius perduci ad illud, quam in marasmum completum *Administratio victus.*

completum per eam, vbi ad curam alia non sufficeret medicina. Fortasse propter debilitatem,& digestionem conceditur vinum subtile, album, pauciferum, bene lymphatum cum frigida. Tempus autem eius, & hora sit consueta; quantitas vero pauca, & sæpe; sic enim conuenit ei, cum morbus de inanitione cum virtutis defectione existat. Et etiam ex cibis, & potibus, & medicinis humectantibus ministretur, quod supra in cura malæ complexionis siccæ stomachi dictum est. prouidendum autem ne in oppilationem perducant. Aliæ quoque res ad humiditatem mutentur; his enim omnibus, vel pluribus hectica simplex, vel sola curatur facilius. Quod si negligatur eius cura vt transeat in marasmum difficilius curabitur, vt est dictum. Oportet ergo tunc, vt multiplicentur prædicta, & diutius ministrentur,ne transeat in marasmum completum, qui omnino est incurabilis. Et proinde curam dimittere melius est, si non desperet infirmus,quapropter prosequenda est cura, sed cum protestatione siue prognostication præmissa. Melius est enim cum spe benigna mori infirmum, quam sine spe ipsum signis prognosticis dimittendo, vt Galen ait. Oportet autem, vt in balneum cum linteo imponatur, & extrahatur, cum non possit per se egredi, sicut tempore præcedenti.

Gal. 3. de sanit. tuen.

Accidentium vero correctio est accidentium, quæ superuenire consueuerunt hecticis, quibus ante aduentum melius est obuiare quàm post aduentum remedium inuenire. non enim tunc bene corrigibilia sunt,præ debilitate naturæ ex corporis consumptione in ipsa. Et sunt syncopis, de qua supra est dictum multoties, & fluxus ventris, vt diarrhæa, & ex defectione virtutis est, & ipsa est causa maioris defectionis ipsius. Sit autem cibus eius ex pane tortellarum de scen1, ex lacte decocto cum lapidibus fluuialibus ignitis, vel ferro, aut igne solo, donec consumatur aqueitas, quia fit solutiuum, & farina panicij,milij, vel rizi, decocta cum ipso; & carnes prædictæ assæ,& potus eius aquæ ferreæ,vel pluuiali, & vini styptici, & pontici. Et medicinæ eius, ex simplicibus, spodium, gummi arabici,charabæ,sem.acetosæ, granorum berberis,psyllium assum,et bdellium mechium proprie, & sumach. Et ex compositis, est trochis. de spodio, de dactylis, de balaustijs, & de terra sigillata, si ad excoriationem deuenerit,& cum clysteribus,emplastris,& alijs medicinis,quæ superius habuisti. Et ex illis est appetitus defectus, de cuius rectificatione supra in sectione prima de medicinis stomachi dictum est.

Confectio trochisc.de dactylis. Rec.dactylorum immaturorum,vnc.iiij.spodij armeni,aur.iiij.ros.drach.vj. portulacæ, citruli,cucurbi.charabæ, ana drach.iiij.fiant ex eis trochis.dosis,drach.ij.

Confectio ad fluxum ventris.

Confectio alia ad fluxum ventris. Recip. boli armeni vnc.v. castanearum torrefactarum, ros.ana drachm.iiij. spodij, charabe, berberis, ana drachm.iij.fiant trochis. drac.i. cum succo cytoniorum, & detur in potu cum aqua pyrorum.

Balnea. Fortasse.
** Montis ortphuj.*
** Calderij.*
** Regina.*

Balnea conuenientia talibus,sunt thermarum naturalia. Et propria sunt balnea *orthodonice, *calaturæ, & arcus, & tripergulæ, & balnea *resinæ. In æstate artificialia, sicut aquæ fontis dulcis simplicis, vel decoctionis rerum humectantium, vt herbæ crassulæ, vel semperuiuæ, & vermicularis, & cymbalariæ,violarum nenupha. hordei,meliloti, & chamæ. Et sunt qui supereffundunt oleũ vio.vel de amyg.vel de curcur. vel sem.eius,vel melonum,vel ipsorum, lac mulieris,& est efficax. Et aliqui decoquunt axungiam animalium, & clysterizant cũ ea.

Ceratum ad est.

Ceratum expertissimum ad os post balneum, quo inungitur dorsum, spina tota, & vniuersum corpus. Recip.axungiæ gallinæ, anatis, anseris, & porci recentium, ana vnc. iij. medullæ crurum vituli, vnc.iiij. lactis mulieris, vel asinæ.vnc.iiij. olei viol.olei sesami.vel amygd. dulcium, ana lib.semis, ceræ albæ.vnc.vj.ita, quod fit liquidum parum, succi crassulæ, vel semperuiuæ, vnc.ij. puluer is ros.drach.i. & est efficacissimum ad hecticam febrilem, & senectutis, & etiam sine succis pluribus fri-

gidis dictis. Et sunt qui ad extinguendam inflammationis intensionem induunt ægrum camisia sandalis lota cum camphora. Sed in ea est timor, sicut supra in capitulo generalis curationis est dictum, & in sudore diaphoretico sectione prima.

Electarium restauratiuum consumptionis ipsorum, valde efficax, & expertum. Rec.seminum lactucarum, portulacæ, papaueris albi, ana drachm.i. seminum cucurbitæ, melonis, & citruli, ana drachm.iij.sem. cytoniorum mundatorum, drac.iij.liquir.drac.i.semis. coti mundi. dra.i.s.sem. sesam. dra.iiij. capitum viol.drac.i. & s.farinæ hordei, amyli, ana vnc.i. zucch.nabit.vnc.i. cinn.dulcis. vnc.ij.gummi arab.gummi,traga.ana drac. i.garyophyl.charabe, ana vnc.i.penidiarum, vnc.i.& s. spicæ.dra.i.syrupi ros.quod sufficit. Et impinguetur cum caricis, amyg. dulcibus excorticatis, pineis purgatis, fisticis mundatis, ana vnc.i. Dosis, qualibet hora in quantitate nucis, & superbibatur parum vini. Est efficax, & expertum in hectica febrili, & in hectica senectutis valda frigidis ex eo ablatis.

De cura hecticæ senectutis, & medicinis. Cap. 3.

HEctica senectutis si in senibus sit, curam non habet, cum in eis defectus virtutis naturaliter insit, & quod naturaliter inest semper inest, vel vt plurimum, dixit Aristote. habeatque in eis causam conseruantem, similitudinem ætatis scilicet, & complexionis concurrentis cum ea. Et proinde remediari poterit,non curari, quinimmo si sola ætas quædã naturalis ægritudo est, vt visum est Galen. cum in ea sit dolor, & labor incurabilis, quid si superaddatur accidentalis dyscrasia, & consimilis? certe multo magis incurabilis remanebit, & quid vltra si correctionem haberet? multo magis perpetuaretur vita, vel non haberet vtique tempus perficiendi operationes in melioribus. Si vero in iuuenibus sit plurimum curam habet, & magis si pueris insit; habent enim iuuenes naturam fortem, resumibilem naturaliter, etsi accidentaliter sit defecta, & pueri multo magis. Et proinde à fortitudine naturali apti sunt reduci secũdum magis,& minus, nisi accidentalis siccitas sit confirmata, vt quia tetigerit adeo membra solida, quòd tertia humiditas posita sit in periculo non vltra extendi iam totali consumpta,& si non in toto, in parte vtili,& maiori.

1. Thesic. tex. 4.
6. sen. tu. cap. 2.

Et quidem remedium in cura est sola dyscrasiæ siccæ alteratio, quæ quidem cum frigiditati sit iuncta,complebitur humectantibus calidis temperate, qualia sunt, quæ in cura hecticæ febrilis sunt dicta, minus eis, aut commistis aliquibus calidis odoriferis; & cum actuali caliditate minori approximaris. Ex quibus est balneum prædictum decoctis in aqua eius floribus chamæmeli,& meliloti, & calidius actu quàm febri conueniat: Et quale est lac, à quo non est extractum butyrum habens plus mellis, & mel ipsum, quod est vltimum in iuuamento istis, sicut vltimum in nocumento febrib. dictis. Et quales sunt aliæ medicinæ humidæ, & calidæ, & vt clysteria facta ex fœnugræco, semine lini, capitibus, & pedibus agni, oleo chamæmelino, & sesamino, & melle, & syrupi ex aqua decoctionis ipsorum, & proprie ex floribus chamæmeli, & sesamo, & zuccharo nabit, & melle. Et electaria ex calidis,& humidis,vt pineis, dactylis immaturis, passulis, fisticorum, amygda.dulc.liquir. & alijs similibus illis. Et ceratatia ex oleo sesamino, vel amygda dulcium cum cera rub. Et frictiones fortes trahentes non resoluentes. Et quales sunt cibi calidi humidi potentia, etiam actu facile penetrabiles, & velocis descensionis, in quibus non sit viscositas,sicut aqua carnis,& vitella ouorum forbilium,hepata,gallinarum pinguium, & carnes nouæ columbæ non pinguis valde cum aqua rosa & fructus prædicti, & potus vini maturi subtilis, & odoriferi conuenientis quantitatis minus lymphati. Et qualia sunt alia, ex non naturalibus rebus proportionabilia illis. Et si siccitas cum æqualitate acti-

Cura.

Diæt.

te actiuarum sit iuncta, cum eis fiet eius curatio, remissis tamen à caliditate naturaliter, vel artificialiter saltem mixtione.

De cura, & medicinis hecticæ, & putridæ complicatæ. Cap. 4.

HEcticæ febrilis cum putrida complicata cura est quatuor res. Prima abscissio causæ. Secunda alteratio febrilis dyscrasiæ. Tertia regimen. Et quarta correctio accidentium. Abscissio causæ, est putredinis euacuatio, & multa mundificatiua. Ipsa enim putredo existens febrilis putredinis causa immediata, quæ est causa hecticæ, aut causa est hecticæ mediata, & sic causa est causæ.

Et pro eo cura ab ea est recto ordine inchoanda, nam ea euacuata cessabit putrida, & hectica consequenter, & ea manente quantumcumque febris vtriusque magnitudo, & incensio possit remitti, semper tamen procedit consumptio propter reseruationem putredinis prolongantis febrem à remissiuis causatam. Inquit enim Galen. Non est possibile dispositionem vllam curare finaliter, manente adhuc causa faciente eam, & propterea à putredine inchoanda est cura. Inquit enim Abuh. cum duæ ægritudines iunguntur, ab ea inchoanda est cura, quæ causa est alterius, sine qua alia curari non potest. Qualiter autem, & quibus curetur, & euacuetur putredo superius dictum est. Alteratio quoque febrilis dyscrasiæ qualiter, & quibus compleatur medicinis superius est dictum. Et tamen quia dyscrasia febrilis est magna; nam ad consumptionem perducens quasi præuendicans supra curam, oportet, simul digerendo, & euacuando putredinem, dyscrasiam alterare, & si non conueniat in auxilijs vtrique, causæ scilicet, & feb. nec cõmune auxilium impendatur, & simplex phlegmatica, vel melancholica fit putredo, quod naturaliter talẽ inuenire est possibile secundum Galen. dicentem. Itaque in contrarijs dispositionibus difficile inuenire auxilium, quod multum profit, obsit autem nihil. fiat secundum artem compositum in partibus mixtum, aut diffinctum loco, vel tempore, quod sit æquale, siue inæquale, equalitate, & inæqualitate seruata, vt sic alteretur febrilis dyscrasia, quod non incrudetur putredo, & illud fiet si alterantia exterius, & interius remisse calida ministrentur. Et proinde lac denegetur, quantumcumque enim conuenit hecticæ immediate, magis tamen nocent ei mediate, quia putredinem auget, quæ causa est suæ causæ. Et similiter balneum, donec fit digesta putredo, & alijs auxilijs procuretur, quæ & si alteri nocent, non tamen valde, quæ tuæ discretioni relinquimus causa breuitatis, & regimen, & accidentium correctionem, cum omnia ex prædictis sint nota.

7. metho. cap. 12. Feb. 4. primi cap. 31.

Nota.

PARTICVLA SECVNDA, Sectionis secundæ, continens summas quatuor.

SEquitur secunda Particula, Sectionis secundæ, quæ est de medicinis apostematum, quę plurimum febris sequitur de partibus chirurgiæ continens sum. iiij.

SVMMA I.

Est de medicinis apostematum sanguineorum continens. Cap. 13.

Sermo generalis in apostematibus, causis, signis, & cura omnium. Cap. 1. fol. 144
De phlegmone, & est apostema sanguineum, & de medicinis eius. Cap. 2. 146
De apostemate glandularũ, seu phlegmone earum & medicinis eius. Cap. 3. 147
De phlegmone quod dicitur anthrax, & carbunculus, & medicinis eius. Cap. 4. 147
De phlegmone, quod spina dicitur, clauus, vel furunculus, & medicinis eius. Cap. 5. 148
De pruna, seu carbone, & igne persico, & medicinis eius. Cap. 6. 148
De vena egrediente, & medicinis eius. Cap. 7. 148
De panaricio, & medicinis eius. Cap. 8. 149
De apostematibus paruis, seu pustulis illius generis, vt sunt morbilli, & variolæ, & medicinis eorum. Cap. 9. 149
De exituris calidis extrinsecis, quia de intrinsecis in prima Sectione est dictum, & erit sermo generalis in terminationibus apostematum. Cap. 10. 149
De appropriatis apostematum secundum diuersitatem membrorum, in quibus fiunt. Cap. 11. 151
De esthiomeno, & cancrænis eius. Cap. 12. 151
De moro, & medicinis eius. Cap. 13. 152

Sermo generalis in apostematibus, causis, signis, & cura omnium. Cap. 1.

APostema secundum Galen. est tumor præter naturam, quo membra magnitudine deficiunt ab eo, quod est secundum naturam. Diuiditur autem, & variatur per genera, & species variatione suarum causarũ, penes quas eius cura, seu medicatio plurimum variatur, & proinde ad curam necessariam requirenda, prout ad Glauconem docuit Galen. quæ sunt quatuor, materialis, formalis, efficiens, & finalis.

Apostemata quid.

Materialis est duplex, vna in qua est omne mẽbrum habens regimen, adeo vt in osse, & cerebro etiam fieri possit; quamquam Serapioni videatur contrarium, eo, quòd recipere nequeunt extensionem magnitudinis, & tumoris, quæ essentialia sunt apostemati ipsi. Ad quod rex Abuh. respondit ostendens, quod in prædictis membris possit fieri apostema sic, omne qd recipit nutrimentum, & recipit augmentum superfluitatis ipsius, cum in eo collecta fuerit, recipere potest, & extensionem, & si non magnam, vt expedit in apostemate proprie, tamen aliqualem recipit, quæ sit similis apostemati sensui manifesta, vt hoc dici possit, ꝙ fieri possit apostema in eo; siue sit consimile, cuius ægritudo est principaliter; siue officiale, cuius ægritudo est consequenter, & tamen à natura eius mutata formã accipit scilicet magnitudinem, & tumorem, eo quod læsio naturæ ipsius, & operationis similiter eius magis manifesta est sensui quam læsio naturæ consimilis, licet principaliter sit in ipso.

Vtrum cerebrum, & ossa apostemari possint.

Alia materialis est ex qua. Et est quatuor humores, aquositas, & ventositas, penes tales cau as diuiditur in genera, & species essentiales. In genera, nam apostematum aliud calidum, aliud frigidum. In species, nam cãlidi quoddam est sanguineum, quoddam cholericum, quoddam commistum. Et frigidi quoddam phlegmaticum, quoddam melancholicum, quoddam aquosum, & quoddam ventosum, & ea, quæ generum sunt illorum licet ipsius materia plurimum mista sit. Verum quia morbi speciati cura magis propria est, & certa, apparetque apostema inquantum morbus, & accidens est, specificetur dupliciter, vt per subiectum in quo, & essentiam eius dependentem à materia eius ex qua, secundum duplicem eius generationem dictam. Et medicina, seu cura propria ei debetur secundum consideratione quidem, prout est membri organici, à cuius natura curationis sumitur ingenium, ratione cuius ita est morbus vni membro proprius, quod non alteri. verbi gratia, sirsen, phrenesis, lethargia, pleuresis, peripneumonia, & similia, ista sunt ita organicis membris, à quibus denominationem recipiunt, propria ægritudo, quòd non alteri, quia non hepati, nec stomacho, nec renibus, nec similibus, eis. Et sub hac ratione eius cura cecidit, seu pertinuit ad sectionem primam, vt quia in ea agit de cura apostematum occultorum membrorũ scilicet in profundo corporis positorum, quæ officialia sunt; secundum vero considerationem suæ essentiæ, qua morbus calidus est, &

eſt, & frigidus à natura humoris procedens, & ſic eſt ſimilis in conſimili membro, à cuius natura, curationis via ſumit ingenium, quia quantitas calefaciendi, & infrigidandi, & exiccandi, & humectandi habetur ab ea, & cadit, ſeu pertinet ad hanc ſectionem ſecundã, vt quia agatur in ea de cura apoſtematum apparentium ſcilicet cutis, & ſubcutaneorum, vt carnoſarum, quæ vniuerſaliter totius habitum comprehendit, licet infraſcripta cura inquantum generalis intrinſecis ſit communis.

Cauſa efficiens duplex eſt ſcilicet intrinſeca, & extrinſeca. Intrinſeca vero eſt duplex ſecundum duplicem modum fiendi ipſius. Nam aut fit ſecundum modum influxionis, & eſt, vt plurimum, & tunc cauſa eius erit triplex, vt ex parte influentis, ſeu mittentis, vt corporis totius, vel membri, & eſt plethoria, vel cacochymia, cum virtutis ipſius fortitudine non abſolute. Secunda eſt ex parte membri recipientis, & eſt debilitas eius naturalis, vel temporalis, & vacuitas diſponens ad recipiendum, & dolor fortis, & caliditas in attrahendo coadiuuans, etiam ſi non ſit eius ſitus inferior, & mittentis repletio non exiſtat. Tertia eſt viarum aptitudo, quia ipſarum largitas venarum, vel pororum de mittente ad recipiens protenſorum. Inquit enim Ioan. Modi morborum, ex* naturali melancholia cum aliquo humorum concurrentium ad infirma membra ſunt quatuor. primus eſt virtus membri impellentis, & debilitas recipientis, ſecundus eſt multitudo humorum. tertius eſt debilitas virtutis nutrientis. quartus largitas vię, vt pororum, vt ſupra in iuncturis eſt dictum. Aut fit per modum cõgeſtionis, & illud fit raro. Cuius cauſa eſt debilitas ſola membri, in quo apoſtema eſt, quare non ſuũ poteſt proprium conuertere nutrimentum totum, vel ſecundum partem, quia membrum ſit paruum, & nutrimentum multum; vel quia nutrimentum poſſit conuertere, ſed ſuperfluitates eius nequeat expurgare, vel quia debile in ſe, vel quia ſint multæ, craſſæ, & viſcoſæ, aut imbibitæ; & vel quia ductus ſint obſtructi; vel quòd deficit ei exercitium, vel euacuatio naturalis conſueta ei, vel artificialis. Inquit enim Galen. Etenim tentat quidem natura ſuis ſemper vtens virtutibus aſſimilare his quæ nutriuntur, quodcumque fieri poteſt benignum, expellere vero quod non eſt tale. ſi vero quandoque propter craſſitiem, vel viſcoſitatem, vel ſubtilitatem imbibitam, vel multitudinem ſuperfluitatis, vel propter quandam ſtructionem, vel propter ſui ipſius imbecillitatem nequeat ex ſe expellere, quod malum eſt, neceſſe eſt, & ipſum morans ſecundum animalis corpus corrumpi, & in ipſa particula ægritudinem procreari, vt apoſtema, quod vel erit fiẽs, vel factum. Fiens vt dum materia influit, vel generatur, & coadunatur in vacuis membrorum regionibus. Factum vero cum iam influxit, vel generata eſt, vel coadunata, & dicitur proprie extura. Et eſt habens quatuor capitula.

* Innatura li.

Congeſtio.

Cauſa. Cauſa vero debilitatis vtriuſque membri interior plurimum eſt malitia complexionis diuerſæ, vel æqualis, naturalis, vel accidentalis, & eſt humoris vitio, vt plurimũ, vel ſine obſtructionis cauſa plurimum eſt coarctatoria, & eſt multitudo humorum, & ſuperfluitatũ, & ipſarum craſſities, & viſcoſitas ex regimine procedens, vel natura membri, quia ſint eius ſuperfluitates tales, vt ſunt nerui, panniculi, oſſa, & ſimilia, & eſt cauſa antecedens.

Cauſa vero extrinſeca, & eſt cauſa primitiua communis, quantum ad vtrumque fiendi modum, eſt malitia regiminis non ſolum in cibis, & potibus, ſed in alijs omnibus neceſſarijs rebus non naturalibus, taliter vt ex eis procedant omnes cauſæ extrinſecæ prænarratæ, & motus humorum influentium, vel multiplicatio, & aggregatio ipſorum in membro apoſtemando, ex quibus ſunt maxime motus fortes, & corporei, & animales, & vinum, & etiam cauſæ non neceſſariæ, vt caſus, percuſſio, morſus, & ſimilia.

Cauſa formalis eſt detractio naturalis membri magnitudinis apoſtemati ab eo, quod eſt præter naturam. Et ſecundum hanc diuiſionem diuiditur apoſtema, quia

E aut eſt tumoris grandis, vt apoſtema eſt, aut parui, vt eſt puſtula, & borhor.

Cauſa vero finalis, quia aut erit ſalubre, aut mortale, quantum ad finem vltimum, aut quantum ad finẽ medium, qui eſt aliquo modorum ſex, quia aut reſoluetur, aut maturabitur, & ſaniatur, aut lapideatur, aut putrefit, & corrumpetur ſętenter, aut ſubito aperietur, et ſuffocat, aut permutatur. Et melior harum eſt reſolutio ſecunda maturatio, ſeu ſaniatio, mala eſt apertio ſubita, & ſuffocatiua, deinde corruptio. lapideatio vero media eſt, permutatio poteſt ſe habere ad bonum, & malum.

Signa. deinde ad curam apoſtematis certam, & com- *De ſignis.*
pletam, oportet inueſtigare ſigna generum, & ſpecierum, & cauſarum eius. Dictum enim eſt ſupra in principio operis auctoritate Galen. quod cura cuiuſlibet morbi confeſtim ſequitur cognitionem facientis cauſæ, adeo vt dicat ad Glauconem. nihil mirabile intantum me- *lib. 1. aap. 2.*
dicos peccare in ſanationibus, inquantum, & in cognitione falluntur. Signorum ergo apoſtematum quædam F
ſunt generaliſſima, quorum quædam ſunt exteriorum, quædam interiorum. Exteriorum ſunt manifeſta ſenſui, vt apoſtematum exteriorum membrorum, & ſunt tumor, & inflatio. Interiorum vero quædam ſunt eſſentialia, & communia omnibus, vt ſunt grauitas, vel tenſio, & inflatio, ſeu tumor ſi ad ipſum cum medio perueniat ſpiritus, vt quia fuerit in ſtomacho, hepate, vel ſplene. Quędam accidentia ex communitate propter vicinitatem, vel colligantiam, vt tenuitas in mirach vẽtris, extenuatio corporis ſubita, & in oculis concauitas repentina. Quædam ſunt ſigna generum ipſius. Nam ſi ſit calidum prædictis ſignis addetur inflammatio, & dolor acutus, & fortis, & perdurans. Et hoc ideo, quoniam in eo non ſolum eſt repletio, ſed malitia complexionis diuerſæ, & continuitatis ſolutio; quæ & ſi ſigna ſint, ſunt etiam concauſæ, vt ſupra dictum eſt, quibus fiens apoſtema, ſi non obuietur ad factionis complementum breuiter producetur. Et proinde Hipp inuenimus in apho. *In apho. 5.*
G dixiſſe. Dolores in lateribus, & pectoribus, vel in alijs corporis partibus ſi multum ſteterint ad diſcernendum, mali ſunt, & eſt etiam febris; maxime ſi ſit cordi propinquum, & putrefactum, ſeu ſaniem faciet, & etiam comitantur illa. Et ſigna ſpecierum, quæ ex materia ſunt dependentes, ſunt ſigna materierum ipſius, ex quib. fiunt, quæ infra dicentur. Et ſunt in ſumma. Nam ſiquidem ſit calidum, & materia eius ſit ſanguis, accidentia prædicta erunt obtuſa. Si vero cholera, erunt intenſa. Si vero adufta, erunt intenſiora. Si vero frigida, dolor erit paruus, nec tumor magnus, & acutus, quia materia eſt diffuſa, & viſcoſa non bene congregabilis, nec eſt febris inquantum huiuſmodi, niſi per putrefactionem caliditatem acquirat.

Et ſigna ſpecierum infra dicentur, & ſunt in ſumma *De ſignis.*
ſigna dominij phlegmatis, vel melancholiæ, & ſi peruenire poſſit ad ea ſenſus, in phlegmatico ſentiet frigiditatem, albedinem, & mollitiem. In melancholico duritiẽ, & ſiccitatem abſque dolore omnino. Et in ventoſo, tenſionem reſiſtentem tactui cum dolore.

Signa vero ſubiectorum, ſeu cauſarum materialium *De ſignis.*
ſunt. Nam ſi fuerit in membro ſenſibili neruoſo, erit dolor acutus, pungitiuus, & fortis, quandoque perducẽs ex continenti ad ſpaſmum, alienationem, & anhelitus nocumentum, & pulſus eſt ſerrinus. Si vero in membro inſenſibili fiat, ſit in eo grauitas ſine dolore acuto, vel eſt dolor grauatiuus, & pulſus vndoſus. Et ſignum proprij membri officialis in quo eſt nocumentum operationis illius.

Et ſigna modorum ſunt, nam ſi per modum influxionis fiat, videbis ſigna repletionis totius, vel alicuius membri, & venarum, & debilitatem membri, & per eorum euacuationem ceſſat, vel minuitur apoſtema. Si vero per modum congeſtionis, ſigna debilitatis membri apoſtemati ſola aderunt, vel cum regiminis malitia, & prædictarum priuatione. Et ſi quoque ſit in fieri videbis augere tũmorem; & accidentia quotidie parum poſt

parum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0824-2 DFG

parum. Si vero factum, iam materia est aggregata cum cupo tumor permanebit in esse suo, & dolor, & febris ex tunc augebitur propter digestionem materiæ, quæ ex tunc incipit fieri, si fieri debet.

De signis tẽporum. Signa vero temporum eius sunt tripliciter sumpta, vt quia penes essentiam eius, penes accidentia, & penes signa digestionis, & indigestionis. Penes essentiam quidẽ, nam in principio incipit tumescere membrum, deinde augetur donec stet, deinde stat in vltimo in regionibus membrorum, deinde minuitur, & resoluitur si debeat esse salubre. Sed dices, vbi sunt vacuæ regiones mẽbrorum, cum dicat Aristo. non dare vacuum in natura? Cui respondet Galenus, dicens Quoniam autem in continuo non est dare vacuum, &, si aliquid influxerit, concurrunt ad se inuicem vniuersæ particulæ corporis; quemadmodum, & in aqua videmus, signa ergo concurrunt propter effluxionem, vt quid non rarefient propter influxionem? sic ergo sunt, & si non actu, potentia tamen.

Penes accidentia vero, nam si in principio fiunt, prædicta essentia erunt leuia, & cum peruenerint ad augmẽtum, augebuntur, & apud statum vltimabuntur, & in declinatione remittentur, donec totaliter cessent, si salubre sit apostema; si vero mortale, stabũt in acumine suo, donec extinguant.

Tertio penes digestionis signa, eius tempora dignoscuntur, nam si incipiat mutari, videbis duritiem, quę in principio fuit, minui, & dolorem, & febrem augeri, si fuerint, vel insurgere, si non fuerint, deinde vltimari, quãdo digestio, & maturatio sit completa, & virulentia egreditur si sit non sub cute celatum, vt quia in oculis, naribus, vel labijs, pleura, & similibus fiat. Inquit enim Galen. In omni apostemate sub cute celato solet eruginosus exire liquor, maxime si calidum fit, vel maturum, &

De signis formæ. vltimo cum completa, & est perfecta, minui. Signa formę eius sunt, nam si apostema fuerit magnum, grauedo, & dolor erit maior, & maior læsio operationis consuetę. Si vero paruum, vt pustula vel bothor, prędicta sunt minora. Signa vero finis, & terminationis sunt diuersa secundum diuersitatem ipsius, nam si quidem resoluatur remissio fiet doloris, grauitatis, & febris, & aliorum cõcomitantium accidentium, & virtutis inualescentia, & fortitudo. Signa vero maturationis, & saniationis, seu suppurationis fientis sunt prolongatio apostematis, pulsatio, & doloris, & febris augmentatio, sed ipsius factæ illorum est diminutio. Inquit enim Hippoc. in aphoris. Circa generationem saniei dolores, & febres accidunt magis quam perfecta saniei, & cum hoc est augmentatio grauitatis, & ponderis. Et signa eruptionis sunt rigor, diminutio grauitatis, & doloris, & fortis egressio puris, & ex signis bonis sunt, vt sanies, quæ erumpit sit laudabilis, quia alba, lenis, & æqualis, carens malo odore, & sequitur diminutio, vel cessatio febris, doloris, & aliorum accidentium, & virtutis inualescentia, & operationum eius. Quæ si sunt, e contra sunt mali significatiua. Signa subtiliationis, & conuersionis in lapidem sunt diminutio doloris, & febris omnino cum duritie, vel augmentatio, si in principio fuerit. Et signa corruptionis fœtentis sunt mutatio coloris ad liuiditatem, vel nigredinem membri, vel vicini, & exeuntium fœtor. Signum subitæ apertionis est subita minoratio grauedinis, & doloris in apostemate membrorum, & permutatio eius in membro, ad quod transit materia, & quandoque exitus puris, vel sanguinis.

De signis permutationis. Signa vero permutationis sunt diuersa secundum diuersimodam permutationem ipsius. Et sunt, nam siquidem mutatio sit de interioribus ad exteriora sunt alleuiatio accidentium, & permutatio interiorum; situs cũ dolore, & tumore, & qualitate mutata exterius in membro, ad quod mutatur. In quo proinde dolor, & caliditas est prius percepta, & sunt bona, contraria vero ma-

4. apho. 55. la. Inquit Hippocrat. in aphoris. Erysipela interius, extra conuerti, bonum, exterius vero intus, malum. Aut erit de nobili ad ignobile, vt de principali ad emunctorium, aut e conuerso, aut de minus nobili ad magis nobile, vt de pleura ad pulmonem, aut de pulmone ad cor, aut de superiori ad inferius, aut econtra. Siquidem ergo primo modo permutetur, signa erunt alleuiatio doloris, & febris, & aliorum accidentium, & virtutis inualescentia, & in grauitate, dolore, calore, & tumore in emũctorio. Si vero permutetur econtra, signa erunt contraria, & malitia anhelitus, & pulsus, si permutatio fit ad spiritalia, & ad cor, quia eius consecutio, & diuisio erunt manifesta, & pulsus diuersitas, & inæqualitas. Si autem fiat de superiori ad inferius, vt de cerebro ad cor, signa erunt eadem cum prædictis. Si vero de eo, vel spiritualibus ad nutritiua, signa erunt tensio in hypochondrijs, & grauitas si e conuerso de inferioribus ad superiora mutetur, signa erũt malitia anhelitus, quia coangustatio eius, & dolor pectoris, & grauitas in parte furculæ, & ardoris, & doloris mutatio de inferioribus, et nutritiuis ad spiritualia, si ad ea pmutatio fiat. Si vero perueniat ad cerebrũ, seu caput, dolor erit capitis, & alienatio, & vigilię, & quandoque subeth, & stupor. Si vero ad emunctorium post aures, signa erunt, quæ sunt dicta, & bona nuncia, si consistit virtus. De his autem omnibus qualiter, & in quibus fiat, & cum quibus iuuentur terminationes bonæ, & obuietur malis infra specialem afferemus Christo duce sermonem.

Cura apostematis duplex est, generalis, & specialis. Generalis quidem est euacuatio. Cum enim sit morbus materialis ex repletione vacuitatum, regionum, mẽbrorum, ipsum inquantum huiusmodi euacuatio sanat, vt Hippoc. dixit: Completur autem eius euacuatio quandoque euacuatione partis apostematæ sola, vt cum apostema fuerit iam factum quocumque modo, quæ propria, & absoluta cura non est: fiet autem per extractum solum de parte patiente, qui dupliciter habet compleri: per diaphoresim primo, secundo per caraxationem. Quibus autem particularibus medicinis compleantur hæ ambo, superius dictum est, & in speciali cura infra dicetur. Si vero nondum factum sit, sed adhuc sit fiens, quocumque modo fiat, sola partis, in qua fit euacuatione nõ sanatur: quinimmo etiam sanatio secundum Galen. sit composita ex præuisione, & cura, sicut morbi fientis cuiuslibet, oportet vt præcedat præuisio, & abscissio efficientis causæ. deinde sequatur cura apostematis facti, seu euacuatio materiæ iam influxæ, vt his, & alijs considerandis artẽtis eius medicatio apostematis consistat in quatuor. In abscissione antecedentis causæ, quæ nũc fit in cura apostematis, seu abscissione materiæ influxę iã, & conceptæ, in parteque collectæ, quæ causa coniuncta ipsius existit in regimine, & accidentium correctione. Abscissio vero antecedentis causæ complebitur, si per modum fiat influxionis, primo cum euacuatione totius corporis, vel membri influentis, conuenienti, & circumstantijs, & cum detiuatione ad contrarium cum eorum alterius præsupponatur repletio. Fiat autem dupliciter secundum duplicem modum repletionis, aut enim est plethoria, aut cacochymia. Siquidem autem plethoria sit, euacuatio eius complebitur phlebotomia per antipa ristasim facta, vel ei proportionalibus magis proprie, & in ieiunio, quam cum re alia; sicut est frictio multa, & aspera exercitia, balnea ampliora, & euaporantia, pharmaca, & purgatio cum solutiuis. Phlebotomia enim euacuabitur, & ieiunio in omni dispositione si cum febre, alias vero non. Item si repletio multa fit, neque balneis, neque exercitijs periculosum est vti. Si vero repletio sit cacochymia, pharmacia euacuabitur appropriata cacochymiæ, quæ ex prædictis est nota. Secundo cum constringentibus, & coarctantibus venas medias, atque ductus. Fit autem illud cum styptícis, & ponticis applicatis venis intermedijs, si sint apparentes, qualia in cura iuncturarum, & alibi dicta sunt, & infra dicentur in speciali cura. Et tertio fac cum confortantibus membrum, nec recipiat, qualia sunt styptica pharmaca substantiam eius coadunantia, & adæquantia complexionem ipsius cum caliditate, vel frigiditate, prout dyscra-

De cura.

2. aph. 17. 22.

sia exigit, vel proprietate, & cum sedantibus dolorem eius, atque calorem, ne vlterius trahat, quę sunt supra nota in cura iuncturarum, & stomachi, infra in speciali cura dicentur. Et condysi cum aceto prohibent apostema in principio. Sed si per modum congestionis sit fiens, complebitur cum confortatione, & adæquantibus complexionem ipsius membri, in quo apostema sit, & vniẽtibus substantiam eius, ne materiam generet, quoniam causa eius interior antecedens est complexionalis, non humoralis, vel exterior primitiua, nisi repletio antecedens sit in eius debilitate cum causis; quo casu præmittere oportet euacuationem, sicut dictum est.

Euacuatio vero apostematis, & euacuatio materiæ influxæ, & congregatæ in ipsa parte, quæ ad curam spectet, non proprie fiet diuersimode secundum diuersum eius fiendi modum; si enim per modum influxionis fit factum, complebitur dupliciter per recursum, & per extractum.

Cauſa. Per recursum fit triplicitet per pulsum tractum, & transmissum, & his omnibus, vel pluribus tantum recurret. Si vero per modum congestionis sit factum, cõplebitur similiter; licet per extractum de patiẽte magis, & per pulsum minus; pulsus autẽ materiæ fit, si in principio infrigidetur, & parti patienti styptica apponamus. Competunt enim talia repercussiua in principio omnis apostematis per influxionis modum fientis, inquantum apostema est, licet fallat ratione materię, vel quia frigidę, crassæ, & viscosæ, hic ex talibus intueantur magis, vel quia venenosa tibi repulsio impellit ad principale cũ sua proprietate ad cẽtrum, id est, cor. Aut ratione membri; vt quia sit emunctorium alicuius principalis, ad quod influxit materia, a quo repulsio nõ ad circumstantes particulas repellit materiam, & disseminat, sed ad principale totum reddit vnitam propter viæ amplitudinem, in alijs vero excusat à repletione ad illud euacuatio, dissemination materiæ, & eius proprietas.

Tractus autem fiet cum euacuatione partium oppositarum, & remotarum, & illud cum frictionibus, ligaturis, compressionibus dolorosis, & ventosationibus dolorosis, & remotis, vel propinquis, vt materia de loco apostemando, & de profundo corporis ad exteriora trahatur, quemadmodum in pleuresi, & lethargia ventosamus exterius, & in alijs, vt materiam euacuemus, & extrahamus; sic quoque phlebotomamus, & venas linguæ in synanche; & saphenam in apostematibus matricis, & vesicæ, & renum.

Transmissus vero cum applicatione medicinarũ stypticantium supra ipsum completur; his enim omnibus, vel pluribus, & materia actu fluens adhuc in venis est paruis membri repelletur; & quæ fluxa iam est, recurrat ad circumiacentes partes disseminata, vt forte vno auxilio simul influens materia, & effusa tota, de passa, vel passuta particula expellatur. Et illud est cum materia recurrere bene sit apta, & quia calida sit, & subtilis.

Extractus de parte faciente fit dupliciter; insensibiliper diaphoresim, & diaphoretica pharmaca; vel sensibiliter per curationem, seu sectionem, vbi non recurretur tota; & quia crassa sit, & viscosa, præcedet autem eas maturatio, & mollificatio resolutionem quandoque, & mollificationem, quandoque, & saniationem, & caraxationem, deinde sequitur mundificatio saniei; deinde incarnatio, & consolidatio vlceris, & vltimo sigillatio, seu cicatrizatio eius. Quibus autem medicinis habent illa compleri supra in prima sectione, vbi de cura apostematum egimus, dictum est; ibi enim ostendimus, quod ex medicinis particularibus apostemarum; quędam repercussiuæ frigidæ, & stypticæ, vel calidæ; quædam trahentes; quædam diaphoreticæ; quædam saniantes, & maturantes; quædam erumpentes; quædam mundificantes, quædam incarnantes; quædam consolidantes; & quædam sigillantes, seu cicatrizantes, tali ordine approximandæ in temporib. eius. Et ordo est, vt in principio apostematis per modũ influxionis fictis magis, & calidi in emunctorio nõ existente supponantur repercussiua.

Quapropter Abuhali dixit, & oportet, vt in potu tribuatur habenti apostemata aqua endiuiæ, aqua solatri cum medullis casiæ fistu. Si vero sint styptica; calida temperate, & in augmento permixta diaphoreticis, & in status principio, & prælio eius magis; & tunc etiam attrahentia sic ministrentur cum scalpellatione, seu scarificatione, & proprie cum materia multa, vel mala perducens membrum ad correctionem; in quo non expectata est digestio. In fine status, & declinatione vero diaphoretica sola habentia quid styptici, & aromatici, si in membro sit, & virtutem influentem habente, quod si non resoluatur, & materia sit aggregata tota, vt facta sit exitura, maturantia, & saniantia ministrentur, deinceps facta suppuratione, & dubelati, erumpentia ministrentur. Fiat autem apertio secundum processum rugarum membri, nisi in quibusdam, de quibus infra dicetur. Deinde mundificantia saniem, & pus. Deinde incarnatiua, si expediat. Deinde consolidantia, & vltimo cicatrizantia. Et in alijs aliter terminandis, seu finiendis, aliter est operandum, prout in speciali cura dicetur. Et de terminandis secundum alterũ prædictorum modorum diximus, eo quod inter ceteros sunt meliores, vel boni. Et modus est, vt apocrustica in suo genere frigida, & styptica, & diaphoretica, & calida sint parata, & saniantia calida, & humida in secundo gradu sint proportionata naturæ materiæ membri, & proinde variantur secundum varietatem illorum non excedendo, accidunt enim ex eorum excessu inconuenientia multa. Ex repercussiuis quidem vehementia doloris propter retentionem materiæ, & soliditatem membri, & reductio quandoq; ad principalem, & quandoque induratio apostematis, & quandoque tendit membrum ad corruptionem cum viriditate, & nigredine, & proprie quando medicatur cum eis in fine rei, & prope statum. Ex diaphoreticis vero fit cicatrizatio apostematis, & doloris additio propter ficcitatem. Et ex saniãtibus corrosio membri, & vlceratio: sanies enim longo retenta tempore acuitur, dixit Galen. Cum ergo talia videbis insurgere inconuenientia, oportet, vt desistas ab eis, & corrigas inconuenientia nocumenta, quæ prouenerunt. Et illud est, vt doloris violentiam, & vehementiam tollas, & corrigas cum embrochis calidis anodynis, & cum emplastris ex eis, vt semine anethi, & radice lilij, florum chamæmeli, lilij, fęnugræ. sem. lini, & radic. bismaluæ, & cum oleis eorum, & fœcibus eorundem, quæ indurationem eius corrigunt, reditione ad principale obuies cum cordialibus stypticis intus, & extra approximatis cum ventosis rubificantibus supra partem, & si membrum virescat, vel liuescat, quia tendit ad corruptionem, scalpellabitur, vel scarificabitur profunde, vel superficialiter, prout naturæ membri conuenit, & loco ipsius; sed prius inunge membrum ex bolo armeno dissoluto in oleo rosa. vel aqua cum alijs auxilijs dicendis in cura ethiomeni. Quod si cum toto hoc non saluabitur, sed putrescit, iuxta Hip. abscindere ipsum, ne putredo ex eo perueniat ad alia membra, & quandoque moritur, & in omnibus cõfortabuntur principalia cum theriaca, vel mithridato.

Sclirozationem vero, & exiccationem ex diaphoreticis prouenientem, corriges cum mollificationibus diu approximatis ex mucilaginibus, adipibus, medullis, & similibus, quibus humectantibus dolor cessat. Corrosionem ex saniantibus introductam cum mundificantibus, & incarnantibus dictis, & alijs, quæ infra dicentur auxiliante Christo. Cumque apostemata membra in natura sint differentia, consimilia scilicet, & officialia, prædictæ etiam medicinæ sint differentes substantia, & virtute oportet ex illis eligere in cura apostematis talia, quæ naturæ membri, in quo fit, tam consimili quam officiali conueniant, vt cura eius cum talibus reddatur habilis conueniens, & completa non solum quo ad rem præter naturam eius talem considerare sufficit, quia apostema talis morbus est, & ex tali causa, seu materia, sed etiam cuius membri sit, vel in quo fit Apostema

flegma enim ſua eſſentia propria,& materia ſuiſque tem- A
poribus medicinas varias indicat, & diſtinguit, ſic na-
tura membri in quo eſt propria quantitas ipſarum de-
terminat ſpeciem propriam ſibi, elegit ordinem atque
aptum vtendi modum, locumq; immiſſionis ipſarum
& expulſionis materiæ. Talis autem membri natura
conſtat eſſe complexionalis quia calida, vel frigida, ſic-
ca, vel humida. Et complexionalis qualis, quia ſitus, &
ſocietas, forma cum receptaculis, atque via, principa-
tus, ſeu dignitas, & ignobilitas. Et communis, quia ſub-
ſtantiæ raritas, & denſitas, inſenſibilitas, & ſenſibilitas,
quia hoc modo quantitatem auxiliorum, ſeu medici-
narum conuenientium apoſtemati prædictarum qui-
dem naturam conſimilis membri determinat. Nam
ſi apoſtema calidum ſit in membro calido repercuſſiua frigida debent eſſe: ſi in frigido fortiora, & diapho-
retica calida ſint in membro calido fortiora, in frigido
leuiora, & ſimiliter de alijs auxilijs. Et ſi membrum ſit
ualde ſenſibile, vt eſt neruus, chorda, vel ſtomachus, &
oculus, magis leuiora, vt ſint immordacia, ſufficiunt, li-
cet euacuatio vniuerſalis debeat eſſe maior, etiam non
exiſtente multitudine, vt natura reddatur auara, inni-
tendo tamen forti dolori trahenti ipſius. Et proinde ſe-
dantia dolorem oportet eſſe fortiora, quæ infra dicen-
tur. Natura quoque officialis ſimiliter illa determinat,
vt ſitus. Nam ſi fuerit membrum apoſtematum in profun
do, multiplicanda, & eligenda ſunt repercuſſiua, & ſi-
militer diaphoretica, & alia auxilia, quæ leptomeris
ſunt ſubſtantiæ, vt cito proueniant in profundum, &
proprie repercuſſiua. Et cum talia ſit difficile inuenire,
vt ſuperius dictum eſt, eis parum miſceatur aceti, vel
croci. Forma etiam, nã ſi membrũ in quo apoſtema eſt in
ſua receptatione habet receptaculũ, ſeu viã aptam, vnde
materia facile poſſit educi, vt eſt ſtomachus, medicinæ
prædictæ, & proprie ſolutiuę debent eſſe leues, ſi vero e-
cõtra erunt contrariæ. Principatus quoq; nã ſi principia
ſint frigida repercuſſiua, & diaphoretica calida oportet
eſſe lenia, & nõ pura, ſed ſtypticis, & aromaticis mixta
in quantitate minori, ſi ignobilis, fortiora, & maiora.
Eligit quoque principatus medicinas ſibi proprias, vt
cordiales, odoriferas, & confortatiuas virtutum pro-
priarum in eis: ignobilitas vero, communes, ordinem
quoque, & modum, quia talia non multa in quantita-
te, nec ſubito, ſed paulatim oportet ipſa, & laxatiua pro-
pria, & nobilia miniſtrare, licet medicinæ debeant eſſe
promptæ, vt cito imprimant collectionem, quam in eis
prohibeant fieri, cum in eis ſit periculum grande. Igno-
bilibus vero, & innata tantũ virtutem habẽtibus fortia,
atq; ſubito, niſi principalium terreatur natura, & emun
ctorijs nobilium diaphoretica tantum, & fortia.

Societas quoq; locum immiſſionis medicinarũ, ſi. n.
ſit in cerebro, per nares, per palatum, aures, & ſimiles re-
giones medicinas immittes; ſi autem in ſtomacho, pos,
ſi in inteſtinis inferioribus, per anum, ſi in ſuperioribus,
per os; & in vtriſq; ſimul per ambas; & ſi in hepate ſit
materia, per inteſtina expelles cum ventrem ſoluenti-
bus, ſi in gibbo, cum diureticis, & prouocantibus vri-
nam, ſi in vberibus, per matricem in menſtruis, & ſi
in matrice, per ſaphenam, & ſi in gutture, per venarum
eius apertionem.

Sequitur regimen in ſex rebus non naturalibus, & ne-
ceſſarijs, & nõ neceſſarijs, quod cauſam primitiuam tol-
lit omnem ſuperius prænarratam, ſi adſit, vel prohibet, ſi
non adſit: debet ergo eſſe tale, vt virtutem digeſtiuam,
& nutritiuam cõfortet in corpore, attractiuã cõtẽperet,
& retentiuam, & etiã expulſiuam, atq; repletionem mi-
nuat ſi inueniat ipſum prout diſpoſitioni conuenit æqua
lis ſupra ſectione prima in cura debilitatis ſtomachi, &
digeſtione eſt dictum, & extenuatiua diæta.

Accidentiũ correctio. Accidentiũ quoq; correctio, in febri ſcilicet, & dolo-
ris proprie, patet ex his, quæ dicta ſunt in cura febriũ, &
de ſedantibus dolorem in ſectione prima, & proprie in
cura ægritudinum iunctarum. Et ex eis ſunt calida, &
humida temperata, quæ influxam materiam reſoluunt
aliam non trahendo, alterantque caliditatem, vt eſt
tetrapharmacum à lana ſuccida oleo calido infuſa; &
hyoſcyamum, opium, plumbum, ceruſſa, & portula-
ca in calidis. Et eſt propria illis, in quibus timetur pu-
trefactio. Hæ duæ res licet ſint in principio vltimæ,
ſunt tamen in ordine primæ in apoſtematis cura. Re-
gimen enim, & diæta, cura ipſius fundamentum eſt ge-
nerale in cura ægritudinis omnis. Et quandoque ſola *Diæta.*
ipſius bonitas eſt ſufficiens; vt oſtenſum eſt ſupra, &
diæta extenuatiua in præſentis ægritudinis cura eſt effi-
caciſſima: abſcindit enim omnem eius cauſam, a qua
dependet; nam primitiuam, & extrinſecam tollit, ſi ad-
ſit, vel prohibet, ſi non adſit; antecedentem præſentem,
& accidentalem abſcindit, quo minus, vel non vltra
fluat, coniunctam quoque in apoſtematis partem iam
influxam diminuit, & reliquum reſoluit, vel ſaniationi
dimittit. Sedatio quoque doloris qui prouocando rheu-
ma, fit cauſa collectionis, apoſtema fieri vetat, &
deinde ſi aliqua mala qualitas fortis a rheumate fluen- B
te in particula ſit impreſſa, vt euacuatione illius rema-
neat facta, alteretur, vt contemperantiam habeat, quæ
ſecundum naturam. In alteratione autem ipſius
neceſſaria eſt complexionis cognitio; ſine enim ea ne-
ſcimus, quantum oporteat alterare, & quando ab alte-
ratione deſiſtere, & ſic duorum alterum eſt neceſ-
ſarium, vel non curare, vel in contrariam diſpoſitio-
nem adducere.

Sequitur cura apoſtematum ſpecialis ſecundum
vnamquamque eius ſpeciem, & primo de phlegmone
pro eo, quod ſæpius accidit, & quia febres, & alia ſym-
ptomata facillime operatur.

De phlegmone, quod eſt apoſtema ſanguineum, & de medicinis eius. Cap. 2.

C PHlegmon eſt apoſtema ſanguineum ex ſanguine *Phlegmon quid.*
benigno mediocriter craſſo, & multo plurimum,
quia repente influxo ex toto corpore, vel aliquo mem-
bro puta hepate in ſua natura manentibus per venas
ad vacuas regiones ſubcutanearum partium, ſeu mem-
brorum, vt carnis, & lacertorum, in eiſque colle-
ctio quandoque per modum congelationis aggrega-
to, vnde neceſſe eſt ipſas partes extendi, & in tumo-
rem leuari, & cum eis inſimul cutem, quæ ſuper eas
exiſtit.

Et cauſæ eius interiores, & exteriores ex præcedenti
capitulo generaliter notæ ſunt. Dictum eſt pluries ge-
nerales canones debere in ſpeciali obſeruari, vt eis ma-
nuducti ad ſpecialium inuentionem ſit facile pertranſi-
re. Vt autem eas ſpecialiter oſtendamus, ſcias, quod
cauſa interior ex triplici eſt. Ex parte quidem corporis
vel hepatis, vt eſt repulſio multa ſanguinis boni craſſi,
vel mediocris conſiſtentia, quam præ multitudine con-
tinere non voluit, ſed ſua fortitudine expulſiuæ non
abſoluta, per venas magnas ad paruas, & de paruis ad D
minimas carnis diffuſas, apertis earum orificijs, illum
influunt, ad vacuas regiones illorum. Alia eſt, quod
ex parte lacertorum, & carnis recipientis illius influ-
xionem, & eſt debilitas illorum naturalis, vel tempo-
ralis, vel ex cauſa extetiori, quæ dicetur, licet cooperetur
raritas compoſitionis, & natura ſanguinis, & poſi-
tio in circunferentijs corporis, & partibus ſubcutaneis,
ad quas fluxus ſanguinis naturaliter, & prompte mo-
uetur, magis quam ad alia membra, ad quod adiuuat
dolor, & caliditas in ea generata ex cauſa ipſa exterio-
ri, vel interiori in fluxu ſanguinis ad ipſam, qui ad in-
fluendum ſanguinem adiuuat attrahendo, vel etiam
alia mala qualitas, quæ efficit, vt tractus ad nutrien-
dum ſanguis in eis non conuertatur debilitando, quæ
ſupereſt in ipſis, licet ſit raro, vt ſupra dictum eſt.
Et tertia eſt ex parte venarum ipſarum mediatum, per
quas influit ex toto corpore, vel tempore ad illam, &
eſt largitas, & multitudo orificiorum ipſarum. Cauſa

vero exterior eius est malitia regiminis in sex rebus necessarijs, & abusus, & non necessarijs, & talis prædictarum causarum interior causa fiat.

De signis. Signa eius sunt, sensus doloris in profundo membri, vti tumor est vltra cutem, quia caro lacertosa, & sensibilis valde, in cuius vacuo multitudo sãguinis est collecta extendens, & scindens, & cum eo pulsatio, eo, q; arteria musculi à repletione coarctãte multitudinis est cõpressa, &c. Et proinde ibi concussio, & in tactu resistentia q̃dam, & cum rubore calido, & inflammatio multa, à qua phlegmonis nomen assumpsit, & illud, non quia sanguis ex se calidior sit influxus, sed quia licet in se benignus sit, tamen in illis partibus intranspirabilis manens ex excatione pororum ipsorum, & superadiacentis etiam cum multitudine, & crassitie cutis, inflammatur, & inflat, & maxime si putrescat, & signa causarum eius ex præcedẽti capitulo generali sunt nota.

De cura. Cura specialis fientis phlegmonis ex cura generali q̃tum ad canones attendendos in ea est nota. Consistit.n. in quatuor rebus dictis: quantum vero ad inuentionem auxiliorum specialium medicinarum, quibus res compleantur prædictæ, præiacet ipsam monstrare. Abscissio ergo causæ eius antecedentis, & influẽtis, ad præsens primo complebitur cum phlebotomia magna perducente ad lipothymiam, vt causam antecedẽtem totam, & aliquid de coniuncta educat. Vnde Galen. ait. In maximo enim dolore, & in acutissimo apostemate nulla melior medicina hac esse potest, & de nigra si totum corpus sit influens, & de basilica, si hepar, vel cum proportionalibus ei, vt supra dictum est, & proprie in cura febris synochæ: ita tamen, quod fiat antipassando semper, vt euacuando a membro mittente, vel corpore semper à membro apostemato deriuet. Si quidem ergo in superioribus partibus corporis fit, phlebotometur de vena inferiori, vt saphenà, & similia, & econuerso si in inferioribus, de basilica, si vterque de nigra, seu media. Et si quidem aliquis humor sanguini mixtus sit, qui ipsius substantiam incrassauit quãdoque, vt phlegma, vel melancholia, deinde purgatione educatur, cum pharmacia humoris proprij secessiua, si in inferioribus sit, vel vomitiua, si in superioribus sit. Et si in vtrisque est, vtraque abscissione præmissa antecedentis, & influentis sanguinis.

Phlebotomia.

2. aphor. 23.

Oportet ad rem secundam, vt phlegmonis curam secundo accedere, sicut autem prædictũ est cum euacuatione causæ coniunctæ influxæ ad partem, & aggregatæ in eo. Completur etiam cum cataplasmatibus parti suppositis in principio ex apocrusticis, nisi in emunctorijs, & quæ multiplicia sunt, vt virga pastoris, myrtus, oliua sylvestris, portulaca, memithe, lenticula aquæ, semperuiua proprie, & solatrum, cum eorum substãtia, vel succo, oleo ros. vel ex corticibus granatorum, vel balaustiarum decoctis in vino cum aqua eorum mixto, vt naturam membri materiam repellendo conseruent, superaddatur tamen aceti parum, quoniam ad vtrumq; se habet. Optimum enim est pharmacum tale, omnem quasi intentionem, quam * gerimus complens; repercutit. n. quod superfluit, & infrigidat, ac transcurrit, & recurrere facit, quod iam influxum est, & in particula continetur. Etenim robur imponendo ad vtrumque complendum efficit ipsum potentem, vt plurimum, & quia caliditatẽ extinguit, quæ doloris est causa, & sedat dolorem, & si indigeat fortiore illo, adde illis sandalos, acaciam, faufel, hyoscyamum album, & psyllium, & herbam apostematum, & iuuatur cum croco: minuit enim earum nocumentum stypticitate, & caliditate, & confortãdo cor, & sua subtilitate virtutes adiuuat penetrare. Quod si dolor fortificetur augmento apostematis, vt dicta repercussiua in sedatione ipsius non sufficiant, oportet ad ipsius sedationem vacare prius, cum alijs operatiuis auxilijs, in quibus tertia res comprehenditur ad curam necessaria, quæ est correctio accidentium, quod ad alia procedatur auxilia, quæ huic rei complendæ sunt opportuna; nisi enim prius sedetur, in prouocando rheuma, phlegmonem augmentabit, & recursum etiam, & abstractum materiæ prohibebit, & tractum. Inquit enim Abutha. Cumque ad diuersum trahere volueris, loci dolorem prius seda. Instare igitur ad eius sedationem oportet. Complebitur autem cum non siccantibus stypticis, & conglutinantibus, quæ rheuma retinent, & incuneant prohibendo resolutionem pororum, cutis obstructione, ob quam rem sanguis intranspirabilis factus, inflammatur, & retentus ebullit, particulam magis subalterat, & extendit, & sic auget dolorem. Sed cum mollificantibus poros, & materiam incuneatam in apostemata particula resoluentibus absque attractione cum caliditate temperata, & humiditate, in qua membrum tractabile redditur, & feruorem caloris obtundit, & sic causam vtramque doloris tollit, scilicet malam complexionem membri, & eius extensionem. Qualia sunt ex simplicibus melilotum, malua, semen lini, fœnugræc. & similia, quæ in cura iuncturarum sunt dicta. Et qualia sunt composita ex eis, & ex his, quæ sunt propria pharmaca pet dulce vinum, vel coctum, & oleo ros. vel cera breuis in eis liquefacta. Oportet autem tale pharmacum cum lana succida, hyssopum humidam quamplurimum habente applicare, æstate frigidum, hyeme, & vere tepidum. Et similiter cataplasmata, quæ per arnoglossam, & lentes, panem, & oleum ros. vel vio. Etiam oportet ponere supra patientem particulam spongiam vino stryptico madefactam, aut aceto lymphato cum frigida. Quod si in principio volueris regere cum sedatione doloris propter magnitudinem eius, vbi prædicta apocrustica dolorem mitigantia non suffecerint, ministrabis ista, quod si ista non sufficerint, ministrabis volubilem, quoniam est vehementis iuuamenti in principio, & staau, & apium, & similia, quæ cum resolutione stypticent, & prohibeant influxionem materiæ. Et deinde pharmacum, quod ex farina, aqua calida, & oleo calido commiscetur, & similia non ministrentur in principio, sunt enim rheumaticis dispositionibus aduersantia valde, et proinde ante euacuationem, et si videantur aliqualiter mitigare; magis enim trahunt, quam resoluant; proinde dolorem communiter magis augebunt, talibus auxilijs videbimus quiescere phlegmonem.

Colorum mitigantia.

Cum autem, quod est velut bulliens phlegmonis, & feruor cessauerit, à mitigatiuis simplicibus recedere, & ad diaphoretica ideſt euaporantia transire oportet paulatim, qualia sunt prædicta temperata, vt chamæmelum, & similia, quæ non mordeant. Cum enim membrum patiens in superficie positum sit, licet valde calida, & acuta fint diaphoretica, mordebunt illud applicata, & dolebit non parum, si simul patitur, & doleat, quare rheuma prouocabunt, & sic phlegmonem augmentabunt. Oportet ergo illa esse temperata, nec etiam duræ substantiæ propter eandem causam: nec cum digitis applicetur fortiter, vel leniter, sed tangendum cum pluma, quia simul miscebis æqualiter. Et cum venerit ad statum illa augebis, in fine vero in declinatione pura, & sine mixtione pura, & sine mistione illorum aliqua ministrabis. Et composita, quæ infra dicentur. Sed in circuitu stryptica, & proprie diaphoretica fortia sunt. Quod si non resoluatur, superque particula appareat sanies, dimissis diaphoreticis saniantibus, & maturantibus est vtendum, qualia sunt farina tritici, vel hordei cum vino, vel psyllio in capite eius, vel cum exiccatiuis in circuitu, & alijs, quæ infra dicentur. Deinde apparente saniatione completa oportet aperire cum caustico pharmaco, vel cultello, si non timeat in loco emunctorij eius; fortasse tamen oportet antequam ad saniandum deuenias, & etiam resoluendum, aperire ipsum, seu scarificare, & scalpellare, seu sanguinare, vt materia effluat, & proprie cum materia multa in apostemate fuerit congregata, & incuneata perducens ad suffocationem membrorum, propter suffocationem caloris naturalis eius à multitudine, vel malitia, vt in alijs, vel etiam cum infrigidan-

Inquirimus.

frigidantia ad ſuper exceſſum peruenerunt, vt ſuperius, & poſt ſcalpellationem embrocha cum aqua calida maris, vel reliquis ſalſis; diaphoretica enim ante hæc ſunt nociua, & maxime ſaniantia cum putrefactiua ſint, membrum magis ad putrefactionem adducent cumque aperueris, euacuabis ſaniam, & cum volueris vulnus abluere, mellicrato, & vino mellito vtendum. Cauendum autem ne aquam immittas, vel oleum, quoniam aqua humectat ipſum, cum oporteat exiccare, & oleum ſordidum reddit. Sed ſiquidem adhuc phlegmonabit, cataplaſma denique per lentes, quia repercutiunt, & reſoluunt temperate, & ſic phlegmonem ſedant, & ceſſare faciunt, applicabis, non phlegmonanti aliquid pharmacorum, quibus in talibus inciſionibus ad mitigationem doloris vtimur, applicandum, quale eſt quo vtuntur empirici, ex vtraque ſubſtantia oua concuſſa adinuicem complicata exterius immiſſa cum vino, vel lana; non ſuccida, ſed molli; mirigat enim inciſionis dolorem, & prohibet rheumatis influxionem propter dolorem. Deinde vero ablutione facta immitte puluerem thuris ad exiccandum, & conſolidandum, vel corticum eius, & maſticis, & ſimilium. Adhuc ſuperponere oportet exterius lanam, vel linum, vino ſtyptico madefactum iniectum aqua permiſto quãtum vtique poſſit bibi; vulneri veronihil pinguium pharmacorum afferri oportet, quale eſt macedonicum & tetrapharmacum ex farina aqua, & oleo mixtum: certiſſime enim exiccari indigent propter ſaniem, putredinem, & propter carnis regenerationem, ſi quæ de peris; & proprie in generatione ſaniei, & cutis materia eſt humor crudus, & caro attrita, & propter cicatricationem, & conſolidationem. Vnde Galen. non ſanantur vlcera, niſi perfecte, ſeu certiſſime ſcilicet quantum ad prædicta omnia exiccentur, ita quod oportet ſanare eos, qui in rheumate phlegmonant.

Dieta. Quarto conſiſtit in cura regiminis, fit autem regimen in diæta extenuatiua ad frigidum, & ſiccum vergens. Eos vero qui per modum congeſtionis ſunt quandoque fientes curari oportet auxilijs per omnia conſimilibus ſecundum plus, & minus differentibus à prædictis, primo euacuatione vniuerſali, phlebotomia enim in *ſaniatione prædictorum plus conuenit, in ſaniatione iſtorum minus, plus conuenit in illis, quia cum ſemper in illis præſupponatur vniuerſalis repletio corporis totius, vel hepatis, in iſtis quandoque fit vel non. Cum enim fiat à debilitate particulæ ex cauſa procatarctica, vel antecedenti generali immediate, & proprie non conuenit eis phlebotomia, niſi quando cum mala qualitate, ſeu cõplexione lædente ipſam, fuerit coniuncta prædicta repletio, vel cauſa procatarctica ſuperueniens inuenerit eam, ſed illud eſt raro, & quando proinde minus conuenit. & plurimum, non minus conuenit, quam quando conuenit ſemper, propterea ſi oporteat illam prætermittere omnino propter magnitudinem, & malitiam apoſtematis in vtriſque non exiſtente humorum abundantia, ſed cum moderatione in iſtis minoris quantitatis eſſe debet, quàm in illis propter eandem cauſam proprie, quia vbi materia influit, maioris quantitatis eſſe præſumitur, quam vbi ſolum extitit generata, cum illic non intantum influens ſit, ſed etiam generata, hic vero generata ſola. Secundo in particulari euacuatione non tam per recurſum, quam per extractũ de parte patiente, quia repercuſſiua ſtyptica, & attractiua euacuantia, & diaphoretica, & etiam ſaniantia in iſtis minora, & leuiora eſſe oportet, quam in illis, propter eãdem cauſam. Regimen vero eius ex præcedentibus eſt manifeſtum, & eſt, vt in omnibus ad frigidum conuertatur, & ſiccum.

Repercuſſiuum. Repercuſſiuum efficax, & expertum, & commune in omnibus ſatis temperatum. Recip. aquæ roſ. partes. iij. aceti al. & boni partem. i. olei roſ. ij. conquaſſentur ſimul, & cum ſpõgia peciola duplicata in eis madefacta epithemetur, & innouetur frequenter, & quandoque expedit aliquem ex ſuccis prædictarum herbarum addere illis, propter doloris, & inflationis magnitudinem.

Diaphoreticũm emplaſtrum conueniens, & expertũ. Recip. florum chamæmeli, anethi, fœnugræ. ana vnciam vna, radicum ireos vncias v. decoquantur in vino, & deinde terantur, conficiantur cum melle, & emplaſtrẽtur, & addatur parum croci. Emplaſtrum ex ſecibus oleorũ dictorum eſt efficax, & expertum.

Emplaſtrum commune, & expertum in maturatione, & ſaniatione phlegmonum, Recip. foliorum maluæ, radic. maluauiſci, radicum lilij, al. quæ ſunt ſicut radix allij in colore, & forma, & eſt lilium domeſticum ana partem æqualem, bulliant in aqua, & conterantur cum axungia putrefacta, vel butyro, & emplaſtretur.

Emplaſtrum commune ſatis, & expertum in maturatione, & mundificatione phlegmonum apertorum. Rec. farinæ tritici vnc. iij. axungiæ, olei communis, ana vn. j. mell. ij. croci, vnc. j. bulliant ſimul in olla donec perfecte miſceantur, deinde auferatur, & vſui reſeruetur, & cum oportet extendatur ſuper peciola, & ſuperponatur, & apprehendat vlcus, & totum phlegmonem, mundificatione facta perfecte abluatur cum vino ſtyptico tepido, & repleatur vlcus peciolis, & filatis, & deſuper emplaſtrum apoſtolicon ſuperponatur. Et finaliter cũ puluere gallarum deſuper contrito cicatrizetur.

De apoſtemate glandularum, & phlegmone earum, & medicinis eius. Cap. 3.

Glandule quid. GLandulæ ſunt membra carnoſa ad modum glandis rotundæ, raræ ſubſtantiæ, ab alijs membris diſtincta, & in vacuitatibus eorum poſita, habentia velamen durum. Quarum quædam ſunt operationes faciẽtes, quædam iuuamentum præſtantes, & ſi non operationem faciant ſicut primæ. Inquit Galen. vnumquodque membrorum, & ſi non faciat operationem tamen efficit iuuamentum. Operationes vero facientes ſunt glandulæ teſtium in generando ſperma, & mamillarum in generando lac; & quæ ſunt in radice linguæ in generando ſaliuam, & quæ ſunt in radice virgæ in generando humiditatem contemperantem acumen vrinæ, quæ nomen proprium non habentes, ſicut præmiſſæ, nominatæ ſunt glandulæ nomine generali, de quarum apoſtematibus dictum eſt ſupra in ſectione prima, vbi de genere officialium membrorum exeuntium ad prædictas operationes complendas à natura ſunt ordinatæ, & proinde non ſimpliciter glandulæ, & in abſtracto ſunt dictæ, ſed membra glandulosa in concreto, quia velut officialia habentia commixtos neruos, & plurimas arterias. Facientium autem iuuamenta, quædam ſunt glandulæ emunctoriorum membrorum principalium, quæ faciunt iuuamentum in receptione ſuperfluitatum ipſorum nomen adeptes proprium aſſumentes, tanquam ad recipiendum aptæ propter debilitatem, & ſpongioſitatem ipſarum. Inquit enim Abuh. quædam ſunt inter vacuitates aliorum membrorum quam plurium corporis diffuſæ ad replendum vacuitates ipſorum membrorum, & recipiendum cum expedit ſuperfluitates eorum, & neruorum, pãniculorum, muſculorum, arteriarum, & venarum, quæ illis ſunt fortiora. Inquit enim Galen. ſingulum membrum cum debile fuerit, vicini ſui recipit ſuperfluitates, & tamen quia nomine proprio carent, nominatæ ſunt nomine generis, ideſt glandulæ; de quarum apoſtematibus hic intendimus, vt conſimilium membrorum, tanquam non habentium prædictarum operationem. Accidit ergo eis, & magis, & ad eius dans apoſtema per modum influxionis plurimum ſuperfluitatem à prædictis membris principalibus, & fortibus, & quandoque per viam criſis, & cum virtus principalium facta potens ſupra materiam diſpoſitionum ſuarum proprie illam per viam deriuationis mittens ad illas non potens extra corpus expellere, & quandoque per viam ſymptomatis, vel quia multitudine, & malitia naturæ in membris prędictis exiſtente, qua coguntur ad illam immittere, non

potentia extra expellere propter aliquam causarum prędictarũ in capitulo generali, vel quia vlcus sit in aliqua extremitatum corporis, puta pede, brachio, seu humero, aut manu, aut dolores, ad quod tractæ, & immissæ super fluitates transeuntes per illos existentes in via facile imbibuntur in eis, & proprie in arterijs, quæ cum non valeant eos à se expellere, remanent in eis, & generant apostema. Quod quidem diuersum est in specie secundum diuersitatem materiæ eis ab illis influxæ, quod enim in aduenis sit, vt plurimum est sanguineum, vt est cor, & hepar proprie, & quandoque phlegmaticum, cum mittitur ad cerebrum illis; quod vero in alijs fit glandulis, vt plurimum est phlegmaticum, eo, quod membra, a quibus materia illis immittitur, sint naturæ frigidę, quorum cibus non bene digeritur, & sic proculdubio in phlegma conuertitur, vt supra pluries dictum est, & quandoque sanguineum, cum à musculis illis immittitur. Et quidem in eis omnibus apostema aut seruat inflammationem, & dicitur phlegmon proprie, aut vndimia secundum diuersitatem materiæ, aut in sclirosim vertitur, & duritiem, & dicitur scrophula, aut botium, de qbus omnibus est per ordinem procedendum, & hic proprie de earum apostemate seruante naturam phlegmonis, de alijs vero infra, et primo de signis; secũdo de cura.

De signũ. Signa vero sunt manifesta, eo, quod exterius posita, sunt in proprijs locis nota, in quibus manifeste sunt tumores apparentes cum rubore, dolore, & feruore, adeo quod extenditur quandoque vsque ad cor, & fit epheme ra febris, vt supernus dictum est.

De cura. Cura vero phlegmonis glandularum, vt adenarum, & aliarum est, sicut cura phlegmonis prædictæ lacertorum, & carnis, differens tamen in repercussione, nã omnia abscissione succedentis causę propter repercussiua, sunt hic necessario pręmittenda, deinde subjungẽdo dolorem sedantia; proprie dicta ex lana infusa in oleo calido, primo superpolita, deinde addito in fine eius sale, donec sedetur dolor, ex quo etiam consuetum est apostema cessare. Deinde procedendum est ad curam apostematis, & euacuationem causæ coniunctæ incuneatæ in parte, & repercussiuis, omissis eis cum resolutiuis est procedendum, & attractiuis quocunque modo, & cum emplastris rubificantibus, & ventosis. Et ex appropiatis cõuenientibus talibus apostematibus post aures factis, est emplastrum factum ex absynthio, & folijs myrtæ contritis, vel ex folijs lauri, solatro, & si fit in radice auris, confert viscositas limaciarum, & butyrum immissum, & lingua arietis, si fit calidum. Deinde cum maturantibus, & santiantibus, si oportet: deinde cum apertione cum pharmaco causticO, vel alio ruptorio, vel ex nouacula. Sit autem incisio, & apertura vniformis, per transuersum in longitudine cruris facta: repercussio enim in talibus in principio ministrata cum hypticis suppositis valde est mala, & proprie cum per modum, & viam crisis est phlegmon, & in adenis, quoniam tunc impedit operationem naturæ naturaliter operantis, quam si expedit, oportet iuuare cum attrahentibus prædictis, & alijs, quæ supra diximus sectione prima in cura apostematũ, non impedire. Et materiam repellit ad principalia propter communitatem in via; sicut adene repercussio, non repellet ad illa nisi fortis sit; quo casu non repellet ab illis ad principalia proprie, sed ad interiora, & vicina nobiliora eis. Si quoque phlegmon sit per modum sympromatis, vt propter multitudinem materiæ, & malitiã eius, repercussio est nociua valde, & maxime si non præcesserit multitudinis euacuatio, & repercussio fortis sit, quoniam repercussio tunc fiet ad principalia interiora, vel vicina nobiliora, sed præmissa tunc euacuatione, & tractione, ac deriuatione ad oppositum membri principalis, ne materia augeat sua multitudine apostema, & corrumpat membrum bubonis, ministrabis diaphoretica, seu mollificãtia ex farina tritici, vel hordei cũ aqua, & oleo addito cum melle. Et ex proprijs communibus omnibus est cicer, & farina eius; nec timebis tunc de augmentatione apostematis per diaphoretica, nec de repulsione ad principalia, quoniam euacuatio, & derivatio securat ab illis, nisi in adenis phlegmon existat. Si vero sit propter vlcus alicuius eorum, sedabis dolorem vlceris prout infra dicetur, & mundificabis ipsum, & super apostema mollificantia ministrabis. Si vero apostema sit * vndimiosum, cognoscetur, & curabitur sicut infra de cura * vndimiæ dicetur, & est huic dictæ proxima, tamen differens in quanto, nam oportet diaphoretica esse fortiora in hoc, & etiam saniantia, & alia qnę sequuntur ad illa, vt mundificantia, ex quibus proprium est fęx olei, quod mundificat apostemata in glandulis, & proprie cum folijs suis, & dolorem sedantia leuiora, vel non necessaria, & vlcerum conglutinantia. Si quoque in * sclirosim conuertatur, & maxime quod vndimiosũ est, curabitur sicut infra dicetur de scrophulis, & capitulo de bocijs, de quibus infra dicemus, (si Christus annuat) qui sit benedictus, & vltimo regimen dictum in cura illius est ministrandum, & diuersum, secundum naturam materiæ.

** Oedematosum.* ** Oedematon.* ** scirrhum.*

Emplastrũ expertum. Emplastrum expertum ad dissoluendum apostema glandularum non sclirotizarum. &c. herbam quæ dicitur spargula; cuius folia sunt aspera parua, in modũ stipitis posita, & similiter stipes, & prolongatur per palmam. Et tere, & fac bullire in vino lymphato cum axũgia porcina, & superpone præcedente euacuatione.

De phlegmone, quod anthrax dicitur, ac carbunculus, & medicinis eius. Cap. 4.

Anthrax quid. ANthrax est apostema paruum ad modũ pustulæ, seu bothor in principio, fraudolentum, & veneno sum, comburens, & corrumpens particulam, cui accidit, vlcerando, & reliquas adiacentes inflammando, & vlterius corrodendo, & petens antrum, ideſt corporis absconsum, & proprie cor à proprietate venenositatis sue, & potentia coniunctionis in parte, quare dictum est anthrax, proinde paruum est apostema, debilitatem operatur, pulsum, tremorem, & syncopim, & deinde occidit, quod autem expulsionem eius materiæ in particula à natura nequiuerat facere, & si principalibus propinquior est, eo quod dissoluta erat in corpore tunc, & proinde debilis virtutis existens regulabatur melius à natura. Carbunculus autem est species eius, sed minoris malitiæ.

Et causa eius est sanguis crassus, & malus, quia adustus, ex adustione enim acquisiuit crassitiem, & malitiam, non ex mixtione, & quandoque per adustionem acquisiuit citrinitatem, quandoque viriditatem ex vario colore, quandoque nigredinem secundum diuersitatem adustionis suæ, cum enim sanguis bonus est, naturæ benignus, cæteris humoribus fit iuuantior: cum vero à natura recedit, fit malus, & quanto magis recedit, fit maioris malitiæ, sicut dictum fuit supra in sectione prima, capitulo de sũffocatione matricis à semine facta. Cum igitur sanguis aduritur, à natura multum recedit, sicque vehementem acquirit malitiam venenosam, & si quidem ita crassus, & ita exiccatus cum multa caliditate influit alicui particulæ repente, & simul colligitur in eius vacuo, & comburendo statim vlcus faciens, escaram operatur, quòd circumadiacentes partes omnes in tumorem phlegmonosum cum ebullitione eleuat, vt etiam febriat patiens, & illud propter sanguinem tractum ad locum vlceratum ex dolore horribili, est enim horribiliter doloroſum. Et nominatur apostema hoc, vlceratum anthrax, latine cõbustio. Cum * ergo sanguis ille crassus, & venenosus ebulliens non fuerit siccus, vt prædictum est: sed aliquos liquores subtiles remissos habeat, influxus ad particulam, in superficiem eius vesicas erigit similes eius, qui ab igne coctus existit, quibus corruptis escarosum ab eis vlcus perficitur, & est carbunculus minoris malitiæ, quam anthrax, propter liquores admixtos, obtundentes acuitatem ab aduſtione adeptam.

** vero.*

Et est habens indicia ex parte coloris, & particulæ, seu

Mollificatiua.

seu loci, & dispositionis eius. Coloris quidem; nã quod A est nigri coloris, seu luidi vehemẽtioris est malitię. (Vnde Cathalani blasphemantes dicunt buba nigra) deinde viridis, deinde citrini. Ex parte particulæ cui accidit, seu loci, nam quod est in extremitatibus magis, minoris est malitiæ, & quanto magis est in corpore, & in partibus propinquioribus principalibus, & in emunctorijs eorũdem, ma ignum est magis. Ex parte dispositionis loci, nam si pars vel locus apparitionis eius exiccatus fuerit, malus est; si vero non exiccatus fuerit, minus malũ est. Et si omnia dispositione, colore, & loco conueniant in malo, pessimum erit, & mortale. Inquit Hippoc. in pri- 1. prog. 11. mo prognosticorum. Si in ægro corpore fuerit anthrax, aut carbunculus, siue præcesserit, siue ægritudini superuenerit, opus est attendere signa, quæ sequuntur, quod si exiccatus fuerit, & colorem viridem habuerit, vel citrinum, vel luidum præstulerit, mortem proximam dicit. Et signa vnius cuiusque propria, & distincta ex dictis colligere poteris insimul, si volueris.

De cura. Cura vero eius in quinque rebus existit. In euacuatione omnis repletionis communis, completur vero cũ phlebotomia perducente ad defectionem, mox cum apparuit absque omni dilatatione, si cõditiones aderint opportune autispasi seruata, nisi transitus fiat super principale. Præseruat enim a magnitudine phlegmonis circũstantes particulas, deinde cum purgatione humoris adusti. Secundo consistit circa euacuationem particularem partis, seu materiæ apostematis. Completur autem cum scarificationibus profundis propter crassitiem tristantis humoris, vt trahatur extra, & cum cauterizatione vlceris escarosi, ita quod cadat cauterizatio supra ipsum tantum, & circumadiacentes partes phlegmonizantes non tangat, inutiliter enim combures, & non absque nocumentis, quod quidem innuit Galenus dicens. Nullus igitur dabit illud, quod afferat nullam vtilitatem, nocumentum vero habet secum immensum. Cauterizabis quidem causticis pharmacis, ex acutissimis, igni similibus, sicut ex vitriolo, ex limatura æris adusti, arsenico, calce, & sandaracha simul mistis, & comburitur similiter igni. Quod si grandis eius malitia apparuerit, vt neque illa in adurendo sufficiat, & proprie in anthrace, igne combures, at quandoque cum candela ardente supereffusa, & quandoque cum ferro, vel cum aureo instrumento ignito superimmisso; talis enim cauterizatio proprie materiam venenosam à profundo corporis, & à principalibus ad locum appropriatis trahit potenter, & tractam quandoque insensibiliter effluere facit extra, vt, cum egreditur, atramentum videatur, & quandoque insensibiliter resoluit, & consumit, vt deinde non extendatur corrùptio, & periculum suæ malitiæ euitetur. Et proinde non tardetur, quin statim euacuatione vniuersali præmissa huiusmodi cauterizatio fiat; dilatio enim ipsius perducit ad mortem festinam, & proinde consequenter, &c. festine herbam scabiosam, quam Macer mirifice commendauit contritam simpliciter emplastrabis, cum innouatione frequenti, a proprietate anthracem ait necat in tribus horis. Et proinde si succum eis tribuas, citius, & tutius operaberis, &c. maxime si cum eo lurum sigillatum immisceas, vel theriacam, nisi inflammatio contradicat. Tertio consistit in accidentium correctione; completur autem, vt si rubor dominetur, & multa inflammatio cum dolore ardente in loco cauterizato, & adiacentibus partibus, tum propter naturam materiæ venenosæ principalis, & attractæ, tũ propter naturam ignis, vel pharmaci causticj additi; cum pharmaco dulci remittatur, quod fit ex pane cibanaceo, & vino acetoso, vel arnoglossæ succo, vel decocta lenticula cum pane in aceto. Et si tumoris magnitudo existat, cum vinõ quidem styptico, deinde autem cum aceto, & consequenter cataplasmabis orobi farinam super, cum oxymelle non super vlcus, sed circa ipsum, quia mordent, hæc enim pharmaca extinguunt feruorem, & ardentem dolorem, atque extenuat tumorem sua styptícitate, nec cum ea materiam repellent ad interiora scilicet principalia; sed cum sint heterogenea, extinguunt sua temperata styptícitate, vel remittunt feruorem, inflammationem, & ardorem, & admixta caliditate illam trahunt, & resoluunt influxam materiam sic, ne aliquid repercutiatur ex eis, sed pharmaca saniantia nullatenus talibus oportet afferre, ne putrefactionem in particula augeant. Inquit Hippocra. in apho. Calidum saniem faciens non omni vulneri op- 5. apho. 21. portunum est ad salutẽ, vlcus vero quod impressit, corrigatur, & regatur regimine vlceris maligni, fraudolenti, corrosiui, quod infra dicetur.

Et si debilitas pulsus, seu tremor, aut syncopis, ex fu- 5. apho. 21. mo suæ malitiæ venenosæ cor attingere contingat, cum confortantibus cor, & alia principalia ex frigidis, & styptícis notis, intus, & extra approximatis auxilijs adiuuetur, & cum deriuantibus fumos venenosos, & eorum materiam etiam cum frictionibus, ligaturis, compressionibus dolorosis, & ventosationibus, quæ supra in sectione prima sunt dicta.

B Quarto consistit in regimine, & est, vt regatur aere calido temperate, resoluente materiam, non tamen multum, ne prohibeat refrigerium in interioribus, & nobilibus inflammatis moueatur, & parum quiescat, vt materia semper trahatur ad extra, & resoluatur, & proinde vigilet, nec dormiat nisi parum, vt semper materia trahat ad exteriora, non reuocetur ad interiora. Inquit enim Gal. somnus, & vigiliæ reuocatione caloris naturalis cũ 1. apho. 1. humoribus ad interius, & exterius fiunt. Et proinde tota die vigilet, & maxime hora noctis prima, qua multũ consueuit natura prouocari ad somnum, & regatur cum clamoribus, sonis acutis, & fortibus, & alijs expergefacientibus dictis in lethargia vsque ad horum matutinalem sanguinis, qui acuti humoris est frænum, minoretur cibus, & potus sit ex frigidis, & humidis abstergentibus, parum nutrientibus, & à principalibus repellentibus; qualis est chist. hordei, & olea in principio: aquæ hordei, & granatorum succus in processu, ius carnis, & C similia. Et cõfortetur verbis, & suasionibus citæ salutis. Et ex communibus cum proprietate ex simplicibus in expulsione venenorum, & materierum venenosarum, est coagulum hædi, agni, pulli, cerui, vel vituli sumptum cum vino, & lutum sigillatum cum vino, & linitum cũ aceto, & semen citri cum ex eo sumuntur, vnc. ij. cũ vino, thure, & aqua calida. Et ex compositis interius approximandis est ficus ficca cum ruta, cum nuce, vel auellana sumpta. Et ex interius sumptis, & exterius linitis est theriaca, & exterius est allium cum auellanis, & pipere emplastratum.

Quinto consistit, & vltimo in cura vlceris maligni, et Emplastr. corrosiui quæ infra (Deo dante) dicetur. Medicamẽ efficax, & expertũ valẽs in principio anthracis cũ apparuerit nigra, mortificans ipsam. ℞. vitellum oui, & confice cũ sale trito, & extende super peciolas rotundas ad modum carleni, & sint. ix. vel. xij. quæ successiue vna post aliam applicetur, & vnaquæque moretur in loco per horam. D Sequentibus vero diebus cum attractiuis, & mundificantibus medicetur.

De phlegmone, quod spina dicitur, clauus, & furunculus, & medicinis eius. Cap. 5.

VNdimia est apostema phlegmonicum ex sanguine bono, & subtili à corpore influxo ad subcutaneas partes, sed subtilitate substãtiæ nõ remanet in carne, sed pertransit ad cutẽ, & colligitur in suis poris densatis, vt nequeat expirare. Et signa eius sunt, nam est tumor eius paruus sine pulsatione, & color rubeus, & doloris acuti, pungitiuus ad modũ punctionis spinæ; quare dictũ est spina. Aliqui dicũt illud clauũ, aliqui furũculũ, aliq ademenul. Et cura eius est cura phlegmonis carnis, & mus- Phlegmon quare spina dicatur. culorũ dictæ, q̃ nõ est ꝑtermittenda, cũ qñq; ex errore amplier, & deueniat ad apostema magnũ. Cõpletur autẽ primo cũ euacuationibus, minoribus tñ in quanto; eo q̃ huius materia minor est, ex phlebotomijs, & phar- Curatio.

macis, quoniam sunt efficaciores in resoluendo, & facie-
dō cessare illa à multiplicatione ipsarum, & ex eis est
rarefactio cutis, ventosatio in dorso, & natibus. Secundo
cum particularibus, & localibus remedijs, ex repellenti-
bus in principio vsque ad tertium diem, deinde cum re-
soluentibus; quod si non resoluantur (quod raro accidit)
illud maturetur; & si difficulter veniat ad pus, & calidi-
tas eius est grauis, tunc phlebotoma venam, quæ imbibit
ipsum, deinde ventosa locum, & non agas illud in princi-
pio, quoniam egredietur sanguis, & humor virulentus,
& retinebitur crassus, & fiet illud vlcus durum, cumq;
maturatur, & non aperitur, perfora ipsum, aut cum me-
Caust. dicinis, aut cum ferro. Et de repercussiuis conuenientibus est oleum rosc. cum aceto, & lacte. Et ex resoluentibus conueniens est emplastrum de passulis cum melle, & floribus chamæmeli, & baurach. Et de maturātibus conueniens est frumentum masticatum emplastratū, & ficus, & passæ cum melle, & similia. Et ex rumpentibus bonum est emplastrum, quod fit ex sem lini, simo colum bino, & fermento. Tertio cum diætæ ordinatione debita, prout temporibus eius conuenit. Quarto cum accidentium correctione, doloris, & aliorū quolibet, si oportet. Commune maturatiuum ipsius. ℞. sem. almaru triti, psyllij, ana vnc. i. lactis fici. vnc. iij. fœnugræ. sem. lini, ana drac. v. fermenti acetosi, vnc. i. & semis. decoquantur in lacte, & administrentur, quoniam maturat, & aperit. Inquit Diosc fermentum de farina frumenti, quando decoquitur cum sale, maturat clauos, & aperit. Et similiter nasturtium emplastratum.

Maturatiuum.

De carbone, seu pruna, & igne persico, & medicinis eius. Cap. 6.

CArbo, seu pruna, & ignis persicus proprie ex apostematibus paruis ad formam, & quantitatem lupini malæ morigerationis sunt, & venenosis perducentibus ad defectionem, & syncopas, vesicam in principio, & escaram facientes, & particulam corrumpentes, seu putrefacientes ipsam cum fœtore plurimo denigrantes, quare dictum est carbo, seu pruna: & deinceps etiā ambulantes de genere carbunculorum, differentes ab eis, quod est, quia in illis est materia sanguis crassus adustione malus, in istis vero materia est sanguis subtilis, cholericus adustus, vel cholera adusta mixta melancholiæ, proprie generata ex sanguinis subtilis, & calidi corruptione; sicut in pestilentia quandoque contingit. Differt etiam in antecessione, & colore, quia hic antecedit pruritus, & color est niger, vt carbo; illic vero non præcedit pruritus semper, & color non est semper niger, sed quandoque rubeus, quandoque citrinus, & quandoq; viridis, & inter se sunt differentes. Cū cholera dominat melancholiæ in tali adustione, dicitur ignis persicus. Et tunc videbis nigredinem in eo cum quodam splendore, & est comburens superficiem, & cutem: magis ambulans, & corrodit eam, & corrosio eius, & motus est velocior ad modum eryspelatis, & formicæ. Cum vero melancholia dominatur choleræ, color erit niger, pressus, cum siccitate membri ad modum carbonis, quare sic nominatus est; & eius cōbustio, & corrosio est profundior, quia in carne, non tantum in cute, & est tardioris motus.

Carbo.

Signa. Et sunt habentes indicia ex parte dispositionis, seu naturæ membrorum. Nam quæ accidunt in carne velocioris sunt resolutionis, quæ vero in neruis tardioris, & accidunt quandoque cum pestilentia, quandoque sine ea, & quandoque sumuntur communiter ad carbunculum, & eryspelatem vlcerosam, comestiuam, & ambu-
Curatio. lantem. Ex quibus causæ, & signa sunt manifesta. Et cura eius est proxima curæ carbunculi cum euacuatione vniuersali, præcedente phlebotomia, educente sanguinē cholericum, adustū multū vsque ad defectionem, cum tolerat virtus, & ætas, & cum euacuatione partis apostematæ, & materiæ incuneatæ in ipsa. Complerur autem cum scalpellatione profunda, donec egrediatur sanguis malus venenosus, constrictus in ea proprie, & in pruna eius materia est profunda in carne, vel superficiali, vt in persico igne, deinde cum administratione in principio medicinarum, non repercussiuarum frigidarum in principio: fortis stypticitas, ne materiam venenosam repellant ad interiora, & principalia, nec etiam mollificantia fortis resolutionis, quę particulam calefactam magis inflamment, & materiam, ac magis trahant, & incitent ad currendū, immo oportet, vt administres medicinas exiccatiuas, in quibus est infrigidatio, & resolutio cum caliditate temperata, vt eius frigiditate caliditas partis, & materiæ alteretur, & remittatur, & confortetur, & defendatur, & cum caliditate resoluant, non repercutiant. Qualia sunt, quæ dicta sunt, arnogloſſa emplastrata, & galliæ cum aceto vini decoctæ, & lentes cum pane quid furfuris habente; nam huiusmodi panis subtilior est in substantia sua, diuisim, vel in simul emplastratæ, vel alia similia in antidotario nostro scripta. Et ex appropriatis sunt, quæ hic subscribuntur, & cum regimine, & accidentium correctione vt supra.

Emplastr. conueniens. Emplastrum conueniens, & efficax, & expertum. ℞. granata acetosa integra, & infundantur, & coquantur cum aceto donec dissoluantur, & deinde terantur, & ponantur super pannum, & superponatur: ipsum enim conueniens est in omni hora, & eradicat hanc ægritudinem in principio, & statu.

Aliud emplastrum. Aliud emplastrum ad idem. ℞. nucem recentem, & folia eius, sauic hordei, passularum, caricarum æquales partes, terantur simul, & conficiantur cum vino, & oleo papa. nigri.

Medicina conueniens in principio, cum nondum vlceratum est. Rec. acaciæ, tragacanthi, opij, corticum granati, ana drach. i. sem. hyoscyami. al. vnc. sem. confice cum vino.

Medicamen conueniens huic cum est vlceratus, & est medicamen, quod parum exiccat, qualis est * auda-
** audatis.* con, & trochis. iiij. ex tragacantho cum vino dulci, & rob. quod enim fortiter exiccat, addit in malitiam ęgri-
Medicina conuenies. tudinis. Oportet autem vt subuenias partibus adiacentibus loco combustionis, ne putrefiant, & corrumpātur, & illud fit cum bolo armena, & aceto superinunctis, vel aqua, & reliquis, quæ infrigidant, & repercutiunt. Et id quod est propinquius illo cum lana hyssopi infusa in vino. Cum ergo quieſcit in phlegmatico, & remanent vlcera, curentur cum his, quæ sunt sicut emplastra de merdasengi, & emplastrum de diabutyto, & cum reliquis, quæ sunt cōuenientia vlceribus corrosiuis, & fraudolentis. Et nux antiqua vnctuosa est conueniens igni persico in hac hora.

De vena egredienti, & medicinis eius. Cap. 7.

COntingit aliquando, vt eueniat super aliqua particula corporis quidam feruor, deinde vesica, vel ampulla, deinde rumpitur, & egreditur ex ea quoddam rubeum decliue ad nigredinem; deinde prolongari non cessat, & est vena, & fortasse est ei motus voluntarius sub cute, ac si esset animalis in veritate, quasi sit quod generatur in eo, & extimant quidam, quod sit ramus vtili nerui propter vehementiam crassitudinis, & extensionis ipsius. Et plurimum quidem accidit in cruribus. Et Abulha. dixit se vidisse super latus, & manus multiplicatur super infantibus vtrunque, & quando extenditur, vel scinditur, magnificatur ei dolor, & labor. Et *Causa.* causa eius est sanguis calidus, malus, melancholicus, aut phlegmaticus adustus cum vehementia siccitatis complexionis. Et fortassis generant eam quædam aquæ, & olea cum proprietate, quæ est in eis, qualia sunt calida, & sicca, acrimonialia, & multiplicantur in aliquibus regionibus calidis, & siccis, ac si sit morbus * vndi-
** endemicus.* micus, vt in Aegypto, & alijs etiam regionibus calidis, & siccis, & in corporibus similibus. & minoratur euentus in corporibus humidis, & assuetis vino cum mensura. Signa sunt ex dictis manifesta.

Cura. Galen. vero dixit cum non sit comprehensum

ex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0832-6 DFG

ex eius cauſis aliquid manifeſtum ſuper quid ſit inniten
dum eo,quòd non vidit cum omnino,& in his vltrama-
rinis regionibus proprie quibus fuit. Abu. vero, & alijs
ſequaces Gal. cum multories illic viderint, curam eius
cõprehenderunt in v. in abſciſſione cauſæ primitiuæ cũ
regimine, & correctione aeris illius regionis, in qua ac-
cidit,rectificatione aquæ,& eiborũ regionis,vel dimiſſio
ne eorum omnino, & miniſtratione humectantium, &
balneorum, & omnia regiminis humectatiui noti. In
abſciſſione cauſæ antecedentis cum phlebotomia oppo-
ſitæ partis, & cum mundificatione ſanguinis,& illud cũ
medicinis ex myrob.epithymo,ſene, fumoterrę,polypo
dio,& ſimilibus educentibus humores aduſtos, & cum
compoſitis, vt cum pilulis cochijs, & tryphera confecta
cum ſena, & fumoterræ.

Tertio cum euacuatione cauſæ coniunctę cum parti-
cularibus medicinis. Et illud cum appoſitione ſanguiſu
garum ſuper locum, deinde cum repercuſſiuis ex ſanda-
lis,camphora, cum ſucco herbarũ frigidis, notis ſupra,
aut myrta,pſyllij,lac dulce, quoniam nó repellit ad prin
cipia, eo ꝙ precedens afficiabit euacuatio. Non autem
talia frigida ſuper vlcus ponantur, ſed circa ipſum, quo-
niam frigidum vlceribus mordax dixit Hippocr. in aph.
ꝙ ſi nó ſpargatur,reſoluatur non cum valde calidis, quo-
niam ex eis perueniet forſaſſe ad eſthiomenum,ꝙ ſi non
reſoluatur,ſanietur, deinde aperiatur, & mundificetur,
& regatur,vlcerum cura,quæ infra dicetur. Et quarto cũ
correctione accidentium, vt exeuntis venæ. Cum ergo
ambulla rumpitur, & vena ad exeundum feſtinat,opor-
tet,vt æger in die prima vnc.s. ſecunda die. drac.i. & in
tertia die.drach ij.de aloe bibat, & locus eius etiam epi-
thematur cum aloe. Ex hoc nocumentum eius omnino
deletur,poſtquam enim quod exerit,quod ex ea fortis ap
paret,ſuper arundinem paruam ex plumbo factam, cu-
ius pondus ſit.i. vnc.voluendum,& cum prędicta canna
ligandum,& vt pẽdeat dimittendum, nam ex ipſius gra-
uedine incipiet deſcendere,& citius egredi, & cum ex ea
aliqua pars exiſtit circa plumbum voluatur, & ligetur.
Si autem quod iam egreſſum eſt longum fuerit, incida-
tur,& quod remãſit inuoluatur, & donec radicatur ob-
ſtruatur, quod eſt obſeruandum, quia ſi ſic factum fue-
rit, attrahetur, & intrabit cannam, & poſtea putridum
vulnus magnum generabit, quapropter huic ęgritudini
blandiendo eſt ſubueniendũ,& paulatim vena eſt ex-
trahẽda donec omnino egredietur, & nihil ex ea in cor-
pore remaneat. Si aũt ipſam omnino intrare contingat,
in ipſius foramine ponatur radius,& in longum ſcinda-
tur,& bene aperiatur,donec quicquid ex ſua materia cõ
tinetur euacuetur; butyrum quoq; per aliquot dies ſuper
ponatur, donec putreſcat, & eius conſumatur materia,
deinde cum his, quæ carnem generant,curetur. Et quin-
to cum regimine, quod ſupra in carbunculo dictum eſt.

De panaritio, & medicinis eius. Cap. 8.

PAnaritium eſt apoſtema calidum,rubeum, in circui
tu vnguium naſcens, & ardens,& dolorem inferẽs,
& fortiter pulſans, ex quo plurimũ accidit febris,& per-
tingit dolor vſq; ad loca,quę ſunt ſub aſſellis,& inguine,
& finaliter perducit ad caſum vnguis, & quandoque ad
corroſionem digiti, & cauſa eius eſt ſanguis cholericus.
Cura vero eius cõſiſtit in tribus, in euacuatione vniuer-
ſali cũ phlebotomia,& maxime ſi diu eſt,ꝙ patiens non
fuit diminutus, in particulariũ remediorũ approxima-
tione cũ ſedantibus dolorem,calorem,& pulſum ex apo
cruſticis. Et primo in principio cũ ſubmerſione digiti in
aceto calido,vt iuſſit Gal.deinde cũ emplaſtro de cãpho
ra,aut mucilagine pſyllij cõfecta cũ aceto, deinde ſi ex-
pedit propter dolorem cum epithematione digiti ex ace
to,& opio diſſoluto in eo, donec ſuper locũ craſſum fiat
epithema, deinde cõtritæ gallæ, aut cortex granati, vel
grana myrtæ cũ aceto,& aqua cõquaſſata,& ſuperponat
ẽt pãnus ſuper ipſum aqua niuis infrigidatur,quoniam
ipſum refrænat multoties,ſi fiat cum frequenti innoua-
tione,& confirmationem eius prohibet,& ſimiliter ſor-
des auris cum litio prohibet à proprietate illius collectio
nem,quòd ſi pulſus in loco fuerit vehemens,prædictam
medicinam, vel aliud ſibi ſimile per diem integram ap-
proximare curabis, deinde ſi pulſus adhuc perdurat, ſi-
gnum maturationis erit. Quare oportet, vt aliquod em-
plaſtrorum, quæ in cura phlegmonis ordinauimus, &
hic ſuperponas,& proprie ſemen almari, & pſyllium
cum lacte,donec ad ſuppurationem deueniat,deinde ape
riatur, & quod in eo continetur, educatur, proprie cum
emplaſtro ex farina lupinorum cum melle, deinde cum
curantibus vulnera locum rege, & proprie cum aloe. Et
deinde cum vnguento de ceruſſa, & ſarcocolla, & ſuper
ponatur pannus madefactus in fine. Et ſi in principio
vnguis pruritus acciderit,vnguis cadet; ſi ergo ceciderit,
digitus ab omni motu lædente cum obuiatione rei con-
quaſſantis cauendus eſt, ne vnguis, qui renaſcitur fortis
egrediatur, & aſper. Et in regimine quale eſt dictum in
phlegmone. Cõſiſtit etiam cura eius ex ſimplicibus ap-
propriatis eis,vt ſuc. myrtæ proiectus ſuper eum, & epi-
thematus,acatiæ cum albumine oui,ſordities balnei,oli
banum quod incarnat,radix pentaphyllon decocta cum
aceto,& emplaſtrata,ſuccus,& radix liqui.ſumach,ſires,
aloes cũ melle, ficus cũ penidijs ponit ſupra panaritium
ad maturandum, & reſoluendum cum aqua cineris li-
gni ficus, & in augmento cum cortice granati, & ſanat
illud acetum, & folia oliuarum ſylueſtrium. Abuh. In-
quit enim,nec oportet, vt fletur ſuper infrigidãtia,nam
ipſa,quando pertranſit hora principij, inſpiſſant cutem,
& obſident materiam, & vehementior dolor fit, & non
illud quod ſentitur de caliditate, quamuis ſit ſicut ignis,
immo reſoluatur, & exiccetur, cum ſubmerſione in lo-
co calido,& in medio teratur olibanum ſuper ipſum,aut
nigella trita,& adeps,mucilagines lenientes, & bona ſor
des auris. Et dixit quoque forſaſſe, cum enim eſt timor
corroſionis, neceſſarium eſt miniſtrare emplaſtrum ex
arſenico, & tragacantho, calce, & flore æris, quoniam
exiccat,neque eſt melius eo. Et quandoque incipit curre
re ex panaritio vlcerato ſanies, & tunc cauterizetur, &
incidatur,vt non perambulet malitia in digito toto. Em
plaſtrum. ℞. aloes,balauſtiæ,olibani, & gallæ confician-
tur cum melle,& adminiſtrẽtur. Emplaſtrũ quod dixit
Paulus. Recip. tragacanthi vſti, thuris, ana partes æqua-
les,floris æris partem.s. terantur, & conficiantur cũ mel
le,& ligetur,ne tangat locum,adde vero oleum.

De apoſtematibus paruis, ſeu puſtulis illius generis, vt ſunt morbilli, & variolæ, & ſere, & medicinis eorum. Cap. 9.

QVia ſupra prima particula ſectionis huius locuti
ſumus de cura variolarum,morbillorum,& paſti
cum,quæ ſunt ex apoſtematibus ſanguineis paruis,nunc
de Sere loquemur,quod ex illorum genere eſt. Eſt inquã
ſere puſtula parua laxa ſicut veſica, ad aliquam tendens
rubedinem,& eſt pruritum faciens, & anguſtiam, & eſt
veniens ſubito plurimum. Et accidit,vt currat ex ea hu-
miditas, quæ forſaſſe eſt ſanguinea, & plurimũ ſit vehe-
mẽs in nocte, & in eis etiã anguſtia fit fortis cũ triſtitia.
Et cauſa eius eſt vapor calidus eleuatus in corpore ſu
bito,aut ex ſanguine cholerico, aut phlegmate ſalſo bau-
rachio. Et ſanguinea quidem eſt vehementioris rubedi-
nis caliditatis, & vehementioris * apertionis. Et phleg-
matica eſt minor in omnibus illis,& cum Sere inuadit
locum amplum, & intrinſecum; ſi non fiat phlebotomia
timetur feb.tertiana, oportet ergo, vt fiat phlebotomia
in ſpacio, quod eſt inter principium,& ſtatum.
Cura vero Sere in quatuor rebus conſiſtit. In euacua-
tione cauſæ antecedẽtis cũ phlebotomia, ſi ſanguis fue-
rit vincens,deinde conſequenter cum ſolutione cholerę;
ſi tolerat virtus, quod fit ex duabus partibus myroba-
lanorum citrinorum, drachm.i.hieræ, cuius doſis ſit,
drach.iij.cum iuleb; ſeu ſyrupo acetoſo. Secundo conſi-
ſtit in ſedatione anguſtiæ, & inflammationis. Et primo
cum

Diata.

Sere quid.

Cauſa.

* apparitio nu.

De cura.

cum tamariscis de aqua fructuum,& de infusione chrysomilorum, & succo duorum granatorum expressorum cum pulpis suis in quantitate lib.s. aut cum succo granati acetosi. Et de his, quæ sedant eam, est infusio sumach colata cum ex ea sumuntur in potu drach.ij. & detur in syrupo de nuce in die multoties; est enim ex his, quæ multum conferunt ei,& lenit naturam. Et de appropriatis ei est,vt sumatur crocus hortulanus,& teratur,& cócutiatur cum aceto, & sumatur aqua myrtæ, seu aqua vrcei noui. Et si humor fuerit phlegmaticus,baurachius, ducatur cum myrobal. chebu.& citri, cum turbith, de quo fit quantum est media pars illorum, & fit potio eorum vnc.ij.& detur in syrupo de nuce cypressi humidi.vnc.j.cum aloes,vnc.j.& sumitur crocus hortulanus, & ex illis est,vt sumantur cucubæ. vn.j. cum iij.zucchar & sem.agnicasti. in lacte dulci. Tertio consistit in regimine,& est,vt regatur cum cibis frigidis, & acetosis absersiuis. Quarto consistit in particularium remediorũ approximatione ad particulam patientem cum resoluentibus temperatis, & humidis,dictis supra in cura phlegmonis, & cum saniantibus, si expediat, & alijs,quæ illa sequuntur.

De terminatione apostematum,quot modis possunt terminari, & est sermo generalis in terminationibus apostematum. Cap. 10.

OMne apostema vbicumq; sit corporis terminatur secundum Galen.aliquo sex modorum, quibus ad finem salutis, vel mortis perducitur æger. Qui autem sint, & quales, quia boni mali, & mediocris, & quæ eorum sint signa, supra in *huius* sectionis principio dictũ est. Sed vt scias apostemata regulare, vt ad bonum, & optimum perueniant terminandi modum in finem salutis, ipsumq; cum expediat valeas adiuuare, & malis obuiare,nunc oportet adijcere,& monstrare, quid sit scilicet vnusquisque, & quibus causis fieri habeat,vel medicinis, & cui competat quilibet,& cui non, & quod sit regimen obseruandum in eis, supra enim in capitulo generali *dictum* est, qualiter nocumenta apocrusticorum, & diaphoreticorum cum accidant corrigantur, hic autem dicendum, qualiter sit ne accidant obuiandum. Sciendum ergo, quòd resolutio apostematum, & cuiuscunque alterius materialis morbi,est,vt humores, qui sunt materia eius subtiliati, & in vaporem conuersi apertis poris insensibiliter expellantur,vt Galen.ostendit. Fit autem illud a natura,& arte, completur vero calidítate, & humiditate temperata naturali medicinarum quarundam proprie,simplicium,& compositarum,quæ humiditates corporis ponant subtiliatas,& in vaporem conuertas,poros cutis rarificatos, vt facile expellatur,vt est semen lini, anethi, fœnugræci, & similia, differunt autem, & variantur in qualitatibus dictis, secundum plus,& minus,secundum diuersitatem materię,& membri,& aliarum rerum intrinsecarum, & extrinsecarum, quæ notæ sunt, quibus indicia aptæ, & ineptæ resolutionis habent. Coadiuuant autem ad resolutionem apostematis recurrere facientia præmissa, vt dicatur apostema resolui, cuius pars recurrit, & pars inepta recurrere proprie resoluatur, vt non procedat à modo, sed desistat. Cũ ergo materia apostematis recurrere non sit apta, quia iam aggregata est, & incuneata in cupo, sed resolutioni potius,vt quia calidum sit,sanguineum, vel cholericum vel ex vtrisque mixtũ, & cõplexio corporis calida,& cõpositio rara, quod expiratio visus, & liquoris declarat, quæ in emplastris quotidie inuenitur, & maxime quia dolor, febris, & alia accidentia remittantur cito, si non sufficienter agant sunt reliquiæ, si vero non, vt quia tepide se gerat, iuuat ipsam cum temperatis prædictis, si prædicta nõ sufficiant,vel propter medicinarum ineptitudinem propter naturam, positionem eius, vel caloris membri debilitatem,compositionis densitatẽ,confortabis illa cum alijs subtiliantibus, & calefacientibus magis, vt est spica,absynthium, ameos,baurach,& similia,

Nota.

E quæ infra(Christo auxiliante)dicentur, nec illis fortibus absque necessitate prædicta vtaris; fortia enim calidiuare sua, & siccitare, subtile quodã impetu resoluendo à crasso diuidunt, & illud sclíratum dimittunt, quod difficilius resoluetur quàm prius, & etiam sanabitur.

Et rege patientem cum extenuatiua diæta, siti, & fame, fames enim exiccat corpus. Sanatio vero apostematum est adæquatio materiæ, & dispositio eius apta ad euacuationem per eruptionem. Cum enim in vacuo membri, seu cupo apostematis iam tota materia sit collecta facta, quia sit exitura, tunc cum non possit apte repelli, quia iã exiuit à vijs, & venis, non resolui,quia incuneat ibi existit, & compacta,expedit,vt per partem patientem sensibiliter educatur, eo quòd præter naturam existat, & illud per eruptionem, vt ergo absque grandi nocumento naturæ, & membri possit expelli, oportet maturare ipsam, & in saniem conuertere, vt per eruptionem facile expellatur, aut enim si niteris euacuare destrues loca sana ægritudini resistentia, dixit Hippocrat. Fit autem à natura, & ab arte cum medicinis calidis, & humidis cum æqualitate viscosæ substantiæ, quæ cum caliditate æquali subtilea crasso non diuidunt resoluendo, sicut diaphoretica, & proprie fortes, sed agunt in eis vtique simul decoquendo, & permiscendo, & sua viscositate substantię vtrumque retinet oppilãdo, nec permittunt expirari subtile, & prohibendo transpirationem, caliditatem præter naturam acquirunt in loco,à qua permixta cum naturalis sanies generatur in tali materia bonum, & ad malum mediocriter se habente, vt dixit Galen. debent ergo esse tales medicinæ calidę in principio primi gradus, vel in fine ipsius, vel vsque ad medium secundi gradus,quæ infra dicentur,& hoc propter diuersitatem complexionis corporum, quibus approximantur, & etiam materiæ saniandæ. Inquit enim Galen. Medicina saniem generans debet esse caliditatis, seu complexionis similis complexioni corporis, in quo sanies generatur, & etiam membrum, vt dixit Auer.

Dieta.

Habent autem exituræ iudicium ex parte naturæ ipsius materiæ, & corporis seu membri in quo sunt,& quãtum ad saniationem, & quantum ad eruptionem, in quo materia est diffusa, apta,& facilis, inepta, & difficilis, & bona, & mala, seu laudabilis, & illaudabilis. Quantum ad saniationem quidem, nam quæ est in materia calida, est, & in membro calido carnoso,& corporis fortis caloris,in quo materia diffusa, & posita extra, multæ eminentiæ, & tumoris pyramidalis, vel coloris rubei cũ pulsatione prompte saniatur, & est bona. Quæ vero ex materia frigida in membro frigido, quia neruoso,& simili,& in corpore caloris debilis,inepta est,difficilis,& illaudabilis, & maxime si in membro ſcĉturali, vel propinquo existat, in quo nec apte fit exitura,nec saniatio propter mucilaginitatem ipsarum, & materię, & propter amplitudinem vacuitatis ipsarum,quare materia in eis non est bene aggregabilis in vnum, nec retinibilis,quin transpiretur, sicut exitui expedit, & saniationi, nisi grandis causa existat in eis.

Similiter quantum ad eruptionem, nam in prima est prompta eruptio,& absque periculo,in secunda est difficilis, & pernitiosa. Et quidem cum habet duobus fieri modis,vt per materiam,& artem, si fiat per naturam est melior,& securior, & si fiat ad extra laudabilis, si ad intra illaudabilis, si vero ad vtrumque magis. Et siquidem quod erumpit, egreditur album, & lene, & æquale, carens malo odore, laudabile est. Si vero citrinum, rubeum est; liuidum,& cænosum,malum, sicut Hippo. in prognosticis dixit. Cum ergo vides apostema aptum saniationi, & prolongatur, & fit factum exitura dolor, & feb. non minuitur, nec pulsatio, nec apparet humiditas aliqua expirati, imo tumor remanet, vel augeri non cessat, & maxime quando sanguineum, vel phlegmaticum, seu mistum ex eis fuerit apostema, non cholericum, nec melancholicum: humor enim crudus,& caro matura, materia sunt saniei: cholera vero inepta est ei,

2. prog. 42.

reso-

2. apho. 23. resolutioni potissime apta. Vnde Hippocr. in erysipelate putredo, aut sanies, malum. Et similiter melancholia si naturalis sit, maturationi, si præter naturam sit, corrosioni, cui maturatiua non competunt, cum putredinem augeant, & corrosionem. Vnde Hippoc. in apho. calidũ sanationem faciens non in omni vulnere optimum est ad salutem. Et si potes impedire, & resoluere, in hoc quã tum potes instabis, & illud sæpe ad meliorem terminandi modum reducas, & illud facies auferendo saniantia, & diætam extenuatiuam ministrando, ac resoluentia, quę aperiendo poros materiam transpirabilem reddant, & subtilem eius partem à crassa diuidant, resoluendo: illa enim sola putrefiunt corpora, quæ calida sunt, & humida, & intranspirabilia perseuerant, deinde cum administratione styptícantium, & exiccantium, vt foliorum myrtæ, balaustiæ, & gallæ, & huiusmodi, quæ si euitare non potes, quia natura sit ad suppurationem intenta, siquidem per se sufficiens sit multum apta, & naturæ obediens, quia si calida in eodem loco vehementioris exitus ad exteriora cum maioris tumoris eminentia, & acutioris capitis cum rubedine ac pulsatione, relinque ipsi naturæ. Dixit enim Galen. Medicaminum auxilio non indiget, nisi cum morbo magnificato, dominari nequiuerit. Si vero per se non sufficiat, confortabis illam cum medicinis prædictis, & proprie cum materia est inepta, & prædictæ contraria. Cum vero sanies sit, tunc considerabis an locus eius sit in membro carnoso, aut in mẽbro arterioso, & neruoso, & proprie quod iuxta iuncturas existit. Si enim fuerit generatio eius in loco carnoso, arterijs, & panniculis carente, & neruis, vt sunt nates, & adenæ, non aperias exituras, donec tota materia sit complete saniata; nisi multa, & superflua in quantitate existat, de quo membri corruptio timeatur; melius enim digeritur insimul dimissa quàm si euacuaretur in parte; tunc enim intranspirabilis perseuerat, & quia permista, quod ex ea tangitur à putrido apertius putrefit. Si vero in membris alia conditio fiat ante perfectam, & completam saniationem totius, si natura non aperiat, studeas aperire. Sanies enim diu retenta, ac virus, dicta membra sua acuitate corrodit, quod plerunque ad spasmum adducet.

Nota. Cumque artificialis apertio duobus modis habeat fieri, vt per pharmaca causticа, quæ infra (annuente Christo) dicentur, & per incisionem cum ferro, vel sectioné, sitque in eis dubium, ne subiecta membra læderentur, expedit, vt hat conditionibus debitis obseruatis, & maxime in exitura tali existente in neruosis, venosis, arteriosis membris, si enim sint in membris carnosis, sine periculo inciderur, vel secabitur, etiam si profunda fiat, vt dictum est.

Conditiones incisionum. Conditiones autem debite obseruandæ sunt. Quædã ex parte chirurgici operantis, vt quod sit sciens, & proprie in arte anatomica, & expertus in sectione, sitque habens manus leues, & habiles ad secandum, & secum deferens instrumenta apta ad illam, vt nouaculam vel lanceolam, mollificantia, & dolorem sedantia, quæ in solutione neruorum dicentur, & cõstringentia sanguinem, qualia sunt plura, ex quibus est medicina Galen. quæ ex pilis leporis, tela araneæ, & ouorum albumine commiscetur, & ferramenta, quibus cauterizetur. Quędam vero sunt ex parte corporis, in quo inciditur, quædam ex parte loci, quædam ex parte quantitatis, & formæ, seu figuræ, quædam ex parte ligaturæ. Ex parte quidem corporis, vt si forte tumeat, & si sit sensibilis valde, prout Abuh. docuit, in vino lolij aquam ponas, aut sumach, aut sumitertæ, opij, & hyoscyami, ana vnc. sem. nucis musc. & galliæ musc. & ligni aloes crudi, ana drachm. j. sextam, aut hyoscyamum nigrum cum corticibus mandragoræ in aqua coquatur, donec rubefiat, & cum vino admisceat, & præbibat. Ex parte quidem loci est, vt fiat vbi sanies aggregata rumpitur, quam mollities tactu inuenta in loco cum digitis indicat, & albedo, seu illius color puris, licet quandoque propter crassitiem sui non maturetur, vel profunditatem loci, vt Hippoc. dixit in aphor. quo casu calorem oportet attendere, & pruritum, fiatque in loco subteriori remoto ab arterijs, & neruis, quo sanies melius possit effluere, & expelli, vt siquidem sit exitura pinealis extra eminens, & acuta, in capite sui fiat, ibi enim, cutis propter saniem attenuata est magis. Nota. Si vero sit spaciosa, & lata, fiat in parte subteriori, per quam melius possit euacuari, vt si expediat, in locis eius duobus, vel tribus incides. Ex parte figuræ, vt fiat secundum processum rugarum, vel linearum cutis, nisi in illis membris, in quibus positio villorum non currit secundum cursum rugarum, vt est frons, & palpebræ, in quibus si secundum rugas cutis ipsarum incides, simul, & neruum, seu villum eius, qui in longitudine currit, incides, caditque supercilium, & palpebra, & breuiter fiat, sicut Ancilinus in chirurgica arte expertus, & in anato. doctus insinuauit, quod infra ponetur. Ex parte quantitatis, & formæ, vt si sint in superficie posita, fiat superficialis, si vero in profundo profunda, & lata, vt carne adiacente, eius labia non claudantur. Et proinde ad cautelam tentam aliquo liquido inunctam impones prius expressa suauiter sanie, & paulatim, non subito; si enim subito expellatur, & exitura sit magna, & multa collecta sanie, perducet ad mortem subitam, maxime si intrinseca fuerit. Vnde Hippocrat. 6. apho. 27. in aphoris. Quicunque empyici, aut hydropici vruntur, aut inciduntur, sanie, aut aqua subito, & multa fluente, repente moriuntur. Cum ergo, quod per se effluit, fuerit parum prius imposita tenta superemplastretur ouum conquassatum cum ambabus partibus suis, cum stupa ad sedandum dolorem, restringendum sanguinem ex venis incisis fluentem, vel spongiam in vino styptico infusam, vt docuit Abuha. Et emplastrum de chalcantho non valde frigidum, ne mordeat vlcus, & superligabis modo quo oportet, qui infra dicetur absque multa constrictione, ne doleat magis, & sic dimittes vsque in diem sequentem. Ex tunc vero solue, & mundifica vlcus cum mellicrato, vel cum vino, & impositione tentæ ex filis telæ antiquæ, vel stylo si fuerit in profundo, super ani caput autem sit pannus absterssiuus, & exiccatiuus saniei, & puris. Cumque aliquid remanserit saniandum, illud saniabis miscendo mundificantia, & saniantia in emplastris. Et cum mundificaueris necesse est, vt succurras ad conglutinandum cutem cum carne, vt non rumpatur, & indurescat, & fiat taliter, vt non conglutinetur, quare fiat sinus, vel bursa, quæ non cesset impleri, & redeat similis exituræ primæ. Et quoties mundificabis non moretur quin impleatur carne, ne fiat de genere fistularum. Ad hæc ergo complenda, facta incisione, & mundificatione, si ea, quæ in circuitu incisionis sunt sine phlegmone fuerint, replebis vlcus puluere siccantium, seu styptícantium pharmacorum etiam mordentium, qualia sunt ostraca adusta, & quale est compositum pharmacum ex fermento, & eis quæ per chalcitem. Si vero quid eius, quod in circuitu, phlegmonat, id quod per oleum, & chalcitem liquefacies, quando infrigidabitur, ducens in olla mollificare manibus oportet de vino fundendo, vt nosti, vtile enim est in multis hoc tale pharmacum, &c. Deinde conserues cum ligatura debita, quam infra dicemus (annuente Christo,) vt nec aqua, nec oleum, nec pilus cadat, nec aliquid quod humectet, sordidet, & conglutinationem retardet. Et deinde incarnantia, & conglutinantia ministrabis, & finaliter sigillantia. Quod si ex errore sinus accideret seu bursa, quam Galen. colpum appellauit, melius est, vt dixit ad mundificationem puris, & ichoris, sine qua incarnatio, & conglutinatio opportuna est impossibilis, quod habeatur canale perforatum secundum rectum, ex ære, vel corio præparatum, ea vero non existente, habeatur instrumentum puris mundificatiuum habens amplum canale, habeaturq; pharmacum per chartam combustam compositum ex eo parum mistum multo rhodino. i. oleo ros. Et hoc canale per orificium vlceris sine immittere, & deinde inuoluto licnio claude orificium, & tãdiu in eo dimitte, donec mũ-

dificа-

dificatus perfecte sit sinus, & carnosatus, qd absente tumore, & dolore partis, sinus constrictione ac siccitate ipsius cognosces. Quod si in ore pus benignum, & paucum uideris, magis spem carnosari, & conglutinari habebis colpum, propter quod superpones spongiam madefactam, & acetosam, gallæ oleo superligans, ut infra dicetur, & superpones emplastrum, & tentam ex eo inunctam, & dimittes usque in secundam diem, uel tertiam; quod si tunc ligatura soluta, liquor quis subtilis excernatur ex colpo, ne à conglutinatione desperes, multoties enim superposita pharmaca patienti particulæ uirus exprimit ex cute ipsa uiolenter, & carne sibi subiecta humiditatem subtilem, & maxime si corpus humidum sit, & dieta humida, & superflua usum fuerit, qua expressa, commensurate siccæ fientes regiones, conglutinatur prompte, quod si secundum, tertium, uel quartum diem absoluens inuenies liquorem indigestum, per hoc scias non conglutinatum esse colpum, & proinde expedit, vt supra apponatur particulæ pharmacum fortis exiccationis absque mordacitate, quale est pharmacum nostrum flauum, per metallica pharmaca sine cera confectum, & oleo gallæ, & acetum sanguinolentorum veterum vlcerum, & neruorum est conglutinatiuum, & corporis instantis exiccatiuum, quecũque autem emplastra sint pharmaca liquata rhodino, si in huiusmodi sinus immittimus, per canale non trãseãt, sed in his conuenit vesicam accipientem porcinam apponere ante listum perforatum, secundum rectũ oportet esse acriora pharmaca, quæ licinios imponuntur nominatis, quia sunt viridia colore, & propterea pauco rhodino commista, commensuratio vero super incarnato sinu conglutinatorum aliquod pharmacorum superponatur, vel si recès, seu sanguineum curares vulnus, multa.n. sunt talia, qualia per butyrum, lithargyrum, & æruginẽ æris, & alia metallica pharmaca, ex quibus quandoque flauum pharmacum resultat, cum amplius fuerit cocta, & quãdoque violaceum cum ad modicum fuerit cocta. Scire oportet enim quod omnia metallica pharmaca lepromera, & ficciora fiunt vsque ad plurimum cocta, & proinde in colpis profundis magis operatiua, cũ ad profundum oporteat peruenire eorum virtutem, quæ vero recentia, & sanguinolenta sunt vulnera, facile conglutinamus, & si vnum ex his exiccent, vt sunt, quæ suprascripta sunt, de quibus multa enumerauimus, quibus scripta sunt, similiter multa foramina, & longa, habentia multam sorditiem.

Aduertendum autem, quod si aliquid colpi in superiori fuerit regione; & similiter si vulnus fuerit profundũ, os vero eius in corporis manifesto inferius, facile per os effluat liquor, si solam custodias conuentionem figuram patientis particulæ, vt si fuerit colpus in crure: orificium vero eius iuxta genu tendente deorsum, orificium vero eius sursum, liquor manebit intus, & corrodet cõtinuas partes, neque effluet, vt nec carnosetur, & conglutinet, vt expedit, nisi subincidas inferius ad suffusionem ichoris ipsius. Et si illud in vulnere profundo nequeat fieri, iuuetur conuenienti figura, & expressione versus orificium tendente in pharmacis trahentibus de profundo, cũ exiccatione forti, donec ichores perfecte fuerint exiccati, quod ex prædictis signis cognosces certe, & ex tunc abluatur cum imectione mellicrati, quod in hoc melius est ad maiorem mundificationem; deinde incarnantia ministrentur, deinde vero ablues cum vino mediocriter styptico, & ætate medio repido, & conglutinantia superponas. Et spongiam mollem quàm magis possibile est modo prædicto madefactam, expressam circumpones, & superligabis bindam. Sit autem eius superligatio, vt a fundo colpus incipiat, terminetur aut ẽ versus os, & circumpones vero othomoris bindam, stringat quidam indolorose fundum colpus, paulatine vero exoluatur vsq; ad orificium, vt illic laxam superligationem habeat, & a binda, quę superponitur extrorsum super orificium cum emplastro cum forficibus existente incisa, vt effluere possint ichores ab orificio, colpi quoq; aliquo secundum id, superpositoq; emplastro, vt ad supersolutionem quã in tertia die facies, auferens ab eo id quod velut epithema circumiacet; adhuc autem si dominium eorum, quę ad saniem deuenerunt apostematum, incisio fiet tarde, vel propter imperitiam medici, vel timorem infirmi, necesse est in tempore corrodi cutem a sanie, & subtilẽ fieri, & dirumpi vndique ad modum dislaniati panni, vt fiat vlcus a medicis nominatum rancosum, & dilaniatum, seu dilaceratum. Est ergo cutis huius difficile conglutinabilis, & maxime si quis siccum superponat consistentia pharmacum; ab his enim adhuc magis rancosior fiet, & ficca cutis similiter, & acutis gũmis exiccantibus similiter, quare ad conglutinationem eius vti oportet aliquo humido consistentia pharmaco: virtute vero sicco, & effectu, quale est pharmacum compositum per lithargyrum, & pinguedinem porcinã veterem, & chalcitem habentibus, vel oleum veterinum. Melius autem operabitur secundum has dispositiones, quando nõ valde durum, nec certissime molle conficitur; conglutinatiuum enim omnium est vlcerum, & sanguinolentorũ immissum per oleum vetus, deinde per vinum vetus, deinde positis in circuitu huiusmodi dispositionum; intristanter enim eas consolidauit multoties, confert in lacer tosa cute. Nihilominus mel vsque ad consistentiam coctum, emplastratum, vt neque sit ita durum, vt lædat cutem, & instabile sit, neque ita humidum, vt circumfluat calido corpore, & siccam relinquat bindam, & sic nihil prosit, quoniam autem mensuratio coctionis vix perceptibilis est in eo, melius est emplastrare puluerem myrtæ, vel aloes, vel olibani, vel omnia simul, & maxime qñ in binda vnctum humidum appareat. Sit autem subtiliter puluerizata, & bis, vel ter cribellata, & si supermisceatur decoctioni mellis, prædicta operabuntur melius, si magnus, & profundus fuerit colpus. Ad hoc autem subtilissima est, & expertissima centaurea; est enim mirabile pharmacum in vtilitate eius, deinde symphytum .i. plantago aptissimum, deinde ireos, & absynthij radix, & postea oroborum farina. Sint autem subtiliter cribellata, & linita; mista autem mellis decoctio, secundum illud tempus quandoque vtique ab igne auferendum, deinde supertere baculo vel mascula, vt misceantur ipsa bene melli. Melius autem est præferentes ollam ab igne emplastrari omnia huiusmodi; deinde diligenter mouere, donec mel vtique fiat tepidum, vt superponi possit ei, quæ curatur particulæ. Cum autem exitura intrinseca fuerit, licet de ea in prima sectione particulariter dictum sit, & ad chirurgicum non pertineat, sed ad physicum: magis tamen regat eam chirurgicus in absentia physici, velut manualiter operatio in eo, cum ministratione euacuationis minus, ne subtractione humiditatis impediat maturationem. Sed siquidem sanguis, qui inuentus est, malus, & corruptus existat, quod vt plurimum est, tam propter compassionem, quam propter alicuius euacuationem, cum phlebotomia cognosces, mundificabis eũ, prout superius dictum est. Si vero bonum videbis, non euacuabis, nisi multus fuerit: minutio enim impedit saniationem subtrahendo humiditatem, & minuendo calorem ministrabis maturantia exquisite, quę sunt medicinæ subtiliatiuæ, ex simplicibus, & compositis. Ex simplicibus vt myrta, cinnamomum, amomum, & reliquæ species cum consecutione vini subtilis, declinantis ad albedinem, paulatim bibiti. Et ex compositis est theriaca, & mithridatum, & homorusia. Et facta maturatione, si per se non rumparur ministrantur rumpentia eis appropriata, deinde mundificantia, & vltimo conglutinantia, quæ ex prædictis in prima sectione sunt nota. Et oportet, vt regas patientem huiusmodi exituras intrinsecas, & cum maturatur, tendat ad caliditatem, & humiditatẽ temperatam. Cum vero erumpitur, & fit dubelati, oportet vt regas virtutem, ne cadat subito, & syncopizet, & moriatur; & proprie vbi multa, & subita sequitur euacuatio, & illud cum cibis, & potibus iurium carnium, & vini subtilis, odoriferi, perinde cum his, in quibus est absterfiõ, & mundificatio, vt chisi hordei, aqua eius, & cicc-

eſcerum aqua, mellis,& cappares, caricæ, & paſſulæ, & A ſimiles, deinde cum habentibus virtutem conglutinatiuam, vt ſunt extrema animalium neruoſa, & viſcoſa, quę ſua qualitate generant ſanguinem viſcoſum conglutinationi conuenientem.

De appropriatis apoſtematum ſecundum diuerſitatem membrorum, in quibus fiunt. Cap. 11.

Cauſa. LApidatio vero apoſtematis, non talis a principio exiſtentis, vt melancholicus eſt, & conuerſio eius in ſcliroſim, & duritiem, accidit dupliciter. Aut ex natura materiæ ipſius, vt quia fuerit eterogenea, ſubtilis,craſſa, & viſcoſa, cuius ſubtile reſoluitur per ſe, vel actio naturæ reſolutioni intendens ſubtile euaporari fecit, craſſum vero dimiſit, nequiens illud reſoluere propter ineptitudinem ſuam, quod induratum remanſit ſequeſtrato ab eo ſubtili, & humido leniente, & mollificante. Alio modo accidit ex errore medici in curatione, vt quia volens ipſum reſoluere, reſolutiua diſproportionata miniſtrauerit, & ſuperflua, ab humiditate priuata, vel quia à principio apocruſtica fortiora, quam oportuerit, apoſtemati miniſtrauerit. Cumque videbis apoſtema aptum huius terminationis per ſigna, quæ ſuperius habuiſti, & per duritiem a tactu inuentum poſt duritiem, vel maiorem,& per ſigna aptitudinis materiæ eius ad illam, obuiabis cum regimine humectante,& miniſtratione humectantium intus, & extra,abſq; reſolutione, & cum euacuatione humorum craſſorum, & viſcoſorum, & quod ſcliratum, & induratum fuerit curabis, & reges cura propria ſcliroticorum, & melancholicorum, quæ infra ponetur. Conuerſio vero,& permutatio apoſtematis in putredinem fœtentem, & corruptionem, eſt tranſmutatio totalis materiæ eius putrefientis, ex calore non naturali extinctio eius naturali, hæc eſt natura putredinis dixit Galen.& in hoc differt a ſaniatione ipſius, quia in materia, & efficiente, ibi enim materia inter bonum, & malum ſe habebat, & calor efficiens ex calore naturali, & præter naturã erit mixtus, hic vero, & materia, & cauſa efficiens præter naturam totaliter eſt effectus. Cum ergo corrumpitur apoſtema, forſaſſe putrefaciet,& corrumpet membrum,& fortificabit ipſum. Qualiter autem hoc fiat, & qualiter hoc curandum ſit, & regendus ſit patiens, ſupra dictum eſt in capitulo generali, & infra in eſthiomeno, & gangræna dicemus. Apertio autem ſubita periculoſa eſt, & ſuffocatiua, ſi interior ſit, & in membris nobilibus, & animalibus, vel ſpiritualibus magis, vel eis vicinis, vt quæ in cerebro eſt,& panniculo eius,gutture vel pulmone, vel pleura, quæ vicinatur cordi. Et ſi quidem apoſtema, vel exitura non ſit matura, illud contingit multitudine materiæ, & acumine eius dirumpente,vel vlcerante particulam continentem, & ex tenuitate, vel ſubtilitate ipſius,vel aliqua cauſa exterius adiuuante,vt eſt percuſſio,& caſus. Si vero ſit matura, & ſuppurata iam, & aperiatur ſi ſubito fiat: cauſa erit multitudo ſaniei, & D acuitas ipſius cum tenuitate membri, vel vtraque. Quare ſiquidem in prædictis locis fiat, morte ſubitam portendit vt plurimum, quæ propter curſum cum multitudine,& malitia ad cordis, & cerebri ventriculos,& proprie cum eruptio facta ſit in parte ipſius poſteriori:tunc enim cum non habeat vnde expiret, eius ſpiritus ſuffocabitur. Si vero in membris nutritiuis fuerit,talé morté ſubitam non portendet, niſi cum in hepate fuerit, vel cum materia deferatur ad illa cum apoſtema, vel ad exituram aptam, cum hoc videris ex ſignis magnitudinis apoſtematis, vel exituræ, & multitudinis materiæ eius, & ipſius malitiæ obuiabis,vt tua intereſt,dicente Hipp. *2. prog. 43.* in prognoſticis,nonne illius eſt, vt futurum periculum, vel omnino prohibeat, vel vt ſaltem competenti adminiculo tolerabilius fiat, & illud quidem facies regendo patientem cum euacuationibus totius, ſi expediat, & partis cum ſanguiſugis, & caraxationibus dimiſſis, donec ſanguis ſufficienter exeat, & etiam deriuationibus, & attractionibus materiæ ad exteriora, & ignobilia, cũ vẽtoſis,& alijs prænarratis ſupra obtundentibus acuitatem materiæ, ſiue humor ſit,ſiue ſanies, ac cum reſolutione materiæ apoſtematis, ſeu exituræ, & cum diæta tenui, & ſiti, & fame, & alijs materiam minorantibus. Et ſi expediat cum eruptione feſtina,ex his quæ eruptionem habent facere in interioribus, quæ dicentur, cum confortatione membrorum principalium, & virtutum in eis,ex odoriferis, & ſtypticis, ex his, quæ in prima ſectione ſunt dicta, in cura cordis, & cerebri. Permutatio apoſtematis eſt, vt quia materia eius de membro, in quo extitit aggregata tranſferatur ad membrum nobilius,vel ignobilius,intrinſecum, vel extrinſecum, ſupremum, vel infimum, vt eſt dictum,& illud dupliciter eſſe poteſt naturaliter,& vi ſymptomatis. Naturaliter quidem, vt quia potentia naturæ non abſoluta, materia ſubtiliata ſit,& poris membrorum, ſeu intermedijs venis ad aliud expellatur ignobilius extrinſecum, & infimum, vt cum tranſit de apoſtemate pulmonis in apoſtema cruris, vel pedis, & de nobilibus ad emunctoria eorundem in infimum, quod non eſt poſſibile, etiam ſi inter membra nulla manifeſta appareat via. Inquit enim Galen. naturæ forti nihil eſt impoſſibile in expellendis nocentibus; trahit enim ſaniem per medium oſſis. Et regimen tunc eſt tale, vt ſinas naturæ nihil agendo, vt in aphor. docuit Hippo. Si vero vi ſymptomatis fiat, eſt vt quia materia ſua multitudine, & ſubtilitate ſubſtantiæ,ac acuitate qualitatis ſuæ grauante, & moleſtante, non poſſit contineri in membro, ſed effluens per poros eius venas reingrediatur, & tranſeat ad aliud, & maxime ſi ſit ei ſubiectum ſitu, & virtute, ſicut cum tranſit pleureſis,& ſynanche in peripneumoniam. Cum ergo apoſtema ad talem permutationem videris aptum ſit per priuationem ſignorum terminandi per alium modum,& apertionem doloris,& caloris in alio membro, & maxime ſibi vicino,& ligato, vt matrici vberaalligantur per venas, & ſtomachus cerebro per paria C neruorum, cum permanentia eius in ſua diſpoſitione prima, & ſi talem permutationem coniecturaueris bonam, vt dictum eſt, ſine eam, & iuua ſicut in phlegmone dictum eſt. Si vero malam, impedies euacuando, trahendo, & deriuando, exiccando, compingendo, & ſubtiliando, vt ſuperius cum de apertione eius, vt dictum eſt.

Conuerſio quid. *Permutatio quid.*

Reſoluentia. Ex reſoluentibus apoſtemata, quædã ſunt ſimplices, quædam compoſitæ, quas ſupra narrauimus in ſectione prima, & proprie in ægritudinibus iuncturarum, & appropriatis in hoc loco eſt omne calidum temperatum, & reiteratum ſuper membro cum frictione membri tẽperata, & vaporatione faciente illud, in qua eſt humiditas calida ſimplex, vel decoctionis florum chamæmeli, meliloti,aniſi,& ſimilium,embrochata,vel cataplaſmata cum ſpongia,& reiterata multoties, cum ſuperpoſitione aliarum medicinarum ſimplicium, ex quibus ſunt caricæ, paſſulæ, mel, oleũ antiquum, terebinthina,thus, & maſtix, & vinum, & fortiores, ſicut ſinapis, ſtercus auium, calx, cordumeni, pyrethrum, gluten albotin, & maſtix,& oleum antiquum.oportet autem, vt à lenientibus non expolietur.

Et ex compoſitis eſt medicamen de marcheſia, cuius hæc eſt deſcriptio. ℞. lapidis marcheſitæ dra. vij. ammoniaci tantundem,farinæ fabæ dr. vj. miſceantur cum reſina hu.& liniatur ſupra ſaniatam exituram donec cadat per ſe, & oportet vt adminiſtretur ſtatim,quoniam exiccatur multoties.

Aliud. ℞. ammoniaci partem. i. bedeguar quartam partem partis vnius, & miniſtrentur. Oportet autem vt non ſpolientur a lenientibus,& mundificantibus notis, quæ infra dicentur, ne ſua forti reſolutione ad * ſcliroſim perducatur exitura, & alijs,quæ in noſtro antidotario ſerioſe notauimus. ** ſcirrhum.*

Maturãtia. Et ex maturantibus ſunt medicinæ, in quibus caliditas ſimilis exiſtit caliditati corporis humani, & etiam membri, in quo fieri habet, & eſt vt ſi calidum,& humidum

midum cum latitudine, quæ est a principio primi gradus vsque ad medium secundi, in finem eius quandoque cum substantia viscosa, et de illis sunt simplices, & compositæ. Et ex simplicibus sunt, quæ sunt calidæ tales, in primo gradu, vt est embrocha cum aqua tepida, & farina tritici, vel hordei, & oleum dulce, & triticum masticatum propter illud, quod cõtinet de calore naturali corporis est melius. Et panis, cera, crocus, malua, & bismalua, radix ladanum, butyrum, hyssopus humida, adeps porci, radix lilij al. domestici, fem. lini, fœ. caricæ pingues, melilot, & vuæ passæ. Et ex fortioribus est hyssopus, gluten albotin, frumentum, radix cucumeris asinini. Et ex compositis sunt, quæ componuntur ex eis secũdum necessitatem.

Medicamen compositum conueniens maturationi, & est Abu. æ. vuarum passularũ, styracis, galbani, myrti, ladani, resinæ, masticis, butyri, hyssopi humidæ, radicis cucu. asinini ana partes æquales.

Emplastrum Gale. ad idem de Kerua, & emplastrum de thymo, & emplastrum basilicũ. Et de bonis ad hæc est emplastrum de marchesita cum ammoniaco, cum desuper ponitur, donec per se cadat, & alia, quæ in nostro antidot. diximus.

Rumpentia. Ex pharmacis vero eruptionem facientibus in exituris, & collectionibus apparentibus, præter dicta supra in sectione prima in apostematibus mãmillarum, sunt, quæ illud agunt attrahendo fortiter, rubefaciendo, & adurendo, & ex eis sunt, quæ illud agunt in intrinsecis, quæ supra in cura pleuresis diximus sectione prima, & ex eis sunt, quæ illud faciunt in extrinsecis, de quibus nunc sermo est, ex quibus, quædam sunt simplicia, quædam composita, ex simplicibus sunt fermentum, species gummorum, & proprie galbanum, & euphor. & arseni. nasturcium, vrtica, scilla, flammula, calx, sinapis, nux ræcida, cantharides, cordumeni, salgemma, baurach, pyrethrum, & stercora auium calidarum, vt columbi, anatis, & anseris, accipitris, falconis, thapsia, & similia, & maciana tritrita cum corticibus suis, vel herba alchanna, coctæ, & emplastratæ. Et compositæ sunt, quæ ex his componuntur, & conficiuntur cum succis eorum, vel gummis dissolutis in eis, vel cum melle, vel cum stercore auium prædictarum, vel capitello. i. lixiuio forti, & color balneantium. Et alia sunt ex rumpentibus, & cum exiccantibus saniem cum eruptionem voluerimus euitare.

Et ex compositis erumpẽtibus est emplastrum quod fit. Rec radicem narcissi, bulliat cum aqua, & oleo de lilio, & melle, deinde emplastretur, rumpit enim omne prauum.

Aliud fortius, fumantur cantharides, terantur, & ponantur super oleum vetus, & decoquãtur super prunas, donec totum congeletur, deinde terantur cum melle anacardi, & stercore columbino, & emplastretur. Emplastrum expertum per Abuh. æ. medullam granorum coti, nucem rancidam, fermentum, caules, & cepam decoctam, sinap. & fimũ columbinum, & fiat emplastrũ. Emplastrum exiccans, & resoluens saniem sine eruptione. æ. baurach, salem ammo. sinapim, stercus auium, arseni. calcem, cordumeni, misceantur thus, & gluten albotin, & mastix, & aggregentur trita cum aceto, & oleo

Vnguentum aperitiuum. antiquo. Linimentum ad idem. æ. marchesitæ, ammo. ana drac. xij, farinæ fabarum drac. vj. misceantur cũ resina humida, & liniantur super cutem, & sanie, donec cadat per se, oportet aũt vt statim ministrentur, quoniam cito exiccatur. Linimentum quo aperiuntur apostemata materia. æ. liquoris anacardi, picis liquidæ, ana partes æquales, fumautur in cochleari ferreo, commistæ terantur donec fiant vnum, de eo pone super locum, quem voluerit aperire, & dimitte per medium diem.

Modus faciendi. Quod si cum prædictis non aperiatur, nec sanies exicetur: oportet vt aperiatur, & incidatur ferro, & modus est, quem in membris singulis Antillus magnus chirurgicus, & expertus insinuauit dicens, si exitura fuit in capite, sectio eius sit sectio æqualis, & sit cum radice nati-

E uitatis pilorum; nec trãsuersa in eo, vt cooperiantur pili, & non appareãt cum saniabitur; & cum est locus occultus, tunc eius apertio fit lata, & si accidit in naso, tunc perforabimus eum æqualem secundum quantitatem longitudinis nasi, & si fuerit prope, perforabimus perforatione simili capiti lunæ nouæ, & conficiemus tortuositatẽ inferius. Si autem accidat in mandibulis, secabimus eã sectione æquali: quoniam cõpositio huius loci est æqualis, sicut illud ex corporib. senum, post aures vero perforabimus eam sectione æquali, quoniam compositio huius loci est æqualis, brachia vero, & cubitos, & manus, & inguina omnia perforabimus in longitudinẽ. Et si fuerit prope coxam, perforabimus eam perforatione rotunda. Et perforatio quidem rotũda est, quæ apprehendit cum apprehensione sua de longitudine corporis, aliquid de latitudine eius, quoniam cum locus ille non perforatur rotunde, possibile est, vt aggregentur in ea materiæ, & fiant fistulæ, & similiter etiam perforatur, quod est prope anũ, propter locum humiditatis, quæ aggregatur in eo, & in latere costæ perforántur aperiendo, in testiculis, & virga æqualiter. Et simus prompti semper, vt constitum sit cõsequens figurã loci, quanto plus poterimus supra ipsum. Coxæ vero, & adiutorium secantur longitudine, & obseruatur, vt non lædantur nerui. Et dixit, scias quòd perforatio diuersificatur secundum loca, & quãdo est apud oculum, tunc perforentur æqualiter, & in brachijs, cruribus, cosis, & virga, totum æqualiter fit in longitudine, & similiter in lacertis ventris, & dorso, & in inguinibus, & sub axillis penes perforationem eam accipientem ex latitudine etiam, ne fiat in ea sinus, qui fiat fistula. Et testiculos, & virgam æqualiter in longitudine: & lateres, & costalis est similiter, & similiter caro, quæ est super eas. Inquit quoniam propter situm carnis, & villos lacertorũ, quoniam non sumus prõpti nisi ad hoc, vt perforemus, nisi cum immutatione, vt nõ perueniat incisio, & sit locus incarnationis bonus, & non crassus. Et sit in omni dispositione ingenium tuum ne incidas arteriam, neq; venam magnam exituræ, aut neruum, aut villos lacerti. Et perforatio sit secundum magnitudinem exituræ, scilicet si fuerit parua, & currit quod in ea est ex loco vno, seca eam in loco vno: & si fuerit magna, tũc perfora, deinde intromitte digitum tuum indicem sinistrum in ea, & perfora iterum eam, vbi peruenerit caput eius, deinde intromitte etiam in foramine secundo, & secũdum hoc donec venias super eam, & si exituræ fuerit locus sufficiens, ex quo fit possibile exire, quod est in ea, perforabimus ipsam in loco illo, & si fuerit rotunda, aut fuerit ei sinus, ne egrediatur, quod in ea est ex perforatione vna; perforamus etiam eam in inferiori parte sui in duobus locis, aut tribus secundum quantitatem quam scis, quod omne quod aggregatur ex ea currit in hora. Inquit vbi sit exitura coniuncturalis, aut membrum nobile, aut membrum propinquum ossi, aut panniculo, festinabimus in perforatione eius antequam cõfirmetur eius maturatio, ne pus corrumpat aliquid de membro illo, & multoties cutis perforatur pforatione aliqua, aut accidit de ea aliquid, aut post ponatur super eam eruptionem faciens, vt fit ei profundatio. Incarnantia, & conglutinantia, & sigillantia infra quærantur, particula iij. capitulo primo.

De *cancræna, & esthiomeno. Cap. 12.

*Gangræna.

CAncræna, & esthiomenus est, cum apostema sit perducens membrum, in quo est, ad coruptionem, & mortificationem, tunc enim corrumpitur membrum, cum ad mortificationem perducitur, tuncq; corruptum erit cum fierit mortificatum; corruptio enim est mutatio de ente in non ens, & viuere viuentibus est esse, vt Arist. dixit, tunc dicetur corrumpi, vel corruptum esse, cum in mortificationis sit via; vel iam mortificatũ existat, cumque in via corruptionis existat, quia color eius in liuidum, vel viridem incipiat manifeste mutari, minorari eius sensus, si sensibile sit, & in principio sit talis corruptio, & mutatio a phlegmone proprie dicitur cancræ-

na. Cum vero procedat, & deſtruatur eius caro, & quæ ipſum ſequuntur, & putreſcat, & corrodatur vſq; ad os, dicitur aſcachilos. Cum vero putrefactio proceſſerit, & peruenerit ad corruptionem perfectam, vt iam ſit mortificatum mẽbrum, & color ſit mutatus ad nigredinem, & ſenſus eius totaliter ſit deſtructus, dicet eſthiomenus.

Cauſa. Et cauſa corruptionis, & mortificationis ipſius membri eſt deſtructio complexionis, vel caliditatis naturalis, & ſpiritus eius, & ſuperacquiſitio caliditatis præter naturam. Cuius cauſa eſt duplex, intrinſeca, & extrinſeca. Intrinſeca ratione apoſtematis, de qua eſt ſermo ad preſens, eſt duplex ſcilicet ex parte ipſius apoſtematis, & ex parte erroris commiſſi per medicum in eius cura. Ex parte quidem apoſtematis tripliciter, vel quia ſit magnum, & multæ, & craſſæ materiæ de genere phlegmonis, quare ſuffocat calorem naturalẽ, & ſpiritum in mẽbro, oppilando vias tranſitus eius de principalibus ad ipſum prohibeat illum venire ad eum; vel quia ſit malæ materiæ putridæ putreſcentis, vel vlcerantis de genere herpetis, vel venenoſæ de genere anthracis, vel ignis perſici; vel quia ſit multæ, & malæ ſimul, de genere phlegmonis eryſipelati, & formicæ vlceratiuæ, cancri, & lepræ. Ex parte vero erroris medici in cura, licet ad extrinſecam cauſam pertineat multipliciter, vel quia in principio fortiora apocruſtica miniſtrauit, & frigidiora quã oportuit, & diutius, quare caliditatem naturalem, & ſpiritum extinxit in illo, vt ſupra in generali capitulo dictũ eſt, vel quia effuderit oleum in vlceribus profundis, quare ſordidatur caro, & putrefit, vel quia putrefactiua, & ſaniatiua fortia diutius miniſtrauerit: necnõ, & ſaniem in membro diutius permiſerit quàm oportuerit; vel qa corroſiua impoſuerit in ipſum iam vlceratum, cauſa corroſionis carnis malæ additæ, & diu permanſerit, vel pluſquam oportet, aut abſque cauſa, vt quia voluerit dolorem in membro augere cauſa extirpationis pecuniæ, aut quando medici irrationabiliter agunt, & vltra ſtatutum eis pretium plus exigunt; vel quia ligaturam magis ſtrictam quàm oportuerit, fecerit, proprie cum ſteletis, quare oppilatis vijs prohibetur calor, & ſpiritus tranſire ad membrum. Cauſa exterior eſt frigiditas aeris, complens; Inciſio, vel percuſſio, caſus, morſus venenoſorum animalium, vinum ſumptum calidum, vel ſua proprietate corrumpens, cum auxilia proprie non fuerint miniſtrata, & hæc omnia ſunt manifeſta.

Diuiſa cãtrana. Cura cancrænæ, & eſthiomeni. Iam dictũ eſt in præcedenti capitulo qualiter prohibeatur apoſtema, & corruptio membri ne fiat, nunc dicere volumus qualiter cũ acciderit, ſit curanda. Sciendum autem, quod cancręnę in principio eſt cura poſſibilis, cum vero proceſſerit, vt perueniat ad aſcachilos, non certa eſt ſpes ſalutis; declinat enim plus ad corruptionem, vel mortem, quam ad vitam. Gale. vero exemplificauit in corruptione ſanguinis, loquens in vino, quod corrumpitur dicens. Cum ergo ſanguini corruptio contingit, idem fit, quòd in vino ſolet fieri, quia cum vinum in acetum ſolet mutari, & in perfectum acetum peruenerit, non poteſt in vinũ amplius redigi, quòd ſi parum mutetur, & non ad acredinẽ ducatur, vt plurimũ ad naturã vini vertitur. Idem in correptione ſanguinis, & membri eſt intelligere.

Cura vero omnem eius comprehendens diſpoſitionẽ eſt quinque res. Prima eſt putrefactionem prohibens. Secunda eſt putrefactum abſcindens. Tertia eſt prohibens ne putrefactio ſpargatur vterius. Quarta eſt corrigens accidentia. Quinta eſt regimen. Prima completur hoc modo, quia cum videbis cõlorem membri apoſtemati, & proprie in apoſtemate phlegmonico magno alterari, & permutari ad liuidum, quia in via putrefactionis, & corroſionis exiſtat, tunc oportet vt ſubuenias eum eo, quod ſi proprietate, & complexione adiuuante prohibeat eius putrefactionem, qualis eſt bolus armena, terra ſigillata cum acero linita ſupra ipſum. Si vero illud non ſufficit, nõ inuenies excuſationem, quin facias ſcalpellationem profundam diuerſorum modorum in locis, vel ponas ſanguiſugas, & phlebotomes venas proximas ei paruas, vt euomatur omnis ſanguis cum cautela malus, qui circundat locum, & ponatur ſuper locum ipſum ſcalpellatum, quod prohibeat putrefactionem ex his, quæ dicta ſunt ſuperlinita, vel de contrarijs in complexione ea, in quibus eſt profundatio fortior, ſicut farina hordei cum ſyrupo acetoſo permiſta, aut cum farina fabarum, & proprie permiſta cum ſale. Et de his, quæ ſuperliniuntur eſt, aſa, ſemen vrticæ, & ſuccus foliorum acori, vt de vnoquoque ſit pars vna, floris æris-par. ſemis. terantur cum aqua donec fiant ſecundum ſpiſſitudinem mellis; de quo liniatur manus in circuitu eius, attendens mente ad corpus laborantis in talibus auxilijs miniſtrandis, vt forti, & duro, vt ruſtico, fortia miniſtres, debili vero, & molli, vt puero, & mulieri, & viro coloris albi, & mollis carnis, mollia miniſtrabis. Et de medicinis prohibentibus corroſionem eſt, vt ſumatur floris æris, mellis, & aluminis, ana partes æquales, & liniatur cum eis; prohibet enim eas, & facit cadere, quod putrefactum eſt; & ſeruat id, quod ſequitur ipſum. Si autem pertranſeat diſpoſitio diſpoſitionem apoſtematis; & diſpoſitionem corporis eius, vel coloris, & incipiat deuenire in molliriem membrum, & humectetur parumper, tunc hæc eſt inceptio eius in putrefactione. Quare oportet, vt puluerizetur ſuper ipſum ariſto. rotun. & gallæ, ana æqualis partis, & exiccentur etiam tragacan. & colcothar ſunt bona, & proprie cum ace. & ſolijs nuc. ipſum chalcanthum rub. puluerizarum ſolum, & ſimul cucumer aſi. & ſuccus eius epithematus.

Secunda res completur: quòd ſi pars carnis incipit corrumpi, vt iam peruenerit ad aſchachilos, incide eam, aut fac eam fortiorem illis. Cumque feceris cadere carnem, fac currere cum butyro, vel alijs, quæ infra (duce Chriſto) dicemus ponendo deſuper, deinde fac cadere eſcaram, & non ceſſes, donec peruenias ad carnem ſuã. Et cum membrum totum quaſi putrefactum eſt, vt ſit factum eſthiomenum, oportet, quod incidatur, ne corruptio tranſeat ad vicinum. Inquit enim Gal quod tangitur a putrido putrefit. Cumque inciderit illud, vel pertem eius, oportet vt exerceas rem tertiam, prohibendo ne ſpargatur adhuc putrefactio, & corruptio. Completur enim cum cauterizatione partis, vel membri remanentis cum igne, aut cum pharmacis cauſticis, & adurentibus, & proprie in membris facile ſuſcipientibus putrefactionem propter ſuam caliditatem, & quia ſuperfluitates calidæ approximentur eis, vt teſticulus, & anus, efficit enim cauterizatio, iuuamentũ quod Abuh. oſtendit cum inquit. Cauterizatio eſt medicamen valde vtile ad reſoluendum materias corruptas in membro repertas, & ad prohibendum, ne corruptio ſpargatur, & ad confortandum membrum, cuius complexionem volumus rectificare, & ad reſtringendum ſanguinis fluxum, quibus hic omnibus indigemus. Cum ergo cauterizatione fit eſchara facta in loco, oportet vt ſic agas, quod eſchara cadat cito, complebis autem illud miniſtrando, & deſuper ponendo panem cum hydromelle coctum, aut cum farina hordei, vel cum eo miſcere fermentum, & quæcumque ad ſuppurationem ſunt aptiſſima, idonea ſibi ad deciſionem aduſtionum, & panis ex apio tritus, & baſilicon tritum corrumpit, & ſedat vſtiones ab humidis. Et ex ſimplicibus, vt ireos radix cũ mel'e, vel panici farina, vel ariſt. vel acorus in duris corporibus, in mollibus vero ſufficit butyrum, vel oroborũ farina cum melle. Cumq; ceciderint vſtiones, & eſcarę, carnoſentur, & conglutinentur finaliter, de quibus dicetur in ſequenti particula (ſi Deus annuat.)

Accidentium vero correctio eſt, vt cum magnificari appareat apoſtema in circuitu putrefacti, tunc corrigatur, & ſuccurratur cum emplaſtro ex ſauich hordei cum ſucco hyoſcyami albi, verum non approximetur ſupra partem putrefactam, ſed in circuitu eius, vt ab illa repellat.

Regimen vero eſt, vt regatur cum frigidis, & ſiccis, & alijs prohibentibus putrefactionem, qualia ſunt acetoſa, acetum, & ſalita, & amara, cum ex eis fiant pilulæ,

pilulæ, & sumantur quolibet die ex eis.iij. cum his, quæ mundificant a proprietate, vt est cinnamomum, xyloaloe, & similia.

De moro, & medicinis eius. Cap. 13.

Morū quid. MOrum est apostema molle ex carne addita accidens carne rara, & plurimum in ea, quæ in ano, vulua, & capite virgæ, & quandoque est effundens humi ditatem rubeam ad modum aquosi, & quandoq; est saluum, & quandoq; est magnum, & dolorosum. Et cura salui est cum aspersione pulueris corticum granati acetosi. Eius vero quod est malignum curatio eius est cum sedantibus dolorem ex corrosiuis pharmacis, deinde cū glutinosis. Et decoctio ficus, & proprie allium confert ei, & fel asini syluestris eradicat ipsum.

SVMMA II.

Particulæ secundæ, sectionis secundæ, & est de medicinis apostematum cholericorum, & mistorum, &c.

SEquitur summa secunda particulæ secundæ, quæ est de medicinis apostematum cholericorum, & mistorum continens cap. iiij.

De erysipelate. Cap. 1. fol. 152
De formica. Cap. 2. 153
De herpete. Cap. 3. 153
De phlegmone erysipelatode, & alijs ex sanguine commistis, & cholera. Cap. 4. 153

De erysipelate. Cap. 1.

Erysipelas quid. ERysipelas est apostema cholericum ex cholera xantha naturaliter se habente extracta de corpore hepatis, & cysti fellis ad cutem, ibique collecta propter crassitiem, & multitudinem, ac densitatem cutis. Quare in tumorem eleuatur, & supercalescit in phlegmonis modum. Conuenit enim, & differt ab ipso: conuenit quidē in tumore, & caliditate, vtrobique enim tumor, & calor est: differt autem ab ipso in quanto ipsorum, in phlegmone tumor maior est, calor vero minor, in erysipelate vero tumor minor, & calor maior, siue acutior. Et differunt etiam in materia, quia in phlegmone materia sanguinis est, in erysipelate vero cholera. In loco etiam, nā in phlegmone sanguinis materia in subcutaneis partibus est, vt in carne, & musculis, in erysipelate vero cholera in cute est cholerica, calida enim, & subtilis est cū cōsistentia, quare impulsa mouetur de sui natura ad partes circumferentiales corporis apte, & pertransiens carnes, & raras particulas corporis deuenit ad vltimam cutem, quam cum non possit pertransire factam densam, vel quia crassitiem aliquam acquisiuit, colligitur in ea, & facit apostema. Si enim subtilis esset, & cutis rara, vt in corpore naturaliter se habente existit, pertransiret vtiq; ipsam, & conspirando insensibiliter efflueret de corpore, vel sensibiliter cum sudore, quemadmodum secundū vnamquamque diem vidimus, & proprie in balneatorū absterfis sudoribus color flauus apparet, qualis choleræ est. Differunt quoque in accidētibus, in colore cutis rubeus est, & cutis de se illæsa cum pulsu; in erysipelate vero flauus, vel mixtus ex flauo, & xāthino, sine pulsu, vel cum minori, & quidem cum ipsa cholera dimisit membrum, quod est super eam, cutem excoriat: & cum tempore ad profundum vadit, vt vlceret totam cutem vsque ad suppositam carnem, vt hæc tota dispositio erysipelatis varietur, duplicem habens differentiam, seu speciem, quia vel sine vlcere, vel cum vlcere fiens, primam Gale. herpetem nominauit, secundam herpetem esthiomenum, vt innuit ad Glauconem, licet videatur ex dicto cap. quòd cum vlcere fit, & ascachilos, item pulsus est sympтoma magis phlegmonis, etenim in profundū fit, vbi arteria sit, erysipelas vero in cute vbi arteria nō est, licet ipsa orificium ramusculorum eius attingat, erysipelas quoque iudicia habet, ex loco in quo incipit. Si enim incipiat a lepore nasi, & est vt plurimum, augmentat, & expanditur in facie tota, & capite, & est minus malū, & quandoque incipit a strictura ossis, & sub cute, & est maius malum. Ex quibus causæ, & signa erysipelatis sunt manifesta.

Herpes gd.

Cura eius est.iiij. res. Abscissio antecedentis causæ, euacuatio causæ influxæ, & incuneatæ in poris cutis, correctio accidentium, & regiminis ordinatio in similitudine phlegmonis. Quemadmodum enim phlegmoni erysipela conuenit, & differt, eodem modo in cura conuenit ei, & differt. Conuenit quidem in euacuatione, & infrigidatione, eo q; vtrobique tumor in causa est. Differt vero in quantitate euacuationis, & infrigidationis, sicut in quanto differebant tumoris, & caloris; in phlegmone enim quia tumor superat calorem, intentio quoque euacuandi prævalebit infrigidandi intentioni; in erysipelate vero infrigidandi intentio prævalebit, seu superabit euacuandi intentionem, & quia materia influens, & antecedens in erysipelate erat cholera pura, in phlegmone sanguis purus, vel parum mistus, totius euacuatio in erysipelate choleræ, quemadmodum in phlegmone totius euacuatio sanguinis.

Complebitur autem cholagogo aliquo, sicut in phlegmone euacuatio sanguinis cum phlebotomia. Et siquidem pauca sit passio, sufficiet clyster cum acri; nō enim conuenit in tali phlebotomia. Cum enim sanguis sit fere num choleræ vbi non superabundat, si euacuetur, cholera fiet effœnis, vnde Gale. infelices ex cholera non sunt phlebotomandi, quod si cholera superabunder, præmittenda est phlebotomia, sed non minoratiua. *De phlebotomia.*

Euacuatio vero apostematis, seu partis erysipelatę dupliciter completur, primo per apocrustica, & repellentia ad particulas alias, secundo per diaphoretica, & quia nō quantitate contristat particulam, & a magnitudine deficere facit, ab eo quod secundum naturam vt phlegmon, sed qualitate, & inflammatione magis infrigidantibus repercussiuis apocrustricis fortioribus indigebit, quam phlegmon. Et quidem talibus non periculosum est vti, cum repellant de ignobilibus exterioribus ad interiora nobilia, nisi totius euacuatio præcessisset, quemadmodū in phlegmone; nec quoque sine ea repulsio materiæ bono modo fieri posset per illa ad circumadiacentes particulas, & totum corpus, nec diaphoresis etiam. Inquit enim Gal. plenum existens corpus non recipit quod impellitur, & si aggressi fuerimus, trahemus per calorem amplius in partem, quam diaphoresim faciamus.

Ad hæc vtraque complenda, & euitandum periculū repulsionis ad principalia, & ad complendam operationem repercussionum, & diaphoreticorum quoque approximandorum particulæ ad euacuationem causæ cōiunctæ apostematis incuneatæ in ea præmittendum est in erysipelate cholagogum ad euacuationem totius, sicut, & phlebotomia in phlegmone; deinde ad euacuationem partis accedere, & choleræ in cute collectæ. Et primo cum repercussiuis amplioribus, & fortioribus, quæ in phlegmone diximus, qualia sunt lactucæ, semperuiuæ, portulacæ, lenticulæ aquæ, mucilagines, ptylij, hyoschyamus, & virga pastoris emplastrata, & similia, & cum substantia accepta, vel cum succis earum superposita, & aqua frigida infusa, quam Hippocrates in aphorism. commendauit in non vulnerata, & tandiu donec transmutatio fiat coloris; certissime enim inuenies erysipelas curatas cum talibus; repellūt enim, quod influit, & erysipelatis causa fit: & simul inflammationem extinguunt, sedant dolorem particulæ, qui trahendo influxionem choleræ adiuuat, vt erysipelæ præstet augmentum, & sic erysipelam prohibent. Et quoque, quod in particula continetur etiam cum appropinquantes expeliant particulas propter ipsius subtilitatem curatam iam factæ erysipelæ auxilia exstitit.

Secundo

Secũdo si aliquid in parte adhuc remanserit sua crassitie repelli non valens, expedit quando fernor iam eius abierit ad diaphoretica deuenire auxilia, qualia sunt temperata in caliditate, & humiditate, & medicamine, & cataplasmate * eis; vel calida hordeacea farina, & croco, vel chondro, vel alio, adhuc enim secundum vtrumque modum cõferunt sicut prædicta, nam in eo, quòd sedant dolorem, & etiam caliditatem remittunt, augmentationem erysipelæ fieri prohibent; inquãtum vero quod iam influxum resoluũt, sanant quod iam erysipelatis factum est, & sic præuisio sunt simul, & cura; nec expedit ad sanationem eius procedere; in erysipelate enim sanies mala est, vt Hippo. dixit in aphorismis.

* cataplasmati.

Correctio vero accidẽtium, scilicet doloris, & inflammationis ex prædictis est nota. Vlcerationes vero ipsius corriges præscarificans emplastrando hordeaceam farinam, deinde ipsum, & excoriationem cum vnguento albo de cerussa, quod in nostro antidotario dictum est, & est vnguentum seriscinum.

Regiminis ordinatio est, vt conuertatur regimen in omnib. rebus nõ naturalibus ad frigidum, & humidum, quæ supra in cura febrium nota est. Medicina Abuh. ad excoriationem erysipelatis. scoria plumbi in vino pontico bulliat cum ficlæ folijs, & cum eo euaporetur, deinde curetur cum eo, in quo est resolutio fortis cum infrigidatione, quale est. ℞. lanæ veteris adustæ non lotæ. drac. xv. scoriæ ferri, plumbi, ana drach ix sepi caprini veteris abluti cum aqua drac. xv. olei myrti dra. v. & vtatur. Aliud lenitiuum leuius illo. Rec. scoriæ plumbi drac. x. succi ficlæ, drach. ij, olei, & ceræ quod sufficit.

B

De formica. Cap. 2.

Apostema quare dicta sit formica.

FOrmica est apostema cutis cholericum ex cholera aduста, paruum, incipiens sicut pustula vna, vel plures cum punctione ad modum punctionis formicæ, quare dictum est formica; deinde fit apostema paruum, & ambulat paulatim, & quandoque corrodit, & vlcerat propter crassitiem choleræ, & fit vlcus putridum, & quãdoque resoluitur cum est subtile; & est vesicans tantum, separans, & excorians, & quædam eius est miliaris, eo quòd habet pustulas plures, & paruas, similes milij, & est species formicæ.

C

Signa quidem sunt formicæ, quod est, quia incipit sicut pustula, & eius essentia est rotunda, & dispositio, vt audiuisti, & color eius est ad citrinitatem decliuis cum inflammatione grandi habens radicem latam, inde est quod nominatur miliaris.

Cura formicæ consistit in illis, in quibus consistit cura erysipelatis scilicet in euacuationibus totius, & partis cum alteratione, & infrigidatione, & reliquis. verũ oportet, quod cholagogum eius in euacuatione vniuersali sit ex educentibus choleram aduстam, qualis est aqua casei cum folliculis sennæ, & fumo terræ, & similibus, & cum additione scãmoneæ, si expediat, deinde ministrabis super apostema infrigidantia, quæ sunt dicta in erysipela, nisi fuerit corrosiua, quoniam tunc humida, licet sint frigida nocent, & similiter diaphoretica, quare oportet vt ministrentur ea, in quibus est styptica cum frigiditate, & caliditate parua, vt est rubus, lingua canis, solatrũ, lentes, plantago, & similia, quæ dicta sunt supra in cura carbunculi, & carbonis. ante enim purgatationem prædictam, si incipias infrigidare, retinebis materiam, & maxime si styptica sint frigida. quare corrosio post corrosionem non cessabit augeri. Et post prædicta ministra bis sauic hordei, & corticem granati, & ramos vitis. cum vero terminetur corrosio super eam miscebis cũ istis infrigidatiuis aliquid mellis, aut farinæ thuris cum aceto, & aqua, quæ currit ex ligno vitis humido cum aduritur, & stercus ouium cũ ace. ficus cum axungia porcina superposita non finit eam dilatari.

D

Cum ergo apparet corrosio, & vlceratio, tunc administra trochiscos andoron cum vino styptico, aut aceto commixto cum succo cucumeris asi. & sal. & fel hirci, & rutam cum thure, & piper nigrum cum vrina pueri. Gal. autem conueniens esse dixit, vt sumatur aliquid sicut est bucca extremitatis pennæ, aut alia res cuius extremitas sit acuta, quã possibile sit deglutire formicam, deinde penetret formicam in circuitu eius vsq; ad profundum cum acuitate sua deinde eradicetur cum ea formimica ex radice sua. Illius autem formicæ, quæ pura est, cura, & destructio est cum intromissione in balneũ multæ aquæ, quoniam nocet ei aer, deinde egrediatur velociter, & vngatur cum oleo ros. & aqua ros. Eius quoq; quæ est miliaris, similis est huic. verum cũ eius causticо, siue cholagogo fit virtus pharmaci educentis phlegma sicut turbith, & educentis melancholiam sicut epithymum, & similia, quoniam necesse est illic, & melancholiam, & phlegma choleræ esse mista propter crassitiem eius, deinde sumantur gallæ, & fructus tamarisci, & corticum granati, & boli ar. ana, & aggregentur omnia cum aceto, & aqua rosata, mista tali mistione ne mordeant, & liniantur desuper cum penna, & lac dulce vehementer est conueniens huic ægritudini. Cumq; transit principium, tunc curetur cum medicinis ex capite piscis adusto, cum vino põtico, & fortius illo est, quãdo exiccatio vltima necessaria est, & sumantur folia albedorogi, & ponantur in eis calidis, & ministrentur. Et fortius hoc est, sumatur flos æris, & sulphur citrinum aduстum, & fiat ex eis linimentum cum vino, aut aqua vitis prædicta, aggrega oliba. cum aceto, & oleo mixtum, & linitum in principio formicæ aufert eam.

De herpete. Cap. 3.

CApitulum de herpete propositum pertractare, ex capitulo erysipelatis notum est. Quod enim Hip. erysipelas nominauit, Gal. herpetem dixit. dixit enim ad Glauconem sic. cholera xantha, cum quidem subijpsius naturam seruans cum sanguine vbicumq; feratur corporis icterica passio nominatata fuit; sola autem extracta, & secundum aliquam particulam stante herpes nominatur. Si quidem deniq; crassa fuerit totam vlcerat vsq; ad suppositam carnem cutem, & vocat hos Hipp. herpetes esthiomenos. Si vero subtilior fuerit ea vero, quæ in superficie sola quasi superuixerit, & huius generis aduстæ nuncupatione, & fine additione herpes nominatur, hoc autem nihil aliud est, quam erysipelas vlcerata, vt ex dictis patet, & ex cura eius, quam ibi posuit Gal.

Nota bene.

De phlegmone. Cap. 4.

SI vero ex sanguine, & xantha cholera ſm naturam se habentibus missum fuerit rheuma, aut non in solam cutem effunditur, sed etiam suppositam carnẽ tangat, nõ phlegmon, neq; erysipelas solum fit, sed quædam mista dispositio ex phlegmone, & erysipelate simul, cumque superet mixtione sanguis choleram phlegmon erysipelatodes dicetur, & symptomata dominabuntur phlegmonis. Si vero cholera dominetur erysipelas phlegmonodes nuncupatur, humoris prædominantis præpositо semper nomine substantiuo, & symptomata choleræ dominantur. Si vero neuter obtineat prædominium, sed æquales appareant phlegmon, & erysipelas mista dicentur, & symptomata erunt confusa, & permista, nam calidior multũ phlegmone, & flauior est videre, nec adeo, vt erysipelati conueniens est, & si tetigeris facile subdecurrit sanguis, & rursus superfluit subtilis simul, & rubeus certe apparẽs, nõ tamen est doloroſus similiter hic phlegmoni secundum vllam speciem phlegmonis, neq; etiam pulsationem, neq; compressionem, neq; tensionem similem infert, sed est quędam in eo valde molestatio temperata. Eodem modo commista esse rheumata possibile est ex cholera xãtha, & phlegmate, & erysipelas * vndimiæ commisceri, & mollem erysipelam nominari, & siquidem propter frigidum superfluum scirotizata particula fuerit duta, nuncupatur erysipelas.

* oedemati.

Cura ostensio curationis in talibus sibi inuicem complicatis erit composita, quod vniuersale in causis morbis, &

De cura.

bis,& symptomatib. semper est,& supra in febribus memminimus faciendũ; habetur autem ex cura simplicium, vt ibi est dictum. Et si quidem inæquales in missione fuerint apparentes sanguis,& cholera, primo ad euacuationé totius,& antecedentes causæ, & dominante sanguine,præmittetur phlebotomia,cholagogũ veroaut phlegmagogum sequatur,e contra vero præmittetur cholagogum, vel phlegmagogum, & sequetur phlebotomia. Æqualiter vero apparentibus præmittenda tamen phlebotomia sequetur cholagogum, vel phlegmagogum;nequeunte vero patiente tolerare phlebotomiam propter timorem,vel suspitionem, vel propter aliam causam præmittere poteris cholagogum, quale superius in febribus dictum est leue, quod leniendo, vel lubricando educit choleram absque commotione sanguinis, & turbatione absque molestia. Inquit enim in epidemijs Hippocr. cum autem minutio necessaria fuerit, & ventris solutio, à forti medicina incipere non debemus,neca minutione forti. Si enim medicina sit necessaria fortis,vt elleborus, & violentæ medicinæ; vt quia humores, vel melancholici cum sanguine misti sint, & præmittatur, ebullitionem in sanguine, & turbationem inducet, ac in natura molestiam, quare sanguinem inflammabit, & ad turbationem mouebit; si quoque fortis minutio præmittatur viscositatem, & crassitiem augmentabis in eis,vel si cholerici sint humores reddet effrænes.

Ad hæc autem omnia particularia euitanda ad summum in tali necessitate est operandum cum leuibus minutionibus. Aduersantibus enim prædictis humoribus in seinuicem, & causis eorum, neutrum possibile est sibi multum excedere eam,quæ secũdum naturam est moderãtia, vt & *forti minutione*, vel solutione sit opus, & maxime si cum sanguine cholera sit excrescens. Si ergo humores fuerint æquales,leuis minutio præmittatur, & si postea aliquid abũdauerit, medicina soluatur,quod si æquales non fuerint,in primis superdominans cum leui medicina soluatur, donec æquentur, postea minuantur,sed siquidem leuis medicina non sufficiat,vt quia humores crassi, & viscosi valde,& in remotis positi partibus,& profundis,ex aliquo regimine distincti multiplicata, a sanguine præmittenda erit solutio leuis,& minoratiua cum reiteratione, cum iuuamentum afferatur absq; nocumento prædicto. violenta vero medicina nocumentum prædictum faciet, quod est maius iuuamento,si quod indicet. Secundo ad euacuationem particularem apostematis, & causæ aggregatæ in eo oportet accedere, & primo cum repercussiuis frigidis fortioribus, si erysipelatodes fuerit phlegmon, quam in solo phlegmone secundum plus,& minus,vel mediocriter,prout choleræ diuersa mistio exigebat,nec tamen fortioribus,sicut in erysipelate,certa,prouocabũt enim in tali dispositione cutem particulę in nigredinem, vel liuorem, & in sclirosim apostema, adeo q; chalastica, & cataplasmata salutem minime perficiunt, quare rationabilis est, vt fortioribus parum vtaris, & prius ab infrigidatione cesses, quã repercussam particulã post occupet nigredo calore innato infrigidato in ea. Cessante vero ebullitione cataplasmare oportet particulam cum hordei polline, ideſt farina hordei,& seminis lini, & anethi, & fœnug. Et si * vndimiæ mista fuerit erysipelas, vt * vndimiosa, seu mollis dicatur, ministranda erunt in principio apocrustica, minus frigida; magis vero styptica, & remissa, & magis calida, & styptica, qualia ex dictis supra, & dicendis in cura vndimiæ scies componere. Tertio vero ad correctionem accidentiũ, & si ex superfluitate infrigidationis liuor, vel nigredo in particula apparuerit, fomentabis cum aqua marina, vel dulci calida,aquæ decoctionis cha m æmeli,absynthij, & reliquorum cõfortare habentium calorem in membro. Et deinde si expediat scarificabis, deinde cataplasmabis luto figillato, & armeno, cum aceto, & calida aqua,vt supra pluries dictum est; supercalefactionem enim ex tali dispositione particulæ infrigidare expedit non calefacere,nõ tamen si ex repercussiuorum superflua approximatione fuerit in dispositionem contrariam permutata, quod liuor ei superacquisitus, vel nigredo declarat. Regimen inter illa medium obtinebit æquale inter extrema, vel ad vnum eorum, vel aliud declinandum.

* sedemat. * sedematosa.

SVMMA III.

Particulæ secundæ sectionis secundæ, de medicinis apostematum phlegmaticorum, & eorum, quæ illius generis illa sequuntur.

SEquitur summa tertia, particulæ secundæ,sectionis secundæ, quæ est de medicinis apostematum phlegmaticorum, & illorum, quæ illorum generis sunt,& illa sequuntur continens. Cap. 9.

De * vndimia, & est apostema phlegmaticum molle. Cap. 1. fol. 153 — * sedemate.
De * scirrho, & est apostema scirrhoticum durum. Cap. 2. 154 — * scirrho.
De scirrho splenis. Cap. 3. 154
De scirrho hepatis. Cap. 4. 154
De glandulis, & similibus alijs quæ illius generis sunt,& pustulis glandulosis. Cap. 5. 154
De nodis. Cap 6. 154
De apostemate ventoso,quod inflatio dicitur. Cap. 7. 155
De apostemate aquoso. Cap. 8. 155
De dubellati frigidis comprehendentibus humores viscosos,& gypseos,& lapideos,& capillares, & arenosos, & alios. Cap. 9. 155

De vndimia, & est apostema phlegmeticum, molle. Cap. 1.

VNdimia est tumor phlegmaticus albus, mollis,frigidus, & indolorosus. Est autem vnus,qui in hydropicorum,& phthisicorum pedibus accidere sæpe solet totius corporis cacochymia,& complexione facta,& hic talis in corporibus tumor non apostema fit, de quo hic loquitur, sed quoddam symptoma consequens ægritudines dictas,qui dictus est cachexia,alius dictus est tumor apostemosus per se veniens, & morbus existens,dictus est vndimia,& est apostema lapsum.

Causa cuius duplex est,interior, & exterior. Interior vndimiosi apostematis est superfluxus phlegmatici humoris in particulã aliquam ex extremitatib. corporis,vt neruos, panniculos, & iuncturas. penes eius diuersitatẽ variatur, & quanto crassior humor est, tanto ad duritiẽ, & frigus est magis decliue; licet ab apostematib. melancholicis differat,pp paucitatem duritiei,et offuscationis.

Causa vero vndimiosæ dispositionis,& cachexię, quæ illarũ ægritudinum est symproma plurimum est vapor phlegmaticus eleuatus ab ea, & nutritiuis membris, & quanto est subtilior, & magis marcida materia mollificatio eius est vehementior,ac impressio digitorum cum penetratione facilior. Causa vero exterior est percussio, casus, & similia attrahentia ad locum phlegma;licet illud sit paruum, & tunc non euacuatur dolore, ex quibus signa distinctiua vniuscuiusque sunt manifesta.

Cura. Illa vero quæ symptoma est nullam præcipuam curationem habent,cũ dependeat eius cura, ex cura illorum. Eius tamen tumor si supercrescat,licet in prima sectione fit dicta, cum de medicinis ægritudinum loquebamur, hic tamen breuiter dicatur. fit autem frictione sola per oxyrhodinum, ac quando per oleum, & sal, vel salis cum oxyrhodino.

Cura vero vndimiæ, quæ est apostema, de qua præsens est sermo, est quatuor res, prima est absciſio antecedentis causæ. secunda est curatio apostematis, seu euacuatio coniunctæ causę collectę in eo,tertia est regimen, & est abscindens causam primitiuam. quarta est accidentium correctio. Primam complent euacuatio phlegmatis, & rectificatio malæ complexionis frigidæ, & humidæ, ac confortatio membrorum nutritiuorum, & digestionis ipsorum, & illud fit cum enematibus acribus, vomitibus, & pharmacis phlegmagogis, quæ nota sunt, &

sunt, & simplicia, & composita, & cum syrupis, & confectionibus, & alijs antidotis rectificantibus, & confortãtib. ex electarijs, cerotarijs, & emplastris, seriosim enarratis in antid. nostro; hæc enim vtriq; vndimiæ sunt communia. Secundam rẽ complent repercussio in principio fiente apostemate cũ eo quod aggregat, exiccationem, & stypticitatem, & resolutionem, quale est spõgia noua, vel antiqua, aut pecia duplicata, stupa, vel filtrũ bene ablura, cum aqua madefacta mõdicũ aceti habente; facit enim quãdoq; huiusmodi sistere passionẽ. Et memithe solum, vel cũ quibusdam exiccãtib. calidis, & succus myrtæ est bonus, & proprie cum ex eo conficiantur medicinę post. Si vero desistere non fecerit, sed augeatur plus de aceto ſm complexionem miscere oportet, cõmensuratam tamen, vt in mollib. corporibus fit aquosius, in duris, & robustis fortius. Quod si per primas operationes non iuuetur, veneritq; ægritudo ad statũ; peruenianturcum ipso ad ægritudinis finem, & cum ipso solo, vel cum aliquo resolutiuo oleo, spõgiam ipsam, vel cum sale nitro, & lixiuio, aut beruali ex cineribus vitis, vel licis, fici, & similium; vel aqua calcis, quæ est fortior, confert applicare. Adhuc vero non delitescente hoc auxilio, spongiam cum nitro, aut alumine sulphure, vel calce, vel sulphure adusto confortatam super applicare est bonum. Et cortex citri cum aqua caulis est mirabilis. oportet autem spongiam, pannum, vel filtrum, esse spatiosum, vt omnia latera cõprehendat, ne declinet ad alterum locum materia, si non ſm aliquam extremitatum hoc tale fiat vndimiaticum apostema, vel iunctura, super ligatione ab inferiorib partib. incipienti, & superius terminare super immissionẽ comprehendere vniuersam, quemadmodum in fracturis facimus; intẽtio enim curationis in huiusmodi passionib. mista est, hęc quidẽ diaphorarę de materia eorum, hęc nero substantiam eorum constringere. Si ergo quis cũ prędictis non sistat, & fortiora pharmaca, quæ mistam habent virtutem ex prædictis virtutib. suppone, quib. Gal. est vsus in chronicante vndimioso tumore perungens oleo particulam, deinde superponens spongiam ex lixiuio, constringensq; violentius vidit passionem curatam perfecte, non adhuc habens intentionem miscibilium virtutum, sed ad diaphoreticum, & incisiuum declinantem, quod intelligitur in chronicantibus fere omnibus, scinit perficere. Cumq; apostema tale in membro neruoso fuerit, spisso, aut ligamẽto, aut chorda, miscearur cum medicinis prædictis, quod incidat cum lenificatione: porro si mollities in apostematibus prægnantium accidat subiungatur summitas cannæ, de qua sunt scopæ in aceto, & ponatur desuper. Et melius est illud quod fit post contritionem ex chimolea cum aceto, & anethum. Et de embrochis est decoctio caulis, & anethi, & decoctio corticum citri. Et de expertis est inuolui post huiusmodi in folijs caulium rubeorum, & ipsos assatos comedere.

Regimen autem sit ad siccitatem decliue cum caliditate resoluente, quale est dictum in cura malæ cõplexionis stomachi, humidę hepatis, & cachexiæ.

Accidentiũ autem correctio est doloris, & maxime si ex causa exteriori peruenerit, cũ superapplicatione hyssopi humidæ, & vini cocti, & cerotarijs ex oleis anodynis cũ chamæmelo, anethino, fęnug. & sem. lini. Et cum embrochatione ex vino nigro stiptico. Et post illud minis tratio cũ cinere, & similibus; & cum epithematibus, ex quib. bonũ est vt sumatur litium, & myrrha, cyperum, aloes, & crocus, & acacia, & bolũ armenum parum, & conficiantur cũ aceto. Et cum dolor antecesserit, sumantur sordes balnei, & bulliãt cũ vino, & aqua, & inspissetur cũ calce, quę ponatur in ea, donec fiat sicut massa mellis, & liniatur. Et iterum liniantur loca cũ oleo, & superponatur spongia, aut lana imbibita aceto, & superligetur fortiter, & medicamen de fermento est iuuatiuum.

Et de his, quę sunt iuuamẽti mirabilis sunt folia lilij, terantur, & exprimantur, & superponatur. Et similiter alumen, & litium contrita cum aceto, & aqua cineris. Et de epithematibus fortis iuuamenti est stercus vaccinum, & olibanum, & styrax, & calamus aromaticus, & vsnea, & spica, absynthium, & aliæ consimiles simplices, & compositæ in nostro antidotario dictæ.

De scirrho, & est apostema scirrhoticum durum. Cap. 1.

Apostema durũ, & duricies, seu scirrhos est tumor indolorosus, non tamen omnino, nisi particula insensibilis sit omnino, vt concatenationes existunt, & glandulæ, ossa, & cartilagines; si enim particula sensibilis est, vt chordæ, nerui, & iuncturæ lacerti, & similia, durũs tumor, talis non erit omnino insensibilis. si enim omnino deinde insensibilis esset, omnino insanabilis foret, sed quia est difficile sensibilis, & secundum hoc difficile sanabilis erit. Est autem difficile sanabilis cum fiat ab humore viscoso, & crasso difficile resolubili a particulis, in quibus emplastratus existit. Aliquando quidem mox a principio tale existit, & paulatim augetur, & est melancholicum; plurimum vero a stolido modico cõstruitur apocrusticis, veldiaphoreticis pharmacis incompetenter approximatis phlegmonoso, vel * vndimioso apostemati, vt superius dictum est, quibus manifestam diminutionem operantibus tempore breui spe rabit de tali curatione, vere ignorans, quoniam reliquia passionis insanabilis fiet. diaphoretica enim subtili parte humoris, & humida reliqua exiccata, lapidea fiet. Et enim generatio lapidis, qui in iuncturis, ex humore crasso est, & viscoso, non paulatim euaporato, sed repente simul exiccato, & violenter * chalastico. Ita vero, & in renibus lapides generabuntur, adusto in eis humore crasso, & viscoso. Propterea igitur in scirrhosis, idest duris dispositionibus, nullum eorum. quæ fortiter calefiunt, vel deficcant pharmacum ad curam congruum est, sed quæ caliditatem habent tepidam potentem euaporare, vt neque multam, neque omnino minimam, sed sufficientem mollificare; superexcellens enim humidũ, non omnino diaphorat; modicam vero habens humiditatem exiccat fortius, quàm conueniat, vel insufficienter remollit.

* ædematis.

* calastico.

Cura. itaque insensibilis cura est tres res. & proprie eius qui est a medico generatus. Prima est mundificatio corpotis ab humore phlegmatico, sanguineo, vel cholerico, vel melancholico, apto facere augeri ægritudinem, completur vero cum his, quæ sunt nota. Secunda est curatio exituræ, seu tumoris scirrhosi, completur autem mollificatione, & ipsius resolutione. Complentur vero ambæ quandoque simul mistis eisdem pharmacis; quandoque distinctis, simul quidem, vt simplicibus, vel compositis, diuersis tamen secundum fortitudinem, & debilitatem, secundum diuersitatem infirmi, & membri naturam. simplicibus, vt puta medullis, ex quib. melior est ceruina, & vitulina, & adipibus, de quibus inter volucres anserina melior, inter gressibilia, asinina, deinde anserina, et gallinacea. Et similiter ex rapacib. auibus, & vulturis, & falconis. Et ex quadrupedib. sylueſtribus, & rapacibus, vt vulpina, leonina, vrsina, & leopardina, & taurina, caprina vero pinguior est, et siccior, & magis, quæ hircina, & proinde huiusmodi dispositionibus inconuenientior, & adhuc vero cum his ammoniacum, & thymiama, & bdellium alterutrum, & maxime hirci num inquantum vtiq; huiusmodi est, & mastix, & styrax humida, & sicca; & mucilagines adhuc, vt fœnugręci, sem. lini, radicum salicum, & radicum althæę, omnia prædicta mollificant multum cum resolutione pauca. Composita sunt, quæ ex his componuntur, & ea, quæ ex ceratis, & electarijs in antidotario nostro sunt scripta. Distinctis vero, vt humidis, & diaphoreticis alternatim ministratis. Sint autem ex leptomeris partibus, mollificantia humida, & maxime in particulis densis existente scirrho; propterea in neruis, concatenationibus, & colligationibus, visum est mihi melius ipsis mollificantibus quid immiscere incisiuum subtilis substantiæ, quale est acetum, & maxime in medio mollificantium, & diaphoreticantium. sit autem paucum, & parum ministratum,

De cura.

ſtratum, quoniã neruoſis nocer, niſi ſint carnoſa, & rara, vt hepar, & ſplen. Et quidem ordo ſit talis, vt præmittantur fomentationes, euaporationes particulæ ex aquis decoctionis herbarum radicum, & ſeminum prędictorum cum folijs, malua, & meliloto, brãcha vrſina, anetho recenti, & radicum cucumeris aſinini, & ſimilium; cum oleis, quod eſt melius. Sint autem ex ſubtilibus, porẽtibus penetrare in profundum, mollificantibus cum reſolutione quadam, vt eſt oleum antiquum ſimplex, oleum de alchanna, de lilio, de ladano, de ſtyrace, & ſambucino, & caricis pinguibus, & de alcherua, & in ſambucino quidẽ eſt melius de reſolutione, & mollificatione æqualiter. Deinde inunctiones ex prædictis adipibus, & medullis; deinde lapidem marchaſitam, vel molarem ignitum habere, & ſupereffundere acetũ acerrimum, vt ſcirrhorizatum cholera euaporetur cum eo, deinceps applicentur diaphoretica pharmaca, ſimplicia, & compoſita, ex gummi, & pinguedinibus prædiſtinctis, & alijs diaphoreticis appropriatis. optimum autem eſt ammoniacum per acetum diſſolutum, mollificato ſcirrho, ſufficit autem eo ſecundum vnum, vel duos dies vtentes redire ad mollificantia turſus, quib plurimis diebus vtentes oportet ſitiam ſuperapponere, deinde redire ad pharmacũ ex ammoniaco, vel opopanaco, & ex bonis, quæ eſt fæx ſeminum, & fæx aceti, & bulliant bene, & effundatur ſuper eas ammoniacum. Aliud ſumatur ſtercus aſini, & radix euiſci, & ſtyrax, & fiat linimẽtum cum eis, & fortius eſt, quod fit cũ radice cucumeris, vel bryoniæ, vel althæę decoctis, & miſtis cum pinguedine, & ex radice dragonteę, quę eſt fortioris reſolutionis: ſint autem ei miſta mollificantia dicta, & cheyri, & proprie de radice eius ſicca cum aceto emplaſtrata curat apoſtemata dura petrificata. Tertia res completur regimine, ſit autem humectatiuo ſupra noto, & proprie ex radice althæę cum adipe defecta decocta, & extenuatiuo, ſeu exiccatiuo miſta ſecundũ tempora variatum, vt tempore mollificationis ad humectationẽ tendat; tẽpore vero reſolutionis, ad ſiccitatẽ.

Nota.

De *ſcirrho ſplenis. Cap. 3.

*ſcirrhe.

CVra ſcirrhi dicta, eſt cura eius inquantũ ſcirrhus, & prout conſimilis membri eſt. Curam vero eius, prout officialis membri eſt, nunc placet dicere, exiſtentibus inquam quibuſdam organicis maxime aptis ſcirrhari membris, altero quidem propter lutoſam ſubſtantiam craſſam, & denſam coagulantes tranſitus eius, & vias, vt hepate: altero propter craſſitiem cibi, quo nutritur, vt ſplene, altero propter vtrumque, vt renibus, de cura ſcirrhi in eorum vnoquoque dicendum, quòd breuiter gratia indicationis ſumendæ a natura particulæ, licet latius ſuperius ſunt.

Splenis itaque ſcirrhoſis prædictis trib. reb. perficitur cura fortitudine tamen differentibus, & loco; pharmaca enim incidẽtia cum remolliendo, & diaphorando, oportet eſſe fortiora prædictis cum ſplen ea toleret intriſtanter, & non exterius miniſtrata, ſed etiam interius.

Sintque interius miniſtratæ ex appropriatis, vt cortex capparis, radix ſcolopendriæ, & tamariſci radices, & ſummitates, & cortex ſalicis, tamariſci cortex, & ſummitates, ac flores, & folia fraxini, ſintq; in aceto decocta, vel præparata in oxymelle.

Et exterius mollificantia præmiſſa ex vaporationibus cum aceto, & aliquo ex prædictis cum medullis, & adipibus. Et deinde ex eis cum gummis prædictis diaphorãtib. miſtis, ſintq; reiterata multoties cum frictione longa, manibus calefactis. Regimen quoque imponatur ſubtiliatiuum, aperitiuum, & eſt abſterſiuum viſceris. Contingit autem quandoq; timidum, & durum fieri, nõ quia ſcirrhũ, ſed quia ventoſitate plenum, vt tangenti renitẽs videatur, neq; grauẽ ipſum ſentiat patiens. Tali quidem non mollificantia conuenit miniſtrare, ſed quæcumque apta nata ſunt exiccando diaphorare, qualia ſunt ſimplicia, & compoſita, & ex ſimplicib. eſt flos ſalis extrorſum ſuperpoſitus ſpleni, & cõpoſitis, quale eſt, quod per abſynthium emplaſtratum cum ſpica. primo fit. deinde quale eſt quod per ſulphur plus, & alumen minus. in talib. enim diaphorericis oportet dominari modicum, aut aliquid miſcere ſtypticantis, & exiccantis.

De ſcirrho hepatis. Cap. 4.

HEpatis vero ſcirrhoſim incipientẽ ſanare eſt poſſibile plurimum, extenſum vero, quaſi in plues dies impoſſibile eſt ſanare. pereunt autem plures in tempore ampliori, & quidam, quibus melius ſecedit vẽter, pereũt cito. Manifeſtum eſt autem, quòd ſufficienter orificia ſunt conſtricta vaſorum tranſmittentium nutrimẽtum ab hepatis ſima ad gibbum.

Incipientem itaque ſclirofim in eo pharmaca, quæ illius phlegmones liberabant prædicta: non enim tolerat virtus hęc pharmaca fortia, quemadmodum ſplen. ſuper miſcere ergo oportet his, quæ illi propter eius phlegmonem adducunt, mollificantia. Erunt autẽ, quæ ex abſynthij extremitatibus, & myrobalanorum expreſſione, & olei nardini ſpicati conficitur adhuc, & maſticini, & mellini, & myrtini. hoc igitur, & thus, ammoniacũ, & bdellium, & prædictæ pinguedines miſtæ incidere potentia, factum in hepate ſanabunt ſcirrhum, cum his ſimul, quæ potantur, & pharmacis deoppilantibus, & expurgantibus hẽpar cum congrua diæta ad hanc intentionem tendente. Sunt autem, & hæc quæ in renibus lapidem frangentia ſuper miſtis ex aliquibus diureticis, quæ ſunt nota.

De glandulis, & earum, quæ illius generis ſunt, & puſtulis glandulofis. Cap. 5.

GLandula nomen eſt membri, vt ſuperius dictũ eſt, & nomen eſt ægritudinis ipſius, vt apoſtematis, & tumoris prout aſſumitur hic. Glandulæ ergo ex apoſtematibus ſunt phlegmaticis, ſi molles ſint; ſi vero à principio duræ, ex melancholicis, de quibus (Chriſto duce) infra dicemus. Et quidem ab apoſtematibus differunt, quoniam ſunt ſeparatæ à membris, in quibus fiunt, & mobiles; apoſtemata vero ſunt ipſis affixa, & tamen generantur præter naturam. In quibuſdam membris glandulæ ipſæ tumentes ſunt adeo, vt ſint ſicut auellana, vel nux, & maiores, vt in vola manus, & ſupra frontem, & ſeparantur, cum premuntur, deinde redeunt multoties, & quandoque non redeunt, & quandoq; poſt aurem, & in collo, & ſunt vocatæ *frigulæ.

Nota.

*Figula.

Cauſa eius exterior eſt ſuperfluitas phlegmatica ſuper infuſa eis à circumſtantib. membris ſcilicet neruis, & panniculis, prout ſupra in cura apoſtematis eſt dictum.

Signa vero ſunt, quoniam mobiles ſunt, & molles, ac parui doloris. Et cura eius in fronte, vel vola manus eſt, vt redeat, & non redeat. Et eſt duæ res, mollificare, & digerere, deinde euacuare, & reſoluere. Primam complent mundificantia, ex quib. eſt ammoniacũ in aceto diſſolutum, & ſuper lamina plumbea inunctum, quæ ſuperponatur illi, & conſtringatur. Quòd ſi non recedat frangatur, & teratur cõpreſſione, ac ſuperligatione prædictæ laminæ, & ſi non recedat, ſcindatur cutis, & extrahatur, deinde inciſio cutis ſanetur. Et quidam perforãt, & cum cauſtico pharmaco paulatim corrodẽdo cõſumunt; melius autem eſt cum inciſione, quoniam vlcus minus efficit, & cicatrix minor relinquitur. Cura vero eius, quæ in collo exiſtit, & poſt aurem, eſt cura apoſtematum glanduloſorum, & adenarum ſuperius dicta. Et ex appropriatis ei eſt cinis limaciarum confectus cum adipe antiqua, aut ſalita, nulla quidem medicina eſt ei par. Et iterum cinis muſtellæ permiſta eius cerebro cum oleo de lilio, & antiquatur, & detur, confert etiam ſcrophulis. Cõtingunt quandoque puſtulæ glanduloſæ in membris, & cura earum eſt cum compreſſione prædictæ.

De nodis. Cap. 6.

NOdi ex apoſtematibus ſunt ſcirrhoſis, & duris. Et cauſa eius interior eſt phlegmatis craſſi, & viſcoſi

Cauſa.

diſcurſus

discursus ad aliquam superficialem particulam corporis; plurimum ad dorsum, manus, & pedes, & iuxta iuncturas, cuius obuiatio, & durities facit, vt de melancholicorū genere licet ex phlegmate fiat, in principio cuius pars subtilis existit resoluta, & crassa dura remansit, quare inter melancholica quandoq; numeratur, & plurimum durus est, & quandoque est sicut caro, aut puls, aut mel, aut aliud non durum valde, & proprie cum in curuaturis iuncturarum euenerit. Et quædam species eius est glandularum duarum, quę sunt similes alchiliæ. Et quandoq; accidit, vt nodetur neruus, & assimiletur nodo, licet nodus non sit. Et enim differt à nodo, eo quod non separatur ab omni parte, nec à lōgitudine, nec à dextra, nec à sinistra. Et quandoq; accidit à causa exteriori, vt a percussione, quòd similatur nodo, & rotundus, albus, similis capiti claui eueniens in pedibus, & plantis pedum plurimum, & post curationem exiturarum, & est prohibens incessum. Cumque curatur in principio constrictura superposita, resoluitur, & deletur, nec redit. In processu vero oportet incidatur, & extrahatur, vel curetur, vt cancer. Et est differens a glandula molli in suo principio, & dura in sui fine, quoniam glandula est mobilis separata a membro cum coopertorio, seu folliculo suo. Nodus est magis cum eo in mēbro, & est magis durus neruosus, & dolorosus, & cum compressione spargitur, & non redit, alia vero non.

Nota.

Cura glandularum nodosarum, vel nodorum glandulosorum dicta est supra immediate. Et quidem cura nodorum cæterorum similis est illi. Completur enim mollificantium præmissione, & digerentium, & deinde compressione forti frangente, & contrahente laminæ plumbeæ super ipsum, vt ibi supra dictum est, & vltimo perforatione, & incisione, & quidem perforatio fiat cum pharmacis caustics, quæ dicentur infra (auxiliante Christo) & cum præmissione euaporationis alicuius calidi, & emplastratione cum mollificantibus, deinde auferatur simul cum * chist; & si non cum alio, saltem cum vncinis, & excorietur, vt nihil de eo remaneat, quoniam redit. si ergo aliquid remaneat de eo ponatur emplastrum caustic um, quod melius est. Incisio autem fiat prout Antillus dixit. Inquit enim tende curim, quæ est supra nodum cum manu sua, vel minister tendat manu sua, quantum possibile est, ita quòd cystis non tendatur cum ea, quod si tendatur caule incide curem, & cystis nodi nō incidatur, quoniam illud est, quod te prohibet vltimare excoriationem. Cum ergo incideris, & appareat tibi cystis nodi, extende latera cutis retro cum vncinis, & incipe excoriare cystim à carne circumstante cum vnguibus, aut instrumento, donec egrediatur cystis sana cum nodo, qui in ventre eius est, quòd si aliquid de cysti remanear, quia abscindatur, vel rumpatur, tunc extracto illo, quod potuit extrahi, super illud, quod remansit, redibit nodus maior. Cum ergo totus nodus cum tota eius cysti fuerit expulsus, si cutis non superfluat à loco vulneris propter paruitatem nodi tūc absterge sanguinem, & abluc vulnus cum mellis aqua, & sue eam, & incarna, & magnificatur super ipsum plurimum, propter magnitudinem, & compressionem nodi, tunc abscinde radicem eius totam, deinde cura. Et si nodus est vicinus neruo, vel venæ, & est de illis, quæ excoriantur tunc excoriare ipsum est necessarium, ita quòd neruus, vel arteria non lædatur, quoniam facit acidere, vel spasmum. Et in mellino quidem etiam solicitus sis, vt extrahatur cum cysti integra, ne rumpatur, quoniam ea rupta egressio eius est difficilis. si vero accidat, vt rumpatur, rectum est, vt excorietur, & stringatur, ligetur cum ligamentis, & si currat ex eo sanguis plurimus, conforterur patiens, ne cadat in defectionem, & syncopim, quod si cadat, cura eum cura syncopis. Et si quidem timeat, neq; toleret excoriationem, neq; medicamen acutum, sed perforationem tantum, in tali perforatione facta extrahatur quod egreditur facile, neque præsumas de cysti cum excoriatione, vel medicamine acuto extrahendo, immo pone in illo postquam egreditur illud, quod potuit, oleum cum butyro calido, nam cum cystis putrefit, egreditur per se. Et bona medicatione meilini sanioſi, est vt euaporetur cum aliquo calido, deinde emplastretur cum aliquo passula. enu. deinde excorietur cutis, & ponatur medicamen acutum; efficit enim, vt non redeat, quale est calx, sapo, & cinis, & illa quæ currunt cursu eorum, quæ dicta sunt de erumpentib. exituras. Glandulas autem quæ sunt velut alchilia, & sunt species nodi, extrahe, si possibile est absque nocumento neruorum, & vicinorum membrorum, & si sint in loco vicino chordis, & neruis, vt in manu, vel pede, supra ipsum, non extrahas ipsas, quoniam facit cadere patientem in spasmum: immo contere ipsum, & stringe super ipsum rem cui sit grauitas cū maturatione, vt est lamina plumbea vncta. Et signum sufficientis compressionis est, vt stupefiat membrum. Medicamen bonum, & est Abub. ex acutis. ℞. calcis. drach. iiij. fęcis vini adustæ drach. ij. nitri. drach. i. ferueant in aqua cineris feruitionibus paucis, & ponātur in ampulla de plumbo, & roretur semper, ne exiccetur. Aliud bonum nodis, & glandulis, & similibus. Rec. arsenici rubei, ellebori, ana P. i. corti. æris P. iiij. & fiat linimentum cum oleo ros.

Emplastrum bonum Rasis, & etiam in mellino, & in omnib. exituris calidis, in quibus est humor calidus leuis. ℞ec. galbani, bdellij, sorditiei vasis apum, & glutinis albotin, ana partes æquales.

De apostemate ventoso, quod inflatiuum dicitur. Cap. 7.

APostema vētosum tumor est inflatiuus membris præter naturam eueniens. Et quidem alius est, qui fit a vapore leui, facile resolubilis, & alius est, qui a crasso aggregato in membro, & inflatio dicitur. Et est duplex. vna quæ ex ipso spiritu crasso fit aggregato in membrorum, vel viscerum vacuitatibus constipatis, vt stomachi, intestinorum; vel inter renes, ac ipsa, vt in colica, & iliaca accidit, & tympanite; & dicta est inflatio proprie, habens percussiones, & impetus apud infirmi sensum, vel medici, perceptas propter motum illius in spacio, quo continetur amplo, & infusione eius, & trāsitum subitum, & in vacuitates illas a membris, a quibus generantur, vt in colica, & iliaca cum vehement dolore proprie est sentire, de cuius cura in prima sectione est dictum. Alia est ex ipso spiritu, subito, vel paulatim influxo a nutritiuis membris ad aliquem locum, separante inter adhærentiam suarum contiguarum partium, vel eius medio aggregato, sicut cum inter musculos, & cutem constipatam in poris cooperientem eos aggregatur, aut inter ossa, & membranam eorum, & inter neruos, vel chordas, vel iuncturalia membra, aut in eius substantia aggregato, vt inter substantiam musculorum, quæ quia extendendo eleuat in tumorem, dicta est apostema, proprie habens a prædicta differentiam, quoniam in hac ventosatio est quieta, quia intercluſa in stricto, & cum resistentia tactui, & dolore propter tensionem ad differentiam * vndimiæ, in qua nec dolor, nec resistentia est, sed cessio cum remanentia impressionis in loco, de cuius cura ad præsens intendimus. * *edematis.*

Cura eius est quatuor res communes omni inflationi, quæ secundum viscera, siue secūdum collum aliquid extiterit. Prima est doloris sedatio. Completur autem calidis anodynis, & illis proprie, quæcumque virtutem extenuatiuam, & resolutiuam crassi, & ventosi spiritus habent, & resolutiuam. Qualia sunt proprie calefactoria Hippo. ficca, ex sale, & milio propter suauitatem suam, vel ex sale, & sulphure, & similibus, vel alia humida, & mediocria. Secunda est regimen. Completur vero cum extenuatiua diæta mistionem habente alicuius resolutiui ventosi spiritus, & commouens ipsum, quæ ex prædictis est nota. Tertia est euacuatio ventosi humoris, & ventositatis a membris ex quibus influat talibus extremitatibus forte.

Completur vero cum his, quæ dicta sunt supra sectione prima

ne prima de cura inflationis. Quarta est expulsio eius de loco, in quo aggregata existit. Completur vero cum his, quæ spiritus ventosi crassitiem attenuant, & cutis, seu membri, in quo est intercluſus, & constrictus tenetur, poros aperiunt, quæ calida sunt, & sicca, & plura, differentia tamen secundum ventositatem spiritus, & particularum differentiam in consistentia a natura; adhuc vero, & causarum, ac mistionis, & temporum ipsius, differentiam secundum consistentiam spiritus, quia crassi, vel subtilis, secundum particularum vero naturam, vel secundum situm profundum, sicut cum inter ossa, & membranam cooperientē ipsum fuerit intercluſa; aut superficialem, vt cum inter lacertum, & cutē existat; vel secundum membri substantiam solidam, vt neruos, * tenontas, & iuncturas, vel raram, vt cum fuerit in lacerti substantia. Adhuc vero in parte eius, quæ magis neruosa, & sensibilis est, & quæ minus. Nā existente ventoso spiritu crasso fortiora expediūt quàm existente subtili; existente vero in profundo, fortiora sunt necessaria, & lepromeris substantiæ, quam si in superficie sit aggregatus. Qualia sunt ex oleis rutaceum, costinum, & enula. de piperibus, de spica, de castoreo, de terebinthina, de lauro, & apostolorum, & similia. Suntque necessaria quandoque quæ ex profundo ad superficiem trahunt, vt est fricti o dura, ventosatio cum sufficienti flamma, & pharmaca trahentia de profundo, vt sunt emplastra de cypero, sem. vrticæ, granis lauri, & similibus, cum melle, & quæ ex sinapi, & alijs adurentibus fiunt. Si quoq; in membro duræ, & solidæ substantię sit, fortiora conueniunt, & subtiliora quàm si in membro raræ substantiæ, vt musculus est, & eius pars proprie, quæ circa mediū eius, quæ enim circa iūcturas pars eius est neruosior, & durior. in tali enim membro raræ substantiæ sensibilis, talia alienentur omnimode, ne terreantur ab eis, & fugiant, & maxime cum talis inflatio acciderit in lacertis propter attractionē, vel plagam, quæ accidit eis, vel quid phlegmonis fuerit ei mistum; tunc enim cum medicinis resolutiuis mista sint ex dolore sedantibus aliqua. Qualia sunt quę ex rob concusso cum oleo habente virtutem resolutiuam, vt oleum anethinum, chamæmelinum, & similia, in quibus infusa sit lana succida; & succus ipsius, administrentur tepida, & ad caliditatem declinantia, & ne permittantur infrigidari; frigidum enim nocet eis, & demum quale fit ex sapone, vino, oleo, & aceto; mitigat enim dolorem, repellit stypticando, & resoluit.

Quod si dolor cum phlegmone fuerit illic a principio, tunc administra resoluentia olea, in quib. sedatio est doloris cum prohibitione, seu repercussione aliqua a principio, sicut oleum violatum, vel ros. cum virtute olei anethini, vt repellendo, & sedando dolorē resoluat, & quando inuenitur alienario aliqua, per ea addatur illud, quod addit ad resoluendum, sicut vinum nigrum, vel stypticū, vel coctum, & acetum, quod virtutem apocrusticam, & resolutiuam habet. In dorso vero facto musculo licet tibi addere saponem, non existente eo, adde affoniam. i. spumam maris; non sit autem lapideum, sed molle, & rarum, & album, quoniam cito resoluitur, & est leptomeron maxime. Deinde cinis addatur, si talis ventositas, & inflatio neglecta fuerit, & moratur diu, primum quidem vtens pharmaco per saponem facto, secundo vero aliquo emplastrorum, quæ ex leptomeris, & resoluentibus sint fortibus, & mistis mollificatiuis; quorum tibi hic aliqua numerantur.

Emplastrum resolutiuum ventositatis intercluſæ in membris chordosis, neruosis, & lacertosis. ℞. fordiciei balnei, quæ ponatur cum aqua in patella, calcis non extinctæ secundum quantitatem, qua proueniat spissitudo sicut lutum, & liniatur cum eo, & quandoque fit illud cum vino.

Aliud. ℞. hyssopi siccæ, teratur, & pulueriz etur super ceratum factū ex cera, & oleo anethino, & emplastretur.

Aliud Gal. ad idem. ℞, * certam * atq; mistam fac bullire, & cola primo, & fiat pura, deinde rursus mittens in ollam calcem non extinctam lenem, vt farinam misce donec fit vnctuosa substantia, deinde emplastra.

Aliud. ℞. picis, resinæ, terebinthinæ, & confice cū pinguedine leonina, & taurina. Aliud. ℞. glutinis, calcis, fici sylueſtris, vel cineris eius, confice cum vino, vel pinguedine leonina. Si vero apostema, seu inflatio ex vapore leui sit, curabitur cum leuioribus ex extenuantibus, quales sunt spongiæ in aqua anethi, anisi, & fęniculi, & carui, & cum oleis leuibus, quale est anethinum, de semine lini, de schænantho, & similibus.

De apostemate aquoso. Cap. 8.

APostema aquosum est hydropisis ascites, & ramex aquosa est cū in membrorum præexistente in concauo intermedio, in eis aquositas congregata, & aliud in quo aquositas congregata existit non in vacuo præexistente in eorum intermedio, sed inter substantiam membri, & membranam cooperientē ipsam, quemadmodū in hepate, & splene per anatomiam videmus ampullas fieri, quib. eruptis aqua egreditur super, de quib. sectione prima est dictum. Et quandoq; est inter duas tunicas cutis, seu, duas cutes, vt cum aliquam ampullā, seu vesicam plenam aquam in manu, vel pede fieri videmus, sicut crit ice in peripneum onicis contingit, vt Hip. in prognosticis dixit. Et cura eius est duæ res. Prima est euacuatio. cōpletur autem perforatione. Secunda est perforationis curatio. Completur autem vesicæ, & cutis abscisione. deinde conglutinatione, seu cicatrizatione, & indurat ione subteriori cutis, quod cum siccātib. fiet. Et ex appropriatis, & conuenientibus ei est fordicies balnei, siue ventosa, siue aquosa fit, & proprie si cum spongia superponatur, & expressus emplastratus extenuat ramicem.

De dubelati frigidis comprehendentibus humores mucosos, gypseos, lapideos, & arenosos, & capillares, & alios. Cap. 9.

DVbelet nomen duob. modis accipitur, generaliter, & specialiter. Generaliter quidem ad omne apostema cuiuscumque generis sit aggregans materiam in loco vlcerato, seu continuitatis solutæ ipsius membri, in quo est, siue à principio incipiat apostema calidum cum aggregatione materiæ in eo, ac solutione tali, siue apud statum essentiæ, & tumoris sui, & exitura est illius generis. Est enim exitura proprie apostema calidum aggregans materiam in loco continuitatis solutæ, seu cupo, & fit ei caput acutum, vt conuertatur in saniem, deinde generatur, & matturatur sanies, deinde rumpitur. Et modus est etiam aggregans materiam, vt indurescat, non vt conuertatur in saniem, de quibus superius dictum est. Proprie vero nomen adubelati cadit, seu dicitur, de apostemate aggregante, & comprehendente in regione, seu loco intermedio solutæ continuitatis apostematæ particulæ res diuersi generis, sicut humores mucosos gypseos, & lapideos, arenosos, & capillares, fuscos, carbones, ostracos, lutum, amuricam, & tumbos, & similia. Talis autem apostematis dispositio prouenit, vel transitione phlegmonum, & erysipelatum multarum in ipsam, vel sine his, ex abundantia humorum aliquorum, vel spumosorum vaporum aggregatorum in ea regione intermedia apostemosæ particulæ, siue ex ipsa particula, siue patiente, siue ex alijs superfluentibus illius. Cum igitur locus intermedius apostematarum particularū repletus fuerit talib. humoribus, & sic longo persistens tempore humores ipsi ex diuturnitate temporis multiformes alterationes recipient, vnde prædictæ res diuersi generis producuntur. fiunt autem secundum viscera, & secundum superficiem cutis talia apostemata.

Signa. Eorum vero quæ in superficie cutis fiunt cognitio est facilis, sanatio vero difficilis. Cognoscitur autem * parata, vt ex tactu ipsorum inuenire est, & sentire est in eis diuersitatem corporum prædictorum, & distinctorum mollitie, & duritie, & subtilitate, & crassitie. *Signa.* * *apostemæ quid.*

Cura vero eorum fit per incisionem, & extractionem illorum,

1 a terram. a æquat.

illorum, & per pharmaca exterius superposita, & attrahentia, & educentia, quale est emplastrum de fermento proprie dicto in antidotario nostro absque his, quæ sumuntur interius, quemadmodum ea, quæ ex talibus secundum profunditatem fiunt, & maxime secundum viscera; sunt enim tanquam inculta difficile cognoscibilia, & curabilia, quæ indigent medicinis non solum exterius applicatis, sed ebibitis, erumpentibus magis, & mundificantibus, incarnantibus, & consolidantibus, quales in prima sectione sunt communiter dictæ.

SVMMA IV.

Particulæ secundæ, sectionis secundæ, quæ de medicinis apostematum melancholicorum, continens. Cap. 3.

De apostematibus duris, ex quibus sunt scrophulæ, & bocia. Cap. 1. fol. 156
De cancro. Cap. 2. 157
De lepra. Cap. 3. 157

De apostematibus duris, ex quibus sunt scrophulæ, & bocia. Cap. 1.

DVrities glandulæ duræ ex apostematib. melancholicis sunt, & cancer differētes inter se, durities glandulæ, vt supra dictum est, & ipsæ a cancro, vt in sequenti dicetur cap.

Et quidem durities inter se differt, quo ad aduentū ipsius, & locum, seu membrum. Quo ad aduentum. n. quia quandoq; fit incipiendo, cum ab humore melancholico fit, siue generato, & aggregato in particula patiente, siue ei à toto corpore, hepate, vel splene influxo, & fit plurimū permutatio ex alijs apostematibus per naturam, vel errorem medici in duriciem permutantis, vt superius dictum est. Quo ad locum vero, seu mēbrum. Nam alia fit in iuncturis, de qua in prima sectione dictum est, alia in hepate, vel renibus, de quibus hic supra dictum est.

Glandulæ quoque inter se differunt. Aliæ enim sunt adenes. Aliæ sunt glandulæ generaliter dictę, vt hic supra dictum est. Et siquidem apostementur duræ, vel primo molliter, deinde durescant dictæ sunt scrophulæ in plurali. Scrophulę quidē, quia plurimum accidunt scrophis, & porcis. In plurali vero, quoniam plurimum fit, & incipit vna magna, deinde generantur plures, & sunt ordinatæ, ac si essent in cingulo pendente ex collo ad alterā partium, & quandoque sunt, vt racemus combinatæ, omnes tamen durę, & * scrotizatæ, vt quia scrophulæ non sint aliud nisi scortizatæ glandulæ. Et de scrophulis sunt quibus dolor non associatur, & sunt incurabiles, & sunt in quibus dolor associatur, & tamen sunt difficilis curationis, per mollificantia, & resoluentia, quare necessaria est maturatio, & putrefactio.

Et magis dispositi ad incurrendū scrophulas sunt habētes capita humida, & proinde loca in quibus magis generantur, sunt collū, & subaxillæ, pp caliditatem loci, structuram, & occultationē resoluentem subtile humidum, & dimittentē induratum crassum eius. Et plurimum accidunt infantibus, & sunt saluiores, & raro iuuenibus, & sunt peiores. Et quandoq; fit durities in neruis, & lacertis, qui sunt in gula, & quibusdā glandulis intermistis eis ita, vt augeatur paulatim, & dicitur bocium ad similitudinē burorum. Accidit autē prædictis capita habentibus humida apud labores, & portantib. onera super caput, & mulierib. apud partus expressionem. Et quandoque est morb. regionalis, & hęreditarius procedens ad genitos.

Cura vero scrophularum ipsarum, & bocij est cōmunis, et propria. Communis ab essentia passionis sumitur, quæ durities est, seu durū apostema. Propria vero à natura particulæ, in qua scrophulę fiunt, & bocium. Cōsistebat enim cōis cura duritiei seu sclirosis omnis inquantū huiusmodi in tribus. Primo in euacuatione totius corporis, vel mēbri, ab humore, à quo generationē habuit, & recipere posset augmentū sufficiens, & illud cum solutione ventris forti, educente phlegma crassum, vel melancholiam, vel vtrimq; à remotis. Et ex simplicibus, & proprie agarico, elleboro, & turbith cōfortato cū zingib. & compositis, & proprie pilulis cochijs, vel de hiera, & pilulis Hipp. & de gummis, & proprie de euphorbio pręcedente digestione, & vomitu cum melle de floribus genestrę, & cum phlebotomia, si fuerit necessaria de cephalica. Et secundo in euacuatione materiæ induratæ in parte sclirata, complenda cum mollificantibus, & resoluentibus simul mistis, vel alternatim ministratis, diuersificatis in virtute, potentia, & qualitate substantiæ secundum diuersitatem materiæ in crassitie, & duritie secundum magis, & minus, vt quia dura fuerit à principio, vel postmodum acquisita, & secundum naturam particulæ variam in raritate, & spissitudine substantiæ, atque positione ipsius in superficiali, seu profunda.

Et quidem scrophulæ cum sit glandularum rarę substantiæ, & in superficie positarum dutities, & * sclirositas euacuatio duritiei, & materiæ induratæ in eis dupliciter habet compleri. Primo cum mollificantibus, & diaphoreticis, si sufficientes sint, vt in quibusdam * scliris est videre similibus frequenter. Secundo, si illæ non sunt sufficientes, incisione cum ferro, putrefacientibus pharmacis educatur cum velamine, vt redeat iterum, nisi fuerint magnæ, quoniam perducunt ad vlcerationem, quare expedit, vt cum subtili regantur regimine, & mollificantibus, & resolutiuis, neque ventosentur, vt durities aliarum partium, quoniam educi subtilem sanguinem ventosatio, & scrophulas separatas magnificatas relinquit. Et ex appropriatis sunt acetosa emplastrata suspensa ad collum.

Aduertendum tamen ad naturam particularum, seu glandularum, nam siquidem sint ex facientibus operationem, vel iuuamentum in superfluitates à principalib. colligendo, cura seu euacuatio. primo modo est facienda sola, secundum modum nullatenus acceptando; est enim priuatio in eo operationis, vel iuuamenti, & incisio circumadiacentium neruorū, & venarum adiacentiū inuolutarū in eis, ex quorum incisione grande sequitur nocumentum iuuamento maius. Et in bocio multo maius propter suas arterias, & venas quidem, & arterias intermissas lacertis, & neruis in gula cum quantitate maiori, vt infra dicetur. Ob quam rem loco incisionis consueuerunt quidam resoluentia, & exiccantia fortiter ad euaporationis modum, & retentionis in ore post prędicta talia patientibus ministrare, & alia localia remedia, quæ dicentur, quas si in principio sint, & paruæ, curare vidimus; procedentes vero, & magnificatas non, & proprie bocium. Si autem sint ex præstantibus iuuamentū in replendo vacuum aliorum, vbi primus modus euacuationis non sufficiat, secundus est tentandus, cum fit in eo iuuamentum maius incomparabiliter nocumento.

Tertio autem consistebant ex regimine. sit autem subtiliatiuum ad siccitatem tendens. Aer ergo eius calefiat temperate, & exiccetur cum igne, & fumigijs ex sandaracha, thure, ligno aloes, & alchitram. Exercitetur perdendo mane, & sero ante cibum, deinde cibetur pane furfuraceo, & miliaceo, sicco, non madefacto in brodijs, quæ fugiat præter brodium cicerum. Carnes eius sint ex animalibus siccis, & montanis, & pedestribus, & volatilibus, assatis, vel elixis sine iure sumptis. Et vinum sit album, subtile, stypticum, cum ferrea aqua, & vtatur cum fructibus siccis, & caricis, passulis, & baccis, vitet recentes, & humidos, & herbas, vtatur salsamento ex sale sacerdotali, quod ponit Nicolaus in antidotario suo, & speciebus. Recipe cubebarum, nucis musc. cinnamomi, zingi. ligni aloes, macis, spicæ, garyoph. cardamomi maioris; ana quantitatem quamuis, & vnam partem coriandri præparati. Vitet repletionem, crapulam, & nauseatiuam satietatem: de sero vero minuat cœnam suam, & toleret famem, & sitim, quantum potest. Post cibum quiescat, & de nocte tantum dormiat post descensum cibi. Vitet ventris constipationem, iram & animæ accidentia naturam extenuantia. Vitet quoq; cibaria crassa, & melancholica, & potum aquæ superfa, & vina fumosa, & pura, & abhorreat omnia caput replentia, & omnia

Scrophulæ quid, & vnde.

** scirrhositatem.*

** scirrhis.*

Corpore præparato ad scrophulas.

Dieta.

De cura.

quæ trahunt materiam ad caput, vt est sol, & locutio plurima, ita, & rixa, & capitis dolor, quæ faciunt currere materias ad ipsum, sicut externere se super faciem, & curuare se super genua prolixe, & habere puluinar planum, & quæ faciunt catarrhizare ab ipso inferius materiam, sicut est stare sub dio, & lumine lunæ, & in aere frigido, & humido, vel austrino, cui succedit Borealis.

Puluis ad bocium.

Et de localibus remedijs, quibus ad scrophularum curam vtimur, & bocij, quædam per aurem immittuntur, quædam retinentur in ore, quædam euaporantur cum receptione vaporis in loco, quædam inunguntur, & quædam emplastrantur. Per aurem immittuntur oleum de been, & cucumeris asinini, quoniam resoluit ipsas. Ex retentis vero in ore, & bocio proprie est puluis ostracorum adustorum, qui est. Recip. crucem marinam, palmam marinam, spongiam, pallam marinam, * sciticum marinum, corium marinum, os sepiarum, porcellos marinos, vmbilicos marinos, omnia recludantur in olla noua, & apponantur ad ignem, donec sint sicca, & quasi adusta, deinde terantur, & cribellentur. Et accipiatur de eorum puluere. vnc. iij. & puluerís piperis. vnc. iij. & misceantur cum mellis despuma. al. lib. iij. & reliquus puluis reseruetur. De cõfecto autem sumat mane cochlear vnum tenendo in ore, & sicut dissoluitur, ita transsumat cochlear vnum, & similiter sicut dissoluitur humiditas, & saliua, ita spuat.

* *Sincum.*

Ex euaporantibus est, vt euaporentur scrophulæ, & bocia, ex aqua capil. vene. & chamæmeli, & radices althæę, & cucu. asinini. Deinde recipiat vaporem per os in loco proprie ex lapide resultante molari, vel marchesita ignito extincto, vel aqua ferrea, vel aceto forti, & manu premente tangatur, & hoc in diminutione lunæ, & hora coniunctionis proprie. Ex inungendis sunt, vt post euaporationem vngatur cum simplici, vt ex oleis de been, vel compositis vngatur, & vnguento hyssopi descriptione cerati per xv. dies, & per interualla trium dierum.

Vnguen.

Item euaporetur cum lapide molari, vel marchesita ignito, superaspersis prædictis. Deinde vngatur cum hoc vnguento. ℞. spumæ maris, salis communis ana vnc. s. sulphu litij, ana vnc. s. foliorum nasturcij, foliorum lauri, ana. vnc. s. testiculi canis dra. i. terantur, & conficiantur cum melle, & oleo narcissi, & vngatur mane, vel sero quolibet semel.

Et ex his, quæ emplastrãtur sunt simplicia, & composita. Et ex simplicibus est emplastrum de coriãdro cum melle contrito, & similiter emplastrum de radicibus cucumeris asinini cum melle. & oleo de narcisso, vel farina hordei, quoniam resoluit illud, vel pix confecta cum caricis, aut cum scilla, aut cum radi. caulis, aut cum radice cappa. vel oleo de lilio, vel lupini cum aceto, & melle, & stercus vaccæ, decoctum cum aceto. Item aliud. stercus caprarum, & ouium montanarum cum vrina infantis, & stercus columbinum cum oleo.

Emplastra ad idem.

Ex compositis aliud fortiotis exiccationis. ℞. salis, nitri, baurach, aloes, sanda. cyperi, corticum radicum sola. corticum olibani, telæ aranei ana, terantur, & conficiantur cum aceto, & melle, et emplastrẽtur. Et ex emplastris resoluentibus cum facilitate est emplastrum apostolicũ, relatum ad christianos in scrophulis mortalibus ruptis, & emplastrum diachylon. Et quandoque permiscentur cum hoc emplastro medicinæ simplices cum proprietate operante, sicut est radix lilij, & stercus caprarum, & ouium, nasturcij, & radix cucumeris asinini, & vuę montanæ, non quę cadunt ante maturationem, & albæ, & farina fabarum, & amygdalarum amararũ, & bdellium, quæ aggregatæ, ad illud ministrentur præcedente mollificatione cum euaporationibus, & vnguentis, & ceratis, & oleis simplicibus, & mistis.

Item emplastrum. Gal. resoluens duritiem in hebdomada, vel tribus dieb. quod narrauit ipse in Megatechni. ℞. sinapis, sem. viri. sulphu. spumæ marinę, aristo. ammonia. bdellij, olei antiqui, & communis, quod sufficit.

Item aliud. bonum. Recipe farinę fabarum, & hordei, pinguedinis porci, & vrsi, omnium. ana. P. i. radicum eo locynthidis aluminis iameni, litij, picis, liquidæ, omniũ ana partem semis terantur, & misceantur cum oleo antiquo, & pinguedine ftixa, post liquefactionem pinguedinis, & picis in oleo.

Item aliud relatum ad Andromachũ. ℞. radicũ. capp. radicũ cau. lupini amari, fę. calcis, & nitri, an. admisceantur cum pinguedine porci, & oleo antiquo, & melle.

Item aliud mirabile, & est Nicodemi. ℞. sem. lini, fœnugræci, resideant in vino, & addatur eis fimi columbini pars media.

Item aliud, & est Alchindi ad scrophulas, & bocium & simplex, quod est. ℞. oxymellis, scillæ cũ aqua morbellæ, f. scrophulariæ rad. & floribus geneſtæ, vel sem. eius.

Syrupus ad idem.

Aliud compositum, & est syrupus ex appropriatis, qui est. ℞. capil. vene. auriculæ inuris, hyssopi, scabiosæ, melissæ, chamædryos, stœchados arab. acori, radicum morellæ, ana vnc. i. florum roriſmarini. geniſtæ, ana vnc. v. zucch. mellis ros. ana lib. i. aceti scillitici vnc. iij. in pecia rara bulliant spicæ, drach. i. nucis musch. cinnamo. cubebarum, zingib. ana drac. iij. Dosis est vnc. ij. cum tepido mane. & seruato prædicto regimine purgetur cum pilulis Hip. de hiera Logodion, vel hiera colocynthidis cum agarico, & euphorbio. Pilulæ Hip. expertorum iuuamentorum ad hoc, & alia multa. ℞. galbani, oppo. farcocol. myrrhæ, sagapeni, laccæ lotæ, terebinthinæ, asa. fœti antimonij, pyrethri, saxifragiæ, ammoniaci, cara. ana vnc. ij. agarici. anacardi, turbith, boracis interioris colocynthidis. casiæ nostru. mundatæ, tamarindi, castorei, caraputiarum mundatarum, iuæ valde bonæ, dictami, ana dra. i. euphor. styracis calamitæ, salis ammoniaci. esulæ, polypodij, pentaphyli, ellebori albi, betonicæ, dragunteæ, medianæ corticum sambuci, radicis ebul, pęoniæ, senæ, turbith, hermodacty. lapidis lazu. aristo. long & ro. coco gnidion quinque grana, myrob. mundatorũ, rhaba. rheu pontici, cyperi, satureiæ, thymi, epithy. auripigmenti, salis gemmæ, tartari, ros. viol. mast. cymini, se. apij, macis, petroselini, anisi, costi, carui, phu, basiliconis Alexandrini, sinapis, baccarum lauri, semi. iuniperi, semi. hederæ, ana drac. ij. aloes succotrini. dra. v. garyoph nucis musc. zingib. ligni alo. xylaloes, ana drac. i. olei ros. & muscellini, sambuci, & petrolæi, ana dra. vij. bene cocti, & bene spumati, tantumdem quantitatis medicinarum prędicta rum, & tamdiu iaceat in lacticinio prædicto quamdiu totus imbibatur, & sic mediocriter deficcetur, facto tũc confice cum prædictis oleis, & cum bene coctum fuerit fiat magdaleon, & serua per mensem vnum, vel duos. vel tres, antequam des, & cum dare volueris fac pilulas ad modum ciceris, & da de sero quinque, vel septem stõ inanito; & cum multum antiquæ fuerint non valent, quare da plures. Et adde aliquid prædicti succi. Valent etiam contra dolorem stomachi, vt supra prima Sectione est dictum, & sunt valde expertæ contra ægritudines antiquas totius corporis, & præcipue cõtra arthreticam antiquam quartanarijs, hemicraneis, asthmaticis, iichiaticis, stomachicis, iliacis, nephreticis, & calculosis, scrophulis, & bocijs. post purgationem sumatur theriaca Andromachi cum vino calido. Item experta post purgationem prædictam, & sufficientem mirabiliter resoluens, & extenuans scrophulas, & bocias. ℞. radicũ asphodilorum, radicum morellæ, radicum bryoniæ, ana lib. i. terantur crasso modo, & bulliant in cacabo, pleno Græco antiquo, capacitatis lib. x. & bulliant vsq; ad consumptionem medietatis, deinde colentur, & colatura reseruetur, de qua sumat omni mane. vnc. iij. Præterea sciendum est quod interdum redeunt scrophulæ, quæ cœperunt extenuari, & resolui ad dispositionem suã primam. quare oportet, vt extenuatiuo regimine iterum purgentur. Et de eis sunt in quibus est carnositas, & in huiusmodi oportet, vt conficiantur medicinæ calidæ corrosiuæ cum oleo, & dimittantur per aliquos dies; & deinde administrentur, & hoc in scrophulis frigidis. In scrophulis autem, quæ sunt complexionis calidæ non oportet, vt

tet,vt ſuperflua ſit adminiſtratio medicinarum calidatum, immo ſufficit eis, quod eſt ſicut ſauich de tritico cum aqua coriandri. Et fortius illo eſt myrrha cum duplo ſui de licio confecta cum aqua coriandri,aut vincat medicamen aliud, ſecundum quod prius dictum eſt,& illud quod neceſſarium facit vehemẽtiam inflammationis,aut paruitas eius, & de illis, quæ conferunt eis eſt,vt fiat ſternutatio cum oleo de nucleis perſicorum excorticatis aduſtis.

Quod ſi neceſſarium fuerit in curatione ſcrophularum,vti inciſione cum ferro,oportet ꝙ fiat cum cautela eis vicinantibus arterijs neruis, & venis, & vbi multæ ſint melius eſt omittere, vt ſupra dictũ eſt, & vacare in cura cum prædictis. Homo enim quidam,vt Abu. dixit, errauit cũ perforaret ſcrophulas adenarum , & gulæ,q̃ ſub mento ſunt: incidit.n. nerui reuerſiui ramum; quare deſtructa fuit vox eiꝰ. Et iam accidit,vt inueniret neruũ aliũ,& detegeret eũ frigori,quare deſtructa fuit cõplexio eius,& per cõſequens eius operatio vſq; quo reduceretur ad ipſum eius cõplexio cũ calefactione, & fortaſſe errabit;& inueniet quidẽ,& incidet eá,& ſequetur * hæmorroſagia difficilis conſtrictionis, perducens ad ſyncopim fortem,& deterior quidem eſt illa, quæ eſt profundior. Quapropter cum excoriatur ex latere ſoluto, oportet vt ſcindantur ſcrophulæ,& deſtruatur quod reſiduum eſt cum medicamine acuto ſic,ꝙ non perueniat lateri læſio. Diachylon emplaſtri confectio ſm Almanſor. ℞. lithargyri triti.vnc.j.s. ſumatur cum ſartagine layæ,olei veteris vnc ij.s ſuperadijciatur,& aggregentur,& lẽtus ignis ſub eis fiat, & coquatur donec ſoluatur totum lithargyrium,deinde mucilago ſen.& ſem.lini,ana dra.ij. mucilaginis maluauiſci vnc.j. ſumantur,& in prædictis adiũgantur,& poſt hoc totum agitando donec totum incraſſetur,decoquatur. cum autem coctum fuerit,ab igne deponatur , agitando tamen non dimittatur, quòd poſtea tenendo commaſſetur,donec ſpiſſitudinem habet,& viſcoſitatem; deinde recondatur,& vſui ſeruetur.

Dereumbtion.

De cancro. Cap. 2.

CAncer eſt apoſtema melancholicum pauci tumoris , & diffuſi , cuius cauſa eſt melancholia aduſta in toto corpore,hepate,& venis abundans,propter naturalem complexionem eorum, regimẽ,& diætam in acribus,lentibus,& carnibus antiquis,& melãcholicis: propter ſplenis defectionem,non trahentis illam,ac virtutis extractiuæ ipſorum extra corpus nullatenꝰ expellentis; ſed propter ſui melancholiam cum ſanguine ab illis inſuſam alicui ex membris, eiuſque venis diſſeminantur in eo collecta minutis, differens à glandulis mobilibus fixione ſua cum mẽbro;& à duritie quoque eſt differens, primo in cauſa, qm̃ cauſa durities melãcholica eſt naturalis fex ſanguinis. Cancri vero cauſa eſt melãcholia per aduſtionem facta innaturalis, à qua melancholiam ; & acredinem acquiſiuit, vt proiecta in terram ebulliat,ſicut acetum acris odoris,à qua effugiunt muſcę,& proinde non eſt quietus cancer,ſicut durities, ſed mobilis ; & corrodendo procedens, habens radices infixas vndique membro ad modum brancarum cancri infixarum cibo,& in medio eius eſt rotundæ formæ,cum colore cancri, à qua egrediuntur venæ, ſicut brancæ cancri,quare dictus eſt cancer. Et ſunt venulæ paruæ illo humore repletæ,ibi diffuſæ,quæ in duritie non exiſtunt,humore in ea totaliter ad membrum in quo eſt à venis expulſo, & propterea tumor in cancro eſt minor,& magis diffuſus, nec oportet, vt per ipſum deſtruatur ſenſus in principio ſui,ſicut in duritie : tunc enim in ſuo impreſſionis principio cum inſit membro complexionis malitia acquiſita virtuti membri ſenſibilis,ei reſiſtendo facit dolorem, niſi cum elongatum fuerit ei tempus, & factus eſt magnus,vt melo,& facta æquali dyſcraſia mortificetur virtus membri ſenſibilis, & deſtruatur in eo ſenſus,vt corrodatur,& vlceretur eius ſubſtantia. Et tunc licet ad vlcus deuenerit, natura tamen apoſtematis non relinquit, A venis in circuitu eius miſcentibus, propter repletionem corrodentis humoris, ſi complexionis acquiſiuit naturam ex apoſtemate,& vlcere corroſiuo. Durities vero à principio ſui deſtruit ſenſum, ꝓpter ſui craſſitiem,& frigiditatem humoris prohibentem tranſitũ ſubtilis ſpiritus ad membrum,ac ſtupefacientem,& cõgelantem ipſum,& proinde color eius eſt liuidus, & melõgianus,vt fęcis ſanguinis. Cancri vero color erit niger,ex aduſtione cauſatus ad quandam viriditatem tendens.

Adhuc quoque differunt quibus accidit mẽbris. Cancer enim,vt plurimum accidit membris raris,vt mammillis mulierum,vt ſupra Sectione prima eſt dictum,& in lacertis carnoſis valde, vt in naribus, & cruribus,& pulpis tibiarum,& extremis;& proprie ad quæ ſuperflua melancholia conſueuit decurrere,vt eſt virga in viris,& teſtes in mulieribus,vulua,& anus. Durities vero in dẽſis,vt hepate,& renibus,neruis,& iuncturis. Præterea in aduentu cancri. Cancri enim aduentus plurimum eſt incipiendo; durities vero plurimum eſt permutando,& ex apoſtemate calido,& quandoq; * vndimioſo: necnon in modo euacuandi,& aperiẽdi. cum.n. accidit durities, vt plurimum non eſt occultæ diſpoſitionis, ſed apparet. Cancer vero non apparet ſm plurimũ, deinde apparet. Et durities quidẽ qñque permutatur in cancrũ ex ſe,vel errore medici,& ſi ex ſe apta fit, vel inepta, & ex inuentione inflãmationis, & pulſationis in ipſa,& apertione venarum in eius circuitu,vel eorum abſentia, & priuatione cognoſces. Et qñque permutantur phlegmones,& * vndimiæ in cancrũ,ſicut in duritiem permutãtur,& illud cũ prolongantur, & eorum retentæ materiæ aduratur ex ſe,vel putrefactione,vel errore regiminis,vt tranſeant in melancholiam innaturalem per aduſtionem.

* eudemata-tioſo.

* eudemata.

Signa cancri dum eſt in principio, ſiue quod eſt,quia quãdoque apparet ſicut faba, aut cicer, aut auellana parua,& durus rotundus, fuſci coloris,in quo eſt caliditas aliqua, & quandoque cum dolore forti, quãdoq; paruo, & cum perdurat ad magnitudinem procedit, & deinde perducit ad vlcerationem propter acredinem,& acuitatem aduſtionis materiæ. & quãdoq; non vlceratur,quia eſt ſiccus,& quãdoque permutatur vlceratũ ad nõ vlceratum, & qñque facit curatio cum ferro, qñq; facit eius labia craſſiora,& duriora. & ſi cauterizetur, reſoluetur materia,& conſumetur corrodens,& putrefaciens.

De ſignis cancri.

Regimen in cura cancri eſt diuerſum ſecundum diuerſitatem temporum,& diſpoſitionis, & loci eius. Si enim in principio fit,& in manifeſto loco,antequam ad confirmationem , & magnitudinem , & vlcerationem deuenit,in qua plurimum ſine chirurgia non curatur. Regimen eius eſt duplex,vniuerſale,& particulare. Vniuerſale eſt quatuor res. Diæta vniuerſalis,euacuatio,rectificatio membrorum generantium materiam, & correctio accidentium .

De cura.

Diæta ſit euchyma ad frigidum,& humidum tendẽs, prohibens regenerari materiam, cum aeris alteratione, vt ſupra in febribus cap.generalis curationis eſt dictum, vt cum quiete animi,& corporis, & cum cibo ex lactucis,& herbis frigidis, & humidis, vt atriplicibus, ſpinachijs,betis, boragine, & ſimilib. & fructibus,vt cucurbita,citrulis,& piſcibus petrinis,& aquæ dulcis, & cancrorum fluuialium, chiſt hordei, & vitellis ouorum, & potu lactis vaccini,à quo extractum ſit butyrum,vel ſerum,& potu aquæ hordei, vel vini albi ſubtilis, & lymphati,& cum ſomno,& vigilijs tẽperatis,& cũ inanitione ſuperfluitatũ ſiccarũ, & rehumectatione cũ ꝓdictis.

Diæta.

Vniuerſalis euacuatio cõpletur cũ euacuantibus antecedentẽ cauſam.ſ.melancholiam aduſtã abundantẽ in venis,& etiam naturalẽ, quæ materia eſt ipſius minoratiue,& eradicatiue,præcedente digeſtione ex his, quæ nota ſunt ſupra in ca. de quartana, & cum ſanguiſugatione aperiẽte orificia venarũ hæmorrhoidarũ, vel cũ prouocantibus menſtrua in muliere: vel cũ phlebotomia vniuerſali de nigra, vel particulari, de baſilica dextra,vel ſiniſtra,prout expediens eſt. Rectificatio mẽbrorũ generantium melancholiã cõpletur ex prædicto regimine, & medi-

medicinis alterantibus hepatis, & corporis dyscrasiam, confortantibus splenem,quæ sunt supradicta.

Correctio vero accidentium est, vt dolor, si est fortis, mitigetur cum frigidis repercussiuis,defendentib. membrum,& repellẽtibus materiam, si non fuerit quod prohibeat,vel cum calidis anodynis eis mistis superius numeratis, si quod prohibeat,illa adsit, & si sit caliditas in eo vehemens, extinguatur cum aqua coriandri, & solatri,& prædictis repercussiuis,& alijs frigidis sumptis.

Particulare regimen,& particulariũ operationũ exercendarũ circa locum,& particulam cancri cum medicinis localib⁹,& alijs opportunis est quatuor res. prima est destructio cancri, si possibilis est. secunda est vbi possibilis non sit eius destructio,prohibitio additionis eius, tertia est si ad augmentũ perueniat,prohibitio vlcerationis, & tunc proprie quando cum eo est caliditas, & pulsatio, qm̃ vlcerationem minantur.quarta est vbi iam peruenit ad vlcerationem,& fit confirmata curatio vlcerati.

Primam rem complent(licet difficulter)duo. Primũ est resolutio materiæ aggregatæ in membro,& venis, & repulsio eius quod paratum est influere,ne colligatur,& illud cum his,quæ frigiditatem habent multam,& caliditatem temperatã, qualia sunt coriandrum, solatrum, lentes cum aceto,succus plantaginis, & similia,quæ supra in cura anthracis,& ignis perfici dicta sunt. Alienẽtur autem ea,quæ debilis virtutis sunt, quia operationẽ non perficiunt,& quę fortis etiam,cum resoluẽdo subtile,crassum magis,& induratum relinquant. Alienantur quoque mordicantia,quia tristant particulam,et humorem sylueſtrem,& immorigeratũ reddunt. Et proinde medicinæ ei conuenientes sunt metallicæ, seu minerales ablutæ, vt est tutia abluta mista cum oleo ros.

Documentum. Aliud est incisio, & sectio ipsius,vbi resolutio nõ sufficerit,& proprie cum fuerit in aliquo extremorũ,vt est pes,manus,& mammillæ,apto incisioni. Oportet autẽ vt incisio fiat magna,vel ex toto abscindatur particula, in qua est cancer,& quod est in circuitu eius ex venis circumdantibus ipsum, ita vt de his nihil remaneat; & currat post illũ sanguis plurimus post euacuationẽ vniuersalẽ,quæ præcessit cũ expressione ipsarum, vt curetur incisio. Et fortasse incisio non est melior,qm̃ nihil aliud est quàm perducere ipsum ad vlcerationẽ, nisi vbi possibilis sit incisio radicalis,vbi vero non,oportet tegere,ne addatur,& fortasse post incisionẽ indigebit cauterio cũ igne, qm̃ resoluit reliquias materiæ malæ, & confortat membrũ,& retinet * hæmorrhoſagiam. & fortasse in eis est timor magnus,& illud qñ fuerit cancer iuxta principalia membra,& nobilia, ne perueniat ad ea,vel orta ex eis; & accidit exinde mors, vel spasmus, vel quia sit in membris occultis,de quo Hipp. in aph,ait Quibuscunq; cancri absconditi fuerint, non curari melius est; curati enim citius pereunt, nõ curati vero longius tempus perficiunt. sed tunc oportet, vt rectificentur cum mundificãtium ministratione,cum infrigidatione, & humectatione;qualia sunt aqua lactis proprie,& cum diæta ciborum,& potuum prædictorum, & eorum, quæ generant sanguinem bonum,& frigidum,& humidum.

* hæmorrhagiam.

Secundam vero rem.s. prohibitionem additionis cõplent duo.s.abscissio antecedentis causæ prædictis modis facta,& regimen. Secundum est confortatio membri.& repercussio materiæ. Fit autem cũ medicinis repercussiuis iam dictis ſm oẽm administrationis modum,et melior est,quæ fit cum lenitiuis mineralibus,quale est factũ ex lapide molari,& lapidibus coctis,& quale est linimentum factum ex oleo cum frictione,quod resoluitur inter tabulam,et manicam de plumbo cum humiditate effusa super tabulam,quæ est sicut oleum ros.& aqua coriandri,& qualis est emplastratio cũ acresta trita,& colocynthide,cum aceto est proprie emplastrata. Tertiã rem.s. prohibitionem vlcerationis,nisi obstantibus illis ad magnitudinẽ perfectionis deuenit,et timetur vlceratio propter caliditatẽ,& pulsationem apparentem in ea,quæ res frigida est,& periculosior ex membro in eo vicino,blãdientia complent,quæ prohibeant,ne calefiant vnquam ex cibis frigidis,& medicinis,& alijs rebus, & ex illis est prohibitio somni super ipsum, & herbæ frigidæ contritæ,& superpositæ, & linimenta prædicta proprie ministrata cum frictione prædicta,& proprie,quę fit ex tabella,& manica plumbi,quando est cum eius fricatura terra sigil.aut bolus arme.aut oleum antiquum,aut aqua sẽperuiuæ,& ceruſſa de plumbo,quoniam est operatio bona. Et de appropriatis magni iuuamenti est emplastrum de cancris fluuialibus,& proprie cum cadmia.

Quartam rem alterum duorum complent,scilicet assiduatio panni linei infusi in succo solatri super ipsum vlcus,& cum exiccatur,iterum infundatur desuper aqua prædicta,si incisio membri,in quo est,non sit apta,quod si apta sit,incidatur,& regatur,vt supra dictum est. Emplastrum bonũ conueniens ad illud. Sumantur medullæ tritici,& olibani,& ceruſſæ de plumbo, ana vnc.j. terræ sigil.boli arme. aloes abluti, ana vnc.iij. aggregentur,& administrẽtur super humidum puluerem cum oleo ros. Et si admisceatur ei æquale de cadmia melius erit. Medicamen ad idem ℞. tutiæ ablutæ cum aqua portu. aut mucilaginis psyllij,& emplastretur. Melagogum solutiũ vtriusque melancholiæ conueniens cancro. ℞.epithymi,fumiterræ, sennæ, ana aure.iij. puluerizentur,& in aqua lactis,aut mellis * myrtæ,& sumatur vicibus multis. Aliud sumatur decoctio epithy. cum syrup. aceto. Aliud ℞.hieræ Gal. quantitatem conuenientem,& da cum decoct. fumiterræ.

* mirtæ.

Contra cancrum,& proprie oris puluerizetur crystallum,& fricetur os cũ illo puluere,& deinde proijciatur postmodum de eo in ore vsque ad x. dies,& liberabitur. expertum est. Item ablutio cum vrina mundificat,& consolidat, expertum est.

De lepra, & medicinis eius. Cap. 3.

Lepra quid. LEpra est cancer vniuersalis, cuius causa interior est cholera rubea cum sanguine multiplicata in venis, effulaque ab eis ad vniuersum corpus, & subcutaneas partes,ibique putrefacta manens. *Causa.* Causa vero multiplicationis eius in venis principalis, & efficiens,est complexio calida,& sicca hepatis generãtis humores,vel totius corporis,vel vtraque,adurens sanguinem,& humores naturales ex hæreditate.seu semine,aut menstruo,aut quia conceptus fuerit embryo in matrice tempore menstruorum fędata sanguine melancholico, vel acquisita ex tempore,& in malitia regiminis,vt materialis in cibis melancholicis, & cholericis simul, & proprie in piscib. & lacte,qui noti sunt supra cap. de melancholia, & elephantia,cum aliis extrinsecis causis, puta nõ naturalib. reb.consimilib.illis cooperantib.in generatione talis humoris,ex quib.maxime est aer regionalis corruptus in se propter pestilẽtiam,vel infectus vapore resoluto ex corpori. leprosorum vicinorum in loco coarctato, & sub vento inficiens humores,& spiritus,membra, & totum corpus,atque vegetabilia, & proinde efficiẽtem causam, & malam ad generandũ lepram maxime disponens. Secunda est splenis associata debilitas non trahentis illam, quare cum sanguine remanet multiplicata in venis, & cum non secernatur ex corpore per hæmorrhoidas,propter inualetudinem virtutis, nec per menstrua, nec per poros cutis densatos,nõ deriuatur ad venas crurium, & varices,vt pluri mũ consueuit,sic ꝙ vehemẽtis impetus, & malitiæ,quę natura illam regulare non potest,quoad digesta fuerit,influit, & à natura repellitur quãdoque ad aliquod mẽbrum,ibique cancrum facit,et proprie si fuerit crassa: si vero subtilis faciet herpetem,si vero impellatur,& influat ad cutem,fiet albaras, & morphea nigra vniuersalis,virtute nutritiua,seu actu eius assimilationis corrupta,& si influat,& impellatur, & spargitur in corpore toto,& subcutaneis partib.& carnosis,& tũc si quidem putrefiat,perueniat ex ea melancholica seb.& si occultetur,nec putrefiat,fiet lepra,quod est, quia corrumpitur membrorum vitalis complexio ex sparsione talis humoris in corpore,& proinde compositio, vt forma,& figura;

Nota.

figura; quæ complexionem sequuntur, & color, ex facie A tota terribilis sit ad modũ leonis tenentis rapaciter prædam suam; quare dicta est leonina. aduriturque sanguis in venis ex mistione ipsius, & incrassatur, vt in * phlebotomijs, quandoq; sanguis apparet arenosus, & cum retinetur in venis longo tempore coarctatus, inflammatur, & vritur, & corrumpitur ipsa ita, vt vlceret, & corrodat, & calorem alteret, sicut cancer vlceratus, & soluta continuitate cadunt quandoque, & cũ talis humor cholera nigra fuerit ex adustione choleræ causata, erit maioris malitiæ, ac penetrationis, & impressionis in membra, & susceptibilioris corruptionis. Si vero ex adustione melancholiæ naturalis facta fuerit, est vehementioris malitiæ, & potentior ad penetrandum in membra, & imprimendum, & tũc proprie cum ex adustione subtilis partis eius fuerit generata, & minus recipiens curam, quoniam nó obedit potioni, vt Gal. dixit. Et manens in corpore corrodit, & vlcerat mẽbra extrema, & procedit ab eis paulatim donec perueniat impressio ad totum corpus, & principalia membra, & interficiat, & propter malitiam cõplexionis & corrosionem, & vlcerationem taliter imprimendo procedit, quoniam quamuis ipsius humoris generatio sit in visceribus, tamen primum vestigium, & impressio est in extremitatibus, ad quæ impellitur propter debilitatem, & quandoque moritur patiens, antequã impressio corrosionis, & vlceris perueniat ad principalia, propter solam complexionis malitiam, & faciet speciem lepræ, quam Auic. & Isaac, leoninum vocant.

* Phlebotomijs.

Signa. Signa eius sunt, quia tunc est pectus siccum, fissura narium, manuum, & pedum combustio, vel contritio macilenta, cuius calor sic augmẽtatur magis, quàm siccitas, articuli separantur, & cadunt. Cũ vero fuerit causata ex adustione partis eius crassæ, minoris erit malitiæ, ac impressionis, & minus recipiet curam, quoniam non obedit potioni sicut dixit Hipp. & Gal. propter duritiẽ & terrestreitatem suam, & faciet speciem lepræ, quam Gal. vocauit albaras, seu impetiginẽ, & morphęam nigram vocauit. Cuius signa sunt, quia color est niger, & crassescit corpus, seu sensus, supercilia finduntur, manus & pedes cõtrahuntur, & digiti, nec vlcerat, nisi corrumpatur, & acuatur. Cum vero causata fuerit ex adustione phlegmatis, faciet aliam speciem, quæ dicitur thyria, quam Gal. appellauit squammosam.

De signis.

Et signa eius sunt, quoniam humescit corpus, glandes nascuntur, color est albus, & oculorum fluxus. Et cum tanta fuerit ex adustione sanguinis, facit aliam speciem lepræ, quæ dicitur alopecia, albaras, & morphęa nigra, & scabies antiqua illis in toto corpore. Cuius humoris signa sunt, quoniam rubet cutis, & putrida est, & tumet nimis, & sanguis, & sanies effluunt. Et forsitan non vlcerant cum humor exiccatus fuerit, & euentatus remanens, vel infrigidatus non inflammatur, nec acuitur, & durat cum patiente tempore longo, sola tamen tumescentia existente in membris, quæ videntur excreata membra, & augmentata. Et vocauit hãc dispositionem Gal. elephantiam, & est ex speciebus vna, sicut albaras, D & morphęa nigra prædictæ. Et quandoque corrodit radices pilorum, & facit alopeciam, & quandoque excoriat cutem, & facit dispositionem, quæ thyria nuncupatur, & quandoque facit scabiem, quæ antiquatur, & est de genere eius secundum quatuor humorum adustiones scilicet leonina, albaras, seu impetigo, & morphęa nigra vniuersalis in toto, & fixa thyria, seu squammosa, elephantia, alopecia, seu scabies antiqua. Dictæ sunt autem hæ species lepræ modo metaphorico quodam, eo, quòd ab eodem humore in genere sunt causatę, licet aliter, & aliter dispositio essentia sui, & loco, atque corrumpentem complexionem corporis colorem pulchritudinem, & figuram, & quia difficile mobiles, vt habituatæ, longo tempore perseuerãt in corpore ad modum lepræ, licet membra non omnia corrodant, nec vlcerent, nec eorum continuitatem soluant, aut quia quãdoque ab eis incipit lepra ipsa, vt Gal. dixit. Quibus omnibus prætermissis ad præsens, vt pertinentib. ad tertiam Sectionem, hic solum de vera lepra iam dicta, quæ vniuersalis est cancer, signa, & medicinas ponemus.

Signa. In principio eius occultantur signa ipsius. Cũ vero procedit, & extenditur tempus eius, deteguntur, & cognoscitur. Cum vero confirmabitur, nullus dubitabit in ea, quod est, quia in principio cum incipit lepra color corporis, & præcipue faciei incipit fieri rubeus ad nigredinem tendens, & hoc quia color est humorum, & non membrorum, vt Galen. dixit. Et humores peccãtes sanguis, & cholera nigra sunt, & venæ oculorum proinde ad fuscedinem tendunt, & apparet in eis victoria choleræ nigræ in cerebro ex somnis, & subtilitate, & paucitate capillorum, & sternutatione, & apertione verrucę in naso, & strictura eius, & in pulmone, & canna eius ex nocumento anhelitus, & raucedine vocis, in corde ex morsibus malis, & dolorosis, & apertione venarum in pectore, & toto corpore ex sensu supra ipsum, quasi sit grauedo, vt incubus tempore somni, vel ex fœtore ipsius, & proprie, in sudore, & anhelitus ad fœtorẽ declinat. Cum B vero procedit, & extenditur tempus eius apparet sparsio in capillis, & casus eorum, & proprie in pilis faciei, & partium eius, & quandoque deficeantur casus capillorum, & incipit forma fieri fœda, & casus terribilis, & color denigratur, & additur constrictio anhelitus, donec peruenit ad difficultatem, & dyspnęam magnã, & peruenit vox ad finem raucedinis, & incrassantur labia, & denigrantur, & incipit sanguis congelari in iuncturis, & putrefieri, & apparet supra corpus sub cute tota additio glandulosa, similis animali, quod Græce vocatur saros. Cum vero confirmatur ægritudo, cadunt pili omnes, & proprie faciei, deinde incipit corpus vlcerari vniuersaliter, & proprie vbi apparent additiones glandulosæ. Et illud quandoque lepra non quieta in modum elephãtiæ, & corroditur chartilago nasi, & roditur extremitas nasi eius, & corrosis iuncturis cadunt extrema, & currit ex eis virus fœtens, & vox occultatur, & tendit ad occultationem, & denigratur color valde, & pulsus eius est de- C bilis propter debilitatem virtutis, & fit necessaria spissitudo in eo, deficiente magnitudine, & velocitate.

Regimen in cura lepræ est proportionale regimini, dicto in cura cancri, & est ab eo diuersum secundum diuersitatem temporis, & dispositionem eius. Si enim in principio fuerit debilis, possibilis est curationis, licet difficilis: si vero fortis, confirmata, impossibilis sanationis erit. Si enim cancer, qui particularis est morbus, cum magnificatus fuerit, seu vlceratus, curam non habet; quanto minus lepra, quæ est vniuersalis morbus, licet in ea materia sit diffusa, ita, vt non ministrentur medicinæ fortes, sustentent ægritudinem, ac refrænent, vt non agat, vel imprimat super principalia membra. In cancro autem cum sit in eodem tota vnita, est secus. Regimen in cura lepræ.

Eius ergo, quæ est in principio cum est debilis, regimen erit duplex, vniuersale, & particulare. Vniuersale est quatuor res consimiles illis, scilicet euacuatio vniuersalis, & antecedentis causæ, diæta, rectificatio membrorum regenerantium materiam, & correctio accidẽtium. Vniuersalis euacuatio completur phlebotomia, pharmacis, & vomitu, & enematibus. Phlebotomia quidem de basilica dextra, & nigra, & basilica sinistra, & hoc si sanguis cum tali nigra cholera multum appareat abundare, quo casu oportet de venis magnis ipsius manus, vel etiam pedis euacuare vltime. Si autem non dimittatur phlebotomia magnarum venarum, & fiat de ramis ipsarum, vt de saluatella dextra, & sinistra. Phlebotomia enim magnarum dictarum forsasse tunc magis nocebit, quam iuuabit, malitiam reddendo effreniem. In ea vero, quæ est ex paruis venis, fit securitas ex iuuamento, quod accidit absque nocumento, & aperio venarum ani, & sanguisugatio cum magnis sanguisugis, vel prouocatio menstruorum, deinde erit conueniens, & proprie cum retenta fuerint vltra modum. Ventosatio vero propter crassitiem sanguinis, locum non habet; phlebotomia vero celebrata quiescat ab hebdomada, seruato bono regimine, & digestiuo sumpto purgetur pharma-

cis

eis appropriatis,ex simplicibus,& compositis,quæ infra dicentur ipsi humori. Festina autem antequam incrassetur,indurescat vsque ad hebdomadam, quia tunc non obediet potioni,vt Hippocr.dixit in aphor.

Et ex simplicibus sunt,sicut epithymum,& stachas, myrob.& elleborus,lapis lazuli,& lapis armenus,& polyp.fumus terræ,& si addatur pulpa colocyn. est potissima,facit enim desistere ægritudinẽ,& vlterius nõ augeri,& quando fuerit ibi cholera mista faciens adustionem in melancholia addatur aloe,succus scilicet cucu. asi. vel scammonea. Oportet autem,vt purgatio cum prædictis fit multiplicata in tempore pluries, non enim sufficit,vt vnica purgatione purgetur, & talis purgatio non debet esse fortis,sed debilis,& parũ educens,ac paulatim,vt supra in cura melancholiæ est dictum,& cõsimilibus suis non poterit materia vnica medicina educi, & maxime cum sit penetratiua,& vehementer sanguini mista. Inquit enim Abu. cum materia fuerit vehemẽter penetratiua,aut cum sanguine multum admista,non poteris ipsam vnica vice euacuare,sicut in ischiatica,& arhritetica longo tempore,& cancro, scabie antiqua, & carbũculis antiquis oportet ergo, vt incipias cum leuioribus, quæ paulatim educunt materiam bis, vel ter soluendo,& toties repetatur quamdiu necessaria fuerit, vt hebdomada qualibet repetatur,vomitibus vero, & enematibus lenitiuis euacuetur omni tempore secũdum declinationem materiæ,oportet autem, vt vomitus fiat cum acutis, & salitis,& acetosis,quæ aliter locum nõ habet; deinde sumant aliquid de absinthio in potu. Diætam vero cõplet regimen rerum non naturalium,ad frigiditatem,& humiditatem conuersio,seu permutatio, & primo aeris ad frigidum, & hu. & contrarium ei, in quo ægritudo existit procreata, & cum exercitio delectabili omni mane in vmbra post euacuationem superfluitatum siccæ,& aquosæ,& cum cantilenis altis: deinde fricẽtur,& quiescant, deinde cibetur cum cibis euchymis ex herbis,vt atriplicibus,& spinachijs,blitis,& portulacis,& boraginibus, carnibus hœdinis, arietinis, & vitulinis, & proprie gallinarum iuuenum, & pinguium, & iuribus earum; quoniam contemperant humorum complexionẽ, & cum lacte caprino,& ouino, nouiter mulso in quantitate,quæ digeratur, simplici, vel misto cum pane, vel sorbitione facta ex eo,zucch.& oleo amyg. vel lacte,vel farina hordei,& fructibus,vt prunis chrysomillis,persicis,pomis,& amygd. & cum omni euchymo ad frigidum, & humidum declinante, & malam complexionẽ membrorum calidam,& siccam nutritiuorum alteret, & impinguet, & proinde dulcia sunt conuenientia, & materiam prohibent generari. Et ex his,quæ commendauit,& est expertum à Gal. in lepra causata ab apostemate splenis,vel oppilatione eius est decoctio tamarisci cum passulis sæpe sumpta, & ranæ paludum cum oleo, & sale coctæ,& comestæ sunt bonæ lepræ, & cinis asini curat eam. Et ex his,quæ cõmendauit præcipue Gal. est comestio carnis serpentũ,& sorbitio iuris eius,prout infra dicetur,& comestio micæ panis in eo de similia. Et poterur vino albo,subtili permisto valde. Et quandoque dimittetur vinum,quare poterur frigida aqua permista aceto albo pauco,& si tolerat stomachus, vel aqua hordei,vel aqua lactis,vel lacte acetoso,à quo abstractum sit butyrum: quoniam est materia inflammationis,& adustionis, & deinde cum somno temperato de nocte non profundo,ne inflammetur,& cum inanientibus quotidianas fæces,vt clysteri,& alijs lubricãtibus, & fructibus ante cibum sumptis, & cum repellatione cibi prædicti pauca,& sæpe facta, donec humectet corpus,& impinguet,& cum gaudio, & delectatione animi, & spe certa salutis,& cum omni abstinentia à coitu. Rectificationẽ quoque membrorum generãtium materiam complent quæcunque alterant dyscrasiam hepatis calidam, & siccam,& corporis vniuersi, aperiunt,& confortant splenem,qualia sunt regimen prænotatum,& medicinæ supra Sectione prima in curis eorum dictæ.

Correctio accidentium complectur cum conuersione regiminis ad rectificationem impressionis factæ in interioribus membris,vt cerebro, pulmone, pectore,& corde,ex qua prædicta signa apparent in eis, licet enim impressio mutationis coloris figuræ,corrosionis,& vlcerationis prius sit in exterioribus extremis, tamẽ corruptio complexionis prius est in interioribus,& principalibus, ac humorum aggregatio,& fumorũ,vnde necesse est peti prius,& si non appareat extra,proinde oportet,vt incipias ab eis, & in cerebro quidem cũ mundificãtibus ipsum, ex gargarismis, & caputpurgijs dictis in curis ipsius. Ex quibus sunt propria in hoc casu,quæ infra dicẽtur,& cum phlebotomia venæ frontis, & nasi, & cum epithematibus,& confortantibus ipsum, & repellẽtibus malas humores, quale est oleum rosarum,& lac mulieris,& similia. In pulmone vero, & trachea propter raucedinem vocis asthma,& timoré prẽfocationis cũ phlebotomia venarũ quidem. Et deinde cum alijs medicinis ex syrupis,& iuleb,& mundificantibus, & præseruantibus ipsa à nocumento,facilitãtibus anhelitum,& cibent tũc lacte,& spinachijs,quoniã sunt ex melioribus rebus. In corde vero cum phlebotomia basilicæ sinistræ ꝓpter abundantiam vaporum adustorum resultantium ad illud,& cum cordialibus frigidis confortantibus,& repellentibus humorum vapores ab eo, & fumos, & mores animæ corrumpentes. Inquit enim Gal natura corporis complexiones,& humores corporis imitatur.

Particulare vero regimẽ versatur circa extrema corporis,& eius exteriora,in quibus principalis apparet impressio propter effusionem materiæ ad ipsa, & debilitatem ipsorum,& hoc cum particularibus operationibus, & localibus medicinis exercendis,& ministrandis in ipsis,& primo cum frigidis,& [illegible] stypticis confortantibus membra,& repellentibus materiam, qualia sunt oleum myrtinum,de extremitatibus viris,& de glandibus cum aceto; & deinde cum frigidis,& stypticis habentibus caliditatẽ temperatam,vt repercutiant quod fluit,& resoluant simul,quod fluxit, qualia sunt succus plantaginis, linguæ canis,lentes, acetum,& alia, quæ supra in cancro sunt posita,& anthrace,sed melius est,vt balneentur,deinde vngatur. Sit autẽ balneum ex aqua decoctionis fœnugræci cum sapone bono,& ex bonis est balneum in aqua decoctionis serpentis,& Siculi balneantur in sanguine hominis, est enim temperatior inter humores,& naturæ conuenientior. dixit Gal. & aliqui in oleo, sicut patet ex infrascriptis. Post balneum vero vngatur totum corpus cum prædictis cum aceto fricãdo, & quandoque confert inũctio ex oleo vio. & lacte mulieris,oleo de cucu & nenupharis,& illud quando corpus fuerit inflammatum,& exiccatum, & maxime post balneum resolutiuum,cum resolutiuis,& resoluentibus fortibus. Quo casu oportet,vt etiam caputpurgium fiat ex lacte mulieris cum oleo viola. & inunganturs extrema, & conseruẽtur ex darsesaham cum oleo de lilio,& de costo,& inunganturs iuncturæ cum his subtiliatiuis, & resoluentibus fortibus,quæ sequũtur, & illud cum materia fuerit exiccata,& indurata, & forsasse erit necessarium inũgere eos in balneo cum subtiliatiuis resoluentibus,in quibus ingrediatur nitrum,& sulphur,baccæ lauri, & gluten carpentariorum,& sinapis,origanum,piper,macropiper,& staphisagria,& calamenthum, quod confert,non sua incisione tantum,sed etiam sua resolutione,& forsasse erit necessarium euphorbium,& hoc quando balneantur,& inunguntur propter resolutionem superfluitatum,quia materia exiccata,& est indurata valde, sed oportet, vt præcedat vnctio cum butyro, & forte necessarium erit inungere eos fricando cum huiusmodi medicinis in sole calido,& illud cum balneum præsto non habetur. Et quandoque inunguntur cum theriaca,& solitis.

Et ex medicinis, quæ bibuntur compositis sunt multæ, & melior est theriaca maior facta cum carnibus viperæ,& theriaca diatesseron,& diasulphur,& trochis. scillæ cum vino passo, & crasso, & hoc post mundificationem corporis. His medicinis curabitur in sui principio, & processu. Si vero perueniat ad complementum,

Dieta.

Experta Galen.

De corrigẽdis accidentium lepræ.

De pulmone, & trachea arteria.

In corde.

Lib. quod animi mores.

Regimẽ particulare.

Balnea.

Vnctio.

Antidota.

mentum,& fortitudinem ſui,& ſit confirmata,phlebotomia penitus omittatur,& proprie ex venis magnis,& etiam purgatio cum forti medicina,quoniam ſuperfluitates in eis ſoluuntur,& non educuntur, ſic earum malitiam manifeſtant magis, & ſi conuertantur ad inteſtina,fortaſſe imprimerent cancrum in eis. Vnde Hipp. in aphoriſm. Sana habentes corpora pharmacis purgati, exoluuntur celerius,quam malo cibo vtentes. Alienentur ergo tunc omnia,quæ materiam trahant,& conuertant interius,& minittrentur de foris,quæ illam carminent, & reſoluant, & motum faciant, ab vlceribus, ſaniem abſtergendo. Et de potibus conuenientibus eis eſt,vt ſumatur de limatura eboris drach.x. & ſumantur in potu cum vini, & butyri vnc.iij. aut ſumatur althit, cum mel'e in quantitate nucis,aut de ſcilla,charatti x. cum ſyrupo ſcyllæ inſpiſſato, ſicut rob,aut cymini drac. v.& mellis,quantitas,quam inſpiſſant, ſicut rob,& ſuccus calamenthi cum eis eſt bonus valde ex iij. almuſach
Potus. vſque ad vj. Et vltimo medicetur cum cauterio diſpertito ſuper membro eorum, ſicut ſupra ſinciput ſummitatis capitis,radicem epiglotti,& duo tempora,& collũ,
Cauterijs. & iuncturam manuum,& pedum. Cauterizentur quoque in principio timoris, & vlcerationis ex medicina ſplenis. Inquit Abuha. Valde vtile inuenta eſt ad prohibendum, ne corruptio ſpargatur, & ad confortandum membrum,cuius complexionem volumus rectificare, & reſoluendum materias corruptas in membro repertas,& proinde viſum extitit antiquis, vt in principio timoris lepræ, & proprie vbi ex corporis diſpoſitione timetur proceſſio,& confirmatio eius,vt cauterizentur in anteriori parte capitis,vt conferat caluariæ, & alio inferiori loco,vbi capilli tondentur,& inter ſupercilia,& alio in dextra parte capitis, & alio in ſiniſtra; immo poſterius ante nucham, & duobus apud duas commiſſuras coronales,& alio ſupra ſplenem; & fiant coćturæ illæ cum cauterijs leuibus minutis. Et quando cauterizatur ſupra caput, oportet, vt perueniatur vſque ad os ſaltem,non fortiter, & ſubito, & cum mora ipſius in loco, immo ſic applicetur, ne complexio cerebri corrũpatur, & inflammetur,& deſiccetur, vt ſtolidi faciunt,nó alleuiando manus ipſorum,& interficiunt. quare oportet,vt leniter imprimatur,& paulatim abſque grandi inflammatione cauterij,& impreſſione, ac retentione ipſius in loco,& proprie cum in commiſſuris cauterizatio fiet.

Sermo Gal. in exhibitione carnis ſerpentis ad Glauit. In elephantiam patientibus *echidnarum,ideſt ſerpentium eſus mirabile eſt auxilium: oportet autem comedere eas ita conficientes quemadmodum feris nutritos,& aſpidibus morſos vidiſti. Primum quidẽ auulſis capite,& cauda vſque ad digitos iij.deinde inteſtinis omnibus ablatis, & manifeſto quod eſt ſcilicet cute ablata, deinde aqua eorum corpore loto, ſed hucuſque quidem cum theriacã vocatam conficimus; deinde autem indifferenter coquimus, in theriaca quidẽ in aqua ponentes anethi,& pauci ſalis. In elephantia autem patientibus in lebete ſimiliter conficientes per alium ius album. Fit autem ſic,aquæ quidem copioſæ immiſſa cum oleo breui,& cũ eo porro, & anetho,manifeſtũ eſt autem,quod vſque ad carnes *echidnarum coquete congruit,quouſque fiant molles,& ſeparatæ,& ſic comedere. Et ipſum autem echidnarum confectũ pharmacum, quod vocauit theriacam antidotum eſt optimum bibere in laborantibus, & ſi voluerit quis ipſam cutem perungi, hæc omnia facientibus eſt,quando ſquamma deſiſtit à cute, qualis quod vocatur ſerpentum ſepum. Sermo Abuhali. Galen. interpretis ſuper eodem. Et ſorbeatur ius eius,& ponatur ſuper ipſum mica panis,& de ſimila,& fortaſſe proijcietur in eo aliquid de pullis columborum donec fiat ſicut puls. Et huius quidem regiminis iuuamentum fortaſſe non apparet in principio, ſed paulatim augetur, donec ſubito appareat ſanitas, & fortaſſe antecedit ſanitatem ſeparatio rationis diebus aliquib. & eſt ſignum ſeparationis,& iuuamẽti eius,& applicatio,in qua oportet,vt abſtinentia à datione eius, eſt, vt incipiat leproſus inflammari,& inflammetur,ac patiatur ſcotomiam,deinde fortaſſe permiſcetur ratio eius,deinde excoriatur,& finaliter ſanatur. Cum ergo ex comeſtione eius non patitur ſcotomiam,neque inflammatur, tamen non ceſſat comedere carnes eius,& ius. Sermo aliorum antiquorum ad illud eſt, vt ſumatur ſerpens niger excorticetur, & ſepeliatur donec in eo fiant vermes,& deinde extrahatur cum vermibus,& exiccetur, & detur in potu puluerizatum illi,in quo ſuperfluit lepra vſque ad triduum omni die vnc.j. cum ſyrupis mellis. Oleum in quo coquitur vipera conferens eſt, valde ſi inungatur ex eo. *Medicamẽ ad leprã.* Aliud medicamen. Accipiatur ſerpens niger,& excorticetur,& ponatur in olla,& fundatur ſuper ipſum de aceto forti vnc.viij. aquæ vnc.j. thapſiæ recẽtis, & radicum draguntæ, ana vnc.ij. decoquantur omnia ſimul ſuper ignẽ leuem,donec diſſoluatur ſerpens, & coletur aqua à ſerpente,& fricetur cum ea poſt abraſionem barbæ, & capitis,tribus diebus. Et ex iuuamentis,quæ accidunt ex adminiſtratione medicinarum viperalium, eſt excoriatio cutis corruptæ, & permutatio carnis, & cutis ſanæ, quam inunctio lepræ cũ humidis, & temperate calidis conſeruare oportet. Bona ſolutiua conferentia leproſis digeſtione præmiſſa cum ſyru.de epithymo,cuius deſcriptionem poſuimus in antidot. noſtro ſunt hiera Logodiõ,hiera colocynthidis,hiera picra, & pilulæ de epithymo,& ſimilia. Decoctio. Recip.myrob.citr. & indo.ana *Decoctio ad idem.* drach.x.ameos drach.v.althit boni drach.v.paſſularum enucleatarũ minam.s.decoque cũ dra.iij.turbith,donec veniat ad tertiam,& exprimatur,& commiſceatur cum ea de aqua mellis vnc.ij. Sumatur poſt purgationem,& vngatur corpus leproſi in principio, & proceſſu, ex butyro, & ſedeat in ſole donec ſugatur, aut ambulet lxx. paſſus,& conuertat ſiper ſiniſtrã,ante,& retro,& comedat cappares cum melle, & accipiat in potu decoctionẽ prædictam ſeptẽ diebus,quolibet die renouando ipſam.

Deſcriptio caputpurgij mundificantis cerebrum leproſorum. Recip.macropi. chelido.thapſiæ,naſturcij, *Caputpurgium.* borungi,ana drachm.j.nucis muſc.pulegij, ana drach.ſ. ſuc.agni caſti cotylas iij. olei ſeſa. tantundem, miſce,& decoque donec conſumatur aqua; deinde coletur,& reſeruetur in vitreo,& fiat ſcilicet caputpurgium naribus quantum capiunt, deinde conſequatur quando inflammatur,& exiccatur ex illo caputpurgium humectatiuũ *Nota.* prædictum. Et dixit Iſaac,vt inquit Gal. Nunquam vidi in vita mea hominem hac infirmitate habitum plenarie ſanari,niſi vinum bibat, in quo thyriæ ceciderint, & ibidem computruerint. Hunc enim vidi excoriari,& cute expoliari,cum vinum illud ebiberit,vnde certificauit,quod dixerunt antiqui de iuuamento carnis, & pinguedine thyriæ in hac, & in omni alia paſſione dura,& melancholica. Et proinde purgato corpore cum ſpecibus hieræ magnæ,ſcilicet hiera Logodion,theodoricon, ſyrupo,& decoc.de epithy. & ſero,cũ eo demus theriacã magnam factam cum pinguedine,& carne viperæ.

Hic complemento Doctoris famoſiſs. Franciſci de Pedemontium, Domini Ioannis Meſue,

Chriſto fauente Finis felix ſtatuitur.

ANTI-

ANTIDOTARIVM NICOLAI

CVM EXPOSITIONIBVS, ET GLOSSIS

CLARISSIMI MAGISTRI IOANNIS PLATEARII.

EGO Nicolaus rogatus à quibuſdam in practica medicinæ ſtudere volentibus, vt eos recto ordine modum conficiendi, diſpenſandique docerem, & certam eis traderem doctrinam, in qua de ſingulis vſualium medicinarum vnam tantum vel duas, aut plures libras conficere ſcirent, & quantum de vnoquoque genere gummarum, herbarum, ſeminum, & ſpecierum, inter omnes medicinas ſubſcriptas acciperent, eis ſcilicet in ſcriptis redigerem. necnon quibus ægritudinibus proprie ipſæ medicinæ probatæ fuerint: Illorum tandem precibus adductus talem eis tradidi doctrinam. Et primo de ſpeciebus.

Tria igitur requiruntur in ipſa diſpenſatione. Primum, vt omnia æqualiter ponderentur, tam in ſpeciebus, quam in gummis, & herbis ſecundum proprium pondus vniuſcuiuſque. Secundum, vt non ſint nimia vetuſtate conſumpta. Tertium, vt radices, herbæ, & ſemina congruis temporibus ſint collecta, & in congruis locis repoſita, ita, vt à fumo præcipue & nimia humectatione, & humido loco corrumpi non poſſint. In conficiendo autem, tria conſiderantur ſimiliter mellis puritas, & quod ſufficiat, & æqualis pulueris cribellatio, & ſyrupi ad aquæ conſumptionem fiat decoctio. In puritate mellis, duo attenduntur. primum ne ſit aquoſum: ſecundum, vt non ſit nimis coctum, ſed quod ſufficit, nihil aliud eſt dicere niſi, vt ſpecierum pulueres colligere tantum valeat, & conſeruare. Tribus namque de cauſis ponitur in medicinis. Prima namque ad conſeruandum. eſt namque præ ceteris liquoribus mel conſeruatiuum. Secunda, quia mundificatiuum eſt valde. Tertia, quia ſua dulcedine ſpecierum amaritudinem temperat.

Pulueris autem cribellatio duobus modis debet fieri, nã in electuariis ſubtiliſſime debet cribellari, in alijs vero medicinis craſſior debet eſſe, & maxime in laxatiuis.

Prædictæ vero doctrinæ magna, & multiformis conſiſtit vtilitas. Nam cum aliqua indigeremus medicina, eam, aut totam, aut partem oporteret facere, aut certe ab alia perſona cariſſima, aut forte corruptam emere cogeremur, aut eam facere totam, aut omnino inutilem, aut certe eſſet impoßibile neceſſario, aut carere ea, aut aliquod iſtorum inconuenientium nos oporteret incurrere. ſed huius operis ſcientia non ſolum hæc vitabuntur incommoda, verum etiam multa commoda conſequentur. Hac namque doctrina bona fiet medicina, & demum perfecte operabitur corpori adhibita, necnon leuior erit expenſa. Scire autem quantum de vnoquoque genere gummarum, & herbarum ſeminũ, & ſpecierum inter omnes accipiant medicinas, non eſt inutile: per hoc enim facilis, & certa erit notitia emptionis. leue pretium, & moderata diſpenſatio.

LIber iſte, quem in præſentia legendum ſuſcepimus, ex multis antidotis eſt compilatus, quod patet ex ipſarum medicinarũ intitulationibus. Inſcribitur enim quandoque medicina picta Conſtantini, picra Galen. Aurea Alexandri, Eſdra magna, id eſt medicina Eſdræ prophetæ, trochiſci Andromachi. Cum igitur ex diuerſis auctorum nominibus intituletur medicina, diuerſos ſic conſtat eius fuiſſe inuentores. Liber autem iſte dictus eſt antidotarium ab antidotis diuerſis, diuerſo modo compilatis. Nota, quòd Conſtantinus compilauit magnum antidotarium de antidotario Gal. & alijs. Quidam enim compilauerunt ſub breuitate modica, quidam ſub magna prolixitate multã de propria intentione ibi addentes. Nos autem non omnes, ſed vſuales medicinas propoſuimus aſſignare. Primo, quid ſit medicina, quæ medicinarum compoſitionis cauſa fuit, quæ nominis etymologia, vbi ſit inuenta, quæ medicina: contra quas valeat ægritudines. Vtrum auctorum laudes ſint omnes veræ, aut quædam, & in quibus cauſis, quomodo debeant dari medicinæ, quæ per ſe, quæ cum alijs.

De electione ſpecierum medicinalium aliquid eſt tangendum.

MEdicina alia eſt ſimplex, alia compoſita. Simplex eſt, quæ talis, qualis eam natura produxit, vel quæ artificio paratur ſine alterius admiſtione. talis autem eſt, ſicut piper, ſcammonea, & multæ in hunc modum. *Medicina ſimplex.*

Cum igitur in his ſimplicibus maxime virtus medicinæ conſiſtat, quæritur, & non ocioſe, quæ cauſa compoſitionis exiſtat? Multiplex autem fuit. Prima, & principalis fuit medicinarum propter compoſitionem maior efficacia. Secunda diuerſitas ægritudinum, & morbi cum morbo contrarietas. Tertia acuminis repreſſio. Quarta medicinarum conſeruatio. Quinta ſaporum horribilitas. *Cauſa compoſitionis medicinarum.*

Maior efficacia fuit cauſa, quia quædam ægritudines compoſitæ ſunt, quæ vna ſola medicina purgari non poſſunt, vel quia minor virtus vnius augmentatur maiori virtute alterius: facit enim duplicata, quæ per ſe facere non poterat.

Diuerſitas ægritudinum fuit cauſa, quia quædã ægritudines ſunt calidæ, quædam frigidæ, quæ ſimul ſunt in humano corpore. vna autem medicina hos diuerſos effectus conſequi non poteſt in dyſcraſijs diuerſis. Compoſita medicina virtutem habet in laxando, quoniam ibi eſt ſcammonea, quæ principaliter calidos, ſecundario frigidos purgat humores.

Contrarietas morbi eſt ad membra, quia quandoque membrum ægrotans nobile eſt, vt hepar, quod vt poroſum diſſolutioni eſt ſatis obediens, aut enim infrigidatur, vnde indiget diſſolutiuis ad ſui purgationem, vt pori aperiantur, & diſſoluatur frigida materia. Sed quia vehementer diſſolutiua lædunt ſubſtantiam hepatis, apponenda ſunt ſtyptica aliqua cum diſſolutiuis, quæ debilitatem hepatis conſortent.

Propter repreſſionem acuminis, quia quædam medicinæ ita diſſolutiuæ ſunt, & malitioſæ, & acutæ; quæ interius recipi non poſſunt per ſe; niſi ante cum alijs admiſceantur, quę reprimant acumen, & malitiam, vt maſtix, ſcammonea, ellebori, garyophyllus; elleborus enim niger, & ſcammonea non poſſunt per ſe dari.

Ad conſeruationem medicinarum neceſſaria fuit cõpoſitio. quædam enim ſunt naturaliter humidæ, & cito putreſcunt, vnde niſi alijs commiſtæ ſint ſeruari nõ poſſunt, vt eſt zingib. iuiubæ, & myrob. & chebu. iuiubæ virides magnam habent efficaciam; quæ ne pereant, ſyrupis, & quibuſdam alijs admiſcentur.

Propter horribilem ſaporem neceſſaria fuit compoſitio; quædã enim ſunt medicinæ, ſicut aloe, quæ adeo abominabiles ſunt, quod ab ægris recipi non poſſunt, & ſi recipiantur, debitum non habent effectum, quædam ergo dulcia debent admiſceri, quæ ſuam reprimant abominationem, & horribilitatem, vt mel, & zucch.

Antidotum dicitur contra datum ab anti, quod eſt contra, & doſis, quod eſt datio; dicuntur autem compoſitæ medicinæ antidota à diſcretis medicis compoſitæ, & inuentæ cum multa diſcretione, & ſic omnes medicinæ poſſunt dici antidota.

Aurea

AVrea quando datur, capud à languore leuatur, aurea dicta est ab auro. Alexandrina ab Alexandro peritissimo Philosopho, à quo inuenta est. Proprie valet ad omne capitis vitium ex frigiditate maxime, & ad omnẽ rheumaticam passionem, quæ a capite ad oculos, & aures, & gingiuas descendit, & ad grauedinem omnium membrorum, quæ fit de eodem humore. datur eunti dormitum cum vino calido viij. pars confecta est lib.ij.

Rec. asari, carpobal. hyosciami, ana drach.ij, & ʒ. garyoph.opij, myrrhæ, cyperi, ana drac.ij. balsami, cinnamo. folij, zedoariæ, zingib. costi, coralli, casiæ lignea, euphorbij, tragacanthi, thuris, meu, styracis calamitæ, salinæ, cardamo. seseleos, napi, saxifragiæ, anethi, anisi, ana drach. lign. aloes. rhabar. alipta, castorei, spicæ, galangæ, opopanacis, anacardi, mast. sulph. viui, pæon, eryngij, roseæ, thymi, acori, pulegij, arist. long. gentianæ, cortices mandragoræ, chamædryos, phu, baccarum lauri, amei, dauci, macropi. chamædryos, xylob. carui, amomi, petroselini, sem. leuistici, rutæ, sem. sinonis, drach. ʒ. auri purificati, argenti meri, albarum margaritarum, blactæ bizantiæ, ossis de corde cerui, ana gra. 15. limaturæ eboris, calami arom. apyrethri, ana gra. ix. mellis, quod sufficit. detur in modum auellanæ febricitantibus cum aqua calida, non febricitantibus, cum vino calido.

Sũma tredecimarũ est.

AVrea est dicta ab auro per excellentiam potissimũ scilicet medicina in multis passionibus probata, vt aurum præcellit omnibus metallis, vel dicitur aurea ab auro quod recipit. Alexandrina ab inuentore, vel forte à loco. Ad omnem rheumaticam passionem faciens, ad rheuma capitis. Nota, quod distinguendũ est in hoc loco; facit enim aurea contra rheuma capitis, non tamẽ in principio rheumatis datur. habet enim triplicem virtutem, constrictiuam, quod per opium quod recipit, declaratur, confortatiuam, quia recipit aromaticas species; dissolutiuam, quod per consumptionem probatur, consumit enim humorem, & omnem consumptionem dissolutio operatur. fit enim per dissolutionem consumptio. Cum igitur dissolutiua virtute operatur, dissoluit materiam, & eam mouet, & sic rheuma augmentatur. dentur igitur prius alia opiata minus dissolutiua, vt Musa Ænea, purgato tamen corpore prius vniuersaliter, cum plethoricum sit, vel præcedat phlebotomia, vel scarificationes, non tamen sequenti die post purgationem, vel phlebotomiam, vel scarificationem debet dari, sed in tertio die post purgationem, in quinto post phlebotomiam.

Quo tẽpore debent dari opiata.

Nota etiam, quod nisi multa instet necessitas, non nisi de nocte debent dari opiatæ, & ieiuno stomacho. Vnde patiens acceptarus, ante horam vespertinam comedat, & tamen parum. melius enim propter noctis frigiditatem operatur calore naturali fortius operante, qui per frigiditatem noctis retentus fortius operatur. Detur autem aurea secundum prædictas considerationes contra rheuma capitis, sine febre cum vino calido, cum febre, cum aqua calida, vel cum decoctione aliqua.

Dolores sedat. distinguendum est, si sint de frigida causa, & prædicto modo, considerationibus prænominatis obseruatis.

Lachryma oculorũ quo modo fiant.

Oculorum lachrymas constringit. Lachrymę oculorum fiunt, aut per calorem dissoluentem, vt in febribus acutis, & est signum mortis, & tunc non detur aurea, aut per frigiditatem constringentem, & hoc est ex vitio cerebri. Ad hoc ergo valet aurea, prius corpore purgato, & hoc cum decoctione olibani data, vel quod melius est formentur pilulæ de puluere olibani, & aurea, & teneantur diu sub lingua.

Dolori dentium. dolor quandoque fit ex fumo acuto ascendente à stomacho ad dentes, fit etiam dolor dentium, quandoque ex humoribus descendentibus à capite. si fiat vitio stomachi, prius purgetur, postea cum succo mentæ calefacto distemperata detur. si vitio superiorum fiat, detur aurea secundum prædictam doctrinam, inungantur dentes, & gingiuæ; fiat etiam emplastrum de aurea, & succo mentæ, & tẽporibus apponatur.

Momentanea epilepsia dicitur, quæ momento, idest frequenter inuadit, quia non præsentitur accessio, & habet neri vitio cerebri. detur etiam contra hanc passionem cum decoctione pęoniæ, vel quod melius est, formentur pilulæ de aurea cum puluere pęoniæ, & teneantur sub lingua.

Nota, quod epilepsia, quæ fit vitio stomachi, & extremorum membrorum, præsentitur, tali epilepsiæ non confert aurea, quæ autem fit vitio cerebri, illi valet.

Quid sit mania.

Maniacis opitulatur. Mania est infectio anterioris cellulæ capitis cum priuatione imaginationis. fit autem huiusmodi infectio quandoque ex sanguine, quandoque ex cholera, non valet aurea: si ex melancholia, tunc detur in potu, sed cum magno studio, ne cõperiatur, quod admisceatur potui. colata per annum offeratur nescienti, vel tale fiat experimentum in hac causa probatum. Cum inciduntur maniaci, prius inungatur totum corpus, vel caput aurea, & postea in loco incidendo ponatur in magna quantitate secundum formam instrumentorum, si rotunda debet esse incisio, ponatur pilula magna super locum, qui debet incidi: si capistrata, fiat quædam longitudo in modum magdaleonis, & apponatur loco incidendo, & super ipsum fiat incisio.

Cephalalgicis de frigida causa detur cum vino calido.

Quid sit tussis.

Tussientibus. tussis est inuoluntarius motus pulmonis, quia fit tussis ex humoribus rheumatizantibus à capite ad pulmonem, etiam ex abundantia eorum in pulmone, siue rheumate. Illi autem sunt calidi, vel frigidi vel sicci, vel humidi, vel quoquomodo possint commisceri, si autem humidi, quia multum consumit, aurea valet, si frigidi, quia calefacit, prodest. Si calidi, vel sicci sunt, non est danda.

Decumatum.

Nota tamen quod aurea valet illi speciei, quæ est anhelitus.

Nota tamen, quod si humores sunt congesti, & viscosi, non debet dari, quia compactiores eos reddit, & incurabilem reddit ægritudinem, nisi prius fuerit materia digesta per vnguenta mollitiua. Cognoscitur autem digesta per liberiorem sputaminis eiectionem. Detur hoc modo, gummi arabici, puluerizetur hoc modo, & tantundem aureæ admisceatur. formentur pilulæ, quæ diu teneantur in ore, vt virtus medicinæ liberius petat caput. Et si est de rheumate tussis, efficacius operatur, humectat etiam lacertos tracheæ arteriæ, & pulmonis, & confortat spiritalia membra, quæ eis sunt vicina, & vt aduenientem malam medicinam repellere possint, & si spiritualibus infideant, confortata expellant.

Phthisis. phthisis est alia vetus, alia recens, soli recenti detur, & tussientibus; præcedente tamen alia minus dissoluta, vt rubea.

Suspiriosis. suspirium est difficultas attrahendi aerẽ. Est aũt species asthmatis, quę alio modo dicit anhelitus.

Nota, quòd aurea illi speciei valet, quæ dicitur anhelitus. fit autem suspirium quandoque ex siccitate, & tunc non valet aurea. quandoque ex abundantia humoris, & tunc valet aurea sic præparata, gentiana coquatur in vino vsque ad tertiam partem, coletur, & in ipso vino ponatur aurea, & postea ad Solem desiccata detur in puluere, vel pilulis.

Cardiacis cum decoctione nucis musc. garyophyllorum, ossis de corde cerui, in vino odorifero vel aqua rosata, detur, vel his detur, vt tussientibus.

Sanguineo vomitui per anagra. vel diabrosim, id est per resudationem sanguinis, reiectio fit v. de causis, vel propter eius abundantiam, vel acumen, vel propter calidi. & sicci. vel propter venæ putrefactionem, & cum fit propter siccitatem, vel abundantiam humorum, nõ valet aurea, si propter putrefactionem venæ valet, quia cõsumit materiam putrefactam, constringit membrũ putrefactum corruptum, & venæ sequitur consolidatio, detur sic, in hac causa bulliat mastix in aqua rosa. postea permittatur, ficca, & puluerizata aurea admisceatur, fiant inde pilulæ, quæ in ore diu teneantur. Si propter frigi-

frigiditatem fluat ſanguis, detur cum vino calido. E

Paralyticis. paralyſis multis de cauſis habet fieri, fit autem de calidis, & frigidis humoribus; raro tamen de calidis, vnde omnibus videtur prodeſſe paralyticis. Vſus tamen eius ſecundum diuerſitatem membrorum, in quibus fit, diuerſificatur. ſi ſit in lingua paralyſis maxime valet aurea, formentur pilulæ de aurea cum puluere facto de ſemine cauliculi agreſtis, & naſturcij, & teneantur in ore, ſi fiat paralyſis in remotis partibus, vel medijs, detur cum decoctione eupatorij, vel herbæ paralyſis, vel caſtorei, vel fiant de puluere eupatorij, & aureæ pilulæ, hoc autem fiat præcedentibus vnguentis diſſolutiuis, & purgatione, non tamen vnguenta adhibeatur, niſi in locis, vbi cauſa exiſtit. conſiſtit autem frequenter in neruorum origine, vnde debet inũgi ſpina, & collum
Nota. cum vnguentis, & occipitium cum humeris. Malum terræ concauetur, in quo ponatur oleum cum aurea, & bulliant, & poſtea inungatur patiens circa neruorum originem. Et nota; quòd raro fit paralyſis ſine rheumate, vnde duplici modo valeat aurea, cõſtringendo rheuma, & exiccando humores phlegmaticos, vel humores paratos ad hoc. Item ſi fiat inunctio de aurea reſoluta in
** muſtellino.* oleo * muſtellino valet. F

Ad dolorem lateris, & renun. diſtingue, ſit dolor ſit de cauſa frigida. Item ſi ſine febre, & apoſtemate ſit dolor. Idem ſit vſus in omnibus paſſionibus, & doloribus ſcilicet lateris, & renum ſtrangurię, & dyſurię, niſi dolor lateris ſit ex ventoſitate, tunc debet dari cum decoctione aniſi, & ſaxifragię; ſi ventoſitas non adſit, cum decoctione ſolius ſaxifragię, præcedentibus diſſolutiuis, & diureticis purgationibus accipiatur.

Nota. Lapidem frangit. Nota ſecundum doctrinam Ioannis platearij cum dari debet calculoſis, cum conficitur remoueatur opium, & in ea apponatur balſamus, detur cum decoctione ſaxifragię. ſi enim lapis in renibus ſit diſtemperetur cum oleo nardino, ſi eſt in veſica lapis, injiciatur per ſyringam.

Quotidianæ, tertianæ, quartanæ. diſtinguendum eſt, G quotidianæ de phlegmate naturali, tertianæ de cholera innaturali, quartanæ de melancholia innaturali, detur parum ante acceſſionem, & hoc digeſta materia, & purgatione facta, in æſtate cum aqua calida, in hyeme cum vino calido, vel frigido, & hoc modo debent dari omnes opiatæ, & melius eſt, quod detur in hoc caſu ſine opio, quam cum opio.

Nota autem quod aurea non debet dari febricitanti ante purgationem ſcilicet poſt tertium, vel quartum diem, quartanarijs niſi poſt tres, vel quatuor acceſſiones, vel purgationes.

Valet contra oĩa vitia matricis. diſtingue de frigido humore; ſi enim menſtrua retineantur per frigiditatẽ valet, data cum ſucco mentæ, vel rutæ agreſtis. ſi humoroſa ſit matrix, diſtemperata cum aceto, & ſucco rutæ
Nota. agreſtis ita, vt injiciatur per peſſariũ, & valet. Nota ad menſt. prouo. debet dari ſine opio, quia cũ eo data multoties cancrum operat, vel contrarium. Si vitia matricis H fiant ex rheumate non remoto opio det cum decoctione olibani, vel fiat ſuppoſitorium de aurea, & puluere olibani, doſis eius ſecundum modernorum confectionem eſt vnc. s. ſi in magdaleonibus conficiatur, detur ad pondus trium denariorum confiderata virtute patientis.

Apoplecticis, & epilepticis, detur eodem modo.

Nota q; vtriſque valet ante acceſſionem, ſi de frigidis hu. habeat fieri, data tamen ſemel in hebdomada cum vino decoctionis caſtorei, olibani, vel cum vino calido in acceſſione, aut ſuffocatione imminente aperiantur dentes, cum eo applicetur, & fricetur palatum cum aurea. Imponatur & naribus, attrahit phlegma cũ multa quantitate, vnde multi in tali caſu, vel cauſa liberati ſunt. debet tamen parum patiens ſuffumigari, in ipſa frictione aureæ cum cornu ceruino, vel puluere olibani, vel aſa fętida ſuper carbones poſitis inclinato capite, ne diſſoluta materia per fumigium, & auream fluat ad interiora, vel fiat ſuppoſitum de aurea, & puluere olibani.

Colicis. colica fit ex humore congregato in inteſtino colon, vel frigido, quod cognoſcitur per propria ſigna vniuſcuiuſque humoris, ſi de calidis fiat humorib. vt cholericis per cholericum ſeceſſum cognoſcitur, tunc non detur aurea; ſi de frigidis aut phlegmaticis detur. Refert tamen quomodo, fit enim de phlegmaticis duobus modis, cum rheumate, & ſine rheumate. Si cum rheumate fiat, quod per ampulloſas egeſtiones cognoſcitur. detur cum vino decoctionis olibani, vel in pilulis. Si ſit dolor colicus ex hum. phlegmaticis inuiſcatis in inteſtinis, & conglobatis, præcedant inunctiones dialthæa, & oleo * muſtellino, & martiato. fiet clyſter mollificatiuus cum aqua, in qua decoquatur branca vrſina, malua, biſmalua, vel ſolum cantabium, hoc facto, aurea diſtempereur cum vino calido addito melle coletur per pannum, & injiciatur. Item ſi de aurea fiat ſuppoſitorium patienti teneſmum ex frigida cauſa valet. *Qualiter fiat colica.* ** muſtellino.*

Nota, quod aurea ex diuerſis componitur in complexione ſubſtantiæ, virtute diuerſa. ſunt etiam ſecundum quantitatem in virtute, quod recipit quædam conſtrictiua, quædam laxatiua, quædam diuretica, & alia multa, diuerſas virtutes habentia; in complexione, quia recipit calida quædam, quædam frigida, quædam ſicca, quędam hu. in ſubſtantia, quia recipit, quædam craſſa, quædam ſubtilia, quædam facile penetrabilia; diuerſa in quantitate, ponuntur in aurea, quia de quibuſdam plus, de quibuſdam minus, & ſic multa diuerſificantur in aurea. Quare autem diuerſa virtute complexione, & ſubſtantia recipit, datis compendioſe ſuperius ſub quinque cauſis aſſignatis comprehendimus, licet hoc auctores diffuſius, & prolixius exequantur, diuerſas aſſignantes cauſas, ſub aliqua tamen illarum v. quælibet ab auctoribus poſita continetur.

In hoc loco non ocioſe quæritur quare in hac medi- *Dubium.* cina ponatur tantum de vno calido quantum de alio tantundem calido, vel plus, vel minus, & quare tantum de vno calido, quantum de alio tantundem frigido, nec plus, nec minus, quare tantum de vno calido quantum de alio magis calido plus, vel minus, quare tantum de alio frigido, quantum de alio magis frigido plus, vel minus. Eadem quæſtio formatur, & eodem modo. inter ſiccum, & humidum, inter calidum, & humidum, & inter frigidum, & humidum. Item quæri ſolet quare vnum de vna recipiat, & quare nec plus nec minus, ſed hoc ſoluere poſſibile eſt. Diuerſa hoc antidotum, & alia antidota ſunt componentia per quintam complexionẽ, & virtutem, ſed quare, ſuperius dictum eſt, diuerſa ibi ſunt, ſed pondus, quod in hoc loco eſt determinandum diuerſa quidem ſunt, quæ de quibuſdam plus, de quibuſdam minus, de quibuſdam recipitur æqualiter.

Quare autem quædam in minori pondere, quædam in maiori ponantur in antidotis, quatuor ſunt cauſa generales, vt ſub vna duas contrarias cõprehendamus. Ex his multæ deſcendunt ſpeciales. Prima eſt maior, vel minor indigentia. Secunda fortitudo, vel debilitas virtutis. Tertia remiſſio, vel furioſitas qualitatis. Quarta ſimilium ſpecierũ paucitas, vel minoritas. Propter maiorem indigentiã plus apponitur de vna, quã de alia, quia efficacior eſt ad conſequendum medicinæ cõpoſitę effectum. propter enim aliquẽ effectum inuenta fuit omnis medicina compoſita, propter illud ergo illa medicina qua antidotum magis indiget, in maiori quantitate eſt apponenda propter virtutis debilitatẽ, quandoque enim antidotum indiget aliqua ſpecie in ſua virtute debili, vnde in magna quantitate eam recipit, vt quantitate ſuppleat, quod propter debilitatẽ non poteſt facere. propter qualitatum remiſſionem multum de ſimplici medicina ponitur in compoſita, vt ſic multiplicata in ſua qualitate intendatur, hoc licet videre in roſis, & alijs ſimilibus. Roſæ enim, quia parum frigidæ ſunt, in parua quãtitate multum infrigidare non poſſunt, vnde ex neceſſitate apponuntur in magna quantitate. propter ſimilium modicã operationem medicina compoſita quibuſdam ſimilibus ſpeciebus multũ indiget, ſed ſi in modica quantitate

eas

eas recipit,ſuum non cõſequetur effectum. Vnde oportet,vt ſimilem recipiat in magna quantitate, vt multarũ vices ſuppleat. E contra multa ponuntur in medicinis in modica quãtitate propter prædictas ſcilicet propter minorem indigentiam,propter virtutis fortitudinem, propter qualitatis acumen,propter numeroſitatem cõſimilium. Propter minorem indigentiam de quibuſdã minus apponitur,quia quæ minus neceſſaria ſunt in minori pondere ponenda ſunt,poni tamen debent,quia medicinæ eis indigent, propter virtutis fortitudinem, quia quædam medicinæ ſunt acutæ,& furioſæ,& membro mortificationem,& aduſtionem inducunt, vnde licet ſint neceſſariæ,in modica quantitate ſunt ponendæ propter numeroſitatem ſimilium, quia aliæ ſufficiunt,vnde de ea modicum apponendum eſt,tam de vna,tam de primo quantum de alia, duplici de cauſa propter æqualem indigentiam, vtraque enim indiget æquali, quandoque vnum æquale eſt pondus; vel propter qualitatem proportionum,vel conditionem,quædam enim calida quibuſdam frigidis proportionaliter ſunt cõtraria. Ex quibus compoſitis quoddam fit temperamentum.

Nota. Generalibus cauſis aſſignatis quare plus, vel minus, vel æqualiter de ſimplicibus medicinis ponatur in compoſitis ad ſpeciales deſcendamus. Aſſignemus quare tãtum nec plus,nec minus de duobus calidis,ſed æqualiter ponitur.in eodem pondere poſita ſunt in medicinis propter æqualem indigentiam,quia licet vtraque medicina calida ſit,tamen vtraque indiget compoſita, quia nullæ prorſus eiuſdem virtutis inueniuntur, vt in effectu eorundem patet,& in auctorum teſtimonijs. Eadem vero quæſtio eſt,quare plus de alia tantundem calida,vel minus ea proportio,an effectus, vel occulta proprietas, vel poteſt ferri ad minorem indigentiam.

Quare æqualiter de frigida, & calida in eodem gradu, an æqualiter debet fieri propter diuerſos effectus, quia contingit quandoque diuerſa membra, vt ſtomachum, & hepar, diuerſis paſſionibus infici, vnde frigida ad infrigidandum, calida ad calefaciendum apponuntur. Fit etiam quandoque vt ex eis fiat temperamentum, vt propter remiſſionem acuminis plus ponitur de vna calida, quam de alia tantundem frigida, & propter locorum poſitionem. Eſt enim locus infrigidatus poſitus in profundo, vnde calidius oportet eſſe medicamen,ſi membrum poſitum in profundo debet calefieri, in maiori pondere ſunt apponenda calida, ne frigida caliditatem impediant,vel caloris effectum. quare tantum de vno calido quantum de alio minus frigido propter æqualem indigentiam, quare non eſt propter minorem, vel referatur ad repreſſionem acuminis. Similiter diſtingue inter calida, & ficca; frigida,& ſicca; calida, & humida: frigida, & humida, diuerſa hoc in antidotario reperiuntur, non autem virtuti. quorum omnium virtutem complexionem quintam aſſignare propoſuimus,& ad quid in aurea apponuntur. Non autem virtutes ſingulas aſſignabimus, quia in libro noſtro de ſimplici medicina dictum eſt ſufficienter de eis. poſtea in fine de pondere dicetur. Recip. aſari i. baccaræ. Aſarum baccara calidæ,& ſic.complexionis eſt ſubtilis, & virtutem habet diureticam, conſumptiuam, mundificatiuam. Nam humores educit per vomitum, vnde ad acrem,vel acredinis naturam dicitur pertinere. ponitur in aurea contra ſtranguriam, & dyſuriam,quia diuretica eſt, cum complexione calida, & ficca diſſoluente,tamen ex ſubtili ſubſtantia, & diuidente. Ponitur autem contra febrem quotidianam, & quartanam, quia earum materiam diſſoluit. Vnde experimentum habemus optimum de aſaro, & probatum contra quotidianam, & quartanam, vinum decoctionis aſari,ideſt baccaræ detur ante acceſſionem,ſi materia ſit in ſtomacho,educit eam cum vomitu, ſi in alijs partibus, conſumit. Radix eius medicinalis eſt, & folia,radix ponitur in aurea. Radix debet eligi odorifera non multum leuis,ſed ponderoſa, non perforata, ſed continua,poteſt per triennium in ſua virtute ſeruari.

Quid ſit aſarum.

Carpobalſami. carp. eſt calida, & ſicca in ij. gra. xylobal. lignum balſami appellatur; balſamum,vel opobalſamum ſuccus ſcilicet lachryma balſami. Balſamum eſt maioris efficaciæ. Carpobalſamum minoris, maioris tamen quam xylobalſamum. Carpobalſamum ſubtilis eſt ſubſtantiæ, virtutem habet mundificatiuam, attractiuam, & confortatiuam,quia calida eſt, & ſicca,propter ſui naturam igneam, confortatiuam propter aromaticitatem, ponitur in aurea propter quaſdam paſſiones capitis,vt eſt epi. cephala. & ſimilia,quia materiam conſumit. Contra cardiacam,quia reſtaurat ſpiritus,& membra confortat. Vnde habemus optimum experimentum contra cardiacam. Patiens vtatur omni die puluere carpobalſami, cortice ſuperiori ablato contra vitia matricis ex frigida cauſa, quia eam mundificat. illud eligendum eſt, quod non eſt perforatum, & quod eſt aromaticum. De carpobalſamo.

Hyoſciami. hyoſciamus frigidus, & ſiccus in iij. gra. ſubtilis eſt ſubſtantiæ, virtutem habet mortificatiuam, & conſtrictiuam. Hyoſciamus ſemen eſt caſſilaginis, ſed aliud eſt album,aliud nigrum, aliud ruſum. nigrum non eſt ponendum in medicinis,album ponatur ſi inueniatur; ſi non ruſum. ponitur in aurea propter rheuma, propter dolorem dentium, propter fluxum ſanguinis per anagoga,vel diabroſim, contra rheuma ponitur,& fluxum ſanguinis,quia poros conſtringit,ex quorum cõſtrictione ceſſat ſanguinis fluxus; contra dolorem dentium, quia partem mortificat, & reddit inſenſibilem, vnde dolor non ſentitur. De hyoſciamo habemus experimentum contra omnem dyſcraſiam de calore,vel omnia apoſtemata cuiuſlibet exterioris partis corporis,ipſa herba trita cataplaſmetur,vel ſemen hyoſciami teratur, ablactetur cum ſucco ipſius herbæ, coletur,ſuperponatur,nõ ſophiſticatur hyoſciamus,per xl. annos ſeruatur. Ponuntur aſarum, & carpobalſamum in maiori quantitate,quam quædam, quæ eſſent fortiora,ideſt fortioris virtutis, vt ſuppleant quantitate,quod minus eſt in qualitate. ponuntur autem in maiori quantitate,quam quędam dicta, quæ ſunt minoris virtutis, propter ipſorum maiorem indigentiam, vel neceſſitatem, & eadem eſt ratio de carpobalſamo, ſed hoc non habet hyoſciamus. Conſtat enim magis eſſe neceſſaria, quæ in maiori ponuntur pondere; fortis eſt enim virtute hyoſciamus,ponitur enim in magna quantitate propter modicam appoſitionem ſimilium. Garyophyllus.quia ſpiritus reparat,& ponitur in hac medicina contra vitium matricis, contra vitium ſpiritualium,cõtra cardiacam paſſionem. Contra vitium matricis, quia conſumit humores,& matricem mundificat. contra vitium ſpiritualium,quia eorum ſuperfluitatem conſumit per calidi,& ſicci. contra cardiacam paſſionem. Contra vitium matricis,quia conſumit humores,& matricem mundificat, contra vitium ſpiritualium,quia eorum ſuperfluitatem conſumit per cal. & ſic. cardiacam paſſionem,quia aromaticitate ſua ſpiritus reparat,& membra confortat,vrinales meatus aperit ſubtilitate ſuæ ſubſtantiæ. Illi eligendi ſunt qui in ſuperficie planificati ſunt. In ſapore acuti,in ſubſtantia humidi,in impreſſione vnguis, aliquantulum emittunt humiditatis. Vinum decoctionis garyophyllorum cum aqua roſ. valet contra dolorem omnem ſtomachi ex frigiditate,& contra cardiacam paſſionem. De myrrha. Myrrhæ. myrrha cal.eſt,& ſic.in ij. gra. & ſubtilis ſubſtantiæ,virtutem habet mundificandi,& conſeruandi,quia id,quod diſſoluit conſumere ſufficit, vnde corpora antiquitus myrrha conſeruabantur; habet etiam virtutem conglutinandi. ponitur myrrha in aurea contra cardiacam,& contra fluxum; contra cardiacam,quia cõſeruat conſeruando,& depurat depurando,maxime opitulatur, fluxũ conſtringit conglutinatione ſua. illa eligenda eſt, quæ caſſa eſt,& gummoſa,clara,lucida,lenis. Myrrha puluerizata cum pice, vel colophonia, vlcera virilis virgæ ſanat,& ſaniem conſumit deſiccando.

De opio. Opij,opiũ frigidum eſt in iiij. gra.ſic.in ij.craſſam habet ſubſtantiã,& fumoſã; vnde cito petit cerebrũ,virtu-

tem habet mortificatiuam conſtrictiuam,ſoporiferam, vnde cerebrum conſtringitur, & ventriculos eius oppilat, conſtrictiuam propter frigi. & ſic. mortificationem propter intenſam frigiditatem ſuam. in aurea ponitur ad conſtringendum rheuma,& ad conſeruationem ſpecierum. fit autem opium de ſuc.papaueris albi ſubtiliter inciſi. eligendum eſt in colore ſubrufum, in ſapore ſubamarum, in odore horribile, in ſubſtantia mediocre, & quòd manibus poſſit malaxari. Valet ad ſomnum inducendum cum lacte mulieris,folijs mandra. ſemine hyoſciami, cataplaſmetur fronti, & temporibus contra dolorem extremarum partium, quia mortificat partem,& inſenſibilem reddit. Cum inuenitur ſimplex opium ponendum eſt thebaicum. ſeruatur per omnia ſecula ſeculorum. ſit autem citra mare, & vltra mare, tranſmarinum maioris eſt efficaciæ.

Nota.

De cypero. Cyperi. calidæ eſt, & ſiccæ complexionis in ij.gra. & ſubſtantiæ ſubtilis, virtutem habet diureticam,ponitur in aurea propter ſtranguriam,& dyſuriam,& vitium renum. Vinum decoctionis eius frangit lapidem,contra ſtranguriam puerorum maxime valet, accipe cyperum cum herba, & coque in vino, & oleo,cataplaſma ſuper pectinem multum confert ad menſtrua prouocanda,teratur cum ipſa herba,& fiat decoctio in aqua,& oleo,& fomentetur circa radicem ipſius herbæ, quæ dicitur cyperus. De iſtis quatuor ponitur minus,quam de ſupradictis,propter earum ſupradictarum proprietatē. Garyophyllus,& cyperus in maiori ponuntur quantitate,quoniam ſupradicta maioris efficaciæ,vt quantitas ſuppleat virtutis defectum ſcilicet propter maiorem indigētiam. Myrrha propter eaſdem cauſas, & propter conſeruationem, opium propter modicam ſimilium appoſitionem, opium diſtemperatum cum lacte mulieris pulſibus imponatur in patua diſtemperantia ſanatur.

De balſamo. Balſamum ca.& ſic. in iij.gra. ſecundum quoſdam,in ſecundo ſecundum alios,ſubtilem habet ſubſtantiā, virtutē habet attrahendi,confortandi,conſumēdi,diuidendi,& mundificandi,& ponitur in aurea contra epilepſiā, quia conſumit materiam ſuis qualitatibus, ſimiliter cōtra renum vitia; ſubtilitate & qualitatibus ſuis contra vitia matricis, quia eam calefacit. Contra paralyſim,quia viuificat partem. apponitur balſamum præcipue ad cōſeruationem,quod patet,quia medicina opiata,& balſamata diutius poteſt reſeruari, quam non balſamata.

Opobalſamum infectum per ſyringam lapidem frāgit, ſi detur in potu fœrum mortuum educit,& matricem iuuat,& menſtrua prouocat.balſamum eligendum eſt, quod cum ponitur in palato ſtatim calefacit cerebrum, quod cum ponitur,lac caprinum ſtatim coagulatur,quòd ſi in eo intingatur pannus,& inde locus fuerit exiccatus,non remanebit macula. ſi cum oleo,vel tereben. ſophiſticatus fuerit,maculæ ſemper erunt. Item ſi apponatur igni, flammam emittit, quòd ſi apponatur in ſuperficie aquæ, ibi reperitur, ſi in medio: ibi remanet, in fundo ſimiliter. Item ſi ponatur in panno raro in aliquo pondere; poſtea lotis manibus exprimatur bene ſuper aqua mundiſſima, ſi inuenitur in eodem pondere,bonum eſt. Cinna. idem, eſt quod cinnamo habet autem ſubſtantiam glutinoſam, virtutem habet conſumptiuam, conſolidatiuam. Cinnamo. cal. & ſic. eſt in ij. gra. vel in iij. conſumit qualitatibus ſuis. confortat aromaticitate ſua, conſolidat glutinoſitate ſua, contra paſſiones capitis ponitur in aurea, quia materiam conſumit, contra cardiacam, quia aromaticitate ſua, confortat, & depurat. valet contra fluxum ſanguinis ex corruptione venæ, quia conſolidat. eligendum eſt, quod eſt ſubrufum cauernoſum, vel canellatum odoriferum,& habet dulcedinem acumini admixtam,cortex eſt cuiuſdam arboris, quæ in India reperitur, ſi fiat vulnus in locis cartilaginoſis puluis cinnamomi conſolidat.

De cinna.

De folio. Folium quando ſimpliciter folium inuenitur, ſolia garyo. ſunt intelligenda.cal. ſunt, & ſic. in iij. gra. ſubtilē habent ſubſtantiā,virtutem confortandi,& conſumendi, diuretica ſunt ex cōplexione,& ſubſtantia,folia ponuntur in aurea propter conſumptionem materiei, contra paſſionem capitis, contra cardiacam,quia confortantur aromaticitate ſua,deputant, & reparant ſpiritus,ſi contra vitia renum,quia vrinales meatus aperiunt ſubtilitate ſubſtantiæ,& lapidem reijciunt. contra frigiditatem ſtomachi,quia calefaciunt. cardiaci,& ſtomachici bibant vinum decoctionis folij cum aqua roſ. eligendum eſt folium garyoph. in odore ſuaue, in ſubſtantia tenue, in colore ruſum, in ſapore acutum cum amaritudine.

Zedoarium.zedo.ca.& ſic.comple.in ij.gra. ſubtilem habet ſubſtantiam, virtutem habet confortandi ex aromati.ſua, mundificat ex complexione, diureticam habet virtutem ex ſubſtātia. propter paſſiones capitis ponitur in aurea,& quia indigēt confortatiuis diureticis mundificatiuis. Zedoariū eſt radix cuiuſdā arboris,quæ reperitur in India,cuius duo ſunt genera, vnum citrinū, aliud album,quod eſt citrinum ſolidum non perforatum laudabilius eſt,citrinum raro inuenitur, album ergo eſt eligendum,quod eſt acutum, & continuum, & ſolidum. per tres annos poteſt ſeruari, ex citrino ſophiſticat aloe. Aloe. per minuta fruſta diutium aceto calefacto, in quo puluis zedoariæ poſitus ſit,ponatur frequenter,& extractum deficcetur, & iterum ponatur, colorem ſuſcipit aloes hepatici,& ſuam horribilitatem amittit, & ſubcitrinum habet colorem, & malum odorem amittit, vel deponit. puluis zedoarij,cum puluere cinnamo. carnoſitatem,& putrefactionem gingiuarum ſanat.

De Zedoario.

Zingiber ca.eſt in ij. & in iij. hu. in primo ſubſtantiæ eſt mediocris, virtutem habet confortatiuam ſpermatis, & ſanguinis generatiuam, & reſtauratiuam ex aromaticitate, reſtauratiuam ex hum. ponitur in aurea contra cardiacam, & defectum humi. & alias paſſiones, quæ indigent reſtauratiuis. Zingib. radix eſt,quæ in India reperitur,& aliud eſt ſubnigrum, quod eſt repudiandum aliud ſubpallidum, quod eſt, odoriferum, album, ponderoſum,non perforatum, & acutum, & quod difficile teritur,laudabile eſt.per ij. annos poteſt ſeruari, cito putreſcit, in cumulo piperis diutius durat in ſua efficacia. Vinum decoctionis zing. digeſtionem procurat,& libidinem augmentat,& aliter radices dimittantur in vino, quouſque relaxentur, & cum vino ca. pectini cataplaſmatur. valet contra apraxim eorum,ideſt contra inoperationem illarum partium.

De Zingib.

Coralli albi. frigidi. & ſic.in ij.gra.craſſam habēt ſubſtantiam,virtutem conſtrictiuam,& occultam. ponitur in aurea propter fluxum ſanguinis per anagogen.& propter epilepſiam, quia occultam habent naturam iuuandi epilepticum. Coralli ſunt lapides,qui inueniuntur circa mare in lapidoſis locis. Coralli alij albi, alij rubei, maioris efficaciæ ſunt rubei, vnde cum ſimpliciter coralli inueniuntur, de rubeis intelligendum eſt, qui vero rubei,& craſſi ſunt,non perforati,ſunt laudabiliores. Coralli multas habēt virtutes occultas. collo ſuſpenſi curāt epilepſiam,vt dicit Gal. domus, in qua ſunt,nō fulgurat.puluis coralli combuſti,& gummi ara.non combuſti detur in cibis contra hæmoptoicam paſſionem.

De coralli.

Coſti.Coſtum cali.& ſic.eſt in ij.gra.ſubtilis ſubſtantiæ virtutem habet diureticam. propter ſubtilitatē ſubſtantiæ,& ſtomachi confortatiuam ex aromaticitate,vel amaritudine.ponitur in aurea propter vitia renum,quære diureticum,& ſtomachi confortatiuum eſt. Coſti duo duo ſunt genera, aliud eſt ſubalbidum, aliud rufum. rufum vehemētiorem habet effectum, album minus operatur,& in India reperitur,vel Perſia. vnde frequentius eo vtimur,quod ſubalbidum, ſolidum, ponderans, non perforatum,amarum,laudabilius eſt. Seruatur per triēnium ad confortationem ſtomachi, puluis coral. ſeminis fœn.cinnamo.ponatur in cibis,vel fiat cataplaſma ex puluere coſti,maſtich.cera,& ol.

De coſto.

Caſia lig. eſt cali. & ſic. in ij.gra. quæ ſubtilis eſt ſubſtantiæ,virtutem habet diureticam,conſumit,confortat ex aroma. ſua, diuretica eſt ex ſubſtantia,& qualitatibus ſuis. ponitur in aurea contra vitium renum,& veſi-

De caſia ligna.

cæ,

Caſ. lig. cæ, contra vitia matricis, cõtra cardiacam. Caſia lig. cor- A
rex eſt cuiuſdam arboris in India naſcentis, cuius plures
ſunt ſpecies. eligenda eſt tortuoſa, cauernoſa; continua,
in colore rufa, quæ etiam habet ſubalbedinem diſtinctã,
quæ acutum habet ſaporem, & dulcedinem admiſtam
amaritudini. ſophiſticatur ex cortice capparis, quę mul-
tum eſt amara. caſia debet eligi, quæ multum eſt odori-
fera. Puluis caſiæ lig. admiſtus trypheræ menſtrua pro-
uocat, & educit, ſi inde fiat peſſarium. ſi dentibus tera-
tur, fętorem oris remouet, & putrefactas gingiuas ſanat,
detur cardiacis cum ſuc. paſtinacæ.

De euphor-bio. Euphorbij. Euphorbium calidum, & ſiccum in iiij.
grada ſubſtantiam habet ſubtilem, virtutem laxatiuam
ex modo complexionis phlegmatis primo, & ſan. ſecun-
dario, purgat attrahendo ex ignea ſui ſubſtantia, vel na-
tura. ponitur in aurea propter epilepſiam, apo. arthreti-
cam, paralyſim, ex contractiuis virtutibus aliarum ſpe-
cierum laxatiua eius virtus reprimitur, vnde ponitur
præcipue, vt ignicitate ſua mortificationem opij repri- B
mat. Euphorbium gummi eſt arboris in India naſcen-
tis. eligendum eſt craſſum, ſubruſum, non perforatum,
non terræ admiſtum. Puluis euphorbij cum ſuc. centri
galli iniectus impetuoſe educit muliebria. fiat empla-
ſtrum ex puluere euphorbij, & ex axungia vrſina, cera,
& oleo, & inungatur epilepticus per ſpinam vſque ad
partes inferiores.

De trag. Tragacanthi. Tragacanthus frigidæ cõplexionis eſt
in ij. gra. hum. in primo. ſubſtantiam habet glutinoſam,
& mediocrem, virtutem habet conſtructiuam ex frigi-
ditate, lenificatiuam, & humectatiuam ex humiditate.
ponitur in aurea contra ſuſpirium, & fluxum ſang. per
anagogen, & ad repreſſionem acuminis aliarum ſpe-
cierum. Tragacanthus gummi eſt cuiuſdam arboris in
India naſcentis. eligendum eſt in colore album, luci-
dum, clarum, non terræ admiſtum, ruſum, vel rubeum,
in medicina ad calefactionem plus valet, quia minus eſt
frigidum quam album, quod in medicinis ad refrige- C
randum ponitur. diu ſeruatur. Dimittatur cum amylo,
ſiue penidijs per noctem vnam tragacanthus in aqua, ex
illa aqua liniantur labia, & gingiuarum, linguæ, & oris
ſciſſuræ febricitantium acute. ſi illinis hoc herpetem
granuloſum, valet multum.

De thure. Thuris. Thus ca. & ſic. in ij. gra. gummoſam habet
ſubſtantiam virtutem conſtrictiuam ex viſcoſitate, con-
fortatiuam ex aromaticitate propter rheuma capitis po-
nitur in aurea, & propter frigiditatem matricis. Thus
gummi eſt arboris in India naſcentis, cuius duo genera,
craſſum, & maſculum, dicitur minutum maius. eligen-
dum eſt thus album, planificarum, craſſum, non terre-
ſtreitaci admiſtum. diu poteſt ſeruari. Tria grana thuris
ſi deglutiantur, digeſtionẽ procurant, & bonum anhe-
litum præſtant, & acetoſam eructationem remouent.

De Styrace. Styracis. Styrax cal. eſt in j. gra. ſic. in ij. ſubſtantiam
habet mediocrem virtutem confortatiuam, quia ſpiri-
tus reparat quorundam membrorum, conſolidatiuam,
quia glutinoſa eſt, muliebria educit qualitate ſua. ſ. cali- D
ditate, ora venarum aperiendo, rheuma conſtringit. po-
nitur in aurea contra vitia matricis, ſtomachi, & capitis,
pilulæ ex ea factæ digeſtionem confortant, cataplaſma
** ſcirrhum.* ex ea factum * ſcliroſim curat. fumigatio eius menſtruis
imperat. Styracis tria ſunt, genera, ſtyrax, calamita, li-
quida, & rubea, liquida eſt, quæ ſigia dicitur. cum ſim-
pliciter ſtyrax inuenitur, de calamita intelligendum eſt,
quæ in colore rufo. eligenda eſt in ſubſtantia glutinoſa,
vt valeat malaxari ad modum ceræ; non furfurea, vel
ſulphurea, in ſapore amara. ſophiſticatur ad raſum iridis
illyriæ, & mellis, & tunc dulcis eſt.

De ſaliun-ca. Saliuncæ. Saliunca cal. eſt & ſic. in iij. gra. ſubtilẽ ſub-
ſtantiam, virtutem diureticam habens. ponitur in aurea
propter vitia renum, veſicæ, & matricis. Saliunca eſt ſe-
men cuiuſdam arboris, vel herbæ, quæ eodem nomine
appellatur. ſemen in hac medicina ponendum eſt. eli-
gendum eſt ſubalbidum, recens, habens amaritudinem
admixtam acumini. Semen poteſt ſeruari per tres an-

nos. Fiat ex aqua fomentum, ſaliunæ decoctionis ad
menſtrua prouocanda. ſuffumigium herbæ eodem mo-
do appellatæ, multum valet matrici.

Napi, Sinapis. ſinapiſmus alius fit ex ſeminibus, alius *De napi.*
ex folijs ſinapis, tamen eiuſdem efficaciæ ſunt, ſed maio-
ris eſt ſinapiſmus ex ſemine factus ex folijs ſiccis ſic fit.
terantur folia, & ebulliant in vino, cataplaſma loco pa-
tienti. ex ſeminibus ſic fit. Semina terantur, & coquan-
tur in aceto, & vino, & in maiori quantitate ponatur vi-
num, cataplaſmetur ſuper loca doſentia, valet ad lethar-
giam, & paralyſim. Semen ſinapis cal. & ſic. in medio
quarti gra. ſubſtantiam habet ſubtilẽ, virtutem habet
attractiuam ex ſubſtantia ignea ex natura ſua conſumit.
ex complexione mundificat; ex eadem poſitur in hac
medicina propter membrorum inſenſibilitatem, pro-
pter vitium matricis, propter paralyſim, apoplexiam,
epi. Sinapis ſemen eſt herbæ eodem nomine appellatæ,
ſemen non herba ponitur in aurea, quod eligendum eſt
album, non amarum, non ponticum, ſed acutum. ſophi-
ſticatur cum ſemine rapæ. Puluis eius ſub lingua poſitus
loquelam reſtaurat, ſemen in oleo laur. bullitum, & fac-
cellatum eam partem viuificat, in qua fuerit poſitum.

Saxifragiæ. Saxifragia cal. eſt & ſic. in iij. gra. & ſubti- *De ſaxifra-gia.*
lis ſubſtantiæ, virtutem habet diureticam ex qualitati-
bus ſuis, & ſubſtantia, & ponitur in aurea propter vi-
tium lapidis, & contra dyſuriam, & ſtranguriam, men-
ſtrua prouocat. radix eius ſimiliter dicitur ſaxifragia.
radix per ſe ponenda eſt in medicinis, quæ exigunt ſaxi-
fragiam. Radix eligenda eſt continua non perforata, quę
difficile frangitur, quæ frangitur de facili, vetuſta, &
conſumpta eſt. Saxifra. ſaxum frangens dicitur, frangit
enim lapidem, & partem à parte ſeparat, vnde maxime
valet calculoſis. contra lapidem fiat fomentum ex aqua
falſa decoctionis eius, ideſt ſaxifragiæ circa pudenda. vi-
num decoctionis eius bibitum lapidem frangit.

Ad idem nutriatur hircus per iiij. menſes de folijs ſa-
xifragiæ, deinde interfice, & accipe ſanguinem eius, non C
primum, ſed ſecundum, cum coagulatus fuerit, per fru-
ſta diuide, & permitte deſiccari ad Solem, ſed tamen ſal
admiſceatur, vt diutius conſeruetur. per annum ſic po-
teſt fieri, & ſi eis admiſceatur balſamum. per x. annos,
vel xv. poteſt ſeruari puluetizetur ſanguis. & tali puluere
vtendum eſt in cibis, & potibus.

Anethi. Anethum cal. & ſic. in iij. gra. vel ij. ſubſtantiã *De anetho.*
habet ſubtilem, virtutem diureticam. ponitur in aurea
contra vitium renum, & veſicæ, & matricis. Nota quod
in diureticis efficaciora ſunt ſemina, quam herbæ ipſæ,
& ſemper ponenda ſunt in medicinis. valet contra indi-
geſtionem vinum decoct. eius per iij. annos ſeruatur.

Aniſi. Aniſum cal. eſt & ſic. in iij. gra. ſubſtantiam ha- *De aniſo.*
bet ſubtilem, & virtutem diureticam confortatiuam
ſtomachi, & ventoſita. conſumptiuam. propter vitium
interio. membro. ponitur in aurea, ſtomachi. ſ. & inte-
riorum, & matricis. aniſum maxime valet contra indi-
geſtionem. Aniſum ſemen eſt cuiuſdam herbæ ſimili
nomine vocatæ; ſemen eſt ponendum. debet eligi D
odoriferum, in ſapore acutum cum aliquantula inſipi-
ditate admixta dulcedini, non perforatum, per xx. annos
ſeruari poteſt. Vinum decoct. eius optime procurat di-
geſti. ventoſitatem conſumit, omnium xx. quare iſta xx.
in maiori quantitate ponuntur, quam prædicta, aſſigna-
tum eſt ſuperius, quoniam in maiori quantitate, quam
infraſcripta aſſignãdum eſt. Balſamum in maiori quan-
titate propter maiorem indigentiam, quia maioris effi-
caciæ eſt. Cinnamomum in maiori quantitate, quoniã
quædam ſunt in maiori quantitate habentia virtutem,
vt quantitas ſuppleat vitium virtutis. Euphorbium in
maiori, quã quædam maioris efficaciæ, vt reſiſtat igni-
tate ſua mortificationi opij. Sinapis maioris eſt effica-
ciæ, quam aliqua infraſcripta, ſed propter maiorẽ neceſ-
ſitatem in maiori pondere ponitur.

Ligni aloes. Lignũ al. ca. eſt & ſic. in ij. gra. locũ vbi na *De ligno aloes.*
ſcitur nouit nemo, qm̃ naſcit in montuoſis locis orientis
circa originẽ Nili, quæ nemini nota eſt, de montanis in

Nilum cadit,quod Nilum recipiens fert in Indiam. ibi vero à Saracenis retibus capitur, & venas quasdam inutiles igne comburunt,vel cultello remouent. Lignum aloes aliud subnigrum, aliud subrufum, subtilem substantiam habet, virtutem diureticam ex subtilitate substantiæ, confortatiuam ex aromaticitate, aperitiuam ex qualitatibus suis,& substantia. ponitur in aurea propter causas cerebri ex frigiditate,propter vitium renum,vesicæ, & matricis,propter cardiacam. Eligendum est subrusum ponderosum, granosum, nodosum,aro. in sapore amarum,non multum solidæ substantiæ, subnigrum tamen laudabilis. Sophisticatur cum quodam ligno,quod iuxta Almansiam reperitur, quod simile est in odore,sed nigrum,vel album,vel solidioris substantiæ. Si comburatur in igne, odorem reddit aromaticum, sed momentaneum. scrup. iij. ligni aloes puluerizati in aqua rosa. bulliant. detur talis aqua syncopizantibus, & cardiacis. per x. annos seruari potest.

De rheubarbaro. Rheubarbari. Rheubarbarum cal. est & sic. in ij. gra. secundum quosdam in iij. subtilem habet substantiam, diureticam,laxatiuã, choleræ purgatiuam ex su. ponitur in aurea propter vitia renum,& matricis ex frigida causa,& propter febrem tertianam,& quotidianam,vel cardiacam. Rheubarbarum aliud ponticum, aliud barbarum,de barbaro intellige cum dicitur in medicina, Rec. rheu. quando ponticum est neutrum plane exigitur. Eligendum est subcitrinum, continuum,non perforatum, quod habet maculas quasi venas distinctas, albas,citrinas,quod habet croceas, vel citrinas, puluerizari aptas, vel non est rheubarbarum, vel est sophisticatum plus. Febricitantibus debet dari. scrup.j. rheubarbari cũ frigida aqua datum,vel cũ succo scariolæ, vel tryphera saracenica. confert ictericis. tertianas curat datum ante horam accessionis. per tres annos potest seruari.

De aliptæ. Aliptæ ca. & sic. sed in quo gradu determinatum non habemus. subtilem habet substantiam, virtutem habet confortatiuam ex aromaticitate sua. Aliptæ diuersæ sunt species,alia est amara,alia est muscata. Alipta est confectio,cuius receptio in antidotario reperitur. Sophisticatur cũ ladano,mastiche, muscho, & styrace,& aqua ros. fiat ergo alipta, vt videas receptionem, & eam confice, quia aliter non potest cognosci. Magdaleon ex alipta formatur. & naribus appositus maxime valet contra coryzam, & catarrhum ex frigida causa.

De castoreo. Castorei. Castoreum ca. est in ij. gra. sic. in iiij. mediocris est substantiæ, virtutem habet confortatiuam, maxime neruorum,quia infrigidatos calefacit, dissoluit,& consumit ex qualitatibus suis. ponitur in aurea propter rheuma capitis, dolorem dentium, apoplexiam, epilepsiam,& arthreticam,paralysim. Castoreum testiculus est cuiusdam animalis,quod castor dicitur; non enim vt quidam dicunt cum venatores sequuntur, vt damno testiculorum eos euadat, sibi eos amputat,quod ociosum est cum maioris sit precij pellis, quam testiculi. Castor in orientalibus,& occidentalibus, & septentrionalibus plagis reperitur copiosius. Castorei duo sunt genera. Est autem quoddam album,in quo interius sperma retinetur,quod inutile est,& illud coagulum appellamus,testiculi similiter iuuenis castoris non ita sunt efficaces, vt inueterati,quoniam adulti testiculi laudabiliores sunt. Sophisticatur autem cum neruis minutatim incisis,& commistis,addito sanguine, & puluere piperis, & modico castoreo,in folliculo testiculi ipsius. Eligendum est castoreum subrusum,neruosum, horribile,in sapore parum acutum,quoniam omne castoreum in sapore valde acutum, est sophisticum. Castoreum distemperatum cum succo mentæ,& rutæ in quantitate magna naribus immissum valet multum epilepsiæ, interius receptum cum eodem succo valet contra paralysim stomachi, & etiam contra omnem paralysim.

De spica. Spicæ. Spica ca. est & sic. in ij gra. subtilem habet substantiã, virtutem confortandi ex aromaticitate,ex amaritudine virtutem diureticã, tum ex complexione, tum ex substantia. ponitur in hac medicina contra vitium renum,& cardiacam, & propter oppilationem splenis, & hepatis,& vitia matricis. Spica alia nardi,alia celtica. dicunt enim cum inuenitur per se nardi,intelligẽdum est, quæ nascitur in India. vel secundum quosdam flos est, vel secundum virtutem circa radices arboris inuenitur. Eligenda est plana,citrina,odorifera,subamara,non acumine remoto illo albo, & tiste interiori. Vinum decoctionis spicæ digestionem procurat. Spica decoquatur in aliquo vase bene cooperto,ne fumus exhalet. postea patiens tenesmum ex frigiditate fumum recipiat per anum,postea spica super anum cataplasmetur.

De Galãga. Galangæ. Galanga ca. est & sic. in iij. gra. substantiam habet subtilem, virtutem habet diureticam. ponitur in aurea propter vitia renum, & vesicæ, & matricis, apople. epi. paralysis. Galanga radix est arboris in India nascentis. eligenda est subrusa,& nodosa,amara,continua, non perforata. Vinum decoctionis eius valet ad digestionem confortandam.

De opopanace. Opopanacis ca. est & sic. in iij. gra. substantiam habet subtilem,virtutem diureticam valde dissolutiuam,& cõsumptiuam. ponitur in aurea propter vitium renum, cerebri,matricis,apo. epi. paralysim, & maniam, & arthreticam. Opopanax,gũmi est arboris in transmarinis partibus nascentis. Cum ponitur in electarijs,debet resolui,quod sine fustibus inuenitur,cum ponitur in pilulis debet puluerizari, sed quia fustes multum naturæ similantur. Eligendum est ergo parum in colore album, odoriferum, dimittatur in succo radicis maluæ per noctem i. dissolutum deficcetur, & supponatur. menstrua prouocat,secundinam,& fœtum mortuum educit.

De anacardio. Anacardi. Anacardi ca. sunt,& sic. in iiij. gra. substantiam habẽt subtilem mediocriter,virtutem attractiuam melancholiæ, & phlegmatis dissolutiuam, consumptiuam,venenosam,& hoc propter qualitates suas, & modum complexionis. vnde quia venenosi sunt,parum debet dari,quia lepram,& mortem inferunt, admisti cum alijs secure dantur, & maximam habent efficaciam. in aurea ponuntur propter epilepsiam, apoplexiã, paralysim; arthreticam. Anacardi sunt fructus cuiusdam arboris in India nascentis, qui alio nomine pediculi elephantis dicuntur. Eligendi sunt nigri, & humorosi, & ponderosi. Nota tamen,quòd sic sophisticantur,ponuntur enim in humido loco, vt humorositatem contrahant à loco humido. cognoscitur,quia humidi sunt exterius. Anacardi principaliter purgant phlegma,quod lethargiam inducit. fiat scarificatio in occipitio lethargici,postea fiat emplastrum de anacardis eodem modo contra impetiginem,& morpheam.

De mastice. Masticis. cal. & sic. in ij. gra. subtilem habet substantiam,& viscosam, glutinosam, virtutem habet confortatiuam ex aromaticitate sua, & stypticitate sua,partes facit partibus vicissim adhærere. quare confortat constrictiuam ex viscositate, & glutinositate; diu seruatur. ponitur in hac medicina propter cardiacam; & capitis rheuma, propter fluxum sanguinis per anagogen. Mastix, gummi est cuiusdam arbo. in quadam] insula Græciæ, quæ assimilatur lentisco, secundum quosdam est lentiscus. Mastix,eligenda est subalbida, lucida, & clara,siue fœculenta. non sophisticatur. diu potest seruari. Vinum decoct. eius digestionem procurat, vomitum compescit, emplastrum factum cum alb. oui, temporibus superpositum oculorum lachrymas constringit,ponatur mastix super tegulam calidam,quousque liquefiat, post impositum super pannum lineum stomacho superponatur, multum digestionem confortat in conualescentibus ex ægritudine.

De sulphure viuo. Sulphuris viui. Sulphur cal. est & sic. in iiij. gra. mediocrẽ habet substantiã, virtutem dissolutiuam,cõsumptiuam,& igneã. quod probatur, quia cito ignitur,& etiã sub aqua ardet,& expulsum conseruat ignem. ponitur in aurea propter arthreticã,epi. apo. quartanam,paralysim. Sulphur est genus terræ,cuius duo sunt genera, viuũ, & non viuũ,quod extinctum dicitur, & in magdaleonibus formatur. viuũ maioris est efficaciæ,minus tamẽ durat.

reli-

eligendum est vitide, & quod difficile teritur, sulphur A vium super carbones ponatur, asthmaticus si fumum recipiat per os, multum confert.

De pœnia. Pœoniæ. Pœonia ca. est & fic. in ij. gra. virtutem habet diureticam, & occultam vim iuuandi epilepticos. ponitur in hac medicina propter vitium renum, & epi. Pœonia appellatur herba, & radix ipsius herbę cum simpliciter reperitur pœonia intelligendum est de radice, quæ eligenda est in colore nigro exterius, interius autem ponderosa. per ij. annos, vel iij. seruatur pęonia. iuuat epi. collo suspensa. De confirmatione, puluis pœoniæ datus cum ouo sorbili, epilepticis confert, & apoplecticis. Item vinum decoctionis sanat stranguriam, & dysuriam.

De eryngij. Eryngij. Eryng. ca. & fic. in ij. gra. subtilem habet substantiam, diureticam, confortat ex aromaticitate sua, ponitur in hac medicina propter vitia renum, & cardiacos. Eryngij duo sunt genera, alij montani, alij marini. Montani plus sunt diuretici, quàm marini, sed marini plus sunt confortatiui. & vsui medicinæ laudabiliores. seruari possunt per annum. Vinum decoctionis eryngij valet contra vitium renum, & veficæ.

De rosa. Rosæ. Rosa frigida est in j. gra. fic. in ij. duplicem habet substantiam scilicet ponticam, & aromaticam. Aromaticam ex igneis partibus, & aereis, ponticam habet ex terrestribus, & aquosis. virtutem habet confortatiuam, tum ex aromaticitate sua, tum ex ponticitate. ponitur in hac medicina propter cardiacam, vt reprimat vim aliarum specierum dissolutiuarum. Rosæ flos omnibus notus est, qui debet colligi antequam omnino expandatur. Expansæ enim rosæ citius corrumpuntur. Rosarum alta est rubea, alia alba. Rubea, magis confortat, minus stringit. Alba è contrario. Item alia recens, alia ficca. Recens non debet poni in medicina. ficca vero eligenda est rubea, remota anthera, & remoto illo per quod pender, vel adhæret, quia stypticum est, seruari potest per ij. annos. Puluis rosa. & garyophyl. valet contra corrosionem gingiuarum. Item si rosæ coquantur in aceto, & aqua pluuiali, & spongia infundatur, superposita stomacho vomitum stringit, & fluxum ventris. Rosa alba antequam ad maturitatem veniat collecta, & deficcata dysentericos sanat. C

De thymo. Thymi. Thymi cal. & ficc. sunt in iij. gra. substantiam habent subtilem, virtutem attractiuam melancholiæ, & phlegmatis, non tamen purgat, quia reprimitur eius virtus laxatiua virtute constrictiua aliarum specierum, propter epi. ponitur in hac medicina, & apo. paralysim, & cardiacam. quæ confortat. Thymus appellatur herba, & flos herbæ. Flos est ponendus in medicinis, qui per annum potest seruari. eligendus est albus in colore. Puluis thymi cum aceto, & modico sale datus iuuat scabiosos, phlegma salsum purgat, lumbricos necat, teste Dioscorides & Constantino.

De acoro. Acori. Acorus cal. est & fic. in ij. gra. substantiam habet subtilem, virtutem diure. ponitur hic in aurea propter vitium renum, & veficæ. Acorus est herba, quæ alio nomine gladiolus vocatur, cuius radix est melior. debet colligi in canicularibus diebus, & per frusta diuidi minuta, & ad Solem ficcari. per ij. vel iij. annos potest seruari. Eligendus est acorus subrufus, ponderosus, continuus, & non perforatus. Vinum decoctionis eius valet contra stranguriam, & dysuriam.

De pulegio. Pulegium. Puleg. cal. est & fic. in iij. gra. substantiam habet subtilem, virtutem confortatiuam ex aromaticitate sua, aperitiuam ex substantia sua, & qualitatibus suis, attrahit ex ignea natura sua, consumit ex calore, & ficci. ponitur in hac contra passiones cardiacas, & rheuma capitis ex phlegmate, propter vitia renum, & matricis. Pulegium est herba, debet colligi in æstate cum floribus suis. seruatur per annum. ponendi sunt in medicina flores, & folia remoto stipite, pulegij suffumigatio, vel fomentatio deficcat humorosam matricem, puluis eius subtilissimus panno lineo subtili impositus super anum, dum prominet extra, tenesmum curat ex frigiditate.

Aristolochia. Aristo. cal. est & fic. in ij. gra. subtilem habet substantiam, virtutem diure. & occultam. virtutem attrahendi venenum. Ponitur in hac propter vitia renum, & veficæ, & matricis, & potionem venenosam, & morsus reptilium. Aristolochia est herba, cuius radix est ponenda in medicinis, cuius diuersæ sunt species rotunda, & longa. Rotunda maioris est efficaciæ. colligitur in vere, vel æstate, & deficcata, in vsu reseruetur. Eligenda est subrufa, & non leuis, ponderosa non perforata, sed continua. Puluis eius recens pessarizatus cum oleo mustellino menstrua prouocat. Vsus eius potui datus valet contra venenosam potionem, & morsus reptilium, & contra stranguriam, & dysuriam; valet contra asthma, puluis cum suc. mentæ; contra vitia matricis cum succo arthemisiæ. *De aristolochia.*

Gentianæ. Gentiana cal. est & fic. in ij. gra. secundum Dioscor. in iij. substantiam habet subtilem, virtutem diureticam, mundificat spiritalia ex frigiditate, ponitur hic contra vitia renum, & matricis. Gentiana est herba, cuius radix ponenda est in medicina. Colligitur in æstate, & siccatur. per tres annos seruari potest. Eligenda est subamara, interius rufa quasi tincta, & cõtinua, non perforata. Puluis gentianæ datus cum vino singulare remedium est asthmaticis, tussientibus de frigiditate, pessarizatus cum oleo * mustellino menstrua prouocat. *De gentiana.* B ** mustellino*

Mandragoræ. Mandragora frigida est, & ficca in iij. gra. substantiam habet crassam, & gummosam, & fumosam, virtutem constrictiuam, & etiam somniferam. ponitur hic contra vitia capitis, vel rheuma ad stringendum fluxum, vt etiam augmentet virtutem opij constringendo. Mandragora est herba, cuius radix medicinalis est, id est melior in medicina. colligi debet in æstate, & per frusta diuidi, & siccari, & seruari potest per tres annos. Eligenda est ponderosa continua non perforata. in vnguentis debent poni frondes, & fructus, in alijs medicinis radices. Puluis cum ouo sorbili superiorem, cum aqua hordei inferiorem dysenteriam clysterizatus iuuat. Item cataplasma factum de radice eius cum succo proprio, temporibus febricitantium acute superpositum, somnum inducit. *De mandragora.*

Chamædryos. Chamæ. ca. & fic. in ij. gra. substantiam habet subtilem, virtutem diureticam. ponitur hic contra vitium renũ, & veficæ. Chamædryos herba est, quæ colligi debet in æstate. seruari potest per duos annos. Vinum decoctionis eius necat lumbricos. valet contra stranguriam, & dysuriam cocta in vino ca. & oleo, & pectini cataplasmata multum valet. *De chamædryos.*

Phu cal. est & fic. in ij. gra. subtilem habet substãtiam, virtutẽ diureticam. propter vitia renum ponitur in hac medicina, & matri. Phu. herba, est, quæ alio nomine dicitur valeriana, & her. & semen, & radix eodem nomine dicitur. Radix ponenda est in medicinis. in æstate debet colligi. seruari potest per duos annos solum. *De phu.*

Baccę la. Bacæ lauri cal. sunt, & fic. in ij. gra. substantiam habent subtilem, virtutem habent confortatiuam, propter matricem, & passiones interiorum membrorum ponitur in hac medicina. Baccæ lauri fructus sunt lauri, de quibus fit oleum laurinum, sicut de nucibus per assaturam in patella. colligi debent in autumno cum plane maturæ sunt. seruari possunt per duos annos. eligendæ sunt continuæ, non perforatæ. Baccæ lauri deficcatæ excorticantur, & interiora puluerizantur, de puluere isto inungatur facies in balneo simpliciter, vel cum melle, quod sic fit. Puluis baccæ la. commistus sit melli cum albumine oui despumato, & postea super ignem modicum dimittatur, vt mel dissoluatur, & ab igne depositum in vase reconditur, & de isto tuberositates inungantur, & variolæ, vel panus in facie mulieris, qui post partum apparet in balneo, & post paululum faciem inde abluat, clarificat, & ab illis superfluitatibus faciem detergit, & tuberositates faciei remouet; & variolas, quæ sunt maxime post partum, sacellatio de bac. lauri capiti opposita curat catarrhum. *De bacch.* D

De ammi. Ameos. Ammi ca. eſt & ſic. in ij. gra. ſubſtantiam habet ſubtilem. virtutem diureticam. ponitur hic propter vitia renum, & matricis, & veſicæ. Ameos eſt herba, cuius ſemen in medicina eſt ponendum. colligi debet in æſtate, & debet ſiccari. ſeruari poteſt per duos annos. Vinum decoc. eius valet contra ſtranguriam, & dyſuriã.

De ſpecieb. piperis. Leucopiper. Leucopiper calidum eſt in iij. gtadu, ſiccũ in quarto, ſubſtantiam habet ſubtilem, virtutem diureticam, album piper non inuenitur quandoque, ſed loco eius ponuntur quandoq; caputiæ quædam de transmarinis partibus allatæ. quidam dicunt diuerſas arbores diuerſas ſpecies ferre, ſed non eſt verum. immo Dioſco. dicit, ꝙ vna, & eadem arbor has ſpecies fert. Longum piper flos eſt piperis, qui oblongus eſt, vt videmus in auellanis. album piper eſt antequã perueniat ad maturitatem, quod poſtea calore ſolis coquente nigreſcit.

De macropipere. Macropiper. Macropi. cal. & hu. in ij. gra. mediocrem habet ſubſtantiam, virtutem diureticam, & reſtauratiuam, & confortatiuam. propter vitia renum ponitur hic, & veſicæ, & cerebri. Macropiper, longum piper dicitur. eligendum eſt, quod eſt continuum, ſeruatur per iij. annos, & electarium de eo factũ, & de ſemine bomb. excoriato, & ſemine mal. & biſmal. cum ſyrupo additis amygdal. prædicta membra reſtaurat, & valde confert hecticis. Vinum decoct. eius valet cardiacis addita aqua roſ. & ſyncopizantibus.

De ligno balſami. Xylobalſa. Xylobal. cal. eſt & ſic. in ij. gra. ſubſtantiã habet ſubtilẽ, virtutem diureticam, & confortatiuã, ponitur in aurea propter vitia renum, & cardiaca. Xylobal. lignum eſt balſa. quod eligendum eſt continuũ non perforatum, ponderoſum; & ſi gummoſum erit, melius erit, & eſt colligendum *in* æſtate. ſ. in fine eius. per annos ij. ſeruari poteſt. Vinum decoct. addita aqua roſ. opitulatur cardiacis, & ſyncopizantibus.

De petroſelino. Petroſelinum. Petroſe. cal. eſt & ſic. in iij. gra. ſubtilẽ habet ſubſtantiã, virtutem habet diureticam, & confortatiuam ex aromati. ſua. ponitur hic propter vitia renum, & veſicæ, & matricis, & cardia. Petroſ. herba eſt, cuius ſemen ponitur *in* medicinis, colligitur *in* æſtate. diu poteſt ſeruari. Vinũ decoct. eius ſpeciale remedium eſt contra ſtranguriam, & dyſu.

De leuiſtico. Leuiſtici. Leuiſticum cal. eſt & ſic. in ij. gra. ſubſtantiã habet ſubtilem, virtutem diureticam. Leuiſticũ eſt herba cuius ſemen ponendum eſt in medicinis. colligitur in æſtate. diu poteſt ſeruari. Vinum decoct. multum valet ſtrangu. & dyſu.

De ruta. Rutæ. Ruta ca. eſt & ſic. in iij. vel iiij. gra. ſubſtantiam habet ſubtilem, virtutem habet diureti. & diſſolutiuam, & conſumptiuam. ponitur in hac medicina propter apo. epi. paralyſim, arthreticam, propter vitia renum, & matricis. Ruta herba eſt, cuius ſemen eſt ponendum in medicinis, cum ſimpliciter inuenitur ponenda eſt ruta hortenſis. colligitur ſemen cum ſuis folijs, vel folliculis, & ſic diu poteſt ſeruari cum ponitur in medicinis. folliculi remouẽdi ſunt. Ruta trita, & bene piſtata, & cũ puluere cymini mixta, & cum vitel. oui, mirabiliter abſtergit oculum à ſanguine coagulato *in* eo exiſtente, ruta diſtemperata cum ſucco mentæ, vel cum ſuc. proprio naribus immiſſa epi. curat. Item ſi in proprio ſuc. temperetur per x. dies, & noctes detur epileptico.

De ſinone. Sinonis. Sinon, eſt ſemẽ petroſel. agre. eiuſdem virtutis eſt cum domeſtico; & propter eaſdem cauſas in hac

De carui. medicina ponitur. Carui. Carui ca. & ſic. eſt in ij. gr. ſubſtantiam habet ſubtilem, virtutem diureticam, & confortatiuam. ponitur hic propter vitia capitis, hepatis, & renum, matricis, cardiacæ. Carui herba eſt, cuius ſemen ponendum eſt in medicina hac. colligitur in æſtate, diu poteſt ſeruari. eligendum eſt non puluerizatum. Puluis carui facit os bene olens, & digeſtionem iuuat, carnes eo aſperſæ ſiunt boni odoris.

De amo. Amomum. Amo. ca. & ſic. eſt in ij. gra. eiuſdẽ virtutis eſt cuius carui, ſemẽ eius eſt medicinale, diu põt ſeruari. Puluis amomi tryphetæ magnæ miſtus, & ſuppoſitus menſtrua prouocat; vinum decoct. eius idem facit.

De dauco. Dauci. Daucus alius creticus, alius aſininus. Semen cretici ponendum eſt in medicinis, idem intellige de dauco, quod de petroſelino. Omnium drach. j. ſ an. quia in maiori quantitate ponuntur, quàm prædicta. ſuperius dictum eſt. lignum aloes ponitur in maiori quantitate, quàm infraſcripta, propter maiorem indigentiam. alipta propter eandem cauſam. Rheubarbarum, & opopanax; ſpica, galanga, eryngium, roſæ, & ſimilia propter ſimilium modicam appoſitionem.

De caſtoreo. Caſtoreum. Caſtor. valet ad omnes paſſiones, contra quas valet aurea; ſulphur viuum, radix mandragoræ. tragacan. reprimunt acumen, pæonia, & ſequentia ſimilia propter debilitatem ſuæ virtutis.

De auro. Auri. Aurum dicitur tẽperatum in caliditate, ſubſtantiã habet craſſam, virtutem habet purgandi, & extenuãdi ſuperfluos humores; corpus à fumoſo humore releuat; capſulã cordis in ſuperfluitate medi. purgat. ponitur hic propter cordis paſſionẽ. limatura auri poni debet in hac medicina; ſed cauendũ eſt, ne cum limatura loco ipſius ab apothecarijs cuprum apponatur. limatura auri in cibis exhibita corpus à corruptione lepræ præſeruat; mentem confortat. coctura ex auro facta vtilis eſt, quia in ea non naſcitur cancer, vel erypelas, vel fiſtula. Epilepſiam in principio datum curat. diu poteſt ſeruari.

De argento. Argentum. Argen. frigidum eſt, temperatum in humiditate; craſſam habet ſubſtantiam, virtutem confortatiuam, & phlegmatis mundificatiuam. Argentum in aurea ponendum eſt purum. argentum valet ad quod, & aurum: minus tamen ponitur in hac medicina, vt cõtra operetur quibuidam ſpeciebus, quæ violenter diſſoluunt, vt euphorbium. lamina argentea coctura impoſita fœtorem remouet.

De margaritis. Albarum margaritarum. Margaritæ frig. & ſic. ſunt in iij. gra. craſſam habẽt ſubſtantiam, virtutem confortatiuam. Margaritæ ambæ ponũtur in hac medicina propter eandem cauſam, propter quam ponitur argentum. cardiacis medetur. Ambæ margaritæ in trãſmarinis partibus inueniuntur, in ſuperiori parte Indiæ, in ventre cuiuſdam piſcis, qui ſimilis eſt cõchulæ marinæ, qui etiam habet in ſuperficie lanam molliſſimam, quæ dicitur melotida, quæ valet ad dolorem aurium. Margaritæ in ventre illius piſcis inueniuntur loco ouorum, quando extrahuntur à piſce obſcuræ ſunt, & tunc dantur columbis ad manducandum. in quorum gutturibus depurgantur, quæ per tres horas ſeruantur in columba, & extrahuntur. Quædam artificioſe perforantur, ſed perforatæ, & non perforatæ eiuſdem ſunt efficaciæ. perforatæ tamen à motu perforationis aliquid caliditatis poſſunt acquirere. Sophiſticantur autem cum lapidibus, qui in ventre alterius piſcis inueniuntur, & loco earum ponuntur; ſed tamen tantæ non ſunt efficaciæ, ſed ita poſſunt cognoſci, & diſcerni, quia iſtæ ſunt magis obſcuræ.

De blatta bizantia. Blactæ. Blac. bizantia cal. eſt & ſic. mediocrem habet ſubſtantiam, virtutem habet confortandi, & abſtergendi, propter car. ponitur in hac medicina. Blacta bizantia eſt quædam ſuperfluitas, quæ inuenitur in ore, vel brancis cuiuſdam piſcis, qui bizantium dicitur, quia bizantio ſimilis eſt in latitudine, & diu poteſt ſeruari. Puluis eius cum ſucco boraginis, & aqua ro. commiſtus, cardiacis eſt optimum remedium.

Os de corde cerui. Os. Os de corde cerui quoddam durum eſt ad modum cartilaginis, quod inuenitur in corde cerui. Generatur autem ſic; vena quædam tranſmittitur à ſplene vſque ad cor, per quam melancholia multa tranſit ad cor iſtius animalis, ipſumque cor frequenter conſtringit. Vnde ceruus timidus efficitur, liquidiores, & ſubtiliores partes melancholiæ, conſumuntur caliditate, fęculentiores indurantur, & in oſſis tranſeunt ſubſtantiam. Ponitur in hac medicina ad melancholiam purgandam. purgat eam ratione ſimilitudinis. Os de corde cerui dicitur calidũ à quibuſdam, quia per caliditatem generatur, ab alijs frig. & ſic. quia melancholiam attrahit ſimilitudine ſua. Siquis aũt dicat, ꝙ ratione conformitatis eam purgat, multo magis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0862-3 DFG

gis cibus melancholicus melancholiam purgare debet, quod falsum est, quia cibus melancholicus digeritur,& digestus assimilatur membris, vnde potius melancholiã auget,q̃ purget, os autem de corde cerui purgat eam,qa ratione similitudinis eam trahit, & quia nõ digeritur,secum ducit. Sophisticatur cum chartulagine,quæ accipitur in furcula pectoris ipsius cerui,vel hirci,& vix potest discerni. Os de corde cerui frig. est,& sic. crassam habet substantiã,virtutem confortatiuã, secundum quam speciem confortationis cõfortare dicitur,spiritus reparãdo, humiditates restaurando,caloré naturalẽ confortando, partes constringẽdo,superfluitates educendo.s. reparando spiritus,vt res aromatica,restaurando humi. vt vinũ, digestibiles cibi,& similia, & confortando calorem naturalem,vt quædam calida,constringendo partes,vt styptica,educendo superfluitates, vt medicina laxatiua. Confortare dicitur os de corde cerui, quia purgat melãcholiam à capsula cordis. sed ponitur in aurea propter cardiacam passionem,diu potest seruari,os de corde cerui. In maiori pondere ponitur in hac medicina quam prædicta: propter prædictam rationem,in maiori pondere ponitur aurum quam infrascripta propter maiorem efficaciam; argentum propter eandem causam; margaritæ propter debilitatem suæ virtutis: blacta bizantia,os de corde cerui, propter similium modicam appositionem,vel propter maiorem necessitatem.

De limatura eborũ. Limaturæ. Lima. eboris, ebur fri. est & sic. crassam habet substantiam,& ponderosam, virtutem confortatiuam. ponitur hic propter cardiacam, propter fluxum sanguinis, & propter conseruationem aliarum specierum; constringit enim fumositates specierum fumositate sua retinendo, ne fumando virtus earum euaporet. eligendum est ebur, quod albius potest inueniri, lucidum, clarum,& sine medulla. Sophisticatur ex limatura aliorum ossium,quod vix,aut nunquam potest discerni, debemus autem coram nobis facere limare. Pul. eboris naribus insufflatus fluxum sanguinis narium restringit.

Calamus aromaticus. Calamus. Cala. aroma.ca.est & sic.in ij gra.substantiam habet subtilem, virtutem diureticam, confortatiuam,contrictiuam.ponitur hic propter vitium renum, & matricis. Est autem radix fruticis debet eligi perforata in longum, & contra latũ, & sine medulla,sit leuis,& puluerizata cum frangitur radix vetustate. debet autem eligi aliquãtulum ponderosa, & continua,in colore rufa,in sapore acuta. Vinum decoct eius confortat stomachum, & digestionem, adiuuat cardiacam, & nephreticos curat.per iij.annos potest seruari.

Pyrethrum. Pyrethrum. Pyret.ca.est & sic. in iij gradu,calefacit, & desiccat;substantiam habet subtilem,virtutem diureticam dissoluit,& consumit. Ponitur hic propter epi.cephalęam. propter asthma,& tussim,propter vitia renũ, & paralysim,febrem quartanam, & alia diuretica; propter has causas ponitur in medicina hac. vnde opiatę diuidendo coagulant humores,& expellunt feb per vrinã, licet ventrẽ constringant.pyrethrum radix est cuiusdam herbæ,quæ in calida,& frigida regione inuenitur; sed in calida minoris est efficaciæ. eligendũ est,quod est crassũ continuum,& ponderosum,quod ori appositũ quadam ponticitate linguam mordet. per tres annos seruatur. Pyrethrum commasticatum mirabiliter phlegma educit,& cerebrum depurãdo confortat, acetum decoctionis gargarizatum desiccat venam humotosam; & hoc maxime,si addatur rosę ebur. In aurea ponitur in maiori pondere quam prædicta, propter maiorem indigentiam; calamus aromaticus propter similitudinẽ simul, nec pyrethrum propter intensionem caliditatis.

Mel. Mel quod sufficit. Mel diuersis causis in hac medicina ponitur,propter conseruationem specierum,vt amaritudinem, & horribilitatem quarundam specierum temperet,nisi enim multa antidota conficerentur cum melle,nõ solum horribilitatem linguæ,& cęteris membris inferrent,quę non ab eis attraherentur,sed ab eis expellerentur;operatur enim idem mel in medicina,quod esca in hamo. Membra cum dulcedine mellis amaritudinem attrahunt. vnde depurantur,& confortantur.

Cum autem mel ponitur in medicinis, sic est præparandum,ponatur ad ignem quousque bulliat,& tũc deponatur ab igne,& spuma dimittatur residere aliquantulum, postea despumetur non solum per caciã,sed per pannum coletur. Cum autem volueris puluerem admiscere, non sit multum cal. quia eius calore species corrumperetur. Mel diuersis est modis. est enim mel castaneum,quod aliquantulum amaritudinis habet,scilicet quod fit vel in vase de illa arbore facto, vel quia apes istud operantes floribus castanearum vescuntur,& illud vehementius operatur in medicina, sed propter amaritudinem non ponitur. & aliud est dulce secundum pastum apum. In ca.medicina, ponendum est mel rufum in frig. album tali proportione, si vis facere magdaleones ini lib.pulu.pone.i.lib.mellis,si vis facere in liquida forma sine magdaleonibus in lib.pul. pone.iij. lib.mellis. Nota quòd magdaleonibus diu non potest seruari, quocunque modo conficiatur,non debet seruari vltra v. annos; dosis enim est vnc.s. secundum modernos, vel melius est vnc.iij.vel ij. tãrum,quia plus mellis antiqui. *Mel castaneum.*

Conficitur sic post electarum specierum secundum competentem doctrinam, & cognitionem,& competẽtem tribellationẽ limaturæ auri, & argenti, ponderatæ mittendæ sunt cum puluere margaritarum; deinde pars prædictarum specierum immittenda est eum prædictis, & indesinenter debent moueri, & commiscęri. Item admiscendum est amplius quousque pars puluerum sic semotim misceatur cum prædictis limaturis, & cum puluere margaritarum, donec mistum fit per minima, cum su. puluere, specierum, deinde indesinenter debet duci, modo de puluere, modo de melle apponendo, & iterum admiscendum est de pulueribus amplius,quousque media pars pul. sic semotim commiscearur. Item ebulliat mel,& bene despumetur,& reliqui pulueres admiscęantur, tamen quandoque crudum apponitur,non ex causa conseruationis,sed putrefactionis.

Cognitio mellis decocti aquosi hæc est, gutta super marmor posita non diffunditur,sed colligitur, tunc deponatur ab igne, in ij. gra. calidum est, pulueres supponendi sunt,vt in.i.lib. puluęris ponantur iij.mellis, tunc inferenda est terebinthina ad maiorem conseruationem, vel quod melius est in prima cum melle distemperetur per se terebinthina, post apponantur alij puluęres,& si habueris balsamum; & apponas,multo melius erit,quod sic apponitur. In particula mellis,dissoluatur balsamum semotum in vase mundissimo.& sic diligenter dissolutis melli admiscęatur, melle tamen existente cal.aliter enim tam balsamum, quam specierum virtutes deperderentur.vltimo appones pul. sed paulatim,& cum pistello sine intermissione ducendi sunt, quod in omnibus medicinis faciendum est, vt melius incorporentur, sed in hac præcipue,ne pul.auri,& argen.petant fundum,sed per minima misceantur. Conseruantur autem effectu suo per vij.ann.& si infra hoc partium ex alio accidenti deficcetur, & indurescat in.i.lib. medicinæ ponatur vnc.j. mellis despumati, & bene reducatur ad modum proprium lib.ij. sic in mortario pone medicinam, & prius tere cum pistello, & postea cum melle despumato,& temperate ca.paulatim distempera. Detur eunti dormitum cum vino cal. Rec. cinna. folij zedoa. zingib.costi,cora.casiæ lig.euphor.tragacã. styra.saliuncæ,meu, carda. sese. napi, saxi.ane.ana drach.j.digni aloe.rheupon.aliptæ,cast.spi.galan. opopa.anacar. masti.sulphur.pæo.eryngij, ros.thymi,acori,pulegij, ari.lon.gentianæ,corticis mandra. chamædry. phu, baccarum lau. amomi,petrose.semi.leuisti.semi.ru. finonis,ana drac.s. auri,costi,argenti, ambarum margaritarum, blactæ bizantiæ os.cor. cer. ana drach.ix. limaturæ eboris calami aroma.argenti,pyrethri,ana drach.viij. mellis quod sufficit. detur in modum auellanæ eunti dormitum cum vino calido. hoc facit ritus.

ADrianum dictum est, quod ab Adriano Imperatore Romanorum compositum fuit. valet propriè ad omne vitium capitis ex frigiditate, & ad grauedinem oculorum, & obscuritatem: contra hemicraneam datur cum vino calido, vbi cocta sit saluia in fero, in modum auellanæ; datur etiam quartanarijs cum decoctione gentianæ, vel origani, ante horam accessionis; datur etiam accipitri lapidem habenti. Sed homini habenti lapidem detur cum vino, in quo decocta sit saxifragia, vel milium solis, decima pars confecta est lib. 1.

Recip. opij thebaici, drachm. ij. casiæ lignea, hyosciami, amborum ana drach. ij. & scrup. ij. & s. euphor. leucopiperis, ana drachm. ij. & gra. vi. & tertiam partem vnius grani, seselcos, seu apij, ana drachm. i. & scrup. s. & gra. ij. folij origani, tragacanthi, ana drach. 1. opobal. petroselini, macis, styracis cala. zingib. xylobal. cyperi, carpobal. macedonici, ana drachm. 1. minus gra. vi. semi. marathri, scrup. ij. & gra. viij. calami aroma. scrup. ij. & gra. ij. cinnamo. croci, costi, rheupontici, pyrethri, acori, dauci cretici, amsi, ana drach. s. & gra. vi. casio. drach. s. serapini, myrrhæ, roseæ, cardamo. nucis agrestis, seminis ameos, ana scrup. i. & gra. iij. casiæ fist. scrup. i. Aly addunt liliagi drach. i. melis quod sufficit.

Summa medici. est vel 31.

ADrianum antidotum ideſt contra datum. Adrianum ab inuentore. valet contra omnes morbi desperationes vel morris sub. quæ fiunt veneno interius sumpto, vel exterius illato, vel ex ea, quæ fit ex superabundantia frigidi humoris, vt ex spasmo de repletione ex frigida causa rheumatis, vt in epilepsia, apoplexia. & ex indignatione neruorum, vt in paralysi. diuersificatur autem vsus fumendi secundum diuersitatem morbi. Contra venenum interius sumptum detur cum vino decoctionis dictami, & cichoreæ; contra venenum exterius illatum, vt morsum canis rabidi, vel reptilis superponatur distemperatum cum suc. mentæ, contra abundantiam frigidorum hum. fiat vnguentum de adriano, & scarabeis i. echabed, qui inueniuntur inter pannos, & inter libros simul contritis, & confectis cum petrolæo, & adriano, inde vngatur patiens in balneo, vel si tale balneum, vel oleum non habes, obruatur fimo caballino, post inunctionem ad solem, vel ad ignē detur eisdem cum vino decoctionis piperis, contra epilepticos, & apo. cum vino decoctio. pæoniæ; fiat etiam frictio palati ex eo, immisso cum eo inter dentes, & injciatur per nares, cum suc. mentæ vel ru. distemperatum, detur epilepticis, & melancholicis cū decoctione costi, & si detur cum decoctione senæ, & castorei melius erit. Cephalalgicis detur cum vino decoctionis nucū muscatarum, cōtra indignationem neruorū cū decoctione olibani. Scotomicis, si scotomia fit vitio cerebri det adrianū cum vino decoctionis garyophyllorum, fiat eis emplastrum ex adriano, & puluere garyophyl. nu. mus. olibano, & oleo * mustellino. Hepaticis, cōtra vitiū hepatis ex frigiditate, vt hydropicis detur cum vino decoctionis petroselini, apij, asparagi, fœniculi, bruscī, si est vitium heparis ex apostemate præcedenti sanioso, ad saniem mundificandam, da pilulas factas ex adriano, ex puluere myrrhæ, terræ electæ, masticis, bdellij. Spleneticis cum decoctione capparis; præcedentibus tamē mollificatiuis, vt althæa, butyro, & purgatione competenti. Nephriticis cum decoctione xylocasiæ, præcedente vsu abracem duobus vel tribus diebus, & strangu. cum decoctione milij solis, & seminis citruli, quia diuretica sunt, & mundificant præcedente benedicta, quia materia in vijs vrinalib. existens posset indurari, si prius daretur. Calculosis cum apozemate saxifragiæ, vel quod melius est fiant pilulæ ex adriano cū lapide lyncis, saxifragiæ, milij solis, sanguine hirci veteris diu iolijs hederæ pasti, vel fiat eis tale emplastrum, quod etiam stranguriosis valet. Accipiantur cimices in magna quantitate, terantur, & coquantur cum oleo, resoluantur cum adriano, fiat emplastrum, superponatur pectini.

* mustellino.

Colicam patientibus de phlegmate vitreo, injiciatur adrianū cū aqua * salmatina per clysterē, diureticis præ-

* salmastrina.

cedentibus, & mollificatiuis; si fiat de cholera nō detur, detur etiam prædictis cum vino decoctionis cymini, & castorei ad bibendū. Periodicis febribus interpolatis febricitantibus de phlegmate naturali, vel vitreo ante horā accessionis cū vino decoctionis pigani. Tertianarijs de cholera vitellina cum aqua tepida. Quartanarijs, qñ datur quartanarijs, accipe herbas calidas, & coque in aqua, quæ ponantur in stupha, sedeat patiens, vt sudet; & recipiat adrianum cum vino decoctionis pigani cum calida. Quidam dicunt, quod si in ore, vel aure galli à serpente morsi mittatur adrianum, statim liberabitur; sic etiam fit in nobis. quomodo aūt debet dari contra venenū interius, & exterius sumptum dictum est superius.

*Re. opij thebaici propter fluxū humorum à capite descēdentium. Xylocasiæ contra vitia renū, & vesicæ, & matricis, & contra cardiacā, euphorbium contra epilepticos, apoplecticos, arthreticos, paralyses leucopiperis cōtra viscosos humores ad dissoluendum.

Hyosciami contra rheuma, cōtra dolorem dentium, contra fluxum sanguinis, per anagogen, & diabrosim. Contra rheuma ponitur, quia poros constringit, ex quorum constrictione cessat fluxus. Seselcos contra vitia renum, & vesicæ, & matricis.

Apij semē. Apium semen calidum est, & sic. in ij. gra. virtutem habet diureticam, extenuatiuam, dissolutiuam ventositatis contra vitia renum, & vesicæ, & matricis, & colicā. hic ponitur apium contra ventositatem, quia medicinale est. cū inueniuntur apium, si simpliciter cōmune tm intelligendum est, non apium risus, nō raninum, nec apiū hæmorrhoidarum; & ēt debet intelligi semen. & non radix, & non folia. per ij. an. potest ser. non sophisticatur. vinum decoctionis eius ventositatis tortionem dissoluit. folium eadem causa ponitur hic, & in aurea.

Origanum. Origani tragacanthi, opobal. cyperi, carpobalsami. sem. petrose. macedonici, & ēt petroselinū Alexandrinū virtutē habet dissolutiuam, & diureticam. ponitur hic contra vitia, & dolorē stomachi, & eildē causis, vt apiū renes, & vesicam purgat à superfluis humoribus, quod potest cognosci, quia cum comeditur, vrina mingitur spissior; & hu. plena, sicut qui cretanum comedunt. per v. an. seruatur. *Marath.* Marathu. ca. est, & sic. in ij. gra. idem facit quod petroselinum, quando ponitur per se intelligendum est de semine. virtutem habet diureticam consumptiuam crassæ ventositatis, & præterea digestionem cōfortat, contra rheuma renum, & vesicæ hic ponitur, vinum decoctionis eius stomachum iuuat. per tres an. seruatur. post prandium comestū; medetur acidis eructationibus, quæ sunt ex indigestione.

Rheupōti. Rheupōti. ca. est & sic. in ij gra. herba est, quæ in trās marinis partib. inuenitur, habet virtutem ex aromaticitate diureticam, confortat, ex stypticitate condensat. Eligenda est rufa in substantia solida, quæ cum frangitur habet quasdam venas interius, & est simile rhabarbaro, subamarum in sapore propter splenetica passionem ponitur hic, & colicam, renum, & vesicæ. vinū decoctionis eius digestionem iuuat, seruatur per ij. an.

Sagapenū. Pyrethri, acori, sagapeni. ca. & sic. in ij. gr. gum. est arboris, quæ eodem nomine dicitur sagapenum, virtutem habet confortatiuum, attractiuam, & consumptiuam. ponitur hic propter cephalæam, & epi. Eligendum est subrusum clarum, & cui paleæ non sunt admistæ, vel lapilli. si autem liquefiat, & coletur, suppositum mēstrua prouocat, & educit. seruatur per ij. an.

Ruta. Myrrhæ, ros. amo. rutæ agre. Ruta ca. est, & sic. in iij. gra. virtutē habet diure. dissolutiuam, & confortatiuam. ponitur hic contra cephalēā, epi. paral. propter vitia re. & vesi. cū inuenitur pigani semē debet poni, & cū non inuenitur. Rec. rutæ agre. folia rutæ agre. ponenda sunt. folia rutæ debent colligi, quādo flores producit, quia tūc plus valet. vltra an. non seruatur succus rutæ. epi. valet nari immissus, purgat enim cerebrum à phlegmate.

Casiæ fist. Amcos dictū est. Casia fist. ca. est, & hu. circa primum gra. sanguinē depurat, membra confortat, contra tertianā, & quotidianā hic ponitur, quia depurat humores, &

præ-

præparat. fructus est arboris vltra mare. eligenda est in colore rufa, in substantia crassa, ponderosa, quæ dū concutitur, grana non sonant interius. sophisticatur sic cum inuēta sit leuis cooperitur in arena, vt ibi humiditatem, & ponderositatem accipiat: quod sic cognoscitur, quia humiditas multum aquosa intus reperitur. per iij. ann. seruatur, quādo ponitur in medicinis sine cortice debet poderari; quando ponitur in decoctione cum cortice. mel quare apponitur diximus, & mel quod sufficit.

A Charistum sine munere interpretatur, & proprie datur contra catarrhum, & contra omne vitium pectoris ex frigiditate, maxime asthmaticis, arthreticis, tussientibus; confert fluxum patientibus phlegmaticum per os datum in sero cum vino albo calido. sexta pars confecta est lib. i.

Recip. cocti, chalbani opij, phœnicon indi, hyssopi, selini, ana dr. i. spicæ, croci, coralli, xylobal. casiæ fist. xyloca sia, cala. rheupon. myrrhæ, styracis calami. opop. bdellij, ammoniaci, olibani, cicidon, spicæ celticæ, abrotani, acori, assari, brathyos, roris syriaci, scyllę, daphnidō, pyrethri, ammo. anisi, psyllii, ozymi, dauci, leuistici, marathri, meconis, melanopiperis, macropiperis, leucopiperis, floris syriaci, ana scrup. ii. beleni, scrup. i. & s. ellebo. ni. zin. ana. scrup. i. mel quòd sufficit. sumatur cum vino calido in sero.

ADDITIO.

Acharistum sine munere interpretatur, nisi prius mercedem acceperis. Et istud est magnum, quod est admirabile, ad differentiam parui, vt vult Nicolaus in magno antidotario, in quo habet has duas descriptiones, magni scilicet, & parui. valet contra catarrhū, & omne vitium pectoris ex frigiditate, hoc est contra humores frigidos pectus rheumatizantes, & spiritualia grauātes. Maxime asthamaticis, & est asthma, vt vult Au. xiij. ægritudo pulmōnaris, cum qua patiens non inuenit excusationem ab anhelitu frequenti; sicut est anhelitus, quo laborat prę-
C focatus, & festinatus. Et conueniunt ista quatuor nomina in hoc, ꝙ significant malitiam anhelitus. Asthma, dyspnęa, oregmon, & orthopnæa pp defectum contingentē ex membris spiritualib. principaliter. Sed differunt, quia dicitur asthma quādo cadit peccatum in expiratione, & est sine sono, & cum tussi parua, oregmon vero dicitur quando sonus est plurimus in anhelando, orthopnæa dicitur, quando est peccatum in inspiratione, expiratione, & sonitu; dyspnęa vero est sine sonitu. valet etiam arteriosis, ideſt illis, qui detrimentum patiuntur in trachea arteria, vt rauci: & sic valet contra raucedinem ex frigido humore causatam; vel propter descensum frigidi humoris ad tracheam arteriam. Tussientibus ex descensu frigidi humoris ad partes pectorales. Contra fluxum patientib. phlegmaticum per os datum cum vino calido albo, ideſt contra humiditatem saliualem superfluam, & abundantem per os datum. Etiam Nicolaus in magno antidot. dicit ipsum ad plures alias infirmitates valere, vt ad sto-
D machi debilitatē, & vomitum ab humore supple phlegmatico causatos. Ad hepar ex ventositate splenis distēperatū, & splenem ex lūga infirmitate tumentē, hoc est inflatū, pleureticis, iliosis, nephreticis stranguriosis peculiariter medetur, & omnibus venenatis morsibus obsistit.

Phœnicon. Simplicia quæ hic sunt declaranda, nunc declarabuntur. Primum est phœnicon indum, & per phœnicon indū, intelligitur hic cōiter dactylus, qui ex India affertur, nam phœnicon grece dactylus latine. Isidorus Greci palmam phœnicem dicunt eo, ꝙ diu duret ex nomine auis phœnicis, quæ multis annis viuere perhibetur, sed in libro de doctrina Græca scribitur phœnicobalanus dactylus. Aliqui tamen intelligunt per phœnica tamarindos, & dicuntur proprie oxyphœnices, ideſt acetosi dactyli qui fructus ex India deferuntur, & ideo aliqui textus loco phœnicon indi habent tamarindi. Secundum simplex,
Selinum. quod nunc est declarandum est selini, & per selinum intelligendum est apium, hoc est semen apij, nam selinum Græce apium latine dicitur, inde petroselinum, ideſt apium petrę; nōnulli tamen textus habēt semen lini, quod satis est consonum, vt satis videtur per vtilitates ipsius acharisti. communiter tamen reperitur selini. i. sem apij.

Cicidon. Tertium simplex, est cicidon, & est cicidon galla, nam cicidon, vel cicis Græce est galla latine, & sic reperitur apud Dioscoridem ca. de cicidos. Galen. vij. simplicum dicit cicis, ideſt galla, quam quidam omphacia nominant.

Brathyos. Quartum est brathyos, & est brath Græce, sabina Latine, de qua Serapio in c. de iunipero dicit, sed sabina est illa, quæ dicitur brathy. Plinius inquit sabina herba brathy appellata à Græcis duorum generum est, &c.

Ros syriacus. Quintum simplex, hic declarandum est roris syriaci, & est ros syriacus secundum compositorem flos ormi, sed non dicit quid sit ormus, sed secundum rei veritatem ros syriacus est sumach. nam vide, quod vbicumque in libris de Græco translatis habetur ros syriacus, in arabicis in eisdem locis habetur sumach. Nam apud Dioscor.
B cap. de origano, vbi est ros syriacus in Serapio. eodem loco ex verbo Dioſc. est sumach idem in cap. de porro, vbi habetur tuso cum rore syriaco, in Serapione habetur sumach. Sextum simplex, hic declarādum est daphnidon, nam daphne Græce, laurus latine dicitur, inde daphneleon, i. laurinum oleum, & sic hic per daphnidon baccas *Daphnidon.* lauri intelligimus.

Mecon. Septimum simplex, est mecon, quod est semen papaueris secundum Gal. viij. simplicium. Dioſ. de meconio cal. facit, & est idem. Octauum simplex, est helenium, & *Helenium.* est secundum cōpositorem enula cāpana, & apud Dioſc. vocatur gelenium. multi symphitum vocant. alij blatū, alij phlomum falso supple. Latini autem enulam vocant, folia habet phlomo similia angusta, & mollia, & oblōga non crescentia in altum, sed super terram late expandun tur. radix est illi ingens, & odorabilis, & rufa, & viscida, gustu non suauis, frutex est illi similis lilio. tirsum habent albū, in cuius summitate flox est aurosus. montuosis, &
C vmbrosis nascitur locis, & humidis, & hortis. hæc sunt quę hic pro nūc declarabuntur: alia satis nota sunt etiam alibi pluries declarata. Ista opiata raro in vsu habentur, vnum simplex dimissum est indeclaratum, & est flos syriaci, quod est, vt volunt aliqui, flos maluæ, alij dicunt ꝙ est flos bismaluæ, cape quem volueris, quia paruum adinuicem differunt. Summa medi. est res xlvj.

*Athanasia, id est immortalis proprie valet ad fluxū sanguinis mulieris datur cū succo plantaginis, qui succus debet prius duci super lapidem molarem cum lapide hæmatite tamdiu donec in sanguineum colorem vertatur, & cum tali succo distemperata medicina detur; & eadem bombice intincta, & sæpius in vuluam missa sanguinem cōstringit: hoc quidem facit * hæmopthoicis cum tali ordine distemperata, & naribus attracta flu. sanguinarium sistit. Sexta pars confecta est lib. i.*

Recī. cinna. casiæ fist. ana drac. iij. & gr. viij. croci, schænanthi, styracis calamitæ, phu, sileris, hyoscia. apij. dauci, anisi, betonicæ, opij, ana drach. i. & s. & gra. iij. spicæ, folij, castorei, myrrhæ, lapidis hæmati. sang. dra. coralli rub. mumiæ, costi, boli, charabæ: symphiti lemnias, asari, acori, corticis mandra. polij, baccarum lau. meu, macropi. leucopi. petrosę. ana drach. s. mellis quod sufficit. dosis eius est drach. iij. cum succo plantagi. propinata lientericis, dysentericis, & ad diarrhœam valet. *Summa medici. ad resti. ij.*

Athanasia. Athanasia dicitur immortalis, quia hominem ab impetu mors liberat; facit ad dolorem capitis factum a rheumate, data cum decoctione olibani præcedente generali purgatione contra dolorem oculorum, tunc debent pilulæ de athanasia formari cum puluere olibani, & teneri sub lingua, vt sumositas resoluta petat cerebrū, & cōfortet neruos eius, & fluxum cohibeat. fiat emplastrum ex athanasia, mace, & olibano, & albumine oui, & fronti, & temporibus apponatur.

Ad dolorem dētium si fiat vitio stomachi, detur cum

aqua

aqua tepida, quia reprimit fumositatem à stomacho a- E
scendentẽ ad dentes. Si fiat vitiò superiorum fiat emplastrum quod diximus in dolore oculorum. Stomachicis, & cibos non digerentibus non debet dari, licet in antidotario reperiatur, quia aliter a primo inuentore fuit cõposita, quã modo fiat. tunc enim erat satis ca. modo est frí. per species appositas, & temperata sanguinis fluxum cum suc. pentaphylli stringit, vel quod melius est lapis hęmatites cum suc. plantaginis super cutem fricetur, donec succus rubescat, & cum eo athanasia distemperetur, in eo succo bombax intincta sanguis anatropin, ideſt fluxum per subuersionem, anagogen, siue diabrosim ex pectore, vel pulmone, vel hepate cum tussi frigida curat.

Nota triplicem fluxum sanguinis per subuersionem, illum scilicet qui fit per ebullitionem cum petit superiora, & venas abrumpit, & fit fluxus per diabrosim, ideſt per resudationem, per anagogem nota sanguinis omnimodum fluxum, tam per superiora quam inferiora fm diuersitatem membrorum, vnde variandus est modus F
exhibitionis. Si fluit sanguis ex spiritualibus dandæ sunt pilulæ de athanasia, & puluere penidiarum; sed quia sunt constrictiua pectoris tussim incitant. vnde fit maior fluxus sanguinis, statim lenitiua sunt exhibenda, vt aqua decoctionis tragacanthi, gummi ara. liquiritiæ. Si à nutritiuis fluat sanguis danda est cum suc. plantaginis, per inferiora per clysterem injciatur cum eodem suc. fiat etiam emplastrum super vmbilicum, & renes ex athanasia, mastice, olibano, sangui. drac. bolo. & albo. qui cum modico ace. & sale, menstrua contingit cum vino decoctionis verbenæ. Et alius potior vsus in vino decoctionis genestellæ, vel bistortæ, vel succo plantagi. contra suffocationem matricis, non iniecta, nõ ore recepta, sed super carbones ponitur, & fumum per os, & per nares recipiat. habet enim fumum horribilem quem nerui sentientes abominationem concutiuntur, quod motu mouetur matrix ad inferiora. Contra gonorrhœam cum stiptico decoct. bdellij, & castorei; fiat emplastrum ex athanasia, & duobus prædictis cum succo alicuius herbæ stypticæ, & frigidæ, & apponatur pectini, & pudibundis addita acetosta, vel aceto. Contra diabetem cum aqua ros. fiat emplastrum ex athanasia, & sandalis alb. & rub. & ros. suc. lem peruiuæ, & apponatur renibus, & lamina plumbea minutatim perforata superponatur. Omnibus vitijs vesicæ detur cum puluere cymini, vel cinnam. cęliacis cum vino decoctionis olibani, & masticis. Colica cum aqua, in qua tragacanthum infusum sit. Nota quod quando colica passio est de phlegmatico humore viscoso, non debent dari athanasia, si fiat de rheumate, vel calida causa, potest dari dysentericis cum decoctione alipsei, id est gallæ. herba est, quæ iuxta riuos, & in riuis nascitur. Nota dysentericis non est danda, nisi præcedat generalis purgatio myrobalanorum citri. cum aqua rosa. vel aqua pluuiali, sed præcipue debet dari eis, sicut prædictum est de fluxu sanguinis per anagogem. lientericis cum decoctione balaustiæ, præcedente purgatione cum decoctione agarici, polypodij, & interiore colocynthidis. Nota mithridatũ spe H
cialiter cura est lienterico. ℞. aperta, antequam in specialibus confirmentur, valet athanasia cum aqua infusionis traganthi post confirmationem non valet, epithemetur exterius cum succo corrigiolæ, vel semperuiuæ, bonum est, si exterius fit apostema, quia repercutit. his qui venenum receperunt datur cum melle, vt mundificet, cum oleo, vt vomitum prouocet, post vomitum sero detur athanasia cum decoctione aristol. vel dictamni, gentianæ, & tunc vomitus non prouocetur. à serpente, vel animali venenoso morso cũ prædicta decoctione supra morsum cataplasmetur. ℞. cinna. ad fluxum cohibendum etiam confortat casia fist. licet laxet non ponitur hic ad laxandum, sed ad depurandum.

Schænanthi. ca. & sic. in ij. gra. dicitur autem palea camelorum in ægypto, & in arabia, communis est cibus camelo. virtutem habet diure. consumptiuam, attractiuã, ponitur hic propter dolorem dentium, & neruorũ, quia confortat, quanto albius melius, non sophisticatur, cum

ponitur in medicina abijce illud lene qđ est exterius, & fustes, si qui sunt interius, per iij. an. seruatur aqua decoctionis eius, phlegma diuidit, & purgat, styr. cala. phu. se. hyosciami, opij, diximus supra, anisi, apij, dauci. similiter opij, sed nota quod ponitur hic propter vitium Pectoris, & hepatis, & apostema renum, si sanies ibi sit ex aliquo apostema per istam medi. mundificatur.

Spicę, folij, castorei, myrrhæ diximus supra. Nota castoreũ, & apiũ ponitur hic propter gonorrhœã, vt castoreũ sua sic. sperma deficcet, opiũ sua frigiditate cõdenset. Hæmatitis fri. & sic. est lapis qui in transmarinis partibus inuenitur. præterea propter fluxũ sanguinis vndecũque fit diu seruatur. lapis iste tritus cũ succo plantaginis, & narib. immissus fluxum sanguinis narium restringit. *Hæmatitis.*

Bolus. fri. est, & sic. in iij. gradu, terra est, quę in armenia reperitur, vnde bolus armenicus dicitur; inuenitur, & in alijs regionibus. ponitur ad quẽlibet fluxum restringẽdũ, eligendus est in colore rufus, qui alterius terræ non habet admixtionẽ, nõ sophisticatur. diu seruatur in cibis, & potibus. datur cum ouo sorbili vetus fluxum sistit. *Bolus.*

Sanguinis dra. suc. est herbę, aliqui dicunt, quod gummi est fruticis, quia fustes cum eo inueniuntur admisti, est frig. & sic. in ij. gra. ponitur hic maxime propter fluxum sang. per inferiora, sed quia sophisticatur, ille debet eligi, qui cum frangitur colorem habet sanguineum, & lucidum in substantia, diu seruatur, puluis eius in cibo, & potu datus stringit sanguinis fluxum. *Sang. drac.*

Charabe, vernix, vel inuernix, idẽ est. gummi est arboris cal. & sic. temperate contra fluxum sanguinis hic ponitur, & sunt tria genera vernicis, crassum, subtile, & confectum cum oleo, & gummi vernicis fit, quo clypeorum pictores vtuntur, & illud non paratur in medicinis quando inuenitur in receptis. charaba crassum est intelligendum, quando smirnix subtile, non sophisticatur. diu seruat. eligendum est in colore clarum. *Charabe vernix.*

Symphitũ, cõsolida maior est, sed proprie symphitũ dr, radix eius ponitur pp fluxũ san. & ventris, & mẽstruorũ, eligendũ est habens substantiã non leuem, non perforatã per v. an. seruat. puluis eius datus in cibis valet cõtra fluxum ventris, suppositus cõtra fluxum menstruorum; fomentatio de ipsa herba valet contra retent. menst. *Symphitũ.* G

Lemnias, ideſt auripigmentum, ca. est sic. in iij grad. virtutem habet attrahẽdi, & consumendi, & est vena terrę in Græcia, & in occidente. eligendũ in colore clarum, quod cum frãgitur inuenitur foliatum illud bonum est. Illud autem optimũ est, quod est clarum, & minutum, non sophisticatur. ponitur hic propter vitia capitis, & pectoris, vt eius caliditas repugnet frigiditati opij, per multũ tempus seruatur. Puluis eius missus cum tapone sparreno multum valet inueteratæ serpigini si locus serpigninosus aqua ca. lauatur, deinde prædicta confectio superponatur aliquãtulum ibi dimittatur, post auferatur, quia multum astringit, nec patiẽs potest tolerare diu, & post, locum ablue, sic igni impone, & aufer per interualla, donec serpigo sit mortua, post vngatur vnguentis, vt docetur in chirurgia. scrup. i. auripigmenti datus tussientibus cum ouo sorbili multum valet. Coralli rubei cosli, asari, mandragoræ corticis. Polypodium, ca. est & sic. in ij. gra. virtutem habet extenuandi crassos humor. ponitur hic cõtra vitia splenis, & hepatis. herba est satis communis, subtilis substantiæ. valde contra diuturnam duritiẽ splenis. per an. post seruari. Bacca lauri subtilis est substantię depuratiuę, c. est, & sic. in ij. gra. virtutem habet confortandi. ponitur hic propter catarrhum, & alia vitia capitis, quando inueniuntur baccæ, vel daphnæ coctæ, fructus lauri est ponendus, quando daphnis, vel daphnides folia lauri. Sed quia de fructu diximus de folijs est dicendum, catarrhum, vel coryzam patiens folia lauri cũ rosis coquat, & fumum per os, & per nares recipiat, illam aquam cum nare fugat, ꝙ si catarrhus, vel coryza fiãt ex frigi. loco ro. po. lada. folia laur. in media maij debẽt colligi, & in vmbra deficcari vltra an. non debet seruari Mumia. ca. est & sic. in iiij gra. virtutem habet constringẽdi. ponitur hic propter fluxum sanguinis per inferiora, vel *Eubaphi.* *Baccalauri.* *Mumia.*

superiora,

ſuperiora, & eſt quædam ſuperfluitas, quæ inuenitur in ſepulchris mortuorum, qui fuerint conditi balſamo, vel viridi aloe ſophiſticatur, ideſt intelligendum eſt, quòd cũ frangitur habet ſubnigredinem cum quadam liuiditate, & quia horribilem habet ſaporem, diu ſeruatur. Meu, macropiper, de iſtis ſuperius dictum eſt.

Caſiæ, petroſelini, caſiæ fiſt. cinna ana drach.i.s. & gra.iij. caſtor. myrrhę, lapidis hæmatitis, ſang. draco. mu. coralli, rutæ, coſti, ſymphi. lemnias, acori, corticum man dr. polij, baccarum lauri, meu, macropiperis, leucopi. petroſe. ana drach.s. mel quod ſufficiat. conficiatur, vt dictum eſt. caſia fiſt. reſoluatur in cacia, & ſi ponatur vltra tres annos nil habet efficaciæ. doſ. eius eſt drach.iij. Nota hic opiata. per iij. an. ſeruantur.

Euangelon, id eſt nuntium bonum, datur patientibus acutas feb. cum ſyrupo vio. vel aqua frig. datur tertianarijs, & duplici tertianæ cum duobus ſcru. aut tribus boni rhabar. vel cum aqua tepida, diſtemperatum, & bibitum mirabiliter medetur, & datur contra caligině oculorũ patientib. ex fumo choleræ rubeę, vel ex acuta feb. hepaticis, itẽ ericis datur cum ſuc. ſcariolæ, vel fœ. aut cũ decoctione capil. ven. viij. pars confecta eſt lib.ij.

Rec. myrob. citri. chebu. cort. ana drach.ix. indorum, drac. vij. ſem. portulacæ, violarum, ſcariolæ, ana vn.5. bel liri. emblici, ana drach.i. & gra.vj. maſticis drach.ij. & ſcru.i. tamarindi. vnc.iij. floris nenupharis, berberis, been rubei rhabarbari: ana drac.i. & gra.iij. medullæ caſiæ fiſt. vnc.iiij. Conficitur ſic, in duobus lib. aquæ pone ſyru. viol. vn.5. & bulliat, donec aliquantulum coloretur aqua; poſtea ab igne deponatur, & coletur: de eadem aqua accipiatur, quod ſufficiat ad abluendum caſiam fiſt. & tamarindos: cola per caciam, & cum alia aqua addatur lib.i. & 5. zuc. & bulliat vſq; ad aquæ conſumptionem, poſtea addatur lotura caſiæ fi. & tamarindo. & iterum bulliãt ad ſpiſſitudinẽ. Si vis probare ſi coctũ ſit ponatur ſuper marmor, & ſi adhæreat quaſi mel coctũ eſt, et tunc ab igne deponatur, & aliquantulũ infrigidari permittatur, deinde ſupradictarum ſpecierũ puluis ſuperaſpergatur, & cũ ſpatula agitetur, donec incorporetur, doſis eius eſt dr.iij. vt ſuperius dictum eſt, ſero, et mane cum aqua tepida datur.

ADDITIO.

Euangelon interpretatur nuntium bonum. datur patientibus febres acutas cum ſyrupo violato non pro minoratione materiæ, ſed pro eradicatione. per febres acutas intellige hic tertianas continuas; vel cauſon, vel cum aqua frigida, vel tepida diſtemperatum, & bibitum datur tertianarijs, vel duplici tertianæ. tertianarijs quidem veris, vel nothis, ſimiliter, & duplici tertianæ veræ, vel nothæ. Datur etiam patientibus caliginem oculorum, id eſt tenebroſitatem ex fumis choleræ rubeæ, vel ex acuta febre. datur hepaticis, hoc eſt dyſcraſiam calidam hepatis patientibus, & ictericis ex cholera rubea cum ſucc. ſcariolæ, vel fœni. ac cum decoctione capil. veneris. quia omnia iſta ſunt deoppilatiua. Iſtud electarium non habent in vſu, & ſi bene inſpexeris, parum differt à tryphera ſaracenica quo ad intrantia, & quo ad effectus, & proprietatem, & ideo ipſa tryphera ipſius Nicolai vtuntur medici Galliæ ad caſus ſupra ſcriptos, & non hoc elactario.

Simplicia hic declaranda pauca ſunt, quia ſatis nota, & alibi pluries declarata. Aliquæ tamen diuerſitates in confectione præſentis electarij apud diuerſos reperiuntur. Et primo apud aliquos reperitur. Recip. myroba. citrino. cheb. corticum, an. drac. vij. indorum drach. viij. apud vero nonnullos reperitur. Recip. myrob. citrino. chebulorum, corticum, & indorum, ana drach. vij. ſed primus ordo mihi melior videtur. Secundo apud aliquos reperitur circa finem caſiæ fiſt. vnc. iiij. ſyru. viol. vnc.s. conficitur ſic. in duabus lib. aquę. vnc.i. & s. vio. bulliat, donec aqua aliquantulum coloretur, &c. In aliquibus vero reperitur in duabus lib. aquæ pone ſyrup. viol. vnc.s. & bulliat donec aliquantulum coloretur, &c. Et primus modus mihi videtur rationabilior. Item aliqui textus habent flores nenupharis &c. Alij nymphæę, & eſt nymphęa apud Serapionẽ nenuphar, & ſic idem eſt, de quo Ianuenſis in ſynoni. nymphęa Græce, nenuphar Latine, & vocatur ſic a nymphis, quæ vocabantur Deæ fontium; ipſum namque non niſi in aquis naſcitur, falſi herbolarij, qui ſe omnia ſcire fatentur, neſcio quam plantam in vineis naſcentem pro nymphęa tradebant. Dioſcor. Nymphęa ſiue, vt alij, cacabus veneris, i. papauer paluſtre, ſiue, vt Latini alga paluſtris, naſcitur in aquis ſtantibus, vel locis non cultis, & aquoſis, folia habens ſimilia ciborio, ſed minora, & oblonga altius ſuper aquam proferens caput, multa capita infra aquam habens ex vna radice, flos eſt illi albus ſimilis lilio cum paruo pallore, ſemen habẽs in medio croceum, ſed cum efflorierit rotundũ efficitur, ſicut mala maciana; aut capita miconis, in quo ſemen nigrum inuenitur latum, & ſpiſſum, in guſtu argilloſum, haſta eius lenis, & non craſſa eſt, & nigra, eſt ſimilis ciborio, radix eſt nigra, & aſpera, & nodoſa, & in autumno ſiccatur; hæc ille. Summa medi. præſentis electarij eſt res. xviij.

Antimoron. i. contra mortẽ, quod cephalalgicis, lethargicis ſtomachicis, iſchiaticis, podagricis, & de matrice laborantibus, diſcoloratis, & nephriticis, & omnibus qui de tenui, aut viſcoſo phlegmate affliguntur, & his qui cibos non digerunt. phlegma, et choleram purgat, & aquoſos humores cum ventoſitate. octãa pars confecta eſt lib.i.

Rec. aloes, drac.v. & 5. & gra.vi. caſiæ fiſt. drac.i. & gra.vi. & 5. marathri, maſti. an. ſcr.ij. gra.v. croci drac.5. aſari ſcrup.ij. & gra.v. & xylobal. ſcr.i. & gra.ij. & 5. cinna. ſcru.ij. & gra.v. ireos, drac.i. aron, dragonteæ, ana. ſcrup.i. & gra.ij. & 5. agarici, colocynthidæ, nitri, euphorbij, caſtorei, ana ſcrup.ij. & gra.v. alexandri. apij, petroſe. ana ſcrup.ij. gra.v. ellebo. nig. drach.5. diagridij, cocognidij, ana ſcrup.ij. gra.v. mel quod ſufficit. datur in modum caſtaneæ in ſero cum aqua calida.

ADDITIO.

Antimoron, id eſt contra mortem: Iſtud electarium quod a Nicolao deſcribitur valet ſecundum eum cephalalgicis, hoc eſt dolorem capitis patientibus. Lethargicis, & eſt lethargia apoſtema frigidum poſterioris partis cerebri. Stomachicis; ſunt enim ſtomachici ex facili cauſa dolorem ſtomachi patiẽtes. Iſchiaticis. eſt quidem iſchiatica paſſio dolor iſchiæ, vel anchæ, quamuis aliqualis ſit differentia inter dolorem anchæ, & iſchiæ. Podagricis, & eſt podagra dolor, vel gutta pedum. Et de matrice laborantibus, ſiue ſuffocationem, ſiue præcipitationem; vel aliquem alium morbum ex vitio humorum præcipue phlegmaticorum. Diſcoloratis, propter oppilationem factam in venis ab humore iam dicto. Nephriticis. eſt enim nephreſis dolor renum propter calculos illic generatos. Valet generaliter iſtud electarium laxatiuum omnibus illis, qui de tenui, aut viſcoſo phlegmate affliguntur, & his qui cibos non bene digerunt propter lubricitatẽ ſtomachi. phlegma, & choleram purgat, & humores aquoſos, vt in hydropicis, præcipue in aſcite cum ventoſitate, in qua ſpecie humores aquoſi ſuperfluunt cum aliqua portiuncula ventoſitatis.

Aliqua ſunt in præſenti electario ſimplicia declaranda. Primum eſt aron, id eſt pes vituli, ſiue draguntea minor. in præſenti electario ambæ ingrediuntur, maior ſcilicet, & minor, & alio nomine vocatur iarus, vel barba aron, vel pes vituli. Secundum ſimplex eſt draguntea, quæ ſecundum Dioſcor. colubrina, vel viperina dicitur, & ſecundum Meſ. in ſuis ſimplicibus luſ, ſiue ſerpentaria maior, ſiue collum draconum. Ambæ radices vſui medicinæ competunt, vt ſatis patere poteſt hic. Tertium ſimplex hic declarandum eſt nitrum, quod eſt ſal indus ſecundum compoſitorem, ſecundum Serapio. in

cap.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0867-3 DFG

cap.de baurach,nitrum est aphronitrum, siue spuma nitri. Dioscor.de nitro capitulum fecit, de quo dicit, quod eligendum est leue, & colorem rubeum habens, aut album, & est baurach armenum. Quartum simplex est Alexandrum. i.olixatrum, siue apium Macedonicum. Quintum simplex declarandum est coccognidiū, quod est semen chamæleæ, vt dicit Dioſco. in c.de chamælea. Alexander iatros cap.de hydropisi ait, chamælea. vnde coccognidium colligitur, & est lacticinium folij oliuæ habens similitudinem. Et sic est secundum veritatem, quod coccognidium folia habet sicut folia oliuæ. Summa medi. est xxiiij.res.

ANtidotum, idest contradatum: hæmagogum, idest sanguinem menstrualem ducens, valens ad multas mulierum passiones, matricē, quæ non vsu purgatur, purgat, mirabiliter, menstrua educit, & fœtum in vtero occidit, & postea extrahit, & post partum, quę non sunt purgat, & ad salutem perducit: petram in vesica rumpit, & purgat, vrinam mouet: stranguriā sanat hepatis emphraxim curat, scirrhosim in splene sanat, & ad omnia interiora magnum bonum facit, & ad stomachi indigestionem, & eos sanat, qui colicam patiuntur: nephriticis prodest, qui autem hoc habuerit, sanitatem obtinebit, vel aliquādo hæmorrhoidas prouocat, viam totius corporis aperit, & fœtum mortuum, & secundinam educit, & vesicam purgat, stomachum calidum facit, ventositatem cōsumit, vomitum compescit: tamen in mulieribus nihil operatur fortius ad omnia, quæ illis sunt vtilia, propter quod cauendum est à patientibus hæmorrhoidas, aut fluxum vētris, aut dysenteriam. oct aua nonę pars confecta est lib.i.

Rec. asari, acori, amomi, sem. atriplicis, marathri, an. drac. i. & gra. vi. anisi scrup. ij. aristo. lon. arthemisiæ, casię fist. ana scrup. ij. & gr. xiiij. centaureæ minoris. scrup. i. & gra. vij. centaureæ maioris, dauci cretici, ana scrup. ij. elleborі ni. scru. i. foliorum lauri, scrup. i. & semis. & gra. iij. liquir. drach. i. & scrup. i. lupini, drach. duas, melanthij, scrup. ij. myrrhæ scrup. i. & gra. iiij. orobi, scrup. i. styptеriæ, scrup. ij. macedonici, scrup. ij. & gra. xiiij. pyrethri, scrup. ij. & gra. xiiij. piper. drach. i. & scrup. ij. & gra. vij. sem. rutæ scrup. ij. & gra. xiiij. spicæ scrup. ij. & gra. xiiij. puleg. scrup. i. & gra. xiiij. pœoniæ scrup. i. & gra. vi. cyperi scrup. i. sinom. scru. ij. schoenanthi, scru. i. & gra. xiij. garyophyl. scrup. ij. & radicis capparis, cymini, ana dra. i. apij, sabinę. ana scrup. ij. & gra. xiij. xylobal. scrup. i. & gra. iiij. mel, quod sufficit: datur in modum auellanæ maioris cum aqua post balneum, si cum febre est: si vero sine febre, cum vino aut mulso dabis.

ADDITIO.

Antidoton, id est contradatum, hæmogogum, idest sanguinem menstrualem ducens. Et dicitur hæmagogum ab hæma, quod est sanguis, & ago, quod est duco, quasi ducens sanguinem menstrualem. Alij dicunt, quod dicitur ab hæma, quod est sanguis, & rheos fluxus, & ideo dicitur * hæmorosagia. Hoc antidotum apud aliquos interdum in vsu habetur, respicit proprie membra naturalia, & propagationes proprie mulierum. vnde datum cum decoctione calamenthi, & arthemisiæ educit mirabiliter menstrua, & fœtum mortuum. Datum cum decoctione aristolochiæ longæ, mundificat puerperas, & interficit fœtum, & expellit secundinam. Datum cum decoctione saxifragiæ, & acori, frangit lapidem, & expellit ipsum. Datum cum decoctione diureticorum confert hepaticis oppilatis, prouocat vrinam, & sanat stranguriam, & nephtesim. Datum cum decoctione tamariſci, confert spleneticis induratis. Datum cum decoctione muschatæ, & galangæ, confert in digestione stomachi ex frigiditate. Datū cum vino decoctionis mentæ, retinet vomitum ex frigiditate, vel indigestione. Datum cum decoctione asari educit phlegma fortiter. Datum cum decoctione rutæ, & anisi confert colicæ ex ventositate, vel phlegmate. Vsus eius in mane conseruat sanitatem, maxime in complexione frigida. tamen nocet patientibus hæmorrhoidas, vel mēstrua. Simplicia hoc antidotum componentia fere omnia iam satis declarata sunt, tamen de aliquibus dicemus. Et primo de casia fist. dicunt doctores, quòd hic per casiam fist. intelligere debemus casiam ligneam, quod satis videtur consonum, si naturam antidoti bene consideraueris. tempore enim antiquo vocabant casiam ligneam casiam fistulam, vt vult Ianuensis in synonymis quod apparet, nam Cassius fœlix ca. de ægritudinibus stomachi in picta Gal. vbi alij casiam ligneam scribunt, ipse scribit fistulam simpliciter; similiter in quampluribus confectionibus antidotorum in antidotario vniuersali, quæ nec laxatiua sunt, nec casia fi. competere videtur ex suis proprietatibus, casiæ fist. inuenies, & ligneam intelligere debemus, sicut in athanasia, & in alijs multis antidotis antiquis de Græco translatis. Secundum simplex de quo dicetur hic est melanthium. i. gith. Dioscor. de melanthio capitulum facit. Sed apud Serap. est nigella. Et si legis capitulum de melanthio apud Dioscor. cum capitulo de nigella apud Serap. videbis quod idem sunt. Species vero nigellæ secundum modernos sunt duæ, vna habens semen citrinum cum odore prioris, sed forma est, vt semen porri, & ista est illa, quæ debet poni in præsenti antidoto. Tertium simplex est stypterium, id est alumen Dioscori. Stypterium omne in metallis ægyptiacis inuenitur; est vero stypterium scissum à terra ascendens, sicut flos, nascitur in locis mollibus, sicut in Macedonia, Hierapoli, & multis alijs locis. Sunt vero species eius multæ aptæ vsui medicinæ. est autem rotundum stypterium, est & sciſſum, est & liquidum eligendum; est vero sciſſum recens, & niueum valde, quod aer, aut aura rapiat. Hoc stypticum est valde, & fine lapide separans se sicut capilli albi, vnde dictum est trichitis, hoc in ægypto nascitur. inuenitur etiam lapis similis illi, quo facile adulteratur, sed gustu intelligitur, quia non est stypticum. est vero rotundum, quod multi manibus componunt, sed bonum compositione facile cognoscitur. Eligendum est quod ex natura sui compositum est pompholigi simile, & album, & stypticum valde, & paululum subuiride, & pingue, & sine lapide, & fragile, liquidum verum stypterium eligendum est limpidum, & lacteum habens vnum colorem, & iunctum sine lapide, & grauem odorem, & igneum habens. Est igitur stypterium species aluminis, quæ secundum Dioscor. sunt multæ, tamen tres sunt species, quæ necessariæ sunt in medicina, & sunt propria alumen iamenum, id est sciſſum quod alumen de pluma a vulgo dicitur, & est rotundum, quod zuccharum vocatur, & est liquidum quod dicitur alumen de rocha, siue lipparium, & sic secundum Matthæum syluaticum de alumine sciſſo hic intelligitur, quod aliter iamenum vocatur. Alia pro nunc satis nota relinquuntur. Summa medic. est res. xxxvij.

BLanca dicta est quoniam albos purgat humores, id est phlegmaticos. valet crphalalgicis, & oculorum doloribus, & sanguinolentis tumoribus, & lippis; optime facit contra omnia, quæ turbant phantasiam, rationē, & memoriam: vtilis est tremulosis, epilepiticis, paralyticis. oct aua nonæ pars confecta est lib.i.

Recip. terebinthinæ, opopa. chalbani, assæ, sagapeni, castoreі, antimonij, sulph. bdellij, asphalti, ammoniaci, styracis liquidæ, carnis leonis, diagridij, euphorbij, agarici, interiorum colocyn. ellebori ni. polypo. thapsiæ, pyrethri, schænanthi, peucedani, asari, cyperi: pœoniæ, betonicæ, chamæ. polij, amomi, leuistici, sem. rutæ, sang. drac. ana drach. i. cinna. ga. macis, cardam. anisi, marathri, balsami scr. ʒ. ambræ, gra. v. mel, quòd sufficit. dosis drach. iij. datur cum vino, in quo cocta sit saluia, aut herba paralysis in sero in modum castaneæ.

BLanca triplex est, media, maior, & minor. maiori vtimur. licet in antidotario reperiatur, quòd fit medicina

Summa medi. dici. est res xxvi.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0868-9
DFG

dicina vſualis blanca,& medicina laxatiua. Valet cephalalgicis. Cephalea eſt inueterata paſſio capitis ex frigido humore facta, & fit vitio quandoq; ſuperiorũ,quandoq; vitio inferiorũ ſit ab ipſo cerebro ad digeſtionẽ materiæ, dandũ eſt hyerapicra,vel benedicta,vel etiam aurea: injiciatur per nares, vel pilulæ diacaſtoreæ; & tunc blanca exhibeatur cum vino decoctionis garyoph. vel caſiæ lig. ſi fiat vitio inferiorum.i. fumo aſcendente a ſtomacho, dandum eſt oxymel ad digeſtionem materiæ,poſtea blãca cum vino alicuius odoriferę ſpeciei. Valet oculorũ dolori, & ſanguinolentis humoribus.dolori oculorum valet data cũ aliquo vino odorifero, vel cũ decoctione numuſ. vel caſi. valet, & ſanguineis tumorib. ex calidis humoribus, vt pote cholera, vel ſanguine nõ exhibeatur,ſed videntur aliqui tumores eſſe ſanguinei cum nõ ſint, quia phlegma impellit ſanguinẽ ante ſe, & indigeſtus ſanguis efficit phlegma, & colorat ſecundum ſe; & tunc humor phlegmaticus debet nominari phlegmatica cerebri habitudine, & tunc blanca datur prædicto modo.

Lippis. Lippis, lippitudo ſemper accidit ex phlegmate, & tũc fiãt pilulę de blãca,caſi.& nu.muſ.& olib.& exhibeatur. Valet cõtra oia, quæ turbãt rationẽ phãtaſticã, & memorialẽ. Quidã talib.dant blãcam cũ decoctione anacardi, qđ non laudo,ſed fiat emplaſtrũ de blanca, & gũmoſitate,quę inuenitur intra anacardos,& raſo occipite apponatur,et frequẽter remoueatur,detur blanca cum decoctione alicuius ſpeciei cõfortantis cerebrũ;podagricis,ſpleneticis ſingulariter medetur. podagricis dẽtur pilulæ factæ ex puluere hermodactyl.& blanca,ſpleneticis cum decoctione phylipendulæ,& cum vino decoct.phyli.& tamariſci, fiãt pilulæ de puluere phy. & exibeatur hydropicis cum vino deco. radicum fœn.petroſelini,apij, bruſci, aſparagi.& tereniabin.ca.eſt,& ſic.gum.eſt arboris in Italia naſcentis, circa Brunduſiũ eſt ſatis,attrahit,diſſoluit, propter vitia capitis ponitur hic, ſed balſ.ab ea ſophiſticatur, illa a nullo. aliquando alba inuenitur, aliquando ſubrufa, quæ melior eſt,diu ſeruatur.

Opopa. Opopa.ca.& ſic.attrahit, diſſoluit.gum.eſt fruticis ſecundum Dioſc.quæ dicitur panax, inde opo.i.ſuc.panacis ponitur hic propter ep. apopl. & alias paſſiones capitis,pp paralyſim. Elige in colore clarũ,lucidum,ſed quia ſeutex a quo fluit,tenerę eſt ſubſtantiæ,vix ſine fuſtibus, vel corticibus poteſt inueniri,quia cum fermento ſeparatur a cortice, & frutice;ideo ſecum trahit cõmiſtionem antequam liquefiat coletur, quando ponitur in medicinis; ſuppoſitum ex eo, & oleo muſtellino factum, valet contra menſtrua retenta ex frigiditate.

Chalban. Chalbanum ca.eſt, & hum.gummi eſt arboris, attrahit,conſumit.ponitur hic propter paſſiones capitis, & apoſtemata.non ſophiſticatur, diu ſeruatur.in modũ emplaſtri appoſitum apoſtema ducit ad ſaniem, & cutem attenuat,conſumit.gummi eſt arboris, igneam habet virtutem.ponitur contra paſſiones capitis, paralyſis,& neruorum confortationem. Ponitur in hac medicina Aſa, quæ eſt ferrei coloris,in ſe habẽs terræ admiſtionẽ proijciatur. Eligatur in colore,quæ ſimilis eſt ſagapeno, quãto fętidior,tanto melior. aſa ſuper carbones ponatur, & patiens lethargiam fumum per os,& nares recipiat,& multum confortat paralyticos. ponatur ſub lingua. ſcru.aſę, phlegma attrahit,multum, & cerebrum purgat.

Antimon. Antimonij.ca.eſt,& ſic.attrahit,& cõſumit,cõtra epi. & paralyſim. dicunt quidã, qꝺ eſt metallũ, quod falſum eſt,ſed eſt vena terrę,& artificioſe fit:ſimilis eſt plũbo in colore,& põdere,ſed facilius teritur,quod nõ facit plumbum, nec aliud metallum,niſi comburatur;in trãſmaribus partib.inuenitur,& artificioſe coaptatur,nõ ſophiſticatur. Eligendum eſt in colore lucidum.puluis eius cum aqua roſ. maculã oculi abſtergit, naribus iniectũ ſanguinis fluxũ ora venarũ exurendo conſtringit. diu ſeruatur.

Bdellium. Bdellij ca.eſt et ſic.in ij gra.gummi,eſt,quod vltra mare inuenitur,ſubſtantiã habet glutinoſam,virtutẽ cõſtrictiuã,& attractiuam,ponitur hic propter paſſiones capitis,vt contra operetur elleboro, & diagridio,reſtringẽdo eorũ malitiã gũmoſitate ſua membra reſtringat, vt violentia prędictorum non poſſit libere diffundi. propterea eius pręcipua virtus eſt reprimere violentiã ſpecierũ, cũ quib. ponitur.non ſophiſticatur. diu ſeruatur. Eligendũ eſt craſſum bdellium,conſolidat membra cartilaginoſa.

Aſphaltũ. Aſphaltum ca.& ſic.alio nomine dicitur bitumen Iudaicum,trahit,conſolidat, conſumit.quidam dicunt eſſe venam terræ,alij dicunt quod in lacu Sodomæ reperitur, & fit ex alba, vel nigra ſpuma allidente. ponitur hic propter paſſiones prædictas.non ſophiſticatur.diu ſeruatur. Accipe lacertam viridem abſciſſo capite, & cauda, & ponatur in oleo communi ca. per xl. dies donec putrefiat; poſtea coquatur in ipſo oleo,& addito aſphalto, cera ru.fiat vnguentum valens epilepſiæ paraly.ſi ex eo ſpina dorſi inungatur: valet etiam alopeciæ ex humoris frii. putredine.

Vnguentũ pro epilepticis.

Ammon. Ammoniacum ca.eſt in i.ſic.in ij gra.attrahit, conſumit,relaxat, diſſoluit, & deſiccat.ponitur contra paſſiones capitis.gũmi eſt, vltra mare inuenitur,quod ſi frãgitur, nõ eſt vnius coloris intus. Eligendum,qꝺ habet quędam grana lucida,quæ poni debent in medicina. In vero quando inuenitur cum manibus malaxatur, & vnius coloris, illud abijce; fit optima confectio ex colophonia, maſtice, ammoniaco, arſenico ad pilos tollendos, & faciem limpidam, & rubeam facit, ſicut in libro de virtutibus herbarum habetur, in tractatu colophoniæ.

Styrax. Styrax liquida alio nomine ſigia dicitur, ca. & ſic.eſt attrahit,& conſumit.propter prædictas paſſiones hic ponitur.gummi eſt in Calabria, quanto eſt liquidior,tanto eſt melior; valet ad tineam patientibus ſic præparata. Accipe ſtyracis liquidæ vnc.ij. ammo.ſagapeni,picis naualis, ana vnc.i. in panno capiti tepidum ſuperponito; per triduum dimitte, poſt euelles radices pilorum optime, & ſuperfluam putredinem ibi exiſtentẽ extrahit, & conſumit, depiletur tamen prius cum pſylothro,poſtea ibidem apponatur.

Carn.leon. Carnis leonis.ca.eſt ſic.in iiij gra.calefacit, & neruos confortat propter quandam ſimilitudinem, quam cum neruis habet ſicut caſtoreum, eſt enim neruoſa, valet contra paralyſim, craſſam habens ſubſtantiam.ponitur in hac medicina propter prædictas paſſiones. ſophiſticatur per aliam carnem, ſed dignoſcitur per cutem, & pilos.ſalita, & deſiccata per.v.an.ſeruatur. quidam ſeruant eam deſiccatam ad ſolem ſine ſale.

Diagridiũ. Diagridium calidum eſt, & ſic.licet choleram rub. purget principaliter, tamen ſequens naturam ſpecierum cum quibus admiſcetur, phlegma purgat. de cuius electione, & conſeruatione, & ſophiſticatione, in alio lib. ſufficienter dictum eſt. Sciendum tamen quòd de ea optimum fit ſuppoſitorium acute febricitantibus ſic. Accipe zuccharum, & reſolue ſuper tegulam ca. poſt adde acetum, & coque ad ſpiſſitudinem, poſt ſcammoneam puluerizatam appone,& commiſce, iſta ſuppoſitoria debent eſſe gracilia.de v. vel iiij. ſcrup.ſcammoneæ,poſſunt fieri iiij. vel v.ſuppoſitoria.

De euphorbio agar. Euphorbium agaricum ca.eſt & ſic. ſubſtantiã habet ſubtilẽ,attrahit,& extenuat.cõtra prędictas paſſiones hic ponitur agaricus, ſiue fungus, vel bolus eſt, qui in quadã arbore reperitur. Item inuenitur agaricus maſculinus, & femininus: maſc. ponderoſior eſt, & habet quoſdam nodos interius, & eſt diuerſi coloris, femininus leuior eſt,albus, æqualis,leuis ſubſtantiæ, qui ponitur in medicina.quanto leuior, tanto melior tribus an.durat.

De colocynthide. Colocynthidæ interioris. ca.eſt in iij ſic.in ij.gra.purgat phlegma principaliter,in hac medicina ponitur contra paſſiones capitis,& epilepſiam,& apoplexiam,& paralyſim, fructus qui ſolus in ſua arbore reperitur mortifer eſt. Eligenda eſt pulpa,quæ cum granis hæret cortici, illa non valet, quæ cum frangitur habet grana ſeparata a cortice; tamen ponitur ſuccus fœniculi, & ſcrup.iij diagridij,& ipſius colocynthidę,& bulliat ſuper cineres feruentes, & detur contra quotidianam dephlegmate naturali,vel vitreo.multum confert.

De elleboro. Elleborus niger ca.eſt,& ſic.purgat phlegma principaliter, ſecundario melancholiã, pp prædictã cãm, ponitur hic albus

hic albus elleb. purgat phlegma, niger melãcholiã albus debet poni cũ inuenitur simplicitet. elleb. niger nũquam sine adiũcto, neuter per se dari debet. radix in medicinis ponitur. colligitur in autumno. per tres an. seruatur. Vnguentum fit ex eo ad scabiẽ, quod valde violentum est. ℞. lithargy & pone in aceto per noctẽ, & mane agita fortiter, & adde vnicuiq; lib. vnc. ij elleb. & fiat vnguentũ.

De polypodii. Polypodium ca. est. & sic. in ij. gra. crassæ substantiæ. habet subiecti, virtutem purgãdi principaliter phlegma, secundario melacho. contra prædictas passiones ponitur hic. Polypodium est radix, & inuenitur quandoque cohærens lapidibus, quandoque lignis. illud optimum est, quod inuenitur in quercubus. conteritur polypodium. vnc. iij. fiant pil. ex eo, & farina triti. addito fœniculo, cin. & ouis. detur delicatis cum suo iure ad laxandum.

Nota, polypodium non debet dari sine aliquo extenuatiuo ventositatis, quia multam generat ventositatem.

De thapsia. Thapsia ca. & sic. est in iiij. gra. virtutem habet educendi phlegmaticos humores per inferiora. Secundario melancholicos. thapsia est herba, quæ inuenitur in transmarinis partibus, & Sicilia; quæ ibi reperitur optima est. ponitur hic propter prædicta in vere debet colligi. cortex in medicina tam radicis, quam arboris ponitur, quandoque in parua quantitate apponitur, secure cũ alijs speciebus potest teri, & dari, quandoq; vero in magna quantitate per se teritur: ille qui eam terit liget faciẽ, & manus; & brachia, & crura, & testiculos optime cooperiat, quia nisi ita se præparet inflabitur, quia eam conteret, quòd si contingat eum inflari, inũgatur puleon cum aceto misto. Eligendum est quod cum frangitur, non exoluitur in puluerem. per tres annos seruatur.

De pyrethro. Pyrethri, schœnanthi, peucedani, ca. est, & sic. subtilis est substantiæ, virtutem habet diureticã; alio nomine dicitur fœn. porcinus, radix eius in medicinis ponitur. herba est, vim habet diureticam, ponitur hic propter splenecticam pas. vt. s. medicinam conducat ad locum, vbi continetur medicina, & propter vitia renum, & vesi. in vere colligitur. Eligendum est quod cum frangitur non puluerizatur. per iij. ann. seruatur, melius tamen est, vt singulis. an. remouetur. Vinum decoctionis eius valet calculosis, contra stranguriam, & dysuriã. Asari, cyperi, pęoniæ. cham. pol. amomi, leuistici, sem. sang. drac. quædam istarum ponuntur hic ad confortandum, quædam ad extenuandum ventositatem, quędam ad constringendum, quædam ad laxandum, de quibus superius dictum est. Cinnamo. garyophyl. hæc confortant.

De macis. Macis ca. & sic. est in ij. gra. subtilis substantiæ, confortat, & consumit. ponitur hic contra prædicta, flos est nu. mus. sicut est quidam folliculus, qui continet auellanam, sic & macis continet nucem mus. Eligendum est colore subrufum, in sapore habens acumen cum amaritudine mediam, inter ariditatẽ, & hum. asperitatẽ, & lenitatem mediam, quæ si cõplicetur, cito frangitur, & significatur esse vetus, si fine fractura bene cõplicatur significatur habere sophisticationẽ. Vinum decoctionis eius contra dolorem stomachi ex frigiditate valet. Cardamomum. ani. marathrum ponuntur ad extenuandã ventositatẽ balsami: confortat cerebrum, & consumit eius superfluitates.

De ambra. Ambra ca. & sic. in ij. gra. Ambra super carbones posita valet epilepsiæ, per os, & per nares fumo eius recepto. multum confert febricitantibus, detur cum tepida, non febricitantibus cum vino. subtilis est substãtię, & confortat cerebrum ex aromaticis; reprimit violentiam aliarũ specierum, & est factum ex sperma ceti. nam cum cete concumbit, sperma effluit, & maris siccitate circa littora condensatur, & in ambrã mutatur. in occidente maxime reperitur, cuius duę sunt species, alba, & grisea; grisea melior est quã alba, alba ẽt laudatur. Ambra valet cardiacis, suffumigium eis factũ, epi. & apo. sophisticatur ex admistione ladani, & styracis. Ea ergo nô valet, quæ nigra est, quæ aũt est crassa odore aro. quæ dentib. masticata malaxari potest, eligenda est. diu seruatur. sic cõficitur, species cum gummis debent teri, & puluerizari in tẽpore sicco, & in vna lib. puluerum ponuntur tres mellis despumati.

Nota, quod gummæ cum ponuntur in medicinis debent puluerizari cum alijs, vel resolui ad ignem, vel etiam colari, dos. eius est vnc. ℈. vel, dr. ij. vel ʒ. vel plus ad plus. biennium seruatur in multa efficacia febricitantib. cum ca. alijs cum vino detur. ℞. terebinthinæ, opop. chalbanæ fœtidæ, antimonij, casto. bdellij, asphalti, ammo. styracis, carnis leonis, diagridij, euphor. elleb. ni. interioris colocinthidæ, polypodij, pyrethri, schœnãthi, thapsiæ, peucedani, asari, cyperi, pęoniæ, betonicæ, chamædryos, polij, amomi, leuistici, se. rutæ. sang. dra. ana drach. i. cingaryo. macis, carda. ani. marathri, balsami, ana scrup. ℈. ambræ. gra. v. mel quod sufficit.

Benedicta dicitur, quoniam ab omnibus, a quibus sumitur est benedicta, si detur habentibus infirmitates, cõtra quas inuenta fuit. valet ad guttã, arthreticam, podagricis ex frigiditate, renes, et vesicam purgat. media pars confecta est lib. ij. Reci. turbith, esulæ, zuc. an. dra. x. diagridij, hermo. ros. an. dra. v. cærdi spicæ, zingib. croci, saxifra. marco. amomi, carda. sem. lini, spermatis, petroselini, salis gem. galangæ, macis, carui, fœn. asparagi, bruscі, grauorum solis, ana drac. i. mel quod sufficit. detur in sero cum vino calido ad modum caldaneæ. Summa medici. est ca. 24.

Benedicta medicina est laxatiua, peripneumonicis detur, sed non in principio. neque augmento, nec ante septimum diem, sed in septimo, & aliquando nonum diem expectamus, quandoque quartumdecimum. detur cum aqua decoctionis hordei, tragacanthi, gummi arabici, liquiritiæ, & succis eius. In hac decoctione ablacterantur semen melonis, cucumeris, & cucurbitæ cum vino decoctionis radicis fœniculi, petroselini, asparagi, bruscі, vsu tamen oxymellis præcedente, cum tali aqua benedicta exhibeatur tantum patientibus hepaticam ex frigiditate.

Stomachicis habentibus stomachum distemperatum in frigiditate, ex frigiditate, & alio humore frigido cum vino decoctionis mastichis, sem. fœniculi, petroselini, apij, cymini, & anisi contra ventositatem.

Cephalalgicis, cephalalgia est dolor verus capitis, quandoque continuus, quandoque interpolatus, & fit ex frigidis humoribus in meningas capitis descendentibus. huic confert benedicta cum vino decoctionis garyophyllorum, nucis musc. præcedente iunctione capitis cum vnguento calido. Dolor renum, & vesicæ, si dolor fit ex sanguine, vel cholera, non prodest benedicta, nec aliquod electarium calidum, quia inde posset maior sequi distemperantia, sed quando fit ex frigidis humoribus, detur præcedente vsu diure. vt apij, petroselini, fœn. & consimilibus, detur autem cum vino decoctionis saxifragiæ, granorum solis, filipendulæ. vnde fiant pilulæ cum puluere prædictorum se. & exhibeatur podagricis, arthreticis. Podagra species est arthreticę, quę quãdoque fit ex frigido, quandoque ex calido humore, & tunc non valet, sed specialiter datur his electarium de succo rosarum, quod inscribitur ad guttam calidam, si fit de frigiditate, detur benedicta hermodactylata, apponemus de hermodactylis in triplo quam soleat recipere, iuuenibus omnibus exhibeatur cum aqua calida, Senibus, & frigidis natura cum vino calido, hæ sunt laudes ab auctore præmissæ. Experimento didici multum valere iliaco dolori, & colico. sic exhibita, fomentetur patiens de aqua salsa, & dulci secundum ventrem, & renes, & illa in aqua coquantur mercurialis, malua, senationes, in colatura resoluatur benedicta, & addito modico melle, & oleo, & succo mercurialis per clysterem injiciatur, & sic cũ egestiones emiserũt, secure detur benedicta per os, & diamargariton mista, ita quòd duæ partes sint de benedicta, tertia de diamargariton. si autem per clysterẽ non assellauerit. nullo modo detur benedicta per os. ℞. turbith. cal. est & sic. in iiij. gra. radix est, quæ in transmarinis partibus inuenitur, virtutem habet attrahendi, dissoluendi, & expellendi phlegmaticos humores, propter omnes fere prædictas passiones, ponitur præcipue

cipue hic propter podagram, & arthreticã. Eligenda eſt perforata non continua, circa mediũ foraminis aliquantulum gummoſa, nigra in cortice, alba in foramine, plus valet gracilis quam craſſa: inſpice ſubſtantiã, ne ſit in minutis foraminibus perforata, quod ſi eſt, ſigna vetuſtate conſumpta, ſi inueniantur frondes interius, abijciantur, & ſic in medicina ponatur. per quinque annos ſeruatur. Vinũ decoctionis eius confert arthreticis, podagricis, de turbith acuitur medicina, ſicut hieralogodion, & quædam alia, quæ competenter in quantitate. ſcrup.iiij. debent poni, carnem mortuam conſumit, & corrodit. Zucchari temperate ca. & hu. plus tam hu. quam calidum. ponitur hic, vt reprimat malitiam aliarum ſpecierum. ſit autem zuccharum de canna mellis vltra mare in Hiſpania, & Sicilia. Elige valde dulce, & album interius, & exterius. aliquando apothecarij de illo rufo zuccharo, quod interius reſidet, quod mel zuccharinum dicitur faciunt zuccharum cum eo. cõficiunt medicinas ſuas, quod omnino cauendũ eſt, quia melius eſſet mel. per multum tempus ſeruatur ita tamen quod ad ſolem ter, vel quater in menſe exponatur, & in loco frigido collocetur.

Diagridiũ ca. in iiij. gra. licet diagridiũ choleram purget naturaliter, hic tñ ponitur pp arthreticã, & podagrã, quia ſequens virtutẽ electarij purgat phlegma præcipue.

Hermodactylus ca. & ſic. in iij. virtutem habet attrahendi, & purgandi phlegmaticos hu. herba eſt, in cuius radice tuberoſitas quædam inuenitur, quæ in medicina ponitur. in vere debet colligi, & ad Solem aliquantulum exiccari, & poſtea in vmbra ſuſpendatur integra non perforata, quia facilius corrumperetur. poſſunt autem ſeruari plus. hermodactylus in modica quantitate datus multum cõfert arthreticis, ſuper cibos aſperſus. ʒ. Roſarum, garyophyllorum, ſpicæ, zingib. coſti, ſaxifrag. macropiperis, amomi, ſeminis li. ſalis gem. ca. & ſic. duplicis manerici dicitur, ſcilicet ſalſum, & dulce, ſal gemma dicitur cretale, & eſt lapis ſal gemmæ, ſalſum habet virtutem attrahendi phlegma. non ſophiſticatur, in trãſmarinis partibus, & in iſtis inuenitur copioſe, & eligendum eſt in colore liquidum, in ſapore ſalſum, per multum tempus ſeruatur. puluis ſalis gem. & ſalis communis, & aromaticarũ ſpicierũ ſuper cibos aſperſus multũ valet arthreticis.

Puluis pro arthreticis.

Galangæ, carui, macis, marathri, aſparagi, bruſci, ſemẽ herbæ calidæ, & ſic. virtutem habet diureticam. ponitur hic propter vitia renum, & veſicæ, vt medicinam educat vſq; ad renes, & vſque ad vrinales meatus, & ad inferiora. quando reperitur, aſparagi, & bruſci ſimpliciter apponendum eſt ſemen ad pondus drach. gra. ſolis.

Lapis lyncis Lynx.

Lapidis lyncis; ca. eſt, & ſic. virtutẽ habet diureticam.

Lynx animal eſt cuius vrina cum mingit in terra conglobatur, & in lapidis eſſentiam tranſmutatur. non ſophiſticatur, quia plurimum de eo reperitur.

Grana ſolis.

Grana ſolis, frigida ſunt, & ſic. virtutem habent diureticam. ſemen eſt cuiuſdam herbæ, quæ in fine autumni colligitur. diu ſeruatur. Vinum decoctionis eius confert ſtranguriatis, conficiatur ſic. ſpecies puluerizentur præter ſcãmoneam; hæc autem per ſe puluerizanda eſt, quæ cum ſit genus lactis coaguletur cum pulueribus alijs, & etiam ipſa non eſt terenda, vt aliæ ſpecies, ſed eſt molenda. Hermodactyli duplicandi ſunt, & puluis eſulę miſcendus eſt cum puluueribus. ſi vis eam acuere cũ eſula, ſiue ſcammonea, appone puluerem ſcammoneæ cum melle deſpumato, & ponderato, & impone pulueres ante paulatim. Vltimo appone puluerem zuchari. per xv. an. ſer. & dentur inde. drac. iij. in mane, vel veſpere cum calida, benedictæ medietas. drach. ij. ʒ. turbith, eſulæ, zuc. ana drach. x. diagridij, hermodactyli, roſ. an. drac. v. garyo. ſpicæ, zingib. croci, ſaxi. macropi. amomi. ſe. lini, ſalis gem. galan. macis, carui, fœni. ſpara. bruſci, ſe. granorum ſolis, ana drac. i. col. mel. quod ſufficit detur in ſero in modum caſtaneæ cum vino calido.

Benedicta probata arthreticis, podagricis, paraliticis, nephreticis. Recip. pyrethri, ſpicæ, piperis albi, & nigri ana drach i. lilij ſiluatici. hermodactyli, ana drac. i. & ſ. turbith. drach. xx. ſcammo. vnc ij. zucch. vnc. i. & ʒ. A oxym. vnc. ʒ. mel quod ſufficit, da in modum nucis maioris cum cali.

Confectio aliptæ muſ. alipta, i. miſtura, valet pueris. patientibus aſthma, & conſtrictionem pectoris: & etiam non valentibus lac retinere. fit inde optimum fumigium, & odoriferum, quo vtuntur apoſtolici; & imperatores in capilli ſuis, & intrat in precioſiſſimis medicinis, & electarijs.

Recip. ladani puriſſimi, vnc. iij. ſtyracis ca. optimæ vn. i. & ſ. ſtyracis rub. vnc. i. aloes optimi drach. ij. amb. drac. i. camphoræ, ſcrup. i. ſ. muſchi, ſcrup. ſ. aquæ roſ. quod ſufficit. Confice ſic. In diebus caniculatibus pone ſtyracem calam. & ſtyracem rubeam, & ladanum in catino ad Solem cooperto cum pãno ſubtiliſſimo, ne puluis poſſit attingere: & cum mollificata fuerint ad Solem, pone in mortario æreo calefacto ad Solem cum piſtillo ferreo ſimiliter calefacto, & fortiter inſimul conteratur, donec ad nigrum deueniant colorem. poſtea addes puluerem ligni aloes, & inſimul fortiter contere, & camphoræ ſimiliter: poſtea contere muſchum in tribus vnc. aquæ roſ. & de hac aliquantulum madefac marmor prius bene lotũ, & calefactum ad Solem. & accipe drach. i. cum tabula planiſſima de eadem aqua madefacta. ſuper marmor diu agitetur, donec ad ſubtilitatem iunci deueniat: hoc modo facias ſuper marmore madefacto, & tabula de eadem aqua ſupradicta: & cum repoſueris ſuperaſperge de illa aqua videlicet, & ſup. diximus.

ADDITIO.

Cõfectio aliptæ, i. miſturæ dictæ muſchatæ, quia muſchus intrat. ſuffumigatio eius accelerat partum ponẽdo vnum ex trochiſcis eius ſuper prunas odorãdo fumum, confert etiam hoc modo ad brãchos, & ad coryzam, & ad catarrhos ex frigida cauſa; etiam valet aſthmaticis, & conſtrictioni pectoris ex frigida cauſa in eo contenta. Cum eadem etiam fit ſuffumigatio, quia iuuantur apopletici. nobiles aromatizant capillos ſuos, ſuffumigando cum ea quolibet mane. Tranſglutiendo etiam ex ea tres pilulas confert proſtrationi appetitus ex debilitate ſenſus ſtomachi, & conforrat ſtomachum; ſimiliter oblata cum lacte confert paruulis nequeuntibus lac retinere. Simplicia quæ hanc componunt confectionem ſatis nota ſunt, pro nunc de duobus tantum dicetur, hic primo de ladano, dictum eſt ladanum ab illa herba, vnde colligitur, quam in Cypro ladanum vocant ſecundum Serapio. ex auctoritate Dioſcor. & fortius ex ladano eſt illud, quod eſt boni odoris, coloris vergentis ad virorem ſub molli tactu, & quando malaxatur adhæret manibus, & non eſt in eo zabulum, & non aſſimilatur reſinæ pini. & fit in terris Arabum. Auic. laudat illud quod eſt pingue, ponderoſum, boni odoris, & quod ad citrinitatem declinat. Secundum ſimplex, eſt ſtyrax rubea, quæ ſecundum compoſitorem eſt confecta rubea, apud eundem eſt cozumbrum, ſiue thus Iudæorum, & ſic eſt cozumbrum, vel ſtyrax rub. eſt thymiama. & eſt fæx ſtyracis liquidæ; non enim eſt ſtyrax calamita, vt dicunt quidam. in hac confectione poſſumus verificari, quod eadem non ſunt, quia Nicolaus in præſenti confectione habet ſtyracem calamitam, & ſtyracem rubeam. Summa medi. iſtius confectionis eſt res viij:

Confectio gallię muſcha. quæ intrat in precioſiſſimis medicinis, & electarijs. Recip. maſtic. vnc. ij. & gummi, vnc. i. campho. ſcrup. i. hæc autem bene terantur ſubtiliſſime, cribrentur, & trochiſci inde fiant cum aqua roſa. & ſiccentur ad vmbram, & poſtquam fuerint deſiccati, terantur ſubtiliſſime, & miſceatur cum iiij. vnc. olei ſambu. bulliti, & colati medietatem; deinde miſce cum ſpeciebus iſtis bene tritis. Recip. cinnam. garyoph. nu. muſc. ana vnc. ſ. & omnibus iſtis commiſtis, & bene manibus malaxatis, fiãt trochiſci in medio concaui,

eaui,& cum sigillo sigillati ad pondus.i. drach. & s. & postea iungatur cum aqua rosa.cum musco.

ADDITIO.

Confectio galliæ musc.dicitur,eo quod recipit muscũ, eal.est, & sic.& styptica.confortat membra,carnẽ stringit. Tentio vnius pilulæ ex ea in ore inter dentes molares palliat optime fœtorem oris,& data cum bdellio, & sanguine dra.& chatabæ,confert sputo sanguinis, posita in electuarijs,vel in aliis medicinis cordialibus, vel odorata cõfert syncopi,& cardiacæ. Data cum aqua rosacea, infusionis garyophyllorum recuperat spiritus. Data cũ decoctione garyo.& nu.musc.confert stomacho læso, materiam frigidam consumendo infusa in vino aromatico. & odorata confert bolismo non calido. data cũ vino decoctionis garyophyl.retinet vomitum materiam consumendo. data cum vino decoctionis masticis confert ad fluxum ventris ex lubricitate stomachi causatum; bibita cum succo rutæ, confert suffocationi matricis. Hæc confectio intrat in medicis preciosis positis in antido ipsius Nicolai,quia Mesue in proprio antido.habet similiter vnam confectionem gallia musc.quæ intrat int medici nis preciosis ab eo descriptis. Et dicuntur de gallia secundum aliquos a quadam prouincia sic nominata. Alij dicunt quod dicuntur à quadam herba sic nominata, quæ est odorifera. Serapio facit capitulum de gallia, & dicit, quod est such. Simplicia hanc confectionem componentia satis nota sunt. Summa medi. est.ix.res.

Gallia vnde.

Confectio neræ ita fit.Re.amb. Orientalis,vel Occidentalis vnc.i.ligni aloes optimi.vnc.iij.musc.scrupu.s.campho. gra.s. Conficiantur sic. Inueniatur caciola ad modum caciæ,qua colatur syrup.vel mel,non tamẽ perforata,& ibi apponatur ambra,et super prunas liquefiat, & liquefacta ab igne deponatur, & postea lignum aloes pulueriz atum subtilissime admisceatur.deinde addatur muscus diligenter malaxando cum manibus, & ad vltimum camphora,tamen vna quaque re per se pulueriz ata. postea diligenter malaxando cum manibus extrahatur,super concham æneam concauam,& sigillatam extendatur, & cum infrigidatum fuerit inde extrahatur,& frustatim incidatur. Valet dolori matricis si mulier per inferiora fumum recipiat. & est preciosius incensum,quod inter cætera reperitur. valet etiam satis ad concipiendum.

ADDITIO.

Nera vnde.

Confectio neræ dicta sic ab inuentore. est incensum preciosius,quod inter cætera reperiatur. Nam quãdo ponitur supra carbones ante oculos, suffumigatio, confert principaliter syncopi,eius etiam suffumigatio,& assumptio conferunt valde in dolore matricis frigido,mẽstrua prouocat, matricem confortat, & iuuat ad concipiendum. Simplicia hanc confectionem componentia satis nota sunt; dicemus tamen hic de ambra, quia pro basi hic habetur.

Ambra.

Ambra secundum Serapio.nascitur in mari, & generatur in eo, sicut generantur species fungorum in terra, & quando mare turbatur,ejicit a fundo eius lapides magnos,& cum eis eiicit frustra ambræ. Auic.in ij.can.ait. Ambra secundum quod existimo est manatio fortis in mari.illud vero, quod dicitur quod est de spuma maris, aut ex stercore animalis maris,longinquum est. Electio, melior est grisea fortis ase leheti, deinde varia, post eam citrina,& deterior est nigra. Multoties assumitur ex ventre piscis,qui eam comedit,& moritur. Circain stans ait, ambra,i.spuma, Ceti.i. Balenæ; non est ergo gummi,vt quidam dicunt,nec est spuma, nec est stercus animalis, nec est iecur piscis,vt quidam mercatores dicunt. Auerrois in v.colliget ait ambra est vna de speciebus camphoræ,quæ oritur in fontibus maris,& natat super aquã maris. Et fm compositorem melior est, quæ in mari Orientali,vel Occidentali reperitur. Summa medici.est res.4.

Catholicon valet hepaticis, splenèticis datur in acutis, & peracutis,quia mollificat, digerit,& confortat. Re.sennæ bene mundatæ,casiæ fi. mundæ,tamarindorum ana vnc. viij. rheub. violarum, polypo. anisi ana vnc.iiij.liq.mundæ, peni.candi. ana drac. iij. quatuor se. frigidorum munda. vnc. i. Accipe iterum lib.i. polyp. quercini,& tere modicum,et in aqua diutissime decoque, & ex colatura fac syrupum cum lib.viij.zuc. In parte autem colaturæ distempera casiam, & tamarindos,& in fine decoctionis syrupi pone, deinde confice electarium imponendo pulueres aliorum. & dosis eius est ab vnc. s. vsque ad vnc.i.

ADDITIO.

Istud electuarium apud aliquos puta modernos reperitur scriptum in paruo antidot. Nicolai, tamen in antiquis codicibus non reperies scriptum. Et dicitur Catholicon id est vniuersale, eo q̃ omnes humores educit leniendo absque nocumento,vel quia indifferenter omnes humores euacuat incolumiter; febrientes etiam, & non febrientes.potest omnia, quæ possunt cæteræ medicinæ simplices,& est medicina familiæ: Educit enim melancholiam,choleram & phlegma,& mundificat sanguinẽ. Quod si volueris euacuare melancholiam solum, aut sãguinem mundificare,commisce cum eo epithymum; si choleram,rheub. si autem phlegma cõmisce cum eo turbith; si vẽtositates misce cum eo anisi,& carui. Descrip. præsentis electarii similẽ apud omnes non reperies,imo quilibet aromatarius suo modo illam vult componere. quod ex arrogantia ignorantiæ associata accidit,hanc tamen hic descriptam inter cæteras meliorem, & in quodam antid. Arnaldo attributo reperitur. Nonnulli tamẽ, vt est Luminare maius,& alii hoc modo describunt. Recip.sennæ mũdificatæ,casiæ fi.tamarindo.an.vnc.ij.rheub. vio.polypodij quercini,sem.anisi ana vnc.j.liqui.mundificatæ,penidiarum,candi.quatuor se. frigidorum mũdaana drach.ij.zucc.lib.ij.fiat decoctio cum drach.vj.sem. fœ. vnc.iiij.polypo. recẽtis. in qua colata dissolue casiam extractam,& fiat electarium. Si vis fac hoc modo,parua nanque est differentia inter præcedentem,& istam. Additur in præsenti decoctione parum sem.fœni.quod bene factum est, quia polypodium de se multam generat ventositatem.

Catholicon.

Notabis tamẽ vnum quod cõmune est ad omnia solutiua compositа,siue sint electaria,siue cõfectiones,& est quod species solutiuę,sunt crasso modo pulueriz andę,& per satis rarum cribrum tamisandę, quia talis crassa pulueriz atio fit duplici de causa, prima vt diu in stomacho remaneant,& ibidem diu operentur, secũda causa, vt virtus earũ cito nõ euanescat,& ne sua subtilitate ad mẽbra transeant,quia maximũ nocumentum inducerent. Componentia hoc electarium pro nunc satis nota sunt, ideo hic nihil de eis dicetur. Summa medici.est res.15.

Notan.

Diamargariton dicitur a duobus margaritarum generibus, perforatarum,& non perforatarum,quæ ibi intrant. valet cardiacis,tristibus,ad omnem cordis debilitatem,& stomachi fastidium patientibus aufert,digestionẽ procurat, asthmaticis & dyspnoicis opitulatur, & phthisicos,& eos,qui ex longa ægritudine sunt extenuati,reficit.decima pars confecta est lib.i.Rec.garyoph. cinna.spicæ,galan.ligni alo.trochi.diarrhodon,diani.ana drach.i.& s. nucis musc.macis,aliptæ,zedoa.rheub.styra. calami.ana drach.i. marg.perfo. & non perfo. zing.ossis de corde cerui,rasuræ eboris,blactæ bizantiæ ana drach.s. musc.amba.carda.leuist.basilic.ana scrup.i. minus gra.ij. campho.gra.vi.mel. ros. quod sufficit.detur in æstate cum rhodostomate, vel frigida. in hyeme cum vino mane, & meridie, valet vt superius diximus maxime phthisicis etiam consumptis.

Diamarg. vnde.

Dia-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0872-9
DFG

Diamargariton est electarium valens ad omnes pas-
siones cordis ex frigiditate; sed quando fit debilitas
cordis ex calore, non detur, si fit ex frigiditate detur. Ac-
cipe ſcru.i. oſſis de corde cerui puluerizа, & pone ī vnc.i.
diamargariton, vel dr.ij. & in vnc.ij. & mane cū vino da.

Ad diſtemperātiam ſtomachi ex frigiditate ſumatur,
faſtidium amputat. Faſtidium aliquando fit ex calore,
aut frigiditate, aliquando ex defectu ſpirituum, & ex cru-
dis, & frigidis humorib. in ore ſtomachi inuiſcatis, ſi fit
ex calidis non detur, ſi ex defectione ſpirituum cum vino
detur ante prandium, ſi ex frigidis, & crudis humoribus
poſt cibum. Digeſtionem procurat. Digeſtio multis mo-
dis impeditur, ſi ex frigiditate detur ſic, lignum aloes in-
tegrum, & ſcammonea, baſilicon, pone per noctem in
vino, & mane exhibeas lignum aloes, ita valet, nec ſuam
amittit virtutem, ſolum autem tale vitium confert mul-
tum, ſed tunc tota vis ligni aloes amittitur, & poſt li-
gnum non valet. Dyſpneis. Dyſpnæa eſt ſpecies aſthma-
tis, ſed dyſpnæa eſt ex ſiccitate, aſthma, ex humi. aſtha-
matico ſic detur, quod ſumptum, non ſtatim tranſglutia
Bdumen. tur, ſed diu in ore teneatur, & hoc ſit nobis generale. No
ta quoties datur contra vitia ſpiritualiū, diu teneatur ſub
lingua, vt ſic per morā veniat ad ſpiritualia, niſi, amari-
tudo ſaporis impediat, aut horribilitas. Phthiſicis valet,
niſi multum febrient, datur cum vino, vel aqua hordei,
in qua abluta ſunt ſemina melonis, citruli, cucu. quia ſa-
niem mundificat, & ſic aliquando vulnera conſolidat.
Longis ægritudinibus, vt quartanæ, quotidianæ, quia ca-
lorem naturalem confortat, & ſpiritus reparat, detur cū
vino odorifero, & citrino, lymphato cum aqua roſata.
Malifientes, i. ſyncopizantes vt cardiaci, & mulieres la-
borantes de fumoſitate matricum, quibus non detur in
agitatione; ſed ante, vel poſt, mulieribus ſic laborantib.
non detur per os, ſed ſupponatur in bombice, vel re-
ſoluatur in vino, & aqua roſ. & colata per peſſarium inji-
ciatur, poſt acceſſionem interius recipiatur. Recip. ligni
alo. garyophyll. cal. ſunt, & ſic. in iij. grad. virtutem ha-
bent ſatis conformem garyoph. ad confortandum he-
par. hic ponuntur propter ſtomachum, & virtutem di-
geſtiuam, eligēda ſunt ſubtilia, & breuia in quantitate pa
rum garyoph. excedēria, craſſa omnino ſunt abijciēda. p
ſex an ſer. vinū decoctionis eius ſatis confert ſtomacho.

Trochiſci diarhodon ponuntur hic ſed ad confortan-
dū. Troch. interprerantur rotunda confectio diarhodon
.i. de ſuc. roſarum facti. Trochi. diani, i. de ſuc. violarum,
Muſcus. ponitur hic ad mundificationē. Muſci cal. eſt, & ſic. in ij.
gradu. virtutem habet confortādi, ponitur hic quia dige-
ſtionem ſua caliditate cōfortat, & aromaticitate ſpiritus
reparat, ſuperfluitas eſt cuiuſdam animalis, in India, Ale
xandria, Damaſco reperitur, qui ſubrufi coloris eſt, & ali
quantulum ſolidę ſubſtantię per v. an. ſeruа. Seminis ba-
ſilicon herba eſt ca. & ſic. in tertio gradu, cōfortat, ſemen
eius proprie dicitur ozymū, cū inuenitur baſilicō ſemen
eſt apponendum. Quidam tamen apponunt herbam ſic
cam, intelligetur hic herba ſic. ſatis confortar digeſtionē,
non ſophiſticatur, per annū herba ſeruatur, ſemen per ſe-
ptem annos. Herba baſiliconis trita cum ouis in ſartagi-
ne ad modum criſpellæ facta, multum confert indigeſtio
ni, diamargaritō per an. duos ſeruatur; benedicta p tres.

ADDITIO.

Diamargariton dicitur a duob. generibus margarita-
rum perforatarum, & non perforatarum. Aui. in ij. can.
habet vnam aliam deſcrip. quę differt ab iſta, communi-
ter præparatur ſecundum preſentem deſcriptionem, quę
eſt Nicolai, & valet iſtud electarium ad ea, quæ ſcripta
ſunt in textu maxime in cauſa frigida, & ideo vocatur
communiter diamargariton calidum, ad differentiā fri-
gidi, quod valet in cauſa calida, quod deſcriptum non re-
peritur apud aliquem doctorem famatum: & ideo a di-
uerſis diuerſimode reperitur deſcriptum, & præparatū.
Nonnulli hoc modo deſcribunt, & præparant. Rec. iiij.
ſe. frigidorum maiorum mūdato, ſe portul. ſem papa. al.
A ſandali albi, ſandali muſcatellini, ligni aloes, zingib. roſa-
rum rub. florum nenuph. florum borag. myrtillorū ana
drach. i. coral. al. & rub. ana drach. ſ. miſce ſimul vt de-
cet, & fiat electarium.

Alij vero hoc modo deſcribunt, & præparant. Recip.
ſanda. omnium, florum, roſarū, florum, viol. ſe. melonū,
trochiſcorum, diarhodon ana dra. ij. oſſis de corde cerui,
ſpodij, doronici romani, been albi, been rubei, ſpicæ nar-
di ana ſcru. ij. margaritarum perforatarum, & non perfo
ratarum, ana ſcr. ſ. ſmaragdorum, raſuræ eboris, hyacyn
thorum, ſaphyrorum ana dr. ſ. ſerici crudi combuſti dr.
ij. ſe. endiuiæ, ſe. acetoſæ, auri optimi ana dr. ſ. ambræ, li-
gni aloes ana ſcr. ſ. camphoræ ſcr. i. muſci gra. i. miſce, &
fiat pyluis. Iſtud apud Lugdunenſes magis præparatur q̄
præcedens. Cōponentia iſtud diamarga. calidū ſatis nota
B ſunt, vnū tamen notabis quod per trochiſcos diarhodon
hic intelligere debemus illos, quos ipſemet Nicolaus in
præſenti electario deſcribit in ſuo magno antidot. q inſe-
rius deſcribent, ſimiliter p trochiſcos diani, i. de violis, q
ſimiliter inferius deſcribent. Sūma medi. eſt xxvij. res.

Diacamereon, i. ducens hominem de morte ad vitā, quod facit aſthmaticis, arteriacis, tuſſiētibus, phthiſicis, omnem imbecillitatem ſtomachi emendat, debiles lumbos confortat, luxuriam prouocat, & omne quod in diarhodon Iulij laudatur adimplet, decima pars confect. eſt lib. ij. Reci. antiophyl. zingib. ana vnc. v. & ſcrup. i. & gra. xvi. cinnam. gar. ana vnc. iiij. & ſcrup. i. & gra. xvi. carnium dactylorum tantundem, galan. ſpi. zedo. coſti. pyrethri, coral. rub. traga. rheupon. ſaliuncæ, anatar. oſſium dactyl. car. ani. ami. fructus, i. iunip. ana vnc. i. & ſcru. ij. & gra. viij. leuco. macropi. ana vnc. i. & ſcrup. ij. & gra. viij. limaturæ auri puri, & argenti meri; oſſis de corde cer. ana ſcrup. ij. & ſ. muſc. raſuræ eboris ana ſcrup. i. & gran. vij. ambræ, ſcrup. i. mel. quod ſufficit, detur de eo. vnc. iij. mane, vel veſperi cum vino.

C

ADDITIO.

Diacamereon. i. reducens hominem de morte ad vitā, quod interdū in vſu habet, eſt precioſius quā diamarga. virtutem proprie reſpicit vitalem, & animalem, cōpiet omne illud, in quo diarhodon Iulij cōmendatur, datum cū pliris cū muſto confert maniæ prouenienti ab aſcenſu fumoſitatum a corde procedētium, datum cum vino in fuſionis croci confert cardiacæ calidæ. Tentum in ore, ac tranſglutiendo mane, & ſero confert pectori, datum cum decoctione hyſſopi, & ficuum cōfert aſthmaticis, arteria cis, tuſſientib. & phthiſicis cum ptiſana, datum cū vino decoctionis galangæ confortat ſtomachū frigidum, ac eius imbecillitates, & indignationem emēdat datū cū vi no aromatico confert dolori ſtomachi, & melancholiæ, datū cū vino remollitionis zingib. confert libidini, & cō fortat lūbos imbecilles frigiditate, & ipſum muſcatū cō-
fert impedimēto conceptionis ex humiditate matricis.

D De aliquibus ſimplicibus hoc electarium cōponenti- *Saliuncæ.*
bus dicetur hic. Et primo de ſaliunca, quia ſecundum cō
poſitorē eſt ſpica celtica, & ſic reperitur ſecundū Matth.
ſyluaticum in litera ſaliuncæ Dioſc. dicit, ſaliunca ge-
nus herbę, quę radiculas, & folia habet, flores ſimiles vio
læ; ſpica celtica habet florē citrinū, qui nō conuenit cum
colore viol. tamen loco ſaliuncæ communiter ponitur
ſpica celtica. Secūdum eſt antiophyli, & ſunt antiophyli *Antiph.*
craſſi garyophylli. Tertium eſt aimi fructus ſecundum
Nicolaum, hoc eſt ſemen iuniperi. Auic. in ij. can. dicit,
abel eſt fructus iuniperi ſimilis zarur. hic tex. Auic. eſt
corruptus, nam fructus iuniperi dicitur halharhar, &
abel eſt ſabina ſicut paret apud Sera. ca. proprio de ſabi- *Trn. am.*
na, cui magis credendum eſt ſimplicib. quàm Auic. alia
ſatis nota ſunt. Summa medi. eſt res. 17.

Diamoron a moris celſi dictum, a moris rubi, batinū, valet ad omnem cauſam palati, & gutturis; cadentem vuam ſubleuat, & humoroſam deſiccat, medietas

eſt lib.i. Rec. mororum celſi lib. 5 moro. bati, lib.i. mellis lib.5. ſape. vnc.iij. Confice ſic. ſuc. mororum cum melle, & ſapa in vaſe æreo ſtagnato ad prunas ſuauiter decoque, cum autem ſcire volueris ſi coctum ſit, pone ex eo guttã ſuper marmor, donec gutta marmori inuiſcata appareat, & adhæreat, tunc cola, & in vaſe ſtagnato vſui reſerua, & cum opus fuerit gargarizetur.

ADDITIO.

Diamoron dicitur ſecundum intentionem Nicolai a moris celſi, & rubi, batinum a moris ru. Meſue in ſuo antidot. diſtinctione de loch habet confectionem de moris, & dicit, quòd eſt diamoron, & ſic eſt: nam ſua deſcr. cum iſta Nicolai concordat, tamen generaliter conficitur ſecundum præſentem deſcript. ipſe Meſue in practica capitulo de ſynanche gutturis habet vnam aliam deſcript. ex auctoritate Alexan. ſed non eſt in vſu, in eodẽ capitulo habet vnam aliam deſcript. quam dicit diamoron, quod Galen. compoſuit, ſed ſimiliter nõ eſt in vſu. Galen. vero. vi. myamir. deſcribit duas deſcriptiones diamoron, quarum vnam ſibi attribuit, alteram vero Andromacho, quæ non ſunt vſuales. Hæc deſcript. paſſiones reſpicit gutturis, palati, vuulæ, ac omnia genera præfocationum, vnde diu, ac pluries gargarizatum in principio cum decoctione balauſtiæ, liqui. & rõiarum prohibet, ac intercipit fluxum horum ad ea; quòd poſtea gargarizatum, & diu in ore tentum cum decoctione corticis nucum frequenter, confert mirabiliter repercutiendo materiam fluentem ad guttur, & ad vuulã, ac fluxa conſumit profundatione ſucci, quare eſt peculiare infirmitatum omnium eorũdem. Vuulam cadentem ſubleuat, ac humoroſam deſiccat; ſynanchen prohibet mangendo palatum, ac guttur cum eo. gargarizatum, cum ſucco plantag. confert puſtulis, ac vlceribus oris, in quo augeatur mel, vel minuatur, ſecundum, quod quæritur maior, vel minor ſtypticatio, vel abſterſio, verum ſynanchen ex vſu fungorum curat gargariſmus ex oxymelle ſcillitico factus. Componentia hoc electarium ſatis nota ſunt. Sapa hic ponitur ad reſoluendam materiam fluxam, & ad refrenandum ſtyptica. Summa med. eſt res. iiij.

Dianthos dicitur, quia fit ex floribus dendrolibani, violarum, & roſarum; valet triſtibus, macilentis, cardiacis multum lætificat, & conualeſcentes ex ægritudinibus miro modo cõfortat. 6. pars cõfecti eſt li. ij. & 5.

Recip. florum roriſmarini vnc. i. roſ. vio. liquir. ana dr. vi. gar. ſpi. nucis muſ. galan. cinnamo. zinz. zedo. maris, al. cardamo. ani. ana ſcrup. iiij. mel. quod ſufficit, datur mane, & meridie febricitantibus cum frigida, non febricitantibus cum vino. *Summa med. eſt res. xvj.*

Dianthos electarium eſt ab anthos dictum, quod eſt flos rõriſmarini, valet ad omnem debilitatem corporis, ſi ſit ex defectu ſpirituum, vel ex frigiditate, vel ex oppilatione, vel ex caliditate, vel ex humiditate: tunc non valet, ſi ex frigiditate, vel oppilatione valet, frigiditas vero quandoque cum humore, quandoque ſine humore, ſi ſit frigid. ſine humore, detur cum vino calido, vel frigido. Frigiditas cum humore, quandoque eſt cum fluxu, detur cum vino decoctionis garyophyl. maſticis. & zymini, ſi ſine fluxu, cum decoctione nucis muſ. ſi ſit cum oppilatione, detur cum vino decoctionis aliquorum diureticorum, anthos cali. eſt, & ſic. ſubtiliat, & confortat, ſubtiliat ex qualitatibus ſuis, confortat ex aromaticitate: roſmarinus bis, vel ter fert flores in anno. meliores ſunt, in vere. in vmbra ſiccantur, per annum ſeruantur, cum ponitur in medicinis, folia & fuſtes abijciantur. Violæ ſunt fri. & hu. ponuntur hic vt temperent calorem aliorum, & humectent membra ſpiritualia, & aromaticitate confortent. Violæ, quedam ſunt ſubalbidæ, & illæ non ſunt aromaticæ, nec adeo, bonæ, & ſunt ſubnigræ, & fere purpureæ, & tales ſunt *Aut'or.* *Viole.*

bonæ, & in vere colliguntur, & ad Solem parum ſiccantur, quia multum ſunt humidiores, & poſſent putrefieri, confice vt alia electaria, per duos annos ſeruatur.

Diaſatyrion dicitur à ſatyrionis radicibus, ſatyria-ſis enim Græce, erectio virgæ latine dicitur, proprie datur illis, qui debilitatem patiuntur renum; libidinem mirabiliter prouocat ex aliqua occaſione prædicta, ſine mora reſtaurat. viij. pars confecta eſt lib. i. ſ.

Rec. ſatyrionum teſticulorum viridium, bauciæ, nucis indicæ, piſtacearum, ſecacul, pinearum enecleatarum ana dr. xij. car. zing. aniſi, erucæ ſemi. linguæ auis ana drac. v. cinnam. caudarum ſcincorum viridium, ſe. bulbi ana dr. ij. & ſ. muſci gra. vij. Conficitur ſic, in tantum mellis deſpu. quòd ſufficit, ponantur teſticuli ſatyrionum, & bauciæ, & ſecacul, vnaquaque perſe in ſupradicto melle, ponantur prius bene contrita, & cum ſpathula bene cõmiſceantur, & bulliant aliquantulum, deinde addantur pineæ, & piſt. & nuces bene tritæ. & cum aliquantulũ bullierit ab igne deponantur, & puluis prædictarum ſpecierum commiſcendo adiungatur, & ad vltimum vero muſcum diſtemperatum cum aqua ro. apponatur; & ſic vſui reſeruetur, detur in ſero cum vino dulci, vel condito, cochlearium vnum. *Summa med. eſt res. xv.*

Diaſatyrion dicitur a ſatyris, quos pronos in venerem fama vulgauit, vela ſatyrionibus, qui ibi recipiuntur. Valet contra omnem debilitatem renum, ſed tamen ſi ſit ex caliditate non detur, ſed ex frigiditate cum vino calido detur, ſi ſit ex viſcoſo humore cum vino decoctionis feniculi, petroſelini.

Libidinem excitat, coitus quandoque debilitatur ex defectu ſpirituum, & hu. & ex frigiditate, & caliditate, quando ex calore, non detur, quando ex frigiditate, detur cum vino mediocriter lymphato, quidam dant cum decoctione vini ſcincorum, ſed male faciunt, quia dum putant libidinem excitare extinguunt. Accepturus diaſatyrion vtatur bono cibo, generante bonos humores, & multos poſt quam accepit, fumat ficus, vel dactylos, pineas, vel amygdalas. Recip Satyrion, herba ipſa *Satyrion.* cocta cum carnibus hirci diaſatyrion eſt ruſticis, cali. ſunt, & ſic. in iij. gra. coitum excitant, craſſos humores diſſoluunt in ventoſitatem, vnde virga renditur, per annum ſeruatur.

Bauciaca. & hu. in medio ſecundi gradus, ſanguinis, *Bauciæ.* & ſpermatis generatiua, alio nomine dicitur paſtinaca, *paſtinaca.* radix competit vſui medicinæ, ponitur hic ad excitandum coitum, quia ventoſitatem facit, vnde debet poni in hac medicina.

Eruca cal. eſt, & ſic. in iij. gradu herba eſt cuius ſemen *Eruca.* ſimiliter dicitur, ponitur hic quia ventoſitatem generat ex viſcoſis humoribus quos reſoluit, reſeruatur per tres annos ſemen, & herba ipſa, cocta, cum carne hirci, & comeſta diaſatyrion eſt ruſticorum.

Scincorum recẽtium, piſciculi ſunt vltra mare in fon- *Scinci.* tibus dulcibus, calidi ſunt, & ſic. in iij. gradu, circa caudam maioris ſunt efficaciæ recentes, ſi habeantur, & ponantur, ſi non, ſicci ſaluntur, & ſiccantur, per tres anſeruan. ſed vltramarini maioris ſunt efficaciæ; noſtrates minoris, illi maiores ſunt, & craſſiores, iſti minores ſunt, & graciliores.

Bulbi ſemen, ideſt cæpe marinæ, cali. ſunt, & hu. pro- *Bulbi ſ.* pter eaſdem cauſas ponuntur, reſoluendo humores in ventoſitatem, in vere colligitur, per iij. annos ſeruatur.

Lingua auis ca. eſt, & hu. propter eaſdẽ cauſas hic po- *Lingua.* nitur, per an. ſeruatur, quãto recentior tãto melior. Quidã ita conficiunt ſatyrion, & baucias, & ea, quæ non poſſunt puluerizari, conterunt, & diſtemperant cum melle, poſt addunt puluores, ſed ſic confecti cito corrũpuntur, ſic hat. ſatyrion, & bauciæ in melle coquantur, & poſtea optime contundãtur, & cũ melle, in quo cocta ſunt cõficiatur; deinde amygdalæ, & penidiæ, & ſpinæ p ſe cõtritæ, ad vltimum puluores ſpecierũ, per annum ſeruatur.

Diaprunis

Diaprunis, vel diadamascenum dicitur a prunis, quæ ibi intrant, datur acutas, & peracutas patientibus, & maxime cauſon, & ſynochæ; in principio, & in augmento, & ſtatu ægritudinis, nona pars confecti eius eſt lib.ij. & s.

Recip. prunorum damaſcenorum viridium num.c. quę poni debent in ſtagnato, & tantum aquæ quod bene cooperiantur: bulliant quouſque diſſolui videantur, tunc ab igne deponantur, & cum aliquantulum infrigidata fuerint, ab aqua extrahantur, & in cribro ſuper catinū poſito pruna ponantur, & manibus tandiu fricentur, vt nihil præter oſſa, & cortices in cribro remaneat: in aqua autem illa in qua decocta fuerint pruna, ponantur vnc.i. & s. violarum, & iterum bullire permittatur, & abſtractis violis ponantur ibi lib.ij. zucc. & lib.i. de pulpis prunorum, & coquantur ad ſpiſſitudinem: incipiente inſpiſſari, adde vnc.i. tamarindorum, & caſiæ ſi. medullæ vnc.i. diſſolutæ, & colatæ cum ſupradicta decoctione prunorum; memento tamen, quod in aqua prunorum bulliat vnc.i. & s. viol. vt dictum eſt: & cum ad perfectionem decoctionis peruenerit, ſemper agitando cum ſpathula, & poſtea ſuper aſpergatur puluis iſtarum ſpecierum. Recip. ſand.alb. & ru. ſpod. rheubar. cinnam. ana drachm. iij. roſ. viol. ſem. portulacæ, ſcariolæ, berberis, ſucci liqui. traga. ana drach. ij. ſem. citru. melo. & cucurb. mundatorum ana drachm.i. datur omni hora diei cum frigida ſine diagridio ad modum caſtaneæ. Si laxatiuum facere volueris, ponatur in vna quaque lib. drac. vij. diagridij, quando ab igne deponitur, datur in declinatione febrium laxatiuum ad purgationem in matutinali hora, ad modum caſtaneæ cum aqua calida.

Summa medic. eſt ret. xx.

Diaprunis dupl.

Diaprunis dicitur a prunis, fit ſimplex, & laxatiuus, quia ſcammonea trita apponitur. Quidam conficiunt ipſum cum ſyrupis. Quidam cum melle, & ſyrupo. Confectum bene poteſt dari cum aqua vio. & prunorum conſtipatis choleticis in æſtate in ea regione, datur etiam in mane, & meridie febricitantibus cum aqua frigida ad ſitim, & ad calorem minuendum, Item factum laxatiuum detur acute febricitantibus ad laxandum, maxime enutricatis, poſt tertiam, & quintam purgationem, & hyeme factum cum melle, & ſimplex datur phlegmaticis conſtipatis, ſed febricitantibus acute non detur cum melle, ſed cum ſyrup. Recip. prunorum, fri. ſunt, & hu. infrigidant, & humectant, quia virtutem habent leniendi, hic ponuntur ad infrigidandum, & humectandum.

Pruna.

Prunorum alia alba, alia nigra; alia dura, alia mollia, alia carnoſa, dura, & bene carnoſa plus valent quam mollia, & parum carnoſa, & talia debent poni in medicina, ſi forte non habemus damaſcena, quia illa præ cæteris ſunt laudabiliora, huiuſmodi pruna ante maturitatem debent colligi, quia perfecte matura cito corrumpūtur, ſcinduntur autem in quatuor partes, ita quòd carnes ab oſſibus non ſeparentur, ad Solem deſiccantur, moderate tamen deſiccata cum aceto lauentur, & iterum deſiccentur, vt humiditas ab aceto contracta conſumetur, poſtea in vaſe ſtricto repone, quidam lauant cum aceto, & oleo, & bene faciunt, quia inde ſunt pulchriora. Nota, quòd tam ſicca quam viridia ponuntur in medicina, per annum ſeruantur.

Spodium.

Spodium frigidum eſt aliquantulum, & humidum, ponitur hic ad reprimendum calorem, & ſitim. Ego autem dico cum Dioſcoride ipſum fieri ex oſſe elephantis combuſto; comburitur enim os elephantis in vaſe æneo, vel ferreo ad ignem, & fit ſpodium. Alij dicunt, quòd ſpodium fit cum radice calami in India naſcentis combuſta, dura, & ſolida, & circa Babyloniam, ſophiſticatur autem cum marmore combuſto, vel cum oſſe canis, vel alio; ſed ſic diſcernitur, quia marmor graue eſt, & ponderoſum; ſpodium vero leue eſt, debet enim eligi album, & leue, quia in puluere adulteratur, quia vix cognoſcitur.

Sandali. tria ſunt genera, albus, rubeus, & cittinus, frigidi ſunt, & ſic. in primo gra. albus frigidior eſt rubeo, & minus confortat, citrinus plus omnibus confortat, & ponuntur hic ad confortandum, & refrigerandum, ligna ſunt, raro ſophiſticantur; ſed tamen albus poteſt ſophiſticari cum ligno cypreſſi, ſed odore diſtinguuntur, quia lignum cypreſſi, odoriferum eſt, rubeum ſimile eſt ligno, quod dicitur braxius, ſed carnus eſt, nec cum eo ſophiſticatur, per longum tempus durant.

Portulacæ ſemen.

Portulacæ ſemen frigidum eſt, & hu. ponitur hic ad ſitim mitigandum, & ad laxandum, per an. poteſt ſeruari, ponitur hic contra feruorem.

Scariol.

Semen ſcariolæ frigidum eſt, & ſic. ponitur hic ad mitigandum, quia mitigat diuretica, & contra ſitim, & feruorem ponitur hic, per tres annos ſeruatur.

Tamarindi

Tamarindi frigidi ſunt, & ſic. aliter dicuntur oxyphœnicia, ſubtiliant ex qualitatibus ſuis, diuidunt ex acetoſitate, purgant quadam mordicatione. Tamarindi fructus ſunt arboris in India naſcentis, qui conquaſſantur, antequam ad nos veniant. Eligendi ſunt in colore nigri, non nimium molles, vel duri. Cum enim ſunt exiccati, apothecarij reſoluunt caſiam ſi. in aqua, & in illa humectant tamarindos, vt recentes appareant, ſed diſcernuntur, quia dum tractantur digitos inficiunt; ſi autem ſint aridi, vel pallidi, vetuſtate ſunt conſumpti, componuntur in medicinis, nuclei abijciantur, per tres annos ſeruantur. Confice ſic, pruna decoquantur in aqua, poſtea per cribrum de corio fricando tranſmittantur, ſicut fit de cytonijs, poſtea caſiæ ſi. abiectis vlceris, reſoluantur cum ſyrupo, vel in melle, ſi cum melle debeat confici, & decoquantur ſimul cum carnibus prunorum ſemper agitando cum ſpathula, ſignum decoctionis eſt cum incipit adhærere ſtagnato, ab igne depoſito, puluis ſpecierum addatur; quando enim cum ſyrupo conficitur per annum ſeruatur, quando cum melle per duos annos ſeruatur, qualiter autem cum ſyrupo habeat confici dicemus quando de oxymelle docebimus.

Diapraſium dicitur a praſio viridi, quod ibi plus intrat quam de alijs ſpeciebus: valet ad omnem pectoris infirmitatem, & maxime ad catarrhum, & ad cerebri frigiditatem, ſanat capitis vertigines, & oculorum caliginem, & palatum, & arterias; & ad omnem ſpeciem catarrhi, quæ fit ex frigiditate, mire prodeſt; dentium dolorem mitigat decimaoctaua pars confecta eſt lib.iiij.

Recip. praſii viridis drachm.v. & s. trag. pinearum mundata. amyg. piſtaciorum, carnium dactyl. ficuum pinguium, paſſularum enucleatarum, ana drachm. tres, cinnamo. garyoph. nu. muſc. macis, ligni aloes, galangæ, zing. zedoariæ, ſpicæ, liquir. rheupontici, anacardi, ſtyracis calamitæ, maſticis, myrrhæ, chalba. terebin. ireos, ariſtolochiæ rotundæ, radi. capparis, gentianæ, melanopiperis, aniſi. fœni. anethi, ſeminis apij macedonici, ſaxifragiæ ana drachmas duas, hermodactyl. origani, peucedani, ſchœnanthi, cardamomi, leucopiperis, carui, leniſtici vincetoxici, ana drachm.i. & s. & granaij. s. balſamitæ, pulegij, dictami, coſti, pyrethri, ſatureiæ, baſiliconis, pœoniæ, macropiperis, amomi, ſinonis, orobi ana drachm.i. & granæ ij. & tertiam partem alterius, xylo. caſiæ ſi. corall. raſuræ eboris, carpobal. dauci cretici ana drach. s. muſci, ambræ, oſſis de corde cerui ana gra. xiiij. mellis deſpumati, quod ſufficit. Conficitur ſic. in li. iiij. mellis deſpumati, pone praſium ſupradictum aliquantulum contuſum dra. vi. & quartam partem pineæ recentis cum reſina ſua, & de vino vetuſtiſſimo optimo vnc. iij. et bulliat ſimul lento igne ad vini conſumptionē, uel donec pinea aperiatur, & caricæ bene purgatæ intus, & extra, & dactyli eodem modo purgati, & paſſæ ſine granulis ſuis, pineę, & amygdalæ, et piſtacia, omnia iſta bene mūdata piſtentur, tamen vnumquodq; per ſe piſtetur, & poſtea

postea in simul misceantur in mortario, & addatur ibi terebinthina, & simul pistentur, & cum prædicto melle calido in eodem mortario paulatim posito distemperentur; & postea addatur puluis supradictarum specierum, & diu conficiantur; styracem vero cum modico melle liquefactam confectioni supermisce sine intermissione; ad vltimum balsamum, ambram, & muscum supermitte, iterum bene permisce, & vsui reserua, datur in fero cum vino calido, in quo cocta sit hyssopus, & tragacanthum.

Summa medic. ℈ß res. lxvi.

Diapraſſium magnum electarium eſt, vertiginẽ capitis ſanat factam ex frigiditate, & vitio ſtomachi; ſed ſi fuerit vitio cerebri, non tantum valet. Caliginem oculorum aufert factam ex fumoſitate à ſtomacho ad ſuperiora aſcendente cum vino calido datum, & poſtea propinetur vinum decoctionis fenę. Palatum, & arterias purgat, ſi dolor ſit ex rheumate, datur cum vino calido. Vuæ deſtillationem iuuat, coquantur roſ. in aceto, poſt addatur vinum dulce, & gargarizet, poſt recipiat diapraſſium cum vino calido.

Dentium dol. ex frigido hu. ſumatur cum vino calido interius, & ponatur ſuper dentes exterius. Aſthmaticis, ſuſpitioſis, epilepticis, ſi fiant pilulæ ex puluere liquiritiæ, & gentianæ, & diapraſſio, & dentur, cannas pectoris, & pulmonis emundat ſumptum cum vino repido, vel fiant pilulæ ex puluere penidiorum, & amyli, & diapraſſio; & teneantur in ore donec liquefiant. Stomachum, & hepar confortat cum vino decoctionis fœni. & ani.

Spleneticis cum decoctione herbarum diuretica. peripneumonicis omnino detur cum aliquo lenitiuo, vt cũ decoctione gummi arabici, & tragacanthi, omnib. vitijs interioribus ex frigiditate detur cum vino calido. Nephriticis, Calculoſis, Strangurioſis cum vino decoctionis ſaxifragiæ. Colicis ſi ſit ex frigido humore, vel viſcoſo, vel ventoſitate, corpori benefacit, ſi fiat diſcoloratio ex indigeſtione, vel ventoſitate, detur cum vino decoctionis ſpicæ, & nucis muſcaræ.

Menſtrua educit, ſi fiat retentio ex humore frigido, & viſcoſo oppilante vel ventoſitate, vel frigiditate, diſſoluatur cum oleo muſcelino, informentur ſuppoſitoria, et inuolutum in bombice ſupponatur. Recip. praſſij viridis cal. eſt, & ficci. in tertio, virtutem habet diureticã, & diſſolutiuam contra cauſas ſpiritualium, &c. ad munditionem hepatis, & viarum vrinalium viride debet hic poni, quia ſiccũ nullius eſt efficaciæ, hoc multo melius, ſi ſuccus exprimatur in quantitate, ponatur ab auctore cum melle, in quo praſſium conficiendum eſt, & quia non poſſumus ſemper viride praſſium habere, extrahe ab eo ſuccum, & cum ſucco liquiritiæ informentur, & eis vice praſſij vtere cum opus fuerit. Nota, quod apothecarij praſſium ſiccum in hac medicina apponunt multum de puluere contrito, & ex eo componunt non decipientes.

Pinea. Pinearum, pineæ ſunt fructus ca. & hic propter cauſas ſpiritualium, quas ſic præparata, pinea integra ſuper carbones ponatur donec folliculi aperiantur, & nuclei extrahantur, & frangantur, pellis abijciatur; poſtquam prę parati fuerint, ſtatim præparatos pone in medicina, quia vltra duos dies non ſeruantur. Contra teneſmum. Pinea inuoluatur pellicula, & patiens ſubtus ſimum recipiat per enimborum non inuoluta pellicula; dyſentericis confert, per duos annos ſer.

Piſtacia. Piſtacia calida, & humi. ponunt contra vitia ſpiritualia, fructus ſunt arboris, qui in tranſmarinis partibus inueniuntur, cum ponuntur in medicinis enucleantur, nõ indigent tamen vt mundentur, contra cauſas ſpiritualiũ ponuntur hic, multum excitant coitum.

Carnium. Carnium dactylorum. cali. ſunt, & hum leniunt, & humectant, fructus ſunt arboris, eligendi ſunt non perforati, bene carnoſi, & gummoſi, cum apponuntur in medicinis oſſa ſunt remouenda, & tantũm carnes apponendæ in quantitate determinata ab auctoribus, per duos annos ſeruantur.

Ficus. Ficus ca. ſunt, & hu. temperatæ, pingues, & recẽtes, ſiccæ temperatę in caliditate, & hu. fructus ſunt arboris, ficus ſiccæ ponẽdæ ſunt in medicinis, ponuntur per cauſas ſpiritualiũ, propter aſthma, propter tuſſim, leniunt, molliunt, & mundificant, per duos annos ſeruatur, aqua decoctionis earum valet contra ſtricturam pectoris.

Vuarũ paſſarum. Vuarum paſſarum. ca. ſunt, & hu. fructus eſt communis, & notus, vuæ ſic debent præparari, accipiantur vuæ perfectæ maturatæ, ponantur in furno mediocriter calido, donec aliqua pars conſumatur, & deſiccetur, tunc extrahantur, & in vino abluantur: & ablutæ in loco competenti ſuſpendantur. Vel aliter, & melius, accipe grana vuarũ in furno ſiccarum, elige meliora, & ablue in vino, & ſuperaſperge pulueres cymini, cinnamomi, & aliatũ ſpecierum aromaticarũ, & inuolue in folijs ficus, & ita ſuſpendentes eas conſeruantur per duos annos, & cũ ponũntur in medicinis enucleantur, & abijciũtur acini, poſtea ponderantur, contra cauſas ſpiritualium hic ponunt ad mundificandos renes, & meatus vrinales, & lumbos.

Ireos. Ireos. ca. & ſic. herba eſt, cuius radix ſimili nomine appellatur, & ponatur radix in medicina, virtutem habet diureticam, & diſſolutiuam, eligenda eſt non perforata, quæ cum frangitur non puluerizatur ſecundum doctrinam, quam de alijs radicibus dixi. Aqua decoctionis eius contra ſtrangluriam, & dyſuriam iuuat, radix debet deſiccari, & in vmbra ſuſpendi, per duos annos ſeruatur.

Ariſtolochia. Ariſtolochiæ radix medicinalis eſt, cum inuenitur ariſtol. per ſe, rotundam apponas, contra venenum valet, contra cauſas ſpiritualium, valet capitis, & viarum Vrinariarum, in fruſtulis ſciſſa, & exiccata, per iij annos ſeruatur, in multa eſt efficacia.

Rad. cap. Radix cappari. frutex eſt, cuius radicis cortices competunt in medicinis, ponitur hic propter ſpiritualia, & ad cerebrum confortandum, eligendus eſt cortex habens ponticitatem cum amaritudine, & quia non puluerizantur, per tres annos ſeruantur.

Vincetoxicum eſt ab ellebore plurimũ inuẽta, quæ ſibi contraria putantur. Vincetoxicum calidum eſt, & ſiccum, diureticam habet virtutem, & diſſolutiuam, & dicitur vincetoxicum, quia vicem theriacæ contra toxicum tenet, & radix, & herba eodem nomine appellatur, radix competit medicinæ, contra cauſas ſpiritualium, & principalium mẽbrorum valet, ſimilem habet radicem ellebori, elige vt dicitur in circa inſtans, per tres annos ſeruatur.

Satureia. Satureia calida, & ſicca eſt, diſſoluit, confortat, ſpiritualia mundificat, alio nomine dicitur tymbra, folia eius ponuntur in medicinis, quæ diuretica ſunt contra ſtranguriam, & dyſuriam, vltra annum ſeruatur.

Dictamum. Dictamum ca. & ſic. virtutem habet diſſolutiuam, & attractiuam, & vim occultam contra venenum, ponitur hic propter cauſas ſpiritualium, & lumborum, herba eſt, quæ in petroſis locis naſcitur, cuius radix comperit medicinæ, eligenda eſt non perforata, ſed continua, per duos annos ſeruatur.

Orobum. Orobum genus eſt leguminis temperate cal. & ſic. ſecundum quoſdam, quod eſt falſum. Eſt enim frigidum, & ſic. quod poteſt probari auctoritate Iſaac dicentis, in diebus ſuis ipſum cibum eſſe bonum, ratione ſimilis complexionis ponitur in hac medicina, & in quibuſdam alijs, non vt dicunt quidam, quia ſit diureticum, ſed quia grauitate ſua medicinam ſecum ducit ad inferiora, & viſco. hu. diſſolutos per medicinam educit.

Diapraſſũ. Diapraſſium ſic conficitur, pineæ, amygdalæ, ficus ſiccæ, vuæ paſſæ, & quæ non poſſunt puluerizari piſtentur, & cum melle deſpumato, & ſucco praſſij admiſceãtur: poſt modum puluis aliarum ſpecierum addatur, dum adhuc bene calidum eſt, balſamus imponatur, quia aliter non poſſet incorporari, poſtmodum muſcus, & ambra ſimul trita cum vino modico, vel cum aqua roſ. diſtemperata, & parum vini adhuc calidum eſt, per ij. annos ſeruatur in multa efficacia.

Diazingibereos, ſiue zingiber cõditũ ſic fit. Rec. eryngiorũ, qui habent folia ad modum cretani marini, quod Saraceni ſecacul vocant bene raſi cũ cultello, poſtea coquantur

aequantur in aqua donec dimittat se stringere manibus, & postea abstrahatur, & de aqua, & lignis, quæ sunt interius mundentur, & cum cultello frustatim incidantur, & in mortario marmoreo fortiter pistentur, & cũ manibus exprimantur, vt aqua inde exeat, & ponderetur in lib.iij. & ponatur in x.lib. mellis despumati, & albissimi, & coque donec incipiat rubere, & addatur lib.s. zin. frustatim inciſi, & dimittatur tamdiu bullire, donec digito adhæreat in marmore superposito, & postea tolle ab igne, & impone pulueres harum specierum. Rec. Summa me dic. est res ẽg. *zin.vnc.iiij. pistaciorum vnc.iiij. zedoariæ vnc.i. & s. dactyl.vnc.iiij.cum omnibus istis conditur, stomachum confortat, digestiuam virtutem adiuuat, vitio pectoris ex frigiditate valet, renes confortat, libidinem potenter incitat.*

A

Dlazingiberos idem est quod zingibet conditum, contra raucedinem valet, non quidem ex caliditate, & siccitate factam, quia tunc datum raucedinem magis augmentaret, sed si sit de phlegmate crasso, & viscoso circa tracheam arteriam cohærente, & tunc parũper, & cum mora transglutiatur vt supra diximus, vt humectetur arteria, & dissoluantur humores, qui eam exasperãt ad. Asthmaticũ de phlegmate fistulas pulmonis impediente, sitim, & ardorem stomachi scilicet quando ex indigestione proueniunt, datur his cum aqua hordei cũ decoctione tragacanthi, liquiritiæ siccæ, tussi quando est ex frigiditate, & siccitate, vel ex rheumate; his detur cũ vino decoctionis fęniculi, qui calore suo dissoluit, & spuere facit.

B

Spleneticis non debet dari nisi facta sanie, & rupto apostemate, datur autem vtiliter cum aqua hordei decocti, tragacanthi, liquiritiæ, de his omnibus, quæ recipit satis superius dictum est, quæ cal. sunt, & confortatiua digestionis, conficitur autem sic, & diuersi diuerso modo conficiunt. Accipe eryngios marinos mundatos optime, decoque, & decoctos laua, & fustes inferiores, & cortices exteriores remoue; postea minutim incide, & aquam fortiter exprime, vt aqua exeat, & appone mel tali proportione, vt pro.i.lib eryngiorum sint duæ mellis, & bonum est. Alij ad libitum ponunt, in principio decoctionis apponuntur ibi amygdalæ bene mundatę non tritæ, & in fine nuclei pineatum mundati, facta decoctione, quod cognoscitur, quando totum in subrufum muratur colorem, vel gutta posita supra marmor non fluit, deponatur tunc ab igne, & infrigidetur, & tunc apponatur zing. minus scissum, per sex dies in vino temperatum, vel lixiuio, & bene incorporetur, alij totum zin. puluerizatum, & quia potest tunc recipere plures pulueres, & bene incorporatur, & sic bonum est, in Alexandria fit de viridi zingib. & ideo optimum est, quidam faciunt de eryngijs, & baucijs; alij ex solis baucijs; & in loco mellis ponunt trophum gallæ, vel syrupum, & valet sic confectum, præcipue habentibus hepar, & stomachum calefactum, per annũ seruatur, multum valet.

C

Dlaolibanum dicitur ab olibano, quia olibanum ibi intrat, valet ad omnes capitis passiones, lachrymas potenter stringit, dolorem hemicraneum, & supercilliorum sanat, & synanchen curat datum cum decoctione ptisan. vi. pars confecta est lib.i. Recip. castorei, opij, hyoscyami ana drach.iiij. casiæ lib.drach.ij. & scrup.ij. folij, croci, thuris masculi ana drachm.ij. rheupontici, amomi ana drachm.i. scrup.ij. myrrhæ, drach.i. s. spicæ, pyrethri, euphorbij, leucopiperis ana scrup.s. Summa me dic. est res xt. *pœoniæ, styracis, macropiperis ana drachm.i. mel quod sufficit, datur sero cum vino calido, in quo coctum sit olibanum, & saluia.*

D

Dlaolibanum medicina est opiata dicta ab olibano, non quia plus recipiat de illo quam de alijs, quia magis recipit de opio, & hyoscyamo, sed quia plus recipit de eo quam alia opiata secundum suę quantitatis modum, valet ad multas capitis passiones, ad dolorem hemicraneæ scilicet in principio; si tamen dolor fuerit ex frigiditate, vel ex rheumate, & detur prout dicitur in fluxu lachrymarum, si vero fuerit inueterata passio, tribus diebus ante detur oxymel, & postea hiera picra. & si corpus fuerit phlethoricum, purgetur cum pilulis aureis, postea detur diaolibanum cum vino calido, valet ad dolorem supercilij factum ex prædictis causis, vt si fiat de fumositate a stomacho ascendente, detur prædicto modo, valet specialiter contra fluxum lachrymarum factum ex frigiditate constringente, vel ex humiditate lubricante, vel ex debilitate virtutis contentiuæ. Si vero fiat ex calore dissoluente non detur, si autem fiat ex prædictis debet dari in pilulis hoc modo, fiant pilulæ ex mastice, & olibano puluerizatis, & diaolibano, & dẽtur.xij. vel xiij. vel xv. fiat etiam cataplasma ex puluere olibani cum diaolibano, & albumine oui, & superponatur fronti, & temporibus. Valet ad fauces rheumatizantes præcedente purgatione, si corpus fuerit plethoricum cum pilulis aureis; deinde detur diaolibanum prædicto modo contra asperitatem linguæ, & tracheæ factam ex viscosis humoribus ipsi adhærentibus, si vero sit ex caliditate, non detur: detur autem hoc modo, fiant pilulæ ex puluere penidiarum, & amylo, & diaolibano, teneantur sub lingua, & transglutiantur, penidiæ, & amylum dissoluunt, & relaxant medicinam, & diaolibanum consumunt. Tussientibus ex causa rheumatica, vel ex frigiditate cum vino decoctionis caricarum, & passularum. Valet contra vomitum factum ex frigiditate, vel ex debilitate virtutis retentiuæ cum vino decoctionis masticis, & fiat emplastrum ex puluere masticis, olibani, & sit tãtum de costo quantum de duobus alijs: conficiantur cũ oleo muscellino calefactis in testa. Valet contra nauseã cum vino calido patientibus dolorem stomachi, vel renum, ex frigiditate cum vino decoctionis masticis, & nuc. mus. Peripneumonicis competenter datur antequã febriant, vel post vndecimam, vel quartãdecimam diẽ, ad mundificationem saniei in principio datur; sicut cõtra fluxum lachrymarum post quartamdecimam diem in pilulis factis cum puluere myrrhæ.

Empyicis eodem modo cõtra gonorrhęã talis sit vsus cum aqua rosata frigida, vel calida detur, & fiat emplastrum super lumbos, pectinem, & testiculos; rosis coctis in aceto, & puluere castorei, & diaolibano. Fluentibus menstruis subuenit, informetur suppositorium ex diaolibano resoluto cum succo plantaginis, inuoluatur cum bombace, & supponatur; datur etiam in potu cum succo eodem ad modum electarij, per xv. annos seruatur, dosis eius est scrup.iij. Nota, quòd non debet dari recens ante dimidium annum.

Diarhodõ abbatis a rosis dicitur, quæ ibi intrant plus quam de alijs speciebus, nomen accepit abbatis ab abbate de curia compositum, datur proprie ictericis, hepaticis, phthisicis, hecticis, & cardiacis, qui patiuntur ex calore de acutis, & ad calefactionem stomachi, pulmonis, & totius corporis; & conualescentibus ex longis, & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur, & pars vi. confectæ est lib.ij.

Recip. sandal.al. & ru.ana drachm.ij.s. traga.gummi ara. spodij ana scrup.ij. asari, spicæ, mastices, carda. croci, xylo.garyo. galliæ mus. anisi, marathri, cinna. suc.liqui.rheub. sem. basiliconis, berberis, scariolæ, portulacæ, papaueris albi, citruli, melo.cucu. & cucurb. ana scrup.i. ossis de corde cerui, margaritarum ana scrup.s. zuc.candi. ros. ana vnc.i. drachm.iij. camph.gra. vij. mus. gra.na.iij.s. syrupi facti de aqua ros. quod sufficit, datur mane, & meridie cum rhodostomate; vel cum aqua frigida, si opus fuerit. Summa me dic. est res. xxxij.

Dlarhodon tres sunt maneries: diarhodon iulij, diarhodon abbatis, diarhodon magnum, & isto vtimur, & dicitur diarhodon a rosis, magnum propter efficaciam, contra ventositatem stomachi, & dolorem scilicet

scilicet cum humore ex caliditate facto. Si vero sit ex sola caliditate non detur, quia aliquantulum est calidũ.

Cardiacis, & diaphoreticis. Cardiaca, & syncopis nõ differunt nisi in positione materiæ. Quando enim materia est in capsula cordis, vnde sequitur defectus cordis, dicitur cardiaca, si a fumo consurgente aliunde dicitur syncopis. Cardiacis detur mane cum vino decoctionis, vel garyophyllorum. Diaphoreticis in meridie cũ aqua frigida contra debilitatem, vt pote conualescentibus ab ægritudine, præcipue datum cum vino mediocriter lymphato in mane. Contra oppilationem splenis, & hepatis cum vino alicuius diuretici. Contra vitium lapidis cum vino decoctionis saxifragiæ, & granorum solis valet, quia multa diuretica recipit, confice vt alia electaria, per annum seruatur.

Diapenidion dicitur a penidijs, qui ibi intrant plus quam de alijs speciebus, valet ad omne vitium pulmonis, & tussis, & raucedinem vocis factam ex siccitate, phthisicis subuenit, vi. par. confecta est lib. i.

Recipe penidiorum drach. xvi. s. pinearum, & amygdalarum munda. sem. papau. albi ana drach. iiij. scrup. i. cinnam. garyoph. zingi. succi liqui. traga. gummi arabi. amyli, semi. citrul. melo. cucume. cucurbi. purgatorum ana scrup. i. s. camphoræ tertiam partem scrup. viol. quod sufficit. Conficitur sic in vna li. aquæ bulliant vnc. ij. viol. donec aqua inficiatur aliquantulum, postea coletur, & colaturæ addatur lib. zucch. & bulliat donec incipiat inspissari, & tunc addantur pineæ, & amygdalæ, & sem. melo. citrul. cucu. & cucurbitæ vnaquæq; per se bene contusa cum spatula semper mouendo; deinde addantur penidiæ subtiliter puluerizatæ, & cum liquefactæ fuerint illud crassum quod supernatat, cum cacia colando in mortario bene iterum teratur, & commisceatur bene agitando, deinde camphora commisceatur, & ad vltimum puluis prædictarum specierum cum prædicto syru. agitando in mortario moueatur, donec incorporetur, detur mane, & sero cum ptisana calida, non habentibus calorem cum vino calido.

Sum. med. est res. xvij.

Diapenidion magnum dicitur a penidijs, magnum propter efficaciam, valet tussientibus ex siccitate cum aqua decoctionis tragacanthi, gummi arabic. liquiritiæ. Arteriacam. Arteriaca passio dicitur, quando patiens loquitur cum magna difficultate, & hoc in siccitate tracheæ arteriæ, & quandoque vitio viscosi phlegmatis oppilantis, datur prædicto modo, sed diu in ore teneatur; valet asthmaticis simpliciter sumptum. Nota postquam asthmatici fiunt arteriaci, passio est incurabilis. Phthisicis similiter datur, sed non in secunda, vel tertia specie hecticæ, quia calidum. Pleure. peripneumonicis datur post apostematis eruptionem cum aqua decoctionis hordei, gummi ara. liquiri. in aqua ablacteretur semina melonis, cucu. & cucurbitæ, citrul. tunc coletur in aqua, col. ura resoluatur diapen. & exhibeatur, digestioni prodest datum cum vino. Nota, quòd potest dari omnibus diebus ieiuno stomacho.

Arteriaca.

Penidia.

Penidiæ ca. sunt, & hu. & fiunt ex zuccharo, & aqua, leniunt, & mollificant, propter causas spiritualium ponuntur hic. per. ij. annos. seruantur si bene siccentur.

Amylum.

Amylum cal. & hum. propter prædictas passiones ponitur hic. vltra annum non seruatur, quia ventositatem tollit post sex menses, quomodo fiat in circa instans require.

Capita pa.

Capita papaueris albi a quibusdam dicuntur esse frig. & sic. nos autem dicimus frigida esse, & hu. propter prædictas causas ponitur hic, quando simpliciter ponitur papauer, album intellige, raro tamen sine additione reperitur, papauer tritum, & cum albumine oui, & lacte mulieris distemperatum, & fronti appositum somnum prouocat.

Conficitur sic, quæ possunt puluerizari, puluerizẽtur, exceptis penidijs; quæ vero non optime contundantur, & cum syrupo conficiantur, postea puluis aliarum specierum addatur, ad vltimum penidiæ per se puluerizentur, & apponantur, syrupus cum quo conficitur optime sit decoctus plus scilicet alijs; minus tamen quam ille, cum quo conficitur stomachicum, vltra dimidium annum non seruatur.

Diacyminum dicitur, quia plus ibi est de cymino quam de aliqua specie, valet præcipue ad pectoris, & stomachi frigiditatem, & capitis; ventositatem intestinorum soluit, quartanarijs febrientibus mirabiliter digestionem procurat, si detur post comestionem cum vino. xij. pars. lib. i.

Recip. cymini pridie in aceto infusi, & exiccati drac. viij. scrup. i. cinna. garyoph. ana drach. ij. s. zingib. melanopiperis ana drac. ij. gra. v. galangæ, tymbræ, calamenthi ana drachm. i. scrup. ij. ameos, leuistici, ana drach. i. gra. xviij. macropiperis drach. i. nardi, cardamomi, Karæ myristicæ, ana scrup. ij. s. mel, quod sufficiat, dosis drac. iij. datur post comestionem cum vino.

Karea myristica nux mascata.

Diacyminum dicitur a cymino, quia ibi plus de cymino quam de alijs speciebus ponitur, diacyminũ magnum faciens alteratis a calido, quo non vtimur, sed tantum eo, quod facit ad omnes frigiditates pectoris, & stomachi, valet tussientibus ex frigida causa; consumit enim sua caliditate frigidos hu. à capite descendentes, & tracheam exasperantes, tussim facientes, vel etiam frigidos humores ibidem existentes, detur autem cum vino decoctionis caricarum; & passarum eunti dormitum, & bene cooperiatur, vt sudet, dolorem superciliorum placat, si fit ex fumo per indigestionem ascendente. Itaq; cõfert cyminum cũ vino decoctionis alicuius speciei procurantis digestionem. Capita frigida emendat, idest, q̃ fiunt in febribus. Cum autem febres fiunt ex frigido humore valet hoc electarium cum vino dulci. vinum artificialiter dulce dicitur carenum, digestionem procurat cum vino forti decoc. mastichis, datur secure ante cibũ, & post, ventositatem intestinorum expellit cum vino decoctionis fœniculi, anisi, valet contra emphraxim splenis, & hepatis, idest contra oppilationem splenis, & hepatis, valet cum vino decoctionis tamariscicorticum, & de radice fœniculi, petroselini, apij, asparagi, bruscі. Et nota, quòd emphraxis aliquando dicitur oppilatio, aliquando duricies splenis, & hepatis.

Cyminum calidum, & siccum in tertio ventositatẽ, & inflationem ab intestinis expellit, virtutem habet diureticam, & subtilitatiuam, ad confortandum digestionem ponitur hic, sic conficitur. Cyminum per diem in aceto infundatur, post ad solem desiccetur, siue ad vmbram, & cum alijs teratur. Confice sicut aliud electarium, per duos annos seruatur in sua bonitate, & non vltra.

Cyminum.

ADDITIO.

Gilbertus Anglicus capitulo destrictura corporis habet tres descrip. diacymini, quarum prima est eadem cum ista; aliæ vero ab ista differunt. Rasis nono ad Almansorem capitulo de his, quæ confortant stomachum, habet vnam aliam descrip. sed non est eadem; sunt vero nonnulli qui vtuntur isto diacymino Nicolai, & maxime in Gallia. Aliqui vero interdum magistraliter vtuntur descriptione Mesue. Summa medicinarum est res. xv.

Diacastoreum a castorco dicitur, quod ibi recipitur, valet contra grauissimam cephalicam, epilepticis, vertiginosis auxiliatur, hemicraneis, & monopagicis prodest doloribus, paralysim omnium membrorum emendat, & maxime capitis, emphraxim splenis, & hepatis, & renum soluit, & omnibus ægritudinibus secundum frigidum nocentibus obstat. xvi. pars lib. ij.

Rec. castorei, myrob. ana drachm. iij. minus gra. i. assæ fœti.

fati. myrrhæ,euphorbij ana drach.i.& grana.xvij.aloes, drach.i.s.minus gra.i.folij,antimonij,pyrethri,liqui.tragacanthi,calami aro.nitri,chalbani,schænan.opop.spicę, sagapeni, nu.muſ.caſiæ ſi.pip.long.albi.& ni.xylobal. carpobal.colocynthi.rheuponti. ſtyracis calamitæ,zing. cinna.ana drac.i.& gra.ij.ſtaphiſagriæ,dauci,marathri, petroſelini,apij,ſem.ſileris,daphnococci,ſinonis,petrolei, ſtyracis vn.ſan.draco.cardam.thuris maioris,& minoris,agarici,maſti.ſal.ammon.zedoariæ,niſi,ana ſcru.i. gra.ix.ſatureiæ,hyſſopi,chamædryos,pulegij,origani,balſamitæ,ocymi,brancæ vrſi.dictami,rutæ ſem.ariſtol.longæ,& ro.aaron,mabathematicon,aſari ſaluię,roſæ,bdel. ana grana.xvij.epithy.poly.opobal.ana gra.xiij.alipiados,cappa.ana gran.xi.anacardi,ſabinæ,gentianæ,corticis mandragoræ,ana gra.xi.peucedani,abſynthij ana dr. vij.ireos gra.iij.& tertiam partem vnius,mel quod ſufficit,datur in modum auellanæ capitalibus paſſionibus cũ apozemate eleliſphaci,hepaticis cum decoctione abſynthij,vel eupatorij,ſplenęticis cum aqua capparis,vel calamenthi;nephriticis cum aqua decoctionis granorum ſolis,vel macedonici;accipiatur ſummo mane,& ieiunet vſque ad horam nonam patiens.

DIacaſtoreum dictum eſt à caſtoreo, valet cephalalgicis omnibus prædictis, vno modo datur, ſcilicet cum vino decoctionis eleliſphaci.i.ſaluię, paralyſim omnium membrorum, maxime capitis emendat; ſi ſit paralyſis in lingua, fiant pilulæ ex puluere ſaluiæ, & caſtorei, & diacaſtoreo, & dentur.viij. vel xv. & diu teneantur ſub lingua antequam tranſglutiantur; ſi ſit paralyſis brachij,vel alterius membri fiat inunctio de diacaſtoreo reſoluto in oleo muſcellino, vel alio calido, & etiam interius recipiatur in prædicta decoctione. Emphraxis ſplenis,& hepatis,contra emphraxim ſplenis detur cum vino decocti.abſynthij,vel eupatorij,nephriticis,& ſtrãguriosis,cũ aqua decoctionis granorũ ſolis, vel petroſelini macedonici,qui mane accipit, ieiunet vſq; ad ſextã horã,melius eſt,ꝙ accipiat in medio die,& poſt non comedat,& in nocte accipiat.Reci. ſtaphiſagriæ,cal.eſt,& ſic. virtutem habet attrahendi phlegma a capite,& purgandi,vnde caput purgare dicitur, herba eſt, cum inuenitur per ſe, ſemen apponendum eſt, per tres annos ſeruatur.

Scilla. Scilla herba eſt, quæ alio nomine cæpe marina dicitur,quod attrahit,diſſoluit,digerit,& diuidit; attrahit.n. humores a ſuperioribus, & digeſtionem operatur in interioribus, & educit: herba venenoſa eſt ſecundum partem ſui vltra mare; quod interius eſt, mortiferum eſt, propter nimiam frigiditatem mortem inducit,quod autem exterius propter calorem nimium, quod in medio eſt temperatum eſt. Cum ponitur ſcilla in medicina ſcindenda eſt per medium, & ſic conſtat ex duodecim folliculis,quatuor remoueantur ab exteriori parte,& totidem ab interiori,& ſic de alijs proportionabiliter; medium vero in paſta inuolutum in furno ponitur, Cum autem paſta cocta fuerit, extrahatur,& ita præparata in medicina ponatur. Scilla integra ſub terra poſita per annum ſeruatur, dimidia per dimidium.

Branca vrſina. Branca vrſina ca.eſt, & hu.lenitiua,& mollitiua,ponitur hic,vt temperet acumen ſcillæ, & quarundã aliarũ.

Epithymũ. Epithymum calidum eſt, & ſiccum in tertio gradu, attrahit,& purgat melancholiam, ideo hic ponitur, per an.ſeruatur,herba eſt, quæ creſcit ſupra thymum ad modum foliorum, nullas habens radices, ſed ſupra thymũ ramuſculi cohærent ad modum radicis, conficitur ſic.ſi gummæ, quæ hic recipiuntur præ humiditate non poſſunt puluerizari, liquefiant, abſque liquore colentur, & cum melle deſpumato miſceantur, poſt aliæ ſpecies puluerizatæ addantur, per duos annos ſeruatur.

ADDITIO.

Simplicia cõponentia diacaſtoreum ſunt plura,inter quæ aliqua ſunt ſatis obſcura, de quibus parum hic dicetur. Primum eſt daphnococci, ſecundum compoſitorem eſt ſuccus cauliculi agreſtis, qui cauliculus, vt plurimum naſcitur in locis maritimis, & in locis altis, & deſertis, &c. ſunt ſimiles domeſticis, niſi quia ſunt albiores, & aſperiores, & amari. Quartum eſt alipiados, ſecundum compoſitorem eſt mezereon, & ſemen ipſius cocognidion vocatur, & non eſt laureola, vt quidam dixerunt; & aliter vocatur herba catholica. Alia ſatis nota ſunt. Summa medi. eſt res lxix.

DIacoſtum dicitur a coſto,quod ibi intrat,valet proprie ſpleneticis,& hydropicis,& leucophlegmaticis,& hypoſarcæ,quæ fit ſine calore, proprie valet ſpleneticis,nephriticis,& ſtrangurioſis optim.eſt.xij. pars lib.2.

Recip.aniſi,apij,aſari ana drac.ij.& ſcrup.ij.ſchænan. melanopi.myrrhæ ana drach.ij.ſem.rheubar.croci,ariſto. rot.& lon.ana drac.i.& ſcrup.ij.coſti, drac.i.s.cinnam. caſia ſi.ana drac.i.& ſcrup.i.mel.quod ſufficit,detur cum decoctione capparis, vel ſcolopendriæ ſero,& mane,doſis eſt drachm.ij.cum vino calido.

Summa me dicinarũ eſt eſt rec. 14.

DIacoſtum dictum eſt à coſto. Valet, &c. Spleneticа paſſio quandoque eſt ex cholera, quandoque eſt ex melancholia; raro tamen ex cholera, ſed ſi paſſio fit ex cholera non valet, ſed raro fit ex cholera: ſi vero fiat ex melancholia cum febre, non detur cum vino decoctionis tamariſci, ſi fit ex calefactione hepatis, detur cum aqua tepida additis triaſandalis, vel tryphera ſaracenica.

Contra dolorem ſtomachi ex frigiditate, vel ventoſitate detur cum vino decoctionis nucis muſcat. fiat emplaſtrum ex puluere maſticis, & ſoluta cera cum oleo muſcellino, & diacoſto, & ſtomacho ſuperponatur, datur ex frigida cauſa cum vino decoctionis ſpicæ nardi. Nephriticis, & ſtranguriosis cum aqua decoctionis ſaxifragiæ, granorum ſolis, & corticibus radicis herbarum diureti. hæc confectio non habet artificium, conficitur, vt electarium, per duos annos ſeruatur.

Summa me dicinarũ eſt rec.xx.

DIatragacanthum a tragacantho nomen accepit,ſanat omne vitium pectoris,et pulmonis, quod fit ex caliditate,& ſiccitate; maxime phthiſicis, hecticis, pleuriticis,& peripneumonicis valet,& ad omnem tuſſim, quæ fit ex caliditate, vel ſiccitate,& ad omnem linguæ, & gutturis aſperitatem. Cum vero ſumitur tandiu in ore teneatur, donec ibi diſſoluatur, medietas eſt lib.ij.

Recip. tragacan.albi, vnc.ij. gummi arabi.al. vnc.i. drachm.ij. amyli. vnc.s. liquiritiæ drachm.ij.ſem.melo. citrul. cucurbitæ ana drachm.ij. penidiarum vnc.ij.camphoræ,ſcrup.s.ſyrupi vio. quod ſufficit.Conficitur ſic,ſemina cum aqua,ponantur ſuper zuccharum, tantum tamen de aqua, qua poſſit zuccharum cooperiri,& bulliat vſque ad diſſolutionem zucchari; poſtea colentur per pãnum rariſſimum,& colatura ad decoctionem ſyrup.coquatur; poſtea tundatur in mortario bene miſcendo puluerem ſpecierum.

DIatragacanthũ dicitur à tragacantho, quod recipit pluſquam aliud electarium. Valet patientibus in pulmone, & in pectore, & ad vocem clarificandum. Si huiuſmodi paſſiones ſunt ex frigida cauſa non detur; ſi ex caliditate, & ſiccitate detur, tenendum eſt ſub lingua, & paulatim tranſglutiatur, vel diſtemperetur cum aqua hordei,& potetur, ſi patiens habeat frigidũ ſtomachũ,vt ſæpe contingit, ne ſtomachus magis infrigidetur

post exhibitionem tragacãthi detur vinum aliquantulũ E
lymphatum, vel quod melius est, vinum decoctionis
masticis; potest etiam dari in pilulis, ex amylo, & zuc-
charo, puluere liquiritiæ, & tragacantho confectis, &
vna magna, vel duæ paruæ sub lingua teneantur. Con-
ficitur sic, tragacanthum per se puluerizatur, quia ante-
quam cum alijs speciebus possit puluerizari, omnes
aliæ in fumum extenuarentur, & puluis ipsius ponde-
retur, postea aliæ species puluerizentur, sed semina melo-
nis, citruli, cucumeris, & cucurbitæ mundentur a corti-
cibus, sicut debent, & sicut præceptum est ab antiquis.
Nostri enim apothecarij huiusmodi laborem in se mini-
bus mundari recusantes, semina ita aliquantulo zuccha
ro simul terunt, & cum corticibus, & puluere cribellatum ponunt in medicinis, sed non tantum valet, confi-
citur cum syrupo simplici, qui bene sit coctus; non ta-
men nimium, quia nimis de speciebus non posset appo-
ni. Quidam hunc syrupum clarificant spuma oui, vt
diatragacanthum albissimum sit, postea ponitur puluis F
tragacanthi, postea aliorum, diutissime in mortario du-
cantur, vt bene incorporentur, & album fiat. Nota qui-
dam sophisticant hoc electarium cum puluere amyli in
multa quantitate ponentes, & alias species subtrahen-
tes; sed cognoscitur, quia positum in ore farinam sapit.
per ann. seruatur.

Diairis dicitur ab iri, prodest dyspnoicis, arteriacis, tussientibus, vocem perditam restaurat, si fuerit ex frigid. xij. pars est lib. iij. Recip. ireos vnc. i. pulegij, hyssopi, liqui. an. drachm. vi. tragacanthi, amyg. pinearum, cinnamomi, zingi. piperis, ana drachm. iij. caricarum, carnium dactylorum, passularum enucle. ana dr. iij. sem. styracis rub. drachm. ij. & scrup. i. mel quod sufficit, sumatur sero cum vino calido.

ADDITIO.

Diairis dicitur a radice illa, quæ ireos appellatur, vir- G
tutem respicit spiritualium læsam frigiditate, maturat,
consumit, ac mundificat humiditates contentas in pecto
re, & pulmone, vnde trãsglutiẽdo ex eo confert dyspnoi-
cis, orthopnoicis, asthmaticis, tussientibus, vocem perdi-
tam restaurat, & commistum cum zuccha. confert em-
pyicis. Gilbertus de Anglia in cap. de strictura thoracis
habet vnam aliam descrip. quæ eadem est cum ista. Aui.
in v. can. tractatu. vi. de ventre inferiori, & de debilitate
stomachi inquit, medicamen, quod dicitur diaireos, sed
idem non est, & fit istud electarium cum melle secundũ
præsentem descrip. communiter tamen in hoc tempore
præparatur cum zuccharo hoc modo, accipiatur zuccha
rum depuratum, & clarificatum, & coctum ad debitam
coctura̅, & quando infrigidatum fuerit, addatur pul-
ueris radicum ireos quantitas debita, & fiat confectio in
morsellis, quod vocatur diairis de zuccha. Simplicia sa-
tis nota sunt. Summa medicinarum est. xv. res.

*Diacalamenthum a calamentho dictum est, valet præ H
cipue ad omne vitium pectoris ex frig. maxime his
qui in senili sunt ætate; valet etiam tussientibus ex fri-
gida causa, & quartanarijs; si vero ex eo vtuntur post
prandium, & post cœnam in sero cum vino. xv. pars. est
lib. ij.*

Summa medicinarũ est res. xix. *Rec. calamenthi, pulegij, hyssopi. melanopip. seseleos, petroselini ana dra. iij. & scru. ij. leuistici, drac. i. & scr. i. apij sem. scr. i. ameos, thymi, anethi, cinna. zin. ana scr. ij. mel quod sufficit, datur post prandium, & cœnam.*

Diacalamẽthum dicitur a calamentho, valet tussi ex
rheumate, & ex frigida causa, datur in sero cum vi-
no forti, & aliter. Accipe baccas lauri, & cyminum, con-
trita calefiant in testa, sine liquore ponatur in sacculo, et
inde caput facellet, si sit vitio pectoris sup pectus ponat.

Pituitas. Pituita est frigidus humor, & viscosus in spi-
ritualibus, quem caliditate sua dissoluit, & consumit
sumptum, contra dolorem stomachi, si sit ex phlegmate
valet cum vino forti, digestionem procurat cum vino
decoctionis macis, potest dari ante cibum, & post ad pro
curãdũ digestionem. Ventositatẽ in intestinis expellit cũ
vino decoctionis ameos. Mẽstruis imperat, si retineãtur
ex viscosis humoribus sumptum per os, vel suppositum,
sic diacalamenthum reseruatur cum oleo muscellino, &
suppositorium inde factum cum bombace inuolutum
supponitur, quartanæ, & quotidianæ sic datur. Accipe
scrup. ij scammoneæ, scrup. i. euphorbij vnc. i. masticis,
vel macis, & tere cum diacalamentho commista dẽtur.
iij. vel v. horis ante accessionem, quartanarijs in die inter
polationis, postea detur vinum decoctionis rorismarini,
marathri, vel pigani, præcedente tamen purgatione in
vtrisque confice vt alia electaria, per duos an. ser.

*Diapapauer, quod mirabiliter prodest hecticis, phthi
sicis, nimium vigilantibus, tertia pars confecta est
lib. ij. Recip. succi liquiritiæ, tragacanthi, gummi arabi-
ci, ana drac. x. semi. papaueris albi, penidiorum, ana dr.
xx. amyg. dulcium mundata. drac. x. amyli. sem. cytonio-
rum, portulacæ, ana drac. v. sem. melonis, & cucurbitæ,
& cucumeris, lactucæ, maluæ, ana drach. viij. fac pul-
uerem, confice cum syrupo violarum, vel sapa.*

ADDITIO.

Diapapauer autem dicitur a papauere albo, quod reci
pit. Gilbertus Anglicus cap. de causis tussis habet vnam
aliam descrip. quæ eadẽ est cum ista Mes. distinctione de
loch inqt. Loch de papauere, & est diapapauer, sed apud
modernos aromatarios, aliud est diapapauer, & aliud
loch de papauere; nã hodiernis tẽporibus fit loch de pa-
pauere secundũ intentionẽ Mesue, & diapapauer de mẽ-
te Nicolai. Simplicia satis no. sũt. Sũma medi. est res xv.

*Diacodion dicitur a codio, quod papauer nigrum in- G
terpretatur, quod ibi intrat proprie, datur omni
solutioni ventris, maxime dysentericis cum decoctione
aquæ pluuialis, in qua sit spodium coctum, vel cum aqua
rosata, & lientericis cum careno. xij. pars lib. ij.*

*Recip. capita papau. nig. non nimis viridium, nec ni-
mis siccorum nu. xij. ros. drach. ij. s. croci, acaciæ, liqui. an.
drach. i. boli. vnc. s. cinnam. symphyti, hypocystidos, ba-
laust. ana drach. i. myrtill. vnc. i. coralli rubei, & albi, su-
mach. sanguinis draconis, laccæ, roris syriaci, ana scru. ij.
sem. portul. drac. s. Conficitur sic. capita papauerum po-
nantur in tantundem aquæ plu. quòd bene cooperiantur,
& per tres dies ibi dimittantur, & in ipsa aqua vsque
ad tertiam partem bulliãt, & postea colentur, & in cola-
tura ponatur, lib. i. s. mellis myrtini, & in tali melle su-
pradicta admisceantur. Confectio mellis myrtini, talis* Summa medicinarũ est res. xv.
*est, in duabus lib. mellis despumati ponatur vna lib. suc-
ci myrtillorum, & coquatur ad succi consumptionem,
& postea coletur, dosis eius drach. iiij. vel vi.*

Diacodion à codion, quod est papauer. quod recipit
in multa quantitate, & est duplex, Diacodion fa-
ciens ad fluxum ventris, & diacodion Gal. de quo hic a-
gitur, valet ad rheuma descendens ad pulmonem per tra
cheam, & tussim commouens.

Rheuma quinq; modis fit, vel enim fit, ex caliditate
dissoluente, aut ex frigiditate exprimente, aut ex humidi-
te lubricante, aut ex humorum abundantia, aut ex debi-
litate virtutis retentiuæ. Si ergo rheuma fit ex caliditate
detur cum aqua calida, si ex frigida causa nullo modo de-
tur, si ex humiditate lubrificante detur cum vino deco-
ctionis masticis, si ex humorum superabundantia nõ de-
tur, nisi facta prius purgatione, si ex debilitate virtutis re
tentiuæ detur cum aqua decoctionis rosarum, vel aqua
rosacea. Valet phreniticis datum cum aqua frigida si ta-
men cõfectum fuerit cum syrupo, & nõ cum melle, fiat
etiam emplastrum ex diacodion, & medico opio cum
lacte mulieris resoluto, vel cũ aqua rosacea, & fronti, &

tempo-

temporibus ſuperponatur. Valet febricitantibus non cō ſtipatis datum cum frigidis: ſi autem fluxum ventris patiantur cum aqua pluuiali, vel roſata. Requiem arthetics præſtat, requies alia eſt laborioſa, alia quieta. Cum.n. fluxus ventris ſit immature, & aliqua cauſa conſtringitur, requies ſequitur laborioſa; quando vero fluxus ſit vi ſymptomatis, & aliqua cauſa conſtringitur, ſit requies arthetica.i. ſine labore. &. capita papaueris. Papauer aliud eſt album, aliud nigrum. Nigrum fr.eſt, & ſic.album vero magis hu.cum inuenitur receptio papaueris ſimplex, tunc ſemen ponitur in medicinis, folia in emplaſtris, & vnguẽtis. Semina papaueris nigri, p duos annos ſeruant.

Papauer.

Acacia.

Acacia frigida eſt, & ſicca, conſtringit, & confortat, per annum ſeruatur. Eligenda eſt ſubnigra, quæ cum frãgitur interius lucida eſt, quæ aliquantulum cohærer, melior eſt; ſi eſt enim nigra, vel pallida, vetus eſt. Conficitur ſic. ſemen papaueris a capitibus excutiatur, & cum ſpeciebus teratur. Capita vero, nec nimis viridia, nec nimis ſicca, vt dicit auctor, aliquantulum contundantur, & acacia ſi.militer, & ponantur hæc duo in aqua pluuiali, per triduum dimittantur; deinde coque, & cola, & in colatura addito zuccharo fiat ſyrupus, cum quo conficiatur. Si vero conficiatur cum melle, coletur, & illa aqua coquatur ad ſpiſſitudinẽ, poſtea puluis ſpecierũ addatur.

Diaſena dicitur, quòd plus de ſena ponitur ibi quam de alia ſpecie, valet proprie melancholicis, maniacis, cardiacis, & triſtibus, tota confectio venit lib.i. Recip. ſenæ, vnc.iij. auellanarum aſſatarum numero.l. ſerici combuſti, drach.ij. lapidis armenici, drach.i.lapi. lazuli, drach.iij.zuc.vnc.vi. cinnamo.vnc.i.garyo.galangæ. piperis, ſpicæ, ocymi, zingi. foli.gar.cardamo.croci, zedoariæ, floris roriſmarini, macropiperis, ana drach.ij. mellis, quod ſufficit, detur cum aqua, in qua infuſa eſt ſena per noctem ſub diuo. Conficitur ſic.cum puluere auellanæ bene puluerizatæ, & deſpumato melle ad ignem decoquatur, deinde puluis ſpecierum admiſceatur, quod valet quartanarijs, & magis ſpleneticis.

Summa medicinarũ eſt vel.xx.

Diaſena electarium dictum a ſena, quod recipit plus quam de alijs, cum autem plura electaria dicta ſint diaſena, iſtud inter cætera vſuale eſt, valet melancholicis, triſtibus, & his qui ſunt ſine memoria, datur mane ſtomacho ieiuno, eodem modo detur cum omnibus prędictis. Sena folium eſt cuiuſdam arboris, & fruticis vltra mare in Græcia, & India: calidæ, & ſiccæ, complexionis, virtutem habet purgandi melancholiam, & ſanguinem aduſtum, per quinque annos ſeruatur; ſed non ſophiſticatur, quia in multa copia reperitur, ſena bulliat in ſucco boraginis, & inde fiat ſyrupus, multum valet epilepticis.

Auellana.

Auellanarum aſſatarum, calidæ ſunt, & ſiccæ, quidã dicunt, quòd ad membra confortandã hic auellanæ ponuntur, ſed falſum eſt, quia indigeſtibiles ſunt, & faciunt hoc electarium morari in inteſtinis, a quo fumus reſoluitur petens cerebrum, illud confortat, & depurat. Aueſlanæ ita aſſantur, nuclei in vaſe ferreo moueantur continue, ne exurantur, poſtea fricentur fortiter inter manus, vt pelliculæ non remaneant; ſimiliter terantur, & cum melle bene deſpumato conficiantur; deinde puluis ſpecierum addatur, per duos annos ſeruatur.

Alia diaſenæ deſcriptio. Recip. ſenæ, vnc.iij.cinnamomi, garyoph. folij, cardam. galangæ, macis, ligni aloes, piperis longi, zingib. zedoariæ, ſpicæ, nucis muſ.ana drac.iij. boraginem, & calamenthum adde, & cætera, quæ melancholiam purgant, auellanarum aſſatarum.l. ſetæ combuſtæ, drachm.ij. lapidis armeni, vnc.i. lapidis lazuli, drachm.iij.zucch.vnc.v. mellis deſpumati, quod ſufficit.

ADDITIO.

Diaſena dicitur a ſena, & ibi ponitur plus quã de alijs ſpeciebus. Gilbertus Anglicus ca. de vitijs ſplenis habet hanc eandem deſcr. hoc antidotum eſt multũ in vſu, ſed dubium eſt ſecundum quam deſcri. debeat fieri, quia aliqui ſecundum primam componi faciunt, alij vero ſecundum alteram; tamen ſi bene conſideres parum inter ſe differunt, & ideo parum refert ſecundum quam præparari debeat, quia ambæ deſcrip. etiam ad eandem intentionem ſunt ordinatæ. Summa medicinarum eſt res. xvi. cum additionibus.

Diacytonites dicitur à cytonijs, vnde ſit valet ad debilitatem ſtomachi, ſi fuerit ex frigiditate, appetitum confortat, ſi non deficit ex abundantia humorum, vomitum abſtinet, ventoſitatem prædictorum emendat, & bonum colorem facit, & debilitatem ſtomachi reparat, lientericis prodeſt; valet etiam his, qui nimiũ ſolutionem habent, facit maxime delicatis hominibus, & nobilibus: ilioſis confert, bonum odorem, & colorem præſtat. Nota, quod ſi ſtomachus laborat ex debilitate virtutis digeſtiuæ, debet dari poſt cibum; ſi vero ex debilitate retentiuæ, ante cibum.

Recip. cytoniorum in aqua elixatorum a cortice exteriori, & à nucleis interioribus mundatorum, lib.iij.mellis deſpumati, lib.iiij. v. ſupradicta cytonia bene, vt diximus, mundata, & fortiter trita in mortario, in caldario cum prædicto melle ſuper ignem ponantur; & cum ſpathula ſemper agitando bulliant, donec inſpiſſari incipiant. Cum vis ſcire, quando coctum fuerit, ponatur aliquantulum ſuper marmor infuſum aqua roſ. ſi non inuiſcatur, vt colligere valeas, coctum eſt: & tunc ab igne deponatur, & puluis harum ſpecierum cum ſpathula ſemper agitando ſuper aſpergatur. Recip.cinnam.vnc.i. ſ.zing.vnc.i. galangæ, pipe.ana vnc.ſ. garyoph.nu.mu. ana drach.iij. ſpicæ, ligni aloes, macis, cardamo.liqui.ana drach.ij.zedoariæ, drach.i.deinde ſuper marmor infuſum aqua roſ. cum aliquantulo muſci diſtemperatum ſupra marmor ſpargatur, & cum infrigidatum fuerit cum cultello fruſtatim incidatur. Et ſi laxatiuum facere volueris in vnaquaq; libra apponatur, vnc.ſ.ſcammoneæ tritæ, tamen cum fuerit calidum, antequam ſupra marmor ponatur, ſcammoneæ bene commiſceatur, & laxatiuum detur cum vino calido in ſero, ſimplex autem detur mane poſt prandium, & poſt cœnam.

Summa medicinarũ eſt vel.xv.

Diacytonites enim vtile eſt aſthmaticis, detur his cũ vino decoctionis liquiritię, eodem modo tuſſientibus. Phthiſicis valet, ſi phthiſis ſit ex rheumate, quia cõſtringit, & conſumit putredinem, virtutem habet cõſtrictiuam, & conſumptiuam ex ſpeciebus, cæterum detur hic cum aqua hordei. Vomitum conſtringit, ſi ſit de frigida cauſa, digeſtionem procurat, poſt prandium datum ventoſitatem delet cum decoctione ſeniculi. Colorem bonum facit, quia virtutem debilem confortat, quia ſpiritus reparat, hoc electarium conficitur diuerſis modis. Antiqui ſic faciebant, cotoneis contuſis extrahebant ſuccum, cum ſucco mel ponebant in duplo; eo decocto ad ſpiſſitudinem addebant ſpecies, & conficiebant. Moderni ſic faciunt, coronea integra aqua prius bulliente decoquunt optime, poſtea mundata a cortice, & a ſeminibus, & a duro illo, in quo ſemina latitant, & quicquid durum eſt interius, & exterius, poſtea exprimunt, & ſubſtãtiam tranſire faciunt per cribrum de ſetis, vel per corium vrſi minutim perforatum, & cum duabus lib. ſubſtantiæ commiſcent tres, vel quatuor lib. mellis, & decoquunt vſque ad perfectam decoctionem, & in v. lib. drachm.iij. vel iij. ſcrup. ſpecierum addunt, & faciunt electarium, & vſui reſeruant; deinde muſcus reſolutus cum vino puriſſimo in parua quantitate vini incorporatur ei, & ſic reſeruatur. Alij decoquunt ad multam ſpiſſitudinem. Deinde proijciunt electarium ſuper tabulam planificatam, & mundatam, & extendunt illud, vt ſtomachion; deinde muſcus diſtemperatus cum aqua roſata, vel vino ſuperaſpergitur, per fruſta ſcinditur, & reſeruatur.

Diahyſſopum

DIahyſſopum. Recip. hyſſopi, ireos, thymi, melanopi-
peris, ana drac, xxx. gliconij, thymbræ, pigani, cy-
mini, ana drac. xx. carnis dactylorum, caricarum, paſſu-
larum enucleа. marathri, ana drac. x. zingib. aniſi, carui,
leuiſtici, ana drach. v. mel, quod ſufficit, ſumatur mane,
& ſero cum tepida.

ADDITIO.

Iſtud electarium non eſt multum in vſu. Gilbertus anglicus in capitulo de cauſis tuſſis habet vnã aliam deſcript. quæ eadem eſt. Hyſſopus eſt herba ſatis nota, & hæc eſt hyſſopus ſicca. Gliconium, ſecundum compoſitorem eſt pulegium. Gilbertus etiam in ſua deſcriptio. poſuit Gliconium, quod ſecundum quoſdam eſt mentha ſtrum. Alij dicunt, quòd eſt calamenthum, ſed prima opinio eſt melior, thymbra id eſt ſatureia, piganum, id eſt ruta agreſtis. Summa medici. eſt res. xvij.

DIatrionpipereon, optimum rheumaticis, arteria-
cis, aſthmaticis, tuſsientibus, facit ad cauſas pe-
ctoris, & pulmonis; phlegma ſtomachi digerit, digeſtio
nem procurat, frigiditates, & dolores in ea factos am-
putat, hepaticis, & ſpleneticis, hypochondria tumenti-
bus, renibus, & veſicæ cauſis vtiliſſimum eſt, menſtruis
imperat, quartanarios, & quotidianarios typos, emen-
dat. Recip. nardi, amomi, melanopiperis, marathri, ana
drach. iiij. zingi. hyſſopi, petroſelini, leuco. ana drach. iij.
croci, caſ. trochi. hedychroi, epithymi, enulæ, betonicæ,
pigani, ſinonis, ameos, ſeſeleos, leuiſtici, ana drach. i. mel
lis, quod ſufficit, detur in modum auellanæ.

ADDITIO.

Diatrionpipereon dicitur à tribus generibus piperũ. Iſtud electarium deſcribitur à Nicolao in proprio antid. quod raro in vſu habetur, & valet ad ægritudines pectoris, & pulmonis frigidas, procurat etiam digeſtionẽ impeditam a frigiditate; nocumentis etiam aliorum membrorum ſubuenit à craſſis humoribus, & frigidis cauſatis; diminuit typos quartanarios, & quotidianarios, raro tamen in vſu habet, ſed illud quod à Meſue deſcribitur, præparatur. Eligendum eſt ex pipere nigro illud, quod eſt notum, in quo non eſt res ſimilis grano ſurfuris, & plenum. Sed ex pipere albo melius eſt illud, quod non eſt rugoſum, & contractum, ſed illud quod eſt magnum grauis ponderis; & illud confortat ſtomachum plus quã aliæ duæ ſpecies. Summa medici. eſt res. xxj.

DIamanna vtilis ad mollificandum ſanguinem, ad
choleram reprimendam, & etiam melancholiam,
valet etiam ad hepar calefactum, & corpus ſua virtute
purgat, recipiatur de eo, vnc. ſ. in aurora cum calida; &
multa alia corporis incommoda valet. Recip. mannæ,
zuc. viol. caſiæ ſi. ana vnc. iiij. tamarindi, zuc. roſ. ana
vnc. i. hæc omnia reſoluantur aqua decoctionis capil. ue.
ſcolopendriæ, hepaticæ, ana vnc. iij. ſeminum frigidо-
rum mundatorum, viola. ana vnc. i. prunorũ numero. xx.
colaturæ addantur zuc. lib. iij. & coquatur ad ſpiſſitu-
dinem, ſicut fit in tryphera ſaracenica, & tunc addan-
tur iſtæ ſpecies. Recip. ſeminum frigidorum mundato-
rum, vio. nenupha. ſcariolæ, lactu. portu. ana vnc. i. rheu-
bar. foliorum ſenæ, aniſi, ana vnc. i. & drachm. i. ſuma-
tur, vt dictum eſt ſuperius.

ADDITIO.

Iſtud electarium diamanna in aliquibus paruis antidotarijs Nicolai reperitur ſcriptum, in aliquibus non, & ideo non habetur in vſu; ſed illud Meſue, quod deſcribitur in proprio antidotario habetur in vſu, ſiquis tamen eo voluerit magiſtraliter vti poterit, quia valet ad ea, quæ dicuntur in tex. per ſemina frigida intelligun-

E tur hic quatuor ſemina frigida maiora. Summa medici. eſt res. xx.

ESdra dicitur, quia Eſdra propheta in Babylonia in
exilio poſitus eam primo inuenit, datur melancholi-
cis, timidis, & quibus ineſt malus appetitus, prodeſt, va
let etiam comedentibus carbones, & tophos, & teſtas
olarum, & ad nimiam cerebri frigiditatem, valet ad do-
lorem, & putredinem aurium ex rheumatica cauſa, &
ſi hoc modo fuerit aptata, fac licinium de panno, vel bõ-
bace, & in capite licinij pone parum olei muſcellini, &
ſuperponatur eſdra, & in aure patientis immittatur, ad
difficilem partum mulieris ſatis valet, ſi cum ſucco ar-
themiſiæ fuerit diſtemperata, vel ſabinæ, vtroque latere
ab vmbilico inferius inuncta: prodeſt ad tuſsim uete-
rem, uel humidam diſtemperata cum ſucco ptiſanæ, uel
amyli, valet ad ſciſſuras labiorum, ſi ex ea fuerit inun-
cta, valet contra venenoſos morſus animalium, ſerpen-
F *tum, ranarum, & aliorum reptilium, & contra mor-*
ſum canis rabidi; prodeſt toxicatis hominibus, ſi trium
annorum, vel quatuor fuerit data, cum ſuc. mentæ di-
ſtemperata ſupra vulnus inunctum ſatis confert. xl.
pars confecta eſt lib. iij. Recip. aliptæ muſc. myr. zuc. fo-
liorum rutæ, apij. ſe. chamæd. fœnu. ana dra. i. ſcrup. i. &
gr. i. eboris limaturæ, pigani, eleliſphaci. galenæ, balau-
ſtiæ ana drac. i. & gra. vj. ſ. & parum plus, cinna. garyo.
xyloaloes ſpicæ, zedoariæ, laccæ, roſ. cappa. pulegij, abro-
tani, melanopi. petroſel. oſſium dactyl. ana ſcrup. ij. ſ. &
gra. v. galangæ, zing. cro. hortenſis, anacardi, lithodæmo-
nis, mand. acori, pæonie, thymi, hyſſopi, roris ſyriaci, ba-
ſilici, dauci, fœni. ſe. altheæ, oliuarum oſſium, nimi uete.
optimi. drac. ſ. ſcrup. ſ. & gra. i. balſami, croci orientalis,
folij, coſti, galliæ calami aromatici, caſiæ ſi. myrob. nardi
celticæ, xylobal. traga. coral. al. & rub. confice rub. caſto.
opopana. bdel. chalba. aſpalthi, terebint. maſti. theriacæ
adriani, ſplenis pultri, uentris merguli, rheupon. ariſtolo.
G *lon. aſari, hermo. meu, ireos, pyrethri, peucedani, gentia*
næ, epithymi, iuio. arthemiſiæ, chimolee, folij, citri, laureo-
læ, mentæ, malabatri, quinquefolij, carpo. aniſi, amomi,
cymini, miconis, ſe. ozymi, palatocyni, ſe. rutæ hortenſis,
bac. lau. ſan. dra. lapidis magnetis, lapidis gagatis, oſſis
de corde cerui, muſcelæi, petrolæi, ana ſcrup. i. & tertiam
partem alterius, campho. amb. margaritarum perforata-
rum, & non perforatarum, blactæ bizantiæ, ſambuci,
ſtyracis, cala. ſera. ſulphuris uiui, antimo. hypocyſtidos,
macis, licij, ſchenanthi, acaciæ, herbæ ſyriacæ, floris o-
leãdri, phu, marrubij, ſulphuratæ, abſynthij alexandrini,
euphorbij, car. ſe. anethi, ameos, git, leuiſtici, ſe. citri, lac
copi. macropi. nigellæ, uſiſur, corticis neræ, mabathema-
ticon, aquæ uitis, ana ſcrup. ſ. gra. ij. lithargyri, amyli,
opij, iunci, radicis calamenthi, hyoſciа. ana gra. vij. mellis,
quod ſufficit, datur in ſero in modum auellanæ cum ui-
no calido.

Summa medicinarũ eſt vij. gr.

H ESdra opiata eſt dicta ab inuentore ſcilicet Eſdra Propheta, valet contra omnes capitis moleſtias factas ex frigiditate, vel ex frigido humore, abſque febre, & apoſtemate, vel ad eas, quæ dicentur in ſequentibus. Nota, quòd hæc opiata habet quaſdam communes laudes, quoniam valet contra quaſdam ægritudines, contra quas valet aurea, & eodem modo exhibẽda eſt, vnde de ſupra dictis in aurea prætermitto, valet melancholicis melancholia naturali, exiſtente in capite, præcipue data cum vino decoctionis gentianæ, vt ipſe dicit, ſed quoniam gentiana valet plurimum contra cauſas pectoris, vtilius datur cum vino decoctionis alicuius confortantis, vt nucis muſ. vel garyophylli, vel muſci, hæc enim depurant cerebrum, & confortant. Ad vuulam relaxatam ex rheumate data in pilulis ſic, puluis cinnamomi, antheræ, commiſceantur cum eſdra, & fiant pilulæ, & teneantur ſub lingua, cum tali etiam confectione longiore digito, vel aliquo alio in eſtino ſubleuetur vuula: exiccat. n. & conſumit hu. Synanchicis in prin. ſ ante confirmationem

tionē apoſtematis facto inde gargariſmo cū ſapa, & ſorti aceto prodeſt; hic enim gargariſmus repellit materiā, nec permittit apoſtemata confirmari. Item etiam valet ad intenſam, vel remiſſam. Cōtra rhagadias, & ſciſſuras labiorum factas ex melācholica ſiccitate, ſi fiant ex cholera vlcerante non valet eſdra; debet autem ſuper rhagadias inungi hæc opiata addito puluere radicis portulacæ aduſtæ, mirabiliter confert puluis iſte confricatus cum eſdra, vel cum ſolo melle contra huiuſmodi ſciſſuras labiorum, manuum, & pedum, ex viſcoſo phlegmate factas. Ictericis ſine febre, & ſine magnā hepatis calefactione, & præcipue quando ictericia naſcitur ex aliquo craſſo, & viſcoſo humore oppilante, exhibetur in iſtis competēter cum aqua diure capil. vener. hepatica, adiathos; cerrach etenim aqua deoppilatiua eſt. Splenetricis ex melancholia, quia ſi ſit ex cholera non confert eſdra, debet autem eis dari cum aqua, vel vino decoctionis capparis præcedente purgatione, & inunctionibus ſplenem mollificātibus, arthreticis, podagricis, ſi fiant ex frigidis humoribus rheumatizantib. valet eſdra eūti dormitum cū calido vino; conſtringit enim membra relaxata, & conſtringendo rheuma cohibet. Ad dolorem poſt partum, qui fit ex ſolutione continuitatis retinaculorum ex magnitudine fœtus elongantis pudenda præter modum, & elargantis, tunc valet eſdra cum vino; conſtringit enim membra relata, & conſolidat ſoluta. Suppoſita etiam cū puluere olibani idem facit.

Ad dure parientem valet propter balſamum, quod recipit, & expellit fœtum. Iſtis autem dātur cum vino decoctionis rutæ, arthemiſiæ; ſupponatur etiam diſtēperata cum ſucco earundem herbarum. Ad morſus venenatorum, quia multa recipit, quæ venenum expellunt, vt dictamum, ariſtolochiā rotun. gentiana, detur cū vino decoctionis mentæ, & morſuræ ſuperponatur; ad hoc tamen theriaca melius valet. Contra lepram albam. i. quæ fit de phlegmate, quam quidam dicunt alopeciam, Conſtantinus tamen dicit, quòd alopecia fit de ſanguine; detur autem cum vino. Nota, quòd non tantum efficacius eſt in hoc mithridatum. Fluxui prodeſt a capite, data, vt diximus, vel fluxui ventris, & præcipue lienteriæ data cū vino decoctionis maſticis: præcedat tamē medicina phlegmagoga, vt polypodium, colocynthis, & ſimilia. Fœnugræc. ſecūdum quoſdam calidum eſt, & ſiccum, mihi autem videtur, quòd ſit calidum, & humidum, virtutē habet remouendi, & relaxandi, & maturandi, ponitur hic vt relaxando medicinas eaſdem conſumptioni habiliores reddat, & humiditate ſua violentiam aliarum reprimat, & obtundat. Fœnugræcum herba eſt, cuius ſemen ſimili nomine dicitur, cum ſimpliciter reperitur in medicinis ſemen apponendū eſt, per tres annos ſeruatur.

Balauſtia. Balauſtia frigida eſt, & ſic. virtutem habet conſtringendi fluxum, & rheuma, & ob hoc ponitur hic balauſtia, flos eſt mali granati caducus; debet autem colligi quando adhuc vicinatur origini, viridem habens colorem, ad vmbram, vel ad Solem deſiccatur, per biennium ſeruatur.

Abrotanū. Abrotanum ca. eſt, & ſic & virtutē habet attrahēdi, & cōſumendi ſuperflua, herba eſt, q̄ in productione florum colligi debet; flores, & folia abiectis ſtipitibus in medicinis ponimus, per annum vel per ij. ſeruatur, ſed ſi quolibet anno renouetur, melius eſt.

Lithodemō. Lithodæmonis, ca. eſt, & ſic. complexionis, virtutem habet conſumendi, & abſtergendi ſuperflua, lithodæmon, lapis dæmonis dicitur, vel ideo quia eſt nigri coloris, vel ideo quia in lacu, vbi Sodoma, & Gomorra perierunt, inuenitur, ſicut aſphaltum ſecundum quoſdam: ſed eſt falſum, non multum indiget electione, diu ſeruatur.

Oliuæ fructus. Oliuæ fructus, oliua ca. eſt, & hu. virtutem habet relaxandi, & reſoluēdi, recentes ponendæ ſunt in medicinis, vel ſaltem ſine ſale conditæ, quidam ponūt tamen oſſa, quidam totam oliuæ ſubſtantiam, quod melius eſt.

Semen althææ. Semen althææ inter ca. & fr. temperatū, virtutem habet humectandi, vt humiditate ſua violentiam aliarum ſpecierum contemperet, ſemen maioris dicitur maluæ: eſt enim malua maior, & arbor. maior malua biſmalua dicitur, & viſcus idem dicitur, cum in vnguentis, & emplaſtris althæa inuenitur, folia, vel radices debent apponi, in antidot. tamen ſemen eſt ponendum, per annum ſeruatur.

Celtica. Celtica ca. eſt, & ſic. virtutem habet diuretică, propter vitium renum ponitur hic, & veſicæ, & matricis, dicunt quidam, quòd ſpica celtica eſt ſaliunca, quod falſum, eſt enim ſpica duplex, ſpica celtica, & ſpica nardi. Spica celtica debet eligi albida; in occidentali plaga inuenitur, pro ea ponunt apothecarij ſaliuncam.

Gallia. Gallia calida eſt, & ſicca. virtutem habet confortandi, & conſumendi.

Confra. Confita ru. i. ſtyrax, calida eſt, & ſic. virtutem habet confortandi, & conſumendi, & conglutinandi; confortat enim aromaticitate ſua reparando ſpiritus, qualitatibus ſuis conſumit ſuperflua, & glutinoſitate ſua fluxum rheumaticum cohibendum cōſtringit. Styrax ru. gummi eſt arboris in India naſcētis, in vere namque arbore illa incīſa ſecundum ramuſculos a ruſticis gummoſitas quædā emanat, quæ circa ſuperficiem arboris condenſata fit ſtyrax rubea, & dicunt quidam, quod puriūs eſt in illa gummoſitate. ſtyrax talis dicitur; quare bona gutta, & impurius ſtyrax rubea. Nos dicimus, quòd gummi ſunt diuerſarum arborum, fortaſſis de rubea, quia ad colorem rubeum accedit, illa debet eligi, quæ rufa eſt, & manibus malaxata, vt cera, per xxx. annos ſeruatur.

Splen pulr. Splen pultri non determinatur ab auctoribus cuius complexionis ſit ſplen pultri; ratio tamen, & effectus eius manifeſta, quòd ſit cali. & ſic. tum quia de maſſa ſāguinea fit, tum quia ſuperflua conſumit, ponitur hic propter paſſiones capitis, & epilepſiam, & paralyſim, & typos febrium. Splen pultri non eſt ſplen, vt quidā dicunt, ſed eſt quædam ſuperfluitas circa cerebrum pulli equini, quod in tempore ſuæ natiuitatis per motum permutationis per nares emittitur, & niſi ſtatim ab aliquo recipiat', mater pulli eam abſorber, Soli exponitur, & ſiccatur, per biennium ſeruatur, ſed quāto magis exiccatur, tanto eſt melior, puluis eius ſpecialiter valet pueris tuſſientibus, & aſthmaticis datum cum lacte.

ventris merg. guli. Ventris merguli, de ratione huius eſt, q̄ ſit frigidæ, & ſiccæ complexionis, licet non inueniatur ab auctoribus determinatum, quia auis nata eſt in aquis degere, & aquas habitare, dicitur tamen quia membrum illud neruoſum eſt, ideo ponitur hic, vt frigiditate ſua aliarū ſpecierum acumen temperet, & ſiccitate membra conſtringendo relaxata rheumaticum humorem cohibeat. Venter merguli, ſtomachus merguli dicitur, & in noſtra lingua peter, & in gallica caſſier appellatur, & tota illa ſubſtantia, exiccata vſui medicinæ conſeruatur, quanto autem de maiori, quæ poteſt haberi, tanto melior eſt. In electione tamen ventris merguli, & ſplenis, facile quis poteſt decipi, quoniam quolibet ſimile pro eo poteſt vendi. per annum ſeruatur.

Arthemiſia Arthemiſia ca. eſt, virtutē habet conſumendi, extenuā di, & diuretica eſt, propter cauſam ponitur hic renum, et veſicæ, flores, & folia abiectis ſtipitibus medicinæ competunt, in tempore productionis florum colligitur, & ſiccatur, per annum ſeruatur.

Chimolea. Chimolea frī. & ſic. complexionis, virtutem habet cōſtringendi. Chimolea, teſta argentea, terra ſaracenica, terra ſigillata, & terra ſiguli idem eſt; eſt enim quædam maneries terræ, quæ vltra mare reperitur: aromatica eſt aliquantulum, & alba ſicut trochiſci. Saraceni in ea ſigillum imprimunt, vnde ſigillata eligenda eſt aromatica, & quanto albior inuenitur, & cui ſigillum impreſsū eſt, apothecarij quandoque accipiunt aliam terram, ſcilicet cretam albam, & pro ea ponunt, & diu abſque corruptione ſeruatur. Experimentum contra capillorū aſperitatem poſt ablutionem capitis reſoluatur chimolea in aqua tepida, & inde caput lauetur, & capilli per ſe exiccentur, capillos facit odoriferos, lenes, & aſperitatem rem ouet.

Menta

Menta. Menta ca.eſt,& ſic.virtutem habet confortandi,& conſumendi. Mentæ duæ ſunt maneries, eſt.n. menta communius, & menta Romana, ſiue ſaracenica, quæ apud Montem peſſulanum coſtum dicitur, cum ſimplex inuenitur.Recip.mentæ,communis debet poni,ſcilicet folia abiectis ſtipitibus,in vmbroſo loco, vel ad Solem deſiccatur, per dimidium annum ſeruatur.

Malobathrum. Malobathrũ ca.eſt,& ſic.virtutem habet confortandi ex aromaticitate ſua,& conſumendi, & diſſoluendi,malobathrum folium album, vel folium Paradiſi dicitur, quia in Paradiſo naſcitur,non recordor me vidiſſe, malo bathrum vltra mare inuenitur; ponuntur autem pro eo folia garyophyllorum, ſubtiliora, & tenuiora, de quorũ electione dictum eſt ſatis.

Lapis magnetis. Lapis magnetis frigi.& ſic.complexionis, virtutẽ habet ſuperflua detergendi aſperitate ſua,& ferrum attrahẽ di,lapis eſt, qui in Occidente, & Oriente reperitur,eligẽ dus eſt, qui ſecundum quantitatem ſui proportionaliter ferrum magnum, vel paruum facile attrahit; qui vero hoc non facit,abijciendus eſt,diu poteſt ſeruari.

Lapis gagatis. Lapis gagates frigi. & ſic.complexionis eſt, virtutem habet deponendi ſuperflua grauitate ſui, & aſperitate, lapis rotundus eſt, & ſatis ponderoſus eſt, non ſophiſticatur, diu poteſt ſeruari.

Muſcelæon. Muſcelæon cal.eſt,& ſic.virtutem habet calefaciendi, & diſſoluendi, & confortandi, oleum eſt, quod de muſco, & alijs ſpeciebus aromaticis ſic fit. In vaſe vitreo ponitur oleum commune cum prædictis ſpeciebus, & in caldario aquæ pleno bene per vnum diem permittat; bullire debet cum radice eius herbæ, quæ pes columbinus dicitur: illa herba tantum vltra mare inuenitur, ſophiſticatur autem a quibuſdam, qui de ſola caſia lignea, & cinnamomo hoc faciunt oleum.

Sambucus. Sambucus cali. eſt, & ſic.ſambucus arbor eſt,quæ de menſe in menſem flores producit, vltra, & citra mare inuenitur,de florib.eius fit oleum ſambucinum ſic: flores in oleo communi in ampulla vitrea ponuntur. Soli exponitur per xxx.dies, & eo amplius illud coleur; & fit oleum ſambucinum, & cum inuenitur oleum ſambucinum, ipſum oleum debet imponi, non frondes, quas quidam ponunt.

Caballi marini. Caballi marini ca. & ſic. ſunt ſecundum quoſdam, ſecundum alios frigidæ,& ſiccæ virtutis, virtutem habent deſiccandi, & conſumendi ſuperflua, quidam piſciculi ſunt,qui in mari inueniuntur dicti caballi, eo,quòd capita habent ſimilia caballi capiti, & pedes ſimili modo, quidam eos exiccant ad Solem ſale conditos, vel ſine ſale; quidam non, per biennium ſeruantur.

Hypocyſtidos. Hypociſtidos fr. & ſic. complexionis eſt,virtutem habet conſtringendi membra ſolura,ſuccus eſt cuiuſdã ungi eodẽ nomine vocati, qui apud pedem roſæ caninæ naſcitur,& eſt rubeus; fit autem ſic.fungi in magna quantitate terantur,& ſuccus exprimatur, & Soli deſiccetur,eligendus eſt non multũ ſolidus, nec multũ mollis,qui cũ frangitur aliquãtulũ lucidus eſt, per biennium ſeruatur, melius tamen eſt,ſi quolibet anno renouetur.

Litium. Litium calid.eſt,& ſic.virtutem habet abſtergendi,et mundificandi ſuperflua, litium, oculus lucidus dicitur, eo, quòd oculos lucidos, & claros reddit in collyrijs appoſitum, quidam aſſerunt, quod confectio eſt, alij,quòd ſuccus herbæ; fit autem litium ſic caprifolij pinulas collectas in menſe Septembris tere, & per linteolum cola, & ſuccum eius in concha ad ſolem exicca, & illud erit litium,eligendum eſt aliquantulum ſolidum,& vnius coloris cũ frangitur, per vij.annos ſeruatur.

Flos oleandri. Flos oleandri cali. & ſic. complexionis, virtutem habet calefaciendi vehementer, & conſumendi. Oleander arbor eſt ſimilis lauro circa marina naſcens, eſt autem arbor pernitioſa, & mortifera: ſi enim in eius ramis carnes aſſentur vel verubus infigantur, comeſtæ, mortem inferunt. Et nota, quòd flores eius nunquam per ſe debent dari.

Sulphur. Sulphurata ca.eſt,& ſic.virtutem habet diſſoluendi ſuperflua, etiam extenuandi *in* modum ſulphuris,vel exurendi in modum ſulphuris; vnde ſulphurata, vel ſulphuritia dicitur,herba eſt,cuius ſemen competit vſui medicinæ, vnde cum ſimplex ſulphurata inuenitur,ſemen ipſius aponimus,per tres,vel quatuor ann.ſeruatur.

Cardamo. Cardamomi ca.& ſic.ſemen eſt naſturtij,virtutem habet diſſoluendi ſuperflua,& conſumendi,& attrahendi. Naſturtium herba eſt,& eſt naſturtium hortulanum,& eſt aquaticum, & alio nomine ſenatio dicitur herba cõpetit vſui medicinæ, & ſemen,cum ergo inuenitur.Rec. naſturtij, ſemen apponendum eſt.

Naſturtium hortulanum eligendum eſt, quod habet acutiorem ſaporem,per tres annos ſeruatur.

Semen citri. Semen citri, cali. & ſic.virtutem habet diureticam. Citrus eſt arbor,cuius fructus citrus vocatur.

Semen citri, & cortex medicinæ competunt, ſemen colligitur in Maio, & Soli exiccatur, eligẽdum eſt ſemẽ, quod in maturo citro inuenitur, per tres annos ſeruatur.

Git, & nigella. Git,& nigellæ cali. & ſic. complexionis virtutem habent diſſolutiuam,& conſumptiuam,ſemina ſunt,ſimili nomine appellantur, quorum herbæ in frumentis inueniuntur, in quorum notitia Salernitani non conueniũt. Quidam enim dicunt git eſſe craſſum; & rubeum, ſemẽ autem nigellæ gracile, & triangularum: & fere omnes habent hanc ſententiam, ego autem dico nigellam eſſe craſſiorem quam git, per tres annos ſeruatur,nigella mẽſtrua peroptime prouocat, cum inuenitur ſimpliciter. Recip git, vel nigellæ,ſemen eſt apponendum.

Vſtum. Vſtum idem eſt, quod minium,vnde fiunt capitales literæ rubeę,ca.& ſic.complexionis eſt,virtutem habet abſtergendi ſuperflua ex aſperitate ſua, vſtum non eſt vena terræ, ſed ex coctione artificioſa aquoſis, & aereis partibus in igneas tranſeuntibus, eligendum eſt clarum,& lucidum cum oppreſſo rubore, diu ſeruatur.

Cortex nucis. Cortex nucis ca.& ſic.virtutem habet diureticam. Nux arbor eſt ſecundum quoſdam, vel herba,quæ in Apulia inuenitur,producens fructum ad modum baccarum lauri, qua vtuntur Saraceni ad faciendas tincturas, cortex huius arboris competit medicinæ, non ſophiſticatur, per duos annos ſeruatur.

Mabathematicon. Mabathematicon cal.& ſic.complexionis eſt, virtutẽ habet diureticam, mordicat, & pungit inteſtina: vnde mouentur ad ſuperflua expellenda. Mabathematicó ſuccus eſt caulis agreſtis, & domeſtici habentis folia piloſa, ex parte exteriori, & interiori ſubalbida, vel pallida: eſt autem domeſticus, & agreſtis, folia conteruntur, ſuccus extrahitur, ad Solem exiccatur; quidam autem ſubſtantiam caulium tritam cum ſucco conficiunt, & trochiſcos informantes vſui ſeruant, ſed non approbo, eligendum eſt, quod cum frangitur interius non habet lanuginem, aliquantulum humiditatis habens, per tres annos ſeruatur.

Aqua vitis. Aqua vitis frigida, & ſicca. virtutem habet conſtringendi,& infrigidandi; colligitur autem ſic. In vere quãdo multa humiditas a terra transfertur, rami vitis inciduntur, & loco inciſionis ſuſpenditur ampulla vitrea, vel aliquid huiuſmodi, vt gutta aquæ recipiatur, & aqua optima eſt contra arſuram, & pruritum oculorum, per tres an.ſeruatur.

Lithargyrium. Lithargyri frig. & ſic. complexionis eſt, virtutem habet abſtergendi ſuperflua interiorum aſperitate ſua; raro tamen ponitur in medicinis excipiendis per os, melius enim in vnguentis, & emplaſtris operatur. Lithargyrũ dicitur fieri de ſpuma auri, vel argenti, ſed ſpuma auri proprie dicitur cadmia; & iſtud eligendum eſt, vt potemelius, & poni debet in medicinis, ſi poteſt haberi, ſed apothecarij ponunt loco eius lithargyrum, quod fit ex ſpuma æris,quod non tantum valet, diu ſeruatur, optimum vnguentum fit de puluere eius,& forti aceto decoctum contra ſalſum phlegma.

Iuncus. Iunci radix ca.eſt, & ſic.virtutem habet diureticam, iuncus herba eſt ſatis nota, cuius radices aſſimilantur galangæ,adeo,ꝙ cum ipſis aliquando galangam adulterãt, huius radices ponuntur in medicinis mundatæ a ſuis ramuſculis, per duos annos ſeruatur; melius tamen eſt ſi

quolibet

quolibet anno renouetur. Conficitur sic a quibusdam. Omnes species simul puluerizantur, & appositis oleis, & melle despumato conficiunt. Sed longe melius est si lapides, qui ibi recipiuntur, puluerizentur, & aliæ species simul, postea facta commistione puluerum conficiantur cum tali proportione, vt pro vna lib. puluerís ponantur tres mellis, vltimo apponantur olea cum modico mellis incorporata, diu seruatur esdra, & post vij. annos melior est. Nota, quòd magister Copho, & magister Io. de Pla. in hoc erant gemelli, quia fere omnes alij de esdra discordabant dicentes, quòd esdra, aut nullam, aut modicam habebat efficaciam, quia cum infinitæ species in ea reperiantur, quas reperies in eius dosi, de tot millibus vnum fere nihil potest operari.

Summa medici. est rest.

Electarium Ducis dicitur, quia abbas de curia illud composuit ad opus ducis Rogerij filij Roberti Viscardi, propter indigestionem, & ventositatem stomachi, & intestinorum, & ilij dolorem, & vitium lapidis. xij. pars est confecta lib. i. Reci. ani. drach. ij. & gra. xvi. liqui. masticis, ana scrup. i. & gra. v. chamædrios, zinzi. cinnam. galan. mara. carui ana scrup. i. gra. xv. xylocasiæ, calamenthi, dauci, pyrethri, piperis al. & lon. cyperi, schænanti, ireos, amomi, folij, asari ana scrup. i. spicæ, croci, gummi ara. drag. se. anheti, cala. aro. cucubæ, garyo. carpob. leuistici, iuniperi alexandri. sileris, pentaphylon, se. asparagi, citri, acori radi. ameos ru. indi, virticæ, rheupon. nucis myristicæ, ligni alo. basilici, milij sol. saxifragi. se. citrul. melo. cucu. & cucur. scario. petroselini, been al. & rub. styracis cala. cardamo. ana gra. xv. penidiorum vnc. s. & scrup. ij. s. mel, quod sufficit, datur post prandium, & post cænam cum vino calido, si datur contra lapidis vitium, sumatur cum decoctione milij solis, vel scolopen.

Electarium ducis dicitur a duce inuentore, vel ad opus ducum cõpositum, valet ad dolorem ilij. Alius fit ex cholera pungente, & mordicante intestina, & resoluente humores in ventositatem, vnde fit extensio, & dolor. Interdum ex humore phlegma. in intestinis congregato, aliquando vitio lapidis comprimentis intestina, ex compressione cuius; superfluitatibus retẽtis, dolor emergit iliacus. Si fiat ex cholera hoc electarium confert propter plura calida, quæ recipit; si autem fiat ex phlegmate, de ratione probatur multum valere datum simpliciter; hoc enim electarium diureticum est, & experientia nouimus, quòd electaria calida, & diuretica simpliciter data, non existente constipatione, valent subtilioribus partibus per vrinam euacuatis. Si fiat ex vitio lapidis, valet datum cum decoctione saxifragiæ, granorum solis, & lapidis lyncis; fiat etiam emplastrum de electario ducis cum succo senationis, & cum oleo communi, vel
" mustellino " mustellino, & pectini, & lumbis superponatur; pars etiam illius emplastri per pannum exprimatur, & colatura addito balsamo per syringam injiciatur, valet contra dolorem ilij ex phlegmate sic exhibitum, fiat decoctio violarum, & prunorum damascenorum, & mercurialis in vino, vel aqua, & in colatura electarium resolutum exhibeatur optimum clyster contra hanc causam; fiat decoctio senationis in aqua dulci; & marina; in colatura electarium ducis; & benedicta resoluatur, & addito melle, & oleo per clysterem injiciatur. Valet ad dolorẽ stomachi factum ex frigido humore, vel ventositate; detur autem cum decoctione nucis muscatæ. Nota, tam in his quam in prædictis ieiuno stomacho melius exhibetur, in eius confectione non magno vtimur artificio, terantur species secundum doctrinam aliorum electariorum, cum melle conficitur; debet autem exhiberi cum vino decoctionis nucis muscatæ.

Electarium Pliris arcoticon, pliris est completa medicina, arcoticon principium interpretatur, valet tristibus, melancholicis, & ad magnam stomachi debilitatem, & cordis, & syncopim, memoriam reparat, sensum acuit, epilepticis, anheliticis, acatalectis prodest, & omnem debilitatem cerebri reparat. vij. pars lib. i. Recip. cinna. garyo. ligni alo. galang. spicæ, nucis muscat. zing. spo. schænanthi, cyperi, ros. viol. ana dra. i. & gra. xv. folij, liquiritiæ, masticis, styra. sampsuchi, balsamitæ, basiliconis, cardam. macropi. & leucopi. myrtilli, corticis citri ana scrup. ij. & gra. v. gemmarum, been albi, & rubei, coralli, serici combusti ana scrup. i. gra. ij. muscí gra. vij. & s. camphoræ, gra. v. syrupi ros. quod sufficit febricitantibus cum aqua mane, & sero, non febricitantibus cum vino. *Summa medici. est rest.*

Electarium pliris arcoticon. Pliris nomen est huic electario ab auctore impositum, arcoticon dicitur principale, seu princeps electarium propter magnam efficaciam, valet contra omnes passiones, quę fiunt ex melancholia scilicet maniam, vel melancholiam, epilepsiã, & cardiacam. Perditum saporem restaurat, omnibus eodem modo exhibeatur scilicet, cum vino odorifero, vel, quod melius est, cum syrupo facto de succo boragi. & zuccharo, melancholiæ fumositatem consumit, & meatus spirituum elargat, & sua aromaticitate cerebrum confortat.

Timorem remouet, & securitatem præstat, timor ex melancholico humore consurgit, quem consumendo securitatem inducit, cessante enim causa, cessabit effectus; detur contra hanc passionem cum vino decoctionis ligni aloes, & ambræ. Ad dolorem stomachi ex indigestione, vel frigiditate contra quam valet prædicto modo, vel addatur principaliter, datum cum decoctione tertiæ partis nucis mus. & viij. garyoph. & scrup. i. masticis. Anafrasim stomachi amputat ex indigestione facta, contra quam valet prædicto modo, vel addatur modicum masticis, vel anisi.

De Sampsuca. Recip. Sampsuchi. Sampsucus herba est, quæ alio nomine dicitur maiorana, ca. & sic. virtutem habet confortandi ex aromaticitate sua, cõsumit ex qualitatibus suis, ad confortationem membrorum ponitur hic, in productione florum est colligenda, & ad Solem deficcanda, cum ponitur in medicinis, flores, & folia à stipitibus separentur, & quãtitate ab auctore determinata ponatur, per annum seruatur.

De balsamita. Balsamita ca. & sic. est, balsamita dicitur, q̃ odorem balsami portendit, herba est satis cõmunis, & nota. ponitur hic ad confortationem membrorum, in vere colligitur, per an ser. quanto recentior est, tanto melior est.

De myrtilli. Myrtilli fr. & sic. fructus sunt herbæ myrti, virtutem habent constringendi, & confortandi, ponũtur hic nõ ad constringendum, sed ad confortandum; confortãt enim membra calore relaxata, cum constringendo partem parti cohærere faciant: vel apponuntur ad repressionẽ caloris calidarum, & siccarum; ne calor exolutus membra debiliter. Colliguntur cum bene sunt nigri, & maturi, & siccantur, per annum seruantur, eligantur autem, qui cum franguntur, aliquid habeant humiditatis.

De cortice citri. Corticum citri. citrus est arbor cuius fructus citrum dicitur, citrum triplicis est substantię; habet enim acetosum interius, quod frigidum est, & siccum, pulpam in medio, quæ calida est, & humida, corticem exterius, qui frigidus est, & siccus, & sic cortex ponitur hic, qui subtilissime etiam mouetur à pomo, & siccatus apponitur.

De been alb. Been album, & rubeum, tam album quam rubeum cali. est, & sic. herba est, quæ in transmarinis partibus inuenitur, radix competit medicinæ; virturem habet confortandi, consumendi, ponitur hic ad consortandum membra, & ad consumendum superfluitates melancholicas, quæ cardiacam inducunt passionem, eligendum est continuum, non perforatum, extentum, ponderosum, quod habet his contraria signa vetustate consumptum, per annos tres ser.

De serico combusto. Serici cõbusti, non est determinatũ ab aliquo auctore, cuius complexionis sit, ex complexione aũt animaliũ illud operantium percipere possumus esse frigidæ cõplexionis, & siccę, qa anili vtuntur nutrimẽto, & magis siccum

cum poſtquam combuſtum eſt, ponitur hic, vt conſumat,& abſtergat ſuperflua, comburitur ſic. ſuper regulã calidam ponitur,& deſiccatur,donec poſſit puluerizari, combuſtum non poteſt ſeruari, apothecarij non apponunt purum ſericum,ſed eius ſuperfluitatem, ſed ponendum eſt quanto purius inueniri poteſt, quia efficacius operatur.

De camphora. Camphora fri.eſt, & ſic.virtutem habet conſtringẽdi ex qualitatibus ſuis,confortandi ex aromaticitate, ad cõfortandum,ponitur hic vt temperet caliditatem ſpecierum ibi appoſitarum. Quidam dicunt camphoram eſſe gummi. Sed nos cum Dioſco.dicimus eſſe ſuccum herbæ, quæ in tranſmarinis partibus inuenitur, quæ cãphora dicitur. Eligenda eſt alba,& quam clarior poteſt inueniri, in pſyllio, & ſe.lini in vaſe vitreo poſita diu poteſt ſeruari,vel quod melius eſt in vaſe facto de alabaſtro,vel de marmore, præcipue, ſine alicuius commiſtione diu poteſt ſeruari.ſ.per.xx.ann. Conficitur ſic.lignum aloes, per ſe puluerizetur, margaritæ per ſe, ambræ muſc. per ſe,camphora per ſe, &c. ſimilia, multi enim ſunt qui in hoc electario camphoram nõ ponunt propter delicatos; præſtat enim horribilem ſaporem, ſed loco eius de ſandalis in ſyrupo,in quo conficitur, multum apponunt,& bene faciunt. Sic autem fit ſyrupus, ſandali al.& rub. & roſæ in aqua bulliant, vel aqua roſ.ſi diues ſit,quod melius eſt, coletur in colatura addito zuccharo, fiat ſyrupus, & bene bene coquatur, quo bene cocto,ea,quæ puluerizata ſunt,ſimul imponantur, deinde lignum aloes, poſt margaritæ, poſt ambra, poſt muſcus, poſtremo cãphora, & adhuc electario feruente, iſta ſicut diximus imponantur, per ij.annos ſeruatur.

Electarium de ſucco roſarum ab eodem ſucco dictum eſt, expertum eſt contra guttam calidam, & choleram ru. purgat conualeſcentes ex ægritudine, ſcilicet quotidianarijs, & tertianarijs, purgat ſine moleſtia,& reliquias malorum humorum potenter educit, qui remã ſerint iij. pars lib.ij. Recip. zuc.roſ.ana lib.i.& vnc.iiij. ſand.al. & rub. & citri.ana drach.vi. ſpo.drach.iij. diagridij, drach.xij. camphoræ ſcrup.i.tempera ad modum electarij cum ſyrupo facto de eodem zuccharo, & ſucco roſ.datur cum aqua calida in mane ad modum caſtaneæ.

Summa mẽ dicinarũ eſt res 19.

De gutta. Electarium de ſuc.roſa. valet contra guttã calidam, gutta dicitur percuſſio alicuius membri ex fluxu humoris facta, cum enim humores fluunt ad aliquam partem corporis eam replent, & extendunt locum,& ex digeſtione fit dolor,quæ dicitur gutta, hæc autem gutta aliquando fit de frigidis,aliquando fit de calidis ſpecialiter, valet duobus modis tum propter ſcammo. quæ cholerã purgat,cum propter ſuccum roſæ, quæ ſtringendo fluxũ cohiber,& refrænat. Valet pprie arthreticis, chiragricis, podagricis,de calida cauſa laborantibus; ſanis etiam cholericis datur ad præſeruationem. Cũ itaque contra guttam calidam ipſum neceſſitas ex poſtulauerit,præmiſſis digeſtiuis per tres, vel quatuor dies, detur cum calidã in tempore quietis, non enim debet dari in tempore acceſſionis, quando ſcilicet natura multum affligitur, antequam detur, membrum guttoſum inungatur butyro, vel oleo violato.ad materiæ mollificationẽ; facta purgatione poſt tertiam diem fiat inunctio,in ſecundo die purgationis detur rubea opiata ad conſumptionem reliquiarum, & ad fluxum rheumaticum cohibendum conficitur ſic. De recentibus roſis ſuccus extrahitur, de quo addito zuc.fiat ſyrupus, cum quo ſyrupo conficitur ſcammonea per ſe puluerizata, electario adhuc calido à quibuſdam imponitur,alij ſcammoneam decoquunt in paſta,& puluerizatam imponunt, alij puluerem ſcammoneę per diem ponunt in aqua hordei, vel in ſyrupo roſ. vel vio.ſed ſi de ſcammonea magis oportet poni;tutius eſt, quia ſtatim medicina poteſt dari, quando vero ipſa ſubſtantia ſcammonea apponitur, non debet dari ante. xv.dies, vel ante menſem, maxime in calida regione, & tempore. Nota, quòd melius cõficitur, cum ſuc.à roſis

Decumen.

nouiter extracto, & conſeruato, conſeruatur autem ſuccus in vaſe vitreo, vel ſtagnato,vel terreo ſtrictum habẽte orificium, oleo roſ.vel communi ſuppoſito,pauco tamen; poteſt autem ſic ſeruari, per viij.vel per ix.menſes. Nota tamen, quod fæx quædam ibi generatur, quæ per interualla eſt abijcienda, alij aliter ſeruant in tempore roſarum, ex ſucco earum fit ſyrupus, bene coctus vſui reſeruatur, per iij.an.ſerua. ad plus.

Electarium frigidum ſecundum Cophonem, quod optime tertianarios, & quotidianarios, & erraticas ſe.purgando ſanat, & etiam habentibus ſtomachũ cholericum familiare eſt.iij. pars confecta eſt lib.iiij.

Recip. ſandalorum al. & ru. & ſpodij, trag. gummi ara.amyli, raſuræ ebo. rheubar. ſenæ.ro.vio. ſe. fumiterræ, berbe. ſebeſten, ſe. portu.mara.aniſi, ſe. papa.liqui. ſe. lactucæ, ana drac.iij.myrob. citri.belliricorum, capil. ven. ana vnc.ſ. embli. vnc.i. Conficitur ſic, pſyllij, vnc. viij. ponatur in ſufficienti aqua feruenti,in qua bullierit, lib.ſ. polypodij quercini viridis mundati,& triti,omnes herbæ diureticæ, viol.& pruna,& tamdiu dimittantur, donec bene congelentur, deinde coletur fortiter perſaccum; ad meliorem vero mucilaginis conſtrictionem intromittatur in ſaccellum aliquantulum aquæ feruentiſſimæ,& colaturæ addantur ſcammo. vnc.vi. puluerizatæ; prius tamen cum aqua frigida intermanus fricatæ, & bene cum eadem mucilagine fricentur manibus, deinde apponantur zuccha.lib.iiij. diſſoluti prius cum ſufficienti aqua decoctionis polypodij,& cæterarum herbarum diure. & colati deinde ſuper ignem poſitum bullire permittatur; cumque ad medium decoctionis peruenerit, addantur vnc.ij. tamar.& vnc.ij.caſiæ ſi. diſſolutæ prius in ſufficienti aqua decoctionis prunorum,& prædictarum herbarum diure. & per caciam colatæ vſque ad perfectam coctionem bullire permittatur, ſignum autem decoctionis eſt ſi ſuper marmor poſitum,& infrigidatum aliquantulum viſcoſum fuerit, & digito adhæſerit; motione tamen baculi ab ipſo decoctionis principio non ceſſante. Cumque coctum fuerit, ab igne deponatur, & in mortario poſito puluis prædictarum ſpecierum ſuper aſpergatur,& cum piſtello bene conterantur vſque ad ipſius viſcoſitatis, & gummoſitatis remotionem; deinde recondatur, detur colatura caſiæ ſi.in ſero, vel media in nocte.

Summa mẽ dicinarũ eſt res 18.

Electarium frigidum Cophonis exceptum a pſyllitico; Copho namque quædam addidit, & modum confectionis variauit, vnde frigidum Cophonis hodie intitulatur, dicitur frigidum, quia inter electaria frigida ſuperius iudicatur. Electarium frigidum principaliter purgat choleram propter ſcammoneam, quam recipit, ſecundario flegma ſalſum, & melancholiam innaturalem, quoniam quædam phlegmatis purgatiua recipit vt polypodium, & chebulos, & quædam melancholiæ naturalis purgatiua, vt fumum terræ, & ſimilia. Detur itaque competenter febricitantibus tam continuis quam interpolatis, & in ſimplici, & duplici materia, vel tertiana, vel quotidiana de phlegmate ſalſo: hoc prænotato, quòd ſi patiens præter modum macilentus fuerit vel hepar calefactum habuerit, & tempus calidum nimis, & ſiccum, non eſt exhibendum, ſi vero plenus fuerit,& reliqua non affuerint, ſecure poteſt exhiberi. In continuis ſpecialiter detur, vt in cauſone,tertiana continua, ſynocha; ſecundum quoſdã, ſed nunquã in his purgatio debet fieri cum medicina ſcammoneata, ſed cum ſyrupo laxatiuo, & cum decoctione, quę poteſt exhiberi in maiori hæmitritæo, vel minori, vel medio, non tamen in prima purgatione eſt exhibendum, ſed in ſecunda, vel tertia, primo enim purgatur patiens aliqua decoctione ſemel, vel bis,ſi opus fuerit, ſemel ſi fuerit in hyeme,& vij die ſignis digeſtionis præcedentibus, poſt modũ ſi hæc febris perſeuerauerit, exhibeatur hoc electarium ad laxandum, vt pote in xj.vel xiiij. die. Si vero fuerit

ro fuerit æstas, bis purgetur patiẽs cum competenti deco A
ctione, vt pote in viij. vel x. die; deinde si opus fuerit, istud
exhibeat. Nota tamẽ, quod in frigida regione rẽpore simi
li in hemitritæo secure potest exhiberi ad primã purga-
tionẽ, & in quibus phlegma, & cholera simul abũdãt, &
præcipue in vere, præcedente tamen syrupo acetoso, vel
oxymelle additur materiæ. Purgationi autẽ sic insistẽdũ
est dicetur patiẽs duobus, vel tribus dieb. ante liquidis,
& forbilibus cibis, in tertia circa meridiẽ comedat, & nõ
ſh sero, & in media nocte; vel circa matutinas, hoc laxa-
tiuũ offeras: vel in sõlida substãtia, si forte acceptarus
facilis sit ad vomendũ, & remotas partes purgare volue-
ris. Resoluunt quida, & certe citius cõsequitur effectum
in purgatione, nec est super dormiendum, ne vis medici-
nę deperdatur. Et nota, ꝙ nullatenus dandum est cũ frigi-
da, vt Copho peptt, & quida alij faciunt, nec etiam cũ
quidam alia medicina scamoneata; facile.n. inde sequit
tortio ventris, febris, dylenteria, & similia; frigiditate.n.
aquę habẽte motũ ad intestinum, vel stomachum, imbi B
bitur, & intestinis cohæret, vnde retenta in corpore, præ-
dicta operantur incõmoda; hoc autẽ præcipue habet fieri
cũ oleo frigido dato cũ frigida propter multã viscositatẽ
quã a olyssio cõtrahit; data itaq; medicina, potionatus sit
motus maxime post duas, vel tres assellationes, foramina
Nota. domus sint obstructa, ne frigus potionatũ attingat. Lo-
cus vbi assellat sit calidus, cum stupa, vel cum molli pan
no se refrigat. Si autẽ iple valde frigidus fuerit, assellet in
balneo; si ardorem in ano senserit, quod si ex medicina
nimis acuta, vel ex furiosis humoribus, & nimis acutis
pannum, vel stupã in aqua calida intingat, & inde anum
abstergendo foueat; vel fiat idem cũ absynthio in aqua,
vel vino tepido intincto, quod etiam valet contra tenes-
mum post tres, vel quatuor sellas, si cũ tortione; vel tar-
de asselauerit panni linei calefacti, vel vesica enea plena
aqua diuretica, vel simplici aqua, stomacho applicetur,
detur etiã aqua calida ad potãdũ facta purgatione, prius
offeratur brodium gallinę ad saturitatem, & si fortis fue-
rit, antequam cibetur, ducatur ad balnea, vt si forte aliqd C
de materia relictum sit in corpore extenuetur, & euapo-
retur, vt suspicio omnis tollatur prędictorum symptoma
tum, & febris, & similium: si vero balneum præsto non
fuerit, fiat de aqua dulci, & patiens ipsum intret. Et no-
ta, ꝙ mel rosatum datum his cum aqua calida, optimum
est ad mundificationem stomachi; confortat enim. Si
autem potionatus debilis fuerit, & impotens, priusquam
cibetur, balneum sustinẽs, bibat, vt dictum est brodium
gallinæ, & super dormiat, vt in somno calor reuocatus
ad interiora: idem faciat in stomacho quod balneum, &
si post somnum asselauerit, detur iterum ius gallinæ; ad
vltimum cibetur: prius tamen attendendum est, quod
si potionatus possit ieunare vsque ad vesperum melius
est, nonnulla potionati esca cibus assumentes febres,
tortiones, dysenterias incurrunt. Aliquando hoc fiat, qa
dum natura ad ciborum refectionem operatur, cum ip-
sis cibis scammonea interciptur, quæ retenta prædicta
ingerit incommoda, post tres, vel quatuor dies purgatio
nis, resumptis viribus eat ad balnea, prius sibi minuat, si D
Detnum. opus fuerit. Et nota, potionatus parce debet comedere,
& parcius bibere, & vinum lymphatum, bene contem-
peratum, quia vinũ fortes febres solet inducere; in phleg
maticis vero cibus debet minui, & augeri potus, & cau-
sa est, quoniam in potionato humores extra vasa existẽ-
tes subducuntur, & nõ sanguis, quorum defectus princi-
paliter est reparandus, in phlegmaticis non plus de san-
guine, quam alio humore detrahitur, qui ex potu vini ha
bet generari, merito ergo in potionatis cib. augmenta-
tur, & potus minuitur, potus in phlegmaticis est augmẽ
Psyllium. tandus, in alijs econtrario. Psyllij, frigidum est, & hu-
mi. virtutem habet infrigidandi, humectandi; & leniẽ-
di, ponitur hic ad reprimendum malitiam aliorum. sicã
mollex, & ad lenienda intestina, vt melius resistant acu-
mini medicinæ, psyllium est herba, cuius semen compe-
tit medicinæ. Semen psyllij a quibusdam dicitur semen
camphoræ, eo, quod in eo caphora seruatur. Eligendum
est, quod est post ventilationem, & in fundo scutellæ resi-
deat, quod vero leue est, & volatile, abijciatur: significat
enim medulla carere. per v. annos seruatur. Et nota, ꝙ
collectum non exiccatur, sed quale est, vsui reseruatur.

De chebulis. Chebuli frigidi, & sicci. principaliter phlegma pur-
gant, secundario alios humores, quare ponuntur hic.
Chebuli sunt quædam species, vel maneries myrobala-
norum, tuberosiores, & crassiores eligendi sunt, &
quorum cortices bene nucleis coniungantur, rugosi,
& continuam habentes substantiam, & non perfora-
tam, sed aliquantulum habentes humiditatem humi-
diores sunt. Si autem aliqua vacuitas intus fuerit, vel
etiam puluis, significantur vetustate consumpti. per v.
ann. seruatur.

De emblicis. Emblici frigidi, & sicci sunt, virtutem habẽt purgan-
di phlegma, choleram, & melancholiam.

Bellirici. Bellirici eandẽ virtutem habent, per v. an. seruantur.

Indi. Indi frigidi sunt, & sicci. purgant principaliter melan-
cholicam, quædam species est myrobalanorum, nigrio-
res sunt eligendi, non tamen multum curandum est de
electione, quia diutius cæteris possunt seruari. Sciẽdum
est, quõd quidam myrobalanorum artificiose coaptãtur,
cum ponuntur in medicinis, quidam non. Citrini nam- *Citrini.*
que chebuli, & indi, s. cortices tantum abiectis nucleis
ponuntur in medicinis iuxta pondus ab auctore inuen-
tũm, vel determinatum, & tantum cortices debent pon-
derari, & poni in medicinis.

Semẽ fumiterræ. Semen fumiterræ cali. & sic. virtutem habet purgan-
di salsum phlegma, & melancholiam; & ideo ponitur
hic herba sicca. nullius est efficaciæ, viridis magõ; se-
men comperit medicinæ. Electarium frigidum a diuer-
sis diuerso modo conficitur; quidam enim conficiunt
cum decoctione herbarum diureticarum, quod melius
est, quidam non. Conficiatur ergo sic, fiat decoctio capil
li veneris, adianti, hepaticæ, cetrach, & polypodij quer-
cini viridis, si possit inueniri, in aqua coleatur, & in co-
latura ponatur psyllium mundatum, vt prædictum est, &
maneat ibi per tres dies, postmodum tota illa substantia C
mucilaginosa per saccum coletur, & in colatura scam-
monea per se puluerizata cum zuccharo ponatur, &
totum illud optime inter manus confricetur, quo facto
semper agitando cum spathula ad ignem satis lentum;
vt syrupus diu bulliat, signum autem decoctionis est;
quando tota illa substantia lateribus stagnari non con-
uiscatur, sed facile per modum spathulæ in gyrum mo-
uetur, & quasi totum cum spathula potest simul eleua-
ri, tunc itaque ab igne deponatur, & cum pistello in
mortario diu teratur per se, & agitetur, vt viscositatem
amittat; deinde simul puluerizatæ imponentur, electa-
rio tamen existente calido, & reseruetur. Alij aliter po-
nunt scammoneam puluerizatam in aqua hordei, post
vnum diem colant, & colaturam tantum cum prædi-
cta colatura psyllij imponunt, & prædicto ordine incc-
dunt, & tunc securius exhibetur in acutis, sed cum sic
fit, magis de scammo. est apponendum, quam quando to
ta substantia apponitur. Alijs etiam modis apponitur,
de quibus in electario de succo rosarum latius dictum
est. Magister vero Platearius tam diu bullire fecit cum
syrupo, & electarium frigidum vehementer fuit durius,
& potuit extendi ad modum stomachicon. per ij. vel ij.
an. seruatur.

*Emplastrum Apostolicon. empleſtrum, i. dura confe-
ctio apostolicon, ideſt superpositum, vel supra missũ
interpretatur, quod tumoribus, & inflationibus ad lucẽ
inductum, & superpositum, saniem excludit, optime fa-
cit ad nimium ceruicis dolorem, valet proprie ad subtri-
liandam cicatricem in quacumque parte corporis fuerit;
sagittam, vel lanceam, vel aliquid aliud tale in membro
infixum sine dolore extrahit, valet etiam dolori ex decur
sione innata in ipsa parte, vbi ante fuerit vulnus, attra-
hendo humores, & putredinem, & valet dolori renum
si superponatur. iij. pars. confecta est lib. iij.*

Rec. lithargyri vnc. vi. ceræ rub. colophoniæ an. vnc. iij.

pro

propoleos, viſci quercini ana vnc.i. ammo. lapidis calaminaris ana vnc. vi. maſt. oliba. mumiæ ana vnc. s. tereb. chalba. bdellij, myrrhæ, chalcucecaumenon. i. æs vſtum, ſarcocol. lapidis calcis, dictamni, ariſt. ro. praſii viridis, opopa. ana vnc. iij. Conficitur ſic, opopanacum, & ammoniacum, & chalbanum aliquantulum tuſa ponantur per noctem in vino, ita vt cooperiantur, & mane bulliant, donec liquefiant; & per caciolam colentur, & iterum bulliant ad vini conſumptionem, lithargyrũ in pulueremſubtiliſſimum redactum cum ſufficienti oleo in cal dario diſtemperetur, & ſuper ignem ponatur, & cum ſpathula iterum agitetur, tam diu donec ſuper lapidem poſitum in modum ceræ inſpiſſetur, & ſtatim addatur cera, & liquefacta cera addatur coloph. poſtea addatur maſtix, & olibanum, deinde myrrha ponantur, & facto interuallo ponatur bdellium, deinde viſcus quercinus, liquefacto viſco ponatur terebinthina, liquefacta ea, caldarium in terra ponatur, & tunc in ipſo gummi ponantur paulatim, & igni iterum ſuperponatur, & cum ſpathula ſemper agitando aliquantulum permittantur bullire, poſtea addatur ſarcocolla, & lapis calaminaris, facto interuallo ponatur flos æris, & lapis calcis: poſt hæc chalcucecaumenon ſemper cum ſpathula agitando, donec incipiant aliquantulum rubere, ad vltimum dictamum, & ariſt. ro. poſtea infundatur in aqua frigida, & ab aqua extractum manibus exprimendo, & malaxando, ita tractetur, vt tota aqua inde exeat, & inunctis manibus oleo lau. magdaleones informentur, & vſui reſeruentur.

EMplaſtrum, non dicitur emplaſtrum apoſtolicon, vt quidam dicunt, ſed apoſtolicon. i. principale, quia inter cetera emplaſtra præcipuum eſt, facit ad neruos ceruicis præcipue ſi dolor eſt ex contuſione neruorum. Talis autem fit vſus, ſal, & cyminum torrefiant in tegula, & locus ille ſacelletur, poſt ſupponatur apoſtolicon hoc eſt optimum remedium in hac cauſa, Ad ſcrophulas maxime nouellas, vtatur tamen patiens aqua diuretica, poſtea locus vngatur cum vnguento, quod fit de ſerpente ruſo, vt docetur in lib. noſtro de herbis in tractatu capparis, poſtea applicetur apoſtolicon. Cicatrizat. i. bonam carnem inducit, cutim enim ſubtiliat, & nutrimentum attrahit ad locum, quod ibidem inſpiſſat, & vacuitatem cicatricis replet, & ita cicatrizat. per ſe ſuperpoſitum, ℞ vel balſamo ab interiori parte inunctũ, & ſi poſſit haberi, quod melius eſt. Apoſtema in corpore, pulmone, ſtomacho, hepate, diaphragmate ſub coſtis inunctum emendat. Si apoſtema ſit de frigido humo. ℞ in exterioribus, & interioribus hoc emplaſtrum valet, præcedat autem aliquod maturatiuum, & præcipue iſtud, cæpula rubea bullita cum vino, & oleo, & cymino, & cataplaſmetur, poſt ſuperinducatur apoſtolicon. Tumorem, & dolorem ſplenis ſoluit, & duritiem vt dictum eſt in tractatu ceronij. Rheuma in pede, vel genu deficcat præcedente purgatione cũ benedicta, locus etiam inungatur prius cum vnguento aureo, vel oleo laurino; deinde detur aliqua opiata ℞ vt aurea, poſt applicetur apoſtolicon. Ad neruos præciſos, & puncturas, loco prius inuncto cum oleo calido, & aperitiuo; ℞ valet enim apoſtolicon puncturæ neruorum, quia locum ſeruat apertum ℞, & mundificat. Contra morſus ℞ venenatorum animalium, quia ℞ venenum attrahit, & conſumit, & ſi tamen theriaca morſuræ prius applicetur, deinde apoſtolicon, melius eſt. Sagitta, vel aliquid tale in membris extrahit, ſi tamen oſſibus non cohæreat facto inde ſtuello, & impoſito. Contra fiſtulas valet, quia ſaniem attrahit, & locum mundat, ſit autem talis ℞ vſus, fiat ſtuellum de malo terræ, & fiſtulæ immittatur, deinde apoſtolicon ſuperponatur, ſic etiam os fractum attrahit, ſi ibi ſit. Recip. propoleos. i. ceræ albæ. Nota, quòd quælibet cera alba non dicitur propolis, ſed artificialiter coaptata ſic. Liquefiat in feruenti aqua in patella, & lapis politus in aqua frigida humectatus in illa cera liquefacta imponantur, & ſtatim extrahatur, & ſic fiat bis vel ter, laminæ ceræ lapidi adhærenti indurantes, poſita in aqua frigida, & cali. dicitur propolis.

Propoleos.

Viſcus quercinus cali. & ſic. attrahit, & diſſoluit, & conſumit, & eſt ſuperfluitas diuerſarum arborum, quæ ſic fit. Quædam grana viſcoſa in quercu, & in quibuſdam alijs arboribus reperiuntur, de quibus poſitis in aquis, ruſtici viſcum operantur ad aues capiendas, dicitur autem quercinus, quia de granis, in quercu inuentis fit. *Viſc. querc.*

Lapis calaminaris, fri. & ſic. attrahit, & conſumit, & membra confortat, in orientalibus, & occidentalibus partibus inuenitur, non ſophiſticatur, diu durat.

Chalcucecaumenon, quod eſt æs vſtum frigi. & ſic. & fit de veteri ære in alio vſu habito, vt de pelui, & ſimilibus fruſtatim inciſi; ponitur in vaſe terreo, in fornace interiori, vbi ignis non deſinat per tres, vel quatuor dies, dimittatur ad minus per diem, & noctem ibi, deinde extrahatur; & igneis, & aquoſis partibus conſumptis terreſtres remanent, & ſic aptum efficitur ad puluerizandũ. *Chalcuc.*

Lapides calcis, & battitura æris ca. eſt, & ſic. diſſoluit, & conſumit; eſt autem battitura æris quoddam, quod euolat per motum fabricationis, dum ęs fabricatur, confice apoſtolicon, vt docetur in antido. Additio, Gilbertus de anglia in cap. de vulneribus in partibus interioribus habet vnam deſcrip. quæ eadem eſt, ſimplicia ſatis declarata ſunt. Vnum tamen deeſt circa, quod multi errant, eſt propolis, vel propoleos, quod ſecundum expoſitorem, & rei veritatem eſt ſordities alueariorum apum, quæ vocatur meum, quod patet per Dioſco. qui de cera propoli ſingulare ca facit, & hoc ponunt boni aromatarij, & non ceram albam, vt multi faciunt, & hoc redditur emplaſtrum attractiuum, quod eſt de proprietatib. maioribus emplaſtri, vt ſatis patere poteſt. Summa medi. eſt res. xxij. *Propoleos.*

ELectarium pſylliticum, a pſyllio dictum probatum contra chole. rob. tertianarię, acute feb. hepaticis ictęris omnino ſubuenit, medietas eſt lib. i. Recip. pſyllij lib. iij. & in aqua feruenti pone per triduum, poſtea coletur, & in colatura admiſceantur ſcammo. vnc. iij. & zuc. lib. iij. & per duos dies admittantur, & poſtea coquantur, deponantur ab igne, & puluis iſtarum ſpecierum admiſceatur, qui Recip. ſandali albi, & rubei, roſ. rub. ſpo. trag. gummi arab. viol. herbe. an. vnc. s. ſem. portu. ſcariol. ana drach. iij. in æſtate detur apud ſomnum, in hyeme circa mediam noctem, in vtroque tempore cum aqua calida ad modum caſtaneæ.

ADDITIO.

Iſtud electarium pſyllitĩcum dicitur à pſyllio, quod in vſu non habetur, ſed illud, quod deſcribitur à Meſue, & ponitur pſyllium ad reprimendum malitiam ſcammoneæ, & ad inteſtina lenienda, vt melius reſiſtant acumini ſcammoneę. Similiter ad alterandum complexionem. & ſolutionem faciendum, quia, vt vult Meſue in ſuis ſimplicibus, pſyllium eſt de alterantibus cõplexionem, & ſolutionẽ faciẽtibus, & eius ſolutio proprie fit lãbificãdo. Eius autem aliud albũ, aliud ſubnigrũ, aliud ad purpureitatem declinans, & melius eſt, quod eſt completum, & craſſum, & eſt grauius, & ſubmergitur in aqua. Cõpoſitum eſt ex duabus ſubſtantijs, quæ ſeparari poſſunt, inter quas cortex eſt ſeparans. Eſt. n. in eo ſubſtãtia interior medullaris, & eſt in eo ſubſtantia expanſa ſuper corticem ipſius. Subſtantia autẽ interior medullaris cali da eſt, & ſic. in iiij. gradu, & eſt acura vehementer, inciſiua, rubificatiua, vlceratiua, & eſt de genere veneni. Subſtantia autẽ exterior expanſa ſuper corticẽ eſt ex multum infrigidantibus, & dixit Rufus, eſt frigida, & humida in ij. gra. Et dixit Dioſc. quòd eſt in ij. & eſt verius, inquit enim Hipp. in epidemia non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate vltra ſecundum gradum, & dicit Gal. humida res non tranſgreditur metã vſque ad quam poteſt regimen extendi, propter quod non inuenimus humidũ eſſe cauſam doloris, inquantũ humidum, ſed inq̃tum poteſt eſſe materia, quæ quantitate ſua mouetur ad *Pſyllitium.* *Nota.* *Nota.*

conti.

continuitatis solutionem, quod ex eo conquassatum est cum aqua fontium frigida,& fit mucilaginosum,& bibitur sicut est proprie cum oleo violaceo,aut syrupo violato, soluit ventrem; quod autem ex eo est frixum, & conquassatum cum oleo rosaceo, est medicina fluxus vētris, & dysenteriæ. Contritum autem potui nullo modo propinandum est, deoccultat.n.contritio eius substantiam medullarem vlceratiuam, & excoriatiuam. Conquassatum cum aqua frigida,sicut diximus, solutione educit choleram,& confert febribus inflammationis multæ,& & siti vehementi calidæ, & sedat inflammationes omnes, dolores inflammationum,& proprie supercataplasmatum, & similiter sodam calidam vehementem. frixum vero,& conquassatum sicut diximus confert fluxui cholerico, & dysenterico, & fluxui medicinali, & proprie post potum scammoneæ, & medi.acuta. potus eius est à drach.i. vsque ad drach.iij.timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum.

Electarium lætificans. Rec.melissæ,corticis citri,gar. gallię mus.masti.croci Orientalis,cinna.nu.mus.carda.nebremisch. i.sem.pæoniæ, ben al.& ru.zedoariæ,doronici,loco eius ponitur sem.pondus galan.sem.ocymi maioris,& ocymi garyo.omnium ana vnc.s.muschi.quantū est x.pars vnius supradictæ;deinde sumantur chebuli xx. emblici xxx.& terantur in trib lib.aquæ,coquantur donec ad unam redeant,& coletur;in colatura vero mittatur lib.i.mellis, deinde bulliant donec cōsumpta sit aqua; postea ex hoc melle conficiatur puluis prædictarum, quod in triplum sit mel ad species;de quo cum necesse fuerit,sumetur ad magnitudinē auel.medicamen lætitiam,& coloris pulchritudinem, & digestionis bonitatē operatur, & canos retardat.

B

ADDITIO.

Lætificans. Illud est electarium lętificans describitur à Rasi.ix.ad Almansorem c.de melancholia,quod interdū in vsu habetur. Mesue in suo grabadin particulari.ca.de mania,& melancholia sanguinea,habet vnam aliam descr.quæ satis est consonans isti. Bartolomæus in proprio antidoto. describit vnam aliam descr. ex auctoritate Rasis. ista tamen est nobilior. Rasis in lib.diuisionū ponit vnā aliam desc. Aliqua sunt hic simplicia satis ignota apud multos. Primum est neheremisch.cuius flos, cortex, & capita fi-
Nehere. milatur macis secundum Ali. in 2. can. sed est minus rubeus,ad citrinitatem declinans,& est aromaticus,&c. sed non bene cognouit Aui.quid sit. Similiter Simon Ianuensis inquit. neheremisch est, vt Aui.describit,sed nec Simon Ianuensis similiter videtur cognouisse quid esset. Matthæus Syluaticus dicit,quòd neheremisch est semen rosæ asini,vel flos eius. Aui.in suis synonymis in fine antidoto.ait nehermeisch,id est musaha,& est flos pæoniæ, vel pæonia, & sic creditur esse bene expositum, nā sicut dictum est, Matthæus Syluaticus dicit neheremisch est flos rosæ asini. Auer.v.colli.dicit pæonia,id est rosa asino D rum.pręterea videapud Herculanum c.de melancholia, qui describit pręsens electarium ex auctoritate Rasis, inquit ibi, neheremisch, id est semen pęoniæ. Bartholo.habet loco neheremisch semen pæoniæ. præterea videt etiā Rasim,in electario de nucleis fructuū, habet semen pęoniæ,& Aui.in eadē confectione habet neheremisch,quoniam idem est. Secundum simplex est ocymum maius,
Ocimum. quod secundum Gentilem, & alios bonos authores est illud quod maiora folia alijs speciebus habet, quod sane intelligatur, nec est, vt voluit Luminare maius, nasturtium nam si bene legisset Herculanum, quem sæpe allegat super hoc electa.nō hoc dixisset. postquam tamen superflua dixit de ipso ocymo maiori, tādem videtur quasi ad veritatem descendere.dicit.n.in fine postquam ostendit de ocymo maiori fm auctores prædictos, & fecit videre,q̄ volunt,quòd sit sanatio,tamen secundum cōpositorem aliud est, vt reperitur apud ipsum.nam ipse Rasis li.ij.apho.& experimentis; & confidentijs in quodā emplastro inquit.semen basiliconis garyophyllati, sc.basiliconis maioris, qđ vocatur burungi.i.cubebe. Ecce qualiter vī veritatem attigisse, postea in erroré maiorem incidisse ratione corruptionis vocabuli. nam vbi dicit, q̄ vocat burungi, vult litera vera bedoragi, vel albetarogi, & est bedoragi,vel albetharogi, vt vult ipse Rasis.iij.ad Almansorem,semē basiliconis maioris,& ita exponit Herculanus super hoc electa. cum dixit,sem.ocymi maioris, quod aliter dicitur bedoragi. hoc idem vult Matthæus Syluaticus in litera berengemisch. vbi circa finem ait auctoritate Ras.5. Almans. cap. albetharogi.i.ocymum nō garyophyllatum; & dicit in fine quòd cordi auxiliatur, & sic ocymum maius intellige si vis ocymum commune, quod vbique inuenitur, & habet folia latiora ocymo garyophyllato. Summa med.est res 20.

C

Electarium lætitiæ Gale. Recip. suc.pomorum dul.& odoriferorum,succi cytoniorum aromaticorum, vini veteris,succi boraginis,florum basilico.aut sem.eius,croci,zedoariæ,xylobalsami,garyoph.corticis citri,galangę, macis, nu.muse.styracis calamitæ ana drach.ij.s. ambræ, muschi,camphoræ ana drac.s.anisi, rasuræ eboris, thymi, epithymi ana drach.i.margaritarum drach.i. ossis de corde cerui.drac.s.limaturæ auri, limaturæ argēti,ana.scr.s. zuc.al.quod sufficit, fiat electarium.

ADDITIO.

Istud electarium interdum reperitur scriptū in antid. paruo Nico. interdum supra descriptum,tamen istud sępius reperitur,& in Gallia magis in vsu habetur. Vnum tamen notabis, quia in recepta reperitur florum basiliconis.dubitāt aliqui, an flores debeant poni, vel semen, reperitur apud auctores, q̄ melius,quod in planta reperitur est semen, & raro folia,& flores habentur in vsu,nisi in vnguentis,& emplastris,& ideo melius est hic ponere semen, quam flores. Summa med.est res.26.

Emplastrum ceroneum a cera dictum, præcipue valet ad omnem dolorem spatularum, & pectoris ex frigiditate,& si humor frigidus illuc fecerit discursum mire soluit,splenem remollet,valet ad hydropisim de frigida causa hepatis, de eadem causa matricis frigiditati superpositum multum resistit.iij.pars confecta est lib.ij.

Rec.picis naualis bene colatæ,cerę ana vnc.ij.& dra. iij.sagapeni vnc.ij.ammonia.tereb. colophoniæ,croci ana vnc.i.& drac.iij.alo.thuris,myrrhæ ana vn.i. opo.chalbani,styracis calamitæ,masticis,aluminis,fęnu.an.dr.vi. confice,cum bdellij ana drac.iij.lythargiri drac.i.s. Conficitur sic.cera alba,ammonia.opopana.aliquantulum tunsa ponantur in vino,& præparentur, vt in apostolicon dictum est.bulliant ad vini medietatis consumptionem,& stagnato super ignem posito,cum inceperit bullire,pix naualis bene colata addatur,& cum spathula semper agitetur,liquefacta pice addatur cera,et ea liquefacta ponatur colophonia,& postea styrax cum pistello calido trita frustatim in stagnato ponatur, post hæc ponatur mastix,& olibanū,deinde myrrha cū bdellio,& interuallo facto ponatur terebinthina,& consequenter alumen,& lythargyrum,& ad vltimum fęnugraci,& cum coctum fuerit fundatur super aquam tepidam,& extracto ab aqua manibus exprimatur,donec tota aqua inde exeat,deinde puluis aloes super marmor inunctum cum oleo lauri malaxetur, deinde croco pulueriz̄ato,& inunctis manibus cum eodem oleo magdaleones informentur.

EMplastrum ceroneum. Emplastrum dura cōfectio dicitur, ex duris, & glutinosis rebus, quæ manibus malaxari possunt. differt aūt ab epithemate, & cataplasmate, quia epithema est confectio de puluerib.ex aliquo liquore, vt de sandalis albis, & ru.& aqua ros. Cataplas- Nota.
ma fit de herbis coctis. Ceroneum a cera dictum quam recipit in multa quantitate. Valet contra dolorem sca-

pulæ factum ex frigido humore, vel ex ventositate, quia multa recipit dissolutiua, consumptiua, & extenuatiua: debet autem sic superponi, calefiat ad ignem, & malaxatum, & alutæ inductum, loco dolorolo prius inuncto petroleo, vel laurino oleo, vel alio calido superponatur. Spleneticis, & hepaticis ex ventositate, vel humore frigido, non tamen in principio, quia subtilioribus partibus consumptis sclirrhosis, & durities possent accidere, vel augmentari. inungatur ergo hepar, vel splen. per i. diem cum butyro, vel dialthæa fortiter, & patiens aliquibus diureticis vtatur, postmodum superponatur ceroneum.

Valet contra phlegmonem. si phlegmon sit de cholera, vel sang. vel melan. innaturali non valet. Si de phlegmate, vel melan. naturali valet. Loco prius inuncto cum oleis; remouet enim duritiem, & sclirrhosim.

Valet ad mundificandum saniem apostematis. hepatis, fluello inde facto, & intromisso; multa enim accipit attractiua, & purgatiua. hydropi. anasar. tympanum hydropeum curat in qualibet specie hydropisis, quia ventris inflationem sedat, & quamlibet speciem hydropisis sequitur inflatio; consumit enim, & extenuat causam inflationis; debet autem superponi sicut diximus, contra vitia splenis, & hepatis.

Dolorem etiam intestinorum placat, & tortionem, si dolor est ex frigido humore, vel ventositate, superponatur emplastrum, & super emplastrum vesica ænea plana oleo laurino calido, vel oleo cõmuni, vt emplastrum sic adductum, vel in profundum melius operetur.

Lumbis, & pudendis superponatur, renum, & vesicæ distemperantiam emendat, si fuerit ex frigiditate, quia calefacit. Si fuerit vitio lapidis, præcedat tamen vsus saxifragiæ decoctionis. Inflammationibus, dolori matricis subuenit, si dolor sit ex ventositate, vel frigiditate superpositum, vel suppositum inde factum oleo viol. inuncto superponatur, fomentetur tamen prius mulier cum decoctione centri galli, vel pulegij. Arthreticis, & podagricis ex frigida causa superpositum, loco prius inuncto cũ calido vnguento. Febribus typicis videlicet, idest interpolatis, scilicet in quotidiana de phlegmate naturali, vel acetoso, vel vitreo supe ralutam inductũ ceratum, si materia quotidiana in stomacho fuerit, consumit. Vel superpositum spleni, si materia ibi fuerit.

Canis rabidi morsui subuenit, & serpentum, lauetur morsura cũ succomentæ, & ceroneum distemperatum cum eodẽ succo in vulnere ponatur; recipit enim quædam venenũ attrahentia, & expellentia. ℞. picis. pix. cal. est, & sic. virtutem habet attrahendi, & consumendi superflua. Gummi est ca. & sic. est autem pix triplex, scilicet pix liquida, pix naturalis, pix cõmunis, qua pinguntur, vel picãtur naues. Cum simpliciter reperitur. ℞. pic. pix naualis apponenda est. Eligenda est, quæ nigrior est. Cera humida est temperata inter ca. & fri. & mollit, & humectat. ponitur hic, vt aliorum siccitatem temperet, & remolliendo materiam eam cõsumptioni habiliorem reddat, & etiam aliorum puluerem conglutinet. eligenda est purior. confice, vt in antido. inuenitur: puluerizentur, quæ puluerizari debent, & gummæ resoluantur, vt ibi dicitur. Nota tamẽ signum decoctionis est, diu dum bullit ad ignem de illo projciatur aliquantulum in aqua frigida, quod extractum ab aqua, si brachio nudo superpositum prius cohæreat, non est coctum, si autem, coctum est. per v. annos. seruatur.

EMplastrum oxycroceum dicitur ab oxy græce, latine acetum: oxycrocum, ex aceto, & croco nomẽ habet. valet præcipue ad fracturas ossium, & ad membra, quæ dolore aliquo affliguntur. apostemata dura in quacumq; parte corporis fuerint, remollit, & dissoluit. unde antiqui chirurgici Salernitani in fracturis ossium, & cicatricibus attenuantibus, & tumoribus, nullo alio emplastro vtebantur. iij. pars est. lib. ij. Rec. croci, picis naualis, colophoniæ, ceræ ana vn. iiij. tereb. chalbani, ammoniaci, myrrhę. oliba. mast. ana unc. i. & drac. iij. Conficitur sic. chalbanũ, ammo. aliquantulum contusa ponãtur in sufficienti aceto per noctem, & mane mittantur super ignem, & eliquentur, & eliquatæ per caciam colentur, & iterũ coquatur, donec pars aceti consumatur, tunc pix naualis ponatur bene colata liquefacta pice addatur cera, & ea liquefacta ponatur coloph. deinde tere. & facto interuallo ponatur mastix, & olibanum, & myrrha, cum spathula semper agitando, ad ultimum cum bene fuerit coctum, in aqua frigida infundatur, & ab aqua extracta manibus exprimatur, ut aqua inde exeat, & super marmor inunctum oleo lau. cum puluere croci malaxetur, & facti is magdaleonibus usui reseruetur.

ADDITIO.

Istud emplastrum est multum in vsu, & maxime fm præsentem descr. dicitur autem oxycroceum, ab oxy, ꝙ est acetum, & crocum a croco. valet proprie ad fracturam ossium, & ad dolorem eorum, & ad multa alia, vt habetur in tex. Gilbertus Anglicus in capitulo de vulneribus in partibus interioribus habet vnam aliam descrip. quæ est similis huic. Similiter Bartholomæus in proprio antido. habet vnam descrip. sed non est similis huic. Nota, quod per crocum intellitur hic crocus orientalis, seu communis, qui a vulgo safferen dicitur, & ideo quia vt sępe magno precio venditur, alij aromatarij quãtitatem ipsius croci hic requisitam non apponunt, sed in parua quantitate, vt solum colorari possit, & ideo effectus, quos habere debet non facit. Summa medi. est res. xj. *Croc.*

PHilanthropos amicus hominis interpretatur, proprie ualet stranguriosis, nephriticis, calculos in renibus, & in uesica mirabiliter frangit, & fractos expellit. ualet etiam ad duritiem splenis, & hepatis, dolori iliorum subuenit datum cum scrup. i. s. diagri. xij. pars lib. i. est.

Rec. foli, schœnanthi, cyperi, asari, cupho. thymi. petro. macedo. ani. milij solis, lapidis lyncis ana scrup. ij. s. cinna. calamẽthi aromatici, polypodij, philiasidos, mel, nopt. se. leuisti. & petro. & sem. urt. sem. citri. lithospermatis, se. bardanæ, baccarum hederæ ana. scrup. ij. galan. nardi, zedo. beto. phu, meu, spara. carda. apij, marathri, eruce, fina. orobi al. & rub. ana drach. s. garyoph. zing. casiæ lig. pyrethri, costi, spicæ celticæ, myrob. cortic. olibani, leucopip. carpobal. carui, cymini, baccarum lauri, fileris ana scru. i. olei nardini, pulegij, sambu. muscellini ana gra. xv. mel. quod sufficit, datur cum uino calido, Laxatiuum uero cum aqua calida. *Sum. med. est res ij.*

PHilãthropos dicitur a philiasidos, ꝙ est philipẽdula, herba est diuretica, valet ad emphraxim splenis, & hepatis, si oppilatio fit ex humore frigido, & viscoso detur cum aqua decoctionis fœniculi petroselini, bruscі, asparagi. Valet etiam stranguriosis, nephriticis, & calculosis, multa. n. recipit diuretica, & lapides frangentia. Detur delicatis cum vino decoctionis saxifragiæ, & granorum solis, dolori iliorum subuenit cum scrup. scammo. & scrup. i. euphorbij, præcedat tamen, si opus fuerit, clyster, & vomitus. numquam enim laxatiuum, offerendum est alicui vehementer constipato, precipue iliacis, & colicis; fiat autem sic. puluerizetur scammo. & euphorbium in prædicto pondere addito mastiche ad reprimendum malitiam scammoneæ, & gummi arabicum, papa. euphorbium, & admisto puluere prædictorum philanthropos detur cum calida, & in ipsa accessione, vomitu tamen, & clysteri præcedentibus, vel circa mediam noctem optimus est modus dandi. Rec. philiasidos ca. & sic. est, diu. herba est, in Apulia reperitur. Alio nomine philipendula dicitur. radix eius competit medicinæ, quæ eligenda est non perforata. *Nota.*

Baccarum hederæ, dico ꝙ frigidæ sunt complexionis, de hedera dubitatur cuius cõplexionis sit, sed folia eius, spargantur in pauimento domus; inuenitur tamẽ quoddam gummi eiusdem arboris, diureticum est, vnde valet *Baccarum hederæ.*

ad

ad frangendum lapidem, & inde videtur, ꝙ sit calida: A dicimus reuera, quòd folia frigidæ complexionis sunt, subtilem tamen habent substantiam, & diureticam. vnde præcipitur hircum vetustissimum folijs hederæ nutriri, vt eius sanguis melius operetur ad frangendum lapidem. Gummi eius aliquantulum est calidum, & satis diureticum, maxime illius hederæ, quæ suæ arbori maturatur; fructus eius diuretici sunt; in fine autùmni colliguntur. diu seruatur.

Oleum puleginum. Bardana.

Oleum puleginum ca. est, & sic. dissoluit, & cõsumit, & qualiter hoc fiat, satis notum est.

Bardana ca. est, & sic. dissoluit, & consumit, & extenuat. herba est cuius radix competit medicinæ, & præcipue cortex radicis. optimum experimentum contra dolorem arthreticũ, podagram, chiragram. radices eius decoquantur in vino, & ex eo locus patiens fomentetur. philanthropos per tres annos seruatur.

Philonium maius, ideſt nouus amicus. tusses cum vino datum, & mulsam emendat, peripneumoniam cum hydromelle sanguinis sputum cum succo polygoni, indigestionem stomachi, & vomitum cum posca, vel hydromelle; dolori hepatis, & spleneticis, ac vertiginosis cum oxymelle subuenit: celiacis cum apozemate pigani, pleuriticis, iliacis, nephriticis, & causis vesicæ cum mulsa, colicis etiam peculiariter medetur. ij. pars est lib. i. Recipe leucopiperis, hyosciami ana drachm. v. opij. dra. ij. s. casiæ fist. drac. i. s. sem. apij. drach. i. petrose. marathri, dauci cretici ana scrup. ij. gra. v. croci, scrup. s. nardi, pyrethri, zedoariæ, ana gra. xv. alij addunt cinnamo. drac. i. & sem. euphor. costi. ana drach. i. mel quod sufficit. datur in modum fabę ægyptiacæ. B

ADDITIO.

Philonium amicus nouus interpretatur, vel quòd Philon primitus inuenit. respicit virtutem, naturalem, & spiritualem. datum cum mulsa emendat tussim phlegmaticam, & difficultatem anhelitus; & confert pleuriticis ex phlegmate, & nephriticis, & vesicæ ex frigiditate, & ventositate. datum cum hydromelle confert peripneumonicis; & dolori hepatis datum cum succo sanguinariæ confert sputo sanguinis. datum cum vino cocto confert indigestioni, & singultui valde. datum cum oxymelle subuenit spleneticis. datum colico facit euadere præ cæteris opiatis; est etiam ex melioribus rebus in sedatione fortis doloris apostematis renum. Sum. med. est res 15. C

Garyophyllatum dicitur a garyophyllis, qui ibi intrant. gar. ore retenti singultum stringunt. cocti, et bulliti in aqua, & bibiti vomitum stomachi, & subuersionem mirabiliter reprimunt. valet proprie acide eructantibus, & digestionem optime celebrat; pororum oppilationem, & spiritualium meatuum aperit, pars viij. est lib. i.

Recip. cinnamo. garyo. zing. liquir. ro. ana drach. ij. & gra. xv. ligni aloes, galan. cardi, nucis myristicæ, nardi, zedoariæ, viol. ana drach. i. & gra. vij. s. rheubarba. macis, croci, aliptæ, costi, cyperi, carda. basilico. anisi, leuistici, eboris ana scrup. i. s. gra. iij. s. mellis quod sufficit. datur post prandium sero cum vi. vel rhodostagmate post cœnam in modum auellanæ. D

ADDITIO.

Garyophyllatum dicitur a garyophyllis. respicit proprie spiritualia, & virtutem naturalem læsam a frigiditate. datum cum decoctione hyssopi emendat potenter oppilationes frigidas pectoris, & pulmonis. datum cum ptisana reparat phthisicos debilitatos infirmitate. datum cum vino remollitionis croci, reparat cardiacos ex frigiditate, datum cum decoctione gary. compescit mirabiliter vomitum, & subuersionem stomachi, & acidos ructus. Summa medic. est res. 24.

Hygija Græca; hygia, ideſt saluatrix; Græca dicitur quia a Græcis fuit inuenta. valet proprie ad rheuma gingiuarum, & dolorem dentium fricata super eos, ore sæpe abluto cum aceto calido, & sordidas nebulas ab oculis aufert. vi. pars est lib. i. Recip. hyosciami seminis drach. ij. opij. drach. ij. & scrup. i. costi. drach. i. & gra. xv. myrrhæ, opopanacis, scordei, origani, ana drach. i. & gra. x. styracis calami, galbani, agarici, gentianæ, pigani, stœchados, prasii, cardamomi ana scrup. ij. s. balsami, nardi, croci, schœnanthi, thymiamatis, amo. terebinthinæ, casiæ ligneæ, mandragoræ, eryngij; radicis rosæ, eupato. eupho. melanopiperis, leuistici, dauci, fœni. trifolij, sem. ana scrup. ij. mel quod sufficit. datur cum vino calido in modum auel. Sum. medi. est res 25.

ADDITIO.

Hygija saluatrix interpretatur, Græca, quia a Græcis inuenta fuit, proprie fistit rheuma frigidum, data cum decoctione olibani fistit fluxum rheumatis ad gingiuas, & dentes; vnde si dentes fricentur cum ea, & etiam si super emplastretur, confert dolori ipsorum, oculorum, faucium, & superciliorum dissoluta in aqua euphragiæ, & iniecta post fomentationem cum mollitiuis. abstergit nebulas sordidas ab oculis. Tenta in ore, & gargarizata cum decoctione balaustię, confert synanchiæ rheumaticæ. data cum olibano, & tragacantho opitulatur asthmaticis, tussientibus, & phthisicis ex rheumate. data cum decoctione ficuũ, passularum, & liquiritiæ mundificat pleuriticos. data cum decoctione mentæ, & masticis curat dolorem stomachi, & vomitum, & fastidium ex frigiditate. data cum vino decoctionis cappharis auxiliatur spleneticis. data cum decoctione asari, & schœnanthi confert hydropicis. data cum decoctione diureticorum medetur nephriticis. data cum decoctione asari, & costi consumit humores frigidos, & viscosos causantes nephresim, & colicam. bibita cum vino compescit cruciatus podagricorum confestim, prouocando sudorem. data cum vino præseruat à nocumento aquæ corruptæ.

Hydrocopion olympiacum, hydrocopion, ideſt potus contra rigorem: olympiacum ab auctore dictum. confert proprie quotidianarijs, & quartanarijs, & non tertianæ. sudores etiam in diebus criticis prouocat ante horam accessionis ad modum auellanæ cum tepida data. vi. pars est. lib. i.

Recip. cinnamo. drach. iij. & scrup. i. & gra. xvi. croci drac. ij. & scrup. ij. nardi, myrrhæ, olib. opij, mandragoræ, macropiperis, anisi, ameos, sileris montani, hyosciami an. drac. i. & scrup. ij. & gra. viij. mel quod sufficit. datur ad modum auellanæ ante horam accessionis cum calida.

ADDITIO.

Hydrocopion, i. potus contra rigores, olympiacum ab olympiaco Imperatore. virtutem proprie respicit naturalem læsam ab humiditatibus frigidis. vnde datum cum ab aqua calida ante horam accessionis amputat quartanam ex melancholia naturali, & quotidianam, nisi fit ex phlegmate falso, distemperatum cum aqua calida; & temporibus, & extremitatibus inunctis in die critico alleuiat valde febricitantes, prouocando sudorem. datum cum succo plantaginis fistit mictum sanguinis. Sum. med. est res. 14.

Iustinum dicitur, quia a Iustino Imperatore primo fuit inuentum. præcipue datur calculosis, & patientibus dolorem ilij, valet stranguriæ, & dysuriæ, & his qui mittunt mucos. vi. pars est lib. ij. Sum. medi. est res 21.

Recip. cinnam. folij, costi, nardi casiæ, aristo. lon. & ro. helenij, hyssopi, puleg. arthemisiæ, pentaphylli, leucopip. orobi, petrosel. leuistici, oxilatri, vrt. sem. gra. solis, saxifr. iuniperi, asparagi, se. sileris, apij, anethi, pigani, se. fenicul.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0891-8 DFG

niſi, baccarum lauri ana drac. i. s. mel quod ſufficit. detur cũ vino in quo coctum fuerit milium ſolis, vel ſaxifragia.

IVſtinũ medicina eſt diuretica. valet contra dolorem renum ex frigida cauſa cum vino calido, vel frigido ieiuno ſtomacho; calefacit enim, & diſſoluit humores frigidos, & purgat per vrinam, calculos frangit, & arenam expellit datum cum vino decoctionis ſaxifragiæ, granorum ſolis, lapidis lyncis. Contra ſtranguriosos, & dyſurioſos reſolutum cum oleo muſcellino, vel communi; facto tamen emplaſtro circa pectinem, vel virgam, vel melius, iſtud totum colletur per pannum, colatum per ſyringam inijciatur. ſecundum doctrinam aliorum conficitur cum melle rufo; & melius eſt, ſi ſit mel caſtanearum amararum, quia diureticum, & melius eſt ſi cum eo conficiatur in hac, & in ſimilibus medicinis. ponitur autem in tali proportione pro lib. i. pulueris appone. iij. mellis: per. iij. annos ſeruatur in multa efficacia.

CAtharticum imperiale, ideſt laxatiuum pro imperatoribus, factum, & pro alijs delicatis hominibus ducit enim ſine laſione, & præcipue confert pinguibus hominibus, qui ſemper ſunt conſtipati, valet multum ilioſis, uuuat eos, qui ex ventoſitate ſtomachi, & inteſtinorum laborant. medietas lib. ij. Recip. diagridij, zuech. ana drach. iiij. cinnamo. nardi, ſaxifragiæ, polypodij, ana drac. ij. myrob. citri. hermodactyl. ana drach. iiij. gar. zing. melanopiperis, macropiperis, cardam. amomi, ana drac. i. s. mel quod ſufficit, ſumatur cum vino calido, vel aqua calida mane, & ſero.

Sum. medi. vt rei ie.

CAtharticum imperiale. Catherticum interpretatur laxatiuum, Imperiale propter ſuam dignitatem. Optime caput purgat in laxando: recipit enim quædam violenta, quæ optime purgant, extrema ſubtilitate ſui fumi; non inuenit cohærentiam niſi in extremis, vnde magis purgat remota quam propinqua; debet autem exhiberi ad purgandum caput cum pilulis; fiant autem ad receptionẽ cathartici, & conficiantur cum ſucco abſynthij, & dentur in ſero, ſed parum ſuperdormiat, qui eas ſuſcipit, tres, vel iiij. horas, deinde excitandus eſt. Os bene olens facit. Fœtor oris fit, aut vitio putridorum humorum à cerebro deſtillantium, aut vitio ſpiritualium, aut vitio ſtomachi. ſi fœtor oris ſit à cerebro, detur in pilulis, facta purgatione, dentur alia opiata, poſtmodum localia fiant remedia circa os, & gingiuas. ſi ſit vitio ſpiritualium parũ, aut nil valet. Si ſit vitio ſtomachi, detur more electarij cum aqua calida, præcedente tamen vſu oxymellis ſcillitici, vel de raphano. vtramque choleram purgat ſecundario phlegma, principaliter melancholiam. Sciendum ideo, quòd cholericis extenuatis, & ſi cholera multum fuerit intenſa in tempore calido non debet dari, neque febricitantibus. datur autem alijs ad præſeruationẽ competenter, vere cholericis cum aqua decoctionis prunorum, violarum, ſeminis citruli, melonis, cucumeris, & cucurbitæ; phlegmaticis cum aqua decoctionis polypodij; melancholicis cum aqua decoctionis ſenæ. ſi etiam ſtomachum humidum purgare volueris, & maxime ab extremis partibus, cum hermodactylis competenter acuatur. Nota quod catharticum imperiale, aliquando fit ſimpliciter, aliquando acutum; ſimpliciter, quando tantum in eo ponitur ſcammonea, quantum eius receptio exigit, & tunc ter, vel quater ducit. Acutum fit cum magis de diagridio additur, acuitur autem competenter, ſi cathartici imperialis, drachm. i cum. s. de ſcammonea miſceatur, electario adhuc exiſtente calido, etiam poteſt conſici ſecundum doctrinam aliorum, per duos ann. ſerua. Et nota, quod vetus catharticum melius eſt nouo.

LIthontripon pertundens lapidem interpretatur. hoc proprie lapidem frangit, & expellit; ſi in renib. vel veſica fuerit, hac medicina vtẽtes. nec dolorem ilij, nec lapidis vitium incurrunt; ſtranguriam, & dyſuriã ſine mora ſoluit. viij. pars eſt lib. ij. Recip. nardi, zin. xyloa. acori, cinnam. peucedani, meu, melanopiperis, leuco. macropip. ſaxifrag. ana drach. ij. s. opopa. garyophyl. coſti, rheup. liquiri. cyperi, draga. alexandri. chamedryos, apij, aſparagi, baſiliconis, ſemi. vrticæ, ſemi. citri. ana drachm. i. & gra. xv. folij, croci, ſchœnanthi, caſiæ ligneæ, bdellij, maſticis, ſeminis granorum ſolis, petroſelini, ſileris, ſinoni, cardamomi, anethi, ſe. eupho. lapidis lyncis, olei nardini, muſcelli. ana ſcru. i. gra. v. mel quod ſufficit, detur in ſero cum vino calido.

ADDITIO.

Lithontripton, id eſt pertundẽs lapidem. datum cum decoctione diureticorum compeſcit dolorem lumborum, & ſoluit dyſuriam, & ſtranguriam ex humoribus frigidis abſque mora. datum cum decoctione ſaxifragiæ frangit potenter lapidem renum, & veſicæ, & expellit ipſum mirabiliter, & vtentes eo præſeruantur a lapide, & ab iliaca frigida. Summa medicinarum eſt res. xliij.

MIthridatum, ideſt mater omnium antidotorum, ſiue a Mithridate rege dictum. faciens ad omnes paſſiones capitis virorum, vel mulierum, ſi fuerint ex frigiditate; maxime melancholicis, & timidis, epilepticis, maniacis, phantaſticis. mirabiliter prodeſt cephalalgicis, hemicraneis, dolorem cilij patientibus, & lachrymantibus oculis: & ad omnia capitis vitia, vel aurium ſubuenit; dentium doloribus, palato, & omnibus vitijs oris, & maxillarum medetur, ſi ſuper locum dolentem ponatur; & iterum ad modum emplaſtri ponatur in temporibus, vnde diſcurſio; ſynanchen ſoluit, apoplecticis cum ceruſa acceptum facit, tuſſientibus, & aſthmaticis, hæmoptoicis, peripneumonicis, & omnibus doloribus, qui intra corpus humanum fiunt. ſuccurrit iliacis, dyſentericis, & lientericis optimum ſi detur cum decoctione balauſtiæ, & extenſionem humorum, tetanos, ſiue ſpaſmos patientes, & paralyticos ſine mora curat; diaphragmati, & hypochondrijs ſubuenit, renibus, & veſicæ opitulatur, calculos frangit, menſtrua prouocat, omniaque vitia matricis excludit, ſclirhoſim patientibus, & podagricis ſingulare præſidium eſt. præcipue datur contra venena omnia, reprimit venenatos morſus, ſiue rabidi canis, ſeu cuiuſcumque reptilis, impoſitum ſiue bibitum cum magna admiratione emendat, ſi diſtemperatum fuerit, & cũ ſucco mentæ potetur, vel ſuperponatur. Quotidianarijs, & quartanarijs etiam ante horam acceſſionis datum mirifice prodeſt cũ vino tepido. xxviij. pars confectæ lib. iij.

Rec. ſtyracis, calami drac. i. & ſcrup. i. gar. nard. xylo. orobi. lentiſci. trag. maſticis, chalbani, gummi cedri, aſphalti, caſ. offei, bdellij, ter. figuli, meliloti, ladani, opopa. opij, ſulph. viui, liqui. nitri, hypociſtidos, acaciæ, roſ. chamæ. hyperici, abrotani, pæoniæ, hyſſo. origani, helenij, rami cedri, & daphnidos, ariſt. lon. epithymi, peucedani, centaureæ, roris marini, rad. eryngij, balauſtiæ, cymarum myrthæ, pſidiæ, romei, ſcyllæ, carpo. git, aniſi, hyoſc. cymini, fœni. cardam. ſeſeleos, teſapei, ameos, ſinoni, leuiſtici, ſem. rutæ, ſem. miconis, apij, dauci, ſem. rapæ, macropi. ocymi, amomi ana drachm. i. acori. illafeos, caſſami, filis zucchoriæ; catariacæ ana ſcrup. ij. balſami, cinn. cro. coſti, ſchœnanthi. zing. folij, terebin. myr. olib. caſiæ, agari. ſpicæ celticæ, rheupon. irei. aſari, dictami, praſij, interioris col. ſtœchados. arthemiſiæ, calamen. ſilphij, ſcordij, chamæpi. leucopi. melanopi. ocymi, petroſelini, ſem. anazodam, malabatri, carda. pentaphylli ana ſcrup. i. daphnococci. iij. partem, ſcru. i. & gra. vij. vini vetuſtiſſimi vn. i. mel quod ſufficit. datur in ſero in modum auellanæ cum vino, in quo cocta ſit ſaluia non febricitantibus, & febricitantibus cum aqua tepida.

MIthridatum magnum, id eſt mater omnium antidotorum ab inuentore ſic dictum. Magnum additum eſt propter magnam efficaciam, &c, ad differentiam

ferentiam minoris, opiata est. Facit ad omnes passiones virorum, ac mulierum; factas scilicet ex frigida causa, & ad omnia, quæ subducuntur, datum cum vino ieiuno sto macho, vel admansionem, i. in sero, quod melius est.

Epilepticis prodest, facta confricatione palati cũ hac medicina in ipsa accessione, dentibus cum eo apertis, vt phlegma dissolutum exeat; post accessionem potest exhiberi cum vino.

Maniacis ex melancholia, vel cholera adusta, prædicto modo.

Phantasticis. phantastica passio dicitur, quãdo aliquis in somno diuersas phantasias, & terribiles imaginationes videt, vnde aliquando à somno excitatur; quod habet fieri ex fumo melancholico inficiente cerebrum; datur eis prædicto modo.

Timidis mirabiliter prodest. datur his, vt prædictis: timiditas fit ex fumo melancholico in capsula cordis exi stente, & constringente ipsam, & ex eodem inficiente cerebrum.

Cephalalgicis, hemicraneæ, & ad dolorem cilij, & supercilij factum ex rheumate, datum cum vino decoctionis nucis musc. purgetur tamen prius caput cum pilulis aureis, vel hiera picra.

Oculis lachrymantibus, & ad omnia vitia capitis, cũ vino decoctionis olibani, vel, quod melius est, fiant pilulæ de puluere olibani, & mithridato, si etiam fluxus lachrymarum fit ex abundantia habitus propter incontinentiam, valet datum præcedente purgatione capitis.

Dolentibus dentibus magis valet, vt hæc opiata resoluta cũ succo mentæ. Et inuncto interius, & exterius palato, & omnibus vitijs mãmillarum, si dolor sit ex rheumate, datur cum vino decoctionis olibani. Fit etiã gargarismus ex violis coctis, & zingib. in careno. hoc etiam valet contra dolorem dentium.

Synanchen dissoluit in principio, nondum apostemate confirmato. fit etiam prius minutio de vena cephalica, vel de venis sub lingua. post detur olibani decoctio cum mithridato. fiat etiam prædictus gargarismus, sed cum aceto.

Apoplexiam cum ceruſa acceptum; ideo prohibetur ne cum ceruſa detur, quia posset occidere, sed in minori apoplexia potest inde palatum fricari, & membra exterius vngi.

Tussientibus, & asthmaticis ex causa rheumatica laborantibus valet prædicto modo. si vero fuerit asthma ex siccitate, vel viscositate humoris, non valet.

Hæmoptoicis, id est sanguinem excreantibus. Nota si sanguis screatus veniat à stomacho, vel nutritiuis, vel spiritualibus non debet dari, quia in stomacho receptum propter species calidas augmentaretur fluxus sanguinis. valet autem si fiat hæmoptoica vitio cerebri cum vino decoctionis olibani exhibitum, tunc enim sola fumositas illius, & præcipue opij cerebrum petit, quæ constringit, & fluxum sanguinis prohibet.

Peripneumonicis. non in principio, sed post. xiiij. dies rupto apostemate, & conuerso in saniem, detur his cum puluere myrrhæ, vel gentianæ ad mundificationem saniei, ne fiat transitus in empyema.

Cœliacis. cœliaca passio dicitur fluxus ventris factus vitio stomachi, à cœlia, quod est venter. est autem summum remedium, tã in his, quam in lientericis hæc opiata data cum vino. præcedat tamen purgatio ista interiora colocynthidis, polypodium, agaricum, schœnanthum bulliant in aqua, & colatura detur ad purgationem.

Dysentericis nullo modo medetur, vt quidam dicunt.

Contra extensionem neruorum. Extensio neruorum dicitur eorum cõtractio ex humoribus eos replentibus, vt in spasmo de repletione, vel ex eorum relaxatione, vt in paralysi. valet itaque hęc opiata data contra vtramque cum vino decoctionis saluiæ, & castorei. resoluatur etiã mithridatum cum muscelęon, & calefiat in testa ad ignem, & pars patiens intingatur.

Contra tinesinum ex phlegmate viscoso, & mucilaginoso in oleo ad ignem resoluto intingatur bombax, & ponatur, ad hoc etiam multum valet theriaca paralyticis, vt diximus.

Hydropicis, & in diaphragmate; & hypochõdrijs patientibus ex frigida causa prædicto modo detur. renibus, & vesicæ parti dolenti cataplasmatum valet.

Calculos frangit cum vino decoctionis saxifragiæ, & granorum solis, menstrua prouocat facto inde suppositorio, vt diximus patienti tenesmum.

Arthreticis, ischiaticis, podagricis, interius, receptum, & inunctum.

Venena omnia expellit. ad hoc præcipue valet mithridatum, Recipit enim multa venenum attrahentia, & expellentia, vnde à quibusdam solet dari cum toxico in pilulis contra venenum. Tantum probatur sicut theriaca. hoc autem in principio cum nouiter est factum, faciendum est, quia post quam inueteratum est, non habet tantam efficaciam ad illud. Quidam cum mithridato theriacam sophisticant sic duas partes mithridati bene incorporant cum tertia theriacæ, post probant prædicto modo, & efficaciam theriacæ inueniunt: in principio tamen antequã passio fit inueterata, detur prædictis sic. puluis dictami, gentianæ, arist. rotundæ. cõmisceantur cum mithridato, & cum bene incorporatum est, da cum vino decoctionis mentæ. superponantur etiam morsuræ. *Nota.*

Quotidianos veros de phlegmate naturali, & nothos, non tamen de falso phlegmate, sed vitreo, vel acetoso, quartanam veram liberat, si sit de melancholia naturali, de innaturali non. debet autem dari præcedente purgatione ante accesionem cum vino, si fuerit hyems cum aqua a state, præcedente tamen purgatione. Hemitritęicis nullo modo exhibendum est. contra incertas passiones etiam valet, sed de meo consilio non detur: quoniam propter ignorantiam quomodo curas? Rec. orobi lentisci. i. laccæ quæ calida est, & ficca, constringit, & consumit ex sua glutinositate, quod patet quia ex eo fit optimum glutinũ. ponitur hic ad prohibendum fluxum rheumaticum. lacca est gummi arboris in india nascentis eligenda est clarior, & purior diu potest seruari. *Lacca.*

Gummi cedri cal. est, & sic. diureticum, contra vitia renum, & vesicę ponitur hic, dissoluit, & consumit. gummi est arboris, quæ cedrus dicitur, apud nos non habetur, vnde pro eo ponitur gummi abietis. Offei. i. gummi hederæ cal. & sic. dissoluit, & est diuretica, vnde potenter dissoluit lapidem. eligendum est clarius, & purius, & rotundum ad modum gummi arboris, bonum est, & quod inuenitur in hedera arbori innexa, per triennium durat gummi hederæ sumptum interius in quantitate. scrup. ij. bonum est contra dolorem stomachi, qui sæpe accidit mulieribus. probatum. *Gu. cedri.* *Offei.*

Terra figuli. i. figillata, de qua superius dictum est. *Terra figuli.*

Melilotum cal. & si. est, herba est diuretica. in Apulia, & etiam in nostris regionibus inuenitur, semen producit ad modum fęniculi, & dicitur corona regia; valet contra vitia renum, & matricis, & ideo ponitur hic semen medicinæ competit, bonum est, & in viscellis, & salsamentis. per triennium seruatur. *Melilotum.*

Ladanum. ca. est, & sic. consumit, calefacit, & confortat ex aromaticitate. Ladanum gummi est arboris, vt quibusdam placet, de rore conficitur, qui cadit super quãdam herbam in quadam patte Grecię, rustici enim illius terræ cum longis corrigijs percutiunt aera repetitis vicibus, à quibus rorem muiscatum in aliquo vase exprimunt, & sic ladanum operantur; sed vix hodie purum inuenitur ladanũ, propter impuritates, quæ ei admiscentur. purum esset valde aromaticum, & optimum. per x. annos seruatur. *Ladanum.*

Hypericum. herba est perforata, vel sancti Ioannis dicitur, ca. est, & sic. & diuretica in tempore productionis florum colligitur, in loco vmbroso ponitur. per annum seruatur. flores, & folia abiectis stipitibus tantum, sunt medicinalia. *Hypericum.*

Helenium cal. & sic. & diureticum, stomachum confortat, venenum expellit. Nota aliud est helenium, & aliud est lenias. lenias. n. est auripigmentũ. Heleniũ vero *Helenium.*

enula dicitur, eius radix medicinæ competit,& non herba radix in principio æstatis colligitur, Soli exicceatur. per ij. annos seruatur.

Ramicedri. Rami cedri, cali & sic. sunt. soluunt, consumunt, confortant aromaticitate sua. Rami cedri, vt verum dicam, scilicet sunt rami illius arboris; quorum loco apothecarij ponunt sabinam: scilicet, & flores, & folia, abiectis stipitibus.

Centaurea. Centaurea ca. & sic. dissoluit, & consumit supperfluos humores. herba est diuretica, & amara ad modum fellis; vnde alio nomine fel terræ dicitur. Est autem duplex maior. & minor. in receptionibus maior debet poni, quæ facit flores ad modum hyperici, cum flores producit, debet colligi, flores, & folia siccãtur, & in medicina ponuntur sine stipitibus. per annum seruatur.

Romei. Romei. i. raphani cal. est, & sic. diureticum, digerit, dissoluit, & consumit; radix competit medicinæ, quæ in autumno collecta, & exiccata per biennium seruatur. ponitur hic ad dissoluendum crassos humores, & cum F ponitur in medicinis, interior substantia debet abijci.

Cardamũ. Cardamum. i. sinapis alba. ca. est, & sic. diuretcum, & diaphore. dissoluit, & cõsumit. per biennium seruatur. hic ponitur propter notas causas.

Lappa. Lappa muersa producit quædam, quæ si capillis inhærent vix possunt separari, quæ in folliculis spinosis sicut castaneæ concludutur. Sciendum est, quòd lappa inuersa, & bardana non sunt idem, vt quibusdam placet, sed diuersæ herbæ sunt.

Cyclamen. Cyclamen, panis porcinus, malum terræ, cassamus idem est, ca. est, & sic. dissoluit, consumit, & trahit. herba est produeens florem similem violæ, radix medicinalis est. circa finem autumni colligitur, in quatuor partes finditur cum filo, suspenditur in vmbra, vel ad solem. desiccata per tres annos seruatur. cum autem ponitur in medicinis, superficietenus radatur. Tenta de malo terræ foramen fistulæ strictum, multum elargat.

Nixacar. Nixacar. i. flos agni casti ca. est; & sic. dissoluit sperma, & consumit, vnde libidinem mortificat. arbor est, cuius G flores medicinæ comperunt. in autumno colliguntur. per annum seruantur.

Cartariace. Cartariace, ideſt cornu ceruinum. frig. est, & sic. constringit membra dissoluta, amaritudinem habet, vnde lumbricos necat. cum autem ponitur in medicina, rasura superficialis abijciatur, reliqua substantia est limanda; nec tamen vsq; ad medullam. limatura ponderetur cum in medicina ponitur.

Libani. Libani, ideſt olibani ca. est, & sic. cõfortat, constringit, ponitur hic propter rheumaricum fluxum. Olibanum duplex est crassum, & minutum, crassum thus masculinum dicitur, minutum femininum; cum simpliciter inuenitur olibanum, crassum debet poni. diu seruatur.

Stechados. Stechados ca. est, & sic. & diureticũ, herba est quę alio nomine dicitur barba Iouis. in tempore productionis florum colligitur, & in vmbroso loco ser. & sic flor. sine stipitibus in medicinis ponuntur, per annum seruatur.

Scordeon. Scordion. ca. est, & sic. attrahit, & dissoluit, & cõsumit H venenum. allium agreste dicitur. est allium agreste, & domesticum, agreste secundum radices magis competit vsui medicinæ; domesticum magis competit vsui quam medicinæ. secundum flores competit medicinæ. Scordeon cum florem producit debet colligi, & in vmbroso loco desiccari. per annum seruatur.

Symphytũ. Symphytum ca. & sic. est, consumit, & expellit venenum. herba est, cuius radix ponitur in medicinis eligenda est secundum doctrinam aliarum radicum. per ij. annos seruatur, sed nouarum plus valet.

Chamapitys. Chamæpityos ca. est, & sic. & diureticum, & mundificatiuum idem est, quod quercula maior. Chamædryos quercula minor dicitur. in fine Veris cum flores producit, debet colligi, abiectis stipitibus, flores folia in medicinis ponuntur, herba ipsa in vmbra desiccata. per annum potest seruari in multa efficacia. Conficitur secundum doctrinam aliarum opiatarum, sed melius est, si cum melle rufo conficiatur. per x. annos seruatur in multa efficacia. Alij dicunt, quod quanto vetustior, tanto melior.

ADDITIO.

Mithridatum autem secundum intentionem compositoris est mater omnium antidotorum. Gilbertus Anglicus cap. de dysenteria inteſtinalis, vel hepatica dixit mithridatum. i. mater omniũ antidotorũ, vel a Mithridate rege dictum. sine dubio mithridatum est confectio magna, sicut theriaca à Mithridate rege Ponti inuentore dicta. nam cum Mithridates rex Ponti Bosphoro vrbe a Pompeio, ac Romanis obsessus esset, iam de ipso desperans venenum vxoribus, pellicibus, ac filijs, potandum, dedit; quod cum, & ipse nouissime sumpsisset, beneficio medicaminum, quibus vitalia sua præmunierat, nequaquam mori poterat, proinde tandem Gallo cuidam militi, qui iam muro defossato intrauerat vrbem, iugulum præbuit, sicq; vitam finiuit. Aui. in v. can. habet vnam aliam descriptionem, quam dicit esse descriptionem communem, sed nõ est eadem cum ista. verum est, quòd sunt ex hominibus, qui faciunt ipsum mithridatum secundum præsentem descriptionem, quæ est Nicolai, & sunt ex hominibus, qui faciunt ipsum secundum Auicen. & ideo descriptionem Auicen. hic describam.

Descriptio vera Mithridati. Aui. quod Rex Mithridates constrtui primo fecit, & quo ipse ad euitandum venenorum insidias vsus est. Rec. myrrhę, croci, agarici, zing. cinnamomi. drag. i. vitrioli. seu zezi. seu chalcanthi, quę idẽ sunt ana dr. x spicæ, olibani, alseis, & est nasturcium babilonicum, schęnanthi, xylobalsami, stœchados, seseleos. i. sileris montani, costi, chamæpytios. chalbani, nebeset. i. terebinthinæ, macropiperis. i. piperis longi, succi barbæ hircinæ. i. hypocystidos, castorei, folij indi, styracis, opopanacis ana vnc viij. casiæ, leucopiperis. i. piperis albi, melanopiperis. i. piperis nigri, hermodactylorum, folij scordeon. i. dentium cæparum, allij sylueſtis. dauc. i. se. pastinacæ sylueſtris, meliloti, gentianæ, olei bälsami, carpobalsami i. seminis balsami, trochiscorum cokion, bdellij ana drac. 7. rutæ. drac. ij. ammoniaci, spicæ Romanæ, masticis. gummi i. gummi arabici, petroselini idest sem. petroselini, cordumeni. i. carui agrestis, se. fœniculi. ana drach. v. meu, anisi, acori, sagapeni, asari, ana drac. iij. opij, rosarum rub. pulegij ana drach. v. phu. i. valerianæ, acacię, vmbilic. scinci, semi. hyperici, ana drach. iiij. & s. vini odoriferi antiqui, in quo infundantur ea quæ oportet infundi, mellis despumati, quod sufficit, misceantur, & seruentur, & administrentur post sex menses, & fit dosis sicut auellana, ideſt aureus vnus cum eo, quod est conueniens de potibus.

Descriptio trochiscorum cokion mithridatum ingredientium hæc est. Rec. passularum rub. enucleatarum, drach. iiij. glutinis albotin, i. terebinthinæ. dr. xxiiij. schęnanthi, myrrhæ ana drach. xij. cinnamomi, bdellij subalbidi. blactæ bizantiæ, spicæ romanę, casiæ meliloti, cyperi, baccarum lauri, ana drachm. iij. calami aromatici drach. viij. croci. dra. i. bituminis iudaici. i. asphalti. drac. ij. s. liquefienda in vino veteri ponantur, donec liquida fiant; alia autem omnia trita, & cribellata cum eis coniungantur, & cum melle despumato quantum sufficit, commisceantur, & fiant trochisci.

Pro verificatione descriptionis supradicti mithridati est aduertendum, quòd præfata descrip. est descriptio mithridati posita ab Auic. in v. can. summa prima tractatu primo; quæ quidem cæteris mithridati descriptionibus ab auctoribus positis completior reperitur; verum in descriptione hic posita nõ ponitur post castorei melakion, sicut ponitur ab Auic. & hoc ideo quia melakion est nomen prouinciæ ita vt sensus castorei melakion, i. castorei de illo loco, vel de illa prouincia, quoniã Raſ. viij. Almansoris capitulo primo, & Albucaſ. quarta particula Alzarauij, & Ioannes Serapio septimo breuiarij Haly abbas in regali dispositione decima practicæ in eorum mithridati descriptionibus, loco melakion nihil ponunt. Præterea Ioannes Serapio loco iã allegato enumerando medicinas

dicinas mithridati dicit, quòd Summa medicinarum A
est 56 exceptis melle,& vino, & si melahion esset aliqua
medicina mithridatum ingrediens præter alias positas
ab Aui. Summa medicinarũ esset 70. ex quo patet, quod
falsa est expositio trãslatoris Auicennæ exponentis me-
lahion, idest opij, quoniam postea prope finem descri-
pti: ponitur opium, palam est namque, quod in vna de-
scriptione non debet poni idem bis sub diuerso ponde-
re.

Pro verificatione trochiscorum cohion ab Auic. loco
susprascripto descriptorum, est aduertendum quod præ-
dicti trochisci cohion taliter ab Auic. vocati à Raf. viij.
Almansoris vocantur medicamen de fusio. & in descri-
bendo dictos trochiscos vocatur theriaca de fusio. ab Al
bucasi similiter vocantur medicamen de fusio, à Sera-
pione vero. viij. breuiarij, & à Constantino x pantegni
vocantur trochisci cohion, ab Haly abbate in regali di-
spositione. x. practicæ vocantur trochisci mesrumoesi.
Et quamuis, vt dictum est à diuersis auctoribus diuersi- B
mode vocentur, non tamen multum differunt. Com-
pletior tamen descriptio est illa quam scripsit Aui.

Errores qui in mithridati cõstructione communiter
committuntur sunt tres, quorum primus est ℞ in ipso
non ponitur terebinthina, sed ponitur resina laricis, quæ
notabiliter differt à terebinthina, prout melius infra di-
cetur in theriaca. Secundus error est, quòd in mithridati
constructione non ponitur balsamum, sed aliqui ponunt
oleum balsaminum, quod fit artificialiter. Alij ponunt
oleum laurinum, vt Montispedenses. Tertius error, qui
in mithridati constructione committitur est, quod in ip
so ponitur plus de melle quam debeat poni, nã Haly ab-
bas vult pro qualibet libra mellis debere poni quatuor
vncias specierum, & tamen communiter non ponuntur
nisi duæ, vel ad plus tres ℥ vnciæ. Summa medicina-
rum mithridati descriptione Nicolai, est res centum ℈,
& quinque ℈. Sed summa medicinarum mithridati ab
Auicenna descripto est res. lviij. numerando vinum ℈,
& mel.

*MVsa ennea. Musa a peritißimo philosopho inuen-
ta, faciens ad omnes accessiones periodicæ febris,
id est quotidianæ, tertianæ, quartanæ, si ante horam ac-
cessionis in modum auellanæ cum vino calido detur, &
acutarum febrium angustias tollit. tamen cum dederis,
considera virtutes eorum, qui patiuntur, quia statim me-
delam sentiunt, & etiam si cum tepida distemperetur,
& ex ea in acutis, & peracutis pulsus, & tempora
inunguntur, & si sudorem prouocat, erit signum eua-
sionis: si vero non, mortis, inflationem stomachi emen-
dat, suspiriosis, phthisicis, & his, qui putredinem screãt,
subuenit, hydropicis, spleneticis, & colicis subuenit, la-
pidem in vesica frangit, & his, quibus penitus vrina de-
negatur. Recip. piperis albi gra. xvij. thuris masculi,
myrrhæ, gentianæ, hyoscyami, ana drac. vi. opij. drac. iij.
croci drac. iij. minus gra. vij. euphor. arist. lon. mandrago-
ræ ana drach. i. & scrup. i. mel, quod sufficit. detur vt su-
perius in laude diximus.*

MVsa ennea opiata est, secundum volũtatem auctо-
rum tale nomen sortita; sunt autem diuersæ mu-
sæ, sed ista inter omnes musas efficacior est, facit ad om-
nes occasiones prædictarum febrium, idest interpolata-
rum, vt tertianæ, quotidianæ, quartanæ: licet autem hęc
opiata dicatur valere ad omnes interpolatas, præcipue
tamen valet contra quotidianam rubea contra tertia-
nam mithridatum, & adrianum. Theriaca contra quar-
tanam. Si autem interpolata fuerit de humo. infecto,
vel composito, vt de phlegmate falso, dentur, opiatæ com
positæ, vt musa ennea, & rubea, & sic singula quæque lo-
cum teneant, & sic de cęteris. debet autem musa proprie
dari contra quotidianam, præcipue de phlegmate natu-
rali, vel vitreo ante horam accessionis, sed præcedat pur-
gatio si opus fuerit. fiat decoctio calidarum herbarum in
aqua. & patiens sumum recipiat bene coopertus undiq;,
& ibi. offeratur musa cum tepida. Acutarum febrium
angustias tollit, hoc non laudo, dum Pater meus ita fa-
ciebat in acuta febre, volens certificari de vita, vel mor-
te, vngebat corpus febrientis præcipue venas pulsatiles,
& circa brachia, & tẽpora & in die critico. si ex tali inun
ctione sudorem videret prouocari, euasurum iudicabat,
si non; mortem. Ita dico, si prius non consueuerat suda-
re, quia tunc non esset certum signum. Inflationem sto-
machi emendat ex frigidis hu. vel ex ventositate, detur
cum vino calido præcedente vsu. oxymellis, & purgatio-
ne, si opus fuerit. Suspiriosis si suspirium fuerit ex fic-
citate, non detur, si ex frigidis humoribus, & pręcipue ex
causa rheumatica, detur cum vino decoctionis olibani;
pectus tamen prius inungatur dialthæa, vel butyro, vt re
lata materia obedientior sit consumptione. Phthisicis,
& his qui putredinem, idest saniem expuunt, subuenit,
pus excreantes dicũtur empyici, qui putredinẽ excreant
ex apostemate, vel à vulnere præcedente, his confert mu
sa ad saniei mundificationem, & vlceris consolidationẽ,
cum aqua decoctionis myrrhæ, vel fiant pilulæ ex pul-
uere myrrhæ, & musa, & dentur; Spleneticis, hydro-
picis parum proficit, potest tamen dari cum aliquo diu-
retico. Colicis proficit, si fuerit ex cholera colica passio;
non valet, si fiat ex humore frigido, vel ventositate; pro-
dest per os data, & clysterizata. Nota tamen, quod si
colica fuerit ex rheumatica causa, sicut sæpe accidit, dan-
da est cum vino decoctionis olibani. si vero sit ex frigi-
dis humoribus, detur cum vino decoctionis garyophy.
nucis mus. fiat talis clyster, mercurialis, & senationes bul
liant in aqua salsa, & dulci, colaturę addatur mel, & oleũ,
& musa intus resoluta injciatur per clysterem. Lapi-
dem in vesica frangit, non credo. Vrinam prouocat,
vrina quandoque impeditur, & maxime in pueris ex hu
moribus in collo vesicæ conglobatis, quibus hoc enca-
thisma optimum est. Mercurialis, portulacæ siccæ, sena-
tiones bulliant in aqua salsa, & dulci vino, & partes infe-
riores inde fomententur. post fomentum fiat cataplasma C
pectini, & virgæ de musa, resoluta in succo senationum,
& mercurialis aliquantulum calefactis in patella, pecti-
ni, & virgæ applicetur. conficitur, vt aliæ opiatæ. per vij.
annos seruatur. Nota, aloe per se puluerizetur, & cribre-
tur; & similiter piper alb. per se, sed puluerizari non po-
test. alia omnia insimul confice, vt in li. docetur.

*MIcleta, i. experta, proprie valet ad hæmorrhoidas,
& ad ventris tortionem, & rugitum lienteriæ &
dysenteriæ, & optima est omni solutioni ventris, media-
tas est lib. i. Recip. myrobalanorum citrinorum, indo-
rum, chebulorum, mundatorum assatorum, ana drachm.
ij. s. nasturtij drachm. s. bellyricorum, embli. assatorum
ana drachm. ij. cymini, anisi, ameos, carui, marathri,
drach. i. s. infusa in aceto die, ac nocte dimittantur, &
assata puluerizentur. tunc adde spodium, balaustias.
sumac, mastichem, gummi arab. ana drachm. i. & gra. D
xv. fricentur omnia cum oleo ro. & temperentur omnia* Summa me
cum myrthino syrupo. dentur cum aqua pluuiali mane dicinarum
meridie, & sero. est res. 13.

MIcleta opiata est plurimum constrictiua, facit cõ-
tra hæmorrhoidas, scilicet quando fluunt, si resol
uitur in aqua rosa. & bombix ibi intincta supponatur, va
let etiam ad tortionem ventris, & rugitum, si rugitus, &
tortio fiant de frigidis humo. vel ventositate, tunc non
valet micleta. si fiat ex cholera, vt in dysenteria, tunc cõ-
fert, vnde statim subdit. Lientericis, & dysentericis: de-
bet tamen aliter, & aliter in lienteria, & dysenteria exhi-
beri; præcedente tamen purgatione retinetur cholera, &
alij humores operantes fluxum, qui postmodum resum-
ptis viribus impetuose fluunt per incontinentiam, & sic
fit nouissimus error peior priore. Præcedat itaque talis
purgatio in lienteria, polypodium, agaricus, colocynthis
& schœnanthus bulliant in aqua, & colatura datur

in lienteria, in secunda die post purgationem detur micleta cum aqua decoctionis masticis. In dysenteria specialis fiat dysenteriorum purgatio. myrobalanorum, citri. vnc.ij. puiurizetur, puluis ponatur in aqua pluuiali, vel rosata per noctem, & colatura in crastino detur. postmodum vero detur micleta resoluta in succo plantaginis fricato cum lapide hæmatitis, vt diximus. delicatis autem, & qui non possunt huiusmodi misturas accipere, detur in pilulis, sic gummi arabi. extrahitur in testa, puluerizetur. ex quo, & micleta fiant pilulæ, & dentur. Nota tamen si dysenteria fuerit vitio superiorum per os dabitur, si inferiorum per clysterem iuuatur. potest etiã inde fieri emplastrum cum eodem succo, addito puluere ro. boli, & modico aceto, lumbis, & pectini applicetur. Conficitur sic. omnes myrobolani. i. eorum cortices, & nasturtium, & cyminum, & marathrum, anisum, & ameos, & carui aspergantur aceto; non tamen copiose, sed aliquantulum humectentur; sint ibi per noctem, mane exiccentur in testa calida, vel alio vase exutantur, vt aliquantulum videatur denigrari, nec omnino comburantur, quo facto puluis fiat, & cum oleo confricentur. cætera per se puluerizentur. puluis omnium simul conficiatur cum syrupo myrthino, qui sic fit. myrtilli aliquantulum coquantur parum in aqua pluuiali. post colentur, colaturæ addito zuccharo fiat syrupus: si tamen haberetur tantum de succo myrtillorum, quòd inde fieret syrupus, tantum melior effet. per iij. an. seruando. dosis est. vnc.i.

Mel rosaceum, quod Græci rhodomel vocant, sic fit. in x. lib. albißimi, & purißimi mellis despumati, succi recentium ros. lib. i. ponatur in cacabo ad ignem posito, & cum bullire inceperit, viridium rosarum cum forficibus, vel cultello inciſarum lib. iiij. addantur; & tam diu bulliant, quod ad succi consumptionem veniat, & dũ bullierit semper agitetur, & in fictili vase posito quãdiu magis tenebitur, tanto melius erit. stomachum cõfortat, & mundificat; cum frigida confortat, & constipat, cum calida mundificat. datur mane, & meridie, & de eo conficitur diamargariton, & caryophyllatum, & rubea trochiſcata. Eodem modo fit mel violatum, quod valet tepidefebrientibus; cum tepida corpus humectat, & relaxat. valet ad siccitatem pectoris cum tepida.

ADDITIO.

Mel rosatum secundum intentionem Nicolai apud Græcos apellatur Rhodomel, quod est geleniabin. Mesue in proprio antidota. distinctione de conditis habet vnam aliam descriptionem, sed ista Nicolai est illa, qua vtimur. Respicit proprie virtutem naturalem. datum cum aqua decoctionis passularum, & ficuũ confert tussi frigidæ, & sumere de eo quolibet mane confert catarrho calido. datum cum frigida confortat stomachum, & constipat. datum ieiuno stomacho bene masticando, cõfert stomacho malis humoribus repleto, si aqua calida superbibatur. datum cum aqua calida est optimum post operationem pharmaci. datum tẽpore pestilentiali prohibet puttefactionem.

Nephrocatharticum, idest purgans renes, expertum est iliosis, difficultati vrinæ, si cum apozemate milij solis sumatur in modum auellanæ, de renibus, & vesica lapidem potenter expellit cum apozemate saxifragiæ sumptum, menstruis imperat cum decoctione arthemisię, colli tumorem sedat cum decoctione costi. xvi. pars confecta lib. i.

Recip. lapidis lyncis, drach. ij. & gra. xv. croci Orientalis drach. i. & gra. xviij. zingib. euphorbij, myrrhæ, olibani, vesicæ apri, lapidis in hepate, vel in vesica porci inuenti, cymini, hyosciami, seminis macedonici, citri. omnium decem, ana drachm. i. gran. vi. nardi, schœnanthi, costi, pyrethri, casiæ, rheupontici, prasij, belenij, sampsuchi, gliconis, rorismarini, gentianæ, saxifragiæ, E *gummi hederæ, cypressi, pilularum, baccarum daphnidis, piperis nigri, & albi, seminis rutæ, & iuniperi, omnium ana drach. s. gra. iiij. balaust. styracis, sanguinis hirci, siurci* * *asari, acori, phu, meu, aristo. lon. & rotun. betonicæ, fisalidis, dauci, petroselini: semi. erucæ, omnium ana gra. ij. sem. vrticæ. seru. s. & gra. ij. s. suc. asparagi, & bruscri ana gra. v. s. mel quod sufficit, dosis eius sit drac. iij. cum vino tepido.* * anseri.

ADDITIO.

Nephrocatharticum, idest purgans renes. datum cum decoctione milij, est expertum iliosis, & difficultati vrinæ. datũ cum decoctione arthemisiæ imperat mẽstruis, propinatum cum decoctione costi sedat tumorem colli datum similiter cum decoctione saxifragiæ expellit lapidem. eius dosis est a drach. i. vsque ad drach. ij. Summa medi. est res. 52.

F *Oleum rosatum virtutem habet frigidam, & stypticam, & ideo ad dolores capitis ex febre, seu ex calore solis optamũ est; ardores autem ex calore, quos stomachus plenus gignit sua ventositate in toto, seu in parte capitis aufert, doloribus, quandoque in capite toto, vel in parte confert, si ex ipso inungatur caput; confert etiam doloribus existentibus in stomacho, seu intestinis ex acredine humorum mistum cum mastice, vnc. ij. & sufficienti cera in ipso soluta, postea locis inunctis, ad erysipelata est vtile, quibus in superfice non apparet, & ad alia huiusmodi multa, & istud oleum sic fit. In duabus libris olei communis, & ad nostram doctrinam abluti lib. vna, & media viridium rosarum aliquantulum contusarum ponantur in olla plena, in caldario pleno aqua suspenso, & tam diu bulliat, quousq; ad tertiam partem veniat, quod demum albo panno lini immissum torculari exprimatur, & liquor reseruetur. Eodem modo fit sambucinum, violaceum, & myrthinum oleum.*

G *Quæ, scilicet olea valent in acutis, & peracutis inunctа super hepar, pulsus, tempora, & plantas manuum, & pedum, calorem omnino extinguit.*

ADDITIO.

Istud oleum rosatum apud modernos habetur in vsu, verum est, quòd sunt ex omnibus, qui accipiũt foliorum rosarum recentium, &c. comminuunt cum forficulis quantitatem, quam volunt, & superponunt oleum commune, & exponunt Soli per dies quadraginta, deinde administrant vbi oportet. Circa instans cap. de rosis inquit. oleum rosarum fiunt, quidam decoquunt rosas cũ oleo, & colant, & reseruant. Alij terunt rosas virides, & ponunt in oleo, & in vase vitreo soli per quinquaginta dies exponunt, & hoc optimum est. *Olei rosati confectio.*

H *Oleum mandragoratum quod facit ad nimios dolores capitis, et phreneticis, male dormientibus fronti illinitum, & naribus iniectum summe opitulatur, pulsibus brachiorum inunctum, & plantis pedum illinitum, quocumque modo vigilus factis cum omni celeritate soporem reddit, Recip. olei lib. ij. succ. malorum mandragoræ, drachm. iiij. hyosciami albi suc. vnc. ij. papaueris nigri hortensis capitum suc. vnc. iij. viol. recentium cynarum, succi cicutæ ambarum ana vnc. i. opij, styracis ana vnc. s. Conficitur sic. in oleo omnes succi mittantur, & per x. dies ad Solem bene admisceantur. Vndecimo vero die ad consumptionem suc. coquatur. Cumque coctum fuerit ab igne deponatur, & cum infrigidatum fuerit coletur, & in parte ipsius olei, opiũ, & styrax soluti medicaminis supermittantur, & bene commistum in vase reconditum vsui reseruetur; hoc vero vnguentum contra calefactionem hepatis sæpe inunctum mirifice valet.*

A D-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0896-8
DFG

ADDITIO.

Oleum mandragoratum dicitur à ſucco mandragoræ, qui intrat in eo. confert valde, ſeu vehementer contra morbos valde calidos, eius tamen narcoticitas eſt reprimenda, vt cum lacte mulieris, vel oleo roſaceo; in eo enim eſt frigiditas, & humiditas intenſa.

OLeum chamæmelinum ſalubre ad feruorem, & doloꝝ capitis, & ſtomachi, cauſas ex cholera rubea ſine aliquo calore commotas compellit, articuliſque proficit, & alia multa facit. Rec. olei dulcis drach. xviij. florum chamæmeli menſe Iulij collectorum, lib. 5. Conficitur ſic. flores in oleo communi mittantur, & in diebus canicularibus in vitreo vaſe ad Solem ſuſpendatur, & bene obturato, & poſt quadragintadies in lento loco ponatur, & vſui reſeruetur.

ADDITIO.

Iſtud oleum dicitur chamæmelinum à flore chamæmeli ex quo fit. calidum eſt temperate, & eſt oleum benedictũ, & expertorum iuuamentorum, & reſolutiuum humorum ſuperfluorum, & mitigatiuum dolorum frigidorum, & ſubtiliatiuum humorum ſpiſſorum, & cõfert ei, quem læſit frigus, & alia multa.

OLeum frigidiſſimum viride ſic fit. Recip. olei communis albi, & abluti, lib. iiij. cymarum rubi teneriarum, foliorum violarum, vermicularis, cymbalariæ, ſemperuiuæ, ſolatri, foliorum papaueris, hyoſciami, mandragoræ, craſſulæ maioris, portulacæ, lactucæ, berbenæ, omnium ana drach. iij. hæc omnia inſimul bene terantur, & in ſupradicto oleo mittantur per tres dies; poſt tertium vero diem ſupra ignem ponatur, & vſque ad ſpiſſitudinem bulliat, poſtea coletur, deinde in ficti ili vaſe ponatur ſuper ignem, & bulliat ad ſuꝛci conſumptionem; tunc ab igne deponatur, & dimittatur reſidere, & illud clarius quod ſupernatat colligatur, & vſui reſeruetur. valet in acutis, & peracutis, fronti, & temporibus inunctum, valet, & retro inunctum per dorſum à nucha vſque ad caudam inunctum, & per ventrem ſimiliter, & volæ manuum, & plantæ pedum, eodem modo contra omnem calorem potenter medetur.

ADDITIO.

Oleum viride frigidiſſimum dicitur ab effectu tale, & à colore, vnde temporibus, & fronti cum eo inunctis valet febribus acutis, etiam calori, & dolori hypochondriorum ex cauſa calida per dorſum à nucha vſque inferius inunctum per ventrem; ſimiliter, & volis manuum, & plantis pedum inunctis, hoc modo mirabiliter, & potenter medetur cõtra omnem calorem immoderatum. Summa medi. eſt res xiiij.

Opopyram. *OPopyra magna, opopyra dicitur à ſucco, & igne, opos enim Græce, Latinę ſuccus, pyr, id eſt ignis, inde opopyra, id eſt ignitus ſuccus, proprie valet contra guttam, quæ oculum, & linguam, & labium diſtemperat, vt recte ſermonem non proferat, aut non loquatur, peculiariter curat paralyſim oris, & gutturis, & manuum, & pedum, atque crurium, & totius corporis, optime medetur cum vino vbi cocta ſit ſaluia, & caſtoreum, & coſtum in fero in modum auellanæ. prodeſt tremuloſis cum eadem decoctione bibitum, contractioni neruorum ſubuenit, cum decoctione polypodij, epilepticis, melancholicis, & maniacis, cum decoctione thuris maſculi, auxiliatur tuſſientibus in omnibus doloribus pectoris, & ſtomachi cum decoctione calamenthi, & cymini, hepaticis cum apozemate apij, & eupatorij, ſpleneticis cum decoctione capparis, & abſinthij, pleureticis, cum apozemate hyſſopi, & pulegij, iliofis cum*

A *decoctione iris, & macedonici, calculoſis cum apozemate ſaxifragiæ, & ocymi. typice febrientibus cum decoctione pigani, naſturcij, pyrethri prodeſt, & ad multas corporis paſſiones facit. quintadecima pars cõfecti lib. ij.*

Rec. opij thebaici drach. ij. ſcrup. i. & gra. iiij. cinnam. garyo. nardi, galangæ, croci, coſti, zedoariæ, zingib. xylobal. rheupõ. pyrethri, coralli albi, & rub. tragacan. myrrhæ, caſtorei, opopanacis, piperis ni. alb. & long. ana drachm. ij. & gra. vi. raſuræ eboris, eleliſphaci, herbæ paralyſis, ana drach. i. & gra. xiiij. balſami, muſchi, xyloaloes, ſchænanthi, caſiæ fiſtu. ſtyra. calami. maſticis, conſitæ ru. chalbani, ſagapeni, plantæ aſſæ fœtidæ, meliloti, ariſtol. rotun. draguntea, aſari, helenij, meu, pæoniæ, raphani corticis, peucedani, acori, mandragoræ, betonicæ, gentianæ, chamædryos, pulegij, centaureæ maioris, & minoris, celticæ, abſinthij, proſerpinatæ, blactæ, capillorum ven. ſponſæ Solis, hypericon, vincetoxici, praſij, pigani, millefolij, cardamomi, calamenthi, carpobalſami, aniſi,

B *ſeminis leuiſtici, hyoſciami, ſeminis lupini, & pollinis, eboris alexandrini, baccarum lauri, marathri, ſileris montani, ana ſcrup. i. gra. xviij. mel quod ſufficit. detur, vt ſuperius diximus.*

Summa medicinarũ eſt res 27.

Opopyra dicitur ſuccus ignitus. ab opos, quod eſt ſuccus, & pyr, quod eſt ignis. opiata eſt. Valet cõtra guttam. Gutta eſt, vt diximus repercuſſio alicuius membri ex humore influente, ad cuius curationem duo ſunt neceſſaria, conſtrictio fluxus rheumatici, & humorum ſuperfluorum conſumptio. hæc duo facit opopyra, cõſtringit virtute opij, conſumit caliditate ſpecierum, contra quam guttam valeat ipſe docet ſpecialiter. Contra paralyſim linguę, oculi, labij, & totius corporis, cum vino decoctionis ſaluiæ, vel caſtorei precedente purgatione cum pilulis aureis, vel benedicta, vel picra. Nota quando aliqua medicina datur contra aliquod vitium, danda eſt decoctio illius herbæ, vel ſpeciei, quæ valet contra illud,

C contra paralyſim cum decoctione ſaluiæ, vel caſtorei, contra epilepſiam cum decoctione pæoniæ, & ſic de cęteris. Si autem pars paralytica expoſita ſit excepto oculo, fricetur cum opopyra reſoluta in ſicco rutæ calefacto in teſta ad paralyſim linguæ debet interius recipi, & teneri ſub lingua.

Contractioni neruorum ſubuenit, nerui quandoque contrahuntur ex ſpaſmo, qui fit de repletione, quandoque ex ſpaſmo, qui fit ex inanitione, & tunc non valet, quia magis deficeret, quando fit ex repletione tunc detur ſic. accipe ſulphur viuum, & euphorbium, & ſcarabæos, qui inueniuntur in balneis, vel inter libros, conterantur, & reſoluantur in oleo muſcellino, & petroſelino, addita opopyra, totum corpus inungatur in balneo, vt ſic febris inducatur. Si vero tale balneum non habeatur, fiat foſſa in ſtabulo in equino fimo, & prædicto modo inunctus cooperiatur fimo. Epil. cum decoctione pæoniæ. Melancholicis, & maniacis detur. ſi ſit melancholia vitio ſanguinis aduſti, vel mania, vel vitio cholerę aduſtæ, non detur, ſi de melancholia naturali, confert

D cum vino cal. exhibita. fiat etiam ſacellatio de puluere pulegij, calamenthi, origani, & aliarum herbarum calidarum calefacto in tegula raſo prius capite in occipite, valet tuſſientibus ſi non fiat ex ficcitate. Si vero fiat ex humore fluxibili, & liquido, detur prius cum vino decoctionis olibani ad conſtringẽdum rheuma, poſt tertium vero diem detur cum aqua decoctionis amyli, & pęnidiarum paſſularum, caricarum, liquiritiæ, & ſuccꝛ eius, hyſſopi. detur autem ſic ad inſpiſſationem materiæ, vt ſpiſſata non cedat ſputum impellenti, & ſic facilius educatur. Omnibus pectoris doloribus, & ſtomachi ex frigiditate, vel rheumate, vel ventoſitate cum vino decoctionis pulegij, & calamenthi.

Hepaticis ex frigidit. & oppilatione hepatis patientibus ex frigidis humoribus facta. detur autem eis prius aliquod diureticum per aliquos dies, poſtea detur hæc opopyra cum decoctione apij.

Spleneticis de frigida cauſa. ſi tamen ſplẽ durum ſit,

prius

prius vngatur relaxãtibus,& mollitiuis, & patiens vtatur aqua multum diuretica, deinde opopyra propinetur cum vino decoctionis capparis.pleureticis valet,in principio non,sed post diem xiiij.cum aqua decoctionis hordei ad maiorem mundificationem saniei, ne fiat transitus in empyema; vel fiant pilulæ de tragacantho,gummi arabi.& opopyra,& dentur. Et nota,quòd opiata,& maxime opopyra non sunt danda contra vitia spiritualium,nisi cum aliquo lenitiuo adiuncto.

Iliacis non ex cali. sed ex frigido humore, vel ventositate detur sic. præcedat clyster mollitiuus,& purgatio cum benedicta,& si opus fuerit principium ad consumptionem reliquarum, detur opopyra cũ decoctione iris illyricæ, & macedonici. sentiunt enim ilios dolorem aliquando per xx. dies post purgationem ex reliquijs materici. tunc præcipue debet dari opopyra, sicut dictũ est ad cõsumptionem residuæ materiei. Calculosis cum apozemate saxifragiæ resoluatur in oleo muscellino,& pectini cataplasmetur.

Colicis, si fit ex cholera, non detur. si fit ex frigidis humoribus, vel ventositate, detur cum decoctione polypodij,hypericonis. Nota,quòd opiatæ non sunt dandæ cum aliquo vehementi laxatiuo, ne fiat alterutrum repugnantia, & augeatur dolor. Typice febrientibus non cuilibet, sed quotidianæ de phlegmate naturali, vel vitreo, vel quartanæ de melancholia naturali. quibus danda est decoctio pigani,struthij, id est cauliculi agrestis, patiente collocato super cophinatam ad prouocandum sudorem,valet etiam ad alia. Recip. herbæ paralysis calida,& sicca est,dissoluit,& consumit. subtilem habet substantiam. ponitur hic contra paralysim,vnde ab ipsa nomen accepit. folia ponuntur in medicinis abiectis stipitibus per an. seruatur. in vere debet colligi,& in vmbra deseccari.

Herba paraly.

Proserpinatæ.

Proserpinatæ sti.& sic.constringit,& infrigidat; herba est communis,quæ corrigiola dicitur; ponitur hic vt constringat fluxum,& caliditatem aliarũ specierum reprimat. colligenda est cũ flores producit. flores,& folia in medicina ponuntur medianis abiectis stipitibus.

Capil. ven.

Capilli vene. temperatæ sunt complexionis, tamen aliquantulum attinent caliditati. virtutem habent diure. ponuntur contra vitium renum, & veficæ. vltra mẽsem vel duos non ser.

Spõsæ Solis.

Spõsæ Solis. frigidæ,& siccæ complexionis est. folia medicinæ competunt. virtutem habent diure. ponitur hic propter vitia renum, & heparis. in vere colligitur. per annum seruatur.

Radicum.

Radicũ seminis cali.& sic. diuidit, attrahit, & dissoluit,& consumit. vomitum prouocat ex ventositate,quã habet.ponitur hic ad dissoluendũ,& consumẽdum crassos humores. per tres,vel quatuor annos seruatur.

Lupini.

Lupini quidam sunt calidi, quidam frigidi. qui ex artificio coaptantur, vt sint insipidi, frigidi sunt; qui verò tales sunt,quales ab herba producunt,calidi sunt,& diuretici. hic habent pòni propter vitia renum, & veficæ; quales à natura producuntur, tales apponantur; omnes simul puluerizatæ sint species. confice, vt alia electaria. per septem annos,vel octo seruatur.

Oxy dicitur ab acetoso succo malorum granatorum, qui ponitur ibi. datur proprie contra synocham. causonẽ,et contra omnes acutas,& peracutas ægritudines. cum frigida prodest etiam pleuresi, hectice febri, puncturæ hepatis. si tamen hectica sit cum tussi,addatur confectioni,vnc.i. liquiritiæ,& suc.eius, vnc.s. veteri, & non recenti cum scammonea. confectio est lib.iij.

Recip. prunorum damascenorum siccorum lib. ij. & decoquantur in lib.v.aquæ vsque ad medietatem. deinde ab aqua extrahantur,& ponantur in cribro,& catino subter posito,tamdiu manibus fricentur, donec pulpa exeat tota,et in aqua vbi cocta sunt pruna bulliat vnc.s. violarum,& postea fiat syrupus cum duab. lib. zucchari,et addito succo prunorum prædictorum bulliat ad spissitudinem,& postea addantur vnc. iiij. tamarindorum, & vnc.ij.casiæ fist. mundatæ,& dissolutæ cum aquarosa. & colatæ. colatura namque ponatur in syrupo, & cum inceperit inspissari, ponantur ibi succi vtrorumque granatorum vnc. viij. & quandiu ad perfectam venerit coctionem agitando cum spathula, semper adde puluerem harum specierum, quod recepit puluerem sandalorum alborum,& rubearum,spodij,ana drach.iiij. portulacæ drach.vi.ros.tragacanthi,ana drach.ij. Si vero laxatiuam facere volueris,in vnaquaque lib. pone drach.vij. scammoneæ puluerizatæ, tunc scilicet quando ab igne deponetur. & diaprunis,si laxatiuum facere volueris eodem modo facias. detur mane simplex, meridie cum frigida. laxatiuum detur summo mane cum calida in modum castaneæ.

Oxymel laxatiuum ab oxy dicitur, quod est acutum vt acetum quod ibi ponitur, & multa acuta. fit autem simplex,& acutum. Acutum datur sanis ad preseruationem, & præcipue cholericis in vere, patientibus simplicem tertianam,& etiam continuam, patientibus minorem hemitritæum,& medium,eodem modo,quo dictum est de frigido cophonis, simplex datur cholericis ad mitigationem sitis omni hora diei. Recip. malorum granatorum, quorum alia sunt dulcia, alia acetosa. dulcia temperata sunt inter frigiditatem, & caliditatem. virtutem habent abstergendi, acetosa frigida sunt,& cal. digerunt, & diuidunt.

Seminis portulacæ. frigida est, & humida,infrigidat, & postea transducantur per cribrum: in aqua vero prunorum fiat decoctio herbarum diuret. postea in parte ipsius aquæ resoluatur casia fist. & tamarindi,in alia parte fiat syrupus addito zuccharo; cum syrupus decoctus fuerit ponatur lotura casiæ,& tamarindi, & succus malorum granatorum. Nota,quòd statim succus abstractus à pomis debet poni, quia non potest seruari, postea fiat aliquantula decoctio agitando semper cum spatula; postea addantur carnes prunorum, &c. decoquantur fere ad spissitudinem diacytonites, agitando cum spatula, ne adhæreat cacabo, & destruatur, tunc coquecto deponatur ab igne, & adhuc calido, puluis specierum addatur, & bene cum spatula admisceatur. Quidam aliter faciunt. primo enim ponunt in syrupo carnes prunorum, & decoquunt ad spissitudinem mellis, semper agitando. postea addunt loturam casiæ fist. & tamarindorum,& succum malorum granatorum, & postea decoquunt ad spissitudinem, quam prius habet lotura casiæ fist. cum tamarindis imponebatur; de impositione vero scammoneæ idem dicimus, quod diximus in electario de succo rosarum, quædam pars potest acui, quædam pars simplex potest seruari per ij. annos optimum est. Dixit autem Matthæus de Platea,quòd postquam ipsum seruauerat per iiij. vel iij. illum secure donabat acute febricitantibus.

OXymel Iuliani multum est laxatiuum, dicitur ab oxy. Iuliani ab inuẽtore.arthreticis maxime competit, si de frigido humore: si de calido sit humore non detur, si ex frigidis sit humoribus detur. hoc modo fiant inunctiones circa partem dolentem de eo,& vnguentis calidis: fiant etiam epithemata ex herbis mollificatiuis,& relaxatiuis, vt malua, branca vrsina, & similibus. vtatur per v. vel viij. dies oxymelle diuretico; post viij. diem in secundo cum accepturus est medicinam aliquam mediocriter laxatiuam, vt benedictam simplicem. in media autem nocte accipiat oxymel Iuliani, violenter purgat.

Pingues hu. in articulis residentes purgat, quia recipit multa vehementer laxatiua; & subtilis substantiæ, quæ attrahunt ab extremis partibus. Re.aceti frigi.& sic. est penetratiuum ex subtilitate suæ substantiæ.constringit ex suis qualitatibus. ponitur hic ad diuidendos, & digerendos crassos humores,& viscosos. Aceum fit per quandam ebullitionem in vino accidentaliter factam, per quam igneæ partes resoluũtur in terrestres,& aqueæ

Aut nam modo aceum fiat.

in

in aereas, vnde fit ſubtilis ſubſtantiæ. Igneis itaque partibus reſolutis remanentibus ex parte terreſtribus innaſcitur ſiccitas, ex aqueis frig. & ſic. acetum fri. eſt & ſic. & ſubſtantiæ ſubtilis.

Tæda. Tædæ pinguis. cal. eſt & ſic. virtutem habet attrahendi, diſſoluendi, & conſumendi. ponitur hic ad dirigendos craſſos humores. Tæda pinguis lignum eſt abietis, ex quo manat quædã gummoſitas, quæ ſimiliter appellatur, quæ &c. ponitur hic.

Cocognidij. Cocognidij cal. ſunt, & ſic. virtutem habẽt diſſoluendi craſſos humores, & præcipue phlegmaticos. ponitur hic propter cauſas prædictas, ſemen eſt laureolæ, colligi debet in autumno. per iij. an. ſer. Eligitur quod cũ frangitur aliquid habeat humiditatis, nec in puluerẽ reſoluit.

Lacterides. Lacterides cal. ſunt in iij. ſic. in j. vel ſunt cal. in iij. hu. in j. diſſoluunt, attrahunt, & purgant phlegma. ideo hic ponuntur, lacterides dicuntur cataputiæ.

Elaterium. Elaterium, ſuccus eſt cucumeris agreſtis, lacterides colliguntur in æſtate. per ij. annos ſeruantur.

Cunare. Cunare, ebuli. cal. ſunt, & ſic. diſſoluunt, attrahunt, & purgant phlegma, quare ponuntur hic. herba eſt ſatis communis. cymæ, & coruces competunt medicinæ.

Sinapis. Sinapis. calida eſt, & ſic. diſſoluit, conſumit, & necat lumbricos. ponitur hic ad diſſoluendum ſuperfluos humores. confice, vt dicitur in antidotario. per ij. an. durat.

Oxyſacchara dicitur ab oxy, quod eſt acetum, et zuccharo. valet tertianæ, acutis, & quartanæ non veræ. choleram in ſtomacho exiſtentem purgat. Rec. zuc. lib. i. ſucci malorum granatorum, vnc. viij. aceti, vnc. iiij. ad ignem in ſtagnato vaſe pone, & tamdiu bulliat, cum ſpatula ſemper agitando, donec ad quantitatem zuccharí deueniat, vt in pyxide portari poſſit. detur in mane cum calida vnc. vna, & media.

ADDITIO.

Oxyſacchara dicitur ab oxy, quod eſt acetum, & ſacchara, ex quibus componitur. infrigidat, digerit, diuidit, incidit, aperit, vias abluit, & mundificat craſſos humores, & viſcoſos, & ſubtiliat choleram craſſam, phlegmaticam, & melancholiam ex cholera adufta. etiam valet contra abundantiam ſanguinis, & ad febres paratas inflammari. Aliqui addunt oxyſaccharam compoſitam, quæ fit ex capillaribus, & radicibus aperitiuis.

Oxymel ſic fit. Recip. mellis deſpumati, lib. i. aceti fortiſſimi, lib. i. s. in quo bulliant radices fœnic. vnc. ij. radi. raphan. vnc. s. bulliant vſque ad tertiam partem; deinde colentur, & colaturæ ſupradictum mel addatur in ſtagnato vaſe, ſemper agitando cum ſpatula, tandiu lento igne bulliat, donec ad conſumptionem aceti deueniat. valet, vt oxyſacchara, digerit, diuidit, & phlegma mirabiliter expurgat. datur in mane cum calida.

ADDITIO.

Oxymel quadruplex. Oxymel dicitur oxy, quòd eſt acetum, & melle ex quibus componitur. reſpicit proprie humores phlegmaticos. & eſt quadruplex. ſimplex, compoſitum, diureticum, & ſcilliticum. oxymel autem ſimplex fit ex duabus partibus mellis, & vna parte aceti, augendo, vel minuendo acetum, ſecundum quod oportet. illud quod ſcribitur, dicitur compoſitum reſpectu ſimplicis nunc dicti, & reſpicit humores craſſos, quos ſubtiliat, & confert febribus phlegmaticis prolongatis. & tertianæ nothæ. Summa medicinarum eſt res iij.

*Potio ſancti Pauli, dicitur potio a potando, ſancti Pauli, quia ſanctus Paulus eam compoſuit. hæc eadem a Romanis potio maior vocatur, quia Paulus * magnus interpretatur. datur proprie epilepticis, catalepticis, analepticis, ſtomachicis, cum vino coctum ſit thus maſculum, vel pæonia miſta, hæc eadem cum eſdra. datur hyemali tempore, & vernali quartanarijs, & ſanat cum*

*maior.

A *vino, in quo cocta ſit gentiana, vel ſaliunca, vel caſtoreũ ante horam acceſſionis. medetur etiam arteriacis, paralyticis, cum vino, in quo cocta ſit ſaluia, vel caſtoreum xv. pars eſt lib. i.*

Rec. nitri drachm. iiij. & ſcrup. i. caſtorei, antimonij, ſinoni, folij, daphnococci, ſileris, apij, petroſe. marathri, dauci, ſtaphiſagriæ ana drachm. i. & ſcrup. i. ſalis ammon. epithymi, ana drachm. i. & ſcrup. s. calami aromat. myrobalanorum, liquirit. tragacan. pæoniæ, pyrethri, ana ſcrup. ij. coſti, colocynthidis, agarici, maſticis, ariſtol. long. & rotun. roſarum, mabathematicon, aſari, elelißhaci, aronis, dictami, baſilicon. brancæ vrſinæ, balſamitæ, origani, pulegij, chamædryos, vel hyſſopi, ſatureiæ, pipe. alb. & ni. & lon. ſeminis rutæ, ana ſcrup. i. & gra. xviij. cardamomi, thuris, ana ſcrup. i. & gra. iiij. balſami, nardi, croci, ſchænanthi, caſiæ, myrrhæ, opopanacis, ſulphuris, mandragoræ, gentianæ, bractei. euphorbij, ſanguinis merguli, ana ſcrup. i. cinnamomi, garyophyllorum, zingib. anacardi, xylobalſami, rheupon. peucedani, ſtyracis calamitæ, ſagapeni, aſari, ſanguinis drac. coaguli leporis, coaguli agni, & capreoli, & vituli, & fellis vrſini, ſanguinis anatis, petrolei, ana ſcrup. i. minus gra. iij. herbæ paralyſis drachm. vij. gra. iiij. mel quod ſufficit. datur capitalibus paßionibus in ſero ad modum auellanæ, vel cum decoctionibus ſupradictis.

B Pauli apoſtoli antidotum dicitur ab eo inuentum. confert melancholicis, maniacis, epilepticis, ſi fiat ex frigido humore, vtpote melancholia naturali cum decoctione thuris maſculi, vel maſticis, aut coſti. ſi ſit de calidis humoribus non detur. Paralyticis tremulis cum decoctione caſtorei elelißhaci. Nota, quod paralytici alij ſunt tremuloſi, alij non, vtriſque confert hoc antidotum prædicto modo datum; debet autem pars patientis inungi exterius, & recipere prædicto modo interius, tam in his, quàm in alijs. Nota, quod illi qui tremunt facilius curantur quam illi qui non tremunt. Valet ad omnia,
C quæ capiti nocent ex frigiditate cum vino decoctionis alicuius ſpeciei cerebrum confortantis, aſthmaticis cũ decoctione aniſi, penidij, tragacanthi, gummi arabi. liquiri. ſucci eius, vel fiant pilulæ de puluere horum, & ex antidoto ſancti Pauli, & dentur. Peripneumonicis, non laudo. typice febrientibus ante horam acceſſionis cum vino decoctionis cardamomi, vel calamenthi, vel de puluere iſtorum, & potione ſancti Pauli fiãt pilulæ, & dentur. Ad dolorem ſtomachi ex frigiditate cum apozemate iridis illyricæ, & pulegij. Hydropicis cum decoctione herbarũ diureticarum. Spleneticis eodẽ modo, vel cum decoctione radicis tamariſci. Ad debilitatẽ lumborũ cũ decoctione aſari, apij, & macedonici. Matrici ſubuenit, reſoluatur in oleo muſcellino, & bombax intincta ſupponatur. valet & ad multa alia, menſtrua mirabiliter prouocat mixta cum pulegio. Nota, quod potio ſancti Pauli non eſt opiata, ſed vice opiatæ datur, conſumit, & calefacit. Recip. coagulum leporis frig. & ſic. eſt tum *Coagulum leporis.*
D propter naturam ipſius ſtomachi, tum propter naturam ipſius admirabilem. aſtringit, & mundificat ex proprietate lactis, conſtringendi virtutem habet ex frigiditate. ponitur hic ad fluxum quemlibet ventris conſtringendum, & membra confortanda, ſtomachus, vel coagulum, vel venter eſt leporis. Coagulum dicitur, quia facit lac coagulari. extrahitur antequã incipiat herbas comedere. & imponit ſal ad conſeruationẽ. maximam habet efficaciã contra epilepſiã. per duos annos ſeruat. Eligendũ eſt quod nõ eſt nimis ſiccũ, vel vetuſtate corruptum.

Coagulum agni frigidum eſt, & humidum ad reprimendum ſiccitatem quarundam herbarum, vel ſpecierum. ponitur hic, vt diximus de coagulo leporis. fiat, & ſeruetur tantundem. *Coagulum agni.*

Coagulũ capreoli tẽperatum eſt in frigid. & humiditate. propter capitis cauſas, & aſthmatis ponitur hic. ſeruatur, vt prædicta. Coagulum vituli ponitur hic, vt temperata caliditate confortet, & ſua humiditate reprimat ſiccitatẽ aliarum ſpecierum. Nota q; omnia iſta coagula *Coagula capreol.* *Vitul.*

ponun-

ponuntur ad mundificationem & membrorum confortationem.

Vel. urſi. Fel urſi.ca & ſic.eſt. ponitur hic propter epilepſiam, & paralyſim, vel cum ſuo folliculo ab hepate debet ſeparari, & ita ſuſpendi, & deſiccari.per ij.an.ſeruatur. Sanguis anatis cali.eſt, & humidus ad humectandum ponitur, hic recenter extractus ab anate, debet poni, & miſceri cum melle deſpumato, & calido; poſtea puluis ſpecierum, quæ ibi recipiuntur apponatur. conficitur ex facili, niſi quod ſi coagula recentia fuerint, vt non poſſit puluerizari, cum melle calido commiſceantur & diſtemperentur, antequam puluis imponatur. per duos annos ſeruatur. doſis eius eſt. vnc.i.

Sanguis anatis.

Paulinum antidotum. Paulinum, ideſt magnum antidotum, ideſt contradatum, quia magnam virtutem, & efficaciam habet. datur proprie veteri, & nouæ tuſſi, quæ fit ex diſcurſione rheumatis à capite. valet contra vitia pectoris ex frigiditate in ſero cum vino calido, ſed ſi diſtemperatum accipere non poterit, fac inde pilulas viij. vel ix. facto cum opio; ſed ſi confectum fuerit ſine opio, & laxatiuum facere volueris, da drach.ij. cum ſcrup.ij. ſcammoneæ in pilulis factis, caput, & ſtomachũ ex phlegmate, & melancholia purgat, & oculorum grauedinem tollit. quarta pars eſt lib. i. quia in vnaquaque receptione ponunt lib. i. & s. mellis deſpumati. Recip. aloes. vnc. xi. & grana xx. croci, coſti, anacardi, agarici, coralli, myrræ, ammoniaci, terebinthinæ, chalbani, ſagapeni, opopanacis, confitæ ru. ſtyracis, calam. ireos, ana drachm. iiij. & ſem. opij, olibani, maſticis, bdellij, corymbrij, ana drach. ij. & gra. xv. balſami, folij, ana ſcrup. i. & s. meliſſæ, drach. ij. Conficiatur ſic; chalbanum, ſagapenum, ammoniacum, opopanacum, iſtæ gummæ aliquantulum terantur, & in albo, & in odorifero vino ſufficienter coctæ vna imponantur; mane vero ſuper ignem ponantur, & bulliant, poſtea adde mellis deſpumati, vnc. iiij. & dimittantur bullire quouſque incipiat inſpiſſari; tunc ſtyrax, calam. confita ru. & corimbrium cum piſtello calido optime trita, ponantur in caldario ſemper agitando cum ſpathula, donec liquefiant. Et poſtea addatur terebinthina. & ſi probare volueris vtrum coctum ſit, pone aliquantulum ſupra marmor, & ſi ſtatim ad modum mellis ſe coagulauerit; caldario mox in terra poſito, addatur myrrha cum bdellio, deinde maſtix, & olibanũ, poſtea coſtum, anacardinum, agaricum, coralli, ireos, opium, folium, meliſſam, omnia ſimul piſtata, & puluerizata in caldario mittantur. Et hoc totum ſupra marmor inunctum prius oleo lauri ponatur, & cum puluere aloes malaxetur, ſimul crocum cum ſpeciebus terunt. Et ad vltimum cum croco Orientali magdaleones informentur. datur in modum auellanæ cum vino calido.

Epiphora. Paulinum antidotum maius. Paulinum aliud eſt opiatum, aliud non opiatum; opiatum eſt, quod habet opiũ: non opiatum caret opio. Opiatum præcipue datur ad conſtringendum fluxum. Non opiatum datur melãcholicis, maniacis, epilepticis, ſi fiat ægritudo hæc ex frigida cauſa, i. melancholia naturali cum oxymelle bibitum, vel cum vino decoctionis alicuius ſpeciei odoriferæ cerebrum confortantis.

Epiphoras oculorum curat. Epiphorę oculorum ſunt apoſtemata, quæ naſcuntur ſupra oculos, ab epi ϕ eſt ſupra, & foros, quod eſt fores, ſupponatur inductũ in abluta, ita ϕ ſubſtantiam oculi non attingat. Dolor dentium ſi fuerit vitio ſuperiorum, i. vitio rheumatizantis cerebri inducatur in cartha, & in temporibus raſis ſupponatur, & dentes ex eo fricentur, ſi opiatum fuerit magis ad hoc valet. Malum odorem aufert, ſi fiat fętor vitio ſtomachi, fiant pilulæ ex puluere foliorum myrtæ, mentæ, & Paulino, & dentur: ſolum etiam vinum decoctionis myrtæ multum valet. Colorem bonum facit, ſi fiat diſcoloratio ex frigiditate, & in digeſtione detur cum vino decoctionis nucis muſcatę, vel garyo. vel macis omnium iſtorum, vel vnius. Valet tuſſientibus datum cum vino decoctionis amyli, penidiæ, tragacanthi. Vulnera ſtomachi ſanat, ſi ſint ex apoſtemate præcedente, cum vino decoctionis myrtæ detur, vel fiant pilulæ de Paulino, & cętera, & dentur. Vomitum, & diſtemperantiam ſtomachi ex frigiditate factam aufert, datum cum vino decoctionis piperis nigri, & caſtorei, vel fiant pilulæ de puluere iſtorum, & Paulino, & dentur. Cardiacis, ſi fiat cardiaca paſſio ex cholerica materia non detur; ſi ex frigida cauſa, detur cum vino decoctionis ligni aloes. In quo differat cardiaca à ſyncopi ſuperius dictum eſt. Typice febrientibus de melancholia naturali, & phlegmate naturali, præcipue detur opiatum. Epilepticis cum decoctione radicis fœniculi, petroſelini, aſparagi, bruſci. Spleneticis, cum decoctione tamariſci, & philipendulę, vel fiant pilulæ cum puluere iſtorum, & Paulino, & cętera dentur.

Vetricis. iſtis detur ſicut empyicis. Dyſenteriam datum cum ſucco pulegij curat; non laudo dari contra dyſenteriam niſi dyſenteria pro quolibet fluxu accipiatur; poteſt tamen dari lienthericis poſt purgationem cum aliquo vino ſtyprico. Contra tumorem, & dolorem ex frigiditate cum decoctione abſynthij, vel calamenthi.

Contra carbunculum, ſi fuerit ex frigida, cum ſupponatur more emplaſtri, diſſoluit, & conſumit materiam. ſi fuerit calida materia non detur niſi fuerit feruentiſſima, & tunc apponatur. Tumorem, & dolorem deponit, & maxime pudendorum, ſi materia fuerit in his partibus in ablura inducatur, & ſuperponatur. Recip. vnc. i. corymbrium. cal. & ſic. eſt, diſſoluit, & conſumit. Corimbrium gummi arboris in India, & Græcia non ſophiſticatur. alio nomine thymiama. hic ponitur ad conſumẽdum, & reſoluendum hum. craſſos, & ſuperfluos. Conficitur ſic. maſtix, & olibanum puluerizentur per ſe, bdellium per ſe, &c. inſimul omnes gummę in modico vino, & forti ponantur per diem, & noctem; poſtea ponantur ad ignem & liquefiant, colentur per pannum in vna receptione duæ libræ mellis bene deſpumati; huic colaturæ addatur benedicta, & cum aliquantulum bullierint gummæ in melle appone puluerem maſticis, & olibani; deinde myrrhæ, & bdellij. cum vis probare, ſi coctũ fuerit, pone guttam ſupra marmor inunctum oleo, poſt impone puluerem ſpecierum modicum, & ſi poſſunt fieri pilulæ, vt non cohæreant, ſi non cohæreant manibus. coctum eſt, tunc depone ab igne, & fac quaſi circulũ de pulueribus ſpecierum dictarum ſupta marmor, & infunde hanc decoctionem in medio, & immiſce puluerem diligenter cum eo, & impone partem continue, & bene omnia confice malaxando. cum autem magdaleonem formare cœperis, reliquam crocum melius adiunge, vt meliorem inde ſaporem, vel calorem aſſumat, & crocus melius appareat. per iiij. ann. ſer. doſis eius eſt vnc. viij.

Panchriſton antidotum, pan. i. totum, chriſton, i. bonum, typice febrientibus datum cum mulſa mirabiliter ſubuenit, cum hydromelle diſtemperatum ſine mora menſtrua prouocat. ſexta pars eſt lib. i.

Recip. opij. thebaici, drac. v. croci, drac. ij. & ſcru. i. & s. ſeſeleos, drac. ij. calami aromatici, caſtorei, carpobal. cardamo. petroſe. ana drach. i. & ſcru. i. zingib. caſiæ, ſagapeni, piperis al. hyoſcyami, ſem. lini, ſe. rutæ agreſtis, marathri ana ſcru. ij. nardi, pyrethri, meu, euphor. ani. trifolij acuti, dauci cretici ana ſcru. i. s. mel quod ſufficit. datur in modum auellanæ in ſero cum vino calido.

ADDITIO.

Panchriſton antidotum pan, i. totum, Chriſton, i. bonum, antidotum, i. contra datum. reſpicit proprie virtutem naturalem diuerſis humoribus grauatam, & humores extra vaſa vagantes inducentes febrẽ interpolatã, vnde datũ cum decoctione cinnamomi, vel cum coctione quatuor ſemi. frigidorũ, & vtriuſq; ſpicæ, ante acceſſionem,

aem, confert mirabiliter quotidianæ. datum cum decoctione thymi, vel epithymi confert quartanæ, distemperatum absque opio cum hydromelle prouocat mẽstrua, Summa medi. est res 24.

Picra, i. amara, Galeni, ab inuentore dicitur, valet mirabiliter ad omnem capitis frigiditatem; stomachi digestionem prouocat, vomitum stringit, frigiditati matricis subuenit, conceptionem adiuuat, detur in balneo si fieri post vel eunti dormitũ cum vino calido vij. pars est li. i.

Recip. aloes optimi drach. iiij. s. cinnamomi, nardi, costi, croci, schœnanthi, xylobalsami, casiæ fist. masticis; asari, ros. amomi, absinthij, ana drach. i. & gra. vij. mel quod sufficit. datur vt supra diximus.

Picra, i. amara Galeni ab auctore: multæ sunt aliæ. Ista vsualis est, facit melancholicis, epilepticis, scotomaticis. omnibus his datur eodem modo cum vino in sero, scilicet facta digestione stomachi. soluit cum vino decoctionis masti. & col. quia ipsam choleram in stomacho existentem purgat; Ad diuersitatem stomachi, id est ad diuersos eius dolores si fiant ex frigido humore. Vel ventositate cum vino decoctionis costi, & anxietati, quam solent pati mulieres, maxime nocte, quibus danda est picra in sero cum vino decoctionis nucis muscha. & mastic. emphraxim splenis, & hepatis cum decoctione herbarum diure. Veternicis si fuerit inueterata, & sine febre, detur cum decoctione absinthij. Viscerum, hypochondriorum, & renum distemperantiam tollit data cum decoctione fœniculi, & cymini; causas matricis deponit, si fiat ex humore frigido, resoluatur picra in oleo muscellino calefacto in testa oui, in ea intingatur bombax, & supponatur. Menstruis imperat cum succo arthemisiæ, bibita, vel supposita, Recip. aloes hepatici, &c. conficiatur sic. omnes species simul terantur, in i. lib. mellis ponantur vnc. iij. pulueris. per ij. annos seruatur. dosis eius est vj. drach. aliquando vnc. sed quod melius est, dosis est vnc. j. Nota, quòd cum simpliciter picra inuenitur, Gal. est intelligenda, neque de receptione sua dicit nisi bis, vel ter.

A

B

C

ADDITIO.

Hæc interdum vocatur à Gal. & ab Auic. picra. & aliquando hiera picra, quæ incolumis existens expellit sine molestia humores nocitos absque eo quod minuat de humoribus naturalibus; hæc tamen non est vsualis, sed illa, quæ est de octo rebus, vt Recip. cinnamo. xylobal. asari, spicæ, croci, casiæ, masticis, ana drachm. vj. aloes drachm. centum; ista tamen Nicolai debet poni in antidotis positis in præsenti antidot. Summa med. est res 14.

Cardiacisque solet potio muschata iuuare.

Potio muschata maior, muschata a muscho dicitur, eo quod muschus preciosior est, & odorosior sit aliis speciebus. valet cardiacis, scotomaticis, & ad omnem stomachi debilitatem, & corporis confortationem, & ad vitia pulmonis, pars tertia confecta est lib. i.

Recip. spicæ, folij, piperis longi, zingi. zedoariæ, confite rub. confitæ muschatæ, gar. xyloaloes, ro. vio. anacardi, acori, coral. costi, leuistici, nucis musc. rasuræ eboris, margaritarum integrarum, & perforatarum, antophyli, rhabarbari, amomi, ossis de corde cerui, croci, piperis al. ossium dactylorum, beliculi, marini, spodij, sandali al. & ru. macis, liquiritiæ, cinnamomi, aliptæ, anisi, tragacan. blactæ bizãtiæ, cardamomi, ocymi, limatura auri, & argenti, omnium xl. ana scrup. ij. muschi, camphoræ, ambræ, omnium trium, ana scrup. ij. zucchari candi. anacar. syrupus rosa. quod sufficit. datur mane, & meridie, & sero, scotomaticis, & debilitatis cochlearium vnum cum vino patientibus in pulmone, cum aqua hordei.

ADDITIO.

Potio muschata. dicitur potio à potando, muschata à muscho, eo quod muschus est preciosior cæteris medicinis. respicit proprie virtutem naturalem primæ digestionis, confortat cor, & subtiliat materiam crassam. Data bis in die cum decoctione nucis muschatæ, & garyophyll. confert valde stomachicis, & ad omnem debilitatem stomachi ex causa frigida. Summa med. est res 45.

Pilulæ sine quibus esse nolo; pilulæ a rotunditate dictæ; sine quibus esse nolo, propter summam efficaciã, quam habent, siue quia superiores purgant humores. valent proprie ad cataractas, obscuritates, & caligines oculorum, caput mirabiliter a cholera, phlegmate, & melancholia purgant, ab omnibus prauis humoribus visum custodiunt; iliosis mirabiliter conferunt, aurium dolorem sanant, in sero x. vel xiij. sumantur cum ouo, vel farina. medietas est drach. iij.

Recip. aloes hepatici abluti, & odoriferi drachm. xiiij. myrobalanorum citrinorum, chebulorum, bellricorum, emblicorum, indorum, rhabarbari, masticis, absinthij, ro. vio. senæ, agarici, cuscutæ, ana drachm. i. temperentur cum succo fœnic. scammo. bene tritæ, & pulueriz atæ, drach. vi. s. admisceantur tantum, quod puluis scammoneæ per pannum cum ipso succo sit expressus, & sit tanta succi quantitas, quæ sufficit ad confectionem pilularum, & manibus primo inunctis oleo viol. vel communi secundum doctrinam nostram abluti, formentur in modum ciceris.

D

ADDITIO.

Istæ pilulæ sunt multum vsuales. Gilbertus Ang. cap. de scotomia, & vertigine habet hanc descript. seruantur per an. quòd si volueris eas exhibere contra fumum choleræ duplica myrobal. citrinos; & si contra phlegma duplica chebulos, & agaricum: & si contra melancholiam duplica indos, & senam. Summa medi. est res 16.

Pilulæ a rotunditate dictæ. aureæ ab excellentia auri dicuntur. sicut enim aurum inter cætera metalla preciosius habetur, sic pilulæ istę inter alias meliores approbantur. proprie purgant caput, lumen oculorum acuunt, ventositatem stomachi, & intestinorum expellunt, & sine molestia purgant. medietas est vnciæ ij. & drach. ij. Recip. aloes, diagridij, ana drach. v. ros. seminis apij, ana drach. ij. s. anisi, seminis fœniculi, ana drachm. i. s. croci, colocynthidis interioris, masticis, ana drach. i. formentur in modum ciceris cum aqua infusionis tragacanthi. dentur in sero ix. vel xi. cum mulsa, aut cum vino.

Pilulæ aureæ. pilulæ à rotunditate, aureæ propter excellentiam vsus pilularum; inuentæ propter delicatos, qui liquidas non possent sumere medicinas; hæ autem pilulæ optime purgant stomachum, quia multa recipiunt stomachum purgantia; purgat autem humores frigidos, purgando in stomacho, ex quibus ventositas consurgebat, digestionem procurant, frigidos humores, qui digestionem impediebant expellendo.

Ictericos colorant ex opi. hepatis factos, soluendo oppilationem, Vnde bonus redditur color: si feb. adsit, non dentur, ventositatem suauiter expellunt propter anisum, & fœniculum, quæ recipiunt.

Vsus autem pilularum est multarum. Quidam dant in farina, quidam in ouo sorbili, alij in nebula, alij in racemis extractis arillis, alij in cera liquefacta ponunt, & subito extrahunt eas in cuspide styli fixas, crostella superinducta ceræ, earum amaritudo occultatur, & sic exhibeantur, hoc autem totum inuentum est propter delicatos non potentes aliter recipere.

Debent

Debent autem generaliter dari in sero, postea aqua tepida, vel mulsa propinari, vel vinum tepidum, habentibus stomachum frigidum, post superdormiendum est donec rugitum, & inflationem in ventre sentiat, deinde surgat, postea dormiat caute à frigore, vt alias dictum est de confectione, dico quòd in duplo apponenda est scammonea, quam auctores dicant, nisi plus apponeretur, parum ducerent. conficiantur cum aqua decoctionis tragacan. dantur xv. vel xx. secundum patientis virtutem. per annos sex.

Pilulæ diacastoreæ p. sunt paralyt.

PIlulæ diacastoreæ a castoreo dictæ sunt, quod intrat. paralyticis mirabiliter prosunt vna, vel tres, distemperatæ cum aqua calida naribus injiciantur, ita vt supinus ipse patiens iaceat, iuxta ignem paruum aliquantulum vertat se, & ore operto sinat phlegma exire, oculos mundificant, & dentes lapsos confirmant, strangluriam curant, dolorem cilij ex aliquo frigido rheumate soluunt. tertia pars est vnc. i. s. Recip. castorei, opij, croci, zingib. pyrethri, euphorbij, elaterij, nabathematicon, leucopiperis, nigellæ, staphysagriæ, epithy. spicæ, ana drach. i. Confice cum succo betæ, & informa in modum ciceris.

Summa med. est res 23.

Pilulæ diacastoreæ dicuntur à castoreo, paralysi mirabiliter conferunt propter castoreum. oculos mundificant, quia cerebrum, & neruos optime mundificant: laxatos dentes confirmant, dentes quandoque labuntur ex humoribus à cerebro rheumatizantibus, quandoque à stomacho ascendentibus. Valent vtique pilulæ diacastoreæ, quia purgant humores lapsus dentium operates. Gingiuas curant propter eandem causam. Et huiusmodi pilulæ non recipiuntur per os; nisi contra inueteratas passiones, vt paralysim. non dantur tamen, nisi vna, vel duę, quia potentes sunt, & multam inducunt excoriationem. principaliter autem injiciuntur per nares vna, vel duæ solutæ cum succo rutę, vel cum vino tepido: patiente locato in balneo vel aere calido, vel iuxta ignem patiens etiam manu nares constringat, vel concutiat, & capite inclinato permittat humores fluere. si enim rectus staret, humores redundantes ad spiritualia possent eum suffocare. purgatione facta fugat patiens aquam decoctionis maluarum, ad mitigationem feruoris: multam enim molestiam inducunt. & nota, quòd non debet esse frequens vsus earum, semel in mense, vel bis ad plus. per biennium durant in multa efficacia.

PIlulæ arthreticæ, valent contra arthreticam, & podagram. Rec. hermod. turbith, agarici, ana drach. iiij. tasiæ lig. nardi, garyoph. xylob. carpobal. macis, galangæ, zingib. masticis, asæ fœtidæ, fœnic. anisi, saxifragiæ, seminis asparagi, bruscі, rosæ, granorum solis, salis gemmæ ana drach. ij. scammoneæ, vnc. i. aloes ad pondus omnium, Conficitur cum fœnic. vel iua.

ADDITIO.

Istæ pilulæ sunt in vsu. has etiam describit Gilbertus Anglicus cap. de cura arthreticæ. valent contra arthreticam phlegmaticam. Summa med. est res 25.

PIlulæ octomeræ, i. de octo speciebus. humores spissos de capite deponunt, & visum clarificant, & catarrhactas oculorum prohibent. Recip. aloes, diagridij, ana drach. ij. colocynthi. interioris, epithy. dauci cretici, masticis, azar. chebu. absinthij. omnium vij. ana drach. i. terantur, & cum succo ♆ *strigni dilemperentur, & in modum ciceris formentur. dentur ex eis ix. mane, vel vespere cum vino.*

♆ fœniculi.

ADDITIO.

Hæ pilulæ raro in vsu habentur, dicit doctor in feb. formentur cum succo strigni. Et strignus secundum Dioscoridem habet quatuor species, quarũ prima est hortulana odoris iucundi, hæc comeditur, & hæc est, quam nos solatrum vocamus, aut morellam. Macer herbam quam Græci strignum dixere, Latini, morellam dicunt, secundum Serap. solatrum est vua vulpis, secundum vero Mes. vua vulpis. aliud est, vt apparet in ca. de alpheścera, sed maior pars sapientum tenent hanc opinionem, quòd vua vulpis, siue canina sit strignum, seu solatrum. Summa med. est res x.

PIlulæ probatæ contra fluxum ventris, maxime lienteriam, & dysenteriam. Recip. myrtillorum, balaustiarum, psidiæ, symphyti, sang. draco. boli, acaciæ, hypocistidos, rosarum, tartari, sumach, croci, galliæ muschatæ, gallæ, cinnamomi, spodij. masticis, gummi arabici, ana drach. i. opij thebaici drach. s. tum succo cymarum myrti, lentisci, tempera, & fac pilulas in modum orobi, dentur ix. vel xi. cum aqua ros. vel pluuiali.

ADDITIO.

Istæ pilulæ raro in vsu habentur, has etiam describit Gilbertus Anglicus cap. de diarrhæa. valent contra omnem fluxum ventris, & maxime lientericum, & dysentericum. Summa med. est res 20.

PIlulæ de quinque generib. myrobal. Recip. myrobal. citri chebu. bellir. emblicorum, indorum, agarici, diagridij, colocynthidis, sennæ ana vnc. s. turbith, anisi, marathri, mastic. lapidis lazu. ana drach. ij. & gra. v. alo. vnc. i. fiant pilulæ, valent arthreticis, podagricis, splencticis, ad visum clarificandum, choleram purgant adustam.

Pilulæ de quinque generibus omnes hu. purgant, & præcipue phlegma, & melancholiam, dolorẽ stomachi, & intestinorum sedant, febricitantibus non sunt exhibendæ, nec solam cholerã purgare volentibus, sed vbi cholera, & alij hu. superabundant, possunt dari, parum laxant. Si quis eas bene laxatiuas facere voluerit in duplo plus potest apponere de scammonea, quam recipiant. conficiuntur cum succo absinthij, vel sęniculi. Summa med. est res 16.

PIlulæ cynogloſſæ multum sunt vtiles ad acre, & tenue rheuma, plurimos enim scio quamuis longo tẽpore rheumatizantes bis susceptis proculdubio esse curatos. Rec. cynogloſſæ, opij. seminis hyosciami, omnium triũ ana drachm. iiij. myrrhæ troglodyticæ, drach. vi. olibani drach. v. garyoph. drach. ij. cinnamo. corymbi. ana drach. ij. temperentur, cum rhodostagmate, i. cum aqua ros. formentur pilulę ad modum ciceris, ex quibus dentur v. vel vij. eunti dormitum.

ADDITIO.

Istæ pilulæ interdum in vsu habentur. Gilbertus Anglicus de causis tussis habet vnam aliam descript. quæ eadem est, & est cynogloſſa herba dicta lingua canis, similis arnogloſſæ, i. plantagini maiori, nisi quia non sunt ei costæ apparentes in folijs eius, sed sunt lenia satis. hæc in pratis, & iuxta vias nascitur cum flore purpureo tendente aliquantulum ad rubedinem. Summa med. est res 19.

PIlulæ ante cibum, & post cibum ad digestionem confortandam, & virtutem digestiuam. Recip. cinnamo. garyophyllorum, galangæ, nucis muscha. macis, zingib. cardamo. xyloalo. styra. calamitæ, ana drach. i. rhabar. ad pondus omnium supradictorum. aloes ad pondus omniũ supradictorum. Confice cum vino. sumantur ante cibum septem, & post cibum quinque.

ADDITIO.

Istæ pilulæ sine quibus interdum in vsu habentur, diuersæ tamen descript. apud diuersos reperiuntur. aliqui laudant

laudant præsentes,alij vero laudant sequentes, quas etiã laudo magis.quarum descripr. sequitur. Rec.ligni aloes, garyophyllorum, folij,masticis, xylobalsami,casiæ,nuc. muscha.macis,cinnamomi, cubebæ, croci,spicæ, fileris montani,ana drach.ij. rhabarbari,pondus omniũ, aloes succotrini ad pondus rhabarbari,& cæterorum. confice cum balsamo,vel vino. Summa medici. est res xi.

Nota. *Pilulæ arabicæ contra omnem dolorem capitis, & si per c. annos durauerint. purgant mirabiliter omnes humores,& generant lætitiam, & auferunt tristitiam, mentem acuunt,visum reddunt, auditum restaurãt. memoriam tribuũt,scotomiam, vertiginem, hemicraneam, oculos, dentes, gingiuas, stomachum, splenem, sonitum aurium,omnibus humoribus,ætatibus, omnibus temporibus sine molestia in viris, & mulieribus purgant. Recip.aloes,vnc.iiij. bryoniæ, myrobal. citri. belliri. indo.chebu.emblico.masti.diagri.asari.rosa.ana vnc.i.confice cum succo fœni.vel absinthij,croci dra.i.casto.dra.iij.*

ADDITIO.

Istæ pilulæ interdum in vsu habentur. Gilbertus Angli. easdẽ describit in duobus locis primo cap. de catarrhactis,secundo cap.de cura arthreticæ,secũdum magistros; differt tamen ab ista, quia in eis non ponitur crocus,nec castoreum. Summa medici.est res xiiij.

Pilulæ de elaterio. Recip.aloes vnc.ij.masti.vnc.i.elaterij vnc.iij.cõficitur cum succo siccidis,vel cum succo Nota. *actis, vel chamæactis. & da tres, vel quinque, suauiter ducunt, & principaliter melancholiam, & phlegma purgant,siue choleram rubeam.*

ADDITIO.

His pilulis raro vtuntur medici istius tẽporis, & sunt pilulæ de cucumere asinino, nã elaterium est succus cucumeris asinini,sicut apparet apud Dioscor. cap.de cucumere asinino. Siccidis,i.cucumeris asinini,sed intelligatur de radice. Actis, id est sambucus,chamæactis,id est ebulus quasi infima,seu humilis actis,et dicitur à chamę quod est infimum, ideo qui dicit,ebulus est actis sambucus est chamæactis.non mentitur. Sũma med.est res iiij.

Pilulæ cochiæ Gal.probatæ ad hemicraneum dolorem, stomachi,& ilij. Rec.aloes, absinthij,pulpæ colocinthidis, scammoneæ æquale pondus, mastices dimidium vnius prædictorum. Confice cum succo fœnic.vel absinthij,vel solatri,& fac pilulas, dentur, secundum quantitatem virtutis.

ADDITIO.

Istæ pilulę non habentur in vsu secundum præsentem descript.sed bene secundũ desc. Rasis ix. ad Almãsorem, & dicuntur cochiæ, id est capitales à cocos,quod est caput,eo quòd mundificant caput. Summa med.est res vj.

Pilulæ de aloe,& mastice. Recip.aloes vnc.i. masticis vnc.s. gar. rosa. rub. ana drach.i. croci,diagridij,ana scrup.ij.confice cum suc.fœnic.vel absinthij.

ADDITIO.

Pilulę de mastice,& aloe dicuntur,eo quod ex eis imponitur plus,virtutem respiciunt naturalẽ proprie, purgant incolumiter,& valde stomachum à phlegmate,& à cholera contentis in eo. Summa medi.est res vij.

Quadrimeron.i. de quatuor numeris, vel quatuor reb. expertum est ad asthmaticos, & ex catarrho tussientibus: valet etiam ad dolorem, & frigiditatem stomachi, digestionem procurat, renes debiles releuat. A *nona pars est lib.i.Recip.helenij vnc.i.s.drac.ij.sem.marathri vnc.i. piperis,drach.vi. cym.dra.iij. mel quod sufficit. datur mane,vel vespere cum vino calido.*

ADDITIO.

Quadrimeron, id est de quatuor medicinis, respicit proprie spiritualia data cum decoctione hyssopi confert asthmaticis,& tussientibus ex catarrho frigido.datũ cum decoctione masticis, confert dolori stomachi ex frigiditate. Summa medici. est res v.

Rosata nouella,rosata dicitur à rosis, nouella respectu veteris,quæ recipiebat tibarsi. sulphur viuum,vomitum,& subuersionem stomachi aufert,debilitatem,et sitim reprimit; defectis ex longa infirmitate mire subuenit. sudores diaphoreticos compescit xx. pars est lib.ij.

Recip.ros. zucch. liquirit. ana vnc. i. & drach.i. & B *scrup.ij.s.cinnam.drach.ij. & scrup.ij. gra.ij. garyo. nardi,zingib.galan.nuc.musch. zedoariæ,styracis,cardamo. apij,ana scrup.i.& gra.viij. mel quod sufficit. datur mane,meridie,& sero cum frigida.*

Rosata nouella dicitur ad antiquæ differentiam. valet ad siccitatem cordis,& heparis,& pulmonis.quidam dicunt rosatam nouellam esse ca. sed meus pater dicit eam esse temperatam, & magis pertinere frigiditati,quã caliditati. vnde si calor stomachi, cordis, & pulmonis, & hepatis sit cum siccitate,non detur si sine siccitate,detur cum aqua decoctionis vio. prunorum, vel aqua hordei,vel cum frigida. Sitim sedat,si sit cum febre non detur,& cum datur contra sitim,mane, & sero cum frigida detur. Vomitum constringit cum aqua decoctionis rosa. vel aqua ros. qualis solet fieri in his nostris regionibus,quæ melior est. Stomachum ex debilitate solutum stringit eodem modo exhibita. Cardiacis subuenit, si fiat subtilissimus puluis de osse de corde cerui puluerizatum subtiliter. bulliat diu cum aqua ro. & cum calida C detur,diaphoreticos sudores reprimit sumpta cum aqua decoctionis florum myrtæ, vel cum aqua de myrtill. ad doctrinam aquæ ros. frigida,quod melius est debilitatũ longa ægritudine restaurat cum aqua ro.confice sic,omnes species contere,in i.lib.pulueris iij.mellis ponantur, sed si conficiantur cum melle non tantum valet,quia calorem ab eo sumit. non durat vltra annum, si fiat cum syrup. suæ naturæ diutius durat, similia similibus seruantur.

Rubea trochiscata dicitur ab ipso colore, trochiscata à trochiscis,qui ibi ponuntur dicta. valet tertianarijs,quotidianarijs ante horam accessionis data cum rhodostagmate ad modum auellanæ. naribus, & pulsibus de eadem inunctis sanitatẽ præstat,rheumati ex acri phlegmate facto data cum ptisana subuenit. septima pars est lib.i. Recip.liqui.cinna. papaueris albi,ana drach.iij. & D *scrup.i.& gra.v.croci,hyoscia.ros. sem.apij,ana dra.ij.& gra.xv.nardi,viola.ana dra.i.& gra.vij.garyoph.styracis optimæ, opij thebaici,ana scrup.s. trochi. cyp. magnetis,et hedychroi,myr.anisi ana gra.xv. mel quod sufficit.* Summa medicinarum est res. 17.

Rubea maior est opiata, sic dicta, quia inter omnes medi.magis rubet. Trochiscata,quia trochiscos recipit. Tussim ex acri rheumate stringit sumpta cum suc. ptisanæ. Anatropen,& catatropen, & sputum sanguineum stringit. Anatrope dicitur subuersio stomachi, quando quis propter frigidos humores in ipso existentes, & eum aggrauantes cogitur eos per superiora emittere. Catatrope dicitur subuersio stomachi, quando humores coguntur per inferiora exire, quando per inferiora eis detur cum succo mentæ, vel vino decoctionis eiusdem; spuenti sanguinem cum succo plantaginis. Acutas febres placat,non laudo dare acute febricitantibus. Periodicarum febrium ante horam accessionis cum aqua ro. Vigilantibus ex phrenesi, hoc non laudo, sed post phrene-

phreneſim manente vigiliarum materia, vel inſtantia ex ſiccitate cerebri ſic detur. Accipe ſemina papaueris, lactucæ, puluerizentur, & ex eo puluere, & rubea fiant pilulæ, & dentur ſola rubea cum vino decoctionis eorundem. Nementos matricis. Nementoſis dicitur matricis fumoſitas illius, detur iſti cum decoctione violarum, & prunorum. confectio facilis eſt, omnes ſpecies ſimul terantur, & conficiantur vt alia. per v. ann. ſerua. in multa efficacia.

REquies magna, vel magna medicina, requies dicitur eo, quod requiem patientibus præſtat, & ſomnum, & maxime typice febrientibus, quotidianarijs, tertianarijs, quartanarijs, acutis, & peracutis præſtat vi. pars eſt lib. i.

Recip. roſ. & vio. ana vnc. iij. opij, hyoſciami, meconis, papa. al. mandragoræ, ſcariolæ, lactu. ſe. portulacæ, pſyllij, nucis muſc. cinna. & zucch. ana dra. i. s. ſandali albi, & rub. & citri. ſpodij, tragacanthi, ana ſcrup. ij. & gra. v. da patientibus acutam cum ſyrupo viol. interpolatæ cum melle confectam dare poſſumus. datur quartanarijs cum vino calido, acutis, & peracutis tertianarijs cum aqua calida, vel ſyrup. Requies eſt opiata quaſi frigida, præcipue valet ad ſomnum inducendum ad modum caſtaneæ data; cum autem eſt data hominibus quaſi ſanis, tempeſtiue debent multum comedere, vel cœnare, & poſtea detur eunti dormitum, quod ſi aliquis abhorret ſumere diſtemperetur cum ſuc. roſ. vel ſyru. viol. & coletur, & poſtea detur, licet omnino non faciat effectum, nam multũ valet etiam ſic data. Item attendendum eſt, quod ex ſpeciebus huius medicinæ ſyru. factus bonus eſt ad ſomnum prouocandum, ſcilicet vt ſpecies bulliant in aqua tritæ, et colentur, & appoſito zucch. fiat ſyrup. Item in acutis quibuſlibet poteſt dari ad ſomnum inducendum.

Sum. medi. eſt rez 20.

Requies opiata eſt ſic dicta, quia quaſi requiem id eſt ſomnum inducit, opiata eſt, inter alias ſuperior eſt. datur quotidianæ, quartanæ, tamen aliæ opiatæ huic præualent, vt muſa ænea in quotidiana, Theriaca in quartana, vel mithridatum, debent autem eis requies dari præcedente purgatione pauca, & digeſta exiſtente materia. detur ante horã acceſſionis cum calida; conſumit enim aliquantulum, & membra conſtringit. datur in acutis, & peracutis, vt in ſynocha, & cauſo. & ſimilibus hemitritæo medio. Si poſt purgationem materiæ inſtantia vigiliarum remaneat datur vtiliter requies hoc modo, ſem. lactucæ tritum per noctem iaceat in ſyru. viol. & in eodem requies reſoluatur, & in mane colatura detur cum aqua tepida, ſi delicatus fuerit. Sin autem cum ſem. lactucæ poteſt dari, ſi etiam ipſam lactucam habeas cum aqua decoctionis ipſius exhibeas, valet quoque ad ſomnum faciendum. Emplaſtrum factum de ſemine papaueris al. & nig. hyoſciami, portulacæ, lactucæ, mandragoræ, cum oleo vio. & albumine oui, & lacte mulieris, fronti, & temporibus applicetur, ſola requies idem facit. conficitur vt aliæ. per ij. an. ſer. doſis eius eſt interpolatis vnc. j. in acutis vnc. viij.

RHodoſacchara, i. zuccharum ro. valet dolori ſtomachi, & debilitati factæ ex calore, mirabiliter ſtomachum confortat; valet etiam ad diarrhœam, & omnem fluxum ventris ex calore factum; valet cardiacis, qui ex calore patiuntur. Fit autem ſic. in ij. lib. zucchari ponitur lib. i. viridium roſ. minutatim inciſarum, & in mortario poſtea diutiſſime terantur, & in vaſe vitreo ad ſolem per xxx. dies ponatur, & mane, ac ſero bene agitentur, tranſactis vero xxx. diebus in terreo catino ponantur, & in lib. i. zucch. modice triti ſuperpoſita, & manibus bene confecta in vaſe ſtricto reponantur. datur mane, & meridie cum rhodoſtagmate, vel cum frigida.

RHodoſacchara, i. zuccharum roſ. Facit ad debilitatem ſtomachi factam ab humorum acumine, datum cum frigida; confortat enim aromaticitate, & ticitate, acumen choleræ mitigat, & dyſcraſiam; valet contra fluxum ventris ex debilitate virtutis retentiuæ. datur cum aqua pluuiali, vel roſ. quod melius eſt, vtiliter datur febrientibus non conſtipatis cum frigida, quia membra calore febrili diſſoluta conſtringendo, partes confortat, & calorem reprimit. Fit autem hoc modo. roſæ virides optime teruntur remotis vngulis. adde zuccharum, & iterum optime ſimul tere, & alteri incorporetur, zucchari debet tali proportione apponi. pro. i. lib. roſa. tres zucchari ponantur, quidam tamen copiam roſarum habentes pro. i. lib. roſarum ij. lib. zucch. ponunt, melius eſt, quòd roſæ ſuperabundẽt, quàm zuccharum, & poſt iij. vel iiij. menſes zuccharum poteſt apponi modum excedentibus roſis. ſi autem zuccharum præter modum apponatur roſis viridibus non inuentis, damnum erit irrecuperabile. ſic itaque confectum per xv. dies Soli ad minus, vel xx. dies exponatur in vaſe terreo ſtrictum habente orificium, vt ſua aromaticitas nõ perdatur, agitetur in die bis, vel ter ne exuratur. per biennium ſeruatur, ſed melius eſt tamen, ſi quolibet anno renouetur. doſis eius eſt vnc. j.

RHodomel, i. mel roſatum competenter datum eſt cum frigida phlegmaticis maxime in æſtate, cholericis cum tepida maxime in vere ad mundificandum ſtomachum. Mundificat enim ex proprietate mellis, cõfortat ex roſis. Aliquando ad maiorem mundificationem tria grana ſalis apponuntur, delicatis colatura detur, melius tamen ſi tota roſarum ſubſtantia accipiatur. datur autem ad virtutem digeſtiuam confortandam, cum aqua decoctionis maſticis, aniſi, fœniculi. vtiliter datur potionatis poſt acceptam medicinam ceſſante fluxu, ad ſtomachum mundificandum, & confortandum cum tepida, vel aqua roſ. vel, quod melius eſt, cum decoctione maſtic. & vj. vel vij. garyoph. mundificando enim ſtomachum prohibet, ne aliqua particula ſcammoneæ villis ſtomachi adhæreat, quæ dyſenteriam, vel teneſmum poſſet inducere, vel in poſterum febrem inducat, hæc enim pericula ſolent ſuperuenire ex ſcammoneæ receptione. Mel roſa. mulieribus eſt deſtinata medicina. Quidam ſic conficiunt, folia roſarum integra cum melle decoquunt, illud auferentes quod melius eſt. tali proportione eſt apponendum, vt pro li. roſ. v. li. mellis ponantur. ſignum decoctionis eſt in talib. quando rubere mel incipit, & valde aromaticum ſit. Nota tamen, quòd melius eſt, ſi citra modum coquatur quam vltra.

Nota.

Melius re.

Si enim modo non debito coctum fuerit, Soli exponatur per vij. vel viij. dies, calore Solis excoquit. Alij melius faciunt, ſuccum roſarum, cum melle coquunt ad conſumptionem ſucci. lib. iiij. mellis pro qualibet lib. ſucci ponentes, & hoc eſt optimum mel roſaceum. per ij. an. ſer. in tertio anno melius eſt. doſis eius vnc. ij. vel iij.

EOdem modo fit zuccharum violatũ, quod facit pleuriticis, peripneu. & hecticis, & qui maxime conſtipati ſunt. datur iſtis cum ptiſana mane; & meridie cum frigida. pectus humectat, & ventrem laxat.

SOthira magna, quę interpretatur ſaluatrix ſi cũ mulſa bibatur, capitis dolorem antiquum tollit, veterem, vel ſylueſtrem phreneſim placat, epilepticis, & melancholicis ſubuenit, oculorum, aurium, & dentium dolorem mirabiliter ſanat; mulieris lac ſoluit, & per aurem iniectum auditum reddit; cum tepida ſumpta dyſpnoicis, aſthmaticis medetur; tuſim antiquam, & recentem tollit, ſtomachum vomentem, & de ſingultu, & dolore laborantem, ſanat peripneumoniam, & pleureſim, & hepatis tenſiones deponit, ictericos ex abundãtia fellis rub. purgat, & ad priſtinum colorem reuocat, ſanguinis ſputum cum oxymelle ſumpta, vel decoctione polygoniæ, vel plantaginis ſiſtit; fluxum ventris conſtringit; brachiorum, & coxarum dolorem ſedat; & his qui præ dolore dormire non poſſunt, mire ſomnum inducit, arthreticis, iſchiaticis, & podagricis neceſſario datur; ad ſerpent. morſus cum mulſa propinata prodeſt; quartanarijs

vijs ex longa infirmitate patientib. si ea vtantur. vi. pars est lib. ij. Recip. styracis optimæ drachm. i. & s. apij, dra. iij. & scrup. i. costi, myrobala. opij, petrose. macedonici, ana drachm. iij. seseleos drachm. ij. & scrup. ij. piperis, drachm. ij. & scrup. i. s. cinnamo. nardi ana drachm. ij. s. schænanthi syriaci, ani. ana drach. ij. casto. drach. i. & s. rheuponti. drachm. i. & scrup. i. & trochisco. croci, magnetis, asari ana drachm. i. pipe. al. scrup. ij. s. hedycroi, drac. s. amomi, piperis lon. ana scru. i. alij apponunt croci drachm. ij. & scrup. ij. mel, quod sufficit, datur in modum auellanæ.

A

ADDITIO.

Ista opiata non est in vsu: si quis tamen voluerit ea vti magistraliter, poterit, quia valet ad ea, quæ scripta sunt, trochisci croci, magnetis, & trochisci hedycroi reperiuntur hic inferius. Summa medici. est res. xxij.

STomachicum frigidum facimus, quod valet contra omnem calorem, sitim reprimit, & patientibus debilitatem ex nimio calore potenter subuenit, acutis, peracutis mirifice prodest. Recip. zuc. lib. i. sanda. al. & ru. ana drachm. i. s. spodij, berberis, se. portulacæ, scariolæ, sem. melo. palæstini, suc. liqui. rosa. & viola. nenupha. ana drach. i. Conficitur sic, supradictum zuccharum ponatur in stagnato cum lib. i. aquæ ros. & tandiu bulliat, cũ spathula agitando, donec ad aquæ consumptionem deueniat, deinde puluis prædictarum specierum bene cribratus immisceatur cum spathula agitando in stagnato, cum autem probare volueris vtrum sit coctum, supra marmor gutta proijciatur, quæ si coaguletur, bene coctum est, & si coctum fuerit, tunc ponatur super marmor prius abluto, & inuncto oleo ro. uel vio. & cum cultello eodem modo oleo inuncto frustatim incidatur, dum calidum est, datur mane, & meridie cum frigida.

B

Summa medicinarũ est vij. 14.

Stomachicum frigidum. Reci. &c. vt in antido. legit. Valet contra dolorem, & sitim stomachi, dico debilitati ex magna frigiditate stomachi, confortatiuum stomachi, virtutem digestiuam iuuat, multa enim recipit digestionem confortantia, vt cinnamomum.

Signum decoctionis zucchari generale est tam in isto quam in alio, cum gutta super marmor oleo inunctum posita in modum fili per flatum oris extensa ex facili frangitur digito percussa, vel contra marmor percussa, quanto frangibilior est gutta, tanto melior est, qualiter fiant in antido. reperitur Signo decoctionis inuento, statim ab igne deponatur pul. semper agitando, ad vltimum muscus distemperatus cum aqua ro. statim proijcitur super marmor. signatur cum cultello vncto, vt cum infrigidatum fuerit competenter in frusta possit diuidi, & serua.

STomachicum calidum stomachum confortat, digestiuam virtutem adiuuat, & iliosis confert. Recip. zuc. lib. i. aquæ lib. cinnam. zingi. ana drach. ij. garyo. galangæ ana drac. i. nucis muſ. spicæ, ligni alo. carda. macis ana dr. s. confice eodem modo, vt stomachicum frigidum, si vero laxatiuum facere volueris unc. i. scammoneæ addatur.

C

Summa medicinarũ est vij. 10.

Stomachicum dicitur à stomacho, quem forte olim melius mundificabat, quam modo, propter indigestionem stomachi illorum, qui fere nullum possunt recipere medicamen, inuentum est, fit autem quandoque laxatiuum, in quo apponitur scammonea, & confortatiuum, in quo aromaticæ species frigidæ, vel calidæ tantum ponuntur, laxatiuum competenter datur medicina recepta non sufficienter purgaris. Nequeuntes autem recipere medicinam cum eo possunt decipi, fit autem laxatiuum cum scammonea, pulueribus admiscetur, per quos pulueres recipit confortationem, fit etiam laxatiuum cum sola scammonea, & zuccharo bene cocto, & ab igne deposito, pul. scammoneæ sem-

D

per agitando cum spathula admisceatur, & post aliquantulam decoctionem calidum super marmor mundum inunctum oleo injciatur, & marmor sit parum decliue. sic etiam faciendum est in quolibet stomachico. Tali autem proportione diagridium apponatur, vt pro lib. i. syrupi sit vnc. i. diagridij, vel ad plus vnc. i. & quarta pars alterius.

SAl Sacerdotale, quo vtebantur Sacerdotes in diebus Heliæ Prophetæ propter dolorem capitis, & caliginé oculorum, & stomachi, & dentium dolorem, tussim, & anhelitum emendat: os odoratum reddit, et corpus humanum incolume seruat. Rec. salis communis unc. xvi. cinn. vnc. iij. zin. amomi, pyrethri, cymini, ameos, pipe. sileris, satureiæ, byſſo. origa. pule. ana unc. i. quæ omnia terendo in puluerem redige, & in omni cibo vtere, & vsui serua.

ADDITIO.

Sal sacerdotale dictum sic, quia sacerdotes eo vtebantur, quod nunc non est in vsu. Summa medic. est res. xi.

SYrupus ros. sic fit. Recip. ros. recentes, & pone in vase, & super asperge aquam feruentem, & cooperias, ne fumus exeat inde, & cum infrigidata est aqua proijce rosas exprimendo, deinde aquam eandem bullientem super alias rosas recentes iterum proijce, & supradicto modo facimus, mutando rosas tam diu, donec aqua sit rubea, deinde lib. iiij. aquæ lib. iij. zuc. pone, & cum bullire inceperit, album oui cum aqua frigida pone, & concutias tantum, quousque spumescat, & spumam illam in syrupum bullientem superasperge, & cum nigrescere spuma inceperit, suauiter cum cacia remoueas; & iterum aliã spumam infunde, & supradicto modo fac, quousque clarior fiat syrupus, & cum ceperit quasi filum facere, vel super marmor positus, vel supra vnguem non diffunditur, coctus est, valet siccitati, & calori febrium, sitim reprimit, confortat, & constipat.

ADDITIO.

Iste syrupus rosatus, quem hic describit Nicolaus ex infusione factus est idem cum illo, quem scribit Mes. in suo antidot. differunt tamen in dosi. nam Mes. dicit. Recipe aquæ infusionis rosarum lib. v. zuc. lib. iiij.

SYrupus viol. eodem modo fit, qui multum valet febricitantibus phthisicis, & constipatis; ventrem humectat, & laxat, vt breuiter dicam, omnes illi, qui fiunt de floribus hoc modo fiunt, vt syrupus nenupharinus. Etiam valet iste syrupus contra acutas, & peracutas, prouocat somnum.

ADDITIO.

Syrupus violatus fit, vt syrupus rosarus ex infusione. Similiter omnes syrupi qui fiunt de floribus vt nenupharinus, bugloſſæ, boraginis, & sic de alijs.

SYrupus contra pleuresim, et peripneumoniam, phthisicos, & hecticos, Recip. aquæ lib. iiij. & ponantur ibi vnc. ij. & s. viol. liqui. papaueris albi ana vnc. s. sem. cyto. & maluæ mundatæ, medullæ sem. bombacis, medullæ se. citru. melo. cucur. mundatorum. semin. portulacæ, trag. gummi ara. ana drac. iij. omnia in aqua, vel sacculo bene trita ponantur, & sacculus in prædicta aqua ponatur, & bulliat ad medietatem: & sacculo abstracto ab aqua lib. ij. zuc. apponantur: & fiat syrupus, & clarificetur, vt supra docuimus.

Syrupus contra pleuresim raro habetur in vsu, poterit tamen quis eo magistraliter vti, si voluerit. Summa medicinarum est res. xv.

SYrupus contra acutas, & peracutas paßiones. Reci. fuc. portulacæ, ſucci melonum palæſtinorum ana lib. i. vel cum aqua decoctionis citro. melo. & cucurb. vel capil. ue. herbæ hepaticæ, polytrici, adianthi, cetrac. in aqua iſta, vel in ſucco prædicto fac bullire liquiritiam mundatam, & tritam, & trag. viol. ana vnc. i. prunorum nu. v. ſemperuiuæ, aut cotyledonis vnc. i. deinde coletur, & colaturæ adde zuc. lib. i. & fiat ſyrupus, vt diximus, clarificetur ſecundum, quòd debet, vel vt ſuperius docuimus, deinde pſyllium, & ſem. cito. ana ſcrup. i. in ſacculo mitte ſanda. al. & rub. & ſpo. herbæ. ro. portu. lactu. ſcario. ana drachm. ſ. pulueriza-ta, & horum puluerem in eodem ſacculo pone, & ibi-dem rheubar. pulueriza-ti drachm. i. hæc ſimul bullire fa-cias vſque ad deco. Datur contra acutas, & peracutas, ſine apoſtemate cum aqua fri.

A D D I T I O.

Iſte ſyrupus contra acutas, & peracutas paſſiones non eſt in vſu, & credo propter magnum artificium ſuæ compoſitionis potius quam propter aliud. Summa med. eſt res. 25.

SYrupus contra omnem fluxum ventris. Recip. zuc. lib. i. aquæ roſ. vel plu. li. i. ſ. & in aqua ponatur myr-tini vnc. i. roſarum, ſumach, acaciæ, balauſtiæ, ſpodij, hy-pocyſtidos ana vnc. ſ. ſorbarum mundatarum. x. meſpilo rum viridium nume. v. cornarum, vel prunorum imma-turorum x. traga. liquiritiæ, gummi arabici ana drac. ſ. quæ ſunt terenda, terantur, & bulliant in ſupradicta aqua, donec ad quantitatem vnius lib. deueniant; & colaturæ apponatur zuc. prædictum, & fiat ſyru. & clarificetur, vt diximus.

SYrupus de papauere contra omnem ventris ſolutio-uem. Recip. capita papaueris recentia, ſiue humida num. cl. plantaginis, balauſtiæ, gallarum, prunellarum immaturarum ana drach. i. Conficitur ſic, omnia iſta in aqua pluuia. ſcrup. v. dimitte per biduum; in tertio ve-ro die coque aquam bene vſque ad conſumptionem medie tatis, poſtea cola per pannum fortiter. Cum autem co-lata fuerit, admiſce illi colaturæ tertiam partem mellis; & tertium coque donec ad ſpiſſitudinem mellis rediga-tur, & tunc conde in vaſe vitreo, & cum opus fuerit in drach. i. aquæ mitte drach. i. ſyrupi.

A D D I T I O.

Iſte ſyrupus domini Nico. contra omnem fluxum ventris non habetur in vſu, ſed medici noſtri temporis vtuntur potius quodam ſyrupo de ribes nobis ignoto. laudarem potius iſtum; ſed vt nunc dixi de alio, fortaſſe propter artificium dimittunt. Sum. med. eſt res. 15.

SPongia ſomnifera. Rec. opij thebaici vnc. i. ſucci hyo-ſcyami, ſucci moræ immaturæ, rubi, ſeminis lactu-cæ, ſucci cicutæ, codij. i. papa. ſuc. mandragoræ, ſuc. hede-ræ arboreæ ana vnc. i. hæc omnia ſimul in vaſe mitte, & ibi ſpongiam marinam nouam, qualis de mari exierit, vt non tangat eam aqua dulcis, & pone ad Solem in ca-niculatibus diebus, donec omnia conſumantur, cumque opus fuerit aqua nimis calida, illam parum fomenta, & poſtea naribus patientis appone, & cito dormiet, cum autem excitare volueris ſuc. radi. fœnic. naribus ap-ponetur, & mox expergiſcetur.

A D D I T I O.

Iſtam ſpongiam ſomniferam deſcribit Gilbertus Anglicus libro quinto cap. de inteſtino exeunte per vulnus. Sed vnum aliud dicit Gilbertus, quod pro excitatione a ſomno accipiatur alia ſpongia marina in aceto bene tem perata, & naribus applicetur. Sum. med. eſt res. ix.

SYrupus diureticus. Recipe apij, petroſelini, fœni-culi, aniſi, ameos, dauci, bauciæ, pentaphylli ale-xandrini, aſpara. bruſci, peucedani, meu, ſcolopen-driæ, capill. veneris, adianthi, polytrichi, ſplendili-don, capparis; tamariſci, ſeſeleos, fimerinæ, grano-rum ſolis, ſeminis melonis, citrulorum, cucumeris, cucurbitæ, cretani, ſaxifragiæ, ſeminis citri, lapis qui inuenitur in ſpongia marina, puluis cicadarum, amo-mi, thymi, chamæpi. oſſa ceraſorum, pomorum, & perſicorum, cardamomi, ireos, ſpicæ nardi, garyo-phyl. coſti, nucis muſc. ana drachm. iij. galangæ, thy-mi, epithymi, filipendulæ valde bonæ, pimpinellæ, ciceris nigri.

THeriaca magna Galen. theriaca dicitur domina medicinarum. Galeni, quia ab eo compoſita fuit, facit contra grauiſſimas paſſiones totius humani corpo-ris, epilepticis, catalepticis, apoplecticis, cephalal-gicis, ſtomachicis, hemicranicis prodeſt, ad raucedi-nem vocis, & conſtrictionem pectoris optima eſt, ar-teriacis, aſthmaticis, hæmoptoicis, ictericis, hydro-picis, peripneumonicis, ilioſis, & vulnera in inteſti-nis habentibus, nephriticis, calculoſis, cholericis ſub-uenit, menſtrua educit, & fœtum mortuum expellit, lepras, & variolas, & frigus periodicum, & cæteras paſſiones inueteratas emendat, præcipue contra omnia venena, & ſerpentum morſus, & reptilium valet, ſed diuerſa eſt eius doſis pro quantitate, & qualitate vniuſ-cuiuſque paſſionis, quæ in fine ſcribitur omnem defectio-nem ſenſuum reuelat, cor, cerebrum, hepar, ſtoma-chum confortat, totum corpus incorruptum ducit, & cuſtodit. x. pars eſt lib. ij.

Recip. trochiſcorum ſcylliticorum drach. ij. & ſcru. ij. piperis long. drachm. ij. minus gra. vij. trochiſcorum thyri, & diacoralli ana drachm. i. xylobalſami ſcrup. ij. & gra. vij. opij, agari. iridis, roſæ, ſcordei, ſeminis rapæ ſylueſtris, cinnamo. opobal. ana ſcrup. i. gra. xiiij. rheubar. croci, ſpicæ, coſti, ſchænanthi, zingib. caſiæ lignea, ſtyracis calamitæ, myrrhæ, terebinthinæ, thu-ris maſculi, calamenthi, dictami, ſtœchados, polij, ra-dicis pentaphyllon, petroſelini, piperis albi, ana ſcrup. i. & gra. vij. folij gummi arabi. acori, chalcanthi vſti, ſagapeni, terræ ſigillatæ, ſeu boli, ſuc. hypocyſtidos, celticæ, chamædryos, gentianæ, meu, carpobal. amo-mi, apij, marathri, carui ſylueſtris, ſeſeleos, naſtur-cij, ſeminis ani. hyperici ana ſcrup. i. mumiæ, caſtorei, opopanacis, aſphalti, chalbani, centaureæ minoris, ariſto. long. dauci ſyluatici ana ſcrup. i. mellis deſpuma-ti, quod ſ. quæ terenda ſunt, tere, & gummas in vino liquefactas cum puluere, & melle commiſce ſufficien-ti, vel cum ſpeciebus teras. Datur in modum auella-næ cum tepida apoplecticis, ſcotomaticis, cephalalgicis, hemicraneis, ad raucedinem vocis, & conſtrictionem pectoris, cum melle, aut tragacantho, ita vt in ore teneatur, aſthmaticis cum decoctione eleliſphaci, hæmoptoicis ex pectore, & pulmonis vitio cum ptiſa-na, ad veteratas paſſiones cum apozemate hyſſopi, icte-vicis cum decoctione aſari, hydropicis cum oxymelle vel oxyſacchara, peripneumonicis cum iure, vel deco. marrubij; ilioſis cum apozemate apij; in inteſtinis vul-nera habentibus cum decoc. ſumach; nepriticis, calculo-ſis, & choliricis cum apozemate granorum ſolis, apij ſyluatici, vel domeſtici; arteriacis cum iure, vel piga-ni decoctione ad venena, & menſtrua educenda, & fœ-tus, cum vino calido, vel mulſa cum aqua, vbi cocta ſit menta, vel ocymum, & frigori periodico, & cunctis paſſionibus cum tepida.

THeriaca dicitur a carnibus theti, quas recipit, ma-gna ab effectu; & ad differentiam minoris Galeni, ab auctore. Facit ad grauiſſimas paſſiones totius cor-poris reuera valet Epilepticis, ſcotomaticis, hemicra-

neis

neis,& cephalalgicis,si epilepsia fiat vitio sanguinis adu- A
sti,non debet dari, si de phlegmate, vel melancholia na-
turali, detur cum vino decoctionis pæoniæ, præcedente
tamen purgatione.

Apoplecticis cum vino,vel quod melius est cuneo dē-
tibus interposito fiat paulatim fricatio capite inclinato,
& quia hæc passio solet etiam terminari per paralysim,
corpus inungatur. Scotomaticis, quando scotomia fit
ex ventositate per indigestionem consurgente, valet
hęc medicina cum vino decoctionis macis vel nucis
muscæ, quæ si non habeantur, saltem cum vino deco-
ctionis masticis.

Cephalalgicis omnes cum vino calido, raucedini ex
hu.viscoso oppilante,vel rheumatico fluxu à cerebro ve-
niente,detur autem sic.fiat pilula ex theriaca, & puluere
succi liquiritiæ, & teneatur sub lingua; dissoluit enim
viscosos humores in trachea,& rheuma prohibet. Con-
tra constrictionem pectoris eodem modo. Arthreticis
ex frigido humore si fiat cum rheumate cum vino deco- B
ctionis olibani, asthmaticis sicut contra raucam vocem.
Hæmoptoicis, si fiat ex acuitate sanguinis, vel diabrosi,
non valet. Si vitio putredinis venæ, detur cum ptisana cū
decoctione alicuius styptici,vt cortice mali granati. Icte-
ricis ex calido humore non detur, sed contra inueteratā
ictericiam; vbi etiam vrina discolorata apparet, & detur
cum aqua decoctionis herbarum diureticarum. Hydro-
picis, eodem modo. Peripneumonicis non nisi post rup-
turam apostematis, & tunc detur cum vino decoctio-
nis mentæ, vel fiant pilulę ex puluere myrrhæ, & theria-
ca, & dentur. Iliosis ex frigidis, & viscosis humoribus,
precedente tamen clysteri mollitiuo in intestinis vulnus
habentibus; si fiat ex præcedenti dysenteria,non detur; si
ex præcedente apostemate,detur,sicut hęmoptoicis.

Nephriticis ex viscoso humore descendente ad renes,
detur cū vino decoctionis granorum solis, & saxifragiæ.

Calculosis similiter detur, & resoluatur etiam in suc-
co senationum,& colatura per syringam injiciatur.

Colicis, quando fit colica passio in extrema parte colō C
intestini valet sic. resoluatur theriaca cum * mustella,
vel etiam cum oleo communi,& cum bombace,suppo-
natur; hoc est etiam commune experimentum Salerni-
tanorum contra tinesmum. Si autem dolor colicus in
profundum occupauerit, resoluta cum oleo per clysterē
injiciatur,addita aqua decoctionis maluarum. Menstrua
educit cum succo arthemisiæ bibita,vel suppositа, alias
mortuum projcit,s.fœtum Salernitanorum cum succo
porri bibita,si mortuum est; quòd si viuum emittitur,
& terram tangat, statim infans moritur. Lepras emen-
dat cum vino decoctionis sumpta, quia humores visco-
sos,& superfluos consumit. Rigores periodicos,qui fiunt
in febre quotidiana de phlegmate naturali, vel acetoso,
vel in quartana de melancholia naturali data cum vino
tepido; præcedente tamen purgatione materia digesta,
quia aliter de vna posset facere duas, contra venena, &
morsus serpentis venenosi, sicut reptilis, vel serpentum
propter carnes thyri,quas recipit,& alia venenum expel
lentia; si autem venenum receptum sit interius, resolua- D
tur cum vino decoctionis dictami,vel mentæ,vel gentia
næ; si vero morsura sit exterius, & animal non possit ha-
beri, detur prædicto modo, & etiam cataplasmetur su-
pra morsuram,eodem modo,valet contra malanū. Thy
ri serpentes sunt in Hierico, habent virtutem expellendi
venenum ex sua ventositate. Venenum aliud calidum,et
siccum vt thyri,aliud frigidum, & siccum,inueniuntur
autem thyri in prædicto loco mane propter frigiditatem
aeris fere mortificati, vnde a quibusdam iudicantur fri-
gidi; sed in antidot.legitur arabico, quod sunt calidi, &
sicci, & hanc mortificationem dicimus fieri propter a-
pertionem pororum aeris frigiditate subintrante, vene-
num ergo est illis, quod propter leuitatem facile petit ca
put,& caudam; vnde cum capiuntur abscissis capite, &
cauda tribus digitis, mensuratis, considerata tamen lon-
gitudine thyri, inde trochisci conficiuntur sic.istud me-
dium optime lauatur,& decoquitur,& spinis abiectis te-

* mustel-
læ.

ritur, & inde cum farina orobi fiunt trochisci cum qua-
dam pinguedine, quæ supernatat in aqua,vbi decocti sūt
conficitur,farina apponitur ad conseruationem. Elegan-
tur trochisciprobati,sicut theriaca,probantur,scilicet cū
toxico, & pilulis; si enim theriaca propter trochiscos,
quos recipit,sic probatur,multo melius trochisci debent
probari. Per annum seruantur,vltra annum facile corrū
puntur, omnes species teruntur exceptis trochiscis, qui
per se debent conteri, & chalcantho,i. vitriolo, quòd in
testa exuritur, postea puluerizatur. Ad vltimum omnes
species conficiuntur sub melle, quidam tamen vt magis
nigra fiat theriaca,puluere vitrioli prius cum melle men
surato conficiunt, post alios puluere apponunt lib.i pul
ueris iij.mellis: per xxx.an. seruan. in xxx. anno melior
est; debet autem seruari in vase plumbeo, vel stāneo, vel
olla stagnata,dosis eius est drach.ij. vel scr. iiij.multa ne-
cessitate incumbente, & corpore forti drach.iij.

ADDITIO.

Theriaca autem magna Gal. secundum intentionem Nicolai dicitur theriaca esse domina medicinarum,quæ compositа fuit a Gal.& sic est,q; Gal.composuit vnā de-scr.sicut apparet apud eū in tractatu suo theriacaliū; sed non videtur esse eadem cum ista; sed sit quomodocum-que ab hodiernis bonis practicantibus magis est laudata Andromachi descriptio,quam Auic.v. cano.ex auctori-tate Andromachi scripsit,quam præsens descriptio,Gal. Andromachus enim fuit primus inuentor thyri,ac alia-rum rerum, quæ iuuatiuæ sunt super omnia venena. Nā sicut narrat Auic.in v.can.in confectione mithridati di-cit, quòd Mithridatus erat rex Ponti, & nominauit eam suo nomine, & composuit ipsam, & infra ait: Fuit ergo theriaca magna in multitudine iuuamenti, deinde post-quam accidit Andromacho illud, quòd expertus fuit ip-sum super iuuamentum carnium serpentum,& aliorū, addidit in eo trochiscos de viperis, & alteratum est parū per additionem,& diminutionem.

Theriaca dicitur esse domina medicinarum.

Nota.

Posset tamen quis quęrere propter quid dicitur theria ca,Dicitur,quod theriaca maxime illa,quę fit secundum præsentem descriptionem dicitur a thyro serpente, vel dicitur,quòd theriaca, Primo modo dici potest quasi thy riæ caro,quoniā in ipsa ponitur caro thyriæ,i.serpētis fę-minæ taliter nominatæ, q̄ etiā vipera vel echidna ab au-ctorib.nūcupatur,propter q̄ præcipue carnē theriaca po-nitur valere cōtra venena p̄sertim animaliū venenosorū.

Secundo modo potest dici theriaca a thyros Græce, lati.fortis,est namque fortis, & validissima medicina præsenti contra venena.

Tertio modo potest dici theriaca iuxta Albucasim.iiij. particula Azarauij a theria, & ca.theria enim Græce se-cundum ipsum dicuntur quęcumq; potenter subueniūt potioni animalium venenosorū. ca.vero Græce dicūtur quæcunq; conferentia medicinis venenosis, vnde theria ca idem est,quod potenter subueniens potioni animaliū venenosorum, & conferens medicinis venenosis.

Quarto modo potest dici theriaca iuxta Haly abbatē x.practicę capitulo de theriacę vtilitatibus, & probatio-ne eius a trahendo, trahit.n.theriaca ad se venena. The-riaca tamē potius dr̄ primo modo, quia illo modo secer-nitur ab omni alia medicina, siue simplici,siue cōposita: non sic vero alijs tribus modis, immo quolibet aliorum trium modorū possunt plurimæ aliæ medicinæ tam sim plices,quā compositæ nominari theriaca, & sic de facto ab auctoribus nominatur: Descriptio vera theriacę An-dromachi est hæc, trochiscorū scillæ aure.48.trochisco-rum viperę,trochiscorū Andaracaron,piperis nigri,opij, ana aur.24.cinna.rosarum,sem. napi sylvestris rotundi, scordei,i.allij sylvestris,i.dentiū cæparū suarū mundato-rū,rad.cęlestis,i.ireos, agarici, succi liquir.olei balsami, i.balsami an.aur.xij. myrrhæ, croci, zingi.rheub.penta-phyllon,i.quinq; folij,i. radicis eius, calamen. montani, prassij,petroselini,i.seminis eius, stœchados,costi, pipe-ris albi, macropiperis, id est piperis longi, pulegij indi.

olibani.i. thuris masculi, floris schęnanthi, gummi albotin, id est gummi arboris, grani viridis, seu terebinthi, id est terebinthinæ, casiæ ligneæ, spicæ, i. spicæ nardi, polij, ana aur. vj. styracis liquidæ, seminis apij; seseleos, i. sileris montani, ameos, chamædryos, succi hypocystidos; spicæ celticæ, seu romanæ: folij, i. folij indi; gentianæ, sem. fæniculi, terræ sigillatæ; colcothar, i. vnius speciei vitrioli mineralis adusti, amomi, acori, nasturcij albi, carpobalsa. i. fructus balsami; hyperici, i. herbæ perforatæ, phu, id est valerianæ; gummi, id est gummi arabici; cordumeni, id est carui agrestis; anisi, acaciæ: dauci, id est semin. pastinacæ sylvestris, bdellij subalbidi ana aur. iiij. bezar, chalbani: asphalti, id est bituminis, dauci, opopanacis, centaureæ minoris, aristolochiæ rotundæ, castorei, sagapeni ana aur. ij. mellis lib. x. vini odoriferi antiqui, id est vini odoriferi cocti, seu careni trium annorum, vel circa; chist. i. id est lib. iij. liquefiant, quæ de eis liquescunt, & infundantur, quæ infunduntur, & terantur sicca, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & ponantur in vase vitreato, aut plumbeo, & non impleatur vas, vt respiret medicina, & omnes medicinę præter mel, & vinum sunt. lxiij. medicinæ.

Hęc descriptio istius theriacę reperitur in multis alijs locis scripta. nam Rasis in viij. Ad almansorem capitul. de morsibus viperarum habet vnam descriptio. Serap. in suo antidotario habet vnam aliam. Haly abbas. xv. practicæ habet eandem; sed ipse, & alij dicunt, quòd descriptio radicalis est Andromachi, & est melior alijs descriptionibus, sed verum est, quòd fuerunt plures medicorum, sicut Gal. Democritus, & alij, qui voluerunt in ea addere, vel minuere de pondere, sed necessitas nō erat, quia Andromachus prædictam descriptionem composuit tanta diligentia, quod non erat necessitas aliquid addere, vel minuere, & sic ista descriptio domini Auic. est descriptio radicalis Andromachi, ipse Auic. habet tres descriptiones; sed prima est nobilior alijs.

Experientia theriacæ si erit bona, aut mala, vt docent Andromachus, Auic. Io. Serap. & Haly abbas est talis, dicūt, quod accipiatur gallus sylvestris, vel domesticus, sed sylvestris est melior, & mittatur super ipsum animal venenosum, vel ponatur de aliquo veneno in vulnere parvo facto super alam sinistram prope coxam: & post hoc detur in potu cum vino de theriaca, & ponatur de ea etiam in vulnere post venenum specialiter cum animal incipit debilitari; tunc si animal vixerit, erit theriaca bona, & bonæ ætatis; si moritur, erit praua.

Alia probatio, si detur theriaca illi, qui sumpsit opiū, vel hyoscyamum nigrum, vel corticem mandragoræ: & si theriaca destruxerit virtutem alicuius istorum venenosorum, erit bona.

Alia probatio est, vt si homo sumat catharticum, & consideretur tunc si soluerit eum, sumat in potu theriacam, & tunc si retinet eum, est recens, & bona; si non, est mala, & sic satis patere potest, quando theriaca est bona, vel mala.

Nunc videamus quanto tempore debet permanere theriaca antequam ea possimus vti. Sciendum est igitur secundum Andromachum, & Auic. quod debet stare per sex menses antequam possit esse in vsu, vnde quando est infans, s. ante sex menses stupefacit, de qua Gentilis ait, dicunt quidam sapientes, quòd theriaca noua stupefacit per opium, quod natura separat ab alijs, & mandat ad partem dolentem.

Quæritur vlterius in quo vase theriaca melius conseruatur, in hoc est regula, quia communiter conseruant ipsam in vasis plumbeis, sed male; quia plumbum attrahit ad se venenositatem; nec debet esse de ferro, quoniā pars vasis; quæ vacua remaneret, posset fieri æruginosa, & illa ærugo propter permistionem theriacæ opportunam, & ipsius theriacę ebullitionem communicare posset ipsi theriacæ aliquid de venenosa natura sua; nec debet esse de aurichalco, quoniam ipsum fit ex ære; nec debet esse de cupro, quoniam ipsum fit ex parte æris; nec debet esse de peltro, quoniā ipsum componitur ex parte plumbi; imo conseruari debet in vase ex auro, vel aurato; ex argento; vel argentato stanneo, vel stānato: vitreo, vel vitreato, vel marmoreo, seu de alabastro bene polito.

Iterum posset quis quęrere quot annis durat theriaca. Dicitur, quòd Auic. in v. de ipsa loquens dicit, quòd theriacæ quidem adsunt infantia, & pubertas, & adolescentia, & senectus, & mors, & fit infans post sex menses; deinde incipit in pubertate, & augumento vsque ad tempus, in quo stat per decem annos in regionibus calidis; & viginti in regionibus frigidis, deinde stat, aut decem annis, aut viginti; deinde declinat, aut post viginti annos, aut quadraginta; deinde expoliatur virtute theriacæ, aut post xl. annos, in regionibus calidis; aut post lx annos, in regionibus frigidis. Communiter autem tenetur, quòd theriaca duret in bonitate triginta, aut xl. annis, & post illud est debilis.

Notandum vlterius, quòd melius tempus construendi theriacā est tempus veris, & tempus æstatis, quia theriaca iuxta doctorum sententiam sex mensibus permanet antequam perfectissime commisceatur, & fermentetur, nec de ea ante illud tempus est vtendum, sed sic est, quòd theriaca præfato veris, vel æstatis tempore constructa, ob aeris caliditatem, atq; temperiem, sex futuris mensibus consecuturam; melius, & perfectius commiscebitur; non sic autem autumnali, vel hyemali tempore, propter frigus aeris consecuturū glacians seu constringens mel, taliter, q; nō potest fieri ita bona theriacæ cōmistio.

Modus conficiendi ipsam, est iste, accipiat opium, & myrrham, hypocystidem, & sagapenum, succum liquiritiæ, styracem liquidam, acaciam, & opopanacem, et omnia hæc in mortario posita cum pauco melle despumato moueantur, donec mollescant, deinde ex vino infundantur, & per tres dies in vase vitreato manere permittantur, postea spica, cinnamomum, zingiber, & casia lignea, nasturcium, atque castoreum, & folium, & terra sigillata, colcothar, & asphaltum, ac amomū, hęc in mortario cōmisceantur, & ex vino aspergantur, donec vnian tur; deinde mel, & gummi, terebinthina, galbanum, & balsamum sumantur, in caciola posita, donec mista sunt, aggregentur, quæ taliter præparata alijs medicinis, quæ in mortario sunt, adiungatur, & cum omnia simul fuerint, terantur, & agitentur, donec bene sint mista, deinde, quod ex eis fit in pyxide argentea, quæ medicamen hoc in duabus partibus sui capere possit, reponatur, vas autem in quo ponatur, non oportet, quòd sit plenum, cuius os cum corio optimo ligatur, quotidie tamen discooperiatur, ac per vnam horam manere permittatur, ex hac quoque medicina non nisi per sex menses aliquid sumatur, & illo modo fiat.

Et scias, quòd in primo mense omni die bis videlicet mane, & sero per mediam horam, vel circa, theriaca ipsa est fortiter agitanda, & commiscenda, & semper postea suo coopertorio obturanda, ac sigillanda. Secundo autē mense omni capite quatuor dierum semel theriaca ipsa est per mediam horam similiter bene agitanda, & commiscenda. In tertio vero mense omni capite septem dierum semel ipsa est similiter commiscenda. Quarto autē mense omni capite decem dierum semel similiter per mediam horam est permiscenda. Quinto vero mense similiter quindecim dierum capite est commiscenda. In capite autem sexti mensis similiter semel per mediā horam est permiscenda. Post modum vero tanquam perfecte commista dimittenda est optime obturata. Aliquando tamen in temporis processu cum opportunum videretur præcipue propter ebullitionem ipsius tempore caumatis factam, non inconuenit ipsam aliqualiter permiscere.

Sequuntur errores, qui in constructione theriacę cōmuniter committuntur, qui sunt septem: quorum Primus est, quod trochisci de viperis, idest thyrijs, qui communiter in theriaca ponuntur, non continent in se carnes viperarum, seu thyriarum, qui sunt fere basis in vigore theriacę, vnde ipsa theriaca secundum vnum modum quid nominis nomen assumpsit. *Errores in theriaca cōponenda cōmissi. 7.*

Secun-

Secundus error est, quod in theriaca non communiter ponitur balsamum, sed loco eius ponitur oleum balsaminum artificialiter factum ex multis, de quo auctores, vt Andromachus, Auicenna, Galenus, Serapio, Haly abbas minime intellexerunt. Nonnulli etiam ponunt loco balsami oleum laurinum.

Tertius error est, quòd in theriaca non ponitur communiter gummi alboţin, ideſt terebinthina, immo loco eius ponitur communiter resina laricis, quæ quidem nõ modicum differt à terebinthina, & huiusmodi quidem falsæ terebinthinæ vsu non solum in constructione theriacæ, immo, & in quocumque alio terebinthinæ vsu, & medici non tantum ignari immo valentissimi, ac famosissimi communiter errant, ponentes resinam laricis pro terebinthina; non aduertentes bene, quæ a famosis doctoribus pro notitia quidditatis terebinthinæ scribuntur, nam terebinthina est resina terebinthi, seu arboris grani viridis, quæ quidem arbor arabice dicitur beton proprie, aliquando licet improprie dicitur botin. & aliquando alboţin, & aliquando botanus. Et hæc quidem arbor est species lentisci, quæ nempe arbor circa ramos in paruis racemis producit, pro eius fructu grana viridia, quæ cum matureſcunt, rubefiunt, in fine ad nigredinem tendentia dulcedine aliquali, ac styptica virtute participantia, ex quibus sicut ex oliuis exprimitur oleũ, quod omnium membrorum, & præcipue stomachi est valde confortatiuum. *De beton.*

Quartus error est, ꝙ in theriaca communiter non ponitur terra sigillata, sed loco eius ponitur bolus armena, quam primo subtiliter puluerizant, postea optime cum aqua permiscẽt, deinde residere permittunt, postea proijciunt supernãtem aquam, & totum arenosum, quod infundo remanet; medium vero postmodũ aliqualiter cõglutinari permittunt, quousque sigilli impressionem suscipere possit, & tunc formellas ex eo faciunt, ipsas sigillantes, & in vmbra siccantes, quibus pro terra sigillata vtuntur, clarum est per omnes auctores describentes terram sigillatam, ꝙ ipsa multum differt à bolo armena parata modo prescripto, quapropter in theriacę constructione ponenda est vera terra sigillata.

Quintus error, qui in theriacę constructione cõmittitur, est, quòd multo plus mellis ponitur, quam debeat poni: quoniam communiter pro duabus, vel ad plus pro tribus vncijs specierum ponitur vna libra mellis, & tamen secundum veram theriacæ descriptionem pro qualibet libra mellis deberent poni specierum theriacam ingredientium, vnc. vij. extra. iiij. drac. sem. gra. ij. & tertia pars vnius grani, & quinta pars vnius tertij, vnius grani, vt clarissime patere potest cuilibet bene calculanti.

Sextus error est, quòd communiter ponitur vinũ odoriferum crudum, cum tamen debeat esse vinum coctũ, odoriferum, dulce, trium annorum, vel circa.

Septimus error, qui communiter committitur est, ꝙ conficitur in vna vice multo maior quantitas, quàm fieri debeat secundum veram, & radicalem theriacæ Andromachi descriptionem, quod Auicen. in 5. can. vituperat, vide illic si vis; etiam recurre ad Auicennam in illo loco pro descriptione trochiscorum theriacam ingredientium habenda, quia hic breuitatis causa nõ describentur, & hæc sufficiant pro nunc.

THeriaca diatessaron, theriaca, vt dicitur, domina est medicinarum, diatessaron, i. de quatuor rebus, de quibus antiquitus conficiebatur, sed alij philosophi postea addiderunt, valet proprie toxicatis hominibus, & morsis a canibus rabiosis, aut ab alijs animalibus venenosis, datur cum succo mentæ ad bibendum, & super ipsum vulnus de eadem inungatur, & venenosa super inuncta, scilicet bonum melanum, quod Salernitani scagiã uocant. Quartanarijs, & veré quotidianę data cum decoctione pigani, vel gentianæ subuenit x. pars est li. ij. Reci. myrrhæ, arist. rotundæ, gentianæ, baccarum lauri excorticatarum ana vnc. i. scr. ij. minus gra. xij. fænug. nigellę, zedoariæ ana dr. i. scr. ij. gra. viij. dictami, chamædryos, pi-

A *gani ana drac. i. & scrup. ij. gra. vij. gummi hederæ, chalchanti vsti ana dr. i. ossis de corde cerui, mumiæ, antipharmaci ana drac. i. cornu cerui vsti drach. iij. mel quod sufficit, datur in modum auellanæ.*

ADDITIO.

Theriaca diatessaron, ideſt de quatuor rebus, hãc theriacam simplicem multi auctores scripserunt, vt Auice. Raſ. Haly Serap. qua melius est vti quàm Nicolai, quæ fit cum additionibus: parum tamen in vsu nunc habetur. Summa med. est res xvij.

TRyphera maior, i. iuuenilis, iuuenem hominem reddit, saracenica, quia a Saracenis inuenta, datur proprie ictericis, hepaticis, & patientibus dolorem capitis
B *ex fumositate chole. rub. datur contra duplicem tertianam, & restaurat visum amissum ex calore, perditum ad pristinum reuocat, datur mane cum tepida, viij. pars est lib. i.*

Rec. zucchari vnc. iij. myrobalanorum citrin. corticũ, medullæ casiæ fist. & tamarindorum ana vnc. i. s. chebulorum mundatorum, mannæ ana drach. vi. scru. ij. & gra. v. indi. violarum recẽtium, si possunt inueniri ana unc. s. ani. marathri ana drach. ij. & gra. xv. masticis, macis ana dra. i. & gra. vij. s. belliric. emblici. ana unc. s. & gra. iiij. Conficitur sic. in duabus libris aquæ ponantur unc. iij. uiolarum recentium, si poterunt inueniri, si non siccarũ, & bulliant, donec deueniat aqua ad purpureum colorem, & violæ sint remissæ, postea leuiter expressum coletur, de colatura illa pars accipiatur, & casię fist. & tamarindorũ; & per caciam abluantur, & colentur per eadem in alia aqua lib. i. & vnc. viij. zucchari immittantur, & super ignem ponantur, & ad spissitudinem bulliat, & cum inceperit inspissari, ad datur colatura casiæ fi. & tamarindo-
C *rum, postea manna. cum volueris scire vtrum sit coctum, ponatur gutta super marmor; & si quasi mel colligitur, coctum erit, tunc ab igne deponatur, & cũ infrigidatum erit puluis supradictarum specierum, apponatur, semper cum spathula agitando, donec incorporetur; ad vltimum supradictum zuccharum bene puluerizatum mitte. Datur in modum castaneę, si sit distemperantia caloris, cum frigida, si sit ex abundantia frigidi humoris, cum calida.* *Summa medicinarũ est tes. 12.*

Tryphera saracenica, à Saracenis inuenta peculiariter, vel quia est nigra, melancholicis, & maniacis facit data cum vino decoctionis senæ, quia recipit myrobalanos citrinos, & indos, & alia etiam purgantia phlegma; visum turbidum clarificat, visus turbatur quandoque ex fumo cholerico, & fumo melancholico, si fit ex fumo turbatus melancholico: detur cum vino decoctionis senæ, si fit ex cholerico, accipe cortices myrob. citrinorum
D conditorum puluerizentur, & misti cum tryphera saracenica dentur cum vino tepido, vel saltem cum vino decoctionis fæniculi. Stomachicis, spleneticis, hepaticis, &c. si materia est in stomacho, purgetur, si materia est in stomacho, vel intestinis, vel nutritiuis, detur cum vino decoctionis prunorum; vel violarum, si in spiritualibus cum aqua decoctionis seminis citruli, melonis, cucumeris, & cucurbitæ; si in hepate, vel in vijs vrinalibus cum aqua decoctionis herbarum diureticarum, & sic etiam valet data ictericis.

Vetricos vtrosque purgat, Accipe succum scariolæ in quantitate vnc. ij. & in eo resolue trypheram saracenicam, & addita. i. vel ij. drachm. rheubarba. propinetur ieiuno, confice sic. fiat decoctio violarum recentium in aqua, si possunt haberi, sin autem ponantur siccæ in maiori quantitate, in quibus decoctionibus fiat colatura, & in parte illius medulla casiæ fi. & tamarindorum resoluatur, & in alia parte appositio zuccharo fiat syrupus, & decoquatur vsque quo filum faciat,

& tunc colatura caſiæ ſi. & tamarindorum apponatur ſemper agitando cum ſpatbula,& iterum perfecte decoquatur vique ad ſpiſſitudinem, tunc deponatur ab igne, & eo aliquantulum infrigidato puluis ſpecierum impoſitus bene incorporetur. Nota, quòd myrobalani citrini ſine melle ſunt ponderandi, & ſimiliter medulla caſſiæ ſi. & tamarindi abiectis granis in pondere determinato ab auctoribus ſunt ponendi. Item nota, quòd ſyrupus cum quo conficitur, multum debet decoqui, quia cito corrumpetur. Item tryphera ſaracenica aliquando datur ſimplex, aliquando ſcammoneata, ſimplex in calida regione, & tempore iuuenili contra morbum calidum, & ad alterandum, mane detur cum frigida.doſ. eius eſt vnc.i.per annum ſeruatur, vltra parum valet, cũ aucta fuerit, minus debet dari.

TRyphera magna dicitur, quia magnam vtilitatem, & fructum mulieribus confert, datur contra dolorem ſtomachi virorum, & mulierum cum aqua, in qua cocta ſint ſemina fœniculi, aniſi, & maſticis: datur contra vitium matricis ex frigiditate, ſi diſtemperata bibatur cum vino, in quo cocta ſit arthemiſia; prouocat etiam menſtrua, ſi fiat cum arthemiſia bene trita, & oleo muſcellino commiſta, peſſarium ex bombace factum, ſi fuerit ex ea munctum, & in vuluam mulieris immiſſum menſtrua prouocat mulieri non concipienti, ideſt ſi detur cum vino, in quo cocta ſit mandragora, vel ſambucus, miro modo prodeſt pueris, qui non poſſunt dormire, & in nocte nimis garriunt, diſtemperata cum lacte mulieris in modum ciceris, & bibita prodeſt. viij. pars lib.i.

Recipe opij drachm.ij. cinnamo. garyophyl. galangæ, zedoariæ, zingib. coſti, ſtyracis, calamenti, calami aromatici, iris, peucedani, acori, mandragoræ, celticæ, roſæ, piperis, aniſi, apij, petroſelini macedonici, dauci, hyoſcyami, fœniculi, oxymi, cymini ana drac.i. mellis, quod ſufficit, datur in modum caſtaneæ, vt ſupra diximus.

Summa medicinarũ eſt tex.xx.

Tryphera magna opiata eſt, & dicitur tryphera ab auctore, vel tryphera.i. iocunda, vel anthiophin, quod victoria interpretatur,ſumit enim victoriam de morbo, cui competit, vel tryphera dicitur à trophos, quod eſt ſuccus, quia magnum ſuccum, ſcilicet magnum fructũ confert. Magna dicitur propter magnam efficaciam,vel ad differentiam minoris. Facit ad dolorem ſtomachi ex frigida cauſa cum vino decoctionis garyophyllorum,& nucis muſcatę,quandoque materia continetur infra pelliculas ipſius ſtomachi, & tunc non confert,neque vomitus,neque ſella, & in tali caſu ſic tryphera exhibeatur, Accipe tria grana hederæ, quorum puluere admiſto cũ tryphera cum vino diſtemperetur.

Phreneticis nullo modo detur, tamen quidam videntur eſſe phrenetici,& non ſunt,ſed poſt phreneſim remanente ſiccitate cerebri nimias patiuntur vigilias; quibus taliter exhibeatur. Accipe ſemen papaueris albi, tere, & tempera cum lacte fœminæ, deinde coque corticem mandragoræ in modico aquæ miſtæ cum prædictis, & cum his tryphera reſoluta detur, melancholicis ex melancholia patientibus, ſuauem ſomnum præſtat, data cum vino ſomnum prouocat, dum tamen præcedat purgatio. Rheumaticis valet cum vino decoctionis olibani. Peripneumonicis non detur, niſi poſt diem. xiiij. ne ſuperueniat empyema, tunc detur ad mundificandum ſaniem cum vino decoctionis myrtæ. His qui cum ventre ſanguinem faciunt valet ideſt dyſentericis, hoc non laudo, lienterici tamen poteſt dari, ſed præcedente purgatione, melius tamen eſt mithridatum in hac cauſa.

Aſcarides,et lumbricos necat,piſtentur nuclei perſicorum, cum tryphera miſceantur, & ſic cum vino tepido dentur; ſoli etiam nuclei, & diſtemperati dentur pueris, & multũ cõfert. Menſtrua prouocat,melius operatur cõfecta ſine opio ſumpta cũ ſucco artemiſiæ,vt ſupra, vel cũ oleo muſcellino, vel cõmuni. Nota ſuppoſitoriũ inde factum ex hac tryphera, in primis non multum educit menſtrua, ſed quaſi mucilagines, poſtea menſtrua in multa quantitate, debet autem mulier quotidie per totam ſeptimanam ſupponere ſibi, & ſi neceſſe fuerit, in nocte remoueatur, conficitur ſecundum doctrinam aliorum. Nota ſi opium thebaicum apponatur, multo minus valet contra frigidiſſimas cauſas, multum enim fit de opio, cum vero opium mironis apponatur,efficacius operatur contra prædicta, quod minus frigidum eſt. Meus pater Platearius ea vtebatur cum opio mironis, per duos annos ſeruatur in multa virtute, in iij. annis parum valet.

TRiomphyllon dicitur a viridibus folijs rutæ, quæ in eo ponuntur, valet proprie quartanarijs, & veræ quotidianæ in hyeme, & poſt prandium in ſero cum vino iiij. pars eſt lib.i. Recipe piperis albi, quod inter nigrum inuenitur, vnc.s. piperis nigri drachm.ij. cymini aſſi drachm.s. zingiberis, nitri, pyrethri ana drachm.ij. piperis longi drachmi ſeminis petroſelini, ame. dau. aniſi, belenij, ſpicæ, cyperi, apij, ſeſeleos, coſti, ana drac.s. garyo.drachm.i. & gra.viij.s.dactylorum mundatorum nume.xij. foliorum rutæ, viridis vnc.i.s.mel, quod ſufficit, datur vt ſupra diximus.

ADDITIO.

Triomphyllon dicitur à folijs rutæ viridibus, quæ in eo plus ponuntur quam de alijs, hoc antidotum non eſt in vſu, nec præparatum reperitur. Hic notatur vnum in textu de pipere albo, & dicit, quòd eſt illud, quod in terius nigrum reperitur, quod eſt minus maturum. Súma medicinarum eſt res xxi.

TRiaſandali dicitur a tribus generibus ſandalorum, quæ ibi intrant, datur proprie contra calorem hepatis,& ſtomachi; phthiſicis ictericis,medietas eſt lib.ij. Recip. ſandali albi, & rubei, & citri. roſ.zuc.ana ſolidos duos rheubar. ſpodij, ſuc. liquiri. ſeminis portulacæ ana ſolidum.i.amyli,gummi arabi.tragacanthi, ſeminis melonis, citrul. cucume. & cucurbi. ſeminis ſcariolæ, ana ſolidum.i.camphoræ,ſcrup.i.s.& alij quadruplicant pondus roſa. ſyrupi roſa. quod ſufficit, datur mane, & meridie in modum caſtaneæ cum frigida.

Summa medicinarũ eſt tex.ij.

Triaſandali.ſ.tria genera ſandalorum recipiens, facit ad dolorem ſtomachi, & hepatis factum ex caliditate, vel ex cholera, datum mane cum frigida. Ad dolorem hepatis, vel capitis, vel calorem, datum cum aqua citruli melonis, cucumeris, & cucurbitæ, valet phthiſicis cum aqua hordei, vel cum aqua decoctionis tragacanthi, gummi arabi.liqui. & ſucci eius, ictericis cum aqua decoctionis ſeminum diureticorum. Valet ad omnem dolorem ex calida cauſa conſumptis ex debilitate, detur prædicto modo, datur mane, & meridie cum frigida ad modum caſtaneæ. Conficitur ſic, pulueribus paratis additur camphora cum parte ipſorum puluerum. poſt zuccharum contritum, vt melioris ſit ſaporis, conficitur cum ſyrupo roſaceo, & decoctione aliorum,per annum ſeruatur.

THeodoriton hyperiſton,theodoriton dicitur a Deodatum, hyperiſten bene expertum interpretatur, facit enim contra hemicraneum dolorem, & vertiginem capitis, & contra fluxum phlegmatis, quod in faucibus, & gutture decurrit, vnde ſit homo quandoque ſine voce, valet etiam ſpleneticis ſine febre; colorem bonum facit, ſi ſimplex detur; ſed ſi purgationem facere volueris, adhibeas ſcrup.ij. ſcammoneæ, & fortius operabitur.xij.pars eſt lib.ij.

Rec.aloes hepatici dr.iij. & gr.iij. et tertiã partẽ vnius gra.cinnamomi, chamædryos, acori ana drach.iij. croci, caſiæ

eaſiæ ligneæ, rheupontici, ana drachm.ij. & gra.xv. agarici drachm.ij.s. nardi, coſti, maſti. aſari, ſilphij, ſcillæ aſſæ, ammoniaci, bdellij, ellebori nigri, hyperici, epithymi, polyp. braſſicæ ſucci piperis al. & long. ana drachm.s. ſchœnanthi, zingib. ſmyrnæ, myroba. colocynthidis, ſagapeni, opopanacis, caſtorei, abſynthij, ariſtol. longæ, petroſelini, gentianæ, amomi, ana ſcru. ij. diagridij, piperis nigri, ana ſcrup.i. mel, quod ſufficit, datur mane, & ſero cum vino calido drach.ij.

Summa medicinarū eſt vn.13.

Theodoricon hyperiſton medicina eſt vſualis, valet ad omne vitium capitis, cerebri, oculorum, factum ex frigido hu. præcipue ex phlegmate; conſumit enim ſuperfluos hu. totaliter, & purgat, ex theodoricon, & pulueris ſpecierum, quas recipit, fiant pilulæ, & dentur, quæ ſpecies ſi haberi non poſſunt, puluis alicuius aromatici, vt cinnamo. garyophyll. apponantur, & detur; valet melancholicis cum vino decoctionis ſenæ. Lethargicis ſuffumigetur prius cornu ceruino, vel caprino, & cuneo dentibus interpoſito, palatum cum eo fricetur capite inclinato; attrahit enim phlegma, & purgat in magna quantitate; vel fiat, ſicut dicemus de theodoricon anacardino contra obliuionem: Arthreticam purgat, & vocem clarificat; ſi fiat raucedo ex ſiccitate, & caliditate, non prodeſt; ſi ſit ex viſcoſo phlegmate faciente inæqualitatem, fiant pilulæ cum puluere amyli, ponantur ſub lingua, & tranſglutiantur paulatim diu tenendo ſub lingua. Aſthmaticis, anheloſis cum vino decoctionis gentianæ, vel cum eo, & puluere gentianæ pilulæ fiant, & dentur. Sitim tollit prouenientem ex caliditate, & ſiccitate ex indigeſtione facta cum vino decoctionis maſti. & nu. muſca. Stomachicis ex frigida cauſa eodem modo detur. Peripneumonicis nullo modo detur, remanente loco ſanioſo, ſed poſt peripneumoniam poteſt dari cum decoctione hordei, tragacanthi, & gummi arabi. ſed cum multa cautela, & quantitate modica. Phthiſicis non laudo. Empyicis, hydropicis, ex craſſis humoribus, & crudis cum aqua decoctionis radicum diure. vel ſeminum diureticorum, ſpleneticis cum decoctione radicis tamariſci. Ictericis ſicut theodoricon anacardinum. Pleuriticis non detur. Nephriticis cum decoctione diureticarum herbarum, & præcipue granorum ſolis. Colicis per clyſterem. Paralyticis, arthreticis, proprie datur in talibus cum aqua decoctionis raphani, præcedente diæta competenti, & oxymelle diuretico, vel ſcilliticō. Menſtrua prouocat, omnibus alijs medicinis efficacior eſt in hoc reſoluta cum oleo muſcellino, vel communi, & bombace ſupponatur, vel ſucco arthemiſiæ. Quod melius eſt omnibus cauſis mulieris ex frigiditate reſiſtit: mulieres quandoque ſentiunt maximam matricum inflammationem in dextra, vel ſiniſtra parte, vt etiam tumor circunſcriptus appareat, cui multum valet medicina peſſarizata; reſoluatur ergo cum ſucco arthemiſiæ, & rutæ, & additamodica aqua decoctionis maluarum coletur, & per peſſarium injciatur. Recipe braſſicæ frigi. & ſic. ex natura ſui ſucci laxat, conſtringit humores ex ſubſtantia, eſt enim eterogeneæ, ideſt compoſitæ ſubſtantiæ, braſſica dicitur caulis nondum tranſplantatus, ſiccata puluerizetur, ponitur hic ad reprimendum violentiam aliarum ſpecierum calidarum, alias confice vel egitur in antidota per duos annos ſeruatur, doſis eius eſt vnc.j.

B

C

D

¶ Diuerſa.

THeodoricon anncardinum ab anacardis dicitur, qui ibi reperiuntur, datum mirabiliter memoriam reparat, uertiginem capitis, & maxime a poſteriori parte aufert, phlegma quod ibi eſt purgat; cauſis matricis mirabiliter confert, ſi eam purgare volueris. viij. pars cõfecta eſt li.ij. Rec. aloes hepatici unc.i. et s. ireos, caſiæ ana dra. ij.s. folij, ſpicæ, myroba. corticis, meu, epithy. ana dra. iij. & ſcr.i. garyophyllorum, rheupon. maſticis, ſchœnanthi ana drachm.i. & gra.iij.s. mel, quod ſufficit, conficitur. Accipe corticis radicis fœniculi bene triti, & abluti lib.i. & pone in ij. libris aceti. Et ſtet ibi per vij. dies, & poſtea tere ipſas radices, & in eodem aceto coque vſque ad tertiam partem. Et cum omni diligentia cola per pannum, & pone in duabus lib. mellis deſpumati, & bulliat vſque ad aceti conſumptionem, cum tali melle confice. Supradictæ autem radices colliguntur in Maio, vel Iulio, quia ante hoc tempus humidæ ſunt, & poſt hoc ſiccæ ſunt, doſis eſt drachm.i. vel ij. cum mulſa valet.

Summa medicinarū eſt vn. 21.

Theodoricon anacardinum, dicitur autem anacardinum ab anacardis, quos recipit. Valet ad vertiginem capitis, ſi fiat ex phlegmate cum decoctione polypodij; ſi ex quadam melancholia, cum decoctione ſenæ. Contra obliuionem, obliuio ſæpe fit ex frigiditate, vt ex phlegmate leniente poſterius cerebrum, vnde formæ impreſſæ elabuntur, datur autem his cum decoctione polypodij: vel melius, fiat raſura occipitij, & apponantur ventoſæ cum ſcarificatione, poſtmodum locus fricetur ex eodem, additis humiditatibus anacardorum: ſola etiam humiditas anacardorum confert inuncta. Rheuma capitis deſiccat, primo cum eo purgatio fiat, poſtea detur aliqua opiata. Viſum acuit datum cum vino, vel potius cum puluere myrobalanorum citrinorum, vel conditorum. Surditatem, & tinnitum aurium tollit, & reſoluit cum oleo muſcellino, tepidum, & auribus colatura iniecta. Contra debilitatem ſtomachi ex frigiditate cum vino decoctionis maſticis, vel nucis muſcatæ. Valet ad conſtrictionem cordis, & defectum pulſuum, conſtrictio aliquando fit ex fumo melancholico replente capſulam cordis, vnde fit cordis conſtrictio, & pulſus defectus eſt, datur his cum decoctione ſenæ, conſumit, & purgat melancholiam. Contra tumorem hepatis factum ex frigiditate, vt in hydropicis, ſi adſit ventoſitas, cum decoctione cymini, aniſi, fęniculi; detur, ſi ex humore frigido cum apozemate apij, rad. petroſelini, fœniculi, Ictericis ex oppilatione venarum hepatis prædicto modo, vel cum ſcrup.i. euphorbij, ſolum euphorbiū valet in hac cauſa.

Spleneticis contra tumorem ex frigido hum. factum detur, vt diximus. Nephriticis ſi fiat ex lapide, vel frigidis humo. & craſſis valet, quia multa recipit diureti. detur autem cum deco. granorum ſolis, vel ſaxifragiæ. Colicis valet ſumptum per os, vel fiat talis clyſter cum aqua deco. mercurialis, reſoluatur theodoricon, & addito melle, & oleo coletur, & injciatur per clyſterem. Contra ſterilitatem ſi fiat propter nimiam pinguedinem os matricis obturantem, vel propter mucilaginem contentam in cotyledonibus ſupponatur theodo. cum iiij. drachm. zuc. conſumit, & extenuat pinguedinem, & mundificat matricem. Contra ſanguinis retentionem ſupponatur cum ſucco arthemiſiæ. Contra difficilem partum accipe mediaſ Partum facilitat.
num corticem caprifici, i. fici ſyluaticæ, tere, & cum theodoricon commiſce, ſuperpone carbonibus, & ſuffumiga mulierem; ſi debet liberari per hæc liberabitur, valet etiam ſuffumigium ex ſolo cortice. Contra cauſas veſicæ, & contra ſtranguriam, & dyſuriam, detur, vt nephriticis. Tenues, & delicatos reparat, ſi fiat ex phthiſi, vel ex alia infirmitate, non prodeſt, ſed nocet, ſi fiat extenuatio propter indigeſtionem, inepti ad nutriendum efficiuntur humo. vnde fit extenuatio. Confice cum oxymelle ſicut in antidot. præcipitur, per biennium durat, doſis eius eſt drac. vj. vel vnc.j.

TRochiſci diarhodon.i. rotunda confectio, trochi. iſti in diamargariton intrant, & in diarhodon. v. pars. eſt dr.x. et gra.xij. Re. croci ſcr.ij. & gra.vij. cãphorę grana xij. roſarum viridium dra.iiij. ſpodij, drach.ij. ſandali rub. drach.i. & s. gra.vij. ſandali albi, drach.i. grana xij.

Conficitur sic. in marmorea pila recentes roſæ ſine inter- E
miſſione terantur; deinde cæteraram ſubtiliſſimus pul-
uis ſpecierum ſuperponatur, & cum ſufficienti rhodoſto-
mate conficiatur; ad vltimum adhibeatur camphora, de-
inde trochiſci informentur, & ad vmbram exiccentur,
& vſui reſeruentur.

ADDITIO.

Plures deſcriptiones trochiſcorum diarhodon a diuerſis auctoribus reperiuntur, iſta tamen Nicolai debet adminiſtrari in ſuis magnis confectionibus, vt ipſe teſtatur. Summa medicinarum eſt res. 7.

TRochiſci diani dicuntur a violis albis. ij. pars eſt.
vi. drachm. s. & Recip. foliorum violarum albarum
viridium. drac. v. ſem. plantaginis drac. i. amyli. drachm.
ij. ſeminis papaueris al. drach. ij. & ſcrup. i. balſami. ſcru.
i. rhabarba. ſcrup. i. rhodoſtomatis, quod ſufficit ad modū F
præcedentium trochiſcorum.

ADDITIO.

Iſti trochiſci ſecundum intentionem Nicolai dicūtur a violis albis, quæ ibi ingrediuntur, & debent poni in dia margariton, vt ſupra viſum eſt: & debent formari cum rhodoſtomate, i aqua roſarum. Summa medi. eſt res. 7.

TRochiſci hedycroci. qui in rubea, & ſothira intrant,
vi. pars eſt drach. vi. Rec. amomi drac. i. cinnam. cro-
ci, folij myrrhæ, caſiæ ana drach. s. ſpicæ ſcrup. i. opobalſa-
mi, coſti, ſchænanthi, cala. aroma. xylobal. aſari, phu. an.
gra. xv. maſti. marathri ana gra. x. tamariſci, grana. v. vi-
ni aſcalonis, quod ſufficit, hæc omnia tere, & cum vino
illo trochiſcos informa, & cum fumo ſtyracis ſicca.

ADDITIO. G

Iſti trochiſci ſunt in vſu, ſed non multum; & vt vult hic Nicolaus ingrediūtur in rubea trochiſcata, & in ſothira. Gilbertus Anglicus cap. de cura arthreticæ habet hanc eandem deſcriptionem. Summa medi. eſt res. 18.

TRochiſci croci magnetis intrant in rubeā, & ſothirā.
Recip. croci drach. iij. roſarum, ameos, myrrhæ ana
dra. i. s. xyloaloes ſcrup. ij. informentur cum aqua roſata.

ADDITIO.

Iſti trochiſci ſunt in vſu, quia ingrediuntur confectiones magnas, vt dicitur in textu, & dicuntur a croco. Summa med. eſt res. 6.

TRochiſci ſcillitici, ſic fiunt, ſcillam integram diuide,
& inuolue in paſta fermentata, & in furno co-
que, & abſtracta de maſſa, & electis corticibus eius me-
dium tere in mortario, & tantundem farinæ orobi adde,
& inde trochiſcos informa, & cum vino, aut melle tem-
pera, & in vmbra ſicca, & ſi deeſt orobum, tantundem
panis aßi ſubtiliſſime triti pone; exinde trochiſcos infor
ma, & in loco vmbroſo ſicca.

ADDITIO.

Iſti trochiſci in vſu habentur, quia magnas compoſitiones ingrediuntur. Summa medic. eſt res. 3.

TRochiſci diacoralli Rec. coralli rubei, cinna. myrrhę,
amomi, papa. ana drachm. iiij. ſchænanthi, croci ana
drach. ij. calami aro. xylobal. caſiæ ligneæ, folij, maſticis,
polij, vnu, aſari, pedis columbini ana drach. i. de his omni
bus facto puluere cum vino tempera, & trochiſcos pen-
ſantes ſolidos ſingulos informa, & in vmbra ſicca.

ADDITIO.

Iſti trochiſci ſunt vſuales apud illos, qui theriacā magnam Galeni hic deſcriptam facere volunt, nam Andromachus loco trochiſcorum diacoralli habet trochiſcos aluidaracaton. Summa med. eſt res. 17.

TRochiſci de aniſo valent paratis ad hydropiſim. Re-
cip. aniſi, eupatorij ana drach. iij. apij abſynthij, ma-
ſticis, anethi, aſari, ſpicæ, amygdalarum amararum ana
drach. i. aloes hepatici, drach. iij. & s. informa trochiſcos
ad pondus drach. i.

ADDITIO.

Iſti trochiſci de aniſo interdum in vſu habentur, & ideo præparari debent, & valent ad ea, quæ in textu ſcribuntur. Summa medi. eſt res 10.

TRochiſci de thyro, qui in magna theriaca Gal. reci-
piuntur, ſic fiunt. Inuenias thyros in longitudine
vnius palmi exiſtentes, oculos habentes rubeos, & lin-
guam mobilem, & cornua in modum grani frumenti; ca-
put, & caudam tribus digitis menſuratis abſcinde, me-
dium quod remanet excoria, & inteſtinis proiectis op ti-
me dulci aqua laua, & ſic coque, donec ſpinæ à carnibus
ſeparentur; poſtea ſpinis proiectis, carnem in marmoreo
mortario ſatis tere, & commiſta eiuſdem ponderis fari-
na orobi, vel panis aßi cum iure ſuo tempera, & fac inde
trochiſcos penſantes ſingulos ſolidos, & in vmbra ſicca.

ADDITIO.

Iſti trochiſci de thyro, i de viperis, & ſic propter receptionem iſtorum trochiſcorum theriaca ab eis ſecundū nonnullos deriuatur. Quidam crediderunt, quòd trochiſci de viperis non eſſent trochiſci de thyro, ſed errant, nā Andromachus vult, quòd trochiſci de viperis ſint trochiſci de thyro. Eiuſdem opinionis eſt Haly Abbas x. practicæ. Andromachus, & Raſis melius oſtendunt de forma viperæ, quam Auic. & Nicolaus hic.

VOmitus noſter dicitur a vomēdo eo, quod frigidos,* * Vomi-
& calidos purgat humores; noſter quia a nobis cō- tiuus.
poſitus eſt, purgat proprie choleram rubeā, & phlegma,
datur quotidianæ veræ, & tertianæ nothæ in modum ca-
ſtaneæ cū calida; datur etiam delicatis hominibus cū ſy-
rupo acetoſo diſtemperata, & per noctē ſub dio ponatur,
in mane iterum cum aqua calida diſtemperetur, & cole-
tur per pannum, vt tota ſubſtantia remaneat, ſedat verā
tertianam, debilitatem, & nauſeam à ſuperfluis, & acu-
tis humoribus factam aufert. Rec. tapſiæ Panormitanæ,
vel Aragonēſis collectæ in menſe Maij, ſiue Julij unc. iij.
croci, Aphricani vnc. i. s. nucis vomicæ vnc. s. aſari un. i.
mellis aſarini, quod ſufficit, quod ſic ſit. In duabus lib.
mellis deſpumati adde vnc. iiij. ſucci aſari, & bulliat ad
H *ſucci cōſumptionem, & ſi ſuccū habere non volueris pone*
thapſiæ aſari ana unc. ij. s. & dimidiā catapuciarū, & to
tū depone in aqua marina, & bulliat vſq; ad medietatē,
& aqua ponatur in lib. ij. mellis deſpumati, & coq; uſque
ad aquæ conſumptionē, & cū tali melle confice, detur ma
ne in modū caſtaneę, cum tepida, vel oxyſacchara duris
hominibus cum tota ſubſtātia, debilibus colatura tantū.

ADDITIO.

Moderni medici non vtuntur iſtis vomitiuis hic ſcriptis, ſed quando volunt vomitum prouocare, magiſtraliter componūt ſecundum intentionem preſentem. Iſtud vomitiuum, vel vomitiuus compoſitus eſt a domino Nicolao, qui non eſt in vſu. Summa med. eſt res 6. vel 7.

VOmitiuus Patriarchæ. Rec. thaſiæ lib. i. cro. aphrica- Summa me
ni, unc. iiij. cinna. aſari ana vnc. ij. catapuciæ unc. ij. dicinarū eſt
mel, quod ſufficit, detur cum tepida ante acceſſionem. res. 12.

Vomi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0912-4 DFG

Vomitus patriarchæ, patriarcha ab auctore, principaliter purgat phlegma, secundario choleram superius, & inferius aliquantulum, dandus est eis, qui multa stomachi repletione laborant, & fastidio, vt aliquando sit in quotidiana, & tertiana, maxime quando humores circa os stomachi abundant, precedat vsus oxymellis per quindecim dies, si phlegma fuerit in causa: vel syrupus acetosus, si cholera, nũquam enim exhibendus est vomitiuus, nisi materia digesta, detur autem cũ multa cautela. Qui vero de strictura pectoris, & pulmonis multum laborat, non debent purgari per vomitum secundum Hip. phthisicos vero metuentes ad superiores pharmaca. Amplum thoracem habentibus potest dari, & facile vomẽtibus, et maxime in tempore calido, fiat etiam aer artificialiter calidus carbonibus, & huiusmodi, si necessitas ingruerit.

Quoniam vero quidam sunt difficiles ad vomẽdum, & vomitu indigent, hi ad vomitum sunt aptandi, sic ergo præparetur malua, branca vrsina, semen lini, fœnug. omnia contusa bulliant in aqua decoctionis maluarum, & hæc tepida cataplasmetur pectori ante, & retro. Potest ad idem fieri cataplasma cum malua trita, & cocta cum axungia; inungatur etiam pectus dialthæa, & butyro simul tritis, duobus, vel tribus diebus, si opus fuerit, vicesies, vel pluries in die fiat inunctio. postmodum detur vomitus cum aqua calida in mane Sole iam ascendẽte, detur autem cum frigida quibusdam quanto magis volunt per inferiora purgari, sed delitiosis in his maxime, qui aliquo pectoris laborant vitio; delicatis, & debilibus tantum colatura detur; sed rusticis, & fortibus tota substantia potest dari. Diuerso modo a diuersis confitur, quidam aquam marinam cum melle despumato vsque ad aquæ consumptionem bulliunt, & cum melle illo pulueres conficiunt. Nota, quod thapsia per se est puluerizanda, aliæ, simul. Pater meus aliter conficiebat, thapsiam contritam cum melle, & cum salmacia optime decoquebat, & in colatura species conficiebat, reuera securius ita datur; magis tamen apponendum est de thapsia cum coquitur, quam in antidotario præcipiatur, ideo apothecarius asaram baccaram viridẽ in multa quantitate in aqua dulci faciat bullire; si viridem non habet, siccam ponat, minus tamen valet, post multam decoctionem colet fortiter exprimendo, faciat etiam catapuciã, quę ibi recipitur simul bullire in multa quantitate contritas, quorum colaturam cum melle bullire faciat vsque ad aquæ consumptionem, & cum tali melle pulueres conficiat. Nota in i. lib. pulueres. iij. mellis sunt ponendæ, ipse tamen Io. iiij. ponit propter ficcitatẽ thapsiæ. Itẽ nota, cinnamomum, quod recipit, debet esse crassum, quia magis ad hoc valet crassum, quam subtile in vomitiuis medicinis, per ij. an. seruatur, dosis eius est vnc. i. sed si colatura tantum detur duæ competunt.

Vomitiuus valens tertianarijs, & quartanarijs, sed maxime competit quotidianarijs.

Rec. thapsiæ, vnc. iiij. asari baccaræ, vnc. i. cinna. vnc. i. cro. hortulani, vnc. i. sem. atriplicis vnc. s. mellis, quod sufficit, detur in modum castaneæ cum calida.

ADDITIO.

Iste vomitiuus valens tertianarijs non est in vsu; vtilis tamen est ad ea, quæ in textu scribuntur, intelligitur hic per crocum hortulanum semen cartami. Summa medici. est res. 6.

VNguentum martiaton a Martiano peritißimo Medico dicitur, a quo fuit inuentum, quod facit ad dolorem, & frigiditatem capitis, & pectoris, & stomachi, & ad *scirrhum. *scirrhosum splenis, & hepatis, & ad ilij dolorem, ad Solem, uel ad ignem inunctum statim subuenit paraliticis, ischiaticis, nephriticis, podagricis, pdest, tumores reprimit, duricies remollit; spasmaticis, & typice febricitantibus valet, & contra omnes dolores ex frigiditate medetur potenter. iiij. pars est lib. viij. Recip. ce-*

A *ræ al. lib. ij. olei lib. viij. rorismarini, foliorum lauri ana vnc. viij. rutæ vnc. vj. tamarisci, calamenthi, artheniisiæ, enulæ, betonicæ, brancæ vrsinæ, sparagi, herbæ venti, pimpinellæ, agrimoniæ, absinthij, herbæ paralysis, herbæ sanctæ Mariæ, cymarum sambuci, crassulæ, millefolij, sempernuæ, chamædryi, centaureæ, fragariæ, quinque folij, herbæ tetrait ana vnc. iiij. s. enisci radi. cymini, myrtæ, ana vnc. iiij. fœn. vnc. i. s. butyr. vnc. i. s. & drac. ij. vrticæ, vio. papaueris nigri, mentæ saracenicæ, & aliæ mentæ, polythrici, lappaceoli, carũdelli, matris sylvæ, matu elig, herbæ, styra. medullæ ceruinæ ana vnc. s. adipis vrsini, gallinacei, masti. ana unc. i. thuris unc. s. olei nardini dr. ij. herbæ colligantur in medietate mensis Maij; vno die omnes herbæ istæ colligantur, vel duobus, si potest ab hora tertia vsque ad meridiem.*

Conficitur sic, herbas tritas diebus septem in optimo, & odorifero vino infunde; octauo vero die ad lentũ ignẽ ponantur, & cum vinum aliquantulum inceperit consumi, addatur supradictũ oleũ, & bulliant donec incipiant
B *diminui, deinde studiose colentur, & proiectis herbis, uerum supernignem ponantur, & cum incœperit bullire, pone styracem, & cum modicum bullierit, pone butyrum, & axungiam aliquantulum contusam, & oleum nardinum, mastichem, & olibanum, & postea ceram; & cum cera liquefacta fuerit, semper cum spathula agitando ab igne deponatur, & cũ coagulatum fuerit, in uase reserua.* Summa medicinarũ q3 res. 40.

Vnguentum martiaton, contra omnes dolores ex frigi. causa, vt arthreticam, podagram, contra vitia matricis ex frigida causa, loca etiam contusa confirmat, & delet liuorem cutis in omnibus, idem sit vsus sicut de vnguento aureo, scilicet locum inunctum ad Solem fac, vel ad ignem, sed contra liuorem facta inunctione cum cera, & cymino misto super cataplasma fac. Potest variari martiaton in coloribus cum puluere gersæ serpentariæ, sicut dicetur de populeon, & erit quasi album, cum oleo decoctionis radicis rubeæ, & erit subrubeum, vt in an-
C tidotario reperitur. Nota, si omnes herbæ haberi non possunt per vices collige, & in vino forti per tres menses poterunt seruari, & vinum renouetur si opus est, per iij. an. ser.

VNguentum aragon. aragon, i. adiutorium, valet ad dolorem ex frigiditate viri, & mulieris tali modo inunctum in testa oui primum calefac ad ignem, deinde super inungatur, & postea testa calida superponatur loco patienti, valet ad spasmum, & tetanum, & ad dolorem ilij, & renũ, tali ordine, vt supra diximus, arthreticis, et ischiaticis multum prodest; quartanarijs si spina inungatur ante horã accessionis, ut actum est, mirifice prodest, quarta pars est lib. vi. Rec. rorisma. maioranæ, radicis iari, serpylli, rutæ, radi. siccid. ana unc. iiij. & folio. lauri, saluiæ, sabinæ ana drac. iij. pulicariæ maioris, & minoris ana vnc. ix. bryoniæ. un. iij. laureolæ unc. ix. nepitæ, folio. siccid. ana lib. s. mastichis, olibani ana vnc. vj. pirethri, eu- Summa medicinarũ q3 res. 27.
D *phor. zingib. pipe. ana vnc. i. olei muscellini unc. s. petrolei unc. i. adipis vrsini, olei lauri. ana un. iij. butyri un. iiij. olei communis libram i. ceræ lib. i. & vnc. iij.*

Herbæ, & radices hora supradicta colligantur; omnes herbæ uno, vel duobus diebus, vt dictum est superius, fortiter contusa ponantur in oleo per septem dies; octauo autem die super ignem ponantur, & coquantur, donec herbæ destruantur, postea per saccum fortiter colentur, & iterum super ignem ponantur, & cum bullire incœperint, addatur oleum laurinum, butyrum, adeps ursinus, & cera, qua liquefacta, adde petroleum, & muscellinum, postea mastichem, & olibanũ, zingiber, piper, pyrethrũ, & euphorbium, & tũc ab igne deponatur, & recõdatur.

Vnguentum aragon valet arthreticis, & contra omnẽ frigidam guttam, & omnes neruorũ passiones ex phlegmate, vel ex causa frig. Contra tumores ex frigida causa; præcedat tamen purgatio, & statim inũctio fiat ad ignẽ, vel ad Solem, si tumor est splenis, tunc valent maxime

præcedente

præcedente vſu diureticorum, & vnguentorum mollitiuorum. Contra teneſmum, & colicam de frigida cauſa fiat inunctio totius ſpinæ vſque ad anum. Recipe ſerpylli, calidum eſt, & ſiccum, diaphoreticum, & eſt conſumptiuum contra frigidas cauſas, valet potus hic ad tumorum extenuationem, & colligi debet in tempore productionis florum, in vmbra exiccetur, & ſine fumo, per annum ſeruatur, folia, & flores ſine ſtipitibus ponuntur. Confice, vt docetur in antidota.

VNguentum Agrippa, quo Agrippa Rex Iudeorum vtebatur, quod tantæ dignitatis erat, q̃ nemini diſcipulorum tradere volebat, valet hydropicis, & omnibus tumoribus in quacunque parte corporis fuerint, & ad neruos indignatos; vrinam prouocat; inunctum ſuper ventrem laxat: & dolori renum ex frig. cauſa optime facit. iiij. pars eſt lib. v. Recip. bryoniæ lib. ij. radicũ ebuli, tribuli marini ana vnc. ij. radi. ſuccid. lib. i. ſcillæ unc. vi. ireos vnc. iij. radi. filicis vnc. ij. omnes radices ter, vel quater bene abluantur, & in pila marmo. terantur, & iiij. lib. olei lentiſci, vel communis ponantur per duos dies: ſed ſi per ſex, vel per ſeptem dimittatur, plus valet, quia calorem, & odorem ſibi, & efficaciam vendicat, tertio vero, velut dictum eſt, ad ignem ponatur, & tandiu bulliat, donec incipiat dimitti, deinde ponatur in ſacco, & exprimendo coletur, & cum colatum fuerit ſuper ignem ponatur, & cum bullire inceperit, ponantur vnc. xv. ceræ albiſſimæ, & liquefacta cera ab igne deponatur, & cum infrigidatum fuerit collige, & ſerua.

Summa medicinarũ eſt eſt tri. 20.

Vnguentum Agrippa, dicitur ab inuentore, valet ad indignationem neruorum, & tumores, & dolores totius corporis ex frigida cauſa ſuperinunctum, ſtrangunam ſoluit. Inungatur, & conſequenter fiat fomentum ex aqua ſalſa, & dulci, cum decoctione ſenationum, mercurialis, portulacæ, addito oleo, valet autem præcipue contra ſplenis vitium, præcedente inunctione dialthæę, & vſu diureticorum, & ceroneo ſuperpoſito, confice, vt docetur in antidotario.

VNguentum dialthea, malaſticum, & chalaſticum, dialthea, à radice euiſci dicitur, malaſticon, id eſt mollificatiuum: chalaſticon, ideſt calefactorum, medietas eſt lib. iiij. Recipe radicis euiſci lib. ij. ſem. lini, & fœnu. ana lib. i. ſcillæ. lib. s. olei lib. iiij. ceræ lib. i. terebinthinæ, gummi hederæ, chalbani ana vnc. ij. colophonię, reſinę ana lib. s. Nota, quòd ſi iſta ponantur. ſ. actis, & cyclamen, valet ad conſolidationem vulnerum, & quidam addunt butyrum, omnes herbæ, & radices bene abluantur, & terantur, ſimiliter lini ſem. fœnu. & ſcilla, & cum bene trita fuerint, ponantur in vij. lib. aquæ per tres dies, quarto autem die ponantur ſuper ignẽ, & bulliant, donec inſpiſſati fuerint, deinde paulatim in ſacco ponantur, & cum exprimere volueris addatur aliquantulum feruentis aquæ, ad abſtractionem illius ſucci viſcoſi, de ſuc. iſto accipiantur lib. ij. & ponantur in iiij. lib. olei, & bulliant ad ſucci conſumptionem, quod erit cum nihil ſupernatauerit, poſtea addatur lib. i. ceræ, & cum liquefacta fuerit, addatur terebinthina, poſtea gummi hederæ contuſi, chalbani; & ad vltimum ponatur puluis colophonię, reſinæ: & cum coctum fuerit, quod erit tunc cum gutta poſita ſuper marmor inſpiſſabitur, deponatur ab igne, & cum coctum fuerit, & infrigidatum, diligenter repone. Valet proprie ad dolorem pectoris ex frigiditate, & pleureſi, prius in teſta oui calefactum ad ignem, & ſuper pectus inunctum, ſanat omnia loca infrigidata, & deſiccata, calefacit, mollificat, & humectat.

Summa medicinarũ eſt vti. 9.

Vnguentum dialthæa à radicibus althæę dicitur, quæ ibi recipiuntur, contra dolorem pectoris ſuperunctum ad ſolem, vel ad ignem vtile eſt, ſi oleum laurinum cum dialthæa fuerit admiſtum, quoniam ab ipſo vim maiorem calefaciendi ſuſcipit. Et pleuriticis valet, ſi fuerit pleureſis ex calido humore, in hoc ſi fiat de calida cauſa linendo tempore calido, &c. fiat vnctio de duabus partibus butyri, & tribus dialthæę, ſi fiat contrarium de ſola dialthæa, inungatur autem pleuriticis circa locum patientem in mane, meridie, & ſero, vel frequentius, loco inuncto lana, vel ſtupa applicetur. Spleneticis ſuper ſplen inunctum; vel melius, malum terræ dimittatur putreſcere contritum in ipſa dialthæa; poſtmodum exprimatur, & colatura calefacta, ſplen inungatur, vel ſi neceſſitas fuerit de ſucco ipſius miſto cum dialthæa fiat inunctio, & ſplen vehementer, & bene cum manibus malaxetur ante prandium, & non poſt, multiplici de cauſa, quia ſi poſt prandium fieret, poſſet ſequi triplex nocumentum, ſcilicet quia propter frictionem cibaria ſumpta ante tempus decoctionis poſſent impediri, vel ſplen commotum per ſuperiorem ramuſculum melancholiam in nimia quantitate tranſmitteret ad ſtomachum, vnde indigeſtio poſſet generari, denique ex cibarijs multa fit ebullitio, & facta tunc ſplenis confricatione poſſet calor augeri, & diſtemperantia, vnde indigeſtio, calor, & ebullitio. Recipe vici. calidũ eſt, & humidum, calefacit, & humectat, & ob hoc in iſto vnguento ponitur, viſcus, & biſmalua idem eſt, recens debet apponi, confice, vt habetur in antidota. per duos an. ſerua.

VNguentum citrinum. Citrinum dicitur, quia in pomo citrino decoquitur, pulchram reddit faciem, lentigines de facie tollit; nigredinem à ſole inductam deſtruit: & puſtulas in quacumque parte corporis ortas ſalſi phlegmatis mirabiliter deſtruit, & aufert; cicatricem in corpore ſubtiliat; leproſi faciem, ſi ex eo vngatur multum, emundat; rubori oculorum, pruritui, & pallori, & eryſipelati valet, medietas eſt lib. ij.

Recipe bora. drachm. i. camphoræ, drachm. i. coralli alb. vnc. s. amenti dulcis vnc. i. vmb. marini, traga. albi, amyli, chryſtalli, antali, dentali, olibani albi, nitri ana drachm. iij. marmoris alb. drachm. ij. gerſæ ſerpentariæ vnc. i. ceruſſæ communis vnc. i. hoc modo fit. Tere tragac. & vmbilicos marinos, & in mortario marmareo cum piſtello ferreo in ſimul, cætera ſigillatim in eodem mortario terantur, & cum panno ſubtili albo cribrentur, & cum axungia porcina nouella albiſſima lib. i. & s. ſepi pecorini, vel caprini, vnc. i. & s. axungiæ gallinaceæ, vnc. i. confice ſic, caldarium plenum aqua ſuper ignem bulliat, & cacabus cum axungijs in caldario pendeat in ipſa aqua, & de ipſo calore aquæ liquefiant axungiæ, & liquefactæ per ſubtilem pannum, & album colentur in catinum, & mox totus puluis apponatur præter camphoram, & boracem cum ſpathula ſemper agitando, vt omnium bona fiat incorporatio, hoc facto in vno citro cauato, vel duobus mittatur, & ponatur cum ſpathula, ſemper agitando, bulliant, & cum incipit bullire, iterum in caldario ponatur, & cum ſpathula ſemper agitando puluis camphoræ, & bora, donec incipiat frigere, agitetur ſemper, & cum infrigidatum fuerit recondatur. Et nota, quod in lib. i. pulueris debent poni viij. lib. axungiæ.

Summa medicinarũ eſt tri. 21.

Vnguentum citrinum dicitur, quia in citro coquitur, cuius vſus talis eſt, ſi facies, vel manus, vel aliquod membrum ex aliqua cauſa exaſperetur, valet hoc vnguentum, quia mitigat arefactionem, & anguſtiam, quam recipit abſtergit, & depurat membra ex alijs, quæ recipit; dealbat etiam faciem, inunge faciem, vel aliquod membrum fortiter de hoc vnguento, vt totum combibatur per frictionem, poſtea lauetur cum ſapone, vel aqua cal. & exiccata iterum inungatur in ſero, mane lauetur cum ea, puram, & leuem operatur faciem, diſtemperatum cum clara oui cum aqua cal. inte-

rius in oculo,& extra illinitum aufert ſanguinem,& miro modo mitigat dolorem de cholera, & ſanguine.

Recip.borae.cal. & ſic eſt, virtutem habet abſtergendi, & deponendi, conglutinandi, quod probant aurifabri,namque aurum argento, cum borace conglutinant, & conſolidant, gummi eſt arboris, quæ in orientali plaga reperitur, dum autem colligitur, cum ſęce quadam, & impuritate colligitur; abijcienda eſt tamen impuritas cum ponitur in medicinis. Vel quod nerius eſt, borax eſt fæx olei, & fit in hunc modum apud Saracenos, ſeruatur oleum.xl. an.aut plures, in quo tandiu ſeruato duplex fæx inuenitur, vna inferius, quæ dicitur amurca, alia ſuperius,quæ dicitur borax,& eſt peior; hæc enim ſolidam habet ſubſtantiam, in facellis poſita abluitur,donec impuritas remoueatur, & fiat alba,deinde ad Solem deſiccatur, & ſit albiſſima,eligenda eſt purior, albior, & clarior intus conformis, ſi etiam lauetur, & exiccata in medicinis ponatur melius eſt, diu ſeruatur.

Probatum experimentum contra difficilem partum, teratur borax, & diſtemperata cum vino detur, vel ſuper omnia ſuperpoſita in hoc caſu valet.

Amentum. Amentum dulce. frigidum eſt, & ſiccum ſecundum alios calidum, & ſiccum,abſtergit,& dealbat,de vino cocto efficitur: decoquitur enim vinum, & in amentum tranſmutatur, lapis eſt albiſſimus: dicitur autem dulce ad differentiam amenti, quod fit de creta nimis vitioſa. Elige leuius, & albius, diu ſeruatur.

Vmbilici. Vmbilici marini.fri.ſunt, & ſicci,abſtergunt ex aſperitate ſua, & dealbant, lapilli ſunt vmbilico conformes in littore maris inueniuntur, elige albiores.

Cryſtal. Cryſtallus fri. & ſic. eiuſdem virtutis eſt cum prædictis per congelationem fit ex glacie, quanto albior tanto melior, per plures annos ſeruatur, ad lac recuperandum ex caliditate amiſſum,puluis cryſtalli detur in potu;contra colicam valet ſimiliter. Sed caue ne ventris adſit conſtipatio, vel iliaca.

Antali. Antali, & dentali fr. & ſic.ſimilem vim habent cum prædictis, in nullo differunt, lapides ſunt ſatis conformes, niſi quod antali dum franguntur, quaſdam habent venulas in longum protenſas, & non habent adeo ſolidam ſubſtantiam, ſicut dentali. Dentali vero denti aſſimilantur in ſoliditate, albiores eligimus.

Marmor. Marmor frigidum, & ſiccum non diſcrepat a prædictis,nec propter aliud apponitur.

Gerſa. Gerſæ ſerpentariæ,& ceruſſa,nota,ceruſſa alia frigida, & ſicca,vt ea, quæ fit ex plumbo, & aceto, ſcilicet communis. Alia,quæ eſt calida, & ſicca,vt ea, quæ fit de ſerpentaria, ponitur ad mundificandum; hoc enim operatur præ cæteris, quæ ibi recipiuntur. Confice ſic, radices ſerpentariæ in vere collectæ optime mundentur, Soli exponantur, & ſiccentur: fiat inde puluis, cribretur per pannum, & cum aqua pluuiali, vel melius cum roſata conficiatur, in aliquo vaſe Soli exponatur, frequenter aqua abijciatur, & alia renouetur,ita fiat nouem diebus, vel viginti diebus, vel plus, poſt modum abiecta aqua deſiccetur, & in medicinis ponatur. Mulieres Saletnitanæ faciunt gerſam miſtam de ſolo ſucco ſerpentariæ poſito in ſcutella cum aqua ad Solem, & aquam ſæpe renouant, vt ſupra, ſed non tantum valet. Conficitur ſic vnguentum de omnibus. Fiat puluis ſubtilis, & cribretur per pannum in vaſe habente orificium ſtrictum. Ceruſſa veto cribretur per ſe. pulueres conficiantur cum axungia liquefacta, & colata, ſicut in antidotario reperitur. Nota ſi cortices citri in axungijs cum liquefiunt poſueris,melius erit; vim enim mundificatiuam inde contrahunt, in vna lib. pulueris, tres axungiæ colatæ ponimus, quando bene, & competenter volumus conficere. Alij,quatuor vel quinque ponunt, vnguentum confectum citris cauatis ſuper prunas bullire facimus aliquantulum, & vſui reſeruamus. Quoniam vero hoc vnguentum de facili grauem odorem portendit, quidam in maiori quantitate apponunt de camphora, per annum ſeruatur; facile enim corrumpitur propter axungiam.

A *VNguentum aureum valet contra omnes guttas acutas, frigidas; maxime contra lapidem in renibus, & hydropicis, Recipe radicis euiſci, phu,meu. ana lib.ij. vtriuſque ariſtolochiæ, heleny, hyſſopi, pulegij, artemiſiæ, pentaphylli, rutæ, folio.lauri, acori, herbę venti, roriſmarini, matriſyluæ, ſaxifragiæ, cyperi, chamędryos, aſparagi, bruſci, fæniculi, aniſi ana lib.i. apij, treos, teniſtici, granorum Solis, petroſe. ſileris, amomi, cardamomi, anethi, baccarum lauri, iuniperi, lapidis lyncis ana lib.s. baſilicæ, ſem. vrticæ, ſem. citri, ſinapis, euphor.ana vnc.iiij. adipis vrſi. & vulpini, olei laurini: petrolei ana vnc.iij. ſchænanthi, coſti, pirethri, thuris, maſti. myrrhæ ana vnc.ij. muſcelei vnc.i. olei, & ceræ, quod ſufficit. Herbæ colligantur in menſe Maij, & contritæ mittantur in oleo, vel vino albo, in quo ſint viginti diebus, poſtea addatur oleum, quod ſufficit, & bulliant donec herbæ incipiant diminui, & colentur per ſaccum, & ponatur ibidem ceræ lib.xij. bulliant quouſque cera ſit bene commiſta, deinde ſuperponantur pinguedines bene diſſolutæ, & coctæ, & permittantur parum bullire, poſt ſuperfundatur oleum laurinum, & depoſito ab igne ſuperinducantur alia olea, tertio pulueres coſti, pyrethri, ſchænanthi etiam, quarto olibani, quinto myrrhæ, & hoc per interuallum fiat, poſtea cera, & depoſito ab igne ponatur euphorbium, vltimo vero ponatur petroleum.*

Summa medicinarũ eſt 191.32.

Vnguentum aureum propter excellentiam dicitur, valet habentibus calculos in renibus facta inunctione ad Solem vel ignem; relaxat enim ſubſtantiam lapidis, & meatus aperit, vnde lapis facilius emittitur; & vt quidam dicunt, contra omnes ægritudines de frigida cauſa valet ſpecialiter. Conficitur ſic, omnes herbæ colliguntur tempore Maij, quæ ſi non poſſunt ſimul haberi vicißim per vices contritæ ponuntur in oleo, vel vino, ſecundum quoſdam ſic fiat, donec omnes habeantur, poſtea bulliant in oleo, donec fundum petant, poſtea colentur per ſacculum, & in colatura cera appoſita fiat tantum ebullitio, donec cera, & oleum vnum fiant, deinde pinguedines ſolutæ, & colatæ ſuper addantur, poſtmodum olea, & pulueres per ordinem, ſicut in antidotario reperies, & facto competenti interuallo, euphorbium tamen, & petroleum ad vltimum ſtagnato ab igne depoſito, debent poni. per iiij.an. ſer.

VNguentum album ad ſalſum phlegma, & totum confectum eſt lib.i. Recipe ceruſſæ, vnc.i. lithargyrij vnc.i.olibani drachmas tres, maſtiches drachmas duas, vnaquæque ſpecies per ſe teratur hoc modo, puluis ceruſſæ cum pauco oleo diſtemperetur, & poſtea addatur lithargyrium, deinde maſtix, & olibanum, cum piſtello bene ſemper agitando paulatim aqua roſata ponatur, & cum cæperit inſpiſſari, addatur oleum, & aqua roſa. & tandiu ducatur, donec ſit bene incorporatum, & recondatur, & non ſit ſpiſſum multum, neque tenue.

ADDITIO.

Iſtud vnguentum album ad ſalſum phlegma interdum habetur in vſu, quia inungendo membra ſcabie ex ſalſo phlegmate infecta maxime poſt balneum curat. Summa medi.eſt ſex res.

VNguentum fuſcum, id eſt nigrum valet ad omne vulnus, Nam ſuper vulnus poſitum attrahit, & attrahendo mundificat, deinde ſanat, medietas eſt lib.iij. Recipe olei, lib.i. & s. ceræ vnc.iiij. colophoniæ vn.ij. gum.ſagap. picis nauallis colatæ ana vnc.iij. maſti.

masti. chalbani, terebin. ananunciam unam, confice sic, oleum in olla super ignem mittatur, & bulliat, tunc ponatur cera, deinde colophonia, qua liquefacta ponatur pix naualis, postea gummi, sagapeni, & terebinthinæ, ita tamen, ut omnia terantur prius præter picem naualem, terebinthinam, puluerem masti. & olibani, & cum spathula agitando semper, donec omnia liquefiant, & bene coctum sit, deinde cum infrigidatum fuerit, usui reseruetur.

ADDITIO.

Vnguentum fuscum, id est nigrum confert omnibus vulneribus, nam generat carnem laudabilem, & mundat saniem, & puttefactionem, inungendo circa labia vulneris. Summa medi. est res. viij.

VNguentum populeon dicitur, quia fit de oculis populi, ualet contra colorem acutæ febris, & bis, qui dormire nequeunt, inunctis temporibus, & pulsibus, & plantis manuum, & pedum, hoc idem cum oleo ros. uel uiol. & mistis super hepar inunctum mirabiliter calorem tollit, & sudorem prouocat inunctum super umbilicum, medietas est lib. ij. Recip. oculorum populi lib. i. & s. papaueris nigri, foliorum mandragoræ, cymarum rubi tenerrimarum, foliorum hyoscyami, solatri, uermicularis, lactucæ, semperuiuæ, bardanæ, uiolæ, scatuncelli, id est umbilici ueneris ana unc. ij. axungiæ nouellæ porcinæ sine sale lib. ij. oculi populi per se bene pistentur, & iterum cum axungia pistentur, & magdaleones informentur, per duos dies dimittantur, tertio uero die omnes herbæ supradictæ colligantur, & per se bene terantur, & cum magdaleonibus iterum terantur, & misceantur, & formatis magdaleonibus per nouem dies reseruentur, postea uero magdaleones illi frustatim in caldario cum lib. i. odoriferi, et optimi uini ponantur, et bulliant usque ad consumptionem uini cum spathula semper agicando, et postea per saccum expressum bene cola, et colatum dimittatur infrigidari, et in uase reconde.

Summa medicinarum est res. ij.

Vnguentum populeon ab oculis populi dicitur, valet contra dolorem acutæ febris cum aceto, vel acresta ad maiorem vim penetrandi, fiat inunctio circa frontem, & tempora, in volis manuum, & pedum, & venas pulsatiles: optime enim dyscrasiam caloris cordis reprimit: si tamen feb. non vehementer acuta fuerit, patiens autem de natura frigidus fuerit, & in tempore frigido fuerit, at si sudare voluerit non est eo vtendum, quia materiam digestioni inhabiliorem redderet, & naturæ beneficium sudore præparato posset impediri.

Ad Somnum faciendum modo fronte, & temporibus inunctis, sed citius operatur, & fortius, si parum opij thebaici distemperati cum aceto misceatur, vtilis est; hic enim confortat cum oleo ros. vel viola. mistum, calorem hepatis tollit super inunctum, calefactum tamen prius in testa oui, ad idem si hyems fuerit.

Contra auctorem. Dauuitū.

Quod autem dicitur in commendationem huius vnguenti, quòd super vmbilicum inunctum prouocat sudorem, falsum est, hoc tamen nota non tantum vnguenta varia in effectu, sed etiam in colore debet medicus variare, vt vnum, & idem in colore variatum multiplex videatur; poterit itaque color populeon variari, sicut per appositionem puluris rosa. vel sandalorum alborum, & huiusmodi, sed quia populeon aliquantulum grauiter olet, potest palliari cum puluere camphoræ. Recip. oculorum populi, frigidi sunt, & humidi, generantur in principio veris, quædam E sunt tuberositates in illa arbore, quasi gemmæ turgentes, quæ generantur ex humore arboris nutriente ad superficiem ipsius transductæ. Eligendi sunt modici, quoniam aliquantulum habent aromaticitatis; crassi vero fœtorem operantur, recentes ponendi sunt in medicinis.

Vermicularis frig. & humi. idem operatur, quod oculi crassi, & tuberosi non tantum operantur; nec tantum olet, & super domos nasci consueuit, dicitur vermicularis, quia habet folia ad modum vermis, recens apponitur, sicca non valet. Vermis.

Vmbilici Veneris, idem operatur cum prædictis, alio nomine dicitur scaruncelli, & viride hic ponitur, habet enim hypnoticam virtutem, herba est, quæ in humidis reperitur locis. Summitates rubi, frigidi sunt, aliquantulum attinent siccitati, virtutem habent infrigidandi, propter eandem causam ponuntur hic, & eandem habent virtutem. Rubus est F frutex, qui fert moras, elige teneriores, & albiores, virides ponuntur, confice populeon, vt in antidota. dicitur. Nota, quòd ponitur ibi vinum, tamen appone acetum pro vino, per tres ann. serua. vel durat.

VNguentum ad mollificandum splenem. Recip. fœnigraci, seminis lini, caricarum, tamarisci, farinæ hordei, aceti, olei, & ceræ albæ, omnia ista tribus diebus stent ad mollificandum, postea coquantur usque ad consumptionem aceti, & postea colentur, & reseruentur, & ex eis fiat vnguentum.

Illud vnguentum non habetur in vsu, nec præparatur, poterit tamen quis eo vti magistraliter si voluerit. Summa medic. est res. vij.

G

ADDITIO.

VNguentum laxatiuum dicitur quia ventrem laxat, cum autem volueris inungere, post vnctionem abstineat sex horis, valet etiam constipatis, & lapidosis, nephriticis super pectinem, & ventrem inunctum, medietas est lib. tres. Recip. succi cucurbitæ agrestis, succi interioris scillæ, succi cyclaminis, succi radic. anabulæ, succi radic. ebuli, succi mediani corticis sambuci, lactis tithymalli, chamæmeli ana vncias duas, viol. succi radi. cucum. agrestis, & suc. pomi eiusdem, & succi mercurialis, & succi radicis polypodij, succi herbæ laureolæ, suc. capil. veneris, catapustiæ, fellis tauri, aloes hepatici ana vnc. tres, diagridij ana unc. i. s. nucis uomicæ, id est castaneolæ vn. vnam, euphor. unc. i. omnes supradictæ herbæ, & radices in Mense Maij colligantur. Conficitur sic. succos, & catapucias tritas cum ij. libr. olei, sex diebus immisce. vij. vero die tamdiu coque, donec succorum quantitas consumatur, tunc adde ceræ albæ, lib. vnam cum felle taurino, & cum spathula agitando, donec cera, & fel liquefiant, & postea addatur puluis terendorum. H

ADDITIO.

Vnguentum laxatiuum, dictum laxatiuum eo, quòd inungendo ventrem, & ilia cum eo calido, laxat iumme ventrem, humores phlegmaticos educendo, vnde confert hydropisi, & colicæ, frigidis, & calculosis. Tamen sciendum est, quod pharmacare emplastris, vel vnguentis attractiuis est verendum, quam diu per interius exhibita morbus quiescere poterit, aut vbi est euidens phlethoria, quæ etiam corporibus calefactis nunquam applicentur, & nisi membra interiora, & exteriora sint fortia. Summa medicinarum est res xxiij. Documentum ad vnguentorum exhibitionē.

Vn-

VNguentum contra ſerpiginem, & impetiginem, atque elephantium. Recip. ſulphuris, aloes, lithargyrij, arſenici, argenti viui, tartari, maſticis, olibani, cymini, piculæ, axungiæ veteris, quæ ſunt terenda, tere, & tempera cum accto, & oleo, & ſuc. lapaceoli, & ſucco fumiterræ, quod ſufficit, & poſtea inungatur ad Solem, vel ad ignem.

ADDITIO.

Iſtud vnguentum poſt purgationem confert ſerpiginoſis, & elephantioſis, corpus inungendo poſt balneum aquæ dulcis. Summa medi.eſt res.xv.

HIera logodion memphitum, hiera, id eſt ſacra, logos id eſt ſermo, memphitum, id eſt impeditio. curat enim impeditam locutionem ex quacumque cauſa, ſimplex vel laxatiuum datum purgat melancholiam, & phlegma mirabiliter, cum calida datur epilepticis, cum calida, ſale, & mulſa, curat ſtomachicos, & ſpumantes caducos, vertiginoſos, & qui linguam ſibi mordent, cephalalgicis, hemicranicis, & qui ita vexantur ex capitis commotionibus, vt videantur quaſi dæmonium habere; ſingulis menſibus, vt diximus, data purgatione paralyticis, tremuloſis, medetur, pleureticis, hepaticis, ſpleneticis, ſubuenit, & menſtrua educit, nephriticos, & iſchiaticos, & arthreticos alleuiat, lepras, & hernias, & varias maculas emendat. x. pars. eſt lib. i. Recip. colocynthidis interioris, polypodij ana drachm. ij. euphorbij, polij, cocognidij ana drachm. i. & s. & grana. vi. abſynthij, myrrhæ ana drach. i. & gran. xij. centaureæ, agar. ammoniaci, thymiamatis, folij, ſpicæ, ſcillæ, diagridij ana drach. i. aloes, comarum thymi, caſiæ, chamædryos, bdellij, praſii ana ſcrup. i. & gra. xiij. cinnamo. opopan. caſtor. ariſtol. long. pipe. al. & ni. & longi, croci, ſagapeni, petroſe. ana drachm. s. ellebori al. & ni. ana gra. vi. mel, quod ſufficit, & datur mane, & ſero cum calida in modum caſtaneæ.

Summa medici. eſt tri. ij.

Hiera logodion memphitum, hiera ſacra, logos ſermo, memphitum ſoluens: ſoluit enim paralyſim linguæ, vel memphitum ab auctore. Contra omnes paſſiones capitis epilepticis: ſi tamen fiant de calida cauſa, vel humore, non detur; ſi de phlegmate, vel melancholia naturali, detur cum vino decoctionis ſenæ, vel filipendulæ, polypodij, vel ſchœnanthi. Scotomiam, vel caducas vertigines, epilepticis ſpumam emittentibus, & linguam mordentibus, vt epileptici quidam faciunt, in principio actionis, dum contrahuntur nerui mandibularum, & lingua, eodem modo detur, illis capitis vexationibus eodem modo datur, ſimiliter, & alijs ſubſcriptis, qui imaginantur, quod dæmonium videre videantur, non variatur modus dandi.

Paralyticis tremulentibus. Nota paralytici quidam tremunt, quidam non. Qui tremunt facilius curantur quam qui non tremunt; ſignificatur enim meatus ſpirituum nondum ex toto eſſe oppilatos, detur eis cum decoctione caſtorei, vel ſaluiæ; fiat etiam fricatio palati exprædicta medicina cuneo dentibus interpoſito.

Menſtrua educit, ſpecialis hæc medicina eſt in hoc caſu reſoluta cum oleo muſcellino, vel cum ſucco arthemiſiæ, & ſuppoſita.

Arthreticis, podagricis, accipe herbam iuam, & pulueriza, & ex ea, & hieralogodion fiant pilulæ cum vino decoctionis eiuſdem herbæ, quæ ſi non habeatur, fiant pilulæ cum puluere thuris, vel turbith, & ſale gemmæ, addito cinnamomo, hieralogodion. Contra venenum ſi non habeatur theriaca cum vino, ariſtolochia rotun. & dictamo, contra lepram, maxime in principio ad conſeruationem, quia corruptos humores euacuat.

Zerimam, id eſt maculam in cute, exterius accipiatur, & interius, & etiam ſuper locum fricetur, conficitur, vt habetur in antidotario. per ann. ij. ſerua. In libro præcipitur. iij. drachm. antiqui enim in minori quantitate ponebant quàm nos modo.

HIera Rufini, hiera, vt diximus, Rufini ab auctore dicitur, datur proprie ſcabioſis phlegmate ſalſo, elephantioſis, ſerpiginoſis: curat vtramque morpheam cum tepida; deſtruit antiquam cephalicam, & hemicraneam, & monopogiam; dolorem capitis, vel ſtomachi, epilepticis, catalepticis, & eos qui ex fumo ſtomachi extenebreſcunt itaut ſubitaneum timorem videant, vel ventoſitate ſtomachi tinnitum aurium patiantur, in furias vertuntur; deponitur cacochymia ſtomachi, hepatis, & ſplenis, elephantiacis, & podagricis confert auxilium, & menſtrua educit; ſed ſi purgationem inde facere volueris cum ſcrup. i. ſcammoneæ fiant lib. ij. Recip. aloes, vnc. i. ellebori al. & ni. ana vnc. s. diagridij, colocyn. interioris ana drachm. iiij. nitri, euphorbij, polypo. ſalis ammoniaci ana drach. ij. & gra. xv. piperis, chamædryos, croci, agarici, maſticis, epithymi ana drachm. i. & caſiæ lignea, xylobalſami, opopanacis, git ana drachm. ij. myrrhæ, grana. xv. mel, quod ſufficit, datur in ſero cum calida in modum caſtaneæ.

Summa medicinarū eſt tri. ij.

Hiera Rufini valet contra plures paſſiones, vt legitur in eius commentatione indifferenter data ſcilicet cum aqua calida, & ſero, vel media nocte cum decoctione ſenæ, ſi melancholia eſt in cauſa, ſi fiat ex cholera, vel feruenti ſanguine non detur, quia magis noceret quàm prodeſſet. Contra tinnitum aurium cum aqua decoctionis fœniculi, ſeminis cymini, aniſi.

Vitio ſplenis cum decoctione radicis tamariſci, vel herbarum diureticarum. Elephantioſis cum decoctione polypodij, vel ſenationum. Impetiginoſis, loco patienti ſuperfricetur. Ad menſtrua prouocanda ſupponitur cum oleo muſcellino, vel ſucco arthemiſiæ. Nota contra ſcabiem ſpecialis hæc eſt medicina. Item nota, aluum multa moleſtia laxat propter vtrumque elleborum, quod recipit, vnde ea raro vtimur, non detur cholerico, nec in tempore nimis calido, ne excoriationem inferat: nec valde frigidum ſtomachum habenti, ne in inteſtinis cohæreat, & praua generet ſymptomata, per duos annos ſeruatur; quidam dicunt, quod per tres annos ſeruatur.

HIera picra Galeni hiera, id eſt ſacra, picra, id eſt amara, quæ facit ad diuerſas capitis paſſiones, ſiue ægritudines aurium, oculorum diſtemperantiam, ſtomachum quoque optime purgat, cauſas hepatis emendat, ſplenis duritiem, & denſitatem remouet, & extenuat: renibus, & veſicæ proficit, & matricis diſtemperantiam emendat, decima pars eſt lib. i. Recip. cinnamomi, ſpicæ, croci, ſchœnanthi, aſari, xylocaſiæ, xylobalſami, carpobalſami, violæ, abſynthij, epithymi, agarici, roſarum, turbith, colocynthidis, maſticis ana ſcrup. ij. aloes, ad pondus omnium ſpecierum, mel, quod ſufficit, doſis eius eſt drachmæ tres, cum abſtinentia mane cum calida. Si vero pilulas informes, da. xv. vel xvij. cum ſufficienti diagridio.

ADDI-

ADDITIO.

Hiera autem id est sacra picra, id est amara, inde hiera picra, id est sacra amara. Vocatur autem hiera picra magna ad differentiam alterius, quæ dicitur simplex, dicitur magna quia in ea pura, & fortiora simplicia ingrediuntur, & vtraque conficitur hoc tempore. Nam primo ex speciebus hieræ magnæ fit confectio cum melle, quæ appellatur hiera picra proclysteribus. Item etiam de prædictis speciebus cum melle rosato conficiuntur pilulæ, quæ dicuntur pilulæ de hiera magna, seu de hiera composita. De speciebus autem hieræ simplicis fit hiera picra simplex cum melle, quod sufficit, & hæc conditur. Item de prædictis speciebus fiunt cum melle rosato pilulæ, quæ dicuntur de hiera simplici Galen. Summa medici. est res. xviij.

Hiera picra Constantini, dicta est ab auctore Constantino, qui eam composuit, valet ad visum recuperandum, & retinendum, tota venit lib.i.& s. Recip. myrobalanorum, chebul. ind. citri. viol. absynthij ana drachm. iiij. belliric. emblic. casiæ, epithymi, agarici, sennæ, cuscutæ, schœnanthi, rhabarba. ana drach.ij. xylocasiæ, spicæ, anisi, masticis, xyloaloes, sal gemmæ, nitri, ana drach.i. mel, quod sufficit, detur in sero cum vino calido.

Summa medicinarum est res. xx.

Hiera picra Constantini datur contra defectum visus; deficit enim ex defectu spirituum, & propter caliditatem dissoluentem, aut propter fluxum, & tunc non valet, quia ex indigestione deficit nutrimentum, vnde fit spirituum deperditio, vnde si deficiat ex defectu spirituum propter defectum nutrimenti deficientium ex indigestione, tunc fiat spirituum reparatio, & detur cum decoctione nucis muscatæ, & garyophyllorum, & macis, si ex fumositate phlegmatis, vel melancholiæ spiritum visibilem perturbante, valet cum aqua decoctionis sennæ, vel agarici, vel polypodij, si etiam fiat ex oppilatione nerui optici confert cum apozemate humorem superabundantem, vnde fit oppilatio, respiciente. Nota data in pilulis ex puluere specierum, quas hiera recipit addito aloe cum succo absynthij, vel fœniculi confectis, valet contra causas capitis, si deficiat visus ex senio valet data, vt dictum est, & præcipue cum myrobalanis conditis; si deficiat ex panno, macula, catarrhacta nil valet.

Contra hemicraneam, cephaleam, paralysim ex humore frigido detur in pyluis, in oppilatione splenis, & hepatis, cum vino decoctionis apij, petroselini, fœniculi, contra colicam, & iliacam injiciatur per clysterem, confert cum melle, per duos annos seruatur, dosis est drachmæ viij. vel vncia.i. ad plus.

Hiera picra Abbatis de curia, phlegma, & melancholiam purgat, & ad guttam, quæ fit de frigido, & sicco humore, vnde membra videntur contracta, valet paralyticis, datur cum tepida, vel vino, medietas est libra vna.

Recip. agarici, colocynthidis, turbith, epithymi, cuscutæ ana drachmas duas, & grana.v. schœnanthi, carpobalsa. xyloaloes, xylocasiæ, croci, asari, cinnamo. masticis, rosæ, viola. absinthij, rheuponti. folij, lapidis lazuli. ana drachmas duas, diagridij, drachmam vnam, & s. aloes hepat. drachm. iiij. & s. mel, quod sufficit. Si vero pilulas inde facere volueris, tempera cum succo absynthij, da ix. vel xi.

ADDITIO.

Hiera picra abbatis dicitur, quia Abbas de curia ipsam composuit, respicit proprie membra iuncturalia; non habetur in vsu. Summa medicina. est res. xxij.

Hiera fortissima Gale. facit cephalalgicis, scotomaticis, epilepticis, melancholicis, apoplecticis, paralyticis, maniacis, alopeciacis, lethargicis, & qui in somno meditantur mortem, ad aurium auditus, & oculorum passiones, fauces, & arterias facit, dolorem dentium sedat, vocem claram facit, asthmaticos, orthopnoicos, & longinquas ægritudines sanat, pleureticis, hydropicis, ictericis, hepaticis, & spleneticis, prodest, arthretici cum, colicum, cæliacum, dysentericum medetur, nephriticos, & ischiaticos releuat, phlegmaticum, quartanarios, & hemitritæos, adiuuat; febres omnes auertit, elephantiosos purgat; venenis obsistit; & cancrosis proficit; vitia enim mulieris emendat. Recip. colocynthidis, scillæ, agaric. ammoniaci, elleborinig. silphy, hyperici an. vnc.vi. epithymi, bdellij, chamædryos, braßicæ succi, casiæ, ana vnc.iiij. smyrnis, sagape. aristolo. long. piperis albi, & longi. cinnamo. opopan. casto. ana vncias tres, & petroselini, absynthij, piperis ni. ana vnc.ij. aloes unc.i. & s. mel, quod sufficit, dentur ex ea drachmæ ij. vel iij. mane cum calida.

Hiera picra valet prædicto modo, minus tamen visum confortat, sed plus purgat, & fit efficacior, si dupletur aloe, conficitur, vt prædicta, & tantum seruatur. Facit ad diuersas passiones capitis ex frigiditate, detur in sero cum vino. Distemperantijs oculorum, vtpote obscuritati valet, data cum vino decoctioni myrobalanorum conditorum.

Ad dolorem aurium, vt contra putredinem resoluatur cum oleo muscellino, vel cum myrrha, vel tepida infundantur, & tepide injiciatur. Stomachum optime curat aucta cum scrup. vj. optimi aloes.

Spleneticis duritiem, & diuersitatem mollit cū aqua diuretica sepius iam dicta renum, & vesicæ cum decoctione granorum solis, & saxifragiæ. Matricis distemperantiam ex frigiditate emendat cum oleo muscellino vel succo arthemisiæ sumpta, per annum seruatur. Dosis est vncia vna.

Zingiber conditum sic fit. Recip. eryngiorum, quæ habent folia ad modum cretani maris, quod Saraceni secacul vocant, bene radantur cum cultello, postea coquantur in aqua, donec dimittant se stringi manibus; postea abstrahantur ab aqua, & a lignis, quæ sunt interius, mundentur, & cum cultello frustatim incidantur, & in mortario marmoreo bene pistentur, & cum manibus exprimantur, vt aqua inde exeat, ponderentur lib.iij. & ponantur in lib.x. mellis despumati, & albissimi, & coquantur donec incipiant rubere, & addatur lib.s. zingibe. frustatim incisi, & dimitte bullire, quod adhæreat digito in marmore suppositio, postea tolle ab igne, & impone puluerem istarum specierum.

Recip. zingiber. vnc.iij. gal. garyophyllor. cinnamo. nu. muscatæ, cardamomi ana vnc.s. pinearum mundatarum, vnc.iij. & pistacearum, vnc.iiij. zedoariæ, drachm. i. & s. dactylorum vnc.iiij. & cum omnibus istis condiatur, stomachum confortat, & digestiuam virtutem adiuuat, vitio pectoris ex frigiditate valet, renes confortat, libidinem incitat.

ADDITIO.

Istud electarium supra descriptum est, cum suo commento, in litera.d. vide illic, si vis, quia hic nihil de eo dicitur.

ET

ET quia ſufficienter de diſpenſatione omnium confectionum, emplaſtrorum, atque vnguentorum diximus, nunc videndum eſt de ſpeciebus, & herbis ſecũdum proprium pondus, & menſuras quo ad ſupradictarum, tam opiatarum, quam laxatiuarum medicinarum, & electariorum receptionem. Pondera igitur, vel menſuræ, quæ in arte medicinali reperiuntur hæc ſunt, quæ ſubtili ingenio, ac ſtudio ſolerti, ſumma ordinauimus diligentia ad opus omnium in arte medicinali ſtudere volentium, per quod ponderari poſſunt omnes ſupradictæ res ab vno ſcrupulo vſque ad lib.xij. vnciarum per grana frumenti collecta, incipiendum eſt igitur a ſcrupulo. Scrupulus eſt pondus granorum viginti, Duo ſcrupuli ſunt grana quadraginta, Tres ſcrupuli ſunt grana ſexaginta, qui ſimul collecti faciunt drach.i. Exagium habet grana.xc. que faciunt drach.i. & dimidiam, ſed ex totidem granis conſtat ſolidum, vnde exagia ſex, vel ſolidi ſex faciunt drach.i. Item ix.drachm. faciunt vnc.i. Centum, & octo drachm. faciunt lib.i. Quarta pars lib.i. eſt mille.lxxx.grana. Item medicina ſextarium vini, uel olei, ſeu aceti, quod intrat in vnguentis, ſeu medicinis, eſt pondus librarum duarum, & dimidiæ ad receptionem omnium medicinarum ſupradictarum ſufficit. Pondera igitur ſingularum ſpecierum pleniter aggregando pondus proprium de omnibus ponderibus vniuſcuiuſque ſpeciei collectum ordinauimus. Et quantum de qualibet ſpecie ad confectionem opiatarum, & laxatiuarum medicinarum, electariorum, & emplaſtrorum, trochiſcorum, & pilularum ſufficiat, competenti ſerie demoſtrauimus. Et vt ſcholares medicinarum pondere releuentur, & in qualibet terra coram digniſſimis perſonis pondera diſtinguendo, & medicinas valeant diſpenſare, cum diſpenſandi habeant Copiam, de numorum, & amicorum plenitudine glorientur.

Quid lib. medicinale.
Quid ſit ſcrup.
Quid ſit drachm.
Quid exagium.
Quid ſolidum.
Quid vncia.
Quid lib.
Quid ſextarium.

Antidotarium Nicolai cum expoſitionibus, & glo. Magiſtri Platearij finit.

Gloſſas autem iſtas non eſſe Platearij, ſed cuiuſdam Germani, ſupra ex expoſitione ſuper Eſdræ Confectionem, & Emplaſtrum oxycroceum, aperte addiſcere licet: & ex eo etiam, quia perſæpe Platearius ipſe allegatur. Quare, &c.

EXPO-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0919-7
DFG

EXPOSITIO IOANNIS DE SANCTO AMANDO, TORNACEN. ECCLESIÆ CANONICI, SVPRA ANTIDOTARIVM NICOLAI.

OPeratio medicinæ ſecundum Ioannitium conſiſtit in tribus. In exhibitione ſex rerum non naturalium, potione, & chirurgia. Iſta propoſitio ſcripta eſt à Ioãnitio in fine ſui libri, & illa cõfirmatur ab Auic. lib. i. Operatio medicinæ eſt trium, naturę, tanquã agentis principalis, medici, tãquam miniſtri, quia ſecundum Gal. in techni, natura omniũ eſt operatrix, medicus vero miniſter, & medicina tanquam inſtrumentũ operatur. Iſta aũt operatio ad corpus humanum refertur ſolum, vnde Auic. Medicina eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiones, &c. Iſta aũt medicina eſt propter corpus humanum, propter reparationem duplicis incommodi, cui ſubijcitur; eſt enim ſubiectum tranſmutationis, & alterationis naturaliter, & etiã repletionis accidentaliter ſuperfluitatũ, tranſmutationis, quia ſecundũ Gal. in techni, corpus humanũ eſt tranſmutabile, & alterabile. Iſta aũt alteratio, & tranſmutatio ineſt ei duplici de cauſa. ſ. ex parte ſuorũ cõponentium, & ex parte compoſitionis, ſiue modi cõponendi. Ex parte cõponentiũ, dupliciter. ſ. primorũ, vt ſunt elementa, q̃ propter cõtrarietatẽ ſunt tranſmutabilia, & reddũt trãſmutabile corpus ex eis cõpoſitũ. Et ſecundorũ, vt ſunt ſanguis menſtruus, & ſpermata ſecundũ Auic. lib. i. & ſecundũ Gale. lib. de elementis, vnde ſi corpus humanũ eſſet cõpoſitum ex vno elemento nõ doleret, & ideo quia cõpoſitum eſt ex quatuor elementis contrarijs ineſt ei dolor, tranſmutatio, & corruptio, & per cõſequens quantũ ad ſecundũ eſt corruptibile, & quia iſta ſpermata ſunt liquida fluida, & paſſibilia, & per cõſequens corpora ex eis cõpoſita, ſunt trãſmutabilia. Ex parte modi cõponendi ſunt trãſmutabilia, & corruptibilia, qa corpus humidũ eſt, raræ ſubſtãtiæ, & paſſibilis, vnde Gal. ſecundo de cõplexionib. & Auic. li. i. Nos ſumus creati in fine calidita. & humiditatis, nec ad tantã coagulationẽ potuerũt corpora noſtra deuenire, vt ſunt lapides, & metalli. Similiter incõmodo ſubiacet corpus humanũ, vt eſt ſũpfluæ repletioni accidentali. Iſtius aũt duplex eſt cã. Vna eſt ciborũ in medicina, qa ſecundũ Iſaac in de febribus, nõ eſt aliqs cibus, quin habeat multas ſuperfluitates, & ſup iſta ſuperflua natura agit, modo tñ indebito. Secũda eſt diætę inordinatio, quia ſecũdum Gal. in vj. apho. filij huius mũdi, ſunt filij gulæ; homo. n. ex appetitu gulæ inordinate viuit. Diæta aũt, q̃ eſt eibi, & potus exhibitio, reſpõdet primo incõmodo, quantũ ad reſtaurationẽ deperditi ſecundũ Gal. i. apho. ventres vere, & hyeme, & c. niſi. n. eſſet corporis deperditio, non indigeremus cibo, & potu, & quantum ad alterationem, reſpondet aer, & aliqua alia. Et quantum ad ſecundum incommodum, reſpondet potio, chirurgia, & euacuatio.

Operatio ergo medicinæ cum ſit ad reparanda incõmoda accidentia corpori humano ex indebita exhibitio ne ſex rerum non naturalium.

Potio autem, & chirurgia differunt, quia per potionẽ euacuatur res, quæ facile expellitur, & per chirurgiam, quæ de difficili expellitur. Potio hic ſumitur large, ita quod ipſa ſe extendit ad omne illud, quod aſſumitur, tàm intra, quam extra. Intra, vt ſyrupus, electaria, medicinæ, & opiata. Extra, ſicut emplaſtrum, balneum, & alia.

Balneum duplex. Vnde ſciendum eſt, quod balneũ eſt duplex. ſ. vniuerſale, & particulare. Particulare, vt cum aliquis ſe balneat vſque ad ventrem tantum, ſicut in dyſenteria, aliquando vſque ad genua, & illud dicitur proprie encathiſma. Vniuerſale vero eſt triplex. ſ. aqueum, aereum, & igneum, aqueum eſt duplex. ſ. calidum, & frigidum. Calidum fit triplici de cauſa. ſ. ad euacuandum, quia ſecundum Aui. & Gal. iij. apho. Balneum euacuat ea, quæ corpori ab exterioribus vicinantur, & ad confortandum, quia ſecundũ Iſaac cap. de amore, ſecundũ eos aliqui animantur cum intrant balneum, & ad impinguandum, quod datur hecticis, & conſumptis poſt comeſtionem per ſex horas, primum facit. ſ. ſua ealiditate, ſecundum ſua ſimilitudine cum calido naturali, tertium ſua apertione, & attractione, quia aperiendo viam, & attrahendo nutrimẽtum ad mẽbra debilia, ea impinguat. Frigidum vero balneum valet ad confortandũ in eis, in quibus eſt calor fortis potens reſiſtere, ne extinguatur, vnde. iiij. apho. Iuuene bene carnoſo, & tetano, balneũ aqueum dicitur ſolidum.

Balneũ vtile triplex.

Balneum aereum eſt cum aliquis ſedet in tina vacua cooperta bene, & à vaſe, in quo ſunt herbæ decoctæ per quoddam canale fumus illius decoctionis ad tinam fertur. Iſtud autem balneum aereum dicitur ſtupha.

Balneum igneum dicitur cum aliquis ſedet ſupra lapides calidos, & iſtud bal. valet hydropicis, cum ipſos deſiccet, & appellatur pyria. Et non tantum balneum ab extra exhibetur, ſed quædam alia, ſicut epithemata, cum ſuccus herbarum apponitur. Et cataplaſmata, cum apponuntur ſucci, & herbæ ſimul coctæ. Et embrochatio, cum ab alto liquor aliquis infunditur. Et emplaſtrum, cum confectio dura ſuper locum ponitur. Et apozema eſt decoctio ex herbis ſuper locum poſita.

Nota. Medicinæ, quæ extra aſſumuntur, diuerſificantur ſecundum quod ipſæ per diuerſa foramina adminiſtrantur, ſicut per os, & per nares, & per oculos, & per ſeceſſum; & per virgam, & per os matricis.

De diæta autem ſecundum, quod ipſa eſt exhibitio cibi, & potus, & ſex rerum non naturalium, determinat Iſaac, non tantum in ſuis dictis, ſed ét in libro de febrib⁹, & Aui. de chirurgia aũt Raſis, Conſtantinus, & Auic.

Sed poſitio, ſiue medicina eſt duplex. ſ ſimplex, & cõpoſita de ſimplicibus determinat Auic. & de compoſitis determinat Aui. Raſis, & etiã Gal. & multi alij. Sed quia alij determinauerũt de medicina cõpoſita multũ cõfuſe, & nõ euidenter, Ideo Nicolaus cuius librũ exponere intendimus de compoſitis medicinis, cauſa facilitatis artis medicinæ, determinauit ſub compendio, abbreuiando, quæ ab alijs prolixe ſunt determinata, & etiam ipſe docet modum diſpenſandi medicinas compoſitas, &c.

Partitio. EGo Nicolaus rogatus a quibuſdam, &c. Iſte liber diuiditur in duas partes. ſ. proœmium, & executionẽ. Secunda incipit ibi. Aurea, & c prima in tres. In quarum prima, dat cauſam operationis. In ſecunda, dat modum ſuæ operationis. In tertia, addẽdo cauſam finalem captat beneuolentiam, ſecunda incipit ibi, tria requiruntur, tertia ibi prædictæ vero doctrinæ. Prima iſtarum diuiditur in tres. In prima dat modum diſpenſationis, in ſecunda modum cõfectionis, in tertia modum cribellationis puluerum, ſecunda ibi. Cõficiendo, tertia ibi puluerum cribellatio. Secunda harum in duas, primo dat modũ confectionis medicinarũ cõpoſitarũ, ſecundo oſtendit quare mel in eis ponitur, ſecũda ibi, tribus nãq; de cauſis, &c.

Mellis bonitas cognoſcitur ex. Nota, quòd bonitas mellis cognoſcit ex ſex. ſ. tpe, vnde mel vernale melius eſt, quam hyemale, ſecundo ex colore, vnde mel rubeum ſimile auro melius eſt alio, tertio ex ſitu eius, quia mel eſt terreum, & ideo cũ mel, quod eſt in profundo ſit magis terreum, quã mel, quod eſt ſuperius, ideo, quod eſt in profundo eſt melius, & econuerſo eſt de oleo, quia oleum cũ ſit aereum, & cũ oleum, quod eſt ſuperius ſit magis aereum, ideo eſt melius q̃ oleũ, quod eſt inferius. Quarto cognoſcitur ex eius ſapore, vnde mel quanto dulcius, tanto melius. Quinto ex eius ſubſtantia, vnde mel quãto magis denſũ, tãto melius. Sexto ex eius origine, vnde mel apũ, melius eſt quam aliud, & eſt melius, quã mel de canna factum. Item nota, quod cribellatio

latio,& puluerizatio idē sunt. Et fit puluis medicinalis A subtilis duabus de causis, vna est, vt ad remota loca possit transire, secunda est, vt cito alteretur. Similiter puluis medicinalis fit crassarum partium duabus de causis, vna est vt diu in stomacho remaneat, & ibidem diu operetur. secunda causa est, ne virtus eius cito euanescat.

Mel cuius sit complexionis quæritur.

Et quia mel est compositiuum medicinarum; ideo primo de melle queramus, cuius complexionis sit, & videtur, quòd temperatæ. G. j. apho. supra illum apho. Qui crescunt &c. Dicit, quòd illud quod ab alio deciditur simile est ei, à quo eleuatur, sicut fumus eleuatus à iuuenibus similis est eis, & fumus eleuatus à senibus similis est eis. Sed mel generatur ex rore cœlesti, & ita ab eo eleuatur, sed ros est temperatæ complexionis, ergo &c.

Item de rore duo generant scilicet manna, & mel, sed manna est temperatæ complexionis, ergo &c. Item dicet forte quis, q̄ apis facit mel sicut artifex, & vestigium cau sæ lucet in suo effectu. cum ergo apis sit terteæ, & siccæ complexionis, mel erit similiter terreæ, & siccæ comple- B xionis; apis n. est terreæ, & siccæ cōplexionis, cum sit carens sanguine, & cū sit animal anulosum habens anulos.

Sed cōtra apis est terreæ, & siccæ cōplexionis. mel itē est calidum, & sic. f̄m Arist. lib. de animalibus, ergo &c.

Solutio. ad hoc ego dico, quòd mel est calidū, & siccum, sed in quo gradu; ego dico, q̄ Isaac in diætis particularib. ipsum ponit calidum, & siccum in secundo gradu. verum est, quod ipsum est magis siccum, quam calidum: apes. n. accipiunt flores, & rorem maxime super salices, & quercus, & hæc duo simul pistant, & ex hoc composito faciunt mel, & ceram, & hoc compositum diuidunt in duas partes, vna pars est magis crassa, & viscosa, & est cera, de qua ipsæ faciūt domum suam, & alia pars est magis subtilis, & est mel quod est nutrimentum apum, quod est simile apibus in complexione. f. calida, & ficca. vnde cum apis separat ab ista massa crassum, & viscosum à subtili, crassum, & viscosum fit cera, de qua facit apis domum suam. de subtili autem quod C est mel, facit nutrimentum suum, vnde mel propter subtilitatem suam fere habet totam naturam aeream illius massæ. Cera. n. est hum. & temperata inter calidum, & frigidum, ideo suum calidum parum resistit frigiditati aeris, ideo ipsa cera cito coagulatur à frigiditate, & à sicco terræ infuso vbique per ipsam, & fortiter annexo humido aqueo eius, pp quam annexionem ipsa cera est viscosa. Sed mel est cal. & sic. liquidum vt sit nutrimentū, quia liquidum est cito passibile, & tale debet esse nutrimentū, & est calidum, & siccum, vt sit nutrimentū apis, quæ est cal. & sic. Et est mel calidum ex tribus, scilicet ex materia ex separatione, & ex artifice. Ex materia, quia massa, in qua sunt pistati flores, & ros est calida. Ex separatione, quia pars aerea, q̄ est magis calida cadit in mel, & magis aquea cadit in ceram. Ex artifice, quia apis est calidæ complexionis. Ex istis tribus eisdem mel est siccum, & est magis siccum, quam calidum.

Ad primum cum dicitur, quod ab aliquo eleuatur est simile illi, &c. Hoc est verum de eo quod ab alio eleuatur sine alteratione, & per solam decisionem; sed hoc non est verū de eo, quod eleuatur ab alio per alterationem, & decisionem. Ad aliud dico, quod non est simile, nam manna fit de rore per artem hominis verberando, & nihil miscendo, sed mel fit de rore per artem innatam apis, & per alicuius immistionem. Ad aliud dico, quòd duplex est calor viuentibus. f. calor complexionalis, & calor animæ. Calor complexionalis est de substantia corporis viuentis, sed calor animæ fluit per corpus, & iste calor cum spiritu generatur in corde ex sanguine. Ideo loquendo de ipso calore animæ, habentia plus de sanguine, habent plus de illo calore, & sunt calidiora, quam animalia non habentia sanguinem. Loquendo tamen de complexionali caliditate animal sonans in volando potest esse calidius, quam aliquod animal habens sanguinem; apis enim sonat in volādo propter spiritum percutientem suum diaphragma. similiter apis inquantum mistum, multum habet de calore complexionali, propter quod apis habet pinguedinem, & punctionem calefacientem, & maturantem, vnde apis est animal frigidum priuatum calore animæ, sed est calidum calore complexionali, & è conuerso est de porco, ideo apis caliditate complexionali calefacit, & maturat apostemata, supra quæ ponitur, calefacit pungendo aculeo suo, & calefacit mel, quod ipsa facit.

Propter qđ mel ponitur in medicinis.

Consequenter quæritur propter quid ponatur mel in medicinis compositis. Et ponitur in eis, vt eas præseruet, & conseruet à putrefactione, & videtur quòd non sit verū, quia nullum consumptiuum præseruat, sed mel est consumptiuum cum sit calidum, & siccum. ergo &c. Item Isaac, mel est acutum, & ita aperitiuum, sed omne tale præbet calido extraneo ingressum; sed omne tale est putrefactiuum, & non conseruatiuum, ergo &c. Consequenter quæritur cum quo melius conficiantur medicinæ, aut cum melle, aut cum zuccharo, & videtur q̄ cum zuccharo, quia zuccharum est magis temperatum, cum sit calidum in fine primi gradus, & humidum in medio eiusdem. ficut dixit Isaac. sed si mel est siccum in secundo gradu, ergo zuccharum est minus trāsmutatiuū medicinarum, quam mel, & magis medicinale, ergo magis conseruatiuum. Oppositum vult vsus omnium.

Propter tria mel ponitur in medicinis.

Solutio. Ad primum dico, quod mel ponitur in medicinis propter tria, pp palliationem, quia palliat horribilitatem medicinæ: sunt. n. multæ medicinæ, quæ nisi cum melle conficerentur, non solum inferrent horribilitatem sensui gustus, sed etiam cęteris membris. quare ab eis non attraherentur, sed potius repellerentur; operatur enim mel in medicina idem, quod esca in hamo; membra enim attrahunt cum dulcedine mellis amaritudinem, per quam confortantur, & depurantur. Secunda causa, quare mel ponitur in medicinis est, vt ipsum medicinas mundificet, quia ipsum caliditate sua superfluitates consumit, resoluit, & expellit. Tertia causa est, quia mel conseruat species, & medicinas, quia mel sua viscositate facit medicinas compositas viscosas, qua viscositate non permittit eas euocari à calido extra. Ad primum dico, quod licet in principio consumat, in fine tamen conseruat sua viscositate sicut sal. Ad aliud dico, quod mel est parum acutum, ideo sua viscositas plus valet ad conseruandū, quā sua acuitas ad consumendum. Ad secundū dico, q̄ syrupus factus cum melle, simpliciter melius valet, quam factus cum zuccharo, & causa quadruplex est. prima est, quia mel viscosum melius conseruat medicinas compositas in syrupo, quā zuccharum. Secundo, quia mel est dulcius, cum sit dulcius omni re. Tertio, quia mundificat medicinas magis, quā zuccharum, cū sit calidum in secūdo gradu, & zuccharū in fine primi gradus. Quarto, quia melius digeritur, quā zuccharū. Et licet syrupus factus cum melle sit melior simpliciter ad digerendum, tamen ad confortandū, & infrigidandū melior est syrupus factus cum zuccharo, q̄ cum melle; si tamen volumus digerere, debet confici cum melle: si volumus infrigidare, cū zuccharo: si volumus vtrumque, cum vtroque. Ad obiectum cōtra, D dico, q̄ licet zuccharum sit temperatum; est tamen propter hoc passibilius, & putribilius, ideo ipsum minus conseruat, & minus valentem reddit syrupum. Et dico, q̄ licet mel sit magis acutum, quam zuccharum, non tamen alterat propter suam actionem medicinas magis, nisi tantum quo ad dulcedinem reprimendo amaritudinem, & non quantum ad virtutis debilitationem, nisi debilitatio melioret materiam, & sic soluatur.

Modus faciendi syrupum rosatū ex infusione.

SYrupus rosaceus sic fit. Accipe rosas recentes, &c. spone in vase per se, &c. in caldario pone aquam donec bulliat, & ebullientem supra rosas prædictas infunde, & postea vas ipsum tege, ne exeat fumus, ex quo aqua ibi refrigerata est, rosas inde eijce, &c. alijs recentibus aquam eandem iterum bullitam superinfunde, mutando rosas, donec illa aqua rubea nat, de hac autem aqua iiij. libr. accipe, &c. ibi iiij. libr. zucchari infunde; cum autem bullire inceperit, albuminum ouorum aliquot cum aqua frigida, donec spume-

ſcat, concutias: & illam ſpumam in ſyrupo bullientem ſpargendo infunde, & cum nigreſcere hæc ſpuma inceperit, ſuauiter cum cacia remoue, & iterum aliam infunde, donec clarus fiat ſyrupus, & cum inceperit ſyrupus, quaſi filum facere, ſi cum digito tetigeris, aut à cacia dependens adhæreat, coctus eſt. valet calori febr. & ſiccitati; ſitim reprimit, confortat, & conſtipat. Eodem modo ſyrupus viola. fit, humectat, ſiccis febribus, & phthiſicis conuenit, & conſtipatis ventrem laxat. Syrupus nenupharinus eodem modo fit, valet contra maximum calorem, maxime in acutis, & peracutis.

Primo eſt videndum de ſimplicibus, quã de cõpoſitis propter quatuor.

NOn eſt poſſibile, vt homo cognoſcat medicinas cõpoſitas, niſi prius cognoſcat ſimplices, cum igitur Nicolaus determinet cognitionem medicinarum compoſitarum, prius de ſimplicibus eſt videndum, & hoc quatuor de cauſis. Prima cauſa eſt, propter nominum mutationem, quod enim vnus homo vno nomine nominat, alter alio nominat, propter quod ſimplices medicinæ non ſemper per nomina diſtinguuntur, tamen ſemper diſtinguuntur per virtutem. Secunda cauſa eſt, propter vulgi opinionem de ſimplicibus medicinis; quod enim dicit eſſe verum, frequentius eſt falſum, & eſt opinio vulgi, quod dicunt omnes, & etiam plebs; errant enim in pluribus, qui eos ſequuntur. Tertia cauſa eſt, propter paucitatem experimenti, quia cum virtutes medicinarum ſimplicium non ſciamus experimento, eas aliquando ſcimus per doctrinam.

Item ſi experimento nõ ſcimus, quæ medicina iuuat, & quæ nocet, hoc aliquando ſcimus per doctrinam. Vnde de ſimplicibus medicinis volumus hic determinare quædam, vt per doctrinam completius cognoſcamus, quæ ſimplex medicina iuuat, & quæ nocet, quia per experimentum incomplete, vel nullo modo cognoſcimus. licet enim aqua frigida ſemel exhibita calefaciat, ipſa tamen toties poſſet exhiberi, quod frigefaceret.

Circa medicinam ſimplicem tria videamus, primum eſt de hoc vocabulo, ſimplex medicina. ſecundum eſt de eius complexione in generali. tertium eſt de eius complexione ſimpliciter in ſpeciali. Circa primũ ſic procedo, & dico, quod hoc vocabulum ſimplex medicina eſt æquiuocum, habet enim tria ſignificata, nam vno modo ſimplex medicina eſt medicina, cuius ſubſtantiæ non eſt admiſta aliqua contrarietas, & ita eſt ſimplex medicina,

Nota.

cuius ſubſtantia, & ſuccus, & cuius pars cẽtralis, & pars ſuperficialis ſunt eiuſdem naturæ, & eiuſdem operationis homogeneæ. Et per oppoſitum illa medicina, cuius ſubſtantia, & ſuccus ſunt diuerſarum naturarũ, & diuerſarum operationũ ſicut caulis, eſt compoſita medicina.

Similiter illa medicina cuius pars centralis, & pars ſuperficialis ſunt diuerſarum naturarũ, & diuerſarum operationum eſt medicina compoſita.

Secundo modo dicit medicina ſimplex, quę tantũ apparet ſimplex eſſe, licet ſecundum * varietatem ſit cõpoſita; & ſic oĩs medicina producta à natura eſt ſimplex, et per oppoſitum omnes ſyrupi, & omnia electaria, & omnia antidota, & omnes opiatæ, ſunt medicinæ cõpoſitæ.

* veritatẽ.

Tertio modo dicitur ſimplex medicina, quia non eſt compoſita per artem, & iſto modo omnes medicinæ, quæ ſunt tales, quales eas natura producit, ſunt ſimplices, & per oppoſitum illæ ſunt compoſitæ, quæ artificialiter confectæ ſunt.

Circa ſecundum ſic procedo, & dico, quod complexionum medicinarum alia eſt actualis, alia potentialis. Actualis eſt illa, quæ actu in illa medicina præſens eſt; & appello eſſe actu, quod eſt in eſſe completo vltimæ perfectionis ſuæ ſicut aqua calida actu, & huius complexionis tactus eſt cognitor. Complexio potentialis eſt illa, quæ eſt in potentia in medicina, & hoc eſt tribus modis. Vno modo complexio eſt potentialis in medicina, quæ habet eſſe imperfecte, & ſub eſſe incompleto complexionem, ſiue virtutem aliquid faciendi, & ſic equus vnius anni, aut mulus curſibilis dicitur, quia habet imperfecte, & ſub eſſe incompleto potentiã ad currendum. Sic puer dicitur ſapiens, non quod habeat perfecte ſcientiam, ſed ſub eſſe incompleto, & de hac potentia dicit Gal. in habente huiuſmodi potentiam, habemus fiduciam, vt fiat, licet non ſit factum, adhuc hæc potentia eſt agentis. Secundo modo complexio eſt in medicina in potentia, quia habet potentiam paſſiuam, vt iſta complexio fiat in eſſe, ſicut panis habet potẽtiam paſſiuam, vt in eo fiat complexio carnis in forma carnis. Et ſimiliter ſanguis eſt in potentia paſſiua, vt in eo fiat forma, & complexio carnis ſimiliter, ſed differenter, quia inter carnẽ, & panem multa cadunt media, & inter carnem, & ſanguinem non cadit medium, & hæc eſt potentia patientis. Tertio modo complexio in potentia in medicina eſt, quando medicina eſt apta nata habere etiam ex ſuis principijs, ſicut medicina ex ſuis principijs proprijs eſt apta nata eſſe calida, & calefacere corpus humanum plus debito, & etiam ſicut aliquis ex ſuis proprijs principijs, eſt aptus natus eſſe carnoſus, & non ex cauſis extrinſecis, ſicut à balneo, & hæc potentia eſt, quæ eſt de ſecunda ſpecie qualitatis.

Secundo modo complexio medicinæ poteſt diuidi ſic. Complexionum medicinarum, alia eſt temperata, alia eſt lapſa, ſicut complexio corporis humani, alia eſt temperata, alia lapſa, & appello complexionem corporis humani temperatam, non quia corpus humanum ſit omnino temperatum, quia ſi ſic, tunc homo eſſet dignus decorari ſicut angelus, vt dicit Gal. ſed appello complexionem corporis humani temperatam, quando homo nõ indiget coopertorio ad hoc, quod calefiat ad mitigandam ſuam frigiditatem, nec indiget ablatione veſtiũ, vt frigefiat ad mitigandã ſuam caliditatem. Similiter medicina alia eſt temperatæ complexionis, alia lapſę. Temperatæ complexionis eſt illa, quæ nec calefacit, nec infrigidat, nec humectat, nec deſiccat plus debito, ſed cõſeruat hominem in ſua naturali cõplexione. Lapſa eſt illa, quæ calefacit corpus humanum plus debito. Illa autem, quæ calefacit corpus humanum plus debito eſt calida lapſa.

Tamen aliquod poteſt eſſe calidum quatuor de cauſis. Primo, quia eſt calidum in fine caliditatis, & ſic ignis dicitur calidus. Secundo, quia in eo, dominatur calidum elementum, & ſic miſtum, in quo dominatur ignis dicitur calidum. Tertio, quia calefacit corpus humanum plus debito, & ſic acuta, amara, ſalſa dicuntur calida, & ſic etiam quædam medicinæ dicuntur calidæ. Quarto, quia eſt illud, quod eſt calidum reſpectu aliorum ſuæ ſpeciei temperatorum, & ſic multi homines dicuntur calidi, ſicut illi, qui ſunt lapſi in calido. Similiter illa medicina, quæ frigefacit corpus humanum, dicitur frigida lapſa, tamen aliquid poteſt frigefieri quatuor de cauſis, ſicut calidum, & ſicut dicitur de calido, & frigido quadrupliciter, ſic eodem modo de ſicco, & humido poteſt cauſa quadrupliciter aſſignari.

Tertio modo poteſt diuidi cõplexio ſic. cõplexionum alia prima, alia ſecunda. Prima eſt ea, quæ in eo, quod fit ex non habentibus complexionem, & hæc eſt complexio miſti, in eo, q̃ miſtũ eſt immediate ex elementis, quæ nõ habent proprie complexionem, ſed puras qualitates non fractas. Secunda eſt illa, quæ fit in eo, q̃ fit ex habentibus complexionem, & hæc complexio reperitur in medicinis compoſitis a natura, ſicut lac cõponitur ex ſero, butyro, caſeo, & caulis componitur ex duabus ſubſtãtijs, & pſyllium ex duabus, & fere omnes medicinæ à natura compoſitę ſunt tales; & ſic hęc ſecũda cõplexio reperitur in medicinis omnibus cõpoſitis ab arte, ſicut in ſyrupis, electarijs, trochiſcis, & opiatis. Complexio ſecunda medicinarum poteſt ſic diuidi, nam quædam medicina habet ſubſtantiam ſtypticã, & conſtipatiuã intra, & laxatiuã extra, vt caulis. Et quædã habet ſubſtantiã calidã intra, & frigidam extra, vt roſa, & ideo roſa eſt rubea extra ſcilicet propter ſubſtantiam eam rubificantem extra. Et quædã habent ſubſtantiã viſcoſam extra, & frigidã intra in profundo, vt pſyllium, vnde pſyllij pars corticalis eſt aduſtiua, quia ſuperficialis eſt frigida. Sed quia in pſyllio pars frigida eſt frigidior, quã calida, ideo totũ compoſitum pſyllij dicitur frigidum. Item complexio ſecunda me-

medicinarum poteſt ſic diuidi complexionum medicinarum,alia firma,alia non firma. Firma eſt illa,quæ licet ſit compoſita ex diuerſis complexionibus; non tamẽ poteſt diuidi,nec ſeparari in ſubſtantias diuerſimode complexionatas,propter nimium annexum partium,nec per artem,nec per naturam,nec per caliditatem naturalem, nec per ignitam,nec per decoctionem. Non firma eſt illa,quæ eſt compoſita ex diuerſis complexionibus,& hęc poteſt diuidi in ſubſtantias diuerſimode cõplexionatas, & complexio complexionatorum ex quibus componitur,vnum poteſt ſeparari ab alio, aut per decoctionem, aut per ablutionem, ſed ſi complexio ſit debilis, tunc fit ſeparatio per ablutionem, ſicut eſt in endiuia; ſed ſi ſit complexio mediocris,& fortis,tunc fit ſeparatio per decoctionem,ſicut in caulibus; ſi ſit complexio fortiſſima, tunc impoſſibilis eſt ſeparatio, ſicut eſt oleum, quod eſt compoſitũ ex ſubſtantijs diuerſimode complexionatis, & indiſſolubiliter; propter nimiũ nexum,& viſcoſitatẽ partium olei. Et cum dicimus compoſitã eſſe medicinã B ex contrarijs complexionibus, quarum vna eſt calida, & alia eſt frigida,nos non volumus dicere, ꝙ in vna medicina ſint duæ complexiones contrariæ,quarum vna ſit calida,& alia frigida. ſed volumus dicere, ꝙ in vna medicina ſunt duæ ſubſtantiæ deferentes illas duas complexiones contrarias; attamen illæ duæ ſubſtantiæ deferentes complexiones contrarias commiſcentur per totum,ita,ꝙ cũ qualibet parte vnius ſit pars alterius; & tunc ſuæ complexiones inuicem franguntur, & faciunt vnam medicinam non compoſitam, ſed ſimplicem tẽperatam,& ſimiliũ partiũ per totũ. Sed ſi illæ ſubſtantię deferentes contrarias complexiones non commiſceant complete,ſed vna ſit iuxta aliã, vt vna ſit in cẽtro,& alia in circunferentia,ita, ꝙ quælibet pars medicinæ non ſit compoſita ex illis duabus ſubſtantijs:tunc illæ cõplexiones duarũ iſtarũ medicinarum non franguntur, nec remittuntur,& tũc iſtæ ſubſtantiæ conſtituent vnam medicinã,non ſimplicẽ,ſed cõpoſitã diſſimilium,& non ſimiliũ partiũ in cõplexione;licet tñ ipſa appareat ſimplex C ſicut caulis,& talis medicina per iſtas duas ſubſtãtias facit in corpore humano duas operationes, cum illæ duæ ſubſtantiæ diuiduntur à ſe inuicẽ per calorem naturalẽ.

Circa tertium ſic procedo,medicinarum alia ſubtilis, alia craſſa. ſubtilium,alia ſubtilis in paſſione, alia ſubtilis in actione. Illa medicina eſt ſubtilis in paſſione,quæ facile poteſt diuidi in partes paruas. Subtilis in actione eſt,quæ facile penetrat per foramina parua, & per corpora parua. Craſſa in actione per oppoſitum,& per oppoſitum illa medicina eſt craſſa in paſſione,quæ non poteſt faciliter diuidi in partes paruas. Item medicina quãtum ad eius cognitionem poteſt ſic diuidi. Medicinarũ ſimplicium,alia rara,alia denſa. Rara eſt illa,inter cuius partes ſunt plures vacuitates, & partes aereæ, cum non ſit ponere vacuum. Denſa eſt illa inter cuius partes non ſunt poſitæ vacuitates,ideſt partes aereæ. Et nota,quod rara medicina in corpore humano de facili inflammatur à calore febrili, ſed denſa non de facili inflammatur, D ſed potius fit carbo. Vnde Gal. dicit,quod rara medicina magis eſt flamma,quam carbo. Sed denſa medicina magis eſt carbo,quam flamma,& hæc ſufficiant de medicinis ſimplicibus quantum ad præſens.

Conſequenter accedamus ad medicinas compoſitas, quæ componũtur per artẽ, quia de his intendimus principaliter. Sed quia iſte liber totalis eſt de medicina practica,ideo ſm operationem medicinæ procedamus. Et quia in operatione medicinæ primo oportet malã materiam digerere,quæ digeſtio fit per ſyrupos,& per electaria.& ſecundo eam digeſtã euacuare debemus,quæ euacuatio fit per medicinas euacuãtes,ſecundũ Hipp.j.aph. dicentem,digeſta medicari.& tertio debemus reſiduum materiæ malæ conſumere, & membrum inanitum per euacuationẽ medicinæ confortare, quod fit per opiatas.

De ſyrupis.

Syrupi in apotheca ſit nouem vel decem.

ITem primo volumus determinare de ſyrupis, & electarijs,quæ ſunt digeſtiua. Secũdo de medicinis euacuatiuis. Tertio de opiatis,quæ habent reſiduum materiæ malæ conſumere,& membrum confortare. Inter ſyrupos,& electaria primo dicamus de ſyrupis, poſtea de electarijs. Incipientes igitur à ſyrupis,primo dicamus, quod ſyrupi ſunt nouem, vel decem, qui communiter debent inueniri in apotheca, ſi apothecarius ſit bonus, qui ſunt hi,ſyrupus roſ. ſyrupus viol. ſyrupus nenupha. ſyrupus oxyſaccharæ, ſyrupus aceto. oxymel ſimplex, oxymel diureticum, oxymel ſcilliticum, ſyrupus de abſinthio,ſyrupus de fumoterræ, & cum his poſſunt addi alij,ſcilicet ſyrup.myrthinus, ſyru.cytoniorum, & ita in vniuerſum xij. ſunt ſyrup.vnde ver.

Oxymel eſt triplex,nenupharis,& violatus,de fumoterræ,myrto,atque roſato. Abſinthio,acetoſo,poſt oxyſacchara iuncto. Et horum ſyruporum videamus primo compoſitionem,vel confectionem. Secundo propriam vniuſcuiuſque virtutem. De primo dico, quod omnis ſyrupus conficitur,aut cum melle,aut cum zuccharo;& ſi ſit ſine his, non erit ſyrupus. Sed ille ſyrupus,qui fit *Syrupus quẽ ſit cũ zuccharo plus debet decoquẽ. quam cum melle.* cum zuccharo melius debet coqui,quam qui fit cũ melle,cum mel ſit magis conſeruatiuum,& minus corruptibile. & putrefactibile,quam zuccharũ, propter, quod ſyrupus factus cum melle diutius conſeruatur, quã cum zuccharo factus. item vbi ponitur mel quanto minus decoquitur,tanto magis laxat,& quãto magis decoquitur,tanto magis reſtringit. Itẽ ſyrupus melius debet coqui in æſtate,quam in hyeme,ne putrefiat,& corrumpatur à caliditate æſtatis. Item ſyrupus quanto melius decoquitur,tanto melius eſt, niſi fiat ex rebus talibus,quæ non patiantur multam decoctionem; quæ ſunt res calidæ,& multum paſſibiles. Item diuerſæ res ponuntur in ſyrupis,ſicut radices,flores,& folia; ſed non ſunt ponendæ ſimul in decoctione, ſed primo difficiles ad coquendum,ſicut radices,& poſt minus difficiles, ſicut folia,& poſtea facillimæ,ſicut flores. Si enim flores ponerentur in principio decoctionis cum radicibus antequã radices eſſent coctæ,virtus florum eſſet totaliter conſumpta. Itẽ aliquando pulueres ponuntur in ſyrupis, & non debent poni in principio decoctionis, ne virtus eorũ euaneſcat per decoctionem; non aũt zuccharum,ne ſyrupi,& zuccharum deturpentur,ſed poſt zuccharum:& non modo quocunque, ſed in ſacco ponitur puluis, & exprimitur ſaccus,& puluis cadit ſubtilis in ſyrupo. zuccharum ponitur in ſyrupis,vt cõſeruet ſyrupum,& medicinas ſimplices in ſyrupo, & etiam vt attrahatur ad mẽbra ſyrupus,& medicinæ,quæ in eis ſunt, & hoc cum melle, & etiam,vt ſua dulcedine reprimat horribilitatem medicinarum exiſtentium in ſyrupo,ideo ſecundum horribilitatem, vel quantitatẽ horribilitatis medicinarum exiſtentium in ſyrupo debet eſſe quantitas ſacchari. Et ſyrupus habet terminum ſuæ decoctionis,qui cognoſcitur duobus modis. Vno modo,ſi cum ſpathula eleuetur,& fortiter teneat ſe gutta ad ſpathulam,coctus eſt ſufficiẽter. Alio modo,ſi gutta vna ponit ſupra cultellum,ſi non ſpargatur diffundendo ſe vndique,coctus eſt ſyrupus.

Conſequenter accedamus ad regulas ſpeciales. Et pri- *De ſyrup. roſa. Lo ref.* mo ad ſyrupum roſatum. Roſa eſt frigida in primo gradu,ſicca in fine ſecundi,& habet duplicem ſubſtantiam. Vnam ponticam, & ſtypticam, & eſt id, quod adhæret ſtipiti, quod eſt tale propter partes aquoſas,& terreſtres, quæ ibi dominantur. Alia ſubſtantia eius eſt aromatica ex partibus igneis, & aereis, & eſt verſus ſummitatem folij,& hæc ſubſtãtia eſt amara in ſuperficie. Alia in profundo, & confortat ſua ponticitate, & aromaticitate, & caput in æſtate,infrigidat. De roſa fiunt quinque res.

Primum eſt ſyrupus coctus. Modum autem conficiẽ di ſatis tangit Nicolaus, & valet iſte ſyrupus, contra febres ſua frigiditate,& contra ſitim ſua humiditate,valet, & confortat, & conſtipat ſua ſtypticitate. Secundum, quod fit de roſa eſt electarium roſatum, ſicut poſt videbimus,cum loquemur de electarijs.

Tertium quod fit de roſa. eſt mel roſatum, quod ſto- *De roſa. fiunt quinque.* machum confortat. Quartum eſt aqua roſa, quæ valet ad infrigidandum omnem materiam calidam. Item

si rosa decoquitur in aceto, & in aqua pluuiali, & spongia infundatur,& superponatur stomacho,vomitum reprimit,& fluxum sanguinis stringit. Quintum quod fit de rosa, est oleum rosa. quod per inunctionem iuuat stomachum inflammatum, sed in hoc oleo debet poni parum aquæ,ne oleum inflammet stomachum.

De syrup. vio. quid sit vio.

Consequenter accedamus ad syrupum violatum,viola est flos notus,frigidus,& humidus,aromaticus, & quædam sunt subalbæ, & minus aromaticæ, & minus etiam laudabiles; & quædam sunt purpureæ,& sunt obscuræ,& magis laudabiles, & quanto sunt purpuriores, & quasi subnigræ tanto meliores,& laudabiliores. syrupus autem vio. eodem modo fit,sicut rosa.

De syr. nenupharino, quid sit nenupha.

Consequenter accedamus ad nenupharinum syrupũ Nenuphar est flos frigidus, & humidus multum, & sic de eo,& de floribus papaueris fiat succus, & sedat libidinem. de eo fiat syrupus omnino,sicut rosatus, & de alijs floribus. valet etiam iste syrupus in causis pectoris, & tussi ex causa calida,& in feb. acutis,& peracutis calidissimis,quia magis infrigidat,& alterat,quam violatus,sitim sedat; somnum prouocat,materiã incrassat. cauendum est ne in cholera crassa detur,sed tantum subtili.

Nunc quæramus de operationibus medicinæ practicæ. Et quia in operationibus medicinæ practicæ fit primo digestio,& secundo euacuatio malæ materiæ,& tertio balneatio, & quarto oppilatio, & quinto phlebotomia,ideo primo quæramus de digestione quid sit.

De digestione.

ET si dicatur sicut dicit Auic. ꝙ digestio est qualitas faciens cessare putredinem substantia manente. Cõtra,qualitas non corrigit peccatum substantiæ,sed putrefactio est peccatum substantię,cum sit corruptio substantiæ,quia putrefactio corrumpit complexionẽ,quæ est dispositio ad formã,& per consequens corrumpit substantiam. ergo digestio non est qualitas faciens cessare putredinẽ. Item si digestio, faceret cessare putredinem, tunc nihil digereretur nisi putridũ,sed hoc est falsum,quia cibus digerit̃,qui nõ est putrefactus, & chymus,ergo &c.

Item in sanis aliquando fit digestio materiæ euacuandæ per syrupos,in quibus nulla est putrefactio ergo &c.

Item cum nulla sit materia putrida,nisi illa,quę est in minera putredinis; tunc nulla materia digereretur,nisi illa,quæ est in minera, sed hoc est falsum. Item cum in statu materia sit digesta, tunc ergo cessaret putredo, & tunc in statu nõ esset febris. hoc aũt est falsum ergo,&c.

Item dicit substantia manente. ergo tunc materia digesta debet manere in corpore, & non debet euacuari, quod est contra Hipp. digesta medicari,&c. Dices forte, ꝙ digestio est repressio materiæ malæ,sicut dicit Galen. Contra cũ in omni statu materia sit digesta,in statu materiæ malitia est repressa. ergo omnino materia non affligit,sed erit status melior horarũ. quod falsum est, sed est nequior. Sed dices,ꝙ digestio est præparatio materiæ ad expulsionem. Contra ꝑm hoc quidẽ deberet quicquid digereretur expelli. sed hoc est falsum. Multa n. digeruntur,quæ non expelluntur,ergo &c. Solutio. Dico,quod hoc nomen digestio est nomen æquiuocum. Vno modo potest fieri extra corpus viuens, & aliquando in viuente corpore. Si fit extra corpus viuens, tunc digestio dicitur mutatio in caliditatem,& fit calido, & nõ oportet,quod illud calidum reguletur a virtute naturali,& de tali digestione determinat Arist. in iiij. meteororum. Si aũt digestio fit in corpore viuente, siue fit iuuatiui, siue nocitiui, semper tñ fit ab ea virtute. ſ. naturali tanquam regulante;& hæc digestio,quæ fit in corpore humano est duplex,vna est iuuatiui,& alia nocitiui. Illa quę est iuuatiui est nutrimenti,& fit à calore naturali regulato à virtute membri,& per hanc digestionem cibus acquirit cõplexionem membri,vt per hoc possit acquirere formam mẽbri. Digestio,quæ est nocitiui,est materia,quę est causa morbi,& est duplex,vna per quam præparatur mala materia ad expulsionem. Secunda est,per quam corrigetur mala materia,vt digeratur,& membra nutriat.

Digestio in corpore humano triplex duplex.

De his duabus digestionibus dicit Hali. in techni,qđ digestio aliquando facit malũ bonum,vt ipsum conuertat in membra,& nutriat membra: aliquando facit malum medium inter malum, & bonũ,vt ipsum expellat. Sed tñ notandum,quod semper natura malam materiã intendit digerere,sed si materia fuerit furiosa,& resistẽs, tunc natura non potest complete eam vincere,licet eam vincat in parte,& tunc eam non facit bonam, sed mediã inter bonam,& malam, vt ipsam expellat. Hæc aũt definitio digestionis,digestio est qualitas, &c. non est definitio digestionis cõiter se habentis ad digestionem extra corpus viuens,& in corpore humano. Similiter ista definitio non est digestionis factæ cõiter se habentis ad digestionem conuenientis,& nociui,sed dico, quod est digestionis factæ in corpore viuente, quæ est nociui tantum, siue illud nociuum per illam digestionem fiat bonum ad nutriendum, & conuertatur,siue fiat medium inter bonum,& malum,ad expellendum. Cum tu quæris quid est digestio? dico,ꝙ digestio in nocitiuo,siue mutet nocitiuum in bonum,siue in medium inter bonũ,& malũ,est qualitas faciens cessare putredinem substantia manente. Ad primum dico, ꝙ digestio non facit cessare putredinem immediate,sed per medium, nam quædam sunt qualitates,quæ materiam existentem in venis habilitant,vt ipsa fluat ad mineram putredinis, & ibi putrefiat. Ego dico,quod digestio debet remouere à materia illa qualitatem, per quam ipsa fluebat ad mineram, ne ibi putrefiat,& per consequens non permittat eam fluere ad mineram putredinis, nec per consequens putrefieri. licet enim putrefactio peccet in substantia, tñ qualitas inclinatiua ad putrefactionem nõ peccat in substantia,quam qualitate aufert digestio,& per consequens nõ permittit eam putrefieri. Ad aliud dico,ꝙ nihil digeritur hac digestione, de qua loquitur nisi putrefactũ, ideſt nisi illud quod habet qualitatem aliquam,per q̃ est in via ad putrefactionem. Tertia ratio procedit de digestione iuuatiui. cum in sanis non fit aliquid nocitiuũ. Ad aliud dico, ꝙ non digeritur materia, quæ putrefienda est,illud quæ est minera,sed in illa est, quæ est cũ hac via ad mineram, & ad putrefactionem,ideo nõ valet. Ad aliud dico,quod in statu non est cõplete materia mineræ digesta, sed adhuc est in digerẽdo. sed in crisi ipsa est complete digesta.

Item forte non digeritur materia,quæ est etiã minera, sed materia antecedens, quæ est in venis. Dico,quod in statu materia antecedẽs est digesta,sed non coniũcta materia,quæ est in minera,& hęc in statu facit feb. Ad aliud dico, ꝙ digestio est qualitas,&c. i. digestio non euacuat materiam per se; solum. n. digestiuum non euacuat materiam,sed quod est digestiuum, & euacuatiuum digerit materiam,& eam digestã euacuat. Ad aliud dico,quod definitio bona est, digestio est repressio malæ materiæ,et hoc vt natura vincat super eã conuertendo,vel expellendo, & ista definitio est eadẽ cum præcedente. Et ad argumentum cõtra,dico, quod status est melior horarum,& ẽt nequior,nam in statu materia est minor,q̃ in alio tempore,tñ ipsa tũc est magis mota, quam in alio tempore, & quia materia,nec affligit,nec affert nocumenta,& symptomata,nisi quia mouetur,ideo plus sensibiliter affligit,& fortiora symptomata inducit,quã in alio tẽpore. ideo status est nequior horarũ secũdũ sensum, non tamẽ secũdum veritatem, sed in tempore præcedenti materia erat maior sed min⁹ mota,ideo &c. Ad aliud dico,quod hæc definitio est bona, digestio est præparatio materiæ ad expellendum,& hæc definitio non est definitio digestionis factæ in corpore humano, sed materiæ nociuæ, quæ debet expelli,cum ipsa nõ potlit cõplete corrigi. Sed videtur,quod natura nunquam digerat materiam ad expellendum,sed tantum ad conuertendũ, & tunc definitio Auic est mala,digestio est præparatio materiæ ad expellendum, probatio assumptæ. Gal. in de iuuamentis membrorum dicit.quod omne, quod natura alterat, alterat, vt conuertat, ergo Auic. male definit digestionẽ sic. digestio est præparatio materiæ ad expellendum.

Ego

Ego dico, quod dictum Auic. intelligitur de materia nocitiua, quæ non potest corrigi, sed Gal. intelligit de cibo. Vel potest dici, quod natura intendit conuertere quicquid digerit; sed operatio naturæ non attingit aliquando intentionem suam propter materiæ inobedientiam, & tunc expellitur materia præter intentionem naturæ, & Auic. intelligit de operatione naturæ, & non de eius intentione; sed Gal. intelligit de intentione eius, & non de operatione, & sic soluitur.

Oxysacchara ab oxymel. quod acetum dicitur, & sac. fiat autem sic &c.

Syrupus acetosus sic fit ℞. aceti partem vnam, sacch. ij. & aquæ iiij. Iste autem syrupus valet in omni, vbi est oppilatio hepatis, & splenis, & intestinorum, & valet in oi feb. de crassa materia. Hydromel fit ex melle, & aqua valet illis, qui habent crassos humores, & retentionem vrinæ. valet etiã, vbi est crassa materia, & phlegmatica. Oxymel simplex valet vt oxysacchara, digerit, diuidit, et phlegma mirabiliter purgat. datur cũ calida, sic fit &c.

Oxymel diureticum ℞. mellis despumati lib. j. aceti fortissimi lib. j. fem. in quo bulliant radices fœnic. vnc. ij. & raphani vnc. j. & s. rebulliant ad tertiam, deinde colẽtur, & supradictæ colaturæ supradictum mel addatur in stagnato vase, & iterum bulliant lento igne frangitando cum sparhula vsque ad aceti cõsumptionem. valet feb. veræ, & quartanæ, & tertianæ nothæ, vt oxysacchara phlegma digerit, diuidit, & purgat. dat mane cũ calida.

Oxymel scilliticum, seu compositum addit supra radicẽ scillæ. Iste syrupus diuidit, incidit phlegma, & materias vbicunque sint in corpore; & si non habemus scillam, loco eius ponamus raphanum, quod idem operatur: etiam ille syrupus valet ad prouocandum vrinã, & contra debilitatẽ pectoris ex materia viscosa. Superius determinatum est de simplici medicina quantũ ad eius nomen, & quantum ad eius complexionem, & quantũ ad eius cognitionem in generali. Nunc declaremus de ea, quantum ad eius cognitionem in speciali. Sed medicina simplex duplici via cognoscitur. s. via experimenti, & via rationis, & hoc est, ꝙ dicit Haly. in techni. Necesse est medico, vt experiatur cum ratione. & secundum hoc ipse vult, vt ipse sit contentus in cognitione medicinæ experimento, & ratione. Sic ergo manifestum est, ꝙ medicus cognoscit medicinam duplici via. s. experimento, & ratione, & hoc idẽ dicit. G. in apho. 8. Si aliquis vult artem ducere ad actum, oportet, ꝙ vtatur duobus. s. experimento, & ratione. Et diuiduntur experimẽtum, & ratio in duobus. s. in principijs, & cognitione principiorum. In principijs sic, nam principia rationis sunt principia, experimenta sunt operationes rei in principiorum cognitione. Nam principia rationis intellectu cognoscuntur, sed principia experimenti cognoscuntur sensu. Et quia principia experimenti sunt nobis magis nota quam principia rationis, ideo prius inquiramus cognitionem simplicium medicinarum via experimenti, & hoc quantum ad istam lectionem, secundo via rationis, & hoc quantum ad lectionem sequentem.

Circa experimentum sciendum, ꝙ duplex est experimentum. s. vallatum, & non vallatum ratione: tunc ipsum est timorosum, & fallax si non sit vallatum ratione. vnde dicit Hipp. experimentum fallax, & illud non cõuenit ad cognitionẽ medicinarum. Si autẽ sit vallatum ratione, aut illa ratio, aut vallatio continuata est per totã operationem experimentalem, aut non. Si non, tunc experimentũ inducit cognitionẽ non firmam, & per talẽ experimentũ non debet cognosci medicina simplex à medico. Si autẽ ista ratio, & Vallatio sit continuata per totam operationẽ experimentalẽ. aut ista cõsideratur, vt est in fieri, aut in facto esse. si in fieri tunc experimentũ est laboriosum, & longum tẽps requiritur, & per tale experimentum sic consideratum debiliter cognoscitur medicina simplex. Si in facto esse, tunc per illud experimẽtum sic consideratum, debet medicus cognoscere medicinas simplices, & de isto sic considerato hic intendimus, & ad hoc experimentum sic vallatum ratione, A septem requiruntur, & exiguntur conditiones.

Prima est, ꝙ oportet, vt medicina simplex, quæ experiatur, sit pura, & munda ab omni extranea qualitate, ne per illam extraneam qualitatem impediatur propria operatio medicinæ, & per consequens cognitio experimentalis. Et ponit Auic. exemplum in amygdalis, quæ recentes sunt temperatæ complexionis, sed vetustate consumptæ amittunt complexionem temperatam.

Secunda conditio est, ꝙ fit experimentum in simplici ægritudine non in composita, sicut quotidiana est cõposita ex calido, & frigido; ipsa enim est frigida, inquantum ex materia frigida est; calida vero est, inquantũ est morbus calidus. s. feb. quia omnis febris est calor innaturalis. vnde non sequitur. hæc medicina simplex. s. euphorbium curat morbũ calidum. s. febrẽ quotidianam, ergo euphorbium est frigidum, quia omnis cura fit per contrarium, non sequitur. Dico, ꝙ euphorbium curat quotidianam nõ per contrarietatẽ, quam habet ad eam B gratia suæ materiæ. quia euphorbium est calidum.

Tertia cõditio est, ꝙ oportet, quòd medicina simplex experiatur in duabus contrarijs ægritudinibus diuersis sicut scammonea in quotidiana, & tertiana; ipsa enim curat quotidianam ex sua complexione, tertianam ex proprietate sua, tamen non sequitur, scammonea curat tertianam, ergo est frigida; sed sequitur ipsa ex sua complexione curat quotidianam, ergo est calida.

Quarta conditio est, quod oportet, quod virtus medicinæ sit æqualis qualitati patientis, vnde in morbo calido in iiij. gradu medicina frigida in primo administrata, neque infrigidat, neque curat.

Quinta conditio est, ꝙ fiat distinctio inter per se, & per accidens. vnde non sequitur, aqua calefacit, ergo est calida, quia ipsa non calefacit per se, sed per accidens, quia exterius excitat calidũ ad interius repercutiendo.

Sexta conditio est, ꝙ oportet, ꝙ operatio medicinę sit continuata, & multiplicata. Si enim medicina calefacit quinque hoĩes, non pp hoc oportet, quod sit calida simC pliciter, nec oportet, quod calefaciat omnes homines. nã illi quinque homines, quos ipsa calefaciebat, possunt esse frigidi, & temperati, & illud quod calefacit frigidos, & temperatos, non oportet, quod calefaciat calidos.

Septima est, ꝙ oportet, ꝙ experimentum fiat in corpore humano, & primo in temperato, postea in lapso, & postea in ægro, & non in aliquo alio. vnde, non sequitur hæc medicina simpliciter infrigidat leonem, ergo est frigida. Sunt enim quædam medicinæ relatæ ad corpus leonis frigidæ, & ipsum infrigidant, tamen ipsæ relatæ ad corpus humanum, sunt ca. & ipsum calefaciunt. propter hoc experimentum debet fieri in corpore humano fulcitum iftis vij. conditionibus, & sic fulcitum erit ratione, & hoc experimentum ducit in cognitionem rei expertæ, & alia experimenta faciunt illi, qui principia medicinæ cognoscunt per doctrinam.

Habito de tribus superioribus syrupis. s. rosato, viol. & nenupharino. Nunc dicamus de alijs quinque syruD pis. s. oxysacchara, syrupo acetoso, oxymelle simplici, diuretico, scillitico, & hoc quantum spectat ad præsentem lectionem. Et primo dicamus de oxysacchara.

Oxysacchara fit de vino malorum granatorum, & aceto, & zuccharo. ita ꝙ accipiuntur vini prædicti vnc. viij. & aceti vnc. iiij. & zucch. lib. j. & in stagnato vase bulliãt mouẽdo cũ spathula, donec ad quantitatẽ zucch. remaneant, & adeo sit spissum, ꝙ possit diuidi sicut electarium. Zuccharum est temperatũ in caliditate, & humiditate; plus tamen habet de humiditate, quam caliditate. Vnde dicit Isaac in diætis particularibus, ꝙ zuccharũ est calidũ in fine primi gradus, & humidũ in medio eiusdẽ. habet virtutem dissoluendi cho. & ventrem humectat absq; vlla morsura, & stomachũ mundificat. Sciendũ tñ, ꝙ si exhibeatur cholericis, ipsum, in cholerã conuertitur, & auget eã. sicut. n. acetositas sedat choleram, sic dulcedo, quæ est ei contraria auget eam, quia cõtrariorũ cõtrarij sunt effectus. Platearius aũt dicit, ꝙ plus humiditatis, quam caliditatis habet, & fit de can-

na mollis, quæ inuenitur in transmarinis partibus scilicet in Hispania,& Sicilia. Et eligendum est illud,quod est albissimum intra, & extra, & non rubeum,quia rubeum calidius est melle, & ideo mel est melius illo. Si syrupi emantur ab apothecarijs, timendum est,ne sint de zuccharo rubeo. ideo melius est ægro, & medico, ꝙ eos medicus faciat,quam eos emat ab apothecario.

De aceto. Acetum frig.& sic. est, virtutem habet penetratiuam subtilitate suæ substantæ,& constrictiuã ex suis qualitatibus; ideo acetum incidit,& diuidit crassos humores,& viscosos. acetum etiam est aliquantulum calidũ caliditate,quam acquirit per putrefactionem. nõ dicitur calidum,quia sua frigiditas vincit suam caliditatẽ,et est plus frigidũ,quã calidũ. Acetum enim fit per ebullitionem,& accidentalẽ caliditatem in vino,vel alio,facientem expirare partes igneas,& aereas, remanẽtibus partib⁹ aquosis,& terrestribus,et ideo acetũ pro partibus terrestribus est siccum,& pro partibus aquosis est frigidum, & ideo acetũ est frigidũ,& sic.& subtilis subitantiæ. Itẽ syrupus cõtra cholerã valet, si materia sit crassa, & frigidior, & oxysacchara plus valet,q̃ dicti tres syrupi.rosatus,viol. & nenupharinus, cum acetum multum transeat, cum sit multæ penetrationis,& acutæ, & oxysacchara est frigidior syrupo rosato. Sed cauendum est ne oxysacchara detur habentibus, pectus debile, & siccum, & debiles neruos. Causa primi,quia acetum inimicum est pectori. Causa secundi,quia frigidũ,est inimicum neruis. Item cum acetum excoriet intestina, oxysacchara non debet dari habentibus intestina debilia scilicet fluxum ventris.

De syrupo acetoso. Consequenter dicamus de syrupo acetoso. Syrupus acetosus recipit aceti partem vnam, mellis ij. & aquæ iiij.& Auic.dicit,ꝙ ipse non recipit nisi ista tria. Acetũ habet frigiditatem,caliditatem,& acuitatem,& aqua mitigat eius acuitatem,& caliditatem. Iste aũt syrupus debet dari in omni febre, vbi est oppilatio hepatis,& splenis, & intestinorũ valet in febre de crassa materia; acetum.n. frigidum,& incisiuum est, & etiam iste syrupus valet contra materias crassas, simplices, & compositas. Sed si materia sit subtilis plus valet syrupus rosatus; acetosus.n. datur ad infrigidandum, & cum hoc ad incidendum,& diuidendum,& dissoluendũ; acetosus enim syrupus est aperitiuus pororum,& fumorũ expulsiuus.

De hydromelle. Consequenter dicamus de oxymelle, & gratia huius de hydromelle. Hydromel fit de aqua, & melle. quod aliquando est multæ commistionis, aliqñ paucæ cõmistionis,& aliquãdo æqualis. Hydromel multæ commistionis habet ix.partes mellis,& j.aquæ. Hydromel paucæ commistionis habet viij.partes aquæ,& mellis j. Hydromel æqualis cõmistionis habet æquales partes aquæ,

De mellicrato. & mellis, &c. Et mellicratum aliquando sumitur pro clareto,& aliqñ pro hydromelle. Hydromel valet illis, qui habent crassos humores,& retentionem vrinæ. Et cauendũ ne detur illis,qui habent calorẽ naturalem; ipsum enim incendit illum calorem,similiter ne detur habentibus choleram interius; ipsam enim incendit. sed hydromel valet,vbi est crassa materia,& phlegmatica.

De oxymelle. Nunc autem dicamus de oxymelle, quod est triplicis generis,s. simplex, diureticũ, & scilliticum, vel oxymel simplex,& oxymel compositum,& decompositum. Isti enim se habent per additionem sic. Oxymel.n. simplex fit ex aceto,& melle, vt ex duabus partibus aceti,& vna mellis, & bonum est aliqñ, ꝙ parum aquæ apponatur. Et differt iste syrupus ab oxysacchara in hoc, ꝙ iste syrupus fit de melle,& ille de zuccharo;& iste syrupus aliquando plus de aceto,quam de melle,aliquando minus, aliquando æqualiter. Si sit plus de aceto, vel æqualiter, tunc est multũ frigidus; si sit de melle plus,tunc ipse est calidus,& parum, quia acetum est frigidius, quam sit mel calidum. oxymel datur,vbi est oppilatio cum frigiditate,& oxysacchara,vbi est oppilatio de caliditate.

De oxymelle diuretico. Oxymel diureticũ, siue cõpositũ addit supra syrupũ simplicẽ,& sic fit. ℞. radices diureticas,vt apij,fœniculi, petroselini, leuistici, mundificata intra, & extra, & per vnam noctem iaceant in aceto; coquantur cum aceto vsque ad consumptionem medietatis,quia radices multum debent decoqui; postea colentur, & addatur mel sufficienter. & valet contra omnem febrem ex materia frigida, sicut quotidiana,& quartana, & vniuersaliter contra oẽs humores phlegmaticos,& melancholicos in remotis partibus, quia ipsum est incisiuum, sed debet euitari, ne detur habentibus pectus malum, & neruos debiles,nisi apponatur reprimens malitiam eius.

De oxymelle composito. Oxymel scilliticum, siue compositum addit supra illud radices scillæ, & iste syrupus incidit, & diuidit humores phlegmaticos,vbicũque sint in corpore. Et si non habes scillam,loco eius ponas raphanũ, quod idem operatur, & valet ille syrupus ad prouocandum vrinam. caueatur tamen in habentibus malitiam pectoris, nisi addatur reprimens malitiam eius. Scilla est cæpe canis, *Documentum.* quæ magis consumit, peior est hæc, illa, quæ est albissima, & viscosa melior est. illa scilla est valde incisiua, & deoppilatiua. vnde contra oppilationem splenis valet. cauenda tamen est in pectore debilitato ex siccitate, tamen valet in debilitate pectoris ex materia viscosa.

An quælibet materia possit digeri. Habito quid est digestio,nunc quęramus a quo fiat digestio. Et circa hoc quæramus primo,vtrum quælibet materia possit digeri,& arguitur, ꝙ nõ.primo sic,oĩs cura fit per contrarium, sed calor est digerẽs,ergo nulla materia calida põt digeri. Item,ꝙ materia febris putridæ nõ possit digeri, probo, quia feb. est calor naꝛis mutatus in igneum,& innaturalẽ,in feb.ergo nõ est calor naturalis, nec temperatus, sed digestio non fit nisi a calido naturali,& temperato, ergo in febribus putridis non potest fieri digestio. In contrariũ arguitur,quia Natura est omniũ operatrix,ergo omnis materia potest digeri a Natura.

An digestio fiat à calido. Consequenter quæritur, vtrum digestio fiat a calido radicali,vel influente,& videtur,ꝙ a radicali,quia materia morbi est particularis,ergo digeritur a causa particulari,sed radicalis est particularis,& proprius membro,et influens oĩbus membris vniuersaliter,& influens de mẽbro in membrũ,ergo,&c. Item Auic. in i. dicit,quod idẽ calor digerit cibum,et materia morbi,sed radicalis digerit cibum,& non influens,quia si influens digereret,ipse non daret nisi formam cordis, cũ ibi generetur, & eius complexionem habeat,sed hoc est falsum,ergo,&c. Sed contra agens est in actu, & influens est in actu,radicalis in potẽtia solum,& sopitus,ergo,&c. Item videtur quod influens digerat, licet vterque digerat, quia calidum influens vniuersalis est, & radicalis particularis,&c. vniuersalis plus influit in suum effectum, quam particularis,ergo fluẽs plus facit ad digestionem, quam radicalis.

Solutio primæ quæstionis. Solutio ad primam quæstionem. dico, ꝙ oĩs materia a calore potest digeri,nisi sua malitia resistat,& egeat auxilio medici. vnde calor naturalis digerit tam materiã calida,quam frigidam; sed tñ differenter,quia infrigidata digerit alterando tm̃, & sic via alterationis. sed calor naturalis digerit materiã calidã partes calidiores expellendo, & expirare faciendo per modũ fumi, & vaporis, & ita residuum materiæ,quod remanet infrigidãdo: dupliciter.n. materia calida potest infrigidari. Vno modo partes calidiores expellendo in fumũ,& vaporem, & ita residuum,quod remanet infrigidando,& ita materia calida infrigidatur a calore naturali nociuum expellendo. Secundo modo materia calida potest infrigidari sola alteratione,& ita infrigidatur a frigido,vnde calor digerit tã materiã calidam,q̃ frigidam, sed non eadẽ via,sed diuersa sicut dictũ est; sed frigidum non digerit nisi vnam materiam tantũ,scilicet calidam, & vno modo tantum, scilicet alterando. Dico ergo,ꝙ quælibet materia digeritur a calido,nõ inquantũ calidũ, sed inquantũ naturalis.

Ad primum dico, quòd oĩs cura fit per contrarium, non a contrario in forma,sed in effectu,& operatione,et ab inducente contrarium, & ideo non oportet,quòd calor curetur per frigidum,sed per infrigidans. Ad aliud dico,quòd licet calor fiat innaturalis, tamen aliquid retinet naturaliter,secundum quod ipse potest aliquam materiam digerere in lõgo tempore, quam naturalis calor, & temperatus digereret tempore breuiori.

Ad

Solutio primæ quæstionis.

Ad ſecundam quæſtionem dicendū, ꝙ eā ſoluit Auic. in j cap. de membris. ibi enim dicit Auic. ſi cibus eſſet in membris, & via cordis eſſet clauſa, exiſtens in membris non digereretur, quia calor influens non diffunderetur à corde, & propter hoc dico, ꝙ digeretur ab vtroque, & ꝙ aliquādo alteratur, & oportet, vt alteretur à tali re, quòd inducat complexionē membri, vt per eam poſſit recipere membri formam. Calor aūt radicalis non immediate poteſt cibum alterare, cum ſit in profūdo membrorum ſolidorum, & non tangens cibum, & calor influens de ſe ſatis ſufficienter alterat cibum, ſed ipſe ſufficienter non alterat cibum alteratione inducente formam confimilē complexioni membri. Sed oportet, ꝙ calor influens informetur, & reguletur à calore radicali, & tunc influens eſt eiuſdem naturæ cum radicali, quia calor ſic rectus alterat cibum alteratione inducente formam membri. Dico ergo, quod vterque calor digerit cibum, ſed differenter. nam influens digerit inſtrumentaliter, & radicalis ſicut principale agens, regulando digeſtionem.

Itē radjcalis inducit formam membri, & nō influens niſi regulariter à radicali. dico ergo, quōd radicalis digerit principalius. Ad primum dico, quod ipſe ſupponit falſum, cū dicit, quod calor radicalis ſopitus eſt, hoc eſt falſum, ſed eſt actu, licet non ſit actu ſicut influens, vt in ſyncopizante. dico, ꝙ calor eſt actu, licet ſit debilis non apparens. Ad aliud dico, qđ cauſa vniuerſalis cū tunc ſit regularis, plus in cauſatū influit, quā particularis, ſed ſi particularis ſit regulans vniuerſalem, & non è contra, non oportet, ꝙ plus influat; & ſic eſt hic, ideo non valet.

De ſyrupo de abſinthio.

Syrupus de abſinthio, &c. coquatur abſinthium in aqua, & ponatur poſt zuccharum, & poteſt fieri cū melle duobus modis ſic. Accipe roſ. & abſi. æqualiter, & ponatur in aqua, & coquatur ad partem quartam, & pones tertiam partem mellis, & quartam vini aromatici, & eſt multum bonum. Secūdo modo ſic. ℞. abſinthij partem vnam, & duas cichoreæ, & fiat ſyrupus ſicut prius, hoc mul. ū valet ad confortandū ſtomachum, et hepar deoppilando, ipſum conſtringendo, deoppilando paruas eius venas, vel per eius ſubtilitatē, & caliditatem oēs hepatis partes, quæ ſunt ſanguineæ, cū hepar ſit ſanguis coagulatus, in conſtringendo per ſuā ſtypticitatē, & hoc ipſum deſiccat conſtringendo, ſed venas eius aperit, & diuidit, Auic. dicit, quod multum confert hydropicis ex calida cauſa, & choleram euacuat, & iuuat ſtomachum.

De ſyrupo de fumoterræ.

Syrupus de fumoterræ generaliter cōuenit omni impetigini, omni ſcabiei: mundificat ſtomachum, hepar, & renes purgat. ℞. myrob. omnium ana vnc. x. ſenæ, myrthæ, gentianæ, baccarum lauri, ana vnc. j. & epithymi, cuſcutæ, abſinthij, thymi, hepaticæ, vtriuſque lapatij, ſcabioſæ, enulæ, boraginis, radicis apij, marathri ana vnc. xx. liquiritiæ, polypodij, ana vnc. x. tamarindi, caſiæ fiſtulæ mundatæ ana vnc. iij. vuarum paſſarum vnc. j. roſ. mannæ, viol. ana vnc. j. prunorum nu. xl. ſucci de fumoterræ, & boraginis quantum ſufficit. ſaniationem mundificat, & etiam venas; hepar aperit, & deoppilat, & laxat ventrem, & choleram euacuat, & confortat, & valet contra lepram, & ſcabiem, & ſimilia.

De ſyrupo de boragine.

Syrupus de boragine eſt triſtitiam mitigans, mundificans ſanguinem, lætitiam prouocans, & memoriam, ideo valet contra cardiacas paſſiones, & fit ſicut ſyrupus de fumoterræ. Similiter poteſt fieri ſyrupus de cytonijs, & etiam ſyrupus de myrto, & aliquando de multis alijs rebus. etiam quomodo debeant fieri patet ex prędictis, quia fiunt ſicut prædicti ſyrupi.

Quia dicit Ariſt. in lib. de animalibus, ꝙ qñ ratio cōcordat ſenſui, tunc eſt perfecta cognitio, & cum declaratum ſit de cognitione medicinarū ſimpliciū per experimentū, cuius principia cognoſcuntur ſenſu, Nunc debemus dicere de cognitione medicinarū per rationem, cuius principia cognoſcuntur intellectu. Et ſunt quatuor rationes, per quas medicinæ ſimplices cognoſcuntur. Prima ſumitur ex ſubſtantia medicinæ ſimpliciter. Secunda ex ſapore eius. Tertia ab odore. Quarta à colore eius. Et primo dicemus de ratione ſumpta à ſubſtantia medicinarum ſimplicium. Sed ſciendum, quod ſubſtantia eſt nomen æquiuocum. nam ſubſtantia vno modo eſt res de prædicamēto ſubſtantiæ, & ſic vtitur hoc nomine ſubſtantia logicus, & aliquando ſumitur ſubſtantia pro poſitione partium in toto, & hoc modo vtitur hoc nomine ſubſtantia medicus, & ita intendimus de ſubſtantia, & ſubſtantia diuiditur per rarum, & denſum. ſubſtantia autem rara cito inflammabilis eſt, cū ipſa ſit vacua. i. aere plena; res enim poteſt cito inflammari, vel quia rara, vel quia calida. vnde non ſequitur, hæc res cito inflammatur, ergo eſt rara. ſed bene ſequitur, hæc res cito inflammatur, ergo eſt rara, vel calida. Similiter ſequitur, duarum rerum eiuſdem ſubſtantiæ, ideſt eiuſdē raritatis, quæ citius inflammatur, eſt calidior alia, quæ ea non citius inflammatur pro maiori raritate cum ipſe ſint eiuſdem ſubſtantiæ, ideſt æqualis raritatis. vnde Gal. in techni dicit. ſi corpus humanum cito inflammatur, ipſum eſt rarum, vel potentia calidum. Item poteſt cito infrigidari, vel quia rarum, & cito paſſibile, vel quia potentia frigidum. vnde non ſequitur hoc cito infrigidatur, ergo eſt potentia frigidum, ſed ſequitur hoc cito infrigidatur, ergo eſt rarum, & cito paſſibile, vel potentia frigidum. Item ſi ſint duæ res, quarum vna eſt rara, & alia denſa. ſi dēſa citius infrigidatur, ipſa eſt frigidior. Sed ſi rara citius infrigidatur, non oportet, quòd ipſa ſit frigidior. Similiter denſum tarde calefit. & inflammatur, vel quia denſum, vel quia potentia frigidum. vnde non ſequitur, hoc infrigidatur; ergo eſt potentia frigidum, ſed ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum, vel potentia frigidum. Similiter ſequitur, duarum rerum eiuſdem ſubſtantiæ, ideſt æqualis denſitatis, quæ tardius inflammatur eſt frigidior, quia non tardius inflammatur pro maiori denſitate, cum ipſæ ſint eiuſdem ſubſtantiæ, ideſt eiuſdem denſitatis. Item res tarde infrigidatur, vel quia denſa, vel quia potentia calida. vnde non ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum. Nec ſimiliter ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt potentia calidum, ſed ſequitur, hoc tarde infrigidatur, ergo eſt denſum, vel potentia calidum. Similiter ſequitur, duarum rerum, quæ ſunt eiuſdē ſubſtantiæ, i. æqualis denſitatis, quæ tardius infrigidatur eſt potentia calidior. Item ſi ſunt duæ res, quarum vna eſt rara, alia denſa, ſi denſa citius inflammatur, ipſa eſt calidior, quia denſitas non facit eam citius inflammabilem, ſed ſi rara citius inflammaretur, non oportet, quod ipſa ſit calidior, quia ſi rara tardius inflammatur, ipſa eſt frigidior.

Subſtantia duplex.

Item ſciendum, quod rarum non eſt inflammabile, niſi quia potentia frigidum. ſimiliter rarum non eſt cito infrigidabile, niſi quia potentia calidum. Item ſciendum, quod rarum eſt cito inflammabile, niſi impediatur per potentialem frigiditatem; rarum enim in eo, quod rarum, cito paſſibile eſt, & denſum tarde.

De cognitione à ſaporibus.

Conſequenter dicamus de cognitione ſumpta à ſapore medicinarum ſimplicium. Et ſciendū, ꝙ per ſapores melius iudicamus complexionem medicinarum ſimplicium, quam per odores. Cuius cauſa eſt, quia ſi medicina, quæ habet duos ſapores ſicut dulce, & acutum, ponatur in ore ſupra linguā, ille ſapor, qui cauſatur à principaliori complexione, & eam ſequitur, vincet in mutatione, & tunc lingua plus de eo iudicabit, & de cōplexione, ad quam iple ſequitur, quam de alio, & de complexione, ad quam alter ſequitur. Item ſi vna res non hēt niſi vnum ſaporem, ſignum eſt, quod non habet niſi vnā complexionem, ad quam iſte ſapor ſequitur. Sic ergo manifeſtum eſt, quod ſapor, quando eſt vnus tantum, non eſt niſi vna complexio in toto, quæ neceſſario eſt ei principalis, & quando ſunt duo ſapores in eadem re, ille, qui plus immutat guſtum, ſequitur complexionem principalem rei, & ſic per ſaporem deuenimus in cognitionem complexionis medicinarum, ſed non per odorem ita faciliter, quia odor, quem olfactus percipit, non

sequitur complexionem principalem totalem rei, quia non sequitur totalem rem, nec partem eius maiorem, sed sequitur eius minimam partem. f. subtilẽ, quæ est fumus: quia odor est fumalis euaporatio secundũ Arist. ideo licet odor attestatur supra cognitionẽ minimæ partis rei, non tñ attestatur supra cognitionẽ totalẽ, neq; supra cognitionẽ pluriũ partiũ rei; ideo non attestatur supra cognitionẽ principalem. Et licet per saporẽ melius iudicemus de complexione rei, quam per odorem, tamen sapor aliquando est mendax, quia opium est frigidum, tamen ipsum est amarum, & sapor amarus est calidus, ideo sapor opij cum ipsum significat esse calidum, falso illud significat, cum ipsum sit frigidum. Sed ille error raro, aut nunquam accidit in corporibus calidæ complexionis; in eis enim nunquã dominatur sapor frigidus, sed calidus. Sed in corporibus frigidis iste error frequenter accidit; in eis enim aliquando sapor calidus dominatur scilicet amarus, & causa huius est, quia caliditas est qualitas magis actiua, quam frigiditas, ideo in complexione calida, caliditas non permittit dominari frigidum saporem, & in complexione frigida, frigidum non potest, prohibere, quin in ea dominetur sapor calidus. Itẽ alia causa potest esse, quia sapores calidi sunt magis immutatiui cum maiori etiam delectatione, & tristitia, quã sapores frigidi, ideo sapores calidi, tam in re calida, quam in re frigida magis impediunt perceptionẽ saporum frigidorum, quam e contrario. Et causa quare sapores calidi sint magis immutatiui cum delectatione, & tristitia, est, quia calidi à causa magis actiua causantur, quæ est caliditas, & frigidi à causa minus actiua, quæ est frigiditas.

Nouem retũ sapores.

Item sciendum quod nouem sunt sapores f. acutus, amarus, salsus, vnctuosus, dulcis, ponticus, stypticus, insipidus, & acetosus, Et horum saporum, stypticus, ponticus, & insipidus, & acetosus causantur à frigido tanquã à propinqua causa; licet enim acetosus possit causari à calido tanquam à causa remota, tamen ipse semper causatur à frigido tanquam à causa propinqua. Sed dulcis, & amarus, vnctuosus, salsus, & acutus causantur à calido: sed dulcis, & vnctuosus conueniunt corpori humano in gradu; sed salsus, acutus, & amarus, sunt eleuati in gradu supra cõplexionem humanam quantum ad caliditatem.

De ratione ab odore.

Consequenter dicamus de ratione sumpta ab odore medicinarum simplicium. Notandum primo de odore, quia omne odoriferum est calidum, nisi multam roralem humiditatem habeat impedientem suam cal. sicut nenuphar, & viola.

Secunda regula est hæc. aliquando per odorem vim saporis habentem nos cognoscimus simplices medicinas, & earum complexionem per odorem dulcem, & odorem ponticum, & sic de alijs odorum nominibus illarum specierum saporum, quarum habent virtutes.

Tertia regula est hæc, homo male odorat, quia habet malum olfactum; huius aũt sunt tres causæ. Prima quia instrumẽtum olfactus est coopertum aliqua pellicula, q̃ oportet eleuare per aerem, vel fumũ inspiratũ antequam odoremus. Secũda causa est, quia instrumẽtum olfactus est in profundo positũ intra caput. Tertia causa est, quia instrumentum olfactus est proprie cerebrũ, quod sua humiditate frangit instrumentũ olfactus, siue complexionem naturalem ipsius, quæ est ficca. propter illas tres causas homo habet peiorem olfactum cæteris animalibus.

De ratione à colore.

Consequenter dicamus de ratione sumpta à coloribus; per colores enim cognoscuntur simplices medicinę, & earum complexiones, sed in sufficienter, & incõplete. Videmus. n. vt in pluribus albũ, frigidũ, & calidum, rubeũ. non tñ omne albũ est frigidũ, nec omne rubeũ calidũ, sed omne albũ dummodo sit humidũ, est frigidũ, sicut lac vaccæ. similiter omnis res rubea, vel nigra dummodo sit ficca, ipsa est calida. Item in rebus eiusdẽ coloris, sicut cępe, quod est rubeum, illud quod est albius est frigidius, & quod est citrinum, est calidius. sicut est de cępe, sic dicimus de vino, quia vinũ albius est frigidius magis, rubeũ est magis calidũ, tñ vinũ potest esse rubeũ dupliciter. vno modo per actionẽ calidi alio modo per cõmistionẽ partium terrestrium rubearum cum eo, sicut homines album vinum faciũt rubeum ex remanẽtia ipsius vini cũ acino, quia partes terrestres acini rubeæ cum vino albo commistæ faciunt vinũ rubeum. Primo modo est calidius, quam vinũ album, & etiam res rubea primo modo rubedinis est calida de natura, sed rubea secundo modo, est non calida de natura, sicut lac vaccę est frigidũ, si tñ parum croci admisceatur cũ eo, tunc fiet rubeum, vel citrinum, non tamen propter hoc erit calidũ.

Sed potest quæri qũo vna res potest esse calida, & alba, sicut est euphorbium, & rubea frigida. sicut est ros.

Respondet Auic. sic, ꝙ duplex est compositio. prima quæ est ex elementis, secunda, quæ est ex mistis, quantũ ad primam compositionem, nulla res alba potest esse calida, & nulla rubea potest esse frigida; sed quantum ad compositionem secundam, aliqua res alba potest esse calida, & aliqua rubea potest esse frigida. Et sic patet qũo possibile est, ꝙ aliqua res miscetur ex re alba frigida, & ex nigra calida, & in mixto sit plus de substantia alba frigida, & minus de nigra calida, quia niger color plus vincit, quam albus; ideo sit ex eis color medius rubeus; totum tñ sit frigidum à prædominio, cum frigiditas ibi dominetur. Similiter possibile est, ꝙ ex re non habente manifestum colorem frigida, sicut crystallus, & ex rubea calida aliquod mixtum fiat; ita ꝙ ibi sit plus de crystallo, & minus de rubea, totum erit rubeum frigidum, cũ crystallus dominetur in quantitate, & quãtum ad complexionem. Sed rubeum dominatur in dando colorem rubeum, sicut est de rosa: rosa enim est composita ex substantia calida rubea, pauca, quæ non dominatur quãtitatiue, neque substantia; sed in dando colorem tantum, & ex substantia frigida multa, & non manifesti coloris, quæ dominatur quantitatiue in substantia rosæ, & non respectu coloris, & quantum ad dominium quantitatis, dominatur complexio, non color, & ideo per colorem male iudicamus complexionem rei; scilicet aliquas res albas, tamen calidas, sicut lac euphorbij, quod queuis album, tamen ipsum est calidum.

De syrupo de absinthio.

Superius determinatum est de octo syrupis, nũc dicamus de alijs, & primo dicamus de syrupo de absinthio.

Absinthium est radix, & basis in syrupo, & est hæc herba multũ nota, multas habens species, & virtus eius in succo eius maxime dominatur, & hæc herba est calida, & ficca in secũdo gradu. sed eius succus est calidior, & ficcior, quam eius substantia, & est stypticum mediocriter pro aliqua eius substantia in ea exigẽte frigida. Similiter ipsum est amarum pro aliqua eius parte subtili calida existente in superficie, & iuuat stomachum, ipsum deoppilando paruas eius venas, per eius caliditatẽ, & subtilitatẽ, & omnes partes hepatis, quæ sunt sine sanguine, cum hepar sit sanguis coagulatus, constringendo per suam stypticitatẽ, & etiã per hoc idem desiccat, cõstringendo, sed venas eius aperit, & dicit Auicen. quod multum valet hydropicis ex ea causa, & euacuat choleram absque eo, quod phlegma euacuet, & iuuat stomachum, & nocet capiti per suam caliditatem, & ficcitatẽ mordicantem, & resoluẽtem fumos ad caput. Sed quomodo hoc fit possibile cum caput stomacho compatiatur. Dico, ꝙ confortat stomachum per suam stypticitatem constringentem, & nocet capiti per suam ficcitatẽ, & caliditatẽ mordentem, & resoluentem fumos ad caput, & est succus calidior, & ficcior, quam eius substantia; propter enim istud, ꝙ est aperitiuum hepatis, valet hydropicis, & etiam bonum est cum succo eius vngere ventrem eius, si fit dolor in eo, & parua materia.

Absinth.

Syrupus absinthij stypticitate sua confert habẽtibus stomachum debilem, & euacuat choleram excoriantem intestina, & cõfortat venas sua stypticitate. Vnde si stomachus, & hepar sint debilia, poni debet absinthiũ, & fit de zucch. coquatur absinthium cum aqua, & ponatur post zuccharũ. potest ẽt fieri cum melle duobus modis,

vno

vno modo sic. Accipe rosas,& absyn. æqualiter,& ponan A tur cum aqua, & decoquantur ad partem quartam,& ap ponantur tres partes mellis 4. vini aromatici.& est mul tum bonum. Secundo modo sic. Accipe absynthij par tem,i.cytoniorum.ij. & fiat syrupus sicut prius.hoc mul tum valet,ad confortandum hepar, & ad euacuandum choleram.

De syrupo de fumoterræ.

Fumus terra. Consequenter accedamus ad syrupum,qui fit de fumo terræ. Fumus terræ est herba nota, & calida temperate. vnde non est multum calida, nec multum frigida. Dicitur enim fumus terræ, quia cito oritur in magna quantitate, quia cum nihil est in sero eius super terrã,in crastino magna apparet,& est amara tendens ad acuitatem,& cum hoc habet stypricitatem.sanguinem mundificat, sicut borago,& myrobalani,& etiam venas, & hepar aperit, & deoppilat, & laxat ventrem, & choleram euacuat, & hoc totum facit sua caliditate,& confortat stomachũ. B valet contra lepram, contra scabiem, & contra similia genera, & syrupus fit de eo, sicut de absynthio, & in eo fumus terræ est basis, nam ipse valet contra scabiem, & lepram, & si in eo ponantur myrobalani, & borago mul tum mundificat sanguinem, & si cum fumo terræ ponatur radix apij, & fœniculi multum plus valet ad deoppilandum hepar,quam sine his.

De boraginis syrupo.

Borago. Consequenter accedamus ad syrupum, qui fit de borragine. Borago est humida, & calida, tristitiam mitigãs, sanguinem mundificat,prouocat lætitiã, & memoriam.

Item contra cardiacas passiones, & fit iste syrup. sicut syrup.de fumo terræ. Et aliquando similiter potest fieri syrupus de cytonijs, & de multis alijs rebus, sed quomodo debent fieri,patet ex prædictis. Nota quod differt rob, & syrupus. nam si succus inspissetur per se, tunc est rob, sed si inspissetur cum melle, vel cum zuccharo, tunc est C syrupus.

Habito quid est digestio,& à quo digestio fiat.

An digestio habeat incrassare,vel subtiliare. Circa hoc primo quæramus. vtrum digestio habeat incrassare,vel subtiliare, & videtur primo, quod semper debeat incrassare, quia dicit Aui.quòd digestionis intentio est, quod omnia incrasset. Item Galen.dicit,quòd ipsa semper incrassat. Item digestio fit a calido semper consumendo subtile humidum, ergo digestio semper incrassat. Sed contra dicit Aui. quod digestio incrassat subtile, & crassum subtiliat.

Solutio. Ad hoc ergo dico,ꝙ digestio incrassat,& non subtiliat, sed aliquid potest dici tale in substantia, & passione, & actione. Dico ꝙ digestio incrassat in substantia, sed ipsa subtiliat in passione. vnde dico ꝙ ipsa incrassat, quia ipsa per calorem facit effumare subtile, ergo quod tunc remanet est crassius, quam prius:sed ꝙ remanet est digestiuum.ergo digestio incrassat in substantia, & hoc est verum. Tamen multi dicunt, quòd secunda digestio incrassat,& etiam tertia,tamen prima subtiliat,quę fit in D stomacho, quòd dico esse falsum; sed omnis digestio incrassat, nonne chylus est subtilior pane?ita, sed hoc non est propter digestionem, sed propter crassitiem a subtili cõmunicãtem diuisionem, quia digestio per se quicquid aufert & resoluit. est subtile, & hoc resoluit per fumũ, & non aliter; propter hoc dico,ꝙ omnis digestio incrassat substantiam per se,tamen ipsa subtiliat quantum ad passionem suam.nam digestio congelata dissoluit, & liquefacit,& viscosum diuidit cum resolutione subtilis per fumum, & ita licet ea incrasset quantum ad substantiam, tamen ea subtiliat quantum ad passionem, quia ea reddit ipsa passibiliora, quam prius.vnde Auic.loquitur de subtiliatione in passione, ideo &c.

An digestio possit fieri a calore innaturali. Consequenter queritur vtrum digestio possit fieri à calore innaturali febrili.videtur, quòd sic.Galen.dicit ꝙ in statu accidentia insurgunt, quia morbũ digerunt,sed illa accidentia sunt innaturalia, ergo calor innaturalis febrilis morbi materiam digerit. Item illud idẽ,ꝙ materiam expellit,diuidit, & digerit,sed in v.febrium scribit Isaac, ꝙ calor febrilis materiam expellit. Item quod morbum curat,materiam morbi digerit,sed calor febrilis curat paralysim;& spasmum.ergo &c. Item ille calor,qui calefaciendo materiam morbi calefacit, digerit,sed calor febrilis materiam morbi calefacit.ergo &c. Item calor æstiualis abbreuiat morbos, sed hoc non est, nisi quia ipse materiam morbi digerit:attamen est calor innaturalis corpori humano, ergo similiter calor febrilis, licet ipse sit innaturalis,poterit materiam morbi digerere.

Sed cõtra digestio,& principiũ digestionis,sunt causæ sanitatis,sed calor febrilis nõ est causa sanitatis, ergo &c.

Item digestio est effectus naturæ,& naturalis, ergo fit a causa naturali, & non ab innaturali,& febrili. Itẽ Gal. in ij. regiminis acuto.dicit, quòd digestio fit a calore humido,sed calor febrilis est siccus, ergo &c.

Solutio. dico ad istam quæstionem, ꝙ digestio non fit nisi à calore naturali, vel ab eo, quòd à natura digeritur, & regulatur, sicut est syrupus, & non fit à calido innaturali, vel febrili. Cuius causa hæc est,quia digerens ducit ad terminum bonum,sicut facit calor naturalis;sed calor innaturalis,vt febrilis cũ agat in eo,quia calor est igneus, non ducit ad certum terminum bonũ, sed potius ad malum, cum ad consumptionem; ideo ipse non digerit, tamen ipse iuuat materiæ digestionem, quia ipse expellit vnam partem materiæ morbi, & natura residuum facilius vincit, & digerit,& ideo licet ipse nõ digerat, tamen iuuat ad digestionem.

Ad primum dico, quod in statu fiũt accidẽtia, tamen non digerunt materiam morbi,sed bene stimulant naturam,vt ipsa digerat materiam. Vel dicendum,quod accidentia non digerunt materiam,sed significant eam digeri. Vel dicendum.quod ibi non dicit Gal.ꝙ insurgunt accidentia,quæ digerant materiã, sed dicit per modum copulæ sic,in statu insurgunt accidẽtia,ac morbũ digerunt. per hoc non habes, quod accidentia morbum digerant.

Sed glossandum est sic, & morbũ digerentia.i.virtus, & calor naturalis. Ad aliud dico, ꝙ illud quod expellit materiam iam digestã digerit, & expellit eam, sed calor febrilis non expellit materiã digestã, sed expellit eã,antequã digeratur,ideo nõ oportet, ꝙ eam digerat. Ad aliud, dico ꝙ calor febrilis non curat paralysim nisi per accidens,ideo non oportet, ꝙ digerat materiam morbi; nam calor febrilis stimulat natura, & ea stimulata insurgit in ipsam per suum calorem naturalem, & tunc digerit materiam paralysis, & eam expellit, & ita curat paralysim.

Ad aliud dico, ꝙ digerens materiam debet ea calefacere fine consumptione multa, sed licet calor febrilis calefaciat materiã frigidã morbi, tamen eam nõ digerit,quia eã plus debito calefacit,cõsumit, & multũ crassiorem,& minus passibilẽ quã prius reddit,& ideo non digestam,licet.n.digestũ fit crassius nõ digesto, tamẽ est passibilius, & magis obediens. Ad aliud dico, ꝙ calor æstiualis non digerit materiam, sed incendit,& acuit calorem naturalem, vt melius possit digerere materiam, & etiam aperit poros, vt ipsa digestio cito expellatur, ideo non valet.

De alipta muschata. Confectio aliptę muschatę,alipta.i.mistura, valet pueris patientib.asthma, & cõstrictionẽ pectoris, & etiã valet non valentib. lac retinere, vnde fit suffumigium optimũ, & odoriferũ, quo vtuntur apost. & Imperatores in capellis suis,& intrat in pretiosis medicinis,& ele.&c.

De gallia muschata. Confectio galliæ muschatę intrat in pretiosissimis medicinis, & electarijs, &c.

De confectione neræ.

Confectio neræ ita fit, &c. Dicit Galen in de simplici medicina, ꝙ per operationes cognoscimus virtutes. Igitur postquã inquisita est cognitio scilicet medicinæ, & suæ virtutis per rationem, & experimentum. Nunc inquiramus cognitionẽ suæ virtutis per operationes eius.

De operatione medicinæ simplicis.

Triplex medicinæ simplicis operatio Et sciendũ qđ medicinę simplicis triplex est operatio vniuersalis.particularis,& cõis ad vniuersalẽ,& particularẽ. Operatio vniuersalis est illa,quã ipsa exercet in toto corpore, sicut calefacere &c. Particularis est illa, quam

ipsa

ipſa exercet in aliqua parte corporis, & pro aliquo ſicut confortare.

Sed communi ad vniuerſalem,& particularem eſt illa, quam exercet ſimplex medicina in aliqua parte corporis, tñ pro iuuamento totius corporis; in hoc n.quod exercetur in parte corporis conuenit cum particulari,in hoc autem q̃ ipſa ſit pro iuuamento totius corporis conuenit cum vniuerſali operatione, ſicut eſt hæc operatio, quæ eſt prouocare menſtruũ,vel hęmorrhoidas. Itẽ quædã operatio ſimplicis medicinę eſt prima,quædã ſecũda. Prima eſt ſicut calefactio, infrigidatio,humectatio,& deſiccatio. Secunda eſt eadẽ cum prima,cum aliqua additione,& intẽſione; & cõgelatio, quæ eſt infrigidatio cum intẽſione;arefactio,quę eſt deſiccatio cum intenſione;& putrefactio, quę eſt quædam humectatio cũ intenſione.

Itẽ omnis ſimplex medicina habet duas operationes, vnam per ſuam materiam,aliam per ſuam formã, & appello materiam ſuam ſubtile, ſiccum,viſcoſum,craſſum cum viſcoſitate, coagulatum, curſibile,mucilaginoſum, ſpongioſum. Operatio medicinæ ſubtilis eſt facile diuidi,& facile calefieri,debiliter tamen. Operatio medicinę viſcoſæ eſt non facile diuidi,cum partes ſuæ adhæreãt tanquam catenæ, & ideo cum eleuatur facit filum ſine interruptione,& etiam viſcoſum,non de facili puluerizatur, cum ſuum ſiccum, terreum ſit nimis foruter nexum cum ſuo humido aqueo. Operatio craſſi ſine viſcoſitate eſt, q̃ ipſum de facili puluerizatur. Operatio congelatæ medicinæ eſt quod bene retinet ſuam figuram,& non cedit in omnem figuram,ſed ſemper eſt in vna figura,vt in illa quam primo recipit in congelatione; & eam non deperdit,niſi per liquefactionem:vnde congelatum ſibi determinat vnam figuram, ſillam, quam in congelatione recipit. Operatio curſibilis medicinæ eſt, q̃ de facili cedit in omnem figuram, tamen per naturam curſibilitatis nullam figuram ſibi determinat. Operatio medicinæ mucilaginoſæ eſt, quæ ipſa poſita in aqua facit in ea viſcoſitatem. Operatio medicinæ oleaginoſæ eſt, quod ex ea fit oleum, & eſt medicina oleaginoſa,quæ habet in ſe aliquid olei,ſicut grana, & nuces. Operatio medicinæ ſpongioſæ eſt, quod cum ei obuiat humiditas ſtatim in eam ſubintrat, & imbibitur iſta humiditas.

Viſis operationibus medicinæ a parte ſuæ materiæ, nunc videamus de proprijs operationibus eius a parte formæ ſuæ,& appello eius formam,eius complexionem. Et ſunt quatuor complexiones medicinæ. Prima calida. Secunda frigida. Tertia humida. Quarta ſicca. Et quantum ad iſtam locutionem videamus proprias operationes medicinæ calidæ ſimpliciter.

De operationibus med. calid.

Et ſciendum quod medicina ſimplex per complexionem calidam exercet duodecim operationes.

Prima eſt humorem ſubtiliare, quod non facit fortis calor, quia ipſe conſumendo ſubtile incraſſat, ſed mediocris ſubtiliat humores cõgelatos liquefaciendo ſine conſumptione eius.

Secunda operatio eſt abſtergere, ſicut illa medicina, quæ ducit ſecum ſuperfluitates, quas inuenit in orificijs venarum, & talis medicina debet eſſe amara, vnde omnis medicina amara ventrem laxat.

Tertia eius operatio eſt exaſperare, ſed aliquid põt exaſperare tripliciter. Primo modo abſtergendo. Secundo modo conſumendo. Tertio modo cõſtringendo. Abſtergendo ſicut medicinæ abſterſiuæ exaſperant, & ſecũ ducunt humiditatẽ continuantem, & lenificantem,& hæc patent in trachea arteria mulierũ. Nam trachea arteria mulierũ habet multum humiditatem ipſam continuantẽ,& lenificantem.ideo habent vocem ſuauẽ; & dulcem, & cum aliqua medicina laxatiua tranſit per earum trachea arteriam ipſam humiditatem arteriæ eius adhærentẽ ſecum ducit, & remanet diſcontinua, & aſpera, & tunc habet mulier non ſuauẽ,nec vniformem vocẽ,quia conſumendo exaſperat. Calidum conſumendo,quia conſumit humiditatem arteriæ, quæ ipſam continuabat, & lenificabat, qua conſumpta, partes arteriæ in parte vna conſtringuntur,in alia autem diuiduntur. Tertio modo ponitica, & ſtyptica exaſperant cõſtringendo partes arteriæ in vno loco, in alio autem diuidunt eam neceſſario, & ita auferunt lenitatem, & inducunt aſperitatem,& in arteria, & in alijs partibus. Et licet exaſperare dicatur tribus modis,tamen calidum non exaſperat niſi vno modo,ſcilicet ſecundo modo conſumendo.

Quarta operatio medicinæ calidę eſt apetire,quod facit aperitiua medicina, ſed medicina aperitiua poteſt eſſe tripliciter vno modo abſtergendo. alio modo conſumendo.tertio modo cõſtringendo. Abſterſiuæ aperiunt medicinæ, quæ humiditatem eis adhærentem, & mẽbrum eis continuantem ſecum ducunt, & lauant, & ita medicina abſterſiua eſt aperitiua remouendo cõtinuans. Conſumendo medicina eſt aperitiua, eaq̃ conſumit humiditatem continuantẽ, & iſto modo omnes medicinæ, tã amaræ, quam acutæ,quàm ſalſæ etiã ſunt aperitiuæ,quia conſtringendo membrum in vno loco, in alio loco diuidunt. Et ſciendum quòd medicinæ abſterſiuæ aperiunt parum, & ſtypticæ plus,& calidæ maxime. Item medicinæ abſterſiuę nullo modo neceſſitate,& calidæ aperiẽdo poſſunt ſubintrare, cũ calidum conſumere poſſit tam de longe, quàm de prope. Et licet medicina aperitiua ſit tribus modis, tamen calida non eſt aperitiua, niſi vno iſtorum modorum, ſcilicet ſecundo modo.

Quinta operatio medicinæ calidæ eſt mollificare, calida enim medicina aperit poros circumferentiales, & tũc per illos poros ipſa trahit humiditatem ad partes circumferentiales,quæ mollificat partes circumferentiales, Sed caueas ne illa caliditas ſit nimium fortis. nam ſi eſſet nimis fortis, ipſa non tantum traheret humiditatem ad partes circumferentiales, ſed cum eam conſumeret, & tunc non mollificans debet eſſe mediocriter calida, quia humiditatem tunc mollificantem, quam attrahit ad partes circumferentiales,non conſumit.

Sexta operatio medicinæ calidæ eſt aperire ſiue membri ſubintratione materiam continentem euacuando, ſiue euaporando,& ſic calida,& ſic in ij. gradu ſunt aperitiua, & calida medicina conuenit in apoſtematum cura,cum ipſa confert membrum apoſtematum, & vnam partem apoſtematis euaporat, & ita aperit, & reſiduum materiæ apoſtematis ipſa maturat. Similiter talis medicina competit in euaporatione materiæ ventoſæ, quam euaporando membrum aperit, ſed hæc operatio nõ differt a quarta, niſi ſicut vniuerſale, & particulare.

Septima operatio eſt attrahere, ſed medicina calida poteſt attrahere quinq; modis. Primo modo attrahit cũ ſua complexione, quæ eſt calida ſimpliciter nullã operationem vltra faciendo, & ſic medicina calida attrahit a profundo corporis, & membrorum, ſicut a iunctur is; & ſic anacardus calidus, & ſiccus attrahit. Secundo modo medicina calida attrahit non ſimpliciter,ſed cũ hoc mordicat,per quam mordicationem paruum dolorem inducit. Tertio modo medicina calida non ſimpliciter, ſed cum hoc membrum vlterius rubificat, & ſic ſemen vrticæ, & cæpe attrahunt. Quarto modo medicina calida attrahit non ſimpliciter,ſed cum hoc vlcerat, ſicut eſt illa medicina, quæ conſumit materiam continuantem, & illam attrahit a profundo membri, & eam conſumit.

Med. vtil. 5. modis attrahit.

Octaua operatio medicinæ calidæ eſt conſumere totaliter, ſicut illa, quæ conſumit humidum totum continuans, & reſiduum incinerat.

Nona operatio medicinæ calidæ eſt corrodere, ſicut illæ, quæ diminuunt carnem per corroſionem, non per putrefactionem,nec per aduſtionem,& hoc faciunt medicinæ ſalſæ.

Decima operatio medicinæ eſt putrefacere, & hoc faciunt illæ, quæ corrumpunt ſpiritus, & humiditates. de talibus med. dixit Gal. in de ſimplici medicina, quòd ipſæ non debent diu manere in corpore, & ſi diu remanẽt, ſuſpectæ ſunt.

Vndecima operatio medicinæ calidæ eſt corrumpere non conſumendo, neque adurendo, neq; putrefaciendo, ſed malam complexionem repugnantem operationi membri inducendo, ſicut ſunt illæ, quæ inducunt

apople-

apoplexiam, epilepſiam, & his mediantibus paralyſim.

Duodecima operatio medicinæ calidæ eſt excoriare poſt abſterſionem. ſicut ſunt illæ, quę vehementer abſtergunt, quia excoriatio nihil aliud eſt quam vehemens abſterſio, & tales medicinæ ſunt bonæ in lepra, & morphea, & conſimilibus paſſionibus, & hæc ad præſens ſufficiant de operationibus medicinæ calidæ.

De electarijs.

POſtquam determinatum eſt de ſyrupis, nunc dicamus de Electarijs, ſed quia tres ſunt confectiones, quarũ prima eſt alipta muſchata, ſecunda gallia muſchata, tertia eſt confectio neræ, quæ ingrediuntur, & conſtituunt, quædam electaria, & alias quaſdam medicinas compoſitas; ideo primo de illis tribus confectionibus dicamus, & primo de confectione aliptæ muſchatæ.

Alipta. Alipta ſcilicet miſtura, muſchata, quia muſchus ibi ponitur, & aliqui dicunt, quod muſchus eſt ibi baſis, quia dat ei nomen, ſed hoc nõ eſt verum; non. n. baſis dat ſemper nomen, nec ſemper eſt baſis quòd dat nomen: alipta enim muſchata à muſcho denominatur, quia dominantur in ea quantum ad dolorem, licet ibi non ſit baſis. Vnde dico, ꝙ muſchus non eſt ibi baſis, quia laudes aliptæ muſchatæ non ei appropriantur per muſchum, ſed forte per aliud hoc etiam eſt baſis in medicina per quod ei laudes conueniunt. In iſta autem confectione hæ res ponuntur, ſcilicet ladanum, ſtyrax duplex, calamita, & ſtyrax rubea, muſchum, lignum aloes, ambra, & camphora.

Vnde medicinarum ha ſit qua.

Quid ſit ladanum. Ladanum enim ſit ex rore cęli cadente ſuper herbas, quas comedunt capræ, quæ herba eſt nobis ignota, & ſupra pilos caprarum comedentium illas herbas cadit ille ros, & ex illo rore ladanum ſit ſic. cum ille ros bene èſt inuiſcatus ſupra illas herbas, homines cum corrigijs verberant illas herbas. ſuper quas cadit ille ros, & ex illa verberatione ille ros aliquantulũ ſeiungitur ab illis herbis, & poſtea exprimitur ille ros ab illis herbis, & tunc Soli exponitur, & deſiccatur, & licet ladanum fiat ex rore cadente ſupra pilos dictarum caprarum, tamen ille ros, qui cadit ſupra pilos barbæ, melius valet ex fumo exeunte ab ore capræ prædictę, in quo rore fit quoddam inuiſcatum in barba, & non in alijs partibus, ex quo fit ladanum. Ladanum eſt ca. & ſic. in primo, ſubtiliat humores, & habet aliquam ſtypticitatem ſiccam, maturat apoſtema, prohibet rheuma conſumendo eius materiã, & prohibet ne materia fluat, & fluxum digerit, & conſumit, confert tuſſi, vnde valet contra tuſſim ex frigida cauſa, & bene lenit pectus, & materiam fluxum conſumit, & fluxuram prohibet fluere, ſufficienter, extrahit fœtum mortuum.

Electio ladani.

De ſtyrace. Styrax eſt triplex. vna eſt calamita, & hæc eſt melior; alia eſt rubea, & hæc eſt minus pura; tertia eſt liquida, quæ ad ignẽ liquefit artificialiter, & hæc eſt peior. Styrax rubea ponitur hic, & calamita, ſtyrax eſt calida, & ſicca in i. gradu. operationes eius ſunt hæ, lenit mẽbrũ, & ideo ipſa, eſt bona in laxitudine, & dolore iuncturarum, quæ propter motum deſiccantem laxantur, & inhabiles ad motum fiunt, & confert raucedini, & tuſſi, reſpicit. n. pectus, & materiam pectoris maturat, & hæc duo. ſ. ſtyrax, & ladanum ſunt ibi pro vna baſi. Et dicitur eſſe baſis in medicina, quę principaliter operatur in medicina, & quę reſpicit membrum, propter quod datur medicina. Alia, aut ſunt iuuatiua, aut malitiam baſis reprimunt, ne noceat: aut præbent ei tranſitum, aut cõfortãt membrũ. omnia talia, & aliquando alia cũ baſi ponuntur in medicinis compoſitis. iſta duo. ſ. ſtyrax, & ladanum cõferunt pectori dupliciter. vno modo, quia materiam fluxam maturant, alio modo, quia materiam fluxuram non permittũt fluere; non tamen maturant niſi materiam fluxam.

Vera medicina compoſita baſis.

De ligno aloes. Lignum aloes calidum eſt, & ſiccum in prin. ij. gradus, confortat venas, & eſt aperitiuum, & lignum aloes ponitur in hac confectione, vt iuuet in digerendo. ſtyrax, & ladanum non habent virtutem fortem maturandi, & calefaciendi materiam frigidam in pectore cõtentam, ſed debiliter maturant; ſed lignum aloes iuuat ad digerendum materiam, eam digerendo, ſed non eſt baſis, ſed ladanum. ſtyrax eſt vna baſis in hac confectione, quia proprie reſpicit pectus, & quia lignum aloes nõ eſt baſis hic, ſed iuuamẽtum, ideo minus ponitur de eo hic, & de baſi ponitur in duplo. ſ. virtutis. etiam lignum aloes confortat neruos, & ideo pectus. cum ſit neruoſum; & confortat cerebrum, quod confortatum non permittit fluere materiam ad pectus, nec deſcendere; & ſtomachum, & cor confortat, & propter ſtomachum ponitur.

De ambra. Ambra. in hac cõfectione ponitur ambra, quæ eſt medicina maris: dicunt. n. quidam, ꝙ eſt ſperma ceti, ꝙ falſum eſt; inuenitur. n. in ventribus piſcium, qui eam comedunt, quando vomunt cetæ; ſed lapis, qui venit de fontib. maris, ſicut dicit Aui. calefacit. n. & cõfortat, & dicit Au. quòd ipſa eſt calida, & ſicca in ij. gradu. ponitur hic, quia confortat cerebrum, conſumit materiam cadentem ibi, & prohibet, ne deſcendat in habentibus cerebrum immundum, ſed habentes cerebrum mũdum iuuat. vnde ſi habet complexionem naturalem bonam, & ſufficiẽtem iuuat rem, & quia aromatica, calida, & ſicca ſubtiliat materiam, confortat pectus, & valet in tremore cordis ex frigida cauſa. ponitur hic, vt confortet pectus.

De camphora. Camphora eſt quædam medicina, quæ inuenitur in quodam ligno, & eſt ſpecies gummi. vnde dicit Auice. quod ipſa inuenitur in ramis cuiuſdam arboris, iuxta quam iacet leopardus. vnde raro videtur arbor illa, ſed lignum deſiccatum inuenitur. Frigida, & ſicca eſt multum, ideo abſcindit coitum, prohibet fluxum ſanguinis narium, cum in naribus ponitur cum aceto, ne fluat ſanguis, confortat cerebrum, ponitur hic, ne materia deſcendat ad pectus, & quia conſtituentia aliptam muſchatam ſunt ſubtilia, & maxime ſua baſis, ideo alipta confortat pectus; & eſt bona habentibus aſthma ex frigida cauſa, ideſt diſſicultatem anhelandi, & eſt bona contra pectoris ſtrictionem ex frigida materia contenta in pectore. Item eſt bona in pueris non valentibus lac retinere. quia ſtomachum confortat, vt ipſum recipiat. Alipta ponitur in medicinis compoſitis. conficitur ſic, & eſt ibi cautela. primo muſchum, ſtyrax, & ladanum ponuntur in aliquo vaſe æneo, & illud vas coopertum cum panno mundo ponitur ad ſolem, ita quòd ibi aliquantulum calefiat, & mollificetur. deinde in mortariolo aliquantulum calido ponantur, & piſtentur cum piſtello, & bene mollificentur, quouſque piſtellum fiat calidum. Deinde lignum aloes puluerizatum ibi ponatur, & deinde muſchus cum aqua roſ. diſtemperetur, & cum alijs confectionib. de muſcho ponitur, ꝙ niſi diſtemperetur cum aqua, non poſſet commiſceri cum alijs per totum, ſicut videmus quòd parum croci quando diſtemperatur cum aqua cum multo lacte commiſcetur, quòd non fieret, niſi diſtemperaretur cum aqua.

Alipta operationes.

Alipta cum poſita.

De gallia muſchata. Gallia muſchata eſt alia confectio; cuius auctor non ponit laudes, tamen valet contra ſtomachi debilitatem ex materia frigida, ipſam conſumendo, prohibet vomitum, valet contra fluxum ventris, conſtipando humiditatem lubricantem, & deſiccando. maſtix, & gummi arabicum ſunt ibi pro baſi, quia proprie confert eis; & præcipua operatio, & laus eius ſunt huius confectionis. maſtix ca. & ſic. eſt in ij. grad. ſubtiliat humores craſſos frigidos, confortat ſtomachum, appetitum erigit. Similiter gummi arabi. & zingiber, & nux muſchata, & muſchus, & cinnamomum, & garyophyllum, & camphora, & alia, quæ ibi ponuntur, confortant ſtomachum, & iſta confectio in medicinis ſtomachum confortãtibus debet poni. Iſtæ duæ confectiones ſunt precioſæ dictæ, & eis loco incenſi in monaſterijs vtuntur aliqui diuites.

De maſtix.

De muſcho. De muſcho, qui ponitur in alipta muſchata intelligere, quòd eſt quoddam apoſtema, quod naſcitur in pede cuiuſdam animalis, & eſt valde aromaticum, & confectiones ponuntur in litera, vt patet.

De cõfectione neræ. Confectio neræ ad compaſſiones mulierum valet, prouocat menſtrua, confortat, & iuuat ad concipiendũ, eſt enim aperitiua matricis, & ipſius confortatiua, quia

materiam

materiam eius superfluam consumit. vnde in medicinis valentibus ad passiones mulierum ponitur. hæc est sententia lectionis.

Materia morbi quomodo digeratur a medicina.

Habito quòd à calido naturali,& innaturali fiat digestio.nunc quęramus quomodo materia morbi digeratur à medicina. Et primo quomodo digeratur à medicina calida. vtrum à medicina calida caliditate actuali eius, vel potentiali. Et videtur,ꝙ a caliditate eius actuali,quia omne agens est actu ens, sed calor medicinæ calidæ cum sit digerens materiam morbi est agẽs.ergo est actu ens,maior pater, quia patiens est tale in potentia, quale agens est in actu igitur agens per illud quod agit est actu ens.

Item aqua calida secundum Aui. materiam existẽtem in stomacho frigidã digerit per caliditatem suã, sed non per caliditatem suam potẽtialem, quia sic eã incrudaret, & infrigidaret:ergo hoc est per caliditatem actualem.

Sed contra quia hoc dicit Gal.in techni.quod medicina calefaciens, & infrigidans debet esse talis secundum virtutem,& nõ secundum sensum,& apparitionem;immo essentialiter tale,vt dicit ibi.

Solutio. Solutio ad illam quęstionem. Dico,quòd medicina calida aliquando agit per caliditatem actualem, & aliquando per potentialem, quia aliquando ipsa non passa, & tunc ipsa agit per actualem caliditatem, & hoc est quando ipsa agit in propinquis partibus,sicut stomacho,& aliquando ipsa agit passa, & tunc ipsa agit per caliditatẽ potentialem,tamen ipsa est in actu, & reducta ad actũ cum ipsa agit,& sic ipsa agit in remotis partibus. Ad primum cum dicitur,quòd &c.dico quòd ipsa est actu calida cum agit,sed hoc est propter sui passionem, per quam reducta est caliditas potentialis ad actum. Ad aliud, quod est de aqua calida, patet.

An aliqua materia morbi possit digeri per medicinam frigidam.

Quæstio. Consequenter quæritur, vtrum aliqua materia morbi possit digeri per medicinã frigidã, & vr ꝙ non,quia frigidum nõ ponit pedẽ in operatione naturæ, vt dicit Aui.i. lib. Item ab eodem digeritur cibus, & materia morbi secundum Auic. sed cib.non digeritur a frigido, ergo &c.

Item digestio est naturalis operatio ẽm Auic. in i.sed nulla talis operatio fit a frigido, ergo &c. Item secũdum Aui.in iiij. digestio materiæ est præparatio eius ad expulsionem,sed dixit Gal.in iij.simplicis medicinæ,quòd frigiditas aggregat materiam, & facit eam immobilem,ergo, &c. Oppositum dixit Gal. & Haly abb.in techni.

Solutio. Solutio. Dico, quòd medicina frigida solũ digerit materiam calidam, & siccam, sed medicina calida digerit omnem materiam, tam calidam, quam frigidam, sicut patet ab Hali abb. qui ponit quatuor medicinas digerentes omnem materiam, vt crocus, & spica &c. Tamen digestio malæ materiæ potest fieri dupliciter. Vno modo ipsa digerit solum alterando,& malitiam eius reprimendo,& isto modo digeritur calida materia,& sicca cholerica in æstate à frigido reprimendo eius vehementem caliditatem, & eius malitiam, vt natura possit eam deuincere, & etiam isto modo digeritur materia frigida a caliditate,eius frigiditatem,& malitiam reprimendo, vt natura possit eam deuincere, & expellere.

Secundo modo medicina digerit, membrum,& calorem naturalem confortando, vt supra, ipsam materiam victoriam habentem digerendo, & expellendo, & sic fit digestio à calido temperato,& nullo modo a frigido. vnde materia calida digeritur dupliciter, vno modo alterando, secundo modo confortando; sed materia frigida non nisi vno modo tantum scilicet alterando. Ad primum obiectum dico, quòd frigidum non ponit pedem in opere naturæ,ita quòd instrumentum.Ad aliud per idem,quoc dicit Auicen. ab eodem digeritur cibus, & materia morbi. dicendum quod verum est, quoniam cibus, & materia morbi digeritur ab instrumento naturæ regulato à natura. Ad aliud cum dicitur, quod nulla operatio naturalis fit à frigido,verum est tanquam ab instrumento, sed vt dictum est Ad aliud dico,quòd frigidum aggregando aliquando materiam reddit per se eam immobilem, tamen per accidens, s.vt sit naturæ expellenti obediens, quæ peccabat sua subtilitate, & qualitate, propter quod ipsa erat tunc incomprehensibilis à natura. vnde Gal.in prognosticis, sputum est difficilis expulsionis triplici de causa:aut quia viscosum,propter sui nimiam adhęrentiam membro, in quo est, vt ab eo nequeat expelli, aut quia subtile, & liquidum fugiens comprehensionem cũ natura expellẽs suas superfluitates cum vento, & aere non potest ipsum comprehendere; aut quia virtutis est debilis in expellendo. cum igitur sit subtilis, & liquida, ipsa debet incrassari, vt fiat comprehensibilior, & mobilior non de se, sed à natura, ergo &c.

An medicina frigida digerat materiam.

Consequenter quæritur, vtrum medicina frigida digerat materiam morbi, & agat in ipsam per frigiditatem actualem, vel potentialẽ, & videtur quòd per actualem, quia illud quod agit per complexionem, qui ab alio non recipit,agit illud actualiter, sed medicina frigida non habet frigiditatem à corpore humano, per quam ipsa agat, ergo &c.

Sic tu dices, quòd imo. s.quòd ipsa recipit frigiditatẽ à corpore humano, per quam ipsa agit. Contra natura corporis humani agit per calidum, ergo à natura corporis humani ipsa non recipit frigiditatem,cum agat per eius contrarium. Si dices,quod in actione corporis humani,talis frigiditas medicinę,per quam ipsa agit,adducitur ad actum? Contra; omne illud,quod educit aliquid ad actum, facit illud sibi simile,& non contrarium sibi,quia passum est contrarium agenti, & propter hoc patitur,licet per contrarietatem. Item calida medicina agit per potentialem complexionem, quam requirit à corpore humano.ergo per oppositum frigida medicina per frigiditatem accidentalem.

Item quomodo infrigidat, cum in qualibet parte corporis sit caliditas,quę non infrigidat,sed potius calefacere debet. Sed contra.iij.de complexionibus, medicinę calidæ,frigidæ,humidæ,& siccæ agunt per complexionem potentialem. Solutio. Hãc quęstionem soluit Gal.de simplici medicina. Medicina dicitur agere per potentialem complexionem dupliciter. Vno modo,quia non agit nisi ab alio patiatur prius,& sic medicina debet agere per cõplexionem potentialem, quia non agit, nisi sui diuisione patiatur prius à calore naturali, quia non mouetur, nec intrat membri substantiam, nisi prius diuidatur, & ideo si opiũ ponatur supra manum eam nõ infrigidat,quia ipsa non est diuisa in partes paruas. Alio modo dicitur aliquid agere per potentialem cõplexionem,quia ipsum nõ agit nisi prius patiatur sui diuisionem ab alio, & in ipso aliquid aliud multiplicatur,& sic medicina calida per potentialem complexionẽ, quã recipit ab alio.s.à calore naturali,& quantũ ad hoc agit per actualẽ. Sed quia ab alio patitur antequam per illud quod habet agat, pro tanto dicitur agere per potentialem cõplexionem; frigidæ.n.medicinæ nullam complexionem accipiunt per diuisionem ad hoc, vt agant, vt calidæ, & frigidæ motum accipiant per diuisionem, licet non per complexionem.

Et sciendum, quòd triplex est potentia, scilicet essentialis,accidentalis, & actualis. Essentialis est illa, quæ indiget transmutabilitate rerum in suam substantiam,siue essentiã, & sic medicina calida est in potẽtia. Potentia.s. accidentalis est illa, quæ indiget trãsmutabilitate rerum accidentaliter,sicut est illud transmutans,quod remouet prohibens,& in ista potentia est medicina frigida. Potentia actualis est illa, quæ non indiget aliqua transmutatione alia ab eo in quo est, sed solo exitu ab ocio in actũ, & sic vigilans scribit in potentia, & sic venenum est interficiens potentia, quia ad hoc quòd venenũ interficiat, non oportet ꝙ ipsum diuidatur immo applicatione sui ad corpus interficit. Ad primũ argumẽtũ dico, quòd medicina frigida mouet, hoc est per cõplexionem quã in potentia habet.

habet,quia motum ab alio accipit, licet non per complexionem agat. Ad aliud dicendum,quòd non eſt ſimile, quia licet medicina calida non agat niſi aliquid multiplicetur cum ipſa,& in ipſa,non propter hoc,ſic eſt de frigida, quia ſm Gal.ponentes hoc exemplũ,ligna viridia per ſe infrigidant, ſed ſicca ligna nunquam calefaciunt, niſi prius calefiant ab igne, & in eis ignis multiplicetur. Ad vltimũ,quando tu quęris, quomodo eſt poſſibile, ꝙ agat per frigiditatem, immo per caliditatem quam aquirit à corpore,quia per totum eſt caliditas,dico quod non oportet;non.n.medicina frigida calefiunt à corpore, nec a calore corporis, quia ipſa eſt multa; immo dico, quia calor corporis nõ poteſt calefacere, ſicut videmus in hominibus ebrijs in mane vinum vomere,& cibum actualem frigidum;eo ꝙ propter ſui multitudinem nõ potuit eum digerere calor.vnde verum eſt, ꝙ ſi opium in quantitate eſſet parua,ipſum non infrigidaret totum corpus humanum, immo vinceretur à calore naturali; ſed tamen non poteſt vinci, vel quia eſt maioris quantitatis, vel quia calor noſtri corporis eſt debilis,& tunc non poteſt calefieri à natura, & compleri, ſed remanet frigidum actu, ideo tunc ipſum infrigidat,& ſic patet ſolutio.

De diamargariton. Diamargaritõ dicitur à duobus margaritarũm generibus,& perforatarum,& non perforatarum, quæ ibi intrant.valet cardiacis,triſtibus, & ad omnem cordis debilitatem, & ſtomachi.decima pars confecta eſt,lib.i.Rec. garyophyl.cinnamo.ſpicæ,galan.ligni al.liquiri.trochiſcorum, diarhodon, & diani.ana drach.i.s.nucis muſch. macis,aliptæ,zedoa.rhabarba.ſtyracis cal.ana drachm.i. margaritarum integrarum perforatarum ana drac.s.am bręmuſchi,baſiliconis ſem.ana ſcrup.i.minus gra.ij.muſchi,gra.ij.zingib.oſſis de corde cerui,eboris,blactę bizãtię ana drac.s.camphoræ gra.vj.& mane,& ſero datur in æſtate cum aqua frigida, & cum aqua roſ. cum * rhodoſtomacho. in hyeme cum vino mane,& meridie. valet vt ſuperius diximus maxime phthiſicis, & conſumptis.

* *rhodoſtomate.*

Diacameron. Diacameron.i.ducens hominem de morte ad vitam, quod facit aſthmaticis,arthreticis tuſſiẽtibus, phthiſicis, & omnem imbecillitatẽ ſtomachi emendat, debiles lumbos confortat,luxuriam prouocat, & omne,quod in diarhodon Iulij laudatur, complet.decima pars cõfecta eſt, lib.ij. &.antopoli,zingib ana dr.v.ſcrup.i.& gra.xvi.cinnam.galan.ana drac.ij.gra.vi.garyophyllorum,ſpecię,zedoariæ,coſti,pyrethri,coralli rubei,trag.rheupont.ſaliũcæ,anacardi,oſſium dactylorum,carpo.aniſi, ſe.iuniperi,ameos,leucopiperis,macropiperis,melanopiperis ana. drac.i.ſcrup.ij. & gra.viij. limaturæ auri puri, & argenti neri, oſſis de corde cerui, ana ſcrup.ij.& s.muſchi,& raſuræ eboris ana ſcrup.i.& gra.vij.amb.drach.i. mel quod ſufficiat.detur de eo drac.ij.mane, & ſero cum vino.

Diamoron à moris celſi dictum eſt, à moris rubeis, valet ad omnes cauſas palati, & gutturis, cadentem vlulam ſubleuat, & humoroſitatem deſiccat, & medietas eſt lib.i.Reci.mororum celſi, mororum bati, lib.i.mellis, lib.s.cæpæ.drac.iij.confice ſic, ſuccum cum melle, & ſapa in æneo vaſe ſtagnato ad prunas leues ad perfectam decoctionem define bullire, cum autem ſcire volueris ſi coctum ſit, pone ex eo guttam vnam ſuper marmor, & ſi inclinato marmore ſe quaſi mel retineat, coctum eſt. tunc accipe in vaſe ſtagneo, & vſui reſerua. Et cum opus fuerit ex eo palatum,& vlulam inunge,& gargarizandum dabis.

De operationibus medicinæ frigidæ.

Superius viſum eſt de operationib. medicinæ calidæ, nunc dicamus de operationibus medicinæ frigidæ. Et ſciendum, quòd medicina frigida quinque habet operationes. Prima eſt confortare. Secunda eſt ropercutere. Tertia eſt incraſſare. Quarta eſt incrudare. Et quinta ſtupefacere. Prima eſt confortare membrum, quod tripliciter contingit. Vno modo ſubſtantiam membri inſpiſſando,& ſic frigida, & ſtyptica confortant. Secundo modo confortat membrum,ſpiritus viuificando, & mobiles, & agiles ad ſua opera incitando, vel exercendo: & ſic medicinæ aromaticæ confortant. Tertio modo complexionem membri adæquando,& ſic medicinæ temperatæ confortant,& ſic oleum roſatum,caliditatem membri contemperando, membrum confortant.

Secunda operatio medicinæ frigidæ repercutere, frigidum enim repercutit quatuor modis. Vno modo, quia medicina frigida membrum conſtringit, & ipſum conſtrictum minorem locum occupat. Ideo neceſſario quod eſt in membro expellit, & aliunde materiam non recipit. Secundo modo frigidum repercutit,caliditatẽ membri fortiter attrahentem mitigando, quæ mitigata minus attrahit, & ideo in hoc materia trahi ad locum prohibetur, in hoc quod trahens debilitatur, & ita à frigido expellitur. Tertio modo frigidum repercutit, materiam fugando per contrarietatem, quod eſt, quia non vadit vacuum, id eſt ſecum humores ducit,& ita frigidum expellit materiam fluxus, & fluxum. Quarto modo frigidum repercutit,materiam ipſam incraſſando,quæ minor redditur, nec penetrans membrum, propter ſui craſſitiem ſicut ſi eſſet ſubtilis, & ingrediens.

Tertia operatio medicinæ frigidæ eſt incraſſare, ſed materia tripliciter incraſſatur. Vno modo per cõgelationem,ſicut glacies à frigido incraſſatur. Secundo modo per inſpiſſationem, & ſubtilis humidi cõſumptionem;& ſic ſiccum incraſſatur, & humidum incraſſatur, & ſic forte cholera exiſtens per ſe incraſſatur. Tertio modo incraſſatur aliquid per alterius rei commiſtionem, ſicut aqua per admiſtionem cum farina, incraſſatur,& ſic calidum incraſſat, quia commouet materias,ideo vnam partem alij commiſcet,& terminat,& ſic indigeſta à calido, incraſſatur digeſtio per bonam commiſtionem,& terminationem humidi cum ſicco,& e conuerſo.

Quarta operatio medicinæ frigidæ eſt incrudare, incrudatur autem materia tripliciter. Vno modo calidum digerens debilitando, & ſic frigida per caloris debilitationem indigeſtionem faciunt. Secũdo modo fit indigeſtio propter membri raritatem,propter quod ab exteriori calore calefaciendo ad exteriora calor digerens attrahitur extra locum digeſtionis. Propter quod,qui habẽt rarum ſtomachum, male digerunt, & propter hoc etiam non fit bona digeſtio in æſtate, quia calor ad exteriora trahitur. Tertio modo fit incrudatio propter motum rei digeſtibilis, quia digeſtio fit in quiete ſecundũ Ariſt. 4.meteororum. Et ideo ſecundum Aui.in primo digeſtio non fit mediantibus villis,qui ſunt neceſſarij propter motum materiæ, & ideo illi,qui faciunt rem digeſtibilem moueri de loco ad locum incrudant, & ſic ventoſa omnem digeſtionem impediunt.propter humiditatem extraneam accidentalem crudam in eis exiſtentem, quæ in ventoſitatem reſoluitur, quæ quidem ventoſitas quando nõ conſumitur de loco ad locum mouetur, & aliud ſimile mouet, ſicut cæpæ,fabæ,cicera, phaſeoli, quia in ventoſitatem, humiditas quidem extranea in eis exiſtens diſſoluitur, ideo digeſtionem impediunt.

Quinta operatio medicinæ frigidæ eſt ſtupefacere, qđ facit dupliciter: Vno modo ſpiritus incraſſando, & immobilitando,propter quod inhabiles virtuti animę fiũt. Et propter hoc membro virtus iſta non mandatur, nec operationem eius efficit. Secundo modo, quia complexionem membri corrumpit, propter quod ſpiritus cum ipſe operationem in ipſo non exercet, quæ ſine complexione membri debita, & proportionali exiſtente inſtrumento non exercentur in membro.

De operationibus medicinæ humidæ.

Humidæ medicinę quinque ſunt operationes. Prima eius operatio eſt inflare. Secunda eſt lauare. Tertia fordidare. Quarta lubricare. Quinta planificare. Prima autem inflare;inflatio.n.fit per reſolutionem materiæ in vẽtoſitatẽ,cũ non põt conſumi ipſa materia,nec vẽtoſitas,& ſic oĩa vẽtoſa, quę habet in ſe aliquã humiditatẽ extraneam crudã,per q̃ inflant ventoſitatem in ſtõ operantur, & ita etiam,

etiam, quæ ventositatem faciunt, sunt inflantia, sicut cæpæ, & cætera. Istorum enim, quæ faciunt ventositatem, quædam faciunt in stomacho ventositatem, & vlterius, aut parum, aut nihil transit ad venas, aut ad hepar, sed in stomacho consumitur: & si in stomacho non pót consumi, facit passionem in intestinis, vt colicã inflatiuã, sicut sunt ruta, & spinachia. Alia sunt quorum ventositas licet eleuetur in stomacho, tamen aliquid non consumitur, de qua sit curandum, & residuum transit ad hepar, & venas; & hoc forte sui acuitate, sicut in cæpe forte antequã possit in stomacho consumi, stimulat, vt à stomacho expellatur, & sui acuitate penetrat; & etiam ventositas horum facit eandem passionem, quam & ventositas, præcedentiũ. Sunt, & alia quorũ ventositas in stomacho consumitur quantum ad aliquam eius portionem, quia non ita cito penetrat forte, cum non sit acuta sicut ventositas prædictorum, & ita cõsumitur aliqua eius portio non tamen tota, forte propter sui crassitiem sicut fabæ, & illa portio, quę in stomacho nõ consumitur, ad hepar venit, & ab hepate ad mẽbra genitalia currit; propter quod ad coitum valet. in omnibus tamen istis fit eleuatio ventositatis in stomacho, vt in cæpa, fabis, & * alijs, quæ omnia habent humiditatem extraneam indigestam, sed in quibusdam consumitur, & quibusdam non.

Secunda operatio est lauare; humidum .n. est lauatiuum. lauatiua medicina est, quæ abstergit sua actione, & passione, id est agendo, & patiendo, vt aqua hordei, quæ est humida, & cursibilis, quia humida remollit materiam, quia cursibilis est mobilis, & suo motu impellit; & secum trahit materiam remollitam; & ita agendo, & patiendo abstergit, & sic aqua cucumeris, cucurbitæ, & aqua hordei, & aqua piscium sunt lauatiuæ, quia sunt humectantes, & curribiliter. Vnde cum nos volumus domum mundare, proijcimus aquam cum impetu, vt remolliat, cursibilis sit, secum puluerem trahat.

* alijs.

Tertia eius operatio est sordidare; humidum enim sordidat, & hoc est humidum sua viscositate adhærens fortiter membro, sicut gummi arabicum, & tragacanthum membrum sordidant sua adhærentia, hoc est cum illud membrum cui adhærent, non indiget lenitione; immo habet humiditatem sufficientem aut superfluam, & tunc humidum adhærens ei sordidat ipsum.

Quarta operatio eius est lubricare, humidum. n. est lubricatiuum, & est medicina lubricatiua, quæ solũ humiditatẽ remollit sua humiditate sine hoc, ꝙ sit cursibilis, & sic violæ lubricant sua humiditate, remoliendo materiã, quę remollita non amplius adhæret mẽbro & sua grauitate cadit. aut materiam stimulat, & grauat, ita ꝙ ab ea expellitur, & sic differt lubricatiua à lauatiua, quia lubricatiua ex sola passione remolliendo mundificat, & abstergit, sed lauatiua actione, & passione, vt dictum est.

Quinta eius operatio est planificare, seu applanare rẽ aspera, sicut videmus in trachea arteria, cũ sit aspera per humiditatis suæ cõsumptionem, educentes æqualitatem suarum partium. tunc fit in ea partium suarum supereminentia propter humidi consumptionem, tunc adueniente aliquo humido leniente applanatur; & adæquatur; & sic gummi arabicum, tragacanthum, & similia tracheæ arteriæ sunt panificatiua.

Siccæ medicinæ quatuor sunt operationes. Prima est constringere, siue aggregare membrum. Secunda est consolidare. Tertia est carnem generare. Quarta est sigillare, id est cutem generare.

Prima igitur est constringere, siue aggregare membrum, & ex hoc sequitur. ergo quoq; exprimere habet; quia contrahendo, & comprimendo membrum, facit illud minorem locum occupare, & ita humiditatem interruptam inter partes aggregat, & necessario exprimit, & ex hoc sequitur, quòd incrasset per expressionem talis subtilis humidi, ergo oppillat, quia incrassat, & quia materiam immobilem, nec cursibilem, neque penetrantem reddit per meatus, per quos posset penetrare, si nõ incrassata esset, nec aggregata in vnũ, & ex hoc sequitur, quòd siccum conglutinat, & cum ipso est parum de humido E cum sicco terreo bene terminato, & fortiter, & per hanc viam omnes medicinæ, quæ in fluxu ventris dantur ad constringendum, & constipandum debent aduri, vt humiditas superflua, quæ est in eis lubricans consternatur, siue auferatur, & tunc in eis est bona terminatio humidi cum sicco terreo, & ita sunt bene cõglutinatæ, & per hoc sunt bene conglutinantes, & constipantes, & excoriationi intestinorum resistentes.

Secunda operatio sicci est consolidare, & vnire partes vulneris, siue labiorum adinuicem, & hoc propter consumptionem humiditatis superfluæ interemptæ inter vulneris labia nõ permittentis ea coniungi, & vnum fieri secundum Gal. in techni capitulo de consolidatione continuitatis, & sic sanguis draconis consolidat, & vulnus curat.

Tertia operatio sicci est generare carnem, quod fit dupliciter. Vno modo quia materiam superfluam consumit, quæ membri complexionem corrumpebat. Secundo modo, quia sanguis incrassatur, propter hoc disponit sanguinem, vt ex eo fiat caro. Ista enim medicina, quæ carnem generat, oportet vt non sit mordicatiua; per hoc enim malam materiam attraheret, quæ carnis generationem impediret, nec nimis sit sicca, quia tunc materiam, ex qua debet fieri, consumeret, & substantialem humiditatem membri, & sic vlcus profundaret. F

Quarta operatio sicci est sigillare, & cutem generare super vulnus consolidatum, & ita est siccior, quàm carnem generans, quia magis debet consumere humiditatem, & sanguinem indurare, quia siccior est cutis quam caro, & hæ sunt operationes sicci.

Scitæ sunt operationes medicinarum simplicium, quas habent à complexione sua. Sunt, & aliæ quas non habent à sua complexione, sed à sua proprietate: sicut scammonea habet attrahere choleram. Item quædam sunt medicinæ, quæ habent duas operationes simul, vt ventrem soluere, & membrum constringere, & confortare, sicut hermodactyli habent attrahere phlegma iuncturis ad stomachum, & per hoc ventrem laxant, & hoc faciunt sua proprietate. Similiter sua stypticitate qua habent confortare iuncturas, & constringere, ne materiam aliunde recipiant. Et forte emplastrati exterius, supra iuncturas habent extrahere materiam ad exterius, stypticitate sua membrum confortare. G

Item aliæ sunt medicinæ, quæ habent duas operationes facere, & sunt differentes ab illis, sicut cyminum habet laxare membrum sua humiditate lubricatiua, & prouocare ratione suæ substantiæ subtiliatiuæ, & penetratiuæ. Quando ergo volumus vnam istarum operationum per talem medicinam facere, tunc debemus aliam impedire, & illam, quam volumus, iuuare. Vnde quando volumus prouocare vrinam per cyminum, debemus iuuare cyminum per diuretica, vt per semen apij, & tunc ad prouocationem vrinæ valet, & in partes ipsum cyminum puluerizare, vt citius a stomacho ad renes transeat, & impedire, scilicet humiditatem lubricam amouendo forte per adustionem, vel contritionem. Sed si volumus ventrem laxare, oportet e conuerso facere, admiscendo medicinas lubricas, vt violas, & similia, & in crassas partes puluerizare, vt plus in stomacho moretur, & operationem suam in eo faciat. Item aliquæ medicinæ, quæ habent substantias diuersas in se, vnam acutam subtilem, quæ est in superficie, aliam centralem crassam stypticam, vt caulis, inter quas natura potest diuidere in operando vnam partem trahendo ad vnam materiam faciendo vnam operationem, & aliam: & ideo caulis in apostematum statu est bonus; natura enim trahit substantiam subtilem acutam ad materiam fluxam, vt ipsam dissoluit, & mittit substantiam stypticam ad materiam fluxuram, ne fluat, &c. H

Habito de tribus confectionibus quasdam medicinas componentibus, & quædam electaria ingredientibus. Nunc ad electaria accedamus.

De

De electarijs.

SCiendum,q; electariorum quędam ſunt calida,vt dia margariton, diacalamenthum, &c. Quædam ſunt frigida,vt diapapauer,triaſandali, &c. Quædam humida vt diatragacanthum. Quædam ſicca,vt diapraſium.

Item quædam iuuãt membra animata, vt pliris cum muſcho,& ſine muſcho. Quędam membra naturalia,vt diacytonite. Quædã membra genitalia, vt diaſatyreon. Quædam vitalia,vt diamargariton. Item quædam confortatiua tantum,quædã confortatiua, & laxatiua,quando confortant, pulueres debent bene conteri ſecundum ſuum modum plus, vel minus ſecundum quòd diuerſis membris competunt,vt dictum eſt prius.

Item quędam electaria fiunt ex ſolis pulueribus,vt diamargariton, quædã ex decoctionib. herbarũ, & pulueribus, & aliquando cũ ſuccis herbarũ, & puluerib. ipſarũ. Ad iſtam electionẽ ſpectant, quæ valent ad membra ſpiritualia,quæ ſunt,diamargariton, diacamerõ,diamoron.

De diamargariten. Diamargariton eſt electariũ ex puluere factum, & dicitur ſic, quia ex duabus margaritis conficitur. valet cardiacis, & triſtibus, valet ad cordis, & ſtomachi debilitatem,& lætificat. Margaritæ ſm quoſdam ſunt baſis,quia dant nomen,ſed non oportet. Non.n.dant nomen Margaritæ,& laudes cõueniẽtes huic electario. Tales.n. ſunt, quia confortant cor,& ſtomachum. Garyophylli igitur, & ſpica,& lignum aloes,& margaritæ ſunt pro baſi vna, quia margaritæ confortant cor,& alia ſtomachũ confortant. Margaritæ confortant cor per ſimilitudinem, quia ſunt duræ ſicut cor. Item cor eſt rarum in ſubſtantia confortant ipſum ſpiſſando. Vnde lignum aloes, & ſpica,& garyophylli ſunt eius baſis quãtum ad confortationem, & margaritæ ad cordis debilitatem.

De garyophyllis. Garyophylli eſt medicina nota,proprietatem confortandi ſtomachum, & hepar habent. faciunt putrefactionem oris ſua acuitate cum nimio vſu comeſtionis, quia ſua acuitate laxant gingiuas, quæ laxatæ materiam aliquando recipiunt,quæ remanens ibi putrefit. Et ſpica duplex eſt ſcilicet celtica,& ſpica nardi.

De ſpica nardi. De ſpica nardi hic intelligimus,eſt medicina nota habens proprietatẽ reſoluendi caliditate ſua, & cõfortandi ſtomachũ ſua ſtypticitate; oppilationẽ hepatis aperit cũ materia eſt frigida, pectus confortat, & coitum incitat. Et ideo in medicinis prouocantibus coitum ponitur. Itẽ prouocat menſtrua ſuffumigata; eſt enim aromatica.

De margarint. Margarita duplex eſt ſcilicet perforata, & non perforata. perforata eſt melior, cum eſt perfotata à natura non ab arte, vt ponitur in coronis, quia iſta operatio non dat ei bonitatem,neq; malitiam;licet hoc quidam dicant, qđ pp hoc ſunt bona, quia illæ perforantur, quæ in coronis mulierum ponuntur,& ideo perforatæ ſunt meliores.

Sed dico, quod perforata a natura eſt melior, & cum eſt perforata a natura eſt pretioſa,& cara,quia ſecundum Philoſophum lib.4. de animalibus. Quæ ſunt perforatę à natura,ſunt mundatæ à ſuis ſuperfluitatibus per illa foramina. Margaritæ ſunt illi lapides, qui in ventribus piſciũ conchilium inueniuntur. iſta puluerizata cum corallo, ſi proijciatur ſuper oculum valet ad lachrymas oculi, quia prohibet ne materia fluat ad oculum.

Declaratio diacamerõ. Diacameron.i.ducens hominem de morte ad vitam antophylus ibi ponitur, & eſt ſtypticus amarus. valet ad pectus, & ad luxurioſos, & garyophyl. zingibe.& cinnamomũ ſunt ibi pro baſi vna, quia confortant ſtomachũ, & antophylus eſt ibi baſis alia. ſ. inquantum confortat pectus,& eſt medicina cardiaca;& eſt pretioſior quàm diamargariton,quia ibi ponuntur,quæ ponuntur in diamargariton,& plus de pretioſis, galanga, & ſpica celtica.

Declaratio diamoron. Diamoron ex duob. moris fit. Sunt enim mora celſi, & mora rubi; illa nõ poſſunt digeri in ſtomacho propter ſui craſſitiem,ideo ei nocent;ſunt enim ſtyptica,& ſicca, vnde prohibet materiam fluere, ad vuam, & guttur ſua ſtypticitate. Diamoron valet in principio ſynanches;mirabiliter enim reprimit materiam, ne fluat ad guttur, ſi

A cum aqua roſa adminiſtratur, & plus ſi adminiſtretur cũ ſucco corticum nucis magnæ, quia diamorum per ſe non poteſt penetrare pp ſui craſſitiem, & ideo non conuenit in repercuſſione materiæ à ſuperioribus venientis, ſed ſuccus ille eſt penetratiuus, cum ſignum eſt,quia pueri non poſſunt abſtergere manus ſuas ab ipſo maculatas; & ideo penetrare bene interius;& ſua acuitate,qua penetrat,materiam fluxam conſumit, & ſua ſtypticitate materiam fluxuram prohibet, & nõ ſolum ab vna parte, ſed à qualibet parte,quod non poterat facere diamorõ per ſe, quia non poterat intrare partes gutturis, ſicut cũ ſucco. iſta decima pars, quæ inuenitur in antiquis eſt lib. ij.

Habito quomodo fiat digeſtio. Conſequenter quæritur, vtrum quilibet humor ſit euacuandus,& à natura digerendus, & videtur quòd non. per Hippo. ij. aphoriſmorum, inchoantibus morbis, &c. ſed tunc materia eſt indigeſta, ergo &c. Item in primo in peracutis paſſionibus raro pharmacis vti; ſed tunc non eſt digeſta materia, ergo &c.

B Item digeſtio eſt repreſſio malæ qualitatis materię,ſed materia euacuanda poteſt peccare in quãtitate nõ in qualitate, ergo talis materia euacuanda non poteſt digeri.

Itẽ aliquando nulla facta digeſtione materiæ euacuandæ damus hieram picram Galeni, Paulini pilulas ad euacuandam choleram ante cibum, vel poſt, ergo &c.

Sed contra dico Hippo. digeſta medicari, &c.

Conſequenter quæritur vtrum materia nec quantitate nec qualitate peccans,ſi debeat euacuari,debeat digeri. videtur quòd non, quia digeſtio eſt repreſſio malæ qualitatis materiæ, ergo &c. Contra digeſta medicari, &c. Item in aphor. dicit, ſi quis vult corpus purgare, oportet materiam præparare primo ergo &c. Solutio ad primam quæſtionem. Dicendum, quòd aliquando eſt euacuanda materia digerenda, & aliquando non,nam ſi materia eſt furioſa, tunc debet euacuari ſine eius digeſtione. Si materia non eſt furioſa, aut ipſa eſt multa, aut non ſi fit multa, debet euacuari tunc abſq; digeſtione materiæ

C ad minus in parte, vt natura melius poſſit ſupra reſiduum;melius enim eſt ipſam materiam indigeſtam euacuare, quam naturam impedire in ſua digeſtione. Si materia non eſt multa. vel natura poteſt ſupra eam complete ad digerendum eam, aut non. ſi ſic, ipſa non eſt digerendum anteq̃ euacuetur: ſi natura non poteſt complere ſupra eam ad digerendum ipſam, tunc aut ipſa euacuatur per medicinam fortem, aut per leuem. ſi per leuem medicinam euacuatur, tunc eam poteſt hæc tantum digerere per aliqua ſui componentia, quantum ipſa poteſt attrahere per aliqua ſui componentia, ſicut pilulæ ante cibum; tunc tales medicinæ poſſunt dari ante digeſtionem, cum ipſæ digerant tantum, quantum euacuant. ſi medicina ſit fortis,tunc materia debet digeri, antequam euacuetur tali medicina. Ad quam digeſtionem quatuor requiruntur conditiones.

Prima eſt membrum præparare, ita ne malum ei nocumeneũ inferatur à malitia medicinæ,& ita diuerſimo

D de debent prępparari contra diuerſas malitias,quas medicinæ debent inferre. Vnde Hip. iij. particula aph. ad elleboros,&c. quia elleborus nimium deſiccat,antequã exhibeatur, membrum debet humectari quiete, & ocio.

Secunda conditio eſt,quod materia remolliatur,vt ſit parata ad exitum.

Tertia conditio eſt, q; viæ debent aperiri, vt per ipſas poſſit currere materia, & trahi à medicina.

Quarta conditio,eſt, q; humor attrahendus ita prępararetur, vt à membro,& à materia odio habeatur,q; a natura non retineatur: natura.n. vehementius retinet phlegma in æſtate,quã in alio tẽpore, vt per illud contẽperetur caliditas æſtatis,& cholerę abundantis in æſtate. Similiter in hyeme natura vehementius retinet cholerã, quã in alio tempore,vt per eam cõtemperetur frigiditas temporis hyemis, & phlegmatis abundantis in hyeme,& ideo in æſtate eſt magis amicum naturæ phlegma,quam cholera. pp quod in æſtate facilius euacuatur cholera quàm phlegma, immo ſi phlegma tunc euacuaretur, tunc eſſet

motus

motus agitatiuus phlegmaticis tracti à natura, & medici na. Smiliter cholera in hyeme est amicabilior naturæ q̃ phlegma, & ideo in hyeme facilius euacuatur phlegma quam choleraimmo si cholera tunc euacuatur, esset motus agitationis choleræ tractæ à natura, & à medicina. per hæc patet responsio ad duo prima argumenta.

Ad tertium dicendum,quòd ratio supponit falsum;impossibile est enim humorem abũdare in quantitate, quin cum hoc abundet in qualitate. vnde impossibile est phlegma abundare in quantitate, quin cum hoc abundet in frigiditate, & humiditate, non quia sit frigidior,& humidior, quàm si non abundaret, & ita de alijs humoribus, & sic patet solutio ad argmentum per prædicta.

Ad secundam quæstionem dicendum est, quòd materia,nec qualitate, nec quantitate peccans antequã euacuetur,debet digeri,ni ipsa sit naturę odiosa;nisi.n.digeretur non esset naturæ odiosa; & tunc si vellemus ipsam euacuare,esset motus agitationis medicinæ trahentis, & naturæ retinentis. si autem timeamus humorẽ mouere,& facere in tempore sequenti ratione moræ aliquam ægritudinem specialem,sicut febrem tertianam, vel aliquem alium morbum ante tempus, illud est melius materiam alterare in oppositas qualitates illius morbi, ne illum morbum faciat quàm illam materiam euacuare, & sic soluuntur argumenta, & per consequens quæstiones.

De diãtho. Diãthos dicitur,quod fit ex floribus dendrolibani, violarum, & rosarum.valet tristibus, macilentis, cardiacis: multum lætificat, & conualescentes ex ægritudinib.multum confortantur, vi.pars confecta est lib.ij. ℞. florum rorismarini. vnc.i.ros.vio.ana drac.vi.garyoph.spicæ, nucis musch.galangæ,cinna.zingi.zedoariæ,macis,ligni aloes, carda.anethi ana scrup.iiij.mellis quantum sufficit.detur mane, & meridie febricitantibus cum aqua;non febricitantibus cum vino.

De pliris arcticon. Pliris arcoticon,pliris completa medicina,arcoticum principium interpretatur, proprie valet tristibus melancholicis, & ad nimiam stomachi debilitatem, & syncopim cordis, & memoriam reparat, intellectum acuit, & epilepticis,analepticis,& catalepticis prodest,& omnem debilitatem cerebri reparat. octaua pars est lib.i. ℞.cinn. garyoph.ligni aloes,galangæ, spicæ, nucis musc zing.spodij; schœnanthi. ros.cype.viol.ana drach.i. & gra.xvj.folij,liqui. styracis,masticis,sampsuchi,balsamitæ,basiliconis.cardamo. macrop. myrtillorum, corticum citri ana dra.ij.& gra.v.gemmarum,been albi,& rubei,coralli,serici combusti ana dra.i.& gra.ij. & s.muschi gra.v. syrupi rosa.quantum sufficit.detur mane,& sero febrientibus cum calido, non febricitantibus cum vino.

Diacastoreum. Diacastoreum dicitur à castoreo, quod ibi recipitur. valet contra grauissimam cephaleam epilepticis,vertiginosis; auxiliatur hemicranicis; & monopagicis doloribus prodest; paralysim omnium membrorum maxime capitis emendat, emphraxim hepatis,& splenis, atque renum soluit, & omnibus ægritudinibus ex frigiditate obstat.quinta pars confecta est lib. ℞.castorei,myrobalanorum citrinorum ana. drac.iij.minus gra.i. & s. aloes dra.i.& s.minus granum.i.asari, myrrhæ, euphorbij an. drac.i.& gra.xvij.folij,antimonij,liquiritiæ,tragacanthi, calami aromatici,nitri,chalbani, schœnanthi,spicæ,opopa.casiæ,piperis longi,albi,& nigri,xylobalsami, carpobalsami, colocinthidis, rheupontici, styracis calamitæ, zingib.cinnamo. ana drach.& gra.ij.staphisagriæ,dauci, marathri, petrosel.apij sem.fileris,daphnococci,conchi, sinoni,petrolei,styracis rubei,sanguinis draconis, cardamo.thuris maioris, & minoris, anisi, fileris, olei laurini, agarici, masticis, salis ammoniaci, zedoariæ,ana dra.i.& gra.viij.satureiæ, hyssopi, chamædryos, pulegij,origani, balsamitæ,ozimi,brancæ vrsinæ,dictami, rutæ, sem.aristo.longæ,& rotun.aaron,nabathematicon,asari,saluiæ, rosarum, bdellij, ana gra.xvij.epithy.polypodij, opopa. ana drac.xv.aliapidios, cappar.ana gra.xx.anacardi,sabibinæ,gentianæ, corticum mandragoræ,ana gra.xvi.peucedani,absynthij,ireos, ana gra.ij.& tertiam partem vn. mellis quod sufficit. detur in modum aueliauæ capitalibus passionibus cũ apozemate elelisphaci.hepaticis cum decoctione absynthij, vel euphorbij, splenecticis, cum aqua capparis, vel calamenthi. nephriticis, cum aqua decoctionis milij solis, vel macedonici. accipiatur summo mane,& ieiunent vsque ad horam sextam.

Diaris. Diaris dicitur à radice illa, quæ ireos appellatur. valet dyspnoicis, arteriaris, tussientibus; vocem perditam restaurat,si fuerit ex frigida causa.duodecima pars eius cõfecta est lib.iiij. ℞.ireos vnc.i.pulegij, hyssopi, liquir.ana dra.vij.tragacanthi,amygdalarum,pineæ, cinnamo.zingib.piperis, an.dr.iij.styracis rubeæ. vn.ij.& scrup.i.caricarum,carnium dactylorum, passula. enuclea.ana.dr.ij. & s.mellis quod sufficit.detur sero cum vino calido. Sicut dicit Auic. in iij.iudicia medicinarum mutantur secundũ diuersas præparationes. ne igitur iudicium medici impediatur, prępariationes medicinarum videamus.

De præparationibus medicinarum. Sex enim sunt præparationes medicinarum. Prima est coctio. Secunda contritio. Tertia est adustio. Quarta ablutio. Quinta congelatio. Sexta commistio. Præparantur igitur medicinæ per coctionem, quæ coctio necessaria est tribus de causis.

COCTIO.

Prima per decoctionẽ. Prima est earũ mundificatio,& sic mel decoquitur,vt à sua impuritate mũdificetur. Vnde Gal.iij.acutorũ,mel non coctũ, nõ debet poni in hydromelle.nisi sit purum, sed si sit impurum debet decoqui,vnde mundificetur.

Secunda conditio,vel causa est,vt substantia quã volumus resutare expellãtur; sicut cum caules in dysenteria volumus dare ad ventris constipationẽ, decoquimus, vt substantiam eorum acutam laxatiuam, quæ est in succo auferamus, & de hoc habetur à Gal.3.de simplici medicina,ꝙ caulis decoquitur, cum ad ventris fluxum datur, quia quanto plus decoquitur,tanto plus stringit.

Tertia de causa fit decoctio medicinæ,vt virtus eius aqua,vel oleo,in quo fit decoctio,demundetur. Et propter hoc dicit Gal.3.simplicis medicinę quod aqua,& oleum sunt materia aliarum medicinarum, quæ fm virtutes illarũ medicinarum, quibus commiscentur, formantur, & hęc tertia decoctio diuersificatur fm diuersitatem decoctionum;quædam.n.sunt medicinæ, quas oportet longo tempore decoqui,& sunt crassæ,vt lapides,& radices, & genera alia;ad hoc enim,vt eorum virtus aquæ, vel oleo mandetur, oportet, quod earum decoctio sit diuturna. Aliæ sunt medicinæ,quæ minori decoctione indigẽt, &in tempore minori,sicut semina diuretica,vt semen apij.petroselini,ęniculi,dauci,carui,ameos, &c. Alię sunt medicinę quarũ decoctio est ad sufficientiam in tempore breuissimo, vt illæ quæ sunt raræ substantæ, vt epithymum,flores vio.boragi.& omnes flores vniuersaliter. Et hoc enim habemus vnum modum confectionis syruporum. Si enim volumus in aliquo ponere radices, semina, & flores, primo debemus ponere radices, & decoctione semifacta debemus ponere semina, & decoctione fere completa,debemus ponere flores. *Nota.*

CONTRITIO.

De secunda præparatione. Secunda præparatio medicinæ est per contritionem. ista autem contritio est duplex, vna multa, alia parua. Multa fit duabus causis. Prima est vt per illam contritionem remoueatur malitia medicinæ, quam faceret in substantia sua crassa, & sic bene conteritur paula secundum Auic.quia sit remaneret in sua substantia crassa adhærens membro,vt stomacho, vel intestinis sua spongiositate attraheret humorem multũ existens in stomacho, vel intestinis, & posset ibi generari apostema, & hoc dicit Auic.in ij.& non sis contentus pulpam conterere,vnde pulpa propter illam causam subtilissime conteritur. Secunda causa est, quia membrum, quod curare volumus est situatum in diuersis partibus remotis, & ideo bene conteri, vt facilius penetret, & minus in stomacho remaneat, & propter hoc dicit Auic.in proœmio, quòd

poſueres

Pulueres subtilissime debent conteri cum ponuntur in electarijs, & hoc habetur à Gal.ij. simplicis medicinæ, ℘ medicinæ curantes passiones renum, debent minutissime conteri propter causam prædictam. Crassa autē contritio fit duobus modis. Vna est causa, ne vltimata contritione virtus medicinæ, & operatio proprie corrumpatur, vt cum medicina sit scāmonea, si multum conteretur, propter raritatem suæ substantiæ, amitteret suam operationem, quæ est attrahere cholerām, propter quod ipsa debet conteri in magnas partes.

Et si tu dicas per illam propositionem, ℘ si tanta virtus in tanto tēpore potest, & mediū poterit trahere medium in æquali tempore, ergo si pondus.i.dra. scāmoneæ poterit trahere tantum choleræ, & medietas poterit trahere medietatē choleræ; Est dicendum, ℘ ista propositio est vera, si vtraq; possit in hunc actum; sed vtraq; non potest, quia virtus est ablata, & ita à parte agentis virtus ita ablata, ℘ non potest trahere; vnde non habet diminutā virtutem respectu passi, sed nihil. non enim sequitur, si decē homines possunt trahere nauim per vnam leucam in septimana, ergo quinque homines possunt trahere eādem nauim per dimidiā leucam, nec ex parte medicinę tenet similiter, vltima ergo eius cōtritio corrumpit propriam virtutem medicinæ. Sed corrumpere propriam operationem medicinæ est duob. modis, aut corrumpitur sua propria operatio, ita ℘ in aliā non mutatur, sicut in scammonea, quæ vltimate contrita nō laxat; aut propria operatio corrumpitur, & alia inducitur, sicut patet in cymino, cuius est ventrem laxare, sed cum cōteritur vltimate, mutatur laxatio ista ad vrinam; quia tunc vrinam prouocat. Secunda causa est, quare non multum conteruntur medicinæ, sed crassæ remanent, vt multo tempore in stomacho remaneant, & iuuent digestionem in eodem, & sic faciunt medici, quia hepati trageam crassam propter stomachum, & propter alia membra minute contritam.

ADVSTIO.

De tertia per aduſtionem. Tertia præparatio medicinæ, est adustio, quæ fit sex de causis.

Prima est, vt acuitas quæ continetur in medicina, remoueatur per aduſtionem; quæ aduſtio consumit partes subtiles, in quibus est acuitas, & per hoc acuitas remouetur, & ita atramentum, quod corrosiuum est, & chalcanthum adustum cum croco, valet ad cōsumptionem apostematis duri, quia tunc sine corrosione consumit.

Secunda causa est, vt per adustionem acuitas acquiratur, & lapides non habēres acuitatē, vt fiant calx aduruntur, quæ acuitas in partib. terreis lapideis fit deficcādo, & igniendo. vnde ſm Gal.ij. simplicis medicinæ, calx est calida in 4. gradu, & corrosiua, piper ſm Gal. ibidem est calidum in 3. gradu. Illa autem caliditas cū est in 4. gradu, tunc est in materia crassa, quę pp sui crassitiem diu morātur in vno loco, propter quod corrodit membrū, in quo mutatur, & sic calx viua, quæ hēt partes crassas, quę non possunt cito penetrare, immo diu morantur in vno loco; nec sine illis subtiles possūt penetrare, pp quod corrodit, piper transit sicut flāma, quia sua caliditas in rara substātia fundatur, & ideo non adurit, nec corrodit, & ideo dicit Aui. quod cępe exterius posita vlcerat, quia diu morātur in vno loco, sed interius recepta non, pp sui morum.

Tertia causa est quare aduritur medicina, quia ipsa est valde crassa, ita ℘ ad partes remotas non potest penetrare, nisi subtilietur: in ista autem aduſtione subtiliatur, propter quod melius potest penetrare.

Quarta causa est, vt melius possit conteri; per illam. n. aduſtionem disponitur medicina ad facilioré contritionem, & sic sericū comburitur ſm Auic. nec debet cōteri in pliri, cum non est artificiale, neq; bonū, quod fit, si per ipsum conteratur, quia aliquādo sua virtus tota corrumpitur in ista aduſtione; licet p ipsam præparetur ad cōtritionem. Istud. n. sericū aliquando datur ad cordis confortationem, & tunc non debet comburi, quia tunc virtus medicinæ, quam quærimus, amittitur scilicet cordis confortatio, & tunc quando debet poni in pliri electario, melius est, vt scindatur in minutissimas partes cū cultello, & postea ſm quod possibile est conteratur. Aliquando. n. ponitur sericū in medicinis ad consumptionem materię, & sic ponitur in diasena, & tunc debet comburi, & tunc bene habet virtutem consumendi. Similiter est de aloe, quia aliquando datur simul ad laxandum, & ad stomachum confortandum, tunc debet cōburi, quia per istam combustionem consumitur sua gummositas, per quā laxabat. Et propter hoc magis apparet alia virtus, & alia operatio, quæ est confortare, & tunc melius confortat.

Quinta causa est vt malitia medicinæ remoueatur, & sic scorpio aduritur, vt per istam aduſtionem venenositas auferatur, per quam malitiam poterit inducere in corpus humanum, vt in lapide, quia per puluerem ex eo factum possumus mirabiliter lapidem frangere, ad quod mirabiliter valet.

Sexta causa est, vt humiditas superflua cōsumatur, & sic myrobalani, & oēs gummi, quæ dantur cōtra fluxum ventris, aduruntur, vt remoueatur gummositas illa, per quā laxabāt, & sic in myrobalanis remanet natura cōstrictiua, & in alijs remanet natura viscosa cōglutinatiua humiditate superflua, lubrificatiua, consumpta, vt gummi arabicum, & tragacanthum, & sic datur in dysenteria.

ABLVTIO.

De quarta per ablutionem. Quarta prēparatio medicinę est ablutio; per ablutionē enim prēparantur medicinæ. Ista autem ablutio fit quatuor de causis. Vna enim est vt acuitas, quæ cōtinetur in medicina, auferatur, & sic abluitur calx, & extinguitur aqua frigida, ne sua acuitate corrodat membrū, & similiter de omnibus medicinis, cum timemus acuitatem.

Secūda de causa debet ablui medicina, vt ab ea sordes mūdificetur, & sic abluitur oleum, vt mundificetur; ideo vt per illam ablutionem albificetur, & clarificetur.

Tertia causa est, vt melius possit cōteri, quia medicina est ita dura, ℘ non pōt bene cōteri, nisi partes suæ remolliantur, & sic acacia abluitur, vt melius possit conteri; prius tamen aduritur quam abluitur, vt per aduſtionem, & per ignem adurentem incidatur, & pori aperiantur. Vnde per omnes eius partes primo in ablutione aqua possit melius iuuare. f. subintrare, & omnes partes eius remollire, deinde ad vltimum conteri. primo ergo aduritur, secundo lauatur, tertio conteritur.

Quarta de causa abluitur medicina, vt eius malitia auferatur, & sic lapis lazuli abluitur; habet. n. duplicem virtutem, scilicet expressiuam, & nauseatiuam, vt ergo nauseatiua auferatur, debet ablui, vt cōpressiua solum remaneat. Sed quia multiformis est ablutio in istis reb. diuersis, ideo videamus de istis diuersis ablutionibus, quia in hoc multoties solent chirurgici medicos irridere.

De ablutione cera. Cera enim primo sic abluitur. debet primo liquefieri ad ignem, deinde in aqua pura clara sine sapore aliquo debet poni, & in ipsa aqua debet manibus malaxari, & aqua à cera cum manibus exprimi. Deinde ad ignem debet liquefieri, & demum in aqua munda, &c. vt prius, & sic iterum, & iterum faciendum est, quousque aqua ista sine sapore aliquo exierit, quia tunc signum est, quod tota acuitas ceræ est ablata, qua indigemus aliquoties cum volumus vnguentum ad infrigidandū: vnde ablutionem illam facimus, vt acuitas ceræ auferatur.

De ablutione oleī. Oleum debet sic ablui, pone oleum in vase mūdo stricti orificij, & demū super oleum infunde aquam mundam ardentem; & tamen non debet malaxari cum manibus istud oleum, sicut faciebas de cera, ne propter sui viscositatem adhęreat manibus. Et aliqui lapides abluūtur, non sicut oleum, & cera.

Lapis lazuli sic abluitur, aut alius lapis hmōi. primo dēt conteri, & postea poni debet in loco, vel in vase purissimo. Et postea aqua clara fortis super eum infundi, & dēt diu aqua cōmoueri, & postea debet dimitti quousque resideat in fundo aquę, & deinde remoueat ista aqua, & postea iterū ponatur, & fiat vt prius, & iterum, & iterum quousq; aqua exeat clara absq; sapore mutata, & ablutio istius lapidis sic fit, vt p hoc virtus nauseatiua auferatur.

CONGELATIO.

De quinta præparatione. Quinta præparatio medicinæ est congelatio; congelatur enim medicina,eam ponendo in loco frigido,vt caliditas remoueatur, & frigiditas introducatur. vnde sic medicinæ infrigidantes congelantur. *

COMMISTIO.

De sexta præparatione. Sexta præparatio medicinę est commistio:commiscemus enim aliquando medicinas ad inuicem, vt earum virtus fortificetur,sicut scămo.admista medicinis aloeticis ipsas cōfortat in actione,& sic zing.fortificat turbith; de se enim turbith phlegma attrahit subtile,sed si cum eo zing.admisceatur, fortificando facit eum trahere phlegma crassum.

ADMISTIO MEDICINARVM.

Secundo modo admiscemus medicinam medicinę,vt ipsam faciat transire cito ad locū debitum, & sic crocus admiscetur auro,& argento,& sic alijs medicinis cardiacis, quia illæ sua ponderositate ad intestina cito descenderent, nec ad venas possent penetrare, sed crocus facit ipsas ad cor penetrare. F

Tertio modo admiscetur medicina medicinæ, ne cito transeat ad venas, vt quando volumus hepar deoppilare per diuretica, & illa habent naturam cito penetrandi ad venas;ideo debemus cū eis aliqua admiscere, quæ ea impediant, ne cito ad venas transeant, immo remaneant in vijs hepatis. sicut raphanus habet proprietatem humores attrahendi ad stomachum, & diuretica habent naturam penetrandi ad venas. Ex isto autem motu contrario fit agitatio quædam, quæ est causa quietis in via medicinæ, & hoc est in hepate.

Quarto modo admiscetur medicina medicinæ,non vt medicina fortificetur per aliam medicinam, vel confortetur, sed potius vt vna per aliam debilitetur,& corrumpatur,vt si admisceamus viol.vel myrobalanos in æquali virtute,quia vna laxat,& alia comprimit, vna alijs contrariatur, & diminuitur operatio vnius per alteram, & ideo cum admiscentur vio.cum myrobalanis, debent parum commiscери,& hoc vt operatio violarum prius fiat, quàm myrob.operentur. G

Quinto modo admiscentur medicinæ inter se, vt vna aliam impediat, & sic admiscemus cū scamo. zing. quo confortat stomachū, eo, ꝙ scamo.est inimica stomacho, et bdellium,aut mastix,quia scamonea habet intestina excoriare', vt sua viscositate hoc impediant in scammonea. Item non solum ex ignorantia complexionis medicinarum,& ignorantia præparationis impeditur iudiciū medici,sed potest impediri ex herbarum vicinitate aliarum. vnde medicinæ crescentes iuxta herbas venenosas, sunt malæ, & virtus earum est corruptiua, & sic videmus qd virtus muschi, & ambræ cum oritur iuxta camphoram, & psyllium corrumpitur, & diminuitur.

Dictum est prius,ꝙ quędam sunt electaria valentia ad membra spiritualia, quædā ad membra naturalia,&c. & cum prius dictum sit de trib.electarijs valentib. ad membra spiritualia,diamargariton,& diamoron,& diacameron. Nunc dicamus de alijs valentibus ad membra naturalia,& de his quatuor quæ spectant ad lectionem istam, quorum primum est dianthos, secundum est pliris, tertium, est diacastoreum, quartum est diairis. H

Electaria ad membra naturalia.

De dianthus. Dianthos fit de anthos, & est basis in hoc electario, sicut patet inspiciendo ad eius laudes, quæ proprie huic competunt,& est ibi plusquam de alijs.

Anthos est marinus ros, in littera habetur floris rorismarini. Item de dendrolibani, aut leptolibani, & cum dicitur dendrolibani,vel leptolibani intelligitur,ꝙ fit de folijs rorismarini,& cum dicitur de floribus anthos,hoc est de floribus rorismarini, & leptolibani, vel dendrolibani folium eius,& istud est calidæ,& siccæ cōplexionis, non tamen multum. vnde non multum calefacit, nec multum infrigidat cor,tamen proprie confortat,spiritus reparando,stomachum confortando,& cerebrum,vnde sunt multa ibi valentia ad stomachum, vt rozing & similiter valet cerebro sua aromaticitate,spiritus reparando,& confortando,& ad cor proprie est medicina cardiaca.anthos ex sua proprietate cor confortat, & valet contra cardiacam passionem ex frigida causa, & valet tristibus,& macilentis.scilicet ex solicitudine,& tristitia,quia lætificat.debet caueri in feb.ca.& in humoribus extenuatis, nisi sit ex solicitudine, & conualescentibus, quia in eis est paucitas spirituum.

Dianthos autem reparat spiritus deperditos; & cor debile cofortat; sunt enim qui valde timent propter cordis sui debilitatem, & spiritus paucitatem, & propter hoc tristes sunt,& curiosi a cura dicti non a curiositate, & macilenti. Quidam enim dicunt quod debet dari in febribus in mane cum aqua frigida, &c. Sed si ego darem in febribus, non darem nisi in febribus de materia frigida,& in die interpolationis; melius, & securius tamē est, vt caueatur in feb.sed conuenit illis,qui habent cor debile, temperatum tamen satis in caliditate, & frigiditate, tamen debile spirituum paucitate.

Pliris est aliud electarium valens ad spiritualia. Pliris duplex est, cum muscho, & sine muscho. Arcoticon,id est completa confectio, siue perfecta medicina,valet tristibus,confert melancholicis, confortat stomachū debilem,& cor; & valet contra syncopim, memoriā reparat, sensum auit; & epilepiticis valet,analepticis, & catalepticis; & omnem debilitatem stomachi confortat ex causa frigida; est.n.calidius, & siccius quam dianthos. Sunt enim quædam quæ valent proprie ad confortationē stomachi,vt cinnamomum,& garyophyllum. Sunt ēt quædam valentia ad cor, vt corallus,& spodium;quædam autem ad cerebrum, vt schęnanthus,& cyperus. Est igitur pliris medicina cardiaca,& cor cōfortat, vt dianthos;sed differenter, & propter causas diuersas duæ debent dari ad cōfortationem cordis. Pliris enim debet dari ac confortationem cordis propter frigiditatē, & timorem, sed dianthos quando est temperatum in caliditate, & frigiditate est tamen debile ex spirituum debilitate,vel paucitate,quia anthos ex sua proprietate habet spiritus reparare. Notandum secundum artem quam dat Gal. quod si aliqua medicina valet ad membra plura, debemus dare illam medicinam cum aliquo ducente ad membrum illud, quod volumus confortare. Vnde diuretica habent deoppillare hepar, & splenem, pectus, & pulmonem. si autem volumus dare diureticam, vt anisum,& tamen ad deoppilationem hepatis, possumus dare sicut sunt, quæ ad hepar conueniunt cum sua virtute. Sed cum volumus deoppilare splenem, debemus dare cum aceto, cum acetum faciat transire ad splenem. Si autem ad pulmonem, debemus admiscere cum liquiritia, & vuis passis,& similibus. Similiter cum pliris valeat ad stomachum, cor, & cerebrum confortandum, cum volumus dare plirim ad stomachum confortandum,debemus dare cum decoctionibus alicuius valentis ad stomachi confortationem, & habentis respectum ad illud membrum proprie, vel cum decoctione zing. vel galangæ.si ad cor cum decoctione buglossæ, aut nucis muscharæ. Si ad cerebrum ,cum decoctione betonicæ, aut primulæ veris, aut similium,quæ habent aspectum ad cerebrum,& hęc est ars valde bona. aliqui tamen sunt valde delicati, qui electaria nolunt accipere sicut sunt,nec cum decoctione, & possumus habere talem cautelam, quia possumus dare tale electarium, & postea vinum ad bibendum cum aliquibus habentibus aspectum ad membrū,quod volumus confortare, & sic intellige de alijs.

Diacastoreum dicitur à castoreo, quod est ibi basis,& est castoreum testiculus cuiusdā animalis, quod dicitur castor.& est animal valde calidum, & siccum;& est valde mirabile habens duos pedes ad modū gatti,anteriores vngues valde acutos habētes, quia natura dat mēbrum, & mēbri operationem. Similiter datur ei à natura, ꝙ est animal valde aquaticum,& in aqua habitās, propter sui vehemen-

vehementem caliditatē, & ideo vt possit ripis fluuiorum adhærere, quando vult nutrimentum suum accipere, dantur eis tales vngues. habet pedes posteriores ad modū anseris, vt cum illis in aqua possit natare: vt sicut pedib. anterioribus ripis adhæret, sic posterioribus posset natare. habet insuper dentes valde acutos ad modum gatti. Multum sunt similes gatto, quia comedit arbores, radices, & cortices; & ideo vt possint accipere cum suis dentibus illos cortices, habent à natura tales dentes, & incidit tales arbores, & est mos talium animalium, ꝙ quando vnus castor venit in aliqua terra, vbi sunt plures castores, tunc ducunt ipsum in locum vbi est copia nutrimenti. vnde faciunt ipsum sclauum, & seruum; & tunc bene decorant ipsum cum corticibus supra dorsum, & depilant eum, vt per hoc possit cognosci ab alijs sclauis. Dicitur autem à quibusdam, ꝙ abscindit sibi testiculos, cum debet capi à venatoribus, & ꝙ cognoscit per instinctum naturalem, quòd volunt ipsum habere propter testiculos: & sic habentur, & testiculis habitis ipsum dimittunt venatores abire. Sed hoc est falsum; pellis enim eius plus valet quā eius testiculi. Item non est tanta sapientia in bruto, ꝙ sciret hoc facere; isti testiculi sunt calidi in tertio gradu, vel in principio quarti, sicci in secundo gradu; & sunt meliores, in quibus est sperma, & intus bene digestum.

Item illud electarium in quibusdam libris non est inuentum, & habet magnam receptam. valet principaliter contra paralysim propter euacuationem materiæ, quia residuum materiæ consumit, & neruos confortat; vnde est optimū neruis, & istud est empiricū; & contra capitis ægritudinem, cum materia est euacuanda, & contra spasmum ex repletione de frigida causa. Diacastoreo aliquando vtimur intus, & aliquando extra; intus, vt sub lingua tenendo, si possit pati, quod est difficile diu supra linguam tenere, vel sub lingua receptum, & sub lingua consumit humiditatem superfluam in lingua; vel in radice linguæ, intra corpus recipitur propter prædictas causas. Item similiter extra vtimur eo, vnde est vnguentum mirabiliter valens ad paralysim, materia prius euacuata vngatur locus, in quo est paralysis de oleo castoreo, & oleo laterino, & oleo laurino forti, vel costino, vel oleo petroleo, vnde de testiculis castorei fit oleum: sed tamen caue, ne ex hoc inflammetur corpus, quia timendum est de hoc; est enim de istis oleis, vnum ex quo fit ignis græcus, sed oleum castoreum commistum cum nardino oleo forte valent.

De diairi quid sit.

Diairis dicitur ab iri. est. n. radix, quæ habet vim aperiendi, & calefaciendi, & cōsumendi. vnde ista radix matrici supposita, & suffumigata facit aborsum, aborsu. n. fœtus aliquando indigemus, cum sit fœtus debilis, non potens exire, & tunc melius est, quod fœtus occidatur quam mulier, & fœtus simul. menstrua prouocat mirabiliter, vnde suffumigata mortuum fœtum educit, & secundinā, & menstrua; fortiter aperiendo matricem. valet proprie pectori, cum in eo sit materia crassa, quia ipsam incidit, & diuidit, & calefacit, et tussim curat, ex materia tali creata, vnde non debemus dare semper diatragacanthum, & diapenidion in tussi, quia illa lenificatiua nō sufficiūt, immo nocent, & magis faciūt materiam inuiscare, cum materia sit frigida, & crassa; sed debemus cum eis commiscere diairim, aut diahyssopum ad illam materiam incidendam, & alia, quæ remolliunt eam, vnde in iuuenib. calidæ, & siccæ complexionis conuenit diatragacanthū, sed in senibus, qui sunt frigidæ complexionis, & habent naturam multum phlegmaticam, bonum est commiscere diairis operatio, aut diairis, aut diatragacanthum misceri cum diapenidion, quod est aliquantulum calidum, & aliquantulum diairis, aut diahyssopi, quando est materia crassa in pectore multa, tunc debet primo remolliri, & postea consumi, ideo in diairi ponuntur quædam remollitiua, vt penidion, &c. & quædam incisiua, consumptiua, quia est valens ad materiam frigidam in pectore contentam. Iris est basis in hoc electario quod est diairis, quod patet per laudes eius, &c.

Habito de digestione, & de modo digestionis; & de materia digestibili. Nunc videamus de digestiuis, per quæ fit digestio.

De digestiuis.

An syrupus acetosus valeat in digestione materiæ cholericæ.

ET circa hoc primo quærimus, vtrum syrupus acetosus valeat in digestione puræ materiæ cholericæ, & videtur ꝙ non, quia nihil subtilians conuenit in digestione materiæ sua subtilitate, & mobilitate peccātis: sed cholera peccat sua subtilitate, pp quod est mobilis de loco ad locum, & syrupus acetosus plus eam subtiliat, eam diuidendo, ergo syrupus acetosus adhuc nō valet in digestione purę cholerę. Item Gal. 3. aph. dixit, ꝙ sola siccitas sufficit ad generationem choleræ, igitur cum acetū habeat siccitatem, ipsum generabit choleram; sed quod generat choleram, non digerit eam, reprimendo suas qualitates; neq; curat morbos causatos ex cholera. Item nullum calefaciens oportet ad digestionē choleræ dare, sed acetum calefacit, quia locū, quem attingit rubicundat, & corrodit secundum Gal. in de simplici medicina, ergo &c.

Sed contrarium dicit Aui. in quinto, ꝙ syrupus acetosus vincit puram cholerā. Idem volunt omnes auctores medicinę, & eo vtuntur oēs medici ad eam digerendam.

Consequenter quęritur, quis syrupus melius valeat ad hoc, an acetosus; vel violatus. videtur, ꝙ acetosus, quia quod est frigidum magis conuenit in digestione materię cholericæ, sed syrupus acetosus est frigidior violato, ergo, &c. Sed contra. cura fit per contrarium, ergo melius fit cura per magis contrarium choleræ, quam acetosus, quoniam in duabus qualitatibus, cum viol. sit frigidus, & humidus, & acetosus vna tantum in qualitate contrariatur, quia est frigidus, & siccus, ergo &c.

Solutio, ad primam quęstionem dicēdum, ꝙ syrupus acetosus cōuenit in digestione materiæ cholericæ in quinque casibus. Primo quando materia cholerica peccat in sua caliditate, & non sua siccitate, tunc magis conuenit acetosus quam violatus. Potest. n. esse cholera temperata in substātia, nec nimis sicca, nec dura, calidior tamen debito, & tunc ille syrupus est optimus, quia bene infrigidat. Vnde Gal. in de simplici medicina dixit. Ipse non est infrigidans sicut acetum. Secundo conuenit syrupus acetosus in digestione choleræ, quando cholera est in loco remoto, tunc. n. syrupus acetosus magis conuenit quā violatus, quia acetosus magis potest penetrare, quā violatus, & ita aqua cum aceto in æstate cito sedat sitim à caliditate membrorum, non stomachi introductam. Illud bene sciunt Lombardi, qui hoc bibunt, quia humiditate aquæ membra ita rorantur; & sic sitis mitigatur, & frigiditate aquæ, & aceti infrigidatur. hoc etiam bene conuenit in pinguibus hominibus, & non multum extenuatis, & siccis, cum acetū deficcet; propter hoc certe plus valet acetosus, quam violatus. Tertio conuenit syrupus acetosus pluſquam violatus ad digerendum materiam cholericam hominib. pinguibus de dicta causa. Quarto quādo est oppilatio cum putrefactione choleræ, plus cōpetit ad digerendum choleram acetosus, quam violatus, quia violatus non transiret, nec penetraret, sicut acetosus.

Quinto si materia putrefacta in corpore sit multa, tūc non conuenit violatus, sed acetosus, quia violatus nō est citæ penetrationis, & est debilis actionis, ideo non conuenit, & oppilat sua frigiditate, & humiditate, fumos retinet, & poros claudit, & stringit. Sed acetosus valet contra choleram, quia ipsam infrigidat, & quia ipsam euacuat, & quia scindit, & aperit poros sua subtilitate, & fumos facit effumare, ideo putrefactionem minuit.

Ad primum dicendum, quod tunc impedit, cum cholera est multum subtilis. Vel dicendum sine præiudicio melioris sententiæ, quod cholera non est subtilis in substantia, sed crassa, licet subtilis, & acuta in actione; est enim crassa in substantia, cum sit humidior, & hoc habetur à Galen. *in* secundo prognosticorum, vbi dicit, quòd cholera per se est crassa, congelata: sed humiditate phlegmatica liquefit, & subtiliatur, & phlegma est per se congelatum, sed calidi-

tare choleræ ſubtiliatur: cum enim commiſcetur, ergo in E
ſua ſubſtantia ſubtiliat ſyrupus acetoſus eam incidendo, & eam incraſſat infrigidatione: infrigidãdo enim immobilitat eam, & tollit eius acumen. Ad ſecũdam rationem poteſt multipliciter reſponderi, vno modo ſcilicet, ꝙ per hoc quòd eſt ſiccitas dico quòd Gal. loquitur de ſiccitate temporis diuturna; cum enim tempus ſit ſiccum multũ, & perſeuerat diu in ſua ſiccitate, tunc multiplicatur cholera æſtate plus debito in corpore humano.

Secundo modo poteſt reſponderi per ly ſola, quòd nõ eſt ſola ſiccitas in aceto, immo cum frigiditate, quę generationem choleræ impedit. Tertio modo dicendum eſt, quod licet acetum impediret digeſtionem choleræ veræ, tamen non impedit digeſtionem cum eſt admiſtum cum ſuo repreſſiuo cum zuccharo. In ſyrupo enim eſt zuccharum calidum, & humidum temperate, & ideo non impedit hoc iuuamentum, quod facit acetum in ipſam choleram infrigidando, quia non minuit frigiditatem; ſed remouet nocumentum, quod faciebat acetum F
ſiccitate, quia humidum eſt, & poteſt plus humectare zuccharum, quam acetum deſiccare. Ad aliud dicendum, ꝙ non facit ruborem, ſiue corroſionem eo quòd calidum, ſed quia ſubtile, & acutum, quia n. ſubtile ſubintrat, & penetrat, & penetrando diuidit, eo quòd acutum corrodit, & mordicat: propter hoc enim dolorem inducit, & ſanguinem ad locum trahit, qui rubefacit; non ergo facit hoc, quia calidum, ſed quia ſubtile, & acutum. Ad ſecundam quæſtionem, quando tu quæris quis ſyrupus ſit melior ad digerendum choleram, aut acetoſus, aut violatus. Dicitur, quòd in quinque caſibus prædictis violatus eſt melior; ſcilicet cum cholera multum peccat ſua ſiccitate, et etiam cum cholera eſt in loco propinquo. & etiam cum cholera eſt in hominibus macris, & multum extenuatis, & cum cholera non eſt in corpore oppilato, & cum materia putrefacta non eſt multa, & maxime conuenit ſyrupus violatus, cum venter eſt conſtipatus: violæ enim laxant ventrem. Si tamen eſſet materia putrefacta in loco propinquo, & tempus eſt pluuiale calidum, tunc darem libentius acetoſum, quam violatũ, quia viola ſua paſſibilitate eſt multum putrefactibilis, & tunc impediet fumorum euaporationem. quare timendum eſt valde in iſto tempore pluuioſo, & putrefactibili impedientem fumorum euaporationem.

Nota.

De diacalamentho. Diacalamenthum à calamentho dictum, precipue valet ad omne vitium pectoris ex frigiditate, his maxime, qui ſunt in ſenili ætate. valet etiam tuſſientibus, ſi ſit ex frigida cauſa, & quartanarijs ſi vtantur, eo accepto poſt prandium, & cœnam, & in ſero cum vino.

De diatragacantho. Diatragacanthum frigidum à tragacantho vicitur. valet ad omne vitium pectoris, & pulmonis, quod ex calore, & ſiccitate fit maxime phthiſicis, hecticis, pleuriticis, & ad omnem tuſſim, quæ fit ex caliditate, & ſiccitate, & ad omnem linguæ, & gutturis aſperitatem. cum vero ſumitur, tamdiu in ore teneatur, vt parumper in ore diſſoluatur.

De diapenidion. Diapenidion dicitur à penidijs, quæ ibi intrant plus H
quàm de alijs, valet ad omne vitium pulmonis, & tuſſim, & raucedinẽ factam ex ſiccitate, phthiſicis detur in mane, & ſero cum ptiſana calida. non habentibus calorem cum vino calido.

De diapraſio. Diapraſium dicitur à praſio viridi, quod ibi intrat pluſquam de alijs, valet ad frigiditatem pectoris, maxime ad catarrhum, & cerebri frigiditatem, & oculorum caliginem, & ad palatum, & arterias, & ad omnem ſpeciem catarrhi, qui fit ex frigiditate, mire prodeſt. datur in ſero cum vino calido, in quo coctum ſit vinum, & tragacanthum.

Viſa eſt præparatio medicinæ digerentis ſimplicis, & compoſitæ. Nunc autem videamus modum digeſtionis. Circa quod tria ſunt conſideranda. Primum eſt complexio, & diſpoſitio, ægri, ſiue membri cui in eſt ægritudo, & materia ægritudinis. Secundum eſt complexio ipſius ægritudinis. Tertium diſpoſitio patientis, conſideſando ætatem, & regionem.

De modo digeſtionis.

CIrca primum quatuor ſunt conſideranda. Primum eſt complexio naturalis membri. Secundum curatio membri. Tertium eſt ſitus membri. Quartum eſt virtus ipſius. Medicus enim debet cognoſcere cõplexionem membri naturalem, cuius cauſa eſt duplex, Primo eſt, vt ſciatur quantum eleuatur membrum in complexione. iſtud non poteſt ſciri, niſi ſciatur complexio radicalis. Secunda cauſa eſt, vt ſciatur terminus alterationis, ſiue tem poris, qui etiam conuenit ad debitam complexionem. Has duas concluſiones poſuit Gal. in techni.

De complexione membri dantur quatuor regulæ.

Prima eſt, ꝙ immoderata complexio per immoderatam in gradu æquali debet reduci.

Secunda regula eſt, ꝙ ſi membrum eleuetur in complexione ſibi ſimili, indiget debili medicina. Sed faciens habere in diſſimili eſt forte; forti enim reſiſtenti debetur forte agens, & debili ſufficit debile.

Tertia regula eſt, ꝙ complexio eſt infuſa aliquando ipſi membro ſine materia, aliqnando cum materia. ſi ſine materia, tunc indiget ſola alteratione; & de hoc dicitur, quod cura fit per contrarium. ſi cum materia, tunc indiget euacuatione.

Quarta regula eſt, ꝙ tẽpus infrigidandi, & calefaciẽdi eſt vnum, & æquale; ſed humor non eſt vnus, & æqualis.

Et ſi arguas cõtra, quia calor eſt fortius agens, quã frigiditas, ergo fortius aget, ergo non erit tempus vnũ, aut æquale calefaciendi, aut infrigidãdi. Ad hoc dico, qđ quodlibet membrum eſt abſolute calidum, ideo faciliter calefit. & ideo debet calefieri debili calefactione, quia ſua caliditas iuuat in ſui calefactione, cũ non reſiſtit caliditati calefacienti, ſed membrum indiget forti infrigidãte. Sed infrigidatio membri timenda eſt, cuius tres ſunt cauſæ.

Prima eſt oppilatio exiſtens in membro calido, quæ per frigiditatem augmentaretur, & per conſequens calor; quando enim membrum eſt calefactũ, ipſum debet G
infrigidari cum medicinis frigidis ſubtilibus, cuiuſmodi ſunt oxyſaccara, & acetum, & debent cum eis commiſceri medicinæ calidæ parum calefacientes, & oppilantes, quæ faciunt fumos effumare, & ita infrigidatur. Secunda cauſa eſt caloris membri acuitas; cum calor enim eſt multum acutus, oportet quòd cum multis frigidis alteretur, & extinguatur; frigiditas. n. fortiorem ægritudinem inducit, quàm eſſet illa, quam inducebat caliditas. Tertia cauſa eſt membri nobilis vicinitas; vnde timendum eſt infrigidare meſaraicas, ne lædatur hepar; ſed nõ eſt timendum calefacere, cum calor ſit amicus naturæ. Sed tempus humectandi, & deſiccandi eſt inæquale; citiuis enim fit deſiccatio quàm humectatio, quia citius deſiccatur humidum, quàm humectetur ſiccum, quia ad ipſum humidum tria ſunt contraria inducenda, quorum vnum eſt calidum conſumens humidum, & inducens ſiccum, ſecundum eſt frigidum congelans; & ita ipſum deſiccans: & tertium ſiccum conſumens, & imbibens, & ita humidum per tria agẽtia in ipſum deſiccatur, & tempus exiccandi eſt breue, cum non habeat ſiccum, niſi vnum contrarium in actione ipſum conſumens, ſ. humidum, & vnũ agens tardius effectum inducit quam contraria agentia, & ideo citius eſt deſiccatio conſumendo humidum, quam humectatio corrumpendo ſiccum.

Item cum humidum ſit habitus, ſiccitas autẽ eſt priuatio; & cum facilius ſit deuenire ab habitu in priuationem, quàm e conuerſo, ideo facilius fit deſiccatio conſumendo, quã humectatio corrũpendo ſiccũ, & citius. Sed tamẽ timor humectandi, & deſiccandi ęqualis eſt, cũ neutrum timendũ ſit, pp hoc, quia debiliter agit. Secundum quod debet conſiderare medicus circa naturam, & diſpoſitionem membri, in quo eſt ægritudo, eſt compoſitio membri; ſicut eſt raritas, & denſitas membri, amplitudo, & ſtrictura venarum. De amplitudine vaſorum ſciendum eſt, quòd illud quod habet vias amplas, eſt facile, & cito alterabile, cuius, cauſa eſt: qua cum viæ ſint amplæ medicina alterans penetrat cito; & cum viæ ſunt

ſtrictæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0940-0 DFG

ſtrictæ, medicina alterans tarde penetrat, & penetrando alterat,& alterando penetrat, & ideo hepar, quia rarum eſt cito alteratur,& renes tarde, quia ſunt valde denſi.

Item medicina alterans membrum non debet carere aliqua re confortante membrum. vnde ſi debeat hepar calefieri, debent apponi pontica confortantia.

Tertium quod debet medicus conſiderare circa naturam, & diſpoſitionem membri,in quo eſt ægritudo,& materia ægritudinis, eſt ſitus membri propter colligantiam membri ad membra;ſicut ſtomachus,& cerebrum ſe habent, & ideo quando curatur ſtomachus per medicinam, cauendum eſt,ne illa medicina ſit debilitans cerebrum, & etiam quando curamus cerebrum, cauendum Decimus. eſt, ne illa medicina ſit debilitãs ſtomachum. Quia ergo ex ſitu membri cognoſcitur colligantia, debet ſitus membri à medico cognoſci. Item ex ſitu membri cognoſcitur operatio membri, quæ debet conſiderari in operatione medicinæ. Item ex ſitu membri ſcitur vtrum egeat forti medicina, vel debili. vnde ſi membrum ſit in partibus remotis,eget forti medicina:& ſi in propinquis, debili indiget,& loquor de debili, & forti in quantitate, & qualitate ſecundum Gal. in xiij. megatechni. Item ex ſitu mẽbri ſcimus vtrum debeamus aliquid apponere cum principali medicina,& quid. Nam ſi membrum ſit ſituatum in partibus remotis, debet aliquid poni cum medicina, quod facit ipſum penetrare ad membrum remotum. Si in partibus propinquis ſituatur membrum,medicina nõ indiget, quòd aliquid apponatur ei quod ipſam facit penetrare. Et ſi membrum ſit ſituatum inferius,tunc cum medicina debet tranſire ad membrum,debent poni diuretica. Item per ſitum mẽbri ſcimus,ſuper qua parte exteriori debemus ponere emplaſtra.

Quartum quod medicus debet cognoſcere, & conſiderare circa naturam membri, & diſpoſitionem, in quo eſt ægritudo, & materia ægritudinis eſt virtus membri. ſicut membri principalitas, & membri communitas, ſiue communis operatio, & ſenſus,vnde dico q9 debet cognoſci membri principalitas. vnde membrum principale,ſiue nobile,quod idem eſt,non indiget forti medicina, neque cum ea debet curari. Membrum autẽ principale eſt Cor. ſecundo Cerebrum. tertio Hepar. vltimo Teſticuli. Similiter debet cognoſcere membri communitatem, id eſt communem operationẽ, vt ipſam in ſitu conſeruet, ſicut cum ſtomachus curatur, & alteratur, debet conſeruari ſua operatio, quæ eſt communis omnibus membris. Similiter ſenſus membri debet cognoſci à medico,quia cum membrũ eſt fortis ſenſus,nõ debet dari ei medicina fortis; quia ſtatim ab ea læderetur; ſi tamen eſt debilis ſenſus poteſt ei dari fortis medicina,& mordicatiua. De natura ægritudinis quantum ad ætatem, & regionem in ſequentibus apparebit.

Superius dictum eſt de quibuſdam electarijs conferentibus pectori.

Pectori conferentia.

ADhuc videamus de quibuſdam pectori conferentibus, & de iſtis quatuor quantum ad præſentem lectionem. Primum eſt diacalamenthum. Secundum eſt diatragacanthum. Tertium eſt diapraſium. Quartum diapenidion.

De diacalamentho. In diacalamentho, calamenthum, eſt baſis, & habet plures ſpecies. quarum vna eſt calamenthum montanũ; & eſt fortius alijs, & calidius,& ſiccius,& eſt omne calamenthum calidum, & ſiccum; & eſt valde amicum pectori: alterat enim pectus ſua caliditate, & acuitate;confortat ſpiritum ſua proprietate,forte,& aromaticitate ſtomacho debilivalet,& maxime cõfortat, & abſtergit materiam choleticam, & multum valet contra tertianam, & cõtra paralyſim. vrinam prouocat, & hepar calefacit. Item cum eſt conturbatio in ſtomacho,& timemus nauſeam, calamenthum emplaſtratum ſuper ſtomachũ nauſeam prohibet. Item laxat ventrem. Item valet contra melancholiam calefaciendo, ſubtiliando, abſtergendo, euacuando. Item valet contra dyſenteriam, abſtergendo materiam cholericam,quæ inteſtina excoriat, & ita calamenthum valet contra dyſenteriam per accidens, ſ. abſtergendo materiam cholericam excoriantem inteſtina.

Electarium iſtud ſcilicet diacalamenthum valet contra paſſiones pectoris ex frigida cauſa, & contra tuſſim, & quartanam, cum melancholiam calefaciat, & etiam prouocat vrinam ex frigida cauſa detentã, & nunquam valet contra paſſiones ex cauſa calida.

De diatragacanthio. Diatragacanthum eſt electarium, cuius baſis eſt tragacanthum. Diatragacanthum eſt frigidum,humidum,pectus leniens, propter quod diatragacãthum valet contra paſſiones ex cauſa calida, & ſicca generatas.

De diapenidion. Diapenidion eſt electarium, cuius penidiæ ſunt baſis, & fiunt de zuccharo, & ſunt temperatæ aliquantulum calidæ, & humidæ propter hoc, q9 ſunt de zuccharo, bonæ ſunt pectori, ventri, & ſtomacho. Diapenidion eſt magis calidum quam diatragacanthum, & valet contra cauſas frigidas, & ſiccas, & magis contra ſiccum, quam contra frigidum.

De diapraſio. Diapraſium eſt electarium, cuius praſium eſt baſis. Praſium idem eſt quod marrubium, calidum, & ſiccum in tertio gradu. valet pectori, & ſimiliter valet pulmoni, & contra oppilationem hepatis, & ſplenis; & aborſum facit, & prouocat menſtrua. Iſtud autem electarium debet fieri ex ſuc. praſij,non ex ſua ſubſtantia,

De ſyrupis quem humorem digerant.

VIſo quid digerat ſyrupus aceroſus. Nunc videamus quem humorem digerant alij ſyrupi. Et circa hoc primo quæritur, vtrum oxymel digerat phlegma, & videtur quod non, quia in oxymelle non eſt niſi acetum,& mel. ſed ratione aceti non digerit phlegma, cum ſit frigidum ſicut phlegma,& digeſtio fit per contrarium;nec ratione mellis, quia mel eſt phlegmaticum laxatiuum ſecundum Iſaac in diætis,ſed illud quod laxat,non digerit, quia digeſtio debet præcedere laxationem, ergo &c.

Oppoſitum facit vſus medicorũ. Iuxta hoc quæritur vtrum oxymel digerat phlegma rheumatizãs, & peccat ſua humiditate,& fluxibilitate; ſed oxymel deſiccat ratione aceti,& etiam mellis,ergo &c. Contra auget rheuma, ergo non digerit ipſum, nec conuenit contra ipſum.

Conſequenter quæritur vtrum oxymel digerat melancholiam, & videtur quòd nõ,quia Hipp. in prognoſticis, *Nota.* & in 3. acutorum dicit, quòd acetum eſt inimicum melancholicis, ergo & melancholiæ, ergo, & oxymel ſic. ergo tunc oxymel non digerit melancholiam. Contra ſubtile digerit craſſum, ipſum incidendo, ſed oxymel eſt ſubtile ratione aceti, & melancholia craſſa, ergo oxymel digerit melancholiam. Conſequenter quæritur vtrum oxyſacchara digerat materiam melancholicam,& videtur, quòd non, quia digeſtio fit per contrarium; ſed non ſunt contraria, ergo &c. Contra eſt inciſiua, ergo eſt humoris craſſi digeſtiua, & per conſequens humoris melancholici,ergo &c.

Ad primam quæſtionem dicendum,q9 oxymel paucę cõmiſtionis digerit phlegma, & appellatur oxymel paucæ commiſtionis; quod componitur ex hydromelle, & aceto pauco; hydromel enim habet proprietatem attenuandi, mundificandi, & euacuandi phlegma cum egeſtione, & vrina, & acetum, licet ſit frigidum, tamen eſt inciſiuum; ideo ipſum miſtum cum hydromelle in compoſitione oxymellis phlegma digerit. Sed caueri oportet in quatuor caſibus:primo in inteſtinorum excoriatione, & omnium aliorum membrorum excoriatione, quia cõmunia membra excoriata læduntur ex re acetoſa,ſicut eſt oxymel.

Secundo in inteſtinorũ debilitate, ne debiliter, & ex- *Nota.* coriet illa. Tertio in ventris conſtipatione, cum humoris abundantia ventoſitatem eleuat, & non poteſt exire. quare prius debet venter laxari cum clyſteri, vel cum aliquo alio. Vnde ſecundo acutorum oxymel excoriat, & ventoſitatem facit, quia ſecum humorem addu-

eit, forte abstergendo. & aliquando per hoc excoriationem facit adducendo choleram, & aliorum humorum copiam. Quarto debet cauere in rheumate, quia ratione aceti aperit poros, & vias inferius; propter quod rheuma corpus intrat, & per hoc parat aditum ad rheuma.

Dico ergo, quòd phlegma potest per oxymel digeri, exceptis quatuor casibus prædictis. Ad argumentum cõtra. dico ꝙ licet acetum sit frigidum, quia tamen ipsum est incisiuum, ideo bene conuenit. & cum dicis, quòd oxymel laxat phlegmaticos, dico, ꝙ phlegmaticus dicitur tribus modis. Vno modo dicitur ille, qui habet multum phlegma in stomacho, & intestinis. Secundo modo dicitur phlegmaticus, qui habet multum in venis, & alijs partibus. Tertio modo dicitur phlegmaticus ille, qui est phlegmaticus ex sua complexione, & illud est de substantia membrorum. Dicendum ergo, quòd de primo phlegmatico verum est, quod multum laxat secundum Isaac in diætis: sed oxymel, & hydromel digerit phlegma contentum in venis, & alijs partibus. Et si dicas, quòd nihil debet euacuare indigestum, cum igitur mel, & hydromel laxent, non debent digerere, imo prius debet materia digeri per aliquod aliud antequam oxymel exhibeatur. Dico quod nullum digestiuum potest esse forte euacuatiuum; potest tamen esse debile euacuatiuum, ita quòd tantum posset euacuare, quantum potest digerere, & hoc libenter facimus, & secundum artẽ in digestione phlegmatis. ponimus enim ibi semina diuretica scilicet apij, carui, ameos, quæ phlegma digerunt: etiam ponuntur ibi polypodium, & centaurea, quæ euacuant tantum quantum potest digerere aliud, sic est hic; tantum enim potest digerere oxymel, quantum potest euacuare; est enim incisiuum multum, calidum, mundificatiuum, abstersiuũ, & euacuatiuum. Ad secundam quæstionem dico, ꝙ oxymel non digerit phlegma rheumatizans; licet enim de sicceat, quia tamen aperit poros, nõ comperit, quia magis noceret, quam iuuaret. Ad tertiam quæstionem dicendum, quòd oxysacchara valet contra melancholiam, ipsam incidendo, & euacuando, et diuidendo. Ad obiectionem dico, quòd melancholicus duobus modis dicitur. Vno modo, qui est melancholicæ complexionis, frigidæ, scilicet siccæ; & tali non conuenit acetum, vt plane patet. Alio modo potest dici melancholicus ille, qui habet melancholiam abundantem in corpore; & tali competit, quia scindit humorem crassum talem. Ad quartam, vtrũ oxysacchara congruat contra melancholiam. dico quòd sic, non tamen vniuersaliter, propterea distinguimus, ꝙ duplex est melancholia. vna naturalis, et contra hanc valet oxymel. alia innaturalis facta per adustionem phlegmatis, aut sanguinis, aut melancholiæ naturalis, aut choleræ. sed si ipsa sit ex phlegmate adusto, aut ex sanguine adusto, aut ex melancholia naturali adusta, contra hanc adhuc valet oxymel. Si autem ipsa fiat ex cholera adusta, tunc contra ipsum valet oxysacchara. ipsam infrigidando, & humectando; melius tamen est, vt commisceatur oxymel, & oxysacchara in digestione talis melancholiæ, quæ fit ex cholera adusta, vt per oxysaccharam adustio inpediatur ipsius choleræ, et per oxymel materia adusta incidatur, & digeratur.

Hemophlegmaticus triplex.

Hemo melancholicus duplex.

Diacitron vno modo fit sic. quidam scindunt illud pomum per rotulas, quia magnum est, & ponunt eas in aqua, & coquunt eas in ista aqua, & zuccharum ex alia parte coquunt, & insimul ponunt illas rotulas liquefactas, & in vtrum cum zuccharo, & tunc illud fit electarium. Alio modo potest fieri, quem modum tangit Auic. in v. aliqui remouent corticem, & faciunt electarium, & male faciunt. Diacitron valet contra passiones stomachi ex calefactione, & confortat stomachum debilitatum ex laxatione, est enim constipatiuum, siue constrictiuum, & infrigidat, valet etiam contra fluxum ventris cholericum, malitiam reprimendo; & contra cardiacas passiones ex causa calida: quia frigidum aromaticum est. vnde valet contra cardiacas tales. valet etiam contra stomachi debilitatem ex acetositate tua, oleum eius valet contra paralysim.

Diacytonite à cytonijs dicitur. vnde digestionem procurat, vomitũ abstinet, ventositatẽ præcordiorum & stomachi emendat, colorẽ bonũ facit, & debilẽ reparat, lienterijs prodest. valet etiam his, qui nimiũ solutionem habent maxime delicatis hominibus, & nobilibus. iliosis prodest, bonũ odorẽ facit, & confortat mirabiliter. detur in mane, et post prãdium, & post cœnã similiter cũ vino. *Diacytonite.*

Diacyminum dicitur, eo ꝙ plus est in eo de cymino, quam de alijs speciebus. valet præcipue ad pectoris, & stomachi debilitatem, frigiditatem, & capitis. ventositatem intestinorum soluit quartanarijs, & typice febrientibus miro modo prodest, digestionem procurat, si detur post comestionem cum vino. *Diacyminum.*

Diagalanga quod reperitur in libro aureo, & in capitulo de cardiaca. ℞. galangæ, spicæ, zingiberis, cinnamomi, zedoarię, liquiritiæ, connce, casto. ros. vio. garyophyllorum, blactæ byzantiæ, bauciæ, ana drachm. i. ellebori. drach. ii. periæ vtriusque, ossis de corde cerui, camphoræ, ana gra. vij. mellis, quod sufficit. detur in æstate cum ros. ana drac. i. F. vel zuccharo quod sufficit. *Diagalanga.*

Diazingiberos optimum est contra raucedines, & arteriarum asperitatem. facit asthmaticis, sicce tussiẽtibus; sitim, & dolorem stomachi, potenter emundat, pleuriticos, & apoplecticos. ℞. zingi. dr. ſ. succi liquiri. tragac. penidiarum, ſe. vsualis colocynthidis. omnium quatuor. dra. xv. mellis. quod sufficit. datur ad modum auella. mane vel meridie in ore tenendum. *Diazingiberos.*

De natura ægritudinis.

SVperius dicebatur, ꝙ ad modum digestionis tria erãt necessaria videre. Primum scilicet natura, & dispositio ægri, siue membri, in quo est ægritudo, siue materiæ ægritudinis. Secundum natura ipsius ægritudinis. Et tertium dispositio patientis, scilicet quantum ad ætatem, & regionem, & sic de alijs. De primo in præcedenti lectione visum est. Nunc de alijs duabus in præsenti lectione videndum est.

Primo de natura ægritudinis; de qua natura ægritudinis talis datur regula. Si medicus cognoscat naturam ægritudinis, debet curare per contraria. quam si non cognoscat, non debet operari, nec tentare curare, quoniam si curaret, non est suum, sed fortunæ, secundum Alexandrum primo sui lib.

Secundo debet cognoscere quantitatem ægritudinis, & intentionem, & de hoc habetur secunda regula, quæ talis est, ꝙ ægritudo quandoq; est nimis calida, quandoque nimis frigida, quandoq; nimis sicca, quandoq; nimis humida, vel viscosa, aliquando subtilis nimis. debet ergo medicus secundum æstimationem artificialem, siue veritati propinquam cognoscere quantitatem excessus, vel in frigiditate, vel in caliditate, vel siccitate, vel humiditate ipsius ægritudinis, vt dictum est prius; & de hac habetur à Gal. in fine techni. sic oportet, ꝙ humores non sint viscosi, vel glutinosi, aut calidi, aut frigidi, aut humidi, aut sicci, sed debent esse temperati.

Tertia regula est, quando aliqua ægritudo est nimis fortis, vt in ea nullatenus medicus speret salutẽ, in ista incipiendũ est cum forti medicina propter malitiam materiæ, quia inducias non dat medico, vt ordinate ꝓcedat, à leui medicina ad fortem gradatim ascendendo, sicut aliquando accidit in apoplexia, & epilepsia, maxime in eis, quorum est paroxysmorum continuitas. quia aliquando oportet fortem medicinam dare in principio morbi. aliquando autem ægritudo est debilis, & tunc medicus habet inducias, & incipiendũ est à leui medicina, & deinde ad fortem ascendere; sicut in quartana, & quotidiana.

Quarta regula est, ꝙ aliquando agit medicus contra ægritudinem, & aliquando contra symptomata ægritudinis. Et tamen dum cura est regularis. Primo oportet agere contra essentiam ægritudinis. Secundo contra quæ sunt post; symptomata enim ab ægritudine causantur, & ipsam tanquam suam causam sequuntur, & per eius ablationẽ auferuntur. Istud licet sit regulare, tamen non hẽt

veritatem

veritatem in quatuor casibus, immo primo obuiandum est contra symptomata quatuor de causis.

Prima est vehementia doloris, vt in colica passione de materia crassa phlegmatica primo agimus cõtra doloris substantiã, mortificando, & membrũ stupidum reddendo per narcotica, vt opium, mandragora, & alia, vt membrũ nõ sentiat: licet materiam incrudent, & sint frigida.

Secunda causa est propter accidentium acuitatem, & vehementiam: ideo eis primo resistemus, verbi gratia, si habenti febrem accidat syncopis. damus vinum contra syncopim, licet augeatur feb. vnde vinum plus iuuat obuiando cõtra syncopim, quam noceat augendo febrem, & de hoc loquitur Gal in xi. megarechni.

Tertia causa est propter virtutis debilitatẽ. vnde quando in statu, vel in alio tempore est virtus debilis, sine cuius fortitudine morb. curari non potest, eam per carnẽ, & vinum fortificamus, licet morbum augmentemus; maxime enim debemus ad virtutẽ respicere. melius est enim morbum augmentare, quàm virtutem deficere. Vnde B dicit Gal. ij. megatechni. primo virtutem, demum morbum cura, siue contra morbum agas.

Quarta causa est calefactio nimia, & sic in feb. quando est nimia calefactio refrigerandum, & primo per frigida; licet enim morbum augmentent oppillando poros, & prohibendo fumorum euaporationem, & augendo putrefactionem, & per consequens magis curamus calefactionem quam morbum. vnde primo contra calorem est obuiandum, licet morbus augeatur, demum contra morbum. hæc Gal. in ix. megatechni. In alijs vero casibus, primo obuiandum est contra morbum.

Quinta regula est, ꝙ in dolore vehementi curamus morbos cum medicamine morbum inimicante, & quia timemus sensum doloris; ideo aliqui mortificant sensum per narcotica, & sic dolorem mitigant, sed hoc est malũ, quia frigida semper sunt inimica naturæ, & impediunt curam morbi; sed temperata cum aqua ros. vel oleo ros. iuuant. Illud enim non debemus facere, nisi cum doloris est vehementia, sicut dictum est prius, vel in membri se- C ctione, cum volumus extrahere lapidem, stupefacimus membrum, ne dolorem sentiat. sicut faciunt pueri cum volunt perforare cutem suã, ipsam eleuant, & bene stringunt fugando calidum, & spiritum, vt membrum non sentiat dolorem, & tunc cum acu perforant.

Sexta regula, ꝙ medicus non debet dimittere viam rectam, licet nõ eueniat effectus medicinæ; neq; tenere viã non rectam, licet nocumentum nõ appareat: quia in fine ex hoc magnum nocumentũ sequitur. vnde si tu administres aliquem syrupum artificialiter ad digestionẽ alicuius materiæ prius considerando conditiones considerandas, non debes transire ad aliam medicinam, licet non videatur operari medicina, quia hoc est propter materiæ crassitatem, & propter temporis cõtrarietatem, & ineptã dispositionem, seu medicinæ digerentis. vnde Hippo. ij. aphorismo. Omnia secundum rationem facienti, &c.

Septima regula, ꝙ non semper eandem medicinam debes dare, sed debes transire ad aliam, & mutare tuam me D dicinam, si prima effectum non habeat. Ista autem regula mihi videtur esse contraria prædictæ. Sed dico, quòd non est contrarietas, quia medicina debet mutari non secundum virtutem, seu complexionem, vel operationem; sed secundum substantiam, quia nisi hoc fieret, in corpus nõ imprimeret: immo cibus eius fieret ex assuefactione. vnde si demus diacalamenthum ad digestionis fortitudinem, & superfluitatum consumptionem, non debemus dare per longũ tempus, vt natura assuescat, ita quod ab ipso non patiatur tanquam à medicina alterante, sed vtatur ea tamquam cibo per assuefactionem, sed debemus eam mutare in diatrionpipereon, vel simile, quod habeat eandem operationem facere, & tunc faceret idẽ, quod diacalamenthum facere non posset, si assuefieret naturæ intantum, quod cibus ei fieret.

Octaua regula, quòd in operatione, & curatione morborum debemus considerare morbi tempora; quia aliter morbus est curandus in principio, augmento, statu, & declinatione. sicut in apostematibus, & febribus. In principio apostematum debemus vti repercussiuis, exceptis nouem casibus, qui per hos versus habentur.

Nobile, plethoricum, crisis ventura, forensis.
Crassities, frigus, congestio, copia, virtus.

In augmento, cum repercussiuis debemus commiscere dissolutiua, & in statu similiter, sed differunt in hoc, quia in augmẽto repercussiuis in plus, & dissolutiuis in minus, quia plus est de materia fluxura, quàm iam fluxa, & in statu est cõuersio; & in declinatione solum dissolutiuis, quia non est materia fluxura, sed tota fluxa est, similiter in feb. continua.

Nona regula, quod non semper debemus curare per medicinam, sed per diætam aliquando melius est confortando naturam ad vincendum materiam, vt quando materia est pauca, bonũ est dare cibum bonũ chymum generantem, & naturam confortantem, vt pullos, & exercitium naturæ conueniens, & alias res non naturales conuenientes. Vnde si aliquis conqueratur de grauedi- *Nota.* ne membrorum, non debemus ei dare pharmaciam statim, sed debemus ei iniungere exercitium, & alias res non naturales ei conuenientes, quia si pauca sit materia, natura per hæc confortata poterit illam materiam expellere. Vnde Auicen. dicit in primo. non omnis ægritudo suo curatur contrario. Et Haly abb. supra techni dicit, quòd ille medicus, qui potest morbũ curare per cibum, est melior. Et Rasis in suis experimentis laudat medicos altarium, qui cibis curabãt, ideſt de sacrificio altaris, &c. Secundum quod debet medicus considerare in digestione materiæ, est dispositio patientis, sicut ætas, & consuetudo. Ætas enim debet considerari; vnde in ætate seruenti in feb. est aqua frigida conueniens, non tamen in senibus, cum sint debiles: secundum Gal. in iij. megatechni: impossibile est senes esse fortes, aqua enim non competit nisi in fortibus, & carnosis.

Item consuetudo est consideranda, sicut videmus in aliquibus, qui volunt, quod in syrupis multum mittatur de aqua, vt qui sunt assueti potare aquam, quidam non, vt qui non sunt consueti potare aquam; ideo secundum consuetudinem, non secundum nos. ideo Auice. dicit, quod in syrupis debemus ponere de aqua, & plus ponimus de aqua in syrupis eorum, qui consueuerunt bibere aquam, quam in syrupis eorum, qui non consueuerunt bibere aquam. Similiter videmus, quòd aliqui sunt assueti ponere in vino suo medietatem aquæ, aliqui plus; & aliqui minus, & aliqui, ideo in eorum conualescentia bene est illud considerandum. vnde in syrupis eorum, qui consueuerunt in vino suo plus ponere aquam, plus ponitur de aqua quàm in syrupis aliorum. Item virtutem naturalem, & animalem debemus considerare, & cõseruare in omni cura. vnde virtutem naturalem, cum ipsa curet morbos debemus confortare confortando hepar, vbi ista consistit; similiter virtutem animalem debemus confortare; vnde gaudium, & lætitiam debemus eis prouocare, cum omnibus competant; & res placentes volentibus macrefieri, & illis, in quibus corpus suum est infrigidatum multum, ita tunc, vt calefiat est multum conueniens, secundum quod recitat Haly abb. supra techni, de eo cuius corpus ad iram prouocauit, & cuius corpus infrigidatum erat, calefactum fuit, & sanatus est.

Electaria stomacho conferentia.

Vlso de quibusdam electarijs pectori valẽtib. Nunc videamus de quibusdam stomacho valentibus. Et quantum ad præsentem lectionẽ videamus de quinque, quorum primum est diacitron. secundum diacytonite. tertium diacyminon, quartum est diagalanga, quintum zingiber conditum.

Diacitron est quoddam electarium, cuius basis est citrus, bonus stomacho, & est fructus cuiusdam arboris. De pomo citri vtimur quantum ad quatuor, quæ sunt in eo; ibi. n. est cortex, acetositas, semen, & caro. Cortex

eſt calidus, & valet contra paralyſim. Oleum factum E de citro valet cõtra tremorem cordis, quia aromaticum eſt. Caro pontica eſt, & craſſa in digeſtione, & propter ſui indigeſtionem nocet ſtomacho; vnde non poteſt digeri. Acetoſitas frigida eſt, & ſicca. Diacitron valet contra paſſiones ſtomachi ex calefactione, & confortat ſtomachum debilitatum ex laſſitudine; eſt ſtypticum, & infrigidat, valet etiam contra fluxum ventris cholericum, malitiam reprimendo, & contra cardiacas paſſiones ex calida cauſa, quia frigidum aromaticum eſt. vnde valet contra tales cardiacos. valet etiã contra paſſiones ſtomachi ex ſua acetoſitate. valet eius oleum cõtra, paralyſim.

Diacytonite. Diacytonite ex cytonijs fit, ſiue coctanis, quod idem eſt, & eſt quoddam cum ſpeciebus, & quoddam eſt ſine ſpeciebus; & eſt quoddam ſimplex, ſiue confortans, aliud laxatiuum, in quo ſcammonea commiſcetur, & id eſt melius de electarijs, in quibus ſcammonea commiſcetur. Cytonia ſunt frigida, & ſicca, ſtyptica, ſtomachum confortant, & ab eis dicitur dyacitonite: contra indigeſtionem valet, quia ſtomachum confortat. contra etiam vomitum valet; ventoſitatem etiam præcordiorum removet, quia confortat digeſtionem. ventoſitas per indigeſtionem fit. bonum colorẽ facit propter bonam ſuam digeſtionem valet contra fluxum ventris, quia conſumit ventoſitatem, & confortat ſtomachum, & bonum odorem facit, & confortat mirabiliter, & valet hominibus delicatis. Et aliqui faciunt ſine ſpeciebus, corticem cytoniorum removendo, & poſtea coquunt carnem inciſam in fruſta, & poſtea zuccharum commiſcent, & hoc ſimpliciter ſine ſpeciebus, laxatiuum eſt, vt dictum eſt, cum aqua calida debet dari in ſero, aut cum vino poſt prandiũ in mane, & ſero poſt cœnam.

Diacyminum. Diacyminum à cymino eſt dictum, quod cyminum eſt calidum, & ſiccum. eius aqua albefacit faciem in eſu, & iam comeſtũ non multum facit colorem bonum, ſed multum vſus eius citrinat ipſum ſua ſubtilitate, & calidi tate: & ſic cyminum ventoſitatem conſumit. valet cõtra colicam paſſionem, quia in ea eſt ventoſitas. oleum de cymino, & farina fabarum, & pauco melle, valet contra inflammationem teſticulorum. valet etiam contra paſſionem pectoris ex frigida cauſa, quia eam calefacit, & incidit, & ventoſitatem conſumit. valet forte aſthmaticis, & in ſtomachi frigiditate cauſa dicta. quartanarijs valet, & materiam eius conſumit, & incidit, & typum febris mitigat, quia calefacit materiam, & cõſumit ventoſitatem, vt dictum eſt, quia miro modo prodeſt digeſtionem procurat mirabiliter datum poſt comeſtionem.

Diagalãga, quid ſit Galanga. Diagalanga dicitur à galãga, & eſt radix rubea, calida, & ſicca in ſecundo gradu, & valet contra ſtomachi frigidam paſſionem ex ventoſitate, vel ex phlegmate, quia caliditate, & ſiccitate conſumit, & aromaticitate confortat; huius etiam radix ſoluit ventoſitatem, & ideo comperit contra colicam paſſionem, & eſt galanga baſis in hoc electario.

De Zingibere condito. Zingiber conditum fit ex zingibere, & habet vim piperis, ſed eſt minus calidum pipere. Iſtud tamẽ zingiber H magis calefacit, quàm piper, cũ ſit craſſius. Et ideo cum incipit calefieri, fortior in eo calor imprimitur, & fortiorem imprimit, & eſt calidum, & ſiccum. habet humiditatem, quod ſcitur per ſuam citam putrefactionem. ſtomachum confortat ſua caliditate, memoriam iuuat, ſuperfluam humiditatem cerebri abſtergendo, bonum eſt hepati, & ſtomacho, quia digeſtionem confortat, ſuperfluam humiditatem conſumendo. vnde cum fructibus indigeſtibilibus comeditur, vt conſeruet digeſtionem. zingib. cõditum valet paſſionibus capitis, & pectoris ex materia ſuperflua humida, mundificando ſuperfluam humiditatem. In India, & Alexandria fit hoc modo. accipitur zingiber viride, & coquitur fortiter vſque quo fit multum molle, & cum melle, vel zuccharo miſcetur, & tantum fit durum, quod vix poteſt cum cultello incidi. aliquando fit ex zingib. ſicco in fruſta inciſo, & poſtea poſito in vaſe in terra ita, quòd molliſicatur. demum miſcetur cum zuccharo, vel cum melle.

De modo exhibendi digeſtiua.

Viſum eſt ſuperius de digeſtione, & de modo digeſtionis. Nunc videamus de modo exhibendi digeſtiua, ſicut ſunt ſyrupi, & electaria. Et propter hoc quæritur vtrum ſyrupus debeat dari poſt cibum ſm artem; & videtur ꝙ non, quia ſyrupus non debet dari poſt rem impedientem ſuam operationem, ſiue digeſtionum; ſed cibus primo aſſumptus impedit digeſtionẽ, ſiue operationem faciẽdam à ſyrupo, cum cib. ſua craſſitie impediat tranſitum ſyrupi ad materiã digerendam, ergo &c. Item Iſaac in diætis vniuerſalibus dicit, ꝙ cibus craſſus non debet dari ante ſubtilem, cum ipſe impedire tranſitum ſubtilis, ſed poſt. ergo à ſimili cum cibus ſit craſſus, ſyrupus vero ſubtilis, ſyrupus debet dari ante cibum, & non poſt, ergo &c. *An ſyrupus ſit ante cibũ dandus.*

Oppoſitum dicit Gal. iij. acutorum; dicit enim, ꝙ ſyrupus ante cibum debet dari, vt ibidem dicit Hipp. & nihil prohibet à potu eius, ſ. ſecaniabin poſt acceptionem cibi. Conſequenter quæritur vtrum ſyrupus debeat dari F cum aqua, vel ſine. Et videtur, ꝙ non cum aqua, quia omne quod miſcetur cum alio debet eius nocumentum reprimere, & virtutem eius confortare, igitur cum aqua diminuat virtutem ſyrupi, non debet commiſceri cum eo. minor declaratur Gal. iij. ſimplicis medicinæ, qui dicit, ꝙ aqua diminuit virtutem eius, cui admiſcetur, & tollit ſaporem. In oppoſitum eſt vſus communis omnium. Tertio quæritur vtrum cum aqua calida, vel frigida, & videtur, ꝙ non cum aqua frig. quia dicit Hippo. quod aqua frigi non dat vigorem, nec penetrat; talia autem nõ competunt ſyrupo, quia debet tranſire. ergo &c. *An ſyrupus dandus ſit cum aqua.* *An cum aqua calida, vel frig.*

Soluuo ad primam quæſtionem, dicendum, quòd de ſyrupis debemus dare in mane non ſolum tria, cochlearia, vel quatuor, quia in magno ſtomacho citius conſumeretur antequam veniret ad membrum; ſicut parum vini in magno poculo.

Ad quæſtionem ergo dico, ꝙ in ſanis hominibus poſt cibum non eſt artificioſum dare ſyrupum, immo melius G eſt non dare ipſum, quia corrumperetur a cibo ſua operatio, quia ergo cibus aſſumptus in magna quantitate non permitteret ipſum tranſire, propter hoc in ipſis hominibus, qui vtuntur multum craſſo cibo, non conuenit ſyrupus poſt cibum, niſi ſit poſt longum tempus. vnde in quadrageſima, quia non comedunt homines, niſi ſemel in die, ſ. ilicet in meridie, & cibus poteſt digeri ante noctem, & tranſire ad hepar, tunc in nocte poteſt dari ſyrupus, ſed in feb. acuta bene poteſt dari ſyrupus poſt longum tempus. ſ. poſt digeſtionem cibi; cibus enim febricitantium eſt paucus, & ſubtilis, & facilis digeſtionis, vt aqua bordei, & ideo viam aperit ſyrupus, & ideo poteſt dari poſt cibum talem, licet in quadrageſima poſſit dari in veſpere ſecure in pauca portione, tamen debet dari in mane in magna portione, & non in ſero, debet tamen dari ante cibum ſimpliciter, & ſine digeſtione ſecurius, quia tunc ſtomachum mundificando ad bonam ſuſceptionem præparat, & viam cibo, vt melius poſſit tranſire aperit. Auctoritas Hipp. & Gal. debet intelligi in feb. in quibus datur cibus lubricus, ſubtilis, cito digeſtibilis, poſt cuius tantam digeſtionem poteſt dari ſyrupus, cui ſyrupo tranſitus præparatur.

Ad aliud, quod ſecundo quæritur vtrum cum eo, aqua debeat cõmiſceri, dicendum, ꝙ ſic. Et ſi quæras, quare, dico duplici de cauſa aqua cõmiſcetur cum ſyrupo. Vna eſt vt abhominatio removeatur. Secunda, vt ille ſyrupus faciliter tranſire poſſit propter illam aquam, quia illa aqua aliquando ſyrupum ſubtiliat, quia ergo nõ eſt eadẽ abhominatio in ſyrupis; pauca enim eſt in ſyrupo viola, ſed multa eſt in ſyrupis, in quibus ponitur abſynthium, & ſimilia amara. ideo quantũ ad hoc minus eſt ponendum de aqua in ſyrupo viola. quàm in ſyrupo de abſynthio. Non ergo eſt certa, & determinata quãtitas aquæ ponenda in ſyrupis: imo in quibuſdam plus, in quibuſdã minus. Item ſyrupi in æſtate magis coquuntur quam in hyeme, vt melius conſeruentur, & ne medicina cito a calido æſtiuo putrefiat propter exhalationem caloris naturalis

ſecum

secum ducentis humidũ naturale ad exteriora à calore extraneo, & excedenti; ideo plus debet poni de aqua in æstate, quam in hyeme.

Ad argumenta dicendũ, ꝙ aqua diminuit eius virtutẽ in sapore; propter hoc ibi ponitur, quia sapor est abhominabilis; non tamen tollit ei virtutem penetrandi per angustas vias ad hepar, immo iuuat ipsum subtiliando, neque in operando minuit postea virtutem, postquam ad hepar penetrauit, quia nam diuidit eam à syrupo, & sequestrat, & ad renes mittit eam cum vrina.

Ad tertiam quæstionem dico, quòd aqua calida debet poni in syrupo in omni tempore, nisi in æstate valde feruenti, & in morbo calidissimo. causa est, quia aqua calida, caliditate sua actuali digerit materiam, si eam cum caliditate sua attingat, etiam ipsa caliditate sua aperiendo vias melius facit, vt syrupus transeat ad materiam morbi, quam si esset frigida; & etiam iuuat syrupum ad digestionem materiæ plus sua caliditate, quam frigiditate sua. quod patet per Isaac, idest viati. cap. de amore hereos, qui dicit, quod quidam intrantes balneum, ad cantandum animantur.

Ad argumentum dicendũ, ꝙ aqua frigida quantũ est est sua frigiditate nõ transit, tamẽ sua substantia, & subtilitate transit. Vel dicendum, quod aqua frigida facit trãsire syrupũ, & syrupus aquam frigidam; vnde mistũ ex istis duobus melius transit, quàm alterum per se; & aqua deficit in transeundo sua frigiditate, & syrupus sua crassitie, aqua autẽ mista cũ syrupo dat ei subtilitatẽ, & syrupus dat aquæ caliditatem, vt oxymel, vel aliquid tale, nec aqua tunc congelat, nec syrupo impedit viam, sicut diximus de aqua mista cum vino rubeo crasso, facit ipsum penetrare, & vinum aquam. Ideo dicit Auic. quòd vinum lymphatum citius inebriat, quàm purum, quia citius transit, & caput petit, quia subtilius factum est &c. *Nota.*

An electaria danda sint ante cibum.

DEinde quæritur vtrum electaria debeant dari ante cibum, vel post. quòd non ante, arguitur, quia vinum prohibetur ante cibum cum calidum, ergo electaria cum sint calida ante cibum non debent exhiberi.

Itẽ somnus ante cibũ prohibetur, quia calorem ad interiora retrahendo stomachum calefacit, quia calor fortis stomachi cibum non inueniens, substantialem humiditatem dissoluit. Sed electaria cũ sint calida, stomachũ calefaciunt, ergo non debent ante cibum exhiberi. Contra, ꝙ non debeant exhiberi post, & ita electaria nunquã erunt exhibenda, quia electaria sunt calida, & penetratiua; sed talia faciunt cibum indigestum trãsire: ergo electaria cũ sint calida, non debent post cibum exhiberi.

Vtrum Syrupum, an electarium debeamus præponere.

COnsequenter quæritur vtrum cum debemus exhibere syrupum, & electarium, quid debemus præponere. Solutio ad primam quęstionem, quia electaria, aut dantur propter stomachum, aut propter alia membra, vt triatandali propter hepar; aut diamargariton ad confortationem cordis, pliris ad confortationem cerebri; electarium ducis ad confortationem veficæ, & diacostum ad deoppilationem splenis. Si demus electaria propter alia membra à stomacho, quæ sunt remota confortanda, & pro materia, quæ in eis est digerenda; tunc debemus ea dare ante cibũ, & non post, quia cibum impediret electarium transire ad membra, quæ debemus confortare, & materiam in eis digerere. Si vero detur electarium propter stomachum, hoc est dupliciter, aut quia stomachus est malus, & peccans in se; scilicet, quia ipse est nimis calidus, vel nimis frigidus, vel nimis siccus, vel nimis humidus; vel quia habet in se aliquam humiditatem superfluam, tunc demus electarium ante cibum, vt peccatum stomachi corrigendo præparet; ad hoc, vt possit cibum digerere. Si autem detur, electariũ nõ quia stomachus peccet in se. sed propter vitium cibi aut hoc est, quia cibus est nimis crassus, vt caro bouina, aut quia ventosus, vt fabæ; aut quia nimis pinguis, & natans in stomacho, aut quia nimis calidus, humidus, frigidus, aut siccus, tunc detur post cibum: si enim daretur, ante cibũ citius exiret stomachũ, quàm posset corrigere vitiũ cibi si aũt sit cibus natans, vel quia multus, vt in gulosis, vel qa pinguis, tunc post cibum competit diacytonite, quia compressiuum est in sua stypticitate, nec est nimis calidũ; ideo non facit citius debito cibum ante sui digestionem transire. vnde sunt cauenda electaria nimis calida, penetratiua, deriuatiua, sicut diatrionpipereon, diacalamenthũ, dianisum, quia facerent cibum transire ante digestionem sui. sed si quia ventosus, tunc competit cõsumens ventositatem, sicut diacyminum, sed cum modo, quia faciet transire cibum ante sui digestionem, ideo commisceatur cum eo diaytonite, vt per diacytonitem remaneat, & per naturam suam ventositatem cõsumat; aliquando autem, vt melius possumus electaria accipimus, & tunc ista non caueamus.

Ad primum argumentum dicendum, ꝙ vinum non prohibendum ante cibum, quia calidum; sed quia faciliter transiens ante sui digestionem, & penetrans mentem percutit lædendo neruos, quia cum sit calidum, & nerui sint phlegma coagulatum, ideo ipsos dissoluit, & nocet eis; & hæc est vna causa, quare nocet venis vinum sumptum ante cibum.

Secunda causa est hæc, quare nocet neruis vinũ sumptum ante cibum, &c. vinum ante sui digestionem penetrat veniens ad membra, & ad neruos non digestum non conuertitur, quare remanens acescit. Acetosum autem est inimicum neruis. Tertia causa est, quia sui penetratione materiã indigestã secum trahit, facit penetrare ad neruos. & replet, ideo cauetur. Sed electaria ita cito nõ transeunt, cum sint crassa, & non percutiunt neruos.

Ad aliud dicendum, quod verum est, quod somnus prohibetur in sanis hominibus ante cibum, propter causam in argumento tactam; sed tamen, si aliquis materiã phlegmaticam haberet in stomacho, vt melius per calorem in somno consumeretur, competeret somnus. Similiter de electarijs dico, quòd in sanis non competunt ante cibum, nisi in eis sit aliquis lapsus, vnde caueat conseruator sanitatis ab omni medicinali, cum tamẽ habet aliquam materiam phlegmaticam in stomacho consumendam competunt electaria, sicut somnus.

Ad aliud dicendum, quod post cibum non debet dari electarium stypticum valde calidum, vt diatrionpipereõ secundum Auic. sed debet dari electarium aliqualiter calidum stypticum, quod remaneat in stomacho, & post sit digestionem iuuare. Ad aliam quæstionem dicendũ, quòd si syrupus, & electarium dentur propter mẽbrum remotum à stomacho, primo debet dari syrupus, vt viã aperiat electario, & ipsum faciat transire; sed si propter stomachum debet dari electarium prius, vt diutius in stomacho remanens ibi operationem suam faciat.

Stomachicũ frigidum facimus, li. j. valet contra omnem calorem, sitim reprimit, & passionibus debilitatis ex nimio calore potenter subuenit, acutis, & peracutis mirifice prodest. Recip. zucch. lib. j. sandal. alborum, & rub. ana drach. j & semis. spodij, berberis, semi. portulacæ, scario. semi. melonis, palæstini, succi liquir. rosa. & violarum, nenupharis, ana drach. j. confice sic, zuccharũ ponatur in stagnato cum lib. j. aquæ rosa. & tandiu bulliat, cum spathula agitando, donec ad aquæ consumptionem veniat; deinde puluis harum specierum commiscetur agitando in stagnato. cum autem volueris scire, an coctum sit, gutta supra marmor proijciatur inũctum oleo, mel. vel ros. vel oleo communi ad nostrã doctrinam, cum vero coctum fuerit, ponat supra marmor; abluto: cum cultello oleo inuncto frustatim incidatur, & cum calidum est, datur mane, & meridie cum aqua frigida. *De stoma. frig.*

Stomachicum calidum stomachum confortat, virtutem digestiuam iuuat, & iliosis confert. Rec. zucch lib. j. aquæ lib. j. cinnamomi, zingib. ana drach. ij. garyophyll. galangæ, ana drach. j. nucis muschatæ, spicæ, ligni aloes, cardamomi, macis, ana drach. s. eodem modo conficitur sicut stomachicum frigidum. *De stoma. calido.*

Stoma-

De stoma. laxation. Stomachicũ laxatiuum de his ſpeciebus poteſt fieri, ſi apponatur vnc.j.ſcãmoneæ;vel fiat de ſpeciebus dulcibus laxatiuis,quæ teri poſſunt,croci,xyloaloes,garyoph. galliæ muſchatæ,aniſi,marathri,cinna. ſucci liquir. rhabar.ſem. baſiliconis, berberis, ſcariolæ,portula. papa.al. citruli,melonis,cucu.& cucurbitæ, ana ſcrup.j. margaritarum,oſſis de cor.cer.ana ſcru.s.zucch. candi.roſarum, ana vnc.j. & dra.iij. camphoræ tertiam partem ſcrup.j.

De quadrimeron. Quadrimeron.i. de quatuor numeris, vel de quatuor rebus,expertum ad aſthmaticos, & ex catarrho tuſſientibus,valet ad dolorem, & frigiditatem ſtomachi, digeſtionem procurat,renes debiles releuat.ix. pars eſt libr.j. ℞. helenij vnc.j. & dra.iij. ſem. marathri vnc.j. piperis vnc.vj.cymini vnc.iij.mellis,quod ſufficit. datur mane, & veſpere cum vino calido.

De roſ.nouella. Roſata nouella dicitur à roſis,& nouella dicitur in reſpectu veteris,quæ recipiebat cibarũ.i. ſulphur vinũ,vomitũ,& ſubuerſionem ſtomachi aufert,debilitatẽ, & ſitim reprimit,defectis ex lõga ifirmitate mirabiliter ſubuenit,ſudores diaphoreticos compeſcit.xx.pars eſt,lib.ij. ℞.roſacei,zucch.liqui.ana vnc.j.& dra.j. & ſcr.ij. cinna. dra.j. ſcrup.ij.garyo.nardi,zingib.galan. nu.muſc.zedoariæ, ſtyracis, cardamo. apij, ana ſcrup.j. & gra.viij. mel quod ſufficit. datur mane, & meridie cum frigida aqua.

De diarhodon abbatis. Diarhodon abbatis dicitur à roſis,quæ ibi intrãt plus, quam de alijs ſpeciebus, nomen accepit Abbatis ab Abbate de curia compoſitum.datur proprie ictericis,hepaticis,phthiſicis,hecticis,cardiacis,qui patiũtur ex calore, & conualeſcentibus ex longis, & acutis ægritudinibus mirabiliter auxiliatur, & ad calefactionem ſtomachi, pulmonis,ac totius corporis. Sexta pars eſt lib.ij.℞.ſand. alb.& rub. ana dra.iij. & s. tragac. gummi arab. ſpodij, ana ſcrup.ij.aſari,ſpicæ,maſticis,zingib. cardamo.muſc. gra.iiij. & s. ſyrupi facti de aqua roſ. quod ſufficit. datur mane,& meridie cum rhodoſtagmate, vel aqua frigida.

De triaſandalo. Triaſandali dicitur à tribus generibus ſandalorum, quæ ibi intrant.datur proprie contra calorem ſtomachi, & hepatis,phthiſicis,& ictericis valet. medietas eſt lib. iij.℞.ſanda.alborum,& rube.citri.roſ.zucch.ana ſolida. ij.rhabar.ſpodij,ſucci liquir. ſem.portu.ana ſolidum.i.s. amyli,gummi arabici, trag. ſem. citru. melo. cucurb. & cucu.ſem. ſcariolæ,ana ſolidum.i. campho. ſcrup.i. & s. Alij quadruplicant roſas ad pondus ſyrupi roſ. quod ſufficit. datur mane,& meridie in modum caſtaneæ confecta,alias cum aqua frigida.

De diacoſtion. Diacoſtum dicitur à coſto, quod recipit,valet proprie ſplenecticis, hydropicis, & maxime leucophlegmaticis, & hypoſarcæ, quæ fit ſtomachi calore.xij. pars eſt lib.j. ℞.aſari,aniſi,apij,ana vnc.ij. ſcrup.ij. ſchœnanthi,myrrhæ,melanopiperis,ana dra.ij. ſem. rhabar. croci,ariſtolochiæ.ana dra.j. ſcrup.ij. coſti dra j. ſem. cinnam. caſiæ lignex, ana dra.j.ſcrup.j. mellis quantum ſufficit, datur cum decoctione capparorum, vel ſcolopendriæ in ſero, vel mane. Doſis ſit dra.ij. cum vino calido.

DE EVACVATIONE.

Habito de digeſtione,& modo digeſtionis, videamus poſtea de euacuatione, circa quam ſex ſunt inquirenda. Primum eſt de euacuatione, quæ fit per ſeceſſum. Secundo de ea,quæ fit per medicinam vomitiuam. Tertio de ea,quæ fit per phlebotomiam. Quarto de ea,quæ fit per clyſteres. Quinto de ea,quæ fit per ventoſationem. Sexto de ea,quæ fit per ſanguiſugas. Circa primum adhuc ſex videamus, Primum eſt,quæ impediunt euacuationem per ſeceſſum,& quę rectificant eam. Secundum eſt videre modum præparandi corpora,quæ debeant euacuari. Tertium eſt quomodo viæ debeant præparari,per quas debet fieri euacuatio.

Quartum eſt de nocumentis, quæ eueniunt corpori humano ex exhibitione medicinæ, & remedijs cõtra ipſas. Quintum eſt de ſignis euacuationis factæ complete per medicinam. Sextum eſt de regimine patientis poſt euacuationem. De primo duo debent videri,primo,quæ E ſunt illa,quę impediunt euacuationem,quæ fit per ſeceſſum. Secundum eſt, quæ ſunt illa,quæ rectificant euacuationem per ſeceſſum. Primũ eſt de præſenti lectione.

Impedientia euacuationem.

SCiendum, quod illa, quæ impediunt euacuationem ſunt 17. Primum eſt vſus boni cibi,& diætæ laudabilis in alijs rebus non naturalibus; talis enim non debet euacuari,cum non habeat materiam in corpore,niſi neceſſariam corpori. vnde tales debent cauere pharmaciã. vnde Auic. Caueat cõſeruator ſanitatis,ne aliquod medicinale præſumat dare; cum enim medicina attrahat per ſimile, & cum non ſit humor eis ſimilis in corpore vel abundans, cum illa abundantia fiat ex indebito regimine ſex rerum non naturalium,attrahit,quod eſt neceſſarium corpori, & conuertit ſe ad ſanguinem, & ad carnem,& cum magna anguſtia trahar ea carnem.ideſt F materiam, ex qua caro debeat generari ſecundum Gal. ſupra illum aph. Sana habentes corpora pharmacia,&c.

Secundum eſt repletio non antiquata, & pauca, aliquando enim accidit, ꝙ aliquis nimis comedit,& ſentit ſe grauem. peccaret enim qui ei daret ſtatim medicinam. immo iſta repletio per abſtinentiam, exercitium, & balneum euacuatur; abſtinentia enim deficcat propter defectum humiditatis nutrimenti membra humectantis. exercitium ſuperfluum euaporat, calorem ſopitum eutigilando,& ꝰ poros aperiendo. ſomnus digerit, quia per ipſum calor digerens ad interiora reuertitur. Balneum autem conuenit in ſuperflui euacuatione, & iſtam duplicem ſuperfluitatem tangit Hipp in aph.cum dicit,quod ſudor multus, aut ſignificat, quod nimio cibo vtitur,aut quia pharmacia indiget.cum ibi ſit diſiunctio, oportet, quod ibi ſit duplex reſolutio, quarum vna cauſatur per ſudorem, & alia per euacuationem; prima eſt noua,ſecunda antiqua.

Tertium impedimentũ eſt repletio humoris ſanguinei, non enim debet ſanguis per medicinam euacuari, G ſed per phlebotomiam. Vnde Gal. Si medicinam non habemus ſanguinis euacuatiuam, etſi ſit,non tamen inuenta eſt. Vnde Gal.ix. megatechni dicit,quod medicina nõ euacuat humorem in venis,id eſt cuius habitatio proprie eſt in venis,id eſt ſanguine.

Quartum impedimẽtum eſt corporis inanitio,& vacuitas. Vnde Hipp.ij.particula aph. ait. vbi indigẽtia,nõ oportet laborare.i.vbi eſt cibi paucitas,& pauperies,non eſt iniungendum exercitium, aut pharmacia, aut phlebotomia: ſiue in ſanis; ſiue in ægris,vnde ſani non debẽt laborare, neque ieiunare, per hoc enim virtus deficit, ideo cibus exercitium præoccupare debet.vt dicit Gal.

Quintum impedimentũ eſt corporis diſpoſitio. vnde aptitudo ad vomitum impedit, ne detur medicina euacuatiua per ſeceſſum,ſed per vomitum. vnde Hipp.graciles,& facile vomentes,&c.

Sextum impedimentum eſt, quando materia vento- H ſa in vacuitatibus membrorum continetur quieta,vt in leproſis,non debet dari medicina euacuatiua; quia materia quieta per medicinam mota, poſſet venire ad mẽbra nobilia,vt ad cor,& ſyncopim inducere, & alia mala ſymptomata,cum materia ſit venenoſa. Vnde Hipp. ij.apho.Sana habentes corpora purgari,&c.vnde ſecundum expoſitionem commenti, ly habentes non accipitur comparatiue, ſed electiue; ſiue pro magis, ſiue pro quanto plus. ita,quod ſit ſenſus. Habentes ſana corpora cito exoluuntur,quia ſubſtantialis humiditas eorum per hoc minuitur, ac etiam virtus, vtentes ſcilicet malo cibo,id eſt ſanguinem malum, & corruptum habentes, qui dicitur cibus interior,quoniam hepar alijs membris miniſtrat: & non exterior, vt panis,quam ideſt,quantũ exoluuntur iſta celerius, quaſi dicat,multo plus,cum in eis ſint mali humores moti,per medicinam, malitiam ſuam oſtendentes,proprius occulta.

Septimum impedimentum eſt, aliquod accidens cõcomitans corpus euacuandum,vt impregnatio. vnde in prin-

principio impregnationis,& in fine,non debet fieri euacuatio; quia ſicut fructus debiliter ligantur in ſua prima creatione,ſiue generatione,à debili vẽto, & exuſſlatione cadunt:& in fine,quando ſunt maturati, nullo extraneo cogente ſimiliter cadunt. Sic etiam dicitur de ſpermate, & fœtu,vnde non debet fieri euacuatio in prægnantibus, niſi à quarto mẽſe vſque ad ſeptimum,& hoc dicit Gal. ſupra primum apho.iiij particulæ. Prægnantis,&c.

Octauum impedimentum etẽ nimia temporis,aut in frigiditate, aut in caliditate diſtemperantia; quia tunc calor temporis excedens, ſubtilitate ipſius, medicinam extraheret,& ita virtutem medicinæ debilitaret,& eius actionẽ impediret. Item humoré motu oppoſito reſpectu motus medicinæ, caliditate temporis traheret,cum caliditas trahat,& eſſet motus agitationis. Item calidũ calido appoſitum facit ipſum furere, quia omne pharmacum eſt calidum,vt plurimum. De frigido cauſa eſt, quia frigiditate temporis materia eſſet compacta,& tunc ipſa eſſet inobediens medicinæ trahenti,& prohibens ſuam operationem. Similiter de regione frigida, & calida intemperate; & ſic de alijs ego intelligo. vnde in regione calida valde non debet dari medicina, cum in ea ſit virtus debilis; nec in frigida,quia humores cõpacti non obediunt expulſioni.

Nonum impedimentum eſt virtus naturalis,aut accidentalis debilitas; virtus enim naturalis curat morbos. Ideo in eius debilitatione medicina laxatiua non debet dari,cum ipſam debiliter, nec ſi virtus animalis eſſet debilis,niſi ei poſſemus obuiare; ſed ſi ei poſſemus obuiare, poſſet dari.

Decimũ impedimentum eſt complexio calida,& ſicca,quia ſimile additũ ſuo ſimili facit eum furere. Similiter in cõplexione ſicca,quia virtus in eis eſt debilis,& in virtute debili non debet dari medicina,ad minus fortis.

Vndecimum impedimentum eſt nimia corporis raritas,quia talia corpora cito exoluuntur, & ab eis cito fit euacuatio,quia humores euacuatiui ſunt obedientes, & hoc dicit Gal.3. ſimplicis medicinæ, quod cauſa quare medicina plus debito euacuat, eſt corporis raritas,& ideo in talibus eſt cauendum.

Duodecimum impedimentum eſt pinguedo naturalis,quia talia ſunt debilis virtutis. vnde Hipp. craſſi valde ſecundùm naturam cito moriuntur. Nec pinguibus accidentaliter,ſiue per acquiſitionem,ne fiat caloris ſuffocatio; in illis enim ſpiritibus,& calore naturali extinctis à venis, per medicinam fieret à ſuperexiſtente pinguedine,& à frigiditate per abſtractionem caloris inducta,compreſſio iſtorum meatuum.

Decimumtertium impedimentum eſt præparatio ad fluxum ventris, & ad paſſionem cholericam. ſicut in illis,qui habent longas tibias,& collum longum,& gracile; quia hoc tale animal,vt plurimum eſt diſpoſitum ad fluxum ventris,ſicut eſt in ardea. ideo in talibus,ne fiat fluxus ventris,aut inteſtinorum excoriatio, non debet dari fortis medicina.

Decimumquartum impedimentum eſt ætas inconueniens, vt puerilia, & ſenectus; in ſenibus enim eſt virtus debilis,& in tali ætate, & tali virtute debili non debet dari medicina fortis, & in eis ſufficit,quod ex ſe ſoluitur à corporibus eorum.

Decimumquintum impedimẽtum eſt ars laborioſa, vt fabrilis, & in portatoribus magnorum onerum; aut in his,qui vadunt, vel qui currunt,quia per talia membra ab eis diſſoluuntur; ideo medicina eſt contraria.

Decimumſextum impedimentũ eſt apoſtema in partibus inferioribus ſcilicet in ano; tunc enim ſecundum Gal.in 13.megatechni non debet prouocari fluxus ventris; per hoc enim morbus augetur,& dolor ſentitur in illo membro, ſimiliter ſi apoſtema ſit in matrice, nõ debent prouocari menſtrua.

Decimumſeptimum impedimentum eſt diſpoſitio cęleſtis: iſta enim eſt aſtrologica. Iſta enim tripliciter impedit euacuationem ſeceſſiuã. vno modo, quia materiã infrigidat,& incraſſat; vnde cum Luna coniungitur Saturno,tunc materia congelatur, & inobediens expulſioni redditur. Luna enim quando eſt in ſigno terreo congelat materiam. vnde Phyſici dicunt, quando Luna eſt in ſigno cholerico,acue medicinam plus; ſi in melãcholico adhuc plus; ſi in phlegmatico, quia eſt expulſioni conuenientes,vt Scorpione,Cãcro,& Aquario,& tũc Luna dicitur eſſe in ſuo domicilio, tunc bonum eſt dare medicinam. Secundo modo impediunt euacuationem, quia virtutem fortificant,vt retineat. Et quia ſecundum Haly. ſupra centiloquium Ptolomæi, propoſitione 29. ibi dicentem, ꝙ medicina non euacuat, nec trahit, niſi ſuperet virtutem. ideo cum virtus fortificatur, impeditur operatio medicinæ. Et ſic cum Luna iungitur cum Ioue, quia Iuppiter virtutem confortat, & fortificat: eſt enim calidus,& humidus, & ita conueniens corpori humano,& virtutem eius fortificans. ideo tunc non eſt danda medicina,& de hoc habetur ab Haly Abb. ibidẽ. Et tertio modo impediunt operationem corpora cœleſtia,quia ipſa mouent materiam ad partem oppoſitã,vt ſuperius. ideo magis competeret vomitus,quã ſeceſſus; quia medicina ſeceſſiua mouet materiam ad vnam partem,& corpora cęleſtia ad aliam partem: vt cum Luna iungitur Planetæ aſcendenti in medio cœli,& vocatur aſcenſus ille planeta, qui primo nobis oritur, & primo nobis apparet,cum annus incipit; ſcilicet cum Sol eſt in primo puncto Arietis,& per aſpectum ad hunc planetã reſpondent Aſtrologi de omnibus ab eis quæſitis, quia ergo corpora cęleſtia trahunt materiam ad partem oppoſitam illi parti, ad quam medicina trahit, & hoc neſcit medicus,cum impeditur medicinæ operatio.

Electaria ſtomacho conferentia.

Dictum eſt de electarijs pectori conferentibus. Nũc dicendum eſt de electarijs ſtomacho cõferentibus, & de iſtis ſex ſpectant ad præſentem lectionem.

Quorum primũ eſt ſtomachicon. Secundum eſt quadrimeron. Tertiũ eſt roſata nouella. Quartũ eſt diarhodõ abbatis. Quintũ eſt triaſandali. Sextum eſt diacoſtũ.

Stomachicon.

Stomachicon duplex eſt ſcilicet calidum, & frigidũ. In frigido, ſandali ſunt baſis,de quibus videbitur in triaſandalis. Iſtud ſtomachicon eſt bonum omnibus patientibus caliditatem hepatis, proprie intra,& extra vniuerſaliter. Stomachicon calidum confortat ſtomachum,in quo baſis eſt cinnamomum.

Cinnamomum.

Cinnamomũ cortex eſt,& eſt nota, boni odoris,purpurei coloris, acuitatem quandam habens,& mordicãs linguam,calidum,& ſiccum in tertio gradu. bonũ eſt in omni materia craſſa,& viſcoſa, & virtutem cõfortat ſua aromaticitate,& ponticitate, & nõ eſt melior medicina hepatis ſecundum Auic. Hepar enim patitur triplici de cauſa; aut quia anguſtum, & oppilatũ,& ideo cinnamomum ad hoc iuuat,ipſum ſua acuitate aperiendo,& deoppilando,aut quia nimis rarum,& ideo cinnamomum ipſum iuuat, ſiue confortat conſtringendo ſua ponticitate;aut quia infrigiditatum,& ſic cinnamomum ipſum confortat,ipſum calefaciendo caliditate ſua, quia ipſum eſt calidum. Electarium,ibidem ſiue oleum factum de eo eſt valde bonum in paſſionibus neruorũ, & tremore ex cauſa frigida,& in alijs morbis de cauſa frigida,vrinã, & menſtrua prouocat. Stomachicon calidum conueniẽs eſt hepati; confortat enim hepar. valet etiam ad ſtomachum, & valet contra dolorem illi ex ventoſitate à materia frigida eleuata; putrefactionem prohibet,& materiam purrefactam conſumit dupliciter,& c. vt patet.

De quadrimeron. De enula campana.

Quadrimeron eſt electarium ex quatuor meris, ideſt puris ſpeciebus factum. Helenium. id eſt enula campana eſt ibi baſis. radice eius, & folijs vtimur. eſt complexionis calidæ, & ſiccæ, & craſſæ ſubſtantiæ. ideo tarde calefit,& in omnibus cauſis valet, & reſtringit venas,& valet contra iuncturarum dolorem ex phlegmate, quia phlegma diuidit, & diſſoluit materiam phlegmaticam in pectore, & cor ſimiliter confortat, & ipſum lætificat, vrinam, & menſtrua prouocat, quia illæ ſe conſequuntur,

tur, Enula campana est bona catarrho, vnde oleum eius confert contra catarrhum in pectore, valet etiam contra passiones pectoris frigidas, cordis, & renum, &c. E

De rosa. nouella. Rosata nouella est multum bona ad vomitum refrænandum, & rosa in eo est basis, & laudes eius huic attribuimus. de rosa visum est prius.

De diarhodon abbatis. Diarhodon abbatis, diarhodon à rosis. Abbatis, vel quia Abbas inuenit, vel quia pro Abbate fuit factum, & valet contra ictericiam, hepaticos, phthisicos, hecticos, cardiacos, cum cardiaca fit ex calore, valetque conualescentibus ex acutis, & longius ægritudinibus calidis: calefacit hepar, nõ multum, sed mediocriter, plus.n. infrigidat, quam calefacit: habet enim aliqua, immo multa calida: plus tamen de frigidis, & est ibi pro basi rosa, & est ibi plus de rosis, quam de aliquo aliorum. datur mane, & meridie, & sero cum rhodostagmate, idest cum aqua rosata, vel cum aqua frigida.

De triasandalu. Triasandali dicitur à sandalis, quod est lignum, & est duplex scilicet album, & rubeum, & dicunt aliqui, quòd F rubeum magis confortat hepar, sed hoc est falsum per auctoritatem Haly in dispositione regali dicentis ibi, ꝙ album magis confortat hepar. Item per rationem, quia sunt magis odoriferi albi, quam rubei, & sunt frigidi in tertio, & sicci in secundo; non multum confortant, quia sunt subtiles. valent stomacho, & hepati calefacti; vnde ex quacunque calefactione hic sic valent vtrique sandali, scilicet albi, & rubei, & sandali cum succo lactucæ, & aqua rosata valent ad calefactionem remouendam hepatis. Item ad hepatis infrigidationem valent sandali albi, & rubei cum succo endiuiæ, & pauco absinthij, & aqua rosata, & pauco aceto, &c.

De diacostio, & quid sit costus. Diacostum dicitur à costo. Costus est triplex. s. arabicus, indus, & garyophyllatus, & est calidũ, & siccũ in secundo. Costus ẽt puluerizatus, & cum aqua rosata positus, & pauco melle, aufert labes facietum. Item costus cum amygdalis amaris masticatus cum saluia abstergit faciei pannum, & lentigines è facie remouet, & confert pectori materiã frigidam contentam in eo incidendo: vrinam, & menstrua prouocat, & fœtum mortuum expellit, & splenem deoppilat, & est basis huius medicinæ; licet enim ibi sit minus in quantitate, est tamen magis in virtute, plus tamen calefacit in pauca quantitate, quã alia in multa. valet proprie oppilationi splenis, & hydropicis, & maxime leucophlegmaticis, & hyposarcæ ex frigida materia, siue ex cholera, detur sero, & mane si detur propter oppilationem splenis, detur cum decoctione capparis. si propter oppilationem hepatis, detur cum decoctione scolopendriæ.

An vrina debeat esse crassa ante digestionem.

Habito, & quæsito de digestione materiæ, nunc quæramus de signis. Et circa hoc primo quæritur. vtrum vrina debeat esse crassa ante digestionem phlegmatis, & videtur, ꝙ sic, quia Isaac in vrinis. Passiuæ qualitates dãt vrinæ substantiam, vt crassitiem, & subtilitatẽ: & actiuę H dant colorem. cum igitur phlegma sua humiditate peccet ante digestionem, cum tunc sit humidum; vrina tũc debet esse crassa, cum humidũ det crassam substantiam, & siccum tenuem. Contra, frigidum impedit transitum materiæ cum vrina. Sed quando sic est, quòd materia non potest transire cum vrina, sola transit aquositas, & sic est vrina subtilis, ergo, &c. Item phlegma est subtile, cum sit aquosum, ergo facit vrinam tenuem.

Consequenter quæritur, qualis debeat esse post digestionem phlegmatis, & videtur, ꝙ crassa, quia calidũ digerendo, & consumendo materiã cum vrina, eã incrassat. cũ igitur digestio materiæ phlegmaticæ fiat per calidum, per digestionẽ phlegmatis materia incrassabitur. sed si sic, tũc per digestionẽ phlegmatis vrina erit crassa.

Contra. digestio phlegmatis fit per diuisionem, & incisionẽ, & subtiliationẽ, vnde cum oxymel, quod subtiliat, & incidit materiam phlegmaticam, datur ad eius digestionem, humor subtilis additus ei facit in ea subtiliationem, & crassus crassitiem, ideo, &c.

Qualis debeat esse vrina post digestionem.

Consequenter quæritur, qualis debeat esse vrina post digestionẽ, cũ materia sit crassa, viscosa, phlegmatica, vt ꝙ spissa, quia illud phlegma est spissum, ergo vrina post sui digestionem per sui commistionem incrassabitur.

Contra spissum subtiliat vrinã, sicut patet de melancholia, quæ vrinã subtiliat, & hoc est, quia materia spissa viam oppilat, ergo &c. Solutio ad primam quæstionem. dico, ꝙ phlegma indigestũ est valde subtile, aquosum, & tale non multum inspissat vrinam, tñ phlegma aliquantulũ est spissum respectu aquositatis vrinæ. sed phlegma bene digestum inspissat vrinam, quia digestio phlegmatis incrassat, quod prius scilicet ante digestionẽ erat subtile, & ita vrina per phlegma bene digestum multum inspissatur, sed per phlegma non digestum non multum incrassatur, inspissatur tamen. Dico ergo, quod vrina ex phlegmate ante, & post digestionem semper est crassa. vnde vrina ante digestionem phlegmatis est crassa, licet ipsa sit subtilis respectu vrinæ post digestionem phlegmatis. Concedo ergo, quod vrina ante digestionem phlegmatis est crassa, licet parum.

Ad primum dico, quod phlegma sua humiditate plus facit lubricando cum vrina, quam faciat sua frigiditate coagulando, & oppilando, ideo crassa est vrina semper ex phlegmate, licet sit subtilis ante digestionem phlegmatis, quia post incrassatur per comestionem phlegmatis incrassati per digestionem, ideo vrina mixta ex isto phlegmate, & aquositate est crassa.

Ad aliud dicendum, quod oxymel subtiliat, & incrassat, sicut ignis. ignis enim glaciem liquefaciendo subtiliat eam, & ignis consumendo subtile à luto ipsum incrassat. Oxymel ergo per suam caliditatem phlegma subtiliat, & liquefacit, sed phlegma subtile incrassat, aquositatem futilem consumendo, & euaporando. Et ideo habens tale phlegma debet esse vrina crassior post digestionem, cum est subtile, aquosum, consumptum G plus quam ante. & sic soluitur prima quæstio.

Ad tertium dico, ꝙ cum phlegma est crassum, vitreũ, congelatum, ante digestionem est vrina multum subtilis, quia illud phlegma est congelatum sub aliquo, & non est liquefactum, oppilando vias reddit vrinam subtilẽ. Sitr post digestionẽ eius vrina est subtilis, non tamen sicut prius, quia prius propter oppilationem non permittentem aliquid cum vrina permisceri, sed postea est subtilis propter commistionẽ phlegmatis liquefacti cũ vrina, & ideo talis vrina, prius erat pauca, sed post digestionẽ erit multa. Vnde aliquando melius cognoscitur digestio materię per quantitatem vrinæ, quam per qualitatẽ, quia multi sunt, in quibus non mutatur vrina ægritudinis, respectu vrinæ in sanitate sua, multo magis non mutabitur vrina in materiæ digestione, respectu vrinæ ante materiæ digestionem, sed qñ bene ponderatur suus potus, ita, quòd medicus videt, ꝙ non bibit patiens nimis, & videt vrinã multam, tunc potest cognoscere materiã phlegmaticã esse digestam. Et hoc dicit Hipp. in aph. si vrina appareat prius turbata, Et postea cla. & multa, &c.

Ad argumentum dicendum, quod phlegma cum miscetur cum vrina post digestionem, non apparet crassũ, sed subtile liquefactum, ideo non incrassat vrinam.

Vtrum digestio materiæ in podagra possit cognosci per vrinam.

Consequenter quæritur vtrũ digestio materiæ in podagra, & arthretica passione possit per vrinam cognosci, & videtur, ꝙ non, quia ſm Isaac in vrinis, solum vrina est significans super materiã existentem in venis, & hepate, in quibus ipsa generatur; sed materia podagræ est extra venas, sicut in iuncturis, ergo &c. In oppositum est vsus communis: damus enim syrupos ad digestionem ægritudinum prædictarum, & per vrinã cognoscimus eius digestionem, ergo &c. Solutio ad quæstionẽ potest triplicter responderi. Vno modo sic, ꝙ digestio materiæ istarum ægritudinũ pót cognosci per se, per vrinam scilicet materiæ antecedentis, quæ est inter venas, quæ

ad

ad iuncturas continue fluit, & non cognoscitur per vrinam digestio illius materiæ, quæ est in iuncturis, vt obijcis. vnde illa materia, quæ est in venis digeritur, per medicinam, & cum illa digesta est, euacuatur: sed materia coniuncta, quæ est in iuncturis, licet illa digeratur per medicinam, tamen ipsa non euacuatur per eam, sed postea per emplastrum, & alia remedia, materia coniũcta, quæ in iuncturis euacuatur. Dico ẽt plus, q̃ si constaret q̃ materia non esset in venis, sed solum in iuncturis, Ego non darẽ digerens intra, sed solũ per emplastra supra iucturas, postea eam digererem, & euacuarem. Vel possemus dicere, quòd digestio materiæ in iuncturis potest cognosci per accidens, quia cum materia non est digesta, tunc ascendunt fumi, & euaporant à materia, ad hepar, qui cum sint frigidi, hepar infrigidant, quod infrigidatũ crudam aliquando facit vrinam; sed si materia sit digesta, fumi non eleuantur frigidi, sed aliquantulum calidi, & ideo tunc non infrigidatur hepar, neque debilitatur tantum, sicut prius, propter quod potest vrinam magis colorare, & per digestionem incrassare, & hoc patet per se de quodam, de quo narrat Haly. qui habuit podagrã, à qua fumus eleuabatur ad hepar, qui hepar infrigidabat, & ex hoc incurrit hydropisim, & mortuus est, & sic patet solutio ad argumentum, quod non significat per se digestionem materiæ extra venas, licet per accidens possit, vt prius visum est, & sic soluitur.

De dianisi. Dianisum Constantini in lib. stomachi, vtile contra ventositatem stomachi, frigiditatem, & inflammationem rheumaticam sedat, &c.

Garyoph. Garyophyllatum à garyophyllis dictum, qui ibi recipiuntur, stringunt enim ipsi garyophylli catarrhum, in ore detenti, singultum, &c.

De potione muschata. Potio muschata maior. muschata dicitur à muscho, eo, q̃ muschus preciosior, & odoriferior sit alijs specieb. valet cardiacis, stomachicis, & ad omnem stomachi debilitatẽ, & cordis cõfortationẽ, & ad vitia pulmonis, &c.

Diatrionpipereon. Diatrionpipereon Herodis regis, diatrion Gal. quod facit ad frigiditatem, & dolorem stomachi, digestionem procurat, &c.

Triophyllon. Triophyllon dicitur à viridibus rutæ folijs, quæ in eo ponuntur. valet proprie quartanæ, & veræ quotidianæ, in hyeme, & vernali tempore, &c.

Rectificantia euacuationem.

Superius visæ sunt causæ impedictes euacuationem: nunc videndum est de rectificantibus eam. s. quomodo debet fieri, & quæ debent considerari, & obseruari quãdo fit euacuatio, tunc prius videndum est, qualiter fiat euacuatio. fit autem tribus de causis, vna est nimia materiæ repulsio, vt Hippo. in apho. repletionem euacuatio soluit. Secunda causa est mala qualitas ipsius materiæ. Et hoc dicit Gal. primo megatechni, nisi materia non sit multa, tamen mala, euacuanda est paulatim. Tertia est morbi magnitudc, & de hac dicit Auic. & Gal. 11. & 13. megatechni, cum apostema est magnum caueamus ne rumpatur, ideo euacuamus materiam, licet forte non sit mala, aut multa antecedens.

De conditionibus in euacuatione considerandis.

Consequenter videamus cõditiones rectificantes euacuationem, & quæ debent obseruari in euacuatione materiæ, & istæ conditiones sunt decem. Prima est materiæ qualitas. Secunda est, vt videatur materiæ euacuandæ quantitas. Tertia est facilitas euacuandi. Quarta est temporis conformitas, vel opportunitas ad euacuandum. Quinta est medicinæ proprietas ad euacuandum. Sexta est membri, per quod fieri debet euacuatio, aptitudo, vt per illud fiat melius euacuatio, quam per aliud. Septima est membri, per quod fieri debet euacuatio, dispositio, & abstractio. Octaua est viarum, per quas debet fieri euacuatio, conditio, scilicet, vt non transeamus diametros. Nona est, vt non trahatur materia cũ violentia magna. Decima est, vt videamus modum attractionis.

Prima igitur est, vt considereturmateriæ euacuandæ qualitas, quia ipsa debet esse nociua. Vnde in 4 particula, aph. In pharmacijs talia educere oportet, qualia sponte venientia. i. qualia à natura debent expelli. Natura aũt non expellit nisi nociuum, & ideo cum medicus sit minister naturæ, debet eam sequi, vt expellat materiã nociuam secundum Galen. 1. apho. vnde dicit Haly. supra in techni. Si medicus non iuuet, tamẽ nõ debet nocere, vnde debet iuuare, si possit, & hoc est expellendo nociuum.

Secunda, debet medicus considerare materiæ euacuãdæ quantitatem. Et tu dices non est verum, quia dicit Hipp. quæ egeruntur non multitudinẽ considerare, &c. Dico, q̃ istud exclusiue est dictum. i. q̃ tu non debes solum quantitatem cõsiderare, sed multa alia, & eius qualitatem, & virtutem, quia si multa materia euacuatur, & si nociua, dumtamen virtus sufficiat, est bonum, si nõ sufficiat, est malũ. si multa euacuatur, siue pauca, & bona, non peccat in qualitate, aut in quantitate malum. vnde non est quantitas tantum considerandaper se, quia per seipsam, neque iuuamentum, neque nocumentũ facit, nisi per hoc, q̃ habet respectũ ad quantitatem, & virtutem, & per ea specificatur, vt visum est. ergo debemus considerate materiæ quantitatem respectu virtutis, quia non debemus eam totam simul euacuare, sed paulatim propter virtutẽ, quia per tales euacuationes natura deficit, & eas abhorret ſm Auic. in 1. Itẽ parte materiæ euacuata, alia portio si possibile sit, corrigitur, & in membra conuertitur ſm Haly. in fine techni, & si non possibile sit corrigi, à natura expellitur, quæ licet non esset potens totam expellere, est tamen potens portionem remanentem post euacuationem expellere, vnde Galen. 12. megatechni. Non est faciendũ in corpore viuo, sicut mortuo, quia in mortuo materiam corruptam, sicut carnẽ putridam, aut pinguedinem totaliter incidimus, & residuum ne putrefiat ad aerem frigidũ suspendimus, sed in corpore viuo partem materiæ putridæ auferimus, & residuũ materiæ, quæ remanet, digerimus, vt natura possit supra illud, corrigendo, vt conuertatur, vel expellatur.

Tertia conditio est euacuandi facilitas, materia enim, quæ est in venis, faciliter à medicina trahitur, sed illa, quæ est in iuncturis, vel in membrorum concauitatibus, vtpote difficultatẽ, & causam reddit Gal. in de iuuamẽtis membrorum, quod materia, quæ est in venis est in loco amplo, & talis de facili trahitur. Alia est in loco stricto, & talis de difficili trahitur. ideo fortiorem medicinam oportet dare ad euacuandam materiam illam, quàm, quæ in venis, & sic intelligitur.

Quarta conditio est temporis opportunitas. Quatuor tempora sunt, quorum diuersitatem oportet considerare, & secundũ eorum diuersitatem, exhibitionem medicinæ, & etiam ipsa medicina est diuersimode danda. Est. n. tẽpus anni, tempus morbi, tempus mensis, tempus diei. Tempus anni debet considerari, in vere Autumno debent dari medicinæ laxatiuæ, & fieri euacuationes, & non in Æstate, & Hyeme. in Vere in principio, & in fine; in principio humores frigidi, sicut melancholia, & phlegma, melancholia conseruata est ab Autumno, & nõ generata Hyeme, sed phlegma generatũ est in Hyeme, & non conseruatum ab Autumno. Et timendum, ne isti humores frigidi ebulliãt in Vere, in caliditate Veris, & faciant feb. ideo euacuãdi sunt in principio Veris; sed materia cholerica in fine Veris est euacuanda, quia ista non fuit conseruata ab Autumno, neque generata in Hyeme; sed quia caliditate Veris fuit generata. ideo ne in Æstate sequenti ebulliat, debet purgari in fine Veris, quia Vere in principio sui assimilatur Hyemi propter appropinquationẽ: finis vero Æstati; medio vero propriæ, & sic alia, & causas has assignat Isaac in de elementis, & alias, quæ ibi patent. In autumno debet fieri euacuatio, sed non in principio eius, quia corpora sunt inanita ex æstate præcedẽti, nec in fine, quia frigiditate eius materia profundatur in venis, nec ẽt est obediens expulsioni, & attractioni medicinæ. Sed in medio eius, in quo est temperantia in actiuis, videtur Auic. in autumno debere fieri euacuationes, cum dies sunt æquales noctibus. Secundo debet tempus morbi considerari, quia aliquando in principio morbi debet dari pharmacia, aliquando

do in medio, aliquando in fine. In principio duplici de causa. Vna est propter materiæ acuitatẽ, & furiositatem, & de hoc habetur illo apho. primæ particulæ, in acutis passionibus, in cómento. Raro præcipitur in acuta passione phatmacia, quia non præcipitur, nisi cum materia est furiosa, quia tunc medicus non habet inducias præparandi: ante enim patiẽs esset mortuus, quam esset pręparatus ad medicinam. Secunda causa quare fit euacuatio in principio morbi, est materiæ multitudo, & quia materia est multa, & morbus est longus; ideo timendũ, ne propter longitudinem morbi virtus deficiat; ideo debet natura in principio morbi exonerari, & de hoc habetur in primo apho. inchoantibus morbis, &c. Et hoc est propter multitudinem materiæ, quia ſm Gal. Hipp. est breuiloquus, ideo dicit prius, ꝙ debemus in principijs pharmacijs vti, vẽ hoc inutiliter repetere, nisi ꝓpter aliã causam intelligat. Intelligit in primo aph. propter materiæ furiositatẽ, hic intelligit propter materiæ multitudinẽ, aliter esset cõfusio in repetitione verborũ. aliqñ euacuamus in medio morbi, vt in principio paroxysmi, vt alleuietur, quia eius fortitudinem, & symptomatũ malitiã timemus, & de hoc dicit Haly. supra techni. 28 c. Hora conueniens euacuationi est hora paroxysmi, & hoc cũ medicina leui, vt mãna, vio. tamarindis, &c. aliquando fit euacuatio in fine morbi, vt quãdo materia est quieta in vno loco posita, non in membro nobili, nec vicino, quia tunc inducię dantur medico, materia non debet in principio, sed in fine euacuari, quando corpus est præparatum ad euacuationẽ, & materia digesta, cum enim sit quieta in loco posita, non est timenda eius furiositas, neque mobilitas, cũ hoc non habeat, & cum hæc sit pauca, non est timenda virtutis debilitas propter morbi longitudinem, & cum sit remota à membro nobili, propter stomachi malitiã, vel ꝓpter sui syncopim, & huiusmodi.

Nota. Tertio est tempus mensis considerandũ, quia in prima quadra Lunæ pharmaciæ, & euacuationes sunt faciendæ, non in secunda; facimus enim tãtum duas quadras in lunatione, quas quadras continet nouilunium, & plenilunium, & secunda totum residuum lunationis, & sic abusiue vtimur hoc nomine quadra, quia quadra proprie est quarta pars lunationis, & nos ponimus eam pro medietate, loquendo abusiue de quadris. Dico tamen, quòd in prima quadra Lunæ, quæ continet nouilunium, & plenilunium debet fieri euacuatio, quia tunc tempus est calidũ, & in caliditate tẽporis pori aperiũtur, & per ipsam humectantur, vt per eos fiat fluxus, & transitus humorum, & ẽt in hac prima quadra humores liquefiunt, & fiunt curibiles, ideo tũc habiles sunt expulsioni, & propter hoc. s. quia tempus est calidũ ſm Philosophũ. 8. de animalibus, in illo tẽpore Herinacij impinguantur, & dicebant quidam, quod hoc est, quia melius vident; hoc enim est falsum, sed hoc est, quia tempus est calidius, & cum in eis calor digerens fit debilis, cum sint animalia frigida, per calorem temporis fortificantur, & eorum calor, propter ꝙ nutrimento ampliori eorũ corpora reparantur, & ideo fit impinguatio eorum. Sed in fine mensis, non debet fieri euacuatio, quia tunc cum tempus sit frigidum, quantum est de hoc, pori claudntur, & humores cõgelãtur, quia inobedientes medicinæ attrahenti efficiuntur, ideo tunc ipsi nõ debent euacuari.

Nota. Quarto est tẽpus diei considerandũ; medicina n. aliquando datur in mane. s. quando datur in liquida substantia, quia timetur si in nocte daretur, ne dormitione superueniente, & calore interius fortificato, virtus medicinæ resolueretur. Aliquando enim datur in sero, cum datur in substantia dura crassa, sicut in pilulis, quæ indigent longa remanentia in stomacho. Aliquãdo quia forti attractione indigent ad stomachũ, & tunc nõ agit medicina, nisi diuidatur à calore naturali, bonũ est dormire, vt super somnũ calor naturalis rediens ad interiora, & ipse vnitus fortificetur, & melius possit medicinã diuidere. In media nocte dantur electaria, quia non sunt ita passibilia, sicut medicina data in substantia liquida, neque ita dura, sicut pilulæ, ideo in media nocte dantur, quia indigent mediocri actione, siue diuisione. Aliquando dãtur pilulæ ante cibum fine acumine, vel post cibum, & istæ debent in vigilia dari, quia non indigent forti attractione, neque forti diuisione.

Quinta conditio, est medicinæ proprietas ad euacuãdum. debet enim eligere medicinam propriam ad euacuationem proprij humoris secũdũ Haly. supra techni. 28. c. vnde si velis euacuare phlegma, non debes dare scammoneam, sed esulam, aut pulpam colocynthidis; & si choleram, myrobalanos citrinos; si melancholiam, myrobalanos indos, aut lapidem lazuli, quæ autem medicina quem humorem retpiciat, habebimus in fine.

Sexta conditio, est membri, per quod debet fieri euacuatio, aptitudo. s. vt per eum fiat euacuatio melius, quã per aliũ, & ad hoc tria sunt consideranda. Primum est, ꝙ materia eo repat; repere. n. est animaliũ debilis motus. cũ igitur materia repit. i. debiliter mouetur ad aliquem locum, vt per eum expellatur, si natura esset satis fortis, natura per eum posset ipsam expellere. Secundũ est situs membri, si materia esset in simo hepatis, ipsa non debet euacuari per vrinam prouocando eam, sed per medicinam secessiuam, & ideo non per renes, sed per intestina. Si vero ipsa sit in gibbo hepatis è conuerso. Tertio debet considerari membrum ita quod membrum per quod fit euacuatio sit ignobilius mẽbro, à quo fit euacuatio; quia sic facit natura recte, operans scilicet expellere à nobilioribus nocumentum ad ignobiliora. si aliter facit, hoc est ex malitia medicinæ, & tunc debet diuerti.

Septima conditio, est, ꝙ debemus considerare dispositionem membri, à quo fit euacuatio, ne in eo sit dolor vehemens; tunc enim non debemus euacuare, quia tunc fieret motus agitatiuus, qui est naturæ contrarius. Membrum enim per naturam doloris ad se humores traheret, & medicinam. & medicina ab eodem traheret eosdẽ humores, & ita agitatio fieret. Quid ergo faciemus? primo dolor sedetur, postea ab eo euacuetur.

Octaua conditio est, ꝙ tu nõ debes transire duos diametros, quia per hoc natura multum debilitatur in hoc, ꝙ fieret ei contrarius dupliciter. vnde si materia sit superius in parte dextra, non debes euacuare in sinistra, quia tunc fieret motus à superiori ad inferius, & à dextro in sinistrum; & hoc intellige quando est distantia inter hæc, & non quando dextrum, & sinistrum sunt in vicinia, quia tunc debet attrahi ad locum oppositum, secundum duos diametros, vt si materia sit in parte dextra capitis, quia non multum distans à sinistra, non debet tantum trahi ad sinistrum inferius.

Nona cõditio est, ꝙ nõ debet trahi materia cum magna violentia, quia subtile obediens expulsioni, & attractioni extraheretur, & crassum inobediẽs incrassaretur, & inuiscaretur, & remaneret, & esset difficilioris expulsionis, quam prius, & tñ natura debilitaretur ex violẽtia.

Decima conditio est, ꝙ oportet considerare vasorum mediorum dispositionem, & conditionem, & viarum, per quas transit materia; siue mouetur ad medicinam, quia si sint repletæ, cum dicat Auic. ꝙ per vacuũ debet fieri motus, non posset materia alia per venas trahi; ideo tunc in venis remaneret, & fieret ibi nocumentum, tunc primo euacuandum per phlebotomiam à venis, quia est in venis, & postea datur medicina euacuatiua, quæ trahat materiam à membro per venas ad stomachum.

De sex electarijs.

Nunc videamus de sex electarijs. Quorũ primum est *De dianiſo.* dianisum. Secundum est garyophyllatum. Tertium est diamacis. Quartum est potio muschata. Quintũ est diatrion. Sextum est triophyllon.

Dianisum dictum est ab anisum. anisum semen est fœniculi Romani, calidi, & sicci: intus habet virtutẽ aperitiuam, & stypticam, & ventositatis dissolutiuam. confert inflationi in facie, & consumit ventositatẽ, lac prouocat, impedimentum ex materiæ frigiditate, calefaciẽdo, & digerendo, aut ex ventositate crassa phlegmatica oppilante vias. * sitim sedat causatam ex materia salsa, eam incidendo. affatum cum stringat ventrem, & per

** falsam*

affatio-

assationem sua stypticitas augetur, calefacit, & digerit, ventositatem diuidit; splenem, & hepar deoppilat; vrinam, & menstrua prouocat, si nos videamus laudes, & opera dianisi. Dianisum ergo digestionem confortat, & etiam ventrem, & stomachum, tussim, & sitim compellit, hepar, splenem deoppilat, & ventositatem consumit, vnde idem quod anisum, quod est ibi basis, nō habemus ipsum in hoc lib. Nicolai, sed inuenitur in libro de stomacho Constantini, & est valde bonum.

De garyophylat. Garyophyllatū à garyophyllis dicitur, fructus est calidus, & siccus in tertio, odorem multum bonum facit, nisi assuefaciat multum, vt prius dictū est, quia est odoriferum, confortat stomachum, & confert ad vomitum. vnde ex garyophyllis, & mastice, et mace, cū ligno aloes, & succo mentæ, si fiat emplastrum suppositum super stomachum, valet cōtra vomitū. Item cocti in aqua valent contra vomitum, si bibatur ista aqua, in qua sunt cocti: vnde valent contra stomachū, ipsum cōfortando, & materiā phlegmaticā digerendo, & ventositatē consumēdo; ideo eructatibus acide valet, singultū constringit, pectoris oppilationem remouet, quia aperitiuū est, & aromaticū, ideo spiritus, qui sunt instrumenta virtutis confortat, quia spiritus facit moueri facilius, quia aromaticum.

De diamaci. Diamacis à mace est dictum, & est macis tunica nucis muschatæ, aromaticum, & ponticum est, & est bonū in singulis; calidum est, & siccum, confortat stomachū, putre actionē remouet, ita, vt suum electarium. Itē sua caliditate materiam frigidam digerit, & sua aromaticitate membra confortat, maxime neruosa, & spiritalia, & materiam sua stypticitate consumit, ideo contra paralysim, & tremorem Cordis ex frigida causa valet.

De potione muschata. Potio muschata dicta est à muscho, qui est ibi basis. muschus est solliculus quidā inuentus in quodā animali simili capriolo, confortat cor, & subtiliat: vnde potio muschata est bona ad confortationem cordis contra materiam frigidam melancholicam, phlegmaticam. nota, quod bellirici, qui in eius confectione cadunt, sunt albi lapilli parui, & sunt boni contra dentes nigros.

De diatriō piperem. Diatrionpipereon est dictū à pipere, & est factum cū tribus piperibus. Est enim piper triplex, est enim piper, ꝙ dicitur leucopiper, & est piper, quod dicitur melano piper, & est piper, quod dicitur macropiper. Piper albū est piper, quod viride est multum humidum, & istud est piper longum, antequā sit perfecte maturatū, aliquantulum tamen deficcatum, propter quod apparet quædam discontinuatio inter eius partes, sed quando est complete maturatum, & est nigrum, est calidum, & siccum in tertio, vel quarto; & quia est subtile non multum calefacit, attrahit à corpore interiori, phlegma consumit, bonum est hominibus sanis in regionibus frigidis neruos multum confortat calefaciendo, non est ei par secūdum Auic. phlegma in pectore, & stomacho inuiscatum remouet, ipsum calefaciendo, & dissoluendo; appetitum confortat, vrinam, & menstrua prouocat; vnde post coitum suppositū matrici fętū corrumpit, & facit mirabile, quod dicit Auic quod cum datur multū soluit ventrē, & paucum prouocat vrinā; sed scammonea è conuerso facit. Huius causam assignat Ar. in problematibus, sed occulte, ventositatem soluit, & phlegma calefacit, pectus materia phlegmatica curat, & est basis in isto electario, & ideo per prædicta patet laus huius electarij.

Diatriam. pyllon. Trionphyllon dicitur à tris, quod est tres, & fit ex tribus generibus piperis secundum quosdā; sed hoc est falsum, quia fit ex folijs rutæ, & est ibi basis, & istud non est in vsu. Quædam ruta est viridis, & quædā est ficca Viridis est calida, & ficca in secundo, sed deficcata in tertio.

Itē quædam est syluestris, & quædam est domestica. Quæ aūt est syluestris, & ficca est melior, multum enim incidit, & ipsa confert paralysi, et in iuncturarū passionibus ex frigida causa. Ruta comesta, siue masticata tollit odorem alliorum, & cęparum, propter eius odorem fortem, & dicit Arist. in de aialibus, quod quando mustella vult pugnare cum serpēte, siue cum buffone, ipsa comedit rutam, vt interficiat eum, quia contraria est veneno.

Vnde comestio rutæ cum nucibus, & amygdal. dul cibus in mane præseruat à venenis assumendis. Trionphylon competit quartanarijs, quotidianarijs; fit enim ex tribus piperibus, non tamen pro basi. *Nota.*

De euacuatione medicinæ per simile, vel contrarium.

HAbito de digestione medicinæ. Nunc dicamus de eius euacuatione. Et circa hoc quæritur vtrū medicina euacuet, & attrahat per simile, vel per cōtrarium, & videtur quod per contrarium, quia Haly super centiloquio Ptolemæi dicit, quòd medicina non euacuat nisi quia ipsa vincit virtutem, per contrarietatem, ergo &c.

Item Gal. dicit supra lib. de regimine acutorum, quod medicina non euacuat, nisi quia corpus debilitat, sed ipsa debilitat per contrarietatem, ergo, &c. Item omne venenum est contrarium humanæ naturæ, sed medicina, quia venenosa trahit humorem ad se, quia natura ipsa non ablata nequit nutrire, & ablata nutrit, ergo, &c. Item medicina nutrit in patiendo, & trahit in agendo; sed agere, & pati sunt contraria: ergo ipsa nutrit per simile, & trahit per contrarium. Sed dices forte, quod ipsa trahit per contrarium, sicut nutrit per simile mēbro, sed trahit per simile humori. Sed contra humor est potentia non multum remota à membro: si igitur contrariatur membro, & humori, qui disponens membro conuenientes in se recipit, per quas ipse habilitatur, vt conuertatur, & à membro trahatur.

Dices forte, ꝙ trahitur à tota specie. Contra, quia tunc sequeretur, quod in humore essent duæ totæ species, Vna per quam à toto membro trahitur, & alia per quam à medicina trahitur. Sed hoc est falsum, quia per Auic. in primo, tota species est, illud, per quod res est illud quod est, & istud in re est vnum scilicet forma rei essentialis dans ei esse.

Itē si medicina trahat à tota specie, &c. Esula, & pulpa trahent hunc eundem humorem scilicet phlegma, & ita esula, & pulpa haberent eandem totam speciem, cum idem trahant, & per consequens erit in eis eadem dispositio in summo, & ad eandem formam specificam, quia si tota species nō sit forma specifica rei, erit saltem summa dispositio ad ipsam.

Item si attractio esset à tota specie cum eadem medicina non habeat diuersas totas species, tunc vna medicina non trahit diuersos humores, quod falsum est. Videmus. n. ꝙ quædā medicina est, quæ primo trahit cholerā, secūdario phlegma, & alios humores, vt myrobal. citri. Oppositū dicit Gal. 3. sim. me. ꝙ medicinę nō trahūt nisi humores sibi similes. Itē medicina nō trahit nisi humorē inter quem, & ipsa est assimilatio, & 2. particula, super illum aph. Sana habentes corpora, dicit Gal. quod medicina laxatiua, vel potio sibi similiū, est attractiua.

Solutio ad hanc quæstionem. ego dico, ꝙ medicina laxatiua trahit humorem à tota specie, & per similitudinem euacuat, tamē alio modo. Quatuor enim sunt causæ, quare medicina attrahit humorem. Vna est tota species vnde Gal. 4. sim. me. medicina attrahit proprietate suæ substantiæ, & sic attrahit per simile, non in forma, sed proprietate, & proportione, quæ est inter completū, & incompletum, quia humor à virtute medicinæ excitatus ad medicinam mouetur, sicut ferrum ad adamantem; & sic trahit per simile, & cōtrarium membro: simile non in forma, quia adamas non trahit adamantē: sed ferrum, nec medicina medicinam, sed humorem, sicut Auic. nititur arguere contra Gal. licet non arguat cōtra intentionem eius, quia non intendit, quod medicina attrahat per similem in forma. sed in proprietate. vnde dicit, quod cartamum non attrahit phlegma, quia phlegma, sed quia phlegmaticum contrarium membro, dico ꝙ medicina est quasi sarcina membro. Vnde Haly. Abb. medicina, trahit, quia vincit virtutem; vnde trahit, quia virtutem debilitat, & membrum, quia enim contrariū membro, ipsum debilitat; & ab ipso trahit, quia ipsum debilitatum nequit materiam retinere firmiter. Quod enim ei est conueniens. s. humorem trahit: ergo per simile

mile humorē trahit. Eſt enim in medicina aliquid actu quod in humore eſt in potentia, propter quod ad ipſam mouetur ab ipſa excitatus.

Secunda cauſa eſt complexio medicinę: vnde medicina trahit, quia calida, vnde calidior medicina in eodē genere magis trahit ſecūdum Gal. in de ſimplici medicina. Tertia cauſa eſt, quia ipſa exiſtens in ſtomacho, & in inteſtinis ipſa mordicat. ſ. ſtomachum, & inteſtina; & per hoc dolorem ibi inducit, & per hoc calor, & ſpiritus, & humores ad ea mouentur, & à caliditate fortiore ibi exiſtente attrahuntur per naturam doloris, eo, quod ad locū doloroſum calor, & ſpiritus, & in copia magis mouentur, & quia ēt mordicat, euacuat illud, quod attrahit. vnde illud eſt per contrarium, vnde neque dolorem, neque mordicationem, neque grauedinem inducit membro, niſi per contrarietatē. Iſtud eſt per accidens. ſ. attractio, quia per iſtam mordicationem nō attrahit medicina, niſi quia calor vincitur à natura, qui ſecum ducit humorē. Quarta cauſa eſt fatigatio, & debilitatio, quia membra debilitata non retinent, qđ in ſe eſt. & ideo facilius attrahitur, & abire dimittūt, & ēt tanquā grauedinē, & ſarcinā expellunt, & mordicāt expulſiuā virtutē. primo modo fit euacuatio, & attractio per electionē vnius humoris, & ſi attrahat alios humores, hoc accidit, ſed tribus aliis modis euacuantibus humores oēs æqualiter, niſi q̄ vltimo magis dilectū; & ſic vltimo ſanguinem ſi perſeueret virtus medicinæ, & ēt per calorē ſubtiliorē, & liquidiorem citius trahit. Iſtis igitur tribus modis euacuat omnes humores, & caloré, & ſpiritus; ſed tamē primo euacuat per ſimile humori, & quia per hoc idem eſt ſimile humori, & contrarium membro, ideo attrahit per contrarium membro: euacuat enim per contrarietatē, quia non euacuat, niſi quia fatigat; illa autem fatigatio eſt per contrarietatē, & ita per contrarietatem tantum euacuat.

Ad primum, & ad duo ſequentia dicēdum, quod verum eſt, quod attrahit per contrarium membro, tō per ſimile humori, quia per idē eſt ſimile vnius, & contrariū alterius. Ad aliud dicēdum, qđ duæ ſunt totæ ſpecies in humore, per quarum vnam cōuenit cum mēbro, & per aliam cū medicina. Si ponamus duas totas ſpecies. aut duas potentias eſſe in aliquo reſpectu duarum diuerſarū formarum, ſicut in lapide adamantino ſunt duæ diuerſæ totæ ſpecies. Vna ſm quā eſt lapis, alia ſm q̄ eſt adamantinus, ſm. n. quod ſunt formę diuerſæ, ſm hoc ſunt diuerſæ totæ ſpecies; tū iſtę ad alias ſint ꝓparationes ſm Auic. & ſm quod tota ſpecies medicinæ vincit totā ſpeciē mēbri excitādo ſpeciem ſibi conuenientem in humore, ſed hoc mouetur humor ad medicinam, nō ad membrum. Et cum tu dicis, q̄ tota ſpecies eſt illud, per quod aliquid eſt illud, quod eſt, verum eſt, non tanquam perfectio, ſed tanquam preparatio, per quam res eſt illud, quod eſt. Vel forte poſſet dici, q̄ in humore eſt quoddā incompletum, quod exercitatū per aliquod duorum, natū eſt ſe ad illud moueri, ſicut ſi in animali dicamus eſſe incōpletū aliqd, quod eſt indifferens ad hoc, q̄ excitetur per formam hominis, vel aſini, & excitatum per hoc poteſt ſe facere in actu, & ſi illa duo excitantia excitent ſimul, illud, quod vincet, ducet illa ad incompletum ad ſui naturam, & eſt ſimile, q̄ ponitur. Tu potes ire ad noſtram dominā, vel ad campos pro tua voluntate: vnde tuū velle eſt indifferens ad hoc, vel ad illud; tamen ſm, q̄ per aliquā conditionem exiſtētem in noſtra domina excitatur tua voluntas, tu eligis ſm hoc vnum, & non aliud. Similiter eſt hic, quia in humore eſt aliud incompletum, quod excitatum à medicina fortius à medicina ad ipſum mouetur magis. vnde Haly. Abb. medicina non attrahit humorē niſi vincat virtutē, ſicut dictū eſt ſm numerū formarū exiſtentiū in re. ſunt enim diuerſæ in totū ſpecies in re, & illud nō eſt inconueniens. Ad aliud dicendū, q̄ nō ſequitur, qđ eſula, & pulpa ſint idē, licet in eis ſit aliquod cōe, in quo conueniūt, per quod attrahit illud, & iſta ſpecies eſt incōpleta, habēt tñ formaliores alias totas ſpecies diſponētes ad ſuas formas ſpecificas, & in eis eſt diuerſa ratio cōmiſtionis, propter quod ſint idē, quia non attrahunt eundē humorē per illud, per quod differunt, ſed per illud, in quo conueniunt; videmus enim, q̄ in vna parte miſti, vt lapidis adamantini eſt tota ſpecies trahens ferrū, & in alia parte eiuſdē eſt tota ſpecies pellens ferrum.

Ad aliud dicendum, quod medicina non trahit niſi vnum humorem per ſe, ſed per accidens trahit multos, vnde primo attrahit humorem, quem per ſe attrahit, poſtea, quos trahit, trahit per accidens.

Electarium reſumptiuū valet ad reſtaurandū deperditū. Recip. liquiritiæ, roſ. zucch. an. vnc. iij. gūmi arabū, tragacan. ana vnc. j. & ſan. al. & ru. ana vnc. v. papaueris al. vnc. j. ſ. ſucci liqui. ani. ſe. portulacæ, lactucæ, ſcar. ana vnc. ſ. garyoph. ſpodij, ana dra. iiij. cinn. vnc. j zingi. ſcar. calamenthi, ana drach. ij. corticū citri. vnc. j. penidiarum vnc. ij. ſe. frigidorū. ſ. melonis, citruli, cucurbitæ, ana vnc. iij. ſe. cytoniorum vnc. iij. amygdalarū, pinearū, ſebeſten, ana vnc. j ſem. maluæ, ſeminis bombacis, violarum, berberis, nenupharis, ana vnc. j. *De electario reſumptiuo.*

Diacapparis, antidorū eſt peculiare ſplenericis, & ad omnē duritiē ſplenis antiquā, ſiue recentem, ſplenem extenuat, & ſanguinem effluere facit cum vino acceptum. aurium vermes, cum aceto immiſſum occidit; dentium dolorem aufert. diſtemperatum cum vino in ore teneatur; menſtrua educit cū apozemate. cuius deſc. eſt ſcillę aſſæ, aſari, pyrethri, centaureæ, piperis, thymi, apij, ſemi. melanthij, radicum agrimoniæ, ana vnc. j. mellis, quod ſufficit. dabis ſpleneticis, per ſeptem dies cum vino bono. ſeptima die ante dabis catharticum, quod melancholiam deponit. cum noueris ſplenem eſſe frigidum. *De diacap.*

Electarium Ducis dicitur, quia Abbas de curia compoſuit ad opus Ducis filij Regis: valet ad digeſtionem, ventoſitatem ſtomachi, & inteſtinorum, & ad illum dolorem, & vitium lapidis, &c. *De electario*

Philantropos, amicus hominis interpretatur, vel miſericors, &c. *Philantro.*

Iuſtinum à Iuſtino Imperatore factum, proprie valet calculoſis, & ad ilij dolorem, &c. *De Iuſtin.*

Lithontripon, pertundens lapidem interpretatur, lapidem frangit, & expellit, &c. *De lithōtri.*

Nephrecatharticon, id eſt purgans renes, expertum eſt iliosis, &c. *Nephrecatharticon.*

Circa euacuationem, quæ fit per ſeceſſum, viſa ſunt alia, quæ impediunt, & etiam illa, quæ rectificant euacuationem per ſeceſſum.

De modo euacuandi corpora per ſeceſſum.

Nunc videamus modū euacuandi corpora, euacuanda per ſeceſsū; & hic ſunt duo cōſiderāda. primū eſt qūo corpora debent præparari ante exhibitionem medicinæ.

Circa Primū duo ſunt cōſiderāda. Primū eſt de cōditionibus corporis euacuandi, quas oportet obſeruare ad hoc quod medicina ſeceſſiua habeat effectū, quæ ſi non obſeruentur, nullum effectum habebit. Secūdum eſt de conditionibus corporis euacuandi per medicinā ſeceſſiuam, quas oportet ſeruare, vt medicina ſeceſſiua habeat ſimiliter effectū, ſi nō obſeruentur, ipſa non habebit effectū ſuum per ianuam inferiorem; habebit tamen effectum ſuum per ianuam ſuperiorem, vt per vomitum.

Circa primum ſeptem conditiones a parte patientis ſunt conſiderandæ.

Prima eſt, vt die anteriori patiens multoties comedat, non tamen multum, ſed ſæpe, & diuerſos cibos, non multæ qualitatis, quia hoc facit ſtomachū eſſe dedignatum ad recipiēdum medicinam: & ideo facilius deſcendit, & faciliori modo euacuatur.

Secunda conditio eſt, q̄ oportet videre diſpoſitiones corporis euacuādi, & humoris expellendi à corpore, vnde dicit Hipp. graciles, & facile vomentes, &c. ſuperius, vt cholerici, ſed carnoſi inferius, quia ſic à natura nati ſunt moueri, ſed ſubtiles, vt cholerici, ſuperius.

Tertia conditio eſt, quod ante medicinam debet dari aliquid leniens ventrem, ſicut brodium carnium pinguium, aut violas, &c.

Quarta cōditio eſt, quod ille, qui nō eſt aſſuetus accipere medicinam, antequā accipiat fortem medicinam, vt pi-

vt pilulas cochias, aut aliquid tale prius debet accipere aliquam medicinam leuem, vt per hoc tenetur, vtrum sit leuis ad ducendum, aut non à medicina; & per hoc euadit medicus multoties magnum periculum, & per hoc etiam patientes aliquando assuescunt medicinas accipere, vnde bonum est primo talibus dare Paulinum, aut pieram tantum, vnde quidam medicus dedit cuidã patiẽti diasenam, & diaboraginatum, & per illa asselauit patiẽs multoties, & per illa certificatus fuit, quod si ei data esset medicina fortis, ꝙ ibi fuisset maximũ periculum.

Quinta conditio est, quod aliqñ debet comedere ante exhibitionẽ medicinæ, maxime ante fortem, aut propter corporis raritatẽ, aut stomachi debilitatem, quia oĩs medicina talis, est calida: & ideo cauendum est de corporis incensione, vel desiccatione, ideo si timet de hoc, bonum est, quod eadem die comedat micam panis in succo mali granati, aut vuæ agrestis, qa ista sunt styptica, & infrigidantia. idem est faciendum in stomachi debilitate, ne ei noceat etiam in corporis raritate, ne syncopim inducat. B

Sexta cõditio est, ꝙ ante exhibitionem medicinæ bonum est intrare balneum, quia balneum humores mouet, & ita ad dispositionem eos habilitat. Quia G.i. de crisi dicit. motus humiditatis iuuat motũ. i. poros aperit, & ita ad expellendum parat.

Septima conditio est, ꝙ non debemus dare fortẽ medicinã homini, qui non consueuit accipere, nisi magna necessitate, ne fiat mutatio subita; & si damus, debemus dare debilem.

Circa secundum videamus conditiones corporis euacuandi per medicinam secessiuam, quas oportet obseruare, ad hoc vt medicina secessiua habeat effectũ suum proprium, quæ si non obseruentur, ipsa non habebit effectum suum proprium per ianuam inferiorem, habebit tamen effectum per ianuam superiorem, & per vomitum. Ad cuius intellectum sciendum est, quod medicina secessiua fit vomitiua in quatuor casibus.

Primus casus est, si os stomachi sit debile, & fundus fortis, tunc fit secessiua vomitiua, quia tunc fieret abominatio, non retentio ab ore stomachi, sed expulsio, & fundus, quia fortis medicinam expelleret, quia venenosa est ad os stomachi, quia debile est. Secundus casus est, si venter constipatus sit, quia non posset transire inferius, & ideo moueretur superius, & ideo primo oportet, ꝙ ventet leniatur, antequam detur. Tertius casus est, quia non debet dari medicina homini abhorrenti eam, in instanti enim fieret vomitus. Quartus casus est, quia non debet dari homini habenti fastidium appetitus, quia fieret vomitus, quia os stomachi in talibus est lapsum; ideo de facili recipit, & male retinet. E conuerso in quinque casibus non debemus medicinam vomitiuam dare. Primus casus est, fortitudo oris stomachi; tunc enim resisteret fluxui humorũ, ita, ꝙ ad ipsum non possent faciliter attrahi. Secundus casus est fames, quia tunc retinerent mẽbra fortiter, & non attraheret medicina nisi cũ violentia. Tertius casus est, quando venter est lenis, & lapsus, quia tunc medicina descenderet inferius, & fieret secessiua. Quartus casus est, quia non debet dari medicina vomitiua homini inconsueto ad receptionem talis medicinæ; & habenti spiritualia debilia, ne nimis p hoc debilitetur, & per alterationem subitam. Quintus casus est, ꝙ si medicina sit grauis non debet dari ad vomendũ, nisi forte in hoc malitia reprimatur, & hoc est ne descẽdat, & fiat secessiua, vnde in istis quinque casibus fit medicina vomitiua, secessiua; propter hoc caue ab istis.

De præparandis corporibus post medicinam.

Nunc videamus quomodo corpora debent præparari post exhibitionem medicinæ, & ad reparationem corporis; post exhibitionem medicinæ debent quatuor cõditiones obseruari.

Prima cõditio est, qd patiens post exhibitionẽ medicinæ non debet esse in aere nimis calido, quia humores ad exteriora motu contrario motui medicinæ traheret, & ita euacuationẽ impediret, & virtutẽ medicinę dissolueret, nec nimis frigido aere, qa humores congelaret, & ad exeundũ eos prohiberet, eos faciendo inobedientes. C

Secunda conditio est, ꝙ patiens post exhibitionẽ medicinæ non debet comedere, nec bibere, donec medicina suam operationem compleuerit; ne per cibum, aut potum natura diuertatur à sua operatione, per quam ipsa medicina digerit, tanquam per suum instrumentum, scilicet per calorem, & spiritum.

Tertia cõditio est, ꝙ postquã medicina ĩcipit operari, non dẽt patiens dormire anteq̃ medicina cõpleuerit suã operationẽ, qa in somno retinent fortes euacuationes, s. quæ à duplici virtute fiũt, s. naturali, & aĩali, quia in somno non sentitur grauamen, propter quod fit expulsio.

Quarta cõditio est, quod patiẽti abominationẽ medicinæ, vt nõ vomat, debent dari fortes odores, stomachũ confortantes, & vias constringentes, vt etiam spiritualia confortentur, vt acetũ ad cõfortãdũ stomachũ, & si hæc non sufficiant, stringantur extrema, vt eo spiritus fluat, & fluxus humorum ab ore stomachi diuertantur, & eo virtus animalis se conuertat, vel proijciatur aqua frigida in faciẽ, vel in frontẽ, vt calor ad stomachum reuertat, & secũ humores reducat, & ad spiritualia, ea confortando.

Visa præparatione corporis euacuandi in se, nunc videamus præparationes corporis euacuandi in respectu medicinæ, & de hoc dantur quatuor regulæ.

Prima est hæc, quia medicinæ principaliter euacuanti debemus tale quid admiscere, ꝙ eius malitiã reprimat, non tamen eius operationẽ diminuat, sicut myrob. citri. cum scammonea impediunt excoriationem intestinorum, quod est impedimentum scammoneæ; non tamen attractionem humoris cholerici impediunt.

Secũda regula est hæc ſm Gal. in 2. acutorum, ꝙ non debemus dare duas medicinas, quæ euacuent in diuersis temporibus, vt s. vna cito, alia tarde, nisi ita sit, ꝙ illa, quæ cito euacuat, sit in pauca quantitate, ꝙ non faciat operationẽ suam, sed solum sit acumen alterius medicinæ iuuãdo ipsam in sua operatione, sicut scãmonea acuit aloeticas medicinas, quæ sunt tardæ operationis de se, & citius operantur per admistionẽ scãmoneæ. Si. n. administrẽtur duę medicinę, quarũ vna euacuet cito, & alia tarde, timendum est multum de debilitate multa patiẽtis.

Tertia regula est, ꝙ non debemus dare eadẽ die duas medicinas patienti, si prima non soluat, ne per hoc multum debilitetur, licet multi faciant contrarium.

Quarta regula est, ꝙ non debemus alicui medicinam dare, nisi in corpore sit humor, quem volumus euacuare, quia medicina attraheret humores, & calores, & spiritus, & ita noceret; & hoc habet ita, quod nunquam debes dare medicinam nisi respectu humoris determinati, quem cognoscis in corpore abundare, cuius contrarium multi faciunt, propter quod ipsi peccant, & contra artem faciunt, & sic patet ad ista.

De septem electarijs.

Nunc videamus de septẽ electarijs. Quorũ primũ est resumptiuũ. Secundũ diacapparis. Alia quinq; respiciũt passiones renum, & sunt diuretica, propter quod respiciunt medicinas diureticas, de quibus iam videbimus. D

De electario resumptiuo.

Resumptiuum dr̃, eo, quia vires corporis resumit totius corporis, dico debilitati ex longa ægritudine infrigidati, & desiccati; & debet dari debilibus hominibus, frigidis, & siccis, conualescẽtibus, & ex lõga ægritudine desiccatis, & infrigidatis, est enim ca. & hu. & sunt ibi calida correspondentia spiritui, & virtuti debilitatis ex frigiditate, & quædam hum. correspondentia siccitati.

De diacap.

Diacapparis est electarium satis bonum cõtra passionem splenis. Capparis est arbor, cuius radicum cortice vtimur, & est calida, & sicca in tertio, abstergit, mũdificat, aperit: habet. n. amaritudinem cũ stypticitate, & cõfert in ischiatica, phlegma digerendo, & masticatũ attrahit phlegma à capi. vnde à profundo attrahit phlegma mirabiliter. valet ad splenem, quia sua stypticitate ipsum confortat, & etiam ipsum deoppilat, cum sit amarũ, & etiã confert ei attrahendo melancholicam materiam, & est bonum neruis, & iuncturis, prouocat mẽstrua, & interficit serpentẽ in ventre; & valet in paralysi, & in pas-

sionibus matricis ad prouocandum menstrua, & cum datur contra splenem diacapparis, debet dari cum succo scolopendriæ, & tamarisci: in arthreticis cum decoctione iuæ; in prouocatione menstruorum cum decoctione artemisiæ, vel rubeæ tinctorum; ad capitis phlegma dissoluendum cum pliri, & sic in alijs suo modo.

De electarijs diureticis, quæ valent contra passiones renum.

Deinde videamus electaria diuretica, quæ valẽt contra passiones renũ, vt lapidẽ in renibus, & ad talẽ medicinam oportet, ꝙ sint. v. Primo oportet, ꝙ in tali medicina sit aliqua medicina cõmista, quæ ad locũ ducat medicinam frangentem lapidẽ, vt medicina diuretica, vt semen apij, & semen petroselini, &c. Secundũ est medicina, quæ faciat medicinã remanere, vt viscosa, vt gummi arabi. cũ traga. Tertiũ est quædam medicina, quæ ad incidendũ semp prẽparet, vt remollitiua, maluæ, violę, &c. Quartum est, quia oportet, ꝙ ibi sint aliqua, quæ lapidẽ frangant, vt miliũ solis, & saxifragia. Quintum est, quæ lapidem expellant, vt acorus, &c. Nota, ꝙ sanguis hirci, cinis corticũ oui, à quo pullus extrahitur, cinis scorpionis, caput lyncis, ista valent contra lapidẽ frangendũ. Itẽ rheu ponticum valet valde renibus. Ideo notandum est, ꝙ ista electaria renum non debent dari, nisi corpore iam mundificato, quia ipsa subtile consumerent, & residuũ incrassarent, & magis indurarent, & ꝙ sic lapidem non frangere nt, sed corpore mundificato debet dari.

De quinque electarijs valentibus ad renes nunc dicere volumus. Quorum primum est electarium ducis, secundum est philanthropos, tertium est iustinum, quartũ lithontripton, quintum nephrocatharticum.

De electario ducis.

Electarium ducis est, quod est saporosius, & melius, & dicitur sic à quodam duce, pro quo factum fuit, valet ad digestionem in stomacho, & contra ventositatẽ, propter anisum, & ad lapidem frangendum propter saxifragiã, & miliũ solis, vel granum solis, quod idem est. Et sm Auic. habet duas bases, vnã anisum contra stomachi ventositatẽ, & aliam saxifragiam, & milium solis ad lapidẽ frangendum. milium solis herba est, grano vtimur, & dicitur sic, quia colorem Solis habet, quia lucidum est, & est calidum, & sic. in tertio, & est diureticum.

Saxifragia.

Saxifragia est herba sic dicta, qa saxum i. lapidẽ frangit pulueriz ata, et data valet, ad fracturã lapidis. similiter decoctio herbæ saxifragiæ valet ad iliacũ dolorem, cum illa pariantur ex lapide, aut ex vẽtositate, & nõ ex cholera, quia illud electarium est calidũ, ilia aliquãdo patiunt ex lapide, aliquando ex cholera. Quando est ex cholera, tunc est dolor descendens. Si ergo sit dolor illorũ ex vẽtositate, aut ex lapide, tunc valet saxifragia. Sed si sit ex cholera, multories credunt aliqui, quod sit colica passio, quando patiuntur illa propter lapidem, sed non ita.

De philanthropo.

Quid sit philum.

Philanthropos, id est amicus hominis, dicitur, à philos, ꝙ est amicus, & anthropos, ꝙ est homo. folium est ibi basis, & est valde propinquum spicæ nardi in virtute, bonum odorem facit, & est calidum, & siccum in secundo, conseruat pannos à vermibus, & tineis, confortat stomachum, vrinam prouocat, & propter hoc ibi ponitur, & cum hoc apium, & multa alia. Apium cali. & sic. est in secundo, & est duplex, syluestre, & domesticum; domesticum humidũ est. apiũ resoluit, & aperit, & confert spleni, & hepati, eius oppilationem auferendo, & vrinã prouocando, idem facit petroselinum. Est enim quædã apij species, quæ dicitur fieri ex mutatione alicuius herbæ in apium, vnde dictũ est pro aliqua herba, quando ipsa crescit multum, quod ipsa sit apium. Apium, & calamus si decoquatur in vino, istud vinum valet ad fracturam lapidis, & in hoc electario est lapis lyncis. Lynx est quoddam animal acutissimum, penetrans, in quo animali lapis inuenitur, qui habet ad hoc proprietatem. Item est ibi semen rutæ, quod est valde diureticum.

Nota.

Lynx.

Item hedera est bona ad lapidẽ frangendũ; licet enim ipsa sit frigida, tamen propter subtilitatem substantiæ suæ, & acredinẽ, quã habet in suis baccis, lapidẽ frangit.

Nota.

Calamus ẽt ad hoc valet. Item orobus prouocat vrinã, ita, quòd facit mingere sanguinem, si continuetur. Ideo valet ad lapidem frangendũ. Pulegium est bonum valde in fractione lapidis, & maxime ceruinũ, & dico maxime, quia rato inuenitur, & maxime semen eius, & viscus quercinus, & ista duo sunt valde ad hoc valentia. Istud electarium valet stranguriosis, calculosis, & oppilationi splenis antiquatæ, & fractioni lapidis.

De iustino.

Iustinum habet eadem laudes, & dicitur à Iustino Imperatore, pro quo factum fuit, & valet ad omnes non bene mingentes, & in eo basis est cinnamomum.

De lithontripton.

Lithontripton, basis eius est spica nardi. cor cõfortat, aperit oppilationem hepatis, & stypticitatẽ habet quandam, confortat stomachũ, superfluam eius superfluitatem consumendo, & desiccando rheu. ibi cadit. Triplex est rheu. s. rheu. barbarum, rheu. indum, rheu. ponticum. bdellium etiam ibi ponitur, vt medicinas retineat.

Nephrocatharticon.

Nephrocatharticon. i. purgans renes, ad idem valet, & est lapis lyncis eius basis, potenter prouocat mẽstrua, & lapidem frangit, sicut basis sua, quæ à proprietate frangit, sicut dictum est.

Vtrum medicina euacuatiua vadat ad humorem, vt ipsum euacuet.

Viso per quem modum medicina euacuat, & attrahit humorẽ. Nunc quęritur vtrũ medicina euacuatiua vadat ad humorem ad hoc, vt ipsum euacuet, & attrahat, an nõ. Et videtur, ꝙ sic, per Auic. Agaricus iuuat illas medicinas venire ad partes corporis remotas. 2. ca. de agarico. Item Auic. lib. primo, sent. quarta cap. v. Medicinæ coangustantur in apoplexia, & epilepsia, quia venæ sunt obstructæ. Item Auic. lib. 4. cap. de causa vniuersali passionum cordis dicit, quòd medicinæ cardiacę faciunt alias medicinas ad cor trahere.

Item Sera. vij. Sicut membra sana trahunt nutrimentum, ita ægra medicinam, ergo sicut nutrimentum vadit ad membra sana, ita medicina venit ad mẽbra ægra. Item omnis actio fit per contactum; cum igitur medicina agat in humorem ipsa debet tangere humorem, quia tangentium vltima sunt simul, ideo, &c.

Sed contra dicit Auic. ꝙ medicina existens in stomacho attrahit humorem ad se. Item Serap. medicina existẽs in stomacho, vel in intestinis ad se attrahit humorẽ.

Solutio, ad istam quæstionem dicitur, ꝙ medicina diuidit à calore naturali, & effumat, ita, ꝙ medicinæ fumus ad humorem venit ipsum inficiens, & per hoc naturæ odiosum reddens, & sic infectus ad medicinam venit. Sed si fumus ad humorem veniat, aut eo venit, quia fumus, aut à proprietate aliqua. Sed quia fumus non descenderet, sed ascenderet, & sic solum à partibus superioribus traheret, quod falsum est. ergo non, quia fumus; nec à proprietate, quia incompletum mouetur ad completum, vt ibi incomplementum recipiat, & nõ est è cõuerso; sed fumus ab humore, non recipit complementũ, ergo, &c. Itẽ si fumus mouetur ad humorem, eadẽ ratione, & tota medicina, si fumus gratia proprietatis mouetur ad humorẽ, cum illa proprietas in tota medicina reperiatur, quia vbi est eadem causa, & idem effectus. Si dicas, ꝙ medicina ad humorẽ trahitur ab humore. Contra medicina est actiua respectu humorum non passiua, nec ducitur à natura, quia ipsam abhorret. Item si veniret ad humorem, vt inficeret humorem, & per hoc fieret odiosus naturæ, & tunc medicina expelleret humorem à membro; tunc omnia alia inficientia humorem expellerent humorem à membro, quod est falsum.

Item Sera. arguit sic. omne, quod mouetur, mouetur amore, & desiderio, & eo veniens iunctura quiescit, ergo si humor cõiũgeretur medicinæ, vel medicina humori, nõ amplius ad ipsum moueret, nec attraheret. Propter hoc dico, ꝙ ad humorẽ non venit fumus medicinæ, sed virtus eius. Et tu dices. Quomodo potest separari virtus cũ sit accidens. Itẽ quod est essentiale alicui non potest nec per se, nec per accidẽs ab eo separari, virtus est essentialis rei, ergo, &c. quid igitur medicinæ venit ad humorẽ, si fumus ipse nihil facit. Itẽ si loquatur de vera virtute ipsa nõ venit eo, sed ipsius similitudo p multiplicationẽ speciei suæ, & similitudinis; sicut adamas attrahit ad se ferrũ, quia sicut in ferro potentia actiua ad adamantẽ,

quæ

quæ nec in se, neque de se completur, sed cum recipit virtutem adamantis excitantis ipsam potentiam, ipsa ducitur ad adamantem, & ad complementum; ita est in proposito, vnde est in humore potentia ad medicinam, quæ per medicinam excitata vadit ad medicinam, & ad complementum. vnde sunt ibi tria agentia. sicut in qualibet operatione naturali vnum est intra, & ab intra, sicut potentia actiua humoris, quæ vadit ad medicinam, & ad complementum. Secundum est extra, & ab extra; sicut vera virtus, vel forma medicinæ. Tertium est extra tantum, sicut similitudo veræ virtutis, vel veræ formæ.

Nota.

Ad argumentum patet, & dico, quod agaricus facit transire alias medicinas. i. virtutes aliarum medicinarũ, quæ non multiplicantur nisi per medium dispositum, & transparens, & non oppilatum crassis, & compactis humoribus. Ad aliud dico, quod dictũ Serap. intelligendum est de medicina alterante. Ad aliud, quòd ibi est tactus virtualis, & non corporalis: & sic patet, &c.

De diasatyrion.

Diasatyrion dicitur à satyris; satyriasis enim græce, latine erectio virgæ, &c. B

De diaprunum.

Diaprunis, vel diadamascenum à prunis damascenis dicitur, quæ ibi recipiuntur. valet proprie acutis, & per accidens, maxime in causo, & synocha in principio, & declinatione, augmento, & statu ægritudinis.

Oxy dicitur ab acetoso succo malorum granatorum, qui ibi ponitur, datur proprie contra synochum, & causon, & contra acutas oës ægritudines, & peracutas, &c.

Tryphera saracenica. tryphera dicitur, quia hominẽ iuuenem reddit, saracenica à Sarac. &c.

Catholicon.

Electarium quod dicitur catholicon. Recip. senæ bene mundatæ, casiæ, &c.

Circa euacuationem, quæ fit per secessum, visa sunt illa, quæ impediunt, & etiam illa, quæ rectificant, & modum euacuandi corpora euacuanda per secessum.

Medicinarum præparatio ad euacuandum per secessum.

MOdo videamus quomodo medicina debet præparari, per quam debet fieri euacuatio per secessum, & de hoc duo sunt videnda, quia antequã hoc faciamus, debemus primo videre naturam medicinæ in generali in euacuando. secundo debemus videre modum præparandi medicinam, per quam debet fieri euacuatio. C

Circa primũ sic procedo, & dico fm Auic. in 1. ϕ medicinæ in euacuãdo diuersificantur quinq; modis. nam quædã medicinæ euacuant attrahẽdo, & quædam cõprimendo, & quædam lenificãdo, & quædã lubrificando, & quædam liquefaciendo. Medicina, quæ euacuat attrahendo, est illa, quæ euacuat à sua proprietate humorem, ad quem habet aspectum, vt scammonea à sua proprietate attrahit choleram, & habet aspectum ad eam.

Illa medicina euacuat comprimendo, quæ primo cõtrahit humorem, cum hoc quod comprimat intestina, & humorem in ea attrahit, vt myrob. citri. nõ enim debet istud gerundium comprimendo exponi per si, vel per quia, vel per dum, quia notat concomitantiam, & non causalitatem: non enim euacuant, quia comprimũt, sed a sua proprietate attrahunt humorẽ, ad quem habent aspectum determinatum, vt myrob. citri. choleram. indi melancholiam. chebuli phlegma. si tamen propter compressionem euacuarent, attraherent forte humorem eũdem, aut euacuarent cum impressione communicent, licet in proprietate differant.

Illa euacuat leniendo, quæ inungit, & lenit membra, vt per ipsam faciat facere decursus humoris euacuandi, vt sunt tamarindi.

Illa euacuat lubrificando, quæ humores mollificat, & infundit, & per ipsum habilem facit ad exeũdum, & solubilem ipsum facit. Differt ergo lenificatiua à lubrificatiua, quia lubrificatiua est respectu humoris, lenificatiua respectu membri.

Illa, quæ liquefaciendo euacuat humorem, quem per virtutem suam, & à proprietate attrahit, sua caliditate liquefacit, & dissoluit. vnde verum est, ϕ violæ licet dicamus, quòd euacuant leniendo, tamen attrahunt sua proprietate secundum, ϕ vult Haly. in 2. practicæ de regali dispositione, & similiter omnis alia euacuat attrahendo. Sed cum dicimus, ϕ euacuat leniendo, comprimendo, lubrificando, liquefaciendo: hoc dicimus referendo ad substantiam suam, vel complexionem, & non proprietatem, per quam trahit similiter intelligas in alijs. A

Regulæ de medicinarum præparatione.

Viso quomodo diuersificẽtur medicinæ in suis naturis in euacuando. Nunc videamus de præparatione earum, & de hac præparatione dantur sex regulæ.

Prima est, cum nos volumus dare medicinam ad aliquem humorem euacuandum in liquida substantia, vel in aliquibus pilulis, debemus facere cum decoctione proportionali medicinæ in euacuando, verbi gratia. Cũ nos damus myrobal. citri. ad euacuandum choleram, debemus eos dare cum decoctione prunorum viol. &c. Et cum nos damus myrob. indos ad euacuationem melancholiæ, debemus eos cum apozemate dare, vel cũ decoctione epithymi. Cum damus myroba. chebu. ad euacuationem phlegmatis, debemus eos dare cum decoctione polypodij.

Secũda regula est, quod medicina euacuat primo humorem, quẽ respicit, secundario alios. Ista tamen regula habet instantiam secundum Serapionẽ in tribus casibus. Primo, si humor quẽ non respicit medicina sit propinquior, vt si in stomacho sit cholera, & tu das medicinã ad euacuandũ phlegma à capite: quia medicina mordicando, & stimulando stomachũ, facit choleram, quæ in stomacho est, citius expelli, quam medicina possit à capite attrahere phlegma. vnde ab accidenti primo euacuat humorem, quem non respicit, stimulando, & mordicando stomachum, & non per se.

Secundus casus est priuatio humoris, quem respicit, ex alterius abundantia, vt si humor proprius sit paucus, & alius abundans citius extrahetur non proprius, quia citius fit naturæ odiosus, & ideo citius permittit ipsum abire, & à medicina trahi, cum ab ea stimulatur, & venæ debilitatæ à medicina tunc citius permittunt abire.

Tertius casus est, maius odium; cum enim non proprius humor est magis odiosus, quã proprius, citius euacuatur per accidens, quia citius permittitur abire. vnde si cum datur medicina in æstate ad euacuationẽ phlegmatis, citius euacuatur cholera, quæ est magis naturæ odiosa in tali tempore, quia secundum Isaac in de elementis, natura in æstate phlegma retinet, vt per ipsum in processu temporis possit se adiuuare, & in hyeme est è conuerso.

Tertia regula est, quod non debemus dare in eodem die duas medicinas fortes, ne corpus vehemẽter euacuetur, si ergo prima euacuat aliquam partem, non tamen sufficienter, & nos demus postea fortem medicinã, planum est, ϕ est periculum in vehementi euacuatione, si non euacuat, adhuc est periculum, quia vna medicina aliam fortificabit, & ita vehementer euacuabunt. B

Item licet parum euacuauerit humores, commouet tamen eos, & ad expulsionem eos præparabit; & ideo secunda medicina potest vehementer euacuare. Sed tãmen duæ debiles, aut vna debilis, & alia fortis possunt in eadem die operari, vel dari; quia possibile est, quod medicina fortis data non euacuet quantum debet, vel ita cito, vt debet, vt si dedetimus myro. citri. ad euacuationem choleræ, & non euacuant sufficienter, competẽter potest dari de succo ros. drach. j. vel ij. vel dimidia, quæ euacuat debiliter. C

Quarta regula est, quod quando aliquam medicinam exhibemus, debemus primo cum ea commiscere medicinam eam refrænantem, quæ medicina aliam in sui malitia refrænet, vt postea videbitur.

Quinta regula est, qđ cũ alicui præparato ad cholericã passionẽ volumus medicinã dare, sicut sunt trauli, & blesi, & qui de facili hẽnt incurrere fluxũ vẽtris, debemus cũ ea cõmiscere aliã medicinã vomitiuã, ne vehemens fluxus prouocetur; & propter hoc talibus dõ libẽter esulã, D

quia vomitiua est aliquantulum, quia quãdo ego video, quod ipsi affellauerunt duabus vicibus, vel tribus, & postea vomant, tunc gaudeo, quia tunc scio, quod pars medicinæ, & materiæ per vomitum euacuatur, & per hoc fluxus nimius ventris impeditur.

De modo exhibendi pilulas.

Sexta regula est, de modo exhibẽdi pilulas. Qui est, quod debemus dare eas cum aliquo coopertorio, istud coopertorium fit sic, aliquando ponatur pilula in cera liquefacta, & cito extrahatur. deinde cum melle, aut cum zuccharo, aut cum oleo viol. sumatur per ceram cooperientem occultatur sapor medicinæ horribilis, ne sentiatur. propter mel, aut zuccharum, aut oleum viol. fit facilis transitus illius per meri ad stomachum.

Nota.

Communis vsus dandi est, vt cooperiatur nebula, & cum vino, vt propter nebulam non sentiatur sapor medicinæ horribilis, &c. propter vinum, vt possit melius tranfire ad stomachum.

De nocumentis ex assumptione medicinæ contingentibus, & eorum remedijs.

COnsequenter videamus nocumenta, quæ eueniunt corpori humano ex exhibitione mædicinę, & remedia contra ipsa, & hæc nocumenta sunt septem.

Primum nocumentum est, quod medicina non euacuat, & huius possunt esse sex causæ.

Prima causa est aliquãdo viarum, siue meatuum angustia, sicut accidit in paralysi, & spasmo; propter hoc enim, quod humores per venas angustas non possunt transire, ideo medicina facit torsionem in stomacho, & intestinis. Et remedium bonum contra hoc nocumentum est, quod venæ prius aperiantur antequam medicina detur; & si medicus non sit ita acutus, q̃ ante exhibitionem medicinæ vias aperiat, sed exhibeat medicinam vijs non apertis, tunc remedium contra hoc, est, quòd procuret medicus, quod medicina euomatur.

Secunda causa quare medicina non euacuat, est, quia est nimis vetusta. vnde ipsa est f̃m materiam, & non f̃m speciem. Remedium contra hoc est, quod medicus procuret, quod euomat eam. Tertia causa quare medicina non euacuat est proprij humoris priuatio, & remedium contra hoc est, quod medicus procuret, q̃ euomat eam.

Quarta causa quare medicina non euacuat, est proprij humoris cũ suo humore contrario fortis cõmistio, propter quod non potest attrahi. & tunc bonũ remedium contra hoc, est, q̃ illa medicina euomatur; aut cum clysterijs, aut cum suppositorio expellatur; & si sit acuta debet cum hydromelle sua acuitas frangi per mellis dulcedinem; aut aliquid detur, q̃ faciat eam descendere, sicut potus magnus, aquæ hordei, vel aliquid tale. Quinta causa, quare medicina non euacuat, est temporis frigiditas, quia temporis frigiditate humores congelantur, & inobedientes redduntur. Et remediũ cõtra hoc, est, q̃ patiens debet poni in balneo sine aere non trahente, sed solũ dissoluente, & calefaciente humorem congelatum f̃m Auic. in primo. vnde Auic. dicit, quod patiens debet intrare in primam cameram balnei, & secundam. & nõ tertiam, quia traheret ad se medicinam, & ipsam debilitaret, & euacuationem impediret, quia cum motu contrario traheret humores motui medicinæ. Sexta causa quare medicina non euacuat, est complexio frigida materiæ euacuandæ. Remedium contra hoc, est, calefacere ventrem per calida apposita extra, vt apponendo supra ventrem extra vesicam æneam plenã aqua calida, aliud remedium est tegulam calefactam, aut auriculare calefactiuum ad ignem supra stomachum extra ponere.

Secundum nocumentum, quod facit medicina, est nausea, vt cum damus esulam, & myrob. Et remedium contra hoc est, vt cum timemus hoc, bonum est, vt ante exhibitionem medicinæ cum de facili vomit patiens, demus ei aliquid ad vomendum, postea vomat, & si hoc non fecerimus, tunc demus ei post exhibitionem medicinæ aliquam rem acrem, vt succum mali granati, aut vuæ agrestis, & fricemus extremitates, & plantas pedũ, vt spiritus, & calor expulsiui medicinæ per vomitum attrahantur ad locum fricatum, & stringamus manus, & pedes cum chorda fortiter, dolorem inducendo, vt spiritus, & calor non expellant medicinam per vomitũ, sed potius ad locum doloris currant, &c.

Tertium nocumentũ, quod facit medicina est torsio, & mordicatio, propter medicinæ acuitatẽ, vt cũ damus elleborum, & remedium contra hoc est, vt medicus sit multum solicitus, vt istã acuitatem medicinæ reprimat cum rebus infrigidantibus, vt per potum aquæ frigidæ, aut per rẽ pinguẽ, aut vnctuosam, & dulcem, quæ leniat, eius acuitatem frangendo, vt butyrum, aut amygdalas dulces, aut nuces, aut ea, quæ medicinam inferius faciant descendere, ne torsionem in stomacho, vel in ore stomachi faciat, sicut aqua hordei sua cursibilitate.

Quartum nocumentum, quod facit medicina, est aliquãdo febris, quæ aliq̃ venit, vel propter temporis caliditatẽ, vel medicinæ. Remediũ est contra hoc dare infrigidans, vt est syrupus viol. nec isti potionato debemus dare syrupum acetosum, quia acetum est frigidum, & acutum, ideo cito læderet intestina ex euacuatione debilitata, cum frigidum sit inimicum neruis, & membris neruosis, & sua acuitate cito ea excoriaret, & fluxũ cholericum induceret: & hæc est ratio, quare prohibemus actu frigidas res potionato, immo omnia tepida, quia infrigidantia nocent tam in cibo, quam in potu.

Quintum nocumentum, quod facit medicina, est aliquando syncopis, quæ accidit aliquando, aut per nimiã euacuationem, vel medicinæ horribilitatem, & tunc remedium contra hoc est, dare aromatica confortantia, & stringantur extrema fortiter, & proijciatur aqua frigida in fronte, &c. apponantur naribus res habentes fortes odores, & aromaticos.

Sextum nocumentum, quod facit medicina, est aliq̃ nimia solutio ventris, quæ accidit, aut propter complexionis membrorum frigiditatem, aut propter venarum debilitatem, aut propter earum amplitudinem, vel intestinorum debilitatem. Et remedium cõtra hoc est, quia tunc debemus ventrem stringere, hoc autem facimus multis modis. Vno modo medicinam expellendo; alio modo humores retinendo, ne fluant ad stomachum: alio modo stringendo venas: alio modo intestina claudendo, ne humores recipiant. dando mespila, diacytonitem, coctana; & cum intestina clauduntur, ipsa retinent humores, & non dimittunt eos fluere: alio modo ponendo patientem in balneo, quia balneum humores ad se trahit, ne ad stomachum descendant.

Item debent ligari eius extrema, sicut in vomitu, & eadem de causa.

Septimum nocumentum, quod facit medicina, est, q̃ ipsa aliquando non soluit in prima die, aut in secunda, aut in tertia. Et remedium contra hoc est secundũ Auic. q̃ post duos dies, aut tres debet fieri phlebotomia. &c. causam ponit Auic. quia licet medicina non euacuet, ipsa tamen humores commouet, qui commoti possunt ad membrum nobile venire, & ibi apostema facere.

Electarium generatiuum.

SVperius visum est de electarijs competentibus membris vitalibus, & animalibus nutritiuis. Nunc dicamus de vno electario solum, quod conuenit membris generatiuis, q̃ est diasatyrion, & est dictum à satyris. Satyrius herba est dicta à satyriasi, aut è conuerso; & est satyriasis virgæ erectio. radice dictæ herbæ vtimur, & vocarut illa quibus vtuntur testiculi satyriorum. Istud electarium confert ad coitum: sunt enim duo ad coitum conferentia. Vnũ est res sperma generãs. aliud est res sperma prouocans. Res sperma generans est duplex. Vna est cibus multus sanguinem generans, & chymum laudabilẽ. alia est medicina calida, & humida vaporosa, quia talis naturæ est sperma, quia in coitu tria sunt, materia calida, & humida euacuanda, quæ est sperma, & spiritus, siue vapor; vel ventositas mouens, & erigens præputium, &c. spirituale faciens sperma, quia cum ipso debet esse spiritus, &c. ipsum sperma est spirituale secundum Philosophum. Item ibi est medicina coitum

Satyrius.

prouo-

prouocans, ſicut aniſum. medicinæ mẽſtrua prouocantes ſunt, quia aperiunt; aliqui tamen comedunt aniſum, vt coitum auferant, ſicut dicunt monachi; & ex hoc ſequitur, dicunt ipſi, quod eſt frigidum. Sed ſequitur aniſum, aliquando prouocat coitum, aliquando prohibet; cum enim in teſticulis, aut in vaſis ſeminalibus, eſt materia multa inciſa, clauſa, tunc aniſum viam aperiendo, & materiam diuidendo, prouocat coitum; ſed cum materia eſt pauca in corpore ipſam materiam, & ventoſitatem conſumendo, coitum impedit. ab Auicen. vt credo vocatur teſticulus vulpis. Sed cauẽdum eſt ne iſtud electariũ detur niſi prius facta præparatione, nec in corpore extenuato ſicco, quia ipſum corpus conſumeret, & deſiccaret, ſed in corpore plethorico, repleto, carnoſo, & ad hoc prius diſpoſito, & præparato per vſum ciborum multum ſanguinem curſibilem generantium, ſicut oua ſorbilia, & iura bonarum carnium, vt gallinæ, & ſimilium, & vtatur otio, & quiete; aliter non debet dari. In iſto electario ſunt quædam poſita, quæ calida, & humida ſunt, & propter hæc materiam in coitu præſtant, & quædam ſtimulant ſpiritus, & ventoſitatem ad hoc conuertendo, & conferendo. Satyrij ſunt calidi, & humidi, & vaporoſi, & ſimiliter bauciæ. Vnde Raſ. 3. Almanſo. bauciæ ſunt calidæ, & inflammatiuæ, & acuitatem ſpermatis præſtant. Similiter ſecacul. deſt cæpe domus cinnamomum, quod ibi ponitur, eſt ad ſtimulandum, & in ſpiritus repatationem, & zingiber calidum ventoſum, ſiue vaporoſum, & ideo libidinem prouocat. Scincus eſt piſcis zirbus quidam, & habet aſpectum proprie ad teſticulos, & ad coitus prouocationem.

Scincus.

De electarijs laxatiuis.

HAbito de electarijs digeſtiuis, & alteratiuis. Nunc videamus de electarijs laxatiuis. Et de horum quatuor videamus ad præſens.

Quorum primum eſt diaprunis, quod vocatur diadamaſcenon, dicitur à prunis damaſcenis, & ſunt ibi prima baſis, & ſunt frigida, & humida in fine tertij gradus, ſoluunt euacuando choleram de omni morbo calido, & maxime in acutis, & peracutis in omni tempore morbi ſine periculo, & illud verum eſt, quãdo eſt ſimplex; tunc enim conuenit in omni tempore morbi prædicti, & in die paroxyſmi. pruna ſunt ibi baſis, quia laxant, & infrigidant. Iſtud autem electarium datur ad infrigidãdum, & laxãdum, & maxime in cauſone, & ſynocha, & iſtud ſimplex datur in omni hora diei cum aqua calida.

Oxy. ſimiliter eſt parum laxatiuum, oxy. i. acetoſum, quia fit de ſucco malorum granatorum acetoſorum malum autem granatum duplex eſt, quoddam dulce, quoddam acetoſum. de ſucco acetoſi fit, & habet eandem receptam, quam habet diaprunis, niſi quia in diaprunis eſt reub. & non eſt in oxy. oxy. duplex eſt ſcilicet ſimplex, & laxatiuum, ſimplex datur in acutis.

De tryphera ſaracen.

Tryphera ſimiliter eſt electariũ laxatiuum, & eſt duplex, vna eſt tryphera ſaracenica, alia tryphera magna, & iſta eſt de opiatis, ſed prima eſt vnum de electarijs laxatiuis. Tryphera ſaracenica hominem iuuenem reddit. vnde iuuentutem prolongat, lenit euacuando phlegma, in ipſa ſunt myroba. de ipſa poteſt dari vnc. j. vel 1. ſine periculo. De diaprunis autem, vel oxy. ſimplicis vnc. ij. vel iij vnde minus de tryphera debet dari, quia in ea ſunt myrobal. & myrob. citrini ſunt ibi baſis. vnde valet ictericis, & hepaticis, & in ſimplici tertiana, & in duplici de cholera, quia ipſam purgat.

Catholicon.

Catholicon laxat humores, leniendo, & dicitur ſic, quia eſt medicina vniuerſalis, & datur omnibus hominibus, & omnes humores euacuat, ſicut patet per ſua componentia. Sunt enim quædam, quæ melancholiam euacuant, quædam phlegma, quædam choleram, & poteſt dari in febricitante, & ſine feb. valde eſt bona medicina. vnde boni medici valde vtuntur iſto electario, quia nulla medicina poteſt quantum iſta poſſit, lenit pectus. polypodiũ eſt ibi baſis, parum eſt laxatiuũ, tamẽ aliquoties accidit, quòd multum euacuat. vnde experimento vidi, quòd cuidã mulieri dedi vnc. s. & duodecies aſſellauit. Similiter de oxy. ſimplici. xxj. vicibus aſſellauit quidam monachus, ſed non eſt vis in hoc quantumcunque faciant aſſellare, & non eſt periculum, quia non faciunt hoc niſi per accidens, & non fortiter attrahunt. In iſtis enim monachis, & mulieribus ſunt multi humores cõgregati in ſtomacho ex piſis, & fabis, & piſcibus. Et ideo ex leui cauſa multum ab eis euacuatur.

Vtrum medicina euacuatiua attrahat à venis.

VIſo quomodo medicina euacuat, & per quem modum, nunc quæramus, à quo ipſa euacuat. Et circa hoc, primo quæritur vtrum ipſa attrahat à venis, vel extra venas, & videtur, quòd à venis per Auicen. 4. lib. & per Raſ. 7. Almanſo.

Oppoſitum dicit Gal. 9. megatechni: dicit. n. hic morbus. i. ſynocha, de qua loquit hic, non eſt aliud niſi plenitudo cũ calore. plenitudinẽ autẽ oportet minui, & caloré infrigidari, q̃ ſi ſtultus medicus cogit hanc minuere cũ laxatiuo, & diuretico, neceſſario calorem augmentat; hæc n. medicina calida eſt. Itẽ impoſſibile eſt plenitudinẽ exiſtentẽ in venis laxatiuo purgari, nã hoc nõ attrahit niſi ea, quæ ſunt extra venas. Dices, q̃ verũ eſt, quia non euacuat humoré, qui eſt in venis. i. cuius proprius locus eſt extra venas, vt phlegma, cholera, & melãcholia. Contra, locus naturalis magis proprius eſt rei, q̃ accidẽtalis, ſed proprius locus humorum eſt in venis, quia in venis ſunt apti ad nutritionem, vbi ſunt cũ ſanguine, ergo, &c.

Dico, quòd euacuat à venis, & extra venas.

Vtrum humor in venis facilius euacuetur. quam exiſtens extra.

COnſequẽter quæritur, quis humor facilius euacuatur; an ille, qui eſt in venis; an ille, qui eſt extra venas, & videtur, q̃ ille, qui eſt in venis, quia 4. de iuuamẽtis membrorum dicitur. q̃ quanto eſt locus amplior, tãto ab eo attractio eſt facilior; ſed venæ ſunt ampliores quam membrorum raritates. ergo, &c. Contra quanto humor eſt amicabilior naturæ; tanto tardius attrahitur, vt patet de ſanguine qui fortiter retinetur à natura propter amicitiã: ſed in venis eſt humor amicabilior, quia eſt aptus ad nutritionem: alij enim ſunt ad iuuamẽtum, ſcilicet qui ſunt extra venas. ergo, &c.

Solutio. dicendũ, q̃ omnis humor per venas meſaraicas trahit ad ſtomachũ, excepto humore à capite rheumatizante ad meri Ille. n. humor à meri ad ſtomachum nõ trahitur per venas meſaraicas, ſed forte per alias venas, & excepto humore à pulmone euacuando. Et ſi humor à pede euacuatur. primo trahitur vſque ad medium dorſi, & poſtea ad chylim venã, poſtea ad hepar, poſtea ad meſaraicas, poſtea ad ſtomachũ, & poſtea ad inteſtina, poſtea ad anũ extra. Si à manibus attrahitur, primo attrahitur mediantibus venis exiſtẽtibus verſus collum: deinde ad ſpinã dorſi, deinde ad hepar, deinde ad meſaraicas, deinde ad ſtomachum; ſed non eſt ita de humore rheumatizante à capite, ſiue in vigilia, ſiue in ſomno.

Et ad auctoritatem Gal. q̃ medicina non euacuat humorem, cuius proprius locus eſt in venis, ideſt ſanguiné. Alij tamen humores non habẽt proprium locum in venis, quia non ſunt ibi, quantum ad propriam operationem, ſed ad alienam, quæ eſt nutritio. Cholera enim eſt ibi, vt faciat ſanguinem penetrare. Melancholia eſt ibi, vt ipſa ſanguinem inſpiſſet. Et phlegma, vt tempore neceſſitatis conuertatur in ſanguinem. Quia ergo non nutriunt niſi cum ſanguine, ideo nõ eſt eis proprius locus, quia in eo operationem propriam, quæ in eis debetur, nõ operatur in tali loco, ſed cũ alio, & per aliud cũ ſanguine; ſed cholera extra venas, & in inteſtinis habet ſuam propriã operationem, quæ eſt mordicare inteſtina, & per hoc expulſiuam confortare. Et melancholia in ore ſtomachi habet ſuã propriam operationem, quæ eſt appetitiuam confortare. Et phlegma ſuam propriam operationem habet in iuncturis, quæ eſt ipſas irrorando motum facere. Tales enim humores attrahit medicina, & taliũ locus proprie eſt extra venas. Et licet iſtud ſit verum, tamen non eſt hæc intentio Gal. in illo loco, ſed ſua intẽtio eſt hæc, quia in ix. megatechni dicit de ſynocho, &c

synocha, & dicit hic, ꝙ in synocha est plenitudo in venis. Differunt autem plenitudo, & abundantia, quia plenitudo est omnium humorum repletio, & æqualiter; sed abundantia est vnius humoris præ alijs tantum. Dicit, quòd medicina non euacuat plenitudinem existentem in venis. nam non euacuat, nisi ea, quæ sunt extra venas, id est, quæ faciunt plenitudinem extra venas. Isti enim humores non faciunt plenitudinem in venis, sed sanguis: ideo non euacuant ipsam plenitudinem: hæc enim est sua intentio. Aliam quæstionem soluit Auic. dicens, ꝙ humor, qui est in venis facilius attrahitur, quia propinquior est, & quia locus est amplior. tuum ergo argumentum procederet, nisi essent istæ conditiones.

Nota.

Vtrum medicina secessiua attrahat humores ad intestina, vel ad stomachum naturaliter?

CONsequenter quæritur, vtrum medicina secessiua attrahat humorem ad intestina naturaliter, aut ad stomachũ. Et videtur, ꝙ ad stomachũ secundum Serap. in vij. Itẽ per rationem sic vomitiua medicina hoc facit, ergo, & secessiua. Oppositũ dicit Auic. & Serap in vij. & ideo videbitur sibiipsi contrarius. Dico, ꝙ medicina secessiua attrahit humorem ad intestina naturaliter. Causa prima est, quia medicina secessiua nimis est inimica stomacho, ideo ab ipso cito expellitur ad intestina, antequã attrahat materiã, & tunc in intestinis existens attrahit materiã. Itẽ ipsa stimulando, vel mordendo stimulat stomachum, vt ab ipso ad intestina expellatur, & ideo cito ipsa expellitur, aut trahit ad locum; ideo ipsa trahit ad intestina. Item Fin Serap. si medicina traheret ad stomachum, & expelleret ad intestina, postea non esset motus ita ordinatus, sicut si ad intestina solum, quia ab intestinis ad stomachum traheret, deinde à stomacho ad intestina est inordinatio. Quarta causa est, quia dato, ꝙ medicina sit in stomacho, adhuc non traheret humorẽ nisi ad intestina, quia expulsiua intestinorũ fortior est, quam attractiua medicinæ, & ideo nõ põt attrahi vltra intestina. Quando dicis, ꝙ attrahit ad stomachũ Fin Serap. verũ est aliquando partem medicinæ quando medicina est vehementis attractionis, tamen raro accidit. Ad aliud pater, quòd non est simile, quia medicina vomitiua fortior est, quam secessiua: ideo potest vincere expulsiuam intestinorum, & ad stomachum attrahere. vnde si pondus denarij, aut oboli scammoneæ ponitur ad hoc, quod sit medicina secessiua, plus poneretur de scãmonea ad hoc, quòd esset vomitiua, & ideo periculosior est, ideo, &c.

De benedicta.

Benedicta dicitur, quia ab omnibus à quibus sumitur benedicitur, si detur habentibus infirmitates, contra quas inuenta fuit. valet ad guttam, arthreticam, & podagram ex ventositate. renes, & vesicam purgat, &c.

Catharticũ.

Catharticum imperiale. i laxatiuum, pro Imperatore, & alijs delicatis hominibus inuentum fuit, &c.

Paul.

Paulinum antidotum. Paulinum, ideſt magnum, antidotum ideſt contra datum, quia magnam virtutem, & efficaciam habet, &c.

Circa euacuationem per secessum quatuor sunt visa. Primum est, quæ sunt illa, quæ impediunt medicinam per secessum; & quæ sunt illa, quæ rectificant eã. Secundũ fuit modus præparandi corpora, quę debent euacuari. Tertium fuit, quomodo debet medicina præparari, per quam debet fieri euacuatio. Quartum fuit de nocumentis, quæ eueniunt corpori humano ex exhibitione medicinæ, & de remedijs contra ipsa.

Signa euacuationis completæ.

NVnc circa euacuationẽ adhuc duo videmus. Quorum Primum est de signis completæ euacuationis factæ per medicinam secessiuam. Secundum est de regimine patientis post euacuationem. Et primo dicamus de signis completæ euacuationis. Et sciendũ, quod completa euacuatio facta per medicinam secessiuã habet quatuor signa.

Primum est facilitas euacuationis, & leuitas patientis, quia dicit Gal. supra illũ apho 4 particulæ. In pharmacijs si qualia ducere, &c. quod cum æger sentit alleuiationem, signum est, quod materia nociua est expulsa; & facilitas euacuationis significat, quod materia est digesta, quæ euacuatur.

Secundum signum bonæ, & completæ euacuationis est sitis patientis Fin Hipp. in 4 particula. Quicunque in pharmacijs non sitiunt. & Auic. recitat hunc apho. Fin Gal. in v. & dicit, ꝙ habet calumniam, si intelligatur de siti ex quacunque causa veniat. Sitis enim potest inducisitis cau. quatuor de causis post euacuationem, vel post potionem medicinæ. Vno modo propter complexionem stomachi calidam, & sic. in talibus enim de facili inducitur sitis. Secundo modo propter materiæ caliditatem, & siccitatem inducentem caliditatem, & siccitatem in ore stomachi. Tertio modo propter humores calidos attractos, & commotos ad stomachum, à quibus fumi resoluuntur, qui os stomachi desiccant, & calefaciunt, & ad hoc sequitur sitis. vnde tunc habent sitim post quatuor sellas, aut quinque; & sitis ista tribus de causis veniens non est signum bonæ, & completæ euacuationis. Quarto modo causatur sitis à priuatione humorum, & membrorum inanitione, quæ inanita à stomacho trahunt, & ipsum desiccant, ex quo sitis oritur; & hæc sitis est signũ bonæ euacuationis. Videat ergo medicus ex quo sitis causetur; si enim videt, ꝙ iste est frigidus, & humidus, & quòd sit phlegmatis euacuatio, & medicina sit frigida, & humida aut non multũ calida, & sicca. tunc si habeat sitim, tunc est signum bonæ. & completæ euacuationis.

Tertium signum est somnus profundus, & hoc dicit Auic. lib. 1. sent. 4. c 4. Somnus profundus post solutionẽ ventris, & vomitum, signum est, ꝙ corpus est mundificatum, & ꝙ medicina contulit. Et idem Auic. 3. lib. ca. de subeth. & hoc idem vult Gal. supra illum aph. 3. particulæ. Cum volueris ducere, moue corpus cum volueris sistere, somnum fac, & noli mouere, cum enim post potionem est somnus profundus natura pacificata est. vnde à somno cognoscitur quies, & pacificatio virtutis.

Quartum signum est mutatio egestionis. vnde si in patiente purgetur phlegma, & prius habebat egestionẽ attestantem supra phlegma, & postea mutetur, bonum est, quia signum est bonæ euacuationis, & quia materia phlegmatica est euacuata, & si nõ mutetur, malũ est, vnde Hipp. in 4. particula apho. Egestiones nigræ malæ, & quantũcunq; colores fuerint plures, nõ malũ, sed bonũ, signum enim est, ꝙ pharmacũ euacuat materiam malã, & postea cum mutatur, signum est tunc, quod mala materia est digesta. Vnde semper in principio morbi, quia hoc non fit vi naturæ, sed morbi. Vnde 2 aph mutationes egestionum, &c. & hoc est verum in fine digestionis, ideſt post digestionem malæ materiæ, & non ante.

Regulæ post euacuationem obseruandæ.

NVnc videamus de regimine patientis post euacuationem. Et de hoc dantur decem regulæ.

Prima regula est de motu patientis, quia primum, quod iungitur patienti post exhibitionem medicinæ est motus, &c. ideo etiam prima regula est de motu, quia regitur patiens post exhibitionem medicinæ. Regula est hæc, quia sicut ante exhibitionem medicinæ patiens debet quiescere, ita post exhibitionem medicinæ patiens debet moueri, ne superfluitates aggregentur. Sed tamen sciendum, quod si medicina sit subtilis, tunc debet moueri per motum, ne virtus resoluatur, Si autem est crassa, debet paulatim moueri, vt medicina descendat inferius, sicut post exhibitionem cibi crassi, ne noceat ori stomachi, & citius à calore stomachi in fundo fortiori possit diuidi, & vt citius attraheret, & post cum habeat nauseam, non debet moueri, quia tunc augmentaretur. Vnde Auicenn. lib. j. capite. de exercitio. dicit, quod patiens debet quiescere, quousque anima eius sit sedata, quia anima trahitur propter ventositatem medicinæ. Vnde Auic. dicit capite prædicto, quòd non esset laboriosum eas bibere, nisi essent venenosæ, & per motum illum plus mouetur fumus venenosus medicinæ, quia secundum Hipp. 4 apho. motio

corpus

corpus turbat, ideo debet quiescere quousque dimittat A appetitum vomendi.

Secūda regula est de somno,& est, si medicina sit debilis sicut est, quæ datur in liquida substantia, tunc non debet iniungi somnus secundum Auic. in primo,ne natura fortificata in somno medicinam digerat, & virtus attrahendi à medicina auferatur. Sed si sit crassa, tunc debet dormire,vt natura eam diuidat.

Tertia regula est,vt post exhibitionem medicinæ bonum est,vt detur succus stypticus, vt succus mali granati,aut succus vuæ agrestis,vt per hoc confortetur stomachus,ne materiam aliunde recipiat, vt per hoc vomitus impediatur, & prohibeatur. bonum est tamen, vt ante exhibitionem istius succi stiptici detur aqua calida, vt lauet stomachum,& impediat portionis alicuius inhærentiam stomacho, & deinde cōfortetur cum succo stiptico,ne humores recipiat,& hoc vult Hipp. & Gal. in v. acutorum, quod debet dari aqua hordei post exhibitionem medicinæ propter causam dictam. B

Quarta regula est,vt post exhibitionem medicinæ,& & confortationem oris stomachi per prædicta, bonum est,vt supra ventrem ponantur calida, non vehementer tamen, quia si essent vehementer calida attraherent in contrarium medicinæ. Illa autem calida faciūt ad attractionem medicinæ,quia cum medicinæ associatur caliditas,fit fortior attractio secundum Gal. in v. simplicis medicinæ,& iuuat ad hoc,vt medicina cito diuidatur à calore naturali, & citius operetur. vnde bonum est ponere pedes in aqua calida,quia per hoc totum corpus calefit, etiam bonum est tegulam aliquantulum calidam supra ventrem ponere,& hoc vult Auicenna.

Quinta regula est, quod cū medicina incipit operari, tunc patiens debet moueri paulatim,quia per hunc motum medicina ad inferiora descendit,& per hoc nocumentum eius impeditur. & secundum Galenum motus iste iuuat ad motum humorum,& per hoc facilius expellitur,& hoc vult Gal. 2. acutorum,& etiam Rasis. C

Sexta regula est,quod patiens non debet comedere, nec bibere postquam medicina incipit mouere, quousque completa sit euacuatio, vt per hoc virtus medicinæ impediatur, excepti tribus casibus. Primus casus est quando stomachus est calidus,& siccus;ne igitur ista caliditas,& siccitas intendatur, & febris consequatur,bonum est dare aquam calidam, aut syru. vio. & hoc vult Gal. in 2. acutorum. Secundus casus est, quando multa cholera ad stomachum venit, quæ inordinationem, & læsionem,& corruptionem inducit,aut ibi remanens putrefit,& fœtorem facit. Tertius est cum patiens magnā famem habuerit, antequam medicina suum opus compleuerit,tunc dādus est cibus,antequam medicina suam compleuerit operationem, & aliquoties accidit, quod nimis tarde mouet,vt per vnum diem,aut duos, & tunc non debemus expectare completam euacuationem, sed debemus dare micam panis intinctam in aliquo succo confortatiuo,& aromatico. Ne ergo febris fiat,& fames nimis intendatur,& fiat corporis deficcatio, bonum est D tunc eos aliquo succo confortante, vel cibo,non tamen impediente attractionem medicinæ,dietare.

Septima regula est,quod post euacuationem completam debet somnus iniungi, licet apud quosdam medicos non sit bonum,cum dicant,quod non inueniatur ab auctore aliquo,& ratio eorum secundum Auic. est,quia somnus stomacho inanito non debet prouocari secundū Auic. Gal. tamen dicit supra illum apho. 4. particulæ. cū volueris ducere elleborum, &c. quia somnus debet iniungi post medicinam; quia sicut per medicinam natura irritatur,ita in somno,& quiete confortatur.

Octaua regula est,quod post somnum debet comedere parum, quia virtus est debilis. ne ergo cibo multo succumbat,dandus est paucus cibus, & hoc dicit Gal. 1. & 2. aph. & in lib. acutorum dixit idem. vnde quanto plus euacuatur,tanto minus comedatur,eo, quod plus est debilitata virtus. Et quanto minus euacuatur,tanto plus comedat. Est tamen sciendum,quod iste cibus debet diuersificari post euacuationem secundum diuersitatem euacuationum factarum per medicinas,& secundum diuersitatem patientium. Aliquādo enim phlegma euacuatur,& est patiens complexionis frigidæ,& tunc post euacuationem factam per medicinam bonum est dare cibum calidum,incisiuum,secundum Auic. in 1. vt nasturcium,& causa est, quia cum portio materiæ sit euacuata,& non tota,quia totā non debemus euacuare propter virtutis debilitatem,tunc per illum cibum calidum incisiuum datum, residuū materiæ consumetur,& stomachus calefit. si cholera euacuetur,& stomachus sit calidus,bonum est, vt detur lactuca primo: præterea post euacuationem,bonum est dare aquam calidam,vt lauet intestinum,antequā cibus sumatur. Sed aliqui dāt aquā frigidam post euacuationem,& post phlebotomiam: sed hoc est malum,nisi in casu vno scilicet quando dolor est in hepate, & calefactio est ibi propter incensionem,& motum choleræ. ideo tūc est bonum dare aquam frigidam,eius incensionem mitigantem. In alijs casibus nocet,quia frigidum actu est inimicū membris neruosis.

Nona regula est,quia secunda die post prædicta debet intrare balneum, nisi fit multum debilitatus, tunc non detur,sed si fit fortis, tunc secundum artem die secunda debet intrare balneum,secundum,quod vult Auicen. in primo: licet antiqui dicant contrarium. Vnde qui euacuatur,secunda die intrat balneum,attamen eadem die, in qua data est medicina, non debet intrare balneum. Vnde cum nos timemus nimium fluxum ventris,& balneum stringit ventrem,secundum Gal. 3. acutorum. *Nota.* supra illam partem,balneare humidum habētibus ventrem,balneum stringit ventrem trahendo materiam ad partem oppositam. Itē dicit Gal. 3. aph. super illo apho. in temporibus calidis pluuiosis,&c. balneum trahit materiam,vel humorem ad exteriora; sed si timeamus nimium fluxum ventris, tunc balneum debet secunda die dari, quia euacuat residuum materiæ; medicina enim humores mouendo, fumi ad cutem eleuantur, qui per balneum postea euacuantur. & cum hoc, quia per balneum deficcatum corpus per medicinam humectat, quod autem residuum est materiæ, euacuat, & humectat. hoc dicit Gal. 3. apho. balneum euacuat, quæ cuti vicinantur,&c.

Decima regula est,quod vltimo, scilicet die tertio debet fieri phlebotomia,quia mali fumi ab humoribus resoluti inficientes humores euacuātur, qui si ibi remanerent corruptionem in humoribus inducere possent.

De tribus electarijs.

REstat dicere de tribus electarijs tantum. Quorum primum est Benedicta. Secundum catharticum imperiale. Tertium est Paulinum.

Benedicta dicitur,eo,q; ab omnibus sumentibus eam benedicitur. Istud autē electarium fm Nicolaum à dominio euacuat phlegma, sed credo, q; non est verum,si inspiciamus ad eius receptam. Est enim ibi de diagridio vnc. v. & huiusmodi, & turbith, &c. sed scrup. j. de scāmonea magis euacuaret,& dominaretur in euacuando humoré,ad quem habet aspectum. quam dra. j. vel ij. turbith,& huiusmodi, aut aloes. Si vero volumus per eam euacuare phlegma,debemus scammonēā diminuere,aut alia augmentare, quæ phlegma euacuant,vt aloe, agaricus,& turbith; intantum,q; dominētur in euacuatione phlegmatis, respectu scammoneæ in euacuatione choleræ. In hoc electario turbith radix est basis,& ideo de eo videamus. Turbith est quędā radix calida,& sicca, illud autē,quod est albū cōcauum,est melius,& expellit humores contētos in stomacho,& intestinis,& illud,qđ euacuat phlegma est subtile, quantum est de se,sed cum zingibere euacuat crassum phlegma fm Auic. Item adustum humoré euacuat, sed differēter scilicet,quia ipsum euacuat,cum datur in liquida substantia, sed cum datur in puluere, euacuat phlegma. vnde Rasis iij. Almanso. facit puluerem de hoc valde bonum ad phlegmatis euacuationem,ita, quod accipitur de turbith secundum,qđ competit ad ægritudinē, & ipsi patienti, quia aliquando *De benedicta.* *Turbith.*

plus, aliquando minus, & in ſubdupla proportione de zingibere, & de zuccharo quanto de omnibus iſtis. vnde recipit drach.x.turbith,& zingib. drach.v. zucchari drach.xv. & hoc eſt valde bonum,quia ſecundum,quod poſtea videbitur, primo debet de baſi medicinæ accipi quantum competit patienti, & poſtea in ſubdupla proportione de iuuamento, vt zingib. dra. v. cum acceptæ ſint turbith drac.x. Et quia iſta ſunt calida,& ſicca,ideo ad repreſſionem caliditatis, & ſiccitatis eorum,apponitur de zuccharo quantũ de illis duobus. Benedicta purgat phlegma à iuncturis, & renibus, & veſica. vnde valet, dicit Nicolaus,ad arthreticam,& podagrã. Sũt enim aliqua,quæ cõfortant ſtomachum, quia ſcammonea eſt inimica ſtomacho,vt garyophyl.roſ.&c. Vnde iſta ſunt ibi refrænantia malitiã medicinæ. Aliæ ſunt ibi medicinæ ſimplices, quæ liquefaciunt phlegma in renibus,vt ſaxifragia,milium ſolis; aliæ,quæ in iuncturis,vt macropiper,aſparagus,carui, fœniculus,&c. aliquid quod confortat Cor,vt macis,& crocus, quia ſcammonea eſt inimica ſtomacho, & cordi. ſal gemma eſt ibi,vt medicinã faciat deſcendere citius, ne ſtomacho nocear,& ſunt ibi aliquæ medicinæ,quæ ducunt alia,& liquefaciũt phlegma,ac incidunt: vt ſemen fœniculi, carui,&c. & ſunt ibi huiuſmodi,quæ habent aſpectum ad iuncturas;attrahũt enim phlegma à iuncturis, & confortant ſua ſtypticitate,quam habent,iuncturas,ne materiam recipiant,& ideo cum volumus dare Benedictam, propter membra iuncturalia debemus eam cum alio componere, quam ſit hic,quia debemus augmentare huiuſmodi, eo, q̃ ad hoc habeat aſpectũ. Et tunc vocatur Benedicta cum hermodactylis; ſed illa,quæ ibi ponitur vocatur Benedicta abſolute. De iſta ſine acumine bene pót dari vnc.s. ſed ſi acuãtur cũ ſcãmonea, vel eſula ad p'us vnc.iij. vel vnc.ij.

Et notandũ ſm Raſim, turbith non habet ſtænum, quia manifeſtum nullum nocumentũ inducit corpori.

De cathartico imperiali.

Catharticum imperiale,catharticum.i.laxatiuũ,imperiale,quia factum fuit propter Imperatorẽ,euacuat oẽm humorem,choleram,phlegmam, & melancholiam; & eſt multum calidum, quia in ſe multam caliditatem habet, trahit phlegma à capite. non detur in feb.tertiana, cuius materia eſt cholera pura; quia calida eſt,non debet dari niſi materia digeſta: datur.n.quotidianarijs,quartanarijs,& tertianarijs,cũ tertiana eſt nota,& compoſita, ex cholera,& phlegmate.euacuat humorẽ contentum in pectore,& tunc datur cũ decoctione liquiritiæ,&c. Vnde regula eſt bona, q̃ cum datur medicina aliqua debet dari cum decoctione aliquarum medicinarum ad hoc valentium,vt membrum conforter. poteſt dari ſanis,& ægris. vnde ſani aliquando de ipſa ſine digeſtione recipiunt drach.j.vel ij. Sed melius eſt poſt digeſtionem,vt ſi velis dare catharticum imperiale ad euacuationẽ phlegmatis,fac digeſtiuum ſyrupum ex calidis; ſi choleram ex frigidis, & tunc materia digeſta poteſt accipere de quarto in quartum dra.j. aut ij.ſecundũ,quod competit.vnde ſecurius datur poſt digeſtionem, quam ante. cum in eo ſit ſcammonea, tñ poteſt dari ante digeſtionem dra. ij. quia habet ſecum digeſtiua,& euacuatiua, & ægris ante digeſtionem dra. ſemis. & euacuat omnes humores. Sed cum cholera,tunc debet acui cum ſcammonea. Sed cũ phlegma cum pulpa,aut eſula: quando melancholiam, cum lapide lazuli,& hoc ſecundum, quod competit.

De paulino.

Paulinum eſt medicina debiliter euacuans,& eſt bonum ad euacuandum in tempore calido in fine Veris,& in principio æſtatis,& eſt bonum ad tentandum,vtrum pariens ſit leuis ad ducendum. Vnde in ſero.t.veſpere ſi detur de paulino dra.j. aut dra.ij.& ducatur. ſatis facilis eſt ad ducendum, ſi non, difficilis eſt,euacuat phlegma, & melancholiam; ſi autem acuatur cum ſcammonea, euacuat cholerã. Ipſo vtimur in corroſione carnis mortuæ in dente, cum puluerizatum eſt, ſupponitur dentibus; habet enim in ſe multas gummas calidas,& corroſiuas. Item ſi fiat cum decoctione myrthæ in aqua, & tunc paulinum diſtemperetur in aqua,& denti dolenti apponatur,aufert dolorem dentis ex rheumate,quia in ſe habet multas gummas calidas conſtrictiuas, propter quod conſtringit fluxum rheumatis,& prouocat menſtruã, ſi diſtemperetur in decoctione artemiſiæ,& per peſſarium in matricem injciatur.Idem faciet ſi per matricem fumus iſtorum recipiatur. Solebat etiam eſſe opiata,ſed modo eſt laxatiua,& nõ debet in ea poni opiũ cũ datur ad laxandũ. iſta medicina prouocat menſtrua, & præparat ad conceptum,& facit ea,quæ dicta ſunt.

De paſſione medicinæ.

Dubiũ pul. chrum.

Dicto de operatione medicinæ,dicamus de eius paſſione,& circa hoc quæritur, vtrũ medicina debeat conuerti in eundem humorem, quẽ ipſa attrahit,ſi à natura vincatur,ita,quod non poſſit vllũ humorẽ attrahere,quia de hoc eſt controuerſia inter Gal.& Auic. Et vr̃, q̃ non,quia dr̃ primo ſimplicis medicinæ, q̃ cibus patitur,& medicina agit; & hæc eſt differẽtia inter illa,ergo medicina non patitur, ſed ſi conuerteret in humorẽ,quẽ attrahit,pateretur,ergo,&c. Item Auic.in 1.dicit,q̃ illud quod nullo modo conuertit̃,ſed agit,eſt medicina;ſed tale in humorẽ conuertit̃, & loquitur illic de medicina alterãte, ergo à fortiori ratione de medicina euacuante, cũ ipſa ſit magis actiua,& corpori humano magis cõtraria. Item nihil reſpectu eiuſdem agit,& patitur; ſed medicina agit in humorẽ,ſiue in mẽbrũ, ergo nõ patitur ab humore,ſiue à membro. Itẽ Auic.in 1.dicit,q̃ verbũ illius, qui dicit,q̃ medicina conuertit̃ in humorẽ,quẽ attrahit, non eſt aliquid.ergo,&c. Oppoſitũ dicit Gal.3. ſimplicis medicinæ.ſ. q̃ tanta conuenientia eſt inter medicinam,& humorem, quem attrahit, quod conuertitur in humorem,quẽ trahere debet,ſi ipſum non trahat,vt carta.i. ſe.cro.hortenſis in phlegma,quod debet trahere.

Solutio. Ad hoc dicendum eſt,quod duplex eſt medicina. Vna euacuans fortiter,& alia euacuans debiliter. Fortis nunquam conuertitur in humorem, quem trahit,& hæc fuit intentio Auic.Sed debilis poteſt eſſe ſecũdum Gal.vt cartamum in phlegma. Sed quomodo poteſt cartamum conuerti in phlegma,cum ſit calidum,& ſiccum,dubium eſt. Aliqui dicunt ſic,cartamum ſi non trahit phlegma, circũdatur à phlegmate,& à phlegmate circumdante in phlegma conuertitur. Sed quæritur vnde phlegma veniat,cum ipſum non trahat medicina, vt ſuppoſitum eſt. Item in humore non eſt virtus,ſed in membro, ergo phlegma non conuertet cartamum in phlegma,ſed magis membrum. Dico,quod cartamum trahit phlegma à proprietate ſua, vnde Gal. non trahit cartamũ phlegma,quia ſit phlegma, ſed quia eſt phlegmaticum;& nõ eſt dictum, quod in ſe habeat phlegma; ſed eſt dictum, quod in eo eſt tota ſpecies, ſiue proprietas,quæ dicitur tota ſpecies, per quam ipſum habet conueniẽtiam, & proportionem cum phlegmate, vt ipſum attrahat. Illa autem proprietas eſt caſus elementorũ proportionabilis in cartamo,& phlegmate,vel idem ſecundum, quod debet eſſe idem: ibi enim eſt eadem forma generalis,ſiue proprietas in vtroque, veruntamen eſt in cartamo actiua,& in phlegmate paſſiua,& per iſtum caſum elementorum proportionabilem inter iſta natum eſt vnum attrahere aliud, ſecundum, quod vnum completius habet iſtum caſum,quam aliud; cum enim a natura poſſit tolli iſta virtus actiua, propter remotionem iſtius completi, tunc fit deuentum ad iſtum caſum elementorum proportionabilẽ phlegmati,& tũc in phlegma conuertitur. Quando enim illa potentia non eſt in miſto, nec in illa conuenientia, tunc illud eſt venenoſum alteri. Et ſecundũ,quod iſta potentia magis eſt propinqua, & ſecundum hoc citius conuertitur caro pullina, quam bouina, quia caſus elementorum proportionabilis in pullo reſpectu corporis humani non eſt ita remotus,neque eſt ita latens ſub tot diſpoſitionibus cõtrarijs,quæ per diſpoſitionem, & alterationem mouentur, ſub quo eſt caro bouina,vnde dico,quod ſi natura veneni poſſet à veneno remoueri,& remaneret forma miſti, fieret cibus. vnde conuenit ei ſub ratione, qua miſtum, non ſub ratione qua tale miſtum, & ſ. vt prius loquebatur, non conuenit ei in forma, quæ ſupra miſtionem incom-

incompletam addit: cõuenit tamẽ ei facta reſolutione ad A miſtionem; vnde ſub forma completa, quæ eſt venenũ, & ſimiliter eſt in cartamo, quia differt à phlegmate ſm ꝙ cartamum cõuenit ei ſub ratione qua miſtum: ſm, quod in eo eſt caſus proportionalis reſpectu phlegmatis.

Dico ergo, ꝙ cum medicinæ virtus attractiua vincit virtutẽ ipſius membri, tunc trahit humorem ad ſe, cum aũt vincitur virtus attractiua medicinæ à virtute mẽbri, & corrũpitur, tunc remanet potẽtia ad phlegma, & conuertitur ad phlegma, licet ſit calidum, & ſiccum cõplexione, ſub ratione, quia cartamũ eſt, tamen in eo cõplexio proportionalis reſpectu phlegmatis, ſicut miſtio proportionalis miſtioni, ſicut n. cauſæ, ita effectus effectui proportionatur. eſt. n. cartamum phlegmaticum, & habens complexionem, per quam conuertatur in phlegma, ſi natura eius vincatur, & hoc nõ fit à phlegmate, ſed à natura.

Ad primum argumentum cum dicitur, agit, ergo non patitur, verum eſt ab humore, in quem agit; patitur tamẽ a membro, ſiue à natura. Vel dicendum, ꝙ natura ſua, per B quam agit, vincitur per virtutem membri fortius reſiſtẽtem, & corrumpitur, & patitur, & ita cibus fit. Ad Aui. dico, ꝙ Auic. reprehendit ipſum in hoc, ꝙ dicit medicinã conuerti in humorem, eo, quod conuenit cum eo in forma, & arguit contra eum, quia tunc phlegma, &c. Sed hæc non eſt intentio Gal. vt patet per dicta, ſed intendit, ꝙ cõuenit cum eo in proprietate, quæ dicta eſt, ita, quòd in eo eſt conuenientia non forma actualis, ſed eſt ibi potentialis conuenientia; in vno tamen actiua, & in altero magis paſſiua, vt ſunt ſub ſuis formis ſpecificis. eſt. n. deuenire ad talem proportionem in eis, vt vnum alteri ſit idem, ita, ꝙ vnum in aliud conuertitur, vt viſum eſt.

Picra. i. amara, Gal ab ipſo auctore, qui ipſam inuenit, valet ad oẽm capitis frigiditatem, & ſtomachi digeſtionem. &c. Pilulæ ante cibum, & poſt. ℞. ligni aloes, &c.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, ſic intellige pilulæ à rotunditate dictę ſunt: ſine quibus eſſe nolo, propter earum magnam efficaciam, &c.

De euacuatione, quæ fit per vomitum.

SVperius viſum eſt de euacuatione, quæ fit per ſeceſſum. nunc dicamus de illa, quæ fit per vomitum. Et de hoc duo ſunt inquirenda. Primum eſt de his, quę ſunt fienda ante exhibitionem medicinæ vomitiuæ. Secundum eſt de his, quæ facienda ſunt poſt exhibitionem medicinæ vomitiuæ. De primo dantur ſex regulæ.

Prima regula eſt, ꝙ debemus cauere medicinam vomitiuam fortem in quinque caſibus. Primus caſus eſt de illis, qui habent pectus ſtrictum, & membra ſpiritualia debilia: talibus enim non debet dari medicina vomitiua. hi enim non poſſent pati fortem vomitum per Gal. in apho. Vomitus laborioſior eſt Seceſſu. Ideo tales non debent euacuari per elleborum vomitiuum. Vnde. 4. apho. phthiſicos metuẽtes ad ſuperiorem pharmaciam. phthiſicos, ſcilicet habitu, vt ſunt illi, qui ſunt diſpoſiti ad phthiſim, vt illi qui habent collum gracile, & pectus ſtrictum, & ſimilia. Secundus caſus eſt, quòd illi, qui ſunt apti ad ſpuẽdum ſanguinem, non debent euacuari per vo D mitiuum, ne ex nimio conatu ad vomendum ſequatur ſpurus ſanguineus, quod eſt malum, quia ſanguis vndecũmq; fluat ſuperius eſt malum. Tertius caſus eſt, quòd non conſuetis vomere non debet fieri vomitus fortis, eſſet enim tunc valde ſubita mutatio. ſ. à non vomente ad fortiter vomentem, quibus quidem vomitus eſt valde laborioſus, & ita eſſet ibi multus labor.

Quartus caſus eſt, ꝙ pingues non debent euacuari per vomitũ, quia pingues habent ſtrictas venas, & ideo materia attracta ſuperius ex conatu nimio ad vomendum ſtomacho timendum eſt de ruptura venarum. Quintus caſus eſt, ꝙ non debet dari medicina vomitiua illis, qui ſunt diſpoſiti ad ſynanchen, & de facili incurrunt eam: ſicut ſunt illi, qui habẽt membra ſuperiora verſus gulam, in qua parte fit ſynanche, debilia, illa enim membra debilitate ſua ſunt impotentia materiam ad ſe tractam per medicinam vomitiuam expellere, quæ ibi aggregata remanens facit apoſtema ſynanchicum.

Secunda regula eſt, ꝙ antequã detur medicina vomitiua fortis, debet patiens diſponi ad vomendum, niſi ſit diſpoſitus, quia ſi eſſet habilis, & diſpoſitus ad hoc, iſtud ſufficeret. primo ergo debemus ip um diſponere, exhibendo ei medicinam debilem vomitiuam.

Tertia regula eſt de illis, quæ debent diſponi ad vomitum, & quæ faciunt ipſum debiliter vomere. ſi enim volumus fortem vomitum, demus antea rem leuem facientem leuiter vomere, vt diuerſos cibos ſimul, ciborũ enim diuerſitas ſtimulat ſtomachum ad expellendum, & vomendum. Cibi enim aſſumptio vnius, reddit ipſum aui *Diſſonum Aui. conci-liatio.* dum in retinendo, & in ipſo delectatur ſecundum Auic. in 1. licet videatur dicere contrarium primo lib. c. de faſtidio, ꝙ comeſtio vnius cibi ſolum generat faſtidium, & hoc eſt verum in diuerſis menſis, nó tamen in eadem menſa, ſiue comeſtione. Sed e conuerſo reddit ſtomachũ auidum. Bonum enim eſt nunc comedere vnũ cibum, eras de alio, & poſt eras de altero; ne per comeſtionem vnius, & eiuſdem cibi qualibet die faſtidium generetur: ſed in vna menſa plura comedere, faſtidium facit.

Item cibi prępparantes ad vomitũ debent eſſe pingues, *Quare pinguia vomitum excitẽt.* quia tales habent multum dẽſum aerẽ in ſe, propter quod natant in ore ſtomachi, & ſecum materiam deferendo ipſum ad ſtomachi orificium eleuãt, & faſtidium generãt, & etiam multa vini potatio præparat ad vomẽdum. Vnde ſecundum Auic. in primo antiquitus ſolebant inebriare ſe ſemel, aut bis in menſe, vt vomitum prouocarent.

Quarta regula eſt, qui vult facere vomitum, & leuem facere, faciat ipſum ieiunus; licet leuius fit poſt cibũ, quia cibus corrumpitur ibi ab humoribus attractis, qui corruprius cum humoribus in ſtomacho exiſtens ſtimulat ſtomachum ad expulſionem ſui per vomitum. Sed vomitus fortis non indiget ſtimulante, niſi medicina data, & humoribus per eam attractis. Item, quia humor motus maius nocumentum inducit naturæ quam quies, ideo ipſe ſtimulat naturam ad ſui expulſionem.

Quinta regula eſt, ꝙ cum triplex ſit vomitus. ſ. fortis, *Vomitus triplex.* C debilis, & mediocris. Primus fit per elleborum. Secundus fit per ſemen raphani, ſemen rutæ, pulegium montanum, ſemen cæpæ, & porri. Mediocris fit per elleborum intinctum cum raphano, ſiue infixum; ita, ꝙ raphanus habeat ſolum odorem ellebori ſm Aui. & debet hoc modo fieri. Radix raphani debet ſcindi, aut partiri, vel perforari, & elleborus debet poni ſub illa figura: & hoc adhuc exiſtente raphano in horto, & dimittatur per duos dies, aut per tres, & tunc ille raphanus habebit odorem ellebori, & non ſubſtantiam, & iſte eſt ſecurus vomitus.

Sexta regula eſt, quod primo antequam fiat vomitus fortis, debet præparari patiens, & debet dari ei vomitus debilis hoc modo. Primo debet accipi raphanus, & ſcindi per rotulas, & iſtæ rotulæ debent poni in oxymelle ſimplici, aut diuretico, aut ſcillitico; & debet dari ad comedendum vna rotula qualibet die vſque ad diem quartũ, & in quarta die cum hoc debet dari patienti de oxymelle, in quo fuerunt illæ rotulæ raphani cum decoctione ſemitis rapha. ſc. porri, & cæpę. D

Regulæ poſt vomitum ſeruandæ.

Viſa ſunt, quę facienda ſunt ante vomitũ. nũc videamus quæ fienda ſunt poſt vomitum, de quo ſunt ſeptẽ regulæ.

Prima regula eſt, ꝙ poſt exhibitionem medicindę debẽt oculi ligari cum plicis manuterginorum ſm Auicen. in primo, ne lædantur in vomitu, quia oculi in vomitu ſunt multũ grauati, quia multum cõpatiũtur ſtomacho.

Secunda regula eſt, quòd patiens debet moueri poſt exhibitionem medicinæ, & vomere in meridie, quæ hora eſt calidior diei; motus enim iuuat medicinas ad expellendum, quia per motum mouetur, & caliditas trahit humores ad ſuperiora, ideo illa iuuat ad vomitum.

Tertia regula eſt, poſt vomitũ cõpletum debent os, & facies lauari cũ aceto, & aqua tepida, et ſi parum de cinnamomo ponatur, hoc eſt bonũ, & hoc duabus de cauſis. Primo, vt per hoc auferatur mala materia, & ſapor mali fumi in ore remanẽtis, ideo os debet lauare cũ facie. Secũdo, quia

vomitus

Rete. vomitus nocet dentibus, ideo oportet os lauari. vnde videmus, ꝙ ſæpe vomentes habent dentes turpes valde, & humis duplex eſt cauſa. Vna cauſa eſt, quia materia calida ad ſuperiora trahit, quæ continue neruos debilitat, & laxat, ſicut balneum, quod neruos debilitat, cum nerui ſint phlegma coagulatum. Secunda cauſa, quia illi, qui ſæpe vomunt, hoc faciunt inordinare; quia illi qui poſt comeſtionem ſtatim vadunt dormitum, & poſtea vomunt, & hoc eſt malum quia natura cibum digerere incæpit, incomplete tamen, qui quidem cibus poſt indigeſtionem fit acetoſus; acetum enim dentibus nocet, & ideo melius eſt immediate poſt cibum euomere, antequã natura incipiat digerere. Malum eſt tamen quotidie, vel ita ſæpe euomere, ſicut faciunt aliqui, qui vomunt, vt poſſint melius comedere, ex hoc enim labore debilitatur natura multum, & hac de cauſa Gualterius de Cruce Epiſcopus Carnodenenſis fuit mortuus, quia conſuetus erat vomere, & vna vice conſecutus fuit languis, & ita mortuus fuit, quia bene vnam quartam, & plus ſanguinis per os vomendo emiſit.

QVARTA regula eſt, ꝙ poſt vomitum cibum accipere retardet, quia ex vomitu multum natura debilitata eſt, & ideo ſtatim malum eſt cibum accipere, ſiue obiectũ; ſupra quò oporteret ipſam operari. quare oporteret ipſum morari, quia non poſſet complete digeri.

QVINTA regula eſt, quòd poſt vomitum retardanda eſt phlebotomia vſque ad tres dies, quia natura per vomitum multũ debilitata adhuc plus per phlebotomiam debilitatur.

SEXTA regula eſt, quia vomitus multum nocet ſtõ; & ideo debemus poſt vomitum ſtõm confortare cũ ſtypticis aromaticis, vt cum vino condito cum cinnamomo, quia cinnamomum eſt aromaticum, & ſtypticum.

SEPTIMA regula eſt, ꝙ ſi timemus, quòd vomitus nimis remaneat, aut perſeueret; debemus ipſum impedire, ligando fortiter extrema, diuertendo fluxum humorum ab ore ſtomachi; & ſtomachum confortando per emplaſtra ſtyptica, vt cum roſ. &c. præterea ponendo pedes in aqua calida, vt materia exterius trahatur, & ab ore ſtomachi diuertatur.

Rex ante vomitum faciendæ.

COnſequenter reuertamur ad regulam rerum faciendarum ante vomitum. Et de hoc adhuc ponantur tres regulæ.

Prima eſt, ꝙ cum alicui aliquam oportet vomere choleram ardentem, ante vomitum debet cholera infrigidari per frigida ſtyptica ſupra ventrem poſita; vt per ſuccum cytoniorum, & ſimilia.

Secunda regula eſt, ꝙ vomitus à ſtomacho per ſe, & immediate euacuet, & ab alijs membris hoc faciat, hoc eſt mediante ſtomacho.

Tertia regula eſt, ꝙ vomitus eſt cõpetens in ægritudinibus longis, quarũ materia eſt frigida, & in quibus materia eſt coanguſtata; quia talis materia indiget forti euacuatione eradicãte, & quia vomitus eſt euacuatio fortis; ideo competit. vnde in paralyſi, in quartana, quotidiana, podagra, iſchiatica, arthretica, &c. cõpetit; quia materiã craſſam, & frigidam attrahit medicina vomitiua.

De medicinis.

VSque huc viſum eſt de electarijs, & ſyrupis. Nunc videamus de medicinis, & quantum ad iſtam lectionem ſpectat, dicamus de tribus harum. Prima eſt picra Gal. Secunda pilulæ ante cibum. Tertia pilulæ ſine quibus eſſe nolo. Videamus ergo de picra Gal.

Notandũ, ꝙ in antido. Nicolai ponuntur duæ picræ. Vna, quæ vocatur picra Gal. & eſt illa, quam vocat Aui. & Gal. hieram picram abſolute, & hæc eſt ſimplex.

Alia eſt, quæ vocatur hiera picra, quæ ab Aui. vocatur diacomiſtidos; & in iſta eſt pulpa. vnde prima eſt ſimplex, & ponit eã Raſis. ix. Almanſo. & Serap. in. v. iſta quę hic vocatur picra ab Auic. in. v. hiera picra abſolute, & à Gal. in. v. interiorũ, hiera picra ſimiliter abſolute eſt preſentis ſpeculationis. Et ſciendũ, ꝙ hæc eſt ſecuriſſima, & valde bona, & euacuat phlegma inuiſcatũ in ſtomacho, & in capite. vnde ſtõm purgat valde bene à materia in eo contenta, valet in paſſionib. oculorum ex ſtõ, ſicut dicit Gal. in v. interiorũ. Itẽ à capite attrahit. vnde Serapio in fine. vij. dicit, ꝙ ipſa rectificat rete mirabile, qđ eſt in ca.

Item euacuat malam materiã, & bonam dimittit ſm Auic. in iij. Item euacuat leuiter humores ſine moleſtia.

Item nõ attrahit à partibus remotis, vnde dicit Aui. ꝙ non tranſit hepar in ſua euacuatione, purgat caput, & euacuat materiã, ex qua fit colica, eũm fit ex phlegmate in inteſtinis inuiſcato, & attrahit materiam, ex qua fit paſſio iuncturarum, & maxime quando materia in ſtomacho abundat, illa vocatur hiera picra. i. amara, & dicitur ſacra à quibuſdam, quia partes ſacras euacuat, ſed nõ eſt verũ; ſed dicitur ſm Auic. in v. ꝙ eſt medicina diuina, quia ſicut diuina res agit occulte, & ſine ſtimulatione, ita iſta medicina agit occulte, & cum ſapientia. vnde dicitur hiera quaſi ſalua, quia ipſa ſaluat, & non facit læſionem; propterea fuit inuenta hiera ab antiquis, quia medicinæ ſimplices læſionem manifeſtam inducebant, vt pulpa, &c. Illa autem occulte. i. non inducendo aliquam ſenſibilem læſionem, euacuat humores illaudabiles à ſtomacho, & capite, relinquendo laudabiles. Ibi eſt aloe baſis, *Aloe.* & eſt triplex. ſ. ſuccotrinum, hepaticum, & cabalinum melius eſt: & eſt calidum, & ſiccum in tertio; mundificat ſuperfluę cholerica à capite & phlegmatica à ſtomacho. aliquando autem lauatur, aliquãdo non, quando autem aloe abluitur, minus laxat ſtomachum, & ipſum cõfortat magis. Aloe vero non ablutum magis laxat, & minus confortat.

Tu dices, ꝙ Ga. vij. megatechni. dicit ꝙ aloe ablutum magis laxat, verum eſt quã alia, de quibus illic facit mentionem; nõ tamen magis, quam non ablutum. vnde ipſe dicit illud comparando aloe ablutum ad alia, non ad ſeipſum non ablutũ. de eius n proprietate eſt ſtomachum confortare, cum ſit ſtypticum, & amarum. vnde Serap. in vij. quamuis omnes aliæ ſimplices medicinæ inferant nocumentum ſtomacho: tamen aloe ſtomachum confortat. Aloe autem nocumentum facit, quia ſtomachum excoriat, quia diu remanet, & eſt tardæ operationis. ideo propter ſui remanentiam nocumentum inducit. vnde in diebus frigidis datum, aliquando facit mingere ſanguinem, hoc non facit ipſum attrahendo, cum nulla medicina ipſum attrahat; immo hoc eſt ipſum debilitando, & nocumentum inducendo. vnde nocet hepati, quia contra nocumenta medicinarum debemus adhibere refrænantia illa nocumenta: ideo contra primum nocumentum debemus cum aloe admiſcere bdellium, excoriationem impediens in hominibus frigidæ complexionis, quia bdellium eſt gumma calida, & tragacanthum in hominibus calidę complexionis obuiando. Secundo nocumento damus roſ. Ex aloe fiunt trochiſci. Aloes accipitur dra. i. bdellij. drac. s. & fiat puluis. iſte puluis aſpergatur ſucco abſynthij, aut aqua roſ. & fiant trochiſci, & eis vtuntur tempore competenti. Valet iſta picra ad purgandum phlegma de ſtomacho, & choleram de capite. ponitur in ipſa cinnamomum ad confortationem ſtomachi, quia ipſum eſt aromaticum; & ſtypticum. Et tu dices, ꝙ aloe ipſum confortat, non ergo eſt neceſſarium aliud confortans ſtomachum ibi apponere. Dico quod licet aloe per ſe confortet ſtomachum: quia ſtypticũ, & amarum eſt: ipſum tamen per accidens debilitat. ſ. euacuando, & confortantibus indiget, & acuitur ſcammonea; ſed non acuitur ſcammonea ad euacuandum phlegma, ſed ad hoc, vt ipſum faciat cito operari ſecundum Auicen. quia aloe eſt tardæ operationis, & debet cum pauca ſcammonea acui, ſed ſi iſta medicina, vel puluis aſpergatur cum melle, ipſa eſt debilior, quàm ſi aſpergatur cum ſucco abſynthij, aut cum aqua roſata.

De iſta picra poteſt dari ſecure vſque ad vnc. s. & tunc debet dari poſt materię digeſtiõnem. Sed ſi detur ante materiæ digeſtionẽ, dẽtur. dr. ij. cum aqua roſ. in ſero tñ melius eſt, vt detur in pilulis, quia eſt amara. Si acuatur cum ſcammonea poteſt dari, dra. ij. ad minus poſt materię digeſtionẽ. Acuitur aut cum ſcãmonea aliqñ; & tunc dicũt quidam

quidam de ſcammonea, & ꝙ proprer hoc ꝙ ipſa eſt inimica ſtomacho, & ipſa nō debet puluerizari minute, ne adhæreat ori ſtomachi. Sed iſtud non inueni ab auctore, ſed inueni quòd ipſa eſt raræ complexionis, ideo ſua virtus minuitur, & exoluitur per puluerizationem. Ego tamen quando per meipſum facio illam medicinam, puluerizo minute, & ipſam aſpergo cum ſyrupo violato, aut cum aliqua gūma liquefacta, vt tragacantho, & tunc pulueres alios cum hoc admiſceo, & tunc crocus ponitur in ea ad confortationem cordis, quia hæc medicina eſt nocens cordi.

De pilulis ante cibum.

Pillulæ autem ante cibum ſunt ſimiles medicinæ prædictæ, parum tamen diuerſæ, quia in eis ponitur rhabarba. quod non ponitur in picra, & vocantur ſic, quia dantur ante cibum, & etiam poſt cibum, nec etiā obſeruamus in eis diætam, quia ſm Aui. aloe cibum non corrumpit, euacuat a ſtomacho ſine anguſtia; vnde cum aliquis non poteſt aſſellare, aut cum conqueritur de dolore ſtomachi, aut propter ventoſitatē, aut propter materiam phlegmaticam, tunc bonum eſt dare iſtas pilulas; quia ventoſitatem, fœcem, & materiam phlegmaticam euacuant, ſed cauēdæ ſunt in tempore calido, quia in eis ſunt multa calida.

Pilulæ ſine quibus eſſe nolo, ſunt ſimiles prædictis, ſed parū contrariæ, pilulæ. ſ. rotundæ, ſine quibus, &c. propter earum efficaciam. ipſæ. n. purgant omnes humores, ſcilicet phlegma, choleram, & melancholiam; & valent contra multas paſſiones: recipiunt. n. medicinas omnes humores purgātes. Nunc quæratur vtrum medicina euacuet materiam, quam inuenit in ſtomacho, & videtur qđ ſic, quia eſt ei inimica, niſi non euacuaret, ergo &c.

Item medicina hēt eandē proprietatē cū materia contēta in ſtō, & in alijs mēbris; ſed ab alijs euacuat materiā, ergo et à ſtō. Oppoſitū arguitur per argumentū Serapio. in vij. contra illos, qui dicunt, ꝙ medicina euacuat, & attrahit quia venit ad mēbrū, ſiue ad humorē. contra quos dicit, & ꝙ ſi tūc medicina ad humores veniret, hoc non poſſet eſſe, vt attraheret, quia tunc amans amatum cōtingeret, & non fieret motus, cum ergo in ſtō ſit coniunctio medicinæ cū humore, medicina non trahit à ſtomacho.

Solutio ad hanc poſitionē, ego dico, ꝙ ſi materia mala ſolū eſſet contenta in ſtō, ego non darem medicinā attrahentem, ſed lenitiuam, aut compreſſiuam, aut mordicantem. Si vero daretur medicina attrahens, ipſa attraheret à ſtomacho, & non euacuaret quatuor de cauſis.

Prima eſt, quia ſtōm mordicaret, cū ipſa ſit calida, & acuta, qui mordicatus, quod in ſe cōtineretur, expelleret.

Secunda cauſa eſt, quia medicina mouet materiam, quæ mota maius nocumentum induceret quam quieta, & magis ſtimulat ſtomachum, vt expellatur.

Tertia cauſa eſt, quia medicina exiſtens in vna parte ſtomachi materiā ſparſam in diuerſis partibus ſtomachi aggregat circa febrem, quæ aggregata in vno loco nocumentum inducit, & magis ſtimulat, ut expellatur.

Quarta cauſa eſt, quia medicina non vtitur omnibus partibus humoris, ſed alicui tātum coniungitur, & ideo partes, quibus non coniungitur, ad ſe nō trahit, ſed illam partem, cui ipſa coniungitur trahit, & ideo quatuor de cauſis materiam, quam ipſa inuenit in ſtomacho ad ſe trahit. ſ. mordendo, mouendo, aggregando, & attrahendo; & ſic per dicta patent rationes ad oppoſitum. Et ſi vellemus ſaluare partem oppoſitam, tunc ad rationem Serapionis reſpōderemus ſic, quia licet medicina habeat aſpectum ad humorem exiſtentem in ſtomacho, & in alijs membris. dico quòd hoc eſt verum, non tamen oportet, ꝙ ſi medicina attrahat ab alijs mēbris, quod propter hoc attrahat à ſtomacho, quia materia exiſtens in ſtomacho medicinæ coniungitur; medicina enim materiam in ſtomacho attraheret, niſi ei coniungeretur. Item medicina tribus alijs modis habet euacuare quam attrahendo, ſicut dictum eſt ſuperius,

An ſit aliqua medicina euacuatiua ſanguinis.

Conſequenter quæritur de iſtis medicinis euacuatiuis ſcilicet vtrum ſit aliqua medicina euacuatiua ſanguinis, & videtur ꝙ ſic, quia dicit Iſaac in. i. viati. cap. cephaleæ paſſionis. Quæ proſunt choleræ, proſunt ſanguini; ſed quæ proſunt choleræ, choleram euacuant; & quæ proſunt ſanguini euacuant ſanguinem. ergo illa medicina, quæ euacuat choleram, euacuat ſanguinem; ſed habemus medicinam euacuatiuam cholerę, ergo habebimus medicinā euacuatiuā ſanguinis. Itē ſanguis eſt nobilior alijs humoribus; ſed aliqua medicina eſt deputata ad euacuādū alios humores, ergo ad ſanguinē euacuandū; ſi aliter, tunc nō eſſet nobilior. Itē Aui. in ij. dicit, ꝙ pulpa euacuat ſanguinē. Item rō per auctoritatē, quę ſolui nō pōt, dicit Haly abb. ſupra techni. ꝙ Ga. fecit ſufpēdi illū, qui talē medicinā dedit, ergo fuit, & eſt. Contra dicit Gal. ꝙ medicina non vacuat humorē, qui eſt in venis, id eſt ſanguinem, ſed phlebotomia. Cōſequenter quæritur, dato ꝙ ſit talem medicinam ponere, vtrum bonum eſſet eam dare: & videtur quod ſic, quia ſicut alij humores peccant, ita ſanguis peccat: ſed bonum eſt humores peccantes per medicinam euacuare, ergo, & ſanguinem peccantē. Oppoſitū vult Haly abb. per auctoritatē dictam.

Solutio. dicendum, ꝙ poſſibile eſt aliquā medicinam euacuare ſanguinem, licet ea nō vtamur, & quare ea non vtemur? Quia dato, ꝙ eſſet medicina ſanguinis euacuatiua, & habens reſpectum ad ſanguinem, tamen ipſum non euacuaret, nec attraheret, ſicut alij humores à ſuis medicinis euacuantur: ſi enim eſſet medicina ſanguinis euacuatiua. ſ. pulpa, ſi euacuaret ſanguinem, ipſa euacuaret non euacuandum, & non euacuaret euacuandum, quia ſecundum Serapio. vt dictum eſt ſupra, humor non proprius medicinæ aliquando euacuatur citius à medicina quam humor non proprius citius dimittatur ire à natura, quam humor proprius, & tunc per medicinam citius expellitur, & attrahitur humor non proprius medicinæ, quam proprius. vnde cum medicina proprium attrahit humorem, quem reſpicit quam alium, niſi ipſe ſit magis dilectus a natura, quā alij humores ſecundū Iſaac. cū ipſa ſit quaſi filius dilectus naturæ, & alij quaſi ſuperfluitates reſpectu illius, cum ſanguis plus iuuet naturam quam alij humores. ideo per medicinam ſanguinis aſpectiuam, ſi ipſa eſſet, prius attraherentur, & euacuarentur alij humores quam ſanguis; vnde ſi ſolus ſanguis peccaret, dato hoc, licet forte iſtud nō ſit verum, tamen adhuc ſolus ſanguis non euacuaretur, neque prius, vt viſum eſt, immo alij humores. Itē ſm Philoſo. iij. de animalibus, via recta debet eligi, & tortuoſa vitari, ſed phlebotomia eſt rectior, & ſecurior euacuatio ſanguinis, quam pharmacia, & phlebotomia omnes humores euacuat ſimul, & magis ſanguinem, cum magis abundet, & pharmacia non, vt viſum eſt ſupra, ergo phlebotomia debet eligi ad euacuandum ſanguinem, & non pharmacia. Item euacuatio fit duplici de cauſa, aut propter humoris abundantiam, aut propter humorem corruptum. igitur ſi fiat euacuatio ſanguinis, aut hoc fiet, quia ſanguis abundat, aut quia erit corruptus. Si quia ſanguis abundat, tunc igitur alij humores ēt abundabunt, quia ſi ſanguis abūdat, hoc erit propter bonum nutrimētū bonum chymū generās, & virtutis digeſtiuę fortitudinem. pp iſta nō generatur ſolus ſanguis in abundātia, immo cū hoc alij humores, cū ſint pp ſanguinis iuuamentū. ergo abundante ſanguine nō debet ſolus ſanguis euacuari, ſed oēs. Melius autē euacuantur per phlebotomiā, quā per pharmaciam, ideo ad euacuandū ſanguinem peccantē ſua quantitate nō debemus vti pharmacia. Si vero ſanguis ſit euacuandus pp eius corruptionē, tunc ſua multitudine, & corruptione alios humores corrūpet, cum ipſe ſit plus in corpore humano quā alij humores. Et propter hoc dicit Gal. quod ſynocha fit de omnib. humoribus corruptis in omnibus venis, & ita ſanguis ſine alijs non eſt euacuandus, ſed omnes inſimul, & tunc idem quod prius. Sed alij humores poſſunt abundare plus debito, & corrumpi ſine ſanguine, ergo ipſi ſunt euacuādi ſine ſanguine; et hoc per pharmaciam,

maciam, ergo, &c. & ideo alij humores naturaliter ſunt euacuandi per pharmaciam; ſed ſanguis non, quia eius euacuatio per pharmaciam eſt innaturalis. Ideo dicit Haly abb. quod Gal. fecit ſuſpendi, &c. quia eius euacuatio per pharmaciam eſt naturalis. Si velimus ponere, ꝙ ſit dare talem medicinam, poſſemus reſpondere ad rationem in oppoſitum. Et primo ad prima dicẽdum, ꝙ iſtud verbum, quod prodeſt choleræ, prodeſt, & ſanguini, eſt intelligendum non de medicina euacuante, ſed de medicina alterante. Quæ. n. proſunt choleræ acuitatem eius extinguendo, proſunt ſimiliter ſanguini. Vel ſi illud intelligitur de euacuatiua, debet intelligi ſic. Quæ proſunt choleræ ipſam euacuando, proſunt ſanguini ipſum mundificando: quoniam per euacuationem choleræ ſanguis mundificatur. Ad aliud, quod eſt de pulpa, dicendum, ꝙ verum eſt, ꝙ pulpa euacuat ſanguinem, & ſoluit ipſum, nõ tamen attrahit ipſum, ipſa enim ſoluit, & euacuat ſanguinem, ſi cum pulpa ſit medicina fortis, ipſa mẽbrum valde debilitando, facit ipſum dimittere abire, ꝙ in ipſo continetur, quod eſt ſanguis, & ideo pulpa ſoluit, & euacuat ſanguinem, cum ipſe ſuperfluit, non tamen attrahit ipſum. Ad aliud patet ſolutio per prædicta.

Ad ſecundam quæſtionem, ſoluta eſt, quia non eſſet bonum dare eam propter cauſas prædictas.

Ad argumentum in oppoſitum, cum dicit, ꝙ ſanguis aliqñ peccat, & eſt malus, ſicut alij humores; ergo bonũ eſt, tunc ipſum euacuari per pharmaciam, ſicut alios humores peccantes. dicendum ꝙ hic eſt fallacia cõſequentis, vel melius hic eſt fallacia figuræ dictionis, quia non ſequitur, ſi ſanguis ſit malus, qđ hoc modo euacuaretur, ſ. per pharmaciã, quia alio modo poteſt ſecurius euacuari, ſcilicet per phlebotomiam, & ſic ſolutum eſt totum.

Pilulæ aureæ, pilulæ quia rotundæ, vt diximus, aureæ dicuntur ad ſimilitudinem auri, &c.

Pilulæ octomeræ, id eſt de octo ſpeciebus, humores ſpiſſos à capite deponunt, & viſum oculorum clarere faciunt, catarrhum prohibent, &c.

Hiera picra Gal. hiera, id eſt ſacra; picra, id eſt amara. facit ad diuerſas capitis paſſiones aurium, & oculorum diſtemperantiam. ſtomachum quoque optime purgat. cauſas hepatis emendat, &c.

Hiera picra Conſtantini: quid ſit hiera dictũ eſt, ſimiliter Conſtantini ab auctore Conſtantino, qui eam cõpoſuit. valet ad recuperandum viſum, & recipiendum, &c.

Hiera picra Abbatis, de qua iam diximus quid ſit: ſed ad quid valeat dico, quod phlegma, & melancholiam purgat, &c.

De euacuatione per phlebotomiam.

SVperius viſum eſt de euacuatione, quæ fit per ſeceſſum, & etiam de euacuatione, quæ fit per vomitum: quæ quidem euacuationes ſunt ſpeciales, & electæ, quia ipſę euacuant vnum humorem ſpecialem, & non omnes humores. Nũc videamus de ea, quæ fit per phlebotomiã, & eſt vniuerſalis euacuatio, & communis. Quare autem phlebotomia ſit euacuatio vniuerſalis, & communis habetur à Gal. iiij. particula apho. In pharmacijs talia educere oportet, &c. Sed euacuatio dicitur vniuerſalis dupliciter. vno modo, quia eſt omnium humorũ euacuatiua. alio modo ab omnib. partib. corporis ipſa euacuat. Vtroque modo dicitur phlebotomia eſſe vniuerſalis, primo modo ſm Gal. ſupra iſtum apho. vbi cibus præter naturam intrat, &c. Item ſupra illum aphoriſmum ex ęgritudine cibum accipiens, ꝙ ipſa eſt euacuatio vniuerſalis. Secundo modo dicit Gal. ſupra apho. vj. ſi dolor à dorſo, &c. & hanc duplicem vniuerſalitatem tangit Aui. cum dicit, quòd phlebotomia eſt euacuatio vniuerſalis, quia toti corpori conuenit, quæ multitudinem humorũ euacuat, per hoc tangit vniuerſalitatem humorum.

Circa phlebotomiam ſunt ſeptem conſideranda. Primo qui ſunt illi, in quibus phlebotomia eſt cauenda. Secundum eſt, propter quid phlebotomia eſt facienda, & in quo. Tertium eſt, in quo tẽpore morbi phlebotomia eſt facienda, & in quo non. Quartum eſt, in quib. hominibus competit phlebotomia. Quintum eſt quid ſit faciendum ante phlebotomia. Sextum quid ſit faciendum in phlebotomia. Septimum quid ſit faciendum poſt phlebotomiam.

Quibus ſit exhibenda phlebotomia.

DE duobus primis ad præſens videamus. quorum primum eſt, in quibus hominibus phlebotomia eſt cauenda, & ſuſpendenda; & quare in quibuſdam hominibus phlebotomia eſt cauenda. Sunt autem xi. cauſæ.

Prima cauſa eſt cibi aſſumpti indigeſtio. vnde ſi aliquis in veſpere multum comederit, & in mane adhuc ſentiat dolorem, vel odorem, vel ſapotem cibi aſſumpti; per hoc ſignificatur, quòd cibus nõ eſt digeſtus, tunc non oportet phlebotomari, quouſque fuerit facta completio digeſtionis. vnde Gal. iiij. megatechni. Phlebotomia eſt ſuſpendenda quouſq; fiat cibi digeſtio. cauſa eſt, quia ſm Auic. in primo, tria ſunt attrahentia. ſ. vacuum, calidum, & tota ſpecies. ſi ergo per phlebotomiam à vena ſanguis euacuaretur, cibum indigeſtum a ſtomacho, vel ab hepate attraheret; qui indigeſtus veniens ad membra non corrigeretur, quoniam tertia digeſtio non corrigit peccatum ſecundæ, ſi peccatum ſit magnum. propter quod in membra non conuerteretur, & ibi remanens poſſet eſſe cauſa ægritudinis.

Secunda cauſa, quare phlebotomia eſt cauenda, eſt alia euacuatio. Vt quando eſt fluxus menſtruorum, aut hæmorrhoidarum, tunc non debet fieri euacuatio, quæ dicitur phlebotomia, & hoc eſt verũ ad euacuationem, licet ad diuertendum materiam poſſit fieri, & hoc dicit Gal. ix. megatechni.

Tertia cauſa, eſt ætas magna, vt ſenium, vnde dixit Gal. ix. megatechni. Senibus phlebotomia non competit. cauſa eſt, quia ſm Gal. & Haly abb. in techni in conualeſcentibus, & ſenibus eſt paucus ſanguis bonus, & multus malus. Sed ſecundũ Aui. in i. c. de phlebotomia. ſi ſanguis bonus ſit paucus in corpore, & malus multus, phlebotomia rapit bonum, & dimittit malum, & ideo in talibus non conuenit phlebotomia.

Quarta cauſa, eſt ſtomachi mala diſpoſitio. ſicut accidit in quibuſdam hominibus, in quibus humor cholericus incipit pluere ad os ſtomachi, & apti ſunt ad cholericum vomitum, & de facili vomunt, & apti ſunt ad vomitum, & ſoliti ſunt non habere faſtidium: in talib non conuenit phlebotomia, quia per phlebotomiam humores commoti ad os ſtomachi mouentur, tanquam ad locum conſuetum, & quia membrum eſt debile, & impotens illi fluxui reſiſtere, ideo multa mala per phlebotomiam accidunt illis, & hæc eſt vna cauſa, quare aliqui in phlebotomia ſyncopizant. ſ. quando cholera ad ſtomachum fluit, quæ mordicando ſtomachum ex compaſſione cordis ſyncopim ducit, &c.

Quinta cauſa, eſt debilitas virtutis. Phlebotomia. n. eſt euacuatio fortis ſm Gal. ij. aphor. in quo morbo, &c. & ſecundum Gal. iiij. ſimplicis medicinæ, virtus debilis non poteſt pati fortem euacuationem.

Sexta cauſa eſt, ætas, puerilis, ſcilicet ante nonum annum, vnde Galen. xi. megatechni. non debent phlebotomari niſi habeant nouem annos ad minus cauſa eſt, quia corpora puerorum ſunt facile ſolubilia à calore extraneo: ideo debilitãtur multum ex euacuatione forti facta per phlebotomiam.

Item quia indigent nutrimento, duplici de cauſa, ſcilicet propter augmentum, & nutrimentum; ideo minutio ſanguinis non competit eis. Item quia facile exoluuntur à calido extraneo, ſufficit quod ab eis diſſoluitur, propter quod non indigent phlebotomia.

Septima cauſa, eſt corporis, ſiue compoſitionis raritas, & cauſa eſt viſa. Quia ab eorum corporibus multum reſoluitur. ideo ſufficit eis iſta exolutio, nec aliqua euacuatione indigent. vnde Gal. ix. megatechni, Raris corporibus eſt phlebotomia contraria; in talibus enim fit facile reſolutio, ideo ſufficit, quod ab eis diſſoluitur.

Octaua

Octaua causa, est complexionis frigiditas. cum enim A cuationem illius, q̃ per se debet per phlebotomiam euacuari, vt cum humor, siue sanguis principaliter tantum secundum quòd cum eo sunt alij humores.

fm Gal. in megatechni, phlebotomia infrigidet, augmentaret frigiditatem, quare infrigidat. causa est secundum Isaac in vrinis, quia sanguis est fundamentum caloris naturalis, & illud in quo calor naturalis confortatur, & quia phlebotomia sanguinem euacuat, ideo, & calorem naturalem, & tunc per consequens infrigidat.

Nona causa est humorum cruditas, & viscositas, & tunc cauenda est phlebotomia fm Gal. xij. megatechni. cap. ij quia augmentatur cruditas humorum, & propter hoc in morbis longis non est facienda phlebotomia fm Auic. quia cruditas humorum augmentaretur, & virtus debilitaretur, & morbus prolongaretur: & ideo timendum est de casu virtutis, & propter hoc dicit Auic. quod in morbis chronicis facienda est pharmacia ante phlebotomiam, & non phlebotomia ante, licet vtraque euacuatione indigeat. Sed cruditas potest accidere duab. de causis. Prima causa est propter abundantiam humorum calorem suffocantium, qui debilis, & suffocatus, humores generat crudos; & tunc bene conuenit phlebotomia. Vnde Gal. ij. suo lib. c. de hydropisi dicit, q̃ phlebotomia in principio hydropisis hyposarcæ conuenit, quando prouenit ex multitudine sanguinis mẽstrualis. cum prohibeamus fluere mẽstrua propter aliquam causam; aut ex multitudine hæmorrhoidarum, quia sicut ignis paruus sub multa lignorum congerie suffocatur, & remota aliqua portione lignorũ ignis fortificatur, similiter est de calore innato suffocato sub humorum multitudine, &c. Secunda ratio cruditatis humorum est caloris innati debilitas, vt in illis, qui sunt debilis cõplexionis; & in illis, qui habent longam ægritudinem, & in senibus. tunc. n. non cõpetit phlebotomia, quia per hoc augmentaretur cruditas fm Auic. non quotiescumq; videris signa repletionis est phlebotomia facienda, vt quando humores sunt crudi in corpore; & hoc dicit Gal. in xij. megatechni, quia tunc cauenda est phlebotomia; corpus enim infrigidaretur, & humores magis crudarentur. debet ergo sanguis dimitti, vt humoris cruditatem digerat.

Nota.

Decima causa. est indebita aeris dispositio, vt si sit aer nimis calidus, aut nimis frigidus, aut siccus, aut humidus, aut turbidus. vnde sub cane, &c. quia est nimia caliditas, & siccitas; & ante canem, quia ibi est nimia frigiditas, & humiditas, molestæ sunt purgationes, vt habetur. iiij. aphori.

Vndecima causa, est corporis nimia inflammatio, & doloris vehementia. Vnde Auic. in. i. & Gal. dicunt, q̃ in febre fortis inflammationis, & in apostemate vehementis doloris non debet fieri phlebotomia.

Qua de causa sit exhibenda phlebotomia.

COnsequenter videamus causas, propter quas debet fieri phlebotomia, & sunt quinque causæ, prima est directa, aliæ indirecta.

Prima, quæ est directa, vt abundantia sanguinis euacuetur, siue abundantia sanguinis in qualitate, siue in quantitate, aut vtroq; modo secundum Auic. in. i. Duo sunt genera hominum, qui sunt phlebotamãdi, quorum D vnus modus est. Illi homines, qui sunt præparati cadere in ægritudines, vt qui habent abundantiam sanguinis in quantitate, & reliquum genus, est genus hominum, qui iam in ægritudinẽ inciderint, propter humorum & sanguinis abundantiam, vel malitiam. Sed differenter phlebotomia fit propter ista, quia si propter sanguinis abundantiam debet fieri phlebotomia multa. Sed si in qualitate peccat, vel fit malus, debet fieri pauca. Vnde Gal. ix. megatechni, si sanguis sit malus in corpore, debet euacuari paulatim, & ideo peccant multi, qui quando vident sanguinem malum, phlebotomant se quousque videant exire bonum, & forte prius totus sanguis exiret, quam exiret bonus, sed debet fieri pauca euacuatio, & tunc secundum Gal. in casu isto priusquam fiat phlebotomia, debet diæta sanguinem bonum generans exhiberi, vt loco mali sanguinis bonus generetur, & postea debet fieri post modicum tempus phlebotomia pauca; & sic deinceps, ista phlebotomia est directa, quia fit per se ad euaB

Aliæ causæ sunt indirectæ, quarum prima est morbi magnitudo, & magnitudo pulsus. vnde Gal. particula prima apho. supra illum aph. Quæ egeruntur non multitudinem considerare oportet, sed quomodo egeruntur, &c. dicit quod non est melior medicina in apostemate vehementis inflammationis, & similiter in feb. & in dolore forti, quam phlebotomia. Sed illa videntur esse contraria prædictis, quia prius dictum fuit, q̃ in dolore forti, & in febre vehementis inflammationis nõ conuenit phlebotomia; modo dicitur quòd competit. propter quod distinguendum est, q̃ duplex est phlebotomia, quædam regularis, & artificialis, & ista non competit in dolore forti, neq; in febre vehemẽtis inflammationis: cuius causa est, quia fieret virtutis motus agitatiuus, qui est cõtrarius naturæ, cum sit difformis. motus enim agitatiuus, tractus, & pulsus ad partes diuersas per phlebotomiam fieret ad locum apostematis; & ex dolore forti fieret tractio ad locum doloris, & ita agitando in febre vehementis inflammationis augmentaretur inflãmatio per phlebotomiam paucam, quia phlebotomia cõmouet humores, qui commoti magis inflammantur. Sed tum phlebotomia vsque ad syncopim debet fieri, illa enim cum vocat attractionem doloris non facit motum agitatiuum, quia enim similiter euacuat ipsam materiam, similiter tollit inflammationem cum non sint humores ibi, qui commoueantur, & calefiant, & maiorem inflammationem inducãt, & q̃ hoc sit verum, patet per intentionem Auic. eodem loco, & per intentionem Gal. dicto apho. Aliter soluitur sic, quòd inflammatio aliquando fit in febre dupliciter, aut propter materiæ acuitatem, aut propter materię multitudinẽ. Si fiat febris, aut dolor propter materiæ acuitatẽ ex materia cholerica, tunc non cõuenit phlebotomia, quia tunc magis acueretur, & inflammaretur, quia tunc frenum choleræ, scilicet sanguis tolleretur, qui quia calidus, & humidus, & ita temperatus, malitiam choleræ reprimebat: ideo non debet euacuari. vnde similiter in febribus acutis, vt in causone, & similibus, non debet fieri phlebotomia, licet forte non sit verum secundum Auic. in iiij. Et ideo prima solutio melior est. Alio modo fit febris propter materiæ multiplicationem, siue propter sanguinem multum oppilantem, siue prohibentem humorum euaporationem, qui remanentes in corpore inflammationem inducunt; & in hoc casu conuenit phlebotomia, vt in synocha. similiter in dolore, qui fit ex materiæ multitudine, propter membri intentionem extra naturam sibi debitam conuenit phlebotomia. Sed prima solutio melior est patet igitur quod non est contrarietas in dictis prius, & hic. C

Secunda causa indirecta, quare fit phlebotomia, est, vt trahatur materia ad viam illam, per quam debet euacuari. vnde in retentione menstruorum, aut hæmorrhoidarum, debet aperiri saphena fm Gal. & secundum Auic. vt trahatur materia, scilicet sanguis inferius.

Tertta causa indirecta, est vt trahatur materia ad locum contrarium illi loco, ad quem fluunt humores. vnde in nimio fluxu menstruorum debet fieri phlebotomia de basilica, vt trahatur materia ad contrarium, & diuertatur à fluxu, & propter hoc dicit Gal. ij. acutorum, quòd in pleuresi finistræ partis debet fieri phlebotomia de brachio dextræ partis, vt diuertatur, & trahatur materia ad locum cõtratiũ loco, ad quem declinat. similiter si fiat in dextra, phlebotomia debet fieri in finistra parte.

Quarta causa indirecta, est, vt per phlebotomiam vna portio materiæ euacuetur, & natura potentior sit supra residuum, & sic competit phlebotomia, cum repletio est in corpore, ne fiat apostema; quia natura debilis respectu regiminis illorum humorum. ideo vna portio illius materiæ est euacuanda, ne propter impotentiam naturæ in regendo illam materiam, illa materia fluat ad aliquem locum debilem, in quo aggregetur, & apostema generetur.

De

De medicinis caput purgantibus.

SVperius dictum est de quibusdam medicinis humores à capite trahentibus. Nunc adhuc de quibusdam medicinis caput purgantibus,& euacuantibus dicamus, quarum quinq; medicinæ sunt huius lectionis. Quarum prima est pilulæ aureæ. secunda est pilulæ octomeræ. tertia est hiera picra Gal. quarta est hiera picra Constantini. quinta est hiera picra Abbatis. Et ista quinque habent quasi eandem virtutem.

Vnde primo dicamus de pilulis aureis. Dicuntur autẽ pilulæ a pila, quia sicut pila est rotunda, ita pilulę sunt rotundę. Et causa quare datur in figura rotunda est, quia figura sphęrica non tangit planũ, nisi in puncto; sed concauum ipsa tagit vndiq; qñ igitur pilula ponitur in stõ concauo, æqualiter tangitur ab omni parte stomachi: & ita vndiq; æqualiter, & in omni sui parte ad actum mouetur per calorem stõi: & ideo in qualibet sui parte ad actum reducta attrahit ęqualiter vndiq; ab omnib. alijs mẽbris, & dicuntur aureę ab auro per metaphorã, quia sicut aurum est preciosius alijs metallis, ita istæ pilulæ ad cõplendũ suos effectus, ad quos faciẽdos dantur, sunt preciosiores alijs pilulis comparatis ad suos effectus complendos.

Istæ dictæ pilulæ aureæ attrahunt choleram, & phlegma, primo a capite, secundario ab alijs mẽbris, & quia caput purgant a dictis humoribus, ideo acuunt visum debilem, et debilitatum ex humorũ abundantia in stomacho cõtentorum; & auferunt ventositatem a stomacho, quia auferunt phlegma; ex quo eleuatur ventositas: & etiam quia habent in se alienam caliditatem, & aliqua ventositatẽ consumentia, vt anisum, & fęniculum. In ista medicina sunt pro basi Aloe, & diagridium, de aloe prius dictum est, nunc videamus de scãmonea. si autem ponitur hic de colocynthide, ponitur ad confortationem aloe.

Scammonea est succus herbæ, quæ ab Auic. vocatur volubilis. scammonea potest puluerizari, & quæ cito puluerizatur melior est. Item vnum signum ad hoc est, si ponatur in aqua frigida, & cum manibus tangatur, & comprimatur, si ipsa faciat aquã albam, sicut lac, ipsa est bona. Et est calida in tertio, & plus. quia cum ea acuũtur medicinæ, & pilulæ aureę, & benedicta, &c. Et electaria, & doses, quæ dantur de die in diem. Aliquando acuuntur medicinæ cum scammonea cocta, vt doses medicinarum datæ de die in diem. Aliquando cum non cocta, aut electaria, & medicina quæ non est cocta vocatur scammonea. Sed quando, est cocta vocatur diagridium, quod coquitur a quibusdam sic, quia tegitur pasta, & in furno ponitur, illa pasta cocta, scammonea erit cocta. Aliquãdo coquitur inuoluta in folijs caulis, & exponitur calori tẽperato propter debilem coctionẽ. Tertio posset coqui meliori modo sic. accipiatur coctanum, & cõcaueatur prius frusto quodam remoto ab eo concauo; & postea scammonea in eo ponatur, & postea obturetur illud orificium cum frusto ab eo prius ablato, aut cum pasta; & tunc ponatur in furno calido temperate, & coquantur, & quando coctanum est coctum, scammonea est melior, quia scammoneæ malitia per coctanum reprimitur, cũ scammonea sit inimica stomacho, & coctanũ a sua substantia, & a sua complexione iuuet stomachum contra nocumenta inducta ex scammonea. Scammoneæ proprietas est, quia ipsa educit choleram, & alia superflua, & fortius educit choleram, quàm elleborus. Item ipsa attrahit a remotis partibus, quod educat fortius dicit Auic. ij. scammonea educit choleram fortiter. Hoc idem dicit Rasis. viij. Almansoris, quod ipsa educit cholerã, & alias abundantias superfluas. Dicit Rasis in diuisionibus, quod educit choleram fortius. quam elleborus. Dicit Serap. in vij. & Haly abb. ij. practicæ in dispositione regali ad extremitates ducit humores vbicumque sint, & ita a remotis euacuat. Sed ipsa habet tria nocumenta, primo nocet stomacho mordicando ipsum plus, secundum Serapio. in vij. quàm aliæ medicinę, nocet intestinis ipsa excoriando secundum Auic. in ij. Item tertio nocet cordi secundum Auic. in ij. Et quia fm nocumenta, quæ inducit, debent esse remedia. ideo istis tribus nocumẽtis obuiando, debemus tria membra confortare. s. stomachum, cor, & intestina. Etiam dicunt auctores, q; scammonea debet præparari cum cymino, anisõ, croco, & sale pauco, & bdellio; & illa puluerizata, & scammonea conficiatur cum succo cytoniorum, quoniam prohibent stomachi debilitatem ex scammonea; ideo scammonea data cũ aloe, & myrobalanis securior est, quia talia stomachum confortant. Et ideo electarium de succo ros. inter omnia electaria acuta, quæ videamus, est artificialis, quare ibi est ros, quæ habet stomachũ confortare, & intestina, sandalum, & spodium reprimunt nocumentum, quod infert scammonea hepati. Camphora reprimit nocumentum, quod ex scammonea est præparatum cordi. Cum ergo vis præparare scammoneam, pone cum ea prædicta, & pone cũ ea mastichẽ, & anisum, mastix confortat stomachum cõ stringendo, & anisum ipsum calefaciendo, & conficiatur cum bdellio, vt refrænet intestinorum excoriationem. crocus ibi ponitur, vt refrænet malitiam cordi illatam. sal ibi ponitur, vt scammoneam faciat citius descendere, vt ipsa minus remanens, minus noceat.

In istis pilulis aureis sunt ro. se. fęniculi, anisi, quia & stomachum confortant, & ita scammoneæ malitiam reprimunt. crocus, quia cor confortat. colocynthis confortando aloes. ℞. aloes, diagridij. ana drach. v. ros. sem. apij, ana drac. ij. & s. anisi, fęni. ana drac. ij. s. croci, colocynth. interioris, ana drac. i. dosis huius medicinæ est drac. xxij. ad plus earum recepta, quę ibi ponitur est drac. & in istis. drac. 22. sunt drac. v. scammoneæ, vnde in qualibet drac. istarum pilularum sunt bene tres partes vnius denarij, & istud est magnũ quid. ideo non debet dari in magna quantitate. Si voluerimus euacuare phlegma magis, quã choleram, debent acui cum pulpa. si magis choleram, quam phlegma, tunc acuantur cum scammonea. Non dentur nisi post digestionem medicinæ: & si non ducant, debent acui amplius secundum humoris exigentiam. Item ros. quæ sunt in eis stomachum confortant, & intestina, ne ista medicina intestina excoriet.

Et nota, quod electarium calidum nõ debet acui cum scammonea, bene peccant qui plirim, aut zingiber conditum cum scammonea acuunt, sed frigida electaria debent acui cum fræno posito cum eis.

De pilulis Humeris.

Pilulæ octomeræ sic dicuntur, quia ex octo speciebus cõponuntur, & fere valent idem, quod prædicta medicina, & quia non est in vsu, ideo non facio vim.

De hiera picra Gal.

Hiera picra Gal. est valde bona, & in vsu est, & est illa, quæ vocatur hiera picra Gal. & vocatur ab Auic. diacolocynthidos, quia in ea colocynthis ponitur, choleram, & phlegma purgat a capite valde bene, magis tamẽ phlegma quam choleram. Ab alijs membris parum purgat, & secundario; sed a stomacho, & capite malam materiã purgat, & hoc primo non debet dari in febre, neq; in complexione calida, sicut patet in pilulis aureis, sed in humorib. frigidis tantum, & differt a picra Gal. de qua habuimus prius, quia in ea est plus, quam in picra, s. turbith, colocynthis, & agari. dosis eius post digestionẽ audacter est drac. ij. Sed si acuatur cũ pulpa, aut esula fortior erit, esula tamen est timenda multum, quia nauseatiua multum. Et istis duobus modis debet dari post digestiuum. Dentur tamen aliquando de octo diebus in octo dies. dra. ij. sine digestione materiæ. melius tamen est, quod detur syrupus, aut aliquando tamen si præcesserit aliqua euacuatio, dentur. dra. ij. de ea sine digestione præcedente. melius est tamen dari eam post digestionem.

Dosis.

De hiera Constantini.

Hiera picra Constantini optima est, & dicta est sic ab inuentore. respicit stomachum, quia in se est confortatiua stomachi. recipit, vt omnes, quinque myrobala. & tunc valet ad visum reparandum, proprie quando visus est debilitatus ex fumis eleuatis a stomacho ad caput. Phlegma euacuat, & omnes humores præter sanguinẽ. non est multum in vsu. vnde in apothecis non multum inuenimus eam, nisi faciamus eam fieri. datur post digestionem, vnc. s. vel dr. vi. sine digestione, drac. ij si volumus eam acuere cum scammonea, drac. iij.

Hiera picra Abb. valet ad phlegma purgandum melancho-

lancholiam, & ad guttam, quæ fit ex frigido, & ſicco humore, vnde videntur membra eſſe contracta. valet paralyticis, vnde eſt fere eiuſdem effectus cum hiera picra Ga. habet enim in ſe turbith, colocynthidē, epithymum, coſcutam. mundificat ſanguinem, &c. non eſt in vſu. datur ad pondus hieræ picræ de ea ſcilicet ad pondus vnc. s. quia non eſt multum fortis, & in ſua recepta eſt lib. i. & non eſt de ſcammonea ibi, niſi drach. i. & s.

De modo exhibendi medicinas.

VIſo prius de digeſtione, & euacuatione, nunc queramus de modo exhibēdi medicinas, & quia in recto modo exhibēdi medicinas, primo debent acui, ſecundo exhiberi. Ideo primo dubitatur de earum acumine, & circa hoc primo quæramus. Quid ſit acuere medicinam. Dices forte, qd eſt eā facere laxatiuā, tunc ergo nulla medicina eſſet laxatiua niſi acuta, quod falſum eſt. Si dicas ꝙ eſt eam cōfortare in laxādo, tūc ergo violę acuūt medicinas, quia fortificant in laxando medicinam.

Solutio. dico ad hoc, ꝙ acuere medicinam eſt apponere vnā medicinā cum alia, quæ debet acui præter illam, quam habet de ſua natura, quæ faciat ipſam eſſe fortius laxatiuā, & notabilius, quam eſſet prius, antequam eſſet acuata. verbi gratia. Si in aliqua medicina, vt in benedicta ſit de ſcammonea dr. i. vel drac. ij. Et ego apponā plus vltra hoc. i dr. vel. ij. ſcammoneæ, vel drac i. colocynthidis, ſi velim euacuare phlegma, quia pulpa, & ſcammonea notabiliter laxationem medicinæ augmentant; violæ autem licet augmentent, non tamen notabiliter.

Conſequenter circa hoc queritur, cū medicina poſſit acui in tempore confectionis, & ēt per vnū diem, aut per duos ante tēpus ſuæ exhibitionis, quis modus eſt melior, & videtur quod in tempore ſuæ confectionis, quoniā modus acuendi medicinas, per quē ventoſitas, & malitia medicinæ magis reprimitur eſt melior, ſed hoc eſt in confectione, qua tunc medicina acuens plus immorata fuit cū eis, quare ipſam dēt reprimere, ergo &c. Item ille modus acuendi, per quē virtus medicinæ acuentis, quæ debet acui magis cōmendatur, eſt nobilior, ſed hoc eſt in confectione, quia tūc medicina acuēs plus moratur cū medicina acuibili, & magis fit vnū ex eis aliquo mō, ergo &c.

Oppoſitū facit cōis vſus. Dico ꝙ acuere medicinā in tpe ſuæ confectionis eſt melius ſine præiudicio ſentētiæ melioris, quia tūc virtus medi inæ acuentis melius commendatur medicinę euacuanti, & melius eſt repreſſa malitia euacuantis, & etiam acuentis, & quare non facimus hoc, cū illud ſit melius, cauſa eſt difformitas, ſiue diuerſitas euacuandorum, quib. medicina præparatur. verbi gratia, per vnam medicinā poſſum purgare diuerſos humores, & ab aliquo volo purgare vnciam vnā cholerę, & ab aliquo minus ſm exigentiam patiētiū, & ab aliquo phlegma, & ideo diuerſimode acuuntur, quia aliquando cum medicina forti habente aſpectum ad phlegma, vt pulpa, aut eſula. Aliquando autē cum habente aſpectū ad chol. vt cum diagridio, & tūc de eo aliqn̄ plus ponimus, aliquādo minus, quia per vnam medicinam diuerſos ruſticos euacuamus, quibus non præparamus proprias medicinas, nec ipſi paterentur hoc fieri. medicus Regis hoc poteſt facere ad euacuandum ipſum ſolum, ergo &c.

Conſequenter quæritur vtrum medicina euacuans phlegma debeat acui cum medicina euacuante choleram, & videtur, ꝙ non, quia acuere medicinam non eſt niſi fortificare ipſam reſpectu illius, quod prius debiliter faciebat. Sed medicina euacuans choleram non iuuat ad euacuationē phlegmatis, cum ſit oppoſitum ei, ergo &c. Item Auic. in iiij. medicinæ euacuantes contrariæ non ſunt ſimul admiſcendæ, vnde dicit, quòd myrobol. & violæ non ſunt ſimul admiſcendæ. Item Gal. lib. acutorum ſecunda particula medicinæ, quarum aliqua cito euacuat, & alia tarde. non ſunt miſcendæ, ſed aloe tarde euacuat, & ſcammonea cito, ergo aloe, & ſcammonea non debent ſimul admiſceri. Aloe phlegma euacuat, & ſcāmonea choleram, & tamē magis videtur, ꝙ cum aloe debeat admiſceri ſcammonea, quā cum alia ſm Auic. ergo &c. Ad oppoſitum ſunt omnes auctores, & medici, & Auic. qui dicit ſcammonea iuuat alias medicinas, & maxime aloeticas, & præparat eas ad euacuandum.

Solutio dicunt quidā ꝙ cōmiſcetur ei, quæ eſt naturæ vtilior; ſed hoc nō eſt ab auctore dictū, ſed ponitur cum medicina aloetica triplici de cauſa. Ad præparandum, quia mordicando ſtomachum, & inteſtina, ſtimulat ea, vt citius reducant medicinam aloeticam ad actum, quæ reducta ad actum citius operatur, quam per ſe faceret. Secunda cauſa eſt ad confortandum, quia commouet humores, propter quod ſunt habiliores, vt a medicina aloetica attrahantur. Tertia cauſa eſt ad adiuuandum, quia medicina adiuuat alias medicinas, ad attrahendum a remotis partibus, quia aloe ſolum de ſe attrahit a partibus propinquis, cum ſcammonea à remotis.

Ad primum in oppoſitū dico, ꝙ ſcāmonea nō attrahit cholerā, niſi vincat, & dominetur in attractione humorū, ad quos habet aſpectū, ſed nos non ponimus eā in tanta quātitate, vt dominetur ſupra aloē, cū eſt acuatum, ſed ſolum ipſum fortificando, & excitādo in ſua operatione.

Ad ſecundam rationem, dicēdum, quod contrarietas medicinarū eſt quatuor modis. Vna eſt in complexione. vt myrob. qui ſunt frigidi, & ſcammonea, quæ eſt calida. Secunda contrarietas eſt in humoribus euacuando, vt Scammoneæ, & aloes, & contraria iſtis duobus modis bene poſſunt coniungi. Primo, vt vna aliam in ſua complexione mitiget, & temperet. Secundo ſi velimus diuerſos humores euacuare. Tertio modo eſt contrarietas in modo operandi, & euacuandi, ſicut viol. & myrobal. contrariantur, quia viol. leniunt, & myrob. exaſperant, & conſtringunt, illæ non debent ſimul commiſceri, vt obijcis. Quarta contrarietas eſt in tempore, quia vna cito euacuat, & alia tarde, & de talibus verum eſt, ꝙ non debent adiungi, niſi vna aliam adiuuet, & ſic ſoluitur totum.

Theodoricon empiricon. i. a Deo datum, bene expertum interpretatur. valet contra hemicraneum dolorem, & vertiginem capitis, & fluxum phlegmatis, quod in faucibus, & gutture decurrit. vnde fit homo ſine voce; valet etiam ſpleneticis ſine febre, &c.

Theodoricon anacardinū, theodoricon dicitur, vt ſupra anacardinum dicitur ab anacardo, quę ibi intrat. datū memoriam prępărat, vertiginē capitis, & maxime in poſteriori parte aufert; phlegma, quod ibi eſt, purgat, &c.

Pilulæ Rogerij. ℞. cal. cubebæ, cinn. ſpicę, epithy. viol. aſari, carpobal. ſchęnanthi, maſtiches, garyoph. an. dr. ij. turbith, colocyn. ana. drac. iij. ſingulorum myro. an dr. i. agarici, ſe. ſenæ, ana drac. i. rhabar. vnc. s. aloes, ad pondus omnium, confice cum ſucco ſęniculi, &c.

Pilulæ cochiæ. ℞. aloes, diagridij, colocynthidis, nucis muſchatæ, macis, ſpicæ, epithymi; vio. aſari, carpobalſami, ſchęnāthi, maſticis, garyoph. an. dra. ij. turbith, abſynthij, ana drach. i. ſucc. ſolatri infuſionis tragacanthi, &c.

Quibus temporibus morbi ſit facienda phlebotomia.

DSVperius viſum eſt propter, quæ cauenda eſt phlebotomia, & propter quid fieri debet, nunc videamus in quibus temporibus morbi facienda eſt phlebotomia, & in quibus non. Sciendum, ꝙ in principio morbi non eſt facienda phlebotomia; medicus enim eſt miniſter naturæ ſm Gal. in techni. ſed ſm ipſum 4. apho. ægritudinib. quibuſcumq; incipientibus nulla euacuatio in principio eſt naturalis, ſicut ergo in principio natura non euacuat, ita nec medicus. Iſtud tamen in tribus caſibus habet inſtantiam in materiæ furioſitate, & acuitate, vnde Auic. in 1. phlebotomia non debet fieri in principio, quia phlebotomia tunc humores commoueret, & ſubtiliaret, & per corpus currere faceret, niſi materia ſit furioſa.

Secunda inſtantia eſt propter materiæ multitudinem, vnde Galen. ſupra illum aphori. Inchoantibus morbis oportet hanc fieri. ſ. phlebotomiam, aut pharmaciam, vt natura alleuietur, quæ. ſ. erat onerata propter materiæ multitudinem.

Tertia inſtantia eſt propter morbi magnitudinem, &

acuita-

acuitatem, vt quando eſt apoſtema magnum, & doloroſum, licet non ſit multa materia. ſ. antecedens in corpore, vnde Auic. in 1. ſi habeat apoſtema, hic eſt phlebotomandus, licet non indiguerit, & Gal. 13. megatechni. Si apoſtema ſit magnum, phlebotometur, in principio, licet non ſit materiæ multitudo, ne crepet, aut rumpatur apoſtema ante ſui maturationem. ergo vt mala ſymptomata vitentur, minutio eſt facienda. E

Secunda regula circa hoc eſt, ne fiat phlebotomia in die morus ægritudinis, ſicut in criſi nō eſt facienda phlebotomia, nec alia euacuatio, ne materia a loco, ad quem natura expellit, ipſam diuertat. Similiter neque in paroxyſmo, vnde Gal. in prima particula apho. in ſtatu, nec phlebotomia, nec pharmacia debet fieri; quia in ea fit cōctio morbi, quæ fit melius in quiete, quam in motu. Sed ſicut ſe habet ſtatus ad morbum totalem, ita ſe habet paroxyſmus reſpectu dierum interpolationis. ſicut ergo nō eſt euacuandū in ſtatu, ita nec in paroxyſmo. vnde Au. in 1. dicit, ꝙ in hora paroxyſmi, ſiue ſtatus, ſiue motus ægri F tudinis, eſt tempus quieſcendi, & non ſomnū quærendi.

Tertia regula eſt, ꝙ phlebotomia non eſt facienda in principio morbi cum criſis eſt remota, quia ſm Iſaac in vrinis ſanguis eſt fundamentum caloris naturalis, ipſum ſ. ſuſtinens, licet cor fundamentum generans, & ſpiritus fundamentum deportans; ſanguis enim eſt fundamentum caloris naturalis, quia ex eo naturaliter generatur calor naturalis, & ideo euacuando ſanguinem euacuatur calor naturalis; qui materiam morbi debet digerere, & morbus prolongatur, & virtus debilitatur, propter quod timendum eſt, ne propter morbi longitudinem, & virtutis debilitatem natura ſuccumbat.

Quarta regula eſt, quòd in ventre ſicco. i. conſtipato, qui habet fęcem in inteſtinis non debet fieri phlebotomia. Cauſa eſt, quia tria ſunt attrahentia ſecundum Aui. in primo. ſ. vacuum, calidum, & tota ſpecies; quia ergo per phlebotomiam venæ euacuantur, quæ a membris ſibi propinquis attrahunt, & ita in ſecunda vice à ſtomacho humiditatem fæcum, & ita fæces plus exiccantur. debet ergo primo leniri venter per ſuppoſitoria, aut clyſteria, niſi per ſe laxatur.

Quinta regula eſt, ꝙ nō debet fieri phlebotomia multa, quia ex hoc accidit malum in ſenio. vnde Auic. in primo dicit, quòd ex hoc accidunt multi morbi ſcilicet apoſtema, epilepſia, & paralyſis, &c. & propter remotionem ſanguinis, & caloris generantur multæ ſuperpertfluitates phlegmaticæ, quæ ſunt cauſa harum ægritudinum.

Sexta regula eſt, ꝙ non debet fieri phlebotomia in muliere impręgnata, aut menſtruata. In impręgnata non, quia per hoc calor cibum digerens diminueretur, & nutrimentum auferretur ſętui, & maxime quando ſętus eſt magnus. vnde Hippo. v. particula apho. Mulier in vtero habens, phlebotomata abortit, quia aufertur ei nutrimentum, & maxime ſi fœtus eſt maior, quia tunc indiget ampliori cibo, licet multæ mulieres faciant contrariū, quia dicunt, ꝙ oportet fieri phlebotomiā, & poſt viuū vnum. H ſcilicet in fine impręgnationis ſi poſt quartum mēſem, & mortuo, ſcilicet in principio ante quartum menſem. Corrige tu doctor. In menſtruata dico naturaliter. ſ. poſt reuocationē menſis non debet fieri phlebotomia, quia in fluxu nimio mēſtruorum eſſet facienda ad diuerſionem menſtruorū, ſed quando emittit menſtruum ſecundum debitum, tunc non debet fieri phlebotomia, cum materia euacuetur ſufficienter a natura, & ne natura ab illa operatione diuertatur ſecundum Auic. in primo. Itē poſt colicam paſſionem non debet fieri phlebotomia cum enim phlebotomia humores commoueat, per hæc poſſet humor cholericus ad ſtomachū fluere, & ipſum inflammare. Nec ſimiliter poſt ipſum vomitū, ne ſimiliter humores fluant ad ſtomachum; nec poſt fluxum ventris, nec poſt vigilias magnas, nec poſt fortem vomitum, & breuiter poſt nullum calefaciens multum, aut multum diſſoluens, quia ergo in fieri phlebotomia calefaceret, & humores cōmoueret, & virtutem debilitaret plus, ideo phlebotomia in talibus caſibus non eſt facienda.

Quibus hominibus conueniat phlebotomia.

COnſequenter videndum eſt, quibus hominib. conuenit phlebotomia, ſm Aui. in 1. conuenit hoibus delicatis, ociosis, & quieſcentibus, multum carnoſis, & vtentibus cibis multum ſanguinem generantibus.

Item in illis, in quibus eſt abundantia ſanguinis, & cognoſcitur per vrinæ ſpiſſitudinem, abundantia enim ſanguinis facit ipſam eſſe ſpiſſam; ſed cholera ſubtilem, & ſic habemus duas regulas.

Tertio debet fieri phlebotomia in illis, in quibus melancholia abundat. vnde cum eſt multa melancholia naturalis currens cum ſanguine per totum corpus, quia ſanguis in hepate ab ea nō mūdificatur, tunc conuenit phlebotomia, ſiue minutio, & poſtea pharmacia. vnde duplex eſt melancholia, ſ. naturalis, & innaturalis, naturalis eſt fæx ſanguinis, quæ quando abundat, eſt currens cum ſanguine. quare cum ſanguine per phlebotomiam euacuatur. ideo facienda eſt phlebotomia ad eius euacuatio- *Medic. contrarietas.*
nem cum ſanguine: ab eodem enim calore, vt. ſ. a calore temperato fiunt ſanguis, & melancholia, quę eſt eius fęx, & poſtea facienda eſt pharmacia.

Quarta regula eſt in illis, in quibus timetur ſanguinis, & humorum ebullitio, & conturbatio, & calefactio, conuenit phlebotomia, & iſti cum ſtatim ſentiunt calefieri, debent phlebotomari, dum tamen non ſit timor ebullitionis, cōturbationis, & calefactionis, propter humorum abundantiam. Aliquando tamen aliqui decipiuntur per illam regulam, quia ſtatim cum ſentiunt calefactionem, & timent de humorum ebullitione, ſtatim phlebotomāt ſe, & quādo iſtud eſt ex choleræ calefactione, ſiue incēſione, per phlebotomiā nō ceſſat illa calefactio, neque ebullitio; imō per hoc augmentatur, quia phlebotomia humores commouet, & per corpus eos currere facit. Niſi ergo hoc ſit ex humorum abundantia, non conuenit phlebotomia. Quod cognoſcitur per ſudoris multitudinem, & maxime in mane: aliqui enim ſunt qui non ſudant, niſi G quando euacuatione indigent.

Item in illis debet fieri phlebotomia, qui habent fortem virtutem, & qui ſunt ſanguineæ complexionis, & nō frigidæ, & ſiccę, illi poſſunt plus. pati phlebotomiā. vnde Raſis. vij. Alm. corpora apta ad phlebotomiā, et quę eam plus poſſunt pati, ſunt illa, quæ habent venas amplas, manifeſtas, & iſti ſunt piloſi, & habent corpora bruna, & ex colore rubeo, & fuſco miſti ſunt colorati; & iuuenes, & adoleſcentes, & ſenes non decrepiti. Sed pueri, & infirmi non ſunt minuendi, niſi maxima neceſſitate cogente.

Quid faciendum ante phlebotomiam.

COnſequenter eſt dicendum, quid ſit faciendum ante phlebotomiam, & de hoc prima regula eſt hæc, quòd ſi timeas, ne humores craſſos in ſe habeat, debet intrare balneum, antequam phlebotometur, quia balneū humores ſubtiliat, & commouet; ſed nō dico eodem die, ſed die præcedente, quare non in eodem die? quia per balneum, cutis inſpiſſatur, & lenis fit, quæ cutis lenis cum percuſſione facta à phlebotomante fugit, & labitur, & eſt periculum, & propter hanc cauſam acceptio ſyrupi acetoſi ante phlebotomiam eſt competens, ante dico per aliquos dies, vt materia ſubtilietur, & per hanc viam fit motus ante phlebotomiam, vt humores diſſoluantur, & ſubtilientur, & propter hoc quando debet fieri phlebotomia, debet fricari brachium, vt humores exiſtētes propinqui brachio ſubtilientur, & præparentur ad exitum facilius. Item aliquando ante phlebotomiam eſt dandus cibus, vt ille, qui habet ſtomachum debilem ex ſui ſenſibilitate, & cui cholera ad os ſtomachi mouetur mordicando; ſed non quicumque cibus, ſed bene digeſtibilis, & ponticus, vt buccella panis intincta in aliquo ſucco acetoſo: confortat enim ſtomachum ſua ponticitate, & prohibet, ne humores fluant ad ipſum ſua frigiditate, reprimitur acuitas choleræ, ſi aliquantulum fluat.

Quid in phlebotomia faciendum.

COnſequenter videndum eſt, quid in phlebotomia eſt faciendum. Aliquando magnum vulnus eſt faciendum

ciendũ in apertione venæ aliquando paruum. Magnum vulnus debet fieri tribus de cauſis in vena.ſ.quando ſunt humores craſſi,ſiue ſanguis craſſus euacuandus, & per illud magnũ vulnus ſanguinis poteſt facilius exire. Secundo propter tẽporis frigiditatem,quia humores incraſſat, vnde in hyeme debet fieri magnum vulnus. Tertio propter humori abundantiam, quia tunc melius fit cuacuatio per magnũ vulnus,quã per paruum, Sed paruum vulnus fit,quando virtus eſt debilis,vt de ſpiritibus, & calore minus euacuetur. Secundo ſimiliter in tempore calido eadem de cauſa, & quando ſanguis eſt ſubtilis.

Item phlebotomandus, aliquando debet iacere ſupinus,quia per illum modũ iacendi virtus preſeruatur, nec debilitatur;quia ſm Ga. prima particula prognoſticorũ. accubitus eſt corporum debilium ſuper latiorẽ partem, ſicut ſupra ſpinam dorſi;quia ſecundum Auic.eſt fundamentum corporis, ſicut lignum nauis eſt fundamẽtum, ſupra quod tota nauis fabricatur, ita ſpina dorſi ſupra quam totum corpus fundatur. Quando ergo timemus de corporis debilitate, ſiue quòd ſyncopis accidat, debet phlebotomari ſupinus.

Tertio in phlebotomia debet videri color ſanguinis, quia ſi album ſanguinem exire videas, ſtatim ſtringas, quia per hoc ſignificatur, quòd in corpore ſunt frigidi, & crudi humores,propter defectum caloris naturalis digerentis, & amplius non eſt talis ſanguis minuendus per phlebotomiam, & illud dicit Philoſ.i.& ix.& de animalibus. Vnde Hippoc.mulieri menſtrua, ſine calore proprio, &c.& quia propter frigiditatem ſanguinis albi vomunt aliquando, & menſtruant.

Itẽ in phlebotomia debemus ventũ conſiderare, ſicut & in pharmacia:in æſtate.n.debet ventus ſeptentrionalis eligi, vt ſua frigiditate caliditatem temporis tẽperet. Itẽ hora electionis eſt intra primam,& tertiam horam diei, quia tunc completa eſt digeſtio,& ſuperfluitatũ expulſio eſt facta.vnde hæc eſt hora commoditatis, ſed alia eſt hora neceſſitatis, & hoc poteſt eſſe in qualibet hora diei, & noctis ſecundum Auic. quia impedimentum non habet ibi locum, cum ibi ſit neceſſitas. De hora quadræ Lunæ non inuenitur ab aliquo auctore medicinæ: tamen Philoſ.dicit in lib.de regimine principum, quòd poſt pleniluniũ in defectu Lunæ debet fieri minutio,tamen nos facimus contrarium,vt in pluribus,&c.

Quid poſt phlebotomiam faciendum.

VLtimo, & ſeptimo videndum eſt poſt phlebotomiam,quid ſit faciendum. Poſt phlebotomiã non fiat ſomnus immediate.vnde Auic.dicit, quòd poſt minutionem non fiat ſuperdormitio, & reddit cauſam mirabilem, quia per hoc poſſet accidere fractio membrorum neruoſorum.

Aliæ tamen duæ cauſæ poſſunt aſſignari. Vna eſt, ne ſomnũ patiens ſe vertat ſupra vulnus.i.brachium phlebotomatum, & per hoc lædatur. Alia eſt,ne humores fluãt ad membrum læſum, in quo eſt dolor propter ictũ phlebotomiæ, & fiat apoſtema. Vnde Gal. 2.aphor. ſuper illo apho. in quo morbo, &c.in ſomno ſi ſit apoſtema intra corpus,& membrũ læſum,ad ipſum fluũt humores. Sed quomodo habet intelligi cauſa Auic. Notandum, ꝙ hoc poteſt eſſe ſic. Confractio eſt paſſio mẽbrorum neruoſorum, & lacertorum, ſed ſm Gal.ſupra illum aph. In quo morbo ſomnus laborem præſtat. Somnus in principio paroxyſmi non conuenit,quia calor naturalis ad interiora ingreditur, & exteriora infrigidãtur, & fumi remanẽt ibi non conſumpti, propter hoc rigor augmentatur, & etiam paroxyſmus prolõgatur. ſimiliter eſt hic per commotionem humorum,ita phlebotomia ad neruos, & lacertos elongatur,qui non conſumpti remanentes in ſomno infrigidantur in exterioribus,& incraſſantur;ideo faciunt neruorum, & lacertorum confractionem ſi fiat ſuperdormitio immediate poſt phlebotomiam.

Item ſecunda cauſa eſt frigiditas mẽbrorũ incraſſans, faciens confractionẽ, ſicut in quartana, in cuius typo fit confractio propter frigiditatem, & craſſitiem materiæ. ſed nerui ſunt frigidi, & lacerti. ideo ad ipſos veniẽs iſte fumus in ſomno,in quo retractio fit caloris ad interiora, infrigidatur, & incraſſatur, & ille fumus infrigidatus,& incraſſatus infrigidationem, & incraſſationẽ inducit in mẽbro ſine confractione; quia ad membrum conſimile præparant ægritudines conſimiles,& Gal. ſupra illum aphoriſmum. In morbis minus periclitantur ægrotantes. Dicit, ꝙ hoc eſt intelligendum de ſomno phlebotomiæ vicino,& nõ remoto, poſt quam fumi illi ſunt cõſumpti.

Item poſt phlebotomiã debet cauere a multo cibo, in primo, & ſecundo die, quia cibus debet eſſe digeſtibilis, multum ſanguinẽ generans bonum, vt ouа ſorbilia, & vinum bonum,& pulli,vnde ſecundũ Iſaac in diætis,cibus eſt minuendus eis, & potus augendus reſpectu cibi, non conſuerudinis; imo debent minus potare quam ante phlebotomiam, quia virtus digeſtiuæ debilior eſt; cibus tamen digeſtibilis, dum tamen ſit aliquantulum craſſus,eſt eis bonus,videtur ſecundum Auic.pullus aſſatus aromaticus coctus in olla ſine aqua.

Item aliqui poſt phlebotomiam habent linguam ſiccam, & hoc propter abundantiam choleræ rubeæ,a qua fumus eleuatur propter ſui cõmotionem poſt phlebotomiam, & eius ebullitionẽ, & tales debent potare aquam hordei,vt acuitas, & caliditas choleræ mitigetur.vnde illi qui timent de calefactione hepatis,aut ſtomachi,aut ebullitionem cho.debent hoc facere,multi faciunt,ſed ne ſciunt cauſam, & ideo aliquando faciunt male, quia non eſt cholera rubea abundans in eis. Item non exerciter ſe poſt phlebotomiam, quia exercitium plus debilitaret eum, & multi ex hoc debilitantur. Item non balneet ſe poſt in die eadẽ propter eandem cauſam,et quia fieret humorum commotio, ſed iaceat in lecto ſupinus, quia iſte eſt modus debilium.

Itẽ non ligetur fortiter brachium, ne dolorem inducendo fiat humorũ fluxus ad locum, nec brachiũ ſtringatur pannis multis,& regatur,ne grauet,& nimis calefiat.

Item aliquando accidit inflatio in brachio, aut apoſtema, & tunc debet fieri phlebotomia in alio brachio ſm Auic. ſed ſm Raſim fiat phlebotomia ſupra locum phlebotomatum in eodem brachio, & tunc ponantur repercuſſiua ſupra locum, ne recipiat materiam.

Item vulnus per phlebotomiã in brachio factam aliquando tarde ſanatur, & hoc propter inunctionem phlebotomi in aliquo oleo, vt leuius intret, & minus lædat phlebomatum, ſicut dixit Gal.ix.megatechni, & tunc tardius curatur vulnus, quia ſecundum Ioannitium, & Gal.& omnes auctores, vulnus nõ curatur, nec ſanatur, quãdiu aliquid eſt inter labia vulneris, & oleum exiſtens inter labia vulneris impedit eius citam cõſolidationem.

Secunda cauſa quare vulnus per phlebotomiã factum tardius curatur,eſt nimia ſanguinis euacuatio, per quam virtus debilitata retardat continuationem, & conſolidationem vulneris;vnde virtus naturalis eſt debilis.

Tertia cauſa eſt brachij nimius motus, quia ſecũdum Aui.peripneumoniæ vulnera non ſanantur,neq; conſolidantur niſi membrum ſit in quiete, hæc tria ergo cutentut per ſua contraria. vnde non fit inunctio phlebotomi in oleo, ne fiat euacuatio multa, nec motus brachij, neq; exercitium iniũgatur;in iſtis enim eſt periculum,& maxime in baſilica, & cardiaca,quia in cephalica eſt minus periculum,vt videbitur. Notandum quod phlebotomia ſubtiliat humores,& etiam meliores facit eos.

Medicinæ conuenientes ad capitis euacuationem.

SVperius dictum eſt de quibuſdam medicinis conuenientibus ad euacuationem capitis. Nunc adhuc videamus de quibuſdam ad hoc conuenientibus. Et adhanc lectionem ſpectant quatuor medicinæ,quarum prima eſt theodoricon empiriſton. Secunda eſt theodoricon anacardinum. Tertia eſt pilulæ cochiæ. Quarta pilulæ Rogerij.

Thedoricon a theos, quod eſt Deus, & datũ quaſi a Deo datũ empiriſton, id eſt bene expertũ.eſt laxatiuum, ſed nõ fortiter laxat, calefaciẽdo melãcholiã, & phlegma ſi cum *De theodoricon empiriſton.*

si cum eo iungatur scammonea, aut hermodactyli, aut esula laxat fortius. secundum Nicolaum principaliter à capite phlegma purgat; hoc tamen non est verum, sed principaliter a mẽbris sub diaphragmate. vnde proprie à matrice euacuat, quia eam mundificat, & menstrua prouocat, si detur sero cum decoctione alicuius herbæ valentis ad hoc, vt artemisiæ, aut rutæ maioris, & secundatio a iunctaris euacuat, purgat amplius, quam benedicta.

Dragontea. Item si ex ipso, & dragontea, & nigella, fiat pessarium mirabiliter menstrua prouocat. Item habet vnum speciale scilicet quando palatũ ex eo fricatur attrahit phlegma a capite, & ideo valet in lethargia. vnde ad experimentum vocatus fui ad quandam mulierem, quæ iam amiserat loquelam, vt restaurarem ei loquelam, ad tẽpus fricaui palatum cum eo, & aliquantulũ posui de diacastoreo, & recuperauit loquelã, & fecit testamentũ suum, & mortua fuit. Item ex isto electario, & amylo fiant pilulæ, & sub lingua teneantur. valent ad vocis restaurationem amissam ex phlegmate crasso, in pectore inuiscato, & melius est, si castoreum apponatur. Item si detur cum decoctione tamarisci in mane deoppilat splenem. Item si detur de eo drac. i. diacalamenthi. drac. i. mulieri in vespere, & sequatur potus vini cum decoctione artemisię, & ruheæ maioris prouocat mẽstrua, & prẽparat ad conceptum, quia purgat matricem, & principaliter inferiora, vt credo. Si tamẽ ista medicina detur cum decoctione ru. maioris, artemisiæ, &c. valet ad menstrua prouocanda, vt dictũ est, dosis huius medicinæ est vn. s. valet ad hemicraneam, & vertiginem capitis, quia phlegma a capite purgat, & a pectore, & contra fluxum phlegmatis, qđ in fauce a gutture decurrit, ex quo fit homo sine voce, & etiam splenetici sine febre colorem bonum facit.

Nota.

De theodoricon anacardino. Theodoricon anacardinum e conuerso purgat respectu primi, quia purgat partes, quæ sunt supra diaphragma principaliter, & præcipue caput a melancholia, & phlegmate calefaciendo ea. secũdario alia membra, cum pulpa, aut esula laxat fortius. nõ detur in liquida substantia, sed in pilulis, sicut neque aliæ medicinæ attrahentes à capite, quia eas oportet diu remanere in stomacho, cũ a remotis. s. a capite extrahant. Dosis eius est drach. i. & s. valet ad memoriam amissam restaurandam ex phlegmate. vnde si in lethargia primo rasum sit caput, & accipiatur illud electatiũ, & acuatur cum succo anacardi, vt. s. intingatur in eo, & ex eis fricetur posterior pars capitis, valet ad memoriam restaurandã amissam propter phlegma; phlegma. n. corrumpit memoriam sua frigiditate spiritus congelando, & humiditate sua formas receptas habilitando, sicut accidit in aqua; istud enim quia calidum, & siccum est, phlegma a capite euacuat, & ipsum consumit. Si autem pessarium mittatur in matricem, mundificat eam, & materiam mẽstruorum extenuat. Ideo mulieres, quæ non concipiunt ex humorũ in matrice abundentia, eam accipiant, quia euacuat, & consũmit.

Nota.

De anacardino. Anacardus est fructus calidus, & siccus. Vnde Auic. anacardus vrit humores, et vlcerat, neruos adiuuat. vnde confert eorum frigiditati, vnde aliquod oleum valens ad hoc accipitur in puluere castorei, & succo anacardi si inueniatur, quia raro inuenitur succus, quin sit deficcatus, & fricentur nerui, videlicet. Anacardus, vt dicunt quidã, est pediculus elephantis, quod falsum est, immo est fructus arboris calidus, & siccus. in 4. & in quarto gra. in hoc electario, & in præcedenti est basis aloe.

De pilulis cochiis. Pilulæ cochiæ sunt optimę, purgant phlegma a stomacho, & a capite, & ideo contra passiones capitis valent, contra hemicraneam, vertiginem, & epilepsiam, & breuiter, contra abundantiam phlegmatis in capite; & valent contra elephantiam. dosis earum est vsque ad dra. ʒ. * habent enim in se tria, diagridium, colocynthidem, & aloe, conficiuntur cum succo solatri, quia ista frigiditate reprimit acuitatem medicinarum, aut cum aqua infusionis tragacanthi, quia prohibet excoriationem intestinorum contra diagridium, & aloe, quia aloe nocet stomacho, & hepati ponuntur in illis pilulis confortantia stomachum, & hepar, & patet.

** Est forsã nimis.*

De pilulis Rogerij. Pilulæ Rogerij sunt multum bonæ ad purgationẽ sio machi, & capitis de phlegmate. vnde multum visum acuunt. consumendo materiam venientem ad oculos. vnde si aliquis conquereretur de capite, & visus debilitate propter phlegma, euacuarem illud cũ pilulis cochijs, & pilulis Rogerij, postea purgatione facta darẽ pilulas Rogerij. de quarto in quartum diem sine obseruatione dietę ad residui consumptionem, fortificato patiente post euacuationem, vt post quindecim dies non dentur pilulę. In pilulis enim Rogerij sunt digerentia, & consumentia phlegma, & si ex eis medicinis, quæ cadunt in eis fiat pulluis, sine laxatiuis, bonus est ad visum clarificandum.

An artificiale sit acuere electaria.

HAbito de euacuatione, & quia electaria solent acui ad laxandũ. Ideo solet quæri vtrum electaria acuere sit artificiale, & videtur, quod sic. Primo quia hic est vsus communis; cum scammonea enim acuitur diacytonites, & oxy. Item medicus est naturæ minister, ergo malitiam, quam medicina infert naturæ, debet auferre meliori modo quo potest. Sed malitia medicinæ, & eius horribilitas meliori modo quo potest aufertur, ergo, &c. Item Aui. c. de syrupo acetoso dicit, q̃ abominatio medicinarum est causa, quare ponitur plus in eis de zuccharo, aut minus. Illud. n. quod medicinæ abominationem tollit, artificiale est iungere cum medicina, sed electarium eius abominationem aufert, ergo, &c. Contra, medicina debet remanere in stomacho, vt attrahat humorem ad stomachum ibi quieta manens, sed electarium propter sui dulcedinem, & caliditatem, etiam ab alijs membris attrahit, &c., sic operationem medicinæ impedit, nullum tale est artificiale cũ medicina adiungere, ergo, &c. Item Gal. in fine acutorum dicit, q̃ duæ contrariæ medicinæ non debent simul admisceri. Sed electarium est cõtrarium medicinæ ipsum acuenti, quia electarium est aptum natum trahi a membris, & est eis multum amicabile. Et medicina cum sit odiosa membris, magis nata est ab eis expelli; quam trahi, ergo ex cõplexione horum duorum fiet nocumentum, & impedimentum.

Item medicina laxans, & alterans sunt contrariæ, ergo non debent simul commisceri, sed electarium alterat, & medicina laxat, ergo, &c.

Solutio quæ sunt. Solutio. dicunt quidam q̃ nõ est artificiale acuere electarium, quia medicina attraheretur per accidens, licet cũ electario, sicut ad interfectionem vermium videmus, q̃ primo datur res dulcis, vt serum, & propter sui dulcedinem attrahitur illud, & postea succus amarus latitans sub illa dulci, per hoc vermes interficiuntur. Similiter est hic, quòd medicina venenosa cum electario mista attrahitur cũ electario, quæ mẽbro nocumentum inducit. Sed ego dico, q̃ aliqua est artificiale acui, & aliqua non acuere illa electaria, quę stomachum respiciunt est artificiale, vt diacytonitem; sed acuere illa, quę mẽbra remota respiciũt, vt plurima, & similia, nõ est artificiale, quia tũc cũ eis attraheretur medicina ad mẽbrum; cum. n. acuitur electarium respiciens stomachum, vt diacytonite, auide a stomacho recipitur, & retinetur, ita, q̃ operationem suam, remanendo in stomacho, potest medicina facere, nec ab alijs membris rapitur, siue attrahitur, quia electarium per medicinæ acuitatẽ corrumpitur. modicum. n. fermenti corrumpit magnam quãtitatem pastę. Iste modus exhibendi inuentus fuit propter medicinæ horribilitatem, & propter delicatos non potentes accipere per se, quia illam abhorrent valde, & sic patet solutio ad primum, quod medicina non attrahitur a membris cũ electario, quia medicina electarium corrumpit, sicut fermentum pastam, & ideò citius expellerent illud membra, quam ipsum attraherent. Ad aliud dicendum, quod duæ medicinæ contratiæ, quarum vna corrũpit aliam, non debent commisceri; sicut aqua hordei, & secania bin, sed sic non est hic vnum facit ad euacuationem, & aliud ad remouendum medicinæ abominationem, & malitiam, & propter hoc patet solutio ad omnia.

Per

Per quod acuuntur medicinæ.

CONsequenter quæritur, per quid acuuntur melius medicinæ, aut cũ ſcãmonea nõ cocta, aut cũ cocta: & videtur ꝙ cũ nõ cocta, quia medicinæ acuuntur cum ſcammonea vt laxent, ſed coctio virtutẽ laxandi ab ea tollit, quia coctio eſt fortior quam contritio, per quam ſuã vim amittit ſm Auic. maxime cum ignis ſit fortiſſimũ agens & 4. meteorũ, omnia ſunt materia igni, ergo non debent acui cum ſcammonea cocta, ſed cum cruda.

Item quod confortat malitiam medicinæ non competit. Sed coctio confortat malitiam ſcãmoneæ cum coctio det ei acuitatẽ, vt patet per ſimile, quia coctio acuit lapidem, & calcem, & mel, ergo ſimiliter ſcãmoneam. Oppoſitum facit vſus communis.

Soluſio queſtionis. Solutio. dicendum ꝙ medicina aliquãdo acuitur in principio veris, vt per totũ annũ poſſit conſeruari, & dari quãdo volumus, & tunc cũ ſcãmonea nõ cocta debet acui, ne ſua virtus debilitetur, neque timetur de eius malitia, quia per diuturnitatem temporis ſatis auferetur. Aliquando autem acuimus medicinam, quæ non debet diu ſeruari, ſed q̃ poſt quatuor dies, aut poſt tres dẽt exhiberi, tunc cũ ſcãmonea cocta debet acui, vt ſua malitia per partiũ ſubtiliũ ignearũ ablationẽ reprimatur, & ideo etiã coquitur cum aliquo repreſſiuo malitiæ ſuæ, vt cum coctanis, vel cũ aliqua tali, vt dictũ fuit prius in ſententia.

Ad primum cõtra, dico, ꝙ coctio pauca, & moderata, nõ corrũpit proprietatẽ ſuæ ſubſtãtię, ſ. ſcãmoneæ, ſed immoderata corrumperet; neque coquitur ita, ꝙ immediata ab igne calefiat: quia coquit in ſolijs caulis, aut in paſta, aut in coctano in furno, leui igne, vel calefacto.

Ad aliud dicendum, quod actio calidi ſecundũ Auicẽ. dupliciter acuitatem inducit; vno modo propter partiũ terreſtrium ignitionem, ſicut in lapide, & calce: ſecũdo modo propter conſumptionem partium aquoſarum, & humidarum exiſtentium in re, & ſic in melle acuitatem inducit conſumendo partes, quæ ſunt in eo, quia in eo eſt multum humiditatis quod cõſumitur in eius decoctione. Sed ſcãmonea non habet partes terreſtres tales, aut aquoſitatem, quæ debeant conſumi; ſed quaſdam ſubtiles igneas acutas, quæ euaporant, & conſumuntur in decoctione; ideo non acuit eam, ſed eius malitiam auſert.

Conſequenter quæritur vtrum medicina ſucceſſiua debeat acui cum lapide lazuli: & videtur, quod non, qa nihil ſeceſſum impediens, & ad oppoſitum medicinam trahens debet acuere medicinam ſeceſſiuam, Lapis lazuli eſt huiuſmodi cum ſit vomitiuus. ergo &c.

Item nihil impediens operationem medicinæ ſeceſſiuæ debet eã acuere, ſed lapis lazuli impedit operationem medicinæ ſeceſſiuæ, quia comprimendo facit medicinã citius deſcendere quam deberet à ſtomacho, & inteſtinis, in quib. manere debet, vt attrahat humores, ergo &c. Oppoſitum facit communis vſus.

Conſequenter quæritur, quare medicina acuatur, & quare non datur acumen per ſe, & medicina per ſe. ſi dicatur, ad hoc acuitur, vt illa medicina in pauca quantitate poſſit attrahere acuata, ſicut non acuata in magna. ergo tunc debet dari acumen, quia in pauca quantitate laxaret magis quam medicina in magna.

Solutio ad primam quæſtionem. ego dico, quod medicinæ, quæ dantur ad euacuationem melancholiæ, ſiue dentur in liquida ſubſtantia, ſiue in puluerizata, bene acuuntur cum lapide lazuli bene loto in aqua, vt per illam ablutionem ſordities, per quam erat vomitiua, auferatur, vnde debet ablui in aqua, & poſtea remoueri illa aqua, & imponi alia; & ſic deinceps quouſque clara, & ſine ſapore exeat, & debet ſic acui. primo debet exhiberi medicina in mane in liquida ſubſtantia, & in ſero in puluerizata, cum patiens ierit tribus, aut quatuor vicibus ad ſellam, debet poſtea miniſtrari lapis lazuli diſtemperatus in ſyrupo vio. vel aliquo alio. Et tunc iuuat medicinam in attrahẽdo, & ipſam feſtinat, ne ei noceat, & tunc nõ nocet in illa operatione, quia non facit medicinam citius deſcendere, quam fecerit ſuam operationẽ, quia non datur ſimul cũ ea, ſed prius, nec vomitũ indu-

A car, cum ſit ablutus. & ſic patet ſolutio ad obiecta.

Ad ſecundam quæſtionem dico, ꝙ nõ debet dari medicina per ſe, nec acumẽ per ſe, ſed vnum cum alio. cauſa eſt, quia in medicina laxatiua duobus indigemus. primo, vt in ſtomacho remaneat ſufficienter ad hoc, vt ad actum poſſit reduci, & in inteſtinis ſuam operationem facere, ibi remanens. ſecũdo vt ſufficiẽter poſſit trahere. Vnum deficit in acumine. ſ. remanentia ſua, quia ita eſt odioſum ſtomacho, vt non poſſit remanere, vt ſuam operationem faceret, immo ante tps expellitur à ſtomacho. Secundo deficit in medicina non acuata, quia debilis eſt virtutis in attrahẽdo. Vt ergo poſſit remanere, & attrahere fortiter, vtrũq; ponit, & non vnũ p ſe, nec aliud per ſe.

Diaſena dicitur, eo, ꝙ eſt ibi plus de ſena, quã de alijs ſpeciebus, valet proprie melancholicis, maniacis, cardiacis, triſtibus. tota confectio eſt lib. i. &c.

Electarium de ſucco roſ. ab eodem ſucco dictum expertum cõtra guttam arthreticam ca. choleram rubeam purgat, & conualeſcentibus ab infirmitatibus. ſ. tertianis, quotidianis. purgat ſine moleſtia reliquias malorum humorum. educit potenter, quæ remanſerunt, &c. *De electario de ſucco roſarum.*

Electarium dulce. ℞. roſ. cinna. zingi. melan. ana. dr. 6. zucch. vnc. v. ſand. alb. & ru. ana. drac. 4. hermod. eſulæ, ana. drach. i. diagridij, turbith. ana. vnc. 1. & 1. zucchari, mel quantum ſufficit. *De electario dulci.*

Pilulæ de maſtice, & aloe. Rec. aloes. vnc. ſ. maſticis drac. 2. gar. roſ. an. dr. 1. turbith, diagridij, an. ſcr. i. confice cum ſucc. fen. doſis eſt dr. ij potenter viſum clarificant. *Pilulæ de maſtice.*

Pilulæ de quinque generibus myrobala. ℞. omnium myroba. agarici, diagridij, &c. *Pilulæ de quinque genera.*

Quæ venæ ſint aperiendæ in phlebotomia.

SVperius inquiſiuimus ſeptem cõditiones circa phlebotomiam. Adhuc duo videamus quantum ſpectat ad iſtam lectionem. Quorum primum eſt, quæ venæ debeant aperiri in corpore humano in phlebotomia. Secundũ eſt, de inſpectione ſanguinis poſt phlebotomiam, quomodo cognoſcimus vtrum ſit bonus, vel malus.

C Et circa primũ ſic procedo, in phlebotomia aliqñ aperiunt venæ, aliqñ arteriæ. In apertione aũt arteriæ eſt timor: & huius cã potiſſima eſt nimius fluxus ſanguinis, q duplici de cã hẽt fieri in phlebotomia, vna cã eſt caliditas ſanguinis arterialis, calidum. n. eſt facile mobile, arteriã dilatãs, & aperiẽs; ideo iuuat multũ ad euacuationẽ ſanguinis in phlebotomia arteriæ. Scda cã eſt arteriæ mobilitas, ideo in ea tardius curatur, qa vulnera nõ curant, niſi quieſcant, & quia mouetur, conſolidari nõ põt. Prodeſt tamen tripliciter, vno mõ cũ eſt in corpore ſanguinis ſubtilis abundantia, & qñque vaporoſi, & qñdoq; calidiſſimi. Sanguis. n. ſubtilis; ex quo ſpiritus & calor naturalis fiũt, in arteria habitat. Item vaporoſus ſanguis in ea arteria habitat, & ſanguis ſanguineus in venis ſm Auic. Item calidiſſimus, quia à corde efficitur, & digeritur, quod eſt calidiſſimum membrum.

Quæ venæ ſunt phlebotomandæ.

D ITem venarum apertio eſt in multis mẽbris; aliqñ in brachio, ſiue in magna manu; aliqñ in parua; aliqñ in pede: aliqñ in naſo; aliqñ in fr̃onte; aliqñ in labijs, aliqñ in lingua, ſiue in palato; aliqñ in angulis oculorũ verſus frontem. Item in manu maiori, quæ eſt ab alis vſque ad cubitũ ſunt quinque venæ aperiendæ ſm Ra. in 7. Alma, & ſm Auic. in 1. Vna vocatur cephalica, quæ eſt capitis. Secunda baſilica, quæ eſt hepatis, Alia mediana, ſiue cardiaca, ſiue nigra, ſm quod vocatur ab Aui. ſiue matrix. Quarta, axillaris, Et quinta, funis brachij. Et in manu minori vocatur ſceilẽ, ſiue ſubaxilla, ſiue ſaluatella. Et in brachio, ſm ꝙ continet manum maiorem, & minorem ſunt ſex venæ aperiendæ, & vna, quæ eſt in manu minori aperienda, quæ eſt inter medium, & auricularem.

In pede ſunt 3. iſchiatica, ſaphena, & vena iſchiatica poplitis.

Cephalica à collo, & à partibus, quæ ſunt ſupra collũ euacuat, & ideo in paſſionibus capitis valet, vt in hemicrania, mania, & alijs calidis paſſionibus; ſiue ex materia calida, vnde ipſa incipit, ſiue oriẽ ab humero tendens

versus partem sinistram brachij.

Basilica immediate euacuat a partibus sub collo, vt pectore, hepate, siue passionibus pectoris, & hepatis valet. vnde in pleuresi valet.

Mediana est inter duas. quarum vna est in superiori parte brachij, & alia in inferiori, inter duo extrema, ista mediat. Basilica incipit ab ascellari, & tendit ad partem domesticam brachij ad curationem. Mediana est ramus vtriusque. Igitur mediana, siue nigra est media inter istas duas tripliciter; in situ, vt visum est; in compositione, quia ex eis componitur, sicut medium ex extremis, & vtriusq; est ramus, quia ex duobus ramis, quorum vnus ab vna procedit, & alius ab alia componitur; & est media in euacuatione, quia vndiq; euacuat; & ab inferioribus partibus a collo, & a sub collo, & supra collum vnde est vtilis toti corpori in euacuando; nō vniuersalis, sicut quidam dicunt, quia a corde oritur; sed quia ramus basilicę, & cephalicæ est; & quia cum volumus phleborotomare de basilica, & non apparet bene, debemus magis mediană, quam cephalicam accipere, quia magis conuenit cum vtraque, quam vna cum alia, cum sit ramus istorum, & illa extrema.

Sceilē, siue saluatella est vena, quæ est inter medium, & auricularem tendens plus versus digitum medium, et illa aperiatur in dextra parte, siue in manu dextra in oppilatione hepatis, & in sinistra manu in oppilatione splenis, & qua hoc fit nescitur ratio fm Auicen. sed experientia. hanc enim inuenit Gal. per somnum, sicut dixit, q̄ habebat in cura quandam patientem oppilationē splenis, & hepatis, & somniauit se hanc patientem phleboto mare de illa vena, & sic fecit, & curata est. De illa fit phle botomia ponendo manum in aqua calida, quia subtilis. ideo vt incrassetur, & dilatetur, ne vulnus claudatur citius debito, & vt sanguis crassius subtilietur, in aqua calida ponitur, quia remota est a corde, &c.

Axillaris est illa, quæ posita est sub basilica, & illa apparet in ligatura brachij: & de illa est illud iudicium, quod de basilica.

Fumis brachij est illa, quæ est supra cephalicam supra os vicinum, siue alterius brachij versus partē sylvestrem, & est idem iudiciū de illa, & de cephalica. licet ergo fm Gal. & Auic. in apertione venæ sit euacuatio vniuersalis a toto corpore, non tamen ab omnib. venis æqualiter, vt visum est, licet ergo a toto corpore euacuent, non tamen eis est timor æqualis; immo secundum Raf. vij. Alman. cephalica est securior, basilica vero est magis timenda, & cardiaca adhuc plus est timenda, licet minus quā basilica secundū aliquos. Cephalica enim est securior, quia nec iuxta eā est neruus, nec sub ea est arteria: sed sub cardiaca est neruus, & aliquando supra eam neruus subtilis: ideo timendum est, ne incidatur neruus. Basilica est periculosa valde, quia sub ea est arteria, & iuxta eam est neruus, & musculus; ideo cauenda est valde. supra venam ponitur arteria in interioribus corporis, quia est locus nobilior. in exterioribus sunt venæ, vt melius prohibeatur a nocumentis secundum Aui. in. j. Sceilem, siue salua tella non est periculosa, sed tamen subtilis est, ideo, vt appareat magis, & melius, ponitur in aqua calida.

In pede sunt prædictæ tres venæ; & hę aperiūtur cum volumus trahere sanguinem, & ad partem infetiorē, & ad prouocationem menstruorum. Et illa quæ est in pollice, vel poplite fm Auic. magis valet, quam saphena, aut ischiatica, quia propinquior est matrici; ideo melius potest ab ea trahere: Saphena similiter a virga, & testiculis, & matrice medicinam, id est sanguinem trahit. Et ischiatica ab anchis, & renibus, & a membris, quæ sunt situata versus partem sylvestrem melius trahit. Saphena a matrice a membris positis versus partem domesticam; licet enim sint rami venæ vnius secundum Gal. vi. apho. experimento sic probatur esse, licet causa ignoretur.

In medio frontis est vna vena aperienda in antiquatis passionibus faciei, vt morphea, & impetigine, & scabie, & passionibus oculorum; prius tamen debet fieri minutio de cephalica vena.

In naso similiter, sed in apertione vtriusq; debet collum ligari, & postea aperiri vna, aut alia: post enim ligationem colli melius manifestatur.

In labijs sunt venæ, quæ aperiuntur propter apostema existens, in ore, aut gingiuis; cephalica tñ prius minuta.

In palato sunt quatuor venæ, quę si aperiantur valent fluxui rheumatis ad dentes in eis facientes dolorē. vnde quādā mulierē curaui per hoc, q̄ habebat dolorē in dentib. ex fluxu rheumatis ad illum locū, primo tamē posui repercussiua, & restrictiua fluxus, & nihil profuit: deinde mitigatiua, & nihil profuit; deinde maturatiua, & nihil profuit, postea feci eam minui de cephalica, et postea ego feci aperire illas quatuor venas, & curata fuit. vnde hoc est bonū, quando materia fluxa est digesta, quia nisi esset digesta, forte non curaret, & istæ venæ sunt manifestæ. Nota.

Item venæ, quæ sunt in angulis oculorum, versus frontem, illæ aperiuntur in passionibus oculorum, cephalica prius minuta.

Illę venæ, quę sunt in lingua, ideſt, quę sunt sub lingua aperiuntur in synanche, prius tamen cephalica minuta. Venæ, quæ sunt in temporibus inciduntur in hemicranea, & propter magnum capitis dolorem, & pro ægritudine capitis diuturna, & illæ sunt, quas Hippocra. & Auicen. vocant iuueniles, quarum absciſſio reddit hominem impotentem generare.

Item in collo sunt duæ venæ, quæ vocantur gindem, quæ minuendæ sunt in principio lepræ, tamen anhelitus angustatur maxime. vnde etiam in synanche impediente anhelitum valet hoc.

De inspectione sanguinis post phlebotomiam.

COnsequenter videamus de sanguinis inspectione post eius extractionē. primo eius substātiā considerem. vtrū sit crassus, vel subtilis. Si sit crassus, aut spissus, ipse significat abundantiā crassæ materiæ, aut siccitatem, pp caliditatem consumentem humiditatem. Si sit subtilis, ipse signficat indigestionē, & abundantiā humorum crudorum indigestorum. si calidus, calidorū. si frigidus, frigidorū. Si sit vnctuosus, significat, aut leprā futuram, aut nimiam pinguedinem. Leprā, quia vnctuositas fit in sanguine ex calore forti, ipsum in vnctuositatem conuertendo, quæ adurit sanguinem, & lepram facit.

Item per saporem. si sit dulcis, signum est, quod bonus est, quia signum est cōpletæ digestionis. si amarus, abundantiam cholerę. si acris, significat abundantiam melancholiæ. si insipidus abundantiam phlegmatis.

Item per odorem. si sit fętidus, significat humores fętidos, & corruptos. si aquosus, significat indigestionem, vnde est in eo aquositas aliquādo multa, quę est in eo, vt transeat per venas hepatis angustas, & illa debet habere colorem vrinæ, quę est superfluitas digestiuæ secundæ.

Item aliquando est in eo spuma, & ista spumā significat (si non causatur ex ea) sanguinis ebullitionem, aut ventositatem, ideo, si non sit in eo spuma, bonum est.

Item per colorem debemus inspicere. si sit albus, dominium phlegmatis adusti est in eo, aut nō adusti. Verū adusti pōt cognosci per viscositatem, quia tunc est viscosus, & facit viscositatem in eo adurens calor, sed aquosus, phlegma naturale. Color bonus in eo est rubeus, tendens ad quandam obscuritatem, quia purpureus color intensæ rubedinis, & clarus significat choleram, secundum Gal. in primo de crisi. obscurus, sanguinem crassiorem.

Item aliquando est viridis, & significat completam adustionem: aliquando liuidus, & tunc significat melancholiæ abundantiam, aut spirituum mortificationem. Item aliquando cito exit, & signum est, quòd est subtilis: aliquando tarde, & signum est, quòd est crassus: cum mediocriter, mediocris. aliquando cito coagulatur, & est signum tunc, q̄ est crassus: aliquando tarde, & est signum, quòd est subtilis. Item bonus sanguis debet esse diuersi coloris in suis partibus. In superiori parte rubei coloris, & versus extrema, quia ille est leuis, ideo ad locum superiorem mouetur. In medio rubeus, non clarus. in fundo niger, propter melancholiam, quia sanguis crassus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0972-9 DFG

crassus melancholicus, in fundo residet.

Item per figuram potest cognosci. vnde accipias baculum in extremo rotundum, si non resistit, sed statim scindatur, signum est siccitatis; si resistat multum, est viscosus; si mediocriter, mediocris.

De tribus electarijs laxatiuis.

HAbito de quibusdã medicinis, tunc dicamus quantum ad præsentem lectionem de tribus electarijs laxatiuis, & de duabus medicinis. Trium autem electariorum. Primum est diasena. Secundum est electarium de succo ros. Tertium est electarium dulce. Duarum medicinarum. Prima est pilulæ de mastiche. Secunda est pilulæ de quinque generibus myrobalanorum.

De diasena. Quid sena. Diasena est electarium laxatiuũ propter senam, quod est in eo basis: Et est sena herba calidissima, siue calida, & sicca, cuius folijs vtimur, purgat cholerã rub. & chol. nig. & phlegma. Item confert scabiei, lepræ, quartanæ, & contra vitium splenis, & epilepsiæ, & syncopi, & contra hæmorrhoidas, & purgat melancholiam, & ideo purgat quemlibet humorem præter sanguinem. Si volumus purgare phlegma plus quàm choleram, vel melancholiam, debet dari cum cartamo, aut cum semine vrticæ. si plus choleram, debet dari cum sero caprino. si plus melancholiam, cum decoctione epithymi. hæc sunt verba Haly Abbatis. ij. practicæ de regali dispositione. dicit, quod dosis eius est bene a drach. iij. vsque ad vj. Diasena euacuat melancholiam adustam, & non adustã; ideo confert melancholicis, & maniacis, quia melancholia, quæ est morbus, fit ex melancholia non adusta, & cardiacis, cum cardiaca debeat fieri ex fumis melancholicis ad cor eleuatis ex humore multo spiritus vitales inficientibus, siue conturbantibus. Item tristibus, cum tristitia fit ex abundantia humoris melancholici spiritus obumbrantis, & obscurantis; gaudium enim fit in luce, sed in tenebris anima tristatur. In isto est plus de sena, quàm de aliquo alio, ideo est basis. In eo est sericum combustũ; sericum enim confortat cor, & materiam superfluam consumit, combustum plus consumit, quàm conforter; quia tamen non potest conteri, nisi prius comburatur; ideo semper cum ponitur in medicinis, siue hoc fit ad confortandum, siue ad consumendum, semper comburitur; licet sua virtus semper minuatur in confortando. Ibi sunt lapis lazuli, & armenij, qui melancholiam euacuant, sunt tamen stomacho inimica, quia vim habent nauseatiuam. Abluitur sic, ponitur in aqua, & illa cum sit immunda amouetur, & ponitur alia quousque aqua clara exeat, & sine sapore, per quod significatur eius sordicies esse remota. ablui ergo debet lapis lazuli, & lapis armenius post suam puluerizationem, ozymum, i. semẽ basilicõnis, & crocus, &c. Ponuntur hic ad confortationem cordis, capitis, & spirituum, & cætera patent.

De electario de succo rosarum. Et electarium de succo ros. fuit inuentum propter delicatos, medicinam non potentes accipere per se. confert podagræ, ischiaticę ex causa calida, quotidianis, tertianis, quando est tertiana non vera, quia choleram euacuat, reliquias morbi euacuando. ibi sunt sex, scilicet succus ros. qui sua proprietate confortat stomachum secundum Serap. in vij. & excorriationem intestinorum sua styptícitate reprimit; ideo reprimit malitiam scammoneæ. Præterea ibi sunt sandali propter hepar, & camphora propter cor, quia non sunt nisi tria nocumenta, quę facit scãmonea scilicet stomacho, intestinis, hepati, & cordi: ideo inter omnia electaria hoc est valde artificiale.

* *In eo Mes. sunt drach. vj. In eo Nic. sunt viij.* Electarium satis forte est, quia in libra i. ipsius sunt * drach. iij. scammoneæ, & illud est multum. ideo non datur, nisi vsque ad drach. iij. medici istud portant secum, & quando medicina parum ducit, patienti dantur dra. ij. vel circa, vt plus ducat. Sed in eo est periculum dare sic post medicinam, quia vnus per huius medicinæ receptionem fuit ductus. l. vicibus. Istud electarium est bonum, & securum, vnde vnus medicus magnus fuit, qui semper isto vtebatur, & nunquam (dum posset) dabat aliam medicinam; non tamen detur post fortem medicinam, vt dictum est; licet non ducat tantum, quantum competit, quia per hoc medicina vigorata vltra modum duceret, & ideo esset periculum, vnde melius esset expectare, quàm ita cito dare.

De electario dulci. Electarium dulce est eiusdem generis, euacuat phlegma, & choleram, & ideo contra tales morbos, in quibus est vterque humor, valet, vnde valet arthreticis, quia arthretica secundum Aui. fit ex cholera ductrice, & phlegmate morbum generante, & inducente. Esula, & scãmonea sunt in eo basis. Ibi sunt confortantia, rosæ, & sandali, & similia; & euacuantia tria, vt hermodactyli, esula, et scammonea. Differt ab electario de succo ros. quia electarium de succo ros. choleram puram euacuat; ideo in tertianis puris, & veris competit, & aliud purgat choleram, & phlegma, ideo in tertianis nothis competit, & quotidianis. Sed quia electarium de succo ros. tantum cholerã proprie purgat, ideo confert tertianis veris proprie, & etiam arthreticis de materia cholerica, vnde dicit Nicolaus, quod competit contra guttam, choleram, & chole. rub. purgat, & conualescentes ab infirmitatibus, tertianarijs, & quotidianarijs. purgat sine molestia.

Pilula de mastiche, et aloe. Pilulæ de mastiche, & aloe purgant secure, & valde stomachum, cum est phlegma in eo contentum, acuunt visum cum debilitatus est ex fumis eleuatis a phlegmate contento in stomacho. Aloe in eis est basis. Mastix ponitur ad represtionem malitiæ aloes, quia confortat stomachum. Dosis earum est drac. ij. sine acumine aliquo, & optime purgant garyophylli ad stomachi confortationem. rosæ ad intestinorum confortationem. crocus ad confortandum cor, & ita reprimitur malitia scammoneæ. dantur secure ad euacuandum phlegma a stomacho, sine obseruatione diætæ.

Pilula de quinque generibus. Pilulæ de quinque generibus myrob. i. de quinq; myrob. optimæ sunt ad purgandum chol. & phlegma, & melancholiam a stomacho, & membris vicinis, & dosis est. vnc. semis, vel drach. vj. quia non sunt violentæ. myrobal. in colatura bene dantur vsque ad drach. xx. in substantia sua, vsque ad drach. x. vnde bene do de istis vsque ad drach. xx. vnde accipio emblicorum, bellicorum, ana vnc. sem. sed vniuscuiusque, & ita. viij. drach. de illis, deinde alia prima puluerizata absque ad vj. drach. & pono in decoctione primorum myrob. & deinde aliam decoctionem, quam habeo valentem ad hoc; commiscendo cum illa decoctione, & totum simul do. Et tu dices, q̃ myrob. amittunt vim suam in decoctione, dico q̃ non, moderata existente, licet non sint ita fortes. Rasis dicit in suis experimentis, quòd non debent dari in sua substãtia, quia sua asperitate, & siccitate pectori nocent, & sua styptícitate post laxatiua vehementer constringunt. Vnde patientes post suam exhibitionem de his conqueruntur, & propter hoc cum his ponitur zuccharum reprimens eorum asperitatem nocentem pectori, & cafia fistula, & tamarindi, ne constringatur ita fortiter. Vnus est modus exhibendi, quem ponit Rasis. accipiantur myrob. centum, & ponantur in aqua frigida, ita quod sit aqua eminens bene per iij. digitos aut iiij. deinde dimittantur bene per vij. dies in aqua illa; deinde auferatur aqua illa, & ponatur ad Solem deficcari; deinde aqua ponatur, & dimittatur per iiij. dies, vel per v. quod est melius; deinde iterum ad Solem ponatur: & sic fiat donec albescant illi myrob. & exeat aqua sine sapore, & clara. Deinde ista aqua, quæ prius est extracta, detur patienti; euacuant enim sine periculo, & sine malitia saporis respectu aliorum scilicet decoctione, vel in substantia. *Nota.*

De phlebotomia respectu pharmaci.

VIso de phlebotomia in se, & absolute, núc videndũ est de ea respectu pharmaci. Et circa hoc quęritur, dato q̃ vtrumq; competat, quid istorum est prius faciendũ, vel pharmacia, vel phlebotomia? Et videtur, q̃ phlebotomia, quia sicut cognitio generalis præcedit specialẽ, ita euacuatio generalis, vel vniuersalis præcedit specialem, secundum Galen. in multis locis. Phlebotomia est euacuatio vniuersalis respectu omnium humorum, & specialiter sãguinis; Pharmacia specialis respectu vnius,

ergo, &c. Item secundum Raſ. & Auic. prius debet fieri E euacuatio vniuerſalis quam particularis; primo enim docent phlebotomare de cephalica, quæ vniuerſaliter euacuat, antequam fiat euacuatio de vena frontis, aut de venis, quæ ſunt ſub lingua, ergo &c. Item dicit Gal. in vij. megatechni, quod ſi inueniatur medicina, quæ ſcilicet curet morbum, & ſymptomata ſimul, ipſa eſt melior, quã ſi alterum tantum, ergo ſimiliter euacuatio eſt melior, quæ duo facit, quã vnũ tantũ, ſi vtroq; indigeamus; ſed phlebotomia eſt huiuſmodi, quia humores omnes euacuat, & non pharmacia. Sed euacuatio melior, & ſecurior eſt facienda prius ſm auctores, ergo &c. Et tu dices ad hoc forte, quod ſi humores ſunt ſubtiles, prius eſt facienda phlebotomia quam pharmacia, ſi ſint indigeſti, & viſcoſi, prius facienda eſt pharmacia, quia ſi phlebotomia daretur cõtra humores frigidos viſcoſos ſanguis frigidus humidus, & viſcoſus remaneret paucus, quia euacuaretur in phlebotomia calor naturalis, & ſpiritus.

Cõtra dixit Gal. xi. megatechni, ꝙ ſi ſit ſanguinis multitudo, & viſcoſitas, & oppilatio, & pharmacia indigeat, F prius tamen eſt ſuccurrendum cum phlebotomia, ergo, & in viſcoſitate, & oppilatione corporis, phlebotomia eſt facienda. Sed contra ſecuriora prius ſunt facienda, ſed pharmacia eſt ſecurior, cum minus debilitet virtutẽ, quę maxime debet ſeruari a medico, & reſpici, ergo &c. minor patet per Gal. xi. megatechni. minutio ſanguinis cæteris euacuationib. defectionem virtutis magis inducit.

Solutio. Auic. ſic ſoluit illam quæſtionem lib. i. quia ſi indigeat patiens phlebotomia, & pharmacia, aut æqualiter, aut inæqualiter. ſi inęqualiter, tunc ſuccurrendum eſt magis ei quod magis indiget. Si æqualiter tũc diſtinguo, aut tu vis dare fortem medicinam, aut debilẽ. Si fortem, vt eſt elleborus, & eſt repletus patiens, cũ indigeat pharmacia, facienda eſt prius phlebotomia, ne ex nimia humorum commotione venæ rumpantur, hoc dixit Auic. Si debilem medicinam oportet dare, aut ſanguis eſt miſtus cum alijs humoribus, aut ſeparatus per ſe. ſi miſtus, G tunc debet prius phlebotomari cum euacuat omnes humores, cum quibus eſt ſanguis miſtus. Si eſt ſeparatus, aut humores ſunt ſubtiles, aut viſcoſi, aut indigeſti. Si diuiſus, & humores ſunt ſubtiles, debet prius fieri phlebotomia quam pharmacia, vt natura fortificetur exonerata cũ indigeat euacuatione ſanguinis per hypotheſim, nec indiget multitudine ſanguinis tanta ad digeſtionem humorum ſubtilium, quantum ſi eſſent viſcoſi, & eſt facienda, quia eſt ſecurior, quam pharmacia ſecundum auctores, per hoc enim natura fortificata melius reſiſtit venenoſæ materiæ. Si humores ſint craſſi, viſcoſi, & indigeſti, *Nota.* medicina debet præcedere, quia plebotomia euacuaret ſubtile, & reſiduum incraſſaret. Breuiter ergo cum eſt æqualis indigentia phlebotomiæ, & pharmaciæ, & eſt abundantia humorum, & ſanguinis, prius phlebotomia eſt facienda, excepto vno caſu tantum, ſcilicet cum ſanguis eſt viſcoſus, & humidus.

Ad Gal. dicendũ, aut ipſe intellexit de inæquali abundantia, ſ. quando ſanguis multo plus abundat, qd patet H per eius intẽtionem ibi, quia de ſynocha ibi determinat, vbi eſt maior abundantia ſanguinis quam aliorum humorum, & ideo tunc prius facienda eſt phleboromia, quam pharmacia propter humores putridos corruptos abundantes ibi.

Conſequenter quæritur, vtrum in febribus interpolatis competit pharmacia, & videtur quod non, quia omne pharmacũ eſt calidum primo apho. Sed calidum aduenies calido facit ipſum furere; ergo cum in eis ſit calor, non debet medicina exhiberi. Item aut datur ante digeſtionem, aut poſt, non ante ſm illum apho. Digeſta medicari, & cærera; nec poſt ſecundum Gal. i. interiorum. Natura. n non indiget medicinæ auxilio, niſi cũ morbo magnificato nequiuerit dominari, ſed poſt digeſtionẽ natura dominatur, quia ſecundum Gal. digeſtio non eſt niſi cum natura morbũ vincat, ergo &c. Solutio. dico quod datur in febribus interpolaris poſt digeſtionem materię, non ante digeſtionem materiæ. Ad primum dicendum quod medicina calefacit perſe, & infrigidat per accidẽs, euacuando malitiam cauſantem calorem, ſiue febrem, quando aliquid nocet parum, & iuuat multum, illud nõ eſt dimittendum propter illud nocumentum: parum autem calefacit, & infrigidat multum.

Ad argumentum ſecundum, dico, ꝙ cum natura in digerendo dominatur, non debet adiuuari ad dirigendum poſt digeſtionem, tamen non dominatur aliquando in expellendo, quia expulſio eſt motus localis, & digeſtio, alteratio, & motus localis eſt fortior quàm alteratio. Et tu argues contra, ꝙ digeſtio, quæ eſt alteratio eſt fortior, quam expulſio, quia expulſio fit in breui tempore, digeſtio in longo tempore, ergo difficilius eſt digerere, quam expellere, quia quod fit tardius, eſt difficilius. Dico, quòd expulſio fit citius, quia materia eſt obediens, & diſpoſita, vt expellatur, quantum eſt de ſe, ſi virtus eſſet ſufficiẽs, & fortis; ſed quia ille motus eſt fortis, ideo non ſufficiens ad hoc, niſi adiuuetur, & digeſtio eſt ſuper materiam inobedientem, & indiſpoſitã; ideo tarde fit, & paulatim, cõtrarias diſpoſitiones abijciendo, & cõuenientes inducendo. ideo indiget adiutorio in expellendo, licet dominetur in digeſtione, quia virtus eſt debilitata per morbum precedentem, & ex reſiſtentia materiæ morbi in digerendo.

Hiera Logodion memphytum. hiera, id eſt ſacra; logos id eſt ſermo; memphytum, id eſt impedimentum: cũ rat enim impediram locutionem ex quacumq; fit cauſa, hæc omnes, id eſt ſacras partes, id eſt cerebrum, ab omni impedimento liberat; linguam, & quęcumque, cum ſint impedita, ſanat. ſimplex, vel laxatiuum datum, melancholiam, & phlegma mirabiliter purgat, cum calida detur epilepticis. cum calida, ſale, & mulſa curat ſtomachicos, & ſpumantes caducos, & vertiginoſos, qui linguam ſibi mordent, cephalalgicos, hemicraneos, & qui ita vexantur, ex capitis motionibus, vt videantur quaſi dæmonium habere, ſingulis menſibus, vt diximus, data. prodeſt autem hoc antidotarium ſine periculo, neque vllas moleſtias accipientibus infert, decima pars confecta eſt lib. i. Rec. colocynthidis interioris, polypodij ana dra. ij. euphor. folij, * Cotandri, ana dra. i. & ſemis, & grana ab- * *Coriãdri.* ſynthij, & mirrhæ, ana dra. i. & gra. xij. centaureæ, agari. amomi, cymini, anethi, folij, ſpicæ, ſcillæ, diagridij, ana. dra. i. aloes, cymarum thymi, caſiæ, chamędryos, bdellij puriſſimi, ana drac. ij. & gra. iij. cinnamo. opopa. caſtorei, ariſtol. rot. piperis albi, & long. & nigr. croci, ſagapeni, petroſelini, ana dra. ſe. elleb. nig. & albi, ana dra. vj. mel quod ſufficit, dantur autem de eo. dra. iij. mane, vel ſero cum calida, vel cum mulſa, & ſale diſtemperata in modum caſtaneæ. *Hiera logodion.*

Hiera Rufini, hiera, id eſt ſacra; Rufini ab auctore dicitur. datur proprie ſcabioſis ex ſalſo phlegmate, elephantioſis. & ſerpiginoſis: curat vtramq; morpheam. cum aqua repida datur, ſed ſi purgatione purgare volueris, adde, drach. ij. ſcamo. &c. *De hiera Rufini.*

De phlebotomia per ventoſitatem.

SVperius viſum eſt de vniuerſali euacuatione, quæ fit per phlebotomiam, nunc videamus de magis particulari. quæ eſt ventoſatio. Iſta ventoſatio aliquando fit cum ſacrificatione, aliquando ſine ſcarificatione. Cum ſcarificatione quinque de cauſis.

Prima cauſa eſt, quia aliquando ponitur * ventoſa ad reſtringendum, ſiue diuertendum, vt cum * ſupra' mãmillas apponuntur ventoſæ ad diuertendum fluxum humorum, ſiue menſtruorum, ſecundum Hippo. v. apho. & hoc dicit Gal. xiiij. megatechni. ſi in ſanguinis fluxu de vulua in mammilla apponitur, ventoſa valet, & debet. ſ. caueri, vt ſcilicet apponatur in oppoſitum ſupra membrum habens colligantiam ad illud, aliter nihil faceret, & per hanc viam dicit ibidem, quòd in fluxu ſanguinis narium apponere ventoſam ſupra hypochondrũ dextrum valet; & ſi a ſiniſtra, ſupra ſiniſtrum; & ſi ab vtraque, ſupra vtramque. *a ſubtus.* *De verſa.*

Secũda cã eſt, vt attrahantur humores ab intra ſi a profundo corporis ad exteriora, vnde Gal. xiij. megatechni, vnde

vnde ſcimus,quia ventoſa cæteris fortius attractiuis,quę interius ſunt extra ducit & apoſtema aufert durũ,p̃cedẽte tñ euacuatione vniuerſali,maxime ſi corpus ſit plenum.

Tertia cauſa eſt, vt per ventoſam membrum retineatur, ſiue reducatur ad loca propria, vt cum inteſtina cadunt inferius, appoſitio ventoſæ ſupra ventrem retinet ea, & reducit ad locum proprium.

Quarta cauſa eſt ad diſſoluendum ventoſitatem, vt in colica per hoc dolor ceſſat. vnde in quadã muliere accidit, quòd erat pinguis valde propter quod ſæpe habebat colicam. Et quædã mulier alia accipiebat duas ollas ſtrictas in orificio,et ponebat in vno magno vaſe ęneo ollas, & vas æneum ponebat ad ignẽ,demum panno lineo ventrem tẽgebat, & poſtea illas duas ollas calidas ſupra ventrem ponebat,& adhærebat ventri,& ſanabatur. In apoſtemate, aut in materia intenſa non conuenit'ventoſa in colica,niſi materia ſit phlegmatica, & ventoſa.

Quinta cauſa eſt,qñ appoſitio ventoſarũ fit ad doloris mitigationẽ, & tũc in colica paſſione fit generaliter hoc modo, ſiue hoc ſit ex apoſtemate,ſiue ſit ex materia cholerica, ſiue ex phlegmate, ſiue ex ventoſitate, &c. Vnde Gal. in xiij. megatechni c.iiij. aliquando curamus dolorem exiſtentẽ propter fumoſitatem inteſtinorum cũ ventoſa ignea, & ita valet ad diſſoluendam ventoſitatem, & per conſequens ad curandam, ſi ſit cauſa ventoſitatis, & ad dolorem mitigandum, ſi ſit ex materia alia, licet non curetur perfecte, vt patet per Gal.ibidem, &c.

Nota.

Aliquando autẽ fit ventoſatio cũ ſcarificatione, quare aũt fit ventoſatio, & non phlebotomia, triplex eſt cauſa.

Prima cauſa eſt, quia volumus euacuare a membro vno,& non ab alio,& ideo fit ventoſatio,& non phlebotomia,quæ a toto corpore euacuat.

Secunda cauſa eſt, quia virtus eſt debilis, aut ętas inconueniens. vnde Raſis in vij. ventoſæ a paruis venis ſanguinem trahunt; & ideo non debilitant ſicut phlebotomia, quæ a magnis venis calorem, & multitudinem ſpirituum euacuat cum ſanguine;ventoſa autem parum de calore,& ſpiritu euacuat.

Tertia cauſa eſt,quia intendimus euacuare ſanguinẽ a membris ignobilibus,& non a nobililibus. phlebotomia autem principaliter euacuat a nobilibus,& a magnis venis. ventoſa autem a membris ignobilibus,& a paruis venis immiſtis in membris,& ab extra venas,& hoc habetur ab Haly abb. in techni. vnde docet ventoſationem fieri prope talum, vt maxime fiat remotio a membris nobilibus. Loca autem,in quibus vniuerſaliter ponuntur ventoſæ ſunt iſta, in coniunctione colli, & capitis, inter cornua capitis. Et iſta ventoſatio habet locum cephalicæ; confert enim paſſionibus capitis, membrorum,in capite exiſtentium,& dolori dentium, oculorum, aurium,præcedente tamen totius corporis purgatione, ne ad caput materia trahatur, & impleatur,& ſic morbus augetur ſecundum Gal. xiij. megatechni capitulo prædicto,ſed cauendum eſt ne aſſuefiat, quia aſſuetæ memoriam lædũt. Secundus locus eſt ſupra nucham puppis, & habet officium venæ nigræ, in coniunctione ſpatulæ cum collo, valet ad paſſiones faciei,vt in impetigine, & in fœtore oris. Sed poſita ſupra ſpondyles habet officium baſilicæ, & mundificat partes pectoris; eſt tamen nocens ori ſtomachi, & infert tremorem cordis, vnde in talibus non debet fieri. valet tamen tremori cordis ex repletione, & cum calore,ſecundum Raſim. ij. Almanſo. Ventoſæ ſub mento mundificant faciem, impetigini conferunt, & in mandibulis patientibus aliquando ponuntur. Item in renibus, & tunc conferunt paſſionibus membrorum interiorum. aliquando in cruribus intra ad prouocationem menſtruorum,& hęmorrhoidarum;iſta .n. ventoſarum appoſitio melior eſt mulieribus, quam ſaphenæ apertio, ad prouocationem menſtruorum, quia fortius attrahit a propinquiori.

Item differentia eſt inter vẽtoſationem, & phlebotomiam, quia phlebotomia ſanguinem craſſum euacuat, ventoſatio ſanguinem ſubtilem, per hoc differt attractio per vacuum ab attractione per pharmaciam, quia pharmacia humorem certum, & determinatum euacuat, & attrahit,ſed vacuum ſubtiliorem.

Quando fieri debeat ventoſatio.

POſtea videamus quando debeat fieri ventoſatio. Primo dico,q̃ in piñguibus non valet ventoſatio, quia ſm Ari. in animalibus ſicut in fluminibus accidit, quòd canalia aliquando ſubtilia luto implentur, & tunc non ſunt canalia,quia per ea non poteſt aqua currere, & poſtea luto euacuato iterum fiunt canalia. Similiter eſt in corporibus humanis,quia quædam ſunt venæ,quę aliquando non ſunt canalia, quia carne, & pinguedine replentur, & tunc per eas non currit ſanguis, quia ergo in pinguibus ſunt valde ſtrictæ venæ,quæ carne,aut pingue dine replentur, ideo non eſt in eis ſanguis, & ideo ventoſæ non attrahunt in eis niſi cum magna violentia, nec attrahunt niſi ſanguinem ſubtiliſſimum, & craſſus per locum oppilatum tranſire non poteſt.

Item debes cauere ne exhibeas ventoſas in principio menſis, quia humores ſunt quieti; & ideo cum difficultate trahentur,nec in fine;quia illa quadra eſt frigida; & ideo non attrahentur faciliter, ſed in hora media,quia tunc ſatis ſunt humores mobiles; nec ſunt nimis frigidi. Item in hora diei tertia, quia tunc propter calorem pori aperiuntur,& ſanguis in illa hora magis ad membra mouetur; ideo de facili trahitur ad ea, & ab eis.

Item poſt balneum non debet fieri ventoſatio, quia timendum eſſet,ne fieret fluxus ſanguinis nimius, niſi in caſu. ſ. ſi ſanguis ſit nimis craſſus, tunc ſanguis ante ventoſationem debet fieri ſubtilis per balneum,ſicut in phlebotomia dictum eſt in regulis de phlebotomia.

Differt attractio ſanguinis per ventoſas ab attractione per ſanguiſugas, quia ſanguiſugæ magis attrahunt à profundo corporis; ventoſæ autem a partibus ſuperficialibus. debent ergo ſanguiſugæ apponi ad locum, vbi volumus attrahere a profundo humores.

Item antequam apponãtur, debet locus fricari, vt fiat rubeus, & ſi non velint adhærere membro, debet locus illiniri cum ſanguine recenti, vt adhæreant. debet ergo locus fricari, aut lauari aqua calida.

Debent eligi tales ſanguiſugæ, non quæ ſunt in aqua lutoſa, & turbida, & quæ ſunt virgulatæ, quia iſtæ ſunt venenoſæ. ſanguiſugæ in colore ſimiles lapidi lazuli; ſed debent eligi, quæ ſint rubeæ tendentes ad colorem hepatis, quæ habeãt duas lineas rubeas, aut tendentes ad quãdam viriditatem, quæ habeant parua capita, & ſint longæ, graciles, in aquis claris manentes. Et ſi velimus eas facere cadere debemus apponere ſal,vel calcem,aut puluerem, ſiue cinerem circa earũ capita, & ſi poſt caſum, quia cutem perforauerunt,fluat ſanguis, tunc reſtringendus eſt ſcilicet cum puluere tegulæ recentis, & gallæ, & parum de ſanguine draco. tunc ſpargatur ſupra locum,vt reſtringatur. Item poſt caſum earum debet apponi ventoſa, quia per ſanguiſugas fugit attractum de ſanguine pluſquam exterius fit euacuatũ. debet ergo apponi ventoſa,vt ille ſanguis extrahatur. Appoſitio illarum ſanguiſugarum valet paſſionibus cutis quando paſſio eſt profundata in cute. Item in iſtis ſanguiſugis, quæ valent ad attractionem ſanguinis ſciendum eſt, quòd debent eſſe famelicæ, & hoc fit ſic, quia prius debent in aqua per vnum diem conſeruari ita,quòd non comedant,,vel ſi velis plus conſeruare illas, pone in aqua illa parum de ſanguine agni,vel huiuſmodi,vt viuant aliquantulum temporis. valent ergo in impetigine,ſerpigine,& contra malum vulnus, & antiquum; prius tamen corpore euacuato per phlebotomiam.

De ſanguiſugis eligendis.

HAbito de quibuſdam electarijs laxatiuis,& de quibuſdam medicinis, adhuc dicamus de duab. medicinis quantum ſpectat ad præſentem lectionẽ. Quarum prima eſt hiera Logodion. Secunda eſt hiera Ruffini.

Hiera Logodiõ dr̃ ab hiera qđ eſt ſacra, & logos q̃ eſt ſermo,& mẽphytõ impedimẽtũ,quia valet ad impedimẽtũ loquelæ. Optime.n. purgat phlegma,& melãcholiam. Elleborus alb. & ni. ſunt ibi baſis, in ea ſunt multum attrahentia, ibi eſt colocynthis, euphorbium, elleborus.

De hiera Logodion.

scammonea, cocognidium. semen laureolæ, & est valde laxatiuum, vnde laxat bene sicut elleborus; & licet elleborus sit ibi minus in quantitate; magis tamen est ibi in virtute, ideo est ibi basis. proprietas eius est multiplex. elleborus duplex est scilicet albus, & niger. Alb. facit vomitum, quia leuior est, sed niger facit secessum. Elleborus al. est calidus, & siccus in secundo, habet proprietatem desiccandi, & incidendi, & corrodendi, & subtiliandi. Corrodit carnem mortuam.

Nota.

Quid elleborus.

De elleboro vtroque, & sagimine forti, vel sagimine antiquo fit bonũ vnguentũ ad scabiem, leuiter incidit, subtiliat phlegma, & melancholiã euacuat, & cholerã, sed magis melãcholiã euacuat. Confert melancholiæ, epilepsiæ, maniæ, & monopagię; & habet malitiã, quia mutat materiam in vẽtositatẽ, eam exoluendo mirabiliter, ideo facit dolorem capitis, & stuporem. ideo docet Hip. cum eo ponere daucum, petroselinum, anisum, ameos, siler montanũ, per quæ sua malitia aufertur. Accipiatur elleborus viridis, si inueniatur, quia istud est bonum. ponantur in aqua calida radices paruæ, quæ adhęrent magnæ radici, & crassæ, quousq; possint scoriari, & remoueri sordities, demum siccentur, & puluerizentur, & cum eo commisceantur semen dauci, & semen sileris montani, anisi, ameos, carui, &c. si ponatur, & infigatur in radice vitis, vinum erit laxatiuum, albus elleborus magis est, niger tamen est magis calidus, mures interficit, si ex aliquo intincto in eo gustent. Elleborus est ibi basis, & confert hæc medicina, & etiam hiera Rufini passioni capitis. Aliqui dicunt, quod debet dari in liquida substantia, quod est falsum, sed in pilulis, quia istæ attrahunt a remotis partibus, tales debent dari in crassa substantia, ergo &c.

Elleborus mures interficit.

Hiera logodion, est securissima in scabie antiqua ex phlegmate, & melancholia. datur sine acumine, & si acuatur, parum debet acui. Vsus dandi eam talis est bonus, & securissimus. detur de hiera logodion drach. ij. patienti in sero, deinde dormiat, & in mane vadat medicus ipsum visitare, & si ipsum inueniet dormientem, & quasi stupidum, tunc habeat medicus decoctionem suam cum myrob. indis, & chebulis factam cum epithymo, &c. vnde sunt ibi aliquæ herbæ decoctæ habentes aspectum ad melacholiam, quædam ad phlegma, illam decoctionem det in mane, tunc illud bene euacuabit. causa est, quia prima magnam fecit cõmotionem in humoribus, & isti humores sic commoti fortius a myrob. attrahuntur, vnde plus euacuant tunc, quã euacuaret vna fortis medicina.

De hiera Rufini.

De illa dedi semel drac. ij cum dra. i. pilularum aurearum, & drac. hieræ picræ cuidam, qui sibi timebat de lepra. xx. sellas habuit euacuatione facta a ventre, habuit vomitum materiæ viridis valde ad modum herbæ viridis. vnde vnam pintam, & plus, & tendebat illa materia ad quandam nigredinem, & lepra eius fuit palliata per tres annos, & postea apparuit.

Hiera logodion si ponetur cum musto in testa oui, & distẽperetur cum musto in aqua decoctionis arthemisię valet ad prouocandum mẽstrua per pessarium iniectum si cum sanguine leporis hiera Logodion distemperetur, aut hiera Rufini, quod est melius, & ex hoc fricetur locus morphearus, curatur.

Hiera Rufini est fortior, in sua. n. recepta sunt. lib. ij. & sunt drac. iiij. ellebori, & illud multum. in hiera logodion non ponuntur, nisi gra. vi. tritici. xx. grana faciunt pondus vnius denarij, & sua recepta est lib. i. et illa est minus quam duodecima, ideo est debilior, quã hiera Rufini. valet idem hiera Rufini, quod hiera logodion, nisi quia est fortior, & dicitur ab hiera, quod est sacra; & Rufini, quia Rufinus eam inuenit. attrahit phlegma, & melancholiam. Istæ medicinæ sunt fortissimæ, & ideo non debet eas dare medicus, nisi sit multum expertus.

An medicina attrahat materiam coniunctam.

QVeritur vtrũ medicina attrahat materiã cõiũctam ipsius morbi, aut antecedentẽ, & videtur q̃ cõiunctam, ſm Ioannitium materia coniuncta est, qua præsente est morbus, & qua absente non est morbus. Illud ergo quod curat morbum, illam materiã, siue causam abijcit simpliciter. Sed per medicinas laxatiuas, aliquãdo curatur morbus, ergo per ipsa materia coniuncta euacuatur,

Euacuare, quid.

Iẽ a medicina humor trahitur a tota specie, sed eadẽ est tota species, siue proprietas in humore, quæ est materia cõiuncta, & in humore, quę est materia antecedẽs, ergo si vnus põt attrahi, & alius. Itẽ Gal. in techni, euacuare est totam materiã a corpore educere, sed non educetur tota materia morbi, nisi materia coniuncta morbi euacuaretur. & antecedens, ergo vtraq; materia euacuatur.

Ad oppositũ, medicina non attrahit, nec euacuat nisi digestũ, iuxta illud, Digesta medicari, &c. sed coniuncta materia non digeritur, ergo &c. minor patet, quia digestio est alteratio faciens cessare putredinẽ. Sed in materia coniuncta non cessat putredo. Illa enim paroxysmo consumitur, & inciditur, ergo &c. Dicunt quidam, quod materia coniuncta non attrahitur a medicina, sed solum antecedens, sed illud est falsum generaliter ad minus in paralysi, cum non sit putrefactio. quare non potest attrahi illa materia coniuncta cum non est ibi causa: imo planũ est, quod attrahitur, & membrum, in quo est læsio, alleuiatur, & alleuiationem sentit. Et propter hoc dicunt quidam, quod verum est in his morbis nõ in alijs, in quibus est putrefactio. Sed contra, medicina est violentior in attrahẽdo, quã phlebotomia, sed phlebotomia in pleuresi, vbi est putrefactio, & febris continua euacuat materiam coniunctam febrem facientem, quia secundum Hipp. ij. acutorum debet phlebotomari patiens quousq; sanguis mutetur a rubedine in nigredinem. Et dicit Galen. quod cum nigrescit venit a loco passionato, ergo per pharmaciam potest materia coniuncta feb. euacuari.

Propter hoc dico, quod materia coniuncta quantũ est de se potest euacuari, tamẽ sua euacuatio impeditur, quia ante paroxysmum materia mouetur ad locum mineræ, a quo fortiter, propter malam eius qualitatẽ, attrahitur; & ad ipsum materia ex sua mala dispositione mouetur. ille autẽ motus impedit, ne a medicina attrahatur, cum sit propinquior aliquando mineræ, quã medicina, & materia antecedens ideo ad minerã mouetur, & non ad medicinam ante paroxysmum. Duo enim sunt a medicina attractionem impedientia. Vnum est, fortis motus materiæ ad mineram. Secundum est proprinquitas eius ad mineram, & non cessat paroxysmus quamdiu potest ab humore eleuari fumus potẽs corrumpere, & hoc est quamdiu humor habet formã humoris: & ideo non cessat paroxysmus, nisi cum humor iam est quasi cinis factus, & incineratus per putrefactionem completam, & tunc forma humoris non habet, & ideo a medicina non attrahitur. Ratio autem eorum, qui dicebant, quod in febre materia coniuncta non attrahitur, est quia vident, quod post acceptionẽ medicinæ in tertiana, aut in simili morbo patiens aliquando habet paroxysmum vnum. & forte nihil plus; quod nõ esset, si materia coniuncta esset attracta, et vbi antecedẽs esset attracta, haberet plures paroxysmos, & ita rationem, seu opinionem suam sic conseruabant. Ratio autem eorum, qui ponebant, quod materia coniuncta non potest attrahi est, quia materia est putrefacta, & putrefactio mutat speciem, & ita humor putrefactus actu non habet speciem humoris, ideo non attrahitur, sed hoc est falsum, & putrefactio cũ est in statu ebullitionis nõ mutat speciem humoris, & tunc facit febrem formalem, sicut pomum cum in eo ebullitio inchoat, non amittit formam pomi, sed post incinerationem amittit formam: ita est in proposito. Vnde humor in putrefaciendo habet formam humoris, sed completa putrefactione cum humor est putrefactus. siue incineratus, tunc amittit formam humoris, & bene verum est, quod non attrahitur, vt dictum est, neque feb. tunc facit, nec est tunc materia cõiuncta alicuius feb. nisi quintanę, aut nouenæ, vt dictũ est in lib. febrium. Ad argumẽtum in oppositum, dicendum, quod non est intentio, quod digestio faciat cessare putredinem omnino, sed incensionem putredinis in materia, si sit in actu in putredine, aut

ad

ad putredinem futuram, ad quã eſt actu diſpoſita à materia non actu exiſtente in putrefactione, remouendo diſpoſitiones diſponentes materiam ad hanc putrefactionem, vt quod viſcoſum incidat, &c. & in materia, quæ eſt in putrefactione actuali mitigat putrefactionem, & digeſtione ceſſante facit in materia putredinẽ in hoc, quod putredinem mitigat, vt dictum eſt, &c.

An medicina debeat dari in ſtatu morbi.

CONſequenter quæritur vtrum medicina debeat dari in ſtatu morbi, & videtur, quòd ſic, quia medicus cum ſit miniſter naturæ, ipſam in ſuis operationibus ordinatis debet imitari: cum ergo natura ordinate procedendo in ſtatu euacuet, ergo, & medicus. Item in primo interiorum, natura non indiget medicinæ auxilio, niſi cum ipſa morbo ſuccumbit, & hoc eſt in ſtatu, quia in ſtatu ſunt ſymptomata in malitia vltima, quæ naturam multum moleſtant, ergo, &c. Item cum natura non poteſt materiam expellere, ne vincatur, tunc debet medicus eam iuuare, ſed hoc eſt in ſtatu, ergo, &c. Oppoſitum dicit Hipp. in ſtatu ſilentium habere melius eſt; dicit enim, quòd diæta non debet exhiberi de qua minus videtur, quam de medicina, quia medicina eſt contraria naturæ, cum ſit venenoſa, ergo, &c. Dico, quòd in ſtatu non debet dari medicina. Attamen ſciendum, q̃ duplex eſt ſtatus, quia vno modo diſtinguuntur tempora morbi à parte quantitatis rei euacuandæ, ſicut in pleureſi. vnde in principio eius nihil, aut parum ſpuit patiens: ſed in augmento plus ſpuit, & in ſtatu maxime ſpuit, in declinatione diminuitur ſputum: & iſte ſtatus non eſt nequior horarum, ſed eſt mitior, q̃ principium, & quàm augmentum, quia materia tunc eſt minus moleſtans, & minus malitioſa, ideo dicit Hipp. primo acutorum, quòd quanto plus ſequitur, plus eſt dandum de iure, vt confortetur natura ad illud expellendum, & non detur in principio, ne impediatur natura ad digerendum, & tunc in ſtatu medicina adiuuans naturam ad expellendum eum non eſt potens omnino expellere, & leniens membrum, & habilitans materiam ad expellendum poteſt dari. Alio modo diſtinguuntur tempora morbi à parte ſymptomatum; & tunc dicitur principium morbi tempus, in quo ſymptomata non apparent, aut parum, & q̃ cum augmentatur augmentum eſt. Et ſtatus dicitur tẽpus, in quo eſt vltimitas malitiæ ſymptomatum, & declinatio eſt tempus, in quo diminuuntur ſymptomata. Et iſte ſtatus eſt melior horarum; & in iſto ſtatu nihil eſt dandum, ne natura impediatur.

Ad primum, q̃ medicus debet ſequi naturam, verum eſt, quantum ad locum per quem fit euacuatio; quoniam quo repit natura, eo oportet ducere, & in quantum ad qualitatem materiæ euacuandæ. Vnde aphor. 4. in pharmacijs talia educere oportet, qualia ſponte venientia, & non quantum ad tempus euacuandi, quia medicina eam impediret, & ab euacuatione materiæ deſiſteret, cum non moueat, niſi mota, & eam debilitaret, cum ſit venenoſa, & malam dyſcraſiam generaret, cum ſit calida.

Ad aliud dico, quod ibi ſunt multi defectus. Primo fallacia conſequentis. Secundo fallacia figuræ dictionis. Nam non ſequitur, debet iuuare, ergo tunc dicitur iuuare. Vel ſic dicendum, quod debet iuuari, niſi impediretur per illud, quod datur ad iuuandum, ſed vt viſum eſt, impediretur per medicinam, & ideo maius nocumentum, quàm iuuamentum faceret. Sed dicendum, quod illa auctoritas maxime in medicinis alterantibus attenditur, & non in euacuantibus. Ad aliud quod arguitur, quod in ſtatu morbi eſt medicina danda, quia natura tunc maxime laborat, quia tunc ſunt accidentia vltimata. Dicendum; quòd virtus animalis, quæ viget in lacertis, & muſculis maxime laborat, ſcilicet paſſiue, & virtus naturalis eſt ſalua, & non laborat paſſiue, ſed actiue tantum expellendo, & eſt fortior reſpectu materiæ ægritudinis, cum iam illam vicerit, licet eſſet fortior in ſe, & ideo non indiget medicinæ auxilio.

An medicina ſit danda in die paroxyſmi.

CONſequenter quęritur vtrum medicina debeat dari in die acceſſionis, & videtur quod ſic per Haly Abb. in techni in capitulo de cauſis. Item hoc idem dicit Auic. in 4. quia in quartana, & quotidiana in die paroxyſmi debet fieri vomitus, quia eſt fortior medicina, quã ſeceſſio, ergo, &c. Item vna cauſa eſt quare materia melius attrahitur à medicina, cum naturæ odioſa eſt, cum ergo in paroxyſmo magis ſit odioſa, quam ante, ergo tũc erit maxime apta ad euacuandum. Ad oppoſitum eſt Auic. dicens; quòd tunc eſt tempus quieſcendi, & ſomnum quærendi lib. j. capitulo de phlebotomia. Solutio. multi medici dederunt medicinas in die paroxyſmi, vt magiſter Rogerius baro, & multi alij, vt inuenitur in practicis ſuis, ſed non dabant fortes, ſed debiles, & tunc dicebant, quòd medicina debilis erat danda, vt drach. ij. hieræ picræ, & ratio, propter quam faciebant, erat iſta, quia ſecundum Gal. primo de criſi, motus naturæ iuuatur ad materiæ expulſionem. cum ergo in die paroxyſmi magis moueatur, tunc poterit faciliter expelli.

Sed contra, & per hoc ad illud reſpondetur, motus confuſus, & incertus iuuat ad extractionem materiæ, ſed motus ad certum non iuuat, quia tunc fit motus agitatiuus, cum materia mouetur ad vnum locum à natura, & à medicina trahitur ad alium. Sed in paroxyſmo eſt motus ad certum vbi, & mineram expellendam ad exteriora, & medicina adhæret ſtomacho, ergo, &c. Iſtud credo ſecundum Auicen. & Galen. quòd non debet dari medicina fortis in die paroxyſmi, ſed debilis poteſt ſecundum Haly Abba. ſed non hora paroxyſmi, ſed ante horam, vt alleuietur paroxyſmus ſecundum Haly Abb. & Auic. in 4. dicentem hoc de vomitu in quartana. Et cum dicitur, quòd tunc facilius attrahitur, quia motus eius iuuat, falſum eſt, vt patet ex prædictis, quia motus ille intelligetur, de quo loquitur in 1. de criſi de materia furioſa, quæ non mouetur ad locum certum, ſicut materia faciens paroxyſmum. Ad aliud, quod arguitur, quòd tunc eſt materia magis odioſa naturæ, verum eſt, tamen non debet propter hoc dari medicina euacuans, quia diuertit naturam in illa hora, & ille motus ægritudinis eã debilitaret propter cauſam prædictam. Theriaca magna Gal. theriaca dicitur domina medicinarum Gal. quia Gal. eam compoſuit, facit cõtra grauiſſimas paſſiones corporis humani, epilepticis, catalepticis, apoplecticis, &c. Theriaca diateſſaron, de 4. rebus antiquitus dicebatur, ſed alij philoſophi aliquid poſtea addiderunt, proprie valet toxicatis, & canis rabidi morſibus, & alijs venenis, morſibus animaliũ detur cum ſucco mentæ, & ſuper ipſum vulnus inuncta & apoſtemata bonum, &c.

De euacuatione per clyſteres.

SVperius diximus de euacuatione vniuerſali, q̃ fit per phlebotomiam, de quadam particulari, quæ fit per ſeceſſum, & per vomitum, & per ventoſam, nunc videamus de quadã particulari euacuatione, quæ fit per clyſteres. De qua dantur. xi. regulæ.

Prima eſt, quod omnes clyſteres euacuant materiam, quæ eſt in inteſtinis.

Secunda regula eſt, cum clyſteres expellant, & conſumant ventoſitatem in inteſtinis contentam, ideo valent in paſſione cholica, & maxime in colica ventoſa. *Regula de clyſteribus.*

Tertia regula eſt, q̃ clyſteres valent in paſſionibus renũ, & membrorum nobilium; in paſſionibus renũ, quia inteſtina renibus vicinantur, & ideo à renib. ineſt dolor in inteſtinis ex paſſionibus renũ, & eſt in eis ventoſitas, quã clyſteres expellunt, quæ dolorem faciebant, ideo dolorẽ mitigant in renũ paſſione, licet illam materiam non conſumant; nec expellant. Similiter valent in paſſionib. membrorũ nobilium, vt cordis, hepatis, quia expellendo fęces ab inteſtinis, inteſtina per vacuitatem ſuam attrahunt materiam contentam in membris nobilibus, & ita materiam contentam in eis curant.

Quarta regula eſt, q̃ ſecundũ Auic. in 3. lib. c. de cura colicę, non debẽt fieri clyſteres acuti fortes, niſi poſt materiæ digeſtionem, quia cor, & hepar debilitarent.

Quinta

Quinta regula eſt,qđ non debent fieri cibo crudo exiſtenten ſtomacho, quia ille cibus attraheretur ad inteſtina ante ſui digeſtionem, & ad hepar ſimiliter attraheretur ante ſui digeſtionẽ, & ideo non debet clyſter fieri niſi poſt cibi digeſtionẽ, & hoc per longũ tempus, ipſis inteſtinis euacuatis: ipſa enim attraherent ad ſe cibum indigeſtum ſecundum Auic.lib.3.cap.de cura colicæ.

Sexta regula eſt,quod non debent fieri clyſteres continue, imò debet fieri quies inter ea, ne per hoc naturæ multum debilitentur.

Septima regula,notandum, qđ ſi clyſteres non inueniant humorem contentum in inteſtinis,non attrahunt humorem à membris ſecundum Galen.7. megatechni, clyſter non tranſit vltra ieiunum.

Octaua regula eſt,qđ diuerſimode adminiſtrãtur iſti clyſteres, ſecundum diuerſitatem membrorum patientium. vnde ſi paſſio ſit in renibus, patiens debet iacere ſupinus, & pedibus eleuatis debet clyſter dari, & per iſtum modum iacendi melius attrahit à renibus,& attingit ad eos, ſi in inteſtinis debet iacere pronus propter eandem cauſam.

Nona regula, quod non debent fieri clyſteres in tempore calido,ſed aliquantulum frigido, ne per hoc febris ſequatur propter eorum acuitatem, & debent fieri ante cibum,aut poſt multum.

Decima regula eſt,quod bonum eſt,quòd ante clyſteres fiat humorum ebullitio, ſiue commotio, quod facit balneum ante clyſteres, quia melius attrahuntur ad inteſtina,ipſis euacuatis.

Vndecima regula eſt,qđ non debent fieri clyſteres,cũ patiens eſt infirmus, aut in inteſtinis,aut in ano,vt cum in eis apoſtema,aut hæmorrhoides non competũt. Cauſa eſt duplex, quia primo patiens læderetur ab ipſo clyſteri. Secundo per clyſterem fieret attractio ad locum paſſionis,& doloris ſecundum Galen. & ad ipſum non debet fieri attractio.

Secundum circa hoc notandũ, q9 clyſteres multis,& diuerſis intentionibus fiunt. Nam aliquando fiunt ad G mollificandum, vt vbi eſt fortis indurario fœcum, fiat clyſter mollificatiuus. Accipe maluas,biſmaluas,herbã mercurialẽ, violariã, & decoquantur, cum iſtis addatur colatura furfuris,& parum ſalis,&c. Item oleum violatum,aut butyrum recens,aut ſagimen porcinum.In hoc autem clyſteri non debet eſſe ſal, niſi parum,ſi ſit ibi,vt faciat ipſum citius deſcendere,& expelli.

Aliquando fit clyſter ad mordificandum. Accipe abſinthium, abrotanum, centauream, calamenthum,origanum,& ſimilia, & decoctioni iſtarum addatur parũ mellis,& ſi vis purgare phlegma, addatur polypodium. & cum hoc plus ponatur de ſale,quam in illo primo clyſteri,quia non fit pro induratione fęcum,ſed propter defectum choleræ, quæ ad iſta inteſtina non delegatur ad expulſionem. Sed prima competit in induratione fęcum,& ideo maxime competit in colica facta ex fœcum induratione,quia eam curat.

Aliquando fit clyſter ad mundificandũ & clyſter mũ H dificatiuus,vt in dyſenteria, quia prius oportet vulnera mundificari, quam ipſa cõſolidentur, & vt fiat ex rebus mundificatiuis,accipe lentes, hordeum mundatum,fabas,& coquantur, & in decoctione aquæ diſtemperetur mel,vel ſi vis,fac clyſterẽ ſimpliciorẽ. Accipiat aqua caſei.i. ſerũ cũ melle,& inijciatur dictum ſerum cum melle,& coquatur, & ſi vis adde furfur triticeum cum prædictis,& coletur, & colatura iſta per clyſterẽ inijciatur.

Aliquando fit clyſter ad conſolidãdum, & talis fit ex rebus viſcoſis,vt in dyſenteria,accipe tragacanthũ,gummi arab. primo tamen accipiantur vitella ouorum aſſatorum,& piſtentur cum oleo roſato.diſtemperetur cum mucilagine pſyllij,& cum aliquibus ſtypticis,& de galla,& aliquantulum de ſanguine draconis. Si debilius vis facere, vitella ouorum aſſatorum accipe,& diſtẽperentur cũ oleo roſato,ſi vis facere fortius,fac prædictũ.

Aliquando faciemus clyſterem ad conſtringendum, quia inteſtina aliquando ſunt debilia, quod non poſſunt ſęces retinere,& tunc indigent ſtypticis conſtrictiuis,vt ex talibus fiat clyſter. vt roſis, acacia, hypocyſtide,galla,&c.tragacantho,gummi arabum. ſi vis facere fortius, adde cum his folia quercus,& folia meſpilorum. iſtis etiam vtimur ad conſolidandum,& non ſolum ad conſtringendum.

Item ſolent fluxus ventris curari per aliqua non conſtringentia, ſicut per clyſterem factum de ſepo hircino, quod eſt quaſi inteſtinorum lorica contra choleram calidam excoriantem, quia craſſus eſt, cito coagulatur,& deſcendit ad inteſtina,ne cholera mordicentur,& debilitentur, quæ confortata quantum in ſe eſt retinent, ne materiam aliunde recipiant,ſicut prius.

Aliquando fit clyſter ad laxandum, vt clyſter laxatiuus,& hoc dupliciter, aut in cauſa calida euacuando humores calidos,aut in cauſa frigida euacuando humores frigidos, vt phlegma. Si in cauſa calida, accipiatur malua,biſmalua, mercurialis, decoctioni iſtarum addatur oleũ vio. & detur cum electario de ſucco roſarũ,aut F electario dulci,aut caſia extracta,& ſimilibus diſtemperatis. ſi in cauſa frigida, tunc accipe calamenthũ,origanum,abrotanum,polypodium. Et ſi cum hoc phlegma à ſtomacho volumus euacuare, illi decoctioni addatur hiera picra,& ſi à renibus,addatur benedicta.

De ſuppoſitorijs.

COnſequenter videamus de ſuppoſitorijs, aliquãdo fit euacuatio per ſuppoſitoria, & illa aliquãdo fiũt lenia,vt ex ſapone gallico, aut ex pinguedine porci,addendo parum ſalis,& mellis,& ſucci mercurialis,& debent ſemper inungi in oleo viol.vel ſanguine porcino.

Aliquando fiunt fortiora, vt materia contenta in inferioribus euacuetur, vt ſi addatur puluis ſcammoneæ, aut aloe,aut fel taurinum, ſiue porcinũ,quia hæc mordicantia ab exteriori addita mordicant,ſicut cholera ab interiori veniens.

De peſſarijs.

CONſequenter videndum eſt de peſſarijs,quæ dicũtur clyſteres,quę aliquãdo ad matricis mundificationem,& menſtruorum prouocationem,aliquando ad ſtringendum menſtrua,& prius ad mundificãdum. Ad menſtrua prouocanda, accipias abrotanum, ſabinam, ru.maiorem, arthreticam, nigellã,&c. Vel accipias trypherã magnam ſupra theodoricon, & formẽtur ad modum digiti parui; & ſi fuerit nimis mollis, addatur puluis nigellæ,quo facto inuoluatur in panno tenuiſſimo,& ponatur in matricẽ. Aliquando autẽ fiunt ad reſtringendum fluxũ menſtruorũ, & tunc debent fieri ex eis, quæ reſtringant,vt acatia,hypocyſtis,ſuccus arnogloſſæ,ſanguis draco.gallæ,tragacan.gummi arabicum,&c.

Opiata nocumentum reprimentia.

SVperius viſum eſt de medicinis laxatiuis,quæ nocumentum inferunt ex ſui malitia. Nunc vidẽdum eſt de opiatis,quæ eorum malitiam,& nocumentum reprimunt,cum poſt ipſas exhibentur. Triplex eſt enim nocumentum,quod infert medicina laxatiua; humores.n. facit fluere, qui commoti ad membrum debile venientes,ibi poſſent cauſare ægritudines. Item membra aperiunt,tertio ipſa debilitant. In opiatis eſt triplex remediũ contra illud triplex nocumentum, quod infert medicina laxatiua,per aliqua in eis contenta; habent enim aliqua reſtringentia fluxum humorum. Item aliqua omnino conſtringentia membrum rarefactum, vt ſtyptica, & aliqua,quæ confortant membrum,vt aromatica confortantia,quod eſt debilitatum, & dicuntur ab ope,quia per excellentiam opem ferunt ſine eo,quod nocumentũ inducant,per aliquam malitiam,quam habẽt laxatiuæ, ſicut laxatiuæ medicinæ propter hoc ab hoc per excellentiam dicuntur,aut dicuntur ab opio, quod recipiunt, & licet omnes opium non recipiant, aliquid tamen eſt in eis loco opij, inter quas eſt vna nobiliſſima opiata, quæ dicitur theriaca magna, in qua thus eſt baſis, ſiue trochiſci facti de thyro,ſiue de carne thyri. Thyrus eſt

ſerpens,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0978-5 DFG

serpens,qui inuenitur in calida regione, & est calidus,& A siccus,magis tamen calidus,quam siccus. Viperæ,siue
Nota. thyri secundum Auic & philosophum, qui eodem modo loquuntur de hoc, debent capi in fine hyemis, & in principio veris,sed non debent occidi,sed debent seruari vsque ad principium æstatis,& per hoc forte magis consumetur venenositas in eis. Illæ autem, quæ sunt flauæ sunt malæ, & fœmina est melior, quam masculus,& est illa,quæ habet plures dentes,sed masculus non habet nisi duos, vnum superius,& alium inferius.

Item contra timenda est, quia timendum est,ne fit de genere serpentis, qui dicitur dipsas, qui sitim facit,quia ergo nescitur distingui ab illa, accipiatur non cornuta. accipiantur ergo,quæ sunt colore, rufæ,non variæ,& quæ sunt bene mobiles,caput leuantes bene,& illæ,quæ morantur in locis humidis,& in littore maris,aut in lacunis,non accipiantur, sed quæ in locis altis,& in montibus sunt.

Item illæ, quæ post abscissionem diu viuunt, quia signum est,quòd in illis sit multum de calore, & spiritu,à B quibus fluit sanguis multus,quia non sunt ita venenosæ,& malæ. Pars media recipitur remoto capite,& cauda bene, ad mensuram quatuor digitorum,& in aqua dulci mundatur,& intestinis ablatis,& quod est in ventre,& similiter cuti earum,& decoquantur frusta decisa illius partis mediæ cum aqua,& aceto; & sale quousq; ab ossibus separetur: deinde ossa abijciantur,& prematur caro,& humor in ea existens egrediatur,& fiant trochisci ex ea,& ponatur in eis furfur,siue aqua furfuris ad conseruandum,vt fiant trochisci. Isti sic confecti non possunt multum seruari, possunt tamen alio modo confici, & possunt conseruari per viginti ann. Ille autem, qui facit eos trochiscos, debet sibi inungere manus cum oleo balsami,ne noceant sibi.

Nota. Item thyrus habet hanc proprietatem,scilicet ducendi superfluitatem ad exteriora. Vnde philoso.& Auic.dicunt, quod cuidam ex comestione carnis thyri accidit C apostema in collo plenum pediculis. Item Auic. 1. ca.de venenis dicit,ꝙ theriaca habet proprietatem attrahendi suum proprium venenum; ergo per naturam thyri habet proprietatem contra venenum consumendo, quia thyrus est calidus,& siccus, & attrahendo ad se à corde ad stomachum venenum suum expellendo ad extrema siue ad exteriora. Item valet theriaca contra venena,alia via,scilicet naturam confortando sua forma communi resultante ex constructione, & fermentatione suorum componentium,per quam conuenit corpori humano,& cor confortant,quia confortatum, venenum expellit,& sic valet contra omnia venena generaliter, & per illam causam diuertendo venenum à corde per suam formam communem, quam habet ex actione, & passione suorum inuisibilium, per quam virtutem confortat cor, quantum ad suas operationes primas facientes secundũ Gal 13 megatechni,valet melius recens,quam antiquata scilicet ad ea,quæ facit thyrus,sed quantum ad operationem, quã habet ex sua forma,melius valet antiquata D secundũ Auic. Theriaca est infans vsque ad septẽ menses,& iuuenis vsque ad finem decem mensium in regione calida,& vsque ad finem viginti,in regione frigida,& senex,& corrupta vsque ad finem quadraginta annorum in regione frigida, & vsque ad xxx. in regione calida. Si sit bona iuuenis, aut corrupta, & senex potest sciri per hæc. Accipiunt apothecarij caseum recentem,& ponatur in extremitate casei herba, ex qua inflammantur humores,& per hoc denigratur caseus, aut citrinatur, & ex alia parte ponatur theriaca; si fugat ipsum, bona est. vnde debet facere dealbare lac in illa parte, in qua erat denigratum.

Quando bona.

Probata.

Item si faculue,idest gallo syluestri tribuatur venenum, & per exhibitionem theriacæ curetur,bona est,& recẽs.

Item si cui rustico fuerit data medicina,& iuerit ad sellas quinque vicibus, aut si habeat fluxum ventris,& cito per exhibitionem theriacæ restringatur,bona est. Hæc duo vltima ponit Auic.

Auic. Hanc composuit Andromachus,sed tempore suo dicebatur mithridatum, quia tantum valet quantum theriaca,nisi in receptione veneni. In mithridato,& theriaca sunt eadem,nisi quia in eo non est caro thyri ſm Gale.in mithridato,& sui sequaces addiderunt carnem thyri,& vocata fuit tunc theriaca. Ista theriaca sublimior est medicinarũ,valet cõtra passiones frigidas,sed non debet dari in passionibus calidis, siue ex materia calida,nisi hoc sit in dysenteria,tunc ibi competit in omni casu.

Item non detur, nisi post materiæ digestionẽ,quia eã dissolueret,& non posset eam dissoluram consumere totam,cum sit multa,& indigesta; & ideo non est danda, nisi post materiæ digestionẽ, & euacuationẽ vniuersalẽ. ipsa enim materia,si esset multa, & indigesta per eã dissoluta,& non consumpta, posset ad aliquod membrum nobile fluere,& malum inducere, nisi in apoplexia,cum timeatur de morte subita, tunc potest dari ante materiæ digestionem, & euacuationem, quia melius est portionem materiæ consumere,& aliam dissoluere, quã mortem sequi. Valet ergo in apoplexia cum vino distemperata,vel sic melius sit posito aliquo inter dentes,fricetur palatum cum ea,& totum corpus inungatur, quia aliquando in paralysim terminatur; stomachis valet cum decoctione macis,aut nucis muschatæ cum vino data in isto vino, cum stomachatio fiat ex ventositate eleuata cum materia propter indigestionem: asthmaticis,& raucedini vocis cum sit ex materia viscosa in pectore contenta cum succo liquiritiæ,aut si fiat ex materia rheumatica frigida descendente ad tracheam arteriam,quia resoluit materiam contentam in pectore, & fluxũ rheumatis restrinxit,in sputo sanguinis non ex acumine sanguinis, sed fiat ex vitio putredinis venæ data cum ptisana,vel cum aqua decoctionis balaustiæ,vel gallæ,&c.

Item in dysenteria cum decoctione hypocystidos,aut gallæ,tragacanthi,&c. contra lapidem renum cum decoctione saxifragiæ, vel milij solis ad prouocationem menstruorum, & mundificationem matricis cum decoctione artemisiæ, aut rubeæ maioris, contra lepram cum decoctione mentæ aut gentianæ, quia superfluos humores consumit,& contra venena distemperata cum decoctione aristolochiæ, aut gentianæ. Dosis eius est vnc.j.& istud adhuc est multum.

De theriaca diatessaron.

Theriaca diatessaron fit ex quatuor medicinis valentibus contra venenum,& ideo dicitur diatessaron. recipit,myrrham,arist.gẽtianam,& baccas lauri. & fere valet contra venena sicut,& prima. Dos.huius theriacę scilicet diatessaron est. drachmæ duæ.

An in euacuatione crassorum humorum competat fortis medicina.

CIrca istam lectionem quæritur, vtrum in euacuatione crassorum humorum cõpetat medicina fortis,& videtur,quòd sic, quia medicina correspondet digestiuo,sed in eis datur digestiuum forte,quia valde diuretica,quia secundum Galen.in techni,medicinæ virtus debet esse eleuata in gradu eodem in opposita qualitate. ergo si illud est multum crassum,quod debet digeri,illud debet esse valde diureticum, quod debet digerere,ergo quod debet euacuari.

Item in 4. apho. melancholicos purgare inferius vehementius. si ergo vehementer oportet melancholiam purgare,& crassus humor est,ergo,&c. ſm Galen. quia crassior,& glutinosior est. Item supra illum apho.in 4. Elleborus periculosior est sanas carnes habentibus,dicit Gal. ꝙ forti infirmitati, fortis medicina correspondet. Contrarium dicit Auic 4 lib. c.de cura quartanæ,maxime in principio,quia subtile euacuaret fortis medicina, & crassum remaneret,& magis impingeretur.

Solutio. Medicina fortis dicitur quadrupliciter. Primo propter locum à quo euacuat, vt cũ à venis euacuat phlebotomia, & non à magnis solum, & sic secundum Gal. 2. acutorum dicitur phlebotomia fortis euacuatio, quia cum violentia euacuat. vnde à parte talis modus euacuandi dicitur fortis. Secundo modo,quia cum violentia euacuat, vnde à parte modi euacuandi dicitur fortis,

tis,& ſic ſecundum Serap. in 7. dicitur vomitiua medicina fortis,quia præiudicat attractio ſua expulſiuæ inteſtinorum. Tertio modo dicitur fortis, quia humorem craſſum euacuat. Quarto modo dicitur fortis,quia euacuat multum,& de hac dicit Auic.4.lib.c.de cura tertianæ non veræ. vnde dicit,q̃ quædam eſt medicina fortis debilis,quædam eſt medicina fortis abſolute,& quędam debilis abſolute. Fortis abſolute eſt,quæ humorem craſſum euacuat,& multum vna vice. & fortis debilis; fortis,quia euacuat humorem fortem ad euacuandum: debilis,quia paucum. Eodem modo dicitur morbus fortis,aut quia eſt ex materia craſſa,& tunc cõpetit in principio medicina,quæ humorem craſſum euacuat: debilis tamen, & parum, quia aliter conſumeret ſubtile, & reliquum compingeret,in fine competit fortis,poſt materiæ digeſtionem,quæ multum euacuat,& etiam multoties: debilis, quia melius eſſet euacuare per quinque, aut ſex medicinas debiles, quam per vnam fortem valde; quæ naturam multum debilitaret,& hoc vult Auic. in cap. prædicto.

Ad primum reſpondetur tripliciter,& primo ſic. medicina euacuans reſpondet digeſtiuæ,verum eſt,q̃ illum humorem, quem digeſtiua digerit, medicina euacuans euacuat,non tamen oportet eodem modo,quia euacuatio non fit niſi materia digeſta, & in principio non eſt digeſta, licet forte ibi ſit aliquod digeſtum, non tamen eſt digeſta, quantum ad ſuam portionem maiorem,vel ſi euacuat de indigeſto,hoc eſt parum,quia non obedit.

Secundo modo reſpõdetur per interemptionem maioris: immo materiæ craſſæ non reſpondet digeſtiuum diureticum valde, nam ſm Gal. in paſſione renum, & lapidis,non debent dari diuretica fortia in magna quantitate,vt eorum operatio ſit fortis. licet valde ſubtiliatiua in pauca quantitate competant, quia iſta conſumerent ſubtile,& reſiduum putrefacerent. Et ad argumentum forte dicitur, q̃ per ſe verum eſt, q̃ illi craſſo reſpondet tantum,ſubtile per proportionẽ,tamen per accidens hoc impeditur,quia non ſubtiliaret, cum non ſit calidum, valde illud quod ita eſt ſubtile, quia tunc ſubtile euaporando reſiduum incraſſaret,vt dictum eſt prius.

Tertio aliter dicendum, q̃ verum eſt,q̃ fortis medicina reſpondet digeſtiuo, ſcilicet poſtquã opus ſuum cõpleuerit,& hoc eſt materia digeſta,& non in principio.

Ad aliud dico,q̃ morbus, qui eſt fortis multum,affligit. vnde indiget medicina forti à principio vſq; ad ſyncopim ſm Gal. qui dicit, quod non inuenit meliorẽ curam in materia furioſa,quam illam: in morbo forti alio modo comperit,vt dictum eſt,& ſic patet reſolutio.

An in ſanis competat pharmacia.

CONſequẽter quæritur,vtrum in ſanis cõpetat pharmacia,videtur,quod non,ſecundum Auic.in 1.qui dicit. Caueat conſeruator ſanitatis ab omni re medicinali,ergo,&c. Item cauſa curatiua non reſpondet corpori ſanatiuo, ſed conſeruatiua, quia cauſæ diſtinguuntur ſm diſtinctionem corporum; ſed medicina euacuatiua eſt ſpecies curatiuæ ſecundum Gal.in techni. ergo,&c.

Ad oppoſitum eſt vſus.

Solutio. dico,q̃ ſano non lapſo non debet dari medicina,nec alterans,nec euacuãs. Si vero ſit lapſus,aut habet corpus mundum,aut non mundum. ſi mundũ,tunc non competit euacuans, ſed ſi competat, hæc erit alterans. Et tu dices, q̃ debet ei dari medicina euacuatiua ad præſeruandum, licet non ad curandum,vt ſi timetur de tempore æſtiuo ſequente multum calido,ne incurrat febr. propter generationem multæ choleræ, & in eo debes euacuare choleram, licet non abundet, vt poſtea per tempus non fiat generatio choleræ ſuperabundantis, immo fiat diminutio, & ſic fiet temperamentum. Sed dico,q̃ non debet dari medicina euacuans ad præſeruãdum, quia moleſtum eſſet humores euacuare neceſſarios. Sed melius eſt ei dare medicinam ſuam complexionem alterantem,ne plus debito cholera generetur.

Si habeat corpus immundum,tunc competit nõ ſub ratione qua ſanũ,ſed ſub ratione qua præparatũ ad ægritudinem,cũ in eo materia morbi futuri exiſtit. vnde non remouetur dyſcraſia facta, ſed fienda,& hoc eſt in præſeruando. Vnde euacuatio materiæ corruptæ eſt ſpecies curationis; ſed non corruptæ,eſt ſpecies præſeruationis. & ſic patet ſolutio ad duo prima argumenta, & ad primam quæſtionem patet, quod dare hieram logodion, aut pilulas cochias in principio eſt malum, quia ſubtile conſumerent,& reſiduum incraſſarent.

Aurea Alexandrina ab auro dicta,alexãdrina ab Alexandro peritiſſimo philoſopho, à quo fuit inuenta. proprie valet ad omne vitium pectoris,& capitis ex frigiditate, & maxime ad omnem paſſionem rheumaticam, quæ à capite ad oculos,& ad aures,& ad gingiuas deſcẽdit, & ad omnem grauedinem omnium membrorum, quæ fit de eodem humore. 18. pars confecta eſt lib. ij. ſe. aſari,carpobal. hyoſciami, ana dra.ij. balſami cinn.folij, zedoar. zingib. coſti, coralli, caſiæ, tragacan. euphorbij, thuris,ſtyracis cala.ſaliuncæ, meu,cardamomi,ſeſeleos; napi.i. ſem. ſinapis, ſaxifragiæ, anethi, aniſi, ana dra.j. ligni aloes,rheubar. rheupon. aliptæ,caſto. ſpicæ,galangæ, opobalſami. anacardij,maſtich. ſulph. viui, pæoniæ, eryngij,ro. thy.acori,pulegij, ariſt.longæ, gentianæ,corticum munda.chamædryos,baccarum lauri,ſem.petroſelini,ſinoni,ſe.leuiſtici, ſe.rutæ, ſe.ameos,dauci,macropiperis,leucopiperis,xylobalſami, carui, amo. ana dra.j. & ſemis, auri, coſti, argenti meri, ambarum margaritarum, blactæ byzantiæ, oſſis de corde cerui, ana thuris, eboris,calami aroma.pyrethri, ana gra.ix. mel quod ſufficit, detur ad modum auellanæ eunti dormitum cum vino calido,febricitanti cum aqua tepida. *Aurea Alex.*

De compoſitione medicinarum.

VIſo ſuperius de modo digeſtionis, & euacuationis, & quia euacuatio fit vt plurimum per medicinas compoſitas,& etiam de ipſis hic determinatur. Ideo videamus modum compoſitionis.

Circa hoc tria habent videri. Primum eſt videre cauſas propter quas eſt medicinarum compoſitio. Secundũ eſt,q̃ in omnibus eſt ponere aliquas medicinas pro fundamento in medicinis compoſitis, quomodo cognoſcemus,quid erit baſis in medicinis compoſitis,aut fundamentum? Tertium eſt videre cauſas ponderum medicinarum,quare quędam in tali pondere ponuntur,& quędam in tali. Primum eſt de præſenti lectione.

Prima cauſa,quare neceſſe eſt habere medicinam cõpoſitam ex pluribus ſimplicibus, eſt,quia non erat aliqua medicina ſimplex ſufficiens ad hoc, quo indigemus ſm Gal.in techni. Si dyſcraſia ſit eleuata in decem numeris, oportet, q̃ exhibeatur ei medicina eleuata in decem numeris in latere oppoſito, & hoc non eſt reperire aliquando in ſimplici medicina habente reſpectum ad hoc,ſed vna eſt eleuata in decem numeris, & alia in 12. & tunc ex commiſtione iſtorum fit illud,quo indigemus,& hoc eſt medicina compoſita. Vnde Ser.in 7.c.2. dicit,quod ſi talem ſimplicitatem haberemus,medicina compoſita non indigeremus.

Secũda cauſa eſt morbi compoſitio, quæ indiget medicina compoſita,vt feb. de materia frigida,quæ ratione materiæ indiget calidis, ratione formæ ægritudinis formalis, indiget frigidis, & humidis. Vel ſi morbus ſit compoſitus ex cholera,& phlegmate; nulla autem ſimplex medicina inuenitur,quæ ſit calida,& frigida,humida,& ſicca ideo indigemus compoſita.

Tertia cauſa,bene verum eſt, quod morbus ſimplex indiget ſimplici medicina. ſed in ſimplici morbo indigemus medicina compoſita, non quia morbus ſit compoſitus,ſed quia volumus in hoc morbo opera plus facere,& opera contraria,vt in apoſtemate cõſumere materiam fluxam, & materiam fluxuram reſtringere, ne fluat in membrum debile, in quo eſt morbus materialis, indigemus materię conſumptione, & membri debilitati confortatione, quod per ſimplicem medicinam non habet ita fieri,ſicut per compoſitam.

Quarta cauſa eſt,propter repreſſionem mali ſaporis, & acuti ipſius medicinæ,ne ſaporis horribilitas,abominationem

nationem inducendo, nauseam faciat; & per hoc contingat eam vomere, antequam compleat suam operationem, & de hoc dicit Serap. c. prædicto, q̃ propter hoc, q̃ aloe est amarum, cum aromaticis cõficiatur, & per hanc causam cum opio castoreum, q̃ est mortificans, vt sua acuitas, idest excedens frigiditas reprimatur, per quam erat mortificans. Et per hanc viam iubet Hipp. commiscere cum elleboro anisum, fęniculum; & vt consumant ventositatem, quam facit, & eleuat elleborus, commotionem faciendo in humoribus.

Quinta causa est, vt ex actione, & passione simpliciũ medicinarum habeatur vna forma cõis, quæ cor confortet, & per hoc valeat adoĩa venenosa tam calida, quam frigida, quod in simplici medicina non inuenitur. vnde est videre de theriaca magna. has causas ponit Serap. in 7. cap. 2. Illæ tamẽ sunt causæ duę, quas ponit Auic. lib. 1.

Sexta causa est, fortificatio vnius operationis, qua indigemus in medicina habente duas operationes debiles, vt in chamæmelo sunt duæ operationes scilicet consumere, & confortare, vtrumque tamen debiliter. Si autẽ indigeamus chamęmelo ad alteram operationem faciẽdam, tunc admisceamus aliquam ipsam iuuantem: & sic in medicina composita sunt aliquando duæ medicinæ basis, aliquando vna tantum, & alia sunt suam operationem iuuantia, vt videbitur postea.

Septima causa est, quando volumus, q̃ medicina operetur in locis remotis, admisceamus aliquid cum ea, qđ præseruet eam, ne corrumpatur, & debilitetur, intantũ q̃ in locis remotis non valeat operari, & propter hoc secundum Auic. lib. 2. c. 1. admiscetur opium in theriaca, vt præseruet medicinas calidas, ne in prima, & secunda digestione virtus earum corrumpatur, & propter hoc habetur ratio efficax, q̃ medicina in humorem potest conuerti, non tamen in membris remotis operans, qura si in sanguinẽ cõuerteretur, sua virtus esset quasi amissa.

Octaua causa est, vt medicina penetret ad locum certum, vnde cum auro, & corallo, & similibus, crocum admiscemus, vt faciat ea ad cor penetrare, quæ de se nõ penetrãt, quia crassa, & terrea, fiet cum camphora, quia sua frigiditate sibi impedit viam, & si obijcis sicut obijcit Auic. q̃ in morbo calido non debet admiscri crocus cũ sit calidus, respõdet Auic. q̃ cũ venit ad cor, à calore cordis combũritur, & in fumum resoluitur, quo consumpto alia medicina naturam iuuat. Et quod hoc sit verum, patet per Auic. dicentem in ij. q̃ virtus naturalis aliquando separat, & discernit inter duas virtutes medicinæ, vnam respuendo, & aliam eligendo, quæ quidem virtutes sunt compositæ in eadem re naturaliter, vt chamæmelum, quod multo fortius poterit facere in cõposito artificiali.

Nona causa est, vt medicina, quæ est valde diuretica cito penetrans, & transiens, magis moretur in loco, in quo debet operari, ne nimis cito transeat; & ideo cum damus rheubarbarum ad deoppilationẽ hepatis, simul cum eo admiscemus raphanum, quia raphanus de sua proprietate habet mouere humores ad os stomachi, propter quod est medicina vomitiua, & per consequens medicinam diureticam aliquantulum à suo transitu retrahit, ita, q̃ fit quidam motus agitatiuus ex transitu, & penetratione medicinæ diureticæ, & retractione eius à raphano, propter quod non penetrat ita cito vltra, & ideo ibi remanens mel in operatur.

Decima causa est, vt medicina ambigua ad duo opera, siue ad vnum opus in diuersis membris determinetur ad opus illud in vno membro, & sic cum semine fœniculi, & anisi, quæ sunt indifferentia, ad hoc vt deoppilent renes, aut venas. cum volumus renes, aut vesicam deoppilare admiscemus cantharides, quæ ducunt eas ad renes, & vesicam. si ad hepar, & ad venas admiscemus aliquid ad propositum valens.

Duo notanda circa medicinas compositas.

Primũ, quod oportet scire, quod medicina composita experta est melior quam non experta, & melius cognoscimus, quia medicina composita operatur duplici viâ.

Vno modo per naturam suorum componentium, sicut diximus auream alexandrinam esse calidam, & valere in passionibus frigidis à suis componentibus, & hæc operatio via rationis potest cognosci, & experimento. Alia est operatio per suam formam resultantem ex fermentatione suorum componentium nobis ignotã, quæ sola per experientiam cognoscitur. quando ergo est experta medicina, cognoscitur quantum est vtrumque, q̃ non nisi quantum ad naturam suorum componentium tantum; & ideo aliquando credimus diuersas medicinas valere ad vnum, quia solum per experientiam ipsa componentia respicimus, quarum vna valet ad vnum, & alia non. Secundum quod debet sciri est, quod in medicina composita fiat compositio ad vnum de rebus paucis. Vnde bonum est componere medicinam ex rebus paucioribus, quam possumus, quia nescimus vtrum vna aliam corrumpat. Vnde secundum Auic. in 2. anacardij non debent commisceri cum carne thyri, quia eius operationem corrumpunt. Et hoc est intelligendum, quando componimus illam medicinam ad vnam intẽtionem, vt dicit. vnde si volumus tantum hepar infrigidare, melius est facere syrupum de scolopendria, & endiuia cum aliquibus rebus confortantibus, & valet his paucis magis, quam apponere multa, causa prædicta, vnde Auic. in 2. & parum medicinarum melius est, quam plurium earum intentione vna. Si enim velles plures operationes facere, vt digerere, aperire, confortare, oportet plura apponere, sicut ipse fecit multories. Pauciora enim in vna intentione sunt meliora, in paucioribus enim via magis tuta, & hæc est summa de primo. Nota.

De Aurea Alexandrina.

SVperius vidimus de nobilissima opiata, vt de theriaca, nunc videamus de alia, vt de aurea Alexandrina.

Aurea ab auro, quod recipit, aut quia est preciosa, & excellens in bonitate sicut aurum. Vnde est probata in multis passionibus.

Alexandrina ab Alexandro, qui eam inuenit, vel pro quo data fuit, valet ad ómne vitium capitis de frigida causa solum, quia est multum calida. vnde detur si materia est phlegmatica, vel melancholica, valet ad rheuma capitis ex frigida causa, prius tamen digesta materia rheumatica, & vniuersali euacuatione facta. vnde nunquam debet dari fortis opiata maxima, neque debilis etiã, vt musa ænea rubea, & similia, sine vniuersali euacuatione, si corpus sit plethoricum, aut per pharmaciã, aut per phlebotomiam, aut per scarificationem, secundum quod melius expedit, quia opiata tria facit; habet enim virtutem constrictiuam per opium, quod recipit, & constipatiuam, & dissolutiuam, quia in ea sunt multa calida, vt per effectum patet. si ergo materia esset multa, faceret, quod posset, quia non posset totam materiam cõsumere, sed illam dissolueret, & mouerer, & sic rheuma augmentaret, neque debet dari in die sequenti post purgationem vniuersalem, sed secundo, aut tertio post phlebotomiam, & post pharmaciam. Tertio valet ad rheuma constringendum vniuersali purgatione facta. si fiant pilulæ de ea ponendo tamen plus de mastiche, & teneantur illæ pilulæ in ore, aut sub lingua; Illæ pilulæ prohibent materiæ descensum. sic oculi, vel gingiuæ, cum fuerit fluxus rheumatis ad ea, iuuantur, quia prohibent fluxum, & dolorem, cum fit de materia frigida, euacuatione præcedente. Similiter bonum est ad consumptionem humorum frigidorum vbicunque sint, sicut in passione capitis, hepatis, splenis, stomachi, pulmonis post euacuationem tamen, non enim debet aliqua opiata dari, maxime vt mithridatum, theriaca magna, aurea alexandrina, nisi euacuatione facta. *De aurea alexandr.*

Ita recipit multas medicinas, de quibus videamus naturam earum.

Recipit asarum, quod alio nomine dicitur asarum baccarum, odorifera est, & est ficca vsque ad tertium, & est calida; sua tamen siccitas maior est, quam sua caliditas. Illa est bona, quæ linguam mordicat, & boni odoris est. habet vim aperiendi, calefaciendi, subtiliandi, confortandi, abstergendi. vnde valet in passione splenis, & he- *Asarum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0981-9 DFG

& hepatis: & maxime in deoppilatione ſplenis, in digeſtione craſſæ materiæ. vnde fiat ſyrupus acetoſus in deoppilatione ſplenis, & ponatur ibi aſara baccara, & capparis, & tamariſcus.

Item valet ſi cum aceto emplaſtretur ſupra ſplenem. item prouocat vrinam. ponatur autem hic in iſta opiata ad conſumptionem materiæ, & ad confortationem membrorum.

De carpobalſamo. Carpobalſamum eſt fructus balſami. Balſamus autē eſt arbor parua, quæ naſcitur vltra mare, parua ad quantitatem duorum cubitorum ad plus: vnde proprie non eſt arbor, ſed frutex, alio nomine dicitur oculus Solis, quia ſol eum videt, quia eſt in locis altis, ſupra quæ Sol ita radiat in tempore caniculari. ſcinditur, vt ab eo lacrymæ fluant, & colligitur ſic, et dicitur oleum balſami, & dicitur opobalſamum, id eſt ſuccus balſami, vel lachryma, & quando per ſe dicitur abſolute balſamus, pro ſucco intelligitur, propter ſui excellentiam. Cognoſcitur autem ſic ſua bonitas, quia ſi ponatur in lacte gutta de illo opobalſamo, & coaguletur lac, eſt bonum, ſi non, non bonum. Item ſi petat fundū in aqua poſitum. Item apotecharij ſic experimentantur, ponunt de eo in naribus cum pollice vſque ad coniunctionem naſi cum ore, & ſi cito penetret ad cerebrum, eſt bonum. vtimur eius ligno, & eſt xylobalſamum, & eius fructu, qui eſt carpobalſamum, & eius oleo, quod dicitur opobalſamum.

Nota.

De ligno aloes. Lignum Aloes eſt calidum, & ſiccum: plus adhuc ſemen eius, & adhuc plus etiam oleum iſtis duobus. habet oleum balſami vim aperiendi per ſuam caliditatem, & ſua proprietate attrahit ſpinas, & tribulos à manib. & pedibus. dicitur à quibuſdam, quod valet ad paſſiones oculorum. Illud forte non eſt verum generaliter, & ideo eſt malum facere de particulari vniuerſale. Ex hoc enim accidit magnum nocumentum, ſicut quidam qui cataputias in oculo poſuit, quia quidam dixerat, quod valebant ad hoc, & ita oculum amiſit, vnde verum eſt, quod valet ad pannum in oculo ſub abſterſione, & apertione, non tamen valet in omnibus paſſionibus eius. lignum eius, & ſemen eius valent aſthmati ex phlegmatica materia contenta in pectore, ipſam cōſumendo, prouocando vrinam, oleum eius educit fœtum mortuum, & os matricis mundificat, vnde præparat eam ad conceptum. ſi ex eo inungantur pedes quartanarij, & totum corpus præſeruat à venenis, & maxime à veneno ſcorpionum, quia illud venenum eſt frigidum, &c.

**De hyoſciamo.* Hyoſciamus eſt herba, cuius ſemē eſt carifillaga. quidam eſt albus, quidam niger. Albus melior, eſt frigidus, & ſiccus in fine tertij gra. Niger in quarto eſt frig & ſic. conſtringit, ſtupefacit, dormire facit, dolorem mitigat, ſenſum mortificando. vnde reſtringit fluxum ſanguinis. Item menſtrua reſtringit. Item ſi eius folia comedantur, dormire facit hominem quaſi ebrium, rationem perturbando. per fumos quidam ſedant dolorem oculorum cum eo, & aqua roſ. ſed non eſt bonum, niſi timeamus plus dolorē propter ſui acuitatem, & vltimitatem, quam malitiam morbi.

De garyophyllis, & cinnamomo prius videmus.

De opio. Opium eſt ſuccus papaueris. opium aliud thebaicū, aliud ægyptiacum, quorum vtrumque eſt bonum,

**a Cyrenaicum.* aliud *quirinacum. quod dicitur aſſa fœtida, vel laſar, eſt frigidum in quarto, ſiccum in tertio. Sic fit, capita papaueris ſcinduntur in æſtate, caniculari tempore, & per hoc cadit ſuccus ab eo, & ille ſuccus ponitur ad Solem, & deſiccatur, & tunc eſt opium. ſedat tuſſim frigidam a rheumate deſcendente ad pectus ſtringēdo rheuma. ſed caueamus ne demus per ſe, ſed cum caſtoreo, accipiatur parum opij, & caſtorei, & cinnamomi, tragacan. zingib. myrrhæ. fiant pilulæ, & teneantur ſub lingua. valent ad reſtringendum rheuma deſcendens à capite. valet etiam opium paſſionibus ſtomachi ex nimia caliditate, cętera patent.

De myrrha. Myrrha eſt gūma calida, & ſicca in tertio gradu, ſubtilis ſubſtantiæ. habet virtutem conſumptiuam, mundificatiuam, & conſeruatiuam. conſumit ſufficienter illud, quod diſſoluit. habet etiam vim conglutinatiuam. ſtomachum debilitatū. & lapſum ex humiditate phlegmatica, confortat. Item confortat dentes, & confirmat, ne cadant; præſeruat enim à corruptione, & putrefactione, quæ materia ſi putrefieret, caderent dentes, fiat puluis ex ea, & cinnamomo cum aqua roſa. aut aqua rubi, aut aqua virgæ paſtoris, ex hoc fiant pilulæ, & ex eis fricentur dentes cum neceſſe fuerit, vel accipiatur eius puluis ſolum, & ponatur in vino pontico, & ex his abluantur os, & dentes; illud conſumit, materiam putridam phlegmaticam in pectore: vnde valet ad nimiam humectationem pectoris, prouocat vrinam, & menſtrua, & præſeruat à putrefactione. vnde antiqui ſolebant corpora mortuorum inungere ex myrrha, vt diutius poſſent ſeruari, vnde dicitur, quòd Chriſtus dominus noſter fuit ex ea vnctus.

Cyperus eſt radix herbæ ſimilis ſegeti, calid. & ſic. & ſubtilis ſubſtantiæ, vnde habet vim diureticam. aperit ſine mundificatione, & eſt ſtyptica parum. confert frigiditati veſicæ, ſiue debilitati eius ex frigiditate. iſtud eſt ei ſpeciale. vnde prohibet deſtillationem vrinæ ex debilitate contentiuæ virtutis in veſica ex frigiditate; valet etiam in frigiditate matricis. *De cypro.*

Caſia duplex eſt, ſcilicet caſia fiſtula, & caſia lignea de caſia lignea videamus prius quid ſit. ipſa eſt cortex arboris, cal. & ſic. in iij. gradu, & ſubtilis ſubſtantiæ; eſt enim diuretica ex ſuis qualitatibus, & ſubſtantia; confortans ex ſua aromaticitate, conſumptiua ex ſua complexione, ex qualitatibus ſuis. Ipſa enim vētoſitatem repellit, & reſoluit, vrinam prouocat, & menſtrua. vnde tryphera magna cum puluere eius educit menſtrua, ſi detur in ſero in vino, in quo fuerit caſia lignea, patienti, vrinam pronocat, & ſm Haly Abb. ſtomachū cōfortat. *De caſſa.*

Corallus eſt lapis, qui inuenitur in littore maris, quidam eſt albus, & alius eſt niger, & alius eſt rubeus. Rubeus eſt melior, & ideo cum per ſe ponitur, de rubeo intelligitur. frigidus eſt, & ſiccus in ſecundo, & eſt ſtypticus, deſiccat plus quam infrigidet, abſtergit ab oculis humiditatem ſuperfluam, valet contra fluxum ſanguinis, & ſputum ſanguinis. Accipiantur coralli, tragacanthi, ana drach. j. fiat puluis, aliquo ſtyptico appoſito. vt ſanguis draconis. huiuſmodi puluis eius cum camphora valet ad cor, confortat gingiuas, habet virtutes occultas. dicit enim Gal. quod præſeruat domum, in qua eſt à fulgure. Item curat epilepſiam ſi collo ſuſpendatur. *De corallo.*

Item Auic. & Gal. dicunt, ꝙ ſi ſuſpendatur ad collum ita, quod attingat ad ſtomachum, aufert omnem dolorē ſtomachi, ſed forte modo non ita, ſicut neque pæonia modo habet virtutem, quam ſolebat habere.

Circa iſtam lectionem dubitatur. Viſo ſuperius de digeſtione, & euacuatione. Modo videndum eſt de duobus remanentibus ſcilicet de balneo, & opiatis, quia de phlebotomia ſatis habetur in libris.

An balneum competat ante exhibitionem medicinæ.

Qværitur igitur de balneo, vtrum competat ante exhibitionem medicinæ, & videtur, quod non. Corpora vbi quis vult purgare, oportet fluxa facere; & quo repit natura, eo ducere oportet per conuenientem regionem. Ex his duobus habetur, quod ante exhibitionem medicinæ oportet purgare materiam, & facilem facere ad currendum ad locum, per quem medicina eam debet euacuare, & hoc vult Auic. cum dicit, ꝙ ante vomitum debent capi cibi pingues ad debilitandū os ſtomachi, vnde materia melius recipiatur, ſed balneum attrahit materiam ad locum contrarium loco, per quem medicina euacuat humorem, cum ad extrema corporis trahat materiam, & medicina ad ſtomachum, ergo, &c.

Oppoſitum vult Auic. fen 4. cap. v.

Iuxta hoc quæritur vtrum eadem die cōpetat, in qua datur medicina. videtur, ꝙ non, ſecundum Gal. 4. apho.

qui

qui dicit,quod balneum, & somnus impediunt medicinam à sua operatione; vnde non debent inungi,nisi velimus medicinam in euacuando impedire. Oppositum dicit Auic.cum prædicto.

Tertio quæremus vtrum post medicinam competat, & videtur,quod non, quia post medicinam corpus non debet repleri illa humiditate, quæ per medicinam euacuatur; sed balneum replet corpus humiditate accidentali,& illa per medicinam est euacuata, quia secundum Galen.supra illum aphoris. ad Ell. &c. aqua humectat corpus humiditate accidentali; balneū autem est aqua, ergo,&c. Contrarium dicit Auic.

Iuxta hoc quæritur,in qua die magis competat.

Hæc omnia soluta sunt. Visis regulis de modo operādi prius,dico ergo,quod conuenit ante, & eadem die,& post. Ante duplici de causa, quia corpora vbi quis vult purgare,&c. & illa corpora, quæ debent præparari sunt duo,s. corpora, quæ habent euacuari, vt humores fiant curibiles,& labiles per venas de facili; & membra,per quæ fit euacuatio, vt sint lenita, & per ea humores lubricent; & aperta,vt pateat eis transitus, humores subtiliādo,balneum etiam liquefaciendo fluere facit, etiam venas mollificat; ideo conuenit aliquando per tres dies ante medicinam. Vnde Auic.in 1 ca.dicto. Qui debet per medicinam solui,balneum est intraturus ante solutionē, quia est præparans corpora,nisi aliquid prohibeat,& quod illud est,vt vulnera,apostemata,et hydropisis;tunc enim non competit,nec in morbis humidis humiditate accidentali,quia per balneum plus multiplicatur.

Ad argumentum in contrarium dico, ꝙ licet balneū in hora balneandi trahat materiam ad exteriora, quia humores liquefactos facit per corpus fluere, post balneū reuertuntur ad interiora,& hoc ēt, vt dictum est, membra præparat,vt possit materia fluere per ea,ꝙ medicina in balneo nō debet dari; licet ego dederim in vno casu,s. cuidam dominæ,quæ habebat melācholiam,& nolebat accipere medicinam,feci eam intrare balneum,& mitigata fuit,& libenter accepit, deinde feci eam statim à balneo auferri,& post longum tempus ipsa fuit curata. Nota.

Ad secundam quæstionem respondeo, & dico,ꝙ balneum habet duas facere operationes,vel tres. Prima est trahere materiam ad exteriora. Secūda est stringere vētrem, per hoc quod illa materiam trahit ad exteriora,& tale est vehementis caliditatis. Tertia operatio est calefacere,non tamen fortiter. Dico ergo,quòd in tempore calido non conuenit intrare balneum in hora solutionis, neque in die,quia traheret materiam,& medicinam ad exteriora,& tu arguis,ꝙ per hoc ventrem stringit. Sed in tempore frigido, & in hyeme antequam medicina moueat,confert balneum,non tale, ꝙ sit attrahens,sed solū commouens materiam, & meatus aperiēs. istis duobus indigent humores frigidi cum crassi sint, & meatus sint stricti per aeris,aut temporis frigiditatem indigēt apertione,propter quod non euacuarentur de facili nisi commouerentur,& meatus aperirentur. Vnde Auic. non intret quis balneum post medicinam,quod attrahit,ingredi tamen potest primam causam, idest tinam aquæ calidæ,balneum bonum est,& illud fit ad mollificandum.

Ad tertiam quæstionem,dicendum est, ꝙ post medicinam conuenit balneum,vel æquiualens, vt stupha; & hoc propter duo. Vnum est,vt membra per medicinam fatigata per balneum confortentur. Secunda causa,vt fumi subcutanei per medicinam eleuati scilicet à materia mala,& à medicina euaporentur. Ad argumentum dicendum,ꝙ balneum non replet venas,& poros corporis; ideo non remanet diu humiditas illa accidentalis, quam inducit,sed per sudorem resoluitur,& fumū; adhuc conuenit,ꝙ membra sint per medicinam deficcata.

Ad quartam quæstionem dicendum est,ꝙ debet fieri balneum ante medicinam per tres dies;post medicinam vero in die sequenti secundum Auic. dummodo tamen virtus sit fortis.

Vltimo quæritur vtrum stupha melius sit,quam balneum post medicinam. Dicendum ad hoc,ꝙ si corpus sit euacuatum à cholera, aut à melancholia,& sit illud corpus rarum competit balneum scilicet aquæ calidæ ad humectandum,quia tale corpus est valde deficcatum per medicinam,cum esset de se siccum; & quia corpus est rarum,balneum sufficit ad euaporandum fumos,sed si euacuamus humores humidos, aut corpus non sit extenuatum,sed pingue,carnosum,& durę compositionis, & euacuata est materia frigida,& humida; tunc stuphæ, quia fortiores,& deficcantes, meliores sunt,quia tale corpus non indiget tanta humectatione sicut primum, sed magis deficcatione,ergo,&c.

De modo compositionis medicinarum.

Visis causis compositionis medicinarum compositarum,nunc videamus modum compositionis earum. Circa quod tria habent considerari. Primum est, quod in medicina composita plus ponitur de vna medicina simplici,quam de alia. Secundū, quid sit proprietas basis siue radicis medicinæ compositæ, quia per hoc quid erit basis in ea videbitur. Tertiū quid cum radice debeat apponi,& quare ea cum radice apponuntur.

De primo dicendum secundum Auic. ꝙ nō ad compositionem solum medicinarum cōpositarum oportet scire vniuersalem virtutem medicinæ simplicis,sed specialem,vnde non solum oportet scire,quod illa medicina simplex sit calida,vel frigida, humida,vel sicca. Sed in quo gradu frigiditatis, &c. & virtutē eius propriā,& operationem,vt sciamus tātum de illis simplicibus medicinis apponere,vt virtus cōis, quam quærimus ex tali compositione resultet. Et de hoc dantur septem regulæ.

Prima est, si medicina simplex est vehementis fortitudinis,parum de ea debet apponi, quantum est de ista natura,& per hoc habemus causam quare de muscho,et opio parū in medicinis apponitur.muschus enim in pauca quantitate est magnæ qualitatis, & operationis,& opium,& talis medicina dicitur esse fortis, ideo sufficit parum apponere,ne in quantitate noceat,& operationes aliarum corrumpat,aut occultet. Sed si debilis,multū de ea apponitur vt chamæmelū, quæ in quantitate magna est paucę qualitatis,& operationis;ideo de istis est multū apponendum,& hæc regula cōfirmatur per Gal4..simplicis medicinæ dicentem. Tantum potest forte agens in breui tempore, quantū potest debile in multo tempore, & è conuerso. Et similiter ex hoc potest elici,quod quantum potest forte agens in quantitate,pauca,potest agens debile in quantitate magna,vel multa,& è conuerso.

Secunda regula est,quod de illa medicina,quæ habet iuuamenta multa,multum debet apponi,& dicitur habere iuuamenta multa medicina simplex, quæ pluribus ægritudinibus, aut pluribus membris confert, vt rosa, quæ sua stypticitate stomachum, & hepar confortat,& cor sua aromaticitate,& omnia alia membra sua stypticitate, & aromaticitate, & proprietate. Sed si haberet pauca iuuamenta,tunc est citæ operationis,& tunc quia non multum de substantia sua,& virtute deperditur,antequam suam operationem compleat, parum de ea est apponendum, si tarde, multum de ea est apponendum. & ꝙ de medicina habente plura iuuamenta multum debeat apponi,potest probari per simile f'm Gal. in apho. pueris debet dari plus de cibo,quā iuuenibus, quia nutrit,& augmēat, sed non facit nisi nutrire in iuuenibus. ergo similiter erit de medicina,quæ facit multa iuuamēta,quia debet dari in magna quantitate,siue in maiori.

Tertia regula est, quod quando datur medicina ad operandum in membrum remotum, tunc est de ea apponendum plus,quia multum diminuit eius quantitas; & per consequens sua virtus in operando antequam ad membrum veniat; si in membrum propinquum minus de ea est apponendum. Si enim detur medicina ad operandum in renibus in secundo gradu: & non detur nisi operationis in secundo gradu, non seruabitur gradus operationis, & ideo plus debet apponi,quam egeat mēbrum, eo, quod multum deperditur in via, vt seruetur gradus, quo indigetur ad operandum in membro remoto,& hoc confirmatur per Galen.in techni. comple-

xio mala ſit eleuata in quatuor numeris,&c. & Haly Abb exponit,&c.

Quarta regula eſt,qđ ſi medicina ſit nobilis operationis,quæ operatio eſt confortare membrũ nobile,plus de ea,quantum eſt de hoc, eſt apponendum,ſimiliter parũ.

Quinta regula eſt,qđ ſi medicina ſimplex inueniat ſibi ſimilem in medicina compoſita, parũ de ea eſt apponendum. v.g.ſi ſemen fœniculi debet apponi in medicina compoſita,& ibi ſit aniſum,apiũ,&c.de quibus debet parum apponi,quia pauca quantitas medicinarum ſimplicium ſimilium æquiualet multæ quantitati vnius.

Sexta regula eſt,qđ ſi medicina aliqua faciat nocumẽtum magnum,vel iuuamẽtum paruum,parum de ea eſt apponendum. Si iuuamentum magnum,& nocumentum paruum,multum eſt apponendum,& quãto nocumentum eſt maius,minus de ea eſt apponendum. Vnde quia nocumentum apij eſt magnum, ſcilicet mortificum,ideo parum de eo ponitur.

Septima regula eſt,quod ſi medicina ſimplex inueniat in compoſita ſuum contrarium, quod ſuam virtutem corrumpat,magis de ea eſt apponẽdum,& ſi ſimilẽ minus habet ſua contraria,in medicina compoſita nullum in ea habens conſimile operans in mẽbris remotis,multum de ea eſt apponendum, ſi contrarias,valde parum, ſi habeat duas conditiones,& deficiat vna, tunc multum de ea eſt apponendum, quia duæ conditiones bonæ poſſunt vincere vnam, ſi quaſdam habeat,& quaſdam non,mediocriter eſt apponendum.

Sed quare ponuntur medicinæ ſimplices plures in medicina compoſita,cauſa eſt, vt fiat vna virtus cõmunis ex his,quæ in nulla ſimplici medicina inueniebatur.

Sed tunc eſt quæſtio,quomodo venit iſta medicina alteratiua ad membrum,quod alterat. Si tu dicas,quòd ſua virtus venit cum fumo; ſi ſic cum fumus ita veniat ad membrum ſanum, ſicut ad ægrum,alteratur ſanum, ſicut, & ægrum. Dices,q9 membrum attrahit medicinam. Contra membrum attrahit ſimile; vt cibum,ergo non attrahit medicinam,cum ſit ei contraria: per idem enim contraria non attrahuntur. Dico,q9 poſſibile eſt, q9 fumus eleuetur ad membra ſana, & læſa, ſed illa parũ alterat. Sed quia ad membra læſa venit fumus,& ſubſtantia,& non ad ſana; ideo membra læſa bene alterantur,ſed medicina per ſe non mouetur,cum ſit incompleta reſpectu eius,quod debet alterare, ſed attraheretur,ſi enim moueretur de ſe æqualiter à quolibet moueretur. Et ſi tu arguis,membrum attrahit cibum,ergo non medicinam. Reſpondet Serap.in 7.quod medicina alteratiua non attrahitur à membro, qua membrum, ſed qua membrum ægrum,quia ægrum intendit ſanari per eandem naturam, per quam intendit conſeruari in ſanitate,cum eſt ſanum,ſicut graue mouetur per eandem naturam ad centrum,& quieſcit ibi, & per eandem naturam appetit à loco, in quo non eſt per naturam,& quieſcere in ſuo loco naturali. Similiter membrum per cibum conſeruatur, & per medicinam alterantem ſanatur,& per eandem naturam vtrumque appetit,& attrahit. Sed non tamen ſub eadem diſpoſitione exiſtens,ſed contraria ſcilicet bonitate, ſanitate, & ægritudine. cum enim eſt ſanum membrum,appetit cibum, vt conſeruetur ſub diſpoſitione, quam habet,cum eſt ægrum,appetit medicinam,vt per ipſam ſanetur.

Superius viſum eſt de quibuſdam medicinis ſimplicib. exiſtentibus in aurea : adhuc de alijs poſitis ibidem videamus. primo de euphorbio. Euphorbium eſt gumma arboris calida, & ſicca in quarto gra.quod eſt craſſum,ſubrufum,non perforatum eſt melius; eſt enim ita calid. & ſic. quod adurit. habet vim abſtergendi,& ſubtiliandi, quia ſubtilis eſt ſubſtantiæ calefacit magis,quã aſa fętida; & habet vim laxatiuam, & educit humorem phlegmaticum viſcoſum contentum in anchis, dorſo, & ſimilibus. melancholiam purgat. ponitur hic contra apoplexiam, paralyſim, arthreticam. ſua virtus laxatiua ex alijs medicinis cõſtrictiuis ibi poſitis remittitur,vnde ponitur etiam ibi, vt ſua igneitate mortificationem opij reprimat;eſt enim medicina valde acuta,& timetur ſua acuitas,& ideo antequam ea vtamur, debemus eam reprimere,ſic poteſt reprimi. puluerizetur, non tamen vſque ad ſummũ,& deinde ponatur in lacte dulci pingui vaccino,aut oleo amygd.et dimittatur ibi per diem vnũ, aut noctem,deinde auferatur,& poſtea conteratur,& cũ eo tragacãthum apponatur; deinde aſpergatur cum mucilagine pſyllij, & fiant pilulæ,poſtea tempore competenti ponatur in medicina,in qua debet poni.euphorbiũ in paucis diebus interficit, inducẽdo dyſenteriam ex ſua corroſione,& aduſtione. vnde cito interficit realgar,& ideo debet dari in pauca quantitate,ne in magna quantitate datum interficiat.doſis eius eſt ſexta pars drach.j.ne excoriet in magna quãtitate datum. confert frigidis paſſionibus,vt paralyſi,& iſchiaticæ, quia expellit materiã à iuncturis. Eius oleum eſt valens ad paralyſim,ſic oleũ coſtinum,aut nardinum,aut de cinnamomo,actuatum cum euphorbio,& vngatur ſpina dorſi vſque ad caudam,valet ad paralyſim. Item illa inunctio valet in paſſionibus renum ex frigidis humoribus.

Olibanum eſt gumma arboris, ſcilicet libani, & eſt duplex; ſcilicet fœmina, & maſculus. fœmina eſt paruũ thus,ſed maſculus eſt craſſum,album,planificatum,non admiſtum terreſtreitati. craſſum eſt melius,calid.eſt,& ſicc. in fine ſecundi gradus: deſiccat,virtutem habet cõſtrictiuam ex ſiccitate, & viſcoſitate, & ſtypticitate,& confortatiuam. Vnde reſtringit rheuma capitis,& valet contra frigiditatem matricis, propter hoc tria grana ſi tranſglutiantur,digeſtionem procurãt,& iuuant,& confortant,& bonum anhelitum faciunt, omnem odorem bonum præſtant,& acetoſas eruptiones remouent. Item non habet vim corrodendi, ſed carnem generandi ſolũ, ſi ex eo, & ſanguine draconis fiat puluis. & proijciatur in vulnere,ſanat vulnus,& carnem generat. Item,ſi accipitur cum aloe, & inungatur manus, vel locus morpheatus,confert. Item olibanum cum oleo roſ. valet in principio apoſtematis mammillarum,materiam repercutiendo. Item ſtypticitate reſtringit vomitum,& ſimiliter reſtringit fluxum ventris,& è contra. Item ſi pili leporis intingantur in incauſtro,deinde aſpergatur puluis olibani, & naribus imponatur, reſtringit fluxum ſanguinis fluentem à naribus. *De olibano.*

Saliunca autem dicitur ſpica celtica,& eſt ca.& ſic.in ſecundo,ſubſtãtiam habet ſubtilem,& diureticam.ponitur hic ad conſumptionem phlegmatis,& membrorum confortationem; habet enim virtutẽ confortandi ex ſua aromaticitate,& põticitate, & diureticitate ex ſua complexione,& amaritudine,& propter hoc renes purgat. *De ſaliunca.*

Meu eſt calid. & ſicc.in ſecundo. ponitur hic ad conſumptionem phlegmatis,& membrorum confortationem,& calefactionem.

Cardamomum eſt ſemen ad modum ciceris, tamen minus,& eſt interius ſubalbidum, calidum in ſecundo, ſiccum in tertio, calefacit cum quadam ſtypticitate, & eſt aromaticum: propter quod habet vim confortatiuã, & habet ſubtilem ſubſtantiam, & ideo habet vim diureticam, & penetratiuam ex complexione, & ponitur hic propter renum vitium,& matricis,& contra cardiacam: cardamomum puluerizatum cum coriandro valet ad digeſtionem in ſtomacho frigido. confert vomitui, ſi detur cardamomum, thus,& maſtix, æquali pondere cum aqua patienti. *De cardamomo.*

Seſeleos. ideſt ſiletis montani calid. & ſic.in ij. habet vim ſubtiliatiuam,& aperitiuam ex ſubſtantia,& complexione. vnde ſubtiliat humores, carminat, & diuidit materiam frigidam, vnde diſſoluit phlegma coagulatum; ideo confert paſſionibus dorſi, renum, & matricis, & veſicæ, & ad hoc ponitur. vnde ſi ponatur ſiler montanum cum aniſo, & ſemi. fœnic.& coquantur in patella, & fricetur dorſum, valet in paſſionibus eius ex materia frigida. confert etiam aſthmati, quando eſt ex materia frigida in pectore inuiſcata: iuuat ſtomachum ipſum calefaciendo, ſiue materiam frigidam in eo contentam,ſi comedatur à mulieribus, facilem partum facit, *De ſeſeleos.*

cit,

cit, vrinam prouocat, & menstrua & digestionem iuuat, vt dictum est.

De napi. Napi.i. semen sinapis calid. est, & sic. in medio quarti gradus, est valde incisiuum, phlegmatis cõsumptiuum, & mundificatiuum, ponitur hic propter membrorũ insensibilitatem, propter vitia matricis, apoplexiæ, & epilepsiæ, quoddam domesticum, quoddam sylue stre. Sylue stre in via cibi est malum, quia malum humorem generat, tamen in via medicinæ iuuat, abstergendo phlegma valde, vnde valet ad abstergendum maculam facici valde, siue sanguinem mortuum cum aqua fabarum, vnde dicitur, quod nocet capiti, & hoc est verum, propter humiditatem vaporosam, vnde faciendo euaporationẽ nocet capiti, ideo sanis non est bonum, neque ægris, capiti, abstergendo phlegma valet, istius semen est apertiuum, ideo valet oppilationi splenis, & hepatis, sitim facit, & proprie, quia vtrumque desiccat.

De anetho. Anethum ca. est, & sicc. in 2. simile est aniso, & fileri montano in operatione; est enim incisiuum, apertiuum, & deoppilans splenem, & hepar.

De rheub. Rheubarbarum habet substantiam commistam ex substantia aquea, & terrea, & aerea; ex terrea habet ponticitatem, ex alijs duabus habet diureticitatem, & est bonum hepati, euacuat choleram, vt dicitur communiter, non tamen ab auctore inuenitur hoc, secundum philosophum purgat phlegma, & proprie ab ore stomachi, vnde dicit Philoso. Alexandro. Alexãder accipias in mane de rheubar. quia purgat phlegma ab ore stomachi, tamen quia diureticum est, cum vrina choleram, quia subtilis humor est, expellit, sicut alia diuretica; stringit ventrem sua terrestreitate, & ponticitate, & mirabiliter confert debilitati ex casu, aut percussione, si fiat ex rheubar. & aniso, dosis eius est vnc. semis.

De rheupontico. Rheuponticum habet eandem virtutem cum rheubar. tamen quia ponticũ magis confortat, & habet proprietatem ad iuncturas consumendo phlegma in eis.

Opopanacum i. succus panacis gumma est illius arboris, aut succus, & est ista arbor non multum alta, & est oppositionis, succus radicis istius arboris mundificat vulnera, & membra confortat, est calida, & sic. in 3. & est resolutiuum ventositatis, & absterssiuum; ideo eo vtuntur multi chirurgi, quia mundificat, & curat vulnera, & membra confortat, si ponatur in corrosione dentis, interficit vermem, qui est ibi, si fiat emplastrum ex opopanaco, & ammoniaco, & rasura vasis ẽnei nigri, vt cacabi, & distemperetur cum aceto emplastratum supra splenẽ deoppilat mirabiliter, prouocat vrinam, & menstrua.

Anacardus secundum quosdam est pediculus Elephãtis, sed non est verum, est cali. & sic. in 4. consumit valde, & ponitur hic ad phlegmatis consumptionem.

De opiatis.

VIdimus prius de euacuatione, & balneo, nũc restat videre de eo, quod fuit propositum vltimo, scilicet de opiatis, quia de phlebotomia non videbitur hic, quia de ipsa in libris alijs specialiter quæritur. Et est prima q̃stio de operatione opiatarum medicinarum. Et quæritur vtrum medicina posita in electarijs debeat magis conteri, quam in medicinis laxatiuis, aut e conuerso, videtur, quod æqualiter simplex medicina vbicumq; ponitur, siue in medicinis, siue in electarijs, est semper eadem, cum per idem operetur, ergo, & eandem operationem debet facere, ergo debet eodem modo præparari, ne detur alius modus operandi, siue operatio alia.

Item videtur, quod plus debeat conteri, quam illa, quę ponitur in medicina laxatiua, suppono, quod medicina non mouet nisi quia mota, & ad actum reducta per calorem naturalem. Item suppono, quod medicina, quę remanet minus in stomacho indiget maiori præparatione ad hoc vt operetur, & ad actum reducatur, quam illa, quæ plus ibi moratur. Sed cum medicina simplex ponitur in medicina laxatiua in stomacho minus remanet, quod autem ponitur in electario confortatiuo, vnde Aui. stomachus proijcit medicinam laxatiuam citius, quam potest; sed alteratiua plus remanet: ergo debet magis præparari cũ ponitur in medicina laxatiua, illa præparatio fit per contritionem, quia cum est diuisa in partes paruas, citius ad actum reducitur, ergo, &c. Ad oppositum est Nicolaus in proœmio, cribellatio pulueris, in electarijs subtilissime debet fieri; sed in alijs, maxime in laxatiuis crassior debet esse, ergo, &c.

Iuxta hoc secundo quæritur, vtrũ aliqua medicina debeat cõteri ad summũ, videtur, quod sic, omne, quod præparat medicinam, vt ad actũ reducatur, & cito operet est faciendũ: hoc aũt facit contritio maxime ad summum, ergo, &c. Si dicatur ad hoc verũ est, ꝙ talis contritio quanto potest esse maior, dum tamen non mutet speciem medicinæ, sed si fieret ad summum mutaret speciem medicinæ, & ideo non debet fieri. Contra. 2. simplicis medicinæ dicit Gal. quod si caro, & panis, ad summum terãtur, non mutant speciem, ergo a simili nec medicina. Item species est commistio mistibilium in misto resultant, sed hæc contritio non tollit mistionem, cum mistum in misto possit diuidi in infinitum, ergo neque speciem.

An pulpa colocynthidis debeat conteri ad summum. Tertio quæritur specialius, vtrum pulpa colocynthidis debeat conteri ad summum, & videtur, ꝙ sic, secundum Auic. in 2. Oppositum dicit Auic. in eod. lib. ca. 2. quòd nulla medicina debeat ad summum conteri.

Solutio, dicendũ est ad primum, quod medicina quãdo debet poni in electario plus debet teri, causa est, quia nõ alterat, nisi attrahatur, & ideo ad hoc, ꝙ alteret membrũ indiget, vt attracta a mẽbris possit penetrare, facilis penetratio fit per contritionẽ multã: sed medicina laxatiua manẽs quieta in stomacho attrahit à membris, & si attraheretur a mẽbris malum esset, & ideo crassior debet esse, ne citius debito transeat à stomacho, dẽt ergo in electarijs magis cõteri, nõ tamẽ tantũ, vt speciem perdat.

Ad argumentũ, dicendum, ꝙ verum est, quod eãdem operationem habet medicina in quolibet membro, verũ tamen præparatur, vt illam operationem habeat facere in diuersis membris, aliquando in intestinis, aliquando in stomacho, aliquando in alijs membris, vt patuit.

Ad aliam quæstionem dicendum, ꝙ nulla medicina debet conteri ad summum, quia contritio ad summum, aut mutat speciem, & operationem, aut corrumpit eam: mutatur enim operatio per contritionem, vt in cymino patet, quia quando parum teritur laxat ventrem, cum multũ teritur prouocat vrinam: corrumpitur, vt patet in scãmonea contrita ad summum, quia ipsa non attrahit.

Ad aliud quod arguit, dicendũ, quod verum est, quod nõ mutat speciem, id est formam substantialẽ rei, mutat tamen speciem, id est proprietatem rei, secundum quam habet facere talem operationem, vel talẽ, quia operatio rei consequitur formam sub esse conuenienti, & proportionabili contrito vltimate, istud esse tollit, aut mutat.

Ad tertiam quæstionem, dicendum, quod pulpa potest conteri ad summum, quia propter sui viscositatem, & adhærentiam in suis partibus, propter quam in sua substantia remanens in intestinis, ipsa excoriat, patitur summam contritionem sine corruptione; non tamen debet conteri ad summum, ita, quod virtus sua resoluatur, si hoc sit possibile. Vel concedendum, quod pulpa potest ad summum conteri propter prædictam causam. Et cum dicitur, ꝙ nulla medicina debet ad summum conteri, dicendum, quod ibi est distributio accommoda, scilicet pro medicinis substantialibus, quia per illam contritionem corrumpuntur in sua operatione, sed pulpa non est huiusmodi, ideo, &c.

Quarto quæritur vtrum aliqua medicina possit refrigerari, & ab ea acuitas remoueri per aduſtionem, videtur, quod non, quia omne agens imprimit formam suam in passum: sed si medicina aduratur, hoc erit à calore, ergo caliditas imprimetur, & non frigiditas. Item idem manens idem semper est natum facere idem secundum Aristo. in 2. de generatione, sed aduſtio caliditatem in calce, & in lapide facit, ergo, & in medicinis simplicibus. Oppositum dicit Auicenn. in 2. c. quod atramen-

to, quod atramentum est minoris caliditatis adustum, & acuitatis.

Solutio, duplex est adustio; vltimata per incinerationem, & hæc calefacit. Cinis enim secundum Gal. in 4. s. megatechni in se acquirit caliditatem, quia in eo scintilla ignis remanet, & conseruatur, & ideo lixiuia est abstersiua, & corrosiua, vnde lixiuia facta ex capitellis, posita supra cutem, citius vlcerat, quam ignis: fit autem ille cinis, qui appellatur clauellatus, sic. Fit vna magna fouea valde, & ponitur ibi quercus in igne remotis corticibus, & albuminibus, ita, ꝙ ibi non sit nisi cor ligni illud durum in medio; deinde ponitur ignis in illis lignis, & in eis incensus bene durat per annum, & propter compactionem illorum lignorum non possunt incinerari: & remanet ille cinis in vno globo, quia illa ligna non puluerizantur, sed remanent directa; & tũc super illa aspergitur aqua cum volumus facere lixiuiam de illo; & sic deinceps fit multoties, secundum, ꝙ illam volumus facere magis adustiuam. Et ex isto fit sal Kali, de quo loquitur Raſ. quando ergo est adustio vltimata, calefacit; si sit non vltimata, aliquando infrigidat, aliquando calefacit, quia si in medicina, quæ debet aduri sint partes subtiles, illæ per adustionem resoluuntur, vt patet in scammonea, & atramento; sed si sit crassa medicina, vt lapis, & calx, caliditas efficitur igniendo partes terreas.

Ad argumentum patet solutio, quia agens imprimit formam suam in passum, tamen per accidens remouendo subiectum, in quo habet caliditas radicari fortior, q̃ inducatur in tanto tempore infrigidat, sicut in atramento, & scammonea.

Ad aliud dico, ꝙ agens per se idem facit, tamen per accidens ex diuersa dispositione materiæ, vt patet in luto, & glacie à Sole diuersa agit, quia lutum desiccat, & coagulat, & glaciem resoluit, sic est ibi ratio, &c.

Adrianũ. Adrianum dictum est ab Imperatore Adriano, qui illud composuit, valet proprie ad omne vitium capitis ex frigiditate, & ad oculorum grauedinem, & obscuritatẽ, & contra hemicraneam, &c.

Acharistũ. Acharistum sine munere interpretatur, proprie datur contra catarrhum, & omne vitium pectoris ex frigiditate, & maxime asthmaticis, &c.

Athanasia. Athanasia, id est immortalis, proprie valet contra fluxum sanguinis, & fluxum mulierum cum succo plantaginis, qui succus prius debet duci supra lapidem, &c.

Diaolibanum. Diaolibanũ dicitur ab olibano, quod ibi ponitur, lachrymas potenter restringit, dolorem hemicraneũ, &c.

Esdra. Esdra sic dicta, quia Esdra propheta eam inuenit, proprie valet melãcholicis timidis, & quibus malus est appetitus, valet etiã comedentibus carbones, & testas ollarũ, & ad nimiam frigiditatẽ cerebri cum vino calido in sero data ad modum auellanæ, valet etiam ad putredinẽ, & dolorem aurium cũ vino calido distemperata, & iniecta, valet ad fracturas labiorum si cũ ea inuncta fuerint, valet etiam toxicatis hominibus, venenatis ab animalibus, & serpentibus, & rabiosi canis morsibus, &c.

Mithridatum. Mithridatum id est mater omnium antidotorum, valet ad omnem capitis passionem viri, vel mulieris, maxime si fuerint melancholici, &c.

De natura radicum, & de apponendis cum radice.

VIso superius de causis compositis medicinarũ cõpositarum, & de modo compositionis, quãtum ad hoc, scilicet quantum ad cognitionem causæ, quare, & quando debeat plus apponi de vna medicina, quam de alia. Nunc videamus de alijs duabus, scilicet de natura radicum, & de apponendis cum radice.

Primo tamen videndum est de causis, impedientibus medicinæ compositionem. Tria enim sunt, quæ impediũt cõpositionẽ medicinarum. Vnum est earum operatio in diuersis temporibus, & quando vna operatur cito, & alia tarde, tũc nõ debẽt admisceri secundũ Gal. 2. par. regiminis acutorum c. de cura pleuresis, causa est, quia operatio vnius esset completa, antequam altera inciperet operari; & ideo per hoc natura esset multũ fatigata, & debilitata. Et hanc propositionẽ accipit Aui. à G. in i.

Secunda causa est diuersus modus euacuandi; vt in myrob. & vio. myrob. quæ euacuat comprimendo, vio. leniendo; ideo debent simul admisceri. Sane tamen intelligimus, quod vsualiter illa cõmiscemus simul, & hoc est admiscendo de violis in tam pauca quantitate, vt earum operatio sit completa, antequam myrob. incipiant operari, sed in æquali pondere, & virtute non debemus ea apponere.

Tertia causa est diuersitas, & cõtrarietas in proprietatibus, & propter hoc anacardi in theriaca, secundũ Aui. in v. non debent poni, quia habent proprietatẽ contrariã carni thyri, & illam corrumpunt, & hanc proprietatem ignorat medicus, & ideo est defectus magnus in commistione istarum medicinarum, nisi medicus proprietates tales medicinatũ cognoscat, & hęc est causa, quare ponit Aui. in v. quod pauca ad plus, quod possumus debent poni in medicina composita, quia ignoramus proprietates medicinarum, & timendum est, ne vna aliam corrumpat, & sic sit nouissimus error peior priore. *Nota.*

Hoc habito, videndum est de proprietatibus radicũ, sicut enim in composito artificiali est basis, & fundamentum, supra quod alia fabricantur, ita in cõposito naturæ, vt in homine ossa, & in naue ligamenta lignorum magnorũ. Similiter, & in medicinis aliquando sunt duę medicinæ pro basi, aliquando vna tantum, vt hiera picra, & picra Gal. aliquando duæ, vel tres sicut in benedicta, scã monea, turbith, & hermodactyli, & dicuntur basis, quia supra illa fundantur alia. Videamus ergo causam quare vna medicina est basis, aliquãdo duæ, vel tres. Istæ causæ sunt tres, quia medicinæ plures ponuntur pro basi vna in medicina composita. Prima est vnius basis debilitas. Secunda est euacuationis suæ tarditas. Tertia est passionũ curãdarũ pluralitas, Basis, debilitas, sicut videmus in benedicta, in qua ponitur turbith ad euacuandũ phlegma a renibus, & iuncturis, sed quia debilius euacuat, ideo cũ eo ponuntur hermodactyli ad fortificandum eius operationem, quia nõ sufficit per se ad operationem, quã quærimus, sed quia turbith est tardæ operationis aliquando datur, & in die vna non euacuat, sed in alia die, quia est tardæ operationis. Apponitur scammonea ad festinandum operationẽ, vt ergo benedicta attrahat fortiter, & cito, sunt tres medicinæ pro basi, quod autem scammonea festinet alias medicinas, & præcipue aloeticas, dicit Aui. 4. lib. cap. de cura Sodæ, quod ex necessitate festinat alias medicinas. Item ca. de casu virtutis dicit, quod iuuat alias medicinas, & hoc propter commotionem. *Basis quę.* *Nota.*

Prima ergo causa est, debilitas medicinæ in tarde attrahendo, aut debiliter.

Secunda causa est pluralitas operationum, quas volumus facere in morbo, vnde in paralysi quærimus duo principaliter, scilicet neruorum confortationem, quod fit per castoreum, & materiæ phlegmaticæ consumptionem, quod fit per pyrethrum, ideo sunt in medicina curante paralysim pro basi duæ medicinæ, quia vna medicina simplex hoc non faceret.

Tertia causa, est pluralitas morborũ; quos volumus curare, vel intendimus, ad quod non sufficeret vna medicina simplex, vnde si in stomacho sit frigiditas, & in capite caliditas, debemus ponere calida, & frigida, & natura sagax diuidet inter illa, mittendo vnam partem calidam ad morbum frigidum, & partem frigidam ad morbum calidum secundum Aui.

Et tu dices contra prędicta. Ex quo pro basi habemus illa, quæ quærimus, vt in paralysi per castoreũ, & pyrethrũ neruorum cõfortationem, & materiæ phlegmaticę consumptionẽ, ergo cum basi nihil debemus apponere.

Dicendum est ad hoc, ꝙ aliquando debiles sunt bases in sua operatione, & nocumẽta habent; ideo oportet aliqua apponere ad eorum confortationem, & ad earũ nocumenta reprimenda, id est ad cõfortandum dupliciter, vt cõfortando ipsam basim, in se admiscendo aliqua, quę

sint

sint similis operationis cum basi, & sic ponimus cũ theriaca gentianam, & terram sigillatam cum carne thyri, ꝙ valet ad venena. Aliquando cõfortando ipsam basim, non in se, sed in operando circa materiã, vt facilius attrahat, & medicinæ obediat, & sic ponimus zingiber cũ turbith, vt materia mota obediat attractioni. Aliquãdo propter nocumenti remotionem, & sic in medicinis veneno sis, in quibus ponitur venenum, vt in theriaca; quia ibi ponitur caro thyri, ponitur bedeguar, & sic in medicinis aloeticis, quia aloe est tardæ operationis, propter, quæ excoriat intestina, ponimus tragacãthum, & bdellium, aut in scammonea apponitur anisum, quia nocet stomacho. Sandali albi, & rubei, quia nocet hepati, & mastichem aut bdellium, quia intestinis, ipsa excoriando.

Areola 3ª. Et si quæratur quomodo poterit inueniri basis, quando aliquis voluerit componere medicinam. Dicendum, quod inuenitur in areolis medicinarũ, quas ponit Auic. Ponit enim areolas medicinarum, prima areola medicinarum complexionum calidarum, & frigidarum, &c. Et ponit areolam medicinarum complexionum diuersarũ respicientium stomachum, & hepar, & cor, & renes, & cætera à suis proprietatibus, & etiam ponit areolam medicinarum deoppilantium. Et dicitur areola, ordinatio, & series medicinarum simplicium ad idem valentium. *Nota.* Si ergo volo curare stomachum calefactum, oportet dare frigida stomachum respicientia, oportet ergo medicinam curantem dyscrasiam stomachi quærere in duabus areolis, aut in areolis medicinarum frigidarum, aut in areola stomachum respicientium, quia stomachus calefactus, debet curari non per quascumq; medicinas frigidas, sed per eas medicinas, quæ ipsum respiciunt, & cum hoc, tertio debemus videre gradus. Vnde si placet oportet te eligere, si vtile est, medicinas secundum gradus meliores. Quatuor.n. sunt gradus bonitatis in medicinis. Aliquando enim medicina dicitur bona ad hoc, vt ad stomachum confortandũ. Aliquando, vt multum bona, vt cinnamomum ad confortandum stomachum. Aliquando valde bona, vt menta. Aliquando maxime bona, vt absynthium, semper ergo debes recipere medicinam, q̃ habeat gradum perfectiorem bonitatis ad hoc, dum tamen non habeat plura nocumenta; aliquando autem illa multum prohibent ne accipiatur. Si autem sint nocumenta aliqua, aut multa, quæ possunt reprimi, prius debent reprimi, quo sint meliora, oportet ergo quærere in areolis medicinarum, quas volumus in areolis proprijs, vnde si volo hepar calefactũ, & oppilatum curare, quia tribus indigeo, infrigidatione, & deoppilatione, & medicina hepar respiciente, & confortante, oportet illa quærere in areolis proprijs, & contra caliditatẽ accipere endiuiam; *Nota.* & ponatur, quod non habeat aspectum ad hepar, vel accipiamus, quæ non habent aspectum ad hepar, vt lactucam ad infrigidandum, & quia non deoppilat, accipe cum hoc sem. fœniculi, licet aliquantulum calefaciat, propter hoc minus de ipso est apponẽdum. Et quia neutrum istorum habet aspectum ad hepar, ideo cũ eis admisceantur sandali, quia hepar respiciunt, vel si hepar fit infrigidatum, & oppilatum similiter, faciendum est per tres medicinas valentes ad hæc tria, & essent ibi pro vna basi; & si aliqua sit medicina, quæ illa tria possit facere, illa est melior, vt cuscuta, & hæc erit basis in medicina, & hæc est sententia de primo.

DE ADRIANO.

VIso de aurea, videamus de adriano: Adrianũ dicitur, vt supra, & valet ad frigidas passiones ex melãcholia, & phlegmate, & proprie in capite, vnde valet in apoplexia, lethargia, & epilepsia, hemicranea, monopagia, & cephalæa, detur cum vino decoctionis costi post euacuationem materiæ, vnde diligenter attendendũ est, ꝙ nulla opiata de Mundo debet dari, nisi corpore prius euacuato, quia subtile materiæ solũ cõsumit, & per hoc materiã incrudat, & propter hoc inobedientẽ digestioni magis reddit, licet morbũ latitare faciat ad tempus, & propter plebem medici dant in quartana in die paroxysmi in mane, & non habet patiens paroxysmum. Sed postea deterior venit, postquam medicus accepto salario fugit, dant philonium, & diaolibanum, aut musam æneã, aut aliquod tale, quod malum est. *Nota.* Aliquando datur non euacuata materia, ad consumendum phlegma in stomacho, & intestinis, vt in colica, & tunc datur cum cymino, vel cum vino decoctionis cymini, aliquando ad consumendum phlegma in renibus, & tunc datur cum vino decoctionis milij solis, aut saxifragiæ, aliquando in quartana, materia euacuata, cum decoctione gentianę, & hoc in principio paroxysmi, vt mitigetur paroxysmus, & aliquando datur non euacuata materia, vel euacuata, qd melius est, contra typum ad calefaciendum, & ad typũ remouendum: & tunc cum decoctione alicuius herbæ calidæ, vel cum vino simplici, vnde sic valet in principio febris, quando typus est fortis.

Achariũ. Achariſtum valet contra passiones frigidas pectoris ex frigida causa rheumatica ad prohibendũ rheumatis descensum ad pectus, detur cũ puluere masticis, aut myrrhæ, vel etiam ad consumptionẽ materiæ phlegmaticæ tussim facientis, & tunc debet dari cum decoctione liqritiæ, ficuum, vuarum passarum, hyssopi, & similium.

Athanasia. Athanasia, id est immortalis, quia facit euadere a morbis mortiferis, vnde valet cõtra omnem fluxum humorum ad exteriora, vt ad fluxum menstruorum cum succo plantaginis valet secundum Gal. in megatechni, Succus plantaginis habet in hoc maximam virtutem; & cũ illo succo distemperata valet in hæmorrhoidibus: & in hac cura possent dari opiata, sine euacuatione artificiali præcedente, quia aliquando facta est euacuatio sufficiẽs à natura per ipsum fluxum mẽstruorum, valet etiam aliter contra menstrua, sed distemperetur cum succo plantaginis, & proijciatur in matricem. Item materia euacuata naturali purgatione, vel artificiali, accipiatur hæmatites, vel corallus, & frica cum succo plantaginis, & dimitte in illo succo per aliquantulum temporis: tunc cũ isto distemperata athanasia, restringit potenter menstrua. Item cum sang. drac. & succo plãtaginis distemperetur, & emplastretur super tempora, valet contra fluxum sanguinis narium; aut si injiciatur naribus cum decoctione istorum distemperata. Item valet in fluxu ventris, si cũ puluere ossis ceruini acuatur, & fiat suppositorium. Itẽ si per clysterem injiciatur cum decoctione balaustię, sang. drac. gallæ. tragacanthi. Item in hæmoptoica passione cum aqua ro. draga. masti. & similibus detur.

Diaolibanum. Diaolibanum dicitur ab olibano, quod ibi ponitur, contra omnem fluxum rheumaticum valet, & multum stringit fluxum lachrymarum. Item prohibet fluxum humorum ad pectus, si ex eo fiant pilulæ, & teneantur in ore, & sub lingua, & si vis facere melius, acue cum olibano, vel mastiche, vel cum alia medicina constringente, sed quia deficcant nimis, & ita possent pectori multum nocere; ideo debet præparari cum lenitiuis, ne ei noceat, vt cum tragacanthis, & penidijs, & similibus, sicut ante acceptionem medicinæ deficcantis multum pectus, & corpus, vt ellebori, oportet corpus quiete, & cibo primo humectare, secundum Hippocr. 4. aphoris.

Esdra. Esdra dicitur, quia Esdra propheta eam inuenit, valet timidis melancholicis, & appetentibus comedere carbones, & testas ollarum, & contra frigiditatem cerebri cum vino calido data in fero ad modum auellanæ, valet ad humores frigidos consumendos contentos in capite, cum vino decoctionis gentianæ, quod multum calefacit caput, si cum melle accipiatur, vel admisceatur: & si liniantur aures, purgat earum sordities. Item valet ad partus facilitatem, vnde Vetulæ experimentum faciunt, quod faciunt ipsæ cum decoctione arthemisiæ, & rutæ supponendo matrici expellunt fœtum, aut bibita valet ad hoc, ista esdra diuretica est.

Mithridatium. Mithridatum valet proprie ad oẽs passiones ex phlegmate, & melancholia, in mulieribus, & viris proprie

in capite contentis: curat fere oēs passiones, & ideo antiquitus erat melior opiatarū, & prima, & eā inuenit Andromachus, nec differt à theriacā magis, nisi in hoc, q̄ in theriaca apponūtur carnes thyri, quas Gal. apposuit; Nota. & ideo est melior omnibus prēter theriacā, quia valet ad omnes passiones, ad quas valet theriaca, prēter hoc, q̄ nō valet ad venena, quia in eo nō est caro thyri: illa mūdificat matricē prouocando mēstrua per pessarium iniecta. Itē si super dentes emplastretur, curat passiones eorum.

An exhibere opiata sit bonum.

VIso de digestione, & euacuatione, & balneo; modo videndum est de opiatis.

Et primo, vtrū eas exhibere sit bonum post euacuationem, & videtur, q̄ non, secundum Gal. 3. simpl. medicinæ, opium cum vino citius interficit, quam sine vino, qa citius ad cor, propter vinum, penetrat; sed in opiata ponuntur aromatica cum opio, quæ ad cor ipsum transire faciunt, ergo non conuenit dare ea simul; sed si dentur opiata, dentur simul, ergo non debet opiata dari. Item nō dantur nisi ad consumendum materiam, sed materia est euacuata, siue consumpta, ergo, &c. Ad oppositum est vsus communis. Iuxta hoc quæritur, quare non datur ante balneum, sed post balneum. Et si detur post balneū quare non datur per vnum diem post, aut per duos, sed statim post balneum, aut in balneo.

Solutio, medicina dicitur opiata, aut quia opiū recipit, aut quia medicinā habentē vim opij, vt mandragorā, aut hyoscyamum, aut quia opem cōfert propter nocumenta à medicina præcedente in corpus inducta. Medicina enim laxatiua tria nocumenta facit membris, ipsa aperit fugendo ab orificio venarum, & ipsa debilitat secundum Gal. 3. simpl. medicinæ: tertiū est, quia totā materiam non cōsumit, aut euacuat. Opiata contra ista iuuamenta facit per opiū, & per alia constringentia membra constringit, quæ per medicinam erant aperta; membra debilitata per aromatica cōfortat. Item per calidam existentia in ea residuū materiæ consumit, medicina. n. laxatiua fumos interius ab humoribus eleuauit, & ipsos non consumpsit totos: & etiam à medicina fumi eleuati fuerunt, qui post medicinā remanserunt, & aliqua portiō materiæ, quia euacuatio exquisita non est secundum artem faciēda, vt dicit Auic. in primo, q̄ opiata data post medicinam laxatiuam cōsumit. Item à medicina, & ab humoribus eleuati fuerunt fumi ad exteriora versus cutem, & non euacuati, & isti per balneum euacuantur, quia balneū non euacuat, nisi illa, quæ cutī vicinantur; et ideo, quia prius sunt exteriora euacuanda, quā interiora, vt si propter vicinitatem fiat attractio, melius est, vt ab interioribus ad exteriora fiat attractio, quam e conuerso, ideo forte ante opiatā fit balneum. Item alia causa fit, qa ratione opij, & aliarum medicinarum cōstringentium, sibi viam, & transitum impediunt, & claudunt, ideo balneum, vt vias aperiat, & prestet transitum fit ante exhibitionem medicinæ, & maxime statim post balneum, cum tunc viæ sunt apertæ, dantur opiata.

Ad primum argumentum dicendum est, quòd Gale. soluit 3. simpl. medicinæ, dicens, q̄ opium multū citius interficit cum vino, quam per se, quia vinum paucum facit transire opium, eius malitiam non corrumpendo, sed si detur paucum opium cum multo vino, non interficit, quia malitia opij per vinum auferetur. In opiatis. n. ponitur parum de opio, quia multū de aromaticis cōtra eius malitiam, q̄ est membrum mortificare, & stupefacere, corrigunt, nō tñ eius compressionē tollunt, pōr ergo cōprimere, nō interficere, & isto indigemus, ergo, &c.

Ad aliud dicendum, q̄ verum est, q̄ materia est euacuata, non tamen totaliter, quia illud non est artificiale secundum Aui. & non datur ad consumptionem materiæ euacuatæ, sed relictæ post medicinam laxatiuam.

Secundo queritur, & est quæstio famosa, vtrum medicina cōposita, vt theriaca operetur per formam medicinarum simpliciū, quas recipit, aut per formā totius resultantē ex mutua actione, et passione, per qd fit earū excellentiarum fractio. Et videtur, q̄ per formas simplicium E omne compositum operatur per principia suæ compositionis, quia sicut actum primum dant ei, qui est esse, & actum secūdum, qui est operari: sed medicinæ simplices sint de cōpositione cōpositæ, ergo per illas operatur. Sed operatio fit à forma, ergo per formas simplicium operantur. Item Serap. in vij. de medicina, quæ habet iuuamentū multum, & nocumentum paucū, est multū apponendum in medicina cōposita; sed hoc non vr esse, nisi medicinæ simplices operantur, cum non iuuent nisi in operando, ergo, &c. Item omnis cura fit per contrarium, sed per medicinam, vt theriacam curantur duo contraria, s. venena calida, & frigida, ergo est eis cōtraria, sed hoc nō est per suam formam communem, quia per illud nō est aliquid contrarium diuersis, ergo hoc non est per aliud, nisi per sua simplicia, ergo, &c. Oppositum vult Serap. in vij. & arguit sic. omne agens est actu ens, ergo, quod non est actu ens non agit, sed medicinæ simplices non sunt actu in medicina composita, ergo non agunt, minor patet, quia miscibilia in misto non sunt actu, vnde F dicit, quod caro thyri non est caro actu in theriaca, nec opium est opium actu. Item Auic. in v. dicit, errant, qui dicunt, quòd theriaca valet ad hoc propter spicam, & ad hoc propter ambram, ergo, &c.

Tertio quæritur, vtrum ista forma cōis sit a natura, vel ab arte, videtur, q̄ à natura, & forma naturalis, & essentialis rei a re inseparabilis est, à natura talis est forma medicinæ compositæ, ideo, &c. Contra fit per mistionē medicinarum simplicium in composito, ergo ab arte.

Primam quæstionem soluit Serap. in vij. & non videtur esse difficilis, si aliquis quærat vtrum mistum operetur per formam misti superadditam mistioni, aut per formas elementorum, plane respondet, quod per formā misti, simile est hic.

Dicendū igitur, q̄ medicina cōposita, aut est recens, aut antiquata, & vocatur recens post suā confectionem per duos menses, vel tres, cum adhuc non est deuentum ad aliam formam resultantem ex operatione medicinarum contrariarum, quia illa non fit, nisi in tempore longo ex fermentatione istorum miscibilium, & mutuam G actionem, & passionem suarum excellentiarum fractionem, propter quod malum est dare medicinam recētem in sua confectione, vt hiera picra Gal. vel aliam; quia adhuc non habet operationem, & proprietatem, quam debet habere à suis componibilibus inducentibus formam communē in ea, cui inesse, proprietas talis, vel talis, & ideo isti apothecarij; istas medicinas cōponunt, & habēt dē illis; vt scilicet fiat eorum fermentatio ante sui exhibitionem. Dico ergo, q̄ cum est recens, operatur per formam medicinarum simplicium, vnde Gal. v. megatechni c. 4. theriaca recens prouocat somnum, quia ipsa habet vim opij, & ideo cum volumus dare medicinam alteratiuam ad alterandum membra diuersa, vt stomachū & caput, melius est dare recentem, quam antiquatam, quia melius potest natura diuidere medicinas simplices adinuicem, & ad diuersa mittere. Sed cum est antiquata, tunc operatur per formam totius communem, cum H formæ, & species medicinarum simplicium corrumpantur, quātum ad operationem, & q̄ hoc sit verum, arguit Ser. sic in vij. rosa habet in se partes terrestres, & per hoc habet naturam stypticam, & constrictiuam. Item componitur ex partibus aqueis, per quas habet aliquam lenitionem, & infrigidationem, sed confortat, non per naturam huius, vel illius, ergo per naturam aliam, illa natura non est in rosa, nisi forma cōmunis, ergo habet proprietatem confortandi à sua forma communi. Similiter in medicina composita, q̄ per formā sui habet operationē. Item videtur, q̄ non operetur per formas simpliciū, sed per formam communē, quia cū ibi ponatur de cinna. in pauca quantitate, videlicet scrup. 1. aut dr. 1. nihil sensibiliter in corpus operatur. Si ergo operetur, hoc non est nisi comparando respectu aliorum miscibiliū, vt ex eis forma communis resultet. Item hoc dicit G. q̄ in theriaca antiquata, opium non manet opium, nec caro thyri, immo ex illis resultat forma communis cū alijs. Itē cū istæ

medicinæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0988-1 DFG

medicinæ ſimplices admiſtæ contrariæ ſint,cõtraria aũt approximata,impoſſibile eſt non agere,ergo agũt; ſed cũ non ſit earum virtus infinita,tandem virtus earum deficiet, vnde vnum reſiſtendo alteri, vnum aliud corrumpet in completo ſuo, & vtrumq; franget vtrumq; non in nihil, nec vnum habet, vt formã ſuã in materiã alterius inducat, ergo ex eis reſultabit forma communis habens veſtigiũ vtriuſq; & proportionẽ cũ vtroq; licet magis cũ vno.i.dominanti, q̃ cũ alio; cũ non dominetur intãtum, vt virtuté alterius corrumpat, & ſic per illa medicina cõpoſita operabitur,cũ non ſit aliam formam actualẽ reperire. Dico ergo,q̃ cum eſt antiquata, operatur per formã communem eius,vt dictum eſt,ſicut videmus,q̃ forma vna membri per complexionẽ vnam operatur,licet dicatur attrahere per caliditatẽ, & humiditatẽ, & frigiditatẽ expellere,nõ tñ eſt actu calidũ,nec actu frigidum, ſed eſt ibi quoddam cõmune reſultans, habẽs veſtigium cuiuslibet,per quod cõmune natura operatur, ſecundum proportionem, q̃ habet cum calido,& ſic dicitur calidũ operari,& ſic ſecundũ proportionem, quam habet ad frigidum,dicitur per frigidum operari,& ſic de alijs,vnde cũ dicantur membra efficere quatuor operationes,ſecundũ quatuor virtutes radicatas in eodem, vt in forma membri,quæ ſunt attractiua, retentiua, digeſtiua,& expulſiua,hoc ſcilicet per calidum,id vero per frigidum,non eſt intelligendum,quod per hoc,quod eſt actu calidum,&c. ſed per commune reſultans ex his,ſimiliter eſt hic.

Ad primum argumentum in oppoſitum dicendum eſt,quod verum eſt, quòd operatur per ſua componentia ſecundum,quòd componunt,ſed vt componunt,non ſunt in actu, ſed confracta,inquantum commune ex his reſultat, habens cuiuſlibet veſtigium, & virtutem, cum à nullo nullius virtus corrumpatur, cum ibi non ſit dominium completum vnius ſupra alterum, operatur ergo per virtutem habentem communem naturam.

Ad aliud dicendum, q̃ de medicina,cuius iuuamentũ eſt multum, & nocumentum paucum, non ponitur in medicina compoſita multum, vt per ipſum medicina compoſita operetur. Sed quia forma communis totius, quæ ex commiſtibilibus inducitur, inducatur ſecũdum exigentiam miſcibilium accidens ad virtutem,& naturã eatum: ita, quod iuuamenta, & nocumenta in medicina compoſitã ſub eadem cum iuuamentis,& nocumentis ſimplicium, vt ſæpe, & eſt ſimile ſi vellemus corpus facere cholericum accipiendo.ij.dra.aquę,& ij.terræ, & iij.dr.aeris.& 5.dr.ignis magis accederet ad naturam calidi, & ſicci, quam aliorum; non enim plus ponitur de igne,vt per ignem operetur, ſed magis, vt accidens ad eius naturam à dominio ſint in eo eius proprietates, & in forma communi ex his reſultans, licet in ea ſint proprietates aliorum,licet non ſub tanto dominio.

Ad aliud,dicendũ,qđ cura fit per contrariũ in effectu, licet non ſit theriaca contraria in forma iſtis; eſt tamen in effectu,quia confortando corpus, expellitur venenũ, per ipſam enim corpus confortatum, ſuum nocumentũ expellit, per ſuam autem formam communem habet cor confortare, & per aliqua ibi exiſtentia ſimplicia, dato,quod remanerent actu,licet non ſit verum,vt aromatica, & aliqua alia proprietate ſua confortent: confortãt enim naturam,quæ debet vincere venenum,tanquam ſibi inimicum. Curatur etiam alio modo, cõſumendo venenum per ſuã caliditatẽ, & ſiccitatem, ſiue ſit calidum ſiue ſiccum. Curatur etiam alio modo trahendo ad ſtomachũ à via procedente ad cor, a ſua proprietate, quam habet etiam a carne thyri,& ideo in hac cura melius valet recens, quam antiqua.ſ.in attrahendo venenũ ad ſe.

Item expellendo,& deducendo ad exteriora cum ſuperfluitatibus corporis,cuius habet proprietatẽ per carnem thyri,quia ſecundum Auic. & Philoſo.inuenta fuit caro thyri comeſta conuerſa in pediculos in apoſtemate cuiuſdam exiſtente in collo, & per hoc trahit venenum, quodlibet ad exteriora,tam calidũ, quam frigidũ,rã proprium,quam non proprium, non ergo curatur à cõplexione alicuius medicinæ ſimplicis, ſed ſicut dictum eſt.

Ad aliam quæſtionem dicendum, q̃ miſtio medicinarum in vinũ,& eorum proiectio,eſt ab arte,& à natura,ſed forma naturalis eſt, quia educitur per contrariam operationem medicinarum cõtrariũ ex potentia actiua materiæ, ſicut fit forma miſti; in miſto enim agunt miſcibilia naturaliter, miſtio autem illa non eſt cauſa, nec ad hoc ſufficit,vt ibi ſit actio iſtorum,& fractio,&c.ideo eſt à natura,& hoc dicit Auic. 3.lib. de anima,cap.de viſu, vbi determinat de miſtione colorum, cum enim fit color medius ex albo, & nigro, non poteſt artifex tãtum indagare, vt ſciat miſtionem eorum quantum ad minima, ſed hoc eſt à natura,non ab artifice,& ſic patet ſolutio ad illud.

De muſa anea.

Muſa ænea à peritiſſimo Philoſopho inuenta,proprie datur quartanarijs ante horam acceſſionis in modũ auellanæ cum vino cal.& quotidianarijs vere; datur etiã his, quibus penitus vrina denegatur cum ſucco ſenationis, quæ ſi cum tepida diſtemperetur,& ex ea pulſus,& tempora vngantur in acutis febr. vt ſudorem prouocet, ſignificat euaſionem: ſi vero non,mortem, &c.

Nota.

De opopyra.

Opopyra dicitur à ſucco, & igne,opos græcè, ſuccus latine, pyr ignis interpretatur, inde opopyra.i. ignitus ſuccus, proprie valet, & ſanat paralyſim oculi, oris, linguæ,manuum,& pedum, bibita cum vino, in quo cocta ſit ſaluia,& caſtoreum,in ſero,in modum auellanæ,prodeſt tremuloſis cum eadem decoctione,&c.

De rubea trochiſcata.

Rubea trochiſcata,rubea dicitur ab ipſius coloris qualitate,trochiſcata à trochiſcis, qui ibi ponuntur,data valet quotidianæ,tertianæ,ante horam acceſſionis.

De requie.

Requies, vel magna medicina, requies quidem dicitur quando requiem,& ſomnum præſtat, confert maxime febricitantibus typice,&c.

De hygya.

Hygyia.i.ſaluatrix,græca,quia a græcis fuit inuẽta,valet proprie ad rheuma gingiuarum,& dolorẽ dẽtiũ,fricta ſuper ipſos,ore frequenter abluto cum aceto,&c.

De apponendis in radice,& ſub quantitate.

Vlſum eſt ſuperius qũo,& vbi inueniatur radix medicinæ cõpoſitæ, & de proprietate radicis, quoniã eſt areola proprietatum, & in areola membrorũ,& quare ſic vocatur, & quia eſt iſtud fundamẽtum, ſupra quod fabricatur, & ad quod medicina compoſita nominatur. Nunc dicendum eſt de apponendis in radice, & ſub qua quantitate debeant apponi,& per hoc videbitur tota materia,& modus compoſitionis medicinarum.

Sciendum ergo de primo,q̃ in compoſitione medicinarum compoſitarũ apponuntur quinq;. Primũ eſt confortans. Secundũ eſt iuuans radicẽ. Tertiũ eſt res præparans medicinã ad operationem. Quartum eſt remouens nocumentum radicis. Quintum eſt remouens nocumentum totius medicinæ cõpoſitæ, ſiue eius acuitatẽ,& malam qualitatem. Vidimus ergo, quod illud debet dici radix in medicina compoſita, cui conueniunt laudes medicinæ,ſi enim,ei non conueniant,non erit baſis,alia autem,quæ hic ponuntur ſunt iuuantia, ſi enim radix eſſet ſufficiens, non apponeremus aliud, ſed non ſufficit, primum, quod ibi ponitur, eſt confortans radicem, quæ debilis eſt,ſi enim non ſufficiat ad hæc, quæ quærimus, bonum eſt, ſed quia aliquando eſt craſſæ ſubſtantiæ non potens penetrare,ideo addimus præparans ad ſuam operationem,& appellatur illud ſequens radicem, ſiue radicum operationem. Sed ſi noceat radix, ponimus aliquid membrum confortans, & aliquando nocet tota medicina cõpoſita, vt illa, quæ componitur ex turbith, & zingib.ſecundum Raſim, quia ille, quidẽ ſequitur modum operandi,quẽ dicemus, quia illa eſt nimis acuta,apponitur de zuccharo in his, quantum de omnibus, quæ acuitatem totius medicinæ reprimit, ſi ergo aliquis velit facere ſyrupum, vel medicinam, nihil debet apponere, niſi ſit aliquid iſtorum quinque, ſicut dictum eſt, poſſumus facere, quod quærimus, vt per radicem,quæ ſit ita fortis, quòd non indigeat confortatione, ſiue iuuamine, neque habeat nocumentum, de quo ſit curandum,neque indigeat præparatione aliqua:tunc debet dari ſola ad maturationem morbi, ſi autem non ſit ſatis, tunc appo-

nenda ſunt coniuuatiua, ſiue confortatiua, & ſi ſufficiat ad curationem ſine alijs, bonum eſt, quia talis medicina eſt optima, cum ſit paucæ cõpoſitionis. Si vero indigeat radix, ſiue medicina aliquo præparante illã ad operationem, tunc debet adiungi, vt ſi ſit nimis craſſæ ſubſtantiæ oportet addere aperientia, vt facilius tranſeat: ſi vero radix habeat nocumẽtum, addamus, quod illud reprimat, & ſic cum opio addimus caſtoreum, ne membrum ſtupefaciat. Si compoſitum exiſtit ſic acutum, aut alicuius malę qualitatis, addimus aliquid alterans, vt zucch. cum medicina turbith, & zingib. ad euacuationẽ phlegmatis, propter hoc quia nimis ſunt acuta, ſic ergo patet, ꝙ omne, quod ponitur in cõfectionibus, medicinis, electarijs, & ſyrupis, eſt radix, ſ. cui magis conueniunt laudes medicinæ compoſitæ, aut eſt confortãs radicem, ſi fuerit debilis, ita, ꝙ per ſe non ſufficiat, aut eſt præparans ad operationem, & hoc vocatur ſequens radicis operationem, aut eſt reprimens nocumẽtũ radicis, aut qualitatem malam totius medicinæ compoſitæ. Et quia medicina illa aliquando caret mala qualitate, & radix ſimiliter, & radix eſt ſatis fortis. Similiter nec eget præparatione aliqua ad operandum, ideo non oportet ſimul omnia iſta quinque ponere. Medicina autem præparans ad operationem radicis, aut medicinæ, facit hoc modo Vno modo præparatur ad operationẽ medicinę, vias aperiendo. Secũdo modo viam ſpecificando. Tertio modo, ab audacia primæ, & ſecũdæ digeſtiuæ præſeruando, & eam obedientẽ reddendo. Primo modo eſt crocus, aut lignum aloes, aut aliqua medicina præparans operationem radicis medicinæ cõpoſitę in medicinis cardiacis, quia enim margarita, aut ſaphyrus, aut aurũ, ſunt terrea, & tardi motus, apponitur crocus, aut lignum aloes, aut aliqua medicina præparãs, vt citius, & directius ad cor ſua virtute veniãt, viam aperiendo eius. Secundo modo viatũ differentiam tollendo, & viam ſpecificando vt moueatur ad locum determinatum, & ſic ponuntur cantharides, vt diuretica, quæ erãt indifferentia ad deoppilãdum renes, aut venas, ducãt ad renes directe. Tertio modo ponitur ſecundum Aui. in v. opium in medicina, ſcilicet in theriaca ad tuitionem eius ab audacijs primæ, & ſecundæ digeſtionis, ne ſua virtus diminuatur. Quarto modo præparat alia medicina mẽbra, materiam determinando: & ſic cũ aliæ ponerentur medicinæ digerentes, digerunt quantũ poteſt euacuare; & per hoc fortificatur ſua operatio, quia magis euacuat.

De quantitate ponderum me.

Hoc habito ſequitur videre de quantitate, & pondere apponendorum in medicina compoſita. Circa, quod eſt ſciendũ, quòd non eſt poſſibile iſtud ſcire per rationem certam, vnde Gal. in 1. megarechni, quantitas apponendorum certis litteris denotari non poteſt, ſed via artificiali ſecundum exiſtimationem propinquam veritati hęc medicina eſt inter certam, & incertam, ſecũdum Gal. 3. de iuuamentis membrorum; attamen tota vis eſt in ponere radicis, & hoc dependet a gradu paſſionis, quam volumus curare: pondus enim radicum debet eſſe ſecũdum exigentiam paſſionis, ſi enim ægritudo eſt eleuata, aut dyſcraſia in quatuor numeris, aut in ſecundo gradu, debet medicina eleuari in ſecundo gradu, aut in quatuor numeris in oppoſito latere, ſiue radix, ſi ſufficiat radix, bonum eſt, ſi non ſufficiat, apponenda ſunt alia ſecundum artem prædictam; quia ſi ſit debilis, confortantia: ſi nocens, nocumentum reprimentia, quæ membrum, cui nocere debet, confortent.

Nota.

Hoc habito ſecundũ eſt, quòd pondus cõfortatiuum, ſiue iuuatiuum radicis debet eſſe in numero ſubduplo reſpectu radicis, vt de radice ſit. drac. i. & de confortante. drac. s. Iſtam regulam bene conſeruat Raſis, & melius, quam alij dicit, accipe turbith. drac. x. zingib. drac. v. & zuccha. dr. xxx. radix autem habet inueniri in areola proprietarum, & membrorum; & ita habet inueniri. Tertio ſciendum, quod de illis, quæ ſequuntur radicis operationem, quæ dicuntur medicinæ præparantes ad operationes radicis, aut medicinę, non habetur regula. dans certũ pondus generaliter, quia ſecundum, quod indigebit baſis ſeruitio maiori, ſecundum hoc indigebit, quod apponat magis de illis præparantibus, vel ſeruientibus, vnde quando ponimus diuretica, vt ducant medicinam ad mẽbra remota, nos debemus ponere plus de ipſis, quam ſi poneremus, vt ducerent ad membra proxima, & hęc medicina iuuans ſemper inuenitur in areola proprietarum, & aperituua in areola aperientium, & confortatiua in areola cõfortantium, & digerẽs in areola digerentium, &c.

Sed notanda, ne fiat deceptio in his regulis, quòd cum datur medicina confortans radicem, debet eſſe in ſubduplo numero reſpectu radicis, quod nõ tenet hic, niſi cum medicinæ illæ ſint mediocris ponderoſitatis, nec nimis graues, nec nimis leues. v.g. ſi tu ponas. dr. i. aloes pro baſi, & velis eã confortare per pulpam, quia leuis eſt in pondere, non debet poni in ea. dra. s. quia tũc pulpa eſſet tantæ quantitatis, quòd virtus eius eſſet maior, quã virtus radicis, ſcilicet aloe, & ſimiliter econuerſo. Si aloe confortaretur per medicinam valde grauem, de illa graui cũ vnc. i. aloes debemus apponere plus quam drac. ſemis, quia ſi ponamus de ea tantum dra. s. ratione ſuæ paucæ quantitatis nullius eſſet virtutis ad pondus, vt ponatur minùs de pondere, quam plus creſcit ſecundum quantitatem, & in virtute, vnde debet poni in numero virtutis ſubduplo, & non ponderis, niſi ſit mediocris ponderis, & ſimiliter intelligendum eſt in alijs regulis, &c.

Hoc habito, ſciendum, quòd reprimens malitiam radicis eſt idem cum radice, vnde tãtum ponimus de bdellio, vel maſtiche, quantum de ſcammonea, & ſimiliter tãtum de caſtoreo, quantum de opio, ſed illa regula, quæ eſt, ꝙ tantum debemus ponere de refrænantibus radicem, quantum de radice: intelligenda eſt, quando radix habens nocumentum, datur abique alia præparatione reprimente ſuum nocumentum, vnde ponam diagridiũ quod eſt ſcammonea cocta in medicina cõpoſita, quia ſua malitia in parte eſt ablata per coctionem, ideo minus debemus apponere de ſuo fræno, quam cum ſcammonea non cocta.

Vltimo ſciendum eſt de pondere medicinę alterantis malam quantitatem medicinæ compoſitæ, quod debet eſſe pondus æquale, illius, & omnium aliorum, vt patet ſi fiat puluis de turbith, & zingibere, ponitur ibi plus de zucc. quam de zingib. & turbith. vnde Ser. fit puluis accipiendo drac. x. de turbith. dr. x. de zingib. de zucch. xx. ibi ponuntur ad refrænandum acuitatem totius medicinæ compoſitæ ex turbith, & zingib. ideo tantum quantum ex illis duobus ponitur. Ex iſtis poſſumus colligere modum confectionis, & compoſitionis medicinarum cõpoſitarum. v.g. ſi fiat ſyrupus ad materiam capitis, oportet quærere ſecundum Aui. & alios auctores medicinas incidentes, & hoc in capite, ſi poſſunt reperiri. Si nõ poſſunt reperiri, accipe medicinas incidentes primo, deinde medicinas reſpicientes caput, tunc illæ erunt pro baſi; & ſi ſufficiant, & non habeant nocumentum, nihil plus apponendum eſt, et ſi non ſufficiant, accipiantur medicinæ ſimiles illis in areolis proprietatum, & membrorum, & ſi non habeant nocumentum, neque coniunctum, neque diuiſum, nihil ponitur, ſi habeant nocumentum, ponatur reprimens, & ſic ſyrupus in paſſione cordis, hepatis, renum, & veſicæ, & ſimilibus.

Nota.

Muſa Aenea.

Muſa ænea opiata, eſt dicta muſa a voluntate inſtituẽtis, propter aliquam proprietatem in ea reperram: ænea, vel ærea dicitur à colore, quia colorem habet æris, valet ad feb. periodicas, vt tertianas, & quartanas, quotidianas. & maxime quotidianas.

Requies, & rub. trochiſc.

Requies, & rubea trochiſcata proprie valet ad tertianam, adrianum, mithridatum, theriaca proprie valent ad quartanam, & ad conſumptionem materiæ quotidianæ ex phlegmate naturali, vel vitreo, euacuatione præcedente, ſi enim eſſet ex phlegmate ſalſo, vel ex materia compoſita ex phlegmate, & cholera, ita debent dari opiata compoſita ex muſa ænea, & rubea trochiſcata, vel requie, & valet in typo, quando multum nocet frigiditas eius, ita, quòd debet accipi fœn. perr. & apium, & alia diuretica, & ponantur in vaſe pleno aqua ad ignẽ, & ſupponantur patienti bene cooperto cum pannis,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p0990-1 DFG

nis, ita, ꝙ fumum decoctionis iſtarum herbarum recipiat ita, ꝙ ſit ibi quaſi ſtupha, ita, ꝙ ſudet, & tunc offeratur ei muſa ænea cum aqua ad quantitatem nucis paruæ, vel caſtaneæ. Aliquando datur in acutis ad tentandum de euaſione patientis, vel de morte, ſi illud non eſt bonum, accipiunt muſam æneam, & diſtemperant eam in aliquo liquido, & inungunt venas pulſatiles brachiorum, & temporum, & tunc ſi veniat ſudor, ſignum eſt euaſionis, ſi non veniat, ſignum eſt mortis, melius eſt, vt nullo modo detur, in acutis, cum decoctione milij ſolis, aut ſaxifragiæ, frangit lapidem cum decoctione apij, fœ. petro. prouocat vrinam; cum decoctione rutæ, men. abſyn. valet in cauſone, vel in colica de cauſa frigida. Cum decoctione ſangu. draco. valet ad vulnera ſananda. Doſis eius eſt ad quantitatem nucis paruæ.

De opopyra. Opopyra opos ſuccus, pyr. ignis, quaſi ſuccus ignitus, valet contra paralyſim in manibus, & pedibus, &c. & hoc tripliciter prohibendo materiã, ne currat ad mẽbrum, et conſumendo materiam fluxam ad membrum, confortando, & hæc tria debemus quærere in paralyſi; nunquam tamen detur, niſi materia euacuata, ſicut, nec aliqua alia, & ipſa digeſta, & debet dari cum decoctione valentium ad hoc, ſicut cum decoctione ſaluiæ, lauendulæ, primulæ veris, caſtorei. Item non ſolum bibita, ſed etiam emplaſtrata valet, ſi membrum paralyticum inungatur diſtemperata cum ſucco lauendulæ, aut talium, aut caſtoreum, quia conſumit materiam.

Itẽ valet in colica ex frigida materia; & in omnibus morbis frigidis. Item in oppilatione ſplenis, & hepatis.

Item ſecundum Iſaac primo viatici dicit, ꝙ bonum eſt, ſi feb. ſuperueniat in paralyſi, quia eam curat, ergo bonum eſt eam prouocare per opiatam; & ſic prouocatur feb. accipitur opopyra, & acuitur cum euphorbio, & ſulphure viuo, ita, quod ſuper venas pulſatiles temporum, & brachij ponuntur, & cito ſuperuenit febris, &c.

De rubea trochiſcha. Rubea trochiſcata, dicitur rubea a rubeo colore, trochiſcata, quia multos trochiſcos recipit ſcilicet trochiſcũ garyo. trochiſcum diacy. non eſt multum capitalis, tamẽ eſt aliquantulum cali. valet contra tertianas data in decoctione violarum, aut cum ſyrupo viol. materia euacuata. Item valet contra vigilias intra, & extra exhibita, ſi cum ſucco papaueris, & lactucæ diſtemperetur, & detur ad potandum, vel ſi cum his ſuper tempora emplaſtretur. Item ſtringit vomitum data cum ſucco mentæ. Item cum decoctione violariæ valet contra dolorem capitis ex fumis eleuatis à matrice. Item cum aqua roſata valet ad ſputum ſanguinis.

De requie. Requies dicitur, quia facit requiem; prouocat enim ſomnum datur proprie in febr. period. aliquando ante typum, vt prohibeatur in feb. materia euacuata, ipſa exiſtente pauca, & digeſta; conſumit enim illam, cum eſt pauca, & membra ſtringit, & ita typum prohibet, & ſi in typo detur, prohibet ipſum, vel mitigat; melius tamẽ eſt, vt poſt acceſſionem detur, & hoc materia euacuata. Item ſyrupus violaceus accipitur, & ponitur in eo papaueris ſemi. & lactucæ ſem. trita, & iaceant ibi per noctem, & ibi diſtemperetur requies, & detur patienti in mane, vel cum decoctione lactucæ poteſt dari. Item valet ad prouocandum ſomnum in vigilijs ex deficcatione cerebri, febre ceſſante. Item emplaſtrata ſuper tempora, valet ad idem, ſi emplaſtrum de ſem. papaueris al. & ni. hyoſcyami, portulacæ, lactucæ, mandragoræ, confectum cum oleo violato, & albumine oui, fronti, & temporibus valet appoſitum. Item ſola requies emplaſtrata valet. Item ſi detur cum ſucco lactucæ ad potandum ad hoc idem valet.

De hygĩa. Hygija græca, hygija, ideſt ſaluatrix: græca, quia à græcis inuenta, valet contra fluxum rheumatis à capite ad membrum, habet in ſe omnia reſtringentia, ideo valet in dolore dentium ex cauſa rheumatica, ſi ſupra dentes emplaſtretur cum thure, & modico myrrhæ. Item ſi ex eo nant pilulæ, & teneantur ſub lingua, prohibent materiam eo venientem. Item pilulæ ipſæ prohibent fluxum ad oculos.

Quæ opiata ſit melior.

CIrca iſtam lectionem quæritur primo, quæ opiata ſit melior, recens, vel antiquata, videtur, ꝙ recens, compoſitum eſt fortius in illo tempore, in quo ſua componentia ſunt fortiora, cum compoſitum debeat habere naturam ſuorum componentium; ſed componẽtia ſunt fortiora in recente, ergo, &c. ergo in illo tempore, ſcilicet in principio ſuæ confectionis debet exhiberi. Ad oppoſitum eſt vſus communis; datur enim per longum tempus poſt confectionem ſuam.

Solutio, dico, quando damus opiatam, ſi quæramus operationem, quam habet a forma communi ſequentẽ fortiorem virtutem ipſarum miſcibilium, & componibilium, & eorum alterationem, cum talis forma nõ fiat niſi tempore, multo melius eſt antiquata, ſecũdum Aui. & Serap. Sed ſi quæramus aliam operationem, quam habet ex aliquo compoſito, vt theriaca emplaſtrata ſupra locum morbi, attrahit ad ſe venenum per carnẽ thyri, quæ intrant ſuam compoſitionem ſecundum Auic. in hoc tunc eſt melior recens, quia ille thyrus magis habet ſuam propriam virtutem in recente, & quantum ad illã naturam, differt theriaca a mithridato, eodem modo, ſi velimus ſomnũ prouocare per theriacã, quod per opiũ facit, melior eſt recens ſm Gal. v. megatechni. cap. v.

Ad primum, dicendum, ꝙ compoſitum eſt fortius in tempore, in quo ſua componentia ſunt fortiora, quãtum ad illam virtutem, & operationem, quam per ſua componentia habet: tamen quantum ad virtutem, quam habet ex ſua forma communi reſultante ex actione, & paſſione mutua ſuorum componentium, poteſt eſſe fortius, & eſt per proceſſum temporis.

An opiata debeant dari in prinipio morbi.

COnſequenter quæritur vtrum opiata debent dari in principio morbi, arguitur, quod ſic, quia opiata dantur ad confortationem membrorum, ſed in principio morbi magis laborat natura ſecundum illum apho. Inchoantibus morbis, &c. ergo illo tempore debet magis dari confortatio reſpondens labori. Item datur ad cõſtringendum, ergo in illo tempore debet dari, in quo magis timetur fluxus, & eſt maior. Oppoſitum dicunt auctores in practicis.

Solutio. dico, ꝙ duplex eſt tempus exhibendi medicinas laxatiuas, vt in principio Veris, & medio autũno, licet in quolibet tempore poſſint dari neceſſitate cogente. Similiter eſt de opiatis, ꝙ quãtum eſt de tẽpore electionis, in principio nõ debet dari materia cruda, & indigeſta, qa conſumeret ſubtile, & reliquũ magis incraſſaret.

Item cũ tunc materia ſit multa, quæ ſua multitudine impediente non poſſet per opiatã conſumi, per ipſam: nõ poſſet liquefieri, & diſſolui, & ipſum poſſet facere fluere ad aliquod membrum nobile. Vnde Auic. in 4. dicit, ꝙ ſi daremus in principio quartanę theriacam, adderemus quartanã quartanæ, ſubtile conſumendo, & reliquum in craſſando, magis materiam in incrudaret, & inobediens naturæ fieret, quantũ eſt de neceſſitate, ne peius accidat vt mors ſubita, damus in principio morbi, vt in apoplexia, quando timemus, ne ſubito patiens moriatur, quia melius eſt, vt portio quædã materiæ minuatur, & materia incrudetur, quã mors ſubita inducatur, & ſic in principio apoplexiæ damus theriacam, & facimus phlebotomiam aliquando, quando timemus mortem ſubitam.

Labor triplex. Ad primum argumentũ, dicendũ, quod labor triplex eſt ad prẽſens. Vno modo dicitur labor fatigatio mẽbrorũ ex motu corporali, vt de exercitio, & de hoc eſt ille apho. Vbi indigentia non oportet laborare. i. motu corporali inducente fatigationem. Secũdo modo dicitur labor fatigatio membrorũ ex motu, & materia, & de hoc habetur ille aph. Labores ſpontanei narrant morbos. Tertio modo dicitur labor illud, qđ inducitur ex medicina euacuante materiã inducentẽ laborẽ, & fatigationẽ mẽbrorum, & debilitatẽ eorũ, & qñ natura laborat magis tali labore, tunc cõpetit magis opiata, materia. ſ. digeſta, &

euacuata per medicinam prius dictam, hoc enim est in principio, quia tunc est materia indigesta, & multa, si vero natura laboret, si primo laboret, non curatur per opiatam, sed per contrarium exercitium scilicet requiem secundum illum apho. In omni motione corporis. Secundus labor per digestionem materiæ hoc inducentis, & per eius euacuationem.

Ad aliud dicendum, quod non datur ad fluxum restringendum, nisi materia euacuata, & digesta; postquam erit pauca, quia a natura incrassaretur, & cum esset multa, non consumeretur, nisi subtile, vel ipsam liquefaceret, vt dictum est, nisi in casu, scilicet si esset fluxa materia ad membrum nobile, quia tunc tempus esset necessitatis, sicut ergo medicina laxatiua non debet dari a principio, secundum illum aph. Digesta medicari, &c. cū tūc materia non est digesta, nisi in casu cum est materia furiosa, secundum illum aph. In peracutis passionibus raro, &c. Similiter est de opiatis, vt dictum est.

Tertio quæritur, quæ prius debeant dari laxatiua, vel opiata, videtur, ꝙ opiata secundum omnes auctores; a debiliori enim medicina ad fortiorem semper est procedendum, quando medicus habet inducias, vt videat si debilis sufficiat, & per hoc videatur quantitas fortitudinis medicinæ, quæ debet exhiberi, opiata est debilior, quam pharmacum, ergo, &c.

Item medicus quantum potest omnia nocumenta inducta a medicina debet cauere, vnde debet prius dare illa, quæ paucum nocumentum inducunt, vt videatur, si sufficit; sed laxatiuum est huiusmodi respectu opiatæ quia pharmacum inuexerat, & multa alia nocumenta facit, opiata multa iuuamenta facit, confortat, consumit materiam, & constringit membra. In contrarium est vsus communis.

Solutio. Medicina debet prius dari, & loquor in via electionis, causa est, quia opiata post exhibitionem medicinę est vtilis, constringendo meatus viarum apertarum per mordicationem medicinæ, & suctionem venarum à medicina, & consumendo materiam paucam, quam inuenit post exhibitionem medicinæ, & quia confortat mẽbra debilitata, si autem medicina materiam incrassaret, subtile consumendo, cum non posset totum consumere, cum materia sit multa, aut ipsum liquefaceret, ita, quod ad membrum nobile posset currere, & ita noceret.

Ad primum argumentum, dicendum, ꝙ medicina lenior semper debet præcedere, quando habet operationẽ vnam, sed quia medicina laxatiua operatur attrahendo materiã, & membra debilitãdo; opiata vero consumendo, & mẽbra confortando, propter hoc debet sequi, licet sit lenior, quia emendat, & corrigit malitiam medicinæ laxatiuæ. Non sic aũt faciunt medicinæ vnius operationis; ideo lenitiua est prius danda, vt myrob. q̃ sc̃imonea.

Ad aliud dicendum, quòd verum est, quòd illa medicina, quæ habet plura iuuamenta debet prius dari, quam alia: sed tu dicis, quod opiata habet plura iuuamenta, dico quia iuuamenta non habet, nisi materia prius euacuata per medicinam laxatiuam, ergo, &c.

Vtrum debeant dari opiata in feb. interpolatis.

HOc habito, quæritur, vtrum debeat dari opiata in feb. interpolatis, vt in tertiana, quotidiana, & quartana, & videtur, quod non, quia simile aduenies suo simili facit eum furere, sed opiata est, vt plurimum calida ergo, &c. Item augmentares ebullitionem, cum sit ca. ergo, & feb. ergo non debet dari in cura illius. Itẽ stringit meatus, & hæc est potissima causa putrefactionis pororũ clausio: ergo non competit. In oppositũ sunt auctores.

Iuxta hoc quæritur, in qua die valet, vel in die quietis, vel in die paroxysmi, videtur, quòd non in die paroxysmi, sed *in* die interpolationis, quia secundũ Hip. in aph. Cibus, qui est magis amicus naturæ, est auferendus in die paroxysmi, ergo multo fortius medicinale, non solũ opiata. Item nulla euacuatio debet fieri in die paroxysmi secundum Aui. *in i.* & *in* quarto, sed propter opiatam fit consumptio materiæ, vel euacuatio, ergo, &c.

Contrarium patet per communẽ vsum practicantũ.

Ad primum dicendum, ꝙ opiata debent dari in feb. interpolatis, materia digesta, & etiam pro parte euacuata per sudorem, egestionem, & vrinam, & sic de alijs.

Ad primum obiectum, dicendũ, quòd licet opiata per se calefaciat plus, tamen per accidens infrigidat materiã causantem febrem, a qua multi fumi eleuantur ad cor, euacuando, consumendo, constringendo, & confortando membra. Ad aliud dicendum, quòd opiata tempore quo datur secundũ artem, non facit ebullitionẽ, quia materia cũ sit pauca, quia est iam euacuata prius, iã est sub regimine curę, & potest super eã natura, & est supra eam fortis, ideo prę̃seruatur ab adustione, sed si daretur in ebullitione, quando materia non regitur à natura, sicut tu obijcis, ipsa augmentaret ebullitionem. Ad aliud, dicendũ, quòd contritio opiatæ non augmentat putrefactionem, quia prius operatur per consumentia, consumendo materiã, quam per constringentia membrum, constringendo; cõ strictio autem non causat putrefactionem, nisi cum occultatione materię cum prohibitione expirationis fumorum, quod non est hic, tamen quia datur cum materia sit pauca, & quia illud, quod fuit causa talis materiæ, & fumi, sunt, quæ remanserunt priusquam constringat, ideo, &c. Vel posset dici, quod plus boni faceret per assumptionem materiæ, quam faceret mali per constrictionem, & ideo danda est, prima solutio melior est.

Ad aliam quæstionem dicitur, quòd opiata datur tribus de causis in feb. interpolatis. Primo propter typi remotionem, si plus quã feb. noceat, aut malum, quod inducatur per exhibitionem opiatæ. Secundo propter paroxysmi remotionem, quando in eo consueuit venire syncopis, aut alia mala symptomata talia, vt stupor mentis, aut cordis defectus, & tunc datur, licet incrudet materiam, quia magis timemus accidentia, quam incrudationem materiæ, vnde in syncopi feb. secundum Gal. j. xij. megatechni, damus vinum, licet noceat feb. & secũdum ipsum. ix. megatechni, aliquando damus aquam frigidã ad materiæ incrudationem, vt in synocha, quia in ea est vehemens inflammatio, quæ magis timetur, quam materiæ incrudatio, quando ergo symptomata mala veniũt, & in paroxysmo, malum non est prohibere paroxysmũ, ne talia symptomata veniant. Tertio datur ad consumptionem materię remanentis post euacuationem. Primo modo debet dari in accessione. Secundo modo in die accessionis, ante horã accessionis. Tertio modo in diebus interpolatis, & in alijs casibus nisi in primis duobus.

Ad primum dicendum, ꝙ cibus debet subtrahi in die accessionis, quia nullum bonum facit, nisi digeratur, cũ non fit nisi per multas alterationes, in quibus natura a digestione morbi, & expulsione multum diuertitur, opiata non sic faciunt, cum cito ad actum reducantur, cum nõ indigeant nisi diuisione, & non digestione, & cum hoc prohibent typum, vel mala symptomata prohibendo paroxysmum, vt dictum est, vt cum timemus magis symptomata, quam incrudationem materiæ per incrassationem sui. Ad aliud dicendum, quod non datur ad euacuationem, sed ad consumptionem, vt dictum est.

Hoc habito, quæritur vtrum opium, hyoscyamus, & mandragora debeant poni in opiata, videtur, quòd non. Nihil impediens medicinæ operationem debet poni in ea, opium, facit hoc in opiata, cum operatio opiatę sit cõsumere, & membrum confortare; opij operatio est incrassare, & membrum stupefacere. Item opiata dantur ad consumptionem materię in omnibus membris, quod ergo eius transitum impedit ad membra, non debet in ea poni, opium est huiusmodi, cum sit frigidum, & crassum, ergo, &c.

Solutio, dicendum est, ꝙ opiũ, vel similia debent poni in opiatis duplici de causa. Vna est propter tuitionem opiatarum, ne virtus opiatarum in prima, & secunda digestione corrumpatur, antequam ad membra alia, in quib⁹ debet consumere, & alia opera facere, veniat. Alia causa est, ad constrictionem, vt materia cõsumpta, mẽbra prius aperta, per medicinam cõstringãtur, & sic fortificentur, cum virtus vnita sit fortior seipsa dispersa. Ad primum dicendum,

dicendum,quòd opium non impedit operationes opiata A rum, quia est ibi valde parum, propter quod,nec incrassat materiam,nec stupefacit membrum, vnde non impedit calida, quin consumant, aromatica quin confortent, sicut aqua pauca non impedit, quin vinum inebriet, in pauca quantitate sufficit ad constringendum membra, non ad alia opera faciendum.

Nota. Notandum tamẽ,quòd si datur tryphera magna, quæ est opiata, habens proprietatem magnam ad menstruorum prouocationem; melius est si detur sine opio,quam cum opio, & ita debet dari ad prouocationẽ menstruorũ cum decoctione arthemisiæ,aut rubeę tinctorum,aut spicæ nardi,& similium; aut supponatur matrici,& prouocabit,tamen si damus illam ad consumptionẽ, & confortationẽ membrorum, post exhibitionem medicinæ, melius est dare cum opio, quia tunc indigemus constrictione meatuum, & membrorũ, & vt virtus sit fortior; non sic in prouocatione menstruorum. Ad aliud similiter dicendum, quòd opium, quod est ita paucum, non B impedit transitum medicinæ ad membra.

De quibusdam oleis.

De oleo rosa ceo. Oleum rosaceum sic fit, in duabus lib. olei communis ad doctrinã nostram abluti lib.i.& s.rosarũ viridium aliquantulum contusarum, & ponatur olla plena super ignem in caldario pleno aqua, & tãdiu bulliat, donec tertia pars minuatur,& deinde albo panno lineo infuso torculari exprimãtur. Eodem modo viola.sambu.quod est ca.& myrtinũ fit oleum, quod est frigidum, & stypticũ, valẽt illa oleo scilicet myrtinum, & rosarũ ad acutas feb. inuncta super hepar,& tempora,& plãtas pedum,& palmas manuum; quia calidum innaturale extinguunt.

De oleo nenupha. Oleum nenupharinum similiter fit sicut oleum ros. & est magis frigidum, valet contra vigilias causaras ex caliditate.

De lilio. De lilio similiter fit,& est calidum,& sic.sicut lilium; & propter hoc valet in causis frigidis.

De oleo pẽsico. Oleũ perficorũ similiter fit, valet in hemicraneo dolo C re,& ad interficiendũ vermes in ventribus puerorum.

De hyosciamo. Oleum hyoscyami sic fit: pistatur parum de semine hyoscyami,& madefiat aqua in manibus, malaxetur, & postea ad Solem desiccetur vsq; ad exhalationem aquę: & iterum aqua humectetur, & iterum desiccetur: & sic toties iterando,donec mollefiat, quo facto in illo semine ponatur oleum, & dimittatur longo tempore,postea leuiter exprimatur. Valet contra vigilias ex caliditate, & similiter contra dolorem capitis ex calore.

De oleo ouorum. Oleũ ouorum sic fit: coquant ouа ad ignem, & accipiantur vitella, & ponantur super laminã ferream,vel in vase ferreo,& superponatur ad fertum,& comprimatur, & quod exit ex eis, est oleum, valet ad dolorem ani ex materia acuta proprie, & contra ignis adustionem.

De oleo frumenti. Oleũ frumẽti sic fit:accipiatur vas vitreũ stricti orificij,line eũ fortiter,ita, ꝙ bene patiatur ignem, & repleat frumento, & foramina vasis filis æris obturentur, ita, quòd non cadat frumentum; deinde supra aliam ollam ponatur, & fiat ignis circumquaque,& eliquabit oleum, D valet contra impetiginem,& ignis adustionem.

De oleo chamæmeli. Oleũ chamæmeli, & oleu castoreũ, fit vt oleũ rosac.

De oleo cinnamo. Oleum de cinnamomo sic fit, ponatur cinnamomũ in vase aliquo subtus pforato,& superius obstructo, pri9 cũ oleo aspergitur,& aliud vas sub eo ponitur: deinde illa duo vasa sub terra ponantur, & aliqua terra tenaci bene conglutinentur,& forti igne circumquaque igniãtur, tunc vapor superius eleuabitur, & quia orificiũ est clausum,inferius descẽdere cogitur, & ille vapor oleum dicitur. Et hoc eodem modo fieri potest oleum de auro, & argento,& lapidibus, præterquam de crystallo.

Nota.

De oleo de terebinthi. Oleum de terebinthina fit similiter per sublimationem,& est clarum, vt aqua fontis, valet in patiente neruorum paralysim, & fere vbicumq; valet vt oleum benedictũ,& ardet,vt ignis græcus cum oleo benedicto,vnde ferrum de eo inunctum inflammatur.

De oleo bene dicto. Oleum benedictũ sic fit, accipe lateres nouos nunquã ab igne tactos, & in frusta non nimis parua terantur, donec ab igne igniantur: & postea in mortariolo terantur, & oleo aliquantulum humectentur, & iterum desiccentur, & sic in vase Sublimatoris ponuntur, & deinde leuis ignis sufficit, postea magis fortis, donec aqua inde exeat, & tunc exibit oleum, consequenter illud oleum valet in passionibus frigidis, vt in paralysi, & spasmo, etiam duritiem aufert, & obliuionem tollit.

De oleis, & vnguentis.

VIso de electarijs,syrupis,medicinis laxatiuis,& oppilatiuis, nunc videndum est de oleis, & vnguentis. Et sciendum, quòd nomen olei absolute dictum cadit super oleo oliuarum, siue pro eo intelligitur, & illud oleum est materia omnis medicinæ,secundum Galen.ij. simplicis medicinæ, & recte dicitur materia, quia non habet naturam agentis,de qua sit curandum, sed naturã patientis. Quia omni medicinæ, quæ in oleo recipitur dat suam proprietatem, vnde secundum complexionem materiæ commistæ oleo, habet alteram complexionem, & proprietatem, quæ ei à medicina sibi commista imprimitur.

Oleum vniuersaliter loquendo habet fieri multis modis. Quoddam oleum fit per viam expressionis, vt oleũ oliuarum, aut nucis, aut per viam sublimationis, vt si violæ, vel medicinæ aliquæ ponantur in alambico, primo fluit aqua,demum oleum, aut per viam decoctionis, vt de lignis,aut floribus,& huiusmodi.

Oleum oliuarum, quod fit per expressionem oliuarum fit multis modis. Aliquando enim fit ex oliuis nõ maturis,& vocatur oleum omphacinum, & est ponticum, aut ex oliuis maturis. Aliquando est recens, aliquando est antiquarum,aliquando ablutum, aliquando non ablutum, ablutum est frigidum ex aqua, cum qua abluitur ei commista.

Similiter illud oleum aliquando est dulce sine sale, & tunc laxat ventrem per suam lubricitatem, sicut malua, bismalua, cum in illo ventre non sit phlegma,& remouet dolorem,qui fit acuitate medicinæ, scilicet dolorem mordicatiuum. Aliquando est salsum, & istud excoriat ventrem: ideo soluit ipsum, si in ipso sit phlegma.

Abluitur autem sic oleum, aqua ei commiscetur, & sic concutitur, ex ista autem concussione vnum cum altero commiscetur, & sic oleum mundificatur, & eodem modo oleum aqua infrigidatur. Non ablutum est temperatum, quia dicitur aliquid temperatum simpliciter etiam per comparationem ad corpus humanum, quod cum ei exhibetur, ipsum non intendit in aliqua qualitate,sicut est de oleo, non enim calefacit corpus humanũ, neque infrigidat per aliquam qualitatem excedentem, quam habeat. Sed si ipsum calefaceret,hoc esset retinendo sua viscositate cal.naturale corporis, quo iterum corpus calefit, sicut vestimenta, quibus cooperimur, istud autem oleum est omnium medicinarum, quia ab omni medicina inficitur.

De oleo rosaceo. Item omnia olea, de quibus Nicolaus determinat. Primũ est rosaceum, & illud fit multipliciter. Vno modo si accipitur de oleo oliuarum lib.i. & tertia pars lib.i. rosa.& tunc ponatur ad Solem,vt per hoc fiat commendatio virtutis ro. oleo, & dimittatur per.x.dies in vase cooperto superius vitreo,deinde coletur, & illud dicitur oleum rosaceũ. Et si vis facere fortius istud oleum, pone adhuc cum rosis,& fac sicut prius,& deinceps,secundũ, quòd vis habere oleum rosa. fortius. Illud oleum sic fit ad Solem in æstate, quia tunc nobis Sol apparet. Secundo modo sic, quòd aliquando accidit, quòd non habemus Solem, vt in hyeme,& tunc,quia inferiora loca sunt calida ponatur in puteo. Tertio modo ponendo vas sub terra,quia aliquando accidit, quòd non habemus Solem nec puteum,& istud oleum est melius,& magis odoriferum,quia terra ita cooperit vas, quòd nec virtus, nec fumus possit exire,nec euaporare.

Sciendum autem, quòd illud oleum,quòd fit ad Solẽ, fit in decem diebus, tamen in puteo fit in duobus mensibus,& in terra fit in tribus mensibus, secundum fortitudinem caloris maiorem,& minorem.

Aliud

Aliter fit oleum roſ. quando non poſſumus tantum expectare, accipitur ſuccus roſ. cum oleo de oliuis, & ponitur ad ignem, quod remanet poſt decoctionem, & conſumptionem ſucci, dicitur oleum roſa.

Aliter fit cum volumus illud citius facere, accipitur oleum, & infunditur ſuper roſ. & dicitur roſatum. Iſtud oleum roſarum eſt ponticum, & eſt frigidum, & ſiccũ. & quia habet ponticitatem, ideo confortat mẽbra: ideo valet membris mollificatis, laxatis, & debilitatis, propter laxationem membrorum, & neruorum, vnde valet cõtra neruos laxos; penetrat enim melius; & ideo magis profundatur, quam oleum ſimplex in membris, licet roſa ſit craſſa, ipſa tamen facit penetrare oleum ſuum ad membra ſecundum Gal. iij. ſimplicis medicinæ. Cutis enim ideo eo mollificatur, quia roſa ſui acuitate penetrat, & ducitur, & ſua ponticitate impellit ſuum oleum.

Irem quia ponticum, frigidum, & ſic. conuenit contra arſuram membri, & puncturam, ideo non eſt ei par in ſedando dolorem ſecundum Gal. iij. ſimpli. medi. qui dicit, quòd ipſe habebat vulnus, in quo erat dolor pungens, & poſuit ex vna parte agreſtam, & in alia acetum, & in alia oleum roſ. & dicit, quòd non inuenit magis infrigidans, quàm acetum, nec magis dolorem mitigans q̃ oleum roſ. vnde expertus ſui hoc in quodam, qui habebat dolorem pungitiuum in ano, ſiue, longaone, & feci aſpicere veſulam, & dixit mihi, quod erat rubeum tendens ad quandam nigredinem, & ille dubitabat de eryſipelate in ano; & ego appoſui oleum roſatum cum albumine oui, ceruſa pauca, & curatus fuit de anguſtia, non dico de morbo, poſt quatuor dies. Aliquando ponitur cũ vitello oui, ſed albumen magis mitigat dolorem aliqualiter ſtupefaciendo. Valet etiam oleum contra aduſtionẽ exigne, & contra rhagadias, & etiam cum ſanguine turturis, aut columbæ, curat multum locum doloroſum, & cum farina hordei. Item in caliditate hepatis in cauſone, & ephimera, valet ad ſedandum dolorem capitis. Item in diabetica paſſione valet, vngendo renes cum eo, quia diabetica paſſio fit ex caliditate renum attrahente humiditatem, quæ debet ſitim ſedare, ſiue per cuius defectionẽ fit ſitis. Itẽ valet in pruritu, in ſcabie, ſi ex eo, & aceto corpus inungatur, corpore prius purgato, quia ſumit materiam reſiduam, ſiue eam reprimit à ſua acuitate.

De oleo nenupharino. Oleum nenupharinum ſit ſicut oleum roſatum, frigidum eſt, & valet contra vigilias cauſatas ex caliditate, ſi ex eo caput inungatur. Item ponatur cum oleo roſato, & cera, & fiat ex illis quaſi ceratum, valet contra apoſtemata calida.

De oleo de lilio. Oleum de lilio eſt cal. & ſic. ſicut lilium, valet ad dolorem ſtomachi ex frigiditate. Item ſi tenta ponatur in hoc oleo, & ponatur in matrice, valet ad craſſitiem matricis, cum ſit calidum, & ſiccum.

De oleo perſicorum. Oleum perſicorum valet in hemicranea, & valet ad interficiendum vermes in ventribus puerorum, ſi ex eo vngantur, & magis ſi poterur.

De oleo hyoſcyami. Oleum hyoſcyami fit, ſicut dictum eſt, & valet contra vigilias ex caliditate. Item in dolore capitis ex caliditate, ſi caput inungatur.

De oleo ouorum. Oleum ouorum fit, ſicut dictum eſt, illud oleum valet ad dolorem ani ex materia acuta proprie, & contra aduſtionem ignis.

De oleo myrtino. Oleum myrtinum ſic fit, myrtilli piſtentur, deinde ponantur ad ignem cum vino, & tam diu ſtent quouſq; vinum conſumetur, deinde oleum apponatur, & decoquatur ſimul ita, quòd bulliant, & poſtea colentur, ſic dicitur, oleum myrtillinum; frigidum eſt, & ſiccum, & valet contra caliditatem capitis ex ſua frigiditate.

De oleo frumenti. Oleum frumenti fit ſicut oleum ouorum, vt dictum eſt, ſcilicet per expreſſionem cum duabus laminis ferreis candentibus, valet contra ſcabiem, & impetiginem, & ſerpiginem, & ſimilia, alio modo fit, vt dictum eſt, & illum modum tangit Raſis. v. Alman. valet contra prædicta, & contra aduſtionem ignis, & contra alia, ſicut ibidem tangit Raſis.

De oleo chamæmeli. Oleum chamæmeli fit, vt oleum roſatum, ſicut dictũ eſt, & eſt ſubtile, valet contra dolorem ſtomachi, & pectoris ex ventoſitate, vel ex materia pauca, qua reſoluit ſine attractione, ſicut chamæmeli. Item confortat membra.

De oleo cottinum. Oleum coſtinum ſit ſicut alia olea. valet ad confortationem ſtomachi, valet in paralyſi calefaciendo neruos, & ſi cum emplaſtro ponatur ſupra ſtomachum frigidũ, & commiſceatur, confert.

De oleo de cinnamomo. Oleum de cinnamomo confortat ſtomachum, & magis neruos, & ſit ſicut in littera tactum eſt.

De oleo terebinthina. Oleum de terebinthina clarum eſt, & fit per ſublimationem, multum valet in paralyſi, & cæteris paſſionibus neruorum, valet fere tantundem, vt oleum benedictũ, ardet vt ignis, vnde de eo fit ignis græcus cũ oleo benedicto, & ſi ferrũ cũ eo intingatur, & poſtea in ignẽ proijciat, inflãmabitur, & ardebit quãdiu ibi erit aliquid de oleo.

De oleo benedicto. Oleum benedictum ſit vno modo, vt dictum eſt ſupra. Aliter fit ſecundum Raſim. v. Almanſ. ponunt iſta truſta in vaſe vitreo ſpiſſo, illud vas cum argilla ſuperius bene obſtruatur, ita, quòd nihil exeat; & ſi tu videas exire fumũ, adhuc obſtrue illũ porũ cum argilla; deinde fiat ignis leuis, donec deſiccetur illa argilla, & deinde fiat fortis ignis, & fiat oleum. Iſtud aurem vas vitreum pati poteſt bis, vel ter vigorem iſtius ignis, & non plus.

Et valet iſtud oleum in paſſionibus frigidis, & paralyſi, & ſpaſmo: mirabiliter enim penetrat, vnde ſi in manu aliqualiter ponatur, ſentietur fætor per multum tempus, id eſt per quatuor dies: cuius ſignum eſt, quia multum penetrat, & ideo valet in paralyſi, & ſpaſmo, ſi membra inungantur, prius tamen euacuatione facta, & materia digeſta, & non eſt ei par in hoc, ſupra ſplenem poſitum ſoluit eius duritiem, cerebrum calefacit, vnde obliuionem aufert, valet etiam contra venenum ſcorpionis, cum illud ſit frigidum. Item ſi bibatur opium, & hyoſcyamus, valet contra iſta, & alia ſimilia, & ſi in iſto oleo intingatur ferrum, & ponatur ad ignem, ſtatim incenditur ſicut in terebinthina. Item ſecundum Raſim ſi intingantur in illo oleo retes, aggregabunturin eis multitudo piſcium, & capientur.

Dubium primum. Circa iſtam lectionem primo quæritur vtrum opiata, & aliæ medicinæ alterantes alterent per ſuam qualitatem venientem ad membra, aut per ſubſtantiam ſuam venientem ad locum eundem. Et videtur, quòd non oporteat eò venire, niſi ſola virtus. motus localis fortior eſt motu alterationis, ſi medicina attractiua attrahit humorem præter quàm in ſuam ſubſtantiam ad membrum, veniat ergo, & medicina alteratiua, manente in ſubſtantia, abſque eo, quòd veniat ad membrum ſui ſubſtantia, poterit alterare.

Item virtus naturalis, vitalis, & animalis feruntur ab hepate, cerebro, & corde ad ſingula membra, ſola ſubſtantia in ipſis remanente, & tamen alterat membra, in eis operatur, ergo à ſimili erit de medicina, quòd ſicut illa per ſpiritus deferentes multiplicatur, ſic per ſpiritus deferentes ad ſingula membra, ita illa medicina alterando ſpiritus, ergo, &c.

Item ſecundum Gale. iij. ſimplicis medicinæ, ſi ponatur pes in aqua frigida, totum corpus infrigidatur, & tamen planum eſt, quòd tantum qualitas defertur ad membra, & non ſubſtantia aquæ, ergo multo fortius medicina recepta interius alterabit, abſque ſuæ ſubſtantiæ tranſmiſſione.

Item emplaſtra ſuper hepar, & alia mẽbra, & vnguenta ponimus, vt alterent illa membra interiora, vt hepar, & ſtomachum; & tamen planum eſt, quod non per ſubſtantiæ præſentiã in illis membris interioribus, ſed per virtutis ſolius commendationem.

Contra, agens particulare agit per contractum, & maxime agens per complexionem medicinæ, cum ergo tactus ſit corporum duorum, videtur, quod ſubſtantia medicinæ tangat membrum, quod alterat veniendo ad ipſum, hoc idem vult Serapio. in vij.

Iuxta hoc quęritur ſecũdo cũ illa medicina alteratiua ad mẽbrũ veniat, quomodo hoc fit i. per quam viã, quia non poteſt per ſe, quia nihil ſeipſum mouet; omne enim

quod

quod mouetur,ab alio mouetur,neq; per aliud,quia tunc esset per membrum attrahendo, quod est impossibile: quia attrahēs à tota specie, non attrahit simul duo cōtraria,sed membrū attrahit cibum,qui est contrarius medicinæ cum vnius sit agere, & alterius pati,ergo,&c. Et probatur maior, quoniam virtus attrahendi à tota specie fit ratione similitudinis,quæ nō est respectu diuersorum.

Forte dices,quod trahens a tota specie,nō attrahit duo cōtraria cū remanet sub eadē dispositione, sub diuersa tamen potest, vnde membrum quando est sanum, attrahit cibum, & non medicinam; cum autem est ægrum,attrahit diuersum,vt medicinam alterantem.

Cōtra,dispositio accidētalis non mutat essentialem, cum ergo si fiat attractio diuersorū à tota specie, diuersificetur tota species; ęgritudo autem est accidentalis,& tota species est dispositio essentialis secundum Aui.non ergo diuersificatur per ægritudinem, ergo,&c.

Responsio ad primum. Ad primam quæstionē respondet Serapio in vij.quòd medicina alteratiua venit ad membrum secundum sui substantiam,& non solum secundum virtutem; verum est,quòd medicina alteratiua potest alterare absque hoc, quòd vadat ad membrum secundum substantiam, quia eius virtus per singula corporis membra multiplicatur tā sana, quam ægra indifferentet, & appellatur hæc virtus fumus a medicina resolutus, qui per corpus dispergitur alterans corpus ad naturam propriā. Ille autē fumus paucus est,& virtus debilis, ideo sua alteratio est pauca.

Item medicina minus appropriatur vni membro quā alteri, quia vbique spargitur, quia si debet fieri alteratio contra dyscrasiam alicuius membri,nisi sit pauca valde, oportet,quòd medicina secundum sui substantiā ad mēbrum veniat secundum Sera.in vij.Dico ergo,quod medicina alteratiua ad membrum venit, & licet sua virtus semper multiplicetur,tamē illa non sufficit, quia vapor, per quem multiplicatur illa virtus est paucus.

Ad primū argumentum in contrarium dico,ꝙ medicina euacuatiua non oportet, quòd eat ad mēbra, qa ipsa operatur a tota specie; hac aūt ratione suæ spiritualitatis pōt se multiplicare cōplete, & excitare potentiam incōpletam humoris, qui ei obedit magis in parte vna, q̄ in alia obediet dyscrasiæ,medicinæ alterantis. Sed medicina alteratiua agit per complexionem, quæ sic non potest se multiplicare ad hoc vt alteret, cum non multiplicet se nisi cum fumo debilis virtutis. Item resistentiam inuenit in membro,& nō fit attractio in humore,ergo,&c.

Alia tertia ratio vere concludit,quòd virtus multiplicatur,dico tamen,quòd non sufficit ad alterandum, propter quod necessario substantia illuc vadit. Et de aqua frigida dico,quòd infrigidat,& alterat membra,si sint parum lapsa, non tamen si sint multum lapsa, similiter dico,quòd medicina per fumum alterat membrum, si sit partū lapsum,nō tamen multū lapsum, nisi per substatiā.

Ad secundum. Ad secundam quæstionem dico, quòd eo venit,quia a membro attrahitur,per virtutem eandem,per quā membrum attrahit cibum in sanitate,attrahit medicinam in ægritudine,& quamuis nihil seipsum generet,quodlibet tamen seipsum conseruat, vnde quælibet forma rei intēdit sui conseruationem; conseruatio autē pendet in duobus.s.in remotione contrarij, & attractione conuenientis,ideo membrum per suam propriam virtutem attrahit simile,cum eo indigeat,& per eandem virtutem abijcit contrarium,cum in mēbrū inducitur. Sed quia istud contrarium siue nocumentum non potest abijcere per se,ideo attrahit aliquid, quod iuuet ipsum.s. medicinam alterantem,& hoc per eandem virtutem,per quam attrahit sibi simile, quia virtus,per quam se conseruat,est vna & eadem, quæ hæc duo facit, respectu eiusdem finis, qui est se conseruare, facit duo opera ad eundem finem, expellere autem contrarium non potest immediate facere, ideo attrahit illud medium, quo indiget ad hoc operandum,vt medicinam. Dictū est ergo, per quod membrū attrahit medicinā.s.per suā virtutem,sed non est dictum quomodo. Et ad hoc potest forte dici, quòd mēbrū dyscrasiarum inducit in medicina aliquam dispositionem, per quam fit ei similis, & est etiam simile respectu effectus, & finis,ideo ad illud mouetur plusquam ad aliud, vel ad minus virtus regitiua corporis illam habilitat, & disponitur, hoc tamen habet dubitationem; & ideo inquisitione, & studio indiget.

Ad primum argumentum dicendum, quod attrahēs non attrahitur à tota specie contraria, & ideo,quod cibus,& medicina non sunt contraria secundum,quòd attrahuntur,licet in se sint contraria, quæ attrahuntur, vt similes, licet non in specie, sed in operatione respectu finis, scilicet vt membrum conseruetur per ea; in isto autem conuenit,ideo debent vtraque attrahi, nec attrahūtur,vt diuersa,secundum,quòd diuersa.

Vel dicēdum,quòd membrū non attrahit diuersa,manens sub eadē dispositione, licet sub diuersa dispositione manens,hoc possit facere, vnde solum membrum ægrū attrahit medicina, & nō sanum. Cum ergo arguitur, ꝙ attrahens variatū non potest attrahere cōtraria, quia per hoc mutatur sua tota species,dico, ꝙ verum ad secundū, ꝙ tota species,non attrahit, nisi per conseruationem sui, ista autem natura reperta est in duobus contrarijs, ideo duo contraria attrahit. Et cū tu obijcis,quòd haberet similitudinē cū duobus contrarijs,dico, quòd nō est inconueniens licet tota species sit contraria alicui istorū in forma,est tamen ei inconueniēs in intentione, quia scilicet tā illa virtus, q̄ illud cui contrarietur,s. medicina, intendit membrū cōseruare,ideo,&c. Nec dico,quòd mutetur species propter dispositionē illam accidentalem,aliud tamen opus facit speciale, scilicet attrahere medicinā, qa indiget propter illam dispositionem,& quia non indiget cum est sub alia dispositione, semper attrahit quo indiget ad sui conseruationem,dummodo possit,&c.

Dubium tertium. Hoc habito, quæritur de ista medicina alterante,vtrū antequam ad membra veniat, quæ alterat, conuertatur in humorem,vel non conuertatur, & confundantur illa duo in vnum,& arguitur,quòd debeat imitari humorē, & mutetur.s.antequam alteret,dicit Gal.x.megatechni, quòd quamuis medicinæ alterantes,& cibi,& potus, ad membra veniant,tamen tarde, & post eorum conuersionem,& alterationem.

Itē viij.megatechni,dixit Gal. quod medicinæ mordicantes magis nocent cōcauo hepatis, quā gibbo,quia cū veniunt in gibbū hepatis,iā sunt cōueriæ,ergo multo fortius medicina valens ad mēbra singula. Item impossibile est,ꝙ agens approximatum passo non agat, sed medicina approximat stomacho,& hepati; ergo in ipsam agūt, sed actio hepatis est conuersio in humorem,ergo,&c.

Contrarium vult Aui.in i.c.de eo, quod comeditur; & bibitur,vbi dixit,quod illud quod in corpus agit,& nō patitur est medicina,& alibi, quod à corpore non vincitur,est medicina. Adhuc dicit, quod in corporis similitudinem non conuertitur, est medicina. Item Gal.i. simpli.medi.cibi est pati,medicinæ vero agere,cum ergo nō possit mutari nisi patiatur,ergo,&c. Item per experimētum patet hoc,cum damus potiones vulneratis,vidimus medicinas egredi per vulnera membrorum valde remotorum, vt in capite, sub eodem colore, & sub eodem sapore,sicut intrant,ergo,&c.

Ad istam quæstionem dicendū est, quod cum quæris vtrum medicina cum debet alterari debeat conuerti in humorem,&c. Dicendum est,quod non,si enim conuerteretur iam haberet omnium membrorum similitudinē,quia omnia mēbra ipsum æqualiter attraherent,cum ergo vnum membrum, sicut membrum lætum præcipue ipsum attrahat, & non aliud, patet,ꝙ nō debet conuerti,& hoc vult Gal. 3.simplicis medicinę in principio, distinguit ita duplicem alterationem sine mutatione. Vna secundum veritatem,vt quando fit de specie ad speciem, vt cum ex pane, siue cibo fit sanguis, & iterum caro,& os, & nerui. Alia secundum tranſumptionem, vt qñ corrūpitur non vera forma, sed visualis exteriorum, vt cum panis in parua frusta diuiditur, & cū pipere conteritur. Deinde subiungit statim Gale. & omnes libri sunt falsi,in illo loco tamen aliquando librum inueni,in quo,

erat

erat alio modo quam in nouis, vbi est negatio: sed in illo erat negatio, ita, ꝙ debet ibi esse in alia litera, quæ statim subiungitur, & nos quidē iam diximus, ꝙ virtutes medicinarum nō ingrediuntur in genus primorum duorum generū mutationis, et istud patet per literam, q̄ sequitur, cū dicit, ꝙ non sit possibile, ꝙ mutetur res, & conuertat de specie in speciem, nisi calefiat, & infrigidetur, &c. ex quo patet, quòd medicinæ alterantes non corrumpūtur, cum non intrent in genus secundum alterationis.

Res medicinalis triplex.

Nota de secunda quæstione, quæ cum illa confundebatur, vtrū s. possit præseruari a corruptione. Dicendū, ꝙ triplex est res medicinalis. Quædam, quæ est medicina pura; quædam est, quæ est medicinale; quædam est, quæ est cibus medicinalis. Medicina pura tantū agit, medicinale autem agit magis, quam patiatur, cibus verò medicinalis vtrumq; æqualiter. Dico tūc, quòd si sit medicina pura, nō corrūpitur, neq; cōuertitur in humorē, antequā alteret; sed alterat absq; sui cōuersione, quia habet tantā virtutē medicinæ, quòd superat virtutē cibi; tñ posset cōuerti in tanta quantitate pauca, quòd posset dari; sed nō oportet ad hoc, vt alteret, vnde appellando medicinā illud, quod est medicinale, vel illud, quod est cibus medicinalis, potest bene conuerti, licet non debeat, nec oporteat ad hoc, vt alteret, vnde Aui. Sanguis generatus ex lactuca, retinet suam qualitatē vsq; ad tempus, & ita potest cōuerti, & alterare, tamen, nō oportet, quòd conuertatur ad hoc, quod alteretur, vnde si detur succus lactucæ ad alterandū, vel infrigidandū hepar, licet possit conuerti; non tamen debet, si debeat alterare. Vnde sciēdum, ꝙ differt dicere medicinā, medīnale, & cibū medicinalem, vnde cū dico medicinā, dico rem agentē tātum, cū dico medicinale, dico rē agentem, & patientē, magis tamen agentem, q̄ patientem; cum vero dico cibum medicinalem, dico rem agentem, & patientem, magis tamen patientē. Quando ergo, quæritur, vtrum medicina conuertatur, dico, quod non, si appellatur medicina pura, quod potest probari per litterā prædictā iij. simplicis medicinæ; & si detur illud, quod est medicina pura in aliqua quantitate modica, poterit fieri cibus medicinalis, & tunc conuertetur, vel medicinale, si magis agat, q̄ patiatur, cibus medicinalis æqualiter vtrumq; aut magis patiatur, q̄ agat, vnde si detur succus lactucæ ad infrigidandum hepar venit ibi sicut est. Et si tu quæras; quid accidet de illa medicina antequam fecerit suam operationem, dico quòd expelletur sicut superfluitas cum sudore, vel vrina; vel egestione, sicut tangit Auic. de croco, quod conducit medicinas cordiales ad cor, & in fumum conuertitur, & expellitur. Et dico, quòd si illa medicina, quę prius erat medicina pura, detur in modica quantitate; vt possit cōuerti, tunc alterabit omnia membra, non magis vnum, quā aliud erit; nec tunc erit medicina pura, sed erit cibus medicinalis, quia mutatur in humorem recipiendo virtutē medicinæ, per quam alterat corpus, & tunc mobilia, scilicet inquantum cibus patitur suam conuersionem, & inquantum medicina suam diuisionem solum.

Ad primum argumentum potest dici, quòd medicinæ veniunt post sui conuersionem, verum est transumptiuam ad membra, quæ est sui diuisio: vnde conuertitur secundum sui apertionem, non conuersione vera. Ad aliud dicendum sicut prius. Vel dicendum ad vtrunque aliter, quòd medicinæ venientes in gibbo hepatis, sunt conuersæ, & debilitatæ in sua malitia, vnde in tertio de complexionibus, acuta cibaria, sicut cępæ, & allia non vlcerant interius, quando comeduntur; sicut quando exterius emplastrantur, quia sua acuitas remouetur magis, quia se commiscent humoribus contentis in venis; & sanguis, per quem sola acuitas mitigatur, non permittit, quòd sic inueniat aliquod in stomacho, cum quo commisceantur, ideo corrigitur eorum malitia magis cum veniunt ad gibbum, quam ad concauum hepatis; quia tunc est magis admista cum humoribus quā prius. Ad aliud est ibi consequens: non enim sequitur, si corpus agit in medicinis, quia hoc modo, siue talem actionē faciat, quæ est conuertio in humorem, quia agit aliam actionem, scilicet diuisionem eius in partes paruas, & correctionem medicinæ a sua malitia: vnde ibi fit conuersio transumptiua, & non vera.

De vnguento populeon.

Vnguentū populeon dicitur, qđ fit de oculis populi. valet contra calorem acutæ feb. & his, qui dormire nequeunt, inunctis temporibus, & pulsibus, & plantis manuum, & pedū, hoc idē cū oleo ros. vel violato misū, & super hepar inunctum, mirabiliter calorem tollit, &c.

Vnguentum dialthæę malasticon, & chalasticō dialthæa a radice erasti dicitur malasticon, idest mollificatiuum, chalasticon, id est calefactiuum, &c.

De vnguentis.

Vlso de oleis, videndum est de vnguentis. Vnguenta fuerunt inuenta eadē ratione, sicut & electaria, & aliæ medicinæ cōpositæ, fuerunt adinuētæ, s. interius, & exterius exhibitæ propter hoc, quòd medicinæ simplices non faciebant effectū interius, sicut vnguēta, & emplastra: quia medicinæ simplices extra effectū aliquando non faciebant, & hoc, vel propter debilitatem simpliciū medicinarum, aut quia longo tempore non possunt remanere in loco, super quem ponuntur. Inuenta fuerunt vnguenta, vt diutius super locum remanerent, & per hoc suam operationem adimplerent, verbi gratia cum puluis aliquis aspergatur super locum, per pannos auferetur citius quàm si vnguentum, vel emplastrum, aut ceratum, cum isto puluere conficiatur. Illa enim faciunt medicinam, scilicet puluerem diutius remanere super locum.

Vnguenta etiam sunt inuenta, vt faciant absterſionē in membro, & confortationem, abstergunt, & consumunt materiam paucam remanentem post purgationem prius factam; & aliquando fiunt ad confortandum ista vnguenta, tam membra exteriora, quam interiora. Interiora vt stomachum: aliquando enim inungimus ventrem propter stomachi confortationem frigidi oleo costino, vel oleo de spica nardi, vel de absynthio, vel de menta: ista autem omnia inungunt ipsum maxime, cū est debilitatus, aut propter frigiditatem, aut propter texturæ raritatem.

Notandum est, quòd in omni vnguento est oleū, aut pinguedo, a qua confectum sit, vt diutius remaneat super membrum: illud autem facit oleum, aut pinguedo per viscositatem suam. Vnguentum dicitur ab vngue, vel vngo vngis, & tunc proprie dicitur vnguentum.

De vnguento populeon.

Vnguentum populeon est primum vnguentum factum, & dicitur ab oculis populi, oculi autem populi dicuntur folia cuiusdam arboris, quæ populus appellatur. Quæ folia dictę arboris parua colliguntur, & ex istis cōponitur vnguentum, prouocat somnum, si ex eo plantæ pedum, tempora, & volæ manuum, & arteriæ inungantur, & hepar infrigidat, si est positum supra ipsum cum aqua ros. & pauco aceto.

Nicolaus dicit, quòd prouocat sudorem, si ex eo vmbilicus vngatur, sed falsum est, cum enim frigidum sit claudendo poros, prohibet caloris euaporationem, cum etiam sit viscosum, per suam viscositatem impedit humiditatem, ex qua fieret sudor egrediens, & eam interius retinet, vt phlegmatici, pruriginosi, &c. Conficitur sicut alia vnguenta, quia species conteruntur, & tunc oleo, vel pinguedine conficiuntur. Recipit omnia frigida, papauer frigidum nigrum, mandragoram, cymas rubi, solatrum, & similia frigida, vnde illud vnguentum valet contra calorem acutæ feb. distemperatum cum aceto, vt melius possit transire, aut cum acresta, & debet fieri inunctio super volas manuum, & pedum, & circa frontem, & tempora. Sed si feb. non fuerit acuta multum, patiens de natura sua frigidus, & tempus ei conforme fuerit, aut si sudare voluerit, non est vtendum populeon; quia materia fieret ex hoc ineptior digestioni, & sudorem impediendo, beneficium naturæ posset impedire.

De vnguento dialthea.

Vnguentū dialthęa, quasi factū de althęa. i. malua, vel bismalua, calefacit, & humectat, & ideo multū valet ad maturādum apostemata, quia secundū Gale. ij. simplicis medicinę, ad maturationē apostematu tria requiruntur, scilicet

scilicet calor ad caloris attractionem ad locum apostema A
tis, vt melius possit digerere, & quia timetur, ne fiat consumptio, & resolutio caloris, apponantur viscosa, vt calorem attractum ibi existentem interius retineant, & humida ad materiæ remollitionem, valet ad resoluendum ventositatem, & subtilem materiam.

Vtrum theriaca in materia rheumatica conueniat.

Circa istam lectionem dubitatur, cum primo visum sit de opiatis in generali, videndum est de eis in speciali; Et primo de theriaca, vtrum sit bona circa materiã rheumaticam, vt, q̃ non. Nullum rheuma prouocans competit in causa rheumatica, sed theriaca est huiusmodi, cum somnum prouocet secundum Gale. primo megatechni. cap. iiij. ergo, &c. Item nulla operatio prohibens fluxum materiæ a membro nobili ad ignobile est facienda, sed theriaca est huiusmodi, quia prohibet fluxum materiæ a cerebro, quod est membrũ nobile, maior patet per Auic. & Gal. in infinitis locis, quia semper debet fieri expulsio superfluitatum a membris nobilibus ad ignobilia, minor patet per Auic. lib. v. de probatione theriacæ, vbi dicit, quod si theriaca exhibita stringit ventrem bona est; ergo stringit, & fluxum rheumatis a capite. B

Resp.

Oppositum dicit Auice. in v. quod valet ad consumptionem materiæ phlegmaticæ, ergo valet in frigida causa, & rheumatica.

Dico, quòd theriaca conuenit in materia phlegmatica cum est digesta, & non multa, sed pauca; vnde conuenit euacuatione prius facta, sed si materia sit indigesta, quia consumeret subtile, & reliquum incrassaret, non cõuenit, sed si materia esset digesta, tamen multa non cõpetet, ne etiam aliquam partem consumendo ipsam incrassaret, & aliam non consumendo, aut faceret ipsam per corpus currere ad membrum nobile, sed si illa materia flueret ad membrum nobile, tũc esset tempus necessitatis, vt quando fluit ad oculos, quia pauca materia, vt gutta, nocet eis, repercutimus ad cerebrum, & stringimus fluxum eius ad oculos, similiter si phlegma ad partes spirituales, seu vitales flueret rheumaticum, & si materia esset pauca, & digesta, tunc conuenit ad illius digestionem, siue consumptionem. C

Ad primum argumentum in oppositum dicẽdum, q̃ theriaca recens prouocat somnũ, & talis non conuenit, sed antiquata; & illa prouocat magis vigilias, caput desiccando, in eo consumendo materiã phlegmaticam inducentem somnũ. Ad aliud, dicendum, q̃ non valet licet prohibeat fluxum rheumatis a cerebro cum hoc, q̃ restringat, ipsum consumit, & ita in cerebro remanet.

Item bene verũ est, quod si flueret à cerebro in membrũ ignobile, non deberet restringi; sed si ad membrũ nobile, de quo est magis timendum, q̃ de cerebro, deberet

Verum theriaca in quartana conuenit.

stringi, vt si ad cor, aut pulmonem, aut ad oculum.

Cõsequenter quæritur vtrum competat in quartana, videtur, q̃ sic. secundum Aui. in. iiij. Quartana habet curari per calida, cũ materia eius sit frigida, sed theriaca est calida, & materiam quartanę consumit, ergo competit.

Item secundum Gal. in morbo longo debet virtus cõfortari, & cõseruari, quia ipsa curat morbos: sed quarta- D
na est morbus longus, & chronicus; ergo in ea conuenit, quod virtutem confortet, quoniam secundum Auic. theriaca confortat calorem, & spiritum, ergo, &c.

Oppositum dicit Aui in. iiij. dicit enim, q̃ si daremus theriacam in quartana, adderemus quartanam quartanæ, & sic afflictionem afflictioni, ergo, &c.

Dico, q̃ ante euacuationem materiæ nõ conuenit, neque materia indigesta, quia subtile consumeret, & reliquum incrassaret, vnde in principio non conuenit, sed materia digesta, & euacuata, & existente pauca, conuenit ad residui consumptionẽ, sed si multa, non competeret, aut si esset indigesta, tunc. n. adderet quartana quartanę.

Ad primum, dicendum, quòd in ea competunt calida, scilicet temperata, leuia, & humida ad materiæ remollitionem: sed theriaca est multum cal. & sic. ideo tãrum conuenit, sicut in fractione lapidis secundum auctores non competunt nimis diuretica, materia indigesta, quia materiam petrificarent, subtile consumendo, & residuum compingendo, & indurando, similiter est hic. Aliud, dicendum, quòd verum est, q̃ confortat; & si tantum confortaret, competeret, sed quia plus faceret mali, materiam incrassando, quam boni virtutem confortando; ideo non conuenit in quartana.

An theriaca competat in sanis.

Consequenter quæritur vtrum theriaca competat in sanis, videtur, quod sic, secundum illum aph. Tenues, & certæ diętæ, dicit Gal. quòd in sanis virtus debet confortari, & conseruari; in ægris autem debet minui in acuta ægritudine, sed secundum Auicen. in v. cap. de laudibus theriacæ. Theriaca virtutem confortat, calorem, & spiritum confortando. Item conseruat adolescentiam secũdum Auic. in iiij. ergo conuenit in sanis.

Item si sit inconueniens, hoc erit propter carnem thyri, quæ est venenum secundum Gal. iij. simplicis medicinæ, sed quod propter hoc non sit inconueniens, arguitur sic. quia secundum Auicen. in iij. caro thyri habet proprietatem conseruandi virtutem, & vitam prolongandi, ergo, &c.

Corpus sanũ duplex.

Oppositum dicit Gal. 3. simpli. medi. Medicina liberans a veneno est venenum, sed venenum non competit sanis, ergo, &c.

Solutio, quæstio famosa est, dico tamen ad quæstionẽ, duplex est corpus sanum, scilicet sanum simpliciter, quòd non est ægrum, nec actu, nec potentia, in potentia dico, quia habeat in se materiam, quę debeat in futurum esse causa ægritudinis, & taliter sano non conuenit, quia secundum Galen. & Hippocra. medicina non conuenit sanas carnes habentibus; quia cum non inueniat materiam malam in corpore, conuertit se supra bonos humores, ex quibus debet bona caro generari, quòd consumit, & euacuat, similiter si theriaca exhibeatur in corpore sano simpliciter, consumeret illud, quod non esset consumendum, & esset ibi venenum. Aliud est corpus sanum, quod opera habet naturalia non læsa; attamen est neutrum decidentiæ, quod in se habet materiam, quæ quieta est, ideo non noceret ei in futuro; tamen mota ab alio, qui induceret ægritudinem, in tali sano conuenit consumando illam materiam phlegmaticam, quæ debet facere ægritudinem in futuro, & hoc modo prolongant iuuentutem, scilicet tardando canitiem. Canities enim fit ex phlegmate euaporato, vel existente in capite, quod remanens debilitat calorem, & naturam vt nutrimentum illuc venies non possit conuertere a natura debilitata; imo prius desiccatur, & ⟨illegible⟩ marcescit, quàm conuertatur; & propter hoc dealbatur, quia fumi eleuati, ex quibus generatur pilus, sunt albi, & faciunt pilos albos, & sic calorem confortat, quia secundũ philoso. lib. de respiratione, calidum dupliciter deficit; aut quia extinguitur, aut quia marcescit, & hoc est propter defectum humiditatis, in qua radicatur, vt videmus in hyeme folia marcescere, & calidum hoc modo debilitatum non confortaret, imo amplius consumeret, & propter hoc in sano simpliciter non confortaret calorem naturalem, immo potius ipsum marcescere facit, consumendo humidum radicale, cum non inueniat materiã superfluam. Aliquando calor extinguitur, & suffocatur, & ⟨illegible⟩ abscinditur sub multo humido accidentali, & hoc modo debilitatum calorem naturalem propter phlegma multum accidentale, confortat theriaca; & ideo cõuenit sanis lapsis.

Ad argumentum in oppositum, dicendum, est. q̃ nisi esset debilitatio virtutis, & caloris propter phlegma accidentale, non confortaretur per theriacam, vt visum est, ideo in aliquibus lapsis, non vt sunt simpliciter sani, conuenit.

Ad aliud dicendum, q̃ verum est, q̃ prolongat iuuentutem, secundũ apparentiam, licet nõ sit secundũ veritatem, quoniã tollẽdo rugositatem; nihil enim adeo manifestat senectutẽ, sicut rugositas, vnde dicit Philosophus xix. de animalibus, q̃ senectus est sicut glacies, & sicut rugositas, & est verbum obscurum; non. n. fit senectus nisi per debilitatem caloris ex consumptione humidi naturalis, siue radicalis non completa, quia sic esset mors, vnde calor

de calor consumit seipsum per accidens.s. consumendo suum humidum,& hęc est vera senectus,quando per introductionem frigiditatis propter materiam obumbrantem calidum naturale, & hoc est apparens senectus, cuius signum est rugositas; illa.n. rugositas in senibus apparens ante terminum debitum, fit ex materia phlegmatica faciente cadere partem supra partem,propter suã grauedinem,propter quod est ibi rugositas; illud autẽ,quod consumit talem materiam, tollit rugositatem,& hoc facit theriaca, & sic prolongat iuuentutem secundum apparentiam,& quia etiam canitiem aufert, illa autem theriaca in sanis temperatis non conseruaret iuuentutem, vt patet per prædicta, sed in sanis lapsis,ideo istis conuenit,alijs non. Ad aliud dicendum, ꝙ caro thyri est venenum in sanis simpliciter, sed in sanis lapsis non,quia habet proprietatem ducendi superfluitates exterius, & in talibus conuenit, sicut concessum est.

Vnguentum citrinum. Vnguentum citrinũ, dicitur citrinũ, quia in pomo citri decoquitur, pulchram reddit faciem,lentigines de facie tollit,et nigredinem a Sole introductam destruit,&c.

Vng. albũ. Vng. agrippa. Vnguentum album ad phlegma falsum sic fit, & coctum confectum est lib.i.&c.

Vnguentum quo Agrippa vtebatur, & tantæ dignitatis erat, ꝙ nemini discipulorum tradere volebat, valet hydropicis, & omnibus humoribus in quacumque parte corporis fuerint,&c.

Vng. martiaton. Vnguentum martiaton magnum, martiaton a Martiano dicitur peritissimo medico, a quo fuit inuentum, quod facit ad dolorem, frigiditatem capitis,pectoris, & stomachi,&c.

Vng. aragõ. Vnguentum aragon.i. adiutorium, valet ad omnem dolorem ex frigiditate viris, & mulieribus, tali ordine, immittitur in testa oui, &c.

Vng. fuscũ. Vnguentum fuscum.i.nigrum valet ad omne vulnus, nam super vulnus positum attrahit,& attrahendo mundificat, &c.

Vng. vtilissimum. Vnguentum vtilissimum impetiginosis,& serpiginosis, & elephantiosis, &c.

De vnguentis calidis, & siccis.

VIsum est superius de vnguentis frigidis, vel saltem temperatis, nunc videndum est de calidis, & siccis,& de martiaton,&c. Primo tamen dicendum de vnguento citrino,& dicitur citrinum non a calore,sed quia in illo pomo conficitur; concauatur enim ita, quòd non remanet nisi cortex, & in illo cortice ponuntur species.

Vng. citrinum. Vnguentum autem citrinũ fit ad absterſionem, & de albationẽ,abstergit.n. omnes maculas, corporis,& mũdificat faciem, & albificat eam, & totum corpus, & ideo vtuntur eo mulieres; vnde etiam aufert lentigines.

Nota. Et sciendum pro regula, quod nullum vnguentum absterſiuum debet poni in loco,nisi prius mollificatione facta; vnde primo debet facies aqua lauari, cum volumus lentiginem abstergere, & maxime quando sunt profundatæ, & antiquaræ,& induratæ, vt remolliantur, & illa aqua debet esse aqua alicuius decoctionis valentis,vt furfuris, aut lentium, aut fabarum, vt materia præparetur ad abstergendum; & hoc in mane præcedenti,vel in nocte,vel in sero, debet facies vnguento citrino vngi,& tertio in mane sequenti debet iterato membrum illud sicut facies lauari in abstergente, in qua sint cocta aliqua, quæ ponuntur in isto vnguento, vt aqua,in qua coquantur amygdalæ amaræ; aut consimilis medicina; & facit illa aqua absterſiua duo bona,quia commouet vnguentum, & iuuat vnguenti operationẽ, in hoc,quòd si aliqua mala materia remanserit propter debilitatem vnguenti non absterſa abstergitur ab aqua. Adhuc istud ũguentũ valet ad denigratam faciem in tempore æstiuo,vt tempore messis; & valet ad pustulas, siue sint in manu,siue in pede,aut in alia parte corporis,si sint ex phlegmate,& similiter valet vnguentum citrinum contra nigredinem remanentem post casum scabiei; sunt enim quidam qui dant medicinã fortem ad curam scabiei, & tunc illa scabies cadit,tamen postea remanet quædã nigredo in loco, ad hoc remouendum bonum est vnguentum citrinum, habet.n. in se multas medicinas dealbantes, habet in se medicinã,per quam habet vim lenitiuã,vnde cõtra asperitatem valet,& arefactionem, & debet inungi fortiter, & fricari membrum,quod inungitur ex isto, vt vnguentum imbibatur in membrum per fricationis motum, recipit autem medicinas abstergentes, vt boracem. Borax enim est gummа absterſiua,& depuratiua,& cõglutinatiua,vnde cum eo conglutinant aurifabri argentum valde fortiter,cum est puluerizatum, vt duas laminas plus discõtinuas cõiungunt fortiter, contra difficultatem partus valet secũdum Platearium, si distemperetur cum vino,& propinetur,super omnia valet in hoc casu,vt dicit. *De borace.*

Amentum dulce similiter ponitur hic, amentum est quasi lapis durus, quod efficit ex vitro liquefacto, istud dicitur amentum dulce ad differentiam falsi, quod fit ex vitro,aut terra valde petrosa. *Amentum.*

Vmbilici marini sunt frigidi, & ficci, & abstergunt asperitate ſua,& dealbant; & sunt lapilli similes vmbilico, inuenti in littore maris,clari,& albi. *De vmbilico marino.*

Crystallus est frigidus, & siccus,eiusdem virtutis, cuius prædicti lapilli. Chrystallus fit de glacie propter vehemẽtem motũ frigiditatis constringentem,& dealbantẽ, clarior,& albior est,valet eius puluis ad recuperandũ lac amissum ex caliditate,si detur ad potandum: & valet in colica,sed caue ne detur vẽtre cõstipato, aut in ilico. *De Chrystallo.*

Dentale sunt similia prædictis,& dicitur dentale quia est simile denti in soliditate; & est albũ, & quãto albius, tanto melius. Entale non differt ab eo, nisi cũ frangitur, habet venulas quasdam secundum longum protensas. *De dentali.*

Marmor, frigidum est, & siccum, & non differt ab alijs, & propter idem ponitur. *De marmore.*

Gersa est ceruſa, quæ duplex est, quia quædam fit ex laminis plumbi perforatis, & positis in vase cum aceto ad Solem,& illud quod inuenitur in Sole dealbatum per illas laminas, est ceruſa, est enim frigida valde. & illa vtuntur mulieres ad abstergendum faciem,sed vnũ accidit eis ex hoc,quia amittunt dentes ex vsu ipsius,quia ratione aceti est inimicum dentibus, & ossibus, & illa ceruſa est frigida,& ficca. Alia est ceruſa, quæ calida est, & ficca, quæ dicitur gersa serpentina, quæ ponitur hic ad mundificandum, & depurandum, & ita facit hoc præceteris ibi positis, & illa ceruſa sic fit: Radix serpentinæ in Vere colligitur, & optime mundificatur,& puluerizatur,prius tamen ipsa ad Solem deficcata; deinde per pãnum cribelletur,& tunc cum aqua ros. aut pluuiali conficiatur; & deinde ponatur ad Solem in aliquo vase, in quo sit aqua ros. & illa aqua sæpe subijciatur,& renouetur,& hoc fiat per xx.dies, vel amplius, postmodum illa aqua abijciatur,& deficcetur, & deinde in medicina ponatur, inter omnia vnguenta, istud optime abstergit, quia habet in se multas medicinas abstergentes,sicut corallum album, tragacanthum, entale, dentale. Auic. ponit illud vnguentum, quod est valde bonum ad decorationem, & aduſtionem ignis, quo multum vtuntur chirurgici,fit autem ex lytargyro,cera albissima,ceruſa plũbi,oleo ros.cum vino albo,& conficiatur. *Nota.* *De gersa.*

Vnguentum album,& vnguentũ fuscum,& vnguentum ad phlegma salsum,valet ad scabiem,serpiginem,et impetiginẽ, vnde certus sum, ꝙ vnguentum album valde bonum est ad scabiẽ ex quacumq; sit causa; habet.n. in se absterſiua,aliquando enim accidit, quòd non curat complete scabiem,s. cum materia sit multa, & cũ prius euacuatio non est facta, non conuenit ita,quòd possit cõplete curare,hoc comperat ad illam auferendam, quę est præsens, sed post euacuationem curat valde bene. *De vnguento albo.*

Vnguentum Agrippæ dicitur a rege, qui ipsum inuenit,vel pro quo factũ fuit,calidũ,& siccum est,ideo valet hydropicis,& hoc materia purgata, vt residuum consumatur,valet etiam contra neruos induratos; possunt autem nerui indurari triplici de causa, aut ex eorum deficcatione, & tunc non valet, aut ex frigiditate congelante, & tunc magis valet,istud vnguentum attrahit aquositatem propter ſua componentia, si venter ex eo vngatur valet hydropicis, sed caue ne super hepar ponatur, quia *De vnguento agrippa.*

quia timendum esset de intensione causæ efficientis hydropisim, recipit in se bryoniam, q̃ est radix vitis albę, habet proprietatem abstergendi aquam in hydropicis, in eorum ventribus; & ideo mulieres portant eam ad vendendum, tota etiam die illa habet virtutem vomitiuam.

Vnguẽtum martiaton. Vnguentum martiaton, id est vnguentum magnum, siue martiaton, ita a Martiano magno philosopho, qui eum inuenit, illud est cali. & sic ideo valet ad passiones frigidas ex materia phlegmatica, vel melancholia, et hoc frigiditate sine materia, vel cum materia, nisi materia sit multa, & indigesta, & rheumatizans.

Item in dolore capitis ex calida materia non valet.

Ocymum est ibi, quod est semen basiliconis, valde aromaticum capiti confert. Est etiam ibi saluia calida, & sicca; & habet aspectum ad caput, & neruos, & hoc alio nomine dicitur elelisphacos sylueſtris. *Elelisphacus.*

Artemisia habet proprietatem specialem ad mẽstrua prouocanda.

Enula campana aperitiua est, & consumptiua, quia subtilis substantiæ cali. & sicca.

Herba sanctæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur bochormariem, & hic dicitur cauciterium, valet ad caput proprietate sua. Et agrimonia, & pimpinella, & absynthium confortant stomachum.

Vnguẽtum aragon. Vnguentum aragon ad eadem valet fere omnia, quæ in prædicto vnguento misto ponuntur; calidius est, tamen quia recipit aliqua calidiora, valet contra quartanã, si ante paroxysmum inungatur spina dorsi vsque ad caudam, aufert typum, & contra paralysim valet materia existente pauca, digesta, prius facta purgatione, & si ponantur ista tria simul, scilicet aragon, martiaton, & agrippa, bonum est.

Vnguẽtum Agrippæ. Vnguentum Agrippæ est magis calidum, quã istud, valet proprie ad hydropisim, attrahendo aquositatem, vnde si ponantur illa tria simul ad hoc, valent ad omnes passiones frigidas, & eo modo, qui dictus est.

Dubium. Circa istam lectionem quæritur de illa quæstione difficili, & famosa, quomodo venenum attrahat reliquum, vt adeps crocodilli emplastrata super locum morsum a crocodillo, venenum crocodilli attrahat, & caro viperæ, cauda, & capite abiectis, emplastrata super locum morsum à vipera, venenum attrahat, & quæritur, vtrum hoc fit per simile, videtur quod non: omnis motus fit propter indigentiam: si ergo aliquid ad aliud moueatur, oportet quod in illo, ad quod fit motus, sit aliquid, quod non sit in eo, quod mouetur ad ipsum, sed hoc non est possibile in eis, quæ sunt eiusdem speciei, ergo, &c.

Item non per simile actu, quia tunc aurum attraheret aurum, & ferrum, ferrum. Nec per simile in potentia, sicut adamas attrahit ferrum: quia in illis, quæ sunt eiusdem speciei, vnum non est potentia ad reliquũ. Nec vnum est potentia actiua ad aliud, cum sit sub eadem forma specifica, propter hoc enim dicitur tota species, quia est in quolibet indiuiduo vnius speciei, cum ergo non sit possibile, vt in vno sit actio, & in alio sit passio, ergo, &c.

Item attractio ad se, & expulsio eiusdem sunt contraria, sed venenum, vt caro viperæ expellit venenum ad cutem secundum Auic. Ergo non attrahit ipsum.

Oppositum dicit Auicen. in quinto, qui dicit, quod attrahit per simile.

Item Gal. in iiij. simplicis medicinæ a veneno liberantes attrahunt per simile.

Solutio, primo videamus, quod medicina liberat à venenis quatuor, vel quinque modis.

Primo modo, impediendo venenum, ne ad cor transeat, quia non interficit, nisi transeat, & sic theriaca antiqua confortando cor, quod confortatum expellit venenum, & impedit, ne transeat; & similiter aromatica.

Secundo modo, per alterationem complexionis veneni, per complexionem contrariam, & sic allia contra morsum scorpionis, quia est venenum frigidum, & sic allia sunt cali.

Tertio modo, quia ducit materiam superfluam, & cum hoc venenum ad exteriora, & sic caro viperæ conuenit.

Quare

A

B

C

D

sumptionem, & neruorum confortationem, vnde iste adeps vrsi multum est consumptiuus, est cal. & sic.

Item in isto vnguento est sabina, & habet specialitatẽ propriam ad prouocandum menstrua, & est consumpti ua calida, & sicca. Est etiam ibi balsamita, quæ in prato reperitur, & habet odorem quasi balsami, & ideo, sicut dicitur, valet proprie ad caput confortandum ex frigiditate sine materia, vel cum materia, nisi materia sit multa, & indigesta, & rheumatizans. *No. de adip. vrsi.*

Item in dolore capitis ex calida materia non valet.

Ocymum est ibi, quod est semen basiliconis, valde aromaticum capiti confert. Est etiam ibi saluia calida, & sicca; & habet aspectum ad caput, & neruos, & hoc alio nomine dicitur elelisphacos sylueſtris. *Elelisphacus.*

Artemisia habet proprietatem specialem ad mẽstrua prouocanda.

Enula campana aperitiua est, & consumptiua, quia subtilis substantiæ cali. & sicca.

Herba sanctæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur bochormariem, & hic dicitur cauciterium, valet ad caput proprietate sua. Et agrimonia, & pimpinella, & absynthium confortant stomachum.

Vnguẽtum aragon. Vnguentum aragon ad eadem valet fere omnia, quæ in prædicto vnguento misto ponuntur; calidius est, tamen quia recipit aliqua calidiora, valet contra quartanã, si ante paroxysmum inungatur spina dorsi vsque ad caudam, aufert typum, & contra paralysim valet materia existente pauca, digesta, prius facta purgatione, & si ponantur ista tria simul, scilicet aragon, martiaton, & agrippa, bonum est.

Vnguẽtum Agrippæ. Vnguentum Agrippæ est magis calidum, quã istud, valet proprie ad hydropisim, attrahendo aquositatem, vnde si ponantur illa tria simul ad hoc, valent ad omnes passiones frigidas, & eo modo, qui dictus est.

Dubium. Circa istam lectionem quæritur de illa quæstione difficili, & famosa, quomodo venenum attrahat reliquum, vt adeps crocodilli emplastrata super locum morsum a crocodillo, venenum crocodilli attrahat, & caro viperæ, cauda, & capite abiectis, emplastrata super locum morsum à vipera, venenum attrahat, & quæritur, vtrum hoc fit per simile, videtur quod non: omnis motus fit propter indigentiam: si ergo aliquid ad aliud moueatur, oportet quod in illo, ad quod fit motus, sit aliquid, quod non sit in eo, quod mouetur ad ipsum, sed hoc non est possibile in eis, quæ sunt eiusdem speciei, ergo, &c.

Item non per simile actu, quia tunc aurum attraheret aurum, & ferrum, ferrum. Nec per simile in potentia, sicut adamas attrahit ferrum: quia in illis, quæ sunt eiusdem speciei, vnum non est potentia ad reliquũ. Nec vnum est potentia actiua ad aliud, cum sit sub eadem forma specifica, propter hoc enim dicitur tota species, quia est in quolibet indiuiduo vnius speciei, cum ergo non sit possibile, vt in vno sit actio, & in alio sit passio, ergo, &c.

Item attractio ad se, & expulsio eiusdem sunt contraria, sed venenum, vt caro viperæ expellit venenum ad cutem secundum Auic. Ergo non attrahit ipsum.

Oppositum dicit Auicen. in quinto, qui dicit, quod attrahit per simile.

Item Gal. in iiij. simplicis medicinæ a veneno liberantes attrahunt per simile.

Solutio, primo videamus, quod medicina liberat à venenis quatuor, vel quinque modis.

Primo modo, impediendo venenum, ne ad cor transeat, quia non interficit, nisi transeat, & sic theriaca antiqua confortando cor, quod confortatum expellit venenum, & impedit, ne transeat; & similiter aromatica.

Secundo modo, per alterationem complexionis veneni, per complexionem contrariam, & sic allia contra morsum scorpionis, quia est venenum frigidum, & sic allia sunt cali.

Tertio modo, quia ducit materiam superfluam, & cum hoc venenum ad exteriora, & sic caro viperæ conuenit.

Quare

Vnguẽtum martiaton. Vnguentum martiaton, id est vnguentum magnum, siue martiaton, ita a Martiano magno philosopho, qui eum inuenit, illud est cali. & sic ideo valet ad passiones frigidas ex materia phlegmatica, vel melancholia, et hoc frigiditate sine materia, vel cum materia, nisi materia sit multa, & indigesta, & rheumatizans.

Item in dolore capitis ex calida materia non valet.

Ocymum est ibi, quod est semen basiliconis, valde aromaticum capiti confert. Est etiam ibi saluia calida, & sicca; & habet aspectum ad caput, & neruos, & hoc alio nomine dicitur elelisphacos sylueſtris. *Elelisphacus.*

Artemisia habet proprietatem specialem ad mẽstrua prouocanda.

Enula campana aperitiua est, & consumptiua, quia subtilis substantiæ cali. & sicca.

Herba sanctæ Mariæ, quæ alio nomine dicitur bochormariem, & hic dicitur cauciterium, valet ad caput proprietate sua. Et agrimonia, & pimpinella, & absynthium confortant stomachum.

Vnguẽtum aragon. Vnguentum aragon ad eadem valet fere omnia, quæ in prædicto vnguento misto ponuntur; calidius est, tamen quia recipit aliqua calidiora, valet contra quartanã, si ante paroxysmum inungatur spina dorsi vsque ad caudam, aufert typum, & contra paralysim valet materia existente pauca, digesta, prius facta purgatione, & si ponantur ista tria simul, scilicet aragon, martiaton, & agrippa, bonum est.

Vnguẽtum Agrippæ. Vnguentum Agrippæ est magis calidum, quã istud, valet proprie ad hydropisim, attrahendo aquositatem, vnde si ponantur illa tria simul ad hoc, valent ad omnes passiones frigidas, & eo modo, qui dictus est.

Dubium. Circa istam lectionem quæritur de illa quæstione difficili, & famosa, quomodo venenum attrahat reliquum, vt adeps crocodilli emplastrata super locum morsum a crocodillo, venenum crocodilli attrahat, & caro viperæ, cauda, & capite abiectis, emplastrata super locum morsum à vipera, venenum attrahat, & quæritur, vtrum hoc fit per simile, videtur quod non: omnis motus fit propter indigentiam: si ergo aliquid ad aliud moueatur, oportet quod in illo, ad quod fit motus, sit aliquid, quod non sit in eo, quod mouetur ad ipsum, sed hoc non est possibile in eis, quæ sunt eiusdem speciei, ergo, &c.

Item non per simile actu, quia tunc aurum attraheret aurum, & ferrum, ferrum. Nec per simile in potentia, sicut adamas attrahit ferrum: quia in illis, quæ sunt eiusdem speciei, vnum non est potentia ad reliquũ. Nec vnum est potentia actiua ad aliud, cum sit sub eadem forma specifica, propter hoc enim dicitur tota species, quia est in quolibet indiuiduo vnius speciei, cum ergo non sit possibile, vt in vno sit actio, & in alio sit passio, ergo, &c.

Item attractio ad se, & expulsio eiusdem sunt contraria, sed venenum, vt caro viperæ expellit venenum ad cutem secundum Auic. Ergo non attrahit ipsum.

Oppositum dicit Auicen. in quinto, qui dicit, quod attrahit per simile.

Item Gal. in iiij. simplicis medicinæ a veneno liberantes attrahunt per simile.

Solutio, primo videamus, quod medicina liberat à venenis quatuor, vel quinque modis.

Primo modo, impediendo venenum, ne ad cor transeat, quia non interficit, nisi transeat, & sic theriaca antiqua confortando cor, quod confortatum expellit venenum, & impedit, ne transeat; & similiter aromatica.

Secundo modo, per alterationem complexionis veneni, per complexionem contrariam, & sic allia contra morsum scorpionis, quia est venenum frigidum, & sic allia sunt cali.

Tertio modo, quia ducit materiam superfluam, & cum hoc venenum ad exteriora, & sic caro viperæ conuenit.

Quare

Quartò modo fugando hu a facie veneni, ne inficiantur à veneno, qui infecti cor possent inficere, & sic terra sigillata, & dictamus competunt.

Quinto modo attrahendo, quia attractio fit à calido, & à vacuo, & à tota specie, & sic theriaca recens emplastrata super locum morsum attrahit venenum; sed quomodo attrahit, hoc est difficile; & diuersus est modus ponendi.

Dico ergo, quòd attrahit à simili, si tamen adiungatur cum eo caliditas fortius attraheret. Dico ergo, quòd aliud simile in forma attrahit aliquid sibi simile in forma per modum applausionis; non à simili, ita quod vnum sit habens aliquam naturam actualem, quam habet aliud in potentia, & incomplete, ita quòd in vno est, vt actio, in alio est, vt passio; sed in vtroque est, vt actio, & in vtroque vt passio, & ad hoc mouet me, quòd dicit Galen. in lib. de malitia complexionis diuersæ, quod omne simile, & amicum alteri est conueniens, & natum ei coniungi, & ideo vnum ab alio trahitur, & hoc patet per experimentum, accipiatur virga coryli recens, & scindatur per medium medullæ, & ponatur frustum vnum in manu vna, & aliud in alia manu adinuicem coniungentur, & hoc est quia vnum alteri natum est coniungi naturaliter: quia ex eis fiebat naturaliter vnum coniunctum, & ideo vnum natum est alteri coniungi, excitatum per virtutem alterius, & per illud faciunt vetulæ carmen suum in matrimonium; dicunt enim, quod quando aliquis desponsat aliquam, quod illæ virgæ coryli, si coniungantur, matrimonium erit ad bonum; si non, non, sed dicunt carmen aliquid operari ad hoc, quia nisi dicerent, coniungerentur tamen, siue ad bonum, siue ad malum.

Sed tu dices quomodo ergo tunc erit, quare non attraheret venenum exterius appositum, siue caro viperæ in se habens venenum, quare magis attraheret venenum existens interius ad exteriora, quam e conuerso.

Dico, quòd non sunt viæ æqualiter apertę motum præstantes, vnde cum illo, quod est emplastratum exterius apponuntur constringentia, ne possit penetrare, & ideo ad se aliud attrahit, cum non possit ab alio trahi causa dicta.

Item cum illud exterius positum aliud attrahat, natura percipiens se per illud iuuari fortificatur, & illud expellit, & ita attrahitur, & expellitur a natura tanquam naturæ nocens. Sed tunc quæstio erit, quare aurum non attrahit aurum, & ferrum, ferrum.

Dico, quòd in corporibus nimis siccis, & duris, a quibus nihil euaporat, cum quo virtus fortis multiplicatur, non fit vt tractio similis in forma, vnde aurum non attrahit aurum: nec ferrum, ferrum: quia nimis sicca, vnde si illa virga coryli esset nimis sicca, & non recens, non fieret coniunctio, nec caro thyri similiter. Sed tunc est quæstio difficilior quomodo adamas attrahit ferrum, & etiam adamas, adamantem, cum ab eo non possit euaporare aliquid, cum sit ita durum, quòd vix possit frangi. Dico, quòd facit hoc multiplicando suam similitudinem, & sine euaporatione aliqua excitando potentiam actuam incompletam existentem in ferro, quæ nata est compleri per formam adamantis: ideo mouetur ad ipsum. Vnde dico, quòd in adamante est vestigium orbis, vnde est in eo aliqua pars habens in se proprietatem Occidentis, alia Orientis, alia Meridiei, alia Septentionis; & dico, quòd in parte pro Meridie, & Septentrione existente, maxime attrahit, & parum a parte Orientis, & Occidentis, vnde sunt in eo fortiores virtutes polorum, quod cognoscitur a nautis, quia attrahit, quando habent ventum Septentrionalem, aut Meridionalem.

Sed quomodo tunc discernetur, vtrum sit Meridionalis, aut Septentrionalis. Dico, quod sic, accipitur testa
Nota. ouu plena aqua, & mouebitur fortiter, & tunc ponetur adamas in testa fortiter mota, tunc pars Meridionalis ad Meridiem mouebitur, & Septentrionalis ad Septentrionalem. Et aliquando accidit, quòd illa pars, quæ est Meridionalis, attrahit illam, quæ est habens proprietatę, & naturam Septentrionis: licet sint sub eadem forma specifica, & hoc non est, nisi per aliquam proprietatem magis completam existentem in parte Meridionali, ad quam est pars Septentrionalis in potentia, & completur sua potentia per ipsam, vnde dico, quòd nunquam pars Meridionalis attrahit partem Meridionalem, nec Septentrionalis Septentrionalem, quia neque est in vna aliquid, quo indigeat alia, propter quod fiat motus, cum sint eiusdem formæ, & proprietatis.

Vnde propter hoc patet ignorantia quorundam dicentium, quod aliquando adamas fugat adamantem, vt pars Meridionalis Meridionalem: quia hoc est falsum, licet videatur fugare, non tamen fugat, sed attrahit partem Septentrionalem existentem in vna parte adamantis, & quia in opposita parte erat proprietas quasi meridiei: ideo attrahendo partem Septentrionalem ad se, videtur fugare partem Meridionalem, verbi gratia, ponatur hic adamas, cuius vna pars habeat proprietatem Meridiei, & alia Septentrionis: & ponatur acus super illum lapidem, ita quod iaceat supra lapidem, tunc tangit vna extremitas acus extremitatem vnam adamantis, & alia aliam, & extremitati influetur acus virtus illius partis, quam tanget, vt si tangat meridionalem, influetur eius virtus meridionalis, tunc eleuetur acus superius: tunc cum influatur ab adamante per totam acum directè positam, alla pars acus, in qua primo erat Meridionalis, erit Septentrionalis, cum toti acui influatur virtus ab adamante, vt si intelligeremus, quod vna scutella plena aqua acui suppositа directe influeretur virtus fundi scutellæ, & similiter est hic, quod illa pars acus, quæ primo tangebat partem Meridionalem cum fricabatur, vel iacebat super eam, quando fricatur pars illa ad partem illam directe, habet illa pars, quæ habebat primo proprietatem Meridionalem, proprietatem Septentrionalem, & tunc illa, quæ primo eriat Meridionalis, cum sit Septentrionalis, attrahitur à parte Meridionali adamantis; quia non attrahit Meridionalem, vt dictum est, & per hoc, quod attrahit illam, videtur fugare aliam, & sic simile huiusmodi non attrahitur per simile actuale, sed cum sit possibile, vt partibus habentibus eandem formam, & speciem sint diuersæ proprietates: quarum vna est completa alia incompleta, per hoc fit attractio, *Nota.* & sic attrahit caro viperæ suum venenum, non venenum venenum; nec caro carnem: sed caro, venenum, quia habet proprietatem incompletam, licet eandem formam habeant, vnde nullus auctorum dicit, quod venenum attrahat venenum; sed caro viperæ suum venenum, & adeps crocodilli suum venenum, & fortius quàm aliud; licet attrahat quodlibet venenum, vnde aliquid est actu in carne viperæ extra, quod non est in veneno intra, ideo attrahitur.

Ad primum patet, quòd licet essent eadem in forma, non tamen in proprietate formæ, nisi vt dictum est, quia vnum incompletum est in proprietate respectu alterius.

Ad aliud dicendum, quod cum caro viperæ exhibetur intra, cum habeat proprietatem mouendi ad exteriora, secum ducit superfluitates, & venenum, quod in suo transitu reperit; sed cum extra attrahit proprietate illud venenum, vt dictum est, & iterum extra posita attrahit, cum non possit moueri. Item ipsa cum detur intra cum aliquibus constrictiuis stomacho inexistens ad os stomachi attrahit venenum, & ipsum post ad exteriora expellit, & secum ducit, cum de eius proprietate sit moueri ad exteriora.

Explicit expositio Ioannis de sancto Amando super Antidotario Nicolai.

GEN-

GENTILIS FVLGINATIS *de proportionibus medicinarum soluentium, & de modo inuestigandi complexiones earum, & ad sciendum conuenientem dosim cuiuslibet medicinæ huiusmodi.*

GRATIA lucidioris habitus, quem Mesue denotat in modis, & proportionibus medicinarum, quæ inuicem confici debent; sicut etiam gratia lucidioris scientiæ ad formas earum inueniendas, & doses earum compositionum magis proportionales, quam in libris reperitur alijs, hunc breuem tractatum insequar. In quo ostendam omnem moderationem medicinæ laxatiuæ compositæ, & modos compositionis ex simplicibus medicinis; & proportiones ad eas attendendas, & doses propinationis earum secundum exigentiam huius artis; declarando dicta quorundam super hoc.

Huius enim tractatus scientia est maxime necessaria, propter ea quia libri sapientum ceciderunt iam in adulterationem non propter venerabiles sententias ipsorum, & scientificas eorum compositiones, & canones, sed propter scriptorum insufficientiam, vel negligentiam. Etenim sicut processus in prole, speciem primi Patris debilitat, donec iam non sit dignum nomen gentium antiquæ proli radicaliter assimilari. Sic propter scriptorum degenerationem, iam libri antiquorum videntur corrupti. Hoc declaratur, quia si Galen. libros Hipp. copiasset proprio calamo essent libri Hippocr. auctentici, & completi; & si exemplum Gal errore manus est ab illo deficiens, quanto ergo magis, cum idiotarum scribentium seminantur exempla?

Et quia libri theoricæ intellectu regulantur; libri autem practicæ sola fide, quasi adhærendo experimentis, Ideo scriptorum discrimen est maximum in libris practicæ; practicos autem canones nunquam recuperat intellectus, quia (vt dixit Gal.) hæc pars non est scientialis, sed experimentalis. vt Haly. Abb. tertio techni commento. lxxxviij. Theoricos autem si dubitaueris, inuenit, ac imperfectos eos certificat intellectus, & complet. cuius signum est, quod plurimi libri practicæ sunt corrupti. Et si discurris antidotarios, inuenies in eis maximam diuersitatem in ponderibus; sæpe enim scribitur. vnc. pro libra. & drach. pro vnc. cuius error facit medicum libris adhærentem esse medicum æquiuoce, vbi nõ perlustret eum huiusmodi scientia.

Hoc igitur opus breue nebulosam viam practicæ in hac parte elucidabit; vt quis hanc doctrinam imitans, textus male scriptos decidat, bene scriptos sequatur, & eis adhæreat, donec doses medicinarum per se intelligat, & per se ipsum male positas corrigat. sicut mihi pridie contingit in nono Almanso. male scripto. c. de podagra. vbi ponit descriptionem pilularum, quæ à multis allegantur, scilicet pilulatum, quæ non valentes incedere, incedere faciunt, vbi ponitur in vna dosi quarta pars drachmæ scammoneæ, quæ est xv. grana, & hoc est erroneum. & ideo scripsi in margine, scámoneæ quarta pars vnius scrupuli, & remoui drachmam, & tunc dosis est fœlix, & pro certo ista littera, fuit eius. non enim tutum est cum antidotarijs, & alijs descriptionibus sapientum absque hoc tractatu procedere.

Diuisio huius libelli.

CONtinet tractatus iste tria capitula; nõ enim scientia proportione medicinarum simplicium ordinatur, nisi ad doses compositarum medicinarum inueniendas, proportiones autem tales sunt duæ. vna est medicinarum simplicium respectu totius. alia est proportio simplicium medicinarum inter se. Ex prima proportione inuestigatur complexio medicinæ laxatiuæ compositæ, ex alia inuestigatur compositio medicinæ laxatiuæ compositæ. Sunt ergo tria capitula in toto.

De proportione simpliciũ ad totum compositum, id est de complexione medicinæ laxatiuæ. Cap. 1. fol. 269
De proportione medicinarum simplicium inter se, id est de compositione medicinæ. Cap. 2. 269
De dosi earum per has proportiones inuenienda. Cap. 3. 269

Partis Executiuæ. *Cap.* 1.

COmplexio autem medicinæ laxatiuæ, est duplex, vt ad præsens spectat. quædam est ex primis qualitatibus resultans, quomodo dicimus, ꝙ medicina laxatiua est calida, vel frigida, In tali, vel tali gradu. Alia est complexio resultans ex qualitatibus *primis, per quas medicinæ habẽt operationes tertias, vt dictum est quinto colliget, & ibi vide bene ad litteram. & talis plus habet dici forma compositi, vel qualitas, quàm complexio. nam complexio proprie significatur ex qualitate tangibili. *Complexio me. laxatiuæ duplex.* *Secũdis.*

De prima ergo dicendum, ꝙ medicinæ simplices in cõposito laxatiuo: vel sunt eiusdẽ cõplexionis, vel diuersæ. Sed eiusdẽ. Vel sunt in eodem gradu; vt cum cõmiscemus crocum, & mannam, quæ ambo sunt eiusdẽ cõplexionis, & gradus. Vel sunt eiusdẽ cõplexionis, & non gradus: vt cum cõmiscemus crocum cum garyophyllis. Est n. crocus calidꝰ in primo, garyophyllus in tertio. *Diuisio medicinarum.*

Quare si miscentur medicinæ eiusdem complexionis, & gradus, tunc complexio medicinæ est nota, quia est illius complexionis, & gradus, cuius complexionis, & gradus est vnaquæque earum simplicium medicinarum; illius gradus, & complexionis est medicina composita. vt confectio ex cinnamomo, mace, & galanga, est in secundo gradu caliditatis secundum vnamquamque earum; quia vnaquæque earum est in eodem gradu.

Et si aliquis diceret, ꝙ medicina ratione suæ quantitatis excedit gradum suum, vt secunda primi, capitulo de eo quod comeditur, & bibitur; & ideo plures medicinæ eiusdem gradus videntur eleuari super illum gradum.

Dicendum, quòd illud est per accidens.

Et illud etiam non est ad propositum. quia de tali medicina composita, tantum damus, quantum daremus de vna istarum simplicium. Si enim fieret confectio ex solo cinnamomo, daremus de ea vnciam semis, sicut de tali *simplici daremus vnciam mediam. *Cõposita.

Sed dices, quare ergo fit compositio, ex quo sunt eiusdem complexionis, & gradus?

Dicendum, quod propter alias proprietates, vt in confectione de cinnamo. in operationibus secundis, simplicia habent alia, & alia iuuamenta, licet sint eiusdem gradus, & complexionis. v. g.

Nam miscendo galangam cũ cinnamomo, quæ sunt eiusdem gradus, & complexionis; aliud tñ iuuamentum, ex operationibus secundis habett galanga, q̃ cinnamomum, qa galanga reaggregat partes stomachi relaxatas; cinnamomum aũt subtiliat, & aperit vias, & macis confortat cor. Et licet conueniant in gradu qualitatis eiusdem, vel complexionis; non tamen conueniunt in secundis qualitatibus. & ista compositio debet fieri, quia vna medicina habet proprietatem iuuandi, vel nocendi vnum corpus; & non aliud; immo vnú mẽbrum, & non aliud; immo vna hora, & non alia. Ne ergo cadat error, miscentur plures eiusdem virtutis, quia licet galanga inimicaretur vni membro, cõferret tamen pluribus, cõmiscemus sibi medicinas eiusdem virtutis, vt ex toto remaneat securitas *curationis. & causam huius permistionis medicinarũ, nunc cum vna, nunc cum alia, tangit Auic. quarta primi capitulo primo; & secundo can. cap. de lacte, & iij. can. fen x. cap. de cura asthmatis, & xxij. tertij, cap. de dolore iuncturarum, & Gal. 3. Therapeut. Inspiciebat naturarum diuersas proprietates. *errorẽ.

Et hic non quæro, vtrũ mensuræ secundarum qualitatum, & tertiarum sequantur mẽsuram primarum, sed

de hoc apparebit tibi, si legas quinto Colliget capitulo E liiij. Si autem medicinæ sint eiusdem complexionis, & non gradus, tunc oportet considerare actionem, & resistentiam graduum ad invicem.

Et in hoc errauit vehementer Bartholomæus Varignana in tractatu suo dicens, si medicina componatur cum similibus in complexione, quòd eius complexio est tanto intensior, sicut si componeretur ex pluribus calidis, esset calidior, quam si ex paucioribus.

Sed hoc est contra principia medicinæ, nam aliqua medicina composita ex aliqua vna re calida solum est calidior aliqua composita ex viginti calidis rebus.

Et pro tanto sumitur dictum Domini Auicen. v. Cano. & Auer. v. Colliget capitulo liiij. quòd quando cum medicina magis calida componitur minus calida, medicina magis calida remittitur, & secundum quam est maior distantia eatum adinuicem, secundum hoc est magis calidæ maior remissio. Et hoc idem probatum est in Physica. nam magis tale per participationem sui F contrarij fit minus tale, de hoc etiam determinatum est super libro de differentijs febr. Dico ergo, quod si cum medicina calida in primo addatur medicina calida in iij. sicut crocus piper, quòd tunc medicina calida in iij. vel iij. remittitur ad aliquem numerum siue mansionē suæ latitudinis. Omnis enim gradus, tres numeros, siue mansiones habet, vt exponit Haly. & plusquam commentator in techni, & ideo Galen. ponit exemplum in numeris, & non in gradibus, vt plusquam commentator commento. viij. sed de hoc non expedit disputare. sed tamen Auic. & Auer. concedunt talem resistentiam & oppositionem inter medicinas diuersorum graduum complexionis eiusdem existere, & quòd gradus non sunt æquales in perfectione, & quòd gradibus accidit imperfectio ratione participationis sui contrarij, positiue, vel priuatiue, & nos declarabimus super secundo de differentijs febr. & super ij. Colliget, si Deus voluerit.

Cessatio secunda completa.

Nota.

Item est intelligendum, quòd tales medicinæ, q̄ sunt diuersorum graduum socientur cum debita quantitate G vtriusque. nam vinum debile, si addatur in vino magnæ virtutis in æquali quantitate, aut in media parte, tunc remittit illud. v.g. Cyathus vnius cum cyatho alterius, aut medietas vnius cyathi paruæ virtutis cum cyatho magnæ virtutis debilitat omnino fortitudinem maioris.

Sed si parua quantitas puta vnc. j. debilis vini addatur cum cyatho vnius fortis vini, & potentis, non permutabit ipsum, quoniam propter paruitatem suæ quantitatis habet proportionem vinum debile respectu illius fortis in permutando.

Et eodem modo intelligendum est de societate medicinarum. Si enim misceantur piper, & crocus in quantitate æquali ver. gra. remittetur piper ad secundum gradum, & eleuabitur crocus ad secundum gradum, & si misceatur crocus in media parte cum pipere, remittitur piper ad tertium gradum, & eleuatur medietas croci ad tertium gradum, quia propter paruitatem quantitatis croci, virtus eius resoluitur, non potens remittere ipsum H ad secundum, & si superat quantitas croci quantitatem piperis, absque proportione trahet piper virtutem croci ad quartum gradum.

Quantitas ergo consueta apud practicos est æqualis ponderis, aut parum excedentis, aut in duplo quandoque, & quandoque est quantitas medietatis. In istis enim quantitatibus fiat proportio actionis, & passionis, & illud oportet considerare sicut dictum est.

Digressio in qua ponit dubia.

Et Auer. innuit contra hoc vnam rationem difficilē, quia si medicina calida in primo remittit medicinam calidam in quarto ad secundum gradum, sequitur quod medicina calida in primo, & frigida essent eiusdem cōplexionis. probatur consequentia. medicina frigida in primo associata calidę in quarto remittit calidam in iij. plusquam remittat calida in primo, vt notum est, sed nō potest eam plus remittere, quam ad secundum gradum, ergo, &c. Præterea frigida in quarto associata calidæ in quarto remittit ipsam ad gradum secundum, & contra, quia non potest eam remittere simpliciter.

Respondetur, q̄ medicina frigida in primo remittit calidam in quarto ad ca. in primo, sed medicina calida in primo remittit eam ad calidam in secundo, vel si hæc remissio non est punctualis (vt dicitur) tamen fit remissio magis calidæ, & minus calidæ de mēte Auer. & omniū.

Ad secundum dicitur, q̄ ex medicina in quarto gradu calida, & frigida in quarto, non fit remissio ad gradum, sed fit temperamentum. Et est alia ratio sophistica, quam scribit Alchindus, quòd minus calidum associatū magis calido intendat magis calidum, & non remittat. Et expecto soluere Deo duce super v. Colliget, & c. ratio fiat in hoc, Sumo vnum corpus, in quo caliditas sit in tertio gradu, & frigiditas in primo, & ◯ vocetur garyophyllus, sumo aliud corpus, in quo caliditas, & frigiditas sint æquales, ita q̄ habeat duos gradus caliditatis, & duos frigiditatis, & vocetur zuccharum; tunc arguitur. maior est proportio actionis à calido in duobus gradibus ad frigidum in vno, quam sit proportio calidi in tribus gradibus, ad frigidum in duobus, sed in garyophyllis est frigiditas vnius gra. quæ contra operatur caliditati zucc. in duobus gradibus, & in eodem est caliditas in tribus gradibus, quæ contra operatur frigiditati zuc. in duobus gradibus: ergo associatis garyophyllo, & zuccharo, caliditas zucchari plus remittet, vel corrumpet frigiditatem garyo. quàm caliditas garyo. frigiditatem zucchari propter maiorem proportionem, quare augebit caliditatem garyo. & non remittet eam. Et ratio fiat in hoc, quòd præsupponit in medicina calida esse frigiditatem in actu, & ◯ tunc erit in omni parte in qua est etiam caliditas.

Et hoc est impossibile, & hoc negabitur in præallegato capitulo, quoniam experientia præteritorum huic est cōtraria. Sit igitur ex dictis mensura complexionis medicinæ compositæ ex medicinis simplicibus diuersis in gradu, & non in complexione. Si autem medicina sit composita ex diuersis in complexione, tunc vel ista sunt æqualia, vel inæqualia, siue diuersa.

Et est considerandum, q̄ æqualitas, vel diuersitas attenduntur penes tria, scilicet numerum, quantitatem, & virtutem.

Si ergo sunt æqualia in quantitate numero, & virtute, tunc complexio cōpositi est media inter illa. Etenim quia contraria agunt inter se, & quia sunt æqualia in virtute, non agunt positiue, sed remissiue æqualiter refrangendo in se naturam medij.

Si autem sunt æqualia in virtute, & non in quantitate, vt q̄ fit in eo medicina frigida in tertio gradu, & sit quantitas drach. ij. & fit medicina calida in tertio gradu, sed quantitas vnc. ʒ. tunc quia ratione quantitatis maioris, actio plus continuatur, & perdurat, remittetur pro certo medicina frigida in aliquo gradu, & tunc cōpositum declinabit ad calidum, & non ad medicinam, quoniam quantitas est causa intensionis graduum, sed per accidens, vt in cap. de eo quod comeditur, & bibitur, vt v. Colliget capitulo penultimo. Et non imaginor aliam causam modo, nisi quæ dicta est, quoniā in maiori quanto virtus actionis plus perdurat. Et eodem modo intelligendum, si sunt in medicina composita medicinæ simplices æquales in gradu, sed inæquales in numero, quia plures de calidis, quam de frigidis, aut è conuerso.

Si autem sint medicinæ diuersæ in complexione, & vna habeat excessum in gradu super aliam, tunc prædominante gradu, dicitur totum compositum esse tale, vt si sit vnum componentium calidum in quarto, & aliud frigidum in primo, hoc compositum diceretur calidū, non tamen in quarto, sed fm resistentiam, vt dictum est supra. Quia si calidum minus reducit magis calidum ad remissiorem gradum, multo magis frigidum, & hic est canon. Auer. ʒ. Col. penultimo capitulo.

Considerare tñ oportet, q̄ missio talium debet fieri fm quātitatem proportionatā, non dico æquales in pondere, sed in proportione, v.g. chamæmillę vnc. ij. in min' calidæ, q̄ piperis drach. ij. sunt ergo sumēdæ quantitates

sicut

ficut inueſtigat Auer. cum quibus ſaluentur operationes illorum ſimplicium; vt d. Gal. tertio de complexionibus c. tertio, quòd modica quantitas ignis non calefacit.

Et hæc eſt ſcientia inueſtigandi complexionem primam in compoſitis laxatiuis.

Dicendum nunc de complexione, ſiue forma laxatiui, vt ſolutiuum eſt, & totum hoc dependet ex prædictis, ſupponẽdo gradus in medicinis laxatiuis. Omnes enim medicinæ laxatiuæ ſunt eiuſdem formæ, quia omnes mouent per acuitatem. Ita quòd etiam illæ, quæ mouent comprimendo habent aliquas partes acutas, per quas proportionantur ad determinatum humorem, & ad actum ſolutionis, quamuis præter acuitatem habeant aliam formam ſpecificam, per quam ſoluunt, vt dictum eſt in principio huius libri.

Differunt ergo medicinæ laxatiuæ ſm gradus. Quædam enim ſunt in primo gra. ſecundum quòd Bartholomæus rectè exponit. vt quæcunque ſunt in extremo debilitatis, vt aqua lactis, mel roſ. ſuccus abſinthij, ſuccus B roſ. ſyrupus viola. &c. Quædam in ſecundo, vt quæ excedunt primũ, vt tamarindi, caſia fiſt. manna, & quędam ſpecies myrobalanorum, Epithymi, ſenę, & ſimilia. quędam in tertio gra. vt ſolutiua euacuantia attrahendo. Talia enim ſunt ſolutiua fortia, vt aloe, turbith, agaricus, hermodactylus, polypodium, rheubarbarum. Quędam in quarto, vt vehementer acuta, ſicut elleborus, eſula, cataputium, mezereon, coloquintida, ſcammonea, ſerapinum, &c. Et hos gradus inueſtigat Auer. v. Colliget capitulo penultimo.

Et quia omnes iſti gradus ſunt ſub eadem forma, ſiue ſit talis forma manifeſta, vel occulta, non ſequitur, quod plus remittit minus ſolutiua medicinã magis ſolutiuã, quam remittat eam medicina nullo modo ſolutiua. Et cauſa eſt, quia inter ſolutiuas non eſt diuerſitas graduũ penes participationem contrariæ formæ, quæcunque ſit illa forma; ſicut eſt in gradibus primarum * qualitatum. Et hæc eſt ſententia Auerr. v. Colliget, capitul. viij. Vbi aſſignat cauſam, quòd ſi iungatur medicina minus aperitiua, magis aperitiuæ; ꝙ medicina magis aperitiua remittitur, quia * oppoſitio ad oppilationem in medicina debilis apertionis eſt maior, quam * oppoſitio eius in medicina fortis apertionis.

* Complexionum.

* Compoſitio. * Compoſitio.

Et in hoc videtur contradixiſſe ſibi Bartholomæus, cum dixit in fine tractatus, quod ſi iungatur ſcammonea cum alijs medicinis ſolutiuis, debet dari in minori doſi, quam ſi iungatur cum digeſtiuis, quia iuuant operationem ſuam. Et in eodem dixerat: ꝙ ſi ſcammoneæ adiungantur medicinæ debiles, quòd debet dari plus de iſta medicina in quarto gradu. Et improbat eum ſimilitudo, quam etiam ipſe concedit in medicinis quo ad ſecũdas operationes, & in medicinis, quo ad primas. Ideo dico, quod ſi aſſocietur medicinis ſaltem primi, & ſecundi gradus; vt cum epithymo, & manna, &c. quòd debet poni in maiori quantitate; & etiam ſi iungatur cum ſuis conſolantibus, vt infra. Cum medicinis autem tertij gradus eſt magna ſimilitudo; & ideo inter eas non eſt magna reſiſtentia; ſicut enim modicum diſtant, ita modicum ſe alterant, ſicut calidum in tertio, & calidum in quarto. Cauſa autem alterationis in diuerſis gradib. eſt nota. Et quia proportionabiliter ſe habent medicinæ ſolutiuæ ad quartum gradum, cum medicinis calidis, vel frigidis; ideo concluſio dicta ſupra de remiſſione medicinæ frigidæ, compoſita, per ſocietatem medicinarum diuerſorum graduum eſt ſimilis, & neceſſaria.

Vt dicamus, quod ſi medicinæ ſolutiuæ in quarto gradu, vt eſt ſcammonea, addatur medicina ſolutiua in primo, vel ſecundo, remittit eam ad debiliorem gradum. v. g. ſi addatur ſcammoneæ ſuccus roſarum, vel aliqua medicina, primi gradus ſolutiua, quòd tunc illud totum ſit ſolutiuum in ſecundo gradu. & ſi addantur aliqua ſolutiua in tertio, vt turbith, &c. quod ſit ſolutiua in fine tertij, vel in principio quarti.

Et hic notandum primo, quod hoc habet intelligi, vt ſupra dicitur, quod talis miſtio fiat ſecundum quantitatem, in qua ſaluetur operatio ſimplicis medicinæ, neque ſit quantitas tam parua, vt cum ea non ſtet operatio, vt de ſcammonea vſque ad quatuor grana, neque ſit tanta quantitas, ꝙ excedat operationẽ; vt cum damus de turbith vnc. ſ. & aloe, &c. ſed ſit quantitas proportionata, quia ſi eſt ibi de turbith, quanta eſt ſua doſis naturalis ab vnc. j. vſque ad duas, & ſit ibi de ſcammonea quantitas naturalis. ſ. à granis quatuor vſque ad xij. hac. n. proportione ſeruata apparet manifeſte qđ dictum eſt. Et ſi excedat quantitas vnius quantitatem alterius, ſm hoc debet fieri proportio, vt ſupra oſtenſum eſt diligenter.

Secundo notandum, ꝙ etiam iſti gradus habent latitudinẽ, quia medicinarum ſolutiuarum in quarto gradu, quædam ſoluit plus, quædam minus: vt ſcammonea in vltimo quarti gra. & colocynthis in principio quarti.

Ex his ergo diligenter apparet, quæ ſit forma ſolutiui, vt ſumamus in exemplo confectionem de manna Gal. quam ſcribit Meſue in antidotario. Recip. mannæ diſſolutæ in ſucco roſarum lib. * j. ſcammoneæ vnc. ſ. alia lit- * Sem.
tera habet vnc. j. credo quòd ſit melior iſta vnc. ſem. vt patet infra tertio cap. hæc medicina compoſita habet medicinam ſolutiuam in quarto gra. ſicut ſcammonea, & habet ſolutiuam in ſecundo. ſed quia mannæ coniungitur cum æquali quantitate ſolutiui, in primo gradu, ſicut eſt ſuccus roſarum, ideo ſit manna ſolutiua in fine primi gra. & quia quantitates ſunt proportionatæ, quia in omni vnc. mannæ ingrediuntur * drach. ij. ſcammo- * Scrup.
neæ. Ideo remittitur ſolutiua in * quanto, ad ſolutiuam * Quarto.
in ſecundo, vel in fine ſecundi intenditur ſolutiua in primo, quæ eſt manna cum ſucco roſarum ad ſolutiuã in fine ſecundi, quare talis cõfectio eſt ſolutiua in fine ſecũdi.

Et ideo bene dixit Gal. quòd eſt medicina benedicta, quia omnes tales ſecundi gradus ſunt mouentes ſine æſtuatione, & doſis in iſta eſt vnc. ſ. Et iſta ſunt neceſſaria ad inueniendum doſes medicinarum ſolutiuarum compoſitarum, ſicut dicetur in tertio capitulo.

Conſiderandum etiam, ꝙ non ſolum medicinæ mi- C
nus ſolutiuæ remittunt medicinas magis ſolutiuas, verum remittit etiam eas ſocietas medicinarum alterantium, præterquam ſint ſolutiuæ, aut reſiſtentium effectibus earum, vt dicetur in ſequenti capitulo.

Et ideo quamuis in hiera Gal. ſola medicina ſolutiua ſit aloe, quod quidem eſt ſolutiuum in tertio, tamen quia ſociantur medicinæ prædictæ ei, remittitur ad finem ſecundi. ſicut ſi addantur aloe, caſia, myrobalani, abſinthium, reducitur ad ſecundum gradum ſolutiuorum. & hoc ſufficiat ad inueniendum complexiones medicinarum, & proportiones ſimplicium reſpectu totius.

Capitulum ſecundum.

NVnc verò dicẽdũ eſt de proportione medicinarum ſimplicium reſpectu earum inter ſe. Talis autem proportio eſt debita compoſitio ſimplicium medicinarum, propter quod aduertẽdum, ꝙ neceſſitas compoſitionis medicinarum ſolutiuarum eſt propter alterum trium. Vel enim medicina ſolutiua eſt debilis, vel tarda, D
ſicut turbith, aloe, &c. & tunc eget compoſitione, & ſocietate medicinæ acuentis eam, aut feſtinantis, & velocitatis opationes ſuas, ſicut turbith miſcetur zingib. &c. Vel medicina ſolutiua eſt maligna in complexione ſua, & hoc, aut in complexione primarum qualitatum, quia ſi nimis acuta calefaciens: aut ſecundarum, quia vlcerоſa, excorians: aut tertiarum, quia à proprietate habet aliquem malum effectum, vt aloe, & ſcammonea habent aperire orificia venarum. & tunc eget cõpoſitione ex ſocietate inſiſtentium, vt dicet. Vel medicina, nec eſt debilis operationis, nec eſt maligna in ſe, ſed nõ reſpicit determinatum membrum, à quo purgare volumus, & tũc eget ſocietate medicinæ deferentis eam ad membrum, his tribus modis compoſitio cum medicina ſolutiua eſt neceſſaria. Talis autẽ compoſitio non poteſt conuenienter fieri, niſi habita proportione cadẽte inter ſimplicia, q̃ componi debent. Talis autem proportio eſt duplex, quędam eſt proportio formæ ſpecificæ, vt cum dicimus

ſcammonea nocet cordi, vt dicit ſubtiliter Meſue, & cũ hoc inflammat, & cum hoc aperit orificia venarum. Et ſunt medicinæ, quæ habẽt proprietatem ad iſtas reſiſtẽtias; vt ambra à proprietate confortat cor, & cryſtallum infrigidat, gallæ conſtringunt orificia venarũ; non tamẽ permiſtio earum cum ſcammonea eſt vtilis, quia non cadit inter ea proportio à forma ſpecifica; ſed ponemus cũ ea propter primum, ſpicam; propter ſecũdũ, camphorã, vel ſandalos; propter tertium, tragacanthum, vel maſticem. Et iſta proportio eſt inuenta per experientiam, aut prophetarum reuelationem, & de iſta proportione non oportet prolongare, quia authores ponunt medicinas habẽtes adinuicem talem proportionem, vt dicam, numerando ſpecies earum. Alia eſt proportio medicinarum, quo ad quantitatem, de qua excuſat ſe Meſue; vt ſi zingiber habeat proprietatem, & proportionẽ, primo modo ſumptum ad turbith; neſcimus tamen proportionem quantitatis eius, & de tali proportione eſt hic intentio.

Secunda pars huius capituli, in qua ordinat ſe ad ponendum concluſiones.

Dico igitur, quòd alterans aliud, vel alterat iuuando virtutem eius: & hoc dupliciter, vel acuendo, vel deferendo virtutẽ eius. Et tale alterãs non oportet, quòd ſit æquale alterabili. ſicut videmus, quòd ſi quatuor homines non poſſunt trahere aliquam molem, addito homine vno, trahent eam: eodẽ modo, ſi medicina propter debilitatem non poteſt complere aliquam operationem, modico ſibi addito complebit eã. Etiam illa, quæ acuunt vt plurimum medicinas, aut deferunt eas, ſunt acuta, ſed addere in medicinis acutis eſt cauẽdum, vt dicebat Meſue. Et idem infra quod omnis medicina laxatiua, quanto eſt vicinior temperamento, tanto melior, ſeu incolumior eſt. Debemus igitur medicinas ſimplices, propter prædicta iuuamenta neceſſarias, ponere in tanta doſi, quod ad doſim medicinæ conuenientem veniat de prædicta medicina in minori quantitate. Vt ſi in vncia ʒ. laxatiui ſit de medicina laxatiua doſis propria; vt ſi ponamus de aloe drachm ij. ſint de conſolantibus drach. j. aut ſcrupuli ij. aut ſecundum exigentiam expurgandi corporis. Et communis quantitas harum cõſolantium, vel rectificantium eſt tertia pars, aut quandoque medietas. Vt patet in hiera, quam ſcribit Galen. vij. terapeut. capitulo ij. quòd duæ partes ſunt aloes, & vna conſolantium, vel tertia. & hic canon eſt conueniens doſis. Rec. turbith electi drachmas duas, zingiberis ſcrup. ij. zuccharidi duplum, vel agarici drach. j. ʒ. vel ſecundum quoſdam medicos, vt agarici drach. j. ſalis gẽmæ ſcrup. ʒ. Aut propter ſerоſitatem ſalis, vt docet ad litteram Meſue capitulo de agarico. Acuitas tamẽ ſalis gemmæ eſt ſuſpecta. & ideo ponimus in valde paruo pondere; quandoque, vt dicamus, agarici drach j. ſalis gẽmæ grana ij. vel plus, vel minus, & hoc eſt per accidens. Et ſi volumus deferre ad caput, addimus ſpicæ, vel nucis muſc. eandem quantitatem cum iſtis quantitatibus ſcilicet drach. ʒ. vel ſecundum quoſdã medicos agarici drach. j. ſal gemmæ, ſcrup. ʒ. ſpicæ. ſcrup. ʒ. cum aliquo ſyrupo.

Vbi oportet tamen, quòd illæ medicinæ ſolutiuæ miſceantur alijs medicinis remittentibus, vel debilitantibus, debemus addere in conforrantibus operationes earum; & eodem modo oportet intelligere de alijs, quæ aſſociare oportet medicinis laxatiuis, vt alterent eas, propter iuuamenrum virtutis debilis earum, aut deferant eas. Si autem alterans alterat propter malitiam, tũc hoc non conuenit, niſi in medicinis ſolutiuis tertij, vel quarti gra. propter acuitatem earum, & venenoſitatem. & quia non quæritur ſolum, quòd venenoſitas medicinæ remittatur, ſed quod omnino prohibeatur à ſuo malo effectu. Et cum prohibitio alicuius operationis non poſſit fieri, niſi ab æquali in virtute oppoſita; ideo oportet, quòd medicina, quæ additur propter hoc iuuamentum, ſit æqualis quantitatis. Si medicina agat à forma ſpecifica. ſicut ſi. v. g. ponerentur in ſolutiuo compoſito ſcãmoneæ. gr. vij. poneremus maſtiches, vel tragacanthi. gr. vij. aut plura, vt ſcru. ʒ. vel ſcru. j. aut gallæ ſimiliter, ſicuti eſt dictũ Meſue de colocynthide, quòd detur cum ladano æquali quantitate, quia ladanum à proprietate reſiſtit nocumentis colocynthidis. Et ratio eſt iſta, nam effectus à proprietate, vel à forma ſpecifica prouenientes, non poſſunt impediri, niſi à contraria diſpoſitione, quæ ſit virtutis æqualis; & hoc in his, quæ agunt, non à complexione, ſed à forma ſpecifica, vt plurimum ſtat cum æqualitate quãtitatis. Dicitur enim, quòd adamas prohibet ferrum ab attractione à magnete, & tunc ſi drach. j. ferri debet attrahi ab vnc. j. magnetis, poſita cum *ferro drach. j. ad *amantis non attrahet ferrum, oportet igitur, quod æqualia ſint talia, quæ mouent ſecundum proprietatem. Eſt tamen aduertendum hic, vbi tales medicinæ acutæ non aſſocientur cũ alijs reprimentibus complexionem eius; ſi autem aſſocietur ſcammonea cum camphora, & ſuccis frigidis, non egebit tanto maſtiche. Nã formę ſpecificæ non agunt, niſi cũ ſuis cõplexionibus, vt dicit Auer. vij. phy. commen. xxxv. quòd magnes non attraheret ferrum, ſi fricaretur cum allijs, & charabe nõ attraheret paleam, niſi calefiat. Ideo acuitas medicinæ remittitur; remittitur autem ſecundũ eũ etiam operatio ſua proprietate. & ideo indiget minoris ſocietatis medicinæ contrariantis ſibi à proprietate. Debet ergo ſi medicina componatur ſimplex, poni cum ea æqualis quantitas reſiſtentis, & hoc in operationibus, & effectibus à forma ſpecifica. In operationibus autem caliditatis, & frigiditatis oportet, quòd fiat reſiſtentia per maiorem quantitatem. Cum illæ ſunt calidæ in tertio, vel quarto; ideo indigent pluri quantitate frigidorum, niſi ſint frigida narcotica in quarto: & tunc ſufficit æqualis quantitas, vt ſucci lactucæ, vel nenupharis. vnc. ʒ. cum ſagapeno * vnc. ʒ. vel opij quantũ granũ lenticulæ. Scammoneæ tãtundẽ, vel opij, & caſtorei; ponitur enim caſtoreũ pro æquali quantitate, vt remittat opij ſtupefactionem, ſicut eſt dictum Auic. in lib. de viribus cordis in ſua notabili confectione. Raro tamen hæc cõpoſitio eſt neceſſaria; ſed ſi debeamus infrigidare ſcammoneam, faciemus cum camphora, & ſandalis, & ſemine acetoſæ, vel endiuiæ, vel tragacantho, ponendo quantitatem infrigidantium maiorem, cum caliditas 4 ſit acutior in actione ſcilicet omni frigiditate eiuſdem gradus, vt Auic. primo can. Fen quarta ſecundo, & tertio. c. & tertio can. ſen 13. His igitur conſideratis patet ſcientia ſcilicet compoſitionis, & proportionis medicinarum ſimplicium adinuicem.

De doſi medicinarum. *Capitulum tertium.*

Viſo modo inueſtigandi complexionem medicinarum laxatiuarum compoſitarum, per quam dicũtur calidæ plus, vel minus frigidæ, humidæ, ſiccæ, &c. per quam dicuntur etiam ſolutiuæ in diuerſis gradibus. Et viſo de modo compoſitionis earum, & ſimplicium proportione adinuicem, &c. Reſtat videre de doſi earum. & primo quædam in generali; ſecundo quædam in ſpeciali. Doſis eſt duplex, quædam eſt doſis ſimplicium, & de iſta dicimus ſecundum quod authores ſcribunt. Alia eſt doſis compoſitorum, ad quam inueniendam eſt laborandum, propter corruptionem librorum ex parte ignorantiæ ſcriptorum. Et iſta doſis, quandoque ſequitur quantitatem medicinarum laxatiuarum, quandoque proportionem partium adinuicem, per quam proportionem dicitur tota medicina laxatiua in tali gradu. Primo dicendum de ſecunda doſi, & ſecundo de prima. Primo igitur de doſi, quæ ſumitur à forma totius compoſiti, ſecundo de ea, quæ ſequitur compoſitionem partium ſimplicium.

Oportet ſcire, quòd doſis medicinarum compoſitarum ſolutiuarum debilium, vel ſolutiuarum in primo gradu incipit ab vnc. j.

Doſis medicinarum ſolutiuarum in ſecundo gra. incipit ab vnc. ʒ. Doſis medicinarum ſolutiuarum in iij. gra. incipit à drach. j. vel ʒ.

Doſis autem ſolutiuarum in quarto eſt diuerſa, ſecũdum, q̃ quartus gradus habet latitudinem manifeſtam, quædam ſunt in vltimo acuitatis, vt elleborus, ſcammonea,

Conſolatiũ med. doſis eſt tertia pars, aut quandoque medietas.

Nota.

Doſis duplicitur.

Cõcluſio cõpleta primæ partis huius cap.

Doſis med. ſolu. per comunes 4. gradus.

* magne
* magnetem

* ana dra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1004-1
DFG

nea,ſcebtam,mezereō,euphorbium,colocynthis. Quædam ſunt non in vltimo quarti gradus,vt cucumer aſininus,ſagapenum,cataputia,ſerpentaria. A

Doſis ergo primarū incipit à granis,ſecūdarū à ſcrup. Verbi gratia,doſis ſucci roſarum ſimplicis,ſyrupi violarum,mellis,&c. eſt ab vnc.j. vſque ad ij. vel iij. & ſerum caprinum vſque ad vj. vnc. ab inde infra ſcilicet ab vnc.j. non habent notabilem operationem, & ab inde ſupra ſcilicet ab vnc.ij.vel iij. aſcendunt ad ſecundū gra. ſolu. Doſis autem ſecundi gradus ſolutiui incipit ab vnc.ſ. vſq; ad vnc.j.ſ.vt doſis epithymi,ſenæ,caſiæ,tamarindi. vſq; ad vnc.j.ſ. vt doſis epithymi,ſenæ,caſiæ,tamarindi. Doſis tertij gradus ſolutiui eſt à drach.j. vſq; ad drac. iij.vel vt plurimum ad ij.vt aloe à drach.j.ſ. vſque ad iij. agarici à drach.ſ. vſque ad ij.hermodactylorum à dra.j. vſque ad ij.vel iij.myrobalanorum,rheubarbari,à dra.ij. vſque ad vnc.ſ. Ideo ponuntur ſecundi gradus, doſis, turbith,à drach.j.vſque ad ij.vel iij.& ſic de alijs.

Doſis igitur quarti gradus in prima latitudine * fiat cum iſtis tertij gradus, vt doſis cucumeris aſinini eſt à drach.ſ.vſque ad drac.ij. doſis ſagapeni eſt à drach.ſ.vſque ad aur.j. Doſis cataputiæ à drach.ſ. vſque ad drac.j. Sed ſi per cataputiam intelligitur granum regum, eſt magis ſolutiuum, & ponitur doſis à granis quinque vſque ad vij. vel x. doſis ſerpentariæ eſt à drachm.ſ. vſque ad drach.j. ſcammoneæ à granis v. vſque ad x. vel xij. & quidam eleuant eam vſque ad xvj. ellebori erit à xxiiij. granis vſque ad ſcrupulos ij. Sed Auicenna in libro de viribus cordis dicit,quòd eius doſis eſt, grana xxij. ſ. & in decoctione drach j. Doſis ſcebtam,& mezereō etiam à granis iiij.vſque ad xx. euphorbij eſt à iiij. granis vſque ad xij.colocynthidis eſt à xiiij. vſque ad xx. Doſis autem lapidis ſaraceni,armeni,lazuli, ponuntur cū doſibus ſolutiuarum in tertio gradu cum ſunt loti,& cum nō ſunt loti,ponuntur cum doſibus ſolutiuarum in quarto gradu primi ordinis. Et polypodium,& rheubarbarum tenent medium inter medicinas ſecundi gradus, & tertij, ideo doſis eorum eſt à drach.j.vſque ad aureos iiij. B

Quibus diligenter expoſitis, & ſuperiori doctrinæ applicatis,patet qualiter, & quæ ſit doſis conueniēs medicinarum compoſitarum laxatiuarum; quoniam ſi interdum eas in primo gradu,doſis eſt,quæ aſſignata eſt. & ſi in ſecundo,vel tertio, vel quarto, &c. & hæc doctrina iam declarata eſt ſupra. C

Et ideo improbatio, quā facit Bartholomæus in doſi Auic.in tertio can.ſen prima,de cura maniæ lupinę,non videtur eſſe conueniens.& eſt exemplum,ſuper quo ipſe laborauit;deſcriptio Auic. eſt hæc Recī. pulueris hieræ, epithymi,ſtœchadis,ommum,ana partem vnam,myrobalanorum,ſcammoneæ ana partem mediam.

Nam ſi conſideratur, ex dicta doctrina tale pharmacum eſt ſolutiuum in tertio gra.quoniā ſcammonea,quæ eſt quarti gradus ſociatur cum æquali pondere myrobalani,qui ſunt ſecundi gra. ſolutiui; & cum hoc reſiſtunt ſcāmoneæ à complexione; & vt eſt communis opinio,corrigunt eius prauos effectus. quare quamuis myrobalani non ſint tantæ acuitatis in eadem quantitate, quantæ ſcammonea,tamen remittunt; deinde adduntur ſolutiua ſecundi gradus,vt epithymi,& pulueris hieræ.

Quamuis enim aloes ſit tertij gradus ſolutiui, tamen cum puluere ſuo,vt dictum eſt ſupra, remittitur à tertio gradu,et cum contraria duo ponantur in quātitate dupla ad ſcāmoneam remittitur virtus ſcammoneæ omnino à gradu ſuo,& deſcendit ad tertium gradum ſolutiui. Sed doſis ſolutiui in tertio gradu eſt à drachm.j. vſque ad iij. poteſt ergo (ſicut Auic.præcepit) dari de eo drach.ij.

Et pro certo iſte contradicit ſuis canonibus,improbādo Auic.ſiue deſcriptionem eius.& hæc contradictio eſt ſatis publica,nam in ſuo tractatu eodem capitulo dicit; quomodo hæc medicina eſt in medio ſecundi gra.ſolutiuorum,& quarti gradus; ſed talis eſt in tertio. & poſtea ſubdit,quòd doſis eſt drach.ij. vſque ad vnc.ſ. & ſi mea verba concludunt tu ipſe reſpice.

Et cauſa erroris fuit,quia ipſe opinatus fuit, q̄ cū additur medicinæ ſolutiuę fortis virtutis alia medicina ſolutiua,aut medicina iuuās eā,quod debet poni in minori pondere. Et ibi eſt error,& cōtra id quod ipſe incepit; ſed cauſa eſt, quia ipſe non proſpexit mentem Auerr. quinto colliget capitulo penultimo, ſicut ſupra nos expoſuimus eſt mens. Auerr. confirmantis mentem Gal. in de ſimplici medicina. Vnde in confectione de manna Galenus ponit in parua doſi, nec maior doſis ſcāmoneæ, & hoc quia ſolutiuum id reducitur ſecundum totum ad ſolutiuum in ſecundo gradu,quamuis ſit ibi ſcāmonea à prędominio virturis,ſicut probatum eſt in fine primi capituli.& tamen in media vnc.totius confectionis de manna, quam doſim præcipit Meſue,ingreditur ſcāmoneæ gra.x. illa eſt magna doſis eius apud Dioſcoridem,Serap. Meſuē, & ſecundum alios libros habetur, quòd ponatur ad mediam libram mānæ vnc.j.ſcammoneæ,dr. ſ.& tunc in vnc.ſ. totius eſt ſcrup.j. ſcāmoneæ, & illa doſis eſt extra limitem,quem vulgus auſus eſt.hāc igitur doſim ſcilicet vnc.ſ. confectionis de manna præcipiunt. Et ego ſemper vſus ſum ea,quia tota illa medicina fit ſolutiua in ſecundo gradu.

Et non fit ſolutiua in ſecundo gra.niſi; quia medicina minus ſolutiua diminuit de virtute medicinæ magis laxatiuæ. non ergo addunt in virtute eius,ſecundum quod iſte æſtimabat,& per conſequens oportet,quod ponatur in minori doſi, Niſi medicinæ laxatiuæ quarti gradus ſociētur medicinis laxatiuis tertij gradus: oportet enim tunc non addere in pondere, quia ſicut dictum eſt,inter ipſas eſt propinquitas, nec eſt tanta diſtantia quāta cum ſolutiuis primi, vel ſecundi gradus: & per conſequens non eſt tanta remiſſio.quare ſufficit minor quantitas ſolutiui in quarto gradu.

Et hic conſiderandum eſt de latitudine harum doſium, quia cum medicinæ ponantur cum deferentibus virtutes earum, aut cum acuentibus eas,tunc debet poni in minori doſi. & cum ponuntur cum reſiſtentibus, & remittentibus malos effectus, debent poni in maiori doſi. & medio modo ſe habente,medio modo debent poni,vt fecit Gal. in ſua confectione prædicta,& ibi poſuit taliter doſim ex eo,quod ſcāmonea ponitur cum ſolutiuo debiliori, quia * remouet operationem ſuam. patet ergo in communi doſi medicinarum compoſitarum,& maxime in pilulis,& pulueribus,&c.

Modo in ſpeciali inueſtigemus eam in confectionibus,& electarijs. Scias ergo quod à prædicto can. tu potes inuenire conuenientem doſim in libris, & inconuenientem improbare,ſumendo in confectionibus,& electarijs gradum medicinæ laxatiuæ,ſicut dictum eſt.

Sed nunc alio modo inueſtigandum eſt, ſcilicet ex quantitate medicinæ laxatiuæ, quæ ingreditur in doſi compoſitionum.

PRopter quod ſciendum, quod in toto compoſito ex diuerſis ſimplicibus,imaginandum eſt formam habere homogeneitatem, ita quod qualibet parte ſumpta illius totius pharmaci ſit eadem proportio ſimplicium ad inuicem,quæ eſt in toto compoſito,vt ſi in toto compoſito medicinæ ſolutiuę ſit tertia pars,in quacūque parte illius compoſiti,erit etiam tertia pars,et hoc eſt planū. D

Nam ſi in miſto prædominetur terra, in quacunque parte miſti debet prædominari terra.

Hoc ſuppoſito, leue eſt videre, vtrū doſes medicinarum ſolutiuarum ſcriptæ ſint conuenientes, ſupponēdo vnum quod in doſi, quam tu propinas ſit conueniens doſis ſolutiuarum,ſi ingrediantur ibi plura ſolutiua; aut ſit conueniens doſis vnius ſolutiui, ſi ſolum vnum ſolutiuum ingrediatur: vt in hiera Gal.ſolutiuū ſolum aloes eſt. oportet ergo tantum dare de illo electario hieræ, qđ in illa doſi ſit doſis aloes non excedens in magis, & minus. verbi gratia in toto electario, aloes eſt triplum ad alias medicinas,vel ferè, vt vij. terapeut. capitulo vndecimo. ergo in quacūq; parte erit pars aloes tripla,vel ferè. Et id conueniens doſis eius ſunt drac.ij.et ſemis,quarum drachmarū ij.ſ. duæ partes ſunt partes aloes, & eſt

Cōcluſio præ dictorum.

* fiat

* remittet.

drach.ij. sed drach.ij.aloes est dosis conueniens.

In hiera autem cum scammonea, dosis est drachm.ij. aut ij.v. quia acuitur scammonea ponendo in omni libra hieræ simplicis, quæ est hiera Gal. drach.j. scămoneę correctæ; sed vigesimaquarta pars libræ est drac.v. & vigesimaquarta pars drach. est gra.ij.v. quare possumus de tali hiera cum tali quantitate scammoneę dare vnc.v. quia scammonea solum acuit in hac dosi virtutem ـــ, aloes, nec ipsa de se habet virtutem soluendi, cum ponatur in minori quantitate, quàm si conueniens ad suam solutionem ـــ.

Aduertendum tamen est ab apothecarijs, qui hodie acuunt vnam lib. hieræ simp. & benedictæ, simplicis cũ
* drach.ij. vno quarto scammoneæ, scilicet cum vnc.ij. & quidam ignari, & prosumptuosi etiam addunt plus.

Sed apparet ex isto ca. quòd vna drac. diagridij in vna libra medicinarum solutiuarum in quarto gradu, est inconueniens. Sed in tertio, vel secundo, est bonæ operationis solicitans medicinas solutiuarum. nec est timor de effrænitatione eius, cum non ingreditur cum quantitate, cum qua stet virtus solutiua, quæ est gra.ij.v. quæ dosis est vigesimaquarta pars vnius drach. non sit dosis scammoneæ.

Oportet ergo allibrare in toto composito, qui vult conuenientem dosim inuenire, quantę sit quantitatis in toto de medicinis laxatiuis, & quanta sit quantitas totius; deinde ponere dosim de ea, in quam cadit quantitas conueniens, vel dosis laxatiuorum simplicium, quæ ponuntur ibi.

Et si sint ibi plura laxatiua, non oportet quod de vno quoque ingrediatur dosis conueniens; vt si est ibi agaricus, turbith, elleborus, scammonea, & aloe, non oportet, quòd in vna dosi ingrediatur de vnoquoque drach.j. vel ij. quia sufficit, quòd de medicinis vnius gradus, tanta quantitas ingrediatur, quanta est dosis vnius earum ـــ. Verbi gratia, si sint in vna medicina duæ medicinæ, puta agaricus, & turbith, aloe, & hermodactylus, sufficiet drachma pro quolibet in vna dosi, quia sunt solutiua in eodem gra. Et si sit ibi scammonea, & mezereon, & quæ sunt eiusdem ordinis, sufficit inter omnes ponere tantũ, quantum est dosis vnius solius, vt apparet in dosi, quam scribit in pilulis, in prælegato capitulo de cura maniæ, quòd detur ex eis drach.ij. quod supra ostensum est contra Bartholomæum de Varig. esse conuenientem dosim. Et hoc ostensum fuit de dosi medicinæ solutiuæ in se, quia ex solutiuo in primo gra. potest dari tantum, & solutiuo in ij.gra. tantum. & sic de alijs, vt supra patuit.

Sed ostenditur modo ex hac via (sicut dictum est) procedendo in electarijs, & confectionibus inuestigando quantum de solutiuo ingreditur in dosi. solutiuum illud est. ℞. ftœchados, epithymi, hieræ picræ, an. partem vnã, scilicet drach.j. myrob. scammonea, an. partem mediam, scilicet drach.ʒ. in toto sunt drach iiij. cuius octaua pars est scammoneæ, & hæc octaua pars est drach.ʒ.

Igitur in dosi duarum drachmarum ingreditur pro octaua parte medietas scrup.j. scilicet gra. xxx. Et ista dosis non est erronea, quia datur scammonea (vt supra dictum est) cum declinantibus eam ad inferiores gradus. Nam primo miscetur cum æquali parte myrobalanorum, qui sunt in primo, aut secundo gradu solutiuorum, postea iterum cum alijs solutiuis secundi gradus, sicut de epithymo, & picra in dupla quantitate, quare pro certo trahitur ad debiliorem gradum suæ operationis.

Et illud, in quo maxime errauit Bartholomæus, fuit, cum posuit illam medicinam esse in tertio gradu, & dixit, ꝙ dosis medicinarum tertij gradus est à drac.j. vsque ad ij. vel iij. Si enim debebat hanc dosim reprobare, non debebat procedere illa via: sed debebat dicere, ꝙ quantitas scammoneæ non erat in proportione ad alias medicinas, propter multam quantitatem, quare non fit remissio scammoneæ, quanta expedit; & tunc reduxisset ad primum. Quia cum miscent scammoneam medicinis debilioribus, ea potest poni in tanta dosi, quòd hanc dosim suam maiorem non soluat. Et notum est, quòd in his pilulis non est solutiuum forte nisi scămonea, quantum ad virtutem, & debilitatur scammonea propter admistionem solutiuorum debilium, vt visum est in primo capitulo. Si ergo in hac dosi, quam ponit Auic. sint xxx. grana. scammoneæ, sunt cum repressione ipsorum ad tertiam partem. Nam sicut in primo capite dictum est. Si medicinæ solutiuæ in iiij. gradu addatur solutiua in primo, vel secundo, remittunt eam ad secundum gradum, maxime cum excedit quantitatem. & sic remittitur illa scammonea, quæ erat in xxx. granis ratione associatarum sibi ad x.grana. & illa est sua dosis conueniens maior, sicut expediebat sibi in euacuatione humorum melancholicorum. Nota.

Non tamen dubitãdum est, quòd illa dosis est nimis magna per id, quod est visum: quamuis Barth. non recte procedat ad improbandum eam; immo improbatio (si quæ est) patet per dicta Auicen. Verum est maxime considerandum in dosi medicinarum de scientia medicinarum, quia nunc tempore nostro medicinæ sunt debilioris virtutis propter impressiones in regionibus ab astris vt Haly. super techni, tractatu tertio, commento 88. & non celebrantur ab apothecarijs. Etiam propter nostra mala regimina bene aggregantur humores difficilis eradicationis, vt Galen. in commento 28. par. 6. scilicet. (Eunuchi non podagrizant.) Ex his duobus debentur maiores doses, sed consolatæ, & ـــ cum præparatione humorum.

Et etiam considerandum virtutes modernorum corporum, quæ pro certo sunt debiliores; nam fortitudo virtutis stat per complexiones bonas, & bonitatem humorum. Si ergo modo humores innaturales multiplicentur, destruuntur pro certo virtutes, & ex hoc doses debent esse debiliores.

Et ideo posuerunt auctores gradus, & latitudines in dosibus, vt pro exemplo, de scammonea detur à gra. iiij. vsque ad x. vel xij. quia debilior dosis in debilioribus, & fortior in fortioribus, & mediocris in mediocribus, & sic diuersificando eas per alias indicationes. Nam cum damus sine acuente, & adiuuante eam, damus plus de ea; & cum damus cum iuuantibus, damus minus. & sic est intelligendum in alijs coniecturalibus.

Item medicinæ, quæ diu steterunt, sunt fermentatę simul, & impressio solutiuorum est debilior; sed recenter factæ habent de virtute solutiui multum.

Et ex hoc notandum, ꝙ medicinæ solutiuæ in quarto gradu sunt meliores in pilulis, cum sint plus fermentatæ, & ideo securiores; aliæ autem scilicet tertij gradus possunt dari in confectione, & decoctione, vbi nõ stent nimis, & si stent diu, potest dari maior dosis. Solutiuæ autem primi, & secundi gradus debent dari recentiores, siue recentes.

Expeditum est supra hoc, quod de esse medicinarum concepimus. Deo autẽ duce dicemus super quinto colliget de alijs medicinis, & ـــ cibis, sicut diu opinati sumus, quòd sic est dare quatuor gradus in cibis, sicut in medicinis tam solutiuis, quam non solutiuis, vt si verbi gratia, secundum quòd inuestigat Auerr. cibus temperatus est caro humana, & cibus primi gradus, caro perdicis, hædi, caponis, & in secundo gradu * paruus pullus, & in tertio, carnes communes, & in quarto cibaria, quæ aut iubstantia sua sunt crassa, nec humano corpori proportionata; aut cibaria habentia rationem medicinæ, vt salsa, acetosa, lubricatiua, &c. de quibus ad prædictum locum reseruamus.

Pro hac vide Tacuinũ sanit. tract. Elucha sin. Elmithar Medici de Raldath. ex Auerr. ipsum 3. Colleg. c. 34. & seq.
* panis.

FINIS.

Gentilis Fulginei de medicinarum soluentium compositarum dosi breui, & inuestiganda libellus explicit.

Incipit

Incipit Tractatus quid pro quo.

ARistolochię rotũdę loco, longa vel pondus ęquale zurumbet, id est zedoariæ, & tertia ponderis de mace, & medietas ponderis sui de costo. Et loco longæ ponitur medietas ponderis sui de pipere, & ęquale pondus zurumbet.

Auicen.

Pro abrotano, absinthium vel origanum, vel poliũ.

Pro absinthio, abrotanum: vel origanum.

Pro asaro, zingiber, vel polypodium quercinum, & pondus ipsius, & seminis acori, & sexta põderis eius amomi.

Auicen.

Pro acoro in expellẽdis vẽtositatibus, vt in iuuamẽto hepatis, et splenis ęquale pondus de cymino, cũ tertia sui ponderis de aristolochia.

Auicen.

Pro Acacia, succus lentisci, vel hypocystidos.

Pro anisо, daucus, id est pastinaca, vel sampsuchus. i. maiorana.

Pro asphalto, pix liquida, vel semen vrticæ, vel erucæ, vel agni sperma.

Pro ameo, anisum.

Casia. Pro amomo, ameos, vel quasi dupla, vel sabina in duplum.

Zinz. Pro acantho, id est spina alba, semen itij.

Pro abrongi, id est quodam grano laxatiuo, quo caremus, sagapenum.

Galen.

Pro achantę spermata. i. vricę sperma lichinda, i. cãdelabralis herba.

Pro auripigmento, sandaracha.

Pro agarico, epithymum.

Pro antimonio, plumbum vstum.

Pro acoro, radix acanthi.

Pro agarico, epithymũ, vel euphorbium.

Pro asa fœtida, sagapenum.

Pro aloe, succus centaureę, vel stercus bouis, vel litiũ.

Pro apij semine, semẽ rapę.

Pro amygdalis amaris, absinthium, vel nuclei persicorum.

Pro amygdalis dulcibus, auellanæ, vel è conuerso.

Pro asphodillorum radice, succus, vel radix betæ.

Pro amygdalarum lacte, lac auellanarum, & è cõuerso.

Pro ambra, styrax calamita in duplo.

Pro ammoniaco maiore, calamus aromaticus.

Pro Ammoniaco sale, sal cappadocium, vel sal fortiter tritum.

Pro amylo, iris illyrica.

Pro axungia porcina, medulla vituli.

Pro adipe ceruino, adeps lupinus.

Pro adipe vrsino, vel lupino, vulpinus.

Pro adipe crocodilli, adeps canis marini.

Pro balsamo, terebenthina destillata, vel oleum laurinum, vel gũmi hederæ.

Pro balaustia, pśidia, vel cupulæ glandium, vel cortex mali granati.

Pro butyro, lac vaccinum.

Pro boragine cichorea, vel scariola.

Pro berberi, omnes sandali, & spodium.

Pro buzacharã ponitur zingiber. Galen.

Pro bolo armeno, sanguis draconis, vel puluis balau.

Pro corallio, symphytum.

Pro costo, enula.

Pro cocognidio, semen coriandri.

Pro cappare, genista.

Pro capparis radice, radix marisci.

Pro casia, sabina, & cinnamomum in duplum.

Pro calamo sylуestri, raphanus.

Pro cymino, semen basiliconis.

Pro cedria, id est pice liquida, ladanum.

Pro cardamomo, carui, vel cinnamomum, vel piper longum.

Pro croco, aloe, vel æquale pondus de costo, et quarta ponderis ipsius de corticibus casiæ ligneæ.

Auicen.

Pro cicide galla, ladanum.

Pro chamædryos, vel chamæpithyos, radix lapatij agrestis.

Pro cypresso, medietas põderis eius de cortice granati, & pondus ipsius de sarcocolla rubea.

Pro coctanis, pyra immatura.

Pro cretano, saxifragia, vel grana Solis.

Pro colophonia, resina.

Pro cotula fœtida, chamæmelum.

Pro caru. cyminũ, vł piper.

Pro calamentho, menta aquatica.

Pro cubebis. zedoaria.

Pro carpobalsamo, fructus hederæ, vel xylobalsamus æquali pondere.

Serapio.

Pro cucurbitæ succo, succus violarum insipidarũ.

pro capillo veneris in asthmate, ponitur pondus ipsius de flore violæ, cũ medietate ponderis ipsius, & de succo liquiritiæ.

Auicen.

Pro casia fistula, medium pondus de tereniabin, & triplũ põderis eius de carne passularum, & octaua põderis ipsius de turbith, quandoque ponitur loco passularum, liquiritia.

Auicen.

Pro cichorea scariola.

Pro cinnamomo, cortex casiæ ligneæ, aut duplum ipsius de cubebis.

Pro castoreo. ruta, vel ęquale pondus de acoro, & medietas ipsius de pipere.

Auicen.

Pro cordumeni: alcamel & schęnanthum.

Auicen.

Pro carcossi, auellana, baccæ lauri.

Pro cucumere agresti, radix tithymalli.

Pro cypressi fructu, cupulæ glandium.

Pro crocodilli adipe, adeps canis marini.

Pro cerui adipe, adeps anserinus.

Pro cypero, iuniperus.

Pro calamentho, vrtica.

Pro centaurea, polium.

Pro cadmia, squãma ferri.

pro cornu ceruino, caprinũ

Pro careo, bacca lauri.

Pro chimolea. i. terra hispana, artemisia.

Pro dictamo. elelisphacus.

Pro dactylis, ficus.

Pro dauci semine, semen pastinacę, vel milacinum, id est cyminum.

Pro dragõtea, abrotanum.

Pro doronigi, zurumbet æquali pondere eius, aut duæ tertiæ ponderis eius de garyophyllis.

Auicen.

Pro darsesahã. i. arbor dicta aspalatum. fructus aliẽbut id est, duę tertię põderis ipsius. Et in iuuamẽto neruorum pondus ipsius de asaro, & medietas ponderis eius ex doronigi.

Auicen.

Pro epithymo, semẽ colocynthidis, vel cuscutæ.

Pro enula, centaurea, vel cẽ tonicum.

Pro ebulo, sambucus, & è conuerso.

Pro elleboro nigro, satyriõ.

Pro galbano, sagapenum.

Pro eupatorio, chamæpithys, vel pondus eius de asaro, & medietas ponderis ipsius de absinthio.

Auicen.

Pro elephante, sandaracha.

Pro eclemptanio, rosa.

Pro ærugine, squãma ferri.

Pro euisco, radix capparis.

Pro folio, spica indica, vel nardi.

Pro phu. elelisphacus, vel spica.

Pro flore syriaco, radix lapatij.

Pro sęnugræco, semen lini.

Pro fimo lupino, fimus caprinus vel canis.

Pro fraxino, sabina.

Pro ferri squamma, spuma ferri.

Pro felle bouis, fel taurinũ.

Pro folijs oliuæ, folia plantaginis.

Pro floribus amygdalarũ violæ.

Pro felle vrsi, fel tauri, vel perdicis.

Pro fausel, æquale pondus sandalorum rubeorum, & medietas põderis eius ex coriandro recenti.

Auicen.

Pro filipendula, radix lapatij agrestis.

Pro galanga, * herba garyophyllatum. * herse.

Auicen.

Pro gliconio, id est pulegio, hyssopus.

Pro gisasteaeos, chimolea.

Pro gentiana pondus eius cum dimidio ex asaro, & medietas ponderis eius de radice capparis, vel enula.

Pro gummi arabico, grana prunorũ, vel cerasorum, vel tragacanthi.

Pro hermodactylis in doloribus iuncturarũ, pondus eius de folijs alchannæ, & medietas ponderis eius de bdellio.

Auicen.

Pro ireo, thymum.

Pro leuistico, semen pastinacæ.

Pro lacte fic*, lac mororũ.

Pro libanotidos, pyrethrũ.

Pro licio, polygonia. vł succus arnoglossæ, vel amygdalarum, sed secundum Auic. pondus æquale ex saufel, & sandalo, aggregatis æqualiter.

Pro lentisci semine, semen pastinacæ.

Pro lentisco, radix polygonij.

Pro leucopipere, nigrum in duplo.

Pro ladano, pulegium, vel populeon.

Pro lupi adipe, adeps vulpis.

Mesuæ.

Pro electisphaco calamenthum.
Pro lauri baccis, serpyllū.
Pro lithargyro, squama ferri.
Pro libani cortice, libanum in duplum.
Pro lateride, cocognidium.
Pro lepore marino, cancer fluuialis.
Pro lini semine, hyosciami.
Pro mororū lacte, succº ei⁹.
Pro myroba. succus meu.
Pro medulla ceruina, succus hederæ nigræ, vel albu go oui.
Pro myrrha, psyllium.
Pro malua, fenugræcum.
Pro myrto, sumach.
Pro mororū succo folia ru.
Pro mādragora, lachtymæ oliuæ, vel asari.
Pro meliloto, pondus eius, & sem. de chamæmelo, & medium de folijs ficus.
Auicen.
Pro muscho, pondus æquale castorei.
Pro mastiche, gūmi pineæ, gūmi cypressi, æqualiter.
Pro myrrha, medietas ponderis ipsius de pipere nigro secundū Auic. sed fm Constantinum quantū est pondus eius de amygdalis amaris, vel calam⁹ aromaticus, vel costum amarū.
Pro melle, sapa.
Pro meu, psyllium.
Pro mororum succo, folia rubi.
Pro marathro, radix asparagi.
Pro myrrhæ lacte, succus hederæ.
pro nucevomica, catapucia
Pro nardo syriaco, schænāthus.
Pro nuce muschata, spica æqualiter.
Auicen.
Pro opio meconio, mādragora, vel castoreum.
Pro opopanace, lac cyclaminis.
Pro selipie, pumex.
Pro opopanace chalbanū.
Pro oleo rosato, oleū de semine absinthij.
Pro opio, papaueris succus, mandragoræ.
Pro oxyrrhodino, vinū austerum.
Pro oleo veteri, adeps porcinus vetus.
Pro oliua ægyptiaca, adarce in duplo.
Pro ocymo, sisymbrium.
Pro pistachijs, nuclei pinearum.
Pro pipere, iuniperum, vel zingib.
Pro pampini folijs, folia hederæ, vel rubi.
Pro pipere nigro, piper album in duplo.
Pro polythrico, capillº veneris, vel zingiber.
Pro passulis, dactyli.
Pro polioi extractione vermiū, & prouocatione vrinæ, & menstruorum, pondus æquale de lignis granati viridibus, & duæ tertiæ ponderis ipsius de corticibus lignorū casiæ ligneæ.
Pro polycarpo, absinthū.
Pro policari seie, semē apij.
Pro ponsilogono, croci in duplum.
Pro petroselino, semē apij.
Pro rheubarbaro, radix myricæ, duplū rheupontici.
Pro rosis siccis, folia perfici sicca.
Pro ribes, acetosa Mesue capitulo de rob ipsius.
Pro resina, terebinthina.
Pro rore syriaco, radix lapatij.
Pro spica inda. Gal. Aui. & Serapio cōueniunt, quòd loco eius ponatur phu. i. valeriana.
Pro setaragi, rubea.
Auicen.
Pro satyrio, semē erucæ vel vrticæ, vel scincus.
Pro simphyto. i. consolida maiore, centaurea.
Pro spodio, antispodia.
Pro stęchados, chamędrys.
Pro staphisagria, pyrethrū.
Pro sumach, myrtum.
Pro scariola, cichorea.
Pro scammonea, cucumer agrestis, vel lac tithymalli, vel euphorbium.
Pro sesamo, semen lini.
Pro secacul, buceidem.
Auicen.
Pro sepo ceruino, medulla cerui, vel adeps anseris.
Pro sepo arietino, chamædrys.
Pro stęchados, lactuca viridis.
Pro salamandra, viridis lacerta.
Pro sisymbrio, flos syriacus i. malua, vel ozymū.
Pro sinapi, nasturcium.
Pro scilla, bulbum.
Pro sepiæ osse, pumex, vel mastix.
Pro psidia, syrupus malorū granatorum cum calida.
Pro sepo hircino, adeps vulpis.
Pro sampsucho, se. satureię.
Pro spumato, cardamomū.
Pro syrica, lithargyrum.
Pro sandana, sulphur viuū.
Pro turbith, esula.
Pro amariscо, scolopēdria.
Pro tartaro, nitrum.
Pro terebinthina, mastix.
Pro thymo, saturcia.
Pro tamarindis, pruna damascena.
Pro tithymallis, scāmonea.
Pro thutia, ossa myrobal.
Pro thapsiæ succo, succus chamædryos, vel chamæleontis.
Pro tamarisco, radix gēistę.
Pro tithymallo, chameleō.
pro vrsi adipe, adepsvulpis.
Pro vua passa, dactyli.
Pro vino granatorum, vinum austerum.
Pro visco dę quercu, succus turbisci.
Pro xylobalsamo, lignū hederæ, vel leucoradix.
Pro sanćte, flores sepiæ.
Pro hypocystide, mandragora.
Pro hyssopo, thymus, vel sampsuchus.
Pro hyperico, semē anethi.
Pro hypocystide, medietas ponderis ipsius de cortice oui adusto abluto, & sexta ponderis eius de gallis, & decima ponderis eius de gummi arabico.
Auicen.
Pro zurumbet in venenosis æquale pondus, & f. de dirundi, & duæ tertię ponderis eius de taraxacon syluestri, & medietas pōderis eius de granis citri.
Auicen.
Pro zingibere, pyrethrum.

Explicit Tractatus quid pro quo.

Incipiunt Synonyma.

ARtemisia, id est matricaria.
Acacia. i. succus prunellorū immaturorum agrestiū.
Acaneum orminū, vel igridia, id est vrtica.
Alidiados. i. laureolæ semē, & eius coagidium.
aginilac, vel melāthiū. i. git.
Amarioca. i. semen rapistri.
Acorus. i. gladius.
Adrasea. i. elleborus albus.
Ambra. i. sperma ceti.
Azarod. i. sarcocolla.
Adragli. i. portulaca.
Antipharmacū, id est vincetoxicum.
Alogalbra, id est gentiana.
Aumantis, id est succus maioranæ.
Argemonia. i. agrimonia.
Asphaltum, id est bitumen iudaicum.
Anagodam. i. sumach.
Adarais. i. caromarina.
Aronis, vel aron. i. yaros.
Anacardi. i fructus cuiusdā arboris in India, quam imperiti pediculos elephantium dicunt.
Anisum. i. cyminū dulce.
Aliptra confita i. misura.
Antophali, vel auernati. i. g tyophylli magni.
Angulus. i. circulus.
Aracon. i capillus veneris.
Agaricus. i. fungus cuiusdā arboris.
Amylum. i. succus fruméti.
Ami fructus, vel acodiacostidos. i. iuniperum.
Alisander, vel olus apium, id est petrosel. mace.
Arnoglossa, vel cētum nerua. i. plantago.
Anagalus, vel simphytum, consolida minor.
Aricalomi. aristol. lon.
Anthera. i. semen rosæ.
Assara. i. baccara, vł vulg⁹.
Aurige similis herba venti minoris.
Abrotanū inest sepibus, cuius semine vtimur.
Apium domesticum, semē eius, selinum, spina, & eius folijs vtimur.
Apium raninum.
Apium hęmorrhoidatum, simile est raninо.
Anisi quia habet guttas magnas folijs.
Apium etiam est, q dicitur apium risus.
Althea, bismalua, euiscus, idem est.
Annæ vtimur folijs, & radice.
Alegia basilica, basilicon, idem est, semine & folijs vtimur.
Achantis, id est vrtica pungenti vtimur.
Anchusa alba facit spinas albas, nigra nigras.
Atriplex, chrysolacana rinoli idem est, folijs & semine vtimur.
Albus. i. ornus.
Archiotiden. i. baccæ iuniperi.
Aturbaliorū facit folia, vt sambucus, sed asperiora, & minora, cuius, radix si rumpatur, sanguinem cum lacte reddit.
Acuceide similis est cicutę in folijs, & facit spinas.
Amphimerina similis est lilio, quando primo crescit, & habet hastam.
Alsita. i. confita muschata.
Ameos, ammi, cyminella, peperdium, idem est.
Asa. i. asa fœtida.
Antimasis i. sumositas.
Atticū mel. i. album mel.
Alasa, siue abluta. i. galla.
Accis, i. ebulus.
Aneum. i. vinum album, vel acetum.
Acopum. i. sine labore.
apoforesis. i. tarda detractio sanguinis cum interpōne.

Ago-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1008-4
DFG

Agocanobin.i. cantabrum.
Aidoli.i.fuligo.
Arſenicū. i. auripigmentū.
Ameos, ideſt vmurcula, vel redidomum.
Aſphaltū, i. geniſtellę radix.
Aliephos.i.pœonia.
Althæa.i.euiſcus.
Adianthus.i. herba capillaris, vel abolo bia.
Aſaer.i.centineruia.
Afrodis vini, id eſt acorus, vel gladiolus.
Aſepia.i.dragantea.
Acitus.i.lapatium.
Alocis.i.geneſtella.
Amomei.i.papauer agreſte.
Ampela leuca, i. bryonia, vel cucurbita agreſtis.
Atripeleos leſchi, ideſt bryonia, vel vitis alba.
Argiltres i.mercurialis.
Anderginaus.i.cappara.
Anagius.i.portulaca.
Atiafax.i. atriplex.
Aizoa.i.ſemperuiua.
Apidia.i.para.
Aliſta, id eſt farina hordei immaturi.
Anticrocus. i. flos albutij, vel flos gruci.
Amoracia.i.rapiſtrum.
Alo.i.ſal.
Autinus, id eſt chamęmelū vel baccara.
Aoniton, id eſt barba * lepo ralis, vel lupatia.
Alpiu.i.roſmarinus:
Armolachu.i. genus mali grana.
Alzaru.i.vulgagia.
Altercus.i.iulquiamus.
Albeſtus.i.calx viua.
Aloſacritus i. flos ſalis, vel adarces græce.
Acanthis ægyptias.i.ſemen vrticæ.
Abdios, vel tigus, ideſt barba Iouis.
Ampeloleucis, id eſt vitis alba agreſtis
Agroſpermon .i. ſemen ſalicis.
Agallis.i.ſolium, vel zinia.
Acaru.i. piper apium.
Agloſortes.i.pœonia.
Auantu.i teſta ouorum, vnde pulli excluduntur.
Amaracus.i.maiorana.
Alicacabon.i.piſcelina.
Agnus, vel agnus caſtus.i.ſemen ſalis.
Agaricus i.fungus albus cuiuſdam arboris.
Acacia.i.erucæ ſuccus.
Agaliſis, vel agaloſis, id eſt ſemen vrticæ.
Agatis lenticis, i.bryonia.
Aloſorctus, id eſt flos ſalis montani.
Aron.id eſt ſenatores, vel ſimilis ſe.
Apupigmentarium. i. gentiana.

Aritrixauel.i.ariſta.
Amurca.i.fęx olei.
Alipolus, vel allipoclus, ideſt chamęlea.
Achalephe, id eſt vrtica.
Abſtingalas, vel aſtragalos, id eſt pes porcinus.
Alumen rotundum.i. vnde mulieres tingunt.
Ameſate ebulus.
Anachemon, vel anamon, id eſt medicamen album.
Aſcella.i.agrimonia, vel * ſat cogrion ſtephilon, i.pinaca agreſtis.
Amel.i.grana ſolis.
Anagelicum. i. ſymphytū.
Androgmos.i.interphea.
Agus, vel actis.i.lenticula.
Amantus.i.ſaxifragia.
Altionum.i.ſyriaca.
Altioneus.i.veſpertilo auis.
Aſrozarmis.i.rumices.
Aleoruibus.i.caules.
Aſalal.i.cœpulla.
Ampelos melanis.i.vitis nigra agreſtis.
Aalcoſolimi.i.criander.
Alipi.i.rapa.
Afugillas.i.radices.
Alcard.i.porrus.
Alelica aleca, & bdella, ideſt ſanguiſuga.
Amiatos.i.alumē ſciſſum.
Arcella.i.agrimonia.
Abſcenalium i. abſynthiū.
Aneuſa.i. lacca.
Aglogalice.i.gentiana.
Aſecublum.i.ſaturegia.
Andarane.i.ſal lucidum.
Arantili, id eſt ſemen viuæ, vel arilli.
Alfur.i. faba.
Apoquinatus, id eſt ſorbido de niue.
Arcimonij i.malus triane*.
Apozumatus, id eſt capreolus vitis.

BEen rub. radix quæ in India inuenitur.
Been album in ægypto reperitur.
Baccæ lauri, vel daphnococci idem eſt.
Bratheos i.ſebitia.
Burit, herba fullonum, ſaponaria idem eſt.
Balauſtia, fructus cuiuſdā arboris, quæ oritur ad modum mali granati, quem imperiti caduca mali granati dicunt.
Baucia, id eſt paſtinaca domeſtica.
Baſiliſcus ſerpentaria, dragum, vel hortulana.
Baurach.i.ſalo.
Btea, vel colomanina idē ē.
Bulbus.i.cępa marina.
Balſamita.i.ſiſymbriū hortenſe.
Bugloſſa.i.lingua bouina.
Baccæ hederę, vel carpoſci.i.fructus eiuſdem.

Braſica.i. caulis nō trāſplantatus.
Bryonia, ideſt cucurbita agreſtis.
Brancha vrſina, magna folia habet, & inciſa, & valet apoſtemati.
Bulma.i.teſta bouis.
Balura, ſarfara, vngula equina, idem eſt.
Buſagon.i.faciens appetitū.
Baſale.i.cipola.
Barba Iouis.i. herba herculis, vel ſtęchados, vel benades.
Buinades.i.marina pix.
Sadon, rubus teſtinus, vel mora domeſtica.
Beneta.i.lingua canina.
Baſaſa, vel buſaſa.i.piganō, vel ruta:
Baſilica, id eſt regina, vel gentiana.
Butaminagion.i.artemiſia.
Balanus, i.galanga, vel myrobalana.
Bui.i.ſaluia.
Benicon, vel beticon.i.vngula caballina.
Beoniæ, vel bitoniæ.i.albutij radices.
Brameæ, vel bracha, vel braſia, id eſt * ſeruicus albæ.
Brumus.i.auena.
Bombix.i.flos arboris lanæ ſimilis.
Biſas, id eſt * emolia, vel ruta agreſtis.
Bulbus fiſticus, vel ruſus.i. ſcilla.
Bulb⁹ miconas.i. narciſſus.
Bdellium .i. gūmi, quod in arabia inuenitur.
Bontration. i. apium riſus, ſceleracus.
Buphthalmon.i.oculus bouis.
Berec, vel beſeon.i.fæx cardi unde coagulatur lac.
Bonadrex.i.ſemen apij.
Biſcone.i.pulegium.
Bibone.i.betonica.
Becion, vel bedon.i.caſſilago alba.
Bamiblla, vel batoſtilla.i. cyma rubi.
Bulbus ſtudius, id eſt luipiſij flox.

CRocus africanus, id eſt ortenſis.
Cardoneſa.i.ſemen naſturcij.
Carpetatio.i.flos nuris.
Cortex neræ, id eſt cuiuſdā arboris ſimilis ceraſo, qui in Apulia naſcitur, & fructus eius vocatur micum.
Colophonia.i.pix græca.
Carpotario, id eſt ſemen ferulæ.
Chalcecaumenon, vel caſticum.i.ęs vſtum.
Caſia ſyringa.i. caſia fiſtu.
Carei pontici.i.dauci.
Caſia abſolute poſita, id eſt lignea, vel xylocaſia, rubea, & ſicca.
Caſſamum, malū terræ, panis porcinus.
Cynogloſſa, ideſt lingua canina.
Cuſcuta.i.podragra ligni.
Cicidon.i.galla.
Cadō myriſticō.i. muſcata.
Chalcāthum .i. vitriolum.
Confica rubea, id eſt ſtyrax rubea.
Carcetiū cōbuſtum .i. bix.
Calculi.i.cardamōmi.
Caricæ.i ficcus ſiccæ.
Carænum.i.vinū coctum.
Cumella.i.cameos.
Cedros libani, id eſt roſmarini.
Cuſtos orci, petendactylis, id eſt grana ſolis.
Chimolea.i.terra hiſpaniēſis.
Dapellula.i. ſanguinaria flo rem facit album.
Coriandrum agreſte, flores facit purpureos.
Chamæleonta nigra, & cardus aſini, et cardus maior, idem eſt, ſolijs vtimur.
Chamæleonta alba, & cardus coagula, idem eſt, ſolijs vtimur. * ſentis.
Centris.i. conſolida media habens teſticulos ſimiles enulæ campanæ. ſolijs, & radice vtimur. * cimelia.
Chamædryos .i. quærcula minor.
Chamæpithyos.i.quærcula maior.
Centaurea maior contingit folia iuxta ſtipitem.
Cētaurea minor, febrifugi, vel fel terræ idem eſt, & tota herba vtimur.
Camphorata domeſtica .i. abrotanum.
Chamęmelū ſimile eſt corylæ fętidæ, ſed chamęmelum redolet, coryla fętet.
Craſſula maior, id eſt raba ſylueſtris.
Craſſula minor ſimilis eſt ei: ſed multo minor.
Capillus veneris ſimilis eſt polytrico; niſi quia facit ramuſculos in ſtipite, herba vtimur.
Cacaparia ſimilis eſt canapis ſolijs.
Chamætrais.i.ebulus.
Cynogloſſa, id eſt lingua canis triangularis dieſſequi, radice vtimur.
Calamēthum.i.nepita, quidam dicunt, ꝙ tria ſunt genera. ſolijs vtimur.
Cyminum ęthyopicum ſimile eſt ancucelæ. ſo. & ſemine vtimur.
Celſus.i.morus.

Cata-

Cantariaroti, id est rasura cornu ceruini.
Carei. i. daucus creticus. semine vtimur. * bouis.
Chalcanthum, vitreolum, tragacanthum idem est.
Calciteos. i. squamma ferri.
Cicer erraticus similis est restę bouis in foliis, & facit crocum florem, & redolet, sed resta bouis non. Crispula habet.
Chelidonia. i. herba petiginaria, vel glantia.
Carpobalsamum, id est semen balsami.
Castoreum istipebi.
Cantabrum. i. furfur.
Castaneola, species est, in india oritur.
Cathitij, i. semen ferulæ.
Carotides. i. capitales.
Ceston. i. betonica.
Cinabreos. i minimum.
Cyclaminos. i. orbicularis.
Colla. i. bleuta.
Cecidos. i. galla asiana.
Citiros. i. pumex.
Cynocephalicon, id est caput canis.
Custacimonia. i. puluis de terra rufa.
Carerico. i. lacca.
Cocognidiū. i. se. laureolæ.
Casia. i. hederæ semen.
Crominum. i. cępa canina.
Capsitis, vel camitis, id est ebidus.
Crobnos loiacon, i. lilium album.
Corylidon. i. cymbalaria.
Carrota. i. pastinaca agrestis
Confinice. i. betonica.
Cutinum rostas, idest caduca mali granati.
Comitiale i. gentiana.
Cerolozola. i. chamędryos.
Cinocoron. i.
Cinosbatus, i. rub. caninus.
Codion. i. papauer agreste.
Coronopos, i. malacytonia.
Croculus. i. stringinis.
Codia. i. papaueris flos.
Cephoreos. i. dens caballinus.
Celsa. i. mora domestica.
Colophonia, i. resina frixa.
Cirifolium, idest cardus syluaticus.
Cariobasicon. i. auellana.
Carrios, id est rosmarinus, vel semen ferulæ.
Chrysocanthes, id est hedera arborea.
Camelo, vel chamęlea i. co cognidium, vel
Clabrum veneris, vlcire rubeum.
Cucuriones, idest ramindere virides.
Cenchron. i. milium.
Cyperum, id est iuncus triągulatus.
Coclia. i. papaueris capita.
Cathinabotho, idest metallum, vel cuprum.
Castoreum. i. testiculus* bouis.
Cinetis: vel cimices elephątis. i. anacardi.
Columbaria. i. verbena, vel peristerionon.
Cunarius. i. cardus.
Cassamū. i. semen balsami.
Ceruta. i. policaria.
Celtica fialiola.
Clyzyza. i. liquiritia.
Cicer erraticus. i. serpyllus.
Calamęthis. i. neptis iiruta.
Carabet. i. locusta pucis.
Caulia. i. semen caulicoli.
Caugil. i. rapa.
Crades. i. vrtica.
Cedria. i. pix liquida.
Cothibi. i ginesta.
Cainice supernia, id est semen cicutæ.
Cantharides. i. genus muscharum.
Comaras. i. cytonia.
Carladādras. i. nucaria, vel arbor nucum.
Chelon. i. testudo.
Corona bellia. i. pigamum.
Cissa. i. hedera nigra.
Catones. i. atriplices.
Cindos. i. anticrocum.
Cabria. i. brassica.
Congelidon. i. rapa.
Carion. i. dragōteæ semen.
Croco leucodio, id est, asphodelus.
Cibustri i. hordeum.
Crini. i. liliū, vnde sapo fit.
Coloquinthida: idest cucurbita saracæna.
Cyclamen. i. malum terræ.
Cromon. i. cæpa.
Caranadi cereū, vl canapū.
Cadiniale, idest corium mali granati.
Calitricum. i. polytricū, vel culidon.
Chamæpida. i. chamędrea.
Casolla. i. figillum salomonis.
Chamæleon. i. cetraria.
Cairos. i. coriandrum.
Capseuue. i. ebulus.
Catamus. i. canna.
Cissus melas. i. hedera nigra, vel arborea.
Cinnalis. i. adriana.
Ciriogon. i. grana. solis.
Chiuas. i. mastix.
Cirion. i. lenthiscus.
Cymbalaria. i. flos genistæ.
Cymbalatrium. i. hædera.
Cralcu. i. crocus.
Cranum. i. fructus corneæ.
Clicon. i. pulegium.
Cinco. i. anethum.
Couissa. i. coriandrum.
Calamo. i. mentastrum.
Carastato. i. anulum.
Cruta sinolca, i. suc. carusæ.
Carinoleon, id est cardus benedictus.
Coliстran. i. fel tauri.
Calisartias. i. fel vrsi.
Cidopendria. i. saxifragia.
Calcitem. i. flos calcis.
Crusturibar. i. castoreum.
Climactica. i. lithargyrum.
Ciniber. i. caulus.
Chut rie. tragacanthum.
Cataricon. i. rasura de cornu ceruino.
Cecabre. i. genus vernicis.
Calendula. i. solsequia nra.
Chacrios. i. rosmarinus.
Cypereon. i. iunci radix.
Charaminon. i. cæpe.
Chareos. i. semen ferulæ.
Chaunalep. i. farina fabæ.
Cyparissus. i. cypressus.
Chestu. i. betonica.
Carpobalsamum, id est fructus balsami.
Colophonia, id est resina cupinata.
Chrysolachana. i. atriplex.
Caldanus. i. cicer erraticus.
Coccimella. i. prunella.
Coprus. i. sterc⁹, vel fimus.
Chylatricū. i. herba sanguinea, vel pes columbinus.
Chambris. i. brasia.
cyamus. i. faba.
Citysus, folia sūt diuretica.
Chirice. i. hordeum.
Chibria. i. sulphur.
Chrinon. i. lilium.
Chiromidion. i. cæpe.
cheuseudasu. i. cinnamomum.
Charasis. i. apium.
Chibu, i. canis.
Chine. i. chalbanum.
Chatria. i. cedia.
Demelacon, i. sanguis draconis.
Dehercit. elcheir. farina hordei.
Dulium belsem. i. balsamū.
cerisequalis, iuncus triangulatus, id est cyperi.
Diamerozi combustumid est beta.
Daphnidos. i. laurus.
Daphnęleō. i. oleū laurinū.
Diaplem. i. polypodium.
Diagridium. i. scammonea cocta.
Damecham, vel mulis erodar. cum. i. sang. draconis.
Dendrolibanum, rorismarinus idē est flos eius, libanotidos anthos, quo vtimur.
Dictamus similis est fraxino in foliis, & est quasi frutex. radice eius vtimur.
Daucus creticus, idest pastinaca domestica.
Diamolara. i. glandula.
Doronice. i. vernix.
Drys. i. quercus.
Darmi i. manipuli.
Dorcadis. i. capreolus.
Dipsia. i. fitticula.
Dinulla, vel dianulla: idest pulegium,
Dapace, vel lepruci dentis, id est lac crudum.
Dicea. i. herba vaccina.
Dragontea, i. asclepia.
Den. i. galla cruda.
Difitis, vel drifitis, ideſt, chamædryos.
Daphnis. i. laurus.
Diris. i. rubus.
Dicea. i. appollinaris.
Dictamen. i. propoleos.
Diacoregium, id est stercus caprinum.
Diacopna, vel diacopagia. i. cōfectio lactis, qđ ex lapidibus fluuialib. coquitur.
Diaxibon, i. cyperum.
Deptellium, id est, vlmus, vel bulbus.
Des. i. pulegium agreste.
Deptame. i. peucedanum.
Dauci semen. i. pastinacæ semen.
Diaquila. i. succus fænugręci.
Diasulful. i. piper longum.
Deeb i. aurum.
Digege. i. gallina.
Elenella. i. galanga.
Esbrium. i. flos saluiæ.
Epithymum, id est supra thymum.
Eupatorium, saluia agrestis
Elenium. i. enula.
Esula similis est minori tithymallo.
Enula hortulana, & campana differūt hortulana maior, & campana minor.
Epatica crescit in saxis; vt pulmonaria, & videtur, quasi fistula mēbranæ habens, folijs vtimur.
Elionos sponsa solis, solsequia, cichorea, intyba, idē est. folijs vtimur, & semine.
Eliga. i. arili vitis.
Elimon. i. apium.
Elilifachum. i. saluia.
Egiro. i. populus ardor.
Euiscus, id est bismalua, vel maluauiscus.
Eriscaficæ. i. gladiolus.
Eritrodum, vel citrodon, id est rubea, vnde tingitur.
Eptafilo. i. septem folia, vel plantago.
Erineus i. caprificus.
Erion. i. carica.
Epiricum. i. scopa, regia.
Eliadin rhodiom. i. ole. ros.
Elia. i. lana.
Erpyllon. i. serpyllum.
Emptidos. i. cardus.
Elcisima. i. plumbū vstum.
Esbrin. i. bryonia.
Erebētis, vel arbētis. i. cicer.
Eusciuum, i. semē oleastri.
Eliscapo. i. semen ilicis arboris.
Eucimus. i eruca.
Eradeæ. i. fisymbrium.
Eryngium. i. cētum capita.

Eru-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1010-3
DFG

Eretuginis.i.faba hortenſis.
Erifilon.i. decliua, vel ruta.
Euchinus.i.erucinus, vel erutius.
Eriſto.i.chalcanthum.
Erice.i.* tamaricum.
Eleeſpleum.i. oleum vetus.
Elnus.i. lumbricus, vel parietaria.
Ergauicion.i. vngula caballina.
Eletes.i.oliua.
Eneſton.i.fœnum.
Elehine, vel elchidine, id eſt parietaria.
Erimon, ſemen lini.
Eeruzomō.i.cicer erraticus.
Eſopa cerotis.i. ſudor ouiū.
Epah.i.lana.
Etrageum.i.calx.
Elificum.i.lenticula.
Eucinas.i.lapar.
Erimicus.i. lumbricus.
Elirica.i.gladiolus.
Eoſmam, id eſt ſerpēs, vnde fit thetiaca.
Erugine cāpana. i. præſium de ramo.
Elimentos.i.cicer.
Erigo.i.grana ſolis.
Emadió i.ſanguis draconis.
Eturon.i.aphronitum.
Ericeparon. i. iuncus triangulatus.
Elbair.i.oua.
Etheum.i.allium.
Elmelle.i.ſal.
Elmia.i.cozumbrum.
Elmac.i.granum.
Egebel.i.mons.
Eliuben.i.caſeus.
Elebem.i.lac.
Eſemum.i.butyrum.

Filis.i.capparis.
Flomus.i.tapſus,barbaſſus, cuius genera ſunt duo mas,& fœmina,
Fel terræ,febrifuga.i.centaurea minor.
Fufulabiat.i. piper nigrum.
Flos ſyriacus. i. flos maluæ.
Fiſalidos.i.filipendula.
Fu,valeriana,maturella,benedicta,idem eſt.
Fenūgrecū ſimile eſt melliloto, ſed tamen minores facit vaginas, & craſſius habet ſemen, quo vtimur.
Fenicularis, vel fœniculus. porcinus idem eſt, radice vtimur.
Fenda.i.amaraſca.
Flamula longā facit haſtam, vt volubilis rotundā, maſticata linguam comburit, & eſt ſimilis viti albæ, niſi quia non habet folia inciſa ſicut vitis alba.
Faſigallicum.i.celtica.
Fenicus, idem dactylus, vel fœnitia.
Fędis.i.fœmina nini.
Frictis.i.reſina fricta.
Filtra,i.ilia.

Fifalidos.i.herba tuſcagia.
Fecor ideſt ſuccus.
Fuctial,i.peucedanum.
Feſicon,i.folium.
Faſigallicus.i.elisfagus, vel ſalium.
Figia,i.fęniculus, vel marathrum.
Fænice,i.palma.
Ficus.i.carica, vel cabdos.
Figos, vel figor.i.alga marina.
Floſgliſci.i.anticrocum.
Fila indica.i.pimpinella.
Filibon.i.geniſta.
Fubapirū.i.ſulphur viuum.
Fiſca ſolida.i.aliſcacabo, citrino, vel romphea, vel hipoſclium.
Fuful abati,i.piper album.
Feigel.i.ruta.
Fugil.i.radices.
Fuli.i.faba.
Flectios.i.pes columbinus.

Gallicorum cytoniæ.i. flos cytoniæ.
Gallia muſchata.i. trochiſci de muſcho confecti.
Gummi cedri.i. gummi iuniperi.
Glyconium.i.pulegium.
Goletia.i.origanum.
Gelena, vel cucurbita alexādrina.i.colocynthis.
Gryſolocanna.i.attiplex.
Giſareſtenos, vel bulbus.i. cera rubea,quæ in armenia reperitur.
Giſampinas, vel geſeſtarios. i.terra argentea.
Gliconſe.i.liquiritiæ.
Grandin ſimilis eſt in folijs hypericon: niſi quia maior eſt hypericon.
Garyophyllata i.fana mūdi.
Grana ſolis, milium ſolis, idem eſt.
Germion.i.fermentum.
Geſaſteria.i.creta.
Glicus.i.lappa.
Glaucia.i.chelidonia.
Gimpreti, ideſt, nielanthiū, vel nigella.
Gleuco.i.miſtum.
Gigniſci, vel glitis.i.rapa,vel ſinapis.
Glicolus.i pulegium.
Germō.i.allium, vel litius.
Glixis.i.policonia.
Grana armonia, ideſt ſtaphiſagria.
Gri.vel gli.i.balſamum.
Gigeatis.i.terra argentea.
Gagada, i.centaurea maior.
Glyquirryza, vel quirrhiza. i.radix,vel pęonia pontica.
Galanga i.fructus maris.
Gagatemos.i.iuſquiamus.
Gemotilis.i.mercurialis,vel parietaria.
Geris,vel gieris.i.iuiuba.
Geroboni.i.plantago.
Galatium.i.molla.
Gladiolus.i.ireos.

Gleuertitici.i.chelidonia.
Gętiana.i.anaglaica, vel comitialis.
Grudo ſperma,i.ſemēvrticę.
Gligidis ideſt,* penonia.
Gingidium, i.cereſolium.
Gilella, vel gilea.i.colocynthis.
Gali, ideſt muſtella.
Giaſinococa.i.baccæ lauri.
Gabentitem.i. tithymalum.
Girapiron.i.ſulphur.
Glis.i.terra tenax.
Gilis.i.lappa, vel animal.
Galgania.i.iunci radix.
Geromio.i. herba muſcata.
Gidio.i.atriplex.
Gineque.i.calx.
Geneti.i.pecora.
Gaxit,apium.

Herba ſancti petri, herba panis.
Herba ſancti Ioannis,herba perforata.
Herba ruſtica.i. roſa ſyluatica.
Helleborum albū,i.veratrū.
Helleborum nigrum,i.radicula hermodactyli, habet folia ſimilia naſſaco, & hēt cępulas,quibus vtimur.
Hypericon, ſcopa regia, idē eſt.
Hyrcina,ideſt retrahit, fœtet,vt hircus.
Hęc ſimilis ē matriſyluę, & dī iudaica,& folijs vtimur.
Hiſcus.i.viſcus.
Hydoribriū.i.aqua pluuialis
Horineo.i.caprificus.
Higirontas.i.ſenatium.
Hitigiū. i. cardus marinus, vel benedictus.
Hypericon, ideſt, cauda caballina.
Hyris, vel itheas.i.ſalis.
Hydargyros, ideſt, argentū viuum.
Hyncyprum.i.flos cypri.
Hybercum.i.maluauiſcum.
Helerodunia.i.roſa agreſtis.
Hieroboranum,ideſt, verbenaca,vel columbaria.
Hedioſmum.i.menta.
Hicatis, velgis.i.ſambucus.
Hicolitis melano. i. hedera nigra.
Hypocyſthis.i.ſuccus cuiuſdam herbæ, quæ naſcitur ad pedem herbæ caninæ.
Hygia.i.ſtyrax liquida.
Hidor,ideſt,aqua.
Hidrana i lambruſca.
Hienectus.i.ireos.
Hypoquiſtidos.
Hidoſcelium, oliſatiū, iella.
Hipericus, ideſt, ſalaſtium, vel herba ſanctæ Mariæ.
Hyoroceros, ideſt,argętum viuum.
Hypoſtaſis. i.nebula vrinæ.
Hithimum, i.capillaria.
Hirigerontas,i.ſenationes.
Hiſcidioniſio,i.ſerpillum.

Hiripoton.i. medulla ceruina.
Hipereos, ideſt, viſcogo de quercu, vel de qualibet arbore.
Hiperois,ideſt,cauda caballina.
Hydroargiros, i.argentum viuum.
Hydroleum, ideſt, oleū, qđ ſupernatant in balneis ſulphureis.
Hypericō herba ſancti Ioannis, herba perforata, ſcopa regia,triſcalamus, idē eſt,ſemine,& folijs vtimur.
Hifios purpureus. i. ad modum lazuli.
Hireos herba eſt habens radicem odoriferam, & florem inter album, & citrinum, tamen album radice vtimur.
Hartes, id eſt, cortex mali granati.
Herba pireſtam.ideſt, colūbaria.
Habel cariſtis.i. apij.ſemen.
Hiſcas.i.papauer.
Haruſca.i.mandragora.
Habellalu.i.* aniſum.
Humanus.i.cicer.
Hatis.i.lenticulæ.
Harahamen, ideſt, ſtercus columbarum.
Harabiail ideſt, ſtercus canum.
Haranuem,ideſt, ſtercus caprinum.
Haragane, ideſt, ſtercus pecorinum.
Huraheimar, ideſt, ſtercus aſininum.
Harafaras, ideſt, ſtercus caballinum.
Hāmilium,ideſt, ſuccus frumenti.
Hazir.i.porcus.
Hump.i.vua.
Haſel.i.mel.
Hal.i.acetum.

Iaſeos bardana,ideſt,lappa inuerſa,
Ianthis flos,ideſt,flos vuæ agreſtis.
Io.i.viola alba.
Iuſquiamus, caſilago, ſimphoriaca,* verutaria, canicularis,idem eſt.
Iarus,barba Aron,idem eſt. radice vtimur.
Ipolina creſones, creſentiones dunirem.
Iuſculi ſunt vermes terranei
Iraber, pes ciconiæ, idē eſt.
Idioſmium.i.menta.
Intyba.i.cichorea.
Iris illirica. i. liliū ſiluaticū.
Ipoquiſtidos,ideſt, ſuccus lanæ ouium.
Iocule.i.gutta aquæ piſinæ.
Idios.i.gladiolus.
Iſtiaſcorpus.i. ſemen ſalicis.
Icax.i.viſcum.

Igro-

* tamariſcus.
* panis.
* aniſum.
* Verutaria.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1011-9

Igropissa.i.pix liquida.
Iitringus.i.solatrum.
Ietupuldum.i.bis agrestis.
Inantes,i. flores, qui filio vocantur.
Inciscardo.i. coma leuistici.
Inantes.i.flos solificij.
Iusir.i.opopanacum.
Iemar.i. pressium de aceto.
Iecebaterio.i.sanguinaria.
Iatus.i. flos rorismarini.
Iorbemel, idest, vinum cum melle.
Indicum, idest, opium thebaicum.
Illebur.i.terebintina.
Iuniper.i.zencuer.
Iris illyrica, genus gladioli, est, cuius radice vtimur.
Incepta a K. requirantur in litera C.

LApis iudaicus, id est, lapis agapis.
Lapis lyncis, fit de vrina lupi ceruini.
Laliagus saluia agrestis floribus, & solijs vtimur.
Lapis magnetis.i.gyro, vel calaminaris.
Lepidos lyncis, idest, battitura æris.
Lycosperma.i.semen saxifragiæ, vel grana solis.
Lempreneas, arsenicum, i. auripigmentum.
Leporina priascus.i. satyrion.
Lithodæmon. i. lapis niger, qui de India venit.
Leótapodion.i. planta leonis, florem habet rubeum.
Laureola, alipiados, angula semen eius cocognidium; consimilis lauro in solijs, et cortice, semine vtimur.
Lathyrides.i. catapuntia, vel semen eius genus ciceris.
Labula, id est, genus tithymali maioris, cuius lac expellit serpentes.
Lactuca domestica solijs, & semine vtimur.
Lactuca agrestis, vel acetosa lamp.quosdam.
Leuisticci, semine vtimur.
Leuisticum agreste, arbor.
Laurus.i.daphnis, tamē dāphne.i.eius baccæ,& daphnoleum.
Lingua ceruina, scolopendria,splenetica: idem est.
Laprum veneris, cardo similis, sed profundius inciso pungens, eo vtimur.
Lappa caprina, similis vngulæ caprinæ in solijs, sed tū folia eius multa minora.
Lapa inuersa.i.bardana.
Leucopiper, album piper, inde leucophantia.i. de albo flore facta.
Lana succida. i. mollificata, & ab animali recenter edu cta.
Libarnotis.i.rotmarinus.
Linozostis.i.mercurialis.
Lebeumarios.i.thus masculum.
Libanos mannæ, id est pulvis thuris masculi.
Linichitis.i.gladiolus.
Lecopulgubrium, idest lacher, vel saluia.
Liptotaria.i.lenta febris.
Littidos, idest, cucumer amarus.
Leuticyprino.i.violæ.
Lithargyrū.i. spuma argēti.
Lapa.i.menta.
Linotesagria.i. mercurialis.
Licon.i.pulegium.
Leuce.i.arbor populus.
Leuttisma i.castanea.
Lapatium.i.rumex.
Libana.i.lagana.
Liris.i.aueū.
Lobia.i.phaseolus.
Lagus.i.lepos.
Lotus.i.trifolium.
Leucocugio, vel leucochino.i.viola alba.
Litron.i.vitrum.
Lyncin.i limus.de petra.
Linus.i.panicum.
Lirono.i.verbena.
Lignstum.i.cyprum.
Laperum.i.nunci radix.
Lappara.i. capparina herba.
Lamolea.i.cardus.
Liamus.i.faba.
Lichyalepra.i.farina fabæ.
Leuben.i.libanum.
Libti.i.rapa.

MVmia.i. collectio specierū, quę inueniuntur in sepulchris mortuorum.
Malabatrum.i.folium albū, vel nigrum.
Mabathematicum.i. succus cauliculi agrestis.
Marmis.i.oliganum minutum.
Milium solis, vel grana solis. i.cauda pecorina.
Melissophali.i.venter apis.
Melilotum, corona regis.i. pratelis.
Mul fœnugræcum agreste.
Malua syriaca,molachia,idest, flos.
Meuis syriacus fo.flo.& radi.vtimur.
Melissa,idest,melago,vel cetraria.
Meu.i.fistur, vel sinoni radix, radice vtimur.
Millefolium, anthrosia, supercilium veneris, idem est,folijs vtimur.
Muscata maior facit ac. sed redolet.
Matisilio.i.faba lupina, ferè similis est ellebori nigro.
Mādragora similis est consolidæ maiori in solijs, nisi quia mandragora habet crassiora folia, & spissiora, & quasi pungentia.
Morgellina domestica albos facit flores.
Morgellina syluestris rubeos.
Myrice.i.ginisia.
Miconis.i,papaueris.
Melidria.i.plumbū vtum.
Matrisylua, periclymenō caprifolium, idem est.
Macropiper,i.longū piper.
Melanopiper, idest, nigrum piper.
Mella.i.cholera nigra.
Macedonicum. i. petroselinum,alexandrium.
Mirtilli.i.semen myrtæ.
Melanticum.i.syluestre.
Melagina.i.mollificatiuū.
Melatica.i.calefactiua.
Malsanib.i.debilitatio.
Marathrum.i.fœniculum.
Mēstrua.i. fluxus sanguinis.
Micon niger, i.papauer.hortense.
Molochia.i.malua.
Menaphilos.i. tragacanthū.
Melbellacum, idest, lingua ceruina.
Mellalia.i.nigella.
Melanos.i.serpyllū.malues.
Melacinagtia.i. apisto, vel malua agrestis.
Mzcula,i.papauer agreste.
Martion.i.millefolium.
Menino.i.oleaster.
Mussile.i.myrrhæ folia.
Mastichia.i.alba.
Myrticus.i.folia ferulæ.
Militum.i.siuapis.
Menanachus, idest, semen de men.
Minthe.i.nepita.
Melechei.i.malus.
Molipclotum.i. fex argenti, vel plumbum vstum.
Mis,i.mus,vel muschus.
Macer.i.cortex maligranati.
Miscores.i.caniculares.
Matō.i. catapula fœnugręci, quæ conficitur cum le.lini.
Mirum.i.formica.
Melicon.i.fraxinus.
Melandrus.i.forbus.
Melisse.i.apis.
Moiosox.i.glix.
Marrubium.
Melimion.i.sisymbrium.
Muzungi.i.lilu.
Miliatrum.i.sinapi.
Mi Koitorgo.i. sanguis hircinus.
Miltodagrum.i. sanguis draconis.
Mellicratum, idest, mel, & vinum.
Mirpotilon.i.millefolium.
Maxibatrū.i.cauda porcina.
Melanthis,i.mel de apibus,
Mistinci.i.solium.
Magnetis i.calamita.
Maclonis.i.artemisia.
Mezere.i.ruta.
Murtula.i.ameos.
Mecio.i.lenticula.
Mialos.i.violas.
Macellus.i.antophalus.
Mulchul.i. bdellium secundum saracænos.

NEnuphar, idest, flos nymphęæ.
Nux indica. i. magna, quæ ab india venit.
Nux vomica.i.castaneola indica.
Nux moristica,vel caris mysticus.i.nux muschata.
Napeum.i.sinapis.
Narcissus similis est petrosi. in solijs semine vtimur.
Nacurcium,semen eius cardamomum quo vtimur.
Nitrum.i.sal gemmæ.
Nausea. i. subuersio stomachi cū voluntate vomendi.
Nardostachyon:spica nigra.
Nesia.i.centaurea.
Nixa.i.cerasa mirara, & sic
Nepita.i.calamenthum.
Nartus.i.ferula.
Nardus celtica.i. saliunca, vel spica celtica.
Narca.i. botria saliunca ulsassag.
Nycticorax.i.bubo auis.
Niceris.i.vespertilio.
Nar.i.focus arditus.
Nanorachi.i.picaulum cuius se.est se.apij. & sapor,vt piper.
Nixa.i.caria, vel putredo ligni.
Nascades.i.armoniacum.
Nici flos.i.betonica.
Nebia.i.vinum.
Nepta, i.sulphur, vel oliarum cum amurca sua, vel herba pilosa, quæ nascitur in campis,vel quedam confectio.

OXyacāthū.i.berberis.
Oxaicitronilli,i.succi trianguli.
Oposcitum, vel osel.i.gummi hederæ.
Opobalsamum,ideſt succus balsami
Orobbani lenici,i.lacta.
Oxyphœnicon,vel phœnicia iud.i.tamarindi.
Ozimum,i.basilicon.
Oxireum,i.forteacetum.
Oxinudi similis est filici.
Oculus Christi, similis est oculo consulis, sed habet latiora folia iusta stipitem, & superius rotunda. & habet florem citrinum:
Origanum,i.golena similis est calamēthos,sed calamenthum habet folia pilosa,folijs vtimur.
Oculus consulis similis est menthastro.
Opos,i.succus.
Olibanum,i thus.
Optamicū, i.sternutatoriū.
Opthopnea,i.rectus anhelitus, vel orthopnia. quando

tantum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1012-5
DFG

tantum aerem sumit quantum emittit, cum difficultate tamen.
Opium.i.lac papaueris.
Origanum.i.opopanacum.
* Omphacium. * Omsontium.i.mustũ vuæ amaræ.
Opompyrsinæ,ideſt,succus myrtæ.
Oxys.i.acetum syluaticum.
Onichas.i.diagridium.
Orhodis.i.rosa canina.
Osea.i.oliua.
Opium oxycanium.i. laser, vel ochulaos marinus.
Opium indicium. i. odore graue.
Odicus.i ebulus.
Onicos.i.vngula.
Oleum omphacinum, ideſt viride, vel quod germiale dicitur.
Oleum succinum.i. liliacũ.
Osis.i agnus.
Oleum succinum, de cucumere agresti.
Oleum myrtinum de floribus vuarum.
Oleum misinũ.i.miliatium vel myrtinum.
Opopanace, i.succus panacis.
Orimus, vel oriza, ideſt, simila hordei.
Oriona.i.aurum.
Oxyrhodonum. i. acetum, & oleum rosaceum.
Omphacum mellis. i. mustum vuæ amaræ,& mel.
Ocrodis.i.serum de lacte.
Opium thebaicũ.i.lasaerti.
Oleum succinũ.i.quirilionfacus.
Olisatrum.i. petroselinum. macedonicum.
Oxymilium.i.ceruſſa.
Otridiriana.i.matrisylua.
Olenga.i.galanga.
Oxamiũ, i.acetũ cum sale.
Oxysacchara. i. acetum cũ zuccharo.
POmpholicon.i.battitura ferri,vel fuligo de fornace æris.
Peristereon.i.verbena.
Periclymenõ, i.matrisylua.
Percenotidos.i.mercurialis.
Perdiacratos, vitreola parietaria.i.herba mirabilis.
Pistacia sunt fructus,qui veniunt de Damasco.
Piganum, semen rutæ agrestis:idem est.
Propoleum.i.cera alba.
Pentaphylon.i. quinque folium.
Prasium.i.marrubiũ albũ.
Prasium viride.i.flos æris.
Paucedanum, fœniculum agreste, cauda porcina, & masmarum idem est.
Proserpinaca,polygonia,cẽtinodia,& corrigiola,idem est.
Pelios, i. polium montanũ.
Pepones.i.melones.
pfinthij.i.ceruſſa.
Platocyminũ, i.mõtanum.
Psiseleos,semine vtimur.
Policaria minor, similis est maiori in folijs multum redolet,& folijs vtimur.
Panfilogo.i.barbassus.
Pimpinella, & scopastella, idem est.
Planta Christi, guttas facit nigras in folijs, quam quidam dicunt satyrion esse, & non est.
Polium montanum est odoriferum, & est similis canu scellæ,nisi quia spissiora folia,habet, & diuretica,quibus vtimur.
Pilusella, pilos habet in folijs.
Polypodiũ.i. felicula.dulcemula.radice vtimur.
pulmonaria ẽ minuta versa.
Papauer album, semen eius codium,quo vtimur.
papauer rufum.
Papauer nigrum, vnde fit diacodion.
Pes milui similis est iaro in folijs, nisi quia iarus habet cornuta folia,& pes miluiuatia.
Prouanca, & timeca idẽ est.
Pulegium.i.gliconium.
Pes columbinus, i.speragia.
Pes milui.i.cerrach.
Portulaca, andragnus; pes pulli; idem est.
Pẽtadactylus, custos horti.
Propolis, i.fauus sine cera.
Panax.i.herba, quæ fecit opopanacum.
Peroti auricularis.
Pituitas.i.lippitudo.
paganũ,ruta agion,idem est.
Parotides, malũ circa aures.
Periclymenon, matrisylua auenula, idem est.
Porrum.i.sectiuum.
Propte.i.nymphæa.
Polytricum.i.adiantum.
pepen.i.papauos.
Polygonia.i sanguinaria.
Psylion.i.policaria.
Panacofriza. i. ferula agrestis, vel panacus.
Penetebon.i.pœonia.
Perdicaber,parietaria.
Pẽonigratum. i. chelidonia.
Pisaria.i.pix liquida.
Pentea.i.silex, petris nascitur, vel perion.
Paragilon,i.balanum, vel myrobalanum.
parumallus.i.granatum.
personatia.i.bardanum.
Palurius.i. pampinus.
Pedicularis.i. staphisagria.
Pyruregium.i hypericon.
polytria.i.capillus veneris.
Pfaxara.i.pix dura.
Piponagrasi.i.colocynthis.
Pentalon.i.bactheos.
Pfidia.i.flos mali granati domestici, vel alia arbor.
Ponadratia.i.aristolo.
Pitogoni radix.i.tutæ.
Palla.i.geneſtella radix.
Prasi.i.succus porri.
Poneide.i.rosata.
parteticon.i.artemisia.
Profunluagos, i. fominus, vel balsamum.
Parasioruia.i.enu. campana vel alia arbor.
Plantago.i.arnogloſſa.
Pisa.i.pix vlcera virginis.
Psopus.i.personatia, vel dardanum,vel mellifolium.
Piperapum.i.acorum.
Plumideria.i.elleborum.
Picula.i.resina pini.
QVercula maior, ideſt, chamæpithys.
Quiamus.i.faba.
Quercula minor, id est chamędrys.
Quinque neruia. i. lanceola
Quinorapi.i.nuclei pini.
Quirica: hasta tribuli mari.
Quiporodani.i.rosa canina.
Quasa.i.aqua.
Quiamos.i.syla.
Quiricus.i.semen lini.
Quiagulos.i.coagulum.
Qualnuties.i lac.
Quicomiñ.i.pulegium.
Quelanea.i.iusquiamus.
Quiconus.i.papauer.
Quoroto.i.cucumer.
Quartila. i.lactula.
Quilionsagus. i. oleum sicyonum.
Quion.i.trianguius, vel iunci radix.
ROmeon.i. raphanum. Radix cuiſci.i. althæa.
Ramicedri.i. iuniperi lignũ.
Rhãnus.i.spica alba, vel benedicta.
Rhodoxyron.i. oleum rosatum,& acetum.
Ros syriacus.i.flos omni.vel nucis syluaticæ similis est rosæ.
Rosa, semẽ eius anthera, eis vtimur.
Roraſtrum, folia habet, vt viticella, sed vndique pungentia.
Rosmarinus, flos eius anthos.
Robella, quasi pisa viridis.
Rapistrum,ideſt, ammonia cum.
Rhagadia.i.scissura.
Raphanus.i.radix cutica:
Radicula.i.limaria,vel struthius.
Rira.i.radix.
Rhodonsyron.i. rosa sicca.
Resina i.gummi abietis.
Rheupõticum,i. barbarum.
* Rufus.i.celsus.
Resina pina.i.picula.
Rhodus, vel rhodia. i. cortex.maligranati.
Rapa.i.gongelida.
Rosmarinus.i.libanotidos.
Resina terebinthina, ideſt, gumma.
Rhodon.i.rosa.
Raticus.i.anethum.
Rubicam.i.sinopidem.
Rhodolæon.i. oleum roseũ.
Ryquihytia. i. herba dulcis.
Rhodostagma,ideſt,aqua rosata.
Regia.i.cauda caballina.
Radiatum.iusquiamum.
Rasia.i.aristolis, vel marrubium.
Risanapanaces,ideſt,peucedanum.
Racceuece.i.fęniculum.
Ramilla.i.camilla.
Reatis.i.petroselinum.
Rumex.i.lapacium acutũ.
Radiolus.i.ireos.
Rsalacanna. i. capitellũ,vnde sapo fit.
Ragarius.i.grana solis.
Racardus.i. cardamomum.
Rhodonogyra, vel ran. ideſt,rosa.
Ralba,agrestis.
SLetio.i.pes columbinus.
Saliunca. i. spica celtica.
Sampsuchus, amaracus,vel sperma.i.maiorana.
Secacul.i.eringium.
Strobilæa.i.pinea.
Stuma.i.caulis agrestis crassæ cæpæ.
Semẽ bulbi.i. semen domesticæ,& crassæ cæpæ.
* Secca.i.hyssopus. * Scha.
Scordeon.i.allium agreſte.
Staphisagria, herba pediculatis.i.caputpurgium.
Siſtrum, vel anethum agreſte,ideſt meu.
Stypterea.i.alumen.
Sinonum.i.petroselinum agreſte.
Smyris,quidam lapis.
Sandaracha, quoddã genus vernicis.
Sepremer.i.sagapenum.
Sebanum. i. semen apij, vel semen lini.
Simbra,i.saturegia.
Stæchados barba. i. polium marinum.
Sandychus,est cõfectio,quædam.
Smitne basilicor.i.myrca.
Splemon.i.scolopendria.
Stagni rotũdus,ideſt absynthium nigrum.
Satyrion.i.priapiscus,vel testiculi leporis.
Saphisalidos.i pastinaca.
Sticide sagria: idem est cucumer agrestis.
Sicaros.i.sisymbrium.
Stilla.i.bulbus,
Sambuci medianus cortex vocatur, & quandoq; cortice, & radine vtimur. Rubus.

Scana-

Scanapis,flos eius anthos
Senarō, cardus benedictus, & carduncellus. idem est.
Scrifola habet folia lucida, & pinguia tota vtimur.
Sigillū S. Mariæ facit hastā rectam, & aliquantulū longā,& altam,& folia rara,& aspera, radice vtimur.
Sigillū Salomonis facit hastā flexam in arcu, & multa folia sursum trahētia, & flores albos plures, sub arcu hastæ suæ deorsum trahētes,se. & radice vtimur.
Spōdallidon, radice vtimur similis est sinono,sed rotūdiora habet folia, sinonū, & acutiora, & lucidiora magis astipite remota semen eius vt semen petroselinum.
Scrophularia quasi lactucela habens testiculos.
Serpyllus. i. saturegia agrestis,herba vtimur.
Symphytum,consolida maior anagallicum, idem est. radice vtimur.
Scilla.i.cepa maior.
Spathula fœtida,spathula salubris,idem est.
Sisymbrium. i.balsamita aquatica, vel absynthium ponticum.
Semperuiua.i.aizoon.
Scariola, endiuia, trosisma idē est, folijs, & radicibus vtimur.
Sponsa solis,eliotropia, solsequia, cichorea, intyba, idē est, folijs, & semine vtimur.
Sinape agrestis habet lata folia,& rotunda.
Sauina.i.bratheos.
Sētis.i.rubus, qui facit mora.
Sambucus arbor similis est degaleæ in folijs.
Sariosoas.i.sarcocolla.
Saponaria, burit, herba fullonis,idem est.
Saliunca.i.spica celtica.
Styrax liquida.i.sagia.
Stobylia.i.semen pineæ.
Siccides phu.idest cucumer agrestis.
Sinopide.i.terra rubea.
Samum. i.fructus iuniperi.
Siccidos.i.galla asiana.
Squibala.i.dura stercora.
Simila.i.folia, vel medium furfur.
Semicupimen.i.*thymamedia.
Sisclios.i.filer montanus.
Sterione.i.gallia.
Styracos.i.storax
Sileo.i.policaria.
Solouinsia,cidamum.
Scisaphora.i. cōtra oriētalis.
Sandyx. i. auripigmentum.
Scimus.i.lentiscus.
Symphonica,iusquiam⁹ cacularis, larrecula idem est.
Silsui.i.garyophyllus.
Scatumcellus. i. vmbilicus veneris.
Scorsilidos.i.resina, vel corces.
Spedace.i.cerussa.
Sycaminum.i.celsa mora.
Sarcocolla.i.agrimonia.
Sendaminum.i.acrifolium.
Senacis.i.spica celtica.
Scarade. i.saluia.
Scura.i.lacerta.
Scolopendria. i. lingua ceruina.
Sepetos.i.bacca lauri.
Sisama.i.semē papaueris, agrestis, sisama etiam sunt, quædā grana tragacanthi.
Spagnum.i.saluia.
Sisamus. i. pastillos, vel semen balsami.
Scarius.i.ficus.
Spaltea.i.palma.
Spondogos.i lanugo, quæ in rosa syluatica solet esse.
Syla.i.cerasa.
Silomachar.i.radix,vel cortex cerasi.
Sysipium.i.cyprium.
Sui.i.sinapis.
Sale i.auena.
Scupio ferrigena.i. petra argenti.
Staphenanice.i.succus papaueris.
Scala.i.casta.
Salpadatie.i aphronitrum.
Scalacadrene.i.sal lucidum.
Sapa.i.mistum coctum.
Sanfica.i.basilicon.
Sacrapax.i.attriplices.
Seldaco.i.tris irica.
Sinon elauer.i agrimonia.
Sumbul.i.spica.
Sabar.i.aloe.
Sota.i.iunci radix.
Sisan.i.ireos.
Seris.i.sarcocolla.
Sumac.i.macer.
Stargil.i.cytonia.
Simbersebet.i.alumen.
Sedenegi.i. *blattæ bisaniæ.

Tibaiarum.i.sulphur viuum.
Trochisci. idest rotunda cōfectio.
Thus.i.olibanum longum.
Tuniana.i.cozumbrum.
Trifolij semen, i. trifolium acutum.
Terra sigillis, i.argilla, vel creta.
Cesapium.i.sinapis alba.
Trozuua, vel endiuia,i.scariola.
Turiones.i.summitates.
Trifagus. i.trifolium acutū.
Trigon. i.sonum gutturis.
Thora,vt toxicum valet.
Tymbra.i.saturegia.
Tapsus masculus. i.flosnus. folijs vtimur.
Tibuel fibri. i.sœnu grœcum.
Tribula.i.laccinder.
Trianneti.i.petroselinum.
Tridax.i.lactuca.
Tithymalus.i.galaties.
Tēcandestra.i.pyrethrum.
Teruncon.i.pentaphylon.
Trissago maior, idest chamędrys.
Trusagnire, id est surfur super ignem.
Traisenocum. i. chamæmelum.
Tridica agria, idest lactuca syluatica.
Thapsia, succus ferulæ.
Tetigra.i.tribulus.
Tobir.i.rosmarinus.
Tathides.i.artemisia.
Tergio.i.filex.
Troicutes.i.betonica.
Trisasice.i.gladiolus.
Tronecaria.i.peristereon.
Tertis. i. orobus, vel cicercula.
Torobos i.aqua lactis.
Taras.i.aqua marina.
Taitarum.i.greupa.
Tacumo.i.ebulus.
Tecanti.i.euphorbium.
Torta rubea, id est bolus armenicus.
Tici.i.sulphur.
*Teremerbin.i.manna.

Vvlga, id est asara baccara.
Vnsar.i.cinaprium, vel minium.
Virgia.i.lilium.
Viola, floribus & folijs vtimur.
Vua lupina.i.striguum.
Vmbilicus veneris, corylidones.
Vscatūcelli, cymbalaria,idē est,folijs vtimur.
Ventimaior.i.anagal.
Ventimedia.i.bugia.
Ventiminor, idest consolida minor.
Vermicularis maior retrosellit idem est.
Vermicularis minor similis est ei; herba vtimur.
Virga pastoris.i.lupi pect.
Verminaca.i.militaris.
Veche.i.vitreola quam equi comedunt.
Vngula.i.pes leonis,quæ dr Vngula caballina.
Vnsarion.i.flos vitis.
Varus.i.mora syluatica.
Victoria policó. i. bugloss.
Vitumen.i.sulphur iudaicū.
Velixtratum.i.petroselinū.
Vlixarū. i.lilium virginale.
Vtridos.i.lac,quod vrinæ simile est.
Vzvfut.i.sinopide.

Xylotaria. i. lignū cornutum,vel siliquua.
Xilobalsamum.i.lignū balsami.
Xili.i.lignum.
Xilonacor.i.cortex celsi.
Xyloaloes.i.lignum aloes.
Xylomyrrha, id est lignum myrrhæ.
Xia.i.senationes.
Xilia.i.cassia.
Xisymbrium.i.balsamita.
Xilinon.i apium.
Xixia.i.vnguenta.
Inchoata ab y. in litteris. H.& I.requirantur.

Zvccharum.i.psyllium.
Zonamon, id est semp viua.
Zomus.i.fermentum.
Zucchozaria, id est agnus castus,vel salices marini.
Zema i.succus.
Zizania.i.lolium.
Zion.i.semper viua.
Zinirna.i.myrrha.
Zyperi.i.galla.
Zogi.i.forcipes.
Zambacca, idest rara vnde, oleum fit flos eius albus, & odorifer.
Zastra.i. crocus orientalis. * terrenabin.
Zeuma.i.polygonia, vel cētinodia.
Zingiber.i.radix zingi. vel pyrethri.
Zauco. i.argentum viuum.
Zarma.i.auripigmentum.
Zerte.i.oleum.
Zertceria. i.oleum laurinū.
Zerte ecliri,id est oleum lenticinum.
Zalbe.i.orobus, vel cicercula.
Ziginaria, idest prasium rauinum. * blatta bizantia.

Finis Antidotarij Nicolai, & quorundam aliorum Tractatuum.

Liber

LIBER SERVITORIS, IDEST liber 27. Bulchasim benaberazerin, translatus à Simone Ianuensi interprete Abraham Iudæo Tortuosiensi.

DIxit Aggregator huius operis. Postquam ego collegi librũ hũc magnũ in medicinis cõpositis, qui est liber magni iuuamenti, quẽ nominauit librum Seruitorem, & cõpleuit libros suos omnes, secundum voluntatem meam inueni in multis medicinis compositis libri huius, medicinas multas simplices, quæ indigent præparatione ante horã necessitatis magnæ earum. Quemadmodum succos exprimere, & medicinas comburere, abluere, & conficere aliquas ex eis, & discernere ex eis, quæ bona sunt, & quæ non bona, & alia secundum hanc formam. Prætidi igitur aggregare omne, qd est necessarium in hoc secundũ rememorationem meã, & ordinaui hunc librum in tres tractatus.

Propositũ. Auctoris.

Primus eorum est de præparatione lapidum, & mineralium solum, & de ablutione eorum, & de adustione, & confectione eorum. sicut est marchesita, & atramentum, & chalcanthum, & coleothar, & species aluminũ, & species salis, & plumbum, & ferrum, & æs, & cohol, & scoria argenti, & scoria auri, & est de ablutione thutiæ, & calcis, & est de sublimatione argenti viui, & arsenici, & de medicinis petratis. idest psilotris, & de operatione medicinarum acutarum, & de operatione zenzifur, & de præparatione istorum omnium, & de declaratione scientiæ iuuamentorum istorum omnium.

Tractatus secundus est de præparatione radicũ plantarum, & de operatione expressionis succorũ earum, & qualiter extrahuntur mucilagines, & cortices seminum. & medullæ seminum, & de ablutione olei, & de præparatione fecis eius, & de ablutione aceti, & decolatione facis eius, & de operatione aceti scillitici, & de destillatione aquæ ipsius scillæ, & de assatione ipsius, & de destillatione aquæ camphoræ, & de operatione amyli ex frumento, & de hordeo, & filigine, & de ablutione coralli, & charabe, & de operatione medicinarum acutarum, & laxatiuarum, sicut est scammonea, & coloquintida, turbith, & mezereon, & anacardi, & scebram id est esula, & species eius. Et ad sciendum tempus, quo debent colligi herbæ necessariæ reseruationi, & qualiter debent seruari, quę colliguntur ex radicibus, & floribus, & oleis eorum, & similibus.

Tertius est de præparatione medicinarũ sumptarum ex animalibus, sicut de adustione cõchilium, & ostracorum, & cornuum, & solearũ, & vnguium, & ossium, & de adustione corticum ouorum, & de adustione setæ, & de adustione sartam id est scorpionum, & cancrorum, & thriorum, & leporum, & vespertilionum, & hirundinum, & de modo colligendi sanguinem ex animalibus viuentibus, & de candidatione ceræ, & confectione vrinæ infantium, & qualiter fit gluteu ex corijs, & qualiter colliguntur sella, & exiccantur ad necessitatem alcohol, & de bona cognitione istorum omnium, quæ sunt bona, & quæ non bona ex eis.

TRACTATVS PRIMVS CAPITVLI primi de ablutione lithargyrii, & adustione eius, & electione boni ex eo.

EST de primo tractatu est modus ablutionis lithargyrij, & de adustione ipsius, & electione boni, & non boni ex eo. Species igitur lithargyrij multæ sunt, quia quædam species eius est quæ fit ex plumbo, & quædam fit ex argento; & quædam ex auro, & quædam ex eis est nigri coloris, & quædam aurei, quæ quidem melior est cæteris. Nam vnguenta, quæ fiunt ex lithargyrio declinant ad albedinem, & sunt nobilissimæ bonitatis, sed si lithargyrium fuerit nigrum, aut habens in se aliquid plumbi, erit vnguentum, quod fiet ex eo nigrum, & turpe. Si ergo volueris ipsum abluere, & dealbare, necesse est, quod eligas id, quod habet colorem auri, & quod sit graue, & mundum a plumbo, & frãgas idem in frusta quantitatis fabæ, & accipias quantitatem ex eo, quã volueris, & pone in olla rudi, & proijcias super idem aquam, & ponas super id de frumento bono, & purgato quantitatem quandam, & accipias de hordeo pugillum vnum, & liga eum in panno lineo nouo subtili, & suspendas eum ligatum in orificio ollæ intra ipsam, & facias feruere, donec crepet hordeum, deinde auferas ollam ab igne; & ponas id, quod est in olla in patua parapside munda, & proijcias frumentum, & funde super lithargyrium aliam aquam, & ablue ipsum fricando manibus fortiter postea dimitte siccari; deinde accipe, & tere ipsum, & proijce super ipsum aquam calidam, & agita ipsum, & dimitte, quod resideat, & abijce aquã, & iterum desicca, vt prius, & facias, hoc desiccando, terendo, & abluendo tamdiu, quod subtilietur, & dissoluatur in aqua; deinde expecta, quod resideat, & clarificetur aqua, & abijce ipsam, & tere quotidie sæpe in die, & in vesperis pone super eam aquam aliam, & dimitte per horã vnã, & cola, & facias hoc totum ter in die; quinque dieb. continuis; post hoc proijce super duas lib. ex eo drac. 2. salis gemmæ, & infunde super ipsum aquam aliam, & quando fit album pone super ipsum aquam calidam, & facias secundum, quod fecisti prius tamdiu, quòd nihil remaneat in eo salsedinis, & postea dimitte desiccari in Sole, mouendo ipsum sæpe, donec exiccetur tota humiditas; deinde repone, & serua.

Alius modus.

Accipe de lithargyrio lib. 2. & tere bene; deinde accipe de sale gemma nigra lib. 6. & misce cum lithargyrio, & pone in olla rudi, & proijce super ipsum tantum aquæ quod cooperiatur, & agita tota die mane, & sero; & si aqua videbitur minui, adde paulatim; & fac id triginta diebus, agitando, vt dictum est, ne coaguletur, & petrificetur, & post 30. dies abijce agitando paulatim, deinde pone ipsum in mortario, & tere, & postmodum proijce ipsum in paropside terrea mũda, & proijce super ipsum aquam, & agita cum manu motione forti, & dimitte donec resideat, & abijce illam aquam, & superfunde aliam aquam, & facias hoc, quousque salsedo tota recedat. Postea dimitte ferè exiccari, & informa trochiscos; & fine eos siccari, & serua in vase plumbeo.

Modus alius.

Frange lithargyrium in frusta quantitatis fabæ, & pone ipsum intra stomachum apri, & fac tandiu feruere in aqua, donec stomachus coquatur; deinde extrahe ipsum a stomacho, & pone cum eo de sale quantitatem, quæ sufficiat, & tere, & laua, sicut dictum est superius.

Alius modus.

Et sunt qui accipiunt lithargyrij quantitatem lib. i. & miscent cum eo tantundem salis, & ponunt super ipsum aquam, & terunt in sole, & mutant aquam vna vice post aliam, quousq; albescat. Et aliter, accipe quantitatem lithargyrij, & inuolue in coto albo, & pone in olla fictili, & pone desuper ipsum aquam, & accipe fabas recentes, vel nouas pugillum vnum, & pone desuper, & permitte tandiu bullire quousq; fabæ crepuerint, & totum nigrificarum sit; & tũc proijce ab olla, & inuolue in coto alio: & superpone aliam aquam claram, ponendo alias fabas, vt prius, & coque iterum, vt fecisti; & facias hoc ter, vel amplius quousq; cotũ nõ tingatur, & post pone ipsum in vase aliquo, & pone super omnes octuaginta drachmas ex eo salis nitri quantitatem lib. i. tere simul, & iterum superpone de sale nitro albo fortis albedinis drachmas quadraginta, postquam sal nitrum prius dissolueris in aqua, & tere bene, donec albescat magna albedine; deinde pone in vase terreo latum habente orificium, & superpone aquam multam, & agita, & dimitte, donec resideat, et aqua clarescat, & abijce ipsum, & iterum pone aliam aquam, & fac sic, donec aqua dulcescat, & nihil remaneat

neat ſalſedinis. In fine vero cola aquam, & pone in olla terrea noua vitreata in Sole quadraginta dieb. in æſtate, & poſt quadraginta dies, quando erit deſiccatũ, vtere eo.

Alius modus.

Accipe lithargyrij boni aurei partem, & tere bene, & pone ſuper eum de ſale communi partes duas, & pone ſuper eum quantitatem aquæ, qua cooperiatur, & ſuperet circiter quatuor digitos: & dimitte in vaſe ſeptem diebus, & miſce omni die bis, & poſt ſeptem dies proijce aquam, & pone aliam aquam, & muta aquam illam quotidie vſq; ad finẽ quadraginta dierum. Tunc enim aqua dulcificabitur, & lithargyrium dealbabitur, ſicut ceruſa, & fac trochiſcos, & ſerua, & tere.

Combuſtio lithargyrij.

Accipe lithargyrium, & frange fruſtatim ad quantitatem nucis, & pone ſuper prunas ſufflando cum folle fabrorum, donec fiat ſicut ignis, deinde extrahe ab igne, & ſine infrigidari, & abſterge ipſum a putredine. Alij vero qñ extrahunt ipſum ab igne, extinguunt eum in aceto, vel in vino, & iterum ponunt in igne, & ſic faciũt tertio, & etiam pluries extinguendo, & poſtea abſtergunt.

Modus operationis ceruſſæ, & ablutionis, & electionis ipſius, & quæ eſt bona, & quæ non.

Modus faciendi ceruſſam ſicut fit in Hiſpania, eſt, vt accipias vas magnum terræ habens orificiũ latius fundo eius; & ponas eũ in domo obſcura plena fimo pecorum, & ſit remota a vento, & ſit domus ſtricta, & ſepeli duas partes vaſis in illo fimo; & pone in fundo vaſis parũ aceti boni veteſti cum fæce ſua, & ſuper acetũ pone iterum de vua bona, & bene matura, quod attingat vſq; ad medium vaſis, vel minus parumper. Et cauc ab vua nigra, ne ceruſſa deſtruatur, & poſtea accipe pannum craſſum de lana, vel de pilo, cuius forma rotunda formetur ad menſuram orificij vaſis, & fac in ipſo panno triginta, vel quadraginta foramina, vel plus, vel minus ſecũdum quantitatem orificij vaſis; & ſuſpende in vnoquoq; forane panni filum vnum craſſum, & forte, & in capitibus filorum liga laminas plumbi vnicuiq; filo laminã vnam, & longitudo vniuſcuiuſq; laminæ ſit duarum partium palmi vnius, & latitudo vniuſcuiuſq; ſit tertia pars palmi. Et ſpiſſitudo earum ſit ſicut craſſitudo digiti, vel circa illud: & ſuſpende laminas in vaſe longe ab vuis circa mẽſuram trium digitorum; deinde cooperias vas aliquo coopertorio, quod cooperiat os vaſis cum toto illo coopertorio perforato, & ſtringe coopertorium bene, ne aer, vel ventus ingrediantur, & claude oſtium domus, ne ventus ingrediatur in domum, & dimitte ſic decem diebus, vel circa hos ſecundum qualitatem temporis, & poſtea aufer coopertorium primum, & ſm perforatum, & aufer laminas paulatim. Nam tu inuenies in laminis ceruſſam, quæ declinat ad nigredinem parum, & tunc rade laminam paulatim, vnamquamq; per ſe; & poſtea repone eas in vaſe ſecundum modum prædictum, & dimitte ſicut feciſti prius. poſtea iterum auferas, & rade, & aduna ceruſſam ſimul, & facias ita, donec fere conſumptæ fuerint laminæ: deinde pone ibi alias laminas plumbi nouas: & fac ita ſæpe, ſi vis multam ceruſſam facere, & caue à fumo vaſis, quia multum lædit cerebrum. Poſtmodum autem in tempore veris accipe, quod collegiſti, & coadunaſti, & pone totum in magna pelui, & pone ſuper eam aquam, & laua, & proijce aquam quando ceruſſa deſcendit ad fundum peluis, & pone aliam aquam, & fac ita donec nigredo recedat, & fiat alba, & purgata a ſuperfluitatibus. Deinde facias ex ea magdaleones, & pone ſuper lapidem marmoris ad ſolem, & ſine ficcari, & cuſtodias ipſam a fumo, & à vento, & à puluere, & repone, & ſerua.

Modus abluendi ceruſſam, & aſſandi, & lauandi eam.

Tere ceruſſam, & pone in vaſe fictili concauo ſuper prunas, & fac ignẽ deſubtus, donec ſit conbuſta; deinde remoue ab igne, & repone, & ſi vis ipſam aſſare, neceſſe eſt, ꝙ ponas eã in patella terrea ſuper ignem, & agita ipſam, donec conuertatur in colorem cineris; poſtea aufer ab igne, & dimitte infrigidari, & repone. Et ſi vis eam abluere tere ipſam in aqua ſæpe, & proijce aquam ſæpe, & ablue, ſicut lauatur ſcoria auri, & argenti, quorum modus dicetur infra. Et illa eſt bona ceruſſa, quæ eſt multũ candida, & partes eius ſunt de ſe claræ; & quando tangis eam digito, inuenies partes eius lenes ſine aſperitate, & quando tu frangis aliquantulum ex ea vngue tuo, quod frangitur eſt ſicut ſquamma. *Ceruſſa bona quid.*

Modus lauandi plumbum.

Oportet, ꝙ habeas mortarium, & piſtillum de plumbo, & proijcias in mortario parum aquæ, & agita cum piſtillo diu, donec aqua incipiat denigrari, & incraſſari, deinde cola ipſam per pannum lineũ, & fac hoc ter, vel amplius, & dimitte, quod colatum eſt, quouſq; deſcendat plumbum ad fundum vaſis, in quo ipſum colaſti, & poſtea proijce aquam eius, & pone aliam aquam, & laua ipſum ſicut lauatur ſcoria auri, & argenti, & ſæpe quouſq; non remaneat in aqua vlla nigredo. Et fac trochiſcos, & repone.

Alius modus lauandi.

Sunt qui accipiunt plumbum purum, & limant illud cum lima, & terũt illud cum aqua modica in vaſe, quod dicitur eorum lingua ſalaxa, & piſtillum eſt de petra, & proijciunt deſuper ipſam, aquam, & lauant ipſam in vaſe, ſicut dixit ſupra, & cũ manu adunant, & qd egreditur de nigredine proijciunt, & ſcias, ꝙ non debet lauari vna vice multũ, ne cõuertatur in ceruſſam, ſed expectare parum, & reiterare aliam aquam, & ſinere quouſq; plumbum deſcendat in fundũ vaſis, & proijcere illam, et iterũ mittere aliam. Finaliter vero debet abijci tota aqua, & fieri ex eo trochiſci. Et cauſa quare non debet multum exquiſite ablui, eſt ne conuertatur in ceruſſam.

Modus quo lauatur ſcoria plumbi.

Accipe de ſcoria plũbi, & tere ipſam bene, & pone aquam, ablue, & proijce aquam ſemper, & iterum pone aliam, & fac ita tandiu, ꝙ bene abluta ſit. in fine vero expecta, ꝙ deſcendat ſcoria ad fundum vaſis, & abijce aquam, & fac trochiſcos, & repone.

Modus aduſtionis plumbi.

Sume laminas plumbeas, & pone in olla fictili, & proijce ſuper eas parum ſulphuris, radendo ipſum ſulphur ſuper eas, deinde accipe alias laminas plumbi, & pone ſuper primas, & iterum rade ſuper eas de ſulphure, & iterum alias laminas ſuperpone, & ſulphur rade; & fac ita quouſq; olla ſit plena, deinde accende ſuper eas ignẽ, & quando videris plumbum inflammari, oportet, quod commiſceas cum virga ferrea, donec plumbum conuertatur in cinerem, ita quod nihil remaneat de ſubſtantia plumbi, quin ſit totum in cinerem conuerſum, & quando erit ita, aufer ab igne, & dimitte infrigidari, & oportet, quod ille qui hoc facit, cooperiat faciem ſuam. nam odor multum nocet.

Modus alius comburendi.

Accipe limaturam plumbi, & admiſce cum ea de ſulphure, & pone in ollam ſuper ignem, & agita cum virga modo prædicto.

Item alius modus.

Alij accipiunt ceruſſam de plumbo loco ſulphuris, & imponitur. modo quo vſi ſunt hiſpani de combuſtione eius, eſt, quod accipiunt plumbum, & ponunt in furno aurificis, & ſufflant cum folle donec confletur, & poſt radunt ſuper eum ſulphur. donec combuſtum ſit, & colligunt, & reponunt, vel etiam ſufflant ſuper ipſum ſine aliquo ſulphure, quouſque comburatur. Verumtamen magnus labor eſt, & non poteſt comburi niſi in magno tempore, & cum difficultate. Accipe ergo ipſum aduſtum, & laua ipſum cum aqua dulci, ſicut abluitur id, quod ſupra dictum eſt in capitulo de lamnis, & repone, & ſcias, quod quando erit bene aduſtum conuertetur in colorem lythargyrij.

Modus faciendi æs aduſtum.

Inquit Dioſcorides, ſunt qui faciunt æs vſtum ex clauis, qui reperiuntur in naui in hunc modum. Accipiunt ſulphuris partem, & ſalis tantundem, & terunt vtrumq; ſimul,

Documẽ.

simul, & ponunt clauos in olla fictili cruda cum sulphure, & sale, & gradatim, ita, quod vnum tolarum faciunt de clauis, & aliud ex puluere salis, & sulphure, & iterum aliud ex clauis, & aliud expuluere. Et sic faciunt quousque olla sit plena, & postea cooperiunt vas cum cooperiorio terreo, & ponunt in fornace figuli, & dimittunt, quousque vas bene coquatur, & auferunt, & reponunt. Et dixit, quod alij radunt super ipsum alumen lameni loco sulphuris. Et alij nullum istorum ponunt, nisi, quod comburunt satis, & alij comburunt cum sulphure solo, sed id fit nigrum. Alij vero liniunt clauos cum sulphure, & alumine dissolutis in aceto, & adurunt in vase crudo. Et alij accipiunt clauos, & ponunt in vase æreo, & proijciunt desuper acetum, & comburunt; & postquam adustum est semel, proijciunt desuper acetum, & sic faciunt ter, & reponunt. Alij vero sic comburunt æs; accipiunt enim limaturam æris rubei, & ponunt super eam octauam partem sui de sulphure, & ligant in pecia, & liniunt, vel lutant cum argilla, & sinunt siccari; & postea sepeliunt in igne facto ex stercoribus animalium duobus diebus; quia erit adustum. Et istud est mirabile æs adustum, quod me docuit quidam vir bonus, & fidelis. Et melius æs vstum omnibus est id, quod apportatur de Babylonia, & postea id, quod venit de Cypro, quod declinat ad nigredinem, & ruborem.

Aes vstum bonũ quod sit.

Ablutio eius.

Sed qui volunt eum abluere, terant eum in aqua dulci secundum modum illum, quo lauatur ceruſſa, mutando aquam ter in die, donec nihil remanet putredinis.

Modus lauandi scoriam æris.

Scoria æris lauatur eodem modo, & virtus eius est, sicut virtus illius. Veruntamen scoria minoris virtutis est.

Modus lauandi battituram æris, & est illa, quæ cadit ab incude, quando malleatur æs.

Dixit Dioſc. sume battituram æris, & purga ex ea lib. 2. & pone in vase, quod dicitur salaya, & est mortarium, & pone super eam aquam claram dulcẽ, & misce bene, donec squammæ descendant in fundum vasis, & ascendat putredo natans in aqua, & proijce aquam, & auser, quod est clarificatum, & pone lib. 1. & 5. aquæ pluuialis, & iterum misce in salaya cum manu, & quando videris eam leuem, proijce aquam paulatim quousq; remaneat vnc. xx. & laua iterum lauatione forti, & postea comprime squammas illas appodiando parietibus vasis, & exprimatur ab eis aqua. Et tunc accipe aquam illam, & pone ipsam in vase æris rubei, quia ista aqua est corpus squãmarum. & subtilitas earum, & earum virtus, qua debemus vti in medicinis oculorum. Illud verò, quod remanet, habet modicam virtutem, & oportet, ꝙ lauetur alia vice, & quod misceatur bene, quousque nihil remaneat illius lenis. Et postea cooperi residuum cum panno, & dimitte duobus diebus ita, ꝙ non commoueatur, & post duos dies clarificabis, & repone in vase stricti orificij. Et alij lauãt folia, alij florẽ æris sicut scoriam, & reponunt.

Modus comburendi scoriam, & abluendi ipsam, & eligendi bonam ex ea.

Notandum est, ꝙ scoria quorumcumque metallorum nominatur arabice climia. Et modus combustionis eius est, quod ponas super ignem de prunis donec calefiat, & & faciat ebullitiones similes veſicis, sicut facit scoria ferri, & tunc extinguas eam in æstate in vino; & qui eget vsu eius in scabie oculorum, oportet, vt extinguat eam in aceto. Alij vero accipiunt scoriam combustam in hunc modum, quem ego narro. Terunt ipsam in vino, & ponunt eam in ollam factam ex argilla, & comburunt alia vice, quousque frangatur in modum foliorum. Et postea terunt iterum, & comburunt alia vice, & tertio, donec vertatur in cinerem, & nihil remaneat crassitiei; & istud est, quo vtuntur quidam loco thutiæ.

Doctrina qualiter adurtur scoria argenti, & auri, ex lib. almeiamir, quibus vtimur in collyrijs.

Accipe de scoria cabrusiæ quantum vis, & tere ipsam crasso modo. Et cõfice cum melle ipsam, & pone ipsam in vase fictili nouo; & oppila orificium eius, & lini cum argilla, & facias foramen in summitate cooperterij, per quod fumus exhalet. Et pone vas in medio ignis ex carbonibus. Quando ergo incipit scoria comburi, aspice fumũ, qui egreditur ex foramine, si declinat ad nigredinem dimittas adhuc super ignem, sed quando videris ipsum declinare ad albedinem, auser ab igne, & extrahe scoriã à vase, & proijce super ipsam de bono vino quantitatem, qua extinguatur, & dimitte refrigerari; & tere, & vtere.

Ablutio eius.

Sed eius ablutio est, vt teratur in aqua, & proijciatur illa aqua, & iterum ponatur super ipsam alia aqua. Et fiet hoc sæpe tandiu, quod non appareat super aquam aliquid putredinis; deinde collige, ficca, & reserua. Et melior specierum eius est cabrusiæ, deinde, quæ habet colorem cęlestem, & intus album, & habet venas similes lapidi. Aliæ vero suæ species sunt non bonæ, quia non valent, nisi in vnguentis.

Electio cabrusia.

Modus præparandi cadmiam, & abluendi, & conficiendi eam, & de scientia electionis eius.

Cadmia est thutia, quæ vocatur arabice sapharie, quæ conuertit ramum rubeum in glaucum; & ipsa quidem est thutia in potentia. Et quando fit ex ea auricalchum, ascendit fumus eius, & adhæret parietibus fornacis, & colligitur, & conuertitur tunc in thutiam in effectu. Et hæc est illa, quæ est bona ad præparandum, & abluendum. Et thutia quidam est lapis, qui egreditur ex minera propria in Albiram ciuitatem Hiſpaniæ. Et illa, quæ ex ea grauis est mediocriter, & declinat ad rubedinem paulatim, vel ad glaucedinem, est melior specierum eius. Et quæ est munda à lapidibus suæ mineræ, & est species climiæ secundum opinionem Dioſco. Et omnis scoria de corpore malleabili, sicut est aurum, & argentum, æs, vel plumbum, seu ferrum. Et aliæ multæ species, & alij lapides multi, sicut marchasita, sunt omnes secundum opinionem Dioſc. climiæ. Verumtamen id, quod verificatum est apud nos experientia, & opere huiusmodi longo tempore in ablutionẽm istius thutiæ & præparationẽ eius in medicinis oculorum, est, vt accipias de isto lapide, sicut egreditur de minera terræ, ex eo, qui est declinãs rubedini, & glaucedini, sicut dixi, qui est mundus à lapidibus suæ mineræ, & frange fruſtatim, & pone in fornace aurificis cum multis carbonibus, & suffla cum folle; & pone desuper alios carbones, & suffla quousque calefiant lapides, & ascendat fumus eius ab igne. tunc ergo accipe illos candentes cũ forcipe, & extingue in aqua pluuiali, vel dulci. Et qui vult vti ea in scabie oculorum, & vult, quod eius frigiditas, & stypticitas sit amplior, oportet, quod extinguat eam in aceto, vel in aqua granatorũ, vel in decoctione sumach. Et ille, qui vult, vt sit magis penetrans, & subtilior, oportet, quod extinguat eam in vino, vel sapa. Et iste est modus coctionis eius.

Electio thutia.

Modus ablutionis eius.

Modus vero ablutionis est, quod accipias cadmiam, & teras crasso modo, ne terantur partes, quæ sunt in ea ex lapideis venis. Deinde liga eam in panno crasso ex lino, & pone coram te paropſidem magnam cum aqua dulci, & submergas peciam illam, in qua ligasti thutiam, in aqua, & frica manibus, & inunge cum aqua illa sæpe, & diligenter, donec dissoluatur, quod est subtile ex ea, & egrediatur ex panno in aquam. Et tua interest, quòd reponas aquam illa cum eo, quod egressum est de pecia in paropſide alia, & frices iterum pannum in aqua alia clara, & hoc fac quousque tota terreitas thutiæ excoletur a panno. vltimo proijce, quod remanet ex lapidibus in pecia. Deinde mitte aquam, quæ est in paropſide cum thutia, & proijce aquam illam cum subtili illo terreo, & illa pinguedine, quæ natat super aquam per agitationem eius in vase alio. Et facias hoc cum summa facilitate ita, quod separes illud subtilissime ab arena, quæ descendit in fundo vasis, & proijcias aquam aliam secundo, & tertio, quousque nihil remaneat de sorde eius, deinde proijce arenam. quæ tua grauitate

iacet in fundo vasis; reliquum vero, quod reseruasti, di- E
mitte residere in aqua, donec descendat ad fundum. Tũc
proijce aquam cum facilitate, donec remaneat cor pu-
rum: hoc autem pone sub Sole, donec desiccetur, & re-
pone, & serua.

Alius ad idem.

Verum quidam abluunt iterum hanc in hunc modũ,
qui est, quod colligunt cor eius, & spumam, seu pingue-
dinem eius de superficie aquæ cum coto mundo, & pro
ijciunt substantiam. Et iste modus ablutionis appellatur
arabice altheſiul, idest clarum. Et faciunt ita sæpe, quous-
que egrediatur tota spuma eius, & subtilitas eius, & ab-
luunt cotum a thutia, quæ est in ipso qualibet vice, &
ponunt sub Sole quando expleuerint, donec siccetur, &
reponunt necessitati.

Modus confectionis cadmiæ.

Confectio vero cadmiæ diuersificatur secundum di-
uersitates ægritudinum oculorum. Nam ille, qui vult fri-
giditatẽ eius in ophthalmia, oportet, quod ponat de aqua F
rosata bona in vna patopside. Deinde ponat thutiam lo-
tam, sicut dictum est in vna pecia, & lauet fricando cum
aqua ros quousque tota egrediatur de pecia. Post hoc po-
nat sub Sole, & cooperiat cum panno mundo, ne cadat
in ea puluis, vel aliud, & dimittat, donec siccetur. Dein-
de infundat eam cum aqua rosata secundo, & tertio; vl-
timo terat eam subtilissime. Et terat cum ea aliquantu-
lum camphoræ, & vtatur ea in ægritudinibus opthal-
miæ calidæ. Et ille, qui vult iuuamentum eius in rubore
palpebrarum, & in crassitudine earum, quod dicitur ara-
bice sulach, & in scabie, oportet, quod conficiatur cum
aqua myrobalanorum citrinorum loco aquæ rosatæ. Et
qui vult ea vti in ægritudinibus oculorum frigidis, & cõ-
ficiat cum vino veteri bono, odorifero, ter, & imbibat
eam in aqua maioranæ recentis semel, aut bis, & terat
cum aliquantulo spicæ nardi. Et aromatizet eam cum
modico musci, & vtatur ea in lachrymis oculorum, &
humiditatibus descendentibus ad oculum, & in venis ru G
beis, quæ sunt supertextæ in coniunctiua, quæ nomina-
tur sebel, & in fluxu palpebrarum. Et sunt, qui cõficiunt
eam cum aqua sęniculi ad aquam descendentem ad ocu
lum, aut cum aqua sumach. Et ille, qui vult, ꝙ sit virtutis
abstergentis, & rodentis, oportet, quod conficiat eam cũ
aqua acori, & similium.

Alius assationis modus.

Assatio vero eius est, ꝙ accipias eam, & teras bene; aut
accipias de lauata, & conficias cum aqua, & fac trochi-
scos; & super testam nouam ponas, & postea super pru-
nas, & volue trochiscos cum assiduatione, donec siccen-
tur, & fiant rubei: tunc repone necessitati.

Combustio eius.

Sed modus combustionis eius est, quod accipias de
thutia lota, sicut dixi supra; & confice eam cum melle bo
no, ita vt fiat ad modum pastæ, & pone in olla terrea, quę
habet orificium strictum, & cooperi cum cooperterio
conuenienti orificio eius, & oppila liniendo cum argilla;
& fac foramen in medio cooperterij, & pone in fornace H
calcis, & dimitte donec vratur; qñ erit adusta, cuius signũ
est, ꝙ non egreditur à foramine fumus, aufer ab igne, ex-
tingue eam calidam in rob, & sicca, & repone.

Modus combustionis marchesitæ, & ablutionis eius,
& electionis eius, quæ est bona, & quæ non.

Marchesitæ duæ sunt species, aurea videlicet, & argẽ-
tea. Et illa, quæ grauior est ex ea, est melior. Et modus
aduſtionis eius est, quod accipias eam, & rores eam mel-
le, & pone super prunas non multas, & suffles cum assi-
duatione, donec rubeat, deinde aufer ab igne. Sed ablutio
eius est, quod accipias de ea, quæ aurea est, & tere, & cri-
bra, & pone iterum in mortario, & proijce super eam de
aqua pluuiali, & tere, & sicca. Et iterum pone aquã aliã,
& facias septem diebus continuis, postea adde parũ mu-
sci, & tere, & vtere ea in oculo, quia confert humiditati
eius, & cicatricibus vlcerum, & albedini eius.

Modus abluendi antimonium, & adurendi.

Ablutio eius est sicut ablutio marchasitæ, & cadmię,

Electio. Marchasita.

& aduſtio eius est, vt ponatur super prunas, & sufferatur
cum solle donec inflammetur, & auferatur, postquam
inflammatum est statim ab igne, quoniam si nimium
dimitteretur in igne, conuerteretur in virtutem plumbi.

De modo faciendi ziniar ex ære, & abluendi ipsum,
& colligendi ex eo, quod bonum est.

Operatio faciendi ziniar secundum quod fit in partibus nostris, scilicet in Hispania, fit in hunc modum. Ac-
cipe vas fictile magnum, cuius orificium sit latius fundo
eius, & pone ipsum in domo plena stercoribus ouium,
& sepeli ipsum in modum, quem dixi in faciendo ceruisi-
am, nisi quod laminæ, in quibus fit ziniar debent esse ex
ære rubeo, & latitudo cuiuscunque laminæ sit secundum
mensuram dimidij palmi, & longitudo sit secundum
duas partes palmi vnius, & spissitudo sit sicut crassitudo
dimidij digiti. Et non est curandum vtrum vua, quæ
apponitur in vase sit nigra, aut alba, aut si ponas acetum
forte solum sine vuis. Cooperi ergo vas post constrictio-
nem laminarum, & stringe os eius, & oppila, & reuerte-
re ad vas transactis x. diebus, & aufer laminas, & rade zi-
niar de laminis paulatim, & reponas iterum eas in vase,
& dimitte diebus totidem, & iterum abrade, & fac istud,
donec consumentur laminæ; & postquam consumptæ
fuerint, pone alias laminas, & fac vt fecisti prius, donec
habeas ziniar quantum vis.

Modus alius.

Inquit Dioſco fit ziniar in hunc modum. Pone ace-
tum forte in aliquo vase fictili, & cooperi vas cum coo-
pertorio facto ex ære curuo, vel plano, si non inueneris
curuum, sine aliquo foramine, ne vapor aceti exhalet ex-
tra, & inquiras omni x. die. & rade a coopertorio ziniar.
collige, & serua, vel accipe laminas æreas, & pone, idest
suspendas in vase, vbi sit acetum forte, & sit suspensio ea-
rum ita, vt non tangãt acetum, & in quolibet x. die requi
ras, & rade, quod inuentum est in laminis ex ziniar. Et
dixit etiam, quòd fit secundum hunc modum: & est, vt
accipias frustum æris susi, vel plura frusta, & sepeli ea in
vinario vuæ, quando aceſcit, & semper quando aliquid
oritur ex ziniar super frusta, collige, & serua. Et dixit etiã,
ꝙ fit ex limatura æris; & ex laminis plumbi extẽsis sub-
tilibus, proijciendo desuper limaturam, & laminas, ace-
tum forte ter, vel quater in die, & moue qualibet die se-
mel, & fac ita, donec vertatur in colorem viridem. Et
quidam aurifices faciunt ziniar secundum modum di-
uersum ab istis; & est, quod terunt vrinam infantium in
mortario ex ære crabusio, id est de cupro cum pistello de
eodem, & agitant diu, quousque color eius vertatur in vi-
ridem colorem, & cum isto clarificant aurum. Et dixit
Dioſco. modum alium in ziniar, quem appellauit vermi
culum, vel vermiculosum. Et fit vt accipias mortarium,
& pistellum de cupro, & proijce in eo de aceto forti al. &
tere agitando cum pistello, donec acetum incrassetur,
deinde adde acetum iterum, & de alumine rotundo, &
& sal gemma claro, lucido, & de sale multum albo, & de
sale nitro, de quolibet ana. drach. ij. & tere agitando diu-
tius in Sole æstiuo, quousque vertatur in colorem ziniar,
& incrassetur; deinde coque ipsum, & ista species ziniar
est pulchri coloris, & fortis operationis. Alij faciunt in
hunc eundem modum addentes tantum vni parti aceti,
duas vrinæ vetustæ, & de medicinis prædictis easdem
portiones. Et sunt qui adulterant ziniar cum ære adu-
sto, & gummi arabico miscentes, & faciunt in modum
supradicti vermiculosi.

Modus alius faciendi ziniar.

Accipe partem salis, & partem farinæ hordei, & tere
vtramque cum aceto, & linias cum eo ollam terream à
parte interiori, & dimitte diebus, quousque inuenitur zi
ziniar, sicut ziniar nouum, & rade, & repone.

Modus comburendi ziniar.

Accipe ziniar, & pone in patella terrea super ignẽ, &
misce quousque videas colorem eius mutari, ita, ꝙ ver-
tat ad colorem thuriæ; & postea aufer ab igne, & fine te
pescere, & collige, & serua, & vtere, & habeas de ziniar,
quod generatur in mineris in insula Cypri; quod apparet

super

ſuper aliquos lapides, in quibus eſt æs; & eſt, quod ſtillat à ſpelunca; & id, quod ex eo apparet ſuper lapides eſt parum, ſed id, quod inuenitur in mineris eſt maioris quãtitatis, & pulchri coloris, ſed non eſt bonum propter nimiam quantitatem, quæ admiſcetur ei ex lapidibus. Et ſunt qui adulterant cum multis rebus, ſicut cum pumice in marmore piſtatis, ſunt, qui miſcent cum chalcantho. Et qui vult cognoſcere illud, quod eſt adulteratum cum pumice, vel cum marmore, madefaciat manum ſuã in aqua, & ponat ſuper eum, quia ſtatim diſſoluetur; & ſunt, qui maſticant ex eo cum dentibus, & ſic percipiunt lapides. Et diſcernitur id, quod eſt adulteratum cum vitreolo, ponendo ipſum in lamina ferrea ſuper ignem, & ſi continet aliquid vitreoli, quando erit combuſtum, fiet rubeum; ſed id, quod non eſt adulteratum, remanet in in ſuo colore, & ſua figura. Et melior ſpecietum eius in noſtris partibus eſt, quod eſt magis viride fortioris odoris: adurens guſtum, & fortioris operationis.

Auic. lib. 2. Zenar.

Modus comburendi, & albificandi auripigmentũ, & ſublimandi ipſum, & comburendi, & vertendi citrinum in rubeum.

Pone auripigmentum in vaſe fictili ſuper carbones accenſos, & agita ipſum ſatis ſine intermiſſione, & quando erit valde calidum, & color mutatur, auferas ab igne, & dimitte infrigidari, & tere, & repone, & virtus eius eſt, quoniã ipſum putrefacit, & pungit punctione magna, & aufert carnem ſuperfluã in vlceribus, & abradit pilos.

Sublimatio arſenici.

Sume de arſenico citrino id, quod ex eo eſt humidius, & laminoſum; videlicet, quod aſſimilatur laminis auri, & tere cum tantundem ſalis, quod comeditur, & pone inter duas patellas terreas vitreatas, & luta eas cum terra vitriariorum, & pone ſuper ignem, & dimitte ipſum donec diſſoluatur, & aſcendat fumus eius, & adhæreat ad tectum ſuperioris patellæ: deinde aufer ab igne, & ſine tepeſcere. Et tunc aperi vas, & rade, quod inuenies adhærens tecto ſuperioris patellæ, & miſce ipſum cum eo, quod remanſit in patella inferiori, & tere inſimul, & pone iterum inter patellas, vt primo feciſti, & pone ſuper ignem ad ſublimandum iterum; & facias hoc tertio, & quarto, & toties, quouſque id, quod aſcendit fiat album, ſicut ceruſſa, quod quidem collige, & ſerua neceſſitati.

Modus vertendi arſenicum citrinum in rubeum.

Veruntamen, qui vult facere ipſum de citrino rubeũ oportet, quod frangat eum in fruſta mediocria, & ponat in olla ſegregatum, & oppilet os ollæ, & ponat in furno panis, & dimittat ſpacio quinque horarum, deinde frangat, & auferat, quia tunc inueniet arſenicum rubeum pulchri coloris.

Modus albificandi argentum viuum per ſublimationem.

Accipe de argento viuo bono, & purificato a plumbo, & omni alia ſorde; & tere ipſum cum pondere eius de chalcantho bono, & proijce ſuper eum acetum, & aſſidua piſtatione quouſque argentum viuum totum coagulerur, & nihil de eo appareat in chalcantho. Tunc ergo exicca ipſum modicum ab humiditate aceti, & pone inter duas patellas, & luta cum argilla, & pone ſuper ignem, & fac ignem ſub eo tanto ſpacio temporis, quanto faceres, ſi velles coquere carnes; deinde aufer ab igne, & dimitte infrigidari patellas, & accipias, & aperi eas, & tunc inuenies partem argenti viui adhærentem tegmini patellæ ſuperioris, & partem eius mortuam, & partem eius viuam. Tunc ergo collige totum, & adhibe ſimul terens fortiter, vt prius, & ſemper rora cum aceto, & iterum pone inter patellas, & luta labia cum argilla, & pone ſuper ignem, vt prius feciſti, & hoc totum fac ſepties, vel amplius, vel minus, quouſque fiat album; quod collige, & ſerua.

Modus ſublimandi medicinam acutam, quæ lingua arabica nominatur.

Adhichbardic.

Sume arſenici citrini puluerizati, calcis viuæ, alchalizimar ana. li. ſ. argenti viui lib. 1. ſalis ammoniaci quartam partem libræ vnius; terantur omnia cum aqua primo donec moriatur argentum viuum; deinde ſicca, & tere ſecundo, & pone in alucel ad ſublimandum. Et forma alutel eſt, quod accipias ollam, & patellam vnam terream, & facias in patella foramen ad magnitudinẽ orificij ollæ, & conſtrue orificium ollæ ſuper foramen, quod feciſti in patella, & luta eam ſimul cum argilla ſapienter; deinde fac furnum paruum, & pone patellam ſuper furnum, & luta bene ab omnibus partibus; deinde pone mediam in olla, & cooperi ollam cum paropſide vitreata, & luta orificium ollæ bene cum labijs paropſidis vndique, poſt hoc accende ignem ſub olla horis ſex, quia medicina ſublimatur, & aſcendet ſupra patellam, & adhærebit paropſidi. Cum ergo infrigidatum fuerit, aperi vaſa, & abrade medicinam a paropſide, & repone, & vtere. Illud autem, quod remanſerit in fundo ollæ ſerua ſimiliter, & vtere eo pro corroſiuo, etiam qui vult medicamen fortius eo, oportet, quòd radat id, quod remanſit in fundo ollæ cum eo, quod ſublimatum eſt; & terat totum ſimul, & ponat iterum in alutel, & accendat ignẽ de ſubtus, donec ſublimetur; eſt namque fortius ſatius quod ſublimabitur, & qui ponet eum ad ſublimandum iterum, & tertio erit melius.

Modus faciendi zinzifur, & eſt cinaprium.

Accipe argenti viui, & ſulphuris citrini ana. Et quidam ponunt minus de ſulphure, miſce, & pone totum in vaſe vitreato de terra, quod poſſit ſubſiſtere igni, & imple tertiam partem eius ex medicina, & duas partes eius relinque vacuas; deinde coopertas vas cum paropſi de vitreata, & luta ſapienter cum creta, & pilo confectis inſimul, deinde ædifica ſibi furnum quadratum, & pone vas in medio furni quadrati, ita, quod duæ partes vaſis, quæ ſunt vacuæ ſuper medicinam ſint ſuperantes extra furnum, & ſit fundus vaſis diſtans a ſolo fornacis mẽſura duarum partium palmi; deinde accende ignem ſub eo. 12. horis, deinde permitte furnum frigeſcere, poſtea frange vas, & inuenies zinzifur.

Modus faciendi calcem, & abluendi eam, quæ eſt neceſſaria combuſtioni ignis, & furunculis acutis, & modus faciendi cõfectionem medicinæ, quæ fit ex ea ad depilandum pilos.

Fit calx in partibus noſtris plurimum ex lapidibus nouis in mineris eorum. Et ſunt ex hominibus, qui faciũt tam ex petra marmoris albi, & fit ex corticibus ouorũ, & ex teſtis oſtracorum viuentium in mari. Veruntamen melior calx ad faciendum medicinam, eſt illa, quæ fit ex corticibus ouorum, & poſt illam melior eſt illa, quæ fit ex marmore. Sed modus faciendi calcem ex corticibus ouorum eſt, vt accipiatur de corticibus ouorum quantitas, & in olla noua ponantur cortices ouorum, & cooperiatur olla; deinde in fornace figuli ponatur ſemper quãdiu vaſa ſunt in fornace; poſtea detege ollam, ſi appareat ſicut calx, bene; ſin autem, remitte in fornacem, & tandiu ſic fac, quod fiũt albi, ſicut calx albiſſima. Et ſi furnus figuli non eſt tibi, bene paratur, accende ſub eis ignem, & ſuffla cum folle, donec fiant, ſicut dixi. Et per hunc modum oportet, quod fiat ex marmore, & lapidibus alijs, quoniam intentio noſtra non eſt, niſi, vt incendantur, & adurantur, donec fiat calx, & fiat alba.

Modus abluendi calcem, quæ eſt neceſſaria combuſtioni ignis.

Accipe de calce viua id, quod eſt de ea album, & mundum, & tere, & cribra calcem albam, & mundam. Et pone in paropſide munda, & proijce ſuper eam de aqua dulci quantitatem ita, quod cooperiatur ab aqua, & dimitte per horam, poſtea miſce. Et cum reſidentiam fecerit ad fundum vaſis, proijce aquam, & fac ita ſeptem vicibus, vel decem, poſtea proijce aquam deſuper, & repone. Et confert ad calcharin. ideſt rubori, & ueficis, & combuſtionibus ignis diſſoluta in qua, vel oleo roſato. Aliter aleoxin ideſt rubor, cum veſicis in facie.

Modus conficiendi medicinam depilantem capillos vna hora.

Accipe de calce lapidum, vel marmoris, vel ouorum, vel ostracorum, partes duas, & de auripigmento citrino partem vnam pone in mortario facto ex plumbo, & proijce desuper aquam, vel aquam hordei, & tere donec fiat nigrum; & postea oportet, q̃ calefiat cum igne, quando linis eum eo in balneo, quoniam ista medicina facit corpus lene, & subtiliat pilos nascituros.

Modus psilothri noti.

Accipe calcis partes octo, auripigmenti citrini partẽ vnam, tere, & cribra, & coque in vase æneo cum tanta quantitate aquæ, qua cooperiatur. Et coque quousq; penna intromissa in medicina depiletur per se facile.

Modus comburendi salem.

Accipe de sale, & tere, & pone in vase terreo, & luta labia vasis cum coopertorio simul cum argilla, & sepeli vas, & inter prunas dimitte, donec cõburatur. Et sunt, qui ponunt salem in pasta, & sepeliunt sub prunis, donec pasta fuerit combusta. Et sunt qui abluunt in aqua, & dimittunt desiccari, postea ponunt in olla, & cooperiũt, & accendunt ignem sub ea, & ponunt circum ollam prunas, quia sal non cessat crepitare, donec sit combustus. Et quando quieuerit a crepitatione, erit combustus. Sed ego terebam salem bene, & ponebam in olla super ignem, & exufflabam donec erat combustus.

Formà combustionis chalcanthi, & specierum eius, quæ sunt atramentum, & vitriolum.

Accipe chalcanthum, & pone super testam nouam, & pone testam super prunas, & vre, & sit quantitas adustionis, si fuerit chalcanthum non multæ humiditatis, quando non apparebunt ampullæ, & erit desiccatum desiccatione forti. Et si fuerit amplius humiditatis, oportet, quod dimittatur super prunas quousque mutetur color eius: & quando mutabitur color eius in fra se, & vertetur ad similitudinem magræ, ideſt sinopidis, tunc oportet, quod auferas ab igne, & purges. Et sunt, qui ponunt super prunas, & exufflant desuper, donec declinant ad citrinitatem, aut ponunt super testam, & ponũt super prunas, & miscent, donec mutetur color.

Electio Aluminis.

Modus adurendi alumen, & cognoscendi bonum ex eo.

Species aluminis sunt multæ, & melior earũ est, quod scinditur, & est album, & nouum, stypticum, sine lapide, post id humidum, & clarũ, cuius partes sunt æquales humidæ sine lapide. Sed modus cõbustionis eius est, sicut cõbustio chalcanthi, nisi quod non fit rubeũ, sicut illud.

Modus combustionis coralli.

Teratur corallus, & ponatur in olla terrea, & ponatur in furno per noctem: si bene comburitur, bene est, sin autem, iterum ponatur, donec comburatur. Et sunt, qui ponunt in crucibulo, & exufflant, & comburitur sicut uis.

Combustio spumæ maris.

Pone eam in olla terrea, & cooperi, & luta cum argilla, & pone in furno quousque aduratur, deinde accipe, & repone. Et quidam ponunt super prunas, & comburunt exufflando, sed ablutio eius est sicut ablutio climiæ.

Combustio nitri.

Teratur, & ponatur in crucibulo super prunas sal nitrum. Et exuffletur, donec aduratur, quemadmodum dictum est de sale. Et si non aduritur bene, iterum ponatur, & exuffletur, donec aduratur quantum oportet.

Combustio salis nitri.

Sal nitrum comburitur sicut sal, scilicet, vt ponatur in testa super prunas, & exuffletur, donec aduratur. Combustio bolt armeni, & iugibat, & terræ hispanæ, & almogræ, & aliorum lapidum. Frange quodcunque eorum in frusta quantitatis fabæ, & super testã, vel laminã ferreã pone, & misce, sicut est tibi volũtas adurẽdi, vel affandi.

Modus faciendi crocum ferri.

Accipe de limatura ferri quantum vis, & pone in lamina ferrea: postea susla cum folle, donec calefiat lamina, & limatura, & pone in mortario ferreo, ita calidam, & tere bene, & iterum pone in lamina, & exufflа, secundo, donec calefiat ad ignem, vt prius fecisti, & tere. Et fac ita decies, vel amplius, quia quanto plus feceris, tanto melius. Quando ergo conuersum fuerit in colorem croci, si adhęserit alicui rei, color eius non separabitur. Et iuamentum eius est, quòd qui depilauerit pilum superfluum, vel male granatum in palpebra, & posuerit super locum, à quo euulsus est, & ponat de limatura ista sic præparata, sæpe prohibet totum eius. Et sunt, qui ponunt eam in vnguentis, quando volunt exiccationem eorum fortem. Et sunt, qui vtuntur ea sola, & qui proijciunt eam super vlcus humidum, cuius sanatio est difficilis, & exiccat illud potenter.

Modus purificandi limaturam ferri.

Eligat limaturam ferri puram cum aqua, & non sit mistio alicuius alterius metalli. Nam si ibi esset mistio alicuius, sicut æris, vel plumbi, aut vitri, & daretur in potu alicui occideret. Ponatur ergo de ea quantum uis in vase mundo, super quam proijciatur parum aceti, & ponatur sub sextorio mundo, & iterum super sextorium ponatur corium aliquod, & dimittatur. 30. diebus, vel ad minus. 7. diebus, & postmodum extrahe; & inuenies colorem eius, sicut * zimar, desicca, tere, & vtere. Et sunt, qui abluunt eam cum aqua dulci, aut cum aceto, & colant per pannum, & dimittunt sub sextorio quousque putrescat, & postea abluunt, & reponunt. Et virtus eius est, quod iuuat illos, quorum color faciei est croceus, & facit impinguari corpus.

* Zimar.

Modus affandi scoriam ferri.

Teratur tritura crassa, & ponat in aceto, vel rob; postea extrahatur ab eo, & exiccetur, & affet super prunas.

Modus abluendi scoriam ferri.

Oportet, q̃ abluatur antequam affetur, & post etiam abluatur, sicut diximus in climia, & marchesita.

Modus limaturæ auri, & argenti, quibus vtimur in medicinis cordis, ficut * chliæ.

* Seliche.

Accipe de auro bono, & puro frustum, & habeas coram te paropsidem cum aqua mũda dulci, & habeas pãnum de lino asperum mundum, cuius vnum caput teneas in manu tua, aliud stet mistum fundo paropsidis in aqua. Tunc frica aurum in panno semper madefaciendo pannum cum aqua, & limatura descendet in fundum vasis subtilis. Fac ergo tandiu, quòd limetur de auro illo, quantum volueris, deinde dimitte per horam, & proijce aquam cum facilitate, & ablue ter, & sicca, & serua. Eodem modo fac de argento. Et sunt qui limant lima subtili, & sic vtuntur.

TRACTATVS SECVNDVS
de præparatione medicinarum, quæ fiunt ex plantis.

Modus faciendi aloem.

ALoe est succus cuiusdã herbæ, quæ nascitur in Sicute, vel in Sicurta, sm quòd audiuimus. Et modus operationis eius est, q̃ teritur herba illa, & exprimitur succus eius, & coquitur succus, donec congeletur, & ponitur in vtribus ex corio, & reponitur donec exiccetur. Et melior manerierum eius est, quod cito frangitur, & habet odorem bonum, & color eius est sicut color hepatis.

Electio Aloes.

Modus ablutionis aloes seu præparationis ad expellendam malitiã, & acuitatẽ eius, & conficiendi ipsum.

Accipe de aloe succorino mundo, quod cito frangitur, & habet colorem hepatis, & odor eius est bonus: pondus li. ũ. tere bene, & cribra; deinde accipe casiæ ligneæ, spicæ nardi, asari, schœnãthi, carpobalsami, xylobalsami, cinnamomi, ligni aloes, cruci, mastichis, laccæ, ana. dra. 3. contunde, & coque in lib. 6. aquæ, donec consumpta sit medietas aquæ, cola, & exprime, & repone in vase vitreo, & rora aloem ex ista aqua, donec imbibatur totum, & pone sup vas marmoris, aut vitri, & tere in Sole bene,

pone

pone in paropside munda,& cooperi panno crasso,& dimitte siccari ab illa aqua: & cum desiccatum fuerit, reduc iterum ad trituram secundo, & imbibe iterum ex aqua ista, & dimitte siccari sicut prius, & iterato facies hoc, donec aqua penetret partes eius omnes, & fit tota aqua consumpta,vel expleta, terendo, imbibendo,& desiccando, sicut dictum est. Et cum vltimo desiccatum fuerit, repone in vase vitreo mundo; & da ex eo solo sine adustione alterius medicinæ pondus aur.i. Et vtere eo in medicinis laxatiuis, & speciebus hieræ, & alijs medicinis,in quibus aloe ingreditur. Dosis.

Modus alius ablutionis.

Et qui vult eo vti in ægritudinibus melancholicis, in quibus eget euacuatione melancholiæ præparet sic. R. croci,spicæ nardi, cinnamo.xylobalsami, carpobalsami, casiæ ligneæ,asari,ana drac.x.schœnanthi, stœchados arabici, ana drac.v. coque in lib.x. aquæ fontis super ignem leuem,& parum,quousq; remaneat tertia pars,& cola cũ colatorio crasso,& exprime. Deinde accipe de aloe citrino lib.ij.& tere,& cribra,& imbibe ex aqua ista supra petram marmoris,& assidua trituram eius,& infusionem, & desiccationem secundum supradictam disciplinam, donec biberit aquam illam totam; vltimo tere, & serua in vase stricti orificij, ne virtutem amittat, & oppilãos vasis. Et tua interest, vt addas, & minuas ex medicinis istis,secundum opportunitatem ægritudinis. B

Forma adurendi aloem.

Oportet, q; ponas aloem in olla munda super prunas donec aduratur.

Modus acceptionis aquę cucumerum dulcium.

Purgat choleram, quæ est in stomacho, & intestinis, & extinguit acumen eius. Dosis est à tertia lib.i.vsque ad ij tertias lib. cum drac.x. zucchari. Dosis.

Modus decoctionis hieræ picræ,quæ est necessaria, vt reponatur ad horam necessitatis.

Accipe stœchados arabici, pulegij.ana dr.v.epithymi. dr.10 anisi, fœniculi,sem.anethi,ana dra.3 cinnamomi. dr.x.agarici dr.v.aduna hæc, & tunde, & infunde in lib. x.aquæ calidæ, & dimitte in æstiuo tempore in vase stricti orificij, & cooperi, & dimitte 8.diebus;deinde extrahe in vase, & cola cum expressione; & iterum mitte in vase,& pone ibi de hiera, quam scripsimus,pondus drac. ec.& luta os vasis cum argilla, & pilo, & dimitte in Sole. 18.diebus,& post repone vas. Et da ex eo in potu quãtitatem lib.i.in ægritudinibus melancholicis; & in ægritudinibus capitis omni die, postquam miscueritis vas, & misce cum ea.drac.i. olei de cherua recentis, & assidua hoc.7.diebus continuis, quia est nobilissimum, & proficiens multum, & ego nominaui operationem eius in libro medicinarum hieræ picræ. Dosis. C

Forma extrahendi lac scammoneæ.

Radix huius lacticinij, de quo extrahitur scammonea est crassa,sicut cor mesḥudæ, id est vitis nigræ; & color eius exterior, cineritius, & interius est alba, grauis odoris,plena humiditate. Et illi,qui colligunt lac eius in fine mensis Februarij, faciunt foueam circum radicem arboris,& incidunt ex venis eius quantitatem duorum digitorum; & ponunt circa radicem eius iuxta locum incisionis duas ollas,aut tres ollas,secundum quod de lacte eius egreditur, & dimittunt vsque mane, postea congelatur,& est scammonea. Et dixit Dioscorides. Sunt,qui fodiũt circa radicem circulariter, & sternũt circa radicem eius in fouea folia nucis, postquam incisæ sunt venæ eius, & sic recipiunt super ipsa folia humiditatem manãtem ex radice scilicet lac eius,& dimittunt siccari,& seruant. Et melior scammonea est illa, quæ est clara,& leuis,& spongiosa: & habet colorem sicut color glutinis coriorum bonam. Verumtamen apud nos est melior illa, quæ est cœlestis coloris, quæ apportatur de Antiochia. Et adulteratur scammonea cum sarcocolla, & lacte tithymalli. Et cognoscitur illa, quæ est bona; non adulterata, quæ non pungit, vel mordicat linguam forti mordicatione, quia tunc non habet admistum lac tithymalli. Et peior specierum eius est, quæ effertur de Canaam, & de Palæstina, & sunt istæ duæ species graues, & crassæ substantiæ adulteratæ cum lacte tithymalli, & farina saliginis id est chersenæ. Electio. Scammonea. D

Modus coquendi scammoneam, & præparandi,ad repressionem eius malitiæ.

Dixit Melzigiar, ex prudentia aliorum medicorum. Ille,qui vult præparare scammoneam, oportet, quod accipiat de malis dulcibus, & diuidat ea in duas partes, & extendat illas medietates in fundo vnius ollæ. Et sunt, qui terunt mala, & extendunt ea in fundo ollæ quantitate crassitudinis vnius digiti,& ponunt scammoneam super frusta malorum, vel super ipsam carnem malorum tritorum, si mauis illud, quod faciunt, & facies solum vnum ex scammonea, & aliud malorum, & sic facies gradatim, quousque olla fit semiplena. Deinde præpara iterum ollam aliam secundum eandem formam cum malis, & scammonea. Et ita tres, vel quatuor ollas, & plures secundum voluntatem tuam. Et pone ollam super ollam, & luta orificium ollæ cum fundo alterius cum pasta, & cooperi superiorem ollam cum cooperiorio. Et oppila bene cum pasta etiam, & pone in medio furni calidi, & dimitte nocte vna vsque mane, & aperi furnum, & ollas,& extrahe scãmoneam. Et si inueneris mala,quæ sunt sub scammonea,& circum,sicca,& combusta,tunc vtendum est ex ea,aliter vero non. Et sunt ex medicis, qui miscent cum anisso, vel semine apij, aut dauco ante, & conficiunt cum oleo amygdalarum dulcium;aut assant eam in malo mundato à granis, aut cydonio, & vtuntur, & talis præparatio prohibet à potante eam nauseam,& tortiones ventris,& stomachi dolores, & intestinorum.

Forma extrahendi succum tithymalli.

Tithymalli multæ species sunt; & modus extrahendi lac ipsius talis est. Incidatur summitas eius in mense Aprilis, & summitas eius incisa inclinetur super vas aliquod mundum. Et exprimantur ramuli singulariter,donec lac eius egrediatur totum; & fac hoc ex pluribus ramulis,& plantis,donec habeas de lacte quantum volueris, & desicca eum in Sole. Et vtere eo in purgando melancholiam,& phlegma,& ad vomitum prouocandum. Et sunt, qui conficiunt lac in farina siliginis, & faciunt pilulas ad magnitudinem ciceris, & seruantur. Et sunt, qui faciunt lac ipsum destillare super ficus, super vnamquamque ficum 3.vel.4.guttas, exiccant,& seruant. Et qui vult prouocare secessum,comedat ex eis tres ficus,& ducet multum. Veruntamen lac tithymalli guttur exasperat, & facit rauescere sumentem se. Et propter hoc, qui vult eo vti,oportet,vt pilulas, quas ante diximus, inuoluat in melle despumato,& sic vtatur.

Modus extrahendi succum à thapsia.

Thapsia est planta, quæ oritur in terra Fes sigilmessa, quæ assimilatur plantæ balach in figura sua. Et lacticinium eius extrahitur in hunc modum. Fodias terram circum radicem eius, ita quod radix detegatur à terra, & sit fouea rotunda circa radicem. Deinde scindatur cortex eius, & cooperiatur fouea vsque mane, quia colligetur super radicem lacticinium clarum mundum, quod collige, sicca, & serua, & lachrymum id vocatur thapsia. Sed qui vult extrahere succum radicis eius, fodiat,& extrahat radicem, & purget eam, & terat, & exprimat eam cum torculo, & extrahat succum, & ficcetur in Sole in vase fictili crasso,vitreato, & seruet. Sunt qui terunt folia cum radice simul; & sic exprimunt succum, & iste succus est debilis virtutis. Et differentia eorum est, q; succus ex radice sola est pinguis, spissus, & succus foliorum, & radicis simul, est humidus. Et succus radicis quando habet admistum succum foliorum desiccat, & facit exiccare propter vim vlceratiuã, quam habet. Et oportet, q; ille, qui extrahit lachrymum eius, non extrahat eum in die, in quo sit ventus. Et caueat ab odore vaporis eius, & quod non tangat eum in aliquo membro nudo. Nam ipsum inflaret tantum, & fieret desiccatum id, quod ex membris eius esset dectetum, propter fumositatem eius,& liniat cum hoc membra sua

nuda ex cerato liquido, & oleo roſato. Et virtus corticis radicis thapſiæ, & ſucci eius, & lachryma eius eſt laxatiua. Et narrauit mihi quidam fidelis, quòd ex Saracænis ſunt, qui quando volunt cauterizare aliquam partem corporis, aut incidere aliquod ſuperfluũ a membro aliquo, ponunt ſuper illud de planta iſta. Nam ipſa vrit, ſicut ignis, & facit operationem cauterij. *Iota.*

Modus extrahendi ſuccum cucumeris aſinini.

Accipe de cucumeribus illis, qui ſunt bene maturi, & dimitte eos ſic collectos vna nocte. Deinde accipe vas, & pone ſuper eum cribrum, & pone ſuper eum cultellum reſupinatum, ita, quod acies eius ſit verſus ſuperiorem partem, & oppoſita verſus cribrum. Et diuide per medium cucumeris ſingulariter ſuper cribrum, & exprime id, quod eſt in eis de humiditate ſuper cribrum, donec deſcendat in vas ſuppoſitum. Et quod cadit de carnoſitate eorum ſuper cribrum, exprime, donec deſcendat cum tota ſubſtantia eius per cribrum in vas. Deinde pone ſuper id totum, quod collectum fuerit ex eis, aquam dulcem. Et quidam ponunt aquam marinam, & lauant, & proijciunt aquam. Et ſunt, qui iterum colant cum aqua prima, quæ egreſſa eſt a cucumeribus, ſubſtantiam, quę remanſit ſuper cribrum, & miſcent bene, & cooperiunt cum pannis & expectant, donec craſſities ad fundum vaſis deſcendat, & ſeparatur ſubtilitas, & aqueitas, quæ eſt ibi à craſſo. Et cum hoc feceris, auferaquoſitatem eius, & proijce leuiter extra. Et ſi remanet iterum aliquid ſuper eum de ſubtili aquoſo, collige ipſum cum ſpongia, vel toto; & pone craſſum eius in vaſe lapideo, & tere quaque die continue, donec inſpiſſetur, & ſit aptum ad trochiſcos formandos, & fac trochiſcos, & ſicca in vmbra. Et ſi miſceueris cum eo aliquãtulum gummi arab. aut traga. erunt trochiſci magis adhærentes in partibus ſuis; & ſubſtantia eorum erit ſicut vitrum, & ſaluabitur per amplius tempus.

Alius modus ſecundum Dioſco.

Platte. Glaterſ. Dixit Dioſco. ſunt aliqui, qui cinerem cribratum ſuper terram extendunt, & faciunt in medio eius foueam, & ponunt pannum triplicatum ſuper cinerem, & proijciunt ſuccum cum toto, quod eſt in eo ex aqua ſuper pannum, quoniam cinis ſugit, quod eſt in eo de aquoſitate cito; & quando fuerit deſiccata, terunt craſſitudinem, ſecũdum diſciplinam, quam narraui prius. Et quod ex electario habebit colorem, ſicut ſuccus porri, vel ſicut zinziar; & habet in ſe turbulentiam, ſeu craſſitiem, & grauitatem, eſt malum, & non eſt laudabile. Et melius ex eo eſt, quod habet viriditatem paucam, declinantem ad albedinem parumper; & quod eſt ſimile colori ambræ; & eſt cum hoc leuis põderis, & actus leuis, & eſt calidum. Et qui appropinquabit ipſum igni, inflammabitur cito. *vſque 17.* Et non eſt nimis vetuſtum x. annorum vſque ad * vij. & virtus eius eſt fortior, & melior, qui voluerit eo vti in vomitu, & laxatione ventris. Et doſis eius completa eſt 4. pars drach. i. & proprietas eius eſt attrahere humores phlegmaticos, & melãcholicos per vomitum, & per ventrem, & adulteratur cum admiſtione eius de ſucco cucumeris domeſtici, aut cum amylo, aut aſſimiletur electario bono, claro, albo, leui.

Modus extrahendi ſuccum abſynthij.

Accipe abſynthium, quando eſt in fine ſuæ teneritatis, & bonitatis, contere eum mane ante ortum Solis, quia tunc ſuccus eius exibit melius, & facilius; deinde ſtringe eum in torculo, aut porta in panno craſſo, & forti, exprime cum trabe lignea, ſicut premunt artifices aſſor. i. cartamum, & expone ſuccum Soli, donec erit prope deſiccationem, & fac ex eo trochiſcos, & ſerua. Et ſunt, qui ponunt ſuccum eius ſuper ignem, & coquunt, donec coaguletur, & ponunt cum eo parum gummi arabici, vt partes eius ſint melius adhærentes, & faciunt trochiſcos, & ſeruant. *Platte.* Et quidam adulterant eum, cum amurca olei. Et propter hoc non recipiatur niſi à fideli viro, & mundus, clarificatus, purus, ex eo eſt fortis odoris, & fortis amaritudinis, & virtus eius ſucci fortior eſt virtute abſynthij. Et ſecundum hanc diſciplinam extrahitur ſuccus ex ſcenrag. id eſt ſumoterræ, niſi quòd aquoſitas eius eſt amplior aquoſitate abſynthij quã oportet, quòd ingeniamur ad exiccandum ipſum amplius in Sole, vel in decoctione ſuper ignem.

Modus exprimendi ſuccum ex gafid. i. eupatorio.

De menſe Maij herba mollis recens, quæ naſcitur in hortis, vel viridarijs colligatur in mane; & quoniam aquoſitas eius eſt pauca ſemper, quanto magis eius, quæ naſcitur in montibus. Accipe ergo ex ramis ſuis tenellis, & caue a vento, vel à Sole: & tere ipſam ante ortum Solis, & exprime ſuccum eius, & coque cum gummi arabico pauco, quouſque coaguletur, & ſi poteris ex eo facere trochiſcos, bene; ſi non autem, ſerua, ſicut eſt. Et ſunt, qui adulterant ipſum cum alijs ſuccis. Quare oportet, quod non accipiatur niſi a fideli viro. Et ſunt qui exponunt ſuccum Soli, & dimittunt, donec ſiccatur, vt poſſint facere trochiſcos, & faciunt ex eo.

Modus extrahendi ſuccum ex tribulis marinis.

Succus haſac. i. tribuli marini, exprimitur, ſicut gafid. *Platte.*

Forma colligendi euphorbium, & eligendi ex eo, quod bonum eſt.

Euphorbium naſcitur in terra, quæ dicitur ſelgelmeſa, & fæx, quod ſic colligitur. Accipiunt ventres pecudum, & lauantur bene, & ligantur ad crus arboris, deinde accipiunt homines lãceas, & ſtantes a longe figunt acumen ferri in crus arboris, quoniam inde effunditur gummi copioſum in ventrem, ac ſi effunderetur ex vaſe aliquo. Et aliquando emanat ex eo ſuper faciem terræ propter fortitudinem ſui caloris. Et elegantius ex eo eſt id, quod eſt clarum, vrens fortiter, & eſt grauis ſaporis valde propter nimiam acuitatem eius. *Platte. Euphorbiũ.*

Modus faciendi opium.

Opium eſt lac papaueris nigri. Et dixit Dioſcorides, quod modus extractionis eius eſt ſecundum hanc formam, ſcilicet quod venias ad papauera, quæ ſunt completæ maturitatis, poſtquam deſiccata ſunt a rore, qui cecidit ſuper ea in mane; & ſcindatur cutis eorum parum cum facilitate non profunde, ne tranſigatur cutis eorum; ſed ſuperficies tantum incidatur, quoniam lac ingrederetur intra concauitatem papaueris, & non poſſet poſtea colligi; deinde rade papauer circumquaque ex omni parte eius, & incipe abraſionem tuam a ſummitate capitis papaueris, & extrahe vſque ad finem ſciſſuræ, quam feciſti directe, & caueat rator, ne radat de cute eius cum lacte, & collige lac cum digito, & pone in vaſculo vitreo; deinde expecta per tẽpus aliquod, & reuertere iterum ad papauera prima, quoniam inuenies per ſciſſuras, quas abraſti, iterum lac egreſſũ, quod colliges, vt dixi. Et hoc facies quouſque aliquid de lacte egreditur, & ſi vides aliquid egredi ſecunda die, & tertia, collige etiam; deinde adhibe ſimul totum quod collegiſti, & tene in loco mundo donec coaguletur, vt poſſis ex eo facere trochiſcos.

Forma extrahendi ſuccum ex papaueribus, ex quo fit opium.

Accipe capita papauerum, & folia eorum, & tere bene, & extrahe ſuccum eorum cum ſtrictorio, aut aliter, & tene ſuccum illum aſſidue in Sole, donec coaguletur totaliter, quod poſſint inde fieri trochiſci, & fac, & ſerua. Et virtus huius debilior eſt virtute opij, & melior ſpecierum opij eſt graue, & pingue, & quando frangitur eſt in loco fracturæ lene, & clarum declinans rubedini, & quando funditur ſuper eum liquor, cito diſſoluitur, & qui applicauerit ipſum candelæ incendetur, & emittet flammam non obſcuram, & odor eius, quando extinctum fuerit, remanebit ſecundum diſpoſitionem ſuam primam, non immutatus. Et adulteratur cum ſucco lactucæ erraticæ. Et ſuccus huius lactucę habet virtutem ſimilem virtuti papaueris nigri, ſed eſt debilior ſatis, verum in colore, & odore multum aſſimulatur ſibi. Et ſunt alij, qui adulterant cum ſucco memithæ, & cum tragac. Sed id, quod eſt adulterarum cum ſucco memithæ, quando diſſoluitur in aqua, eſt odor eius ſicut odor, vel color

color croci. Et id,quod adulteratum est cum gummi arabico,est clarum, & paucæ virtutis.

Modus colligendi lac chelidoniæ, & extrahendi succum eius.

Accipe huius herbæ,quæ est crocei coloris valde, & amari saporis completa maturitate, incidantur summitates ramorum eius, scilicet quando incipiunt apparere semina eius, & inclinentur rami super vas mundum ex vitro, vel ex alio, ita, quod lachryma eius cadat in vase, quod exponatur Soli, donec exiccetur,& fac trochiscos, & serua. Sed qui voluerit succum eius exprimere, colligat herbam, & terat, & reprimat succum eius, & deficcet,aut coquat primo, donec inspisserur; & postea ponatur in Sole, donec deficcetur. Dixit Dioscorides tere hanc herbam,& exprime succum eius, & misce cum melle mundo,& coq; in vase ex ære puro, & in mundo vase reserua, quoniã est magnæ virtutis clarificando visum quãdo po-
Nota. fueris ex isto medicamine in oculũ. Et dixit principium ortus chelidoniæ est,quando hirundines incipiunt apparere,& quãdo desinunt apparere, herba deficcatur, & nõ apparet. Et propter hoc appellatur herba hirundinum.

Forma extrahendi succum corticum radicum mandragoræ.

Accipe cortices radicum mandragoræ, dum sunt teneræ, & recentes, & contunde fortiter, & exprime sub aliqua re graui, & collige succum, & tere, donec incrassetur,& serua necessitati. Et sunt,qui coquunt radices in vino vsque ad consumptionem tertiæ partis,& colant,& seruant. Et sunt, qui colligunt lachrymam eius,facientes foramina in radice, & colligunt, quod emanat ex ea de humiditate. Verum succus est fortior lachryma, & lachryma non reperitur vbique.

Forma extrahendi succum ex succharam, idest hyoscyamo.

Nota. Accipe fructum eius cum oleis, & extrahe succum,& pone in Sole. Et vtere eo suo anno,& non amplius; quia cito corrumpitur. Et sunt,qui terunt semen eius siccum, & proijciunt super ipsum aquam, & exprimunt succum eius, & iste est melior succo foliorum eius in sedando dolores. Et sunt, qui terunt plantam eius, & miscent cum farina frumenti, & faciunt trochiscos, & seruant.

Modus exprimendi succum ex memithe.

Inquit Dioscorides memithe multam habet aquositatem,& color aquæ ipsius est similis colori croci. Oportet ergo, quod teratur cum ramis suis, dum est recens, & renera, & quod expressum fuerit, ponatur in Sole in vase cooperto, & dimittatur, donec incrassetur, & fiat sicut lutum, deinde fiat ex eo sief, quibus vtere in alcohol, & in vnguentis super apostema, & in ægritudini-
Nota. bus podagræ calidæ,& alijs. Sed ego accepi memithe,& triui, & extraxi succum eius. sicut Dioscorides dixit, & non exiuit succus eius glauci coloris, quemadmodum dixit; & feci trochiscos eorum, & declinauit color eorum viriditati, donec declinauerunt nigredini. Et quæsiui à mercatoribus, qui veniunt ab oriente, & dixerunt mihi, quod accipiunt succum eius,& terunt cum amylo,& faciunt sief. Et feci, sicut dixerunt, & declinauit color eorum glaucedini;sed non totaliter,sicut illi,qui apportantur de oriente. Et dixerunt mihi alij, quod cõficiunt substantiam eius cum aqua fluminis, & faciunt sief. & hi sunt illi,qui deferuntur ad nos de oriente, & cum hoc toto ignoro veritatem eorum.

Modus extrahendi succum prunorum syluestrium,ex quo fit acacia.

Acacia fit in Misalim, & est succus prunorum syluestrium. Et modus extractionis eius est, quod colligas plantam hãc cum fructu eius; & pone super eam aquam paucam in vase, & dimitte sic diebus aliquibus; deinde coque super ignem illam colaturam, quousque coaguletur, deinde proijce in vasibus similibus cochleis, & dimitte siccari. Et succus huius fructus,qui dicitur acacia, quando fit ex fructu maturo perfecta maturatione ita, quod iam acquisiuit dulcedinem, est color eius nigrior, & clarior, & non erit stypticus intestinis, propter suam dulcedinem. Sed quando fiet ex fructu non complete, maturo,erit color eius decliuior rubedini magis; & stypticitas eius erit maior. Et elegãtior omnibus alijs est acacia, quæ est talis, sicut dixit nunc, & talis magis est odorifera alijs.

Modus ablutionis eius.

Tere eam cum aqua dulci sæpe,& proijce aquam,quæ supra natauerit, & fac hoc,donec videas aquam claram, fac ex ea trochiscos,& serua. Et sunt,qui lauãt eam cum aqua rosata, quando volunt frigiditatem eius ampliorẽ, & sedationem doloris magis. Modus vero assationis eius est,quod ponatur super prunas,& affetur,quantum est necessarium. *Electio. Acacia.*

Modus faciendi licium.

Sunt qui faciunt licium ex radice arboris, quæ dicitur curtam; & species huius licij nominatur cohaculem, & est quoddam, quod affertur ex Alienen. Et sunt, qui faciunt licium in hunc modum: Et est, quod terunt folia ex arbore, sicut sunt, & exprimunt succum, aut mollificant ea,aut infundunt ea aliquibus diebus in aqua, & coquunt, & exprimunt, & iterum ponunt super ignem aquam illam, & decoquunt,donec incrassatur sicut mel. Et sunt, qui adulterant eum cum amurca olei, & miscẽt cum ea tempore quo ipsum coquunt; aut cum succo absynthij:aut cum felle bouino. Et melius licium est quod facit spumam, & habet colorem similem sanguini:quoniam ante ipsum inflammatur in igne, & extinguitur in aqua; & color eius exterior est niger, & interius declinat ad nigredinem, & etiam non habet in se pinguedinem; & habet stypticitatẽ cũ amaritudine: & color eius est sicut color croci, & sicut color licij indici, quod fit in hũc modum,quem dixi. Etiam sunt qui faciunt ex amurca olei similitudinem litij. Accipiunt enim amurcam olei veterem, quæ non habet terram, nec arenam, & decoquunt in vase æris, donec incrassetur, & ponunt super dentes dolentes,nam facit dolorem quiescere. Et qui decoxerit ipsum cum acrestia,quousque fiat sicut mel,& ponit ex eo super dentes corrosos,eradicat eos, vel præparat ad faciliorem eradicationem. *Electio. Licij.*

Modus extrahendi succum hypocystidis.

Accipe rosam caninam in fine mensis Maij, & tere, & exprime succum eius, & coque, donec incrassetur, & dimitte siccari. Et sunt,qui apponunt modicum gummi arabici,vt partes eius melius adhæreant.

Modus extrahendi succum ex balaustia.

Dixit Dioscorides,extrahunt quidam ex balaustia syluestri succum, sicut ex rosa canina, & est stypticus, & virtus eius est, sicut virtus hypocystidis.

Forma extrahendi succum chalbani.

Accipe baucciam syluestrem fœtentem cum suis summitatibus, & incide eam in frusta longitudinis. 4. digitorum; & hoc facies, quando erit glauci coloris in fine mensis Iulij, & pone in vase æneo, & proijce super ipsam herbam aquam, qua cooperiatur, & plus,& bulliat magno igne, quousque disoluantur rami, & stipites eius; deinde auser ab igne, & cola cum colatorio ex pilo, idest ex setis, & proijce ligna; deinde proijce super aquam illam colatam tantum, quantum est medietas eius, & de terebinthina, & est hezelebat, & coque cum pauco igne, donec consumetur aqua, & remaneat gummi. Et non oportet, quod cooperias illud, quando coquis ipsum, & post hoc repone ipsum in marsupijs, vel vtribus, & serua, & vtere. Et si ficcetur plusquam oportet, quando decoquitur, pone in eo parum olei de cheru, aut parum sepi anatis, & signum in hoc est, quod accipias ex eo parum, dum coquitur, & pone super marmor, & si nimis est durum, pone de oleo, & si est satis molle, nil addas. Et sunt,qui adulterant ipsum cum resina pini, & farina fabarum. Et melior specierum eius est, quæ habet odorem suæ herbæ.

Modus faciendi succum lyquiritiæ.

Accipe radicem lyquiritiæ,quando est magis humida, & plena succo; scilicet in mẽse Iulij, & contunde ipsam, *Electio. Lauda.*

& proijce ſuper ipſam de aqua, donec cooperiatur, vel plus; & pone in vaſe ſuper ignem, & coque cum pauco igne, donec mel eius, ſcilicet pinguedo eius, egrediatur de ipſa, & cola; & proijce ligna, & pone iterum aquam ſuper ignem, & coque quouſque coaguletur; deinde expone Soli, donec deſiccetur, & vtere.

Modus extrahendi ſuccum vuæ acerbæ.

Sunt qui exprimunt ſuccum ex vuis acerbis in fine acredinis, & alij faciunt ex participantibus aliquantulum dulcoris, & maturitatis; ſed prior eſt frigidior, & ſtypticior, & ſecundus eſt minus ſtypticus, & minus frigidus. Et modus eius eſt, quod accipias ex vuis immaturis, & piſta, & exprime, & pone in vaſe ex ere rubeo ſuper ignē, & coque, donec propinquet coagulationi deinde pone in vaſe extenſo, & expone. Soli, donec exiccetur, & ſerua. Et quidam ponunt ad ſiccandum in Sole abſq; decoctione aliqua, ſi adeſt Sol calidus. Et ſunt qui miſcent cum eo parum gummi arabici. Verum ſimplex eſt melior, & melior ex eo eſt crocei coloris, quæ declinat alij coloti, facile frangibilis: & fortis ſtypticitatis, & pungens linguam. Et ſunt, qui coquunt ipſum cum melle, aut cum vino; & vtuntur eo in tumoribus neruorum, & cernicis, & gutturis, & tumore faucium, & palati ad alcola.

Elettu. Acroſta.

Modus extrahendi ſuccum centaureæ.

Accipe de centaurea dum eſt recens, & tenera, & tere eam bene, antequam Sol oriatur; & ſi ſuccus eius egrediatur bene; ſi non autem, oportet, quod ponas eam totam in vaſe, & proijce ſuper ipſam aquam vua cooperatur; deinde coque eam, & exprime ſuccum eius, ſicut exprimunt tinctores affor, & eſt crocus hortulanus; vel ſicut gentianam, & pone ſuccum ſuper ignem, & coque, donec incraſſetur, & ſerua. Et qui vult, quod partes eius adhæreant magis, ponat in eo parum gummi; verum ſimplex eſt melior, ſerua ipſum, & vtere.

Modus faciendi ſuccum ex berberis.

Accipe de berberis bene maturis, & contere eos, & miſce cū aqua, & frica manibus, & cola, & pone aquam colatam ſuper igne, & bulli, donec coaguletur, & ſicca, & ſerua.

Modus exprimendi ſuccum ſolatri.

Accipe plantam ſolatri cum foliis, & granis, & tere: exprime ſuccum, & coque ſuper ignem, vel exicca expoſitum Solis, quouſq; coaguletur, & ſiccetur, & ſerua.

Modus extrahendi ſuccum hauſig.

Oportet, quod colligantur folia eius donec ſunt humida, & terantur ante ortum Solis, ſicut iam dixi, & exprimatur ſuccus eorum, & coquatur ſuper ignem, vel deſiccetur in Sole, & ſic ſeruetur. Et iſte eſt modus extrahendi ſuccum plantaginis, & lactucæ, & ſemperuiuę, & portul. & roſtri porcini, & ſcario. & fœnic. & apij, & cuſſus ideſt volubilis, & lapatij, & cæterarum huiuſmodi herbarum, ex quibus poſſant ſucci extrahi.

Xlodus ſcil-la.

Modus præparandi ſcillam in omnibus modis præparationis eius, & eſt Cæpa muris, & primo de modo aſſandi ſcillam.

Oportet, quòd eligantur ſcillæ, quæ declinant ad albedinem in ſuo colore, & ſunt mediocres inter magnas, & paruas; & quæ oriuntur in terra craſſa, & ſicca, & quę ſunt duræ, paucæ humiditatis; & quæ euaſerunt à corruptione. Et caue à cæpæ, quod eſt vnum ſolum; t. quod eſt natum in terra, vbi non ſunt aliæ ſcillæ. Nam non debes accipere niſi ſcillas, quæ habent circa ſe ſcillas, ſ. cæpas multas. Quia illa, quę naſcitur ſola eſt ſcelerata mortalis. Accipe ergo de ijs, quas diximus, & excoria eas de corticibus ſuis exterioribus ſiccis, & abſcinde ex inferiori parte foliorum eius id, quod eſt deſiccatum; & abſcinde radicem eius, & purga eam bene totam, & inuolue eam in paſta facta ex farina hordei, vel alterius, aut in maſſa facta ex argilla rubea, dulci, aut nigra; & fit inuolutio eius, quo inuoluis eam craſſitudinis vnius digiti; & pone eam ſic inuolutam in furno, aut in athanor, vbi ſint prunæ incenſæ; & ibi dimitte tota vna nocte, vel plus, donec fit aſſata paſta, & compleatur decoctio eius, & color eius fiat rubeus; deinde auſer ab igne, & ſine infrigidari, & auſer paſtam, qua inuoluiſti eam, & conſidera ſi videtur tibi bene aſſata, ita, ſcilicet, vt ſit mollis, tractabilis. ſi ergo compleuit ignis opus ſum in ea bene; ſed ſi non, coque iterum, inuoluta paſta, vel in argilla, quouſque fit æqualiter per totum aſſata, nam niſi bene aſſetur, remanet in ea acuitas mala, quæ nocet ſtomacho, & ventri, valde, & facit vomitum, & nauſeam.

Forma deſiccandi ſcillam.

Accipe cæpe crudum, & auſer corticem exteriorem, & ſcinde in duas partes per longitudinum cum culteilo facto ex ligno pini; deinde ſepara tunicas abinuicem, & contigas eas in filo lineo, & imple filum ex fruſtis eius diſtanter; ita, quod fruſta non tangant ſeinuicem, & ſuſpende in vmbra in loco ventoſo; & dimitte donec deſiccentur à vento abſque Sole.

Forma caſtrandi ſcillam.

Accipe ſcillam antequam incipiant germinare folia eius, & ſtipes, & cauteriza eam cum veru ex ferro candenti, & vre bene in loco illo, vbi ſtipes, & folia oriuntur, vel orti debebant. Fac ergo id antequam germinet ſtipes, nam quando ortus eſt ſtipes eius, non eſt amplius ingenium in caſtrando eam, niſi quod incidatur totum id, quod ortum eſt, & cauterizetur, & vratur bene locus vbi oriebatur ita, quod amplius non germinet ibi aliquid.

Modus conficiendi acetum ſcilliticum.

Accipe cor ſcillæ cum tunicis ſuis mollioribus, quæ ſunt prope cor eius, & incide in duobus, vel tribus fruſtis cum culteilo ligneo, & non ferreo, & imple fila de filo facta ex ipſis fruſtis; deinde accipe paropſidem terream, & line interius eam toram pice, & erige lignum in medio, ſcilicet paropſidis eius ad modum columnæ, & liga plurima fila ſummitati columnæ, ſeu ligni huius, & extende fila ipſa æquidiſtanter trahendo ipſa per labia paropſidis; deinde per latera eius donec ipſa annectentur omnia pedi paropſidis, & fiat ſicut tentorium ſuper paropſidem: & tunc iam percepiſti, quod lignum debet eſſe tantæ longitudinis, quod ſuperemineat labio paropſidis; deinde pone in paropſide de aceto bono forti quantitatem, qua duæ paropſidis partes impleantur; poſt modum ordire circulariter filum, in quo fixiſti fruſta cæpæ ſupra fila illa, quæ ſtant ſicut tentorium, tali modo fruſta ſint ſuſpenſa ſuper faciem aceti, ita, q, non tangant acetum; & cooperi paropſidem cum coopertorio habente culmen, ſicut vides eſſe neceſſarium ad opus tuum, vel cum paropſide alia cooperi inferiorem in latitudine: ſit coopertorium linitum pice, & iam interius: deinde oppila bene lutando orificia vaſorum cum argilla, & pone in Sole quatuor diebus in menſe Iulij, vel Auguſti. cum ergo complebuntur dies oportet, vt coles acetum in vaſe vitreo, & reponatur neceſſitati.

Et dixit Hebengizar cuius expoſitio eſt filius macellarij, quod quidam ex philoſophis gentilium, ſcilicet inciruncinſorum, ponunt pro qualibet libra cæpæ. libr. 6. aceti, & iuſſerunt ſuſpendi fruſta longe ab aceto digitis. 4. cum pondere. vnc. 2. ex iuiubis recentibus, & tantundem ex pulegio regali, & ſuſpendunt cum fruſtis cæpæ, ſicut ipſa ſuſpenſa ſunt: & poſt 40. dies colant acetum in vaſe mundo. ſuffumigando prius ligno aloes. Et ſunt ex medicis, qui dicunt, quod in lib. 4. aceti ponatur lib. 1. ſcillæ, ſed modus prior eſt apud me melior, & oportet, quod poſtquam ſteterit in Sole in menſe Iulij, aut Auguſti. ſicut dixi ſex diebus, quod auferatur argilla, qua lutatæ ſunt paropſides, & apertis paropſidibus proijciantur cæpæ in acetum, & pro quibuſlibet libris tribus aceti, accipe apij, balſamitæ ſcilicet ſiſymbrij, & pulegij recentis, de quolibet, ana vnc. i. herbæ aniſi. fœniculi, amborum recentiū, ana M. i. ex his omnib. fac faſciculos, & ſuſpende ſuper faciem aceti, ſicut ſuſpendiſti ſcillas, & expone Soli duabus ſeptimanis in æſtiuo tempore: deinde auſer iſta, & proijce, & accipe ſpicæ nardi, cinnamomi, aniſi, amygdalarum amararum, ana vnc. i.

garyo-

Documen.

garyophyllo. vnc.s. & repone in paropſide cum cæpis. luta,& dimitte ſeptem diebus; & poſt aufer argillam,& aperi vaſa,& cola acetum in vaſe vitreo, nam tali modo præparato vtebantur Reges gentilium.

Operatio eius ſecundum Dioſcoridem.

Sed Dioſc. faciebat acetum ſcilliticum in hunc modum, quem ego narro. Accipe de cæpis ſcillæ albis, & ſcinde in fruſta,& infige,à filo, & ſepara ita fruſta, quod ſe non contingant, & deſicca in vmbra in loco ventoſo verſus orientalem, vel verſus occidentalem partem 40. diebus integris; deinde accipe de his ita ſiccis pondus lib.ij.& proijce ſuper eas lib.14 aceti, & dicit alibi lib.x. & cooperi vas cum coopertorio, & luta cum argilla labia vaſorum,& expone Soli 40. diebus; &c. poſtea cola acetum,& exprime ſcillas, & proijce earum ſubſtãtiam, & ſerua neceſſitati.

Iuuamenta aceti. Ex dixit iterum,quòd quidam ponunt ex cępis recentibus ſine exiccatione modo prædicto in aceto,& dimittunt ſeptem menſibus,& colant acetum,& vtuntur. Et dixit,quod hoc acetum factum in hunc modum,incidit humores craſſos fortiter, pluſquam factum aliquo alio modo,& dixit,quòd eſt optimum ægritudinibus corporis omnibus, præterquam habentibus intrinſecus ſcabiem,vel vlcera, ſeu excoriationes intrinſecas. & oportet,quod quando incipiemus ipſum dare in potu alicui, *Deſit.* quod demus in primis quantitatem paucam,poſtea addamus quantitatem eius paulatim,donec perueniant ad vnc.j. ſemis.

Modus alius breuis pro ijs,qui volunt,quod cito fiat propter neceſſitatem.

Accipe vnc.j. aceti,& pondus dra.j. cępæ ſcillæ,& pone totum ſuper ignem, & bulliat duabus bullitionibus, deinde aufer ab igne,& cola,& vtere.

Et ex iuuamentis aceti ſcillitici ſunt, & ipſum incraſſat tracheam arteriam,& fortificat carnem eius,& clarificat vocem,& confert doloribus ſtomachi, & malæ digeſtioni,& valet oppilationibus,& ſuffocationibus matricis,& fortificat cor debile, & reddit ſanitatem,& clarificat colorem,& acuit viſum, & frangit lapidem,incidit humores craſſos,& aperit vias,& canales omnes; & confert apoplexiæ, &c. iuuat vniuerſaliter in omnibus ægritudinibus frigidis iuuamento maximo.

Modus deſtillandi aquam ex ſcilla, quæ occidit mures, & quæ ponitur in medicinis, ex qua fit ſyrupus acetoſus.

Accipe de cæpis nouis recentibus,& excoria eius corticẽ ſuperioré, & proijce id, & incide reſiduũ cum cultello, deinde accipe ollam, & perfora eam in fundo foraminibus paruis,& imple eã ex ipſis cæpis inciſis. Deinde fac foueam rotundam in terra, & ſepeli in foſſa illam ollam vitreatam; & pone ollam cum cæpis ſuper ollam aliam vacuam, & quam tu ſepeliſti; ita,quod ſuperioris ollæ fundus ingrediatur os inferioris ollæ; deinde luta eas inuicem,vt contingant ſe,& cooperi ollam ſuperiorem coopertorio idoneo, & luta; deinde cooperi circumquaque ex terra, ita, quod cum incenderis ignem,circum,ignis non attingat inferiorem ollam; & ſuperior ſit ſtans in medio ignis; deinde accende ignem circa ſuperiorem ollam,& ſuper eam ex ſtercore animalium,vel ex alio,& fac ignem nocte vna tota. In mane vero inuenies aquam deſtillatam in olla inferiori, quam cola, & ſerua. Et qui vult ex ea occidere mures conficiat cum ea farinam,vel panem, & ponat in loco, vbi abundant mures, morientur ex eo, qui comederint cito; & ſi miſceueris parum ex lithargyrio erit velocior ad occidendum.

Mures interficere.

Modus albificandi acetum ex quo fit ſyrupus acetoſus.

Conſtrue athanor ſimile illi, in quo deſtillatur aqua roſacea, & ſuperpone ei vas deſtillatorium ex vitro,vel ex terra vitreata, & imple tres partes ex aceto bono,& quarta pars vaſis ſuperius ſit vacua, ne cum ebullierit acetum effundatur extra; deinde cooperi vas cum vaſe aliquo ſuperius ſicut nouiſti; habente naſum, ſicut fit in aqua roſacea; & fac ignem leuem non fortem, nam ſi ſi eſſet fortis,non fieret acetum album tantæ albedinis, & eſt neceſſe, quod acetum, quod deſtillatur ſit ex vuis albis,clarum,& acre in fine acredinis,quia tunc deſtillatur album, & purum. Repone ergo ipſum,& ſerua neceſſitati. Secundum hanc diſciplinam poteſt deſtillari vinum,qui vult ipſum deſtillatum.

Modus faciendi aquam camphoræ.

Accipe vas ex vaſis aquæ roſaceæ, quod dicitur Batã, & expoſitio eius eſt venter, & imple ipſum ex lignis pini,quæ habet magna folia, & impleatur vas,aquæ roſaceæ, cooperi vas ipſum cum coopertorio habente naſum, & pone ventrem in vas æneum plenum aquæ, & pone ſuper ignem quouſque incipiat aqua bullire; nam deſtillabat oleum ſubtile boni odoris, quod appellatur aqua camphoræ; aut ſi vis,deſtilla in furno aquæ roſaceę ſecundum diſciplinam eius,& ſerua repoſitum,quod ex eo deſtillatum eſt,& vtere.

Modus præparandi colocynthidem ad vſum potionum.

Colocynthis ex virtute ſua purgat phlegma viſcoſum,& humores craſſos, & purgat cerebrum: ſed ipſa inducit dolores, & tortiones, & punctiones in inteſtinis,& teneſmum,& malitiam,ſeu nocumentum,& exprimitur malitia ſi teratur, & cribelletur: & addatur ei quantum eſt 4. pars, ſeu v. pulueris eius ex traga. & fac inde trochiſcos,& ſerua neceſſitati. Et ſunt,qui ponunt loco trag.gummi arabicum, quoniam ambo reprimunt malitiam eius, niſi quod gummi habet aliquantulum ſlypticitatis, &c. traga.iuuat ad laxandum,& qui vult eam miſcere cum tragac. oportet, quod terat tragac. & diſſoluat in aqua,& colet, & conficiat colocynthidem cum eo, &c. miſceat bene in mortario, quouſque fiat vnum corpus,& fac trochiſcos. Et oportet vt non multum teratur,quia adhæreret inteſtinis,& excoriaret. Et *Document. Electio.* oportet, quod eligatur colocynthis, quæ habet colorem in cute ſubcitrineum, & habet ſuperficiem lenem, ſine vlla aſperitate, & interius eius album declinans citrinitati parum, perleuis ponderis, ſpongioſa, quia iſta ſunt ſigna,quod fuit collecta matura,quantum oportet. Quam oportet,quod non vtaris ex ea,niſi pulpa eius. Et abijcias grana eius,& corticem. Et doſis eius ſolius eſt pondus octauæ partis aurei vnius, vſque ad quartam vnius aurei.

Modus præparationis turbith.

Turbith ex virtute ſua purgat phlegma, ſed inducit *Doſis turbith.* ſyncopim,& tortiones. Sed eius præparatio eſt,quod teratur,& roretur oleo amygdalarum dulcium,quia prohiber partem ſuæ malitiæ,quod ſi non habes,accipe ſe- *Doſis.* ſaminum,vel butyrum, vel oleum commune,quodcũque habes paratum.

Et turbith melius eſt, quod eſt album multum,& lenem habet corticem,& lignũ interius ſubtile ſine aſperitate,& non eſt craſſum,& habet gummi ſuper capita eius. Et doſis eius,quod eſt nouum, eſt pondus drach.j. vſque ad dr.ij.& hoc eſt cum magna cuſtodia,& de veteri plus. Et nõ datur ſolum, & poſt acceptionem eius ſumatur brodium pingue,& ex pinguedinibus ſubtilibus.

Modus præparandi euphorbium.

Euphorbiũ purgat ex virtute ſua phlegma viſcoſum, *Euphorbiũ.* quod eſt in ſchia,& lumbis,& inteſtinis,ſed ipſum facit triſtitiam, & debilitatem. Et rectificatio eius eſt,quod non multum teratur, & miſceatur cum oleo, & cum eo pone bdellium, aut ſuccum liquiritiæ,aut ex ſpeciebus, ſicut cinnamomum,caſia lignea,& ſimilia. Et oportet, vt fundatur in oleo roſaceo bono. Et eligatur ex eo cla- *Electio.* rum, nouum, citrinum, fortis odoris, amarum, cui ſupertranſiuerit annus vnus vſque ad tres annos. Et doſis eius eſt à granis vj. vſque ad grana.12.

Modus præparandi elleborum album. *Doſis elleborum albi.*

Elleborus albus purgat virtute ſua phlegma per vomitum.

mitum.& modus acceptionis eius eſt,ꝙ comedatur ante aſſumptionem eius cibus aliquis leuis,& poſtea accipiatur contritus bene cũ pulte facta ex farina frumenti, vel hordei. Et melior eſt,qui eſt pungitiui ſaporis,adurẽs linguam extenſus, longus, albus, & cito frangibilis,cui appareat in fractura ſimile texturæ araneæ telæ ſubtilis. Elect. Doſis eius eſt pondus drach.s. vſque ad ij.& infra. Doſis.

Præparatio elleboti nigri.

Et niger elleb. Et niger elleborus purgat de virtute ſua phlegma, & melancholiam, & operatio eius eſt fortior operatione ellebori albi. Et præparatur eodem modo ſicut elleborus al. Eligitur autem cuius radiculæ ſunt plenæ, pingues,& ſubtiles, in cuius fractione apparet ſimile ſubtili arenæ,acutum habens ſaporem. Et melior eſt ille,qui naſcitur in terra petroſa,alta,ſicca. Et doſis eſt à drach.s. vſque ad drach.ij. Et tempus colligendi vtrumque elleborum eſt in menſe Iulij,quia ſunt in fine bonitatis. Elect. Doſis.

Forma exhibendi polypodium.

Polypodiũ. Polypodiũ purgat virtute ſua phlegma,& melancholiam ſine moleſtia, & grauedine. Et præparatur ad ſumendum ipſum ſolum, quia coquitur in aqua hordei, aut ſiclæ,aut decoctione cucumeris,aut aqua mellis cocta. Et qui vult eo vti in potionibus,radat ipſum bene,& terat,& miſceat in medicinis. Et eligitur citrinum cuius ſapor appropinquatur ſapori gallarum cum dulcedine,& eſt craſſum ſicut digitus minor. Elect.

Et doſis eius in decoctione eſt à * dr.ij.vſq; ad * dra.v. & ſimiliter in ſubſtantia per ſe doſis à * drach.j. vſque ad * drach.ij. & dicit Philoſophus Iebana, ꝙ iſtud pondus vnc.j. intelligitur de ficco. Verumtamen quando eſt recens, doſis eius ſolius eſt vſque ad vnc.ij. aut iij. & in potionibus vnc.j. Et oportet, quòd colligatur in Vere. Et ſunt etiam, qui colligunt eum in Autumno; ſed primum eſt melius. Doſis. * vnc.i. * vnc.ij. * drach.ij. * drach.y.

Modus exhibitionis,& præparationis granorum

Nil eſt indicum.

Nil. Hæc purgant de virtute ſua phlegma. Et modus præparationis eorum eſt,ꝙ ipſa terantur, & infundantur in oleo amygdalarum dulcium,& bulliant in aqua vſque ad conſumptionem aquæ,& remaneat oleum,& dentur ſola,aut conficiantur aliæ medicinæ cum eis ſecundum voluntatem recipientis. Et doſis eorum eſt à drach.iij. vſque ad v.& melius Nil eſt,cuius folia ſunt craſſa,& ſimilia folijs oliuarum parum minora, & ſunt calidi ſaporis,& faciunt raucedinem vocis. Doſis. Elect.

Sermo de Alcham.

Alcham. Omne amarum appellatur apud Arabes alcham, & in hoc multum laboraſſe expoſitores. nam quidam ex eis dixerunt, ꝙ erat colocynthis, & alij,ꝙ erat aliud: ſed ad vltimum non eſt verificatum apud eos quid ſit. Et purgat virtute ſua aquam citrinam abſque, ꝙ lædat ſtomachum,& purgat etiam phlegma. Et modus exhibitionis eius,quòd detur in potu cum melle cocto, aut cum rob; & melior ex ea eſt longa, quæ aſſimilatur cucumeri minori ſatis magnæ amaritudinis, quæ inuenitur in terra humida. & caueri oportet ab illa, quæ inuenitur in terra ſicca,petroſa, & quæ reperitur in montibus propter fortitudinem ſuæ virtutis. Et doſis eſt ab viij.granis vſque ad x. Nota.

Modus præparandi Scebram, id eſt eſulam.

Scebr. Scebra in ſua proprietate nocet hepati,& purgat aquã citrinam. Et doſis eius eſt,ſicut diximus de laureola. Et præparatio eius eſt,vt ponatur in lacte horis xxiiij.& poſtea deficcetur. Et ſunt,qui ponunt in aceto cum ea quãtitatem ponderis eius de roſis,& trag. & dant cum melle,aut ſucco vuæ, aut cum aqua,vbi ſint decoctæ lentes, aut ſicla. Doſis eſt pondus gra.vj.ad vij. Doſis.

Modus præparandi Ireos.

Iris. Iris purgat virtute ſua aquam citrinam,& humores craſſos,& viſcoſos, & melancholiam,& aperit oppilationes hepatis; ſed inducit triſtitiam, vel ſolicitudinem. Et bonum eſt, ꝙ admiſceatur alijs medicinis ad reprimendum malitiam eius. Et præparatio eius eſt,vt detur in potu cum aqua,& melle ſimul coctis. Et eligatur ex eo aquoſum multum, partes cuius lachrymantur,& breuis ſtaturæ,& partes eius æquales, & color eius prope citrinitatem boni odoris. Doſis eius pondus eſt ab aur.ij. vſque ad iij. vel iiij.aut poterur tritum, ex eo pondus drach.j.vſque ad drach.ij.cum melle cocto. Elect. Doſis.

Modus præparandi Acorum.

Virtus acori eſt propinqua virtuti ireos, & doſis eius eſt ſicut doſis ireos. Doſis.

Modus præparandi Centauream.

Centaurea purgat virtute ſua phlegma viſcoſum, & choleram ſimilem fęci,& humores,qui ſunt in ſchĩa,& lateribus, & anchis, quando aqua eius bibitur vel clyſterizatur cum ea. Eligitur ergo ſubtilis, quæ reperitur in montibus amara multum: quæ vero reperitur in vallibus eſt debilis operationis,& potio eius eſt aquę vnciæ duæ in clyſteri. vnciæ quatuor,cum oleo ſeſamino. Elect. Doſis.

Modus exhibendi Fumum terræ.

Iuuat ſtomachum virtute ſua,& confert ſcabiei,pruritui,& bothor,nam purgat choleram aduſtam,& mũdificat ſanguinem, & prouocat vrinam. Et qui vult eo vti,oportet, quòd eligatur recens, amarus multum, & viridis coloris. Et potio eius in decoctione eſt ab vnc.j. vſque ad vnc.ij. ſine decoctione à drac.iij. vſque ad dra. vij.cum tantundem de myrob. citrinis. Et qui vult bibere de ſucco eius, non oportet, quòd decoquatur, & quantitas potionis eius eſt ab vnc.iiij. vſque in viij. cum pondere drach.iiij.myrob.citr.& qui vult eo vti interponat ſemper diem vnum in acceptione eius. Elect. Doſis.

Modus aſſumptionis abſinthij.

Abſinthium purgat virtute ſua choleram à ſtomacho leniter,& inteſtinis: aperit oppilationes, & prouocat vrinam,& fortificat hepar; & non habet efficaciam in purgando phlegma. Et qui vult vti in decoctione,vel potu poret ex eo vnc.v. vel vij. & qui vult eum ſumere abſque infuſione,vel decoctione accipiat aur.j. vſque ad vnc. ij. Doſis.

Modus exhibitionis cuſcutæ.

Cuſcuta purgat virtute ſua choleram, & confert ſtomacho,& aperit oppilationes venarum,& cõfert febribus longis. Et fortitudo operationis eius eſt melior,& fortior operatione abſinthij. potio aquæ eius eſt quantitas libr.ſemis bullitæ,& colatæ. Et ſi quis vult bibere de aqua ſua abſque decoctione,oportet, quod apponat cum eo de zuccharo bono.vnc.decem. Doſis.

Forma præparandi cuſſus.

Purgat virtute ſua choleram, & modus acceptionis eius eſt, quod ſumatur de aqua ſua ſine bullitione pondus tertiæ partis lib.j.vſque ad ij.partes lib.cum drach.x. zucchari boni,vel penidij. Doſis.

Modus præparandi cachille.

Purgat virtute ſua aquam citrinam cum magna lenitate,ſine læſione. Et ſumitur de aqua eius ſine decoctione, tertia pars lib.vſque ad ij.partes. Doſis.

Modus acceptionis capilli veneris.

Purgat virtute ſua choleram à ſtomacho, & inteſtinis. & doſis eius eſt à drach.iij.vſque ad vij. Doſis.

Modus præparationis ſenæ.

Purgat humores craſſos,& confert dolori ſchię,& lũborum, & infundi debet oleo amygdalarum dulcium, vel butyro. Et doſis eius eſt à drach.iiij.ad ʒ. Doſis.

Modus præparationis abalgar.

Purgat aquam citrinam, cuius virtus eſt ſicut virtus eſulæ in corrumpẽdo virtutem corporis, & purgat choleram fortiter. Et doſis eorum eſt à gra.v.ad vij. mundata cum aqua,& melle cocto,laxant laxatione forti. Doſis.

Modus præparationis cartami.

Purgat virtute ſua phlegma. hoc faciunt grana eius munda à cortice. Cuius doſis ex granis eſt drach.xx. & oportet,quòd proijcias ſuper eam lib.s. aquæ calidæ, & frica manibus,& cola, & pone in eis de penidijs albis drach.x. & potentur. Doſis.

Modus acceptionis linguæ bouis.

Purgat virtute ſua cholerã,& confert pulſationi cordis,

dis, quæ contingit à cholera cum bolo armeno.

Modus præparationis myrobalanorum citrinorum.

Electio. Purgant virtute ſua choleram, & conferunt ſtomacho, & qui vult vti eis eligat citrinos, apud viriditatem,
Doſis. & graues, plenos, & non criſpos. Et doſis eorum eſt ſi fuerint decocti, vel infuſi à drach.x. ad xxx. Et de his, qui non ſunt decocti, vel infuſi à drach.iij. vſque ad vij.

Modus exhibitionis myrobalanorum indorum.

Purgant virtute ſua melancholiam, & confortant ſto-
Doſis. machum. Et doſis infuſorum, vel decoctionis eſt à dra. v. ad xx. Et de non infuſis, vel decoctis drach.ij. vel v.

Modus exhibitionis myrobalanorum chebulorum.

Purgat in virtute ſua melancholiam laxatione debili:
Electio. & conferunt orificio ani. Eligantur declinantes rubori,
Doſis. & nigredini parum, qui ſunt graues, & pleni. Et doſis infuſorum, vel decoctorum eſt à drach.iij. ad x. Non decoctione infuſorum à drach.j. vſque ad v.

Modus exhibitionis violarum ficcarum.

Purgant virtute ſua choleram, quæ eſt in ſtomacho: & inteſtinis, & conferunt fumoſitatibus reſolutis ab eis, & ſynanchiæ, quæ accidit pueris, quando ipſæ accipiuntur cum aqua. Et doſis earum eſt à drach.iij. ad vij. de ſiccis: & ſi fuerint recentes accipiantur infuſæ, vel decoctæ pondere drach.x.

Forma exhibitionis prunorum, & tamarindorum.

Purgant virtute ſua choleram, & reprimunt acuitatẽ eius, & prohibent vomitum, & faciunt eum quieſcere,
Electio. & conferunt pruritui. Et qui vult eis vti, eligat recentia,
Doſis. & multum acria. Et doſis aquæ eorũ poſtquam fuerint decocta eſt pondus lib. s. veruntamen tamarindi ſunt fortiores ad laxandum, & acriores; quare doſis eorum eſt minor doſi illorum.

Forma exhibitionis mannæ.

Electio. Mollificat virtute ſua inteſtina, & lenit ea, & pectus
Doſis. lenificatione pauca, & eligatur alba, recens. Eius doſis ſit ab aur.x. ad xx.

Forma exhibitionis caſiæ fiſtulæ.

Purgat virtute ſua choleram aduſtam, purificat ſanguinem, & clarificat eum, auferendo craſſitatem eius.
Doſis. Electio. Doſis eſt à dra.iij. ad x. Et eligatur, quæ eſt in canna eius, & color carnis eius eſt niger lucidus, & grauis.

Modus exhibitionis granatorum acrium, & dulcium.

Granata expreſſa cum carne ſua interiori purgãt cho-
Doſis. leram, & confortant ſtomachum ſua ſtypticitate. Et doſis aquæ eorum eſt lib.s. cum drach.x. zucchari boni.

Forma præparationis ammoniaci.

Electio. Confert dolori venæ ſciaticæ. Et eligitur, quod ſimile olibano, cuius odor vergit ad odorem caſtorei, parum pingue, habens continuitatem partium ſuarum, mundũ
Doſis. à ligno, amari ſaporis. Et doſis eius ſolius, aut cum alijs medicinis eſt pondus aur.j. ad aur.j.s. cum rob.infuſio.

Modus præparationis opopanacis.

Iuuamentum eius eſt ſicut iuuamentum ammonia-
Electio. ci. Et eligitur illud, cuius ſuperficies eſt citrina, & interius album, amari ſaporis, pingue, cito frangibile, fortis
Doſis. odoris, & caue à nig. Et doſis eius eſt à drach.s. vſque ad aur.j. infuſum in rob.

Forma exhibitionis bdellij.

Iuuat virtute ſua ad teneſmum, & ad excoriationem inteſtinorum, quę accidit ex aſſumptione medicinarum acutarum. Et confert hæmorrhoidibus, & collectionibus interioribus, quando bibitur, & collectionibus extrinſecis, facto ex eo emplaſtro cum rob.dulci. Et qui miſcuerit eum cum medicinis acutis phlegma purgantibus, prohibet excoriationem eorum, & nocumentum
Electio. ab eis. Et eligatur amari ſaporis, clarum viſu. & lene, &
Doſis. frangibile, & boni odoris. Et quando proijcitur ſuper ignem, eius odor aſſimilatur odori baccæ byzantiæ. Cuius doſis ſolius eſt dra.j. cum alijs medicinis drach.s.

Forma exhibitionis ſagapeni.

Confert dolori colicæ, & ventoſitati inteſtinorum, & dolori oſſis caudæ, & coxarum, & iſchiæ. & purgat

A phlegma viſcoſum. Cuius doſis per ſe ſumpti eſt drach.j. vſque ad aur.j. infuſum in rob, aut in oleo amyg.dul. aut cum melle, & cum alijs medicinis à drach.s. vſque ad drach.j. infuſi vt prius. Et eligatur cuius color interior declinat rubedini, & de foris albedini, & clarum, fortis odoris, & pungituui ſaporis. *Doſis.* *Electio.*

Forma exhibitionis ſarcocollæ.

Purgat virtute ſua phlegma viſcoſum, & incarnat vlcera, & veſtit ea corio, & contrahit viſcoſitatem carnis, quæ eſt nutrimentum carnis, ex quo fit generatio, & in vlcere incarnatis, & prohibet humores nociuos deſcendentes ad oculos. Et qui vult ea vti, oportet quod eligat illam, cuius color eſt ſimilis colori olibani declinans citrinitati, & quæ eſt amari ſaporis, & cito frangibilis, Cuius doſis eſt cum alijs medicinis drach.s. vſque ad drachm.j infuſæ in roa.decocto. Et oportet, quòd nunquam accipiatur ſola, ſed ſemper permiſta cum alijs medicinis. *Electio.* *Doſis.*

B Modus exhibitionis prædictarum.iiij.gummarum, qui eſt alius à prædictis.

Iſtæ gummæ, quas nominaui hic, ſicut ammoniacum, opopanacum, bdellium, & ſagapenum, quando debent alicui exhiberi, & ipſe abhorret acceptionem earum in pilulis factis ex eis ſolis, & diligit magis acceptionem earum cum rob. tunc oportet, quòd tu infundas eas in aqua bullienti, donec diſſoluantur, & cola, & infunde oleum amygdalarum dulcium, & da in potu cum rob.

Modus præparationis ſalium, & proprietates eorum in purgando, & de aqua ſalſa.

Omnes ſpecies ſalis purgant phlegma, & mundificant ſtomachum, & diſſoluunt humores craſſos. Et de virtute ſalis eſt, quòd faciat deſcendere virtutes medicinarum ſolutiuarum cito, & id, quod coagulatur in ſtomacho ex lacte ante ſumitur in potu cum mellicrato. Et melior ſpecierum ſalis eſt illa, quæ reperitur in minera. Et qui vult potare aquam ſalis, eligat ſal mundum,
C quia melior eſt alijs omnibus, purgat enim phlegma, & malitiam, & humores craſſos. Doſis eius ſolius in drach.ij. vſque ad iiij. cum aqua *frigida*. Et ſi tardabitur nimis laxatio eius, bibatur poſt ipſum, aqua *frigida*, quia laxabit, & ſtringetur venter eius, qui potauerit poſt ipſum aquam calidam, & poſt purgationem recipiat ius gallinæ ad frangendum acuitatem punctionis eius, & acumen, & ad prohibendum nocumenta eius à neruis ſtomachi, & inteſtinorum. Sed aqua maris oportet, ꝙ poterur ſola, ſicut ſal, de quo dixi. Et ſunt qui bibunt eam cum oxymelle miſto cum vino bono, & dulci, & bibunt poſt purgationem eius elixaturam gallinæ, & doſis eius eſt à iiij. lib.* vſque ad lib.s. *Doſis.* * vnc.

Forma purificandi aquas turbidas.

Accipe ollam magnam, & imple eam aqua illa, & cõſtrue ſuper orificium duo ligna ſecantia ſe in modum crucis, & pone ſuper illa ligna vellus lanæ mundum, & multa ablutione, ablutum, & accende ignem ſub olla
D leuem: & quicquid imbibitur in vellere ex vapore, qui eleuatur ab aqua exprime, & ſerua, fac hoc quandiu aliquid aſcendit ab aqua. Et quidam deſtillant eam ſicut aqua roſa. Et ſunt, qui clarificant aquam ponendo ſuper eam aliquid anethi, aut amyli, aut farinæ, quoniam iſta deſcendunt, & trahunt ſecum ad fundum vaſis craſſitatem aquæ, & ſic clarificatur aqua.

Modus faciendi almuri.

Almuri purgat phlegma viſcoſum, & incidit eum, & iuuat in dolore colicæ quando miſcetur clyſterijs cum medicinis conuenientibus, & ſumitur in cibo pro dolore iſchiæ, qui fit à phlegmate, & eſt ſubtilius, quàm ſal, & quàm ſal nitrum, & quàm aqua piſcium ſalſorum veterum, & virtus eorum eſt debilior virtute eius, cuius operatio eſt in hunc modum. Accipe de farina hordei partes ij. ſalis partem j. confice cum aqua, & fac focatias azymas; & pone in furno, & dimitte ibi donec comburantur intus, & extra: deinde extrahe à furno, & diuide quamlibet earum in tres, vel in quatuor partes,

tes,& pone in olla magna munda,& cooperi aqua,& pone cum eo de ciffolionibus palmarum plenã manum, & pone ollam in furno panis principio noctis vſque mane. Et ſunt,qui coquunt panem cum aqua ſuper ignem vſque ad conſumptionem mediæ aquæ,& tollunt,& ponunt in aquam ex melle ſecundum voluntatem eorum ad frangendum ſalſedinem eius,& ſeruant,& hoc eſt ſica put almuri. Et qui vult facere almuri ſecundum minus, primo ponat ſuper reſiduum panis mediam quantitatẽ aquæ,quæ primo poſita fuit, & cũ olla mittat in furnum vſque ad conſumptionem duarum partium aquæ,& colet,& ſeruet. Et ſunt qui miſcent almuri ſecundum cum primo,& ſeruant neceſſitati ad comedendum,vel ponẽdum in clyſterijs. Et in almuri ſunt operationes longæ aliæ ab iſta,quam dixi, quæ ſunt idoneæ comeſtionibus Regum: & nõ oportet rememorari eas in hoc loco,quia ſufficit nunc de modo iſto,quantum ad medicinæ neceſſitatem.

Modus faciendi oleum roſ. & oleum ſtypticum,& ſeruandi ipſum ſecundum doctrinam Dioſc. F

Modus ſtypticandi oleum,& faciendi oleum roſ. eſt, quòd accipias ſchœnanthi lib.v. vnc.viij. olei oliuarum lib.xx.& vnc.v. tere ſchœnanthum,& confice cũ aqua. Et adde de aqua tantum,quòd ipſum cooperiatur,& coque cum oleo,& miſce in tempore coctionis,& auſer ab igne. & permitte infrigidari, & cola, & ſerua, & fac ex iſto oleo, oleum roſa.

Et ego narraui operationem eius in libro oleorum.

Forma ſtypticandi oleum ad faciendum oleum de lilio.

Accipe olei lib.ix. vnc.v. calami aro. libr.v. & vnc.v. myrrhæ aut.tere calamum aro.cum vino bono: & bulli tantum in oleo,deinde cola ſuper lib.iij.s. ex carui agreſti,& eſt cordumenti, quod primo triuiſti,& infudiſti in aqua pluuiæ, &c. dimitte quouſque bene imbibatur in oleo,& exprime, & cola, & ſerua ad faciendum oleum de lilio.

Forma ſtypticandi oleum ad faciendum oleum de narciſſo. G

Accipe olei lib.ix. & vnc.v. darſiſaham lib.vj.& vnc. ij.tere darſiſaham,& infunde in tanta aqua quantum eſt oleum,& accipe calami aro.lib.v.vnc.viij. & deinde accipe fruſtum,& tere. & cibra,& coque: & cola,& ſerua neceſſitati ad faciendum oleum de narciſſo.

Forma ſtypticandi oleum ad faciendum oleum de Nil.

Accipe olei abluti partem.j. aquæ pluuialis partem.s. proijce partem aquæ ſuper oleum,& in alia infunde ſpecies,quibus vis ſtypticari oleum,& miſce. Accipe ergo darſiſaham lib.v.s. calami arom. lib.vj.s. myrrhæ lib ij. carui agreſtis lib. iiij. & vnc. ix. olei lib.ix. tere darſiſaham,& infunde in aqua, & proijce ſuper oleum,& bulli. ſimiliter myrrham infunde in vino boni odoris, & tere calamum arom. & pone myrrham, & confice, & auſer darſiſaham ab oleo, & pone calamum aro. confectum cum myrrha, & bulli ſimul. & poſt ebullitionem ſufficientem cola ab his. & proijce ſuper carui agreſte oleum colatum poſtquam triuiſti carui, & confeciſti,& miſce ſemper,donec infrigidetur,& cola totum,& ſerua neceſſitati ad faciendum oleum de Nil.

Forma albificandi oleum ad faciendum omnia olea,& nominatur oleum compoſitum.

Iam dixi albificationem eius in libro operationis oleorum, & modus operationis eius eſt, quòd tu accipias de oleo boni odoris,& ſaporis,& pone in olla. & miſce cum aqua calida, deinde pone in Sole quouſque albeſcat,deinde pone in Sole quouſque ſeparatur oleum ab aqua, & collige oleum de ſuperficie aquæ cum cochleari, & repone. Et ſi fuerit album vna vice, bene,& ſi non,iterum repone in aqua ſicut prius,& miſce ſecundo,& donec albeſcat. Et ſunt,qui albificant in hunc modum. Accipe vas vitreatum intus, & extra, & fac foramen in fundo eius,deinde pone digitum ſuper foramen, & ſuper os vaſis, & agita vas cum oleo, & aqua. agitatione forti: & dimitte per horam,ſcilicet quouſque ſeparetur oleum ab aqua, & nater oleum ſub aquam,tunc auſer digitum à foramine vaſis quouſque egrediatur aqua,& incipiat egredi oleum, tunc oppila iterum foramen,& pone aliam aquam calidam ſuper oleum,& agita ſicut prius. Et hoc fac tandiu,donec oleum albeſcat ſecundum voluntatem tuam.

Forma lauandi oleum ſeſaminum.

Oportet,q; proijcias aquam dulcem ſuper eũ,aut bullias primo vna ebullitione cum igne leui, & coles,tunc proijce ſuper aquã dulcẽ, donec eleuetur pinguedo eius. & ſerua neceſſitati,quando pinguedo eius fuerit ablata.

Modus faciendi oleum de lateribus.

Ego dixi iuuamentum eius in libro de oleis. Accipe lateres rubeos nouos, quos aqua non tetigit, & frange in fruſta puſilla circa quantitatem vnc.j. & pone eos in igne, & dimitte ibi, donec inflammentur vltima inflãmatione,&c. fiant candida,deinde ſingulariter vnumquodque fruſtum per ſe extrahe ab igne; & ſubito ſubmerge in oleo vetuſtiſſimo,quod iam paratum poſuiſti iuxta te in vaſe,& cum extincta fuerit extrahe ab oleo,& cum hoc feceris de omnibus fruſtis,tere eos tritura craſſa,& pone in vaſe vitreo,vel terreo, &c. vitreato,quod poſſit ignem ſuſtinere, vel in pluribus ſi habes parata vaſa; & ſint vaſa iſta idonea facta cum ſuo coopertorio, & nominantur ventres, quia ſunt rotunda in inferiori parte, & extenſa ad ſuperiora, quemadmodum nouerunt illi,qui occupantur in arte alchimiæ. Et cum poſueris in eis de lateribus tritis, ſicut dixi vſque ad ij. partes vaſis, vel plus, claude vaſa cum ſuo coopertorio habente naſum, ſicut eſt id, cum quo fit aqua roſ. luta bene vaſa ad inuicem cum argilla, & pilo; deinde ædifica fornacem ſapienter: ita quòd poſſis ordinare iij. vel iiij. vaſa, & cum deficeatum fuerit lutum, quo lutaſti, vaſa ordinentur in fornace,ſicut fit in aqua roſ. niſi quòd inter iſta, & ignem nullum debet eſſe medium; deinde accende ignem leuem ſub vaſis à principio; & poſt auge paulatim ignem, ſecũdum quòd videris vaſa calefieri,quoniam propter hoc ſaluantur vaſa à crepatura,nam timendum eſt,ne frangantur, ſi ſubito nimis fieret ignis fortis à principio. cumque videris exire aquam per naſum vaſis, colligeam per ſe,ſi vis,& auge ignem,donec videas oleum egredi rubeum,quod recipias in vaſe mũdo. Caue ne ignis, ſeu flamma appropinquet illi oleo, quia cito accenderetur, & non cito extingueretur,&c. quando nihil emanabit de oleo auſer ignem,à furno,& dimitte infrigidari,& aperi vaſa,& extrahe fecem ab eis. Quæ ſi fuerint ſanæ; pone iterum de lateribus ſanis in eis. Sin autem,reuertere ad opus tuũ cum alijs,nouis,ſicut prius, quouſque habeas oleum quantum vis, & repone ipſum in vaſe vitreo ſtricti orificij, cuius orificium oppila bene cum cera, & terra. quoniam ſi haberet reſpiraculum euaneſceret, & egrederetur totum à vaſe, propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ. Serua ergo cum,& vtere in ægritudinibus frigidis,ſicut epilepſia,apoplexia, grauitate auditus,& arthretica frigida. cuius iuuamenta dixi in lib.de oleis,& eſt de ſecretis Philoſophorum.

Forma operationis medicinæ, qua vti poteris,quando non habes thutiam. H

Accipe ſolia oliuæ ſylueſtris, pone ea gradatim in vaſe terreo,& cooperi orificium vaſis cum argilla, & pilo, & pone in furno figuli, & dimitte ibi à principio decoctionis vaſorum,quouſque vaſa figuli ſint cocta,& pone ollam in loco,vbi fuerit ignis fortior,& cum infrigidabitur furnus,extrahe ollam, & accipe quod eſt in ea de cinere, quam ſi non inueneris petrificatam, ita quod ſint fruſta,tere,& ablue in Sole calido cum aqua ſæpe,& accipe ſubtile, ex eo,& ſerua, & vtere in medicinis oculorum,quia iſta medicina non habet pretium, cui comparetur,propter iuuamenta ſua: nam ſuperat in iuuamento omnes ſpecies thuriæ in auferendo albũginem,& pãnum oculi,& hoc eſt de ſecretis medicinæ.

Modus faciendi amylum ex frumento.

Accipe de frumento bono, & nouo,& purga ab omni extraneo in eo. Et elige illud, quod eſt rubeum, & graue,

graue,& color eius sit sicut color ceræ,& facias eum teri tritura crassa,scilicet solum frangi,& pone in vase terreo vitreato mundo,& pone super eum aquam,ita quòd cooperiat,& superet duobus digitis,vel tribus digitis;& dimitte per noctem. In mane vero exprime cum manu bene,quousque descendat amylum totum,cola,& proijce substantiam, & dimitte aquam in olla,quousque descēdat amylum in fundo ollæ,& aqua supernatet. Tunc eijce aquam suauiter, ita quòd ex ea nihil remaneat,& exicca cum modico coto; fiat hoc in tempore æstiuo,& siccetur,ne acescat,& destruatur,& cooperi ollam cum panno subtili,ita quòd nihil cadat intus; post modum cum erit siccum repone in vase stricti orificij obturando os vasis, ne aliquis vermiculus ingrediatur, vel aliquid aliud. Si autem fiat in hyeme magis oportet custoditi, ne acescat,quia oportet vt fiat ingenium,vt cito siccetur in Sole,vento,vel prope ignem, Et secundum hunc modum fiat amylum ex rizo.

Forma faciendi amylum ex hordeo.

Elige hordeum quod est melius, graue, lenius, propinquum suæ messi, & facias ex eo, sicut docui te facere ex frumento æquali disciplina, nisi quòd oportet,vt coletur colatorio crassiori,quia multum habet de furfure, & propter suam crassitatem.

Forma faciendi amylum ex orobo.

Accipe ex orobo quod habet pinguia grana propinquum suæ collectioni, & quod euasit suam perforationem,& tere ipsum tritura crassa,scilicet frange,& exuffla ab eo corticem,ita quòd non remaneat nisi caro eius. Et pone super eum aquam; & dimitte vj. horis, proijce illam aquam ter, vel quater,quousque clarificetur aqua, & remaneat corpus suum mundum sine acumine,& furfure, & tunc dimitte eum in aqua, qua cooperiatur vna nocte; in mane vero malaxa cum manu,quousque dissoluatur ex eo lac eius,et dimitte lac in vase,quousque aqua supernatet,quam eijce suauiter,& expone Soli donec exiccetur,& serua.

Modus faciendi far,seu similam ex orobo.

Accipe de orobo bono sicut dixi,& dimitte in aqua longo tempore,& post eijce aquam illam,& dimitte donec consumpta sit aqua illa, quæ est in eo absque quod siccentur grana; deinde facias bulliri in aqua alia,donec crepent grana,& separent se à cortice eius,& tere tritura crassa,& exuffla ab eo corticem eius,& serua.

Modus faciendi penidios.

Penidij sunt ex melle cannæ,& ex puluere zucchari, & fiunt etiã ex zuccharo bono forti sicco,albo, & mundo. Et modus est,quòd accipias zuccharum lib.j.vel ij. vel ad plus, quia non possunt bene fieri in multa quantitate, & pone in vase æneo stannato; vel in vase terreo interius vitreato, cuius os sit latum. Sed vas æneum est melius satis,& liquefac zuccharum cum tanta quantitate aquæ dulcis, qua cooperiatur,& si zuccharum est forte, pone cum eo pro qualibet lib. eius vnc.j. mellis,& destilla super ipsum de oleo amygda. dul.si habes; & si non habes, mitte loco eius aliud oleum,& pone vas super ignem ex prunis sine fumo, & misce semper æqualiter,& coque quousque sit prope consumptionem aquæ. Et experire proiecta gutta ex eo super marmore, & cum digitis. & quando inueneris, quod fiant fila inter digitos, siue adhærentia, oportet cito auferri ab igne,& proijce extendendo super petram marmoris, postquam vnxisti eam oleo amygd. dulc. sesamino. Et collige partes eius vndique cum suo calore, & inquantum possunt sustinere manus operantis, postea trahe,& extende inter manus, sicut trahuntur electuaria dulcia, & fige clauum curuum ad superiora in pariete,& proijce super eum,& trahe à clauo apponendo super eum,& trahendo sicut trahuntur electaria dulcia, quousque dealbetur in fine suæ albedinis: & appone iuxta ignem quandiu traxeris, vt calefiat,& fiat obedientior extensioni, & iterum appone clauo trahendo, vt albescant quantum volueris, deinde incide cum forficibus ad voluntatem. Et si volueris facere formas rotundas, vel

A oblongas,vel alias diuersas, accipe de amylo albo,& tere, & pone super marmore,& extende super ipsum de pasta illa penidiorum,& plica,& volue; & incide,& fac quascunque formas volueris,tamen cito facias,ne infrigidetur inter manus tuas; deinde pone super cribrum,& pone iuxta prunas ad horam, & aufer,& dimitte donec infrigidetur,& serua. Et qui vult eos facere ex puluere, liquefaciat eam in aqua sicut prius dixi, deinde colet ab arena, & ab alijs superfluitatibus, & coquat, & faciat, sicut dictum est. Et qui facit eos ex melle cannæ,caueat ne sit nimis forte,& si est,ponat in eo de zuccharo albo, quantitatem ij. partium eius, & parum aquæ, coler, & coquat, & faciat secundum disciplinam supradictam. Et si mel est subtile,oportet,quòd ponat medietatem eius de zucch. Et sunt qui ponunt ex melle duas, & de zucch. tertiam, & coquunt, & faciunt, vt dixi. Et sunt etiam, qui faciunt penidios secundum alias formas diuersas ab istis,scilicet ponentes supra eos,aquam ros. &
B parum camphoræ ad æquandam virtutem eorum.

Modus faciendi aquam rosatam.

Aquæ ros. operatio scita est apud multas gentes. Sed ego proposui narrare operationem eius in hoc libro propter duas causas. Vna est,quæ conuenit tractatui huius libri ad hoc,vt sit completa scientia nostra in eo. Et secunda est,vt ostendam operationem eius illi, qui nescit eam,& illi qui vult eam facere. Et operatio eius est secundum iiij. modos. Vnus modus est eius, quæ fit cum aqua,& ignis eius est ex lignis. Et quæ fit cum aqua etiã, & ignis eius est ex carbonibus. Et quæ fit sine aqua,& ignis eius est ex lignis. Et quæ sine aqua,cuius ignis est ex carbonibus. Et illa,quæ fit cum aqua,& cum igne ex lignis,est illa, quæ sæpius fit; & est generalior,quam plures homines faciunt in nostris partibus, & ista est minoris odoris,quàm illa,quæ fit cum igne carbonum. Et illa,quæ fit sine aqua, cum igne carbonum est maioris odoris satis, quàm quæ fit sine aqua etiam cum igne li-
C gnorum. Et quæ fit sine aqua,& cum igne lignorum, minoris odoris est: quàm quæ fit cum aqua, & igne lignorum. Sed modum operationis eius, quæ fit cum aqua, & igne lignorum, ego monstrabo secundum formam, quam faciunt reges Aharach. Et hic est modus eius. Facias berchile paruum in domo ampla,cuius fundus,& latera sint ex plumbo,adeo discrete simul solidata,vt aqua non possit egredi ab eo: & facias sibi cooper- Nota.
torium ex vitro cum sagacitate, vel ex terra vitreata,& in eo forma secundum formam vasorum destillationis c.vel cc. secundum quãtitatem magnitudinis berchilis, vel paruitatem eius, secundum volũtatem tuam faciendi multam, vel paucam aquam ros. Deinde pone ollam magnam ex ære,vel cacabum post parietem, iuxta quã posuisti berchile secundum formam ollæ balnei,& construe eam super furnum, & berchile sit constitutum super furnum inferius ab olla, ita quòd applicet de calore ignis berchilis ad ollam. Et facias caminum cum foraminibus,per quæ possit fumus extra domum egredi,ita
D quòd fumus totus à domo egrediatur, & non noceat aquæ ros. deinde imple ollam ex aqua,quæ fit in puteo facto iuxta ollam, sicut est puteus balnei,& accende ignẽ sub ea,quousque bulliat aqua bene. Deinde dimitte venire aquam per canale,quod fecisti per discretionem ad barchile, deinde pone aliam aquam frigidam in ollam ex puteo,sicut in olla balnei fit, & constitue in berchile canale,per quod egreditur aqua, quando fuerit plenum, & fit exitus eius extra domum,deinde pone cucurbitas, siue ventres, & sunt vasa destillatoria in foraminibus berchilis; & stringe cum panno lini discrete, ita quod bene sedeant in foraminibus suis, & vapor aquæ non egrediatur extra. Similiter,& capita eorum stringes cũ panno lini. Et sint vasa ista ex vitro, vel ex terra vitreata, deinde pone rosas intus,& cooperi cum cooperto suo,& super pone vnicuique vasi phyalam suam ad recipiendum,quòd destillabitur ex aqua ros. & super pone alias recentes,quousque compleatur totum opus, quando finietur destillatio eius, proijce rosas primas.

Et

Et ſcitũ eſt, quòd aqua roſ. quæ fit ex roſis ſylueſtribus, quæ oriuntur per ſe ſine irrigatione aquæ eſt melioris odoris, quàm quæ fit ex roſariis domeſticis, quæ naſcuntur in locis cultiuatis, & rigatis aqua. Et operatio eius, quæ fit in terra noſtra, eſt ſerior, & breuior, quàm illa, quam dixi. Et eſt, quòd accipias ollam ex ære, ſicut eſt olla tinctorum, & pone poſt parietem, & pone ſuper eã coopertorium diſcrete factum cum foraminibus, in quibus ventres ponuntur, & pone in eo ventres cum ſagacitate, & poſtea imple ollam aqua, & accende ignem ſub ea cum lignis ex vite, vel ſimilibus, & fac deſtillare. Et quando mediabitur deſtillatio, oportet, quòd cooperias os furni, donec compleatur tota deſtillatio. Et qui vult loco lignorum componere carbones, aqua magis erit odorifera. ſed operatio eius ſine aqua, & cum igne carbonum eſt, quòd facias furnum quadrum, aut rotundum, & habeat coopertorium ſuperius, ſuper quod ſtabunt vẽtres ex terra vitreata, vt poſſint ſuſtinere ignem, & quando accendentur carbones, & incipiat aqua roſ. deſtillare, claude os furni, & dimitte foramina aperta, per quæ fumus egrediatur, & dimitte ſic donec fuerit deſtillata tota, deinde abiectis primis roſ. pone alias recentes.

Modus alius qui vult deſtillare paucam aquam.

Accipe ollam ex ære, & imple eam aqua, & pone ſuper laterem ignis, & pone ſuper os eius coopertorium perforatum foraminibus duobus, vel tribus, vel pluribus, aut paucioribus ventribus, ſecundum quòd poterit capere coopertorium ollæ, & ſint ventres ex vitro, & accẽde ignem ex fermentis de vitibus, vel carbonibus ſub olla, donec bulliat aqua, quæ tunc deſtillatur aqua roſ. in vna vice, vel duabus, quanta volueris.

Modus faciendi aquam roſaceam cum muſcho.

Accipe aquæ roſaceæ libr. ij. & pone in ea de muſcho trito bono aur. j. & pone in ventre deſtillationis de vitro facto, & deſtilla paulatim, ſicut dixi ſupra, quouſque tota deſtilletur, & repone eam in vaſe vitreo, &c. ſtringe os eius, quia bona eſt regibus ad odorandum, quando liniunt ex ea pannos ſuos, vt ſint odoriferi.

Modus faciendi aquam roſaceam cum croco.

Accipe ex croco bono vnc. ſemis. & libr. ij. aquæ roſ. & pone crocum in aqua roſ. & infundatur in ea bene, deinde deſtilla ſicut dixi, quoniam bona eſt ad ponendum in medicinis, & odorandum, & ornandum in decorationibus.

Modus faciendi aquam roſatam cum garyophyllis.

Accipe vnc. j. garyophyllorum. & lib. j. ſ. aquæ roſ. & pone garyophylla in aqua illa die, & nocte, & poſtea deſtilla ſicut dixi, & ſerua.

Modus faciendi aquam roſatam cum camphora.

Accipe vnc j. camphoræ. & pone lib. j. aquæ roſ. & deſtilla, & ſerua: & vtere in medicinis regum. & ſecundum hunc modum fit aqua roſ. cum ſandalis: & alijs ſpeciebus, cum quibus volueris. Et ſunt, qui deſtillãt hæc omnia ſimplici loco aquæ roſaceæ.

Modus faciendi aquam roſatam cum roſis ſiccis.

Accipe de roſis ſiccis, & pone ſuper eas aquam, qua infundantur ſolũ, & non plus, deinde imple ex eis ventres vitreos, ſeu plumbeos, & deſtilla paulatim cum diſcretione, quia erit conueniens in medicinis, & decorationibus. Et dixit mihi quidam, quod poſuit in lib. j. roſ. ſiccarum lib. x. aquæ, & fecit deſtillari, & fuit aqua roſ. ſatis bona; ſed non faciunt iſtam, niſi in neceſſitate, quando non reperitur alia.

Modus faciendi ramich.

Accipe de paſſulis bonis rubeis lib. iij. & pone ſuper eas aquam ad pondus earum, & coquantur, poſtea cola cum expreſſione, & proijce ſubſtantiam; deinde accipe lib ij. mellis optimi, & miſce cum aqua paſſularum: & libr. j ſ. olei ſeſamini, vel ſambucini, & bulli totum ſimul quouſque ſit prope coagulationem, & caue, ne deficcentur. quòd ſi incipiant deſiccari, adde parum aquæ, ne adurantur; deinde accipe caſię lig. roſ. cinnamomi an. tantum quòd ſumma ſit lib. j. & gallarum lib. x. tere, cribra ſubtiliter, & confice cum aqua paſſularum, & melle in olla, & pone ollam ſuper ignem ſuauiſſimum, & dimitte quouſque conuertatur ad modum pultis factæ ex farina; deinde extende medicinam hanc ſuper ſextarium ad Solem, donec propinquet coagulationi, & fit idoneũ ad operationem, deinde pone ſuper marmore vncto oleo de cheyri vel de zambach, & vnge manus tuas ex eodem oleo, & fac trochiſcos, ſi vis facere ramich.

Modus faciendi trochiſcos de gallia.

Sed ſi vis facere trochiſc. alios de ſuc. i. de gallia. Accipe de muſco quantum vis, & tere bene, & malaxa cum eo ſicut malaxatur paſta dura, ex qua fit panis, &c. fac troch. magnos, vel paruos, quos extende ſuper cribrum ex ſetis, & dimitte duobus, vel tribus diebus, donec ſint rubei; deinde perfora eos, & pone in eis filum, & interpone in medio ipſorum fruſtula ligni ſimiliter perforati, ne ſe contingant; & ſuſpende in loco, vbi non tangantur à rore, vel re nociua. quando autem tranſiuerit ſuper eos, annus, erit gallia bona, & quanto amplius tempus habuerit, tanto erit gallia melior. Et galliæ quatuor ſunt ſpecies: ſcilicet gallia ex muſcho, & gallia ex ventribus, & ex corio, & ex aqua. Operatio galliæ ex muſcho eſt illa, quam dixi, &c. iterabo operationem eius breuiter. Quando ramich fuerit ſiccum, eſt quod accipias ex muſcho, & teras ipſum per ſe. & teras ramich per ſe, & cribra cum cribro mediocri: &c. proijce ſuper ipſum muſchum, & malaxa in vaſe, quod arabice dicitur ſalachia: cum oleo de cheyri, aut de * zabath, & fac troch. & pone ſuper cribrum, donec ſiccentur: & perfora eos: & intromitte filum per foramina eorum, ſuſpende, & ſicca vt dixi. Sed operatio galliæ ex ventribus, eſt, quòd accipias ventriculos, ex quibus extractum eſt muſchum: & incide eos cum forficibus vltima minutione, & facias ſicut feciſti de muſcho cum ramich; & hæc eſt gallia ex ventribus. Et operatio galliæ ex corio, eſt quòd accipias corium piloſum, quod eſt ſuper marſupinum, à quo extractum eſt muſchum, & tunde pilos eius cum forficibus bene, & poſtea rade cũ cultello acuto, vel vitro: & quære bene radices pilorum, ita quòd nihil de eis remaneat, ſed fiat ſicut corium: deinde incide cum forficibus ſubtiliſſime, & tere, & cribra cum cribro ſubtili: & fac totam operationem, ſicut feciſti in gallia cum muſcho, & in gallia ventrium. Et operatio galliæ ex aqua eſt, quòd accipias ex ventriculis muſchi, quos prædixi tibi cum toto corio piloſo, & incide cum pilo ſuo poſtquam erunt vacui; & pone in vaſe vitreo ſimili vrinali, & proijce ſuper vnamquamque burſam, ſeu ventriculum lib. ij. aquæ, & pone in Sole xx. diebus, & cola aquam, deinde tere ramich, & cribra, & confice cum aqua ventriculorum: & fac trochiſcos, ſicut feciſti de gallia muſchata, & alijs, & ſuſpende per annum integrum, ita, quòd non trahantur manu, quia tunc recedet fętor eorum, & remanebit bonitas eorum. Et tempus faciendi gallias omnes, eſt tempus veris, & oportet, quòd non fiant tempore hyemis, quia remaneret in eis humiditas, & deſtruerentur, & ipſa non reciperent odorem ſpecierum, niſi ſiccarentur bene, & ſcias hoc.

Gallia ſpecies.

*zambach

Modus adurendi ramulos arborum, & radices, & folia quæcunque ex eis egent combuſtione.

Et de ipſis eſt modus combuſtionis ſarmentorum vitis, quæ quidem oportet comburi, quando de nouo ſunt amputatæ, & habent in ſe ſatis de humiditate. Accipe ergo ea, & abſterge bene à terra, & laua bene cum aqua, donec nihil remaneat in eis ex terra, vel alia puttedine, deinde imple ex eis ollam magnam, quantum oportet, & claude eam cum coopertorio perforato, vt fumus eorum inde egrediatur, deinde pone in furno panis, à ſero, vſque ad mane, & extrahe ollam, & videbis ſarmenta facta ſicut carbones; tunc tere ergo eos bene, & pone eos in olla minori prima, & pone iterum in furno; & facias

hoc

hoc ſæpe,donec inuenies cinerem album,bonum,lenem tactu,quem ſerua neceſſitati. Et in hunc modum comburuntur ligna ficus, & lentiſci, id eſt carui, & terebinthi,& radix cannæ: & omnia folia, & cortices, & radices,& cortices auellanarum, & caſtanearum,& glādiū, quādo volueris ex eis cineres facere. Et qui vult ea comburere cum minori artificio, & minori labore,oportet, quòd fiat ſimile huic in omni re;cuius combuſtio eſt neceſſaria in operatione medicinæ.

Forma aſſandi myrobalanos citrinos, chebulos,indos, bellirícos, & emblicos, pro illis qui emittunt ſanguinem,& habent hæmorrhoidas, & dyſenteriam, & teneſmum.

Oportet, quòd imbibas myrobalanos in aqua cytoniorum,id eſt ſucco,aut granatorum acetoſorum, aut in ſucco vuæ acerbæ,aut citri: aut in aqua,vbi decocti ſint berberi,aut lentes,aut vbi coctum eſt lapatium acutum, deinde deſicca eos bene,& madefac in oleo roſato,vel in oleo de lentiſco,& eſt de zatur,aut oleo maſtichino,vel butyro, vel oleo oliuæ; deinde aſſa ſuper patellam ferream, vel teſtam calefactam primo. & caue ne adurantur,& deſtruatur virtus eorum.

Modus aſſandi ſemina, quæ adminiſtrantur in medicinis fluxus ventris,ſicut ſunt ſemen portulacæ, naſturcij, althææ, plantaginis, pſyllij, grana myrti, carui, aniſi, cymini albi, & grana granatorum, ſemen lini, marrubij, & ſimilium.

ACcipe patellam ferream,aut terream, aut æneam, aut lebetem cum lato orificio,& calefac eam bene; deinde aufer ab igne; & ſtatim cito ſuperpone ſemina, dum ipſa eſt calida, antequam infrigidetur,& commiſce eam ſemper,donec videris aſſationem eius completam ad voluntatem tuam, & ſi non fuerit completa, vna vice, pone iterum patellam ſuper ignem ſine ſeminibus, donec calefiat, & pone ſemina deſuper,cum abſtuleris eam ab igne, & fac vt prius,& caue ne comburantur.

Et non opponas ad aſſandum omnia ſemina,& plura ſimul, ſed vnamquamque ſpeciem per ſe,quia ſunt quædam ſemina,quæ ſunt minora alijs, & quædam craſſiora,& quædam habent multam viſcoſitatem,& quædam paucam. Et ſunt ex eis,quæ debent amplius aſſari,ſicut pſyllium. Et ſunt ex eis,quæ parum,ſicut carui,& aniſum,& cyminum album; & ita de alijs,ſecundum quòd oportet cuique ſpeciei.

Forma aſſandi tragacanthum,gummi arabicum; & omnes alias gummas.

Qui vult aſſare gummi arabicum, frangat eū in fruſta ad magnitudinem orobi; deinde accipiat patellam, & calefaciat eam,& auferat ab igne,& ponat ſuper eam gummi arabicum, & miſceat bene ſine intermiſſione, donec albeſcat, & ſi non albeſcit prima vice,fac iterum vt prius, donec ſit album. Eodem modo facias ex tragac.& gummi amygd.

Forma aſſandi charabe,& comburendi.

Frangitur ſicut dixi fracturis paruis,& aſſa vna vice, vel duabus, & ſerua. Sed combuſtio eius eſt in hunc modum. Accipe ollam fictilem, & pone charabe intus, & claude os eius cum luto; & pone in igne athanor vna nocte,deinde extrahe,& tere,& vtere.

Forma aſſandi gallas,qui vult eis vti in capillis.

Frange vnamquamque gallam in iiij. vel v.partes,& infunde eas in oleo oliuarum vna hora; deinde aſſa ſecundum diſciplinam myrob. & aufer cito cum ſagacitate,ne comburantur,& deſtruantur. Et qui vult frangere ſtypticitatem earum, infundat eas in butyro, vel oleo ſeſamino; & terat: & ſeruet ſiue aſſatione. Et qui vult frangere ſtypticitatem earum imbibat eas *in* aqua cytoniorum, aut cum vna aquarum ſtypticarum, quas dixi: aut ſucco ſtyptico,& ſeruet.

Forma comburendi ſęcem vini,& aceti.

Accipe ſęcem vini,& munda,& deſicca eam in teſtaceo vaſe ſuper ignem magnum, & dimitte donec comburātur. Et ſignum combuſtionis eius eſt,quando mutabitur color eius in albedinem,& pūgit linguam cum inflammatione. Et combuſtio ſęcis aceti fit in hunc modum. Et virtus vtriuſque aduſtæ eſt, quòd deſiccat multum, & ſunt abſterſiuæ, & auferunt carnem ſuperfluam ab vlceribus, & ſunt ſtypticæ, & purificant purificatione forti.

Modus conficiendi ſarcocollam.

Accipe de ſarcocolla bona,alba,craſſa,& pone in vaſe vitreo ampli orificij, & demulge ſuper eam lac aſinæ quantitate pauca, ſcilicet ne infundatur in ea, vt liquefiat, ſed remaneat quaſi ſicca, & pone ſubito in Sole,vt cito deſiccetur. Et quando erit ſicca, oportet,quòd iterum mulgeas, ſecundum quantitatem quam dixi. Et ſemper caueas,ne cooperias eam lacte,ne aceſcat lac antequam deſiccetur,& deſtruatur,fac ita quater,vel quinquies,& cum hoc feceris,ſicca bene, & ſerua. Et ſi non habes lac aſinæ paratum,fac cum lacte mulieris, quia eſt melius. Et ſunt qui conficiunt cum lacte equæ,caprę, & alijs ſpeciebus lactis: ſed lac mulieris eſt precioſius.

Forma conficiendi carui cum lacte, ad fluxum ventris.

Accipe de carui, & pone in vaſe mundo, & pone vas ſuper ignem vna hora,donec ſit ferè calidum;deinde infunde ſuper eum lac capræ quantitatis qua cooperiatur, & dimitte duabus horis,& extrahe,& ſicca,& ſerua.

Forma conficiendi myrobalanos emblicos cum lacte.

Accipe de emblicis melioribus, & pone ſuper eos lac acetoſum,& dimitte ſic die,& nocte.& quādo lac deſiccabitur, pone iterum aliud lac, donec ſint infuſi ad voluntatem tuam.

Forma conficiendi cordumeni,& cyminum. in aceto ponendum in confectionibus.

Accipe cordumeni,aut de cymino nouo al. & purifica à lignis,& à ſorde, & pone in olla lapidea,& cooperi cum aceto forti,cuius quantitas ſit ita,q̄ totum imbibatur à cymino,& nihil remaneat;deinde extende cum ſuper ſextorium in vmbra, donec ſit prope exiccationē,& poſtmodum aſſa eum ſuper patellam ferream,ſecūdum diſciplinam,quam narraui tibi in aſſatione ſeminum.

Modus purificandi,& colandi gummi arabicum,& tragacan.ad ponendum in alcofol.

Accipe de gummi arabi.& tere triura craſſa,ne terantur cum eo ligna eius, & pone in olla vitreata,& cooperi cum aqua clara,& munda,vel cum aqua roſ.& dimitte per noctem, & in mane aſpice,ſi eſt neceſſaria alia aqua,& adde,& ſi non,miſce bene cum manu,donec totum liqueſcat, & proijce eam ſuper cribrum mundiſſimum,& duc cum manu hinc inde, donec deſcendat de cribro totum colatum. Et ſunt qui deſiccant,& ſeruant deſiccatum. Et ſunt qui vtuntur,ſicut ſunt.

Modus præparandi opium, quod adminiſtratur in collyrijs.

Accipe laminam æream,aut caciam lancis,in qua ponuntur res,quæ pēſantur,& pone eam ſuper prunas,donec bene calefiat: & aufer ab igne, & pone ibi ſubito de opio mundo. Et quando videris eum liquefactū,aufer, ne deſiccetur,ne fiat frangibile;& refrigera.& vtere.

Modus præparandi tragan. quando volumus ipſum ponere in loch.

Oportet,q̄ liquefiat in melle,& aqua die,ac nocte,& ſi in mane oportuerit, quòd addatur de aqua, fiat; & ſi non,miſce cū manu,& cola,& fac ſicut ſciuiſti de gummi arabico,& vtere.

Forma comburendi olibanum,& accipiendi fumum eius.

Accipe de olibano bono, & claro,& accende cum lumine

mine candelæ, & pone in olla terrea vitreata, quousque E
comburatur; deinde cooperi ollam subito, colligatur olibanum prius combustionem eius; quia si non oppilares ollam, subito conuerteretur in cinerem. Et sunt, qui in hora combustionis cooperiunt ollam coopertorio æreo habente * culum ad colligendum fumum eius.

Forma colligendi olibanum, quod ponitur in alcosol.

Verum forma collectionis fumi eius est, quod apprehendas frustum olibani cum toto suo cortice cum forficibus, & pone flammæ, vt accendatur; & proijce in vas terreum paruum, quod habeat coopertorium ex ære delicate factum, & non oportet, vt tu accendas granum secundum, antequam extinguatur primum granum, & oportet quod coopertorium sit taliter situatum super os vasis, quod cognoscatur qualiter, & quantum colligetur ex fumo in eo operculo; & est quod interponas lapillum inter labium vasis, & cooperculi tantæ crassitudinis, vt per illam distantiam, videre possis collectionem fumi. & ros super coopertorium cum spongia, vel pecia madefacta in aqua frigida, ne coopertorium nimis calefiat, & iungatur vnus fumus cum alio. Nam si hoc non fieret fumus propter calorem cooperculi conuerteretur ad inferiora, & misceretur cum cinere olibani, & non colligeretur tantum. Et virtus fumi eius est, quod ipse sedat apostema oculi, quod dicitur sarcan. Et hoc modo colligitur fumus myrrhæ, styracis, & galliæ, & omnium specierum gummi.

Forma accipiendi fumum picis liquidæ.

Accipe crucibulum, seu lucernam ferream, vel terream: & pone in eo licinium, & parum picis, & accende licinium, & deinde cooperi super flammam luminis eius coopertorio terreo, interius vitreato, & fit forma eius similis furnulo habens culmen, cuius summitas tendit in acutũ, & fit stricta, & summitas eius habeat sicut foramen athanor; & dimitte sic flammam sub coopertorio, nam fumus eius adhærebit parietibus cooperculi, & quando pix minuetur, adde picem aliam, & facias hoc G
tandiu, quod colligatur ex fumo quantum volueris. Et caue, ne nimium calefiat coopertorium, & fumus non adhæreat fumo, sed conuertatur ad inferiora; quia oportet, quòd euentes cum flabello hora post horam, & virtus huius fumi est calida, & styptica. Et vsus eius est vtilis valde in alcosol, & in medicinis oculorum. Et nos vtimur eo in emplastris, & in debilitate oculorum, & lachrymis, & bothor, & ita accipiat fumus ex butyro.

Forma coquendi alchitram.

Sume vas terreum oblongum, & lura cum argilla, & pilo; & pone vsque ad ij. partes eius de alchitram, & pone super prunas, & coque donec remaneat medũ eius, deinde fige lignum, seu acum ferream in ea, & extrahe ad aerem; nam si desiccabitur, scias, quòd erit coctum, & tunc auser ab igne, & desicca, & vtere.

Modus abradendi sandalum quod administratur in medicinis apostematum calidorum.

Sandalorum quoddam est rubeum, & est frigidius alijs: & aliud est citrinum, & aliud est album. Et illud quo magis vtuntur medici ad infrigidandum est rubeum, & vtuntur eo in medicinis podagræ calidæ, & medicinis furunculorum calidorum. Et modus eius est, quòd accipias ex eo frustum, quod sua crassitie impleat manum tuam, & frica ipsum super ferrum drachirizarium, vel super petram duram, ne aliquid ex petra misceatur cum sandalo in fricatione. Et fuit consilium aliquorum, vt fricetur super cotem cerdonum, quia si aliquid ex ea dissoluitur cum sandalo non nocet, immo auget in frigore eius, & iuuamento, quia natura huius cotis est frigida, & desiccatiua. Et oportet, quod destilletur super ipsum semper in tempore fricationis, aqua frigida, vel aqua rosata, aut de succis herbarum frigidarum, sicut succus solatri, & memithæ, & semperuiua, & lactucæ, & plantaginis; vel aliud simile aliorum succorum frigidorum. Et tunc habeas paropsidem mundam coram te, super quam facias fricationem, in quam descendit aqua, vel succus cum fricatione sandali, & quando descenderit de sandalo quantum volueris cum huius succo, & si de succo, vel de aqua nimis erit, dimitte descendere sandalum in fundo vasis, & proijce superfluum, quod supernatauerit ex aqua, vel succo, & residuum collige, & vtere eo, in omni, quod oportet solo, vel composito cum emplastris, quia sedabit dolores calidos cum auxilio dei. Et quidam ex medicis, qui erant in nostris partibus, fricabant sandalum cum testa terrea, alba, noua, dura, & vtebantur in furunculis, & clauis; & dicebant, quòd in testa alba erat proprietas conferendi furunculis. Et sunt etiam, qui fricant in mola fabrorum, qua acuuntur gladij, & ita faciebant Ægyptij. Sed sandalum citrinum, & sandalum album fricant secundum eandem disciplinam, qua rubeum.

F *Modus extractionis mucilaginum ex seminibus sicut psyllij, & fœnugræci sem. li. sem. maluæ, & radicum eius, & sem. althææ, & radicum eius, & sem. cytoniorum, & marruby, & cæterorum huiusmodi.*

Modus eius est, quòd accipias de bono psyllio quãtum vis, & munda eum à terra, & à qualibet re extranea, & pone in olla munda, & pone super ipsum de aqua calida lib. iij. ad vnamquamque libram psyllij: aut plus, secundum quòd tu volueris pinguem esse mucilaginem, vel subtilem, & dimitte simul per noctem, mane vero calefacias parum super ignem, & proijcias in marsupium factum ex tela lini forti, noua, crassa, & stringe os marsupij cum ligamento fortiter, ne aliquid ex psyllio lubricet extra; deinde eum suspende super orificium ollæ vitreatæ, & percute marsupium ab omni parte eius, cum virga lignea, vel ferrea subtili; & quod egreditur de mucilagine, trahe mulgẽdo ad inferiora cũ virga, donec descendat mucilago in ollam. Et fac id, donec nihil egrediatur à marsupio; deinde dissolue os eius, & liga iterum magis inferius à loco, in quo ligasti prius, & percute iterum cum virga, quousque egrediatur tota mucilago, nam psyllium egredietur totum siccum ex marsupio cum hoc artificio. Et secundum hanc formam fiunt omnes aliæ mucilagines. Et sunt quidam, qui ponunt super semina aquam calidam; & miscent bene, & ponunt in panno, vel cribro; & ponunt donec tota mucilago egredit. Sed primus modus apud me est melior.

Modus extrahendi mel ex anacardis.

Accipe de anacardis; & auser pedem eorum, scilicet id quod adhæret ramo eorum, & pone in olla munda cum aqua, & bulli quousque super faciem aquæ videas natare sicut mel, quod colliges cum cochleari paulatim; quousque nihil remaneat de eo super aqua; quod repone, & serua necessitati.

H Forma extrahendi cor seminum, id est medullas, sicut cor cartami, sem. cucurbitæ, cucumeris, citri, melonis, & similium.

Accipe de cartamo, & purga à superfluitatibus eius, & si habet aliquam humiditatem, oportet quod desiccetur in Sole; deinde pone in mortario; & frange leuiter cortices eius, & frica manibus, quousque separetur cortex à corde, deinde cribra paulatim cum cribro facto ad hoc, quia cor eius descendet, & cortex remanebit super cribrum, & ita oportet fieri de alijs semi. Et sunt, qui auferunt medullam eius cum manu sigillatim, & colligunt cor eius cum forficibus paruis, vel cum vnguibus, sed hoc opus est magni laboris, & non potest heri ex eis nisi modicum, & prior modus est melior satis, & est modus, quo vsi sumus.

Forma excoriandi grana alcheruæ, & est cataputia maior, siue pentadactylus.

Quando accipiunt ex arbore sua recentes, sunt à cortice

tice suo difficilis separationis. Et qui vult excoriare ea sine labore, oportet quod extendat in Sole calido, & dimittat tota die, & moueat hora post horam, quando Sol calefacit grana, facit crepare corticem illum ab omni parte eius, & tacit egredi grana eius. Colligat ergo ea, quæ egressa sunt. Et si remanent aliqua grana, quæ non sint separata a cortice, fricentur cum manibus, vel cum panno aspero, quousque egrediantur mundata, & si aliqua non crepuerint, ponantur in Sole, donec crepent, & fiant vt prius. Sed si eges excoriatione earum in breui tẽpore, pone patellam super ignem, donec sit prope calefactionem: & auferas ab igne, & pone grana in ea, & misce, & sit calor patellæ aliquãtulum fortior calore Solis. Scindentur ergo cortices, & egredientur grana. Verum ad auferendum corticem eius secundum, est labor magnus. Et propter hoc multi extrahunt oleum eius absq; quod auferant corticem illum. Et qui vult auferre corticem secundum, non habet ingenium aliud nisi mundando grana singulariter vnum post vnum, aut quassset ea leuiter, sicut dixi de grano cartami, & cribret. Veruntamẽ ipsa adhærent, & simul conglobantur propter multam eorum humiditatem. Quare oportet, vt terantur paulatim cum magna lenitate, & ingenio. Et secundum hanc formam oportet, q; terantur grana abalgar. ij. laureolę, & baccæ, quia sunt prope figuram horum.

Modus excoriandi grana sesami.

Accipe de sesamo, & purga a terra, quæ est cum eo, & alijs superfluitatibus, & pone in vase fictili cum aqua frigida: & dimitte per noctem, & in mane cola, & dimitte siccari parum ab humiditate aquæ: & pone in pecia lini forti, & liga os eius, & percute sesamum ab omni parte eius, donec excorietur totum; & proijce in vase, & proijce super ipsam aquam frigidam, & misce bene, nam cũ videbis corticem eius natare super faciem aquæ, proijce cum aqua. Et fiat ita, quousque nihil remaneat ex cortice: deinde sicca ab aqua, & serua necessitati.

Modus excoriandi amygdalas, & pineas, & nuces, & cætera horum similia.

Omnia ista excoriantur in aqua calida, & hoc est notum omnibus. Et sunt, qui ponunt in aquam frigidã per noctem, & in mane excoriantur. Et sunt, qui ponunt in patella super ignem parum, quousque excorientur. Et sunt, qui sepeliunt, quando recentes colliguntur in palea frumenti, quia tunc cadit cortex eorum superior.

Modus deficcandi rosas ad reponendum eas.

Accipe de rosis cum fuerint in medietate suæ apertionis, & neque adhuc egressa folia earum a camerula sua; & expone Soli cum tota camerula sua in fine mensis Aprilis. Et expone eas Soli eadem die, qua collectæ fuerint, nam si remanserunt vsque ad mane, maxime coaceruatæ in vnum, minuerentur multum in suo odore, & rubore, & cum desiccas', moue eas sæpe in die. Et quando marcescent, & fuerint prope deficcationem, auser folia earum a camerulis suis, & serua folia reposita. Etiam scitum est apud nos, quod illæ, quæ siccantur eadem die, qua collectæ fuerint, sunt meliores; & rubor earum remanet in eis, & odor. Et si non possunt exponi Soli eadem die, qua colliguntur, oportet q; ponantur in loco ventoso, in quo non sit humiditas, & sequenti die quã citius porueris, ponantur in Sole, donec compleatur earum deficcatio. Et iam scitum est, q; deficcatio earũ melior est in vmbra, nisi quia maioris laboris, & periculum est, ne destruatur odor, & color earum propter humiditatem, quæ est causa destructionis earum, quando nimis remanet in eis. Qua propter si volueris deficcationem earum in vmbra, oportet, q; ponas eas extensas in loco calido procul ab humiditate, & visites sæpe, & reuoluas eas assidue; sed impossibile est, quod euadant a deuastatione, quando complebitur deficcatio earum, in vase terreo; & quòd stringatur os eius, quod odor, & color remaneat in eis. Et scitum est, quod qui siccauerit lib. x. rosarum mũdatarum, conuertentur ad lib. i. quando erunt siccæ. Et si rosæ erunt ex montibus, possibile est, quod remaneant plus. Et rosæ de montibus sunt fortioris odoris quàm hortulanæ; & aqua, quæ fit ex hortulanis. Et ita est de omnibus herbis, & de omni flore: quia odor, & virtus fortior est earum, quæ nascuntur in montibus, quàm quæ nascuntur in horis, & locis depressis.

Modus deficcandi violas.

Violæ colliguntur in mense Aprilis, & oportet quòd flores violarum colligantur quando sunt in fine bonitatis, & maturitatis, & extendantur in Sole eadem die, qua colliguntur, sicut dixi de rosis, neque plus, neque minus, qui vult colorem, & odorem earum seruare, sicut est. Violæ montium sunt meliores hortulanis, & lib. x. ex recentibus conuertuntur ad vnam, quando siccæ fuerint, sicut, & rosæ.

Forma deficcandi omnes cortices radicum, sicut fœnic. apij, scariolæ, plantaginis, buglossæ, & cortices radicum mori.

MOdus deficcationis earum est iste, vt abluas eas bene ea die, qua colliguntur a terra, & luto, & abscisis folijs ab his, excoria medullas ab eis in hunc modum. Vnamquamque radicem per se quasses cum malleo paruo ferreo, quia tali modo citius, & melius separabitur cortex a corde, quam alio modo; deinde expone Soli ea die. Et non oportet, vt expectes nisi vna die, quia destruerentur, & maxime in tempore hyemis. Et quando siccas, reuolue sæpe in Sole; & in nocte ponas eas in loco ventoso procul ab humiditate: & in die pone iterũ in Sole, donec deficcentur. Et si dies sit nebulosa sine apparitione Solis, oportet quòd extendas eas in cribro ex paleis, aut super craticulam ex cannis subtilibus, & suspẽdas super ignem, ita quod calor ignis ascendens eas desiccet. Et qui vult deficcationem earum subito imminente necessitate, oportet quod accipiat patellam terream latam, & calefaciat super ignem; deinde auferat ab igne, & extendat super eam radicem, aut aliud quodcumque voluerit deficcare, & reuoluat sæpe cum manu, & quando patella refrigerabitur, remoueat radices a patella, & iterum calefaciat eam, calefactam tollat ab igne, & iterum superponat radices, & faciat hoc quousque siccentur. Et caueat ne comburantur. Et hic est modus deficcationis earum in hora necessitatis magnæ. Et in diebus pluuiæ, nubium, & humiditatum.

Forma accipiendi cortices citri, & cæterorum pomorum odoriferorum, & eorum deficcatio.

Ille, qui vult vti corticibus pomorum citri in confectionibus, eligat illa, quæ habent maiorem acetositatem intrinsecus, quia cortices eorum sunt magis odoriferi. Et oportet, quòd excorientur illa die, qua colligi. Et oportet, quòd excorientur illa die, qua collecta sunt ab arbore. Tergantur ergo primo cum mantili mundo, & excorientur cum cultello acutæ aciei paulatim leniter, ne accipiatur ex carne cum cortice. Et simili modo oportet fieri ex cytonijs, & alijs pomis; deinde siccentur cum cautela, vt dixi, & seruentur necessitati.

Modus infundendi ammoniacum, & gummas, quæ ponuntur in medicinis.

Accipe ammoniacum, & pone in aceto per noctem, & in mane aspice si ammoniacum bibent totum acetum, & si non bene fuerit dissolutum, addas de aceto parum, & dimitte, donec bene dissoluatur totum, deinde pone super cribrum ex setis, & trica cum manu, donec descendat de cribro, & ligna eius, & frondes remaneant super cribrum, & sic vtere. Et secundum hunc modum præparentur omnes aliæ gummæ similes ammoniaco, sicut opopanacum, sagapenum, asa fœtida, bdellium, & similia.

Modus faciendi sigillum, quo sigillantur trochisci.

Accipe frustũ ligni ebeni, aut buxi, aut eboris, aut alterius cuiuscumque vis; & sit crassitudo eius mensura duorum digitorum; & latitudo trium, & longitudo

vnius palmi, & præparetur forma eius bene: * deinde
* fitata.
seca ipſum in longitudinem eius in duas partes æquales; ita quòd vnicuique tabulæ ſit craſſitudo vnius digiti; deinde fac ambas facies eius politas, lenes, bene inuicem cohærentes: deinde ſculpe in ambabus faciebus tabularum ſculpturas rotundas ſecundum quantitatem trochiſcorum, quos volueris ſigillare, ſiue magnos, ſiue paruos; deinde ſculpe intet vnumquemq; circulum nomen trochiſci quodcunq; volueris ſcilicet ex quo fuerit factus, vt trochiſcus roſa. vel trochiſcus vio. & ſimilium, & ſit ſcriptura oppoſito modo, vt quãdo trochiſcus fuerit ſigillatus reddatur littera recta. Et qui vult ſculpere in vna tabula plura nomina trochiſcorum, oportet, ꝙ ſigillet in ea diuerſos troſ ſecundum nomina ipſorum, vnumquemq; trochiſcum in ſuo nomine. Et qui vult in vna tabula ſolum nomen vnius troch. oportet, ꝙ non ſigillet in ea, niſi illam ſolam ſpeciem trochiſcorum. Et quando volueris ſigillare cum ea trochiſcos, oportet, ꝙ inungas vnamquamq; tabulam oleo roſ. & troc. diani cũ oleo vio. & ſigilla ſecundum voluntatem tuam. Et hæc eſt forma ſigillandi. Sed ſunt, qui faciunt ſigilla breuia ſecundum hanc formam. Accipe ex ebano, vel buxo; & fac ſigilla rotunda, ſculpe in vnoquoq; ſigillo foueam rotundam quantæ craſſitudinis eſt dimidius trochiſcus, vt medius lupinus, & ſculpe in vna ex tabulis nomen trochiſci ſi vis, & ſi non vis dimitte plana, vt poſſis ex ea ſigillare diuerſas ſpecies trochiſcorum. Et ſunt, qui faciũt in hunc modum ſigilla multa, & ſculpunt in vno quoq; ſigillo nomen alicuius trochiſci. Et hæc eſt forma eorũ. Sed qui vult, vt ſigillum reddat trochiſcum ſecundum certum pondus, oportet, quòd faciat trochiſcum vnum, & ponderet eum recentem ſecundum quantitatem ponderis, quam vult, & fodiat in ſigillo foramen trochiſci ad menſuram illius, quia pondus eus erit ſecundum pondus illius.

Modus colandi potiones, & coctiones, & de figura colatoriorum.

Oportet, quod habeas trias colatoria ad colandas potiones, & decoctiones ſyruporum. Primum colatorium ſit minus quàm ſecundum, & pannus eius ſit rarior, & ſecundum ſit maius primo, & pannus eius ſit ſpiſſior, q̃ pannus primi: & tertium ſit maius ſecundo, & pannus eius ſpiſſior ſatis. Et hæc eſt figura colatoriorum.

Modus clarificandi.

Et qui vult clarificare aliquam potionem, vel ſyrupũ, ſicut ſyrupum de radicibus, vel ſyrupum de hyſſopo, aut de lapatio, aut quemcunque alium ſyrupum, ſicut oxymel, ſpecies ſyruporum, & potionum omnium, quando erit completa decoctio eorum: oportet, ꝙ primo colentur in cribello ex ſetis; deinde ſuſpende colatoria omnia; vnum intra aliud, ſcilicet paruum intra medium, & medium intra maius; deinde ponat in paruo folia ciffoliorum, vel palmarum concuſſa bene a puluere, aut de ſetis equi bene ablutis, & impleat ex eis quaſi medietatem colatorij; & ſint colatoria diſtantia ab inuicem quantitate trium digitorum, & ſuſpende colatoria in patiete, & ſuſpende ſub eis vas ad recipiendum quod colabit; deinde infunde intra colatorium ſuperius potionem coctam, vel id quod volueris colare. Et dimitte ſic colare per ſe ſine aliquo contactu manus, eo quia deſcendet de primo colatorio in ſecundum, & de ſecundo in tertium. Et ſi oppiletur aliquod ex colatorijs a craſſitie decoctionis, ita quod non deſcendat ex aqua aliquid, oportet quod effundas quod eſt in eo, & abluas ipſum a craſſitie illa, & poſtea remitte decoctionẽ in eo, & dimitte donec clarificetur, & fac ita, donec deſcẽdat tota decoctio, & projce ſubſtantiã eius; & vtere decocto clarificato. Et qui voluerit facere ſyrupum ex ea, erit maioris iuuamenti, & facilior ad potandum.

Operatio ſalis alchali, & eſt ſal nitrum, qui ingreditur in multis medicinis.

Accipe de herba illa, quæ dicitur alchali, & fac in terra foueam magnam, & imple eam ex herba illa, dum eſt recens, & accende ignem in ea, quando erit combuſta illa, quam poſuiſti; pone de aqua ſuper eam Et fac ita, donec fouea erit plena ex illa herba, & tota herba erit bene cõbuſta, & dimitte extingui ignẽ, & infrigidari cinerẽ; deinde detege; quia tu inde inuenies ſalẽ cineris petrificatũ, vel coagularũ in magno globo in fundo foueæ, quod accipias, & frangas in fruſta, & ſerua neceſſitati.

Modus dealbandi ſalem eundem.

Si volueris dealbare hunc ſalem, accipe ex eo ita magno ſicut eſt, & tere, & cribra, & pone in vaſe; & projce ſuper eum tantum ex aqua, ꝙ cooperiatur, & ſuper eum duobus, vel tribus digitis, & miſce; & dimitte deſcendere fæces eius in fundo vaſis, vt ſubtile ſuperſtet; deinde clarifica in hunc modum. Accipe fruſta ex filtro mundo, quorum longitudo ſit duorum palmorum, vel amplius; & latitudo duorum digitorum; pone caput vnum filtri in aqua, & aliud per labium vaſis exeat pendens extra, & ſuppone paropſidem aliam ſub filtro ad recipiendum, quod emanabit ex aqua per filtrum; et dimitte ſic, donec deſtillet aquam totam, quam pone in ollam nouam, & pone eam in furno panis, & dimitte per noctem, vel amplius: quia conuertetur in ſalem coagulatum ſicut camphora; & ſi non coagulatur vna vice, pone pluribus vicibus, donec coaguletur. Et ſunt, qui ponunt aquam illam in patella terrea noua, & accendunt ignem ſub ea, & ſic coagulant, & ſeruant.

Modus alius.

Accipe de ſodra, & eſt ille niger conglobatus lib. i. & pone ſuper eam lib. vj. aquæ; aliter iiii & præpara ſecundũ præparationem, quã dixi, & clarifica deſtillando, & coagula, & repone in loco humido, vbi non approximat Sol, quia diſſoluetur, ſicut ſal, & zucch. Et alij dicunt nõ, ſed oportet, ꝙ ponatur in Sole, & non tangatur ab humiditate, quia reſeruabitur melius, & non liquefiet.

Modus comburendi alchali albificarum.

Accipe ipſum, & tere, & combure ſecundũ diſciplinã quam dixi in cõburendo plumbum in tractatu primo.

Forma deſiccandi radices ariſt. lon. & aſphodillorum, & eſt erudrinalach, & ſpecierum luf. ſerpentariæ, & radicem dictami, & eſt azenſalem, & radicem alfeſyræ. i. vitis nigræ, & radicem althææ, & radicem ahalchaim: & bugloſſæ: & meu. & phu. & ſatyriorum, & ſecacul. i. ſigilli Salomonis, & radicẽ mori celſi, & alias radices ſimiles his ſpeciebus.

OPortet, ꝙ lauentur ea die, qua effodiuntur: ita bene quòd mundetur a terra, & a luto, quæ adhærent ei; deinde incide in fruſta parua, & fige in eis filum, & deinde inter vtrunque fruſtum, ne ſe contangant, & expone vento in loco, vbi locus frequẽter ſuſſlet, vel ſi eſt hyems ſuſpende ad fumũ, donec ſiccentur, & ſerua neceſſitati.

Modus colligendi herbas medicinales, & tempus repoſitionis earum.

Oportet, quòd herbæ colligantur in tempore ſereno, claro, non ventoſo. Et non oportet, quòd colligantur niſi in fine bonitatis, & maturitatis earum, & ſuo tempore, & non quando iam ſunt conſumptæ vetuſtate, vel propter aliquam infirmitatem earum. Et herbæ, quæ colliguntur in terris montuoſis, & duris ſunt fortioris virtutis, quàm illæ, quæ colliguntur in vallibus, & terra pingui, & viridarijs, & hortis. Et oportet vt eligas ex herbis, quæ ſunt magis ramoſæ, & quæ ſunt completæ cum ſeminibus ſuis, ſicut debent eſſe, ſicut ſtœchas arabicum, & meſchamethaſar id eſt, mentaſtrum, & haſach, id eſt, tribuli marini, & hyſſopus, & ſimilia. Et flores oportet colligi antequam cadant, ſicut flos alchannæ id eſt, cotula fœtida, & chamæmeli, & violæ, & zambach. i. yenſemi. & ſimilia. Sed tempus colligendi fructus eſt, quando ſunt bene maturi; ſicut vua, ficus, & dactyli, pyra, pruna, & ſimilia. Et ſemina oportet colligi, quando incipiunt

cipiunt ficcari, & cadere. Et antequam cadat ſuper ea A
aqua, qua deſtruantur. Et tempus colligendi radices, &
ramos, & cortices eſt, qñ incipiunt cadere folia eorum.

Forma exprimendi ſuccos plantarum.

Oportet, quòd ſucci plantarum ex folijs, & ramis earum exprimantur dum iunt adhuc teneræ, ſicut memithe, & gafid, ſemperuiua, ſuccus hypocyſtidos, abſynthij, & ſimilium. Et oportet, quòd vulneretur planta, ſeu arbor, quando volueris accipere lac eius, vel lachrymam, donec viget adhuc in terra, non poſtquam eſt euulſa, ſicut cum volueris facere opium, euphorbium, & ſimilia.

Modus deſiccandi omnes herbas.

Generaliter ſcire debes, quòd radices, & folia, & rami, non debent ſiccari antequam ſint abluta a terra, & a ſordibus eorum, & quòd deſiccentur in loco, vbi non ſint humiditates.

Modus repoſitionis herbarum, florum, & ſe- B
minum, & aliorum ad ſeruandum.

Oportet, quòd reponas flores herbarum medicinarũ in capſis ex ligno. Et ſemina ſtringantur in ſacculis, ex corio, vel papyro, quia iuuat ea ad meliorem conſeruationem, & hoc ſecundum ipſam ſententiam Dioſco. Et repoſitio rerum humidarum, ſicut ſunt ſucci, & gummę liquidæ, & confectiones, & ſimilia, debeant eſſe in vaſis æneis. Sed vnguenta, in quibus ingrediuntur pix, & ablatram, & acetũ, oportet, quòd reponas in vaſis æneis. Et pinguedines, & cerebella, & omne pingue oportet reponi in vaſis factis ex ſtagno. Et omne quod eſt ex pulueribus, ſicut eſt puluis hieræ picræ, & ſimilia, oportet reponi in vaſe terreo ſtrictioris oriſicij, & oppiletur os eius cum cera, vel creta, ne reſoluatur, & minuatur virtus eorum. Et oportet, quòd reponatur rob, ſicut vuæ, & cytoniorũ, & malorum, & myrti, & ſimilium, in vaſe terreo nouo; quia terra trahit ad ſe humiditatem, quæ eſt in eis, quia magis præſeruantur a deſtructione. Et olea debent repo- C
ni in vaſis vitreis, & os vaſorum ſtringi debet, ne deſtruãtur, quòd fœteant. Et oportet reponi omnes ſpecies aromaticas, zebetæ, & galliæ; & omnes ſpecies aromaticas, ad aromatizandum in vaſis aureis, vel argenteis deauratis; aut in vaſis ex porcellionibus, vel ex vitro. Et omne acetoſum, quod debet ſeruari, oportet reponi in vaſe linito cera, vel pice; & oportet reponi in vaſe vitreo omne vinum, quod habet ſubſtantiam æqualem, quæ eſt ſignũ ſuper durabilitatem eius, & ſuper prohibitionem ſuæ corruptionis, & omne vinum, cuius ſubſtantia eſt inęqualis: cuius ſignum eſt ſuper corruptionem eius facilẽ, & quod diu non poſſit ſeruari, oportet ſeruari in vaſe terreo, vt terra exiccet humiditatem eius ſuperfluam, quæ eſt cauſa ſuæ corruptionis.

Modus colligendi colocynthidem.
& deſiccandi eam.

Colocynthides debent colligi in fine menſis Septembris, quia tunc ſunt in fine bonitatis earum, & maturationis. Et oportet, q̃ non colligas ex eis, niſi illas, quarum color declinat citrinitati, & quando incipiunt folia earũ exiccari, & attenuari. Et elige ex eis maiores in quantitate; & oportet, quod non accipias illam, quæ eſt ſola orta in ſua arbore, quia ipſa eſt multum mala, & pernitioſa. Sed modus deſiccationis earum eſt, quòd cuſtodias eas bene, quia non deſiccantur in breui tempore. Pone ergo eas in Sole, & verte eas qualibet die ſæpe, & in nocte pone eas in loco remoto ab omni humiditate, & cuſtodi bene, donec ſiccentur, & qui non poterit eas deſiccare in Sole, quoniam rempus erit fortaſſe nubiloſum, oportet, quod impleat fila ex eis infixis; & ſuſpendat prope ignẽ ad fumum, vt deſiccentur, & cum bene deſiccatæ fuerint, munda eas a cortice ſuo, & a ſeminibus, quæ ſunt in eis, & ſerua medullam earum in corio.

Nota. D

FINIS.

TERTIVS TRACTATVS
De præparatione medicinarum, quæ ſumuntur ex animalibus.

Forma comburendi omnes ſpecies conchylium.

OPortet qui vult comburere teſtas cõchylium, q̃ terantur, & ponantur in olla munda; & ponatur olla in furno figuli vna nocte, deinde extrahantur, ſi ſunt combuſtę ſicut cinis albus bene: ſin autem ponas iterũ in furno panis, vel eodem, & dimitte donec ſint alba calcinata. Et ſunt, qui ponunt cochleas ſuper prunas, & exufflant, & dimittunt donec fuerint albæ, & terunt, & ponunt ſuper teſtam terream ſuper carbones; & exufflant donec ſint albæ ſecundũ voluntatem eorũ.

Forma comburendi Cortices ouorum.

Oportet quod aſpicias ad illud, quod dixi de conchylijs; & combure, ſicut dixi de eis: quoniam idem eſt modus, nec plus, nec minus.

Forma comburendi Cornu ceruorum.

Accipe de cornu ceruino, ſicut eſt, & pone ſuper prunas, & exuffla, donec albeſcat. Et qui vult comburere ſecundum aliam formam, frangat eum in fruſta, & ponat in olla, & faciat, ſicut dixi de conchylijs.

Modus ablutionis eius.

Sed, qui vult eum lauare, lauet ſecundum diſciplinã, quam diximus in abluendo ſcoriam, & vtatur eo in medicinis oculorum, quando currunt ad eos humores, & ad bothor, & ad craſſitiem palpebrarum. Et qui facit ex eo dentifricium, purgat dentes a ſordibus, & ſecundum hanc formam præparentur omnes vngulæ, & ſoleæ.

Forma comburendi.

Modus eorum eſt ſicut modus combuſtionis cochlearum. Et ſunt, qui ponunt ſuper prunas, & exufflant, donec dealbentur.

Ablutio horum omnium.

Sed ablutio cõchyliũ aduſtorum, & corticũ ouorũ, & cornuum, eſt ſicut ablutio chimiæ, nec plus, nec minus.

Forma comburendi ſetam, vel ſericum, quod adminiſtratur in diamuſco.

Accipe de follicullis ſerici noui, qui nondum pertranſierunt annum vnum, & aperi, & extrahe vermes mortuos, qui ſunt in eis; & purga eos bene, & pone in fundo ollæ nouæ; & pone ſuper os eius lapidem, & pone ollam ſuper ignem, & fac ſub ea ignem leuem; vel pone eam in furno panis. Et non oportet, vt adurantur; ſed ſolum, ita quòd poſſint teri, repone, & vtere.

Forma comburendi Lanam.

Laua eam bene, & pectina cum pectine, & pone in olla fictili; & combure, ſicut comburitur ſeta. Et ſunt, qui pectinant cum ſua ſorditie, & poſt lauant, & faciunt ſicut dixi.

Forma abluendi cinerem lanæ aduſtæ.

Accipe cinerem lanæ, & pone in paropſide, & infunde ſuper eam aquam, & miſce, & expecta donec clarificetur aqua, & cinis deſcendat, & proijce illam aquam, & funde iterum ſuper illum alium aliam aquam, & fiat vt prius, tandiu donec cinis non pungat linguam, quando guſtatur; ſed ſit ſtypticus guſtui, Poſtea ſicca, & ſerua, & pone in medicinis oculorum.

Forma comburendi ſartam. i. cancros ad dandum in potu illis, quos momordit canis rabidus, & ad dandum phthiſicis, & hæmoptoicis.

Accipe cãcros fluuiales viuos, qñ Sol fuerit in ſigno Arietis xiij. die mẽſis Martij, intelligo lunaris, & pone in athanor, vel in furno panis, quouſq; cõburantur, & non cõuertantur in cinerẽ. Et quidã incendunt athanor

cum lignis vitis; forma eſt eadem. Et ſunt, qui pro phthi E ſicis, & hęmoptoicis abſcindunt pedes eorum, & dentes, & ſic comburunt.

Modus comburendi Scorpiones ad frangendum lapidem.

Accipe decem ſcorpiones viuos, & pone in oſla noua, & luta eam cum paſta, aut cum terra, & pone in furno, accende ignem in eo cum lignis vitis, quouſque calefiat; *Doſis.* & dimitte ibi ollam die, ac nocte, & extrahe; & da cinerem horum in potu in hora doloris renum, quando fuerit ex lapide grana.vj. in pondere, cum ſyrupo de radicibus, quia frangit lapidem. Et ſunt, qui ponunt ollam in athanor panis, & dimittunt x. horis, poſtea terunt ſcorpiones, & ſeruant.

Modus comburendi Thyros, qui adminiſtrantur in theriaca, & alios ſerpentes.

Electio. Accipe ſerpentes thyrias fœminas, quæ ſunt rubei coloris, & habent caput extenſum. Venare eas in hyeme in locis vbi ſunt prope aquas, & arbores; & pone in olla noua, & luta os eius cum argilla, & pilo: & mitte in furnum nocte vna. Accipe ergo de cinere horum, & mitte *Ad morſū Thyri.* in alcofol, aut tere, & confice cum oleo, & fac emplaſtrum ſuper ſcrophulas, quia liquefacit eas. Et ſi oportet comburi ſerpentes alios, niſi quia debent comburi per amplius tempus, quia ipſi ſunt maiores corpore, & pinguiores, & operatio eorum in ſcrophulis eſt ſicut operatio thyrorum.

Forma comburendi caput Thyri, quod ponunt in alcofol.

Accipe de capitibus thyri ſtatim poſt abſciſſionem eorum, abſque quod ſaliantur, & pone in olla fictili vitreata, & inuolue eam in paſta, & pone eam ſuper ignē ex prunis, & oportet, quod comburantur ita, quòd fiant ſicut carbones, ſed remaneat in eis aliquid humiditatis, quod poſſint teri ſolum, & cribrati.

Forma comburendi leporem pro illo, qui habet lapidem.

Accipe leporem, & decolla, & pone in ollam nouam G cum ſuo corio: & combure, donec fiat cinis; deinde tere cinerem iſtum, & da ex eo drachm.ij. quia eſt mirabilis in frangendo lapidem.

Forma comburendi hericios, & ranulas.

Combure, ſicut dixi de lepore, tantum: nec plus, nec minus.

Forma comburendi Hirundines, quæ adminiſtrantur in ægritudinibus gulæ.

Accipe de pullis hirundinū antequam naſcantur plumę eorum. Et dixit Gale. oportet, ꝙ comburantur cum plumis earum, & ꝙ ponatur ſuper eas aliqnantulum ſalis; & ponantur in olla noua, quę cooperiatur, & lutetur, & ponatur ſuper prunas, vel in furno panis, donec comburantur, & ſerua, & vtere quando oportuerit. Et dixit Dioſc. ꝙ qui acceperit hirundines cum matre earum, & comburet in olla, & miſcuerit cinerem earum cum mel le, & poſuerit in oculo, acuit viſum; & qui vnxerit cum eo branchos, iuuat; & confert tumori gutturis, & febri, H ſynanchiæ, & tumori vuæ.

Forma colligendi Cantharides, & reponendi eas.

OPortet quod veneris eas in tempore Veris, & elige ex eis rubeas magnas, leues tactu. Et caue a nigris, & aſperis; & habeat venator in manu ſua forficulas de ferro, vel de ligno: & ponat eas cum illis forficulis in vaſe ſtricti orificij, deinde pone ſuper eas oleum vetus, & ſuſpende in Sole pluribus diebus, donec putreſcant, vtere. Et ſunt, qui comburunt eas, ſicut comburunt hirundines. Et dixit Dioſc. ꝙ cantharides, quæ generantur in tritico, ſunt calidæ, & oportet, vt ponantur in vaſe non vitreato, & cooperiatur os vaſis cum panno lini, & perforetur fundus, & ponatur orificium ollæ ſuper fumum aceti fortis bullientis; & dimittatur ſuper fumum illum, donec cantharides morientur, & infige in eis filum lini, & ſerua. Et fortiores cantharides ſunt, quæ tranſmutantur in diuerſis coloribus, & habent maculas citrinas, & ſūt magni corporis, lōgę, et plenę. Et q̄ ſūt vnius coloris, abſq; q trāſmutētur ad diuerſos colores, ſunt debilis operationis. Et iſte eſt modus omniū ſpecierū cātharidarū.

Forma colligendi ſtercus canis, quod adminiſtratur in medicinis gutturis.

Oportet, quòd eligas ſtercus, quod eſt album, quoniam ſignum eſt, quòd fuit ex comeſtione oſſium, & colligatur recens vnius diei, vel duorum, & fac eum ſiccari, & ſerua neceſſitati.

Forma colligendi ſanguinem teſtudinis aquaticæ, quæ adminiſtratur in medicinis venenorum.

Accipe teſtudinem aquæ, & pone eam reſupinam ſup *Ad Scrophulas.* paropſidem, & abſcinde caput eius ſubito, dimitte egredi ſanguinem eius, & quando coagulabitur, operi paropſidem cum cribro ex ſetis, vel panno lini, & expone Soli, *Electio.* donec ſiccetur, & ſerua. Et doſis eius quando thyrus mordebit hominem eſt drac.iij. cum vnc.iij. aceti, & tertia die detur pondus vnc i. cum vnc.v. aceti, quia eſt cura veriſſima.

Forma colligendi ſanguinem animalium, qui ponitur in medicinis, venenis conferentibus, ſicut eſt ſanguis hædi, anſerum, & ſimilium.

OPortet, vt eligantur animalia huiuſmodi ſana, & iuguletur vnumquodque eorum, & pone ſanguinem eius in vaſe vitreo, mundo, & exicca in Sole, ſerua, & vtere.

Forma accipiendi cerebella auium, quæ adminiſtrantur in medicinis coitus.

Hæ ſunt auiculę, quarum cerebella ſunt neceſſaria, vt accipiantur. Et ſunt auiculæ, quę nidificant in domibus, & venari debent in autumno, vel vere, & decolles eas, & euelle cerebella earum, & pone in vaſe mundo, & purga a ventriculis circundantibus ea. Et pone cum eis pro omnibus x. cerebellis, vitellum vnum oui recentis, quod fuerit ex gallina, quæ habuerit maſculinum, & confice ſimul, & pone in patella ſuper cinerem calidum, & dimitte quouſque coaguletur, & deſiccetur ab humiditate, quæ eſt in medicamine, & aufer ab igne, & pone in Sole, vt deſiccetur, aut pone iterum ſuper ignem, donec ſiccetur: & vtere in medicinis coitus. Et ſunt, qui faciūt hoc medicamen ſine vitellis. Et ſunt, qui vtuntur ita recentibus, ſicut extrahuntur a capitibus poſt decollationem. Et ſunt, qui addunt cerebellis, & ouis parum mellis, & coagulant ſuper ignem, & ſeruant, & vtuntur.

Modus accipiendi fel omnium animalium quadrupedum, & volatilium, & forma reponendi ea.

Accipe fel dum eſt recēs, & liga os eius, & pone in olla cum aqua bullienti, & dimitte ibi tanto tempore, quo poſſes facere tres paſſus, & extrahe ſtatim ab aqua, et deſicca in loco vmbroſo non humido, & ſerua, & vtere. Sed fella, quibus volumus vti in medicinis oculorum, oportet ligari orificia eorum cum filo lini, & poni in vaſe vitri, in quo eſt poſitum aliquantulum mellis, & ligetur aliud caput fili ori vaſis, & ſeruetur neceſſitati.

Forma accipiendi coagula omnium animalium.

Accipe coagula animalium dum ſunt recenter mortua, ſcilicet poſtquam decollaueris, & inuoluas ea ſale, ſuſpende ad Solem, & ſerua.

Forma extrahendi humiditatem de limacis.

Accipe haalaam.i. limacas, ſtatim cum acceperis perfora carnē eius cū cultello acuto, quia exibit ex ea humiditas multa viſcoſa, quæ eſt vtilis ad euellendum pilos palpebrarum, & vtere in vnguentis, quæ ponuntur in fronte ad prohibendū humores venientes ad oculum.

Forma accipiendi vrinam infantium, quæ ponitur in medicinis acutis.

Oportet, ꝙ colligas vrinam infantiū in vaſe pluribus diebus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1036-0 DFG

diebus. Et quando colligitur fæx eius, in fundo vasis re- A
sidens, proijce subtile eius supernatans, & fac ita pluri-
bus diebus, donec colligitur satis ex fæce eius, & vtere ea
ita liquida, sicut est; vel sicca, & repone, quia est acuta, si-
cut sal ammoniacum.

Forma seruandi aquam marinam, ne corrumpatur.

Accipe aquam marinam claram mundam, cui nihil sit admistum ex aqua dulci, & repone in vase nouo, quia pinguedo eius finietur. Et sunt qui coquunt eam bene antequam ipsam reponant.

Forma faciendi gluten ex corijs boum, & pecudum, quod ponitur in emplastris creaturæ herniæ.

Accipe de extremitatibus coriorum boum, aut pecudum, id est coria manuum, & pedũ, & capitum, & ablue bene ab omni sorde eorum, & a terra, & imple ex eis ollã magnam, & cooperi coria cum aqua, & pone ollã in furno panis a principio noctis vsq; mane; deinde extrahe, & cola, & si aqua coagulatur, bene; si non, oportet, ꝙ iterũ B
ponas in furno secunda vice, vel plus, donec aqua illa incrassetur. Et quando erit refrigerata, coaguletur; deinde incide in frusta, & dimitte siccari in loco ventoso non humido, vel calido, donec fiat, sicut vitrum, & serua.

Modus præparandi adipes, & reponendi eos secundum doctrinam Dioscoridis.

Accipe de adipe secundum voluntatem tuam, sicut adeps hirci, vel pecudum, seu porcorum, & similium, & accipe de eo, qui est magis pinguis, sicut est adeps renũ, vel zirbus ventris: & pone in vase, & proijce super eum de aqua pluuiali frigida; & frica manibus bene; & purifica a sanguine eius, & venis, & pelliculis, & laua iterũ, donec mundetur, & albescat; deinde pone in olla noua, cuius capacitas sit duplex a quãtitate sepi, & pone super ipsum aquam, qua cooperiatur, & pone vas super ignem paruum, leue, & misce, donec dissoluatur. Et cũ dissolutus fuerit adeps, proijce in vase, quod habeat aq̃ frigidã, & laua, & absterge ollã suã bene, & dimitte eam siccari C
ab aqua; & liquefac secundo adipem, & iterum proijce super aquam frigidam, & sine infrigidari, & fac hoc ter, quatta verò vice dissolue sine aqua, & proijce in vase, quod sit calefactum cum aqua calida, & collige quod clarificabitur ex adipe, & proijce substantiam, si est aliquid, & repone necessitati. Et secundum hunc modum præparatur pinguedo porci, & vrsi, & aliorum animalium.

Forma præparandi adipem renum vaccarum.

Accipe ex eo, & munda à sua pellicula, & ablue cum aqua marina, & pone in mortario, & tere bene, & proijce super eum aquam maris, dum teris; & facias hoc sæpe, tandem pone in olla fictili, & super eum proijce aquã marinam, qua cooperiatur; & coq; tandiu, quod fumatur odor naturalis: deinde pone ad omnes lib. iij. adipis vnc. iiij. ceræ, & liquefac simul. Et quando infrigidatum fuerit, accipe superiorem partem eius, & pone in olla noua, & repone Soli qualibet die cooperta panno vt albificetur, & recedat odor eius, & fętor. Et sunt, qui ponunt
ex eo in vase paruo, sicut fit ex cera, quãdo dealbatur. Sed D
adeps bouis debet præparari in hanc formam. Primo ablue cum aqua marina, vel cum aqua, & sale secundum formam supradictam, deinde coque cum tanto bono vino, quantus est adeps, & quando bullierit duab. ebullitionibus, oportet, ꝙ auferas ollam ab igne, & dimittas adipem xiiij. horis, & si remanserit in eo de fętore aliquid, pone in alia olla noua. Et sunt, qui abluunt sine sale pro ægritudinibus, quibus nocet sal. Et quæ præparatur in hunc modum non est magnæ albedinis, & sic præparabis adipes omnes, & sepum.

Modus præparationis adipis anserum, & anatis.

Accipe adipes earũ, quando recẽter fuerunt occisæ; & purga bene a pelliculis suis, & pone in olla noua terrea, cuius capacitas sit dupla quantitatis adipis, & cooperi vas; & pone in solẽ calidissimũ, & auser, qd dissoluet ex adipe repone in alio vase; & fac ita assidue ad illud secũ-
dum clarificãdum, ꝙ egredietur ex eo, donec nihil de eo remaneat; deinde accipe, quod clarificatum fuerit, & repone in loco frigido, & vtere in necessitate. Et ille, qui vult facere opus cum præparatione, oportet, ꝙ dissoluat eum in olla duplici secundum hanc formam. Accipe ollam nouam, & pone in ea de adipe, & hanc ollam pone intra aliam ollam plenam aqua: & pone ambas super ignem, & quicquid dissoluetur de adipe, clarifica in alio vase, quousque totus dissoluatur, & repone in loco frigido. Et sunt, qui proijciunt super eum modicum salis, quando reponunt, quia confert lassitudini, quando miscetur cum medicinis iuuantibus ad hoc. Et ꝙ est de eo sine sale, eõfert doloribus matricis, & ponitur in emplastris, quæ ponuntur super oculum, & scissuris labiorum, & doloribus auris; & asperitatem facies; & meliorat colorem. Et qui vult seruare sepum anatis, vel gallinæ, & similium quodcumque horum volueris, dum est recens laua bene, & sepe; & cola in vmbra per cribrum, & quando fuerit siccum, pone in panno lini; comprime bene, & B
liga cum filo lini, & suspende in vmbra, & dimitte multis diebus, & pone in panno nouo, & serua in vmbra. Et sunt qui ponũt in melle, & reponunt per amplius tẽpus.

Forma præparandi cerebella animalium, & reponendi ea.

Accipe cerebella, sicut sunt recentia; & euelle à craneis suis, & purga fricando cum manu, & aqua frigida; & laua bene, & cola cum panno, & repone. Et sunt, qui lauant sic, & ponunt in olla duplici ad ignem, donec liquefiat medulla, & colant in aliquo vase terreo nouo. Et qui vult reponere sine præparatione, faciat vt docui de sepis gallinarum, & anserum.

Modus præparandi medullas animalium, & reponendi eas.

Accipe medullas, sicut sunt, recentes, & extrahe ab ossibus suis, & purga fricando cum manu, & pone de aqua frigida, & laua bene, & cola cum panno, & repone. Et sunt etiam, qui lauant sic. Ponunt in olla duplici, & ponunt ollam super ignem, & dimittunt, donec liquefiat medulla, & colant in alio vase; deinde accipiunt illud colatum clarificatum, & reponunt in vase terreo nouo. Et qui vult reponere sine præparatione, oportet quod faciat sicut docui de adipibus gallinarum, & anserum.

Forma seruandi zuccherac. i. * hyssopum humidam. * hyssopum.

Accipe de lana succida, & sordida, sicut tondetur, & laua in vase aliquo, quousque colligatur de pinguedine sua super natante in aqua satis; postea cola aquam ab ea, & pone pinguedinem in vase ęneo; pone super aquam, & bulli pauco igne: & accipe pinguedinem illam colatã, & pone in paropside cum aqua frigida sæpe. Et modus abluendi est, ꝙ misceas satis cum manu, quousque ascendit spuma eius; deinde accipe parum aquæ maris, & proijce super illam spumam, donec quiescat ebullitio, & collige pinguedinem illam mundam; deinde adde super eam aliam aquam, & misce, donec ascendat spuma eius, collige pinguedinem eius, quæ super aquam natauerit, & frica cum manu, & si non videris aliquid ex sorde eius in ea, bene; sed si aderit, iterum laua secundum hanc disciplinam, & est, quòd proijcias super eam aquam aliam, & muta aquam sæpe, donec albescat, & hoc opus oportet fieri in Sole calido, deinde repone, & serua. Et sunt qui accipiunt de illa pinguedine, & ponũt in vase, quod sit calefactum aqua calida, & ponunt super eum pannum vnum crassum, & exponunt Soli, quousque incrassetur pinguedo illa bene, & albescat. Et
* hyssopus humida bona est, quando non habet odo- * hyssopum.
rem lanæ. Et qui ponit eam cum aqua frigida in cochlea, & agitat, dealbatur, & non reperitur in ea ali- Electio.
qua asperitas, nec aliquid coagulatum, sicut reperitur in illa, quæ est adulterata cum cera liquefacta cum pice, vel cũ sepo. Et virtus huius est calida, & mollit apostemata dura, & maxime apostemata stõi, & matricis. Et ponuntur in multis vnguentis, & emplastris. Et adustio

eius est, quod ponatur super ignem in olla noua, & dimittatur ibi, donec fiat sicut cinis; & incrassetur pinguedo eius. Et sunt, qui colligunt fumum eius, & ponunt in medicinis oculorum.

Modus colligendi stercus infantium, quod administratur in medicinis ægritudinum oris, sicut dixit Galen. in libro almeymur secundum sententiam antiquorum.

FAciebat venire pueros ad domum suam, & faciebat eos comedere panem, & lupinos, & erat hoc vt plurimum cibus eorum; & accipiebat stercus eorũ, & exiccabat, & vtebatur in curationibus apostematum oris, & in apostematibus fraudolẽtis. Nam vngebat exterius cũ illo stercore cũ melle misto, & iuuabat iuuamento maximo, & dixit in libro, quem posuit in medicinis simplicibus, quod quidam vius fuerat multum isto stercore, & sæpe fuerat expertus iuuamentum magnum; & non dabat pueris comedere lupinos, ne stercus haberet tãtum fœtorem: & dabat pueris comedere carnes gallinarum, & pullorum, & columborum, & stercus eorum faciebat eandem operationem, nec plus, nec minus.

Forma coquendi mel cum aqua ad faciendum syrupum.

Accipe de melle albo, mũdo, vnius anni: quod habeat paucum ardorem, & sit fortis dulcedinis, & quod nunq̃ tetigit calor ignis, & pone in olla terrea lati orificij, quæ assimilatur alchasenæ, & pone in qualibet mensura mellis. x. mensuras aquæ claræ, & fac signum in latere ollæ vsq; ad quem locum peruenit mel sine aqua, deinde accende ignem suauem sub olla, & quando mel bullierit, munda a sorde sua cum cacia, donec remaneat mundũ, & clarum, & misce continue cum pauco igne, & caue ne comburatur, & destruatur, & quando mel descenderit prope signum suæ quantitatis, quod fecisti in olla, oportet quod proijcias super eam. v. mensuras aquæ, & cõtinua coctionem eius, & misce absq; intermissione, donec iterum appropinquet signo super mensuram vnius digiti. Et sunt, qui ponunt iterum aliam aquam ad coquendum amplius, & colant, & reponunt in vase vitreo, & oportet sicut dixit Gal. ꝙ coquatur in die claro, sereno, quieto ab omni vento. Et caue ne cadat intus aliquid sordis, ne destruatur mel, & cauearur a fumo ligno rum, quando coquitur; quia oportet, quòd ligna sint sicca. & hic est modus.

Forma dealbandi ceram.

Accipe de cera, quam accepisti ab alueari, cuius color declinet albedini, si potes: & si non potes, de cera mũda, & meliori, & pone in olla noua cum medietate quantitatis eius ex aqua clara munda, & pone super ignem, donec liquefiat cera tota, & natet super faciem aquæ; deinde accipe vas vitri, cuius pars exterior sit lenis, & madefac eum in aqua frigida, & submerge minus medietatis eius in cera liquefacta, & extrahe cum cera, quæ sibi adhæserit, & dimitte infrigidari ceram illam, & separa ceram illam a vase, quia ipsa est habens formam paropsidis; & sic facias, donec totam ceram tali modo extraxeris; deinde pone istas formas in Sole pluribus diebus, & volue sæpe ab omni parte earum, donec albescat, & fiat cera alba, sicut cerussa. Et sunt, qui dealbant eam in tribus diebus in Iulio, quando Sol est in maiori calore, dixit Dioscor. quòd secundum hanc formam possumus dealbare gummi ara. quando decoquitur in aqua marina, donec albescat, & ego fui expertus illud, & non fuit verum. *Nota.*

Modus alius dealbandi ceram.

Coque ceram in aqua, donec nigrescat aqua: proijce aquam illam, & pone aliam, & fac ita sæpe, donec fiat alba; collige ceram, & serua.

Modus faciendi gummi ex marmore.

Accipe de marmore albo, rete tritura crassa, & commisce cum glutino corij; & facias laminas, vel tabulas ex eo super petram marmoreã planam, & dimitte siccari.

Et sunt qui accipiunt de marmore pisto, sicut dixi, & cõficiunt cum terebinthina liquefacta super ignem, confectione mediocri, & extendunt super tabulam marmoris, donec infrigidetur. Et hoc est gummi marmoris, qd fit cum operatione. Verum illud, quod portatur ad nos, non vidi qualiter fiat, nec noui aliquem, qui viderit. Et qui puluerizabit ex eo super vulnera recentia, quando sunt cum sanguine suo, consolidat ea; nec finit ea facere saniem, & est conueniens apostemati molli.

Modus faciendi salem ammoniacum.

Accipe lapides, qui inueniuntur in sterquilinijs balneorum, qui incenduntur cum igne sordicies illius loci: & sunt lapides nigri, qui coagulantur ex virtute salsedinis, quæ est in illa sorditie. Accipe ergo ex illis, & tere bene, & pone in olla amplum habente orificium, & pone super os eius paropsidem terream vitreatam; & perfora fundum eius, luta labia ollæ, & paropsidis simul, & facias ei furnum discrete, ita quòd possit olla in medio manere, & sint omnia ex terra, quæ possit sustinere ignem magnum, & luta os furni cum argilla, & accende ignem sub olla, & aspice foramen, quod est in paropside, si videris inde egredi aquam, vel vaporem exire, dimitte foramen apertum, sicut est, donec egrediatur tota humiditas illa, & incipiat fumus egredi albus, similis ammoniaco, tunc oportet, quòd claudas foramen bene, & augeas ignem tota die, deinde dimitte furnum infrigidari, & quando erit infrigidatus, detege vas, & frange paropsidem, & auser salem, qui est in ea cum facilitate, & serua.

Nota.

Finis libri Seruitoris de præparatione medicinarum simplicium.

SALADINI DE ASCVLO Serenitatis Principis Tarenti physici principalis compendium aromatariorum.

QVia solet aromatariorum ignorantia, eorumque impertitia famosissimos doctores, ac doctissimos medicos, ad infamiam, & vilipendium, cum magno etiam eorum periculo sępissime trahere, atque perducere. Ideo pietate motus in medicos, & vt precibus plurium aromatariorum obsequerer, & præcipue solertissimi viri Tuæ Serenitatis Illustrissim. Domini mei principis Tarenti aromatarij dignissimi. Ego Saladinus artium, & medicinæ doctor, eiusdem Serenitatis physicus, proposui hunc tractatum componere; quem Compendium aromatariorũ intitulari volo; Quomodo ipsi aromatarij examinari debeant, & si sufficientes, & experti in arte eorum fuerint, volo, ꝙ a peritissimis medicis approbentur. *Si* vero insufficientes, & ignari, & in ipsa examinatione tanquam inexperti defecerint, tũc penitus reprobentur; & pœna condigna puniantur. Cũ, & ipsi habeant de vita, & sanitate hominum pertractare, quæ quidem sanitas est omni thesauro mundi charior. Non, quòd tu hoc nostro libello opus habeas, cum sis arte, & naturali prudentia præditus, & experimento bene conficiendi comprobatus. Sed volui tibi tanquam digniori, & experto eum libellum destinare, vt eorum rudiores instruas, qui solitus es tua peritia nouellos etiam medicos in dispensando, & in ordinando dirigere.

Diuiditur autem hoc opusculum in septem particulas. Quarum prima tractat quasdam extrauagantes, & generales interrogationes vtiles aromatarijs; cum hoc etiam multas, interrogationes, & dubia, ac declinationes ponit circa antidotarium Mesue.

Secunda particula erit de nominibns medicinarum compositarum in antido. Nico. descriptarum, cum earum declaratione secundum ordinem alphabeti. Et incipit ab Aureu alexandrina.

Tertia particula est de ponderibus, & dosib. medicinarum,

narum, & de nominibus ponderum ſigillatim, quæ doctrina eſt valde neceſſaria ipſis aromatarijs.

Quarta particula erit de modo conficiendi confectiones, electaria, iulep, ſyrupos, vnguenta, &c.

Quinta particula eſt de colligendis herbis, floribus, ſeminibus, & radicibus, in quo tpe, & in quo mẽſe anni.

Sexta particula eſt de conuerſatione, tam ſimpliciũ, quàm compoſitorum, præcipue ſecundum Meſue, Serapionem, Nicolaum, Seruitorem. In qua particula prope finem eius ponitur doctrina, & modus reponendi, & cõſeruandi res humidas, ſicut ſunt ſucci, vel gummæ liquidæ, & electaria liquida laxatiua, & conſimilia, & in quibus caſibus conueniunt.

Septima, & vltima particula erit de modo ordinandi aromatariam, cũ omnibus rebus neceſſarijs in ea. Et ſic finietur (Deo volente) compendium aromatariorum.

PRIMA PARTICVLA EST de vtilibus interrogationibus ad aromatarios fiendis, &c.

INcipit ergo prima particula, & primo quędã incipiũt interrogationes vtiles medicorũ ad aromatarios.

Primo igitur aromatarius examinandus a medico, interrogãdus erit, quid eſt officium aromatarij. Reſpõdeo, & dico, quòd officium aromatarij eſt terere, abluere, infundere, coquere, deſtillare, bene conficere, & confecta bene conſeruare. Propter, quæ omnia dico vlterius, ꝙ aromatarij tenentur ſcire grammaticam, vt valeant bene intelligere diſpenſationes receptarum, & antidotariorum, & ſcientiæ medicinæ. *Officiũ aromatarij.*

Secundo medicus in hac arte interroget, qualis debet eſſe aromatarius. Per hęc verba, dico, quòd aromatarius non debet eſſe puer, nec valde iuuenis, neq; ſuperbus, põpoſus, aut mulieribus, & vanitatibus deditus; a ludo etiã, & vino ſit alienus, & ſobrius, non intendens crapulis, & conuiuijs vacare; ſed ſit ſtudioſus, ſolicitus, placabilis, & honeſtus, timens Deum, & conſcientiã ſuam. Sit rectus, iuſtus, pius, & maxime ad pauperes. Sit etiam bene doctus, & expertus in arte ſua. Non nouellus, & rudis, quia habet tractare de vita hominũ, quæ eſt rebus omnibus mundi charior. Non ſit cupidus, nec auarus, nec extremus amator pecuniæ, ne videatur omnia pro pecunijs facere, vt auari faciunt. Non etiam vendat res chariori pretio quàm competenti; quia melius eſt modicum iuſte, quàm multum cum maledictione a pauperibus extorquere. Sit etiam aromatarius fidus, maturus, & grauis, bonæ conſcientiæ (vt prædixi) vt nec amore, timore, vel pretio præſumat aliquid facere contra conſcientiã, & contra honorẽ medici, videlicet vt non propinet alicui mulieri prægnanti medicinas aborſum prouocantes: & ſimiliter quòd nec timore dominorum, aut pretio pecuniarum præſumat venenoſas medicinas, aut venenoſa pocula præparare, nec præſumat ſyrupos, qui debent eſſe de zucchаro, de melle facere. Et ſimiliter de cõfectionibus, quia ex hoc infirmus læderetur, & intentio medici per contrarium verteretur. Aromatarius etiam ex ſeipſo ſine licentia, & conſilio periti doctoris, vel medici non præſumat aliquid facere, & maxime in medicinis laxatiuis, nihil eis addẽdo. Res ẽt antiquatas, & reſolutas in virtute abijciat, qa iã de cętero non valẽt ad opus medicinæ, pilulas antiquatas etiã, & vſq; ad duritiẽ lapidis induratas penitus negligat, & eis penitus nõ vtatur.

Quando etiam non habet aliquod ſimplex in apotheca, & medicus indigeat eo in aliqua recepta, non debet aromatarius præſumere loco illius, aliud ſimplex ponere; ſcilicet ponendo quid pro quo, ſine licentia peritiſſimi doctoris, vel medici. Nõ etiam reponat ante tempus herbas, aut radices humidas, quia in proceſſu temporis putreſcerent: ſed reponat eas debito modo præparatas. Oportet etiam aromatarium bene cognoſcere, & habere guſtum, & ſaporem omnium ſimplicium; an ſint amara, vel dulcia: acria, vel acetoſa; põtica, vel inſipida; placabilis ſuporis, vel nõ. Ad hoc, ꝙ ſi aliquis nouus medicus, & inexpertus vellet medicinas horribiles, & diſplicibiles componere pro aliquo infirmo, tunc aromatarius ipſe non permittat illud fieri; ſed dicat medico, ꝙ ponat placabiliores, & meliores, ne forte ex horribilibus medicinis ſtomachus infirmorum conturbetur.

Vltimo dico, ꝙ aromatarius dum eſt iuuenis, debet vxorem ducere; quia ſi ſic fecerit, domabitur iuuentus eius, & ſi cerit qetus, mitis, & honeſtus, & vacabit cõtinue facultati ſuę, immo delectabit in ea; et ſic delectatio pficiet opus eius cũ laude, & amicorũ copia glorioſa.

Tertia interrogatio facienda in examinatione, eſt iſta, videlicet quot libri ſunt neceſſarij ipſis aromatarijs pro arte eorum exercenda recte, & cum bona conſcientia.

Dico, quòd ſex libri ſunt neceſſarij cuilibet aromatario, ſcilicet duo de ſimplicibus, vt ſecundus Auic. & Sera. de ſimplicibus. *Lib. neceſſarij aromatario.*

Tertius eſt liber de Synonymis Simonis Ianuenſis.

Quartus eſt liber Seruitoris, in quo continentur præparationes omnium fere neceſſariorum ad aromatarios pertinentium.

Quintus eſt liber Meſues. i. Ioannis Damaſceni, qui diuiditur in tres libros. Nam primus tractat de conſolatione medicinarum, & de quibuſdam ſimplicibus famoſis. Secundus eſt eius antidotarium. Et iſti ſunt neceſſarij aromatario. Tertius vero eſt in practica; & iſte non eſt neceſſarius aromatario, ſed medico.

Sextus eſt antidotarium Nicolai de Salerno, licet ſint duo antidotaria Nicolai; ſcilicet Magnum, quod non eſt in vſu propter eius prolixitatem, licet ſit optimum: & Antidotarium paruum, quibus omnes communiter vtuntur. Alius etiam liber eſt aliqualiter vſualis, nominatus Circa inſtans, & tractat de ſimplicibus per alphabetum; ſed parum eſt in vſu, licet ſit optimus. Reperitur etiam Dioſcorides de ſimplicibus, & Macer in verſibus; ſed non ſunt in vſu medicorum, vt prædicti, licet ſint vtiles, & boni.

Queritur quarto quid eſt antidotariũ? Dico, ꝙ antidotariũ eſt liber continens experimẽta cõtra morbos data. *Antidotarium quid.*

Quæritur quinto, quia tũ feciſti mentionem, quòd liber Meſue diuiditur in tres libros, nam primus tractat de conſolatione medicinarum. Et ſecundus eſt antidotarium, quod eſt valde neceſſarium cuicumque aromatario, & vocatur Grabadin, quod eſt compendium ſecretorum, & eſt Aggregatio antidotarij.

Quæritur ergo quot diſtinctiones facit Meſue in iſto ſuo antidotario? Dico, ꝙ facit duodecim diſtinctiones.

Quæritur ſexto quid tractet ſigillatim vnaquaque diſtinctione? Dico, ꝙ in prima diſtinctione tractat de electarijs aromaticis: quorum quędã ſunt dulcia, & quædã amara, & vtraq; ſolennia, & habet duos tractatus, quia in primo determinat de electarijs dulcibus; & incipit ibi. electuarium de aromatibus, &c. & ſunt trigintatex electaria. Secundus tractatus, ſiue ſecunda pars diſtinctionis primæ eſt de antidotis amaris. Et incipit ſic. Theriaca diateſſeron, & ſunt decem, & octo, vel decem, & nouem confectiones amaræ.

In ſecunda diſtinctione tractat de medicinis opiatis, & incipit. Confectio philonij, &c. Et ſunt ſex confectiones opiatæ. *Opiata 6.*

In tertia diſtinctione tractat de medicinis ſolutiuis, quarũ quædã ſunt aloeticæ; quædam colocynthidatæ; q̃dã turbithatæ; & alię ſcammoneatę; & alię ſub alijs denominationibus. Et incipit a hieris, & primo a hiera picra Gal. & ſunt viginti quatuor ſolutiua. *Solutiua 24.*

In quarta diſtinctione tractat de conditis, ſcilicet tam de fructibus, quàm de radicibus; & etiam de floribus, vt ſunt roſæ, viol. & ſunt. xxxvj. *Condita 36.*

In quinta diſtinctione tractat de ſpecibus lohoc. Et ſunt quædam lohoc delectabilia, & quædam horribilia mali ſaporis. Et ſunt xiij. omnibus computatis. *Eclegmata 13.*

In ſexta diſtinctione tractat de iulep, ſyrupis, & rob. ꝙ

Syrup. sim. 10. idem est quod succus, vel liquor inspissatus, Vnde quidā syrupi sunt simplices. Et sunt viginti computatis quatuor iulep, quæ ipse ponit in principio huius distinctionis. *Syru. comp. 10.* Et deinde incipit ponere syrupos compositos, & sunt decem, & nouem, vsque ad sermonem de aqua mellis. Et deinde sequitur sermo in secanabin. i. in syrupis *Syrup. acet. 8.* acetosis simplicibus, & compositis. Et sunt octo syrupi acetosi. Et deinde ponit xv. syrupos sublimes, scilicet syrupum de menta, & de absynthio, & de fumoterræ maiore, & minore. *Syrup. subl. 15.* Deinde ponit sermonem in mellierato, & consequenter ponit aliqua condita, vt conditum de citro, & conditum de bugloſſa, & conditum de cytonijs. Et vlterius ponit confectionem miuæ simplicis, miuæ acetosæ, & etiam alterius miuæ. Deinde ponit sermonē *Rob. 16.* in aceto scillitico, & ponit plures modos; deinde in eadem sexta distinctione ponit sermonē in speciebus rob. de quibus ponit. xvi. species.

Decoct. & infus. In septima distin. tractat de decoctionibus, & infusionibus, vbi ponitur aqua fructuum, & modus infusionis aquæ calei, &c. Et ponit ex eis tredecim species. F

Trochisci 30. In octaua distin. tractat de trochiscis, & incipit sic. Cō fectio algalliæ, & ponit triginta species trochiscorum.

Pilula. 7. In nona distinctione tractat de suffuf. id est de puluerib⁹, & ponit septem species.

Pilula. 45. In decima distinctione tractat de pilulis, & ponit. 45. species pilularū. Et incipit sic. Pilulæ alephanginæ, &c.

Vng. em. & cerata 62. In vndecima distinct. tractat de vnguentis, & emplastris, & ceratis. Et incipit hyssopi ceratum, &c. & ponit. lxij species.

In xij. distinctione tractat de oleis. Et nota, ꝙ aliqua olea sunt ex expressione, vt oleum de amygdalis dulcibus, & amaris, & de nucibus, & de pineis, & de auellanis, & chrysomilis, &c.

Aliqua vero per impressionem, vt oleum rosatum, & violatum, chamæmelinum, anethinum, de lilio, & irinū, & sambucinum. Aliqua vero fiunt per resolutionem, vt oleum de ouis, & oleum de frumento, & de iunipero. Vnde Mesue ponit species oleorum sexaginta sex. G

Posset aliquis dicere, quare medicinæ, pilulæ, & electuarium sortiuntur, & habent tot diuersa nomina, & denominantur varijs nominibus. v. g. athanasia, philonium, & pilulæ lucis, mithridatum, diacalamenthum, & consimilia?

Dicendum est, quòd quædam electaria, seu pilulæ, & aliæ medicinę sumunt denominationem ab operatione, & effectu, quem faciunt. v. g. athanasia dicitur immortalis, non quòd hominem immortalem faciat, sed reddit hominem longæ vitæ, & quasi immortalem. Et pilulæ lucis dicuntur, quia oculos illustrant, & caliginem ab eis remouent, & lucem recuperant. Et philonium dicitur quasi amator, seu amor hominis, quia reddit hominem sine dolore, & videtur esse amor, seu amator hominis. Et sic patet, quòd omnes medicinæ prædictæ ab effectu, & ab operatione denominantur tales.

Quædam vero medicinæ sumunt nomen a compositore, qui eas inuenit, vel composuit. v. g. mithridatum dicitur à Mithridate rege, qui ipsum composuit, vel muenit. Et theriaca magna ab Andromacho, & ideo theriaca Andromachi denominatur, & diarhodon Abbatis dicitur ab Abbate, qui eam cōposuit; & sic de alijs multis. H

Quædam vero sumunt denominationem ab aliquā simplici medicina, quæ est basis, & fundamentum in illa compositione; vel quia de ea magis ingreditur in illa compositione, & in ea obtinet principatum. v. g. sicut sunt pilulæ de serapino, & pilulæ de bdellio, & de turbith, pilulæ de sarcocolla, & diagalanga, & diacyminum, & diaprassium, & diacalamenthum, & multa alia.

Quædam vero sumunt denominationem a numero medicinarum ingredientium in eis. v. g. theriaca, diatesseron dicitur confectio quatuor rerum, a dia quod est, de, & tesseron quod est quatuor, quasi theriaca quatuor rerum, quia in ea res quatuor ingrediuntur.

Et vnguentum triapharmacon dicitur a tribus medicinis, quæ eius confectionem ingrediuntur, tria, & pharmacon, quod est medicina, quasi vnguentum trium medicinarum ingredientium, & pilulæ communes dicū tur trimeron, ex tribus rebus ingredientibus eas, sicut est aloe, myrrha, & crocus.

Quarto quando reperitur in aliqua recepta. ℞. agarici, rheubarbari ana partes æquales in mensura, & non in dosi, quomodo intelligitur? Dico, quòd intelligitur secundum quantitatem ad oculum, & non secundum dosim ad pondus. Istam autem quantitatem ad oculū debet tibi medicus limitare. v. g. si capis de agarico ad quātitatem nucis, debet consimiliter ad quantitatem nucis capere de rheubar. *Nota.*

Quid est hoc, quod dicitur in receptis medicinarum solutiuarum, medicina fortis debilis, & medicina debilis fortis? Dico, quòd medicina fortis debilis, est medicina fortis virtutis, & operationis, & debilis in dosi, vt scāmonea, turbith, & esula, quæ omnes sunt fortes in virtute, & operatione: & tamen sunt debiles in dosi, quia debent medici parum dare. Sed medicina debilis fortis, est e conuerso; f. debilis in virtute; & operatione, vt casia, & manna: & fortis in dosi, quia de eis damus multum, scilicet vnam vnciam vel vnam vnciam cum dimidia.

Quomodo intelligitur illud v. canonis Auic. i. capite in antido. suo quando dixit. Et parum earum melius est plurimo? Dico, quòd intelligendum est de simplici medicina, isto videlicet modo; ꝙ si medicus potest facere cum vna tantum simplici medicina, non debet facere cum multitudine medicinarum, vnde sic intellige, quòd parum earum, scilicet medicinarum simplicium est melius plurimo earum, id est multitudine earum, quia gaudet natura simplicibus.

Si quis quæreret, quid importat hoc nomen electarium. Dico, quòd tantum est dicere electarium, quantū electum ex varijs, quia ex multis, & varijs rebus electaria conficiuntur communiter.

Et differentia electariorum est multiplex, quia quædam sunt electaria dulcia, quædam amara, quædam acria, vt dia prunis, & diatamarindis. G

Quid importat, quanto dicitur in illa recepta. ℞. tortellarum de semi? Respondeo, & dico, quòd tortellæ. i. biscotelli de semi. id est de simila. vel de illa regione, quæ dicitur semi.

Si quis quæreret, quare dicuntur medicinæ opiatę? Dico, ꝙ opiatæ dicuntur ab opio, & non debent exhiberi ante sextum mensem. Quare dicuntur medicinę solutiuæ? Dico, ꝙ ideo dicuntur solutiuæ, quia habent corruptos humores soluere, id est educere, & euacuare.

Quid importat in quarta distinctione Damasceni, cū dicit, de conditis, quid sunt condita? Dico, ꝙ condita idē sunt, quòd præparata: & sunt multiplicia. Nam quędam sunt ex fructibus, vt citra, cytonia, pyra. Quędam sunt ex radicibus, vt zingib. conditum, et yngij. Et quædam ex floribus, vt rosæ, violæ, ex quibus zuccharum rosatum, violatum, boraginatum, & consimilia.

Si quis quæreret quid est lohoc? Dico, ꝙ lohoc est syrupus inspissatus ad modum electarij, & aliqualiter viscosum, aprum, vt lambatur in dispositionib. pectoris. *Lohoc quid.*

Vel secundum aliquos lohoc est viscosa, & mucilaginosa confectio, vt diu resistat, cum in ore tenetur; & debet lambi, & paulatim deglutiri contra dispositionem gutturis, & pulmonis. Et quædam lohoc sunt delectabilia, & quædam horribilia.

Quid est diapenidion? Dico, ꝙ est lenis cōfectio, a dia, quod est de, & penidiæ, quod est lene, quasi lenis confectio, quia habet pectus, & guttur lenire; vnde penidia, id est lenificantes guttur, pectus, & pulmonem.

Quid est iulep? Dico, quod tantum importat, quantum clarificata potio, vel clarus liquor potabilis: vnde, vt plurimum omne iulep est sedatiuum sitis, & confortatiuum virtutis, quia aliqua iulep habent sitim sedare, & mitigare, & aliqua habent confortare cor, & virtutem. Et dicuntur iulep cordialia cum perlæ, & lapides precioſi ponuntur in eis. *Iulep quid.*

Vel aliter, iulep est clarus liquor potabilis ex aquis destillatis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1040-0 DFG

ſtillatis,& zuccharo compoſitus, vel ex ſuccis. Et poteſt A
eſſe aromatizatus, & non aromatizatus, ad ſitim extinguendam,& virtutem confortandam; vnde iulepizo iulepizas, ideſt clarifico clarificas.

Item poteſt fieri iulep longum, id eſt paucæ,vel breuis decoctionis ex aquis ſtillatis, & zuccharo cum aromatibus, vel ſine: ſed paucis diebus durat, & præcipue in æſtate,& ſit vt ſit placidus ægris ad potandũ; ſed in æſtate non ita durat, vnde in æſtate iulep, & ſyrupi,quos vis conſeruare,debẽt habere longam coctum,ne ex caliditate æſtatis bulliant, & in acetoſitatem conuertantur.

Quid eſt ſyrupus? Dico, quòd eſt liquor potabilis cõpoſitus ex ſuccis, vel ſeminibus,& radicibus, vel fructibus cum melle, vel cum zuccharo,& cum ſpeciebus aliquando aromatizatus; & poteſt eſſe ſimplex ex paucis rebus,& compoſitus ex multis rebus,acetoſus,vel non acetoſus, aptus ad alterandum, vel digerendum materiam peccantẽ in morbis, iſto ſcilicet modo refrigerando ſanguinem,& alios humores calefactos,vel calefaciendo frigidos, vel ſubtiliando craſſum humorem; vel incraſſando ſubtilem,quia digeſtio ſecundum medicos nihil aliud eſt,quàm craſſi ſubtiliatio,& ſubtilis incraſſatio,vnde aliqui medici vocant eos digeſtiua, & aliqui diuiſiua,quia habent malos humores a bonis diuidere, & ſequeſtrare. Et dicitur a ſyr, quod eſt confectio, & opo,id eſt ſuccus, inde ſympus, id eſt confectio vel compoſitio liquida de ſuccis.

Syrupus aut.

Cognoſcitur autem ſyrupus, quando eſt bene coctus, quando ponitur inter duos digitos, & adhæret eis cum quadam viſcoſitate; vel quando ponitur ſuper lapidem marmoreum limpidum, & aliqualiter coagulatur.

Sapa eſt vinum coctum vſque ad ſpiſſitudinem, & fit ex muſto recenti tempore vindemiarum.

Quid eſt rob, vel robub? eſt ſuccus inſpiſſatus ad modum ſapæ,vel mellis.

Quid importat miua? Dico, ꝙ miua.i.cõforrans, quia fit ex ſuccis habentibus confortare ſtomachum, & fit ex C
ſuccis pyrorum, vel cytoniorum cum zuccharo. Et poteſt fieri miua ſimplex ſine ſpeciebus, & aromatica cum ſpecieb. Simplex datur febricitantibus. Aromatica verò non febricitantibus.

Trochiſcus aut.

Quid eſt trochiſcus? Dico, quòd trochiſcus eſt compoſitio quædam ex diuerſis pulueribus,& ſpeciebus mediante aliquo liquore aggregatis; & dicitur trochiſcus à trochos,quod eſt rota,quia trochiſcus eſt ſimilis rotę currus. Siquis quæreret quomodo eſt intelligendum, illud, quod ponitur in recepta, vel deſcriptione trochiſcorum de alchechengi, cum dicitur primo boli armeni, poſtea prope finem eiuſdem receptæ dicitur boli abſolute: Intelligitur terra ſigillata, quæ in multis proprietatibus eſt ſimilis bolo armeno; & adhuc habet excellentiores virtutes eo.

Quid eſt dictu trochiſci alhandal? Dico, quòd ſunt trochiſci,de colocynthida.

Quid eſt ſuffuf? Dico,quòd ſuffuf idem eſt,quod puluis,quod eſt dictu,fiat puluis ſubtilis, ſicut alcohol. D

Quid eſt alcohol? Dico, ꝙ ſunt atomi apparentes in ſphæra Solis ad modum ſubtiliſſimi pulueris, qui vis tactu comprehenduntur.

Quid eſt pilula? Dico, quòd pilula dicta eſt a rotunditate quaſi parua pila, quia ad modum paruæ pilæ eſt rotunda,vel dicitur pilula a pilo, id eſt piſtello, quia anteq̃ pilulæ conficiantur multũ laborant aromatarij in piſtando eas in mortario,cum pilo,id eſt piſtillo. Et nota,ꝙ pilulæ non debent eſſe antiquæ, nec induratæ ad modum lapidis, quia tunc non valent, vnde pilulæ cum tranſierint ſex menſes, non habent virtutem, & melius conſeruantur in magdaleonibus,quàm in puluere.

Quid eſt dictu pilulæ cochiæ? id eſt capitales, a coeos,quod eſt caput.

Quid eſt dictu pilulæ alephanginæ? id eſt,aromaticæ.

Quid eſt emplaſtrum? eſt dura confectio, vt plurimũ reſpectu vnguentorum,& ſit ſine oleis.

Quid eſt vnguentum? Dico, quòd vnguentum dicitur ab vngendo; & eſt mollis confectio reſpectu emplaſtri. Et fit ex oleis,adipibus,& cera, & aliquando cũ ſpeciebus vel pulueribus,& aliquando ſine eis. Et nota vlterius, quòd ſicut aloe eſt vt plurimum materia pilularũ, ita cera,vt plurimum eſt materia vnguentorum.

Quid eſt vnctio? Dico, ꝙ vnctio eſt omnibus liquidior,& mollior; & fit communiter, aut ex oleis ſine cera,vel ſi aliquid ceræ ponitur eſt valde modica.

Olea tripliciter.

Si quis interrogaret quotupliciter fiunt olea in medicina? Reſpondeo ſecundum doctrinam Meſue in antidota ſuo in xij. diſtinctione de oleis, & tripliciter fiunt olea. Quia quædam fiunt per expreſſionem, vt oleum de amygdalis dulcibus, & amaris, & de auellanis, & de chryſomilis. Et quædam fiunt per impreſſionem, vt oleũ roſatum chamęmelinum,anethinum,de lilio,irinum,& ſambucinum, Quædam quidem olea fiunt per reſolutionem, vt oleum de vitellis ouorum, de frumento, ſinapinum, & oleum de fraxino. Siquis quærat quid eſt oleum omphacinum,& quotupliciter fit oleum roſ. Dico,quòd B
eſt oleum ex oliuis immaturis factum. Pro quo nota, ꝙ oleum roſatum fit dupliciter. Primo ex roſis incompletis, & ex oleo omphacino, & tale oleum eſt ſatis frigidũ, ſtypticum, & confortatiuum. Secundo poteſt fieri oleũ roſ.ex oleo oliuarum maturarum, & tale oleum eſt magis anodynum, & doloris ſedatiuum, & non eſt frigidum tantum,ſicut primum.

Nota tamen hos infraſcriptos verſus, vt melius intelligas ſupraſcripta.

Tunc embrochamus,cum membra liquore rigamus.
Tunc cataplaſma facis, cum ſuccum ponis,& herbas.
Dicitur epithema de ſuccis vnctio pura.
Membraq; ſacellas, ſacco pleno medicina.
Si fumum recipis, eſt fumigatio dicta.
Dicitur emplaſtrum, quæuis confectio dura.
Cum ſpongijs madidis, fit fomentatio ſola.
Vnguentum faciunt,oleum, cera,cum ſpeciebus.
Summa caraxamus,ſed infima ſcarificamus.

Quid eſt rhodelæon? Dico, quòd eſt oleum roſatum, a rhodo,quod eſt roſa, & oleum, quaſi oleum roſatum.

Quid eſt rhodoſacchara? dico, quod eſt zuccharum roſatum a rhodo, quod eſt roſa,& ſucchara zucchatum, inde dicitur zuccharum roſatum.

Quid eſt rhodomel? Dico, quòd eſt mel roſ. cum folijs roſa.permanens.

Quid eſt geleniabin? Dico, quòd eſt mel roſatum colatum.

Quid eſt mellicratum, & hydromel? Dico,quòd eſt aqua mellis.

Quid eſt ſecaniabin? Dico,quòd eſt ſyrupus acetoſus.

Quid eſt oxymel? Dico, ꝙ eſt compoſitum ex aceto, & melle, & eſt ſimplex, & compoſitum, & dicitur ab oxy, quod eſt acetum,& melle.

Quare dicitur oxyſacchara cum in eo non intret acetum? Dico, ꝙ oxyſacchara dicitur ab oxy, quod eſt acetum, videlicet ſuccus acetoſorum granatorum, & ſacchara zuccharum. Pro quo vlterius, nota, ꝙ aliquando non ingreditur acetum in eius compoſitione; ſed ſuccus granatorum acetoſorum, & ideo ab illis granatis acetoſis dicitur oxyſacchara; ſed aliqui ponunt verum acetum in oxyſacchara,vt Nicolaus.

Quid eſt dictu hiera picra, & vnde dicitur? Dico, ꝙ hiera picra dicitur a hiera, quod eſt ſancta, & picra, id eſt, amara; inde hiera picra.i. dura confectio, ſancta, & amara.

Quid eſt hiera diacolocynthidos? Dico, ꝙ eſt confectio facta de colocynthide.

Quid importat, & vnde dicitur theriaca? a thyro ſerpente, vel ab alia. Dicitur, quòd theriaca non dicitur a trochiſcis de thyro, quia ſi ſic eſſet, ſequeretur, quòd aliæ theriacæ, in quibus non ingreditur thyrus non eſſent theriacæ, quòd tamen eſt falſum, quia theriaca diateſſeron eſt theriaca, & tamen in ea non ingreditur thyrus; ſed theriaca dicitur a thyro græco, quod eſt fera,eticos confectio, vel medicina; inde theriaca dicitur

medicina

medicina contra venenũ ferarũ, & eſt dña medicinarũ.

Quęritur quot res ingrediuntur theriacam magnam.

Reſpondeo,quòd eſt diſtinguendum, quia ingredientia ipſam theriacam,quædam ſunt compoſita, vt trochiſci de thyro,& trochiſci de ſcilla, & quædam ſunt ſimplicia; ſed communiter dicitur, quod numerando compoſita cum ſimplicibus, omnia ingrediẽtia theriacam ſunt nu.64.& duo liquores, ſcilicet mel,& vinum.

Si quæratur quanto tempore debet ipſa theriaca ſtare fermentata,antequam diſpenſetur. Dico,quod debet ſtare per duos menſes, & bandiri ad hoc,quod ſi aliquis medicus, vel docta perſona vellet contradicere, quòd poſſit veniri a circunſtantibus partibus, & locis ad diſputandum, & contradicendum ſi opus fuerit.

Si quæratur, vtrum theriaca ſit frigida,vel calida,& ſi calida, quare ergo vſque ad ſextum menſem ſtupefacit, & infrigidat.

Secundo ad id arguitur ſic, cum ſpecies calidæ in cõpoſitione theriacæ excellant, & prædominentur frigidis, quare ipſa theriaca ponitur frigida vſq; ad ſextũ mẽſem?

Ad hoc dubium reſpondetur.℘ theriaca tripliciter cõſideratur ſecũdum eius tria tempora,quia vel eſt infans, ideſt nouella,& valde recens, & ſic vſq; ad ſextum menſem eſt frigida, & non calida. Cuius ratio talis eſt, quia non obſtante.℘ in theriaca ingrediantur plura ſimplicia calida,quam frigida,quia tamen doſis opij cæteris * partibus eſt maior,quam doſis aliarum rerum,referendo ſingula ſingulis,& ipſum opium eſt valde denſę ſubſtantię, non poteſt ipſa ante ſextum menſem eſſe bene fermentata; nec ad vnam formã reducta, quia tot,& tanta ſimplicia non poſſunt in tam paruo tempore inter ſe eſſe bene confecta in qualitatibus, & complexionibus ſuis,ita, quòd minimum vnius tangat minimũ alterius, & præcipue propter ipſum opium,quod valde reſiſtit fermentationi, cum ſit frigidum in quarto, & ſubſtantiæ duræ, atque denſiſſimæ; propter quæ omnia ad minus requiritur ſpacium vnius anni, ſi debet fermentari,& ad vnam formam, ſeu complexionem reduci; quare ante annum ſemper eſt frigida,& ſtupefacit.

* paribus.

Poteſt conſiderari ſecundo quantum ad eius ſecundã ætatem,ſcilicet quando eſt iuuenis,ſcilicet a ſecundo anno vſque ad xx & ſic eſt calidæ complexionis.

Tertio vero conſideratur, quando eſt in primo ſenio, ſcilicet 50.annorum, & tunc eſt melior,& minoris caliditatis, quam erat in iuuentute ſua; & tunc medici poſſunt tutius vti ea.

Quæritur cum non habentur trochiſci de thyro, quare moderni medici ponunt loco ipſorum trochiſcorum trochiſcos ex dictamo, & tormentilla. Reſpondetur, ℘ ſunt valde contra venenum; & ideo quando non poſſunt haberi trochiſci de thyro ponunt iſtos.

Si quæratur in quo vaſe melius conſeruatur theriaca? Dico, quod in vaſe plumbeo, cum ipſum plumbum ſit frigidum valde. Vnde in eo non poteſt ipſa theriaca corrumpi, nec ebullitionem facere, nec malam qualitatem à plumbo acquirere; cum plumbum ſit amænum, & dulce, ſed in auro melius conſeruatur. Aliqui vero in vitro, ſcilicet in vaſis vitreis. In argento autem non ita bene conſeruatur.

Si quæratur quot annis durat theriaca? Dico, quod inferius dicetur; ſed ſecundum Auic.in v.canone, durat ab annis xxx. vſque ad 50.

Si quis quærat,quid eſt mithridatum? Dico,℘ eſt ſingularis medicinæ confectio ad modũ theriacæ à Mithridato Imperatore inuenta; & eſt valde contra venenum, & habet quaſi omnes virtutes, quas habet theriaca,& nõ datur de eo ante ſextũ menſem, nec etiã vſq; ad annum.

Nota etiam, quod nulla medicina opiata datur ante ſextum menſem.

Si quis quærat, quid eſt confectio? Dico,℘ confectio eſt ſimul factio, & deriuatur a conficio conficis,quia ex pluribus rebus conficitur,& poteſt eſſe mollis.

Si quis quærat, quare theriaca diateſſeron ſic nominatur? Dico,℘ à quatuor rebus ipſam ingredientibus dicitur; teſſaron enim græce, latine quatuor interpretatur.

Quare, & vnde dicitur diaphœnicon, ideſt confectio de dactylis? a dia,quod eſt confectio,& phœnica,quod eſt dactylus,quaſi confectio de dactylis.

Tryphera. Quare dicitur tryphera? ideſt triſtibus, & infirmis confetens.

Quare, & vnde dicitur diarhodon abbatis? Dico, ℘ dicitur à dia, ℘ eſt confectio, & rhodon roſa.quaſi confectio roſata, vel de roſis; & Abbatis, dicitur ab Abbate de curia,qui eam compoſuit.

Quid importat electarium eleſcoph ſecundum Meſue? Dico,quod electarium eleſcoph,id eſt epiſcopi.

Quid eſt ſief? Dico, quod eſt medicamen ſolidum ad oculos clarificandos, factum ad modum parui ſuppoſitorij,qui diſtemperatur, & liquefit, & in oculis ponitur, quando opportunitas requirit. Et aliquando confricatur ſief ſuper cote, id eſt lapide cum aqua fęniculi, vel cum aqua appropriata, & oculis illa aqua imponitur.

Quid eſt collyrium? Dico, ℘ eſt aqua compoſita pro oculis lippis, & ophtalmiacis. Vel eſt medicamen liquidum pro oculis infirmis, & colatur per filtrum dum fit, & ideo,collyriũ dicitur, quia in oculo exprimitur,& colatur dum opus fuerit.

Quid eſt confectio alpheſiræ? Dico, quod eſt confectio vitis albæ.

Quare, & vnde dicitur vnguentum triapharmacon? Dico,quod vnguentum de tribus medicinis; pharmacõ enim medicina dicitur, vnde quia tres medicinæ,ſ.tria ſimplicia ingrediuntur eius compoſitionem,ſ. lithargyrium,oleum, & acetum; & ideo triapharmacon dicitur.

Quid eſt diamargariton, & vnde dicitur? Dico,℘ eſt confectio cordialis ex duobus generibus margaritarum perforatarum, & non perforatarum, quæ in eum ingrediuntur,a dia, quod eſt * per, & margaritis, quaſi confectio de margaritis. * de

Quare dicitur terra ſigillata? Dico,quod terra ſigillata eſt contra venenum; vnde antiquo tempore erat tantæ virtutis, & ſublimitatis, vt Reges eam proprijs,& ſecretis eorum ſigillis ſigillauerint, vt cognoſceretur ab alia terra, quæ adulterabatur, ſed hodie non ſic eſt, quia raro reperitur bona.

Quid eſt alipta muſcata? eſt miſtura, in qua muſcus ingreditur, vnde alipta,id eſt miſtura.

Quid eſt ramich? Dico,quod eſt quędam miſtura ſolida quarundam rerum aromaticarum pro maiori parte ſtypticarũ, & ingreditur emplaſtrũ de Gallia deſcriptione Meſue,& etiã ingredit in trochiſcos de terra ſigillata.

Nota. dub.& ſolu. hanc. Si quis quæreret, quando in vna recepta inuenitur vna res, cuius plures ſunt ſpecies, quam illarum rerum debemus intelligere? verbi gratia,cum ſcribitur in vna recepta. ℞.ſpicæ,& non dicit quam ſpicam; vel cum dicitur. ℞.roſa.& non explica albarum, vel rubearum,vel Recip gummi,vel ℞.caſiæ,& non explicat quam ſpeciẽ caſiæ,vel. ℞. ſtyracis, & non explicat quam ſpeciem ſtyracis ad exequendum per ipſum aromatarium. Ad hæc reſpondetur,quod debemus intelligere ſpeciem,quę prę- H ualet alijs in virtute, verbi gratia, quando reperitur. ℞. ſpicæ, intelligatur ſpica nardi. Et cum dicitur. ℞.roſarũ intelligitur rubearum,quia rubeæ prævalent albis in virtute. Et quando dicitur, recipe gummi, intelligitur arabici. Et cum dicitur ℞.caſiæ,intelligitur ligneæ. Et cum dicitur. ℞. ſtyracis, intelligitur rubeæ calamitæ, quod idem eſt; & ſic de alijs, quia ſecundum philoſophum a digniori fit denominatio.

Nota, quod aromatarius non debet auctoritate propria,ſine licẽtia medici,in receptis ponere quid pro quo, id eſt vnam rem pro alia, quando caret aliquo ſimplici, quia in hoc poſſet errare,ſed debet omnia facere cum diſpenſatione,& auctoritate doctiſſimi, & fideliſſimi medici. Vnde tempore meo Illuſtriſſimus Rex Aragonum puniuit acriter, & turpiter condemnauit Neapoli quendam eius aromatarium, cui medici ſuæ mateſtatis ordinauerunt quoddam electarium cordiale, in quo ingrediebantur coralli albi, & ille aromatarius non habebat,

ſed

ſed combuſſit corallos rubeos, qui ex combuſtione effecti ſunt albi. Vnde hoc venit ad notitiam domini regis, & ſic ille fuit condemnatus in nouem millibus ducatis, & de cętero noluit eum pro aromatario.

Quando reperitur thabet in receptis, quid eſt? Dico, quod thabet eſt zucch. Candi.

Quid eſt zuccharum Candi? Dico, quod eſt zuccharũ Candidum, & induratum ad ſimilitudinem cryſtalli. Modum autem faciendi ipſum ponit Seruitor, lege ibi, & reperies.

Quid eſt, quando reperitur in receptis, Candi roſati. vel violati? Dico, quod eſt zuccharum Candid. & induratum, quod reperitur in fundo vaſis, vbi reconditur iuleb roſa. vel viol. vt ſyrupus violatus, vel roſatus.

Quid ſunt dactyli Keryon? Dico, quod ſunt dactyli huius prouinciæ, ſeu de Kero Saracenorum.

Quid ſunt tortellæ de ſemi? Dico, quod ſunt biſcotelli de ſimila.

Quare dicitur ſyrupus denarij, vel de byzantijs, cum in eo blactæ byzantiæ non ingrediantur? Dico, quòd talis ſyrupus ideo dicitur ſyrupus denarij, vel de byzantijs, quia byzantium in arabica lingua, idem eſt, quod ducatus, vel aliud genus denarij, vnde ſicut ducati, vel denarij apud homines ſunt cariſſimi, & pretioſi, ita eſt iſte ſyrupus apud medicos, & etiam apud infirmos propter optimam operationem, quam inducit contra omnes febres oppilationum, & propter ſanitatem quam facit acquirere, quæ ſanitas eſt carior omnibus ducatis, vel byzantijs, & omni theſauro mundi.

Quæro, illa confectio diacurcuma, tam maior, quam minor, quam ponit Damaſc. in diſtin. de electarijs cõtra hydropiſim, quare dicitur diacurcuma? cum in ea non ingrediantur radices curcumæ? Dicitur, quod diacurcuma a croco dicitur, qui crocus apud græcos dicitur crocon, qui ingreditur in eam, bona quantitate, & quia vocabulum eſt corruptum, dicitur diacurcuma. Vel aliter dico, quod ideo dicitur diacurcuma, quia illa confectio eſt citrina ad ſimilitudinem curcumæ, quæ eſt radix valde citrina, & amara ſatis.

Quid eſt illud, quod dicitur in fine receptæ, aromatici roſati deſcriptione Gabrielis, gummi arabici, tragacanthi, ana dr. 2. & duas partes alterius? Dico, quod quando dicitur duas partes, intelliguntur duæ partes. ſ. dr. & ſunt ſcrup. 2. cum quælibet dra. ex tribus ſcrupulis conſtet.

Quid importat hoc nomen ſegena, vel ſegema? Dico, ꝙ idem eſt, quod ſecundans, & generationem faciens.

Quid importat hoc nomen diamoruſon? Dico, quod idem eſt, quod electarium vtilitatum.

Quare, ſecundum Damaſc. in primo lib. de conſolatione medicinarum, ſcãmonea debet teri craſſo modo, cum ponitur in pilulis, vel in alijs ſolutiuis: & rheubarbarum debet teri ſubtiliter, & colocynthis ſubtiliſſime? Dico, ꝙ ſcãmonea eſt valde nociua ſtomacho, & valde ſeroſa, vnde ſi puluerizaretur ſubtiliter, intraret poroſitates ſtomachi, & lõgo tẽpore nauſearet, & ſtimularet ſtomachũ, & cõſequẽter cor magis læderet ex vicinitate, q̃ habet os ſtomachi ad cor, & etiam appetitum deijceret.

Alia autem ratio, & bona, quare medicinæ ſolutiuę laboriosæ, vt ſcammonea, turbith, euphorbium, præter colocynthidem, debent craſſo modo teri, & pulueriziari, talis eſt, vt ſui craſſitie longiorem moram in ſtomacho faciant, ad hoc vt humores ab extremis partibus ad ſtomachum attrahant, & ſic euacuentur, nam ſi ſubtiliter pulueriziarentur ex earum ſubtilitate poſſent villis ſtomachi adhærere, & poſſent eos ſcindere, & excoriare, & cũ hoc, ad dyſenteriam perducere, vt ſcammonea, euphorbiũ, & ſimilia. Non laxatiua vero ſubtiliſſime ſunt exterenda, vt ſui ſubtilitate facilius incorporentur, & ſuos effectus citiſſime cõſequantur; & hoc quidem plurimũ eſt conſeruãdũ in cõfortatiuis, & reſtauratiuis electarijs.

Rheubarbarum vero, quod eſt laxatiuum leue, & medicina benedicta, debet ſubtiliter conteri, & pulueriziari, quia principaliter ex proprietate ſua habet choleram, quæ ſubtilis eſt, educere; & quia ipſa cholera ex ſubtilitate ſua imbibitur interdum in poris ſtomachi, & hepatis, ideo rheubarbarum debet ſubtiliter teri, vt poſſit illas poroſitates intrare, & ipſam choleram facilius educere. Colocynthis vero debet ſubtiliſſime pulueriziari, quia eſt valde violenta, & eſt ſubſtantiæ rariſſimæ, & ſpongioſa, nam ſi intraret vacuitates ſtomachi, vel hepatis, aut interſtinorum; ita tumefieret, & incraſſaretur ex humoribus ibi repertis, quod extenderet, & torqueret cum maximo dolore omnia membra prædicta. Sed ſi fuerit ſubtiliſſime pulueriziata, non poteſt illud facere; quia minima, ſeu minutiſſima non poteſt ita tumefieri, nec inflari; & maxime ſi fuerit correcta cum appropriatis.

Pro quo nota, quòd nunquam debet exhiberi ſola, ſed ſociata, & correcta cum alijs, & dum ponitur in decoctione clyſteriorum, ligetur in pecia, quia ſi nõ ligata decoqueretur: poſtea, ex quo caſu aliquid eius remaneret in decoctione, & dum fieret clyſter, poſſet aliquid eius adhærere inteſtinis, & in eis mirabilem dolorẽ cauſare, vt plures imperiti medici, & rudes aromatarij iã fecerunt.

Nota etiam, quod quãdo ſola colocynthis reperitur in planta ſua, nullo modo colligẽda eſt, ſed potius abijcienda, quia eſt perniciosa, & venenoſa; & ſimiliter ſcilla, quę naſcitur ſine cõſortio aliarum eſt perniciosa, et abijciẽda.

Quare ſpecies, & pulueres, quæ ingrediuntur electaria, & pilulas, & alias medicinas, non debent ſimul conteri, neque pulueriziari ſimul? ſecundum doctrinam Damaſc. lib. j. de contritione? vt verbi gratia, ſpica, garyophyl. zingib gummi, macis, cinnamomum, flores, ſemina, & folia, dictamus, tormentilla, ariſto. Dico, ꝙ prædicta non ſunt conſimilis complexionis, & ſubſtantię: ideo non debent omnia ſimul pulueriziari, ſed ſeorſum. Aliqua enim ex prædictis ſunt raræ ſubſtantiæ, vt macis, cinnamomum, & aliqua ſunt denſioris ſubſtantiæ, vt garyophylli, gummi, alia vero ſunt ſubſtantiæ denſiſſimæ, & valde compactæ. Et ideo, ſi ſimul conteruntur, erit male factum, quia illa medicina, quæ eſt raræ ſubſtantię, citius pulueriziatur, & minus reſiſtit contritioni, quam illa, quæ eſt denſæ ſubſtantiæ. Ideo tunc reſolueretur, & exhalaret virtus eius, & ideo rutius eſt, & magis ſecurũ ſecundum canones doctorum, quod quælibet ſimplex medicina per ſe, & ſeorſum puluerizietur, & conteratur, &c. Licet aromatarij noſtri temporis faciant oppoſitũ, & male ſecundum omnes. *Nota.*

Vlterius poſſet aliquis dubitare, quando aliqua decoctio diuerſarum herbarum, vel radicum fit, quare non facimus ſeorſum decoctionem illarum rerum decoquẽdo quamlibet rem de per ſe? ſicut facimus trituratione diuerſarum cuiuſlibet de per ſe? vt docet Meſ. lib. j. ſumma ſecunda c. 4. de modo triturationis. Reſpondeo, et Dico, qd ſicut fit in trituratione, ſic debemus facere in decoctionibus, omnia ſigillatim, & per ordinem decoquendo, vnam rem, ſcilicet poſt aliam; verbi gratia, primo decoquendo radices, quæ ſunt denſioris ſubſtantiæ, ſecundo ſtipites, tertio folia, quarto flores. Et etiam minus debent decoqui herbæ, quæ habent virtutem in ſuperficie foliorum, vt ſunt roſæ, & reliqui flores, & abſynthiũ, lactuca, &c. quam herbæ, quæ habent virtutem profundiorem, & terreſtriorem, &c.

Et ſi aliquis inſtaret, quare Meſue non poſuit hanc doctrinam? Dico, quod ipſe Meſue loquitur doctis viris, & ne idem bis replicaret, tacuit. Nam ex doctrina triturationis datur intelligi doctrina decoctionis.

Quare ſpecies, & pulueres ponuntur vltimate, & non in principio in ipſis electarijs, & confectionibus? Dico, quòd in electarijs de melle, vel zuccharo ſemper ſpecies aromaticæ debent vltimate poni, poſtquam ab igne deponuntur, ne ipſæ ſpecies reſoluantur, & amittant virtutem.

Quæritur, quare in hyeme, vt plurimũ vtimur confectionibus, & electarijs de melle, in ęſtate vero de zuccharo? Dico, quod mel eſt valde calidius zuccharo. Ideo in hyeme magis vtimur prædictis electarijs cũ melle, ſed zucch. magis vtimur in æſtate, quia eſt minus calidum. Alia cauſa eſt, quia ambo prædicta, id eſt mel, & zucchа- *Nota.*

rum

rũ debent proportionari ipsi tẽpori, cũ ergo mel sit calidũ, & tẽpus hyemale frigidum, magis debemus vti melle in hyeme, & cũ zuccharũ sit tẽperatũ, & minus calidũ, ipso melle, magis debemus vti zuccharo in æstate.

Quæritur circa confectiones solidas de zuccharo, quando debent habere fortiorem cocturam in hyeme, vel in æstate?

Dico, quòd in æstate, & confectiones solidæ debent leniorem cocturam habere, vt sint placibiliores, & meliores dentibus ægrotum; sed in hyeme debent fortius decoqui, vt magis conseruentur, & vt magis resistant humiditati hyemis. Vt sunt manus Christi, electarium regum, de gemmis, aromaticum rosatum, diatriafandali, &c. Iulep vero, & syrupi, & electaria debent in æstate habere fortiorem cocturam, ne ex forti calore æstatis ebulliant, & in acetositatem transeant.

De melle.

Nota hic Quæritur, vtrum mel, & zuccharum sint oppilatiua? Dico, quòd omnia dulcia sunt oppilatiua, præter zuccharum, & passulæ; & ideo omnia dulcia inimicantur hepati, quia causant in eo oppilationem, præter duo prædicta. Et ratio est, quia omnia prædicta sunt amica naturæ, vnde ipsa natura adeo delectatur eis, quòd membra attrahunt ea ad se, antequam digerantur, ex qua indigestione oppilatio generatur, & præcipue in hepate, & venis, quia secundum Auic. res dulces ad faciendum oppilationem sunt veloces. Sed nota vlterius, quod omnia dulcia conueniunt, & amicantur pulmoni, & pectori si paulatim lambantur, & non velociter transglutiantur, vt mel, sapa, zuccharum, dactyli, passulæ, caricæ, iuiubæ, cãna mellis, penidiæ, tragacanthi, diairis, & omnes species lohoc, quia dulcia sunt lenitiua, & mollificatiua pectoris, & pulmonis, & humiditatum viscosarum repertarum in eis; & similiter catarrhi descendentis ad pectus, & pulmonem.

Quæritur quomodo cognoscitur lignum aloes, quando est bonum? Dico, quòd in quatuor cognoscitur. In colore, odore, sapore, & pondere. In colore, quia debet esse nodosum, fusci, & obscuri coloris. In odore, quia quando comburitur super carbones, facit fumum boni odoris, et facit spumam, & hoc est secretum aromatariorum. In sapore, quod sit amarum. In pondere verò cognoscitur, quod si parum de eo ponatur in vini cyatho pleno aqua, non natat, sed immediate petit fundum.

Electio Aloes. Quid est hoc, quod Mesue dicit confectionem de xyloaloes, quando dicit. ℞. xyloaloes crudi? quid est lignum aloes crudum? est ne aliud coctum, & quomodo cognoscitur? Dico, quod aliquando lignum aloes potest esse crudum, & coctum. Crudum enim habet conditiones prædictas, sed coctum cognoscitur a crudo, quia mutat colorem, & etiam efficitur magis stypticum; & vltra hoc non est ponderosum, sicut crudum, sed valde leuius.

Quæritur vnde fit aloe? Dico, quod fit ex succo herbæ, quæ zambana dicitur; & est herba aloes. Vnde aliqui dicunt, quod omnes tres species fiunt ex succo prædictæ herbæ zambanæ, scilicet succotrinus, hepaticus, & caballinus.

Sed contra, si sic esset, vnde dicitur lignum aloes, cum illa herba non habeat stipitem, neque lignum?

Aloes species tres. Dico, quòd reperiuntur plures species aloes, vt puta tres, scilicet, aloe succotrinus ab illa prouincia sit nominatus, & aloe hepaticus, quia assimilatur hepati in colore, & substantia; & istæ duæ species aloes sunt puriores. Sed tertia species dicitur aloe caballinus; talis aloe est, sicut fœx aliis deterior, & fit ex prædicta herba zambana, quæ non habet lignum: Alij dicunt, & bene, quod lignũ aloes non est lignum ipsius aloes, sed est lignum eiusdẽ arboris paradisi terrestris; & hæc venit ad Indiam per impulsionem fluuij paradisi, & est dictus ad similitudinẽm ipsius aloes, quia similatur ei in colore, & sapore, cum ipsum lignum sit subnigrum, & amarum, vt aloe. Et vltra hoc dicunt isti, & bene, quod omnes tres species fiunt ex illa herba zãbana in diebus canicularibus æstatis, vnde primus succus illius herbæ cum coagulatur, & exiccatur in Sole, dicitur succotrinus. Alius vero succus, scilicet secundus, dicitur hepaticus. Tertius vero succus, qui est quasi fœx, dicitur caballinus.

Aliqui dicunt, ꝙ sunt diuersæ herbæ in genere, ex quibus istæ tres maneries aloes fiunt, sicut diuersæ vuæ non in genere, sed in bonitate, differentia vina faciunt.

De balsamo.

Quomodo cognoscitur balsamum, quando est bonũ? *Electio Balsami.* Dico, quod cognoscitur in colore, odore, sapore, ardore, & pondere. In colore, quia est liquor aliqualiter similis oleo, & viscosior ad aliqualem rubedinẽ tendens. In odore, quia est odoris aliqualiter rancidi, non placibilis. In sapore, quia habet saporem pinguedinis gallinæ antiquatæ non recentis, & ardet in gutture, ac si esset oleum tortè, & antiquum. In ardore, quia si in oculis ponatur, vna gutta de eo, tantum ardorem in oculo generat, ac si lixiuium forte esset in oculo per spatiũ vnius horæ, & vltra ita apparet, quod oculus ardeat, & quod velit exire, sed dimittit visum in eo statu, in quo reperitur, quando ponitur in oculo. In pondere cognoscitur, quia si vna gutta ponatur de eo in vno cyatho pleno aqua, non spargitur, sicut oleum in aqua; immo conglutinatur, & condensatur ad modum vnius perlæ rotundæ, & immediate perit fundum, & vltra hoc cuspide cultelli potes ipsã guttam ab ipsa aqua extrahere, quia adhærebit cuspidi ipsius cultelli, & extrahes tota gutta integra ab aqua illa.

Et nota, ꝙ ad cicatrices subtiliandas, & remouendas perungẽdo eas cum balsamo, nil est sublimius eo, sed est in magno precio; nec habẽt de eo, nisi potẽtes, & magni domini, quia in mundo nõ est nisi vna vinea illorum arbustulorum, quæ vinea est magni Soldani Saracenorũ. *Ad cicatrices.*

Quid est mel tabarzet quod intrat in confectione de zingibere, quam ponit Mesue? quia de zuccharo tabarzet verum est quod sit. Dico, quòd mel tabarzet est mel album de cœlo cadens ad modum roris, sed est albius, & aliqualiter densius, quàm sit mel apum, & quasi tendit ad naturam zuccheri.

Quomodo intelligitur illud, quod ponit Mesue in descriptione syrupi de acetositate citri in fine receptæ, cum dicit. Accipe ex eo, s. succo lib. 7. & funde super ipsum ex iuleb claro depurato lib. v. de quo iulep intelligitur, cum ipse nõ specificet. Dico, quod intelligitur de solo zucc. clarificato, & iulepizato, ideſt in formam iulep reducto.

Quomodo intelligitur illud, quod dicitur in receptis mellis, quod sufficit? aut zuccheri, quod sufficit? Et quod in vnguentis dicitur, ceræ, quod sufficit? Dico, ꝙ intelligitur quantitas conueniens mellis, vel zuccheri, quę quãtitas valet speciem, vel pulueres cuiuscunque conditionis fuerint, in se colligere, & conseruare, ita vt mel, aut zuccharum non sit paucum, & species multæ, aut paucę species, & multum mellis, vel zuccheri, nisi de pręcepto peritissimi medici, vel doctoris aliter faciendum est. Consimiliter de cera respectu vnguentorum dicendum est, quando dicitur, cerę quod sufficit, quod aromatarius debet semper proportionare ceram cũ oleis, quia pro duabus vncijs olei, vnc. s. ceræ ponenda est. Sed quando dicitur, ceræ parum; tunc intelligitur, ꝙ debet esse vnguentum molle, ita, quod oleum debet ceram in aliquo superare, quia multa cera facit duritiem in vnguentis, & pauca cera facit mollitiem in vnguentis. *Nota.*

Et nota vlterius, quod sicut aloe, vt plurimum est materia pilularum faciens bonam conglutinationem specierum, dans eis bonam corporeitatem, & pariformiter cera est materia vnguentorum faciens bonam conglutinationem, & corporeitatem in eis.

De opio.

Si quis peteret, vel interrogaret, potest ne fœtor ab opio remoueri? Dico quod sic. Et si quæratur, cum qua medicina? vel cum quo simplici? Dico, quod cum allio, pistando, vnc. s. opij cum duobus capitibus allij, deinde destilletur hæc mistura per alembicum, & de ista aqua destillata detur in potu secundum discretionem, quia mirabiliter prouocat somnum, & erit sine fœtore. Et hoc pulchrum secretum non est omnibus reuelandũ. *Nota hic*

Et

Et si quis hoc secreto vsus fuerit nepharie, præter quam ad opus medicinæ, maledicatur à Deo. Amen.

Si quis quæreret psyllium, quod intrat in medicinis, vt puta in electarium de psyllio, & in requiē Nicolai, est ne calidæ complexionis, vel frigidæ? Dico, quod semen psyllij habet duplicem complexionem, quia ex parte exteriori, s. in eius cortice est frigidæ complexionis, & ex eius cortice fit mucilago, quæ est frigidæ complexionis, & ponitur in electario de psyllio, & in requie Nicolai; q̄ fit ad prouocandum somnum. Et talis mucilago fit ponē do psyllium in infusione in aqua tepida, vel alia aqua destillata secundum præceptum medici, & non debet longo spacio stare in infusione, sed conuenienti tempore, qa per longam infusionem posset acquiri caliditas ex substā tia interiori; quæ quidem exterior substantia est frigidæ complexionis, quantū ad corticem, & calidæ complexionis, quantum ad interiorem substantiam, & medullam.

SECVNDA PARTICVLA de declaratione nominum medicinarum compositarum in antidotario Nicolai descriptarum.

Consequenter ad declarandum nomina medicinarum compositarum in antidotario Nicolai descriptarum, vt magis breuiter, & succincte significatio earum nota sit omnibus, & præcipue aromatarijs, & alijs iuuenibus practicam incipientibus. Nō expectes hic a me audire, nisi declarationem vocabulorum ipsarum medicinarum valde compendiosē; & non virtutes earum, quia earum virtutes ipse Nicolaus amplissime ponit. Nicolaus itaque primo in proœmio sui antidotarij dicit, quod si quis interrogaret, quot requiruntur in omni vera dispensatione. Dicas, tria. Primum est, vt omnia æqualiter, id est conuenienter ponderentur, tam in speciebus, quam in gummis, & herbis, secundum pōdus vnicuique rei. Secundo, vt non sint nimia vetustate consumpta. Tertio, vt herbæ, radices, & semina, cōgruis temporibus sint collecta, & quod in congruis locis reposita conseruentur, & ab extrinsecis alterantibus corrumpi, aut marcescere non possint, vt puta a fumo, humiditate, vel pluuia, vel puluere, vel Sole.

Nota.

Quot requiruntur in conficiendo? Dico, quod secundum, quod præallegato loco dicit Nicolaus, quòd tria requiruntur in conficiendo, scilicet mellis puritas, & quantitas, quæ sufficit, & æqualitas, id est conueniens specierum, & pulueris trituratio, & cribellatio; & in syrupis aquæ consumptionis decoctio.

Quare mel ponitur in medicinis? Dico secundum Nicolaum ibidem, q̄ tribus de causis ponitur mel in medicinis. Primo ad conseruandum, nam præ cæteris liquoribus mel est maximè conseruatiuum. Secundo est valde modificatiuum, id est correctiuum malitiæ medicinarum, & præcipue solutiuarum. Tertio, quia sua dulcedine amaritudinem temperat specierum.

Quot requiruntur in purificando, vel decoquendo mel? Dico, quod duo requiruntur. Primo, ne sit parum coctum, ne sit aquosum. Secundo, ne sit nimis coctum vsque ad duritiem, sed mediocriter, & sit bene despumatum. Cognoscitur autem mel debite coctum, quando adhæret digitis, & quando inspissatur cum frigescit super lapidem.

Vltimo Nicola. dicit in illo proœmio, quod specierū, aut pulueris trituratio, vel cribellatio fit duobus modis, quia in electarijs non solutiuis species debet subtilissime puluerizari, & cribellari. In alijs autem medicinis, & præcipue laxatiuis debent esse crassiores, & non ita subtiliter puluerizatæ, ne sui subtilitate moram in stomacho attrahant, & sic euacuent nimis, ne etiam subtilitate sui villis stomacho adhærendo, eosque scindendo, & excoriā do, dysenteriam generent, vt scammonea, euphorbium, & similia. Non laxatiuæ vero subtilissime terendæ sunt, vt sui subtilitate citius incorporentur, & suos effectus citissime consequantur, hoc quidem plurimum est obseruandum in confortatiuis, & restauratiuis electarijs.

Antidotarium est liber continens antidota; antidotū enim est contra datum, id est continens medicinas approbatas, & experimenta contra morbos data.

Et nota, q̄ antidotarium Nicolai procedit secundum ordinem alphabeti, quia ponit primo medicamina incipientia ab A. deinde ponit illa, quæ incipiunt a. B. Et sic per ordinem alphabeti vsque ad. Z.

Incipit ergo ab Aurea Alexandrina, quid ergo significat, & vnde dicitur? Dico, q̄ aurea dr̄ ab auro; alexandrina vero ab Alexandro, a quo fuit composita, & inuenta.

Adrianum dictum est ab Adriano Romanorum Imperatore, qui illud composuit.

Acharistum, sine munere interpretatur, quia sine munere patientis sanat catarrhum.

Athanasia, idest immortalis, quia sæpius liberat ab extremis mortis.

Alcancalon. i. nuntium bonum.

Antimorum. i. contra mortem.

Antidotum hæmagogon. i. menstrualem sanguinem educens; prouocat enim menstrua.

Blanca dicitur, quoniam albos purgat humores. i. phlegmaticos.

Benedicta dicitur, quia ab omnibus, a quib. sumitur benedicitur.

Benedicta transtyberina, quia transtyberim Romæ fuit inuenta.

Confectio aliptę muscatæ, alipta idest mistura contra asthma.

Confectio galliæ muscatæ; galliæ, quia in gallia prouincia reperta.

Confectio neræ. i. precioſæ medicinæ.

Diamargariton dicitur a duobus generibus margaritarum, perforatarum, & non perforatarum; quia eius compositionem ingrediuntur.

Diacamerō. i. ducens hominem, de morte ad vitam.

Diamoron, a moris celsi dictum.

Dianthos dicitur, quia fit ex floribus dendrolibani, id est rorismarini.

Diasatyrion, a radicibus satyrionum dicitur, satyriasis enim græce, latine virgæ erectio, quia facit homines potentes ad coitum, & incitat virgæ erectionem.

Diaprunis, vel diadamascenū, a prunis damas. dicitur.

Diaprasion à prasio. i. marrubio, quod intrat in illud, plusquàm de alijs.

Diaolibanum, dicitur ab olibano, quod ibi ponitur.

Diarhodon Abbatis, dicitur à rosis, quæ intrant in eum, plusquam de alijs speciebus: Abbatis, quia ab Abbate de curia fuit compositum.

Diapenidium, dicitur a penidijs, quæ ibi intrant, plusquam de alijs.

Diacyminū dicitur, eo, quòd de cymino intrat plus, quàm de alijs speciebus in id.

Diatragacanthum à tragacantho, quod intrat in id.

Diacastoreon, dicitur à castoreo. i. testiculis illius animalis, qui in id ingrediuntur.

Diacoston, a costo quod intrat in eum.

Diairis, dicitur à radice illa, quæ ireos vocatur, & est radix liliorum azurorum.

Diacalamenthum, dicitur à calamentho: quod principaliter intrat in id.

Diacodion dicitur à codione, quod est papauer nigrum, & eius ingreditur compositionem.

Diasena dr̄ à sena, quæ ibi ponitur plus, quā de alijs.

Diacytonite, dicitur à cytonijs, ex quibus fit.

Diambra, dicitur ab ambra, quæ ibi recipitur.

Diameconis dicitur à mecone. i. papauere albo.

Diapapauer, dicitur a papauere albo, qd̄ ibi ingredit.

Esdra

Esdra, dicta est ab Esdra propheta, qui eam cõposuit.
Electarium Ducis, dicitur ab Abbate de curia, qui eũ composuit ad instantiam Ducis.
Electarium pliris arcoticon. i. completa medicina.
Electarium de succo rosarum, ab eodẽ succo dictum est.
Electarium psyllıticum à psyllio dictum est.
Electarium frigidum Cophonis, id est illius medici, qui eum composuit.
Emplastrũ. i. dura cõfectio, apostolicó. i. supremissimum.
Emplastrum cerone, a cera sic dictum.
Emplastrum oxycroceum, dicitur ab oxy, quod est acetum, & croceum, quod est crocus.
Emplastrum diaquylon, id est mollificatiuum.
Emplastrum de palma, dicitur, quia cum spathula viridi, vel cum palma conficitur.
Filãtropos, amicus hominis, vel misericors interpretat'.
Philonium. i. nouus amicus.
Garyophyllatum dicitur a garyophillis, qui ibi intrant.
Gios otheos. i. filius Dei.
Hiera logodion memphytũ. i. impedimentũ; hiera. i. sacra, logos. i. sermo, memphytum. i. impeditio. Hęc hiera curat impedimentum sermonis, & locutionis.
Hiera picra Cõstãtini, a Cõstãtino medico sic dicta est.
Hiera picra Abbatis, ab abbate de curia, qui eã cõposuit.
Hiera Rufini ab authore, qui eam composuit.
Hiera Galeni ab ipso Galeno.
Igia græca. i. saluatrix, græca à græcis inuenta.
Hydrotypium olympiacum, hydrotypion. i. potus contra rigorem olympiacum ab olympio philosopho, & medico eius inuentore.
Iustinum à Iustino Imperatore factum, & inuentum.
Katarticon imperiale. i. laxatiuum pro Imperatoribus, & pro alijs delicatis hominibus.
Lithontripton idest conterens, & frangens lapidem interpretatur.
Lętitia dicta est quasi tristitiam auferendo, quia claritatem, & gaudium adducit.
Mithridatum, hoc est mater omnium antidotorum, vel dicitur à Mithridate rege, qui eum composuit.
Nota. Musa ænea, a peritissimo philosopho Musa inuenta.
Micleta. i. experta.
Mel rosarum appellatur a græcis Rhodomel.
Opopyra dicitur à succo, & igne, opos enim græce, latine succus, pyr, ignis, inde opopyra. i. succus ignitus, & hoc electarium compositum est à sanctissimis medicis Cosma, & Damiano.
Oxy dicitur ab acetoso succo malorum granatorum.
Oxysacchara dr̃ ab oxy, quod est acetum, & zuccharũ.
Oxymel simplex dr̃ ab oxy, quod est acetum, & melle.
Oxymel compositum similiter dicitur, sed compositũ, quia multæ res in eum ingrediuntur.
Oxymel scilliticum ab aceto, & melle, & scilla.
Oxymel passulatum, ab aceto, melle, & passulis dicitur.
Oleum rosaceũ, dr̃ ab oleo, & rosis in id ingredientibus.
Oleum mandragoratum, ab oleo, & succo pomorum mandragoræ.
Oleum frigidissimum viride, dicitur, ab herbis frigidis, & viridibus, quæ in id ingrediuntur.
Potio sancti Pauli, dicitur, quia S. Paulus eam cõposuit.
Paulinum antidotum. i. magnum antidotum, quia magnam virtutem, & efficaciam habet ad multa.
Panchrestum antidorum, pan. i. totum, Chrestũ. i. bonũ.
Potio muscata, a musco dicta est.
Picra. i amara, a Galeno inuenta.
Pilulæ sine quibus esse nolo. pilulæ a rotunditate dicuntur, sine quib. esse nolo pro nimia earum efficacia, & virtute.
Pilulæ aureę ad similitudinem auri dicuntur, quia sicut aurum inter omnia metalla est precios̃ius, sic pilulæ istæ inter omnes precios̃iores habentur.
Pilulæ diacastoreæ à castoreo dictæ sunt.
Pilulæ de cynogloss̃a herba.
Pilulæ de quinque generibus myrobalanorum, ab ipsis myrobalanis denominatæ sunt.
Pilulæ arthreticæ. i. membrorum, arthros enim græce, latine membrum.
Pilulæ bechichiæ, depress̃æ, & non rotundę. Et sunt lenitiuę contra tussim; tenẽtur enim sub lingua, & paulatim deglutiuntur, & fiunt in forma lupinorum.
Pilulæ fœtidæ dictæ sunt, quia fœtidos, & corruptos humores educunt, vel quia aliqua fœtida in eis ingrediũtur, vt pura castoreum, sagapenum, opopanacum, succus pororum, cum quo conficiuntur.
Pilulæ cochiæ, id est capitales.
Pilulæ de hermodactylis ab ipsis denominantur.
Pilulæ assaiaret. i. capitales, quadrimeron. i. medicamen ex quatuor rebus.
Rosata nouella, à rosis dicta; nouella respectu veteris, quæ recipiebat sulphur viuum.
Rubea trochiscata, rubea dicitur ab ipso colore, trochiscata à trochiscis, qui ibi recipiuntur.
Requies dicitur ab effectu', quem inducit, quia requiem somnum, & quietem patientibus affert.
Rhodosacchara. i. zuccharum rosatum, a rhodon, quod est rosa, & sacchara, quod est zuccharum; inde rhodosacchara, idest zuccharum rosatum.
Rhodomel. i. mel rosatum, a rhodon, quod est rosa; & mel id est rosatum mel.
Sotira saluatrix interpretatur.
Sal sacerdotale dictum est, quia eo vtebantur sacerdotes tempore Heliæ prophetæ.
Syrupus dicitur, a syr, quod est confectio, & opos, succus, inde syrupus. i. liquida confectio de succis.
Stomachicon. i. confortatiuũ stomachi. Et diuiditur, qa quoddam est stomachicon calidũ, & quoddã frigidũ.
Theriaca magna Gal. quia G. eam composuit. Dico, qꝺ nõ est verum, salua pace Nicolai, quia Andromachus singularis medicus eam composuit. Et cum dicit vlterius, theriaca dicitur a trochiscis de thyro, qui in ea reperiuntur. Dico, qꝺ non est verum, quia sunt aliæ theriacę, quæ tamen non denominantur a thyro, quia trochiſci de thyro eas non ingrediuntur, vt theriaca diatessferon, & theriaca Diosc. & theriaca exercitualis, &c. inde theriaca dicitur quasi medicina contra venenum, & dicitur domina medicinarum, vt supra declaraui.
Nota. Ego vero theriacam minor ab effectu ñ, the dicam putarem.
Theriaca diatessaron. i. de quatuor rebus.
Theriaca exercitualis. i. pro conseruando exercitu gentium contra corruptionem aeris, & epidemiam.
Tryphera saracenica, tryphera dicitur, quia hominem iuuenem reddit. Saracenica, quia à Saracenis inuenta est, & descripta.
Tryphera magna dicitur, quia fructum magnum cõfert mulieribus, & proprie matricibus earum, quando dolorem matricis patiuntur, dando eis cum vino decoctionis artheniſiæ.
Trionphyllon. i. de folijs rutæ viridibus.
Triasandali dicitur a tribus generibus sandalorum, quæ ponuntur in eis.
Theodoricõ, dr̃ à Deo datũ. Emperiston. i. bene expertũ.
Theodoricon Anacardinum, theodoricon dicitur à Deo datum.
Anacardinum ab anacardis, qui in eo reperiuntur.
Trochiſci, diarhodõ, trochiſci, id est rotunda confectio. Diarhodon, id est de rosis.
Trochiſci hedychroi sic dicti à compositionis colore.
Trochiſci croci a croco.
Trochiſci scillitici, a scilla.
Trochiſci à thyro serpente.
Trochiſci diacoralli, a corallis.
Trochiſci camphorati, a camphora dicti.
Reliquæ species trochiſcorum Nicolai claræ sunt, & nõ indigent expositione.
Vomitus Nicolai. i. vomitiuum a Nicolao compositũ.
Vnguentum Martiaton, à Martione medico inuentum.
Vnguentũ citrinũ dicitur, quia in pomo citri decoquit'.
Vnguentum populeon, quia fit de oculis arboris, quæ populus nominatur, & fit in tempore Veris.
Vnguentum, aragon. i. adiutorium.

Vnguentum

Vnguentum agrippæ dicitur, eo, quia rex Agrippa iudęo rum vtebatur eo.

Vnguentum califton dialthęæ ideſt calefactionem, càliſton. i. mollificatiuum. Dialthęæ dicitur a duabus ſpeciebus radicũ euiſci, vel althęæ, quæ in id ingrediũtur.

Vnguentum aureum, dictum eſt per excellentiam, quia ſicut aurum eſt precioſum inter metalla, ſic vnguentum iſtud inter cætera vnguenta.

Vnguentum laxatiuum, quia vnctio ex eo laxat, ſicut medicina laxatiua.

Vnguentum fuſcum, id eſt nigrum.

Vnguentum album, a ceruſa alba, quæ ingreditur.

Vnguentum viride, dictum eſt à viridi colore ęris, quod in id ingreditur.

Zingiber conditum, id eſt zingiber viride conditum.

Notandum eſt vlterius, ꝙ non eſt mirandum, ſi hic non ſunt collecta omnia electarià, & pilulæ, ac ſyrupi, trochiſci, confectiones, & etiam aliqua plura, quæ ponit Nicolaus; quia in aliquibus antidotarijs reperiuntur, & in aliquibus pauciora, ſufficit ergo, ꝙ hic ſunt famoſiora, & vtiliora.

TERTIA PARTICVLA de doſibus, & põderibus, ac de eorum nominibus, & differentijs, &c.

REſtat modo de doſibus, & ponderibus, ac etiam de eorum nominibus, & differentijs diligentiſſime pertractare ſecundum communem vſum modernorum, quia multa reperiuntur, quæ ſunt antiqua, & ſpernenda, quæ non ſunt in vſu.

Doſis quid. Si ergo aliquis doctus medicus examinauerit aromatarium inquirendo quid ſit doſis? Reſpondeat ſic. Dico, ꝙ doſis eſt limitata menſura, vel pondus alicuius rei medicinalis ſimplicis, vel compoſitæ, ſpecierum, aut herbarum, ſem. vel radicum electariorum, pilularum, vnguentorũ, &c. Vel melius ſic diffinitur. Doſis eſt limitata mẽſura, vel quantitas ſimplicis, vel compoſitę medicinæ ſolutiuæ, vel alteratiuæ, quæ de ſe apta nata eſt facere ſufficientem operationem, & non diminutam, neque ſuperfluam. Et notanter dicit de ſe, quia ratione corporis, vel humoris, quandoque poteſt facere ſuperfluam, vel diminutam operationem.

Ana quid. Quid intelligitur, qñ in receptis ponit ana? Dico, ꝙ ana eſt dictio græca, & tm̃ importat quantũ æqualiter.

Nota hoc Quid eſt, ꝙ in antidotario Nicolai in aliquibus diſpẽſationibus electariorum, vel confectionum, &c dicitur medietas eius eſt lib. ij. vel medietas eius eſt lib. ſemis? qualiter hoc intelligitur?

Dico, quòd reperiuntur duo antidotaria Nicolai, ſcilicet magnum, & dicitur Nicolaus magnus, & paruum, & dicitur Nicolaus paruus, & iſto vtimur communiter. Vnde nota vlterius, quod in Nicolao magno ſunt deſcriptiones electariorum, vel confectionum, & aliorum. In Nicolao paruo ſunt dimidiata in doſi, & minorata, & ali quando ſecundum tertiam partem diſpenſata. Et ideo dicitur aliquando in Nicolao paruo medietas electarij deſcripti in antidotario Nicolai maioris eſt li. ij. Ex quo ſequitur, quod deſcriptio integra eiuſdem electarij in Nicolao maiori eſt lib. 4. & ſic de alijs dicitur, & licet hæc reſponſio communiter aſſignetur à multis, mihi tamen minime placet, quia eſt ſine ratione.

Nota etiam, ꝙ in Nicolao maiori, multo plura antidota, & electaria, pilulæ, & confectiones, &c. ponuntur, quã in Nicolao minori, Illa tamen, quæ ſunt in Nicolao minori, ſunt etiam in Nicolao maiori, & ſecundum maiorem doſim, & non econuerſo.

Primo ergo quæritur, quot ſunt pondera vſualia, & nomina eorum, quę aromatarij tenentur ſcire, & quibus medici, & aromatarij quotidie vtuntur?

Dico, ꝙ pondera, vel menſuræ, quæ in arte medicinali reperiuntur, hæc ſunt, quæ ſubtili ingenio, & ſolerti ſtudio, ac ſumma ordinauimus diligentia ad opus aromatariorum, & doctrinam omnium in arte medicinali ſtude re volentium, vt his ponderibus omnes medicinæ tam ſimplices, quàm compoſitæ, valeant ponderari.

Incipiamus itaq; a ſcrupulo, cuius hæc eſt figura. ℈. aſcendendo vſq; ad libram, quæ ex 12. vnc. integratur. Sed ante videamus de granis ex quibus ſcrupuli, & ʒ drachmæ, & alia pondera integrantur. Vnde ſi quæratur, quare pondera medicinalia ſunt per grana frumenti collecta, & menſurata ab ipſis medicis? Dico, ꝙ ideo factũ eſt, ne forte per pondera artificialia interdum medici, & aromatarij decipiantur. Et ideo tutius, & ſecurius fuit fundamentum, & ſtabilitatem habere ex aliqua re naturali, ſicut eſt triticum, ſeu frumentum, menſurãdo cum perfecto tritico omnia pondera, ſcilicet Scrupulum, Drachmam, Vnciam, Libram, & conſimilia, quia ſic faciendo, ſi omnia pondera artificialia ex plumbo, vel ex ære, vel ex alio metallo facta perderentur, vel ſi in aliquo deficerent, tũc poſſemus per grana tritici, quæ ſunt naturalia, ipſa artificialia pondera menſurare, ac remouere, & de nouo fabricare, & æquare.

Nota etiam, ꝙ grana tritici ſunt ſecundum diuerſas prouincias maiora, vel minora, ſeu craſſa, vel minuta. Medici autem, & aromatarij pro faciendis ponderibus debent eligere mediocria, & ex illis facere pondera de plumbo, aut de ſtanno, vel alio metallo.

Scrupulus. Si quæratur quid eſt Scrupulus? & quot ſcrupuli faciunt vnam drach.? Dico ad propoſitum redeundo, ꝙ ſcrupulus eſt tertia pars drachmæ, & eſt pondus xx. granorum tritici.

Drachma. Quid eſt Drachma? Dico, ꝙ tres ſcrupuli faciunt vnam drachmam, & ſic ipſa drachma eſt pondus ſexaginta granorũ tritici, cuius drachmæ hæc eſt figura. ʒ.

Exagium. Quid eſt Exagium? exagium eſt pondus vnius. dra. cũ dimidia, & ſic eſt xc. granorum tritici. Et dicitur ab ex, quod ſex, & gios. menſura, quia ſex exagia faciunt, & menſurant vnam vnciam.

Solidum. Quid eſt Solidum? quod differt ſolo nomine ab exagio, & quod tantum valet, quantum exagium.

Aureus. Quid eſt Aureus? aureus ẽt eſt põdus vnius drachmæ cum dimidia; & eſt idem cum exagio, & ſolido.

Item ſex exagia faciunt vnam vnciam.

Vncia. Quot dr. faciũt vnã vnciã? Dico, ꝙ ix. dr. faciũt vnam vnciã; & hoc ſm Salernitanos, aliter ẽr faciunt Paduani Doctores, qa faciũt vnã vnciã ex octo drachmis: Neapolitani vero faciũt vnã vnciã ex decẽ drachmis. Cõiter tñ tenetur, quod vncia cõſtat ex ix. drachmis. Vncia aũt ſic figuratur. ʒ. Et ſic, vnc. paduana eſt minor. vnc. Salernitana, qa illa eſt ex 8. dr. et iſta eſt ex ix. drachmis, et vnc. q̃ eſt ex. ix. drachmis, eſt minor illa, q̃ eſt ex x. drachmis. *Nota hæc*

Quæritur ex quot granis conſtat vnc.? tenendo igitur vt cõmuniter tenetur, ꝙ vnc. j. conſtat ex. ix. drachmis, & quælibet drachma conſtat ex ſexaginta granis, ſequitur, quod vnc. conſtat ex 450. granis.

Libra. Quid eſt libra? & ex quot vncijs conſtat libra vna? conſtat ex 12. vnc. & cxviij. dr. faciunt vnam libram.

Et ſi quæratur, quot grana faciunt vnam libã? Dico, quòd. f. 480. faciunt, & integrant vnam libram.

Sextarium. Quid eſt Sextariũ medicinale? ſextarium medicinale eſt pondus duarum librarum cum dimidia, vnde quando reperitur in receptis medicinale ſextariũ vini, vel olei, vel aceti, quod intrat in medicinas, intelligitur lib. ij. ſ.

Cotyla. Quid eſt Cotyla? ſimiliter cotyla ſolo nomine differt à ſextario, quia eſt pondus lib. 2. ſ. ſicut eſt ſextarium.

Sed aliqui faciunt differentiam inter cotylam, & cotulam, quia cotula eſt pondus lib. 2. ſ. vt dictum eſt, ſed cotyla eſt pondus nouem vnciarum.

Nota. Obolus. Quid eſt Obolus? eſt pondus medij ſcrupuli, vel ſecundum aliõs eſt quinta pars vnius drachmæ.

Ciriſt. Quid eſt Kiſt? eſt pondus vnius libræ cum dimidia. Kiſat eſt grana quatuor.

Cirat. Hemina. Quid eſt Hemina? eſt põdus vnius li. & vnciarũ triũ.

Quid

Calculus. Quid eſt calculus? eſt pondus duorum granorum ciceris,& quarta pars oboli, vnde 4. calculi faciunt vnum obolum, & duo oboli faciunt ſcrupulum.

Granum. Quid intelligitur per grana? Quando reperitur in receptis grana. 2. vel grana. v. Dico, ꝙ intelliguntur grana tritici, niſi aliter exponeretur per medicum diſpenſantem ipſam receptam, verbi gratia, ſi diceretur grana. v. hordei.

Manipulus. Quid intelligitur per manipulum in receptis? intelligit quantũ poteſt manu capi. verbi gratia dicendo. Recich. amẽmeli. M.j intelligitur, quãtũ poteſt manu capi.

Pugillus. Quid eſt pugillus? intelligitur quantum poteſt cum pugillo ſtricto capi.

Quid eſt ſaril? eſt pondus duorum ſextariorum.
Quid eſt Kirat? eſt pondus trium granorum.
Quid eſt ramich? eſt pondus ſex Kirat.
Quid eſt carmeſt? eſt pondus vnius grani hordei.
Quid eſt danich? eſt pondus ſex granorum hordei,& ſecundum alios eſt pondus trium granorum hordei.
Quid eſt ſacrarati? eſt põdus vnius aurei cum dimidio.
Quid eſt anulaſach? eſt pondus conſimile illi ſecundum aliquos; ſed ego non credo, quia aliter reperi.
Quid eſt arſinum? eſt pondus. dr. s.
Quid eſt decamech? eſt pondus. dr j.
Quid eſt darchimmum? eſt pondus. drac. s.
Quid eſt baccath? eſt pondus nouem granorum.
Siliqua eſt pondus quatuor granorum hordei.
Quid eſt raſicij? eſt pondus. ſcrup. j. s.

Verſus.

Audi lætando quid dicam verſificando.
Collige triticeis medicinæ pondera granis.
Grana quater quinque ſcrupuli pro pondere ſume.
In drachmam ſcrupulus ter ſurgit multiplicatus.
Si ſolidum quæris, tres drachmas dimidiabis.
Exagium ſolido differt in nomine ſolo.
Aureus exagio, ſolidoque parificatur.
Conſtat ſex ſolidis, vel ter tribus, vncia drachmis,
Vncia pars lib. duodena quis ambiget inde?
Si quæris pondus, quot habet ſextarius vnus.
Liorarum quinque pondus debes dimidiare.
Coryla ſextario differt in nomine ſolo.
Continet heminas ſextarius, vt puta binas.
Vt ferrur obolus ſemictupulus eſſe probatur.
Cætera menſuræ, non ſint tibi nomina curæ.
* *fracta.* Nam quia ſunt * fiĉta ſordeſcunt ſuntque relicta.
Non eris illuſus, ſi tenes, quod tenet vſus.

QVARTA PARTICVLA de modo conficiendi omnia neceſſaria in qualibet aromataria.

Dicendum eſt deinceps, vt aromatarij ſint bene docti, & experti in conficiendo cõfectiones, & electaria quo ſpecies ſint ponẽdę pro qualibet lib. mellis, vel zucchari, & quanta cera pro qualibet libra olei in vnguentis. Et etiam dicendum eſt aliquid de ſyrupis iulep, ſacculis cordialibus, & emplaſtris, conſeruis, cerotarijs. Et quare cera eſt ponenda. Et de commiſtione aquarum cum ſyrupis, & de quãtitate decoctionis in clyſteribus.

Quæritur quot ſpecies ſunt ponendæ pro li. qualibet mellis. Dico, ꝙ in quibuſcunque electarijs de mellis cõpoſitione, vel alterius liquidæ confectionis ex melle, regula eſt, ꝙ pro quacunque libra mellis ponantur. vnc. 2. ſpecierum, ſed aliqui ponunt interdum pro quacunque libra mellis. vnc. 3. ſpecierum, & hoc forte habet veritatem in laxatiuis, & tempore hyemali, quia in hyeme ponuntur plures ſpecies, quam in æſtate.

Quæritur quot ſpecies ponuntur pro libra zucchari in ſolida confectione. Dico, ꝙ in ſolida confectione de zuccharo ponuntur drac. 6. vel 7. ad plus ſpecierum pro vna libra zucchari, ſed in confectionibus ſolidis cordialibus, ſufficit vnc. s. ſpecierum pro vna lib. zucchari, quia multitudo ſpecierum deſtruit aliquando ſaporem confectionis, & guſtum infirmi, vel etiam ſtomachum ſani hominis nauſeat.

Nota, quòd ſunt aliquæ cõfectiones zucchari, in quibus ponuntur. vnc. 3. ſpecierum, vt in diaphænicone, & in diaſatyrione.

Quæritur de ſyrupis quantum mellis, vel zucchari ponitur pro lib. aquæ, vel decoctionis. Dico, quod in cõpoſitione ſyruporum in quacunque lib aquæ, vel decoctionis ponitur lib. * mellis, vel zucchari. * vnc. iij. aut iij.

Quæritur ſimiliter de iulep quantum de zuccharo debet poni pro quacunque lib liquoris. Dico, ꝙ in compoſitione iulep in quacumq; lib. liquoris vnc. 8. zucch. vel vnc. 6. & aliquando, vnc. v. aliquando, vnc. 4. ſecundum, quod magis dulce, aut minus dulce vult facere.

Et reperitur iulep longũ, id eſt aquoſum modicę decoctionis, ſed nõ diu durat. Aliud eſt iulep dẽſum, & magis compactum, quia magis coctum, & tale diutius durat.

Quæritur quot ſpecies debent poni in ſacculis cordialibus, qui fiunt de ſindone, de grana, vel de ſcarlato, ponitur communiter, vnc. i. vel vnc. s. ad plus. In exterius applicandis, vt emplaſtris, & ſacculis, ſemper herbæ limitantur, & doſantur per manipulos.

Quæritur quomodo fiunt conſeruæ roſatæ, diaboraginatæ, vel violatæ. Si velis bonam conſeruam facere, debes ponere lib. i. zucchari pro * dimidia lib. roſarum, vel aliorum florum, piſtando roſas rubeas electas cum zuccharo ſimul in mortario, vel violas, aut alios flores, deinde prædicta cõſerua ad Solẽ tenẽda eſt diebus pluribus. * vnc. iij.

Quæritur quot ſpecies debent poni in cerotarijs. Dico, quod in cerotarijs mediocribus ſemper ponuntur. 3. vel 4. dra. ſpecierum, & quodlibet ceratum, ſi eſt magnũ, debet eſſe 3. vnc. ſi mediocre. ij. vnc. ſi parum. i. vn.

Quæritur quanta cera debet poni pro lib. olei in vnguentis. Dico, quòd in compoſitione vnguentorum, pro vnc. ij. olei ponitur communiter. vnc. s. ceræ, vnde pro lib. i. olei ponuntur, vnc. 3. ceræ.

De ſpeciebus, vel de pulueribus in vnguentis ponimus ſecundum opportunitatem, vel ſecundum, quod volumus facere vnguentum durum, vel molle.

Quæritur de pulueribus quantum debemus dare de pulueribus in potu. de pulueribus abſolute. drach. i. s. vel dr. ij. & alij dra. s. cum vino, aut cum aliqua decoctione appropriata, vel cum aqua deſtillata, & plus, & minus ſecundum ætatem, & virtutem ęgri, & ſecundum, quod puluis eſt ſolutiuus.

Si quis quæreret, quare ſyrupi dantur cum aquis, vel cum decoctionibus ſimul commiſtis. De ſyrupis. Dico, quod non dantur communiter ſine aquis, vel ſine decoctionibus appropriatis, quia ſyrupi commiſti cum aquis efficiuntur magis liquidi, & etiam melius penetrant ad membra, & poſſunt melius tranſglutiri.

Sed nota vlterius, quod melius eſt ponere plus de ſyrupis, & minus de aqua, quam e contrario, quia maiorem moram trahunt in ſtomacho, & hepate, & ſic melius digerunt materiam peccantem, quam ſi plus de aqua ponerẽtur, quia cum multa aqua, vel cum mala decoctione ſunt liquidiores, & citius tranſeunt a ſtomacho, & hepate, vnde debemus tantam aquam ponere, quanta ſufficiat ad tranſglutiendum ſyrupum.

Sed aduerte, quod ſi volueris aliquem ſyrupum iulepizare, vel clarificare, tunc debes ponere de aqua magis, & minus de ſyrupis.

Nota, quod longe melius operantur ſyrupi turbidi, id eſt non clarificati, quam iulepizati, ſed aliquando ad cõplacentiam ægrorum, vt ſyrupi pulchriores appareant, neceſſe eſt eos clarificare, & iulepizare.

Nota vlterius, quod de ſyrupis ſecundum communẽ practicam exhibemus. vnc. i. s. tantundem de aquis, vel ad plus, vnc. ij. de aquis, vel loco aquarum decoctionis ſimul commiſcendo cum ſyrupo.

Quæri-

Quæritur de clysteribus, quanta quantitas decoctionis debet administrari, & quanta quantitas olei, & quanta quantitas casiæ, vel hieræ picræ, vel benedictæ, & aliorum electariorum. Dico de mensura decoctionis administrandæ in clysteribus est quantitas vnius lib. cum dimidia, scilicet 18. vnc. & salis. * vnc.j. & hieræ picræ, & benedictæ secundum opportunitatem, & ætatē, ac virtutē, quia aliquando ponimus vnc.j. aliquando vnc. s. &c. Et hoc totum intellige secundum magis, & minus, & secundum ætatem, & complexionem. Quia in viris, & mulieribus fortis complexionis, prædicta quantitas decoctionis, salis, & olei, & aliorum, est conueniens quantitas. Sed pueris, & debilibus, ac delicatis debet esse minor quātitas, scilicet subdupla, quia medietas sufficit, in infantibus vero sufficit quantitas vnius cyathi in clysteribus eorum, &c. Et omnia fiant secundum prudentiam, & discretionem peritissimorum doctorū medicorum; quia sola discretio facit medicum, secundo colliget Auer.

℥ drach. ij. aut. ℥. vel vnc. sem.

QVINTA PARTICVLA de colligendis herbis, floribus, seminibus, & radicibus, &c.

SI quæratur quo tempore sunt colligendi ab aromatarijs flores herbarum, semina, ac radices; & vbi sunt exiccandi, & quo tempore sunt aquæ destillandæ. Dico quod in Vere, scilicet in mense Aprilis, & Maij, sunt primo herbę, secundo flores colligendi.

Semina vero sunt colligenda in æstate, scilicet Iunij mense, vel Iulij, quia tunc sunt completa.

Radices vero in autumno sunt colligendæ, quia tunc folia, & semina ceciderunt, vel sunt exiccata; & tunc tota virtus herbarum est reposita in radicibus.

Dico vlterius, quod herbæ sunt exiccandæ ad vmbrā. C

Semina vero ad lentum Solem.

De radicibus vero distingue, quia quædā sunt ad Solem exiccandæ, sicut sunt radices magnæ, valde crassæ, quia densæ substantiæ, vt radix bryoniæ, rheupon. aristo. gentianæ, mandrag. & sic de cōsimilibus. Sed radix ireos petroselini, apij, fœni. garyophyl. asari, & consimilium, quæ sunt rationis subtantiæ, debent ad vmbram exiccari; & omnia prædicta, scilicet herbæ, flores, semi. & radices, nunquam sunt apponenda, nisi sint debito modo, & congruo tempore exiccata, alioqui putrescerent.

Et cauendum est, ne reponatur ad fumum, vel ad Solem, aut in loco humido, vel puluerulento, quoniam putrescerent, & virtutem amitterent, debentque conseruari dictæ herbæ in sacculis de lino. Semina vero, ac flores, & radices, In scatulis, quòd omnes seorsum, & sigillatim de per se conseruentur.

Alia doctrina.

Notandum est vlterius secundum doctrinam Rainaldi de villanoua in quodam suo lib. de simplicibus, quod ad hoc, vt ipsæ herbæ, ac flores, radices, & semina habeant singularem virtutem, & proprietam ad morbos sunt colligenda secundum diuersa signa zodiaci. Quædam enim sunt mobilia, scilicet quatuor, vt aries, cancer, libra, capricornus, & in istis signis mobilibus colligendæ sunt herbæ, succi, semina, ac radices laxatiuæ, quia fęlicius, & citius operabuntur. verbi gratia. D

De herbis, vt mezereon, sena, laureola.

De seminibus, vt semen cartami, semen laureolæ.

De succis, vt scāmonea, succus ireos, & cu. sylueſtris.

De radicibus, vt turbith, esula, rheubarbarum, & consimilia.

Quædam vero alia signa, scilicet alia quatuor, sunt stabilia, seu fixa, s. taurus, leo, scorpio, & aquarius. Et in istis ignis sunt colligendæ herbæ, succi, radices, & semina styptica, & constrictiua, quia sic melius operabuntur contra fluxum, & contra dysenteriam, & vomitum. v.g.

A De herbis, vt plantago, myrtus, filices,

De succis, vt succus cytoniorum, acacia, succus myrtillorum.

De radicibus, ut radices filicum.

De seminibus stypticis, coriandrum, semen myrti, & semen rosæ, &c.

De fructibus, vt sorbæ, cytonia, granata, pyra, mespila, sumach, galla.

Quædam vero alia signa zodiaci, scilicet reliqua quatuor sunt mediocria, scilicet, neque stabilia, neque mobilia, sed media, s. Virgo, Sagittarius, Gemini, & Pisces, in quibus colligendæ sunt herbæ, radices, semina, quæ nec sunt solutiua, nec styptica, vt fœniculum, apium, abrotanum, artemisia, mentha, & eorum semina.

Alia doctrina. De conditionibus in medicinarum collectione considerandis.

ET quia ista doctrina est nimis speculatiua pro aromatarijs, ideo dimittatur peritissimis doctoribus medicinæ, qui tenentur habere notitiam astrologię, alioquin male curabunt ægros, oportet, quòd colligantur in B tempore sereno, claro, & non ventoso, & oportet, quòd non colligantur nisi in fine bonitatis, & maturitatis earum in suo tempore, non quando sunt vetustæ, & consumptæ propter aliquam infirmitatem earum.

Et herbæ, quæ colliguntur in terris montuosis duris sunt fortioris virtutis, quam quæ colligūtur in vallibus, & terra pingui, & in viridarijs, & hortis.

Et oportet, ꝙ eligas ex herbis, quæ sunt plus ramosæ, & quæ sunt completæ, cum seminibus suis, sicut debent esse, sicut stœchas, mentastrum, mesir. i. dictamus, & asach. i. tribulus marinus, & hyssopus, & similia.

Et flores oportet colligi antequam cadant, vt flores alcānæ, tormētillę, violę, sambuci. i. hyensemini, & similia.

Sed tēpus colligēdi fructus, est qñ sunt boni, maturi, sicut vuæ, & ficus, dactyli, pyra, poma, pruna, & similia.

Et semina oportet colligi qñ incipiunt exiccari, & cadere, & antequam cadat super ea aqua, quæ illa destruat.

Et tempus colligendi radices, & ramulos, & cortices, C est qñ incipiunt cadere folia eorum, oportet, quòd succi plantarum ex folijs, & ramis earum exprimantur, dum sunt adhuc teneræ, sicut memithe, & gasir, & est semperuiua, succus hypocystidos, & absynthij, & similium. Et oportet, qđ vulneretur planta, seu arbor, quando volueris accipere lac eius, vel lachrymam, donec planta viget adhuc in terra, & non postquam sit euulsa, sicut cum volueris facere opium, euphorbium, & similia.

Generaliter scire debes, quod radices, & folia, & rami, debent exiccari postquam sint abluta cum aqua, à terra, & sordibus earum, & quod siccentur in loco vmbræ, vbi non sit humiditas. Et oportet, quod reponas flores herbarum medicinalium in capsis de ligno. Et similiter herbas stypticas, & radices. Semina vero seruentur in sacculis in corio ad meliorem conseruationem secundum Dioscō.

Alia doctrina.

Quia præfata doctrina pro aromatarijs, & præcipue rudibus, est æqualiter confusa. Ideo si quis interrogaret D in quibus mensibus particulariter, & sigillatim sunt colligendæ herbæ, flores, semina, & radices. Respondeo, ꝙ in mense Martij. Quia à medietate ipsius, principiū est Veris, & terra incipit germinare, & vestire se herbis, & floribus, q̄ fuit nuda in hyeme, pp vētos, niues & frigora.

Collige ergo prædicto mense violas, & fac de eis trochis. diani, id est de violis, & syrupum violatum, & oleū violatum. Et si poteris ex eis succum facere, conserua ipsum, & potes etiam violas destillare, & aquam vsui conseruare. Exiccabis etiam ex eis ad vmbram eodem tempore, & reserua eas.

Collige eodem mense fumum terræ, & fac ex eo syrupum maiorem, & minorem, & ex eo succum extrahe, & reserua, licet etiam possit in principio Aprilis omnia prædicta ex fumo terræ facere. Item in isto mense incipit colligi mastix, vsque ad finem mensis Aprilis.

Collige scillam secundum artem, & fac acetum scilliticum, & Johoc de scilla, & oxymel scilliticum.

DE MENSE APRILIS.

Collige euphragiam, & deſtilla eam, & etiam ſiccam reſerua, quia pro oculis optima eſt.

Collige flores boraginis, & bugloſſæ, & fac conſeruas ex eis, & deſicca ex eis, & reſerua, & deſtilla, & fac aquam boraginis, & bugloſſæ.

Collige oculos populi, & fac vnguentum populeon, quod eſt optimum ad ſomnum prouocandum in febribus, & in phreneſi.

Collige mentam, maioranam, citrariam, iuam maiorem, aſparagos, & reſerua.

Collige flores, & fac oleum irinum.

Collige melilotum, & fac emplaſtrum de meliloto.

Collige flores roriſmarini, & fac dianthos, & conſeruas cum zuccharo, & ex eis ſicca, & vſui reſerua, & fac oleum ex eis, ſi volueris.

Collige etiam ſcolopendriam, betonicam, & capillos veneris, & deſtilla ex eis, & etiam deſicca, & reſerua.

Collige etiam cheyri, ideſt violas citrinas, & fac ex eis oleum, quod dicitur, oleum de cheyri.

Collige burſam paſtoris, & deſtilla, & exicca ex ea, & collige cretanos, & deſtilla.

De Menſe Marj. Collige roſas rubeas, & deſtilla ipſas recentes, & fac aquam roſatam, & purifica ad Solem, & extrahe ſuccum eius, & vſui reſerua, & fac ex eis conſeruam roſatam, & rhodoſaccharam, id eſt zuccharum roſatum, rhodomel, oleum roſatum bonum ſecundū artē.

Pro quo nota, quod dupliciter poteſt fieri oleum roſatum. Primo ex roſis incompletis, & ex oleo omphacino, & tale oleum eſt magis ſtypticum, & confortatiuum, & frigidum. Secūdo poteſt fieri oleum roſatum ex oleo oliuarum maturarum, & tale oleum eſt magis anodynum, & doloris ſedatiuum, & non eſt adeo frigidum ſicut primum, & exicca ex eis, & vſui reſerua, & reſerua etiam bottos earum ideſt, ipſas roſiculas incompletas ante apertionem, quia ſunt ſtypticiores, & cordialiores; & fac etiam ex eis trochiſcos diarhodon.

Collige etiam eodem menſe papauer album, & rubeū & nigrum, & vſui reſerua, & fac opium eodem menſe, & fac hypocyſtidem.

Collige chamęmelum, & fac eius oleum, & ſicca flores eius, & reſerua.

Collige autem flores geniſtæ, & fac ex eis mel geniſtatum, bonum pro ſcrophulis, & fac etiam ex eis aquam deſtillatam pro arenulis.

Collige flores maluæ, & fac ex eius mel maluatum bonum pro aſthmate, & tuſſi.

Collige anethum, & fac oleum, & collige capita hyoſcyami, & ſicca.

Collige ſemen burſæ paſtoris, & reſerua.

Collige ſaluiam, & deſtilla, & deſicca ex ea, & vſui reſerua.

Collige etiam hermodactylos ſecundum quoſdam, ſed ego puto, quod melius colliganrur Menſe Auguſti. Et collige gummi hederæ, &c. colligitur etiam manna in iſto menſe, tam in Oriente, quam in Calabria, quia tunc ros ille precioſius de cœlo cadit.

De Menſe Iunij. Collige omnes herbas ſeruandas, vt cedron, origanum, pulegium, ſtœchadem, polium, celticam, abrotanum, abſynthium, praſſium, ſeu marrubiū, eupatorium, hypericon, chamædryon, chamæpityn, ſatureiam, roſmarinum, centauream maiorem, & minorem, artemiſiam, agrimoniam, pentaphyllon, millefolium, betonicam, thymum, epithymum, hyſſopum, & omnes alias herbas vſuales, quarum neque ſemine, neque radices ſunt in vſu.

Collige etiam balauſtias, & reſerua. Fit etiam aloe in fine huius Menſis ex ſuccis herbæ zambanæ. fit etiam ſuccus liquiritiæ ex radicibus eius, & vſui reſeruetur. ſed radices eius Menſe Auguſti colliguntur, exiccantur & reſeruantur.

Collige cyminum, aniſum. In iſto etiam menſe colligitur thus, vernix, ammoniacum, opopanacum, ſed aliqui dicunt, quod colliguntur de menſe Maij. In iſto etiā menſe fit ſcammonea, & eſt ſuccus inſpiſſatus cuiuſdam ſpeciei volubilis, vel cuiuſdam ſpeciei tithymalli.

De Menſe Iulij. Collige ſemen laureolæ, & fac electarium ex lacte anabulæ.

Collige ſuccum cucumeris agreſtis, & reſerua, & fac inde pilulas ad hydropiſim.

Collige coriandrum, ſemen fœnugræci, ſemen geniſtæ, ſemen ſtaphiſagriæ, ſemen macedonici, ſemen petroſelini, apij, rutæ, ſemen hyoſcyami, grana ſolis, ſemen ſinapis, vrticæ, erucæ, ſemen arnogloſſæ, ideſt plantaginis. Semina quatuor minora frigida, ſcilicet ſcariolæ, endiuiæ, lactucæ, & portulacæ; & ſemina quatuor maiora frigida, ſcilicet angurię, citruli, melonis, & cucurbitę. *Sem. frig. ma. & mi.*

Collige etiam ſemen leniſtici, & ſemen cicutæ, & paſtinacæ ſylueſtris, carui, fac etiam acaciam in fine huius menſis ex ſucco prunellorum ſylneſtrium, & ad Solem deſicca.

Collige etiam antheram in fine prædicti menſis, vel in fine Auguſti.

Collige etiam ſeſelim, id eſt ſemen ſileris montani, & ſemen naſturcij, & pigani, id eſt ſemen rutæ.

Menſe Auguſti. Collige radices ſaxifragiæ, & radices liquiritiæ, radices acori, & radices cyperi, galangæ, radices mandragoræ, radices bryoniæ, radices bruſci, radices rheupon. caſiæ lignęæ, radices pyrethri.

Collige radices dictami, & tormentillæ, & radices fabæ inuerſæ, id eſt ſolatri maioris.

Collige radices gentianæ, radices eſulæ, & ariſtolochię longæ, & rotundæ, & radices cucume. & collige radices enulæ, radices trium conſolidarum, radices phu, id eſt valerianæ, radices meu, & radices garyophyliatæ, radices ſuchaha, & bedeguar, radices apij, petroſelini, fœniculi, bruſci, aſparagi, ireos, &c.

Collige etiam in iſto menſe ſemen, & radices pęonię, in iſto etiam menſe fit viſcus, & fit etiam terebinthina de granis viridibus.

Menſe Septembri. Collige agnum caſtum, id eſt eius ſemen, & radices capparorum, ac vtriuſque ellebori albi ſcilicet, & nigri.

Collige radices peucedani.

Collige linguam ceruinam, id eſt ſcolopendriam. Et collige cetrach, capillos veneris.

Collige etiam flores, & ſemen fœniculi, & exicca, quia tunc perfectum eſt ſemen eius.

Menſe Octobris. Collige philipendulam, centaureā, abſynthium, & cyclamen.

Menſe Nouembris. Collige linguam cedri, & ſecundum aliquos collige eſulam, & mezereon.

Menſe Decembris. Collige baccas lauri, & fac oleum laurinum, & oleum de lentiſco, & collige fructus iuniperi, & poma mandragoræ.

Mēſe Ianuarij. Collige fructus bruſci, & radices eryngiorum, & confice eas, & cortices citri, confice, & ſerua.

Menſe Februarij. Collige cymbarias, hepaticas, pulmonarias. Et incipe colligere violas vſque ad menſem Martij incluſiue, vt ſupradixi.

Nota vlterius, quod omnes aquæ deſtillatę, quæ fiunt ex herbis, debent fieri in Vere, ſcilicet à medietate Martij vſque ad totum menſem Maij incluſiue, & poſtquam factæ fuerint, debent ſtare ad Solem ſaltem diebus 15. vt purificentur à fumo.

Sed ſi vis, vt nullo modo ſapiant de fumo, deſtilla eas in duplici vaſe. ſ. ponendo alembicum in balneo mariæ.

Si cupiunt rudes aromatarij eſſe docti de infinitis fere præparationibus multarum ſimplicium medicinarum mineraliū, & non mineralium, vſualium, & non vſualium, ut puta de ablutionibus, combuſtionibus, affationibus, purificationibus, præparationibus ſpecierum ſalis, & decoctionibus, & extractionibus ſuccorum, & quaſi de infinitis rebus huiuſmodi, recurrant ad librum Seruitoris, qui liber eſt eis valde neceſſarius. vnde ſæpe ſtudeant, & legant in eo cum bona intelligentia, quia in eo infinita reperient, ex quibus non ſolum vtilitatem, ſed honorem cum gloria reportabunt.

Sexta

SEXTA PARTICVLA DE A conseruatione medicinarum simplicium, & compositarum.

MOdo discurrendum est; & breuiter loquendum de conseruatione tam simplicium, quam compositarum medicinarum, & licet Serap. in cap. 54. antidotarij sui ponat stabilitatem, & tempus durationis quarundam medicinarum compositarum, de simplicibus tamen nullam fecit mentionem. Ergo itaque decreui ad clariorem aromatariorum notitiam. Primo vniuersalem quandam doctrinam hic tradere in perdurationе,& conseruatione medicinarum,tam simplicium quam cõpositarum. Deinde specialiorem doctrinam faciam de prædictis, quia particulariter quasdam earum tantum, sub compendio notificando, vt saltem ex hac doctrina instruantur aromatarij medicinas veteres, ac resolutas abijcere, vt docti medici,& famosissimi doctores ex hac fidelitate aromatariorum vtilitatem consequi valeant, & honorem.

In primis igitur debet quilibet aromatarius sibi locũ aptum eligere,in quo apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas tenere valeat, ita, quod sit à ventis, & à Sole defensa, & quod non sit humida,nec fumosa, aut puluerulenta. quia prædicta omnia habent tam simplices, quam compositas medicinas corrumpere, aut alterare.

Incipiamus ergo cum Dei gratia à floribus, herbis,seminibus, & radicibus. Pro quo notandũ est, quod quanto aliqua res simplicior fuerit, & rarioris substantiæ,tanto minori tempore conseruatur, quia est magis apta resolutioni; vt à contrarijs alterantibus resoluatur,& præcipue si longo tempore teneatur. Quia secundum Philosophum, tempus est causa corruptionis omnium, quia omnia senescunt in tempore. Et quia flores herbarum sunt rariores, & subtilioris substantiæ quam herbæ,ideo minori tẽpore conseruantur; & ideo vsq; ad annũ conseruantur, & non vltra; quia in capite anni renouari debent,abijciendo veteres, & reponendo nouos,exiccando eos prius ad vmbrã,vt sunt violæ, rosæ, flores boraginis, & buglossæ, & meliloti,flores anthos,id est rorismarini. Cõsimiliter herbæ, licet possint magis conseruari, quàm flores, tutius tamen est, vt singulis annis renouentur.

De seminibus vero dico vsque ad duos annos conseruantur,præter minuta semina frigida,quæ debent quolibet anno renouari. & similiter ex fructibus pineæ, & fistici renouentur de anno in annum, & amygdalæ cum auellanis, prunis, ficubus, sebesten,& dactylis.

De radicibus distinguendum est, quoniam quædam sunt subtiles, & raræ substantiæ,vt radices valerianæ, & petroselini, apij, garyophyllatæ, baccaræ, saxifragiæ, dictami, tormentillæ, hermodactylorum, & cõsimilium, & isto modo quolibet anno renouantur. Aliæ sunt crassæ, & densæ substantiæ,vt rheuponticũ, & radices bryoniæ, peucedani, meu, aristolochiæ, & istæ conseruantur per duos, & tres annos.

DE CONSERVATIONE, ET perdurатione solutiuorum simplicium secundum ordinem Mesues.

Et primo de Aloe.

SI ergo quæratur quanto tempore durat Aloe. Dico, quod potest conseruari, vsque ad x. annos: & caue ne in loco humido teneatur, nec in loco ventoso, neque ad Solem, nec ad fumum, nec prope ignem, quia virtus eius resolueretur. Nota vltrius, quod aloe potest sophisticari, & adulterari, vnde pro hoc lege Mesuẽ in cap. proprio de aloe, & ibi reperies conditiones veri aloes, & adulterari. Dosis eius est ab aure.ſ.vsque ad dra.2. Et infusionis ab aureo vno vsq; ad dra. 3. Quid autem sit aloe, & quomodo fiat, & ex qua herba, & in qua prouincia, dictum est sufficienter superius in prima particula, cum de ligno aloes mentio facta fuit.

De Myrobalanis.

Dico,quod myrobalanorum quinque sunt species, & secundum opinionem aliquorum ab vna, & eadem arbore producuntur. In diuersis tamen temporibus. vnde citrini durant duobus annis. Emblici vero,& bellirici. 7.annis conseruantur. Chebuli 4. annis. Sed chebuli cõditi x. annis. Indi 7. annis. Vnde citrini minori tempore omnibus conseruantur, quia rarioris sunt substantiæ, & ex primo germine producti. Et omnes, qui sumunt myrobalanos, timeant Boream superuenientem, & non comedant pisces.

B potio citrinorum est à dra.2.vsque ad v. Et infusorum à dra. v.vsque ad 28.

Et potio chebulorum tritorum est à dra.3.vsque ad 4. *Dosis.*
Et infusorum à dra.4.vsque ad xx. *Dosis.*

potio indorum est, sicut chebulorum.

potio vero emblicorum tritorum est ab aure.1.vsque ad 3.Et infusorum ab aure.3.vsque ad aure.6. *Dosis.*

De Rhabarbaro.

Dico, quod rhabarbarum quando est electum, nõ adulteratum, neque exanimatum per annos 4. conseruatur. præseruatur autem à putrefactione, si superliniatur cum cera liquefacta solum, cum modica terebinthina, aut cum cera sola, aut sepeliatur in melle tabarzet. aut si sepeliatur, si inuoluatur in milio,aut cũ semine psyllij. Nota, quod rhabarbarum, potest adulterari, vnde lege Mesue in cap.proprio de rhabarbaro, & ibi disces cognoscere verum rhabarbarum à falso.

potio eius infusi in eo est à dra. ij. s. vsque ad x. Et po- *Dosis.*
C tio contriti est dra.i.vsque ad 4.

De Cassia fistula.

Dico, quod casia fistula conseruatur per annum,& in loco humido,non tamen excessiue. Melior autem casia fistula est illa, quæ grauis in pondere, & pinguis in substantia ac lucens, & nigra in colore,& crassa in cannulis, ac dulcis in sapore.

Nota tamen, quod aliqualiter lædit stomachum, & *Nota.* mouet in ventre tortiones.

De Tamarindis.

Dico, quod tamarindi sunt dactyli acetosi, & sunt ex fructibus palmarum syluestrium, & sunt ex medicinis nobilibus, non excedentes in operatione, & conseruantur per annos 3. Et cauendum est, ne aqua, aut alia res mollis, & humida cadat super eos, quia putrescerent. Modus autem conseruandi eos est, vt eos bene strictos, & calcatos in vase vitreo obturato reponas in loco recenti, & sic ipsum vas teneas. potio enim eorum est ab vnc. *Dos.*
D ij.vsque ad v.

Manna.

Manna est ros de cœlo cadens super quasdam plantas, cuius materia est vapor, qui eleuatur cum accidit digestio, & maturatio in aere, quando est aqualis, & fœcundus in lætis aspectibus. vnde aliquando cadit super lapides, & aliquando super arbores. Et cum cadit super arbores suscipit proprietatem, & virtutem ramorum, plantarum, ac foliorum, & florum, super quos cadit. Durat autem, & conseruatur per annum, bene obturato vase. Fumus autem puluis, & pluuia, ac omnis humiditas destruit eam. Falsificatores autem adulterant eam. vnde lege Mesuẽ, & aliquando fit manna adulterata ex zuccharo albissimo, & amylo simul. Dosis eius à dra. *Dosis.* 6.vsque ad 15.

De aqua lactis.

Dico,ꝙ aqua lactis est materia infusionum,& dẽt esse recens,boni saporis, & odoris, & non diu teneat, qa cito corrũpitur. Et fit ex lacte iuuenũ caprarum, & nigrarũ

recenter fętarum,& boni pascui,bonarum herbarũ:post hoc est aqua lactis ex lacte ouium; sed caprarum est melior, & efficaciot. Dosis eius est ab vnc. 3. vsque ad vncias sex. Dosis.

De Rosa.

Dico, quod rosa est duarum specierum, scilicet alba, & rubea. vnde alba est magis frigida, & magis stiptica quam rubea. Rosa vero rubea est nobilior alba, cuius succus dum est recens, est aliqualiter solutiuus. Et est etiam eius succus calidus in primo gradu propter exclusionem eius à re terrestri,& rosæ rub. exiccaræ, sunt magis stipticæ, quam recentes, & rosæ rub. incõpletæ sunt magis frigidæ, & magis stipticæ quam completæ. & semen earum est adhuc fortius in frigiditate, & stipticitate. Conseruantur autem rosæ vsque ad annum, & similiter succus earum vsque ad annum, sed vt melius à putrefactione reseruetur, parum olei fundendum est super eo in phiala, vel in vase, in quo reponitur. deinde obturetur obturatione vltima, ne exhalet virtus eius.

Potio succi rosarum est ab vnc. 1. vsque ad 2. cum zuccha. Et potio syrupi facti cum succo earum est ab vnc. 2. vsque ad 5. Dosis.

De Violis.

Dico,quod violę sunt medicina temperata conueniẽs, & est ex primis floribus Veris, & debent colligi de mense februarij, quando non inuenitur calor, aut pluuia dissoluens, & dissipans virtutem eius. Frigida est, & humida in primo gradu; quæ vero est ficca est minus frigida, & minus humida. Succus eius est lenitiuus naturæ. Cõseruatur autem sicut succus rosa. per annum, & similiter violæ siccæ conseruantur vsque ad annum,& non vltra; in capite vero anni renouari debent, abijciendo antiquas, reponendo nouas, & potio earum est ab vnc. 2. vsque ad 4. & conditi earum ab vnc. 1. s. vsque ad 3. & iulep earum ab vnc. 3. vsque ad 6. Dosis.

De Absynthio.

Dico,quod melius absynthium est romanum,& præcipue quod est remotum ab odore, & præsentia maris, quia vapor maris resoluit virtutem, quæ est in superficie foliorum eius. Est aũt absynthium cali. in primo gradu, & siccum in secundo. Conseruatur aũt per annũ. Colligi autem debet de mense Aprilis, de mane ante ortũ Solis, & non in meridie dum Sol reuerberat ipsum, quia tunc à calore Solis virtus superficie foliorum eius aliqua liter est resoluta. Dosis eius decocti, aut infusi potio est à dra.v. vsque ad 8. Et pulueris eius à dr.2.vsque ad 3. Dosis.

De Stœchade.

Dico, quod vtilius, & melius est stœchas arabicum, & meliores sunt flores. Calidum est in primo, siccum in secundo gradu;& conseruatur per annum aut 2. ad plus. decoctionis eius potio est à dra.v.vsque ad 6. Dosis.

De Fumoterræ.

Dico, quod fumus terræ est ex medicinis benedictis cuius abundantia minuit eius pretiositatem, & est solutiuus naturæ. Melior est cuius herba est viridis, & cuius folia sunt plana, & tenera, cuius flos est subuiolaceus. Crispus vero non est bonus. Collectionis tempus melius est in principio Veris, eius vero semen in fine Veris colligitur. De complexione vero eius aliqui dicunt, quod est frigidæ complexionis in primo;sed secundum veritatem declinat ad latus caliditatis,& licet caliditas sit in eo minor frigiditate, tamen est superficie dominans, & est sic. in secundo, & semen eius calidum. Inter omnia simplicia mundi non reperitur ei par in mundificando sanguinem, & præcipue si succus eius bibitus fuerit calidus cũ zuccharo, vel commistus cum aqua lactis. Succi ipsius potio est ab vnc.s.vsque ad 2. Et decoctionis eius ab vn. 10.vsque ad 15. Et pulueris eius à dr.3.vsque ad v. Nota. Dosis.

De Eupatorio.

Dico, quod eupatorium secundum Salernitanos est saluia syluestris secundum Serap. est canaparia,non quidem illa,ex qua fit canapa ad modum lini: sed ideo canaparia dicitur,quia ad illius similitudinem producit folia. secundum vero Mesue est herba longitudinis cubiti, a- E

maritudinis multæ. Folia eius sunt sicut folia centaureæ minoris viridia, sed sunt aspera, & incisa, &c. Colligitur in fine Veris, & est melior operatio succi eius, & etiam in Vere. Calid. est in primo, siccum in secundo. Conseruatur autem per annum, tam herba, quam succus eius. Dosis.

Decoctionis eius potio est ab vnc.4.vsque ad 6.& pulueris eius à dra.2.vsque ad 3. Et loco eius ponitur in defectu ipsius absynthij, & asari, ana medium ponderis ipsius.

De Epithymo.

Dico, quod epithymum dicitur quasi supra thymum nascens. Est enim ex herbis super excrescentibus alijs plantis, & quasi est similis cuscutæ, & aliquando excrescit super halasce, & aliquando super species origani. Et est duplex hortense, & tyrum. Est complexionis cali. & sic. in secundo. licet Galen. ponat ipsum calid. in tertio. Conseruatur autem per annum, & non vltra. Potio eius in decoctione est à dra. v. vsque ad 11. Et pulueris eius à dra. 3. vsque ad 7. Ille autem, qui sumit, vitet acceptionem eius in æstate. F Dosis.

De Hyssopo, quod vocatur hasce.

Dico,quod quidam dicunt,quod est hyssopus hortensis. Alij dicunt, quod est vna ex speciebus origani. Cali. est complexionis, & sic. in secundo gradu, & conseruatur per annum. Dosis eius. decoctionis est à dra.v.vsque ad 10. Et pulueris eius à dr.2. vsque ad 4.

De Hyssopo montano.

Dico, quõd hyssopus est duorum modorum, scilicet hortensis, & montanus. Durat, & conseruatur per annum. Decoctionis eius potio est à dra.6.vsque ad 10. Et pulueris eius à dra.5.vsque ad 7. Dosis.

De Prunis.

Dico, quod prunorum,quædam dantur ad alterandũ, & quædam ad soluendum. vnde alba, & citrina ad opus medicinæ non valent. Et ex eis sunt muza, id est medij saporis inter acrem, & dulcem. Et hæc dantur magis ad alterandum sanguinem, & choleram, & cap. humores. G Et sunt ex eis dulcia, & hæc dantur magis ad soluendũ, sed vtraque, tam muza, quam dulcia alterant, sed muza magis,& vtraque, solutionem leuem faciunt,sed plus,& minus,quia muza minus, & dulcia magis, & humida plus lubricant, quam ficca. Damascena vero,& armena in omnibus illis sunt fortiora, dulcia sunt ferè temperata inter caliditatem, & frigiditatem,sed magis declinant ad frigiditatem: & sunt humida in secundo. Muza vero sunt frigida in principio secundi. & omnia sunt refrigeratiua, nocent stomacho, & sunt pauci nutrimenti. Conseruatur autem per annum. Potio aquæ, idest decoctionis earum est circiter lib. 1.cum zuccharo. Dosis.

De Psyllio.

Dico, quod psyllium est de alterantibus, & facientibus solutionem, & est triplex, album, subnigrum,& purpureum. melius autem est illud, quod est crassum,completum, graue, ita, quod submergitur in aqua,habet autem psyllium complexionem diuersam in duabus substantijs eius, quæ separari possunt, quia in cortice exteriori est frigidæ, & humidæ complexionis in secundo gradu secundum Diosco. substantia enim eius medullaris est cali. & sic. in quarto gradu, & acuta vehementer, rubificans, rubificatiua, & incisiua. Conseruatur autem ab vno anno vsque ad duos. Potio ipsius est à dr.i. vsque ad 3. Timeat autem ipsum habens debilitatem viscerum. H Dosis. Documen.

Nota, quod in prædicto cap. de psyllio videtur esse discordia inter Rufum,& Diosco, de complexione psyllij, quia dicitur à Mesue, quod substantia exterior extensa super corticem est ex multum infrigidantibus, & dixit Rufus, quod est frigida, & humi. in tertio, & excessit. & dicit Dioscо. quod est in secundo, illud est verius. Inquit enim Hipp. in epidemijs, quod non eleuatus res frigida iuncta cum humiditate supra secundum gradũ, & dicit Gale. quod humida res non transgreditur metã, vsque ad quam potest regimen hominis extendi,propter quod Nota.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1052-8 DFG

Gra. 2. de cip. med. cap. 1. quòd non inuenimus humidum esse causam doloris, inquantum humidum, sed inquantũ potest esse cum materia & in quãtitate sua, mouetur ad cõtinui solutionẽ, &c.

De Capillo veneris.

Dico, quod capillus veneris, qui alijs nominibus dicitur coriandrum putei, vel capillus fontium, vel capillus hominis nemoralis, vel capillus porcinus, ponitur temperatæ complexionis à Gale. & vix conseruatur per annum, quia est subtilis, & raræ substantiæ. Potio decoDosis. ctionis eorum, quando quæritur per ipsos solutio per vẽtrem est circiter lib. 1.

De Asaro.

Dico, quod asarum est radix herbæ aromaticæ, quæ asara baccara dicitur; & est cali. & sic. in tertio gradu, licet Dioscoridicat verius, quia est cali. in secundo, & sic. in tertio, & est magis prouocatiuum, & subtiliatiuum, & aperitiuum oppilationum, quam solutiuum. ConserDosis. uatur autem per annum. Dosis eius infusionis est ab aure. 2. vsque ad 4. Et puluetis eius à dr. 1. vsque ad aur. 2.

De Gallo.

Dico, quod gallorum electio sumitur à quatuor conditionibus. Primo à colore, quia Rufus est melior alijs. Secundo ab ætate, quia quanto antiquior, tanto melior. Tertio à motu, quia ille, qui est velocior est melior, & calidior. Quarto à coitu, quia fit fortis in coitu & dimicãDosis. do, quia si fortiter dimicat, fortiter coit. potio iuris galli est circiter lib. 2.

De Volubili.

Dico, quod uolubilis est plurium specierum secundũ Mesue, sed magna magis prævalet omnibus, nisi, quod aperit orificia venarum, & educit sanguinem, & multum extenuat, quia scilicet ex vltima specie volubilis, scilicet ex quarta specie volubilis fit scammonea, scilicet ex lacte eius coagulato, & est pernitiosa. lege Mesuẽ inter prædictas species habens folia citruli, cuius flos est ficut ampullæ adhærentes adinuicem, & vocatur lupulus, est valde mundificatiuus sanguinis. Magna verò facit flores albos strictos in principio, & latos in fine ad moC dum tubæ, & habet lac. potio decoctionis magnæ, est circiter vnc. 4. Et infusio eius in aqua casei est circiter vnc. 4. lupuli vero infusionis in aqua casei potio est circiter lib. 1.

De scammonea.

Dico, quod scammonea est solutiuum magnum, quia solutiuum solutiuorum, quia est solutiuum antonomastice, id est per excellentiam, & est generalius super omnia solutiua. Fit autem ex succo eiusdem speciei volubilis, cuius folia sunt in modum sagittæ alatæ. Nascitur autem in Antiochia, & Armenia, & Corasceni, & in partibus Arabiæ, & Turchiæ, sed Antiochena prævalet alijs. vnde lege in Mesue, quia ibi omnia latius reperies.

Sed nota, quod bona scammonea debet habere septem conditiones. Primo, vt in colore sit cineritia, & subpallida. Secundo in tactu, vt sit frangibilis. Tertio, vt fit lacticinia per applicationem ipsius ad linguam, vt resultet lac ex tali tactu linguæ cum saliua. Quarto, quod D fit leuis in pondere. Quinto, quod sit boni odoris. Sexto, quod sit Antiochena. Septimo, quod sit antiqua, non recens.

Viterius notandum est, quod ipsa scammonea habet quinque nocumenta. Primum est, quod lædit stomachum, & cor. Secundo generat ventositatem mordicatiuam. Tertio generat caliditatem, & inflammationem excessiuam. Quarto excoriat intestina. Quinto, quod eius impressio est supra virtutes, & membra. Corriguntur autem ista nocumenta, si cum mastiche præparetur, & melius si decoquatur in cytonio, & fiat diagridium. Dosis. Conseruatur autem annis 12. Dosis eius est à granis v. vsque ad 12.

De Turbith.

Dico, quod turbith est radix herbæ, cuius folia sunt sicut folia ferulæ, minora tamen, & est calid. in tertio gradu.

Et Turbith bonum debet habere septem proprietates. Primo, quod sit candidum. Secundo, quòd sit vacuũ, & arundinosum. Tertio, qd sit gummosum. Quarto, quod cortex sit cineritius. Quinto, quod sit planum, & asperum. Sexto, quod sit recens. Septimo, quod sit facile frangibile.

Item nocumenta turbith principaliter sunt tria. Primo, quod generat ventositatem, & est tardæ solutionis, & hoc tollit mistio zingi. cum eo. Secundo, quod causat nauseam, & subuersionem in stomacho; & hoc tollit medicina confortans eum, sicut mistio masticis, & galliæ aromaticæ. Tertium est, quod exiccando corpus in principio nauseare facit, & hoc tollit zuccharum, & oleum amygdalarum dulcium. Conseruatur autem turbith annis 5. vltra. Dosis eius puluerizati, & contriti Dosis. est à dra. 1. vsque ad 2. Et decoctionis eius à dra. 2. vsque ad 4.

De Agarico.

Dico, quod agaricus est duplex, scilicet masculus, & fœmina; sed fœmina est melior; quia masculus est longus, niger, & grauis, durus, habens neruos in confractis suis. Sed fœmina est laudata in sex proprietatibus. Quia primo debet esse albissimus. Secundo leuis. Tertio vehementer frangibilis. Quarto porosus. Quinto, quod gustui in principio appareat dulcis; deinde sequatur amaritudo. Sexto, quod sit stypticus aliqualiter.

Est cali. in primo, & sic. in secundo, & ipse est ex medicinis magni iuuamenti, & nascitur prope magnas arbores, quibus iam ex antiquitate cecidit corrosio, & putrefactio, & est eius generatio, sicut generatio fungorũ; immo quidam æstimauerunt, quod sit fungus, & ita videtur, & est medicina familiæ secundum Democritum; & confert omnibus ætatibus, & in omni tempore, & est medicina omnium oppilationum. Conseruatur autem per annos 3. vsque ad 4. dummodo ab humiditate, puluere, & fumo præseruetur. Dosis eius puluerizati, & contriti est à dr. 1. vsque ad 2. & in decoctione Dosis. à dr. 1. vsque ad v.

De Colocynthide.

Dico, quod colocynthis est cucurbita deserti, quæ nascitur in planta, quam etiam fel terræ vocant, eo, quod in toto ambitu ortus eius interficit herbas, & est sicut venenum eis. vnde Arabes appellant necem plantarum à terra, super quam iacet, videtur sicut adusta; & folia eius sunt similia folijs cucurbitæ, & sic extenduntur super terram. Et est duplex, scilicet masculus, & fœmina, masculus est grauis cum duritie, attinens asperitati, & nigredini; sed fœmina est à sapientibus magis laudata, & est, vt habeat has proprietates, vt primo sit crassa. secundo, quod sit leuis. Tertio, quod sit completæ maturitatis, ita, quod nunquam colligatur immatura. Quarto, quod interius sit pulposa, & rara, ac leuis. Quinto, quod sit albissima. Sexto, quod quando planta eius habet vnã solam colocynthidem, abijciatur, & nullo modo colligatur. Et est cali. & sic. complexionis in tertio.

Nocumenta autem colocynthidis sunt quatuor, & Ptimum, quod infert nocumentum stomacho, cordi, & hepati. Secundum est turbatio, & inflatio, atq; subuersio ventris, & omnium intestinorum. Tertium est apertio venarum cum sanguinis euacuatione. Quartum est viscerum, & venarum excoriatio. Et non est puluerizanda in vltimo, nec subtilissime, quia excoriaret viscera, & venas. Conseruatur autem per annos 3. & si in debito loco reponatur. Dosis ipsius est Kirat. vj. vsque ad Dosis. x. Qui autem sumit ex ea, timeat frigus, & æstum.

De Polypodio.

Dico, quod polypodium est radix cuiusdam plantæ quæ diuersificatur in ortu suo, quia aliquando nasci- Documen. tur super arbores quercinas. vnde propter hoc græcus nominauit filicem arborum, quia in folijs similatur filici, & aliquando nascitur super lapides; sed quod nascitur in arboribus, &c. maxime quercinis, est perfectior; quia lapideam habet humiditatem super fluam, & indigestam, causans ventositatem, nauseam, & subuersionem. Et est calid. in tertio, &c. sic. in secundo.

Et quod naſcitur in arboribus glandium, debet habere ſex proprietates. Et primo, quod ſit quercinum. Secundo, quod ſit craſſum. Tertio, qđ eius color aliqualiter participet de nigredine, & rubedine, ſed parum. Quarto, quod eius confractũ ſit, ſicut color fiſtici. Quinto, quod in eo ſit aliquid aromaticitatis. Sexto, quod in eo ſit dulcedo cum aliquali ſtypticitate relinquens ex guſtu, & amaritudine aliquid, & præcipue quando eſt recens. Corrigitur autem eius ventoſitas miſcendo cũ eo aniſum, vel ſemen fœnic. aut parum zing. Conſeruatur *Electio.* autem vſque ad annum, & valde confert hydropicis, ſiccatur ad vmbram. Doſis eius eſt à dr. 2. vſq; ad aur. 4.

De ſcilla.

Dico, quod ſcilla idem eſt, quod cæpe muris, & ſicut dicit Galen. duplex eſt eius iuuamentum, quia ſolutione educit materias, & cum hoc præparat eas ad ſoluendũ, & illa melior eſt, quæ habet parem. i. ſociam, quæ naſcitur in locis liberis eſt melior, & eſt cali. in tertio. Et non F ſcinditur cum cultello ferreo, ſed ligneo; & non capiantur partes extremæ, & exteriores, nec medulla, quia nõ ualent, ſed partes eius mediocres, quæ habent ſplendorẽ, cum ſuuntur filo ſeparatim ſuantur, ne vna pars aliam tangat, & exiccentur ad vmbras diebus. 40. poſtea ex eis fiat acetum ſcilliticum, & ſohoc de ſcilla. Conſeruatur autem ſuſpenſa annis duobus. Planta vero in terra durat annis x. Potio enim aceti eius eſt à dr. v. vſque ad 12. Et oxymellis eius ab aur. 6. vſque ad dr. 3. & trochiſ. eius *Doſis.* à dr. 2. vſque ad. 4.

De hermodactylis.

Dico, quod hermodactylus eſt radix herbæ montanæ, & eius alius eſt longus, ſicut digitus, alius eſt rotundus; ſed rotundus eſt, de quo loquimur; & eſt eius alius alb. alius eſt rubeus, alius niger. Melior eſt omnibus habens tres proprietates bonas. Primo, quòd ſit albus. Secundo quod habeat veram albedinem intus, & extra. Tertio quod ſit craſſus mediocris duritiei; rarus vero, laxus, & G leuis, debilis eſt. Rubeus vero, & niger penitus mali, & euitandi, & qui naſcitur prope ſcillam, aut prope raphanum melioratur in conditionibus ſuis. Et colligi debet tempore veris potius, quam alio tempore. Et iſti ſunt meliores, qui ſunt exiccati per medium annum, & in illis eſt humiditas ſuperflua diſponens ad tria nocumenta, quæ facit. Sed cyminum, maſtix, & zingi. tollunt ab eo nocumenta dicta. Eſt calid. & ſic. in principio ſecundi, licet in eo humiditas accidentalis ſit ſuperflua, qua inimicatur ſtomacho. Conſeruatur autem annis 2. ſi remotus fuerit ab humiditate, & puluere. Pro quo notandum eſt, quod ſi ante debitam exiccationem reponantur, immediate putreſcunt. *Doſis.* Doſis eorum eſt ab aur. 1. vſque ad 2.

De iride.

Dico, quod iris eſt radix herbæ ſecundum græcũ, quæ lilialis dicitur, cuius duæ ſunt ſpecies. Quarum vna florem facit purpureum, habentem gradationem diuerſitatis, in purpuratione, ſicut habet arcus terroris, qui arcus H dicitur iris, & ad ſimilitudinem illius vocatus eſt iris. Et alia ſpecies eius facit florem album. purpureus eſt cal. & ſic. in ſecundo. Melior pars plantæ eſt eius radix, deinde flos eius purpureus, qui eſt omnibus melior albo. Et melius tempus collectionis radicum, & florum eius, eſt tempus Veris. Succus radicum eius valde prodeſt contra hydropiſim, ſed nocet ſtomacho. ſed corrigitur cum aqua lactis, & melle, cum pauco maſtiche. Exiccantur eius radices ad vmbram ſutæ cum filo ita, quod vna non tangat aliam. Conſeruatur autem per annos *Doſis.* duos, ſi præſeruetur ab humiditate, & puluere. Doſis eius eſt à dr. ij. ſ. vſque ad 6.

De cucumere ſylueſtri.

Dico, quod cucumer ſylueſtris, id eſt aſininus eſt fructus, ſicut cucumer paruus. aſperitatis plenus eſt: & amaritudinis gerat, & eius planta folia habet ſimilia folijs cucumeris, tamen aſperiora. Melior pars plantæ eſt fructus ipſius bene maturus, completus, & citrinus, in quo nulla ſit viriditas; & poſt ipſum fructum eſt radix in bonitate, ſed fructus eius incompletus eſt malus, & pernitioſus, educens ſanguinem ſolutione. Cucumer ipſe ſylueſtris eſt cali. & ſic. complexionis in tertio. Et aliqui dicunt, quod eſt fortius ſolutiuum, quam ſcammonea, quia excoriat, & aperit venarum orificia, vnde generat crudeles tortiones ventris, & facit ſolutionem cum anguſtia, & eſt tardæ operationis. Et emendantur eius nocumenta, ſi cum ſucco eius adiungatur aliquid de bdellio, aut ex tragacantho, aut ſi propinetur cum lacte dulci recenti, aut cum aqua mellis, & facilitatur eius operatio, ſi parum ſalis gemmæ miſceatur cum ſucco eius. Et ſpecies alephanginæ addunt vigorem virtuti ipſius. Et conſeruatur ſuccus eius triennio. Radix vero eius conſeruatur annis 6. licet recens melius operetur, quam ſicca. Colligitur autem ſuccus in æſtate, ſcilicet in fine Iulij in diebus canicularibus. Doſis ſucci eius eſt à gran. x. vſque ad drachm. 1. Et pulueris, & radicis eius eſt à granis 15. *Nota.* vſq; ad drach. ſ. Et aquæ decoctionis radicum eius eſt à dr. ij. vſque ad 4.

De centaurea.

Dico, quod centaurea eſt duplex, ſcilicet maior, & minor. vtraque eſt amariſſima; ſed minor amator eſt maiori. vnde à quibuſdã fel terræ dicitur. & minor eſt melior in omni re. cuius flores, & ſtipites habent colorem citrinum, & palearem. Et melior pars plantæ ſunt flores, & ſemina ipſius. Et melius tempus collectionis eius eſt principium æſtatis. Eſt calid. & ſic. in ſecundo. ſed Ruſus dicit in principio tertij. Doſis eſt à tertia parte unius dr. vſque ad dr. 1. ſ. Et in decoctionibur à dra. 1. vſq; *Doſis.* ad 4. Conſeruatur per annum.

De cartamo.

Dico, quod cartamus eſt duorum modorum, ſcilicet domeſticus, & ſylueſtris, ſed domeſticus eſt melior, & dicitur crocus hortenſis. Et melior pars plantæ eius eſt ſemen, deinde flos. Et illud eſt melius ſemen, quod eſt album, planum, & craſſum, & plenum, cuius medulla eſt vnctuoſa, & pinguis valde, & cuius cortex eſt ſubtilis. Et melior flos eſt, qui eſt ſicut pili croci. calid. eſt in primo, & ſic. in ſecundo. Eſt autem ſemen eius aperitiuum, abſterſiuum, & conturbatiuum, faciens nauteam. vnde ineſt ei virtus educendi per vomitum, & per ſeceſſum, id eſt per vẽtrem, & multum nocens eſt ſtomacho. Et emendatur eius nocumentum miſcendo cum eo aniſum, galangam, macem, & cordumenum. Doſis eius eſt *Doſis.* à dr. 4. vſque ad aur. v. Et floris eius à dra. 1. vſque ad aur. ij. Conſeruatur autem cartamus, ſcilicet ſemen eius annis 3.

De cherua.

Dico, quod granum albemeſuch, id eſt cherua, eſt duplex, ſcilicet magnum, & paruum. Magnum eſt in magnitudine fructus auellanæ, & paruum eſt, ſicut cicer. Magnum eſt incolume, bonum. Paruum vero eſt malum. Magnum eſt calidum in principio tertij, & ſiccum in ſecundo. Et paruum non adminiſtratur niſi in emplaſtris, & fricationibus. Et oleum ipſius in vnctionibus educit per vomitum, & per ventrem phlegma crudum, & craſſum, & facit nauleam, & ſubuerſionem. Et aſſatur, & ſic corrigitur eius humiditas ſuperflua, ſi miſceatur cum eo aniſum, & fœniculum, & rectificatur eius nocu- *Doſis.* mentum. Conſeruatur autem annis pluribus Doſis eſt à dr. ſ. vſque ad dr. 1. ſ.

De lapide armeno.

Dico, quod lapis armenus, ſecundum Alexandrum, quod verificatores, id eſt philoſophi, dixerunt ipſum habere prærogatiuam, & principatum in educendo choleram nigram, & operatio eius eſt incolumior, & ſolen- *Electio.* nior elleboro nigro, & virtuoſior lapide lazuli. Et ille eſt melior, qui habet colorem medium inter viridem, & obſcurum, & terreum, & indum, & habet maculaſũ diſtinctiones virides, & nigras, & qui non eſt in termino lapidis, ſcilicet in duritie, immo eſt facile diſſolubilis, & puluerizabilis, & eſt lenis in tactu carens aſperitate. Et eſt calid. complexionis in principio ſecundi, ſiccus

eus in primo. Et est resolutiuus, & absterſiuus, & est ex conturbantibus, & ſubuertentibus ſtomachum, & educit per vomitum, & per uentrem, nocet ſtomacho valde, & facit ſitbuerſionem, & ſoluit cum anguſtia. non lotus ſoluit per vomitum, & per ventrem, cũ labore, & moleſtia. Ars autem lauandi ipſum ponitur à Meſ. requiratur igitur ibi modus lauandi ipſum.

Educit melancholiam, ſeu choleram nigram. vnde mundificat cerebrum ab ea, & valet in mania, melancholia, vertigine, ſcotomia, & epilepſia, & ægritudinibus timoris, & ſuſpicionis, & ad lepram, & ægritudines ſplenis, & ad cancrũ, & morpheam nigram, & ad febres melancholicas. Doſis eius non loti eſt à dr. s. vſq; ad 1. ʒ. ſed loti eſt à dr. 1. vſq; ad 2. Conſeruatur autem annis x.

Doſis.

De Lapide ſtellato.

Dico, quod lapis ſtellatus eſt de genere marmorũ, habens maculas ex auro. Et eius alius eſt albus, & dicitur marcheſita, alius vero clarus, cœleſtis, & vocatur lapis lazuli, & quandoque minera fert vtrumque ſimul. Melior eſt cuius color eſt viridior in colore lazuli, & habet maculas aureas. Et miſtus cum marcheſita eſt non bonus, & ſimiliter leuis. Eſt autem cali. in ſecundo, & ſic. in tertio. Nocumẽta eius ſunt, quia eſt aduſtiuus, vlceratiuus, & putrefactiuus, abſterſiuus, & inciſiuus. Et in non loto eſt proprietas abradendi pilos. lotus autem conſeruat, & prolongat eos, & generat piloſ in palpebris. In eo ſunt nocumenta, quæ ſunt in lapide armeno, & ex pedit tollere nocumenta eius ſimiliter cum aduſtione, ſicut in armeno. De triturationc etiam ſuſtinet plus, quam lapis armenus. Educit melancholiam, & humores aduſtos, & mundificat neruos, & ſanguinem ab eis. Et non lotus educit per vomitum humores craſſos, & melancholicos. Confert ægritudinibus cerebri, & cordis, ſicut eſt epilepſia, mania, & melancholia, quarum materia eſt humor melancholicus, & confert iuuamentum magnum ægritudinibus timoris, & tremori cordis, & ſyncopi, & confortat cor, dilatat animam, & mundificat pectus, & pulmonem, & eſt ex rebus confortantibus iuuentutem, & lætificantibus vitam. Et ipſe quidem præſeruat à lepra. Et ſuppoſitus educit menſtrua, & datur patientibus febres melancholicas, & curat eas. Et valet eius vſus ad hæmorrhoidas. Doſis eius eſt à dr. 1. vſque ad 2. ʒ. Conſeruatur autem annis tribus, & vltra.

Electio.

Doſis.

De Sena.

Dico, quòd ſena eſt folliculus plantæ, quam Perſes nominant a halzemer, vel alzechinor, & eius ortus eſt ſecundum ſemitam orobi, & inuenitur ex eo domeſticum, & ſylueſtre. Melior pars plantæ eius eſt folliculus, deinde folia. calida eſt in principio ſecundi, ſicca in primo. Et folia ſunt calida in primo. Eſt abſterſiuum, & mundificatiuum conuenienter, & reſolutiuum, eſt debilis ſolutionis, & debilitat ſtomachum, ſed confortatur eius operatio cum aromatibus acutis, & proprie cum zingibere, & ſale gemma, & melius operatur cum brodio gallinarum, aut aliarum carnium laudabilium. Et ſoluit ſine moleſtia, ſolutione ſua educit cum facilitate melancholiam, & choleram aduſtam, & mundificat cerebrum, & cor, hepar, & ſplenem, & membra ſenſuum, & pulmonem, & aperit oppilationes viſcerum, & conſeruat vtentem eo in iuuentute, & generat gaudium, quia cauſam triſtitiæ amputat, & corroborat auditum. Et eſt medicina bona febrium melancholicarum, & antiquarum. Doſis infuſionis eius eſt ab aur. 2. vſque ad vnc. 1. & puluis eius à dr. 1. vſque ad 2.

Electio.

Doſis.

De ſalibus.

Dico, quod ſalis famoſæ ſpecies ſunt quatuor, ſcilicet, ſal panis, id eſt, ſal commune, & ſal gemma, ſal napticus, & ſal indus. Sal panis, alius mineralis durior, & amarior, alius marinus, quem, ſi aqua inuenit, facile diſſoluitur. Sal gemma vero eſt ſicut cryſtallus ſcindibilis. Sal iudus alius eſt ſubniger, alius ruſus, & obſcurus. Sal napticus quoque niger eſt, habẽs odorẽ naphthæ, quia horribilem. Electio mineralis eſt fortior marino, & ſal gemma eis, & ſal naphthicus illis. Indus autem fortior eſt omnibus. Et omnis ſal quanto amarior, tanto fortior. Eſt autem omnis ſal calidus, & ſic. in ſecundo, & quanto amarior, vel ſalſior, tanto calidior, & ſiccior. Et omnis ſal eſt ſicut calcar aliarum medicinarum, cum quibus miſcetur, quia facit eas celerius, & citius operari. Et omnis ſal educit craſſos humores, phlegmaticos, & viſcoſos & præſeruat corpus à putrefactione. valet ad lepram, & ad ægritudines melancholicas. Verum non adminiſtrantur ſales per ſe, ſed ponuntur in confectionibus propter illud, quod diximus. Et ponuntur in pilulis, & enematibus, & collyrijs, & alijs medicinis adminiſtrationũ. Sal maris conſeruatur parum, quia ab humido reſoluitur, ſed mineralis, quia durior, magis durat per menſes. Sal gemma vero in furfure diu conſeruatur, & ſimiliter ſal naphthicus.

De Baurach.

Dico, quod baurach eſt quaſi ſicut ſal nitroſum valde, & aliud eſt minerale, aliud artificiale. Et minerale diuiditur, quia aliud armenum, aliud aphricanum, aliud romanum, aliud ægyptium, & omne baurach eſt fortius quacunque ſpecie ſalis prædictæ, & ſimiles habet operationes, ſed fortiores. Et conſeruatur baurach in furfure annis pluribus.

De Sarcocolla.

Dico, quod ſarcocolla eſt gũmi arboris, quæ eſt ſicut frutex, & eſt ſpinoſa, cuius rami ſunt nodoſi collecti ab arbore, & colligitur ex ea gummi, & alius aliud album ſicut thus, & aliud ſubcitrinum, fortius tamen eſt ſubcitrinum albo, & quod eſt amarius, eſt melius. Eſt calidæ complexionis in ſecundo, ſed non eſt tantum ſicca, quia ſiccitas eſt minor caliditate ſua. Eſt tardæ ſolutionis, & conturbat ſtomachum, vigorat autem eius operationẽ zingiber, & cordumenum, educit phlegma crudum, & humores craſſos, & proprie quando eſt in iuncturis. Doſis eius eſt à dr. 1. vſq; ad 2. Conſeruatur autem quatuor annis.

Doſis.

De Sagapeno.

Dico, quod eſt gummi halaſci vndeg, & eſt arbor ſimilis oleandro montano. Melius ſagapenum eſt cuius color eſt inter ſubrubeum, & ſubalbidũ, & quod habet odorem porrorum, & quod eſt facile reſolubile in aqua, & quod eſt clarum cum ſpiſſa ſubſtantia, & quod eſt leuius melius eſt, & quod eſt in vehementia odoris aſæ, neque habet odorem chalbani: ipſum enim eſt ſic adulteratũ. Et eſt calidum in tertio, & ſiccum in ſecundo. Nocet mirabiliter ſtomacho, & hepati, ſed nocumenta eius tollunt proprie maſtix, ſpica, & enula. ſigillat ei proprietatem mirabilem ad ea, quæ oportet. Educit humores viſcoſos, & phlegma craſſum, & aquam citrinam. Et ſuppoſitum prouocat menſtrua, & interficit fœrum, & confert dolori matricis, & præfocationi ipſius. Doſis eius eſt à dra. ʒ. vſq; ad aur. i. Conſeruatur autem vltra ſex annos.

Electio.

Doſis.

De Euphorbio.

Dico, quod euphorbium eſt gummi excedens omnia genera gummi in calefaciendo, & ſubtiliando; & eſt ex rubificantibus, & ex arbore deſertorum locorum, & hiſpidorum. Et illud eſt melius, quod eſt leue, frangibile, habens colorem palearem, & clarum, quod eſt vehementis acredinis, & odoris valde acuti, & quod iam tranſeat annum, quia recens anni eſt ſicut venenũ, & ſicut ignis, & eſt ex gummis, quæ diſſoluuntur. Eſt calid. & ſic. in quarto gradu, & eſt calidius, & ſubtilius omni eo, quod calefacit ex gummi, & eſt de facientibus operationem cum labore, & anguſtia vehementi, & perducenti ad ſyncopim, & ſudorem frigidum. Eſt inimicum cordi, & hepati, & ſtomacho propter uehementiam virtutis ſuæ. Tollitur autem, & rectificatur hoc nocumentum, ſi ponatur in infuſione in oleo amygdalino dulci, & ſucco acetoſitatis citri, deinde in ſucco liquiritiæ. Educit phlegma uiſcoſum, & craſſum à locis profundis, & eſt mundificans iuncturarum vacuitates ab humoribus craſſis difficilis eradicationis, nec eſt ei res ſimilis ad hoc, & mundificat neruos ex humiditatibus imbibitis in eis, & diſſoluitur in oleo de cheyri, &

Electio.

inungitur cum eo: & confert ægritudinibus neruorum E
frigidis, ſicut eſt paralyſis, ſtupor, & tortura, & ſpaſmus.
Doſis. Doſis eius eſt à Kirat uno vſq; ad 2. Conſeruatur autem quadriennio. Recens autem anni ſui eſt perniciosum. Ille autem, qui ſumit, timeat frigus. Conſeruatur autem, ne cito ſeneſcat, ſepeliendo in milio, vel fabis, uel lentibus, ſed in milio melius.

De Opopanaco.

Electio. Dico, ꝙ opopanacum eſt gummi plantæ ſimilis ferulę. Melius ex eo eſt citrinum, & ſubalbidum interius, & quod eſt amarum, & quod eſt frangibile, & quod facile diſſoluitur in aqua. Et aliqui adulterant ipſum cum ammoniaco, ſed odor, & albedo fracturæ deoccultant fallaciam. Et melior pars plantæ eius eſt gummi eius, deinde radix ipſius. Et eſt ca. & ſic. in tertio, radix eius in ſecundo. Nocet ſtomacho faciens ſitim, & eſt tardæ operationis, de rectificatione autem ipſius eſt, ſicut diximus in Serapione. Educit phlegma craſſum, & viſcoſum à partibus remotis, & iuncturis, & proprie mundificat cerebrum, & neruos. Et confert ægritudinibus neruorũ frigidis, & eſt ex rebus addentibus in viſu ſecundum omnẽ modum adminiſtrationis eius, & mundificat pectus, & confert tuſſi antiquæ. Et eſt medicamen expertum rigoribus febrium, & proprie bibitum cum aceto ante horã paroxyſmi, & linitum in ſpina, & diſſolutum cũ ſucco apij, & oleo anethino. *Doſis.* Doſis eius eſt à dr. i. vſque ad 2. Conſeruatur autem quinque, vel ſex annis.

De Mezereon.

Dico, ꝙ mezereon eſt planta apud Perſas uocata rapiens vitam, & à quibuſdam faciens viduas, à plurib. leo terræ. Et eſt planta, cuius ſtipes eleuatur ſuper terrã circiter cubitos duos, & folia eius ſunt ſimilia foliis oliuę, & *Electio.* producit grana nigra in magnitudine fructus myrti, & eſt planta lacticiniorum. Et eius ſunt plures ſpecies, ſed melius mezereon eſt habens folia magna, tenuia, & viridia, & quod oritur in locis liberis, & in uicinitate plantarum ſpeciei eius, & quando oritur ex eo planta una in toto ambitu loci eius, eſt mortalis, & quæ oritur in locis G
thermarum eſt ſicut venenum, & habens folia parua, & ſpiſſa, eſt malum, & ſimiliter habens criſpa, & aſpera, & eſt, quod ſubnigrum ſimiliter. Eſt cal. & ſic. in quarto, & eſt proximum ueneno, nocens membris principalibus, quæ ſunt minera uirtutum.

Corrigitur autem eius nocumentum cum auxilio rerum frangentium venenoſitatem, & extremam eius debilitatem, & igneitatem, ſicut cum oleis frigidis extincti uis, ſicut eſt mucilago pſyllij, ſuccus portulacæ, & ſuccus endiuiæ proprie. Dioſco. autem infundit folia eius in aceto per diem vnum, & exiccantur, & frangitur cũ arte hac ipſius virtus inflammabilis. Et ex rebus adhuc emẽdantibus, & remouentibus malitiam eius eſt, ut fundantur folia eius in lacte dulci ſumpto ex aſina, aut capris, & quandoque ponuntur folia mezereon in aqua lactis, & bulliant cum facilitate, & auferatur ſpuma eius, & colatur, & propinatur cum ſecuritate. Et nota, quod folia mezereon parum ſuſtinent de decoctione, & contritio H
laborioſa deſtruit virtutem eius. Expellunt autem nocumenta eius à corpore aqua hordei, & aqua paſſularum. verum aqua endiuiæ, & altaraxacon auferunt inflammationem relictam ab eo in corpore. Educit autem aquam citrinam cum fortitudine vehementer. Et mezereon iunctum cum rebus educentibus melancholiam educit eam, & cum rebus educentibus phlegma educit ipſum. *Doſis.* Doſis eius à drachm. ſ. vſque ad. i. & hoc in decoctionib. puluis eius à Kirat. ij. vſque ad v. Conſeruatur autem annis duobus, vel tribus, ſi à caliditate aeris præſeruetur, ne reſoluatur uirtus eius.

Et ſi quæratur, quæ differentia eſt inter mezereon, & laureolam? Dico, quod eſt magna differentia, nam mezereon eſt planta lacticinia, & dicitur alio nomine oliuella, ſed laureola eſt arbuſtum, & non habet lac, & folia mezereon ſunt ſimilia foliis oliuæ, ſed ſunt minora, & habet lac, ſed folia laureolæ ſunt ſimilia foliis lauri, & non eſt cognidium, ut patet per Serapionem in ſuo libro de ſimplicibus cap. de mezereon, & in cap. de laureola vocat eam daphnidem.

De Eſula, ſiue Alſcebra.

Dico, ꝙ alſcebram eſt ſpecies lacticiniorũ, & alio nomine dicitur eſula, & eſt ſolutiuum ruſticorum. Et eius aliud eſt magnum habens radices rotundas, & craſſas, ſpiſſi corticis, denſi, & ponderoſi. Aliud eſt paruum habens radices ſubtiles, tenuis corticis. Magnum eſt malũ, *Electio.* ſcindens viſcera, paruũ vero eſt illud, quod eligitur. Melior pars eius eſt cortex radicis ipſius, & habens proprietates quinq; bonas, ſcilicet cuius cortex ſit ſubtilior, & leuior, & facile frangitur, & eſt habens de rubedine aliquid, ſicut radices caſiæ ligneę, & illa eſt bona, ſuper quã præterijt medietas anni, & recens menſis ſui eſt mala. Nigra uero eſt pernitioſa, & orta in locis thermarũ. Et melius tempus collectionis ipſius eſt principium Veris, & collectionis lactis eius eſt finis Veris. Et eſt calidæ cõplexionis, & ſiccæ in principio tertij, & lac eius eſt calidum, & diſrumpit orificia uenarum, ita, ut ſanguinem F
manare faciat. Nocet cordi, ſtomacho, hepati; diſrũpit venas, & excoriat viſcera; & relinquit in corpore inflammationes, cum hoc faciens cadere in febres. Et corrigitur, & emendatur. Primum nocumentum eſt, quod ex eo timetur perniſcendo cũ eo aliquas ex medicinis cordialibus, & ſtomachicis, & hepaticis. Secundum vero, & tertium nocumentum corrigitur acquirendo ei bonitatem cum conglutinantibus, & conſolidantibus, ſicut eſt tragacanthũ proprie & gummi, & bdellium, & mucilago pſyllij, & ſuccus portulacæ, & ſimilia. Quartum vero nocumentum eius tollitur permiſcẽdo ſimul ex rebus refrigerantibus, & extinguentibus aliquas, ex hoc facientibus, apud me eſt, vt infundantur in ſucco altaraxacon, aut in ſucco endiuiæ, & pauco aceto, aut ſucco portulacæ, aut ſolatri, & aceto. Et dixit Rufus, quod ſi *Nota.* ſolutio per ipſum ſuper fluat, aut laborioſe fiat, ſedeat ſolutus in aqua frigida. Mihi quoque uidetur uerbum inconueniens. Circunſtans enim frigidum includit, & adunat virtutem medicinæ, & corroborat eam, necnon, & materias ad viam expulſionis expellit, ſicut te ſcire fecimus ſed ſuccurrẽdum eſt tunc ſicut in canone diximus. educit phlegma vehementer, aquam citrinam, & humores melancholicos, & materias à iuncturis, & confert doloribus earum, & eſt ex medicinis magnis, hydropiſis; ſed nocet hepati, & deſiccat corpus vtens eo, & conſumit ſperma, & lac eius facit hæc omnia vehementer, & facit cadere in febres. Doſis corticis radicis eſt Kirat. 2. *Doſis.* vſque ad 7. & lactis eius à Kirat. i. vſque ad 3.

De Luf.

Dico, quod luf eſt planta, quæ dicitur collum draconis, & alio nomine ſerpentaria, vel draguntea, & colubraria, & aliqua habet folia plana, & alia criſpa, & radix plane eſt exterius ad nigredinem attinens, interius vero alba eſt, melior pars totius plantæ eſt radix. Et melior radix eſt craſſa completa, & orta in locis liberis, & melius tempus collectionis eius eſt Ver, & principium æſtatis. Dicit Dioſc. quod criſpa calidior eſt plana. Et dicit Rufus, quod plana calida eſt in primo, criſpa vero in ſecundo, vtraque nocet ſtomacho acuitate ſua, & hepati. Tolluntur autem nocumenta prædicta, ſi detur cum rob, aut cum melle paſſularum, & ſpeciebus alephanginis, educit phlegma ſubtile, & craſſum, mundificat, & confortat renes; prouocat vrinam, excitat coitum, & valet pectori, & pulmoni, & etiam aſthma, & tuſſim ex abundantia humoris viſcoſi; & proprie ſi fiat lac ex ſucco eius cum melle, & rob. Doſis eius eſt à dr. ſ. vſque ad v. Conſeruatur autem radix eius annis duobus.

De Feſira.

Dico, quod feſira eſt planta, quam quidam vocant vi- *Diſti.*
tem albam, cuius radix eſt terrei, vel cineritij coloris exterius, interius vero alba, & eleuatur ſuper radicem ipſius ſtipitis multarum inuolutionũ ſuper alias arbores, & naſcuntur ſuper ea botri vuarum, & vocantur vuæ lupinæ, & ſtipes eius feresim; cuius radix eſt cineritia exterius, & interius alba, non tamen albedine prioris; & vocatur

catur cucurbita reptilium. Fefire ſecundum Dioſco. eſt calid. & ſic. in tertio, habet nocumenta ſerpentariæ; & ideo ſefire rectificantur. ſicut luf.

Vtriuſq; radix,& proprie ſuccus eius educit phlegma, prouocat vrinam, & mundificat cerebrum, & neruos; & membra anhelitus, à ſuperfluitatibus phlegmaticis, & putridis; & aperit oppilationes viſcerũ, & renum; & confert ſecundũ omnem modum adminiſtrationis eius, & confert epilepſiæ,& vertigini, & tuſſi,& aſthmati manifeſte,& dolori laterum,& comeditur talus eius in primis dum creſcit, & eſt tenera, ſorbitiones factæ ex ſucco eius,& frumẽto cocto,& melle, faciunt exuberare lac; & ſimiliter ſedere in decoctione eius, mundificat matricem,& facit aborſum,& etiam ſuppoſitum comeſtum. Radix quoq; eius,& ſuccus eius abſtergit faciẽ,& ſeditatem cutis,& pannũ,& veſtigia, quæ remanſerũt poſt; & proprie cũ farina cicerũ; & fabarũ. Doſis autẽ radicis alfeſiræ eſt ab aur.i.vſq; ad 2. Et ſucci eius à dr.i.vſq; ad 2. Conſeruatur autem eius radix duobus annis,& ultra.

Diſſ.

De Arthanita.

Dico, ꝙ arthanita eſt panis alKirat, vel panis porcinus,ſiue pomum terræ. Et ab alijs dicitur panis ſaunt,& ab alijs dicitur cyclamen. Et inuenitur ex eo magnũ, & paruũ. Magna aũt radix eſt in modũ rapæ rotundæ. Cutis pars exterior eſt,ſicut terra nigra; interius vero alba. Et eleuantur ſuper radices eius frondes: & flores ſecundum ſemitam violarum ſubalbidarũ,ſine eleuatione ſtipitis,id eſt,thyrſi ſupra radicẽ parum. habet radices ſubterraneas plures in modum auellanæ, & cicerũ. Eſt calidę complexionis,& ſiccę in principio tertij. Et inciſiuũ, & ſubtiliatiuum,& calefactiuum,reſolutiuũ,abſterſiuũ, & mundificatiuũ, & aperitiuũ oppilationum. Et eſt ex rebũs ſudorẽ exuberare facientibus, & ex maxime mundificantibus cutim, & reſoluentibus fœditatem eius. Et dicit Serapio, qđ corrigitur ſicut luf, & alfeſira. Educit phlegma mucilaginoſum ſumptũ, & ſuppoſitũ; & etiã linitum ſuper ſumen, & ilia, & partes adiacentes, & eſt medicina experta ad icteritram tali modo. Accipe ſucci eius,dra.4. diſſolue cum zuccharo,& coque vſque ad tertiam partem, propinetur in mane; & eſt medicina certa ad icteritiam. Et dicit Græcus, ſuccus eius cum hydromelle,aut oxymelle,& proprie de quolibet, an.partes æquales coctæ ſecundum ſuperiorẽ doctrinam. eſt namque medicina experta ad icteritiam citrinam vertens in vaporem, fumum,& ſudorem materiam eius; & propriè ſuccus eius cum ſecaniabin,aut mellicrato; ſed oportet vt ſumens cooperiatur multũ,& ſudet ſudore vehemẽti,& citrino. confert ægritudinibus cerebri phlegmaticis; & propriè ſi fiat caputpurgium,& confert ad hemicraneam frigidam. Et emplaſtrata confert colicæ,& cõfert ſudori,torturæ,& paralyſi; & mundificat caput, & oculos; & confert duritiei ſplenis ſecũdum omnem modum adminiſtrationis eius;& confert ſcrophulis,& alijs apoſtematibus, & valde prouocat menſtrua,& maxime aperit orificia hæmorrhoidarum,& dicitur, ꝙ ſi ſuſpendatur in collo mulieris concipit; & linitur ex ea anus, & confert egreſſioni eius. Doſis eius ab aur.2.vſq; ad dr.4. & proprie ſuccus eius. Raro conſeruatur ſuccus,quia recens melior eſt in omni euentu.

Ad illerũ.

Doſis.

De Ariſtolochia.

Dico, ꝙ ariſtolochiæ tres ſunt ſpecies, ſcilicet longa, rotunda,& aliæ cuius radix currit ſecundum ſemitã palmitum vitis. omnes ſpecies eius ſunt ca. in principio tertij; ſiccæ in ſecundo. Videtur,ꝙ longa ſit calidior,quãuis eius terreitas vincat ſuper terreitatem rotundę. Eſt tamẽ vtraque aperitiua oppilationum, reſolutiua, attractiua, & attrahens ſpinas, & fracturas lignorum infixas carni. Nocet viſceribus in ſoluendo. Et rectificatur, vt luf, de decoctione,& triturationc rem plenam ſuſtinet. Educit ſuperfluitates phlegmaticas, & etiam cholericas ſecundum aliquos, & eſt ex rebus maxime mundificantibus pulmonem, & pectus à phlegmate, & putredinibus, & confert iuuamentum manifeſtum aſthmati, & tuſſi ſecundum omnem modum adminiſtrationis eius. Et rotunda eſt ex rebus mundificantibus cerebrum, conferẽs epilepſiæ, confert etiã ſtomacho,remouens ſingula ventoſa; & ſedat dolores omnes à ventoſitatibus in vlceribus; & aufert oppilationes ſplenis, & ventoſitates in ipſo & proprie rotundas. & eſt medicina rigori febrium. Doſis eius eſt à dra.i.vſque ad aur. i. Conſeruatur autem annis tribus,& vltra.

De Abelmeſuch.

Dico, ꝙ abelmeſuch dicitur proprie granum regum, & eſt de eo aliud paruũ, aliud magnũ, & dicitur, ꝙ magnũ eſt cherua. Et eſt cali. & ſic. complexionis in tertio, metetur de rectificatione, ſicut been. prouocat vomitũ, & ſolutionem laboriоſam, & educit phlegma vehementer,& aliquando choleram, & materias à iuncturis, & aquam citrinam. Oleũ vtriuſq; extrahitur, ſicut oleum de amygdalis. Doſis eius eſt à gra.v.vſque ad 7. & vlterius à gra.v.vſq; ad 15. Conſeruatur autem per annum, vel duos ad plus.

Diſſ.

Doſis.

De Geneſtra.

Dico, ꝙ mabramich,alias albrain eſt capiſtrum arborum,& alio nomine dicitur geneſtra, & eſt arbor montana,ſuper cuius ſtipitem eleuatur denſitas ſuſtium multę rectitudinis; & dum plicantur,non patiuntur fracturas. vnde ligantur ex eis arbores, & procedunt flores figuræ lunaris; citrinitatis multæ,& proprie ſecundum ſemitã orobi,ſemina diſtincta ſicut lentes,& in lingua latina dicitur geniſta, ſeu myrica.

Inquit Dioſco.quod eſt calid. & ſic. cõplexionis in ſecundo. Et ſemen eius eſt cal. In flore eius,& ſtipitibus ipſius eſt humiditas ſuperflua cum virtute inciſiua, quare multiplicat vomitum,& ſunt omnes partes inciſiuæ ſubtiliatiuæ, & prouocatiuæ, nocet ſtomacho, & cordi. Dicit tamen philagrius, qđ cũ melle roſ. tollitur eius nocumentũ, & ſimiliter cũ roſ. & maſtiche. Semen autẽ eius propinandũ eſt cũ aqua mellis,aniſi, ac ſemine fęniculi, & dauci, & ſimilia auferunt nocumentũ ipſius, Hos eius parum ſuſtinet de decoctione. Semen vero plus educit phlegma cũ fortitudine,& materias,quæ ſunt in iuncturis,& mundificat renes ab omnibus ſuperfluitatibus, & prouocat vrinã fortiter; & frangit lapidẽ in renibus, & veſica; non permittit materia figi in eis, nec denſari in lapidẽ, & quando flores eius contriti propinantur cum melle roſato,aut cũ ouo ſorbili reſoluũt ſcrophulas, oxymel ex eis, aut ſeminibus eius reſoluit apoſtemata ſplenis, & ſi frequentatus fuerit cũ eis vomitus,cõfert iſchiaticæ,& podagræ, & dolori renum. Doſis eius,& proprie florum eius eſt à dra. 2. ad 4. flores etiam meliores ſunt recentes,& non conſeruantur. Semen vero conſeruatur per duos annos.

Doſis.

De Elleboro.

Dico, ꝙ elleborus eſt herba alfugi; & eius duæ ſunt ſpecies,albus,& niger. Niger vero incolumior,& ſaluior eſt albo,immo minatur albus accidentia terroris. Niger vero acquirit reminiſcentiã,& incolumitatẽ. Et quod ex eo magis eligitur proprie,eſt,cuius ſapor eſt acutus, mordicans guſtum, & habens colorem, ſicut aſarũ, & quod eſt frangibile inter ſubtile,& craſſum, & mediũ inter recens,& antiquum, & mediũ inter ponderoſum, & leue, immo plus leue, quam ponderoſum, & quod eſt leue carens aſperitate,& melior pars totius plantę eſt eius radix, & melior pars radicis ſunt ſuſtes,& melior pars ipſorum eſt cutis eorum. Et melius tempus collectionis eſt ver, & æſtas. Albus minoris eſt acuitatis, & mordicitatis, & eſt eius mordicitas aſperans ſubito, & eſt maioris amaritudinis, quam niger; in alijs autẽ proprietates nigri habet,ſed albus plus de antiquitate,quam niger patitur. Niger eſt cali.& ſic.in tertio, & eſt ſubtiliatiuus, abſterſiuꝰ, & corroſiuus additionum carnium, quæ fiunt in vlceribus, & dicitur, quod quando elleborus niger naſcitur apud radices arborum, ſunt fructus illius ſolutiui. Albus autem cali. & ſiccus in medio tertij, & eſt ſimiliter abſterſiuus,mordificatiuus,multiplicans vomitum, & faciens ſternutationem cũ fortitudine. Albus corporibus oĩbus eſt moleſtus,immo in eis eſt,ſicut venenũ ꝓfocans.

Elleb.

Nigri

Nigri autem virtus vſque ad tempora noſtra tolerabilis licet adhuc ſit difficilis. Inquit enim Hippocr. Moleſtus eſt elleborus eis, quorum corpora ſunt ſana. ars vero, & ſolicitudo in rectificando, & propinando facit eius operationem incolumẽ. Inquit enim filius Cęſaris, ſit in tereniabin. i. manna, ſicut mel, & ſubmergitur in eo tepido ex fuſticulis ellebori nigri partes conuenientes circitet horas octo, & extrahuntur ab eo, & propinatur alterniabin habens virtutem ellebori, & conſimile fit de melle paſſularum. Et quando ſubmergitur in iure gallinarum, vel gallorum. Et ſunt qui perforant radices raphani, intromittunt fuſtem ellebori, & poſtmodum auferunt, & propinant raphanum habentem virtutem ellebori; daucus autem, & piper longum, aniſum petroſelinum, & calamenthum, & hyſſopus ficca, & origanum, & haſce bonificant operationem eius, bene autem commiſcetur cum epithymo, & polypodio, & ſale indo, & ſimilibus. Confortant enim ſeſe. Confectio pilularum nobilium, quas ſcripſit Haly, quarum iuuamentum eſt vltimum ad ægritudines melancholicas, & cancrum, & lepram, & morpheam nigram, & difficilem, quarum hæc eſt permiſtio. Recip. hierę picrę vnc. xij. ellebori nigri, polypodij, ana drach. v. epithymi, ſtœchados, diagridij, ana drach. vij. agarici, lapidis lazuli, ſalis indi, colocynthidis, ana drach. iij. Conficiantur pilulæ cum ſyrupo de epithymo. Doſis earum eſt à drachma vna, & ſemis, vſque ad aur. ij & ſunt ſanæ, & expertæ.

Doſis.

Expellunt autem læſionem vtriuſque ellebori à corpore aqua mellis, & aqua paſſularum, & aqua hordei, & ius gallorum, & gallinarum. Sumere autem puluerem ellebori non eſt tutum. elleborus albus euitandus eſt, quia eſt præfocatiuus, magis autem præſumendum ſuper nigro; ſed ambæ ſpecies conturbant, niſi rectificentur ſecundum artem, & legem. Et non conuenit elleborus, niſi corporibus robuſtis, & animoſis, & proprie tempore Veris. Et datus quando, & cui cõuenit, facit acquirere incolumitatem, & mores laudabiles, & cõplexionẽ bonam. Hæc eſt enim eius proprietas, vt Hippocr. dicit. Et ipſe quidem mundificat corpus totum à ſuperfluitatibus corruptis, & educit cum facilitate choleram permiſtam, craſſam, & phlegma, & choleram nigram ſine moleſtia, & mundificat ſanguinem; & attrahit à venis ſuperfluitates permiſtas ſanguini, & eſt ex rebus ſolennibus in mundificando cerebrum, & caput totum, & inſtrumenta ſenſuum, & neruos, ac viſcera, & veſicam, ac matricem; & confert iuuamentum manifeſtum ægritudinibus eorum, & confert hemicraneæ, & melancholię, vertigini, & epilepſiæ; confert paralyſi, & aquæ, quæ deſcendit ad oculos, & confert ægritudinibus iuncturarũ, & duriciei, & apoſtematibus eorum, & ſcrophulis, & eſt ſicut theriaca, & eſt medicina ad lepram, & cancrum, & ſpecies herpetis, & borhor, & confert tinnitui auris, & ſibilo, & corroborat auditum. Et confert ægritudinibus ſplenis, & febrib. longi temporis, & quartanæ cholericę, & melancholicæ; & ægritudinibus difficilis eradicationis, prouocat vrinam, & menſtrua. Vſus autem eius colorem efficit bonum, & ſimiliter remouet ægritudines cutis, ſicut eſt herpetis, & baras ſecundum omnem modum adminiſtrationis, & fricatum cum aceto ſimiliter remouet ſęditatem cutis, & pannum. Albus vero elleborus fortiter ac laborioſe, & difficulter vomere facit, cum accidentibus terroris, & mortis. Et vterque elleborus confert tiſtulis, & vulneribus fraudulentis. Doſis nigri eſt à Kirat. vi. vſque ad tertiam partem vnius drachmæ, vel vſque ad tertias duas. Conſeruantur autem ambo ellebori annis duobus, ſi ab extrinſecis bene conſeruentur. Et hæc de ſimplicibus ſolutiuis ſecundum Meſue dicta ſufficiant.

Doſis.

De modo conſeruandi omnes ſuccos.

Dico, quòd ſucci omnes, quos volueris conſeruare, conſeruantur ponendo parum olei oliuarum electi ſupra extremitates vaſis, in quo reponuntur. Et durant per annum, & non vltra, quia in capite anni debent ſucci de nouo fieri, antiquiores alterius anni ſunt abijcendi, ſed ſuccus liquiritiæ condenſatur, & ideo non oportet ponere oleum ſupra ipſum. & ſucci omnes melius conſeruantur in vaſis vitreis, vel vitreatis.

De butyro.

Dico, ꝙ butyrum melius eſt vaccinum, & debet eſſe ſine ſale, & conſeruatur per medium annum, vel vſque ad annum ad plus. Similiter adeps gallinæ debet eſſe recens, & non antiquatus; amittit enim complexionem, & virtutem, & efficitur rancidum, & amittit temperamentum; ſed ſi liquefiat melius conſeruatur. Et adeps anatis, & anſeris quanto antiquiores, tanto meliores. Et adeps porcinus melius conſeruatur liquefactus, & adeps renum caprarum ſimiliter.

Sed nota mirabile ſecundum aliquos, quòd omnes pinguedines animaliũ ſi aſpergantur cum zuccharo puluerizato longo tempore conſeruantur. Dico, quòd cito putrefiunt, niſi piſtentur cum zuccharo, & ſimul in vaſe vitreo reſeruentur. *Mirabile.*

De aqua marina.

Dico, quòd aqua marina ante quartum diem putreſcit, & fętet; ſed ſi parum aquæ vitæ cum ea miſceatur, conſeruatur per menſem; quia aqua vitæ eſt bona conſeruatrix, quia reſiſtit contra omnem putrefactionem.

De Melle.

Nota, ꝙ mel habet naturam conſeruandi omnia in ſe poſita magis, quàm zuccharum; & magis, quàm alia res quæcunque mundi. & ideo confectiones, & electaria de melle, longiori tempore durant, quam de zuccharo.

De fructibus.

Amplius dico, quòd fructus crudi in melle ſepulti, vt cytonia, perſica, & pyra in capite anni reperiuntur adeo pulchra, & illæſa, & quaſi recentia, ac ſi tunc ab arbore colligerentur.

Sequitur alia doctrina ſecundum Meſuem.

VT igitur ordinate procedam in hac materia cõſeruationis medicinarum compoſitarum, incipiam primo à medicinis contentis in ij. lib. Damaſceni nomine Grabadin, id eſt compendium ſecretorum, & eſt aggregatio antidotarij, in quo facit duodecim diſtinctiones, vt infra patebit.

In prima diſtinctio. tractat de electarijs aromaticis. Quorum quædam ſunt dulcia, & quædã amara, & vtraque ſolennia, & habet duos tractatus, quia in primo determinat de electarijs dulcibus. Pro quo ſciendum eſt, quòd illa electaria dulcia poſſunt conſeruari per annum integrum, & vltra, præter electarium quo vtuntur Reges, & Prælati, quod non poteſt diu ſeruari, quia rancęſcit, ſed ſolum per xv. dies conſeruantur, vel per menſem ad plus.

In ſecunda parte eiuſdẽ primæ diſtinct. tractat de antidotis amaris, & ſunt xviij. vel xix. confectionis amaræ, & incipit theriaca diateſſaron, quæ confectiones poſſunt conſeruari vſque ad duos annos.

In ſecunda diſtinct. tractat de medicinis opiatis, & ponit ſex medicinas opiatas; &c. incipit à confectione Philonij, &c. & poſſunt prædictæ medicinæ opiatę conſeruari vſque ad ſex annos. De theriaca magna, quæ eſt medicina opiata, quã compoſuit Andromachus, ſi quæratur quanto tempore conſeruatur? Dico, ꝙ ſecundum intentionem Auic. in v. lib. ſui canonis, id eſt in antidotario ſuo, theriaca ipſa facta canonice, & ſecundum artem, conſeruatur vſque ad xxx. annos, & etiam vſque ad xl. De mithridato idem dicendum eſt, quia conſeruatur vſque ad xl. annos.

In tertia vero diſtinct. tractat Damaſcenus de medicinis ſolutiuis. Quarum quædam ſunt aloeticæ, quædam colocynthidicæ, & quædam turbithatę, quædam ſcãmoneatæ, & aliæ ſub alijs nominationibus, & incipit à hieris, & primo à hiera picra, & ſunt xxiiij. ſolutiua. Vnde dico, ꝙ conſeruatur à primo anno vſque ad duos, licet omnes hieræ poſſint conſeruari à ſex menſibus vſque ad quatuor annos, & præcipue hiera picra Gal. &c. hiera Archigenis, & hiera logodionis.

In

In quarta distinctione tractat de conditis,plus de fructibus,quàm de radicibus, & etiam de floribus, vt sunt rosæ, viola,flores boraginis,& bugloſſæ.

Vnde notandum, q̃ condita,& conſeruæ de floribus vſque ad annum cõſeruantur,& non vltra. Condita vero de fructibus,& radicibus vſque ad annos duos cõſeruantur. Nota vlterius,q̃ conſerua roſata cum melle facta,tam conſeruatur, quàm cõſerua roſata de zuccharo.

In quinta distinctione tractat de ſpeciebus lohoc,& ſunt quædam lohoc delectabilia,& quædam horribilia, & mali ſaporis,& conſeruantur vſque ad duos annos,licet ego credam,quòd illa,quæ ſunt horribilia,& mali ſaporis longiori tempore conſeruentur.

In ſexta distinctione tractat de iulep, ſyrupis, & rob. Vnde in iſta notandum eſt, quòd de iulep debemus diſtinguere, quia, aut eſt iulep longum, aquoſum, paucæ cocturæ, & tale iulep paucis diebus conſeruatur,& præcipue tempore æſtatis,aut eſt iulep bonæ cocturæ,& tale conſeruatur per annum.

Similiter diſtingue de ſyrupis, quia, aut ſunt de zuccharo,vel de melle. Si de melle, conſeruantur per duos annos. Si de zuccharo vix conſeruantur per annum, niſi fuerint optimæ cocturæ,& bene reſtricti.

Et ſi quęratur quomodo clarificabuntur ſyrupi,& iulep ſine albumine ouorum,ita quòd ſint clariſſimi,& aurei coloris? Dico, q̃ dum coquitur iulep,vel ſyrupus, ſi ponatur intus in vaſe drach.j.s. ſucci granatorum acetoſorum in fine decoctionis mirabiliter clarificat,& idem facit parum vini boni electi,quando vinum granatorum non haberetur.

Rob etiam per annum conſeruatur,& etiam vſque ad duos ſecundum aliquos.

Miua cytoniorum ſimplex conſeruatur vſque ad annum,& forte vſque ad duos. Sed miua aromatica vſque ad tres optime cõſeruatur propter aromata, & præcipue ſi fuerit bonæ cocturæ.

In ſeptima diſtinctione tractat de conditionibus,& de modo faciendi aquam fructuum,& de modo infuſionis aquæ caſei. Vnde notandum eſt, quòd decoctiones omnes per tres,vel quatuor dies conſeruantur,& ſimiliter aqua fructuum,& maxime in æſtate. Et inter omnes infuſio facta in aqua caſei minus conſeruatur, quia vix per vnum, aut per duos dies conſeruatur, & ponit tredecim modos infuſionum.

In octaua diſtinctione tractat de trochiſcis,& incipit à confectione galliæ muſch.& ponit xxx.ſpecies trochiſcorum,& conſeruatur vſque ad vj.menſes. Sed trochiſci ſtellæ vſque ad duos annos conſeruantur.

In nona diſtinctione tractat de ſuffuſ, & puluerib⁹, & ponit ex eis vij.ſpecies,quæ conſeruantur cum virtute vſque ad duos menſes,licet ſecundũ opinionem aliquorũ poſſint conſeruari vſque ad ſex menſes. Sed ego non adhæreo huic opinioni, quia in ſpacio ſex mẽſium virtutes puluerũ reſoluuntur,& efficiuntur debiles. quare,&c.

In decima diſtinct.tractat de pilulis,& ponit.xlv.ſpecies pilularum,& incipit à pilulis alephanginis. Vnde notandum,q̃ pilulæ omnes conſeruantur cum bona earum virtute, & operatione vſque ad ſex menſes,& debent teneri in magdaleonibus,& non in puluere, quia non conſeruantur,immo nullam, aut remiſſam faciunt operationem. Et non debent conſeruari in loco exceſſiue calido,nec prope ignem,neque ad Solem,quia in exceſſiuam duritiem,& lapideitatem conuerterentur. Et tunc nullo modo debent medici eas exhibere, quia ſi darent eas,torquerent corpus,& nullam penitus operationem efficerent.

Nota vlterius, quòd pilulæ alephanginæ non poſſunt confici niſi ſemel in anno ſ. in diebus æſtatis de menſe Iunij,vel Iulij, & ſic iſta tantum ſpecies pilularum per annum conſernatur.

In vndecima diſtinctione tractat de vnguentis, emplaſtris,& cęratis, & incipit (hyſſopi ceratum) & ponit. lxij. ſpecies, omnibus computatis, & conſeruantur, vt plurimum vſque ad annum.

In xij. diſtinct. tractat de oleis, in qua diſtinct. ponit. lxvj. ſpecies oleorum. Vnde ſi quaratur de oleis quanto tempore conſeruantur? Dico, quòd diſtinguendum eſt de oleis,quia, aut ſunt frigida, aut temperata, vel calida in primo, aut ſunt calida in ſecundo, vel tertio, vel quarto gradu. De oleis itaque frigidis,vt eſt oleum roſ. & præcipue factum ex oleo omphacino,& roſis incompletis,& ſimiliter oleum violarum,& oleum roſ.factum ex oleo oliuarum maturarum,& roſis completis,& oleũ de mãdragora,& oleum de papauere, & oleum de myrto,& oleum cytoniorum, & conſimilia durant per annum,& quolibet anno renouantur; quia tranſacto anno ranceſcunt, & efficiuntur nõ habentia virtutem facientem ad intentionem medici. Olea vero temperata,vt oleum amygdalarum, & oleum de ſeſamo non conſeruantur,niſi per menſem,quia ſubito ranceſcunt. Olea vero calida in primo,vt oleum chamæmelinum,oleum de Keyri, & oleum liliorum alborum,conſeruantur per annum,& non vltra. Alia verò calida,vt oleum de anetho,de ſpica,oleum de ireos,oleum de croco,& de pyrethro,oleum de piperibus, oleum de caſtoreo, oleum de euphorbio,& reliqua talia, per duos, aut per tres annos conſeruantur. & ſecundum aliquos quanto antiquiora, tanto meliora. Et hæc de conſeruatione medicinarum compoſitarum ſecũdum diſtinctiones Meſue dicta ſufficiant. Nota tamẽ,quòd quilibet expertus aromatarius debet ſcribere ſuper vaſa electariorum opiatorum,& etiam ſuper vaſe medicinarum ſolutiuarum tempus, in quo compoſita fuerint ab eo, vt medicus ſciat ab eo ætatem illorum in veruſtate,& recentia,& præcipue in medicinis opiatis,propter periculum exhibitionis earum. Nota.

Alia doctrina ſecundum Serapionem.

CIrca prædictam materiam, ego deſcribam aliqua, & non omnia ſecundum Serap. in antidota. breuiarij ſui, cap. xxxiij. de medicinis compoſitis, quantum remaneat operatio earum. Et primo de theriaca, dicit, quòd remaneat ex ſex menſibus, vſque ad triginta annos.

Theriaca Eſdræ conſeruantur vſque ad annos duos.

Theriaca regis,& hedrummeron,& de ſcilla vſque ad duos annos conſeruantur.

Sagenea,& philonium conſeruantur vſque ad an.iij. Et Gal.de medicina philonij dicit,quòd quandoque datur poſt duos annos, aut iij. aut iiij vſque ad x.annos, & poſt illud non valet, quia minuitur odor eius,& fit inſipidum,& debilitatur opus eius.

Diacurcuma vſque ad annum conſeruatur,vel vſque ad annum cum dimidio ad plus.

Amoruſia conſeruatur vſque ad duos annos.

Confectio de muſcho vſque ad annum vnum.

Medicamea diahirundinis conſeruatur à ſex menſibus vſque ad tres annos. Et ſimiliter reliquæ confectiones,quæ prouocant vrinam conſeruantur vſque ad tres annos.

Sanguis hirci exiccatus, vel alius ſanguis exiccatus, conſeruatur à duobus menſibus vſque ad tres annos.

Athanaſia,à ſex menſibus,vſque ad ſeptem annos.

Duæ deſcriptiones theodorici,& hiera Logo. & hiera Archigenis,& hiera Gal. conſeruantur à ſex menſibus vſque ad quatuor annos.

Suffuſ, id eſt pulueres, conſeruantur à duobus menſibus,& tunc operatio eorum eſt fortis,vſque ad ſex mẽſes,& tunc eſt eorum operatio debilis.

Trochiſci reliqui ſunt ad febres, ex die ſuo faciunt operationem fortem vſque ad ſex menſes.

Olea alia operantur donec rancida fiant, cum ergo incipiunt rancida fieri,non conueniunt ad aliquid.

Oleum vero balſami quanto plus antiquius, tanto melius,& fit eius operatio fortior.

Emplaſtra,& vnguenta omnia conſeruantur à die ſua vſque ad annum.

Syrupi omnes conſeruantur ex hora ſua vſque ad duos

duos annos. Et Gal. quidem dicit,quod remansit apud eum rob cytoniorum septem annis præter quam mutaretur virtus,& color eius,neque gustus ipsius. Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum secundum sententiam Serapionis, vbi supra dicta sufficiant.

Sequitur alia doctrina secundum Nicolaum.

COnsequenter intendo ponere intentionem Nicolai in conseruando quædam medicamina, & electaria sua, atque confectiones, quas in suo antidotario paruo descripsit,procedendo secundum ordinem alphabeti,quanto tempore conseruari valeant ab aromatarijs. Et primo dicam de aurea alexandrina.

Aurea igitur alexandrina conseruari potest in sua efficacia, & virtute,annis quinque.
Adrianum, annis septem.
Athanasia, annis tribus.
Blanda conseruatur annis duobus.
Benedicta,annis tribus.
Diamargariton,annis duobus,vel tribus.
Diaprasium,annis duobus.
Diazingiber,per annum vnum.
Diacytonite, per annum vnum.
Diacyminum,per annos duos.
Diacalamenthum,per annum vnum.
Diarhodon,per annum vnum.
Diasatyrion,per annum vnum.
Diaris,per annum vnum.
Diaolybanum,per annos tres.
Diacoston,per annum vnum.
Diasena,per annos duos.
Diatragacanthum,per annum vnum.
Diacodion,per annos tres.
Esdra,per septem annos melior iudicatur.
Electarium pliris arcoticon,per annos duos.
Electarium frigidum,per annos quinque.
Electarium ducis,per annos tres.
Electarium de succo rosarum,per annos duos.
Emplastrum ceroneum,per quinque annos.
Philanthropos,per annos tres.
Hiera logodion conseruatur,per annos duos.
Hiera picra,per annos duos.
Hiera Rufini,per annum vnum.
Hiera abbatis secundum Nicolaum,per annos duos.
Iustinum,per annos duos.
Mithridatum,per annos decem.
Musa ænea,per annos septem.
Opopyra,per annos sex.
Oxylaxatiuum,per annos quinque.
Oxymel,per annos duos.
Potio sancti Pauli per annos duos.
Paulinum,per annos tres.
Picra,per annos duos.
Pilulæ aureæ,per annum vnum.
Pilulæ de quinque generibus myroba.per annum vnũ.
Pilulæ de castoreo,per annos duos.
Pilulæ vero cęteræ,non vltra sex menses.
Rosata nouella,conseruari potest per annum vnum.
Rubea trochisca. per annos quinque.
Rhodomel,per annos tres.
Stomachicon,conseruatur per annum vnum.
Theriaca magna,per annos triginta.
Tryphera magna,per annos tres.
Tryphera saracenica,per annum vnum.
Triasandali,per annum vnum.
Theodoricon,per annos duos.
Vomitus Patriarchæ,per annos duos.
Vnguentum aragon,per annum vnum.
Vnguentum martiaton,per annos tres.
Vnguentum aureum,per annos tres.
Vnguentum dialthææ,per annos tres.
Vnguentum Agrippæ,per annos tres.

Nota,quòd semper (vt etiam supradixi) quilibet peritus,& fidelis aromatarius in vasis suis debet facere suprascriptionem anni, mensis, ac diei,in quo conficit syrupos,pilulas,confectiones, electaria, & præcipue opiata,quæ non sunt ante sextum mensem, vel ante annum exhibenda,vt sciat medicus tempus præcise,in quo factæ fuerint ipsæ medicinæ, vt congrue cum bona conscientia,ac etiam sine periculo sciat eas exhibere, cum fuerit opportunum. Et hæc de conseruatione medicinarum compositarum Nicolai dicta sufficiant.

De electione loci conuenientis medicinarum conseruandarum.

ET repositio rerum humidarum, sicut sunt succi,& gummæ liquidæ, confectiones, & electaria liquida, & similia,oportet esse in vasis crassis de vitro, vel terra vitreata,vel de argento,vel cornu,& similibus.

Sed medicinæ molles, quæ sunt conuenientes medicinis oculi,debent reponi in vasis æneis. F

Sed vnguenta,in quæ ingreditur pix,alchitran,& acetum,oportet quod reponas in vasis.

Et pinguedines,& cerebella. Et omne pingue oportet reponi in vasis factis ex stanno.

Et omne, quod est ex pulueribus, sicut puluis hieræ picræ,oportet reponi in vase terreo,stricti orificij,& oppilatur os eius cum cera,ne resoluatur,& minuatur virtus earum.

Et oportet,quod reponatur rob, siue sint vuarum,siue sint cytoniorum, siue malorum, aut myrti,& similium,in vase terreo nouo, quia terra trahit ad se humiditatem, quæ est in eis, & magis præseruantur à destructione.

Et olea debent reponi in vasis vitreis,& os vasorum debet stringi,ne destruantur,& fœteant.

Et oportet omnes species aromaticas ad aromatizandum in vasis aureis, vel argenteis deauratis, aut in vasis de porcellionibus,aut ex vitro conseruari.

Et omne acetosum, quod debet seruari oportet reponi in vase linito cera,vel pice. G

Et oportet reponi in vase vitreo omne vinum quod habet substantiam, quæ est signum super durabilitatem eius,& super prohibitionem suæ corruptionis. Et omne vinum cuius substantia est inæqualis, signum est super corruptionem eius facilem, & quod non diu possit seruari in vase terteo,vt terra exiccet humiditatem eius superfluam, quæ est causa suæ corruptionis.

Theriaca vero melius conseruatur in vase aureo, vel plumbeo,aut stanneo.

Et sic est finis huius sextæ particulæ,ad laudem Dei omnipotentis. Amen.

SEPTIMA, ET VLTIMA PARTICULA de omnibus rebus necessarijs in qualibet aromataria.

H VLtimo pro complemẽto huius vtilissimi tractatus,volo ponere compendiosum tractatum, siue capitulum de rebus necessarijs in qualibet aromataria,vel apotheca, debito modo ordinanda, & sigillatim secundum diuersos doctores. Et dicam de herbis vsualibus,floribus,& radicibus, aquis destillatis,fructibus,succis, liquoribus,oleis, medicinis compositis,vt pilulis,& electarijs,& alijs confectionibus.

In primis igitur,vt supra dixi, debet quilibet aromatarius locum aptum eligere, in quo faciat apothecam aptissimam ad res medicinales conseruandas, ita quòd sit à ventis,& sole,ac imbribus defensa, & quòd non sit humida, nec fumosa, aut puluerulenta, quia omnia prædicta habent tàm simplices, quàm compositas corrumpere.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1060-2 DFG

DE SEMINIBVS neceſſarijs,& vſualibus, & ſunt iſta.

Semen hyoſciami
Cardamomi
Sileris montani
Sinapis
Pęoniæ
Burſæ paſtoris
Amomi
Dauci
Carui
Ameos
Leuiſtici
Petroſelini
Fęniculi
Aniſi
Cymini
Aſparagi
Apij
Rutæ
Milij ſolis
Lini
Fęnugræci
Althææ
Berberis
Papaueris nigri
Papaueris albi
Semina quatuor maiora, ſcilicet frigida.
Melonis
Cucumeris
Citruli
Cucurbitæ
Semina quatuor minora frigida.
Portulacæ
Scariolæ
Lactucæ
Endiuiæ
Acetoſæ
Staphiſagriæ
Vrticæ
Pſyllij
Rapæ ſylueſtris
Geniſtæ
Semen ſanctum.i.alexandrinum pro vermib.puerorũ.
Semen roſarum,quæ anthera dicitur
Caulis
Naſturcij
Coriandri
Catapuciæ maioris, & dicitur Kerua, vel granum regum.
Lupini
Nigellæ
Baſiliconis
Milij
Hordei
Frumenti.i.tritici

DE FRVCTIBVS.

Fructus carpobalſami
Garyophyllus
Nux muſchata
Nux inda
Nux methel
Anacardi
Bacca lauri
Melanopiper.i.nigrũ piper.
Macropiper,id eſt piper longum.
Leucopiper, id eſt piper album.
Caſia fiſtula
Tamarindi
Colocynthis
Pineæ
Amygdalæ
Auellanæ
Dactyli
Paſſulæ corinthiæ
Carica,id eſt ficus
Myrobalani omnes
Pruna damaſcena
Sumach
Myrtilli
Cubebæ
Oliuæ
Iuniperi
Sebeſten
Melones palæſtini
Cytonia
Iuiubæ
Sorbæ
Pyra
Poma aromatica
Fructus,ſcilicet citrum,& ſimilia
Alchechengi

DE FLORIBVS.

Roſæ
Amygdalarum
Violæ
Agni caſti
Anthos
Balauſtiæ
Epithymi
Nenupharis
Boraginis
Bugloſſæ
Cheyri
Taſſi barbaſſi
Sambuci
Baſiliconis
Meliloti
Chamæmeli

DE FOLIIS.

Borago
Bugloſſa
Endiuia
Cichorea
Scolopendria,id eſt lingua ceruina.
Tamariſcus
Aſarum
Lupulus
Fumus terræ
Thymum
Sena,& eius folliculi
Cuſcuta
Abſinthium
Menta
Calamentum
Pulegium
Origanum
Mentaſtrum
Serpyllum
Maiorana
Saluia
Roſmarinum
Ruta
Abrotanum
Centonicum
Spica triplex
Saxifragia
Chamædryos
Chamæpithyos
Arthanita
Myrtus
Graminea
Trifolium
Schænanthum
Laureola
Laurus
Eſula
Tithymallus
Pes coruinus
Pes columbinus
Corrigiola
Sabina
Millefolium
Baccara
Cymæ rubi
Cardo
Bardana,id eſt lappa
Phu,id eſt valeriana
Luf, id eſt ſerpentaria, vel dragontea
Cartami marini
Soldana,ſiue ſoldanella
Conſolida triplex
Plantago
Nenuphar
Philipendula
Primula veris
Materſylua
Aquilegia
Betonica
Piperea
Vermicularis
Semperuiua
Cymbalaria
Hepatica
Centrum galli
Cauda equina
Eupatorium
Solatrum fluuiale
Solatrum minus
Praſſium
Hyſſopus
Artemiſia
Matricaria
Vſnea,i.herba valde minuta in tectis domorum naſcẽs.
Taſſus barbaſſus
Ruta capraria
Ruta ſylueſtris
Verbena
Chelidonia
Fęniculus
Chamæmelum
Melilotum
Centaurea
Portulaca
Linaria
Angelica
Pimpinella
Parietaria
Virga paſtoris
Stęchas
Scabioſa
Serpyllum
Polium
Cucumer aſininus
Capillus veneris
Lapathium acutum
Agrimonia
Hypericon,i.perforata cum radicibus.
Alchechengi
Caulis
Violæ
Bletæ
Mercurialis
Althæa
Malua
Vrtica
Ozymum.ſ. garyophyllatum
Raphanus
Verrucaria
Folia, ſcilicet garyophyllatæ.
Pentaphyllon,i.herba quinque foliorum.
Colarea
Polypodium
Filix
Salicis arboris
Craſſula

DE LIGNIS.

Lignum aloes, id eſt xyloaloes.
Xylobalſamum, i. lignum balſami.
Sandali trium generum,ſcilicet albi, rubei, & citrini.
Tamariſci

DE CORTICIBVS.

Cortex cinnamomi
Caſia lignea
Mandragora
Granatorum
Raphani
Sambuci
Radicum, ſcilicet cappatum.
Thuris

DE RADICIBVS.

Radix rhabarbari
Rheupontici
Rubeæ tinctorum
Zedoariæ
Zingiberis
Coſti
Bryoniæ
Been albi,& rubei
Calami aromatici
Meu
Dictami
Tormentillæ
Phu,id eſt valerianæ.

DE LIQVORIbus, & ſuccis condenſatis.

Manna, ſcilicet ros de cœlo cadens.
Opium
Hypocyſtis
Acacia
Aloe
Ladanum
Scammonea, quæ ſecundum aliquos eſt ſuccus volubilis maioris, & ſecundum alios eſt ſuccus cuiuſdam ſpeciei tithymali.
Succus liquiritiæ
Sanguis draconis
Camphora
Cera

DE

DE SVCCIS, ET LIquoribus liquidis.

Succus betæ
Violarum
Balſamum
Oleum
Vinum
Mel
Succus granatorum
Cytoniorum
Succus roſarum
Acetum
Succus fęniculi
Acreſta
Abſinthium
Solatrum
Semperuiuæ
Cucurbitæ
Cucumeris
Anguriæ
Scillæ
Lac tythimalli
Succus mentæ
Succus corticum medianorum ſambuci
Succus ebuli
Succus ireos
Elaterium
Lac eſulæ,& omnium lacticinorum
Succus chelidoniæ
Succus rutæ,& ſimilium herbarum vſualium.

DE GVMMIS.

Myrrha
Thus
Euphorbium
Chalbanum
Sagapenum
Opopanacum
Bdellium
Ammoniacum
Sarcocolla
Styrax
Pix vtraque
Sandaracha,id eſt vernix
Maſtix
Gummi arabicum
Tragacanthum
Charabe
Gummi cedri, id eſt gummi elemi.
Gummi hederæ
Gummi abietis
Reſina,id eſt gummi pini
Terebinthina
Potes his addere gluten, id eſt collam piſcium.
Gummi fęniculi
Gummi rutæ

DE OSSIBVS.

Os dactylorum
Os cerui
De alijs vero oſſibus, quibus vtimur,dicetur immediate in ſequenti rubrica, ſcilicet de ſuperfluitatibus animalium.

DE SVPERFLVITATIbus animalium.

Caro leonis
Hepar,& inteſtinum lupi
Pulmo vulpis
Pellicula interior ſtomachi gallinarum.
Splen pulli
Equi
Coagulum leporis,& eſt melius omnibus alijs.
Coagulum hædi
Capreoli
Vituli
Axungia porcina
Gallinacea
Axungia anſerina
Anatina
Equina
Aſinina
Vrſina
Taſſonina
Hircina
Vulpina
Gattina
Vulturina
Humana
Similiter ſepum capræ,vel hirci.
Medulla cruris oſſium vituli
Cerui
Vaccæ
Aſini
Os de corde cerui
Cornu cerui
Fel tauri
Fel hircinum
Fel capræ
Fel leporis
Fel teſtudinis
Fel accipitris
Fel aquilæ
Serum lactis
Lac quodcunque
Butyrum
Mel
Cera
Sanguis columbi
Sanguis hirci
Os ſepiæ
Muſchus
Sericum combuſtum, & crudum.
Stercus columbinum
Stellionis
Humanum
Stercus galli
Ebur,id eſt auolium
Spodium
Margaritæ, id eſt particulæ, quæ ſecũdum aliquos reperiuntur in garcio, & auriculis piſcium, vel in conchylijs.
Caſtoreum, & ſunt teſticuli illius animalis nominati ſuo nomine caſtor.

DE METALLIS.

Aurum
Argentum
Chalcucecaumenon
Plumbum vſtum
Battituta æris
Ceruſſa
Lithargyrum
Minium
Argentum viuum
Argentum ſublimatum

DE LAPIDIBVS.

Margaritæ,id eſt perlæ
Coralli vtrique
Lapis lazuli
Lapis armenus
Lapis hæmatitis
Lapis iudaicus
Lapis lyncis
Chryſtallus
Magnes
Antimonium
Cinabrium
Marmor

DE FRAGMENTIS, ET gummis precioſis.

Saphyri
Granatæ
Hyacinthi
Smaragdi
Rubini,& aliorum, vt ſardinus,& balaſti.

DE QVIBVSDAM SPECIEbus terræ condenſatæ, quæ ſic naſcuntur.

Aſpalthum
Sulphur
Chimolea
Alumen rochinum
Alumen iameni
Terra ſigillata
Vitriolum
Flos æris
Auripigmentum
Lutum armenum, id eſt bolus armenius
Arſenicum
Sal commune,i.ſal panis,vel maſſę.
Sal gemma
Sal indum
Sal ammoniacum
Sal nitrum
Sal alKali

De compoſitis neceſſarijs, & vſualibus.

DE ELECTARIIS VSITATIS ſecundum Meſuem.

Electarium de gemmis
Diamuſci dulcis
Diagalanga
Aromaticum roſatum deſcriptione Gabrielis
Aromaticum garyophyllatum
Dianiſum
Diambra
Diacinnamomum
Diatrionpipereon
Electarium regum
Diaſorbon
Tryphera ſaracenica magna
Tryphera ferrata ex arte ſęnonis
Diacurcuma magna
Confectio anacardina
Electarium diacori
Electarium Humain pro oculis
Philoniũ perſicum ſecundũ Meſue Cap.de ſputo ſanguinis à pectore.
Philoniũ Romanum ſecundũ Gal.
Hiera picra Gal.
Hiera diacolocynthidos.
Electarium indum maius
Electarium de dactylis
Electarium de pſyllio
Electarium eleſcoph
Electarium Hamech

SECVNDVM NICOLAVM.

Aurea alexandrina
Athanaſia
Antidotum hæmagogon
Benedicta
Diamargariton
Diamoron
Diaſatyrion

Diaprunis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1062-4
DFG

Diaprunis
Diarhodon Abbatis
Diapenidion
Diacyminum
Diairis
Diacalamenthum
Diasena
Diacytonite
Diacatholicon
Electarium de succo rosa.
Hiera logodion
Hiera picra Nicolai
Iustinum
Lithonthrypton
Mithridatum
Micleta
Pliris arcoticon
Rosata nouella
Requies magna
Tryphera magna cum opio.
Triasandali

SECVNDVM RASIM.

Letificans Almansoris
Electarium de baccis lauri Rasis
Theriaca magna Galen.
Theriaca Andromachi.A.
Mithridatum Nicolai

DE CONDITIS MESVES.

Chebuli conditi
Emblici conditi
Zingiber conditum
Acori conditi
Citra condita
Secacul conditum
Zuccharum rosatum
Zuccharum violatum
Zuccharum boraginatum
Zuccharum nenupharinum fit sicut zuccharum violatum
Mel rosatum colatum, & non colatum.
Mel violatum

DE SPECIEBVS LOHOC secundum Mesuem.

Lohoc de pino
Lohoc de papauere, & est diapapauer diaiacur, id est diacodion putũ.
Lohoc de scilla
Lohoc sanum, & expertum
Lohoc bonum
Lohoc de pulmone vulpis.

SECVNDVM MESVEM.

Iuleb rosatum
Iuleb violatum
Et nota, quòd semper iuleb fiunt ex aqua destillata, & zuccharo, & etiam possunt fieri infusionibus.

MESVES.

Syrupus de pomis
Syrupus de acetositate citri
Syrupus de granis myrti
Syrupus de papauere
Syrupus de byzantijs
Syrupus acetosus simplex cõpositus
Syrupus violatus
Syrupus de iuiubis
Oxymel simplex
Oxymel compositum
Oxymel scilliticum
Syrupus acetosus diarhodon
Syrupus de menta
Syrupus de absinthio
Syrupus de fumo terræ maior.
Syrupus de liquiritia
Syrupus de hyssopo
Syrupus de prassio
Syrupus de calamentho
Syrupus de thymo
Syrupus de eupatorio
Syrupus de stœchados
Miua cytoniorum simplex
Miua cytoniorum aromatica
Acetum scilliticum
Syrupus sabor
Syrupus pro melancholicis
Syrupus de quinque radicibus

SECVNDVM NICOLAVM.

Syrupus rosatus
Syrupus nenupharinus
Oxysacchara
Syrupus cõtra omnem solutionem ventris.

MAGISTRALIA.

Syrupus de endiuia
Syrupus myrtinus
Syrupus de artemisia
Syrupus mirachinus secundum Guilielmum in sua practica capitulo de melancholia.

DE ROB SECVNDVM Mesuem.

Rob de ribes
Rob de acresta
Rob de prunis, id est acacia
Rob de liquiritia, id est succus liquiritiæ secundum Seruitorem.

DE AQVIS VSITATIS.

Aqua hordeacea
Aqua rosata
Aqua violata
Aqua endiuiæ
Aqua cichoreæ
Aqua absinthij
Aqua mentæ
Aqua lupulorum
Aqua acetosæ
Aqua scabiosæ
Aqua capillorum veneris
Aqua boraginis
Aqua buglossæ
Aqua plantaginis
Aqua virgæ pastoris
Aqua lactucæ
Aqua betonicæ
Aqua fœniculi
Aqua asparagorum
Aqua verbenæ
Aqua rutæ
Aqua graminis
Aqua cuscutæ
Aqua melissæ
Aqua althææ
Aqua rorismarin.
Aqua chelidoniæ
Aqua eustagiæ
Aqua vitis, quæ cadit ex vite
Aqua cretanorum
Aqua florum genistæ
Aqua sabinæ
Aqua mille folij
Aqua abrotani
Aqua centonicæ
Aqua apij
Aqua acori
Aqua solatri
Aqua hepaticæ
Aqua cucurbitæ
Aqua anguriæ
Aqua cucumeris
Aqua foliorum hederæ
Aqua corticum fabarum viridium, & ipsarum fabarum proprie
Aqua vitæ, quæ alio nomine dicitur aqua ardens, & fit de vino, & est mirabilis ad multa pro salute hominum, & præcipue quando de ea fit quinta essentia.
Et nota, quòd decoctiones etiam possunt fieri ex herbis prædictis, & præcipue quando non habemus tempus ad aptitudinẽ destillandi.

DE PILVLIS VSITATIS secundum Mesuem.

Pilulæ alephanginæ
Pilulæ aggregatiuæ ex inuentione nostra.
Pilulæ de eupatorio
Pilulæ de rhabarbaro
Pilulæ indæ
Pilulæ de sarcocolla
Pilulæ fœtidæ
Pilulæ de sagapeno
Pilulæ de euphorbio
Pilulæ de mezereon
Pilulæ lucis maioris
Pilulæ stomachicæ
Pilulæ de agarico
Pilulæ de diarhodon
Pilulæ turbithatæ
Pilulæ de lapide lazuli
Pilulæ de bdellio maiores
Pilulæ de colocynthide
Pilulæ de opopanaco
Pilulæ de hermodactylis maiores
Pilulæ de cynoglossa
Pilulæ bechichiæ

SECVNDVM NICOLAVM.

Pilulæ sine quibus esse nolo
Pilulæ aureæ
Pilulæ stypticæ
Pilulæ de speciebus benedictæ
Pilulæ de hiera logodion

SECVNDVM GALENVM.

Pilulæ de hiera picra cum agari.
Pilulæ de hiera simplici Gal.

SECVNDVM RASIM.

Pilulæ cochiæ
Pilulæ fœtidæ
Pilulæ iliacæ

SECVNDVM AVICEN.

Pilulæ de fumoterræ
Pilulæ assaiaret

SECVNDVM RVFVM.

Pilulæ communes ex aloe, croco, & myrrha, ex inuentione Rufi, vel Gal. secundum aliquos, & sunt optimæ contra pestem.

DE TROCHISCIS SECVNdum Mesuem.

Confectio algalliæ muschatæ, & dicũtur trochisci de gallia muschata.
Trochisci diarhodon
Trochisci de rosis
Trochisci de rhabar.
Trochisci de camphora
trochisci de spodio cũ semie acetosæ
Trochisci de berberis
Trochisci de absinthio
Trochisci de eupatorio
Trochisci de terra sigillata
Trochisci alhãdal, id est de colocynthide.

Tro-

Trochiſci de capparibus
Trochiſci de Karabe
Confectio ramich
Trochiſci de alchechengi
Trochiſci conſtrictiui Meſues in canonibus.

SECVNDVM NICOLAVM.

Trochiſci galliæ muſchatæ
Trochiſci de thyro
Trochiſci diani, i. de violis
Trochiſci ſcillitici
Trochiſci andracharon
Trochiſci croci
Trochiſci hedychroi
Trochiſci diacoralli

SECVNDVM RASIM.

Trochiſci de myrrha ſecundum Raſim cap. de prouocatione menſtruorum.

DE CERATIS, EMPLAſtris, & vnguentis ſecundum Meſuem.

Hyſſopi ceratum deſcriptione Philagrij.
Vnguentum diaphœnicon
Vnguentum baſilicon
Vnguentum ſandalinum
Infrigidans Galeni
Diaquylon magnum
Diaquylon album
Diaquylon gummatum magiſtrale.
Emplaſtrum de ſinapi
Emplaſtrum diaphœnicon
Emplaſtrum de meliloto
Vnguentum triapharmacon, id eſt de lithargyrio.
Vnguentum ægyptiacum
Emplaſtrum apoſtolicon
Emplaſtrum oxycroceum
Emplaſtrum ceroneum
Vnguentum marciaton
Vnguentum dialthæa
Vnguentum citrinum
Vnguentum populeon

SECVNDVM RASIM in chirurgia ſua.

Vnguentum de ceruſſa
Vnguentum de calce

SECVNDVM AVICENNAM in antidotario.

Vnguentum apoſtolorum

DE OLEIS SECVNDVM Meſuem.

Oleum de amygdalis amaris
Oleum de amygdalis dulcibus
Oleum laurinum
Oleum roſatum
Oleum chamæmelinum
Oleum violatum
Oleum de lilio
Oleum irinum
Oleum ſambucinum
Oleum de cheyri
Oleum de papauere
Oleum de cytonijs
Oleum de ruta
Oleum nardinum
Oleum maſtichinum
Oleum coſtinum
Oleum de croco
Oleum de piperibus
Oleum de euphorbio
Oleum vulpinum
Oleum de ſcorpionibus
Oleum de ouis
Oleum de iunipero
Oleum de lateribus
Oleum de capparibus
Oleum de caſtoreo
Oleum de tartaro
Oleum de terebinthina.

DE SPECIEBVS SECVNdum Meſuem in ægritudinibus oculorum.

Sief album cum opio
Sief citrinum
Sief de ſpica
Sief de plumbo
Sief de thure
Sief viride
Sief memithæ deſcriptione Alkanomo ſali de baldath.
Sief memithæ ſecundum Raſim, & Seruitorem ſic fit.
Succus memithæ in ſole deſiccetur, & ex eo formentur magdaleones parui, ſicut ſunt trochiſci, & ſeruentur.

DE CONSERVIS de zucchato.

Conſerua roſata, i. ex roſis facta, & vocatur zuccharum roſatum.
Conſerua diaboraginata
Conſerua bugloſſata
Conſerua violata
Conſerua meliſſata
Conſerua maluata valẽs ad aſthma.
Et omnes prædictæ conſeruæ fiunt ſicut dixi de roſata, poſſunt fieri de floribus. & folijs.

DE CONSERVIS de melle.

Mel roſatum colatum
Mel violatum
Mel maluatum
Mel geneſtratum
Aqua mellis, & dicitur hydromel.
Rhodomel. i. mel roſatum cũ folijs
Mel nucum aſperitatem gutturis, & ſynanchen.
Mel cannæ valet ad tuſſim, & ad aſperitatem gutturis, & pectoris, & ex eo fit zuccharum.
Zuccharum rubeum, & eſt valde abſterſiuum, & mundificatiuum.
Zuccharum tabarzet, id eſt trium coctarum.

DE SPECIEBVS CANDI.

Zuccharum candi ſimplex
Candi roſati
Candi violati
Condi de ribes.

Et ſic eſt finis huius vtiliſſimi Tractatus Saladini.

ALBENGNEFIT LIBELLVS, in quo de ſimplicium medicinarum, & ciborum virtutibus in generali,& ſpeciali, breuiſſime, & ordinatiſſime pertractatur.

IEX antiquorum libris hunc aggregaui librum de virtutibus medicinarũ,& ciborũ;in quo mentem meã diu fatigaui, & poſui ipſum occupationem meã, effundendo preces Deo altiſſimo,in eo ꝙ Deo ſublimi,& glorioſo appropinquatur, quia p ipſum iuuamentũ cõe,et propriũ ſperaui; vltra illud,qđ in cognitione illius eſt de iuuamento magno in arte medicinæ. Medicinæ aũt intẽtio eſt ſanitas,& eſt ſm duos modos. Primus modus eſt cognitio cõplexionũ corporũ hominũ. ſecũdus modus eſt cognitio medicinarũ,et ciborũ,quorũ cognitione exiſtit ſanitatis permanẽtia in ſano, & ipſius reditio ſuper infirmũ;& ſunt materia curationis p medicinã,& * electariũ eius. Qui aũt virtutũ medicinarũ ſimpliciũ,& ciborũ cognitionem vult habere,eſt indigens cognitione viarum, quibus earum virtutes, & ipſarum operationes inueniuntur. Et hæ quidem viæ ſunt viij.

Sanitas eſt med ſiop.

** electionẽ. Cognitio medic. & cib. 2. modi.*

Vna earũ eſt,vt ſit medicina, cuius virtutem experiri vult aliquis,vacua à qualitate acquiſita accidentali. Cuius exemplum in medicina ſimplici eſt aqua frigida,quæ per accidens calefacit corpus,quando ſuper ipſum funditur: qm̃ infrigidat cutem,& aggregat eam, & inſpiſſat ipſam; quamobrẽ coarctantur vapores, qui expirabant: quare calefit corpus propter illud. Et aqua calida infrigidat per accidens, quoniam rarificat corpus; quare expirant vapores calefacientes,& infrigidatur corpus.

Et ſecunda eſt,vt ſit ægritudo, in qua experitur medicina ſimpliciter,ægritudo ſimplex,ſicut febris hectica.

Et tertia eſt,vt ea medicentur ægritudines contrariæ, donec certificetur. Et quarta eſt,vt ſit virtus medicinæ, æqualis virtuti ægritudinis, quæ cum ea medicatur,donec declaretur operatio eius in ea ſufficienter.

Et quinta eſt,vt cõſideretur operatio medicinæ: an ſit operatio eius in calefactione,& infrigidatione hora qua recipitur. nã ſi non calefacit,niſi poſt ſpatiũ, cũ in principio infrigidauerit,tunc calefactio eius non eſt niſi p accidens.& ſimiliter ſi etiã non infrigidat,niſi poſt ſpatiũ, etiam in principio rei calefecit, tunc infrigidatio eius nõ eſt niſi per viam accidentis. Et ſexta eſt,vt conſideretur operatio eius,an ſit operatio in omni corpore vna,& in oi hora; quare eſt eius infrigidatio, & ipſius calefactio, res ſemper. nã ſi eſt illud,tunc operatio eius eſt p naturã. & ſi non eſt ita,tunc operatio eius per accidens. Et ſeptima eſt,vt ſit calefactio medicinæ, in illa re,ad quam cõparat calefactio eius;aut ipſius infrigidatio in aliam. Nã ſi non cõparatur eius calefactio, niſi ad corpus hominis, tunc oporter,vt dicatur,ꝙ eſt calida, ex via,qua calefacit corpus hominis; non propterea,ꝙ illud faciat in alio animali; nam non oportet,propterea ꝙ hyoſciamus infrigidat corpus hominis,vt infrigidet corpus turdorum,quibus eſt cibus;neque oportet etiã, propterea ꝙ elleborus niger ſoluit hominem,& nõ nutrit ipſum;ſoluat coturnicem,cui eſt cibus.& oleum nutrit hominem,& nõ interficit eum:ſed interficit oẽ animal,cui non eſt ſanguis.

Nota.

Et octaua eſt, vt diſtinguatur inter medicinam,& cibum. Sciatur ergo,quòd medicina eſt illud,quod calefacit,aut infrigidat corpus,qualitate ſua. Et cibus facit illud,quoniam addit in ſubſtantia corporis,& augmentat ipſum. Inquit Gal. nos nominamus totum,quod facit ſubſtantiam ſtare noſtram,& augmentat nos,cibum; & totum,quod mutat naturam noſtram,medicinam.

Modi quinque aly noſcendi præditta.

Ex vijs iterum quibus extrahũtur virtutes medicinarum,& ciborum,ſunt illæ aliæ,& ſunt quinque,quæ ſtãt vtenti eis loco eius, quo dicatur operatio eius, & quo multiplicatur eius ratiocinatio. Vna earum eſt via ſumpta ex velocitate alterationis rei,& difficultate alreratio-
A nis eius. Et ſecũda eſt via ſumpta ex velocitate coagulationis eius,& difficultate coagulationis ipſius. Et tertia eſt via ſumpta ex ſapore rei. Et quarta ex via ſumpta ex odore rei. Et quinta eſt via ſumpta ex colore rei. Prima aũt,quæ eſt ex velocitate alterationis, & difficultate eius eſt; ꝙ omnis medicina,cuius alreratio eſt velox ad naturam ignis,eſt calida potentia. Verumtñ non eſt neceſſarium,vt iſtud ex medicinis, cuius hæc eſt via calefaciat corpus hominis; imò non oportet neceſſario,niſi quãdo eſt ſubtilis ſubſtantiæ, ſolidum,durum, in quo non ſunt vacuitates,qm̃ quando eſt craſſæ ſubſtantiæ, aut eſt rari corporis,poſſibile eſt,vt ignis reſoluat iſtud, & cõuertat ipſum ad naturam ſuam velociter, & caliditas corporis non faciat iſtud cum eo. fit ergo per hanc cauſam, quia non calefacit corpus. Et ſcitur,ꝙ medicina,in qua agunt duæ caliditates,caliditas ignis,& caliditas corporis hoĩs,
B non eſt niſi ſubtilis ſubſtantiæ,rari corporis:ſed caliditas ignis,põt ſuper eam,& vincit eam velociter.Hoc autem ſcitur ex duabus rebus: quarum vna eſt oleum,& altera hatũdo ſicca,& pilus. In oleo quippe quãdo approximat igni,inflammatur in eo, & quando occurrit corpori hominis nõ calefacit ipſum calefactione manifeſta velociter. Et oleum quidem inflãmatur velociter,& non calefacit corpus hoĩs,qm̃ oleum eſt viſcoſum, & craſſæ ſubſtantię.cum ergo occurrit corpori,adhæret ei,& fit difficilis ſeparatio eius ab ipſo, qm̃ non eſt poſſibile,vt attenuetur,& ſubtilietur per aerem velociter; & penetret,& perueniat ad interiora corporis. Et ſignificatio illius eſt, quia quando tu ponis in vaſe ſuper ignem,aquam,& oleum, & decoquis vtrumque,finitur aqua,& remanet oleum vltime. Et harundo,& pilus quãdo occurrit corpori hoĩs non calefaciunt ipſum. Et ſcitur,ꝙ medicina eſt,ad quam properat ignis,& non calefacit corpus hominis,ex duabus rebus. Quarum vna eſt ſubſtantia caliditatis,& ſecunda eſt natura materiei. Ignis verò eſt ſubtilior res,&
C calidior, qui ſubmergitur in corporibus, de proprietate quorum eſt, vt adurat ea, donec perueniat ad profundum earum in ſpatio breui;& fit facilis eius penetratio per ſeparationem partium earum,& earũ ſubtiliationem,& conſeruationem earum ad naturam ſuam. At verò caliditas corporum hominum nõ eſt,niſi vaporoſa,craſſa, debilis, non valens agere in ea hora,qua occurrit eis operationem,qua * renouet ea,& conuertat ipſa ad naturam ſuam, & omnia quidem,quæ calefaciunt corpus, indigent vt in ea agat caliditas corporis in primis,& mutet ea,donec ea redeant poſt illud,& calefaciunt corpus. hæc eſt ergo cauſa,quę eſt propter ſubſtantiam caliditatis. Cauſa autem,quę eſt ex natura materiei, eſt quòd iſta duo,ſ. harundo,& pilus non eſt in eis poſſibile,vt diuidantur,neque terantur,neque frangantur per attritionem,fractura,qua fiant in termino pulueris. Om ne verò,de quo eſt voluntas, vt calefaciat corpus,indiget vt diuidatur in minores partes,quæ ſunt,donec fiat ei facile ſuſcipere operationem caliditatis corporis, & im-
D preſſionem eius in ipſo, & mutationem eius,qua mutat ipſum. Et ex cauſa hac fit,quòd calamus aromaticus calefacit corpora hominum,pluſquam calefaciat ea ex ſpeciebus calami,quæ ſunt apud nos. Secũda autem via eſt aſſumpta ex velocitate coagulationis, & difficultate eius. Dico ergo,quòd iſtæ duæ viæ ſunt neceſſariæ ante inquiſitionem de virtutibus medicinarum,& ciborum. Verumtamen prima,quæ eſt aſſumpta ex velocitate alterationis eius, & difficultate ipſius, non eſt neceſſaria niſi in conſideratione in eſſe medicinarum calidarum potentia. Et ſecunda,quæ eſt ſumpta ex velocitate coagulationis,& difficultate eius, non eſt neceſſaria, niſi in conſideratione in eſſe medicinarum frigidarum potentia. & ſecundum hoc,quando ſunt duæ res,eſſe quarum in craſſitudine ſubſtantiæ, & ſubtilitate eius currit ſecũdum ſimilitudinem vnam, tunc illa earum,quæ difficilior fuerit ad coagulationem per frigus, eſt caliditas cõplexionis earum,& quando ſunt duæ res,quarum eſſe in

Ab alteratione.

Caler ignis.

Caler hominis.

** reſtituat.*

Nota.

Ad coagulationem.

ſubtilitate ſubſtantiæ,& craſſitudine eius, non currit ſecundum ſimilitudinem vnam. Et ſi eſt craſſitudo ſubſtantiæ earum vnius ſecundum frigiditatem,tunc alterius vtrumque ſimul coagulatur ſecundum ſimilitudinem vnam. Verumtamen vnam earum,& eſt illa,quæ eſt craſſioris ſubſtantiæ, æſtimat aſpiciens eam, quia eſt vehementioris coagulationis. Cauſa in illo eſt duricies ſubſtantiæ craſſæ, quamuis frigus complexionis vnius earum ſit vehementius, craſſitudine alterius. Et in illis,quæ ſunt ſecundum contrarium, non eſt poſſibile,vt ſit coagulatio earum vtrarumque in quantitate temporis vnius; immo oportet, vt illa, quæ ex illis duabus eſt frigidioris complexionis,aut craſſioris ſubſtantiæ coaguletur in ſpatio temporis minoris; & ſit coagulatio illius, quæ eſt minoris frigoris,& minoris craſſitudinis ambarum in ſpatio temporis longioris. Et ſimiliter currit res etiam in hoc, vt ſit vna illarum durior multum, & durior parum compare ſua. Illud enim non accidit ei, niſi ſecundum quantitatem ſuperfluitatis eius in vno duorum modorum neceſſario. In tertia verò,quæ eſt ſumpta ex ſapore rei,quæ guſtatur, dico quia corpora ſint cõpoſita ex elementis,& elementa ſint inæqualium quantitatum in compoſitione corporum, propter diuerſitatem quantitatum elementorum,& in omni compoſitione eorum ſint proprietates multæ, fiant vt ſaporibus etiam propter diuerſitatem harum quantitatum proprietates multæ,& cum ſint ſapores multi, neceſſarium eſt inſtrumentum,quo diſtinguatur,inter illum, qui ex eis eſt conueniens; & illum qui eſt inconueniens corpori. Nouit ergo creator benedictus, & ſublimis illud inſtrumentum linguam. Et poſuit eam multi ſenſus,& poſuit illud,quod continuatur ei ex neruis multi numeri. Quod eſt quia continuantur ei ſex nerui,vt propter id,quod eſt ei de ſuperfluitate ſenſus,diſtinguatur per eã, inter id,quod occurrit ei de calido,& frigido,& humido,& ſicco,& diſtinguatur inter conueniens,& inconueniens corpori. & cum res conuenientes corpori ſuperfluant,& ſint quædam earum plus conuenientes naturæ corporis: & quædam earum magis, diuerſæ naturæ corporis,& quædam earum minus. & oportet,vt ſint qualitates rerum,quæ guſtantur multæ. ſ. ſapores earum. Dico ergo,quod ex ſaporibus, compoſiti ſunt infiniti,qui non fiunt niſi additione,& diminutione in cõpoſitione. Singulares autem ſimplices,ſunt octo. Et ſunt ponticitas,& amaritudo,& acuitas,& acetoſitas, & ſtypticitas,& ſalſedo,& vnctuoſitas,& dulcedo. Et fiunt iſti guſtus ex diuerſitate ſubſtantiæ corporis,quod guſtatur,in ſubtilitate,& craſſitie. Et ex diuerſitate complexionis eius: Diuerſitas aũt ſubſtantiæ corporis eſt. Quoniam ſi eſt craſſa, fit cauſa craſſitiei eius, aut dulcis, aut ponticus, aut amarus. Etſi eſt ſubtilis,fit cauſa ſubtilitatis eius,aut acutus,aut acetoſus,aut vnctuoſus. Et ſi eſt media inter ſubtilitatem,& craſſitiem,fit aut ſtypticus,aut ſalſus. Ex diuerſitate autem complexionis fiũt, quoniam ſi complexio ſubſtantiæ eſt calida, ſic guſtus eius,aut amarus,aut acutus,aut ſalſus. Et ſi complexio eius eſt frigida, fit guſtus eius,aut ponticus,aut acetoſus,aut ſtypticus. Et ſi complexio eius eſt media inter calidum, & frigidum,fit ſapor eius aut dulcis,aut vnctuoſus. Compoſitio autem ſpecierum ſubtilitatis ſubſtantiæ,& craſſitudinis eius cũ ſpeciebus caliditatis complexionis ſubſtantiæ,& frigiditatis eius,facit nouem ſpecies compoſitionis. Quarum vna eſt ſpecies,cui non eſt ſapor ex corporibus,& eſt media inter ſubtilitatem partium, & craſſitudinem earum, & inter complexionem ſcilicet frigidam,& calidã. Et octo ſpecies reliquæ ſunt illæ,quibus ſunt guſtus. Nã ex complexione ſubſtantiæ craſſæ cum complexione frigida generatur ſapor ponticus. Et cum complexione ſubſtantiæ craſſæ cum complexione calida generatur ſapor amarus. Et ex complexione ſubſtantiæ craſſæ cum media inter calidum,& frigidum, generatur ſapor dulcis. Et cum compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cum complexione calida generatur ſapor acutus. Et ex compoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cum cõplexione frigida, generatur ſapor acetoſus. Et ex cõpoſitione ſubſtantiæ ſubtilis cum media inter calidam,& frigidã, generatur ſapor vnctuoſus. Et ex cõpoſitione mediæ inter craſſitudinem, & ſubtilitatẽ cum complexione frigida,generatur ſapor ſtypticus. Et ex compoſitione mediæ inter craſſitudinem, & ſubtilitatem cum complexione calida generatur ſapor ſalſus. Dico ergo in diuiſione guſtuum, quòd omne, quod occurrit linguæ, aut non agit in ſenſum guſtus, aut agit in ipſum. Si ergo non agit in ipſum,nominatur *reſiens,& eſt illud, cui non eſt ſapor. Aut eſt ſimplex, ſicut aqua, quæ eſt elementum,aut corpus compoſitum,ſuper quod non vincit calor,neque frigiditas; ſed eſt temperatum, aut decliue parumper ab æqualitate ad frigidum, ſicut ſunt medicinæ,quæ nominantur oppilatiuæ.

*eloſum.

Sapores ſimpl. ſunt.8.

Sapores cõpo. ex groſſo & ſubt. ſunt 9.

Medicinæ oppilantes duplices.

ET oppilatiuæ ſiunt ſecũdũ duos modos. Modus primus eſt terreſtris ſiccus, qui exiccat corpora, ſicut amylum, & tutia, & ceruſſa plumbi, & cadmia;& calx abluta, & hæmatites, quando abluitur vnumquodque horum ablutione decenti, & quæ fiunt eis ſimilia. Secundus eſt viſcoſus,humidus, qui humectat corpora,ſicut oleum ſaporitum. & albugo oui,& caſeus recens,& pinguedo ex corpore porci, & cera ſaporita, abluta colata, & ſicut malua agreſtis,& domeſtica,& interior pars cucurbitæ,& raſura eius. Et iſta diuerſificantur in viſcoſitate ſua, quoniam ſuper albuginem oui terreſtreitas eſt magis vincens,& ſuper oleum ſaporitum acritas eſt magis vincens. Quod autem non agit in ſenſum guſtus, quoniam eſt ſimplex, eſt ſicut aqua. Et ſenſus eſt compoſitus. Simplex verò non efficit in compoſito operationem compoſiti,propterea,quòd nulli rei agenti naturali ineſt, vt agat niſi in id, quod eſt ei ſimile potentia, vt extrahat illud ad effectum, neque patiatur etiam, niſi quod eſt ſimile,ſimiliter ſimile non recipit, niſi quod in eo eſt potentia. ſaporem autem ſimplicem impoſſibile eſt eſſe in compoſito, neque potentia, neque actu: & propter iſtud non recipit ipſum, neque alterat ad ipſum eum, ſicut eſt eius alteratio ad compoſitum ex eo, propter conuenientiam eius ad ipſum in compoſitione. Quod ſi agit illud, quod occurrit linguæ in ſenſum guſtus aliquid, tunc ipſum, aut facit in eo nocumentum, aut facit in eo delectationem. Quod autem facit in eo delectationem eſt illud, quòd eſt dulce, & delectat ipſum, & eſt ſimile complexioni corporis hominis, & eſt calidum, & humidum cum æqualitate. Facit ergo in lingua ex delectatione ſimile ei, quod fit in reliquo corpore ex delectatione, quando occurrit aqua tepida. Illud autem quod ſecundum hãc complexionem, ſi aqua ſuper ipſum eſt magis vincens, nominatur dulce. Et ſi aer ſuper ipſum eſt magis vincens, nominatur vnctuoſum. Et omnis cibus delectabilis non nocens ſenſui; eſt aut dulcis, aut vnctuoſus, aut aggregat vtrumque ſaporem. quod autem ex cibis eſt, quem cooperit ſapor alius ab iſtis duobus, non aſſimilatur, & non adminiſtratur, niſi cibus, & medicina. quod autem efficit læſionem in lingua, trahit ipſam mordicando eam; vel per mordicationem, quam facit ei. Sed mordicatio eſt ſpecies ſolutionis continuitatis, aut per ſuperfluam ſeparationem, ſicut calidum efficit, aut per ſuperfluam aggregationem, ſicut frigidum. ſeparatio autem calidi eſt, aut cum craſſitudine, & terreſtreitate, aut cum ſubtilitate, & igneitate. & ſeparatio quidem calidi cum craſſitudine, & terreſtreitate, quod ſeparat vehementer, & nominatur amarus. Aut talis, quod ſeparationem efficit infra vehementem, & nominatur ſalſus. Et ſeparatio calidi cum ſubtilitate, & igneitate nominatur acutus. Et aggregatio quidem frigidi, aut eſt cũ craſſitudine, & terreſtreitate, aut cũ ſubtilitate, & aquoſitate; aggregatio verò eius cum craſſitudine, & terreſtreitate, quando vehementem efficit aggregationem, nominatur ponticus. Et ſi facit aggregationem, quæ ſit infra vehementiam, nominatur ſtypticus. Aggregatio frigidi cũ ſubtilitate, & aquoſitate, nominatur acetoſus. Iam ergo manifeſtum eſt, quòd ſapores ſunt octo, amarus, & ſalſus, & acutus, & ponticus, & ſtypticus,

Nota.

Nota.

Sapores.8.

eus,& acetoſus,& dulcis,& vnctuoſus. Nam illud,quod aggregat linguam, & exiccat eam, & coarctat ipſam, & exaſperat,& non in eo quod apparet tantum,facit aggregationem æqualem ab omni latere ſicut frigidum. Immo facit aggregationem vſque ad profundum eius inæqualem,& propter id facit aſperitatem eius,& exiccat eam, ſi facit eas operationes operatione ſorti,nominatur ponticus.

Et ſi facit operationem non fortem,eſt ſtypticus.

Et quando non efficit aliquid eorum,quæ diximus, immo contrarium illius,& abluit linguam, & abſtergit quod eſt in ea,donec ſi adhæret ei aliqua ex rebus ſtypticis,abſtergit eam,& abluit ipſam,nominatur ſalſus.

Et ſi eſt abſterſioni eius ſuperfluitas virtutis,donec addat ſuper operationem ſalſi, nominatur baurachius.

Et quando abſtergit plus, quam illud,quod abſtergit ſalſus,& baurachius donec exaſperet linguam exaſperatione vehementi lædente,nominatur amarus.

Et quando contingit,quòd quando occurrit linguæ B facit in ea mordicationem, & corroſionem cum caliditate vehementi nominatur acutus.

Et quando mordicatio,quam facit, eſt vacua à caliditate,quam facit acutus, & cum illo facit in eo cui occurrit,ſimile ebullitioni,nominatur acetoſus.

Et quando contingit, quòd quando occurrit linguæ rectificat ex eo quod corruptum eſt,& ſedat,& lenit aſperitatem eius,& fit ſicut vnguentum, quod replet vacuitates,& impinguat maciem; tunc ſi occurſus eius ad ipſam eſt cum delectatione linguæ,nominatur dulcis.

Et ſi non delectet ipſam delectatione dulci, nominatur vnctuoſus. Et ſicut baurachius eſt de genere ſalſi, ſimiliter ſuauis, vel ſapor eius eſt de genere dulci, nominatur vnctuoſus. Et ſicut baurachius eſt de genere ſalſi, ſimiliter ſuauis, vel ſapor eius eſt de genere dulcis, quando efficit operationem dulcis ex lenificatione,& ſedatione. Veruntamen in ſuaui permiſcetur humiditas aquoſa multa, & tunc minuit eam à dulcedine ſua.

Saporum operationes.

Ponticus ergo terreſtris, qui aggregat, & infiltrat,& conſtringit poros, & præparat,ſicut coria præparantur, & craſſat,& infrigidat,& exiccat.

Et amarus eſt terreſtris, calidus, igneus, qui mundificat meatus, & abſtergit, & ſubtiliat, & incidit craſſitiem,& calefacit non vehementer; & properat cum ſanguine ad aduſtionem,& malitiam, & multiplicat in eo choleram citrinam, quoniam calefacit ſanguinem, & exiccat ipſum exiccatione,& calefactione forti.

Acutus eſt igneus,qui ſubtiliat, & mundificat,& calefacit vehementer, & attrahit, & reſoluit, & adurit. Et acutus quidem calefacit pluſquam amarus. propter illud ergo excitat caliditatem, & inflammat corpus velociter: & adurit ſanguinem, & ipſum mouet, & facit declinare ipſum in primis ad choleram citrinam; deinde ad melancholiam.

Et acetoſus eſt frigidus aquoſus; veruntamen non eſt D eum forti frigore; refrenat choleram, & ſanguinem,& ſtringit ventrem, quando ſtomachus, & inteſtina ſunt munda,& ſubtiliat ea,& ſoluit ipſa,& quando ſunt in eis phlegmata multa,& infrigidat corpus, & incidit,& ſubtiliat,& aperit,& mundificat meatus, & expellit,& infrigidat in toto illo.

Styptici vero operationes ſunt infra operationes pontici, qui infrigidat corpus, & exiccat ipſum, & minuit carnem eius, & ipſius ſanguinem, ſi aſſiduetur: & confortat ſtomachum, & ſtringit ventrem ſecundum plurimum,& generat ſanguinem melancholicum,& infirmat magnitudinem factam in hepate proprie, & nocet neruis, & membris neruoſis omnibus, & ſuperfluit in exiccatione corporis. Veruntamen exiccat appetitum ad cibum fortitudine ſua.

Salſus vero eſt terreſtris,calidus,ſiccus,non igneus qa aggregat,& oppilat,& exiccat, præter quod calefacit vehementer. Dulcis aũt calidus,temperatus in illo mollificat,& digerit,præter quòd calefacit manifeſte, & ſoluit A ventrem,& mollificat ſtomachum,& eſt conueniens pectori,& pulmoni; & tenerum efficit corpus,& multiplicat ſperma, & aſſiduatio eius multiplicat choleram, & ſanguinem, & commouet ægritudines factas ex eis, generat oppilationem, & apoſtemata in hepate,& ſplene præcipue,quando membra ſunt præparata ad illud,ſicut fit in febrientibus,& habentibus hepata calida.

Vnctuoſus vero eſt aquoſus, aereus, qui humectat,& lenit, & mollificat, præter quòd calefacit manifeſte, & mollificat ſtomachum,& ſoluit ventrem,& facit velociter ante ſufficientiam cibi, & præcipue febricitantes, & habentes hepata calida,& ſtomachum calidum,& lenit ventrem,& humectat ipſum,& addit in phlegmate: & retardat cogitationem,& multiplicat ſomnum. Et dico, quòd ponticus,& acetoſus in frigore ſunt æquales. Verumtamen ponticus eſt craſſus,terreſtris. Et acetoſus eſt ſubtilis,aquoſus. Et plurimum operationis pontici eſt in B manifeſto corporis,quoniam eſt tardæ penetrationis. Et plurimum operationis acetoſi eſt in profundo corporis, qm̃ penetrat in corporib. ſenſibilibus velociter; dulcis autem,& amarus ſunt calidi. Verumtamen dulcis in caliditate ſua eſt humidus. Et ſimiliter vnctuoſus. Et propter illud ſunt conuenientes naturæ hominis nutrientes ipſum, cum corpus hominis ſit temperatum in calidit. & humi. Amarus autem eſt calidior dulci, & ſiccior eo, quoniam qñ ſuperfluitas ſit in decoctione oĩs dulcis cũ igne,ſatt decoquit ipſum amaritudo. Et inueniuntur amarus,& dulcis abſtergẽtes. Verumtñ dulcis abſtergit abſterſione temperata,& non ſoluit continuitatem,imò humectat. Et amarus abſtergit abſterſione inæquali,& ſoluit continuitatem. Et quando ſoluit continuitatem, non delectat,immo lædit. Verumtamen caliditas eius eſt minor calidit. acuti,& eſt craſſus,ſiccus,terreſtris. Cum ergo ponitur in vlceribus abſtergit ea,& minuit carnem natam in eis. Et quando bibitur, *incidit* craſſitudinem ſuperfluitatum,quæ ſunt in venis. Et propter illud pro- C uocat menſtrua,& iuuat ad ſpuendum ſaniem,& humiditatem craſſam ex capite,& pectore,& confert ſodæ. Et ſignificat ſuper ſiccitatem eius, quoniam non putrefit, neque generantur ex eo vermes, neque nutrimentum ex eo fit,quando eſt amarus pure. Acutus autem,& ſalſus ſunt calidi,& ſicci ſicut amarus. Verumtamẽ acutus eſt plus calidus,& ſubtilior eorum,quoniam eſt igneus. Et propter illud corrodit,& adurit,& liquefacit. Sed ſalſus eſt terreſtris,calidus. Verumtamen caliditas non efficit in eo operationem ſuam, quam efficit in amaro; neque ſubtiliat eum ſubtilitate,qua ſubtiliat amarum. Et propter illud ſalſus eſt minoris caliditatis,quam amarus per gradum, fit ergo ſalſus in gradu ſecundo,& amarus in gradu tertio.

Antiqui autem contenti fuerunt, vt ponerent quatuor *Lib. de me.* gradus in virtutibus medicinarum,& ciborum. Cum *Gradus.* ergo auditur ſermo eorum calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum, ipſi non volunt illud niſi per comparationem ad complexionem corpotis hominis ſani, cum ſit complexio temperatior complexionibus alijs, & propinquior eis ad æqualitatem, & mediationem qualitatum, quatuor. & propter ſuperfluitatem corporis hominis ſuper reliqua corpora animalium ligatur cum eo intelligentia. Et propter ſuperfluitatem animalis ſuper plantas adinuenta eſt ei ſenſibilitas; plantis vero facta eſt natura. Et ſimiliter virtutes animæ, & eius operationes apparent in meliore, pluſquam ſit earum apparitio in deteriore. Cum ergo inuenitur ex iſtis medicinis, & cibis aliquid,quod non imprimit in ſenſum, nam fugat ipſum aliqua ſpecierum fugæ, tunc ipſum eſt conueniens corpori hominis,ſicut aqua tepida, nam propter conuenientiam ſuam complexionis corporis hominis in æqualitate, inuenimus ſenſum delectari tempore eius,& recipit eam deſiderio. Et quando inuenis aliquid, quod in ſenſum aliquam *Gradus.* efficit impreſſionem; ſed tamen illa impreſſio eſt ſine læſione, neque eſt horribilis naturæ; tunc ſcias, quòd

iam receſſis à complexione corpori hominis in qualitate, quæ apparet ex eo per gradum vnum, & eſt prima. Et quod in eo eſt mutat corpus ab æqualitate, verumtamen cum mutatione manifeſta, quare indiget in mutatione eius tempore, ſicut ſunt dulcedo, & vnctuoſitas. vtræque enim ſunt calidæ in gradu primo. Et quando inuenis aliquid cuius additur impreſſio, & fugat ſenſum manifeſte, quamuis non appareat ei nocumentum, neque dolor, ſcias, quod iam additur reflexio à complexione corporis hominis per duos gradus, & eſt ſecun-
Gradus 2. dus. Et quod in eo eſt, quod mutat corpus mutatione manifeſta, quæ non eſt cum vehementia, ſicut ſalſedo, &c. acetoſitas, ita quod ſalſedo ſit in gradu ſecundo caliditatis, & acetoſitas in gradu ſecundo frigiditatis.

Gradus 3. Et quando inuenis aliquid, cuius impreſſio iam addit virtutem, & multiplicat, & facit dolorem, & læſionem, & fugat ſenſum fuga forti, ſcimus, quòd reflexio eius à complexione corporis hominis iam ſit ad gradum tertium. Verumtamen, quamuis mutet corpus mutatione F vehementi; tamen non eſt corrumpens ſicut amaritu-
Gradus 4. do. Ipſa namque eſt in gradu tertio caliditatis. Et quando inuenit aliquid cuius operatio additur, & ſuperfluit, donec corrumpit complexionem corporis hominis, vel cum ſuperfluitate ſeparationis, ſi eſt calidum, aut per ſuperfluitatem aggregationis, ſi eſt frigidum, ſcimus, quòd reflexio eius à complexione corporis hominis iam ſuperfluit, & additur, & peruenio ad quartum gradum, & eſt quod mutat corpus mutatione corrumpente, ſicut acuitas; ipſa enim corrumpit cum aduſtione, & eſt in quarto. Inquit Galen. & ſiccitas quando eſt in gradu quarto, efficit operationem acuitatis. Antiqui vero conuenerunt ſuper hoc, vt ſtarent apud gradum quartum, & non cogitauerunt in eo, quod eſt poſt eum, quia non inuenerunt ad illud formam conuenientem in operatione, in qua ſit poſſibile cognitionem incedere.

Vniuſquique grad. ſubdiuiſio triplex, immo quincuplex. Veruntamen diuiſerunt hos quatuor gradus in tres G
Odor. ordines, primum, & medium, & poſtremum. dixerunt ergo principium gradus, & medium eius, & poſtremum eius. verum poſſibile eſt, vt ſint inter hos ordines, media occulta ſenſui corporeo, & propter illud dimiſit intellectus eorum rememorationem, & non fecit ſuper ea cadere nomen.

Quarta autem eſt, quæ ſumpta eſt ex odore eius. Dico ergo, quòd odor ſecundum plurimum eſt conueniens ſapori. quod eſt, quia plurimum ſaporis imprimit in ſenſum olfactus, ſicut imprimit ſapori ſenſum guſtus, verbi gratia ex aceto, & omnibus rebus acerosis, & acutis, ſicut allium, & cepæ ſuſcipiunt ſenſus olfactus ſimiles ei, quod recipit ſenſus guſtus, & in quibuſdam rebus diuerſus ſit odor à guſtu, & præcipue in illis, quæ ex medicinis ſunt boni odoris, verbi gratia roſæ odor diuerſus eſt à ſapore eius. Quod eſt, quia in roſa inuenit guſtus, quiddam ponticum, & quiddam amarum, & quiddam inſipidum aquoſum, & comprehendimus illud per guſtum, & non comprehendimus hos ſapores per odora-
Nota. tum. Veruntamen nos comprehendimus, quòd omnis H res habens odorem bonum eſt calidæ complexionis, ſubtilis ſubſtantiæ. quantitatem vero illius, aut eius compoſitionem cum frigido non ſignificat tibi olfactus. per guſtum vero eſt ſuper fiduciam eius, quod guſtas. & iterum odor non ſignificat niſi ſuper illud, quod ex vapore reſoluitur de medicina, ſed vapor non reſoluitur ex omnibus partibus odorati. Quod ſi reſolueretur ex omnibus, non eſſet motio eius, quo mouet olfactum, & operatio eius in eo, motio, & operatio vna. ſenſus vero guſtus non eſt taliter: odor ergo antecedit ad ſenſum olfactus ex ſuperficie medicinæ, & non reſoluitur ex omnibus partibus rei odoratæ. Et ſi reſolueretur ex eis omnibus, non occurreres ſenſui olfactus in hora vna. Et tu quidem quando guſtas roſam iudicas, quòd iſti ſapores ſunt in ea. Et quando olfacis eam non iudicas, quòd ſunt in ea. Quinta vero eſt ſumpta ex colore rei, & eſt, quia

Color. E ſi roſa rubea eſt in colore ſuo, & ceruſa eſt alba, non tamen omne rubeum eſt calidum. neque omne album eſt frigidum. Nix enim, & calx, & ſambucus, & piper album, & gypſum, & cartamum, & elleborus albus, & amylum, & lac, iſta omnia albi ſunt coloris, ſed diuerſarum virtutum contrariarum. Iudicium ergo ſuper virtutem medicinæ, ex colore eius, longinquius eſt à verificatione, quàm iudicium ex ſapore eius. Cuius exemplum eſt illud, quod præmiſſum eſt ex hoc, quòd in colore vno ſunt medicinæ, calidæ, & frigidæ, humidæ, & ſiccæ, verum certificatur ex colore, quòd vinum, & mel, & cœpæ, & vua, & ficus, &c. quæ ſunt eis ſimilia, quanto plus eſt vnum quodque vehementioris albedinis, eſt minoris caliditatis. Et omne, quod eſt vehementioris citrinitatis, aut rubedinis, aut nigredinis, eſt decliuius ad caliditatem. Et ſimiliter roſa, &c. quæ ſunt ei ſimilia. Nam roſa quanto plus eſt vehementioris albedinis eſt frigidior. Et ſimiliter eſt res in tritico, & faba, & phaſeolis, & lentibus, & cicere, & omnibus ſeminibus, & floribus, ſicut lilium album, & citrinum, aut rubeum, & quod eſt citrinum, aut rubeum, eſt vehementioris caliditatis, quam album.

Sermo in appropinquatione medicinæ ex corpore.

QVando vis cognoſcere virtutem rei, tunc incipe, & experire virtutem eius cum re, cui adiungitur, & operare, vt diſcernas medicinam agentem cum ſubſtantia ſua ex eo, quòd præceſſit ex rememoratione noſtra de eo ſint. Et volo ponere aquam ſubiectum nobis, vt inquiramus de ea. Nam qui ex vulgo infirmi ſunt, eam, accipiunt, & ſani, & viuum indigens eſt ea. Comparamus ergo eam in primis ad corpus temperatum, quod non eſt frigidum valde, neque calidum; deinde comparamus eam poſt illud, ad illos, quorum naturæ ſunt malæ complexionis exeuntes à temperamento. Quoniam ergo facimus illud, inuenimus aquam infrigidare corpus temperatum, & in tempore longo: & infrigidat illud, quod eſt malæ complexionis velociter, & præcipue quando eſt aqua frigida; quando verò eſt calida, infrigidat ipſum cum tarditate. Et ſi comparas aquam frigidam ad corpus adoleſcentis, calefacit corpus eius in tempore paruo. Et ſi appropinquas eam ad eum, qui habet ægritudinem ſimplicem calidam, aut frigidam: calidam ſimplicem ſicut febris hectica, & frigidam ſimplicem, ſicut febris accidens ex congelatione per niuem, infrigidat eum aqua infrigidatione manifeſta. Et oportet, vt non ſit frigus eius per accidens, ſed per naturam ſuam. fortaſſe enim ægritudo eſt compoſita ſicut apoſtema calidum. Cum ergo appropinquamus ei aquam, efficit in ipſo in primis operationem ſecundum modum naturalem, deinde in eo operationem aliam accidentalem. Et quando ægritudo eſt ſimplex, non efficit aqua in ea operationem accidentalem. Et tu quidem experire operationem medicinæ ſimplicis per operationem medicinæ compoſitæ in ægritudine compoſita; vt eſt opium ſuper apoſtema calidum. Et medicina quidem compoſita operatur in corpore plus, quam ſit operatio medicinæ ſimplicis, exemplum quidem operationis compoſitæ in compoſito eſt pſyllium, quod plus infrigidat corpora noſtra, & abſcindit ſitim, quam aqua, quamuis aqua in natura ſua ſit frigidior pſyllio, quando eſt puræ frigiditatis, quoniam eſt ſimplex. Et propter illud conuenere Philoſophi ſuper hoc, quòd elementa non nutriunt corpus omnino, neque aſſimilantur alicui membrorum, niſi mediantibus plantis, & ſanguine; quoniam elementa propter propinquitatem ſuam ad plantas conueniunt cum eis, & permutantur ad eas; & plantæ propter propinquitatem ſuam ad ſanguinem aſſimilantur etiam cum eo, & permutantur ad ipſum. Et ſanguis propter propinquitatem ſuam ad mem-

Nota.

membra animalis assimilantur eis, & permutantur ad ea. Quoniam per eum est eorum virtus, & ipsorum essentia; longinquiores ergo res à cibo animalis sunt elementa, cum sint simplicia, quibus non sunt sapores. Et propter illud recipiũt sapores omnes, & apparent in eis, sicut recipit aqua, cui non est color, omnes colores. Et propter illud facta est humiditas grandinea, in qua existit visus, ita quod non est color, quare recipit colores. Et facta est lingua sine sapore. Et propter illud recipit sapores. Et cum interiore parte palmæ hominis est plurimũ sensus factus, & est temperantius quod est in corpore. Cum ergo tu ponis aquam subiectum tuum, non mentitur sensus tuus. Et tu quidẽ experire aquam, cuius vis experiẽtiam imprimi cum sensibus tribus. s. per visum, ne aqua sit turbida; & per gustum, ne sit ei qualitas salsa, aut alia; & per olfactũ, ne sit ei qualitas mala fœtida. Cũ ergo est taliter, est aqua primitiua, munda, pura, hæc est ergo aqua frigida in natura sua. Cum ergo tu calefacis eam, non est aqua sola per calefactionem calefaciens, & comburens rem, sed similiter est opium, & pomum dæmonis, & mandragora, omnia quando calefacis ea, & appropinquas corpori hominis, calefacis ipsum. & comburis: illud etiam quando sunt superfluæ caliditatis. Dico ergo, quòd medicinæ omnes, quarum tu vis experiri virtutes, quãdo tu ponis eas super corpus hominis, oportet, ne sit caliditas accidentalis, & frigiditas, & non aqua sola, sed omnes res. Cuius exemplum sit cera, quam liquefacis cum oleo saporito, & fricas eã, & infrigidas ipsam cum aqua, & ponis eam super membrum calidum; quare infrigidat ipsum, & humectat illud; & non per frigus naturale, sed per illud, quod acquisiuit à frigiditate aquæ frigidæ. Secundũ hoc ergo exemplum inquire de rebus omnibus; nam certificatur tibi, quod vis de cognitione virtutum medicinarum, & ciborum, quando approximabis corpori eius ex virtute accidentali.

ET oportet, vt discernat, qui vult cognitionem virtutum medicinarum, & ciborum, illud quod dicitur in ea; scilicet quod ex eis est calidum, aut frigidum potentia, & actu. Calidum ergo actu est, sicut caliditas existens in igne; potentia vero caliditas existẽs in pyrethro, & castoreo, & pipere, & quæ sunt in eis similia. Et frigiditas actu est sicut frigiditas existens in glacie, & niue; sed potentia frigiditas existens in opio, & pomo dæmonis, & mandragora. Et intentio sermonis nostri cum potentia est, quod res præparata est, vt fit actu. Et dicitur secundum duos modos; aut per hoc quod mutatur; aut ita, vt generetur. Mutatio autem eius est, quando remaner species eius secundum quod non remouetur, sicut cum res alba fit rubea. Generatio autem eius quando alteratur, & conuertitur, sicut panis, fit sanguis; panis ergo est sanguis potentia. Cum ergo alteratur, & conuertitur, fit sanguis actu, & nõ remanet panis secundũ quod fuit.

Actus & potentia quid.

Mutatio.

Generatio.

Et oportet, vt discernat quod dicitur in re, quia calefacit corpus secundum duos modos, aut quia calefacit ipsum, ita quod addit in qualitate caliditatis eius, & augmentat eam; aut quia addit in substantiam eius. Si ergo addit in caliditatem corporis, nominatur medicina calefaciens actu aut potentia, Actu sicut ignis. Et potentia per viam, quia est materia. Et hæc species, aut est propinqua, sicut venenum viperæ: aut minus propinqua, sicut cantharides.

Et sunt vtræque corrumpentes corpus, & sunt ex genere medicinarum interficientium plurimum; aut in paucitate propinquitatis sunt, sicut euphorbium, & pyrethrum, & castoreum. Et si addit in substantia corporis, tunc est etiam actu, potentia; actu quidem, sicut puer teneri corporis, quem applicat homo seu pectori, donec occurrat stomacho eius; potentia, vero est sicut cibus superueniens corpori. Quod autem superuenit corpori ex cibo, est secundum tres modos. Veniens ita, quod vincit eum corpus, & est cibus, & veniens ita, quod vincit corpus, & est medicina. & veniens ita, quod vincit corpus in primis, deinde corpus vincit ipsum in postremo; & nominatur cibus medicinalis.

Quatuor sunt media genera.

ET oportet, vt discernat, quòd medicinarũ sunt quatuor genera.

Primum genus est, quod non mutat corpus, & ipsum mutat corpus. Et hoc genus est perimens; aut cum caliditate, sicut viperarum venenum; aut cum frigiditate, sicut opium.

Et secundum genus est, quod mutat corpus; deinde ipsum, & mutat corpus, & corrumpit ipsum. Et hoc genus etiam mutat; aut ita quod attenuat, & subtiliat, sicut est illud quod accidit ex hyosciamo; aut ita quòd putrefacit, sicut illud, quod accidit ex cantharidibus. Et hoc genus etiam est corrumpens corpus.

Et tertium genus est, quod corpus mutat; deinde dedit ipsum, & mutat corpus, & calefacit ipsum calefactione vehementi; sicut euphorbium, & pyrethrum, & castoreum, & piper.

Et quartum genus est, quod mutat corpus in primis, deinde corpus post illud mutat ipsum. Cum ergo mutat ipsum addit ipsum in substantia caliditatis corporis, si est ex reb. calidis, superfluam caliditatem, sicut cepæ, allium, & sinapis, & quæ sunt eis similia. Et si est ex rebus frigidis superfluã frigiditatem; sicut lactuca, & simila hordei, & quæ sunt eis similia.

Declaratio.

Manifestum igitur est, quod genera medicinarũ sunt quatuor, quoniã rei superuenientis corpori virtus, si est cooperta à virtute corporis, ei corpus agit in eam, deinde ipsa etiã agit in corpus, tunc est medicina absolute. Et si est fortior corpore, donec nõ valeat corpꝰ agere in eã, neque mutare ipsam, imò ipsa est mutans corpus; tunc ipsa proculdubio est medicina corrumpens, & interficiens. Et si corpus est fortius ea, donec mutet ipsam, & soluat eam, donec assimilet eã substantiæ suæ; tũc ipsa est cibus absolute, qm̃ cibus generat in membris corporis secundum dispositionem assimilationis suæ cũ eo impressionem, & mutat ipsum post hãc mutationẽ. Et hæc mutatio, & impressio fortasse est manifesta sensui, & fortasse nõ manifesta in principio rei; sed declaratur post spatiũ longum. Et quod ex cibo imprimit in corpus impressionem manifestam, nominatur cibus medicinalis, sicut lactuca ex frigidis, & allium ex calidis. Hæc enim duo antequam digerantur, mutant corpus. Lactuca igit infrigidat, & propter illud dormire facit. Et allium calefacit, & propter illud facit sitire. Deinde vtræque postquam bene digeruntur, addunt in quantitate substantiæ corporis tantum, præter quod mutet ipsum in qualitate sua.

De cognitione virtutum medicinarum.

Et oportet, vt scias, quòd cognitionis virtutum medicinarum, & ciborum, sunt tres ordines.

Ordo primus est cognitio calidi, & frigidi, & humidi, & sicci.

Et ordo secundum est cognitio digestiui ex eis, & lenitiui, & indurantis, & oppilatiui, & aperientis oppilationem, & absterſiui, & rarificatiui, & inspissantis, & aperientis orificia venarum, & constringentis ea, & cõburentis, & putrefacientis, & minuentis carnem, & cõsolidantis, & attrahentis, & sedantis dolorem. De tertio in maturatiuo vero ordine infra habebitur.

Sermo in maturatiuo.

Maturatiuum est calidum, & humidum; cuius caliditas est æqualis superfluitatibus, quæ eo curantur, neque minuitur ex humiditate eius aliquid. Et maturatiuum quidem cum æqualitate sua corpori in caliditate, & humiditate oportet, vt sit oppilatiuum, viscosum, quoniam quando oppilat poros corporis coarctat, spiritum innatum per quem fit digestio, & reliquæ operationes naturales. Et est sicut oleum concussum cum aqua calida, & farina tritici decocta cum aqua calida; & panis, & oleũ, & pinguedo porci, & pinguedo vituli, & pix, & resina pini, & butyrum rubeum. Ista quando inunguntur cum oleo calido, & thus, & colophonia, & sesamum; ista quando impinguantur, & caulis decoctus cum butyro cocto, & quæ sunt in eis similia.

Sermo in leniente.

Leniens autem eſt etiam calidum. Veruntamen eſt pluris caliditatis parum quam corpus, cuius lenit duritiem, & pluris ſiccitatis. Et propter illud, quod in membro, quod indiget medicina leniente eſt durities, & durities, quæ indiget medicina leniente eſt accidēs à chymo frigido craſſo viſcoſo, tunc indiget medicina, in qua ſit caliditas, quæ liquefaciat illum chymum, & reſoluat ipſum, & finiat ipſum, & non oportet vt caliditas ſit ſuperflua, vt non finiat ſubtile, & dimittat craſſum in lapidem verti, & non reſoluatur. Oportet ergo, vt ſit caliditas eius in gradu ſecundo, & in principio tertij; & ſiccitas eius iterum non oportet, vt ſit ſuperflua, immo in gradu primo, ſicut ſunt folia althææ cum butyro cocto, & maſtix cum butyro crudo, & bdellium, & ſtyrax liquida, & aqua roſata, & ammoniacum. & KelKalibat, & * hyſſopus humida, & quæ ſunt ſicut illa, & medulla oſſis vituli, & medulla oſſis cerui, & medulla oſſis chameli, & pinguedo gallinæ, & pinguedo capræ, & pinguedo anſeris, & mucilago althææ, & mucilago ſeminis lini, & mucilago fœnugræci, & quæ ſunt eis ſimilia.

* Oeſypum.

Sermo in indurante cum frigore.

Indurans cum frigore eſt ſicut portulaca, & pſyllium, & altahalub, & quæ ſunt eis ſimilia ex ſolatro.

Sermo in oppilante.

Et oppilans cum frigore eſt medicina, quæ oppilat poros corporis oppilatione abſque apertione. Et eſt proculdubio; aut terreſtris; aut viſcoſa, non mordicans; quoniam ſi eſt mordicans non fit, vt figatur in poris, quoniam liquefacit ex membro aliquid, aut attrahit ad ipſum aliquid, quare reſoluitur, & currit. Oportet ergo, ne ſit ſapor omnino, neque caliditas vehemens, neque frigiditas vehemens. Terreſtris quidem eſt ſicut amylum, & thuria, & ceruſſa plumbi, & climia, & calx, & hæmatites. Iſta omnia quando abluuntur decenter, deinde exiccantur. Viſcoſa vero non mordicatiua eſt, ſicut malua ſylueſtris, & malua domeſtica, & interior pars cucurbitæ, & raſura eius, & citruli, & quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in aperiente.

Aperiens autem oppilationes, eſt contraria oppilanti. Quoniam ſubtiliat res craſſas, & incidit eas, & eſt illa, quæ eſt amara, aut baurachia, ſicut radix lilij cœleſtis, & ſcilla, & amygdala amara, & elleborus, & baurach, & lupinus, & ſceha. Et quæ eſt ex medicinis aperitiuis, in qua eſt cum virtute apertionis aliquid ponticitatis, aut ſtypticitatis, ſi ponitur ex his, & cum non aperit propter ſtypticitatem ſuam, aut ponticitatem ſuam, & ſi bibatur aperit oppilationes viſcerum.

Sermo in abſtergente.

Abſtergens vero eſt ſimilis aperienti oppilationes. Veruntamen eſt debilior ea, & non indiget ſubtiliatione illa, qua indiget aperiens oppilationes. Et propter illud plures medicinæ, quæ abſtergunt, ſunt dulces, ſicut mel, & fabæ, & hordeum, & amygdala, & batecha dulcis, & furfur tritici, & ſimilia eis.

Sermo in rarificante.

Et illud eſt quod calefacit corpus calefactione temperata, & non exiccat, & eſt craſſum, ſicut chamæmelum, & flos althææ, oleum de ruta, & oleum de raphano, & oleum antiquum, & eis ſimilia.

Sermo in inſpiſſante.

Eſt ſimilis oppilanti, veruntamen eſt debilius eo, & eſt illud, quod eſt frigidum, aquoſum, non mordicatiuū, ſicut aqua frigida, & ſimilia hordei, & ſemperuiua, & lenticula aquæ, & poma mandragoræ, & ſimilia eis.

Sermo in aperiente orificia venarum.

Hoc eſt craſſum acutum, ſicut allium, & cœpæ, & lilium, & fel tauri, & flos papaueris rubi, & cepa narciſſi; & alhalchoen, & oleum lilij cœleſtis, & quæ ſunt eis ſimilia.

Sermo in conſtringente poros, & venas.

Hoc eſt craſſum, frigidum, ſtypticū, non viſcoſum, ſicut virga paſtoris, & arnogloſſa.

Sermo in adurente.

Adurēs eſt calidum ſuperfluum craſſum ſicut arſenicum, & zegi, & chalcanthum æs vſtum, & cinis ficus, & ſinapis, & ſtaphiſagria, & thapſia, & eſt coruiſcus, & ſimilis eis eſt arbor martæ.

Sermo in putrefaciente corrodente.

Eſt calidum ſuperfluum, ſubtile, ſicut zinar, & vrtica, & ſimilia eis.

Sermo in diminuente carnem ex vlceribus.

Et ex genere zinar, veruntamen eſt debilius eo, ſicut cortices æris, & hæmatites, & cucumer aſininus, & radix colocynthidis, & cinis teſtudinis, & cinis cancrorum, & cinis limaciatum, & cinis ſerpentum, & viperarum.

Sermo in conſolidante.

Eſt quod exiccat, & ſtringit cum æqualitate, ſicut ſanguis draconis, & thus, & myrrha, & aloe; & quandoque conſolidat per accidens illud, quod minuit carnem, quando ponitur ex ea parum cum eo, quod ſolidat vlcus ſicut ceratum. Et ex eis eſt, quod conſolidat cum ſtypticitate ſine mordicatione, ſicut alumen, & gallæ, & merdaſengi, & plumbum vſtum, & ſcoria plumbi, & ceruſſa plumbi, & antimonium combuſtum, & ex eis quod conſolidat cum mordicatione, & aduſtione, ſicut colcothar combuſtum, & cadmia, & cortices ferri, & cortices æris, & calx abluta quadam ablutione.

Sermo in trahente.

Ex eo eſt, quod attrahit cum æqualitate ſua, & ex eo eſt, quod attrahit natura ſua, quod ergo attrahit natura ſua eſt ſicut medicinæ ſolutiuæ. Sed quod attrahit qualitate ſua, attrahit per caliditatem, & ſubtilitatem. Et caliditas, & ſubtilitas, aut ſunt in medicina ex natura ſua, aut inſunt ei ex putrefactione, quæ accidit ei. Quod autem ex natura medicinæ eſt, ſicut pulegium ceruinum, & ſagapenum, & aſa. Sed quod eſt ex putrefactione, quæ accidit medicinæ eſt ſicut fermentum, & ſtercus antiquum, & limus.

Sermo in bezearticis.

Ex eo eſt quod agit cum ſolutione, & ex eo eſt, quod agit cum euacuatione. Quod autem agit per hoc quod reſoluit, aut reſoluit ſua qualitate, aut reſoluit natura ſua. Illud quod facit illud natura, complexio eius eſt media, in eo quod eſt inter rem recipientem, & rem, quam recipit. Et propter illud quando adminiſtratur in hora ſanitatis eſt nociuum.

Sermo in ſedante dolorem.

Eſt iſtud quod calidum eſt, ſicut complexio corporis in gradu primo, & eſt ſubtile euacuans, & reſoluens, & rarificat, & ſubtiliat, & maturat, & venit cum omni, quod eſt in mēbro ex dolore, & ex infirmitate ad æqualitatem: ſicut eſt chymus calidus, aut viſcoſus. Et ſicut craſſus, aut multus, aut annexus in poris ſubtilibus, aut ventoſitas frigida, aut craſſa cui non eſt meatus. Et non oportet, vt ſit ſtypticum inflatiuum, ſicut oleum anethinum immundum ex virtute ſtyptica.

DE ORDINE TERTIO.

Ordo autē tertius eſt cognitio eius, quod frangit lapides, & eius quod adiuuat ſpuere illud, quod eſt in pectore, & mundificare ipſum; & mundificantis cerebrum, & mundificantis aures, & oculos, & os, & palatum, & ſtomachum, & inteſtina, & hepatis venas, & gibboſitatem eius, & ſplenem, & renes, & veſicam; & prouocantis vrinas, & frangentis lapidem, & excitantis coitum, & abſcindentis coitum, & generantis lac, & abſcindentis ipſum, & prouocantis menſtrua, & abſcindentis ea, & mundificantis inteſtinum ex ſtercore, & vermibus, & prouocantis ſudorem, & mundificantis cutem corporis.

Sermo in frangente lapides.

Eſt illud, qđ incidit, qñ nō eſt caſitatis manifeſtę, nā tūc frāgit ſicut radix, aſparagi, & radix harūdinis, & poliū, & vir-

virtutem aduſtum, & tritum, & acetum ſcillæ,& cinis ſcorpionum,& lapis ſpongiæ;quoniam dicta frangentia, quando cum eis eſt caliditas vehemens, tunc indurant lapidem,& non frangunt ipſum. Et ſi cum eis eſt caliditas,quæ non ſit vehemens, ſicut diximus; & accipitur cum eis res humida adiuuat ad frangendum; quoniam ſi fuit ſuperfluæ caliditatis, ſeparant ſubtile à craſſo,& educunt ſubtile,& remanet craſſum.

Sermo in mundificante pulmonem, & pectus,& iuuante ad aſthma, & tuſſim antiquam,& generationem ſaniei cum eis.

Illa ſunt ſemen bauciæ ſylueſtris,& eſt daucus, & ſemen lini, & halaſce, & ſemen raphani, & raphanus, & naſturcium,& ſeſamum,& cordumeni,& ſemen cucumeris, & ſemen batechæ,& ſemen rutæ,& nigella,& piper,& polium,& praſium, & caſia lignea, & rhaued,& coſtus,& amomum,& ſulphur; & chalbanum,& myrrha,& opopanacum,& cæpe,& allium, & ſcilla,& calamenthum,& hyſſopus ſicca, & amygdala amara,& ficus ſicca,& pinea,& caſtoreum, & eruus,& ammoniacum,& bdellium, & olibanum, & aſa; & ariſtolochia longa,& rotunda, & ſtęchas; & ouum ſorbile,quando ſorbetur cum melle; & ficus antiqua, quando decoquitur in lacte præcipue camelæ; & cicer cum lacte. Et cófert per accidens ſuffumigatio cum ladano, & cum ſtyrace,& ſtercus leporis,& pili eius, & ſtercus gazelis,& radix cucumeris aſinini,& ſemẽ fœniculi, rhaued,quando ſufficitur cum eo,iuuat.

Mundificantia cerebrum ex naribus,quando cum eis fit caputpurgium.

Sunt ſuccus ficiæ, & ſuccus cucumeris aſinini,& oleum de lilio, & oleũ de amygdalis, & ſuccus radicis arboris Mariæ,& quando exiccatur radix,& teritur cum pipere,& baurach,& calamenthum.

Mundificantia oculos per lachrymas,& conferunt pruritui,& grauitati, & corroſioni,& debilitati viſus.

Sunt omnes medicinæ abſtergentes;ſicut fœniculum humidum,& aqua cinnamomi, & fel perdicis,& mel, & aqua caſiæ lignea,& oleum de Kerua: & oleum balſami,& oleum nucis,& alKitran,& oleum anethinum; & ex ſuccis ad illud etiam ſunt ſuccus acori, & harmel, & praſij,& ſuccus papauetis rufi,& arboris Mariæ,& ſuccus cępæ,& ſinapis,& rutæ.

Mundificantia aures.

Sunt mel,& vinum dulce, & oleum amygdalinum, & fel tauri,& ſuccus capparis,& fel piſcis omnis,& ficus & baurach,& myrrha,& ſuccus ficiæ,& ſimilia eis.

Mundificantia ex ore cerebrum.

Sunt paſſea montana,& ſchęnanthum, & maſtix,& pyrethrum,& ſinapis, & muri, & quæ ſunt eis ſimilia, maſticantur; & quandoque decoquuntur, & gargarizantur cum eis.

Mundificantia ex palato.

Sunt baurach,& aloe,& ſemen vrticæ, & grana alloros,& calamenthum,& ſinapis,& hyſſopus,& allia.

Confortantia ſtomachum,& nocentia ei.

Conferentia aũt ei ſunt dactyli immaturi,& cytonia, & oliuæ ſalitæ, & oliuæ conditæ cum aceto, & oleum crudũ ponticum, & glandes, & caſtaneæ, & præcipue quando comeduntur in lacte, & omnia olera ſpinoſa. & ſunt illa in quibus ſunt amaritudo,& ſtypticitas,& roſæ, & fumusterræ, & napi conditi cum aceto, & cum ſinapi,& raphanus,& ſinapis,& naſturtium,& pyrethrum, & aſparagus cum muri,& aceto, & myrtilli, & alKaneriæ,& ſimilia eis; & capparis condita cum ſale,& cortices citri,& abſinthium,& aloe,& vinum purum.

Et nocẽtia ei ſunt grana iuniperi,& grana pini maiora,& minora,& genera alber,at alacoeni, & ſemen agni caſti,& ficla, & acetoſa,& napi crudi, & bliti, & atriplex,& malua, & quæ ſunt eis ſimilia,niſi comedantur iſta cum muri, & aceto, & ſeſamo, & fœnugræcum, & lac; quoniam aceſcit in illis,qui ſunt frigidæ complexionis,& in ſtomacho frigido, & muratur in ſtomacho calido,& bolus armeniæ,& abrotanũ, & baurach,& mel quando multum ſumitur ex eo,& bateKa; & omnis medulla,& cerebrum: & vinum nigrũ,& craſſum, durum,& præcipue nouum.

Mundificantia inteſtina.

Sunt tithymallus,& lac eius, & ſemen atriplicis caulis,& decoctio polypodij, & aqua ciceris,& folia agni caſti,& decoctio alhaſſe,& ſcordeon,& calamenthum, & butyrum recens, quando aſſidue lambitur; & ficus ficca,quando feruet in aqua; & oleum omphacinum,& agaricum.

Mundificantia venas hepatis.

Sunt pulpa colocynthidis, & chamæmelum, & abſinthium,& aqua caſei, & ius galli antiqui decrepiti,& aqua ciceris albi.

Mundificantia gibboſitatem hepatis.

Sunt amomum,& decoctio ſchęnanthi,& radix acori,& gentiana; cortex radicis lauri,& rhauedſceni,& ſuccus liquiritiæ,& amygdala amara,& aniſum,& ſęniculum,& daucus,& ſemen apij hortulani, & montani, & aſarum,& myrrha,& eupatorium.

Mundificantia ſplenem.

Sunt elleborus niger,& decoctio calamenthi,& cortex radicis capparis, & infuſio cucurbitæ amaræ,& tamariſcus; & pulpa colocynthidis,& chamæmelum.

Mundificantia renes.

Sunt omnis medicina incidens,ſicut radix arnogloſſæ,& fructus eius,& aſparagus,& radix pęoniæ,& aqua ciceris nigri, & amygdala amara, & capillus veneris,& phu,& cymæ ſchœnanthi,& daucus,& ſemen apij hortulani,& montani, & acorus, & cortex arboris vitis,& ſanguis hirci ſiccatus.

Mundificantia veſicam.

Sunt ſtercus galli ſiccatũ, & rhaued,& ſabina,& carpobalſamum,& decoctio gladium, & fructus alhulaic, & balauſtiæ, & ſuccus liquiritiæ, & decoctio rubeæ,& menta,& folium, & ſpica, & nera excorticata,& aſparagus.

Prouocantia vrinam.

Sunt omnia,quæ calefaciunt,& exiccant, & plurima illorũ ſunt medicinæ acutæ,ſicut apium, & ſemen eius, & ſęniculum,& ſemen baucię,& ameos,& phu,& meu, & aſarum, & acorus,& apium montanum, & ſeſeleos. Et ex prouocantibus eſt ſemen aſparagi,& ſemen cucumeris,& melonis. Et ex prouocantibus,ſunt bauciæ,& ſcariolæ,& napi,& ſecaniabin.

Mundificantia lapidem ex veſica,& renibus.

Sunt cordumeni,& cyperi, & oleum de amygdalis dulcibus,& bdellium,& radix fœniculi,& olibanum,& amygdalæ amaræ,& decoctio radicis althææ,& teſticuli porci exiccati, qui teruntur, & ſumitur puluis eorum ficus. deinde parum vini poſt ipſum; & lapis iudaicus, & lapis inuentus in ſpongia marina,& ſtercus columbarum,& cinis lepotis,& altit.

Concitantia coitum,& multiplicantia ſperma.

Ex cibis quidem, omne cibarium quod eſt multi nutrimenti,multæ inflationis; ex medicinis vero omne calefaciens,humectans. Cibi quidem ſunt ſicut pineæ,& cicer,& fabæ,ſicut ficus,& amygdalæ, & nux, & fiſtici, & cępæ,& lac cum zuccharo.& vitelli ouorũ,& ſeſamũ, & mel. Et medicinæ,& ruta,& aſparagus,& ſchincus,& ſatyrium,& ſecacul,& piper nigrum,& non eſt granum alzelen,& been,& zingiber.

Abſcindentia coitum,& deficcantia ſperma.

Sunt quæ ex cibis ſunt incraſſantia, exiccantia,infrigidantia,ex oleribus quidem, lactuca,& atriplex,& blitis,& cucurbita,& cucumer,& citruli,& ſandyx,& morum,& aliumar, & alcophre, & omne exiccatiuum ex medicinis,ſicut ruta,& piper, & agnus caſtus, & cyminum,& myrobalani,& charabæ,& cyperi, & balauſtiæ.

Prouocantia lac.

Generantia ipſum ſunt aqua hordei cũ lacte,& fœniculũ humidũ decoctũ,& ſemen ſęniculi,& anethum, & aniſum,& ſemẽ lini,farina milij,& decoctio ſęnugræci,

& eruca, & semen cucumeris, & caulis coctus. Et ex eis quibus fricatur corpus, & prouocant lac, sunt lumbrici terrestres, & nigella, & scoria ferri, & fel tauri, & succus hordei infusi, & pinguedo anseris, & omne subtiliatiuum, incisiuum, quando non est cum eo caliditas, nisi pauca, æqualis, & non est exiccatiuum, generat lac.

Deficcantia lac.

Sunt omnia deficcatiua, sicut piper, & ruta, & arbor Abraham, & arbor Mariæ, & anethum, & coriandrum siccum, & semẽ albedarogi, & menta, & calamenthum, & sabina, & semen rutæ, & lupini, & pulegium ceruinum; & omne infrigidatiuum, & stypticum, sicut sumach, & balaustiæ, & lens, & acetum, & agresta; & omne narcoticum frigidum, sicut lactuca, & coriandrum, & hyosciamum, & papauer.

Prouocantia menstrua.

Prouocant menstrua secundum plurimum, omnia, quæ prouocant vrinam cum calefactione, & subtiliatione, sicut asarum, & aqua mellis, & castoreum, & aqua ciceris, & myrrha, & daucus, & sagapenum, & chalbanum, & casia lignea, & sabina, & rubea, & calamenthum, & styrax, & arbor Mariæ, & aleamiam, & altit, & opopanacum, & phaseoli, omnia ista prouocant menstrua. Et quando sufficientia est super vnum istorum, & decoquitur in vino, & bibitur, prouocant menstrua.

Abscindentia menstrua.

Sunt thus, & balaustiæ, & gallæ, & acacia, & charabæ, & bolus armenius, & terra sigillata, & semen plantaginis, & scoria ferri, & myrobalani, & ex eis, quæ ponuntur super dorsum, & super ilium sinistrum, & abscindunt menstrua, sanguis draconis, & antimonium, & alumen, & eis similia.

Mundificantia intestina ex stercore.

Sunt styrax, & aloe, & mastix, & allium quando bullitur cum oleo, & muri, & synapis, & ficus cum baurach, & medulla carthami, & helKalibat.

Facientia vermes, & ascarides, & lumbricos ex ventre descendere.

Sunt sceha armenum, & alabrongi, & lupinus, & abrotanum, & lumbrici terrestres, & taraxacon, & scariola agrestis, & sal indum, & alKittram, & nigella, & polium, & siccidis, & herba auris muri, & fel tauri, & colocynthis, & aloe.

Prouocantia sudorem ex corpore toto.

Sunt calida, sicca omnia, sicut cyminum, & anisum, & calamenthum, & polium; & ex oleis, & medicinis etiam, cum quibus fricatur corpus, sunt oleum cũ baurach, & oleum cucumeris asinini, & oleum raphaninum, & oleum balsami, & oleum chamæmelinum, & oleum anethinum, & albenalzenu, & est purũ, & oleum nardinum, & costus, xylobalsamum, & carpobalsamũ, & rhaued, & calamus aromaticus; & ex medicinis, quæ excitant sudorem, quando suffumigatur cum eis, sunt castoreum, & bdellium, & agnus castus, & lens parua, & carpobalsamum.

Mundificantia cutem.

Sunt arsenicum rubeum, & citrinum, aristolochia, & calamus aromaticus, & pyrethrum, & staphisagria, & sambucus, & cinis glandiũ, & radix altheæ, & semen alKiKil, & farina fabarum, & farina lupinorum, & sarcocolla, & mel, & eruus, & baurach, & spuma maris, dactyli, & melon, & citri: & vniuersaliter omne, in quo est absterfio. Inquit Aggregator huius libri, iam præmisi illud, quo fit iuuamentum ex cognitione virtutum medicinarum, & ciborum, & auxiliatur per illud, & nunc * incipio narrare ea. Dico ergo quia propterea, quòd medicina, & cibi sunt multi, conuenere antiqui, præcipue postremi, vt ordinarent ea secundum litteras alphabeti, & * hic est vbi * incipit.

* in principio.

* hic. * incepi.

FINIS.

APVLEI LIBER DE PONDERIBVS, & mensuris, & signis cuiuscunque ponderis.

Omnis scriptura à summis vsque ad ima, in mensura, numero, & pondere disposita est, atque firmata. Cuncta namque corporea pondere, & mensura reguntur, sicut, & creata sunt.

Apud Hebræos Moses primus instituit ponderum, & mensurarum rationem. apud Græcos vero Phydon argiuus. & quamquam alij antiquiores his extitissent in hac scientia, tamen hi experientiores fuerunt. Pondus autem Pensus dictum est, eo, quòd in statera libratum pendeat, non ratione, sed abusiue dicitur pondus. *Auctores ponderum.*

Trutina est gemina lance ponderum æquali examine pendens facta, propter maiora pondera, eadem & statera dicitur, eo, quod ex duabus lancibus, aut vno stylo in medio librata fiet, & filum quod in medio regit trutina dicitur.

In paruis vero ad ponderandũ parua facta, vel Siliqua dicitur momentanea, vel momenta.

Campana dicta est à Campania regione Italiæ, vbi primo reperta est; hæc non habet duas lances, sed virgã vnam, quæ est signata libris, & vncijs, & vago pondere mensurata.

* Calculus est minimum omnium ponderum; ponderatur autem hordei grano vno, aut lentis granis duobus: pro paruitate enim calculus dictus est à similitudine; paruitate enim calculus dictus est à similitudine parui lapilli, qui ideo vocatur calculus, eo quod sine molestia ambulantis nuda Planta calcetur, notatur vero vt infra. *granum.

Siliqua ponderatur calculis quatuor, quę constat hordei granis quatuor, aut lentis granis octo; est autẽ tertia pars oboli, vt vigesimaquarta pars solidi. nominata est ab arbore, cuius semen est. notatur vero vt infra.

Ceration quod est semiobolus, id est medius obolus, ponderatur siliqua vna, & dimidia; aut calculi sex, qui constant hordei granis sex, aut lentis granis.xij.

Obolus ponderatur siliquis tribus, aut ceratijs duobus, quod ex semibolis duobus, aut calculis.xij. qui cõstat granis hordei.xij aut lentis granis.xxiiij. vocaturque sagitta græce, quia olim in modum sagittæ fiebat.

Drachma quæ est * scrupulus, ponderatur obolis. * ij. aut ceratijs, qui semiboli. * iiij. aut siliquis * sex, aut calculis * xxiiij. lentis granis * 48. Dictus scrupulus per diminutionem à lapillo breui, qui dicitur scrupus. *ex scrup. ij. *vi. *xij. *xviij. *lx. *cxx.

Chema octaua pars vnc in omnibus ita ponderatur. vt olca.

Olca idem est, quod chema.

Themen octaua pars vnciæ, in omnibus ita ponderatur olca, & chema.

Drachma. viij. pars vnciæ in omnibus ita ponderatur, vt olca, & chema, & themen.

Sicel hebraice, latine corrupte siclus dicitur, apud Hebræos ponderatur vncia, apud Latinos quarta pars vnciæ est constans oleis, aut chemis, aut themnibus, aut drachmis, id est scrupulis.v. aut obolis.xij. aut ceratijs, qui & semiobolis. xxiiij. aut siliquis. xxvj. aut calculis. cxiij. aut lentis. ccxxviij.

Oboli quatuor.

Oboli.ȝ. notabantur ita.ſ. vel ita.ſ.

Denarius qui, & argenteus. octaua pars vncię est, ponderatur in omnibus, vt olca, & chema, & themẽ, & drachma. Dictus denarius, quia pro.x. numis cõputabatur ab initio, vnũ numisma, vnus argẽteus erat. Numismus dicitur, quia nominibus, & effigiebus Principum signatur. continens in se minora ponderta, notatur ita enim.x

Solidus vulgo dicitur aureus, qui latine sextula vocatur, eo, quòd sit sexta pars vnciæ, ponderatur enim drachmis, scrupulo vno, id est scrupulis quatuor, aut obolis. viij. aut ceratijs, qui & semiobol. xvj. aut calculis. * lxvj. aut lentis granis. * clxij. * lxxxi. * clxi.

Tre-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1072-9 DFG

Tremiſſus dicitur eo quod remiſſus faciat ſolidum au A reū; eſt enim xviij. pars vncię. ponderatur ſiliquis xviij. * lxxij. aut calculis.* xxxiij.qui conſtat hordei granis.* xxxii.aut lentis.lxiiij.

Duella dicitur, quæ conſtat duobus ſolidis aureis, qui * exliij. ſeſculis pōderatur,* dr.vna,ſcrupul.ix.)aut obolis.* xxxij. * drach ij. aut ſiliquis xlvij. aut calculis clxij. qui conſtat hordei * ſcrup.ij. gran.* clxij. aut lentis granis.* ccclxxxiiij. * xvi. * xlviij. * cxcvi.

* Status dictus eſt; quia tribus ſolidis aureis ſtat; eſt * cxcvi. enim ſemuncia.i.media vncia,ponderatur drachm.iiij.i. * ccxcij. ſcrupulis xij.aut obolis xxiiij.aut ceratis,id eſt ſemiobol. * ſtater. * xviij.aut ſiliquis lxxij.aut calculis.* 288.qui conſtat hor * xlviij. dei granis totidem,aut lentis granis.* ccccclxxvij. * cxxl. * cccclxxx.

Quadrans eſt quarta pars. ponderatur dra.ij.aut ſcrupulis ſex,aut obolis xij. ita multiplicando ſicut ſupra, & cætera.

Vncia dicitur, quia vniuerſitatem minorem ponderum ſua vnitate vniat,i.complectatur. ponderatur dra. viij.vt ſupra,&c. quæ vncia proinde habet legitimum B pondus, quia numerus ſcrupulorum eius, metitur horas diei, & noctis, vel quia duodecies computata efficit libram.

Libra dicta eſt quod ſit libera, cuncta prædicta ponderа concludens in ſe, perficiturque vncijs xij. & inde dicitur abuſiue perfectum pondus, quia tot vncijs conſtat, quot menſibus conſtat annus.

Dipondium dicitur duarum librarum.

Alna græcum nomen in ponderibus ponderatur dra. c.libra.j.& drachmis quatuor.

Talentum eſt maius omnium ponderum. minimum talentum ponderatur libris 50. mediocre libris lxxij.ma ximum libris cxv.

Centenarium dicitur pondus. librarum.

Explicit liber Apulei de ponderibus.

INCIPIT LIBER EIVSDEM C

DE MENSVRIS.

MEnſura proprie dicitur, eo quod menſurantur fruges, & frumentum,id eſt humida, & ſicca, vt modius eſt, & vrna, & amphora. Dicitur etiam menſura in longitudine, & breuitate temporū, vel corporum quorumcumque. Etiam in orbe auſi ſunt geometri menſuram dicere. vnde metire,id eſt menſurare dicimus pedes horarum.

ſcrup.j.gr. ij. & duas quintas gr. * vi. * xij. * xviij. * lxxij. * cxliij. * drach. v. * vij. * hæc ſunt vnna. * vnc.ix. * lxxij.

Cochlear eſt minima pars omnium menſuratum,pōderatur enim drachma j.ſcrupulo * vno,& dimidio,aut obolis * tribus,aut ceratijs,ſcilicet ſemiobolis * ſex,aut ſiliquis* ix aut calculis.* xxxvj.aut lentis granis. lxxij. eſt autem dimidia pars drach. xvj. pars vnciæ. * tertia pars conchulæ.

Conchula ponderatur drach.vna, & dimidia, aut cochlearijs *tribus, *aut drachmis,j. ſcrup. quatuor, & dimidio, aut obolis & c. ita procedendo vſque ad minimū pondus,vt ſupra,& minimam menſuram.

Cyathus ponderatur drachmis*x.aut cochlearijs.*xx. *aut drachmis.j.ſcrupulis xxx.&c.

Acerabulum eſt quarta pars heminæ,ponderatur dra. xxiiij.aut cochlearijs xlviij.* aut drachmis,j.ſcrupulis,& cætera.

Hemina in menſuris ponderatur libra,j.aut drac.xxj. eſt enim hemina medietas ſextarij. vnde eam græce cotylam dicunt, id eſt inciſionem, quia græce cote inciſio dicitur.

Sextarius ponderatur libris* duabus, vnde* dipon- * i. dius dicitur. ſextarius dicitur, quia ſexta pars congij eſt, * i.s. * Bilibra ponderatur ſextarijs duobus. * i.s.

Kenix ponderatur ſextarijs * quatuor.

Cina, ſiue gemor ponderatur ſextarijs v.

Congius dicitur à congiendo,i.creſcendo. ponderatur ſextarijs ſex, libris xij.

Metron græce, menſura latine, hoc nomen generaliter ad omnes menſuras liquidorum pertinet, vnde dicitur metreta; ſed ſpecialiter dicitur huic menſuræ hoc nomen: quia perfecta menſura eſt à denario numero ſic appellata.

Modum à modo dictum eſt, quia ſuo modo perfectū ſit capiens ſextaria.* xxij. quæ ſunt libræ.* xiiij. vnum * xiij. * xx. ſextarium duas libras capere debet.

Moſes autem inſtituit ad ſimilitudinem creationis omnium rerum in principio,quando Deus xx. opera facit,i.prima die ſeptem, primum materiam informem, Angelos,lucem,cœlos ſuperiores,terram,aquam,aerem. Secundo die firmamentum ſolum. Tertio die, tres, ſemina, ſationes,atque plantaria. Quarto die tres,Solem, Lunam,& ſtellas. Quinto die tres, piſces,reptilia,aquas, & volatilia.

Sexto die beſtias quatuor, pecudes, reptilia terræ, & hominem, ad ſimilitudinem vigintiquatuor generationum ab Adam vſque ad Iacob, ex quo filij Iſrael orti ſunt, & ad ſimilitudinem viginti duorum elementorū, quibus ſancta lex conſtat, & viginti duorum librorum veteris teſtamenti, qui vſque adhuc ſunt, à modo ſunt nominata,nam modica pro paruis abuſiue non rationabiliter dicitur.

Satum eſt menſura palæſtinæ prouinciæ capiens modium vnum, & dimidium, id eſt ſextaria trigintatria. Alibi habetur abuſiue. Satum capiens ſextaria viginti duo, ſicut modium. Satum hebraice dictum eſt, quaſi ſumptio, vel eleuatio, eo quod eandem menſuram ſumat, qua metitur.

Batus hebraice dicitur à mola olearia, quæ apud eos nominatur batum, capiens ſextaria,i.quæ vna vice mola proteritur.

Amphora græce dicta eſt, à figura ſui, eo quod habet hinc inde geminatas anſas, quaſi aures, vnde eleuetur. recipit vini, & aquæ pedem quadratum; frumenti vero Italicos modios tres.

Cadus græce amphora eſt continens vrnas tres. vrna eſt menſura à quibuſdam dicta quarticrium, proprie autem vas eſt, quod pro condendis, defunctorum cadaueribus adhiberi ſolet.

Medimia eſt menſura capiens, 5.modia. media, id eſt dimidia, eo quod v. modios metitur, qui eſt medius numerus à perfecto denario.

Artaba eſt menſura apud Aegyptios, capiens ſextaria. 72.compoſita ex numero 72.linguarum, & gētium quæ orbem impleuerunt.

Gomor eſt menſura capiens,xv.modia.

Chorus eſt menſura modiorum 30.hebraice dictum, quia choria dicunt colles, vnde chorus quaſi colus, eo quòd 30. modia coaceruata, inſtar collis creſcunt, & efficiuntur onus cameli.

D * ff Sextarius.
ʒ * Vncia.
* ff Vncia.
C Media xx. dipondius,i.duæ libræ. * C. * Drachma
S Modius ſextarius numerus,i.duarum ſemilibrarum. xvc.
X Libra x.denarius vnus x. librarum numus.

Explicit De menſuris liber Apulei.

Incipit

INCIPIT INTERPRETATIO de Ponderibus medicinæ, de græco ſcilicet in latinum, & de ſignis eorum Græcis.

℔ *iſtud eſt ſignũ libræ, æquale qñq; ad cotylã qđ eſt l.i.*
℥ *iſtud eſt vrna quod eſt hemina) habet vnc. xviij.*
ſ *iſtud eſt ſextariũ, habet cotylas duas, quod eſt li.ij.*
℈ *iſtud eſt vncia, habet ſcrupulos.xxiij.*
℈ *iſtud eſt vncia media, habet olcas tres, quæ faciunt*

iſtud eſt olocati, habet ſolidum vnum.
iſtud eſt oboli duo, habet ſiliquas vij.
iſtud eſt grãma, habet ſcrupulũ, qđ facit ſiliquas.vi.
iſtud eſt oboli tres, habet ſiliquas vij.
iſtud eſt oboli iiij. habet ſiliquas xij.
iſtud eſt obolus, habet ſiliquas.iij.
*iſtud eſt * habet ſextaria italica.xvi.*
iſtud eſt cotyla idẽ hemina, q̃ qñq; habet p li. i.℞.
iſtud eſt conchula mixteros.
iſtud eſt denarius, habet obolos ij. ſ.
iſtud eſt chalcus, quod ſunt ſcrupuli. v. i. ſiliquæ.xx.

* chus ſeu myxus.

iſtud eſt chriſmus aureus, habet ſemiſſem.
iſtud eſt drach. habet ſcrup. 3. quod ſunt ſiliquæ 18
iſtud eſt olca, habet grãmas.iiij. qđ eſt ſolidũ vnũ.
iſtud eſt anis habet ſextarios duos alexandrinos qui habent lib. quatuor.
iſtud eſt cyathus habet vnciam vnam. alibi dixi.x.
iſtud eſt ſcrupul. habet ſiliquas vi hodie ſic ſcrup.
iſtud eſt ſiliqua. habet grana hordei iiij.
iſtud eſt cochlear, habet ſiliquas.viij. Cocta habet. diamina.i.
iſtud eſt acetabulum.den.xv.

Ponderis ſigna pleriſq; ignota ſunt, ſed vt à veteribus ſignata ſunt, ſubijciamus.
ſignificat dimidium obolum.
virga æqualiter iacens, aut porrecta, ſignificat. ij. obolos.
latinum ſignificat obolos.iij.
latinum ſignificat obolos. iiij.
latinum ſignificat obolos. v. ideo characterem non habet, qui faciunt drachmam, quod eſt pondus argentei denarij.
littera ſignificat ſiliquas.viij. i. tremiſſem.
latinum ſignificat numiſma græcum. i. ſolidum.
virgulæ. ij. ex vno angulo eleuatæ in dexteram ſe diuidentes, ſignificant drachmam, quam etiam Holcã appellãt, antiquitus ſic, hodie vulgo ſic. 3.
latinum adiunctum gamma græco ſign. ſemunciam.
gamma græcæ literæ. ò paruum in eius angulo adiectum ſignificat vnciam.
lambda græcum per medium ſui i paruum habent adiectum ſignificat. libram. Hodie vulgo ſic lib.
Kappa græco ſupra in fine ſi adiunctum ϗ. habeat ſignificat cyathum.
ſi vero, ò ſupra habuerit loco, heminam demonſtrat, quam græci cotylam vocant.
græcum ſi acceperit, o. ſupra ſic ſignificat ſeſtarium, ſi ò. paruum habuerit, ſignificat acetabulum quod græci oxybaphum vocant.
Mi græcum, ſuperpoſitum habens n ſignifi. minã.
A. latinum in fine habens lambda græcum, ſignificat talentum.
in dextro brachio ſuperiori, o paruum habens iunctum ſignificat anis.

Quæ ſupra ſunt de ponderibus, & menſuris, quoniam non ſunt admodum fida; ideo quæ non potui ego, nec vna cum doctiſsimis viris etiam caſtigare, id tu opt. lector ex Geor. Agr. ſuo lib. de ponderib. &c. ac alijs huiuſmodi petere poteris.

IACOB ALCHINDI AVCTORIS præſtantiſsimi in ſuum de medicinarum compoſitarum gradibus inueſtigandis libellum præf.

QVia primos veteres, cũ de diuerſitate cuiuſcunque medicinæ ſigillatim in caliditate, & frigiditate, & humiditate, & ſiccitate loquerentur, valde ſolicitos fuiſſe cognoui. Vnde etiam in hoc quatuor inuenerunt definitiones, dicentes, gradũ primum, & ſecundum, & tertium, & quartum in unaquaq; qualitatum exiſtere, quod tamen in compoſita medicina dicere prætermiſerunt. Nõ enim dixerunt quia hęc medicina compoſita in gradu aliquo ita, & ita exiſtat; in calore, & frigiditate, aut humiditate, aut ſiccitate; non tamen quod proprium fuerit ſcientiam eius rei in medicina ſimplici attendere, quam in compoſita; licet enim huius rei ſcientia ſecundum ordinem ſimplicis medicinæ præcedat compoſita, non eſt tamen cõueniens, ut ipſam ſola ſimplici attendatur medicina, & non in compoſita. Quia medicina compoſita, quamuis ex medicinis conſtet, quarum virtutes in ſimplicitate earum diuerſificantur, non tamen ſequitur, vt eius complexio diuerſificetur, quando componitur. Intellexi, quod ad ſcientiam virtutum medicinarum compoſitarum pertingere, non minimi eſt lucri.

Capitulum ſecundum.

QVia ergo medicina compoſita fuit compoſita, conſecutum eſt, vt ipſius virtutes, ſecundũ multitudinem, & paucitatem diuerſificentur, quod quidem prouenit ex virtutibus earũ, à quibus fuit compoſita. Impoſſibile enim fuit, vt in quarundam virtutibus ex quibus cõpoſita conſiſteret, & illarum virtutes nõ obtineret. Quia itaque illum inueſtigare propoſui, nec potui prætermittere, quin cuiuſque gradus relationem, quam ad alium habet, percipere ſtuderemus, in inquiſitionem æqualitatis laborarem, æquum fuit.

Capitulum tertium.

IPſa namque eſt, in qua contraria æqualiter coniungũtur, vt in neutro ſuit. Itaq; eius inquiſitio magis proprie, prętermittenda, quia nihil calidum dicitur, neq; frigidum, neq; humidum, neq; ſiccum, niſi ex eo quod iam ipſum addit ſupra æqualitatem. Et quia ipſa eſt origo, & principiũ & elementũ huius totius, quod de hoc dicitur, & ab illa prouenit augmentũ, & in illã reſoluitur. Si.n. quid ſit reſolutionis intentio, quæratur, q̃ ſit augmentorum ab æqualitate ablatio, donec æqualitas remaneat, ſicut ego (ſi Deus voluerit) explicabo. Et quia eorũ, quæ ſupra æqualitatẽ addita fuerunt, neq; quantitates, neque ſpecies omnino notæ fuerunt, neceſſe fuit nobis illud explicare.

plicare. Augmentorum aũt intellectus gradus ſunt quatuor, quia ſupra æqualitatem additi ſunt. Dicam ergo, quòd omnia augmenta naturalia quinque modis ſunt.

Primo eſt augmentũ dupli. Poſt quod eſt augmentũ, qđ addit partẽ vnam, qđ eſt cõtinens, quantum illud, cui comparatur, & eius medietatem. Poſt hoc eſt augmentũ addens partes, qđ continet quantum illud, & eius duas tertias. Poſt hoc quoq; ſequitur augmentum dupli, quod addit partẽ, & eſt cõpoſitum ex prima ſpecie, & ſecũda. Conſequitur hoc augmentũ dupli. addens partes, qđ ex ſpecie prima, & tertia cõponitur. Quia ergo hoc aperte in numeris exponere cupio, ipſos ſecundũ ordinẽ naturę ſuppoſui in ordinibus ſuis; quorũ vnũ alius p̃cedere non poteſt. Et incepi ab vno, ꝙ eſt cauſa numeri, cum ab illo ortus fuerit, & creuerit. Quod vt menti hunc noſtrũ librum legentis certius infigatur, & affirmetur, æquũ fuiſſe credidi præmittere, ꝙ de his quinq; ſpeciebus ꝓpoſuimus. Eſt autem ordo naturalis iſte. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.

Capitulum quartum.

DIco igitur augmentum duorũ ſupra vnum duplũ eſt vnius, & vnum duorum eſt medium. Iam ergo patet, ꝙ primum naturalium augmentorũ eſt augmentũ dupli, & ꝙ duo duplum ſunt vnus. Nos quoq; augmentũ dupli præmiſimus, quia natura iſtũ premiſit, & ꝙ ꝓpria proportio naturalis, quæ in directione paucitatis inuenitur, medietas exiſtit. 1. Id eſt ꝙ vnum eius ordinis, qui eſt poſt ipſum, ſ. duũ eſt medium. Apud nos. n. nihil intereſt, vtrum dicatur augmentũ, ſiue proportio. Præterea dico, ꝙ augmentum trium ſupra duo, eſt id, quod addit partẽ, hoc eſt, quod tria iam addiderunt ſupra duo partẽ duorũ: duorum nãque pars vnũ eſt, & eſt illud quod addit partẽ. Iam itaq; manifeſtum eſt ex hoc, ꝙ hoc augmentũ naturali ordine ſequitur illud, quod eſt ante ipſum. Similiter quoq; augmentũ 4. ſupra 3. eſt ex genere eorum quæ addunt partẽ. Itidem dico ꝙ augmentũ 5. ſupra 3. ſunt 2. duo nãque duæ partes triũ exiſtunt, & eſt illud, qđ addit partes. Dico, etiã, ꝙ augmentũ 5. ſuper 2. eſt primũ augmẽtũ duplũ, qđ addit partem. Et eſt illud, qđ 5. iam addiderunt ſupra 2. cũ duplo eorũ, & vno. Vnum nãq; eſt pars duorum. Et eſt hæc proportio cõpoſita, quam cõponi diximus ex proportione dupli. & ea q̃ addit partem. Dico ergo preterea, ꝙ augmentum 8. ſupra 3. eſt primũ augmẽtũ duplum, addens partes. Et hoc eſt, quod 8. iam addiderunt ſupra 3. duplum ipſorũ, & duarum partium ſuarum quantitatẽ, & eſt proportio cõpoſita, quã ex prima ſpecie, & tertia cõponi diximus. Iam ergo manifeſtũ eſt ex eis, quæ diximus, illud, quod præmiſimus de illis 5. modis, neceſſario proponendũ fuiſſe. Quorũ primus augmentũ dupli continet, ſicut vnum, & duo, & 4. & 8. Et ſecundus, id quod addit partem, vt 2. & 3. & 4. & 5. Tertius ſimiliter modus augmentum partium cõtinet, vt 5. ad 3. & 9. ad 7. Quartus vero modus eſt augmentũ dupli, quod addit partem, vt 2. & 5. & 11. & 23. Et quintus eſt, in quo augmentum dupl. quod addit partes, quẽadmodum 3. & 8. & 18. & 38.

Capitulum quintum.

COnſideremus igitur qualiter proportionũ fiat reſolutio, vt ad æqualitatem redeant. Et ponamus aliquid, quod ſit exẽplum, & regula, qua perueniamus ad hoc ꝙ in æqualitatẽ reſoluere voluimus. Multa. n. ſæpe quæruntur, ad quorũ ſcientiã peruenire non põt, niſi exẽplis rerũ poſitis, quæ cũ eis ſint vnius generis. Ponamus itaq; tres numeros ꝓportionales dupli proportione. Aequalitas enim (vt poſt hæc explicabo) inueniri minime põt, niſi in hac, & ipſa eſt primi ſpecies quã premiſimus. Quæ etiam prima naturaliter eſt inuenta. Hoc autẽ eſt, vt ſint tres numeri proportionales, & ſit proportio primi ad 2. vt ſecundi ad 3. Quos cũ conuerterimus, erit ꝓportio tertij ad ſecundũ, vt ſecundi ad primũ. Et ſit primus minor, ſecundus medius. tertius maior. Cum ergo volueris eos ad æqualitatẽ reſoluẽdo ducere, minuemus ex medio quantitatem minoris, & ex maiori quantitatẽ medij, & minoris: & qui remanebunt erunt æquales. Si ergo remanentes ſpecies, ſecundũ ordinẽ dupli, cõpoſuerimus; ſtatuentes duplũ in lineis, & cõponentes maiorẽ primũ, & minorẽ poſtremũ. Et deinde poſuerimus huic primo ei ſil'e. & ſub medio numero continente quantitatẽ ipſius, & huius primi, & ſub poſtremo quantitatẽ ipſius, & primi & duplũ medij, prouenier compoſitũ, quod addit partẽ. Illud quoq;, quod addit partes, conſtituitur vt cũ ponimus hoc, quod addit partẽ, quẽadmodum poſuimus. Duplum aũt, quod addit partẽ, conſtituitur cum ponimus illud, quod addit partẽ, ita vt eſt abſq; conuerſione; & facimus, vt prius fecimus. Duplũ quoq;, quod addit partes, cõponitur, cum ſtatuimus illud, quod addit partes abſque conuerſione, & exequimur in eo oĩa, vt in alijs fecimus. Cum ergo has ſpecies ad æqualitatẽ reſoluendo reducere voluerimus, minuemus ex medio quantitatẽ minoris, & ex maiore duplũ eius, quod reſiduũ fuit ex medio, & quantitatẽ minoris. Et ſi numeri tres æquales remãſerint, iam illud inuenimus, quod quærebamus. Si vero non, ſed iam egreſſi ſunt ab illa, in qua relationẽ habuerunt, & tranſierunt in aliam ſpeciẽ, quæ magis remota eſt à natura, quã ſpecies, à qua hęc fuit reſoluta. Poſt hoc quoq; operabimus conſequenter, vt prius. & ſi numeri tres, qui ſunt reſidui æquales ſunt, conueniunt, iam conſequuti ſumus illud qđ voluimus. Si aũt non, iam in aliã ſpeciem tranſierunt, q̃ magis eſt elongata à natura, q̃ ipſa. Verbi gratia. Ponamus, æquales numeros in linea vna tribus ordinib. diſtincta, & ſit prima, & ſint in ea iſti tres numeri 1.1.1. deinde adiungamus eis lineã ſecundã, in qua ſint ordines numerorum proportione dupli proportionales, & ſunt iſti 1.2.4. Si ergo voluerimus reſoluendo hos ad æqualitatẽ ducere ex medio, qui eſt 2. minuemus quantitatẽ minoris, qui eſt 1. deinde minuemus ex maiore qui eſt 4. duplum eius qđ remanſit ex medio, & minorẽ, qui eſt 1. & 2. & remanebit vnũ. Iam ergo reſoluendo, oẽs numeri inueniuntur æquales. Quod ſiquidẽ ex 4. ſuperfluit ſpeciebus, reſoluendo ad æqualitatem reducere voluerimus non conſequitur, vt ea, quæ reſidua erunt, æqualia inueniantur, immo in aliã ſpeciem tranſibunt, quæ à ſpecie æqualitatis naturaliter remotior erit. Exempli cauſa duabus lineis tertiã adiungemus, in qua erunt numeri proportione augmenti, qđ addit partẽ, continentes, & ſunt iſti 4.6.9. Deinde annectemus ei lineam quartã cõtinentẽ proportionẽ augmenti, qđ addit partes, in qua ſunt numeri iſti 9.15.25. huic quoq; adiungemus lineã quintã, in qua ſint numeri cõtinentes proportionẽ dupli, quod addit partẽ, & ſint hi 4.10.25. cui ſimiliter annectemus ſextã lineam, poſt hæc, in qua ſunt numeri connexi porportione dupli addentis partes, & ſint iſti 9.24.64. Cũ ergo voluerimus harũ ſpecierum numeros reſoluendo ad æqualitatẽ ducere, minuemus ab oi linea ex lineis cuiuſq; ſpeciei numerũ minorẽ ex medio, & deinde mediũ, & minorẽ ex maiori. Numeri igitur, qui reſidui erunt, non inueniuntur æquales. immo erunt naturaliter remotiores à ſpecie æqualitatis. Quapropter ex eo quod ſuperfuerit, oportebit nos facere quẽadmodum executi fuimus prius, reſoluendo donec æqualitas inueniatur. Poſſunt aũt & hæ ſpecies aliter cõponi & nõ ſecundũ diſpoſitionẽ, dupli, ſicut ſunt 2.3.4. quæ eſt linea numerorũ, qui addunt partẽ, & deinde adiungemus ei lineã quartã, ſm proportionẽ augmenti, quod addit partes, vt eam, in q̃ ſunt 3.5.7. Et poſt addimus ei lineam quintam cõtinentẽ ꝓportionẽ dupli ꝙ addit partẽ vt illam in qua 2.5.22. Et deinde adnectemus ei ſextam lineã continentẽ proportionẽ dupli quod addit partes, vt illam in qua ſunt 3. 8. 18. quemadmodum ſubiecta docet figura.

Aequalitas.	1.1.1.2.3.4.
Multiplex.	1.2.4.3.5.7.
Superparticularis.	.4.6.9.2.3.4.
Superpartiens.	9.15.2.5.2.5.7.
Mulriplex ſuperparticularis.	4.10.25.2.5.11.
Multiplex ſuperpartiens.	9 24.64..5..8.18.

Cum ergo volueris has quatuor ſpecies, reſoluendo ad æqualitatẽ ducere, minuemus in vnaquaque linea cuiuſq; ſpeciei numerũ minorẽ ex medio, & deinde mediũ, & minorẽ ex maiore, qđ poſtquã fecerimus, remanebũt

numeri

numeri non tenentes æqualitatẽ,aut in toto,aut in parte: nec vnquã reperies,ꝙ oẽs, qui reſidui ſunt,æquales inueniantur. Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc æqualitatẽ minime reperiri poſſe, niſi in porpotione dupli, quæ eſt prima. Et eſt etiam oſtenſum, ꝙ proportio dupla proportionalis eſt,& ꝙ augmenta,quæ reſoluendo reducuntur ad æqualitatẽ,proportionalia exiſtunt. Si ergo quãlibet quatuor ſpecierum conuertendo ad dupli proportionẽ, quæ eſt prima reduxerimus, inueniemus æqualitatem in eis, & quod proportionales fuerunt. Ideoq; dictum eſt,quòd æqualitas non inuenitur, niſi in proportione dupli.

Poſtquam ergo iam oſtenſum eſt primũ ex augmẽtis naturalibus augmentũ dupli exiſtere, & ꝙ æqualitas in eo reperiatur, cum alia in ipſo reſoluuntur, demõſtrabo æqualitatẽ, quæ eſt in æqualitate; deinde oſtendã illud, quod ab æqualitate egreſſum eſt; & poſt hæc reſoluã in ipſam,donec augmentorũ menſuræ ſupra æqualitatẽ manifeſtæ ſint (ſi Deus voluerit.) Dicam ergo, ꝙ æqualitas in æqualitate eſt contrariorũ adinuicem tẽperantia in re æquali,& eorũ effectus æqualis,videlicet, vt ſit eius calefactio quanta eſt,& infrigidatio. Oportet igit, vt egreſſus ab æqualitate ſit augmentũ unius qualitatis ſupra ſibi contrariã. Quod ſic colligitur. Caliditas.n.& frigiditas contrarię ſunt,quarũ vnaquæq; eam,quæ ſibi contrariatur,fugat. Cũ igitur in æqualitate ſint æquales,neutra earũ aliquid ſupet altam addit, neq; intenditur, Conueniens tñ eſt, vt cum vna ex qualitatibus aliquid auxerit ſupra ſibi contrariam ſecundũ ſuã ſpeciem addat. Iam igitur manifeſtum eſt, ꝙ diſceſſus ab æqualitate, in qualitate, eſt augmẽtum vnius duarũ qualitatum ſupra ſibi contrariã. Apud nos.n. nihil intereſt, ſiue hæ qualitates tẽperantes dicantur,ſiue moderãtes,ſiue alterantes, ſiue rectificantes. Quod aũt vnius qualitatis augmentum dicimus,nihil aliud intelligi volumus, niſi ipſius intentionem. Augmentum.n.in qualitatibus non proprie dicere poſſumus. Ipſum nãq; ex proprietatibus quantitatis vna exiſtit. Et quia vnaquæq; duarum qualitatũ contrarium locũ occupauit in eo; in quo ipſius cõſiſtit eleuatio. Fuit, & locus, quẽ calor occupat, ab eo quem tenet frigiditas, alius. Vnus.n. locus non ſupponitur duobus contrarijs. Indigemus igitur, vt dicamus in æqualitate, tot partes calidas contineri, quot frigidas,cum ipſam in minimas diuiſerimus partes.

Si autem aliquis nobis obijciat, dicens caliditatẽ cauſa ſuæ raritatis, & dilatationis maiorem locũ debere occupare,quã ſit locus, quem tenet frigiditas, & hæc cauſa ſuæ conſtrictionis, dicemus caliditatem non dilatari, cũ eius contraria coniungatur eis, & æquetur, quia contrarietas eſt inter eas,& inſecutio,nec etiã æquius eſt caliditatem remouere frigiditatem de loco ſuo, quam ut frigiditas caliditatem. Poſtquam ergo caliditati non adeſt, ꝙ diximus aduerſus frigiditatem, nõ dilatatur magis in loco ſuo,quam frigiditas in ſuo. Qđ ſi ve'ueris minimam partem ex partibus rei in cõplexione,equãlis,intellectualiter,conſidera,q̃ eſt pars indiuiſibilis ratione ſuæ paruitatis,& inuenies conueniens eſſe, vt in ea ſit tm̃ caliditatis, quantũ frigiditatis, cum rei æqualis cõpoſitio ex iſtis partibus facta ſit. Iam igitur ex hoc verificatum eſt in re equali,tot partes calidas contineri,quot frigidas. Et quia manifeſtum eſt, quod diſceſſus ab equali ſm quantitate eſt augmentũ vnius qualitatis ſupra ſibi contrariam, qđ etiam in dando ſm quãtitatis directionem expoſuimus. Iam igitur oſtendimus quantitates eorũ, quæ ab æqualitate diſceſſerunt,ſm quãtitatem,& æqualitatem,ex hoc, quod in eis eſt de æqualitatis manifeſtatione. Deinceps vero explicabo reſolutionem eorum in æqualitatem, p̃cipue cum æqualitas nõ reperiatur,niſi in eo,quod in ipſam reſoluitur. Dicam ergo,ꝙ licet augmenta, quę ſupra æqualitatem fuerunt, in æqualitatem ſunt oia reſoluenda, cũ nullum inueniatur, quod in æquitate reſoluatur, præter augmentum dupli. Conſequens eſt tñ ſecundũ ordinem his, vt non oẽ, quod ab æqualitate diſceſſit, in ipſam proprie reſoluatur. Et quia iam manifeſtum fuit, ꝙ in re æquali,tm̃ eſt caliditatis,quantum frigiditatis,po

nemus rem æqualem partem vnam, cuius vnius medietas eſt calida,& alia ipſius frigida. Et ponemus etiã, vnãquanque contrariarum,quæ æquatur medium, erit ergo calidum medium,& frigidum medium.

Capitulum ſextum.

Dico ergo,quod oportet, vt ſit quantitatis augmenti primi,quod diſcedit ab æqualitate, cuius calor ſenſui,non vehementer apparuit,dupla caliditas, quæ in re ęquali exiſtit, quod ex eo patet, quod de augmento dupli expoſuimus. Et eſt etiam dupla frigiditatis, quæ eſt in re æquali. Poſtquam rei æqualis caliditas tanta eſt, quanta eſt ipſius frigiditas. Et eſt pars media eſt vnaquæque illarũ ſicut diximus. Eſt ergo in augmento primo, quantitas medietatis caloris pars integra: frigiditatis vero quantitas medietatis caloris, quæ eſt in ipſo. Cum ergo reſoluerimus primum augmentum hoc eſt in æqualitatem, & remouerimus vnum duplum caliditatis, remanebit media pars calida, in media frigida, & ipſa ſunt illud per media,quæ ſe viciſſim temperant,ex quibus proceſſit æqualitas.

Ex hoc quoque oſtenſum eſt, quòd ęqualitas in vnoquoque augmentorum reperitur, cum remouerimus prima augmenta. Inuenimus enim partes contrarias, quæ ſe viciſſim,(vt prædictum eſt) temperant. Dico ergo, ꝙ prętęrea oportet, vt ſit menſura augmenti ſecundi,cuius calor expreſſit augmentum primum manifeſte. Dupla caloris augmenti primi, quemadmodum de augmento dupli oſtendimus.

Et quia menſura augmenti primi iam fuerit vna pars integra, & duplus caloris, qui eſt in re ęquali, & dupla, etiam frigiditatis ipſius, oportet vt ſit calor ſecundi augmenti duę partes, & ſit duplus caloris augmenti primi, & quadruplus caloris, qui eſt in ęqualitate, atque quadruplus frigiditatis, etiam quæ continetur in ipſa. ipſius nãque calor eius frigiditati ęqualis exiſtit. Quod ergo in augmento ſecundo frigiditatis inuenitur tantũ eſt, quantum quarta pars caliditatis in eodem inuentæ. Cum ergo hoc ſecundum augmentum ſuſtulerimus, remanebit primum. Primum quoque cum remouerimus augmentum, remanebit media pars calida, & media frigida, & ipſa (vt dictum eſt) ſunt duo media, quę ſe adinuicem temperant, à quibus ęqualitas proceſſit. Et dico itidem, quod oportet, vt ſit menſura tertij augmenti, cuius calor, & effectus ſecundum augmentum exceſſerunt vehementer, non tamen in vltimo, dupla caliditatis augmenti ſecundi, quod ex hoc manifeſtum eſt, quod de augmento dupli expoſuimus. Sed quia menſura augmenti ſecundi dupla fuit caloris, augmenti primi, & quadrupla caloris, qui eſt in ęqualitate, exigitur, vt ſit calor augmenti tertij quadruplus caloris augmenti primi, & quia calor augmenti primi duplus fuit caloris, qui eſt in re ęquali, & duplus frigiditatis eiuſdem, oportet, vt ſit calor augmenti tertij octuplus caloris, qui eſt in æqualitate, & octuplus etiam frigiditatis, quæ in ipſa exiſtit, poſtquam calor æqualitatis frigiditati ipſius æquatur. Ex hoc quoque patet, quod id, quod in augmento tertio frigiditatis exiſtit, tantum eſt, quantũ octaua pars caloris eiuſdem. Cum ergo abſtulerimus hoc augmentum tertium, remanebit ſecundum augmentum. Quod itidem cum ſublatum fuerit, remanebit primũ augmentũ. Hoc quoq; primum cum ſublatum fuerit, remanebit media pars calida, & media frigida. Et ipſa (vt dictum eſt) ſunt duo media, quæ ſe viciſſim temperant, à quibus proceſſit æqualitas. Itidem dico,quod oportet, vt ſit mẽſura augmenti, cuius calor, & effectus vehementer ſupergreſſi ſunt dupla caloris augmenti tertij, quod ex eo patet, quod de augmento dupli oſtendimus.

Sed quia calor augmenti tertij, quadruplus fuit caloris augmenti primi, & caloris, qui eſt in æqualitate octuplus, oportet, vt ſit menſura caloris augmenti quarti, octuplus caloris augmenti primi, & ſexdecuplus caloris, qui eſt in æqualitate. Quod etiam frigiditatis, quæ in ea reperitur ſexdecuplus, excedat, quemadmodum oſtendimus, quòd calor æqualitatis eſt ſicut eius frigiditas.

tas. Et ergo illud frigiditatis,quod in quarto exiſtit augmento tantum quantum eſt medietas octauæ partis caloris in ipſo exiſtẽtis. Cuius ergo remouerimus hoc quartum genus augmenti,remanebit tertium. Tertium quoque cum abſtulerimus, remanebit primum. Primum quoque cum ſublatum fuerit, remanebit media pars calida,& media pars frigida. Et ipſe (vt ſæpe dictum eſt) ſunt duo media, quæ adinuicem moderantur, ex quibus æqualitas conſtituta eſt. Non diſſimiliter quoque erit menſura prima augmenti, & ſecundi, & tertij, & quarti. Cuius frigiditas æqualitatem ſupergreſſa eſt, quemadmodum fuit menſura caloris, qui æqualitatem exceſſit, cuius ſupergreſſionẽ explanauimus. Caliditas quoque, quæ eſt in augmento, cum intenditur frigiditas, ita erit, vt fuit frigiditas augmenti,in quo erat caloris intenſio. Poſtquam ergo iam expoſuimus manifeſtum hoc, quod poſueramus,in æqualitate abſoluta,reuertamur ad oſtendendum hoc in æqualitate,quæ ſecundum relationem attenditur.

Capitulum ſeptimum.

Dico ergo,quòd æquale in medicinis,ſecundũ comparationem, quam habet ad humanam ſpeciem, æquale vocatur. Aequale eſt quod neque calefacit,neque infrigidat,neque humectat, neque deſiccat. Cum igitur aliquid æquale fuerit, conſequens eſt, vt quod ex caliditate in eo continetur,ſit quemadmodum illud, quod ex frigiditate, & calidarum partium quantitas tanta ſit, quanta frigidarum, cum ſcilicet ad ſpeciem humanam æquale comparatur. hoc eſt quod cuius calefactio reſpectu illius, non eſt maior prius infrigidatione,aut humectatione, aut deſiccatione,ipſum eſt æquale,quod ſecundum comparationẽ dicitur. Oportet itaque, vt etiã hoc æquale ſit principium, & elementum eius, ad quod dicitur, quia in ipſum reſoluitur illud quod ſupra ipſum augmentum, & quod ab eo egreſſum fuit: oportet quoq; vt menſuræ augmentorum in hoc æquales ſint,quemadmodum augmentorum menſuræ ſupra æquale abſolutũ fuerunt. Conueniunt itaque huic æquali, quod ſecundum comparationem,ea quę in æquali quod abſolute dicitur, conuenire monſtrata ſunt,hoc eſt ꝙ (vt diximus) hoc æquale principium eſt, & elementum eorũ reſpectu quorum dicitur, & in ipſum reſoluuntur augmenta,poſt quã ab illo orta fuerunt. Huius autem quod dicimus medicinam calidam,aut frigidam,aut ſiccam,aut humidam, in primo gradu exiſtere, expoſitio eſt, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas, aut humiditas, aut ſiccitas, aliquod ſupra æquale auxit. quod eſt primum augmentorum,ſenſui nõ omnino manifeſte occurrens. Et iam oſtenſum eſt,quòd primum augmentum naturale eſt augmentum dupli, & quòd ipſum in æquale reſoluitur. Oportet ergo,vt quod de partibus qualitatum, quæ ſenſui occurrunt, in primo gradu exiſtit, duplum ſit eius,quod eſt in æquali, ſecundum ſuam ſpeciem,& duplum etiam eius,qđ in eo eſt ex ſibi contraria,ſecundum ꝙ iam declarauimus. Sed cum remouerimus quod eſt in primo gradu,qđ ſcilicet eſt primum augmentum ex partibus qualitatum ſupra æquale addentium,remanebit æquale,in quo qualitates ſecundũ æqualitatem connectuntur,ſicut oſtendimus in conuerſione, quæ fit ſm reſolutionem cum aliquid,ſ.ad originẽ ducitur, à qua ipſius fuit principium. Gradus.n.primus non ex alio conſtituitur,niſi ex duplo,qđ eſt in æquali ex ſua ſpecie, aut ſi vis ex ſibi contraria,quemadmodum declarauimus. Similiter quoq; cum dicimus hanc medicinam eſſe calidam,aut frigidam,aut humidam,aut ſiccã, in gradu ſecundo,eius intentio eſt,quod eius caliditas,frigiditas,aut humiditas, aut ſiccitas iam aliquid ſupra primum gradum, quod eſt primum augmentum, eſt ſuper egrediens primum gradum manifeſte. Et oportet,vt ſit huius augmenti menſura dupla eius, quod eſt ante ipsũ in primo gradu, quẽadmodum oſtendimus,ꝙ reſolutio, q̃ fit cum aliquid reducitur ad ſuum principium, qđ eſt æquale, non inuenitur niſi in augmento dupli. Erit ergo virtus qualitatis gradus ſecundi, ſecundum gradum dominantis duplæ virtutis dominãtis in primo gradu. Sed

A virtutis dominantis in primo gradu menſura (vt oſtenſum eſt) dupla fuit menſura virtutis,quæ eſt in ęquali ſecundum ſuam ſpeciem; aut ſi volueris ſecundũ ſibi contraria. Erit ergo virtus in ſecundo gradu dominans quadrupla eius,quod eſt in ęquali ſecundum ſuam ſpeciem, aut ſi volueris ſm ſibi contraria. Cum ergo illud, quod in ſecundo gradu ſuperat remouerimus, remanebit gradus primus,in quo primũ augmentũ attenditur, & cum primũ ſuſtulerimus gradum, remanebit æquale, in quo qualitates ſm æqualitatem coniunguntur,ſicut demonſtrauimus in cõuerſione,quæ fit dum reditur ad æquale. Non diſſimiliter etiam cum dicimus hanc medicinã calidam, aut frigidam, aut ſiccam, aut humidam in tertio gradu exiſtere, inde dicitur, ꝙ eius caliditas, aut frigiditas,aut ſiccitas, aut humiditas, tã addit ſupra gradũ ſm, quod eſt primum augmentorũ, quæ gradum ſm ſupergreſſa ſunt non in vltimo. Vnde oportet, vt huius tertij augmenti menſura dupla ſit eius,qđ ante ipſam exiſtit in gradu ſecundo, ſicut oſtendimus in augmento dupli.

Menſura vero augmenti ſecundi,iam fuit dupla menſura augmenti primi, & quadrupla ſuæ ſimilis, aut ſibi B contrariæ, q̃ eſt in æquali. Erit igitur menſura dominij tertij gradus quadrupla primi augmenti,& octupla eius, quod in æquali inuenitur ex ſua ſimili, vel ex ſibi contraria,cum ergo tertij gradus dominium ſuſtulerimus; reſiduus erit ſecundus gradus. Secundum quoq; cum remouerimus,remanebit primus: hunc quoq; cum abſtulerimus,remanebit æquale,in quo qualitates ſm æqualitatẽ cõmiſcentur. Similiter quoq; cũ dicimus hanc medicinam eſſe calidam,aut frigidam, aut humidam, aut ſiccã in quarto gradu, intẽditur ꝙ eius caliditas,aut frigiditas, aut humiditas,aut ſiccitas,iam aliquid adauxit ſupra tertium gradum, quod exiſtit primum augmentum, tertiũ gradum excedens, cuius effectus validus exiſtit, hoc eſt, ꝙ illud quod ad nos ex eius caliditate peruenit,cõbuſtionem operatũ eſt. Et quod eius frigiditate inſenſibilitatẽ, & mortificationẽ eius efficit,cui applicatur. Oportet ergo,vt ſit huius quarti augmenti menſura, dupla eius, qđ eſt ante ipſum in gradu tertio, ſicut de augmento dupli patefeci; ſed tertij augmenti menſura iam fuit quadrupla virtutis primi gradus, & octupla eius, quod eſt in æquali C ex ſua ſimili, aut ſibi contraria. Erit ergo ſm hoc virtus dominij quarti gradus,octupla virtutis primi gradus, & ſexdecupla eius,quod eſt in æquali ex ſua ſimili,vel ex ſibi contraria. Cum ergo hunc quartũ gradũ ad æqualitatẽ conuertendo reduxerimus cũ ſublatione eius,qđ in eo eſt,relinquetur gradus tertius. Tertium aũt cum ſuſtulerimus,remanebit ſecundus. Et ſm cum remouebimus, remanebit primus. Primo quoq; ſublato, reſiduum erit æquale, in quo qualitates æqualitate connexæ ſunt. Hoc itaque modo qualitas reſolutionis augmentorũ ad æquale conſiſtit, à quo fuit eius principium.

Ex hoc quoq; manifeſtum eſt, virtutes graduum medicinarum, quæ ab æquali principium ſortiuntur,ad ipſum reſolui,aut conuerti,à quo proceſſerunt. Nos autem iam oſtendimus reſolutionem, in æquale inueniri non poſſe,niſi in proportione dupli, & proportionem dupli proportionalem exiſtere. Sequitur ergo ex hoc virtutes graduũ medicinarũ ſenſui apparentes,quę,ſ.ſupra æquale aliquid augẽt, ꝓportionales dupli ꝓportione exiſtere.

D Ordo vero propoſitionum, ex quo ad hãc peruenitur concluſionem,eſt, vt dicamus virtutes graduum medicinarum ſunt,quæ in æquale reſoluuntur, ſicut iam manifeſtum fuit. Omne autem,qđ in æquale reſoluitur,in ꝓportione dupli exiſtit. Conſequens igitur eſt ex hoc, vt virtutes graduum medicinarum proportionales ſint dupli proportione. Cum ergo adiunxerimus huic concluſioni ſuam comparem, hoc eſt, ꝙ proportio dupli eſt ꝓportionalis, conſequitur ex hoc virtutes graduum medicinarum dominantes proportionales eſſe,videlicet vt ſit proportio caliditatis, quæ in æquali conſiſtit, ad caliditatem, quæ in primo gradu attenditur, ſicut proportio caliditatis primi gradus ad caliditatem ſecundi gradus. Et proportio caliditatis gradus ſecundi ad caliditatem

tertij

tertij gradus. ſicut proportio caliditatis tertij ad calidita
tem quarti gradus. Similiter quoq; erit proportio frigidi
tatis,quę eſt in ęquali ad frigiditatem primi gradus, ſicut
proportio frigiditatis primi gradus, ad frigiditatẽ ſecun-
di gradus. Et proportio frigiditatis ſecundi gradus ad
frigiditatem tertij gradus, ſicut proportio frigiditatis ter
tij gradus ad frigiditatem quarti gradus. Virtutes ergo
contrariæ virtutibus, quæ ab æquali ſecundum aug-
mentum receſſerunt,ſi denominauerimus ſecundũ mo-
dum comparationis excedentium erunt proportionales
addentes. Hoc eſt, erit menſura augmenti frigiditatis,
quæ eſt in æquali, ſupra frigiditatem gradus primi, ſicut
menſura frigiditatis gradus primi, ſupra menſuram fri-
giditatis gradus ſecundi,erit menſura frigiditatis gradus
ſecundi ſupra menſuram frigiditatis gradus tertij, ſicut
menſuræ frigiditatis gradus tertij ſupra menſuram frigi-
ditatis gradus quarti. Si autem denominaueri mus vir-
tutes quaſdam earum ex alijs, erunt æquales. quemad-
modum oſtendimus omnes æquales exiſtere,ex eo, ꝙ in
æquali reperitur,cũ augmentum ſublatum fuerit. Ipſæ.n.
partes æquales inueniuntur. Huius aũt declaratio eſt, ꝙ
æquale iſtud exiſtit, in quo tantum obtinetur caliditatis,
quantũ & frigiditatis,ſiue partes ſint paruę,ſiue magnę.

Capitulum octauum.

POnamus itaque, ꝙ æquale ſit pars minima partiũ,
quòd illud eſt vnitas, cuius medietas ſit calida, &
medietas frigida, & ꝙ caliditas primi gradus ſit dupla
eius, quod eſt in æquali ex caliditate, ſicut oſtendimus
primum augmentum naturale eſſe augmentum dupli.
Quia igitur qđ in æquali continetur ex frigiditate, æquũ
eſt ei,quod eſt in ipſo ex caliditate, oportet, vt ſit calidi-
tas primi gradus dupla etiã frigiditati, quæ eſt in æquali.
Cum ipſius frigiditas ſuæ caliditati ſit æquale. Et quia
caliditas primi gradus dupla eſt frigiditati, quæ reperi-
tur in æquali. Erit ergo qđ eſt in ipſo ex frigiditate quan
tum eſt medietas eius,qđ eſt in ipſo ex caliditate;ergo ca-
liditas erit pars,& frigiditas partis medietas. In gradu
quoque ſecundo, quod ex caliditate reperitur, duplũ eſt
eius,quod eſt in primo ex caliditate,ſicut patefecimus ex
augmento dupli. Sed quod in primo gradu caliditatis
(vt oſtenſum eſt) duplum eſt eius,quod in æquali eſt ex
caliditate, & duplum etiam eius, quod eſt in ipſo ex fri-
giditate. Oportet ergo,vt ſit quod eſt in gradu ſecundo
ex caliditate quadruplum eius quod eſt in æquali ex cali-
ditate, & quadruplum etiam frigiditatis, quæ eſt in ipſo.
Cum cõmenſuratio ad frigiditatem facta fuerit, & quæ-
cunque fuerit caliditas ſecundi gradus,eſt quadrupla fri-
giditatis,quæ eſt in æquali. Poſtquam quod in ipſo eſt fri
giditatis æquum eſt caliditati ipſius, erit caliditas duæ
partes, & frigiditas partis medietas. In gradu ſimiliter
tertio quod continetur caliditatis duplum exiſtit eius,qđ
eſt in ſecundo ex caliditate,quemadmodum oſtendimus
ex incremento dupli. Sed quod in ſecundo gradu conti-
netur ex caliditate; quadruplum exiſtit eius quod eſt in
æquali ex caliditate, & quadruplum etiam eius, quod in
eodem continetur ex frigiditate. Oportet igitur, vt quod
in gradu tertio exiſtit, eſt octuplum caliditatis, quæ eſt
in æquali,& octuplum etiã frigiditatis eiuſdem cũ com-
menſuratio ad frigiditatẽ facta fuerit. Et cũ caliditas gra
dus tertij octupla ſit frigiditatis,quæ eſt in æquali,erit qđ
eſt in ipſo ex frigiditate octaua pars eius,quod eſt in eo
ex caliditate; ergo erit caliditas partes quatuor, & frigi-
ditas pars media. In gradu quoque quarto, quod eſt ex
caliditate, duplum exiſtit eius, quod eſt in tertio ex cali-
ditate, quemadmodum ex augmẽto dupli patefecimus.
Sed quod eſt in tertio ex caliditate iam fuit octuplũ eius,
quod in æquali continetur ex caliditate, & etiam octu-
plum frigiditatis, quæ eſt in ipſo. Oportet igitur, vt ſit
quod eſt in gradu quarto ex caliditate ſexdecuplum eius,
quod eſt in ęquali ex caliditate,& etiam ſexdecuplũ eius,
quod in ipſo continetur ex frigiditate. Cumque ad frigi-
ditatem menſuratum fuerit, quia caliditas quarti gradus
caliditate tertij gradus dupla exiſtit. Et cũ caliditas quar
ti gradus ſexdecupla fuerit frigiditati, quæ eſt in æquali,
erit illud, quod eſt in ipſo ex frigiditate, quãtum eſt me-
dietas octauæ partis eius,quod in ipſo reperitur ex caliditate. erit igitur caliditas octo partes, & frigiditas partis
medietas, non diſſimiliter quoque ex frigiditate in pri-
mo gradu, & ſecundo, & tertio, & quarto continebitur
cum incremento ad caliditatem ſe habebit,ſecundũ pro-
portionis modum, quem præmiſimus ex frigiditate, &
menſura in humiditate, & ſiccitate ad eundem modum
obſeruabitur. Iam ergo ex hoc manifeſtum fuit, ꝙ cum
tu proportionaueris virtutes contrarias virtutibus, quæ
ab æquali recedentes peruenerunt ad augmentum, q̃ in
quolibet graduũ eſt medietas partis vnius erunt æquales.

Cum autem proportionaueris eas ſm modum reſolu
tionis,quem habet ad præcedentes,erunt proportionales
dupli proportione,hoc eſt,quod frigiditas caliditatis ter-
tij gradus addit ſupra frigiditatem caliditatis quarti gra-
dus,quãtum eſt quarti gradus frigiditas. Similiter quo-
que gradus ſecundus ſuper tertium, & primus ſuper ſe-
cundum, & æquale ſuper primum, hoc eſt quod frigidi-
tas caliditatis quarti gradus, tanta eſt, quanta medietas
octauæ partis caloris eiuſdem, & in tertio gradu octaua,
& in ſecundo quarta, & in primo media, & in æquali ſi-
militer. Calor quoque qui attenditur ſecundum domi-
nium frigiditatis in tertio gradu, eodem modo calorem
frigiditatis quarti gradus, ſuperat cum quantitate calo-
ris quarti gradus. Gradus etiam reſidui ſimiliter ſe hñt.
In ſiccitate quoque, & humiditate idem inuenitur.

Iam ergo ex hoc quod præmiſimus, manifeſtum eſt
omnibus proportionibus,quæ in proportione augmenti
attenduntur, proportionem dupli meliorem exiſtere, in
qua æquale reperitur, hoc eſt, quod ipſa in æquale reſol-
uitur. ſicut demonſtrauimus. Muſicæ quoque tractatus
docuit hanc proportionem, omnibus alijs proportioni-
bus meliorem exiſtere,& naturis conuenientiorem, eſſe
ſcilicet dupli proportionem. Et hoc quoque declaratum
eſt,quoſdam non nominaſſe gradum primum, ſecundũ,
tertium,& quartum,niſi ſolũmodo ſecundum modum,
quo numero ordinatio nominatur,& non aliter,hoc eſt,
quòd eorum ſermo in nominando gradum primum,ſe-
cundum,tertium, & quartum, nõ intelligitur abſq; qua-
libet duarum intentionum, quarum vna eſt eorum, qui
eos ſecundum ordinem numeri, ꝙ eorum computatio-
nem nominauerunt, q̃ eſt huius. 1.3.4. niſi ſolummodo
ſm modum, quo numeri ordinatio vocatur, & non ali-
ter,hoc eſt,quod etiam eorum ſermo in nominando pri-
mum gradum.2.3.& 4. intelligitur abſque qualibet dua-
rum intentionum. Quorum vna eſt eorum,qui eos ſm
ordinem numeri,& eorũ cõputationem nominauerunt,
quæ eſt huiuſmodi. 1. 2. 3. & 4. Alia aũt eorum qui hoc
ſm modum virtutum dixerunt,ſ.qui quartum nomina-
uerũt gradum,eo ꝙ eius virtus, primi quadrupla exiſtit,
& tertium,ꝙ eius virtus tripla ſit primi; & ſm, ꝙ eius
virtus dupla primi exiſtat. Si qui igitur hos gradus,ſ.
1.2.3.& 4. ſic nominari dixerunt ſm ordinem numeri,
& non ſm virtutum ordinationem, non erit eorũ dictio
conueniens, ſm primum modum nominationis; cum
ipſi in gradibus virtutes quærant. Quod ſi fuerint aliqui,
qui dicant in gradibus,quartum dici,quòd eius virtus ſit
quadrupla primi, & triplum, cauſa ſuæ virtutis, quæ eſt
tripla primi, erit iſte ordo graduum abſq; proportione.
Nos vero iam oſtendimus in præcedentibus ipſos pro-
portionales exiſtere. Gal. quoque in li. decem tractatuũ,
quẽ de componendis medicinis edidit, in parte videlicet
octaua,cum de quinta cõſectione medicinarum Andro-
machi tractaret ad curãdũ ſtõm, eorum deſtruxit ſniam;
& qui quarti gradus virtutem primi quadruplam,& ter-
tij primi triplam aſſerebant. Confectio autem illa ſatis
aperte poteſt in lib.illo intelligi, ſiquis intente ipſum cõ-
ſiderare voluerit,& ſi fuerit boni intellectus, & in pro-
portione, & proportionalitate inſtructus intelliget ſen-
tẽtiam eorũ,q dicunt, quartũ gradum quadruplũ primi,
& tertiũ triplũ primi,annullatam eſſe. Alij aũt pręterea
fuerunt,qui graduũ virtutes ſm hunc ordiné ſe hñe dixe-
runt, affirmantes virtutem caloris primi gradus habere
in ſe

in se quinq; octauas virtutis caloris quarti gradus. Ideo, quòd eius tres octauæ remanent frigidæ. Dixerunt etiã, q; virtus caliditatis secundi gradus habet in se tres quartas virtutis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius quarta frigida. Et quod virtus caliditatis tertij gradus continet 7. octauas virturis caliditatis quarti gradus, & remanebit eius octaua frigida. Quod aũt eos in hanc induxit sententiam, fuit quidam, qui dixit, q; si nos miscueremus medicinam in quarto gradu calidam cum medicina frigida in eodem gradu, æquaretur medicina, & essent in ea quatuor partes calidæ, & quatuor frigidæ. Sed si adderemus quintam partem calidã, esset calida, in primo, essentq; ipsius quinq; partes calidæ, & tres frigidæ. Similiter si adderemus sextã partem calidam, esset in secundo gradu calida, & eius essent tres quartæ partes calidę, & alia quarta frigida, septimam quoq; partem calidã si adderemus, esset medicina calida i tertio gradu, essentque ipsius 7. octauæ calidæ, & reliqua octaua frigida. Qđ si octauam partem adderemus calidam, esset medicina B calida in quarto gradu, esset autem tota calida nihil habens in se frigiditatis. Huius aũt intentio falsa existit, & ſm modum experimenti, & ſm eum, qui contra eũ argumentatur, ponens principium suum ſm dicta illius, hoc est q; si prędictus misceret medicinã calidam in tertio gradu, cum medicina frigida in eodem gradu, æquaretur medicina, essentq; in ea tres partes calidæ, & tres frigidæ. Quod si pars vna caliditatis adderetur, esset calida in primo gradu, & essent eius quatuor partes, calidę, & duę frigidę. Essent igitur ſm hoc primi gradus duæ tertię calidę, & vna frigida. Et ꝑmissis vero. 5. eius octauę fuerunt calidę, & tres frigidę, hoc aũt impossibile est.

Similiter quoq; si pars secunda cũ prima calida fieret, esset medicina in secũdo gradu, essentq; eius partes quinque calidæ, & pars reliqua frigida. ergo ſm hunc modũ 5. sextæ secundi gradus existerent calidæ & vna frigida. Sed ꝑcedentibus eius tres quartæ fuerunt calidæ, & vna frigida: quod omnino contrarium est, & impossibile, ita etiam si parstertia cum secunda, & prima calida fiat, erit C medicina tota calida nihil in se retinens frigiditatis. Sed in præcedentibus ostensum fuit, q; cum pars tertia cum partibus quæ ipsas præcedunt in quarto gradu calida sit, eius. 7 octauæ existunt calidę, & reliqua octaua frigida. Ideoq; intentio hæc manifeste falsa existit. Non.n. oportet, vt huius intentionis inuentor aliquid in gradu quarto attendat, quod non æquale in gradu tertio, & secundo obseruari possit. Postquam igitur huius intentionis falsitas manifeste apparuit, & eius est etiam sententia manifeste destructa, q; virtutem quarti gradus primi quadruplam, & tertij triplam primi asserebant, ex eo quòd Gal. in receptione medicinæ sui libri comprobauit, & ex eo, quòd nos declarauimus.

Et postquam ostensum est, q; gradus dupli, proportione proportionales existunt, ſ. q; proportio virtutis gradus primi ad ſm in effectu est sicut proportio virtutis gradus secundi ad tertium, & proportio virtutis gradus tertij ad quartum, declarabo nunc qũo cognitio componendi medicinas ſm hanc proportionem, quæ omnibus ab his ꝓportione augmentorũ melioꝝ existit cõprehendi queat.

De compositione medicinarum. Cap. ix.

DIcam ergo, q; compositio medicinarum licet infinitas recipiat sectiones, in sex tamen restringitur, cum sub regulis rationis comprehensa fuerit. Quarum vna est compositio medicinæ calidæ cum alia medicina calida. Et secunda compositio medicinæ frigidæ cũ alia medicina frigida. Et tertia compositio medicinæ calidæ cum medicina frigida. Quarta quoq; compositio tẽperatæ cum medicina temperata. Quinta etiam compositio medicinæ temperatæ cum medicina calida. Et sexta cõpositio medicinæ temperatæ cum medicina frigida.

Compositio quoq; medicinæ calidæ cũ alia calida tribus fit modis. Vnus est, vt ipsa misceatur medicinæ æq; calidæ, vt ipsa est. Secundus, vt coniungatur medicinæ maioris caliditatis. Tertius, vt medicinæ minoris caliditatis coniungatur. Quod si compositio medicinæ æq; A caliditatis fiat, non erit in ea caloris augmentum, neque minuetur ex ea aliquid. Et si compositio medicinæ fiat ex medicina calida, & alia, & quæ sit minoris caliditatis, erit medicina composita minus calida. Sed si compositio medicinæ fiat ex calida, & alia, quæ sit maioris caliditatis, erit medicina cõposita magis calida, neq; minuetur ex ea aliquid: & erit eius caliditas inter augmentũ, & diminutionẽ. i. inter caliditatẽ medicinæ habentis caliditatẽ cum augmento, & alterius habentis ipsum calorẽ cum diminutione. Nos itaq; huius qđ diximus exẽplum ponamus, & hoc est, q; cũ nos miscuerimus duas aquas, quarum vnaquæq; sit bulliens in summo, neq; in nostra permistione mora interuenerit, non minuetur ex ea aliquid, sed remanebunt feruentes vtræq;. Si aũt aliam minus feruentem cum alia, quæ magis ferueat cõmiscuerimus, augmentabitur caliditas aquæ minus feruentis, propter aquam multum feruentem, & minuetur caliditas aquæ multum feruentis propter aquam minus feruẽtem. Non est tamen conueniens, vt æstimemus medicinam calidam, caliditatem calidioris medicinę, cui admiscetur, minuere, propter modum qualitatis minoris caliditatis; sed pp proprietatẽ eius, quod est cum eius minore caliditate ex qualitate frigiditatis. Eodemq; modo frigiditas medicinæ frigidioris minuetur ex eo, qđ est minus frigida ex qualitate caliditatis, pp hoc etiam in præcedentibus declarauimus frigiditatẽ cum caliditate primi gradus æquari medietati caliditatis ipsius, & sic in reliquis gradibus est intelligendum, vt ex hoc cognoscas illud, quod nomen frigiditatis comprehendit ex nomine caliditatis. Aut nomen caliditatis ex nomine frigiditatis. Aut nomen humiditatis ex nomine siccitatis. Aut nomẽ siccitatis ex nomine humiditatis, quẽadmodũ in sequentibus propalabo. Cõpositio vero medicinæ quæ fit ex frigida medicina cum alia frigida medicina, tribus etiã fit modis. Vno, vt medicina frigida in compositione iungatur alij medicinæ eiusdem qualitatis vel frigiditatis. Non ergo quod fiet cõpositione augmẽtabitur frigiditas, neq; minuetur ex ea aliquid; secundo vero, vt in cõpositione medicina frigida cum alia maioris frigiditatis misceat. terrio vero, vt in cõpositione, & medicina frigida alię minoris frigiditatis adiungatur & augmentatæ frigiditatis ex diminuta frigiditate minuetur, eritq; medicina composita inter frigiditatẽ frigidioris, & frigiditatem minus frigidæ. Hoc quod manifestum est, & apparens ei; qui propositũ exemplum memoriæ cõmendauit. Rursus in cõpõne, quæ fit ex coniunctione quæ est medicinæ calidæ cum frigida, vnaquæq; qualitatum à sui minuit contraria, & rursus in cõpõne, quæ fit ex cõmistione medicinæ æqualis cũ alia æquali, erit medicina cõposita ex his æqualis. In cõpositione quoq; quæ fit ex cõiunctione medicinę calidæ cũ æquali, erit medicina ex his composita non æqualis, quia cum æquale equali admistum fuerit, non erit medicina ex his cõpositæ æqualis. Hoc.n. est ex per se notis, quæ propositione non indigent, & necesse est vt caliditas medicinæ calidæ minuatur ex eo, quod declarauimus: & hoc est, quod illud quod est minus calidũ ex qualitate frigiditatis reprimit caliditatem eius, quod est magis calidum. Huius aũt sermonis summa est, qđ com D positio fit ex cõmistione æqualium cum æqualibus, & calidarum cum calidis, & frigidarũ cum frigidis eiusdem, id est tantæ frigiditatis non augmentabitur eorũ virtus, neq; minuetur ex eo, quod est in ea aliquid. Erit ergo tẽperata, aut calida, aut frigida. Sed cum cõpositio fiat ex commistione medicinarum diuersarum ex augmento, & diminutione, aut ex contrarietate, minus ab augmento augebitur, & maius à diminuto minuetur. Expositio compositionis medicinæ, & renunciatio compositionis medicinæ calidæ, & cum alia medicina calida.

COngregabis itaq; pondera medicinarũ calidarũ, q̃ in gradibus sunt, & seruabis ea; qđ ẽt in eis ex virtutibus frigidis reperit cõiunges, & q̃ fit earũ denominatio ex numero calidarũ scies. Nos aũt ſæpe in his, q̃ præcesserunt diximus, q; cũ virtutes frigidæ fuerint, quantũ medietas calidarum erit virtutũ, medicina ex eis cõposita in

in pri-

in primo gradu calida. Et cũ virtutes frigidæ fuerit quan E
tum quarta pars calidarum virtutũ, erit medicina in ſecundo gradu calida. Et cum fuerint virtutes frigidæ quãtum octaua pars virtutũ calidarũ, erit medicina calida in tertio gradu. Et cũ fuerint virtutes frigidæ quantum. 16. pars virtutũ calidarum, erit medicina calida in quarto gradu. Similiter quoq; inuenitur regula medicinarũ, in quibus frigiditas dominatur, & vni quatuor graduum cõparabitur. Quod ſi virtus medicinæ inter duos ex quatuor gradibus fuerit, proportionẽ eius ex differentia; quę eſt inter illos duos gradus inuenire ſcias. eius itaq; quod diximus exemplum ponamus. Ex hoc eſt, quod cũ miſcuerimus pondus dr. j. maſticis (quod in ſecundo gradu calidum exiſtit) cũ pondere dr. ij. cardamomi, qd eſt in primo gradu calidũ, multiplicabimus virtutẽ caliditatis primi gradus, q̃ eſt vna in ij. dr. cardamomi, & proueniẽt inde partes duæ. deinde multiplicabis virtutẽ etiã gradus ſecundi, q̃ eſt duo ſ̃m primam regulam. in dr. i. maſticis, & ꝓuenient inde partes duæ. Adiunges itaq; duas F
partes caliditatis cardamomi duab. partibus caliditatis maſticis, & fiẽt quatuor partes calidæ, quas ſeruabis quẽadmodum indicaui tibi. Tu aũt iam ſciuiſti ex ꝓmiſſis, ꝙ partes, quæ cum caliditate primi gradus exiſtunt, ſunt quantũ medietas partium calidarum. eſt ergo in illa, ex frigiditate pars media cum ad partes calidas comparata fuerit. Multiplicabis ergo hanc mediam in ponderibus duarũ dr. cardamomi, & erit pars integra frigida. Similiter quoq; tu iam ſciuiſti, quod partes calidæ caliditatẽ ſecundi gradus duplum ſunt primi, & ꝙ earum quarta eſt frigida, & ꝙ quarta duorum eſt medietas. Multiplicabis itaq; medietatem in pondere vnius dr. maſticis, & erit medietas frigida. Eam igitur adiungentes parti frigidæ prouenient ex eis pars, & medietas partis frigiditatis. Scias itaq; quæ ſit denominatio partis, & medię partis frigidę ex quatuor partibus calidis, quas ſciuiſti; ipſæ aurem erunt tres octauæ. Oſtenſum eſt igitur, quòd huius medicinæ compoſitæ tres octauæ, quę ſunt cum eius partibus calidis, frigidæ ſunt.

Iam aũt ſciuiſti, quod frigiditas, quæ eſt cum caliditate primi gradus, eſt quantum medietas eius, quod eſt in illo ex caliditate, & ꝙ frigiditas, quæ attenditur reſpectu caliditatis ſecundi gradus, eſt quantũ quarta pars frigiditatis ipſius. Sciuiſti etiam, ꝙ tres octauæ minus ſunt medietate, quæ eſt frigiditas, quæ cum caliditate primi gradus reperit, & plus quam quarta, quæ eſt frigiditas, quæ ſ̃m caliditatem ſecundi gradus attenditur. Oportet igitur, vt medicina hic, cuius tres octauæ, quæ cum partibus calidis inueniuntur, frigidæ ſunt, inter gradum primum, & ſ̃m exiſtat. Cum ergo volueris ſcire in quanto gradu calida ſit medicina, ſuperfluitatem, qua frigiditas, quæ ſ̃m primum gradum attenditur, frigiditatem, quæ cum ſecundo gradu reperitur; ſuperat. Scias, quæ eſt quarta partis frigidæ. minuas itaque hanc extribus octauis, quæ eſt frigiditas compoſitæ medicinæ; & remanebit octaua. Deinde ſcies, quæ ſit denominatio eius ex quarta, quæ eſt ſuperfluitas, quæ inter duos gradus inuenitur. inueneſque ipſam eſſe medietatem. Ex hac quoque medietate caliditatis ſecundi gradus reprimitur. Minuas itaque hanc denominationem gradu ſecundo, & erit medicina compoſita in medio ſecundi gradus calida. Et hoc eſt quod demonſtrare volumus. Regula quoque, quæ in compoſitione medicinæ frigidæ cum medicina frigida attenditur. Similiter erit denominatio compoſitionis calidæ cum frigida. Virtutes ponderum medicinarum calidarum, quæ in gradibus attenduntur aggregabis, & quod cum eis ex virtutibus frigidis adunabis, & vnumquodque eorum per ſe ſeparatim ſeruabis. Virtutes quoque ponderum frigidarũ, quæ in gradibus attenduntur, & quod cum eis eſt ex virtutibus congregabis. Demum virtutes calidas virtutibus calidis adiunges, & virtutes frigidas virtutibus frigidis. Si ergo virtutes calidæ cum frigidis alterentur, medicina compoſita in caliditate, & frigiditate erit æqualis. Quod ſi virtutis calidæ frigidis plures fuerint, ſcies denominationẽ virtutum frigidarum ex eis, & facies, ſicut præmiſimus. frigidæ quoque virtutes, ſi calidis plures exiterunt, quæ ſit virtutum calidarum denominatio ex eis denotabis, & facies, ſicut præmiſſum eſt. Compoſitam autem medicinæ æqualis cum æquali, eſt, ſicut diximus, videlicet quod medicina compoſita ex eis erit æqualis.

NArratio autem compoſitionis æqualis cum medicina calida. Virtutes ponderum medicinarũ ęqualium, calidi, & frigid. vnumquodque videlicet genus, per ſe aggregabis. Virtutes quoque medicinarum, calidarum, & quod cum eis eſt ex virtutibus frigidis ſimiliter congregabis: demum virtutes calidas calidis, & frigidas frigidis adiunges. Et virtutes frigidas ex calidis, denominabis, & facies vt præmiſſum eſt. Cuius exemplũ eſt, vt miſceamus manna dr. j. cum cardamomi dra. j. Et cum iam ſciuiſti, quòd illud quod ex caliditate in medicina æquali continetur, eſt quantum eſt in ipſa ex frigiditate, & quia hoc eſt ita; medietas ergo eius eſt calida, & alia medietas frigida. Quod igitur ſecundum hoc in F
ipſa eſt ex caliditate, eſt pars media, & quod ex frigiditata pars media. Quod ſi poneremus quòd in ea continetur ex caliditate partem, & frigiditate partem, & gradus reliquos ſecundum hunc ordinem ſtatueremus, ſcilicet proportionem dupli proportionale conueniens eſſet. Sed quia caliditas primi gradus, & ipſius frigiditas in primis partibus continetur, quæ ſenſui manifeſte occurrunt, melius eſt, vt quod in æquali ex caliditate continetur, & ex frigiditate ponatur pars media calida, & media frigida. Accipies itaque pro dr. cardamomi partem. i calidã, & mediam partem frigidam, propter hoc quod demonſtrauimus. Pro dr. quoque mannæ ſumes mediam partem calidam, & mediam frigidã, coniunges deinde partes calidas duarum medicinarũ, & proueniet ex eis pars. & partis medietas calidæ, partes quoque duarum frigidarum medicinarũ aggregabis, & proueniet ex eis pars vna frigida. Scies itaque, quæ ſit denominatio partis ex parte; & media, & erit duæ tertiæ. Scies igitur, quod G
huius cõpoſitæ medicinæ duæ tertiæ quo ad calidas frigidæ ſunt. Oportet ergo, vt huiuſmodi medicina compoſita æquali ſit calidior, eo quod calor, qui eſt in æquali, eſt quantum ipſius frigiditas.

Scies itaque differentiam, quæ eſt inter æquale, & gradum primum ſecundum frigiditatem, & hoc eſt medietas. Minue igitur eam ex duabus tertijs, & remanebit ſexta. Deinde ſcies, quæ ſit eius denominatio ex differentia, quæ eſt inter æquale, & gradum primum, & inuenies tertiam. Ex hac ergo denominatione calida primi gradus fuit repreſſa. Ideoque medicina caliditatis, erit in duabus tertijs gradus primi. Et hæc eſt regula, quæ obſeruanda eſt in compoſitione medicinæ æqualis cum frigida. Illud prętetea quod tibi patefeci in virtutibus calidis, & frigidis, ex me intellige, quia in humidis, & ſic cis idem obſeruabitur, & ſimiliter in reſiduo eius totius, quod in hoc libro continetur ex intentione caliditatis, & frigiditatis.

H

Exemplum componendi medicinam.

Medicinæ pondera	cłitatis	trigiditatis	ficcitatis	humi.
Cardamomi ʒ.i.	par.i.	pars.ſ.	pars.i.	pars. ſ.
Zucchari ʒ.ij.	par.ij.	pars.i.	par.ij.	pars j.
Indorum ʒ.i.	pars.ſ.	pars.i.	pars.i.	pars.ſ.
Emblicorũ ʒ.ij.	pars.i.	part.j.	part.ij.	pars.i.

Congregabis itaque partes calidas, & erunt quatuor, & media. Partes quoque frigidas colliges, & erunt quatuor, & media, & ſiccæ erunt. 6. & humidę erunt tres. poſtea ſcies quæ ſit frigidarum partium denominatio ex calidis. ipſæ vero ſunt totidem quot, & illæ. Cum igitur æquales ſint illis medicina compoſita in caliditate, & frigiditate erit temperata. Deinde ſcies denominationẽ partium humidarum ex ſiccis, quæ eſt earum medietas. Et quia ſic eſt medicina, erit ſicca in primo gradu, & in caliditate, & frigiditate, erit ęqualis.

Medici-

Medicinæ	põdera	cal̃itatis	fridita.	ficcita.	hũidit.
Maſticis	drac.j.	ptes.ij.	pars.f.	ptes.ij.	pars.f.
Cardamomi	drac.ij.	ptes. ij.	pars.j.	pars.ij.	pars.j.

EXemplum compoſitionis iſtius alterius medicinæ, partes calidas adunabis, quæ erunt quatuor; frigidæ autem cum collectæ fuerint, erit pars. j. & ſemis, & ſiccæ erunt quatuor, humidæ quoque erunt pars vna, & dimidia. Deinde ſcies denominationem partium frigidarum ex calidis, ex qua proueniunt tres octauæ. Tres autem octauæ minus ſunt medietate, quæ eſt frigiditas primi gradus, & plus quam quarta, quæ eſt frigiditas ſecundi gradus. Erit ergo caliditas huius medicinæ compoſitæ addens ſupra caliditatem gradus primi, quia eſt plus duplo frigiditatis medicinæ cõpoſitæ. Scias itaque ſuperfluitatem frigiditatis, quæ eſt inter gradum primum, & ſecundum, quæ eſt quarta vnius partis integræ; quam poſtquam minueris ex tribus octauis remanebit octaua. Scias ergo denominationem eius ex quarta, quæ eſt duorum graduum differentia, & inuenies eam medietatem. Eſt itaque ex hoc ſcitum frigiditatis huius medicinæ ſupra frigiditatem gradus ſecundi, per quantitatem medietatis auctam fore. Ex hoc igitur conſequitur caliditatem gradus ſecũdi eſſe minoratam ſecundum quantitatem ſuæ medietatis. Quantitas autem augmenti frigiditatis medicinæ ſupra frigiditatem gradus tanta eſt, quanta eſt diminutio ſuæ caliditatis. Cuius rei probatio eſt, quia ſi frigiditas gradus ſecundi augmentaretur ſecundum quantitatem frigiditatis, quę eſt in gradu ſecundi, reprimeretur caliditas ipſius gradus, & deſcenderet ad gradum primum. Quod ſimiliter erit obſeruandum in reliquis gradibus. Iam igitur manifeſtum fuit menſurã augmenti frigiditatis medicinæ ſupra frigiditatem gradus menſuræ diminutionis caliditatis eiuſdem gradus æquari. Vnde cum medietas caliditatis gradus ſecundi in prædicta medicina ſit diminuta, relinquitur, vt ſit ipſius caliditas, medietas caliditatis gradus ſecundi, aut ſi malis, facies ſecundum hoc, quòd præceſſit in ſuperfluitate, quæ inter gradum primum, & ſecundum inuenitur; hoc tamen leuius eſt, & manifeſtius apparet probatio eius operationis.

Medicinæ	põdera	calidi.	frigi.	ſiccita.	humidit.
Maſticis	drac.ij.	part. iij.	pars j.	par.iiij.	pars.i.
Acori	drac.j.	pars.ij.	par.f.	pars.ij.	pars. f.
Balauſtię	drac.j.	pars.f.	par. ij.	par. ij.	pars. f.
Armel	drac.j.	part.iiij.	par.f.	par.ij.	pars. f.
Emblici	drac.j.	pars.f.	pars.j.	par.j.	pars. f.
Nigellæ	drac.ij.	pt.viij.	par.j.	par.viij.	pars.
Euphorbij.	drac.i.	par.viij.	pars.f.	par.viij.	pars. f.
Naſturtij.	drac.j.	par.viij.	par.f.	par.viij.	pars. f.

AVius itaq; medicinæ partes frigidę ſi ex calidis denominentur, erunt ipſarum quinta. Quinta vero minor eſt quarta, quæ eſt quantitas frigiditatis gradus ſecundi, & maior octaua, quę eſt frigiditas gradus tertij. Quapropter conſiderandum eſt, quòd ſi augmentum quintæ ſupra octauam, inuenietur eſſe tres quartæ decimæ vnius. Denominabis ergo eas ex octaua, & erunt tres quintæ. Minuentur itaque tres quintæ à gradu tertio, & remanebit medicina calida, in duabus quintis, gradus tertij. Quod ſi hæc medicina ex centum drachmis mellis conficiatur, erunt ſecundum hunc.

A

Medicinę.	põdera	cl̃itatis	frigida.	ficcita.	humidita.
Maſticis	drac.ij.	par.iiij.	par.j.	par.iiij.	par.j.
Acori	drac.j.	ptes.ij.	pars.f.	ptes.ij.	pars.f.
Balauſtiæ.	drac.j.	pars.f.	part.ij.	ptes.ij.	pars.f.
Armel.	drac.j.	par.iiij.	par.f.	par.iiij.	pars.f.
Emblici	drac.j.	pars.f.	pars.j.	pars.j.	pars.f.
Nigellę.	drac.ij.	ptes.8.	pars.j.	par.8.	pars.j.
Euphorbij	drac.j.	ptes.8.	pars.f.	part.8.	par.f.
Naſturcij	drac.j.	ptes.8.	pars.f.	part.8.	pars.f.
Mellis.	drac.c.	pt.cc.	par.l.	par.cc.	partes xc

Numera, & hoc pondus, erit enim ipſius frigiditas minor quarta per quantitatem vnius partis, & trium quartarum partis vnius, quod eſt valde parum. Oportet igitur, vt huius medicinæ caliditas ſecundi gradus caliditate ſit maior ſecundum paruam quantitatem, videlicet B partis, & trium quartarum vnius partis.

Directio, ſiue rectificatio graduum vnius, videlicet ex contrarietate, quæ eſt in alio. Gradus itaque quarti caliditas atque frigiditas a ſuis contrarijs, quæ in alijs ſunt gradibus, rectificatur ab his, ſ. quę ſunt in gradu tertij ex quãtitate dupli, & ſeptimæ vnius, & ab his, quæ ſunt in gradu ſecundi ex quincuplo. ab his quoque, quæ ſunt in primo gradu ex quinquecuplo. Gradus itaque tertij caliditatis, & frigiditatis a ſuis contrarijs rectificantur, quæ in alijs ſunt gradibus, ab his videlicet, quæ ſunt in 2. ex duplo, & tertia vnius; & ab his, quæ ſunt in primo ex ſeptuplo. Cum gradus quoq; ſecundi caliditatis, & frigiditatis rectificantur a ſuis contrarijs, quæ ſunt in primo ex triplo. Et rectificatio vero hæc, temperamentum intelligitur. Intenditur enim vt caliditas frigiditate temperetur, aut frigiditas caliditate, & ſic in alijs. Ideoque ęquale nullum temperat ex gradibus, cum ipſius caliditas ſit quanta ipſius frigiditas. Vnde cum medicina componetur ex æquali, & non æquali, nunquam erit æqualis. Scias ergo C hoc compoſitio quarti gradus cum ſuo contrario, quod eſt in * tertio, vt ab eo temperetur, huius itaq; compoſitæ medicinæ partes calidę ſunt 9. & media ſeptima ſimiliter frigida. 9. & media ſeptima. * primo.

Medicina.	pondera	caliditatis.	frigiditatis.
Piperis	drac.j.	partes 8.	pars.f.
Hypocyſtis.	3.ij.&.7.	ps.j.&. f.7.	partes.8.&.4.7.

Compoſitio gradus. 4. cum eo, quod ex ſuo contrario in 2. vt temperetur, huius quoque medicinæ compoſitę calidæ partes ſunt 10. & media, & frigidæ ſimiliter 10. & media.

Medicinæ.	pondera	caliditatis	frigidit.
Piperis.	drac.j.	partes.8.	pars.f.
Balauſtiæ.	drac.v.	ptes.j.&.f.	ptes.*. 10.

* 1. & 4. 7.

Compoſitio gradus. 4. cum eo, quod eſt in primo ex D ſuo contrario, vt ab eo temperetur, huius itidem medicinæ compoſitæ partes calidæ ſunt. 15. & media, & frigidæ. 15. & media.

Medicinæ.	pondera	caliditatis	frigiditatis
Piperis.	drac.j.	partes viij.	pars.f.
Violarum	drac.xv.	part.7.& f.	partes.xv.

Compoſitio gradus 3. cum eo, quod in ſecundo gradu inuenitur ex ſuo contrario, vt ab eo temperetur, huius ſimiliter compoſitæ medicinæ partes calidæ ſunt. v. & vj. & frigidæ. v. & vj.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis
Aſſari	drac.j.	partes iiij.	pars.f.
Arnogloſſæ	3.ij.& iij.	par.j.& 6.	par. 4. & 2. 3.

Cõpoſitio gradus. 3. cũ eo, q̃ ex ſuo cõtrario in 1. gradu exiſtit, vt tẽperetur, huius etiã medicinæ compoſitæ partes calidæ ſunt vij. & media, & frigidæ vij. & media.

Medicinæ.	pondera	caliditatis	frigiditatis
Galangæ	drac.j.	partes iiij.	par.f.
Myrobal.	drac.vij.	part.3.& f.	partes iij.

Compositio gradus.2.cum eo, quod ex suo contrario in 1.gradu reperitur, vt temperetur huius similiter medicinæ compositæ partes calidæ sunt tres, & media, & frigidæ tres,& media.

Medicinæ	pondera	caliditatis	frigiditatis.
Ambræ	drac j.	partes ij.	pars.f.
Bellirici	drac.iij.	pars j.& f.	partes tres.

Explicit lib. Alchindi de gradibus compositarum medicinarum.

Medicinæ Galeni compositio, quam secundum Andromachum edidit, in octaua partes libri.x. tractatuú.

Mansiones	medicinæ	pondera.
Frigida,sicca in 2 gradu.	Arnoglossæ.	partes sex.
Calefacit,& siccat in 2.gradu.	Mastichis	partes ij.
Calefacit,& siccat in 2.gradu.	Myrrhæ	partes j.
Calefacit,& desiccat in 2. gradu.	Mentæ	pars j.

Caliditatis	frigiditatis	humidit.	siccitatis.
pars.j.	pres.4.	pars.j.	partes iiij.
ps.j. & 3.ps.j.terr.p.j.	3.viij^{a} par.	ps.j.& 3.ps viij^{a}	
partis.3.duæ.	partis.1.6.	partis sexta	partis 5.duæ.
partis.3.duæ	partis.1.6.	partis sexta	partis 3.duæ.

Hæc fig. est finis prædicta immediata.

Receptio huius medicinæ, quæ in lib. Galen.x. tractatibus continetur, in quo secundum auctoritatem Andromachi scribit in tractatu, videlicet.8. cuius etiam Alchindus auctoritatem induxit quartum gradum esse primi quadruplum, & tertium primi triplum. Galeni verba erronea erunt, & erit medicina stomacho nociua propter multitudinem calidarum partium. Scias ergo hoc (quòd in principio libri quædam præposita fuit figura, in qua numeri proportionales quasi confuse dispositi sunt. Ideo in hoc loco ad maiorem expressionem hanc subiecimus tabulam; vt quod ibi dicitur, distincte intelligatur de partibus graduum. Sciendum est, quòd siquis subtiliter voluerit attendere remissæ qualitatis augmentum, & intensæ remissionem, inueniet eas certissime. Cauteat tamen ne vnquam eas æquales reddat. Non enim essent ter in gradu.

Hæc in quodam codice antiquo manuscripto nõ habetur. Carmina vera sũt.

Quartus adæquatur cum primus quindecuplatur.
Alter, vt æquetur cum quarto quincuplicetur.
Septima donetur duplo sic ternus habetur.
Tertius æquatur cum primus septiplicatur.
Alter vt æquetur sibi duplo tertia detur.
Altera adæquatur cum primus subtiplicatur.

1.	1.	1.
1.	2.	4.
2.	3.	4.
3.	5.	7.
2.	9.	11.
3.	8.	18.

Alchindi libellus de gradibus medicinarum explicit.

LIBELLVS INSIGNIS MEDICI COPHONIS

Tractatus de arte Medendi, omnibus morborum curam auspicaturis apprime necessarius.

De Libri vtilitate.

IN medendis corporibus, & maxime purgandis, varijs sæpe molestamur incommodis, non quia medicina, quæ datur sit incongrua; sed quia ab incongruis Medicis incongrue est oblata. Ideo ego Copho hoc opus de arte medendi a Cophonis ore fluisq;, & sociorum scriptis, compendiosè collegi, quatenus si quod symptoma superuenerit incongruum, mihi, cæterisque in hac arte non prouectis conueniens, præsto sit remedium. Si quis enim hoc opus in manibus habuerit, medendi notitiam in pharmacis lætum inueniet effectum. Nam in potionibus,& pericula vitare(si qua forte contingent)ad plenum sciet, & remouere.

De varijs Medendi modis, & libelli diuisione.

MVltis modis medemur; aut dissoluendo, aut constringendo, vel mortificando, aut restaurando. Corpora.n. repleta inanimus, vel dissoluta constringimus, vel in corpore deperdita restauramus. Inanimus quidem medicinis dissolutiuis, vt scámonea. Constringimus cõstrictiuis: vt acacia, et opiatis. Restauramus cibis, & potibus, cõgruisq; medicinis, vt diarhodõ, triasandali, diamargaritõ, & similibus. Restat, & alius medẽdi modus, quando videlicet cõpactam, & crudam materiã ad digestionẽ ducimus, de quo in fine huius opusculi tractabitur. Cuius quatuor erunt particulæ principales. Prima de modo medẽdi cũ medicinis dissolutiuis, seu laxatiuis. Secunda de modo medendi cõstrictiuis, vel mortificatiuis. Tertia de modo medendi restauratiuis. Quarta de modo medendi digestiuis medicinis, & alteratiuis.

Incipit particula prima de modo operandi per medicinas dissolutiuas, seu laxatiuas.

LAxãdo igitur tribus modis medemur attrahendo.t expellendo,& dissoluẽdo, & hoc locorum diuersitate, in quibus est materia. Dissoluendo, vt benedicta, cathartico imperiali,& similibus. Attrahendo, vt aloe, opiatis. Expellẽdo, vt psyllio loto in aqua tamarindi, & huiusmodi, quæ sic expellunt, quod non dissoluunt. Pro varietate autem locorũ, in quibus est materia, quam euacuare intendimus, vna vel pluribus succurrendum est potationibus. Vnde diligenti cõsideratione medicus inuestiget locum materiei, vt secundum loci proprietatem vnam vel plures tribuat medicinas. Si .n. materia fuerit in stomacho, vel in hepate, vel in locis his vicinis; vna datur potio fm proprietatem materiei. Si vero materia fuerit in remotis partib. sicut podagra, in qua materia est in pedibus, damus plures; quia prius damus medicinã dissolutiuã; q̃ humores remotos dissoluat, vt est ius polypodij, ius agarici, pilulæ cathartice, & similia. Secundo damus alteratiuã medicinã, q̃ humores dissoluros ad stomachũ attrahit, et magis dissoluat, vt est bñdicta, & hieralogodiõ, picra, &c. Amara.n. citius pene trãt ad remotas partes, & extrema magis purgant, quam aliæ medicinæ. Tertio damus expulsiuã, quæ humores in stomacho congregatos expellãt, vt psyllium, &c. in quibus talis est ordo. In mane damus vnam, meridie aliam, vespere

veſpere tertiã, vel ſi materia exigit, in ſero damus primã, A
in media nocte ſecundam, in fine noctis tertiã. Caueat ta
men, ne poſt ſecundam donationem nimia fiat humorũ
diſſolutio, poſt primam poteſt dormire, & hoc pro mino
ri virtute medicinæ. Sed ſunt quidam, qui tot medicinas
ſufferre nequeunt, quibus damus duas; ſ. digeſtiuã, & ex-
pulſiuã. Quidam.n. ſunt, qui pp debilitatem duas pati nõ
poſſunt, quibus damus vnã ſolã, talem tamẽ, quæ officiũ
trium compleat, quæ.ſ. diſſoluat, attrahat, & expellat, &
hoc ſæpius faciũt Moderni. Raro.n. vel duas, vel tres tri-
buunt, in quo peccãt, quia vna ſi poſſet euacuare tantum
quãtum duæ, vel tres, tamen non vna ita operari poteſt,
ſicut duæ, vel tres, licet vehementior ſit. Cũ.n datur ve-
hemens medicina, partes vicinas ſtomachi citius ex to-
to inanit, q̃ ad extrema penetrare poſſit, ſicut ad caput, et
ad pedes. Item virtus medicinæ, prius deficiẽs euaneſcit,
q̃ per mẽbra nõ apta ad extrema puenire poſſit. Quarta
cum extrema purgare intendimus, damus duas, vt in ter
tiam liberiorem viam inueniat. Quod ſi vnam ſolam da
re voluerimus, demus ſæpe, & parum; vt paulatim pur- B
gerur, & non repente, quod fit quando trigeſies, vel qua-
drageſies aſſellat. Repentina purgatio multum nocet cor
pori; quia corpus debilitatur, & plus de bonis, quam de
malis humoribus exprimitur. Vnde Hippoc. ſecundum
multum, & repẽte euacuare, ſiue replere, calere, aut infri
gidare, ſallax, & omnino inimicum naturæ.

De danda medicina.

CVm ergo volueris dare medicinã laxatiuam, prius
per aliquot dies ſ. duos, vel tres, diætabis eum cibis
ſorbilibus, & diureticis, iure carnium, iure piſcium, cẽpis
coctis, cum carne porcina pingui, & bis, vel ſemel cola-
tis ouis ſorbilibus coctis in aqua, & conditis cũ vino, &
pauco pipere, vel herbis mollientibus, vt atriplex, mal-
ua, mercurialis, & ſimilia. Vnde Hippo. Corpora ſi quis
vult purgare, oportet prius fluxa facere. Et hoc fieri de-
bet maxime in his, qui duræ complexionis ſunt, nec faci
le ſoluuntur, quod ſi non fiat, potius emphraxim faciũt,
quam euacuationem. Vnde apud Gale. methodici non C
attendentes medicinæ præparationem potius humores
concludebant, quam euacuarent. Ideoque alios faciebãt
aſthmaticos, alios arthreticos.

De præparatione medicinæ.

PRæparetur autem medicina hoc modo. Si volueris
acuere medicinã cum ſcammonea, acuatur per de-
cem dies, vel quindecim, antequam detur, vt ſcammo-
nea bene poſſit ſpeciebus incorporari, & prius fricetur
ſcammonea cum oleo roſato, vel violato, vel ſyrupo roſa
to inter manus; & ſic miſceatur medicinæ, addito parũ
maſticis. Maſtix.n. prohibet, ne adhæreat villis ſtoma-
chi, quia cauſa eſt ſæpe dyſenteriæ. Sic.n. aufertur ſcam-
moneæ malitia, nec timemus, quod inde aliquod pericu-
lũ proueniat, & ſi ſuperuenit, cito, & facilẽ curat. In hoc
enim multi fiunt homicidæ, qui dãt medicinam, cũ ſta-
tim admiſta eſt ſcammonea, antequã incorporetur ſpe-
ciebus. Quanto.n. diutius eſt cum ſpeciebus, tanto me-
lius, & leuius ducit. Quod ſi non habuerit medicinã ſic, D
& neceſſe ſit vt demus alicui, fricemus ſcammoneã præ-
dicto modo cum oleo roſato ſyrupo prædicto, & pauco
maſtiche, & acuamus medicinam, & poſt primum diẽ,
vel ſecundum dabimus medicinã, vel coquemus eã ſic.
Accipiamus cytonium, vel pomum, & per medium ſcin
damus, & intus ponamus puluerem ſcammoneæ, & ſic
coniungamus partes, & inuoluamus paſta, vel ſtupa, vel
panno lineo madefacto in aqua, & ponamus ſub cinere,
cumque coctum fuerit extrahamus, & miſceamus cum
medicina, & poſt vnum diem dabimus. Non eſt autem
ſubtiliter puluerizanda ſcammonea, ne adhæreat villis
ſtomachi, & faciat dyſenteriã. Sed aliquantulũ eſt groſſa
dimittẽda, vt morã in ſtomacho faciẽdo humores in re-
motis partibus abſcõditos poſſit ſoluere. Si volueris dare
decoctionẽ, cui ad miſceas rheubarbarũ, myrobalanos,
vel agaricũ, dimitte p diẽ, et noctẽ, et ſm qd medicina exi
git, qua purgari dẽt mane, & ſero, de quo dicet inferius.
Et ſi fortis fuerit, det tota ſubſtãtia. Si debilis; colatura.

De diſſolutiua medicina.

DAtur autem diſſolutiua medicina quandoque ſa-
nis, quandoque ægris ad expellendam ægritudinẽ;
ſanis ad cuſtodiendam ſanitatem. Cum ergo ægris dare
volueris, conſidera ægritudinem, & materiam ægritu-
dinis, & locum materiei, & ſecundum hoc competẽtem
medicinam adhibeas, ſicut inferius dicetur; & dictum
eſt ſuperius. Non eſt autem danda medicina, donec ma-
teria ſit digeſta. Vnde Hipp. Digeſta medicari, & moue
re non cruda, &c. Cognoſcitur autem materiei digeſtio
per inſpiſſationem vrinæ, ſi tenuis præceſſit, per attenua
tionem, ſi ſpiſſa præceſſit, propter ſigna, quæ in tract. fe-
brium dicta ſunt. Prius ergo diſtinguenda eſt materia.
Si fuerit indigeſta per diuiſiua, & diuretica, & poſtea de-
tur medicina. Si vero ſano volueris dare medicinam ſo-
lutiuam, conſiderare debes humorem abundantem, &
paratum ægritudinem facere, & ſecundum hoc medici-
nam purgantem illum humorem. Si enim diuerſi hu-
mores in corpore, ita diuerſæ ſunt medicinæ quæ illos
habent purgare. Si quæ datur non purgat humorem, qui
eſt in cauſa, magis moleſtatur patiens. Vnde Hip. Si qua
lia oportet purgari purgentur, confert, & bene ferunt. Si
vero non, contrarium. His ſignis poſitis, cognoſces, quis
humor ſit purgandus, vel abundans in corpore.

De ſignis humorum.

SI quis macilẽtus fuerit, vel albus, vel carnoſus, & ha-
beat os ſalſum cum amaritudine, & ſputũ ſit eiuſdẽ
ſaporis, ſalſum phlegma abundat, & purgatione indiget.
Si verò dulcedinem oris patiatur cum plenitudine vena
rum maxime faciei, & ſputum circa dulcedinem verſe-
tur, & abominationem cum vomitu, & ſine vomitu pa-
tiatur, vrina aliquantulum vnctuoſa, & rufa, & ſpiſſa;
phlegma dulce abundare ſignificat. Si verò acetoſitatem
in ore ſenſerit, & appetitus vigeat, & non ſitiat, & ſputũ,
& omne quod in ore committitur circa acetoſitatẽ verſe
tur, acetoſum phlegma dominatur, & excedit. Si verò os
inſipidum fuerit, & ſputum in ore nullius ſaporis ſentia-
tur, & appetitus, & ſitis deficiat; ſignum eſt, quod phleg-
ma inſipidum purgari debet. Quod ſi amaritudo ſit in
ore, & ſputo, & ore receptis ſine ſalſedine; & vrina ſit te-
nuis, & citrina, vel ſubcitrina, vel ſubrubea ſimplicis
choleræ rubeæ dominium declarat. Quod ſi abominatio
fuerit cum vomitu, vel ſine vomitu, oris amaritudo, &
vrina citrina, vel ſubcitrina, non multum tenuis, chole-
ram infectam abundare ſignificat. Quod ſi minus fuerit
tenuis, & rubea, & amaritudo oris fuerit minor, ſignum
eſt choleræ vitellinæ rubeæ. Si verò magis tenuis, & oris
amaritudo maior; ſignum choleræ citrinæ. Vnde purga
ri habet cum competentibus medicinis. Si verò pigritia
fuerit maior ſolito, & appetitus augeat; & ſitis minoret,
& aggrauatio mẽbrorũ, ſignificatur, quod melancholia
purganda eſt. Quod ſi venæ plenæ fuerint maxime faci-
ei, pulſus plenus, grauedo ſpatularum, oris dulcedo, gin-
giuæ ſanguinolentæ, labia vlcerata præter ſolitum, vrina
ſpiſſa, & colorata, ſanguis dominatur, qui per venæ aper-
tionem, vel ventoſam minuitur, ſi per venam non po-
teſt minui, propter temporis repugnantiam, &c.

De purgatione phlegmatis.

SImplex phlegma purgatur cum benedicta, cathartico imperiali, decoctione polypodij, agarici, & ſimilibus. Salſum phlegma purgatur cum hiera picra vſuali, theodoricon, anac. theod. hiperiſt. & ſimilib. Phlegma dulce purgatur theod. ana. hiera picra fortiſſima, hiera logodion memphyton, & ſimilibus.

De purgatione choleræ vtriuſq; et cõp. humorum.

CHolera rubea, vel incẽpta purgatur cũ tryphera ſara
cenica, electario frigido, oxy. cũ decoctione myro-
balanorũ, & caſiæ fiſtulæ, tamarindorũ, violarum, man-
næ. Infecta aũt cholera cũ hiera picra vſuali, theod. alia
card. melãcholia purgatur cũ hiera fortiſſima hiera lo-
god. cũ decoctione ſenæ, epythymi, & ſimil. Quod ſi fue-
rit compoſitus humor, cõpoſita datur medicina, ſimplex
.n. nocet, quia illũ humorẽ purgat, & non aliũ. Vnde fit
cum medicina datur tertianario, quo cholerã purgat, no-

cet,quia phlegma admixtum est. Sanguis minuitur, per uenæ apertionẽ,vt dictũ est,aut per ventosas. Si caput est in causa, aperiatur cephalica. Si stomachus,vel hepar,aperiatur hepatica. Si pulmo, vel thorax,mediana. Si matrix,vel renes,aut vesica,vena tali,& si non est tẽpus aperiendi venã,stuphę apponant,vel fiant scarificationes secundum quòd locus,humor,& tempus requirunt.

POstquã medicina cessauerit, cuius signum est,quod nullus dolor,vel tortio sentiat in stõ,vel in vẽtre,Det ius gallinæ,vel piscũ,vel amygdalatũ,secundũ quod tps exigit. Datur hoc,vt stomachus,& intestina mũdificent, si qđ de medicina remãserit in eis. Post ieiunent per horã,& tunc detur mẽbrum gallinæ paratum cũ cymino, vel dẽtur pisces,vel ius amygdalarum, & si tẽpus exigit, detur vinum lymphatum multum, & nec bibat,nec mãducet gulose, nè febris ephimera sequatur. Secundo die eat ad balneum, & caueat sibi a frigore, & a labore per tres dies,vtatur cibis bonos humores generantibus.

De diuersitate regionis in purgatione.

COnsideranda est in purgationib temporum diuersitas,& humorũ,& regionũ, per quas fit purgatio. Diuersitas aũt temporum fit dupliciter.s.secundũ tempora anni,& secundũ tẽpora diei, & noctis, in quib. humor hẽt dominari. Sed ꝑm tpa anni varianda est purgationis cã, auctore Hip. dicente, Æstate p superiora, hyeme verò per inferiora purgare debemus. Humores.n.sequũtur temporũ proprietates. In æstate verò purgamus per vomitum. In hyeme per inferiora, cõsiderata tñ habitudine,ætate,& morbo,quia patientes habẽtes strictos meatus circa spiritualia nõ purgamus per vomitũ,timẽtes suffocationem. Senes propter frigiditatem cõplexionis non purgamus. Itẽ in ęstate mane superius,in hyeme sero inferius. Item mane superius,sero,& mane inferius.

De consideratione diei, & noctis in purgatione.

SEcundum tempora diei, & noctis cõsideratio debet haberi. Cũ.n.viginti,& quatuor sint horæ diei,& noctis,vnusquisq; humorum dominat sex horis. Sanguis.n. dominatur ab hora nona noctis vsq; ad tertiã horã diei. Cholera ab hora tertia diei, vsq; ad horam nonam diei. Melancholia verò ab hora nona diei, vsq; ad tertiam noctis dominatur. Phlegma a tertia hora noctis vsq; ad nonam horã noctis. Quod si fuerit æstas, & volueris purgare per vomitũ cholerã,debes dare vomitiuũ parum ante horam diei,vt cũ faciat morã in stomacho in horis choleræ operetur,& purget cholerã. Eisdem horis debes dare medicinam,si volueris purgare melancholiam per inferiora. Si ergo volueris purgare melancholiam,debes dare medicinam ante horam nonã, vt in horis melancholiæ operet medicina,et educat ea. Si verò volueris phlegma purgare, dormiat patiens per tres horas noctis, vel quattuor, & tũc ante mediam noctẽ detur medicina,nec post dormiat. Si sanguinem volueris purgare,mane minuas, nisi senex fuerit, vel ægritudo, vel aliud repugnet. Quod si in alijs horis purgaueris humorem,quandoque magis nocet,quam conferat, quoniam humor,qui tunc dominatur,expellitur,& non ille,qui est purgandus.

Diuersus.

De consideratione humorum diuersorum.

HVmorũ diuersitas cõsideranda est;quia si abundauerit sanguis, phlebotomandus est. Si cholera, per vomitũ purgamus,nisi sit cũ sanguine,& tũc purgantur cũ phleboromia,nisi sit in intestinis inferioribus. Si fuerit phlegma,vel melãcholia,purgamus inferius; nisi fuerit circa os stomachi,vel circa superiores partes. Attende tamen in his omnibus tempus,quia præcipuè tempus videndum est,diuersitas regionum, per quas considerãtur humores, scilicet superior, & inferior: per nares, & per palatum,& per venas,&c.

De consideratione loci, in quo est materia.

LOcus etiã considerandus,in quo debet dari medicina,an sit nimis calidus, vt in æstate pp calorẽ Solis; an ut nimis frigidus, sicut frigiditate hyemis, vel regionis. Si ergo nimis fuerit calidus, temperetur cum infusione aquæ frigidæ,& appositione mitti, salicis, viol.& viticis,&c. Si fuerit nimis frigidus, ignem fieri facimus sine fumo,sicut de carbonibus, & patiens pellibus indutus, & calciatus,& sella sit iuxta ignem pannis, & alijs circũ data; ne frigidus subintrare possit aer per inferiorem regionem; & lædere ipsum.

Quo tempore detur medicina.

MEdicina qñq; datur in vigilijs, qñq; in somnis. In vigilijs damus liquidas medicinas,& leues,& maxime qñ partes vicinas stomacho, & leues stomachi humores purgare volumus. Cũ.n. liqda medicina cito dissoluat, cito operat. Si.n. tũc dormiret, cũ naturalis calor tũc incẽderetur,medicina amitteret vim suã, & infirmũ in sudorẽ resolueret, & humores attraheret. Itẽ cũ liquidi,& leues humores cito,& facile dissoluunt, cito,& faci le veniũt ad vias expulsionis. Si ergo dormiret,posset cõtingere,ꝙ medicina non debilitaretur, sed tantũ resolueret humores,qui remanẽtes putrefierent, & facerent pessimos morbos. In somnis ei damus pilulas,& duras medicinas, & forte cũ duros, & crudos humores maxime in remotis partibus existentes purgare volumus. Cum.n. pilulæ,medicina dura sint, fortem caloré,vt dissoluatur, exigit. Cum ergo somnus sequat, calor augetur,& dissoluit pilulas. Itẽ cum humores sint duri,compacti,& remoti,in somnis, melius penetrat vis medicinæ ad extremas partes in vigilijs. Dentur ergo pilulæ in sero eunti dormitum. Sed postquam incipiunt ducere, dormire non debent. Possunt autem fieri pilulæ de qualibet medicina.

COntingit,vt nos oporteat dare medicinã,nec tamẽ possumus subito complexionem cognoscere. Habeamus ergo medicinam antidotam,& qua viã præparemus,qua vtrum facilis sit ad dissoluendum,vel durus cognoscere valemus. Detur ergo aliquid, quod humores dissoluat leuiter; sicut benedicta, stomachicum,cathartũ imperiale. Vel demus aliquas lenes pilulas, decoctionem polypodij, agarici, vel claretũ, quod sit de polypodio,agarico,hermodactylis,& distempera cũ vino,addito melle despumato, dimitte residere,& da,vel idem facias de polypodio, & esula cũ pauco cinnamomo, hoc phlegma bene dissoluit, & bene purgat. Vel accipe herbas solubiles,vt est mercurialis,beta,malua; coctas cum carne porcina pingui. Quod si per aliquod horum soluatur,secundum quantitatem solutionis,possumus cognoscere,vtrum violenta,vel leui indigeat purgatione.

De delicatis,qui nequeunt suscipere medicinas.

SVnt vero quidã delicati, qui medicinas suscipere nequeũt, vel propter medicinę nigredinẽ, vel amaritudinẽ. Quibus damus claretũ laxatiuũ. Rec.vini.lib.x.polypodij, mellis despumati,an.lib.ij. agarici vnc.ij.cinnamo.garyophylli,spicæ,zinzib.galangę,ana vnc.i.piperis dra.v. Confice fic.vinũ, & mel in colatura distempera, & polypodiũ bene tritũ coquatur ad tertiã partẽ,et cola, & puluerẽ aliarũ specierũ in colatura distẽpera, & pone in sacculo,& fac pigmentum colando sæpe,donec fiat clarum,& da secundum vires vniuscuiusq; postea potet aquam frigidam. Si volueris cõstringere, si nimis fortiter ducit,da calidam aquam, hoc suaue est,& omnibus conueniens. Item accipe species ad proprietatẽ illius humoris,q purgãdus est,& fac inde syrupũ, & dabis, & fit hoc modo. Accipe species,& coq; in aqua,& pone in sacculo, vel sine sacculo,postea cola,& addito zucchаro,fac inde syrupũ. Itẽ fiat inde aqua, & det; fit aũt hoc modo. Accipe species,& pulueriza,& pone cũ aqua, & distempera, postea mitte in vase, supposito alio vase vitreo; & fit ita, vt fit aqua rosarũ, & appone parũ zucchari,si fit amara, & dabis. Sed nota, qđ maius pondus est de speciebus ad faciendam,aquam,quia in aqua aliquantulũ vini admittitur. Itẽ accipe elleborũ album,& coq; in aqua cum frumento,& illud frumentũ gallina comedat per dies octo, tũc occidatur,& coquatur in aqua, & detur ad comedẽdum,& ius ad sorbendum: satis, & sine molestia ducit.

De diuersitate ætatum.

DIuersitas ętatum considerãda est in pharmacia. Nã aliter senibus,aliter iuuenibus, aliter pueris dam⁹. Senibus autẽ, & pueris non damus dissolutiuã, sed solutiuã medicinã, nisi necessitas ægritudinis cogat; nec damus

mus fortes medicinas, sed leues. Cum. n. corpora senum sint debilia, & dissoluta; si daremus fortes medicinas, & dissolutiuas, magis dissoluerentur, & debilitarentur. Similiter vero, nec pueris; quia cum humiditas puerorum sit multa, & leuis, si daretur dissolutiua, & fortis medicina, cito consumeretur eorum humiditas; vnde sequeretur spasmus. Sed sunt quædam dissolutiua facilia, quæ damus. Sicut zingib. rheubarb. myrob. tamen eos timemus, quia nimis desiccant. Item nec pueros, nec senes purgamus in ætate, propter resolutionem humorum eorum, qui veniunt ex calore, ne scilicet nimia ex medicina sequatur dissolutio, qđ si necessitas vrgeat, paretur locus, vt expedit. Iuuenes aũt dissolutiua, & solutiua medicina omni tpe purgari possunt, ſm suæ cõplexionis exigẽtiam, & mali humoris proprietatẽ. Magis etiã de medicina exigunt, q̃ senes, vel pueri: & propter fortitudinẽ virtutis eorum, magis danda est iuuenibus, quam senibus.

De diuersitate complexionum.

DIuersitas complexionis considerãda est in pharmacia, quia plus damus de medicina phlegmaticis, q̃ choler. & plus melanc. q̃ phlegm. quia phlegmate durior est melancholia, & maiorem habent humiditatẽ melanc. quia durior est phlegmate melancholia. Si ergo cholericis detur scammo. pone in pondere vnius denarij, phleg. in pondere ij. melanc. in pondere iij. Cholerici quidem parum debent accipere de scammo. Nam si multũ acciperent, cũ calidiores, & sicciores sint alijs, scammon. eos magis calefaceret, & potius eorum naturalem humi. & puram consumeret, q̃ nocium purgaret; quia quãto quis tenuior est, tanto minus indiget repentina purgatione; & quanto carnosior est, tanto melius potest ferre repentinam medicinam, quia eorum multa est humiditas.

De multa, & pauca materia.

MAteria quandoq; multa est, quandoq; pauca. Vnde danda est medic. quandoq; multa, quandoque pauca, leuis, & fortis. Pauca. n. materia leui soluitur medic. nisi forte nimis sit compacta; & tunc prius debet digeri, & postea purg. Multa vero materia multa indiget medicina, & fortiori. Non tamen tota simul est euacuanda, sed per interualla, & paulatim, maxime si sit in remotis partibus, teste Hip. Nã ſm eũ, multũ, & repente euacuare, siue replere fallax est, & omnino inimicũ naturæ.

De dissolutiua medicina.

MEdicina dissolutiua, alia dura datur, alia distemperata. Datur dura in fero, vt somnus sequatur eã. s. in partibus remotis a stomacho, in quibus humor continetur; quem purgare intendimus, vt podagricis. Et hoc ideo, vt moram in stomacho faciendo a naturali calore resolnatur, & calefaciat, vt fumus ab ea quousq; ad partes remotas, in quibus est materia, leuiter perueniat, sup dormire debent, quia in somno naturalis calor augetur, & medicina adiuuatur; vnde ipsa melius purgat. Danda etiam est cum vino, vt virtute vini ad remotas partes penetret. Dissolutiua vero medicina datur distemperata, cum materiam, quæ in stomacho, vel in partibus vicinis est stomachi, in intestinis, vel in hepate purgare intendimus. Quandoq; cum calida, quandoq; cum frig. vt sanis, & fortibus, cum calida, vt ægris, & debilibus; quia vis medicinæ per quam resoluta, quæ in stomacho, & in intestinis reperit, resoluit, diuidit, & expellit.

De febre ex potione data.

SVperuenit febris potionato diuersis de causis: sicut ex nimia eũone, vnde spiritus calefacit, & sequitur ephimera, vel nimio potu, atq; nimia comestione, vel gulositate, aut ex frigid. vel nimia humorum attractione ad stomachum, qui præ nimia debilitate, vel paucitate medicinæ nequeunt expelli, & remanentes ibi putrefiũt, & febrem faciunt. Quæ si superuenerit, statim ducatur ad balneum, si fuerit fortis, fiat ignis duplex, & in medio ponatur æger nudus, & dialthæa vel martiaton, ante, & retro vngatur. Cum vero balneum exierit, vel vnctus fuerit, cooperiatur bene, vt sudet, & sic soluetur, si febris ephimera fuerit. Quod si non soluatur, febris facta est vitio humorum, aut medicina dissolutorum, & in stomacho congregatorum. Debet ergo iterũ purgari, & si non receſſerit febris, tertio purgetur, quousq; feb. redeat: tñ si debilis fuerit natura, reficiat̃ prius, & postea leuis detur purgatio. Solent enim huiusmodi febricitantes multum sitire; quibus damus aquam, in qua gummi arab. & dragacantum, & infrigidatam bibant, vel aquam frig. semper teneant in ore, & gargarizent, & eijciant, vel aquam, in qua plyllium est distemperatum. *Ad Sitim.*

De siti nimia in potionato.

SVperuenit sitis nimia potionato quandoq;, quã quidam sustinere nequeũt; his ergo damus tepidã, in qua coctum sit gummi arab. & tragacanthum, vel mica panis bulliatur in aqua. Fit etiã alia sitis, quã quidã signum bonæ purgationis existimant decepti auctoritate Hipp. dicentis. Quicumq; in pharmacijs purgantur, non sitiũt, neq; quiescunt, donec sitiant. Non. n. semper bonam purgationem significat. Verbi gratia. Si quis habet corpus phlethoricũ, et post quinq; sellas, vel septẽ, multum sitiat, malũ est signum. Significat. n. cholericos, et siccos humores ad stomachum attractos, & non expulsos, a quibus calidus fumus, & siccus resolutus œsophagum, & spiritualia desiccãdo sitim generat. His ergo danda est medicina solutiua, donec sitis cesset, quod signũ est bonæ, & perfectæ purgationis. Similiter cum corpus plethoricum post decem, vel viginti assellationes sitierit, sitis. n. est ab omnibus membris, & non a stomacho solo, quod si ante purgationem sitierit, purgetur quousque sitis cesset. *Ad Sitim.*

De potu in potione.

COntingit sepe, q̃ ferre nequeuntes aquã frigidã vel medico nesciente, vinũ bibunt, & inde magnũ periculum incurrunt, sicut inflationẽ, vel tortionem ventris, &c. Si hoc eueniat, vomitum prouocabis cum bibitione aquæ calidæ, & immissione pennæ in os intinctæ in oleo vel digito in ore, vel bibant cum oleo pauco tepidam, & sic digitis immissis in os prouocent vomitum.

De nequeuntibus assellare ex potione.

EVenire solet, vt potionati assellare nequeant pro medicinæ debilitate, vel paucitate eiusdem, & pro fusci pientis nimia frigiditate, sicut in melancholicis, in quibus quandoq; humor frigidus, & anguſtia magis sequitur, vel propter nimiam humorum resolutionem medicinæ vim extinguentiũ, vt in phlegmaticis, in quibus cũ phlegma incipit dissolui, extinguit medicinã, sicut cera carbones, quia grossi humores resoluti sunt, & nequeunt expelli: sequitur dolor intolerabilis, & tortio valida circa stomachum, & inteſtina, & solutio nimia, quod est mortis signũ, vel periculum. Vnde quandocumque hoc euenerit, patientem ducamus ad balneum, vel iuxta magnum ignẽ, & vngatur vnguentis calidis, ad pectinem, & renes, ventrem, & inteſtina, & tegulam calidam stomacho superponamus, vt naturalis calor confortetur, & virtus medicinæ exciteturQuod si sic nõ assellauerit, cũ clyſtere succurrendũ est mollificatiuo, quod fit de cantabro, de malua, polypodio, agarico, tritis, & coctis cum aqua; cola, & adde parum olei, & misce, vel de eadẽ medicina, quã susceperit, fiat clyſter, nisi fuerit in ea euphorbium, quod cito facit dyſenteriã. Aliud. prouocetur vomitus cum oleo, & tepida aqua digitis in ore immissis. Quod si non senserit dolorem, vel tortionẽ, nõ est multũ euacuãdus, tamẽ ne scammonea alicui mẽbro adhereat, aquam calidam myrtatum potui damus patienti.

Quando parum ducit medicina.

SOlet contingere quãdo medicina incipit ducere, q̃ non tm̃ ducit, quantũ debet, & hoc pro debilitate, vel paucitate medicinæ. Cui post adhibeatur remediũ. Auctor Hipp. dicens. Elleborum mouet corpus. Ponatur ergo in motu, & deambuler per domũ, nec tamen cum impetu, quia per sudorem potest virtus medicinæ exhalare. Quod si non valet, & stomachus sit indignatus, detur amplius de eadẽ medicina. Si fuerit indigãtus dẽtur electaria dulcia laxatiua, sicut oxy, catharticũ imperiale, zuccharũ violaceum, & stomachicon, & similia, vel tres obolos de scammonea, cum iure pinguis gallinæ des, vel venter vngatur vnguento laxatiuo.

Quando ſuperfluit.

MEdicina quandoq; modũ excedit ſępe inducendo dyſenteriam, & hoc vitio medici, vel potionati. Vitio medici, ſi nimis dederit acutam med. Vitio potionati, ſi ſe expoſuerit frigori; vel locus vbi aſſellat, vento ſit expoſitus. Contingit etiam habilitate humorum ad expulſionem præparatorum', ſicut in pueris repletis humoribus calidis, ex tali enim nimietate fluxus ſequitur dyſenteria, quod eſt magnum periculum. Ne fiat igitur, reſtringamus fluxum cum aqua, in qua coquatur gummi Arabicum, bolus, ſanguis draconis. Vel diacodion damus, vel ſyrupum myrtinum, vel ſyrupum de cytonijs. Prius vero imponatur manus, ne nimis ſit calida.

De Dyſenteria ex pharmaco.

SI dyſenteria ſequatur, quod ſit per ſanguinolentã egeſtionem; ponatur ſupra ventrem mica panis hordeacei, quæ ſic præparetur. Panis per medium ſcindatur, & mica auferatur, & exteriora in aceto forti, & tepido, vt dictum eſt, imponantur. Deinde detur ſyru. qui recipit decoctionis roſarum, myrti, gallæ, balauſtiæ, lib. iiij. cui addantur li. ij. de ſucco plantaginis cocto, & deſpumato, coquatur ad tertiam partem', & addito zuccharo, ſyr. fiat, & detur cum puluere boli.

De debilitate ex pharmaco.

DEbilitas inuadere ſolet potionatos poſt quinq; vel ſeptem ſellas; quod ſignificat bonos humores cum malis euacuari, ex quorum euacuatione debilitas ſequitur. Huic ſtatim damus ad bibendum vinum, in quo temperata ſit mica panis aſſati, & prædictis conſtrictiuis conſtringimus.

De tenaſmone, & eſt voluntas aſſellandi ſine effectu.

PRouenit aũt in potionatis, vel ex medicinæ acuitate, vel ex ſtultitia aſſellantis egerere nimium conantis. Sedeat patiens in apozemate, quod recipit corticis mali granati, balauſtiæ, gallæ, ſumach, roſ. corticis caſtaneæ, corticis celſi, & lentiſci, corticis ſorbæ, & cytoniorum, & acaciæ, & hypoquiſtidos. Omnia terantur, & coquantur in aqua, & in ea aqua tepida ſedeant, & vtantur diacodion cum croco.

De Defectu Appetitus.

APpetitus deficit quandoq; potionatis, quem reſtauramus cũ ſucco mali granati acetoſi, vel mali matiani, vel vuæ acerbę, cum pauco pipere, & ſimilibus, vel cibum, quem ſuſcipiunt comedant cum condimento, quod recipit ſucci mentę, vnc. ij. ſucci petroſelini, zingib. ana vnc. ij piperis, zucchari, vnc 4 & aceti vnc. uj. poſtea detur ſyru. roſaceus, & diarhodon.

De Vomitu.

VOmitus dandus eſt in æſtate; quia tunc nimium calidi humores, & leues ſolent abundare, qui humores ſequentur temporis proprietatem. Datur etiam ſanis ad ſanitatem cuſtodiendam. Ægris vero ad expellendam ęgritudinem. Si ergo ſanis detur, dandus eſt poſt cibum; vt ſuperfluus cibo inuiſcatus per vomitum expellatur. Ait enim Conſtantinus, Vomitus bonus eſt ante cibum; ſed melior poſt cibum. Si vero detur ægris, dãdus eſt ante cibum in mane. ſ. cum ſtomachus facta digeſtione precedentis noctis a cibis, & potibus liberatus eſt, & vacuus. Et ſi ſit debilis, prius ciberur duobus ouis ſorbilibus, vt ſtomachus confortetur, & medicina nociua facilius expellatur. Præparandus autem eſt vomitus, & temperandus hoc modo. Si vero cholericus fuerit, ſero præcedenti dandus eſt cibus ſorbilis, vt ſtomachus lubricus fiat, ſicut ouum ſorbile, ius piſcium, ius gallinæ, & ſimilia. Quod ſi fuerit phlegmaticus, vel cholericus per duos dies, vel per vnum, hoc modo præparetur. Probare etiam debemus vtrum facile vomat, vel difficile. Detur ergo prius ſyrupus acetoſus cum calida, vel ſemen rapæ, radicis, & atriplicis, cępæ, & feruentem aquam ſuper pone, & per pannum cola: & da colaturam, & ſecundũ hoc quod vomuerit, facilem, vel fortem vomitum.

Documen. Non autem dandus eſt vomitus patientibus in ſpiritualib. nec aſthmaticis, nec pectus ſtrictum habentibus, quia nimis moleſtantur, & timenda eſt in eis ſuffocatio.

E Item quandoque fit nimius vomitus, vel acumine medicinæ, vel quantitate, vel humorum habilitate. Qui, vt reſtringatur, ponimus pedes eius in aqua frigida: & damus bibere decoctionem gummi, vel ſanguinis draconis, vel boli, vel puluerem eorum cum prędicta decoctione, vel puluerem maſticis, & gummi cum eadem decoctione damus, vel puluerem mumiæ, vel damus panem aſſum in vino, vel aqua infuſum. Fiat etiam emplaſtrũ de ſanguine draconis, bolo, maſtiche, olibano, gummi, omnia tere, & diſtempera cum ſucco mentæ, ſtomacho ſuperpone, vel ſpongia in aceto bullita ſtomacho ſuperponatur. Dentur etiam conſtrictiua, quæ ſcripta ſunt in nimio fluxu ventris ad conſtringendum.

De ruptura venæ ex vomitu.

SOlet etiam contingere, quod ex nimio vomitu, et vomendi conamine, vena rumpitur interius: & vomũt ſanguinẽ. Contra quẽ damus puluerẽ mumiæ, vel puluerẽ ſaluię, cępullę, & puluerẽ maſti. vel olibani, vel amydi, vel diacodion, & ſuperponatur ſtomacho emplaſtrũ F de ſandalis albis, & rubeis, bolo, gũmi, & maſtiche, tere, & diſtẽpera cũ aqua roſarũ, vel cũ decoctione gummi.

De ſingultu.

SIngultus ſuperuenit ſępe vomitibus. Sed aliquando fit ex humoribus ad ſtomachum attractis, & nõ expulſis, quod ſcitur ſi parum vomuerit, & ſequitur ſingultus. Aliquando ex inanitione, quod fit propter nimiam euacuationem. Si ergo fiat de humoribus ad ſtomachũ attractis, iterum detur vomitus. Tamen ſi debilis fuerit, confortetur prius duobus ouis ſorbilibus. Si fiat de nimia euacuatione, ſoluarur per contrarium, ſcilicet cum repletione, ſecundum quod innuit Hippocrates, dicens. Indigentiam repletio ſoluit. Cibentur ergo leui, & ſolubili cibo. Detur namq; ſuccus mali granati, ſyrupus violatus, ſyrupus * gileni, & ſimplex, vel ſyrupus roſaceus, ius tritici, farris, amygdalarum, ius gallinæ, vinum albũ bene lymphatum. Quod ſi hoc non valet, damus diacaſtoreum cum ſucco mentæ, damus etiam electaria conforratiua, ſicut diamargariton cum ſucco dianthos, & G roſatam nouellam. Damus trypheram magnam, vel ſolum temperamus cum aqua, & damus.

* galenia-bini.

De ſingultu ſuperueniente ſpaſmo.

SI ad ſpaſmum ſuperueniat ſingultus, mortale eſt. Vnde Hip. Spaſmus ex elleboro, mortale. Per elleborum aũt quãlibet medicinã laxatiuam intellexit, & facimus tunc quod poſſumus. Accipe farinam ſęnugræci, pſyllij, farinã hordei, mel, et oleum violatũ, vel commune, quod ſufficit, & fac emplaſtrũ hoc modo. In melle, & oleo coquatur malua, viola, radix maluauiſci; cola, & additis farinis fac emplaſtrum, et pone ſub vtraq; axilla, & muſculis maxillarum, & ſuper nuchã vſq; ab lumbos, & mulgeatur lac aſinarum, vel ouium, vel mulieris puellam nutrientis. Lauetur ſæpe caput cum aqua in qua cocta ſint maluæ, violæ, roſæ, hordeum, ſtercus caprinum; poſtea yngatur cũ oleo, & medulla porcina, gallinacea, axungia porcina, vel anſerina. His diſſolutis, & miſtis, ponatur in balneo tepido, in quo ſit potum oleum roſatum, vel commune, ſufficienter tamen prius coquantur in oleo illo capita papaueris, vel iuſquiami, maluæ, violæ, & ſimilia. H

PARTICVLA SECVNDA.

POſtquam de primo modo medendi ſufficienter tractauimus, reſtat, vt ad ſecundum tranſeamus modũ. Eſt igiur ſecundus modus medendi, qui in cõſtrictiuis, vel mortificatiuis medicinis exiſtit. Conſtrictiua vero medicina, vel mortificatiua eſt, quę membrum diſſoluit, conſtringit, vel humores in aliqua parte corporis reſolutos mortificat, & conſumit, vt ſunt opiatæ, quæ conſtrictiuæ, & mortificatiuæ dicuntur, eo quod humores, & membra diſſoluta per ea ſolent conſtringi, & confortari, morbiq; & colores corporis mortificari.

Quomodo conſtringimus.

EIs aũt quãdoq; nimium diſſolutos humores cõſtringimus, quandoq; mẽbra diſſoluta, & debilitata confortamus, quandoq; ſuperfluã materiã conſumimus. Si enim humores in aliqua parte corporis fuerint diſſoluti,

quod

quod fæpe fit in ſtomacho, cerebro patienti catarrhũ; dã A
dæ ſunt conſtrictiuæ medicinæ, ſicut aurea, mithridatũ
diaolibanum, &c. quæ digerantur; & in ſanguinem con-
uertantur, et ad membrum venientes confortent ipſum,
conſtringant, & rheumatiſmum ab eo prohibeant. In ta
li namque diſſolutione non audemus dare medicinam
diſſolutiuam, ne ex maiori diſſolutione magnus ſequa-
tur rheumatiſmus, qui defluens ad aliquod membrum
principale lædet illud, & corrumpet. Datis etiam opia-
tis, & humoribus conſtrictis, dandæ ſunt competentes
pilulæ, vel aliæ competentes medicinæ, quæ humores
prius diſſolutos, & iam diſſolutos competenter educant,
ne ibi remanentes, vel aliam partem diſcurrentes, poſtea
putreſcant, & febrem, vel aliam ægritudinem inferant.
Detur mithridatum paulatim, & per interualla, ne re-
pentina fiat purgatio, vel ægritudo.

De membris diſſolutis.

MEmbra diſſoluuntur, & debilitãtur fæpiſſime, ſi- B
cut in chronicis febribus interpollatis. Eis ergo
debemus dare opiatas; quę membra ex ęgritudine nimis
debilitata conſtringendo confortent, & quæ confortata
acumini morbi melius reſiſtens, & cauſam morbi, quam
diſſolutiuam a ſe repellere non poterant, confortata a ſe
repellant. His autem non omnibus opiatas dare præcipi
mus; ſed temperatiores, & minus ſiccitatis habentes, vt
eſt rubea trochiſcata, & ſimilia. Membris igitur confor-
tatis poſſumus vti diſſolutiuis.

De reliquijs humorum in corpore.

MVltotiens remanent humores nociui relicti poſt
febrium reſolutionem in corpore, quæ aliquando
ad membra deriuati illa apoſtemant, vel alios morbos
faciunt, vel etiam ſunt cauſa recidiuationis. Vnde Hipp.
Quæ relinquuntur in morbis poſt criſim, ſubuerſionem
facere conſueuerunt, quia ergo huiuſmodi non audemus
purgare, tum quia debiles ſunt, tum quia debilis pauca
ſolet in eis eſſe materia, ne prædicta in eis ſequantur peri
cula, damus de opiatis, quæ & naturam confortent debi-
litatam, & paucam materiam conſumant. Et hoc maxi-
me faciendum eſt in his, qui frigidos patiuntur humo- C
Nota hoc. res. Si quis etiam laborat de humore inter corium, &
carnem contento, quod Garamantes ignorant, eis dandę
ſunt opiatæ, quæ conſumant humores; nam ſi purgaren-
tur, magis læderentur.

Quomodo debent dari opiatæ.

OPiatæ dandæ ſunt cum vino calido diſtemperatæ,
vel cum aqua calida. Cum vino non habentibus fe
brem, cum aqua vero febricitantibus; non tamen dãtur
omnibus, ſed tantum his, qui laborant interpolata, nec
quolibet tempore, quia non in acceſſionis tempore, ne ca
lore earum augmentaretur calor febrilis; ſed tribus ho-
ris, vel quatuor, ante acceſſionem, vt materia, quæ infert
morbum, conſumatur. In principio quoq; interpolatarũ
ſi materia fuerit pauca; & natura fuerit fortis, poſt tres, D
vel quatuor dies acceſſionis dandæ ſunt opiatæ fortiorẽ,
& calidiorem vim habentes; ſicut eſt aurea, mithridatũ,
muſa, & ſimilia; & hoc ideo, vt materia conſumatur. Cũ
enim materia ſit pauca, ſiue propinqua, ſiue remota, non
debemus dare diſſolutiua, ne pro materiei paucitate po-
tius bonorum, quam malorum fieret reſolutio. Quod ſi
materia illa ſit nimis cruda, poſt damus ea, quæ digerũt;
vt hiera picra, ſiue ſcammonea, theodoricon hiperiſton.
Et cum digeſta fuerit materia, dandæ ſunt opiatæ, quæ
deſiccent illam, & conſumant eam. Videndum eſt. n.
cum materia ſit pauca, & calor ſit paucus, tunc non ſunt
dandæ opiatæ, quia nimis ſunt calidæ. Sed tantum refri-
geratiua dentur, quæ calorem reprimant; vt ſunt cibi fri
gidi, & electaria frigida, ſicut ſunt tryphera ſaracenica,
trialandali, oxy, &c. Similiter ſi multa fuerit materia
in febribus, vt ipſæ incipiant eſſe diuturnæ, damus opia-
tas, vt materia calida facta citius digeratur, & conſuma-
tur, eiuſq; dyſcraſia citius alteretur. Paralyticos ẽt mul-
tum iuuant opiatæ. Nam, & materia deſiccatur, & eorũ
membra nimis infrigidata calefaciunt, & confortant.

De effectu medicinæ conſtrictiuæ.

SVnt, & aliæ conſtrictiuæ medicinæ, vel mortiferæ,
quæ non interius recipiuntur, ſed exterius tantum
oppoſitæ eundem effectum, quem, & opiatæ, conſequun
tur. Nam, & humores reſolutos mortificant, et membra
diſſoluta confortant, & materiam conſumunt ſuper-
fluam, vt ſunt frigida, & ſicca. Verbi gratia, vt bolus,
ſanguis draconis, & ſimilia, quæ ſuper caput, vel aliud
membrum cataplaſmata ipſum confortant, & fluxum
in eo factum conſtringunt, ſicut lachrymas, ſi fronti ap-
ponantur, vel humorem fluentem ad oculos, ſi tempori
bus ſuper venas cataplaſmentur.

PARTICVLA TERTIA.

REctus ordo ſequitur, vt de tertio modo medendi
tractemus. Eſt igitur tertius modus medendi, quo
perdita, & conſumpta in corpore reſtauramus. Hic mo-
dus medendi genus reſumptiuum, ſiue enutriens poteſt
appellari, eo quod magis conueniat his, qui reparatione
indigent, & nutriunt conualeſcentes, vel ex aliquo caſu
nimium conſumptos. Reſtauratio verò conſiſtit in duo-
bus modis, ſcilicet electario, & diæta, ſicut conſumptio
in duobus reperitur, ſcilicet humoribus, & membris.
Conſumuntur enim humores, vt in cauſonide. Conſu-
mũtur, & membra, vt in hectica, & phthiſi. Si ergo volu
mus humores reſtaurare, principaliter vtendum eſt ele-
ctarijs confortatiuis, vt eſt diamargariton, diarhodon,
dianthos, diacodion, triaſandali, & ſimilia. Secundario
cibis conuenientibus, & reſtauratiuis, vt ſunt pulli galli-
nacei, caro lactentis capreoli, oua ſorbilia, piſces ſaxati-
les, ius gallinæ, & ſimilia. Potus ſit vinum album. Faciẽ-
da eſt reſtauratio humorum per ſimilia. Vt ſi cholera ſit
conſumpta, & eam volumus reſtaurare, dabimus electa
ria, quæ digeſta mutantur in choleram, vt diacalamen-
thum, zingib. conditum, & ſimilia. Damus cibum cali-
dum, vt piper, & ſimilia.

De conſumptis membris.

MEmbra cõſumptia ſi volumus reparare vtendum
eſt principaliter cibis ſolutiuis, & facile digeſtibi-
libus, & mẽbris fortiter adhęrentibus, vt eſt farina hor-
dei cũ decoctione pulli, vel gallinæ coctæ cũ lacte amyg-
dalarũ vel pinearũ cõdita, etiã caro pullorũ perdicis, pha
ſianorum, iura gallinæ, oua ſorbilia, ficus, vuæ ſiccæ, &
ſimilia. Potus ſit vinũ albũ, & aliquantulum rubeum, et
temperatum cũ ptiſana, in qua coctum ſit gummi Arabi
cum, pineæ, amygdalæ, danda ſunt electaria, quæ caloręm
naturalem confortant, & humiditatem in membris per
ditam reſtaurent; ſicut tetrapharmacũ, tryphera ſaracẽ-
nica, diarhodon, diacodion, & alia ſupradicta. Facienda
eſt autẽ omnium membrorum reſtauratio per ſimilitu-
dinẽ ſicut humorum. Si autem ſit facta conſumptio ca-
lidorum humorum in corpore, offerenda ſunt eo tempo
re temperata calida, quę naturalem calorem ex conſum-
ptione debilitatum confortent, & calidam ſubſtantiam
in membris perditam reſtaurẽt. Similiter ſi frigidorum
humorũ fiat conſumptio, frigida offerantur temperate.
Conſiderandũ eſt tamen vtrum calor accidẽtalis nimis
incendatur in corpore. Quod ſi fiat, danda ſunt frigida, q̃
accidentalem calorem reprimendo calidã alterent dy-
ſcraſiam, ſicut in his fit, q̃ poſt quotidianã hepar habent
calefactum. Sint aũt frigida, quæ his offeruntur, leuia, fa-
cile digeſtibilia, & cito in nutrimentum corporis tran-
ſeuntia. Si vero calor non ſit multus, & frigidorum per-
ditio non ſit multa, danda ſunt potius frigida, quam cali
da. Calor tamen naturalis, quia debilis eſt temperate cali
dis prius confortetur. Cum. n. calore febrili conſumen-
te ſubſtantialem humiditatem debilitatus ſit, niſi prius
confortetur, neceſſe eſt, vt ob ſolutionem frigidorũ ma-
gis debilitatus ſuffocetur. Sunt autem, quæ dantur, tam
electaria, quã alia cibaria liquida, vt pro ſui liquiditate p
membra citius fluentia, melius, & leuius incorporen-
tur, & nutriant. Vnde Hip. Facilius eſt repleri potu, quã
cibo. Per potum intellexit liquida, per cibum ſpiſſa.

PAR-

PARTICVLA QVARTA.

POstquam quartus medendi modus ab alijs nõdum sit commendatus scripto, tamen quia vtilis valde est, & certius, de eo tractemus. Est enim quartus medendi modus ab alijs scriptus, qui in digestiuis, & attractiuis, vel alterantibus, consistit. Digestiua vocamus, quæ materiam morbi digerunt, & ad expulsionem facilem præparant, & obedientem. Eis autem dupliciter vtimur, scilicet intus, & extra. Intus, vt in febribus ad dirigendam earum materiam. Extra, vt in apostematibus ad dirigẽdam putredinem in illis, sed alijs, & alijs modis. Si vero volumus digerere materiam ęgritudinis interius contẽtam, damus diuretica, sicut est apium, & similia, quę materiam per partes diuidant, vt in partibus liquefactis operetur natura, & sic eas expellat, quam integram operari non poterat. v.g. Vt si magnum frustum carnis bulliat, quia integrum nequit decoqui per partes à coquo sapiente diuiditur, vt diuisum citius, & leuius decoquatur. Si enim volumus digerere materiam apostematis, vtendũ est calidis, & humidis, sicut fænugræco, radicibus altheę, & succo caricarum, & similibus. Omnis enim putredo, vt dicit Gal. per calorem, & humiditatem. Digerere vero apostematis materiam, nil aliud est, quam ad putredinẽ ducere, vt putrefacta expellatur. Nam si apostema immaturum aperiretur, ex dolore maior fieret humorum discursio, sic magis læderetur, quam iuuaretur ægrotans. Dolor enim fit ex diuisione sensibilium partium. Re vera vero sequitur dolorem. Prius vero ducenda est materia ad putrefactionem, postea putrefacta expellenda est. Item digerere febris materiã nil aliud est, quam per partes diuidere, vt diuisa, & liquefacta, per poros leuius educatur materia. Quod facere non poterat dum erat integra, & compacta, vel propter sui debilitatem, vel paruitatem pororum. Quod si indigestam medicus eam euacuare præsumeret, potius ægrotantem læderet, quam iuuaret. Nam citius humores liquidi, & boni emitterẽtur, quam mali, & compacti per medicinam dissoluerentur. Vnde Hipp. Si qualia oportet purgari purgentur, & confert, & bene ferunt. Si vero non, contrarium. Prius ergo digeratur diuisiuis, Dehinc vtendum est expulsiuis, & hoc auctoritate Hipp. dicentis. Digesta medicari, & mouere non cruda, &c.

De consideratione diuersitatis materiei.

COnsideranda est diuersitas materiei in digestione facienda ratione loci, in quo est materia. Nam sicut medicinarum quædam sunt frigidæ, quædam sunt calidæ, & digestiuorum, quædam sunt calida, quædam frigida. Item sicut locorum quædam sunt remota a nutritiuis, quædam a non nutritiuis. Sic quædam diuretica sunt, quæ magis penetrant ad remota loca, q̃ ad vicina.

De caliditate materiei.

SI ergo materia fuerit calida, vt in tertianarijs, & ictericis, vtendum est diureticis frigidis, vt est semen melonis, citruli, cucurbitæ, & syrupus acet. & similia. Si vero fuerit frigida, vt in quotidiana, danda sunt calida, vt semen apij, petrosel. marathri, anisi, radices eorum, & syrupus acet. qui communiter datur propter sui leuitatem tam frigidis, quam calidis, dandum est diureticum, maxime in hyeme, & regione frig. Semina hoc modo danda sunt, terantur, & coquantur in aqua, & colata illa detur ad potandum. Sic & oxymel detur etiam calid. Nam & apostema diuidit. Quod si materia fuerit mista sicut salsum phlegma, misceantur calida cum frig. vt semen citruli, melonis, simul cum apio, &c. Si materia pertinet magis ad calorem, vt cholera citrina, plura, & frigida, & econuerso.

De diuersitate loci, in quo est materia.

DIuersitas loci, in quo est materia multiplex est. Nã aliquando in nutritiuis, aliquando in spiritualibus continetur. Aliquando in capite, aliquando in splene, aliquando in pleura, & in costis, aliquando etiam in spiritualibus sedibus continetur, &c. Si ergo fuerit in nutritiuis, sicut in stomacho, vel in hepate, vel in intestinis, detur oxymel diureticum, vel syrupus acet. cum calida, vel aqua decoctionis apij, marathri, petrosel. vel cucurbitæ, semi. melonis, citruli, vel cucumeris, vel succo mali granati acetosi cum calida, & hoc secundum materiei exigentiam. Si vero fuerit in spiritualibus, non detur aliquod acetosum, quia spiritualia læderentur: Sed detur ptisanum, in quo coctæ sint radices, vel semen apij vel petrosel. vel semi. citruli, melonis, cucumeris, & cucurb. & hoc secundum exigentiam materiei: omnia. n. prouocantia vrinam purgant spiritualia. Quod si fuerit materia in essentia capitis, sicut in epilepticis, detur aliquid, quod digerat, & in fumum resoluat, & diuidat materiam in cerebro. Quod si catarrhus fuerit in capite, vt est coryza, detur, quod digerat cum fumigio: Accipe pulegium, calamenthum, thus, & coque in forti vino albo, & suscipiat fumum patiens per os, & nares sæpe, & diu habeat coopertum caput, ne exhalet fumus. Si fuerit in splene, sicut in splenetico, detur decoctio marathri, petrosel. spicæ, linguę ceruinę, sparagi, & bruscі, adianthi, & simili. Si sit in costis, vt pleuretesi, detur ptisanum, in quo coctum sit semen citruli, melo. cucumeris, & cucurb. cũ lacte amygd. Exterius autem apponatur emplastrum, quod fit de ticubus siccis; de radice altheæ, & de semine lini, & fœnugręci, & farina hordei. Confice sic, tere omnia, & coque cũ aqua præter farinam, & postea bene tere, & addita farina hordei, & aqua decoctionis fac emplastrum, & superpone; multum enim maturat. Si sit in renibus, dentur prouocantia vrinam. Sed si sit multum in remotis partibus, sicut in pedibus, prosunt diuretica data, quia digerunt, & per membra diuisa eis incorporantur, & diuidũt materiam quam inueniunt, vel cum in stomacho sit eorum ebullitio, soluitur fumus ab eis eorum retinens, proprietatem, quia postea spiritum virtus inspicit ipsum, & sic ad membra transiens diuidit materiam, quæ in eis est, tamen cum materiam in tam remotis partibus volumus digerere, vtendum est fortioribus, & diureticis, quoniam illæ partes remotæ sunt a naturali calore. Inde est, quod ægritudines, quæ fiunt in eis, aut vix, aut nunquam curantur, sicut podagrici.

De signis materiei digestionis.

COgnitis quibus materia digeratur, digestionis signa ponamus. In febribus igitur hæc sunt signa. Si accessio citius, & fortius affligat quam soleat, signum est digestionis. Hæc enim fit materiei liquefactione, & naturalis caloris fortitudine. Cum enim materia sit dura, & compacta, tarde digeritur, & parum de ea resoluitur. Vnde, & accessio tardatur, & parum durat. Tamdiu enim durat accessio, quamdiu durat materia, quæ digesta à naturali interpositione. Quod si materia fuerit liquida, & multum de ea resoluatur, cito consurgit natura ad expellendam materiam. Vnde & accessio citius arripit, & qa durat materiei consumptio, vel expulsio, durat & febris accessio, quod ignorant idiotæ. Vnde est, quod imperiti in quartanarijs cum vident in hyeme febrem morari, & parum adfligere, putant esse signum salutis, cum sit signum prolixitatis ægritudinis. Non enim hoc fit nisi ex materiei duritia. Item si vrina non mutatur à principio, & incipiat immutari; signum est digestionis. Quod enim non mutatur à principio, fit ex materiei duritie. Quod vero mutatur, fit ex liquefactione materiæ, vel aeris frigiditate. Cooperienda est ergo, ne decipiamur aeris frigiditate. Item si vrina a principio fuerit tenuis, & postea inspissetur, vel infrigidetur, signum est digestionis, tenuitatis enim causa est compactio materiei à principio, a qua, quia nihil resoluebatur, nec vrina inspissabatur. Quod autem sit postea spissa, & postea subtilis signum est digestionis; hoc enim fit materiei purgatione, vel ad alium locum translatione, quod scitur per ægrum. Nam si sensibiliter bene se habeat, & nõ alienetur, purgatio est, & non alienatio. Si vero non, contrarium. Quod si vrina spissa in principio videtur, hoc habet fieri ex multitudine materiei. Similiter, & in alijs ægritudinibus, in quibus vtimur diuisibilibus. Si vrina prius fuerit subtilis, & postea inspissetur, signum est digestionis. Tunc ergo securè possumus purgare. Digestio

stio vero materiei, in apostemate his comprehenditur signis. Si locus albescere incipiat, & dolor minui. Si prius fuerit mollities loci post album, & spissum facilis est ejectio, vt in pleuresi. Cum hoc videris, securius poteris aperire, nisi per se aperiatur in exterioribus.

In catarrho hæc sunt signa, digestionis superfluitas, spissitudo, & albedo, & facilis emissio.

De alterantibus.

NOn solum digestiuis est vtẽdum in ęgritudinibus, sed etiam frequenter alterantibus. Alterantia dicimus vero, quæ impetum ægritudinis reprimunt, & minuunt, vt popŭleon dolorem capitis ex calore, tryphera saracenica feruorem tertianæ. Alterantium vero, quædã alterant, & purgant, vt tryphera saracenica. Quædam alterant, & non purgant, vt triasandali. Alteratio vero in duobus consistit, in qualitate scilicet, & materia. Alteratur enim qualitas, alteratur, & materia. Alterare enim qualitatem est eius acumen reprimere, & si calor intendatur, debent dari, quæ ipsum reprimant. Sic de frigiditate, sicut de humiditate. Alterare vero materiam est eius impetum reprimere, vel minuere. Vt si cholera impetuose in aliquo abundet, debemus adhibere, quæ eius impetũ minuant. Non enim audemus dare medicinam, cum materia nondum sit digesta, nec cum æger impetum choleræ potest sustinere. Debemus ergo dare, quæ choleram purgent, & ægrum alleuient: vt tantum possit fieri digestio, & sic postea salubris fit purgatio. Fit autem alteratio materiei quandoque in interioribus, quandoque in exterioribus. Interioribus, quandoque qualitatis, vt dictum est, quandoque materiei. Si ergo alteretur qualitas, principaliter est alteranda alterationibus, quæ sic alterant, quod non purgant, vt triasandali. Si materia alteretur, alterari debet præcipue alterantibus, quæ sic alterant, quod purgant, vt tryphera saracenica, psyllium etiam lotum in aqua frigida, & similia. Similiter fit in exterioribus, quandoque alteratio qualitatis, vt dolor capitis per populeon, quandoq; materiei, vt in apostematibus. Quædam vero
C alterant materiam apostematum tantum, vt solatrum, semperuiua. Quędam vero alterant, & maturant, vt malua, & vitellum oui cum oleo rosato, vel viola. Si vero materia fuerit nimis impetuosa, vt choleta virid. & angustet ægrum maxime, vt nec digestionem materiei prę angustia possit expectare, vtendum est alterantibus, & repcussiuis, accipe ergo solatrum, & semperuiuam, & quę alterant, & maturant tere, & superponatur, mire mitigant, & reprimunt impetum choleræ, & sanguinis. Facta vero mitigatione melius poteris digestiua congrua apponere, sicut est malua cum oleo rosato, vel violarum. Inde est, quod in passionario præcipit Gal. superponi facta podagra, vt membrum reddatur insensibile, & sic pauset infirmus. Fit autem alteratio tam cibis, & potibus, quam medicinis competentibus.

De modo conficiendi.

EXcuto modo medendi, agendum est de modo cõficiendi. Ostendamus ergo quomodo debeant confici medicinæ, & quibus vnaquæque medicina proprie D valet ægritudinibus. Cum ergo volueris conficere medicinam, prius considera species vtrum bonæ sint, nec nimia vetustate consumptę. Similiter, & herbas, & earum radices. Considera, & semina, vt scilicet sint cõgruis temporibus collecta, & in conuenientibus locis reposita, & congrue siccata, non ad furnum, sed ad Solem, vel in vmbra, Fm quod exigit vnaquæque per se, Auctore Constantino. Nam cum simul teruntur, & quædam citius pulue rizantur, plus de ea in aerem, & in fumũ resoluitur, quã de alia, & sic virtus medicinæ minoratur. Postquam autem tritæ, & puluerizatæ fuerint, species per se ponderẽtur, secundum, quod exigit medicina. Dehinc addito mel le, vel syrupo, conficiatur. In cõficiendo tria sunt considerãda, puritas mellis, syrupi decoctio, & eorum, quod sufficit appositio. Puritas mellis duo continet, scilicet ne sit aquosum, vel nimis coctum, & bene despumatum. Syrupi decoctio bona est cũ ad mellis inspissationem venerit, quod scitur, cũ gutta adhæret caciæ, vel posita super vnguem non spargitur, quod sufficit, sic intellige, vt & species possint conseruare, & easdem per membra deducere. Sit ergo mensura mellis talis in medicina. Si fuerit vna libra puluerís, apponãtur tres mellis. Mel autem apponitur tribus de causis in medicinis. Prima est, vt conseruet species, quia conseruandæ sunt valde. Secunda, vt ducat species per membra, quia valde colatiuum est, & mundificatiuum. Tertia, vt dulcedine sua amaritudinẽ specierum temperet. In tritura specierum duo considerantur. Nam aliter debent conteri species laxatiuæ, aliter non laxatiuæ. Laxatiuæ aliquantulum debent teri, vt in stomacho moram faciẽtes humores a remotis partibus dissoluant, & ne adhęrentes villis stomachi dysenteriam generent, sicut est scammonea, euphorbium, & similia. Non laxatiuæ subtilissime terantur, vt facile incorporentur, & quod suum est, cito perficiant. Et hoc maxime debet fieri in electarijs confortatiuis.

De confectione syrupi.

B SYruporum confectio varia est. Nam aliquando fit simplex, aliquando composita. Simplex est, quæ fit de solo zuccharo cum aqua. Composita, quæ fit de specie bus, vel de alijs. Compositus autem multiplex est. Aliquando de herbis, aliquando de seminibus, aliquando de radicibus, aliquando de floribus, aliquando de succis, aliquando de fructibus.

Item syrupus alius clarus, alius non clarus. Sed clarus debilior est non claro, quia clarus in specierum absentia, quod per albuminis appositionem cum puluere specierum adhærer. Fit autem clarus, vel ad delectandum vel ad vendendum.

Item syrupus alius fit de zuccharo, alius de melle. Si ergo fiat syrupus de zuccharo simplex, ponatur zuccharum in aqua, & bulliat ad lentum ignem, quousque adhęret caciæ gutta, vel super vnguem posita non dispergatur, & hoc est signum decoctionis in omni syrupo.

Si vero fiat de speciebus compositus, terantur subtiliter, & apponantur in sacculo, & sacculus ille ponatur in
C aqua cum zuccharo, & bulliat diu, & exprimatur sacculus ille sæpe, vt ius specierum transeat in syrupo: postquam bullierunt diu, colentur, & coquantur ad perfectionem syrupi.

Si vero fiat de herbis, vel de floribus syrupus, coquantur prius in aqua, postea colentur, & zuccharum addatur huic colaturæ, & coquatur ad modum syrupi.

Si autem fiat de seminibus, vel de radicibus, terantur, & coquantur in aqua, & colentur, & addito zuccharo, fiat syrupus. Tunc si de psyllio facere volueris, propter sui viscositatem ponatur in sacculo, & fac syrupum.

Si vis facere electarium, addantur species, & conficiantur in mortario, vel cacabo, secundum genus medicinæ. Ponitur autem syrupus in medicinis propter zucchari temperantiam, vt medicina securè acutis, & calidis morbis possit dari, sicut tertianæ, causonidi. Neque enim calidis morbis audemus medicinam cum melle dare, maxime in acutis, & hoc propter sui calorem, vel ventositatem. Licet enim calorem, & siccitatem mellis per appositа possit minuere, nullatenus tamen ventositatem ex toto possumus remouere.

Si vis facere syrupum clarum a principio, vel post, syrupum tamen parum infrigidato, prius per motum spathulæ ponatur spuma albuminis oui tusi, & moti cũ cacia, vel manu, vel in aqua frigida; & dimittatur diu bullire ad lentum ignem, ne pro nimia ebullitione continuitas spumæ pereat, nam quanto magis erit continua, tanto magis adhærebunt ibi superflua, nec moueatur syrupus, vt magis adhæreat spumę, q̃ syrupũ debet inspissare. Postq̃ diu bullierit, remoueat spuma illa, & cõsideretur spuma illa i ampulla vitrea, vtrũ sit satis clar⁹. Qđ si nõ, apponat alia spuma albuminis, & bulliat quousq; clarus.

Syrupus acetosus fit de aceto, & zuccharo, sicut syrupus ex aqua, & zuccharo.

Si vis de fructibus, tere, & coque in aceto, vel aqua, secundum quod vis facere syrupum, & addito zuccharo colaturæ, fac syrupum.

Si vis

Si vis facere ſyrupum de ſuccis, pone zuccharum in E eo,& diſſolue ad ignē, & cola, & poſtea coq; in ſyrupo.

Quod ſi vis facere de ſpeciebus, & herbis; herbæ coquantur in aqua,& colentur: & in colatura ponatur zuccharum,& puluis ſpecierum in ſacculo, & ſyrupus fiat, vt ſuperius dictum eſt.

Quod ſi vis facere ſyrupum de melle, prius bene deſpumetur, & poſtea in aqua ponatur,& bulliat diu,& vt dictum eſt,clareſcat. Difficilius tamen fit,quàm de zuccharo, & poteſt dari quotidianarijs in hyeme, & frigidis morbis.

Si vis facere, vt videatur roſaceus, prius coque roſas, vel radices in aqua rubea,ſicut parietariam, cola,& addito melle fac ſyrupum, idem fac de violis, ſi vis, vt appareat violaceus.

Item ſi vis ſyrupum ſpiſſum, vt electarium, & deferre in pyxide, de tribus partibus zucchari fac ſyrupum,et coque plus iuſto,& poſtea pone in mortario, & adde ibi quartā partē zucchari bene puluerizati, & diu tere,quouſque album fiat, & ſpiſſum ad modum tragacanthi,vel amydi,& teratur,vt ſupra dictum eſt. Et notandum eſt, quod in principio ſyrupi, vel cuiuslibet decoctionis maior debet fieri ignis, quia maior humiditas eſt, quam in fine,ideo in fine ſit paruus,ne fiat aduſtio, vel corruptio humiditatis,vel nimia conſumptio illius ſyrupi.

De confectione cerati.

OMne ceratum ad hunc modum conficitur. Prius ceram reſolue, & ſi quæ fuerint reſoluenda ibi, reſoluantur cum ea, vt gummi, &c. Depone ab igne poſt liquefactionem, & ſpecierum puluerem appone mouendo cum ſpathula. Et ſi volueris emplaſtrare, facias magis ſpiſſum. Si vero volueris cum eo vngere, vel fricare fiat liquidus.

De quibuſdam medicinis,ad quæ ſcilicet valeant.

Reſtat dicere, quę medicinę, quibus propriè valeant ægritudinibus, & principaliter de opiatis. Aurea propriè valet ad omne vitium capitis ex frigiditate,maximè ad rheuma, & grauedinem oculorum, & vitijs matricis, G temperata etiam cum vino calido, & pernares iniecta caput optimè purgat. alternatim in ſero damus ad modum auellanæ.

Adrianum proprie valet contra omnem frigiditatē,et maxime capitis, & contra grauedinem oculorum,datur in modum auellanæ ſero cū vino, in quo decocta ſit ſaluia,datur etiam quartanarijs ante horam acceſſionis.

Acharistum proprie valet contra catarrhum,& cōtra omne vitium pectoris ex frigiditate. In ſero cum vino calido in modum auellanæ.

Athanaſia datur propriè contra fluxū ſanguinis mulieris cū aqua pluuiali,in qua cocta ſit proſerpinata,plantago,vel hypericon, quam decoctionē cum lapide hęmatite ſupra lapidem molarē tādiu ducimus, donec in ſanguineum colorē vertimus,cum quo medicina ipſa diſtēperata,& potui data,et bombace ex ea intincto,& ſępius in vulnere miſſo ſanguinem ſtringit. Hoc idem facit hæmoptoicis taliter diſtemperata, & bibita. Quæ ſimiliter diſtēperata,& naribus attracta ſedat fluxum ſanguinis. H

Alcancalon proprie datur patientibus acutas febres, ſed maximè tertianarijs, datur caliginem in oculis patientibus, aut ex fumo cholerę, aut ex acuta febre in modum caſtaneæ in mane cum tepida.

Blanca datur propriè contra paſſionem capitis ex frigiditate,& maxime paralyticis tremuloſis,& epilepticis cum vino, in quo cocta ſit ſaluia in mane.

Benedicta propriè valet ad guttam arthreticam, & ad podagrā ex frigiditate, renes, & veſicam purgat in mane cum tepida ad modum caſtaneæ data.

Diaolibanum proprie ſtringit lachrymas oculorum, & rheuma capitis, curat dolorem ilij in ſero in modum auellanæ cum vino, in quo coctum ſit olibanum.

Dathodon proprie datur hepaticis, & cōtra vitiū pulmonis,quod ex calore fit;mirifice cōfortat cōualeſcentes ex acutis,vel alijs ægritudinibus, & ſtomachū confortat cum frigida ante comeſtionem,in modum caſtaneæ.

Diacodion proprie datur contra vitium pulmonis ex calore,vel pectoris, pleuriticis, peripneumonicis, hecticis,ſi tuſſiant,empyicis cum decoctione hordei bene triti, & tragacanthi in modum caſtaneæ.

Diairis propriè vocem reſtaurat perditam ex frigiditate. Valet ad omne vitium pectoris ex frigiditate cum decoctione hyſſopi cum vino in modum caſtaneæ.

Diaprunis propriè valet acutis, mane cum frigida, & contra omnem calorem.

Diapapauer proprie valet hæmoptoicis,phthiſicis in modum caſtaneæ,in mane, & meridie,& ſero cum ptiſana,vel aqua,in qua coctum ſit tragacanthum.

Diapenidion proprie datur cōtra tuſſim ſiccam,& vitium pulmonis, & ad raucedinem vocis cū decoctione hordei in mane,et meridie,& in ſero,in modū caſtaneę.

Diamargaritō proprie datur cardiacis,triſtibus,et omni debilitationi cordis, & ſtomachi, cū aqua roſata, vel cū frigida,mane, meridie, & ſero in modum caſtaneæ.

Eſdra proprie datur melancholicis, tumidis, & quibus malus ineſt appetitus, & quæ appetunt carbones, & F quęcūq; talia,data cum vino calido in modum auellanę. Valet etiam ad aurium dolorem,& ad putredinem cum careno diſtemperata, & inſtillata. Valet etiam ad fiſſurā labiorum. Electarium ducis proprie valet contra ſtomachi indigeſtionem, & illius dolorem cum vino, & contra ventoſitatem cum aqua, in qua cocta ſint ſemina melonis,citruli,cucumeris, & cucurbitæ. Philonium, ſiue philāthropon,& iuſtinum datur calculoſis, & ad ilij dolorem, ſoluit dyſenteriam, & ſtranguriam, datur cum vino calido, in quo cocta ſit ſaxifragia, & grana milij ſolis,vel ſparagi,& bruſci in modum caſtaneæ poſi cęnam ſero. Garyophyllatum magnum datur proprie ſtomachicis, & acide ructantibus, & indigeſtionem patientibus, & ilioſis, & vtramque choleram educit ad modum caſtaneæ in ſero datum poſt cœnam.

Catharticū imperiale proprie valet ilioſis, & vtramq; cholerā educit ad modū auellanæ mane,& ſero datum.

Lithontripon proprie datur lapidoſis,frāgit enim, & G expellit lapidem ad modum caſtaneæ cum vino,in quo coquantur ſaxifragia,milium ſolis datum omni hora.

Mithridatum proprie datur lientericis cum decoctione gallæ, vel myrti. Datur contra venenum cum ſuccomentæ diſtemperatum,& per potum,& per vnctionem. Datur etiam quartanarijs ante acceſſionem, cum calido multum prodeſt.

Muſa etiam ęnea datur quartanarijs proprie ante acceſſionem in modum auellanæ cum vino calido. Datur quibus vrina penitus negatur cū ſucco fenerionis, quod ſi cum tepida diſtemperetur, & tempora,& pulſus inungantur, & ſudorem in acutis ægritudinibus prouocet, euaſionem ſignificat. Si vero non, mortem.

Oxy proprie datur cauſonidi, ſynochæ, & etiam contra omnes acutas,& poſt omnes acutas cum frigida mane,& meridie in modum caſtaneæ. Si vero acuatur, valet tertianarijs, & dolori hepatis.

Opopyra proprie valet contra paralyſim oculorum, H linguæ, oris, gutturis, manuum, & pedum, ſanat cum decoctione caſtorei, & ſaluiæ in vino in ſero in modum auellanæ.

Picra proprie purgat caput, ſtomachum, & renes, calefacit cum calida in modum caſtaneæ.

Paulinum cum opio veteri nouæ tuſſi valet. Datur contra vitia pectoris ex frigiditate cum vino in ſero pilulæ nouem, vel vndecim in modum orobi ſine opio dr. 2. cum ſcr. 2. ſcammoneæ factis pilulis, & ſtomachum, & caput ex phlegmate, & melancholia purgat,& oculorum grauedinem ex frigiditate tollit, cum vino calido accipiat media nocte.

Potio ſancti Pauli proprie datur paralyticis cum vino, in quo cocta ſit ſaluia,caſtoreum, epilepticis, catalepticis cum vino, in quo cocta ſit pęonia. In hyemali tępore detur miſta cum Eſdra, cum vino, in quo cocta ſit gentiana ante acceſſionem. Datur etiam patientibus vulam ex rheumate,tuſſientibus cum ptiſana.

Tryphera

Tryphera magna proprie datur contra dolorem ſtomachi virorum, & mulierum cum aqua, in qua cocta ſint ſemina fœniculi, aniſi, maſticis. Datur etiam contra omnia vitia matricis ex frigiditate cum vino calido, in quo cocta ſit artemiſia. Prouocat etiam menſtrua cum artemiſia bene trita, & oleo muſcellino bene miſta: & ℈ ſic peſſario ex bombace facto, & ex ea inuncto, & in vuluam miſſo. Mulieri etiam non concipienti ſi detur cum vino, in quo cocta ſit mandragora, vel ſambucus, miro modo valet etiam pueris, qui dormire nequeunt, & qui in nocte garriunt, diſtemperata cum lacte mulieris, & in modum ciceris data. Curat dyſenteriam, & linteriam, cum vino ſumpta optime ſtringit.

Tryphera ſaracenica proprie datur hepaticis, ictericis, quartanarijs ex cholera aduſta, viſui obſcurato ex cholera rubea, & dolori capitis cum caliditate.

Hiera Rufi datur ſcabioſis, impetiginoſis, & vtramque morpheam curat.

Hiera logodion proprie datur phlegmaticis, ſcabioſis, elephantioſis cum ſcammonea, epilepticis vero cum cochleario ſalis.

SYrupus acetoſus ad diuiſionem, interpolatis omnibus, & in minori hemitritæo, vel augmaſtico. Recip. radicis apij, petroſelini, vtriuſque aſparagi, & bruſci, & ſcariolæ, vel cichoreæ, fœnugræci, ſycomori ana vnc. 1. fac bullire in aceto contritas, & cola, & illi colaturæ addatur zuccharum, & fac ſyrupum, & da mane cũ aqua tepida.

SYrupus acetoſus in acutis febribus alterans materiã morbi, exprime quod aceroſum eſt in citro, vel in citrangulo, & fac bullire parum cum zucchari vnc. 2. & cola, & fac ſyrupum; & cum coctum fuerit ſuperpone. ſcrup. 1. camphoræ, & da mane cum tepida, meridie cum frigida ℈.

SYrupus acetoſus, durus, & albus, fac bullire acetum album, & forte cum lib. 2. zucchari, vt perfecte ſit acetum conſumptum, & poſtea pone in mortario, & ſuperpone puluerem zucchari li. 1. & fortiter ducas, datur cum calida, diuidit materiam, ſtringit, & alterat.

SYrupus frigidus in peracutis febribus ſitim ſedat, materiam morbi alterans. Recip. ſandal. vtriuſque, ſpodij, ſucci lyquiritiæ, tragacanthi, ſeminis portulacæ, berberis, rheubar. ana vnc. 1. campho. ſcrup. 1. redige ſpecies in puluerem, & liga in ſacculo, & fac bullire cum aqua melonis ſaraceni, vel aqua cucurbitæ, vel in aqua, in qua pſyllium fuerit infuſum per noctem, & colaturæ adiunge zuccharum, & ℈ fac ſyrupum, & da ſemper cum frigida ℈.

Finit ars medendi Cophonis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1091-8 DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1092-4
DFG

SVMMVLA
MORBORVM OMNIVM, AC REMEDIORVM
IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

A Iacobo de partibus olim per ordinem Alphabeti collecta, Nunc multis mendis expurgata, & aucta.

Abortum facit.
Opopanax
Serpentaria ſuppoſita
Decoctio feſcè.
Ariſtolochia
Abortus remedia 2. vol.
Abominationem tollit.
Electarium de aromatibus
Albaras confert.
Linimentum de mezereon.
Alienationis remedia 2. vol.
Alopetiæ conferunt in Meſ.
Alcolæ conferunt in Meſ.
Amygdalarũ apoſtematib. cõferũt ĩ Meſ.
Antracis remedia in ſupl.
Animam dilatant, & confortant.
Confectio alchermes
Electarium de gemmis
Lapis ſtellatus
Anhelitus difficultati conferunt.
Agaricus
Colocynthis
Confectio de muſco
Loch de pino
Loch de ſcilla
Loch de alfeſcera
Loc ad aſthma
Opopanax
Succus ireos
Serapinum
Anhelitus præfocationi confert.
Confectio philonij pri. inuentio
Anhelitus conſtrictioni ualet.
Colocynthis
Diaſulphur
Anhelitum confortant.
Aromaticum nardinum
Capilli Veneris
Anheloſis confert.
Oleum philoſophorum
Anguſtiæ remedia
Ancharum materias euacuat.
Aſſarum
Hermodactylus
Turbith confortatum
Sarcocolla
Serapinum
Anch arum doloris remedia in ſupl.
Ani ægritudinibus confert.
Oleum de ſemi. lini
Ano nocet.
Aloe non correctum
Apoſtemata dura, & craſſa reſoluunt & maturant.
Ben emplaſtratum
Caricæ
Ceratum Andromachi
Cucumer aſi. emplaſtratus
Decoctio florum chamæmeli
Emplaſtrum de fermento
Feſcera
Luf.
Mel
Oleum antiquum
Paſſulæ
Apoſtema calida reſoluunt, & maturant.
Emplaſtrum diachylon paruum
Oleum violatum
Pſyllium
Apoſtematum inflammationem ſedant.
Ceratum ſandalinum
Oleum uiolatum
Appetitum augentia
Electarium ſtomachi confortatiuum
Myrobalani embl. conditi
Appetitus caſui ualent.
Confectio alcharif.
Conditum de bugloſſa
Appetitus corrupti remedia.
Syrupus de abſynthio

Appetitum proſtratum, & mortuum incitant, & confortant.

Aromaticum roſatum prima deſcriptio.
Aroma. ro. deſcr. Gabr.
Abſynthium
Acetum ſcilliticum
Confectio de cytonijs
Confectio alchanzi
Conditum ſecundum de citro
Electarium de fructibus
Hyſſopus
Sal
Trochiſci de gallia magna
Trochiſci de abſynthio
Appetitui animo conferentia in ſupl.
Appetitum deijcit.
Scammonea
Apoplexiæ conferunt.
Colocynthis
Aquoſitates educit.
Cucumer aſininus
Cartamus
Aquam citrinam purgant.
Alſebram
Decoctio radicum cuc. aſini.
Euphorbium
Iris
Kerua
Pilulæ de mezereon
Succus cucu. aſinini
Serapinum
Vng. de arthanita magna
Arterias a cholera mundificat.
Aqua infuſionis roſarum
Succus roſarum
Articulorum doloribus conferunt.
Oleum de nucleis ceraſorum
Oleum de granis citrangulorum
Articulorum paſsiones diuturnas diſſoluunt.
Ceratum Alexan, deſc. ſecun.
Arthreticæ frigidæ conferunt.
Aloe confortatum
Acharistum Nic.
Benedicta Nic.
Hermodactylus
Oleum auellanarum
Oleum vulpinum
Oleum philoſophorum
Oleum de lapide gagatis
Pes coruinus
Scammonea confortata
Arthreticæ calidæ confert.
Bdellium
Oleum de ranis
Sarcocolla
Aſthmati conferunt.
Acharistum Nicolai
Agaricus
Athanaſia magna
Ariſtolochia
Colocynthis
Diamargariton Nic.
Diacameron Nic.
Feſcera
Hyſſopus
Ius galli
Luf
Lupulus
Lapis ſtellatus
Loch de pino
Loch ad aſthma
Oleum philoſophorum
Pilulæ de agarico
Sarcocolla
Syrupus de hyſſopo
Syrupus de praſſio
Syrupus de calamentho.
Aſperitati ualet.
Oleum amydalarum dul.
Oleum de chryſomelis
Aurium ulcera putrida, & ſanioſa ſanat, & exiccat.
Ariſtoloch. cum hydromelle
Sarcocolla
Succus lupulorum
Succus ſerpentariæ

Aurium uermes interficiunt
Aloe
Centaurea
Calamentum
Cucumis agrestis loco prædicto
Euphorbium loco prædicto
Fella omnia loco prædicto
Elleborus albus loco prædicto
Oleandrum loco prædicto
Succus absynthij cum nucleis persicorũ loco prædicto.
Succus cappatorum loco prædicto
Succus foliorum persici loco prædicto
Succus radium mori loco prædicto
Scammonec loco prædicto

Aurium dolori uentoso confert.

Decoctio absyanthij
Decoctio hyssopi
Oleum absynthij
Oleum colocynthidatum
Oleum de ireos
Oleum de ben
Sal mistus cum furfure, & melle
Succus serpentariæ cum melle
Succus serpentariæ cum melle.
Aurium sibilo conferunt.
Acetum decoctionis elleb. ni.
Decoctio hyssopi
Oleum de ben
Aurium tinnitui ualent.
Acetum decnctionis elleb. ni.
Decoctio hyssopi
Decoctio absynthij
Oleum amyg. amara
Oleum de ben
Oleum de absynthio
Oleum colocynthidatum
Succus serpentariæ cum melle

Auditum corroborantia.

Aristolochia
Acetum decoctionis ellebori nigri
Sena
Aurium sordities abstergit.
Succus serpentariæ
Aurium uermes occidunt.
Absynthium
Oleum de nucleis persicorum

Baras conferunt.
Linimentum de mezereon
Elleborus niger
Bothor conferunt.
Elleborus niger
Bocio conferunt.
Coriandrum emplastratum cum melle
Lupini cum aceto, & melle loco eodem
Oleum de cucu. asinino
Oleum ben
Pix confecta cũ caricis, aut cum scillai aut cum radice caulis, aut cum radice cappa.
Radix cucumeris asinini cum melle, & oleo de narcisso, & farina hordei emplastrata
Stercus vaccarum cum aceto decoctum.

Capitis ægritudines frigidas purgant.
Aloe lotum
Aqua mellis
Adrianum Nic.
Hiera picra Galeni
Hiera hermetis
Hiera logodion Ruffi
Pilulæ aggregatiuæ
Picra Nic.
Capitis dolori conferunt.
Colocynthis
Cucumer asininus
Iris emplastratus
Infusio de hiera
Lapis armenus
Oxymel scilliticum Democ.
Oleum anethinum
Oleum laurinum
Oleum de ireos
Oleum nardinum
Oleum de sampsuccho
Oleum de cucume asinino
Oleum rosatum
Pilulæ arabicæ Nic.
Sothira magna Nic.
Scilla
Serapinum
Trochisci de croco
Capitis dolorem calidum sedant.
Coriandrum
Succus lupulorum cum sauich hordei
Capitis dolorem a melancholia factum curat.

Epithimum
Capitis dolori in febribus contingenti conferentia 2. vol.
Caput mundificant.
Arthanita
Aloes correctum
Elleborus niger
Infusio de hiera
Pilulæ stomachicæ
Pilulæ aliæ stomachicæ
Pilulæ aggregatiuæ ex inuẽtione nostra
Capitis furfures abscindit.
Cinis capillorum Veneris
Decoctio capillorum Ven. eodem loco.
Cachexiam purgat.
Confectio alchechengi
Catarrhum maturat.
Oleum de ireos
Catarrho frigido confert.
Diapraſſium Nic.
Catarrhum subtilem a capite ad pectus, & pulmonem defluentem curant.
Acharistum Nic.
Diacodion
Syrupus de papauere

Catarrho acuto suffocanti conferunt
Dianucum
Pilulæ contra catarrhum
Casui confert.
Rhabarbarum
Cardiace conferunt.
Cianthos Nic.
Diamargariton Nic.
Diarhodon Abbatis
Carnes robustas reddit.
Oleum de schino
Carnem putridam additam delet.
Vnguentum alphesticon
Carnem cuilibet membro superflue additam consumunt.
Elleborus niger
Serpentaria
Carbunculi remedia in supl.
Caniciem retardant.
Electarium secundum alchatif.
Electarium de aromatibus
Oleum colocynthidatum
Caniciem prohibent.
Diagalanga Nicolai, quære in fine indicis ægritudinum.
Oleum costinum
Oleum de alchanna
Capillos confortant.
Oleum colocynthidatum
Capillorum radices confortat.
Capilli Veneris
Capillos crescere faciunt.
Capillis Veneris
Mel destillatum
Capillorum casum prohibent
Capilli Veneris
Oleum colocynthidatum
Capillos denigrant.
Oleum colocynthidatum
Capillos flauos faciunt.
Mel destillatum
Capillos multiplicant.
Capilli veneris
Mel destillatum
Gangrænæ remedia
Calefacere facit.
Sarcocolla
Causoni conferunt.
Diaprunus Nic.
Cerebrum confortant.
Aromaticum ros. Gabr.
Aromaticum moscatum
Diambra
Decoctio foliorum sennæ
Elleborus niger
Myrobalani emblici
Oleum stœchados
Pil. stomachicæ
Pliris arcoticon Nic.
Stœchas
Trochisci galliæ allephangi

Cerebrum purgant, & mundificant.

Aristolochia
Agaricus
Confectio alkekengi
Colocynthis
Fescera
Lapis armenus
Opoponax
Pilulæ alephanginæ
Pilulæ aureæ Nicolai
Stœchas
Serapinum
Senna
Sarcocolla
Cerebrum oppilatum sanant.
Arthanita
Oxymel scilliticum
Cerebrum calefaciunt.
Diapraſſium Nic.
Oleum de stœchade
Cerebri apostematibus conferunt.
Agaricus
Solatrum
Cephalagiæ conferunt.
Antimorum Nic.

Cerebri

Cerebri ægritudinibus conferunt.
Arthanita
Confectio de muſco
Electarium de gemmis
Theriaca diateſſeron
Cerebri ægritud. melancholicas ſoluit.
Infuſio alia hieræ
Lapis armenus
Cancrum purgant, curant, & abſcindunt.
Confectio Hamech
Decoctio epithymi
Emplaſtrum Arabum
Elleborus niger
Lapis armenus
Oleum de iunipero
Oleum de fraxino
Pilulæ indæ
Syrupus de epithymo
Serpentaria
Vnguentum diaphœnicon deſcriptione Arabica
Vnguentum alpheſericon
Cibum digerere facit.
Conditum de citro aliud
Corpus extenuant, & deficcant.
Alſcebram
Acetum ſcilliticum
Polypodium
Corpus releuant
Diacalamenthum deſcr. Gal.
Pilulæ lucis maiores
Pilulæ lucis minores
Tryphera ſarracenica
Corpus impinguant.
Oleum amyg. dul.
Oleum de nuce indica
Oleum de granis ſeſami.
Oleum de granis papau.
Hermodactilus
Sarcocolla
Suffuf bonum imping.
Corpus totum confortant.
Acetum ſcilliticum
Myrobalani
Corpus totum purgant.
Confectio alcharif
Elleborus niger
Hiera hermetis
Hiera ex inuentione noſtra.
Corpus a putrefactione præſeruant.
Aloe
Acetum ſcilliticum
Oximel ſcilliticum
Sal indus
Sal naphticus
Corporis ſanitatem conſeruant.
Aloe
Acetum ſcilliticum
Oxymel ſcilliticum
Sal indus
Sal naphticus
Corporis totius odorem bonum faciunt.
Elleborus niger
Myrobalani
Oleum coſtinum
Tryphera ſarrace. magna
Corporis colorem faciunt bonum
Agaricus
Acetum ſcilliticum
Myrobalani citrini
Tryphe. ſarrace. magna
Trochiſci galliæ muſc.
Complexionem bonam faciunt.
Elleborus
Connaleſcentibus conferunt.
Aromaticum roſ. maius
Diarhodon abbatis Nic.
Dianthos Nic.
Roſata nouella
Colorem bonum faciunt.
Confectio de cytoniis
Conf. anacardina
Conf. ſecunda alcharif.
Diacytonitem Nic.
Elect. de aromatibus
Elleborus niger
Hyſſopus
Oleum de croco
Syr. de fumoter. minor
Trochiſci de feſcera
Theodoricon hiperiſticon Nicolai
Cor confortant.
Aromaticum roſ. maius
Aromaticum roſ. minus
Aromaticum muſc.
Arom. garyophyllatum
Aqua roſata
Crocus
Elect de citro
Citro condita
Conditum de citro
Doronici
Diambra
Diamargariton Nic.
Emp. ſtomachum confortans
Lapis ſtellatus
Myrobalani
Oleum roſatum
Oleum myrtinum
Pyra condita
Poma condita
Perſica condita
Roſa
Rob de ribes
Rob de cytonijs
Rob de pyris
Spica
Stœchas
Suffuf de ligno aloes
Syrupus de pomis
Trochiſci galliæ muſ.
Troch. galliæ ſebellinæ
Troch. de gallia magna
Trochiſci diarhodon
Trochiſci ramich
Zedoaria
Zuccharum roſatum
Cordis debilitati conferunt.
Conditum de bugloſſa
Diamargariton
Electarium de pomis
Troch. de ligno aloes
Cordis tremori conferunt.
Aromaticum muſc.
Aqua infuſionis roſarum
Confectio de acetoſis
Electarium de gemmis
Epithymum
Lapis ſtellatus
Myrobalani citrini
Myrobalani emblici
Roſa
Succus roſarum
Syrupus de pomis
Cordis pulſui conferunt.
Confectio alchermes
Confectio de xyloaloes
Confectio de muſco
Conditum de citro
Conditum de bugloſſa
Poma condita
Rob de acreſta
Syru. acetoſus de pomis
Trochiſci de ligno aloes
Cor caliduum confortant.
Syru. de ſucco acetoſæ
Cordis inflammationem reprimunt.
Diamargariton Syr.
acet. de ſucco fructuum
Cordis ebullitionem mitigant
Rob de ribes
Rob de berberis
Rob de ſumach
Rob de moris de ſceni
Rob de granatis
Cor mondificat.
Sena
Cordis ægritudinibus proſunt.
Confectio de xyloaloes
Electarium de gemmis
Colorem clarificant.
Capilli veneris
Myrobalani nigri
Tryphera Galeni

Coeundi deſiderium faciunt, & augent.

Aromaticum nardinum
Aſa cum melle in ore retenta.
Confectio ſecunda teſticulorum uulpis
Confectio alcharif
Cubebæ cum melle in ore ratentæ
Diaſatyrion Nicolai
Emblici cum melle in ore retenti
Piper cum melle in ore retentum
Tryphera Galeni
Zingiber cum melle in ore retentum
Coitum excitant.
Auellanæ, andachoca
Allia parum cocta
Bauciæ, borago, bugloſſa
Cardonum capita
Cerebra paſſerum
Conditum de ſecacul
Confectio de zingib.
Cicera
Diambra
Diamuſcum
Diacurcuma
Elect. de aromatibus
Phaſeoli cum ſale, & altilia, & cinnamomo
Eryngiorum radices
Mithridatum
Napi
Panis ſimilæ cum gra. ſeſami
Renum, & dorſi calefactio
Secacul
Aſparagi
Theriaca uetus
Tubera
Coeundi modus in ſopl.
Coitus iuuamenta, & nocumenta.
Colico dolori conferunt.
Antido. hæmagogum Nic.
Baurach
Centaurea minor

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1095-2

Cartamus
Colocynthis
Confect. Philonij inuen. pri.
Diacyminum
Empl. diaph. descr. Alex.
Grana cheruæ cocta in iure galli.
Ius galli
Musa ænea Nicolai
Oleum de cherua
Oleum de cartamo
Oleum de lilio
Oleum de piperibus
Polypodium
Philonium Nic.

Colicę humores purgant.
Aqua mellis
Confectio de dactylis
Diacytonites
Elect. Indum maius
Elect. Indum minus
Elect Elescoph
Hiera Hermetis
Pilulæ aggreg. maiores
Pilulæ fętidę maiores

Colicæ phlegmaticæ conferunt.
Arthanita
Baurach
Ben
Oleum de cherua
Serapinum clysterizatum

Colicæ fæcali confert.
Arthanita

Colicæ uentosæ conferunt.
Baurach
Ben
Oleum de cherua
Serapinum clysterizatum

Coryzam faciunt.
Rosæ
Violæ

Corizæ conferunt.
Pilulæ ad omnes morbos catar.
Syr. conferens catarrhis
Syr. de papauere.

Combustioni conferunt.
Vnguentum cerussæ
Vng. sericum

Conceptionis remedia.

Cutis maculis conferunt.
Agaricus
Linimentum de cucumeri asinini
Oleum de Ben
Vnguentum alhariel
Vnguentum citrinum Nicolai

Cutis asperitatem curant.
Agaricus
Aqua lactis
Vnguentum alsesericon.

Cutis seditatem curant.
Agaricus
Arthanita
Diacurcuma maior
Diacurcuma minor
Diamorusion
Elleborus niger
Linimentum de ireos
Oleum de ben
Oleum de nucleis ceraforum
Oleum almezereon
Serpentaria
Succus fesceræ
Trochisci de fescera
Tryohera musca
Vng. citrinum Nic.

Cutem mundificant.
Agaricus
Arthanita
Elleborus niger
Linimentum de ireos
Oleum sambucinum
Oleum de serpentibus
Oleum de frumento
Oleum de iunipero
Oleum de fraxino
Oleum de ouis
Serpentaria

Cutis ægritudines purgat.
Confectio alia hamech

Cutis morbos adustos curat.
Syr. de fumoterræ maior

Choleram nigram purgant.
Acetum scilliticum
Confectio hamech
Decoctio epithymi
Decoctio capil. veneris
Elleborus niger
Hieralogodion Ruffi
Lapis armenus
Polypodium
Stœchas
Scilla
Syrupus de epithymo

Choleram citrinam purgant.
Asarum
Colocynthis
Centaurea minor
Confectio de psyllio
Confectio de manna
Diacassia fistulatum
Diaprunis non sol.
Electarium rosatum
Electarium de succo ros. Nicolai
Lupulus
Pilulæ contra febres chole.

Choleram adustam purgant.
Lupulus
Myrobalani nigri
Pilulæ de lapide lazuli
Pilulæ de lapide armenio
Sena
Syr. de fumoterre maior

Choleram faciliter, & sine molestia purgat.
Aloe correctum
Aqua fructuum
Aqua casei
Aqua infusionis rosarum
Aqua lactis
Absynthium
Agaricus
Cassia
Confectio fumiterræ
Confectio electarij rosati
Capillus Veneris
Decoctio myrobalano
Diacytonites
Eupatorium
Fumus terræ
Elleborus niger
Infusio de succis herbarum
Manna
Pilulæ de turbith
Rhabarbarum
Syrupus acetosus de succo fruct.
Syrupus acetosus laxatiuus
Succus rosarum

Choleram diuidit, & abstergit.
Elleborus niger
Iris
Secaniabin de radicibus

Choleræ rubeæ inflammationis extinguunt.
Aqua fructuum
Myrobalani
Syr. acetosus laxatiuus
Syru. acetosus de succo fructuum

Choleræ acuitatem sedant.
Trochisci ramich

Dentium dolori conferunt.
Acetum decoctionis ellebori nigri.
Acetum decoctionis ireos
Acetum colocynthidatum
Acetum opoponacatum
Acetum decoctionis mezereon
Decoctio hyssopi
Diaprassium Nic.
Oleum philosophorum
Trochisci de scammonea

Dentes motos confirmat.
Acetum scilliticum

Dentium corrusioni conferunt.
Acetum decoct. mezereon
Trochisci de scammonea

Dentes mundificant.
Aristolochia
Sal panis tostum

Dentium generationi conferentia in Mes.

Dentium rheumati conferunt in Mes.
Acetum decoctionis ireos

Dentium congelationi conferentia in Mes.

Dentium uermibus conferentia in Mes.

Dæmoniacis confert.
Oleum de lapide gagatis

Debilibus mire subueniens.
Aromaticus ros. maius

Digerere cibum faciunt.
Acetum scilliticum
Aromaticum nardinum
Diarhodon descrip. communi

Digestionem confortant.
Aromaticum rosatum
Electarium de pomis
Hiera dyacolocynth.
Pilulæ stomachicæ
Pilulæ diarhodon
Pilulæ ante cibum Nic.

Digestionem bonam faciunt.
Acetum scilliticum
Suffuf aromaticum
Syrupus vrsonis

Digestionem procurant.
Acetum scilliticum
Aromaticum ros. maius
Conditum de citro
Conditum de cytonijs.
Chebuli conditi
Diambra

Diaci-

Diacyminum
Diatrion pipereon
Diamargariton Nic.
Pilulæ alephanginæ
Pilulæ de turbith
Suffusa de ligno aloes
Trochisci de gallia mag.

Digestioni alicui ualet.
Conditum de buglossa
Hyssopus
Pilulæ ad fœtorem oris
Trochisci de rosis
Trochisci ad fœtorem oris

Diabetis remedia

Dysuriæ remedia.
Alchanna
Cyperum
Enula
Sandaracha
Thus masculum

Dysenteriæ conferunt.
Aqua hordei cum zuc.ros. & succo portulacæ clysteriz.
Cucurbitæ succus cum prædictis clysterizatus
Oleum rosatum
Psyllium frixum
Rhabar.assatum cum succo plantag. & vino stypico bibitum
Trochisci de absynthio

Dolores calidos sedant.
Aqua rosata
Oleum rosatum
Oleum de papauere
Vnguentum de papauere
Viola.

Dolores frigidos sedant.
Oleum de lilio
Oleum mastichinum
Oleum sinapinum

Dolores mitigant, & resoluunt.
Oleum rosatum
Oleum chamæmilinum
Oleum anethinum

Dolores auferunt.
Ceratum Andromachi

Dorsi dolores purgant.
Pilulæ aggregatiuæ maio.
Pilulæ de serapino
Pilulæ de opopanaco

Dorsi podagram purgant.
Pilulæ de serapino
Pilulæ fœtidæ minores

Dorsi doloribus conferunt.
Auellana indica
Cicer
Cyperum
Decoct.sparagi bibita
Maiorana empl.
Magaleb
Oleander emplastr.
Oleum de piperibus
Oleum vulpinum
Oleum philosophorum
Oleum nucis ind.vetus
Succus auellanæ ind.
Spinachia
Seseli

Doloribus interiorib. omnibus confert.
Agaricus
Em l.relatum ad Aristar.

Duritiem omnium soluunt.
Alium emplastratum
Dialacca maior
Dialacca minor
Diachylon magnum
Diachylon alterum
Hyssopi ceratum
Oleum amygd.dulcium

Ebrietatem remouent.
Confectio de acetosis
Syrup.acetositatis citri.
Syr.acetosus de prunis.

Aegritu.omnibus frigidis conferunt.
Oleum nardinum

Aegritudiuibus calidis conferunt.
Elæctarium rosatum

Aegritudinibus melancholicis confert.
Decoctio epithymi

Elephantiam purgant.
Colocynthis
Confectio alia hamech

Emicraneæ conferunt Adrianum
Nicolai cum vino decoctionis saluiæ.
Colocynthis
Decoctio absynthij
Diaolibanum Nic.
Diacastoreum Nic.
Emplastrum sinapis
Elleborus niger
Infusio de hiera
Mithridatum Nic.
Oleum de absynthio
Oleum scilliticum
Oleum laurinum
Oleum nardinum
Oleum de euphorbio
Oleum de cucu asinino
Trochisci de scammonea
Theriaca Galeni,& Nic.
Trochisci de croco

Hemicraneam purgant.
Cucumer asin.empl.
Hiera hermetis
Pilulæ arabicæ Nic.
Pilulæ alandahal
Serapinum
Succus cucum.asinini

Hemicraneæ frigidæ confert.
Arthanita

Hæmorrhoidas sanant.
Confectio alchechengi
Lapis stellatus
Tryphera sarracen.magna
Tryphera muscata
Tryphera Galeni
Tryphera minor

Hæmorrhoidibus conferunt.
Myrobalani citrini

Hæmorrhoidum dolores sedat.
Oleum chrysomilis
Oleum de nucleis persicorum
Serpentaria

Hæmorrhoidum ulceribus ualet.
Pilu.de bdellio maiores
Pilu.de bdellio min.

Hæmorrhoidum tumores soluunt.
Oleum de chrysomilis
Oleum de nucleis persicorum

Hæmorrhoidas soluunt.
Arthanita
Pilulæ aggreg.maiores

Hæmorrhoidum fluxum stringunt.
Confect.elect.ex inuentione nostra
Pilu.de bdellio maiores
Pil.de bdellio min.

Hæmorrhoidibus nocet.
Aloe non correctum.

Emplyematis remedia.

Hepar confortant.
Absynthium
Aromaticum nardinum
Aqua infusionis ros.
Aqua rosata
Athanasia
Confectio de cytonijs
Conditum de citonijs
Conditum de citro
Elect.de granis myrti
Eupatorium
Fumus tertæ
Myrobalani
Oleum rosatum
Oleum costinum
Pilulæ aggreg.maiores
Rhabarbarum
Succus rosatum
Syr.de fumoterræ maior
Troch.galliæ alephangi.
Troch.de gallia magna
Trochisci ramich

Hepar mundificant.
Agaricus
Capilli Veneris
Iris
Pilulæ stomachicæ.
Pilu.aggregatiuæ
Rhabarbarum
Sena

Hepatis inflammationi conferunt.

Hepatis grossitiei conferunt Emplastrum.
Oribasij aliud.
Ben emplastrum
Iris

Hepatis duritiei conferunt.
Asarum
Absynthium
Eupatorium
Emplastrum de ben
Empl.diachylon commune
Empl.Andromachi
Emplastrum relatum ad Aristarchum.
Empl.de meliloto
Iris
Hyssopi ceratum descr. Gal.

Hepatis apostemati calido conferunt.
Lupuli
Violæ

Hepatis apostemationibus conferunt.
Iris
Trochisci de rhabar.
Troch.de eupatorio

Hepatis cachexiæ confert.
Theriaca diatesseron

Hepatis hydropisum sanant.
Athanasia
Trochisci de lacca
Pil.de alchechengi
Pil.de rhauedseni

Syrupus de eupatorio
Secaniabin de cheyri m
Theriaca diatesseron
Trochisci de rosis
Thoch.de eupatorio
Troch.de lacca

Hepatico fluxui conferunt.

Empl. diaphenicon

Hepatis malitiam corrigunt.

Confectio diagalanga
Trochisci de aniso

Hepatis debilitatem corrigunt.

Aromaticum musc.
Confectio diarhodon descriptione communi
Confectio alchanzi
Conditum de citro aliud
Dialacca maior
Dialacca minor
Syrupus de absynthio
Trochisci de ligno aloes

Hepatis scirrho conferentia in Mes.

Hepatis inflammationem extinguunt

Electarium de acetosa
Ceratum sandalinum
Emplastrum de fermento
Lupulus
Lactuca
Syr.acetosus de pomis
Syr.acetos.de tereniabin
Syru.de portulaca
Tryphera persica
Troch. de camphora
Troch. de spodio cum semi.acetosæ
Trochisci de berberis
Trochisci de sandalis
Triasandali Nicolai
Vnguentum ros.

Hepatis calefactioni conferunt.

Electarium de psyllio
Diaprunis non sol.
Diacatha fistulatum
Emplastra
Nenuphar secundum omnem modum admi.
Syrupus magnus
Syru.de endiuia comp.
Syru.de hepatica
Syru.de nenuphare
Troch.Hip.

Hepatis frigiditati conferunt.

Emplastrum de gallia
Empl.de fermento
Empl. aliud de gallia
Empl.diaphœnicon
Empl. stomachum, & hepar confortans
Mellicratum conditum
Secaniabin de calamentho
Syru.de thymo

Hepatis oppilationes aperiunt.

Aqua infusionis rosarum
Absynthium
Acetum scilliticum
Aqua cerum
Asarum
Aqua plantaginis
Aristolochia rot.
Amygdalæ amaræ
Centaurea minor
Capilli Veneris
Cuscuta

Decoctio de eupatorio
Decoctio de stœchados
Decoctio cucum.asinini
Decoctio fumiterræ
Epithymum
Endiuia hortulana,& camp.
Eupatorium
Empl.de ben
Ficus siccæ infusæ in oleo amyg.
Fistici
Gentiana
Iris
Lupini
Lactuca
Lacca
Lupuli
Oxymel scilliticum
Oxymel.s.
Petroselinum
Polium
Ptisana
Rhabarbarum
Rubea tinctorum
Syrupus scilliticus
Spica
Scilla
Succus fœniculi humidi
Sparagus
Secaniabin de radicibus
Succus cucum.asinini
Succus rosarum
Syrupus acetosus cum radicibus
Syr.de fumoterræ min.
Semina communia
Trochisci de lacca
Trochis.de rhabarbaro
Troch.de absynthio
Taraxacon
Vioæl

Hepatis doloribus,& puncturæ conferunt.

Agaricus
Athanasia magna
Capilli Veneris
Diarhodon descriptio. communi
Decoctio de eupatorio
Eupatorium
Euphorbium
Iris
Hyssopi ceratum descriptione Gal.
Hyssopi cerati descriptione Phila.
Hyss.ceratum descr. Pau.
Oleum ireos
Oleum de euphorbio
Pilulæ de rhabarbaro
Pilulę alchechengi
Rhabarbarum
Syrupus de absynthio
Troch.de rhabarbaro

Hepatis ægritudines factas a phlegmate grosso,& uentositate purgant.

Confectio de xyloaloes
Diacurcuma magna
Electarium de aromatib.
Electarium de gemmis

Hepatis ægritudines purgant.

Confectio electarij alcharif
Diarhodon Abbatis
Hiera picra

Confectio alchechengi
Endiuia
Iris
Pilulæ turbith
Pilulæ sebeliæ

Hepatis percussioni conferunt.

Absynthium
Acorus
Coriandrum
Corallus
Camphora
Lacca
Lutum armenum
Lutum lemnium
Lingua ceruina
Mumia rubea
Oleum de alchanna
Plantago
Rhabarbarum
Spodium
Succus corrigiolæ
Succus consolidæ
Sanguis draconis
Sandali
Terra sigillata
Vinum nigrum stypticum

Hepatis incisioni conferentia in supl.

Hepati nocet.

Aloe non correctum.

Epilepsiæ conferunt.

Acetum scilliticum
Blanca Nicolai
Confectio de musco
Confectio alfescera
Cucumer asininus
Diacastorium Nicolai
Electarium pliris arcoticon
Hyssopus
Hiera Logodion męphyton
Lapis stellatus
Mithridatum Nicolai
Oxymel scilliticum
Oppopyra Nicolai
Oleum de cucu.asinino
Oleum de piperibus
Oleum de lapide gagatis
Oleum philosophorum
Potio S. Pauli Nicolai
Stœchas
Sothyra magna Nicolai
Syrupus de stœchados
Theriaca diatesseron
Theriaca magna Gal.Nic.
Vnguentum de bdellio

Epilepsiam purgant.

Agaricus
Aristolochia rotunda.
Asarum
Colocynthis
Epithymum
Fescera
Elleborus niger
Hiera hermetis
Lapis armenus
Scilla
Serapinum

Erysipilæ remedia in supl.

Eructuationi acetosæ valent.

Confectio de galanga
Diacyminum
Oxymel scilliticum simplex

Eructua-

Eructationi fumosæ confert.
Confectio de acetosis
Esthiomeni remedia in supl.
Hecticis, & consumptis conferunt.
Confectio testiculorum vulpis
Diarhodon abb. Nicolai
Diatragacanthum Nicolai
Diapapauer Nicolai
Loch sanum
Oleum amygdalarum dul.
Syrup. contra pleuresim Nic.
Trochisci de camphora
Zuccharum ros. Nicolai
Excoriationi conferunt.
Vnguentum sericinum

Fastidium tollit.
Confectio de aromatibus
Diamargariton Nicolai
Faciem clarificant.
Aqua fraxinellæ cum farina fabarum.
Trochisci de fescera
Faciem pulcherrimam reddit.
Aqua fraxinellæ
Faciem coloratam faciunt.
Balnei assiduatio
Confectio de manna
Granata dulcia
Ius galli, phasiani, & perdicis pinguiũ.
Oleum costinum
Trochisci de fescera
Vitella ouorum sorbilium

Facici maculas, & lentigines mundificat, & abstergit.

Aqua fraxinellæ cum farina fabarum
Linimentum ireos
Serpentaria
Succus fesceræ

Facici fœditatem, & sordities remouent.

Diacurcuma maior
Diacurcuma minor
Diamoruſion
Linimentum de ireos
Linimentum de cu. asinino
Serpentaria
Faciem relucentem faciunt.
Aqua fraxinellæ cum farina fabarum
Fœtum educit.
Ammoniacum
Antidotum hæmagogum Nic.
Balsamum
Castoreum
Centaurea
Chemesis
Opoponax.
Semen thymi
Fœtum interficit.
Antidotum hæmagogum Nicolai
Opoponax
Serapinum
Febrium synochorum remedia in supl.
Febres acutas purgant.

Diaprunis Nicolai
Oxy Nicolai
Pilulæ quæ conferunt ad febres acutas.

Febribus sanguineis confert.
Syrupus de lupulis
Febribus calidis conferunt.
Cassia
Confectio de acetosis
Ceratum violatum
Diarodon abbatis Nic.
Syrupus cucurbitæ

Febrium ardorem, & inflammationem extingunt.

Acetum violatum
Confectio de prunis
Diaprunis Nicolai
Iuleb violatum
Syrupus de prunis
Syrupus de granatis
Syrupus acetositatis citri
Syrupus acetosus simplex
Syrupus de portulaca
Syrup. de succo fructuum
Trochisci de camphora
Trochisci de berberis
Trochisci de sandalis
Violæ
Febribus cholericis conferunt.
Aqua lactis
Diaprunis Nicolai
Fumus terræ
Manna
Myrobalani citrini
Rhauedseni
Succus rosarum
Syrupus de lupulis
Syrupus de succo acetosæ
Syrupus de acresta
Febrium pestilentialium reme.
Febribus cholericis multi incendij conf.
Psyllium
Syrupus de lupulis
Syrupus acetosus de pomis, descriptione nostra
Trochisci de rosis
Trochisci de spodio
Trochisci de spodio cum seminib. acet.
Febribus cholericis antiquis conferunt.
Asarum
Troch. de eupatorio
Febribus phlegmaticis conferunt.
Decoctio stœchados
Syrupus stœchados
Turbith confortatum
Trochisci diarhodon
Febres compositas purgant.
Confectio de dactylis
Decoctio eupatorij
Syrupus acetosus de succis herbarum.
Syrupus diarhodon
Trochiscis de rosis
Troch. de eupatorio
Febres antiquas purgant
Agaricus
Asarum
Pilulæ aggregat. maiores
Pilulæ aggreg. minores
Pilulæ alchechengi aliæ ad illud.
Pilulæ de rhabarbaro.

Febribus oppilationum cholericis, & phlegmaticis difficilis eradicationis conferunt.

Aqua lactis
Aosynthium
Fumus terræ
Lupuli
Rhabarbarum
Syrupus de byzantijs
Febrium phlegmaticarum remed. in supl.
Febribus antiquis periodicis, & quartanis conferunt.
Adrianum Nic.
Agaricus
Asarum
Absynthium
Confectio de assa
Confectio de dactylis
Diasulphur
Diacyminum Nic.
Diacalamentum Nic.
Eupatorium
Hiera fortissima Galeni
Infusio de hiera
Hydrocopion olympiacum Nicolai
Myrobalani nigri
Myrobalani chebuli cond.
Mithridatum Nic.
Musæ ænea Nic.
Oxysacchara Nic.
Polypodium
Potio S. Pauli Nic.
Rhabarbarum
Requies magna Nic.
Syrupus de stœchados
Syrupus de eupatorio
Secaniabin de radicibus
Secaniabin de calamentho
Syrupur de thymo
Trochisci diarhodon
Trochisci de rosis
Trochisci de eupatorio
Trochisci de absynthio
Trochisci de anisо
Trochisci de lacca
Febres quartanas soluunt.
Lapis armenus
Pilulæ indæ
Item suppl.
Febrium rigoribus conferunt.
Agaricus
Aristolochia
Musa ænea Nic.
Oleum anethinum
Oleum de emula
Opoponax
Rubea trochiscata Nic.
Requies magna Nic.
Trochisci de eupatorio
Febrium putridarum remedia communia in suppl.
Febrium hecticarum remedia in supl.
Febrium horripilationi confert.
Oleum de asaro
Feb. difficiles ad sodam uenientes purgat.
Confectio de psyllio
Febribus syncopis calidæ confert.
Syr. acetosus de tereniabin

Febribus in quibus forma corrumpitur confert.

Trochis. diarhodon
Febrium ephimerarum remed. in supl.
Fistulas purgant.
Aristolochia
Decoctio centaureæ
Emplastrum arabicum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1099-7

Hiera logodion Ruffi.
Oleum de ouis
Serpentaria
Syrupus de epithymo
Tentæ de mezereon
Vnguentum de centaurea
Vnguentum de opopanaco
Vnguentum de lino
Vnguentum alfeſcericon
Vnguentum diaphœnicon deſcriptione Arabica

Fiſtulas antiquas abſtergunt, & mundificant.
Ariſtolochia rotunda
Vnguentum ægyptiacum magnum

Fiſtulas lachrymales ſanat.
Cinis capillorum veneris

Fluxum cholericum ſiſtunt.
Oleum roſatum
Trochiſci ramich

Fluxus cuiuslibet reme. in ſupl.

Phlegmaticis confert.
Decoctio alhaſcæ

Phlegmatis ægritudines purgant.
Pilulæ de ſarcocolla
Pilulæ de coloquynthida

Phlegma viſcoſum attenuant, & ſubtiliant.
Baurach
Oleum de cherua
Polypodium

Phlegma purgant.
Aloe correctum
Aſarum
Alſebram
Cartamus
Capilli veneris
Colocynthis
Deco. alhaſce
Decoctio myrobalanorum
Eupatorium
Feſcera
Geniſta
Hyſſopus
Hiera picra abbatis Nic.
Hiera logodion Ruffi
Myrobalani chebuli
Pilulæ de euphorbio
Pilulæ de turbith
Rhabarbarum
Stœchas
Sal naphticus
Secaniabin

Phlegma craſſum, & difficile incidunt, & abſtergunt.
Agaricus
Ben
Euphorbium
Hermodactylus
Iris
Opoponax
Polypodium
Serapinum
Syrupus aceto ſus cum radicibus
Secaniabin cum radicibus
Secaniabin de cheyſim
Turbith confortatum

Phlegma crudum purgant.
Ben
Baurac clyſterizatum
Centaurea minor
Sarcocolla

Phlegma uiſcoſum, & mucilaginoſum purgant.
Arthanita
Euphorbium
Opopanax
Sal panis

Phlegma uitreum purgant.
Sal panis

Phlegma ſalſum purgat.
Syr. de fumoterræ maior

Phlegma a iuncturis purgat.
Centaurea
Euphorbium
Opopanax
Sarcocolla
Turbith conſolatum

Formicæ remedia in ſupl.

Formæ corruptioni, & de fœdationi conf.
Confectio rhauedſeni
Confectio alchechengi
Conditum de bugloſſa
Syrupus de cuparorio
Tryphera minor
Trochiſci de roſis
Troch. de rhabarbaro

Phlegmatis utriuſque ſuperfluitates purgant.
Cherua
Ius galli cum turbith, & cartamo
Pilulæ ſtomachiæ
Pilulæ de ſarcocolla
Pilulæ de ſerapino
Serpentaria

Phlegmonis remedia in ſupl.

Frigidis natura ualet.
Diambra
Sarcocolla

Phreneſis remedia in Meſ.

Fellis oppilationes aperiunt.
Aqua endiuiæ
Aqua cuſcutæ.
Aqua coriandrorum
Aqua quatuor ſem. frigidorum communium

Gaudium generant.
Confectio de xyloaloe
Dianthos Nicolai
Lætitia Gal. Nicolai
Myrobalani
Sena

Genuum dolores purgant
Pilulæ aggregatiuæ maio.
Pilulæ de opopanaco

Genuum doloribus conferunt:
Emplaſtrum Andromachi
Opopanax

Gingiuæ laxæ, & putridæ conferunt.
Acetum ſcilliticum
Acetum decoctionis mezereon.
Decoct. ariſto.
Decoctio abſynthij
Sal panis

Gingiuarum ulceribus, & uulneribus conferentia.

Gingiuarum apoſtematibus conf. in Meſ.

Glandularum apoſtematibus conf. in Meſ.

Gonorrheæ conferunt.
Aqua ſolatri
Aqua Coriandri
Iris.
Lactucæ ſemen
Lapis hæmatites
Mentha
Nenupharis ſemen
Portulaca

Guttur confortant.
Aqua roſata
Oleum roſatum

Gutturis aſperitatem leniunt.
Caſſia
Manna
Oleum amygdalarum dul.
Oleum de granis ſeſami
Violæ

Guttur ſtringit.
Aqua roſata

Gutturis apoſtematibus conferunt.
Confectio de ſucco nucum
Diamoron
Diamoron Nicolai

Genuum podagram purgant.
Pilulæ fœtidæ maiores
Pilulæ fœtidæ minores
Pilulæ de ſerapino.

Guttæ confert.
Benedicta Nicolai.

Herpeti conferunt.
Elleborus niger
Trochiſci de arſenico.

Eryſipilæ conferunt.
Pſyllium
Vnguentum roſatum
Vnguentum violatum
Vnguentum ceruſſæ

Herniæ remedia in ſupl.

Hilaritatem generant.
Mirobalani

Humiditates craſſas reſoluunt, & ſubtiliant.
Ariſtolochia
Diacalamenthum deſcrip. Gal.
Turbith confortatum

Humores craſſos, & viſcoſos purgant.
Agaricus
Capillus veneris
Colocynthis
Infuſio alia hieræ
Pilulæ aggregatiuæ maio.
Pilulæ fœtidæ maiores
Pilulæ fœtidæ minores
Sarcocolla
Squilla
Serapinum
Sal omne
Turbith confortatum

Humorum craſſitiem ſubtiliant.
Acetum ſcilliticum
Oxymel ſcilliticum

Humores crudos purgat.
Confectio de dactylis

Humorum lubricitatem remouet.
Confectio de ſeminibus

Humores aduſtos purgant.
Aqua lactis
Acetum ſcilliticum
Confectio alia hamech
Fumus terræ.

Aqua

Hydropisi conferunt.
Aqua lactis
Agaricus
Asarum
Alsebram
Colocynthis
Confectio de mezereon
Diacurcuma magna
Diacurcuma minor
Diacostum
Diasulphur
Diacoston Nicolai
Dialacca Nicolai
Decoctio granorũ cheruæ in aqua casei
Emplastrum relatum ad Aristarchum
Emplastrum Andromachi
Emplastrum de alijs
Empl.de baccis lauri
Emplastrũ de ficubus, & stercore mulæ.
Oleum almezereon
Myrobalani chebuli conditi
Serapinum
Syrupus de eupatorio
Trochisci de rosis
Troch.de rhabarbaro
Trochisci de ligno aloes
Vinum bullitum cum oppopanace
Hydropisim incipientem purgant.
Confectio de eupatorio
Pilulæ de rhabarbaro
Hydropisim purgant.
Absynthium
Confectio de alchechengi
Decoctio radicis cucu.asinini
Iris
Pilulæ de alchechengi
Pilulæ rhauedseni
Pilulæ de mezereon
Pilulæ sebeliæ
Rhabarbarum
Succus cucum.asinini
Vnguentum arthanitæ magn.

Horripilationi conferunt.

Confectio asa cum vino tepido
Diacalamenthum
Diatrionpipereon
Diacyminum
Diamuscum
Mitridatum
Musa.
Rubea trochiscata cum rhodostagmate
Syrupus de mentha
Syrupus de hyssopo
Theriaca antiqua

Ictericis conferunt.
Aqua lactis
Aqua mellis
Aqua infusionis rosarum
Absynthium
Agaricus
Asarum
Confectio rhauedseni
Confectio de psyllio
Capillus veneris
Diarhodon abbatis Nic.
Decoctio cucu.asinini
Flos cartami cum aqua mellis
Lupuli
Oleum de cartamo
Succus arthanitæ cum mellicrato.
Succus cucumeris asinini
Succus rosarum
Triasandali Nicolai
Tryphera persica
Trochisci de rosis
Trochisci de eupatorio
Trochisci de rhabarbaro
Trochisci de camphora
Violæ
Ictericiam citrinam purgant.
Aloe præparatum
Confectio electarij rosati
Confectio de eupatorio
Rhabarbarum
Syr.de fumoterræ minor
Syrupus de lupulis

Ictericiam splenetica soluunt.

Pilulæ indæ
Igni persico valet.
Vnguentum rosatum

Iliorum doloris remedia in supl.
Iliacæ conferunt.

Ius galli
Oleum de cherua
Oleum assæ
Impetiginis remedia
Aqua lactis
Confectio Hamech
Fumus terræ
Oleum de ouis
Oleum de frumento
Oleum de serpentibus
Syr.de fumoterrę maior
Vng.alphescericon

Intellectum illorum, qui scire desiderant acuit.
Aloe
Confectio anacardina
Myrobalani emblici

Interiora omnia confortat.
Antidotum hæmagogum.Nic.
Stœchas
Intestinorum dolori conferunt.
Agaricus
Anisum puluerizatum
Baccæ lauri puluer
Flores caduci nucum puluerizati cum vino calido
Scordeon
Theriaca magna cum optimo vino
Inflammationes extinguunt.
Acetum rosatum
Aqua rosata
Oleum mandragoræ
Oleum rosatum
Psyllium
Rosa
Rob de prunis
Rob de fructibus
Trochisci de anetho
Viola
Vnguentum rosatum
Vnguentum violatum
Inflationes omnes maturat.
Empl.diachylon magnum
Intestinorum lubricitati valet.
Suffuf de granis myrti
Intestinorum vlceribus conf.
Hypocondriorum doloribus conf.
Epithymum
Syrupus de eupatorio
Hypocondriorum ventositatibus conf.
Decoctio alhasee
Melicratum conditum
Iunctturarum ægritudines frigidas purg.
Atetica
Acorus
Agaricus
Almen
Alscebram
Acetum scilliticum
Betonica
Confectio alcheKengi
Centaurea minor
Cherua
Chamędrys
Chamæpitys
Euphorbium
Electarium indum maius
Elect.indum minus
Grana pini
Genista
Elleborus
Hermodactylus
Hiera picra
Hiera hermetis
Hyssopus
Myrrha
Nux indica
Origanum
Oxymel scilliticum
Polypodium
Pes coruinus
Pilulæ alandahal
Pilulæ hermodactylorum
Pilulæ de opopanaco
Sampsuchus
Sulphur
Stęchas
Scilla
Sandaracha.
Serapinum
Saluia
Sarcocolla
Vinum scilliticum
Zarur
Iunctturarum ægritudines calidas purgãt.
Conf.electarij rosati
Cytonia
Cannarum folia
Elect.de succo rosa.Nico.
Lenticula aquæ
Myrrha
Rosa
Rubus
Sumach
Virga pastoris
Iunctturarum dolores purgant.
Colocynthis
Electarium elescoph.
Oleum ireos
Pilulæ de serapino
Pilulę stomachicæ
Pilulę fętidę maiores
Pilulę fætidæ minores
Pilulę de colocynthide
Pilulæ aggreg.maio.
Iunctturarum doloribus conf.
Agaricus
Alscebram
Aqua mellis
Decoctio granorũ cheruæ cũ iure galli
Ius

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1101-9
DFG

Ius galli
Opopanax
Oleum maſtichinum
Oleum de ſtyrace
Oleum de euphorbio
Storchas
Serapinum
Succus cucu.aſin.
Secamabin
Turbith confortatum.
Radix cucu.aſin.

Iuncturarum ægritudinibus, & doloribus conferunt.
Aſſarum
Acetum ſcillitícum
Cucumer aſininus
Empl. Andromachi
Hermodactylus
Hyſſ.cer.deic.Gal.
Iris
Oleum de been
Oleum de cheyri
Oleum laurinum
Oleum de piperibus
Oleum de cucu.aſin.
Oleum de granis citrangulorum

Iuncturarum frigiditatibus conferunt.
Ceratum Enſromichi
Oleum iteos

Iuncturas laxas confortant.
Oleum iteos
Oleum de ſcinco

Iuncturarum aduſtiones leniunt.
Euphorbium
Elleborus
Iris
Oleum de ſemine lini

Iuncturarum dolores leniunt.
Ceratum diapente
Euphorbium
Empl filij Zachariæ
Hyſſopi ceratum

Iuuentutem conſeruant.
Acetum ſcillicum
Cheſuli conditi
Confec.electarij alcharif.
Confect.alia alcharif.
Lapis ſtellatus
Sena

Iuuenescere faciunt.
Elleborus niger
Lapis ſtellatus
Myrob.citrini conditi

Lacertorum doloribus confert.
Oleum de rhabarbaro.
Storchas

Lacertorum contractionibus confert.
Oleum de rhabarbaro

Lacertorum contuſioni conferunt.
Ariſtolochia emplaſtrata
Centaurea minor empl.
Oleum de rhabarbaro

Lacertorum contritioni conferunt.
Ariſtolochia emplaſtrata
Serapinum linitum
Lacertos mundificant
Agaricus
Colocynthis

Lacertos calefaciunt.
Oleum coſtinum
Oleum de ſtyrace.

Laterum dolori conferunt.
Feſcera
Conf. Phil. prima inuentio
Loch de ſcilla
Loch de feſcera
Oleum ruthę
Syrupus de hyſſopo
Serapinum linitum

Laterum dolorem purgat.
Electarium elescoph.

Laterum tumori conferunt.
Empl Andromachi.
Empl.relatum ad Ariſtar.

Lapidem frangunt.
Abrotanum cum fæce combuſta, & nitro emplaſtratum
Adr.Nic.cum vino deſc.
Saxifragiæ
Capilli vene.
Cinis ericij
Cinis ſcorpionum
Diaſulphur
Philanthropos
Iuſtinum Nicolai
Lithontripton Nici
Milium ſolis
Nephrocatharticon Nic.
Oleum de piperibus
Oleum de ſcorpionibus
Oleum de amyg.ama.
Oleum de lilio
Oleum de apio
Pilulæ aggrega.maiores
Penataphylon
Polium montanum
Radix coſti
Cardiones
Radix pentaphylonis
Saxitragia
Sparagi
Sanguis hircinus
Stercus muris
Teſtæ ouorum à quibus exiuit pullus
Vermes terreſtres puluerizati.

Lapidem educunt.
Oleum de althæa
Oleum de anetho
Oleum de alchanna
Oleum de lilio
Oleum de lino
Oleum amyg.dulcium,& amararum.

Lapidem minuentia.

Lapidem in renibus generari prohibent.
Apium
Bauciæ recentes
Capillorum vene.decoctio
Caſſia
Endiuia
Feniculus
Petroſelinum

Lapidem in vijs vrinæ generari prohibent.
Amygdalæ
Aqua mellis
Aqua cicerum nigrorum
Decoctio polij
Decoctio v.radicum cõnium
Ficus humidæ,& ſiccę
Radicum althææ decoctio
Syrupus de radicibus.
Scolopendriæ decoctio
Sparagus
Squinanthi decoctio
Vinum album ſuotile,& clarum
Vua alba

Labiorum ſciſſuris conferentia.
Lac diminuentia in ſupl.
Lac multiplicant in ſupl.
Agnus caſtus
Sorbitiones de feſcera
Lactis caſeationem, & corruptionem prohibentia in ſupl.
Lepram purgant, & curant.
Confectio Hamech
Decoctio epithymi
Hiera Ruffi Nicolai
Hieralogodion Ruffi
Lapis armenus
Pilulæ indæ
Pilulæ fœtidæ maiores
Pilulæ fœtidæ minores
Syr.de fumoterræ
Syr.de epithymo
Turbith confortatum

Lepræ conferunt.
Aqua lactis
Colocynthis
Fumusterræ
Elleborus niger
Myrobalani nigri
Oleum de iunipero
Sal naphticus
Sal indus
Vnguen.alfeſcericon

Lentiginibus conferunt.
Linimentum de mezereon
Oleum de been.
Oleum de nucleis ceraſorum
Oleum de granis citrang.
Radix cucu.aſini.cum aceto
Serpentaria
Vnguentum citrinum Nic.
Vng.aliud Arabicum
Lętificans
Dianthos Nicolai
Lætitia Gal.Nic.

Lippitudini confert.
Blanca Nicolai,
Sarcocolla

Lethargiæ conferunt.
Antimoron Nic.
Euphorbium
Trochiſci de ſcammonea

Linguæ ſiccitati conferentia in ſupl.
Linguæ impedimentum ſoluit.
Oleum de chryſomillis
Linguæ aſperitatis conf.in ſupl.
Linguæ apoſtematibus conf.in Meſ.
Linguæ vulnerib. & vlcerib. conf. ĩ Meſ.
Linguæ ſpaſmo confer.in Meſ.
Linguæ mollificationi conferunt.
Sal omne

Ligna corpori infinxa extrahunt.
Ariſtolochia
Feſcera

Lienteriæ remedia in ſupl.

Libidinem prouocat.
Diaſatyrion Nic.

Luxuriam prouocat.
Diacamereon Nicolai

Matricis dolores ſedant.
Gentaurea minor
Conf.philonij inuen.prima
Empl.de granis lauri
Hiera Hermetis
Hyſſ.cęt.deſcr.Phil.

Hyſſ.

Hyſſ.cær.deſcr.Pauli
Iris emplaſtratus
Iris peſſarizatus
Muſa ænea
Oleum ireos
Oleum de ruta
Oleum de croco
Oleum philoſophorum
Pil.de ſerapino expettæ
Serapinum
Matricis duritiei confert.
Hyſſopi cær. Democriti.
Matricis oppilationi confert.
Syrupus magiſtralis
Matricis aſcenſui, & deſcenſui conferunt.
Matricis præfocationi conf. (*in ſupl.*
Aromaticum muſcatum
Oleum de lapide gagatis
Opopanax
Serapinum
Matricis vlcerum remedia in ſupl.
Matricis apoſtematum reme. in ſupl.
Matricis molæ remedia in ſupl.
Matricis ventoſitates remouent.
Muſa ænea
Tryphera Galeni.
Matricis rhagadiarum reme. in ſupl.
Matricis ægritudinibus conferunt.
Agaricus
Antimoron Nicolai
Diambra
Oleum nardinum
Matricis ægritudinibus frigidis conf.
Giera picra Gal.
Opopanax
Oleum de enula
Matricem frigidam calefaciunt.
Electarium de gemmis
Empl.ceroneum Nic.
Oleum ruthæ
Oleum lilij
Oleum de piperibus
Tryphera magna Nic.
Matrices fœtarum purgat.
Agaricus
Ariſtolochia
Antidotum hæmagogum Nicolai
Decoctio feſceræ
Decoctio capil.vene.
Elleborus niger
Iris

Mamillarum tumoribus conf.
Mamillarum apoſtematibus conf.
Mamillarum vlcerationibus conf.
Mamillarum magnitudinem prohibentia.
Maniæ conferunt.

Agaricus
Aqua lactis
Epithymum
Elleborus niger
Lapis armenus
Lapis ſtellatus
Maniam, & melancholiam purgant.
Confectio ſecunda Hamech.
Diaſena Nicolai
Hieralogodion Ruffi.
Melancholicis ægritudinibus confert.
Confectio de Muſco
Melancholicas ægritudines purgant.
Diaſena Nicolai
Lapis armenus
Lapis ſtellatus
Pilulæ indæ
Pilulæ lucis maiores
Pilulæ lucis minores
Pilulæ de lapide lazuli
Sena
Manum ſciſſuras ſanat.
Polypodium cum aqua melli
Macilentis confert.
Dianthos
Melancholiam purgant.
Aſcebram
Epithymum
Ius galli cum cum polypodio
Myrobalani nigri
Secaniabin
Sal naphticus
Melancholię conferunt.
Agaricus
Aqua lactis
Epithymum
Elleborus niger
Lapis armenus
Myrobalani nigri
Polypodium
Stęchas
Menſtrua prouocant.
Agaricus
Arthanita
Ariſtolochia
Antidotum hęmagogum Nic.
Centaurea minor
Dialacca Nicolai, quere in fine indicis
Aegritudinum, & Remediorum.
Diacalamenthum deſc. Gal.
Ficus ſiccæ infuſæ in oleo amygdalino.
Hyſſopus
Elleborus niger
Hiera Ruffini Nic.
Iris
Hieralogodion
Lapis ſtellatus
Mithridatum Nicolai
Opopanax
Pil.de ſerapino ex partæ
Scammonea peſſarizata
Serpentaria ſuppoſita
Serapinum bibitum, vel ſuppoſitum
Theriaca Gal.Nic.
Tryphera magna Nic.
Menſtruorum fluxum retinent.
Armogloſſa
Alhaſce, balauſt.balneatę
Philonium perſicum
Pil.de bdellio maiores
Pil.de bdellio minores
Radix nenupharis
Succum glandium
Succus corticum granatorum
Tryphera minor
Troch.de terra ſigillata
Vinum ponticum nigrum cum aqua alum
Meſaraicorum oppilationes aperit.
Lupulus
Meſaraicarum apoſtematum.cur. in ſupl.
Meri ægritudinum reme. in ſupl.
Memoriam, & ſenſum temperant.
Aloe præparatum
Blanca Nic.
Confectio anacardina
Theodoricon anacard.
Membra ſenſuum mundificat.
Stęcchas
Membra confortat.
Roſa
Membrorum laſſitudinem tollit.
Brodium pulli
Balneum dulce
Oleum vetus
Oleum de ſpica
Oleum de cheyri
Oleum de chamæmilla
Oleum maſtichinum factum cum oleo roſato, & vino antiquo
Quies
Somnus
Tryph.ſarracenica mag.
Vitella ouorum

Membra laxata conſtringunt, & coadunant.
Aqua roſata
Acetum ſcilliticum
Fumusterræ
Oleum roſatum
Pili roſæ
Roſæ
Semina roſarum

Membra cauterizat, excoriat, & veſicat.

Vnguentum de alheriel.

Membrorum duritiem, & nodoſitatem curant.
Ceratum Alexand.
Hyſſopi ceratum deſcriptione
Galeni
Opopanax
Serapinum
Serpentaria

Membrorum contuſioni, & contritioni conferunt.

Abſynthium
Serapinum
Sal mixtum cum furfure, & melle

Membra anhelitus mundificant.
Feſcera
Hyſſopus
Membrorum humiditates frigidas, & putredines educunt.
Confec.elec.indi maio.
Confec.elect.indi mino.
Hiera picra Gal.
Membra nutritiua omnia confortant
Acetum ſcilliticum
Arom.roſatum maius
Ceratum Alexand.
Diambra
Emplaſt.diaphœnicon deſcriptione Alexandri.
Oleum de cytonijs
Trochiſci de gallia
Membra nutritiua purgant.
Confectio alcheKengi
Diacytoniten

Membra nutritiua male digerentia confortant.
Ceratum Alexand.

Diacz-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1103-1

Diacalamentum Gal. descriptione communi
Empl. diaphœnicon descriptione Alexandri.

Membra nutritiua calefaciunt
Aromaticum garyophyl.
Diambra
Diacyminum

Membrorum nutritionis dolori conferunt.
Trochisci de spodio

Membra neruosa confortant.
Oleum de scinco
Oleum de meliloto
Oleum de costo
Oleum de calchanna
Oleum de chamæmilla

Medicamen sumere non potentib. confert.
Vng. Arthanitæ magnum

Medicinam superflue purgantem sistunt cõ primum, abstergunt, & expellunt.
Aqua lactis caprarum cum melle, & sale
Aqua calida simplex
Aqua hordei
Aqua passularum
Acacia
Ameos
Anisum infusum in aceto, & torrefactũ
Balaustiæ
Coriandrum
Carabæ
Cyminum infusum in aceto, & torrefactum
Cortices thuris
Coagulum leporis
Confect. ex cytonijs factæ
Dragacantum aflatum, & decoctum cũ lacte dulci, aut acetoso
Diacyminum cum syrupo cytoniorum, aut myrtino
Fructus tamarisci
Fructus rubi
Folia myrti
Grana nasturtij torrefacta, & decocta cũ succo cyton. aut myrt.
Gummi Arabicum
Grana myrti.
Gallia
Hypocystidos
Lutum sigillatum
Lignum aloes crudum
Lata animi accidentia
Mucilago psyllij
Mastix cum succo cytoniorum
Mucilago sc. cytoniorum
Mel simplex
Mastix
Myrobalani
Ossa granorum granatorum
Oleum amygdalinum
Oleum rosatum inunctum supra stomachum
Pyra
Poma syluestra
Poma cytonia
Puluis mastiches
Puluis gallæ
Puluis rosatum
Psyllium frixum
Philonium
Quies
Somnus
Semina rosarum
Spodium
Sanguis draconis
Sumach
Sem. portulacæ
Sem. plantaginis
Theriaca
Vomitus
Zuccharum rub.
Zuccharum rosatum antiquum cum mastiche, & gallia

Prouocantia vrinam, & sudò rr.
Ventosæ appositæ hypochondrijs, ventri, lateribus, & renibus.
Mesue vero. Hęc verò omnia habet.

Mollificationem, & lubricitatem propter indigestionem factam curant,
Confectio electarij ex inuentione nostra
Oleum de piperibus
Pilulæ de serapino
Pilulæ de euphorbio

Morbos ex adustione fieri prohibent.
Pilulæ indæ
Pilulæ fœtidæ maiores
Pilulę fœtidę minores
Tryphera persica

Morpheæ conferunt.
Colocynthis
Hiera Ruffini. Nic.
Lapis armenus
Mezereon linitum
Oleum de ben.
Radix cucu. asini. cum aceto
Serpentaria
Turbith confortatum
Vnguentum de alhariel

Morpheam delent.
Euphorbium puluerizatum
Mezereon linitum
Morpheam purgant
Elleborus niger
Pilulæ colocynthidos

Materiam acutam ad inteſtina fluentem compescunt.
Cytonium
Morum immaturum
Sumach
Succus portulacæ
Vitellus oui decocti in acet.

Materias calidas, & frigidas subtiles, grossas, & viscosas, seu adurentes, & antiquas diuidit, & maturat.
Syrupus acetosus

Materias grossas, & putridas incidit, & abstergit.
Secania. de calamentho
Materirum fluxum de membro ad membrum sistunt, & prohibent
Oleum meliloti
Oleum chamæmillæ

Materias difficilis eradicationis purgat.
Oxymel scilliticum simplex

Materias calefactas subtiliat, & resol.
Oleum de enula

Mirach inflationem solunt.
Pilulę aggreg. maiores

Matricis apostemata dura molliunt.
Bene emplastratum
Emplastrum oxycrocum Nic.
Empl. diacylon commune
Emplastrum Oribasij
Emplastrum de meliloto
Allia emplastra
Empl. relatum ad Aristar.
Oleum mastichinum
Hyssopus humida
Hyss. ceratum desc. Gal.
Hyss. cer. descr. Philag.

Narium vlceribus & vulneribus conferunt. in Mes.

Narium oppilationes aperit.
Decoctio stęchados
Oleum philosophorum

Narium fœtori conferunt
Cucumer asininus
Oleum ireos
Oleum de cucu. asini.

Naturam stringunt.
Syrupus de pyris
Syrupus de cytonijs

Nauseam faciunt.
Cartamus
Hermodactylus
Polypodium
Scammonea
Sal omne
Nauleam sedant
Aromaticum rosatum
Aromaticum garyophylla.
Syrupus de mentha

Neruis conferunt.
Baucię conditæ
Confectio de alfescera
Decoctio foliorum sęnę
Oleum stęchados

Neruorum superfluitates grossorum, & viscoforum humorum educunt.
Euphorbium
Allia emplastrata
Hiera Hermetis
Pilulæ de euphorbio
Serapinum
Turbith confortatum

Neruos mundificat.
Agaricus
Colocyntis
Centaurea
Euphorbium
Felcera
Elleborus niger
Opopanax
Sarcocolla
Serapinum
Stęchas

Neruos viuificat.
Oleum de stęchade

Neruorum debilitati conferunt.
Trochisci galliæ elephaginæ

Neruos confortant.
Decoctio foliorum sęnæ.
Myrobalani emblici
Oleum de hyssopo
Oleum ireos
Oleum de chamęmil.
Oleum de meliloto
Oleum sanbucinum
Stęchas
Syrupus de hyssopo

Neruos calefaciunt.
Oleum costinum
Oleum de stęchade
Oleum sampsuchinum

Neruis laxatis confert.
Oleum cytoniorum

Neruorum punctur̃ conferunt
Oleum nucum
Sal.coctus cum oleo de terebinth.
Ner.durities,& nodoſitates leniunt.
Ben emplaſtratum
Emplaſtrum de meliloto
Iris
Oleum de croco
Oleum de ſemi.lini.
Oleum amyg.amararum
Neruorum contuſioni confert.
Serpentaria emplaſtrata
Neruorum contritioni confert.
Sal mixtus cum furf.& mel.
Neruorum tumoribus conferunt.
Oleum nucum
Sal coctus cum oleo de tereb.
Neruorum contractioni conferunt.
Ceratum aliud Alexandr.
Emplaſtrum de ben.
Oleum nucum
Neruorum ægritudinibus frigidis conf.
Aqua mellis
Golocynthis
Ceratum aliud Alexandri.
Euphorbium
Ben Emplaſtratum
Feſcera
Opopanax
Oleum nucum
Oleum de croco
Oleum nardinum
Oleum de euphorbio
Oleum de piperibus
Serapinum
Syrupus ex hachados
Vnguentum de bdellio
Neruorum frigiditati,& dolori confer.
Ceratum Andromachi.
Decoctio de ſtęchade
Oleum de hyſſopo
Oleum laurinum
Oleum de ityrace
Oleum de ben.
Oleum de enula.
Neruorum ægritudines purgant.
Agaricus
Colocynthis
Pilulæ alandahal.
Pilulæ de opponace
Neruorum doloribus valent.
Centaurea minor.
Iris
Hyſſopi ceratum Gale.
Oleum amygd.amara.
Oleum auellanarum
Oleum de nuce indica
Oleum laurinum
Oleum de chamęmelo
Oleum ſambuci
Oleum de cheyri
Oleum de euphorbio
Oleum maſtichinum
Oleum melilotinum
Stæchas
Serpentaria emplaſtrata
Nucham mundificant.
Agaricus
Obliuioni conferunt.
Euphorbium
Emplaſtrum ſinapis
Oleum ſinapis
Oleum philoſophorum
Obliuionem purgat.
Confectio hamech.
Ophtalmię confert.
Sarcocolla
Oculorum doloribus conferunt.
Blanca Nicolai
Confectio electarij roſat.
Pilulæ lucis maiores
Pilulæ lucis minores
Oculorum ſuperfluitates purgant.
Arthanica
Confectio electarij roſati
Oleum philoſophorum
Pilulæ lucis maiores
Pilulæ lucis minores
Oculorum lachrymas ſtringunt, & auferunt.
Aloe præparatum cum ſucco fę.
Arthanita
Colocynthis
Dyaolibanum.
Elleborus niger
Myrobalani puluerizati
Serapinum
Oculos abſtergunt.
Aloe præparatum cum ſuc.fæni.
Myro.citri. cum ſucco fæ. aut aqua roſa. aut acreſtæ
Oculorum ſupercalefactionem tollunt.
Myrobalani
Oculorum mollificationi conferunt.
Myra.citrini puluerizati
Oculorum grauedini confert.
Adrianum Nic.
Oculorum obſcuritati,& caligini conf.
Adrianum Nicolai
Diapraſſium Nic.
Oculorum vulneribus, & vlceribus confe rentia in Meſ.
Oculorum ſcabiei remedia in Meſ.
Oculorum morbos curantia in Meſ.
Oppilationes aperiunt.
Arthanita
Ariſtolochia
Aſſarum
Abſynthium
Aqua lactis
Capillus veneris
Cucumer aſininus
Confectio de ſeminibus
Diacyminum
Eupatorium
Epithymum
Fumus terræ
Hyſſopus
Oleum amyg.amararum
Oleum perſicorum
Oleum de ben.
Oleum coſtinum
Oleum de piperibus
Pilulæ aggreg. minor
Rhabarbarum
Stęchas
Succus roſarum
Syr.ace.de ſuc.herbarum
Syr.de fumoterræ maior
Secaniabin de radicibus
Trochiſci de aniſo
Oppilationes morborum curant.
Abſynthium
Eupatorium
Fumusterræ
Odoratus nocumentorum remedium.
Cyperus
Ordeolum delent.
Serapinum
Oris fœtorem amputant.
Acetum ſcilliticum
Decoctio Abſynthij.
Electarium de perſicis
Feſcera
Perſica condita
Syrupus de perſicis
Trochiſci ad fœtorem oris
Trochiſci de ligno aloes
Oris odorem bonum faciunt.
Acetum ſcilliticum
Aromaticum muſcatum
Aromaticum nardinum
Citra condita
Confectio xyloaloes
Confectio electarij de citro
Electarium de gemmis
Electarium de aromatibus
Elleborus niger
Myrobalani
Mellicratum de citro
Mellicratum conditum
Pilulæ diarhodon
Syr.de corticibus citri
Suffuf de lignoaloes
Trochiſci galliæ muſca.
Tryphe.ſarracenica mag.
Oſſa corpori infixa extrahunt.
Empl.de fermento
Empl.apoſtolicon Nic.
Oſſium fracturas extrahit.
Feſcera
Oſſium doloribus ex cauſa fri.confert.
Emplaſtrum ſinapis
Oſſibus denudatis conferunt.
Emplaſtrum arabicum
Iris
Opopanax
Vng.diaphęnicon
Oſſa nuda veſtiunt carne
Iris
Opopan.
Oris turturę proſunt.
Arthanita
Confectio de muſco
Cerot aliud Alexandri
Euphorbium
Oleum de piperibus
Oleum philoſophorum
Serapinum
Syrupus de ſtœchade
Theriaca diateſſeron
Panaritium reſoluunt
Alfeſcera
Acetum calidum
Empla.de camphora
Mucilago pſyllij cum ace.
Pannum,& veſtigia delent.
Feſcera
Elleborus niger
Oleum de cucu.aſinino
Serpentaria
Paralyſi proſunt.
Arthanita
Blanca Nicolai

Con-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1105-2
DFG

Confectio de muſco
Confectio alfeſcera
Cæratum Alexandri aliud
Diacaſtoreum Nic.
Euphorbium
Elleborus niger
Mithridatum Nic.
Oleum de piperibus
Oleum de lapide gagatis
Oleum philoſophorum
Serapinum
Syrupus de ſtœchade
Theriaca diateſſaron
Vnguentum de bdellio

Paralyſim purgant.
Blancha Nic.
Hiera Hermetis
Hiera logodion Ruffi
Hiera logodion memphytum Nicolai
Pilulæ de ſerapino
Pilulæ de euphorbio
Pilulæ de opopanace

Paſſiones omnes à cholera, & phlegmate ſalſo factas purgat.
Confectio hamech

Partum facilitant.
Aſſa
Aqua fœnugrę.& phaſeol.
Caſſia
Cinnamomum
Cortices caſiæ ſi. pulueriz.
Crocus
Deco.folio.althęæ romanæ
Magnes retenta in manu
Seſtio in decoctione foliorum althęæ.
Seſeli

Percuſſioni confert
Rhabarbarum

Percuſſionum veſtigia remouent
Radix cuc.aſi.pulueriz.
Sal miſtus cum oleo,& mel.

Pectus mundificant
Agaricus
Ariſtolochia
Aqua mellis
Capillus veneris
Cartamus
Colocynthis
Hyſſopus
Iris
Lapis ſtellatus
Lupulus
Loch bonum,& expertum
Opopanax
Serpentaria
Scilla
Serapinum
Sal gemma
Syrupus de lyquyrrhitia
Turbith confortatum
Anathum

Pectus leniunt
Caſia
Manna
Pſyllium
Violæ

Pectoris aſperitati conferunt
Iuleb violatum
Iuleb iuiubinum
Loch ad caliditatem
Loch aliud noſtrum
Oleum uiolatum
Oleum de granis papaue.
Syrupus de granatis dulc.
Syrupus de prunis
Syrupus de cucurbita
Syrupus de papauere.

Pectus ab humoribus putridis mundificant.
Agaricus
Pilulæ de agarico

Pectoris oppilationib.ex humoribus graſſis conferunt
Oleum de cartamo
Oxymel ſcilit.compoſitum

Pectoris egritudinibus frigidis confert.
Diapiaſſim Nic.
Syrupus de praſſio
Syrupus de thymo
Scilla

Pectori conferunt
Achariſtum Nic.
Elect.de ſucco ſcillæ
Syrupus cheſmes

Pectoris vlceribus confert
Agaricus

Pectoris apoſtemata acuta reſoluit.
Caſſia
Violæ

Pectoris ſaniem expellit.
Loch ſanum,& expertum

Pectoris ſiccitati confert
Loch de amygdalis

Pectoris doloribus conferunt
Loch de papauere
Loch de ſcilla
Loch alfeſcera
Oleum ireos
Oleum de lauro
Oleum de lilio
Serapinum bibitum
Syrupus de hyſſopo
Suffuſ ad tuſim antiquam

Peripneumoniæ conferunt
Oleum ireos
Syr.de capillis vene.

Peſtilentiæ confert
Tryphera ſarracenica

Pleureſi conferunt
Iuleb uiolatum
Iuleb iuiubinum
Loch de papauere
Oleum uiolatum
Oleum ireos
Philonium Nic.
Syrupus cucurbitæ
Syr.de capil.ven.
Syr.de prunis
Syrupus de granatis
Syrupus de cannis
Syr.violatus
Syr.iuiubinus
Syr.confer.catarrhis
Violæ

Plagas curat,& conſolidat
Vnguentum aureum

Podagram frigidam purgant
Benedicta Nic.
Colocynthis
Emplaſtrum ſinapis
Hermodactylus catapla
Hiera Ruffi Nic.
Mithridatum Nic.
Opopanax
Oleum de ranis,
Oleum ireos
Oleum vulpinum
Oleum philoſophorum
Pilulæ de hermo.maio.
Pilulę de hermo.mino.

Podagræ conferunt
Ariſtolochia rotunda emp.
Antimoron Nicolai
Benedicta Nic.
Dec.gra.cheruę in iurę gal.
Emplaſtrum ſinapis
Mithridatum Nic.
Oleum vulpinum
Oleum philoſophorum
Serpentaria emplaſtrata
Vnguen.martiaton.Nic.

Podagram calidam purgant
Electarium roſatum mel.
Electarium de ſuc.roſa.Nic.
Pil.de hermo.minores

Podagræ calidæ.conferunt
Oleum roſatum
Oleum de ranis

Pollutionis remedia in ſupl.

Pruritum purgant
Aequa lactis
Decoctio abſynthij
Fumusterræ
Pilulæ aggreg.minores

Pregnantium relaxationes abſcindit.
Syrupus acetoſus ď ſuccis, & aqs fructuũ

Puſtulam aufert
Aqua lactis

Putrefactioni reſiſtit
Abſynthium

Pulmonis dolori confert
Hyſſopus

Pulmonem confortat
Syrupus de granis myrti.

Pulmonem mundificant
Ariſtolochia
Agaricus
Capillus veneris
Cartamus
Colocynthis
Empl.filij Zachariæ
Hyſſopus
Iris
Lupulus
Lapis ſtellatus
Loch de ſcilla
Oleum de cartamo
Oleum philoſophorum
Sena
Sarcocolla
Serpentaria
Syrupus de lyquyrrithia

Pulmonis aſperitatem leniunt
Oleum de amyg.dul.
Oleum de nuce indica
Oleum uiolatum

Pulmonis ægritudini conferunt
Confectio de muſco
Diapenidion Nic.
Iris
Scilla

Pulmonis frigiditati confert
Syrupus de thymo

Pulmonis canæ confert
Acetum ſcillinum

Pulmonis ſiccitati confert.
Loch de amygdalis

Pulmonis inflamationi conferunt.
Iuleb roſatum

Palmonis vlceribus conferunt.
Agaricus
Phthisi conferunt.
Confectio resticu.vulpis
Diatragacanthum frigidum Ni.
Diamargariton Nic.
Diacamereon Nic.
Diarhodon Abbatis Nic.
Trochisci camphora
Quartanæ conferunt.
Adrianum Nic.cum decoctione
Gentianæ,vel origani
Epithymum
Mezereon linitum
Myrobalani nigri
Syrupus flęchados
Quartanarum rigoribus conferunt.
Adrianum Nic.
Diacyminum Nic.
Diacalamentum Nic.
Hydrocopion olymp.Nic.
Mithridatum Nic.
Musa ænea Nic.
Potio S.Pauli Nico.
Syrupus de thymo.
Rationem acuunt, & vigorant.
Confe.secunda alcharif.
Myrobal.chebuli conditi
Raucedini conferunt.
Iulebiuiubinum
Loch sanum,& expertum
Renes confortant.
Aromaticum rosatum
Bolum armenum
Carnes ericij exiccatæ
Grana selelcos
Renes porcorum comesti
Renes hædorum comesti
Serpentaria
Vesica donulę exiccata.
Renes mundificant.
Agaricus
Anacardinum
Benedicta.Nic.
Electarium elescoph
Genista
Hiera abuhali
Mithridatum
Oleum de ambra
Serpentaria
Tryphera de scoria ferri
Theodoricum

Renes calefaciunt.
Conditum de secacul
Confectio de zingibere
Electarium de aromatibus
Oleum de lilio
Tryphera Gal.
Renum oppilationes conferunt.
Epithymum.
Feseera
Syr.acet.cum radicibus

Renum ægritudines frigidas purgant.

Benedicta Nic.
Elect.indum maius
Elect.indum minu
Hiera picra
Hiera Hermetis
Renum calefactioni confert.
Cassia

Renum doloribus conferunt.
Agaricus
Confectio prima philonij
Diacurcuma minor
Diacurcuma minor
Diamorusia.
Empl.de granis lauri
Empl.apostolicon Nic.
Ius galli
Oleum ireos
Oleum laurinum
Oleum de cheyri
Oleum de alhasce
Oleum vulpinum
Oleum nardinum
Oleum philosophorum
Vnguentum agrippæ

Renum apostematibus conferunt.
Agaricus
Renum vlceribus conferunt.
Trochisci alchechengi
Renum duritiei confert.
Hyss.cęr.des-Democriti
Renum dislocationis remedia in supl.
Renum debilitati conferunt.
Diasatyrion Nic.

Renum lapidem frangunt.

Dialacca Maior
Dialacca minor
Dialacca Nic.
Diatrion pipereon Nic.
Electarium ducis Nic.
Philantroppos Nic.
Genista
Mithridatum Nic.
Nephrocatharicon Nic.
Opopyra magna Nic.
Oleum de nucleis cerasorum
Oleum de gra.citrangulorum
Oleum de scorpionibus
Rigori febrium conferunt.
Baccæ lauri cum zedoaria, & seminibus rapæ puluerizatis cum aqua tepida,
Diacalamenthum desc.Gal.
Decoctio hyssopi
Opopanax
Oleum vetus cum succo artemisiæ, & ce rasticatum super dorsu.
Syrupus de hyssopo
Rupturas intrinsecas, & extrinsecas sanat.
Rhabarbarum
Rustus acidos curant.
Diatrion pipereon desc.Gal.
Electarium de aromatibus
Saphati remedia.
Sanitatem conseruant.
Hyssopus
Sanguinem mundificant, & clarificant, & purgant.
Aqua fructuum
Aqua infusionis rosarum
Cassia
Capillus vene.
Confectio anacardina
Decoctio capil.ven.
Decoctio fumiterræ
Fumusterræ
Elleborus niger
Lupulus,seu volubili
Lapi stellatus
Pil.ad febres cholericas
Rhabarbarum
Succus rosarum
Sanguinis feruorem reprimunt, & acuitatem, & ebullationem sedant.
Alxyracostum
Aqua fructuum
Cassia
Lupulus, se volubilis
Trochisci de camphora
Sanguinis sputo conferunt.
Athanasia magna
Centaurea
Rhabarbarum
Troch.de terra sigil.Nic.
Sanguinem de naribus, & aliunde fluentē restringunt, & abscindunt.
Athanasia Nic.
Rhabarbarum
Throch.ramich.seu confec.
Trochisci de charabe
Troch.de terra sigillata
Sanguinis egestioni conferunt.
Athanasia Nic.
Troch.de terra sigillata
Sanguinem dissoluit.
Oleum philosophorum
Sanguinem educit.
Centaurea
Scrophulas resoluunt, & delent.
Arthanita
Capillus veneris
Cuc.asininusempl.
Empl.diachylon commune.
Emplastrum Oribasij
Ben emplastratum
Refcera emplastrata
Flo.genistæ cum melle ro.
Ellebrus niger
Iri
Opopanax
Oleum de ben
Oleum de cu.asin.
Potio fescerę
Serapinum
Troch.de scammonea
Vnguen.arthantiæ paruum
Scorpionis morsui conferunt.
Oleum philosophorum
Scammonea cum suc menthæ.
Theriaca diatesseron
Scotomiæ conferunt.
Scilla
Scabiem inducit.
Sal omne
Scabiei conferunt.
Fumus terrę
Oleum nucum
Vnguentum de mezereon
Scabiei liccę conferunt.
Decoctio absinthij
Vnguentum ceruissæ
Vnguentum alfescericum
Scabiem a cholera, & phlegmate falso dependentem purgant.
Confectio hamech
Hiera Ruffi Nic.
Syrupus de epithymo
Sy.de fumo terræ maior
Syr.de fumo terræ minor
Scirrhi remedia

Sciati-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1107-4

Sciaticam purgant.
Colocynthis.
Pilulæ aggreg.maiores
Pil.de ferapino ex partæ.
Sciaticæ dolori conferunt.
Agaricus
Antimoron Nic.
Colocynthi
Cuc asi.empl.& clyste.
Centaurea mi. emplastrata, & clysterizata
Decoctio cucu.asini.
Decoctio granorum cheruæ in iure galli
Empl.Andromachi
Empl sinapis
Iris emplastra.& clyst.
Oleum de piperibus
Oleum philosophorum
Opopanax
Succus cuc.asi.
Serpigini siccæ conferunt.
Aqua lactis
Fumus terræ
Secundinam extrahent ia
Antidotum hæmagogum Ni.
Sensum subtiliant, & vigorant.
Conf.secunda alcharif.
Chebuli conditi
Sensum instrumenta mundificant.
Agaricus
Elleborus niger
Pilulæ elephanginæ
Pilulæ stomachicę
Pilulæ aggregatiuæ
Pilulę lucis maiores
Pilulæ lucis minores
Sena
Sal gemma
Sensus acuit.
Aloe præparatum
Serpentes fugant.
Serpentaria
Senibus, & frigidis natura conferunt.
Diambra
Decoctio alhasce
Scrupus de prassio
Syrupus de calamentho
Syncopi conferunt.
Aromaticum muscatum
Confectio alchermes
Confectio de xyloaloes
Confectio de acetosa
Epithymum
Electarium de gemmis
Lapis stellatus
Poma condita
Rob de pyri
Syrupus de pomis
Syrupus acetosus de prunis
Trochisci de ligno aloes
Synochæ conferunt.
Diaprunis Nicolai

Siti vehementi laboriosæ, & æstuosæ conferunt.
Anguria
Mucilago seminum cytoniorum in ore retenta
Mucilago psylij in ore retenta
Mucilago tragacanthi in ore retenta
Mucilago.s.melonum
Psyllium
Præputia vitis masticata
Pruna in aqua frigida infusa
Syr.de acresta
Syr.acetosus de pomis
Syrupus acetosus de tereniabin
Sebesten in aqua frigida infusa
Tamarindi in ore retenti
Zuccharum candum
Sitim inducunt.
Epithymum
Scammonea
Sitim sedant, & extinguunt.
Alxyracostum
Aqua mellis
Cassia
Confectio de acetosa
Crystallum in aqua infrigidatum
Electarium de persicis
Iuleb rosatum
Limonum carnes
Manna
Myrobalani emblici
Medula.se consum.frig.
Persica condita
Portulaca masticata
Rob de ribes
Rob de acresta
Rob de berberis
Rob de sumach
Rob de granatis
Rob de moris semi.
Radix lyquyrritiæ
Syrrupus de persicis
Syr.acet.cum succo.fru.
Syr. de acetositate citri.
Syr.acetosus de pomis
Syr.acet.de citonijs
Syrupus de prunis
Syrup.de cannis
Syrupus de portulaca
Trochisci de berberis
Tryphera persica
Trochisci de camphora
Trochisci de spodio cum se.aceto.
Trochisci de sandalis
Violæ
Vnguentum rosatum
Zuccharum violatum

Singultui vehementi frigido, uel acetoso, vel uentoso conferunt.
Aristolochia
Diacyminum
Diacalamenthum desc.Gal.
Confectio Philonij inuentione prima
Rhabarbarum
Syrupus calamenti

Synanchiæ conferunt.
Sal omne
Violæ

Somnum prouocant, & inducunt.
Anethum
Aqua rosata
Armel.
Amomum
Crocus
Diapapauer Nic.
Flores amygdalarum
Gallia
Mirrha
Marmacur
Oleum rosatum
Oleum de ireos
Oleum de ranis
Oleum anethinum
Oleum de papauere
Oleum mandragoræ
Vsnea
Violæ
Vinum parum nouum
Zizania
Somni profunditatis remedia in supl.
Solidæ calidæ conferunt.
Cæratum vltimum
Psyllium
Sodam calidam purgant.
Confectio electarij ros.
Violæ
Sodæ frigidæ conferunt.
Arthanita
Elleb. niger
Oleum de euphorbio
Trochisci de scammonea
Serpiginem curant.
Oleum de ouis
Oleum de iunipero
Oleum de fraxino
Syr. de fumoter.maior
Sodam antiquam purgant.
Agaricus
Lupulus, seu volubilis
Pilulæ alandahal
Spasmo conferunt.
Cæratum diapente
Euphorbium
Ben emplastratum
Oleum de se. lini
Oleum de ben
Oleum de croco
Oleum de piperibus
Oleum de lapide gagatis
Pilulæ de serapino
Syrupus stœchados
Vnguentum de bdellio
Vnguentum aliud ad idem
Spasmo humido conferunt.
Oleum ireos
Solutionem fortem sedant.
Electarium de sorbis
Rob de ribes
Solutioni cholericæ conferunt.
Diacodion Nic.
Rob de sumach
Rob de granatis
Rob de moris de seni
Sperma minuit
Alscerbam
Agnus castus
Acetosa
Calamenthum montanum
Coriandrum
Camphora
Hyusquyamus
Opium
Lentes
Mentha
Ruta
Radix nenupharis
Sal omnes
Sumach
Semen lactucæ

Semen

Semen nenuphatis
Solatrum
Sperma multiplicant.
Assarum
Cæpe dulces
Cartamus
Confectio testic. vulpis
Cicera
Eruca
Faba
Grana pini
Hermodactylus
Oleum amygd. dul.
Oleum de nuce indica
Oleum de granis sesami
Oleum de semine lini
Sarcocolla
Scincus
Semen lini
Testiculi vulpis
Sputum grossum subtiliat.
Hyssopus
Spinas corpori infixas quamuis profundæ sint extrahunt.
Aristolochia
Emplastrum de fermento
Empl. apostolicon Nic.
Fescora
Splenem mundificant.
Agaricus
Sena
Splenis ægritudines eradicant.
Agaricus
Diacurcuma magna
Lapis stellatus
Oleum nardinum
Oleum de euphorbio
Spleneticis conferunt.
Syrupus de calamentho
Splenis doloribus, & oppilationibus conferunt.
Aristolochia
Agaricus
Athanasia
Acetum scilliticum
Euphorbium
Epithymum
Emplastrum de stercore mulæ, & ficubus
Iris
Hyss. ceratum desc. Gal.
Hyssopi ceratum descriptio Philagrij
Hyssopi ceratum descriptione Pauli
Oleum ireos
Oleum laurinum
Syrupus diarhodon
Secaniabin de radicibus
Secaniabin de cheysim
Trochisci de eupatorio
Splenis inflationi, & crassitiei conferunt.
Agaricus
Aqua lactis
Acetum scilliticum
Emplastrum de fermento
Emplastrum Oribasij
Euphorbium
Oxymel scilliticum
Opoponax empl.
Rhabarbarum
Serapinum
Splenis apostemata, & lapidositatem resoluunt.
Emplastrum ceroneum Nicolai
Emplastrum diachylon
Iris
Oleum de ben
Oleum philosophorum
Vnguentum arthanitæ paruum
Splenis scirrho conferentia in sup.
Antidotum hæmagogum Nic.

Splenis apostema, & duritiem resoluunt.
Assarum
Agaricus
Arthanita
Diasulphur
Diachylon commune
Ben emplastratum
Emplastrum de meliloto
Emplastrum andromachi
Iris
Hyssopi ceratum descriptione Gal.
Hyssopi ceratum descriptione Philagrij
Hyssopi ceratum descriptione Pauli
Hyssopi ceratum descriptione Democriti
Oleum de ben
Oleum philosophorum
Oleum ceroneum Nic.
Opoponax emplastr.
Oximel de floribus, aut seminibus genistæ
Polypodium
Serpentaria
Serapinum
Secaniabin de calamentho
Trochisci de capparibus

Splenis oppilationes aperiunt, & purgat.
Aristolochia
Assarum
Arthanita
Confectio alcheKengi
Centaurea minor
Capillus Veneris
Decoctio stœcados
Decoctio cucumasini.
Decoctio de eupatorio
Epithymum
Ben emplastratum
Iris
Oleum de ben
Pilulæ de rhaued seni
Pilulæ sebeliæ
Pilulæ indæ
Succus cucumasini.
Syr. acet. de radicibus
Syrupus vrsonis
Trochisci de eupatorio
Trochisci de lacca

Splenis apostematibus conferunt.
Fescera emplastrata
Iris
Hyssopus montana
Oxymel de fescera
Trochisci de eupatorio
Splenis uentositates resoluunt.
Aristolochia
Trochisci de capparibus
Sternutationem inducunt.
Aqua rosacea
Condysi
Euphorbium
Iris
Oleum rosatum
Piper
Rosa
Strangulationis remedia in Mes.
Sterilitatis remedia in supl.
Strangurian sanat
Antidotum hæmagogum Nicolai
Stupori confert
Euphorbium

Stomachum mundificant.
Agaricus
Aqua infusionis rosatum
Cassia
Capillus Veneris
Infusio de hiera
Myrobalani citrini conditi
Myrobalani chebuli conditi
Pilulæ de turbith
Pilulæ stomachicæ.
Pilulæ aggregatiuæ mino.
Rhabarbarum
Succus rosarum
Sal gemma
Turbith confortatum

Stomachi apostemata dura molliunt.
Emplastrum oxycroceum Nic.
Emplastrum diachylon commune.
Emplastrum Oribasij
Emplastrum de meliloto
Allium emplastratum
Empl. relatum ad Arist.
en emplastratum
Hyssopus humida
Hyssopi ceratum descriptione Galeni.
Hyssopi ceratum descriptione Philagrij
Hyssopi ceratum descriptione Pauli.
Oleum mastichinum

Stomachi apostemata acuta resoluunt.
Agarichus
Cassia
Stomachi duritiei conferunt.
Agaricus
Diachylon commune
Emplastrum de meliloto
Emplastrum relatum ad Aristarchum
Hyssopi ceratum descriptione Philagrij
Hyssopi ceratum descriptione Pauli
Stomachi ægritudinibus a phlegmate viscoso factis conferunt.
Confectio xyloales
Electuarium de aromatibus
Electarium de gemmis
Oxymel scilliticum simplex
Oleum nardinum
Stomachi ægritudines purgant.
Confectio electarij alcharif.
Confectio indi maioris
Confectio indi minoris
Hiera picra Gal.
Hiera Hermetis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1109-8

Pilulæ alephanginæ
Pilulæ sebeliæ
Pilulæ aggregatiuæ
Pilulæ fœtidæ maiores
Pilulæ fœtidæ minores

Stomachi inflamationi conferunt

Alxyracostum
Cæratum sandalinum
Diarhodon Abbatis
Electarium de Aromatibus
Pilulæ agregatiuæ ma.
Syrupus de succo acetosæ.
Syrupus de acresta
Syrupus acerosus de succis fructuum.
Syrupus acetosus de pomis descriptione nostra
Syr.acetosus de tereniabin.
Trochisci de spodio cum sem. acetosæ
Triasandali Nicolai
Vnguentum rosatum

Stomachi ardorem mitigant

Aloe correctum
Confectio de acetosa
Confectio de prunis
Electarium de persicis
Iuleb rosatum
Myrobalani emblici
Syrupus de persicis
Syrupus de portulacca
Suffusdiarhodon.
Tryphera persica
Trochisci de camphora
Trochisci de sandalis

Stomacho calido conferunt

Aqua rosata
Lupulus, seu volubilis
Myrobalani
Oleum rosatum
Rosa
Rob deribes
Rob de berberis
Rob de sumach
Rob de moris de sceni.
Syrupus de succo acetosæ
Syrupus acetosus de succis, & aquis fruct.

Stomachum calefaciunt

Ceratum stomachicum Gal.
Diacurcuma magna
Diatrion pipereon descr. Gal.

Stomachum frigidum confortant

Fumusterræ
Melicratum conditum
Syrupus de mentha
Syrupus de thymo
Secaniabin de chalamentho

Stomachi digestionis molitæ prosunt

Confectio de galanga
Theriaca diatesseron.

Stomachum debilem confortant, & digestionem bonam faciunt.

Aromaticum rosatum
Aromaticum nardinum
Aromaticum garyophyllatum
Absynthium
Aqua infusioni rosarum
Aloe lotum
Confectio de xyloaloes
Confectio alchanzi
Confectio de cytonii
Cytonia condita
Citra condita
Cæratum Alexandri
Chebuli conditi;
Decoctio alhasce
Diacameron Nic.
Electarium de aromatibus
Electarium de citro
Electarium de granis myrti
Electarium de persicis
Electarium de sorbis
Electarium ex inuentione nostra
Emblici conditi
Euparorium
Emplastrum stomachicon
Emplastrum diaphœnicon
Emplastrum de gallia
Empl.de fermento
Hiera logodion Ruffi.
Myrobalani
Mellicratum de citro
Mellicratum de bugloſſa
Mellicratum de cytoniis
Oleum de scinco
Oleum de cytonijs
Oleum maluinum
Oleum costinum
Oleum mastichinum
Oleum myrtillinum
Oleum de sampsucho
Pyra condita
Persica condita
Pilulæ alephanginæ
Pilulæ stomachicæ
Pilulæ diarhodon
Pilulæ aggreg. minores
Rhabarbarum
Rob de pyris
Rob de cytonijs
Rob de pomis
Rob de granatis
Rob de fructibus
Rob de agresta
Syrupus de pyris
Syrupus de citonijs
Syrupus corticib. citri.
Syrupus de granis myrti.
Syr.de albela
Syr.aceto.de cytonijs
Syr.ace.de pomis
Syr.de absynthio
Syr.de fumoterræ maior.
Succus rosarum
Suffuf de ligno aloes
Suffuf diarhodon
Suffuf diarhodon
Trochisci de absynthio
Tryphera Gal.
Trochi.de gallia sebillia
Troch.de gallia magna
Trochisci de rosis
Trochisci ramich
Zuccharum rosarum

Stomachi indigestionem & dolorem tollit.

Antidotum hemagogum Nic.
Tryphera sarracenica

Stomachi dolori a frigiditate facta conferunt

Agaricus
Athanasia magna
Confectio anacardina
Confectio Philonis inuentione prima
Eupatorium
Emplastrum de ficubus, & stercore muris
Hyssopi ceratum descriptione Phylagrij
Hyssopi ceratum descriptione Pauli
Musa ænea
Oleum de cherua
Oleum de cartamo
Pilulæ alephanginæ

Stomachi dolorem a uentositate factum destruit.

Emplastrum ex pane calido, & oleo, & melle factum
Ius galli

Stomachi uentositates crassas expellunt.

Conf.electarij de citro.
Conf.de galanga
Conf.philonij prima
Conf.de zingibere
Diacyminum
Diacurcuma maior
Diacurcuma minor
Diamorusion
Secacul conditum
Tryphera muschata

Stomachi oppillationis aperiunt.

Aqua infusionis rosarum
Syrupus de eupatorio
Secaniabin de radicibus
Succus rosarum
Trochisci de absynthio

Stomachi dolori colico conferunt.

Oleum laurinum
Stomachi defectioni conferentia

Stomachi dolori, & eius punctura caliditate, & acuitate saltis conferunt.

Aloe correctum
Acetum scilliticum
Baurach.
Confectio diarhodon
Infusio de hiera
Pilulæ alephanginæ
Sal gemma
Rhabarbarum

Stomachi lubricitati confert.

Suffuf de granis myrti

Stomachi humiditatem, & mollitiem corrigunt.

Aromaticum rosatum maius
Aromaticum garyophyllatum
Confectio de cinnamomo.
Confectio elect.indi maio.
Conf. electarij.indi min.
Diamorusion
Diacurcuma maior
Diacurcuma minor.
Emblici conditi
Tryphera sarrac. magna
Trochisci diarhodon

Stomachum a phlegmate crudo mundificant.

Dianisum
Emplastrum relatum ad Aristarchum
Myrobalani emblici
Serpentaria
Suffuf diarhodon.

Stoma-

Stomachi putrefactiones abstergunt, & corrigunt.
Agaricus
Acetum scilliticum
Myrobalani emblici
Trochisci de rosis
Trochisci ad fœtorem oris
Stomachi lienteriæ conferentia in supl.
Sudoris multitudinem prohibent.
Oleum de cytonijs
Rosata nouella Nicolai
Sudorem prouocant.
Arthanita
Oleum anethinum
Oleum de asaro
Sudoris odorem bonum facit.
Aromaticum nardinum
Myrobalani
Superfluitates a toto corpore educit.
Electarium elescoph
Suffocationi conferunt.
Confectio de succo nucum
Diamoron
Diamoron Nicolai
Subuersioni conferentia in supl.
Subeth conferunt.
Clysteres acuti
Extremorum ligaturæ dolorosæ.
Extremorum fomentatio cum decoctione vrticæ, & calamenthi.
Trochisci de scammonea
Ventosæ inter spathulas, & spondyles
Surditati conferunt.
Decoctio absinthij
Oleum amygdalarum amar.
Oleum de cucu. asini.
Oleum de ben
Succus serpentariæ.

Testiculorũ affectorũ remedia in supl.
Tetano conferunt.
Oleum de lapide gagatis
Tenasimonis remedia in supl.
Anethi decoctio clysterizata
Oleum sesaminum calefactum, & cum aqua althææ aut vino dulci clysterizatum, & diu retentum.
Tibiarum malo mortuo conferunt.
Oleum de fraxino
Oleum de iunipero
Vnguentum alphescericon
Timori conferunt.
Epithymum
Stœchas

Turturæ superfluitates humorum crassorum, & viscosorum purgant.
Arthanita
Hiera Hermetis
Hiera Ruffi
Tristitiam remouent
Confectio de musco
Myrobalani nigri
Sena
Tristitiæ, & solicitudini prosunt.
Confectio alchermes
Diamargariton Nic.
Dianthos
Electarium de gemmis
remori conferunt.
Blanca Nic.
Euphorbium
Myrobalani nigri
Oleum de piperibus
Oleum philosophorum
Oleum de lapide gagate
Serapinum
Syrupus stœcados
Tremorem purgant.
Blanca Nic.
Hiera Hermetis
Tussi diuturnæ conferunt.
Athanasia magna
Colocynthis
Dianisum
Diapenidion Nic.
Hyssopus

Tussim antiquam remouent, & humores crassos subtiliant.
Aristolochia
Loch ad asthma
Opoponax
Serapinum
Suffus ad illud
Tussim antiquam purgant.
Pilulæ de agarico

Tussi antiquæ, & ei, qui habet pectus sanioſum conferunt.
Aristolochia
Colocynthis
Diasulphur
Loch de pino
Lochsanum, & expertum
Succus ireos
Syr. de granis myrti.
Syr. de prassio
Syr. de calamentho
Syr. de prunis
Syr. de granatis
Syr. de iuiubis
Syr. de hyssopo
Tussi calidæ conferunt.
Iuleb uiolatum
Loch de papauere
Loch ad caliditatem
Loch aliud nostrum
Syrupus violatus
Syrupus conferens catarrhis
Tussi humidæ conferunt.
Aristolochia
Aqua mellis
Achariſtum Nic.
Diacameron Nicolai
Fescera
Succus ireos
Sarcocolla
Tussi siccæ conferunt.
Hyssopus
Syrupus acerosus
Syrupus de tereniabin
Syrupus de papauere
Tussim siccam leniunt.
Loch de amygdalis
Loch bonum

Tussi quæ non sinit patientes dormire conferunt.
Syrupus papaueris
Tussi catarrhali conferunt.
Pilulæ ad omnes morbos catarrhi
Tussis cuiuslibet remedia in Mes.
Tumores a caliditate factos maturant, & resoluunt.
Empl. diachylon paruum
Tumoribus sanguinolentis conferunt.
Blanca Nic.

Variolas apparere facientia in supl.
Variolarum uestigia eradicant.
Aqua hordei
Aristolochia
Albumen oui
Amygdalæ dul. & ama.
Adeps asini cum oleo ros.
Cortices melonis siccati
Creta
Lutum lythargyrum
Lupini
Milium
Oleum de lilijs
Oleum de fisticis
Ossa antiqua adusta
Panicum
Radices arundinum
Rizum ablutum
Sarcocolla
Seminæ melonis
Spuma maris
Violarum remedia in supl.
Varicum remedia in supl.
Vertigini conferunt.
Agaricus
Acetum scilliticum
Confectio de musco
Confectio alfescera
Diaprassium Nic.
Epithymum
Fescera
Lapis armenus
Oxymel scilliticum simplex
Oxymel scilliticum compo.
Sal gemma
Stœchas
Syru. de acetositate citri
Syr. acetosus de prunis
Vertiginem purgant.
Colocynthis
Confectio hamech
Elleborus niger
Hiera Hermetis
Hieralogodion Ruffi.
Scilla
Serapinum

Vertiginem à fumis cholericis factam purgant.
Confectio de psyllio
Confectio electarij

Vertigini sanguineæ conferunt.
Balneum dulce
Phlebotomia cephalicæ
Fricatio tibiarum
Scarificatio in chartilaginibus aurium.
Ventosæ in nucha & cruribus positæ.
Veneno resistunt.
Diasulphur
Mithridatum Nic.
Syrupus de acresta
Theriaca diatesseron

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1111-5
DFG

Theriaca magna Gal.
Venenis frigidis confert.
Oleum philosophorum
Venenosorum morsibus resistunt.
Confectio de asa
Cæpe coctum & cum melle emplastratum.
Diasulphur
Fescera emplastrata
Mithridatum Nicolai
Theriaca magna Gal. Nic.
Theriaca diatesseron Nicolai

Ventositates attenuant dissoluunt & carminant.
Agaricus
Aromaticum caryophyl.
Aromaticum nardinum
Antidotum hæmagogum Nicolai.
Confectio Alchanzi
Confectio electarij ex inuentione nostra.
Confectio hiera logodion Ruffi.
Confec. electarij indi ma.
Confec. electarij indi min.
Diacyminum
Dianisum
Empl. relatum ad Arist.
Hyssopus
Ius galli cum anetho
Opopanax
Oleum nardinum
Oleum amyg. amaratum
Oleum nucum
Oleum de cherua
Oleum de enula
Serapinum
Suffuf aromaticum
Syrupus vrsonis
Tryphera Gale.
Tryphera muscata
Tryphera saracenica ma.
Ventositates à toto corpore expellit.
Electa. de ligno aloes.

Ventris dolorem ex multa humiditate in phlegmatica cruda dependentem remouet.
Centaurea
Capillus veneris
Confectio anacardina
Diacyminum
Diatrionpipereon descriptio Galeni.
Grana lauri puluerizata
Scordeon
Serapinum
Ventris dolori conferentia in supl.
Ventrem leniunt & lubricant.
Cassia
Manna
Psyllium
Trochisci anethi
Zuccharum violatum
Ventrem mundificant.
Capillus Veneris
Ventris fluxum retinent.
Cytonia condita
Confectio de cytonijs
Psyllium frixum
Syrupus de albelac
Syrupus de mentha

Ventris fluxum cholericum stringunt.
Electarium de fructibus
Syrupus acetosus de succis fructuum
Trochisci de spodio cum semi. ace.

Ventris fluxum assiduum & catarrhalem abscindunt.
Confectio electarij ex inuentione nostra
Emplastrum de gallia
Ventris fluxui antiquo conferunt.
Athanasia magna
Confectio de storace
Diacodion Nic.
Ventris solutionem sedant.
Mellicratum de cytonijs
Miua cytoniorum simplex
Rob de fructibus
Trochisci de berberis

Ventrem ab operatione cathartici superflue solutum stringunt.
Empl. de gallia secundum
Emplastrum consolidatiuum stomachi
Vesicam mundificantia in supl.
Antidotum hæmagogum Nic.
Benedicta Nic.
Vesicæ doloribus conferunt.
Diamorusion
Diacurcuma maior
Diacurcuma minor
Grana lauri emplastrata
Oleum de cheyri
Oleum nardinum
Oleum de assa
Oleum de piperibus
Oleum philosophorum

Vesicæ debilitati conferentia in supl.
Vesicæ dislocationi conferentia supl.
Vesicæ duritiei confert.
Hyss. cerotum descr. Demo.
Vesicæ ardori confert.
Oleum amygd. dulcium
Vesicæ vlcerationi conferunt.
Oxymel simplex
Trochisci alchechengi
Vesicæ lapidem frangunt.
Antidotum hæmagogum Nic.
Dialacca maior
Dialacca minor
Philantropos Nic.
Genista
Oleum de nucleis ceraforum.
Oleum de granis citranguli
Oleum de scorpionibus
Oleum philosophorum
Vesicam calefaciunt.
Oleum de lilio
Oleum de enula
Venarum orificia aperiunt.
Aloe
Alscebram
Colocynthis
Centaurea
Cucumer asininus
Oleum philosophorum
Volubilis magna
Venarum aquositatem educunt.
Absynthium

Venas a cholera mundificant.
Absynthium
Aqua infusionis rosarum
Succus rosarum
Vermes occidunt.
Absynthium
Apij semen
Aqua lupulorum
Adamesiæ grana
Baurach
Chamæleonis radix
Centaurea
Carui
Cappares
Calcanthum
Calamentum syluestre
Electarium de absynthio
Enulæ radix
Mezereon
Macis
Nasturtium
Nux indica antiqui
Vermes educunt.
Agaricus
Absynthium
Baurach
Centaurea
Electarium de absynthio
Hyssopus
Mezereon
Visum conseruat.
Hyssopus
Visus debilitati conferunt.
Caput purgium de arthanita
Elleb. niger puluerizatus
Visum augent.
Aloe præparatum cum succo fœniculi.
Hyssopus
Opopanax
Sena
Visus obscuritatem purgant.
Myrobalani chebuli
Pilulæ de hiera
Pilulæ sine quibus Nic.
Serapinum

Visum post purgationem deperditum recuperant.
Aloe
Balneum dulce
Collyrium de fellibus
Coriandrum
Cytonia
Decoctio absynthij
Fel alcubugi
Fel eritij
Fel aquilæ
Fel capræ
Frictiones tibiarum
Infusio hieræ
Oxymel scilliticum
Pilulæ cochiæ
Pilulæ de hiera Hermeti
Pilulæ de speciebus
Somnus
Succus fœniculi
Succus chelidoniæ

Visum a fumis cholericis deperditum recuperat.
Tryphera persica
Viscera confortant.
Aromaticum nardinum

Confe-

Confectio electari ex intentione noſtra
Diacoſtum
Eupatorium
Epithymum
Fumus terræ
Myrobalani
Mellicratum de cytonijs
Stœchas
Syr.de granis mirti.
Zuccharum roſatum
Viſcerat lauant, mundificant.et abſtergũt.
Aqua mellis
Electarium eleſcoph
Elleborus niger
Iris
Viſcerum putrefactionem remouet.
Tryph.ſarracenica magna
Viſcerum mollificationi conferunt.
Fumus terræ
Syrupus de abſynthio
Zuccharum roſatum
Viſcera laxata coadunant.
Myrobalani
Viſcerum dolorem purgant.
Agaricus
Eupatorium
Hiera Hermetis
Viſcerum dolorem a ventoſitate factum ſedant.
Ariſtolochia
Confectio de ſeminibus
Diacoſtum ex inuentione prima
Oleum laurinum
Viſceru ventoſitates diſſoluut.
Diacyminum
Dianiſim
Decoctio alhaſce
Viſcerum humiditatem deſiccat.
Aromaticum roſatum
Viſcerum lubricitati, & ſolutioni propter malitiam digeſtionis conferunt.
Dialacca maior
Dialacca minor
Elect.de granis myrti
Trochiſci ramich
Viſcerum debilitati a cauſa frigida cõfert.
Empl.de gallia primum
Viſcerum debilitati a cauſa calida conf.
Empl.de gallia aliud
Viſcera frigida habentibus conferunt.
Empl relatum ad Ariſt.
Oleum rutæ
Syrupus calamenthi
Viſcerum inflammationi confert.
Empl.de fermento

Viſcerum oppilationi conferunt.
Arthanita
Decoctio ſtœchados
Feſcera
Fumus terræ
Sena
Viſcerum duritiei conferunt.
Empl.de melilo to
Secaniab.de calamentho

Viſcera apoſtemata dura reſoluunt.
Agaricus
Decoctio hyſſopi montanæ
Hyſſopus emplaſtratus
Allium emplaſtratum
Viſcerum ægritudinibus cõfert,
Oxymel ſcilliticum
Vigiliæ ſuperfluæ remedia, in ſupl.
Virgę remedia in ſupl.
Virgæ erectionem facit.
Confectio teſticulorum vulpis

Virgam magnificantia in ſupl.
Vlceribus malis conferunt.
Aqua lactis
Ariſtolochia
Feſcera
Mezereon
Pil.aggregatiuæ mitho.
Hiera logodion Ruffi.
Vnguentum de centaurea
Vinum decoctionis centaureæ
Vlceribus putridis conferunt.
Aloe miſtum cum ſanguine draconis & myrrha
Vnguentum nobile relatum ad Nicolaum
Vnguentum ceraſcos
Vlceribus fraudolentis conferunt.
Ariſtolochia
Oleum almezereon
Oleum de iunipero
Serpentaria
Vnguentum de opopanace
Vlcera incarnant, & ſigillant.
Emplaſtrum arabicum
Oleum de ouis
Vnguentum diaphœnicon deſcriptione Arabica
Vlceribus excoriatiuis a cholera aduſta, aut a plegmate ſalſo factis conf.
Vnguen tum ceruſſæ
Vlcera ſanant.
Myrobalani citrini cum maſtiche contriti
Vlcerat, & cauterizat.
Empl.andromachi aliud
Vmbilici augmento conferentia in ſupl.
Vmbilici exitui conferentia in ſupl.
Vndimiæ remedia in ſupl.
Vomitum faciunt.
Aſſarum
Cherua
Geniſta
Elleborus albus
Vomitui conferunt.
Syrupus de acreſta
Syrupus albelach
Vomitum ſedant.
Aromaticum roſatum
Aromaticum garyophyllatum
Antidotum hæmagogum Nicolai
Empl. diaphœnicon deſcriptione Alexandri
Myrobalani emblici
Mellicratum de cytoniij
Syr.acetoſus de cytonijs
Syrupus de prunis
Syrupus de mentha
Trochiſci ramich

Vomitum ſanat.
Vng.arthanitæ magnum
Vomitus ſanguinei remedia in ſupl.
Vomitus melancholici remedia in ſupl.
Vomitum cholericum ſedant.
Rob de ribes
Rob de acreſta
Rob de berberis
Rob de ſumach
Rob de moris de ſeni
Rob de granis myrti

Vomitum cholericum, & phlegmaticum ſedant.
Cytonia condita
Confectio de cytoni
Syrupus de calamentho lymphatus cum aqua menthæ,& abſynthio

Vomitui phlegmatico ex malitia digeſtionis confert.
Confectio Alchanzi
Vocem clarificant.
Acetum ſcilliticum
Cartamus
Electarium de ſucco ſcillæ
Oxymel ſcilliticum
Oleum de cartamo
Oleum de nuce indica
Oleum de granis ſeſami

Vocis raucedini propter frigiditatem, & phlegmaticis in pectore, aut pulmone contenti, craſſitiem contingenti, conferunt.
Loch ſanum & expertum
Syrupus de iuiubis
Vocis lacertos corroborat.
Acetum ſcilliticum

Vrinam prouocant.
Agaricus
Aſſarum
Althæa
Allium linitum ſuper radicem virgæ
Antidotum hęmag. Nic.
Capillis Veneris
Caules
Cæpæ decoctum
Cæpæ fricatum ſuper pectinem.
Decoct.meri cum ſtercore muris
Diacalamenthum deſcriptione Galeni
Diacurcuma maior
Diacurcuma minor
Diamoruſion
Diaſulphur
Fęniculus
Feſcera
Fimus columbi ſylueſtris cum vrina pueri bibitus
Geniſta
Elleborus niger
Hyſſopus
Lini ſemen
Muris ſtercus cum decoctione anethi
Opopanax
Oleum philoſophorum
Pilulæ aggreg.maiores
Secaniabin de radicibus
Secaniabin de cheyſim
Trochiſci de lacca

Vrinam

Vrinam retinent, & restringunt.
Alchanna
Balaustiæ
Bolum armenum
Coriandrum siccum
Cyperum
Carnes eritij
Cortex thuris masculi
Cupulæ glandium
Diacyminum
Emula sicca
Fungi
Galliæ cupressi
Grana myrti
Lutum armenum
Myrrha
Merdasengi bibita
Nux muscata
Origanum
Pyrethrum
Pilulæ de alhasce
Sandaracha
Styrax sicca
Semen vrticæ
Scoria ferri
Thus masculum
Zarur
Vrinæ multitudinis reme. in supl.
Vrinæ difficultati conferunt.
Confectio Philonij inuentione prima
Musa ænea
Oleum asech
Vrinæ guttationi confert.
Opopanax
Vrina ardori confert.
Oleum quatuor seminum frigidorum maiorum
Vrinanti dolori confert.
Confectio alcheehengi
Vrinæ fœtori conferentia supl.
Vulnerum vestigijs confert.
Fescera
Oleum de ben
Vulnerum tumorem soluit.
Oleum de chrysomelis
Vulnera putrida curat.
Centaurea
Hermodactylus
Iris
Opopanax
Vng. sericinum
Vulnera incarnant, & consolidant.
Iris
Vulnera curant, & sigillāt, & consolidāt.
Centaurea
Opopanax
Sarcocolla
Vulneribus antiquis confert.
Iris
Vnguentum ægyptiacum magnum
Vulnera antiqua, & recentia mundificant, & incarnant.
Centaurea puluerizata
Hermodactylus
Iris
Opopanax
Sarcocolla
Vnguentum diacerasfeos
Vlcera, quæ tarde curātur, perfectæ curat.
Oleum philosophorum
Vulneribus difficilis consolidationis, & incarnationis, ea mundificando conferunt.
Centaurea
Empl. arabicum
Hermodactylus
Iris
Opopanax
Vnguentum diaphœnicon descriptione Arabica
Vnguentum de lino
Vng. de opopanace
Vulnera fraudulenta curant.
Syrupus de epithymo
Vnguentum de lino.
Vulnera exiccat.
Empl. de fermento
Vulnerum superfluitate aufert.
Empl. de fermento
Vulneribus neruosis, in quibus, est calefactio confert, & eam mundificat, & incarnat.
Vng. basilicon magnum
Vuluam confortant.
Aqua rosata
Oleum rosatum
Vuluam stringunt.
Aqua rosata
Balaustiæ
Cyperum
Cordumeni
Galliæ immaturæ
Gallia
Myrrha
Mespyla
Oleum rosatum
Pini cortices
Vuæ casui conferunt.
Diamoron Nic.
Sal omne
Vuæ apostematibus conferunt.
Confectio de moris
Diamoron Nic.

AEgritudinum, ac Remediorum Summula finis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1114-2
DFG



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DCII.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1115-8
DFG



VENETIIS APVD IVNTAS.
M D C I I.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1116-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1117-0
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1118-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1120-4

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170889-p1121-0